Digitized by Google

C.M.B

BIBLIOTECA VAZ. CENTR. VITT. EMAN. II
204
14 I
7
ROMA

Digitized by Google

BIBLIOTECA
ARCHIVIO
ISTITUTO

Digitized by Google



Digitized by Google

R. P. LAVRENTII

DE APONT

CARMELITANI SCALZI
DI S. MARIA DELLA SCALA

DOCTORIS THEOLO

ORDINIS CLERICORVM

Regularium Minorum

IN SAPIENTIAM SALOMONIS,

COMMENTARIA.

Cum Homilijs, Digreſſionibus Scholaſticis, ac Paraphraſi.

TOMVS SECVNDVS.



LVTE TIA

S. Maria

PARISIIS,

M. DC. XL.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII

LVdouici XIII. Galliæ & Nauarræ Regis a tate ſancitum eſt, atque patentibus litteris ca ne quis in regno ſuo, alijſue locis ditioni ſu iectis, intra proximos annos ſex, à die impreſ primæ inchoandos ac numerandos excudat, dat, excudendum, vendendumque quouis m & ratione curet, librum qui inſcribitur *R. P. Laurentij de A P Ordinis Clericorum regularium Minorum, in Sapientiam Salon Commentaria*, præter IOANNEM & CLAVDIVM SONNIVM bliopolas Pariſienſes, aut illos, quibus ipſi net conceſſerint. Pr bitum inſuper eadem auctoritate regia omnibus ſuis ſubditis, e dem librum extra regni ſui limites imprimendum curare, vel que piam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſi conſenſu illorum IOANNIS & CLAVDII SONNII, idque omne ſi confiſcatione librorum, aliiſque pœnis originali diplomate cont delinquentes expreſſis. Datum Pariſijs die 14. Februarij 1629.

de Mandato Regis ſignatum,

RENOVARD.

Approbatio Doctorum.

NOs infraſcripti Doctores Theologi fidem facimus vidiſſe & attentè legiſſe librum qui inſcribitur *R. P. Laurentij de A Ponte Ordinis Clericorum regularium Minorum, in Sapientiam Salomonis Commentaria*, & viſum eſt opus ſingularis eruditionis, & dignum quod in omnium manibus, cum multa vtilitate verſetur, cùm nihil à Fidei & Religionis Catholicæ doctrina aut bonis moribus alienum contineat. Datum Pariſijs, die 4. Februarij 1629.

F. FR. FEVARDENT. F. M. CHRESTIEN.

Digitized by Google

INDEX HOMILIARVM,
ET DISGRESSIONVM IN HOC
secundò Tomò contentarum.

Homilia I.

IN oratione sanctì invocandi.

Homilia II.

Sanctissimum nomen Iesu in oratione invocandum, vt potè ad impetrandum efficacissimum.

Homilia III.

Homo quando vere Dei Imago, quantumque ei debeat ex eius reparatione.

Homilia IV.

Humilitas sicut Christi, vt principis virtus, sic & caterorum principum.

Homilia V.

Prælatì & superiores, se seruos æstiment, non Dominos: vigilandum ipsis non dormiendum.

Homilia VI.

Prælationes ambire, in eas se intrudere, extremum malum.

Homilia VII.

Pòlitici humana tantum sapientes, stolidi, insipientes, ad regnum inepti.

Homilia VIII.

Principes superioresque sunt sanctì, quia à Deo electi.

Homilia IX.

Principes cum Dei Ecclesia liberales sint, dent, non auferant.

Homilia X.

Deo collaborandum si ad vitam ingredi velimus: & cur homo liber creatus.

Homilia XI.

Propria principis in regendo finis Dei gloria, ad Christi summi Principis exemplum.

Homilia XII.

Cogitationibus timidis, prouidentiæ incertæ, obedientia occurrendum.

Homilia XIII.

Sapientia donum Dei, oratione & humilitate impetrandum, sanctorum Patrum doctrinis custodiendum, Scholasticorum Principibus habilicndum.

Homilia XIV.

Christus Dominus omnium nostrorum malorum medicina, deque necessaria tanti beneficij recognitione.

Homilia XV.

Mulierum consortia vitanda.

Homilia XVI.

Christi trophæum diabolum vincere hostem potentissimum subtùs nos sternere, nostra tamen necessaria cooperatio.

Disgressio I.

Vtrum Adam in Caluariæ monte sepultus, loco vbi Christus crucifixus.

Homilia XVII.

Ira Christiano viro vitanda.

Homilia XVIII.

Crux Christi salus mundi omni veneratione digna.

Disgressio II.

An Abraham fuerit aliquando idololatra, an semper Dei veri cultor.

Homilia XIX.

Æterni Patris amor præstantior pro nobis ingulando filium, quam filij pro nobis ingulum prebendo.

Homilia XX.

Inimici diligendi, eiusque dilectionis, qualis & quantus fructus.

Homilia XXI.

Auaritia malum magnum.

Homilia XXII.

De sanctissimo Genitricis sponso.

Homilia XXIII.

Tribulatio hominem beatificat.

Homilia XXIV.

Deus iustorum protector, impij sunt, qui de eorum felicitate, diuitijs, ac multitudine obmurmurant.

Homilia XXV.

Propria prælatorum virtus fortitudo.

Homilia XXVI.

Deus oppressorum defensor, potentum iudex, malè parta malè perdet.

Homilia XXVII.

Deus solus timendus.

Homilia XXVIII.

Præstantissima Dei laus Psalmodia.

Homilia XXIX.

Baptismi beneficium admirabile: & de Ioannis Baptistæ excellentia.

Homilia XXX.

Principis, & Prælati sanctitas illis, & populis necessaria.

Homilia XXXI.

Qui hic in Tabernaculis vincunt.

Homilia XXXII.

Dux belli Deus, oratione quàm potius armis pugnandum.

Digitized by Google

Index Homiliarum.

Homilia XXXIII.

Iustorum, iniquorumque sors in hac vita, quam differens.

Homilia XXXIV.

Deus superborum destructor per ipsamet instrumenta quibus pauperes opprimunt.

Homilia XXXV.

Tribulationum memoria damnatos, malos præcipuè religiosos hæreticosque torquebit validè.

Homilia XXXVI.

Homilia XXXVII.

Dei Clementia peccatores vocat, cum numero corrigens, pondere, & mensura.

Homilia XXXVIII.

Deus misericors, quia potens.

Homilia XXXIX.

Pœnitentia vis cum Deo.

Homilia XL.

Pœnitentia in Deo dissimulationis instrumentum, qua.

Homilia XLI.

Deus peccatorum amantissimus.

Homilia XLII.

Animæ dignitas sublimes indere homini debet spiritus.

Homilia XLIII.

Deus bonus & suauis.

Homilia XLIV.

Deus punit vt saluet, non vt perdat.

Homilia XLV.

Diaboli seruitus durissima.

Homilia XLVI.

Deus summè misericors, quia amans parcit indignis, quia tales.

Homilia XLVII.

Dei sola sententia cur timenda?

Homilia XLVIII.

Dei Omnipotentia ipsa misericordia, hac gubernans, hac mundum attrahens.

Homilia XLIX.

Principes, ac Prælati in regimine misceant cum potentia mansuetudinem.

Homilia L.

Peccator in hac vita amplius tribulatur, quam iustus.

Homilia LI.

Impatientia in tribulationibus summum malum.

Homilia LII.

Scientia humana, vanitas.

Homilia LIII.

Vnica delectatio de Deo, non de creaturis.

Homilia LIV.

Deus cur à sapientibus huius mundi non inuenitur, nec possidetur.

Homilia LV.

Spes humana infelicem reddit hominem, diuina felicem, in solo Deo sperandum.

Homilia LVI.

Prælati animarumque Magistri subditos reprehendant, prudenter tamen.

Homilia LVII.

Deus sublimis artifex, ex lignis carnis, verticibusque resectis statuas effecit admirabiles.

Homilia LVIII.

Angeli Custodes Dei summum beneficium, à nobis summoperè venerandum.

Homilia LIX.

Maria Virgo Arca Benedicta, quia pura absque peccato originali.

Digressio III.

Quid senserit sanctus Doctor de Conceptione Virginis, & qualis fuit opinionis.

Homilia LX.

Maria lignum benedictum, quia mundi salus.

Homilia LXI.

Ambitio quantum malum.

Homilia LXII.

Inhonestarum imaginum vsus, quam reprobandus.

Homilia LXIII.

Dies festus non debitè colere quantum malum.

Homilia LXIV.

Non peccandum, quia Christiani.

Homilia LXV.

Patris æterni cognitio vita, ipse orandus, illi templa sacranda, particulares preces ascribendæ.

Homilia LXVI.

Non peccandum ob carnis reuerentiam, quando anima deesset bonum.

Homilia LXVII.

Mali Prælati idola.

Homilia LXVIII.

Hominem vesania neminem sua sorte contentum.

Homilia LXIX.

Mali Prælati cur idola.

Homilia LXX.

Dei querimonia de hominibus pro vilibus cum derelinquentibus.

Homilia LXXI.

Deus liberalissimus necessarijs carenti, ac patienter sustinenti.

Homilia LXXII.

Christus crucifixus meditatus, malorum nostrorum non solum remedium, sed ipsius diuinitatis contemplationis fons, & ostium.

Homilia LXXIII.

Tribulatio fructus Dei cognitio, & amor.

Homilia LXXIV.

De Analogia mannæ ad sanctissimum Sacramentum.

Homilia LXXV.

De magnitudine huius Sacramenti ex Dei potentia, ac miraculis in illo.

Homilia LXXVI.

De magnitudine sanctissimi Sacramenti ex fide.

Homilia LXXVII.

De magnitudine sanctissimi ex amore.

Digitized by Google

Index Homiliarum.

Homilia LXXVIII.

De magnitudine sanctissimi ex vniane.

Disgressio IV.

De vnione Sacramentali, vtrùm per susceptionem Sacramenti fiat aliqua vnio realis naturalis Physica, vel effectiua inter corpus Christi, & corpus suscipientis.

Homilia LXXIX.

De gratijs habitualibus.

Homilia LXXX.

De gratijs actualibus sanctissimi.

Homilia LXXXI.

De gratijs corporis.

Homilia LXXXII.

De puritate ad sanctissimi vsum.

Homilia LXXXIII.

De preparatione.

Homilia LXXXIV.

De gratiarum actione.

Homilia LXXXV.

De enormitate mali vsus sanctissimi.

Homilia LXXXVI.

De frequentia sanctissimi.

Homilia LXXXVII.

Deus laudandus ante solis ortum.

Homilia LXXXVIII.

Ingratitudinis vitium sæi ingulum.

Homilia LXXXIX.

Indicta Dei non formidare, ei obsistere durissimum, intempestiua mortis ac reprobationis signum.

Homilia XC.

Principes potentia opprimentes subditos, cur se, suaque perdant.

Homilia XCI.

Mystologia tenebrarum Ægypti, & praua consuetudinis malum.

Homilia XCII.

Peccatorum occultorum pœna.

Homilia XCIII.

Secunda peccatorum occultorum pœna, pauor.

Homilia XCIV.

Tertia peccatorum occultorum pœna, ineuitabilitas.

Homilia CXV.

Inferni ignis quam horribilis.

Homilia XCVI.

De pœna damni inferni.

Homilia XCVII.

Superbiæ pœna confusio.

Homilia XCVIII.

Peccator sibi ipsi onus graue.

Homilia XCIX.

Aliorum damna, nostra sunt beneficia.

Homilia C.

Christus ignotæ viæ necessarius dux.

Homilia CI.

Bona, malaque æquanimiter à Deo suscipienda.

Homilia CII.

Principum administrorum dura fors.

Homilia CIII.

Cautio, principum Pharaonis exemplum, dura experientur, nisi lenibus curentur.

Homilia CIV.

Summi Patris verbi natiuitas summa benignitas.

Homilia CV.

Deus bonus, & inimicos castigans, eos præueniendo.

Disgressio V.

Consultius nempe principibus in illam non se ingerere.

Homilia CVI.

Vitæ puritas Sacerdoti necessaria.

Homilia CVII.

Orare proprium Sacerdotis.

Homilia CVIII.

Sacerdotes omni veneratione digni.

Homilia CIX.

Impius dum ex tribulatione fit peior, ipse sibi æternum parat iudicium.

Homilia CX.

Carnales in bono inconstantes, quia timore seruili humano, non Dei, ac amore mouentur eius.

Homilia CXI.

Mali suorum causa periculorum ad eorum interitum, iustorum autem Deus ad vitam.

Homilia CXII.

Memoria periculorum æternæ salutis, maxima sanctorum in beatitudine causa lætitiæ.

Homilia CXIII.

Inhospitalitas magnum, hospitalitas vero magnum bonum.

Homilia CXIV.

Deus administrabilis suorum sanctorum magnificator, & inspector.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ QVI IN HOC SECVNDO TOMO COMMENTARIORVM IN SAPIENTIAM SALOMONIS CITANTVR.

BIBLIOTECA SCIENTIAM SCIENTIA DIS MARIA DELLA SCIENZA

Ex Genesi.

A P. 1. n. 1. In principio creauit Deus Cœlum & terram, pa. 593. hom. 65. col. 2. num. 3.

Cap. 5. n. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram, p. 543. hom. 36. col. 1. num. 4.

Cap. 1. Factus est homo in animam viuentem, pag. 71. hom. 12. col. 1. num. 44.

Cap. 1. d. n. 2. Terra autem erat inanis & vacua, &c. pag. 503. hom. 57. col. 1. n. 1.

Cap. 1. nu. 3. Dixit fiat lux, & facta est lux, pag. 47. hom. 8. col. 2. n. 1.

Cap. 1. n. 8. Vocauitque Deus firmamentum cœlum, pag. 484. hom. 54. col. 2. in fine.

Cap. 1. n. 16. Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti & stellis, pag. 267. hom. 29. col. 1. in fine: & pag. 383. hom. 41. col. 1.

Cap. 1. n. 12. Et protulit terra herbam virentem, &c. & factum est vespere & mane dies tertius, pa. 491. hom. 55. col. 1. n. 17.

Cap. 1. n. 21. Crescite & multiplicamini, p. 575. hom. 62. col. 2. n. 4.

Cap. 1. n. 26. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, pag. 15. hom. 3. col. 1. n. 27. & pag. 95 hom. 14 col. 2. n. 8. & pag 385 ho. 42. col. 1. n. 4. & pag. 585. hom. 88. col. 2. initio, & pa. 414. hom. 46. c. 2. n. 1.

Cap. 1. n. 26. Et præsit piscibus maris & volatilibus cœli, p. 13. hom. 2. col. 2. n. 5.

Cap. 1. n. 28. Replete terram & subiicite eam, & dominamini piscibus maris & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quę mouentur super terram, pag. 912. hom. 103. col. 1. n. 16.

Cap. 2. n. 1. Perfecti sunt cœli & terra & omnis ornatus eorum, pag. 294. hom. 32 col. 1. n. 8.

Cap. 2. n. 9. Produxit Deus de humo, omne lignum, pag. 971. hom. 110. col. 1 n. 17.

Cap. 2. n. 9. Omne lignum pulchrum visu, pag. 945. hom. 107. col. 2. n. 10.

Cap. 2. num. 17. Præcepit nobis Deus, ne comederemus & ne tangeremus illud, pag. 341. hom. 36. col. 1. nu. 28.

Cap. 2. n. 15. In quacumque die eo 925. hom. 105. col. 2. in fine.

Cap. 2. n. 18. Faciamus ei adiutorii bi, pag. 181. hom. 21. col. 1. n. 32. & pag. col. 1. n. 22. & pag. 181. hom. 21. col. 1. n

Cap. 2. n. 18. Non est bonum homin lum, pag. 553. hom. 60. col. 2. n. 5

Cap. 2. n. 21. Tulit Dominus vnam eius, & replęuit carnem pro ea, pag. 10; col. 2. num. 31.

Cap. 2. n. 23. Quamobrem relinquet l trem suum & matrem, & adhærebit vxor 491. hom. 55 col. 2. n. 20.

Cap. 3. n. 1. Sed & serpens erat callidi 648. hom. 70. col. 1 nu. 16.

Cap. 3. n. 2. Cur præcepit vobis Deus, mederetis de omni ligno, pag 350. hom. 37 num. 21.

Cap. 2. num. 3. Ne forte moriamur, pag hom. 110 col. 2. n. 15. & pag. 978. hom. 111. num. 40.

Cap. 3 nu. 3. De fructu ligni quod est in paradiso, pag. 977. hom. 111. col. 2. n. 17.

Cap. 3. nu. 5. Eritis sicut Dij scientes bonu malum, pag. 468. hom. 52. col. 2. in fine, & 560. hom. 61. col. 1. n. 12. & p. 614. hom. 67. co nu. 27.

Cap. 3. n. 6. Tulit de fructu eius, & come pag. 741. hom. 83. col. 1. n. 18.

Cap. 3. n. 6. Vidit igitur mulier quòd bonu esset lignum ad vescendum, & pulchrum ocul aspectuique delectabile, pag. 474. hom. 52. col. n. 12. & pag. 645. hom. 70. c. 2. n 2. pag. 701. hom 76. col. 2. num 7.

Cap. 3. n. 7. Et aperti sunt oculi amborum, cùm que cognouissent se esse nudos, pag. 861. hom. 98. col. 1. num. 34. p. 618. ho. 68. col. 2. n. 2.

Cap. 3. Supra pectus tuum gradieris, pag. 73. hom. 12. col. 1. num 3. & pag. ead. & hom. 2 2. n. 9.

Cap. 3. Scit enim Deus quod in quocunque die comederitis ex eo, &c pag. 77. hom 13. col. 2 n. 16.

Cap. 3. nu. 7. Cumque cognouissent se esse nudos, pag. 572. hom. 62. col. 2. n. 23.

Cap. 3. n. 10. Vocem tuam audiui in paradiso, & timui eo quòd nudus essem, & abscondi me, pa.

Digitized by Google

Index.

793.hom.89.col.2.n.9.p.840.hom.96.col.2.n.8. & pag.821. hom. 93. col.1. n.1.

Cap.3.n.10. Timui eo quod nudus eſſem, pag. 411 col.1.n.29. hom.45.

Cap.3.n.11. Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas,& induit eos,p.847. hom.97. col.2.n.6.

Cap.3 n.13. Inimicitias ponam inter te & mulierem & ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum,& tu inſidiaberis calcaneo eius, pag. 675. hom. 73.col.2.n 10.

Cap.3 nu.14. Maledictus es ſuper omnia animantia,ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ, pag.11. hom.2. col. 1.in fine.p.910. hom. 102. col.1. in fine & pa. 590.hom 64.col.1.n 15.

Cap.3.n.14. Quia feciſti hanc rem, maledictus eris inter omnia animantia,&c.pag.404. hom.44. col.2.initio,& pa.407.hom.99.nu.41.

Cap.3.n 14. Eiicis me à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra, pag. 583. hom.63. col. 1. n.29.

Cap.3. n.15. Inimicitias ponam inter te & mulierem,& ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum,pag.396. hom.43.col.2.num.10.& pag 551.hom.109 col.1.n.19.

Cap 3.n 16.Multiplicabo ærumnas tuas,& conceptus tuos,pag 943.hom.107.col.2.num.12.

Cap.3.n.16. Sub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tibi, pag. 517. hom.58. col.2. initio, & p 551. hom.60. col 1.n.4.

Cap.3.n.17. Maledicta terra in opere tuo, ſpinas & tribulos germinabit tibi, pag. 16. hom. 3. col.1.n.31.

Cap.3 n.17. In ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in terram, pag.324. col. 1. initio, hom 35.

Cap.3.n.19. Puluis es, & in puluerem reuerteris, pag 533. hom 59. col.2.n.5.

Cap.3.n.20 Impoſuit nomen vxori Euam, eo quod mater eſſet cunctorum viuentium, pag. 396. col.2 n.11.hom.43.

Cap.3.num.22. Nunc ergo ne forte mittat manum ſuam,& ſumat etiam de ligno vitæ & comedat,&c. pag. 401. hom. 44.col.1.n. 2. & pag.708. hom 77.col.2.n.23.

Cap.3.n.22 Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt.pag 565. hom. 61.col.1. initio.

Cap.3 nu.24. Collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & gladium flammeum atque verſatilem,pag.93. hom.13.col.1. num 115.

Cap.3.n.31. Quare hoc feciſti, pag.444. hom. 49.n.26.

Cap.4.n.1. Poſſedi hominem per Deum, pag. 442. hom.48. col. 1.n.61.

Cap. 4. n.3. Factum eſt vt offerret eam munere Domino, &c. pag.582. hom. 62.col. 2. initio: & pag 793 hom 89.col.1.n.7.

Cap. 4.n.4. Quia reſpexit Deus ad Abel, pag. 564. hom. 61.col. 1.

Cap. 4. n.26. Sed & Seth natus eſt filius quem vocauit Enos, iſte cœpit inuocare nomen Domini, pag. 565.hom.61. col. 1.

Cap. 4.n.5.Poſuit Deus ſignum in Cain,vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum, p. 590. hom.42.col.2.n. 27. & pag. 825. hom. 93. col.2. initio.

Cap.4.n.6. Cur concidit facies tua, p.179. ho. 22.col.2.

Cap. 4. nu.7. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, pag. 73. hom.12.col.2. n.8.

Cap.4.nu.7. Nonne ſi malè ſtatim in foribus peccatum aderit,pag.788.hom. 88.col.2. n. 44.

Cap.4.nu.9. Vbi eſt Abel? neſcio, 86. col. 2. initio 8. 98.

Cap.4.n.10. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, pag. 71. hom. 12. n.45.

Cap.4.n.14. Eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra, &c.pag.312. hom.33. col.1. n.8. & pag. 823. hom 93.col.2.initio.

Cap.4. n. 16. Egreſſus eſt Caïn à facie Domini habitans profugus in terra ad Orientalem plagam Edem, pa. 793. col.2. nu. 6. ho. 89. & pa. 860. hom.98.col. 1.n.25.

Cap.4.n.23. Audite vocem meam,auſcultate ſermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum,&c. pag.821. hom. 93.col.1. n.1. & p.826. hom.94. col.2. n.3.

Cap. 4.n.24. Septuplum vltro dabitur de Caïn. de Lameth vero ſeptuagies ſepties, pag.797.hom. 89.col.1. n.28.

Cap.6.n.16. Ingredieris in arcam tu & filij tui, vxor tua & vxores filiorum tecum, pa.454. ho. 50. 50.col.2. in fine.

Cap.6. nu.3. Non permanebit ſpiritus meus in hominem in æternum quia caro eſt,pag.706.col.1. numero 11.

Cap.6. n.2. Videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ,acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant, pag.811.hom.91.col.2.n.21.

Cap.6. nu.5. Videns autem Deus, quod multa malitia hominum eſſet in terra,& cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum, omni tempore, pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra,pa.170. col.2. hom.21 nu.21. & pag. 919. hom.104. col.2. num.14.

Cap.6.nu.8. Noë autem inuenit gratiam coràm Domino, pag.569. hom.62. col.2. n.7.

Cap.6. nu.11. Corrupta erat terra, omnis caro corruperat viam ſuam,pag.157.hom.60 col.1.n.3.

Cap.6.n.16. Et incluſit eum Dominus de foris, pag 917.hom. 111. col.1.

Cap.7. n. 11. Multiplicatæ ſunt aquæ & eleuatæ ſunt arcam in ſublime à terra,pag.420 hom.46. col.2. num.63.

Cap.7.n. 17. Incluſit eum Dominus de foris,pa. 552.hom.60.col.2.n.10.& pa.977. ho.111 c.1.

Cap.8. n.1 Recordatus autem Deus Noë, pag. 420.hom.46. col.1 n.60.

Cap.8. nu 13. Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, primo die menſis, imminutæ ſunt aquæ ſuper terram, & aperiens Noë tectum arcæ aſperxit, viditque quod exſiccata eſſet ſuperficies terræ, pag.557. hom.57.col.2. n.61.

Cap.8.n.21. Nequaquam maledicam vltra terræ propter homines, ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt, &c.pag.413.ho.45. col.1 pag.418.col.2. n.46.& pag.439. hom.48. col.1.n.36 pag.504.hom.57.col.1.n.10.

Cap.9.n.1. Creſcite & multiplicamini & replete terram,& terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, &c.pa.912.hom.103. col.2.& n.17. p.504.hom.57. col.2. n.12.

Cap.9.n.21. Quod cum vidiſſet Cham,p.966. hom.109.col. 2.

Cap.9. n.5. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram, pag.707.hom.77.col.2.n.18.

Cap.9.n.5. Omne quod mouetur & viuit, erit

Digitized by Google

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT IX.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

AB hoc Capite vſque ad finem libri luculentam noſter proſequitur Sapiens precationem pro Sapientia, ſic à Deo ſummis eam expetens votis, vt nullum intactum relinquat lapidem ad præſtandum impellere valentem, quem non moueat, agitet, & veluti funda potenti manu non iaciat, nunc eius magnitudinem recolendo, nunc potentiam, nunc gloriam, nunc magnificentiam, nunc beneficia exhibita, nunc promiſſa, nunc amicos, nunc ſui neceſſitatem, opportunè ſemper importunus exiſtens.

In hoc ergo, primò amicorum reminiſcitur, appellans eum *Deum patrum ſuorum.* Secundò, humanum ſtatum obijcit hominis gubernatione indigentem, vnde ait: *& ſapientia tua, &c.* Tertiò, ſuam exponit neceſſitatem iuxta illud: *homo infirmus.* Quartò, ſuam ab ipſomet Deo electionem, iuxta illud: *Tu me elegiſti.* Quintò, ſapientiæ aptitudinem ad regimen, iuxta illud: *Scit enim omnia*, efficaciſſima ad voluntatem inflectendam argumenta, vt videbimus.

Num. 1. *Deus Patrum meorum, & Dominus miſericordiæ, qui feciſti omnia verbo tuo.*

A *Deus patrum meorum.* Græc. non eſt *meorum*, ſed ſubaudiur, vt rectè Caſtro, Hinc quæritur inter expoſitores, de quibus intellexerit Salomon Patribus, an proprijs, Dauid ſcilicet, ac Berſabea? an communibus, tribus nempe illis Abraham, Iſaac, & Iacob? *Caſtro.* 1. De quibus patribus intellexit Salomon, an proprijs, ad communes oratio.

Aliqui de proprijs: cum particularia Dei in Dauid, Berſabeamque extiterint beneficia. Vnde Lucifer pro Athanaſio legit, *Deus pa-* *Lucifer.*

A

Digitized by Google

rentum meorum, proprios significans Salomonis patres.

Lorinus. Castro. Holkoth. Lyra.

At verius alij, Salomonem communes intellexisse. Sic Lorinus, Castro, Holkoth. & Lyra. Confirmat Lorinus ex familiari Hebræorum vsu in oratione Patriarcharum nomina recolentium, vtpotè Dei maximè amicorum. Quod vtiq; facit, vt Deum sibi promptũ reddat, beneuolum, & ad præstandum promptũ, sicut & idẽ agit ex eius misericordia, potentiaque, dum ait: *Dominus misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo.*

Exod. 3. num. 15.

Primò ergo, magnum illud Deo repræsentat beneficium, & charitatem, qua voluit commune cum hominibus participare nomen Exod. 3. n. 15. *Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meũ in generatione & generationem.* Quasi non satisfactus nostram communicaturus imaginem substantialemque similitudinem, nisi & communicatiõ etiam esset nominum, ita, vt totus ipse homo fieret, non solum nostram recipiens naturam, sed & nomen, ita amore impatiens, vt quia tempus adhuc non aderat carnis communicationis, appetijt nominis; & quia homo dici adhuc non poterat, voluit Deus hominis nominari, & esse, sic eius amans, sic eum diligens, & pro illo sic deperiens, vt merito exclamet Chrysost. homil. 4. de fide Abrahæ: *Apud homines à Dominis serui, à maioribus minores appellationem sumunt. Apud Deum autem contra. Dominus à seruo denominatur.* Quod fecit, sicut eleganter Philo lib. de Abraham, vt ad orationem confugientes, à spe bona non excluderemur; dum Deum nostra aspiceremus habentem, sua nobis elargiturum minimè dubitaremus. *Deus enim nõ habet opus nomine*, inquit Philo, *attamen humano generi suum nomen elargitus est, vt habentes refugium ad preces, & supplicationes, à spe bona non excluderemur.*

Chrysost.

Philo.

Hinc in oratione ad petita impetranda non solum conueniens, sed valde necessaria sanctorum inuocatio. De qua re nos infra. Immo vnica illius sanctissimi nominis super omne nomẽ existentis ad cuius inuocationem, *Omne genu flectitur cælestium, terrestrium, & infernorum*, ad Philipp. 2. numer. 11.

Ad Phil. 2. num. 11.

At cur non dixit *Deus meus*? sed *Patrum meorum*? Rectè Hug. Cardinal. hic, quia fauore patrum sæpè misericorditer agitur cum filijs. Vnde specialiter illi nominãtur, qui à Deo amplius dilecti, vt inquit Phil. vbi sup. vel, vt idem Hug. *Propter tres virtutes, quæ per eos significantur, scilicet fidem, spem, & charitatem à quibus omnis oratio pondus habet.*

Hug. Cardinal.

Dominus misericordiæ. Lucifer *misericordiarum*, beneuolentiam conciliat à nomine, quo maximè delectatur Deus, qui misericordiæ dicitur, non tantum, vt sit idem quod Dominus misericordiæ: sed quia dominium suum declarat, miserãdo potius, quàm quoduis aliud opus exercendo, qui non ab alio, quàm à seipso mouetur ad miserendum, bonitate ipsum impellente sua, omniaque sua ad misericordiam præstandam applicante attributa, etiam iustitiæ, vt optimè Lorinus hic, quatenus puniendo tollit deformitatem iniquitatis, quæ est miseria maxima. Nisi enim Deus puniret, læsa maneret iustitia, & impunita iniquitas. Hinc Deus semper misericors, siue puniat, siue dona conferat.

Lucifer.

Lorinus.

Ex quo, vt Nyssen. ait orat. 5. de beatitudine, propria deitatis nota misericordia, qua si quis insigniatur, ad deitatẽ euehitur, nulla breuiori via, seu compendiosiori ad illam accedere valens. *Si ergo misericordia appellatio Deum decet*, inquit Nyssen. *ad quid aliud te formo hortatur, nisi, vt Deus fias, tanquam formatus, & insignitus propria nota deitatis. Ex quo beati misericordes, quoniam misericordiam consequẽtur.* Matth. 5. n. 7. non solum, qui in alios, sed qui in seipsos, vt idem inquit Sanctus, quatenus à quo exciderint, & vbi sint recolentes, suã condolentes miseriam, in seipsos misericordes sunt. *Si quis igitur seipsum cognouerit*, ait Sanctus, *qualis, & prius esset, & qualis in præsenti sit, is nunquam desinet misereri; talem autem animo affectionem, etiam diuina mimirum misericordia consequetur.*

Nyssen.

Matth. 5. num. 7.

Fecisti omnia verbo tuo, id est, *in filio tuo*, vt volunt multi. Athanasius serm. 3. contra Arianos, & orat. contra idola, Clem. Alexandrin. 5. stromat. Lactantius lib. 4. c. 6. & 9. & alij.

Athanas. Clem. Alexand. Lactant.

Melius qui per verbum Dei imperium intelligunt, sic potens ad omnia exequenda, ac facile, vt non alia interijt difficultas, quàm sit dicere, dixit, & absolutum est negotij: *Dixit Deus: Fiat lux*, Gen. 1. n. 4. *Dicis profecit*, ait Alcuin. quæst. 31. in Genes. *scriptor posuit, vt celeritatem, vel facilitatem operum Dei ostenderet.*

Attribus ergo Salomon hic Dei beneuolentiam conciliat, ab amicis, à misericordia, à facilitate, quod est à sua potentia, quasi diceret, Deus meorum amicus, qui amicorum gratia nil denegas, qui totus misericordia, qui omnipotens, & soloverbo omnia concedere potens, Da mihi quod postulo, quod oro, &c.

HOMILIA PRIMA.

In oratione sanctis inuocandi.

SApientiam assequi exoptans Salomon, vt eam imperret, immo vt Deum ad elargiendum impellat ab inuocatione incipit Sanctorum. Et iure quidem, cum eorum intercessione, immo memoria tantum, quia aliquãdo rogarunt, gratias conferat, misericordiam largiatur, vitam tribuat. *Cum enim subuerteret Deus ciuitates regionis illius*, ait scriptura Gen. 19. n. 29 *recordatus Abrahæ, liberauit Loth de subuersione vrbium, in quibus habitauerat.* Mirũ, Loth iustus, & tamen, vt liberaretur, non eius tantum iustitia, sed & memoria extitit necessaria Abrahæ, eiusque orationis, vt & vita Loth non solum eius iustitiæ, sed orationibus etiam tribueretur fratris. Sic Deus sanctorum inuocationem expetit. *Quid est, recordatus est Deus Abrahæ hoc est petitionis, quam fecit*, ait Chrysost. *ne simul perdas iustum cum impio. Cur igitur dixeris aliquis propter orationem Patriarchæ iustus seruatus est, & non tantum propter suam iustitiam? ita certè propter orationem Patriarchæ. Quando enim quod ex nobis est simul asserimus, & accessit intercessio Sanctorum plurimum nobis confert.* Hæc postrema notanda.

Chrysost.

8. Misericors etiam cùm punit.

9. Homo misericors ad Deitatem euehitur. *Nyssen.*

10. Deitatis nota misericordia. *Matth. 5. num. 7.*

11. Homo misericors in seipsũ quo modo intelligitur.

Athanas. Clem. Alexand. Lactant.

12. Imperium Dei quàm efficax.

13. Deus gratias largitur ex memoria solum, quia sancti eum inuocarũt. *Genes. 19. num. 29.*

14. Lòth liberatus per orationem Abrahæ.

Chrysost.

15. Sanctorum intercessio quæsatum nostram orationem iuuat.

Digitized by Google

3. Cur Deus voluit nomen nostrũ communicare.

4. In oratione necessaria sanctorum inuocatio, & nominis Iesu. *Ad Phil. 2. num. 11.*

5. Cur Salomon meminit Abrahã, Isaac, & Iacob.

6. Deus valde delectatur dici Deus misericordiæ, & cur.

7. Omnia attributa ad miserendũ applicat.

2. Dei magnũ beneficium nominis communicatio.

Intercessio sanctorum ad nostram iustitiam plurimum confert, illud nempe, vt quod ipsa ex se non valet, intercessione valeat sanctorum. Forsitan non liberatus à flammis Loth, & iustus, nisi oratio intercessisset Abrahæ. Colligo, quia ad eũ eruendum coactio extitit necessaria, sic, vt nolentem exire, vi, conatuque Angeli illum expellerent. *Dissimulante illo apprehenderunt manum eius, & manum uxoris, & duarum filiarum eius, eo quod parceret illi Dominus.* vbi sup. n. 16. Adnoto verbum *parco*, quod est *misereri, indulgere* à verbo Hebræo *Hamal*. At quid parcebat? negligentiam, torporem exeundi. Quapropter, nisi Domini indulgentia accessisset, periisset. Vnde Caietan. super illa verba, *eò quod parceret Dominus illi*, sic ait: *Ratio violenta salutis redditur, nõ iustitia meritorum, nec iustitia Loth: sed misericordia Domini peculiaris erga Loth.* Nam, vt benè Lippom. in catena, *Indulgentia non solum peccatorum est, quæ fecimus, sed eorum quoque, quæ per gratiam Dei præmenti emittimus, & quorum occasionem non incidimus.* Negligens ergo Loth, & si iustus, imperfectus, & si bonus: dum ad diuinam vocationem torpebat, ad sui liberationẽ imparem se, vel, vt ita dicam, iustitiã etiam suam imparem reddebat. Quid ergo? accedat deprecatio fratris, & quod propria impetrare non potest iustitia, impetret intercessio alterius, & non solum vocet: sed ex intercessione sancti cogat Deus, efficaciterque liberet. Et sic verissimum quod Chrysost. ait, ad nostram scilicet iustitiam plurimum intercessionem valere sanctorum.

16. Loth non esset liberatus, nisi Abraham pro illo orasset.

vbi sup. num. 16.

17. Quomodo Deus Loth pepercit, & quid. *Caietan.*

18. Peccatorum præuentio ne in illa incidam', Dei est indulgentia. *Lippom.*

B

At amplius hic adnotandum, rectissime Chrysost cum intercessione sanctorum nostra adiutrixisse opera: nam subiungit. *Quod si ipsi negligentes fuerimus, & spem in illis solum collocamus nostræ salutis: nihil amplius nobis proderit. non quod infirmi sunt iusti, sed quia propter nostram desidiam nos ipsos perdimus.* Nil melius. Sic enim sancti inuocandi, qui cum Deo potentes, vt nos desides ne simus imitari ea, quibus ipsi ad illam cum Deo potentiam venerunt. Nam alias, vt eleganter Areopagita Cap. 7. Ecclesiast. hierarch. hoc idem prorsus esset, ac si quis eruens sibi oculos, lumen peteret solis. *Nam profecto*, inquit, *idem* fit, ac si quis sole suos radios sanis largiente oculis, sibi oculos eruens, solaris luminis particeps fieri postulet: sic impossibilium superflua spe ille suspensus est, qui sanctorum flagitat preces, & naturæ ipsorum consentaneas sacras operationes abigit. Nil melius. Operationes naturæ sanctorum contrarias moliuntur, & vt ipsi orent, expostulant. Quid insanius? cùm sic malè operando destruant, quod sanctus orando impetrare posset. Hinc non orant illi, quando hoc videt, qui cum prudentes, & cordati preces in vanum fundere negligunt: immo Deus, vt illas fundant, interdicit. Sic Hieremias cap. 7. n. 16. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obstes mihi, quia non exaudiam te.* Cuius rationem adiungens, eam profecto addit, quam Dionysius, vnde sequens ait. *Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem? filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ cæli & libent dijs alienis, & me ad iracundiam prouocent.* En ratio orationis interminationis, populi mala opera, & naturæ Dei inconsentanea. Hinc

19. Cum inuocatione sanctorum nostra necessaria cooperatio. *Areopag.*

20. Pulchrum Areopagitæ exemplum ad illud probandum.

21. Sancti pro quo non orant. *Hierem. 7. num. 16.*

22. Deus cur interdicit orationem.

& frustra oraret Hieremias, & ipse frustra preces petijssent.

In qua re valde adnotãdum quanti Deus orationem sanctorum *faciat*, quantamque *nos* ipsé, si illi pro nobis orent, concipere possimus, vt seruorum suorũ orationem quodammodo respectans pro impijs iubet ne orent, vt si forte illi preces funderent, & inexauditi recederent, aut orationi culpam refunderent, aut de Dei amicitia ob sua demerita diffiderent. Quod notauit idem Chrysost. vbi sup. in hunc Hieremiæ locũ, dum ait. *Vide Domini misericordiam; prædicit Prophetæ, vt ne cum post orationem non exaudiatur, tribuat hoc suis demeritis; & ideo iam prædixit ei populi malitiam, & prohibet ne precetur, ne ipse scire queat immodicam Iudæorum peruersitatem.* Interdixit ergo orationem nõ exauditurus; rationem insuper reddidit, quia mala aderant opera; ne inefficacitas orationi tribueretur, aut Prophetæ dementiæ. Tanti Deus amicorum suorum, & merita, & orationem facit.

23. Quantissanctorum orationes faciat, & cur velit, vt aliquando non orent. *Chrysost.*

Immo sic omnia in suorum Deus amicorum intercessione concluſit, vt nisi hæc intercedat, nec gloriam, nec gratiam (vt semel omnia includamus) velit vnquam dare: immo quod nec dedit. Enumero si rectè attendas, & Christum nõ vt Deum, sed vt hominẽ velis considerare, certo inuenies ipsum non solum orasse, & orationem ad patrem fudisse, dum in terris: sed secundum veriorem sententiam etiam nunc verè pro nobis in cælis orare. Sic Diu. Thom. in 4. dist 15. qu. 4. art. 6. ad 1. & in epist. ad Rom. ca. 8. lect. 7. & expresse lect. 4. super Hebr. c. 7. vbi ait. *Interpellat pro nobis primo, humanitatem suam, quam pro nobis assumpsit, representando; item sanctissimæ animæ suæ desiderium, quod de salute nostra habuit exprimendo.* Eandem etiam sententiam sequuntur Benauent. tom. 1. opusculorum opuscul. 39. de vita Christi cap. 98. Abulens. qu. 142. in Matt. cap. 14. orat ergo nunc in cælis pro nobis Christus: immo interpellat, vt ait Paul. ad Rom. 8. n. 34. & ibid. cap. 7. n. 25. & 9. n. 29. ob quod eum nostrum appellat aduocatum Ioannes epist. 1. c. 2. n. 1. At non vt Deus: cum oratio sit indigentis inferioris ad superiorem. Ergo vt homo, vt Dei amicus, vt sanctus, vt iustus. Quod cum verũ sit, perpende an alicui deus vnquam gloriam dedit, aut gratiam, nisi oratio Christi intercessisset, nisi ipse rogauerit. O verè necessaria sanctorum intercessio, quicquid garriant putridi hæretici: dũ omnia Deus in ea voluit, vt concluderentur, & ne impij inanem inuocationem sanctorum dicerent, inter eos, & sanctum constituit, cuius oratione, & prece cuncta nobis, & quæ in cælis, & quæ in terris elargitur. Vnde rectè Ambros. lib. de Isaac c. 8. ait: *Ipse Christus est os nostrum, per quod patri loquimur; Oculus noster, per quem patrem videmus; dextra nostra, per quam nos patri offerimus.*

24. Omnia in intercessione orationi sanctorum concluſit.

25. Christus nunc in cælis pro nobis orat. *S. Thom.*

26. Quomodo orat. *Benauent. Abulens.*

27. Pro nobis interpellat. *Ad Rom. 8. num. 34. & 7. num. 25. & c. 9. n. 24. Ioan. epist. 1. c. 2. num. 1.*

28. Hæretici confundantur intercessionem negantes sanctorum. *Ambros.*

29. Christus os nostrum, oculus, & dextra nostra.

Hinc ad eius instar pro nobis sancti etiam in cælis orant, mediatores nostri facti inter nos, & Christum, sicut ipse immediatè inter nos, & patrem, iuxta illud Paul. ad Hebr. 7. n. 25. *Accedens per semetipsum ad Deum semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Mediatores inquã non pro nobis soluendo, sed intercedendo, & orando, vt nobis participes simus diuinitatis, quemadmodum Nazianzen. loquitur orat. ad Gregor. Nyssen. vbi Martyres *diuinitatis consequende mediatores*

30. Sancti mediatores inter nos, & Christum. *ad Hebr. 7. n. 25.*

31. Quomodo intelligendi sint. *Nazianz.*

Digitized by Google

Cyrill. Deut. 5. num. 5.

appellat. Et Cyril. lib. 12. theſaur. c. 10. Propheras, & Apoſtolos omnes ſuiſſe mediatores affirmat. Vnde Moyſes Deuter. 5 n. 5. audet, & dicit: *Ego ſequeſter, & medius fui inter Dominum, & vos tempore illo*, quando ſcilicet deſcendens Dominus ad dandam legem, eius præſentiam populus non ſuſtinens, à voce tremefactus obnixe rogauit Moyſem, vt ipſe eis, non Dominus loqueretur. Exod. 20. n. 19 Tunc inter Deum, & ipſos mediator extitit Moyſes, vnde ſequés ait, *Vt annuntiarem vobis verba eius; timuiſtis enim, & nõ aſcendiſtis in montem.* Ergo vt populus legẽ acciperet, vt Deum audiret, vt ipſum non extimeſcerer, & ſi benevolus, & ſi amans, & non ad

Exod. 20. num. 19.

31. Mediator inter Deum, & populum.

puniendum, ſed elargiendum deſcenderat, mediator neceſſarius. Quid ergo, quando Deus iratus, quando ob peccata inimicus, quãdo non ad elargiendum, ſed ad iudicãdum deſcendit: nunquid tunc mediatoribus non erit opus? ô ſtulti! ô inſenſati, qui hoc aſſerunt, qui hoc affirmant!

33. Efficax ratio interceſſionis ſanctorum cõtra hæreticos.

At quomodo eos non inuocabimus, ſupplicesque preces non effundemus, dum non ſecus, ac Angeli noſtri ſint protectores, rectores gubernatores: Apoc. 2. n. 26. *Qui viceriſ*, inquit, *& cuſtodierit vſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à patre meo* Vbi adnotandum cum Victorino, Areta, Lirano, & Bellarm. tom. 2. cõtrouerſ. controu. 7. lib. 1. c. 18. de inuocatione ſanctorũ, hic loqui Ioan. nõ de ſanctis viuis, ſed mortuis: nam ait. *Qui cuſtodierit vſque in finem opera mea*, hoc eſt vſque ad mortem; & per virgam, nõ ſolum ſignificare punitionem, vt multi volunt, & iudicium confeſſionis cum Chriſto in die iudicij: ſed etiam gubernationẽ, & regimen paſtorale, quod fit ante reſurrectionẽ. Et dicitur ferrea per inflexibilitatem, & rectitudinẽ, vt vult Aug. in Pſal. 2. ſuper illa verba: *Reges eos in virga ferrea.* Vnde Dauid Pſal. 44. n. 9. ait: *Virga directionis, virga regni tui*, hoc eſt virga rectiſſima, qua dicitur cõfringere peccatores tanquam vas figuli; hoc eſt, vt inquit Aug. *Conteres in eis terrenas cupiditates, & veteris hominis lutulenta negotia, & quicquid de peccatore limo contractũ atq; inuetum eſt.* Quapropter rectè ſanctis cũ Chriſto in cęlo conſistentibus regimen promittitur paſtorale à Chriſto eis communicatum, vt ſicut cum ipſo in iudicio cõſeſſuri ſunt: ſic etiam & ante illud ſimul cum eo regant, gubernent, ac animas, cooperatores eius facti, in cælum deducant. Egregiè hoc S. confirmat Leo ſer. 2. de anniuerſario eius Aſſumptionis, dum Petrum aſſerit ſanctiſſimum plenius, ac potentius nunc in cælis agere, quæ prius, fortiuſque regiminis nunc munus paſtorale in cælis exercere, quàm tunc in terris. *Petrus*, inquit, *nunc plenius, & potentius ea, quæ ſibi commiſſa ſunt, peragit, & omnes partes officiorum, atq; curarum, in ipſo per quem eſt glorificaturus, exequitur.* Nam, vt benè Ionas Aurelianenſis Epiſcopus li. 2. de cultu imaginum, Biblioth. patrum tom. 9. affirmat, dicens, impertinens eſſe, quòd *ſicut non videtur Petrus ſedere in cathedra Romanæ vrbis: ita non habeat eum cura Eccleſiæ defenſionis, quaſi non multo magis, & familiarius pro nobis intermenire poſſit liber à mortalitatis vanitate, quã olim depreſſus terrena inhabitauerit.* Notanda ratio. Depreſſus, & in mortalitatis carcere detruſus pro nobis intercedebat, & nũc liber, ac ſolutus non intercedat? vnde rectè Baſil. oratione in 40. Martyres eos ſocios appellat curatum, generis humani cuſtodes, apud Deum legatos dicens: *O ſanctum chorum! ô ſacrum ordinem! ô cuneum inexpugnabilem! ô communes generis humani cuſtodes! optimi curarum ſocij, precum, ac votorum nuncem ſuffragatores.* Et Ambroſ. lib. 8. in Lucam in fine eos ſic hominibus præeſſe affirmat, ſicut Angelos. *Sicut Angeli præſunt*, inquit, *ita & ij, qui vitam meruerint Angelorum.* Ergo ſi noſtri rectores, ſi noſtri gubernatores, ſi noſtri legati apud Deum, quomodo orandum ſine eorum inuocatione?

Baſil.

38. Sancti ſocij curarum noſtrarum.

Ambroſ.

39. Præſunt ſicut Angeli.

Enimuero exauditionis, gratiæque conceſſionis nullum maius extare poteſt ſignum, quàm ſi Deus noſtris ſe præſentem exhibeat precibus. Impoſſibile quippe fiet, vt præſens exiſtens non exaudiat, non concedat. Hinc Salomoni, quia orationes in templo futuras exaudire reputabat, ſuam in eo præſentiam promittit 3. Reg. n. 3. *Sanctificani domum hanc, quam ædificaſti, vt ponerem nomen meum ibi in ſempiternum, & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.* Sicut è contra, quando ſi indignatus exaudire iam nolebat, protinus templum illud è conſpectu ſuo abolitum promittit. *Si autem auerſi fueritis, &c. Auferam Iſrael de ſuperficie terræ, & templum, quod ſanctificaſti nomini meo, proiciam à conſpectu meo.* Indignum quippe ſuæ reputans maieſtatis, vt non exauditurus præſentem ſe exhibeat, quaſi inſimulatum: cum ſimpliciſſimus in ſe ſit, aures ad audiendum præſtans, cor autem auferens, voluntatem benefaciendi negans. Merito ergo certiſſimum impetrationis ſignum Dei eſſe præſentiam affirmamus. At ſi hoc quando amplius Deus præſens, ſeu quando certius, niſi quando inuocatione noſtra nobiſcum ſunt ſanctorum? Pulchrè Baſil. vbi ſup. beneficium à Deo populo exhibitum ex morte ſanctorũ 40. Martyrum expendens, hoc, quod nunc dicimus, confirmat dicẽs. *Sæpè operam dediſti, ſæpè laborauiſti, vt vnum pro vobis orantem inueniretis. Quadraginta ſunt, & vnam orationis emittentes vocẽ. Vbi enim ſunt duo, vel tres in nomine Domini cõgregati, ibi Deus eſt; vbi vero quadraginta fuerint, quis dubitet Deum eſſe præſentem?* Pulchrè. Vbi tres in nomine Domini congregati, ibi Deus eſt, & cõgregati dum in hac vita, vbi non ſic Deo chari, non ſic puri, non ſic ſtabiles in gratia, non ſic intimi, ac perfecti eius amici; quid ergo, quãdo in cęlis non duo, vel tres, ſed quadraginta, ſed centum, ſed mille ad orationes noſtras, & inuocationes noſtras permoti ſe cõgregabunt, vt pro nobis orent, intercedant, vota que emittant? nunquid non in illis Deus, & per illos nobiſcum, ita quod impoſſibile fiat, vt non exaudiat, vt noſtras non admittat preces?

40. Orationis exauditionis ſignum Deũ eſſe præſentem.

3. Reg. 9. num. 3.

41. Deus cur templa deſtruit.

Quod ſi recuſat, quod etſi ſui licet congregati aſtare, tamen non vult animã, & cor ab illis auertens ſuum, ſic malum eſt ſignũ, vt quaſi de acta re prorſus deſperandũ, ac ita eius obſtinata intelligendum ira, vt auertere eam prorſus ſit impoſſibile, tam potentia ſunt aliquãdo peccata, ſic ſcelera horrenda, vt naturę quodammodo Dei vim inferant, obſiſtantque adeo, vt dum ipſe vbi duo in nomine eius congregati in medio eorum promittat eſſe, malitia efficiat peccatorum, vt nõ ſit, quia non vult preces audire, gratiam refundere, quod eſt ſenſus grauiſſimæ illius Dei ſententiæ

42. Nobis præſent, quando pro nobis ſancti orant.

43. Deum vt inexorabilem faciunt peccata.

44. A ſanctis peſtilla clamatur & ſi in vnum fiat congregati.

37. Petrus ſanctiſſimus nunc in cælis vt officium regit paſtorale cum Chriſto.

Ionas Aurelianenſ.

Cap. 9. Num. 1. Hom 1, 2,

Hiere. 15. num. 1.

Hierem 15.n.1. ipsum scilicet cũ populo non affuturum, etiam si coram ipso Moyses staret, & Samuel cap.10.nu.1. *Et dixit Dominus ad me, si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* Mirum, vt Deus cum populo stare neget, etiam si Samuel, & Moyses ipsum orent, & ante ipsum stent. Vnde hoc, nisi ex malignitate populi, eiusque peccatis, quasi iram Dei obstimarunt, vt oratio non proficeret sanctorum? Nam, vt benè Greg. Moral. lib. 8. c. 9. ait, *Ira Dei, & resistit valet, quando ipse, qui irascitur, spiculatur, & resistit omnino non valet, quando se & ad vlciscendum excitat, & ipse precẽ, quae ei funditur non aspirat; hinc ad Hieremiam dicitur, si steterint Moyses, & Samuel, &c.* Grauiter quidem, etiam si ij duo amicissimi steterint, quibus quasi placulum aliquid denegare: promittit tamen negaturũ, quia sic populi peccatis exigẽ- B
tibus ad vlciscendum se excitauit, vt preces non aspiraret, nec rogari vellet. Quapropter sibi homo imputet, non sanctorum intercessioni, si aliquando inauditus recedit, vt potè manus extendens, *supplicationis indicia occasionem ire, non placationis ostendens*, vt inquit Basil. oratione 7. de precatione, videat an peccata obstẽt, an Deus iratus; & contremiscat, cum quantum ex sanctorum intercessione, vbi ipsi cõgregati coram Deo stant, ibi iuxta Basilium Deus, quorum intercessione & afflictus à malis liberatur, & gaudens in bonis conseruatur. Quapropter egregiè vbi sup. sequens sanctus ait. *Qui aliqua premitur angustia ad hos cõfugit, qui laetatur ad hos recurrit, hic, vt à malis liberetur; ille, vt duret in rebus latis. Hinc mulier orans pro filii auditum, peregrinanti viro reditum incolumem; aegrotanti vero salutem implorat.*

46. Homo sibi imputet si non exaudiatur dum sancti orant. *Basil.*

47. Orationis sanctorum efficacia quanta.

Et merito quidem: nam si hic dum in terris, dũ carnis onere pressi, dum in peccatis inuoluti, & si leuibus, dum & pro se orare, sic cum Deo potentes; quid ibi, quando sine onere, sine peccatis, quando non pro se orare tenentur? vnus equidẽ Moyses hic adhuc viuens pro sexcentis stat millibus, contra Dei iram se opponens, Deum quodammodo deuincens, Exod. 32 n. 10. quid nunc putamus in cælis posse? vnus Stephanus Act. 7. n. 59. pro persecutoribus orans, Paulum Deo generare, & ex leone agnum reddere meruit; qualem nunc peccatoris conuersionem à Deo non impetrabit? vnus Paulus catenis adhuc vinctus à morte, & tempestate ducentas septuaginta, & sex meruit eripere animas, vbi supr. 27. nu. 24. à quali nunc tempestate, mortisque periculis animas non liberabit? si sic potentes sancti in terris, quales nunc in cælis? Pulchrè Hieron. contra Vigilantium, seu, vt ipse ait, dormitantium (in nullo hodiernorum peior dormitantium) hoc prosequens argumentum stultitiam admiratur hominis, affirmans viuentes mutuis se iuuare posse orationibus, post mortem vero nulla oratio pro alio exaudienda. *Si Apostoli*, ait, *si Martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro ceteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post coronas, victorias, & triumphos? vnus homo Moysen sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam. Et Stephanus imitator Domini sui, & primus Martyr in Christo, pro peccatoribus veniam deprecatur, & postquã cum Christo esse coeperint, minus valebunt? Paulus Apostolus ducentas septuaginta, & sex sibi dicit in nauli animas condonatas, & postquam resolutus esse cum Christo, tot millia Martyrum, & Confessorum, & Virginum, qui in toto orbe ad fidem Euangelij crediderunt, mutire non poterit? nec plus quae viuus, & inter canes viuens, quàm ille Leo mortuus?* Nil melius, & postrema notanda contra huius temporis dormitantes canes. Ergo ne melius tunc, quando viuens Lutherus, Caluinus, ipsorumq; tot mine nunc sequacium suorum, quàm Petrus, & Paulus in cælis, leones quippe in spiritu viuentes, & si corpore defuncti, bene belle; mali recalcitrantes contra Dei Ecclesiam, contra Dei amicos, contra & ipsum Deum rugiri suo plus cum Deo erunt potentes, quàm Petrus & Paulus orationibus suis? Absit hoc credere cordato viro. Non equidem solum nunc Petrus & Paulus in cælo potentes, & validiores, validioresque, quàm tunc quando in terris.

Enimuero inter cætera in eo præcipuè sublimitatem Christi pontificatus supra antiquũ sanctissimus Apostolus reposuit Paulus, vt potè non orationibus indigens, neque hostijs, vt prius pro se Deum placaret, deinde pro populo ad Heb. 7. n. 26. *Talis enim*, ait, *decebat, vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cælis factus, qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo.* Nam, vt pulchrè Remig. hic, si ipse cum peccatis, quomodo pro peccatoribus satisfacere poterat? Hoc autẽ propè esset, ac si pro rationali homine, irrationale offerretur animal. *Pontifices Iudaeorum*, ait Remig. *peccatores erant, & ideo necesse habebant pro suis delictis hostias offerre; & idcirco sacrificia illa hominẽ iustificare non poterant, quia inconuenientia erant, vt pro homine rationali, irrationale animal offerretur.* Ergo, vt satisfactum Deo ex ingore esset iustitię, vt pro peccatis exaudiri meruisset, talis nobis decebat, vt veniret Pontifex, innocens, impollutus, sine necessitate pro se offerendi, Deumq; placandi. Sic equidẽ nunc sunt Dei gratia sancti in cælis: merentur pro nobis exaudiri, quia necesse non habent pro se orationem fundere, & tales decebat, vt nobis Deus prouideret oratores, quemadmodũ & sacerdotem; vt sicut iste à Deo exauditus, quia innocẽs, quia impollutus, quia sanctus, quia pro se hostias offerre non indigebat: sic & illi exaudirentur, quia nunc innocentes prorsus, impolluti, sancti, nulla indigentes orationis pro se hostia, nullaq; deprecatione. In qua re duo mira aduertẽda: Primum, Dei in nobis ineffabilis misericordia, ac simul prouidentia, vt quia sancti in terris, aut quilibet alius homo pro altero orans, aut peccatis, aut imperfectionibus sic exigẽtibus suis poterat eius impediri oratio: De hominibus prouidit, & eorum orationibus sanctorum, qui omnino sic impolluti, & sancti, vt quantum ex se nullo modo eorum possit impediri, aut deturbari oratio. In qua re summa Dei in nobis exclaref- cit prouidentia; quantumq; summus ille æternus pater nostra consideraut. Et secundum, quantũ dæmoni famulantur ij, dum inuocationẽ prohibent sanctorũ, cum iste eorũ efficacitatem prequidens orationum nunc in cælis existentium, & inefficaciam eorũ, qui in terris, summo intentat conatu (vt potè ad nostrã intendẽs ruinam), vt viuentium, ac in terris degentũ dicat necessarias orationes; non vero eorũ cum Deo regnantium. Benè enim versutus callet hæreticorũ orationes apud Deum ponus esse ex occasionẽ, quàm pla-

49. Pontificatus Christi sublimitas supra antiquũ in quo. *Ad Hebr. 7. nu. 26.*

50. Innocentia Christi ratio.

Remig.

51. Sacrificiorũ antiquorum ineffectia ratio.

52. Orationis sanctorum efficaciæ optimà ratio.

53. Dei summa bonitas, ac ineffabilis prouidentia in intercessione sanctorum.

54. Dæmonis astutia in tollendis intercessionibus sanctorum.

55. Hæreticorum orationes Deus (homachat.

Digitized by Google

cationis;& hęreticum orantem Deum ad stomachum incitare, non ad misericordiã: cum de illis sint de quibus magnus profitetur Basil. orat. 2. de precatione, à quibus Deus oculos auertit, ne videat. *Hæc est causa*, ait, *cur Deus oculos auertere soleat quando manus extendimus, quòd indicia supplicationis occasionem ira præbeant. Quemadmodum enim si quis interfecto filio alicuius, quem ille in oculis ferebat, adhuc cruore conspersas manus habens, tendat ipsas patri, etiã tum stomachãti, petens in amicitiã vt se recipiat: nonne sanguis filij, qui in manu eius apparet, qui filio necem attulit ad iram magis incitabit eum, cui iniuria facta est? Ejusmodi etiam sunt Iudæorum preces.* Adde tu & hæreticorum. Hinc has expetit, sanctorum vero respuit; cuius conatibus famulantes nunc non hæretici, sicut antiqui eodem spiritu imbuti maligno, in eius obsequium, ne inuocationibus torqueatur sanctorum eas prohibent: cùm pro certo æstimandum non sic ab igne torqueri dæmonem infernali, ac sanctorum inuocationibus, ac proinde ab eorum abhorret inuocatione, vt egregiè Hieron. vbi sup. contra Vigilantium, affirmas, ideo de cineribus sanctorum malè illum sentire, ne diabolus, qui in illo, simul ab illis torqueretur. *Sentio, sentio*, ait, *infelicissime mortalium, quid doleas, quid timeas. Spiritus iste immundus, qui hæc te cogit scribere; sæpè hoc vilissimo tortus est pulvere: immo hodieque torquetur, vt qui in septagas dissimulat, in vateris confitetur.* Et paulò infrà: *Do consilium. Ingredere basilicas Martyrum, & aliquando purgaberis. Invenies ibi multos socios tuos, & nequaquam cereis Martyrum, qui tibi displicent, sed flammis inuisibilibus cõbureris, & tunc fateberis, quod nunc negas.*

Basil. 56. Peccator etiam in fatu peccati, non se pœnitens, potius iram excitat, & cus.

Hieron.

Hinc profecto fideles contrario spiritu imbuti, vtpotè diuino à sanctissimis Apostolis accepto, nunquam in oratione se prosternunt absque sanctorum in cælis existentium inuocatione, eorum memoriam apud Deum recolentes, quos sciunt illi gratos, efficacissimamque apud eum ad elargiendũ existere. *Non frustra ab Apostolis*, inquit Basil. serm 3. *sanctum est, vt in celebratione venerandorum mysteriorum* memoria fieret eorum, qui hinc discesserunt; nouerunt illis *multum hinc emolumenta fieri.* Quod si memoria tantum sanctorum sic apud Deum valet, quid quæso æstimandum eorum valere orationem?

53. Orationes cur semper cum intercessione sanctorum iungantur. Basil.

Certè iustus, & sanctus erat Ezechias, Dei amicus, per se exauditione dignus; tamen contra Sennacherib orãs 4 Reg 19. licet quòd à Deo exauditus audierit ab Isaia; tamen & seruaturum Hierosolymam Deum ob merita, & memoriam Dauid, simul intellexit num. 20. *Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiam dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israel; quæ deprecatus es me super Sennacherib Rege Assyriorũ audiui.* En Rex Sanctus à Deo auditus, sed nunquid ob ipsum solum? Attende infrà n. 34. *Protegam vrbem hanc & saluabo eã propter me, & propter Dauid seruum meũ.* Hoc equidem ne putaret sola sua exauditus iustitia, & non etiam ob memoriam Dauid, eiusque intercessione. Ad doctrinam nostram, & hæreticorum confusionem hæc scripta sunt. Nam si iustis memoria, & intercessione sancti indiguit, quid nos peccatores? *Et cum esset Ezechias iustus*, ait Ionas Aurelianens. Episc. lib. 2 de cultu imaginum, *rogabat Deũ, & prostratus lachrymis deprecabatur, vltionem de aduersarijs postulans, venit ad eũ Isaias, & dicit: Reputaretur ille, quia*

4. Reg. 19. num. 20. & 34.

Episcop. Aurelian.

iustitia sua exauditus est (sola nempe) *dicit ei: Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid seruum meum. Dauid mortuus est, & merita eius viuunt. O rem admirãdam! ô ineffabilem clementiam Dei! homo mortuus viuo patrocinatur. o iustorum, & post consummationem inexpugnabilis pugna virorum!* Hinc beati merito dici possunt, qui non solum in terris, sed in cælis sanctos patronos habent, qui domesticos ibi pro illis orãtes, deprecantes. Calamitates Regis enarrans Isaias Assyriorum cap. 31. n. 8. sic tandem concludit *Hæc dixit Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem.* Quæ verba sic vertunt Septuaginta. *Beatus, qui habet in Sion semẽ, & domesticos in Hierusalem.* Scio Cyrill. & Procopium. Leonem de Castro. & alios, pro Sion & Hierusalem Dei Ecclesiã intelligere, in qua beatus reputari potest ilians mille, filiosq; creans spirituales. Vnde Cyrill. *Beati, qui recipiunt fidem Christi, & pariunt filios spirituales Ecclesiæ.* Tamé placet nunc iuxta magnum Greg. homil. 22. in Ezechiel. pro Syon Ecclesiam intelligere, pro Hierusalem vero cælestem beatitudinem. In qua re, vt ipse inquit, amor noster perficietur, qui tantũ hic inceptum habuit. *Dei in hac vita sancti tantum diligere non possunt, quãtum debent, quia adhuc non valent videre quem diligunt, & mensura amoris minor est vbi minor est mensura cognitionis. De hoc amore, qui hic incipitur, vt ex visione Domini in æterna patria perficiatur, vellã Isaias loquitur: Dixit Dominus, cuius est ignis in Syon, & caminus eius in Hierusalem. Plus est autem caminum esse, quàm ignem, quia esse ignis & parum potest; in camino autem vastior flãma succenditur. Ex amore ergo Dominus in Syon ignis, in Hierusalem caminus, quia hic eius amoris flãmis aliqualiter ardemus, vbi de illo aliquid contemplamur: sed ibi plenè ardebimus, vbi illum plene videbimus, quem amamus.* Secundum Gregor ergo superna illa beatitudo per Hierusalem intelligitur, sicut per Syon sancta Ecclesia. Ergo iuxta Isaiam beatus qui habet in Sion semen, in Ecclesia scilicet sancta, qui pro illo orent. Et insuper beatus, qui in illa superna patria. Ex quibus orationibus, infernis scilicet, & supernis adiutus, ad eam ascendere valebit; iterque arduum consummare virtutũ aliquarum, ad quarum cõsummationem nullum præpotentius auxilium, quàm supernorum ciuium, & qui iãm decesserunt. Nolo tantum sanctorum ad hoc probandũ authoritate vti, sed ad hęreticorum confusionem cuiusdã etiam gentilis Christi amoris illius in hac parte. Seneca enim ad Lucillum scribens epist. 51 postquam dixerat arduum virtutis esse iter, sic ait. Imus per obstantia; itaque pugnemus, & aliquorum inuocemus auxilium; quem inquis, inuocabis: hunc, aut illum? tu etiam ad priores reuertere, qui vacant; adiuuare nos possunt non tantum qui sunt, sed qui fuerũt. Quid pulchrius, seu quid firmius, si Catholicus dixisset? Solo quippe lumine hic imbutus naturali sentijt præteritos, & qui nos præcesserunt melius, quàm præsentes nos adiuuare posse, nempe quia vacãt, quia onere carnis spoliati, quia sine curis, sicut alij qui in terris, reputans, & digne, quia nõ corpore, & anima mortui. ac proinde, & nostratum etiam solliciti. O ethnicos stolidiores hæretici, qui hoc negant, ipso naturali priuati lumine. Et merito quidem: nam dum supernum, & Catholicũ respuere non veriti sunt, infernum, & dia-

59. Beati, qui in cælis patronos habent.

Isaiæ 31. num. 8.

60. Beatus dicitur, qui in Ecclesia fidelis. *Cyrill. Procopius. Leo de Castro. S. Greg.*

61. Sanctorum intercessio astruitur ex Seneca. *Seneca.*

57. Dæmones torquentur ab orationibus sanctorum.

bolum sequentes vtrumq; amiserunt. At cesset Seneca, supremum illum Theologiæ ducem audiamus Nazianzen. de funere patris sic Catholicè proclamantem, ac de genitore profitentem, vt sicut corpore, & assistétia corporali gregis curam in vita gerebat: sic post mortẽ spiritu, & oratione melius prouisurus. *Nec dubito*, ait, *quin hoc nunc quoque magis postulationi sua faciet, quàm prius doctrina; quippe qui excussis corporeis compedibus, ac face illa mentis puritatem turbante liberatus, propius iam Deo iungitur, ac nudus primam illam, purissimamq; mentem nudam alloquitur, Angelorumque classe, ac libertate (si tam audaci loqui fas est) donatur.* Pulchrè, exaudiuntur sancti, qui in cælis, quia nudi, non enigmate, non sub figuris, non velaminibus inuoluram puram illam, purissimamq; mentẽ alloquuntur, sed clarè, sed nude: cognoscẽtes vti cogniti; ob quod in Angelorum classe subleuati, & si cum timore, & tremore, liberè tamen alloquuntur, ratiocinãtur, non semel, non bis; sed continuè, perseuerãter, opportunè, importunè; donec tandem optata acquirant, petita obtineant. Quis ergo hęc cõsiderans, sanctos in oratione non inuocabit? quis suam agnoscens iniquitatem, dum orat illos, in suum non aduocabit patrocinium? *Recordare Domine Abraham, Isaac, & Israel, seruorũ tuorum*, Exod. 32. num. 13. sanctus dixit Moyses orans Dominum vt eũ placaret, & si ipse sanctus, eiusq; amicus. Quẽ locum expendens Theodoret. ait: *Sanctus Moyses cùm se sufficientem non æstimaret ad placandum Deum adhibuit patrocinium Patriarcharum.* Et ex meritis illorum, quod petebat, obtinuit, Dei scilicet misericordiã, populo peccati cõdonationẽ, iræ diuinæ dimissionẽ: licet potẽs cũ Deo inuocatio est sanctorũ. Vnde nõ minũ quòd sapientiã expostulaturus Salomon, ab eorũ inciperet inuocatione dicens: *Deus patrũ meorũ, &c.*

Exod. 32. num. 13.

Nazianz.

HOMILIA II.

Sanctissimum nomen Iesu in oratione inuocandum, vtpotè ad impetrandum efficacissimum.

SAnctos in oratione inuocãdos diximus; eorũ nomina Deo recensenda, vt impetremus. At quale amplius, nisi illius, cui *omne genu flectitur cælestium, terrestrium, & infernorum*? ad Philip. 2. n. 11. cuius ratio vt plenè intelligatur.

ad Philip. num. 11.

Suppono ex Arnobio lib. 5. aduersus gentes, nõ dispari dẽberi cultum nomini, & personæ alicuius: cùm quantum in se cõnet hæc dignitatis, tantum par est vt eius contineat & nomẽ. Quod de deorũ nominibus ille asserens, sic eloquitur. *Non ipsi dij tantum: verũ etiam nomina debẽt esse reuerenda; quantumq; est in ipsis, qui cẽsentur his nominibus, tantũ esse par est in eorũ appellationib⁹ dignitatis.* Et sanè quidẽ: nam cum nomina, vt alibi sæpè diximus, essentiam, & quidditatem indicent rei, tanquam ab ipsamet, eiusque integra cruta cognitione, dicente Philosopho 4. Metaphys. quòd *ratio, quam significat nomen, est definitio, qua designat propriam rei naturam*, fit, vt ipsa in se nomina illam reportent, ac totã in se illius includãt dignitatem. Hinc benè hoc astutus callens dæmon, vt ab hominibus adorationẽ aucuparetur, & cultũ, principum, potẽtumque, qui colebantur, induere satagit nomen, vt patem induens ex eo maiestatem, pariter iam coleretur veneratione, ac sic quam Deo debitam ab illo auertens, ad se trãsferret, vt egregiè hoc Lactant. Firmian. lib 2. de origine erroris ca. 7. *Vt eorum mentes à cultu Dei auerteret, ait, & filios mortalium Regnorum vultus, & imagines ex aurosex aquisita pulchritudine statuit, cõseratis dextris fecerunt, & illorum filij nomina, quasi personas aliquas induerunt.* Nil melius; induerunt nomina, quasi personas, quia personarum quasi vicarij sunt nomina, & licet illæ per se incommunicabiles, vtpote vltimum rei constitutiuum; communicantur tamẽ per nomina, sic vt personam etiam induere videantur, qui alterius nomen accipiunt, eodem digni honore, eodemque cultu. Quod summa, & ineffabili sua penetrans Christus Dominus noster sapientia, ad patrẽ iturus, ne orphanos vndequaq; suos relinqueret; neque putaret iam, vt quasi destituens potentissimũ apud patrem amisisse in terris, eorũ succurrentẽ necessitatibus, eorumque impetrantem desideria, & si persona in cælos proficiscebatur, quasi suum in terris Vicarũ nomen reliquit, quod suam induens veluti personam, tãtã patri sanctissimo repræsentaret dignitatem; tantamq; cũctis, & quæ in cælis, & quæ in terris maiestatem, vt patet eo audito nil denegaret, & illa ad sonum eius protsus cõtremiscerent. Audi ipsum Dominum Ioan. 16. n. 23. *Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.* Auctoratarũ reuerentiam & tremorem. *Vt in nomine eius omne genuflectatur cælestium, terrestrium, & infernorum* ad Philip. vbi suprà.

Ioan. 16. num. 23.

Nec equidẽ mirum, cum hoc diuinissimũ nomen *Iesu* ab alto, summoque descendens patre, vt optimè adnotauit Bernard. ser. 2. de Circumcisione, illud premens Angeli verbum Luc. 2. n. 21. nempe *vocatum est nomen eius Iesus.* Vbi Bernard. *Vocatum planè, non impositum, nempe hoc ei nomen est ab æterno, à natura propria habet, vt sit Saluator, in natum est ei nomen hoc, non inditum ab humana, vel Angelica natura.* Sic magnũ, sic propè modum infinitũ quoddam in se recludit, vt vocabulum sit vno simul quæ de Christo dicũtur nomina includat: cum, vt rectè D Thom. 3. part. quæst. 37. art. 2. ad 1. cætera, quæ Christo in scripturis imponuntur nomina, hoc quodãmodo significãt, quatenus *salutẽ* nomen importet *Iesus.* quod breuiter prolequẽs sãctus, vt potè loco cõuenienti paulò fusius nobis explicare nõ pigebit.

S. Bern. 65. Nomen Iesus omnia nomina, quæ in scripturis de Christo includit. S. Thom.

Supponendum ergo tripliciter Christi nomina in scripturis inueniri. Aliqua enim de illo metaphoricè dicũtur; aliqua, vt Deus tantum; aliqua vero vt Deus homo. Metaphorica quidẽ prorsus infinita; de eis agit Hieron. in Ezech. 46. super illa verba. *Agnum anniculum, immaculatum faciet holocaustum*, vbi ait: *Nec miretur lector, si idẽ & princeps est, & sacerdos, & vitulus, & agnus, & aries: cùm in scripturis sanctis pro varietate causarum legamus eum Dominum, & Deum, & hominẽ, & Prophetã, & virgam, & radicẽ, & florẽ, & principem, & iudicem, & Regem, & iustum, iustitiam, Apostolum, Episcopum, brachium, seruum vnigenitum, pastorem, filium, & puerum primogenitum, ostium, viam, Angelum, sagittam, & sapientiam.* Dei autem sunt *verbum, sapientia, imago*, incomprehensibilia & ipsis Angelis, vt dixit Lactant. Firmianus lib. 2. diuinarũ institut. cap 7. *Scire conuenit nomen eius neque Angelis quidẽ notum esse, qui morantur in cælis: sed ipsi soli, ac Deo patri.* At hominis Dei multa etiam sunt, vt apud Isaiã 7. n. 14. *Emanuel*, quod interpretatur *nobiscum Deus.* Et apud eundem c 8. n. 3. *accelera spolia, detrahe festinã prædari.* Et cap 9. n. 6. *Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater fu-*

66. Nomina Christi in sacris Scripturis in triplici differentia. Hieron.

Lactant. Firmian.

Isaias 7. num. 14. 8. num. 3. & 9 num. 6.

63. Dæmonis astutia, vt adoraretur. Lactant.

62. Nominis dignitas dignitatem sequitur personæ.

Digitized by Google

turi ſæculi, princeps pacis. Et apud Zachar. 6. nu. 12. *Oriens* etiam dicitur. Ex ijs ergo, quæ in nomine Ieſu includuntur, illa ſunt, quæ de ipſo non metaphoricè, neque vt Deus, ſed vt homo Deus dicuntur, qualia præcipuè ſunt illa Iſaiæ. Quapropter *Ieſum* ſolum nominando, & Emanuelẽ, admirabilem, & Deum, fortẽ, & patrẽ futuri ſæculi, & principem pacis, ac demum orientem dicimus, vt ſcire quanta ſit huius nominis maieſtas intelligamus.

Zach. 6. num. 12.

67. Quomodo nomen Ieſu omnia nomina includat, probatur diffuſe. *S. Thom.*

Hoc autem breuiter ſanctus perſtringit Thom. vbi ſup. ad tollitmãs ex eo quod nomen *Ieſus* ſalutem importat, ac proinde tantum ſit dicere Ieſum, ac Saluatorem, ideo omnia illa in ſe includere, vnde ſic ait. *Nam in hoc quod dicitur Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus, deſignatur cauſa ſalutis, quæ eſt vnio diuina, & humanæ naturæ in perſona filij Dei, per quam factũ eſt, vt Deus eſſet nobiſcũ, quaſi particeps noſtræ naturæ. Per hoc autẽ quod dicitur, voca nomẽ eius, accelera ſpolia, detrahe, deſignatur à quo nos ſaluantur, quia à diabolo, cuius ſpolia abſtulit ſecundũ illud ad Coloſſ. 2. expolians principatus, & poteſtates. In hoc autem quod dicitur, vocabitur nomen eius admirabilis, &c. deſignatur via, & terminus noſtræ ſalutis, in quantũ ſcilicet admirabili diuinitatis conſilio, & virtute ad hæreditatem futuri ſæculi perducimur, in quo erit pax perfecta filiorum Dei ſub ipſo principe Deo. Quod vero dicitur, ecce vir oriens nomen eius, ad idem refertur, ad quod primum, ſcilicet ad Incarnationis myſterium, ſecundum quod exortũ eſt in tenebris humẽ rectis corde.* Ergo ſecundum D. Thom. *Ieſus* nomen idẽ eſt, ac Emanuel, quia quatenus in illo humana, diuinaq; natura reperitur, nobiſcum Deum eſſe dicitur, per quam diuinam nos ſaluati vnionẽ. Verè *Emanuel eſt Ieſus*, quia per ipſius ſalutem nobiſcum eſt Deus. Quod elegãter etiam dixit Tertull. lib. 3. contra Marcionem c. 12. refutans eius argumẽtum in hoc poſitum, Chriſtum ſcilicet non vere veniſſe, quia non [illegible] Emanuel, cui Tertul. *Egote admoneo vt cohærentia quæq; capitulis recogneſcas; ſubinnella enim eſt & interpretatio Emanuelis, nobiſcum Deus, vt non ſolum ſonum nominis ſpectes, ſed & ſenſum. Sonus enim Hebraicus, quod eſt Emanuel, ſue gentis eſt; ſenſus autem eius, quod eſt Deus nobiſcũ, communis eſt. Quare ergo an iſta vox, nobiſcum Deus, quod eſt Emanuel, exinde quod Chriſtus illuxit, agitetur in Chriſto: & puto non negabis, vtpotè qui & ipſe dicas, Deus nobiſcum dicitur, id eſt Emanuel.* Quod amplius infra probans, exinde arguit *Ieſu* nomẽ idem eſſe, ac *Emanuelem*, quia dũ in Chriſto credentes, ipſum induant, ideo cum illis eſt Deus, quia Ieſum induerunt. *Quod ſi Emanuel, ait, nobiſcum Deus eſt; Deus ante nobiſcum Chriſtus eſt, qui etiam in nobis eſt (quotquot enim in Chriſto in ſti eſtis, Chriſtum induiſtis), tam propriè eſt Chriſtus in ſignificatione nominis, quod eſt nobiſcum Deus, quã in ſono nominis, quod eſt Emanuel.* Vnde concludens ait: *Atque ita conſtat venire iã illum, qui prædicabatur Emanuel, quia quod ſignificat Emanuel venit, id eſt nobiſcũ Deus.*

Tertul.

68. In nominibus ſcriptorũ non ſolũ ſpectandus ſonus, ſed ſenſus.

Idem.

Nec tamen nomen Ieſus, & illa ſecum importat, nempe *accelera, ſpolia, feſtina, depredare*, tum ratione ſancti Thomæ, tum eiuſdem Tertul. vbi ſup. c. 13. quatenus ex ſequentibus, quæ adiecit verba Iſaiæ, nempe *quia antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuã auferetur, Septuaginta tollet fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum*, datur intelligi figuratam eſſe locutionem, & puerũ illum lætum deſignare, quæ omnia illa, non armis, non tuba, non equis efficiet, ſed ploratu, & gemitu à mammillis pendens genitricis. *Æque & ſeno nominũ dateris, ait, quàm virtute Damaſci, & ſpolia Samariæ, & Regem Aſſyriorũ ſic accipis, quaſi bellatorem pertendant Chriſtũ creatoris, non animaduertens quid ſcriptura præmittat, quamdiu priuſquam cognoſcat puer; Ante eſt enim inſpectus ætatis demonſtrationem, an hominem iam Chriſtum exhibere poſſit, ne dum imperatorem, ſcilicet vacuã ad arma eſſe cõnotaturus infans, & ſigna belli, non tuba, ſed crepitaculo daturus, non ex equo, vel de curru, vel de muro, ſed de nutricis, aut ceruicula ſua collo, ſine dorſo hoſtem deſtinaturus, atque in Damaſcum, & Samariam pro mammillis ſubacturus.* Nil melius, Acceleta, ſpolia, deprædari vocatus eſt Chriſtus, quia tollere debebat fortitudinem Damaſci, & ſpolia Samariæ. At quando? non equidem homo iam, & vir: ſed puer, & ita puer, vt nec nomen patris aut matris vocare ſciat. Ergo à mammillis pendens, quando infans oſtenditur, vocatum eſt nomen eius Ieſus. Tũc enim, vt idem inquit Tertull. ſpolia abſtulit Samariæ, & fortitudinem Damaſci, quando ad ſe aduocatis Magis munera ab ipſis accipiens, de-luſum reddidit Herodem, Gentilitium ſaluans, Iudaiſmum repudians.

69. Quomodo Ieſus parũlus tollat ſpolia Damaſci.

At non minus equidem & cætera, quæ ab eodem Iſaia ei aſcripta ſunt nomina competunt, vt per ſingula diſcurrendo patebit.

Primo enim appellat admirabilem, conſiliarium, ſeu, vt Septuaginta *Magni conſilij Angelũ*. Quod nomen profectò ita ſe *Ieſum* includit, vt ſi hoc auferas, neceſſe eſt vt & illud tollas. Quod patebit, ſi iuxta ſanctorum expoſitionem cur Chriſtus magni conſilij Angelus ſit appellatus, attendamus. Athanaſ. enim lib. de beatitudine filij. *Appellatum*, ait, *Dominum magni conſilij Angelum, quod miſſus ſit à patre ad annuntiandum, & peragendum magnum conſilium redemptionis.* Ergo quia redemit, quia ſaluauit, quia ſaluando, magnum illud, & abſcõditum redemptionis humanæ myſterium reuelauit, annuntiauit, Angelus magni dictus eſt conſilij. Tollet ſalutem, quod nomen importat Ieſu, nonne tollet & Angelum magni conſilij? vnde Dionyſ. de cæleſti hierarch. c. 4. *Dominum Ieſum, ait, miſſum à patre ad redimendum genus humanum, & ad claryficandum patrem: ideo appellatum Angelũ magni conſilij.* Sic etiam Tertul. lib. de carne Chriſti. *Dictus eſt, ait, magni conſilij Angelus, id eſt nuncius; magnum enim cogitatum patris ſuper hominis reſtitutione annuncIaturus ſæculo venit.* Hinc rectè Auguſt. de Trinit. lib. 2. c. 13. adnotat, & ſi iuxta Domini ſententiam Spiritus ſancti ſit ventura annuntiare: tamen nunquam Angelus reperitur quod vocetur, vti Dominus noſter, quia ſolus ipſe magnum de redemptione myſterium, & conſilium ore prædicauit, opere concluſit. *Cum Spiritus ſanctus, ait, quæ ventura ſunt annuntiet nobis, vt Dominus ait: non tamen dictum eſſe Angelum legimus, quod de Domino Ieſu Chriſto euidentiſſimè apud Prophetã legimus: cum magni cõſilij Angelus dictus ſit, id eſt magni Conſilij nuncius.* Quod ferè communiter omnes ſentiunt patres. Sic Ambroſ. de fide contra Arian. ca 8 Cyprian. aduerſus Iudæos lib. 2. c. 20. Epiphan. lib. 2 contra hæreſ. c. contra Arian. Theodoretus, & alij.

70. Chriſtus cur magni conſilij Angelus.

Athanaſ.

Dionyſ.

Tertull.

71. Spiritus ſanctus cur nõ quam Angelus dictus, vt Chriſtus.

Auguſt.

Ambroſ.
Cyprian.
Epiphan.
Theodor.

Digitized by Google

Ex ijs ergo omnibus cóstat, quod ideo magni cõsilij Angelus dictus Christus, quia *Iesus*, hoc est Saluator, salutem annuntians, & consummans.

12. Iesus cur Deus fortis.

Nec equidem minus *Deus fortis* dictus, quia *Iesus*, si fortitudinem, qua ad redimendum genus vsus humanum consideras; dum hanc, vt suprà ex Tertul diximus, non in viribus, non in armis, non in equis: sed in infirmitate, in imbecillitate, & denique in *crepyculo*, vt ait Tertull. posuit; ideo equidem Deus fortis *Iesus*, quia fortia, non fortioribus, sed infirmioribus deuicit; & nos, non armis, sed passionibus saluauit. Clamat Isaias cap. 9. n. 6. *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis* Quem locum expendens Tertul. vbi sup. cap. 19. merito ait. *Quid noui, si non de filio Dei dicit?* At quid noui de filio Dei affert? illud nempe. *Cuius imperium factum est super humerum eius.* Hoc nouum, hoc admirabile, vt imperium non sit in capite, non in manibus; hoc est non corona, non sceptrum, sed super humerum; hoc est crucis sustinentia. Vnde merito idem author exclamat dicens. *Quis omnino Regum insigne potestatis suæ humero profert, & non aut in capite diadema, aut manu sceptrum, aut aliquam propria vestis notam? sed solus nouus Rex nouerit nouum Christus Iesus nouæ gloriæ, & potestatem, & sublimitatem suam humero extulit, crucem scilicet; vt secundum superiorem prophetiam, exinde Dominus regnaret à ligno?* Nil melius. Solus Christus Deus fortis, quia *Iesus*, quia in humilitate saluat, quia in infirmitate, quia per crucem.

Isaias 9. num. 6. Tertull.

73. Crucis brachijs Deus gentes vicit in Christo.

Quis vnquam tale audiuit, vt ad ventilandas gentes, vt ad subiugandum imperia, vt ad prosternendos Reges, nõ alijs Deus vteretur cornibus, quàm crucis brachijs? *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius*, ait sanctus Moyses Iosephum benedicens in figura Christum præmonstrans Deut. 33. n. 17. *Cornua Rhinocerontis cornua eius, in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ.* Vbi adnotandum ex Pausania, Eucherio, Pierio, & Radero in lib. 1. Martyr. de spectaculis, epigram. 22. Rhinocerontem præter vnum cornu aduncum, quod habet in naribus, aliud habere supra nasum, paruum, sed validissimum. Quapropter merito non cornu, sed cornua Rhinocerontis Moyses dixit: at quæ sunt hæc, nisi crucis brachia? Sic Ambros. lib. de benedictionib. Patriarch. cap. 11. Augustin. quæst. 57. & Raban. hic, Iustin. contra Triphon. pagin. 711. à quo mutuatus Tertul. lib. contra Iudæos cap. 10. eleganter sic ait. *Non vtique Rhinoceros destinabatur vnicornis, vel minotaurus bicornis: sed Christus in illo significabatur taurus ob vtramque dispositionem. Alijs Iesus vt Iudex; alijs mansuetus vt Saluator, cuius cornua essent crucis stigma. Hac denique virtute crucis, & hoc more cornutus vniuersas gentes, & nunc ventilat per fidem, auferens à terra in cælum, & tunc ventilabit per iudicium, deijciens de cælo in terram.* Nil melius; per crucem nunc, eiusque fidem auferet Deus homines à terra in cælum, non per potentiam, & sublimitatem. Ergo passio, crux, mors fortitudo extitit Iesu; illa vicit. Nouum equidem bellandi genus. Non equidem mirum, quia *Deus fortis*, per infirmitatem saluans, quod est *Iesus*.

Deut. 33. num. 17. Pausan. Ecther. Pierius. Raderus.

Ambros. Augustin. Raban. Tertul. Iustinus.

Hinc Dauid admirans, non Dei maiestatem, sublimitatem, infinitatem, altitudinem, & immensitatem gentibus mandat prædicare: sed hãc humilitatem, & regni acquisitionem per crucẽ, & mortem. Sic Psal. 9. *Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit.* Septuaginta legunt, *Quia Dominus regnauit à ligno.* Quam lectionem secutus est Iustinus in dialogo aduersus Triphon. & *à ligno* expunctum fuisse ab Hebræis affirmat Tertul. vbi sup. Ambros. in cap. 15. primæ epist. ad Corinth. (si eius sunt cõmentarij) Diu. Augustin. in commentar. eiusdem Psal. Arnob. & Cassiodor. ibidem; & sanè quidẽ. Nam quid magnum, quid nouum, quid multum gentibus annuntiare Dominum regnasse, si sua vsus potentia esset at à ligno, & per crucis ignominiam, hoc magnum, & præclarum. Quod cõsiderans princeps Apostolorum Petrus, Canonic. 1. c. 2. gentes *populum appellat acquisitionis*; non equidem viribus, & armis, sed sanguine, vti inculcans Paul. Actor. 20. nu. 28. ait: *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo* Ergo infirmitate, & sanguinis profusione saluauit, vicit, debellauit, quæ vtique summa est fortitudo, infinitaq; potestas. Hinc *Deus fortis est Iesus*, & in eius salute, seu in salutis modo eius consistit fortitudo. Vnde tantum sonat *Iesus*, quantum *Deus fortis*.

9. Psal. 9. vbi nos legimus 10. Dauid vi. 14. Ctorium Christi per crucem elt admiratus.

Tertul. Ambros. August. Arnob. Cassiodor.

S. Petrus Canonic. 1. cap. 2. Act. 20. num. 28.

Nec minus hoc præclarum nomen, & illud aliud includit, nempe *pater futuri sæculi*, seu, vt Hebraicè *Æternitatis pater*, quod propriè est Dei secund. Arist. 1. de cælo, *Deum*, quẽ *Æona*, nominat, affirmans *Patrem æternitatis esse temporum, & vitam omnium.* Quod nomen proprijssime Christo conuenit, quatenus, vt inquit Hieronym. Haym. Rupert. per passionem suam cæli ianuam nobis aperiens, post illam resurgens vitæ æternæ præmia patiendo, & moriendo nobis promeruit. Hinc Diu. Greg. hom. 8. in Euangel. *Quid est*, ait, *quod nascituro Domino mundus describitur, nisi hoc, quod aperte monstratur quòd ille apparebat in carne, qui electos suos ascriberet in æternitate.* Ergo quatenus saluans, salutemque afferens futuro sæculo, nobis scilicet, pater eius dicitur. Quod equidem tantum sonat, ac si futuri sæculi Saluatorẽ eum appellaret, hoc est *Iesum*.

75. Christus vt pater futuri sæculi. Arist.

Hieron. Haym. Rupert. S. Greg.

Tandem proprijssime in illo includitur vltimum, *princeps*, nempe, *pacis*. Primò, quia quatenus nos saluans, pacem orbi dedit, & testamento eam nobis legauit, Ioan. 14. num. 17. *Pacem meã relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Secundò, quia morte sua parietem medium inter Deum, & hominem dissipauit, & hominem Deo, summa inimis reconciliauit, ad Ephesios 2. nu. 14. *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceria soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso.* Ex quibus Apostoli verbis fontes scaturiunt Christi pacis principatus, dum secundum Paulum sic ipse dicitur, & quia soluit inter Deum, & hominem inimicitias, & quia iunxit duos populos in vnum; & quia tandem prorsus inimicitias extinxit. Ex quo, vt rectè diu. Thom. in hunc Apostoli locum affirmat, Christũ dici pacem nostram, *sicut dicitur totum, quod est in effectu dependere à causa*; cum quanta, quãta inter nos, Deũque pax repetitur, à Christo est. Quæ etiam est sententia Diu. Hieron. Rupert. Haymi, vbi supr. vnde egregiè sanctus Leo serm. 6. de Natiuitate.

76. Vt princeps pacis. Ioan. 14. num. 27.

Ad Ephes. 2. n. 14.

D. Thom.

Hieron. Rupert. Haym. S. Leo.

Digitized by Google

Natalis, ait, *Domini, natalis eſt pacis.* Ergo ſinguli fideles offerant patri pacificorũ concordiã filiorum. Tertiò, quia, vt inquit Bernardus ex Pſal.140.n.14. *Fines noſtros poſuit pacem ſempiternam hic, & in cælis.* Quartò, quia, vt inquit *Molina.* Molina 1. part. quæſt.27. art.1. diſputat.2. cum Hebræi nomine pacis omne bonum ſignificent, omnem proſperitatem, omnes opes, omnem copiam, cum Chriſtus vti Ieſus ſit ex omni parte diues, & fortunatus, diuitum ditiſſimus, & felicium felicisſimus, qui ſuos cæleſtibus, æterniſq; bonis ditat, merito princeps dicitur pacis. En quomodo in ſolo nomine *Ieſu* omnia alla cõcluduntur. *Oleaſter.* Quod etiam breuiter perſtringens Oleaſter in Iſaiam ſic ait. *Aly dicunt eum fuiſſe admirabilem ob natiuitatem ex virgine, conſiliarium ob doctrinam; Deum ob patrata miracula; fortem ob calamitates, quas fortiter ſuſtinuit; patrem æternitatis ob æternam vitam, quam ſuis confert; principẽ pacis, quod author fuerit pacis internæ.* Quæ omnia cum ad noſtram fuerint ordinata ſalutem, tãquam Ieſus nos ſaluans, *admirabilis* fuit in natiuitate ob bonum noſtrum naſcens ex virgine ſine corruptione; *inclytus conſiliarius* nos inſtruẽs; *fortis Deus* ob nos calamitates patiens; *Æternitatis pater* eam nobis referans; *pacis princeps* æternam nobis eam parans. Quod cum ſit, & talia, ac tanta hoc in ſe includit nomen: merito patri oblatum ad intercedendum potentiſſimum inuenitur, & ad impetrandum vnicum.

77. Patris ineffabilis amor in nomine Ieſu.

Immo ſi res benè, intimiuſque conſideretur, ineffabilis Dei patris amor in homines ex tali nominis impoſitione clareſcet: dum ſic eum voluit nominari, vt omnem Dei nominis terrorẽ auferret, vt ſingulis eſſet obuium, vt lætitiam, non timorem cordibus ingeneraret. Quod, vt pateat.

Hieron. Theod. Damaſc.

Adnotandum antiquitus nomen Dei tetragrammaton *Iehoua*, ſiue *Iehoue*, vt aliqui volunt, quod à Diu. Hieronymo *ineffabile*, à Theodoreto *indicibile*, à Damaſceno *ineloquibile* dicitur, ſic ſacrum apud Hebræos habitum, vt religionis, & reuerentiæ cauſa eum pronuntiare non auderent, niſi tantum ſacerdotes, ſiue Pontifices, & hoc in ſacrificijs in ſolemni benedictione populi, & in ingreſſu, maximè in ſancta Sanctorum; immo, vt Philo ait lib.3. de vita Moyſis, capitali ſententia obnixus exiſtebat, intempeſtiuè eum nominans. *Quod ſi quis*, ait, *non dico blaſphemauerit hominum, deorumque dominum: ſed auſus fuerit, vel nomen eius intempeſtiuè promere, noxam luat capite.* Vnde Ioſephus affirmat ſibi hoc nomen alloqui *nec ius, nec fas eſſe.* Ex qua reuerentia factum, vt antiquis Hebræis, dum hoc nomen in ſcripturis occurreret, non audentes illud pronuntiare pro illo legerent *Adonai*, vel ſi cum hoc concurreret legebant *Elohim*: immo quod maximum, ipſemet Chriſtus Dominus noſter, eiuſque Apoſtoli ſanctiſſimi quoties ſcripturam citant Hebræam, in qua nomen tetragrammaton pro eo nomen Dominus ſubſtituunt, vt adnotat Cornel. in Exod. cap.6. nu.3. qui multa de hoc nomine, & erudite. Ergo ineffabile erat illis hoc nomen, tum in ſe, tum quia ex ſumma nominari eum non decebat reuerentia communiter. Quod ſi alias, non minus, quam iuxta Philoné multa plectebatur capitis. Quid ergo Deus præuidens ſalutem in inuocatione ſui ſanctiſſimi exiſtere nominis, modum ſua, qua pollet infinita ſapientia inuenit, vt idem nomen, & communiter fieret, & ſalutare; ſic commune, vt quo opportune, importuneq; nominaretur: eo amplius ſalutare; eo amplius viuificans reperiretur; non amplius terrorem, ſed amorem, ſed beneuolentiam concilians. Quod equidem præſtitit, non in eius cõmutatione, ſed incluſione, vt ſic dicam, ſacratiſſima nominis Ieſu: cum multorum ſententia ſit, idem prorſus eſſe ineffabile nomen *Iehoua*, ac *Ieſus ſanctiſſimum.* Hoc contendunt Ioan Siliceus Toletanus Antiſtes, qui libellum de nomine Ieſu ſcripſit; Caruaſalius in tractatu de eodem nomine; Burgenſ. in cap.3 Exodi; Ioan Neuclin. lib.3 de verbo mirifico, Mendoça in quodlibet. quæſt.10. Venetus quæſt.3. problemat Valencia in Pſal 8. & 117. Tudenſ. contra Albigenſes lib.2. c.16. de qua diſputatione videndus eſt Barrada tom.1. lib.9. c.4. Vieg. in c.12. Apocalip. tom.2. ſect.1 num.5. Galatinus lib.3 cap.8. 10. 11. & 20.

81. Nomen Ieſus nomen includit tetragrammaton.

Siliceus. Caruaſal. Burgenſ. Neuclin. Mendoça. Venetus. Valencia. Tudenſ. Barrada. Viega. Galatin.

Probant autem hoc, tum quia eædem prorſus literæ in vtroque conueniunt, tum etiam quia eandem retinent naturam. Ex quo ſicut illud erat ineffabile, ſic etiam & iſtud Audiamus Tudenſem. *Rectè* ait, *hoc glorioſum nomen Ieſus dicitur ineffabile; continet enim illas, eaſdemque ſignificationes, & literas Latinè ſcriptas, quæ ſunt in illo Hebræo Dei nomine Tetragrammaton, ſcilicet ein, vel ioth, hé, van, hè vel potius ex tribus; quia vna geminatur, ſcilicet hé: quoniam Spiritus ſancti perſona geminum habet in deitate reſpectum. Pater namque à nullo eſt, filius à patre genitus eſt; Spiritus ſanctus à Patre, & Filio pariter procedit, cuius nominis hæc eſt natura, vt ſi diuidatur in tres dictiones, qualibet illarum ſignificat idem quod totum, vt ſi dicatur ie, eu, ve, qualibet eſt nomen Dei, ſicut totum, ſcilicet Ieue, quia in qualibet harum trium perſonarum totius Trinitatis natura ſeruatur.* Ergo ſecundùm Tudenſem ineffabile prorſus tetragrammaton erat nomen, quatenus in ſe totum myſterium includebat Trinitatis; tres ſcilicet perſonas in vna, eadẽque eſſentia, dum quælibet ex illis literis totum continebat nomen, & totum nomen omnes in ſe literas. Pari ergo modo de nomine Ieſu philoſophans, ſic ſequitur: *Hæc totalis diſtinctio in hoc nomine Ieſus reperitur. Vnde ineffabile deitatis nomen eſſe probatur. Inde eſt quod Apoſtoli in nomine Domini Ieſu baptizaſſe, & miracula patraſſe legantur. Prima enim ſyllaba per ſe poſita d e ſ e, ſemiuocalis ab i, & ſublata ſ de medio, & adiuncta u dicit eu. Item u verſa contra e dicit ve, vt illa omnia Dei nomina, quæ in nomine tetragrammaton continentur, in hoc nomine Ieſu reperiantur, ſcilicet ie, eu, ve, quæ ſunt nomina Trinitatis.* Ergo ineffabile in ſe nomen importat tetragrammaton Ieſus; nomẽ quippe, vt diximus ineffabile, terribile, quẽ nulli nominare licebat, quod terrorem afferebat. Quid ergo Deus, vt cõmune efficeret illud nomẽ, & omnibus ſalutare, duas ei addidit literas, inquit Tudẽſ. nempe duas SS, per quas vt ipſe ait, anima, & corpus Chriſti aſſumptum ſignificantur. Nam ſecũdum ipſum, ſicut vocales, quæ per ſe ſonũ habent, tres ſignificant diuinas perſonas, quatenus per ſe ſubſiſtunt ſine vllo vlterius adminiculo: ſic per conſonantes humana ſignificatur natura, quia ſicut illæ nullum habent ſine vocalibus ſonum: ſic humana natura nullam abſque Deo operationem. Hæc ergo conſonantes literæ illis vocalibus adiunctæ inexplicabilibus, & tremendis,

82. Rationibus probatur.

83. Nomen tetragrammaton erat ineffabile.

84. In nomine Ieſu duæ literæ SS quid ſignificent.

Digitized by Google

dùm Dei ſupremam, altiſſimamque includebant maieſtatem, humanam iam communem, & omnibus ſalutiferam reddiderunt tantæ illius ſupremæ maieſtatis inuocationem; vnde ſequens ait: *Vt autem hoc nomen tetragrammaton abſque periculo proferretur à nobis; imò, vt nobis frequens ipſius prolatio fieret medicina ſalutis, diuina ſapientia addidit huic nomini S geminatum, vt nomen fieret ſonus in ſalutem credentium, quod ſalvatio, ſiue ſalvator interpretatur: non poterat humana fragilitas loquentem diuinitatem audire, vel deitatis manifeſtam ferre præſentiam, niſi deitas animam, & corpus aſſumeret hominis, in quo homo hominibus, & fragilis fragilibus appareret, teſte Iſraelitico populo, qui dicit Moyſi: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Et Dominus dicit Moyſi, quia non videbit me homo, & viuere poteſt. Nunc autem ſecurus accedit homo ad Deum, quem carne ſua videt veſtitum. Nomini ſancto ſuo Dominus geminum S addidit, vt non ſolum ſine periculo à fidelibus proferretur: verùm, vt frequenti ipſius prolatione nomen gloriæ Ieſus illis exiſteret ſalus, quaſi geminum S diuinitatis animam addidit, & corpus, vt qui erat Deus terribilis, & fortis, fieret homo ſuauis, & mitis; vt fragilis conformaretur fragilibus, & infirmus compateretur infirmis, & haberet noſtra debilitas vnde poſſet ad Deum accedere cum fiducia, & in ſuis miſeriis conſolari.* Egregiè quidem; ex quo apparet quàm infinita in nobis Dei per Chriſtum extitit bonitas, vt quia in Dei nomine Altiſſimo *tetragrammaton* inuocatione tota noſtra dependebat ſalus, immo & eſſe. Ob quod, vt vidimus, in ſacrificijs inuocabatur ad eum placandum, & in eius nomine mirabilia patrata Ægyptia. Vnde nullatenus in veteri erat lege benedictio, niſi cum nominis Domini inuocatione, Num. 6. num. 23. *Loquere Aaron, & filijs eius: ſic benedicetis filijs Iſrael: benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te*; tamen quia tetragrammaton nomen terribile, & ineffabile, & generi humano ob altiſſimam maieſtatem horrendum, ſic eum in nomine Ieſu humanauit; communeque effecit, vt non amplius horrorem, ſed dulcorem, ſed amorem excitet, & beneuolentiam, eo ſalutarius, quò ſæpius repetitum, & frequentia ipſius inuocationis, quæ prius mortem; nunc ſalutem, vitam, conſolationem, remedium, ſolamen cunctis importet, non à ſolis equidem fas inuocari ſacerdotibus, pontificibuſque, ſed à quolibet paruulo, ſeu viro, ſeu muliere, ſeu ſæculari, ſeu ſacerdote, eò dulcius, quò communius, ita, vt non amplius ignem, flammaſque ſpiret, ſicut antea, ſed ſit veluti effuſum oleum, quo cor lætificet, vulnera ſanet. Hinc rectè Bernard. ſerm. 15. in Cantic. ponderans illa verba, *Oleum effuſum nomen tuum*, ſic exclamat. *O nomen benedictũ, oleum vſquequaque effuſum, quouſque de cælo in Iudæam, & inde in omnem terram excurrit, & de toto orbe clamat Eccleſia, oleum effuſum nomen tuum; effuſum plarè, quòd non ſolum cælum, terraſque perfudit, ſed aſperſit & inferos, adeo, vt in nomine Ieſu omne genuflectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur oleum effuſum nomen tuum! Ecce Chriſtus, ecce Ieſus vtrumque effuſum Angelis, vtrumque eſſe ſalutem in hominibus, & illos homines, qui computrescebant, tanquam immenſa in ſtercore ſuo, homines & immenſa ſaluans, quemadmodum multiplicauit miſericordiam ſuam Deus.* Egregiè; oleum effuſum eſt iam nomen Dei altiſſimum nomen, non equidem hominibus excelſis, & ſublimibus, vti Moyſi, & Aaroni, eiuſque generis ſanctitatis: ſed putridis, &, vt vt inquit Sanctus, *animalibus*. Ex quo intelligitur qua ratione apud antiquos eſſet certum Hebræos Meſſiam ineffabile tetragrammaton nomen hominibus allaturum, atque illud facile, & familiare redditurum, vt affirmat Parchet. 1. 1. Victoriæ cap. 11. nimirum, quia iam illud omnibus efficeret ſalutare, non ſolum iuſtis, ſed peccatoribus; non ſolum egregiæ ſanctitatis viris, ſed mediocribus; & tandem, non ſolum illud in cælis, ſed in terra cõmune; vnde rectè Anſelm. ſuper citata Canticorum verba, explicans, quomodo Dei nomen ſit oleum iam effuſum, ſic ait: *Oleum, dum in vaſe eſt, neque odorem profert, neque dolores ſanat; effuſum vero odorem emittit; & dolores ſanat. Ita & nomen Dei, dum ipſe in ſinu patris adhuc incluſus teneretur, parum, aut nihil cognoſcebatur. Poſtquam vero carnem ſumpſit, præſentia mundum viſitans, ſeipſum omnibus cognoſcendum expoſuit; odorem, id eſt famam, & bonam opinionem de ſe emiſit; & infuſum, dolores bene recipientium prædicatione ſua, & peccata ſanauit.* Ea quomodo iam nomen illud tremendum, non amplius inuocantibus, terrorem, ſed ſalutem affert, dum in ſanctiſſimo Ieſu nomine includitur, & exprimitur.

Hinc meritò, quia tantam in ſe includit maieſtatem, tantamque ſupremi Dei infinitatem, totum totum nei eſſe in ſe hoc ſanctiſſimum includens Ieſu nomen, ſic venerandum apud ſanctiſſimum extat patrem, vt eo inuocato, & coram illo humiliter repreſentato, ob eius reuerentiam nullas vacuas remittat preces, nullum inauditum poſtulatũ. Quod optimè ſciens Dominus noſter, beneque hoc callens ex humanæ ſalutis deſiderio, non ſolum illud nobis innoteſcere: ſed etiam ſub iuramento voluit confirmare, vt de tali certi mediatore ſic potentes obtineremus. Vnde Ioan. ibid. nu. 23. ait: *Amen, amen dico vobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Ex deſiderio noſtri profectus iurat, vt medium ſciamus eſſe certũ, obteſtatur, ſic noſtri amans eſt Dominus noſter, ſic cupidus, vt à patre obtineamus. *Sapiens replicando, ſuiſque inculcando diſcipulis*, inquit Rupert. hic, *Dominus noſter, vt in nomine ſuo petendum eſſe nouerint, ſi quid patrem petere velint, mediatorem Dei, & hominum ſeſe ſalubriter cupit agnoſci, adeò neceſſarium, vt nemo ad patrem venire, niſi per ipſum, nemo à patre quidquam poſſit impetrare, niſi per nomen ſuum.* Pulchrè; nemo à patre impetrare aliquid poteſt, niſi per hoc ſanctiſſimum nomen. Non enim aliquid & alia valent nomina, & ſi ſancta, niſi & per hoc petatur. Nam, vt rectè ſanctus Leo epiſt. 1. ad Leonem Imperatorem, iuſti & ſi pretioſi apud Deum, accipiunt, non dant præmia. *Quamuis*, ait, *multorum ſanctorum in conſpectu Domini pretioſa mors fuerit; nullius tamen inſontis occiſio redemptio fuit*

85. Quomodo nomen Ieſus nomen tetragrammaton terribile temperauit.

86. In lege nulla benedictio ſine inuocatione nominis Dei.

Num. 6. num. 23.

87. Ieſu nomen oleum effuſum.

Bernard.

88. Quibus effuſum.

A

B

C

D

89. Quæ ratione antiqui Hebræi credebant Meſſiam nomen tetragrammaton hominibus allaturum. *Parchet.*

Anſelm.

90. Quomodò in Ieſu nomen Dei effuſum, ſit eius oleum.

91. Pater ſanctiſſimus vt nomen Ieſu veneratur.

92. Per illum preces exaudit.

93. Chriſtus illud nobis pandidit. *Ioan. 16. num. 23.*

94. Cur cum iuramento illud aſſirmat? *Rupert.*

95. Nil a patre impetratur, niſi per Ieſu nomen. *S. Leo.*

Digitized by Google

96. Sancti non dant, sed accipiunt præmia.

mundi. Acceperunt isti, non dederunt coronas; & de fortitudine fidelium exempla sunt nata patientia, non dona iustitiæ. Nil melius. Exempla nobis dederunt sancti, non dona; solus Dominus noster & exemplum, & dona. Hinc rectè idem Rupertus salutare hoc Christi nomen orationis nominat vehiculum, quatenus sine Deo nulla sit impetrandi spes, & cum illo omnis. *Solum huius vnigeniti filij Dei nomen*, ait, *quod est Iesus Christus necessarium vniuersa orationis est vehiculum, quo in cælum directe cursu perlata confidat ante patris conspectum, salutemque de fonte eius, & gratiam fugere valeat remissionis peccatorum.*

97. Solus Christus est exemplar, & donum. *Rupert.*

98. Iesu nomen vehiculum orationis.

Quod nomen sic patri gratum existit, sic beneplacitum, vt ad consolationem nostram, qui peccatores, sciendum, vt etsi malè eum inuocemus, ad nostra tamen sanctissimus pater non attendens delicta, tanto eius ducitur amore, vt indignis dona concedat ob sanctissimi nominis dignitatem. Ob hoc equidem, vt supra diximus, præcepit Dominus, vt in omnibus inuocaretur nomen suum benedictionibus, Numer. 6. num. 27. *Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis; sic benedicetis, benedixit tibi Dominus, &c.* Vt & si benedictio ab indigno proferretur, à dignitate tamen fortiretur effectum nominis inuocati, vt egregiè ibi obseruat Procopius dicens: *Videsne quòd nomen Domini, non ei precantis bonas precationes confirmat; quocirca rata etiam erit imprecatio ea, quæ à peccatore fuerit enuntiata.*

99. Indignis ob ipsum pater confert dona.

Num. 6. num. 27.

100. Deus est voluitia benedictionibus nomen Domini inuocati.

Hinc rectissimè Diu. obseruat Hieronym. in epist. ad Galatas cap. 3. super illa verba, *Maledictus omnis, qui pendet in ligno;* nullam in scripturis maledictionem cum nomine Dei coniunctam. *Audaci itaque pede*, ait, *ad hoc procedo certamen, vt ad libros prouocem, nullo loco scriptum à Deo quenquam esse maledictum, & vbicumque maledictio ponitur, nunquam Dei nomen adiunctum.* Quod multis exemplis maledictionum ex scripturis sumptis confirmat sanctus. Et quando ei obijcitur locus Deuteron. 21. num. 23. à quo sumpsit Paulus, nempe *Maledictus à Deo est, qui pendet in ligno, respondet: Post Passionem Christi, & in Hebrais, & in nostris codicibus ab aliquo Dei nomen appositum, vt infamiam nobis inuenterat, quod in Christum maledictum à Deo credimus.*

Hieron.

101. In scriptura nulla maledictio cum nomine Dei coniuncta.

Deut. 21. num. 23.

Impugnatur Hieron.

Aliquibus modernis hæc Diui Hieronymi sententia non placet, contraque eam multis instant. Primò, quia solutio admitti iam non potest, cum in exemplaribus Hebraicis, Græcis, ac Latinis nouissimè correctis Dei nomen inueniatur. Secundò, quia Hieronymi solutio non est necessaria: cum Christus non pro suis, sed pro nostris sit maledictus delictis. Sic inquiunt, quod respondit Salmeron, melius dixissent, quod idem Hieronymus, & luculentius in eodem loco admittens lectionem septuaginta, & aliorum, qui nomen Dei in illo legunt. Tertiò, locum afferunt ex Ecclesiast. 3. num. 18. maledictus à Deo, qui exasperat matrem. Quartò, quia maledictio in serpentem Genes. 3. numer. 14. *Maledictus es inter omnia animantia*, dicitur processisse à Deo sub nomine *Iehoua*; impugnatque solutionem Ruperti, quam infrà addemus.

Salmeron.

Ecclesiast. 3. num. 18.

Genes. 3. num. 14.

His tamen non obstantibus veritissimam Hieronymi iudico sententiam, vtpote sanctissimi, eruditissimique Doctoris, qui vnus solus, non tantum pro mille, sed pro centum mille ex modernis. Pro qua re,

Vindicatur Hieronymus.

Adnoto ex supradictis, in veteri lege Deum formam perscripsisse benedictionis, in qua semper nomen sanctum suum inuocandum, vt benedictionis effectus, non benedicenti, sed Deo tribueretur conferenti. Quod latè probat eruditissimus pater Mendoça in lib. 1. Reg. cap. 2. num. 20. in expositione literæ. At formam perscripsisse maledictionis, in qua simul nomen suum inueniretur, nullibi in scripturis reperietur. Quapropter omnes maledictiones, quæ in scripturis reperiuntur, non procedunt tanquam ex forma à Deo data: sed à voluntate maledicentis, qui vt libuit, eam imprecatus est.

102. In veteri lege forma præscripta benedicendi, non maledicendi.

Secundò adnoto, aliud esse Deum aliquem maledicere, aliud in maledictione imprecanda nominis sui inuocationem præcepisse. Nam primum sine controuersia est; secundùm autem omnino negatur. Vnde quando dicitur in scriptura, *Maledictus à Deo, qui hæc fecerit*, non est formula maledictionis: sed tantum enunciationis, designans illum, qui illa perpetrauerit, à Deo maledictum fore. Quomodo apertè est locus ille, quem aduersarij ex Ecclesiast. adducunt: nam ibi non sic simpliciter pronuntiatur, vt abipsis, sed cum verbo *est*, & post reuerentiam matris, & patris inculcatam, quasi eius reddens rationem subiungit verba. Sic enim ait: *Nam pro peccato matris* (nempè dissimulatum) *restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tibi; & sicut in sereno glaciei, fel-uentur peccata tua. Quàm mala fama est, qui dereliquit patrem, & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem.* Vbi apertè constat orationem esse enuntiatiuam, non imprecatiuam. His ergo sic notatis.

103. Aliud est Deum aliquem maledicere, aliud in maledictione nomen Dei inuocare.

Dico Hieronymi sententiam primo modo esse intelligendam, necaliter ipsum intellexisse, nempe ex institutione diuina nunquam nomen Dei in maledictionibus appositum. Quod equidem ex tota eius sententia colligitur: nam sic habet. *Nullo loco scriptum à Deo quenquam esse maledictum;* qui etiam quasi explicans addit. *Et vbicumque maledictio ponitur, nunquam Dei nomen adiunctum*, ex præcepto scilicet diuino, sicut in benedictionibus. At si hoc verum non est, ostendant ipsi vbi à Deo maledictio præcipitur, in qua etiam inuocatio nominis eius præcipiatur.

104. Hieronymi sententia vt debet intelligi.

Ad argumenta autem faciliter respondetur. Ad primum, quòd & si in omnibus exemplaribus addatur nomen Dei, non inde fit, vt improbabilis sit Hieronymi coniectura. Nam dum Apostolus illum refert locum, non illud ponit. Et ex tribus rationibus, quare hoc fecerit Apostolus, quas sanctus adducit, hæc vltima non sic impossibilis est, vt defendi non possit. Et licet Hieronymus admittat lectionem septuaginta, qui illud ponunt:

Digitized by Google

illud ponunt, dum ſequitur hanc opinionem, & vitiatam eam ſimulque conſequenter affecit.

Rupert. Ad ſecundum, & tertium, ex ſupradictis iam reſponſum eſt. Ad quartum autem reſpondet Rupertus lib. 5. in Gene. omnes illas maledictiones fuiſſe enunciatiuas, non imprecatiuas, *quia*, inquit, *qui omnia fecit valde bona, nullam corrumpit creaturam maledictione à semetipſo effuſa.* Sed aliter & melius reſponderi poſſet à Deo ipſas emanatas, non tamen fuiſſe formatas, vt ſic dicam, maledictionis, decem autem maledixiſſe in ſcripturis pro certo damus, nec *Mendoza.* etiam affirmat Mendoza vbi ſup. & hæc dicta ſufficiant ad defenſionem ſanctiſſimi, & eruditiſſimi Hieron. qui veriſſimè aſſerit, nunquam in maledictionibus Dei inuocatum nomen, ſicut in benedictionibus, vt inde omnes intelligerent, beneficium nobis ex Deo, ſupplicium vero à peccatis, quibus tamen non-

105. Deus aliquando & ſi peccata adſint beneficia confert, & cur. obſtantibus ob ſanctiſſimum filij ſui nomen aliquando Deus gratias elargitur, quia, vt inquit Procopius, non *ex precantis, ſed nomen Domini bonas confirmat precationes.*

Nomen domini dicimus, non Abrahæ, Iſaac, & Iacob, vt volunt Hebræi aſſerentes formam benedictionis antiquæ talem fuiſſe, ſcilicet. *Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob benedicat tibi*; nam vt bene Abulenſ. in c. 12. Geneſ. ſuper illa verba Dei ad Abraham, *eritque benedictus*, mentiuntur Hebræi, *quia Deus mandauit ſacerdotibus, quod quando populum benedicerent, ſic benedicerent, benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te.* Quod veriſſimum, maximè poſt legem datam, quapropter & ſi antea fortaſſis ſic benedicebant, ſolum illi in figuram Chriſti Domini benedictionem ingrediebantur: quapropter & ſi noſter ſapiens ad impetrandam ſapientiam, nomina inuocauerit Patrum ſuorum; aptiſſime prius nomen inuocauit Dei tanquam vtilem ad impetrandum dicens, *Deus Patrum meorum.*

Abulenſ.

106. In benedictionibus nomen Dei ingrediebatur proprie, cætera, in figura.

Num. 2. *Et ſapientia tua conſtituiſti hominem vt dominaretur creaturæ quæ ante facta eſt.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis. DEo conciliato ex tribus illis ſupra adductis, nunc rationibus incipit agere, vt ſapientiam ſibi proponat debitam, vnde ait: *& ſapientia tua.* Ad duo hæc verba referri poſſunt, ad Deum videlicet, & hominem, ad Deum, quaſi ſumma ſit vſus ſapientia, ſingularique conſilio, ad hominem efformandum, ex quo eius elucet dignitas cum non velut imperio quo alias res, ſed verbis conſultatorijs, hortatoriiſque condere illum voluit, quod eleganter adnotauit Nyſſenus lib. de hominis opificio c. 3. vbi ſic, *Illud etiam conſideratione noſtra dignum eſt, quòd quum mundus hic talis, ac tantus, omneſque eius partes, nullo vt ita dicam negotio à Deo creatus ſit, & continuo ad eiuſdem nutum extiterit, at hominis fabricationem deliberatu precedit, & futuri operis ab artifice forma, orationis pictura delineatur; qualem videlicet hominem eſſe oporteat, qualiſque exemplaris imaginem referre, quamobrem creandus, & creati quæ futura ſint actiones, quibus cum imperio ſit*

1. Hominis dignitas ex verbis elucet quibus eum formauit Deus.

Nyſſenus.

præfuturus: de his igitur ſollicitus, ne quibus deficiebat, præſtantiam homo, dignoſceretque ſuam obſeruaret, & prius etiam rerum vniuerſarum principatum conſequeretur, quam ortus eſſet. Pulchrè hoc poſtremum. Sic namque Deus de homine antequam eſſet curauit, vt prius principatum illi apparare voluerit quam naturam, ne ſi prius hanc, ſeruilem inducens animum, ad ſeruiendum non ad dominandum cæteris, ſe conſtituturum viliter præſumeret; quam Dei accuratam diligentiam ſtupens Nyſſenus, ſic proſequitur, *O rem admirandam! ſol creatur nulla deliberatione precedente, eodemque pacto cælum, quibus duobus nihil eſſe par creatis in rebus poteſt. Vno verbo huiuſmodi in rerum natura miraculum extitit, neque vnde, vel quomodo ea facta ſint, expoſitū eſt. Idem cæteris in rebus ſingulis viſum venit. Solius ad hominis fabricationem creator ille vniuerſitatis rerum quadam cum conſideratione accedit: preparataque primum opificij materia, illiuſque forma, ad eximiæ pulchritudinis exemplar exprimendum deſignata; ſine etiam propoſito ad quem creandus eſſet, tum deinde naturam ſibi conſimilem, & actionibus affinem fabricat, quæ operi cui deſtinaretur eſſet aptiſſima:* de qua re vide Chryſoſt. in Geneſ. ſuper illa verba, *Faciamus hominem*, Cyrillum quæſt. 3. contra Iulian. Greg. Mor 9 c. 17.

Chryſoſt. Cyrillus. Greg.

Secundò ſuptadicta verba referri poſſunt ad ipſum hominem, quaſi ſapientia in ipſa creatione imbutum, quia cæteris præfuturum, ac dominaturum; qui ſenſus magis placet Caſtro, affirmatque ad literam propriorem, quaſi Salomon ab exemplo arguens, debitam ſibi expoſuit ſapientiam, quia non ſecus ac hominem, eum Deus vt cæteris præeſſet, deſtinauit, non diſpliceret, niſi ſingularis eſſet, & ad intelligendum durus, cum verbum *conſtituere* hic ſit pro *parare, efformare*, effingere, ad quod verbum refertur *Sapientia*, & non ad aliud, vt neceſſario referendum eſſet, ſi Caſtri germana eſſet intelligentia: ad Deum ergo referendum eſt verbum vti diximus, & ad ſummam eius curam, diligentiam, ſapientiáque, qua in hominis efformatione eſt vſus.

Caſtro.

3. Homo ad impetrandā conſilium cōſulit Deo.

Vt dominaretur creaturæ. En finis, licet non primarius, nam hic, Deus conſtituit etiam hominem, ſecundario vt dominaretur, vt imperaret, non vt ſeruiret, vt cæteris præeſſet, non ſubeſſet, in quo Dei in homine imago conſiſtit, hinc Deus Geneſ. 1. n 26. ſtatim ac dixit, hominem ad imaginem ſuam facturum, addidit, *& præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis, vniuerſæque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra*, de qua re, infra.

Gen. 1. n. 26

4. Dominium in ſtatu innocentiæ qualeſ fuiſſet.

At, notandum dominium hoc in innocentiæ ſtatu propriè in creaturas homine inferiores datum, non vero in Angelos, neque proprie in ſimiles ſibi homines rationales, cum licet tunc ordo eſſet ſuperioris, inferioriſque, qualis nunc inter Angelos, ac proinde libetum, iucundumque dici poſſet dominium, tamen propriè, quale in ſeruos tunc non eſſet: ciuilis ergo eſſet dominatio, qualis inter liberos, ac proinde nullum inuoluntarium, nullum violentum, nullumque habuiſſet moleſtum admiſtum.

Hinc fiebat, vt tota tunc dominatio non in proprium, ſed in ſubditorum bonum verſare-

Ariſt. 5. Duplex eſt dominium, alterum in liberos, alterum in ſeruos.

tu-. *Nam cum teſte* Ariſt. in 1. Politicorum c. 3. *duplex ſit dominium, alterum in liberos, in ſeruos alterum, & hoc coactum ſit, & violentum, adeoque inuoluntarium, & acerbum, alterum vero voluntarium & iocundum, ab illis ob communem vtilitatem electum, & aſſumptum.* Fit, vt primum, totum referatur ad bonum, & vtilitatem ipſius Domini, & ſeruus ſit causâ domini, vnde quidquid agit, cadit, non in propriam, ſed in Domini vtilitatem. At verò imperium in liberos refertur non in proprium Domini, ſed liberorum bonum publicum, & commune.

6. Qui vtriuſque finis, & effectus.

7. Politicorum peruerſitas in quo.

Ex hac doctrina, peruerſitas, vt ſic dicam, elucet Politicorum, qui dum proprium, non commune Principi conſulunt bonum, naturæ ordinem peruertentes, liberos ſeruos faciunt, totúmque mundum in captiuitatem adducentes, non ciuile, ſed ſeruile inducunt imperium, quod teſte Diuo Aug. lib. 19. de Ciuitate Dei. *culpa meruit, non natura.*

Aug. 8. Dominium ſeruile ex culpa, non ex natura.

Cum ergo in illo fœliciſſimo innocentiæ ſtatu nullum eſſet futurum originale peccatum, nullus etiam fuiſſet ſeruus, nullus ſeruituti addictus, nam vt rectè inquit Aug. vbi ſup. *Rationalem factum ad imaginem ſuam, noluit niſi irrationabilibus dominari, non hominem homini ſed hominem pecori*; adnotans ſanctiſſimus Pater, primos iuſtos non hominum Reges, ſed Paſtores pecudum. Et primum in ſcripturis nota ſeruitutis inſignitum fuiſſe peccatorem Cham, *Nuſquam*, ait, *in ſcripturis legimus ſeruum, antequam hoc vocabulo, Noe inſtum, peccatum filij vindicaret.*

9. Homo à Deo conſtitut' Dominus pecudũ, non alterius hominis.

10. Cham primus ſeruus, & cur.

Dominatus ergo à Deo inſtiturus, & de quo hic loquitur ſapiens, non ſeruilis, ſed ciuilis erat, qualis in liberos, ingenuoſque decebat, ſi de hominibus intelligatur, ſi autem de cæteris, aut animatis, aut anima carentibus, ſeruile, vt ſic dicam, & proprium, quibus vti ad placitum licebat, cuius vſum, executionemque perfectam facilem peccato perdidit, ſicut & cum illò gratiam, originalemque iuſtitiam.

11. Homo perfectum dominium in creaturis ob peccatum perdidit.

Ex dictis ergo elucet, hominem ad imperandum Deum creaſſe, ac proinde ſapientiæ indignum, ſine qua nec bene regitur nec oprime dominatur. Ex quo ſuam primam educit Sapiens ad ſapientiam obtinendam rationem, dum ipſum ſimiliter & Regem Deus fecit, cæteriſque dominantem.

HOMILIA III.

Homo quando verè Dei imago, quantumque ei debeat ex eius reparatione.

Et Sapientia tua conſtituiſti hominem.

Vt dominaretur creaturæ, noſter, inquit Sapiens, in his perfectam hominis ad Deum ſimilitudinem exprimens, dum nõ ſeruilis cum conditionis, ſed liberæ condens principem illum, dominum, ac Regem, non ſecus ac ipſe conſtituit; quapropter egregiè Nyſſenus de hominis opificio, c. 4. hoc expendens affirmat, ſi natura hominis à Deo creata expendatur, eius conditiones niſi Regi, nulli

Nyſſenus. 12. Hominis natura re-

A alteri conuenire, *Sic præſtantiſſimus*, ait, *ille rerum artifex naturam noſtram condidit, velut inſtrumentum, quoddam regno adminiſtrando idoneum: vtque eſſet ad hoc homo quam aptiſſimus, quum præſtantiſſimis animi dotibus, tum ea quam cernimus corporis forma exornauit. Et animus quidem regiam, excelſamque dignitatem ſuam longè ab humilitate primata ſeiunctam, in eo declarat, quod dominum neminem agnoſcit, & ſuo arbitrio agit omnia, meróque, & ſummo imperio, vt ipſi libet ſemet gubernat; nam cui tandem hoc conueniret niſi Regi?* Nil melius, ſi animum hominis aſpicias, qui ex ſe dominij eſt impatiens, liber ad omnia, ſeipſum vt liber nullum quo ad hoc ſuperiorem recognoſcens, gubernans, vere Regem cum dixeris, & ad Dei inſtar B principatum obtinens. Hinc concludens ſanctus affirmat; ſimilitudinẽ hominis ad Deum in hoc conſiſtere, nempe in Regio quod ei contulit in creatione dominio, vnde, ait, *præterea hominem naturæ diuinæ, cuius omnia parent imperio, imaginem eſſe, nil eſſe putandum eſt aliud, quam regnum ei decus in ipſa creatione tributum eſſe.*

13. In quo eius ſimilitudo cum Deo.

Hinc, quia Rex, & princeps, quando à Deo creandus, non equidem prius ad eum efformandum ſummus accellit creator, quàm more principum regumque ei domum omnibus inſtructam diutius non paraſſet, quapropter & ſi ipſe cæteris dignior, vltimo tamen efformatus, vt egregie notauit Chryſoſt. homil. 8. C in Geneſ. vbi ſic. *Quare tardius*, ait, *creatus eſt homo ſi cæteris dignitate præſtat? merito, nam vt ingreſſuro in ciuitatem aliquam Regi, operæ pretium eſt, præmittere ſatellites, alioſque omnes, vt bene adornatis Palatijs Rex honeſtius ibi agat, ita ſimili modo, quaſi Regem, & Principem aliquem rebus terrenis præfecturus, prius omnem hunc ornatum fabricauit, & tandem præficiendum hominem formauit, declarans facilis iſtic quanto honore ad hoc proſequatur.* Egregiè, & poſtrema adnotanda verba, vltimum creauit, vt cum decore tractater, vt veluti ſic dicam cum reuerentia, immo, quia omnia arbitrio ſuo moderanda veluti auriga prius currum ei paranit, vt ſtatim, ac in vitam ingrederetur nullum intereſſet momentum, quo ſe non D Regem, non Principem, non mundi recognoſceret moderatorem, vt eleganter dixit Ambroſ. epiſt. 38. ad *Horontianum*, vbi ſic, *Ambroſ.* *Mundus currus eſt animantium, quibus homo victor aſſiſtens cum ſit poſtremus priores regit: ſic quoque gubernator nauis, in puppi ſedet, & totam nauim gubernat. Recte ergo nouiſſimus, quaſi totius ſummus operis, quaſi cauſa mundi, propter quem facta ſunt omnia, quaſi omnium habitator elementorum, inter feras vixit, cum piſcibus natat, ſuper aues volat, conuerſatur cum Angelis, terram inhabitat, & cælo miſcetur, ſulcat mare, aëre paſcitur, cultor ſoli, victor profundi, piſcator in fluctibus, in aëre auceps, in cælo hæres, Chriſti cohæres, hæc ſecundum induſtriam, non ſupra hominem ſubſtantia. Moyſes in imo ambulauit mari, in ſummo Apoſtolus, Abacuc ſine pennis volauit, Helias in terris vixit, & in cælo triumphauit,* quid pulchrius? ſingula conſidera & Regem prorſus hominem ad Dei inſtar inſpicias dum elementa, aërem, cælum, terram, ignem dominatur, animantia regit, ipſe tandem ſui Domi-

14. Cur vltimo efformatus.

Chryſoſt.

15. Summa totius mundi.

Digitized by Google

nus viuit vbi vult,& quo vult,vnde & si interferas,tamen cum Angelis conuersatur,& si in terris ambulat, per cælum tamen, vt inquit Ambros. volitat, cuius Deus delectatus pulchritudine ob hoc mundi ei demandauit dominium,vt eleganter dixit Trimegistus in Timandis, *ac pater omnium Deus*,ait,*vita,& fulgor existens,hominem sibi similem procreauit, atque ea tanquam filia suo congratulatus est,pulcher enim erat,patrisque sui ferebat imaginem;Deus vero propria forma animorum delectatus,opera eius omnia vsui concessit humano.* Hinc vti Rex eis vnitur,& quoad hoc Dei prorsus imago.

16. Ob eius pulchritudinem Dominus factus mundi.

Verum,sed non perfecta, nam si quoad hoc imago,non tamen similitudo, cum etsi Rex & Dominus vti Deus, tamen si deficit sanctitas, si virtus,& si Dei imago,non tamen eius similitudo; hinc vt hoc sanctissimus exprimeret Moyses, Genes. 1. n. 26. non simpliciter affirmat Deum dixisse, *Faciamus hominem ad imaginem nostram*,sed *ad imaginem & similitudinem nostram*.quem locum expendens Abulens. affirmat hoc ideo dictum, *quia imago consistit in naturalibus, similitudo vero in gratuitis*; quod amplius prosequens Rupert.lib.2. de Trinitate,& operibus eius. c.3. affirmat; ideo dictum ad imaginem,& similitudinem, vt non solum intelligeretur Deum creasse hominem rationalem,sed rectum,sed virtutibus imbutum,in quo Dei perfecta consistit similitudo, *ergo quod*,ait,inquit Rupertus, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrã,hoc dicere est,faciamus hominem viuentem,rationalem, Deo similem,ad imaginem,vt sit rationalis,ad similitudinem nostrã,vt rectus sit sectando iustitiam Dei;* immo vt bene adnotat idem Auctor, ideo rationalem creauit,vt similitudinem affectaret, qua dum carere poterat,sicut & sua caruit culpa, per rationalitatem immutabiliter in illo existentem,gratia Dei adiutus ad illam iterum resurgere posset,vnde homo dum rationalis, prorsus inexcusabilis sit, ad similitudinem Dei non te eleuans. *Horum altero ex rationalitate carere non potest*, inquit Rupert. *Alterum,id est diuina rectitudinis,vel iustitiæ similitudinem, nisi per gratiam assequi non potest, sed ea qua carere non potest homo facultas rationalitatis instrumentum est,sine oculus quidam ad quærendam similitudinem Dei; est ergo inexcusabilis cum ad similitudinem Dei non peruenerit,quia videlicet bono instrumento ad hoc propter quod sibi datum est, vti noluit.* Egregiè rationalitas in homine,non ad desideria vana,non ad patranda illicita, non ad superbiam vitæ, non ad comparanda sibi data est Regna, sed ad similitudinis Dei consurrectionem; hinc magno iudicij tenetur pondere,qui ad illa, non ad istam ea vtitur.

17. Quando non solum ad imaginẽ sed ad similitudinem assurgit Deus. Genes. 1. n. 26. Abulens.

18. In quo consistat hominis imago, in quo similitudo Dei.

Rupertus.

19. Homo cur rationalis creatus.

20. Eius malitiã errabile nõ bene vti rationalitate.

Immo vt hoc planè constet, ad hoc solum creatus homo,vt ad similitudinem Dei assurgeret, adnotat idem auctor,ideo iunctim dixisse illa verba Deum, & eo modo, *Faciamus*, nempe *hominem*, vt ex illis intelligeretur Dei tantummodo pro tunc finem electos tantum creare extitisse,non reprobos; ex malitia vero peccati genere superadditas humano; vnde ideo dixit,*Faciamus*,tãquam quid operosum, & omnino exequendũ, etiamsi malitia contrà insisteret humana,*& ad imaginem, & similitudinem nostram*, sanctos scilicet tantum,& prædestinatos, audiamus Rupertum: *Non dixit Scriptura, quia dixit Deus,fiat homo ad imaginem,& similitudinem nostram,& factus est homo, sicut dixit,fiat lux,& facta est lux,quare videlicet,quia non repentè, sed operosè agendum erat,vt consummatus homo staret ad creatoris sui imaginem & similitudinem.* Notanda verba,in quibus aduertendum per suam Angelos ipsum intelligere, ad quos efformandos sola iussio interuenit Dei;at ad hominem non iussio, sed consilium, sed mutua, vt sic dicam, sanctissimæ Trinitatis adhortatio, cur, inquit Rupertus, nisi quia Angeli semper in eodem essent permansuri statu,siue bono, siue malo?at homo qui prædestinatus, etiam sic bono excelluisset, ad eundem operosa Dei erat reuersurus actionem;ideo *faciamus, non fiat*, sicut de Angelis dictũ, *Angelica namque creatura*, ait, *semel facta, iam nec in illis qui steterunt commouebitur, nec in illis qui ceciderunt in antiquum restituetur: at vero homo post primam sui faturam casurus, & reseruandus recreatione erat innouandus, idcirco tres personæ quasi mutuò se cohortantur dicendo, faciamus.* Hinc ipse cõcludit, hæc verba de solis esse electis intelligenda,sicut & illa *fiat lux*, de solis Angelis bonis; vnde postquam dixit, paria cum Angelis hominem sortitum, & æqualem illis, Deum eum fecisse, lucem felicem ac ipsos, sic subdit, *Nihilominus sicut quod dictum fiat lux,solos electos Angelos creatori curæ esse innuit,& Angelos tenebrarum excludi,quamquam & ipsos creauerit;sic & ista dictio, faciamus hominem ad imaginem,& similitudinem nostram, solos eos amplectitur,quos prædestinauit ad vitam, nec illos admittit, qui superflue de vitiata postmodum radice super numerum nasciturí erant*; vera equidem, & adnotanda doctrina, tum ob quod dicimus, tum ad confusionem Regum, Principumque summorumque Monarcharum. Sciat ergo homo ad hoc tãtummodo esse creatum & hunc solum Dei finem extitisse, vt similis ei fieret per sanctitatem, & virtutem,& ideo rationalem eum constituisse, vt sua gratia adiutus, ad illum perueniret similitudinis statum; & secundò sciant Principes, superbique tyranni,qui mundo præsident,qui orbem continent,qui vt dij habentur,& haberi volunt,quòd si peccatores,& non prædestinati,licet rationales,tic sunt à Deo creati, vt non primo intenti, vt non quid necessarium simpliciter,tandem vt quid superfluum in rerum natura,ab ipsa vti scoria vilissima,vltimò abijciendi, abortiui enim sunt, monstra præter naturæ intentum, vt semel videas quales apud Deum sint, & fuerint primi Orbis moderatores,Alexander,Xerxes,Artaxerxes,Cęsares,Pompei,Octauiani,qui vt dij adorabantur,nil amplius nisi naturæ superfluum;ex Dei tamen prouidentia ad bonum iustorum ordinati,vt ex inde intelligatur peccatores quantalibet polleant dignitate, nihil esse prorsus inter iumenta computandos,*homines qui furdis concupiscentijs manus dederint*,ait Plato in Phædone,*ventrique dediti pernertiam, atque lasciuiam,in gloriam, inutilemque peregerint vitam, nec quidquam pensi, pudorisue habuerint, in asinos post obitum deijcientur.* Tales sunt peccatores, etsi magni,cum imaginem,& similitudinem Dei,non præferant, nam tunc propriæ

21. Ad quid vnice creatus.

22. Prædestinatorum a Deo increatorum incrementi,fructus vero peccati

23. Homo operosius à Deo creatus, quã Angeli, &c.

24. Principum peccatorum vilis conditio,& cur.

25. Reprobi superflui in rerum natura, non primo,& per se à Deo intenti.

Plato.

26. Iumenta non homines.

Digitized by Google

homo Dei imago, & Rex, quando bonus, quando virtutibus imbutus.

Niſſenus. 11. Homo tunc Deo aſſimilatus quando virtutibus imbutus.

Hoc equidem eleganti probat ſimilitudine Niſſen. vbi ſup. dum aſſerit, quod ſicut pictor Regiam effingens imaginem, talibus eam ornat delineamentis vt Rex appareat, ſic homo, tunc Rex, tunc ad ſimilitudinem Dei, quando virtutibus imbutus; *quemadmodum enim more humano*, ait, *qui principum imagines faciunt natiua forma indicia effingit, atque etiam purpure amictu regiam dignitatem exprimunt, eaque deinde imago ſuis numeris abſoluta, ex conſuetudine Rex appellatur: ita & hominis natura, ſic condita, vt reliquorum creatorum domina eſſet, propter eam quam Regis vniuerſitatis huius refert ſimilitudinem, imago quaſi viua creata eſt, cum qua & dignitas, & nomen Archetypi communicaretur.* Notanda verba, & ad hominis exaggerãdam dignitatem mira, vt ſic viua Dei imago ſit homo iuſtus, vt cum illo

28. Eius dignitas quanta.

& nomen, & dignitatem Deus communicaverit ſuam, ac proinde conſimilem, reuerentiæ, reſpectum, & vt ſic dicam adorationem. O mira ſanctorum excellentia! ô ineffabilis Dei bonitas! dum altus ipſe, & infinitus, ſic infima & limitata erexit, vt ſuam in eis imprimens imaginem, ſimul & nomen, & dignitatem impertiret, dij vocati vt ipſe, adorati vt ipſe, non ex ſe, ſed quatenus Dei exemplaria, eorum adoratio eius amplior exiſtens cultus, & reuerentia; vt ſemel putridi intelligant hæretici; quantum à vero aberrent, quantoque Deum honore priuant ſanctorum cultum, impij, veſaniique negantes. Quibus autem coloribus ſeu indiciis vt Regiam hæc imago repræſentet

29. Sanctorum cultus vnde.

majeſtatem ſit adornata, proſequens Niſſenus ſic ait *atque hæc imago non purpura eſt exornata, neque ſceptro & Regia faſcia præſtantiſſimam dignitatem ſuam, vt oſtentaret neceſſe habebat, quando ne ipſum quidem exemplum ad quod eſt conformata, rebus huiuſmodi conſtitit. ſed pro purpura virtute amicta eſt. quo cultu nil magis eſſe Regium poteſt, pro ſceptro, immortali beatitudine ſuffulta, pro regia faſcia, iuſtitia corona exornata.* En quod dicimus, tunc verè hominem Dei imaginem, ac exemplar, & tunc demum Rex, quando bonus, quando iuſtus, quando

30. Virtus regale homini ſtemma.

virtutibus inſignitus.

Quod quia talis erat antequam à gratia excideret, ideo ad regnum deſtinatus, etiam antequam naſceretur, vt inquit Niſſenus, vbi ſuprà c. 3. & noſter Sapiens hic, mundum ei apparans Deus, vt conuiuium quoddam ſic, Diuus ait Ambroſ. vbi ſuprà epiſt. 38. ad Nerontianum, vt in eo deliciaretur, vt miraculum, ſicut inquit idem Niſſenus vbi ſup. c. 2. vt ex eius inſpectione admirabilem eliceret fruitionem, vt tandem ſeruum in omnimodam eius poteſtatem: at quia ſua ipſe culpa à priſtino illo deceſſit ſtatu, factum eſt, vt non amplius hic mundus ei ſit conuiuium, miraculum, ſeruus, ſed palæſtra, in qua ſe exercens ad ſimilitudinem illam antiquam ſe reformare contendat, vt ſemel homo intelligat, ad quid nunc ei mundus, quia ad certamen, non ad ſolatium, ad laborem, non ad requiem, ob hoc, & *maledicta terra in opere ſuo, ſpinas & tribulos ei germinans.* Geneſ. 3. n. 17. *& in ſudore vultus pane veſcetur.* Amiſſo dominio, quia amiſit Dei ſimilitudinem. Vnde hoc conſiderans Ambroſ. vbi ſup. ideo vltimum affirmat omnium creatum fuiſſe hominem, quia caſum præuidens ſumma Dei ſapientia agonem illi conſtituit prius, vt certando vinceret, vincendo coronam acciperet. *Quid eſt*, inquit, *mundus niſi quidam agon plenus certaminum? huius agonis inſtaurator vtique omnipotens eſt Deus: qui igitur agonem ſuſcipit in hoc ſeculo, nonne omnia præparat, quæ agoni ſunt neceſſaria, & tunc athletas vocat, paratis præmiorum inſulis, certaturos ad coronam, ne moram patiatur qui viceris, ſed præmio donatus recedat? præmia ergo hominis terræ rum fructus ſunt, & cæli lumina, illa ad vitæ præſentis vſum, hæc ad ſtem vitæ æternæ; quaſi athletha igitur poſtremus ingreditur in agonem, erigit ad cælum oculos, videt coronas luminum, terra exercituum eſt hominis, cælum corona.* Nil melius, ſi hominem à gratia deiectum conſideres, & ſi quoad naturalia Dei imago, non tamen ſimilitudo, hinc non Rex amplius, non princeps; ſed athleta in agone contendens, vt ex imagine qua poſſet, & ſi peccator, vt inquit Rupertus, ad priſtinam procuret reſurgere ſimilitudinem. Mundum hoc ſic æſtimans ac palæſtra quædam, non amplius conuiuium in quo fruatur, aut ſpatioſa domus in qua delitietur vt ſic ad ſimilitudinem eius aſſurgat ob quam creatus, quam tunc apprehenderet. *Quando*, vt inquit Chryſoſt. hom. 35. in imperfecto *quod Deo bonum videtur, & apud nos ſit bonum, & quod ei malum videtur, & apud nos ſit malum. nam quicunque Domino humilitati ſtudente ſuperbiæ ſtudet, non eſt imago Chriſti, & qui domino paupertatem amanti, diuitiarum amator eſt in hoc ſeculo, repellit à ſe Chriſti ſimilitudinem, non eſt verus diſcipulus, qui non imitatur magiſtrum, nec eſt vera imago quæ ſimilitudinem non eſt auctori.*

Chryſoſt.

34. Homo quid agere debet vt Dei ſit imago.

Ad quam equidem ſimilitudinem pertingendam, ſic in hac palæſtra certandum, vt non vnô aut altero, ſed continuis indeſinenter elaborandum diebus, quod dixit Paul. 1. ad Corinth. c. 4. n. 11. *Vſque in hanc horam, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur.* Quid eſt, *vſque in hanc horam*, niſi indeſinenter, continuè, nullo temporis momento intermiſſo in palæſtra ſumus, in agone, viriliter certantes vt victores euadamus. *Vide qualem eſſe oporteat omnem Chriſtianorum vitam*, inquit *hic Chryſoſtomus, non vnam, aut alteram diem & merito, neque enim ſi athleta vna victoria potitus, inde alio certamine ſuccubuerit coronabitur & eſurimus contra eos, qui in deliciis viuunt, & colaphis cædimur contra inflatos, & inſtabiles ſumus contra eos, qui deſidentes, & nudi ſumus aduerſus diuites.* Aduerte pugnam, & contra quos pugnandum vt inde perſpicias quomodo continuè certandum. Non enim contra dæmones æreaſque poteſtates: nam & ſi contra hos bellum etiam continuum, tamen aliquando victi recedunt, ſed bellum noſtrum eſt contra ſuperbos, vt humilientur; contra in deliciis viuentes, vt mortificemur; contra deſides vt diligentes ſimus; contra tandem diuites, vt paupertatem ſequamur, & continuationis ratio in eo conſiſtit, quia neceſſario inter ipſos conuiuentes ad inuidiam eorum noſtra prouocata natura ad illa omnia prona, ne

35. Continuè elaborandũ. *Ad Cor.* 6. 4. n. 11.

Chryſoſt.

36. Contra quos bellum geren. & cur continuum.

Niſſenus. Ambroſ. 31. Mundum tot⁹ ad hominis ſeruitium creatus & delectamentum ante peccatum poſt illud ad Palæſtram.

Geneſ. 3. 17.

Digitized by Google

labamur continua neceſſaria eſt obſiſtentia, cum ſi ſemel defatigari manus diſſoluerimus, ad delicias, ad ſuperbiam, ad deſidiam, ad diuitias eas dabimus victi iam, non victores, non ſimiles, ſed Deo diſſimiles; cuius ſimilitudo, vt diximus, in animæ conſiſtit ſanctitate, & virtute?

37. Conſtitutus in gratia quantæ ſit dignitatis.

Cuius ob hoc tamen eſt dignitas & ſublimitas, vt ſi homo non deſiperet, cæteris derelictis, quæ videntur ſublimia, ad hanc ſolùm attendere deberet, cum huius cætera comparatione prorſus nec comparere debeant: hinc ad hanc attendendam hominis dignitatem, quantuſque ſit gratiâ imbutus iuſtificante, nos inuitans Ambroſ. lib. 6. Exam. cap. 7. meritò conſulit vt cæteris derelictis ad hanc vnam inſpiciamus, *Tibi ergo attende*, ait, *& te ipſum ſcito, hoc eſt, non quales lacertos habeas; non quantam corporis fortitudinem; non quantas poſſeſſiones, quantam potentiam, ſed qualem animam, ac mentem, vnde omnia conſilia proficiſcuntur, ad quam operum tuorum fructus referuntur.* Deinde ſequens qualis ſit talis anima, ſic proſequitur: *Illa eſt etiam plena ſapientiæ, plena pietatis, atque iuſtitiæ, quoniam omnis virtus, à Deo eſt; cui Deus dicit, Ecce ego Hieruſalem pinxi muros tuos. Illa anima à Deo pingitur, quæ habet in ſe virtutum gratiam renitentem, ſplendoremque pietatis; illa anima bene pura eſt, in qua elucet diuinæ operationis effigies, illa anima bene pura eſt, in qua eſt ſplendor gloriæ, & paternæ imago ſubſtantiæ: ſecundum hanc imaginem quæ refulget, pictura pretioſa eſt. Adam ante peccatum, ſed vbi lapſus eſt, depoſuit imaginem cæleſtis, ſumpſit terreſtris effigiem.* In quibus Ambroſij verbis duo iuncta habes documenta. Primum, quod dicebamus, tantam eſſe animæ dignitatem in gratia conſtitutæ, vt ad eam ſolam attendere, de ea ſola gloriari deberet homo, & ſecundum, quod vera effigies, veráque Dei in homine imago in gratia conſiſtat iuſtificante, in vera ſanctitate, veráque virtute. Quod etiam egregiè dixit Anaſtaſ. Synaita lib. 6. Anagogicarum contemplationum, ſuper illa verba: *Faciamus hominem.* Vbi ſic, *Vnde id quidem quod eſt ad imaginem Trinitatis, in eſſentia incorporea, & intelligentis, & materiæ experti, & incomprehenſibilis animæ noſtra, omnes homines habemus ſimiliter; ſed autem quod ad ſimilitudinem, a ſoli habent qui ſeipſos recreauerunt, ea vitæ inſtitutione, quæ eſt ex virtute. Qui Deum habent in ſe inhabitantem, gratiâ quodammodo ſunt veluti Chriſti in diuinitate ſimul & humanitate.* Pulchrè ex gratia ſanctificante Chriſti efficimur, quatenus ſicut Chriſtus ex humana natura conſtat, & diuina, ex qua vnione Filius Dei dicitur naturalis; ſic pari modo anima ex naturali Dei ſimilitudine conſtans, & diuina gratuita quæ eſt gratia, fit etiam Dei Filius per adoptionem, ac alter Chriſtus ex naturali Dei, & gratuita imagine, ſine qua, etſi remaneat naturalis, amittit tamen filiationem: ac proinde figuræ pretioſitatem, & æſtimationem. Hinc Adam quia talis ante peccatum, pictura erat pretioſiſſima; at poſt peccatum viliſſima, ad cuius inſtar omnes ſimul peccantes; cuius equidem rei ratio, quia depoſita per peccatum, vt ait Ambroſ. cæleſti imagine manibus Dei depicta, terreſtrem effigiem deſumpſit, *Vnde eũ ſimilem eſſe, imaginem eius, cõparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Pſal. 48. n. 13. Vnde cõparatus? ſane quia per peccatum totus caro, in terram, cinerem, lutum reſoluetur, non ſecus ac illa: & ſi animam habuit rationalem, cum hæc non ad id, ad quod à Deo ordinata illi deſeruit; ſed ad deſideria tantùm carnis perficienda, non ſecus ac iumentorum; hinc & ſi natura rationalis, re tamen, & actione brutalis in infernum detruſa in perpetuum, non ad immutationem deſeruit corporis ſpiritualem, vt ait Apoſt. 1. ad Corinth. c. 15. n. 42. ſed carnalem, qualia iumentorum, in lutum ſcilicet, cinerem, ſtercora, fæcem, vnde rectè Ambroſ. *Fugiamus*, ait, *hanc imaginem*, terrenam nempe, *quæ intrare ciuitatem Dei non poteſt*, quia ſcriptum eſt, *Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges.*

Anaſtaſ. Sinayta.

38. Homo ex gratia fit Chriſtus ac Dei Filius, quomodo.

39. Per peccatum cur in beſtiam cõmutatur.

40. Corpus peccatoris vt immutabitur in die iudicij. *Ad Cor. 1. c. 15. n. 42.*

At tandem, vt hunc concludamus diſcurſum, ſic huius memores eſſe debemus ſemper excellentiæ in qua conditi ſumus, vt ſimul ſemper, ac continuè, alterius etiam illius ſummæ Dei beneficentiæ, qua ſemel culpa illa deperdita noſtra, remedia prouidit, non noſtris defatigatus culpis, quibus ad illam reſurgere poſſimus, remedia inquam non noſtris impendenda ſumptibus, ſed ſuis. Pulchrè Anaſt. Synaita lib. Anagogicarum contemplationum, expendit ad Dei iudicium vocatus Adam, cum nudus acceſſiſſet, de crimine tamen conuictus, quando more iudicij humani amplius exutus poſſibile eſſet, exire debuiſſet, non ſic, ſed exiit indutus, *Dic mihi quæſo*, ait, contra Iudæos, arguens, negantes Adamum Chriſti fuiſſe figuram; *Quomodo nudi à ſubligaculo in examinatione ingreſſi Protoplaſti in iudicio, à Deo induti ſunt, & tunicis pelliceis, cum deberent potius exui in examinatione, congruenter ordini iudiciorum mundi?* Cui dubitationi ipſe reſpondit, hoc ideo in myſterio factum, quatenus in figura Adami Chriſtus, quia non deceptus, in ſe ſuſcepturus erat pœnam illis emeritam, cuius nuditate ipſi veſtiti coram Deo ſoluerent, vnde ait, *Sed vxore ſua, ad ipſum reuerſa, ipſe non deceptus in ſe ſuſcepiſſet pœnam*, & infrà, *à Deo traditus fuit propter nos, & ſubiectus fuit pœnæ propter mulierem, & non reputatus fuit pati propter ſe.* Quod equidem beneficium tantæ eſt excellentiæ, vt meritò Baſil. in regulis fuſius diſputans in reſponſione ad primam interrogationem, ſupra cætera extollendam prædicit. *Sileantur*, inquit, *Solis ortus, & Lunæ circuitus, temperies aëris, temporum varietates, aqua è nubibus, & alia externa, ipſum mare, vniuerſa terra, & quæ ex terra naſcuntur, quæ in aquis degunt, quæ in aëre genera verſantur, innumera animalium differentia, omnia ad vitæ noſtræ miniſteria ordinata: verum illud neque volentibus præterire poſſibile eſt, & fieri nequit, vt is qui ſana mente præditus eſt, & rationis compos exiſtit, gratiam, ac beneficium ſileat, quòd eum ſecundum imaginem, & ſimilitudinem Dei fecerit hominem Deus, & ſui ipſius cogitatione dignatus fuerit, & ratione præter omnia animantia exornauerit, & vt immenſi Paradiſi pulchritudinibus delitiaretur, exhibuerit, & vniuerſorum in terram principem conſtituerit; deinde deceptum per ſerpentem, & collapſum in peccatum,*

41. Redemptionis beneficiũ ſemper ob oculos habendum. *Idem Anaſtaſ.*

42. Dei miſericordia in Adami iudicio.

43. Cur eum Deus veſtiuit.

Baſilius.

44. Redemptionis beneficium ſupra cætera ſemper extollendum.

& per peccatum in mortem, etiam quæ hoc digna essent non neglexit, sed primum quidem legem in auxilium dedit, Angelos in custodiam, Prophetas ad corripiendum vitia misit, bonorum promptitudinem promissionibus excitauit, finem vtriusque sæpenumero in diuersis personis, ad aliorum commonefactionem anticipando manifestauit, & post hæc talia omnia perseuerantes in inobedientia non est auersatus, non enim dimissi sumus à bonitate Domini, neque dilectionem ipsius erga nos excidit stupiditas à tantis bonis, & pranos, qua ipsum benefactorem contumelia affecit, sed reuocati sumus ex morte, & viuificati sumus rursus ab ipso Domino Iesu Christo. Nil melius. Hoc summum, hoc magnum, post tanta beneficia ingratum hominem non derelinquere, imaginem compactam non eiicere, sed remedia prouidere admiranda, & secundum multitudinem, vt ex Basil. habes, & amplius secundum modum vt ipsemet sanctus sequens adiecit, *in quo etiam modus beneficentiæ maius miraculum habet, in forma Dei existens non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit forma serui assumpta, infirmitates nostras suscepit, & morbos portauit, & pro nobis vulneratus est, vt nos sanaremur, & ex maledictione nos exemit, factus pro nobis maledictio.* Egregiè; si enim tantum remedia præberet ingrato, si vires ad resurgendum præstaret, si vt iterum ad eius resurgeret similitudinem, facultatem præberet, magnum equidem esset; at hoc efficere tanto suo dispendio, & nos iterum vt sua indueret immortalitate mortalem se efficere, hoc magnum, hoc indicibile, hoc supremum.

46. Obliuio passionis in iudicio quàm grauiter mulctanda.

Quapropter grauiter hoc considerans Sanctus, merito huius tanti beneficij obliuio, ac in peccata delapsio nobis in iudicio à maligno exprobrata serpente, sic affirmat tunc futura grauis, vt amplius quam ipsis erit gehennæ pœnis, dum non solum tunc contra nos, sed contra ipsummet insultans Deum [illegible] diabolus, nostram nobis obiiciens vecordiam post tanta à Deo accepta ipsum dereliquisse, & post tanta ab illo effecta nos ad ipsum traducere non potuisse; verba eius adducam, quæ grauissima, quæ sanctissima, sic enim, ait, *Quo vniuersa vbi mente recolo, per meum affectum eloquor, in horrorem quendam, ac horrendam animi emotionem delabor, nequando ex inadvertentia mentis, aut occupatione circa res vanas à dilectione Dei elapsus, opprobrium fiam Christi, qui enim nunc decipit nos, & per mundanas ineffationes oblitionem benefactoris nobis omni studio inducere conatur in perniciem animarum nostrarum nobis insultans, & in opprobrium nos inuadens, tunc afferet Domino nostrum contemptum, & gloriabitur ob inobedientiam, ac defectionem nostram, quod neque qui condidit nos, neque qui mortuus est pro nobis, habuerit nos ipsum sequentes, ob negligentiam, & inobedientiam mandatorum Dei: Dei hoc opprobrium, quod est contra Dominum, & hæc insultatio inimici gehenna potius mihi grauior videtur, ex hoste Christi materia insultationis fiamus, & elationis occasio contra ipsum qui pro nobis mortuus est.* Nil Basilio addendum, nisi tantum extimescendum, ne qui hæc legis & inspicis vnus ex illis sis, qui materiam dæmoni contra Christum iactantiæ præbeas, ne Christum iniuria afficias, ne tandem ingratus rubore ex hac dæmonis instantia suffusus, maiores ex illo quàm ex gehenna pœnas sustineas, quia imaginem in te à Dei manibus depictam, confregisti, rupisti, in seruum te redigens, dum ad imperandum ideo ad eius instar constitutus fuisti, iuxta nostri Sapientis dictum, *& sapientissima.*

47. Dæmonis insultatio in peccatores grauissima exprobratio quæ.

48. Lucrum Christi quæ-nam.

Num. 3. *Vt disponat orbem terrarum in æquitate, & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet.*

Commentum litteræ.

HOminem vt diximus à Deo affirmauit Sapiens creatum vt imperaret, nunc addit regiminis modum, scilicet vt in æquitate, iustitia, & cordis directione, vt mox dicemus. Quæ omnia eum in se diuina contineat sapientia, merito ad regimen ipse sublatus eam petit & ambit.

41. Modus quo Deus nos reparauit magis æstimandus.

Vt disponat Orbem, id est, vt regat, administret & dispenset, *Orbem terrarum*, hoc est homines in terra degentes, vt notat Chartusianus. *Chartusianus.*

In æquitate, & iustitia. Quid per æquitatem, Osotius *pietatem*, Bonauentura *misericordiam*, quæ est æquitas quædam, & lenior iuris remissio, Cantacuzenus, *animum sine perturbatione indicantem, ac bene intus compositum*, Hugo *iustitiam sine seueritate*, sicut per iustitiam, *misericordiam sine remissione*, quæ duo Principi apprimè necessaria, ne iustitia in crudelitatem, & misericordia in regiminis euadat dissolutionem, de qua re nos latè in primo hom. 102. 103. 108. & 156. *Osorius. Bonauent. Hugo.* 1. Æquitas quid.

Et in directione cordis. Græcè in *rectitudine animæ*, Olkoth per directionem, *clementiam* interpretatur, Osorius *animi æquitatem*, Lyranus *dictamen rectæ rationis*, melius Hugo, & Bonauentura, *rectam intentionem*, vt quando Deo [illegible] ex eius timore, vt consulit Iosaphat. 2. par. c. 19. n. 7. non ex alio fine, aut prauo, aut vario, populum diiudicant principes, tunc rectum, aut directum dicuntur possidere cor. de qua re nos in primo, hom. 3. *Olkoth. Osorius. Lyranus. Hugo. Bonauent. 2. Par. c. 19. n. 7.*

2. Tria ad beatè regendū necessaria æquitas, iustitia, & cordis directio.

Tria ergo ad bene regendum considerauit Salomon necessaria, æquitatem, iustitiam, & cordis directionem, quæ omnia vna præstat sapientia. Sapientis enim est, teste Arist. *modum assignare virtutis*, vnde cum rectus regiminis modus sit, iustitiam seruare sine seueritate, misericordiam sine dimissione, cor rectum sine obliquitate, omnia sapientis munia, merito Salomon Sapientiam exposcebat, aptéque ante eius petitionem hæc Deo proponit, vt inde gradum sibi ad suæ structuræ petitionis iustitiam, quo structo, paratoque suam statim declarans petitionem, subiungit dicens.

Num. 4. *Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis.*

Commentum litteræ.

THesis, & totius orationis argumentum, sapientiæ consecutio, cuius formam nunc proponit. Connexio cum præc.

Digitized by Google

Da mihi. Olcoth, *quia nec emere possim nec violenter auferre*, ergo vanæ diuitiæ, & ad imperandum impotentes, cum emere Sapientiam non valeant, Prouer. 17. n. 16. *Quid prodest diuitias habere stulto cum Sapientiam emere non possit?* cuius ratio, quia teste Arist. lib. 2. Rhetoricorum, ipsæ non aliquid aliud, nisi felix amentia sint, amentem constituentes hominem, belluina intra se gestantem monstra, cupiditates nempe, quarum comparatione nec ipsa monstra talia sunt, aut apparere possunt, vt egregiè Chrysost. hom. 7. in epist. ad Colossenses vbi sic, *Nonne vides quomodo infantes faciunt diuitias, quomodo intumescant, & æstuent, quas enim nugas non sibi describunt magis quam qui Hippocentauros effingunt, & chymeras & serpentis pedes, & scillas, & monstra videris eos effingentes, & si quis velit vnum eorum effingere cupiditatem, nihil videbuntur, nec scilla, nec chymera, nec Hippocentaurus, si cum portento illo conferantur, sed videbis illam habere omnes simul bestias.* Nil ergo ad Sapientiam diuitiæ comparandam; at Sapientia non diuitiis imperandum, si recte, & hanc illæ acquirere non possint, ad quid Politicorum turba sic illas necessarias asserit, vt populorum deprædationem consulat, vt subditorum expoliationem suadeat?

Olcoth. Prou. 17. nu. 16. Arist.

3. Diuitiæ parum ad regimen prosunt, & cur.

Chrysost.

4. Dementem constituunt hominem.

5. Omnes simul in se bestias continent.

6. Sapientia quo nũmo comparatur.

Non ergo diuitiis, sed oratione Sapientia comparatur, oratione inquam feruenti, à gratia procedente, vt grauiter Clemens affirmauit Alexandrinus lib. 2. Pædagogiæ, c. 3. *Sapientia*, inquit, *emi non potest terreno numismate, neque in foro, sed in cœlo venditur, & iusto nummo venditur*, nimirum dictum, *nempe verbo immortali*, hoc est, viuo per gratiam, *regali aureo*, ex nomine scilicet Christi exhibito, & à charitate imperato. Nil melius; vbi tria in oratione affirmat necessaria, vt impetret gratiam, regalitatem, hoc est Christi nomen, charitatem, feruorem scilicet ardentem, & desiderium, quale Salomonis ad Sapientiam impetrandam.

Saluian.

8. Politicorũ error vnde. Humilitas principi gloriosa virtus.

Sedium tuarum assistricem sapientiam. Quid per sedes? Lyranus, *iudices sedentes*, quibus necessaria ad iudicandum Sapientia. Hugo, Bonauent. & Chartusianus post glossam Interl. *iustos* qui sedes Dei, mysticus sensus. Melius Olxoth. *sanctos Angelos* quasi dicat, Da mihi sapientiam sanctorum Angelorum, in quibus sedes, & quæ semper tibi assistit.

7. Sancti Angeli Dei sedes.

Lyranus. Hugo. Bonau. Chartus. Interlin. Olcoth.

Optimè adnotat idem, non petiisse Salomonem Sapientiam mundi, & carnis, quæ stulta, & stolida, de qua te nos in 1. hom. 29. sed illam, qua Paulus imbutus de ea loquebatur inter perfectos. 1. ad Corinth. c. 2. nu. 6. hæc necessaria ad impetrandum, non illa, nisi prudentiores nos Deo iudicantes, eius abijcientes mandata, & nostram suæ anteponentes Sapientiam, tunc nos prudentiores æstimabimus gubernatores, quando ipsius contemptores, vt egregiè Saluianus lib. 4. de Prouidentia, vbi sic, *Qui verbis Domini non obsequimur, sapientiam profecto in nobis non habemus nisi fortasse credimus, sapienter nos Deum spernere, & hoc ipsum quod Christi mandata contemnimus, summam prudentiam iudicamus.* Nil melius, Hinc Politicorum error, Dei præceptorum in gubernatione contemptus, suprà Deum se erigunt, & illo se prudentiores æstimantes, ad

1. Ad Cor. c. 2. n. 6.

rectam status gu[illegible] ferentes regulam, [illegible] non submissione, [illegible] elatione, non Dei sapientia, sed prudentia [illegible], quo nil stolidius.

Noli me reprobare a pueris tuis. Hugo, Bonauent. Chartusianus, Olcoth, de reprobatione damnationis, aut etiam de reprobo sensu, verbum intelligunt *reprobare* sensus impropriùs, Melius, Lyranus, noli me reprobare denegando mihi donum sapientiæ, pueris tuis à te concessum, hoc est seruis tuis patribus meis, vbi pueri Dei serui intelliguntur; quod est petere vt inquit Hugo, humilitatem, puritatem, simplicitatem, *vt sim humilis, purus, simplex*, necessariæ ad bene regendum conditiones, & præcipuè humilitas vt modò dicemus.

Hugo. Bonau. Chartusianus. Olcoth. Lyranus.

Petit ergo Salomon ad optimè gubernandum sapientiam, non quamlibet, sed Dei assistricem, Angelis suis communicatam, pro qua, vt bene adnotat Castro, omnes rationes, quæ monere, & inducere possunt, pro sua proponit facultate, & necessitate.

HOMILIA IV.

Humilitas sicut Christi, vt principis virtus, sic & cæterorum principum.

TRia vt in commentario diximus, ad rectam postulauit Salomon à Deo gubernationem, humilitatem, simplicitatem, puritatem; de duabus vltimis, in primo satis, multis in locis, & præcipuè Hom. 2. 3. 4. cum per simplicitatem veritas, per puritatem sanctitas intelligatur. Restat ergo, vt ad perfectum Principem conducentes, de humilitate hîc aliqua dicamus, quâ & si à nomine non principis virtutem multi, (sed inique) dicent, tamen apud Sapientes certum, illam apud cæteros magnam, sed apud principes gloriosam esse virtutem, sic Theodoricus Rex Transmundo Regi Vuandalorum apud Cassiodorum lib. 5. epist. 44. qui sic ait, *Est in principibus humilitas gloriosa quemadmodum in mediocribus odiosa potest esse iactantia.* Pulchrè & Regium dictum, iactantia in mediocribus odiosa, humilitas in Rege gloriosa, vnde, nisi quia sic propria principibus est, ac impropria mediocribus, & infimis iactantia; cuius ratio, quia isti de non suis gloriantes vt de ascititijs, vt sic dicam ansam superbiendi capiunt: princeps verò qui à natura magnitudinem possidet, ab illa, dum non vitium, sed virtutem carpit, eo fit gloriosior quo humilior.

9. Humilitas principi gloriosa virtus.

Cassiodorus.

10. Superbia, ac iactantia cur paupertibus indecens.

Hinc quia Christus Dominus noster, non ab arte, non ab electione, non ab euentu, non tandem à tempore princeps, sed vt *antiquus dierum* ab ipsa æternitate, & essentialiter Rex, ideo & *sic in forma Dei esset, & non rapinam arbitratus, esse se æqualem Deo*, vt ait Apost. ad Philip. 2. n. 6. *Tamen semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.* Ex hoc maximè se Deum probans, & natura non arte principem, quia seruitutis habitum non timuit, quasi Majestatem inuolaturum, nam cum hæc propria, illam serui humilitas non abstulit, sed auxit, *Maximè ostenditur*, ait Photius, *quod Deus sit ex eo quod se se demiserit, ac humanitatem gesta-*

11. Humilitas Christo ob stolit, sed auxit gloriam, & cur. *Ad Phil. 2. nom. 6.*

Photius.

nerit, noverat enim quod ex hac humiliatione, nihil detrimenti susciperet ex divina natura sibi conveniens dominitati sublimitas; si vero hanc sibi sublimiam habuisset, timuisset utique seipsum humiliare, ne à dignitate vixdum sibi acquisita excideret.

11. Deum humiliasse quodammodo crescere fecit ad extra in Christo.

Immo quia altus, sic, vt altius crescere magnitudine, regalique magnificentia non posset (quomodo enim infinitus augeri potest?) modum sua qua pollet sapientia inuenit, vt si non intensiuè, & intrinsecè, saltem extensiuè, & extrinsecè amplius, nostro modo concipiendi crescceret, amplius vt Deus innotesceret, non equidem vt prius magnitudine, communicationéque ineffabili ad intus, sed humiliatione ad extra; hinc celata diuinitate, qua patri æqualis, *formâ serui accipiens*, humilians se *vsque ad mortem, mortem autem crucis*, ad Philipp. vbi suprà n. 8. ob hanc & nomen, & illam nominis à patre accepit exaltationem, quæ suprà omne nomen, ita vt in eius nomine, *omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum*, in quo loco pulchrè Theodoretus accipiens pro nomine à Patre Christo ob humilitatem concesso, non gloriam vt multi, sic filij, ait, quod sicut per communicationem ad intra altissimam nomen verbi accepit, & filij, sic per humiliationem ad extra, & eundem vt homo communicaunt, sic tremendum cælestibus, terrestribus, infernisque, ac quando illud sine humanitate possidebat, ad eandem euectus altitudinem humilitate, ac prius infinita à Patre generatione. O immensa humilitatis potentia! ô indicibile eius præconium, vt sic potens in terra inueniatur, ac in cœlis ipsa Dei Patris fœcunda omnipotentia, vt ad eandem eleuet majestatem Dei Verbum factus homo, humilitas, quia ipsa Dei æterna generatio, Dei Verbum ad intra, sic vt quia à Patre genitus filius eius dicitur naturalis, & Verbum, supra omnia eleuatus, Patri consimilis, & æqualis; pari modo, quia humilis, & ob humilitatem serui, non filij formam accepit, sic illa subleuetur, vt ad altitudinem nominis filij, etiam naturalis qua homo eleuatus sit, & ad consessum dexteræ Dei sedens, qua homo etiam omne genu ei flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, *Atqui cum humanam naturam*, ait Theodoretus, *suscepisset, qui erat humilis, exaltatus est, & qui erat altissimus seipsum humiliauit; non ergo ea accepit, qua prius non habebat, sed accepit vt homo, quæ habebat vt Deus*, nomen scilicet filij vt ipse ait, nam inquit, *Nomen autem quidam interpretati sunt gloriam, ego autem ex epist. ad Hebræos inuenio aliam Apostolici dicti intelligentiam; cum enim dixisset, sedet ad dexteram Maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius pra illis nomen hæreditauit, interpretatur nominis differentiam, & dicit, cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genuite? & rursus, Ego ero illi in patrem, & ille erit mihi in filium; hic ergo etiam dicit, quod cum seipsum humiliauit, non solum non perdidit quod habebat vt Deus, sed hoc etiam accepit vt homo.* Ergo humilitate Christus quia natura princeps, non solùm Maiestatem non depressit, sed auxit, sed cumulauit, quod egregiè Ambros. in epist. 1. ad Timoth. c. 2. super illa verba, *sed ideo misericordiam consequutus sum*, vbi de Christi humilitate sic, *humilitas enim ista* mortis scilicet, *non ad diminutionem eius profecit, sed ad gloriam*, quapropter sic altam hanc Deus æstimauit virtutem, vt quia Deus eam assumere non poterat, factus est homo vt eam apprehenderet, non magnum quasi æstimans esse Deum altum, nisi simul & homo esset humilis: pulchrè hoc idem Theodoretus vbi sup. *Cum esset*, inquit, *Deus, & natura Deus, & Patri æqualis, non hoc magnum existimauit, hoc enim est proprium eorum, qui præter dignitatem honorem aliquem sunt assecuti; sed celata dignitate summam accepit humilitatem, & humanam formam suscepit.* Egregiè, vbi adnotanda illa, superbire proprium esse eorum, qui præter dignitatem honorem sunt assecuti, quod etiam eleganter dixit S. Zeno Episc. Veronens. & Martyr, in Psal. 130. vbi sic. *Nulli facilius efferuntur, quam quos inopinato honoris culmen extulit.* Et Seneca Rethoric. lib. 2. controuers. 1. *Nihil est insolentius nouitio diuite*; hinc recte Cicero, lib. 1. Officiorum. *Recte præcipere videntur, qui monent, vt quanto superiores sumus, eo nos summissius geramus*, immo Spiritus Sancti est aperta doctrina dum Ecclesiast. 3. num. 20. monens ait, *quanto magnus es, humilia te in omnibus.*

12. Et sublimè dedit nomen, & quale.

13. Theodoretus. Ambros. Cicero. Seneca. S. Zeno. Eccles. 3. num. 20.

Hinc, vtpote Dei propria nota humilitas, nullum equidem electionem diuinam esse, & à Deo emanatam maius signum, quam principis, & superioris in regimine humilitatem, itavt humilis à Deo, superbus à diabolo, sit in regimine constituturus; hoc equidem acutissimè expendit Theophylactus in c. 13. Ioannis, n. 3. super illa verba, *Sciens Iesus quod omnia sibi dedisset Pater in manus.* Vbi ponderans cur hoc Apostolus dixerit, affirmat ideo, quia statim miræ Christi humilitatis exemplum adducturus, scitu scilicet [illegible] Christum, & quia natura Deus, & quia à Deo non à Diabolo destinatus, Princeps, *Non timebat*, ait, *minui gloriam suam lauans pedes Discipulorum, non enim rapuerat gloriam, vt timeret ab illa excidere, omnium Rex erat, & Dei filius; hoc enim vult dum dicit, à Deo exiui, hoc est ex Patris substantia, & iterum ad Deum vado, & ita non minuebatur gloria eius, qui talis est ex eo quod discipulos lauaret. Considera igitur, quod humiliari opus est eius qui à Deo egressus est, & ad Deum vadit: superbire, & fastuosum esse, opus est eius qui à dæmonibus exiit, & ad dæmones vadit.* Plus affirmat quam proposuimus, non solum dæmoniacam esse electionem, ait, sed ad dæmonem ire in regimine superbum. Quis ergo superbiet, aut vnde non propria principi humilitas, si eius ex Deo electio?

14. Deus factus homo vt humilitatem apprehenderet.

15. Superbi illi qui supra dignitatem eleuantur.

16. Electionis diuinæ nota humilitas.

17. Theophil. Ioan. 13. n. 3.

18. Christus ob humilitatem Princeps constitutus.

19. Princeps superbus à dæmone, & ad dæmonem propetat.

Hinc qui tales, & si in terris dij, se tamen ad instar Dei humanant, merito ab ipsomet suprà eleuati Deo, & non secus ac proprium filium ex humilitate exaltatum, ipsos ad eam euehit gloriam, vt propè diuinitatem attingentes diuini sint, & appellentur. Veritas hæc sic ex se dilucida apparet, vt ipsimet lumine priuati supernaturali gentiles eam fuerint assecuti. Ab Athenienſibus diuinos recusante Pompeio,

20. Humilis diuinus.

Cap. 9. in n. 4. Hom-

honores, quasi in triumphum admirati deseripserunt.

Plinius.

Quatenus te censes hominem, eatenus nobis es Deus. Et Plin. iunior in Panegirico ad Trajanum, sic ait, *Tu delubra non nisi adoraturum intras, tibi maximus honor excubare pro templis, postibusque protegi, sic faces, vt Dei summum inter homines honorem fernes, cum deorum ipse sis adeptus;* Quid pulchrius? Ad deitatis honorem pertuenit, recusans deitatem, hominem se recognoscens; immo vt ipsemet infrà, quod fastu, quod potentia, quod armis cæteri occupare non potuerunt Principes, ipse humilitate suique recognitione sine labore. *Ante te,* ait, *Principes fastidio nostri, & quodam aqualitatis metu vsum pedum amiserant; illos ergo humeri, cerniceſque seruorum super ora nostra; te fama, te gloria, te ciuium pietas, super ipsos Principes vexunt, te ad sidera tollit humus, mulorum, non alta superbaque sedes.* Pulchrè. Nō cernices seruorum, non sublimis thronus, superbæque euehunt Principes moles, sed humus, sed cinis, sed propriæ attentio fragilitatis, hæc ad sidera, hæc diuinitatis iter pandunt.

Ambros.

At faceſſant gentiles, accedant nostri supernо imbuti lumine. Audiamus Ambros. in Psal. 118. Octonario 14. qui audet, & dicit, Deum ipsum tunc mundum cognouisse, flexisseque genua, & adorasse, quando humilis. non sublimis; & tunc ad regnum Christum peruenisse, quando regnum reculauit, *Bona humilitas,* ait, *qua nihil appetendo, totum quod contemnit adipiscitur.* Pulchrè dictum. Cōtemne fastum, contemne honores, contende tandem suprà homines deitatem, & ad deitatem ascenderis, hoc propè est, quod dicebat Ethnicus Plinius; at non adulās Traianum vt ille, sed verè de Domino nostro prosequens Ambr. ait, *Ipse enim Dominus Iesus se humiliauit, vt nos eleuaret, & humiliauit vsque ad crucem, propter quod exaltauit illum,* inquit, *Deus, vt in nomine eius omne genu flectatur. Quanta fecit Deus audeo dicere, & non flexa ei genua; sed flexi ea postquam se humiliauit;* Nil melius. Hinc nunc intelligo illorum eiusdem Domini verborum sensum, quando dixit, *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Ioan. 12. n. 32. vbi adnotandum ex mente Aug. tractatu 52. in Ioannem, particulam, *Si,* non significare conditionem, sed tempus, & stare, pro cum, vel quando; immo Cyprian. in expositione Symboli ibi, *resurrexit à mortuis.* Ambros. serm. 12. in Psalm. 118. legunt, cum; & aliqui etiam volunt non solum significare tempus, sed causam; vnde sensus, *quando* ego *exaltatus fuero.* vbi secundum omnes exaltationem suam mortem dixit Crucis, humiliationem, & abiectionem suam; tunc ergo, & non ante, non quando incarnatus, non quando circumcisus, non quando voce, opere, gestu, manu, consilio, sudore, & labore prædicationis omnes ad se attrahere curabat; sed quando exaltatus in Cruce, quando extremum & vltimum humilitatis dedit specimen, tunc attraxit, & veluti infallibili omnia ad se adiunxit violentia.

Ad Phil. 2.

Cyprian. Ambros.

Omnia in quid? quid per illa? aut quomodo, faceſſat multum antiquos patres, cum & si exaltatus, non videtur quomodo sit generalis attractio, itavt omnia complectatur. Iustinus in explicat. *Quæ* hanc sententiam ita enodat, *Cum omnem principatum, potestatem, & virtutem sustulerit.* Aug. tract. 5. in Ioan. tres affert intelligentias, Prima, vt per omnia intelligamus carnem, animam, & spiritum, seu mentem, quæ ad se attracturum promuit Dominus. Secunda, vt si non legatur *omnia*, sed *omnes*, & tunc de prædestinatis illud intelligit, cui expositioni consentit Greg. lib. 6. epist. 15. & hom. 22. in Euangelia. Tertia est, si legamus etiam *omnes*, & tunc non de singulis personis, sed de personarum generibus illud intelligit, hoc est, quia ex omni natione, sexu, & statu, ac conditione multi attrahendi sunt. Sanctus Leo serm. 13. de Pass. ad figuras veteris Testamenti illud refert, quasi omnia ad se attracturus per earum complementum; *Nulle-galium instrumentorum,* ait, *nul prophetcarum recedit figurarum, quod non totum in Sacramenta Christi transferit. Nobiscum est signaculum circumcisionis, sanctificatio chrismatum, consecratio Sacerdotum, nobiscum puritas sacrificij. Baptismi veritas, honor templi, vt meritò cessarint nunc postquam nunciata venerunt;* Et serm. 8. de Passione amplius dilatans hanc sententiam, ad elementa ea extendit, quæ in Passione dederunt signa, & tandem ad totum mundum, qui fidem accepit Christi, Cyprianus in expositione Symboli in illo, ait. *Resurrexit à mortuis*, ad mortuos extendit, vbi sic. *Rediit victor à mortuis, inferni secum spolia trahens, eduxit eos qui tenebantur à morte, sicut ipse prædixerat cum ait: Cum exaltatus fuero;* Chrysost. Euthimius, Athanas. sermone de Passione Domini, Basil. homil. 45. in illud Psalmi. *Exaltabor in gentibus*, de tractione ad fidem interpretantur; Ambros. tandem epist. ad Rom. c. 1. de supremo Christi dominio hoc intelligens, propius ad rem nostram illud exponit; *Siquidem*, ait, *adhuc in Cruce positum, Centurio videns magnalia, Dei filium confitetur: & ipse Dominus ait: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego ipse sum: Et iterum, Cum exaltatus fuero à terra, omnia trahan ad me ipsum*, id est, *tunc cognoscar omnium esse Dominus*; Ergo tunc cognitus vt Rex, tunc verè apud homines exaltatus, & illos suo subdidit imperio quando humiliatus.

Greg.

Leo.

Cyprian.

Chrysost. Euthim. Athanas. Basil. Ambros.

Immo quando amplius humiliatus? quando sic depressus vt plus vltra non posset, quando scilicet sepultus, in terra defossus, sub lapidem compressus, quando tumulatus, & mortuus vltimum prorsus humilitatis dogma, tunc in illa humilitate, depressione, ac summa vt sic dicam voluntaria impotentia summè potens, dum in illa Christi Domini nostri morte, ac sepultatione vna inter cæteras extitit actio, non quidem omnipotens, sed omnipotentissima, omnium scilicet mortuorum resurrectio in illa librata, ac veluti à Patre destinata; egregiè hoc Ambros. vbi sup. ponderans illa Pauli verba *Ex resurrectione mortuorum Christi Domini nostri*, Vbi aduertit Paul. verba. *Ex Resurrectione Iesu Christi, sed ex resurrectione mortuorum*, cui respondens dubitationi sic ait, *quia resurrectio Christi generalem tribuit resurrectionem, hæc enim maior videtur virtus in Christo, & victoria, vt ea potestate operaretur mortuos, quæ*

Idem. Ambros.

Digitized by Google

operatus fuerit,& vinus,quo facto apparuit illum fuiſſe mortem,ut redimeret nos. Pulchrè quidem & acutè, ex reſurrectione Chriſti, noſtra reſurrectio, illa exemplar. at Chriſti reſurrectio vnde,niſi ex eius virtute,ac potentia,volens ſe reſuſcitare,ponere animam ſuam,& iterum ſumere illam; ergo ea poteſtate mortuus operatus,qua viuus. At maior erat in morte, quàm in vita, dum viuens alios ſuſcitabat ad vitam mortalem,mortuus verò & ſe,& per ſe omnes ad vitam immortalem ; maior ergo hæc virtus, maior gloria, maior poteſtas dum humiliatus, quàm dum in mundo eleuatus, quia vbi maior humilitas,ibi maior exaltatio & virtus;ſicut è contra vbi maior ſuperbia, ibi maior depreſſio, immo & finium diſſipatio.

27. Chriſtus potentius mortuus, quam viuus.

Hinc aduertant Principes, ſuperbique tyranni ſi ad votum aliquando altæ eorum non ſuccedunt ſibi cogitationes,ac ſtatus determinationes,hoc non aliunde prouenire quàm ex ſuperbiæ ſpiritibus alte in cordibus infixis eorum, contra quos Dei ſe armans altitudo ad eos collidédos,diſſipat,diſtrahit conſilia,cogitatuſque ſuperbos. Pulchrè hoc ſumma noſtra cecinit Regina in illis verbis, *Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* Luc.c.1.vbi illud,*mente cordis ſui* conungendum, non cum *diſperſit*, quaſi Deus mente cordis ſui diſpergat ſuperbos, ſed cum *ſuperbos*,quia in Græc. vbi legitur,*mente cordis ſui*, eſt *mente cordis ipſorum*, Sic legit Thaumaturgus, ſerm. 2. de Annuntiatione,vide Tolet. in hunc Lucæ locum, qui hunc affirmat hæc verba efficere ſenſum,ſcilicet,*ſuperbos mente cordis eorum diſpergi*. verba eius,*Cum Deus conſilia,ac cogitationes malignorum, quæ prauitate ſuæ cordis ſibi propoſuerunt, diſſipat ac irritas facit, ne exitum ſunm conſequantur.* Hinc Iob. 5.n.12. *Diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum, quod cœperant.* Et Iſaias c.8.n.10. *Inite conſilium & diſſipabitur, loquimini verbum, & non fiet.* Ergo ſenſus Reginæ noſtræ ille eſt, ſic contra ſuperbiæ ſpiritus cogitationeſque ſtare Deum, vt quaſi ad nil aliud, illico ac pullulatos ſtatum eos diſpergat, diſſipet, ac ſupplantet:ſibi ergo imputent Reges quando ad vota altæ eorum ſibi non ſuccedunt conatus, ſuperbia eſt in cauſa, vanaque de ſeipſis æſtimatio, nam dum, vt inquit,Bonauent. in expoſitione huius loci, ſuperbi mente cordis ſunt qui per præſumptionem, & ambitionem ſe ſuper cæteros eleuant ; proprium Regum, ac Principum, ideo humiliantur, iuxta illud Apocal.c. 18. n. 7. *Quantum glorificauit ſe,& in deliciis fuit,tantum date illi tormentum,& luctum*, cuius rationem ſubdens ait, *quia in corde ſuo ſecit*,ad nota verbum,*Sedeo Regina,& vidua non ſum, & luctum non videbo.* Ex qua doctrina, manifeſtè apparet non ſolùm humilitatem Regibus non impropriam,ſed ipſis præter cæteros neceſſariam, ſi ad perfectum ſtatus adducere deſiderant negotia, cum hæc, & ſi alta,& ſi magna, humilitate acquiruntur,ſuperbia diſſipantur.

28. Principum deſideria à ſuperbia diſſipantur.

Thaumaturgus. Tolet.

Iob.5.n.12.

Iſai.c.8.nu.10.

Bonauent.

Apocal.c.18.n.7.

29. Humilitas ad finem negotia ducit ſtatumfelicem.

Et ne per ampla ad hoc probandum vagemur,quid altius Deitate, infinitaque Dei Maieſtatis ſimilitudine? Quid ſublimius Deifica adoratione,& quam latriam vocant ſoli Deo debitam? Duo hæc ambierunt, vt ſic dicam, ſuperbia Angelus, humilitate Chriſtus. Ille, Iſaias 14. n.13. in corde enim ſuo dicebat,*Verè mente cordis ſuperbus*, vt inquit Thaumat.vbi ſup.*in cælum conſcendam,ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte Teſtamẽti,in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo.* At Chriſtus non ſic, ſed non arbitrans rapinam eſſe ſe æqualem Deo,immo ſemetipſum euacuans,formam ſerui accipiens, corde verè omnem profeſſus eſt humilitatẽ. Quis ergo ex his duobus Dei adorationem apprehendit? immo Chriſtus ſic ad illam peruenit,vt ſimul ſua diſtuharet Diabolum humilitate, à falſa quam poſſidebat Deitate,cum ſequens Iſaias dicat, *Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum lacꝰ*, quem locum, de diſperſione idolorũ ſub quibus Diabolus adorabatur, intelligit Thaumat. vbi ſup. *Vbique enim aras, atque delubra eius, imaginemque Deorum cultus diſperſit,& ex gentibus populum ſibi peculiarem,atque acceptum conſtituit.* Præclarior hæc altera in cœlis exiſtens victoria, ſublimior ac excelſior, nam bis ſuperbia erigere ſe volens Lucifer,& ad Deitatem peruenire, eiectus ab illa horrende cecidit,Primò in cælo,ſecundò vero in terris, quando aſtu, malitia, dolo, & deceptione,in idolis,& ſimulachris,Deitatem,adorationemque à Deo inuolare præſumpſit, vnde bis etiam ab ipſomet oppreſſus extitit ; altiſſima primo omnipotentia, è cœlo in infernum eum detrudens ; ſecundò humilitate, at cum hac differentia,vt per humilitatem altior eſſet victoria,ſublimius trophæum. Cum & ſi cælo,nullo tamen eum negotio ab illo Deus eiecit, vtpote nullo tenitente, propriaque in domo; at quando in terris, cum ſedes impius in corde tenebat humano, tanquam in propriis, & hoc Deo obſiſtebat, ipſius eiectio eo glorioſior extitit,quo operoſior, ſic à dæmone æſtimata,vt ſi optio eſt data eſſet,an à corde eiici humano, an iterum, & de nouo in alterum detrudi infernum, hoc ab illo præeligeret. Pulchrè hoc Hieronym.in illud Iſaiæ 9. num. 4. *Iugum oneris eius,& virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti ſicut in die Madian ; quia omnis violenta depræda cum tumultu, & veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem, & cibus ignis.* quæ vltima ipſe cum 70. legens nempe, *quia omnem ſtolam congregatam dolo,& veſtimentum commutationis veſtitum, & cupient ignẽ eſſe combuſti*, ſic ait,*ſtolam congregatam dolo, & veſtimentum commutatum,cum adijcient reddituros*, id eſt, Diabolum,*qui ò Lucifer omnes animas,quas Dei auxilio nudauerat,cum ornamentis priſtinis redditurus ſit, non ſolum ipſe, ſed & ſatellites eius dæmones,quibus ſi optio detur,magis eligant perire flammis,quam prædam perdere.* En quantum dæmon hanc doluit victoriam ; non ſic quidem primam, cum ſuperbus aliquam à Dei omnipotentia ſui tumoris capiebat conſolationem,quaſi inæqualibus oppreſſus armis, at quando vt Eucherius ait,homil. in Paſcha, *Non poterat calumniare quod per Dei potentiam premeretur,dum non ei captiuum per vim prariperet, ſed pretium,quod ſatis è captiuo præponderat, & quod prædonem magis damnaret, appendit.* Tunc ingemuit,& amplius indoluit,videns ſe

Iſaias c. c.14.n.13.

30. Ea Chriſtus adorationem diaboli diſſipauit.

Thaumaturgus.

31. Diabolus bis deitatem præſumpſit, in cælo,& in terra.

Hieron.

32. Bis exturbatur gloriatus quãdo in terris Chriſtus per humilitatem.

33. Dæmon infernũ præeligeret, quam à corde eici humano.

Eucherius.

34. Plus doluit quando victus à Chriſto,ac quãdo è cœlo exturbatus,

Digitized by Google

è nobiliori cœlo iterum deiectum, non Dei omnipotentia, sed humilitate, sed infirmitate; & ipsam quam possidebat sedem à Christo non armis, non tumultu, non potentia, sed morte, sed passione, sed humiliatione acquisitam; *Tu autem Domine*, hoc aduotans Hieron. vbi suprà, ait, *Atque Saluator ingum oneris eius, hoc est, Diaboli, qui prius exultabat in mundo, qui cunctis gentibus imperabat, qui grauissimo seruitutis iugo colla omnium deprimebat, & virgam, qua percutiebat vniuersos, & peccata sibi quasi quoddam tributum reddere compellebat, detraxisti de humero eorum, & tibi liberatos seruire fecisti, absque vllo exercitu, & absque effusione sanguinis, in abscondita manu, sicut quondam sub Gedeone populo Israël de Madianitis victoriam præbuisti.* Humilitate ergo Christus acquisiuit, quod superbia dæmon non potuit, ad exemplum, & doctrinam hæc Principum, & Potentum, vt si alta quæque apprehendere satagunt, & præcipuè magnum nominis splendorem, viam intelligant Regiam humilitatem.

Hieron.

Imnò vt tandem concludamus, si ad magna ipsos, & præclara esse facinora electos, excelsaque in vita gesturos autumare velint, hoc vnũ eis signum humilitas, mirum quod de Moyse legitur Exod. 4. n. 6. ad populum enim destinaturus eum Deus, vt missum eum crederent, inter signa illud extitit in ordine secundum, manus scilicet lepra infecta, *Mitte manum tuam in sinum tuum; quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar nivis.* Quid cum missione tale signum? multum quidem, vt cæteri pro certo scirẽt ad magna & præclara electũ Mosem; & verè à Deo missum, manúque illam cœlum, terramque immutaturam, quæ prius leprosam se recognoscens, secura à spiritu iam extabat superbiæ; quapropter miraculum, non sic me iudice quod à Deo missus extitit signũ, quantum Moysis humilitatis, ex illo iudicens verè missus à Deo, & ab illo electus, quia humilis, quia in oculis suis abiectus & leprosus: & secundo, vt inde omnes scirent non quia leprosus Moses, inde immundus, & à Deo inelegibilis, immo ideo electus, ne ipse de se extolleretur, & in superbiam abiret; *Legislatoris manum infecit lepra*, ait Theodoret. quæst. 10. in Exodũ. *Docens eos qui plenius instructi sunt, horum nihil esse immundum*, scilicet leprosum, aut non leprosum esse, cum hæc externa tantùm sint; & per hoc licet Moses leprosus, non tamen immundus, cum ei lepra non ad confusionem, sed ad suæ gloriæ ostentationem aduenisset, *Nam dextera*, sequitur Theodoret. *quæ admiranda illa perpetrarat, quum prius fuisset leprosa, signis diuinis inseruit, & elementa mutauit. Quæ res Mosen etiam admonuit, non superbire debere, sed agnoscere naturam, cum recordatione dextera lepra prius infectæ.* Ergo ideo prius lepra Deus Moysis manum infecit vt humilitatem doceret, & signum quod ad magna electus securitas extitit, superbia. Hinc colligant Principes, Reges Superioresque omnes, an ad alta magnificaque eos Deus elegerit, si humilitatem, si prius in se depressionem viderint.

Exod. 4. n. 6

35. Humilitas a homine signum altissimum electionis.

Theodoret.

36. Moysi cur manus leprosa.

37. Princeps sit humilis erga vilis.

At ne quid nimis, modusque sit in rebus, sciendum, sic nos humilitatem Principibus suadere, vt non sit vilitas, & sic propriè ipsam regiam esse virtutem, vt non [illegible] sentiant non præiudicet [illegible] peculiarius expetit [illegible] facit cor subditum, & [illegible] non altiuum, non superbum, tandem hominem sui memorem miseriæ, cum ad illud proclive principum felicitas eos adducere solet, obliuisci se homines, Deos se facere, vt de Clearcho Heracleensium tyranno affirmat Iustinus Historicus lib. 16. circa finem, *ex successu continuæ felicitatis obliuiscebatur se hominem esse, ac interdum se Iouis filium dicebat*; hanc quippè insaniam interior curat humilitas, ob quod præcipuè Principibus necessaria: & licet exterior humiliatio aliquando bona, ac excellens, illa tamen in superioribus sic attemperari debet, vt apud cordatos, viroſque sapientes potius authoritatem & gloriam, quam contemptum, & ignominiam aucupetur; excellens ad hoc confirmandum locus ille est. 2. Regum. c. 6. quando ludens Dauid coram arca, superba eum despexit Michol, humiliationem spernẽs, pium subsannãs deuoti Principis affectum; at quid Dauid, n. 21. *Ante Dominum*, ait, *qui elegit me potius, quàm Patrem tuum, & quàm omnem, domum eius, & præcepit mihi vt essem dux super populum Domini in Israël, vt ludam, & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es, gloriosior apparebo.* Prorsus infinita notatu digna, quæ hi prosequenda, in infimum hic procederet discursus, percurram singula. Primò adnotandum, veram humilitatem interiorem, & exteriorem esse, immo hanc sine illa fictionem & hipochrysim. Hinc duo de se adiecit Dauid, futurum vt amplius luderet, & secundò, vt humilis amplius in oculis suis esset, externam, & internam profitens humilitatem. Secũdò, ob hoc ipse electus à Deo, Saũl reprobatus, immo præ Saule elenatus. Tertiò, quia humilis in oculis suis non solum ad regimen electus, sed ad illud coactus, & ex præcepto adactus diuino, ex quo duo capere possumus. Primum, quod supra dicebamus, signum scilicet diuinæ electionis humilitatem; & secundò ad regimen & ad ipsammet struendam electionem vnicum eamdem esse mediũ. Quarto ex hoc loco elicere possumus humilitatis effectum, ampliorem scilicet gloriam, sublimiorem honorem. Quapropter rectè Chrysost. hom. 66. in Matth. super illa verba Pauli ad Philipp. 2. suprà à nobis exposita, de exaltatione scilicet nominis Christi ob humilitatẽ, tradens quomodo ex illa amplius Dei nomen cluxit sic ait, *Nam antequam homo factus esset, ab Angelis solum cognoscebatur; postquam autem hominem assumpsit, & cruces patibulo pependit, non solum gloriam illam non amisit, sed etiam hãc acquisiuit quæ à cognitione orbi, resultat: vide quare nullo pacto metuas, quasi tollatur honor tuus si te ipsum humiliaueris; hinc enim vel ad cœlos vsque gloria tua pertransit.* Quintò demum eliciendũ quod supra dicebamus, sic nẽpe humilitatem esse regiam virtutem, vt discretionis non careat condimento, & vt præcipuè coram Deo, quam coram sit hominibus; hinc notandum, non simpliciter dixisse Dauid ipsum lusurum & vilidiorẽ futurum, sed adiecit *ante Dominum*, cum protsus indecens illud

Chrysost.

38. Humilis cordis humilitas ab Deo minus abscondita.

39. Principes ex felicitate homines se esse obliuiscuntur.

Iustinus.

40. Quomodo humilitatẽ exercere debent.

2. *Reg.* c. 6. n. 11.

41. Humilitas externa, & interna figmentum.

42. Humiles eligendi ad regimen.

43. Humilitas non deprimit, sed extollit hominem.

Digitized by Google

fuiſſet,& à regia alienum majeſtate; ſi non ante dominum, ſi non ob dominum, ſi non ex occaſione, ſi non eo motiuo; at ſi propter dominum, ſi ante dominum, ſi ob eius charitatem viles & ſerui apparcant, & ſi coram multitudine glorioſiores amplius apparebunt, immo omni digniores reuerentia, & non homines tantum ſeruos, ſed fas ſit cum omni humilitate dicere, & ipſum etiam dominum obtinebunt, non quippè in terris tantum, ſed quod propè ad miraculum, & in cælis. Hoc excellentiſſimè dixit Chryſolog. ſerm. 24. dum confert verba illa Chriſti, apud Luc. 12. num. 35. *Sint lumbi veſtri præcincti*, cum illis, num. 37. *præcinget ſe & faciet illos diſcumbere*; vbi ſic, *Expauenda conuerſio ſeruitutis. quia parumper ſeruus aſtitit in domini ſui expectatione ſuccinctus, vt talionem redderet, diſſimulat ſe in ipſa Diuinitate Diuinitas.* Egregiè, ſic Deus qui ſe hic propter ipſum humilitate ſuccinxerit, æſtimat, ac honore proſequitur, vt ad cœlum ſubuectus talionem reddẽs, in ſua ibi & ſi exiſtat Diuinitate, ipſam diſſimulans, quaſi ſeruus ipſis diſcumbentibus, tranſiens miniſtrabit illis, quo nil glorioſius, & excelſius: rectè ergo Salomon Regiam hanc à Deo petens virtutem, vtpote Rex, ait, *noli me reprobare.*

44. Deum vt ſeruum habet.

Chryſolog. Luc. 12. n. 35. & 37.

Num. 5. *Quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij & legum.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

EXpoſita verſiculo præcedenti poſtulatione, nunc in iſto Salomon rationes adducit ad eam obtinendam. Prima Dei ſeruitus, non noua, ſed antiqua. Vnde ait.

Pſ. 115. *n.* 16.

Quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ. Sic Dauid Pſal. 115. n. 16. *O Domine quia ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Hoc eſt non heſternus, aut neophitus, ſed ſeruus antiquus, à patribus tuis ſeruis prognatus; per matrem autem aliqui ſynagogam intelligunt, quaſi ad impetrandum illius merita allegaret, quæ plurimum iuuare ſolent, ſicut communes Eccleſiæ; ſed melius, qui propriam Salomonis, ſuoſque progenitores antiquos, Deique ſeruos fideles; vnde ſenſus, quia ego ſeruus tuus, non heſternus, ſed antiquus, à patribus cognatus fidelibus, dum Sapientiam poſtulo audiri mereor, quia vt aptè Lorinus, *Deo non ſeruit, niſi quem ſeruire Deus ipſe docuerit*, ergo iure qui Dei ſeruus Sapientiam poſtulat, tanquam ſibi ex tali ſeruitute debitam. Pſalm. 118. n. 152. *Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua.* Vbi Ambroſ, *Nec quaſi extraneus poſcit, qui ſeruum ſe confitetur*, cuius ſtipendium ipſa eſt collatio ſapientiæ, vnde quaſi ex iuſtitia debetur, non ex gratia, nam vt idem Sanctus, *ſeruus quærit ſeruitutis ſtipendia, remunerationem non ſperat.* Hæc enim ſuperogationis eſt opus, illa iuſtitiæ; hæc iure petere poteſt ſeruus, illam nec ſperare, tanquam ſibi debitam; hinc iniqui illi dicti à magno familiæ patre, qui vltra ſtipendium, remunerationem ex iuſtitia ſperabant; Matth. 20. n. 9. Merito ergo primo loco ipſius ſeruitutem allegat Salomon ad Sapientiam obtinendam, tanquam quid cæteris valentius, immo & glorioſius de qua re vide quæ diximus in 1. homilia 55.

1. Quid Deo ſeruire ſcit.

Lorinus.

Pſal. 118. n. 152.

Ambroſ.

2. Sapientia Dei ſeruitori debetur.

Mat. 20. n. 9.

At nunquid ſolum, quia Dei ſeruus poſtulat Sapientiam, nonne etiam quia ob Regium onus, & imperium ſeruus etiam ſit ſubditorum, quibus & prouidere, & conſulere bonum debet, ob hanc etiam ſeruitutem illam poſtulat, vt optimè Lorinus, cum Deo ſeruiens Princeps, ſubditorum ſe quoque ſeruum agnoſcere debeat, ſi vti par eſt, regnare velit, vt modò dicemus. Sapientiam ergo primo poſtulat, quia non Dei ſolum, ſed ob ipſum, & populorum ſeruus, vnde ait, *Quoniam*

Lorinus.

Homo infirmus, non ſolùm viribus corporis, ſed animæ, propter ſomitem. *Pſal.* 102. *n.* 14. *Miſertus eſt Dominus, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum.* Chaldaicè, *quoniam coram eo palam eſt concupiſcentia mea.* Secũda eſt hæc ratio propriæ infirmitatis, ac vilitatis cognitio ad impetrandum validiſſima, de quare nos in 1. hom. 118.

Pſal. 102. num. 14.

3. Concupiſcentia noſtra ad miſerendum Deum impellit.

Exigui temporis. Tertia ratio ad miſericordiam obtinendam potens, ad literam Eccleſiaſt. 18. n. 8. *Numerus dierum hominum, vt multum centum anni, quaſi gutta aquæ maris deputati ſunt: & ſicut calculus arenæ, ſic exigui anni in die æui.* Quid ergo ex hoc? *propter hoc ſubdit: patiens eſt Deus in illis, & effundit ſuper eos miſericordiam ſuam*, effundit ait, id eſt, vt inquit Hugo, *abundanter & ſuper merita hominum gratiam ſuam tribuet*; hoc autem, quia dies pauci, & breues, ipſe autem effuſionis cupidus, & magnificus, ideo ne prætereant, citò, & largiter effundit. Ergo dierum breuitas largitatis apud Deum, & profuſionis extitit ſtimulus, & profusè dat, ne temporis prætolent ſpatia, *ve terræ & mari.* Apocal. 12. n. 12. *quia deſcendit Diabolus ad vos habens iram magnam*, cuius ratio *ſcit quia modicum tempus habet*, vt male agendum, ad perdendum ſe incendit inimicus, temporis conſiderans breuitatem; nunquid non ſe accendet ad benefaciendum, ob eandem Deus rationem? ille vt perdat, Deus vt ſaluet; ille vt adimat, Deus vt det: bene ergo Salomon temporis ſui preſentiam breuitatem, vt profusè accipiat, quod ſic inſtanter optat. De breuitate huius vitæ, vide quæ diximus primo tomo homilia 151.

Exod. 1. ſerm. 56. & 57.

Rabi Moyſes.

Eccleſiaſt. 18. n. 8.

Hugo.

4. Temporis breuitas ratio profuſionis apud Deum.

Minor ad intellectum iudicii, & legum, quarta ratio intellectus inſufficientia ad neceſſaria, & quibus ſummus callere debeat gubernator, Rabi Moyſes in 3. ductoris dubiorum c. 56, & 57. affirmat, legis veteris præcepta affirmatiua numerum conficere ducentorum decem & octo; negatiua autem trecentorum ſexaginta quinque, ad quæ ſi addas legis naturalis, diuinæ ac poſitiuæ, merito ad hæc minorem ſe reperit intellectus, hoc eſt, minus idoneum, habilem, capacem, recte Caſtro *ignorantiam aperit*, inquit, *vt ſapientiam adipiſcatur.* Cuius rei conuenientia ex Dei electione eſt petenda, cum enim ipſe Salomonem in Regem elegiſſet, vt ipſe infra affirmat, recte ſuos pandit ad regimen defectus, vt dum ipſum regere omnino vult, illos ſuppleat vt potens ad illud inueniatur. Quod ſic Deo gratum, vt ad vota correſpondens, non tantos homo pandat,

Caſtro.

5. Præcepta legis antiquæ quanta.

6. Ad regimen ci Deus Deo ſons pandere defectus debet.

Digitized by Google

dit, quantos ipse defectus supplear.

Moysem enim electurus Deus ad populi regimen simul Pharaoni locuturum, suam iste recognoscens tenuitatem, immo, & insufficientiam, non sic citò suos ipse pandidit defectus, ac Deus eos suffecit. Exod. 4. n. 10. *Veni mittam te ad Pharaonem*, vocans eum, ait illi Deus, at Moyses, *Quis sum ego, vt eam ad Pharaonem?* suam obiectans tenuitatem, immo & paruitatem; ad quid Deus illico respondens, ait, *Ego ero tecum*. Ex consortio sic eum eleuans, vt Deum faceret Pharaonis; at nec hoc Moyses factus satis, iterum defectum Dei cognitionis in se recognoscens, ignorantiam ipsius nominis est confessus, cui Deus illico nomen pandit, *Ego sum qui sum*. Iterum se considerans, paruitatem suam inter populum, nulliusque ipsum esse apud eos authoritatis exponit, c. 4. n. 1. *Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent, non apparuit tibi Dominus*. Præstat illico signa, & portenta. Quid est, *quod tenes in manu tua?* Vltimò tandem ineruditum se considerans tarditatem opponit linguæ, n. 10. *Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri & nudius tertius*, cui illico Deus, *Ego ero in ore tuo docebóque te quid loquaris*, quasi dicat, inquit Philo, *Meo nutu articulata omnia edisseres, facundia mutata in meltus, nec aliter cogitationes promētur, quam manant fontes limpidissimi*. En, quanta obtinuit, quia electus se recognouit, defectusque pandit, non occultauit, humiliter se excusans, audacter non consentiens, *Eorum quidem, & imitatione dignum humilitatis exemplum est*, ait Rupertus lib. 1. in Exod. c. 13. *Deo vocanti ad tantum, tamque gloriosum ministerium dicere, quis ego sum?* Ad regimen ergo insufficiens extabat Moyses, eius Deus suppleuit insufficientiam, quia non ex se, sed ab illo vocatus, & electus: nunquid sufficeret si non vocasset, si non elegisset; attēdāt ergo qui se regimini inserunt, quantum supra se pondus imponant graue, dum Deo suppletente carent, quia non ipse vocauit, sed ipsi se intruserunt; ex quibus edocemur munia, non nisi ex tussione, immo & coactione adeunda, quia si secure hic degi velimus, coactè sublimia, & læta, sponte, vtróque infima, & tristitia apprehendere, & assequi debemus, vt grauiter Magnus Greg. 35. Moral. c. 13. ex hoc probat exemplo Moysis, & Pauli, Actorum c. 21. num. 10. *Moyses*, ait, *quia apud se mente humilis extitit, oblatam protinus tanti regiminis gloriam expauit, Paulus verò cùm ab Agabo, quanta se aduersitas in Hierosolymis maneret, audiuit, protinus respondit, ego verò non solùm alligari, sed mori in Hierusalem paratus sum pro nomine Iesu: praeunte ergo vtrorumque ducum infracta virtute instituimur, vt si obedientiæ palmā apprehendere veraciter nitimur, pro prospera huius sæculi ex sola tussione, aduersa autem etiam ex deuotione militemus.* Moysis ergò inepitudines Deus suppleuit ad regimen, quia eum vocauit: benè ergo & suas exponit Salomon, vt similiter dum ab ipso ad imperandum electus eas reficiat, & sapientia sua magnum constituat intellectum, qui minor à natura ad iudicia reperiebarur, & ad leges.

Exod. 4. num. 10.

7. Moyses Deo suos defectus pandit.

Cap. 4. n. 1.

8. Ad regimen electis defectus pandere excusationes adijcere licitum.

Philo.

Rupert.

9. Officia & munia non nisi coacte assumi debent & cur.

Greg. Actor. 21. n. 10.

HOMILIA V.

Prælati & Superiores, se seruos æstimet, non Dominos: exaltandum ipsis, non dormiendum.

QVoniam seruus tuus sum, noster Deo ait Sapiens; ac per ipsum quatenus ab eo constitutus Rex omnium etiam subditorū seruus, non dominus, vox propria non solum in Ecclesia Christi Prælatorum, sed Regum, Imperatorumque: *Dixerō nunc, & sæpe alijs Patres conscripti*, aiebat Tiberius apud Suetonium in Tiberio, *bonum, & salutarem Principem, quem vos tanta, & tam libera potestate instruxistis, Senatui seruire debere. & omnibus sibus, sæpè, & plerumque etiam singulis, neque id dixisse me pœnitet, & bonos, & aquos, & fauentes vos habui dominos, & adhuc habeo.* En, quæ dicebat iste à veritate coactus officij, licet quod ore promebat, actione negabat: ex quo amplius eius testimonij efficax, tanquā à contrario: at quia verè Princeps seruus, & hic ipse imperiū apprehendebat, quod intelligebat aiebat, licet postea actionib⁹ reluctabatur; hinc quia sūma hæc est veritas, ad primatus horrorē suos Christus volēs adducere discipulos, Matt. 20. n. 25. hāc vnā eis proposuit differentiā inter bonos, malósq; gubernatores, quod illi vt serui, isti vt Domini gubernabāt subditos, ex hoc generalē cōstituēs normā, seruū debere esse, qui dominatū obtinet, *Scitis quod Principes gentiū dominātur eorū, & qui maiores sunt potestatē exercent in eis; non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, erit omnium minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.* En forma regiminis Christi, en quales debēt esse Principes, & Prælati Ecclesiæ, serui, non Domini, ad ministrādū cæteris, nō vt sibi ministretur; quia vt rectè author Imperfecti in hunc locū, honores in Ecclesia Christi reuera nō sunt honores, sed ministeria, sed seruitutes. *Denique*, ait, *ipsi honores in Christo in prima quidem facie videntur honores, reuera autem nō sunt honores diuersi, sed sunt diuersa ministeria: vt puta honor oculi videtur, quia illuminat corpus, sed ipse honor illuminandi, non est honor ei, sed ministerium eius; & pedum humilitas esse videtur, quia baiulat corpus, sed ipsa humilitas baiulationis, non est eorum contēptio, sed ministerium eorum.* Egregiè. Prælationes, dignitates, videntur honores, sed si intimius considerentur; non sunt nisi ministeria, quibus aliis, non sibi ministrandum. Hinc rectissimè idem Author insaniam perstringit eorum, qui Ecclesiasticas præcipuè ambiunt dignitates, cùm hæ nec ex se, nec ob vtilitatem essent concupiscendæ. Quod non sic seculares, *Volens certè Dominus*, ait, *& amorum fratrum ambitionem extinguere, & decem discipulorum inuidiam, introduxit differentiam inter Principes mundiales, & Ecclesiasticos, ostendens, quia primatus in Christo, nec ab aliquo appetēdus est, nō habēte, nec alteri inuidēdus est nō habenti, quoniā Principes mundi ideo sunt vt dominentur minoribus suis, vt seruituficent eos, & spolient eos, & comedant, & vsque ad mortem abutantur vita eorum ad suas vtilitates, & gloriā. Principes autem Ecclesiæ sunt, vt seruiant mi-*

10. Princeps seruus, non Dominus. *Sueton.*

Matt. 20. num. 25.

11. In quo Christus horum malique Principis posuit differentiam.

Auth. Imperf.

12. Honores in Ecclesia Christi sunt ministeria, non honores.

Idem.

13. Dignitates ambire Ecclesiasticis insania & cur.

14. Dignitatū sæcularium, & Ecclesiasticarum differentia in quo.

moribus suis, & ministrent eis quæcumque acceperunt a Christo, vt suas vtilitates negligant, & illos procurent, vt si opus fuerit, neque mori recusent pro salute inferiorum suorum, sicut Apostolus dicit 1. Corinth. 12. *Ego autem impendar, & superimpendar ipse pro animabus vestris; si hac ergo ita se habent, secularem quidem primatum desiderare, & si ratio non est, vel causa est, quia & si iustum non est, vtile est; primatum autem Ecclesiasticum concupiscere, neque ratio est, neque causa, quia neque iustum est, neque vtile.* Egregiè, neque iustum, neque vtile; non iustum, quia ambitio, & vitium; neque vtile, quia nullius commodi.

1. ad Cor. n. 12.

15. Dignitatem Ecclesiasticam ambire, neque iustum, neque vtile.

Mirum si labores Iacob in Labani custodiendis attendes gregibus, Genes. 31. num. 38. *die noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis.* Require ex tantis emolumentum laboribus, nullum inuenies, neque quippe ex tantis ouibus, arietibusque, quod vnum tantum ad suam applicaret vtilitatem, commoditatem, gustum. Vnde asseuerantes turgenti Auunculo respondit, *Arietes tui gregis non comedi*, ad quid ergo tantum laborabat? non equidem alia de causa, nisi vt boni pastoris officium impleret, quod totum in ouium commoditatem, non suam impendi deber, nam aliàs, qui regimen ad culmen honoris, non oneris appetit, is fur est, & latro, quia per ostium non intrat, *Ipse autem per Christum ingreditur*, Magnus ait Greg. lib. 7. Regist. Epistol. Epist. 48. *qui de eodem creatore, & Redemptore humani generis vera sentit, & prædicat, & prædicata custodit, culmenque regiminis ad officium portandi oneris suscipit, non ad appetitum gloriæ transitoriæ honoris.* Digna Sancti sententia, duo enim in culmine reperiuntur, regiminis onus, honor, sed hic vanus, transitorius, nullius æstimationis: at onus, verum, graue, incomparabile; cùm vt sensatè ait Sanctus, labores in pascendis Iacob gregibus considerans, *Si igitur sic laborat, & vigilat, qui pauit oues Laban, quanto labore, quantisque vigiliis debet intendere, qui pascit oues Dei?* Onus ergo verum, immo regiminis culmen ad illud ordinatum; qualis ergo ordinis inuersio erit illius, qui culmen regiminis non ad onus portandum, sed ad honorem appetit: rectè ergo fur est, & latro, non intrans per ostium, qui est Christus, qui & si ad regimen venit, tamen ministrare, non ministrari; onusque portare absque sui emolumento, non secus ac Iacob, qui & si *die, noctuque, æstu vrebatur & gelu*, tamen nec vnum ex arietibus ad suum vertebat commodum, nec vnum ad proprium occidit esum. Vnde equidem hoc? nisi quia Prælati sunt serui, non domini, aliorum ministri, non Principes, quapropter rectè Cyprianus, tract. 3. de simplicitate Prælatorum, *eos*, inquit, *plus dignitatis ascribitur, plus ab eo exigitur seruitutis*; & insuper absque vllo emolumento: nam vt rectè Bernard. in suis Declamationibus, *Petro tertiò dictum, Pasce oues meas, non mulge, seu tonde, vel semel additum est*, quapropter serui sunt sine emolumento, licet stipendiarij ex quo amplius eorum elucet seruitus.

Genes. 31. n. 38.

16. Boni pastoris officium non suam, sed ouium vtilitatem intendit.

S. Gregor.

17. Non intrat aliàs per ostium, sed fur est & latro.

18. In regimine honor est vanus onus verũ.

19. Christus non suum requisiuit emolumentum in regimine.

Cyprianus

Bernard.

Enimuero graniter diuus Thom. in Epist ad Rom. c. 13. lectione 1. adnotat, ideo tributa

S. Thom.

A Principibus assignata, quia tanquam serui stipendium eis solum debet. Vnde non pro præmio, & quasi eorum gloria, quod valdè notandum, sed pro labore, pro seruitute, ex quo fit vt Princeps in regimine non laborans, non ipse per se insudans, & mungilans, stipendia non lucretur, sed furetur, quia ad gloriam insumpsit quæ ad laborem tantum destinata, nam vt benè ait Sanctus, non tributa, & vectigalia ad præmium instituta Principis, sed honor, & gloria, non equidem humana, sed diuina, hæc tantum regiminis præmium, cætera lucra, stipendia: *Cùm Principes nostri*, ait, *suo regimine Deo ministrent, a populo debent tributa suscipere tanquam stipendia sui ministerij; non autem ita, quod hoc debeant sibi computare*

B *cum præmio, proprium enim Principis præmium est laus, & honor*, vt Philosoph. dicit in 5. Ethic. *& cùm hoc non sufficit, tyrannus sit:* (notandum verbum) *sed hoc non est intelligendum, de laude humana solum, vel honore, quia tale præmium esset vanum, sed de laude, & honore diuino, qui Principibus benè gubernantibus exhibetur:* quid pulchriùs? ô si principes hoc sentirent intimè, perpenderéntque, quantum ex vectigalibus supra se pondus suscipiant, intelligerent; seque promptos non ad subditos onerandos, sed ad laborandum exhiberent, considerantes quia ipsis seruis, & vt seruos stipendia lucrari; quapropter grauiter Bernard. vbi suprà, crudelem, sacrilegum, Prælatum appellat,

C qui præter victum, & vestitum aliquid plus è reditibus accipit Ecclesiasticis, *Sacrilega*, ait, *eis* pauperibus scilicet, *crudelitate surripitur, quidquid sibi ministri, & dispensatores, non vtique Domini, vel possessores, vitra victum accipiunt, & vestitum.* Ex hoc equidem fit, vt quia regimen intimè, & essentialiter includat seruitium, non dominium; & si ex hoc Prælati ac Principes Dij in terris, tamen illud veræ diuinitatis, & non falsæ, certissimum erit signum, si nullo sint subditis oneri, & si illos portant, non ab illis portantur: nam si non vt serui, sed vt domini regant, & mandent, & non portant, sed à subditis portantur, tunc tales non veri Dij, sed falsi; sed inter idola computari possunt ad ignẽ destinati, pastoribus, nutricibus, matribus

D comparari, qui filios portant, non ab eis portantur. Vnde Luc. c. 15. n. 5. assimilantur pastori, qui ouem inuentam, *imponit in humeros suos gaudens*: Sic Isaias c. 40. n. 11. clamat Christum futurum, *Sicut pastor*, inquit, *gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit.* Item cura ipsorum per curam matrum, & nutricum explicatur, nam ad Moysem; Deus, *Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum*, Num. 11. n. 11. Vnde egregiè Alexandrin. lib. 1. Pædagogi. *Verbũ*, inquit, *& omnia ipsi anti, & pater, & mater, & pædagogus, & alter.* Vide in his omnibus, & in aliis Scripturæ sententiis, attendes quod semper Prælatis, superioribusque onus portare inhibetur, subditos scilicet, non vero quod portentur ab eis, hinc boni, sanctique penitus sui obliuiscuntur, toti in portandis subditis, in eis fouendis intenti, *Credite mihi*, sanctus aiebat Chrysostomus homil. 44. in Acta Apostol. *de salute mea desperani, & res vestras deplorans, non vacat mea mala deplo-*

20. Tributa præcipiuntur assignata.

21. Fur non Princeps, quando per se non gubernat.

22. Propriũ eius præmium honor.

23. Si amplius quærit, fit tyrannus.

24. Prælatus quando sacrilegus.

Bernard.

25. Principes quando Dij in regimine, quando idola.

26. Portant boni non portantur à subditis.

Chrysost.

Luc. c. 15. num. 5.

Isaiæ, c. 40. n. 11.

Num. 11. num. 12.

Clem. Alexandr.

rare, adeo totus deditus sum vobis, & si sentio vos obtemperantes, prægaudio non sentio mala mea, & si video minus obtemperantes, pra dolore iterum mitto mea, glorior in vestris bonis, etiã si ego plurimis grauer. & lugeo in vestris difficultatibus, etiam si multa bene agam. En nostra Pastorum; en qualiter iste oues in sinu portabat, fouebat, totus earum omnino, non suus; quale ergo grauamen hic inferre poterat, qui & bonorum, & malorum suorum oblitus, tantummodo de subditorum, aut bonorum, aut malorum, tristabatur, siue lætabatur, hinc verè Deus in terris, quia populo nullius oneris.

At è contra, quando Prælati sua tantũ quærẽtes oneri sunt, portantur, & non portant gregẽ, immo ac si populi bestiæ essent, & iumenta, se super illa imponũt sic, vt vsque ad lassitudinẽ, vsque ad fatigationem eos lassent; tunc ipsi nó veram, sed falsam possidentes Deitatem, non veri Dij, sed falsi, sed idola sunt ad ignem destinati æternum *Confractus est Bel, contritus est Nabo*, ait, Domin⁹ per Isaiam c. 46. n. 1. Dijs gẽtium illudens, *Facta sunt simulachra eorum bestiis, & iumentis, enera vestra grauipõdere usque ad lassitudinem.* Locus difficilis ob verbũ quod necessarium illis, scilicet, *Facta sunt simulachra eorum bestiis, & iumentis.* Adiungẽdũ; quidam enim supplent, *similia*. Sic Hieron. Haymo, Hugo, Dionys. nam cum bestias colerẽt, rectè simulachra eorum bestiis similia dicuntur. Alij nihil supplent, sed in bestiis, & iumentis homines intelligentes, simulachra eis facta asserunt, tanquã bestiis, & iumentis, nã si belluinum nõ habuissent stuporẽ, nunquã talia adorarẽt. Alij satis ad rem nostram supplent *imposita*, nã idola Babyloniea à Persis contrita, in iumentorum imposita dorsis, in Persidẽ deportata sunt; vnde ait, *Facta sunt simulachra eorum bestiis.* Scilicet onera, *& iumentis imposita*, quæ tamen simulachra sicut tunc bestiis ad translationem erant onera, sic prius ad adorationẽ ipsis Chaldæis, quapropter egregiè quidam ly *onera* per *zeugma*, asserit intelligendum. Vnde sensus, simulachra Bel, & Nabo, & aliorũ Deorũ onera, videlicet vestra, ô Babylonij, quæ vos prius humeris portabatis; facta sunt onera bestiis, & iumentis, quę ita grauiora fuere vtpote ex ære, vt illa vsque ad lassitudinem fatigauerint: ergo illa idola quæ onera erant iumentorũ vsque ad lassitudinẽ, prius hominibus ipsis fuerũt, quod vt amplius intelligatur.

Notandũ ex Cyrillo in hunc locũ, Gentilium Sacerdotũ morẽ fuisse ita super humeros Deos gestare, vt quasi ab eorũ diuinitatis onere pressi sub onus decumberent, qua cæca delusa fictione Gentilitas, diuinitatem illis inesse putabat ex Sacerdotum defatigatione. Verba Cyrilli. *Celebrarunt etenim dæmonijs frigidas interdum, & ridiculas pauesyras, deinde sacrificiquidam ejicientes ex adytis imagines, & illas cõsecrantes, ac dedicantes circumierunt, in plateis circumbantes, & quasi ebrij, perinde quasi onus grauissimum portarent, & vbi oneraret, id quod ferre volebant, ibi & premi se, & basulare omni non posse simulabãt; populus autẽ imprudens, & gregarius, & muliercula mentis inopes, laudibus inanissimam materiam extulerunt, cum tamen speciem aliquam seu viri, seu fœminæ viderent; & verè putarunt pondus intolerabile fuisse eius qui portabatur à dedicantibus.* Diuinitatem ergo ab oculis, ab auribus, ab affectu dijs detrahebant, qui non erant dij, ideo diuinitatem non benefaciendo, sed grauando mendicabant; sic Principes, sic Prælati, ad horum instar, non veri dij, sed *falsa sunt idola*, quando grauant populos, non leuant, portantur, non portant, dominantur, non seruiunt, nam boni seruiunt quã seruitutem sic grauem aliqui iudicant, vt nec in ea respirare quidem eis concessum, nisi ad infernum descendere velint; grauis hæc est sententia Chrysostomi hom. 41. in Matth. vbi sic: *Nec enim respirare qui dominatui seruit, nec in re aliqua firmiter stare potest; cur autem respirare, vel firmiter stare diximus, difficile inquam huiusmodi homines, etiam si mille virtutibus muniantur in regnum Dei peruenient.* Terribilis, ne dicam horribilis, Sancti sententia, cum nec respirationem, insuper nec quietem principibus præbeat; & quod amplius, sic eis difficilem ad cœlorum regna aditum prædicit, & si mille virtutibus sint referti, cur hoc? an quia in illis facilè non solum mala, sed ipsæ etiam virtutes in vitia euadunt. Pulchrè Ferrandus Diaconus in Parænetico ad Reginum militem Bibliotheca Patrum tom. 6. ait, *Non praesse appetas, sed prodesse, noli esse multum iustus, memento te esse Christianum.* Attende dictum, iustitiam interdicit, quia Christianus cur non vitia, cur non peccata? sanè quiæ in viro Principe facile est, vt iustitia modum excedat, & iniustum faciat, iustum prosequens, an etiam quia sua tantum virtus ei non sufficit, nisi & ministrorum adsit, & iniustus inueniatur, non sua, sed aliena iniustitia, ô mirum! & tremendum. Ducibus, Prælatisque, vt quia soli regimen portare non possunt, necessarióque ministris vti debeant, sic de eorum teneantur peccatis, vt ignorantia eos non excuset; nolo ego, loquatur Ferrandus, vbi suprà, author grauissimus, & à Sancto Isidoro nuncupatus laudatus in lib. de viris illustribus, cap. 12. Hic enim in tertia innocentiæ regula monens Reginum, vt in suos inuigilans ministros, & amicos omnino munera eis interdicit, inter alia sic ait, *Non potest sapiens Dux excusari de ignorantia, quoties forsitan dixerit, ego nescio, non audiui, nullus ad me querela pervenit: per ipsum namque quid agatur à suis oportet inquiri, quia nemo eos audet publicis interpellationibus accusare, quorum violentias alij timẽt, alij patiuntur.* Si ergo ignorantia eos non excusat, nunquid malitia? etsi illa ante Dei tribunal accusabit, quàm dura est Principum, Prælatorumque seruitus, qui etsi mille sint virtutibus referti, eis non sufficit, & insuper nec in onere respirare conceditur.

Hinc, & si insomniũ omnibus virtutis hominibus consultũ tanquam Sapientiæ nutrix, & fulgimentum teste Hieronym. in Regul. Monachal. tit. de vigiliis, vbi sic, *Vigilando omnis timor excluditur, fiducia nascitur, caro maceratur, vitia tabescunt, charitas roboratur, recedit stultitia, accedit prudẽtia, mens acuitur, error obtũditur, criminum caput diabolus gladio spiritus vulneratur*, tamen Principibus, animarumque Pastoribus vnicè, non consultum, sed præceptum; sicut nec ob vigilantiam somnum ca-

27. Prælati quando idola

Isaiæ c. 46. 6n. 1.

28. Sacerdotes Gentiles cur super humeros Deos gestabant.

Cyrillus.

29. Dij vnde diuinitatem accipiãt

Hieron.

30. Vnde & mali Prælati ac Principes.

Chrysost.

31. Prælatis nec respirare concessum.

32. Quam difficiles eorum salus. *Ferrãdus.*

33. Principibus virtutes in vitia facile commutantur.

34. Particularis iustitia eis non sufficit.

Isidorus

35. Contra eos Ministrorũ iniustitiæ stabunt.

36. Ignorantia non eos excusat.

37. Principibus vigiliæ præceptæ.

Digitized by Google

pere poſſint, nec tantillum reſpirare. Ex hac equidem radice, vt Prælatorum eſſet exemplar Chriſtus pernoctabat. Luc. 6. n. 12. *Exiuit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* Vbi adnotandum tunc hoc feciſſe, quando Apoſtolos præ cæteris eligens diſcipulis, Principes eos conſtituit Eccleſiæ, animarum Epiſcopos, *Et cum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit*; Vt ex recenti diſcerent exẽplo, qualiter ipſi pro grege inuigilare, qualiter pernoctare deberent, *Nõ ideo pernoctauit*, ait Ambroſ. ſerm. 10. in Pſal. 118. *quaſi qui aliter patrem nobis reconciliare non poſſet. ſed vt qualis adueccatus eſſe debeat, demonſtraret, qualis Sacerdos, vt non ſolum diebus, ſed etiam noctibus pro grege Chriſto debeat precator aſſiſtere.*

38. Chriſtus pernoctabat vt Prælatis exemplum eſſet. *Luc. 6. n. 12.*

Ambroſ.

Hinc Paſtores veri non ſolum vigilant, ſomnumque non capiũt, ſed ita à ſe ablegarum eũ habent, vt terrori veluti ei ſit coram ipſorum oculis, *die, noctuque æſtu vrebar, & gelu, fugiebãtque ſomnus ab oculis meis*, inquiebat Paſtor ille diligentiſſimus Iacob, Gen. 31. n. 40. primò verbum *fugiebat*, quaſi timens ante oculos apparere ſanctiſſimi Paſtoris, vnde & ſi à longè aliquando, ſic ſupercilio à ſummo amandabat Paſtoris diligentia, vt veluti latro alas ad fugiendum aſſumeret, *At qua huius vigilæ ratio?* Meritò quærit Chryſoſt. *Ne vlla eius fera captiua fieret*, reſpõdet. Ex quo rectè arguens cõcludit, *Si vero tanta de irrationali pecude cura, quales eſſe decet de rationali anima ſollicitudinem gerentes?* Hinc in huius rei typum animalia tam Ezechiel, quàm Ioanni obiecta, erant plena oculis, Ezechiel. 1. n. 18. & Apocali. 4. n. 8, per quæ Galphridus apud Xiſtum Seneñ. lib. 2. Bibliothecæ, omnes Eccleſiæ Prælati intelliguntur, quia nimirum Prælatus debet eſſe leo in vitijs perſequendis, bos in ſuſcipiendis laboribus, per cõpaſſionem homo, Aquila per contemplationem? De his ergo *ſcribit* Ezechiel. *quod totum corpus plenum erat oculis*, Hebraicè eſt, *dorſa*. Cuius lectionis meminit Greg. PP. hom. 7. in Ezechielem, ſicut Theodoretus. Et merito quidem, nam cum in dorſo regiminis onus pottent ſuperiores, ibi oculos habere debent, vbi eorum pondus, ne ſi tantum in facie ſeipſos circumſpicientes, non alios, aliorum caſus ſit ipſorum ruina; & etiam oculis ſunt pleni, ob vigilantiam, & inſomnium, addicti ad cuſtodiendum, non Inachi filiam in vaccam mutatam à Iunone, vt de Argo Paſtore fabulantur Poëtæ, vnde Ouid. lib. 1. Metamorph.

39. Somnos oculos expuleſcit Prælatoru.

Geneſ. 31. nu. 40.

Chryſoſt.

40. Eorum cura quanta deberet eſſe. *Ezech. 1. n. 18.* *Apoca. 4. n. 8.* *Galphrid.*

41. Animalia ſunt Ezech

Greg. Theod.

42. Cor oculi in dorſo illa habebant.

Ouidius.

Cẽtum luminibus cinctũ caput Argus habebat,
Inque ſuis vicibus capiebant bina quietem,
Cætera ſeruabant, atque in ſtatione manebant.

Sed Dei Eccleſiam, fidelium animas, Chriſti ſponſas, & ſi ſeculares Principes imperia, regna, non feras, ſed homines rationales; qualis ergo eorum vigilantia? quale inſomnium?

43. Exempla Principum vigilantiũ. *Polibius. Silius. Plutarch.*

Hoc equidem, & ipſimet ſeculares cognouerũt Principes, vnde Polibi⁹ lib. 3. affirmat, Annibalem ſolitum per totam inuigilare noctem, de quo Silius li. 1. *Noctemque vigil ducebat in armis.* Et Plutarch. libello aduerſus ducem imperitum, de Epaminonda Thebanorum Duce refert, quod dormientibus ciuibus luſtrabat vrbem, & muros obambulabat. Rogatus verò cur id faceret, reſpondit, *vt cæteri dormirent,*

A hinc ab Homero Iliade 2. fingitur Iupiter cæteris dormientibus inſomnis, & Iliade 7. introducitur Agamemnon Græcis dormientibus vigilare, & tandem Plutarch. vbi ſup. refert Perſarum Regem cubicularium habere ſummo mane his vocibus excitantem, *Rex vigila, & negotia cura.* En quanto Regibus neceſſaria & Prælatis vigilãtia, & inſomnium, quod cum ſit, nunquid Dominos hos dices, an potius addictiſſimos ſeruos?

Homerus.

Hoc equidẽ bene callebat ſanctiſſimus ille, ac noſtri tẽporis lux, ſplendor, omnium tãdem Prælatorũ ſol effulgens, Carolus Borrom. qui vt in eius refertur vita, ſic noctem cum die iũigebat, vt quaſi ad ſtationes addictus ſemper vigil, ſemper maneret inſomnis, immo tũc aiebat ſe Prælati officio functũ, quando ad inſtar militaris Imperatoris per noctes euigilans, ſedendo tantum parum capiebat ſomni. O verè Prælatorum exemplar, & lux ita lucẽs, vt ſemper fulgeat, meritò equidẽ ad imperium à Deo electus, quia vigilãs, meritò ſic potens cũ illo nũc quia noctes duxit in præſulatu inſomnes.

B

45. Sanctus Carolus Borr. Paſtor vigilantiſſ. cum Deo ob id potentiſſimus.

Enimuero, ſi quæramus quãdo magnũ illud meruit nomẽ Iacob, vt ex *ſupplãtatore*, quod ſignificat, mereretur Iſraël vocari, qui *Princeps cũ Deo* interpretatur, Gen. 31. n. 24. inueniemus tũc, quando quia pater iam familias, in itinere, nõ equidẽ ſicut quando à domo ſecedens paterna dormiebat in cunis, ſed vt inquit Rup. lib. 8. in Gen. c. 5. *Sollicitus de ſuis arte diem furrexerat ſacras celebrare excubias.* Tũc ergo quãdo ſic vigilans, luctans, & cũ Deo veluti diſceptãs vt benedictionẽ acciperet, vt ad parcendũ inclinaret, tunc ſic Deo placuit vt ex ſupplãtatore principẽ eũ fecerit, & principẽ Dei, ſic potentẽ, vt contra Deũ ſtare poſſet, & ab eo quod vellet, quod deſiderabat, impetrare; ſic equidẽ Carolus ſanctiſſimus ex vigiliis, ex inſõniis, ex laboribus non tantũ diurnis quantum nocturnis, Princeps ita potẽs apud Deũ effectus eſt, vt ab eo quidquid vult, quidquid deſiderat impetret, ipſum quodãmodo vincẽdo & ad ſuas alligãdo preces; Catulus Leonis Iuda, regnum ei augurans, prædixit eius pater, Gen. 49. n. 9. *ad prædã fili mi aſcendiſti*, hoc eſt ad regnũ, cui, *requieſcens accubuiſti vt Leo.* En ratio, quia vigilans, quia non dormiens, cũ Leo ſymbolũ ſit vigilãtiæ, ſiue quia vt aliqui volũt non dormit, ſiue quia oculis apertis, vt refert Pierius lib. 1. nõ procul ab initio, & ante illũ Epiphanius ad Phyſiologũ, de ferarũ, & volucrũ natura, c. 1. *Cũ dormit*, ait, *euigilãt oculi eius, ita vt venatorẽ ad ſeptẽ ſtadios præſentiat, ipſũque fugiat, neque ab illo capitur.* Immo Ælianus caudã etiam cum dormit mouere ait. Iudas ergo ad regnum electus, quia etſi requieuit, tamen vt Leo, oculis ſcilicet apertis, potius vigilans, quã dormiens, aptè ad ſanctum Carolũ, qui, etſi per noctes requieuit, tamen nõ ſtertendo, nõ iacẽdo, vt mali Prælati, ſicut inquit Greg. in 1. Reg. c. 3. *Bene, inquit, reprobus Prælatus non dormire. ſed iacere dicitur, puer autem ſubditus, & electus non iacere, ſed dormire, quia dormire aliquando in bonã partem accipitur, iacere autem ferè ſemper in malam.* Quod dixit Sanctus adnotãs diſferentiam locutionis Scripturæ, dũ Heli iacere in lecto dicat, Samuẽlem vero dormire; dormiebat ergo Carolus, ſic vt ſomn⁹ potius vigilia

Gen. 32. n. 24.

Rup.

46. Iacob ex ſollicitudine Princeps dictus.

Gen. 49. num. 9

47. Prælati imitentur Leones in vigilantia. *Pierius. Epiphanius. Aelian.*

48. Sanctus Carolus Leo.

Greg.

dici posset, non in lecto cubans, sed veluti in cruce cum Christo simul crucifixus, sicut viros decet dormire religiosos iuxta Thomæ de Kempis doctrinam lib. 2. de disciplina Claustrali, c. 11. vbi modum præscribens compositionis, ait, *Memor Christi in cruce pendentis, qui in patibulo, non in molli lecto moriens obdormiuit.* sic Carolus totus in Christo crucifixus per noctem, diemque euigilans, nec somnum capiebat, nec quietem; nunquid qui sic viuebat, in prælatione seruum non dices?

Thom. de Kempis.

49. Religiosus dormiat in lecto sic si in cruce cũ Christo.

Hinc sancti hoc cognoscentes, Dei summi in terris Pontifices, veri Christi Domini nostri imitatores, ex dignitate non superbientes, non solum se seruos agnouerunt, sed seruorum Dei seruos, hoc epithetum sibi soli adscribentes, vt quia dignitate primi, sic etiam se seruitute non agnoscerent secũdos. Quidquid putridi contra hoc præclarum reclament nomen canes hæretici, vt interim hoc dicam; qui & ipsi, alio tamen titulo, alio merito; fas sit in hoc paululum immorari ad hæreticorum confusionem, ad summorum nostrorum Pontificum dignitatem; cum enim Spiritu Dei imbuti, non diabolico, humilitate, non superbia, seruos se nominarunt, sic hanc superbus excandescit dæmon nomenclaturam, vt eam per suos irridens ministros, vanam eam dicant, immo si Deus vult, & nouam, ignorantes miseri, non sic serui sancti Dei Pontifices ac ipsi, nam serui ipsi à Deo maledicti, Pontifices autẽ benedicti.

50. Pontifices Romani sanctissimi eurdicanum serui seruorum Dei.

Enimuerò Summus ille Patriarcha Noëmus è somno euigilans, Genes. 9. Factum infamis filij prænoscens; sic imprecatione eum mulctauit horrenda, vt perpetuum seruum fratribus eorumque seruis adiceret; *Maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis*, num. 25. Quid per istum Chanaam nisi hæretici? audi Aug. lib. 1. de Ciuitate Dei, c. 22. *Cham*, inquit, *quo interpretatur callidus, quid significat, nisi hæreticorum genus callidum? non spiritu sapientiæ, sed spiritu verspellis astutiæ, quo solent hæreticorum fœnere præcordia, & pacem peruerbare sanctorum.* Cui accinens Irenæus lib. 4. contra hæres. c. 50. similia effatur. Hi ergo à Deo maledicti, Catholicæ matris irrisores, seruus sunt (& si crepent) fratrum suorum, hoc est, sanctissimorum Catholicorum, fratres quatenus ex vno baptismatis fonte regenerati; sed serui, quatenus hi dignitate, benedictione, fauore, gratia Dei omnipotentis, ac Christi filij eius, eorum Domini, Principes, Superiores, & quatenus sanctissimæ Dei Ecclesiæ Catholicæ veri serui, sub vno omnium etiam seruorum Catholicorum seruo degentes Pastore: sic eorum Superiores inueniuntur, vt tanquam serui à Deo maledicti, & proscripti de illis semper tripudient & exultent, eos debellando, conuincendo, prosternendo, ac sub pedibus (oppugnante etsi tota diaboli tyrannide, terendo.

Gen. 9. n. 25.

Aug. 51. Hæretici serui maledicti.

Irenæus.

At non sic *seruus seruorum* Christi Vicarius in terris, qui ob excellentem, suprematn, ac super omnia eleuatam potestatem, sic dicitur, & appellatur. Nam vt recte Chrysostomus in ep. Paul. ad Rom. c. 1. *Sunt plures seruitutis modi, alius per creationem, alius ab initio fidei, alius ab administratione*, hinc, qui ex hoc tertio efficitur seruus, quatenus omnibus administrat, eo quo

52. Pontifex Romanus ob eam, hõrem administrationẽ seruus seruorum dictus.

Chrysost.

amplioris sortis [illegible] plioris seruitutis [illegible] tifex omnium obtinet [illegible] nominatur, omnibus addictus; vnde Grego. Primus Rusticanæ [illegible] bens: *Ego, ait, per Episcopatus onera omnium seruus factus sum.* Et Innocent. 3. in epist. ad Metenses: *Ex iniuncto nobis Apostolatus officio, summis secundum Apost. sapientibus, & insipientibus debitores.*

S. Greg.

Innocent.

Hinc si rectè res expendatur, cum administer idem sit ac seruus, & non solùm Apostoli, Euãgelistæ, Doctores, omnesque Domini discipuli, Euangelij tuerunt ministri, sed etiam ipse Dominus, hi vt nullum epitheton sic insigne, nullum agnomen sic extare possit Summi proprium Pontificis, ac *seruus seruorum Dei*. Nam vt bene quidam, tantum hoc sit dicere, quantum *Apostolorum Apostolus, Euangelicantium Euangelista, Episcoporum Episcopus, Doctorum Doctor, Pater Patrum*, quod etiam pulchrè insinuauit Bern. dum omnium Pastorum Pastorem summum vocant Pontificem; vnde ait, *Habent alij sibi assignatos greges singuli singulos, Pontifici Romano uniuersi credidi, cui vnus, nec modo omnium, sed & Pastorum vnus omnium Pastor, cui enim Episcoporum, aut Apostolorum etiam sic absolutè, & indiscrete tota commissa sunt oues, si me amas, Petre, pasce oues meas?*

53. Proprium eius Epithetou, & cui

Bern.

Quapropter hoc Dei considerantes Summi Vicarij in terris, tam hinc ab annis mille & ducentis eo vsi fuere; sic Damasus in epist. ad Stephanum Archiepiscopum, & tria Africana Concilia quæ habentur 1. Tomo Conciliorum *Damasus*, inquit, *seruus seruorum Dei, atque per gratiam eius sancta Catholicæ urbis Roma.* Postquam proprissimè hoc nomen sibi vsurpauit Greg. Magnus, ad reprimendam Ciriaci, & Ioanis Constantinopolitani insolentiam, vt affirmat Ioannes Diaconus in eius vita lib. 2. c. 1. Et Eusebius Emissen. seu Gallicanus vt alij, hom. 21. post Pentec. Biblioth. Patr. to. 5. (si ipse est) ducentis, & quinquaginta annis Greg. antiquior, ait, *Romanus Episcopus, Episcoporum omnium Maximus, seruus seruorum Dei in suis Epistolis se esse scribit.* Nã vt ipse alibi mat, omnes etiam Episcopi sunt serui, *omnium enim serui sunt, qui omnibus ex debito seruiunt.* Ergo Episcopus Episcoporum, merito *seruus seruorum Dei* nuncupatur, garriant licet hæretici & diabolica ignorantia hunc sanctũ subsannent.

54. Quam autoritatem.

Damas.

Ioannes Diacon.

At ad nostra reuertentes, & vnde digressi accedentes, serui sunt qui præsunt, & serui sic seruitio addicti, vt iuxta Chrysost. nec respirare, aut dormire eis concessum, ob hoc stipendia accipientes, quòd equidem si Præsules cõsiderarent attentius, non sic ad dignitates currerent, non sic primos ambirent honores; at quia illud non cõsiderant, quinimmo turpi peruersitate oppressa eorum imaginatione ad gradus currunt, non vt eis seruiant, sed è cõtra, non vt cibum præbeant, sed vt cibentur, ideo iniquè appetunt, & peruersè se intrudunt; *Si qui vero*, ait Bern. in suis declamationibus, *Ecclesiasticos gradus rè quærit, aut tenet, vt huius vitæ habeat necessaria, Euangelizat vt manducet, & perniciosõ nimis ordine cœlestibus terrena mercatur*; quot verba tot admonitiones; quis nunc ad Ecclesiastica non venit eo intentu, vt necessaria habeat? quis hoc condemnare audet?

55. Prælati stipendia accipiunt.

Bern.

56. In quotidiem seruiunt prælatorum ambitiones & vanitates.

tamen ordinem appellat ſterni, peruerſum, inſimulatum ſtudium, ſecundò quis nunc non euangelizat vt manducet? & quis improbat vt ad manducandum euangelizet, quis videns nunc prædicatores ad Verbi Dei diſſeminationem accedere, ſacri cauſa? quod illud euidentiſſimum ſignum, quia vbi non ſperatur, prædicatio ceſſat, immo ac ſi venale iam Dei Verbum paciſcitur, & iuxta qualitatem diſſeminantis, ſò torpet & Dei Eccleſiæ infamia, ſ pretium augetur, & diminuitur, & prius de quantitate lucri expoſcitur, quàm ſermo ſpondeatur, quid hoc? Niſi terrena peruerſo ordine cœleſtibus emere? & iam, non vt Apoſtoli, ſed vt Pſeudo-Apoſtoli, non manducare vt euangelizent, ſicuti faciebat Paulus, ſed euangelizare vt manducent: ſic etiam qui Prælaturas, qui primi in Eccleſia fieri procurant, lucrum, & commoda quærunt, onera refugiunt, & cum in omnibus mundi officiis, nullo prorſus excepto, ſit aliquid laboris, aliquid voluptatis, immo infinitum laboris, parum voluptatis, ſolum in officio Prælatorum totum vt reperiatur voluptatis, & commodi, nil laboris volunt, aut incommodi; reditus ad ſe aſſumentes, per alios munia exercentes: non poſſum equidem hîc ſanctiſſimi Bernardi vbi ſupra, & ſi longam, prætermittere ſententiam, vt ſi fortè aliquis eam hic inueniens de re diiudicans, ſi culpatus, vitam mutet, ſi inculpatus contra talem reclamet peruerſitatem, *Habent enim*, ait Bernardus, *ſingula quæque genera hominum laboris aliquid, aliquid voluptatis; ſed aduertere eſt prudentiam aliquorum, & mirari quemadmodum nemo inter hæc artificio diſcernentes, & ab inuicem ſequeſtrantes ea, totum quod delectat, eligunt, & amplectuntur, quod moleſtum eſt, fugiunt, & declinant; cum militibus nempe ſuperbia faſtum, amplam familiam, & nobiles apparatus, equorum phaleras, accipitres, aleas, & ſimilia quæque frequentantibus forſitan, & dependentes à collo rubricatas murium pelles, ornare thalamos, balnea, & molliciem omnem, atque gloriam veſtium à mulierculis mutuantur: cantè omnino loricæ pondus, & inſomnes in caſtris noctes, incertæque diſcrimina præliorum; muliebrem quoque verecundiam, & diſciplinam, aut ſi quid aliud ſexus ille laboris habere cernitur, declinatur: ſudant agricolæ, putant, & fodiunt vinitores, & qui torpent otio, accedente fructuum tempore innouari ſibi horrea rubent; negotiatores circumeunt mare & aridam in labore corporis, & periculo vitæ peruias ſibi diuitias congregantes: dura ſunt hæc, caueant prudentes noſtri, dulces interea capiant ſomnos; ne dicam in ſtratis laſciuiant ſuis; quid fabros, aut cæmentarios, cæteroſque eiuſmodi operarios neceſſe eſt murmurare, victum ſibi multo labore quærunt. illi mollentes delicijs, copijs affluunt otioſis*, quibus dictis, paulò poſt ſic concludit. *Cum coperint reſurgere homines, quiſquiſque in ordine ſuo, vbi putas generatio iſta locabitur? ſi ad milites fortè diuerterint, exſufflabunt eos, quod minim è ſumma laborem, aut pericula toleraverint, ſic Agricola, ſic negotiatores, & ſingulis quique ordines hominum à ſuis eos conſimiliter arcebunt finibus, cùpote qui in hominum labore non fuerint. Quid igitur reſtat? vt quos omnes ordo repellit, paſſim & accedat, cum ſerviatur locum, vbi nullus ordo eſt*

57. Prædicatorum hodiernorum turpitudo.

58. Inuerſio Prælatorum qui ex munere commodum tãtum volunt, incommodum deſpuunt.

Bernard.

ſempiternus horror inhabitat? Quid verius? ſi hoc quid clarius? quod non equidem mirum, ſi in ſempiternas ejicerentur tenebras exteriores, dum Eccleſiaſticos ſumptus non rite, ſed iniuſtè, non vt ſerui, ſed vt fures acceperunt, cum veritas illa ſit, Principes Prælatoſque Eccleſiæ non dominos, ſed ſeruos, vnde recte ſe ſeruum nominat noſter Sapiens dicens, *quoniam ſeruus tuus*, &c.

HOMILIA VI.

Prælationes ambire, in eas ſe intrudere, extremum malum.

MInorem ſe eſſe ad intelligendum, infirmum, & exigui temporis aperte Deo noſter confeſſus eſt Sapiens, vt ab eo ſapientiam obtineret, quatenus ab ipſo in Regem electus; nunquid æqua fuiſſet ratio ſi ſeipſum intruliſſet? & audaci, ne dicam temerario ad Regimen aduolaſſet auſu? terribile quippe iudicium his qui præſunt hoc, ſed terribilius quando non vocati, neque à Deo electi.

Merum equidem ſi conſideres ad odores, ad ſuauitates, ad delitias, tandem ad obſequium, & ſeruitutem Chriſti ſponſam eſſe non auſam ſe intrudere, vnde ait, *Trahe me poſt te, in odorem unguentorum tuorum curremus*, Cantor. n. 3. trahe dixit, non auſa ipſa exire, hinc optimè ſequitur, *curremus*, non curram, ſimul cum Chriſto curret, quia ab ipſo attracta, non ipſa ſe ingeſſit, & hoc vt dixi, non ad regimen aliorum, ſed ſui, quid ergo? & animarum curam, ſe intrudent homines non vocati: merito poſtea ſoli current, ſine Chriſto. Sponſa ait Bern. in ſuis declamat. *Nec cubiculum, nec cellam ingredi niſi Rege introducente præſumit*, tu irreuerenter irruis, nec vocatus, nec introductus.

Audices, vocatus, acceſſiſti, ingredium non [illegible] immo antequam genitus, ad eum me addixerunt; videas quippe hodie patres filios ad clericatum, ad beneficia deſtinare antequam natos, & adhuc in vtero matris: videas alios, & ſi Principes, & ſi magnos, & ſi diuitiis omnibus refertos ad Eccleſiaſticas deſtinare dignitates genitos, non Dei animarum bonum, ſed temporale anhelantes lucrum, aut ſtatus rationem; nunquid hos vocatos dicemus: ſanè, ſed non à Deo, de quibus iuſtè omnipotens querelans ait, Oſe. 8. n. 4. *Ipſi regnauerunt, & non ex me, Principes extiterunt & non cognoui; argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola vt interirent.* In quibus verbis Deus de ſuo conqueritur populo, quòd ipſo inconſulto Reges creauerit proprios, vnde factum vt ſtatim à Deo ad idola, à vero Principe ad tyrannos defecerit. Sioſanctus Hieronym. Theophylact. Theodoret. vbi adnotandum pro *regnauerunt* Hebræ. & Chald. eſſe verbum *Himbichu*, id eſt, *regnare fecerunt*, vnde Orig. hom. 4. in lib. Iudicum, & Cyprianus in epiſt. 55. legunt, *Sibimet Regem conſtituerunt, & non per me, Principem, & non per conſilium meum*, Darius Chald. *Regem ſibi creauerunt, & non ex ſententia mea, conſtituerunt ſibi Principes, & non ex voluntate mea. Regnauerunt ergo, immo electi, vocati non ſunt, ſed*

59. Sponſa cur dixit curremus, & non curram.

Cant. 1. v. 3.

60. Prælatus iuſtus non curret cum Chriſto.

Bern.

61. Aliquis electi, ſed non à Deo, & quando, & qui.

62. Deus queritur de electione, quæ non ab illo.

Hieron. Theoph. Theodor. Origenes. Cyprian.

Cap. 9. in n. 5. Hom.

non à Deo, hinc eorum & populi peſſimus finis, ſtatus conſumptio, à Deo defectio.

Hieron. Cyrill. Theodo. Haymo. Lyranus. Ribera.

Sed amplius hic admirandum, ſi de qua Regum electione conqueratur Deus. Sanctus Hieronym. Cyrill. Theodoret. Haymo. Lyran. Ribera cum Rabinis, & recentioribus cenſent, notari electionem Ieroboam qui à populo electus, à Deo, & à domo Dauid defectionem originaut. Ex qua re oritur difficultas, quomodo de ſimili queratur Deus electione cum ab illo 3. Regum. c. 11. n. 31. inueniens enim eum Abias, traditis illi decem ſcitſuris, ait, *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael. Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus*, & num. 35. *Auferam autem regnum de manu filij eius, & dabo tibi decem tribus*, & num. 37. *Te autem aſſumam, & regnabis ſuper omnia quæ deſiderat anima tua, eritque Rex ſuper Iſrael.* Si ergo ipſe aſſumpſit, & elegit, quomodo nunc de eius queritur aſſumptione, affirmatque ipſum regnaſſe, ſed non per ipſum.

3. Reg. c. 11. n. 31.

63. Cur de illa Ieroboami, & ſi ab ipſo regnum adductus

Aliqui mordicus defendunt Ieroboam non fuiſſe à Deo electum, ſed tantum permiſſum vt à populo eligeretur, omniaque Scripturæ verba accipienda in ſenſu indicatiuo, & permiſſiuo, *ſcindam*, hoc eſt permittam ſcindere, *dabo*, permittam vt dent; *Te autem aſſumam*, hoc eſt aſſumere faciam; *regnabis*, permittam regnare. Afferunt pro ſe Hieronymum, Theodoret., Vatab. Cyrillum. Alij, quod exiſtimo verius, Ieroboam à Deo electum; ſed eo inconſulto à populo, vnde ob hoc non à Deo, ſed ab ipſo electus, ſic Hieronym. verba eius, *Nec ſtatim, quia Deus Salomoni iratus eſt, regnum eius diuidi voluit, & idcirco Iſrael bene ſuſcepit Regem, debuerat enim iuxta legis præcepta interrogare Dominum, an eſſet hoc fieri.*; Theodoretus, ſimilia habet, *Regem Deo inconſulto ſibi fecerunt.* Vatab. eiuſdem etiam eſt ſententiæ, *Regem ſibi*, id eſt, *me inconſulto, non ex me conſtituerunt Ieroboam.* Similia habent Orig. Cyprianus, Theophylactus; vtro vis modo ergo illud accipias, optimè ad noſtrum facit inſtitutum. Nam ſi primo, rectè nunc Deus de illis conqueri poteſt, qui ad regimina ducunt, & eligunt Eccleſiarum, quos ipſe non elegit, quos ipſe non vocauit: ſi autem ſecundo, ſi hic Deus conqueritur, vt ad regnum euehatur, licèt alias ab ipſo electus, ſolum, quia ipſo inconſulto eum vt ſic dicam, inaurarunt, poſſeſſionemque tradiderunt, ſicut ob hoc ab ipſo non electum dicet, qualis de illis erit querela qui ad regimen animarum, ad clericatum aduocant, non à Deo, ſed ab ipſis iure ſanguinis aduocatum. Ergo nec erit hic à Deo vocatus? *Conſideremus & nos an vocati venerimus*, grauiſſime ait Bern. vbi ſupra, & *vocati à Deo, dicimus nimirum hac vocatio eſt, ſi quis vocaueris nos in honorem cleri, conuenire velim conſcientias ſingulorum, vt ſecundum præceptum Domini ad cor Hieruſalem loquar, huic enim paruulo adhuc, aut forſitan nec dum nato, Eccleſiaſtica tam beneficia prouida ſanè parentum ſolicitudo parabat, hunc nos, inquiens, illi, vel illi tradamus Epiſcopo, apud quem habemus gratiam, aut cui forte ſeruimus, aut dicetur de bonis Domini, nec, in tot liberos noſtra diuidatur hæreditas? illum Præpoſitus, aut Decanus vt ſibi ſuccederet, pluſquam materno eduxit affectu, in deliciis nutriens, & delitijs, ille*

64. Ieroboam non fuiſſe à Deo ita electus. *Hieron. Theod. Vatab. Origenes. Cyprian. Theophyl.*

65. Electionis quando non à Deo ſed ab homine. *Bernardus.*

Bern.

Cornelius.

A dignus Archidiacon[us] ma[gis] autem ſi ſit Epſ[copus] mirum erit ſi Epiſcopa[lis] relat[us] Domini, quid ſupe[r] meritate loquatur, pat[ri] cupientiam vindictam! Ipſi regnauerunt, & non ex me, Principes exti[terunt], & ego non cognoui. Nil clarius, nil verius, nil amplius Bernard. dixiſſet, ſi hodiernam Dei Eccleſiæ faciem proſpexiſſet; pro hoc pudor! hæreditaria iam Dei facta eſt Eccleſia, & patrimonium Petri Chriſti ſanguine acquiſitum carnali ſanguine emeretur, & fat ad condignitatem æſtimatur, ſi propinquus, ſi conſobrinus, vt inquit Bern. immo quod monſtruoſum, quod horrendum, ipſummet Chriſti patrimonium non altero equidem merito quam ipſiuſmet ſanguinis ad conſanguineos deuenit, cum non alio cenſu, quam quod defraudatis pauperibus, paſſio auunculorum ab Eccleſia Chriſti ſurripuit, vt conſobrino ne dicam filio præſtimoniam acquireret; quod ſi durinſculè dictum aliquis æſtimat, ſubiungam cum Bern. *Nemo indigneturnobis, aut moleſtè acceptet, quæ dicuntur ſi ſanctus eſt, & minime conſcius horum, congratulamur ei, doleat & ipſe nobiſcum in pluribus hæc inuenire, nec enim reuelamus nunc occulta dedecoris, nec parietem fodimus, vt abominatio maior appareat, nullum adhuc de formatione fecimus verbum, quamuis hæc in multis & multipliciter regnet; ſed nec eorum ſacrilegia recenſemus, videmur hæc omnia, ſed quodammodo non videntes, quippè quibus nec flagellum eſt, nec ille comedens zelus, manifeſta loquimur, & quæ vix alios erubeſcunt.*

B

C

Hi ergo qui ſic eliguntur, non ſunt vocati, quia vt rectè Diuus Greg. 1. parte. paſt. c. 1. ſuper hunc ipſum Oſee locum, non aſſequuntur, ſed accipiunt gradum, *Dominum per Prophetam queritur ait, dicens, Ipſi regnauerunt, & non ex me. Principes extiterunt, & ego ignoraui; ex ſe namque & non ex arbitrio ſummi rectoris regnant, qui nullis fulti ſuffragiis, nequaquam denuntiis vocati, ſed ſua cupidine accenſi, culmen regiminis recipiunt, potius, quam aſſequuntur; quos tamen internus iudex & prouehit, & non cognoſcit, quia quos permittendo tolerat, profecto per iudicium reprobationis ignorat.*

S. Greg.

99. Multi Prælationem accipiunt non ſic aſſequuntur.

67. Deus eos prouehit, ſi non cognoſcit.

Hinc equidem non mirum, ſi tanta in regimine patiuntur incommoda, nam cum à Deo non vocati, & ſi aliàs legitimè electi, non illum iuxta Dei ſententiam, vt Dei Pontificem in terris, ſed vt communem hominem ab hominibus electum, à Deo permiſſum reſpiciunt; hinc Dei deficiente Majeſtatis obumbratione, aut contra eum inſurgunt, aut contra eius authoritatem, ex quo hæreſes obortæ, vt grauiter Cyprianus ad Cornel. epiſt. 55. & in antiquis lib. 5. epiſt. 3. *Neque enim, aut, alimnde hæreſes obortæ ſunt, aut natæ ſunt ſchiſmata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia Dei ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur*, attendant hoc hæretici, qui vnum ſummum iudicem cõtrouerſiarum negant in terris,) *Cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſus Sacerdotum collegium quidquam moueret, nempe poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt coëpiſcoporum*

Cyprian.

68. Nec in paſſionibus, ob quod infimi patiuntur.

69. Hæreſes vnde obortæ.

Digitized by Google

70. Præiudicium facta ent à populis iudicantur.

conſenſum iudicem ſe iam non Epiſcopi, ſed Dei facerent. Egregiè, in quibus verbis vltima notanda, ſi enim ſemel populi perſuaſum haberent electionem à Deo eſſe, iudicium, & electionem Dei extitiſſe, nunquam ſe contra Sacerdotem eleuarent, quia Dei eſſe iudices non præſumerent; at quia contrarium æſtimant, & non interfuiſſe diuinum, ſed humanum iudicium, hinc contra electionem, contra Sacerdotem audent, & inſultant.

Num. 16. Egregius ad hoc probandum eſt locus Scripturæ Numerorum 16. vbi de Sacerdotio murmurantibus Aaroni, Core, Dathan, & Abiron; quaſi per conſanguinitatis iudicium factum, & non Dei iuſſione, id quod non capiit calumnia, ait Philo lib. 3. de vita Moſis, quaſi prætextu oraculi plus valuiſſet domeſtica gratia, quam vtilitas publica, ſic populum omnem ſibi ad ſe attraxerunt, vt licet per Dei vindictam, & ipſi à terra abſorpti, & ducenti quinquaginta ab igne deuorati, tamen non amplioris temporis, quam die ſequenti, ſpatio, iterum tota multitudo contra eos ſeclamauit, quaſi ipſi populum Dei occidiſſent c. 17. n. 41.

Philo.

C. 17. *nn.* 41. *Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Iſrael ſequenti die contra Moyſen, & Aaron dicens. Vos interfeciſtis populum Domini.* Quod audiens Dominus, etſi quatuordecim millia, & ſeptingentos occidiſſet, tamen videns, quia nihil proficiebat, cum de eius adhuc voluntate non factus erat ſatis populus, deuictus tandem, mandat Moyſi c. 18. vt tollat virgas per ſingulas cognationes, & quaſi electionem Aaronis non factam veluti diiudicans, vult vt omnes in conſpectu eius appareant, dans eius electionis apertum ſignum, dicens, *Quem ex his elegero, germinabit virga eius.* Quo facto ſic Dei voluntatis declaratio apud populum omnipotens extitit, vt nemo deinceps, nec murmurauerit, nec quidē amplius os aperuerit. Immo, quod maximū, ne factum obliuiſceretur, & iterum populus aduerſus Sacerdotem à Deo electum commoueretur, mandat vtpote vnicum medium, vt virga ad futuram rei memoriam, & ſignum in tabernaculo reſeruetur; *Dixitque Dominus ad Moyſen, refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij, vt ſeruetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſrael, & quieſcant querelæ eorum à me ne moriantur.* Immò vt rectè Philo. vbi ſup. & ſi à Deo Aaron electum ſciſſet Moſes, & ex anterioribus ſuam probare poſſet fidem ſignis, deſperauit ſe id efficere poſſe verbis, niſi expreſſum Dei adeſſet ſignū, vtpote de re difficili perſuaſu, dum gradus erat honoris & dignitatis. *Deinde ſupernatancem ratus*, ait Philo, *prolixa oratione beneficiorum acceptorum commonefacere, quos iam aduerſariorum criminationibus præoccupatos animaduerterat, Deum exorauit, euidente ſigno declararet, ſinceram, incorruptamque fuiſſe electionem Pontificis.* Vt videas quàm illud difficile, quantòque circumſpectione ſit opus, vt populus, Dei fuiſſe, non hominis electionem intelligat; quam ſi ſemel humanam, non Diuinam apprehendant, & illum non à Deo electum, ac proinde non eius Vicarium, ſed tantum purum hominem ab hominibus vocatum, ſubſannabūr, contēnent, etiam in faciem reſiſtent, ac non ſolum contra, ſed ſupra illum ſe eleuabunt. Ex quo planum ſit, quam malum ſit ſe intrudere in dignitates hominem, quàmque neceſſarium, vt electio Dei ſuiſſe intelligatur. Cum & per vmbram hoc, & ipſi intellexerunt Gentiles, vnde vt à populis reuerentiam, æſtimationem, ac obedientiam aucuparentur à Deo Principes conſtitutos non ab hominibus eis æſtimationem indere curarunt. Sic Callimachus *ex Ioue*, ait, *ſunt Reges*, & Hoſſerus paſſim eos, *Ex Ioue genitos eiuſque eſſe diuinos* affirmat, vnde Romulus teſte Pomponio Læto, de Magiſtratu Romano illatam ſanciuit legem, *vt nemo regnum, magiſtratumque iniret, niſi auctor fieret Deus ipſe.* Et Suetonius in vita Titi, cum duos patricios in vitam eius coniurantes non occidiſſe affirmat, immo monuit vt deſiſterent, *Principatum ſuo dari*, inquiens, *fruſtraque tentari, ſacinus potiundi ſpe, vel amittendi metu.* Vnde rectè Plinius in Panegyrico, Trajani, *Principem*, ait, *dat Deus qui erga genus humanum vice ſua fungatur.*

Callim. *Pompon. Lætus.* *Sueton.* *Plinius.*

73. Bona electio à populis ſemper à Deo non ab hominibus facta æſtimatur.

Quod equidem ſic verum, ac apud omnes indubitatum habetur, vt quando electis eius eſt vitæ, vt Sanctus à populis æſtimetur, & ſit, neſcio quomodo in omnium inſitum animis, in omnium ore electionem non ab hominibus, ſed à Deo, quaſi ad veram rectámque impares ſint hominum vires, impares animi, & bonum eligens miniſtrum non homo, ſed pro Deo habendus. Hoc equidem egregiè dixit Plinius iunior, vbi ſuprà, dum Traiano Nerua in numerum Deorum tranſlato, affirmat, non ſic ipſum Deum adoratione effeciſſe, quantum eius vita, dum ſignum Neruæ Deitatis nullum præſtantius, quam ipſius electionem; *licet illum*, ait *pulmonibus, flamine colas, non alio tamen magis & Deum facis, & probas, quam quod ipſe talis ſit. In Principe enim qui electo ſucceſſore fato conſtitit, vna, itemque certiſſima [illegible] eſt bonus ſuccedet.* [illegible] electionem declarat, & eligentem non hominem, ſed Deum, vnde hoc rectè quippe ratione, quia omnibus inſitum animis bonam electionem Deo ſoli poſſibilem, hominibus autem difficilem. Hinc qui ſe non vocati intrudunt, atque ſemetipſos eligunt, *circuiens*, vt inquit Bern. vbi ſup. *vndique ſedulus explorator, blanditur, obſequitur, ſimulat, & diſſimulat, miſeraque ſibi ſuffragia mendicare non erubeſcit, manibus, & pedibus repens. ſi quomodo tandem aliquando ſe ingerere queat in patrimonium crucifixi, & bona Domini, quæ ſola ex omnibus hodie inueniuntur expoſita.* Nunquid bene illi cedet, ſanctus inuenietur, eius electionem à Deo fuiſſe dicemus?

74. Sanctitas electi diuinam præbet fuiſſe electionem, ſecus alias. *Bern.*

75. Adeo non electi malam in dignitate ducunt vitam. *Pſal.* 128. *n.* 6. *Aug.*

Hinc profectò tales ad regimen ſic promoti Dei iuſto iudicio quo altius eleuantur, eò citius cadūnt, & ſic in afflictiones ac deiectiones incidunt, vt ipſam odientes vitam, mortem & ſi in deſiderio habeant, tamen eis non concedatur, Pſal. 128. n. 6. *Fiant*, ait, de iſtis regius Pſaltes, *ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam euellatur exaruit*, vbi Aug. *Quanto melius humilius naſcerentur, & latius vireſcerent, modò naſcuntur altius, ad celeriorem ariditatem.* Pulchrè, naſcuntur altius ad celeriorem ariditatem. Nam infetius exiſtentes, non paulatim per gradus ſubmouentur, ſed per nego-

71. Virga Aaronis ſit in tabernaculo.

72. Gentiles vnde ſtimulum

Digitized by Google

A Ad altiorem furnam elevatur.

tiationem, siue affectum per saltum promoti altius nascuntur, non equidem ad sublimiorem altitudinem, sed ad celerem ariditatem; qui ad hoc in radice dignitatis existentes siccantur, opprimuntur laboribus, ærumnis, ita vt mori cupientes mori non possint, *Nondum finita sunt in iudicio Dei* (hoc est) per mortem inquit August. *& non habent succum viriditates, sed viuunt, & hic sunt, nondum enim auulsi sunt*, Egregiè, viuunt, sed sinè viriditatis succo, emori ob tribulationes desiderant, sed hic sunt, quia nondum eos auellere ob maiorem eorum vult Deus pœnam; & iustè quidem factum, vt cedant eis in pœnam onera, quæ indignè concupierunt, vt honores.

77. Mortis est in desiderio & non illis conceditur.

At quia hic sumus, & malo nescio quo fato sic supremarum dignitatum appetentia in hominum corda infixa inuenitur, vt (si Deo placet) & licitam eam æstiment, & sanctam. Quapropter ad eam nullo fræno, nullóque curruntscrupulo; immo sibi deficere putant, vt sæpè audiui, si strenuam non nauent operam, si ad Romanam non accedant Curiam, si patrocinia non obtineant, si demum media non apponant, & solicita ad dignitatem obtinendam; quod cum sit, operæ pretium me facturum iudico, si breuiter, quid de hac re sentiendum, quantáque ipsi laborent ignorantia, semel aperiam.

In eorum ergo omnium ore illa Apostoli sententia communiter versatur 1. ad Timot. c. 3. n. 1. *Fidelis sermo, si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Ergo illicitum non est Episcopatum desiderare, quatenus est bonum opus, immo perfectissimum, salus scilicet animarum, qua authoritate persuasi essent nè in procurationem se dant, putantes non sua, sed Dei negotia facere; vt autem hoc argumentum dissoluamus, quòd vnicum est, nec aliud remanet super, primò secundum sanctorum sententiam, Apostoli veram aperiemus mentem, & secùdò, quo sensu tale desiderium, siue appetentia sit licita, vel illicita, aperiemus: vt inde quisque suæ iudex conscientiæ, videat an benè & securè, an malè primam appetat cathedram honoris.

1 ad Tim. c. 3. n. 1.

Primo ergo, vt mens Apostoli constet, sciendum, quid per *Episcopatum* intendat, quam propriissimè assecutus est Aug. l. 9. de Ciuitate Dei c. 19. Ex proprietate vocabuli, cum ex Græco *Episcopi*, nihil aliud canat quam superintendens, ἐπὶ enim est *super*, σκοπὸς vero intentio est. *Exponere voluit*, ait August. *quid sit Episcopatus, quia nomen est operis, non honoris. Græcum est enim, atque ductum vocabulum, quod ille qui præficitur, eis quibus præficitur, superintendit, curam eorum gerens vt intelligat non se esse Episcopum qui præesse dilexerit, non prodesse.* Hinc ad hanc solicitudinem demonstrandam, & curam, etiam *Episcopi* vocabulo prophani vtuntur authores, vnde Cicero lib. 7. Epist. ad Atticum, *Vult Pompeius non esse*, seu alij, *vnum me Pompeius esse voluit, quem tota Campania habeat Episcopum, ad quem delectus, & summa negotij referatur.* Arrianus etiam lib. 8. tradit apud Indos munus Episcopi fuisse, *Videre quid in quaque regione fieret, vt cognita ad reges, vel magistratus deferrent, quibus fas non erat falsa pro veris denunciare, ne-*

Aug. 78. Apostolus quid per Episcopatum intellexit.

79. Episcopus quid

80. Quis non Episcopus secundum Augustinum.

Cicero.

Arrian°.

B

C

D

que Iudorum quisquam [illegible] Attico Pet. [illegible] qui initiabatur ad ius dic[illegible] in cappadocia qua sub Imperio, & dit[illegible] vt testatur Scholiastes Epiſcopus dicebatur, *hinc Euseb. lib. 1. c.* Aristophanis in actibus. *Euseb.* 57. de vita Constantini *eum vocat communem orbis Episcopum à Deo constitutum*, ad quam vigilantiam, superintendentiam, inspectionem, & obseruationem intendens Hieron. *Hieron.* Epist. 83, ad Oceanum. *Si quis*, inquit, *Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, opus, non dignitatem; laborem, non delitias, opus per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio:* Per Episcopatum ergo non honorem, non dignitatem, non emolumenta intellexit Apostolus, sed superintendentiã, vigilantiam, curam animarum, & laborem docendi, & regendi populum; immo vt aliqui volunt *Martyrium.* Sic sanctus Greg. 1. part. Pastoral. c. 8. *Illo tempore*, ait, *hoc dixit Apost. quo ille qui plebibus præerat, primus ad martyrij tormenta ducebatur, & sic nil aliud erat, quod in Episcopatu appeti posset, nisi bonum opus.* Hoc est *Martyrium.* vt exponit Aluarus Pelagius lib. de planctu lebetis, artic. 18. sic etiam Anselm. & alij, hoc ergo sic posito, quomodo liceat illud desiderare, & quomodo respuere, nunc aperiendum.

S. Greg. 81. Episcopatus antiquitus idem quod martyrium. *Aluar. Pelagius. Anselm*

In qua re sic dilucide sanctus scripsit Thom. 2. 2. quæst. 185. artic. 1. vt nil amplius remaneat super. petit enim vtrum *liceat Episcopatum appetere*, Et facta distinctione de ijs, quæ in Episcopatu considerari possint, tria esse affirmat. *Episcopalis* scilicet *operatio per quam vtilitati proximorum intenditur*, quam principalem, & finalem partem nominat; Secundò, *altitudo gradus*, quatenus Episcopus super cæteros constituitur. Tertiò, quòd ex his consequitur, scilicet *reuerentia, honor, & sufficientia temporalium*; His quinque respondet conclusionibus. Prima quod *appetere Episcopatum ratione huiusmodi circumstantium bonorum, manifestum est, quod est illicitum, & pertinet ad cupiditatem, vel ambitionem.* Secunda, *appetere Episcopatum quantum ad celsitudinem gradus, est præsumptuosum.* Tertia, *appetere proximis prodesse, est secundũ se laudabile, & virtuosũ.* Quarta. *appetere præesse ad hoc quod subditis prosit, nisi manifesta necessitate imminente, præsumptuosum est*, vbi pro manifesta necessitate intelligit deficientiam Episcopatus onus subire volentium, propter timorem laboris, & mortis pericula vt erat quando Paul. scribebat. Quinta, tandem salutem animarum, & earum curam appetere absque præsumptione tunc esse licitam, *Quando aut quis in tali tam positus est officio, vel etiam se esse dignum ad talia opera exequenda, ita vt opus bonum cadat sub desiderio, non autem primatus dignitas.* Ergo secundum Thom. immo veritatem, in nullo casu appetentia Episcopatus, & Cathedræ erit licita, etiam ob salutis animorum desiderium, nisi quando se dignum inuenit homo ad talia munia subeunda, nullam primatus dignitatis appetentiam in se includens; quo etiam modo Apostolum intellexit Theodoretus qui sic, *Non accusat*, inquit Apostolus, *simpliciter cupiditatem, sed ambitionem, & mas-*

S. Thom.

In Episcopatu quæ considerandã sunt.

84. Quomodo & quando licitũ sit, & illicitum sit appetere.

Theodor.

Digitized by Google

ſtratus gerendi deſiderium. & decet, non honorem, ſed virtutem appetere, non deſiderare dignitatem, ſed dignitatis officium inquirere; cui
Chryſoſt. accinens Chryſoſt. ibi ait, *Epiſcopatus eſt opus regiminis; ſi quis hunc idcirco appetit, non Principatus, ac Dominationis faſtum, verum curæ regiminis, & charitatis affectum, non improbè bonum deſiderat opus; quod tamen intellige, quando id manifeſtè Eccleſia neceſſitatem requirit, aut magnus Zelus animarum.*

Ex dictis ergo, deſiderium Epiſcopatus ſecundum Apoſt. erit deſiderium laboris, oneris, tandem mortis, nullam includens honoris, & emolumenti ſpem; & item tunc licitum ſecundum doctrinam ſancti Thomæ, immo omnium, quando ad illa ſuſtinenda dignum ſe inuenit homo, dignumque ſe reputat, quod
Caietan. etſi poſſibile, vt talis aliquando reperiatur, vt ait hic Caietanus, tamen ordinariè loquendo nullus verè ſe dignum tali onere affirmare poteſt, quod cum ſit, pro Deo nunc poſtulo vt ad ſuam quiſque ingrediens conſcientiam, verè & intimè ſe perquirens attendat, dum primam apperit cathedram, ſuſque deque omnia ad illam conſequendam inuertens, quid appetitur, quid apprehenditur, quid intendat, ſi honorem emolumentáque, an onus, laborem,
84. animarumque curam; & verè realiterque inueniet, quod onus, & laborem appetit, quatenus ambitionem honoris & emolumenti diſſimulet, ſe ſuamque miſeram in hoc decipiendo conſcientiam, quâ quia ſi nudè emolumenta quæreret, ſufferre non poſſet, Animarum lucra ei obijcit vt decepta latrare ſinat, continuſque eum non mordeat ſtimulis, ô mirum! & ſtupendum: vt cum duo ſint in Epiſcopatus officio, honor, onus, & ob hoc ſecundum tantum, & à digno ſit licitum illum appetere, ſic miſeros deludat paſſio homines, ſic Deo permittente in eos diabolus poteſtatem accipiat decipiendi, vt ſummum onus intelligant quod ſummis procurent laboribus, negotiationibuſque, non verò honorem, & dignitatem, quis inſipiens hoc credet?

85. Hinc certa ſanctorum doctrina, renitentem ad Epiſcopatum dignum, vt potè hominem ſuæ conſcium infirmitatis, vt potè virum nil aliud in ſummis aſpicientem cathedris, niſi onus, laborem, mortem, vnde effugit, & recuſat ſic Ambroſ. eth diuinitus electus conſtantiſſimè recuſauit, vt author eſt Nicephorus lib. 11. c. 32. Nazianzenus Epiſcopatu renunciato in Pontum fugit. Ammonius autem ſiniſtram cum inuitus traheretur, radicitus ſecuit, minatus linguam abſciſſurum ſi vim amplius inferrent; ſic Palladius hiſtoriæ Lauſiacæ c. 12. Socrates lib. 4. c. 18. Petrus Bleſenſis Epiſt. 13. ſic Chryſoſt. vt ipſemet docet in libris de Sacerdotio. Auguſt. Fulgentius & alij quamplurimi, ita vt vix ſanctus reperiatur, qui ad Epiſcopatum vocatus non fugerit, renuerit, obnixéque obtrectauerit.

Lex 31. Cod de Epiſcopis & Clericis. Hinc ſanctiſſimè Leo Imperator anno Domini 469. lege 31. Cod. de Epiſcopis & Clericis, ſancit dicens, *Non pretio ſed precibus ordinemur Antiſtes, tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt quaratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſanda; Profectò enim indignum eſt Sacerdo-*

Niceph. 86. Sancti qui Epiſcopatui renunciarunt. *Pallad. Socrates. Pet. Bleſenſis.*

tio niſi fuerit ordinatus inuitus. Vnde optimè author imperfecti Hom. 31. in Matth. *Opus,* Author imperfecti. inquit, *deſiderare in ſe bonum eſt, primatum autem honoris concupiſcere, vanitas eſt, primatus fugientem ſe deſiderat, deſideranti ſe fugit, & horret*; Hinc Socrates apud Platon. Dialog. 1. *Plato.* de Republica, miratur eos qui volentes imperium ſuſcipiunt, *Quia* inquit, *nullus probus magiſtratus ſibi, ſed ſubditis, eorumque commodum intendit, & ſernit*; Quapropter cenſet ipſe probos viros ad magiſtratus capeſcendos, inuitos cogendos propoſita pœna, vel præmio, vnde ob hanc cauſam approbat & laudat Diuus Thom. vbi ſup. art. 2. ad 3. Votum *S. Thom.* de non curandis dignitatibus, dummodo obedientiæ ſuperiorum refragari non intendat, *Qui autem votum emittit*, ait, *de non ſuſcipiendo Epiſcopatu, ſi per hoc intendat ſe obligare ad hoc, quod nec per obedientiam ſuperioris Prælati accipiat, illicitè vouet; ſi autem intendit ad hoc ſe obligare, vt quantum eſt de ſe, Epiſcopatum non quærat, nec ſuſcipiat, niſi imminente neceſſitate, licitum eſt votum, quia vouet ſe facturum id quod hominem facere decet*; Pulchra ratio: tenet votum, & eſt licitum, quia vouit quod hominem facere decet, hoc eſt, non de ſe præſumere, onus formidare, imbecillitatem timere propriam, animæ periculum extimeſcere. Mirum, Narrat Thom. Cantipratanus Thom. Cá-
lib. 1. Exemplorum ſui temporis memorabilium c. 20. de quodam Canonico ſancti Victoris Pariſijs, ſpectatæ probitatis, & doctrinæ, qui pertinaciter, vocatus ad Epiſcopatum, reſtitit, mortuus cuidam apparens amico interroganti an ei benè recuſatio ſic pertinax Epiſcopatus fuiſſet, reſpondit. *Quod in vita ſemper timui, nunc ſcio*, ſcilicet, *quod ſi Epiſcopatum Cathedram aſcendiſſem, in damnationis perpetuæ periculum incidiſſem.*

Quod equidem intimè conſiderantes aliquarum religionum Antiſtites, vt ſubditos ab hoc eiuſmodi reliquarent periculo, conſultum ſaluti eorum æſtimantes, iuxta laudabilem ſancti Thomæ vbi ſup. doctrinam, mandarunt, vt voto ſe aſtringerent nunquam dignitates extra religionem ambiendi; ſic ſtatutum in præclara Societatis Ieſu religione, ſic in noſtra, vbi ſolemniter profitetur quis, *nunquam* 88.
ſe curaturum, aut pretenſurum extra religionem Prælaturam aliquam, aut dignitatem, & inſuper in electionem non conſenſurum niſi coactus ſummi obedientia Pontificis; & vt omnis proſus ambitio tollatur, ſtatim etiam à profeſſione ſolemni iuramento nos aſtringimus, neque etiam intra religionem munus aliquod ambitiuos; ſancta equidem, & præclara inſtitutio: nam vt rectè Auguſt. vbi ſup. *Locus* *S. Aug.* *ſuperior ſine quo regi populus non poteſt, etſi ita tenetur, atque admoneſtretur, vt decet, tamen indecenter appetitur.*

Concludam tandem hanc poſtremam addendo rationem, quæ ſola ſi alię deeſſent, ſummis votis fugiendam cathedram ſatis perſuaderet, difficultas ſcilicet alijs proficiendi; vnde etſi licitum cathedram appetere ſupremam vti diximus, quis prius, animum deſpondere poſſit, quam illum ſperare, vt hinc videas, quam inaniter, quam vanè aliqui à cupiditate decepti ſeculum illum fingant.

Author imperfecti.

Exemplum.

Thom. Cantipratanus.

Clericorum Regularium Minorum votum de non ambiendo, quanta prudentia ordinatum.

Digitized by Google

Cap. 9. n. 5. Hom. 6

89. Peccatorum conuersio quam difficilis.

Patebit equidem hoc si semel inspicias, quâ facilè vitia imbuantur, quam difficilè virtutes, immo quam proni subditi ad malam Prælatorum imitationem, quam difficiles ad bonam. *Neque enim vel pannus*, Greg. Nazianzenus Oratione 1. Apolog. *tinctiuram ita facilè contrahit, vel si quis fœtido vel suavi odori propius sese admouit, eius particeps fit, vel vapor qui morbidus, & noxius pari facilitate in aërem diffunditur, ac per aërem in animantibus imperitur, (quam nos vero nomine pestem dicimus) vt subditi præfectorum vitio celerrimè imbui, atque impleri solent, & quidem multo facilius, quam virtute.* Hoc, ni fallor, significare voluit sanctus Propheta Aggeus, c. 2. n. 15. sic Sacerdotes ex nomine Domini interrogans, *Hæc dicit Dominus Deus exercituum, interroga Sacerdotes legem dicens. Si tulerit homo carnem sanctificatam in ore vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut olenm, aut omnem cibum nunquid sanctificabitur? Respondentes autem Sacerdotes dixerunt non; & dixit Aggeus, si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur? & responderunt Sacerdotes, & dixerunt, contaminabitur.* Mirum, vt tangens sanctificatum non sanctificetur, ac pollutum, statim polluatur, vestis enim ex contactu sacrificiorum sanctificata manebat, iuxta illud Leuit. c. 6. n. 18. *Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificijs Domini, omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur.* At vestis sanctificata ex contactu non sanctificabat, cum tamen pollutus in anima, hoc est homo peccator, qui se per contactum morticini polluerat, omnes per solum contactum polluebat. Vnde hoc? nisi quia, vt ait Augustinus vel alius aliquis in lib. contra Eulgentium, Donatistam c. 16. tom. 7. hunc idem exponens Aggei locum, *Proclivius ad imitationem malorum curritur, quàm ad virtutes bonorum animus excitatur; sicut melli plurimo parum absynthij iniectum, velocem amaritudinem trahit; mellis verò etiam si duplum injiciatur, non poterit eius obtineri dulcedo.* Quam similitudinem desumpsit ex Nazianzeno vbi sup. qui & aliam pulchriorem etiam addens, ait, *Parvo quidem lapide submoto, flumen totum in pronum trahitur, eiusdem autem impetus firmissimo etiam aggere cohiberi, reprimique vix potest*; Quod cum sit, quam difficilè erit protectum sperare à natura sic ad malum prona; à virtute autem adeò aversa, cum etsi sanctus sit Præsul, sanctitatè non impertiet, econtra verò malitiam si malus. Hinc profectò Episcopalis regiminis difficultas, vt egregiè ait idem Nazianzenus, cum enim non ad ciuilem vitam homines instituere, sed ad cœlestem & diuinam Prælati teneantur, & nisi ipsi sancti, hoc efficere non possint, cum sint mali eorum exemplo non ad vitam, sed ad mortem populos ducent, fit vt non solum omnibus virtutibus referti, sed ab omnibus debeant esse vitijs alieni, vt illis imbuant, his verò non afficiant; at quis talis; *At verò Dominis*, ait Nazianzenus, *cum difficile sit scire parere, tum multo difficilius esse videtur scire hominibus imperare, ac præsertim in hoc nostro imperio, quod in lege divina versatur, hominesque ad Deum subuehit: cuius quo sublimius est dignitas, & amplitudo, eò & ampliores quæque hominibus, & acriores vtique bonitati, & cordato: quippè cui illud primum curandum erit, ne argenti atque auri instar, omni ex parte versatus, varijsque temporibus, & rebus exploratus, adulterinum vel suberatum aliquid tinniat, aut deterioris materiæ flammâque acrioris digna aliquid circumferat, alioquin tanto perniciosius malum fuerit, quanto pluribus imperarit.* Totum ergo aurum vult Nazianzenus Præsulem, vt nil adulterinum, vt nil flammæ acrioris dignum contineat, alioquin pernitiosius erit, quo plutibus imperabit. Pro Deo nunc supremas expostulantes cathedras appello, nunquid tales se videant, tales se pascent, tales se iudicent, quales vult Nazianzenus, quod si sic appetant, desudent, velocissimè ad eas curant, ac si minimè, vti par est, quòd se iudicent, vnde appetentiæ rectitudo? vnde solicitudinis iustitia? vnde summi honoris appetentiæ iustificatio? hominem infirmum se affirmat Salomon, *Minorem ad intellectum iudicij & legum*, nunquid plus illi quã Salomon? Errant ergo extremè Prælationes ambientes, cùm si rectè saperent, ad instar non sapientis, indignos se æstimantes summis eam fugere deberent votis, semper cum Salomone Deo proclamantes, *homines & infirmi sumus, exigui temporis, & minores ad intellectum iudicij & legum.*

90. Facilius vitia, quam virtutes imbuunt.

Aggeus c. 2. n. 15.

91. Vestis ex contactu sacrificiorum sanctificabatur, ipsa verò tacta non sanctificabat.

Leuit. c. 6. n. 18.

92. Episcopalis regiminis difficultas vnde.

Nazian.

93. Episcopus cur sit accusatus.

C Num 6. *Etsi quis erit consummatus inter filios hominum, si ab fuerit ab illo sapientia tua, in nihilum computabitur.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

SVos sapiens Deo humiliter confessus ad imperandum defectus numero anteriori, vt sapientiæ indigentiam concluderet, nunc in isto amplius perstringens, summam eius indicat necessitatem, asserendo, etsi consummatus aliquis, omnique secundum hominum opinionem ad regimen instructus virtute, tamen si ab illo sapientia abfuerit diuina, in nihilum computandus.

Si abfuerit ab illo sapientia. Aliqui vt Hugo, & Holxoth, Sapientiam pro gratia accipiunt gratum faciente, sine qua nihil ad vitã sit meritorium æternam, vnde HolKoth. sic, *Quia quantumcunque homo sit perfectus, & sanctus in scientijs quas potest acquirere per naturam, tamen sine gratia nihil faciet meritorium vitæ æternæ.* Non placet, hic enim non agitur de meritis ad vitam, sed ad regimen, ideo melius alij, vt Liranus, & Lorinus pro sapientia, infusam intelligunt, sine qua quamuis quilibet consummatus in scientijs reperiatur humanis, si ab illo Dei abfuerit sapientia pro nihilo reputabitur, non benè reget, se suaque perdet, ineptus tandem erit ad regimen, vt mox dicemus.

Hugo. Holxoth.

Liranus. Lorinus.

HOMILIA VII.

Politici humana tantum sapientes, stolidi, insipientes, ad Regnum inepti.

CONsummatus inter filios hominum, si aliquis fuerit noster ait sapiens, tamē si sine Dei sapientia, *ad nihilum computabitur.* Quid est consummatus? nisi perfectus, plenus, omni sapiētia præditus humana, à quo si diuina absit, nihil erit, pro nihilo à Deo computabitur; en pessum humana sapientia, quâ politici pollent, en quomodo vana, etsi præclara, etsi magna videatur, *quæ ipsa à ipsorum scitur.* Magnus ait Greg. 11. Moral. c. 27. *à pueris pretio discitur, & qui sciunt, cæteros despiciendo superbiunt; nescientes vero subiecti, & timidi in alus mirantur*, cum si attentè inspicias, nil solidi, nil veri in seipsa continens præstigias firmat ad gubernationem vt decipiat, non vero regat; Ad populum educendum, ex virga verum produxit sanctus Moyses serpentem, at incantatores ad decipiendum falsum præstigiarum, qui tamen sapientes dicebātur Exod. 7. n. 11. *Vocauit autem Pharao sapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam similiter;* Quid per Moysis serpentem nisi diuina sapientia; Quid per Ægyptios nisi mūdana; vt vult Orig. hom. 41. in Exod. in hunc locum? Quid per virgam nisi crux Christi, quæ dum in terra proiecta, hoc est, prædicata, in sapientiam versa rotam confudit humanam prudentiam; *Crux ergo Christi*, ait Orig. *cuius prædicatio stultitia videbatur, postquam in terrā proiecta est, id est, post quam ad credulitatem, & fidem hominum venit, conuersa est in sapientiam, & eandem sapientiam, vt omnium Ægyptiorum, id est, huius mundi sapientiam denegaret: intuere ergo quomodo stultam fecit Deus sapientiam huius mundi.* Sapientes ergo erant malefici illi, at sapientia præstigiata, nam vt adnotat hic Oleaster, verbum Hebræum *Chassaph, significat eum qui aliquid naturale mutat ad aspectum oculi.* Hinc quia fictitia, & falsa, non conseruarunt ipsi, sed amiserunt Regnum, Regemque perdiderunt. Contra veram enim sapientiam stantes, quæ dimissionem populi consulebat, suam apponentes quæ retentionem, sic miserum dementarunt Regem, vt induratione ex ea aucūpās cordis, Dei veram respuens sapiētiam, populū non dimiserit; Moysen non audiuerit, *indurauitq; est cor Pharaonis, & non audiuit eos;* Ex quo eius mors, totiusque Regni abolitio; vt hinc videas, quam inepta ad regendum, humana sola sit sapientia, quamque fallax in astutijs suis.

Nec equidem hoc mirum, nam cum ipsa tota à Principe deriuetur maligno, & huic contra Deum pugnans suismet se machinis suffocârit, pari equidem modo & suismet se eius præfocabunt discipuli; Diabolus enim per peccatum mortem introduxit, & per mortem deceptus, mortales quos ambiebat amisit, strangulatus ab illa, sicut ipse per eam genus strangulauerat humanum. *Astutia namque diabolo*, præclarè sanctus ait Basil. hom. de Iu-

1. Sapientiæ humanæ vanitas, & effectus.

2. Est præstigiara, non solida.

Exod. 7. n. 11.

Origenes.

3. Per Magorum Pharaonis serpentes figurata.

4. Crux Christi in virga Moysis figurata, sapiētiam confudit humanā.

Oleaster.

5. Politica sapientia cōtra diuinā regna destituit non conseruat.

6. Suos præfocat discipulos.

7. Per eam ipsemet diabolus præfocatur.

Basil.

militate, *qua aduersus hominem vsus est, irrita facta est; & quod ille insidiè contra hominem machinatus est, non animaduerit sibi ipsi foræ aduersum, non tantùm illam ladens, quam à Deo & vita æterna alienaturum se speranerat, quantum seipsum prodens apostata à Deo factus, & morte sempiterna condemnatus, & laqueo quem Domino struxit ipse captus, in eoque crucifixus est: quem se crucifixurum, mortuum in in eo quem morte se extincturum speranerat;* Pulchrè. Gloria Christi per eius vitam exclarescebat, Deus per illam manifestabatur, quid diabolus? Extinguatur Christus, vt sic & ipsius stabiliatur Regnum, vt Dei totum pessum eat. hac ergo sapientia vsus in ipsamet deprehensus, in eo mortuus, & occisus quem morte se extincturum speranerat. Vnde non Christum, sed se confodit, compressit, oppressit, sic & eius discipuli, sic & carnales isti Politici, qui carnem tantùm sapientes, dum diuinam à se ablegant sapientiam, humana tantum ratione Status amplitudinem studentes miseri decipiuntur, confundiuntur, confunduntur, regnum non augent, sed minuunt. Vnde apte sequens sic ait, *Si vero Princeps iste mundi primus, maximus, & inuisibilis humanæ sapientiæ, sophista, suis ipsius commentis capitur, & in extremum venolnitur insipientiam, multo magis illius discipuli, & æmulatores etiam si innumera commententur, vbi se sapientes esse dicunt, stulti facti sunt.* Si ergo stulti, si insipientes, ergo ad regnum inepti, ergo ad consulendum ineptissimi. Nam vt rectè idem Sanctus, humana sapientia à diuina destituta prorsus ad nihilum valet, de hac enim loquimur, & de illis Politicis, qui nullo iusti iniustique discrimine res geri, religionem, fidē, Iustitiam proprio emolumento posteriora duci, orbem Christianum dissidijs, verbis, ac bellis infestari satagunt, vt sua astruant, vt aliena tollant, vt omnium se Dominos, ac tyrannos efficiant: hos ergo impugnamus, horum sapientiam vanam asserit sanctus dicens, *ipsa quoque humana sapientia, & prudentia, quæ inter reliqua moralium bona potissima reputantur, & solidissima, inanem habet elationem, & in sublimitatem extollit non veram. nec quidquam ista valent vbi diuina sapientia deest*, vltima hæc adnota verba, scilicet *nec quidquam valent.* Et merito, cum enim illa ideo suspiciatur, quia vnica ad finem peruersum destinetur, nempè ad regnandum, & possidendum, proximumque opprimendum, cum Dei iusto iudicio semper contrarios sortiatur effectus, nonne merito inanis ipsa, futilis, & prorsus impotens ad regnandum iudicitur?

Politici qua ratione ad gubernandum inepti, quādo tantum sapientia prediti humana.

9. Nil illa valet quando sine diuina.

Sit tibi ad hoc confirmandum superbi Pharaonis politicum consilium, hic enim sapientia tantum imbutus humana, *cuius* vt sanctus inquit Greg. 11. Moral. c. 27. *Proprium est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, qua falsa sunt vera ostendere, qua vera sunt, falsa demonstrare.* Cum audisset populi Hebræorum spem iuxta Dei promissa, ad Patres, aliquādo, scilicet futurum vt è terra egressi Ægypti, in aliam eos transituros melle & lacte manantem, videretque illos dies multiplicari, nulla iusti, rectique habita ratione, sed tantum status, & commodi lucrum attendens, consilium excogitauit, quo illi oppressi, è terra

10. Quæ illa secundum Gregorū.

S. Greg.

amplius

Cap. 9. in n. 5. Hom. 5.

amplius egredi non possent. *Surrexit interea*, A
ait scriptura, Exod. c. 1. n. 8. *Rex novus super*
Ægyptum, qui ignorabat Ioseph: & ait ad po-
pulum suum, Iste populus filiorum Israël multus
, & fortior nobis est. venite, sapienter oppri-
mamus eum, ne forte multiplicetur, & si ingruerit
contra nos bellum, addatur inimicis nostris, ex-
pugnatisque nobis egrediatur de terra. Singula
ponderanda, consilij ansa timor, quia populus multus, & fortior, materia timoris damnum, non positivum vt sic dicam, sed privativum, diminutio scilicet proventuum, si populus abiret, hoc timebat, non terræ suppressionem. *hic nempè si prudenter legas* ait Rupertus in hunc locum, *necessariò subintelligit filios Israël solitos fuisse suspirare ad terram, quæ patribus eorum repromissa fuerat, hoc auditum à patribus venientibus filijs spem verbi mei ansculcantibus. Ægyptijs iracundam excitabat invidiam: bene ergo rem aperit, dum præmisso, ne si ingruerit contra nos bellum, non addatur expugnatis nobis obtineat terram. sed egrediatur è terris.* ad hoc ergo damnum nullatenus, vt pote proprium politicæ officium, sapiens excogitatum à Rege consilium, sed impium, oppressio nempè, *venite, sapienter opprimamus eum.* Græcus incertus Author apud Lippomanum, in catena *hoc est, arte & fallacia eum opprimamus, neque enim Hebræi manifestè angere poterant, cum nullam hujusce rei vel levissimam causam habèrent.* & ipse Lippomanus, *annectamus rationem aliquam callidam & subtilem, qua opprimere possimus illum, ne multiplicetur*, vt dictum ita factum, præpositis Magistris operum, vt affligerent eos oneribus, cur hoc? *vt hirent primum animo, mox & corpora deficerent*, respondit Philo lib. 1. de vita Moïs, vti & factum. nam vt inquit idem, *alij post alios emorerentur pestilentia*; hoc ergo consilio Reipublicæ damno prouisum putabatur, ideo & sapiens nominatur, immo & Regium, at si bene introspicias, prorsus fatuum. & contra se pugnans: timor erat damni, damnum egressio, ratio huius: diminutio regalium proventuum ingrederentur: ô fatue, sapienti tuo consilio idem prorsus tibi damnum infers eos occidendo ac illi inferent egrediendo, occisione, diminutione, interemptione; hic tui diminuentur proventus, & emolumenta ac egressione, cum hac tamen differentia, vt si eos non opprimens egredi fingeres; benedicendo tibi Deus tuâ multiplicaret, quando quia sapienter cogitans tyrannice eos ne egrederetur oppressisti, & emolimenta, & regnum, & vitam illis egredientibus infeliciter amisisti, amplius illis Dei favore ex quo consilio multiplicatis, dicente Scriptura, *quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur.* Quod egregiè expendens Aug. Serm. 89. de tempore sic ait, *Consumi præcipit Rex impius Hebræos luto, latere, frustra denegatis, vt tandem afflicti si bellum contingeret ægyptij, non valerent resistere civitati: clauditur ergo malitia usque ad exitum. surrexit enim, & apprimè conservant fabricam, non quod deficiat edificio civitas, sed populum perire ægrotat, qui divino favore pullulat. augetur populus, dum opprimitur, & dum perit minus, malitia crescit, plus insequitur, qui si posset vincere, quot*

divina Maiestas prædixit

Et vt iniquitas, sic & pietas tibi præsto sit, *unde timoris* sumpsit ansam, non equidem *ex damnis* aliàs forsitan illatis; non ex *inimicitijs* contracta, non ex iniuriis forsitan *intentatis*, sed ex augmento, sed ex Derbeneficentia erga populum, *populus multus, fortior nobis*: inuidia ergo boni alterius timorem impressit, & proximi augmentum suum reputauit damnum. fundamentum ergo consilij inuidia, at quia si sic clarè ob hoc contra eos insurgerent, malè de se tentirent, bono publico palliato inuidia sapiens, sed crudele, sed impium excogitauit consilium *Venite, sapienter opprimamus eum*; vt hic discas in quo tota hæc versatur cardine sapientia; in boni scilicet alterius inuidia & oppressione; hinc tota huiusmodi ad opprimendum intenta, rationes æquitatis vellicat in ipsamet impietate, fortior est, opprimatur, hæc vera ratio, sed subinduatur zeli pallio, & emolumenti publici damno, *ne forte multiplicetur*, vt videas quam verè de hac dixerit sapientia Greg. proprium scilicet illius esse, *Machinationibus cor tegere.*

Hinc, quia eius parens inuidia, proprius eius fœtus odium, proximique abominatio, ac proinde totius Status & Reipublicæ collapsio; dum enim adiecta consilia non succedunt oppressionis, illud quod prius inuidiæ tantum erat obiectum, fit odij, & abominationis; ex quo fit, vt amplius oppressionis non quærantur figuratæ rationes, sed apertè bellum infontibus ingeratur, quia abominantur. *Oderant filios Israël Ægyptij*, ait Scriptura vbi suprà; perquire causam, & eam Regius tibi assignabit Psaltes Psalm. 104. num. 24. *Quia auxit populum suum vehementer, & firmauit eum super inimicos eius*, & Exod. vbi suprà. *quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur*, hinc, *conuertit cor eorum vt odiret populum eius, & dolum facerent in seruos eius*, quomodo conuertit? nunquid affectiuè ex bono corde Deus malum effecit? absit, sed incidenter conuertit alios benefaciendo, illi erant peccatores inuidi, sed adhuc non odiebant, ex inuidia ad oppressionem insurrexerunt, ad desiderium diminutionis filiorum Israël: hanc dum obtinere non possent, Deo suos multiplicante ex hoc conuersi in odium, suis Deo benefaciente; *Quidenim*, ait Rupert. lib. 1. in Exod. c. 5. *nunquid hoc dicendo odientes Ægyptios iustificat, aut odium eorum excusat? non vtique sed nimium peccatores fuisse indicat, quos tales Deus inueniret, vt ex consperbis beneficijs suis cor eorum in odium seruorum suorum conuerteret, quemadmodum sol molle lutum conuertit in durum*; inuidi ergo primò, postea osores, hinc sicut primo ad opprimendum rationes palliatas quærebant, accedente postea odio iam palam persequentes nullo habito respectu ad æquitatem, iniustamque, *affligebant eos* ait scriptura, *illudentes eis & inuidentes, atq; ad amaritudinem perducebant vitã eorũ operibus duris luti & lateris, omnique famulatu, quo interrã operibus premebantur*, en sapientiæ humanæ fructus tyrannidis, oppressio, iniustitia; nunquid hæc ad gubernandum ap-

12. Mundi sapientia, ac politica tota in inuidia versatur, & fundatur.

13 Diuersè eor machinationibus tegere.

14. Eius affectus odium.

15 Vnde illud fomitur.

16. Ad odium quomodo Deus corda conuertit. Ægyptiorum.

Rupertus.

Philo.

Rupertus.

Aug.

D

17. Politicæ finis qui.

ra, aut qui ea prædicit? merito ergo & regnum & regem perdidit.

Sed age, & alia hanc ineptitudinem probemus via. Finis Politices secundum Arist. omnesque Philosophos, beatitudo est seu felicitas ciuilis, hoc est felicitas communis, non particularis, *quando igitur unus*, ait Arist. politicorū lib. 3. *vel pauci, vel multi, communem vtilitatem in gubernatione sequuntur, hæ esse rectæ rerum publicarum species necesse est; quando autem ad propriam vtilitatem, vel vnius, vel paucorum, vel multitudinis gubernatur, transgressiones sūt, & labes.* Ex qua doctrina inferius ipse differens, definitionem elicit tyrannidis, scilicet esse *dominatum vnius ad proprium commodum intendentis*. hinc merito tantum sua, non aliena curantes, crudeles, ferreaque dicuntur viscera possidere, sic Chrysolog. Serm. 122. de diuite misertam Lazari non curante *Purpura* ait, *bysso, delicatis vestibus, epulis blandis ferrea viscera crudelis anima nutriebat.* Ex quo rectè latrones, generisque inimicos humanæ eos diuus appellat Ambr. qui sua tantum considerantes, annonam recondunt frumentariam, vt ex eius penuria pretium auctionentur, sic lib. 1. officiorum c. 3. *Ambr.* ait, *frumentorum indigentiam, alimentorum penuriam, veteris foli partus ingemiscit, flet publicam sertilitatem, horrea fructuum plena deplorat, explorat quando sterilior proueniat fœ, quando exilior partus, votis tuis gaudes arrisisse maledictum, vt nihil vnquam nasceretur*, pulchrè hoc postremum, ipsa terra miserabiliores, siue crudeliores inueniuntur, hæc enim & si maledicta, quasi ad benefaciendum promior, maledicto veluti remitens, vti misetans mater alere gestit, quos semel parturiit; at isti ipsa terra inhumaniores, contra ipsam veluti pugnantes, sterilitatem proprio amore eam indunt, dum ipsa aliorum charitate abundantiam, merito sequenatur Ambrosius, *Latrocinium hoc, an fœnus appellem?* profectò latrocinium, quia aliena rapit, suam tantum curans commoditatem; quod & si hominibus hoc conuenit priuatis, eo magis & principibus, & quibus publica rerum demandatur cura; ea quippe ratione, qua Politicæ finis publicum, non priuatum bonum, quod cum sit, perquire ab illis, qui humana tantum sapiunt, ad quem finem aspiciunt, & videbis quod non ad publicum, sed priuatum, non ad populi bonum, sed proprium, hinc se, & Regem cui consulunt perdunt, & pessundant. Amen de responsum Roboami, dum populus grauissimi iugi non multam, sed partem expostebat alleuiationem, 3. Reg. c. 12. n. 4. *Pater tuus*, ait illi populus, *durissimum iugum imposuit nobis, tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo, quod imposuit nobis, & seruiemus tibi.* iniit hic consilium cum senibus, qui ei vt populum audiret suaserunt; at spernens ipse horum consilium, iuuenes secum nutritos accersens, cum eis consultationem adhibens dura populo respondit, *Pater meus aggrauauit iugum vestrum*, &c. Nunc inquito vnde Regi, vnde eius successoribus tot facultas, nec cum euidens senum bonum consilium reiiceret eneruato à populo pendebat, hinc eo Rex esse non poterat, non omnimodam iugi exemptionem petebat, sed partem aliquam, *in itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo.* qualis ergo vesania populo non acquiescere, aut quid eos obœcauit? dicam bonum proprium quod apperebant, ad quod respiciebant.

18. Tyrannis qua.

Ambros. Anata ipsa terra infeliciores.

21. Malorū politicorū finis non bonum publicum, sed priuatū

Chrysolog.

16. Sumantur latrones crudeles. ac latrones.

3. Reg. c. 12. n. 4.

Pro quare attendendum iuxta Abulensem Deuteronom. 17. c. 8. & 3. Reg. c. 11. Pinedam de rebus Salom. lib. 7. c. 13. & recentiores Expositores, Salomonem ad domum Dei ædificandam, suamque simul vectigal populo imposuisse, quod perhibentissimè soluit vique dum ædificato templo ac perfecta domo, in propios ipsū vsus lasciuos, ac profanos conuerterat *postulabat enim & corrogabat auidissimè quod in concupiscentias suas insumeret*, ait Pineda, illi optimè quadrans quod Ambros. c. 5. lib. de Naboth dicebat, *non parcunt dispendio, dum indulgent cupiditati*: & insuper in senectute vt ait Abulens. *vt diuitias congregaret, populum multis tributis premebat.* quod quàm malum pernicioſumque, videndus est Cassiodorus lib. 4. variarum historiarum c. 38. vbi de hac relatè, & bene Nazianz. oratione ad Iulianum, tributorum exæquatorem, illum à tributorum graui onere deterrens, vbi inter alia plane hæc grauia scribit, nil grauius homini culpa ab originali obtigisse, quam alteri pendere tributum; *hinc*, ait, *penuria nata est*, scilicet à peccati originalis maledictione, *pernicioſæ cupiditatis mater, quæ bella peperit, à quibus orta sunt tributa, quibus in diuina condemnatione nihil grauius est, & acerbius*; & paulo post, egregium illud adiungit, eodem modo in Dei libro describi Principes, quo ipsi in suo populos descripserunt, *Cæterum*, ait, *quo modo alios descripserimus, eodem ipsi quoque describemur, hanc inscriptionem si facilem, & commodam experiri cupis, facere comodum nobis humanum præbet.* vide Philonem lib. de creatione principū, sub fine. Tributa ergo populo impoſuerat Salomon, quæ tunc populo cœperunt esse grauissima, quando non ad publicum, sed ad priuatum bonum, non ad necessitatem regni, sed ad propriās effundebantur expensas, pellicum nempè, vxorum, concubinarum, addesi vis & amicorum, quales Roboamu sincronos; iam me tenes, vecordiam nempè consilij tum Roboami, tum amicorum ex bono sui priuato processisse; cum enim Rex vt quod profusè, largiretur, obtineret, & amici quod largissime acciperēt, se tantum aspicientes, propriūque lucrum, sic fatuum dederunt consilium, vt simul cum illo & Regem, regnumque perderent, vt videas quam stolida, quàm inlipiens ad regnandū, gubernandumque horum sit sapientia, dum nil commune prouidet, sed tantum particulare, quod cum sit, non solum regna, sed ipsa omnis humana dissoluitur consociatio, vt rectè Iulius lib. 3. officiorum, *Ergo vnum debet esse omnibus propositum*, ait, *vt eadem sit vtilitas vnuscuiusque & vniuersorum, quam si ad quemque pariat, dissolueretur omnis humana consociatio.* non secus ac Roboami regnū, qui dum publicam ad se rapere intendit vtilitatem, illam dissociauit, dimisit, & conuulsit.

22. Iudeos execrat & pessundat.

Abulens. Pineda.

23. Reges ad cupiditates inflammat regna.

Ambros.

Cassiodorus.

24. Tributa originalis peccati vna ex grauissimis pœna.

Nazianzenus.

25. Principes in Dei libro sic scribūtur ac ipsi in suis populos.

26. Tributa Salomonis quando populo cœperunt esse grauissima.

27. Bonum publicum ad priuatum referre est contra humanam societatem Iulius.

Hinc in se talis sapientia suosmet decipit politicos, non alio quam ipsamet

Deus vtens medio ad eos decipiẽdos, vers. diſſ. Basil. in c. 15. Iſaiæ ſuper illa verba iuxta 70. lectionem, *ſtella enim aute, & Orion, & omnis ornatus cæli lumen non dabunt, perdam inquit, alio loco dicitur ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentium reprobabo, nimirum quod mundi iſtius ſapientia ſuos exceptores nouit pellicere in fraudem, deque rectitudinis via deducere, & credita eſſe veritatis Magiſtra, inſerat mentibus ignorationem dogmatum, quæ ad aſſequendam ſalutem perquam neceſſaria ſunt*, poſtrema adnotanda verba; vere enim talis ſapientia mentibus ignorantiam illam dogmatum inſert, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem; dum enim tantum ad hæc infima intendit, & ad ſtatus accretionem, ſic turbido circa hanc verſatur, vt ſemper poſſeſſorum oblita, ad aliena ſuſpiret, vt ſi poſſibile, & ſi mare totum abſorbeat, vult, & vt Iordanis etiam in os eius intret; ſeculari enim regimine non contenta, ad ſpirituale inhiat, & quaſi regale patrium eſſet ad diui Petri patrimonium adnolat profanis ſacra miſcens, carnalia, & ſpiritualia deglutire cupiens.

Quale enim dogma veritatem hoc dicam ad ſalutem amplius neceſſarium, quàm ſcire principes, ac callere iudices duo eſſe luminaria magna, poteſtatem ſcilicet ſpiritualem, & temporalem, nec inter ſe diuerſas & diſtinctas, vt nefas ſit eas confundere, & in vnam redigere quouis prætextu, quouis fucato colore, & poteſtatem ſeculari lunæ, ſpiritualem vero ſoli comparatam: *Sunt & in ſancta Eccleſia firmamento à Domino creata duo magna luminaria* ſanctus ait Aelderus ſerm. 10. tom 13. Biblior. *Sacerdotium, & Regnum, Rex, & Epiſcopi, Princeps, & clericus, dies ſpiritualia, nox vero ſignificat ſæcularia: itaque luminari maiori Sacerdotium, vt præſit diei, id eſt, ſpiritualibus luminare minus regnum, vt præſit nocti, id eſt ſæcularibus, contra naturam proinde eſt ſol nocti, ſi præſit lunæ diei, ſi Princeps ad ſpiritualia ſacramenta ſe ingerat conficienda, ſi Sacerdos ſæcularium negotiorum tenebris conſcientiæ ſuæ ſerenum obnubilet.* Quam etiam comparationem ſolis & lunæ affert Innocent. in c. ſolitæ, de Maiorit. & obedientia, hinc quia ſpiritualis prima, ac longè omnis ſuperior, primi etiam ei debentur honores, vade digne Sanctiſſimus Martyr Ignatius Epiſt. ad Smyrnenſes hic admonet. *Ego autem dico, honorate quidem Deum, vt auctorem omnium, & Dominum, Epiſcopum autem tanquam principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem, principatum quidem ſecundum Deum, Sacerdotium autem ſecundum Chriſtum, & poſt hunc honorare oportet etiam Regem.* Quapropter hic ſupra Regiam eam extollit Ambroſ. lib. 2. de dignitate Sacerdotum c. 2. vt illam aurum, Regiam plumbum in eius comparatione dicat, *Honor & ſublimitas Epiſcopalis, aut nullis comparationibus poterit adæquari, ſi Regum fulgori compares, & Principum diademati, longe erunt inferiora, quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem comparet; quippe cum videam Regum colla, & Principum committi genibus Sacerdotum*; diſtinctiſſima ergo ſunt, & vna alteri ſublimior, quod tanquam certiſſimum dogma omnibus, & ſingulis deberet eſſe notum Principibus, ac proinde ſic eos ſpiritualem proſpicere, vt tanquam maiorem, altiorem, ac ſublimiorem, nullo modo ſe in eam intrudere, ad eam aſpirare deberent, niſi vt diuus ait Aelderus, contra naturam quid cõmittere velint; at hoc dogma ad ſalutem neceſſarium ſapientia non ſinit proſpicere humana, ſed alij ea ſaginati fucato colore, alij aperto nomine in illam ſe intrudunt, ſuſque deque eam inuoluentes, Dei miniſtros tanquam ſubditos diiudicantes, pendentes, ac ſupra Dei templum ſe conſtituentes, librant pondera, ipſas diiudicantes Dei ſtateras, quid ſiet?

At dicunt pacis obtentu hæc facere, ne vis inferatur ſubditis, quorum cura propriè demandatur Regibus, quibus iure conuenit vt regnum in pace conſtituatur, vt nemo opprimatur, vnde quando non ex vi iuſtitiæ, ſaltem charitatis ſe in illud intromittere deberent; optimè quidem, ſcio hæc adduci, hoc fuco rem colorari, ne in manifeſtam incidant hæreſim, ſed quam hoc alienũ à veritate ſit, nolo niſi vno tantũ ex ſcripturis probare exemplo, & non equidem ex homine deuoto, Chriſtiano, ſed gentili, qui lumine tantum rationis, potius vt vis, vt violentia, quinimo vt iniuria alteri voluit vt inferretur, quàm ſe in materiam intrudere religionis, & homines religioſos ad ſe non pertinentes diiudicare. Gallio enim Senecæ Neronis præceptoris frater, Achaiæ Præſes cum ante ipſum Paulus, & Soſthenes ſiſterent, vt de religione diiudicarentur, ac punirentur; Actorum 18. num. 12. *Gallione Proconſule Achaiæ inſurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal dicentes, quia contra legem hic perſuadet hominibus colere Deum?* Cui cum Paulus vellet reſpondere. *incipiente Paulo aperire os*, dicere reſpondit, *dixit Gallio ad Iudæos, ſiquidem eſſet iniquum aliquid, aut facinus peſſimum, o viri Iudæi, recte vos ſuſtinerem; ſi vero quæſtiones ſunt de verbo, & nominibus, & lege veſtra, vos ipſi videritis: Iudex ego horum nolo eſſe; & minauit eos à tribunali.* aliqua in hac authoritate prius notanda,

Primùm, Gallionem ſi voluiſſet, iudicium certè in propoſito caſu ferre potuiſſet, quoniam apud Gentiles licebat id Imperatori, qui ob hoc ſimul ſummum gerebat Pontificatum, & vt affirmat Dionyſ. lib. 53. omnibus ſacerdotiis inaugurabatur, *vt omnes religiones, & ſacrificia in ſua haberet manu*; quod item de Ægypti Regibus affirmat Plato lib. de regno, & de alis nationibus affirmat Ariſt. 3. Politicorum c. 10. quapropter cum ipſe eſſet Proconſul ſumma prædictus poteſtate, & Imperatoris vicaria, recte poterat iudicium illud exercere, ſi vellet, at non exercuit, quia noluit. tum quia ſequi voluit Auguſti exemplum; qui vt refert Suetonius in Auguſto. c. 93. *religionis cauſa aperto foro cognoſcere noluit*; tum quia, vt ait Chryſoſt. hic, *adeo æquus erat vir* procul ab adulatione, vir ſummæ integritatis vt de eo frater eius affirmat Seneca, libro 4. naturalium quæſtionum, quod equidem notandum; Sanè quidem, nam ſi ab adulatione, ſi à connuentia liberi, ſi ſumma tandem iudices

29. Ille directe contra Dei pugnat dogmata & cur.

30. Potestas ſpiritualis & temporalis omnino ſunt diſtincta.

31. Spiritualis ſoli temporalis, lunæ comparatur. *S. Aldelmus.*

32. Spirituali primi debentur honores. *S. Ignat.*

33. Eius comparatione Regia plũbum, ipſa aurum. *Ambroſ.*

34. Politicorum inuentiue in ſpiritualia intrudentes regimina.

35. Eorum ad illud ratio, & præclaſio.

Actor. 18. n. 12.

36. Gentilis Gallio noluit de religione iudicare.

Dionyſ. *Plato.* *Ariſt.*

37. Imperatores omnibus ſacerdotiis inaugurabantur & cur.

38. Auguſtus ſeruauit cauſas religionis cognoſcere. *Seneca*

præditi essent integritate, non sic facilè, non sic libenter in alienam se intruderent messem, non in cœlum ponere sedem ambirent, sed quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari darent.

Secundò adnotandum, omnino Politicam, seu civilem potestatem ab Ecclesia Gallionem distinxisse, ita vt suam esse civilem tantum agnosceret, exterorum Ecclesiasticam, & sic controversias civiles, aut criminales sibi, religiosas autem cæteris committe, vnde ait, *siquidem esset iniquum aliquid*; & quia quæstiones de religione erant, ideo religiosis eas renunciasse sic ne vt eos permitteret, & quæ circa illas determinare, & simul iones in eos punire, quod valde notandum, vt inferius dicemus.

Oecum. Tertiò adnotandum, secundum veriorem sententiam Oecumenij & recentiorum, Sosthenem à prædicatione Pauli conversum animo fuisse Christianum, & Paulum adhæsisse, quod patet, quia eum fratrem & socium suum appellat Paulus initio Epist. 1. ad Corinth. & Menologium Græcorũ die 7. Decembris facit eum Colophonis Episcopum; denique Martyrologium Romanum die 28. Novembris clarè hæc de eo habet. *Apud Corinthum natale sancti Sosthenis discipuli beati Pauli, cujus mentionem facit idem Paulus Corinthijs scribens; hic ex Principe Synagogæ conversus ad Christum, ante Gallionem Proconsulem acriter verberatus, præclarè initio fidei sua primordia consecravit.*

Ex his ergo ad nostra confirmanda duo & præclara habemus, Primum, à gentili, adhuc vix Ecclesia pullulante, duas omnimodò distinctas cognitas potestates, civilem, & Ecclesiasticam, & secundum ab æquitatis iudicio tantum ductũ virũ probũ, omnisque adulationis osorẽ; intellexisse, & si secundum iura, & leges quæ tunc extabant ipsum de vtrisque iudicare posse, tamen æquum iustumque futurum, vt à sacris vir non sacer se abstineret, & sancta à sanctis tractari; quid ergo post Euangelium promulgatum, post apertam vtriusque potestatis distinctionem, post peculiare Ecclesiæ potestatis caput à Christo Domino nostro assignatum talis fecisset? Surget ergo in iudicio, non Petrus, non Paulus, non Apostoli, summique Pontifices sanctissimi Petri successores, sed Gentilis Gallio, ac superbiam, vesaniam, stultitiam obscœnissimi Anglorum Regis condemnabit, qui veluti impurus Aries contra Dei Ecclesiam cornua erigens, caput vtriusque vult cognosci potestatis, & contra ipsam pugnans fidem, fidei defensor haberi. O belle, Sacerdotum Dei, Sacramentorum Ecclesiæ, rerum spiritualium, omniumque sacrificiorum iudex, & caput, vir erit secularis, laicus, nullo ordine, nullo charactere, nullo spirituali signo, nulla spirituali dignitate inauguratus, quãdò hoc impossibile daretur post Christi legem? qualis mens, qualis intellectus, quale iudicium sibi ferale, bellinum, stolidum, mancum illud admitteret? De speciebus Regni differens Arist. vbi supra ad quartam deneniens, & obsequens propter beneficia, meritaque electos se ait: *Illi & Imperium habe-*

39. Regis Angliæ impia hæresim Gentiles eõdem habent.

Arist. 40. Apud Gentiles aliqua sacrificia sacerdotia requirebant

bant belli, & rei diuinæ cultum exercebant, nisi si talia essent sacrificia, quæ sacerdotium requirerent. Nam in hoc casu, vt supra diximus, aut Sacerdotio inaugurabantur, aut ab illis cessabant. Ergo Gentiles illi, etsi rudes, aliqua esse arbitrabantur Sacrificia, Sacerdotio indigna, quæ ab ipsis nisi Sacerdotibus offerri non liceret; hoc nunc à gente politica, quæ intellectu, ratione, acumine ampliùs vigeat necessarium non ducitur, sed supra omnem, supra spiritualem hierarchiam, supra ipsa denique Sacramenta, Deique sacratissima Rex, non Sacerdos, sed laicus, non Deo dicatus, sed Diabolo, vt in constituendo & credit, & defendit qualis hæc demens? qualis Diabolica stoliditas!

At paulo etiam crassos, & hi confundantur ex illato exemplo pontifices, qui variis quæsitis rationibus, obambranisque coloribus, & si distinctam, & si supremam plane Ecclesiæ confitentur potestatem, summumque in terris Christi recognoscant Vicarium, omnique cum veneratione profiteantur tanquam veri excellentissimi Catholici, tamen nescio quo malo fato, ne à suis prauis dementantur rationibus, vt ac si non essent Catholici, pusillumque, spiritualia nolle curare audent, homines Ecclesiasticos tibi subiectos, ne Ecclesiasticum tandem cuipiam subeant nocere ea ratione vt zizaniam eradicent, cum qua simul & colligant triticum. hac enim, vt diximus ratione se in Ecclesiasticam potestatem intrudunt, ne scilicet vis inferatur, ne subditi iniurias, violentiam patiantur.

41. Politicos vt cõfundi. tur ratio vt Ecclesiasticos se immiscere cupiant.

Ac non minus allato confunduntur exemplo, tum ex dictis, scilicet his quæ sequuntur; nam cum ex tribunali eliminasset eos Gallion, eisque vt sua iudicarent permitteret, ipsi furore pleni Diabolico, *apprehendentes omnes Sosthenem* Pauli Discipulum ab eo conversum, vt supra diximus, *Principem Synagogæ percutiebant eum ante tribunal.* Quod etsi iniustũ, etsi violentũ, etsi Proconsuli indecorũ, tamen ait scriptum quod *nihil eorum Gallioni curæ erat.* cur hoc vir prudens, & cordatus permittit? cum certum omnem iniuriam Magistratui factam grauem atrocemque esse eo vel maximè quãdo officio fugitur suo. Marcius Coriolanus perpetuo exilio mulctatus est, vt refert Livius lib. 2. Decade. 1. quia debitum honorem Magistratui deferre noluit; sic Publius Decius Prætor, qui Marco Manlio Senatu reverẽtiam non detulit. Dionysius lib. 15. qui in Nerua optimum etiam fert iudicium, decretis scilicet esse contemni Principem, & omnia sibi ipso licere, quàm odio haberi, & nihil eorum bus esse permissum; qui etiam lib. 44. præclaram de hac re Iulij Cæsaris Imperatoris ad milites intumescentes in contione refert sententiam. *Ego sane* ait, dixisse Cæsarem, *neque alias rectum esse arbitror, ei qui præsidium gerit subditus sit inferior, neque fas arbitror quam agi posse censeo, vbi hi, quibus committendum est, vt dicto sint audientes, imperata agere nolint. Intelligitis enim quam prolè sit luctuosa ornata illa domus, in qua minoribus natu grauiores despectui sint: cum ludus literarius, discipuli Magistros contemnunt; quæ spes sanitatis ægrotis si non per omnia Medicis obtemperent?*

Livius.

Dionys. 42. Princeps de cuius cõtemptu agitur, quem odio habebant.

Digitized by Google

quam tutò nauigatio, si nauis gubernatoris nutibus non pareant? ita natura duas necessarias res, easque salutares comparauit in humanis generibus, vt alij cum imperio essent; alij subijcerentur, nihilque est, quod absque his sit, vel minimo quidem spatio perdurare possit. Cum ergo hoc sit, cur vir alioquin prudens, & cordatus nec iniuriam vindicauit, nec pro insontibus stetit? dicant alij quod velint, incusent cum suo non functum officio; ego Dei sanctissimæ prouidentiæ illud tribuo, qui ad exemplum Catholicorum politicorum, & ad omnes prorsus rationes præscindendas æquè, iustique, quibus ducti in Ecclesiasticam se intrudunt iurisdictionem, voluit, vt rectus hic iudex omnisque iustitiæ assecutor, etsi coram se modis in castigando, & puniendo excederetur, tanta eius erga illos esset reuerétia quos semel à sua ablegauerat potestate; tantaque cura ne in alienam se intro mitteret iurisdictionem vt non auderet aliquid contra illos intentare, aut pro liberandis saltem insontibus, se in non sua immiscere.

Gallio etsi grauissimos de religione & in rem spectos nō puniuit.

44. Politici Gallionem imitentur ecclesiasticos ad eos accurrentes abijciendo.

At dicent, ad nos accurrunt, nos non eos aduocamus; nunquid destituere eos possumus? benè quidem; & similiter Iudæi ad Gallionem accurrerunt, non eos Gallio ad suum aduocauit tribunal; imitentur ipsi Gallionem, & sic non amplius ad eos recurrent, nec eos amplectantur, non faueant, dicam non gratificent; sed à tribunali eum minent vt ille fecit, dicente scriptura, *& minauit eos à tribunali*, Syrus *repulit*, Vatablus *abegit*, Clarius *expulit*, at hoc sapientia non consulit humana, immo nefas, & peccatum existimat, cui vt inquit Basilius *creditur velut veritatis magistræ, & sic inserit mentibus ignorationem horum dogmatum perquam necessaria ad salutem*, quod cum sit, nunquid tales dices ad gubernandum aptos, & non potiùs stolidos, insipientesque?

Vatab. Clarius. Basilius.

45. Sunt insipientes.

Dixi insipientes (vt tandem concludam) & merito. Cum enim vnica sapientum nota illa, vnum scilicet semper esse, constantem, firmum, in dictis, factis propositisque. quomodo hic sapientes, si semper inconstantes in dictis, factis, propositisque; modo vnum, modo aliud mutantes, nulla fide, nulla stabilitate firma, *Maximum hoc est, & officium sapientiæ*, ait Seneca Epistola 20. *& iudicium, vt verbis opera concordent; & ipse vbique par sibi, idemque sit, nec disco sapientem semper vno eumdem gradu, sed vna via*, & paulò infrà, *Itaque vt relinquam definitiones sapientiæ veteres, & totum complectar humanæ vitæ modum, quid est sapientia, semper idem velle, atque idem nolle*, Pulchrè, sapientis est semper idem velle, idem nolle, cuius quidem rei ratio non alia, nisi quam ipse idem addit; quia *non potest cuiquam semper idem placere nisi rectum*, neque è contrario idem displicere nisi malum; ideò ergo sapientes qui sunt semper idem sunt, quia bonum prosequuntur semper, malum fugiunt continuè, at insipientes cum malum, non vt malum, sed vt sibi disconueniens fugiant, & bonum non vt bonum, sed vt sibi conueniens prosequantur, fit vt nunquam sibi constantes sint, sed vt idem ait, *horum nemo sibi pro-*

46. Sapiens qui. *Seneca.*

46. Sapientis est semper idem velle, idem nolle.

47. Mali cur in bono ſemper inconſtantes.

ponit quod velit, nec si proposuit perseuerat in eo, sed transibit, nec tantum mutat, sed credit, & in ea quæ deserit, ac damnauit, reuoluitur. Expende singula, & simul oculos ad hos conijce Politicos, quos nunc nostra fert ætas, & quam aptè hæc illis quadrant inspicies. qui tantum humana præditi sapientia, ab ea educti, *Cor machinationibus texunt*, vt Diuus ait Gregorius vbi suprà lib. 11. Moralium cap. 27. *Sensum verbis velant, quæ falsa sunt vera ostendunt, quæ vera sunt, falsa demonstrant*; & hoc non alia quidem ratione, nisi vt idem ait Sanctus, *quia humana sapientia sibi obsequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplicius reddere, cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere, cum virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate dissimulare.* Quomodo ergo hi vni semper? quomodo in bono constantes? ac proinde vnde sapientes, nisi prorsus insipientes, & stolidi, ac ad gubernandum incepti? quia varij, quia sua tantum quærunt, non quæ communia, quia tandem prorsus veram Dei sapientiam ignorant, vnde ab illa destituti, non solùm se, sed ipsum Regem, ipsum perdunt, ac pessundant regnum; vt videas quam aptè noster dixerit Sapiens, quod, *Si quis erit consummatus inter filios hominum, &c. Si abstulerit, &c. in nihilum, &c.*

S. Greg. 48.

Politici inconstantissimi & cur.

Num. 7. *Tu elegisti me Regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum tuarum.*

Continentia litteræ.

Connexio Capitis.

SVperiori versu ex absoluta sapientiæ indigentia ipsam postulauerat Salomon, nunc in isto, & sequenti duas alias assignat rationes; primam ex Dei electione; secundam ex fine huius electionis, ex Dei electione arguit quatenus Dei debebat bonitatem, vt dum ipsum ad regnum elegerat, & ad regimen non quorumcunque, sed filiorum, filiarumque suarum, superiorem prouideret ipsi sapientiam. vnde ait.

Tu me elegisti. Salomonem ad regnum Deum elegisse patet ex 1. Paralip. c. 29. n. 1. vbi Dauid Pater, *Salomonem filium meum vnum elegit Deus, adhuc puerum, & tenellum.* Non ergo se intrusit, nec humana ipsum elegit negociatio, quod aduertendum. Nam licet ex industria Nathan, & diligentia Bersabeæ repudiato Dauid Adonia Salomonem constituerat, tamen à Deo eius extitit electio, ex quo infertur, Reges & Prælatos à Deo constitui, & omnem de sursum dependere potestatem, ad Rom. 13. n. 1. ac omni dignos esse superiores reuerentia, Principesque seculares etiam malos summo afficiendos honore, eisque obtemperandum, cum isti etiam antiquitus oleo vngerentur sancto, non secus ac boni, vt Saul 1. Regum cap. 10. num. 1. & Iehu, qui non solum malus, sed

1. Paral. c. 29. n. 1.

1. Reges à Deo constituuntur etiã ab hominibus eligantur.

2. Omnisciæ essentia diuina, & simplicitas cur.

3. Ad sanctitatem cur teneantur.

hæreticus 4. Reg. c. 9. n. 6. & Azael Rex Syriæ qui idololatra 3. Regum c. 19. n. 15. ex quare eorum amplior elucet ad benè regendum, & ad sanctificatem acquirendam obligatio, vt sancti sint, sicut eorum electo Deus, quod si omnibus, præcipuè tamen populi Christi rectoribus indicitur, dum non quamlibet gentem, sed sanctam, non quoslibet, sed filios, filiosque Dei gubernent, non quemlibet populum, sed Dei summi, quod insinuare visus est Sapiens dum ait.

Et iudicem filiorum tuorum & filiarum, nomine, *filiorum* Expositores *fortiores* intelligũt, sicut *filiarum infirmiores*, Hugo ponderat Salomonem subditos filios nominasse Dei, cuius rei assignans rationem, inquit, *vt homines quibus præfectus sum, iudicarem quasi filios meos, & non quasi seruos*, hoc est, *vt blandè nutrirem, & custodirem*; dignum regibus documentum, vt sic regiminis gubernacula teneant, sicque se Reges esse intelligant, vt subditos respiciant non tanquam seruos, sed Altissimi filios, seque ipsos non tantum Dominos, quantum patres.

Hugo.

4. Salomon cur subditos filios nominauerit Dei. Reges subditis sint Patres.

6. Apud antiquos sic vocari.

In prophanis enim vulgatissimè Reges patres appellari, vnde illud de Ænea, *vnde toro pater Æneas*, & illud de Romano Imperatore, *Imperiumque Pater Romanus habebit*; & illud de Rege Latino, *Fer sacra Pater, & concipe fœdus*, sed & in sacris frequentissimum, sic Naaman à seruis 4. Reg. c. 5. n. 13. sic Hiram à Salomone 2. Paralip. c. 4. n. 16. tandem sic Saul à Dauid 1. Reg. c. 24. n. 12. licet ad mortem ab illo appeteretur. Vnde egregiè Philo Hebræus lib. de creatione Principis, *Ciuitatum parentes*, Principes appellat, *sunt enim*, inquit, *boni Principes publici parentes ciuitatum, & gentium, nec cedunt pietati naturalium*. Sicut è contrario hostes, qui non Patres, sed Domini tantum, vnde idem sequens prosequitur, *Contra quos in subditorum detrimentum abutuntur potentia, nequaquam Principes, sed hostes appellandi sunt*. Hinc quando vt Patres paterno, non Regio subditos regunt affectu, securè degunt, vitamque munitissimam obtinent: contra verò quando non vt tales, in continuis sunt periculis, vitamque semper in procliue obtinent; ni fallor hoc insinuatur in facto illo Dauidis 4. Reg. loco sup. citato, præscidit enim chlamidis oram Saül, parcens occidere, quando eum respexit vt Patrem, dum interficere eum voluit, quando vt Regem: ob hoc primum eum vocauit Regem, postea patrem, n. 16. *Domine mi Rex, ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca, & cogitaui vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus, Dixi enim: non extendam manum meam in Dominum meum: quia Christus Domini est, quin potiùs Pater mi vide.* Nominauit ergo primùm eum Regem, & sic eum respiciens licet subditus occidere voluit; at quando postea vt Christum, hoc est vnctum, lenem scilicet, & Patrem, vt filius illi peperit, qui vt subditus occidere intentauit; hinc patrem illum appellauit quando filiali affectu erga ipsum, dum Regem tantum quando subditi, & vita Saulis tunc secura, quando Dauid vt patrem eum respexit tunc in periculis, quando vt regẽ, non eum destruens & immi-

Æneid. 4. & 12.

4. Reg. c. 5. n. 18. 2. Paral. c. 4. n. 16. 1. Reg. c. 24. n. 16. Philo.

7. Qui boni non prospiciunt subditorum non Patres, sed hostes.

8. Vnde sæpe in periculo versentur.

Num. 10.

9. Dauid Saulem seruauit quando eum respexit vt patrẽ, occidere voluit quãdo vt Regem.

cum, sed seruans quasi sibi depositum, vt grauiter ponderauit Chrysostom. hom. de Dauid, & Saul. tom. 1. dicens. *Nec permisit vt alij occiderent, sed perinde vt si aliquod depositum suæ fidei concreditum accepisset, pro quo rationem esset redditurus, non attigit. alios coërcuit satellites optimus, & corporis custos pro hoste factus*; Ad Regum quippe hoc exemplum, qui si bene regere, si securè in Regno viuere desiderant, subditos regant vt Patres, ament vt filios, non seruos, sed Dei eos æstimãtes natos, vti noster Sapiens, ob quod postulans sapientiam, suum proposuit regimen, non quorumcũque, sed horum, & filiarum suarum, personarum nempè spiritualium, quorum difficillima gubernatio Angelicis etiam humeris tremenda, vt grauiter Tridentinum sess. 6. de reformatione c. 1.

Chrysost.

Trident.

10. Regimen spirituale summis conatibus fugiendum.

Hinc reformidanda, immo omnibus fugiẽdaconatibus, cum nõ de temporalibus, sed de æternis agatur iacturis, quibus oneratur spirituales homines gubernans, non carnales, vt egregiè Chrys. lib. 3. de Sacerdotio, eleganti similitudine rem illustrãs. *Si nauem*, inquit, *quis agens amplissimã ac sumptuosam mercium ponderе oneratam, me illius gubernaculo præfectum, iuberet Aegeum, Tirrhenúmne mare trancere, ad primam statim auditionem mandatum detrectarem; ac me si quis interrogaret quid ita? ne nauim submergam vtiq; responderem. ita ne ipsi; vbi pecuniæ tantum iactura subest, nec nisi corporis interitus periclitatur: nemo est qui incusет, reprehendatque; si quis magna cautione prouidentiaque hic vtatur; vbi autem nauem frangentibus non in hoc vel illud Pelagus, sed in ignis eterni abyssum corruendum est, hic mihi vos succensebitis, si me ipse temerè in tantum non conjecerem periculum.* Nil elegantius vbi expendenda sunt verbilla, *Nemo est qui incusет, reprehendatque* cum incusent, reprehendantque spiritualium detrectatum imperium, in quo nil aliud ostẽdunt, nisi rerum deficientiam spiritualium, æstimationem autem carnalium, harum iacturam ponderantes, illarum non curantes, et si nullum venenum, nullus plus sit formidandus gladius quàm super hominem dominandi libido, vt grauiter dixit Bern. lib. 3. de cõsiderat. ad Eugenium c. 1. *Dominatum ne affectes hominum home, vt non dominetur tibi omnis iniustitia, nullum enim tibi venenum, nullum gladium plus formido, quàm libidinem dominandi.* Quod eo amplius si dominatus erit non quorumlibet hominum, sed spiritualiũ, Vnde rectè Chrys. lib. 3. de Sacerdotio tom. 5. audaciæ, ac temeritatis notã eos inurit, qui vltro se tali oneri obijciunt, *Equidem, ait, ex his quæ à me dicta sunt, auditorum mentes tanta puto religione occupatas, vt non tam eos qui fugiunt, sed eos qui per se accedunt, honoremque ipsum vltro sibi ambiunt, contumaciæ, temeritatis, atque audaciæ accusent.* Quod cum sit, & Salomonis imperium, non gentilium, sed fidelium, hominumq; spiritualium, altitudinem, difficultatemque eius callens, sapientiam imparem inueniens humanam ad illos regendos, meritò diuinam implorat, suum Deo obijciens munus, dicens, *tu me elegisti*

Chrysost.

11. Chrysostomi ad hanc rẽ pulchra similitudo.

12. Homines carnales cur Regimen spirituale recusantem incusant.

Bern.

13. Libido dominandi venenum.

Chrysost.

14. Temeritas ad spirituale regimen vltro se ingerere.

Digitized by Google

HOMILIA VIII.

Principes Superioresque sint sancti, quia à Deo electi.

Tv me elegisti, noster Deo ait Sapiens, quam potissimam diximus in commentario rationem ad Deum conuincendum, vt suo Sapientiam præstaret electo; sicut nunc,& pari etiam ratione affirmamus, ipsimet electo nullam potiorem ad sanctitatem obtinendam, & vt iustus sanctusque sit in regimine; cum certum, indubitatumque bonitatem, aut malitiam electum eligentem refundi, & nulla re amplius ipsum Deum eligentem aut honorari, aut vt sic dicam blasphemari, quam ex bonitate, aut electi malitia. Christi bonus odor sumus, ajebat Paulus 2. ad Corinth. c. 2. n. 14. cui Christi; & non alterius? sanè quia à Christo electus, eiusq; Apostolus sanctitatis eius odor in sanctitatem Christi eligentis refundebatur, vnde Hieronym. huc alludens ait, *Ea debet esse conuersatio, & vita Pontificis, vt omnes motus, & gressus, atque vniuersa eius opera cœlestem redoleant gratiam.* Et infrà; idem Apost. c. 4. n. 8. *In omnibus tribulationem patimur*, ait, *sed non derelinquimur; deijcimur, sed non perimus. semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes*, Cur hoc? *vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.* Qualis vita? *Gloria ad quam Iesus per passiones pervenit*, Ait Sanctus Doctor, Sufferentia ergo in tribulationibus, patientia, cæteræque Apostoli sanctissimæ virtutes, Christum Deum esse prædicabant, vitamque eius non humanam, sed diuinam; nam vt recte ait Hieronym. epist. 150. ad Hedibiam, triumphus Christi quo se Deum declarat, sibique omnem subijcit terrarum orbem, vita, pallióque est martyrum, eorúmque tolerantia. *Triumphus enim Dei est passio Martyrum pro Christi nomine. cruoris effusio, & inter tormenta lætitia. Cum enim quis viderit tanta perseuerantia stare Martyres. atque torqueri, & in suis cruciatibus gloriari, odor notitiæ Dei disseminatur in gentibus, & subit talis cogitatio. quod nisi verum esset Euangelium, nunquam sanguine defenderetur.* Pulchrè; quod ad nos hæc applicantes, verè equidem nil sic Christum verè esse Deum demonstrat, quantum virtutes Pauli, cæterorúmque discipulorum eius, atque eum propè diuinum quantum Ecclesiæ Dei tales exhibuisse, ac declarasse Pastores, quales Apostolos sanctissimos, cum eius diuinam vitam, quam nunc in cœlis possidet, & ipsum Deum esse nil sic declaret, quantum virtutes ab ipso electorum, sicut Euangelij veritatem nil ac sanguinis effusio; aptè ad hanc rem Plinius in Panegyrico ad Traianum, vt etiam alibi referimus, dum Neruam hunc sacrificijs, ac flamine, templorúmque dedicationibus in Deorum numero esse populo persuadere vellet, non sic hoc illum efficere affirmat, ac vita, cum electus ab illo non ab homine, sed à Deo eam factam ostendebat, dum sic imperabat, sic viuebat. *Licet illum aris, pulvinaribus, flamine colas, non alio tamen magis Deum & facis, & probas, quam quod ipse talis sit, in Principe enim qui electo successore fato concessit, una item ipse certissima Dominatus fides, est bonus successor.*

15. Deus blasphematur quando Principes non sancti fiunt.

2. *Ad Cor.* c. 2. n. 14.

Hieronym. 16. Sicut glorificatur Deus quæ manifestatur quando sancti.

S. Thom.

17. Martyrum triumphi Christum Deum manifestarunt.

Plinius.

Hinc è contra, ex mala electi vita Deus blasphematur, Deus irridetur. 2. Reg. c. 12. num. 14. Pœnitenti Dauidi, ac peccatum contrienti, et si culpam remiserit, pœnam tamen noluit iustus Deus, cuius rationem per Nathan edicens, ait, *Quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur*; vbi Lyra. *Quia homines ignorantes, & mali per hoc blasphemabant iudicia Dei occulta, dicentes eum iniustè egisse reprobando Saul, & eligendo Dauid, qui satis peiora fecerat quàm Saul.* Quam blasphemiam adeo Deus exosam habuit, vt veluti eam timens, eius sic abolere curauit fundamentum, vt ne amplius ipsius extaret memoria, filium occidit, nulla prece, nullis Dauid victus lachrymis, *Deprecatus est Dauid Dominum pro puero*: at non eum exaudiuit; quinimò die septima perijt, cuius mortis rationem, Deique obstrmatæ sententiæ expendens Theodoret. quæst. 16. ait, *Quia vitus erat futurus argumentum sceleris, ac iniquitatis.* Ac proindè continuæ in Deum blasphemiæ iniuriæque, quasi nescius quem elegisset, quem repudiasset; vt inde videas quàtum à Deo electo onus incumbat sanctitatis, dum ab eius vita, & Dei gloria, & Dei vt sic dicam dependeat infamia.

2. *Reg.* c. 12. n. 14.

Lyran. 18. Ob peccatũ Dauid cur Deus blasphematus.

19. Filius Dauid cur mortuus & à Deo Patet non exaudiri *Theodor.*

Hinc in declaratis eius electionibus, quando per seipsum eligit, semper aut pro tunc meliorem proponit, aut sic eum in bono obstrmat, vt in potestate melior euadat; elegit quippè Saül in Regem, qui pro tunc in Israël omnium optimus, 1. Reg. c. 10. n. 24. *Et ait Samuël ad populum, certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non est similis illi in omni populo.* Sic electurus in Apostolorum Principem, in Ecclesiæ fundamentum, in fidelium caput, in suarum ouium Pastorem Simeonem Christus sic elegit, vt simul ei in bono indiderit firmitatem, in virtute constantiam, in fide perseuerantiam, cum illo suum non quodlibet communicans nomen, sed illud, quod in virtute, constantiam, perseuerantiam, immobilitatem significaret, quòd profectò effecit, suam curans ex tali electione gloriam, vt non tantùm eius Diuinitas ex voce Petri, quantum ex eius testificaretur pe st electionem vita, moribus, actionibus. Ob hoc Petrum nominauit Matth. c. 16. n. 18. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam.* Et petra etiam dicitur Christus, iuxta illud Apost. 1. ad Corinth. c. 10. n. 4. *Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus.* Eligendo ergo petram eum, effecit, *vt tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molémque contineat*, ait Sanctus Maximus, loco inferius citando, suumque illi indidit nomen; vt simul cum illo, & eadem haberet opera, & sic eius Diuinitas ex vtrorumque probaretur operibus, Christi scilicet, & Petri, vt in ore duorum firmissima ac inconcussa diuinitatis Christi staret summa veritas. *Rectè consortium meretur nominis*, ait idem Sanctus Maximus hom. de Sancto Petro quæ est 4. bom Iatronis, *qui consortium meretur & operis, in eadem enim domo Petrus fundamen-*

20. Deus eligẽs semper meliorem eligit, aut in bono confirmat. 1. *Reg.* 10. n. 24.

21. Petrus cur ità Christo dictus.

Matth. c. 16. n. 18.

1. *Ad Cor.* c. 10. n. 4.

22. Christum Deum non tantum voce, quàm operibus prædicauit.

S. Max.

Digitized by Google

70. Prælatorum facta cùm à populis iudicantur.

consensum iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret. Egregiè in quibus verbis vltima notanda. si enim semel populi pertinacium haberent electionem à Deo esse, iudicium, & electionem Dei extitisse, nunquam se contra Sacerdotem eleuarent, quia Dei esse iudices non præsumerent; at quia contrarium æstimant, & non interfuisse diuinum, sed humanum iudicium, hinc contra electionem, contra Sacerdotem audent, & insultant.

Num. 16. Egregius ad hoc probandum est locus Scripturæ Numerorum 16. vbi de Sacerdotio mutuantibus Aaroni, Core, Dathan, & Abiron, quasi per consanguinitatis iudicium factum, & non Dei iussione, id quod non erat calumnia, ait Philo lib. 3. de vita Mosis,

Philo. quasi prætextu oraculi plus valuisset domestica gratia, quam vtilitas publica, sic populum omnem hi ad se attraxerunt, vt licet per Dei vindictam, & ipsi à terra absorpti, & ducenti quinquaginta ab igne deuorati, tamen non amplioris temporis, quam die sequenti, spatio, iterum tota multitudo contra eos reclamauit,

C.17.nn. 41. quasi ipsi populum Dei occidissent c. 17. n. 41. *Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen, & Aaron dicens, Vos interfecistis populum Domini.* Quod audiens Dominus, etli quatuordecim millia, & septingentos occidisset, tamen videns, quia nihil proficiebat, cum de eius adhuc voluntate non factus erat satis populus, deuictus tan-

C.18. dem, mandat Moysi c. 18. vt tollat virgas per singulas cognationes, & quasi electionem Aaronis non factam veluti diiudicans, vult vt omnes in conspectu eius apparent, dans eius electionis apertum signum, dicens, *Quem ex his elegero, germinabit virga eius.* Quo facto sic Dei voluntatis declaratio apud populum omnipotens extitit, vt nemo deinceps, nec murmurauerit, nec quidē amplius os aperuerit. Immo, quod maximū, ne factum obliuisceretur, & iterum populus adductus Sacerdotem à Deo electum commoueretur, mandat vtpote vnicum remedium, vt virga ad futuram rei memoriam, & signum in tabernaculo reseruetur, *Dixitque Dominus ad Moysen, refer*

71. Virga Aaron cur in tabernaculo. *virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum à me ne moriantur.* Immò vt rectè Philo. vbi sup. & si à Deo Aaron electum scisset Moses, & ex antecedentibus suam probare posset fidem signis, desperauit se id efficere posse verbis, nisi expressum Dei adesset signū, vtpote de re difficili persuasu, dum gradus erat honoris & dignitatis. *Dein-*

Philo. *de supernaturalem ratus*, ait Philo, *prolixa oratione beneficiorum acceptorum commonefacere, quos iam aduersariorum criminationibus præoccupatos animaduerterat, Deum exorauit, euidenti signo declararet, sinceram, incorruptamque fuisse electionem Pontificis.* Vt videas quàm illud difficile, quantòque circumspectione sit opus, vt populus, Dei fuisse, non hominis electionem intelligat; quam si semel humanam, non Diuinam apprehendant, & illum non à Deo electum, ac proinde non eius Vicarium, sed tantum purum hominem ab hominibus vocatum, subsannabūt, contemnent, etiam in faciem resistent, ac non solum contra, sed supra

72. Gentiles vnde prin- illum se eleuabunt. Ex quo planum fit, quam malum sit se intrudere in dignitates homines, quamque necessarium, vt electio Dei fuisse intelligatur. Cum & per vmbram hoc, & ipsi intellexerunt Gentiles, vnde vt à populis reuerentiam, æstimationem, ac obedientiam aucuparentur à Deo Principes constitutos non ab hominibus eis æstimationem indere curarunt. Sic Callimachus *ex Ione*, ait, *sunt Reges*, & Homerus passim eos, *Ex Ione gentes eiusque esse alumnos* affirmat, vnde Romulus teste Pomponio Læto, de Magistratu Romano illum sancire legem, *vt nemo regnum, magistratumque iniret, nisi auctor fieret Deus ipse.* Et Suetonius in vita Titi, cùm duos patricios in vitam eius coniurantes non occidisse affirmat, immo monuit vt desisterent, *Principatum fato dari*, inquiens, *frustraque tentari facinus, potiundi spe, vel amittendi metu.* Vide recte Plinius in Panegyrico, Trajani, *Principem*, ait, *dat Deus quo erga genus humanum vice sua fungatur.*

Pompon. Lætus. Sueton. *Plinius.*

73. Bona electio à populis semper à Deo non ab hominibus facta æstimatur.

Quod equidem sic verum, ac apud omnes indubitatum habetur, vt quando electus eius est vita, vt Sanctus à populis æstimetur, & sit, nescio quomodo in omnium insitum animis, in omnium ore electionem non ab hominibus, sed à Deo, quasi ad veram rectamque imparesint hominum vires, impares animi, & bonum eligens ministrum non homo, sed pro Deo habendus. Hoc equidem egregie dixit Plinius iunior, vbi suprà, dum Trajano Nerua in numerum Deorum translato, affirmat, non sic ipsum Deum adoratione effecisse, quantum eius vita, dum signum Neruæ Deitatis nullum præstantius, quam ipsius electionem; *licet illum*, ait *pulvinaribus, flamine colas, non alio tamen magis & Deum facis, & probas, quam quod ipse talis sit. In Principe enim qui electo successore fato concessit, vna, itemque certissima dominatus fides est bonus successor.* Nil melius. Sanctitas electi diuinam fuisse electionem declarat, & eligentem non hominem, sed Deum, vnde hoc ea quippe ratione, quia omnibus insitum animis bonam electionem Deo soli possibilem, hominibus autem difficilem. Hinc qui se non vocati intrudunt, atque semetipsos eligunt, *circuiens*, vt inquit Bern. vbi sup. *undique sedulus explorator, blanditur, obsequitur, simulat, & dissimulat, miseraque sibi suffragia mendicare non erubescit, manibus, & pedibus repens. si quomodo tandem aliquando se ingerere queat in patrimonium crucifixi, & bona Domini, quæ sola ex omnibus hodie inueniuntur exposita.* Nunquid bene illi cedet, sanctus inuenietur, eius electionem à Deo fuisse dicemus?

74. Sanctitas electi diuinam probat fuisse electionem, secus alias. *Bern.*

75. Adeo non electi mutabilem in deteriorem dare vitam. *Psal.* 128. n. 6. *Aug.*

Hinc profectò tales ad regimen sic promoti Dei iusto iudicio quo altius eleuantur, eò citius cadunt, & sic in afflictiones ac deiectiones incidunt, vt ipsam odientes vitam, mortem & si in desiderio habeant, tamen eis non conceditur, Psal. 128. n. 6. *Fiant*, ait, de istis regius Psaltes, *sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit*, vbi Aug. *Quanto melius humilius nascerentur, & latius virescerent, modò nascuntur altius, ad celeriorem ariditatem.* Pulchrè, nascuntur altius ad celeriorem ariditatem. Nam inferius existentes, non paulatim per gradus submouentur, sed per nego-

Digitized by Google

Ad almotem ruinam elevantur.

tiationem, siue affectum per saltum promoti altius nascuntur, non equidem ad sublimiorem altitudinem, sed ad celerem ariditatem; qui ad hoc in radice dignitatis existentes siccantur, opprimuntur laboribus, ærumnis, ita vt mori cupientes mori non possint. *Nondum finis sunt in endreo Dei* (hoc est) per mortem inquit Augustinus. *& non habent secum viriditatem, sed arescunt. & hic sunt, nondum enim auulsi sunt*, Egregiè, viuunt, sed sine viriditatis succo, mori ob tribulationes desiderant, sed hic sunt, quia nondum eos auellere ob maiorem eorum vult Deus pœnam; & iustè quidem factum, vt cedant eis in pœnam onera, quæ indignè concupierunt, vt honores.

77. Mori eis est in desiderio & non illas conceditur.

Atquia hùc sumus, & malo nescio quo fato sic supremarum dignitatum appetentia in hominum corda infixa inuentur, vt (si Deo placet) & licitam eam æstiment, & sanctam. Quapropter ad eam nullo fræno, nullòque curarunt scrupulo; immo sibi deficere putant, vt sæpè audiui, si strenuam non nauent operam, si ad Romanam non accedant Curiam, si patrocinia non obtineant, si demum media non apponant, & solicita ad dignitatem obtinendam, quod cum sit, operæ pretium me facturum iudico, si breuiter, quid de hac re sentendum, quantáque ipsi laborent ignorantia, semel aperiam.

1. ad Tim. c. 3. n. 1.

In eorum ergo omnium ore illa Apostoli sententia communiter versatur 1. ad Timot. c. 3. n. 1. *Fidelis sermo, si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Ergo illicitum non est Episcopatum desiderare, quatenus est bonum opus, immo perfectissimum, salus scilicet animarum, qua authoritate persuasi effrenè in procurationem se dant, putantes non sua, sed Dei negotia facere; vt autem hoc argumentum dissoluamus, quòd vnicum est, nec aliud remanet super, primò secundùm sanctorum sententiam, Apostoli veram aperiemus mentem, & secundò, quo sensu tale desiderium, siue appetentia sit licita, vel illicita, aperiemus: vt inde quisque suæ iudex conscientiæ, videat an benè & securè, an malè primam appetat cathedram honoris.

Ang. 78. Apostolus quid per Episcopatum intellexit.

Primo ergo, vt mens Apostoli constet, sciendum, quid per *Episcopatum* intendat, quam propriissimè assecutus est Aug. l. 9. de Ciuitate Dei c. 19. Ex proprietate vocabuli, cum ex Græco *Episcopus*, nihil aliud canat quam superintendens, ἐπὶ enim est *super*, σκοπὸς verò intentio est. *Exponere voluit*, ait Augustin. *quid sit Episcopatus, quia nomen est operis, non honoris. Græcum est enim, atque ductum vocabulum. quod ille qui præficitur, eis quibus præficitur, superintendit, curam eorum gerens vt intelligat non se esse Episcopum qui præesse dilexerit, non prodesse.* Hinc ad hanc solicitudinem demonstrandam, & curam, etiam *Episcopi* vocabulo prophani vtuntur authores, vnde Cicero lib. 7. Epist. ad Atticum, *Vult Pompeius non esse.* seu alij, *vnum me Pompeius esse voluit, quem tota Campania habeat Episcopum, ad quem delectus, & summa negotij referatur.* Arrianus etiam lib. 8. tradit apud Indos munus Episcopi fuisse, *Videre quid in quaque regione fieret, vt cognita ad reges, vel magistratus deferrent. quibus fas non erat falsa pro veris denunciare, neque Indorum quisquam mendacij vnquam accusatus est.* Et in magistratu Attico Prætor qui initiabatur ad ius dicendum in ea oppida, quæ sub Imperio, & ditione erant Athenensium Episcopus dicebatur, vt testatur Scholiastes Aristophanis in actibus, hinc Euseb. lib. 1. c. 57. de vita Constantini cum vocat *communem orbis Episcopum à Deo constitutum*, ad quam vigilantiam, superintendentiam, inspectionem, & obseruationem intendens Hieron. Epist. 83. ad Oceanum, *Si quis*, inquit, *Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, opus, non dignitatem, laborem, non delitias, opus per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio:* Per Episcopatum ergo non honorem, non dignitatem, non emolumenta intellexit Apostolus, sed superintendentiã, vigilantiam, curam animarum, & laborem docendi, & regendi populum; immo vt aliqui volunt *Martyrium*. Sic sanctus Greg. 1. part. Pastoral. c. 8. *Illo tempore*, ait, *hoc dixit Apost. quo ille qui plebibus præerat, primus ad martyrij tormenta ducebatur, & sic nil aliud erat, quod in Episcopatu appeti posset, nisi bonum opus.* Hoc est *Martyrium*. vt exponit Aluarus Pelagius lib. de planctu Ecclesiæ, artic. 18. sic etiam Anselm. & alij, hoc ergo sic posito, quomodo liceat illud desiderare, & quomodo respuere, nunc aperiendum.

Euseb. Hiero. S. Greg. 81. Episcopatus antequitus idem quod martyrium Aluar. Pelagius. Anselm

In qua re sic dilucide sanctus scripsit Thom. 2. 2. quæst. 185. artic. 1. vt nil amplius remaneat super. petit enim vtrum *liceat Episcopatum appetere*, Et facta distinctione de ijs, quæ in Episcopatu considerari possint, tria esse affirmat. *Episcopalis* scilicet *operatio per quam vtilitati proximorum intenditur*, quam principalem, & finalem partem nominat; Secundò, *altitudo gradus*, quatenus Episcopus super cæteros constituitur. Tertiò, quod ex his consequitur, scilicet *reuerentia, honor, & sufficientia temporalium*; His quinque respondet conclusionibus. Prima quod *appetere Episcopatum ratione huiusmodi circumstantiarum bonorum, manifestum est, quod est illicitum, & pertinet ad cupiditatem, vel ambitionem.* Secunda, *appetere Episcopatum quantum ad celsitudinem gradus, est præsumptuosum.* Tertia, *appetere proximis prodesse, est secundùm se laudabile, & virtuosum.* Quarta, *appetere præesse ad hoc quod subditis prosit, nisi manifesta necessitate imminente, præsumptuosum est*, vbi pro manifesta necessitate intelligit deficientiam Episcopatus onus subire volentium, propter timorem laboris, & mortis pericula vt erat quando Paul. scribebat. Quinta, tandem salutem animarum, & earum curam appetere absque præsumptione tunc esse licitam, *Quando aut quis in tali tam positus est officio, vel etiam se esse dignum ad talia opera exequenda, ita vt opus bonum cadat sub desiderio, non autem primatus dignitas.* Ergo secundum Thom. immo veritatem, in nullo casu appetentia Episcopatus, & Cathedræ erit licita, etiam ob salutis animorum desiderium, nisi quando se dignum inuenit homo ad talia munia subeunda, nullam primatus dignitatis appetentiam in se includens; quo etiam modo Apostolum intellexit Theodoretus qui sic, *Non accusat*, inquit Apostolus, *suspicitur cupiditatem, sed ambitionem, & magi-*

S. Thom. Io Episcopatu eum consistendo mania. 85. Quando & quando licitũ eum, & illicitum sit appetere. Theodor.

ſtratus gerendi deſiderium, & docet, non honorem, ſed virtutem appetere, non deſiderare dignitatem, ſed dignitatis officium inquirere; cui
Chryſoſt. accinens Chryſoſt. ibi ait, *Epiſcopatus eſt opus regiminis; ſi quis hunc ideirco appetit, non Principatus, ac Dominationis faſtu, verum cura regiminis, & charitatis affectu, non improbè bonum deſiderat opus; quod tamen intelligi, quando id manifeſtè Eccleſiæ neceſſitas requirit, aut magnus zelus animarum.*

Ex dictis ergo, deſiderium Epiſcopatus ſecundum Apoſt. erit deſiderium laboris, oneris, tandem mortis, nullam includens honoris, & emolumenti ſpem; & item tunc licitum ſecundum doctrinam ſancti Thomæ, immo omnium, quando ad illa ſuſtinenda dignum ſe inuenit homo, dignumque ſe reputat, quod
Caietan. etſi poſſibile, vt talis aliquando reperiatur, vt ait hic Caietanus, tamen ordinariè loquendo nullus verè ſe dignum tali onere affirmare poteſt, quod cum ſit, pro Deo nunc poſtulo vt ad ſuam quiſque ingrediens conſcientiam, verè & intimè ſe perquirens attendat, dum primam appetit cathedram, ſuſque deque omnia ad illam conſequendam inuertens, quid appetitur, quid apprehenditur, quid intendat, ſi honorem emolumentáque, an onus, laborem,
84. animarumque curam; & verè realiterque inAn huiuſcemodi pretentiones vt diſſimulantur. ueniet, quod onus, & laborem appetit, quatenus ambitionem honoris & emolumenti diſſimulet, ſe ſuamque miſeram in hoc decipiendo conſcientiam, quâ quia ſi nudè emolumenta quæreret, ſufferre non poſſet, Animarum lucra ei obijcit vt decepta latrare ſinat, continuiſque eum non mordeat ſtimulis, ô mirum! & ſtupendum: vt cum duo ſint in Epiſcopatus officio, honor, onus, & ob hoc ſecundum tantum, & à digno ſit licitum illum appetere, ſic miſeros deludat paſſio homines, ſic Deo permittente in eos diabolus poteſtatem accipiat decipiendi, vt ſummum onus intelligant quod ſummis procurent laboribus, negotiationibuſque, non verò honorem, & dignitatem, quis inſipiens hoc credet?

85. Epiſcopatui renitentes eo ſunt digni, & cur. Hinc certa ſanctorum doctrina, renitentem ad Epiſcopatum dignum, vt potè hominem ſuæ conſcium infirmitatis, vt potè virum nil aliud in ſummis aſpicientem cathedris, niſi onus, laborem, mortem, vnde effugit, & recuſat ſic Ambroſ. etſi diuinitus electus conſtantiſſimè recuſauit, vt author eſt Nicephorus lib. 11. c. 32. Nazianzenus Epiſcopatu renunciato in Pontum fugit. Ammonius autem ſiniſtram cum inuitus traheretur, radicitus ſecuit, minatus linguam abſciſſurum ſi vim amplius inferrent; ſic Palladius hiſtoriæ Lauſiacæ c. 12. Socrates lib. 4. c. 18. Petrus Bleſenſis Epiſt. 13. ſic Chryſoſt. vt ipſe met docet in libris de Sacerdotio, Auguſt. Fulgentius & alij quamplurimi, ita vt vix ſanctus reperiatur, qui ad Epiſcopatum vocatus non fugerit, renuerit, obnixéque obtrectauerit.

Niceph. 86. Sancti qui Epiſcopatui renunciarunt. *Pallad. Socrates. Ret. Bleſenſis.*

Lex 31. Cod de Epiſcopis & Clericis. Hinc ſanctiſſimè Leo Imperator anno Domini 469. lege 31. Codi de Epiſcopis & Clericis, ſancit dicens, *Non precio ſed precibus ordinentur Antiſtes, tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt quaratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, ſolatijs ſuffragetur neceſſitas excuſanda; Profectò enim indignus eſt Sacerdo-*
tio niſi fuerit ordinatus inuitus. Vnde optimè author imperfecti Hom. 33. in Matth. *Opus,* inquit, *deſiderare in ſe bonum eſt, primatum autem honoris concupiſcere, vanitas eſt, primatus fugientem ſe deſiderat, deſiderantem ſe fugit, & horret*; Hinc Socrates apud Platon. Dialog. 1. de Republica, miratur eos qui volentes imperium ſuſcipiunt, Quia inquit, *nullus probus magiſtratus ſibi, ſed ſubditis, eorumque commodum intendit, & ſeruit*; Quapropter cenſet ipſe probos viros ad magiſtratus capeſcendos, inuitos cogendos propoſita pœna, vel præmio, vnde ob hanc cauſam approbat & laudat Diuus Thom. vbi ſup. art. 2. ad 3. Votum de non curandis dignitatibus, dummodo obedientiæ ſuperiorum refragari non intendat,
Author imperfecti. *Plato.* *S. Thom.* 87. Votum de non procurandis dignitatibus licitum, & eius ratio.
Qui autem votum emittit, ait, de non ſuſcipiendo Epiſcopatu, ſi per hoc intendat ſe obligare ad hoc, quod nec per obedientiam ſuperioris Prælati accipiat, illicitè vouet; ſi autem intendit ad hoc ſe obligare, vt quantum eſt de ſe, Epiſcopatum non quærat, nec ſuſcipiat, niſi imminente neceſſitate, licitum eſt votum, quia vouet ſe facturum id quod hominem facere decet; Pulchra ratio: tenet votum, & eſt licitum, quia vouit quod hominem facere decet, hoc eſt, non de ſe præſumere, onus formidare, imbecillitatem timere propriam, animæ periculum extimeſcere. Mirum, Narrat Thom. Cantipratanus lib. 1. Exemplorum ſui temporis memorabilium c. 20. de quodam Canonico ſancti Victoris Pariſijs, ſpectatæ probitatis, & doctrinæ, qui pertinaciter, vocatus ad Epiſcopatum, reſtitit, mortuus cuidam apparens amico interroganti an ei benè recuſatio ſic pertinax Epiſcopatus fuiſſet, reſpondit. *Quod in vita ſemper timui, nunc ſcio*, ſcilicet, *quod ſi Epiſcopatus Cathedram aſcendiſſem, in damnationis perpetuæ periculum incidiſſem.*
Exemplum Thom. Cantipratanus.

Quod equidem intimè conſiderantes aliquantum religionum Antiſtites, vt ſubditos ab hoc eiusmodi releuarent periculo, conſultum ſaluti eorum eſtimantes, iuxta laudabilem ſancti Thomæ vbi ſup. doctrinam, mandarunt, vt voto ſe aſtringerent nunquam dignitates extra religionem ambiendi; ſic ſtatutum in præclara Societatis Ieſu religione, ſic in noſtra, vbi ſolemniter profitetur quis, *nunquam*
88. Clericorum Regularium Minorum votum de non ambiendo, quanta prudentia ordinatum *S. Aug.* *ſe curaturum, aut pretenſurum extra religionem Prælationem aliquam, aut dignitatem, & inſuper in electionem non conſenſurum niſi coactus ſummi obedientia Pontificis*; & vt omnis prorſus ambitio tollatur, ſtatim etiam à profeſſione ſolemni iuramento nos aſtringimus, neque etiam intra religionem munus aliquod ambituros; ſancta equidem, & præclara inſtitutio: nam vt rectè Auguſt. vbi ſup. *Locus ſuperior ſine quo regi populus non poteſt, ſi ita teneatur, atque adminiſtretur, vt decet, tamen indecenter appetitur.*

Concludam tandem hanc poſtremam addendo rationem, quæ ſola ſi aliæ deeſſent, ſummis votis fugiendam cathedram ſatis perſuaderet, difficultas ſcilicet alijs proficiendi; vnde etſi licitum cathedram appetere ſuprematn vti diximus, quis prius, animum diſponere poſſit, quam illum ſperare, vt hinc videas, quam inaniter, quam vanè aliqui à cupiditate decepti ſanctum illum fingant.

Digitized by Google

89. Peccatorum contagio quam facilis.

Patebit equidem hoc si semel inspicias, quã facilè vitia imbuantur, quam difficilè virtutes, immo quam prompti subditi ad malam Prælatorum imitationem, quam difficiles ad bonam, *Neque enim vel pannus*, Greg. Nazianzenus Oratione 1. Apolog. *tinctura tam facilè contrahit, vel is qui fœtido vel suauis odori propinquus sese admiscuit, eius particeps fit, vel vapor qui morbidus, & noxius pari facilitate in aërem diffunditur, atque aërem in animantibus imperitur, quam nos vero nomine pestem dicimus: vt subditi præfectorum vitio celerrimè imbuti, atque impleti solent, & quidem multo facilius, quam virtute.* Hoc, ni fallor, significare voluit sanctus Propheta Aggeus, c. 2. n. 15. sic Sacerdotes ex nomine Domini interrogans. *Hæc dicit Dominus Deus exercituum, interroga Sacerdotes legem dicens. Si tulerit homo carnem sanctificatam in ore vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum nunquid sanctificabitur? Respondentes autem Sacerdotes dixerunt non; & dixit Aggeus, si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur? & responderunt Sacerdotes, & dixerunt, contaminabitur.* Mirum, vt tangens sanctificatum non sanctificetur, ac pollutum, statim polluatur, vestis enim ex contactu sacrificiorum sanctificata manebat, iuxta illud Leuit. c. 6. n. 18. *Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini, omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur.* At vestis sanctificata ex contactu non sanctificabat, cum tamen pollutus in anima, hoc est homo peccator, qui se per contactum morticini polluerat, omnes per solum contactum polluebat. Vnde hoc? nisi quia, vt ait Augustinus vel alius aliquis in lib. contra Fulgentium, Donatistam c. 16. tom. 7. hunc idem exponens Aggei locum, *Proclivius ad imitationem malorum curritur, quàm ad virtutes bonorum animus excitatur; sicut melli plurimo parum absynthij iniectum, velocem amaritudinem trahit; melli verò etiam si duplum inijciatur, non poterit eius obtineri dulcedo.* Quam similitudinem desumpsit ex Nazianzeno, vbi sup. qui & aliam pulchriorem etiam addens, ait, *Parvo quidem lapide submoto, flumen totum in pronum trahitur, eiusdem autem impetus firmissimo etiam aggere cohiberi, reprimique vix potest.* Quod cum sit, quam difficilè erit profectum sperare à natura sic ad malum prona; à virtute autem adeò aueisa, cum etsi sanctus sit Præsul, sanctitatè non impertiet, contra verò malitiam si, malus. Hinc profecto Episcopalis regiminis difficultas, vt egregiè ait idem Nazianzenus, cum enim non ad ciuilem vitam homines instituere, sed ad cœlestem & diuinam Prælati teneantur, & nisi ipsi sancti, hoc efficere non possint, cum sint mali eorum exemplo non ad vitam, sed ad mortem populos ducent, fit vt non solum omnibus virtutibus referti, sed ab omnibus debeant esse vitijs alieni, vt illis imbuant, his verò non afficiant; at qui talis; *At verò Dominis*, ait Nazianzenus, *cum difficile sit scire parere, tum multo difficilius esse videtur scire hominibus imperare, ac præsertim in hoc nostro imperio, quod in lege divina versatur, hominesque ad Deum subuehit: cuius quæ sublimius est fastigium; maiorque dignitas, & amplitudo, eo grauioris quoque periculi metus impendet. prudentis vtique hominis, & cordati: quippe cui illud primum curandum erit, ne argenti atque auri instar, omni ex parte versatus, varijsque temporibus, & rebus exploratus, adulterinum vel suberatum aliquid tinniat, aut deterioris materia flammáque acrioris digne aliquid circumferat, alioqui tanto perniciosius malum fuerit, quanto pluribus imperarit.* Totum ergo aurum vult Nazianzenus Præsulem, vt nil adulterinum, vt nil flammæ acrioris dignum contineat, alioquin pernitiosius erit, quo pluribus imperabit. Pro Deo nunc supremas expostulantes cathedras appello, nunquid tales se videant, tales se palpent, tales se iudicent, quales vult Nazianzenus, quod si sic appetant, desudent, velocissimè ad eas curiant, ac si minimè, vti par est, quòd se iudicent, vnde appetentiæ rectitudo? vnde solicitudinis iustitia? vnde summi honoris appetentiæ iustificatio? hominem infirmum se affirmat Salomon, *Minorem ad intellectum iudicij & legum*, nunquid plus illi quã Salomón? Errant ergo extremè Prælationes ambientes, cùm si rectè saperent, ad instar non sapientis, indignos se æstimantes summis eam fugere deberent votis, semper cum Salomone Deo proclamantes, *homines & infirmi sumus, exigui temporis, & minores ad intellectum iudicij & legum.*

Aggeus c. 2. n. 15.

90. Tactus vitæ, quam vitium indidunt.

91. Vestis ex contactu sacrificiorum sanctificabatur, ipsa verò tacta non sanctificabatur. *Leuit. c. 6. n. 18.*

Augustin.

92. Episcopalis regiminis difficultas vnde.

Nazian.

93. Episcopus totus accessit.

C Num 6. *Etsi quis erit consummatus inter filios hominum, si ab fuerit ab illo sapientia tua, in nihilum computabitur.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

SVos sapiens Deo humiliter confessus ad imperandum defectus numero anteriori, vt sapientiæ indigentiam concluderet, nunc in isto amplius perstringens summam eius indicat necessitatem, asserendo, etsi consummatus aliquis, omnique secundum hominum opinionem ad regimen instructus virtute, tamen si ab illo sapientia abfuerit diuina, in nihilum computandus.

Hugo. Holkoth.

Si abfuerit ab illo sapientia. Aliqui vt Hugo, & Holxoth, Sapientiam pro gratia accipiunt gratum faciente, sine qua nihil ad vitã sit meritorium æternam, vnde HolKoth. sic, *Quia quantumcunque homo sit perfectus, & sanctus in scientijs quas potest acquirere per naturam, tamen sine gratia nihil faciet meritorium vitæ æternæ.* Non placet, hic enim non agitur de meritis ad vitam, sed ad regimen, ideo melius alij, vt Liranus, & Lorinus pro sapientia, infusam intelligunt, sine qua quamuis quilibet consummatus in scientijs reperiatur humanis, si ab illo Dei abfuerit sapientia pro nihilo reputabitur, non benè reget, se suaque perdet, ineptus tandem erit ad regimen, vt mox dicemus.

Liranus. Lorinus.

HOMILIA VII.

Politici humana tantum sapientes, stolidi, insipientes, ad Regnum inepti.

CONſummatus inter filios hominum, ſi aliquis fuerit noſtet ait ſapiens, tamẽ ſi ſine Dei ſapientia, *ad nihilum computabitur.* Quid eſt conſummatus? niſi perfectus, plenus, omni ſapiẽtia prẽditus humana, à quo ſi diuina abſit, nihil erit, pro nihilo à Deo computabitur; en peſſum humana ſapientia, quã politici pollent, en quomodo vana, etſi præclara, etſi magna videatur, *quæ vſu à iunioribus ſcitur,* Magnus ait Greg. n. Moral. c. 27. *à pueris pretio diſcitur, & qui ſciunt, cæteros deſpiciendo ſuperbiunt; neſcientes vero ſubiecti, & timidi in altis mirantur,* cum ſi attentè inſpicias, nil ſolidi, nil veri in ſeipſa continens præſtigias firmat ad gubernationem vt decipiat, non vero regat; Ad populum educendum, ex virga verum produxit ſanctus Moyſes ſerpentem, at incantatores ad decipiendum falſum præſtigiarum, qui tamen ſapientes dicebãtur Exod. 7. n. 11. *Vocauit autem Pharao ſapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam ſimiliter;* Quid per Moyſis ſerpentem niſi diuina ſapientia; Quid per Ægyptios niſi mũdana; vt vult Orig. hom. 41. in Exod. in hunc locum? Quid per virgam niſi crux Chriſti, quæ dum in terra proiecta, hoc eſt, prædicata, in ſapientiam verſa totam confudit humanam prudentiam; *Crux ergo Chriſti,* ait Orig. *cuius prædicatio ſtultitia videbatur, poſtquam in terra proiecta eſt, ad eſt, poſt quam ad credulitatem, & fidem hominum venit, conuerſa eſt in ſapientiam, & tantam ſapientiam, vt omnium, Ægyptiorum, id eſt, huius mundi ſapientiam deuoraret: intuere ergo quomodo ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi.* Sapientes ergo erant malefici illi, at ſapientia præſtigiata. nam vt adnotat hic Oleaſter, verbum Hebræum *Chaſſaph, ſignificat eum qui aliquid naturale mutat ad aſpectum oculi.* Hinc quia fictitia, & falſa, non conſeruarunt ipſi, ſed amiſerunt Regnum, Regemque perdiderunt. Contra veram enim ſapientiam ſtantes, quæ dimiſſorem populi conſulebat, ſuam apponentes quæ retentionem, ſic miſerum dementarunt Regem, vt induratione m ex ea aucũpás cordis, Dei veram reſpuens ſapiẽtiam, populũ non dimiſerit; Moyſen non audiuerit, *indurauit; eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos;* Ex quo eius mors, totiuſque Regni abolitio; vt hinc videas, quam inepta ad regendum, humana ſola ſit ſapientiã, quamque fallax in aſtutijs ſuis.

1. Sapientiæ humanæ vanitas, & effectus.

2. Eſt præſtigiata, non ſolida.

Exod. 7. n. 11.

Origenes.

3. Per Magorum Pharaonis ſerpentes figurata.

4. Crux Chriſti in virga Moſis figurata, ſapientiam confolit humanã.

Oleaſter.

5. Politica ſapientia cõtra diuinã regna deſtruit non conſeruat.

Nec equidem hoc mirum, neque cum ipſa totã à Principe deriuetur malitia, ſi cõtra Deum pugnans ſuſtinet ſe machinis ſuffocãrit, pari equidem modo & ſuſtinet ſe eius præfocabunt diſcipuli; Diabolus enim per peccatum mortem introduxit, & per mortem decepto, mortales quos ambiebat amiſit, ſtrangulatus ab illa, ſicut ipſe per eam genus ſtrangulauerat humanum. *Aſtutia namque diaboli,* præclarè ſanctus ait Baſil. hom. de humilitate, *qua aduerſus hominem vſus eſt, irrita facta eſt; & quod ille inſidiosè contra hominem machinatus eſt, non animaduertit ſibi ipſi fore aduerſum, non tantùm illam ladens, quam à Deo & vita æterna alienaturum ſe ſperauerat, quantum ſeipſum prodens apoſtata a Deo factus, & morte ſempiterna condemnatus, & laqueo quem Domino ſtruxit ipſe captus, in eoque crucifixus eſt, quem ſe crucifixurum, mortemque in eo quem morte ſe extinctum ſperauerat;* Pulchrè. Gloria Chriſti per eius vitam exclarefcebat, Deus per illam manifeſtabatur, quid diabolus? Extinguatur Chriſtus, vt ſic & ipſius ſtabiliatur Regnum, vt Deo rotum peſſum eat. hac ergo ſapientia vſus in ipſamet deprehenſus, in eo mortuus, & occiſus quem morte ſe extinctum ſperauerat. Vnde non Chriſtum, ſed ſe confodit, compreſſit, oppreſſit, ſic & eius diſcipuli, ſic & carnales iſti Politici, qui carnem tantùm ſapientes, dum diuinam à ſe ablegant ſapientiam, humana tantum ratione Status amplitudinem ſtudentes miſeri decipiuntur, confodiuntur, confunduntur, regnum non augent, ſed minuunt. Vnde apte ſequens ſic ait, *Si vero Princeps iſte mundi primus, maximus, & inuiſibilis humana ſapientia ſophiſta, ſuis ipſius commentis capitur, & in extremum reuoluitur inſipientiam, multo magis illius diſcipuli, & amulatores etiam ſi innumera commententur, vbi ſe ſapientes eſſe dicunt, ſtulti facti ſunt.* Si ergo ſtulti, ſi inſipientes, ergo ad regnum inepti, ergo ad conſulendum ineptiſſimi. Nam vt rectè idem Sanctus, humana ſapientia à diuina deſtituta prorſus ad nihilum valet, de hac enim loquimur, & de illis Politicis, qui nullo iuſti iniuſtique diſcrimine res geri, religionem, fidẽ, iuſtitiam proprio emolumento poſteriora duci, orbem Chriſtianum diſſidijs, verbis, ac bellis infectari ſatagunt, vt ſua aſtruant, vt aliena tollant, vt omnium ſe Dominos, ac tyrannos efficiant: hos ergo impugnamus, horum ſapientiam vanam aſſerit ſanctus dicens, *ipſa quoque humana ſapientia, & prudentia, quæ inter reliqua mortalium bona potiſſima reputantur, & ſolidiſſima, tumorem habet elationem, & in ſublimitatem extollit non veram, nec quidquam iſta valent vbi diuina ſapientia deeſt,* vltima hæc adnota verba, ſcilicet *nec quidquam valent.* Et merito, cum enim illa ideo ſuſpiciatur, quia vnica ad finem peruerſum deſtinetur, nempè ad regnandum, & poſſidendum, proximumque opprimendum, cum Dei iuſto iudicio ſemper contrarios ſortiatur effectus, nonne meritò inanis ipſa, futilis, & prorſus impotens ad regnandum iudicetur?

Politicæ quæ ratione ad ſubeundum inepti, quãdo tantum ſapientia prẽditi humana.

9. Nil illa valet quando ſine diuina.

Sit tibi ad hoc confirmandum ſuperbi Pharaonis politicum conſilium, hic enim ſapientia tantum imbutus humana, *cuius* vt ſanctus inquit Greg. n. Moral. c. 27. *Proprium eſt cor machinationibus tegere, ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt vera oſtendere, quæ vera ſunt, falſa demonſtrare.* Cum audiſſet populi Hebræorum ſpem iuxta Dei promiſſa, ad Patres, aliquãdo, ſcilicet futurum vt è terra egreſſi Ægypti, in aliam eos tranſituros melle & lacte manantem, videretque illos dies multiplicari, nulla iuſti, rectique habita ratione, ſed tantum ſtatus, & commodi lucrum attendens, conſilium excogitauit, quo illi oppreſſi, è terra

10. Quæ illa ſ. cũ eũ Gregor. ũ.

S. Greg.

amplius

amplius egredi non possent. *Surrexit interea,* aut scriptura, Exod. c. 1. n. 8. *Rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph. & ait ad populum suum, Iste populus filiorum Israël multus, & fortior nobis est, venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur, & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.* Singula ponderanda, consilij ansa timor, quia populus multus, & fortior, materia timoris damnum, non positivum vt sic dicam, sed privativum, diminutio scilicet proventuum, si populus abiret, hoc timebat, non terræ suppressionem. *hic nempè si prudenter legat* ait Rupertus in hunc locum, *necessario subintelliget filios Israël fuisse sufficere adterram, quæ patribus eorum repromissa fuerat, hoc auditum a patribus venientibus filijs spem verborum, auscultantibus, Ægyptus vacuandam exercebat invidiam: bene ergo vere dixerit, dum præmisso, ne si ingruerit contra nos bellum, non addidit expugnatus nobis obtineat terram, sed egrediatur è terra:* ad hoc ergo damnum euitandum, vt pote proprium politiæ officium, sapiens excogitatum à Rege consilium, sed impium, oppressio nempè, *venite, sapienter opprimamus eum.* Græcus incertus Author apud Lippomanum, in catena *hoc est, arte & fallacia eum opprimamus, neque enim Hebræi manifestè surgere poterant, cum nullam huiusce rei vel tenuissimam causam habèrent.* & ipse Lippomanus, *enucleatius rationem aliquam callidam & subtilem, qua opprimere possimus illum, ne multiplicetur,* vt dictum ita factum, præpositis Magistris operum, vt affligerent eos oneribus, cur hoc? *vt frenet primum animi, mox & corpora deficerent,* respondit Philo lib. 1. de vita Mosis, vti & factum. nam vt inquit idem. *alij post alios emorrebantur pestilentia;* hoc ergo consilio Reipublicæ damno prouisum putabatur, ideo & sapiens nominatur, immo & Regium; at si benè intuspicias, prorsus fatuum. & contra se pugnans: timor erat damni, damnum egressio, ratio huius diminutio regalium proventuum si egrederentur: ô fatue, sapienti tuo consilio idem prorsus tibi damnum infers eos occidendo, ac illi inferrent egrediendo, occisione, diminutione, interemptione; sic tui diminuentur proventus, & emolumenta ac egressione, eum hac tamen differentia, vt si eos non opprimens egredi sineres, benedicèdo tibi Deus tua multiplicaret, quando quia sapienter cogitans tyrannicè eos ne egrederètur oppressisti, & emolumenta, & regnum, & vitam illis egredientibus infelicitèr amisisti, amplius illis Dei fauore ex tuo consilio multiplicatis, dicente Scriptura, *quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur.* Quod egregiè expendens Aug. Serm. 89. de tempore sic ait, *Consumi præcipit Rex impius Hebræos luto, latere, paleis deteri, ne eorum esset, si bellum contingeret Ægyptus, non valerent resistere civitati: elevantur eorum machinæ usque ad cælum, turres eminentes ipsi exstruunt & conferunt fabricam, non quod ei sit ista civitas, sed populus perpetuus ei quia diuturnè famulè poterat. negatur panis dum opprimitur. & dum patitur mala, quæ ei crescit, plus insequitur, quasi posset vincere, quos divina Majestas prædixerat esse victores.*

Et vt iniquitas, seu huius sapientiæ impietas tibi præsto sit, attende vnde timoris sumpsit ansam, non equidem ex damnis aliàs forsitan illatis; non ex inimicitia contracta, non ex iniurijs forsitan intentatis, sed ex augmento, sed ex Dei beneficentia erga populum, *populum multum, fortior nobis*: inuidia ergo boni alterius timorem impressit, & proximi augmentum suum reputauit damnum. Fundamentum ergo consilij inuidia, at quia si sic clatè ob hoc contra eos insurgerent, malè de se sentirent, bono publico palliato inuidia sapiens, sed crudele, sed impium excogitarunt consilium *venite, sapienter opprimamus eum*; vt hic discas in quo tota hæc versatur cardine sapientia; in boni scilicet alterius inuidia & oppressione, hinc tota huiusce, ad opprimendam intenta, rationes æquitatis velleat in ipsamet impietate, fortior est, opprimatur, hæc vera ratio, sed subinduatur zeli pallio, & emolumenti publici damno, *ne forte multiplicetur*, vt videas quam verè de hac dixerit sapientia Greg. proprium scilicet illius esse, *Machinationibus cor tegere.*

Hinc, quia eius patens inuidia, proprius eius fœtus odium, proximique abominatio, ac proinde totius Status & Reipublicæ collapsio, dum enim adiecta consilia non succedunt oppressionis, illud quod prius inuidiæ tantum erat obiectum, fit odij, & abominationis; ex quo fit, vt amplius oppressionis non quærantur figuratæ rationes, sed aperte bellum insontibus ingeratur, quia abominantur. *Oderant ipsos Israël Ægyptij*, ait Scriptura vbi suprà, perquæ causam? & cum Regius tibi assignabit Psaltes Psalm. 104. num. 24. *Quia auxit populum suum vehementer, & firmauit eum super inimicos eius*, & Exod. vbi suprà. *quantòque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur*, hinc, *conuertit cor eorum vt odiret populum eius, & dolum facerent in seruos eius*, quomodo conuertit? nunquid affectiuè ex bono corde Deus malum effecit? absit, sed incidenter conuertit alias beneficiendo, isti erant peccatores inuidi, sed adhuc non odiebant, ex inuidia ad oppressionem insurrexerunt, ad desiderium diminutionis filiorum Israël; hanc dum obtinere non possent, Deo suos multiplicante ex hoc conuersi in odium, suis Deo benefaciente; *Quidenim*, ait Rupert. lib. 1. in Exod. c. 5. *nunquid hoc dicendo videntes Ægyptos iustificat, aut odium eorum excusat? non vtique sed nimium peccatores fuisse indicat, quos tales Deus inueniret, vt ex consperlis beneficijs suis cor eorum in odium seruorum suorum conuerteret. quemadmodum sol molle lutum convertit in durum*; Inuidi ergo prius, postea osores, hinc sicut primo ad opprimendum rationes palliatas quærebant, accedente postea odio tam palam persequentes nullo habito respectu ad æquitatem, iniustamque, *affligebant eos* ait scriptura, *illudentes eis, & irridentes, atq; ad amaritudinem perducebant vitã eorũ operibus duris luti & lateris, omnique famulatu, quo in terra operibus premebantur*, en sapientiæ humanæ fructus tyrannidis, oppressio, iniustitia; nunquid hæc ad gubernandum ap-

Phatzons Politicum consilium quam fatuum.

Exod. c. 1. n. 8.

Rupertus.

Lippomanus.

Philo.

Aug.

Rupertus.

12. Mundi sapientia, ac politica tota in inuidia versatur, & fundatur.

13 Eam esse cor machinationibus tegere.

14. Eius atrocitas quam.

15 Vale illud timuit.

16. Ad oculum quomodo Deus corda conuertit. Ægyptiorum.

aut qui ea prædixit? merito ergo & regnum, & regem perdidit.

17. Politicæ finis qui.

Sed age, & alia hanc ineptitudinem probemus via. Finis Politices secundum Arist. omnesque Philosophos, beatitudo est seu felicitas ciuilis, hoc est felicitas communis, non particularis, *quando igitur vnus*, ait Arist. politicorũ lib. 3. *vel pauci, vel multi, communem vtilitatem in gubernatione sequuntur, hæ esse rectæ rerum publicarum species necesse est; quando autem ad propriam vtilitatem, vel vnius, vel paucorum, vel multitudinis gubernatur, transgressiones sũt, & labes.* Ex qua doctrina inferius ipse differens, definitionem elicit tyrannidis, scilicet esse *dominatum vnius ad proprium commodum intendentis*. hinc meritò tantum sua, non aliena curantes, crudeles, ferreaque dicuntur viscera possidere, sic Chrysolog. Serm. 122. de diuite miseriam Lazari non curante *Purpura* ait, *bysso, delicatis vestibus, epulis blandis ferrea viscera crudelis animus nutrichat.* Ex quo rectè latrones, generisque inimicos humani eos diuus appellat Ambr. qui sua tantum considerantes, annonam recondunt frumentariam, vt ex eius penuria pretium auctionentur, sic lib. 5. officiorum c. 3. *Ambr.* ait, *frumentorum indigentiam, alimentorum penuriam, veteris soli partus ingemuisse, fiet publicam fertilitatem, horrea frugum plena deplorare, exploras quando sterilior proventus sit, quando exilior partus, votis tuis gaudes arrisisse maledictum, vt nihil vnquam nasceretur.* pulchrè hoc postremum, ipsa terra miserabiliores, siue crudeliores inueniuntur, hæc enim & si maledicta, quasi ad benefaciendum promor, maledicto veluti tenetens, vti miserans mater alere gestit, quos semel parturit; at illi ipsa terra inhumaniores, contra ipsam veluti pugnantes, sterilitatem proprio amore eam induunt, dum ipsa aliorum charitate abundantiam, merito sequensait Ambrosius, *latrocinium hoc, an fœnus appellem?* profecto latrocinium, quia aliena rapit, suam tantum curans commoditatem, quod & si hominibus hoc conuenit priuatis, eo magis & principibus. & quibus publica rerum demandatur cura, ea quippe ratione, quia Politicæ finis publicum, non priuatum bonum, quod cum sit, perquire ab illis, qui humana tantum sapiunt, ad quem finem aspiciunt, & videbis, quod non ad publicum, sed priuatum, non ad populi bonum, sed proprium, hinc se, & Regem cum consulum perdunt, & perfundant. Attende responsum Roboam, dum populus grauissimum iugi non multam, sed partium exposcebat alleuiationem, 3. Reg. c. 12. n. 4. *Pater tuus*, ait ille populus, *durissimum iugum imposuit nobis, tu igitur nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo, quod imposuit nobis, & seruiemus tibi.* iniit hic consilium cum senibus, qui ei vt populum audiret suaserunt; at spernens ipse horum consilium, iuuenes secum nutritos accersens, cum eis consultationem adhibens dura populo respondit, *Pater meus aggrauauit iugum vestrum*, &c. Nunc inquiro vnde Regi, vnde eius sinciput tam crassa fauces, vt tam euidens senum bonum consilium refugeret? electio a populo pendebat, sine eo Rex esse non poterat, non omnimodam iugi exactionem petebat, sed partem aliquam, *in tragum nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo.* qualis ergo vesania populo non acquiescere, aut quid eos obcæcauit? dicam bonum proprium quod appetebant, ad quod respiciebant.

18. Tyrannis quæ.

Chrysolog. 16. Sustantum extrãces crudeles ac latrones.

Ambros. Auarus in terra nihil cruentius.

21. Malorum hominũ finis priuatum, non publicum.

2. Reg. c. 12. n. 4.

Pro quare attendendum iuxta Abulensem Deuteronom. 17. c. 8. & 3. Reg. c. 11. Pinedam de rebus Salom. lib. 7. c. 13. & recentiores Expositores. Salomonem ad domum Dei ædificandam, suamque simul vectigal populo imposuisse, quod perlibentissimè soluit vsque dum ædificato templo, ac perfecta domo, in proprios ipsũ vsus lasciuos, ac profanos conuerterat *postulabat enim & exorabat auidissimè quod in concupiscentias suas insumeret*, ait Pineda, illi optimè quadrans quod Ambros. c. 5. lib. de Naboth dicebat, *non parcunt dispendio, dum indulgent cupiditati*: & insuper in senectute vt ait Abulens. *vehementius congregaret, populum multis tributis premebat.* quod quàm malum perniciosumque, videndus est Cassiodorus lib. 4. variarum historiarum c. 38. vbi de hac relatè, & bene Nazianz. oratione ad Iulianum, tributorum exæquatorem, illum à tributorum grauitate detorrens, vbi inter alia plane hæc grauia scribit, nil grauius homini culpa ab originali obtigisse, quam alteri pendere tributum; *hinc*, ait, *penuria nata est*, scilicet à peccati originalis maledictione, *perniciosæ cupiditatis mater, quæ bella peperit, à quibus orta sunt tributa, quibus in diuina condemnatione nihil grauius est, & acerbius*; & paulo post, egregium illud adiungit, eodem modo in Dei libro describi Principes, quo ipsi in suo populos descripserunt, *Cæterum*, ait, *quo modo alios descripseramus, eodem ipsi quoque describemur, hanc inscriptionem si faciem, & commodam experiri cupis, facie cõmodum nobis & humanum præbeas.* vide Philonem lib. de creatione principũ, sub fine. Tributa ergo populo imposuerat Salomon; quæ tunc populo cœperunt esse grauissima; quando non ad publicum, sed ad priuatum bonum, non ad necessarias regni, sed ad proprias effundebantur expensas, pellicum nempè, vxorum, concubinarum, addictis & amicorum, quales Roboami sinceriores, iam me tenes, vecordiam nempè consilij tum Roboami, tum amicorum ex bono sui priuato procedentis; cum enim Rex vt quod profusè, largiretur, obtineret, & amici quod largissime acciperẽt, se tantum aspicientes, proprũque lucrum, sic fatuum dederunt consilium, vt simul cum illo & Regem, regnumque perderent, vt videas quam stolida, quam insipiens ad regnandũ, gubernandumque horum sit sapientia, dum nil commune prouidet, sed tantum particulare, quod cum sit, non solum regna, sed ipsa omnis humana dissoluitur consociatio, vt rectè Iulius lib. 3. officiorum, *Ergo vnum debet esse omnibus propositum*, ait, *vt eadem sit vtilitas vniuersique & vniuersorum, quam si ad singulos quisque rapiat, dissoluetur omnis humana consociatio*, non secus ac Roboami regnũ, qui dum publicam ad se rapere intendit vtilitatem, illud dissociauit, diuisit, & conuulsit.

Hinc in se talis sapientia suosmet decipit possessores, non aliò quàm ipsamet

22. Illudens exercet & pessundat.

Abulens. Pineda.

23. Reges ad cupiditates inclinant regna.

Ambros.

Cassiodorus.

24. Tributa originalis peccati vnaex grauissimis pœna.

Nazianz.

25. Principes in Deo libro sic scribẽt ac ipsi in suis populos.

26. Tributa Salomonis quando populo cœperunt esse grauissima.

27. Bonum publicum ad priuatum referre est contra humanam societatem Iullius.

Digitized by Google

Deus vtens medio ad eos decipiendos, vere diuinè ait Basil. in c. 13. Isaiæ super illa verba iuxta 70. lectionem, *stella enim cæli, & Orion, & omnes ornatus cæli lumen non dabunt, perdam inquit, & alio loco dicitur sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo, nimirum quod mundi istius sapientia suos exceptores nouit pellicere in fraudem, deque rectitudinis via deducere, & credita esse veritatis Magistra, inserat mentibus ignorationem dogmatum, quæ ad assequendam salutem perquam necessaria sunt*, postrema adnotanda verba; verè enim talis sapientia mentibus ignorantiam illam dogmatum inserit, quæ necessaria sunt ad salutem; dum enim tantum ad hæc infima intendit, & ad status accretionem, sic turbido circa hanc versatur, vt semper possessorum oblita, ad aliena suspiret, vt si possibile, & si mare totum absorbeat, vult, & vt Iordanis etiam in os eius intret, seculari enim regimine non contenta, ad spirituale inhiat, & quasi regale patrium esset, ad diui Petri patrimonium aduolat profanis sacra miscens, carnalia, & spiritualia deglutire cupiens.

Basilius. Deum etiam politicos comprimit. Isai. 19.

29. Ille directe contra Dei pugnat dogmata & cur.

Quale enim dogma verierim hoc dicam ad salutem amplius necessarium, quàm scire principes, ac callere iudices duo esse luminaria magna, potestatem scilicet spiritualem, & temporalem, hic inter se diuersas & distinctas, vt nefas sit eas confundere, & in vnam redigere quouis prætextu, quouis fucato colore, & potestatem secularem lunæ, spiritualem vero soli comparatam: *Sunt & in firmitate Ecclesiæ firmamento à Domino creata duo magna luminaria* sanctissimus Aelderus serm. 10. tom. 13. Biblioth. *Sacerdotium & Regnum, Rex, & Episcopus, Princeps & clericus, dies spiritualia, nox vero significet secularia: itaque luminare maius Sacerdotium, vt præsit diei, id est, spiritualibus illuminare maius regnum, vt præsit nocti, id est secularibus; contra naturam proinde est sol nobis, si præsit lunæ, si Princeps ad spiritualia sacramenta se ingerat conficienda, si Sacerdos secularium negotiorum tenebris conscientiæ suæ serenum obnubilet.* Quam etiam comparationem solis & lunæ affert Innocent. in c. solitæ. de Maiorit. & obedientia, hinc quia spiritualis prima, ac longè cunctis superior, penes eum etiam cæteri honores, vnde dignè Sanctissimus Martyr Ignatius Epist. ad Smirnenses sic admonet. *Ego autem dico, honorate quidem Deum, vt auctorem omnium, & Dominum, Episcopum, autem tanquam principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem, principatum quidem secundum Deum, Sacerdotium autem secundum Christum, & post hunc honorare oportet etiam Regem.* Quapropter sic supra Regiam eam extollit Ambros. lib. 2. de dignitate Sacerdotum c. 2. vt illam aurum, Regiam plumbum in eius comparatione dicat. *Honor & sublimitas Episcopalis, aut nullis comparationibus poteris adæquare, si Regum fulgori compares, & Principum diademate, longè eunt inferiora, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares; quippe cum videam Regum colla, & Principum commitis genibus Sacerdotum, distinctissima ergo sunt, & vna alteri sublimior,* quod tanquam certissimum dogma omnibus, & singulis deberet esse notum Principibus, ac proinde sic eos spiritualem prospicere, vt tanquam maiorem, altiorem, ac sublimiorem, nullo modo se in eam intrudere, ad eam aspirare deberent, nisi vt diuus ait Ælderus, contra naturam quid cõmittere velint; at hoc dogma ad salutem necessarium sapientia non sunt prospicere humana, sed alij ea saginati fucato colore, alij aperto nomine in illam se intrudunt, susque deque eam inuolentes, Dei ministros tanquam subditos diiudicantes, pendentes, ac supra Dei templum se constituentes, librant pondera, ipsas diiudicantes Dei stateras, quid fas diuis?

30. Potestas spiritualis & temporalis omnino sunt distincta.

31. Spiritualis soli temporalis, luna comparatur. S. Aelredus.

32. Spirituali primi debentur honores. S. Ignat.

33. Eius comparatione Regia plumbum, dum ipsa aurum. Ambros.

34. Politici cum inuerecunde in spiritualia intrudentes regimina.

At dicunt pacis obtentu hæc facere, ne vis inferatur subditis, quorum cura propriè demandatur Regibus, quibus iure conuenit vt regnum in pace constituatur, vt nemo opprimatur, vnde quando non ex vi iustitiæ, saltem charitatis se in illud intromittere deberent; optimè quidem, scio hæc adduci, hoc fucorem coloram, ne in manifestam incidant hæresim, sed quam hoc alienũ à veritate sit, nolo nisi vno tantũ ex scripturis probare exemplo, & non equidem ex homine deuoto, Christiano, sed gentili, qui lumine tantum rationis, potius vt vis, vt violentia, quinimo vt iniuria alteri voluit vt inferretur, quàm scio materiam intrudere religionis, & homines religiosos ad se non pertinentes diiudicare. Gallio enim Senecæ Neronis præceptoris frater, Achaiæ Præses cum ante ipsum Paulus, & Sosthenes sisterent, vt de religione diiudicarentur, ac punirentur; Actorum 18. num. 12. *Gallione Proconsule Achaiæ insurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal dicentes, quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum?* Cui cum Paulus vellet respondere, *incipiente Paulo aperire os*, diserte respondit, *dixit Gallio ad Iudæos, si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, o viri Iudæi, recte vos sustinerem; si vero quæstiones sunt de verbo, & nominibus, & lege vestra, vos ipsi videritis: Iudex ego horum nolo esse, & minauit eos à tribunali.* aliqua in hac authoritate prius notanda.

35. Eorum ad illud ratio, & præclusio.

Actor. 18. n. 12.

36. Gentilis Gallio noluit de religione iudicare.

Primùm. Gallionem si voluisset, iudicium certè in proposito casu ferre potuisse, quoniam apud Gentiles licebat id Imperatori, qui ob hoc simul summum gerebat Pontificatum, & vt affirmat Dionys. lib. 53. omnibus sacerdotiis inaugurabatur, *vt omnes religiones, & sacrificia in sua haberet manu*; quod item de Ægypti Regibus affirmat Plato lib. de regno, & de aliis nationibus affirmat Arist. 3. Politicorum c. 10. quapropter cum ipse esset Proconsul, summa præditus potestate, & Imperatoris vicaria, recte poterat iudicium illud exercere, si vellet, at non exercuit, quia noluit, tum quia sequi voluit Augusti exemplum, qui vt refert Suetonius in Augusto. c. 93. *religionis causas aperto foro cognoscere noluit*; tum quia, vt ait Chrysost. hic, *adeo æquus erat vir* procul ab adulatione, vir summæ integritatis vt de eo frater eius affirmat Seneca, libro 4. naturalium quæstionum, quod equidem notandum; Sanè quidem, nam si ab adulatione, si à connocentia liberi, si summa tandem iudices

Dionys.

Plato. Arist.

37. Imperatores omnibus sacerdotiis inaugarabantur & cur.

38. Augusti rerum causas religionis cognoscere. Seneca.

præditi essent integritate, nonsic facilè, non sic libenter in alienam se intruderent messem, non in cœlum ponere sedem ambirent, sed quæ Dei Deo, quæ Cæsari Cæsari darent.

Secundò adnotandum, omnimo Politicam, seu ciuilem potestatem ab Ecclesia Gallionem distinxisse, ita vt suam esse ciuilem tantum agnosceret, cæterorum Ecclesiasticam, & sic controuersias ciuiles, aut criminales sibi, religiosas autem cæteris conuenire, vnde ait, *siquidem esset iniquum aliquid*; & quia quæstiones de religione erant, ideo religiosis eas renunciasse sic ne vt eos permitteret, & quæ circa illas determinare, & simul fontes in eis punire, quod valde notandum, vt inferius dicemus.

Oecum. Tertiò adnotandum, secundum veriorem sententiam Oecumenij & recentiorum, Sosthenem à prædicatione Pauli conuersum animo fuisse Christianum, & Paulum adiuuisse, quod patet, quia eum fratrem & socium suum appellat Paulus initio Epist. 1. ad Corinth. & Menologium Græcorũ die 7. Decembris facit eum Colophonis Episcopum; denique Martyrologium Romanum die 18. Nouembris clarè hæc de eo habet. *Apud Corinthum natale sancti Sosthenis discipuli beati Pauli, cuius mentionem facit idem Paulus Corinthijs scribens; hic ex Principe Synagogæ conuersus ad Christum, ante Gallionem Proconsulem acriter verberatus, præclarè initio fidei suæ primordia consecrauit.*

Ex his ergo ad nostra confirmanda duo & præclara habemus, Primum, à gentili, adhuc vix Ecclesia pullulante, duas omnimodè distinctas cognitas potestates, ciuilem, & Ecclesiasticam, & secundum ab æquitatis iudicio tantum ductũ virũ probũ, omnisque adulationis osorẽ; intellexisse; & si secundum iura, & leges quæ tunc extabant ipsum de vtrisque iudicare posse, tamen æquum iustumque futurum, vt à sacris vir non sacer se abstineret, & sancta à sanctis tractari; quid ergo post Euangelium promulgatum, post apertam vtriusque potestatis distinctionem, post peculiare Ecclesiæ potestatis caput à Christo Domino nostro assignatum talis fecisset? Surget ergo in iudicio, non Petrus, non Paulus, non Apostoli, summique Pontifices sanctissimi Petri successores, sed Gentilis Gallio, ac superbiam, vesaniam, stultitiam obscœnissimi Anglorum Regis condemnabit, qui veluti impurus Aries contra Dei Ecclesiam cornua erigens, caput vtriusque vult cognosci potestatis, & contra ipsam pugnans fidem, fidei defensor haberi. O belle, Sacerdotum Dei, Sacramentorum Ecclesiæ, rerum spiritualium, omniumque sacrificiorum iudex, & caput, vir erit secularis, laicus, nullo ordine, nullo charactere, nullo spirituali signo, nulla spirituali dignitate inauguratus, quãdo hoc impossibile daretur post Christi legem? qualis mens, qualis intellectus, quale iudicium nisi ferale, belluinum, stolidum, mancum illud admitter? De speciebus Regni differens Arist. vbi supra ad quartam deueniens, & ad Reges propter beneficia, meritaque electos sic ait: *Vbi & Imperium habebant bella, & rei diuinæ cultum exercebant, nisi talia essent sacrificia, quæ sacerdotium requirerent.* Nam in hoc casu, vt suprà diximus, aut Sacerdotio inaugurabantur, aut ab illis cessabant. Ergo Gentiles illi, etsi rudes, aliqua esse arbitrabantur Sacrificia, Sacerdotio indigna, quæ ab ipsis nisi Sacerdotibus offerri non liceret; hoc nunc à gente politica, quæ intellectu, ratione, acumine amplius viget necessarium non ducitur. sed supra ordinem, supra spiritualem hierarchiam, supra ipsa denique Sacramenta, Deique sacrificia Rex, non Sacerdos, sed laicus, non Deo dicatus, sed Diabolo, vt ita constituens & credit, & defendit qualis hæc dementia? qualis Diabolica stoliditas!

39. Regis Angliæ impia & stolida hæresim Gentiles cõdemnabunt.

Arist. 40. Apud Gentiles aliqua sacrificia aut minister sacerdotij requirebat.

At paulo etiam manus, & hi confunduntur ex illato exemplo politici, qui variis quæsitis rationibus, obumbratisque coloribus, & si distinctam, & si suprematem planè Ecclesiæ confiteantur potestatem, summumque in terris Christi recognoscant Vicarium, omnique cum veneratione prosequantur tanquam veri excellentissimique Catholici, tamen nescio quo malo fato, sic à suis prorsus dementantur rationibus, vt ac si non essent Catholici, pitissimique, spiritualia indicare audent, homines Ecclesiasticos sibi subdere, ac Ecclesiasticum tandem cœtum falcem mittere ea ratione vt zizaniam eradicet, cum qua simul & colligunt triticum. hæc quippe vt diximus ratione se in Ecclesiasticam potestatem intrudunt, ne scilicet vis inferatur, ne subditi iniuriam, violentiam patiantur.

41. Politicorũ vt cõfundatur ratio in Ecclesiasticis se immiscere tentantes.

At non minus allato confunduntur exemplo, tum ex dictis, scilicet his quæ sequuntur; nam cum ex tribunali eliminasset eos Gallion, eisque vt sua iudicarent permitteret, ipsi furore pereiti Diabolico, *apprehendentes omnes Sosthenem* Pauli Discipulum ab eo conuersum vt supra diximus, *Principem Synagogæ percutiebant eum ante tribunal.* Quod etsi iniusto, etsi violentũ, etsi Proconsuli indecorũ, tamen ait scriptum quod *nihil eorum Gallioni curæ erat.* cur hoc vir prudens, & cordatus permiserit cum certum omnem iniuriam Magistratui factam grauem atrocemque esse, eo vel maximè quãdo officio fũgitur suo. Martius Coriolanus, perpetuo exilio mulctatus est, vt refert Liuius lib. 2. Decade. 1. quia debitum honorem Magistratui deferre noluit; sic Publius Decius Prætor, qui Marco Æmilio Scauro reuerẽtiam non detulit. Dionysius lib. 45. qui in Nerua optimum etiam fert iudicium, detestatis scilicet esse contemni Principem, & omnia sibi ipso licere, quàm odio haberi, & nihil omnibus esse permissum; qui etiam lib. 44. præclaram de hac re Iulij Cæsaris Imperatoris ad milites intumultuantes in concione refert sententiam. *Ego sane* ait, dixisse Cæsarem, *neque aliàs rectum esse arbitrari, neque principatũ gerit. subditus sit inferior, neque salutare quidquam agi posse censeo, vbi hæc, quibus imperatur, non est, vt dicto sint audientes, imperare ipsi nequeunt. Intelligitis enim quam prolè sit sententia ornata illa domus, in qua minoribus statis gradibus defectus sint: aut ludus literarius, vbi discipuli Magistros contemnunt: quæ spes sanitatis ægrotis si non per omnia Medicis obtemperent?*

Liuius. Dionys. 42. Princeps decretis contemnitur, qui in odio haberi.

Digitized by Google

quam tuta nauigatio, *si nauta gubernatoris* A *iussui non* pareant? *ita natura duas necessarias rei* humano genere, *easque salutares comparauit in* vt alij cum imperio essent, alij *subijcerentur*, nihilque est, quod absque his sit, vel minimo quidem spatio perdurare possit. Cum ergo hoc sit, cur vir alioquin prudens, & cordatus nec iniuriam vindicauit, nec pro insontibus stetit? dicant alij quod velint, incusent eum suo non functum officio; ego Dei sanctissimæ prouidentiæ illud tribuo, qui ad exemplum Catholicorum politicorum, & ad omnes prorsus rationes præscindendas æquè, iustique, quibus ducti in Ecclesiasticam se intrudunt iurisdictionem, voluit, vt rectus hic iudex omnisque iustitiæ assecutor, etsi coram se modus in castigando, & puniendo excederetur, tanta eius erga illos esset reuerétia quos semel à sua ablegauerat potestate; tantaque cura ne in alienam se intro mitteret iurisdictionem vt non auderet aliquid contra illos intentare, aut pro liberandis saltem insontibus, se in non sua immiscere.

Gallio etsi gentilium fontes de religione & incertum spectos nó punijt.

44. Politici Gallionem imitentur gentilem Ecclesiasticos ad eos accurrentes abijciendo.

At dicent, ad nos accurrunt, nos non eos aduocamus; nunquid destituere eos possumus: benè quidem; & similiter Iudæi ad Gallionem accurrerunt, non eos Gallio ad suum aduocauit tribunal; imitentur ipsi Gallionem, & sic non amplius ad eos recurrent, nec eos amplectantur, non faueant, dicam non gratificent; sed à tribunali eum minent vt ille fecit, dicente scriptura, *& minauit eos à tribunali*, Syrus *repulit*, Vatablus *abegit*, Clarius *expulit*, at hoc sapientia non consulit humana, immo nefas, & peccatum existimat, cui vt inquit Basilius *creditur veluti veritatis magistro, & se inserit mentibus ignorationem horum dogmatum perquam necessaria, ad salutem*, quod cum sit, nunquid tales dicet ad gubernandum aptos, & non potiùs stolidos, insipientesque?

Vatab. Clarius. Basilius.

45. Sunt insipientes.

Dixi insipientes (vt tandem concludam) & merito. Cum enim vnica sapientum nota illa, vnum scilicet semper esse, constantem, firmum, in dictis, factis propositisque. quomodo hic sapientes, si semper inconstantes in dictis, factis, propositisque; modo vnum. modo aliud mutantes, nulla fide, nulla stabilitate firma, *Maximum hoc est, & officium sapientiæ*, ait Seneca Epistola 20. *& iudicium, vt verbis opera concordent; & ipse vbique par sibi, idemque sit, nec disco sapientem semper vno iturum gradu, sed vna via*, & paulò infrà, *Itaque vt relinquam definitiones sapientiæ veteres, & totum complectar humanæ vitæ modum, quid est sapientia, semper idem velle, atque idem nolle*, Pulchrè sapientis est semper idem velle, idem nolle, cuius quidem rei ratio non alia, nisi quam ipse idem addit; quia *non potest cuiquam semper idem placere nisi rectum*, neque è contrario idem displicere nisi malum; ideò ergo sapientes qui sunt semper idem sunt, quia bonum prosequuntur semper, malum fugiunt continuè, at insipientes cum malum, non vt malum, sed vt sibi disconueniens fugiant, & bonum non vt bonum, sed vt sibi conueniens prosequantur, fit vt nunquam sibi constantes sint, sed vt idem ait, *horum nemo sibi pro-*

46. Sapientis est semper idem velle, idem nolle.

47. Mali cur in bono semper inconstantes.

ponit quod velit, nec si proposuit perseuerat in eo, sed transibit, nec tantum mutat, sed credit; & in ea quæ deserit, ac damnauit, reuoluitur. Expende singula, & simul oculos ad hos conijce Politicos, quos nunc nostra ferr ætas, & quam aptè hæc illis quadrant inspicies. qui tantum humana præditi sapientia, ab ea educti, *Cor machinationibus tegunt*, vt Diuus ait Gregorius vbi suprà lib. 11. Moralium cap. 27. *Sensum verbis velant, quæ falsa sunt vera ostendunt, quæ vera sunt, falsa demonstrant*; & hoc non alia quidem ratione, nisi vt idem ait Sanctus, *quia humana sapientia sibi obsequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplicius reddere, cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere, cum virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate dissimulare.* Quomodo ergo hi vni semper? quomodo in bono constantes? ac proinde vnde sapientes, nisi prorsus insipientes, & stolidi, ac ad gubernandum inepti? quia varij; quia sua tantum quærunt, non quæ communia, quia tandem prorsus veram Dei sapientiam ignorant, vnde ab illa destituti, non solùm se, sed ipsum Regem, ipsum perdunt, ac pessundant regnum; vt videas quam aptè noster dixerit Sapiens, quod, *Si quis erit consummatus inter filios hominum, &c. Si abscondit, &c. in nihilum, &c.*

S. Greg. 48. Politici inconstantissimi & cum

Num. 7. *Tu elegisti me Regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum tuarum.*

Commentum litteræ.

Contextus Capitis.

SVperiori versu ex absoluta sapientiæ indigentia ipsam postulauerat Salomon, nunc in isto, & sequenti duas alias assignat rationes; primam ex Dei electione; secundam ex fine huius electionis, ex Dei electione arguit quatenus Dei debebat bonitatem, vt dum ipsum ad regnum elegerat, & ad regimen non quorumcunque, sed filiorum, filiarumque suarum, superiorem prouideret ipsi sapientiam. vnde ait.

Tu me elegisti. Salomonem ad regnum Deum elegisse patet ex 1. Paralip. c. 29. n. 1. vbi Dauid Pater, *Salomonem filium meum vnum elegit Deus, adhuc puerum, & tenellum.* Non ergo se intrusit, nec humana ipsum elegit negociatio, quod aduertendum. Nam licet ex industria Nathan, & diligentia Bersabeæ repudiato Dauid Adonia Salomonem constituerat, tamen à Deo eius extitit electio, ex quo infertur, Reges & Prælatos à Deo constitui, & omnem de sursum dependere potestatem, ad Rom. 13. n. 1. ac omni dignos esse superiores reuerentia, Principesque seculares etiam malos summo afficiendos honore, eisque obtemperandum, cum isti etiam antiquitus oleo vngerentur sancto, non secus ac boni, vti Saul 1. Regum cap. 10. num. 1. & Iehu, qui non solum malus, sed

1. Paral. c. 29. n. 1.

1. Reges à Deo constituuntur esse ab hominibus eligunt.

HOMILIA VIII.

Principes Superioresque sint sancti, quia à Deo electi.

TV me *elegisti*, noster Deo ait Sapiens, quam potissimam diximus in commentario rationem ad Deum conuincendum, vt suo Sapientiam præstaret electo; sicut nunc,& pari etiam ratione affirmamus. ipsimet electo nullam potiorem ad sanctitatem obtinendam, & vt iustus sanctusque sit in regimine; cum certum, indubitatumque bonitatem, aut malitiam electum eligentem refundi, & nulla re amplius ipsum Deum eligentem aut honorari, aut vt sic dicam blasphemari, quam ex bonitate, aut electi malitia. Christi bonus odor sumus, aiebat Paulus 2. ad Corinth. c. 2. n. 14. cui Christi; & non alterius? Iané quia à Christo electus, eiusq; Apostolus sanctitatis eius odor in sanctitatem Christi eligentis refundebatur, vnde Hieronym. huc alludens ait, *Ea debet esse conuersatio, & vita Pontificis, vt omnes motus, & gressus, atque vniuersa eius opera cælestem redoleant gratiam.* Et infrà, idem Apost. c. 4. n. 8. *In omnibus tribulationem patimur*, ait, *sed non derelinquimur; deijcimur, sed non perimus. semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes*, Cur hoc? *vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.* Qualis vita? *Gloriæ ad quam Iesus per passiones pervenit.* Ait Sanctus Doctor, Sufferentia ergo in tribulationibus, patientia, cæteræque Apostoli sanctissimi virtutes, Christum Deum esse prædicabant, vitamque eius non humanam, sed diuinam; nam vt rectè ait Hieronym. epist. 150. ad Hedibiam, triumphus Christi quo se Deum declarat, filiisque omnem subijcit terrarum orbem, vita, passioque est martyrum, continuaque tolerantia. *Triumphus enim Dei est passio Martyrum pro Christi nomine, crucis effugia, & inter tormenta lætitia. Cum enim quis viderit tanta perseverantia dare Martyres, atque torqueri, & in fine cruciatuum gloriari, edat natura Deo dissemineturque in gentibus, & subito sibi cogitatio, quod nisi verum esset Euangelium, nunquam sanguine defenderetur.* Pulchrè; quod ad nos hæc applicantes, verè equidem nil sic Christum verè esse Deum demonstrat, quantum virtutes Pauli, cæterorumque discipulorum eius, atque eum propè diuinum quantum Ecclesiæ Deo tales exhibuisse, ac declarasse Pastores, quales Apostolos sanctissimos, cum eius diuinam vitam, quam nunc in cælis possidet, & ipsum Deum esse nil sic declaret, quantum virtutes ab ipso electorum, sicut Euangelij veritatem nil ac sanguinis effusio; aptè ad hanc rem Plinius in Panegyrico ad Traianum, vt etiam alibi retulimus, dum Neruam hunc facrificijs, ac flamine, templorumque dedicationibus in Deorum numero esse populo persuadere vellet, non sic hoc illum efficere assumat, ac vita, cum electus ab illo non ab homine, sed à Deo eam factam ostendebat, dum sic imperabat, sic viuebat. *Lacet illum aris, pulueribus, flamine colas, non alio tamen magis Deum & facit, & probas, quam quod ipse talis sit, in Principe enim qui electo successor: fatis conuenit, vna itemque certissima Diuinitatis fides, est bonus successor.*

15. Deus blasphematur quando Principes non sancti & cur.

17. Martyrium triumphus Christum Deum manifestatum.

Hinc è contra, ex mala electi vita Deus blasphematur, Deus irridetur. 2. Reg. c. 12. num. 14. Pœnitenti Dauidi, ac peccatum confitenti, etsi culpam remiserit, pœnam tamen noluit iustus Deus, cuius rationem per Nathan edicens, ait, *Quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur*; vbi Lyra. *Quia homines ignorantes, & male per hoc blasphemabant iudicia Dei occulta, dicentes eum iniustè egisse reprobando Saul, & eligendo Dauid, qui fatis peiora fecerat quàm Saul.* Quam blasphemiam adeo Deus exosam habuit, vt veluti eam timens, eius sic abolere curauit fundamentum, vt ne amplius ipsius extaret memoria, filium occidit, nulla prece, nullis Dauid victus lachrymis, *Deprecatus est Dauid Dominum pro parvulo*: at non eum exauduit; quinimò die septimo perijt, cuius mortis rationem, Deique obstinatæ sententiæ expendens Theodoret. quæst. 26. ait, *Quia vnus erat futurus argumentum sceleris, ac iniquitatis.* Ac proindè continuæ in Deum blasphemiæ iniuriæque, quasi nescius quem elegisset, quem repudiasset; vt inde videas quàm à Deo electo omnis incumbat sanctitatis, dum ab eius vita, & Dei gloria, & Dei vt sic dicam dependeat infamia.

2. Reg. c. 12. n. 14.

Lyran. 18. Obiectio cur Dauid eius filius blasphemauit. 19. Filius Dauid cur mortuus & à Deo patet non exaudiens Theodor.

Hinc in declaratis eius electionibus, quando per seipsum eligit, semper aut pro tunc meliorem proponit, aut sic eum in bono obstinat, vt in potestate melior euadat; elegit quippè Saül in Regem, qui pro tunc in Israël omnium optimus, 1. Reg. c. 10. n. 24. *Et ait Samuel ad populum, certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non est similis illi in omni populo.* Et electurus in Apostolorum Principem, in Ecclesiæ fundamentum, in fidelium caput, in suarum ouium Pastorem Simeonem Christus sic elegit, vt simul eum in bono induerit firmitatem, in virtute constantiam, in fide perseuerantiam, cum illo suum non quodlibet communicans nomen, sed illud, quod in virtute, constantiam, perseuerantiam, immobilitatem significaret, quòd profectò effecit, suam curans ex tali electione gloriam, vt non tantum eius Diuinitas ex voce Petri, quantum ex eius testificaretur post electionem vita, moribus, actionibus. Ob hoc Petrum nominant Matth. c. 16. n. 18. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam.* Et petra etiam dicitur Christus, iuxta illud Apost. 1. ad Corinth. c. 10. n. 4. *Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus.* Eligendo ergo petram eum effecit, vt *tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molémque contineat*, ait Sanctus Maximus, loco inferius citando, suumque illi indidit nomen; vt simul cum illo, & eadem haberet opera, & sic eius Diuinitas ex vtrorumque probaretur operibus, Christi scilicet, & Petri, vt in ore duorum firmissima ac inconcussa diuinitatis Christi staret summa veritas. *Rectè consortium meretur nomini*, ait idem Sanctus Maximus hom. de Sancto Petro quæ est 4. boni latronis, *qui consortium meretur & operibus eadem enim domo Petrus fundamen-*

21. Deus eligit semper meliorem vt. gut, aut in bono confirmat 1. Reg. 10. n. 24.

21. Petrus cur sit à Christo dictus.

Matth. c. 16. n. 18.

1. Ad Cor. c. 10. n. 4.

22. Christum Deum non tantum voce, quantum operibus prædicant.

S. Max.

tumposuit, Petrusplantat, Dominus incrementum dat, Dominus irriguum subministrat, cui accinens Sanctus Leo Epist.89.ait, *Hunc* scilicet Petrum, *in consortium individuæ unitatis assumptum, id quod ipse erat voluit nominari.* Consortium ergo nominis in Petro signum extitit consortij operum, & ideo Petra dictus sicut Christus, quia opera sortiturus erat Christi. Quibus non equidem minus, immo amplius quam voce Christum Dei veri filium proclamaturus erat, ex quo profecto fiebat, vt non tantum miraculis, prodigiis, ac supra totam elevatis actionibus naturam Petrus Christum Deum testificaretur, quantum vita, dum talis in Pontificem electio, nonnisi ab homine qui simul Deus, facta possibilis æstimaretur, diuinis eius actionibus diuinitatem Christi manifestans, quatenus bona vita electi in honorem eligentis refunditur, sicut in dedecus mala; quod veluti timens Deus, ideo talem sibi elegit Pontificem, tale indens illi nomen, talia opera, vt inde honorem, non infamiam acuparetur, vt hinc videas quàtum electo pondus imponatur sanctitatis, dum, vt sic dicam, & honor & dedecus immo, & diuinitatis declaratio in eius consistat manu.

23. Ex electione Christū Deum manifestant, cur.

Irenæus.

Hinc quia semper Reges, sublimésque Potestates à Deo dantur siue malæ, siue bonæ, vt egregiè Irenæus lib. 5. c. 24. *Cuius enim iussu*, ait, *homines nascuntur, huius iussu & Reges constituuntur, apti his, qui in illo tempore ab ipsis regantur, quidam enim illorum ad correctionem, & vtilitatem subiectorum dantur, & conservationem iustitiæ, quidam ad timorem, & pœnam, & increpationem; quidam autem ad illusionem, & contumeliam, & superbiam, quemadmodum & digni sunt Dei iusto iudicio, sicut prædiximus in omnibus æqualiter supervenientes.* Qui etiam egregiè causam assignat, cur Deus hominibus Regum iuga imposuit, vt scilicet à malo, humano quando non diuino abstinerentur timore; & licet mali, ac à Deo reprobati, non fierent pessimi, & maiores in æternum lustinerent pœnas, *Quoniam*, ait, *abscedens à Deo homo, in tantum efferauit, vt etiam consanguineum, hostem sibi putaret, & in omni inquietudine, & homicidio, & auaritia sint timore versaretur; imposuit illi Deus humanum timorem, (non enim cognoscebat timorem Domini) vt potestati hominum subiecti, & lege eorum astricti, aliquid assequantur iustitiæ, & moderentur ad inuicem, in manifesto positum gladium timentes, sicut ait Apostolus, &c.* Ex quo concludens infrà, ait, *Ad vtilitatem ergo Gentilium terrenum regnum positum est à Deo, sed non à Diabolo, qui nunquam omnino quietus est, immo, qui nec ipsas quidem Gentes vult in tranquillo agere, vt timentes regnum humanum, non se alternerum homines vice pessimum consumant.* Siue mali ergo, siue boni Principes, à Deo dantur, non ab alio; hinc quando mali, de eorum tantum dolet electione, vt doloris sensum intus, secumque sustinere non valens, ad modum hominis foras prorumpens se incuset, elegisséque pœniteat. 1. Reg. c. 15. n. 11. *Pœnitet me, quod constituerim Saul Regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non implevit.* Eoulque offensa permotus est Deus, ait Origenes, Homil. 19. in Num. *Vt contra quam recepit illa natura doceret, pœnitet me.* Et Greg. in hoc loco, *Quia mente nostra omnipotens Deus de superbi Regis ingratitudine queritur, dignitatem Regiam contulisse se illi penitere perhibetur.* Pœnitet ergo admodum hominis, qui ex apparentibus exterioribus signis, vel ex aliorum relatu, aliquem eligens, postea se deceptum inuenies, cum opera non correspondeant dolet, contristatur, se incusat, factique pœnitet; *istud dixit Deus*, ait Abulens. in hunc locum quæst. 19. *Quasi dolens de eo quod fecerat, nam à principio erat Saül vir bonus, & electus, & ob hoc Deus constituerat eum in Regem, quasi seruaturus esset mandata illius; nunc autem quia non seruabat, pœnitebat Deum constituisse eum Regem.* Adnota illud, quasi seruaturus esset, nunquid ignorabat non seruaturum? Minimè equidem, sed licet sciret, tamen vt optimè respondet Diuus Eutherius in quæstionibus veteris Testamenti, *Summum iustum, incorruptumque iudicium ex æquitate depromit, non ex præscientia eligit, quempiam cum meretur reprobat, cum electione indignus efficitur, cæterum nequaquam conuenire Sacrosanctæ veritati, iustitiæque eius videbatur vt peccatum offensa præcederet.* Sciebat enim non seruaturum, sed quia non præscientia gubernat, ideo ad modum nescientis se gerebat, actu, tunc quę exteriora extabant, considerans. Enimuerò si exteriora Saulis consideres nullus pro tunc illo melior, vt suprà diximus, ex c. 10. n. 24. quod etiam amplius liquet ex c. 9. n. 2. vbi sic, *Et erat ei filius cum vocabulo Saül electus, & bonus, & non erat vir de filiis Israël melior illo: ab humero, & sursum eminebat super omnem populum.* Talis ergo à populo reputabatur, & vt talis populo veluti credens ab ipsomet Deo; dixi populo credens. Nam reuera vt acutè obseruat Rup. Non melior erat coram Deo, sed coram populo, sic enim ipse ait lib. 1. in lib. Regum c. 20. probans Saülem nunquam fuisse iuxta cor Dei, exponens enim illa verba Samuelis, *Quæsiuit sibi Dominus virum iuxta cor suum*, inquit, *quod profecto cum dicit, expositio illa intelligi, quod nunquam Saulem iuxta cor suum Dominus quæsierit, ac proinde cum dicitur, quia erat Saul electus, & bonus, & non erat vir de filiis Israel melior illo, vtique subaudiendum est, non iuxta cor Domini, sed iuxta cor populi; sequitur enim: ab humero, & sursum eminebat super vniuersum populum; quo videlicet dicto brutum percussit vulgi iudicium, eo quod statura, non meritis faceret asscribat, vel gloriam dignitatum.* Ergo cum elegit Deus, quia melior omnium reputabatur, omnibus superiora ab eo opera sperans, ac proinde maiorem, ac sublimiorem ab illo gloriam. Hinc postea eius sensus nostro modo intelligendi, & talis sensus vt sicut inquit Orig. *contra quam recepit eius natura, dicat, pœnitet me.* Quasi dicat, si pœnitudinis essem capax, non alterius equidem me pœniteret rei, quàm elegisse Saülem méque quodammodo decepisse, sic eius doleo mei contemptum, meorumque verborum inobedientiam. Ex quo manifestè Prælati, summique Principes qui à Deo eliguntur elicere possunt, quantum discussionis pondus eis incumbat, dum sancti non sunt. Cum qui à Deo electi, dum malè viuunt talem ei doloris sensum incutiunt, vt impœnitibilem vt sic dicam ad pœnitudinem adigant.

24. Potestates siue bonæ siue malæ à Deo semper dantur.

25. Cur hominibus Reges à Deo dati.

26. Deus quando malam electi ducūt vitam eumque de talo pœnitet.

1. *Reg. c.* 15. *n.* 11.

Origen.

Abulens.

Euther.

27. Non per præscientiam, iudicat, & punit, & cur.

1. *Reg. c.* 9. *num.* 2.

Rupertus.

28. Saul melior omnibus non coram Deo, sed coram populo.

29. Vulgus non meritis, sed staturæ gloriam asscribit dignitatum.

Digitized by Google

30. Dauid eos vilipendi coram arca non timuit.

Ex hoc certè animus ille egregius, & sublimis extitit sanctissimo Dauid, quo impropericium spernens vxoris, amplius ad saltandum, amplius ad coram Deo ludendum se animauit, recolebat enim se à Deo electum, immo præelectum, hunc vt eligenti viam rependeret, debitúmque honorem, nec vestitum abijcere regium timuit, nec coram suis vilescere seruis, 1. Reg. c. 6. n. 20. 2. Reg. c. 6. num. 10. *Quam gloriosus fuit hodie Rex Israël*, exprobrando dixit ei vxor sua Michol filia Saul. *Discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi nudaretur vnus de scurris.* Quale malus vitio Regio impropericium? quale non terreret cor dictum? cuius facies non erubesceret? at electionis memoria, sequè à Deo ij so cum saltauerat electum rememorans, sic valdum, sic robustum, contra ignominiæ telum eum constituit, vt intrepidè, magnoque respondens Reginæ animo iurans, ait, *Ante Dominum*, hoc est *per Dominum qui elegit me potius quam Patrem tuum, & quam omnem domum eius, & præcepit mihi vt essem Dux super populum Domini in Israël, & Iudam, & vilis tamplusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es, gloriosior apparebo.* Adnoto rationem, Iudam, vilior fiam, ero humilis, cur? quia elegit me Dominus, quia ab illo Regum accepi honorem, ideo & regnum ei rependam: *Non potestas regni ad memoriam reducitur*, Sanctus ait Gregor. lib. 27. Moral. cap. 27. *Non iuhibetur oculis saltando vilescere mentis, ante cuius aream, qui honorem dederat recognoscit.* Quod etiam expendens Ambros. lib. 3. epist. 30. ait, *Non erubuit Dauid tum mea opinione, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio verecundatus est.* Adnoto illud *pro religionis obsequio.* Religionis enim virtus, cum Deum ipsum eiúsque cultum immediatè respiciat, rectè ad illius obsequium fœmineas S. Dauid non erubuit opiniones, recolens se illi cultum præbere, qui præ Saule ipsum elegit, qui Ducem eum super omnem ipsius constituerat populum; equidem diuina ratio, quam semper suis infixã deberent Reges tenere præcordijs: magna pro Deo agere, qualescumque pro religione. Deique cultu, reijcere fœmineas opiniones, quales profectò manes politicorum, recolentes se à Deo electos, immò præ cæteris præelectos; quid enim minus quid à natura ipsi Reges? & non sicut Dauid deposito tantæ receptæ? Pulchrè Chrysost. hom. 59. in Matth. super illa verba. *Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis.* Regum superbiam, ac eorum qui de suorum glorientur natalibus, retundens sic ait, *Aliqui quoniam claros, & nobiles parentes habuerunt, efferuntur; quomodo igitur quispiam horum potest tumorem deprimere? si adultus dixerit, in qui magna de nobilitate maiorum iactabat, pueros, pranos, atque atauos tuos si prægrediare, inuenies multos a genere tuo agasones fuisse, aut cauponas fuisse* quod ex scripturis probans sic sequitur. *Salomon Regis erat filius, & Regis quidem illustrissimi, huius tamen pater abiectus, atque ignobilis fuit; nostermus etiam annus adeo vilis, vt nec gregario militi filiam collocare posset. Hæc ipsa fortasse repetes, inuenies rursus horum vilium genus illustre, ac Regum.* Principes ergo, Reges, Imperatores, Summæque Potestates, si altius repetas, nil præ cæteris amplius obtinuerunt hominibus; à Dei ergo gratia selecti, ac præ cæteris electi, supráque omnes constituti; quales ergo ei gratias referre, qualem honorem, qualem professi sanctitatem deberent ob hoc tantum, quia à Deo ipsi, & non alij electi? cuius equidem rei signum scilicet à Deo ipsos electos nullum maius quàm sanctitas, vitæque ipsorum bonitas.

31. Reges vnde se animare deberent pro Deo mirabilia agere politicorumque cautiones & timoreas reijcere.

Chrysost. 32. Eorum superbiam retundit Chrysostomo.

33. Nobiles omnes antiquitus vilissimi vnde deprimere debent fastum.

Enimuerò, & si alia deessent rationes, ob illam solummodo Reges, superioresque sanctitatem sectari deberent vt ipsis, simulque & alijs a Deo facta, & non permissa tantum eorum immoteseeret electio; qualis enim ignominia maior alicui euenire potest Principi quàm à Deo non electum, sed permissum audiri. Osee. c. 8. n. 4. *ipsi regnauerunt, & non ex me. Principes extiterunt, & non cognoui.* Exprobrans regibus suis Israël clamabat per Prophetam Deus, quem locum expendens Orig. hom. 4. in Iudicum, ex eo deduxit, sæpè Principes constitui, quos Deus minimè probat; vide quando sic populi peccata exigunt, illos in Principes dat Deus; quod si peccata abessent non daret: quapropter meritò tales à voluntate Dei spurij, & innaturales dici possunt. *Non semper Principes populi*, ait Orig. *& Ecclesiæ Iudex per Dei arbitrium datur, sed plerumque nostra nostra deposcunt. Si mali sint alijs nostris, & peccamur malignum in conspectu Domini, dantur nobis Principes secundum cor nostrum, & hoc tibi de scripturis probabo. Audi namque quod Dominus dixit, Fecerunt sibi Regem, & non per me.* Hinc tales vt diximus, spurij, & regnum à Deo non acceptum vt filij, sed extorquent vt innaturales. Egregiè hoc Greg. 1. parte Pastor. c. 1. Cum enim hæc Prophetæ verba reculisset, adiecit. *Ex se namque, & non ex arbitrio summi Rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus, nequaquam diuinitus vocati, sed sua cupidine accensi, culmen regiminis rapiunt potius, quàm assequuntur.* Qualis ergo hac maior ignominia? quam si effugere velint, nullum aptius medium, nisi vitæ sanctitas, erumpere in fructus bonitatis maturos, flores germinate bonitatis.

34. Reges sint sancti, ac dicatur eorum electio a Deo permissa non facta. *Osee. c. 8. n. 4.*

35. Quando mali, fiunt Reges non naturales. *Orig.*

De electione dubius populus Aaronis, an à Deo, an ab homine, an nutu electus Diuino, an à passione humana, hoc à Deo accepit diuinæ electionis signum, virgæ nempe germinationem, ita vt cuius virga germinasset, ille electus; ille verò repudiatus cuius nullum producens florem, non secus ac antea siccа sterilisque permaneret, Num. c. 17. n. 5. *Quem ex his elegero, germinabit virga eius, quæ posita, sequenti die*, ait scriptura, *regressus Moyses inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis emperant flores, qui subito dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Quale hoc mysterium, vt ad diuinæ electionis signum velit Deus vt virga producatur, & virga germinans, & non solum germinans, sed flores, & fructus producens? Rupert. allegoricè illud explanans ad Christum applicat. Diabolum deuincentem per humilitatem, & mansuetudinem, non per altitudinem & fortitudinem; potebat enim ad stabiliendum Aaronis Sacerdotium prius fortitudine Deum vltum occidere, maledicentem, crematè mittere, sed in eodem

Numer. c. 17. n. 5.

36. Datur ad exigendum populorum secundum eorum merita. *S. Greg.*

37. Aaronis virga e s germinans signum diuinæ eius exitûs electionis. *Rupert.*

38. Christi mansuetudinis exemplum

Digitized by Google

pater lib. 16. cum hæc non profecissent, voluit vt mansuetudine stabiliretur, factum & factum est: *Pulcherrimè atque clementissimè*, ait Rupert. *fortissimus Deus, postquam superna malum otiosè fuerat, quasi positis armis suæ fortitudinis, virgam germinantem adhibet aduersus insultationes & querimonias filiorum Israel, virga inquam germinante, gemmisque surgentibus in flores & fructus erumpente, deinde non superbire decet, quid hic ordo pulcherrimus designat, nisi quod contra diaboli superbiam necesse filij Dei ponenda esset humilitas.* Mansuetudine ergò filij Deus diabolum compescuit, quem fortitudine etsi posset noluit, ad Prælatorum exemplum, vt discant persæpè plus ipsos virga proficere florente, quàm sicca, plus fructus producente, quàm sterili, plus tandem mansuetudine, quàm rigore. Nam vt inquit Ambros. lib. 3. epist. 25. Episcopi officium est mederi, & homo mansuetus, cordis est medicus, *In Episcopi petitione*, ait, *abesse debet malignitas, in quo vita formatur omnium, vt placido, accepto iudicio præferatur vir omnibus, qui eligatur ex omnibus, & qui medeatur omnibus; etenim mansuetus homo, cordis medicus est.* Idem ibidem, virgam florentem ad immarcessibilem gratiam refert Sacerdotum, qui in humilitate florem suæ continere debent potestatis. *Virga autem illa*, ait, *quid aliud ostendit, nisi quod nunquam sacerdotalis marcescat gratia, & in summa humilitate habeat in suo munere commissa sibi floremque potestatis?* At propius ad rem nostram Orig. hom. 9. in Num. per virgam florentem, frondescentem, ac fructus afferentem hominem intelligit, qui per gradus succedens primò germinat Christum confitens, secundo frondescit ex gratiæ donis, deinde per exemplum flores, ex quibus odores exhalant, producit tandem fructus, quibus se, & alios alit, propterea ob hoc Prælatum indigeramus. *Est ergo*, ait, *primum germen prima hominis in Christo confessio, secundo frondescat, vbi remissa denuò gratia Dei ex Spiritus sancti purificatione susceperis, & morum iucunditate decorari, ac fragrantiam misericordiæ, & benignitatis effundere, ad vltimum quoque affert etiam fructus iustitiæ, quibus non solum ipse viuat, sed & alios præbeat viuaces, cum enim ad perfectum venerit, & protulerit ex se Verbum fidei, Verbum scientiæ Dei, & alios locupletauerit, hoc est, assumpserit fructus quibus alij nutriantur.* Egregiè. Electum à Deo extitisse Aaronem, & non ab humano affectu, illud volunt Deus, vt esset euidens signum eius virgam non permanere aridam, sterilemque, sed frondes, flores, fructus producerentur, hoc est, opera sanctæ quibus de se, & proximum bene mereatur, qualia & fecit, & gessit Aaron, vt egregiè affirmat Ambros. vbi supra, quem dignum virum appellat, vt ab omnibus sequatur Sacerdotibus. *Imitatores nos sancti Aaron*, ait, *Dauid Prophetæ debere est admoneri, virum inter sanctos Domini ad imitandum nobis constituit, dicens, Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter inuocantes nomen eius. Dignus plane virgni sequendus proponitur omnibus; nam cum dira mors propter contumaces in plebem serperet, medium se inter viuentes, moriturosque obiecit, vt mors sisteret, ne plures perirent; vere vir mentis, & animi Sacerdotalis, qui se pro Domini grege quasi Pastor bonus pio obiceret affectu. Itaque infregit acutissimum mortis, imperium tenuit, cruentum neganit, pietas meritum adiuuit, quia pro ipsis se obtulit, qui resistebant.* En quales fructus talis producebat virga. Merito præ cæteris electus, & à iudicio approbatus diuino, nam dum cæteræ virgæ siccæ remanserunt, sola Aaronis florente, fructuque producente, sumi ex siccitate offentarunt, nullum ex cæteris eam possidere charitatem, quam Aaron, nullum ea opera, nullum illos dare fructus, ac proinde, quia talis Aaron, ideo electus, immò & præelectus; vt videas quam verum Diuinæ electionis extare signum, electi sanctitatem, quam si Principes, si Prælati iecerint, non eos à Deo permissos, non intrusos, non spurios in regimine dicemus, sed à Deo electos, optatos, concupitos, & ad magnum populi bonum datos.

Sancti ergo debent esse qui à Deo eliguntur Principes superioresque omnes, siue seculares sint, siue Ecclesiastici, ac hi præcipuè: & quia specialius à Deo eliguntur, & quia ob altissimum finem, vt tandem hoc adiungam, ad quem assequendum, non quælibet, sed altissima requiritur sanctitas, hinc rectè talis regiminis locus à vatis formidatur sanctis, & cordatis, Ecclesiæque refugientibus, vt rectè Nazianzen. loco inferius citando, difficultatem spiritualis regiminis explicans ait, *Deum à homine, tum difficile fuisse parere, tum multo difficilius esse videatur scire hominibus imperare, ac præsertim in hoc nostro imperio, quod in lege Diuina versatur, hominesque ad Deum subuehit, cuius quo sublimius est fastigium, maiorque dignitas & amplitudo, eo grauioris quoque periculi metus impendet prudenti vtique homini, & cordato.* Quis enim non timebit, si finem consideranti, ac proinde ad eum assequendum necessariam sanctitatem, is enim cum non alius sit, quam animarum salus, & ad summa æternaque bona directio, res altissima, difficilisque, ideo rectore non solum à sordibus mundum, sed simul omni fructum virtutum choro exigit, itaut detectus ille, quòd subdito non amplius quam minimam apud Deum pareret indignationem, in prælato producit maximam, talem qua maior excogitari non potest, hoc elicio ex horrendis illis Christi ad Petrum comminationibus, Ioannis c. 13. n. 7. *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Mirum cum ibi non de mortalium, sed venialium lotione agatur, iuxta illud, *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.* Mirum si resistentiam Petri consideres, quæ licet imperfectum quid, tamen ex humilitate, & ex suprema Christi contemplatione Maiestatis, vnde ergo Christo talis indignatio, talis comminatio? tanè nullam aliam apicio rationem, nisi quia Petrus Pontifex à Deo & Prælatus constitutus, cuius vita quasi ad alios exemplar, sic intemeratus, sic pura, sic immaculata existere debet, vt paruus licet in ea næuus, magna sit macula, magnamque Dei meretur indignationem; quod egregiè dixit Nazianzenus, orat. 1. Apologetic. vbi de necessitate sanctitatis Prælatorum differens, affirmat Prælatum, hominis priuati vitium in se habentem, non parum illud facere debere, sed sic illud existimare turpissimum, vt omnia iudicet esse supplicia

39. Superiores plus amore quam timore proficiêt in subditos gubernatione. *Ambros.*

40. Episcopi sunt medici hoc enim eorum & officium.

41. Aaronis virga potestatem significat Sacerdotalem immarcessibilem.

42. Et hominis progressus in sanctitate.

43. Aaron vir præcellens Sacerdotali dignus à Sacerdotibus imitandus.

44. Ecclesiasticis Principibus peculiariter debetur sanctitas, huiusque rei ratio.

Nazianzenus.

45. Defectus in subdito parua Dei excitat ira; in Prælato maximam. *Ioan. c. 13. n. 7.*

46. Propterea dixit Christus, non habebis partem mecum. *Nazian.*

cio dignissimum. Neque enim ab eo cui hæc cura commissa est, hoc solum requiritur (ait) vt à vitiis alienus sit, (quod, subditorum quoque plerisque turpissimum esse censetur) verum etiam vt virtute præcellat, nec modum sibi vllum honestè vincendi, atque in virtute progrediendi constituat, nec intro potius id quod complexu tenet, quàm detrimento id quod effugit, deputet: verum quòd præpedibus est, ascensum ad id quod deinceps sequitur, esse arbitretur. Nec magnopere amplum, atque illustre iudicet si promiscuam plebem virtute antecedat, sed damno, & calamitati ducat, si minus plenè cumulatèque officio suo fungitur, præclareque facta ad legis Diuinæ normam, non ad hominum mores exigat, nec virtutem quæ à Deo Optimo Maximo à quo omnia, & in quem omnia, debetur exigua lance perpendat, nec eadem omnibus conuenire putet, verum priuati quidem hominis vitium existimet turpia, supplicióque digna perpetrare. Quot verba, tot sententiæ, percurram breuiter. Primò, non solùm Nazianzenus vult vt Prælatus à vitiis sit alienus, sed etiam vt virtute cæteros præcellat. Secundò, vt in virtute nunquam sistat, sed ylteriùs semper progrediatur, sic vt quod virtutis non acquirit, detrimentum reputet. Tertiò, vt præcellentia eius virtutis non sit plebis respectu, hoc est, hominum mediocris virtutis, sed altioris, & sublimis, & ad ipsam Diuinæ legis normam, & præscriptum. Quartò, vt gradus virtutis acquirendæ, non exigua, sed lata, sed grandi perpendat lance, hoc est, non se credat infimo sistere posse virtutis gradu, sed ipsi necessarium, sublimem, & grandem. Et tandem adijcit, vitiũ quod priuato esset leue, paruóq; supplicio dignum, sibi reputandum grauissimum, omnique altiori pœna dignissimum. Leue equidem erat peccatum quod patrabat Petrus si in priuato illud aspicias homine, at in ipso grauissimi ponderis; leuem in altero merebatur Dei iracundiam; at in ipso quia superior, quia caput, grauissimam, vnde merito audiunt, *Non habebis partem mecum.* Vt hinc discant superiores, animarúmque Dei Antistites, quanto teneantur cæteris in sanctitatem aspirare, dum ratione electionis, & eius finis minima eorum culpa grauissima reputatur; vnde tam ipsi, quam alij, quia à Deo electi, & præ cæteris assumpti, sancti esse debent, ac in regimine præclari, vti extitit Salomon, qui ad obtinendam sapientiam optimè suæ electionis rationem Deo adhibet dicens, *Tu me elegisti, &c.*

47. Prælatus quanta sanctitate cæteros antecellere debeat admirabilis Nazanzeni sententia.

Num. 8. *Et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinem Tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

HÆc altera grauis ratio pascendæ sapientiæ, templi scilicet ædificatio, altaris, ac tabernaculi: iustum quippe erat, vt ad tale, tam magnúmque electus opus, vires suppeterent, cum ipse tenellus, & delicatus, *Salomonem filium meum vnum elegit Deus*, dixit ad omnem Ecclesiam Dauid. 1. Paralip. c. 29. nu. 1. *adhuc puerum, & tenellum; opus namque grande est,* 1. Paral. c. 29. n. 1.

A *neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo.* Ideo post munus impositum iudicandi, hoc alterum annectit, vt promptiorem ad sapientiam Deum redderet impetriendam.

Dixisti, &c. Hoc est, voluisti, imperasti: quod frequens in scripturis, *Dixit, & fecit spiritus procellæ*, Psal. 106. n. 25. *Dixit, fiat lux, & facta est lux*, Genes. c. 1. n. 3. & alibi sæpè. Psal. 106. n. 25. Genes. c. 1. num. 3.

In monte sancto tuo, &c. Hoc est, *in Moria* 2. Paralip. c. 3. n. 1. Cœpit Salomon ædificare domum in monte Moria, in loco quem parauerat Dauid, in area Ornam Iebusæi. 1. Templum cur dicatur ædificatum in monte Moria. c. 3. & 5. num. 2. Paral. c. 3. n. 1.

Sed dubitatio occurrit: sæpè enim templum ædificatum in monte Sion dicitur, vt Psalm. 77. num. 68. 69. *Elegit tribum Iuda montem Sion quem dilexit, & ædificauit sicut vnicornium* B *sanctificium suum in terra*, quod agnoscunt Theodoret. Basil. Lactan. Nicolaus Genebrar. similiter Theodoret. exponit id Psal. 41. n. 4. *Ipsa me adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.* Sentiens a Dauide propheticè dictum de monte Sion, & templo in eo ædificato; demùm clarissimè hoc habetur, 1. Mach. c. 4. n. 38. vbi sic, *Ascenderunt in montem Sion, & viderunt sanctificationem desertam, & aulam profanatam.* At mons Moria, & mons Sion diuersi sunt latus inter se diuisi callibus, vt diuidit Iosephus lib. 6. de bello Iudaico c. 6. quomodo ergo dicitur templum in *Moria* ædificatum? Psalm. 77. n. 68. 69. Theodor. Basil. Caietan. Nicolaus. Genebr. Psal. 42. n. 4. 1. Mach. c. 4. n. 38. Iosephus.

Ad hanc contrarietatem conciliandam multipliciter respondent Authores, Primo Villal pandus subtiliter, quia cum Salomon coæquauerit voraginem quæ intererat inter Moria, & Sion, vt templi aream ampliaret, vere templi pars cum constructa in monte Sion, templum dici poterat in eo constructum, liberaliter, sed non propriè, eo vel maximè, cum principalior templi pars in monte esset constructa *Moria.* C Villalpand. 1. Sentent. 1ia.

Alij ex Genebrardo lib. 1. Chronicon anno mundi 3150. Brocardo in descriptione terræ Sanctæ, & affirmat Montanus in Nehemia, id est, de situ Hierusalem, respondent *Montem Sion*, appellatum non solum partem illam in qua Dauid arcem Regiam, & ciuitatem suam constituit; sed etiam & circumuicinos colles, & sibi adiacentes. & sic comprehendit & montem Moria, & Caluariæ. Vnde fit ædificatum templum in aliqua Sionis parte, id est, in adiacente monte Moria; quæ sententia placet Lerino, & est valde probabilis. D Genebr. Brocard. Montan. 2. Sent. Lerinus.

Tertiò, alij respondent planius, & (sine iudice) proprius, in omnibus illis locis adductis & quæ adduci possunt, *Sion* per synecdochen accipiendam pro *Hierusalem*, & non tantum pro monte illo vbi erat arx Dauid, & sic in omnibus illis montem intelligi Moria in illa positum; quod autem Sion in Scriptura significet Hierusalem, aperte fatentur, Aug. in Psalm. 98. n. 10. Chrysost. Psal. 49. num. 2. Basil. & Theodoret. Psal. 72. num. 18. per synecdochen enim constat ex multis scripturæ locis sic vocari, vt Psal. 92. n. 2. *Dominus in Sion magnus*, & Psal. 47. nu. 3. *Mons Sion, ciuitas Regis magni.* & alibi sæpè; vide Pinedam in Ecclesiastes c. 1. vers. 1. num. 71. 3. verior. Aug. Chrysost. Basil. Theodo.

In Moria ergo templum ædificatum, vbi creditur immolatus Isaac, vide Scalam Iacob, vt 2. Quæ tacta in Moria.

ſus Angelus cædens populum, Abel, & Cain ſacrificaſſe, & Noë poſt diluuium: quanquam Aug. ſerm. 71. de tempore, & Hieronym. in c. 16. Marci alibi de immolatione ſentiant Iſaac, decernentes immolatum vbi Chriſtus crucifixus, & Adam ſepultus.

Aug. Hieron.

3. Chriſtus crucifixus vbi Iſaac immolatus.

S. Thom.

De nominis autem notione multi multa dicunt; S. Thomas 2. 2. quæſt. 102. art. 4. ad 1. ait vocatum, *Dominus videt*, quod eſt, *Moria*, quoniam præuideret ibi templum futurum, & oraculum; Oleaſter variè ex Hebræo deducit rationem in c. 22. Geneſ. à *Mer. Myrrha*, quod locus abundaret myrrha: à *Sara, timuit*, quia volutibi Deus poſtea timeri, coliquè à *Sarah, docuit*, quoniam ex eo monte deſcenſura erat lex, & doctrina: à *Raah, vidit*, propter apparitionem factam Abrahæ. Ex quibus cauſis mons hic ſanctus iure vocatus, vt cum vocat Salomon.

4. Moria quid ſignificet.

Oleaſter.

Præcepit ergo Deus Salomoni templum ædificare, itavt ſub præcepto teneretur, hic rectè ſentit Pineda de rebus Salomonis lib. 5. c. 8. adnotans cum onere ædificandi, & curandi templi ſuſcepiſſe regnum. Ex quo deducitur vniuerſam gloriam, ſapientiam, ac diuitias potiſſimum illi propter templum collatas, vt in illud eas impenderet, non è contra; quod præclarum Regibus debet eſſe documentum, intelligentes ad dandum, non verò auferendum Dei Eccleſiæ ipſos eſſe conſtitutos, vt mox dicemus.

Pineda.

5. Salomoni templi conſtructio in præcepto.

Similitudinem tabernaculi, &c. Non aliud condidit tabernaculum, non aliam arcam, quia vna eſt, & indiuiſa, ſancta, Catholicáque Eccleſia; ſed ad ſimilitudinem illius tabernaculi Moyſi reuelatum, Exod. 25. n. vltimo, *Inſpice, & fac ſecundum exemplar*, ſuum condidit templum, noua addendo, ſed eadem retenta arca cum ſuo tabernaculo.

6. Cur dicitur conſtruxiſſe non tabernaculum, ſed ſimilitudinem eius.

Exod. 25. n. vltimo.

Quid ad hæc nouatores? nunquid pluris quam Salomon ipſi? dum iſte, & ſapientiſſimus, & ſi Rex, & ſi infinitis conditurus templum expenſis, pro illius decore ad ſimilitudinem antiqui factum aſſerunt, gloriam ex nouo reſpuens inuentu, dum iſti non Salomones, ſed helluones, non Reges, ſed ex plebe ſordidiſſimi, non magnis expenſis, ſed tantum ex ebrietate conflatis ſomnijs, nouam intentant ædificare Eccleſiam, nouam arcam, nouum tabernaculum, præter illud ſuprà fundamentum ædificatum Apoſtolorum, & Prophetarum. ô amentes, & inſani, qui ſi ſaperent cum diuo intelligerent Cypriano epiſt. 69. Quod *Eccleſia quæ Catholica, vna eſt, & ſciſſa non ſit neque diuiſa, ſed vtique connexa, & cohærentium ſibi inuicem Sacerdotum glutino copulata.* A Chriſto inſtituta, ſuprà Petri ſolidum petram fundata, in qua cum ſalutem ipſi conſequi miſeri poterant, aſtu circumuenti diabolico, dum nouam lucem apprehendere ſatagunt in tenebras incidunt horrendas, eos ſic iudicans terrimus ille hoſtis, ac olim in primitiua Eccleſia Chriſtianos, vt grauiter idem aſſerit Cyprianus lib. de vnitate Eccleſiæ, vbi poſtquam dixiſſet per Chriſti prædicationem diabolum ſe à mundo electum vidiſſe, quid vt iterum in illum rediret peregit, ſequens ait, *Hæreſes inuenit, & ſchiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet unitatem, quos detinere non poteſt in via, veteri decipit hoc eſt,*

Cypriam.

8. Hæreſes à diabolo inuentæ cur ſuerint poſt Chriſtum in mundum introductæ etiamſi penas exhibeant per idolatriam.

7. Hæreticien Salomonis dicto vt cõfundantur.

in gentilitatis errore circumſcribit, & decipit noui itineris errore; rapit de Eccleſia homines, & dum ſibi appropinquaſſe iam lumini, atque euaſiſſe ſæculi noctem videntur, alias neſcientes-bua tenebras rurſum infundit, vt cum Euangelio Chriſti, & cum obſeruatione eius, & lege non ſtantes, Chriſtianos ſe vocent, & ambulantes in tenebris, habere ſe lumen exiſtiment, blandiente aduerſario atque fallente, nil amplius ad rem.

Ad ſimilitudinem ergo tabernaculi antiqui efformaturus Salomon templum Dei, ſapientiam petiit, propriâ non fictus, quod qua ratione numero dicemus ſequenti.

HOMILIA IX.

Principes cum Dei Eccleſia liberales ſint, dent, non auferant.

REgnum Salomonem à Deo accepiſſe templi cum onere ædificandi, primo ob hoc diuitiæ ei collatæ, vt magnificentius ſcilicet, ac illuſtrius, qua maxima poſſet potentia illud ædificaret, in commentario diximus; ex quo præclarum Principibus inſinuatur documentum, diuitias ſcilicet, opulentiam, regnorúmque abundantiam, opes, immenſoſque theſauros, non ad ſua tantum Deum eis contuliſſe conſtituenda palatia, ad ſua tantum commoda prouentúſque, ſed ſimul vt ei templa ædificent, vt Eccleſiam ſuam ditent, vt in eam liberales, non tenaces ſint, & tandem vt etſi ad ſuos cætera conuertant vſus, primitias tamen ei offerant, ac libentiſſimè eas dent, Exod. 25. n. 2. *Loquere filiis Iſrael*, ait Dominus ad Moyſen, *Vt tollant mihi primitias, ab omni homine, qui offerre eas voluerit animo accipietis eas. Hæc ſunt autem quæ accipere debetis, aurum, argentum, & æs, hyacinthum, & purpuram, coccúmque & byſſum, pilos caprarum, & pelles arietum, ligna, oleum, aromata, lapides, & gemmas, facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum.* Ex omnibus ergo bonis ad Sanctuarium ædificandum quæ populus poſſidebat requiſiuit Deus, at ex illis primitias tantum: non ergo omnia, ſed primitias, quid enim per primitias? aut quomodo primitiæ ex auro, & argento, vel ære, cæteriſque rebus quas offerre poſtulabat: ſi enim tantum terræ eſſent fructus ex quibus primitias offerri præcipiebatur, vt patet Deuteron. c. 12. n. 6. rectè in illis primitiæ intelligerentur, quatenus id offerendum quod primùm naſcebatur, primùm colligebatur, at ex auro, ære, argento quod ſecum quilibet teneſtrum tenebat, vnde primitiæ? rectè Abulenſis in hunc locum quæſt. 1. primitias intelligit primum ſelectum ac optimum in vnaquaque re, quod Deus poſtulabat, non enim omnia vult Deus, non te nudum vt conſtituas ſuis indiget vt duces eundat, ſed quòd à te poſtulat eſt, vt ex omnibus tuis bonis partem aliquam ei ſegreges, ſed hanc optimam, ſelectam, primam. *Non accipiuntur hic primitiæ*, ait Abulenſ. *ſecundum quod communiter accipiuntur in aliis locis ſcripturæ, vbi mandantur ſolus decimæ, & primitiæ, quia ibi dantur decimæ, & primitiæ de eadem re, ſcilicet de fructibus terræ, & pecoribus, hic autem non dantur*

9. Principes diuitiarum primitias Deo dare debent.

Exod. c. 25. n. 2.

10. Primitiæ quid, & quomodo illæ erant etiamex auro

Deut. 6. 12. n. 6.

Abulenſ.

11. Quæ Deus vult ab homine vt offerantur.

Digitized by Google

dantur primitiæ de comeſtibilibus rebus, ſed de auro, & argento, & cæteris quæ non decimantur, ſed dicuntur primitiæ, quia ab eadem origine veniunt iſtæ primitiæ, & illa, nam vbi nos dicimus primitias, Hebræi dicunt ſeparationes; & dicuntur ſeparationes propter duo, aut quia aliqua particula auri, & argenti, & ſic de aliis, ſegregabatur, & dabatur Domino, aut quia iſtud quod dabatur, erat de optimo eius, quod quiſque apud ſe tenebat. Nil melius. Ad ædificandum ſanctuarium primitias cuiuſlibet Deus expoſtulauit theſauri, vt ſinguli intelligerent diuitias, opes, opulentiam, ſummámque copiam, ad hoc à Deo ſummo præſtari, vt ex earum primo, ſelecto, puriſſimóque flore ei ſeruiatur, ipſe honoretur, ac ſanctuarium, templúmque ædificetur, vbi ipſe inhabitare, ac nobiſcum ſimul commorari poſſit: præclarum certè ex hoc Principibus documentum præbens, non ſolùm quod Eccleſiæ Dei dare, ſed quæ primum ſcilicet optimum, ſi cum ipſis Deũ inhabitare velint, immò ſi à Deo plantati, ab ipſo electi, tum ad terrenum, tũ ad cœleſte præſumere velint regnũ.

11. Prædeſtinationis Principum ſignum quando cum Eccleſia munificentiſſimus.

Enimverò, nullum maius, nullum præclarius Princeps ſuæ electionis, ac prædeſtinationis vnquam ſignum obtinere poterit, quam ſi cum Dei Eccleſia prodigus, ſi templa ædificãs, ſi Dei religioſis, pauperibus, ſi vitis Deo dicatis, ſi tandem vniuerſo Dei Clero det, nõ auferat, alimenta præbeat, non expoſcat. *Saturabuntur ligna campi, & Cedri Libani quas plantauit, illic paſſeres nidificabunt.* Inquit Regius Pſaltes Pſal. 103. n. 16. quem locum exponens Aug. Conc. 3. per Cedros Libani nobiles intelligit ſæculi, excelſos opibus, honoribúſq;, Reges, ſcilicet Principes, Potentes; attamen etſi iſti Cedri omnes dicantur Libani, tamen ait Sanctus, non omnes ſatiati, non omnes Dei gratia ſaginati, ac ſaluati, ſed tantum quas pater plantauit, *Iam audiuimus*, ait, *quæ ſint Cedri Libani, nobiles ſæculi, excelſi genere, opibus, honoribúſque, & ipſæ Cedri ſatiantur, illæ tamen quas plantauit ipſe.* Ergo Cedri Libani & ipſi ſaturabũtur, quia vt inquit Sãct⁹, *Panis, & vinũ, & oleũ Chriſti peruenit ad Senatores, ad Reges, ad Nobiles.* Ac licet peruenit, nõ omnes tamen ſaturantur, ſed quos Pater prædeſtinauit, quos vocauit, quos elegit, hi ſaturãtur; & in iſtis electis, nõ in illis paſſeres nidificãt, *In hac Cedri paſſeres nidificãt.* Sequitur Sanctus, hoc eſt, pauperes Religioſi, qui omnia ſua dimiſerũt, nidificãt in Cedris, dũ ab iſtis ſuſtẽtatur, aluntur, dũ eis ædificãt Monaſteria, præbent hortos, & villas. *Etenim, & Cedri Libani, nobiles, & diuites, & excelſi huius ſæculi*, ait Sãctus, *quoniã cũ timore audiunt, Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, attendunt res ſuas, villas ſuas, & omnes ſuperfluas copias, quibus videntur excelſi, & præbent illis ſeruis Dei, dant agros, dant hortos, ædificant Eccleſias, Monaſteria, colligunt paſſeres, vt in Cedris Libani nidificẽt.* Egregiè. Omnes equidem Principes Cedri ſunt Libani, arbores excelſæ, præclaræque, at non omnes electi, & ad vitam prædeſtinati, ſed aliqui ex eis; in iſtis ergo, non in illis paſſeres, hoc eſt, pauperes, hoc eſt religioſi, hoc eſt vniuerſus Eccleſiæ Dei Clerus, qui non ex bonis ſuſtentatur paternis, hoc eſt Dei Eccleſia, quæ ex fidelium eleëmoſynis aliturnidificat, creſcit, & in illis multiplicatur,

Pſal. 103. *n.* 16. *Auguſtin.*

12. Significantur per Cedros Libani &c cæt.

A non verò in aliis; quinimò ab illis opprimitur, atteritur, deſtruitur, expoliatur: ſignum ergo prædeſtinationis Principum, ſignum Dei electionis, & plantationis, quando pauper Dei Eccleſia in ipſis nidificat, creſcit, multiplicat, quando ei ipſi offerunt, dant, ditant; è contra vero quando auferunt, grauant, ſeruilẽ reddũt.

Hinc profectò, quando talia ipſi agũt, quãdo Dei Eccleſiã grauat, quando ei auferũt, quando diminuta in eis deuotione varijs coloribus, vaniſq; prætextibus ad patrimoniũ Chriſti aduolãt, Clericis inuidẽt quaſi diuitibus, Eccleſiam faſtidiunt quaſi opulentã, non ei præbere, ſed auferre ſatagentes, iuſto Dei iudicio res eorum conſumitur, regna bellis, infortunijs ac calamitatibus deſolãtur; & quod Chriſto dare recuſãt, B aliundè neſcio à quo (ne à diabolo dicã) rapitur, & diſtrahitur, *Reddite*, dixit Dominus, *quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Matt. 22. n. 16. Ergo ſua Cæſar expoſtulet, non Dei, nã ſi quæ Dei, eadẽ prorſus illi eueniẽt, quæ illis, qui dũ quæ Dei dare nolebãt, vti ait Aug. lib. 50. hom. 48. to. 10. rapuit fiſcus quod rapere debebat Chriſtus, & inopes euaſerunt, quia ex patrimonio Chriſti retento diuites ſe efficere autumarũt. *Maiores noſtri*, ait S. *ideo copijs omnibus abundabãt, quia Deo decimas dabãt, & Cæſari cenſũ reddebãt; modò autẽ, quia diſceſſit deuotio Dei, acceſſit inductio fiſci; nolumus partiri cum Deo decimas, modò autẽ totum tollitur, hoc tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus.* Aurea prorſus C ſententia, litteris deformãda Cedrinis; põdera ſingula. *Abundabãt maiores noſtri, & Cæſari cenſum reddebant.* Cur? quia decimas dabãt, quia Chriſto quod ſuũ præſtabãt, quia & in his partem Chriſtus poſſidere ſciebat, hinc ne partem ſuam perderet, eſti decimam, & ſi minimam, totum ſeruabat, totum munichat, cumpi germinabant, fœcundabantur, graſſabantur, ſegetes matureſcebant centeſimum reddebant, Sol calefaciebat, cœlum pluebat, omnia ad perfectum ducebantur. Videtes illo decimo, ex illa portiuncula, ex illa Chriſti quota parte. Ex hoc maiores noſtri copijs omnibus abundabant, & *Cæſari cenſum reddebant.* Reges diteſcebant, affluebant, redundabant; nunc non ditescunt, non affluunt, non redundant, cenſum eis non D ſoluitur, ſubduci omnes pauperie conſumuntur, vix ipſa ſuperſtites vita, vnde hoc tam quia ipſi Reges decimas Deo non dant, ſed auferũt, non ſuis contenti quæ ſunt apperunt Chriſti, & liberam Dei Eccleſiam, ſeruam facere ſatagunt, onera imponentes, tributa exigentes, diuitias Chriſti ſibi, non illi deſeruire facientes, & vnde tantum malum? ſanè, quia *diſceſſit deuotio.* Pius in Chriſtũ ſuãmq; diſceſſit affectus Eccleſiam, ſupernum fidei lumen obſcuratum reperitur, & ſuperioribus, ac diuinis recedentibus rationibus, carnales, politicæ, meréque humanæ acceſſerunt, ſuperfluos Clericorum reditus iudicant, Dei Eccleſiam opibus non indigere affirmant, onera publica, & communia eos non ſubire inuident, tandem tributarios non exiſtere lamentantur, & querulantur que. Hinc grauamina in Clero, oppreſſiones, decimationes, & diteſcere ſe ex patrimonio Chriſti reputãtes. At iuſto Dei iudicio tollit diabolus, quod tollere debebat Chriſtus, opprimũt regna, ad nihilũ patrimoniũ redigitur fiſcus, & co-

13. Quando Eccleſia auferunt eorum regna deſtruuntur.

Matth. 22. *n.* 16.

Aug.

14. Tributa vnà de penitũ nõ poſſunt & regnorum pauperies, quia decimas non ſoluunt, & Eccleſias ſepelunt.

15. Cur quando decimæ ſoluuntur vberes aperiuntur fructus reſeruat.

Digitized by Google

16. Principes Ecclesias grauantes non solum temporale, sed æternũ amittent regnum.

quo populi grauantur, eius miseriæ angentur, non tolluntur. O insensati & tardi corde! nonne attendent, quia dum nolunt cum Deo partiri, & suum & quod Dei simul perdunt? vt S. ait Aug. & quod amplius, non solùm sua externa, sed interna, non solùm corporalia, sed spiritualia, non solùm temporalem, sed æternam vitam; vox certè pessimi erat Ludouici Thuringiæ Lantgrauis, vt refert Cæsarius, lib. 1. c. 34. quando Dei Ecclesiã depopulabatur, & depopulata ab eo repetebatur. *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum.* Vox nunc canum similia contra Dei Ecclesiam oblatrantium, quibus eadem prorsus sors erit, ac misero illi, qui inter igneos inferni vortices è puteo ascendere visus profundissimo, sortem lamentans suam obnixè deprecabatur, vt nihil Ecclesiarum possessiones restituerent, quas abstulerat, eisque hæreditario iure reliquerat, ob quas dirè, immẽsèque cruciabatur, quod tamẽ ipsi efficere noluerunt, ne in æternis flammis subleuamen aliquod ex restitutione malè ablatorum inueniret, qui in vita existens se è terrenis subleuare, nescius, cœlum tantum Domino relinquebat, terram autem totam sibi vsurpabat, vobis hæc Principes, contremiscite.

Cæsarius.

17. Terribile de hac exẽplum.

Petr. Damian.

Quinimò & ex alio obstupescant facto, quod Petrus idem narrat Damianus lib. 1. epist. 9. ad Nicolaum II. Põtificem, in nonis verò Opusc. 19. de quodam Comite bonæ opinionis, & vt videbatur innocentis vitæ, quem denotus quidam in inferno vidit in supremo gradu cuiusdam scalæ positum illi aientem, *Quia scala illa* verba eius, *interstridentes, & crepitantes vltrices incendij flammas videbatur erecta, atque ad suscipiendos omnes, qui ex eadem Comitum genealogia descenderent, constituta.* Mirum, & intuendum, vt non solùm ipse, sed quotquot ex illo damnabantur, quale profectò illud erit flagitium, quod talis commerebatur pœna meritò ab eo expostulabat religiosus ille vir, cui respõdens affirmauit. *Quia propter quandam prædii possessionem, quam beato Stephano proauus eius abstulerat, cui videlicet iste tam decimus in hæreditate successit, omnes non diuerso supplicio deputati essent.* En peccatum, & peccati pœna, en quam horribile ab Ecclesia auferre quod suum, quod Christo semel datum; immò vt hoc addam, ex iustitia debitum? pulchrè S. Thom. in epist. ad Rom. c. 23. lect. 1. super illa verba. *Et Ministri Dei sunt.* Affirmat, ex æquitate naturali Clericos tributa non debere Principi, quatenus ab eis spirituale accipit stipendium, sicut à cæteris subditis temporale; vbi postquam dixit Principes tributa accipere à populis ad sustentationem ob labores in gubernando toleratos, sic infert, *Ab hoc tamen debito liberi sunt Clerici ex priuilegio Principum, quod quidem æquitatem naturalem habet; vnde etiam apud Gentiles liberi erant à tributis illi qui vacabant rebus diuinis,* quod confirmat ex facto Iosephi Genes. 47. & subdens sequitur. *Hoc autem ideo æquum est, quia sicut Reges sollicitudinem habent de bono publico in hijs temporalibus; ita ministri Dei in spiritualibus, & sic per hoc quod Deo in spiritualibus ministrant, recompensant Regi quod pro eorum pace laborat.* Digna Sancti sententia. Laborant Principes in regendo, debetur eis stipendium, hoc duplex, temporale, & spirituale: temporale quo arma, milites, exercitum sustentant: spirituale quo Deum propitium habent, quod illo sine dubio maius; ergo æquum, vt à quo spirituale, non temporale exigant, à quo maius, non velint minus, ne contra iustitiam agentes duplo plus Ecclesiam, quam secularem grauent Reipublicam; ab Ecclesia quod suum auferentes, & tollentes.

S. Thom.

19. Clerici Principi tributa non debent ex naturali æquitate.

18. Omnes de vna familia condemnati, quia eius caput ab Ecclesia prædium obstulit.

At dicunt ipsos non auferre, sed ab habente concedi potestatem, grauant; sed cum facultate exigunt, sed cum indulto, scio hæc, cum quibus, & simul scio lethale venenum eis propinatum, quando tale concessum indultum, quod à sanctissima Sede non accipiunt, sed extorquent, *sunt etiam, qui plebes secularibus tradunt.* Idem S. ait Damianus lib. 4. epistolarum epist. 11. quasi hæc tempora videns, quando & ipsi Ecclesiarum subditi deuenduntur, *Isti nimirum sancta grauius delinquunt, quanto & sacrilegium committere conuincuntur.* Loquebatur enim de Pontifice, seu Episcopo potestatem non habente. *Quia & sancta prophanant, & his, quibus quasi beneficium prorogatur, venenum lethale propinant.* Quid est enim decimas in vsum sæcularium vertere, nisi mortiferum eis virus, quo pereant exhibere? Nego Pontificem Summum, sacrilegium committere; cõcedo tamen lethale regibus, Principibusque ipsum propinare venenum non sua, sed ipsorum culpa, opportunè, importunè instãtium precibus, querimonijs, ne dicam vi gratiam extorquentium, quid ergo propinent venenum, vt ab Ecclesia aliud cuncti, & prius, eorum scilicet indignatio, & cõtra eos indignetur Deus, indignentur sancti, *quorum honor Clericorum egestate minuitur.* Vt ait idem, & in tremendo veniant grauati iudicio, dum hic Ecclesiam Dei onerare, non subleuare intentarunt.

20. Principes à sancta Sede extorqueant Clericorum grauamina. *Idem Damian.*

21. Sunt eis bona Ecclesiæ lethale venenum.

At non sic qui Cedri Libani, qui à Deo electi, qui Patroni sunt Ecclesiæ, qui eam custodiunt, qui eam ditant, viuent, & viuent in æternum. *Redemptio animæ viri* ait Salom. Prouer. c. 13. n. 8. *Diuitiæ suæ,* Theodoret. *propriatio,* alij *pretium animæ.* Hieronym. alicuoi, *Redemptio animarum sunt propriæ diuitiæ,* quem locum de eleemosynis intelligens Chrysost. in Luc. c. 12. n. 20. super illa verba, Stulte hac nocte, &c. ait, *Dines in periculum animæ suæ recipit opes, qui propter eum illas recondit, animæ suæ salutem facit; cum autem largitur egenis, animam suam liberat, quia redemptio animæ propriæ diuitiæ.* Quem sensum secutus est etiam Ambros. in Psal. 37. Hieron. in Isaiam c. 40. Doroth. de vita spirit. doctrina 11. at proprius ad rẽ nostram Damian. vbi sup. de homine Ecclesiæ Dei præbente, ac donante, qui dum Ecclesiæ tradit iuxta mensuram muneris, ei de quantitate molis subtrahitur peccatorum. *Præterea non ignoras,* ait, *quia cum à pœnitentibus terras accipimus, iuxta mensuram muneris, eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus? sicut scriptum est, Diuitiæ hominis redemptio eius.* Saluantur ergo Principes, animam redimunt dum Ecclesiæ donant; quale ergo aut quantum erit bonum Ecclesiæ sanctissimæ dare, ac tribuere, ministros eius ditare, ac honorare, dum pro terrenis cœlestia accipientes, illud reperiant ob quod creati, animæ scilicet salutem; meritò quidem Aug. hæc considerans, vbi sup. & si affirmas-

Ambros. Hieron. Doroth. Damian.

22. Diuitiæ vt sunt animæ redemptio. *Prouer. c. 13. n. 8. Theodor. Hieron. Chrysost.*

23. Principes Ecclesiæ dantes sumere limina animam.

Aug.

Digitized by Google

ſet per Cedros Libani diuites, ac Reges intelligi, per paſſeres Dei pauperes, ac Eccleſiæ Miniſtros in Cedris nidificantes, ne putarent diuites ob hoc maiores eſſe, ac eis pauperes, non eos pauperibus debere, ſuper illa verba quæ ſequuntur, nempe *Herody domus dux eſt eorum*, quæ ipſe legit, *Fulia domus dux eſt eorum*, expéditFuliæ domum Duces eſſe Cedrorum, non è contra; cruens, & optimè, Reges. Principes quando Eccleſiæ Dei dant, quando Monaſteria ædificant, quando territoria præbent, non Eccleſiam eis, ſed eos Eccleſiæ debere, *Sed tamen fratres mei*, ait, *ipſi paſſeres ſi ſpirituales ſunt, quamuis nidificent in Cedris Libani, & putare illos eſſe ſuperiores, à quibus eorum neceſſaria complentur, paſſeres enim ſunt, illi autem Cedri Libani ſunt, ergo Fulica domus Dux eſt paſſerum, quamuis in Cedris Libani nidificent paſſeres, non tamen Cedri Libani Duces ſunt paſſerum, nouerunt quid faciant, nouerunt quid accipiant.* Nil melius, Vbi tandem concludit, quod ſicut Fulicæ domus in petra exiſtit, & petra in mari conſtituta, quæ licet à fluctibus concutitur, tamen ipſa eos, non ipſi eam frangunt, *Et ſtruitur fluctibus, frangit tamen fluctus, non frangitur petra.* Sic paſſeres diuini, & pauperes in Eccleſia ſancta, immo adde & ipſa Eccleſia, licet nidificet in Cedris, propter præſentem neceſſitatem, tamen eius domus, eius firmamentum, eius potentia, fulcimentum, & robur in petra illa fundatur quæ eſt Chriſtus, à fluctibus concuſſa, ſed non exculſa: ne ergo glorientur Reges, ne animum reſumant quaſi ſine eis viuere non poſſit Dei Eccleſia, quaſi eorum deficientibus diuitiis, opibus, auxilijs deficiet, nam & ſine eis viuet, regnabit, ſuperabit, quia Fulicæ domus Dux eſt eorum; at væ Cedris, dum paſſeres ab illis euolant, *In Cedris quidem nidificant paſſeres*, ait Aug. *propter præſentem neceſſitatem, ſed petram illam habent Ducem, quæ fluctibus tunditur, & non frangitur, imitantur enim Chriſti paſſiones; & ſi forte Cedri Libani irata fuerint, & aliquid moleſtiæ, vel ſcandali ſeruis Dei in ramis ſuis commouerint, vulabunt quidem inde paſſeres, ſed væ Cedro remanente ſine nidis paſſerum; paſſeres enim non naufragabunt, non peribunt, quia Fulicæ domus Dux eſt eorum.* Quid pulchrius, & ad præſens tempus proprius? quando noſtris ſic exigentibus peccatis, politicorum veſania ad eam deuenit furiam, ne dicam ſtoliditatem, vt putent ſine eis Dei Eccleſiam viuere non poſſe, defecturam ſine eorum auro, argentoque, quaſi ſuper illud eſſet fundata, & ab illo robur acciperet ſuum; ô inſenſati! pecunia eorum illis erit in perditionem, victrice ſemper, ac triumphante Dei Eccleſia.

26. Quia etiam Pontifices ſanctiſſimi Principibus Eccleſiaſtica cedere deberent iura ex eorum probatur tenacitate Damian.

Quod equidem ſi ſummi Dei in terris Pontifices conſiderarent, nec ad Reges Principeſque audientes proni ſic eſſent, nec patrimonium Petri tam facilè illis concederent, vnum pro certò ſcientes, ſic Principum tenaces exiſtere manus, vt quod ſemel apprehenderint, nunquam dimittent, nec ad patrimonium Petri rediturum vnquam, quod in eorum theſaurum ipſi ſemel incluſerint, *ſed illa quoque, quæ ſub undo beneficij vocabulo ſæculares accipiunt, reuocari de cætero, atque reſtitui Eccleſiis nullomodo poſſunt*, ait Damian. lib. 4. epiſt. 12. *Ira quippè manus diripientium diabolica tenacia ſtatuis inuiſcantur, vt qualibet modo ſemel acceperint, Eccleſiis reddere ſua bona nullatenus acquieſcant, vt non modo ipſi dum viuunt proprietario quaſi iure poſſideant, ſed & in poſteros ſui germinis eminus poſſidenda tranſmittant.* Quid verius? Quid ergo faciẽdum opportunè, importunè inſiſtentibus? illud profectò quod eidem conſulit Epiſcopo Damianus, *Petunt tibi ſæculares Eccleſiaſtica prædia*, ait, *importunos ſe ingerunt, ſupplicantes inſiſtunt, & non ſub ſtipulationibus monimenti ſed tantùm forte nomine beneficij quod vtique tantumdem eſt, ac ſi adamantino ſtilo tabulis æreis inſcriberetur; veniunt itaque ad te dicentes cum Achab Rege Samariæ, da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & propè domum meam; tu cum Naboth Iezrahelite præſto reſponde, propitius ſit mihi Dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi.* Sana equidem admonitio, aurea, cordi omnium infigenda Pontificum. Petri vineam petunt Reges, petunt Principes, præſto reſpondendum, non moræ interponendæ, non reſponſum diſtrahendum, non ſtatus ratio conſideranda, *Propitius ſit mihi Dominus ne dem hereditatem patrum meorum*, vti fortiſſimus reſpondit impio Achab, Naboth verè Iſraëlita.

At quia in hunc locum incidimus, placet diutius in illo immorari, ſimulque expoſtulari, qua de re ſic eruditè viro Principi priuatus reſponderit, ac Regi ſubditus, eo vel maximè cum & aliam illi promiſerat meliorem vineam, aut ſi maluerat, probatam argenti ſummam; item, ſi ſumma rationis erat ne patrum hæreditatem alienaret, infima quidem hæc appareat, cum ex præcepto diuino erit hæreditas alienanda ob neceſſitatem diuenderetur, tamen hoc non amplius, quàm ad Iubilæi annum perdurabat, Leuit. 25. n. 23. *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos aduenæ, & coloni eſtis, unde cuncta regio poſſeſſionis veſtræ ſub redemptionis conditione venibitur, ſi attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam, &c. & non inuenerit manus eius, vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat, uſque ad annum Iubilæi.* Ergo non ſic Naboth hæreditatem patrum diuendebat, quin ad ipſum poſtea non eſſet reuerſura; cur ergo ſic durè reſpondit? ſic intrepidè negauit, vt mallet mori quàm hæreditatem patrum ſuorum Regi accommodare? ſanè ob hoc ipſum quia Rex, forſitan etſi non Rex, ſed alius quiſpiam eam diuendiſſet: quia ſpes fuiſſet redeundi, at ſemel Regi diuendita, vnde ei amplius ſpes; ex lege dices, quæ illud præcipiebat, reddenda ſcilicet vinea Iubilæi anno, bene quidem, quando Dei legem iſti ſeruarent, quando Deum timerent, quando & ſubditos legi ipſi ſe agnoſcerẽt, abire equidem à ſe pateretur hæreditatem ille Rex, quam ſic concupiſcebat, & cum hortis ſuis in vnum corpus, immò cùm domo ſua Regia tanto ſtudio, & auiditate conjunxerat? nil profectò minus: bene ergo negauit, quia Rex, quia Princeps quorũ manus (vt inquit Damianus) ſic tenaces ſunt, vt quod ſemel apprehenderint nunquam relinquãt. Perũt ergo Principes Dei hæreditatẽ fũdos, terras, decimas; immo (ſi Deo placet) in clerũ tributa, vineã quærũt Naboth, reſpõdeas

27. Quibus reſpondere debent quãdo Eccleſias petunt.

28. Naboth durè reſpondit Achab, nolens illi vineam dare, quia Rex.

1. Reg. 21. n. 2.

Leuit. 25. n. 23.

24. Dum dant non Eccleſiaſticis, ſed ipſi Eccleſiæ debitores, & cur.

25. Eccleſia ſanctiſſima pendet à Regibus cum quæ domus.

Dei ſeruus. *Propitius ſit mihi Deus, non dem hereditatem patrum meorum tibi.* Et ſi pericula ſubſint, & ſi indignatio timeatur potentis, *Nabothe vires ſuas*, ait Ambroſ. vt in Gloſ. *vel proprio cruore defendit, ſi ille vineam non tradit ſuã; nos trademus Eccleſiã Chriſti? ſi ille hereditatem patrum non tradit; ego tradã Chriſto hereditatẽ?* *Ambroſ.*

Secundò adnotandum, dignuſſimè vineam illi denegatam, qui non ob neceſſitatem, non ob victum quotidianum, non ob inexcuſabiles prouentus illam petebat, ſed ad ſuperflua, ad non neceſſaria, ad delitias, ad luxus, *Da mihi vineam vt faciam mihi hortum olerum*, Hebraicè eſt, *Legam iarak*, ſignificat, ait Vatab. *Olera, & herbas odoriferas. Hæc erat omnis infamia*, ait Ambroſ. de Nabuth. c. 3. *Hic omnis furor, vt ſpatium vilibus oleribus quæreretur.* Et vt ſenſus paſceretentur carnales vinea deſtruenda erat Naboth. Meritò ergo ei denegata; Hoc attendant quibus Dei Eccleſia demandata, prouentus enim diſtrahuntur Eccleſiaſtici, ſacri reditus demandantur ſæcularibus, inter luxus pelliceſque demorantes, Dei diſtrahitur hæreditas, ſub quo neſcio ſpirituali nimio puri ſæculares abſcondũtur; & quæ neſcio quid emerunt, in patrimonium intruduntur Petri; nonne formidabunt, cùm vt Damianus, vbi ſup. ait, *In tremendo iudicio ſanctæ quorum honor Clericorum egeſtate minuitur, iraſcuntur, pauperes, vidua, pupilli, quilibet hoſpites famis ſe gladio clamitant interemptos.* Et licet ſancti, ac impoluti, ac neminem vnquam læſerunt, tamen ob hanc cauſam *multiplices homicidij rei erunt, qui ſanguinem fortè nunquam fuderunt; qualis miſeria grauior?* *Damian.*

29. Quia eam ad non neceſſaria expetebat.

30. Sæculares Eccleſiaſtica poſſidentes vt dici poſſunt homicidæ.

Tertiò, itidẽ adnoto rationem denegationis, quæ non fuit prouentus, nõ fuit emolumẽti, ſed ipſa honeſtas, ipſa fuit legis obſeruatio, quod egregiè conſiderauit Ambroſ. lib. 3. officio 24. c. 9. *Quid*, inquit, *Sancto Nabothe, quæ fuit cauſa mortis, niſi honeſtatis contemplatio; nam cum ab eo vineam Rex poſceret, pecuniam daturum ſe pollicens, indecorum pretium proposterna recuſauit hereditate, maluitque morte declinare huiuſmodi turpitudinem; non mihi*, inquit, *fiat à Domino vt dem tibi hereditatem patrum meorum*, hoc eſt, *tantum mihi opprobrium non fiat, non permittat Deus tãtum extorqueri flagitium. non enim vtique de viribus dicis, (neque enim de viribus cura eſt Deo, neque de terreno ſpatio) ſed de iure loquitur patrum: potuit vtique & aliam vineam de vineis Regis accipere, & in amicis eſſe, in quo non mediocris huius ſeculi vtilitas exiſtimari ſolet, ſed quod turpe erat, indicauit non videri vtile, maluitque periculum cum honeſtate, quàm vtilitatem cum opprobrio.* *Ambroſ.*

Egregiè, Denegauit ergo non ob vtilitatem, ſed ob virtutem, quid inde? ob id fortis extitit vſque ad mortem, ob id inconcuſſus, ob id inuiolabilis, quis ſcit ſi ſic ſtaret, ſi non ob virtutem, ſed ob emolumentum denegaſſet? iam me habes, denegatur, & poſtea conceditur. vnde prouenit? an quia emolumentum acceſſit, quod prius nõ adſtabat, denegatur, ſed non ob virtutem, non ob honeſtatem, meritò immobiliter non perſiſtitur, quia ob honeſtatem, immobilem non operabatur, vnde variato prouentu, & ipſa variata eſt voluntas; quid ergo? quale medium vt immobiliter negetur? vnum tantum video, ob

31. Principes aliique ſuperiores cur primo denegato poſtea concedant.

A honeſtatem operari: addam & alterum, præter Petri claues nil aliud ambite, nil aliud deſiderate; aureos Damiani ſubijciam verſus ad Alexand. II. Pontificem Roman. lib. 1. ep. 15. qui ſic,

Sedis Apoſtolicæ qui vult retinere vigorem,
Æqua libret rigida pondera iuſtitia,
Iuris enim pariles neſcit ſuſpendere lances,
Quem faror inſiliit, ſpes vel auara trahit,
Munere plena qui laxat ora crumena
Iuſtitiæ vacuam perdit inops animam.
Cæli Roma ferax tenet, & regit orbis habenas,
His ſi plura velit, tartara ſola petit. *Damian.*

Damiano nil amplius addendum, quapropter ad Reges tenentẽtes. eis cõſulimus, tu ab Eccleſia petãt, ſed dent, nõ ab illa auferãt ſed donẽt, cum fructus earum ſit animarum ſolus, immo & ſtatuum ampliatio, ac munitio. B

Quid? nonne dum in Eccleſiam munificj, Deũ ipſum tibi cõſtituũt debitorẽ? ac proinde retributorem, ſuarumq; rerũ conſeruatorem? certè Agapetus Diaconus in capitibus paræneticis, c. 10. Iuſtinianum Cæſarem vt ad benefaciendum potius, quàm ad accipiendum promptior eſſet eo ſuadebat: nam dum accipiebat, ſe alius debitorem; dum verò erogabat, Deum ſibi. *Eo plus auia*, aiebat, *Sereniſſime Imperator, accipere abs te beneficia qui ſupplicant, quam tibi, qui cõtendunt offerre munera. His enim debitor refe-* *Agapetus.*

32. Principes Eccleſiæ dantes Deũ ſibi debitorem conſtituunt.

rendi gratiam efficeris; illi verò Deum dum tibi vadem, vendicantem ſibi, perinde ac ſi ſuã eſſet pecuniam quæcunque erga ſupplices contuleris, & remunerantem bonis retributionibus, tuam tam piam, quàm per humanam intentionem. Benecentia ergo in ſupplices Deum vadem ſibi cõſtituit Princeps, nunquid non aut minus, quãdo in Dei Eccleſiam, in ſponſam Chriſti, in eã quæ claues habet regni cælorũ? Pulchrè Bern. in declamationibus ſuper illa verba. *Ecce nos reliquimus omnia*, ob hoc à diuitib°, à Regibus, à Principibus Eccleſias ditatas affirmat, quia earum rectores cælorum claues habere perſpiciebant. *Hinc eſt quod dotatas, & ditatas videmus Eccleſias à potentibus & diuitibus huius ſeculi, qui in operibus bonis diuites, iuxta Euangelij admonitionem amicos ſibi facere ſtuduerunt de Mammona iniquitatis à quibus in æternata-* *Bern.*

33. C. Eccleſiæ ditatæ.

bernacula recipiebantur. Quidni ſperarent ab his recipi, qui claues videntur habere? Egregiè cæli claues Dei tenet Eccleſia, ipſa aperit, ipſa claudit, nullus niſi per eam intrat, quia Petro dictum, & per eum ſanctiſſimæ Eccleſiæ, *Tibi dabo claues regni cælorum.* Meritò ergo prudentiſſimi antiqui Principes, ſuperiores Reges Eccleſiam ditarunt, Eccleſiæ donarunt, ab Eccleſia non rapuerunt, quia ad illud aſpirabant regnum, cuius claues Eccleſia tenebat, quam ditabãt, quã honorabãt; ſic Magnus Cõſtant. hic Carol. Mag. Carol. IV. Henric. II. Theodoſius, Ludouic. alíque Sũmi Principes, omnes quia ſalutis deſiderũ habebãt, quia propẽſe ad aliã aſpirabãt vitã, quia intrare in illã ſanctiſſimam cõtẽdebãt requiẽ, oſtia, aperrũ reperire, ſanctiſſimã ditabãt Eccleſiã effuſè, abũdantiſſimè, ſua propria ipſi conſulentes: Certè Carolus, & Dagobertus ſic profuſè Eccleſiæ donarunt, vt pleræque Germaniæ ciuitates in ipſis Monaſteria verſæ ſint, in Hungaria Stephanus Rex, Ladiſlaus, & Ludouicus, ita liberales fuerunt in Eccleſiam, vt ſcribat Bonfinius tertiam

34 Principum effigies in Eccleſijs. *Bonfinius.*

Digitized by Google

Hungariæ partem pertinere ad Sacerdotes: in Polonia Calimirus Magnus duodecim templa ædificauit, Cromero teste, sexque monasteria, eaque dotauit; idem fecit in Lithuania Ladislaus: Reges Angliæ totam Angliam Romanæ Ecclesiæ tributariam fecerunt; Reges Hispaniæ, Alphonsus primus, Alphonsus castus, Alphonsus Magnus, Ramirus, & alij, sic erogarunt, vt de Alphonso Magno affirmẽt Historici, thesaurum totum paternum in tẽpla & pauperes erogasse. Quid de sanctissimis, ac præclarissimis Lusitaniæ Regibus dicam? vnus solus ex eis quingenta fundauit ac dotauit tẽpla, de qua re videndus nuperus Vasconselus in eorum vita, & tãdem sic ampla, sic innumera, quæ Principes, quæ Reges in Ecclesiam cõtulerunt sanctissimam, vt Mutius Iustinopolitanus librum integrum confecerit, in quo omnia collegit quæ à Principibus in Ecclesiam munera collata sunt; de qua re videndus est Thomas Besius de notis Ecclesiæ tom. 2. signo 87. vt verè videatur impletum illud sanctissimi Isaiæ vaticinium. *Erunt Reges nutricij tui, & Reginæ nutrices tuæ.* c. 49. n. 23. & alibi c. 60. n. 16. *Suges lac gentium, & Mammillã Regum lactaberis.* Mammilla, inquit, hoc est, vt ait quidam, non ex quolibet cibo sed ex delicato & dulci, qualis Regiam mensam, atque delitias decet, hoc est sumpsisse uberis non ex quolibet auro, sed ex purissimo, non ex quolibet argento, sed ex probatissimo, non ex quibuslibet Regum opibus, sed ex electis, ex pretiosissimis, quales fuerunt quas Salomon noster templo Dei impendit, ad quod ædificandum collatæ à Deo ipsi opes, sicut & Regibus ad Dei Ecclesiam ornãdam & defendendam. Vnde rectè noster Sapiens vt à Deo sapientiã obtineret, præceptum offert templi ædificandi; ob quod tales ac tantas ei immẽsas contulerat opes, quasi dicat, vanas has futuras sapientia non accedente, cum & si ipsæ abundarent, simúlque & animum largiendi, tamen si modum, si ordinem, si dispositionem ignoraret, quæ omnia à sapientia nihil illæ proficerent, nihil conducerent, vnde ait, *Tu me dixisti ædificare, &c.*

Cromerus.

Vasconselus.

Mutius.

Isaiæ c. 49. n. 2. 3. & c. 60. num. 16.

Eccl. 6a lactentiũ lactat & nutritur.

Num. 9. *Et tecum Sapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc, cum orbem terrarum faceret, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

TEmplum ad similitudinem tabernaculi, & castrametationis populi, ad similitudinẽ item cœli, mundi, hominis, confectum, multis ostendit Villalpandus tom. 2. suarum explanationum; & non ineffi caciter ex hoc concludi potest versu; quod cum sit, rectè illam sapientiam postulat Salomon quæ optima symmetria, & exquisitissima arte, tic huius mundi partes disponere, atque singulas elaborare calluit, vt supremo creatori Deo inspectandi summæ visæ sunt bonæ, vnde ait.

Villalpandus.

Et tecum Sapientia tua, &c. Tua desideratur in Græco, sed reddit magis perspicuum sensum. Beseleeli ad tabernaculum construendum diuinam communicatam Sapientiam, patet ex Exod. c. 31. n. 1. hanc autem petit nũc Salomon ad templum ædificandum. Vnde de increata sapientia, vel quatenus de Deo absolutè dicitur, vel vt filio attribuitur, omnes accipiunt expositores.

Exod. c. 31. n. 1.

Quæ adfuit & tunc, cum orbem terrarum faceret, &c. Velut cooperatrix, non alio operans modo quàm Deus ipse, nec aliud quàm ipse, Prou. c. 8. n. 27. & 30. *Quando præparabat cælos aderam, cum eo cuncta componens.* Hebraicè, *Eram iuxta eum alumnus.* Et velut nutritius creaturarum, eas fouẽdo, aut gubernãdo. Chaldæus, *Eram in latere eius nutrita*, hoc est alteo accipiens esse, qui vt in Psal. 109. n. 3. *Ex vtero dicuntur generare*, Sept. *eram penes ipsum disponens.* Hoc est ad instar œconomi, seu dispensatoris cunctis dispensans locum, tẽpus, ordinem, officia: rectè ergo talem postulat Salomon cooperatricem ad templum fabricandum, & regnum gubernandum, cum tum in fabricis, tum in regno, ordo præcipuè, siue vt sic dicam, concentus rerum appetatur.

Prou. c. 8. n. 27. & 30.

Chaldæus. Psal. 109. n. 3.

Et sciebat quid esset placitũ in oculis tuis, &c. Hoc est quod simpliciter, & omnino placebat; quod etiam vt optimè annotat Lorinus, nõ tãtum de oculis externis accipi potest, sed de internis, & mentis, quod acceptã de Sapiẽtia incarnata verissimũ etiam est, cum Christus Dominus noster, omnia voluntatis diuinæ callut secreta, ac decreta, ea seruans, ac ideo vnicè amatus, & dilectus, de qua re vide in 1. hom. 151.

Lorinus.

Et quid directum, &c. Hoc est *rectum* in præceptis tuis, nam interpres sæpè vertit pro *recto directum*, Psal. 25. n. 12. *Pes meus stetit in directo*; *erunt prana in directa.* Isa. c. 40. n. 4.

Psal. 25. n. 12.

Isaiæ c. 40. n. 4.

Num. 10. *Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te.*

Commentum litteræ.

NEcessitate Sapientiæ exposita ad regimẽ, & ad templi ædificationem, sicut etiam ad penetrandum Dei beneplacitũ, & voluntatẽ, nunc summa illam efficacitate petit, dicens.

Mitte illam, &c. Magnum mysterium aliqui faciunt in hoc verbo *Mitte*, reuoluentes Theologicas quæstiones, quæ scilicet persona in diuinis dicatur mitti, & quid sit missio, aut quid importet, & an sit necessaria authoritas mittente, an verò processio tãtum sufficiat; arriderent si de sanctissima disceptaremus Trinitate. At quia de hoc Salomonis loco, qui non aliud per Sapientiam intelligit quàm donum creatum Sapientiæ, ideo nullum aliud includit mysterium quàm petitionem missionis Sapiẽtiæ de cœlis sanctis, sic dicti, ex sanctitate in eis habitantis, & non solùm à cœlis, sed à *sede Maiestatis*, vel vt Græcè à *Throno gloriæ*, vbi summa illa residet Maiestas.

1. Sapientiæ increatæ diuersi status secundũ Bonauent.

Placet Bonauentura, qui affirmat Sapientiam increatam quandóque dici esse in sinu Patris, vt Ioannis c. 1. n. 18. gigni ex vtero Psal. 109. n. 3. ex ore procedere, Ecclesiast. c. 24. n. 5. primũ propter occultationẽ, secundũ propter cõsubstantialitatẽ: tertiũ propter manifestationem: at de cœlo mitti, propter illuminationem: sedere in anima sancta, propter tranquillitatem.

Bonauẽt. Ioan. c. 1. n. 18. Psal. 109. n. 3. Ecclesiast. c. 24. n. 5.

Vt mecum sit, & mecum laboret, &c. Græcè, *vt simul præsens mihi laboret*; semper scilicet assistens, & adiuuans. *Profectum* vult esse,

Digitized by Google

præditi essent integritate, non sic facilè, non sic libenter in alienam se intruderent messem, non in cœlum ponere sedem ambirent, sed quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari darent.

Secundò adnotandum, omnino Politicam, seu ciuilem potestatem ab Ecclesia Gallionem distinxisse, ita vt suam esse ciuilem tantum agnosceret, exterorum Ecclesiasticam, & hic controuersias ciuiles, aut criminales sibi, religiosis autem exteris conuenire, vide ait, *siquidem esset iniquum aliquid*; & quia quæstiones de religione erant, ideo religionis eas renunciasse sic ne vt eos permitteret, & quæ circa illas determinare, & simul lontes in eis punire, quod valde notandum, vt inferius dicemus.

Oecum. Tertiò adnotandum, secundum veriorem sententiam Oecumenij & recentiorum, Sosthenem à prædicatione Pauli conuersum animo fuisse Christianum, & Paulum adiuuisse, quod patet, quia eum fratrem & socium suum appellat Paulus initio Epist. 1. ad Corinth. & Menologium Græcorũ die 7. Decembris facit eum Colophonis Episcopum; denique Martyrologium Romanum die 28. Nouembris clarè hæc de eo habet, *Apud Corinthum natale sancti Sosthenis discipuli beati Pauli, cuius mentionem facit idem Paulus Corinthijs scribens; hic ex Principe Synagogæ conuersus ad Christum, ante Gallionem Proconsulem acriter verberatus, præclarè initio fidei suæ primordia consecrauit.*

Ex his ergo ad nostra confirmanda duo & præclara habemus, Primum, à gentili, adhuc vix Ecclesia pullulante, duas omnimodè distinctas cognitas potestates, ciuilem, & Ecclesiasticam, & secundum ab æquitatis iudicio tantum ductũ virũ probũ, omnisque adulationis osorẽ; intellexisse, & si secundum iura, & leges quæ tunc extabant ipsum de vtrisque iudicare posse, tamen æquum instumque futurum vt à sacris vir non sacer se abstineret, & sancta à sanctis tractari; quid ergo post Euangelium promulgatum, post apertam vtriusque potestatis distinctionem, post peculiare Ecclesiæ potestatis caput à Christo Domino nostro assignatum talis fecisset? Surget ergo in iudicio, non Petrus, non Paulus, non Apostoli, summique Pontifices sanctissimi Petri successores, sed Gentilis Gallio, ac superbiam, vesaniam, stultitiam obscenissimi Anglorum Regis condemnabit, qui veluti impurus Artes contra Dei Ecclesiam cornua erigens, caput vtriusque vult cognosci potestatis, & contra ipsam pugnans eidem, ñdei defensor haberi. O belle, Sacerdotum Dei, Sacramentorum Ecclesiæ, rerum spiritualium, omniumque sacrificiorum iudex, & caput, vir erit secularis, laicus, nullo ordine, nullo charactere, nullo spirituali signo, nulla spirituali dignitate inauguratus, quũdo hoc impossibile daretur post Christi legem? qualis mens, qualis intellectus, quale iudicium inde ferale, belluinum, stolidum, mancum illud admitteret? De speciebus Regni differens Arist. vbi supra ad quartam deuenit, & ad Regem propter beneficia, meritaque electos sic ait: *Ille & Imperium habebant bello, & rei diuinæ cultum exercebant, nisi talia essent sacrificia, quæ sacerdotium requirerent.* Nam in hoc casu, vt supra diximus, aut Sacerdotio inaugurabantur, aut ab illis cessabant. Ergo Gentiles illi, etsi rudes, aliqua esse arbitrabantur Sacrificia, Sacerdotio indigua, quæ ab ipsismet Sacerdotibus offerri non liceret, hoc nunc à gente politica, quæ intellectu, ratione, acumine amplius vt ger necessarium non ducitur, sed supra ordinem, supra spiritualem hierarchiam, supra ipsa denique Sacramenta. Denique sacrificia Rex, non Sacerdos, sed laicus, non Deo dicatus, sed Diabolo, vt sit constitutus & credit, & defendit qualis hæc dementia! qualis Diabolica stoliditas!

39. Regis Angliæ turpissimã hæresim Gentiles cõdemnabunt.

Arist. 40. Apud Gentiles aliqua sacrificia instituere sacerdotũ requirebãt.

At paulo etiam minus, & hi confundantur ex allato exemplo politici, qui variis quæsitis rationibus, obumbratisque coloribus, & si distinctam, & si supremam plane Ecclesiæ confiteantur potestatem, tantamque in terris Christi recognoscant Vicarium, omnique cum veneratione profitentur tanquam veri excellentesque Catholici, tamen nescio quo malo fato, ne à finis portis dementantur rationibus, vt ac si non essent Catholici, pistimique, spiritualia indicare audent, homines Ecclesiasticos sibi subdere, in Ecclesiasticum tandem cumulum falcem mittere ea ratione vt zizaniam eradicent, cum qua simul & colligunt triticum: hæc quo, vt diximus ratione se in Ecclesiasticam potestatem intrudunt, ne scilicet vis inferatur, ne subditi iniuriam, violentiam patiantur.

41. Politicorũ vt cõfundatur ratio in Ecclesiasticis se immiscere conantes.

At non minus allato confunduntur exemplo, tum ex dictis, scilicet his quæ sequuntur; nam cum ex tribunali eliminalle eos Gallion, eisque vt sua iudicarent permitteret, ipsi furore perciti Diabolico, *apprehendentes omnes Sosthenem* Pauli Discipulum ab eo conuersum vt supra diximus, *Principem Synagogæ verberabant coram ante tribunal.* Quod etsi iniustũ, etsi violentũ, etsi Proconsuli indecorũ, tamen ait scriptum quod *nihil eorum Gallioni curæ erat.* cur hoc vir prudens, & cordatus permittit? cum certum omnem iniuriam Magistratui factam grauem atrocemque esse, eo vel maximè quãdo officio fũgitur suo. Marcus Coriolanus; perpetuo exilio mulctatus est, vt refert Livius lib. 2. Decade. 1. quia debitum horum Magistratui deferre noluit; sic Publius Decius Prætor, qui Marco Æmilio Scauro reo crimen non detulit. Dionysius lib. 45. qui in Nerua optimum etiam fert iudicium, decretis scilicet esse contemni Principem, & omnia sibi ipso licere, quàm odio haberi. & nihil omnibus esse permissum; qui etiam lib. 44 præclaram de hac re Iulij Cæsaris Imperatoris ad milites intumultuantes in contione refert sententiam. *Ego sane* ait, dixisse Cæsarem, *neque aliàs rectum esse arbitror, vt quis principatum gerat, subditus sit inferior, neque salutare quicquam agi posse censeo, vbi hi, quibus imperatum est, vt dicto sint audientes, imperare ipsi cupiunt. Intelligitis enim quam prolè sit statua ornata illa domus, in qua minoribus maiores dijs despectui sint: aut ludus literarius, vbi discipuli Magistros contemnunt: quæ spes sanitatis ægrotus si non per omnia Medicis obtemperet?*

Liuius. Dionys. 42. Princeps decretum contẽnitur, qui in odio habetur.

quam tuta nauigatio, ſi nauta gubernatoris iuſſui non parcant? ita natura duas neceſſarias res, eaſque ſalutares comparauit in humano genere, vt alij cum imperio eſſent; alij ſubijcerentur, nihilque eſt, quod abſque his ſit, vel minimo quidem ſpatio perdurare poſſit. Cum ergo hoc ſit, cur vir alioquin prudens, & eordatus nec iniuriam vindicauit, nec pro inſontibus ſteterit? dicant alij quod velint, incuſent eum ſuo non functum officio; ego Dei ſanctiſſimæ prouidentiæ illud tribuo, qui ad exemplum Catholicorum politicorum, & ad omnes prorſus rationes præſcindendas æqui, iuſtique, quibus ducti in Eccleſiaſticam ſe intrudunt iuriſdictionem, voluit, vt rectus hic iudex omniſque iuſtitiæ aſſecutor, etſi coram ſe modus in caſtigando, & puniendo excederetur, tanta eius erga illos eſſet reuerẽtia quos ſemel à ſua ablegauerat poteſtate; tantaque cùra ne in alienam ſe intro mitteret iuriſdictionem vt non auderet aliquid contra illos intentare, aijt pro liberandis ſaltem inſontibus, ſe in non ſua immiſcere.

Gallio etſi gentilis tantes de religione & iniquum ſpectos nõ puniit.

44. At dicent, ad nos accurrunt, nos non eos aduocamus; nunquid deſtituere eos poſſumus? benè quidem; & ſimiliter Iudæi ad Gallionem accurrerunt, non eos Gallio ad ſuum aduocauit tribunal; imitentur ipſi Gallionem, & ſic non amplius ad eos recurrent, nec eos amplectantur, non faueant, dicam non gratificent; ſed à tribunali eum minent vt ille fecit, dicente ſcriptura, *& minauit eos à tribunali*. Syrus *repulit*, Vatablus *abegit*. Clarius *exulit*, at hoc ſapientia non conſulit humana, immo nefas, & peccatum exiſtimat, cui vt inquit Baſilius *credetur veluti veritatis magiſtra, & ſic inſerit mentibus ignorationem horum dogmatum perquam neceſſaria ad ſalutem*, quod cum ſit, nunquid tales dices ad gubernandum aptos, & non potiùs ſtolidos, inſipienteſque?

Politici Gallionem imitentur gentilem Eccleſiaſticos ad eos accurrentes abijciendo.

Vatab. Clarius. Baſilius.

45. Dixi inſipientes (vt tandem concludam) & merito. Cum enim vnica ſapientum nota illa, vnum ſcilicet ſemper eſſe, conſtantem, firmum, in dictis, factis propoſitiſque. quomodo hic ſapientes, ſi ſemper inconſtantes in dictis, factis, propoſitiſque; modo vnum, modo aliud mutantes, nulla fide, nulla ſtabilitate firma, *Maximum hoc eſt, & officium ſapientiæ*, ait Seneca Epiſtola 20. *& indicium, vt verbis opera concordent; & ipſe vbique par ſibi, idemque ſit, nec dico ſapientem ſemper vno iturum gradu, ſed vna via*, & paulò infrà. *Itaque vt relinquam definitiones ſapientiæ veteres, & totum complectar humanæ vitæ modum, quid eſt ſapientia, ſemper idem velle, atque idem nolle*, Pulchrè, ſapientis eſt ſemper idem velle, idem nolle, cuius quidem rei ratio non alia, niſi quam ipſe idem addit; quia *non poteſt cuiquam ſemper idem placere niſi rectum*, neque è contrario idem diſplicere niſi malum; ideò ergo ſapientes qui ſunt ſemper idem ſunt, quia bonum proſequuntur ſemper, malum fugiunt continuè, at inſipientes cum malum, non vt malum, ſed vt ſibi diſconueniens fugiant, & bonum non vt bonum, ſed vt ſibi conueniens proſequantur, fit vt nunquam ſibi conſtantes ſint, ſed vt idem ait, *horum nemo ſibi pro-*

Sunt inſipientes.

46. Sapiẽs qui. *Seneca.*

46. Sapientis eſt ſemper idem velle, idem nolle.

47. Mali cur in bono ſẽper inconſtantes.

ponit quod velit, nec ſi propoſuit perſeuerat in eo, ſed tranſibit, nec tantum mutat, ſed credit, & in ea quæ deſerit, ac damnauit, reuoluitur. Expende ſingula, & ſimul oculos ad hoc conjice Politicos, quos nunc noſtra fert ætas, & quam aptè hæc illis quadrant inſpicies. qui tantum humana præditi ſapientia, ab ea eduẽti, *Cor machinationibus tegunt*, vt Dauus ait Gregorius vbi ſuprà lib. 11. Moralium cap. 27. *Senſum verbis velant, qua falſa ſunt vera oſtendunt, qua vera ſunt, falſa demonſtrant*; & hoc non alia quidem ratione, niſi vt idem ait Sanctus, *quia humana ſapientia ſibi obſequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplicibus reddere, cum vires ſupperunt, nullis reſiſtentibus cedere, cum virtutis poſſibilitas deeſt, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate diſſimulare.* Quomodo ergo hi vni ſemper? quomodo in bono conſtantes? ac proinde vnde ſapientes, niſi prorſus inſipientes, & ſtolidi, ac ad gubernandum inepti? quia varij, quia ſua tantum quærunt, non quæ Dei, quia tandem prorſus veram Dei ſapientiam ignorant, vnde ab illa deſtituti, non ſolùm ſe, ſed ipſum Regem, ipſum perdunt, ac peſſundant regnum; vt videas quam aptè noſter dixerit Sapiens, quod, *Si quis erit conſummatus inter filios hominum, &c. Si abſconderit, &c. in nihilum, &c.*

S. Greg. 48. Politici inconſtantiſſimi & cur.

Num. 7. *Tu elegiſti me Regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum tuarum.*

Connexum literæ.

Connexio Capitis.

SVperiori verſu ex abſoluta ſapientiæ indigentia ipſam poſtulauerat Salomon, nunc in iſto, & ſequenti duas alias aſſignat rationes; primam ex Dei electione; ſecundam ex fine huius electionis, ex Dei electione arguit quatenus Dei debebat bonitatem, vt dum ipſum ad regnum elegerat, & ad regimen non quoramcunque, ſed filiorum, filiarumque ſuarum, ſuperiorem prouideret ipſi ſapientiam. vnde ait.

Tu me elegiſti. Salomonem ad regnum Deum elegiſſe patet ex 1. Paralip. c. 29. n. 1. vbi Dauid Pater, *Salomonem filium meum vnum elegit Deus, adhuc puerum, & tenellum.* Non ergo ſe intruſit, nec humana ipſum elegit negociatio, quod aduertendum. Nam licet ex induſtria Nathan, & diligentia Berſabeæ repudiato Dauid Adonia Salomonem conſtituerat, tamen à Deo eius extitit electio, ex quo infertur, Reges & Prælatos à Deo conſtitui, & omnem de ſurſum dependere poteſtatem, ad Rom. 13. n. 1. ac omni dignos eſſe ſuperiores reuerentia, Principeſque ſeculares etiam malos ſummo afficiendos honore, eiſque obtemperandum, cum iſti etiam antiquitus oleo vngerentur ſancto, non ſecus ac boni, vt Saul 1. Regum cap. 10. num. 1. & Iehu, qui non ſolum malus, ſed

1. Paral. c. 29. n. 1.

1. Reges à Deo conſtituuntur etiã ab hominibus eligantur.

HOMILIA VIII.

Principes Superioresque sint sancti, quia à Deo electi.

TV me elegisti, noster Deo ait Sapiens, quam potissimam diximus in commentario rationem ad Deum conuincendum, vt suo Sapientiam præstaret electo; sicut nunc, & pari etiam ratione affirmamus, ipsimet electo nullam potiorem ad sanctitatem obtinendam, & vt iustus sanctusque sit in regimine; cum certum, indubitatumque bonitatem, aut malitiam electrin eligentem refundi, & nulla re amplius ipsum Deum eligentem aut honorari, aut vt sic dicam blasphemari, quam ex bonitate, aut electi malitia. Christi bonus odor sumus, aiebat Paulus 2. ad Corinth. c. 2. n. 14. cui Christi; & non alterius? sanè quia à Christo electus, eiusq; Apostolus sanctitatis eius odor in sanctitatem Christi eligentis refundebatur, vnde Hieronym. huc alludens ait, *Ea debet esse conuersatio, & vita Pontificis, vt omnes motus, & gressus, atque vniuersa eius opera cælestem redoleant gratiam.* Et infrà, idem Apost. c. 4. n. 8. *In omnibus tribulationem patimur*, ait, *sed non derelinquimur; deijcimur, sed non perimus. semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes*, Cur hoc? *vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.* Qualis vita? *Gloria ad quam Iesus per passiones pervenit.* Ait Sanctus Doctor, Sufferentia ergo in tribulationibus, patientia, cæteræque Apostoli sanctissimi virtutes, Christum Deum esse prædicabant, vitámque eius non humanam, sed diuinam; nam vt rectè ait Hieronym. epist. 150. ad Hedibiam, triumphus Christi quo se Deum declarat, sibique omnem subijcit terrarum orbem, vita, pallióque est martyrum, eorúmque tolerantia. *Triumphus enim Dei est passio Martyrum pro Christi nomine, cruoris effusio, & inter tormenta letitia. Cum enim quis viderit tanta perseverantia stare Martyres, atque torqueri, & in suis cruciatibus gloriari, odor notitiæ Dei disseminatur in gentibus, & subit talis cogitatio, quod nisi verum esset Euangelium, nunquam sanguine defenderetur.* Pulchrè; quod ad nos hæc applicantes, verè equidem nil sic Christum verè esse Deum demonstrat, quantum virtutes Pauli, cæterorúmque discipulorum eius, atque eum propè diuinum quantum Ecclesiæ Dei tales exhibuisse, ac declarasse Pastores, quales Apostolos sanctissimos, cum eius diuinam vitam, quam nunc in cælis possidet, & ipsum Deum esse nil sic declaret, quantum virtutes ab ipso electorum, sicut Euangelij veritatem nil ac sanguinis effusio; aptè ad hanc rem Plinius in Panegyrico ad Traianum, vt etiam alibi referimus, dum Neruam hunc sacrificiis, ac flamine, templorúmque dedicationibus in Deorum numero esse populo persuadere vellet, non sic hoc illum efficere affirmat, ac vita, cum electus ab illo non ab homine, sed à Deo eam factam ostendebat, dum sic imperabat, sic viuebat. *Licet illum aris, pulvinaribus, flamine colas, non alio tamen magis Deum & fatis, & probas, quam quod ipse talis fit, in Principe enim qui electo successore fato concessit, una itemque certissima Diuinitatis fides, est bonus successor.*

15. Deus blasphematur quando Princeps non sancti &c cui.

2. *Ad Cor.* c. 2. n. 14.

Hieronym. 16. Sicut glorificatur Deus quæ manifestatur quando sancti.

S. Thom.

17 Martyrum triumphi Christum Deum manifestatum.

S. Hiero.

Plinius.

Hinc è contra, ex mala electi vita Deus blasphematur, Deus irridetur. 2. Reg. c. 12. num. 14. Pœnitenti Dauidi, ac peccatum confitenti, et si culpam remiserit, pœnam tamen noluit iustus Deus, cuius rationem per Nathan edicens, ait, *Quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur*; vbi Lyra. *Quia homines ignorantes, & mali per hoc blasphemabant iudicia Dei occulta, dicentes eum iniustè egisse reprobando Saul, & eligendo Dauid, qui satis pejora fecerat quam Saul.* Quam blasphemiam adeo Deus exosam habuit, vt veluti eam timens, eius sic abolere curauit fundamentum, vt ne amplius ipsius extaret memoria, filium occidit, nulla prece, nullis Dauid victus lachrymis, *Deprecatus est Dauid Dominum pro parvulo*: at non eum exaudiuit; quinimò die septimâ perijt, cuius mortis rationem, Deique obtirmatæ sententiæ expendens Theodoret. quæst. 16. ait, *Quia vinus erat futurus argumentum sceleris, ac iniquitatis.* Ac proindè continuæ in Deum blasphemiæ iniuriæque, quasi nescius quem elegisset, quem repudiasset; vt inde videas quàtum à Deo electo onus incumbat sanctitatis, dum ab eius vita, & Dei gloria, & Dei vt sic dicam dependeat infamia.

2. *Reg.* c. 12. n. 14.

Lyran, 18. Objectatio Dauid cur Deus blasphematus.

19. Filius Dauid ens mortuus & à Deo Patet non exaudiens *Theodor.*

Hinc in declaratis eius electionibus, quando per seipsum eligit, semper aut pro tunc meliorem proponit, aut sic eum in bono obfirmat, vt in potestate melior euadat; elegit quippè Saül in Regem, qui pro tunc in Israël omnium optimus, 1. Reg. c. 10. n. 24. *Et ait Samuël ad populum, certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non est similis illi in omni populo.* Et electurus in Apostolorum Principem, in Ecclesiæ fundamentum, in fidelium caput, in suarum ouium Pastorem Simeonem Christus sic elegit, vt simul ei in bono indiderit firmitatem, in virtute constantiam, in fide perseuerantiam, cum illo suum non quodlibet communicans nomen, sed illud, quod in virtute, constantiam, perseuerantiam, immobilitatem significaret, quòd profectò effecit, suam curans ex tali electione gloriam, vt non tantùm eius Diuinitas ex voce Petri, quantum ex eius testificaretur post electionem vita, moribus, actionibus. Ob hoc Petrum nominauit Matth. c. 16. n. 18. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam.* Et petra etiam dicitur Christus, iuxta illud Apost. 1. ad Corinth. c. 10. n. 4. *Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus.* Eligendo ergo petram eum, effecit, *vt tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molémque contineat*, ait Sanctus Maximus, loco inferius citando, suumque illi indidit nomen; vt simul cum illo, & eadem haberet opera, & sic eius Diuinitas ex vtrorumque probaretur operibus, Christi scilicet, & Petri, vt in ore duorum firmissima ac inconcussa diuinitatis Christi staret summa veritas. *Rectè cum Petro meretur nominis*, ait idem Sanctus Maximus hom. de Sancto Petro quæ est 4. boni latronis, *quæ consortium meretur & operis, in eadem enim clauso Petrus fundamen-*

20. Deus eligit semper meliorem eligit, aut in bono confirmat. 1. *Reg.* 10. n. 24.

21. Petrus cur sic à Christo dictus.

Matth. c. 16. n. 18.

1. *Ad Cor.* c. 10. n. 4.

22. Christum Deum non tantum vocè, quàm operibus prædicauit.

S. Max.

Digitized by Google

tempoſuit, Petrus plantat, Dominus incrementum dat, Dominus arrigendum ſubminiſtrat, cui accinens Sanctus Leo Epiſt. 89. ait, Hunc ſcilicet Petrum, *in conſortium individuæ vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat voluit nominari.* Conſortium ergo nominis in Petro ſignum extitit conſortij operum, & ideo Petra dictus ſicut Chriſtus, quia opera ſortiturus erat Chriſti. Quibus non equidem minus, immo amplius quam voce Chriſtum Dei veri filium proclamaturus erat, ex quo profecto fiebat, vt non tantum miraculis, prodigijs, ac ſupra totam elevatis actionibus naturam Petrus Chriſtum Deum teſtificaretur, quantum vita, dum talis in Pontificem electio, nonnili ab homine qui ſimul Deus, facta poſſibilis æſtimaretur, diuinis eius actionibus diuinitatem Chriſti manifeſtans, quatenus bona vita electi in honorem eligentis refunditur, ſicut in dedecus mala; quod veluti timens Deus, ideo talem ſibi elegit Pontificem, tale indens illi nomen, talia opera, vt inde honorem, non infamiam aucuparetur, vt hinc videas quàm electo pondus imponatur ſanctitatis, dum, vt ſic dicam, & honor & dedecus immo, & diuinitatis declaratio in eius conſiſtat manu.

13. Electione Chriſtũ Deum manifeſtauit, eius.

Irenæus.

Hinc quia ſemper Reges, ſublimeſque Poteſtates à Deo dantur ſiue malæ, ſiue bonæ, vt egregiè Irenæus lib. 5. c. 24. *Cuius enim iuſſu*, ait, *homines naſcuntur, huius iuſſu & Reges conſtituuntur, apti his, qui in illo tempore ab ipſis reguntur, quidam enim illorum ad correctionem, & vtilitatem ſubiectorum dantur, & conſeruationem iuſtitiæ, quidam ad timorem, & pœnam, & increpationem; quidam autem ad illuſionem, & contumeliam, & ſuperbiam, quemadmodum & digni ſunt Dei iuſto iudicio, ſicut prædiximus in omnibus æqualiter ſuperueniente.* Qui etiam egregiè cauſam aſſignat, cur Deus hominibus Regum iuga impoſuit, vt ſcilicet à malo, humano quando non diuino abſtinerentur timore; & licet mali, ac à Deo reprobari, non fierent peſſimi, & maiores in æternum abſtinerent pœnas, *Quoniam*, ait, *abſtinens à Deo homo, in tantum efferatur, vt etiam conſanguineum, hoſtem ſibi putaret, & in omni inquietudine, & homicidio, & anarchia ſine timore verſaretur; impoſuit illi Deus humanum timorem, (non enim cognoſcebat timorem Domini) vt poteſtatis hominum ſubiecti, & lege eorum aſtricti, aliquid æquantur iuſtitiæ, & moderentur ad inuicem, in manifeſto poſitum gladium timentes, ſicut ait Apoſtolus, &c.* Ex quo concludens infrà, ait, *Ad vtilitatem ergo Gentilium terrenum regnum poſitum eſt à Deo, ſed non à Diabolo, qui nunquam omnino quietus eſt, immo, qui nec ipſas quidem Gentes vult in tranquillo agere, vt timentes regnum humanum, non ſe alterutrum homines vice piſcium conſumant.* Siue mali ergo, ſiue boni Principes, à Deo dantur, non ab alio; hinc quando mali, de eorum tantum dolet electione, vt doloris ſenſum intus, ſecumque ſuſtinere non valens, ad modum hominis foras prorumpens ſe inculet, elegiſſeque pœniteat. 1. Reg. c. 15. n. 11. *Pœnitet me, quod conſtituerim Saül Regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non implenit.* Eouſque offenſa permotus eſt Deus, ait Origenes, Homil. 19. in Num. *Vt contra quam recipit ſua natura diceret, pœnitet me.* Et Greg. in hoc loco, *Quia more noſtro omnipotens Deus de ſuperbi Regis ingratitudine queritur, dignitatem Regiam contuliſſe ſe illi pœnitere perhibetur.* Pœnitet ergo admodum hominis, qui ex apparentibus exterioribus ſignis, vel ex aliorum relatu, aliquem eligens, poſtea ſe deceptum inueniens, cum opera non correſpondeant dolet, contriſtatur, ſe incuſat, factique pœnitet; *iſtud dixit Deus*, ait Abulenſis in hunc locum quæſt. 19. *Quaſi dolens de eo quod fecerat, nam à principio erat Saül vir bonus, & electus, & ob hoc Deus conſtituerat eum in Regem, quaſi ſeruaturus eſſet mandata illius; nunc autem quia non ſeruabat, pœnitebat Deum conſtituiſſe eum Regem.* Adnota illud, quaſi ſeruaturus eſſet, nunquid ignorabat non ſeruaturum? Minimè equidem, ſed licet ſciret, tamen vt optimè reſpondet Diuus Eutherius in quæſtionibus veteris Teſtamenti, *Summus iuſtus, incorruptumque iudicium ex æquitate deprimit, non ex præſcientia eligit, quempiam cum meretur reprobat, cum electione indignus efficitur, cæterum nequaquam conuenire Sacroſanctæ veritati, iuſtitiæque eius videbatur vt peccatum offenſa præcederet.* Sciebat enim non ſeruaturum, ſed quia non præſcientia gubernat, ideo ad modum neſciẽtis ſe gerebat, actu, tunc quę exteriora extabant, conſiderans. Enimuero ſi exteriora Saulis conſideres nullus pro tunc illo melior, vt ſuprà diximus, ex c. 10. n. 24. quod etiam amplius liquet ex c. 9. n. 2. vbi ſic, *Et erat ei filius cum vocabulo Saül electus, & bonus, & non erat vir de filijs Iſrael melior illo: ab humero, & ſurſum eminebat ſuper omnem populum.* Talis ergo à populo reputabatur, & vt talis populo veluti credens ab ipſomet Deo; dixi populo credens. Nam reuera vt acutè obſeruat Rup. Non melior erat coram Deo, ſed coram populo, ſic enim ipſe ait lib. 1. in lib. Regum c. 20. probans Saülem nunquam fuiſſe iuxta cor Dei, exponens enim illa verba Samuëlis, *Quæſiuit ſibi Dominus virum iuxta cor ſuum*, inquit, *quod profectò cum dicit, expoſito dat intelligi, quod nunquam Saulem iuxta cor ſuum Dominus quæſierit, ac proinde cum dicitur, quia erat Saul electus, & bonus, & non erat vir de filijs Iſrael melior illo, vtique ſubaudiendum eſt, non iuxta cor Domini, ſed iuxta cor populi; ſequitur enim: ab humero, & ſurſum eminebat ſuper vniuerſum populum; quo videlicet dicto brutum percuſſit vulgi iudicium, eo quod ſtaturæ, non meritis faſces aſcribat, vel gloriam dignitatum.* Ergo cum elegit Deus, quia melior omnium reputabatur, omnibus ſuperiora ab eo opera ſperans, ac proinde maiorem, ac ſublimiorem ab illo gloriam. Hinc poſtea eius ſenſus noſtro modo intelligendi, & talis ſenſus vt ſicut inquit Orig. *contra quam recipit eius natura, dicat, pœnitet me.* Quaſi dicat, ſi pœnitudinis eſſem capax, non alterius equidem me pœniteret rei, quàm elegiſſe Saülem méque quodammodo deceptiſſe, ſic eius doleo mei contemptum, meorumque verborum inobedientiam. Ex quo manifeſtè Prælati, ſummique Principes qui à Deo eliguntur elicere poſſunt, quantum diſcuſſionis pondus eis incumbat, dum ſancti non ſunt. Cum qui à Deo electi, dum malè viuunt talem ei doloris ſenſum incutiunt, vt impœnitibilem vt ſic dicam ad pœnitudinem adigant.

14. Poteſtates ſiue bonæ ſiue malæ à Deo ſemper dantur.

15. Cur hominibus Reges à Deo dati.

16. Dolet quando malam electi ducũt vitam eamque detecto pœnitet.

1. *Reg. c. 15. n. 11.*

Origen.

Abulenſ.

Euther.

17. Non per præſcientiam, iudicat, & punit, & cæt.

1. *Reg. c. 9. num. 2.*

Rupertus.

18. Saül melior omnibus non coram Deo, ſed coram populo.

19. Vulgus non meritis, ſed ſtaturæ gloriam aſcribit dignitatum.

Digitized by Google

30. Dauid eubilsheti coram arca non timuit.

Ex hoc certè animus ille egregius, & sublimis extitit sanctissimo Dauid; quo impropetium spernens vxoris, amplius ad saltandum, amplius ad coram Deo ludendum se animauit, recolebat enim se à Deo electum, immo præelectum, hunc vt eligenti viam rependeret, debitúmque honorem, nec vestitum abijcere regium timuit, nec coram suis valefcere seruis,

1. Reg. c. 6. n. 20. 2. Reg. c. 6. num. 20. *Quam gloriosus fuit hodie Rex Israël*, exprobrando dixit ei vxor tua Michol filia Saúl. *Discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi nudari potest vnus de scurris.* Quale malus vitio Regio impropetium? quale non terreret cor dictum? cuius facies non erubesceret? ac electionis memor, seque à Deo ipso cui saltauerat electum rememorans, sic validum, sic robustum, contra ignominiæ ictum eum constituit, vt intrepidè, magnoque respondens Reginæ animo, iurans, ait, *Ante Dominum*, hoc est *per Dominum qui elegit me potius quam Patrem tuum, & quam omnem domum eius, & præcepit mihi vt essem Dux super populum Domini in Israël, & ludam, & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es, gloriosior apparebo.* Adnoto rationem, ludam, vilior fiam, ero humilis, cur? quia elegit me Dominus, quia ab illo Regum accepi honorem, ideo & regum ei rependam. *Non potestas regni ad memoriam reduxit*, Sanctus ait Gregor. lib. 17. Moral. cap. 27. *Non subiectorum oculos saltando vilescere metuit, ante eius Arcam, qui honorem dederat recognoscit.* Quod etiam expendens Ambros. lib. 3. epist. 30. ait: *Non erubuit Dauid fœmineas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio verecundatus est.* Adnoto illud *pro religionis obsequio*. Religionis enim virtus, cum Deum ipsum eiúsque cultum immediatè respiciat, rectè ad illius obsequium fœmineas S. Dauid non erubuit opiniones, recolens se illi cultum præbere, qui præ Saúle ipsum elegit, qui Ducem eum super omnem ipsius constituerat populum; equidem diuina ratio, quam semper luis mixtà deberent Reges tenere præcordijs: magna pro Deo agere, qualescumque pro religione. Deique cultu, respuere fœmineas opiniones, quales profectò manes politicorum, recolentes se à Deo electos, immò præ cæteris præelectos; quid enim minunquid à natura ipsi Reges? & non sicut Dauid depositorantes acceptæ? Pulchrè Chrysost. hom. 49. in Matth. super illa verba. *Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis.* Regum superbiamur eorum qui de suorum gloriantur natalibus, retundens sic ait, *Aliqui quoniam clari, & nobiles parentes habuerunt, efferuntur, quomodo igitur quispiam horum patet it, talmodem deprimere? si adhuc dixerit, in qui magna de nobilitate maiorum insolescit, altius pronos, atque atauos tuos si prosecutus fuerit, inuenies multos a genere tuo agasones fortasse, aut campones fuisse* quod ex scripturis probans sic te quitur. *Salomon Regis erat filius, & Regis quidem illustrissimi, huius tamen pater abiectus, atque ignobilis fuit; maternus etiam auus adeo vilis, vt nec gregario militi stolam collocare posset, ipse fortitudine repetes, inuenies rursus horum etiam illustre, ac Regium.* Principes ergo, Reges, Imperatores, Summæque Potestates, si altius repetas, nil præ cæteris amplius obtinuerunt hominibus; à Dei ergo gratia selecti, ac præ cæteris electi, supráque omnes constituti: quales ergo et gratias referre, qualem honorem, qualem professi sanctitatem deberent ob hoc tantum, quia à Deo ipsi, & non alij electi? cuius equidem rei signum scilicet à Deo ipsos electos nullum maius quàm sanctitas, vitæque ipsorum bonitas.

Enimuerò, & si alia deessent rationes, ob illam solummodo Reges, superioresque sanctitatem sectari deberent, vt ipsis, simulque & alijs a Deo facta, & non permissa tantum eorum innotesceret electio; qualis enim ignominia maior alicui euenire potest Principi quàm à Deo non electum, sed permissum audiri. Ose. c. 8. n. 4. *Ipsi regnauerunt, & non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui.* Exprobrans regibus suis Israël clamabat per Prophetam Deus, quem locum expendens Orig. hom. 4. in Iudicum, ex eo deduxit, sæpè Principes constitui, quos Deus minimè probat, inde quando sic populi peccata exigunt, illos in Principes dat Deus; quod si peccata abessent non daret: quapropter merito tales à voluntate Dei spurij, & innaturales dici possunt. *Non semper Principes populi*, ait Orig. *& Ecclesiæ Iudex per Dei arbitrium datur, sed plerumque meritis nostris deposcunt. Si mala sint actus nostri, & operemur malignum in conspectu Domini, dantur nobis Principes secundum cor nostrum, & hoc tibi de scripturis probabile est, quod Dominus dixit, Fecerunt sibi Reges, & non per me.* Hinc tales vt diximus, spurij, & regnum à Deo non accipiunt vt filij, sed extorquent vt innaturales. Egregiè hoc Greg. 1. pastor. c. 1. Cum enim hæc Prophetæ verba retulisset, adiecit. *Ex se namque, & non ex arbitrio summi Rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus, nequaquam diuinitus vocati, sed sua cupidine accensi, culmen regiminis rapiunt potius, quàm assequuntur.* Qualis ergo hac maior ignominia? quam si effugere velint, nullum aptius medium, nisi vitæ sanctitas, erumpere in fructus bonitatis maturos, flores germinare bonitatis.

De electione dubius populus Aaronis, an à Deo, an ab homine, an iussu electus Diuino, an à passione humana, hoc a Deo accepit diuinæ electionis signum, virgæ nempe germinationem, ita vt cum virga germinasset, ille electus, ille verò repudiatus cuius nullum producens florem, non secus ac ante, sicca sterilisque permaneret, Num. c. 17. n. 5. *Quem ex his elegero, germinabit virga eius, quæ posita, sequenti die,* ait Scriptura, *regressus Moyses inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in nuces edita de formam sunt.* Quale hoc mysterium, vt ad diuinæ electionis signum velit Deus vt virga producatur, & virga germinans, & non solum germinans, sed flores, & fructus producens? Rupert. allegoricè illud explanans ad Christum applicat. Diabolum destruentem per humilitatem, & mansuetudinem, non per altitudinem & fortitudinem; potestas enim ad stabiliendum Aaronis Sacerdotium prius fortitudine Deum [illegible] cautem, cremante [illegible]

31. Zorum superbiam reprehendit Chrysostomus.

32. Nobiles omnes antiquitus vilissimi vade deprimere debent factum.

33. Reges se animare debere ut pro Deo mirabilia agere posticorumque motiones & impetus reijcere.

34. Reges iusti, ne dicatur eorum electio a Deo permissa non facta Ose. c. 8. n. 4.

35. Quando mali, sunt spurij, & non naturales.

Orig.

36. Danur ad exigentiam populorum secundum eorum merita.

S. Greg.

37. Aaronis virga ex germinans signum diuinæ electionis fuit.

Numer. c. 17. n. 5.

Rupert.

38. Christi mysterium exemplum

patet lib. 16. cum hæc non profeciſſent, voluit vt manſuetudine ſtabiliretur, ſicut & factum eſt: *Pulcherrimè atque clementiſſimè*, ait Rupert. *fortiſſimus Deus, poſtquam ſuperbia malum vltus fuerat, quaſi poſitis armis ſuæ fortitudinis, virgam germinantem adhibet aduerſus inſultationes & querimonias filiorum Iſrael, virga inquam germinante, gemmiſque turgentibus in flores & fructus erumpente, deinde non ſuperbire docet, quid hic ordo pulcherrimus deſignet, niſi quod contra diabolo ſuperbiam neceſſe filij Dei ponenda eſſet humilitas.* Manſuetudine ergò filij Deus diabolum compeſcuit, quem fortitudine etſi poſſet nolut, ad Prælatorum exemplum, vt diſcant perſæpè plus ipſos virga proficere florente, quàm ſicca, plus fructus producente, quàm ſterili, plus tandem manſuetudine, quàm rigore. Nam vt inquit Ambroſ. lib. 3. epiſt. 25. Epiſcopi officium eſt mederi. & homo manſuetus, cordis eſt medicus, *In Epiſcopi petitione*, ait, *abeſſe debet malignitas, in quo vita formatur omnium. vt placidè, pacifico iudicio præferatur cæteris omnibus, qui eligatur ex omnibus, & qui medeatur omnibus, etenim manſuetus homo, cordis medicus eſt.* Idem ibidem, virgam florentem ad immarceſſibilem gratiam refert Sacerdotium, qui in humilitate florem ſuæ continere debent poteſtatis. *Virga autem illa*, ait, *quid aliud oſtendit, niſi quod numquam ſacerdotalis marceſcat gratia, & in ſumma humilitate habeat in ſuo munere commiſſa ſibi florem poteſtatis?* At propius ad rem noſtram Orig. hom. 9. in Num. per virgam florentem, frondeſcentem, ac fructus afferentem hominem intelligit, qui per gradus ſuperadens primò germinat Chriſtum confitens, ſecundò frondeſcit ex gratiæ donis, deinde per exemplum flores, ex quibus odores exhalant, producit tandem fructus, quibus ſe, & alios alit; propriè ob hoc Prælatum indigetans, *Eſt ergo, ait, primum germen prima hominis in Chriſto confeſſio: ſecundò frondeſcit, vbi renatus donum gratiæ Dei ex Spiritu ſancti purificatione ſuſceperit, & morum ſuauitate decorari, ac fragrantiam miſericordiæ, & benignitatis effundere, ad vltimum quoque affert etiam fructus iuſtitiæ, quibus non ſolum ipſe viuat, ſed & alios præbeat vitam; cum enim ad perfectum venerit, & protulerit ex ſe Verbum fidei, Verbum ſcientiæ Dei, & alios lucrifecerit*, hoc eſt, *attuliſſe fructus animabus aliquantulos.* Egregiè. Electum à Deo extitiſſe Aaronem, & non ab humano affectu, illud voluit Deus, vt eſſet euidens ſignum, eius virgam non permanere aridam, ſiccamque, ſed frondes, flores, fructus producerentur, hoc eſt, opera ſancta, quibus & ſe, & proximum lucrifaceret, qualia & fecit, & geſſit Aaron; vt egregiè affirmat Ambroſ. vbi ſup. quem dignum virum appellat, vt ab omnibus æquatur Sacerdotibus. *Imitatores nos ſanctis Aaron*, ait, *Dauid Propheta debitè eſſe admoneat, quorum inter ſanctos Domini ad imitandum nobis conſtituit, Moyſen, & Aaron in Sacerdotibus, & Samuel inter inuocantes nomen eius. Digniſplinè exempli ſequendis proponuntur omnibus; nam immaturè mors propter contumaces in plebem ſerpere, medium te inter viuentes, moriente ſque obiecit, vt mors ſiſtaret, ne plures perirent, verè vir meritus, & animo Sacerdotali, qui pro Domini grege quaſi Paſtor bonus pio obijceret affectu. Itaque infregit aculeum mortis, impetum tenuit, tranſitum negauit, pietas meritum adiunxit, quia pro ipſis ſe obtulit, qui reſiſtebant.* En quales fructus talis producebat virga. Merito præ cæteris electus, & à iudicio approbatus diuino, nam dum cæteræ virgæ ſiccæ remanſerunt, ſola Aaronis florente, fructuſque producente, ſimul ex ſiccitate oſtentarunt, nullum ex cæteris eam poſſidere charitatem, quàm Aaron, nullum ea opera, nullum illos daturum fructus, ac proinde, quia talis Aaron, ideo electus, immò & præelectus; vt videas quàm verum Diuinæ electionis extare ſignum, electi ſanctitatem, quam ſi Principes, ſi Prælati ſecerentur, non eos à Deo permiſſos, non intruſos, non ſpurios in regimine dicemus, ſed à Deo electos, optatos, concupitos, & ad magnum populi bonum datos.

Sancti ergo debent eſſe qui à Deo eliguntur Principes ſuperioréſque omnes, ſiue ſeculares ſint, ſiue Eccleſiaſtici, at hi præcipuè: & quia ſpeciatius à Deo eliguntur, & quia ob altiſſimum finem, vt tàdem hoc adiungam, ad quem aſſequendum, non quælibet, ſed altiſſima requiritur ſanctitas, hunc rectè talis regiminis locus à viris formidatur ſanctis, & cordatis, Eccleſiæque refugientibus, vti rectè Nazianzen. loco inferius citando, difficultatem ſpiritualis regiminis explicans hic ait, *At vt, ô homines, cum difficile ſit ſibi parere, tum multo difficilius eſſe videatur ſeipſe hominibus imperare, ac præſertim in hoc noſtro imperio, quod in lege Diuina verſatur, hominéſque ad Deum ſubuehit, cuius quo ſublimius eſt faſtigium, maiorque dignitas & amplitudo, eo grauioris quoque periculi metus impendet prudenti vtique homini, & cordato.* Quis enim non timebit, ſi finem conſideraret, ac proinde ad eum aſſequendum neceſſariam ſanctitatem, is enim cum non alius ſit, quàm animarum ſalus, & ad ſumma æternáque bona directio, res altiſſima, difficiliſque, ideo rectorem non ſolum à ſordibus mundum, ſed ſimul omni inſtructum virtutum choro exigit, itavt defectus ille, qui in ſubdito non amplius quàm minimam apud Deum pareret indignationem, in prælato producit maximam, talem qua maior excogitari non poteſt; hoc elicio ex horrenda illa Chriſti ad Petrum comminatione, Ioannis 13. n. 7. *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Mirum cum ibi non de mortalium, ſed venialium lotione agatur, iuxta illud, *Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet.* Mirum ſi reſiſtentiam Petri conſideres, quæ licet imperfectum quid, tamen ex humilitate, & ex ſuprema Chriſti conſideratione Majeſtatis, vnde ergo Chriſto talis indignatio? talis comminatio? ſanè nullam aliam aſpecto rationem, niſi quia Petrus Pontifex à Deo & Prælatus conſtitutus, cuius vita quia ad aliorum exemplar, ſic inſontis, ſic pura, ſic immaculata exiſtere debet, vt paruus licet in ea nævus, magna ſit macula, magnamque Dei mereatur indignationem; quod egregiè dixit Nazianzenus, orat. 1. Apologetic. vbi de neceſſitate ſanctitatis Prælatorum diſſerens, affirmat Prælatum, hominis priuati vitium in ſe habentem, non parum illud facere debere, ſed ſic illud exiſtimare turpiſſimum, vt omnes iudicet eſſe ſuppli-

39. Superiores plus amore quàm timore proficiêt in ſubditorum gubernatione *Ambroſ.*

40. Epiſcopi ſint medici hoc enim eorum & officium.

Orig.

41. Aaronis virga poteſtatem figuret Sacerdotalem immarceſſibilem.

42. Et hominis progreſſus in ſanctitate.

43. Aaron vir poteſtate Sacerdotali dignus à Sacerdotibus imitandus.

44. Eccleſiaſticis Principibus peculiariter debetur ſanctitas, hacioſque ratio. *Nazianzenus.*

45. Defectus in ſubditis quare à Deo excitet maximum in Prælato maximum. *Ioan. c. 13. n. 7.*

46. Petro dixit Chriſtus, non habebis partem mecum. *Nazian.*

cio dignissimum. Neque enim ab eo cui hæc cura commissa est, hoc solum requiritur (ait) vt à vitijs alienus sit, (quod subditorum quoque plerisque turpissimum esse censetur) verum etiam vt virtute præcellat, nec modum sibi illum honestè quærendi, atque in virtute progrediendi constituat, nec intro potius id quod complexu tenet, quam detrimento id quod effugit, deputet: verum quòd præpedibus est, ascensum ad id quod deinceps sequitur, esse arbitretur. Nec magnopere amplum, atque illustre iudicet si promiscuam plebem virtute antecedat, sed damno, & calamitati ducat, si minus plenè cumulatèque officio suo fungitur, præclareque facta ad legis Diuinæ normam, non ad hominum mores exigat, nec virtutem quæ à Deo Optimo Maximo à quo omnia, & in quem omnia, debetur exigua lance perpendat, nec eadem omnibus conuenire putet, verum primati quidem hominis vitium existimet turpia, supplicioque digna perpetrare. Quot verba, tot sententiæ, percursam breuiter. Primò, non solùm Nazianzenus vult vt Prælatus à vitijs sit alienus, sed etiam vt virtute cæteros præcellat. Secundò, vt in virtute nunquam sistat, sed vlteriùs semper progrediatur, sic vt quod virtutis non acquirit, detrimentum reputet. Tertiò, vt præcellentia eius virtutis non sit plebis respectu, hoc est, hominum mediocris virtutis, sed altioris, & sublimis, & ad ipsam Diuinæ legis normam, & præscriptum. Quartò, vt gradus virtutis acquirendæ, non exigua, sed lata, sed grandi perpendat lance, hoc est, non se credat infimo sistere posse virtutis gradu, sed ipsi necessarium, sublimem, & grandem. Et tandem adijcit, vitiũ quod priuato esset leue, paruóq; supplicio dignum, sibi reputandum grauissimum, omnique altiori pœna dignissimum. Leue equidem erat peccatum quod patrabat Petrus si in priuato illud aspicias homine, at in ipso grauissimi ponderis; leuem in altero meretur Dei iracundiam; at in ipso quia superior, quia caput, grauissimam, vnde meritò audiunt. *Non habebis partem mecum.* Vt hinc discant superiores, animarúmque Dei Antistites, quanto teneantur conamine ad sanctitatem aspirare, dum ratione electionis, & eius finis minima eorum culpa grauissima reputatur; vnde tam ipsi, quam alij, quia à Deo electi, & præ cæteris assumpti, sancti esse debent, ac in regimine præclari, vti extitit Salomon, qui ad obtinendam sapientiam optimè suæ electionis rationem Deo adhibet dicens, *Tu me elegisti, &c.*

47. Prælatus quanta sanctitate cæteros antecellere debeat ad mitabilis Nazianzeni sententia.

Num. 8. *Et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinem Tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio.*

Commentum litteræ.

Conexio Capitis.

HÆc altera grauis ratio poscendæ sapientiæ, templi scilicet ædificatio, altaris, ac tabernaculi: iustum quippè erat, vt ad tale, tam magnúmque electus opus, vires supperetterent. cum ipse tenellus, & delicatus, *Salomonem filium meum vnum elegit Deus*, dixit ad omnem Ecclesiam Dauid. 1. Paralip. c. 19. nu. 1. *adhuc puerum, & tenellum; opus namque grande est,* 1. Paral. c. 29. n. 1.

A *neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo.* Ideo post munus impositum iudicandi, hoc alterum annectit, vt promptiorem ad sapientiam Deum redderet impartiendam.

Dixisti, &c. Hoc est, voluisti, imperasti: quod frequens in scripturis, *Dixit, & fleuit spiritus procellæ*, Psal. 106. n. 25. *Dixit, fiat lux, & facta est lux*, Genes. c. 1. n. 3. & alibi sæpè. Psal. 106. n. 25. Genesis c. 1. num. 3.

In monte sancto tuo, &c. Hoc est, *in Moria* 2. Paralip. c. 3. n. 1. Cœpit Salomon ædificare domum in monte Moria, in loco quem parauerat Dauid, in area Ornam Iebusæi. 1. Templum aut dicatur ædificatum in monte Moria, aut in monte Sion.

Sed dubitatio occurrit: sæpè enim templum ædificatum in monte Sion dicitur, vt Psalm. 77. num. 68. 69. *Elegit tribum Iuda montem Sion, quem dilexit, & ædificauit sicut vnicornium* B *sanctificium suum in terra*, quod agnoscunt Theodoret. Basil. Lactan. Nicolaus, Genebrar. similiter Theodoret. exponit id. Psal. 42. n. 4. *Ipsa, me adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.* Sentiens à Dauide propheticè dictum de monte Sion, & templo in eo ædificato; demùm clarissimè hoc habetur, 1. Mach. c. 4. n. 38. vbi sic. *Ascenderunt in montem Sion, & viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum.* At mons Moria, & mons Sion diuersi sunt, satis inter se diuisi callibus, vt dixit Iosephus lib. 6. de bello Iudaico c. 6. quomodo ergo dicitur templum in *Moria* ædificatum?

Psal. 77. n. 68. 69. Theodor. Basil. Cajetan. Nicolaus. Genebr. Psal. 42. n. 4. 1. Mach. c. 4. n. 38. Iosephus.

Ad hanc contrarietatem conciliandam multipliciter respondent Authores, Primò Villalpandus subtiliter, quia cum Salomon coæquauerit voraginem quæ intercerat inter Moria, & Sion, vt templi aream ampliaret, vere templi pars cum constructa in monte Sion, templum dici poterat in eo constructum, subtiliter, sed non propriè, eo vel maximè, cum principalior templi pars in monte esset constructa *Moria.* C Villalpãd. 1. Sentenția.

Alij ex Genebrardo lib. 1. Chronicon anno mundi 3150. Brocardo in descriptione terræ Sanctæ, & affirmat Montanus in Nehemia, id est, de situ Hierusalem, respondent *Montem Sion*, appellatum non solum partem illam in qua Dauid arcem Regiam, & ciuitatem suam constituit, sed etiam & circumuicinos colles, & sibi adiacentes, & sic comprehendit & montem Moria, & Caluariæ. Vnde si ædificatum templum in aliqua Sionis parte, id est, in adiacente monte Moria; quæ sententia placet Lerino, & est valde probabilis. D Genebr. Brocard. Montan. 2. Sent. Lerinus.

Tertiò, alij respondent planius, & (me iudice) propriùs, in omnibus illis locis adductis & quæ adduci possunt, *Sion* per synecdochen accipiendam pro *Hierusalem*, & non tantum pro monte illo vbi erat arx Dauid, & sic in omnibus illis montem intelligi Moria in illa positum; quod autem Sion in Scriptura significet Hierusalem, apertè fatentur, Aug. in Psalm. 98. n. 10. Chrysost. Psal. 49. num 2. Basil. & Theodoret. Psal. 72. num. 18. per synecdochen enim constat ex multis scripturæ locis sic vocari, vt Psal. 92. n. 2. *Dominus in Sion magnus*, & Psal. 47. nu. 3. *Mons Sion, ciuitas Regis magni.* & alibi sæpè; vide Pinedam in Ecclesiastes c. 1. vers. 2. num. 71. 3. vertit. Aug. Chrysost. Basil. Theodo.

In Moria ergo templum ædificatum, vbi creditur immolatus Isaac, vi facta à Iacob, vide infra in monte Moria. 2. Quæ facta

sus Angelus cædens populum, Abel, & Cain sacrificasse, & Noë post diluuium: quanquam Aug. serm. 71. de tempore, & Hieronym. in c. 16. Marci aliter de immolatione sentiant Isaac, decernentes immolatum vbi Christus crucifixus, & Adam sepultus.

Aug. Hieron.

3. Christus crucifixus vbi Isaac immolatus.

S. Thom.

De nomine autem notione multi multa dicunt; S. Thomas 2. 2. quæst. 102. art. 4. ad 1. ait vocatum, *Dominus videt*, quod est, *Maria*, quoniam præuideret ibi templum futurum & oraculum; Oleaster variè ex Hebræo deducit rationem in c. 22. Genes. à *Mor, Myrrha*, quod locus abundaret myrrha: à *Sara, timuit*, quia voluit ibi Deus postea timeri, coliquè à *Sarah, decuit*, quoniam ex eo monte deiecsura erat lex, & doctrina: à *Raah, vidit*, propter apparitionem factam Abrahæ. Ex quibus causis nomen hic sanctus iure vocatus, vt cum vocat Salomon.

4. Moria quid significet.

Oleaster.

Præcepit ergo Deus Salomoni templum ædificare, ita vt sub præcepto teneretur, hic rectè sentit Pineda de rebus Salomonis lib. 5. c. 8. adnotans cum onere ædificandi, & curandi templi fuisse pilsse regnum. Ex quo deducitur vniuersam gloriam, sapientiam, ac diuitias potissimum illi propter templum collatas, vt in illud eas impenderet, non è contra; quod præclarum Regibus debet esse documentum, intelligentes ad dandum, non verò autem dum Dei Ecclesiæ ipsos esse constitutos, vt mox dicemus.

Pineda.

5. Salomoni templi ædificatio in præcepto.

6. Cur dicitur construxisse non tabernaculum, sed similitudinem eius.

Exod. 25. n. vltimo.

Similitudinem tabernaculi, &c. Non aliud condidit tabernaculum, non aliam arcam, quia vna est, & indiuisa, sancta, Catholicaque Ecclesia; sed ad similitudinem illius tabernaculi Moysi reuelatum, Exod. 25. n. vltimo, *Inspice, & fac secundum exemplar*, suum condidit templum, nona addendo, sed eadem retenta arca cum suo tabernaculo.

7. Hæresiex Salomonis dicto vt cõfundantur.

Quid ad hæc nouatores? nunquid pluris quam Salomon ipsi? dum iste, & si sapientissimus, & si Rex, & si infinitis conditurus templum expensis, pro illius decore ad similitudinem antiqui factum asserunt, gloriam ex nouo respuens inuentu, dum isti non Salomones, sed helluones, non Reges, sed ex plebe sordidissimi, non magnis expensis, sed tantum ex ebrietate conflatis somniis, nouam intentant ædificare Ecclesiam, nouam arcam, nouum tabernaculum, præter illud supra fundamentum ædificatum Apostolorum & Prophetarum; ô amentes, & insani, qui si saperent cum diuo intelligerent Cyriano epist. 69. Quod *Ecclesia quæ Catholica, vna est, & scissa non sit, neque diuisa, sed vtique connexa, & coherentium sibi inuicem Sacerdotum glutino copulata.* A Christo instituta, supra Petri solidam petram fundata, in qua cum salutem ipsi consequi misere potuerant, astu circumuenti diabolico, dum nouam hic in apprehendere sua gunt interne bras incidunt horrendas, eos sic ædificans terrima ille hostis, ac olim in primitiua Ecclesia Christianos, vt grauiter idem asserit Cyprianus lib. de vnitate Ecclesiæ, vbi postquam dixisset per Christi prædicationem diabolum se à mundo cæcum vidisse, quibus errorum in illum reduret peregit, sequens ait, *Hæreses innumeræ, & schismata, quibus subuerteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet vnitatem, quos desinere non potest, &c.* Et ecclesiæ hoc est,

Cyprian.

8. Hæresis à diabolo inuentæ cur iterum post Christum in mundum introductæ etiam ante prias exciderint per idolatriam.

in gentilitatis errore circumscribit, & decipit noui itineris errore; rapit de Ecclesia homines, & dum sibi appropinquasse iam lumini, atque euasisse sæculi noctem videntur, alias nescientibus tenebras rursum infundit, vt cum Euangelio Christi, & cum obseruatione eius, & lege non stantes, Christianos se vocent, & ambulantes in tenebris, habere se lumen existiment, blandiente aduersario atque fallente, nil amplius ad rem.

Ad similitudinem ergo tabernaculi antiqui efformatus Salomon templum Dei, sapientiam petiit, propriâ non fretus, quod qua ratione numero dicemus sequenti.

HOMILIA IX.

Principes cum Dei Ecclesia liberales sint, dent, non auferant.

REgnum Salomonem à Deo accepisse templi cum onere ædificandi, primo ob hoc diuitiæ ei collatæ, vt magnificentius scilicet, ac illustrius, qua maxima posset potentia illud ædificaret, in commentario diximus; ex quo præclarum Principibus insinuatur documentum, diuitias scilicet, opulentiam, regnorumque abundantiam, opes, immensosque thesauros, non ad sua tantum Deum eis contulisse construenda palatia, ad sua tantum commoda prouentusque, sed simul vt ei templa ædificent, vt Ecclesiam suam ditent, vt in eam liberales, non tenaces sint, & tandem vt reliqui ad suos cætera conuertant vsus, primitias tamen et offerant, ac libentissimè eas dent, Exod. 25. nu. 2. *Loquere filiis Israël*, ait Dominus ad Moysen, *Vt tollant mihi primitias, ab omni homine, qui offeret eas vltroneus accipietis eas. Hæc sunt autem quæ accipere debetis, aurum, argentum, & æs, hyacinthum, & purpuram, coccumque & byssum, pilos caprarum, & pelles arietum, ligna, oleum, aromata, lapides, & gemmas, facientque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum.* Ex omnibus ergo bonis ad Sanctuarium ædificandum quæ populus possidebat requisiuit Deus, at ex illis primitias tantum: non ergo omnia, sed primitias, quid enim per primitias? aut quomodo primitiæ ex auro, & argento, vel ære, cæteriisque rebus quas offerre postulabat? à enim tantum terræ effent fructus ex quibus primitias offerri præciperentur, vt patet Deuteron. c. 11. n. 6. rectè in illis primitiæ intelligerentur, quatenus id offerendum quod primùm nasceretur, primùm colligeretur, at ex auro, ære, argento quod secum quilibet reposition tenebat, vnde primitiæ? rectè Abulensis in hunc locum quæst. 1. primitias intelligit primum selectum ac optimum in vnaquaque re, quod Deus postulabat, non enim omnia tua vult Deus, non te nudum vt constituas iubet, non tuis indiget vt dites cuadat, sed quod ei ce postularet est, vt ex omnibus tuis bonis partem aliquam segreges, sed tuæ optimam, selectam, primam. *Non accipiamus hic primitiæ*, ait Abulensis, *secundum quod communiter accipimus in alijs locis scripturæ, vbi mandantur solui decimæ, & primitiæ, quæ illi dantur decimæ, & primitiæ de omnibus fructibus terræ, & pecoribus; hic autem non dantur*

9. Principes diuitiarum primitias Deo dare debent.

Exod. c. 25. n. 2.

10. Primitiæ quid, & quomodo illæ erant etiam ex iure *Deut. c. 12. n. 6.*

Abulens.

11. Quæ Deus vult ab homine vt offerantur.

Digitized by Google

dantur primitiæ de comeſtibilibus rebus, ſed de auro, & argento, & cæteris quæ non decimantur, ſed dicuntur primitiæ, quia ab eadem origine veniunt illa primitiæ, & illa. nam vbi nos dicimus primitias, Hebræi dicunt, ſeparationes; & dicuntur ſeparationes propter duo, aut quia aliqua particula auri, & argenti, & ſic de aliis, ſegregabatur, & dabatur Domino, aut quia ſtud quod dabatur, erat de optimo eius, quod quiſque apud ſe tenebat. Nil melius. Ad ædificandum ſanctuarium primitias cuiuſlibet Deus expoſtulauit theſauri, vt ſinguli intelligerent diuitias, opes, opulentiam, ſummámque copiam, ad hoc à Deo ſummo præſtari, vt ex earum primo, ſelecto, puriſſimoque flore ei ſerviatur, ipſe honoretur, ac ſanctuarium, templumque ædificetur, vbi ipſe inhabitare, ac nobiſcum ſimul commorari poſſit: præclarum certè ex hoc Principibus documentum prębens, non ſolùm quod Eccleſiæ Dei dare, ſed quæ primum ſcilicet optimum, ſi cum ipſis Deũ inhabitare velint, immò ſi à Deo plantari, ab ipſo electi, tum ad terrenum, tũ ad cœleſte præſumere velint regnũ.

II. Prædeſtinationis Principum ſignum quãdo cum Eccleſia monaſteria.

Enimverò, nullum maius, nullum præclarius Princeps ſuæ electionis, ac prædeſtinationis vnquam ſignum obtinere poterit, quam ſi cum Dei Eccleſia prodigus, ſi templa ædificãs, ſi Dei religioſis, pauperibus, ſi viris Deo dicatis ſi tandem vniuerſo Dei Clero ſit, vt auferat, alimenta præbeat, non expoſcat. *Saturabuntur ligna campi, & Cedri Libani quas plantauit, illic paſſeres nidificabunt.* Inquit Regius Pſaltes Pſal. 103. n. 16. quem locum exponens Aug. Conc. 3. per Cedros Libani nobiles intelligit ſæculi, excelſos opibus, honoribuſq; Reges, ſcilicet Principes, Potentes; attamen etſi iſti Cedri omnes dicantur Libani, tamen ait Sanctus, non omnes ſatiati, non omnes Dei gratia ſaginati, ac ſaluati, ſed tantum quas pater plantauit, *Iam audiuimus*, ait, *quæ ſint Cedri Libani, nobiles ſeculi, excelſi genere, opibus, honoribuſque, & ipſa Cedri ſatiantur, illæ tamen quas plantauit ipſe.* Ergo Cedri Libani & ipſi ſaturabũtur, quia vt inquit Sãct⁹, *Panis, & vinũ, & oleũ Chriſti peruenit ad Senatores, ad Reges, ad Nobiles.* At licet peruenit, nó omnes tamen ſaturantur, ſed quos Pater prędeſtinauit, quos vocauit, quos elegit, hi ſaturãtur; & in iſtis electis, nó in illis paſſeres nidificãt, *In his Cedris paſſeres nidificãt.* Sequitur Sãctus, hoc eſt, pauperes Religioſi, qui omnia ſua dimiſerũt, nidificãt in Cedris, dũ ab iſtis ſuſtẽtãtur, aluntur, dũ eis ædificãt Monaſteria, præbent hortos, & villas. *Etenim, & Cedri Libani, nobiles, & diuites, & excelſi huius ſeculi*, ait Sãctus, *quoniã cũ timore audiunt, Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, attendunt res ſuas, villas ſuas, & omnes ſuperfluas copias, quibus videntur excelſi, & præbent illas ſeruis Dei, dant agros, dant hortos, ædificant Eccleſias, Monaſteria, colligunt paſſeres, vt in Cedris Libani nidificẽt.* Egregiè. Omnes equidem Principes Cedri ſunt Libani, arbores excelſæ, præclaræque, at non omnes electi, & ad vitam prædeſtinati, ſed aliqui ex eis; in iſtis ergo, non in illis paſſeres, hoc eſt, pauperes, hoc eſt religioſi, hoc eſt vniuerſus Eccleſiæ Dei Clerus, qui non ex bonis ſuſtentatur paternis, hoc eſt Dei Eccleſia, quæ ex fidelium eleemoſynis aliitur, nidificat, creſcit, & in illis multiplicatur,

Pſal. 103. *n.* 16. *Auguſtin.*

12. Significantur per Cedros Libani & cur.

A non verò in aliis; quinimò ab *illis* opprimitur, atteritur, deſtruitur, expoliatur: ſignum ergo prædeſtinationis Principum, ſignum Dei electionis, & plantationis, quando pauper Dei Eccleſia in ipſis nidificat, creſcit, multiplicat, quando ei ipſi offerunt, dant, ditant; è contra vero quando auferunt grauant, ſeruilẽ reddũt.

Hinc profectò, quando talia ipſi agũt, quãdo Dei Eccleſiã grauãt, quãdo ei auferũt, quando diminuta in eis deuotione varijs coloribus, vaniſq; prætextibus ad patrimoniũ Chriſti aduolãt, Clericis inuidẽt quaſi diuitibus, Eccleſiam faſtidiunt quaſi opulentã, non ei præbere, ſed auferre ſatagentes, iuſto Dei iudicio res eorum conſumitur, regna bellis, infortuniis ac calamitatibus deſolãtur; & quod Chriſto dare recuſãt, B aliundẽ neſcio à quo (ne à diabolo dicã) rapitur, & diſtrahitur, *Reddite*, dixit Dominus, *quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Matt. 22. n. 16. Ergo ſua Cæſar expoſtulet, non Dei, nã ſi quæ Dei, eadẽ prorſus illi euenĩẽt. quæ illis, qui dũ quæ Dei dare nolebãt, vti ait Aug. lib. 50. hom. 48. to. 10. rapuit fiſcus quod rapere debebat Chriſtus, & inopes enaſcuntur, quia ex patrimonio Chriſti rerento diuites ſe efficere autumarũt. *Maiores noſtri*, ait S. *ideo copijs omnibus abundabãt, quia Deo decimas dabãt, & Cæſari cenſũ reddebãt; modo autẽ, quia diſceſſit deuotio Dei, acceſſit inductio fiſci; noluimus pariter cũ Deo decimas, modo autẽ totũ tollitur, hoc tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus.* Aurea prorſus C ſententia, litteris deformãda Cedrinis; põdera ſingula. *Abundabãt maiores noſtri, & Cæſari cenſum reddebant.* Cur? quia decimas dabãt, quia Chriſto quod ſuũ præſtabãt, quia & in his partem Chriſtus poſſidere ſciebat, hinc ne partem ſuam perderet, etſi decimam, & ſi minimam, totum ſeruabãt, totum muniebãt, campi germinabant, fœcundabantur, graſſabantur, ſegetes matureſcebant, centeſimum reddebant, Sol calefaciebat, cœlum pluebat, omnia ad perfectum ducebantur. Vnde tex illo decimo, ex illa portiuncula, ex illa Chriſti quota parte. Ex hoc maiores noſtri copijs omnibus abundabant, & *Cæſari cenſum reddebant.* Reges diteſcebant, affluebant, redundabant; nunc non diteſcunt, non affluunt, non redundant, cenſum eis non D ſoluitur, ſubditi omnes pauperie conſumuntur, vix ipſa ſuperſtites vita, vnde hoc? an quia ipſi Reges decimas Deo non dant, ſed auferũt, non ſuis contenti quæ ſunt appetunt Chriſti, & liberam Dei Eccleſiam, ſeruam facere ſatagunt, onera imponentes, tributa exigentes, diuitias Chriſti ſibi, non illi deſeruire facientes, & vnde tantum malum? ſanè, quia *diſceſſit deuotio.* Pius in Chriſtũ ſuámq; dilectiõ affectus Eccleſiam, ſupernum fidei lumen obſcuratum reperitur, & ſuperioribus, ac diuinis recedentibus rationibus, carnales, politicæ, meréque humanæ acceſſerunt, ſuperfluos Clericorum reditus iudicant, Dei Eccleſiam opibus non indigere affirmant, onera publica, & communia eos non ſubire inuident, tandem tributarios non exiſtere lamentantur, & querulantúrque. Hinc grauamina in Clero, oppreſſiones, decimationes, & diteſcere ſe ex patrimonio Chriſti reputãtes. At iuſto Dei iudicio tollit diabolus, quod tollere debebat Chriſtus, opprimũtur regna, ad nihilũ patrimoniũ redigitur fiſci, & eo

13. Quando Eccleſia auferuntur ſuis marcida deſtruuntur.

Matth. 22. *n.* 16.

Aug.

14. Tributarij de pen hõ poſſunt & egenorum pauperes, quia decimas non ſoluunt, & Eccleſias depilant.

15. Cur quido decimæ ſoluuntur vberes aui fructus referunt.

E

16. Principes Ecclesias grauantes non solum temporale, sed æternũ amittent regnum.

quo populi grauantur, eius miseriæ augentur, non tolluntur. O insensati & tardi corde? nonne attendent, quia dum nolunt cum Deo partiri, & suum & quod Dei simul deperdunt? vt S. ait Aug. & quod amplius, non solùm sua externa, sed interna, non solùm corporalia, sed spiritualia, non solùm temporalem, sed æternam vitam; vox certè pessimi erat Ludouici Thuringiæ Lantgrauis, vt refert Cæsarius, lib. 1. c. 34. quando Dei Ecclesiã depopulabatur, & depopulata ab eo repetebãtur. *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum.* Vox nunc canum similia contra Dei Ecclesiam oblatrantium, quibus eadem prorsus sors erit, ac misero illi, qui inter igneos inferni vortices è puteo ascendere visus profundissimo, sortem lamentans suam obnixè deprecabatur, vt filij Ecclesiarum possessiones restituerent, quas abstulerat, eisque hæreditario iure reliquerat, ob quas dirè, immẽsèque cruciabatur, quod tamẽ ipsi efficere noluerunt, ne in æternis flammis subleuamen aliquod ex restitutione malè ablatorum inueniret, qui in vita existens se è terrenis subleuare, nescius, cœlum tantum Domino relinquebat, terram autem totam sibi vsurpabat, vobis hæc Principes, contremiscite.

Cæsarius.

17. Terribile debacchãdi.

Petr. Damian.

Quinimò & ex alio obstupescant facto, quod Petrus idem narrat Damianus lib. 1. epist. 9. ad Nicolaum II. Põtificem: in nouis verò Opusc. 19. de quodam Comite bonæ opinionis, & vt videbatur innocentis vitæ, quem deuotus quidam in inferno vidit in supremo gradu cuiusdam scalæ positum illi aientem, *Quia scala illa* verba eius, *interstridentes, & crepitantes vltricis incendij flammas videbatur erecta, atque ad suscipiẽdas omnes, qui ex eadem Comitum genealogia descenderent, constituta.* Mirum, & mirandum, vt non solum ipse, sed quotquot ex illo damnabantur, quale profecto illud erit flagitium, quod talis commerebatur pœna meritò ab eo expostulabat religiosus ille vir, cui respõdens affirmauit. *Quia propter quandam prædii possessionem, quam Beato Stephano proauus eius abstulerat, cui videlicet ipse eam decimam in hæreditate successit, omnes non diuerso supplicio deputare essent.* En peccatum, & peccati pœna, en quam horribile ab Ecclesia auferre quod suum, quod Christo semel datum; immò vt hoc addam, ex iustitia debitum? pulchrè S. Thom. in epist. ad Rom. c. 13. lect. 1. super illa verba. *Ex Ministri Dei sunt.* Affirmat, ex æquitate naturali Clericos tributa non debere Principi, quatenus ab eis spirituale accipit stipendium, licut à cæteris subditis temporale; vbi postquam dixit Principes tributa accipere à populis ad sustentationem ob labores in gubernando toleratos, sic infert, *Ab hoc tamen debito liberi sunt Clerici ex priuilegio Principum, quod quidem æquitatem naturalem habet; vnde etiam apud Gentiles liberi erant à tributis illi qui vacabant rebus diuinis,* quod confirmat ex facto Iosephi Genes. 47. & subdens sequitur. *Hoc autem ideo æquum est, quia sicut Reges sollicitudinem habent de bono publico in bonis temporalibus; ita ministri Dei in spiritualibus, & sic per hoc quod Deo in spiritualibus ministrant, recompensant Regi quod pro eorum pace laborat.* Digna Sancti sententia. Laborant Principes in regendo, debetur eis stipendium, hoc duplex, temporale, & spirituale: temporale quo arma, milites, exercitus sustentant: spirituale quo Deum propitium habent, quod illo sine dubio maius; ergo æquum, vt à quo spirituale, non temporale exigant, à quo maius, non velint minus, nec contra iustitiam agentes duplo plus Ecclesiam, quam secularem grauent Rempublicam; ab Ecclesia quod suum auferentes, & tollentes.

18. Omnes de vna familia condemnati, quia eius caput ab Ecclesia prædium obstulit.

S. Thom.

19. Clerici Principibus tributa non debent ex naturali æquitate.

At dicunt ipsos non auferre, sed ab habente concedi potestatem, grauant; sed cum facultate exigunt, sed cum indulto, scio hæc, cum quibus, & simul scio lethale venenum eis propinatum, quando tale concessum indultum, quod à sanctissima Sede non accipiunt, sed extorquent, *sunt etiam, qui plebes secularibus tradunt.* Idem S. ait Damianus lib. 4. epistolarum epist. 12. quasi hæc tempora videns, quando & ipsi Ecclesiarum subditi deuenduntur, *Iniquiorum, tanto grauius delinquunt, quanto & sacrilegium committere conuincuntur.* Loquebatur enim de Pontifice, seu Episcopo potestatem non habente. *Quia & sancta propinant, & hæc, quibus quasi beneficium prorogatur, venenum lethale propinant.* Quid est enim decimas in vsum secularium vertere, nisi mortiferum eis virus, quo pereant exhibere? Nego Pontificem Summum, sacrilegium committere, cõcedo tamen lethale regibus. Principibúsque ipsum propinare venenum non sua, sed ipsorum culpa, opportunè, importunè instãtium, precibus, querimonijs, ne dicam vi gratiam extorquentium, quid ergo? propinent venenum, vt ab Ecclesia aliud euitetur, & peius, eorum scilicet indignatio, & cõtra eos indignetur Deus, indignentur sancti, *quorum honor Clericorum egestate minuitur.* Vt att idem, & in tremendo veniant grauati iudicio, dum hic Ecclesiam Dei onerare, non subleuare intentarunt.

20. Principes à sancta Sede extorquent Clericorum grauamina.

Idem Damian.

21. Sunt eis bona Ecclesiæ lethale venenum.

At non sic qui Cedri Libani, qui à Deo electi, qui Patroni sunt Ecclesiæ, qui eam custodiunt, qui eam ditant, viuent, & viuent in æternum. *Redemptio animæ viri* ait Salom. Prouer. c. 13. n. 8. *Diuitiæ suæ,* Theodoret. *propitiatio,* alij *pretium animæ.* Hieronym. alicubi, *Redemptio animarum sunt propriæ diuitiæ,* quem locum de eleemosynis intelligens Chrysost. in Luc. c. 12. n. 20. super illa verba, Stulte hac nocte, &c. ait, *Diues in periculum animæ suæ recipit opes, quapropter cum illas recondit, animæ suæ iacturam facit; cum autem largitur egenis, animam suam liberat, quia redemptio animæ propriæ diuitiæ.* Quem sensum secutus est etiam Ambros. in Psal. 37. Hieron. in Isaiam c. 40. Doroth. de vita spirit. doctrina 11. at proprius ad rẽ nostram Damian. vbi sup. de homine Ecclesiæ Dei præbente, ac donante, qui dum Ecclesiæ tradit iuxta mensuram muneris, ei de quantitate mollis subtrahitur peccatorum. *Praterea non ignoras,* ait, *quia cum à pœnitentibus terras accipimus, iuxta mensuram muneris, eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus sicut scriptum est, Diuitiæ hominis redemptio animæ eius.* Saluantur ergo Principes, animam redimunt dum Ecclesiæ donant; quale ergo aut quantum erit bonum Ecclesiæ sãctissimæ dare, ac tribuere, ministros eius ditare, ac honorare, dum pro terrenis cœlestia accipientes, illud reperiant ob quod creati, animæ scilicet salutem; merito quidem Aug. hæc considerans, vbi sup. & si affirmas-

22. Diuitiæ vt sæpe sunt animæ redemptio.

Prouer. c. 13. n. 8. Theodor. Hieron. Chrysost.

Ambros. Hieron. Doroth. Damian.

23. Principes Ecclesiæ dantes suam temere animam.

Aug.

Digitized by Google

ſet per Cedros Libani diuites, ac Reges intelligi, per paſſeres Dei pauperes, ac Eccleſiæ Miniſtros in Cedris nidificantes, ne putarent diuites ob hoc maiores eſſe, ac eis pauperes, non eos pauperibus debere, ſuper illa verba quæ ſequuntur, nempe *Herodij domus dux eſt eorum*, quæ ipſe legit, *Fulicæ domus dux eſt eorum*, expédit Fuliæ domum Duces eſſe Cedrorum, non è contra; eruens, & optimè, Reges, Principes quando Eccleſiæ Dei dant, quando Monaſteria ædificant, quando territoria præbent, non Eccleſiam eis, ſed eos Eccleſiæ debere, *Sed tamen fratres mei*, ait, *ipſi paſſeres ſi ſpirituales ſunt, quamuis nidificent in Cedris Libani, & putare illos eſſe ſuperiores, à quibus eorum neceſſaria complentur, paſſeres enim ſunt, illi autem Cedri Libani ſunt, ergo Fulica domus Dux eſt paſſerum, quamuis in Cedris Libani nidificent paſſeres, non tamen Cedri Libani Duces ſunt paſſerum, monuerunt quid faciant, monuerunt quid accipiant.* Nil melius, Vbi tandem concludit, quod ſicut Fulicæ domus in petra exiſtit, & petra in mari conſtituta, quæ licet à fluctibus concutitur, tamen ipſa eos, non ipſi eam frangunt, *Et ſtruitur fluctibus, frangit tamen fluctus, non frangitur petra.* Sic paſſeres diuini, & pauperes in Eccleſia ſancta, immo adde & ipſa Eccleſia, licet nidificet in Cedris, propter præſentem neceſſitatem, tamen eius domus, eius firmamentum, eius potentia, fulcimentum, & robur in petra illa fundatur quæ eſt Chriſtus, à fluctibus concuſſa, ſed non excuſſa: ne ergo glorientur Reges, ne animum reſumant quaſi ſine eis viuere non poſſit Dei Eccleſia, quaſi eorum deficientibus diuitiis, opibus, auxilijs deficiet, nam & ſine eis viuet, regnabit, ſuperabit, quia Fulicæ domus Dux eſt eorum; at væ Cedris dum paſſeres ab illis euolant, *In Cedris quidem nidificant paſſeres*, ait Aug. *propter præſentem neceſſitatem. ſed petram illam habent Ducem, quæ fluctibus tunditur, & non frangitur, imitantur enim Chriſti paſſiones; & ſi forte Cedri Libani irata fuerint, & aliquid moleſtiæ, vel ſcandali ſeruis Dei in ramis ſuis commouerint, volabunt quidem inde paſſeres, ſed væ Cedro remanente ſine nidis paſſerum; paſſeres enim non naufragabunt, non peribunt, quia Fulica domus Dux eſt eorum.* Quid pulchrius, & ad præſens tempus proprius? quando noſtris ſic exigentibus peccatis, politicorum veſania ad eam deuenit furiam, ne dicam ſtoliditatem, vt putent ſine eis Dei Eccleſiam viuere non poſſe, defecturam ſine eorum auro, argentoque, quaſi ſuper illud eſſet fundata, & ab illo robur acciperet ſuum; ô inſenſati! pecunia eorum illis erit in perditionem, victrice ſemper, ac triumphante Dei Eccleſia.

24. Dum dant, non Eccleſiaſticis, ſed ipſi Eccleſiæ debitores, & cur.

25. Eccleſia ſanctiſſima pendet a Regibus cor it eque diuitus.

26. Quamia eruitione Pontifices ſanctiſſimi Principibus Eccleſiaſtica cõcedere diberent iota ex eorum probatur tenacitate Damian.

Quod equidem ſi ſummi Dei in terris Pontifices conſiderarent, nec ad Reges Principéſque audientes proni ſic eſſent, nec patrimonium Petri tam facilè illis concederent, vnum pro certò ſcientes, ſic Principum tenaces exiſtere manus, vt quod ſemel apprehenderint, nunquam dimittent, nec ad patrimonium Petri redituram vnquam, quod in eorum theſaurum ipſi ſemel incluſerint, *ſed illa quoque, quæ ſub undo beneficij vocabulo ſæculares accipiunt, reuocari de cætero, atque reſtitui Eccleſiæ nullomodo poſſunt*, ait Damian. lib. 4. epiſt. 12. *Ita quippè manus diripientium diabolica tenacia glutinis inuiſcantur, vt quolibet modo ſemel acceperint, Eccleſijs reddere ſua bona nullatenus acquieſcant, vt non modo ipſi dum viuunt proprietario quaſi iure poſſideant, ſed & in poſteros ſuis germinis eminus poſſidenda tranſmittant.* Quid verius? Quid ergo faciẽdum opportunè, importunè inſiſtentibus? illud profecto quod eidem conſulit Epiſcopo Damianus, *Petunt tibi ſeculares Eccleſiaſtica prædia*, ait, *importunos ſe ingerunt, ſupplicantes inſiſtunt, & non ſub aſtipulationibus monimenti, ſed tantùm ferè nomine beneficij quod vtique tantumdem eſt, ac ſi adamantino ſtilo tabulis æreis ſcriberentur; veniunt itaque ad te dicentes cum Achab Rege Samaria, da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & prope domum meam; tu cum Naboth Iſraëlite præſto reſponde, propitius ſit mihi Dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi.* Sana equidem admonitio, aurea, cordi omnium infigenda Pontificum. Petri vineam petunt Reges, petunt Principes, præſto reſpondendum, non moræ interponendæ, non reſponſum diſtrahendum, non ſtatus ratio conſideranda, *Propitius ſit mihi Dominus ne dem hereditatem patrum meorum*, vti fortiſſimus reſpondit impio Achab, Naboth verè Iſraëlita.

27. Quid illis reſpondere debeant quãdo Eccleſias petunt.

1. Reg. c. 21. n. 2.

28. Naboth dure reſpondit Achab, nolens illi vineam dare, quia Rex.

At quia in hunc locum incidimus, placet diutius in illo immorari, ſimulque expoſtulari, qua de re ſic erudè viro Principi priuatus reſponderit, ac Regi ſubditus, eo vel maximè cum & aliam illi promiſerat meliorem vineam, aut ſi maluerat, probatam argenti ſummam; item, ſi ſumma rationis erat ne patrum hæreditatem alienaret, infirma quidem hæc apparet, cum ex præcepto diuino eſſi hæreditas alicuius ob neceſſitatem diuenderetur, tamen hoc non amplius, quàm ad Iubilæi annum perduraret, Leuit. 25. n. 23. *Terra quoque non venundetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos aduenæ, & coloni eſtis, unde cuncta regno poſſeſſionis veſtræ ſub redemptionis conditione venditur, ſi attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam, &c. & non inuenerit manus eius, vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat, uſque ad annum Iubilæi.* Ergo non ſic Naboth hæreditatem patrum diuendebat, quin ad ipſum poſtea non eſſet reuerſura; cur ergo ſic durè reſpondit? ſic intrepidè negauit, vt mallet mori quàm hæreditatem patrum ſuorum Regi accommodare? ſinè ob hoc ipſum quia Rex, forſitan etſi non Rex, ſed alius quiſpiam eam diuendiſſet: quia ſpes fuiſſet redeundi, at ſemel Regi diuendita, vnde ei amplius ſpes; ex lege dices, quæ illud præcipiebat, reddenda ſcilicet vinea Iubilæi anno, bene quidem, quando Dei legem iſti ſeruarent, quando Deum timerent, quando & ſubditos legi ipſi ſe agnoſcerét, abire equidem à ſe pateretur hæreditatem ille Rex, quam ſic concupiſcebat, & cum hortis ſuis in vnum corpus, immò cùm domo ſua Regia tanto ſtudio, & auiditate coniunxerat? nil profectò minus: bene ergo negauit, quia Rex, quia Princeps quorũ manus (vt inquit Damianus) ſic tenaces ſunt, vt quod ſemel apprehenderint nunquam relinquat. Petút ergo Principes Dei hæreditatẽ fũdos, terras, decimas; immo (ſi Deo placet) in clerũ tributa, vineá quærũt Naboth, reſpõdeat

Leuit. c. 25. n. 23.

Digitized by Google

Hungariæ partem pertinere ad Sacerdotes: in Polonia Casimirus Magnus duodecim templa ædificauit, Cromero teste, sexque monasteria, eaque dotauit; idem fecit in Lithuania Ladislaus: Reges Angliæ totam Angliam Romanæ Ecclesiæ tributariam fecerunt; Reges Hispaniæ, Alphonsus primus, Alphonsus castus, Alphonsus Magnus, Ramirus, &alij, sic erogarunt, vt de Alphonso Magno affirmẽt Historici, thesaurum totum paternum in tẽpla & pauperes erogasse. Quid de sanctissimis, ac præclarissimis Lusitaniæ Regibus dicam? vnus solus ex eis quingenta fundauit ac dotauit tẽpla, de qua re videndus nuperus Vasconselus in eorum vita, & tãdem sic ampla, sic innumera, quæ Principes, quæ Reges in Ecclesiam cõtulerunt sanctissimam, vt Munus Iustinopolitanus librum integrum confecerit, in quo omnia collegit quæ à Principibus in Ecclesiam munera collata sunt; de qua re videndus est Thomas Bosius de notis Ecclesiæ tom. 2. signo 87. vt verè videatur impletum illud sanctissimi Isaiæ vaticinium. *Erunt Reges nutricij tui, & Reginæ nutrices tuæ.* c. 49. n. 23. & alibi c. 60. n. 16. *Suges lac gentium. & Mammillã Regum lactaberis.* Mammilla, inquit, hoc est, vt ait quidam, non ex quolibet cibo, sed ex delicato & dulci, qualis Regiam mensam, atque delitias decet, hoc est sustentaberis non ex quolibet auro, sed ex purissimo, non ex quolibet argento, sed ex probatissimo, non ex quibuslibet Regum opibus, sed ex electis, ex pretiosissimis, quales fuerunt quas Salomon nostertemplo Dei impendit, ad quod ædificandum collatæ à Deo ipsi opes, sicut & Regibus ad Dei Ecclesiam ornãdam & defendendam. Vnde rectè noster Sapiens vt à Deo sapientiã obtineret, præceptum offert templi ædificandi; ob quod tales tãtas ei immẽsas contulerat opes, quasi dicat, vanas has futuras sapientia non accedente, cum & si ipsæ abundarent, simulque & animum lætiendi, tamen si modum, si ordinem, si dispositionem ignoraret, quæ omnia à sapientia nihil illæ proficerent, nihil conducerent, vnde ait, *Tu me dixisti ædificare, &c.*

Cromerus.

Vasconselus.

Munus.

Isaiæ c. 49. n. 2. 3. & c. 60. num. 16.

Num. 9. *Et tecum Sapientia tua, quæ novit opera tua, quæ & affuit tunc, cum orbem terrarum faceres, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

TEmplum ad similitudinem tabernaculi, & castrametationis populi, ad similitudinẽ item cœli, mundi, hominis, confectum, multis ostendit Villalpandus tom. 2. suarum explanationum; & non ineffaciter ex hoc concludi potest versu; quod cum sit, rectè illam sapientiam postulat Salomon quæ optima symmetria, & exquisitissima arte, tic huius mundi partes disponere, atque singulas elaborare calluit, vt supremo creatori Deo inspectandi summæ visæ sunt bonæ, vnde ait.

Villalpandus.

Et tecum Sapientia tua, &c. Tua desideratur in Græco, sed reddit magis perspicuum sensum. Beseleeli ad tabernaculum construendum diuinam communicatam Sapientiam, patet ex Exod. c. 31. n. 1. hanc autem petit nũc Salomon ad templum ædificandum. Vnde de increata sapientia, vel quatenus de Deo absolutè dicitur, vel vt filio attribuitur, omnes accipiunt expositores.

Exod. c. 31. n. 1.

Quæ adfuit & tunc, cum orbem terrarum faceres, &c. Velut cooperatrix, non alio operans modo quàm Deus ipse, nec aliud quàm ipse, Prou. c. 8. n. 27. & 30. *Quando præparabat cælos aderam, cum eo cuncta componens.* Hebraicè, *Erã iuxta eum alumnus.* Et velut nutritius creaturarum, eas fouẽdo, aut gubernãdo. Chaldæus, *Eram in latere eius nutrita, hoc* est ab eo accipiens esse, qui vt in Psal. 109. n. 3. *Ex vtero dicitur genere*, Sept. *eram penes ipsum disponens.* Hoc est ad instar œconomi, seu dispensatoris cunctis dispensans locum, tẽpus, ordinem, officia: rectè ergo talem postulat Salomon cooperatricem ad templum fabricandum, & regnum gubernandum, cum tum in fabricis, tum in regno, ordo præcipuè, siue vt sic dicam, concentus rerum appetatur.

Prou. c. 8. n. 27. & 30.

Chaldæus.

Psal. 109. n. 3.

Et sciebat quid esset placitũ in oculis tuis, &c. Hoc est quod simpliciter, & omnino placebat; quod etiam vt optimè adnotat Lorinus, nõ tãtum de oculis externis accipi potest, sed de internis, & mentis; quod acceptũ de Sapiẽtia incarnata verissimũ etiam est, cum Christus Dominus noster, omnia voluntatis diuinæ calluit secreta, ac decreta, ea seruans, ac ideo vnicè amatus, & dilectus, de qua re vide in 1. hom. 151.

Lorinus.

Et quid directum, &c. Hoc est *rectum* in præceptis tuis, nam interpres sæpè vertit pro *recto directum*, Psal. 25. n. 12. *Pes meus stetit in directo; erunt prava in directa.* Isa. c. 40. n. 4.

Psal. 25. n. 12.

Isaiæ c. 40. n. 4.

Num. 10. *Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te.*

Commentum litteræ.

NEcessitate Sapientiæ exposita ad regimẽ, & ad templi ædificationem, sicut etiam ad penetrandum Dei beneplacitũ, & voluntatẽ, nunc summa illam efficacitate petit, dicens.

Mitte illam, &c. Magnum mysterium aliqui faciunt in hoc verbo *Mitte*, reuoluentes Theologicas quæstiones, quæ scilicet persona in diuinis dicatur mitti, & quid sit missio, aut quid importet, & an sit necessaria authoritas mittentis: an verò processio tãtum sufficiat; arriderent si de sanctissima disceptaremus Trinitate. At quia de hoc Salomonis loco, qui non aliud per Sapientiam intelligit quàm donum creatum Sapientiæ, ideo nullum aliud includit mysterium quàm petitionem missionis Sapiẽtiæ de cœlis sanctis, sic dicti, ex sanctitate in eis habitantis, & non solùm à cœlis, sed à *sede Maiestatis*, vel vt Græcè à *Throno gloriæ*, vbi summa illa residet Maiestas.

1. Sapientiæ increatæ duretẽ statas secundũ Bonauen.

Placet Bonauentura, qui affirmat Sapientiam increatam quandóque dici esse in sinu Patris, vt Ioannis c. 1. n. 18. gigni ex vtero Psal. 109. n. 3. ex ore procedere, Ecclesiast. c. 24. n. 5. primũ propter occultationẽ, secundũ propter cõsubstãtialitatẽ: tertiũ propter manifestationem: ac de cœlo mitti, propter illuminationem: sedere in anima sancta, propter tranquillitatem.

Bonauẽ. Ioan. c. 1. n. 18. Psal. 109. n. 3. Ecclesiast. c. 24. n. 5.

Vt mecum sit, & mecum laboret, &c. Græcè, *vt simul præsens mihi laboret*; semper scilicet assistens, & adiuuans. *Prosedrum* vult esse,

Digitized by Google

id est assiduum assessorem, siue *Enprosedrum* constantem, & perseueranter assistentem, ab eius latere nunquam discedentem, vnà secum collaborantem vt vult Cantacuzenus : ergo non solus Deus laborabit, sed & nos cum illo, seu ille nobiscum, cooperandum ergo, si ad vitam ingredi cupimus, vt mox dicemus, & priori tom. etiam diximus hom. 125.

Cantacu.

HOMILIA X.

Deo collaborandum si ad vitam ingredi volumus; & cur homo liber creatus.

SApientiam summus à Deo expetens noster Sapiens votis, non equidem eam ad suos requisiuit luxus, non vt seruente ipso, sola opus efficeret, non vt vouendo tantùm eam posslideret, sed vt secum ipsa laboraret, itavt nec ipse solus, nec ipsa sola, sed simul vterque essent, ipse & Dei secum sapientia.

Ex quo loco tria clarissima eliciuntur, primum, Dei gratiæ necessitas ad bene operandum; secùdum, nostri arbitrij libertas; tertium, nostra cum Deo cooperatio necessaria ad bonum peragendum.

1. Gratia necessaria ad omne opus bonum.

Gratiæ enim necessitas ex eo eruitur, ait enim, *Vt mecum sit, & mecum laboret vt sciam quid acceptum sit coram te omni tempore.* Ergo si cum illo non fuerit, si simul cum illo non laborauerit, nec ipse laborare, nec quid Deo acceptum vnquam scire posset; immo adnotandum illud *omni tempore*, ex quo necessitas non semel gratiæ præstitæ eruitur, sed continuatè vt sic dicam per momenta singula. Non enim dixit, *Vt sciam semel quid acceptum sit coram te, sed quid acceptum sit coram te omni tempore.* Id est, singulis momentis, & horis, quod fit præueniente, & excitante gratia, qua homo instituitur, dirigitur, ac ad Dei voluntatem exequendam manu ducitur, cum non simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est 2. ad Corinth. c. 3. n. 5. ex quo loco optimè Concil. Arausicanum Can. 7. & Diuus Aug. de prædestinatione Sanctorum c. 2. concludunt neminem ex se solo bonum operari posse, sicut nec ex se solo malum effugere; nam si nec cogitare aliquid possumus sine Dei gratia, ergo minus operari, & quo ad mala euitanda; egregiè Innocens primus in epist. ad Concilium Carthaginense apud Aug. epist. 91. *Nisi magnis precibus*, inquit, *gratia in nos implorata descendat, nequicquam terrena labia & mundani corporis vincere conamur errores, cum pares nos ad resistendum, non liberum arbitrium, sed Dei solum facere posset auxilium*; & infrà, *quotidiana ille præstat remedia, quibus nisi fretis confixique nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores*; *necesse est enim, vt quo auxiliante vincimus, eodem rursus non adiuuante vincamur.* Cui egregiè consonat Zozimus Papa eius successor in Epistola, cuius meminit Cœlestinus in epist. ad Gallos, c. 9. vbi sic. *Quod tempus intercessit, quo eius non egeamus auxilio? in omnibus igitur actibus, cunctisque cogitationibus, mortis*

2. *Ad Corinth. c. 3. n. 5. Concil. Arausic. Augustin.*

Zozim. Cœlest. Basil. Chrysost. Auth. oper. Imper.

huius adiutor & protector orandus est. Superbum est enim, vt quidquam sibi humana natura præsumat, clamante Apostolo, non est nobis colluctatio, &c. De qua re videndus est Cœlestinus primus in epist. citata ad Gallos c. 6. Basil. Moral. summarum, summa 61. c. 3. Chrysost. hom. 14. in priorem ad Corinth. Author oper. Imp. in Matth. hom. 37. Ambros. in Psal. 43. explicans illa verba, *Hæc omnia venerunt super nos.* Aug. in lib. de perfect. iustitia, extremo, & in lib. de gratia Christi c. 27. S. Greg. lib. 9. Moral. c. 3. S. Prosper aduersus Collatorem c. 35. quorsum hæc vt scilicet in omni opere bono nostram agnoscamus imbecillitatem, in omni cum diabolo congressu nostram infirmitatem, vt omni abscedente superbia, sicut ex victoria noster est prouentus, sic ex illa solus Dei sit gloria; & operando bonum, dum illud non ex nobis tantum, sed ex Deo primum, & simul agnoscamus & tribuamus illud non nobis; vnde recte Cyprianus in serm. 7. de Oratione Dominica ait, *Quando rogamus ne in tentationem incidamus, admonemur infirmitatis, & imbecillitatis nostræ, dum sic rogamus ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbè, atque arrogantèr aliquid assumat*; & infrà, *vt dum præcedit humilis, & submissa confessio, & datur rerum Domino, quicquid supplicitèr cum timore, & honore Dei petitur, ipsius pietate præstatur.* Pulchrè, & simul (vt hoc interim dicam nō solum nostram Cyprianus superbiam excludit, sed etiam orationis conditiones aperit, quibus quæ desiderat, quæ rogat obtineat, dum vult, vt cum Dei timore profundatur, vt quæ petit, ad honorem Dei dirigat, hoc vnum primum & solum exquirendo, & tandem, vt fructus, & euentus, siue effectus totus Deo detur. Ora sic, & impetrabis. Deo tribue fortitudinem tuam, & victor semper existes; nam si tibi, cecidisti iam ante casum. quando ex te non te casurum reputasti, *Nemo se alicuius virtutis æstimet*, Diuus ait Greg. lib. 22. Moral. c. 19. *Etiam cum quid fortiter potest quia sidimus a profectu deserat, ibi repente enerviter obruetur, vbi se valenter stare gloriatur.* Adnoto illud *repente* sonat enim tēporis instans, quasi ibi cadit, in eodem scilicet temporis instanti vbi se valenter stare gloriatur. *Mea est fluuius, & ego feci memetipsum*, insanus ait ille Rex Pharao apud Ezech. c. 29. num. 3. in qua sententia adnotandum illa verba, *Ego feci memetipsum*, non sic sonare, quasi insanus iste ad illam deuenerit stolidam dementiam, vt à seipso se factum putaret, quis hoc vnquam credat? sed à seipso se factum dicit, scilicet Regem felicem, omnipotentem, nullius indigentem, ac nil timentem, nec ipsum Deum, in Nilo aquis fixum, quem in diuersos riuulos secuerat, itavt tota ex eo fœcundata Ægypto, nec famem, nec penuriam extimescebat, vnde 70. *Ego feci ea*, scilicet flumina, Vatabl. *Ego feci mihi*, hoc est Nilum; quare rectè Herodotus lib. 2. de hoc Ægypti Rege Pharaone cognomento *Ephree*, vel *Apries*, *sibi persuasit*, ait, *quod nullus hominum, vel Deorum sibi regnum adimere posset, quod ita stabiliisset.* Eorum superborum proprium symbolum, qui in abundantia spiritus se admirantes, humanæ fragilitatis obliti, propriis asscribentes viribus præteritas victorias, cum Dauid clamitant,

A

B

C

D

3. Orationis conditiones secùdū Cyprianum quas.

S. Greg.

4. Arrogantia origo hominum casus.

Ezech. c. 29. n. 3.

5. Superbia Pharaonis quanta, & quæ, sicut & cæterorum principium.

Herodot. 6.

Primo per gradus insaniæ repserunt se ad ingressa fecios.

Digitized by Google

Pſal. 29. num. 7.

Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Pſal. 29. n. 7. ſic iſte; at vix in talem ſe euexerat ſuperbiam, vix ſe ſecurum dicebat, ac audiuit, *Superfacium terræ cades, non colligeris, neque congregaberis; beſtiis terræ, & volatilibus cæli dedite ad deuorandum.* En caſus, en finis, cibus factus animalium, dum animal ſe eſſe obliuiſcebatur, & in terram eliſus, dum ſe terram negabat; audiant hoc ſuperbi, & contremiſcant; audiant hæretici qui Dei gratiam denegant, & paueant: nihil ſumus, nihil poſſumus, nil valemus ſine gratia; & ſufficientia noſtra ex illa eſt, quæ ſi nobiſcum non laborat, nec laborare, nec fructus vnquam dare valebimus.

9. Gratiæ collaborandũ Auguſtin.

At nunquid ſola gratia, & noſtrum non etiam liberum arbitrium? vtique & hoc etiam, vnde Sapiens, vt *mecum ſit, & mecum laboret.* Non ſimpliciter dixit, vt laboret, ſed vt mecum laboret; nam vt rectè Aug. lib. Hipognoſtici c. 3. *Neque gratia ſine libero arbitrio facit hominem habere beatam vitam, nec liberum arbitrium ſine gratia.* Et Bernard. *Tolle liberum arbitrium, non erit quod ſaluetur: Tolle gratiam, non erit, vnde ſaluetur.* Ergo & gratia, & nos cum gratia; non gratia ſolum, alioquin quid à iumentis differremus?

Bernard.

10. Hæretici ex nefanies cooperationem liberi arbitrij cum gratia beſtiſpeciem.

Mirum, vt hoc non (vt ſic dicam) à iumentis, non à brutis, non tandem à rebus negetur inſenſatis, ſi negationis capaces eſſent, ſed ab hominibus, neſcio in hac re ſi beſtias, & iumentis ipſis peiores, immo peſſimiores; enimverò patienter ferendum eſſet, ſi ad inuidiam acta iumenta libertatis humanæ, dum ſe ex neceſſitate operari perſpicerent, hominem verò ex libertate; itaut poſſit ſi velit repugnare, contra genus inſurgerent humanum, ſuamque tuentes cauſam, libertatem hanc illi denegarent, ne plus illis, aut ſupra aliquid haberet; excuſabile equidem eſſet, ac tolerandum: at quod illud homines inrideant, diuant, perſuadeant, defendant, propugnent, & velit nolit Deus, hominem in beſtiam commutent, omnem ab eo tollentes libertatem, hoc prorſus intolerabile, hoc omnino horribile.

11. Liberum arbitrium omnibus peruium reperitur, nec multi libri reuoluendi.

At relictis his tanquam inſenſatis, ac proſtitutæ dementiæ & qui, tanquam omnino ſtolidi ignorent vnum, ad quod ſciendum, ſic omnibus peruium reperitur, vt nec multi libri reuoluendi, ſed ab ipſo genere inquirendum humano, vt eleganter Aug. in lib. de duabus animabus contra Manichæos, vbi ſic de libero arbitrij claritate, *Neque hæc libri obſcuri mihi ferutandi erant, vnde diſcerem, neminem vituperatione, ſupplicio-ve dignum, qui id nõ faciat, quod facere non poteſt, nonne iſta cantant, & in montibus Paſtores, & in theatris Poëtæ, & indocti in circulis, & docti in Bibliothecis, & magiſtri in Scholis, & Antiſtites in ſacris locis, & in orbe terrarum genus humanum?* Relictis ergo his, placet hic aliquantulum immorari, cauſam indagando, cuius rei gratia Deus Angelos, hominéſque condiderit cum libero arbitrio ad bonum, malúmque flexibili, cum melius vtique, dicet aliquis, vt dicunt, fuiſſet, ſi hominem conſtituiſſet inflexibilé ad malum, quando ex illa libertate ortum ſit peccatum, Dei inimia, mundi collapſio, Angelorum ruina ſupremorum; quale ergo bonum ex arbitrij libertate?

12. Cur Deus hominem poſſe errare, non hominem cum libertate nõ creauerit, quam poſſe.

tale ac tantum, vt melius Deus hominem iudicaſſet cum libertate, quam ſine illa condere.

In quare primum vti certum ſtabiliendum vnum, abſolutè loquendo, & ad bonum hominis tantum aſpiciendo, melius fuiſſet hominem ſic conditum vt peccare non poſſet, quam cum potentia peccandi, cum hæc non ſit perfectio, ſed liberi imperfectio arbitrij, dum pro hoc ſtatu omnem in obiecto non perſpiciens bonitatem, & aliunde à natura collapſa per motum variis tum paſſionibus, tum deceptionibus bono prætermiſſo, malum elegit; hæc eſt ſententia aperta Diui Aug. in Enchiridion. c. 105. vbi hoc expreſſe diſputans ſic ait, *Sic enim oportebat primũ hominem fieri, vt & bene velle poſſet, & male, nec gratis ſi bene, nec impunè ſi male: poſtea verò ſic erit, vt male velle non poſſit, nec ideo libero carebit arbitrio, multo enim liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit ſeruire peccato; neque enim exſpanda eſt voluntas, aut voluntas non eſt, aut libera dicenda non eſt, quæ beata eſſe ſic volumus, vt eſſe miſeri non ſolum nolimus, ſed nequaquam prorſus velle poſſimus. Sicut ergo nunc etiam anima noſtra nolle infelicitatem, ita tunc nolle iniquitatem ſemper habitura eſt.* Pulchra ratio ad probandum in altera vita etiamſi homo peccare non poſſit, non inde abſque libero remanere arbitrio, cum ſemper velle felicem eſſe nunc, & in hac vita & nolle vllo modo infelicitatem, non proinde liberum tollit arbitrium: ſic tunc quando ſemper voluntas nollet iniquitatem, & impoſſibile illi ſit vt eam velit, non quia ad illud violenter & ab extrinſeco cogatur, ſed quia ratione ſtatus ex ſe nunquam volet, pari etiam modo nec ſine libero extabit arbitrio; hoc ideo adnotarim, vt impium, ſceleſtumque taxem cerberum illum Calumnium, dum liberum negans arbitrium, pro ſe impiè contendit ſtare Auguſtinum, ſic ille lib. 2. Inſtitut. c. 3. cùm è contra ſanctiſſimus Pater, illud non ſolum in terris, ſed in cœlis ſemper intactum, illæſumque permanſurum affirmet, at pergit Aug. *Sed erdo prætermittendus non fuit, in quo Deus voluit oſtendere, quam bonum ſit animal rationale, quod etiam peccare poſſit, quamuis ſit melius quod peccare non poſſit, ſicut minor fuit immortalitas, ſed tamen fuit in qua poſſet etiam mori, quamuis maior futura ſit, in qua non poſſit mori.* Egregiè: immortalitas ante peccatum Adæ collata ſi non peccaſſet, & per quam poſſet non mori, ſi voluiſſet natura mortalis procul dubio immortalitas fuit, & bonum, bonumque optimum; at immortalitas quam ſuis Deus in beatitudine conferet, qua non poterunt mori, melius eſt, & maius bonum; ſic ergo melius fuiſſet hominem condere impeccabilem, at bonum, & optimum etiam fuit & illum efficere liberum ad peccandum, & non peccandum, vt ex hac libertate Deus etiam oſtenderet quàm bonum ſit tale animal, cum libertate ad peccandum.

13. Potẽtas peccandi & imperfectio non perfectio liberi arbitrij. *Aug.*

14. In parte quomodo remanet etiam ſi peccare non poſſit liberum arbitrium.

15. Calumnia in patr. pro ſe adhærens Auguſtinũ contra liberum arbitrium.

Ac, etſi hoc veriſſimum, tamen ſi in ordine ad Dei gloriam res ſpectetur, minimè eſt ambigendum illuſtrius, ac conducibilius extitiſſe ad illam declarandam hominem condere liberum ad vtrumque, ad peccandum ſcilicet, & non peccandum, in qua re multæ ſuppetunt rationes, hæque efficaciſſimæ.

16. Melius fuiſſet hominẽ impeccabilem creare liberum ſimul cum libertate creare peccandi.

17. Immo ad Dei gloriã conducibilius.

Digitized by Google

18. Rationes ad illud demóſtrandum.

Sit prima & principalis eiuſdem Aug. vbi ſup. c.100. quia ex hoc amplius diuinæ elucet robur prouidentiæ, dum & ſi homo liber, & ad peccandum promior, & Dei ordinationi potens reſiſtere, tamen ſic eum liberum gubernat, ſic omnia diſponit ad ſuam voluntatem conſequendam obtemperantia, vt ipſamet mala vtatur voluntate ad illam; & licet liberi ſint homines ad quæcunque velint facienda, tamen nunquam id faciant, quod efficaciter vult Deus ne faciant, neque deſinant facere, quod Deus omnino vult vt faciant, & hoc liberè, abſque vlla hominis coactione; quod equidem in maximam cedit prouidentiæ diuinæ magnificentiam; non ſecus ac ſi homo quilibet ad vnum aliquem particularem redigere vellet locum infinitam paſtorum, ouiúmque multitudinem; & licet rectè, aut aliquo alio hoc efficere poſſet inſtrumento, tamen non vult, ſed mirabili ac ſupernaturali illud efficiat artificio, ſic illas præueniendo, moderando, ac regendo vt per amplum illas ſinens ſpatiosè volitare cælum, tandem liberè, ſua ſponte, nulla coactione intercedente, ad illum omnes deueniant locum quem ipſe vult, quem ipſe deſtinauit, nonne amplius talis eluceret prouidentia? Sanè, ſic Deus poterat quidem hominem impeccabilem condere, & illum ad finem à ſe conſtitutum dirigere velut reti quodam incluſum impeccabilitatis; at noluit, vt ſua amplius admirabilis eluceret prouidentia, dum & ſi liberi homines, tamen ad miraculum vſque ſic eos dirigit, moderatur, & gubernat, vt liberè nunquá faciant quod non vult, ſemper operétur quod vult audiamus Auguſtinũ. *Hæc ſunt magna opera Domini*, ait, *exquiſita in omnes voluntates eius; & tamen ſapienter exquiſita, vt cũ Angelica & humana creatura peccaſſet, id eſt, non quod ille, ſed quod voluit ipſa feciſſet, etiam per eandem creaturæ voluntatem, qua factum eſt, quod creator noluit, impleret ipſe quod voluit, bene vtens & malis, tanquam ſummè bonus ad eorum damnationem quos iuſtè prædeſtinauit ad pœnam, & ad eorum ſalutem quos benignè prædeſtinauit ad gratiam; quantum enim ad ipſos attinet, quod Deus noluit fecerant; quantum verò ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere valuerunt; hoc quippe ipſo quod contra voluntatem Dei fecerunt, de ipſis facta eſt voluntas eius; propterea namque magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius, vt mira & ineffabili modo non fiat præter eius voluntatem, quod etiam contra eius fit voluntatem: quia non fieret, ſi non ſineret, nec vtique nolens ſinit, ſed volens, nec ſineret bono fieri malè, niſi omnipotens etiam de malo facere poſſet bene.* quid pulchrius? quot verba, tot gemmæ. Deus cum vltimus ſit finis, & ad cuius ſummam omnia ordinantur gloriam, & creaturæ ita ſint conditæ vt non propter ſe, ſed propter Deum ex chaos illo non eſſe fuerint eductæ, licet reſpectu illarum melius fuiſſet ſi impeccabiles conſtituerentur, tamen non melius ſi ad Dei altiſſimam gloriam, infinitamque prouidentiam, quæ dum non alio ad finem conſequendum vtitur medio quam ipſa humana libertate, ſic vt ſiue iſta ad bonum, ſiue ad malum propendeat, & bonitate, aut malitia vtatur, certè infinitus eius prouidentiæ fulgor reſplendet, dum operans creatura, quod ipſe non vult, famulatur ei ad quod ipſe vult, & eo ipſo, vt inquit Aug. quod contra voluntatem Dei hæc operatur, ipſe impleat quod vult, qualis Dei gloria maior? bene ergo ſic conditus ſit homo, & potius hoc quam illo modo; & ſint, ac inſuper pereant mali, dum modo amplius Dei gloria exclareſcat, Deique altitudo emicet.

19. Prima eſt Dei prouidentia.

Auguſt.

20. Secunda ratio ex Dei omnipotentia.

Secunda ratio, quia liberum Deo condente hominem, & ad malum flexibilem ex ipſo malo quod operaturus erat amplius eius declarata eſt omnipotentia, dum ad eandem vitam ipſum & hominem malum ſua euexit potentia, ad quam ipſe homo ſubiturus erat per ſuam (Dei gratia adiutus) bonitatem, & tunc ad illummet ſtatum ſua eum euexit omnipotentia, quando amplius eo indignum ſua ſe fecerat culpa, cum excellentior illa videatur potentia, quæ ad altiſſimum montis verticem infirmum, ac debilem euehit, quàm quæ ſanum, valentémque. Vnde egregie Iuſtinus Martyr epiſt. ad Diognetum, hac de cauſa Deum permiſiſſe hominem peccare affirmat, vt ipſe ex ſe ad gloriam peruenire poſſe deſperaret, & quod viribus propriis impoſſibile, Dei ſciret quod acquirere poſſet omnipotentia, *Cæterum*, ait, *vſque ad ſuperius tempus ſicut nos prohibito incertiſve permiſerit moribus agitari, dum à voluptatibus, & cupiditatibus tranſuerſi raperemur, non quidem quod illo modo peccatis noſtris gauderet, ſed ea tolerans, neque illud quo iniuſtitia exercebatur tempus approbans, ſed mentem iuſtitiæ creans, vt cum eo tempore conuicti eſſemus eſſe propriis operibus vita eſſe indigni, tunc Dei benignitas nos ea dignaretur, & eum manifeſtè feciſſemus non poſſe ex eo quod nobis ſuum eſt in regnum Dei ingredi, per potentiam Dei nobis id poſſe daretur*, nil melius. Si homo non peccaret, in regnum Dei ſe poſſe peruenire nunquam deſperaret, principium enim illud acquirendi ſemper in ſe habuiſſet, Dei nempe gratiam; at poſt peccatum deperdita, ſeque in immenſis perſpiciens inuolutum ſceleribus, omnino ſe poſſe deſperauit: infinitæ equidem potentiæ ſpecimen extitit ſic ſpe dimiſſos ſublcuare, vt ea renouata conciperent in vitam ingreſſum, non iam ex propria bonitate, ſed ex Dei omnipotenti maieſtate.

Iuſtinus.

21. Deus cur hominem peccare permiſerit.

Exigat ex his miſer ſpem ſuam peccator, qui ſe infinitis implicatum perſpicit malis, ac inde exire non valens, & ſi illud optet, poſſibile enim fiet, vt remedium ſit non ſupplicium, noſtram vult Deus ſuperbiam, noſtram vult vanam curare confidentiam, & ne in nobis confidentes æternaliter damnemur, ad culpam hîc nos damnat temporaliter, vt omnino noſtris diffiſi viribus, noſtra dimiſſa altitudine, tunc quando omnino à facie eius proiectos nos iudicamus, tunc ſimul electi, & non ſpeculatiuè tantum & ore, ſed practicè, & corde ſalutem non à noſtra ſed ab ipſius recognoſcamus omnipotentia; audiant hoc ſpirituales miſeri, qui ſe in peccatis labi inſpiciunt non ſemel, nec bis, & attollere ſe à cœno non valent, nec poſſunt, plorant, illachrymantur, triſtantur, prope dolore, pœna,

22. Peccatorũ & præcipuè hominis ſpiritualis optimum ſi ſi motiuum vnde.

23. Precata ſæpe Dei bonitate ac potentia inſtrumenta ſiunt ſalutis non damnationis, & cur.

Digitized by Google

afflictione, moriuntur, votis, pœnitentia, afflictionibus se macerant miris, & tamen sæpe se vident ruere, in miserias ampliores cadere, quotidie amplius succumbere, viresque in dies perdere, animum omnino spondere; attendant subtiliter an propria aliqua ipsis insit confidentia, secretaque superbia, & contra hanc insurgant, non contra peccatum in quod incurrant: nam hoc instrumentum possibile sit, vt sit curationis, non motiuum damnationis, vt eorum scilicet curetur superbia, vanàque confidentia, vult Deus, vti sanctus ait Iustinus, vt propriis conuicti sceleribus vita se reputent indignos, vita inquam spirituali, Deique gratia, & simul quod ad æternam non eorum bona facta, vti propria, sed vti ex Dei gratia reputent apta ad comparandam.

Irenæus. 24. Tertia ratio ex decentia creationis.

Tertia ratio est Diui Irenæi lib. 4. aduersus hæreses, c. 37. qui ex professo hoc inquirit, & disputat, cuius summa in decentia ipsius creationis, & ordine consistit, vt scilicet per incrementa perficeretur homo, & non statim esset perfectus omnimodè, sicut Deus ipse, qui eum à se ipso sit, & à nullo factus, hinc à principio omnimodè, & infinitè perfectus; at homo, quia non à se ipso, sed à Deo, decuit vt à creatore distingueretur perque incrementa ad perfectionem perueniret; audiamus ipsum, cuius verba breuiter quoad possumus perstringemus, ex multis scilicet eius viam coagulantes sententiam, ne fastidium legenti ingeramus: ait ergo, *Si hoc autem dicat aliquis, quid enim? non poterat ab initio Deus perfectum fecisse hominem? sciat quoniam Deus quidem, cui semper sit idem, & innatus, quantum ad ipsum est, omnia possibilia erat; quæ autem facta sunt ab eo, secundum quod postea futura initium habuerunt, secundum hoc & minora esse oportuit eo qui se fecerit; nec enim poterant infecta esse, quæ nuper facta sunt, propter quod autem non sunt infecta, propter hoc, & ideo deficiunt à perfecto.* Egregiè Deus perfectissimus à principio, quia principio caruit, ergo qui habuit principium non equidem conueniens erat, vt à principio pro Deo esset, & simul omnem haberet perfectionem, licet & hoc impossibile apud Deum non esset. Vnde sequens Irenæus ait, *Secundum enim quod sunt posteriora, secundum hoc & infantilia, & secundum quod infantilia, secundum hoc & insueta, & inexercitata ad perfectam disciplinam; quemadmodum enim mater potest quidem præstare perfectam escam infanti, ille autem adhuc non potest robustiorem se percipere escam: sic & Deus ipse quidem potens fuit homini præstare perfectionem ab initio, homo autem impotens percipere illam, infans enim fuit.* Ex quibus c. 75. concludens ait, *Oportuit ergo hominem primo fieri, & factum augeri, & auctum corroborari, & corroboratum multiplicari, & multiplicatum conualescere, conualescentem verò glorificari, & glorificatum videre suum Dominum.* Egregiè. Potens erat Deus illud facere, sed incapax ex se (ordinariè loquendo) natura erat humana, cum hæc quia creata, per incrementa conueniens erat vt cresceret, & ad perfectum veniret, & non sicut Deus statim ab initio tanquam si creata non esset ad vltimam sui ad veniret perfectionem. quapropter, tum ad ordinem vniuersi, tum ad Dei supremam maiestatem illud fuit conueniens, ne creatura par in hoc cum creatore inueniretur, vnde merito exeandescens Sanctus sic prosequitur, *Irrationabiles igitur omnimodo, qui non expectant tempus augmenti, & suæ naturæ infirmitatem adscribunt Deo; neque enim Deum, neque semetipsos scientes, insatiabiles, & ingrati, nolentes primo esse hoc, quod & facti sunt, homines passionum capaces, sed super egredientes legem humani generis, & antequam fiant homines, iam volunt similes esse factori Deo, & nullam esse differentiam infecti Dei, & nunc facti hominis, qui plus irrationabiles sunt, quàm muta animalia, hæc enim non imputant Deo, quoniam non homines fecit ea, sed vnumquodque eo quod factum est, quoniam est, gratias agit, nos enim imputamus ei, quoniam non ab initio dij facti sumus.* quid pulchrius? Attendant hoc ignorantissimi nouatores, & videant an plus irrationabiles quàm ipsa sint animalia, liberum omnino negantes arbitrium, dum Irenæus sanctissimus irrationabiliores illos facit, tantum quia melius illud iudicabant ad malum inflexibile. Quid ergo diceret de iis qui omnino illud denegant? & hoc non equidem ipsius amore naturæ, vt perfectionem scilicet illam constituant, sed ipsorum ventris, luxuriæ, obscœnitatis, tandem omnium malorum sceleriumque prostitutionis.

Ex dictis ergo aperte concluditur, licet melius fuisset (secundum se res spectata) hominem, & si liberum, tamen inflexibilem condidisse ad malum, vti nunc beati in cælo; tamen quod conducibilius fuit tum ad Dei prouidentiam, & omnipotentiam manifestandam, tum ad eius Maiestatem declarandam, tum etiam quia sic ordo exposcebat rerum, de qua re videndus Augustin. 3. de libero arbitrio, c. 9. *Augustin.* quapropter tantum abest, vt homo absque libero sit conditus arbitrio vt stolidi asserunt hæretici, quinimmo conuenientius fuit, vt tale illud esset, quod ad bonum & malum se inclinare posset, *præsciente Deo omnia ad hominis perfectionem* vt ait Irenæus vbi sup. c. 72. *& ad* *Irenæum.* *ædificationem, & manifestationem dispositionum, vti & bonitas ostendatur, & iustitia perficiatur, & Ecclesia ad imaginem filii eius coaptetur, & tandem aliquando maturius fiat homo, in tantis maturescens, ad videndum, & capiendum Deum.*

25. Homo deuotionem Deo debet & cur.

Gratia ergo necessaria est ad bonum perficiendum, cum illa nostra etiam liberum arbitrium; ergo & nostra cooperatio, fremant licet bonorum operum otiores, & solius fidei assertores: *vt mecum laboret* noster ait Sapiens, ergo nõ sola, ergo, & nos etiam laborare debemus, non autè otio stertere, gratiæ, & Christo omnia relinquentes. Pulchrè S. Leo 16. de passione Domini, c. 5. *Sicut Deus,* ait, *iustificationis est author, ita homo deuotionis est debitor.* Deus iustificat, Deus sanat, Deus medetur, at [illegible] quid solus? absque hominis deuotione, actione, cooperatione? non equidem [illegible] vt author iustificat, homo [illegible] deuotus reddit quod debet, actionem scilicet, cooperationem, fides, obsequium, spinis, & sentibus porta, & via clausa est cæli, nunquid quia Christus eam patefecit, quia perrupit per spinas, etiam pandens, tu absque spinis, absque

S. Leo.

dolore, absque labore illuc ascendes? audi oraculum Mich. c. 2. n. 13. *Ascendet enim pandens iter ante eos*; pro *pandens* in Hebræo est *perens*, id est *fractor*, sic Pagninus. Tigurina *perruptor*, ad literam vt vult Hieronym. cum aliis, sermo est de Christo, qui è captiuitate, & carcere diaboli, infidelitatis, & peccati nos liberans, vi, meritoque crucis suæ per spinas & vepres trãsiens in portas irrupit, tum inferni captiuos ex illo redimens, tum cæli eas aperiens, & referans; at nunquid actum quia Christus transiuit, pandit iter, spinas vepresque calcauit? nunquid & nos post illum non transibimus, non spinas, non vepres calcabimus? & nos etiam, vnde sequens Propheta ait, *diuident, & transibunt*, pro *diuident* in Hebræo *poretsu*, id est, perrumpent, & perfringent; ergo Christus perrupit, & non perrumpemus, Christus perfregit, & nos cum illo nó perfringemus? & si ille laborauit, & nos simul cum illo laborare oportet, pœnas sustinere, tentationes superare, amara sicut ipse insuper patu. audi sanctum Leonem vbi sup. c. 6. *Dominus Iesus*, ait, *meritò nobis factus est via, quia nisi per Christum non itur ad Christum, per ipsam autem ad ipsum tendit, qui per semitam patientiæ, & humilitatis eius incedit; in quo plane itinere, nec æstus deest laboris, nec nubes tristitiæ, nec procella formidinis, ibi sunt insidiæ iniquorum, persecutiones infidelium, minæ potentium, contumeliæ superborum. quæ dominus virtutum, & Rex gloriæ ideo omnia in infirmitatis nostræ forma, & in carnis peccati similitudine percurrit, vt inter præsentis vitæ pericula, non tam optandum sit nobis ista declinando fugere, quàm tolerando superare.* nil pulchrius. Tolerauit Christus quæ nos tolerare debebamus, passus est pro nobis, at nunquid vt otio stertentes pericula fugeremus; an potius vt ea tolerando superaremus? itẽ Christus pandit iter, spinas, vepres, sentes calcando, nunquid iam iter manet tutum, sine spinis, sine sentibus, sine obstaculis, melle & lacte scaturiens? negat sanctus Leo, negant sancti omnes, ipsa negat experientia; ad quid ergo dices, Christus illa pertulit? sane, non vt tu vestigia eius non sequereris, sed vt exemplo suo edoceremus mala non fugere, pœnas non vitare, recusare molestias, sed vt Sanctus inquit, Leo tolerando superare. Ob hoc passus, mortuus, crucifixus vt ait Apostolus Petrus, epist. 1. c. 2. n. 21. pulchrè Areopagita, c. 2. part. 1. de Ecclesiastica hierarch. *Primus ad diuina motus Dei dilectio est: porro sacra dilectionis ad diuina mandata faciendia principalis omnino progressus est secretissima illa, & ineffabilis operatio, qua diuinum in nobis statum efficitur.* sine dubio loquitur Sanctus de gratia efficaci, quam omnino distunctam facit à sufficienti, & per quam operando, ad gratiam illam habitualem peruenimus, per quam in diuinæ consortium [illegible] naturæ. Ad hanc ergo dandam primus [illegible]tus Dei est dilectio nullo præcedente merito, [illegible] nostra cooperatione, dedit quia dilexit, hæc [illegible]tionis summa; sed quid, nunquid illa sufficit? [illegible] si homo vellet, at quia non vult altera necessa[illegible] virilis, robusta, ac ineffabilis ipsiusmet Dei op[illegible]io, cum qua vltra nobis progredientibus, non [illegible]la solum, sed nobiscum pariter, diuinum statum [illegible]ficiat,

Mich. c. 2. n. 13.

Hieron.

26. Christus vt pandit eorum iter.

27. Et nos etiã cum illo eum pandere debemus.

S. Leo.

28. Mala non debemus superare fugiendo, sed tolerando.

29. Christus ob id passus.

S. Petrus epist. 1. c. 2. n. 21. Areopagita.

30. Gratia sufficiens omnino ab efficaci distincta *Areopagitæ.*

ergo & si primas sibi vendicat ipsa diuina operatio, tu secundas, nam vt inquit Aug. epi. 106. *Gratia meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici, comitante non ducente, pedisequa, non præuia voluntate.* at sine tua voluntate, absque tua operatione prorsus euaneſcet, immo addo, quod similiter si continuè, sempérque non operaberis, non laborabis, audi Leonem 5. ser. 8. de pass. c. 8. *Quantumlibet enim quisque iustificatus sit, habet tamen dum in hac vita est, quo probatior esse possit, & melior; qui autem non proficit, deficit: & qui nihil acquirit, nonnihil perdit: currendum ergo nobis est fide gressibus, misericordiæ operibus, amori iustitiæ, vt diem redemptionis nostræ spiritualiter celebrantes, non in fermento veteris malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis*, 1. ad Corint. c. 5. *resurrectionis Christi mereamur esse participes.* Quid adhæc nebulones opera negantes, & solam fidem sufficientem asserentes? ipsam fidem simul destruentes dum illud asserunt, *sine fide autem impossibile est placere Deo*, ait Apostolus ad Hebræos, c. 11. n. 6. optimè, & hoc ipsi etiam concedunt tenebriones; at quid credendum omnino sine quo non erit ad Deum accessus? audite ridiculi, *quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* non solum quia est, sed etiam quia remunerator, hoc est, mercedis retributor, non solum gratiæ dator; merces autem supponit laborem, industriam, opus, *merces autem est illud, quod homo quærit in labore.* ait sanctus Doctor hic: ergo credẽdum Deum non solum esse, sed etiam remuneratorem; alioquin vt rectè idem sanctus, *nullus iret ad ipsum, si non speraret aliquam remunerationem ab ipso.* Ex duobus ergo fides nostra iuxta Apostolum primo & principaliter constat, credere scilicet Deum esse, & remuneratorem esse; dixi principaliter, nam plura alia necne credenda sunt, vt ait S. Doctor, sed vt bene Theodoretus tantum hæc numerat Apostolus, *quia hæc duo requiruntur maximè ad spem excitandam vt Hebræi, & quilibet alius fortiter virtutis agones obeat, & sustineat*; De essentia ergo fidei est credere Deum esse remuneratorem; nonne ergo tu destruis fidem, dum Deum tantum credis esse largitorem, non remuneratorem? Ergo negando opera, asserendo tantum fidem esse necessariam, ipsam & quam tantum extollis fidem pessundas, & dum Deum tantum largitorem, non remuneratorem facis, non credis ipsum esse, sicut Apostolus proponit, sed sicut tu illum affingis, ac proinde non verus sed à te effictus erit ille Deus, in quem tu negando opera credis, vnde simul affirmando illum esse, ipsum destruis, & sic nec in ipsum verum Deum credis, sed in illum à te effictum, effigiatum, efformatum, inuentum, vt semel videamus in quale barathrum Dæmõ hos miseros impingit, dum non necessaria operà dicunt, causamúsque nos qui stamus ne ore illud negantes, opere conteamur, nil agentes, nil operantes, sed cum sapiente sic Deum togemus, vt nobiscum ad sit, quod & nos simul cum illo, & laborante ipso, & nos collaboremus; vnde meritò petat Sapiens, & dicat, vt *mecum sit, & mecum laboret.*

Augusti.

31. Semper operandum. *S. Leo.*

32. Ridiculi qui solam fidem sine operibus ad salutem sufficere dicunt. *Ad Hebr. c. 11. n. 6.*

33. Deus credendus remunerator &c. *S. Thom.*

34. Destruit eadem qui illum tantum largitorem considerat. *Theodoret.*

35. Hæretici in verũ Deum non credunt.

Digitized by Google

Num. 11. *Scit illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis ſobriè, & cuſtodiet me in ſua potentia.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis. AD bene regendum duo neceſſaria vnicè, ſcientia rerum agendarum, & prudentia, modus ſcilicet quo prudenter illas aſſumere, ac dirigere oporteat, quæ cum in ſe diuina contineat ſapientia, & ſimul præſtet, merito eam noſter expoſcit Salomon, ait enim,

Scit, & intelligit, &c. hoc eſt ſcire facit, & intelligere, Olkoth, cum habitus ſcientiæ, teſte **Olkoth. Ariſt.** Ariſtotele 6. Ethicorum, & 2. Poſteriorum, ſit circa concluſionem quæ demonſtrari poteſt, & intellectus circa principia quæ demonſtrari non poſſunt, hîc per *ſcire, & intelligere*, donum agnoſcit ſcientiæ, & intellectus; non diſplicet, **Lorinus.** licet Lorinus ſynonima eſſe affirmet, vtrunque ſine incommodo affirmari poteſt.

Deducet me in operibus meis ſobriè, &c. id eſt, iuxta præſcriptum rectæ rationis, moderatè, diſcretè, prudenter, Principi, & ſuperiori vnica ac neceſſaria virtus, prudentia, immo eius propria, de qua re vide quæ ſupra diximus in 1. tomo, hom. 108.

Idem. Adnotat Lorinus, hic non preſſè ſumendum prudentiam, ſed largè, pro mediocritate ſcilicet, & norma in omni opere, non tantum virtutis, verum etiam artis, cum Salomon poſtulet illam non ſolùm ad bene regendum, ſed etiam ad bene templum ædificandum; placet.

Cuſtodiet me in ſua potentia, &c. Græcè *in gloria ſua*, quæ manifeſtatur per ipſius effectus potentiæ, hoc eſt, cuſtodiet me ob ſuam claritatem, & maieſtatem; munus bene regendi perſeueranter mihi tribuendo, vel vt Caſtro. **Caſtro.** perſeueranter cuſtodiet me, vt gloriam ſibi comparet ex meis actionibus, & glorioſus oſtendatur in miniſtro ſuo, bonus ſenſus cum in operibus Dei finis ipſius ſit gloria, & hominis in operando, Principiſque in regendo nullus erit alter, ſi benè & perſeueranter regere velit, vt mox dicemus.

HOMILIA XI.

Proprius Principis in regendo finis Dei gloria, ad Chriſti ſummi principis exemplum.

CVſtodiet me in ſua potentia, noſter ait Sapiens, perſeuerantiam ſcilicet mihi impartiendo, vt ex meis ipſe glorificetur actionibus, qui vnicus in operibus Dei finis, vnicus ſcopus, eius ſcilicet gloria; hoc primum ſtabiliendum, vt exinde noſtram eruamus propoſitionem, Principis ſcilicet in regendo finem Dei debere eſſe gloriam, cum Deus in omnibus ſuis nil aliud intendat operibus; & inter illa vnum, & maximum Principis electio, ergo ad ſuam illum deſtinauit gloriam, ergo vt gratus, vt obſequens, vt finem ob quem electus conſequatur, hoc vnum erit ei in regimine intentum, Dei ſcilicet gloria, quam ſolam, quam vnicè ipſe in omnibus intentat; cuius equidem ratio non aliunde niſi ex ipſamet expetenda rei natura; inde enim deducetur nullum alium in operibus Deum finem habere poſſe ſuis;

Enimverò conſtans eſt omnium non ſolùm Theologorum, ſed etiam omnium ſententia, Deum finem vltimum eſſentialiter eſſe, ac proinde ex intrinſeca ratione iuſtitiæ ad ſe ipſum tanquam ad finem vltimum omnia reducere debere, ſic vt ſi per impoſſibile non ad ſe, ſed ad alium extra ſe vltimò Deus aliquid referret, iniuſtitiam, & peccatum committeret, quod impoſſibile, ideo non voluntariè, ſed ex neceſſitate ſic vt omnia in ordine ad ſe, & propter ſe creare, & efficere debeat. *Quod colimus nos*, ait Tertullianus in Apolog. c. 17. *Deus vnus eſt, qui totam molem iſtam, cum omni inſtrumento elementorum, corporum, ſpirituum, verbo quo inſſit, ratione qua diſpoſuit, virtute qua potuit, de nihilo expreſſit in ornamentum maieſtatis ſuæ.* Pulchrè. Tria ſunt in Deo, voluntas, ratio, potentia, his omnibus, quod eſt dicere toto quo ipſe conſtat mundû creauit, hoc eſt elementa, corpora, homines; at ad quid? nunquid propter illa? non, niſi *ad ornamentum Maieſtatis ſuæ*, hoc eſt propter ſe, & vt ſuam ſimul declararet Maieſtatem: ex his ergo totus Deus quando mundum creauit, totus ad ſe fuit ad ornatum, ad magnificentiam, ad Maieſtatem tandem explicandam ſuam. hinc Salomon Prouerb. c. 16. n. 4. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus: impium quoque ad diem malum*, notandum hoc vltimum; ergo ne ſic ſui ipſius Deus cupidus eſt, (vt ſic dicam) quod etiam, & impium ad ſe direxerit. hoc affirmat Salomon, & meritò, quod equidem ſit, vt ait Ianſenius, non ſolùm quia ipſius naturam condidit vt volebat Hugo, ſed etiam *quia impietatem eius ad ſuam gloriam non tam præordinat, quàm ſubordinat, ac tum demum, quia vt Scriptura teſtatur ſapius, impium ipſum indurat, atque illi ruinarum occaſiones immittit.* Omnia ergo propter ſe, omnia ad ipſum tanquam ad vltimum finem ordinauit, & hoc vt diximus, neceſſariò, non liberè; quod cum ita ſit, euidentiſſime ſequitur, vt in omnibus eius operibus quod vnicè, quod ſingulariter, quod primum denique intendit, eius ſit gloria, cum ſi quid ſit gloria inſpicies, nulli alteri quam Deo conuenire propriè dices, imino quod nihil ſit, & ipſemet quærere debet ſummus Deus.

1. Deus nullum alium finem in operibus habere poteſt quàm ſi ſummet gloriam.

2. Omnia in ſuum ornamentum creauit. *Tertul.*

Gloria, inquit Cicero pro Marcello *eſt illuſtris & pernagata multorum, & magnorum, vel in ſuos cives, vel in omne genus humanum fama meritorum.* Attende definitionem, & perſpicies quàm cupidus Deus ſuæ erit gloriæ, cum nemo in ſuos, nemo in omne genus ſic benencus fuit humanum, nemo de illo ſic benè meritus: item idem 5. Tuſcul. *Gloria*, ait, *eſt incorrupta vox bene iudicantium de excellenti virtute*, quis tantæ virturis vt Deus? Ariſt. lib. 1 Rethoric. c. 5. *Gloria eſt*, ait, *cum virtuoſus à cunctis exiſtimatur, aut id habere putatur, quod omnes, vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt.* quid probus, quid prudens, quid plures, quid omnes expetunt, quod in Deo non ſit? qualis homo virturis (vt ſic dicam) ac Deus, à quo illa emanat? quod cum ſit, & virturis præmium ſit gloria teſte eodem Ariſt. lib. 8. Ethic. c. 4. & Cicero vbi ſup. euidenter ſequitur, quod in-

4. Gloria quid. *Cicero, Idem. Ariſt.*

5. Vnice Deo debetur.

6. Eſt virtutum virtus.

ximum, quod primum à Deo exquisitum tanquam ei ex iure erit gloria, cum teste Seneca, lib. 1. epist. 79. *Gloria umbra sit virtutis, quæ etiam inuitos comitabitur.* Nam vt rectè Claudianus licet ipsa eam nō quærat, velit, nolit vltro post ipsā sequitur, *Non fascibus vllis erigitur, plausu vè petit diuulgari vulgi. Hanc tamen inuitam blandè vestigat, & vltro ambit honos.* at ex nostris Ambros. in epist. ad Rom. de gloria loquens. *Est clara*, ait, *cum laude notitia*; quid Deo dignius, vt ab omnibus laudetur, & hoc non occultè, sed manifestè? Aug. *Est iudicium hominum bene de hominibus opinantium.* Quis meliori dignior Deo opinione? ergo cui amplior gloria debetur quam ei? ex quibus omnibus apertè concluditur, in omnibus suis operibus vnum Deum intendere, gloriam scilicet, suúmque honorem.

Seneca. *Claudi.* *Ambros.* *August.*

7. Deus à Sanctis cui gloria nomine-tur.

Hinc quippe factum, ni fallor, vt quia totus Deus in suam sit gloriam, & nil amplius intendat, sancti in Scriptura viri, dum nominare eum insigniter volunt, gloriam appellant, sic Dauid, Psal. 3. n. 4. *Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, (hoc est Deus meus) & exaltans caput meum*, & apertius Psal 105. n. 20. *Mutauerunt gloriam suam (hoc est Deum suum) in similitudinem vituli*, &c. Et Hierem. c. 2. n. 11. *Si mutauit gens Deos suos, & ipsi non sunt Dij, populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum*, & alibi sæpe; quod cum sit, & Deus ipse nil aliud intendat in suis operibus nisi suam ipsius gloriam, quid aliud homines, quid aliud in regendo Principes intendere debent?

Psal. 3. n. 4. *Psal. 105. n. 20.* *Hierem. c. 2. n. 11.*

8. Principes solam Dei gloriā ex-petere de-bent Chri-sti exem-plo.

Quod vt planum fiet ab ipso Regum Rege, dominantium Domino, omniúmque gubernatore supremo exemplum petere, & sequi debent, *qui* vt cum Apostolo loquar ad Philipp. c. 2. n. 4. *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Locus celebris apud antiquos Patres contra Arrianos, eiusdémque farinæ homines, ad Christi diuinitatem, consubstantialitatémque cum Patre probandam; vbi non ita prætereundum, sed occasione oblata paulò diutius, breuiter tamen immorandum.

Ad Philipp. c. 2. n. 4.

9. Apostolus vt intelligēdus quando dixit de Christo, cū in forma Dei esse, de forma scilicet substantiali.

Et primo verba illa *Qui cum in forma Dei esset*, Catholicè tenendum de forma locutum Apostolum substantiali, & non aut de imagine visibili in qua Deus inuisibiliter in Christo cernebatur, vt volebat Franciscus Dauid hæreticus; aut de Christi operibus, quibus se Deum esse ostendebat, vt ineptissimè Erasmus, *Ona fouens Arrianorum*, vt bene Cornelius; sed firmissimè cum omnibus sanctis asserendum Patribus, de forma locutū Apostolum substantiali, sic Hilar. lib. 8. de Trinit. & in Psal. 188. Ambros. lib. 2. de Fide, c. 4. & epist. 47. Augustin. lib. 2. contra Maximin. c. 5. Hieron. in c. 1. epist. ad Titum, Nazianz. orat. 2. de Theologia, & alij prope modum omnes.

Cornel. *Hilar.* *Ambros.* *August.* *Hieron.* *Nazianz.*

10. Sicut quando dixit nō rapinam arbitratus est esse se æqua-lem, de æ-qualitate di-uina.

At licet hoc indubitatum, non sic apud aliquos recentiores de eo quod sequitur, vnde verba illa, quæ immediatè sequuntur, scilicet quod *non rapinam arbitratus sit esse se æqualem Deo*, aliquibus obscurissima videntur, tum ex contextu, non enim sat intelligunt quomodo cohæreat, qui cum in forma Dei esset, hoc est verus Deus, Dei imago, non rapuit vt esset Deus, siue æqualis Deo, sicut qualis hæc esset locutio? cum Petrus natura esset homo, vel Rex, non rapuit vt esset Rex; tum etiam ob aduersatiuam sequentem, *sed semetipsum exinaniuit*, quæ non videtur cui aduersetur; hunc locum eruditissimè discutit Antonius Velasquez, difficultatesque acutissimè retractans, multis adductis antiquorum Patrum sententiis, conspirantium de æqualitate etiam intelligenda diuina, qua Christus Patri fiebat æqualis, nouam propriam addit, æqualitatem cum Deo non intelligens, consubstantialitatem cum Deo Patre, sed Christi nominis exaltationem, honorem, potentiam, manifestatem, gloriam, quam sanguine, & morte, duriſque acquisiuit laboribus; vnde hunc verborum Apostoli constituit sensum, nempe, Christus Dominus noster, & si consubstantialis esset Patri, tamen externam nominis sui claritatem, & ad dexteræ Patris sessionem *non rapinam arbitratus est*, sed post multos, exanthlatósque labores; quam expositionem multis confirmat doctissimè quidem, & piè; estque expositio ad mores mirificè accommodata.

Velasq.

At licet consummatissima sint quæ doctissimus adducit Velasquez nostri temporis, si quem viderim, consummatissimus scriptor, ac sit sine inuidia dictum, non eum modernis, sed cum antiquissimis illis Scripturæ sanctissimis expositoribus comparandus, tamen ne ab antiquis recedam, litteralem sensum mea sententia apprehendit August. epist. 120. tom. 2. & lib. 2. contra Maximin. c. 5. tom. 6. cui consentit Ambros. lib. 2. de fide ad Gratianum, c. 40. & ferè omnibus antiquis Latinis Patribus, vt Primasio, Anselmo, exteriſque Augustini aristisit sententia. Quæ quidem est, Paulū de vera Christi cum Patre æqualitate locutū, quam non putauit Christus vsurpationem, & si æqualem se Patri faciebat, ac prædicabat; attamen cum hoc sic esset, voluisse tamen se exinanire *formam serui accipiens*, verba Augustini vbi sup. c. 4. exponentis illa verba Ioannis, c. 1. *Verbum caro factum est*, probantis non ex hoc quia sic dictum, Verbum in carnem transiisse, sed tantum significasse à Verbo carnem assumptam, Verbo remanente, sic ait: *Nihil prorsus aliud dictum est, Verbum caro factum est, quàm si diceretur, Filius Dei, filius hominis factus est, qui cum in forma Dei factus esset, sicut dicit Apostolus, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo, neque enim vsurpationis erat, vt rapina diceretur, sed natura inerat vt esset æqualis; semetipsum tamen exinaniuit, non formam Dei amittens, sed formam serui suscipiens.* Hæc August. qui sensus quàm aptè & verbis, & menti congruat Apostoli.

Velasq. *August.* *Ambros.* *Primas.* *Anselm.*

Attendendum est, verbis antecedentibus, Philippēses imprecatione summa Apostolum ad charitatem, vnanimem sensum, & humilitatem cohortatum, *Si qua ergo*, ait, *consolatio in Christo, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum?* En quàm ardenter petit, & rogat, ad quid? *vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, idipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, Sed in humilitate superiores sibi inuicem*

inuicem arbitrantes. Vnanimem expetit sensum, charitatem insuper paternam, tandem humilitatem; at quo medio vult hæc adipisci? subdit, *Non quæ sua sunt singuli considerantes, sedquæ aliorum.* Duplicem hæc patiuntur verba sensum; Primum, vt nouum non sint præceptum, sed tantùm modum præbeant humilitatem acquirendi, vt scilicet singuli non sua quæ insunt bona, sed aliorum considerent, si ad charitatem proximi, suisque humilitatem peruenire velint: secundum, vt sint nouum præceptum, siue documentum, quo charitatem, & humilitatem seruare possint iuxta illud Ioan. c 13. n. 34. *Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem*; Vnde nouum, cum iam inde à primordiis legis, & Ecclesiæ? sanè, ex eo quod subiungit, *sicut dilexi vos*; in hoc nouitas, vt eo modo nos inuicem diligamus, sicut ipse nos dilexit, non sua quærens, sed nostra, sic & nobis nouum dilectionis mandatum iniungit, scilicet vt quis non sua tantum quærat, sed aliorum commoda, non se tantum, bonumque proprium consectetur, sed aliorum; Quod vt confirmet, exemplo probat Christi Domini nostri, qui sit corde humilis, sic proximorum suorum amans, vt & si esset Deus, & optimè calleret non rapinam facere, non furtum committere, non quod non suum accipere arbitrans, reputans, æstimans se Deo æqualem; tamen non se considerans, altitudinémque suam, sed aliorum bonum, nõ quæ sua curans, sed proximorum, *humiliauit semetipsum.*

Hanc Augustini sententiam libenter amplector, tum quia magna fulcitur Patrum auctoritate, tum quia vt affirmat Theophylact. non sic ex prioribus verbis, scilicet *qui cum in forma Dei esset*, quantum ex istis Arriani conuincebantur filium Patri esse æqualem, non valentes sensum Apostoli tergiuersari, cum planus, & manifestus, ob quod omnino vt contra Hæreticos stemus, Augustini sensus tenendus, & defendendus.

Sed dicunt orationis structuram non bene consistere; nam si verus esset August. sensus, vt oratio sibi constans esset, non debebat sic dicere Apostolus: *Non rapinam arbitratus est, sed nec rapinã arbitraretur esse se æqualem Deo:* nam vt sic vnico contextu progreditur ratio ad finem intentum, sine alia mutatione; at quia mutat orationis modum, signum est aliquid aliud Apostolum intellexisse, & non æqualitatem cum Deo; Hæc instantia non difficilem patitur resolutionem, cum si ad grammaticam confugiamus. & si vtroque modo dicere Apostolus potuisset quod intendebat, tamen quia loquebatur de facto exercito, nempe de æqualitate Christi cum Patre, & quam Christus non semel affirmauerat, patrem scilicet se Deo esse, vnum cum Patre, eadémque substantia ac cum illo natura, *Ego & Pater vnum sumus, Qui videt me, videt & Patrem meum*: *Principium qui & loquor vobis*, & alia infinita; ideo congruentius fuit per tempus præsens indicatiui, quam subiunctiui præteritum imperfectum affirmare, cum, vt omnes produnt Grammatici, præteritum imperfectum rem significat cœptam, sed nondum perfectam, ob quod propriissimè loquens Apostolus dixit, *& non rapinam arbitratus est.*

Neque scrupulum ingerere debet; nil magnum Apostolum Christo attribuere, dum facit ipsum intelligere se esse Deum, & hoc existimasse non esse rapinam, nam nec magnum, nec paruum Apostolus Christo illis verbis attribuere voluit, cum non ad rem tunc faciebat Apostoli; cuius institutum non erat magnitudinem declarare Christi; vnde nec ex professo illa verba subiunxit, sed quasi ex occasione; quia optimè cõducebant ad id quod ipse tunc prætendebat; vnde tantum voluit affirmare verissimè, ac propriissimè Christum se æstimasse Deum, non fictitiè, aut non realiter, immo nec superbè, cum non raperet quod suũ à principio non esset, & hoc naturaliter, & essentialiter, nulli iniuriã faciens, neque alteri rapiens, aut aliquid extorquens, cum verè esset Deus, ac per omnia Patri æqualis; Quo firmiter stabilito, inde altius exemplum Christi humilitatis eruit ad corda informanda Philippensium, quæ vt humilitatem, charitatémque simul ebiberent, summoperè peroptabat; quod profecto fiebat: nam eo quo certius illud sciebat Christus, & eo quod discipuli, scilicet Christũ illud non ignorare, sic vt non rapinam arbitraretur se Deo æqualé, eo admirabilior eius fuit humilitas, eius in proximos charitas, dum & si Deus, & si Patri per omnia æqualis, tamen ob charitatem, humilitatémque, sua, & seipsum non considerans, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, qui per omnia similis erat Deo; sic humilitatem, sic charitatem hominum perstringens, vt eorum amore, similitudinem Dei occludens, & veluti derelinquens, similitudinem prætulit humanam, per omnia fratribus assimilatus; quod exemplum sic altè in corde retinebat Apostolus, vt nullum maius, aut efficacius ad corda informanda Philippensium existimabat, eóque vt diximus propter illos, non ad Christum amplificandum vlus, hinc firma remanens Augustini sententia, quæ apprimè ad nostrum facit institutum.

Dicimus, quòd à Christo Domino nostro sumere exemplum Principes debent, omnibus Dei gloriam attendere viribus, non suum negotium, sed Dei gerere; non secus ac Dominus noster, qui cum in forma Dei esset, nec rapinam arbitraretur se Deum, tamen non suum, sed Patris semper negotium egit, sic vt quasi ipsius videretur oblitus, Patris tantum recordatus, quod elegantissimè Lactantius dixit Firmian. lib. 4. Institut. diuinar. c. 14. dum de Christo Patri honorem, gloriam, & fidem exhibente, sic ait: *Ille verò exhibuit Deo fidem; docuit enim quod verus Deus sit, eúmque solum coli oportere; nec vnquam se Deum esse dixit, quia non seruasset fidem: si missus vt Deos tolleret, vt vnum asseueret, induceret alium præter vnum, hoc erat, non de vno facere præconium, nec eius qui miserat, sed suum proprium negotium gerere, ac se ab eo quem illustraturus venerat separare.* Egregiè. Vbi aduertendum Christum se Deum non dixisse quasi distinctum, & à Patre separatum in natura: nam vt sic Deos, & plures constituisset Deos, eamen se Deum dixit multoties, vt suprà diximus; at non distinctum, non separatum, sed vnum cum Patre Deo, cui honorem, gloriam,

11. Christus semper non suum, sed Patris negotium egit

Lactantius.

12. Suam Dei tatem non ab hominibus, sed à Patre atestatam voluit.

reuerentiâ poſtulabat vnicè, ita ſuimet oblitus, ac ſi nõ eſſet æqualis Patri, ac ſi non eſſet Deus; ſic, vt & ſi Deus, & ab hominibus vt talis habendus, hanc tamen ſui diuini nominis claritatem, Deitatiſque manifeſtationem nunquam ab hominibus, ſemper a Patre exquiſiuit, Ioan. 5. n. 34. *Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati, ego autem non ab homine teſtimonium accipio.* Quem locum optimè exponit Chryſoſtomus, repudiaſſe ſcilicet Chriſtũ Ioannis teſtimonium, non quod illud nõ fuiſſet diuinum, cum ob hoc miſſus, ſed quod vt tantum humanum ab illis reputabatur, *Neque enim credibile erat*, ait Chryſoſt. homil. 39. in Ioan. tom. 3. *multos ſcire id Ioannem à Deo recepiſſe, ſed tanquam ipſe ex ſe diceret, fidem ei adhibebant, ideo inquit, ego non ab homine* Sic tenax, & firmus ſtabat, ſic totus in gloriam tranſierat Patris, vt & ſi Ioannis teſtimonium eſſet diuinum, repudiauit, quia credebatur humanum, vt ad quod venerat, hominibus ſcilicet gloriam Patris manifeſtare, hocque ad illum adorandum, glorificandúmque adducere, ita indiuisè aſſequeretur, ſicque homines totaliter ad Patrem referret. vt nec Ioannis teſtimoniũ, & ſi diuinum, voluerit admittere, ne homine tantum vno quatenus tali, ad ſui, & non Patris manifeſtationem, & gloriã videretur vſus, gloriam ſuam, non ab hominibus, ſed à Patre tantùm recognoſcere volens, vt deitatis ſuæ manifeſtationem non hominibus, ſed Patri deberet: vt ſic totus, totus in poteſtatẽ tranſiret Patris, & ſicut ab illo ad intra originaliter ipſammet recognoſcebat Deitatem, ſic ad extra, & illius oſtentationem. Vnde Ioan. 17. n. 4. ad Patrem orans, ait: *Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui quod dediſti mihi vt faciam, & nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate quam habui priuſquam mundus eſſet apud te.* In quo loco rectè Maldonatus obſeruat Ly *apud temetipſum*, nõ opponi *ſuper terram*, ſed apud homines, vnde ſenſus: fac vt tam clarus apud homines ſim, ſicut apud temetipſum ab æterno, vt pro Deo me habeant homines, ſicut ab æterno Deus tecum fui; non enim quæ nõ habebat aſſumpſit, inquit Theodoret. in Pſal. 92. ſuper illa verba: *Dominus regnauit, decorẽ indutus eſt*, pro *decore*, gloriam intelligens diuinitatis, quam poſt paſſionem demonſtrauit; *ſed quæ habebat demonſtrauit, eodem modo proprio Patri dixit, Clarifica me tu Pater, claritate quam habui apud te priuſquam mundus fieret.* Ergo & ſi gloriam quærebat, tamen non ab alio, quàm à Patre, non ab hominibus, ne ſuum apud iſtos videretur egiſſe negotium, non Patris: quod admirabiliter dixit Hilarius in Pſal. 188. n. 11. ſuper illa verba: *Quia tu poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de vtero matris meæ, confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es.* Quæ vltima ipſe legit, *quia terribiliter mirificatus ſum*, vbi poſtquam dixiſſet totum Chriſtum fuiſſe in gloriam Patris acquirendam, *& qui ab vtero matris ſuſcipitur, non ad opera ſæculi ſuſceptus excidit. Omnis igitur eius voluntas, ac labor eſt Patrem prædicare, voluntatem Patris explere, acceptum à Patre calicem bibere; hæc enim hominis ſui quem aſſumpſit, officia ſunt.* Poſtquam ergo hæc dixiſſet, quomodo per hæc à Patre ſit mirificatus, & quomodo Chriſtus hanc ſuam nõ hominibus, ſed Patri glorificationem retulerit, ſic ſequitur *Mirificatus eſt ob id quia Deus poſſedit renes eius, quia à matris vtero ſuſceptus eſt, per id enim quod voluntas eius, & operatio Deo dedita fuit, mirificari terribiliter promeruit.* Notanda verba, vt inſtà dicemus; explicans autem quomodo mirificatus, ait: *Mirificatus autem terribiliter eſt dum hora crucis tenebræ ſunt, dum tremuit terra, dum ſaxa rumpuntur, dum patent ſepulchra, dum mortui reſurgunt, dum in eodem corpore ipſe conſpicitur, dum clauſis ianuis ſolis ſibi penetrabilis aditu aſſiſtit, dum ad cælos elenatur*; & paulò poſt, *dum poſtremò in eo quo elenatus eſt corpore à dextris Dei ſedet, cuius in gloria & manebat, & permanet*; at cui hæc omnia accepta refert Chriſtus? Patri, profectò non alij, vnde Hilarius. *Omnem autem eamque terribiliter mirificatus eſt dignitatem, ad opus eius refert cuius & parmit voluntati dicens, mira opera tua, & anima mea nouit valde. Quod enim, inquit, terribiliter mirificatus ſum, opus tuum eſt.* Egregiè, & veriſſimè, ſic nempe apud homines Chriſtum negotiũ egiſſe Patris, vt non ſolum ſui ipſius gloriæ & claritatis apud iſtos videretur oblitus, ſed nec ab ipſis immediatè gloriam ſuam voluiſſe, niſi à Patre, certus quia ſicut ipſe totus in Patris obſequium, ſic Pater totus in eius glorificationem, hinc & ſi Deus cum illo, & eadem cum illo opera facere poſſet Ioan. c. 5. *Quæcũque Pater facit, eadẽ & Filius facit, & rurſus. Sicut Pater vinificat mortuos, ſic & Filius quos vult vinificat*, tamen vt & ſua omnia ſimul in gloriam tranſirent Patris, hanc ipſam & Patri ſuam ob reuerentiæ affectum reducit poteſtatem, vt illi non ſolum homines quos ab illo acceperat, ſed etiam totum ſeipſum etiam quatenus Deum, referret; & quia de donis ab intra acceptis referre gratiam non poterat, quatenus per omnia æqualis, voluit vt homo pro eis gratias agere; & licet naturaliter, & eſſentialiter ita ſua eſſent ac Patris, ſic Patri obnoxium vt ſic dicã, ſic obæratum ſe recognoſcere ex ordinatiſſima erga Patrem charitate voluit, ac ſi dono non natura ea accepiſſet, quod admirabiliter affirmat Hilarius, vbi ſuprà ſic dicens, *Cum ad demonſtrationem virtutis ſuæ dixerit, Quæcunque Pater facit eadem & Filius facit ſimiliter, & rurſus. Sicut Pater vinificat mortuos, ſic & Filius quos vult vinificat: tamen dignitatem operis omnium Patri deferens dicit, Non poteſt facere Filius à ſe quicquam, niſi quod viderit Patrem facientem, conteſtatam de ſe poteſtatem per reuerentiæ honorem, ei cui omnia meminerat conſtituenda ſubiecit; non ſibi adimens quod ſimilia Patri poſſet, ſed eum per quem ſimilia poſſet oſtendens.* Nil melius. Ne ſibi derogaret, contraque veritatem ſtaret, ac proinde contra ipſum Patrem, (audiant lutulentiſſimi Arriani,) ſuam voluit æternam, ac per omnia Patri æqualem conteſtatam poteſtatem, ac poſtea vt homo patri ſubiectus, ex ardentiſſima in eum charitate hanc ſuam infinitam conteſtatam poteſtatem, per reuerentiæ honorem Patri ſubiecit, vt omnia ſua tum humana, tum diuina, & quidquid eſſet, in gloriam tranſirent Patris, vt exemplo ſuo edocti homines ad quos informandos venerat, & ipſi edocti Principes ipſorum gloriam, & poteſtatem, potentiam,

Ioan. 5. n. 34.

Chryſoſt. 13.

Cur Ioannis teſtimonium repudiauit?

Ioan. 17. n. 4.

Maldon.

Theodoret.

Hilarius. Pſal. 188. n. 11.

14. Totus Chriſtus ad Patrem extitit.

Ioan. c. 5. 15. Quam grãtus ei extitit.

16. Omnia à Patre recognoſcens, & ſi ſua.

vires, robur, regna, & imperia ad vnam referrent Dei & Patris gloriam, hanc solum exquirentes in omnibus, ad hanc solam attendentes, spem certissimam ex hoc concipientes, quod si ad Christi exemplar propriorum oblivi, toti in gloriam se transferrent Dei, non secus ac Christum eos Deus glorificabit, ampliabit, immo & mirificos efficiet, quod erat illud in Hilarij sententia à nobis adnotatum dum dixit, ideo Christum mirificari à Patre debuisse, quia totus in Patris gloriam extitit, totus in voluntatem Patris transiuit, *Per id enim quod voluntas eius, & operatio Deo dedita fuit, mirificari terribiliter promeruit.* Adnoto verbum *terribiliter*, non solùm meruit clarificari, & mirificari, sed terribiliter, hoc est, vsque ad inimicorum terrorem, stuporem, & extasim, & prorsus vltrà humanæ naturæ captum; vt hinc discant Principes supremi, discant Dinastæ, tunc sui amplius memores, quando amplius obliti, & licet tota inepta reclamet Status ratio, tunc mirificos, & vsque ad terrorem inimicorum euasuros, quando solius Dei gloriam attendentes, sic sua moderantes, vt non solum contra nihil intentent, sed in omnibus suis hanc solam simpliciter attendant actionibus.

17. Christus est à patre mirificatus.

18. Ad eius exemplar erunt & Principes mirificati si id agent, quod ipse.

Immo hoc facientes, illud assequentur quod proprium illorum præmium, quod vltra diuitias, vltra ipsamet illis æstimandum regna, & quod à solo Deo eis impertiri potest, à mortalium autem nemine gloriam & honorem; quod antequam probemus.

19. Deus in eadem specie hic retribuit, quæ ei hi dantur.

Supponendum quod & si immensus obsequiorum suorum retributor sit Deus, tamen ordinariæ retributionis immensitatem in eadem reddere specie, quando in hac retribuit vita, in qua illi tributa. Luc. 18. n. 20. *Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios, propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in sæculo venturo vitam æternam*, quæ plura declarans apud Marcum, c. 10. n. 29. ait, *Qui non accipiet centies tantum nunc in tempore, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, & in sæculo futuro vitam æternam*; Ergo qui vnam domum reliquerit, in eadem Deus illum remunerabit specie domos retribuens; qui fratres, fratres, qui sororem, sorores; quomodo hoc intellexerunt Origenes, Author imperfecti, Theophilactus, & Euchimius, Domum cogitauit Dauid Deo struere; illicò domum ei Deum ædificaturum audiuit, 1. Paralip. c. 17. n. 10. *Annuntio tibi, quod ædificaturus sit tibi Dominus domum.* Terram reliquit Abraham propriam, statimque audiuit, *Semini tuo dabo terram hanc*, Genes. c. 12. n. 7. quod millies in Scripturis obseruari potest. hoc ergo cum sit, certum equidem sit, vt in eadem Deus specie Principibus retribuet, in qua & ipsi ei obtulerunt, si opes opes, si regna regna, si diuitias diuitias, tandem si gloriam & honorem, gloriam equidem & honorem; ergo gloriam Princeps Deo tribuens, gloriam ab illo obtinebit, si honorem honorem; sed illum quem nemo nisi solus illi conferre potest Deus, & qui proprium eius præmium.

Luc. 18. n. 20.

Marc. c. 10. n. 29.

Origen. Author. imperf. Theophil. Euchim. Paralip. 17. n. 10. Genes. 12. n. 7.

Enimvero si attentè obseruetur, tales sunt Principis partes, talis eius altitudo, talis eius status, & sublimitas, vt non opes, non diuitiæ, non regna eius sit proprium, & indiuiduale præmium, non quælibet gloria, & honor, sed diuinus, quatenus eius subditi sic eum honorent, vt non hominem purum deputent, sed Diuinitate vestitum, & obumbratum; hoc proprium, & excellens Principis præmium est; quod si alium quærit, non Principem, sed de media plebe, nó Principem, sed Tyrannum iudica, quod elegantissimè sanctus dixit Doctor, ad Rom. c. 13. super illa verba, *Ministri Dei sunt*, lect. 1. vbi sic, *cum Principes nostri sua regimine Deo ministrent, à populo debent tributa suscipere, quasi stipendia sui ministerij; non autem ita quod hoc debeant sibi computare cum præmio, proprium enim præmium Principis est laus, & honor, vt Philosoph. dicit in 5. Ethic. & cum hoc non sufficit, tyrannus fit,* (notanda sententia) *sed hoc non est intelligendum de laude humana solùm, vel honore, quia tale præmium esset vanum, sed de laude & honore diuino, qui Principibus bene gubernantibus exhibetur.* Quid pulchrius? Principum stipendia tributa; at præmium, honor, & honor diuinus à populis eis exhibitus, & si præter hunc aliquid aliud prætendunt, tyranni euadunt, qua ratione? quia vi, violentia, non iusto expetunt titulo quod non eis proprium, quod non eis debetur; ergo cum Principis proprium præmium gloria non humana, sed diuina, honor non humanus, sed diuinus, à quo hic conferri potest, nisi ab eo qui diuinus? bene ergo Dei tantum gloriam in omnibus suis Principes intendant operibus, dum ob hoc gloriam & ipsi diuinam assequentur, vltra Status, vltra regna, vltra ambienda imperia, & ex qua ex hominibus quodammodo in Deos conuersi vt Deo suppares iudicati reuerenter, submissi, obnixè in terris coluntur, adorantur. En quam nobile præmium! quando illud conferet finis humanus? quando & ipsa humana intenta gloria? quam si spernant, solius Dei attendentes Dij fient, non secus ac Christus qui, quia propriam sprevit, & solius Dei curauit Patris, magnum illud meruit nomen, infinitam illam claritatem, non solum scilicet esse, sed ab omnibus pro Deo haberi: sic Principes dum in actionibus suis propriam spernunt, solius Dei quærant gloriam, vnde egregiè Chrysost. homil. 43. ad pop. *Cum nolis gloriam contemnere, dic Deo, par fio, si contempsero, & statim contemnes.*

20. Proprium Principis præmium quale.

S. Thom.

21. Tributa non sunt Principis præmiũ, vel stipendium.

22. Si pro præmio Princeps aliquid aliud petit quàm honorem, fit tyrannus, & cur.

Chrysost.

Hinc profectò Paulus 1. ad Corinth. c. 10. n. 30. saluti nostræ consulens, simul & merito, sic omnia nostra ad Dei gloriam referenda censet, vt & naturales etiam actiones ad illam vt dirigantur mandet, & præcipiat, *Sine ergo manducatis*, ait, *sine bibitis, sine aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*, quod aliqui volunt esse præceptum, non consilium, quæ est opinio S. Thomæ, 1. 2. quæst. 100. art. 10. ad 2. licet cum affirmatiuum sit, non obliget semper, sed in aliquo casu in quo quis tenetur actu ad Dei gloriam aliquid referre; & alij volunt esse tantum consilium, quod siue vno, siue altero dicatur modo, mens Apostoli ea est, vt etiam opera nostra

23. Principes Dei honorem tantum prætexentes, honorẽ Deus illis confert diuinum.

24. Gloriæ cõtẽptus deitatem parit.

25. Opera etiã naturalia ad Dei gloriã referenda secundum Apostolum.

1. ad Cor. c. 10. n. 30.

S. Thom.

naturalia, & ſine quibus viuere non poſſumus, ad Dei ſolius gloriam referamus, hinc in huius proteſtationem Tertullianus lib. de corona militis, c. 3. affirmat antiquos Chriſtianos in omnibus ſuis conſueuiſſe ſe ſigno Crucis munire operibus, quaſi eo ſe in ſolius Dei gloriam proteſtatos operari, vt vult Cornelius, *ad omnem progreſſum*, ait Tertullianus, *atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad veſtitum, & calceatum, ad lauacra, & menſas, ad lumina, & cubilia, ad ſedilia, quæcunque nos conuerſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus*, quod conſulens Cyrillus Hieroſolym. Cathec. ait, *Signo autem iſto vtere edens, bibens, cubans, ſurges de lecto, loquens, ambulans, & vt ſemel dicam, in omni negotio.* Hinc quia totum ad Dei laudem & gloriam tremendũ illud Chriſti ordinatur incruentum ſacrificium, toties in Miſſa ſalutare crucis ſignum efficitur, ſic Aug. de Temp. ſerm. 181. dicens, *Hoc ſigno Crucis conſecratur Corpus Domini, ſanctificatur fons Baptiſmatis, initiantur etiam Presbyteri, & cæteri gradus Eccleſiaſtici*; Vt exinde intelligas non tantum in Miſſæ miniſterio Crucis ſignaculo eſſe benedictiones, quantum conſecrationes illius oblationis, ad Dei infinitam æternamque gloriam; ſic ſimiliter & cæteræ noſtræ, vt ait Apoſtolus, conſecrandæ naturales actiones, ſomnus, vigilia, commeſtio, cœna, omne tandem negotium, vt egregiè Baſil. hom. in ſuſitam Martyrem, vbi ſic, *Accubans menſæ ora, eſitans panem, largitori gratias rependito: bibis vinum, memento eius qui illud tibi dedit ad lætitiam, & infirmitatum ſolamen: tunica indueris, gratias agito benigno datori: ſuſpicis in cælum, & ſiderum pulchritudinem, procide Deo, & cole eum, qui cuncta in ſapientia condidit; pari modo oriente Sole, & occidente, in ſomno, & vigilia, Deo gratias age, quibæc omnia ad tuum commodum creauit, & ordinauit, vt creatorem agnoſcas, ames, & laudes.*

Tertul. 26. Antiqui cur in omnibus actionibus ſe ſignabant.

Cornel. 27. Cur in Miſſa toties ſignum exprimitur Crucis

Auguſt. 28. Quid in illa ſignificetur.

Baſilius. 29. Deo ſemper gratiæ in omnibus agendæ.

At quomodo hoc fiet? nunquid ſemper actu omnia referenda? equidem, ſi poſſibile illud eſſet, ſi tanta dignareris gratia; at quia non omnibus illud datur, cum Anſelmo in hoc Apoſtoli loco reſpondeo, ſufficere vt habitudinaliter illud facias, ſcilicet ſi ſic opera tua inſtituantur, vt ex ſe ad Dei gloriam referantur, quia ſancta, quia bona, quia laudabilia, *Modeſtè, & frugaliter, & temperanter manducando*, ait Anſelmus, *& bibendo glorifica Deum, ſi enim quod manducas & bibis, ad refectionem corporis ſumis, reparationemque membrorum, gratias agens es, qui tibi præbuit mortali, & fragili iſta ſupplementorum ſolatia, & cibus tuus, & potus tuus laudat Deum; ſi verò modum naturæ debitum immoderatione voracitatis excedas, & vinolentia te ingurgites, manducans, & bibens, Deum blaſphemas; ſi poſt cibum, & potum requieſcis vt dormias, & in lecto nil turpiter egeris, nec exceſſeris vltra conceſſam licentiam in lege Dei, laudas eum: & cum dormis, ſi mala conſcientia non te excitat à quiete, innocentia ſomni tui laudat Deum: & cum vigilas, & bene agis, atque Deus laudatur de bono opere tuo, opere tuo Deum laudas.* En quam facilè omnia referri ad Dei poſſunt gloriam, etiam ſi naturalia, etiam ſi continua, quod dixerim, vt omnibus politicis, omnibus in Chriſtiano orbe Principibus innoteſcat Deum ſummum non quæ eorum quærere, non quod ſtatus abrenuncient, non quod ſuorum augmentum non procurent; non denique quod non lætentur, & in ſuis non exultent rebus; ſed quod poſtulat, quod exigit, vt ſic hæc pertractentur, vt intra normam, & virtutis regulam contenta modum non excedant, limites rationis firmiter teneant, quid ergo magnum? quid difficile? quid arduum poſtulat? qui non æquum & iuſtum? nolo ab eis cum Baſil. in Breuioribus, regul. 196. relationem hanc operum expetere, ſic vt & ſi operentur quæ neceſſaria, non tamen ob id, neque quia ad emolumentum corporis, ſed tantum vt ad gloriam Dei cedunt, operari debere. *Quando in ſumendo cibum illud propoſitum habet*, ait Baſilius, *vt non tanquam ventris mancipium, propter voluptatem manducet, ſed tanquam operarius Dei, vt in operibus ſis, quæ ſunt ex mandato Chriſti exequendis eſſe firmior poſſet.* Pulchra ratio, quare naturalia agendo ad gloriam Dei illa referre debeamus, non ad noſtram voluptatem, non ad noſtrum commodum; vt ſcilicet in hoc exercitati, faciliores, ac promptiores, deinde ad quæ ſunt Dei mandata inueniamur. Si enim in his quæ non præcepta, quæ non neceſſaria vt dirigantur, ſolius Dei gloria intenditur, nunquid non in his quæ præcepta? at vt dixi, nolo hoc petere à Principibus ſublime; nolo hoc magnum, eorum compatiens infirmitati, emolumenta ſua operentur & quia ſua, regnent, quia dulce regnare, acquirant, quia acquirere glorioſum; attamen ſic hoc faciant vt Deum non excludant, vt ex ipſa operis iuſtitia Deus laudetur, Deus glorificetur; qui vnicus eius debet eſſe ſcopus, cum vnicus ſit Dei principes creando, & cuſtodiendo, vt noſter inquit Sapiens, dum ait, *Et cuſtodiet me in ſua potentia.*

30. Quomodo omnia in Deum referenda.

31. Deus à nobis non tam rerum ſubſtantiam, quàm modum exigit.

32. Omnibus perunum ei ſeruire, & ſic ſe-le *Baſil.*

33. Naturalia operanda vt ad Dei gloriam referantur ſecundum Baſilium.

Num. 12. *Et erunt accepta opera mea, & diſponam populum tuum iuſtè, & ero dignus ſedium Patris mei.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis.

FRuctus enumerat cohabitationis ſapientiæ, vt ampliori ratione ad illam concedendam Deum impellat, ſuppoſito electum ab ipſo ad regendum, à quo pendent omnes fundamento rationes: vnde ſicut priori verſu per ipſam affirmat ſe conſecuturum ſcientiam, & prudentiam, ſimúlque perſeuerantiam in bene regendo, nunc tres alios non minores addit effectus, nempe operum acceptationem, iuſtitiam, & dignitatem regiminis, vnde ait,

Et erunt accepta mea, &c. vt verè bona, non tantum per extrinſecam acceptationem, vt malè Hæretici, ſed per intrinſecam bonitatem, licet hanc non ex ſe, ſed ex ſapientia lucrentur diuina, & ex gratia Chriſti, *qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, bonorum operum ſectatorem*, ad Titum, c. 2. n. 14. *Ad Titũ c. 2. n. 14.*

Diſponam populum tuum: &c. hoc eſt, iudicabo populum tuum, hunc ſupra dixit filios, &

filias quanta sit istorum dignitas, quia filij dicuntur & sint Dei; vide quæ suprà diximus, 1. tomo, hom. 92.

Et ero dignus sedium Patris mei, &c. alludit sine dubio ad id quod propè mortem ei dixit
3. Reg. c. 2. n. 4. Dauid, 3. Reg. c. 2. scilicet, non ablaturum Deum virum de solio suo, dum tamen mandata custodierint eius, & præcepta, n. 4. *Si custodierint filij tui vias suas, & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israël.* Quod profectò cum non aliunde præstari possit nisi ex Dei gratia per sapientiam collata, ideo meritò si illa adfuerit, se Patris sedibus, hoc est Prouinciis dignum futurum asserit, virtutes imitantem patris, licet rarò hoc eueniat, de qua re videndus Tiraquellus de nobilitate, c. 22. n. 23. nam iuxta paræmiã apud Aristidem in Cimone, *Virorum heroum filij nouæ*, Patres autem vt digni eorum euadant filij quid agere debeant, vide quæ diximus 1. tom. hom. 36. & 37. mali cum sint Principes, ob quod principatu indigni, quomodo ab eis tollat Deus Regnum, vide ibi hom. 107.

Tiraq.

Num. 13. *Quis enim hominum poterit scire consilium Dei, aut quis poterit cogitare quid velit?*

Commentum literæ.

Connexio Capitis. SVbnam nunc Sapientiæ necessitatem proponit, voluntatis diuinæ executionem, in qua omnis consummata perfectio, cum enim regere ipse populos tenebatur, & hos ad voluntatem Dei exequendam instruere, seu accommodare, qualiter hoc faciet eam ignorans? vnde inquit,

1. Dei consilium vnde inscrutabile. *Quis enim hominum potèrit scire*, &c. Græce, *quis enim hominum sciet?* hoc est; cum quo ipse iniit consilium? à quo instructionem? quis eius consiliarius? eius callens voluntatem. Principes assessores habent à quibus audiantur, & moneantur. At Deus vti supremus Monarcha nihil incõpertum habet, *Quis audiuit spiritum Domini?* inquit Isaias, veluti à Salomone illud sputuans, c. 40. n. 13. *aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi, cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ?* & Apostolus ad Rom. c. 11. n. 34. etiam ex hoc lib. 6. *Quis*, ait, *cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* &c. & Hierem. c. 28. n. 18. *Quis enim affuit in consilio Domini?* rerum omnium agendarum fundamentum, nemo equidem ex mortalibus omnibus; solus ipse suum nouit consilium, decretum, voluntatem.

Isaiæ c. 40. n. 13.

Ad Rom. c. 11. n. 39.

Hierem. c. 13. n. 18.

2. Consilium propriè in Deo non reperitur. Damasc. Consilium propriè, quatenus consultationem dicit mediorum, neque sententia; aut electio importans ignoratæ rei manifestationem, vt præclarè Damascenus 2. de fide, c. 22. *Illud verò non est ignorandum*, ait, *quod in Deo voluntatem dicimus quidem, at electionem propriè non dicimus*; quatenus scilicet supponit consilium, & rei ignorantiam, nam aliàs verè electio est apud Deum, scilicet, *vnius libera ad aliquod bonum acceptatio secundum beneplacitum voluntatis suæ, alio prætermisso*, qualis Iacob ad vitam, derelicto Esau ad mortem. Quapropter se explicans Damascenus, qua ratione scilicet electio non sit in Deo, sic prosequitur. *Neque enim deliberat Deus, ignorantis quippe est consilium inire, neque enim quisquam de eo quod cognitum, & exploratum habet, deliberat; quod si deliberatio non nisi ignorantis est, proculdubio nec electio.* Consilium ergo hoc modo accepto certum est non esse in Deo. At si pro decreto accipiatur, ipsiusque absoluta voluntate vti hîc. in Deo reperitur, quod omnino arcanum, nullique præter ipsum obuium.

3. Beve tamen electio.

A

B

C

D

Obseruat tamen Lorinus nulli Dei consilium & voluntatem non cognitam vt sanctificemur, vt saluifimus, & non pereamus, vt ad pœnitentiam reuertamur, & ad agnitionem veritatis veniamus. de qua hîc non est sermo, sed de eo consilio, seu voluntate scilicet particulari, necessaria cognitu hîc, & nunc in particularibus casibus, & negotijs, quæ frequenter in regimine occurrunt, de quibus dubius omnino remanet homo; & qualis sit Dei in illis voluntas omnino ignoratur: quod & si in temporali regimine aliquando occurrens ad summas redigat hominem angustias, tamen in spirituali penè ad deliquium, vnde rectè beatos illos appellauit Baruch, c. 4. n. 4. qui illã sciunt. *Beati sumus*, ait, *Israël: quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis*; Prudentia enim cum distinguatur in naturalem, & supernaturalem, vt eam cum aliis distinguit Lessius, lib. 1. c. 2. de prudentia, & hæc limites naturalis notitiæ excedat, pendens ex fide, & ex virtutibus moralibus sui ordinis tendentibus in honestum supernaturale consentaneum statui hominis supernaturali, sit sæpè vt qualis sit modus, quale mediũ accipiẽdum ad illum finẽ. penitus ignoretur, ex quo confusio, animique perturbatio.

Lorinus.

3. Consilium Dei abscondium quale.

4. Regiminis spiritualis difficultas vnde Baruch c. 4. n. 4.

Lessius.

Qualem quæso putamus perturbationẽ, animique deliquium passum Apostolum sanctissimum, quando sic se prospiciens à Deo fauoribus, ac beneficijs ornatum, vt vsque ad cælũ subleuatus arcana viderit, quæ non licet homini loqui, ex hoc supra ipsam constitutus naturam, dum postea ex hac deturbatus altitudine, quasi non spiritualis, sed carnalis stimulos sentiret carnis, incentiua vitiorum, tanqnam puer colaphizatus, ac si nõ esset vir, vsque ad cælum erectus, qualis eius timor, quale iudiciũ. qualis turbatio, qualis animi perplexitas? nescius an tentatio illa iter esset ad præmium, vel ad pœnam, ad vitam, vel ad mortem? si secundum Dei eam sustinebat voluntatem, an contra illam? ita sui nescius saluationis modi, ita in hac parte superiori priuatus prudentia, vt non semel, sed ter rogaret vt à se Dominus auferret suæ salutis custodem, suæ humilitatis præseruationem, suæ perseuerantiæ firmamentum, & tandem suæ coronæ certissimum indicium, reuelante illi Deo, ac superna ipsum imbuente prudentia, quomodo scilicet *virtus in infirmitate perficeretur*, 1. ad Corinth. c. 12. n. 7. quod eleganter Magnus expendens Greg. Moral. 19. c. 5. sic ait, *O Paule in paradisum duceris, secreta Dei verba agnoscis, & adhuc Sathanæ Angelo tentaris? vnde sic fortis vt ad cælestia rapiaris? vnde sic infirmus vt in terra adhuc à Sathanæ Angelo aduersa toleres? nisi quia ipse qui te subleuat, rursus subtilissima te mensura moderatur.*

5. Sanctissimi Apostoli Pauli angustia ex ne scientia Dei consilij, ac voluntatis.

1. ad Corinth. c. 12. n. 7.

Chusai acceptens, non in bonum, sed in eius malum, 2. Reg. cap. 17. n. 14. *Melius est Consilium Chusai Consilio Achitophel.* Vnde melius? quia incertæ prouidentiæ nostræ, qui timidas habentes cogitationes in diuersa distentas, vtile sæpè deserimus, inutile apprehendentes, & quæ salutaria iudicamus, pernicioſa inuenimus.

2. Reg. c. 17. n. 14.

Mendacium loqueris, non misit te Dominus Deus noster dicens, ne ingrediamini Ægyptum. Viri dixerunt superbi ad Hierem. cap. 43. n. 2. *Sed Baruch, filius Heriæ, incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum, vt interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem.* En quantum timidæ humanæ cogitationes, quantumque hominis incertæ prouidentiæ, vel ab hoc vno sufficit ediscere exemplo; petierant isti à Hieremia, vt à Domino eius scisceitaretur voluntatem, an in Iudæa essent remansuri, an verò in Ægyptum profecturi, timentes Chaldæorum vindictam ob occisionem Godoliæ prouinciæ Præfecti, à Nabuchodonosor constituti. & pro eis orans Hieremias, ex parte Domini sic respondit, c. 42. n. 9. *Hæc dicit Dominus, si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos & non destruam: plantabo & non euellam, iam enim placatus sum à malo quod feci vobis, Nolite timere à facie Regis Babylonis.* Quid clarius? vbi è contra in Ægyptum proficiscentibus gladium minatur, & mortem. *Gladius quem formidatis, ibi comprehendet vos in terra Ægypti, & fames pro qua æstis solliciti adhærebit vobis, omnesque viri morientur gladio, fame, & peste, nullus de eis remanebit.* Quo non obstante, Hieremiæ consilium respuentes, Ægyptum ingressi sunt; mirum cum ipsi oraculum à Hieremia petierint, vnde ergo nunc non credunt? nisi quia mortalium cogitationes timidæ, & prouidentiæ incertæ, passioni Baruch dederunt, quod debebant veritati, & bene prouisum æstimantes, si contra Assyriorum, Regem Ægyptiorum opponerent, in ipsam quam fugiebant inciderunt mortem; quod expendens Hieronym. in c. Ionæ 1. super illa verba: *Dominus autem misit ventum magnum.* Ad rem nostram illud ponderans factum, quàm scilicet Ionæ incerta sua euaserit fugæ prouidentia; ad hoc Hieremiæ deuenies sic grauiter ait. *Vnde intelligimus etiam ea quæ sibi homines æstimant salutaria, Deo nolente uerti in perniciem, & non solùm non prodesse auxilium his, quibus præbetur, sed & ipsos qui præbent pariter conteri; sicut legimus victam ab Assyriis Ægyptum, quia opitulabatur Israëli contra Domini voluntatem: periclitatur nauis, quæ periclitantem susceperat, uenti magis concitantur, in tranquillitate tempestas oritur, nihil Deo aduersante securum est.* Nil melius; & Hieronymi sententia extimescenda Regibus. Ægyptus destruitur, quia susceperit indignos, quia protexit Dei rebelles, & si potens ipsa, & contra Assyrios aliàs victrix, quid ergo? nunquid non destruentur illi, qui magnitudine potentiæ fisi, Dei sanctæque Ecclesiæ hostes rebelles timidis, ac incertis Status ducti rationibus protegunt, ac defendunt? quid ergo, aut quo obuiandum tanto malo? dicam, vna tantum humili obedientia tum Deo, eiusque præceptis, tum eius ministris, de qua re mox dicemus.

Hierem. c. 43. n. 2.

Ibi c. 42. n. 9.

Hieronym.

13. Deo aduersante nil securum, ipsa media nostra contra nos bellabunt:

14. Principes destruuntur dum Dei rebelles defendere intendit.

HOMILIA XII.

Cogitationibus timidis, prouidentia incerta, obedientia occurrendum.

TImidæ cogitationes mortalium, incertæ nostræ prouidentiæ, vt vidimus in commentario; quo ergo modo tanto occurremus malo? dicam breuiter, vna obedientia, & hac, vt dicunt, cæca; hoc est sine discursu; sine proprij intellectus lumine, quod vt manifestum fiat, ab eo incipiendum, scilicet sic efficacissimum obedientiam ad id quod Deus vult assequendum esse medium, vt cum quod summè Deus appetat, nostra sit salus, sine obedientia hæc assequi non possit, & obedientia inquam cæca; cùm principium nostræ ab illa dependeat salutis.

Enimverò vulgatâ Theologorum assertio est, ad Dei claram in cœlis visionem lumine, quod appellant gloriæ indigere intellectum, quo factus potens visionem eliciat diuinam, impossibile alioquin illam assecuturum, vtpotè impar, ac viribus omninò deficiens. Sic definitum in Concilio Viennensi, vti refertur in Clementina, *ad nostrum* de hæreticis: at verò ad videndum, vt sic dicam, seu intelligendum Deum in hac vita, simili modo & altero indiget lumine, quod est fidei, quo mediante mysteria credit, & per speculum in ænigmate quod postea clarè, nunc in obscuro videt, & perspicit; hoc autem lumen, siue hæc supernaturalis fides in duos distinguitur habitus, vt affirmat Sanctus Thomas, 2. 2. quæst. 4. art. 2. in corpore, & ad secundum, & cum illo multi, estque verior sententia, vt rectè Suarez, disput. 7. de fide, sect. 2. alter quo intellectus eleuatur ad assentiendum; alter quo voluntas ad talem imperandum assensum, sicut secundum Diui Thomæ doctrinam, vbi sup. quæst. 2. art. 1. ad 3 non sufficiat ipsa voluntatis non repugnantia, vt volebat Marsilius, quæst. 14. art. 1. dubio 3. ad vltimum, sed ipse necessarius sit positiuus voluntatis actus, quo determinetur intellectus ad credendum, & captiuetur in obsequium fidei, quatenus etsi euidenter non cognoscat verum quod illi proponitur, pro vero, & infallibili habeat, certius quàm si ipsemet naturali illud attingeret cognitione, nisus totus in authoritate diuina; hinc fit, vt sicut ad videndum Deum in patria nullum sit necessarium voluntatis imperium semel lumine posito gloriæ, nam sic ab illo clarefit intellectus, vt altero non indigeat ministerio ad videndum; sic ad intelligendum Deum in via, quia clarè, & euidenter per lumen fidei illum non attingit, necessarium sit imperium voluntatis, quo submittatur ad credendum, ad quod imperium præstandum, quia circa actum versatur supernaturalem, auxilio, & lumine indiget supernaturali, vt diximus.

Marsil.

15. Obedientia & hæc cæca nostræ principium salutis.

16. Lumen gloriæ necessarium ad Deum videndum.

17. Fides in hac vita & nostrum lumen gloriæ quoad supernaturalia.

S. Tho. 18. Fidei habitus duplex,

Ex hac doctrina euidenter sequitur quod dicebamus, sine cæca non posse comparari salutem obedientia, cùm nec credere possimus absque voluntatis imperio, & sic totius nostræ salutis cardo in ipsa cæca consistat in-

19. Quomodo sine cæca obedientia salus comparari non possit.

tellectus obedientia, dum etsi non videt, etsi non perspicit, & si verum non attingit, euidenter, & clarè, & si tamen cæcus quoad euidentiam existat, tamen dum sic se captiuat, submittit, ac deprimit, verum credit, verum attingit, verum assequitur, quod aliàs naturali lumine nunquam; vt hinc cæcæ discamus obedientiæ emolumenta, dum per eam assequemur, quæ nostro ducti intellectu nullo prorsus modo poterimus. Vnde egregiè, Magnus Greg. Moral. lib. 35. cap. 10. Fidei meritum obedientiæ adscribit, sine qua & si fidelis, infidelis quis esse conuincitur; sic enim ipse ait illud Samuëlis dictum elucidans, 1. Reg. c. 15. quasi peccatum ariolandi, &c. *Si enim quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, sola est obedientia, qua fides meritum possidet, sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiamsi fidelis esse videatur.*

S. Greg. 20. Obedientiæ fidei debetur meritum.

Hinc si bene inspicias, & penitius essentiam, & talis obedientiæ officium examines, nomenque illi imponere velis, rectè *lumen illam* appellabis, ad luminis instar gloriæ, eumdem æmulans effectum, idémque officium; vnde sicut habitus ille à Deo infusus, luminis gloriæ sortitur nomen, quia attingit Deum clarè visum, seu facit vt attingatur: sic talis obedientia, & lumen etiam gloriæ in terris appellari potest, quatenus licet sub obscuro, & in ænigmate efficit vt Deus attingatur, vt eius mysteria credantur, & tandem vt eius nobis pateat voluntas, cùm nullum ad eam assequendam, obiectúmque à Deo volitum apprehendendum aptius medium ipsa cæca obedientia, dum lumen est, dum splendor quo Dei referatur voluntas.

21. Ipsa est nouum hic lumen gloriæ.

Ni fallor hoc dicere voluit Paul. ad Colossens. c. 1. n. 9. dum ait. *Non cessamus pro vobis orantes, & postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius.* Ad notandum, Ly *impleamini*, non enim dixit, vt cognoscatis eius voluntatem, sed vt impleamini, illud enim insipientium, hoc perfectorum, ideo quia Colossenses imperfecti, vt ad perfectionem eleuaret, non ait, vt cognoscatis, sed, vt impleamini, *Neque omnino imperfectos*, ait ex Chrysostomo, Theophylact. *neque omnino perfectos per hac significat, non enim dixit, vt accipiatis, verum, vt impleamini, habetis enim, sed nondum totum.* At quo medio hoc fieri postulat, infrà illud exprimit, n. 12. *Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine.* En medium quoad agnitionem, seu implectionem diuinæ peruenitur voluntatis lumen; quod lumen? omnes expositores, fidei, quod est vt diximus lumen obedientiæ, quoad diuinæ agnitionem voluntatis peruenitur; quo id quod Deus vult, quod Deus iubet assequimur, quo Deus ipse, vt diximus, in hac vita per fidem cernitur, & contemplatur.

Ad Colos. c. 1. n. 9.

22. Per eam Dei nobis patet voluntas.

23. Incipientium est Dei voluntatem cognoscere: perfectorum implere. *Theophyl.*

24. Obediendo Deus in hac vita apprehenditur. *Ioan. c. 8. n. 56. Tolet.*

Obediendum ergo, & cæcè, si in hac vita Deum apprehendere volumus, si Dei perfectam notitiam habere. Attende Ioan. c. 8. nu. 56. *Abraham Pater vester*, inquit Dominus noster, *exultauit vt videret diem meum.* Quid est exultauit? optimè Toletus; *gestiuit, animo, & corpore desiderium concepit.* Quid? videre diem Christi? Chrysost. hom. 54. hoc est *passionis eius, vidit, & gauisus est.* At quomodo vidit, seu quo medio ad illam sic altissimam peruenit visionem? nonne obedientia? & obedientia orbata lumine; præcipitur vt tollat filium dilectum, vt eum sacrificet, vt sic super vnum ex montibus ei ostendendum vt amplius eius fides, amplius eius probaretur obedientia, non equidem oculatis, sed prorsus orbata, Genes. 22. num. 1. *Quæ postquam gesta sunt, tentauit Deus Abraham, & dixit, tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum, super vnum montium, quem monstrauero tibi.* Perpende singula; & præter obscuritatem nil aliud in eis inuenies: exultat Abraham vt diem videat Christi, & altera parte Dei gratum vt videat, attende obscurissima media. Primum tempus, *Quæ postquam gesta sunt.* Ait Scriptura, quid per hæc, nisi hoc factum immediatè post Ismaëlis electionem, & multiplicationis in Isaac promissionem, vbi sup. cap. 21. num. 12. *Non tibi videatur asperum super puero, &c. quia in Isaac vocabitur tibi semen.* Immediatè ergo post hanc promissionem mandatur ei illud excidere semen, per quod ad diem Christi videndum erat peruenturus; quod obseruauit Chrysost. hom. 47. in Genes. *Quid sibi volunt*, ait, *verba hæc & factum est post hæc, nisi quia narratura est Scriptura; quomodo Abraham à Deo tentatus sit, prius vult vt discamus tempus quo hæc Patriarchæ præcepta sunt, & quando iussus est offerri Isaacum, vt scias magnam Patriarchæ obedientiam.* Quod tempus cùm dixisset Sanctus fuisse immediatè post promissionem multiplicationis seminis in Isaac, sic ait, *Videbat ergo successurum heredem, magnamque inde voluptatem percipiens, impunidè, & securè agebat.* Ergo tunc iussus offerre, quando amplius feruens seminis intelligentia propagationis, quando, vt sic dicam, ex diuina sibi oculis eam quasi cernere videbatur attestatione, quid durius? seu quid obscurius?

Chrysost. 25. Abraham per cæcam obedientiã ad Dei peruenit visionem.

Genes. c. 22. n. 1.

26. Quàm dirè tentatus in immolatione filij.

Ibi. c. 21. num. ■.

Chrysost.

Secundò, præcipitur, vt immolet vnigenitum, & non quomodolibet, sed in holocaustum, non in quodlibet sacrificium, sed in eo in quo præter cineres nil aliud supereret: forsitan si corpus integrum remaneret, aliqua resurgendi fuisset spes, aliquod iterum filij excitandi lumen; at redigi in cineres, qualis hæc obscuritas? *Dicit itaque in holocaustum*, ait Lyranus, *quo scilicet totum incendebatur, ita quod de filio suo non remanerent nisi cineres, qui statim per flatum venti dispergerentur.* *Lyranus.*

Tertiò, tandem locus præcipitur, sed non signatur, *Super vnum montium quem monstrauero tibi.* Vt omninò è domo cæcus ad obediendum exiret, non solùm mors præcipitur filij in quo successionis spes, in quo oracula adimplenda diuina, tota humana reclamante ratione, sed etiam locus indicitur obscurè, vt ne è domo egrediens, vnde & quà iturus, concipiat mente, præuideat phantasmate.

At quid? his mediis tam contrariis, tam disonis à ratione humana, ad videndum diem peruenit Christi, vt Diuus ait Ambros. in illo figuratum ariete, *quem vidit*, ait Sanctus, *in* *Ambros.*

ipso sacrificio cuius passionem aspexit, & ideo Dominus ait de eo, Abraham diem meum vidit, & gauisus est. Quod & similiter affirmauit Procopius, & S. Aug. serm. 71. *Vidit*, ait Procopius, *Abrahamus diem*, id est, *passionem Christi, & quando? cum ouem, vel arietem intueretur: nam oue conspecta cognouit passionem Christi.* En cæcæ obedientiæ fructus Dei filio, & ne aliquid eius insolutum remaneret, non solùm supernaturali decoratus est visione, sed ob meritum obedientiæ etiam naturali, dum quia mandatum vt super vnum montium illum sacrificet, non montem ei prædicendo? virtute aucta est oculorum acies obedientiæ, quæ in sene flaccescebat, vnde non solùm montem vidit, *sed procul vidit*, ibi. n. 4. quod perbellè obseruauit Ambros. dicens: *Quamuis senilem studio celaret gradum, tamen hoc ferum putans procedebat oculis, vigebant singulorum officia membrorum. licet senilia membra non possent vigere, solet hebescere visus ipsum, vt etiam propinqua non facilè conspiciant, hic non solùm viderat longa, sed etiam longè positus aspexit:* Nil melius. Quasi orbatus è domo egrediens Abraham quò iret nesciebat, omnino ad obediendum paratus, immò in obedientiam translatus, cui contra ipsam reluctans naturam, obtulit palmam; vt rectè Theodoret. quæst. 17. in Genes. *Patriarcha*, inquit, *inter naturam, & fidem constitutus, cùm vtrimque prehensaretur, fides dedit palmam victoriæ.* Ex cuius merito, non solùm interiorem supernaturalem accepit visum, sed exteriorem auxit, vt inde quanta cæcæ virtus obedientiæ ostendatur, dum non solùm interiores reficit vires, sed exteriores, non solùm interiores dat victorias, sed exteriores.

Procop. Augustin. 27. In ariete passionem vidit Christi figuratã. 28. Obedientiæ meritò visus acies ei aucta ex senio flaccescente. *Ambros.* 29. Palmam victoriæ fidei detulit contra naturã. 30. Obedientiæ cæcæ fructus.

Gedeonis recole victoriam, quam totam nisi cæcæ obedientiæ ascribas, nulla alia remanet virtus cui referatur; non fortitudini, non spei, non denique fidei, cùm in omnibus defecerit his Gedeon, vt patet legenti; defecit etiam fortitudini, formidolosus nimis erat. vnde Deus ad ipsum Iudic. cap. 7. n. 10. præcipiens vt ad castra descenderet eius callens formidinem, vt ait Abulens. dixit. *Sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus.* Vnde Lyran. super illa verba Angeli ad eũ, *Dominus tecum virorum fortissime*, ait, *Non propter præterita, nec propter eius conditionem; sed propter futura in quibus habiturus erat ex Dei assistentia victoriam.* Defecit in spe, quia in Deo non sperans, fugere intentabat Madian. Iudic. c. 6. num. 11. *Cumque Gedeon excuteret, atque purgaret frumenta in torcular, vt fugeret Madian, apparuit ei Angelus Domini.* Tandem defecit in fide, tanta expetens signa; at vna solùm excellit virtute, obedientia, & hac cæca, cùm & si dura, & si grandia, & si præter omnem humanam ei inhibebant rationem, nunquam reluctatus, nec verbum expressit retractationis; attende singula, iussu Dei exercitum congregat, quo congregato, ait illi Dominus, *Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius.* Supponendum hostes ad numerum fuisse centum triginta quinque millia, qui cùm Gedeone non amplius quam triginta duo millia, & tamen multum eum appellat Deus populum; nec minus ipsa ratio habet obscuritatis,

31. Gedeon in omnibus virtutibus infirmus in sola obedientia excellens. *Iudic. c. 7. n. 10. Abulens.* 32. Quantum in Deum reluctatus.

Multus est populus, non tradetur Madian; immo oppositum eruere debebat, tradetur, quia multus; *& quid si grandis est multitudo*, ait Orig. hom. 9. in Iudic. *Nonne in bellis numerosior exercitus præstat, & est tutior ad subsidia?* Tertiò, nec minorem continet implicationem, verba quæ adiunguntur, *Ne glorietur contra me Israël dicens, meis viribus liberatus sum.* Nam vt ait Abulens. in hunc locum quæst. 2. Si bellum non gladio, & armis, si victoria, non viribus erat consequenda, sed tantum buccinis, & lampadibus, vnde etsi tanti essent, gloriari poterat Israël suis se consecutum viribus victoriam? *Quæret aliquis*, ait Abulens. *Quomodo Israëlitæ poterant gloriari contra Deum, dicentes, quod viribus suis liberati fuerant, nam Madianitæ erant pugnaturi contra seipsos, & mutua se cæde truncaturi; ergo victoria non erat Israëlitarum, sed Dei: vnde sicut euntibus trecentis ad bellum cùm tubis, & amphoris, Madianitæ se mutuò truncauerunt, & bellum non fuit istorum, sed Dei: ita triginta duo millia, immò etiam si centum millia Israëlitarum conuenissent in modum istorum, nil magis agerent quàm isti, & non attribueretur eis victoria.* Cur ergo additum, Abulens. ad cordis eorum prauitatem illud refert, qui facilè & si ex Deo sibi ascribere poterant ex multitudine victoriam; at mea sententia illud additum, vt amplius obedientia experiretur Gedeonis, vt amplius sine ratiocinatione obediret.

Origen. *Abulens.*

Ad hæc recedunt ab exercitu formidolosi ad numerum grandem, vsque ad viginti duo millia, & recedunt, proclamante lege ex præcepto diuino, *Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica, qui formidolosus, & timidus est reuertatur*, cap. 7. n. 3. Quid per hoc? Origenes, vbi suprà, per timidos eos intelligit qui in ipso timent congressu; per formidolosos, qui etiam antè ipsum, tantùm per imaginationem. *Timidus potest videri*, ait, *ille, qui primo aspectu trepidat ad congressum, non tamen toto corde terretur, sed animari, & reparari denuò potest: formidolosus est autem qui tam quasi insolescente vitio, etiam antequam videat mala, sola cogitatione terretur, gelidam per membra formidinem volens, itavt non tam conspectu malorum, quàm ipso auditu & expectatione solnatur.* Ergo ab exercitu non solùm qui conspectu terretur, sed qui imaginatione vult Deus vt expellatur, quis non dicet per magnanimos, per fortes, per audaces victoriam Deum concessurum? at audi nunc, cum etiam & qui remanserat, multus Deo videretur populus; vt autem eos discerneret, eligerétque, ad aquas præcipit ducere, electorum signum, qui more canum lambebant; reproborum qui flexo poplite, quid per hoc signum? vt scilicet magnanimi, fortes, audaces & strenui reiicerentur, remanerent tantum formidolosi, & timidi; vt inquit Iosephus, 5. Antiquitatum, & placet Abulensi, vbi sup. quæst. 10. nam formidolosi præ metu lambebant; strenui verò à magnanimitate procũbebant; res obscurissima, quis nõ reluctaretur? expellere iubes formidolosos, & postea hos eligis? quis non dubitaret? verus quippè obediens, *Qui*, vt Magnus, inquit Greg. in 1. Reg. c. 3. super illa verba, *Cucurrit ad Heli*, in priori commentario, *Vera obedien-*

33. Formidolosus vt differt a timido. 34. Gedeonis victoria per formidolosos data, vt isti à magnanimis discernebantur. *Iosephus. Abulens.* *S. Greg.* 35. Obedientia vera est sine discursu.

tia, nec præceptorum intentionem discutit, nec præcepta discernit: nescit enim indicare, quisquis perfectè didicerit obedire.

Adde nunc vltimum, modum scilicet præliandi obscurissimum, non armis, non hastis, non sagittis, non ensibus armantur milites, non rotantur fundæ, non bellica parantur instrumenta, non scuta, non galeæ, non parantur loricæ, sed tantùm tubæ, & cum faculis lagenæ. O bellè, sic contra centum triginta quinque millia properatur armatorum, qualis ratio non stuperet, qualis discursus non horresceret, cuius rationis lumen non refugeret? inermes contra armatos, pauci contra multos, & fragiles contra ferreos enses opponuntur lagenæ? sic equidem, quia & si armis Gedeon extrinsecùs expoliatus, intus cæca obedientia armatus, & lumine fidei instructus, ideo vicit, quia credidit, ideo superauit, quia sine discursu obediuit. *Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israël de manu Madian.* Quid per hanc fortitudinem? Lyranus Dei futuram in Gedeone; Abulens. quæstione 13. qualitatem aliquam collatam immediatè à Deo per Angelum in Gedeonis animam, qua amplius non timeret hostes, & libenter irrumperet in pericula, quam si nomine insignire velis, dic cæcam fuisse obedientiæ virtutem, cùm huius proprium sit vitam spernere, pericula non timere; quod egregiè obseruauit Ambros. in Psal. 36. Naboth factum expendens, 3. Reg. cap. 21. num. 3. qui maluit vitam fundere quam Dei legi non obedire, contráque illam vineam vendere, vt suprà alio diximus, *Absit*, inquit, *vt apud mentem Domino seruientem præponderarit magis pœna formidinem, quam formam pietatis.* Et lib. 3. de Officiis cap. 9. de eodem loquens: *Maluit*, ait, *periculum cùm honestate, quam vtilitatem cum opprobrio.* Quod etiam egregiè expendit Lyranus, in facto illo Moysis, dum iussus à Deo vt prius se de Madianitis vlciscens ad suos postea per mortem colligeretur, Numer. cap. 31. n. 2. *Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum.* Cùm in manu eius, aut diutius viuere, aut citius mori iuxta seram, aut celerem de Madianitis vindictam, staret, quia Dei voluntas mortem indicabat celerem, maluit cum obedientia statim mori, quàm retrectans diu viuere, vnde statim à monte descendens præcipiens ait, *Armate ex vobis viros ad pugnam, qui possent vltionem Domini expetere de Madianitis.* ibid. n. 3. ad quem locum Lyranus, *Ex quo patet*, ait, *fidelitas, & obedientia Moysi ad Deum, quia audierat dilationem mortis sua, vsque ad interfectionem Madianitarum, & tamen non propter hoc distulit pugnam contra eos, sed magis accelerabit.* Quid de Abrahami, eiusque filij contra mortem animo forti, virilíque dicam? videndus Diuus Chrysost. serm. de fide Abrahæ, & immolatione Isaac in 1. tom. qui inter cætera hæc. *Ostendit*, inquit, *Abraham charissimum quidem sibi filium, sed multo chariorem filio existere Dominum, nec dulcedinem, aut affectus pignoris respiciebat, qui iussionem vt perficeret cogitabat.* Egregiè. Ex cuius doctrina habes, vnde obedientes contra mortem fortitudinem resumũt, metu enim mortis ex mortis prouenit appre-

36. Per eam absolutè vicit Gedeon. *Lyranus. Abulens.*

37. Fortitudo eius cæca obedientia.

Ambros.

38. Mortem ex fortitudine non timet.

Lyran.

Numer. c. 31. n. 2.

39. Mors quãdo fuerit obedientia præditus.

Ibid. n. 3.

40. Mortem cũ ea maluit quam sine ea vitam.

Chrysost.

41. Fortitudo cõtra mortem obedientiæ, vnde.

A hensione, æstimatione, discussione, hinc eius pauor; at tolle illa, & eius loco cogitationem, apprehensionem, imaginationem, discursum, tandem totius animi pone vires ad obediendum; vnde mortis metus? vnde vltimi excidij apprehensio? meritò ergo Chrysost. eum ab Abrahamo abstulit, qui etsi ipse non moriturus, sed filius, tamen hic eum amabat, ac diligebat, vt mors mortua nati, mors illi fuisset viua, ac proindè durior; sed non eam timuit, immò in eam irrupit, quia vt Chrysost. *Affectus pignoris non respiciebat, qui iussionem vt perficeret cogitabat.* Fortissimos ergo obedientia reddit viros. Hinc meritò dicimus hanc Gedeoni Deum indidisse fortitudinem quando eum respexit, qua promptus ad omnia posteà mandata, fortisque contra ipsam naturam, sine omni prorsus obediens discursu; etsi in paucis, & si in imbellibus, & si in timidis, & si inermibus, & si cum tubis tantum, & lagenis iussus in hostes irrumpere, obediens irrupit, vicit, triumphauit, & vti, *vir obediens*, vt inquit Salomon. Prou. cap. 31. nu. 28. *locutus est victorias*, cùm vt rectè Aug. in Psal. 70. solæ obedientiæ victrix debetur palma, *Sola obedientia tenet palmam: sola inobedientia inuenit pœnam.* Vt ex hinc discas, non solùm bona spiritualia, sed temporalia, non solùm internas, sed externas etiam tribuere obedientiam victorias.

Prouer. c. 31. n. 28.

42. Sola obedientia tenet palmã, non solum spirituales, sed temporales etiam tribuens victorias.

Victorias dixi; addo nunc tantæ esse obedientiam efficacitatis, vt non solum victorias reponat, sed super victorias, & non solùm vincat, sed superuincat, hoc est modum in se obtinet, vt non per eam quælibet reportentur victoriæ, quælibet obtineantur palmæ, sed celebres, sed excelsæ, sed sublimes; quod quidem tunc fit, quando non Angelo, vt Gedeon, non Deo vt Abraham, non matri vt Iacob, non patri vt Ioseph; sed quando tyranno, quando inimico, quando imprudenti, quando tandem occisori obedimus, Paulus ad Rom. c. 8. nu. 36. *Æstimati sumus tanquam oues occisionis*; quid per hoc? *quia etiam sæua minantibus, aut etiam arrogantibus paremus.* Ait Greg. Magnus, Moral. lib. 35. c. 10. ob hoc equidem oues occisionis dum non ab amicis, sed ab inimicis, iugulantur, perimuntur, ad harum instar facti sumus, ait Paulus, eis obediendo, obsequendo, nos ipsos mortificando, vnde Tertull. in Scorpion. legit cap. 13. *Tui causa mortificamur tota die, deputati sumus vt pecora iugulationis.* Iugulantur ergo, atteruntur, occidumtur obedientes, sacrificantur tandem vt victimæ, vt oues, per sæpè à superioribus, qui non patres, sed tyranni, non matres, sed nouercæ, non amici, sed inimici; at nunquid succumbunt? audi quod sequitur, *sed in his omnibus superamus.* Græcè *superuincimus*, Theophyla. & Oecumen. scilicet *insigni, & illustri victoria superamus.* Non quomodolibet superamus, sed insigniter, sed gloriosè; non quomodolibet vincimus, sed superuincimus, quid est superuincimus? nam obedientes & si iugulantur non moriuntur, & in ipsa morte non superantur, sed superant; quapropter notanda verba illa Salomonis superius allata nempè, *Vir obediens loquetur victorias*, apud 70. sic legi. *Vir autem obediens custoditus loquetur.* Vbi Vatab. *Loquetur*, id est, *non peribit.* Obseruans

Ad Rom. c. 8. n. 36.

S. Greg.

Tertull.

45. Inimicis ob dis- & superuacce- re.

Theophyl. Oecume.

44. Obediens nunquam moritur etiamsi occidatur.

quod in sensu Scripturæ aliquando, *loqui*, stat pro *non mori*. Vnde Genes. 1. vbi illa verba, *Factus est homo in animam viuentem*. Chaldæus

Genes. c. 1. sic ad verbum, *Et factus est homo in animam loquentem*. Vir obediens ergo custoditus loquetur, hoc est, non morietur, custodietur, cõseruabitur, semper viuet, etiamsi à superiore inimico occidatur, mactetur. *Egrediamur foras*. Perfidus Cain fratri suo præcepit tanquam superior, natúque maior, Genes. cap. 4. nu. 8. prompte ille obsequitur, & si à maligno, à perfido imperatur, quia maior, quia superior, occidit, iugulauit, mactauit obedientem; nunquid mortuus, & non semper viuens de illo cecinit victoriam? audi Paulum ad Hebræos,

Gen. 4. n. 8.

cap. 11. num. 4. *Fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain obtulit, & per illam defunctus adhuc*

Ad Heb. c. 11. n. 4. *loquitur*. Quid est adhuc loquitur? nonne mortuus, nonne occisus, nonne & plurima transierunt sæcula? quomodo adhuc loquitur? sanè, quia vir obediens custoditus loquetur, hoc est non morietur, etiam post mortem semper viuens, victoriam canens. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, ad Cain Deus etiam post mortem. Genes. vbi suprà num. 10. vbi Ambrosius de Cain & Abel lib. 2. cap. 9. *Illa te maiore authoritate arguit, quàm si frater viueret*, adnota, *authoritate maiore*. Vnde maior, cùm fratris esset minoris? equidem, quia vti obediens à maiori perfido occisus, mactatus, hinc ex obedientiæ vi in illum & authoritatem resumpsit, & victor existens non vicit, sed superuicit, non victorias, sed superuictorias adeptus; en quam fertilis obedientia, en quam gloriosa res superiori obedire etiam discolo ob Deum in hoc & non coactè & ex alia aliqua causa: nam vt recte Diuus Petrus in 1. Canon. c. 1. *Quæ enim est gloria si peccantes & colaphisati sufferetis? sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum*: nam vt egregiè Aug. epist. 50.

Ambros.

2. Petr. 2. Cano. c. 1.

Non qui propter iniquitatem, & propter Christiana vnitatis impiam diuisionem, (audiant hæretici) *sed qui propter iustitiam persecutionem patiuntur, hi martyres veri sunt*, quod exemplis confirmans sequitur: *Nam & Agar passa est persecutionem à Sara, & illa erat sancta, quæ faciebat; illa iniqua, quæ patiebatur; nunquid & huic persecutioni quam passa est Agar comparandus est Sanctus Dauid, quem persecutus est iniquus Saul? valde vtique distat, non quia patiebatur, sed quia propter iustitiam patiebatur; & ipse Dominus cùm latronibus crucifixus est, sed quo passio iungebat, causa separabat.*

Aug.

46. Martyres veri, qui.

At cur etiam post mortem obedientes viuunt, nunquid proprium erit obedientiæ post mortem præbere vitam? maximè equidem, cùm & ipsa post mortem etiam viuat, nam sicut diximus in hac vita æmulam ipsam esse fidei, sic nunc & charitatis, dum ad instar huius & si cæteræ in altera deficiant vita virtutes, saltem eo modo quo nunc obedientia sola remanet, vt nunc, sed perfectior, ad modum charitatis se in altera perficiens vita, dum in sublimibus sancti actibus suis, tum charitatis, tum fruitionis, tum visionis, non sic amant, fruuntur, vident, quia illis bonum, quantum quia Deo iucundum, gratum, & ab ipso volitum, neque Angeli ad nos descendentes, gubernantes, administrantes, totúmque regentes mundum, hoc non sic agunt ex se, quantum ex obediẽtia; immò vt eam lucrentur, & præmium sit iterum mandari, iterum obedire; vnde, licet mundum regere sit gloriosum, gloriosius æstimant obedire, ipsam obedientiam pro præmio æstimantes, hinc de illis Psal. 102. num. 20. *Potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius*. Regius, ait Psaltes; Potentes virtute appellantur, & qui eius verbo obsequuntur, mundum gubernando, homines regendo, cœlos mouendo, miracula faciendo, egregia omnia; at quem finem in ijs, sed cur illud exequuntur? *ad audiendam vocem sermonum eius*. En huis, en obiectum, en stipendium, quod ex meritis postulant ex vna obedientia aliam elicere, ex vno mandato aliud, sunt potentes ad Dei mandato obsequendum, vt ei pareant obsequuntur; finis, *ad audiendam*, iterum *vocem eius*, vt scilicet iterum iubeantur, sic, vt quod formaliter in opere ipsi respiciant, non sit aliud quam obedientia, vt præclarè Areopagita in illis verbis à Bonauentura relatis, tomo 2. nempe *Omnes spiritus ad principalem principatum Dei formaliter sunt motiui*. Pulchrè mouentur Angeli ad Dei iussa adimplenda egregia, præclara, honorifica, grandia, & formaliter quid intendunt mouere se *ad principalem principatum Dei*? Ad principale Dei Dominium, ad principale Dei mandatum, hoc est, obedire, ad obedientiam, nilque aliud intendere nisi iussionem perficere, & opus non spectare, sed iussionem, sed obedientiam, talis quippe obedientia Angelica est, & vbi reperitur Angelus, non homo.

45. Abel, quia obediens adhuc viuit, etiã occisus

Areopagi.

Hinc profectò euenit, vt non tam difficile sit in aduersis obedire, quàm in prosperis, dum in his possibile vt non solùm obedientia, sed ipsa sese ingerat naturalis inclinatio, appetitus, & dum iubenti obedire autumamur, nobis ipsis famulemur, virtutem euacuantes obedientiæ, quod egregiè obseruauit Greg. lib. 35. Moral. cap. 10. in vniuersum affirmans, obedientiæ virtus, vt talis sit, & meritum adipisci valeat in aliquibus, nihil de suo, in aliis quod aliquid habere tenetur, nihil scilicet in prosperis, aliquid in aduersis, vnde Sanctus: *Sciendum summopere est, quod obedientia aliquando si de suo aliquid habeat, nulla est, aliquando si de suo aliquid non habeat, minima: nam cum huius mundi successus præcipitur, cùm locus superior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutem euacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhelat: neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad accipienda huius vitæ prospera libidini propriæ ambitionis seruit. Rursus enim mundi despectus præcipitur, cum probra adipisci, & contumeliæ iubentur; nisi ex seipso animus hæc appetat: obedientia sibi meritum minuit, quia ad ea, quæ in hac vita despecta sunt, inuitus nolénsque descendit.* Et paulò infrà cõcludẽs ait, *Debet ergo obedientia, & in aduersis ex suo aliquid habere, & rursum in prosperis ex suo aliquid omnino nõ habere, quatenus in aduersis tanto sit gloriosior, quanto ex diuino ordine etiã in aduersis iungitur, & in prosperis tanto sit verior, quanto à præsenti ipsa, quam diuinitus percipit gloria, funditus separatur.* Quid verius? hinc obedientiæ in prosperis difficultas am-

49. Angeli hoc vnum ex petunt præmium obedire.

Psal. 102. n. 20.

49. Obedientia perfecta difficilius reperitur in prosperis quam in aduersis.

S. Greg.

50. Vera in prosperis nil de suo habere debet, aliquid in aduersis.

plior, quàm in aduersis; horum enim obiectum cùm extra nos sit, non nos, sed illud superare tenemur; dum è contra in prosperis obiectum difficultatis nos simus ipsi, nostrúmque commodum, quod omnino expellere debemus. Hinc difficultas, hinc talis obedientia non humana, sed Angelica, dum ad horum instar in corpore ac si sine corpore essemus, huius lucra obediendo non inspicimus, emolumenta non consideramus.

51. Prælecta obedientiæ difficultas in prosperis, vnde.

Hinc de illa sanctissima Virgine stupēt, & admirantur sancti, quid? immò & ipsæ supremæ Angelorū potestates, dum ad maternitatis Dei aduocata Matestatem, & excellentiam, diuinum regalémque sunc admisit statum, imperiúmque, non tantùm, quia tale, quantum quia præceptum, non quia sui bonum, sed quia iubentis sui Domini voluntas; hinc se ancillam vocauit, non Dominam, & fieri non quod optabat, sed quod præcipiebatur dixit. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Luc. 1. nu. 38. ob hoc à filio beatam prædicatam, iuxta illud Luc. cap. dum exclamanti mulieri, *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.* Cui Dominus respondit: *Quinimò, Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Vbi secundum Augustinum, beatiorem eam appellat, quia obediens, quàm quod mater, dum maternitatem non ob eius admisit bonum, siue præstantiam, sed ad obedientiam; ô virtus supra omnem Angelicam virtutem! ô obedientia non humana, sed diuina! qualis similis in cœlis terrísque reperitur? Ad hanc profecto nullus Angelorum, supremorúmque peruenire potest spirituum, ratione obiecti; cui namque Angelorum simile dictum, simile oblatum? hinc quoad infinitum gloriæ pondus se propter se non intrusit, eo eius obedientia, vt S. inquit Greg. verior, eo sublimior, eo omnium Angelorum obedientia perfectior, qui obedientiam exercentes clarè nobis insinuant, illam in altera vita ad instar charitatis remanere virtutem; vnde meritò ei obedientis vita etiam post mortem ascribitur; quatenus ad amplius obediendum reseruatur.

52. Virginis sanctissimæ obedientia quam perfecta.

S. Luc. c. 1. n. 38.

53. Obillam, amplius beata quàm ex maternitate, & cur. Augustin.

54. Eius obedientia propemodum diuina supra omnem Angelicam.

At quid mirum supremos in altera vita Angelos obedire, vnamque solam intendere obedientiam, cùmque & ipse Angelorum Dominus nil aliud etiam intendat, qui etsi gloriæ Princeps, qui etsi Iudex à Patre viuorum mortuorúmque constitutus, quietsi omne prorsus iudicium, & iudicandi potestatem à Patre acceperit, tamen non solùm hanc, quia iussus admisit, sed in eius exercitio nō plus efficit quam audit, non prius exercet quam imperium accipiat, quapropter obedientia non est satiatus, & si vsque ad mortem dum viueret, sic in eam totus transiit, vt redituius & immortalis obedire vult, obsequi desiderat, non tantam ex iudicandi potestate, quantam ex obedientiæ virtute gloriam captare desiderans: hoc sonant verba illa Ioannis, cap. 5. num. 30, vbi de potestate iudicandi locutus, statim sic addit: *Non possum ego à me ipso facere quicquam; sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.* Singula notanda: & si Deus, tamen, quia simul homo vt sic, affirmat non posse, & hoc non tantùm aliquod grande, & maximum, sed *quicquam*, tandem iudicium suum verum dicit, non quia ab ipso procedit, sed quia voluntati Patris obediens, quasi veritas iudicij non suæ infinitæ debeatur æquitati, ac sapientiæ, sed obedientiæ, sed Patris submissioni, vt hinc quilibet discat maximorum operum, negotiorum perdifficilium, prouidentiarúmq; incertarū nonnisi obedientiæ ascribendam prudentem directionem, dum Princeps ille diuinus, ac ipsa Patris Sapientia, veritatē iudicij non sibi, sed Patris obedientiæ adscribit: quod ponderans Magnus Greg. vbi suprà, in ipsissimet Euangelij verbis quæ adduximus, sic egregiè proloquitur: *Negatur nobis vsque ad præsentis vitæ terminum obedientia laboriosa apparet, nam Redemptor noster indicat, quia hanc etiam cùm index venerit, seruat: quid ergo mirum, si homo peccator se obedientiæ in præsentis vitæ brevitate subiecit, quando hanc mediator Dei & hominum, & cum obedientes remunerat, non relinquit?* Egregiè. Sic Christus obedientiam æstimat, vt in altera etiam vita eam seruet, & illi rectitudinem iudicandi, non sibi tribuens, nobis documentum præbet, in huius vitæ incerto quo recurrere debeamus, & vt nostram incertam, certam faciamus prouidentiam, singulare esse medium obedientiam; vnde etsi vt noster inquit Sapiens, *Cogitationes mortalium sunt timidæ, & incertæ prouidentiæ*, tamen eriguntur, confirmantur, certæque ab obedientia fiunt.

55. Christus quanti obedientiam præ se ferat, etiam in altera vita.

56. Ex obedientia iudicat fertque iudicium.

57. Vt eius exemplum Principes sequi debēt.

Num. 15. *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

ALiud adiungit ad intelligendum impedimentum, corpus; & sicut numero antecedenti impedimenta ex parte animæ, nunc inisto ex parte corporis exponit, vnde ait.

Corpus, &c. Augustin. lib. 13. de Ciuitate Dei, cap. 16. legit, *Corruptibile enim corpus.* Tale factum ex peccato consequente vindicta. Olxoth per corruptionem intelligit concupiscentiæ comitem, per quem totum corrumpitur, aggrauando animam; hoc est debilem eam reddendo, & à spiritualibus auertēdo; ad carnalia verò pronam & inclinatam, quis enim fomitis, seu nostræ concupiscentiæ æstus quibus nos miseros ad peccandum impellit, animāq; grauat, enarrare sufficit? ipsa enim nobiscum cohabitans, non secus ac prima nostra parens cum primo parente, sic nos decipit, ac illa Adamum. vt eleganter expendit Cyrillus Alexandrinus, lib. 1. de Adoratione, vbi sic. *Quod errasse, & sensibiliter in Adami ipsi venisse videtur, hoc in vnoquoque nostrum spiritualiter, ac latenter accidere quis deprehendat, voluptas enim affulgens præ cæteris sui mentem fascinat, atque impellit, vt diuinæ legis transgressionem nihil faciamus.* Vbi per voluptatem, ipsam intelligit mulierem, quæ non aliundè ipsa etiam delusa, nisi per alteram voluptatem, veluti obiectiuam, cuius figuram ipse tenebat serpens, quæ dum torruosis illecebris sicut ille nos cingit, & sinuoso flexu lubrica nos circumuenit, ad terram aggrauata anima gemit, &

Augustin. Olkoth. 1. Fomitis & concupiscentiæ bellum quàm horribile.

Cyrillus Alexand. 2. Voluptas est nostra cuc.

Digitized by Google

Ambros. & dolet, fructus parturiens amaros. Ex quo salubriter admonens Ambros. epist. 41. ait; *Caueamus ne hominem mulier, id est passio sensuum delectatione, & ipsa decepta effeminet, & circumscriptum in leges suas, & sententias trahat, fugiamus delectationem sicut serpentem.* Cur verò serpens delectationis figuram gerat, eleganter ipsemet exprimit sanctus ad Sabinũ, tom. 1. super illa verba Genes. 3. *Supra pectum tuum gradieris*, vbi sic, *non immerito sanctus Moyses delectationem serpentis figurauit similitudine: prona est enim in ventrem sicut serpens, non pedibus incedens, aut vllis eleuata cruribus, sed sinuoso flexu totius velut corporis sui lubrica, ei terra cibus est, sicut serpenti, quoniam escam nescit caelestem; Corporalibus enim pascitur, atque in varias mutatus species cupiditatum, & tortuosis angulatur anfractibus, venenum in dentibus habet, quibus vnusquisque se emiscerat luxuriosus, bellua internecat, obliguritor perimit.* Decipit ergo nos delectatio sicut serpens, & decipiendo perimit; hoc equidem cum benè ille calleat serpens antiquus, non alio nos perimit cultro nisi titillatione, concupiscentiæque nostræ suauitate. *Blandimentis, & suauitatibus titillat animas*, inquit Lactantius lib. 6. Diuinarum institut, *scit enim, quia mortis fabricatrix voluptas*: Cum qua innubens per consensum homo, fructus parturit amaros; *Consensisti*, inquit August. lib. de salutaribus documentis, *quasi concubuisti in corde*; & ideò idem sanctus ait, *noli dare consensionis complexum, ne plangas partum*; Nil melius, cum nil peccato amaricus, nil illo tristius; vnde rectè Chrysost. hom. de Dauid. & Saule; *Huiusmodi enim res est peccatum*, ait, *vt postquam factum, atque omnino absolutum est, tunc dolores excitat animæ, quæ ipsum peperit, modo legibus nostræ natiuitatis contrarijs, nos simul ac natti sumus dolores soluimus, illud vero quam primùm natum, mentem quæ ipsum peperit, doloribus disrumpit*; Et hoc vsque ad mortem, hinc Susanna Danielis, cap. 13. n. 12. ad turpem expetita à senibus consuetudinem, ait; *si enim hoc egero, mors mihi est*, hoc est, animæ. & insuper doloris, præ angustia, animique afflictione, à qua aggrauata anima, sursum se attollere non potest; hinc rectè à Salomone dictum, *Corpus quod corrumpitur aggranat animam.*

3. Serpens delectationis figuram cur gerat.

Lorinus. *At* vt adnotat Lorinus, aduertendum, hoc non necessitate, siue coactione, quia licet concupiscẽtia seu fomes aggrauet animam, tamen non opprimit: *Nam amorem, non molus hoc pondus*, ait Bernard serm. 8. in Cant. ipsa se voluntas subijcit, non coactè, sed sponte, licet vim patiatur; attamen ipsa consentit, Isaias c. 38. n. 14. *Domine vim patior, responde pro me:* Sanctus ille aiebat Ezechias, at quia etsi vim, tamen ipse sponte fuerat, ideo sequens ait, *quid dicam, aut quid respondebo cum ipse fecerim*? res etiam apud Gentiles cognita. Vnde Thearges apud Maximum in Collectaneis, c. 38. *Non posse*, ait, *vel laboribus insistere, vel à voluptate desistere, peculiaris infirmitas est portionis duntaxat irrationalis animæ: at pro hæresis*, (hoc est electio) *& liberum arbitrium præsidet tam huic parti, quam rationali*; hinc Deus Caino, Genes. cap. 4. n. 7. *Sub te erit appetitus*

7. Fomes non cogit ad peccandum *Bernard.*

Isaias cap. 38. n. 14.

Thearges. 8. Sponte homo cedit hoc, & Gentiles cognoscerunt.

Genes. c. 9. n. 7.

tuus, & tu dominaberis illius. Hebræi habent, *ad te erit appetitio eius*; hoc est, ad te loquetur Sirenum instar blandè, ac fraudulenter, alliciens, non cogens: grauat ergo corpus animam, sed non cogit, at dum grauat, inhabilem reddit, ex quo sanctorum voces, seu lachrymæ; *Ingemiscimus grauati*, inquiebat Paul. 2. ad Corinth. c. 5. n. 4. hinc infelicem se nominabat, ad Romanos c. 7. n. 14.

2. *ad Corinth. c. 5. Ad Rom. c. 7. n. 14.*

Terrena inhabitatio, &c. Græcè, *& terrenum tabernaculum*, seu, *domicilium deprimit mentem multarum curarum.* Lorinus per terrenam inhabitationem corpus intelligit; melius Oikoth occupationem circa terrena corpori necessaria, quod verissimum, hæc enim non solum deprimit, sed præfocat sensum, hoc est, intellectum, illa multa cogitantem, & de nullo alio nisi de corpore curantem; ex hoc totus terrenus factus spiritualia intelligere nequit. Hi equidem à vera elongati sapientia, veluti serpentes, in terra reptantes, nullum alĩ Deum nisi ventrem recognoscunt, vnde imprecans Deus serpenti, ait. *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ*, quem locum legit Ambros. lib. de Paradiso, *supra pectus tuum, & in vtero tuo ambulabis.* Quid est enim in vtero ambulare? Nisi ob ventrem viuere, ob ventrem à mane vsque ad vesperã laborare; & impendere ob ventrem in vitam? vnde sequens Ambros. ait: *Qui sunt, qui in vtero suo ambulant, nisi qui ventri, & gulæ viuunt? Quorum Deus venter est, & gloria in pudendis eorum, qui terrena sapiunt, & cibo onerati ad terrena curuantur. Hi enim quomodo ad caelestia eleuabuntur?* Cum vt idem sanctus ait: *Pectore reptare serpentem non tam propter corporis figuram, quàm quod propter terrenas cogitationes de illa caelesti beatitudine sit lapsus:* Ergo terrenas possidentes cogitationes, sic sensu deprimuntur, vt suffocati viuant, ordinem omnino debitæ peruertentes charitatis, dum totos ad curam corporis conuersi, animæ obliuiscuntur. Hinc in cellam sponsa introducta vinariam, Cant. c. 2. n. 4. Primùm quod ibi exhibit ordo extitit charitatis: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Hoc est, vt prius de anima curaret; quàm de corpore: Nam aliàs vt grauiter S. Fulgentius lib. 2. de remissione peccatorũ c. 6. hunc exponens locum; *Quomodo dicendus est, aut charitatis, aut misericordiæ ordinem habere, qui corpus suum reficit cibo, ne deficiat; munit indumento ne algeat, dum est sanum cauet ne infirmet, dum est infirmum satagit vt sanetur, carnis suæ alimentorum incessanter, vestimentorum, medicaminum ministrat sollicita intentione subsidium, & anima suæ malè viuendo conquirit interitum.* Ergo charitate, & spirituali priuati intelligentia ob corporis curam, verè deprimuntur, veréque ad sapientiam assurgere nequeunt, Deum tantum à longinquo audientes, non è vicino prospicientes, cum hoc non nisi à curis denudatis secularibus concedatur Iob cap. 41. n. 5. *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.* Cur prius audiuit, postea vidit? an quia curis prius familiaribus distentus, tantùm auditu Deum percipiebat, quibus postea priuatus ad vnum

Lorinus. *Oikoth.*

9. Cura terreno. animum opprimit *Genes. c. 3. n. 14. Ambros.*

10. Carnales serpentes terra reptantes.

11. Ordine charitatis priuati reperiuntur.

12. Deus non videtur nisi à curis secularibus remotis.

interitus non tantum Deum audiebat, ſed videbat, ſic in Dei cognitione proficiens, quando corde vnitus, vt prior cognitio quaſi auditus reſpectu ſecundæ, quæ vt viſio meritò reputari poterat, *Quanto viſus ſuperior eſt auditu*, magnus inquit Greg. *tanto differt ab eo, quòd prius extitit, quia in interno oculo veritatis lumen magis aſpexit*: ſic profectò Deum audiũt, non vident, qui his implicati, à longinquo rumorem tantum ac famam percipiunt, hinc vt Regina illa animi deliquium in ſapientiæ amore non patiuntur ſexcentis diſtracti curis, aggrauatam obtinentes animam. *Tui eſt officij*, Magnus inquit Baſil. Demoſtheni Valentis Imperatoris ab Epulis, dum contra illũ æqualitatem filij denegaret, *ſollicitam agere curam condiendorum inſculorum, & cupediorum. Aures enim cùm tibi ſint iſtis ſordibus oppilatæ, nequaquam vales percipere dogmata hæc ſanctiora.* Quòd vni iſti, omnibus dictum ſimilibus; quomodo autem à nobis ſollicitudinem temporalium depellere debeamus, & à Dei prouidentia dependere, vide quæ diximus in l. hom. 148. Concupiſcentia rerum huius mundi quanto conatu fugienda, quantámque animæ affert perniciem, vide ibi hom. 81.

13 Iob cur primi' dixit Deum audiſſe poſtea vidiſſe.

14 Sæculares Deum audiunt tantum, nõ vident & cur.

S. Baſil.

Num. 16. Et difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt inuenimus cùm labore: quæ in cælis ſunt autem quis inueſtigabit?

Commentum literæ.

Connexio capitis.

HVmanam ignõrantiam vſque huc aſſeruit Salomon ex humanæ imbecillitatis ratione; nunc in iſto verſu ex parte rerum ſcibilium, vnde ait.

Et difficile æſtimamus, &c. Græcè, *& vix imaginamur*, vel *coniectamus*, aut *coniectura aſſequimur, quæ in terris ſunt.*

Et quæ in proſpectu ſunt inuenimus cum labore, &c. Græcè, *& quæ in manibus, inuenimus cùm labore*; Argumentum à minori ad maius: ſi terrena non capimus, & quæ oculis obuia, quomodo cæleſtia?

1. Sciendi difficultas ex quo prouenit à rebus, vel ab intellectu.

Scotus. Maior. Andreas.

Ariſt.

Fonſeca.

S. Thom. Auerroes.

Multa diſputant Philoſophi, vnde ſcientiæ difficultas naſcatur ex nobis, vel ex obiectis ipſis, propter ſuam præſtantiam, an vilitatem, ac tenuitatem, vel ex vtriſque; vtrùm vltimas *rerum*, quas vocant quidditates, intelligendo, conſequi valeamus: quid item ſit rem quampiam intellectu comprehendere; & an infinita comprehendi poſſit, Scotus, Maior, Antonius Andreas, in Ariſtotele lib. 2. Meth. c. 1. & lib. 4. c. 5. totã difficultatem in imperfectione noſtri poſuerunt intellectus, eiſque fauere videtur Ariſt. vbi ſup. dum dixit: *Cum difficultas duobus modis accidat, non in rebus, ſed in nobis illius cauſa ſita eſt.* Sed proculdubio de cognitione ſupernaturaliũ rerũ loquitur Ariſt. Alij vt ex Heraclito refert Fonſeca, in rebus eã poſuerunt, quatenus nõ ſunt productiuæ ſpecierum propriarũ in intellectu noſtro, ſubſtantia enim materialis ideò à nobis cognoſci non poteſt, quia ſui ſpeciem nec in intellectu, nec in noſtro producere poteſt ſenſu. Alij demum, & verius, hanc difficultatem poſuerũt tum in rebus, tum in nobis ipſis, S. Thom. Auerroes, Alexand. Albert. Magn. citato loco Metaph. Ariſt. ex rebus quidem, quia ſpecies ipſarum producere non poſſunt: ex intellectu verò, quia ſic debilis, vt non habeat modum eas producendi, & ſic ex vtráque prouenit parte difficultas.

Alexand. Albert. Magn.

2. Rerũ ſcientia difficillima.

Quod equidem ſic extra telam iudico, vt probatione non indigeat, experientia tota re conſtante. Quod vt ſuperbiſſimus animaduerteret Eunomius hæreticus, cum exiſtentia facilia cognitu affirmaret, & ex eis facilem etiam aditum ad incomprehenſibilia, & diuina, ex vna formicæ conſideratione, ſic eum ſanctus confudit Baſil. epiſt. 37. vt ex omnibus quas ei propoſuerat quæſtiones, nec vnã determinare ſuperbiſſimus potuerit homo; nõ grauabor ad literam Baſiliũ referre, piaculum me facturum crederem, ſi vnum adimerem verbum. *Itaque*, ait ſanctus, *Qui ſe exiſtentium ſcientiam aſſecutum eſſe gloriatur, exponat nobis quomodo quod minimum eſt eorum, quæ in lucem prodierunt natura habeat, & qua formica ſit natura dicat; an ſpiritu, vel anhelitu natura ipſius contineatur, an corpus habeat oſſium diſtinctione concinnatum, ac diſcretum, nerui ſne, an nodulis coniuncta, roborata ſit; an muſculorũ, & glandularum cõplexu nernorum natura vndequaque conſernetur, an à ſincipite per dorſuales nodos ad caudã vſque medulla protegetur: Vtrùm ex nemoſa pellicula cõplexione motio membris ſit progrediendi facultas; habeat-ne hiepar, an ſub hepate ſit ſtana bilis folliculus; vtrum renes habeat & cor, & arterias, & venas, & membranas, & nudiaphragmata; nudane ſit vel crinita, an vnius tantum generis, aut multifarijs vtatur pedibus, quãdiu viuat, & qua ſit illis propagandi poſteritatis ratio; quotuplo fœcundum generat fœcundetur, & quomodo nec pedeſtres omnes ſint formicæ, nec alatæ omnes, ſed alia humi repant, alia verò per aëra valitent. Dicat itaque nobis formicarum naturam, qui rerũ quæ ſunt cum faſtu ſcientiam ſe prædicat aſſecutum: atque ita demũ de potentia illa omnem intellectũ ſuperante diſputet*, &c. Nil elegantius; quod vltimum videtur cum noſtro coincidere Sapiente, qui ſequens ait.

S. Baſil.

3. Formicæ ſcientia quã difficilis, & quãta in ea conſideranda, & diſcutienda ex Baſilio.

Quæ in cælis ſunt antẽ, quis inueſtigabit? &c. Græcè, *inueſtigauit*, argumentum à minori ad majus vt dixi, ſi quæ in proſpectu intelligere non poſſumus, quomodo quæ in cælis? *Partem illam æternam*, inquit Ariſt. 1. de partibus Animal. c. 5. *Ac proinde nobilem, ac diuinam, minus contemplari propterea poſſumus, quod ad modum pauca illius modo ſenſui patent, quorum beneficio, tum de ipſa parte diuina, tum de ijs, quæ noſſe cupimus facultas nobis cognitandi, indagandique ſuppeditetur.* Ergo ſi à ſenſibus abſcondita, quomodo intelligentur? Licet in earum inueſtigatione, & perleui cognitione amplior, quàm in his caducis rebus inueniatur delectatio; vt idem affirmat author perpulchro vtens exemplo. *Res nanque*, ait, *illas ſuperiores, tametſi leuiter attingere poſſumus, tamen ob eius cognoſcendi generis excellentiam amplius oblectamur, quàm cum hac nobis tactu omnia tenemus: quemadmodum quamlibet partem, minimáque noſtrarum puellæ delitiarum vidiſſe gratius, ac iucundius eſt, quàm cæterorum hominum membra tota perſpexiſſe, & contrectaſſe.*

Ariſt.

4. Superiorũ contemplatio, & ſi nobis amplius quàm inferiorũ ignota ſit, plus tamẽ affert delectationis & cur ea Ar.

Hugo. Hug. Card. adnotat, non dixiſſe, quis comprehendet? ſed quis inueſtigabit? quia & ſi aliquo modo de his inueſtigare, tamen comprehendere omnino impoſſibile, quod de ſpiritualibus intelligens rebus; tria ſunt ſecundum ipſum, videlicet *lux immarceſcibilis perficiens intellectum; Pax incomprehenſibilis quæ ſuperat omnem ſenſum; fons inhauſtibilis, quis irrigat affectum. Senſus* myſticus, literalis de materialibus cælis, deque aſtris, quo argumento Deus per Iobum, cap. 38. n. 31. hominum arguit inſcitiam; & ſimul Iudiciariorum turbam, cum labore profecto inuenimus quæ in proſpectu, & obuia, & vani iſti non ſolùm de ſtellis, quæ obuia prænunciare audent, ſed quæ de eis obſcura. & recondita, influxus naturam. Quid ſtolidius? de qua re omnino videndus Niſſenus de fato, qui egregiè omnes iſtorum, & ſimilium ſoluens rationes, vltimò concludit, huiuſmodi artis homines ſpiritu dæmonis afflatos, eius eſſe ad perdendos homines cooperatores; Verba eius ſubnectam, *Atque inſtar fraudulentorũ dæmonum in eam rem omnes cogitationes conferunt, & curas, vt hominem eò redigant, ne oculos ad Deum conuertat, ab eóque omnia bona obtineat: atque adeo conſilium, quo homines ſimplices, & fallacys obnoxy à diuina voluntate amplectenda reuocantur, ad eiuſmodi Aſtrorum coniunctionem, ac vim inde defluentem maximè ad malignorum dæmonum ſpectat ſcopum.* Quod qua ratione tale dæmon inuenit commentum, ſequens ſanctus addit. *Itaque ſi iucundum eſt dæmonibus animas hominum ab amicitia Dei auertere, ſicque auertit iſtarum rerum fallacia; perſpicuum ſit, id dæmonum quoddam eſſe opus, comparatum ad decipiendos eos, qui omnem illam vim biſce rebus contineri opinantur, neque oculos ad Dei ſummam conuertunt poteſtatem.* nil melius. Vnde egregiè Philo lib. de Somnijs allegoricè interpretans profectũ Tharæ Patris Abrahamè ex Chaldæa ad Charras, etymologiam nominis *Charras*, quæ *ſuffoſſa* dicitur, & Tharæ, quæ *odoris ſpeculatio*, ſicait, *Attamen Chaldæa relicta, Charras migraſſe Thare dicitur, ducens ſecum Abraham, non vt putemus eos fuiſſe deſertores patriæ, ſed vt re penitus intellecta, diſcamus quiddam vtiliſſimum vitæ humanæ; ſed hoc quidnam eſt? Chaldæi vacant obſeruandis ſyderis curſibus, Charrenſes circa ſenſum occupantur? Diuina igitur ſcriptura ſeruatores naturæ ſic interpellat: quid de ſole queris ſit ne pedali magnitudine, an tota terra maior? quid de luna, ſuone lumine, an mutuato luceat? cur in terra incedens, ſuper nubes exilis? & res Æthereas attingere conaris, cum terra affixus hæreas? Cur audes coniectari de rebus omni cõiectura ſuperioribus? ô bone, propinqua tibi potius conſidera, immo te ipſum primum ſcrutare, à mente Charras, id eſt, cimitatem caſamoſam, & perfoſſam ſpeculare corporis, conſidera ſingulos ſenſus, eorum que munia, & vſus; prius enim quam propriam domum bene luſtres, & notam habeas, vniuerſalem domum quæ mundus eſt, curioſe perſcrutari, & noſſe velle; annõ extrema eſt inſania? prorſus extrema.* Sed de hac re, deque huius vanitate ſcientiæ vide quæ diximus. 5. tomo hom. 139.

Philo.

Num. 17. *Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis Sapientiam, & miſeris Spiritum ſanctum tuum de Altiſſimis.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis.

DIxerat neminem ſcituram cæleſtia, quia obuia, & quæ præ manibus quis ſcire non poterat: per cæleſtia autem ipſa corpora intellexit cæleſtia vti diximus; nunc amplius ſe extendens ad ſenſum conſiliúmque diuinum, argumento à minori ad majus, euidenter concludit Dei arcanum impenetrabile, niſi ab ipſomet reueletur Spiritu ſancto ſuo, hoc eſt, ab ipſa Dei ſapientia, vt mox dicemus.

Lorinus. *Niſi tu dederis*, &c. Ergo neceſſaria reuelatio, & infuſa cognitio, vt optimè Lorinus: ex quo clarè deducitur, ſapientiam, rerúmque diuinarum cognitionem donum eſſe Dei, & oratione, humilitate, lachrymiſque impetrandum, potius quàm vano ſtudio, vanóque labore, de qua re nos infrà.

Chartuſ. *Spiritum ſanctum*, &c. Chartuſianus intelligit de tertia perſona; ſed melius recentiores pro dono, quod per attributionem à Spiritu ſancto dicitur mitti, quatenus iſte Spiritus ſit qui omnia ſcrutatur, *etiam profunda Dei*, vt inquit Apoſtolus 1. ad Corinth. c. 2. n. 10. de qua re, & de neceſſitate huius ſpiritus vide quæ diximus. 1. tom. hom. 13. Carnalis enim, & animalis percipere non poteſt quæ ſunt Dei: cum corporalium imaginibus rerum aſſuetus, ſiue intra, ſiue extra ſe niſi corporalia non percipit, vt rectè Bern. de Vita ſolitaria, vel quiuis alius eius author libri. *Eſt vita modus ſenſibus corporis ſeruiens*, inquit, *ſcilicet cum anima, quaſi extra ſe, per ſenſus corporis circa dilectorum delectationes corporum affecta eorum fruitione paſcit, vel nutrit ſenſualitatem ſuam: ſe cum intra ſe regrediens, & corpora quibus forti glutino amoris, & conſuetudinis adhæſit, ad locum incorporea natura ſecum ferre non prænalens, eorum illuc ſecum trahit imagines, & amicabiliter illic cum eis conuerſatur, quibus aſſuefacta nihil putat eſſe, niſi vel quales foris reliquit, vel quales intus contraxit: inde quandiu licet, iucundum habet ſecundum delectationes corporis viuere; cum autem ab eis auertitur, neſcit niſi corporea imaginari.* Quid pulchrius? Homo enim animalis ſenſibus viuens, ſiue intra, ſiue extra ſe nil niſi ſenſualia capit, hinc his intus repletus, ſpiritualia intelligere omnino nequit; quid ad hæc qui tyrones ad contemplationem aſſurgere faciunt toti ad huc carnales, ſed de hac re infrà ſuo loco, Spiritus enim neceſſarius eſt ſanctus, qui ab his denudans hominẽ imaginibus, ſenſum illi infundens ſpiritualem, qui ſpiritus reddat illũ intelligentem, reueletque ei quæ ſunt Dei, vt noſter inquit Sapiens.

1. *ad Corinth. c. 2. n. 10.*

1. Carnalis ſiue extra ſe, ſiue intra non niſi carnalia recipit. *Bernard.*

HOMILIA XIII.

Sapientia donum Dei, oratione & humilitate impetrandum, Sanctorum Patrum doctrinis custodiendum, Scholasticorum Principibus stabiliendum.

Augusti. 2. Sapientia quid.

SEnsum Dei impenetrabilem absque sapientiæ dono meritò noster affirmauit Sapiens, quam rectè Aug. lib. 12. de Trinitate cap. 14. definit *rerum diuinarum scientiã*, quæ propriè sapientia appellatur, cùm humanarum non sapientiæ, sed scientiæ tantum nomen sortiatur, quam etiam scientiam à sapientia quoque emanare affirmat, Alexandrinus 6. stromatum, vbi sic. *Clem. Al.* *Fons etiam disciplinarum manat à sapientia, nam qui est cognitione preditus, per Scripturas nouit antiqua, & coniecit futura.* Vbi per sapientiam intelligit cognitionem diuinarum Scripturarum à Deo reuelatarum, quas qui scrutantur, meritò sapientes dici possunt, ex quibus vera constat Theologia, vt August. lib. de Sancta Virginitate, cap. 44. & Cyrillus Alexandr. dialogo 1. de Triphone: hanc ergo diuinam Sapientiam, hanc veram Theologiam, oratione & humilitate potiùs, quàm labore, & studio assequendam dicimus; & insuper si eam intactam, illibatámque conseruare, Sanctorum Patrum doctrinis inhærendum, si stabilire, non cuiuis, sed Principibus scholasticorum obsequendum, de quibus singulis suo ordine.

3. Diuinarum Scripturarum cognitio sapientia. *August. Cyrill. Al.*

Prouerb. c. 2. n. 6. Primò ergo oratione quærenda, & acquirenda, cuius rei ea potissimum est ratio; quia donum Dei est, Prouerb. cap. 2. num. 6. *Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia, & scientia.* Quod cùm sit, à quo nisi à Deo illud petendum. Pulchrè Irenæus lib. 41. cap. 14. *Irenæus.* *Deum scire nemo potest*, ait, *nisi Deo docente*, Hoc est, *sine Deo non cognosci Deum, hoc ipsum autem cognosci eum, voluntatem esse Patris, cognoscunt enim eum, quibuscumque reuelauerit filius, & ad hoc filius reuelauit Patrem, vt per eum omnibus manifestetur, & eos qui credunt ei iusti, in incorruptelam, & in æternum refrigerium recipiat.* Egregiè, sapientia de Deo tractat, circa Deum versatur, eius est cognitio; at sine Deo non cognoscitur Deus; immò ipsum cognoscendi desiderium à Deo est, qua vt nos eum cognoscere desideremus eius est voluntas, sic verba illa intelligo, *Hoc ipsum autem cognosci eum voluntatem esse Patris.* Hoc ipsum desiderium cognoscendi eum, nam de cognitione actuali iam dixerat; hanc autem demùm cognitionem non acquirunt nisi per filium, qui Deus: ergo rectè Deus non cognoscitur sine Deo, hinc illud tantum orandum, vt rectè Tertull. in Apolog. vbi sic: *Tertull.* *Hoc ab alio orare non possum, quam à quo sciam me consecuturum, quoniam ipse est, qui solus præstat.* Sic alta res sapientia est ista, sic ex se obscura supra omnem humanum captum, cùm eius author ille sit spiritus, qui ni Deus eum reuelet, non est qui eum

4. Deus sine Deo non cognoscitur.

5. Eius cognitionis desiderium ab ipso est.

6. Ab ipso solo expetenda sapientia.

assequatur. Vnde Plato. *Vnum inuenio quod cuncta operetur, & aliud per quod cuncta efficiuntur, tertium autem non potui inuenire*, de Spiritu Sancto, hoc tertium affirmans. *Plato.*

7. Spiritus Sanctus antiquitus ignotus.

Hinc hoc noster callens Salomon Sapientiam consecuturus non alio eam promeruit merito, quàm desiderio, oratione, quod affirmans Sanctus Doctor 1. 21. quæst. 11. art. 3. ad 1. agens de motu liberi arbitrij, sic ait, *Dicendum quòd etiam Salomon dormiendo non meruit sapientiam, nec accepit, sed in somno declaratum est ei, quòd propter precedens desiderium ei à Deo sapientia infunderetur. Vnde ex eius persona dicitur, Sapientia 7. optani & allatus est mihi sensus.* Ergo desiderio, à quo & oratio, vt infrà dicemus acquisiuit, vnde factum vt tale mereretur insomnium, quod licet non meritorium, tamen in se ex præcedenti sapientiæ affectu aliquid habuit bonitatis, vt pulchrè idem Sanctus Doctor, quæst. 28. de Veritate art. 3. ad 7. vbi sic. *Dicendum quòd motus liberi arbitrij, qui precedit in vigilante, non potest facere, vt actus dormientis sit meritorius, vel demeritorius, secundum se consideratus; potest tamen facere, quod habeat aliquam rationem bonitatis, vel malitiæ, in quantum virtus actus vigilantis relinquitur in operibus dormientium, sicut virtus causæ relinquitur in effectu, & inde est quod virtuosi nanciscuntur in dormiendo meliora theoremata præ alijs non virtuosis, vt dicitur in 1. Ethicor. & inde est etiam quod nocturna pollutio interdum culpabilis imputatur; & sic etiam Salomon vigilando potuit se disponere ad sapientiam accipiendam in dormiendo.* *S. Doctor.*

8. Salomon desiderio sapientiæ illam quodammodo meruit.

Idem S.

9. Insomnia vnde aliquando laudabilia, aut demeritoria.

At quibus exercitiis se præparauit? oratione, vnde sup. cap. 8. num. 21. *Vt scini, quoniam aliter non possem esse continens.* Hoc est, non possem fieri compos, vt multi, sicuti ibi diximus: *Nisi Deus det ei, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset donum, adire Dominum, & deprecarus sum illum.* Quod obseruans Diuus Thom. lib. 2. de regimine Principum cap. 16. in fine sic ait, *Tradunt enim historia, quod in qualibet Monarchia ab initio seculi tria se inuicem per ordinem comitata sunt, diuinus cultus, sapientia scholastica, & secularis potestas, quæ quidem tria se inuicem per ordinem consequuntur, & in Rege Salomone ex suis meritis conseruata sunt, quia per diuinam reuerentiam, cùm descendit in Hebron locum orationis, assumptus in Regem consecutus est sapientiam, & ex vtroque vlterius in regali virtute super Reges sui temporis excellentiam.* Primùm ergo quod Salomon in Regem assumptus egit, sacrificium extitit, & non quodlibet, sed mille hostiarum, vt sapientiam adipisci mereretur, sciens præterea ipsam non solùm Dei esse donum, sed etiam scire cuius ipsa sit, & à quo petenda; vt inde sciamus tales effectus nostram subituram sapientiam, quales qui eam nobis infundit, & à quo eam nobis expetierimus.

10. Salomon oratione se ad sapientiam præparauit.

11. Monarchia optima ex quibus constituitur.

Enimverò, eodem & non minori tenebatur sapientiæ desiderio Adam, quàm Salomon; attamen cum non ab eo cuius erat donum. sed à dæmone eam exquisisset, non sicut Salomon in sui illustrationem, sed in sui obscuritatem, & intellectus offuscationem eam

12. Sapientia vera à Deo & non ab alio exquirenda nisi nosperd-re velimus.

Ambros. 13. Adam quia eam non a Deo petierit, non fit Salomõ.

obtinuit, quod egregiè obseruauit Ambros. relatus à Glosa in 3. Reg. cap. 3. vbi sic de Salomone loquens: *Non vsurpauit vt Adam, boni & mali scire distantiam, sed gratiam eius intelligentiæ orauit ad Dominum, quod enim scire diuinum est: à Domino vt possit cognoscere promerendum est, si petisset Adam vt petiuit Salomon, nequaquam in illos inextricabiles errorum laqueos incidisset, quibus omnis eius hæreditas strangulatur.* Nil melius. Petiit à quo petere non debebat, hinc nescius cuius erat donum, non sapientiam, sed intelligentiam acquisiuit, & ampliorem visionem expostulans in cæcitatem incurrit, multa hic vellem adijcere, at ne sim morosus, indigetabo tantum vnum. Videant, qui sapientiam anhelant, qui illam depereunt, quique pro illa desudant, à quo eam petant, à Deo, an ab alio aliquo, si bonis, an malis artibus, si tantùm à Deo, an proprio sibi ingenio à semetipsis, nullam humilem recognoscentes subiectionem, & non mirentur, si, ac alteri Adami in inextricabiles postea incidant laqueos, quibus se, & alios strangulant. *Ecclesiastici viri*, Sanctus ait Hieronymus lib. 11. in Ezechiel. *qui dogmatum non custodiunt veritatem, sed de suo corde confingunt, magistrum magis habent præsumptionem suam, similis errore retinentur.* (loquebatur de hæreticis.) *qui cum populo persuaserint vera esse quæ fingant, & in theatralem modum plausus constituerint, & clamores, immemores sunt imperitiæ suæ, & addecto supercilio, librati sque sermonibus, atque truculentis, magistrorum sibi assumunt authoritatem.* Illud ponderandum, in errores tales incidere, etsi sint Ecclesiastici, quia magistram habent *præsumptionem suam.* Hinc profectò hæreses, hinc pessimi hæresiarchæ, nam dum non à Deo, non ab eius amicis (sanctissimos dico patres) scientiam, sapientiamque expostulant, sua tantum naturali, naturalique discursu omnia penetrare, attingere, & (si Deus vult) corrigere autumantes, non ad scientiam diuinam, non ad arborem vitæ, sed ad diabolicam perueniunt, & ad arborem totius generis euertricem humani. pulchrè Rupertus lib. 3. in Genes. cap. 9. talium mulieris propriò eius arbitrio iudicio, quæ incauta superbia potens, humanoque fisa discursu, iudicem se inter Dei, & Diaboli verba constituere præsumpsit, & dum simpliciter, ac humiliter se Deo cæcè submittere recusauit, humano discursu lumine, passione cæca non vidit, quod videndum, & quod perpiciendum non inspexit: audiamus Rupertum, qui adnotans non dixisse Scripturam, vidit mulier, & tulit: *Sed vidit quod bonum esset lignum*, sic ait. *Vidit igitur id est, considerauit, diligenter intuita est, curiosius attendit, & iudex eorum quæ audierat ipsa esse voluit; audierat quod dixisset Deus. In quocumque die comederetis ex eo, morte morietmini: audiuit at serpentem è contrario dicentem. Nequaquam morietmini: inter hæc accepit naturam ligni propriis sensibus diudicare voluit, creditque eis potissimum, Deo videlicet, vel serpenti palmam concederet veritatis: dicit qui de ipso iudicare debuerant interiores oculi, exteriorum tam eliant oculorum concupiscentia præpedit, vt non*

S. Hiero. 14. Hæretici fiunt multi, quia sapientiam non a Deo, sed à se expostulant.

A *viderent, neque solam mortem corporis, vel quod duplicem illatura esset mortem, non natura ligni, sed transgressio mandati, itaque solis exterioribus oculis naturam ligni considerauit, & deprehendit malè cauta, quod in fructu ligni non esset venenum mortis, erat enim bonum ad vescendum, & pulchrum, aspectu delectabile, hæc omni sermoni quem dixerat Deus repugnantia iudicauit esse, magisque sermoni serpentis concordare, veramque assertionem eius demonstrare, sic vidit, & sic sacrilega temeritate Diabolo magis credidit, & tulit de fructu, &c.* Quid melius? in qua profectò sententia multa aduertenda. Primum, casus originem, seu fundamentum proprium mulieris extitisse iudicium, dum se inter
B Deum, diabolúmque iudicem constituit; sic hæretici, vt infrà dicemus. Secundò, malè iudicasse, maléque interioribus oculis inspexisse, quia exteriores passione obtenti ad se interiores rapuerunt: ipsimet Scripturæ Sanctorúmque dicta, vt infrà dicemus non assequuntur: quia passione cæci foris, oculos mentis, quibus mundis veritatem assequi debuerant, obtenebratos possident: Tertiò, se mulierem decepisse: quia tantùm exterioribus ponderauit ac librauit rem oculis, nullo interiori, nullo fidei obtutu, nullo pio interius affectu; hinc carnaliter sapiens malè iudicauit: immò cæca originem mortis non attendit, dum illam non natura causabat ligni,
C sed transgressio mandati. Ex quo factum est, vt insipiens plus Diabolo crederet, quàm Deo dicenti; sicut & nunc similiter impij isti Nouatores ex eadem prorsus radice, dum se iudices inter Deum Diabolúmque constituunt, & quæ sunt fidei, diabolico aptu discutere præsumunt, Diabolo potius credunt, quàm Deo, palmámque victoriæ non Deo Patri luminum, sed Principi concedunt tenebrarum: quod eleganter etiam dixit idem Rupertus, relatus à Fernandez in cap. 3. Genes. super illa verba: *Scit enim Deus quod in quocunque die comederitis exeo*, fect. 10. locum enim reperire non potui: *Malus fructus, immo malus morsus quo Adam per Euam vitam perdidit, & mortem inuenit: bonus fructus, quo genus humanum per Mariam mortem perdidit, & vitam inuenit; Hoc est Corpus meum, non videndi carnis & sanguinis speciem? profectò nec Eua videbat promissam sibi à serpente Dei similitudinem; attamen illa credidit, quod non videbat, serpentis dicentis, Nequaquam morietmini, sed eritis sicut dij, magis quam Deo dicenti, Morte morietmini, in quocumque die ex eo comederitis, plus inquam serpenti quam Deo credidit: iusta ergo lege vt expietur iste reatus malæ credulitatis, exigitur fides vt credatis, quæ non videtis, credatis Deo dicenti, Hoc est Corpus meum, hic est Sanguis meus, magis quàm serpenti, qui per hæreticos dicit, non est Caro, non est Sanguis.* Egregiè, Diabolus dicit, non est Caro, non est Sanguis, Christus dicit, est Caro, est Sanguis, iudices se inter Christum, diabolúmque nebulones isti constituunt, magisque diabolo quam Deo credentes, palmam victoriæ non Deo, sed diabolo præstant.

16. Hæretici, vnde decipiuntur sicut Eua.

Fernand.

15. Eua defuse quia iudicio se constituit inter Deũ & diabolũ *Rupertus.*

17. Eucharistiæ Sacramentum, qua ratione credi debet contra hæreticos.

18. Isti cur illud non credunt.

vnde tantum malum? tantáque cæcitas? quia exterioribus oculis tantum diiudicant, quia iudices se fieri volunt; immò quod fœdius, Diabolo credunt. Deo credere nolunt, sicut Eua quæ Dei similitudinem non videns in pomo, tamen credidit quod continebat, nō equidem alia ratione, nisi quia Diabolus dicebat: sic isti, Christus dicit, Hoc est Corpus meum; nolunt credere verum illud esse Corpus, substantiam panis illic non esse, transsubstantiationem veram factam; at cum diabolus ait, ibi esse substantiam panis, & simul Christi Corpus, hoc credunt Lutherani, etsi Corpus Christi non videant, non inspiciant: Diabolus dicit, non esse ibi Corpus Christi, nō e cœlis Corpus Christi descendere, sed quandam vim substantialem ex Christi carne ad nos deriuari per spiritum eius; vnde non substantiam Christi, sed qualitatem quandam nobis dari credit Caluinus, vt refert Bellarmin. de Sacramento Eucharistiæ lib. 1. c. 1. etsi qualitatem non videt, & non vult credere Christo dicenti, ibi verum esse Corpus, & si Corpus non videt, vnde tanta cæcitas? vnde tanta infidelitas? vt potius Diabolo quàm Deo credere velint? exinde, quia vt Hieronym. ait, *Magistram habent præsumptionem suam.*

Bellarm.

19. Superba scientia ad interitum ducit.

Hinc profectò fit, vt scientia quæ oculos aperit ad præsumptuosè videndum, discernendum, iudicandum, nullo habito respectu, nulla fide, nulla ad patres antiquos relatione, submissione, subiectione, non sit ligni vitæ scientia, sed ligni boni, & mali, hoc est mortis, quæ sic dicta, quia oculos ad malum aperuit, dum clausos ad illud primi nostri tenebant parentes, & aperuit experientia, nam prius speculatione etiam apertos obtinebant, vt recte Theodoretus quæstionem proponens, & dissoluens, alioquin imperfectam profectò Deus illis infudisset cognitionem, si quid bonum quid malum esset, non agnoscerent, quomodo ergo eorum aperti oculi ex eius optione equidem respondens ait, *Habebunt sine dubio nostrum, sed experimentum postea capient.* Vellim ex hoc dicere, quod licet isti, qui præsumptionem pro sua habent *Magistra*, oculos habeant apertos, multa speculatiuè sapere, se arbitrantes, multa videre, dirigere, corrigere, emendare, antiquis se præferentes, noua exquirentes, videntes tandem se iudicare experientia, postea, malóque experientur suo, se ad arborem impegisse mortis, non vitæ, ad scientiam tumidam, non sanam, perfidam, non fidelem ad arboremque tandem mortis, non vitæ, quod equidem non euenit, quando sciens homo cuius sit donum sapientia, non à propria præsumptione, sed à Deo eam exposcit humili oratione.

Theodor.

20 Hæreticè licet sapiat, tamen ad interitum.

Oratione ergo imperranda sapientia, insuper & humilitate, se recognoscens homo quod non scit, quod non sapit; res equidem difficilis nam nescio quo malo genio, & si certo nobis constet, inscios esse, de scientia præsumimus, & vento inscientiæ, non doctrinæ inflamur, superbi simul & cæci. *Homines cæcos, & superbos nescio quæ res protulit*, inquit Ambros. lib. 2. aduersus Gentes, *aut cognitandæ inuidia, aut cum nihil sciamus omnino, fallimur existimantes, & in omnium scientia subuehi.*

Ambros.

21. Sapientia humilitate acquirenda.

22. Superbi sci-

A *pectoris tumore tollamur.* Fons diuina est Sapientia, vt impleat vas, requirit inane; nam si plenum, effluet, non influet, vnde recte Aug. serm. 59. *Tam largo fonti vas inane admodum necessarium est.* Iacob in summitate scalæ Deus apparuit, scala hæc humilitas est, in cuius culmine Deus, in cuius apice ipsa Dei Sapientia, vt inquit Bern. de gradibus humilitatis, *Quod in illa scala, quæ in typo humilitatis Iacobi monstrata est, Dominus desuper innixus apparuit, quid aliud innuit, nisi quod in culmine humilitatis constituitur cognitio veritatis?* Nam vt ipse de ea alibi dixit serm. 85. in Cantic. *Promeretur quod non docetur, digna adipiscitur, quod non valet addiscit.* Egregiè. Hinc superbi nunquam ad Sapientiam

B perueniunt, vt sectè Seneca de tranquillitate, *Puto*, inquit, *multos ad Sapientiam peruenire potuisse, nisi putassent se peruenisse.* Quapropter aurea est illa Augustini sententia, serm. de Temp. 188. tomo 10. *O Christiane, qui tibi videris nihil scire, si scias hoc ipsum quod nescias, nonne magis plus videris cæteris scire?* Quod pulchrè inde deducit, quia dum sapientes Gentiles Dei scientiam putabant se habere solam, cœlum Deum esse affirmantes, dum Christianus hæc Deum esse negabat, ignorans quid Deus esset, plus ex hoc sciebat ignorantia, quam ex sua Gentilis Philosophus Sapientia.

Pulchrè Rupertus de Trinitate, & operi- C eius lib. 3. c. 7. abundantiam olei, farinæque, ac inde efficientiam earundem per quæ sapientia, & doctrina intelliguntur, humilitati tribuit mulieris, dum de pane expostulata, se pauperem, mendicam, inopem farinæ, ac olei non erubuit confiteri. 3. Reg. c. 16. n. 12. *Vivit Dominus Deus meus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho.* Ex hac ergo humili meruit confessione a Propheta audire: *Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur.* Sic profectò, inquit Rupert. Dei Ecclesia tuam in sapientia confitendo exiguitatem, de scientia se non extollendo, meruit eam plenè, ac indeficienter abundare: *Magna sibi pauperatus*, ait, *vera, Catholica Ecclesia sibi conscia est, non superbit, non extollitur, non sibi dives, aut sufficiens videtur, quandiu vidua est, quandiu peregrinatur, quidquid interim de verbo Dei, de scientia Dei consequitur, parum est, velut tantum, arcæ, quantum pugillus capere potest, quidquid unctionis habet a Spiritu Sancto, quasi parum olei in lecytho est, quod enim nunc per speculum in ænigmate videmus, quantum est ad comparationem perfectionis quam expectamus?* Hinc inquit Rupertus quod etsi panem sermonis, & vitæ suis præbeat alumnis, tamen semper cum timore, & tremore, humilique sui recognitione. *En colligo duo ligna, en meam consolor inopiam, amplectens crucis ligna, vt faciam mihi, & filio meo, vt de modico quod habeo, sermonem bonum conficiam auditori, nunc primum ad fidem inuitato, vt comedamus, & moriamur, nec enim iam nos comprehendisse arbitramur, operamur quantum possumus panem vitæ in sancto altaris duobus lignis excoctum, crucis, & passione Christi signatum accipimus, & damus, vt comedamus & moria-*

re præsumunt, etsi nescjant.

Bernard.

23. Superbi nunquam ad sapientiam perueniunt.

Seneca.

Augustin. 24. Per nescientiam cognitio propria, ad scientiam perueniunt.

Rupertus.

25. Mulier Eliæi per humilitatem meruit olei multiplicationem. 3. Reg. c. 16. n. 12.

26. Ecclesia sancta Catholica humilitatem in scientia profitetur.

Digitized by Google

mur, confugiemus enim, quia indigni hoc facimus, & idcirco dignum est ut moriamur si absque misericordia inducemur, En quam humilis, quam trepida, & ſi de ſua certa Sapientia ſanctæ matri Eccleſiæ: meritò ergo audiuit, *noli timere*, ſequitur Rupert. *non deficies, ſed tuæ effectui habebis*, viues, abundabis, affluës, & effluës; ſic equidem Spiritus Dei ſuper quem requieſcet, niſi ſuper humilem? iſti equidem ſapientia abundabunt, affluent, & effluent, qui cum Auguſtino epiſt. 3. ad Volutianum tom. 2. ſic Scripturarum ſacramentum profundum, altum, infinitum iudicant, vt nunquam ſe peruenisse, ſemper autem tantum ſe aliquid profecisse intelligant; reputans enim humilis ac ſanctiſſimus Pater gloriam illam, quam Volusianus ei detulerat, nempe diuinæ legi deeſſe quidquid contigiſſet Auguſtinum ignorare, ſic ait; *Primum igitur hanc de me opinionem facile præſumptam, quæſo deponas, eumque animum quanuis erga me beneuolentiſſimum ſolue, atque exue: nec de me mihi magis quàm illi alteri credas, ſi mihi dilectione vicem rependis; tanta eſt enim Chriſtianarum profunditas literarum, vt in eas quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia, vſque ad decrepitam ſenectutem, maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere: non quo ad ea, quæ nec ſic quidem ſatis ſalubria, tanta in eis pernoctantur difficultate, ſed cum quiſque ibi ſidem tenuerit, ſine qua pie, recteque non viuitur, tam multa, tamque multiplicibus myſteriorum involucris opaca intelligenda proficientibus reſtant, tantaque non ſolum in verbis quibus ſacta dicta ſunt, verum etiam in rebus quæ intelligenda ſunt, latet altitudo ſapientiæ, vt annoſiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſimis cupiditate diſcendi hoc contingat, quod eadem ſcriptura quodam loco habet. Cum conſummauerit homo tunc incipit*, Eccleſiaſt. 18. n. 6. Quid ſapientius dici potuit? quid ſimul humilius? hinc meritò ad ſcripturarum profundum ſic peruenit Auguſtinus, vt nemini Sanctorum ſecundus, nemo illorum Auguſtino primus; nam vt rectè Gregorius ait, *Pelagius ſacrarum Scripturarum profundiſſimum ouis peditat, ſed Camelus natat, immò immergitur & ſuffunditur.*

Auguſt.

27. Humiles de ſcientia Scripturarum nunquam præſumunt.

Eccleſiaſt. 18. n. 6.

S. Greg.

Egregiè Philo, lib. de ſomniis, ponderans, quod pergens Iacob in Haram, non ante peruenit ad quendam locum, niſi poſt Solis occaſum, *Igitur egreſſus Iacob de Berſabee, pergebat Haram, cumque veniſſet ad quendam locum, quieuit in eo requieſcere poſt Solis occubitum*, Geneſ. 28. n. 10. allegoricè hoc intelligens, affirmat ideo poſt Solis occaſum Iacobum ad locum peruenisse Deum viſurum, quia eius infinita ſapientia, non quibus ſe putant ſapere, ſed incipere vt ſic dicam ſe inſpiciendam præbet, *Alij*, ait, *quæ ſolem accipiunt pro ſenſu, mente que, in quibus iudicandi vim collocant, locum verò pro Dei ſermone, ſic allegoriam intelligunt, occurriſſe mediatorem ſermoni Dei poſt occaſum mortalis, humanique luminis, nam quandiu ſenſus, aut mens exiſtimat ſe intelligibilia tenere ſumme, & verſari ſe in ſublimibus, longè abeſt ſermo diuinus; quando verò vtramque ſuam debilitatem fatetur, & abdens ſe quodammodo occidit, mox prompte occurrit reflus ille ſermo gratiæ abundans, deſperanti de ſuis viribus, & præſtolanti opem adhuc ſicut ſinu ſibi-*

29. Sapientia quibus ſe manifeſtat.

Geneſ. c. 28. n. 10.

Philo.

ter. Veriſſimè. Abeſt Deus à mentibus, quæ in ſublimibus ſe ſtare putant, quæ lumine tantum naturali, humanóque Dei ſcrutantur arcana, opprimentur enim, non illuſtrabuntur; nam ad illam altam, ſublimémque ſapientiam, non ſenſu carnali, ſed ſpirituali peruenitur, & non prius ſpirituali oculo ſe Deus offert, quàm carnali clauſo, ſeu obdormiſcenti; ſicut & Iacob non prius intelligentiam habuit ſpiritualem, quàm ſomnium capeſceret, & tunc cælestia ei aperta, quando terrena habuit clauſa, ſeque imparem vt ait Philo, ad diuina æſtimauit.

§. II.

De Sanctorum Patrum doctrina.

ORatione ergo, & humilitate ſapientia impetranda? at nunquid illis tantum? non equidem, nam vt rectè Cantacuzenus in illud Sapientiæ 8. n. 18. *Circuibam quærens vt mihi eam aſſumerem*, Salomon non ſolum oratione, ad illam, ſed dolore, induſtria & communicatione præcipuè ſapientiam peruenit reliquorum; *Dum diu, multúmque laboraret*, ait Cantacuzenus, *dum ſe in omnibus honeſtis actionibus exerceret, dum omnes qui ſapientia, virtuteque præditi eſſent, alios obſeruaret, atque ſuſciperet, alios etiam in magiſtrorum, ac pædagogorum haberet loco, ac profectò in hoc ſtudio totus incumberet, ad illam peruenit*, in quibus verbis ad notos, ex ſapientibus alios obſeruaſſe, ac ſuſcepiſſe, alios in magiſtros, ac pædagogos habuiſſe, quid per hoc? niſi primos tanquam eius ſapientiæ parentes, ac patres obſeruaſſe, ſuſcepiſſe, omníque profectum fuiſſe reuerentiæ alios verò in magiſtros, & pædagogos habuiſſe, quos vti ſecundos ab illis, & ſi non æquali, ſummo tamen affeciſſe honore; nam vt infrà dicemus inter patrem, pædagogúmque non parua adeſt differentia; Patres ergo orationi vt ſapientiam obtineret Salomon, & Magiſtros copulauit: ſic nos ſi verè ſapientes eſſe velimus, ſanctiſſimos adiungemus nobis Patres, ac eruditiſſimos Magiſtros, præclariſſimóſque Scholaſticos, de quibus infrà.

Cantacuzenus.

30. Salomon magiſtrorũ adminiculo ſe ad diuinam præparauit Sapientiam.

Et quoad Patres attinet, ad Dei gloriam, ſanctiſſimæque eius Eccleſiæ fulcimentum, non abſtinebo me facturum iudico (benenole Lector) ſi diſcutè ad eorum probandam authoritatis neceſſitatem me detineam, in ea enim in feliciſſima decidimus tempora, in eam (vt dicam) ingeniorum petulantiam, vt iam exoleſcant Patres; ergo, & ſi extra meum hoc videatur inſtitutum, tamen tolerantia dignum, quia ſic Dei gloriæ, ſic eius Eccleſiæ beneficio conducere iudicauit; quod ſi non lubet, deſerendo hunc, & ſequentes diſcurſus, & te moleſtia, & me ab impugnatione liberabis.

Patres ergo adiungendi ſanctiſſimi, qui & ſi non ab ipſis noſtra emanauerit fides, vt potè à Chriſto, eiuſque Apoſtolis, ſanctiſque Prophetis nobis tradita: tamen ad eam per eos ſecure manu ducimur, & quæ illa antiquitus, & quæ vera ac ſolida, ac ab Eccleſia pro tali habita edidicimus, ac ſcimus, vt rectè Bellarminus huius noſtri ſæculi clariſſimus ſplendor affirmat lib. 1. de Euchar. in Prologo, ſyllabo; Eſt

31. Per Patres ad finem ſecure manu ducimur. Bellarm.

autem illud obſeruandum, teſtimonia Patrum, non equidem æquaris per ſe Scripturæ teſtimoniis: tamen ex his aperte cognoſci, quæ fuerit ſententia, & fides eius Eccleſiæ, quam omnes fatemur, veram Chriſti Eccleſiam fuiſſe, & veram de Sacramentis fidem, ac doctrinam habuiſſe, quo certa ex illis colligitur argumentum firmiſſimum, & infallibile pro veritate. Notandum verbum *infallibile*, non dixit probabile, quod authoritate confirmat ſanctiſſimi Auguſtini lib. 3. de peccatorum meritis, & remiſſionibus, c. 1. vbi ſic poſt aliqua Patrum adducta teſtimonia Cypriani 2. & Hieronymi pro peccato originali, *Hæc non ideo commemoramus, quod diſſentientium quorumlibet ſententiis tanquam canonica authoritate nitamur, ſed vt appareat ab initio vſque adpræſens tempus, quo nouitas iſtius orta eſt, hoc apud Eccleſiæ fidem tanta conſtiterit conſtantia.*

Auguſt.

52. Sunt Eccleſiæ luminaria.

Ergo duces ſunt, quibus ad veram Eccleſiæ lucem manu ducimur, & vt cum Auguſtino loquar, lib. 1. contra Iulian. Pelag. c. 4. *Tot ſunt Ciuitatis Dei fulgentiſſima luminaria*, in ſe lumina re ac rubar illud immenſum diuinæ lucis continentes, vt authoritate eorum velut nuoli tum oculis præfixum fiet caligantibus ceremidum, vt egregiè idem Sanctus, in lib. de moribus Eccleſiæ Catholicæ, c. 4. tom. 1. quærens enim à quo incipere debebat, à ratione, an ab authoritate, cum ordo ab authoritate duceret: nam vt Sanctus ait, *Infirma ratio videri poteſt, quæ cum reddita fuerit, authoritate poſtea per quam firmetur aſſumit*, ſic addit, *ſed quia caligantes hominum mentes conſuetudine tenebrarum, quibus in nocte peccatorum vitiorumque vetantur, perſpicuitati, ſinceritatique rationis aſpectum idoneum intendere nequeunt, ſalubérrimè comparatum eſt, vt inducta veritatis auctoritatem velut ramis humanitatis opacata induceat authoritas.* Quid pulchrius? Carnalis homo, & mens vitijs oppreſſa ad lucem illam hebetatur diuinam, aſpectum ad pneumatica intendere nequit: ſumma ergo diuina prouiſum ſapientia, vt lux illa per ramis humanitatis Sanctorum veluti opacata authoritate eorum nobis inſpicienda proponatur; vt dum de Scripturis aliquid non intelligimus, aut nodoſas altiſſimas quæſtiones non penetramus, authoritati credamus Sanctorum, & nobiſcum eorum valeat authoritas, vbi noſtra non ſuppeditat ratio? Quibus vt idem Sanctus ait, libr. aduerſus Iulian. Pelagian. c. 2. *Si vllum in nobis Dei timorem, ſeclitæ hominum pudor, cogimur illis cedere*, manet vt idem Sanctus ibidem, c. 4. *Vitæ optimè geſtæ, debellatiſque ſuorum temporum erroribus, glorioſiſſimè de hoc ſæculo, antequam nos ebudiremur exierunt.*

Idem S.

Idem S.

53. In ipſis lumen, certitudinem.

Hinc rectiſſimè Imperatores ſanctiſſimi Valentinianus, & Theodoſius, in epiſt. ad Cyrillum, vt habetur in Concilio Epheſino, tom. 1. c. 17. eadem Catholicam aſſerunt ab eorum doctrina fundatam, ſanctitate propagatam, prudentia, & conſilio ſtabilitam, non verò protervia, cauillis, aliorumque imperio; *Oportet*, ait, *Sacerdotes cum morum ſuauitate, fideique integritate in primis ornatos eſſe, tum maximum animi candorem, ac ſinceritatem, per omnem vitæ curſum præſeferre, ac ſecum certo ſtatuere, omnis cum ſcientiæ naturam, potiſſimum verò in corruptæ pietatis doctrinam ſedulo inueſtigandam, ſtudio facilius, quam pertinaci animorum contentione inuenire. Etenim iam inde à primis vſque temporibus, imperantis cuiuſpiam aut certè imperium vſurpantis non interminationes, aut prætextus, ſed Sanctorum Patrum ſacraſque Synodorum decreta cum nobis conſtituerunt, nam religione, prudentia, & conſilio magis, quam cuiuſquam imperio formata, nulli opinor dubium eſſe poteſt,* egregie & realiter dictum. Non imperio, non proterua, non doctrinæ pertinacia Dei ſtabilita eſt fides, ſed religione, prudentia, conſilio, inquam, cum nullum ex antiquis reperies Patrem, qui aut in exponendis Scripturis, aut in dogmatibus firmandis non conſilium alios antiquiſſimos non aduocaret, qui non præmanibus ſæpe eos haberet, qui non eorum doctrinam ſummopere non extolleret ac veneraretur, & vt inductione hoc pateat.

54. Dei fides non proterua ſed religione, ac ſanctorum Patrum ſanctitate fundata.

55. Patres primo exponendis ſcripturis, aut dogmatibus firmandis ſemper antiquiores Patres ſibi adiunxerunt *Ruffinus.*

Sic antiquiſſima illa Orientalis Eccleſiæ lumina Baſilius, & Nazianzenus vt refert Ruffinus, lib. 11. hiſt. Eccleſiaſt. c. 9. non vno, vel altero, ſed per tredecim annos in quodam ſolo Monaſterium abdiderunt vt antiquos conſulerent Patres ad Scripturarum declarationem, vt quam poſtea ipſi darent, non ex propria, ſed ex communi Sanctorum Patrum emanaret intelligentia. Et de ſancto Pamphilo Martyre ſcribit Hieronym. lib. 1. aduerſus Ruffinum; *Veterum autem tractatus ſcriptorum legebat ſtudioſiſſimè, & in eorum meditatione iugiter verſabatur.* Quid dicam de Auguſtino? de quo Volutianus vt ſupra dicebamus, aſſerebat legi Dei deeſſe quidquid Auguſtinus ignoraret; *Ita eumque*, ait, *abſque detrimento leuis diuinæ in aliis Sacerdotibus tolleratur inſcitia; at cum ad Antiſtitem Auguſtinum venitur, tanta Eccleſiaſtici quid contigeriſſe ignorari*, Cuius ingenium laudans, & admirans Hieronym. epiſt. 50. in operibus Auguſt. eius doctrinam ſic incipit, vt omnino eandem proponat, *Mihi autem decretum eſt te amare, ſuſpicere, colere, mirari, eaque dicta quaſi mea deterere*, quem Scholaſticæ Theologiæ principem ſancta Mater appellat Eccleſia, *Tam multa*, ait, *ſpiritu ſubtiliter, & copioſe ſcripſit, vt Chriſtianam doctrinam maxime illuſtraret, quem in primis ſecuti ſunt, qui poſtea Theologicam diſciplinam via, & ratione tradiderunt.* Vide rectè Cœleſtinus primus in epiſt. Decretali ad Epiſcopos Galliæ, magiſtrum appellat optimum, ſine vllo ſiniſtræ ſuſpicionis rumore, *Auguſtinum ſanctæ recordationis virum pro vitæ ſuæ & meritis in noſtra communione ſemper habuimus, neque vnquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis rumor aſperſit, quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt inter Magiſtros optimos etiam ante à meis prædeceſſoribus haberetur.* Hic ergo talis ac tantus vir contra Iulianum diſputans vbi ſupra cap. 7. vna tantum periodo viginti quatuor Iuliano oppoſuit Patres, quos quanto honore eos proſequatur, quantaque reuerentia, illa indicant verba, quibus non ſolum Eccleſiæ filios, ſed eius nominat Patres, Apoſtolorum filios, ipſiuſmet Eccleſiæ principes, *Sed ecce*, ait, *quo te introduxi, conuentu Sanctorum iſtorum non eſt multitudo populoſa, non ſolum filij, ſed & Patres Eccleſiæ ſunt, ex illo numero ſunt, de quibus prædictum eſt, Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper*

56. Auguſtini quam mirifica ſapientia.

Hieron.

57. Vt patres honorabat.

Cyrillus.

omnem terram, ex qua filij regenerati sunt, vt hæc discerent, eius Patres facti sunt, vt docerent. Vbi adnotanda illa verba, Sanctorum conuentum non multitudinem esse popularem. Dicam quid sentio, quando ad Sanctos aspicio Patres, quando eorum reuoluo scripta, quando altitudinem concepruum, sensúmque pondero Scripturarum, quando grauitatem verborum, sermonis sublimitatem, ingenij acumen, charitatis feruorem tum in rebus fidei stabiliendis, tum in hæreticis confutandis, tum de moribus differendo, tum etiam de rebus Philosophicis, & quæ non ad fidem pertinent, parcant mihi, & si sublimes, & si acutos, & si eruditos, immo expolitos inueniam modernos, tamen sanctorum Patrum comparatione popularis mihi multitudo omnis: cuius equidem ratio; scripta enim illorum semper non vno, sed duplici armorum genere instructa reperio, supernaturalibus scilicet & naturalibus, lumine diuino, & humano, scientia acquisita, & infusa; vnde non solùm doctrinam habuerunt Catholicam, sed & insuper, ad eam defendendam, imprimendam, illustrandam, prædicandam arma spiritualia, orationem, illustrationem, diuinam tandem vnctionem. Vnde rectè vbi suprà exclamans Augustinus, ait, *Hi enim in Ecclesia Catholica doctrina sana studijs claruerunt, spiritualibus armis muniti, & accincti, strenua contra Hæreticos bella gesserunt, perfuncti fideliter suæ dispensationis laboribus, in pacis gremio dormierunt.* Adnoto verba illa, claruisse Sanctos non solùm Catholicæ doctrinæ sanę studijs, sed insuper armis extitisse munitos spiritualibus, hoc est, non solum acumine intellectus præditos, sed sanctitate, sed grandi bonitate, sed sancti Spiritus illustratione; ex quo fit vt eorum verba ad instar verborum Spiritus sancti non solum intellectum illustrent, sed accendant voluntatem, &, vt sic dicam non solùm sint verba, sed facta, operantes, efficientes quod volunt, quod appetunt in legentium animis.

58. Sanctorum Patrum respectu gregaria cæteræ Doctorum multitudo.

August.

59. Hieronymus quantum Patribus addictus.

At quid dicam de Hieronymo sanctarum Scripturarum face, *Cuius eloquium*, vt ait Augustinus, vbi suprà, *ab Oriente vsque in Occidentem ad instar lampadis resplendit*, Quanta pietate erga sanctissimos Patres extitit antiquósque Scriptores, eius voluminum ipsorum sitis hoc satis testatur, vt videre est in epist. ad Theophilum Alexandrinum, & ad Florentium. Quos etiam *animæ pabulum* vocat, quatenus per eos in lege Domini meditatur die ac nocte, ipsius etiam tum Latinorum, tum Græcorum catalogus hoc comprobat, ad numerum vsque centum viginti duorum, quos sæpe perlegerat, suam ex ipsis resarcinans vt sic dicam doctrinam, probatum apud ipsum quod apud eos, reprobatum. quod reprobum sanctissimi illi indicabant. Quos lib. 1. in c. 7. Prouerb. tom. 9. columnas appellat Ecclesiæ, non vno, sed septiformi Spiritu plenas, explicans enim illa verba, *Sapientia ædificauit sibi domum*, sic ait, *Sapientia domus Ecclesia Christi, est ex lapidibus viuis*, hoc est, *Sanctis in tabernaculum sibi constructa; columna autem Doctores sanctæ Ecclesiæ septiformi Spiritu plenæ, quas nimirum columnas sapientia excidit*, hoc vltimum adnotandum, Patres nostros antiquos

Hieron.

60. Sanctissimi Patres columnæ sunt Ecclesiæ à Christo excisæ non ab humana arte.

A columnas esse Ecclesiæ, non à proprio excisas ingenio, non ab humano lumine, non à naturali discursu, non à magistris humana tantùm scientibus, non à proprio labore, industria, defatigatione, sed à diuina Sapientia, à Spiritu sancto, á Christo tandem Domino nostro, nulla arte, nulla ope, nulla humana vt sic dicam industria: ex qua doctrina confunduntur hi, qui si (Deo placet) inter has sanctissimas columnas à Deo excisas, inter hos propemodum diuinos Doctores, excindere & ipsi proprio volunt alios marte, propriáque authoritate, & inter has luces orbésque solares illas exponere, quæ meritò nec possunt, nec debent comparere.

61. Patres multum differunt à magistris.

Quapropter valdè obseruandum est, multam inter Patres, Magistrósque differentiam B intercedere, multúmque discrimen honoris, & beneuolentiæ inter vtrosque interuenire, vnde Paulus 1. ad Corinth. c. 4. n. 15. *Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos Patres*, distinxit enim Patres à Magistris, nam vt rectè diuus Thom. hîc, *Pater est qui primo generat; pædagogus autem, qui iam natum nutrit, & erudit.* Ex quo fit, vt licet multi pædagogi qui nutriant, tamen non multi Patres qui generent, vti Paulus, *qui* vt inquit Cyrillus Hierosolymitanus, cateches. 8. *Non generatione carnis, sed doctrina & generatione spiritus erat Corinthiorum pater*; De quibus meritò conqueritur Paulus, vt rectè Cornelius dum eo, qui pater, derelicto, ad aliorum confugerant doctrinam, qui pædagogi, quos ne C confunderet, vt ait Theophylactus appellauit *in Christo*: Vnde Cornelius, *Sub indicat Paulus reuera Corinthijs pudendum fuisse, quod postpositis Apostolis, qui ipsos ad Christum conuerterant, quique ipsorum causa tanta patiebantur, sectarentur glorioseulos quosdam magistros, eorúmque discipuli dici vellent.* Egregiè. Quod si Corinthiis hoc pudendum, nonne magis illis, qui derelictis tantorum sanctorum Patrum agminibus filios patres efficere volunt ætate sincronos, & doctrina pares: neque verba Concilij Romani illis aliquid fauent, eo quod Patres vocauit aliquos, qui aliqua scripserunt; nam ibi vt videre est, non eius erat intentionis D decernere quales Patres fuissent Ecclesiæ, quales verò Magistri tantùm, sed quales legendi libri, quales repudiandi; immo quando dixit, *Item opuscula, atque tractatus omnium orthodoxorum Patrum, qui in nullo à sancta Romana Ecclesiæ consortio deuiarunt, nec ab eius fide, vel prædicatione seiuncti sunt, sed ipsius communionis per gratiam Dei vsque ad vltimum vitæ fuerunt participes, legendos decernimus.* Adnotandum Ly *Patres*, relationem agit ad antecedentes, quos nominauerat, inueniésque fuisse Cyprianos, Nazianzenos, Athanasios, Cyrillos, Chrysostomos, Hilarios, Ambrosios, Theophilos, Augustinos, Hieronymos, Prosperos, En quales? Nobis equidem Patres dare solius sanctæ Romanæ Ecclesiæ est, non cuiuslibet; & Patres illos dicimus, quos vt tales ipsa agnouit; similiter & Doctores, quos ipsa tali nomine, tali honore insigniuit, cæteris verò & si magistros; & si pædagogos, & si omni æstimatione, & veneratione dignos, tamen honorem paternitatis meritò eis dare recusa-

S. Thom.

Cyrillus

Theophylactus.

Cornelius

mus, quia vt Paulus, inquit, *& si multi pædagogi, non tamen multi Patres*, & si nobis propositi, non tamen à diuina sapientia excussi, vt aiebat de sanctissimis illis: Hieronymus.

Venerabatur ergo Hieronymus sanctissimos Patres: non minus quidem Ambrosius sanctissimus, de quo præclarum est illud Augustini elogium vbi suprà contra Iulianum his verbis, *Sed adhuc audi alium excellentem Dei dispensatorem, quem veneror vt Patrem, in Christo enim Iesu per Euangelium ipse me gennit, & eo Christi ministro lauacrum regenerationis accepi, beatum loquor Ambrosium, cuius pro Catholica fide gratiam, constantiam, labores, pericula, sine operibus, sine sermonibus, & ipse sum expertus, & mecum non dubitat orbis prædicare Romanus*; quem vt ipsemet ait Sanctus, c.7. idem Pelagius veritate conuictus sic eum laudauit, *Vt diceret in libris eius præcipuè fidem lucere Romanam, qui scriptorum inter Latinos flos quidem speciosus enituit, ita vt eius fidem, & purissimum in Scripturis sensum reprehendere nec inimicus auderet*, Hic ergo tantus vir, sanctúsque Pater, quod Patres contra hæreticos semper adducit, qui eorum scripta appositissimè vocat *librum signatum à Confessoribus, Martyrum sanguine consecratum, Patrúmque hæreditatem nulla temeritate violandam*. Qui concione in obitu Valentiniani, tom.5. vocat eos Ecclesiæ genas, *in quibus eius est pulchritudo, in quibus flos eius gratior, in quibus ætate perfectior, qui velut cortices malorum punicorum decorem foris præferant abstinentia corporali, intus autem commissum sibi plebem diuersæ ætatis, & sexus foueant sapientia spirituali*; Pulchrè hoc vltimum. Fouent equidem sanctissimi Patres Dei Ecclesiam, non sapientia carnali, sed spirituali, non lumine tantùm naturali, quantùm diuino, supernaturali; ad quod certè illud alterum nec debet, nec possibile est vt comparetur, eum vt rectè Philo, supernaturale lumen Sol est, naturale luna, defectibile, diminutum, tunc apparens quando Sol occidit, sic enim ille de somniis allegoricè intelligens post Solis occasum Iacobum ad locum peruenisse, ait: *Occurrit in locum, occiderat Sol, nam quando anima luce Dei destituitur, inducente rerum cognitione, exoritur secundarium, & debilius lumen verborum tam, non rerum, sicut & in hoc mundo inferiore, luna enim secundum luminare à Sole, post illius occasum lumen in terram mittit debilius.* Nil pulchrius. Vbi adnotandum illud Dei luce deficiente in rerum cognitione, lumen secundum oriri, at non rerum, sed verborum, quo verius nil amplius dici potuit, ad politius, accuratius loquendúmque elegantius deseruit illud lumen, & præter vocem, sonúmque nil amplius retinet, nouas res non dicunt, sed nouè, & si nouas non res, sed voces, *Recentiores*, inquit Gerson relatus à Bernardino Arcualensi in tractatu de correctione fraterna conc.2. *Quid aliud nunc faciunt, quàm eorum veterum sententias contexere, quia clarius fortassè, & expolitius locuti sunt; non aliud egisse videntur, quàm si quis rudem, seu informem, aut scabram metalli massam nouiter è minera produ'tam, in formam splendentem, & gratiorem, diuerso limaturæ genere artificialiter educat.* At quia fides nostra non in sapientia verbi, non in sublimitate sermonis, euellit, vt tantum absit quin proficiant, vt potius obsint aliquando plurimum.

Quid enim proprium deseruit lumen, præsertim ad Scripturas intelligendas diuinas, si ad sanctissimos Patres non recurritur, nisi ad magisterium erroris? Audi Leonem ad Flauianum loquentem de Eutichet. *Quid autem iniquius, quàm impiè sapere? in quam sapientiam cadunt, qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad prophetica voces, non ad Apostolicas litteras, neque ad Euangelicas authoritates, sed ad semetipsos recurrunt, & ideo Magistri erroris existunt?* Hoc vltimum adnoto, non ad Prophetas, non ad Apostolos, non ad Euangelium, non ad Patres antiquos, sed ad semetipsos recurrunt, ad proprium ingenium, ad naturale lumen, ad suam elegantiam, & concinnitatem, Patres sanctissimos deserentes, oppugnantes, illis se præferentes, magistri sine dubio fient erroris.

At dices, ergo ne nil nouum dicendum? ergo nihil præter quòd sanctissimi dixerunt Patres? sic aliqui hoc indignè ferunt, & hæretici præcipuè, sic audax humanum ingenium restrictionis inimicum, vt ne recluſum, & quasi circumseptum illud facerent ad nouam impotens captandam gloriam, vt libertatem assererent, non vnam, sed multas adducunt rationes ad eam semel stabiliendam: nam possibile aiunt, aliquando scilicet contingere popularem aliquem Doctorem attingere veritatem, quam nec magni, nec sancti cognouerunt Ecclesiæ Patres, ad quod probandum facit textus in lege 1. §. *Sed neque*. Codice de veteri iure enucleando, cuius verba: *Cùm possit vnius forsitan & deterioris sententia, & multos, & maiores in aliqua parte superare*. Quem textum [illegible] mortmitan. c.1. extra de constitutionibus, cum cæteris Canonistis aureum appellat; ex qua doctrina aliqui eliciunt, quòd vbicumque, & quandocumque sufficiens aderit ratio, fundamentúmque; licitum nouas inducere opiniones, & post antiqua optimè discussa fundamenta, & noua etiam addere, contrariúmque declaratam appellant superstitionem. Hæc doctrina quando à Catholico depromitur viro, in sanum profectò intelligenda est sensum, vti extra res fidei, & dogmatum fundamenta, sed & si hoc verum, quiuis tamen cordatus, quiuis pius summoperè ab ea se præcauere debet; nam nescio quid Caluinianum redolet; Canus enim de locis Theologicis, lib.7.c.3. Caluinum affirmat sic suam coram Francisco Rege Caluinianam, Lutheranámque doctrinam defendisse, quia sanctissimi Patres multa ignorarunt, non omnia illis Deum reuelasse, possibile, vt & si ex popularibus ipsum aliquid attigisse, vidisse, quod non illi: & lib. 4. Institutionum, c.9. section.10. (si Deo placet) sanctissimis Conciliis, etiam antiquioribus, & Christo propinquioribus quæ ipsi non omnino reiiciunt, aliquid affirmat in eis desiderandum, quia vt homines falli sanctissimos possibile Patres: *Quãquam in illis quoque antiquis, & purioribus Conciliis est, quod iure desideres, vel quod simpliciter vt homines falli imperitia poterant; vel quod nimio affectu præcipites ferebantur.* Imperitia falli quid est, nisi inscitia? illi nescierunt quod ipse,

Augusti. 62. Ambrosius quantum venerabatur patres. Eius laudes ab Augustino missæ.

Ambros.

63. Ecclesiã lumine fouent supernaturali. *Philo.*

64. Lumen naturalis scientiæ voces inuenit non res.

Gerson.

S. Leo. 63. Lumen priuatum sine sanctissimorum Patrum authoritate ad Scripturas enucleãdas nõ tantùm ad veritatẽ, quantum ad erroꝛẽ deseruit.

Panorm.

peritus ipſe, imperiti illi. Agnoſco etiam in illis Bailardi hæretici vocem, qui, vt inquit Bernard. epiſt. 190. ad Innocentium, contra Patres, vt ſuprà Patres ſe eleuans, aiebat: *Omnes quidem ſic, ſed non ego ſic*, cuius retundens Bernardus temeritatem, ſic ait: *Quid in his verbis intolerabilius iudicem, blaſphemiam, an arrogantiam? quid damnabilius, temeritatem, an impietatem? an non iuſtius os talia loquens fuſtibus tunderetur, quàm rationibus refelleretur? nonne omnium meritò in ſe pronocat manus, cuius manus contra omnes? Omnes (inquit) ſic, ſed non ego ſic; quid ergo tu? quid melius affers? quid ſubtilius inuenis? quid ſecretiùs tibi reuelatum iactas, quod præterierit ſanctos? effugerit ſapientes? aquas furtiuas, & panes abſconditos puto appoſiturum nobis iſtum.* Si bene Caluini verba diſcutientur, ſi intimè, Bernardi propoſitioni rectè, proportionaliter tamen adaptabis; nam catholicus illa depromens catholico ſenſu loquitur, ſed nimis hæreticæ fauorabile ſuperbiæ, iactantiæque, vnde mea ſententia conſultius tibi, ſi talibus cum eodem Bernardo reſpondeas: *Tibi proinde ſint, quæ tua ſunt, ego Prophetas, & Apoſtolos audio, obedio Euangeliis, ſed non Euangeliis ſecundum Petrum, tu nobis nouum condis Euangelium; quintum autem Eccleſia Euangeliſtam non recipit.*

S. Bern.

Neque probatio illius textus aurei aliquid ad propoſitum faciet; nam textus ille nil aliud intendit, niſi aliam corrigere legem Theodoſij & Valentiniani. l.1. tit.4. lib.6. Codicis, vbi Theodoſius talem promulgauit legem. *Vbi autem diuerſæ ſententiæ proferuntur, potior numerus vincat authorum; vel ſi numerus æqualis ſit, eius partis præcedat authoritas in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat.* Duo ergo præcipiebat lex; primum, vt, vbi maior authorum numerus, ibi cederet determinatio; ſecundum, quod in æquali, pars vbi Papinianus. Primum equidem res prorſus irrationabilis, quia ſine vllo delectu, nec rationum momentis determinabat iuſtitiam exerceri, numerum tantum expendens authorum, eos numerans, non ponderans, iudicium in eorum rationibus ponderandis prorſus auferens. Quẽ errorem corrigere intendens Iuſtinianus in illa lege ea protulit verba: *Sed neque ex multitudine verborum, quod melius, & æquius eſt iudicare, cum poſſit vnius forſan, & deterior ſententia, & multos, & maiores aliqua in parte ſuperare.* Vbi ad notandum non dixiſſe, ſed neque ex rationibus authorum, ſed *ex multitudine*, hoc damnans, iudicium ferre iuſtitiæ ex multitudine. Secundò adnotandum ly *cum poſſit*, & ly *forſan* caſus poſſibilis, ſed non ordinarius. Tertiò notandum non dixiſſe omnino ſuperare, ſed *in aliqua parte*, non omnino ſcire quod multi ignorant, ſed aliquid. Tandem quartò notandum non dixiſſe omnes, *ſed multos, & maiores.* Ergo non ſic ſuperbire aliquis debet, audiant hæretici, nec ſic in altum ſe erigere, vt credat vni ſibi reuelatum, quod nulli ſanctorum; nec in omnibus ſanctos ſuperare, nimis hoc ſuperbum, nimis inſolens, neque in aliquo textus iſte aureus eis affulget, immò prorſus fugit.

Pauca.

At dices, ergo-ne verè nil noui fas dicere? quis hoc dicit, quis hoc affirmat? dic ſi poſſibile aliquid nouum cum timore, & tremore, vt Auguſt. ad Paulinum, epiſt.32. tom.2. *In his ergo quæ ipſe de veteri fermento eructani, cum ea legens agnoſco, me iudico cum dolore; in his verò quæ de azymis ſinceritatis, & veritatis dono Dei dixi, exulto cum tremore*, exultabat de azymis, id eſt, de ſanctis Scripturis noua dicere, ſed cum tremore: ſic tu ſi aliquid dicis nouum, exulta, ſed cum tremore, non tumore, cum antiquorum reſpectu, non deſpectu, non te magiſtrum, ſed diſcipulum reputans.

Auguſt. Noua quomodo dicenda.

At, hoc cum regula, cum ordine, cum menſura, non reputando vt indefinitè noua tibi permittantur; quapropter diſtinguendæ facultates, materiæ, ſcientiæ, & quid noui in illis poſſis, ſcire equidem debes.

67. Circa res fidei nullo modo noua permittuntur. 1. *ad Cor. cap.6.*

Primum enim quod attinet ad res fidei certum eſt noua non licere, ſed iuxta Pauli ſententiam, 1. ad Tim. c.6. oportere *depoſitum cuſtodire*, Egregiè Lirinenſis, vbi ſup. c.26. ait: *cœleſte dogma eſt, quod ſemel reuelatum eſt ſufficit*, ergo noua circa fidei res non permittuntur, planum inter catholicos hoc; at quid in iſtis noui accidere poteſt? vnum quod ipſemet affirmat Lirinenſis, c.27. eadem exponens Pauli verba *nouè* ſcilicet *dicere, non noua*, vnde ait, *Intelligatur te exponente illuſtrius, quod antea obſcurius credebatur, per te poſteritas intellectum gratuletur, quod ante vetuſtas non intellectum venerabatur, eadem tamen quæ didiciſti clariùs, vt cum diſcas, nouè, non diſcas noua.*

18. Neque in Scriptura contra Patrum ſenſum. *Conc. Trident* *Bannez.* *Auguſt.*

Secundò etiam in Scriptura ſacra pari ratione certum, nouum ſenſum, aut nouum intellectum ſiue interpretationes apponere contra id quod communiter Sancti antiqui, etiam non licere; ſic decretum in Trident. ſeſſ.4. de Reformatione; quid ergo noui in hac licebit, præter illas aliquid noui addere, non contra illas, ſic multi cum Bañez, 1.p. quæſt.1. art.1. dub.6. at hoc his conditionibus. Prima, ne præcipiti, ac tenaci illud fiat aſſeueratione, iuxta ſanctiſſimi Auguſtini conſilium, lib.1. de Gen. ad lit. c.18. tom.3. vbi ſic: *Et in rebus obſcuris, atque à noſtris oculis remotiſſimis, ſi qua inde ſcripta etiam diuina legerimus, quæ poſſint ſalua fide qua imbuimur, alias atque alias parere ſententias, in nullam earum nos præcipiti affirmatione ita proiiciamus, vt ſi fortè diligentius diſcuſſa veritas eam rectè labefactauerit, corruamus; non pro ſententia diuinarum Scripturarum, ſed pro noſtra ita dimicantes, vt eam velimus Scripturarum eſſe quæ noſtra eſt, cum potiùs eam quæ Scripturarum eſt, noſtram eſſe velle debeamus.* Secunda, quam ſummopere in ſacrarum literarum expoſitore opto, & deprecor, ne ſuam nouam addens illam ſic affirmet, vt cum præiudicio ſit aliorum ſanctiſſimorũ Patrum; quod certè tunc fiet quando eas non impugnabimus, non eneruabimus, non cauillabimur, dubitando, argumentando, comas, ſyllabas, puncta, verba ponderando, demetiendo, diſcutiendo, quod equidem nefas, quod viro Catholico prorſus indignum. *Noſtra ſuffodiunt, vt ſua edificent*, ait Tertullianus, de præſcriptionibus aduersùs hæreticos, c. 42. hinc optimè: *Abſit autem à me*, ait Hieronym. Auguſtino, epiſt.18. *vt quidquam de libris tuæ Beatitudinis attingere audeam, ſufficit enim mihi, probare meos, & aliena non carpere, ſcio enim*

69. An aliquid præter Patrum ſenſum non contra, & quibus conditionibus.

70. Aurea Auguſtini ſententia.

71. Patres non impugnandi.

Tertull.

Hieron.

prudentia tua vnumquemque ſuo ſenſu abundare; & puerilis eſſe iactantiæ, accuſando viros illuſtres, ſuo nomini famam quærere. Dicat ſua noua, ſed veneretur antiqua, vt ſanctiſſimus faciebat Auguſtinus qui vbi ſuprà, c 20. affirmans ſua aliqua dixiſſe, hoc tamen ait, velle ſe ſine præiudicio eſſe aliorum. *Librum Geneſeos, ait, multipliciter quantùm potui enucleani, protuliqne ſententias de verbis ad exercitationem noſtram obſcurè poſitis, non aliquid vnum temerè affirmani cum præiudicio alterius expoſitionis, forteſſe melioris, vt pro modulo ſuo eligat quiſque quod capere poſſit.* En Chriſtiana, en dicam, catholica modeſtia; hanc venerando imitemur, ſi noua ſolida, non vana, ſi nouas res, non voces proferre velimus, Adiungant Niſſenum, qui in principio ſui Exameron ſic ait: *Sed antequam exordiar, illud teſtatum eſſe volo, mihi certum eſt nulla in re contradicere his, quæ à Baſilio in mundi procreatione conſcripta ſunt, etiam ſi dicendi ordo ad aliam expoſitionem adduxerit.* Quid modeſtius? Verè nobis normam, quomodo noua, quomodo Patrum ſententiam aliquando degerere debeamus, eam ſcilicet venerando; accipe & ſanctiſſimum Hieronymũ, epiſt. ad Domnionem, & Rogatianum, planè confitensq uod nunquam ſibi iſus in Scripturarum expoſitione: *Fateor enim, ait, mi Domnion & Rogatiane chariſſimi, nunquam me in diuinis voluminibus propriis viribus credidiſſe, nec habuiſſe opinionem meam, ſed eam etiam de quibus ſcire me arbitrabar interrogare me ſolitum, quanto magis de iis ſuper quibus anceps eram?* ſi hæc Hieronymus, quid alter audebit?

Auguſt.

71. Auguſtinus ſua promebat non ſuffodiebat aliena; omnino imitandus.

Niſſen.

73. Patrum ſententiæ quo modo deferendæ.

Tertiò autem, quod ad ſacram attinet Theologiam, primò quoad eam partem, quæ ſpeculatiua, & de myſteriis agit fidei, certum etiam eſt nouas in illam intrudere opiniones circa fidei myſteria non eſſe licitum, quid ergo noui in illis? modus quidem aliquis ad ea confirmanda, quod & ſi poſſibile, ſic vnum nouam demonſtrare viam ad veritatem aliquam affirmandam, vt aliquis eam prius non viderit, tamen hoc ſic difficile, ſic inuſitatum, vt vix hodie reperiatur; & ſi quid ſentiam in hac dicere re licet, hoc non niſi principibus, ac primis ſacræ Theologiæ ſcholaſticæ Magiſtris a Deo conceſſum, ſanctiſſimis nempe antiquis Patribus, præcipuè Auguſtino, qui Facultatis Theologicæ Scholaſticæ princeps in illa ſequendus, colendus, venerandus, & poſt illum, ſententiarum Magiſtro, diuo Thomæ, Scoto, illiuſque temporis ſynchronis, vt infrà dicemus, cum ſi re vera, & candido res æſtimanda ſit animo, nil in his nouis Magiſtris, nouiſque Doctoribus, quod non in illis, & ſi aliquid noui, voces ſunt non res, accidentia, non ſubſtantiæ; fateor equidem huc vſque nunquam me aliquid noui in illis reperiſſe, quod hac probo conſtanti ratione, nunquam enim in his nouis Doctoribus aliquam reperi quæſtionẽ, quam ſuam, quam propriam dicant, quin ad eam confirmandam primum non ſit argumentum ab authoritate antiquorum, & antecedentium Doctorum; ergo non noua.

74. In Theologia quid noui dicere licet.

75. Conſultius illa non dicere.

At (vt hoc addam) & ſi noua, & quæ ad fidei myſteria non attinent, adducere licet; & ſicut hoc, ſiue illo modo dicantur, parum refert, vt volunt aliqui, de quo modo non diſputo; ſic cautè aſſero illud faciendum ob conſequentias poſſibiles malas ex illis eruendas, vt tutius etiam ſit ea non adducere; exemplo rem illuſtro. Plato vt refert Tertul. de anima, c. 17. mendacium affigebat ſenſibus, ſic vt & viſus eſſet mendax, & tactus, & auditus, &c. multis probabat experimentis, vt de remis in aqua inflexis, quos curuos iudicat viſus, cùm ſint recti, vt quando tonitruum putamus, quod plauſtri murmur eſt, &c. Ex quibus & fallacem ipſam dabat ſenſuum experientiam; quis non diceret ſiue hoc, ſiue illo modo hoc diceretur, parum referre, cum philoſophorum eſſet placitum; ſicut & nunc hodie noſtro vidimus tempore, quando (ſi Deus vult) & ignem frigidum, & aquam calidam, & niuem calefieri dicunt, immo & cælum immobile, terram autem in gyrum ſe vertere affirmant, contra id quod videmus, quod palpamus, quod maiores tenuerunt noſtri; profectò ſic, & de illa diceretur Platonica opinione, fallacem ſcilicet eſſe ſenſuum opinionem, ſeu experientiam. & audi nunc quales ex illa deducat Tertullianus conſequentias: *Ergo falsò Chriſtus ſatanam proſpellanit de celo præcipitatum; falsò vocem Patris audiuit de ſeipſo teſtificantem; deceptus fuit cum Petri ſocrum tetigit: non bene odoratus piſtici vnguenti fragrantiam*, &c. En quanta & peſſima ex illa quæ aſſerebatur parum referre, opinione. Sic etiã noua eſt opinio, aſſerẽs omnes illos Patres poſſe dici erraſſe in doctrina, qui bene mortui, & cum literaturæ nomine, ac ſecundùm fidem Catholicam; & equidem nil periculosè, nil timendum in hoc aſſerto prima fronte aſpicitur, at attende nunc. Concil. Trident. ſeſſ. 4. vt diximus Scripturam ſacram exponendam præcipit iuxta vnanimem Patrum conſenſum in rebus fidei, ſi quilibet qui in fide catholica, & cum doctrinæ opinione defunctus, eſt pater, & ſi heri, ac nudius vixit tertius, qualis erit patrum ſenſus Scripturæ in rebus fidei decernendis, ſi hi recentiores Patres contra communem antiquorum decernant? profecto nullus; ergo verus ſenſus ſcripturæ omnino ignorabitur. En quale, quámque diſforme ab illo nouo aſſerto conſequens, & quàm periculoſum noua aſſerere; cum ex illis quanta mala poſſint deduci inconuenientia prorſus ignoretur. Ergo & ſi noua licent, periculoſa tamen.

Tertul.

76. Plato experientiã ſenſuum negabat, quantaque ab illa opinione abſurda eruit Tertullianus.

At circa Theologiam, quam Moralem vocant, nouas introducere opiniones, ſcio licitum, quia factum, & in dies fieri video, quam feliciter, Deus ſcit, quàm ſaluti animarum conueniens, Deus iudicabit, Corduba, lib. 4. quæſtio. 1. propoſ. 6. Nauar. Apolog. de redtrib. quæſt. 1. monit. 4o. Simancas de catholic. inſtitut. nouas reprobant opiniones morales ad latam viam ducentes; & meritò, nam nunc hoc vnum ſcio, ſic quamlibet moralem actionem probabilem factam, vt quæ ſit mala, vix diſcernere liceat; quod ſi tempus, locúſque permitteret, inductione probarem. Attendat aliquis ad Decalogi præcepta: deſcendat ad ea quæ ſunt Eccleſiæ; numeret poſtea ſeptem capitalia vitia; conſulat morales Doctores modernos, & mentitus ego, ſi præter ea quæ merè ſunt fidei, & nullo modo induci in quæſtionem poſſunt, caſus remaneat, qui non excuſetur,

77. In Theologia Morali quæ noua liceant. *Corduba. Nauar. Simanc.*

setur, qui opinionem non habeat probabilem; & vt vnum tantùm exemplum adducam. De vsuris sic contractus hodie iustificantur omnes nullo dempto, vt impossibile iam sit discerni qualis sit vsurarius; & vt hoc addam (& si extra opus) fundamentum huius damni inde accipiendum, authores vtriusque iurisprudentiæ nunc non speculatiuè, vt antiqui, de his rebus scribere, sed practicè, quod faciunt, quod agũt, iustificare intendunt, hinc antiquis relictis doctrinis, nouas inuenerunt vt suas sedarẽt conscientias, vt quod alàs si me tantum consulerent, infandum dicerent, fandum iudicant quia sibi; vnde verè lamentandum cum Patiano epist. 1. ad Sempronium, *Et nostram potius authoritatem Patres sequentur? & emendanda Sanctorum dicit antiquitas? & iam putrescentia vitijs tempora canos Apostolica antiquitatis eradent?* sed de his hactenus.

Patian.

Ad Ambrosium redeo, qui sic sanctissimos susciebat Patres, vt sapientiâ eos spirituali, alta, diuina fouere Ecclesiam diceret, quorum doctrina eius omnia scatent scripta; sic vt quanti eos faciat, quantoque eos honore prosequatur, illud est argumentum, sua non tantum è sua, quantum è sanctorum Patrum authoritate probare, quod similiter, & de cæteris dicendum Patribus, Athanasio, Chrysostomo, Nisseno, aliisque, ita vt meritò dicat eruditissimus Feruadens in epist. dedicatoria in Irenæum; *Quòd nemo nisi reclamante, intùsque surdo verbere flagellante conscientiâ; nemo nisi profligata, ac perdita mentis nebulo; nemo denique, nisi à Sathana omnino excæcatus, & possessus poterit tam præstantium Dei seruorum doctrinam, fidem, atque consensum aspernari, & respuere.*

Ferua-densis.

78. Ecclesia sanctorum quantum Patrum authoritatem faciat.

Sed quid hoc mirum, Patres scilicet sic venerandam aliorum Patrum canitiem, & authoritatem venerari. Cum ipsamet sacrosancta Dei Concilia, attestante eodem Feruadensio vbi sup. de ipsis nostræ fidei mysteriis aduersùs hostes, *Potius ex veterum Patrum sibi mirabiliter consentientium interpretationibus, & dogmatibus pronuntiasse, & definisse, quàm expressis Scripturarum testificationibus*, quod probat ex ipsa Nicæna Synodo, in qua, & si vt ipse, ait, *nunquam in Scripturis extet Filium Dei consubstantialem esse Patri, tamen sanctorum Patrum traditionibus inhærens, credendum, & profitendum esse sanciuit*; in qua sententia adnotandum, non eius esse mentis Feruadensium, in Scripturis expressè non extare Filium consubstantialẽ esse Patri, nam apertè in Ioan. dicitur: *Ego & Pater vnum sumus*. Sed expressè in Scripturis nõn inueniri nomen *Homousion*, hoc est, *consubstantiale*, quod Patres in Nicæno Concilio ex antiquioribus acceperunt, ex quibus definierunt Filium *Homousion* debere dici, licet Ambros. lib. 3. de fide, c. 7. probet hoc nomen non esse alienum à Scriptura, de qua re videndus Bellarm. controuers. tom. 1. lib. 3. de Christo, c. 3. Quapropter vlterius Feruadensius procedens suam etiam probat sententiam ex Constantinopolitano Concilio, vbi de Deitate, & consubstantialitate Spiritus sancti contra Macedonianos definitum; ex Ephesino; vbi contra Nestorianos Mariam Deiparam dicendam; ex Chalcedonensi; vbi impermistas Dei, & hominis substantias in vna Christi persona contra Eutichianos credendum esse docuit. In quibus omnibus, & si ex Scripturis, tamen potiùs ex antiquorum Patrum vnanimi sententia illud statuerunt, vnde lepidè Theophilus, & Mamas Constantinopolitani Concilij legati ad Eutichem vt habetur in Concil. Chalcedonens. action. 1. obicienti Eutichetu nullibi in Scripturis inueniri duas in Christo naturas, respondernnt, *Et tu ostende nobis vbi continetur homousion, aut quæ Scriptura hæc dicit?* qui respondens, *Non continetur in Scripturis, in expositione vero Patrum tacet*, statim ipsi, *eo modo, sicut homousion in sanctis Scripturis non tacet, sed à sanctis Patribus expositum est, ita & de duabus naturis idem sancti Patres exposuerunt*: & quid? nonne Imperator Constantinus, vt habetur in 6. Synodo Pontificis legatos hortatus est, *vt veritatem remotis omnibus philosophorum concertationibus, ex sacrarum Scripturarum monumentis, & Patrum testimonijs conarentur eruere*; Quod & factum est, sic vt eorum multitudine, & authoritate, Georgius Patriarcha permotus, statim Monolitharum sententiâ relictâ, ad Catholicos transierit; in qua re valde adnotandum, non tantum apud Imperatorem, sacrúmque Concilium Patrum orationes inualuisse, quantum multitudinem, & authoritatem. Vt exinde discamus, vt mox dicemus, quod si fortè aliquando in aliqua re apud sanctissimos deficit Patres ratio dicti, non ob inde eorum authoritas deserenda, non repudianda.

Ambros.

Bellarm.

79. Eutiches ex Patrum authoritate confusus.

Hinc, vt hoc addam, sic semper venerabilis antiquorum Patrum sententia in sancta Dei exstitit Ecclesia, vt in Concilio ipsa congregata, vt vnius tantum Sancti exploraret sententiam, plures sæpe dies, & sessiones consumpserit, ne aut contra Sanctum facilè aliquid determinaret, aut sensum illius ignorando, pro se illũ non haberet; sic reperitur in Concil. Florentino: quod tres integras sessiones, nempe vigesimã, vigesimam secundam, & vigesimam tertiam, in vnius loci sancti Basilij exquirendo sensu collocauit, *Incepimus ex dicto magni Basilij, quod sumpsimus ex eius homilia ad ipsũ habita die festo Pentecostes*; *& si vero super hoc multa sunt, à nobis dicta ad inuestigandum eius sensum, nunquam tamen à proposito illo dicto summus digressi*. & tandem additur integer ferè annus à Concilio datus, vt duæ vel tres patrum clausulæ examinarentur. *Nosti venerande Pater, omnes habitas sessiones fuisse consumptas super duobus, aut tribus dictis à vobis propositis.* Vide apud Concil. Chalcedon. actionem 1. quanta expendatur diligentia Cyrilli dictum; & in 6. Synodo act. 7. vnum Dionysij, & act. 9. eiusdem Synodi alterum sancti Cyrilli, & actione 12. alterum sancti Mennæ, & in 7. Synodo actione 3. Vna Chrysostomi periodus, & actione 6. altera Epiphanij; nec hoc mirum, nam vt ad Nestorium sanctus Cyrillus in epist. quæ habetur in actis Chalcedonens. Concilij act. 1. *Tunc sanæ fidei ratio exponentibus insinuabitur: quando sanctorum*

80. Concilia sanctissima in sacris Patrum exinteritu quod, & explicandis sibi sua petestudine ratio.

Concil. Chalced. Sexta Synodo. Sept. Synodo.

Patrum libros legentes magni eos momenti habere ſtudeamus, (ponderandum verbum.) *& probantes nos metipſos ſi ſumus in fide ſecundum quod ſcriptum eſt illorum dictis, & irreprehenſibilibus definitis, noſtros ſenſus bene atque optimè roboremus*

Enimverò hinc patet, quàm reprehenſibiles hi ſint Theologi, qui aut leuiter Patres reiiciunt, aut audacter eos inculpant, aut impunitè eos damnant, aut otiosè in publicum ſi inculpabiliter aliquid dixerunt, pronciunt, verenda eorum, ac alteri Chamitæ diſcooperientes, & ſubſannantes. ô quàm inſulſa, quàm frigida, ne quid amplius immodeſtè dicam, vox illa, *Si ſanctus eſt, oret, ſi Theologus, probet!* neſcit homo quiſquis ille ſit, (ſi tamen eſt qui hoc dixerit) quòd oratio Sanctorum eſt ipſorum probatio, & quòd ipſe humano non attigit diſcurſu, diuino Sanctus illuſtratus lumine penetrauit, *Sanctus Ioannes oris aurei* (dicitur in 7. Synodo act. 3.) *talia dixit de iconibus, quis audet dicere quidquam contra?* & Concil. Chalcedon. act. 1. *Quis poterit beatiſſimi patris noſtri Cyrilli reprehendere voces?* & vt ſuprà diximus, Conſtantinum Imperatorem ſacrumque Conſtantinopolitanum Concilium non tantum ex Patrum rationibus, quantum authoritate Eutichetis hæreſim damnarunt; piiſſimè quidem. Vnde laudabiliter ex his relatis ſanctiſſimę Eccleſiæ vocibus aliqui ſtatuunt moderni, *Ne leuiter quidem, vel aduersùs vnius solùm Patris clauſulam ſentire in rebus, quæ eccleſiaſtica ſint, aut verè Theologica.* Quorum etiam opinionem in altero quod affirmant, vtpote piiſſimum, eruditiſſimum, addam Catholiciſſimum, omnimodè ſequor, & amplector, *Nempe vllum Patrem in aliqua fuiſſe æſtimatione falſa, donec Sedes Apoſtolica diſcuſſis antiquis exemplaribus, & libris membrana ceis, quæ in ſacris, & priſtis Bibliothecis aſſeruantur, decernat, cui tandem lectioni, aut editioni fidendum ſit.* Egregiè. Nam vt bene Taraſius in 7. Synodo act. 1. exclamat, *In nullo ſanctos Patres inuenimus diſcordes, ſed cum omnes eiuſdem ſententiæ ſint, idémque quoque prædicent, & docent*; in qua ſententia illud eſt notandum, tunc Taraſium hoc dixiſſe, quando Petrus Adriani Papæ Legatus admittionem Epiſcoporum hæreticorum oppugnabat, probans illos recipi non debere, exemplo Acelerij Epiſcopi ab Arrianis electi, qui, & ſi *conſubſtantialitatem* prædicaſſet, tamen illius electio reprobata, contra quem producebantur multa Sanctorum placita, & præcipuè ſanctiſſimi Athanaſij; quapropter illa reſpondit Taraſius aſſerens, ſemper Patres fuiſſe concordes; tamen *Eccleſia œconomiam, & commodam gubernandi rationem contemplatus beatus Athanaſius ita nobis tradidit, vt ſuadeat recipiendos in cleri conſortium, quod hæreſeos magiſtri non fuiſſent.* Sic ad concordiam omnes reducens Patres, tantum vnius faciens Concilium. Sic eum tota Synodus venerans vt non ſemel eius ſcripta perlegi mandauerit, ea ponderans, obſeruans, omnique digna veneratione iudicans; quapropter rectiſſimè Baſilius Anciræ Epiſcopus in eadem 7. Synodo vbi ſup. ad Eccleſiæ gremium rediens, inter cætera quæ anathematizauit, illud extitit in ordine 7. *Qui doctrinas ſanctorum Patrum, & traditionem Catholicæ Eccleſiæ contemnunt, quique cauſantur, & voces Arrij, Neſtorij, & Eutichetis, & Dioſcori iactant dicentes, quòd noſ ſatis ex veteri, & nouo Teſtamento inſtructi eſſemus, ſanctorum Patrum, ſacrarum ſex Synodorum doctrinas, & Catholicæ Eccleſiæ traditiones ſequeremur*; Vbi vides pariter anathematizari qui traditiones, qui Synodorum doctrinas non ſequuntur; ac qui ſanctorum Patrum; vt ſemel videas, quanti viro facienda eſt Theologo ſanctorum Patrum authoritas. Egregiè diuus Thomas vt aſſolet, in proœmio primi opuſculi ad Vrbanum Pontificem contra Græcorum errores, vbi antiquos ſanctiſſimos Græcos Patres explicat, excuſat, & defendit, ſi fortè aliquando minus cautè de fidei myſteriis locuti, ſic ait, *Vnde ſi aliqua in dictis antiquorum Patrum inueniuntur, quæ cum tanta cautela non dicuntur, quanta à modernis ſeruatur, non ſunt contemnenda, aut abiicienda, ſed nec etiam ea extendere oportet, ſed exponere reuerenter.* Sanctiſſimè; non abiicienda, non contemnenda ſanctorum Patrum dicta, non in malum ſenſum detorquenda, extendenda, amplianda, indignum hoc viro Catholico, ſed exponenda ſunt, non quomodolibet, ſed *reuerenter*; ipſi enim ſunt Epiſcopi, *quos Deus poſuit regere Eccleſiam ſuam, quam acquiſiuit ſanguine ſuo,* Actorum 20. quorum vocibus, & calamis Eccleſiæ ſuggerit omnia quę olim Chriſtus de illa ſtatuit, docétque omnem veritatem, ad quos ipſemet nos remittit Deus per Iob dicens, c. 18. n. 8. *Interroga generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam, & ipſi docebunt te, loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia*, & c. 12. n. 12. *In antiquis enim eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia*; & ne huius obliuiſceremur mandati, clamans per Hierem. c. 6. n. 16. ait, *State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus veſtris*: quapropter rectè noſter Salomon, vt diximus, vt ſapientiam inueniret, Patres adhibebat ſeniores antiquos, quos ſuſcipiebat, venerabatur, ac ſummopere colebat, vnde factum vt ſapientiſſimè gubernaret, feliciſſimè regeret.

Immo valde adnotandũ, non proindè; quia ſapientia poſtea illuſtratus diuina, & infuſa, hos antiquos ſapientes ad conſilium regimenque nó adhibuiſſe, immo tunc amplius, 3. Reg. c. 12. n. 6. de Roboamo ait Scriptura, *Quòd iniit conſilium cum ſenibus, qui aſſidebant coram Salomone patre eius cùm adhuc viueret*; quorum conſilium cum Roboam deſpexiſſet, & eius, patriſque diuulſit, conuulſitque regnum. Ad noſtrum hoc exemplum, doctrinámque, vt ſi ſapientes, & ſi docti, & ſi eruditione imbuti, ac referti, & ſi ingenij acumine pollentes, & ſi tandem omni humana inſtructi doctrina, ſenes nobiſcum adhibeamus, ad ſanctorum Patrum doctrinam recurramus; alioquin non ſecus ac alteri Roboamitæ, non ſolùm nos, ſed ipſum Dei diſturbabimus regnum, ipſam Dei ſcindemus Eccleſiam; cum proculdubio non aliunde hæreſes, niſi ex ſciolorum ſuperbia, arrogantiáque, qui ſanctorum ſenum antiquorum conſilium reſpuentes, ad iuuenes imperitos, vanos, de ſe præſumentes,

Sept. Synod. Concil. Chalced.

Taraſius.

Baſil. Anciran.

S. Thom.

Iob c. 18. n. 8.

& c. 12. n. 12.

Hierem. c. 6. n. 16.

3. Reg. c. 12. n. 6.

81. Patres non repudiandi ſed reuerenter opponendi.

82. Nullus ex patribus repudiandus nulla eius damnanda, ſi prius Eccleſia non damnauerit.

83. Salomon & ſi diuina illuſtratus ſapientia tamen [redacted] conſilium ſenes aduocabat.

animum applicantes, doctrinas nouas inuenientes, Dei Ecclesiam vnam, sanctam, Catholicam sciderunt, ac deturbarunt.

§. III.

De Scholasticorum doctrina.

84. Theologiæ habitus duplex.

PAtres sanctissimi adhibendi iuxta Salomonis exemplum; post eos, & magistri, præceptoresque ab illis secundum qui obtinent locum, pro qua re

Notandum doctrinam sacram, quæ Theologia dicitur, duplicem ab authoribus assignari; alteram in ipso fidei habitu consistentem, quo veritates supernaturales à Deo reuelatas intelligimus; quæ quatenus à Deo docetur, *doctrina* dicitur, quatenus à fidelibus apprehenditur, *disciplina*, vt optimè Valentia, in 1. p. disput. 1. quæst. 1. punct. 1. Aliam in altero habitu, quo partim ex assertionibus fidei, partim ex aliis rebus naturaliter notis ratiocinando ipsam fidem explicamus, confirmamus, persuademus, contraque aduersarios defendimus, qui habitus propriè scientiæ Theologiæ nominatur, & quo non omnes sunt præditi fideles, vt August. affirmat, lib. 14. de Trinit. c. 1. *Hac scientia*, ait, *non pollent fideles plurimi, quàuis polleant ipsa fide plurimum; aliud est enim scire, quòd credere debeamus, quod docet fides; aliud autem scire quemadmodum hoc ipsum, & pie opituletur, & contra impios defendatur, quam proprio appellare vocabulo scientiam videntur Apostolus.*

Valentia.

August.

85. Theologia altera Positiua, altera Scholastica.

86. Quid Positiua, quid Scholastica.

Secundò notandum hunc habitum, qui propriè scientiæ Theologiæ dicitur, in duas diuidi partes, in Theologiam nempe Positiuam, & Scholasticam, Positiua tota versatur in Scripturarum sensu, ex quo fidei eruit positiones, ob quod *Positiua* dicta; Scholastica verò in explicando, resque fidei confirmando; quæ contra illam sunt, subtiliter inspiciendo; quæ ad illam, diligentissimè inquirendo; quapropter tanquam præclarissimum lumen contra hæreticorum tenebras se opponens, illas fugat, & dissoluit; quæ *Scholastica* dicitur, quia nisi ex bene inspectis rebus, & ex doctrina non vulgari in scholis multo tempore, multòque acquisita labore, munus Scholastici nullo modo adimpleri potest: Vnde antiquitus ante mille & ducentos annos, vt ex diuo eruitur Hieronymo; tales homines doctrina, & ingenij laude florescentes, *Scholastici* dicebantur; vnde de quodam Scriptore, libro de scriptoribus Ecclesiasticis, *ob ingenij elegantiam cognomen Scholastici* affirmat meruisse; quod etiam erui potest ex diuo Aug. in Psal. 44. sub initio, & ex diuo Orig. lib. Registri, epist. ad Anthem. immo vbi sup. diuus Hieronym. affirmat iam inde in Ecclesia Dei scholas fuisse, in quibus à præcipuis Ecclesiæ Doctoribus, vt Orig. Clemen. Alex. & aliis diuina tradebatur scientia. de qua re videndus Eusebius, lib. 5. historiæ Ecclesiast. c. 10. & 11. & lib. 6. 5. c.

87. Cur sic dicta & quam antiqua.

Hieron.

August. Gregor. Hieron.

Eusebius.

88. Diuus Augustinus princeps Theologiæ Scholasticæ.

Tertiò notandum hanc diuinam doctrinam, licet omnes sancti Patres eam tradiderint, tamen nó omnes vt modo eam Scholastici: nam Patres fusa, perpetuáque oratione, & ferè magis oratorum, quàm Dialecticorum more vt modo à Scholasticis fit. Primus autè qui præsse, qui Dialecticè eam tradidit, diuus fuit Aug. ob quòd vt Scholasticæ princeps à Dei Ecclesia veneratur, & colitur; Sic Celestinus Papa in epist. decret. ad Episcopos Galliæ: *Tanta scientiæ fuisse meminimus*, ait, *vt inter magistros optimos etiam ante à nostris prædecessoribus haberetur*, Et Ioannes secundus in epist. ad quosdã Senatores Romanos. *Sanctus Augustinus*, ait, *cuius doctrinam secundum prædecessorum nostrorum statuta, Romana sequitur, & seruat Ecclesia*, hũc autem sanctissimum postea cæteri secuti sunt Scholastici addentes ordinem, quæstiones, argumẽtum, cum arte disserendi, cum principijs etiam ex scientijs naturalibus ductis, succinctè, breuiter, subtiliter, sine dicẽdi ornatu, quæ Theologia; siue vt melius dicam, qui nouus modus eam tradẽdi à tempore Magistri incœpit Sententiarum, quem postea diuus perfecit Thomas, de quo Valentia, vbi sup. *Nemo in vno aliquo opere, vel comodius, vel uberius Theologicas materias cõplexus est*, quam Theologiam tanti diuus fecit Aug. vt lib. 14. de Trinit. c. 1. eam *fidei nutricem* appellet, quâ ipsa fides *defenditur, & roboratur*, de cuius in Dei Ecclesia profectu loquens Sixtus 5. Pontif. max. in Extrauag. *Triumphanti Ecclesiæ*, sic grauiter ait, *semper certè maximum Ecclesia adiumentum afferre potuit, sine ad Scripturas ipsas verè, & sanè intelligendas, & interpretandas, siue ad Patres securius, & vtilius perlegendos, & explicandos, siue ad varios errores, & hæreses detegendas, & refellendas.* Ex quibus omnibus quantum non solùm Patres, sed ad sapientiam acquirendam Scholastici sint etiam necessarij magistri, percipitur; nam & si absolutè loquẽdo, vt diuus affirmat Thom. 1. p. quæst. 1. art. 1. habitus ipse Theologiæ sit tantum simpliciter necessarius, cum sit necessaria fides; ergo & eam in animis hominum gignere, nutrire, defendere, roborare, quod omne per Theologiam fit Scholasticam à Patribus traditam. Tamen non est negandum quod & si modus quo nunc a Scholasticis traditur non sit simpliciter necessarius, sit tamen longè vtilissimus, vt latè Doctores in principio tractatuum de Theologia necessitate; ergo, & si Patres simpliciter necessarij ad Theologiam, omnino Scholastici adhibendi tanquam vtilissimi, post Patres secundum locum obtinentes.

Celestinus Pontif.

Ioan. Pontifex.

Valentia. 89. Q. à improbitate Dei Ecclesia.

Sixtus Pap. V.

90. Eius necessitas quanta.

§. IV.

De sanctissimi Thomæ doctrina.

PIaculum me facturum crederẽ si aliqua de sanctissimi Thomæ doctrina non adderem conciuis, ac consanguineus, vt pote ab Ataua Aquina prognatus; hoc dixerim, non ad gloriam, Deus scit, sed vt si forsasse nimius videar, debito obligationéque excuser, quando & ipsa non suppeditaret euidentissima ratio.

Adiungendi ergo Scholastici ad sapientiam percipiendam; atqui potissimè plane meo sensu sanctissimus Doctor, lumen, splendor clarissimus, Scholasticæque disciplinæ maximum decus & ornamentum. Cui, mea sententia nemo æquandus, nemo comparandus, cuius doctrinæ soliditatem, quãdo inspicio, claritatem,

connexionem,explicationē, altitudinem, profunditatem,ſanctorum Patrum in ea congerie, ſpiritum,doctrinā,venerationem, obſequium, ac inſuper ſanctæ Romanæ Eccleſiæ mentem habitum,ſpiritum,planè confiteor ſic extra me rapi,vt quod diuus Areopagita de Virgine ſanctiſsima, Deum nempe ipſam æſtimaturū niſi Paulus aliter illi dixiſſet, ſic pari modo, niſi mihi idem ſanctiſsimus Apoſtolus ſanctiſsimā Eccleſiam edocuiſſet, *columnam eſſe ac firmamētum veritatis*, Thomam dicerem, Thomam ſanctiſsimum, vt talem prædicarem, citiſque aſſererem doctrinam; & ne affectu tantum abſque ratione hoc videar aſſerere, breuiter ſuccinctéque aliquas addam, quibus ni fallor, lucet clarius & dictum probent, & quantum ſuprà cæteras ſe eleuat ſanctiſsimi doctrina apertè inſpicietur.

91. Diui Thomæ doctrinæ excellentia probatur ex Chriſti teſtimonio.

Sit ergo prima, & quam, ni fallor, nullus ſibi aſcribere poteſt alius, eius approbatio non ab alio quopiam interiori, ſed ab ipſomet Chriſto Dei ſapientia, qui clarè, diſtinctè ipſo ad eius imaginem crucifixam orante intimauit, *Bene ſcripſiſti de me Thoma, quam ergo mercedem accipies?* quæ hiſtoria vt veriſsima, & ipſum probat Breuiarium Romanum, & planè affirmat Clemens Papa 8. in ſua Bulla ad nobiles Neapolitanos; quid præclarius? Enimvero Chryſoſt. hom. 29. in Imperfect. in c. 11. Matth. ſuprà cæteros extollit Baptiſtam prophetas, quia immediatè à Deo laudatus & approbatus, *Iam nunc*, ait, *incipit dicere cauſas propter quas amplius erat, quàm Propheta beatus Ioannes, qui talem meruit habere laudatorem*, quid ergo non ſe ſuprà cæteras extollet ſanctiſsimi Thomæ doctrina, cum immediatè ab ipſo Deo laudata?

Chryſoſt.

92. Baptiſta ſupra Prophetas quia à Chriſto immediatè laudatus.

Quid immo ſic hoc verum, ſic conſtans æſtimo, vt verè cenſeam grauiter à Deo puniendus aliter ſentiens, aut huic ſanctiſsimo alterum nō ſolum præferens, ſed æquans. *Locuta eſt Maria, & Aaron contra Moyſen*, inquit Scriptura, Numer. 12. n. 1. at quid oblocuti, *dixerunt, num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus, nonne & nobis ſimiliter eſt locutus?* quæ verba ſic intimè perſenſit Dominus, vt ſtatim acriter reprehenſo Aarone Mariam lepra infecerit, at in quo tantus Dei ſenſus ex his verbis? quid multum æquare ſe fratri in domini locutione, cum verè & ipſis etiam locutus Deus? ſanè reſpondet Abulenſis in hunc locum quæſt. 46. quia ex illa comparatione multum excellentiæ detrahebatur Moyſi, quod grauiſsimè tolerabat Dominus: *Nam Moyſes*, ait Abulenſ. *erat tam excellens quantum oſtenſum eſt; & Maria & Aaron diminuebant aliquid de excellentia eius æquantes ſe ei*, at in quò excellebat Moyſes? planè quia vt eis dixit Dominus, in ceteris Prophetis vti ipſiſmet in viſione, & ænigmate loquebatur, at Moyſi, *os ad os, & palam & non per ænigmata, & figuras*. Meritò lepra percuſſa Maria, meritò Aaron reprehenditur, dum ſic audacter Moyſi ſe coæquare præſumpſerunt; quid vis vt dicam? eruditum decet, aut alios huic ſanctiſsimo aliquos ſe coæquare præſtimunt, lepra malæ inficiantur doctrinæ, vt verum ſit quod ſanctiſsimus Pontifex Innocentius 6. dixerit in ſermone quodam de huius ſanctiſsimi doctrina, *vt qui eam impugnauit, ſemper ſuis de veritate ſuſpectus*, vt infrà dice-

Numer. c. 12. n. 1.

93. S. Thomæ doctrina ſic ſupra cæteros vt merito puniendus qui aliquem ei è quare ſtudeat.

Abulenſ.

mus, Non à cæteris tantùm doctrina Sancti laudata, infrà Chriſtum, non ab ipſomet Chriſto per figuras, & ænigmata, aut per interlocutionem, vt in cæteris fit, ſed os ad os, locutus eſt ei Deus, ipſe per ſe, ipſe immediatè; vnde tutiſsima ſemper tectaque, at illibata doctrina remanet huius Sancti.

94. Nulli priuato licet eam corrigere.

Ex quo facto illud excellentiſsimum, in huius doctrinæ commēdationem eruitur, ac prope ſingulare, vt ſcilicet & ſi eam corrigere poſſit Eccleſia, & eius ſemper correctioni ſubdita ſit, quæ tanquam omnium magiſtra ſingulariter à Deo hoc obtinuit priuilegium. Quod quidem non ei ablatum ex hac Chriſti Domini voce, cum ex iure peritis conſtet per generalia verba, clauſulaſque priuilegiatorum præiudicari; de qua re latè Felinus, & Doctores iuris Pontificij, *c. nouit.* de iudicijs, & Doctores Cæſarei. leg. *quod ſemel.* §. de decretis ab ordine, & leg. *Qui ſeparatis*; Cod. de *bon. poſſeſſ. vnde liberi*, tamen nemini hoc alteri licitum priuato doctori, niſi in tremendam velit Dei incurrere iuſtam indignationem: nam ſic omnia eius, & ſingula Chriſtus Dominus illa voce confirmauit, vt eius reſeruata Eccleſia, ad quam de omnibus iudicare ſpectat, ſingulis priuatis Doctoribus interdixerit aliquid contra illam decernere, ac tanquam falſum repudiare, detrectare; quid eminentius? aut quid ſeuerius?

95. Non eſt contra illam, qui præterea reuerenter aliquid ſentit.

Dixi tanquam falſum repudiare, detrectare, nam diuerſa aliquando ſentire, cum aliis adhærere Doctoribus, ſemper venerandam ſancti reputantes doctrinam; non ſolùm dicimus licitum, quinimmo contra diuum hoc non ſentimus eſſe Thomam, immo pro illo, vt rectè Catherinus, lib. 2. diſp. pro immaculata Conc. §. 1. *quoad finem.* vbi ſic, *Ille impugnat diui Thomæ doctrinam, qui non cum reuerentia, & formidine, ſed parum ſobriè, & vt ſectarum zelus, aut proprię arrogantię trahit impetus, de illa in vniuerſum inducat, quæ obloquitur; at verò in vno vel altero, & vbi ratio poſtulat, aut aliorum præſertim vbi Eccleſię authoritas monet, ſaluis modeſtię finibus ab eo diſſentire, quod magni & glorioſi viri ſenſerunt, etiam qui de huius fontibus hauſerunt, tantum abeſt vt hic impugnet doctrinam Thomæ, vt etiam magis ſaluam eam velit.*

Catherin.

Ex dictis ergo luce clarius ni fallor, eluceſcit quanta ſecuritate excellentiáque ſuprà cæteras ſancti doctrina promineat. Chriſtus laudauit, approbauit, nunquid audebit quis reprobare? Chriſtus bonam dixit, nunquid ego malam? & ſi ille eam laudauit qui *via, veritas, & vita*, cur aliam ego ſequar, non ſic probatam? & ſtante hac voce, vide ſi Eccleſia non eſſet firmamentum ac veritatis columna, aliam tu diceres, aut aliam inuenires: Mitto alias Chriſti ipſiuſmet approbationes quas refert diuus Antoninus 3. p. hiſt. tit. 23. c. 7. Ferdinand. Caſtillo, lib. 3. c. 19. quas cum aliis in principio refert curſus Philoſophiæ Thomiſticæ Collegij ſancti Cyrilli fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli diſcalceatorum, allata tantum contentus tanquam omnium maxima, ac probatiſsima.

S. Antoninus. Fernand. Caſtillo.

96. Eius elogia

Secunda ratio; ſint præclara illa omnia elogia, ſanctiſsimorúmque Pontificum atteſtatio-

ex ſanctiſſimis Pontificibus. *Vrbanus V.*

nes de ſanctiſſimi Thomæ doctrina, *Quorum* vt diuus ait Iſidorus in præfatione ad opus Conciliorum, *pro culmine ſedis Apoſtolicæ non impar Conciliorum extat authoritas*; Vrbanus enim V. in Bulla ad Toloſanum collegiũ, Dei eccleſiam affirmat ſua illuſtratã doctrina, ſcientiſque adornatam, *Attendentes quanta à Deo ſcientia dotatus Ordinem fratrum Prædicatorũ, & vniuerſalem Eccleſiam illuſtrauerit, ac beati Auguſtini veſtigia inſecutus eandem Eccleſiam doctrinis, & ſcientiis quàmplurimis adornarit*, in qua authoritate vltima premenda; comparatio ſcilicet Pontificis ſancti Thomæ cum Auguſtino in Eccleſia adornanda, excolenda, vt meritò de huius ſancti doctrina illud affirmari poſſit quod Nazianzenus de Baſilij ſcientia, ac reſcriptis, *Nec ſcriptoribus materia vlla alia & copia poſt eũ præter ipſius ſcripta ſuppetit*, ait Nazianzenus, *ſilentur vetera, quæcunque in diuinorum oraculorum explanatione à quibuſdã elaborata ſunt, noua prædicantur; atque ex apud nos eruditiſſimus habetur, qui libros ipſius quam maximè intelligit, ac lingua verſat, auribus inſtillat, vnius enim omnium loco ſtudioſis, ad eruditionem comparandam ſufficit*: Expende ſingula, & mentiar niſi omnia ad diui Thomæ apta doctrinam. Quis Theologus aliud quam diuus promit Sanctus? Quæ alia materia Theologis ſuppetit niſi Thomiſtica? Nonne etiam veteres ſiluerunt authores Scholaſtici, & lucida hac ſtella apparente noua tantum ipſius prædicantur; neſciat quiuis alios, tantum reuoluat diui Thomæ libros, nonne eruditiſſimus habebitur? quid non in illis & antiquorum Philoſophorum, & ſummorum ſapientiæ ac doctrinæ principum; quid quod prope ad admirationem, non ſolum Philoſophos, ſed prope omnes à Thoma perluſtratos Poëtas obſeruauit; meritò ergo cum Nazianzeno dicamus, vnius omnium loco ſtudioſis ad eruditionem comparandam ſufficit ſanctiſſimus Doctor.

Nazianz. 97. Ipſe ſolus pro omnibus ſufficit libris.

Sed accipe alterum eiuſdem Vrbani ad eoſdem Tholoſanos in tranſlatione Sancti corporis præclarum encomium: *Volumus*, inquit, *inſuper, & tenore præſentium vobis iniungimus, vt Beati Thomæ doctrinam tanquam veridicam & Catholicam ſectemini, eámque ſtudeatis totis viribus amplexari*; quid præclarius? quale ſic ſolare iubar, cum Chalcedonenſ. Concilium act. 3. *Extreme*, ait, *quippe dementiæ eſt in medio & perſpicuo die commentitium lumen inquirere, qui enim poſt veritatem repertam aliquid vlterius diſcutit mendacium quærit*, quorſum hoc? ſanè vt rationem reddam quare ſic diui Thomæ doctrinæ addictus ego. Extimeſco dementiam, ſi hoc perſpicuo lumine relicto, & quod ſic mihi Chriſtus, ſic eius Vicarius clarè proponit, ad alios commentitios deflectam. Mendacium reformido ſi poſt Thomæ veritatem aliquid vlterius diſcutio; nec de huiuſmodi authoritate ambigendum, extat enim in tabula aurea Romæ ex mandato ſanctiſſimi Pij V. Pontificis impreſſa.

98. Timendum ſi ipſo relicto ad alium confugimus Doctorem.

Ad Vrbanum adde Ioannem 22. qui vt Gerſon illuſtris Cancellarius Pariſienſis in opuſc. contra impugnantes ordinem Carthuſ. tomo 2. affirmat pronuntiaſſe, tot miracula diuum effeciſſe Thomam, quot articulos, rationem addens vere Pontificiam, quia ſcilicet omnes reſoluit lumine pluſquam humano; conſcientiam vniuſcuiuſque ſuper hac appello veritatis, reflectat quando eos legit, intendit, inſpicit, diſcutit, & quo ſe perſenſerit afflari lumine non neget, ſed confitearur humiliter; de me fateor nunquam articulum percurriſſe quin noua mihi non affulſerit lux, nouáque intelligentia; fallar, niſi Sancti doctrina aqua non ſit illa Ezech. c. 47. quæ cum vna, primò ad talos, ſecundò ad genua, tertiò ad renes, quartò ſic profunda vt trãſuadari Prophetæ impoſsibile. *Menſus eſt mille cubitos torrentẽ, quem non potui pertranſire, quoniam intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui non poteſt tranſuadari*; En miraculum Sancti doctrinæ, puer legit & intelligit, iuuenis percurrit, & accipit, vir luſtrat & repleturat in quolibet ex articulis, & ſi omnes pertranſeunt, tamen vltimo tanta quemlibet perſtringit profunditas; ſic aquæ intumeſcunt ſapientiæ, vt & ſi altus, & ſi prægrandis, & ſi dicam Propheta quis, tranſuadare non poſſit, nonne hoc miraculum rectè ergo dicat ſanctiſſimus Pontifex tot miracula diuum effeciſſe Thomam quot articulos.

99. Quot articuli tot miracula.

Ezechiel. c. 47

100. Eius doctrina in aqua figuratur Ezechielis.

Sed alterum premo huius ſanctiſſimi Pontificis teſtimonium in ſua Bulla canonizationis, vbi infuſam diui Thomæ affirmat doctrinam: *Nam & in primitiis ſcientiis, & diuerſis Philoſophiæ partibus, vt non eſſet otioſus, ſed operaretur terram, necnon in ſacrã Scripturæ pagina tam ſuper nouum quam veteri Teſtamẽtum ſcripta, plurimáque alia Dei opera in Dei laudem, fideique dilatationem, eruditionémque ſtudentium data, non abſque ſpeciali Dei infuſione perfecit.* quid glorioſius? at premo diuinam infuſionem à Pontifice diuo Thomæ non ſolum in primitiis ſcientiis hoc eſt Theologicis, ſed etiam Philoſophicis, tributam, vt exinde conſtet à veritatis via deflectere eos, qui & ſi in Theologia principem fatentur, in Philoſophia tamen omnino negant, cum nemo ſic interpretatus Ariſtotelem, nemo ſic principia callint naturalia, nemo ſic illuſtratum lumen, quo illa attinguntur, rationis obtinuit, ex quo nemo ſic ex illis veras, ac ſanctus Doctor concluſiones intulit.

101. Fuit inuſta.

102. In philoſophia etiam princeps habendus.

At quid hoc mirandum, ſi modum, quo talem obtinuit ſcientiam attendes; *Præmittebat diuina*, ait idem ſanctus Pontifex in eadẽ Bulla, *vt roboraretur in ſchola, cum ſingulis diebus antequam lecturus aſcenderet Cathedram, vel diſtraheretur ad alia, miſſam vnam celebraret, aliam audiret, vel duas integras miſſas ſi non celebraſſet audiret, in quibus & alias in oratione cum in illa foret aſſiduus, lachrymarum effuſione mentis ſuæ dulcedinem, devotionémque Deo cui nihil eſt abſconditum, revelabat.* En aureæ fontes ſanctiſſimi doctrinæ, Miſſæ ſacrificium, continua oratio, profuſus lachrymarum imber, pinguiſſima devotio; quid ergo mirum ſi, vt ſanctus ait Pontifex dum Thomas mentis ſuæ dulcedinem Deo revelabat, ipſe ſuam ipſi ſapientiam, ac doctrinam. Hinc aptiſſimè ſanctiſſimus Pontifex Pius V. in Bulla qua eum in ſacris reponit Doctoribus, eius ſcientiam *certiſſimam, chriſtianam regulam, doctrinam appellat.*

103. Ex quibus fontibus diuinam ſuam hauriebat doctrinam diuus Thomas.

Ad Ioannem accedat Clemens 6. in Bulla ad nobiles ciuitatis Neapolitanæ, vbi ſanctiſſimi huius doctrinam appellat *celeſtem* ipſum

diuinæ volũtatis Angelicum interpretem, libros eius sine vllo prorsus errore conscriptos; *hic*, ait, *sic quidem honor eius virtutibus cum admirabili doctrinæ copulatus iure optimo debetur, ac doctrinæ quidem testis est ingens librorum numerus, quos ille in brevissimo tempore in omni ferè disciplinarum genere singulari ordine ac mira perspicuitate sine vllo prorsus errore conscripsit.*

104. Magistros habuit Apostolos.

cuius rei firmissimam addens rationem sequitur, *in quibus conscribendis interdum sanctos Apostolos Petrum, & Paulum colloquentes, locósque aliquos Dei tuisse enarrantes habuit, & quos deinde conscriptos expressa Christi Domini nostri voce approbatos audivit*, mirum elogium sanctissimæ doctrinæ, magistros non homines huius vitæ, non quoslibet sanctos sed supremos Christi Apostolos habere; & ne authoritatem in dubium ipsemet ex humilitate reponeret, ipsemet Christus eos approbauit: certè Euangelium suum Paulus sanctissimus inde probauit, quia non ab homine illud didicit; sed à Christo, ad Galatas, c.1.n.11. quid ergo? vt quid hyperbolicè dicam, dum audio doctrinã suam non ab hominibus Thomam accepisse, sed à sanctissimis Apostolis, & à Christo, audio approbatã parum abest, ne illã Euangelũ dicam.

Ad Galat. c.1.n.11.

At claudat hoc sanctissimorum Pontificum agmen Innocentius VI. in quodam huius Sancti sermone cuius thema: *Ecce plusquam Salomon hic*, de quo mentionem facit Petrus Bergomas in sua tabula aurea, Venetiis excusa anno 1497. & in altera Romæ, quæ apud me extat, illum vt ab originali sumptum tradit Lambertus de Monte in libris de anima, Coloniæ Agrippinæ excusis anno 1499. Eum recipit Catherinus, lib.2. pro immaculata Conceptione, pag.51. hoc dixerim, ne quia adhuc ille non extet sermo, aut nõ reperitur, in dubium quod certissimum est alicui veniat. Sanctissimus ergo Pontifex de huius Sancti differens doctrina, breuibus, sed plenis sic eius exprimit verbis excellentiam, vt simul oppugnantes, maleque sentientes obtundat, hiudósque deprimat, arrogantésque humiliet, vt nil vltra Innocentio sanctissimo addendum, nil plus desiderandum accipe oraculum: *Huius*, ait, *Doctoris doctrina præ cæteris, excepta canonica, habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum, ita vt nunquam qui eam tenuit, inueniatur à tramite veritatis deuiasse; & qui eam impugnauit semper fuit de veritate suspectus.* Digna Pontificis sententia tanti, quam expendo, sic enim propriè de sancti doctrina Pontificem locutum attendo, vt nisi Thomam expressisset, Thomæ eam statim tanquam ab vngue Leonem dicerem, prematn singula.

Bergomas. Lambertus. Catherinus.

105. Quam proprie locutus & vnde.

Quis vnquam sic propriè locutus ac Thomas sanctissimus; hoc quidem mihi vsque ad miraculũ fuisse videtur. Aliqui sunt & si subtiles, & si acuti, & si exactissimi, nescio quo malo fato sic implicantia, obscuráque depromunt verba, sic impropria, vt plus in verborum sensu, quàm in conceptibus sit laborandum. At non sic in diui Thomæ doctrina; talem enim in se proprietatem continet verborum, talem præcisionem, vt quia propriis expressa verbis ipsa pandiatse, ipsa se exprimit, ipsa simul doctrix, & sui interpres. Dicam quod sentio, sæpe perueniamihi Diui doctrina quando sine commentatoribus, dum imperuia, quando cum illis, sic vt expeditius duxi partes sine commentamento, quam cum illo percurrere; hinc aptè de se dicere potest Thomas Deo referens gratias, *Dominus dedit mihi linguam eruditam*, Isaias, c.10.n.4. hoc est, propriam, aptam, perelegantem, cuius fundamentum si perquiras, rimarique velis vnde sanctissimo huic talis linguæ eruditio, ex ipsomet Deo Prophetã tibi respondet, qua Deus ei *erigit, seu excexit, mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum*, diluculo Dei gratia præuentus, supernóque illustratus lumine, non homines in magistros, sed ipsum habuit Deum, vt suprà ex Pontificibus dicebamus; hinc quid mirum si talem possederit linguam, vt totam proprietatem hauriret verborum.

Isai. c.10. n.4.

106. Quam ordinatè.

Rursus acuti sunt aliqui, subtiles, proprietatem etiam obtinent verborum, sed doctrinam sic implicatam, sine ordine, sine modo, sic tandem prolixam seriem argumentorum, dubiorum, disputationum, illationũ, corollariorum multiplicantes, vt post exanthlatum laborem, post consumptas horas, sic confunditur, opprimitur, ac deturbatur intellectus, ipsaque memoria, vt decursa quæstione, quid tandem dixerint, ignoretur; nunquid aliquid huius defectus in Sancti doctrina? Enimvero talem in dicendis obtinet modum, talem connexionẽ, ordinem, regulam, methodum, sic breuem, compendiosam, perlucidam, vt non solum homines, sed dicam, adhuc & animalia si ratiocinarenturdoctores, fierent, *Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt*, diuus ait Paulus, ad Rom. c.13. n.1. Quid ergo mirum si tantum Sancti doctrina possideat supra cæteras ordinem cum à Deo sit: immo signum eius Deitatis vt sic dicam prope ordo eius diuinus.

107. Quam verè.

Tandem aliqui, & subtiles sunt, & proprietatem habent verborum, & modum in dicendis, sed sæpè in veritate sententiarum deficiunt, aut si manifestè deficere videntur, nescio quomodo non statim ac Sancto intellectus assentit, quod expertus affirmo: lego sancti articulum, & dum legendo percurro, nescio quod lumen, quam illustrationem in me persentio, & statim acquiesco, quod aut rarò, aut nunquam experior in alijs, vnde quæso hoc nisi quia dum Sancti doctrina & proprietatem habet in verbis, & modum in rebus, & veritatem in substantia sic hæc clarè inuenta hilarescit intellectus, vt gliscat & exultet, Exod.c.4.n.14. *Aaron frater tuus Leuites*, ait Moysi Dominus, *scio quòd eloquẽs sit, ecce ipse egreditur in occursum tuum videnſque te lætabitur corde*, vnde Aaroni tanta lætitia ex visione fratris? mea sententia ex effectu locutionis fratris, *loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, ipse erit os tuum, tu autẽ eris in his quæ ad Deum pertinent.* quæ vltima sic leguntHebræi & Lippoman in cat. *ipse erit tibi in os, & tu eris eius in Deum*, Quid ergo mirum si tantum hilarescat Aaron, dum frater illi in Deum, & eius audiens verba non hominis sonabant, sed Dei; non mirum quòd lætetur corde, sed mirandum, quòd præ lætitia non scindat: en radix quare intellectus noster sic in sanctissimi Thomæ verbis exultat, quia meus præcipuè frater, consanguis, ac caro est pro Deo,

108. Ex eius doctrina animus exultat & cur.

109. Pro doctrinæ Deo nobis traditus.

Digitized by Google

doctrina nobis Deo exhibitus, verba Dei resonat, & dum Thomæ sententias promimus, Dei sunt, dum audimus Deum personant, meritò, intellectus exhilarescit, animus exultat: dicat ergo sanctissimus Pontifex, dicat quia summam prædicat veritatem diui Thomæ doctrinam suprà cæteras prorsus eminere, & proprietate verborum, & dicendi ordine, ac sententiarum pondere, ac veritate. Ex quibus præmissis euidenter concluditur impugnantem pertinaciter de veritate esse suspectum.

110. Concilia quanti diui Thomę doctrinam fecerunt.

Sit tertia, quæ me mouet ad sancti doctrinam sequendam ratio, ipsa Dei Concilia post sancti Doctoris obitum, in quibus nil definitum, nullus in illis constitutus Canon, qui non ex sancti doctrina: Sic in Lugdunensi, sub B Greg. 10. Constantiensi sub Martino V. Viennensi sub Clemente V. Florentin. sub Lugenio 4. Lateranensi. sub Iulio 2o. & Leone 10. tandem Tridentin. sub Paulo 4. in quibus omnibus sic sancti doctrina prælegenda, sic hæreticis terribilis, vt sicut sanctis lumen Conciliis, sic perpetuus hæreticorum in illis fuerit Malleus. Accipe Dei oraculum ex sanctissimo Pio V. in Bulla, qua inter celebres Ecclesiæ Doctores eum annumerauit, vbi sic: *Pius V.* *Sed quoniam omnipotentis Dei prouidentia factum est, vt Angelici Doctoris vi, & veritate doctrinæ, ex eo tempore quo cælestibus ciuibus adscriptus est, multæ quæ deinceps exortæ sunt hæreses confusæ, & conuictæ dissiparentur, quod & antea sæpe, & nuper in sacris Tridentini Concily decretis liquidò apparet,* Quid illustrius? imò in speciali de sacro-sancto Tridentino quanti ipsum sancti Thomæ fecerit doctrinam Prorsus indicibile: Affirmat eminentissimus Baronius, vt infrà dicemus, & Didacus Paiua in quodam sermone diui Thomæ affirmat, tanti eius doctrinam Concilium fecisse, vt quia contra eam aliqua dicebantur eius decreta, ipsam suspenderit, donec de veritate constaret, firmauerit quando, & non contra sanctum intellexit; Nec est quod aliqui supposititium dicant ob hoc sermonem: quia vt suprà dicebamus, dum de authoritate tractabamus sanctorum, nec nouum hoc Conciliis, nec inusitatum, dies scilicet, & annos in sanctorum dictis enucleandis insumere, ne contra eos aliquid decernat, præmaturo non præmisso examine, aut vtin suis determinationibus pro se eos non habeat. Sed quid immoror? Audiamus quid sanctissimi Patres Concilij oratori infesto sancti Thomæ apud eos verba facienti acclamarunt, audi ipsius verba. *Non potuit*, ait, *diuus Thomas Ecclesiasticis interesse Conciliis morte præuentus, verum ecce superstes, atque in æternum victurus vobis adest, bona sua spiritualia, doctrinæ thesauros hereditario iure vobis delegauit. Nulla proinde ab eius felici transitu Concilia sine sacro Doctore celebrata sunt; vt enim de cæteris taceam; quod audimus, quod videmus, quod manibus nostris contrectamus, quid ni aperta voce ad eius laudem testemur? Vestra comitia perpendite ex plurimo, eóque honorabili Doctorum cætu quemcunque consultor accedit, qui diui Thomæ authoritate veluti splendenti gemma suam sententiam non exornat; at in consultissimi patrum* A *recessu Doctor hic sententiæ rogatus frequentissime censet, ad quem vt ad lydium lapidem, si quid ambiguitatis, aut controuersiæ fuerit exortum, communibus votis referendum existimatis; & qui cum sui placiti patronum obtinuerit, in certam iudiciorum aleam non sit aditurus, quin secundum eundem referenda sit.* Pendo oratorem non de auditu, sed de visu, sed de experientia testificatú Concilij, ipsomet Concilio præsente, vnde falsitatis statim arguerctur nisi verú quòd testificabatur, at quid illud, quàm magnum, quàm sublimè? Prorsus admirabile, nullum consultorem affirmat in Cõcilio sine sancti Thomæ, gemma doctrinæ ad confessum accedere præsumere sanctorum Patruni, quid amplius, in confessu illorum frequentissime diui Thomæ quæstionem decernere, tanquam omnium magistrum in Concilio præsidere? tandem tanquam ad lydium lapidem ad ipsum concilium accurrere, quid excellentius? Pendet concilium esse de quo hoc affirmatur in quo Spiritus sanctus, in quo Dei sapientia, & dum hoc inspexeris me argue si potes, quia sic doctrinæ sanctissimi addictus, ô bene concilium ad diuum Thomam, accurrit in ambiguis tanquam ad lydiũ lapidem, & ego alium exquiram? Concilium audit diuum Thomam decidentem, & ego cum alio quæstionem decidam? Palmam sententiæ, ac veritatis sacro-sanctum Concilium præbet, cui diuus patrocinatur Thomas, & ego alio me addicam patrocinio? absit.

111. Religiones ac Academiæ Thomæ doctrinæ addictæ.

Hinc summis extollo præconijs, sacro-sanctas illas congregationes, religionesque, quæ huic se manciparunt doctrinæ, huic se addixerunt scientiæ: præterea sanctum, ac præstantissimum Dominicorum ordinem. sic reperio inclytum Carmelitarum Discalceatorum constitutionem, part. 1. cap. 9. n. 6. quod nouissime refertur in principio eius versus, *Philosophiæ Thomisticæ elogium*. Sic sapientissimam, ac nunquam satis laudatam Societatem Iesu; quæ non solum in constitutionibus, parte 4. cap. 14. illud præcipit, sed vt Pater refert doctissimus Granada in 3. part. diui Thom. cap. 3. de admirabili sancti doctrina edisserẽs, quem *sedem* appellat *Sapientiæ*, in quinta congregatione non solùm illud præcipit, sed à cathedra exturbat magisterij, qui non pium in sancti doctrinam habet affectum; quod sic tenaciter à præclarioribus illius filiis (vt hoc interim dicam) obseruatum reperio, vt & si infimis aliis titulis eam suscipiam ob hoc solùm quãdo deessent infiniti, venerandam æstimem. Quatum sanctarum congregationum nostra, & si recentissima vestigia tenaciter insequens constitutionum. part. 1. cap. 12. n. 3. de doctrinis perlegendis sic præcipit. *Ad hæc quæ doctrinam his tradendis scientiis prælegetur, ea sit, quæ securitate ac soliditate præstet; vnde in Philosophia Aristotelis doctrina vt plurimum complectenda, in Theologia diuus Thomas, vt dux eligendus, eique summo studio inhærendum*; & cap. 36. n. 3. præcipit; *Vt Concilium Trident. & diui Thomæ summa* omnibus, & singulis concedantur scholasticis, ita vt nullo prorsus modo eis desint. *Granada.*

At quid? ipsæ certè hoc nos docuerunt or-

D

bis præclaræ Academiæ: quarum ſic aliquæ ad doctrinam diui Thom. reperiuntur addictæ, vt facta eis ſit conaturalis, pro gloria, honoréque Thomiſticum præferentes nomen; taceo de Tholoſana, Pariſienſi, Euorenſi, Complutenſi, vnam admiror ſummiſque extollo præconijs Salmanticenſem; quæ poſt quadringentos fermè annos, poſt omnium ſcholaſticorum exploratam doctrinam, poſt examinatas quæſtiones, poſt ventilatas concluſiones maturo conſilio, infrequenti conſeſſum vt ſemel, & ſuis prouideret ſcholaſticis, & ſibi Hiſpaniæque inclitum, æternúmque acquireret nomen, firmitérque ſemper in ſoliditate Petræ ac angularis fundamenti ſiſteret, non ſolùm diui Thom. præelegit, ſed iurauit doctrinam. Et ne quid in tanta talique glorioſa deficeret actione magiſtrum eiuſdem adiunxit inclitum, Theologiæque ſcholaſticæ, ac totius ſapientiæ principem diuum Aug. *Iuro*, ait in ſui iuramenti forma, *in quotidianis lectionibus, quas in Academia, vel cathedra moderator, vel voluntarius profeſſor legero, me docturum, atque lecturum in Theologia ſcholaſtica doctrinam Auguſtini, & concluſiones diui Thom. quas in ſumma Theologiæ docet, vbi horum ſanctorum mens aperta fuerit, vbi vero anceps, & dubia, nil docturum, atque lecturum, quod eorum doctrinæ aduerſari ſenſerim, ſed quod vel iuxta meum ſenſum, vel eorum qui diſcipuli ſanctorum Auguſtini, & Thomæ communiter cenſentur, ſanctorum Patrum doctrinæ magis conforme iudicauerim: excipio opinionem de immaculata Virginis Conceptione, & quæ iure Eccleſiaſtico immutata ſunt, vel poſtea immutabuntur, & ea quæ cum olim controuerſa eſſent, iam conſtitutionibus Apoſtolicis definita ſunt, & ſi quando cathedram Scoti, vel Durandi moderabor, quamuis ad id teneri nolo, licere tamen mihi volo pro eo tantum tempore probabiles eorum doctorum opiniones ſequi abſque periurij crimine.* Quid prudentius? Sic Magiſtros ad veriorem doctrinam in Magiſterio alligat, vt in concertationibus ac dubiis liberum campum relinquat; ſic diuum Thomam ſequitur, vt vbi obſcurus proprium requirat iudicium, ſic ſanctos eligit vt neminem refutet, ſic Thomæ doctrinam amplectitur, vt Scoti, Durandíque non derelinquat, ſic concluſiones ſanctorum defendit, vt ſemper ipſam ſacro-ſanctam præferat Eccleſiam, tandem ſic diuo Thomæ deuota, vt Virginem ſanctiſſimam non deſerat, quid maturius, aut ad ſcholaſticorum profectum conducibilius? O Felix Hiſpania talibus fœcundata Doctoribus, talibus inſignita Magiſtris, tu enim inde armis, quia ſub tutela Iacobo Dei inclito Apoſtolo, mundum ſubieciſti, & collatis ſignis quaquauerſum Aſiam, Africam, Europam, Americam nouúmque tibi ſubieciſti orbem, & nunc vt vndique ſublimior tibi exiſteret gloria, armis ſcientiiſque conſtans tutelares eligis in doctrinis præſtantiſſimos Auguſtinum, diuúmque Thomam, vt ſicut armis, ſic nunc & ſcientia ſuprà totum te eleues mundum, & quia Catholica diceris eos tibi aſſumpſiſti magiſtros, eas tibi luces, quas iuxta Pontificum dicta, qui ſequuti nunquam à veritate deuiabunt, & qui contradicunt ſemper ſani de veritate ſuſpecti, vt

112. Salmaticēſis ſchola egregium facinus in diui Thom. doctrinam iurando.

A ſic primum poſt ſanctiſſimam Sedem in ſcientia obtineas locum, ſicut primùm apud orbem armis obtinuiſti Imperium, ô ex tali prouidentia glorioſa Salmaticenſis ſchola? Quæ, & ſi reliquæ à ſuis propulſant regnis hoſtes iam intruſos, prouida, & cauta ne introducantur effectis, vndeſic Hiſpaniæ defendis regnum, & vndequaque ſepis, vt ſuperbo hoſti nullo modo pateat acceſſus?

Ad hanc tertiam, & quartam adjungam mei ſenſus rationem. Communis nunc ſcholaſticorum ſenſus, veneratio, obſequium, vt talis nunc ſancti ſit reuerentia doctrinæ, vt quaſi piaculum in Theologia aperto ore contra diuum determinare Thomam: *Vix quiſpiam conſequetur*, Cardinalis ait Baronius, in B Martyrologio die 7. Martij, *quot vir Sanctiſſimus, ac eruditiſſimus Theologorum præconijs celebretur, quantúmque illius illibata doctrina, à Sanctis patribus in ſacro Oecumenico Trident. Concil. conſidentibus fuerit acclamatum.* Enimuero veritatem quod Ariſt. 2. topicorum ſcilicet; *Quod omnes, vel plures, ſentiunt id falſum non eſt putandum, illa ſunt aſſumenda, quæ aut omnibus, aut pluribus, aut ſapientioribus videntur.* Si ergo omnes Theologi, ſi ſancti Patres Thomæ doctrinæ acclamant nunquid non ſecura? Nunquid alteram vt ſecurionem eligam, aut contra tantorum iudicium Doctorum ego meum præferam aliud exquirendo? Impietatem, ac ſacrilegium timeo, C tum, vt Chalcedonenſ. Concil. ait actione 3. *Verè impius ac ſacrilegus eſt, qui poſt tot Sacerdotum ſententias opinioni ſuæ aliquid tractandum reliquit.* Ex quo rectiſſimè Gennadius Conſtantinopolitanus Patriarcha, diui Thomæ tantum ſcriptis addictum, nullius amplius indigere affirmat: *Ego*, ait, *ſi quis ſcriptis diui Thomæ animum adhibuerit, hunc nullis alijs indigere opinor.* Cuius equidem ratio, nam doctrina ſanctiſſimi ad inſtar illius colli, de quo in Canticis Salomon ſicut turrem affirmat à qua; *Mille clypei pendent, omnis armatura fortium.* Nam ſi ſancti inſpicis doctrinam profecto in ea non adductos, ſed imbibitos Auguſtinos, Ambroſios, Athanaſios, Chryſoſtomos, Nazianzenos, omneſque Patres, ac omnem tantorum fortium armaturam. Hinc rectè Titelmanus eum appellat; *Theologorum Theologum, Alpha literarum omnium, veritatis vnicum artificem, Architectum omnium literarum, ſcientiarum delicitia medium, & noniſſimum omnium, rigans montes de ſuperioribus ſuis, defructu operum ſuorum ſatians terram.* Vt Ioannes affirmauit Pontifex 22. in bulla canonizationis; *Cuius doctrina non deficiet in æternum.* Vt ſanctus reuelauit Patri Franciſcus Aſſiſinatis, ſicut frater refert Ioannes à Ieſu Maria Dei calceatus, in ſua arte bene viuendi, lib. 5. cap. 8. Cuidam enim ex ſua familia in quadam perplexitate quæſtionis ad diuum Thomam accurrere dubitanti ſimul cum ſancto, & Franciſcus apparuit: *Crede huic*, ait, *quia eius doctrina non deficiet in æternum.* Sed claudat hoc agmen illuſtris, ac præfulgida Pariſienſis ſchola, quæ in Epiſtola ad laudem, defenſionémque ſancti doctrinæ in principio, quæ extat tabulæ Aureæ Peni Bergomenſes talia de diui promit Thomæ magi-

115. Quantum doctrinæ diui Thomæ nùc ab omnibus accelamatur.

Baron.

Ariſt.

Concil. Chalced.

Gennad.

114. Omnibus falta ſanctis.

Titelmanus.

Ioannes Pontif. 22.

Fr. Ioan. à Ieſu Maria.

sterio, cum enim affirmasset se desiderio teneri sanctissimæ Ecclesiæ vestigiis inhærere in sancti honore, ac confessione: *Præsertim*, ait, *cum fueris vniuersalis Ecclesiæ lumen, præfulgidum, gemma radians clericorum, fons Doctorum, Vniuersitatis nostræ Parisiensis speculum clarissimum, & candelábrum insigne, ac lucens, per quod omnes qui vias vitæ, & scholas doctrinæ sanctæ ingrediuntur, lumen vident claritatis.* Pondero talia non Rhetores, sed scholasticos dicere, qui non hyperbolicè sed solidè loquuntur, & scholam suspicio Parisiensem, quæ iubar, quæ orbis splendor. Quod cum sit, nunquid me suprà hos eleuem, ac tali gemma, lumine, stella, candelabro, fonte, speculo relicto ad nescio quos alios me conuertam: abiit.

115. Est Doctor Angelicus ob hoc cæteris præferendus.

Vltimò tandem, quintam hanc addam rationem, qua fateor sic conuincor, vt quando cæteræ deessent hæc sola me diuo Thomæ, eiúsque doctrinæ satis addiceret. Ab Ecclesia enim Angelicum Doctorem cum nominatum reperio: *Scripta eius*, ait in eius officio, *& multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficiles adeo excellunt, vt ob eam causam etiam nomen Doctoris Angelici iure sit adeptus.* Si ergo Angelum possum habere magistrum, eligam-ne hominem? qualis hæc electio? Quam stulta? Enimuero si absque superbia in scholasticis Deum ipsum possem Doctorem, ac magistrum desiderare, sanè Angelum deserere prudentia; hinc rationabiliter, Exod. 33. n. 4. Populus luxit, quando ductorem Angelum ei promisit Deus: Quia & si Angelum dabat, seipsum negabat; *Mittam præcursorem tui Angelum, non enim ascendam tecum: audiénsque populus sermonem hunc pessimum luxit.* Et merito: nam comparatione Dei pessimum Angeli adiutorium. At qualis huius fuisset dementia si lugeret, quia Deus Angelum non hominem præcursorem dabat? Talis quippe huius extitit populi nepotum. Qui derelicto non Angelo, sed Deo eos gubernante hominem expostularunt in Regem: *Ne minus essent quàm cæteræ nationes.* 1. Reg. cap. 8. sic equidem mea sententia non impar eorum erit, & meæ, si dum immediate ipsum Deum Doctorem, ac magistrum in scholis habere non possum, & Angelum mihi ipse in magistrum, ductorem, fatem, lumen, ignis columnam destinat; ego aut superbia, aut ignorantia conturbatus, alium non Angelum, sed hominem exquiram, ne minus forsitan sim quàm aliæ nationes, & vt nomen mihi faciam ab Oriente discedens, vbi lux, vbi splendor, vbi doctrinæ veritas, in campum descendam *Sennaar*, quòd *Deus æmuli* interpretatur, vt turrim Babel ædificem, *Cuius culmen ad cælum vsque pertingat*, habens, *Lateres pro saxis, & bitumen pro cemento*, hoc est, friuola pro solidis, obscura pro claris, vnde confusionem hauriam, non illustrationem; non faciam.

Exod. c. 33. n. 4.

Mirum si attendes post hominis lapsum Deum Paradisum non destruxisse, cum homo ab eo eiectus amplius ad illum non erat ei reditus, sed Angelum ad custodiam eius destinasse: *Collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilem.* Genes. cap. 3. n. 24. quæ huius rei ratio, aut ad quid nunc talis custodia? Sanè ipsa hoc pandit scriptura: *Ad custodiendam*, ait, *viam ligni vitæ.* Ac proinde lignum ipsum; quid per hoc lignum? Interlin. *Sapientiam*, intelligit, *Mater omnium bonorum.* O rectissimum Dei iudicium, ad custodiendum Paradisum primo homo impositus, qui Deo subditus sapientiam etiam custodiret, at quia in superbiam elatus, si post eriam illum præfecisset. Sapientiam non custodisset, sed dissipasset præficiatur ad sapientiam deinde, non homo, sed Angelus, vt eam doceat, seruet, custodiat; si hoc Dei prouidentia necessarium post peccatum æstimat, si Angelum mihi ad sapientiam edocendam præfecit, nunquid ego filius Adam, & non Christi, hominem quæram, Angelum relinquam, aut bene custoditam reputem sapientiam si hominem illi præficiam non Angelum? Absit, sed diuum, ac sanctissimum eligam Angelicum Doctorem, qui non quilibet Angelus, sed *Cherubin*, hoc est, *scientia, & charitate plenus.* Qui dum me instruit, reficit, dum illustrat accendit, dum illumĩnat inflammat, hic est enim ille Angelus, qui me docet, vt & si cum Sara coniungar hoc est cum scientia, non hoc faciam vt Deum à me per superbiam excludam, sed vt cum timore, & tremore Domini, orationibus instans igne humilitatis incenso superbiæ iecore accedam ad Virginem, ad sapientiam scilicet diuinam, ne superbus, ac tumens à pessimo occidar dæmone, mortem aucupans vnde vitam haurire debebam; hic est enim ille Angelus, qui dum me in medio fornacis, igniúmque globis, argumentorum scilicet, & disputationum, dubiorum, quæstionum, difficultatum eiectum inuenerit, ac ligatum mecum descendens sic suo diuino me reficit flatu, doctrina, scientia. Vt *medium efficiat fornacis, quasi ventum roris flantem.* Vnde consumptis ligaminibus ambulo fidenter, & lætus cano, hic est ille Angelus, qui dum renuo à Pentapoli exire; hoc est à carnis præpostera sapientia, me apprehendens, ac quasi vim inferens in monte, hoc est in Dei sola sapientia salutem inesse ostendit; hic demum est ille Angelus Danielis, cap. 10. n. 7. qui dum loquitur; *Vox sermonum eius, vox multitudinis.* Vnde me docens non vna sanctus, sed multitudinis me instruit voce, hoc est, sanctorum omnium vt diximus, hinc quia talibus per illum vndique septus non solum illustror, sed ab eorum sanctitate inflammor. Deum huius veritatis in testem ad voco me ferè nunquam ad diui Thomæ lectionem accessisse, quin deuotus ac pius non recederem, si prius frigidus, lucem equidem semper in illo inueni, non equidem lunæ, sed solis illustrans, & calefaciens, immo ad maturitatem fructus producens: discipuli labores dirigens non ad perituram, sed ad æternam consequendam sapientiam, quam vt noster sapiens exquireret post Patres, magistros adhibuit dicens: *Sensum eorum*, &c.

Genes. c. 3. n. 24.

116. Est Cherubin Angelus ad veræ doctrinæ custodiam destinatus.

117. Eius doctrina fulget, & ardet.

Non me latet (vt hæc duo addam verba) ad consummationem superioris discursus necessarium argumenta in contrarium soluere, tum antiqua, tum moderna, nuper enim rescriptum anonymum produit, errores, si Deus

vult sanctissimo impingens, quod vti expositum, nullíusque patris, in filium adoptauit (proh pudor) quidam Franciscanæ familiæ afilmnus. *Reputans*, vt inquit Tertull. de præscript. cap. 42. *suffodiendo aliena, sua statuere.* Non veritus imprecationem summi Dei Vicarij Clementis 4. quàm refert Barela in sua Chronic. c. 9. *Nempe reprobus est frater Prædicator, qui Minores non diligit, & execrabilis Minor, qui Prædicatores non veneratur.* Iure abstineo, tum quia futilia omnia, nullíusque substantiæ, tum quia non solùm doctrinæ, sed patientiæ, sed tolerantiæ sanctissimi affecto discipulatum; parcat illis Deus, & tu sanctissime Doctor ad meliorem illos reduc frugem, ad saniorem mentem.

Barela.

Num. 18. *Et sic correcta sunt semita eorum, qui sunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis.

NEcessitatem sapientiæ ex defectu naturæ humanæ num. anteriori concluſit sapiens, nunc in isto duas alias affert, & commodissimas rationes, nempè finem Dei circa hominis dispensationem, cum siue hominis correctio, siue Dei voluntatis assecutio, seu ad illam ordo, & retractio, nisi per sapientiam nunquam consequi possit, duo apprimè necessaria, vnde ait.

Et sic correcta sunt, &c. Nempe, quia dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum, correctæ sunt semitæ eorum, qui sunt, sic Hieronym. & Cyprian. Alij legunt, & *correcta fuerunt*, de præterito, quod congruit exemplis, quæ infrà adducit, c. sequenti, sed in idem reincidit sensus, siue vno, siue altero modo legatur.

Hieron. Cyprian.

Et quæ tibi placent didicerint, &c. Græcè, *docti sunt*, Hieronymus, *eruditi sunt*, ad tuam scilicet exequendam voluntatem, tuum exequendum imperium. Quæ omnia vna præstitit sapientia Dei incarnata, vt infrà dicemus.

Num. 19. *Nam per sapientiam sanati sunt, quicumque tibi placuerunt à principio.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

COnclusio est Vniuersalis eius quod numero antecedenti dixerat, nempè vias hominum per sapientiam correctas, & Dei beneplacitum per illam notum; nunc vniuersaliter concludens affirmat omnes per sapientiam sanctos, immo & per illam tantum Deo esse beneplacitos, vt mox dicemus.

Per sapientiam, &c. In Græcis codicibus, solum habetur; *Et sapientia seruati sunt.* Quæ verba congruunt, cum num. anteced. vnde sequentia; *Quicumque placuerunt tibi*, addita sunt explicationis gratia, nam in prioribus continebantur.

Olxoth. Burgens.

Aliqui vt adnotat Olxoth, & Franciscus Burgensis in notationibus, sequens exordiebantur caput ab istis verbis, vbi exemplis confirmatur omnes per sapientiam sanctos.

Sanati sunt, &c. Græcè, *saluati sunt*, frequens in scripturis sanare, pro saluare; de salute spirituali per Christum, & fidem in ipsum omnes interpretantur: Quamuis Lorinus velit literalem non esse de Christo sensum, sed de sapientia, gratiáque creata; non placet cum de illa gratia apertè loquatur Salomon, qua homines Deo placent, & illi sunt grati, quæ nulla alia, nisi Christi, cum per illam solum Deo beneplacemus, ac inuenimur grati, omnésque in illius fide sumus saluati, vt mox dicemus.

1. In Scriptura frequens sanare pro saluare.

HOMILIA XIV.

Christus Dominus omnium nostrorum malorum medicina, déque necessaria tanti beneficij recognitione.

NAM *per sapientiam sanati sunt, quicumque tibi placuerunt à principio*, noster ait sapiens, hoc est, per Christum, eiúsque gratiam, qui solus nostra lux, in cuius tantum cognitione nostra vita, Prouerb. cap. 16. num. 15. *In hilaritate vultus regis vita*; vbi 70. *In luce filij regis vita.* Hoc est in cognitione, in eius gratia, beneuolentia; quod, & si semper iam inde ab initio mundi in Christo Regis filio extitit, tamen peculiariter post ipsum natum, dum oculis, manibus, tactu, conuersatione, experientia, illud quod de Christo dicebant Prophetæ, prædicabant oracula, promittebant figuræ, includebant mysteria, attrectauimus: *Magnam adibat aleam*, aiebat Seneca lib. 1. de Clementia ad Neronem, *populus Romanus cum incertum esset, quo se tandem nobilis principis sui indoles daret, iam vota publica in tuto stant.* Optimè venturum Christum omnes sperabant, qua forma, qua indole, qua natura, qua inclinatione, qua magnificentia, non omnes sciebant, sed pauci; at postquam venit, postquam apparuit; *Hæc filij Regis lux* nostra, vota in tuto stant, vnde verè in eius cognitione vita, spiritus, habitus, fulcimentum, cum & ab eo considerabamus omnem nostram promanasse gratiam omnem nostrum ad vitã æternam aditum; hinc in tuto stamus, de tali haurientes fonte, de tali bibentes petra, iam scimus nostri principis indolem, naturam, conditionem, fructum; cum si sine illo mortui, & cum illo, & per illum tantum viui, quod vt manifestum fiat.

1. In Christi cognitione nostra est vita.

Seneca.

Adnotandum est sic humanum genus per Adam primùm parentem Dei gratiam amisisse, vt si ab illo omnem Deus gratiam, omne auxilium etiam sufficiens ademisset, nullius iniustitiæ, nullius tyrannidis notam subire potuisset, vnde rectè noster sapiens infrà cap. 12. n. 12. exclamat dicens; *Quis stabit contra iudicium tuum? aut quis imputabit tibi si perierint nationes, quas tu fecisti?* Et Paulus ad Rom. cap. 9. n. 21. misericordiæ prorsus Dei ascribit, quod ex eadem damnata massa alia se legisset vasa ad honorem, alia ad contumeliam: *An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem,*

2. Post peccatũ omnem prorsus gratiam homo amisit.

Infrà cap. 12. n. 12.

Ad Rom. 9. 9. n. 12.

Digitized by Google

aliud verò in contumeliam. Inde rectè Auguſt. de bono perſeuerantiæ, cap. 8. ait; *Non ſimus ingrati, quod tam multos liberat Deus miſericors de tam debita perditione, vt ſi inde neminem liberaret non eſſet iniuſtus.* Immò de facto hoc meruit homo poſt peccatum, quantum ex ſe, nam cum per illud ad gratiam omnino mortuus, & ad vitam ſimul ſupernaturalem, æternamque, quaſi iam de re acta, non erat cur Deus illi amplius illa auxilia ei præberet, quæ ad vitam ordinabantur æternam acquirendam, ad quam iam ipſe non poterat amplius aſcendere; cuius amiſerat ius, amiſerat titulum, hinc verè per peccatum comparatus: *Iumentis inſipientibus, & ſimilis factus illis;* Pſal. 48. n. 13. Dum ad horum inſtar continuum futurus erat mortis pabulum, & in hac vita, per naturalem, & in altera per æternam, à qua morte, à qua iumentorum ſimilitudine, à qua iuſtiſſima gratiæ etiam ſufficientis amiſſione, Chriſtus Dominus noſter, tanquam noſtrum caput, & princeps nos redemit, ſic vt per eius mortem, & crucem, & gratiam primam, ſufficientem, & efficacem nobis promeruit, quod nullis cæterorum poterat præſtare hominum. Vnde rectè ſanctus Leo, epiſt. 97. ad Leonem, c. 2. ait; *Quamuis multorum ſanctorum in conſpectu Domini pretioſa mors fuerit, nullius tamen in ſanctis occiſio. Redemptio fuit mundi, acceperunt iuſti, non dedere coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata ſunt patientiæ, non dona iuſtitiæ.* Egregiè, à ſanctis quippè patientiæ exempla habemus, ad bonum incitamur exẽplo, non gratia, nã tota iuſtitiæ noſtræ ratio, ab illo ſummo capite Chriſto Ieſu: *Homo*, inquit Hieronym. in epiſt. ad Cyprian. *à principio conditionis Deo vitur adiutore, & cum illius ſit gratiæ, quod creatus ſit, illiuſque miſericordiæ quod ſubſiſtit, & vivit, nihil boni operis agere poteſt abſque eo, qui ita conceſſit liberum arbitrium vt ſuam per ſingula opera gratiam non negaret.* Quam gratiam non quidem aliunde niſi per Chriſtum, quantum hoc fuerit beneficium, quantum hoc donum, quantũ Chriſto debeamus. Operæ pretium quippe eſt vt prius breuiter ſciamus, quæ per peccatum amiſerit homo, præter id quod modò diximus, ad qualem eum ſtatum adduxerit, ad quales miſerias, vt exinde intelligamus quantum ſit illud quod in nobis, & pro nobis operatus ſit Chriſtus.

Auguſt.

Pſal. 48. n. 13.

S. Leo.

3. Sancti nobis exempla præbẽt patientiæ non dant gratiam.

4. Tota gratia à Chriſto Domino noſtro.

Hieron.

Sciendum ergo, mala huius vitæ in quæ per peccatum primi incidimus parentis, alia eſſe interna, alia externa. Et per interna illa intelligimus, quæ ſunt in ipſomet homine, vt ignorantia, concupiſcentia, &c. Per externa verò, quæ ſunt extra ipſum, vt habere Deum iratum, eſſe ſub diaboli poteſtate, obedientia carere animalium, à cælo, ab aëre, ab aqua, ab ipſa terra multas aſſiduè, variáſque perpeti calamitates.

5. Per peccatum in quãta homo incidetit mala.

6. Alia ſunt interna, alia externa, & quæ.

Rurſus interna, alia ſunt in parte animæ ſuperiore, alia in inferiore, alia in corpore, in ſuperiori læſa ſunt; *Intelligentia & voluntas*: in inferiori, ſenſus tum interni, tum externi, & in vtraque appetendi facultas: in corpore autem nemo ignorat quanta ſecuta ſint incommoda, quantæ præter mortem calamitates: quapropter merito Concil. affirmat Arauſicanum, & Trident. Seſſ. 5. *Totum hominem ſecundùm corpus, & ſecundum animam per Adami prævaricationem in deterius eſſe mutatum.*

7. Totum hominem deperditum per peccatum.

A malis igitur internis incipiendo, illud primum ponderandum venit, Dei nempè imaginis in homine deturpationem, ac eius ſimilitudinis totalem deperditionem, pro quare.

8. Quid imago, quid ſimilitudo Dei in homine.

Statuendum primum, duo illa, quæ in ſcriptura dicuntur, ſcilicet Deum; *Feciſſe hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*, non eſſe inter ſe idem, ſed valde diuerſa, nam imago ſecundum communem Patrum ſenſum, ad naturam, ſimilitudo ad gratiam refertur, cũ imago ſignificet factum hominem intelligentem, & liberum ad Dei inſtar, ſpiritualem animam habentem cum ſuis potentiis diſtinctis memoriam, intellectum, & voluntatem ad inſtar diuinæ Triadis; at ſimilitudo refertur ad ſapientiam, & iuſtitiam, bonitatem, ac ſanctitatem, quibus omnino homo ſimilis Deo efficitur. Vnde acutiſſime adnotat Baſil. hom. 10. in Exameron ſuper illud Geneſ. 1. n. 29. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Quando poſtea hoc Dei conſilium ad actum peruenit, non dixiſſe ſcripturam, & fecit Deus: *Hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*, ſed, *& creauit Deus hominem ad imaginem ſuam; ad imaginem Dei creauit illum*, dimittens, *ſimilitudinis* verbum, quod non abſque magno Dei factum conſilio, neque id non replicare ſcripturam aſſerendum quaſi redundans, ac ſuperfluum eſſet verbũ. cum vt deuotiſſimè ſanctus ait Pater, *Intoleranda prorſus, & grauis blaſphemia fuerit, vel verbum aſſerere in ſcripturis inueniri ocioſum.* Cur ergo non replicauit? rectiſſimè idem ſanctus. Qua & ſi imaginem à ſolo Deo homo accepiſſet nulla ſua induſtria, nullo ſuo labore, tamen non ſic ſimilitudinem, cum hanc, & cum ſua etiam Deus et vellet conferre cooperatione, creauit nos ſine nobis, ad ſuam imaginem; at non vult adſurgere nos ſine nobis, ad ſuam ſimilitudinem. *Quæ igitur tandem ratio eſt*, ait ſanctus, *quod particulam poſteriorem iſtius ſuppreſſit ſententia, faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ſimilitudinem? nimirum hæc: Quia illud quidem quod priore ſtatuitur loco in ipſa mox creatione obtinuimus, quod poſteriore, ipſi vt aſſequamur à noſtro pendet libera voluntatis arbitrio; nam quod ad imaginem Dei factiſumus, nobis ſuppetit prærogatiua ex ipſa ſtatim primigenia conditione; vt autem ſimilitudine inſignimur Dei, id demum relinquitur nobis acquirendum certa animi detractione:* Et infrà; *Per imaginem anima impreſſam mea obtinui rationis vſum, verum Chriſtianus efficius vtique ſimilis, efficitur Deo.* Et paulopoſt excellentiſſimè gratiam cum libero noſtri arbitrio coniũgens, ac operum ſimul neceſſitatem, & quare noſtrum etiam conatum Deus ſummus opifex ſimul exquiſierit, vt ad ſimilitudinem eius aſſurgeremus, ſic ait; *Ab ipſa mox creatione obtinui illud ad imaginem: deſtinato autem, ac liberiore animi propoſito ad id promebor ad ſimilitudinem; tua igitur aliqua ex parte eſt gratia, quare merito ingredieris coronatus, totum enim tuum ſi tibi protogaſſet opifex, qua tandem gratia tibi nihil commerito cæleſtis regni fores reſerata fuiſſent? Nunc verò quiddam reliquit perficiendum, vt id in te ipſo cum*

9. In Scripturis nullum verbũ ex oſum, & illud aſſerere eſſet blaſphemia.

10. De multitudine hominis accipiẽdo, non ſic imaginem.

Digitized by Google

ad perfectionem promoueris, pronuntiere nihil indignius, qui mercedem insumpta opera Deo repignorante recipias; pulchrè hoc postremum, *Deo repignorante*. Quale enim illud pignus, quod Deus à nobis repignorat dum vitam tribuit æternam? Opera sanè nostra per liberum

11. Opera nostra sùt Dei pignora.

facta arbitrium, quæ dum & simul à gratia proficiscuntur, immò amplius ab hac, quam à nobis, dona Dei ipsa nostra dicuntur merita, quæ in nobis vti pignora reponit Deus, donec per mortem ea repetens, in nobis vt ait Aug. ipsa sua coronet dona, differunt ergo inter se hæc duo imago Dei, similitudo Dei vt cũ Basilio etiam alij sentiũt Patres. Sic Iren. lib. 5. aduersus hæreses, c. 6. vt infrà: S. Cyprian. in serm. de bono patientiæ, non procul ab initio: S. Ambros. in lib. de dignitate conditionis humanæ: S. Hieronym. in Com. ad cap. 28. Ezechiel. Chrysost. hom. 9. in Genes. Augustin. contra Adiman. capite 5. & quam plurimi alij.

Irenæus. Cyprian. Ambros. Hieron. Chrysost. August.

Hinc factum, vt peccante Adamo primo nostro parente, & si imaginem non amisit, omninò similitudinem perdidit, quam ille etiam gratuitò in ipsa sua accepit creatione, quapropter verba ex Basilio superius allata, vt hoc interim dicam, non de Adamo accipienda, sed generaliter de eius posteris, cum ipse in ipsamet sua creatione supernaturaliter à Deo gratiam accepit gratum facientem, nulla eius dispositione præuia, nullo conatu, vnde verè creatus ad imaginem, & similitudinem Dei, & non ad imaginem tantùm. Attamen in priori vt sic dicam naturæ imagine, in posteriori in similitudine tanquam res ab illa distincta, non sic nos, nam eius culpa cum filij nascamur iræ; creamur ad imaginem, non autem ad similitudinem, ad quam postea meritis erigimur Christi in sacro-sancto Baptismate, vt idem affirmat Basil. at ad Adamum redeuntes, ex honore illo, quo Deo erat similis, totus in animal degenerauit: *Si defuerit anima spiritus, animalis est verè, qui est talis*, sanctissimus ait Irenæus vbi suprà, & *carnalis derelictus imperfectus erit, imaginem habens in plasmate, similitudinem verò non assumens per spiritum*: Egregiè, qui spiritu caret, qui gratia, qui charitate, qui iustitia, imago Dei est, quia ipsius plasma, at non eius similitudo, quia spiritu, & vita caret: talis Adam post peccatum, tales nos quia ex illo: ergo etsi nascimur vt Dei imagines, tamen, vt dissimiles, sic vt nec ab illo cogniti, & quasi non ab illo firmati nos non cognoscit: hinc in extremo die improbis dicturus; *Non noui vos*, Math. c. 7. n. 23. quomodo non agnoscit? quia vt alibi ex Bernard. diximus, *larnatam habent animam alia similitudine indutta*. Vnde egregie Basil. hom. in Psal. 48. explicans illud; *Homo cum in honore esset* affirmat, ideo Deum in illum insufflasse, gratiámque suam illi indidisse, vt per simile, simile cognosceret; *Insufflauit*, inquit, *in faciem*, hoc est *propriæ gratiæ partem aliquam homini immisit, vt per simile, simile cognoscat*. Hinc quia peccatores ei dissimiles non agnoscit, vnde etiam Bernard. pulchrè serm. 1. de Annuntiatione illud Psal. *In imagine pertransit homo*, de naturali hominis Dei imagine intelligens, distinguẽs eam à similitudine, illam pertransire affirmat tantùm, dum per mortem ad inferna descendit, similitudine destructa, & annihilata: *Ad imaginem*, inquit, *& similitudinem Dei factus est homo, in imagine, arbitrij libertatem, virtutes habens in similitudine; & similitudo quidem periit, verumtamen in imagine pertransit homo: imago siquidem in gehennæ vri poterit, non exuri, ardere, sed non deleri: similitudo non sic, sed aut manet in homo, aut si peccauerit anima mutatur miserabiliter iumentis insipientibus assimilata.* Imago ergo remanet quando homo peccat ad ignem destinata æternum, similitudo periit, quia iustitiam, & gratiam amisit: sic Adã dum peccauit imaginem retinuit, sed ad ignẽ, similitudinem tamen amisit, hinc bestijs comparatus, quapropter quia ex se impotens ad priorem amplius assurgendum similitudinem, talis imago non est amplius ad gloriam, non ad honorem, non ad dignitatem, sed ad ignominiam, confusionem, & tormentum futura erat, sicut & nobis ab eo prognatis: *Quid autem miserius homine*, ait Hieronym. in epitaphio Nepotiani, *qui mortis æternæ terrore, viuendi sensum ad hoc tantum acceperat vt peteret*: Sic Adam ad mortem viuebat, non ad vitam, sic & nos: qualis ergo gratia, quale fuit illud bonum à Christo Adamo, & per Christum nobis etiam collatum, vt iterum ad similitudinem assurgere possemus Dei, iterum ad filiorum statum?

12. Adam Dei similitudinem, & si non imaginem amisit per peccatum.

13 Peccator Dei similitudinem amittit.

14 Peccatores in die iudicij Deus nõ cognoscit, & cur.

15 In inferno imago cõtũ ardebit, quia permanet omnino similitudine destructa.

Hieron.

At hoc amplius clarescet, si considerabimus, id nobis à Christo datum, quod impossibile vt alter nobis similis homo conferret: Vnde illud nobis præstitit, quod nullus ex nostris, Psal. 48. n. 8. *Frater non redimet, redimet homo, & non dabit Deo placationem suã, & pretium redemptionis animæ suæ, & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem*: Regius inquit Psaltes, vbi per fratrem, Christum omnes intelligunt Patres; *Nomine fratris hic Christus intelligitur*, ait incognitus, *qui nostrum se fratrem appellat*. Hic ergo Christus si nos non redimit, nemo hominum redimet Deum placans, pretium redemptionis exoluẽs; quinimmo quantũlibet miser diuitiarum affluentia sit præditus, in æternum semper laborabit, desiderans mori, & mortem non inueniens, viuens in æternũ miserabiliter, quo quid peius? *Nonne magnus labor*, ait idem author vbi sup. sic hunc locum vt nos intelligens, *perpetuum sustinere cruciatum, inuitè pati, mori velle, & non posse mori? desiderabunt enim mori, & mors fugiet ab eis, id.* b *subdit & viuet adhuc in finem.* Ergo si Christus non esset, si ipse nos non redemisset, omnes nostri conatus, omnes labores, omnes impensæ nostræ irritæ, & sic irritæ, vt in æternũ laborando quod viuos, quod æternos nos pigeret, mortem in delicijs existimantes, optantes, attamen non inuenientes; hoc autem quod nobis impossibile, effecit Christus præstans id, quod nullus ex nostris præstare poterat: *Quando incarnatus, & homo factus*, ait Irenæus lib. 3. aduersus hæreses c. 20. *longam hominum expositionem* (id est, sententiam, maledictionem, pœnalitatem) *in clypeo recapitulauit, in compendio nobis salutem præstans, vt quod perdideramus in Adam*, id est, *secundum imaginem, & similitudinẽ Dei esse, hoc in Christo Iesu, recipe-*

16. Solus Christus potuit nos redimere alter nemo.

Incognit.

Pſ.48.n.8

Irenæus.

reciperemus; quia enim non erat possibile, cum hominem, qui semel victui fuerat, & elisui per inobedientiam replasmare, & obtinere brauium victoriæ, iterum autem impossibile erat, vt salutem perciperet, qui sub peccato ceciderat, vtraque operatus est filius Verbum existens, à Patre descendens. Egregiè. Impossibile erat, vt prostratus homo contra diabolum se amplius erigere posset, ac victoriam, indèque simul salutem obtinere, duo hæc sic in se Christus Dominus recapitulando coniunxit, vt homo factus, & victoriam de inimico vti homo repeteret, & simul salutem nobis acquireret æternam. Non pro se, sed pro nobis decertans, qui Patres eius secundùm carnem, vt egregiè idem sanctus in fine capitis: *Hortatus est enim*, ait, *& vicit, erat enim homo pro patribus, certans, & per obedientiam, inobedientiam persoluens, alligauit enim fortem, & solvit infirmos, & salutem donauit plasmati suo, destruens peccatum.* Sic destruens, vt iterum nos in Angelos restitueret terrestres, sicut ante peccatum primus erat noster parens, vt sicut Angelus infernalis, sua qua pollebat malitia, ad suam nos induxit similitudinem, sic ipse Angelus noui Testamẽti, sua qua pollebat bonitate, ad suam nos reformaret imaginem. *Videns*, ait Chrysost. hom. 16. in Genes. de malitia loquens ac diaboli inuidia, *super terram Angelum terrestrem, & inuidia tabescens dæmon malorum author, magna vsus est machinatione, vt & hominẽ gratia Dei priuare, & ingratum factum tantis bonis per diuinam bonitatem ipsi concessis nudare posset.* Vicit, hominem ex Angelo terrestri in infernalem commutauit, priori deperdita Dei similitudine ad instar ipsius, qui dum Lucifer signaculum erat Dei, factus diabolus signaculum sui ipsius exitit malitiæ, sic suo actu, ex terrestri Angelo, ex Dei signaculo, ex Dei similitudine, in infernalem, in signaculum dæmonis, in diaboli similitudinem miserum deturbauit hominem; Qualis hæc miseria? Qualis hic dedecorum abyssus! Ex his enim nos eripuit Christus certans pro patribus, vt inquit Irenæus, & vincẽs: *Dum quod ceciderat in Adamo primo, erigitur in secundo*, vt sanctus ait Leo, serm. 1. de ieiunio decimi mensis.

17. Fecit non Angelos ad eius similitudinem.

Chrysost.

S. Leo.

Similitudo ergo Dei per peccatum in homine omnino destructa, imago deturpata, hinc & si intellectu nascimur præditi; tamen tali rerum etiam necessariarum ignorantia, qualis nec in bestiis quidem cernitur. Quod grauissimè sentit Aug. lib. 1. de peccat. meritis & remiss. c. 38. *Multorum*, inquit, *pecorum pulli etiam minutissimi matres agnoscunt, nec fugendis vberibus cura, & ope admouentur aliena, sed ea ipsi in maternis corporibus loco abdito posita mirabili facilitate nouerunt: contra, homini nato, nisi opere nutricis admotis labijs papillæ veteris ingerantur, nec vbi sint sentiunt, & iuxta iacentibus mammis magis possunt esurientes flere, quam sugere.* Præterea alias, nempe multorũ fatuitatem, addiscendi difficultatem, intelligendi tarditatem, propriæ mentis, & actus ignorantiam, mobilitatem animæ ad leuia, & inania etiamsi inuiti, quod plorabat Hieron. in Dialog. aduersus Luciferanos: *Nunc*, inquit, *crebrimè in oratione mea, aut per porticus*

18. Hominis miseria supra pecudum.

Augusti.

19. Mentis distractio per peccatum quanta.

Hieron.

perambulo, aut de fœnore computo, aut obductus turpi cogitatione etiam quæ dicta erubescenda sunt gero. Nec minus hoc diuus lamentabatur Aug. lib. 10. Confess. cap. 35. *Cum*, inquit, *in huiusce modi rebus conceptaculum sit cor nostrum, & portet copiosa vanitatis caterua, hinc & orationes nostræ sæpe interrumpuntur, atque turbantur, & ante conspectum tuum, dum ad aures tuas voce cordis intendimus, nescio vnde irruentibus nugatorijs cogitationibus, res tanta præciditur.* Hinc rectè Apostolus ad Rom. cap. 8. *Vanitati*, ait, *creatura subiecta est non volens.* Defero hæc, solùm illud expendo malum, sic per peccatum nostri offuscatus intellectus, vt penitus ad eam suo deuenerit malo cæcitatem, quod neque vltimum amplius scire finem, nec media ad ipsum acquirendum; multiplicitas Philosophorum opinionum, multorũmque de hac re sententiæ testatam hanc faciunt veritatem, Marcus Varro, vt refert Aug. lib. 19. de Ciuit. cap. 1. sectas, seu de vltimo fine opiniones ad 298. enumerat, quid confusius: Cicero quinque integros libros de finibus bonorum, & malorum posteritati reliquit, & tamen vt egregiè Prosper. Aquitanicus lib. contra collat. nihil egerunt, immo tenebris tenebras adiecerunt. *Neque enim ignotum est*, ait, *quantum Græcæ scholæ, quantum Romana eloquentia, & totius mundi inquisitio circa summum bonum acerrimis studijs, excellentissimis ingeniis laborando nihil egerunt.* Quod totum ex illius procedebat ignorantia, cum teste. Arist. 2. Ethicor: *Multis modis peccare licere, vno modo bene agere, ita etiam error multiplex, veritas vna & simplex.* Hinc hac ignorata, multiplicitas inuecta errorũ: quin post tam longas disputationes, post tanta discussa, vt illud inuenirent, noua tandem Academia surrexit post Platonem, qui Princeps antiquæ ab Arcesila, & Carneade instituta, vt refert Cicero 1. de legibus, cuius institutum hoc tantum, omnia discutere, inquirere, dubitare, ad lancem, & pondus adducere, hinc inde in contrarium disputare, tandem in omnibus, *nihil esse certum* affirmare, non secus ac (vt interim hoc dicam) nostri temporis aliqui Theologi, qui dum omnia inquirunt, perquirunt, pensitant, dimouent, diuellunt, arguunt antiqua, noua adducentes eò rem deducunt, vt iam vix nobis quæ fidei, remanent certa; sed omnia dubia, incerta, instabilia, non secus ac nouis illis Academicis, vt idem affirmat Cicero, lib. 3. de oratore: *Arcesilas primum qui Platonem audierat*, ait, *ex variis Platonis libris, sermonibusque Socraticis hoc maximè arripuit nihil esse certi, quod aut sensibus, aut animo percipi possit*, & lib. 2. de finibus, *Academici nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi, id sequi volunt, quodcumque verisimile videtur*, & lib. 2. Academic. quæst. *Cum iam*, ait, *grauissimè Philosophorum disciplinæ constitissent, tum exortus est vt in optima Republica Tiberius Gracchus, qui otium perturbaret; sic Arcesilas, qui constitutam Philosophiam euerteret, & in eorum authoritate delitesceret, qui negassent quidquam sciri, aut percipi posse.* Quin sic varius, sic caligine miser remansit ob-

20. Cæcitas intellectus per peccatum nata.

Aug. ad Rom. cap. 8.

21. Opiniones Philosophorum de Deo quàm multæ.

Augusti. Prosperi Aquitan.

22. Ex tenebris ad tenebras lenocinantes tenebriones Academici.

Arist.

23. Error multiplex, veritas vna.

Cicero

24. Academia instituta Philosophorum nihil esse certum nec certo sciri

Idem Cicero.

latus noſter poſt peccatum intellectus, vt veritatem, & ipſis denegaret ſenſibus, ſic vt viſus falleret, & auditus, & tactus, guſtus de ſapore malè iudicaret, ſicut & odoratus de odore, vnde merito Tertul. hos referens errores, lib. de anima, c. 17. ſic exclamat: *Quid agis Academice procaciſſime, totum vitæ ſtatũ euertis, omnem naturæ ordinem turbas, ipſius Dei prouidentiam excæcas, qui cunctis operibus ſuis intelligendis, incolendis, diſpenſandis, fruendiſque fallaces, & mendaces, dominos præfecerit ſenſus.* Si ergo, & circa claras, & ſenſibiles vt ſic dicam concluſiones errauit intellectus, quomodo dubias intelligere potuit? quomodo obſcuras? quomodo implicatas? hinc lumine priuatus ſuperiori in miſeras, & horrendas incidit inſcientiæ tenebras, & qualis ſuus finis, qualia ad illum media prorſus ignorans.

Tertull.

25. Ex Chriſti gratia, & dono fidei plus puer ſapit, quam ſapientes antiqui.

At quid nunc per Chriſti gratiam? puer infans, vix natus, adhuc vbera ſugens plus ſcit, plus intelligit, plus ſapit fidei dono, ac Chriſti gratia, quam omnes illi antiqui, magni, qui ſapientiæ dij æſtimabantur. *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.* Regius, ait vates Pſal. 118. num. 130. paruulis, inquit, hoc eſt lactentibus, infantibus, & qui adhuc eloqui neſciunt: *Tuo lumine colluſtratus*, ait Chryſoſtomus hom. in hunc Pſalmum, tom. 1. *hanc cognitionem accepi, atque etiam omnes, qui inſcitia laborant, infantibúſque ſimiles ſunt, lex tua prudentia, ingeniíque ſagacitate complet.* Et hoc, quod admirandum tanta cerritudine, vt omnino omnem excludant dubitationem, plus fidei credentes, quam ipſiſmet ſenſibus, illam Academicarum nouarum omnino confundentes incertitudinem: *Quod autem attinet ad illam differentiam*, ait Auguſt. lib. 19. de Ciuit. cap. 18. *quam de Academicis nouis Varro adhibuit, quibus incerta ſunt omnia, omnino Ciuitas Dei talem dubitationem tanquam dementiam deteſtatur, habens de rebus quas mente, & ratione comprehendit certiſſimam ſcientiam, credit ſenſibus rei, credit Scripturis ſanctis, & nouis, & veteribus vnde fides ipſa concepta eſt, ex qua iuſtus viuit, per quam ſine dubitatione ambulamus.* En quale, quámque magnum bonum, tám equidem grande, vt ex illo quaſi præ admiratione extra ſe raptus ſiue, vt ſic dicam, ſuprà ſe eleuatus Chriſtus, gratias egiſſet patri, plus in hoc ſuam admirans prouidentiam, altitudinem, majeſtatem, quàm in ipſa mundi creatione, in ipſa orbis affirmatione. Vnde altè exclamans dixit, Math. cap. 11. num. 27. *Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, ita Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te.* Author imperf. & Theophilact. per paruulos Gentiles intelligunt, per ſapientes Iudæos. Chryſoſt. Hieronym. Euchimius, Beda per ſapientes ſcribas, per paruulos Apoſtolos. Maldonatus omnes illos, qui in Chriſto per Apoſtolorum prædicationem crediderant, vt cumque omnes intelliguntur credentes, in quibus & paruuli, & lactentes, quibus regnum Dei, quibus Deus ipſe, quibus vltimus omnium finis, illis ſapientibus abſconditus, & pro quo ſic laborarunt oſtenſus. Quod ſic admiratur Chriſtus vt laudet, vt gratias agat, ſicut ſonant verba illa, *Confiteor tibi*, Hebraiſmus eſt vt adnotat Hier. & Chryſ. hom. 39. Et tantum valet, quantum *gratias ago, laudo te*, & non ſolùm ſemel ipſum laudare fuit ſatis, ſed iterũ laudem inculcans Patri congratulatur dicens; *Ita Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te*, quaſi diceret inquit Hieron. *Macte Pater, perge ita facere, quemadmodum cœpiſti*: Paruulis ſcilicet, imbellibus, lactentibus, humilibus ea reuelare, quæ ſapientibus, ſuperbis, tumoréque inflatis abſcondiſti. Quapropter vt bene diuus adnotat Greg. lib. 27. moral. c. 7. idcò paruulos nominauit Chriſtus non ſtultos, vt per ſapientes non ingenio felices, ſed tumentes ſuperbia intelligerentur, in quorum humilitate, derectione, depreſſione tota Dei, vt ſic dicam, impenditur majeſtas, vt ex hinc ratio Chriſti exultationis pateat. exultauit enim gratiáſque Patri egit, ex illo quo amplius Dei diuinitas patet, Dei Patris glorificatur majeſtas humiles ſcilicet erigere, debellare ſuperbos: *Paruulis dixit*, ait Greg. *non ſtultis, tumorem ſe damnaſſe innuit, non acumen*: Vnde Iob. cap. 36. n. 32. *In manibus abſcondit lumen, & præcipit ei vt rurſus veniat.* At quibus? *Annunciat de ea amico ſuo:* Hoc eſt vt diuus Greg. Hug. & Liran. interpretantur, magnatibus, ſuperbis, & faſtuoſis abſcondit, at humilibus, paruulis, imbellibus reuelat; quantum autem hoc ſit bonum, quàm grande hoc per Chriſtum beneficium, quale hoc donum, percipi vix poteſt, explicari autem minimè.

Auguſt.

Chryſoſt.

Hieron.

Euchim.

Beda.

Maldon.

26. Chriſtus ſapientiam admiratus paruulorũ plus quam mundi opificium.

Math. c. 11. n. 27.

Author. imperf.

Theoph.

Chryſoſt.

S. Greg.

Iob. c. 36. n. 32.

S. Greg. Hugo. Liranus.

Intellectus ergo per peccatum deperditus, per Chriſtum reſtitutus, non minus quidem, & ipſa deperdita voluntas, & totus homo, totáque Dei in homine penitus conſumpta ſimilitudo perſpiciatur. Voluntatis vulnera per peccatum propemodum infinita, difficultas in vitiis ſuperandis, & virtutibus excolendis quanta ſit nemo ignorat, negligentia ad vltimum finem conſequendum prope incredibilis, inconſtantia ad bonum quis enarret, faſtidium vnius rei, & ſi bonæ, quis dicet, damna στερήσεως id eſt, ſui amoris quis enumeret. Infinita Auguſt. enarrat, lib. 22. de Ciuit. cap. 22. *Mordaces curæ, perturbationes, mœrores, formidines, inſanæ gandia, diſcordia, lites, bella, inſidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, fallaciæ, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, ſuperbia, ambitio, invidentia, homicidia, parricida, credulitas, ſæuitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, impudicitia, fornicationes, adulteria, inceſta, & contra naturam vtriúſque ſexus, vt ſtupra, atque immunditiæ, quas turpe eſt etiam dicere, ſacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ, periuria, oppreſſiones innocentium, calumniæ, circumventiones, prænaricationes, falſa teſtimonia, iniqua iudicia, violentia, latrocinia, & quidquid talium malorum in mentem non venit, & tamen de vita hominum non recedit.* En quanta, & horrenda; at quodlibet ponderare, illud eſt, quod ſuprà cætera ſe extollit mala: humanæ ſcilicet voluntatis peruerſitas ante Chriſtum natum, ſic prona ad Deos falſos colendos, ſic tarda ad verum Deum,

27. De filia immenſas patri gratias egit, & cur.

Auguſt.

28. Voluntas per peccatũ vt deperdita eiuſque vulnera.

29. Illud tormẽtũ præmũ præmittas ad Idololatriã.

Digitized by Google

vt prorsus vsque ad stuporem sit, adeo vt ipsos ad admirationem Deus prouocet cælos, ipsosque eos regentes principes. Hierem. cap. 2.

Hierem. c. 2. n. 13. n. 13. *Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer dicit Dominus.* Emphatica locutio, prosopopœia non quælibet, sed

Hieron. grandis, quasi dicat inquit Hieronym. cum aliis: *More desolatorum, mœstitiam indicate, ciete pluuias quasi lachrymas, fulgura, & tempestatem excitate quasi indices doloris, & vindices iniuriæ creatoris.* Immo si vis illius verbi *desolamini* expenditur, amplius quid significat: Est enim *Metalepsis*, siue, *transumptio*, in Hæbreo

Cornel. pro *desolamini*, est *Charabu*, id est, *exarescite*, Vnde aliqui volunt vt desolatio hîc non sit opposita mœrori, & tristitiæ, sed copiæ, & multitudini, ac proinde idem sit ac solum relinqui, & ad solitudinem redigi, destrui, ac vastari, vnde ex desolatione inferatur quod tristari debeant, ex tristitia lachrymari, hinc sensus. Vos, ô cæli, cælorúmque portæ, id est, cardines, aut extima superficies, obstupescite, & inhorrescite, sic vt & præ stupore quasi attoniti contremiscere, & à cardinibus conuelli ac exturbari videamini: lugete, & plorate ciendo pluuias, fulgura, & tonitrua, vt præ luctu, & do-

Sanch. lore desolari, id est, tabescere, exarescere, & euanescere videamini. Alij verbum *desolari*, volunt vt idem sit ac solo æquari, & per cæli portas ortum intelligi, & occasum, vel Solem, Lunam, vnde sensus, *desolamini*, id est, splendorem, & speciem vestram subtrahite, vt non

Theodor. Hug. S. Thom. Liranus. appareatis, & periisse omnino videamini. Immo Theodoretus, Hug. S. Thom. Liran. per cælos Angelos intelligunt; per eius portas Angelorum principes, quapropter animata, & inanimata. Angelos, Angelorum principes, ipsos cælos, astra, Lunam, Solem aduocat Deus ad plorandum, flendum, mestitiámque declarandam, non quamlibet, sed talem vt exarescere, & quasi ad nihilum præ tristitia redigi videantur. O magnum malum illud quod tales meretur ploratores, talem tristitiam, talem mœrorem! quale erit? Illud scilicet quod dicebamus, procliuitatem illius populi ad Deum deserendum, & Idola adoranda; de quo sic conqueritur Deus vt ad alios eos remittat populos, qui alios adorabant Deos, vt & si falsi, & si fallaces videant, inspiciant, ac attendant, si vnquam illorum aliquis Deos mutauerit suos, aut quos semel adorare inceperit, amplius reliquerit. *Transite ad insulas, Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factum est hutusce modi, si mutauit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt dij, populus verò meus mutauit gloriam suam in Idolum. Obstupescite cæli*, &c. Hic ergo erit stupor, hæc iusta cælorum, Angelorum, totiúsque elementaris machinæ admiratio, populum illum, à Deo electum, custoditum, protectum, pro quo tanta, ac talia ab eo patrata, qui viderat, attrectarat, palparat miracula, prodigia, portenta in eius facta obsequiũ, tanta postea facilitate, tanta promptitudine ad alios se conferre Deos, ad alia falsa numina, Deo vero, veróque derelicto numine, quid mirabilius? Seu quid stupore dignius? Immo quod amplius admirandum, sic ad Deorum

30. Peccator durissima

A cultum pronos illos, vt & si *difficillima* ob eorum obsequium promptissimè exhiberetent, quando & facillima pro vero eos pigeret Deo. Quod profectò obseruandum in erectione illa Idoli, quando ab eis Aaron, *inaures aureas* petiit Exod. cap. 32. & vt Caietanus obseruat, non quod libet petiit aurum, sed vxorum, filiorum, filiarúmque: *Vt dissensio domestica in domo qualibet oriretur*, ait Caietanus, *reluctantibus mulieribus, ac pueris*, immo vt Lyppomanus obseruat in Catena: *Ly, tollite*, non solum sonat auferte, sed *confringite, dimidite, separate, dissoluite, dilacerate, excutite.* Sic vt nulla amplius recipiendi remaneret spes; & tamen, & si mulieres, & si pueri, promptè dederunt, libentissimè obtulerunt; ex quo facto,

B illorum (vt interim hoc dicam) reprehenditur negligentia, seu tepiditas, qui si aliquid tale pro vita præcipitur æterna, intolerabile prorsus duiidicant. *Non absurdè*, ait Aug. in quæstionibus super Exod. *intelligetur difficilia præcipere voluisse* (Aaron scilicet) *vt hoc modo eos ab illa intentione reuocaret; factum tamen illud ipsum difficile, vt esset aurum ad faciendum Idolum, propter eos notandum putauit, qui contristantur si quid tale propter vitam æternam diminuti fieri, vel æquo animo tolerari iubeatur.* Promptissimè ergo obtulerunt, & perlibentissimè vero Deo derelicto ad falsos se contulerunt, & hoc magna facilitate summa promptitudine ac lætitia, quod & sæpe huic populo

C accidisse in scripturis manifestum est, ita vt de illis bene dixerit, Chrysostom. hom. 1. aduersus Iudæos, talis extitisse illos peruicacitatis, vt apposite semper nollent, quod velle cognoscerent Deum, & è contra vellent, quod Deus nollet: *Iudæi*, ait, *semper fecerunt quæ Dei placitis aduersata sunt, etenim cum illos volebat ieiunare, tunc ingrassabantur, dilatabantúrque, rursus vbi non volebat eos ieiunare mordicus tenebant ieiunium, cùm vellet eos victimas sibi offerre, ad simulachra properabant, cum non volebat illos festum diem celebrare, studio festum diem agebant, id an verum sit, ex lectione, quam in manibus habemus perspicuè cognoscere licet, qua in hunc modum loquitur: locutus est Dominus ad Moysen.*

pro dæmone libenter suffert, dum Ieua pro Deo recusat.

Caiet.

Caiet. Lyppom.

August.

Chrysost.

31. Iudæorum peruicacitas quanta.

At post Christum natum, post Saluatoris aduentum, post ipsius legem promulgatam. Deus bone, quàm oppositè euenit; sic enim in Christianorum cordibus lex Christi inhæret, sic pro eius depereunt amore, vt potius vitam millies, quam eam deserere libeat, immo quod amplius admirandum, hoc non equidem solùm in iustis, sanctisque hominibus, sed in peccatoribus, omnique prorsus sorde repletis: *Nonnulli*, aut Gregor. lib. 25. Moral. cap. 10. *fidem medullitus tenent, sed vitare fideliter nullatenus curant.* Enimuero videas quosdam scelerum sordibus non solùm infectos, sed submersos omnino & obrutos, bibere vt aquam, iniquitatem, & tamen sic cõstantes, sic firmos in fidei articulis, in Christi fide, vt potiùs millies vitam sibi eripi permittant, quã vel latũ vnguẽ ab illa discedere, bella gerunt pro fide, caloribus, frigus, æstũ, gelu, soles, pluuias, tẽporũ asperitates omnia dãna perlibentissimè ferãt, & si peccatis onusti, ob fidẽ;

32. Post Christum quam firma voluntas in fide etiam in peccatoribus.

vnde eis talis charitas, vnde talis feruor immeritis nisi ex Christi gratia, ex Christi sanguine? *Ose. 2. n. 16.* *Et erit in die illa*; per Oseam ait Dominus, c. 2. n. 16. de Christi gratia in suam prophetizans Ecclesiam: *Vocabit me vir meus, & non vocabit me vltra, Baali; & auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltra nominis eorum.* Mira dignatio, excellens donum, in fide stabilitas, perseuerantia in credendo. & si fide indigni simus, permittere peccata, sed non fidei consummationé: *Ascendite muros, & dissipate, consummationem autem nolite facere*, ait *Hierem. c. 5. n. 10.* Dominus per Hierem. c. 5. n. 10. Qui sunt animæ fidelis muri, nisi virtutes, nisi bona opera, nisi actiones sanctæ? Hos ascendere, & dissipare iusto suo Deus permittat iudicio, patitur enim vt Christiani virtutes deserant, in peccata labantur, vt super eos ascendat, dominetúrque inimicus; attamen cõsummationem ne faciat, hoc est non tollat fidem, stabile semper remaneat fundamentum, & hoc Christi gratia, cum aliter ex se peccata requirerent. *Audiat hoc Ecclesia*, ait Hieronym. *quòd cito muri, & propugnacula eorum dissipentur, qui non habent spem in Domino, & preuaricantur in eum, sed tamen non fiat consummatio propter clementiam iudicis, & non propter merita delinquentium.* Egregiè, si enim Deus nostra attenderet demerita, si Catholicorum peccata, si vitam, si conuersationem, si scelera, iam pridem à nobis auferre debuisset fidem, cõsummationémque facere; at non facit, at stabilis, firma & inconcussa semper remanet. Vnde hoc? Nisi ex clementia iudicis, ex Christi gratia, ex eius benignitate, quam nisi attenderet, iam diu fidem à nobis abstulisset, vt grauiter Chrysost. hom. 60. ad populum Anthio. vbi sic. *Si Christus nos attenderet, & non infinitam suam bonitatem, iam à nobis abstulisset diuina Sacramenta; dignos nos hac pœna efficimus, & indignos ipsis Sacramentis, dũ ea suscipientes minus digne, & illa, & Christum traducimus, & quantum in nobis est, fama, & honore priuamus.* Qualis ergo est hæc bonitas, qualis hæc gratia? Vt talibus, & sic indignis Deus non auferat fidem, non tollat perfectionis fundamentum, ob hoc quidem solum fons Christus omnium bonorum nostrorum, ob hoc illi immensæ referendæ gratiæ, dum sic nostræ miserus imbecillitatis, vt eum videret propriam nostrorum pœnam peccatorum fidei esse amissionem ad instar antiqui illius populi, sua qua in nos pollebat charitate nostræ infirmitatis commiseratione motus, sic patri satisfecit, vt & si immeritis, & si tali dignis supplicio, tamen nostri misereretur, fidem nobis custodiens, ob quam non disperdimur, & in nihilum omnino redigimur.

33. Illud ex Christi gratia reclamantibus peccatis. *Hieron.*

34. Fides dum est constãs innumera alia efficit vt Deus dissimulet peccata.

Enumero si vitam, si mores, si conuersationem, si peccata tandem Catholicorum hominũ considerares, cur Deus sic illos sustineat, sic defendat: cur non vltimo afficiat supplicio iustè, miraberis, at si attendes, causam solam reperies fidem, quia firmi in illa, quia fideles, quia rectè credunt ideo parcit illis Deus, dissimulat, quasi non videns ea; neque attendens. *Hierem. vbi sup. n. 1.* *Circuite vias Hierusalem*, ait Dominis per Hierem. vbi sup. n. 1. *& aspicite, & considerate; an inueniatis virũ facientẽ iudicium, & quærentẽ fidẽ, & propitius ero eis.* Nullũ inuenit, qui faceret iudiciũ, qui fidẽ quæreret, hoc est, fidelitatem, qui vera diceret, qui verũ amaret; immo sic peruersi, & mali, vt & si iuramẽto se colere Deum affirmassent in ipsomet peierarent; *Quod si etiam viuit Dominus dixerint, & hoc falsò iurabunt.* Cur ergo illico, ac statim tales Deus nõ diiudicabat, pessundabat? *Domine oculi mei*, sequitur Propheta, *respiciunt fidem*, vbi S. Hieron. Rabanus, Hugo, & Dionys. per fidem intelligũt diuinã, qua Deo credimus, en ratio cur Deus Catholicos nõ destruit Christianos, fidem respicit, fidem attẽdit: *Domine oculi mei respiciunt fidem, quæ Hebraicè dicitur* (emuna) hoc est, *stabilitatem, firmitatem scilicet in credẽdo*, inquit Hier. *non opera Iudæorum, in quibus inexta legis ceremonias exultabãt, sed fidem Christianorum, per quam gratiã salui facti sumus.* Ob id ergo nos non destruit, ob id misericorditer nobiscum, & si indignis, se habet, quod totum ex gratia Christi, ex illo fonte, vnde nostræ commiseratus imbecillitatis à patre talem pro nobis obtinuit gratiam: ne scilicet fidem amitteremus, & si taliter peccatores essemus, illud prope-modum in hoc efficiens, quod alio dixit proposito Athanas. ob id scilicet Christus incarnatus, ne iustas humanũ genus solueret peccati pœnas, dũ impotens quod morti resisteret inueniebatur; *Cum videret malitiam intolerabilem*, ait lib. de humanitate Verbi ante medium, *neque mortale genus idoneum esset quod morti resisteret, neque pœnam suorum malorum persolueret, nam excessus malitiæ trãscendebat omne supplicium, videnſque simul patris bonitatem, & quàm ipse idoneus esset & potẽs, cõmotus fuit sua humanitate, & misertus est nostræ imbecillitati.* Sic quidem iusta nostrorum peccatorum esset pœna, fidei amissio, nullũ aliud peccatis condignum supplicium, vt sancti omnes exclamant, dum vim ipsa patitur, in vasis recondita immundis, & tamen nõ ea nos Deus pœna castigat, vnde hoc? nisi ex Christi humanitate, qui nostræ condolens imbecillitati, hãc nobis à patre impetrauit gratiam, hoc obtinuit donum, vt fidem non amitteremus, & dignos fidei fructus redderemus.

Hieron. Rabanus. Hugo. Dionys.

Athanas.

35. Christus præcipuo hoc nobis obtinuit ne et si peccatores fidem amitteremus.

Ne ergo tantis ingrati simus beneficiis, ne peiores ipsis simus bestiis, & non quibuslibet, sed stolidioribus, eũ Deo ingratus homo non quodlibet est animal, sed animal inter ea stolidissimum & ingratissimum. *Cognouit bos possessorem suum, & Asinus præsepe domini sui*, exclamat Isaias, cap. 2. n. 3. *non comparauit eos canibus*, ait Hier. *quod sagacissimum genus animantium est, & pro paruo cibo dominorum tecta defendit, sed stolidioris sensus boni, & asino.* Sic quippe ingratus, immo nec istis nunc dignus comparatione inuenitur, nam si ante Christum natum homines ingrati Boui, & Asino stolidis comparabantur animalibus, post Deum incarnatum, passum, mortuum, post tanta ac propemodum infinita beneficia cui comparabuntur? immo quomodo fidelis quis, quomodo Christianus gratias largitori non rependens, mutus in eius laudibus existens, non homines hos Christianos; sed *canes mutos* appellat Isaias cap. 56. num. 10. *nescientes latrare*, quem locum expendens Ambros. lib. 6. Exam. cap. 4. ait, *disce ergo*

36. Ingratus bestiis peior.

Isaias cap. 5. n. 3. Hieron.

37. Non Christianus, qui Deo post Christum verum gratias non agit.

Isaias c. 56. n. 10. *Ambros.*

in ore tuo verbum tenere, ne quasi mutus canis commissam tibi fidei custodiam quodam prævaricationis silentio deseruisse videaris: Egregiè, Catholicus mutus, & qui debitas Deo non repēdit gratias, qui Christū ob accepta non laudat beneficia, fidem deseruisse videtur, cū impossibile simul appareat credere, & gratias non referre. Hinc quia ad connubium properabat Tobias, prudenter Angelus canem ei adiunxit comitem, gratitudinis symbolum, ex muti associatione animalis eum edocens, properātem ad connubium, & ad Asmodei effugationem, grati debere semper esse animi, gratiásq; semper in ore referre: *Canis viator non otiosè sibi, & Tobiæ adiungendum putauit Raphael*, ait Ambros. vt suprà, *quando perrexit, vt Asmodeum fugaret, firmaret copulam coniugalem, memoriæ enim affectus, gratia pellitur dæmon, stabilitur coniugium*. Egregiè, quod anima per fidem Christo coniungatur, nemo est qui dubitet, illo clamante per Oseam, c. 2. n. 20. *Et sponsabo te mihi in fide*; per hanc enim religatur dæmon, dum castè in sacro baptismate anima Christo conúgitur. At grato firmatur hoc cōiugiū animo, stabilitur gratitudine: grati ergo simus si fides in nobis, semper laudemus si credimus, & ad relationem gratiæ noster erigatur affectus, dum vt noster ait sapiens; *Per sapientiam sanati sumus*, hoc per Christi gratiam, qui omnium nostrorum fons est & origo, &c.

38. Canis Tobiæ cur adiunctus.

Osee, c. 2. n. 20.

PARAPHRASIS.

Num. 1. *Deus Patrum meorum, & Dominus misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo.*

Deus Patrum meorum, Abraham scilicet Isaac, & Iacob, & Dominus misericordiæ, qui omnia solo nutu, & imperio tuo fecisti.

Num. 2. *Et sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ à te facta est.*

Et sapientia tua constituisti hominem, atque illum imbuisti, vt dominaretur creaturæ ipso inferiori, quæ à te facta est.

Num. 3. *Vt disponat orbem terrarum in æquitate, & iustitia, & in directione cordis iudicet.*

Vt disponat, id est regat orbem terrarum in æquitate & iustitia, sine seueritate, & misericordia, sine remissione, & in directione cordis, hoc est in recta, sanaque intentione iudicium proferat.

Num. 4. *Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis.*

Da mihi, hoc est, dona, dum emere eam non possum, nec violenter auferre sedium tuarum, hoc est, sanctorum Angelorum tuorum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis; donum scilicet denegare, quod pueris concessisti tuis, patribus scilicet meis.

Num. 5. *Quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij, & legum.*

Quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, non Neophytus, seu aduentitius, sed à patribus seruis tuis prognatus, licet homo infirmus, quoad animam, & corpus exigui temporis, & insufficiens ad intelligendum, ac proinde ad regendum impar, nisi sapientiam dederis.

Num. 6. *Et si quis erit consummatus inter filios hominum, si abfuerit ab illo sapientia tua in nihilū computabitur.*

Sic impar, vt licet aliquis in scientiis sit consūmatus, hoc est perfectus humanis: tamen ad regendum si ab illo abfuerit sapientia tua in nihilum computabitur.

Num. 7. *Tu elegisti me regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum tuarum.*

Tu quippe elegisti me regem vt populum, non quemlibet, sed tuum iudicarem, & essem iudex subditorum, qui filij & filiæ tuæ sunt.

Num. 8. *Et dixisti me ædificare Templum in monte sancto tuo & in ciuitate habitationis tuæ altare ad similitudinem tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio.*

Et insuper iussisti me ædificare templum in Hierusalem in monte sancto tuo, & in illo altare ad similitudinem illius à Moyse facti. Quod tu ab initio, hoc est à principio antiquitus in deserto præparasti.

Num. 9. *Et tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & adfuit tunc, cum orbem terrarum faceres, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis.*

Ad quod præstandum, cum sit tecum sapientia tua, ipsa necessaria est, quia nouit quomodo disponenda sint opera tua: nam tecum affuit veluti cooperatrix dum orbem terrarum faceres; sciens quid esset placitum in oculis tuis, & quid directum, hoc est rectum in præceptis tuis.

Num. 10. *Mitte illam de cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, vt ſciam, quid acceptum ſit apud te.*

Mitte illam de cælis ſanctis tuis vbi tu habitas, & à ſede majeſtatis tuæ, in qua tu ſedes, vt mecum laboret, ac per hoc ſciam, quid acceptum ſit apud te.

Num. 11. *Scit illa omnia, & intelligit, & deducet me, in operibus meis ſobriè, & cuſtodiet me in ſua potentia.*

Scit enim illa omnia, & intelligit, ſcire, & intelligere faciens, & ſic ipſa deducet me hoc eſt, regere me faciet ſobriè prudenter ſcilicet, & cuſtodiet me, vt perſeueranter, bene regam in potentia ſua, ad gloriam ſuam meum ordinando regimen.

Num. 12. *Et erunt accepta opera mea, & diſponam populum tuum iuſtè, & ero dignus ſedium patris mei.*

Vnde erunt coram te accepta opera mea, & gubernabo populum tuum iuſtè, dignus factus ex illa ſedium patris mei, hoc eſt, prouinciarum illis ſubditarum.

Num. 13. *Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit?*

Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei, hoc eſt, decretum imperium arcanum? aut quis cogitaret hic & nunc quid velit?

Num. 14. *Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ.*

Cogitationes enim, diſcurſus ſcilicet, & ratiocinationes mortalium timidæ, ad diuerſas ſcilicet diſtractæ, & prouidentiæ incertæ, finem ſæpe non attingentes.

Num. 15. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.*

Nam corpus corruptibile, & per fomitem contaminatum, animam aggrauat, & cura terrenorum corporis ſeruientium deprimit ſenſum, hoc eſt intellectum multa cogitantem.

Num. 16. *Et difficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt inuenimus cum labore, quæ in cælis ſunt autem quis inueſtigabit?*

Et ſi difficile æſtimamus ſiue coniectamus, quæ in terra, & quæ in proſpectu ſunt (oculis ſcilicet obuia) inuenimus cum labore, quæ in cælis ſunt, quis inueſtigabit?

Num. 17. *Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum ſanctum tuum de altiſſimis.*

Senſum autem tuum, hoc eſt arcanum conſilium quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum ſanctum tuum, eius donum de altiſſimis.

Num. 18. *Et ſic correctæ ſint ſemitæ eorum, qui ſunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines.*

Per quod correctæ ſint ſemitæ eorum, qui ſunt in terris, & ſimul quæ tibi placent didicerint homines.

Num. 19. *Nam per ſapientiam ſanati ſunt quicumque tibi placuerunt à principio.*

Cum per ſapientiam tuam hoc eſt Chriſtum ſanati ſunt quicunque tibi placuerunt à principio.

Digitized by Google

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT X.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

CAPITE præcedenti dixerat noſter Sapiens per Dei ſapientiam omnes eſſe Sanctos, & per ipſam tantum Deo placuiſſe, nunc in iſto, particularibus illud confirmat exemplis, ab illo vſque ad finem libri aliis illudmet illuſtrans, quibus aut beneficia iuſtis, aut ſupplicia iniuſtis per ſapientiam collata mirificè explicantur. Quod etiam diuiditur; nam alia narrat particularibus exhibita perſonis, alia vni populo, nempe Iſraëlitico. Ex quo fit, vt hoc caput in tres diuidatur principales partes. In prima enarrat beneficia ſeptem hominibus particularibus exhibita ſcilicet Adamo, iuxta illud, *Hæc illum*, Noe iuxta illud, *propter quem*, Abrahæ iuxta illud, *Hæc*, *& in conſenſu malitiæ*, Loth, iuxta illud, *Hæc iuſtum*, Iacob iuxta illud, *Hæc profugum iræ fratris*, Ioſeph, iuxta illud, *Hæc venditum fratrem*, Moyſi, iuxta illud, *intrauit in animam ſerui Dei*, &c.

In ſecunda enumerat ſupplicia malis à Dei ſapientia inflicta, iuxta illud, *Ab hac vt receſſit iniuſtus*, &c. *& inimicos illorum demerſit in mare*;

In tertia demum incipit enarrare beneficia, quæ vniuerſo contulit populo, quod tandem proſequitur vſque ad finem libri dicens: *Hæc populum iuſtum, & ſemen ſine querela.*

Num. 1. *Hæc illum, qui primus formatus eſt à Deo, Pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus cuſtodiuit.*

COMMENTVM LITERÆ.

OMNIA hæc ad Adamum pertinere communis eſt expoſitio Doctorum, & dignum quippe, vt ſapientiæ mirabilia exemplis probaturus à primo inciperet Parente, vnde ait.

Hæc illum, qui primus formatus eſt à Deo, &c. *Auguſt, Burgenſ.* Aug. epiſt. 99. legit *factus*, Lucas Burgenſ. in annotationibus affirmat, in quibuſdam Græcis codicibus ſe legiſſe, (*fictus*,) vnde illud Geneſ. c. 2. n. 7. *Formauit igitur Dominus Deus* A *hominem de limo terræ*, Hebraïcè, & Chaldaicè ſic eſt, *finxit Deus hominem pulueremè terra*, ſed vt Auguſt. lib. 13. de Ciuitate Dei, c. 29. licet magis propriè diceretur (*finxit*,) *ambiguitas viſa eſt vitanda iis, qui, formauit, dicere maluerunt: Eo quod in Latina lingua illud magis obtinuit conſuetudo, vt ij dicantur fingere, qui aliquid mendacio ſimulante componunt.* *Auguſt.*

Hanc autem etiam è terra hominis originem, Priſci etiam ex Gentilibus Poëtæ quodammodo intellexerunt, Ouidius enim in 1. lib. Metamorph. Theologorum de origine hominis ſententiam his verſibus expreſſit. *Ouidius.* 1. Hominem è terra formatum etiã Gentiles cognouerunt.

Natus homo eſt, ſiue hunc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum: mundi melioris origo:
Siue recens tellus ſeductaque nuper ab alto
Æthere cognati retinebat ſemina cæli,

Quam ſatus Iapeto miſtâ fluuialibus vndis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.
Sic modò, quæ fuerat rudis, & ſine imagine tellus,
Induit ignotas hominis conuerſa figuras.

Lucretius. Quid amplius nos dicimus? Lucretius etiam lib.1. Philoſophiam Epicuri pertractans, homines ab initio è terra generatos eſſe confirmat.

2. Error de hominum creatione. Ex hoc patet, quàm abſurdiſſimè poſt Chriſtum natum, lucemque diffuſam Euangelij errarunt illi, qui non Deo, ſed aut Angelis, aut neſcio quibus aliis principiis hominis efformationem dederunt, nimirum: Manichæi, Baſilides, Cherinthus, aliique quos numerat Auguſt. de hæreſibus, tomo 6. qui error etiam fuit Philonis, lib. de opificio mundi, aſſerentis Deum non ſolum hominem feciſſe, ſed habuiſſe Angelos cooperatores ad eius efformationem; quos alloquitur cum dixit, *Faciamus hominem*; cooperatores inquam ad organizationem, & vltimam materiæ diſpoſitionem, quod abſurdum omnino.

Auguſt.

3. An Angeli aliquid cooperati ſint in illa. Nam inter Doctores Catholicos bene illa poteſt eſſe quæſtio, an Angeli aliqua ex parte concurrerint ad hominis efformationem, non equidem ad eius productionem, ſed ad aliquod tantum miniſterium, vt colligendo pulueres, illumque adaptando, quod concedunt S. Thom. 1. p. quæſt. 91. art. 2. & Auguſt. lib. 12. de Ciuitate, c. 24. quod & ſi concedi poſſit, me iudice nec neceſſarium, immo ſi vera illa eſt opinio, vt veriſimam ego exiſtimo in inſtanti Adæ corpus formatum, nec poſſibile, de qua re videndus eſt Suarez in operibus ſex dierum, lib. 3. c. 1.

S. Thom. Auguſt.

Suarez.

4. Solus Deus eius effector ob quod immundus ſolus. A ſolo ergo Deo corpus fictum humanum, ipſe ſolus noſter plaſma, & pater noſter, qui in ſuis operibus non indagandus, ſed pertimeſcẽdus, conſiderantes eadem facilitate, quâ ſingulos, nos deſtruere, alióſque efficere, ac efformare poſſe. Vnde rectè Rupertus, lib. 2. in Gen. c. 20. *Itaque*, ait, *& nos cum legimus, quia formauit Deus hominem de limo terræ, non diſcutiendum vobis eſt, cur ita fecerit, ſed illud potius timendum vnicuique noſtrum de ſe ipſo, ne vas quod fecit ipſe, diſſipetur in manibus eius, & hoc obiecto, faciat aliud vas, ſicut placuerit in oculis eius.*

Rupert.

5. Corpus humanum vndequaque perfectum à Deo creatum. Corpus ergo humanum ſic Deus finxit, vt naturæ eius, ac dignitati conuenientius eſſe non poſſet, omnem prorſus ingratorum eliminans hominum querelam, qui ignoranter diſcurrentes de hominis opificio conqueruntur: quia non ita forte, vt quædam animalia, aut non ita nobile vt cæleſtia, contra quos præclarè Seneca, lib. 2. de beneficiis, c. 29. egregiè differens, ſic ait, *Vide quam iniqui ſunt diuini muneris æſtimatores: & quidem profeſſi ſapientiam queruntur, quod non magnitudine corporis æquemus elephantes, velocitate cernos, lenitate aues, impetu tauros; quod ſolidior ſit cutis belluis, decentior damis, denſior ceruis, mollior fibris; quòd ſagacitate narium nos canes vincant, quòd aut acie luminum Aquila, ſpatio ætatis cornix, multa animalium nandi facilitate, vnde ex diuerſis, & diſſidentibus bonis hominem non eſſe compoſitum iniuriam vocant, & in negligentes noſtri Deos querimoniam iacunt*; quorum reſpondens querimoniis, egregiè proſequens, ait, *quanto ſatius eſt ad contemplationem tot, tantorumque beneficiorum reuerti, & agere gratias, quod in hoc pulcherrimo domicilio voluerint nos ſecundas ſortiri, quod terrenis præfecerunt; aliquis ea animalia comparat nobis, quorum poteſtas penes nos eſt? quidquid nobis negatum dari non potuit.* Nil melius, vbi notanda illa verba, ſecundos nos à Deo in hoc eſſe domicilio, quid præſtantius Deus nobis conferre potuit? vt vno tantum ſupremæ dignitatis ſolio nos præcedat, ſic nos tremendos reliquis efficiens creaturis, ac ipſum, vnde rectè, ac ſi Chriſtianus eſſet, non Gentilis ſequens ipſe Seneca ait, *Proinde quiſquis es iniquus æſtimator ſortis humanæ, cogita, quanta nobis tribuerit parens noſter, quanta valentiora animalia ſub iugum miſerimus, quanta velociora conſequamur, quam nihil ſit mortale non ſub metu noſtro poſitum, tot virtutes accepimus, tot artes, animum denique, cui nihil non eodem quo tendit momento pernium eſt, ſideribus velociorem, quorum poſt multa ſæcula futuros curſus antecedit*; qui his omnibus enumeratis, præclaram concludens ſententiam, ſic ſequitur, *circumeus licet cuncta, & quia nihil, totum inuenies, quod eſſe te malles, ex omnibus ſingula excerpas, quæ tibi dari velles.* Venuſtius nil dici poterat, maturius enim re penſata, ipſas quas in reliquis appetimus concupiſcentias, vt ſic dicam, reſpuimus, noſtra contenti ſorte, confitentes cum ipſo Seneca in delicijs nos habuiſſe naturam, & maiora non accepiſſe, quia inſufficientes, vnde proſequens ait, *Ita bene æſtimata natura indulgentia, confitearis neceſſe eſt in delicijs te illi fuiſſe; magna accepimus, maiora non capimus.* Eleganter, & diſertè, de quo etiam argumento videndus eſt Lactantius, lib. de opificio Dei, c. 2. & 3. qui poſt multa tandem ſic concludit, *Quòd ſi Deus in ea ſorte conuerterit animalia, quorum ſortem præferunt ſuæ, num profectò cupiant remigrare, magnſque clamoribus conditionem priſtinam flagitent, quia non eſt tanti robur, ac firmitas corporis, vt officio linguæ careas, aut animum per aëra libera diſcurſatio, vt manibus indigeas: plus enim manus præſtant quàm lenitas, vſuſque pennarum: plus lingua quam totius corporis fortitudo: quæ igitur amentia eſt ea præferre, quæ ſi data ſint, accipere detrectes.*

7. Homo in mundo ſecundus à Deo.

Seneca.

6. Reprehenduntur contraria ſentientes.

A

B

C

D

Lactantius.

Pater orbis terrarum, &c. Aliqui (Pater) ad Deum referentes, ſed melius de Adamo, meritè ſic vocatus, tum quia immediatè à Deo effectus, ab illo omnes proceſſerunt, etiam Eua, qui, vt bene adnotat Lorinus, parui quidam mundi ſunt, tum etiam ob præſtantiam munerum, quibus à Deo creatus, & ornatus, iuſtitia nempe originali, naturalium rerum omnium ſcientia, immortalitate, & deniqne domicilio terreſtris Paradiſi, de qua re, quámve magnum donum illud fuerit immortalitatis, vide quæ diximus, 1. tom. hom. 24.

Lorinus.

8. Nulli creaturæ inuidet.

9. In deliciis habitus à natura.

10. Homines in ſtatu innocentiæ procreandi vt nunc.

Adamum Patrem futurum per coniunctionem cum Eua, etiam in ſtatu innocentiæ, in quo eo naſcituri eſſent homines modo, quo nunc certum eſt, licet Niſſenus de creatione hominis, c. 18. Chryſoſt. in Geneſ. hom. 18. Procopius ibidem, & Euchimius in Pſal. 50. aliter ſenſerint, vt nos alibi etiam diximus. An au-

Niſſen. Chryſoſt. Procop. Euchim.

Digitized by Google

tem signaculum virginale esset violandum negat Augustinus lib.14. de Ciuit. c. 26. cui videtur consentire diuus Thom. 1.p. quæst.98. artic.2. ad Bonauent. in 2. sent. dist.20. quæst.4. Augustinum interpretatur dicens: ipsum intellexisse de fractione cum dolore, qui tunc non extitisset: quidquid sit, verè tunc & signaculum esset ruptum, & virginitatem amisisset: nam cum vt egregiè S.Thom.in 2.2. immunitas, & integritas à delectatione venerea, ad virginitatis rationem pertineat, & in hac tria sint consideranda, vnum violatio signaculi virginalis, alterum seminis resolutio cum sensibili delectatione, tertium propositum fruendi ea delectatione, & primum per accidens tantum se habeat ad actum moralem, cum per se non consideretur, nisi per ea quæ sunt animi, & secundum materialiter, eo quod sensibiles passiones materia actuum sint moralium; tertium verò formaliter, & quasi completiuum; quia ratio moralis actuum in eo quod est rationis completur, consequenter cum hæc duo vltima certissimè fuissent in eo statu in actu matrimonij, sequitur virginitatem non futuram in illo, etiam si daremus per coniunctionem signaculum non aperiri, quod negandum: cum modus ille naturalis sit, cum cæteris animantibus communis, & naturalia Adamus per peccatum non amisit.

Augustinus. S. Thom. Bonauent.

11. Virginitas per coniunctionē matrimonialē ibi violaretur, sicut & sigilli fractio.

12. Adam extra paradisum creatus.

Cum esset solus creatus, custodiuit, &c. ante Euam creatus Adam, & extra paradisum pro certo teneri debet, sicut etiam Eua in paradiso, quidquid dicant Ioseph. in 1. lib. Antiquit. c. 1. Rupert. lib. 1. de Trinit. c. 22. Tertul. lib. 2. contra Marcion. de qua re videndus est Perer. in Genes. lib. 4. super illa verba, *Tulit ergo Deus hominem*, solus ergo cum esset absque femina, per gratiam Deus eam custodiuit suam, vt vult Liranus. Carthus. & Bonauent. poterat enim si vellet peccare, cum libero præditus esset arbitrio, quod ne faceret, gratia Deus eum custodiuit, dum solus, & absque mulieris consortio; quod postea non sic quando cum illa ad malum concitatus, vt ex hinc edocti, periculum ex mulierum consortio quantum perpendamus, quámve homini consultum spirituali illud vitare, vt mox infrà dicemus.

Ioseph. Rupertus. Tertul.

Liranus. Carthus. Bonau.

13. Adam quãto tempore in paradiso.

Quanto autem tempore Adam ã Deo in paradiso custoditus fuerit variant expositores; Irenæus lib.5. aduers hæreses, Cyrillus, & Epiphan. Moses Barcepha. lib. de paradiso, qui & alios multos citat, sentiunt eo ipso die quo creatus expulsum, nec ibi vnum mansisse diem artificialem, hoc est, duodecim horarum, sed tantùm, vt quibusdam placet, per sex horas, aliis per septem, aliis demum per decem.

Irenæus. Cyrillus. Epiphan. Barcepha.

Loriuus

Alij, vt Iosephus, lib. 1. Antiquit. Basil. hom. 1. de paradiso, Damascenus lib. 2. de fide orthodox. c. 10. plus vno die primos nostros versatos fuisse in illo parentes autumant. Vnde aliqui ansam sumpserunt ad affirmandum tot in eo extitisse annos, quot Christus vixit, res incredibilis; alij per quadraginta dies, ad Christi ieiunium alludentes, quo eorum dicunt expiatam intemperantiam, sed hoc est, merè diuinare.

Ioseph. Basil. Damasc.

In re autem tam obscura, & incerta, in qua nullum in Scripturis certum habemus documentum, si aliquid coniectare licet, placet Pererij sententia, octo nempe dies in illo commoratos, quo sensu etiam ipse Sanctos intelligit primæ sententiæ, quando dicunt eodem die fuisse expulsos quo creatos, eodem nempe die, non numero, sed eadem feria hebdomadæ, sic in Genes. lib. 6. de lapsu hominis, disputat de hac re, quæst. 2.

Pererius.

Ducor tum ex multitudine rerum in illo die quo creatus Adam, vti eius, & animalium creatio, in paradisum introductio, animalium ad eius deductio, somnus, Euæ productio, & alia quæ narrat Pererius, quæ omnia in vnum congerere diem inconueniens, ne dicam indecorum, siue Adami grauitati indecens videtur; tum etiam quia, vt ex esu ansam sumeret dæmon tentandi, per aliquot dies alios ipsos comedisse fructus, & ab esu arboris vetitæ se abstinuisse conuenientissimum videbatur; vt inde motiuum sumeret interrogandi, *cur de omni ligno non vescerentur.* Tandem cum tentatio dæmonis, & eius ad mulierem accessio, casusque nonnisi permissione esset diuina, & casum Deus futurum præsciret. nescio quid improprietatis redoleat, tam citò Deum illud permittere voluisse, támque breui tempore Adamum custodire voluisse, vnde & dixi, si in re tam dubia aliquid licet coniectare, hæc cæteris probabilior videtur sententia.

HOMILIA XV.

Mulierum consortia vitanda.

CVm solus esset custodiuit, Primum scilicet nostrum parentem ait Salomon, qui nescio, an dum hæc scriberet ad se respexerit, cum sine turba illa mulierum, sanctus, ac dum ab illa vallatus impius. *Cúmque iam esset senex, depranatum est cor eius per mulieres, vt sequerentur Deos alienos.* 3. Reg. c. 11. n. 4. Mirum si sapientiam eius consideres, si intelligentiam, si Dei superni luminis lucem, si nomen, si authoritatem, si maiestatem, si excellentiam, si virtutem, si sanctitatem, quæ omnia & qui talis, ac tantus non ipse mulieres, sed mulieres ipsum ad se conuerterunt, deprauarunt, sic vt passione cæcus, ipsa adoraret idola, vt grauissimi sentiunt Patres, Irenæus lib. 4. c. 45. Tertul. lib. 5. contra Marcion. Iustinus contra Triphon, Basil. epist. ad Cheldion, August. lib. 14. de Ciuit. c. 11. Lucifer Calaritanus, lib. de Regibus Apostaticis, & alij; & quod prorsus stupendum, non solùm adorauit externè, sed internè verum aliquod numen in eis credens, vt latè probat Pineda, de rebus Salom. lib. 7. c. 8. quis ergo astabit, quis ergo securus inter mulierum consortia? pulchrè Origenes hom. 20. super Num. miserandam illam Israëlitarum cladem ex mulieribus Madianitis describens: quanto supra arma earum euehatur potentia, dum non ferro contra viri fortitudinem, sed mollitie certant, sic ait Balaam regi locutum; *Si vis vincere aduersum hos, non virtute militum, sed mulierum decore pugnandum est, nec armatorum vigore, sed mollitie fœminarum, procul sint, procul omne armatorum manus, & electam congrega speciem puellarum, ludentes pedibus eant, manibusque plaudentes, forma vincit armatos, fer-*

14. Salomonis casus miserabilis. 3. *Reg.* c. 11. *n.* 4.

15. Idolatræ extitit.

Irenæus. Tertul. Iustin. Basil. August. Lucifer.

Origenes.

16. Mulier fortior ad hominem perdendū quam arma.

rum pulchritudo captiuat; vincuntur specie, qui non vincuntur prælio, non furore bellico, sed libidinis flamma: proh nefas, vix prohibetur libido legum minis, vix gladij terrore reprimitur, quid sceleris non perpetret, vbi se placituram mulier regi credidit, & salutem patriæ quæsituram. Nil melius. En ilic rex sapientissimus, simul & fortissimus, cuius terror in omnes fortissimos Reges, ante cuius terra siluit conspectum, sic decipitur à fœmina, sic ab illa trahitur, vt penitus dementetur, & quod maius, hoc in senectute, quando hominis sensus cani; quando intellectus maturus; non deceptus iuuenis, deceptus quando senex. Profectò attendenda huius rei causa; cum si recta discurrendum esset ratione, potius quando iuuenis, dum sensus immaturus, dum ardor feruentior, dum intellectus non sic illustratus, dum voluntas non sic in bono firmata, decipi debuisset, at non quando senex.

17. Salomon quando senex, & non quando iuuenis deceptus.

Enimvero si huius rei rationem indagare velimus, eam reperiemus perseuerantiam scilicet in peccato, continuámque cum mulieribus illicitam consuetudinem; qua in ea recrudescente ætate, quando potius frigescere debuerat, sic ex hac impropria, ac præpostera libidine vt sic dicam, Deus offensus, dum iam nulla excusatio adhiberi posset, non sanguinis feruor non immatura & iuuenilis ætas, non corporis robur, non exuberantia virium, non ardor naturalis concupiscentiæ, sed sola ipsa malitia ac innata peruersitas effecit, vt Deus iusto iudicio sibi ipsi cum relinquens & intelligentia, ac bono priuauerit affectu. *Quamuis mulieres iunctæ fuerint Salomoni*, ait Caietanus, hunc exponens Regum locum, *dum iuuenis, non tamen diuerterant, in iuuentute ad cultum deorum, sed in senectute, paulatim enim mollitus est animus eius crescente amore, & deficiente virtute, multiplicandóque obicem diuinæ gratiæ, tandem dereliquit eum sibi ipsi.* En ratio, perseuerauit in tractu mulierum, paulatim emollitus animus eius, quod notandum, non illico, non ex tempore, non in momento, sed paulatim, vt ex hinc ex cõuersatione mulierum certissimus innotescat casus; nemo enim & si in spiritu fortis, & si mente illustratus, & si affectu incensus, & si virtutibus munitus, securum se æstimet, nam non illico, sed paulatim emollietur, ipso non intelligente, nec sentiente, ac proinde nec cauente, sic Salomon. In senectute tandem emollitus, quando non in iuuentute, nam cum homo esset virtutis, cum Deo amabilis, cum altissimæ sapientiæ, cum intensissimæ charitatis, profecto vt ex tam sublimi deturbaretur statu, tempus necessarium; perseuerante enim concupiscentia, mulierúmque amore, fortissimus animus eius sensim, insensibiliter vt sic dicam emollitus, vnde cum ætate & robur amisit mentis, *Corripiebatur*, ait Cyrillus, lib. 7. contra Iulian. *Salomon in ipsa senectutis via, mente iam defloreſcente, nec pristinum habente vigorem, sed quasi cum corpore senescente, adolescens adhuc existens, & mente ephebus celebre illud Hierosolymis templum construxet; quæ ad Dei gloriam pertinebant facere studebat, vbi autem ad finem, & occasum venit vitæ, defecit simul ætas roboris, & mentis.* Quis ergo hoc prospiciens penitiúsque considerans, quamuis sit

18. Perseuerantia in peccato quantæ ruinæ causa

Caietan.

19. Mulierum consortia viro spirituali cur omnino vitanda.

20. Sensim animum emolliunt & si virilem. Cyrillus.

A virtute præditus, securum se inter consortia æstimet mulierum? dum talis ac tantus sic fæde ex illis ruit? At cur sic fortes contra viros mulieres? cur sic potentes, sexus imbellis, homini impar, ei subditus, mancus sine viro, cuius conuersio ad hominem, & non è contra; vnde ergo tam potens? non quidem ab ingenio, cum ingeniosiores homines; non à prudentia, cum isti prudentiores, non à sagacitate, cum illi sagaciores; dicá non à pulchritudine, cum vt ait Chrysost. non omnes pulchræ homines deuincant, vnde ergo fortes sic vt certissimè vincant? quod notandum in illo Scripturæ loco 3. Reg. c. 11. in quo sic victoriam mulieribus tribuit, vt certissimam eam dicat, *Certissimè enim auertent corda vestra, vt sequamini deos eorum.* Quod B pronunciauit Deus, connubia prohibens exterorum; vnde ergo eis talis fortitudo? dicam ex voluptate qua bellum gerunt. *Deceptrix est mulier*, idem inquit Cyrillus vbi suprà, *& idonea ad decipiendum, semel suis captos laqueis: nam inter arma alia habet voluptatem, qua mens vincitur.* Egregiè, vbi ratio fortitudinis mulierum in hominis animum aperitur. Non quidem tantum ea in decore, pulchritudineque consistit earum, quantum in voluptate, quam omnes in actionibus appetunt suis, & quæ vt ait Arist. lib. 7. Ethic. c. 13. *Est à natura diuinum quoddam insitum mortalibus*, hinc facilius ipsæ vincunt, dum ne ea priuentur, obsistere homines non audent, & dum ea fruuntur, tantis eam miseri faciunt, tantóque se obstrictos munere C pensitant, vt negare nefas extiment & si illicitum; en ratio Salomonis casus, voluptatis apprehensio, æstimatio, totus carnalis factus. Egregiè Athanas. orat. contra Gentes, de casu hominis eloquens, & quomodò in peccatis lapsus in profundum deuenerit malorum, sic ait, *Vbi enim defecerant à desiderio, intelligentiaque vnius, ac veri numinis, in varias deinde corporis alias, atque alias cupiditates præcipites ierunt; postremò, vt fieri solet, frequenti vsurpatione vetitarum cupidinum, in habitum tandem occalluerunt, adeò vt ab eo tempore eas relinquere formidarint*, nil melius, dum enim per habitum cupiditates, seu voluptates occallent, in naturam quodammodo conuersæ sic connaturales ei D fiunt, vt sine ipsis viuere amplius nequeat, hinc priuationis timor, formidóque, hinc in omnibus fœminarum petitionibus assensus, dum enim voluptatis priuatio timetur, quæ summum ab eis æstimatur malum, præbent illecebris voluntatem, ne concupitis priuentur. Hinc Salomon, quia in eo voluptas in habitum transierat, & iuuenis à mulieribus eam acceperat, non ausus est negare senex, quod pro illa ipsæ repetebant, vnde soluit pro pretio Dei cultum veri, dum ipse pro illis antea minus illum fecerat; en in quantum barathrum obscænitas homines præcipitat, vt proinde verum sit omnem idololatriam, idolorúmque cultum ab obscænitate, luxuriáque emanasse, vt grauiter Athanas. vbi suprà. *Malitia prænia fuit*, ait, *anteambulóque idololatria, cum ea sola magnificaret, quæ animo concupiscerat, & cum voluptate aspectaret, in corporis affectibus voluptatem sentiens, rerum diuinarum oblita.* Pulchrè. Illud adoramus, quod magni facimus; hinc cum carnalis homo illud solum magni fa-

21. Earum fortitudo in homines vnde.

3. Reg. 11.

22. Voluptas vt diuinũ quid ab hominibus appetita Arist.

Athanas.

23. Vertitur in naturam, sicut & cupiditas.

24. In quale barathrũ homines inijcit.

25. Idololatria ab obscænitate.

Athanas.

Digitized by Google

26. Mulieres cur Salomonem ad idolatriam adduxerunt.

quod concupiſcit, concupiſcentiam pro Deo habet, hinc deos adinuenit ſuæ concupiſcentiæ adiutores, & vt perſpicuum fieri, ſimúlque, cur ad ſuorum cultum deorum tantopere Salomonem adducendum, mulieres illæ deſudarunt.

Adnotandum quod ſicut omnis obſcœnitatis origo extitit idololatria, iuxta illud Paul. ad Rom. c.1. n.26. *Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ*, & cauſam reddit Ambr. ibi, *quod Deum incurioſius colentes, ac per hoc negligendum magis ac magis hebetati ſunt, & ad omnia mala admittenda ferent promptiores.* Sic è contra omnis prorſus idololatriæ fuit obſcœnitas. *Initium omnis fornicationis eſt exquiſitio idolorum*, ait noſter Sapiens infrà, c.14.n.19. *& adinuentio illorum corruptio vitæ eſt*, Athan. *peſtis vitæ*, cuius ſenſus, ob hoc enim exquiſita idola, ob hoc ſimul inuenta, vt per ea omnis impunè exerceretur fornicatio, omnis corrumperetur vita; nam quo modo malum illud æſtimaretur, quod ab eorum diis emanarum haberent imitandum. *Quum enim viderent ſuos deos iſtiuſmodi rebus oblectari, ſtatim eos iisdem delictis emulati ſunt, egregium facinus arbitrati, ſi exempla eorum quos ſummos cenſebant imitarentur*, ait Athanaſ. vbi ſuprà. ex quo factum ſequens ait, *Vt propemodum omnes ciuitates omnibus libidinibus ſcaterent ob immanitatè morum, quam in ſuis diis conſpiciebant, neque eſt in hoc genere deorum, quem caſtum appelles; olim certæ Phantiſſæ mulieres ante idola proſtituebantur, dedicantes numinibus ſuum quæſtum; perſuaſa meretricatu ea propitiari, ac proſperitatem rerum inde naſci. Viri quoque abdicato ſexu, nec ſe amplius mares eſſe ferentes, mulierum naturam affectarunt, tanquam ita honorifica, gratáque matri deorum facturi eſſent; omnes autem in turpiſſimis viuunt, & certamen in ſe pranitatis ſuſcipere videntur.* Quod cum eſſet, & ſic effrenatè in concupiſcentiis idololatræ, tum homines, tum fœminæ ſe darent, nullo conſcientiæ morſu; nullâ contradicente ratione, fiebat vt ſi quando aliquæ iſtarum cum Iſraëlita veri Dei cultore miſcebatur, ex cuius cultu non ſic ille procliuis ad obſcœna, non ſic ad libidinem proſtitutus, ex deſiderio effrænatæ libidinis in furiam actæ, vt omnibus modis, vt ſine timore, ac diſcurſu, deliciarentur, ardentiori tenebantur deſiderio virum ad ſuorum cultū addicere deorum; quod cum Salomone effecerunt ab incepto non deſiſtentes, ſic paulatim animum eius emollientes, vt quod non in iuuentute, iuſtō Dei iudicio, in ſenectute effecerint.

Ad Rom. c.1.n.26. Ambroſ.

27. Idololatria origo omnium obſcœnitatum & è contra.

Athanaſ.

28. Hæreſis omnis a libidine.

Tertul. Hieron.

29. Matrimonia cum hæreticis iungere tes timenda.

Ex quibus duo, & grauiſſima velim elicias documenta: primum, quòd ſicut omnis idololatriæ inuentio vna extitit libido, ſic & omnis etiam prorſus hæreticæ, quam etiam idololatriam appellat Tertul. cum teſte diuo Hieron. & nos infrà dicemus, c.14.n.12. *Nulla ſit hæreſis niſi propter gulam, ventremque conſtructa*, hæretici enim voluptatis deſiderio penè extincti, in ſummum bonum eam tenētes, timore amiſſionis, & vt impunè tum exterius, tum interiùs à conſcientiæ verberibus peccarent, legem inuenerunt, & doctrinam ſecundum quam non ſolùm non mala, nec peccatum, ſed etiam virtus ipſa eſſet, obſcœna voluptas: & ſecundum quam periculoſum, quam timendum cum talibus ſit matrimonia, fœderáque coniungere, *certiſſimè* corda auertent virorum, vt ſua ſequantur dogmata. Eadem quippe ratione, effrænatæ ipſæ peccant, ſine lege præuaricantur, impatientiſſimè hominem ferunt cum lege, cum timore peccare. In quo facto vnum, & admirandum euenit, ſic aliquos hæreſim peſtem obſtupeſcere, vt extra ſe fiant quomodo ſerpat, quomodo efficaciter inficiat, ſic vt vix nata, ac matura, & grandis efficiatur, & cum hoc teneant, coniugia, fœderáque cum hæreticis tamē conſulant, malétes potius hæreſim admirari, quàm præcauere, vt rectè Tertul. lib. de præſcript. c.2. qui hæreſim cum febre comparans, ſic ait, *Sed enim febrem, vt malum, & de cauſa, & de potentia ſua, vt totum eſt, abominamur potiùs quam miramur, & quantum in nobis eſt præcauemus, non habentes abolitionem eius in noſtra poteſtate, hæreſes verò mortem æternam, & maioris ignis ardorem inferentis, malunt quidam miruri quod hoc poſſint, quam deuitare ne poſſint, quam habeant deuitandi poteſtatem.* Nil melius; quæ ſi ad noſtrum applices inſtitutum mirè faciunt: mala fœminarum ſocietatis admirari aliqui potius volunt, quàm deuitare, cum deuitandi habeant poteſtatem, hinc in periculo pereunt, quia periculum dilexerunt.

30. Aliquibus in hac re ſtupiditas admiranda.

Tertul.

At non ſolum malæ euitandæ, neque harum ſolum conſortium viro alioquin ſpirituali periculoſum, ſed etiam ſanctarum, quod vellem vt notarent, ſæpe namque euenit, vt à viro ſpirituali, ſpirituales ipſæ affectæ, ipſum carnalem reddiderint, & dum illæ ex eius conuerſatione fortes, ipſe imbellis, & fragilis effectus, dormiente Adamo, *Tulit Dominus vnam de coſtis eius, & replenit carnem pro ea*, Geneſ. c.2. n.21. ex illa mulier formata, os ergo Adamus muliери, ſed hæc illi pro oſſe carnem, quia vt rectè Olkoth, in Sap. lect. 165. *Nonnunquam dum mulier à ſancto viro ſoliditatem recipit ad virtutem, viro mollitiem infirmitatis refundit.* Quis ſic fortis vt Adam ante mulieris conſortium? quis ſic mollis vt ipſe poſt eam; ſic mollis, ſic ex conſortio mulieris extra ſe factus, vt ex amore eius ſeipſum decipiens ipſum grauiſſimum malum, non niſi leue, & ipſum mortale peccatum non niſi veniale æſtimarit? & vt ſociæ fidelis, nil curauerit Deo extare infidelem, quod vt penitius inſpiciatur, ſimúlque quomodo ex conſortio talium vir decidat ſpiritualis intelligatur.

31. Mulierum ſpiritualium etiam conſortia vitanda & cur.

Geneſ.c.2. n.21.

Olkoth.

32. Adam vt mollis effectus ex muliere.

Adnotandum ex Patrum multorum ſententia, primos noſtros parentes in ipſo quod admiſerunt peccato amiſiſſe fidem, infidelémque Deo extitiſſe. Sic Tertul. lib. aduerſus Marcion. c.2. *Quis*, inquit, *dubitabit illud ipſum Adæ peccatum hæreſim pronunciare, quod per electionem ſuæ potius, quam diuinæ ſententiæ admiſit.* Vbi pulchrè Adæ peccatum hæreſim vocat, quia ſuum præferens iudicium, Dei antepoſuit, ſicut nunc hæretici, quando ſuum Eccleſiæ antepōnunt, Ambroſ. in epiſt.33. lib.5. ad Marcellinam ſororem introducit Deum ita loquentem ad Adamum, *Agnoſcis eſſe te nudum, quia bona indumenta fidei perdidiſti.* Aug. in Enchirid.c.95. *Sacrilegium*, ait, *illud eſt, quia Deo non credidit.* Proſperus in reſponſ. ad capitula Genuenſ. dub.3. *Quid eſt*, inquit, *quod*

33. Infidelis extitit.

Tertul.

34. Hæreſis vnde.

Ambr.

Auguſt.

Proſper.

eidem naturæ ſolam fidem non vult eſſe præreptam quam niſi primam (Adam) *amiſiſſet, cæteris bonis omnibus non careret, credendo enim diabolo, non credidit Deo.* Vide S. Leonem ſerm. 4. de Nativitate, Fulgent. lib. 2. de Incarnat. & gratia Chriſti, c. 22. infideles ergo extiterunt, fidem amiſerunt.

S. Leo. Fulgen.

35. Eæ infidelitas quæ. *Cyrillus. Chryſoſt. Auguſt. Rabanus.*

At quid Deo non crediderunt? ſeu qualis infidelitatis error in eis; de Eua Cyrillus lib. 3. in Iulian. Chryſoſt. hom. 16. in Geneſ. Auguſt. lib. 2. de Gen. contra Manich. c. 15. Rabanus, & alij, volunt eam non credidiſſe mortem futuram, & Deum eſſe mentitum, & ex invidentia prolubuiſſe lignum. Alij mitius, eam credidiſſe lignum non prohibitum, ſeque ac virum ſuum non bene intellexiſſe verba Domini. Vnde verba illa ſerpentis, *Cur præcepit vobis Deus ne comederetis*, &c. hunc ſenſum facere: eſt-ne verum, quod Deus præceperit vobis, ne de omni ligno comederetis? quod confirmant ex lectione Hebraica: quæ ſic legit *ita omnino*, aut *verè ne*. Ex quibus verbis dubitare cepit Eua, an bene ipſi intellexiſſent, an etiam lignum veritũ? quorum ſententia omnino mihi diſplicet: tum quia eſt præter ſanctorum Patrum ſententiam,

36. Non dubitauit de præcepto.

tum quia apertè eſt contra verborum vulgatæ ſenſum, ad quam afferendus eſt ſenſus Hebraicè, ſeu iuxta ipſius verborum proprietatem Hebræa intelligenda: cum ſit iam canonica, & à Spiritu ſancto approbata. Vnde particulæ illæ *ita omnino*, aut *verè ne*, rectiſſimè explicantur per illam *cur*, vt legerunt LXX. cum particula *cur* non ſit interrogantis, ſed potius exprobrantis, reprehendentiſque mandatum, ac mandantis auſteritatem, ſeu crudelitatem obiicientis; vt optimè adnotat Pererius in Geneſ. in hæc verba. Quem ſenſum reddunt particulæ illæ *ita omnino*, aut *verè ne*, vnde illud cur præcepit, &c. hunc facit ſenſum. quare vobiſcum ſic Deus crudelis, ſic auſterus, vt vobis impoſuiſſet ne comederetis; vel ſecundum Hebræa. *ita omnino*, Deus abſolutè voluit, vt ne comederetis, &c. ſeu *verè ne*, hoc eſt, *tandem verè Deus præcepit*, &c. quem ſenſum approbat

Lippomanus.

Lippomanus, in cæteris affirmãs aptius ex Hebræo poſſe ſic reddi, *itaque dixit Deus, nõ comedetis*, &c. & quod hoc voluit ſerpens intendere, ſcilicet Dei præcepti duritiem obiicere, patet ex reſponſione mulieris, affirmantis nequaquam illis præceptum de omni ligno nõ veſci, ſed tantum de ligno ſcientiæ boni, malique, quaſi pro Deo reſpondens; itaque & ſi ob authoritatem dicentis hæc ſententia non omnino improbabilis, tamen patrum nõ ſolum probabilis, ſed illi proculdubio præferenda.

Bellarminus de amiſſione gratiæ, & ſtatu peccati, lib. 3. c. 6. tom. 3.

37. Adami infidelitas quæ. *1. ad Tim. 2.*

At qualis Adami infidelitas? cum ipſe non ſit ſeductus, vt ait Apoſt. 1. Timoth. c. 2. Eua verò ſeducta. Excellens eſt Auguſtini ſententia, lib. 14. de Ciuit. c. 11. de Gen. ad lit. c. 31. infidelitatem Adami in eo extitiſſe, in falſo ſcilicet iudicio grauitatis peccati, ac proinde Deo non credidiſſe ob illud mortem incurſurum: ex amore enim quo in vxorem ferebatur, duo ſibi non ſine peccato ſuaſit, & peccatum illud eſſe veniale, non mortale, ac proinde non tanta pœna dignum, & ſecundò facilem ipſius Deo excuſationem prætenſurum, ex qua omnem veniam conſecuturum: ſi obiicienti reſpondiſſet, citò reſpondit, ſe id feciſſe ob amorem

38. Putauit veniale eſſe comeſtionem.

ſociæ à Deo ſibi præſtitæ, & non à ſe electæ, ne eam contriſtaret; audiamus Auguſt. in lib. de Ciuit. cuius verba ex illis locis ſimul ſumpta hæc ſunt. *Credendum eſt illum virum ſuæ fœminæ, vni vnum, hominem homini, coniugem coniugi ad Dei legem tranſgrediendam, non tanquam verum loquente credidiſſe ſeductum, ſed ſociali neceſſitudine parciſſe, nec ab vnico voluit conſortio dirimi, nec in communione peccati, inexpertum enim diuinæ ſeueritatis in eo falli potuit, vt veniale crederet eſſe commiſſum, ac per hoc in quidem quo mulier ſeducta eſt, non eſt ille ſeductus, ſed eum ſefellit quomodo fuerat iudicandum, quod erat diluuius, mulier quam dediſti mihi ſociam.* Non ergo ſeductus Adam ſicut mulier, nam ipſe non credidit ſerpenti, quod illa, ac proinde ipſe non ſic infidelis ac illa, ſed licet non à dæmone, à ſua tamen ſeductus in mulierem voluntate, quæ dum immoderata, ſic intellectum pertubauit; vt culpabiliter veniale æſtimaret quod mortale, leue quod graue, & excuſabile quod prorſus inexcuſabile, iam ne tenes, periculum familiaritatis etiam

39. Caſus ſpiritualium virorum vnde.

mulierum ſanctarum, caſus virorum ſpiritualium inde prouenit, ex immoderato erga illas affectu; qui dum adeſt, ſic intellectum ex continua obnubilat conſociatione, vt miſeri quod graue, leue æſtiment, quod mortale, veniale, quod omnino inexcuſabile, omni excuſatione dignum. Hinc caſus poſtea, hinc horrendæ ruinæ. Honeſtè amare incipiunt, fœdè deſinunt, non aduertentes quia *libidinoſa mens*, vt ait Hieron. epiſt. de vitando ſuſpecto connubio epiſt. 47. *Ardentius honeſta perſequitur, & quod non licet, dulcius ſuſpicatur*, & ad Ruſt. monach. *proximius enim eſt, & facilis gradus ab amore ſpirituali, & honeſto, ad carnalem, & conceſſum venerem.* Ad quam profectò incidunt,

Hieron.

40. Spirituales imperfecti vt ſuas palliant cupiditates.

quia malum non malum; immo ipſa pericula ſecuritatem dicunt, cupidinis æſtus nominibus palliantes pietatis. *Matres vocamus*, ait idem ſanctus ad Vigilantium, *ſorores, & filias, & non erubeſcimus vitiis noſtris nomina pietatis obtendere; quid facis monache in cellulis fœminarum, quid ſibi volunt ſola & priuata colloquia? & arbitros fugientes oculi, ſanctus amor impatientiam non habet*: & ad Nepotianum epiſt. 2. *Crebra munuſcula, & ſudariola, & faſciolas, & veſtes ori applicitas, & oblatos, ac deguſtatos cibos, blandáſque & dulces literulas ſanctus amor non habet. Mel meum; lumen meum, meum deſiderium, omnes delicias, & lepores, & riſu dignas vrbanitates, & cæteras ineptias amatorum in comœdiis erubeſcimus, in ſæculi hominibus deteſtamur, quanto magis in monachis, & in clericis, quorum ſacerdotium propoſito, & propoſitum ornatur ſacerdotio.* At quid diceret Hieron. ſi audiret, non ſolum lumen meum, deſiderium meum, delicias meas, ſed à clerico, vel monacho *mulierem meam*, & ab hac vicißim *maritũ meum*, proh pudor! & leuia iſta dicuntur; immo ſi Deo placet & honeſta; meritò à paradiſo deturbatos tandem hos videmus religionis, qui paſſione cæci, lumine intellectus priuati in illo fœdas inuenerunt nuptias, votum caſtitatis in habitu religantes, non in corpore;

Neque mirandum in hæc hominem ſpiritualem incidere cautè à familiaritate etiam ſanctarum mulierum non præcauentem: cum ſuapte

41. Vir ſpiritualis in fœminam ex eius cõuerſatione euadit. *Chryſoſt.*

ſuapte natura inſenſibiliter vt ſic dicam in mulierum conuerſatio animum enerbet, & emolliat, ſic vt ipſo non aduertente ex illarum conuerſatione, tractu, collocutione, familiaritate, ex viro in fœminam præ mollitie erumpat; *Honores enim ij*, diuus ait Chryſoſtom. lib.6. de Sacerdot. *qui à mulieribus deferuntur, temperantiæ contentionem eneruant, ac peſſundant ſæpe-numero.* Nil verius; vbi per honores non ſolum qui ab ore, ſed qui à manu intelligendi; munuſcula non ad ſalutem neceſſaria, ſed ad luxum, quæ animum emolliant virilem, quæ rigidam obtemperent conuerſationem, ſic vt iam monachi cellula non ſit pœnitentiæ vallum, ſed auium campona, ſed cupediarum officina, ſed linteorum taberna, & quod pudet dicere, pigmentorum & fucorum receptaculum; vnde paulatim neſcio quomodò ex mulierum etiam ſanctarum conuerſatione inſenſibiliter molles, effœminati, delicati euadunt robuſtiores viri, & in virtute gigantes. *Eas inuiſere*, ait idem Chryſoſt. vbi ſup. longè poſt. *ægrotantes, ſolari lugentes, increpare languentes, adiuuare afflictas, dum fiunt, plures irrumpendi aditus dæmon inuenire poteſt, niſi exactiſſima quis, ac munitiſſima cuſtodia ſe vallauerit, quippe animam ipſam petit, ac monet non impudica tantùm, ſed etiã pudica mulieris oculus; præterea & palpationes emolliunt, & honores mãcipant. & ſimul charitas ferunt eadem bonorum omnium author, ijs, qui ea rectè vti neſciũt, malorum omnium author ſit.* Quot verba, tot gemmæ. *Oculus pudicus ſic monet ac impudicus*; Immò pace Chryſoſt. amplius, nitimur enim in vetitum, quod intactum, & ſingulare, ardẽtius appetimus, & integeratam temerare voluntatem ad gloriã ducitur, palpationes emolliunt, immò dei ciunt, ac deſtruunt, vnde ille

Euripides in Hippolyto. *Seneca.*

Hoc eſt quod mortalium cuſtodes bene habitant Deo eſſe, ne deſinunt, grati valde ſermones.

42. Superbi etiã falſò laudati aſſentimur.

Excellentiſſimè Senec. epiſt.60. *Cùò nobis placemus, ſi inuenimus, qui nos bonos viros dicant, qui prudentes, qui ſanctos, non ſumus modica laudatione contenti, quidquid in nos laudatio ſine pudore congeſſit, tanquam debitum prendimus, optimos nos eſſe, & ſanctiſſimos affirmantibus aſſentimur, cum ſciamus ſæpe illos mentiri.* Propriſſimè ad rem, optimos, ſanctos, perfectiſſimos, doctiſſimos, auſteritſſimos, religioſiſſimos dum nos dicũt, emolliunt, & ex optimis peſſimos faciũt. *Honores mancipant* immò deditiuum faciunt, ligãt, irretiunt, intoluunt, & quaſi ferreis vinctum ligaminibus ducũt, quò volunt, quò iubent; vnde ſerua ex libera, mancipia ex domina effecta voluntate, *Malorum omnium ſit author.* vt S. aiebat Chryſoſt. Nam ſicut S. ait Thom. vel quiuis alius oputc.64.c. de periculo familiaritatis dominarum, vel mulierũ, *Licèt carnalis affectio ſit omnibus periculoſa, ſpiritualibus tamè periculoſa eſt magis, maximè quãdo conuerſatur cum perſona quæ ſpiritualis videtur. Nam quamuis eorum principium videatur eſſe pium, frequens tamen familiaritas, domeſticum eſt periculum, delectabile detrimentum, & malum occultum bono colore depictum, hoc tamen non ſtatim perpendunt, quia ſagittarius à principio non mittit ſagittas ven natas, ſed ſolùm aliqualiter vulnerantes, & amorem augmentantes; ad tantum verò in breui deue-*

43. Honores mancipant homines.

S. Thom.

44. Spiritualium fœminarum quam periculoſa conuerſatio.

A *niunt, vt iam non velut Angelus ſicut cœperant ſe inuicem alloquantur, vt videant, ſed tanquam carne veſtitos ſe mutuò inuenerint.* Hinc caſus, hinc ruinæ, hinc monſtra quæ audimus, quæ videmus horrenda; immò quod admirandum vt idem ait ſanctus, *In ipſius nutrimento erroris totum illud iudicant ex maxima charitate procedere*, Quod cùm videris, da animam deſtructam, da deſolatam, da peſſundatam, datet intus abominatio deſolationis.

Cùm videritis abominationem deſolationis Math. c.24. n.14. *ſtantem in loco ſancto*, & c. ait Dominus, *tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes* &c. *cui? erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi uſque modò, neque fiet.* Signum ergo tam mirificæ tribulationis, abominatio eſt deſolationis in loco ſtans ſancto; quid ergo per hanc abominationem? hîc opus, hîc labor, in diuerſa inter ſe diuiſi authores. Irenæus lib.5. c.25. Hilarius & Author imperfecti: referentes omnia ad iudicij diem, per abominationem deſolationis ſtatuam intelligunt Antichriſti: alij ipſum Titi exercitum, alij ipſam deſolationem; verius Abulenſ. in hunc Math. locum quæſt.98. ipſos homines Zelotes, qui vt narrat Ioſeph. Zelo legis populum commouentes, templũmque dominantes horrenda in illo perpetrarunt. Alij propriùs ad rem noſtram, vt refert Hier. nec improbat ſtatuam Cæſaris; alij Adriani. Signum ergo deſolationis vltimæ, tribulationis horrendæ, exterminij totalis, quando intra templum Dei idolum; cum hoc præſente, ſtatim abſit Deus, impoſſibile vt ſimul conuiuant, hunc Auguſt. lib.1. de concordia Euangeliſt. narrat Romanos vſos capta ciuitate, ſtatim Idolum in templo reponere, vt omnes illud adorarent, quod expugnata Hieruſalem omiſerunt de quo expoſtulati reſpondérunt,

Math.c. 24.n.12.

Abominatio deſolationis à Chriſto prædicta quæ.

Irenæus. Hilar. Author imperf. Abulenſ.

Hieron.

Auguſt.

46. Romani cur deuicta Hieruſalem Idolum nõ collocarunt in templo.

Quia Deus Iſrael alium in eius templo ſocium Deum non admittebat. Idolum ergo in loco ſancto abominatio eſt deſolationis, ſimulque ſignum omnis ruinæ, omnis calamitatis, omnis tandem Dei derelictionis, quod eſt vltimum malorum omnium; iam intelligis, cor hominis ſpiritualis locus ſanctus eſt, in quo ſponſus cubat, in quo Chriſtus deliciatur; D deſolatio abominationis in eo collocatur quando Idolum, quando amor mulieris etiam ſanctarum, dum inordinatus, quod tu cùm videris, da animam deſolatam, da derelictam, da ſpirituales in carnales conuerſos, da ſanctos in ſathanas, da, vt ait Auguſt. cedros libani diruitas; *Nec tamen*, ait, *quia ſanctiores, ſunt minus cauenda, quò enim ſanctiores fuerint, eò magis alliciunt, & ſub prætextu vani ſermonis immiſcet ſe viſus impuriſſima libidinis; credemihi, cedros libani, id eſt contemplationis altiſſimæ homines, & gregum arietes id eſt, magnos prælatos Eccleſiæ ſub hac ſpecie corruiſſe reperi, de quorũ caſu non magis præſumebã quam Hier. & Amb.* tribulatio enim ſpiritualis tunc fiet talis, qualis nec ab initio mũdi, peccãt horrẽdè, fœdè abominabiliter, & quod tremendum, quia ſpirituales, ſic in carnalibus ſpiritualia miſcent, vt ex hac cõmixtione terreũ quid conficiatur, quo nil tetrius, nil abominabilius. *Conſolationem ſimpliciter ſenſualem* ait ſanct. Thom. vbi ſuprà, *eſtimant, affirmant, & aſſerunt eſſe*

47. Vltima ſpiritualis hominis ruina Idolum in corde admittere hoc ob amorem inordinatũ etiam ſanctarum mulierum.

Idem Auguſt.

48. Hominũ ſpirtualiũ caſus horrendi, ac fœdiſſimi, & cur.

S. Thom. 49. Amorem carnalem dicunt spiritualem.

spiritualem gratiam. & diuinam], quid fœdius? *sentiunt in oratione colorem quendam ignitum à sagittario illatum, quem dicunt esse ignem Spiritus sancti transmissum, volentem coniungere spiritum cum spiritu alterius vinculo charitatis*, quid detestabilius? at audi ex ipsomet sancto aliquid peius, *& quod super omnia videtur mihi horrendum Deo, Angelis, ac dæmonibus in executione sua libidinis præsumunt dicere se habuisse in illis actibus impudicis magna sentimenta de Deo.* En ad qualem per eorum sentinam vnus ducit virum immoderatus affectus spiritualiũ; vidimus nostris hoc temporibus, audiuimus in antiquis, hinc horrẽdæ exortæ hæreses, & abominanda dogmata, sic miseri sub onere tandem depressi, vt & si velint iusto Dei exigente iudicio inde attollere non possint caput, cum vt ait

August. 50. Secum pœnam trahũt peccati.

Augustin. lib. 1. retract. c. 15. *Qui autem cogenti cupiditati bona voluntate resistere noluerit, iam hoc ita peccatum est, vt sit etiam pœna peccati.* Non possunt ait, non quod eis sufficiens deficiat gratia, qua possent si vellent, cum simul bonã habeant voluntatem; sed quia iusta Dei sententia efficax, at quia illa se talibus reddiderunt indigni, hinc cogenti voluptati bona voluntate seu potius necessitate non possunt, quia nolunt. Vnde in profundum deueniunt malorum, vt hinc perspicias, quam verè idem

S. Thom. 51. Difficillimè surgunt.

S. Doctor in 6. epist. 1. ad Timoth. lectione 2. super illa verba, *Adolescentiores autem viduas deuita*, dixerit, & nos alibi, *quantum ad consortium, & familiaritatem, quia iuxta sapientis dictum melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens; hoc est, securior quis commoratur cum homine peccatore, quam cum muliere sancta*; Ex huius enim familiaritate vt diuus aiebat Aug. Cedros Libani delectos vidimus, hoc est, in

S. Thom. 52. Securius cũ homine habitate peccatore quã cum muliere sancta.

Prou. 9. v. 16.

virtute gigantes, Prouerb. 9. n. 16. contra infensatum illum iuuenem clamat Salomon, qui voce mulieris delusus, in domum nil mali suspicans intrauit eius, *Et ignorauit quod ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiua eius*, vbi Pagninus, *& ignorauit quod ibi sint mortui, & in profundis inferni inuitati ab ea*, ũge versiones, & vide quàm aptè nostro respondeant institute; in domo mulieris, in eius familiaritate, consuetudinéque non quilibet moriuntur, sed gigantes, sed fortes, sed strenui, sed viri in virtute excelsa, hinc tales conuiuæ non in infernum, sed in eius profundis demergũtur, cum talium locus in illo non quilibet, sed profundus. Ex quibus omnibus constat, quam periculosa mulierum conuersatio, quam homini noxia, quod quidem non mirum si ad primum attendas parentem, qui sic ob eam deliquit vt ipsa Dei necessaria extiterit sapientia ad eum à delicto suo educendũ, cum vt noster affirmat Sapiens cum solus esset, potens fuit ad illum custodiendum, ne caderet, *cum solus esset*, &c.

S. Thom. 53. Gigantes spirituales per eam deleti.

Num. 2. *Et eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis. DE custodia Adami ante lapsum cum egisset Sapiens Num. antecedenti, nunc in isto de sapientiæ benignitate, post lapsum, misericordia à delicto illum educentis, & saluantis, vt mox dicemus.

Cantab. *Et eduxit illum à delicto suo*, &c. Canthacuzenus nescio quid commentatur, per eductionem intelligens præceptum de non comedendo, quod si seruasset, delictum non incurrisset; sed est merè cõmentum; cum vt bene Lorinus, *Lorinus.* præceptum per se non erat causa vt laberetur, nec ideo datum vt laberetur: communior ergo omnium expositorum sententia, sapientem hic de peccato primi parentis intelligere, déque eius per gratiam pœnitentia, qua ab illo eductus Deique sapientia reparatus: immo & saluatus, vt mox dicam.

1. Hæretici qui affirmarunt Adamum non saluatum.

Non defecerunt qui dixerint Adamum non saluatum, sed æternis addictum flammis periisse; sic Tacianus Iustini Martyris discipulus, qui hæreticus postea, dux fuit illorum qui nominati sunt Encratitæ, qui hoc delirium prodiderunt Irenæus lib. 1. aduersus hæreses, c. 31. Euseb. lib. 4. historiar. Ecclesiæ, c. 29. Epiph. hæres. 46. Philaster in cathalog. hæreseon, Aug. in lib. de hæres. n. 25. tom. 6. Rupert. lib. 3. in Genes. c. 31. licet non neget ab hæreticis hanc asseri sententiam, tamen in illam inclinare videtur; eo vel maximè cum teneat hunc sapientiæ librum non esse canonicum, ne videretur hac communi authoritate.

Irenæus. Euseb. Epiphan. Philaster. Augustin. Rupert.

Hæc sententia omnino temeraria est, vtpote contra communem Patrum, & Ecclesiæ sensum, & absque nota hæresis affirmari non potest; immo nec dubitari vt inquit Castro hic.

Castro.

2. Vera sententia primos parentes saluatos contraria vero est temeratia.

Communis ergo, & vera sententia Adamum & Euam primos nostros saluatos esse parentes. Sic Irenæus lib. 1. c. 31. & lib. 3. c. 34. 35. 37. 39. & Augustin. epist. 99. quæ est ad Euodium, affirmãs hunc esse communem Ecclesiæ sensum. *De illo*, ait, *primo homine patre generis humani, quòd Christus cum descendit ad inferos, inde eum liberauerit, Ecclesia fere tota consensit, quòd eã non inaniter credidisse credendum est, vndecũmque hoc traditum sit, etiam si canonicarum Scripturarũ hinc expressa non proferatur authoritas, quanquam illud, quod in lib. Sapientiæ, c. 10. scriptum est, Hæc illum qui primus factus est à Deo, patrem orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo, & dedit ei virtutem continendi omnia; hoc inquã quod ibi scriptum est, magis pro hac sententia quàm pro vllo alio intellectu facere videatur.* Illud etiam affirmat Tertul. lib. de præscript. c. vltimo, Chrysost. hom. 7. ad populum Antiochenum, Ambros. lib. 2. de pœnitentia, c. 11. & alij, quàm plurimi quos breuitatis causa relinquo.

Irenæus. Augustin.

Hæc autem sententia, cum iam extra telam, superfluum docerem rationibus eam comprobare, nisi quas sanctissimus adducit Irenæus, ita pulcherrimas æstimassem; vt lectori fraudem me facturum iudicarem, nisi eas vt in ipso sunt, isdem prorsus verbis referrem, quæ grauia, quæ efficacissima, ipse enim lib. 3. aduersus hæreses, c. 34. sic ait, *Hic est autem Adam, si oportet verum dicere, priformis ille homo de quo Scriptura ait, dixisse Dominum, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, nos autem omnes ex ipso. & quoniam sumus ex ipso, propterea quoque ipsius hereditanimus appellationem, cum autem saluatur homo, oportet saluari eum, qui prior firmatus est homo.* Pulchra ratio, nos homines per Adamum, qui prior fuit homo, qualis erat ratio, vt nos homines secundi, vt sic dicam, saluaremur primo perdito ho-

Tertul. Chrysost. Ambros.

Irenæus.

Digitized by Goo

mine. Vnde sequens Sanctus ait, *Quoniam nimis irrationabile est illum quidē, qui vehementer ab inimico læsus erat, & prior captivitatem passus est, dicere non eripi ab eo qui vicerit inimicum, ereptos vero filios eius, quos in eadem captivitate generavit,* concinnè, filios eripit, & quidem ob genitoris respectum, vt ipse sanctus infrà ait, ipsum tamen non eripit genitorem, qualis hæc ratio? aut qualis hæc victoria? ideo subdens ait, *Nec victus quidem adhuc parebit inimicus, ipsis veteribus spoliis manentibus apud eum*, nil melius; quod amplius confirmans, c. 35. adnotat ad hoc significandum. Adamum non maledictum, sed terram, sed serpentem, *Propter hoc*, ait, *& in initio transgressionis Adæ, sicut narrat Scriptura, non ipsum maledixit Adam. sed terram in operibus eius, quemadmodum ex veteribus quidam ait: quoniam transtulit quidem maledictionem in terram, vt non perseveraret in homine* Ergo non homo, sed terra maledicta, vt ex eius defatigatione affligeretur homo, & peccatum remitteretur. Non sic autē serpens: nā ipse maledictus, & æternis ob hoc addictus pœnis, inquit Sanctus, quemadmodū & Cain etiam peruersus, vnde sequens inquit, *Omnis autem maledictio decurrit in serpentem, qui seduxerat eos.* Qui cum primus esset maledictus, ab inde, affirmat non homini, sed sequacibus eius ignem præparatum esse æternum. *Hoc idē autem, & Dominus in Euangelio his qui à sinistris inveniantur ait; abite maledicti in ignem æternum: quem præparavit Pater meus diabolo, & Angelis eius: significans; quoniam non homini principaliter præparatus est æternus ignis, sed ei qui seduxit, & offendere fecit hominem.* Egregiè, homo non maledictus, sed serpens, ergo ignis æternus, qui maledictis debetur, non erit propter hominem, sed propter serpente, eiusque sequaces. Angelos videlicet, & homines vt ipse maledictos, veluti Caim; sicut sequens inquit Sanctus, c. 36. & præscitos tunc, qui maledicentur, qui nulla facta pœnitentia cum diabolo comburentur: non autem Adamo, qui post peccatum statim se pœnituit, vt probat Sanctus, c. 37. *Vnde ait, ab altero seductus sub occasione immortalitatis, statim timore corripitur, & absconditur, nō quasi possit effugere Deum, sed confusus: quoniam transgressus præceptum eius.* Cuius pœnitentiam ex cinctorio ficus eliciens, sic prosequitur: *Etenim per succinctorium in facto ostendit suam pœnitentiam, foliis ficulneis semetipsum contegens, existentibus & aliis foliis multis, quæ minus corpus eius vexare potuissent; condignum tamen inobedientiæ amictum fecit, conterritus timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum.* Ex quibus omnibus sanctus Pater certam Adæ saluationem deduxit, nouam, inauditámque Tatiani sententiam asserens, c. 19. apertè affirmat mentiri eos, qui aliter sentiunt.

c. 3. Adam cur cinctorio ficus se contexit.

Peregrins. Tandem Benedictus Pererius hoc confirmat ex sepultura Adami in Caluario monte, vbi Christus Dominus crucifixus, vt qui primus peccati fuerat author, primus eius etiam vim experiretur sanguinis. sic lib. 7. in Genes. disputat. 5. Adam sit saluus; optima consequentia, si semel verum demus esse quod assumit; variè enim de illo senserunt Patres, quod vt clarius constet: infrà placuit ex proposito rem discutere. Satis sit pro nunc illud supponere, & cum Sanctis concludere, Adamum primum nostrum parentem saluum, Christóque conregnare.

An autem simul cum corpore? incerta res est; piè autem sine incommodo credi potest: eo vel maximè, cum verisimilior; immo & probabilior ea sit opinio, quæ asserit, corpora Sanctorum, quæ cum Christo surrexerunt, vt affirmat Matth. c. 27. n. 52. non ad vitam mortalem, sed immortalem resurrexisse; de qua re videndus est Suarez, de vita Christi in Commentario, art. 3. quæst. 53. qui latè de hac re; si ergo aliqui tunc surrexerunt, non solùm ad Christi resurrectionem comprobandam, sed ad eius potentiam, misericordiámque manifestandam, cur non primi nostri parentes?

4. Sic credi potest cum corpore in cælo nunc esse.

Matth. c. 27. n. 52.

Suarez.

Secundò, si illud fuit ad plenam de morte, diabolóque exercendam victoriam, vt non solum ipse actualiter Christum ad vitam reduxisse aspiceret animas, sed etiam corpora, in quo corpore amplius hic eluxisset triumphus, quā in illo primi nostri parentis? à quo nostrum mortuum corpus. Vnde sic dicam, eius corpus per antonomasiam mortale dici potest: decuit quippe, vt in signum summæ Christi victoriæ, illud corpus prius cæteris resurgeret, quod amplius quam cætera, & prius morti addictum extitit.

Tertiò, illa verba Pauli epist. ad Ephes. c. 5. n. 14. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Secundum Hieronymi sensum hic, sunt Christi à Paulo Spiritu sancto pleno dictata: affirmat idem Sanctus quendā exposuisse de Adamo, quasi ipsi Christus illa diceret, dum in Caluario sepultus, per Christi sanguinem esset viuificatus, legens pro *Illuminabit te Christus, tanget te Christus. Scio*, inquit Hieron. *me audisse quendam de hoc loco in Ecclesia disputantem: qui in theatrale miraculum, nunquam ante visam formam populo exhibuisset vt placeret: testimonium hoc inquiens ad Adam dicitur in loco Caluariæ sepulcrum vbi crucifixus est Dominus, qui Caluaria idcirco est appellatus: quòd ibi antiqui hominis esset conditum caput; illo ergo tempore quo crucifixus Dominus super eius pendebat sepulchrum, hac Prophetia completa est dicens: Surge Adam qui dormis, & exurge à mortuis, &, non vt legimus, orietur tibi Christus. sed continget te Christus, quia videlicet tactu sanguinis ipsius, & corporis dependentis viuificetur, atque consurgat, & tunc typum quoque illum veritate compleri, quando Elisæus mortuus mortuum suscitauit. Hæc autem vtrum vera sint necne, lectoris arbitrio relinquo; certè tunc in populo dicta placuerunt, & quodam plausu, & tripudio sunt excepta.* Ergo licet non admittat Hieronymus expositionem, non tamen eam damnat, & illud *Tanget te Christus*, legit Ambrosius, Augustinus in Psalm 3. & Chrysost. quod cum sic, & piè hæc admitti possit expositio, clarè ex illa educitur, antiquissimè, (tempore nempe Hieron.) creditum fuisse Adamum cum Christo simul consurrexisse, & exsuscitatum fuisse: at vt dixi, hoc adhuc incertum, licet in gratiam primi nostri parentis, & vt quam longissimè ab hæreticis, qui illum condemnatum faciunt, distemus, piè admitti possit, non solum vt inquit noster Sapiēs,

Ad Ephes. c. 5. n. 14.

Hieron.

Ambros. August. Chrysost.

à ſapientia diuina (hoc eſt) Chriſti, liberatum à delicto: ſed etiam cum ipſo conſuſcitatum.

Lorinus.

5. Iuſtus & amittere gratiam poteſt, & peccare mortaliter ex loco educitur Sapientiæ, contra hæreticos.

Cum Lorino, placet etiam adnotare, ex hoc loco hæreticorum confundi errorem, ſemel iuſtum nunquam poſſe gratiam amittere, & non cenſeri peccatum mortale, niſi reproborum; prædeſtinatorum autem omnia eſſe venialia; Adam enim, & iuſtus, & prædeſtinatus gratiam amiſit, & peccauit mortaliter, quid ergo occinunt præſciti iſti?

Hugo.

Et dedit illi virtutem continendi omnia, Aliqui codices, vt Complutenſes, Regij, aliique expoſitores Latini, vti Hug. Cardinal. hæc alia legunt prius, & *eduxit illum de limo terra*, ſed ab emendatis relicta ſunt libris, & Græci codices ea non agnoſcunt, ſicut nec Aug. epiſt. 99. & vt bene adnotat Lorinus, ſenſum reddunt præpoſterum; quomodo autem hic error irrepſerit, vide apud Burgenſem in notis.

Auguſt.

Burgenſ.

Cantacuzenus.

De ſenſu autem, Cantacuzenus explicat, vt *coercere poſſet omnem cupiditatem*, alij quia noſtra ſunt omnia, vt ait Apoſt. 1. Cor. c. 3. n. 22. alij vt Caſtro, quod dedit illi virtutē vincendi, & ſuperandi omnia huius mundi pericula, planior, & verior ſenſus, quod dedit illi vim, & virtutem dominandi omnibus animantibus ſibi inferioribus, quod dominium, & ſi poſt peccatum, quantum ad pleniorem vſum, & plenā executionēm amiſerit Adam, ſingulari Dei deficiente prouidētia, qua omnia ad nutum prudentis hominis ſubdebantur mandata: tamen quoad ſubſtātiam remanſit, verè omnium Dominus exiſtens inferiorum, tum per rationem, tum per ſcientiam, ſapientiāmque à Deo ei indiram; quapropter rectè ſapientis verba Adamo competunt, quidquid dicat Rupert. lib. 3. in Geneſ. c 31. qui ob hæc verba librum nō admittit, quaſi ſolius ſit Chriſti omnia continere; quod non eo ſenſu de Adamo dixit Sapiēs, vti ipſe intelligit: ſed eo quem ſuprà nos diximus, de dominio nempe ſuper res creatas, quod expreſſit Dauid, Pſal. 8. n. 5. *Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi, volucres cæli, & piſces maris.* Et Eccleſiaſt. c. 17. n. 4. *Dedit illi poteſtatē eorum, quæ ſunt ſuper terram, poſuit timorem illius ſuper omnem carnem, & dominatus eſt beſtiarum, & volatilium*, quod dominium, & poſt lapſum etiā datum, vnde Geneſ. c. 9. n. 5. tranſacto diluuio filiis dicitur Noe, *Terror veſter, ac tremor ſit ſuper cunctа animantia terra, & ſuper omnes volucres cæli, cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terram, omnes piſces manui veſtræ traditi ſunt.* Ex quibus non nouum illis tributum dominium, ſed firmatum antiquum: quod primus acceperat homo, ipſi tunc & primi, & veluti noui homines in terra. Hic autem, vt dixi, verus, germanus, literaliſque eſt ſenſus. Ex quo appoſitiſſime deinde poterit allegoricus, nempe per Dei miſericordiam reducto homine à peccato, ſuóque delicto, dediſſe ei virtutem continēdi, ſubiugandi, ac calcandi omnem virtutem, potēriam, magnitudinem illius, qui ob peccatum Dominus effectus erat omnium; quo ſubſtracto, ſimul & omnia ſub pedibus depoſuit Sanctorum; in quo facto, in quo victoria ſummus Chriſti Domini noſtri extitit honor, ſummum tropheum, vt mox dicemus.

Pſal. 8. n. 5.

Eccleſiaſt. c. 17. n. 4.

Gen. c. 9. n. 1.

HOMILIA XVI.

Chriſti tropheum Diabolum vincere hoſtem potentiſſimum ſubtus nos ſternere, noſtra tamen neceſſaria cooperatio.

ET *eduxit illum à delicto ſuo, & dedit illi virtutem continendi omnia*, de noſtra ait ſapiētia, Salomon: quaſi Chriſti tropheum indigetans; hominem ſcilicet ob peccatum ſub Diaboli imperium aſtrictum ſoluere, diabolum ipſum ſternere, ſub hominum pedibus proiicere, liberans enim hominem à delicto, eius ſoluens peccata, ſtatim illico quaſi ex conſequenti, dedit ſimul ei virtutem continendi omnia, hoc eſt, ſubiiciendi, calcandi, ſubiugandi ipſos etiam dæmones. Nam cum illum deuicit, ac imperio exturbauit, qui noſtra ad ſui commodum vtens malitia, ſub ſua nos habens poteſtate, domos ciuitatéſque ſibi conſtruens, ſic inexpugnabilis erat effectus vt nullum proclamante Iob prorſus timeret. Illa victoria magnum profecto ſibi acquiſiuit honorem, magnum erexit tropheum, cum ſic potens perfidus iſte in nobis, ſic munitus extaret.

7. Pharao geſſit typum diaboli tyrannidis inexpugnabilis niſi per Chriſtum.

Enimvere inſolens Pharao diaboli typus, ne filij Iacob Eſua dimanarent poteſtate, ſic eos oppreſſit vt ſimul inexpugnabilem ex eorū ſe cōſtitueret oppreſſione, qua propter Exod. c. 5. n. 11. *Affligens eos omnibus*, vt ſibi ædificarēt effecit, *vrbes tabernaculorū Phitom, & Rameſſes.* Duram per peccatum diaboli nobis tyrānidem demonſtratum eorum pōdere nos grauari, per ea ciuitates domóſq; ſic fortes ei ædificauimus, vt niſi Chriſtus, quæ ſua erat potēria, ad illum debellandū, peccatáque tollenda deſcendiſſet, hucuſque ſub illius eſſemus tyrannide, duro ſub illius imperio: *Ex quo intrauit Iſraël in Ægyptū*, ait Rupertus lib. 1. in Exod. c. 5. *vſque ad veſpertinā immolationē agni*, id eſt, *ex quodam de paradiſo cecidit, vſque ad paſſionē filij Dei non ceſſauit ille exactor, non quieuit tributum, nō ſolutum eſt iugum dominantiū. Nam ex tunc facta eſt pax, reddita libertate, nec enim vt ante, ita nunc agit quicquam pro imperio; verumtamen vt latro inſidioſus poſt nos incedit, & inſidias inſectatur liberatos, vacuas eſſe gemens vrbes, quas ædificauimus illi Phiton quod interpretatur os abyſſi, vnde nos Chriſtus eduxit, & Rameſſem quæ interpretatur de tinea, aqua medicus ille capita noſtra purgauit.* Pulchrè, vbi illud adnotandum poſt Chriſti triūphum, iam diabolū non agere quicquam pro imperio ſicut antea: nam deſtructis, redditiſque ſine habitatore ciuitatibus imperiū perdidit; vnde à ſolio decidens, ex imperatore latro effectus non ante nos, ſed poſt nos, immo ſubtus nos calcaneum inſidians noſtrum incedit, *Ante aduentum Chriſti*, ait Hier. in Pſal. 9. to. 7. *diabolus dux ituerit mortis fuit; ſed poſtea retro Eccleſiā ſequens eſt quaſi canis.* Quam magnifica ergo hæc extitit victoria de tam potenti tyranno, quā grandis de tā immani hoſte triūphus. Meritò ergo propriū Chriſti peccata tollere dum illis deletis deuicit diabolum, ſerpentem antiquū, militem fortiſſimum, tyrannum inexpugnabilem, principem mundi. De quo ipſemet apud Iob c. 41. n. 24. planè affirmat ſic potentem; *Vt non ſit ſuper terram poteſtas quæ cōparetur ei, ob quod factus eſt, vt nullū timeret.*

Rupert.

8. Diabolus poſt Chriſtum narum nō amplius princeps ſed latro, ſed canis.

Hieron.

Iob c. 41. n. 24.

Quod vt pateat, medullitus dæmonis poten-

9.

by Google

Eius fortitudo ac potentia quanta.

tia exagitanda, ac diſquirenda quanta ſcilicet ſit; duo enim & præclariſſima ex hoc eliciemus. Primum Chriſti victoriæ magnificentiam; ſecundum noſtræ præuentionis, ac curæ neceſſitatem, vt contra talem, tantúmque ſtare poſſimus hoſtem.

Fortitudo ergo diaboli tam ingens, tam magna in ſe eſt: vt bono noſtro morus ſupernus ille prouidentiæ pater; omnibus eam ſic notam eſſe voluit: vt nemo ipſam ignoraret, ac proinde deceptus reputaret non contra fortiſſimum, ſed contra debilem ſe certaturum inimicum; vnde quaſi de victoria ſecurus otio ſtertens ad pugnandum ſe non accingeret. *Per hoc quod viarum Dei principiũ dicitur*, magnus ait Greg. Moral. 32. c. 19. *per hoc quod permittente Domino valdè intolerabilis demonſtratur, apertè cognoſcimus cum quanto hoſte pugnamus*, hinc ad noſtrum valde conducet profectum ſi potentiam, ſi vires, ſi fortitudinem noſtri ſcientes hoſtis de noſtra ſolliciti ſalute vigilemus armati, non dormiemus inermes, hoc profecto nobis ſuadere S. voluit Apoſt. ad Epheſ. c. 6. n. 12. quando ad bella præcinctos nos deſiderans, non quomodolibet, ſed Dei amatura ait, *Induite vos armaturam Dei*, cauſam adiungens: *vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diabuli*. Et ne aliquis putaret debilem eſſe hoſtem, ac propterea non timendum, vt ſanctus ait Doctor hic, ſequitur, *Quia non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus.* Singula ponderanda: in inimico quatuor ſunt valde timenda, potentia, nequitia, calliditas auxiliantium multitudo. Da aliquem hæc omnia poſſidentem, do tibi inuincibilem, do timendum; hæc ſimul omnia in ſummo poſſidet dæmon gradu, ait Apoſt. eſt potens dum princeps, & non ſimplex, ſed poteſtatem hãbens, dominans, regnans, puniens, virtutem exercẽs. *In quantum ergo aliqui dæmones inducunt aliquos ad rebellandum Deo, dicuntur principes*, ait ſanctus Doctor, *in quantum verò habent poteſtatem puniẽdi illos qui eis ſubiiciuntur, dicuntur poteſtates*, At quid? & ſi potens, nunquid ſolus & ſine exercitu? magnos quidem eos poſſidet, vnde & rector ob hoc dicitur *tenebrarum harum*, hoc eſt, vt ait ſanctus Doctor, *peccatorũ*: inimicus noſter ſic potens eſt, vt non ſolus ſit, ſed multis vallatus exercitibus peccatorum hominum ei parentium, obſequentium, vnde qui eum inimicum, & ſimul omnes penſitet quòd homines habeat inimicos peccatores; *Tunc deſcendit de mõtibus, Holofernes*, ait Scriptura, Iudith, c. 3. n. 9. *cum equitibus in virtute magna: & obtinuit omnem ciuitatem, de vniuerſis autem vrbibus aſſumpſit ſibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellum*. Secum quippe magnum de ſuis habebat exercitum vtpote cẽtum viginti millia peditum ibi, c. 2. n. 7. at quaſi nõ triſtatus, & auxiliares adiecit copias ex ſubiugatis, plus ex his ſperans quam ex ſuis, nõ ſecus ac dæmon contra nos plus ex hominibus peccatoribus, quam ex ipſis expectans dæmonibus; at ſi ſic munitus, nunquid ſimplex, nunquid non iniquus, non callidus? immo ſic callidus vt non cõrporalis: ſed ipſa ſit ſpiritualis calliditas, & nequitia, *Emphatica eſt locutio*, ait idem ſanctus Doctor, per quã intelligitur, *plenitudo nequitiæ: quia quantum eſt altior ſecundum naturam, tãto ad malum conuerſus eſt peior, & nequior*. At ſi nequiſſimus, ſi callidus, ſi vallatus, ſi dominans, ſi potens, nũquid nos in meliori conſtituti loco, ille infra, nos verum ſuprà belligeramus? immo è contra ipſe in aëra in cæleſtibus, nos in terra, ipſe ſupra, nos de infimis, en quantum nos ſuperat: ergo ſi natura eius exquiritur, ſpiritus eſt, ſi ſpecies, inuiſibilis, ſi indoles, nequiſſimus, ſi locus tandem aër, cælum, en quam terribilis, & cum quo nobis irreconciliabile bellum?

10. Deus neminem eam ignorare, voluit, & cur. S. Greg.

Ad Epheſ. c. 6. n. 12.

S. Thom.

11. Ex quibus eius elucet fortitudo.

S. Thom.

12. Eius exercitus ſunt homines peccatores ob quod potentiſſimus pluſquam ex ſociis dæmonibus. Iudic. 3. n. 9.

At hæc generalia ſunt, minutius res indaganda, ac ſigillatim eius inquirendę partes, has quidem omnes nobis per Iob Dominus ſub figura, & nomine Behemoth. & Leuiatham expoſuit, ſic vt quantus fortitudine, quantus robore, quantus potentia, prorſus ad ſtuporem ſit. Breuiter ergo, & quaſi per compendium ex illis quæ Dominus Iob. c. 40. & 41. de illo pronunciauit aliqua attingemus, quæ magis, quod intendimus declarent, quantáque ſit huius belluæ fortitudo apertè demonſtrent,

Iob 40. n. 41.

13. Cur apud Iob Behemoth dictus.

Primo ergo à nomine incipiens ait, *Ecce Behemoth quẽ feci tecum.* quod nomen apud Hebraiſantes eſt plurale, à ſingulari *Behemat*, ſignificans terreſtre quadrupes, aut domeſticũ, aut ferum, aut diſtinguitur à ſerpente, & reptili; nec ſine myſterio in plurali eum nominat: nam cum plurale nomẽ ſæpè ad amplificationẽ dicatur, & in plurali nominamus eos, quos magnos, excellentes, vnicos velimus dicere. Ideo non *Behemat* in ſingulari, & ſi vnus, ſed *Behemoth*, in plurali eum dicit, ſignificans non quamlibet dæmonem eſſe beſtiam, ſed ingentem, omnium in ſe includentem truces beſtiarum proprietates: eſt terribilis vt leo, ferus vt vrſus, inhumanus vt tigris, verſipellis vt vulpes, crudelis vt panthera, vaſtus vt elephans, tandem turpis vt ſus. Ex quo fit vt qui cum eo bellum gerat, ſimul cum omnibus illud gerat animalibus, & beſtiis, omnium in ſe ipſe ſolus concludens fortitudinem, inhumanitatem, feritatem, beſtialitatem, hoſtilitatem, Apoc. c. 13. n. 1. *Beſtia aſcendit de mari ſimilis pardo, & vrſo, & os eius ſicut os leonis*. En cõgeries beſtiarum; & aptè ſanè, nam cum peccatores ſint vulpes, porci, canes, leones, equi, muli, tigrides, vrſi, pardi, viperæ, ac denique cætera beſtiarum genera, ſit equidem vt pater ipſorum eandem ſortiatur appellationẽ, capita, & omnium beſtiarum rationem, *Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ*, ait Iob, c. 41. n. 25. vbi Simmachus. *Ipſe eſt rex omnis naturæ virulentæ*, vnde ſicut quando creatus antequã fœde ſuperbiret perfectiſſima Dei extabat imago, in ſe propemodũ omnes explicans Dei perfectiones, ſic miſer ſuum non intelligens ſtatum, dum amplius aſcendere quam par eſſet attentaſſet, ab illo ſupernо deturbatus, non in beſtiam, ſed in beſtias euaſit; *Homo cum in honore* eſſet non intellexit, regius ait Pſaltes Pſal. 48. n. 13. hinc *Comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis*. Cuius ſtultitiæ rationem eleganter aſſignans Theodoret. ait, *Cauſam eius ſtultitiæ eſſe, quod nos dignitatem intelligere. nolumus, quæ à Deo omnium conditore data eſt nobis, ſed iumentorum, ferarúmque vitam amplexi ſumus*. Non

Pſal. 48. n. 13. Theodoret.

14. Ex Angelo in omnes beſtias cõmutatus.

equidem aliter ac dæmoni euenit superbo, qui dum suam à Deo dignitatem cognoscere recusauit, diffluens in opera non Angelica, sed statui carnali propria, nempe *in inimicitias, contentiones, æmulationes, iras, dissensiones, sectas, inuidias*, quæ omnia opera esse carnis affirmat Apost. ad Galat. c. 5. n. 19. non secus ac homo in iumentorum, ferarumque immutatus est conditionem, factus omnium Basilicorum, & Regulorum rex, omnium in se virus, ac sæuitiam colligens animalium; en quam terribilis, Meritò non *Behemath*, in singulari sed *Behemoth*, in plurali dictus; quis ergo resistet?

Ad Galat. c. 5. n. 19.

17. Os in pro Scripturis fortitudine.

Gen. c. 49 n. 13. Psal. 52. n. 6. 3. Reg. c. 12.

At quale eius corpus? *Ossa eius*, ait, *velut fistula aris, cartilago illius quasi lamina ferrea*, mirum, os ex se symbolum est fortitudinis, roborisque, totam corporis molem sustentans, hinc Genes. c. 49. n. 13. de Sçachar dicitur *Asinus fortis*, vti in Hebræo est *Asinus ossis*, & Psal. 52. n. 6. *Deus dissipauit ossa eorum*, hoc est robur, potentiam, *qui hominibus placent*, & stultus Roboam, 3. Reg. c. 12. n. 10. *minimus digitus meus, grossior*, hoc est, *fortior est dorso patris mei*, vbi per digitum, & dorsum ossa significantur. Quasi fatuus diceret, minimus digitus meus, hoc est, minimum os meum fortius, & grauius vobis existet, ampliorem in vos fortitudinem exeret, amplius opprimet, quàm magnum os, quàm lumbare patris mei, quod si hoc, qualis erit dæmonis fortitudo, dum ad os adicitur æs? profectò infinita. Cartilago res est mollis in homine, at in dæmone lamina ferrea. Ergo nil in ipso molle, totum durum; immo ipsa mollities in eo ipsa durities; at quænam diaboli *ossa*? quæ *cartilago*? *Pertinacia inflexibilis intus, & foris in cogitatione, & opere*, ait Philippus; at sanctus Gregor. eius consilia, *Nam*, ait, *sicut in ossibus corporis robur subsistit, ita in fraudulentis tota se eius malitia erigit: per cartilaginem verò, cum valde mollis sit, certamen mouet, quando se in insidiis sub prætextu infirmitatis exercet.* Ex his duabus expositionibus si vnam conficies, quam immensa sit dæmonis fortitudo certè colliges; consilia quippe habet in damnum nostrum alta, subtilia, immensa, propè infinita; sed hæc cum Pertinacia inflexibili, continua, indefessa, assidua, imperterrita, nunquam cessante die, noctúque, horis singulis, instantibus, singulisque momentis, indefatigabiliter. Deus bone quis resistet? *In occursum pergit armatis*, ait Hieron. in c. 39. Iob, tomo 7. super illa verba, *Nunquid præbellis equo fortitudinem, contemnit pauorem, nec cedit, quia si ad contumaciam, & voluntatem illius nequissimam, ac procaciter impudentissimam attendamus, intrepidus non terretur, non erubescit, etiam si gladio ferri Dei territus fuerit, & fugatus, reuertitur iterum, nec confutatus abscedit, fremens, & fremens.* Cui accinens Bernard. in serm. 3. de fragmentis septem misericordiarum. *Nunc quidem*, ait, *aperte, & violenter nos impugnant, nunc occultè, & fraudulenter, semper autem malitiosè, & crudeliter nos impugnant & persequuntur nos, & adhæc toleranda; ne dicam superanda, quis idoneus?*

Philippus. S. Gregor.

Hieron.

Bernard.

16. Dæmonis quæ ossa, quæ cartilago.

17. Diabolicorpus quam terribile.

Iob c. 41. n. 6.

Si ossa sunt hæc, si cartilago lamina ferrea, quale eius corpus? Deus bone quàm tremendum? *corpus illius*, sub nomine Leuiathan describens sequitur Deus, c. 41. n. 6. *Quasi fenestra*

A *fusilia, compactum squamis se prementibus, una vni coniungitur, & ne spiraculum quidem intercedit per eas.* En quã impenetrabile; at quæ sunt ista scuta? *Omnes eius consortes*, ait Philipp. *& spiritus immundi, conspiratione, & indissociabili connexione cum illo deuincti.* Deus bone quã terribilis, quàm fortis est diabolus ex hac consociatione; mirum, non sic ipsi inter se, & contra se dissiti, ac cõtra nos vniti, vnde licet superbissimi, ac imperio obtrectantissimi: tamen ad malum nostrum, sic infimi malitia superioribus subduntur libenter, vt non plus ab obedientissimo desiderares subdito. Vnde rectè Origen. ordinem contemplatus dæmonum in nostra oppugnatione, in quolibet vitio vnum esse dæmonem principem affirmat, cui multitudo aliorum obsequitur, & tamen super hos principes vnum superiorem cui intentissimè omnes obediunt, sic hom. 15. in Iosue. Post quam dixit singulis hominibus singulos esse dæmones ad tentandum, & pro variis vitiis, varios etiam dæmones, sequens ait, *Sed puto magis, principem quidem fornicationis spiritum vnum esse, innumeros verò esse qui in hoc ei officio pareant, & per singulos quosque homines diuersi spiritus sub eo principe militantes, ad huiuscemodi eos peccata follicitent, similiter & iracundiæ spiritum principem vnum esse, innumeros verò sub eo degentes: similiter & auaritiæ; sic & superbiæ, & cæterorum malorum; tamen reor omnium principem velut eminentiorem quendam in nequitia; & in scelere celsiorem; qui totum mundum, quem isti ad peccata singuli quique per peccatorum species pro parte follicitant, solus velut omnium principum dux, & totius nefandæ malitiæ magister exagitet*; Deficit quidem animus nisi ad Christi gratiam attenderet vt infrà diximus, quando hæc considerat; vnus ego; ipsi innumeri; ego à me ipso dissitus, ipsi concordes; ego principi meo rebellis, ipsi obsequentes; ego simplex, ipsi astutissimi; ego caro, ipsi spiritus, ego nusquam ad bonum meum intẽtus, ipsi semper ad meã perditionẽ; quomodo saluabor? sed pergo ad bestiæ immanitatẽ.

Philippus.

Origen.

18. Singulis vitus singuli præsunt dæmones cui innumeri obediunt omnes ad malum nostrum vniti.

B

Si corpus tale, sicque compactum, fusisque scutis circũfusum, nunquid simplex sine cauda? immo & cum magna, *stringit caudam suã quasi cedrum, nerui testiculorum eius perplexi sunt.* En quã alta, quàm simul inflexibilis, sed quid per stringere? in originali aiunt Hebraismus est verbum *nhaphat*, quod propriè *velle*, aut *complacentiam habere* significat, & ad ingentẽ animi voluptatem refertur; vnde propriè legeretur, *delectabitur in cauda sua*, aut volet, vel *cũ vult cauda sua est tanquã cedrus.* At in quo eius delectatio? profectò in eam *mouendo, erigendo, stringendo*, vnde tota eius voluptas in hoc continuo, sempiternóque caudæ motu; sic vt nunquam à motu desistat eius, nunc erigẽdo, nunc stringendo, nunc inflectendo ad instar scorpionũ caudæ, de qua Plinius lib. 11. c. 25. *Scorpionis cauda semper in ictu est, nulloque momento meditari cessat, ne quando defit occasioni, ferit & obliquo ictu, & inflexo*, quod cum sit, quid nũc per dæmonis caudam? Greg. *Antichristum*, Nicenus. *mentẽ obfirmatam, atque inexorabilẽ vsque ad extremum*, alij *mortem*. Ex quibus omnibus si vnam conficias allegoriam, attẽdes dæmonis voluptatẽ in eo, in extrema scilicet fortitudine

19. Dæmonis cauda quæ.

C

D

20. In quo eius voluptas.

Plinius.

Greg. Nyssen.

21. In hominis morte omnes dæmones accurrunt.

quam cum morientibus exercet, cauda sua illos stringendo, ventilando, feriendo, semper indefesse, incessanter; omnibus horis, omnibus momentis: sic vt etsi, vt diximus, singuli dæmones ad singula sint destinati vitia, & singuli principes ad ea, tamen quoad mortem, omnes, infimi, supremi, nullo excepto concurrunt, adulant, & ex longissimis etiam affluunt partibus: ita vt nullus ex aëre, nullus è terra, nullus ex aquis, nullus ex antris sit perfidus, qui non assistat spiritus. Deus bone quis saluabitur? Meritò in Apocalyp. cap. 12. n. 4. dictum quod draco ille magnus: *Cauda trahebat tertiam partem stellarum.* Meritò ibi n. 10. fortitudo equorum erat in caudis, quia eas, *similes habebant serpentibus, habentes capita, & in his nocebant.* Capita habebant, id est, sensus, intentiones, discursus, affectus, impetus omnes intentos ad mortem hominum; omnes illic conuenientes: nam etsi capita dæmonum in vita hominis disiuncta vt diximus, tamen in cauda, hoc est, in fine vnita, non secus ac Sansonis vulpes in capitibus disiunctæ, in caudis alligatæ. Sic dæmones in morte vniuntur, colligantur omnes summa diligentia, summóque liuore assistentes absque intermissione, indefesse, caudam mouentes; & non solùm caudam tunc habebit, sed testiculos implexos, seu vt in originali *Ramisficatos*, perquos eius etiam fortitudo exprimitur in illa vltima hora, qui dum ramificati dicuntur, & implexi significant inuolutionē tūc, & implicationem omnium voluptatum, cogitationum iniquarum, pessimorum operum, quæ in vita egimus, tunc enim veluti tela quadam bene ordita, & implexa ex ramis cognationum fortissimis contexta, & filis memoriæ præteritorum peccatorum compacta, suprà nos attentissimè expandet, vt nullum sit peccatum, nulla minima imperfectio, nulla parua cogitatio iniqua, quam suprà nos non pandat, singula ponderans, exagerans, caudam extollens, vibrans, inflectens; vt ad vltimam nos ducat desperationem. Amplius tentat, *Diabolus hominem in fine vitæ*, ait. Bernard. in tractatu de modo bene viuendi ad sororem; *Et hoc est quod in principio serpenti dictum est, & insidiaberis calcaneo eius.* Qualis tunc eius ira, furor, rabies, sciens quia modicum tempus habet, Apoc. cap. 12. n. 22. *Væ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet.* Modicum tempus ei videtur à principio sui casus ad finem vsque mundi, ob hoc irascitur, & fremit; quid ergo, quando non amplius quam vnus dies, quàm vna hora, quàm vnum instans, qualis eius tunc ira, qualis ferocitas, qualis tentatio? *Vere terribile est mortis mysterium*, Sanctus, ait, Nilus apud Anastasium Initaitam, tomo 6. Bibliotech. Patrum 1. parte, *quando eorum qui animam repetunt formidabilis præsentia, ipso etiam habitu metuenda, paulescentem ad exitum occupat, quando etiam dæmones mala commissa exprobrant, & ad se rapiunt.*

Apoc. c. 12. n. 4.

22. Quam terribilis eius tentatio in illa hora.

Bernard.

Apocalyp. 12. n. 22.

Nilus.

Si corpus tale, si cauda sic timenda, forsitan eius cor molle, mite, compassiuum, carneum? audi: *Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.* Quid durius? quid fortius? Cor rigidum & hirsutum signum quippe est fortitudinis teste Plin. lib. 11. cap. 37. *Cum cor carneum sit, ait, sine osse, præterquam equi, & generis cuiusdam bouis, in quibus osficula quædam fortitudinis & sustentandi causa inueniuntur.* At in Leuiathan non osficula in illo, sed lapideum; immo ferreum, & malleo ductum, quinimo vt ipsa incus, quæ continuo percussa, durissima euadit; quo quid aliud significat, vt diuus Thom. ait, nili vim, potentiámque dæmonis nullis cedentem difficultatibus, nullis externis viribus, & aggressionibus, sic in damnum constipata nostrum, vt semper dura, inflexibilis vlque in finem nos tundat, percutiat, cædat, indefinenter, incessanter. *Non contenti prima irruptione*, ait Basil. hom. 15. in Psal. 61. tom. 1. *secundam, & tertiam inuehunt, donec sic animam prolapsi subuersant vt similis sit parieti inclinato, & maceriæ depulsæ, qui mox vt in alterutram inclinat partem, prorsus necesse sit, dissolutus vt concidat.* At quid, pace Basilij secundam, & tertiam inuehunt? Centesimam, & millesimam valebit dicere; sic contint, sic duri, sic perseuerantes semper ad ruinam sunt nostram. Deus bone quis resistet? nos molles, illi duri, nos carnei, illi ferrei, nos corde blandissimo illi lapideo, & vt sic dicam incudineo.

Plinius. 24 Cor hirsutum signum fortitudinis

Basilius. 25 Diabolus & si millies repulsus millies redit.

23. Cor dæmonis quam durum.

Hinc cum talis, & tantæ sit molis, quales eius erunt actiones? Attende. *Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi: de ore eius lampades procedunt sicut tædæ ignis accensæ, Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.* Per sternutationem, per oculos, per palpebras, per verba, per halitum; omnes intelligunt sancti eius consilia, cogitatus, machinationes, discursus, affectus in hominum rumas intentissimos, ignitos, ardentes, vrentes, penetrantes, vehementissimos: quod equidem satis apparebit si exactè primam tantum particulam discutiamus.

26 Quæ eius sternutatio.

Sternutatio eius, ait, *splendor ignis*, vapor incluſus in cerebri ventriculis subtilis, & delicatus, à natura cum impetu, & vehementia conante cerebrum expurgare. Est sternutamenti materialis causa; vt Galenus docet, lib. 2. de symptomatum causis, cap. 2. 3. 4. 5. qua propter vt ipsemet cap. 6. sternutatio opus facultatis est expultricis, differtque à pandiculatione, & oscitatione per motum remissum, nam isti sunt motus mediocres, sternutatio, & tussis motus validi; immo vehementiorem esse naturæ vim in sternutatione, quàm in tussi aperte affirmat, & lib. 6. de Morbis vulgaribus, com. 2. textu 32. ex aliorum sententia ait, *Sternutationem appellatam esse eructationem, & in vniuersum omnem excretionem ructamentum appellari posse, qua ratione dixere Poëtæ, mare eructare foras cum æstuat.* Vapor ergo in cerebro incluſus foras cum vi à natura expulsus sternutamentum facit. Hic autem non sicut in homine aqueus, sed in dæmone igneus, hinc foras erumpens splendorem emittit igneum. Si ergo tales vapores sunt in dæmone & ij cogitationes dicuntur, tum quæ in hominum molitur ruinam, tum quæ in homines immittit, cum sint ignitæ, & vi expellantur quales

Galenus. 27 Sternutatio quid, & quomodo à vaporatione differat.

erunt? Quàm fortes, quàm violentæ, quàm vt sic dicam intolerabiles? *Transfigurat se in Angelum lucis*, ait Philippus, *& sui cerebri sordes, velut rem splendidam, & illustrem cum delectatione effundit.* Deus bone qualis, quæ, quàm ignita est illa cogitatio à dæmone homini immissa carnali, quis illi resistere potest? *Halitus eius prunas ardere facit*, ait Dominus ibidem, *& flamma de ore eius egreditur.* Qualis illa etiam immunda homini spirituali de mundo, de superbia, de carne? Talis profecto sic molesta, sic ignea, sic ardens, vt & incepisse pœniteat; *Nequissimus hostis est illa vel prima calliditas*, ait Hieronym. epist. 1. ad Demetriad. *& ars doli plena, fatigare cogitationibus rudes animas, & novellis in proposito mentibus solet tam sordidas nonnunquam, & impias cogitationes inserere menti, vt qui tentatur, dum sanum illud curat esse quod cogitat, deteriorem se per spiritum immundum proposito suo arbitretur effectum, multóque puriorem animam habuisse se credat, cum adhuc res sæculi amaret.* Hinc gemitus, lachrymæ, timores horrendi; Quis ergo ad talia potens? Meritò tandem de eo affirmat Dominus, quod *cum sublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur.* Admirabilem hæc verba facient sensum si li *purgabuntur*, accipiamus vt potest accipi pro *peccare, deuiare, aut declinare, & aberrare à recto*; de qua re videndus est Pineda hic. Si ergo in hunc sensum illud accipiamus talem reddent, *cum sublatus fuerit*, hoc est, cum se eleuabit, extollet, in altum, contra homines se eriget eos persequendo, insultando, feriendo, *timebunt Angeli*, hoc est viri fortes, principes, strenui, & in virtute maximi, *& territi purgabuntur*; cadent, decident, in peccatis delabuntur, viam virtutis deserent, ad vomitum redibunt, sub se eos sternet, ac proijciet.

Philippus.

Hieron.

28. Cogitationes immundæ quantũ hominem de fatigant spiritualem.

En qualis istius potentia, quales vires, qualis magnitudo. Quis ad illa idoneus? Vnde homines contra illum potentes? Vnde ab illo victoria possibilis? Nos infirmi ille potentissimus, nos debiles, ille fortissimus, nos carnei ille totus æs, totus ferrum, nos molles ille ipsa incus, nos flexibiles ille inflexibilis, nos sine alterius ope, ille magnis stipatus exercitibus, nos ignorantes ille scientissimus, nos simplices, ille versutissimus, cor nostrum carneum, suum lapideum, nos illico defatigamur, ipse infatigabilis, nos dormimus, ille semper inuigilat; quomodo ergo vincemus: aut talem subiugabimus hostem?

29. Diaboli fitis nostræ perditionis quàm ingens.

Tandem vt concludamus hoc vltimum addam, eius sitim nostræque perditionis insatiabilem cupiditatem, dum nunquam satis se factum putat, quàm cum eius adiuncta potentia profecto insuperabilem intolerabilémque prorsus eum reddunt Ester cap. 3. n. 3. *Omnis ciuitas nostra, omnisque possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregesque ouium, & caprarum, equorúmque, & camelorum, & vniuersæ facultates nostræ, atque familiæ in conspectu tuo sunt:* Holoferni populi dixerunt illi infelices; *Sint omnia nostra sub lege tua; nos & filij nostri serui tui sumus. Veni nobis pacificus Dominus, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi.* Pende singula ciuitates, possessiones, montes, colles, campos, armenta, greges, facultates omnes, familias, tandem se filiósque præbebant, nil remanens super, nil reliquum; nunquid his placatus, amicitiásque iunxit cum illis, aut placare potuerunt? Attende n. 11. *Nec ista tamen facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerant: nam & ciuitates eorum destruxit*: Deus bone, qualis eius sitis, qualis dæmonis cuius ille figura, qualis rabies contra nos, vnde in nobis tale bellum, vnde ei nostri tanta sanguinis sitis; cur nos, & nostra non ei sufficiunt? Sane ea quippe ratione, quia Holopherni ait scriptura n. 13. *Præceperat Nabuchodonosor, vt omnes Deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subiugari.* En inimicitiarum caput, en belli ratio contra nos, ideò non fit ex nostris satis, nec nobis est contentus, quia non nos, sed nostram exposcit adorationem. Vult à nobis solus Deus haberi; vnde non tantum contra nos quantum contra Deum eius est pugna, hinc eius sitis, hinc eius rabies; quæ dum sic magna, & vt sic dicam immensa: ipsas auget vires, ipsam extollit potentiam.

30. Vnde ea est mora, & quid à nobis ipse exposcit.

Absorbebit fluuium, & non mirabitur, de eius insatiabilisiti loquens, ait Dominus, *& habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.* Absorbebit; Caietanus, *rapiet;* Vatab. *calumniat;* Regia, *comprimet*, id est, exinanier, exhauriet, sic vt cursum stare videatur, & hoc rapiendo, calumniando, quæ ingentem exprimunt vim sitis, dum aquam vi, extorsione, calumnia, ob eam eripimus. Absorbebit ergo, rapiet, comprimet flumen. Et tamen tanta eius est sitis, quod non mirabitur, 70. *non sentiet*, Simmach, *non panebit*; Hebraicè, *non festinabit*: Totum absorbebit sine admiratione, non illam totam aquarum congeriem in stomacho persentiet, bibet sine festinatione, & timore, cum summa delectatione nunquam satiatus, sic post epotationem sitibundus: Vt habeat, *fiduciam quod intret Iordanis in os eius.* Mira amplificatio: Sitis dæmonis flumen absorbet, hoc est, secundum diuum Thom. homines inconstantes, peccatores, turbidos, cœnosos, quibus delectatur. Non secus ac Elephas cui aliqui hæc ascribunt, de quo Ælianus lib. 4. cap. 44. *Clara aqua potio*, ait, *Elephanto inimicissima est, turbulentam, & sordidam suauissime bibit; at si ad flumen, & lacum accesserit, non prius quam cœnum pedibus perturbarit, & pulchritudinem aqua deformarit ad hauriendam aquam incumbit:* Sic dæmon perlibentissime hos bibit, at non satiatur, sed spem Iordanis habet, ad electos, ad sanctos aspirat; immo vt volunt aliqui ad ipsum etiam Christum, quem ex Iordane in desertum adductus ibi eum ebibere attentauit. Qualis hæc sitis, quàm ingens! *Cucurri in siti*, aiebat Dauid Psal. 61. num. 5. hoc est, secundum diuum Basil. in hunc Psalm. hom. 41. in dæmonum sitim incurri: *Pernicacem*, ait, *& intentam vim dæmonum nos ex insidys appetentium dicit, impressionem suo excursu aduersum nos facientium, quod nostram cupientissimè sitiant deperditionem.* Quis ergo ad hæc resistendum idoneus?

31. Peccatores absorbere non ei satis ad sanctos aspirat.

Psal. 61. n. 5.

S. Thom.

32. Elephas aquam turbidã desiderãs diaboli symbolum.

33. Christus solus potens cum vincere.

Nullus quidem, nisi ipse Dominus noster Iesus Christus; ac proinde quo maior diaboli potentia, vis, magnitudo, potestas, eo maior Christi victoria, altitudo, potentia; sic eum vincens, debellans, ac opprimens; immo enervans in principio quando Verbum apud Patrem; quando adhuc sine carne: vt ad stuporem ipsis etiam fuerit Dei supernis Angelis. Quod pulchrè exprimit diui Thom. sensum & Nicolai ad illa verba suprà allata ex Iob, nempe *cum sublatus fuerit timebunt Angeli*: vbi ipsi ad potentiam Dei illud referentes in dæmonis è cælo deturbatione, tantam illam in Angelis affirmant admirationem peperisse: vt obstupescentes timore omnes essent repleti:

34. Sicut ad stuporem ipsi adducti sint Angeli. *S. Thom.*

Liranus. *Timor iste non est aliud*, ait Liran. *quàm admiratio Angelorum sanctorum de diuina virtute, & iustitia, in deiectione, & punitione dæmonis, quæ partim facta est à principio sui casus, & consummabitur in futuro iudicio, quando cũ peccatoribus damnatis detrudetur in inferno:* Et Glosa, *Leuiathan ab arce beatitudinis cadente in ruinã eius etiam electi Angeli expauerunt, vt cum à statu superbiæ lapsus egeret, illos ad robustius standum timor ipse soliidaret, & purgati sunt, quia isto cum reprobis legionibus exeunte electi soli remanserunt.* Tunc primum certe eum deuicit sua gloria, sua maiestate: At & si magna hæc victoria, nobilior tamen, excelsior, ac præclarior quando non in eius gloria, sed in ipsius eum subiugauit humanitate, sic eum debellans, flauidúmque reddens: vt non amplius hominum carnes sicut Leo, sed fœnum comedat sicut bos: non perdens, sed hominem velit nolit seruans; ei deseruiens; non imperans; vt egregiè adnotauit Philippus in illum Iob locum suprà adductum, nempe, *Ecce Behemath quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet.* vbi illud, *tecum*, interpretans, *apud te*, sic ait, *dial olum sortem, & potentissimum inimicum tuum, quem ob immanitatem trucis animi eius, Behemoth nomine feralis bestiæ nuncupauit, apud te velut bonum, animal videlicet mansuetum, fœnum comedere faciam, non carnes vt Leo, quia carnes quando comeduntur non fit sine vinculis interitu; circa te vero non ita est, sicut iam dixi: cui iussione imperij mei hoc modo præcepi dicens: Ecce in manu tua est, verumtamen animam eius serua.* Pulchrè. Ante Christum diabolus leo, carnes comedens, occidens, mactans: post Christum bos fœnum comedens homini ipsi sua malitia seruiens, ipsi sua obsecundans Christo fœuitia.

Philipp.

35. Nouus Christi victoria de diabolo quando humanatus.

36. Quomodo cum homini subiugauit.

37. Diabolus sua malitia Christo seruit.

Hoc certè acutè obseruauit Rupert. lib. 5. in Genes. cap. 18. super illa Verba Domini; *Super pectus tuum gradieris*, adnotans in eo quod suprà pectus eius malitiæ grauitatem, è ingressu vero Dei obsequium velit ipse nolit; *Incedendo*, ait, *euacuasti merstum hominis, sed hoc facto gratia Dei locum apertisti, cui amplius inuidebit, dum homo seipso tanto fit altior, quanto gratia Dei cuiuscunque creaturæ meritis est maior, ab hinc vsque in finem dum Deo volens aduersaris, Deo nolens cooperaris, & ita circulum habens in naribus tuis super pectus tuum gradieris, quia miro modo, & mala inuadis, & bona facis, dum persequendo hoc ipsum quod vt destruas persequeris; dum quasi malleolus aurum Dei nequiter affligis, & affligendo ad gloriam extendis.* Egregiè, vbi adnotandum illud; *& ita circulum habes in naribus tuis*, alludit enim ad illud Dei, Iob. vbi sup. cap. 40. n. 21. *Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?* Loquebatur enim Dominus de Leuiathan quod interpretatur additamentum, copulatum, comitatum, quatenus vt diximus non solus est diabolus: sed secum magnos habet comitatus tum Angelorum deperditorum, tum hominum peccatorum, ac proinde magnæ est potentiæ, & infinitæ prope modum tum magnitudinis, tum fortitudinis. Huic ergo tam forti, tam magno circulum Deus posuit in naribus, *clauis suis*, vt vult Olympiodorus, & Nicetas cum configens, & perforans: Nam vt bene Nicetas clauus adactus, & circum actus in circulum cuadit. Vnde Olympiodorus; *Cruce sua, & clauis suis quasi hamis piscem capiunt.* Hic ergo sic lingua & naribus perforatus graditur quidem: sed non liberè vt ante Christum; at cum fune cuius caput in Christi manibus. Vnde ad eius imperium graditur, non quò vult, sed quò eum iuuat, & graditur malitiæ plenus suprà pectus; tamen in creatoris obsequium ipso fune & circulo moderante sic: Vt non vltra quàm velit, non vltra quam necessarium, non vltra vires: sed vt cum tentatione faciat proficuum quasi malleolus aurum Dei tundens, affligens; sed ad gloriam extendens, aptans, perficiens, totis ipsius potentia non iam contra homines, sed in hominum obsequium virtute Christi resoluta. Quid magnificentius? quid-ve illustrius? *Ædificationem hanc conquassauit inimicus*, ait Basilius, hom. 41. nempe homines in iustitia creatos, *creator vero noster fracturas ipsius reparauit, atque ita necessaria est ruina post peccatum, vt eximia est prærogatiua resurrectio propter immortalitatem.* Pulchrè, potentia sua dæmon conquassare potuit ædificationem: sed reparationem non potuit impedire, ex ipsa contractione vt aiebat Rupert. gratiæ Dei locum aperiens, hinc & si necessaria post peccatum ruina: tamen reædificatiõ eximiæ fuit prærogatiuæ, dum non ad casum, sed ad immortalitatem reædificamur; immo ad potentiam, ad imperium sic: vt & si nos imbelles, ipse fortis, nos vt sic dicam locustæ ipse gigas subtus nos ille sit, ipsi impetamus, subiugamus, non quidem nostra; sed Christi virtute.

Iob. 40. *n.* 21.

38. Christi Claui circuli sunt in naribus dæmonis, quibus trahitur. *Olymp. Nicetas.*

39. Dæmonis potẽtia per Christum in hominis beneficium resoluta.

Bas.

Pulchrè hoc ni fallor insinuatur in facto illo terræ promissionis exploratorum, Iudicum cap. 13. vbi post terram consideratam, post fructus ex ea desumptos, ad populum redeuntes, & si terram optimam melle, & lacte manantem affirmarunt: tamen in illa habitatores gigantes, quorum comparatione ipsi locustæ n. 34. *Vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere gigantes, quibus comparati, quasi locustæ videbamur:* Quibus perterritus populus verbis, animum despondit, in Ægyptum redire efficaciter destinauit. At Caleb, & Iosue alio induti spiritu proclamantes dicebant, cap. 14. n. 7. *Nolite rebelles esse contra Dominum, neque timeatis populum terræ huius, quia sicut panem ita possumus eos deuorare, recessit ab eis omne præsidium, Dominus nobiscum est nolite timere.* Mirum ipsi locustæ, illi gigantes, & ta-

40. Quanta virtute illi imperamus ex Christi gratia. *Iudicum.* c.13.n.34.

*Cap.*14. n.7.

men audacter affirmat posse locustas gigantes sicut panem deuorare, vnde talis ei præsumptio? Sanè ex illo, *quia Dominus nobiscum est.* Sic Gigas dæmon, nos locustæ, si Iesus nobiscum, deuorabimus eum, subiugabimus, Imperabimus; in hoc enim Christi est gloria, vt gigantes ad deuorandum locustis præbeat, vt locustæ gigantes vincant: *Vult enim semper Iesus res mirabiles facere*, ait Origenes hom. 7. in Num. *vult de locustis vincere Gigantes, & de ijs quæ in terris sunt, cælestes superare nequitias.* Pulchrè, vbi adnotandum illud, *& de ijs quæ in terris sunt cælestes superare nequitias.* Recole quæ diximus de dæmonis potestate, recole locum eminentiorem è quo contra nos belligerat, recole ipsum spiritum esse cælestem, nos terrena animalia, & tamen cum tantis nos ipse superet, nos illum, non ille nos vincit: Vnde hoc? quia Iesus vult res mirabiles facere, Gigantibus Gigantes opponere non magnum, at locustas hoc maximum; ipsum se dæmoni opponere; *Qui exultauit vt Gigas ad currendam viam.* Profecto magnum, sed non maximum; at nos qui locustę dæmoni opponere, & illum, à nobis, non vero ab illo nos vinci hoc maius est. Egregiè hoc idem Orig. vbi sup sequens ait: *Et fortassè hoc est quod dicebat in Euangelijs, quia qui credit in eum non solùm facies illa quæ ipse facit, sed maiora horum faciet; vere enim mihi maiora videntur, quod homo in carne positus, fragilis, & caducus fide tantum Christi, & eius verbo armatus, superet Gigantes dæmoniacas legiones, quamuis ipse sit, qui vincit in nobis, plus tamen esse dicit, quod per nos vincit, quàm quod per se vincit.* Nil melius, hæc certe est Christi gloria, hæc eius triumphi magnitudo; in potestatem hominis dæmonem dare, vt eum deuoret, de pascat, mordeat, incusset, ad nihilum redigat, Psal. 73. n. 14. *Tu confregisti capita draconum, dedisti eum escam populis Æthiopum, quomodo acceperunt Æthiopes draconem istum in escam?* Ait Augustinus. *puto vt ipsum consumerent.* Quam cõsummationem explicãs, duobus eam euenisse modis affirmat, primò: Quando consumpta gentilitate, quæ eius erat corpus, virtute Apostolorum transiit in Christi corpus, ob quod Petro dictum; *Occide, & manduca. Corpus diaboli consumendum erat*, ait, *& hoc ab Israelitis consumendum: ex illo enim populo Apostoli, ex illo prima Ecclesia, & dictum erat Petro degentibus, occide & manduca, quid est occide & manduca? Occide quod sunt, & fac quod es; hinc comede, & bibe & si commune, quia oportebat vtique, vt corpus quod erat diaboli, credendo transiret in corpus Christi, sic diabolus consumitur amissis membris suis*: Secundò autem consumitur vt idem ait Sanctus quia nunc omnes eum mordent: *Quid est mordent? reprehendendo, culpando, accusando diabolum.* Corpus eius gentiles erant, corpus eius peccatores nunc sunt, hi ipsum timebant tanquam Dominum, adorabant tanquam principem, nullus contra eum, nec mussitare audebat ante Christum, vt idem ait Augustinus serm. 197. de temp. tom. 10. omnes eum timebant, non secus ac Israëlitæ superbum illum Gigantem, ob quod nec pugnare audebant; *Et quare non audebant pugnare*, ait Augustinus, *quia David, qui typum Christi habebat, mundum vincebat; quis enim contra diabolum pugnare poterat antequam Christus genus humanum de potestate diaboli liberaret?* At post Christum natum omnes eum deuorant, quia à Christo datum in escam, omnes ei insultant, deridentes, blasphemant vilipendunt, & quod maius, non gigantes sed locustæ, sed Æthiopes, hoc est, ipsimet peccatores, qui prius eius serui, quorum prius ipse Dominus, & princeps, quibus ipse sic præcellebat, ipsi postea à peccatis liberati, à delicto educti, virtutem habent eum obtinendi, conculcandi, & subiugandi, qualis maior triumphus? Quod profecto totum non ex nostris meritis, non nostris viribus, sed Christi merito, & virtute, qui dum homo factus, & vt nos puluis, merito & si puluis nos, & cineres superbum deuincimus, & debellamus. *Quid namque nos nisi puluis sumus*, magnus ait Greg. Moral. 32. cap. 19. *Quid verò ille nisi vnus ex cælestibus spiritibus, & quod adhuc maius est, summus; quid ergo de propria virtute audeat, quando contra Angelorum principem puluis pugnat? Sed quia supernorum spirituum conditor terrenum corpus assumpsit, rectè iam superbientem Angelum humilis puluis vincit.* Nil melius diabolus spiritus, nos puluis, quid illo fortius? Quid nobis debilius? Qualis ergo poterit in nobis inesse superbia dum hæc consideramus, qualis iactantia si tentationes superamus, si diabolum vincimus? Profecto nulla, cum ipse prope in infinitum nos superat, antecellitque; attamen & si puluis nos vincimus ex virtute quippe Christi pulueris vt sic dicam. Ex quo enim Deus pro nobis humanatus, ex quo puluis factus, ex quo corpus assumpsit nostrum; noster puluis diaboli ære, ferro, in cude, fusis scutilibus fortior euasit, valentior. Qualis hæc Christi victoria, qualis triumphus? Profecto immensus.

At & si hoc, & si hostis noster à Christo victus, & si subtus nos illum proiecit, nunquid hoc sufficit, & stertentibus nobis vincemus? Minimè profecto: *Inhærendo quippe veræ fortitudini vires accepimus*, ait Greg. vbi sup. *quas transfuga spiritus dum semetipsum sequitur amisit.* Excelle dictum, semetipsum sequendo vires diabolus amisit, nos illas accipiemus, Christum non nos, sequendo, & totam illam diaboli fortitudinem in nobis transferemus, si nos ipsos deserẽtes, ad instar Christi exemplar vitam reformabimus nostram. *Scitis enim*, ait Chrysostomus hom. 60. in Genes. *quod hostem habemus perpetuum, & fœderis nescium, vnde nobis magna vigilantia opus est, & non aliter eum vincemus, quam si per vitam optimam supernum nobis auxilium conciliemus.* Expende verbum, *& non aliter.* Prorsus insanæ mentis est, talem putare deuincere hostem non bellando, militiæque nomen non dando: *Non vales resistere Philistæo isti*, Rex ait Saül adolescenti Dauid, 1. Reg. cap. 17. n. 32. *nec pugnare aduersus eũ*, cuius ratio, *quia puer es, hic autem vir bellator ab adolescentia sua.* Optimáque extitisset ratio nisi, & bello assuetus, & in prælijs sæpe victus non ei dixisset Dauid: *Leonem, & vrsum interfeci, erit ergo Philistæus hic incircumcisus, quasi vnus ex illis.* Bellauit, vicit, quia in bello assuetus, non vicisset si otio, si delicijs. *Si tales instructa sunt acies*, ait Chrysost. hom. 22. in

41. Panis nobis erit, quo saginabimur.

Origenes.

42. Christus semper vult res mirabiles facere.

43 Maior eius gloria diabolum per nos, quàm per se vincere.

Ps. 73. n. 14. Augustin.

44. Duobus modis à Christo extinctus.

Idem Augustin.

43. Peccatores qui prius eius subditi virtute Christi illi insultant.

46. Nos cineres diabolũ vicimus, quia Christus cinis.

S. Greg.

47. Ad vincendũ dæmonem necessaria nostra cooperatio.

48. Christum non nos sequi debemus si vincere velimus.

Chrysost.

49. Non otio sterere sed bellare.

1. Reg. c. 17. n. 32.

epist. Pauli ad Ephes. in Morali, *si incorporales principatus, si mundi Domini, si spirituales nequitiæ, aduersus nos sunt, quomodo dic quæso delitiaris? quomodo inermes vincere poterimus? Ista quisque sibi singulis diebus dicat, quando per factum occupatus, quando per concupiscentiam, quando mollem vitam inconsultò, ac frustra quærit.*

50. Cõtra diabolum non se armare stultum.

Genes. c. 32. n. 7.

Bellè quidem, talem habemus inimicum sic potentem, sic nobiscum iratum, & ad prælium non nos accingimus? ipsum non timemus? qualis hæc vesania? Genes. 32. n. 7. *Venimus ad Esaum fratrem tuum*, viri dixerunt ad Iacob; *& ecce properat tibi in occursum tuum cum quadringentis viris*, quo audito, *timuit Iacob valde, & perterritus diuisit populum.* Vnde timor? Nonne frater, nonne ex eodem progeniti patre, matréque? Sanè quia primo genituram ei abstulit, quia primùm eripuit locum; meritò ergo timuit, contra te insurgit dæmon iratus valde: Quia primum ei abstulisti locum; quia primogenituram; quia te filium Dei videt; nam vt bene Chrysost. hom. 13. in Math. *Aduersum te diabolus nunquam irrueret, neque superbiret: nisi in maiori te positum honore conspiceret*: Et non times? & ad prælium te non accingis? qualis hæc vesania? *Sicut Iudæi de terrestri Iudea eiecerunt Chananeos*, ait Origenes hom. 7. in Num. *reliquasque gentes, ita & nos necesse est, vt debellemus contrarias potestates, & spiritalia nequitiæ in cœlestibus, sed illi armis visibilibus, nos vero inuisibilibus.* Hoc modo superabimus, nam vt bene idem; *Cum ergo te talibus armaueris telis sequens Iesum ducem, non verearis Gigantes illos, videbis enim quomodo eos tibi subiciet Dominus Iesus: & sicut Patres calcauerunt cervices gentium, ita & tu calcabis super cervices dæmonum.* Egregiè, sequens Iesum, Iesus tibi dæmones subiiciet, at nunquid non eum sequens, sed insequens?

51. Dæmon cur insequitur Christianos, etsi extra eius domos.

Genes. c. 31. n. 20.

Quid, an quia Christianus, & sub vexillo militas Christi putas te securum? nil minus? audi quid Iacob Labano insequenti, furenti, ipsum occidere intentanti locutus: *Esto ad tuos ire cupiebas*, dixit ei Laban, *& desiderio tibi erat domus patris tui, cur furatus es Deos meos.* Genes. cap. 31. num. 20. en ratio insecutionis occisionis, mortis, abscessus è domo Labani cum idolis, merito eum insecutus, forsitan non persecutus si absque idolis fugisset Iacob, sequimur Christum sed cum idolis, bona facimus sed cum idolis, non perfectè, non integrè sed mediatè, mundo, Deóque simul inseruimus, à domo Labani fugimus, sacramenta sumimus, sed cũ idolis, nulla occasione demptą, nullo vitio, nullo peccati, ac delectationis abrupto funiculo: Quid mirum si nos durius, acriúsque insequatur dæmon? At audiamus quid Iacob respondit, nescius enim idola secum, ac sua in domo: *Quod autem furta me arguis*, ait, *apud quemcumque inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris.* Sic iusta Iacobi Labano visa est expostulatio, vt dignum morte reputet apud quem inuenta idola; non ea inuenit Laban, alioquin si inuenisset iuxta sententiam & si Rachel, & si dilecta, & si amata, & si ipsum eius cor, in manu Labani eam dedisset ad occisionem, ad interemptio-

52. Cur diabolus nos odit.

Chrysost.

Origen.

53. Vnde Christiani pereunt, & viri religiosi.

nem; nunquid non sic Deus, & si tu Christianus, & si dilectus ab illo, & si ob baptismum tua anima illius sponsa; nunquid diabolo exprobrante apud te sua esse idola si verum Christus non pronunciabit, *necetur, occidatur.* Ita planè, non occisa Rachel, quia idola non inuenta aliàs necata. *Quia de suo nihil inuenit tenere eum non potuit*, ait August. serm. 80. tenuisset si inuenisset, religiosus es, Clericus, Monachus, Episcopus, professionem emisisti, pauperratem vouisti, Dei es effectus amicus, à seculo fugisti, nunquid si idola tecum, si auaritia iterum, si diuitiarum amor, si concupiscentia mundi, non occideris, non in manibus traderis hostium? & necaberis, & iugulaberis? *Quoties enim hi qui habitu, vel ordine religionis contemplatiuam pollicentur vitam*, ait Rupertus, lib. 7. in Genes. cap. 46. *ad auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus aspiciunt, ita vt nonnunquam de rebus Ecclesiasticis fraudem faciant, sine spiritualia dona tribuant pecunia, Rachel veternosi patris sui furatur idola. Quorum tabernaculum seruatur Laban quando seculares homines illam simulachrorum seruitutem, quam sibi solam esse licitam putant, id est, huiusmodi auaritiam in moribus religiosorum furtim subesse adnotant; at illi occasionem quamlibet prætendunt, quæ rationabilis quidem esse videatur, rationis tamen veritate careat, quemadmodum camelus munditia quidpiam habere videtur quia ruminat, sed vere mundum non est animal, quia non findit vngulam, & illa quidem fortassis mentita est dicendo, quia secundum consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi, sed reuera de anima cuiuscumque talium, qui de prædicta simulachrorum seruitute furtum faciunt, recte Propheta dicit, Omnes qui quærunt eam, non deficient, in mensibus suis inuenient eam.* Egregiè, mundi volunt apparere occasione quæsita, alius prætendit propriam necessitatem, alius parentum, alius officij, alius honoris, alius obligationum. Auaritiæ student & mundi volunt videri vt camelus, sed immundi sunt, quia vngulã non findunt, & si ruminent, scientiam perfectionis habent, sed affectionis pedé integrum. Sic cupidi vt prius, sic imperfecti, sic mundo seruientes, vere non ficte in menstruis sedentes, nunquid tales non à Labano necentur, & si Christus eum viceris, subtrauerit?

Augustin.

Rupertus.

Concludam, tandem vnam tantummodo magni adducendo sententiam Basilij in illa verba Deuter. cap. 15. num. 9. *Caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio*, quæ 70. *Attende tibi ipsi ne fiat verbum occultum in corde tuo*: Vbi sic eleganter sanctus exprimit pater operum nostrorum ad diaboli vincendum necessitatem: vt nil vltra apponendum sit: *Miles es*, inquit, *collabora Euangelio, militia bonam militiam, contra spiritus nequitiæ, aduersus vitiosas carnis affectiones, induito omnem armaturam Dei, vt probes te ei, sisque gratiosus duci tuo; qui hoc te militia adlegit, proinde vt nullis impliceris vitæ istius negotiis, & perplexis curis. Athleta es, attende tibi ipsi, nequam ex legibus Athletico agoni, perscriptis inuenieris transgressus, nam nemo coronatur, nisi qui legitime certauerit: imitare Paulum, & cursu contendentem, & in palæstra colluctantem, & in*

Deuter. c. 15. n. 9.

S. Basil.

54. Quomodo pugnandũ cum diabolo.

agone pugillari decertantem, vt strenuus pugil ipse habeto animam oculum nusquam euariantem, sed attentum, & pervigilem præmuni actutæ passis manibus partes quarum plaga lethalis sit, in aduersarium immotum oculum intendito fixus, in stadio cursu quo tibi præcurrunt in cœlo extendens fac assequaris, sic curito vt prævertas, in luctamine repugna inuisibilibus aduersarijs per vitæ istius curriculum talis vt perseueres, hæc sancit sententia, nimirum animo vt sis non supino, aut concidenti, sed arrecto, non dormiturienti, sed pervigili, ac sobrio, quique multa cum vigilantia præsens sit, & mortis sibi præesse. Singula verba aurea; Es miles ergo collabora Euangelio, Christus pro te laborauit, tu collabora si vis de hoste referre triumphum; sub duce viuis, sis ei gratiosus, quod fit militando, non deliciando, repugnando, non cedendo, Athleta es sic vive vt agonis leges non transgrediaris, parum enim refert si nomine Athleta, moribus autem ignauus, decertas cum hoste, oculum, intentionem, aciem, efficaciam, celeritatem ad illum dirige, motus, actiones, vibrationes, digladiationes eius attendens si succumbere non vis; eleganter Nissenus orat. 2. de beatitudinibus athletam Paulum contiderans sic ait, *Obseruabat aduersary impetum, & incursum, circa gressum firmus, & cautus erat, & cum manus armatas haberet, non in vanum, & inane quoddam intentabat telum quod manibus tenebat, sed aduersary opportunas, atque ad istas expositas, patentesque partes appetebat*, Fac tu similiter, & vinces, curris in stadio, sic vt præcurras, alioquin coronam non acquires; luctaris, oppugnatis, repugna, & tandem dum es athleta, dum in agone, dum in stadio, hoc vnum tibi fixum, hoc in animo altè infixum non supinum, non cor cidentem te esse operare, sed pervigilem, fortem, strenuum si vis iuxta Sapientis dictum eductus per Christum à delicto tuo, omnia *sub te continere* &c.

Nissenus.

DIGRESSIO PRIMA.

Vtrum Adam in Caluariæ monte sepultus, loco vbi Christus crucifixus.

ADemum primum nostrum saluatum patrem, immo prè cum Christo ad vitam consurrexisse immortalem, supra in sensu literali multis astruximus, vltimóque ex eius sepultura in Caluariæ monte confirmauimus, quod cum in controuersia apud Patres sit antiquos, placuit in gratiam primi parentis, penitius rem in hac discutere digressione, ex qua enim non solùm rei veritas constabit, sed etiam quanta Dei benignitas, & amor, quantáque eius diuinæ prouidentiæ suauitas, sic fuum vt apprehenderet plasma persequens, vt ad eum reuisitandum ibi voluerit emori, vbi ipse sepultus.

1. Adami sepulchrum etiam gentiles sunt veneratu.

In hac ergo re sciendum primò, sic ab omnibus primorum sepulchrum expetitum fuisse parentum; vt etiam ipsi Gentiles apud se illud habere gloriosum duxerint, summa sacellum venerantes deuotione, in quo illos existere adhuc imaginantur vt tradit Hieronymus, Osorius in historia Indiana de rebus Emanuelis lib. 4. longè post medium de Insula loquens, quæ dicitur Zeilan, in finibus promontorij, ab antiquis *Cemorin* dicti, cum Æquinoctialem ab illa recto distans gradibus vbi sic, *Propè locum est silex, in qua cernitur vestigium hominis impressum. Est autem insitum incolis vestigium illud esse primi parentis generis humani, qui in cœlum sublatus ab illis esse dicitur; non procul autem inde sacellum visitur, in quo duo sepulchra mira superstitione colunntur; existimant enim in his condita fuisse corpora primi hominis, & vxoris illius.* At certum est eos decipi, cum constans omnium sit opinio antiquorum, Adami sepulchrum in Palestina extitisse; an autem in Caluario, an verò in Hebron tantum ab illis vertitur in dubium, in qua re.

Prima opinio est affirmans, in Hebron Adamum esse sepultum, non verò in Hierusalem, sic Hieronymus c. 17. Math. vbi contrariam appellat fauorabilem interpretationem aures populi mulcentem, *fauorabilis interpretatio*, inquit, & *mulcens aurem populi, nec tamen vera*; & prosequens dat rationem, quare mons Caluariæ sit dictus, ibique Dominus crucifixus, *Extra vrbem*, ait, & *foras portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum. & Caluaria*, id est, *decollatorum humi sepeuenda, propterea autem ibi crucifixus est Dominus, vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij. & quemadmodum pronubo maledictum crucis fuit, & flagellatus est, & crucifixus, sic pro omnium salute quæ nexus inter nexios crucifigerentur. Sin autem quis nos contendere velucrit, Deum vnum crucifixum vt sanguis ipsius super Adæ tumulum distillaret, interemptus est, quare & alij latrones in eodem loco crucifixi sunt, ex arce apparet Caluariæ vrbs sepulchrum primi hominis, sed locus significat decollatorum, vbi ab eodem peccatum superabundaret gratia, Adam ergò sepultus in vrbe Hebron, & Abel in Iesu filij Naue lapsus.* Quæ Hieronymi sententia, vt penitus intelligatur aduertendum nixta illum vt obseruat Maldonatus in c. 27. Math. in illa verba, *Et venerunt in locum*, quo qui decollabantur, insepulti manebant, secus autem qui circa eo loco affigebantur. Vnde eb hoc ait sanctus extra vrbem esse loca *in quibus truncantur capita damnatorum*, quæ cùm insepulta iacerent, & caluarijs locus sparsus, facilè locus ille Caluarius dici potuit; Hieron. secuti sunt Isidorus lib. de ortu & obitu Patrum c. 1. *Sepultus est Adam*, ait, *in loco Arbee, qui locus nomen à numero sumpsit*, hoc est, *quatuor: nam tres Patriarchæ ibi sepulti sunt & hic quartus Adam*; Beda super Acta c. 7. & lib. de locis sanctis c. 9. Alcuinus lib. 49. in Genes. interrogat. 110. S. Thomas 3. propos. 69. art. 10. ad 3. Marianus Scotus in chronica 1. parte ætatet. Hug. Cardinal. super Genes. c. 31. Hist. scholastica super Genes. c. 29. Nicolaus Lyranus super 14. Iosue, Brocardus in descriptionibus Terræ sanctæ c. 12 Thomas Anglicus super 22. Genes. Abul. super Iosue, & lib. de optima Republica, Arbericus lib. 1. Theosophiæ, Sixtus Senensis lib. 6. Bibliothecæ annotat. 122. Gerebrardus lib. 1. chronologion tem. 5. Iansenius in sua Concordia c. 122.

Hieron.

Prima sententia negans.

Maldon.

Isidorus.

Beda.

Alcuin.

S. Thom.

Marianus Scot.

Hugo Cardin.

Hist. scholastic.

Lyranus.

Brocardus.

Thomas Anglicus.

Hæc sententia duobus tantum niti potest funda-

Abulenſ. Arboran. Sixtus Senenſis. Genebrar. Ianſenius. Ioſue c.19. n.15.

fundamentis nunc, vt aliquis eam potiorem exiſtimet; Primum authoritas eſt Hieronymi, quem ſecutus eſt diuus Thomas, & alij poſteriores; ſecundum verò authoritas illa libri Ioſue c.14.n.15. nempe *nomen Hebron ante vocabatur Chariatharbe. Adam maximus ibi inter Enacim ſitus eſt.* vbi videtur aſſerere Adamum ſepultum in Chariatharbe, qua authoritate motus Hieronymus illud aſſeruit; in qua ſententia vt vides ex antiquis Patribus vnus tantum eſt Hieronymus, quem ſi ſemel ancipitem fecerimus, veramque Ioſue expoſitionem dederimus, ſine dubio contraria à magnis fulta Patribus antiquis, probabiliora; immo & verior apparebit.

2. Hieronymus anceps in hac re.

Quod autem Hieronymus anceps, & dubius in hac ſententia fuerit, licet eam apertè loco citato aſſeruerit, duæ, vel tres eiuſdem me mouẽt authoritates. Prima eſt epi. Paul. ad Epheſ. c.5. ſuper illa verba, *Surge qui dormis*, vbi poſt enarratam contrariam opinionem, ſic ait: *Hæc antẽ verũ vera ſint nẽne; lectoris arbitrio derelinquo*; quaſi non audens omnino illam refellere, quod amplius patet in epiſt. 27. in epitaphio Paulę. vbi eius deſcribens per terræ ſanctæ progreſsũ, ſic ait, *atque inde conſurgens aſcendit Chebron: hæc eſt Chariatharbe, id eſt, oppidum virorum quatuor, Abraham, Iſaac, & Iacob, & Adã Magni, quem ibi conditum iuxta librum Ieſu Naue Hebræi autumant: licet plerique Cal. b quartum putent, cuius ex latere memoria monſtratur.* Ergo non ſecurus extabat Hieron. quartũ eſſe Adamum, dum & plurimorum affirmat eſſe ſententiam illud negantium, quam ipſe non refutat; Tertia tandem authoritas, & apud me validiſſima eſt in epiſt.17. quæ à Paula, & Euſtochia ad Marcellam dirigitur, eam exhortantes, vt Bethlehem commigret, in qua ſanctiſſimæ iſtæ mulieres, inter alia hæc ad ſuadendum illã, ſcribunt; *In hac vrbe (*Hieruſalem nempe*) immo in hoc ipſo loco, & habitaſſe dicitur, & mortuus eſſe Adam, vnde & locum in quo crucifixus eſt Dominus noſter, Caluaria appellatur, ſcilicet quia ibi ſit antiqui hominis Caluaria condita, vt ſecundi Adam, id eſt, Chriſti ſanguis de cruce ſtillans, primi Adam, & iacentis protoplaſti peccata dilueret, & tunc ſermo ille Apoſtoli compleretur, Excitare qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Hæc illæ ſanctiſſimæ, quæ cum ſancti diſcipulæ Hieronymi fuerint, & ab illo lacteam ſuxiſſent ſcripturarum, qui fieri potuit, vt ſi omnino Hieronymus ab illa abhorreret ſententia, illas ſineret ſimilia ſcribere, aut affirmare? niſi quia & ſi contrariam ipſe, tamẽ probabilem, & aliam etiam ſentiebat, vnde nõ contradixit mulieribus ſanctis. Ex quibus clariſſimè patet Hieronymum alteri non eſſe contrarium ſententiæ, ſed motum ex loco Ioſue ſuam ſtabiliſſe, contrariæque prætuliſſe.

3. Adam nomen commune. *Pererius.*

At neque locus Ioſue valde vrget, nam nomen *Adam* quod vim facit, non eſt tãtum proprium, ſed commune, idem ſignificans, quod homo, ſic Perer. in Gen. c.2. verſ.7. diſputat. *de formatione, & præſtantia humani corporis*, Hinc 70. aliter hunc locũ legentibus dieffrẽs ruitur vulgatæ ſenſus, ipſi enim ſic legũt, *Nomen autẽ Hebronis olim vrbs Arbe, præcipua vrbs Enacim iſta*, vbi affirmant Hæbronem dictam Arbe, ab eius principe Arbe, ipſãmque eſſe inter Enacim præcipuam; vnde quando noſtra vulgata legit, *ibi Adam maximus*, non de Adamo, ſed de Arbe poteſt intelligi, cum Adam non ſit nomen proprium primi hominis, ſed commune vt diximus; quapropter benè Suarez de vita Chriſti in Commentario, art.10. quæſt.47. ſancti Thom. affirmat ſenſum eſſe, aliquem hominem proceræ ibi ſepultum ſtaturæ, quem quidam dixerunt eſſe Caleb, vt Hieron. vbi ſuprà. Alij Enac filium Arbe de quo fit mentio in Ioſue 15. patrem Gigantum, vnde iſti poſtea Enacim dicti. Alij verò ipſum Arbe, vnde ſcriptura Hebraïca ad verbum, vt inquit Pererius, ſic legit: *Nomen Hebronis olim fuerat Cariatharbe, is fuerat homo inter Enacim maximus.* Ex quibus patet nullam vim locum exhibere Ioſue, cum nomen Adam ibi non ſit proprium, ſed commune. *Suarez.*

Neque etiam valde vrget, quod affirmat Hieronymus, nempe montem illum Caluariam dictum, quia erat decollatorum locus, nam vt rectè inquit Suarez vbi ſuprà, bene quoad nomen ab illo facto ſic poterat Caluaria dici, attamen re ipſa in illo ſepultus Adam, ob quod etiam, & cæteri latrones crucifixi, quod amplius explicando, dicimus, neque vllum etiam eſſe inconueniens ex duplici ipſum appellatum cauſa Caluariam, & quia ibi ſepultus Adam ob eius Caluariam, quod paucis & doctioribus tantum notum; & quia ibi decollabantur homines, quod vulgo & communibus erat cognitum, & ſic verum eſſe quod Hieronymus aſſerit, nihil tamen contrariam impugnans opinionem. Secunda opinio aſſerens, & vera.

Secunda ergo opinio, quam vt magis probabilem ſequimur, eſt Adamum in Caluaria ſepultum, vbi Chriſtus Dominus crucifixus, quæ opinio magnum obtinet apud Patres antiquos patrocinium; ita vt Suarez vbi ſuprà affirmet, communem eſſe ſanctorum Patrum traditionem, ſic Origen. tractatu 35. in Matth. Tertul. lib. carminum contra Marcionem, c.4. vbi ſic, *Suarez. Origen. Tertul.*

Hic hominis primum, ſuſcepimus eſſe ſepulcrum;
Hic patitur Chriſtus pio ſãguine terra madeſcit,
Puluis Ada vt poſſit veteris cũ ſanguine Chriſti,
Commixtus ſtillantis aquæ virtute lauari,

Idẽ affirmat Athanaſ. ſerm. de paſſione, & cruce, optimas afferens congruẽtias, vt infrà dicemus, vbi aſſerit traditionem eſſe Hebræorum; Epiphan. hæreſum 46. Chryſoſt. hom. 48. in Ioannem, Ambroſ. lib.5. epiſt.16. & Lucæ c.23. Auguſt. ſerm.71. de tempore, Baſil. in c.5. Iſaiæ, Cyprianus ſerm. de Reſurrectione Domini, Theophylact. ſuper Matth. c.27. Euthim. in eodem commentario; Anaſtaſ. Antioch. lib.7. in Exameron poſt initium tom.1. Bibliothecæ ſanctorum Patrum, Germanus Conſtantinopolitanus in theoria rerum Eccleſiaſticarum poſt initium, Georgius Cedrenus in compendio hiſtoriarum. *Athanaſ. Epiphan. Chryſoſt. Ambroſ. Auguſt. Baſil. Cyprian. Theophylact. Euthim. Anaſtaſ. Antioch. German. Cedrenus.*

Hanc antiquorum opinionem multi ex modernis ſecuti ſunt, vti Baron. tom.1. annalium, anno Chriſti 34. n.112. Benedictus Pererius in Gen. lib.7. diſputatione verũ *Adam ſit ſaluus*, Suarez vbi ſup. Caſtro, & Lorinus, multiq; alij. *Baronius. Pererius. Suarez. Caſtro. Lorinus.*

Hæc ſententia duobus innititur fundamentis, celebriorémque illam faciunt priore. Primum, tot Patrum antiquorum authoritas; & conſenſus, qui veneraudus, quæ ſuſcipienda.

veluti canities quædam omni obsequio digna: *Venerandæ sunt enim*, Magnus inquit Basil. lib. de Spiritu sancto, c. 29. *vetusta dogmata, quod ob antiquitatem, seu canitiem quandam habeant quiddam venerendum.* Quæ si secum multitudinem assequantur testium, & grauissimorum, certam proculdubio facere debent sententiam, etiamsi scripto ea non constet; vt egregiè idem Sanctus vbi suprà, probans particulam (cum) quæ Spiritui sancto coniungitur, licet scripto non constet, tamen antiquorum esse Patrum, quibus standum. *Ergo*, ait, *si apud tribunal probationibus è scripto destituti, multos vobis testes produceremus, nónne sententiam absoluentem à vobis consequeremur? ego quidem arbitror*, ergo cum hæc sententia, licet non scripta, sed antiqua in Ecclesia sit, vt idem affirmat Basil. in c. 5. Isaiæ in principio, *Obtinuit*, ait, *fama quædam in Ecclesia memoriam conseruans, non quidem scripto proditam, quæ talis est*, &c. & tantorũ fulta authoritate Patrum, merito accipi debet; nam vt egregiè ait Augustinus suprà etiam à nobis relatus lib. 1. & 2. contra Iulianum Pelagianum, antiquorum Patrum authoritas talis est, *vt ipsorum sententiis credere, & assentiri quis debet, si vllus in eo Dei timor, vel hominum pudor superest, cum ab omni partium studio alienos iudices eos esse nullus nesciat*; hinc à Sapiente (vt interim hoc adiungam) admonitum Prouerb. c. 22. n. 28. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui*, quod interpretans Salonius, sic scribit, *terminos antiquos dicit terminos veritatis, & fidei, quos statuerunt ab initio Catholici Doctores: hoc ergo præcipit, vt veritatem catholicæ doctrinæ nemo aliter suscipiat, quã à Patribus est tradita; siue hoc præcipit, vt eloquia sanctarum Scripturarum nemo aliter interpretetur.* Nil melius; sed quid dico? ipsemet Dominus noster ad nouam statuendam veniens legem, sic antiquitati, & Patribus detulit antiquis, vt eorum volens corrigere legem, Matth. c. 5. n. 21. tanto hoc effecit honore, vt nullum contra eam obloquens verbum, nec damnans, sic eam correxit, vt suam omnem tunc declararet potestatem, dignitatem, vt egregiè obseruat Chrysost. hom. 16. in Matth. qui dum *antiquus & ipse dierum* & illa antiquior, ex correctione potius aucta quàm diminuta eius videretur authoritas, & reuerentia. *Audistis quia dictum est antiquis*, Moysi nempe, antiquisque Patribus, vt vult Maldonatus & rectè, *Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio*, quod perfici volens, nil contra dicta obloquens, sequens addit, *Ego autem dico vobis*, emphasim continet illud (ego) vbi Chrysostomus, *vidisti perfectam vtique potestatem, vidisti dignitatem, quæ latorem certè legis deceret*; correxit, sed ad eius quæ corrigebatur reuerentiam, vt sic dicam, se nominauit, omnimodam possidens authoritatem, omnem penitus dignitatem, ne superior ab inferiori corrigi videretur. Ne antiquus, vt sic dicam, à recentiori: ideo suam nominauit personam, & hoc iterato semper quando antiquitatem corrigebat, vt in hoc pateret c. cum ad singula semper particulam illam (ego) adiecerit: *Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis, Ego autem*, &c. *dictum est, Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij; Ego autẽ*, &c. *dictum est Antiquis, Non periura-*

Basilius.

4. Antiquorũ sensus semper venerandus.

5. Ob quod & suscipiendus.

Augustin.

Prouerb. c. 22. n. 28.

6. Scriptura non interpretanda nisi ex sensu sanctorũ Patrum.

Matth. 5. n. 21.

7. Christus Dominus quantum antiquitati detulerit.

8. Cur corrigens legem semper dixerit, *Ego autem.*

bis, Ego autẽ non iurare, &c. *Audistis, quia dictũ est, oculum pro oculo*, &c. *Ego autem dico, non resistere*; & tandem, *Audistis quia dictum est antiquis, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, ego autem dico vobis, diligite*, &c. suam semper nominans personam, ad dignitatem profecto eius quam corrigebat legis ne, vt diximus, videretur minus dignum digniorẽ corrigere, aut recentiorem antiquiorem. Quid ad hæc? qui nec digniores, nec antiquiores, sic sanctissimos corrigunt, ac reprehẽdunt Patres, vt patres ipsi, non filij videantur. Qui si aliquid minus eos viderent perfectè dixisse (homines enim fuerunt) non Christi modestiam sequentes, sed nescio quam extollentiam, eos discooperiunt, obtruncant, dilacerant, immo sæpe (quod fœdissimum) & errores impingunt, vt eorum semel eneruata authoritate suã astruant opinionem; nunquid spiritu tales imbuti Christi? an potius illi qui antiquam Sanctorum sequentes doctrinam Patrum, illis astipulantur, cum illis coniunguntur? Hinc vt ad nostra reuertamur, firmissimo nititur nostra assertio fũdamẽto, Adamũ vbi Christus crucifixus, sepultũ fuisse, quia sic antiquissimi senserunt Patres.

9. Patres non venerantes antiquos contra eos sentientes, refellentes errores obiicientes nõ Christum imitantur.

Secundum, optimæ sunt congruentiæ quas ipsimet sanctissimi ad hanc firmandam opinionem adduxerunt. Quę in similibus, quãdo nullum sequitur inconueniens; immò aliquod se manifestat ad Dei gloriæ mysterium, quo eius, aut sapientiam, aut diuinæ suauitatem prouidẽtiæ admiramur, nullo sunt modo spernẽdæ.

Primæ quidem sunt Basilij loco suprà citato, quia nempe decuit, *Vt in quo loco corruptio, siue mors hominum initiũ cœpit, illic vita regni sumeret exordium*; & quemadmodum mors inualuit in Adam, ita & in Christi morte inefficax redderetur, & pessum iret; Egregiè in Adã mors initium cœpit; ergo & in illo, stante Christo super illum, incipiat vita initium tenere, inualuit mors ex Adamo, ergo ex virtute Christi deperdatur ex Adamo.

Basil.

Secundæ sint Augustini serm. 71. de tempore, vbi sic: *Et verè fratres, non incongruè creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat ægrotus, & dignum erat, vt vbi occiderat humana superbia, ibi se incliuaret diuina misericordia, & sanguis ille pretiosus etiam corporaliter pulueremantiqui peccatoris, dum dignatur stillando contingere, redemisse credatur.* Excellentissimè; medicus Christus, Adam infirmus, accedat ad infirmi domum medicus, & ibi erigat salutis vexillum, vbi suum mors erexerat trophæum.

Augustin.

Secundò, humana nunquam deserens Adamum superbia, semper illum persequens, nondum destitit, vsque dum eum suffodit; adsit ergo diuina misericordia, & à cælis ad terram inclinata: sic ipsam insequatur superbiam, vt vsque ad illius perueniens originem, ibi eam suffodiat, vbi ipsa Adamũ suffodiẽs se exaltauerat.

Tertio, erectus dæmon corporalem effigiem assumens, corporeũ hominem in pulueré reducens, ipsos pretio redimendos impossibile æstimabat, sciebat enim humanã non extare cõdignam solutionẽ, quia scriptum videbat; *Frater non redimit, redimet homo? & non dabit Deo placationẽ suam.* Psal. 48. n. 8. hoc est pretiũ redemptionis mortis suæ, vt volũt expositores; quod cũ sic, veniat Christus, non quidẽ solus homo,

Psal 48. n. 8.

Agellius hic.

sed Deus & homo, & corporale soluens pretium, cineres tangat illos, quo tactu suos illos faciens, ibi soluat vbi malè extabant captiuatæ, & ibi spoliis priuatus maneat inimicus, vbi denudauerat captiuum.

10. Dei misericordia dum pro ligno vitæ Adamo interdicto, alterum ei dedit quod veram præstaret vitam.

Tandem si post tantorum Patrum congruentias licet aliquam ex propriis adducere, non erit incongrua, ideo ibi voluisse Christum in cruce pendere, vbi Adam sepultus, ne dum procul à vitæ ligno eum in exilium misisset, per inuidiam hoc effecisse videretur, sed dum super ipsum moriendo lignum veræ vitæ ei tradidit, significando declararet, ideo ipsum ligni vitæ eium Adamo interdixisse, vt alterum perfectiorem concederet, quo vitam ad bonum acquireret, non ad malum perpetrandum sempiternum, vt egregiè ait Irenæus lib.3. aduersus hæreses, c.37. vbi sic: *Eiecit eum de paradiso, & à ligno vitæ longè transtulit, non inuidens ei lignum vitæ, quemadmodum quidam dicunt, sed miserans eius, vt non perseueraret semper transgressor, neque immortale esset, quod esset circa eum peccatum, & malum interminabile, & insanabile.* In quibus omnibus (vt est apertum) & summa Dei prouidentia, summáque eius misericordia, sapientia & amor elucet, ad quas Patrum authoritate adiuncta, non est cur hæreamus ad asserendum ibi sepultum Adamum, vbi Christus crucifixus.

Irenæus.

Tandem & vltimò, ne destruere videamur, quod piissimus Sanctius de Auila Gennensis Episcopus, in tractatu de veneratione reliquiarum sapientissimè astruxit, has duas in concordiam redigens opiniones lib.1. c.7. nempe antiquitus Adamum in Hebron sepultum, postea inde à Noe ereptum ob diluuium, post illud eius ossa inter filios diuisisse caput, qui Sem cæteris præferebat, dedisse, cui cum in sortem Palæstina obtigisset, in Caluariæ monte sumptuoso illud inclusisse sepulchro, quod & antiquorum opinione probat, eruditéque confirmat; quam opinionem & in gratiam tanti viri, & in reuerentiam sanctissimæ reliquiarum veneration is omni obsequio dignissimarum libenter etiam amplectimur, & possibile sic fuisse æstimamus, quam hic non referimus, ne plus iusto prolixiores simus, consulat authorem, qui velit.

Sanctiss. Abulens.

Num.3. *Ab hac vt recessit iniustus in ira sua, per iram homicidij fraterni deperiit.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis.

POstquam Salomon Dei sapientiæ prouidentiam circa Adamum tum in creatione, tum in delicti condonatione enarrasset, eam quam circa personam habuit Noe nunc incipit declarare dum à diluuio eum præseruauit, vt numero sequenti; at eum (vt inquit Origenes tom. 10. in Ioannem) diluuium ad Caim semen delendum immissum, ideo à peccato incipit Caim dicens.

Origen.

1. Diluuium immissum ad Caim semen delendum.

Ab hac vt recessit iniustus in ira, &c. Græcè, *ab hac apostatans iniustus in ira sua*, Hug. alterius meminit lectionis, nempe, *ab hac non recessit iniustus in ira sua*, quod dupliciter ipse explicat, Primò, sapientiam non recessisse à Caim per vindictæ iustitiam, quia sicut ab Adam non recessit per peccatum miserans eius; sic nec à Caim, puniens tamen eum & condemnans: quia non sicut Adam ipsum pœnituit, suum recognoscétem peccatum. Secundò ait, non recessisse per vitæ custodiam, quatenus eum in vita custodiuit.

Hugo.

At omnino nostra est præferenda lectio, sicut & eam præfert ipsemet author, quæ recessum Caino tribuit, quatenus per iram contra Deum contractâ ab ipsa se elongauit sapientia.

Placet Hugonis, & Oleoth adnotatio, obseruantium Dei amicitiæ ex hoc loco stabilitatem, dum nunquam ipse prior deserit, nisi deseratur, ob hoc Bernard. *Dulcis Iesus primus in accessu, vltimus in recessu*, de qua re vide quæ diximus primo tomo hom.143.

Oleoth. 2. Deus nunquam primus fœdera scindit.

Carthusianus hunc Caim recessum de eius intelligit desperatione, & totali à Deo abscissione quando desperans dixit. *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear*, Genes. c.4. n.13. quod profectò malum, non aliunde ei prouenit, sicut & fratricidij peccatum, nisi quia per iram se à sapientia separauit diuina, vt ex hinc quantum Christiano sit indigna viro iræ passio satis innotescat, dum à sapientia hominem auocat, & in ipsius peccati barathra immittat. Caim iratus ex furore non regresso, quia in Deum prævalere non poterat, in inuidiam exarsit, ex hac in odium, ex hoc in fratricidium; omnium tantorum vitiorum vna ira origo: de inuidiæ autem malo vide quæ diximus primo tom. hom.45.

Carthus.

Genes. c. 4. n.13.

Per iram homicidij, &c. Græcè, *fratricidij deperiit furoribus, aut indignationibus, vel fraterni parricidij furiis deperiit*; Alij veteres Codices legunt, *per iram homicidij fraternitas deperiit*. Sic Oleoth, & Hugo, quasi sensus esset per iram fratricidium commissum, quo fraternitatis relatio deperiit inter Caim, & Abel, vel vt inquit Hugo, *amicitia quæ debet esse inter fratres*; sed nostra retinenda est lectio, quæ de Caino loquens, eum, & quoad animam; & quoad corpus per iram obiisse decernit, qui sensus est communis, & magis planus.

Oleoth. Hugo.

3. Cainani hæretici confunduntur à Salomone.

Ex hac lectione confunduntur Hæretici Cainani, qui affirmabant Cainum saluum, à Macedone ortum habentes; immo (si Deo placet) Abelum condemnatum; ex quo licet intelligere, quantum Deo optimo opponatur hæresis, dum condemnat ab ipso saluatos, & absoluit condemnatos, à quibus profectò non multum distant moderni hæretici, dum ipsa faciunt peccata virtutes, præmióque digna ipsis peiores Cainanis, nam isti vnum tantum in cælum intrudebant Cainum, ipsi autem infinitos eorum sequaces; quod si esset verum, ex nunc pronuncio, & asinos, mulósque in cælum cum ipsis, (asinis, mulísque peioribus) ingressuros.

De morte Caim, & an eũ occiderit Lamech, & de sensu illorum verborũ difficilium Genes. c.4. n.13. videndi sunt moderni authores, qui latè de hac re in præfatũ Genes. locum; vixisse autem Cainum vsque ad diluuij tẽpora, vt vult Burgensis, figmentũ existimo; eius verò generationem vsque ad diluuiũ durasse verissimum est, ob quam quia à malo parente, pessimâ eius imitabantur vitâ, cum nulla superesset emendationis spes, ne amplioribus inficeretur mundus

Gen. 4.13.

Burgens.

malis, eorum radices decurtauit Deus, ne amplius germina fucrescerent, vt inquit Origenes loco citato, vbi sic, *Hanc enim ob causam diuinum sit, vt deleatur Caim semen, posterie ipsius aliquin habere non valentibus aliquod, quod excolerent nisi semina ab Adam prouenientia*, (hoc est peccata) quod probat ex hoc sapientiæ loco; & adiicit, simili causa, & Sodomitas periisse, quibus dictis sequitur: *At certè Dei boni officium fuit Sodomorum terram delere, & quidquid ex ea relictum fuisset humilitatis, arefaciendo, ne inposterum oriretur vitiis Sodomorum, neque malleolus Gomorrhæ, neque vua, neque botrus amaritudinis, ac ne vinum quidem, furor draconum, & venenum aspidum insanabile.* Nil melius, Delet Deus aliquando nationes, ne ex earum germine multiplicatis malis nil aliud oriatur, nisi fructus iræ, & maledictionis, quo amplius Deus excandescat, amplius in furorem eat. Quomodo peccata in causa sint, vt mundum Deus destruat, vide quæ diximus 1. tom. hom. 106.

Origen.

4. Nationes Deus delet quando vltra non est spes boni aliquid ab eis educendi.

HOMILIA XVII.

Ira Christiano viro vitanda.

A B hac vt recessit iniustus in ira sua, deperiit, noster ait Sapiens, & merito; cum cor semel ira imbutum, sic totum deperdit hominem, vt prorsus omne virtutis robur amittat, & in bestiam commutetur; *Quando enim semel ira perturbatio mentem præcipitans imperiũ animæ sumpserit, hominem penitus in feram conuertit, nec hominem, qui rationis sit compos esse sinit.* Magnus ait Basil. hom. ex variis quæ & de ira, vnde egregiè Cassian. lib. 8. de spiritu iræ, c. 1. mala eius enarrans, & indiscretum & iniustum, & inconsultum asserit hominem facere, quibus sublatis in quo quæso à bestiis differet? *Hæc enim*, ait, *in cordibus nostris residente, & oculum mentis noxiis tenebris obcecante, nec iudicium rectæ rationis acquirere, nec honestæ contemplationis intuitum, nec maturitatem consilij possidere, nec vitæ participes, nec iustitiæ tenaces, sed nec spiritalis quidem veri luminis capaces poterimus existere.* Perpende singula: iudicium aufert rectæ rationis, maturitatem consilij, iustitiæ tenacitatem, hinc quia iudiciũ aufert, Cato senior dixit: *Iratum ab insano non distingui, nisi in mora*, & Plato rogatus per quid cognoscebatur Sapiens, respõdit. *Sapiens cum vituperatur non irascitur, cum laudatur non extollitur, insipiens enim est seruus iræ*, & quia non solum iudicium rectæ rationis sed etiam maturitatem tollit consilij rectè Athenodorus Philosoph. Cæsari Augusto vale dicens tale reliquit monimentum, *Iratus nihil dicas, aut facias prinsquam viginti quatuor Græcorum literas percurreris*; & Demonas rogatus à duce qua ratione optimè præesset exercitui, respondit, *si iracundia vacaris, si cogites non homini, sed vitio irascendum, si instar medici egroto non indigneris, sed placidè eius morbum animi curès.* Tandem cum nec iustitiæ tenacitatem seu modum teneat, rectè Plato iratus seruo dixit Xenocrati; *Flagella hunc puerum, nam ego non possum cum sim iratus*, & alteri, *gratias age diis, nam nisi iratus essem, loris te cederem*; quasi non æstimans possibile, simul cum ira, iustitiæ moderationem tenere. Aufert ergo ira iudicium rectæ rationis, maturitatem consilij, iustitiæ moderationem. Quid ergo mirum si tanquam ex consequenti nec homo iracundus intuitum contemplationis possidere possit, nec vitæ participationem, nec veri luminis capacitatem. Aufer enim ab homine rectam rationem, iudicium, & consilium vnde contemplatio, vnde veri luminis participatio? miser Caim, Genes. c. 4. n. 6. verum lumen cur putas quod percipere non potuit? sanè quia *iratus* cõscissa facie hoc est, demissa, oppressa sine ratione, sine cõsilio, penitus iudicio sublato incedebat, corde omnino ab ira occupato, vnde ergo ei diuini luminis admissio, & si abundè in illum Deus fuderit, & si immediatè per se ipsam à summo obhoc descendens Empyreo. *Ira in odium versa*, ait Rupertus explicans illa verba, *concidit vultus eius trabali pondere, declinauit in terram vultum, & oculos illius.* Ira ergo trabali pondere in terram oculos defigit, si in terram, profecto non in cælum, hinc ad eius inepti influxus iracundi, hinc ad Dei lumen recipiendum. Ex quo facto vt vides illud peculiare præter cætera habet ira peccata: vt & si reliqua Deo opponantur, iræ tamen non solum oppositionem dicant, sed incompossibilitatem ad amicitiam feriendam, ad reconcilianda fœdera; cum existente in corde, lumen respuat diuinum, radios non admittat gratiæ. *Qualibet ex causa iracundia motus effremens*, ait Cassiodor. vbi sup. 16. *excæcat oculos cordis & acumini visus exitialem validioris morbi ingerens trabem, solem iustitiæ non sinit intueri.* vbi notandum illud *qualibet ex causa* non licet irasci etiam ex causa iusta; etiam ex pretensa fratris correctione; etiam ad delicti emendationem vt ipsemet author ibi ait, sic Deo offensa est ira, vt nec ad emolumentum fratris illam admittat; vnde statim à corde abscedit irato diabolo in locum eius succedente, implente, occupante.

Sol non occidat super iracundiam vestram, ait Apost. ad Ephes. c. 4. n. 26. vbi per solem Hieronymus & Anselmus Christum verum iustitiæ solem intelligunt; immo vt rectè Cassianus, vbi sup. c. 9. affirmans hanc esse communem antiquorum Patrum sententiam, addit non posse de sole intelligi materiali: nam vt ipse ait, *si vsque ad occasum solis licitum sit irasci, ante perturbationes noxiæ poterunt furoris satietatem, & vltricis iræ commotionem explere, quàm iste sol ad locum sui vergat occasus.* De sole ergo spirituali intelligendus Apostolus, consulens ne sic irascamur vt Christus verus sol nobis occidat: nam illico eo abeunte diabolus intrabit. Vnde sequens ait, *nolite locum dare diabolo*, quasi hæc inuicem se sequantur, irasci, Christum egredi, diabolum intrare; mentior si sathanæ in cor Iudæ ingressus ab ira originem non habuit, primo fremuit contra Christum, suum reputans damnum, vnguenti effusionem, Ioan. c. 12. n. 5. *Quare hæc unguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis?* ex auaritia indignatus, & contra Christum sic fremens vt hinc primò eum vendere cogitarit, quasi vnguenti perditionem

5. Ira in bestiam hominem mutat.

Basil. Cassian.

6. Eius mala.

Plato.

7. Iracundus ab insano non distinguitur.

8. Est homo insipiens.

Athenod.

9. Princeps dum iratus nil agere debet.

10. Non homini sed vitio irascẽdum.

Plato.

11. Plato iratus seruo, à supplicio se continuit.

12. Ira cõtemplationem aufert.

Genes. c. 4. n. 6.

Rupert.

13. Incompossibilis cum Dei amicitia.

Cassiodor.

14. Irasci non licet etiam ob iustam causam.

Ad Ephes. c. 4. n. 26. Hieron. Anselm.

15. Vbi ira Christus abscedit diabolus instat.

16. Diabolus in cor Iudæ ingressus, quia iratus.

Ioan. c. 12. n. 5.

compensamus, *dives in æstimatione vnguenti, vilis in scelere*, vt ait Ambros. 3. de Spiritu sancto, c. 18. Secundo, amplius indignatus, quando se vidit à Christo proditum; dum panem ei porrexit intinctum. Postquam iram, insolentémque iracundiam mente miser omnino exturbatus, ac deiectus, statim in eum recedente Christo, introductus est diabolus, & post buccellam introiuit in eum sathanas, Ioan. c.13. n. 27. vbi egregiè Tolet. *In Iudam daemon ingressus dicitur, non vt tanquam daemoniacum cum corporaliter agitaret, nec vt de nouo malas, & nefandas contra magistrum cogitationes persuaderet, iam enim tentationibus his & consenserat; sed commotus, & indignatus: quia se signari proditorem persensit, locum omnem cordis demoni instigant aperuit, animóque suo obstrmauit Christum tradere, & quod conceperat opere complere*; Ex ira malas conceperat cogitationes contra Christum. Hanc in animo fouens, non excutiens, amplius irascens tandem Christum excussit, sathanam admisit; immo impossibile vt non admitteret stante ira, cum haec iuxta Apost. *Locum date diabolo*: quo intrante Christus egreditur, *vbi sathanas*, ait Ambros. lib. 2. de Caim & Abel, c.4. *immisit se in cor Iudae, Christus recessit ab eo, momentóque eo quo illum recepit, hunc amisit*, & tanquam de re acta iam, & quae ad Christum amplius non pertinet sic à corde irato decedit, vt iratum à se etiam vt discedat imperet: vnde Iudae etiam Dominus imperans ait *quod facis fac citius*. vbi Ambros. *quid illud*, ait, *vt quia introierat in illum sathanas, ipse abiret à Christo* eiicitur itaque & excluditur, eo quod iã cũ Domino Iesu esse non possit, quia cœperat esse cum diabolo, nulla enim communicatio Christi ad Belial, vnde statim imperio expulsus abscessit. Principium ergo in Iuda diaboli ingressus ab ira, ab hac eadẽ eius consummatio, ingrediente diabolo Christus egreditur, cum vtriusque societas impossibilis, ergo principium omnis ruinae, omnis damni, omnis perditionis, omnis denique vltimae damnationis ira.

Ambros. 17. Ira Christum vẽdere, & tradere cogitauit. Ambros. 18. Iracundum à se expellit Christus. 19. Ira principium vltimae damnationis.

Vltimae damnationis dixi, & vereteum Christi sit sententia Matth. c.5. n.22. *Ego autem dico vobis, Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio*, hoc est, mortis aeternae vt volunt omnes expositores; ex qua sententia colligit Hieron. omnimodam irae interdictionem. *Definita sententia est, & ira penitus tollitur*, ait, *si enim iubemur orare pro persequentibus, omnis irae occasio tollitur: irascendum ergo non est sine causa, quia ira viri iustitiam Dei non operatur*. Terribilis sententia, vt tale sit irae peccatum: vt mortem mereatur aeternam. Ideo praeclari aliqui Patres ex Graecis codicibus legerunt, *omnis qui irascitur sine causa*, Christi moderantes sententiam. Sic Irenaeus lib.5.c.27. Iustinus in epist. ad Senam, & Serenum de vita Christiana. Chrysostomus hom.7. Augustin. lib.5. de serm. Domini; quam lectionem reprehendit Hier. vbi sup. *In quibusdam ergo*, ait, *codicibus additur sine causa, caeterum in veris ita definita sententia est*. Quos tamen ad concordiam redigere conatur Abulens. hic quaest.156. cuius vera est sententia, quam tradit quaest.196. à quo eam sumpsit Maldonat, nempe Christum locutum

Matt. 15. n.22. Hieron. Irenaeus. Iustinus. Chrysost. Augustin. 20. Sententia Christi Qui

de ira interiori vindictam mortalem appetenti, quod peccatum est mortale; vnde verè talis ira rea est iudicij hoc est, damnationis aeternae; licet aliquandò ex defectu materiae nõ sit peccatum graue, semper tamen illicita, vt rectè Aug. lib.1. retract. c.19. parum ante medium; qui rectissimè distinguens ait peccato fratris irasci licitum, fratri autõ nunquam. *Illud etiam discimus intuendum, quid sit irasci fratri suo, quoniam non fratri irascitur, qui peccato fratris irascitur, qui ergo fratri, non peccato irascitur: sine causa irascitur*. Ex quo fit vt verissima sit semper Hieron. sententia omnino & absolutè à Christo ira interdicta, illa inquam quae fratri irascitur, cum nunquam hoc licitum. Vnde semper est cum poena quia semper cum peccato aut temporali si veniale, aut aeterna si mortale. Rectè ergo Basil. hom.10. ex variis quae de ira: haec considerans, hocque Domini praeceptum expendens, grauiter admonens vt ab hac abstineamus peste sic ait: *Itaque fratres ne obsecro tantum nobis malum inducamus, animae morbum, rationis tenebras, à Deo alienationem, oblitionem familiaritatis, principium bellorum, plenitudinem calamitatum, daemonem pessimum nostris animis innatum, incolam, quendam imprudentem nostra interiora possidentem, denique sancti Spiritus iter ad nos impedientem*. Hoc postremum notandum, vt semel videas, quam verè dictum vbi ira ibi daemon, vbi illa ibi spiritus Dei recessus.

irascitur fratri reus erit iudicio, quomodo intelligenda. Augustin. 21. Irascendũ peccato nõ fratri, quo sensu Christi sententia intelligenda. 22. Ira semper cum poena & cur. Basilius. 23. Quantum malum ex Basilio.

At non solum ab animo Deus recedit irato, sed neque iratus animus ad Deum accedere potest, & ad se eum attrahere; mirum proficiscentibus Iosephi fratribus Genes. 45. n.25. vt ex eius mandato ad patrem irent, ipsúmque ad se adducerent, hoc vnum eis suadet, *ne irascamini in via*, cur nõ vt suae incolumitatis curam haberent, vt rectà irent, vt sui reminiscerentur. Sed nil horum, nisi ne irascantur meminit; Chrysostomus hoc refert ad prouidentiam Ioseph, dum intelligés fratres non omnes in eius necem conuenisse, cum Rubem immunis ab ea esset, facile iudicauit hanc cõtrouersiam in via interfuturam, ac proinde iram excitaturam, & quidem grauissimam, ideo eos hortatur: *Ne irascantur in via. Vide*, ait, *mentem optimis moribus praeditam, non solùm ipse dimisit iram, sed & ipsos admonet ne irascantur in via, neque de factis contendant; nam cum steterunt mane apud Ioseph, dicebant inter se, Merito in peccatis sumus propter fratrem nostrum; & exurgens Ruben dicebat, Nõ dixi vobis, ne iniuria afficiatis filium & non exaudistis me? multo magis verisimile erat quod in via inter se rixaturi erant*. Quem etiam Chrysostomi sensum exprimit Chaldaïca dum pro *ne irascamini*, ipsa legit, *ne contendatis in via*. Ambros. ad legem itineris illud refert in quo concordia praecipue necessaria. *Quam bene dicet*, ait, *ab iracundia praecauendum quod ea posset etiam amantes sui separare germanos, & maxime in via fugiendam esse discordiam, vbi ipse viandi comitatus debet esse inuiolabilis, & gratia habere consortium*. Pulchra, & literalis ratio, quam si ad nos adaptare velimus mirè congruit: cum enim peregrini omnes in hac simus vita, ad patriam properantes; merito nullum sic nobis competens praeceptum ac ne *irascamur*

24. Iratus animus ad Deũ accedere non potest. Genes. c. 45.n.25. Chrysost. Ambros. 25. Ira peregrinantibus maxime fugienda.

cum ipſe viandi comitatus debet eſſe inuiolabilis, & gratiæ habere conſortium, non inimicitiæ diſſidium. At ad rem noſtram proprius
Tertul. Tertul. lib. de orat. c. 10. illud ad profectionẽ, & conductionem patris refert, proficiſcebantur ad patrem vt ad ipſum illum traherent, via autem qua ad illum non ira, ſed benignitas, non diſcordia, ſed concordia. Differens enim Tertul. quomodo à Deo petendum vt recipiamus, affirmat ſi cum memoria præceptorum eius: nedum horum nos immemores, ipſe etiam ſit limui & noſtri, intérque primum ne iraſcamur, audiamus ipſum; *Petite*, inquit, *Domitius, & accipietis, & ſunt quæ petantur pro circunſtantia cuiuſque, præmiſſa legitima, & ordinaria oratione, quaſi fundamento, accidentium ius eſt, deſideriorum ius eſt ſuperſtruendi extrinſecùs petitiones.* Pulchrè, orationem eſſe ius ſuperſtruendi petitiones accidentium deſideriorum, hoc eſt illud Chriſti mandatum effeciſſe, nempe *petite, & accipietis*, vt accidentibus deſideriis ius habeamus ad petitionem, & ante Altiſſimi conſpectum non reputemus quaſi ſuperbi, aut intrùſi, dum iure, quod ad me attinet exerceo; quis enim ſe, Deúmque conſiderans oculos ad cælum ſubleuare auderet, niſi Chriſtus animum petendi indidiſſet? profectò nullus; bene ergo dum facultatem conceſſit petendi orationem ius fecit neceſſariorum vt inquit Tertull. qui modum tradens orationis ſequens ait: *Cum memoria tamen præceptorum; ne quantum à præceptis, tantum ab auribus Dei longè ſimus, memoria præceptorum quam orationibus ſternit ad cælum, quorum præcipuum eſt: ne prius aſcendamus ad Dei altare, quam ſi quid diſcordia, vel offenſa cum fratribus contraxerimus, reſoluamus, quid eſt enim ad pacem Dei accedere ſine pace? ad remiſſionẽ debitoris cum retentione? quomodo placebit patri iratus in fratrem? cum omnis ira ab initio interdicta ſit nobis: nam & Ioſeph dimittens fratres ſuos ad perducendum patrem, & ne inquit, iraſcamini in via, nos etiam monuit; Aliàs enim via cognominatur diſciplina noſtra, tum, ne in via orationis conſtituti, ad patrem cum ira incedamus.* Egregiè. Via in Scripturis diſciplinam ſignificat noſtram; ergo ad patrem ituri Ioſephi fratres vt rectam eam tenerent, iram interdixit cum qua nemo ad patrem accedit, nemo ad ſe eum attrahit; immo temerarium ad ipſum cùm illa appropinquaſſe, cum vt bene idem eiuſdem ſit natæ temeritatis dignus, qui aut propter iram orationem deſerit; aut cum illa eam inutiliter fundit! *Quàm autem temerarium eſt*, ait, *aut diem ſine oratione tranſigere, dum ceſſas fratri ſatisfacere, aut orationem perſeuerante iracundia perdere.* Ex quibus vt vides ſic peſſimum eſt iræ vitium, vt non ſolum ab anima Deum propulſet, ſed etiam ne ad eum accedamus in cauſa ſit, quis ergo illud non exterminabit?

26. Orationem deſerere aut cum ira in fratrem illam fundere æquè temerarium.

27. Ferius impoſſibile vt ad Deum accedas.

At ſi penitius rem inſpiciemus, non ſolùm ad Deum accedere iratum non poſſe, ſimúlque cum Deo manere, ſed hoc prorſus impoſſibile tanquam omnimodè Dei naturæ repugnans inueniemus: Deus enim cum iracundo peculiare habet bellum, peculiaris etiam eſt eius inimicus, ſic vt communionem, aut cum illo pacem habere nunquam in animum in-

A ducet, cuius quidem ea eſt ratio: nam totum iræ fundamentum vna eſt ſuperbia, tolle hanc, non erit amplius ira, quod egregiè dixit Niſſenus orat. 2. de Beatitudinibus, *Si ex animo*, ait, *ſuperbiam exemeris, occaſionem iraſcendi vitium iracundia non habebit; contumelia enim, & ignominia talis infirmitatis iraſcentibus cauſa exiſtit, ignominia autem non mouetur is, qui ſeſe animi demiſſione moderatur.* Egregiè. Ira eſt deſiderium vindictæ ex ignominia illata, dum contra rationem quis à fratre impetitus dolet, ignominiáque ſe affectum præſentit, reputans aut ſe non eſſe quod dicunt, aut ſibi non deberi, & contra ſuam exiſtere dignitatem. Ex hoc ignominiam ſuam fratris reputat dictum, aut
B factum; at de ſe dignum iis rebus exiſtimare, ſe non excellentem præſumere, ex circunſtantibus ſibi non eleuari, vbi ignominia? hinc nec ſenſus, aut ira: fundamentum ergo eius ſuperbia; quod cum ſit, quid mirum ſi Deo opponatur, ſi Dei cum illa peculiare bellum, ſi ſimul ſtare non poſſint, cùm Deus ſemper ſuperbis reſiſtat, eiúſque proprium ſit Encomium *eos debellare.*

Niſſenus. 28. Iræ fundamentum ſuperbia, nam humilis nũquam irascitur, & cur.

Hinc & ſi omnibus eum obſequentibus vitam promiſit æternam: tamen peculiariter mitibus, & ira carentibus, dicens: *Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram*, Matth. c. 5. n. 9 vbi iuxta Niſſenum vbi ſupra pro *terra*, non hæc noſtra accipienda: ſed ſuperna illa
C viuentium. Gradus enim ait cùm ſint octo illæ beatitudines ab infimo incipientes ad ſuperius, cum in primo regnum promittatur cælorum pauperibus, non eſt credendum quòd mitibus inferius quid, & quod poſt regnum cælorum aliquid ſit ſublimius, aut dignius. *Sed ſi ratione*, ait, *quodammodo volucres facti, & erecti fuerimus ſupérque dorſa cæleſtis celſitudinis conſtiterimus, inueniemus ibi ſupercæleſtem terram, quæ ius, qui cum virtute vitam tranſegerint, repoſita eſt, vt non videatur ordo à conuenienti beatitudinum expoſitionis conſequentia aberraſſe, primum cælo, deinde terra nobis in promiſſionibus à Deo propoſita.* Cælorum ergo regnum mitibus promittitur, tanquam quid peculiare eis debitum; cum ſi verum fas ſit dicere, & ſi vt alibi diximus beati in terra illi dicantur qui virtutis ſunt homines, quatenus principium in ſe ſupernæ illius beatitudinis poſſidentes, tamen nullus ſic beatus in terra, in nullo ſic beatitudo relucet, ac in mitibus. Vnde verè mites non ſimpliciter homines, ſed homines beatos fas ſit appellari.

Matth. c. 5. n. 4.

19. Mitibus & ira carentibus peculiaris à Chriſto facta promiſſio cæleſtis regni.

Niſſenus.

Pulchrè hoc eduxit idem Sanctus ex ſubtili quadam quam Chriſti verbis præbet intelligentia, affirmans pro *mites* non ſolum lenes Chriſtum intellexiſſe, ſed omnes illos qui tardi, qui moroſi, qui non procliues ad vitiorum impetum, naturæque ad malum ſemper propenſæ paſſionem. *Verum videtur*, ait, *eiuſmodi quippiam verbum innuere, atque ſignificare, quod valde nimirum facilis in vitium, & nequitiam ſit lapſus, & vei propenſa, præcépſque natura: quoniam igitur res noxia atque periculoſa; in his velocitas eſt, beatum omnino habendum fuerit id quod ex aduerſo intelligitur, id autem lenitas eſt nimirum aduerſus eiuſmodi naturæ*

30. Mites homines beati in terra.

Digitized by G

impetus, & appetitus, tardus pariter motúsque difficilis habitus, & assuetudo. At quia, inquit Sanctus, & si tardus hic morus, &, vt sic dicam, mitis habitus in omnibus per quam difficile inueniatur passionibus, tamen in ira & ad illam refrænandam difficillimè; hinc suprà omnes mites verè in hac vita beati: *Beati igitur illi, ait, qui ad perturbatos, & vitiosos animi motus, nõ proclines, præcipites, atque propensi, sed ratione alati sunt, in quibus ratiocinatio veluti frænum quoddam impetu reprimens, non sinit animum ad immoderatiam, insolentiam, ac perturbationem rapi, atque efferri; magis autem id aliquis cernere possit in ea perturbatione, quæ per iracundiam contingit, quàm beata res habendà lenitas sit.* Quod exemplo hominis iram, ac mitis eam corrigentis probans Sanctus sic rem manifestam efficit, vt piaculum me facturum crederem, si aut non apponerem, aut aliquid eius demerem; ait ergo, *postquam enim vel verbum, vel factum, vel suspicio molestior, minusque iucunda eum morbum commouerit, & sanguis circa cor efferbuerit, & animus concitatus fuerit ad vltionem; quemadmodum fabula per medicamentorum quandam potionem in bruterum animalium species naturam transmutari fingunt, ita virum repentè videre licet aprum, aut canem, aut pantheram, aut aliam quampiam similium ferarum ab ira factum esse: oculi sanguine effusi sunt, capillus erectus surgit, & inhorrescit, vox aspera, ac verbis irritata, lingua perturbatione torpens, & non subseruiens moribus intestinis, labia constricta, & non articulatè verba exprimentia, neque cohibentia in ore præ perturbatione innatum humorem, sed indecorè simul spumam cum voce expuentia; tales manus, tales pedes, talis corporis dispositio tota; vnoquoque membro prout animi motus fuerit ita dispositus, paritérque effecto. Si igitur hic quidam talis fuerit, is autem qui beatitudinem ante oculos habeat, rationibus morbum mitiget, ac leniat, constanti, sedatóque vultu, ac submissa, placidáque voce tanquam medicus quidam ex frenetide turpiter se gerentem arte curans, an non etiam ipse comparatione illius cum hoc facta dices, quod miserabilis quidem, & abominandus ille efferatus, beatus verò iudicandus hic lenis sit.* Egregiè. Beati quidem omnes sunt in hac vita virtutis viri, sed mites suprà cæteros omnes, cũ & reliqui si in virtutibus cæteris eminentes & si non in mãsuetudine, aliquando in feras transmutari per iram poterunt, ac proinde à beatitudine decidere; non sic autem mites quorum proprium donum semper in statu beato permanere, ac proinde illis amplius vita debetur æterna.

31 Iracundi ex homínibus bestiis similes fiunt.

Mansuetudo ergo beatum facit hominem, sicut è contra ira infelicem; dum in bestiam vertit furentem, Deum ab eius anima eliminans extorrem regni constituit cœlorum; quid plura? iudicium omnino auertit rationis, sicut contra seipsum pugnans homo, plus ex illa sibi quam aduersario mali afferat. Ira efferuescentes filij Iacob Genes. 34. nu. 30. ob sororis stuprum Sichem occiderunt, masculos omnes peremerunt, in ore gladij ciuitatem vastauerunt, destruxerunt; at audiamus quid Iacob eis sibique ex tali timeat facinore, *turbastis me, & odiosum feeistis me Chananæis, nos pauci sumus, illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea.* In quibus verbis duo considerada: Primum, quàm cæca passio sit iræ, vt prorsus omne iudicium mali auferat venturi, sic tota intenta ad vindictam, vt dum vlciscatur pessum eant cuncta, parui, extranei, vna tantum familia destructionem intendit ciuitatis populosæ, in medio amplissimæ prouinciæ, in qua & multi consociati, sanguinis vinculo copulari, sacramento fœderis astricti: & tamen nil horum considerantes, nec præuidentes ad vindictam properant, qualis hæc dementia? secundum verò, si Deus miraculosè non custodisset Iacob post illam vindictam, timorem suum accolis inhibens, vt volunt Doctores, nonne mains ipsi reportassent quam intulissent damnum? *percutient me, delebor ego, & domus mea,* ait Iacob, mors secuta fuerat hominis iustissimi, sanctissimi, domúsque eius patris à quo Christus descensurus, mundus redimendus, salus nostra consecutura, en quale, quantumque malum; hinc rectè de eis qusritur mitis pater: *totus igitur fidelis erat Iacob*, ait Titelmanus in Catena, *ægrè ferebat tam crudele facinus; queritur ergo motam occasionem perpetuæ inuidiæ ad vicinos, turbatam pacem, crudelitatis famam passim euulgandam, imminere ipsis grande periculum, se innocentem inuoluendum huic malo, qui non prohibuerit filios pater, & illos fœtum inuoluendos propediem, nisi loco cessarint.* Titelm. Perpende singula, & expende quisnam alteri grauius intulisset malum, nisi Deus prouidisset? iratus sibi an cui irascebatur? Pulchrè Chrysost. hom. in acta in fine, hoc expendens, & præcipuè in illis qui iram in corde fouent, sic ait, *ipsos enim vlciscendi auidos primum perdit vltionum meditatio, nam quantum putas tormentum esse afflictæ animæ quotidie cogitare, vt vlciscatur inimicum? prius teipsum punis qui talis es, necessarium enim est apud te semper flagrare ignem, & incendium in tantum incendens non finis decrescere, cogitans inferre alteri malum, ipse autem teipsum mordes, semper flammam vigescentem ferens, & animam quiescere non sinens, sed semper in exasperatione, & in turbatione, & in tempestate mentem habens.* Chrysost. Egregiè Iratus prius se punit, prius sibi malum infligit, quàm cui irascitur; cum ex ira retenta in corde non proximum, sed se prius destruit, macerat, & consumit, plus sibi quam illi inferens malum.

32 Ira iudiciũ peruertit rationis. maius damnum sibi inferẽs quàm cui iratus.

Genes. c. 34. n. 30.

Quid? non solum iracundi iudicium amittunt, quia sibi maius inferunt corporale malum, sed etiam quia spirituale non quodlibet, sed quo maius excogitari non potest, sæpè enim ex ira amittunt fidem, Deúmque esse negant, vt videas ad quale nos ira barathrum cõducat, in principio statim non restricta; *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Ait Sanctus Propheta, Psal. 13. nu. 1. quis est hic insipiens? dicerem iracundum, qui vanè irascitur, qui facilè, qui subitò, qui sine ratione tanquam homo leuis, & vanus, nullo pondere, sic vt qualibet re ira excandescat, & efferueat; vnde Pratensis, *dicunt vani in cordibus suis: non est Deus.* Sic eius obliuiscuntur ac si non esset, in talem deuenientes vesaniam; *forsan de eo qui ira exasperatur, hoc dicere tempestiuè poterit quis?* ait Chrysost. hom. 39. in Acta: *dixit iratus: non est Deus: nam ob nimiam iram suam* Chrysost.

33. Est causa amittendi fidem.

Psalm. 13. n. 1.

erunt? Quàm fortes, quàm violentæ, quàm vt sic dicam intolerabiles? *Transfigurat se in Angelum lucis*, ait Philippus, *& sui cerebri sordes, velut rem splendidam, & illustrem cum delectatione effundit.* Deus bone qualis, quæ, quàm ignita est illa cogitatio à dæmone homini immissa carnali, quis illi resistere potest? *Halitus eius prunas ardere facit*, ait Dominus ibidem, *& flamma de ore eius egreditur.* Qualis illa etiam immissa homini spirituali de mundo, de superbia, de carne? Talis profecto sic molesta, sic ignea, sic ardens, vt & incepisse pœniteat; *Nequissimi hostis est illa vel prima calliditas*, ait Hieronym. epist. 1. ad Demetriad. *& ars dolis plena, fatigare cogitationibus rudes animas, & nouellis in proposito mentibus solet tam sordidas nonnunquam, & impias cogitationes inserere menti, vt qui tentatur, dum sunum illud curat esse quod cogitat, deteriorem se per spiritum immundum proposito suo arbitretur effectum, multóque puriorem animam habuisse se credat, cum adhuc res seculi amaret.* Hinc gemitus, lachrymæ, timores horrendi; Quis ergo ad talia potens? Meritò tandem de eo affirmat Dominus, quod *cum sublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur.* Admirabilem hæc verba facient sensum si li *purgabuntur*, accipiamus vt potest accipi pro *peccare, deuiare, aut declinare, & aberrare à recto*; de qua re videndus est Pineda hic. Si ergo in hunc sensum illud accipiamus talem reddent, *cum sublatus fuerit*, hoc est, cum se eleuabit, extollet, in altum, contra homines se eriget eos persequendo, insultando, feriendo, *timebunt Angeli*, hoc est viri fortes, principes, strenui, & in virtute maximi, *& territi purgabuntur*; cadent, decident, in peccatis delabuntur, viam virtutis deserent, ad vomitum redibunt, sub se eos sternet, ac proijciet.

Philippus.

Hieron. 28.

Cogitationes immundæ quantũ hominem de fatigant spiritualem.

En qualis istius potentia, quales vires, qualis magnitudo. Quis ad illa idoneus? Vnde homines contra illum potentes? Vnde ab illo victoria possibilis? Nos infirmi ille potentissimus, nos debiles, ille fortissimus, nos carnei ille totus æs, totus ferrum, nos molles ille ipsa æneus, nos flexibiles ille inflexibilis, nos sine alterius ope, ille magnis stipatus exercitibus, nos ignorantes ille scientissimus, nos simplices, ille versutissimus, cor nostrum carneum, suum lapideum, nos illico defatigamur, ipse infatigabilis, nos dormimus, ille semper inuigilat; quomodo ergo vincemus: aut talem subiugabimus hostem?

29. Diaboli sitis nostræ perditionis quàm ingens. *Ester. c. 3. n. 3.*

Tandem vt concludamus hoc vltimum addam, eius sitim nostræque perditionis insatiabilem cupiditatem, dum nunquam satis se factum putat, quàm cum eius adiuncta potentia profecto insuperabilem intolerabilémque prorsus eum reddunt Ester cap. 3. n. 3. *Omnis ciuitas nostra, omnísque possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregesque ouium, & caprarum, equorúmque, & camelorum, & vniuersa facultates nostra, atque familiæ in conspectu tuo sunt*: Holopherni populi dixerunt illi infelices; *Sint omnia nostra sub lege tua; nos & filij nostri serui tui sumus. Veni nobis pacificus Dominus, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi.* Pende singula ciuitates, possessiones, montes, colles, campos, armenta, greges, facultates omnes, familias, tandem se filiósque præbebant, nil remanens super, nil reliquum; nunquid his placatus, amicitiásque iunxit cum illis, aut placare potuerunt? Attende n. 11. *Nec ista tamen facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerant: nam & ciuitates eorum destruxit*: Deus bone, qualis eius sitis, qualis dæmonis cuius ille figura, qualis rabies contra nos, vnde in nobis tale bellum, vnde ei nostri tanta sanguinis sitis; cur nos, & nostra non ei sufficiunt? Sanè ea quippe ratione, quia Holopherni ait scriptura n. 13. *Præceperat Nabuchodonosor, vt omnes Deos terra exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuissent Holophernis potentia subiugari.* En inimicitiarum caput, en belli ratio contra nos, ideò non fit ex nostris satis, nec nobis est contentus, quia non nos, sed nostram exposcit adorationem. Vult à nobis solus Deus haberi; vnde non tantum contra nos quantum contra Deum eius est pugna, hinc eius sitis, hinc eius rabies; quæ dum sic magna, & vt sic dicam immensa: ipsas auget vires, ipsam extollit potentiam.

30. Vnde ea sitis oriatur, & quid à nobis ipse exposcit.

Absorbebit fluuium, & non mirabitur, de eius insatiabilisiti loquens, ait Dominus, *& habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.* Absorbebit; Caietanus, *rapiet*; Vatab. *calumniat*; Regia, *comprimet*, id est, exinaniet, exhauriet, sic vt cursum stare videatur, & hoc rapiendo, calumniando, quæ ingentem exprimunt vim sitis, dum aquam vi, extorsione, calumnia, ob eam eripimus. Absorbebit ergo, rapiet, comprimet flumen. Et tamen tanta eius est sitis, quod non mirabitur, 70. *non sentiet*, Simmach, *non pauebit*; Hebraicè, *non festinabit*: Totum absorbebit sine admuratione, non illam totam aquarum congeriem in stomacho persentiet, bibet sine festinatione, & timore, cum summa delectatione nunquam satiatus, sic post epotationem sitibundus: Vt habeat, *fiduciam quod intret Iordanis in os eius.* Mira amplificatio: Sitis dæmonis flumen absorbet, hoc est, secundum diuum Thom. homines inconstantes, peccatores, turbidos, cœnosos, quibus delectatur. Non secus ac Elephas cui aliqui hæc ascribunt, de quo Ælianus lib. 4. cap. 44. *Clara aquæ potio*, ait, *Elephanto inimicissima est, turbulentam, & sordidam suauissime bibit; at si ad flumen, & lacum accesserit, non prius quam cœnum pedibus perturbarit, & pulchritudinem aquæ deformarit ad hauriendam aquam incumbit*: Sic dæmon perlibentissime hos bibit, at non satiatur, sed spem Iordanis habet, ad electos, ad sanctos aspirat; imme vt volunt aliqui ad ipsum etiam Christum, quem ex Iordane in desertum adductus ibi eum ebibere attentauit. Qualis hæc sitis, quàm ingens! *Cucurri in siti*, aiebat Dauid Psal. 61. num. 5. hoc est, secundum diuum Basil. in hunc Psalm. hom. 41. in dæmonum sitim incurri: *Pernitacem*, ait, *& intentam vim dæmonum nos ex insidys appetentium dicit, impressionem suo excursu aduersum nos facientium, quod nostram cupientissimè sitiant deperditionem.* Quis ergo ad hæc resistendum idoneus?

31. Peccatores absorbere non ei satis ad sanctos aspirat.

S. Thom.

32. Elephas aquam turbidã desiderãs diaboli symbolum.

Psal. 61. n. 5.

33. Christus solus potens cum vincere.

Nullus quidem, nisi ipse Dominus noster Iesus Christus; ac proinde quo maior diaboli potentia, vis, magnitudo, potestas, eo maior Christi victoria, altitudo, potentia; sic eum vincens, debellans, ac opprimens; immo enervans in principio quando Verbum apud Patrem; quando adhuc sine carne: vt ad stuporem ipsis etiam fuerit Dei supernis Angelis. Quod pulchrè exprimit diui Thom. sensum & Nicolai ad illa verba suprà allata ex Iob, nempe *cum sublatus fuerit timebunt Angeli*: vbi ipsi ad potentiam Dei illud referentes in dæmonis è cælo deturbatione, tantam illam in Angelis affirmant admirationem peperisse: vt obstupescentes timore omnes essent repleti:

34. Sicut ad stuporem ipsi adducti sint Angeli.

S. Thom.

Liranus.

Timor iste non est aliud, ait Liran. *quàm admiratio Angelorum sanctorum de diuina virtute, & iustitia, in deiectione, & punitione dæmonis, quæ partim facta est à principio sui casus, & consummabitur in futuro iudicio, quando cù peccatoribus damnatis detrudetur in inferno*: Et Glosa, *Leuiathan ab arce beatitudinis cadente in ruina eius etiam electi Angeli expauerunt, vt cum à statu superbiæ lapsus cæteret, illos ad robustius stadium timor ipse soliderat, & purgati sunt, quia isto cum reprobis legionibus exeunte electi soli remanserunt.* Tunc primum certè eum deuicit sua gloria, sua maiestate: At & si magna hæc victoria, nobilior tamen, excelsior, ac præclarior quando non in eius gloria, sed in ipsius eum subiugauit humanitate, sic eum debellans, flauidumque reddens: vt non amplius hominum carnes sicut Leo, sed fœnum comedat sicut bos: non perdens, sed hominem velit nolit seruans; ei deseruiens; non imperans; vt egregiè adnotauit Philippus in illum Iob locum suprà adductum, nempe, *Ecce Behemath quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet*, vbi illud, *tecum*, interpretans, *apud te*, sic ait, *diabolum fortem, & potentissimum inimicum tuum, quem ob immanitatem trucis animi eius, Behemoth nomine feralis bestiæ nuncupans, apud te velut bonem, animal videlicet mansuetum, fœnum comedere faciam, non carnes vt Leo, quia carnes quando comeduntur non fit sine viuentis interitu; circa te vero non ita est, sicut tam dixi: cui missione imperij mei hoc modo præcepi dicens: Ecce in manu tua est, verumtamen animam eius serua.* Pulchrè. Ante Christum diabolus leo, carnes comedens, occidens, mactans: post Christum bos fœnum comedens homini ipsa sua malitia seruiens, ipsa sua obscenidans Christo sæuitia.

35. Nouus Christi victoria de diabolo quando humanatus.

Philipp.

36. Quomodo cum homini

37. Diabolus sua malitia Christo seruit.

Hoc certè acutè obseruauit Rupert. lib. 5. in Genes. cap. 18. super illa Verba Domini; *Super pectus tuum gradieris*, adnotans in eo quod suprà pectus eius malitiæ grauitatem, è ingressu vero Dei obsequium velit ipse nolit; *Incedendo*, ait, *euacuasti meritum hominis. sed hoc facto gratia Dei locum aperuisti, cui amplius inuidebis, dum homo seipso tanto sit altior, quanto gratia Dei cuiuscumque creaturæ meritis est maior, ab hinc usque in finem dum Deo volens aduersaris, Deo nolens cooperaris, & ita circulum habens in naribus tuis super pectus tuum gradieris, quia miro modo, & mala intendis, & bona facis, dum persequendo hoc ipsum quod vt destruas persequeris, dum quasi malleolus aurum Dei nequiter affligis, & affligendo ad gloriam extendis.* Egregiè, vbi adnotandum illud; *& ita circulum habes in naribus tuis*, alludit enim ad illud Dei. Iob. vbi sup. cap. 40. n. 21. *Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?* Loquebatur enim Dominus de Leuiathan quod interpretatur additamentum, copulatum, comitatum, quatenus vt diximus non solus est diabolus: sed secum magnos habet comitatus tum Angelorum deperditorum, tum hominum peccatorum, ac proinde magnæ est potentiæ, & infinitæ prope modum tum magnitudinis, tum fortitudinis. Huic ergo tam forti, tam magno circulum Deus posuit in naribus, *clauis suis*, vt vult Olympiodorus, & Nicetas eum configens, & perforans: Nam vt bene Nicetas clauus adactus, & circum actus in circulum euadit. Vnde Olympiodorus; *Cruce sua, & clauis suis quasi hamis piscem captauit.* Hic ergo sic lingua & naribus perforatus graditur quidem: sed non liberè vt ante Christum; at cum fune cuius caput in Christi manibus. Vnde ad eius imperium graditur, non quò vult, sed quò eum sinit, & graditur malitia plenus suprà pectus; tamen in creatoris obsequium ipso fune & circulo moderante sic: Vt non vltra quàm velit, non vltra quam necessarium, non vltra vires: sed vt cum tentatione faciat proficuum quasi malleolus aurum Dei tundens, affligens; sed ad gloriam extendens, aptans, perficiens, totas ipsius potentia non iam contra homines, sed in hominum obsequium virtute Christi resoluta. Quid magnificentius? quid-ve illustrius? *Ædificationem hanc conquassauit inimicus*, ait Basilius, hom. 41. nempe homines in iustitia creatos, *creator vero noster fracturas ipsius reparauit, atque ita necessaria est ruina post peccatum; at eximia est prærogatiua resurrectio propter immortalitatem.* Pulchrè, potentia sua dæmon conquassare potuit ædificationem: sed reparationem non potuit impedire, ex ipsa contractione vt aiebat Rupert. gratiæ Dei locum aperiens, hinc & si necessaria post peccatum ruina: tamen reædificatiõ eximiæ fuit prærogatiuæ, dum non ad casum, sed ad immortalitatem reædificamur; immo ad potentiam, ad imperium sic: vt & si nos imbelles, ipse fortis, nos vt sic dicam locustæ ipse gigas subtus nos ille sit, ipsi imperamus, subiugamus, non quidem nostra; sed Christi virtute.

Iob. 40. n. 21.

38. Christi Clauus circuli sunt in naribus dæmonis, quibus trahitur

Olymp. *Nicetas.*

39. Dæmonis potẽtia per Christum in hominis benefícium resoluta.

Bapt.

Pulchrè hoc ni fallor insinuatur in facto illo terræ promissionis exploratorum, Iudicum cap. 13. vbi post terram consideratam, post fructus ex ea desumptos, ad populum redeuntes, & si terram optimam melle, & lacte manantem affirmarunt: tamen in illa habitatores gigantes, quorum comparatione ipsi locustæ n. 34. *Vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur:* Quibus perterritus populus verbis, animum despondit, in Ægyptum redire efficaciter destinauit. At Caleb, & Iosue alio induti spiritu proclamantes dicebant, cap. 14. n. 7. *Nolite rebelles esse contra Dominum, neque timeatis populum terræ huius, quia sicut panem ita possumus eos deuorare, recessit ab eis omne præsidium, Dominus nobiscum est nolite timere.* Mirum ipsi locustæ, illi gigantes, & ta-

40. Quantavirtute illi imperamus ex Christi gratia.

Iudicum, c. 13. n. 34.

Cap. 14. n. 7.

Digitized b

men audacter affirmat posse locustas gigantes sicut panem deuorare, vnde talis ei præsumptio? Sanè ex illo, *quia Dominus nobiscum est.* Sic Gigas dæmon, nos locustæ, si Iesus nobiscum, deuorabimus eum, subiugabimus, imperabimus; in hoc enim Christi est gloria, vt gigantes ad deuorandum locustis præbeat, vt locustæ gigantes vincant: *Vult enim semper Iesus res mirabiles facere*, ait Origenes hom. 7. in Num. *vult de locustis vincere Gigantes, & de his quæ in terris sunt, cælestes superare nequitias:* Pulchrè, vbi adnotandum illud, *& de his quæ in terris sunt cælestes superare nequitias.* Recole quæ diximus de dæmonis potestate, recole locum eminentiorem è quo contra nos belligerat, recole ipsum spiritum esse cælestem, nos terrena animalia, & tamen cum tantis nos ipse superet, nos illum, non ille nos vincit: Vnde hoc? quia Iesus vult res mirabiles facere, Gigantibus Gigantes opponere non magnum, at locustas hoc maximum; ipsum se dæmoni opponere; *Qui exultauit vt Gigas ad currendam viam.* Profecto magnum, sed non maximum: at nos qui locustę dæmoni opponere, & illum, à nobis, non vero ab illo nos vinci hoc maius est. Egregiè hoc idem Orig. vbi sup. sequens ait: *Et fortasse hoc est quod dicebat in Euangelijs, quia qui credit in eum non solùm faciet illa quæ ipse fecit, sed maiora horum faciet; vere enim mihi maiora videntur, quod homo in carne positus, fragilis, & caducus fide tantum Christi, & eius verbo armatus, superet Gigantes dæmonia legiones, quamuis ipse sit, qui vincit in nobis, plus tamen esse dicit, quod per nos vincit, quàm quod per se vincit.* Nil melius, hæc certe est Christi gloria, hæc eius triumphi magnitudo; in potestatem hominis dæmonem dare, vt eum deuoret, de pascat, mordeat, incusset, ad nihilum redigat, Psal. 73. n. 14. *Tu confregisti capita draconum, dedisti eum escam populis Æthiopum, quomodo acceperunt Æthiopes draconem istum in escam?* Ait Augustinus. *puto vt ipsum consumerent.* Quam cõsummationem explicãs, duobus eam euenisse modis affirmat, primò: Quando consumpta gentilitate, quæ eius erat corpus, virtute Apostolorum transiit in Christi corpus, ob quod Petro dictum; *Occide, & manduca. Corpus diaboli consumendum erat*, ait, *& hoc ab Israelitis consumendum: ex illo enim populo Apostoli, ex illo prima Ecclesia, & dictum erat Petro degentibus; occide & manduca, quid est occide & manduca? Occide quod sunt, & fac quod es; hinc comede, & bibe & si commune, quia oportebat vtique, vt corpus quod erat diaboli, credendo transiret in corpus Christi, sic diabolus consumitur amissis membris suis:* Secundò autem consumitur vt idem ait Sanctus quia nunc omnes eum mordent: *Quid est mordent? reprehendendo, culpando, accusando diabolum.* Corpus eius gentiles erant, corpus eius peccatores nunc sunt, hi ipsum timebant tanquam Dominum, adorabant tanquam principem, nullus contra eum, nec mussitare audebat ante Christum, vt idem ait Augustinus serm. 197. de temp. tom. 10. omnes eum timebant, non secus ac Israëlitæ superbum illum Gigantem, ob quod nec pugnare audebant; *Et quare non audebant pugnare*, ait Augustinus, *quia Dauid, qui typum Christi habebat, nondum venerat;*

41. Panis nobis erit, quo saginabimur.

Origenes.

42. Christus semper vult res mirabiles facere.

43. Maior eius gloria diabolum per nos, quàm per se vincere.

Ps. 73. n. 14. Augustin.

44. Duobus modis à Christo extinctus.

Idem Augustin.

A *quis enim contra diabolum pugnare poterat antequam Christus genus humanum de potestate diaboli liberaret?* At post Christum natum omnes eum deuorant, quia à Christo datum in escam, omnes ei insultant, deridentes, blasphemant vilipendunt, & quod maius, non gigantes sed locustæ, sed Æthiopes, hoc est, ipsimet peccatores, qui prius eius serui, quorum prius ipse Dominus, & princeps, quibus ipse sic præcellebat, ipsi postea à peccatis liberati, à delicto educti, virtutem habent eum obtinendi, conculcandi, & subiugandi, qualis maior triumphus? Quod profecto totum non ex nostris meritis, non nostris viribus, sed Christi merito, & virtute, qui dum homo factus, & vt nos puluis, merito & si puluis nos, & cineres superbum deuincimus, & debellamus. *Quid namque nos nisi puluis sumus*, magnus ait Greg. Moral. 32. cap. 19. *Quid verò ille nisi vnus ex cælestibus spiritibus, & quod adhuc maius est, summus; quid ergo de propria virtute audeat, quando contra Angelorum principem puluis pugnat? Sed quia supernorum spirituum conditor terrenum corpus assumpsit, rectè iam superbientem Angelum humilis puluis vincit.* Nil melius diabolus spiritus, nos puluis, quid illo fortius? Quid nobis debilius? Qualis ergo poterit in nobis inesse superbia dum hæc consideramus, qualis iactantia si tentationes superamus, si diabolum vincimus? Profecto nulla, cum ipse prope in infinitum nos superat, antecellitque; attamen & si puluis nos vincimus ex virtute quippe Christi pulueris vt sic dicam. Ex quo enim Deus pro nobis humanatus, ex quo puluis factus, ex quo corpus assumpsit nostrum; noster puluis diaboli ære, ferro, in cude, fusis scutilibus fortior euasit, valentior. Qualis hæc Christi victoria, qualis triumphus? Profecto immensus.

45. Peccatores qui prius eius subditi virtute Christi illi insultant.

46. Nos cineres diabolũ vicimus, quia Christus cinis.

S. Greg.

At & si hoc, & si hostis noster à Christo victus, & si subtus nos illum proiecit, nunquid hoc sufficit, & sterrentibus nobis vincemus? Minimè profecto: *Inhærendo quippe veræ fortitudini vires accepimus*, ait Greg. vbi sup. *quas transfuga spiritus dum semetipsum sequitur amisit.* Excelle dictum, semetipsum sequendo vires diabolus amisit, nos illas accipiemus, Christum, non nos, sequendo, & totam illam diaboli fortitudinem in nobis transferemus, si nos ipsos deserẽtes, ad instar Christi exemplar vitam reformabimus nostram. *Scitis enim*, ait Chrysostomus hom. 60. in Genes. *quod hostem habemus perpetuum, & fœderis nescium, vnde nobis magna vigilantia opus est, & non aliter eum vincemus, quam si per vitam optimam supernum nobis auxilium conciliemus.* Expende verbum, *& non aliter.* Prorsus insanæ mentis est, talem putare deuincere hostem non bellando, militiæque nomen non dando: *Non vales resistere Philistæo isti*, Rex ait Saül adolescenti Dauid, 1. Reg. cap. 17. n. 32. *nec pugnare aduersus eũ*, cuius ratio, *quia puer es, hic autem vir bellator ab adolescentia sua.* Optimáque extitisset ratio nisi, & bello assuetus, & in præliis sæpe victus non ei dixisset Dauid: *Leonem, & vrsum interfeci, erit ergo Philistæus hic incircumcisus, quasi vnus ex illis.* Bellauit, vicit, quia in bello assuetus, non vicisset si otio, si deliciis. *Si tales instructa sunt acies*, ait Chrysost. hom. 22. in

47. Ad vincendũ dæmonem necessaria nostra cooperatio.

48. Christum non nos sequi debemus si vincere velimus.

Chrysost.

49. Non otio sterrere sed bellare.

1. Reg. c. 17. n. 32.

epist. Pauli ad Ephes. in Morali, *si incorporales principatus, si mundi Domini, si spirituales nequitiæ, aduersus nos sunt, quomodo dic quæso delitiaris? quomodo inermes vincere poterimus? Ista quisque sibi singulis diebus dicat, quando per factum occupatus, quando per concupiscentiam, quando mollem vitam inconsultò, ac frustra quærit.*

50. Cõtra diabolum non sic armate stultum.

Bellè quidem, talem habemus inimicum sic potentem, sic nobiscum iratum, & ad prælium non nos accinximus? ipsum non timemus? qualis hæc vesania? Genes. 32. n. 7. *Genes. c. 32. n. 7.* *Venimus ad Esaum fratrem tuum*, viri dixerunt ad Iacob; *& ecce properat tibi in occursum tuum cum quadringentis viris*, quo audito, *timuit Iacob valde, & perterritus diuisit populum.* Vnde timor? Nonne frater, nonne ex eodem progeniti patre, matréque? Sanè quia primo genituram ei abstulit, quia primum eripuit locum; meritò ergo timuit, contra te insurgit dæmon iratus valde: Quia primum ei abstulisti locum; quia primogenituram; quia te filium Dei videt; nam vt bene Chrysost. hom. 13. in Math. *Aduersum te diabolus nunquam irrueret, neque superbiret: nisi in maiori te positum honore conspiceret*: Et non times? & ad prælium te non accingis? qualis hæc vesania? *Sicut Iudæi de terrestri Iudea eiecerunt Chananeos*, ait Origenes hom. 7. in Num. *reliquásque gentes, ita & nos necesse est, vt debellemus contrarias potestates, & spiritalia nequitiæ in cœlestibus, sed illi armis visibilibus, nos vero invisibilibus.* Hoc modo superabimus, nam vt bene idem; *Cum ergo te talibus armaueris telis sequens Iesum ducem, non verearis Gigantes illos, videbis enim quomodo eos tibi subiiciat Dominus Iesus: & sicut Patres calcauerunt cervices gentium, ita & tu calcabis super cervices dæmonum.* Egregiè, sequens Iesum, Iesus tibi dæmones subiiciet, at nunquid non eum sequens, sed insequens?

51. Cur diabolus nos odit. *Chrysost.* *Origen.*

52. Dæmon cur insequitur Christianos, etsi extra eius domos. *Genes. c. 31. n. 20.*

Quid, an quia Christianus, & sub vexillo militas Christi putas te securum? nil minus? audi quid Iacob Labano insequenti, furenti, ipsum occidere intentanti locutus: *Esto ad tuos ire cupiebas*, dixit ei Laban, *& desiderio tibi erat domus patris tui, cur furatus es Deos meos.* Genes. cap. 31. num. 20. en ratio insecutionis occisionis, mortis, abscessus è domo Labani cum idolis, merito eum insecutus, forsitan non persecutus si absque idolis fugisset Iacob, sequimur Christum sed cum idolis, bona facimus sed cum idolis, non perfectè, non integrè sed mediatè, mundo. Deóque simul inseruimus, à domo Labani fugimus, sacramenta sumimus, sed cũ idolis, nulla occasione dempta, nullo vitio, nullo peccati, ac delectationis abrupto funiculo: Quid mirum si nos durius, acriúsque insequatur dæmon? At audiamus quid Iacob respondit, nesciens enim idola secum, ac sua in domo: *Quod autem furto me arguis*, ait, *apud quemcumque inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris.* Sic iusta Iacobi Labano visa est expostulatio, vt dignum morte reputet apud quem inuenta idola; non ea inuenit Laban, alioquin si inuenisset iuxta sententiam & si Rachel, & si dilecta, & si amata, & si ipsum eius cor, in manu Labani eam dedisset ad occisionem, ad interemptio-

53. Vade Christiani pereunt, & vsi religio.

nem; nunquid non sic Deus, & si tu Christianus, & si dilectus ab illo, & si ob baptismum tua anima illius sponsa; nunquid diabolo exprobrante apud te sua esse idola si verum Christus non pronunciabit, *necetur, occidatur.* Ita planè, non occisa Rachel, quia idola non inuenta aliàs necata. *Quia de suo nihil inuenit tenere eum non potuit*, ait Augustinus serm. 80. tenuisset si inuenisset, religiosus es, Clericus, Monachus, Episcopus, professionem emisisti, paupertatem vouisti, Dei es effectus amicus, à seculo fugisti, nunquid si idola tecum, si auaritia iterum, si diuitiarum amor, si concupiscentia mundi, non occideris, non in manibus traderis hostium? & necaberis, & iugulaberis? *Quotes enim hi qui habitu, vel ordine religionis contemplationem pollicentur vitam*, ait Rupertus, lib. 7. in Genes. cap. 46. *ad auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus aspiciunt, ita vt nonnunquam de rebus Ecclesiasticis fraudem faciant, sine spiritualia dona tribuant pecunia, Rachel veternosi patris sui furatur idola. Quorum tabernaculum scrutatur Laban quando seculares homines illam simulachrorum seruitutem, quam sibi solam esse licitam putant, id est, huiusmodi auaritiam in moribus religiosorum furtim subesse admonent; at illi occasionem quamlibet prætendunt, quæ rationabilis quidem esse videatur, rationis tamen veritate careat, quemadmodum camelus munditiæ quidpiam habere videtur quia ruminat, sed vere mundum non est animal, quia non findit vngulam, & illa quidem fortassis mentita est dicendo, quia secundum consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi, sed reuera de anima cuiuscumque talium, qui de prædicta simulachrorum seruitute furtum faciunt, rectè Propheta dicit, Omnes qui quærunt eam, non deficient, in mensibus suis inuenient eam.* Egregiè, mundi volunt apparere occasione quæsita, alius prætendit propriam necessitatem, alius parentum, alius officij, alius honoris, alius obligationum. Auaritiæ studeut & mundi volunt videri vt camelus, sed immundi sunt, quia vngulã non findunt, & si ruminent, scientiam perfectionis habent, sed affectionis pedẽ integrum. Sic cupidi vt prius, sic imperfecti, sic mundo seruientes, vere non fictè in mensibus sedentes, nunquid tales non à Labano necentur, & si Christus eum vicerit, substrauerit?

Augustin. *Rupertus.*

Concludam, tandem vnam tantummodo magni adducendo sententiam Basilij in illa verba Deuter. cap. 15. num. 9. *Caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio*, quæ 70. *Attende tibi ipsi ne fiat verbum occultum in corde tuo:* Vbi sic eleganter sanctus exprimit pater operum nostrorum ad diaboli vincendum necessitatem: vt nil vltra apponendum sit: *Miles es*, inquit, *collabora Euangelio, milita bonam militiam, contra spiritus nequitiæ, aduersus vitiosas carnis affectiones, indutus omnem armaturam Dei, vt probes te ei, cuique gratiosus duci tuo; qui huic te militiæ adlegit, prouide vt nullis implicetis vitæ istius negotiis, & perplexis curis. Athleta es, attende tibi ipsi, nequam ex legibus Athletico agoni, perscriptis inueniaris transgressus, nam nemo coronatur, nisi qui legitime certauerit: imitare Paulum, & cursu contendentem, & in palæstra colluctantem, & in*

Deuter. c. 15. n. 9. *S. Basil.*

54. Quomodo pugnandũ cum diabolo.

Digitized by Google

agone pugillari decertantem, vt strenuus pugil esse habeto animum oculum nusquam euariantem, sed attentum, & pernigilem præmuni actuere passis manibus partes quarum plagaleti alis sit, in aduersarium immotum oculum immendito fixus, insta aduerso cursu quo tibi præcurrunt in eos te extendens fac insequaris, sic curvito vt præuertas, in luctamine repugna inuisibilibus aduersarijs per vita istius curriculum talis vt persteneres, hæc fuerit sententia, nimirum animo vt sis non supino, aut concidenti, sed arrecto, non dormiturienti, sed pernigili, ac sobrio, quique multa cum vigilantia præsens sit, & nouis sibi præsse. Singula verba aurea; Es miles? ergo collabora Euangelio, Christus pro te laborauit, tu collabora si vis de hoste referre triumphum; sub duce viuis, sis ei gratiosus, quod fit militando, non deliciando, repugnando, non cedendo. Athleta es sic viue vt agonis leges non transgrediaris, parum enim refert si nomine Athleta, moribus autem ignauus, decertas cum hoste, oculum, intentionem, aciem, efficaciam, solertiam ad illum dirige, motus, actiones, vibrationes, digladiationes eius attendens si succumbere non vis; elegantèr Nissenus orat. 2. de beatitudinibus athletam Paulum considerans sic ait, *Obseruabat aduersarij impetum, & incursum, circa gressum firmus, & cautus erat, & cum manus armata haberet, non in vanum, & inane quoddam intentabat telum quod manibus tenebat, sed aduersarij opportunas, atque ad istas expositas, patentesque partes appetebat.* Fac tu similiter, & vinces, certis in stadio, sic vt præcurras, alioquin coronam non acquires; luctaris, oppugnaris, repugna, & tandem dum es athleta, dum in agone, dum in stadio, hoc vnum tibi fixum, hoc in animo alhè incussum non supinum, non accidentem te esse operetur, sed pernigilem, fortem, strenuum si vis iuxta Sapientis dictum eductus per Christum à delicto tuo, omnia *sub te continere* &c.

Nissenus.

DIGRESSIO PRIMA.

Vtrum Adam in Caluariæ monte sepultus, loco vbi Christus crucifixus.

ADamum primum nostrum saluatum patrem, in mo pie cum Christo ad vitam consurrexisse immortalem, supra in sensu literali multis astruximus, vltimóque ex eius sepultura in Caluariæ monte confirmauimus, quod cum in controuersia apud Patres sit antiquos, placuit in gratiam primi parentis, penitius rem hanc discutere digressione, ex qua enim non solùm rei veritas constabit; sed etiam quanta Dei benignitas, & amor; quantáque eius diuinæ prouidentiæ suauitas, sic suum vt apprehenderet plasma persequens, vt ad eum resuscitandum ibi voluerit emori, vbi ipse sepultus.

1. Adami sepulchrum etiam gentiles sunt veneratu.

In hac ergo re sciendum primò, sic ab omnibus primorum sepulchrum expetitum fuisse parentum; vt etiam ipsi Gentiles apud se illud habere glorioſum duxerint, ſummâ ſacellum venerantes deuotione, in quo illos existere adhuc imaginantur vt tradit Hieronymus, Orosius in historia Indiana de rebus Emanuelis lib. 4. longè post medium de Insula loquens, quæ dicitur Zeilan, in finibus promontorij, ab antiquis *Cemorin* dicti, citra Æquinoctialem ab illa octo distans gradibus vbi sic, *Prope locum est silex, in qua cernitur vestigium hominis impressum. Est autem traditum incolis vestigium illud esse primi parentis generis humani, qui in cælum sublatus ab illis esse dicitur; non procul autem inde sacellum visitur, in quo duo sepulchra mira superstitione colunntur; existimant enim in his condita fuisse corpora primi hominis, & uxoris illius.* At certum est eos decipi, cum constans omnium sit opinio antiquorum. Adami sepulchrum in Palestina extitisse; an autem in Caluario, an verò in Hæbron tantum ab illis vertitur in dubium, in quare.

Prima opinio est affirmans, in Hæbron Adamum esse sepultum, non verò in Hierusalem, sic Hieronymus c. 27. Matth. vbi contrariam appellat fauorabilem interpretationem aures populi mulcentem, *fauorabilis interpretatio*, inquit, *& mulcens aurem populi, nec tamen vera*; & prosequens dat rationem, quare mons Caluariæ sit dictus, ibique Dominus crucifixus, *Extra vrbem*, ait, *& foras portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum: & Caluaria*, id est, *decollatorum sunt fere nomen, propterea autem ibi crucifixus est Dominus, vt ubi primum erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij, & quomodo primi maledictum crucis sustulisset, & flagellatus est, & crucifixus; sic pro omnium salute quasi nexus inter noxios crucifigeretur. Sin autem quis sic tentet defendere scripturas, ibi Dominum crucifixum vt sanguis ipsius super Adæ tumulum distillaret: interrogemus eum, quare & alij latrones eodem loco crucifixi sunt; ex quo apparet Caluariam non sepulchrum primi hominis, sed locum supplicij decollationis, credibile accedit persuasum, si verecundaretur gratia, dicam vt & sepultum in monte Hebron, & Arbee in Iesu filij Nunc legamus.* Quæ Hieronymi sententia, vt penitius intelligatur adnotandum iuxta illum vt obseruat Maldonatus in c. 27. Matth. in illa verba, *Et venerunt in locum*, quo qui decollabantur, insepulti manebant, secus autem qui cruci eo loco affigebantur. Vnde ob hoc ait sanctus extra vrbem esse loca *in quibus truncantur capita damnatorum*, quæ cùm insepulta iacerent, & caluarijs locus sparsus, facilè locus ille Caluarius dici potuit; Hieron. secuti sunt Isidorus lib. de ortu & obitu Patrum c. 1. *Sepultus est Adam*, aut, *in loco Arbee, qui locus nomen à numero sumpsit*, hoc est, *quatuor enim tres Patriarchæ ibi sepulti sunt & hic quartus Adam*; Beda super Acta c. 7. & lib. de locis sanctis c. 9. Alcuinus lib. 49. in Genes. interrogat. 110. S. Thomas 3. propos. quæst. 46. art. 10. ad 3. Marianus Scotus in chronica 1. parte ætate 1. Ling. Cardinal. super Genes. c. 31. Hist. scholastica super Genes. c. 29. Hugo Nicolaus Lyranus super 14. Iesue, Brocardus in descriptionibus Terræ sanctæ c. 52 Thomas Anglicus super 22. Genes. Abul. super Iesue, & lib. de optima Republica, Albertus lib. 1. Theosophiæ, Sixtus Senensis lib. 6. Bibliothecæ annotat. 122. Gerebrardus lib. 1. chronologiæ tem. 5. Iansenius in sua Concordia c. 22.

Prima sententia negans.

Hieron.

Maldon.

Isidorus.

Beda.

Alcuin.

S. Thom.

Marianus Scot.

Hugo Cardin.

Hist. scholast.

Lyranus.

Brocardus.

Thomas Anglicus.

Hæc sententia duobus tantum nititur fundamentis.

Digitized by Google

Abulens. Arboreus Sixtus Senensis. Genebrar. Iansenius. Iosue c. 19. n. 15.

fundamentis nunc, vt aliquis eam potiorem existimet; Primum authoritas est Hieronymi, quem secutus est diuus Thomas, & alij posteriores; secundum verò authoritas illa libri Iosue c. 14. n. 15. nempe *nomen Hebron ante vocabatur Chariatharbe. Adam maximus ibi inter Enacim situs est.* vbi videtur asserere Adamum sepultum in Chariatharbe, qua authoritate motus Hieronymus illud asseruit; in qua sententia vt vides ex antiquis Patribus vnus tantum est Hieronymus, quem si semel ancipitem fecerimus, verámque Iosue expositionem dederimus, sine dubio contraria à magnis fulta Patribus antiquis, probabilior; immo & verior apparebit.

2. Hieronymus anceps in hac re.

Quod autem Hieronymus anceps, & dubius in hac sententia fuerit, licet eam apertè loco citato asseruerit, duæ, vel tres eiusdem me mouẽt authoritates. Prima est epi. Paul. ad Ephes. c. 5. super illa verba, *Surge qui dormis*, vbi post enarratam contrariam opinionem, sic ait: *Hæc autẽ vtrũ vera sint nescio; lectoris arbitrio derelinquo*; quasi non audens omnino illam refellere, quod amplius patet in epist. 27. in epitaphio Paulę. vbi eius describens per terræ sanctæ progressũ, sic ait, *atque inde consurgens ascendit Chebron: hæc est Chariatharbe, id est, oppidum virorum quatuor, Abraham, Isaac, & Iacob, & Adã Magni, quem ibi conditum iuxta librum Iesu Nane Hebræi autumant: licet plerique Caleb quartum putent, cuius ex latere memoria monstratur.* Ergo non securus extabat Hieron. quartũ esse Adamum, dum & plurimorum affirmat esse sententiam illud negantium, quam ipse non refutat; Tertia tandem authoritas, & apud me validissima est in epist. 17. quæ à Paula, & Eustochia ad Marcellam dirigitur, eam exhortantes, vt Bethlehem commigret, in qua sanctissimæ istæ mulieres, inter alia hæc ad suadendum illã, scribunt; *In hac vrbe (Hierusalem nempe) immo in hoc tuto loco, & habitasse dicitur, & mortuus esse Adam, vnde & locus in quo crucifixus est Dominus noster, Calvaria appellatur, scilicet qui ibi fuit antiqui hominis Calvaria condita, vt secundi Adam, id est, Christi sanguis de cruce stillans, primi Adam, & iacentis protoplasti peccata dilueret, & tunc sermo ille Apostoli compleretur, Excitare qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Hæc illæ sanctissimæ, quæ cum sancti discipulæ Hieronymi fuerint, & ab illo lactem suxissent scripturarum, qui fieri potuit, vt si omnino Hieronymus ab illa abhorreret sententia, illas sineret similia scribere, aut affirmare? nisi quia & ipse contrariam ipse, tamé probabilem, & aliam etiam sentiebat, vnde nõ contradixit mulieribus sanctis. Ex quibus clarissimè patet Hieronymum alteri non esse contrarium sententiæ, sed motum ex loco Iosue suam stabilisse, contrariæque prætulisse.

3. Adam nomen commune. *Pererius.*

At neque locus Iosue valde vrget, nam nomen *Adam* quod vim facit, non est tãtum proprium, sed commune, idem significans, quod homo, sic Perer. in Gen. c. 2. vers. 7. disputat. *de formatione, & præstantia humani corporis*, Hinc 70. aliter hunc locũ legentibus dieffrẽs ruitur vulgatæ sensus, ipsi enim sic legũt, *Nomen antẽ Hebronis olim vrbs Arbe, præcipua vrbs Enacim ista*, vbi affirmant Hæbronem dictam Arbe, ab eius principe Arbe, ipsámque esse inter Enacim præcipuam; vnde quando nostra vulgata legit, *ibi Adam maximus*, non de Adamo, sed de Arbe potest intelligi, cum Adam non sit nomen proprium primi hominis, sed commune vt diximus; quapropter benè Suarez de vita Christi in Commentario, art. 10. quæst. 47. sancti Thom. affirmat sensum esse, aliquem hominem proceræ ibi sepultum staturæ, quem quidam dixerunt esse Caleb, vt Hieron. vbi suprà. Alij Enac filium Arbe de quo fit mentio in Iosue 15. patrem Gigantum, vnde isti postea Enacim dicti. Alij verò ipsum Arbe, vnde scriptura Hebraïca ad verbum, vt inquit Pererius, sic legit: *Nomen Hebronis olim fuerat Cariatharbe, is fuerat homo inter Enacim maximus.* Ex quibus patet nullam vim locum exhibere Iosue, cum nomen Adam ibi non sit proprium, sed commune. *Suarez.*

Neque etiam valde vrget, quod affirmat Hieronymus, nempe montem illum Caluariam dictum, quia erat decollatorum locus, nam vt rectè inquit Suarez vbi suprà, bene quoad nomen ab illo facto sic poterat Caluaria dici, attamen re ipsa in illo sepultus Adam, ob quod etiam, & cæteri latrones crucifixi, quod amplius explicando, dicimus, neque vllum etiam esse inconueniens ex duplici ipsum appellatum causa Caluariam, & quia ibi sepultus Adam ob eius Caluariam, quod paucis & doctioribus tantum notum; & quia ibi decollabantur homines, quod vulgo & communibus erat cognitum, & sic verum esse quod Hieronymus asserit, nihil tamen contrariam impugnans opinionem.

Secunda opinio asserens, & vera.

Secunda ergo opinio, quam vt magis probabilem sequimur, est Adamum in Caluaria sepultum, vbi Christus Dominus crucifixus, quæ opinio magnum obtinet apud Patres antiquos patrocinium; ita vt Suarez vbi suprà affirmet, communem esse sanctorum Patrum traditionem, sic Origen. tractatu 35. in Matth. Tertul. lib. carminum contra Marcionem, c. 4. vbi sic, *Suarez. Origen. Tertul.*

Hic hominũ primum, susceptimus esse sepulcrum;
Hic patitur Christus pio sãguine terra madescit,
Pulvis Ade vt posset veteris cũ sanguine Christi,
Commixtus stillantis aquæ virtute lauari,

Idẽ affirmat Athanas. serm. de passione, & cruce, optimas afferens congruẽtias, vt infrà dicemus, vbi asserit traditionem esse Hebræorum; Epiphan. hæresum 46. Chrysost. hom. 48. in Ioannem, Ambros. lib. 5. epist. 16. & Lucæ c. 23. August. serm. 71. de tempore, Basil. in c. 5. Isaiæ, Cyprianus serm. de Resurrectione Domini, Theophylact. super Matth. c. 27. Euthim. in eodem commentario; Anastas. Antioch. lib. 7. in Exameron post initium tom. 1. Bibliothecæ sanctorum Patrum, Germanus Constantinopolitanus in theoria rerum Ecclesiasticarum post initium, Georgius Cedrenus in compendio historiarum. *Athanas. Epiphan. Chrysost. Ambros. Aug. Basil. Cyprian. Theophylact. Anastas. Euthim. German. Cedrenus.*

Hanc antiquorum opinionem multi ex modernis secuti sunt, vti Baron. tom. 1. annalium, anno Christi 34. n. 112. Benedictus Pererius in Gen. lib. 7. disputatione vtrũ *Adam sit salvus*, Suarez vbi sup. Castro, & Lorinus, multíq; alij. *Baronius. Pererius. Suarez. Castro. Lorinus.*

Hæc sententia duobus innititur fundamentis, celebriorémque illam faciunt priore. Primum, tot Patrum antiquorum authoritas; & consensus, qui veneran·lus, quæ suscipienda,

veluti canities quædam omni obsequio digna: *Venerandа sunt enim*, Magnus inquit Basil. lib. de Spiritu sancto, c. 29. *vetusta dogmata, quod ob antiquitatem, seu canitiem quandam habeant quiddam venerendum.* Quæ si secum multitudinem assequantur testium, & grauissimorum, certam procul dubio facere debent sententiam, etiamsi scripto ea non constet; vt egregiè idem Sanctus vbi suprà, probans particulam (cum) quæ Spiritui sancto coniungitur, licet scripto non constet, tamen antiquorum esse Patrum, quibus standum. *Ergo*, ait, *si apud tribunal probationibus è scripto destituti, multos vobis testes produceremus, nónne sententiam absolutoriam à vobis consequeremur? ego quidem arbitror*, ergo cum hæc sententia, licet non scripta, sed antiqua in Ecclesia sit, vt idem affirmat Basil. in c. 5. Isaiæ in principio, *Obtinuit*, ait, *fama quadam in Ecclesia memoriam conservans, non quidem scripto proditam, quæ talis est*, &c. & tantorũ fulta authoritate Patrum, merito accipi debet; nam vt egregiè ait Augustinus suprà etiam à nobis relatus lib. 1. & 2. contra Iulianum Pelagianum, antiquorum Patrum authoritas talis est, *vt ipsorum sententiis credere, & assentiri quis debet, si vllus in eo Dei timor, vel hominum pudor superest, cum ab omni partium studio alienos iudices eos esse nullus nesciat*; hinc à Sapiente (vt interim hoc adiungam) admonitum Prouerb. c. 22. n. 28. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui*, quod interpretans Salonius, sic scribit, *terminos antiquos dicit terminos veritatis, & fidei, quos statuerunt ab initio Catholici Doctores: hoc ergo præcipit, vt veritatem catholicæ doctrinæ nemo aliter suscipiat, quã à Patribus est tradita; sine hoc præcipit, vt eloquia sanctarum Scripturarum nemo aliter interpretetur.* Nil melius; sed quid dico? ipsemet Dominus noster ad nouam statuendam veniens legem, sic antiquitati, & Patribus detulit antiquis, vt eorum volens corrigere legem, Matth. c. 5. n. 21. tanto hoc effecit honore, vt nullum contra eam obloquens verbum, nec damnans, sic eam correxit, vt suam omnem tunc declararet potestatem, dignitatem, vt egregiè obseruat Chrysost. hom. 16. in Matth. qui dum *antiquus & ipse dierum* & illa antiquior, ex correctione potius aucta quàm diminuta eius videretur authoritas, & reuerentia. *Audistis quia dictum est antiquis*, Moysi nempe, antiquisque Patribus, vt vult Maldonatus & rectè, *Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio*, quod perfici volens, nil contra dicta obloquens, sequens addit, *Ego autem dico vobis*, emphasim continet illud (ego) vbi Chrysostomus, *vidisti perfectam vtique potestatem, vidisti dignitatem, quæ latorem certè legis deceret*; correxit, sed ad eius quæ corrigebatur reuerentiam, vt sic dicam, se nominauit, omnimodam possidens authoritatem, omnem penitus dignitatem, ne superior ab inferiori corrigi videretur. Ne antiquus, vt sic dicam, à recentiori: ideo suam nominauit personam, & hoc iterato semper quando antiquitatem corrigebat, vt in hoc patet cum ad singula semper particulam illam (ego) adiecerit: *Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis, Ego autem*, &c. *dictum est, Quicumque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij; Ego autẽ*, &c. *dictum est Antiquis, Non periura-*

Basilius.

4. Antiquorũ sensus semper venerandus.

5. Ob quod & suscipiendus.

Augustin.

Prouerb. c. 22. n. 28.

6. Scriptura non interpretanda nisi ex sensu sanctorũ Patrum.

Matth. 5. n. 21.

7. Christus Dominus quantum antiquitati detulerit.

8. Cur corrigens legem semper dixerit, *Ego autem.*

bis, Ego autẽ non iurare, &c. *Audistis, quia dictũ est, oculum pro oculo*, &c. *Ego autem dico, non resistere; & tandem, Audistis quia dictum est antiquis, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, ego autem dico vobis, diligite*, &c. suam semper nominans personam, ad dignitatem profecto eius quam corrigebat legis ne, vt diximus, videretur minus dignum digniorẽ corrigere, aut recentiorem antiquiorem. Quid ad hæc? qui nec digniores, nec antiquiores, sic sanctissimos corrigunt, ac reprehẽdunt Patres, vt patres ipsi, non filij videantur. Qui si aliquid minus eos viderent perfectè dixisse (homines enim fuerunt) non Christi modestiam sequentes, sed nescio quam extollentiam, eos discooperiunt, obtruncant, dilacerant, immo sæpe (quod fœdissimum) & errores impingunt, vt eorum semel eneruata authoritate suã astruant opinionem; nunquid spiritu tales imbuti Christi? an potius illi qui antiquam Sanctorum sequentes doctrinam Patrum, illis astipulantur, cum illis coniunguntur? Hinc vt ad nostra reuertamur, firmissimo nititur nostra assertio fũdamẽto, Adamũ vbi Christus crucifixus, sepultũ fuisse, quia sic antiquissimi senserunt Patres.

9. Patres non venerantes antiquos contra eos sentientes, refellentes errores obiicientes nõ Christum imitantur.

Secundum, optimæ sunt congruentiæ quas ipsimet sanctissimi ad hanc firmandam opinionem adduxerunt. Quę in similibus, quãdo nullum sequitur inconueniens; immò aliquod se manifestat ad Dei gloriæ mysterium, quo eius, aut sapientiam, aut diuinæ suauitatem prouidẽtiæ admiramur, nullo sunt modo spernẽdæ.

Primæ quidem sunt Basilij loco supra citato, quia nempe decuit, *Vt in quo loco corruptio, sine mors hominum initiũ cœpit, illic vita regni suum sumeret exordium; & quemadmodum mors inualuit in Adam, ita & in Christi morte inefficax redderetur, & pessum iret*; Egregiè in Adã mors initium cœpit; ergo & in illo, stante Christo super illum, incipiat vita initium tenere, inualuit mors ex Adamo, ergo ex virtute Christi deperdatur ex Adamo. *Basil.*

Secundæ sint Augustini serm. 71. de tempore, vbi sic: *Et verè fratres, non incongruè creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat ægrotus, & dignum erat, vt vbi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret diuina misericordia, & sanguis ille pretiosus etiam corporaliter pulueremantiqui peccatoris, dum dignatur stillando contingere, redemisse credatur.* Excellentissimè; medicus Christus, Adam infirmus, accedat ad infirmi domum medicus, & ibi erigat salutis vexillum, vbi suum mors erexerat trophæum. *Augustin.*

Secundò, humana nunquam deserens Adamum superbia, semper illum persequens, nondum destitit, vsque dum eum suffodit; adsit ergo diuina misericordia, & à cælis ad terram inclinata: sic ipsam insequatur superbiam, vt vsque ad illius perueniens originem, ibi eam suffodiat, vbi ipsa Adamũ suffodiẽs se exaltauerat.

Tertio, erectus dæmon corporalem effigiem assumens, corporeũ hominem in puluerẽ reducens, ipsos pretio redimendos impossibile æstimabat, sciebat enim humanã non extare cõdignam solutionẽ, quia scriptum videbat; *Frater non redimit, redimet homo? & non dabit Deo placationẽ suam.* Psal. 48. n. 8. hoc est pretiũ redemptionis mortis suæ, vt volũt expositores; quod cũ sit, veniat Christus, non quidẽ solus homo, *Psal 48. n. 8. Agellus hic.*

ſed Deus & homo, & corporale ſoluens pretium, cineres tangat illos, quo r actu ſuos illos faciens, ibi ſoluat vbi malè extabant captiuatæ, & ibi ſpoliis priuatus maneat inimicus, vbi denudauerat captiuum.

10. Dei miſericordia dum pro ligno vitæ Adamo interdicto, alterũ ei dedit quod veram præſtaret vitam.

Tandem ſi poſt tantorum Patrum congruentias licet aliquam ex propriis adducere, non erit incongrua, ideo ibi voluiſſe Chriſtum in cruce pendere, vbi Adam ſepultus, ne dum procul à vitæ ligno eum in exilium miſiſſet, per inuidiam hoc effeciſſe videretur, ſed dum ſuper ipſum moriendo lignum veræ vitæ ei tradidit, ſignificando declararet, ideo ipſum ligni vitæ eſum Adamo interdixiſſe, vt alterum perfectiorem concederet, quo viram ad bonum acquireret, non ad malum perpetrandum ſempiternum, vt egregiè ait Irenæus lib.3. aduerſus hæreſes, c.37. vbi ſic: *Eiecit eum de paradiſo, & à ligno vitæ longè tranſtulit, non inuidens ei lignum vitæ, quemadmodum quidam dicunt, ſed miſerans eius, vt non perſeueraret ſemper tranſgreſſor, neque immortale eſſet, quod eſſet circa eum peccatum, & malum interminabile, & inſanabile.* In quibus omnibus (vt eſt apertum) & ſumma Dei prouidentia, ſummáque eius miſericordia, ſapientia & amor elucet, ad quas Patrum authoritate adiuncta, non eſt cur hæreamus ad aſſerendum ibi ſepultum Adamum, vbi Chriſtus crucifixus.

Irenæus.

Sanctiſſ. Abulenſ.

Tandem & vltimò, ne deſtruere videamur, quod piiſſimus Sanctius de Auila Giennenſis Epiſcopus, in tractatu de veneratione reliquiarum ſapientiſſimè aſtruxit has duas in concordiam redigens opiniones lib.1. c.7. nempè antiquitus Adamum in Hebron ſepultum, poſtea inde à Noe creptum ob dilunium, poſt illud eius oſſa inter filios diuiſile caput, qui Sem cæteris præferebat, dediſſe, cui cum in ſortem Palæſtina obtigiſſet, in Caluariæ monte ſumptuoſo illud incluſiſſe ſepulchro, quod & antiquorum opinione probat, eruditéque confirmat; quam opinionem & in gratiam tanti viri, & in reuerentiam ſanctiſſimæ reliquiarum veneratione omni obſequio dignaſſimarum libenter etiam amplectimur, & poſſibile ſic fuiſſe æſtimamus, quam hic non referimus, ne plus iuſto prolixiores ſimus, conſulat authorem, qui velit.

Num.3. *Ab hac vt receſſit iniuſtus in ira ſua, per iram homicidij fraterni deperiit.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis.

POſtquam Salomon Dei ſapientiæ prouidentiam circa Adamum tum in creatione, tum in delicti condonatione enarraſſet, eam quam circa perſonam habuit Noe nunc incipit declarare dum à diluuio eum præſeruauit, vt numero ſequenti; at eum (vt inquit Origenes tom. 20. in Ioannem) diluuium ad Caim ſemen delendum immiſſum, ideo à peccato incipit Caim dicens.

Origen.

1. Diluuium immiſſum ad Caim ſemen delendum.

Ab hac vt receſſit iniuſtus in ira, &c. Græcè, *ab hac apoſtatans iniuſtus in ira ſua*, Hug. alterius meminit lectionis, nempe, *ab hac non receſſit iniuſtus in ira ſua*, quod dupliciter ipſe explicat, Primò, ſapientiam non receſſiſſe à Caim per vindictæ iuſtitiam, quia ſicut ab Adam non receſsit per peccatum miſerans eius; ſic nec à Caim, puniens tamen eum & condemnans: quia non ſicut Adam ipſum pœnituit, ſuum recognoſcétem peccatum. Secundò ait, non receſsiſſe per vitæ cuſtodiam, quatenus eum in vita cuſtodiuit.

Hugo.

At omnino noſtra eſt præferenda lectio, ſicut & eam præfert ipſemet author, quæ receſſum Caino tribuit, quatenus per iram contra Deum contractã ab ipſa ſe elongauit ſapientia.

Placet Hugonis, & Olxoth adnotatio, obſeruantium Dei amicitiæ ex hoc loco ſtabilitatem, dum nunquam ipſe prior deſerit, niſi deſeratur, ob hoc Bernard. *Dulcis Ieſus primus in acceſſu, vltimus in receſſu*, de qua re vide quæ diximus primo tomo hom.143.

Olxoth. 2. Deus nunquam primus fœdera ſcindit.

Carthuſianus hunc Caim receſſum de eius intelligit deſperatione, & totali à Deo abſciſſione quando deſperans dixit. *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear*, Geneſ.c.4. n.13. quod profectò malum, non aliunde ei prouenit, ſicut & fratricidij peccatum, niſi quia per iram ſe à ſapientia ſeparauit diuina, vt ex hinc quantum Chriſtiano ſit indigna viro iræ paſsio ſatis innoteſcat, dum à ſapientia hominem auocat, & in ipſius peccati barathra immittat. Caim iratus ex furore non regreſſo, quia in Deum prævalere non poterat, in inuidiam exarſit, ex hac in odium, ex hoc in fratricidium; omnium tantorum vitiorum vna ira origo: de inuidiæ autem malo vide quæ diximus primo tom. hom. 45.

Carthuſ.

Geneſ. c. 4. n.13.

Per iram homicidy, &c. Græcè, *fratricidij deperiit furoribus, aut indignationibus, vel fraterni parricidij furiis deperiit*; Alij veteres Codices legunt, *per iram homicidy fraternitas deperiit*. Sic Olxoth, & Hugo, quaſi ſenſus eſſet per iram fratricidium commiſſum, quo fraternitatis relatio deperiit inter Caim, & Abel, vel vt inquit Hugo, *amicitia quæ debet eſſe inter fratres*; ſed noſtra retinenda eſt lectio, quæ de Caino loquens, eum, & quoad animam; & quoad corpus per iram obiiſſe decernit, qui ſenſus eſt communis, & magis planus.

Olxoth. Hugo.

3. Cainani hæretici confunduntur à Salomone.

Ex hac lectione confunduntur Hæretici Cainani, qui affirmabant Cainum ſaluum, à Macedone ortum habentes; immo (ſi Deo placet) Abelum condemnatum; ex quò licet intelligere, quantum Deo optimo opponatur hæreſis, dum condemnat ab ipſo ſaluatos, & abſoluit condemnatos, à quibus profectò non multum diſtant moderni hæretici, dum ipſa faciunt peccata virtutes, præmióque digna ipſis peiores Cainanis, nam iſti vnum tantum in cælum intrudebant Cainum, ipſi autem infinitos eorum ſequaces; quod ſi eſſet verum, ex nunc pronuncio, & aſinos, mulóſque in cælum cum ipſis, (aſinis, muliſque peioribus) ingreſſuros.

De morte Caim, & an eũ occiderit Lamech, & de ſenſu illorum verborũ difficilium Geneſ. c. 4. n.13. videndi ſunt moderni authores, qui latè de hac re in præfatũ Geneſ. locum; vixiſſe autem Cainum vſque ad diluuij tẽpora, vt vult Burgenſis, figmentũ exiſtimo; eius verò generationem vſque ad diluuiũ duraſſe veriſſimum eſt, ob quam quia à malo parente, peſſimã eius imitabantur vitã, cum nulla ſupereſſet emendationis ſpes, ne amplioribus inficeretur mundus

Gen. 4.13.

Burgenſ.

malis, eorum radices decurtauit Deus, ne amplius germina succresceret, vt inquit Origenes loco citato, vbi sic, *Hanc enim ob causam diuinum fit, vt deleatur Caim semen, posteris ipsius alioquin habere non valentibus aliquod, quod excolerent nisi femina ab Adam prouenientia*, (hoc est peccata) quod probat ex hoc sapientiæ loco; & adiicit, simili causa, & Sodomitas periisse, quibus dictis sequitur: *At certè Dei boni officium fuit Sodomorum terram delere, & quidquid ex ea relictum fuisset humilitatis, arefaciendo, ne inposterum oriretur vitiis Sodomorum, neque malleolus Gomorrhæ, neque vua, neque botrus amaritudinis, ac ne vinum quidem, furor draconum, & venenum aspidum insanabile.* Nil melius, Delet Deus aliquando nationes, ne ex earum germine multiplicatis malis nil aliud oriatur, nisi fructus iræ, & maledictionis, quo amplius Deus excandescat, amplius in furorem eat. Quomodo peccata in causa sint, vt mundum Deus destruat, vide quæ diximus 1.tom.hom.106.

Origen.

4. Nationes Deus delet quando vltra non est spes boni aliquid ab eis educendi.

HOMILIA XVII.

Ira Christiano viro vitanda.

AB hac vt recessit iniustus in ira sua, deperiit, noster ait Sapiens, & merito; cum cor semel ira imburum, sic totum deperdit hominem, vt prorsus omne virtutis robur amittat, & in bestiam commutetur; *Quando enim semel iræ perturbatio mentem præcipitans imperiū animæ sumpserit, hominem penitus in feram conuertit, nec hominem, qui rationis sit compos esse sinit.* Magnus ait Basil. hom. ex variis quæ & de ira, vnde egregiè Cassian. lib.8. de spiritu iræ, c.1. mala eius enarrans, & indiscretum & iniustum, & inconsultum asserit hominem facere, quibus sublatis in quo quæso à bestiis differet? *Hac enim*, ait, *in cordibus nostris insidente, & oculum mentis noxiis tenebris obcecante, nec iudicium rectæ rationis acquirere, nec honestæ contemplationis intuitum, nec maturitatem consilij possidere, nec vitæ participes, nec iustitiæ tenaces, sed nec spiritalis quidem veri luminis capaces posterimus existere.* Perpende singula: iudicium aufert rectæ rationis, maturitatem consilij, iustitiæ tenacitatem, hinc quia iudiciū aufert, Cato senior dixit: *Iratum ab insano non distingui, nisi in mora*, & Plato rogatus per quid cognoscebatur Sapiens, respōdit. *Sapiens cum vituperatur non irascitur, cum laudatur non extollitur, insipiens enim est seruus iræ*, & quia non solum iudicium rectæ rationis sed etiam maturitatem tollit consilij rectè Athenodorus Philosoph. Cæsari Augusto vale dicens tale reliquit monimentum, *Iratus nihil dicas, aut facias prinsquam viginti quatuor Græcorum literas percurreris*; & Demonas rogatus à duce qua ratione optimè præesset exercitui, respondit, *si iracundia vacaris, si cogites non homini, sed vitio irascendum, si sustar medici ægroto non indigueris, sed placidè eius morbum animi curès.* Tandem cum nec iustitiæ tenacitatem seu modum teneat, rectè Plato iratus seruo dixit Xenocrati; *Flagella hunc puerum, nam ego non possum cum sim iratus*, & alteri, *gratias age diis,*

Basil. Cassian.

5. Ira in bestiam hominem mutat.

6. Eius mala.

Plato.

7. Iracundus ab insano non distinguitur.

8. Est homo insipiens.

Athenod.

9. Princeps dum iratus nil agere debet.

10. Non homini sed vitio irascēdum.

Plato.

nam nisi iratus essem, loris te cederem; quasi non æstimans possibile, simul cum ira, iustitiæ moderationem tenere. Aufert ergo ira iudicium rectæ rationis, maturitatem consilij, iustitiæ moderationem. Quid ergo mirum si tanquam ex consequenti nec homo iracundus intuitum contemplationis possidere possit, nec vitæ participationem, nec veri luminis capacitatem. Aufer enim ab homine rectam rationem, iudicium, & consilium vnde contemplatio, vnde veri luminis participatio? miser Caim, Genes. c.4. n.6. verum lumen cur putas quod percipere non potuit? sanè quia *iratus* cōscissa facie hoc est, demissa, oppressa sine ratione, sine cōsilio, penitus iudicio sublato incedebat, corde omnino ab ira occupato, vnde ergo ei diuini luminis admissio, & si abundè in illum Deus fuderit, & si immediatè per se ipsam à summo obhoc descendens Empyreo. *Ira in odium versa*, ait Rupertus explicans illa verba, *concidit vultus eius trabali pondere, declinauit in terram vultum, & oculos illius.* Ira ergo trabali pondere in terram oculos defigit, si in terram, profecto non in cælum, hinc ad eius inepti influxus iracundi, hinc ad Dei lumen recipiendum. Ex quo facto vt vides illud peculiare præter cætera habet ira peccata: vt & si reliqua Deo opponantur, iræ tamen non solum oppositionem dicant, sed incompossibilitatem ad amicitiam feriendam, ad reconcilianda fœdera; cum existente in corde, lumen respuat diuinum, radios non admittat gratiæ. *Qualibet ex causa iracundia motus effernens*, ait Cassiodor. vbi sup.16. *excæcat oculos cordis & acumini visus exitialem validioris morbi ingerens trabem, solem iustitiæ non finit intueri.* vbi notandum illud *qualibet ex causa* non licet irasci etiam ex causa iusta; etiam ex pretensa fratris correctione; etiam ad delicti emendationem vt ipsemet author ibi ait, sic Deo offensa est ira, vt nec ad emolumentum fratris illam admittat; vnde statim à corde abscedit irato diabolo in locum eius succedente, implente, occupante.

Sol non occidat super iracundiam vestram, ait Apost. ad Ephes. c.4.n.26. vbi per solem Hieronymus & Anselmus Christum verum iustitiæ solem intelligunt; immo vt rectè Cassianus, vbi sup.c.9. affirmans hanc esse communem antiquorum Patrum sententiam, addit non posse de sole intelligi materiali: nam vt ipse ait, *si vsque ad occasum solis licitum sit irasci, ante perturbationes noxiæ poterunt furoris satietatem, & vltricis iræ commotionem explere, quàm iste sol ad locum sui vergat occasus.* De sole ergo spirituali intelligendus Apostolus, consulens ne sic irascamur vt Christus verus sol nobis occidat: nam illico eo abeunte diabolus intrabit. Vnde sequens ait, *nolite locum dare diabolo*, quasi hæc inuicem se sequantur, irasci, Christum egredi, diabolum intrare; mentior si fathanæ in cor Iudæ ingressus ab ira originem non habuit, primo fremuit contra Christum, suum reputans damnum, vnguenti effusionem, Ioan.c.12. n.5. *Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis?* ex auaritia indignatus, & contra Christum sic fremens vt hinc primò eum vendere cogitarit, quasi vnguenti perditionem

11. Plato iratus seruo, à supplicio se continuit.

12. Ira cōtemplationem aufert.

Genes. c. 4.n. 6.

Rupert.

13. Incompossibilis cum Dei amicitia.

Cassiodor.

14. Irasci non licet etiam ob iustam causam.

Ad Ephes. c.4. n.26.

Hieron.

Anselm.

15. Vbi ira Christus abscedit diabolus instat.

16. Diabolus in cor Iudæ ingressus, quia iratus.

Ioan.c.12. n.5.

compensaturus, *diues in æstimatione unguenti, vilis in scelere*, vt ait Ambros. 3. de Spiritu sancto, c. 18. Secundo, amplius indignatus, quando se vidit à Christo proditum; dum panem ei porrexit intinctum. Postquam iram, insolentémque iracundiam mente miser omnino exturbatus, ac deiectus, statim in eum recedente Christo, introductus est diabolus, & post buccellam introiuit in eum sathanas, Ioan. c.13. n. 27. vbi egregiè Toletus. *In Iudam daemon ingressus dicitur, non vt tanquam daemoniacum eum corporaliter agitaret, nec vt de nouo malas, & nefandas contra magistrum cogitationes persuaderet, iam enim tentationibus his & consenserat; sed commotus, & indignatus: quia se signari proditorem persensit, locum omnem cordis demoni instiganti aperuit, animóque suo obstirmauit Christum tradere, & quod conceperat opere complere*; Ex ira malas conceperat cogitationes contra Christum. Hanc in animo fouens, non excutiens, amplius irascens tandem Christum excussit, sathanam admisit; immo impossibile vt non admitteret stante ira, cum hæc iuxta Apost. *Locum det diabolo*: quo intrante Christus egreditur, *vbi sathanas*, ait Ambros. lib. 2. de Caim & Abel, c.4. *immisit se in cor Iudæ, Christus recessit ab eo, momentóque eo quo illum recepit, hunc amisit*, & tanquam de re acta iam, & quæ ad Christum amplius non pertinet sic à corde irato decedit, vt iratum à se etiam vt discedat imperet: vnde Iudæ etiam Dominus imperans ait *quod facis fac citius*. vbi Ambros. *quid illud*, ait, *vt quia introierat in illum sathanas, ipse abiret à Christo* eiicitur itaque & excluditur, eo quod iã cũ Domino Iesu esse non posit, quia cœperat esse cum diabolo, nulla enim communicatio Christi ad Belial, vnde statim imperio expulsus abscessit. Principium ergo in Iuda diaboli ingressus ab ira, ab hac eadẽ eius consummatio, ingrediente diabolo Christus egreditur, cum vtriusque societas impossibilis, ergo principium omnis ruinæ, omnis damni, omnis perditionis, omnis denique vltimæ damnationis ira.

Ambros. Ioan. c.13. n.27. Toletus. 17. Ex ira Christum vendere, & tradere cogitauit. Ambros. 18. Iracundum à se expellit Christus.

19. Ira principium vltimæ damnationis.

Vltimæ damnationis dixi, & vereor cum Christi sit sententia Matth. c.5. n.22. *Ego autem dico vobis, Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio*, hoc est, mortis æternæ vt volunt omnes expositores; ex qua sententia colligit Hieron. omnimodam iræ interdictionem. *Definita sententia est, & ira penitus tollitur*, ait, *si enim iubemur orare pro persequentibus, omnis iræ occasio tollitur: irascendum ergo non est sine causa, quia ira viri iustitiam Dei non operatur*. Terribilis sententia, vt tale sit iræ peccatum: vt mortem mereatur æternam. Ideo præclari aliqui Patres ex Græcis codicibus legerunt, *omnis qui irascitur sine causa*, Christi moderantes sententiam. Sic Irenæus lib.5.c.27. Iustinus in epist. ad Senam, & Serenum de vita Christiana. Chrysostomus hom.7. August. lib.5. de serm. Domini; quam lectionem reprehendit Hier. vbi sup. *In quibusdam ergo*, ait, *codicibus additur sine causa, caterum in veris ita definita sententia est*. Quos tamen ad concordiam redigere conatur Abulens. hic quæst.156. cuius vera est sententia, quam tradit quæst.196. à quo eam sumpsit Maldonat. nempe Christum locutum

Matt. 15. n.22. Hieron. Irenæus. Iustinus. Chrysost. August.

20. Sententia Christi Qui

de ira interiori vindictam mortalem appetenti, quod peccatum est mortale; vnde verè talis ira rea est iudicij hoc est, damnationis æternæ; licet aliquando ex defectu materiæ nõ sit peccatum graue, semper tamen illicita, vt rectè Aug. lib.1. retract. c.19. parum ante medium; qui rectissimè distinguens ait peccato fratris irasci licitum, fratri autõ nunquam. *Illud etiam dicimus intuendum, quid sit irasci fratri suo, quoniam non fratri irascitur, qui peccato fratris irascitur, qui ergo fratri, non peccato irascitur: sine causa irascitur*. Ex quo fit vt verissima sit semper Hieron. sententia omnino & absolutè à Christo ira interdicta, illa inquam quæ fratri irascitur, cum nunquam hoc licitum. Vnde semper est cum pœna quia semper cum peccato aut temporali si veniale, aut æterna si mortale. Rectè ergo Basil. hom.10. ex variis quæ de ira: hæc considerans, hocque Domini præceptum expendens, grauiter admonens vt ab hac abstineamus peste sic ait: *Itaque fratres me obsecro tantum nobis malum inducamus, animæ morbum, rationis tenebras, à Deo alienationem, oblitionem familiaritatis, principium bellorum, plenitudinem calamitatum, dæmonem pessimum nostris animis innatum, incolam, quendam imprudentem nostra interiora possidentem, denique sancti Spiritus iter ad nos impedientem*. Hoc postremum notandum, vt semel videas, quam verè dictum vbi ira ibi dæmon, vbi illa ibi spiritus Dei recessus.

irascibile fratri reus est iudicio, quomodo intelligenda *August.* 21. Irascendũ peccato nõ fratri, quo sensu Christi sententia intelligenda. 22. Ira semper cum pœna & cur. *Basilius.* 23. Quantum malum ex Basilio.

At non solum ab animo Deus recedit irato, sed neque iratus animus ad Deum accedere potest, & ad se eum attrahere; mirum proficiscentibus Iosephi fratribus Genes. 45. n.25. vt ex eius mandato ad patrem irent, ipsúmque ad se adducerent, hoc vnum eis suadet, *ne irascamini in via*, cur nõ vt suæ incolumitatis curam haberent, vt rectà irent, vt sui reminiscerentur. Sed nil horum, nisi ne irascantur meminit; Chrysostomus hoc refert ad prouidentiam Ioseph, dum intelligés fratres non omnes in eius necem conuenisse, cum Rubem immunis ab ea esset, facile iudicauit hanc cõtrouersiam in via interfuturam, ac proinde iram excitaturam, & quidem grauissimam, ideo eos hortatur: *Ne irascantur in via: Vide*, ait, *mentem optimis moribus praditam, non solùm ipse dimisit iram, sed & ipsos admonet ne irascantur in via, neque de factis contendant; nam cum steterunt mane apud Ioseph, dicebant inter se, Merito in peccatis sumus propter fratrem nostrum; & exurgens Ruben dicebat, Nõ dixi vobis, ne iniuria afficiatis filium & non exaudistis me? multo magis verisimile erat quod in via inter se rixaturi erant*. Quem etiam Chrysostomi sensum exprimit Chaldaïca dum pro *ne irascamini*, ipsa legit, *ne contendatis in via*. Ambros. ad legem itineris illud refert in quo concordia præcipue necessaria. *Quam bene docet*, ait, *ab iracundia præcauendum quod ea posset etiam amantes sui separare germanos, & maxime in via fugiendam esse discordiam, vbi ipse viandi comitatus debet esse inuiolabilis, & gratia habere consortium*. Pulchra, & literalis ratio, quam si ad nos adaptare velimus mirè congruit: cum enim peregrini omnes in hac simus vita, ad patriam properantes; merito nullum sic nobis competens præceptum ac ne *irascamur*

24. Iratus animus ad Deũ accedere non potest. *Genes. c. 45.n.25.* *Chrysost.* *Ambros.* 25. Ira peregrinantibus maxime fugienda.

impetus, & appetitus, tardus pariter motúque difficilis habitus, & assuetudo. At quia, inquit Sanctus, & si tardus hic motus, &, vt sic dicam, mitis habitus in omnibus per quam difficile inueniatur passionibus, tamen in ira & ad illam refrænandam difficillimè; hinc suprà omnes mites verè in hac vita beati: *Beati igitur illi, ait, qui ad perturbatos, & vitiosos animi motus, nõ proclines, præcipites, atque propensi, sed ratione alati sunt, in quibus ratiocinatio veluti frænum quoddam impetu reprimens, non sinit animum ad immodestiam, insolentiam, ac perturbationem rapi, atque efferri; magis autem id aliquis cernere possit in ea perturbatione, quæ per iracundiam contingit, quàm beata res habenda lenitas sit.* Quod exemplo hominis iram, ac mitis eum corrigentis probans Sanctus sic rem manifestam efficit, vt piaculum me facturum crederem, si aut non apponerem, aut aliquid eius demerem; ait ergo, *postquam enim vel verbum, vel factum, vel suspicio molestior, minusque iucunda eum morbum commouerit, & sanguis circa cor efferbuerit, & animus concitatus fuerit ad vltionem; quemadmodum fabulæ per medicamentorum quandam potionem in bruterum animalium species naturam transmutari fingunt, ita virum repentè videre licet aprum, aut canem, aut pantheram, aut aliam quampiam similium ferarum ab ira factum esse: oculi sanguine effusi sunt, capillus erectus surgit, & inhorrescit, vox aspera, ac verbis irritata, lingua perturbatione torpens, & non subseruiens moribus intestinis, labia constricta, & non articulatè verba exprimentia, neque cohibentia in ore præ perturbatione innatum humorem, sed indecorè simul spumam cum voce expuentia; tales manus, tales pedes, talis corporis dispositio tota; vnoquoque membro prout animi motus fuerit ita disposito, paritérque effecto. Si igitur hic quidam talis fuerit, is autem qui beatitudinem ante oculos habeat, rationibus morbum mitiget, ac leniat, constanti, sedatóque vultu, ac submissa, placidáque voce tanquam medicus quidam ex frenetide turpiter se gerentem arte curans, an non etiam ipse comparatione illius cum hoc facta dices, quod miserabilis quidem, & abominandus ille efferatus, beatus verò indicandus hic lenis sit.* Egregiè. Beati quidem omnes sunt in hac vita virtutis viri, sed mites suprà cæteros omnes, cũ & reliqui si in virtutibus cæteris eminentes & si non in mãsuetudine, aliquando in feras transmutari per iram poterunt, ac proinde à beatitudine decidere; non sic autem mites quorum proprium donum semper in statu beato permanere, ac proinde illis amplius vita debetur æterna.

31 Iracundi ex homini bestiis similes fiunt.

Mansuetudo ergo beatum facit hominem, sicut è contra ira infelicem; dum in bestiam vertit furentem, Deum ab eius anima eliminans extorrem regni constituit cœlorum; quid plura? iudicium omnino auertit rationis, sicut contra seipsum pugnans homo, plus ex illa sibi quam aduersario mali afferat. Ira efferuescentes filij Iacob Genes. 34. nu. 30. ob sororis stuprum Sichem occiderunt, masculos omnes peremerunt, in ore gladij ciuitatem vastauerunt, destruxerunt; at audiamus quid Iacob eis sibíque ex tali timeat facinore, *turbastis me, & odiosum feecistis me Chananæis, nos pauci sumus, illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea.* In quibus verbis duo consideranda: Primum, quàm cæca passio sit iræ, vt prorsus omne iudicium mali auferat venturi, sic tota intenta ad vindictam, vt dum vlciscatur pessum eant cuncta, parui, extranei, vna tantum familia destructionem intendit ciuitatis populosæ, in medio amplissimæ prouinciæ, in qua & multi consociati, sanguinis vinculo copulati, sacramento fœderis astricti: & tamen nil horum considerantes, nec præuidentes ad vindictam properant, qualis hæc dementia? secundum verò, si Deus miraculosè non custodisset Iacob post illam vindictam, timorem suum accolis inhibens, vt volunt Doctores, nonne maius ipsi reportassent quam intulissent damnum? *percutient me, delebor ego, & domus mea*, ait Iacob, mors secuta fuerat hominis iustissimi, sanctissimi, domúsque eius parris à quo Christus descensurus, mundus redimendus, salus nostra consecutura, en quale, quantumque malum; hinc rectè de eis quæritur mitis pater: *rotus igitur fidelis erat Iacob*, ait Titelmanus in Catena, *ægrè ferebat tam crudele facinus; queritur ergo motam occasionem perpetuæ inuidiæ ad vicinos, turbatam pacem, crudelitatis famam passim euulgandam, imminere ipsis grande periculum, se innocentem innolendum huic malo, qui non prohibuerit filios pater, & illos fœtum innoluendos propedierm, nisi loco cessarint.* Titelm. Perpende singula, & expende quisnam alteri grauius intulisset malum, nisi Deus prouidisset? iratus sibi an tui irascebatur? Pulchrè Chrysost. hom. in acta in fine, hoc expendens, & præcipuè in illis qui iram in corde fouent, sic ait, *ipsos enim vlciscendi auidos primum perdit vltionum meditatio, nam quantum putas tormentum esse afflicta anima quotidie cogitare, vt vlciscatur inimicum? prius teipsum punis qui talis es, necessarium enim est apud te semper flagrare ignem, & incendium in tantum incendens non finis decrescere, cogitans inferre alteri malum, ipse autem teipsum mordes, semper flammam vigescentem ferens, & animam quiescere non sinens, sed semper in exasperatione, & in turbatione, & in tempestate mentem habens.* Chrysost. Egregiè Iratus prius se punit, prius sibi malum infligit, quàm cui irascitur; cum ex ira retenta in corde non proximum, sed se prius destruit, macerat, & consumit, plus sibi quam illi inferens malum.

33. Est causa amittendi fidem.

Quid? non solum iracundi iudicium amittunt, quia sibi maius inferunt corporale malum, sed etiam quia spirituale non quodlibet, sed quo maius excogitari non potest, sæpè enim ex ira amittunt fidem, Deúmque esse negant, vt videas ad quale nos ira barathrum cõducat, in principio statim non restricta; *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Psalm. 13. nu. 1. Ait Sanctus Propheta, Psal. 13. nu. 1. quis est hic insipiens? dicerem iracundum, qui vanè irascitur, qui facilè, qui subitò, qui sine ratione tanquam homo leuis, & vanus, nullo pondere, sic vt qualibet re ira excandescat, & efferueat; vnde Pratensis, *dicunt vani in cordibus suis: non est Deus.* Sic eius obliuiscuntur ac si non esset, in talem deuenientes vesaniam; *forsan de eo qui ira exasperatur, hoc dicere tempestiuè poterit quis?* ait Chrysost. hom. 39. in Acta: *dixit iratus: non est Deus: nam ob nimiam iram suam* Chrysost.

32 Ira iudicij peruertit rationis. maius damnum sibi inferẽs quàm cui iratus. Genes. c. 34. v. 30.

illum non quærit. Egregiè, ſic à rationis ſtatu iratus deturbatur, ſic mentis iudicium inuertit: vt Deum non quæ ſic ipſius obliuiſcitur pro illo temporis momento quo iraſcitur, vt quaſi Deus non eſſet: ſic ſe habeat, ac proinde illum neget; recole Nabuchodonoſor & inuenies tum maxime Deum negaſſe quando ira efferbuit. Daniel c.3 n. 13. *Tunc Nabuchodonoſor*, id eſt, poſtquam ei nuntiauerant pueros ſtatuam non adorare, *in furore, & in ira præcepit vt adducerentur Sidrach, Miſach, & Abdenago*, furit, iraſcitur: ſufficit, Deum negabit. Deum non eſſe vanus, & inflatus dicet, vnde illico, *& quis eſt Deus qui eripiet vos de manu mea?* Iuratam Deum hunc negaturum. & neminem niſi ſe Deum facere dum iraſcebatur, cum vt ſuprà diximus, nullum aliud iræ fundamentum niſi ſuperbia, altiſſime de ſe homo reputans ſuperbus, & ſi quando ſine ira Deum credit ſuprà ſe cui tantum gradum refert, tamen in ira ſic efferueſcit, & inflatur vt penitus nil aliud niſi ſe ſuámque conſiderans altitudinem, Deum ſe faciat, Deum ſe conſtituat furiiſque agitatus vindictæ, quaſi alius non eſſet Deus ad vlciſcendum ſe accingat. Ex quo fit vt verè & propriè dicatur iratus totus in beſtiam commutari non ſolum quoad immutationem corporalem vt ſancti aiunt, ſed etiam quoad ſpiritualem: quatenus ipſam animam in beſtiam, vt ſic dicam commutet, quod vt intelligatur.

Daniel. c. 3. n. 13.

34 Facit vt Dei homo obliuiſcatur, ſeque Deũ conſtituat.

35 Hominem in beſtiam totaliter immutat.

Recolendum illud quod ſuprà in primo diximus, exponendo Pauli locum 1. ad Corinth. c.6. n.18. *Omne peccatum quodcúmque fecerit homo, extra corpus eſt, qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat.* Vbi ex ſententia Hieron. & aliorum expoſuimus fornicantem in corpus ſuum peccare quatenus ex corpore hominis rationalis efficit illud irrationalis beſtiæ, dum ex furore, & libidinis ardore in illo peccari actu penitus Dei obliuiſcitur delectatione rationem occupante; quod cum ſit, manifeſtè nunc elicitur, ſimiliter & iratum non corpus, ſed animam ſuam in beſtiam commutare eo temporis momento quo iraſcitur, dum iræ furor, & feruor talem in ipſa excitat anima commotionem; ſic eam præoccupat, obnubilat, & immemorem reddit, vt tota vana', inſipiénſque effecta omnino pro tunc Dei obliuiſcatur, ac Deum eſſe neget. En quantum malum, vt ſemel nouerimus quantum nobis non iraſci expediat, quamque verum ſit quod in propoſitione aſſumpſimus, iram Chriſtiano viro indignam, ac omnino arcendam.

1. *Ad Corinth. c. 6. num. 18.*

Neque eſt vt reſpondeas, ſi ſic, cur homini indita? cur hæc paſſio ei tributa? cum vt magnus ait Baſil. hom. 10. ex variis quæ de ira, Deus nobis illam indidit, *vti ad multa virtutis opera neceſſariã*, eſt enim pars animæ iraſcibilis, ſine qua ad opera frigeſcit homo virtutis, cum vt ipſe Sanctus ait, *eſt neruus anima indignatio, fortitudinem, conſtantiam, robúrque ad res bene agendas præſtans, qua animam ferre voluptate delinitam, ac laſciuientem, veluti ferro quodam cohibens, fortiorem ex remiſſa reddit.* Ob hoc certè Deus iraſcibilem homini pra buit, non tutem vt in fratrem inſurgeret. Pulchrè idem Sanctus iram ait debere in nobis ſicut canem paſtori adeſſe, qui & ſi vocatur ab extraneo, & ſi palpatur, ſemper toruus cum reſpicit oculis, ſic ira, & ſi caro blandiatur, & mundus nos alliciat, & ſi diabolus nos palpet, toruis eum ſemper aſpicere debemus oculis, & contra eum inſurgere, *in hunc iram tranſfer*, ait Sanctus Pater, *hominum interfectorem, mendacij patrem, peccati miniſtrum, fratrem verò in te peccantem miſerebere.* Eſt etiam neceſſaria ad Dei iniurias vindicandas, Moyſes quidem mitiſſimus, in iuſtiſſima tamen ira efferuens peccatores occidit, Leuitarum manus armauit, ſic Phinees, ſic Samuel, cæterique ſancti, quorum zelus mirificè à ſcriptura extollitur; eſt tandem neceſſaria vt iuxta Domini præceptum Madianitis hoſtes ſimus Num. c. 25. n. 17. *hoſtes vos ſentiant Madianitæ.* Hoc eſt hæretici contra quos roetiro licet iraſci, vtpote contra canes in Dei Eccleſiam fœdiſſime allatrantes, ſummíque Dei Vicarij in terris inimici, ab eóque viciſſim vt tales reputati, ac proinde ipſorum inimicus, vnde & par eſt & nos cum illo, *ſi inimicus eſt alicui pro actibus ſuis* hoc eſt, Clemens quem ordinabat ſummum Pontificem ſanctiſſimus Petrus conſulit Presbyteris, vt habetur epiſt. 1. Clem. *Nolite expectare vt ipſe vos dicat cum illo nolite amicus eſſe, ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſque commotione obſecundare, & auertere vos ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum, ſed nec loqui his, quibus ipſe non loquitur; ſi verò quis amicus fuerit his quibus ipſe amicus non eſt, & locutus fuerit his quibus ipſe non loquitur, vnus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare volunt Eccleſiam Dei, & cum corpore eſſe vobiſcum videatur, mente tamen, & animo contra vos eſt.* Quis ergo hæreticis amicus, dum audit, quod Dei Eccleſiam exterminant? contra hoc ergo inimicitiæ, non vero contra fratres, proximóſque noſtros, & tandem vt rectè Theophylactus in illum Pauli locum ad Epheſ. c. 4. n. 4. *ſol non occidat in iracundia*, &c. licet iraſci *contra prauos noſtros motus*, hoc eſt, & contra ipſam paſſionis iram, eam compeſcendo, refrænando, nam alias prorſus viro eſt indigna Chriſtiano.

36. Ira cur homini indita.

38. Contra hæreticos licet iraſci.

Num. c. 25. n. 17.

Theophylactus.

Num. 4. *Propter quem cum aqua deleret terram, ſanauit iterum Sapientia, per contemptibile lignum inſtum gubernans.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

PEriiſſe Caim ob fratricidium dixerat, nunc & mundum affirmat per eius, filiorúmque peccata, à quibus cum immunis Noe per Sapientiam ſaluatus, ſicut & mundus aſſerit, vnde ait.

Propter quem, &c. Aliqui volunt relatiuum (propter quem) referre iniuſtum collectiuè pro iniuſtos) qui Caim imitati à malo in peius ruentes, cauſa fuerunt diluuij: ſed melius Hugo, Bonauent. Olzot, ad Caim referunt, tanquam ad caput, & ducem omnium reproborum; cuius flagitia poſt fratricidium deſcribens Ioſephus lib. 1. Antiquit. ſic ait. *Cæterum tantum abfuit, vt hac caſtigatione in melius vitam mutauerit, vt prior etiam ſe factus ſuis voluptatibus, vel cum aliorum iniuria indulgens, & facultates domeſticas per vim, & rapinam accumulans, accitis vndecumque latrocinierum, & nequitiæ ſocijs, magiſter illis ad facinora ſam vi-*

Hugo. Bonauen. Olzot. Ioſephus.

1 Caim ſcelera.

tam est effectus; ad hæc simplicem hactenus viuendi rationem, excogitatis mensuris, & ponderibus immutauit, pristinámque sinceritatem, & generositatem ignaram talium artium in nouam quandam versutiam deprauauit.

Cùm aqua deleret terram, &c. Homines scilicet cunctos, qui tunc in terra, præter Noëmum, an omnes qui tunc perierunt damnati, an aliqui saluati, Hier. de traditionibus Hebraicis in c. 7. Genes. & 1. in Nahum affirmat aliquos per pœnitentiam resipuisse, & æternam damnationem effugisse, quod sanè credibile, & pietati diuinæ, ac Dei infinitæ valde conforme misericordiæ; vnde Sanctus super illa verba, *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum: quia caro sunt.* Legens ex Hebræo sic ait, *non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternum, quoniam caro sunt*; hoc est, *quia fragilis est in homine conditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus, sed hic illis restituam, quod merentur*; quod sanè non de omnibus, sed de aliquibus intelligendum, à Deo prædestinatis, qui ex diluuio mori, credentes, quod antea non crediderant per pœnitentiam resipuerunt: qua Hieron. sententia admissa (vt obiter hoc dicam) clare locus ille 1. Petri c. 3. n. 19. perdifficilis intelligitur, tam multipliciter à multis tractatus, sed non satis elucidatus, qui sine vlla difficultate vt diximus intelligetur, si semel Hieronymi expositionem de diluuio saluatis admittamus: exponam ergo breuiter.

Hieron.

2 In diluuio non omnes damnati.

1. *Petr. c. 3. n. 19.*

Petri itaque authoritas talis est; *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu, in quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca; in qua pauci, id est, octo anima saluæ factæ sunt per aquam* in quibus verbis, valde authores torsit; immo & torquet, quid scilicet per illam Christi prædicationem intelligatur, quem habuit effectum, qui fuerunt illi spiritus qui in carcere, qualis hic carcer, quando fuit hæc Christi prædicatio, an quando descendit ad inferos, an antea in ipsiusmet diebus Noë, vt volebat August. qui fuerunt isti increduli, & si increduli, quomodo Dei expectare dicuntur patientiam? omnia difficillima, itavt in varias diuisi authores opiniones, ex diuerso illorum sensu, obscuriorem Petri reddiderint, non clariorem, vt apud expositores est videre.

3 Locus difficillimus Petri exponitur.

Breuiter ergo, Hieronymi sequentes expositionem, dicimus locum intelligendum de Christo ad Limbum descensu, déque eius prædicatione, & manifestatione suæ gloriæ omnibus, qui illic stabant, tanquam in carcere inclusi, & Petrum præcipuè saluatorum in aquis diluuij fecisse mentionem, quia ad id quod ipse tunc intendebat, aptius isti, quam reliqui veniebant, pro cuius intelligentia.

Sciendum Petrum ista pronuntiasse cum loqueretur de fructu tribulationis, persecutionisque pro Christo, & virtute simul toleratæ, item & de tribulatione, & persecutione in pœnam peccatorum à Deo immissa, vt corpore perempto spiritus saluus fiat, suos animans ad illam, quia & si corpore occidebantur, tamen spiritu erant viuificandi: vnde ait: *Melius est enim vt benefacientes, (si voluntas Dei velit) pati, hoc est, tribulari, & vita priuari, quam malefacientes.* Vbi notandum illud, *Melius*, comparatiuum esse ad bonum; quasi dicat, pati ob malefacta, & in pœnitentiam malefactorum hic, bonum est; sed melius est pati benefacientes, quam malefacientes, hoc autem duobus confirmat exemplis, iuxta duo illa tribulatorum genera, innocentium scilicet, & peccatorum, primum Christi; qui cum esset iustus, tamen pro peccatis nostris mortuus est, attamen carne non spiritu; immo viuificatus spiritu, quia mortificatus carne, *mortuus est iustus pro iniustis, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu.* Sic similiter ait Apost. *Et qui sine culpa patiuntur ad instar Christi: licet carne mortificabuntur, tamen spiritu viuificabuntur.*

Secundum autem exemplum est peccatorum per tribulationem, & mortem saluatorum, quales hi qui in diluuio perierunt, qui ob peccata licet corpore necati, tamen per Dei misericordiam saluati spiritu; nullúmque exémplum aptius adduci potuit ad rem, de qua tunc agebat: nam isti summi extiterant peccatores, & ad prædicationem Noe increduli, qui dicuntur expectasse Dei patientiam non animo credulo, & deuoto, sed irrisorio, & subsannante, veluti illi, qui Isaiæ irridentes dicebant, *Manda, & remanda, expecta, & reexpecta, modicū ibi, modicū ibi*, c. 28. n. 13. vnde in Græco illud, *quādo expectabant Dei patientiam est, cum expectaretur Dei patientia.* Et Hier. in Isaiam c. 54. legit, *Quando Dei patientia expectabat in diebus Noe.* Hinc quia tales, erant digne ob eorum scelera necati; & tamen cum tales essent, ab infinita Dei saluati misericordia; quis ergo ait Apost. similia patiens, & si peccator, & si grauibus onustus sceleribus non confidet sperans se ad illorum instar viuificandum, & si corpore mortificetur? quorum etiam specialiorem facit mentionem, & ad hos peculiariter asserit Christum prædicasse, suámque annuntiasse gloriam, quasi homines ex omnibus qui tunc ibi extabant, salute, & illa gloria indigniores; ex quo amplius Christi dignitas, paillonisque eius elucebat efficacia, vnde tanquam præcipuum suæ passionis fructum affirmat istis prædicasse: qui sensus (ni fallor) planus est, & germanus, quem sequuntur Oecumenus, Carthusianus, Salmeron, Feuardentus, Lyranus, Catherinus, Sa, Bellarm. Suarez, Valentia, relati à Lorino in expositione huius Petri epistolæ, in hunc locum, qui immerito ab hac secedit opinione, non alia quidem ratione, nisi quia pio innititur iudicio de pœnitentia nonnullorum priusquam aquis immergerentur. Nam præterquam quod & satis supérque ad illam asserendam authoritas sufficit Hieron. contextus ipse satis eam probat vt vidimus.

Per contemptibile lignum, &c. Origenes, *Vili ligno iustum gubernans.* At cur arca vile vocatur lignum? Liran, & Bonauent. quia Noe eiusque filij fabricando arcam à cæteris contemnebantur, quasi stulti reputati; Lorinus, quia non videbantur eius ligna ad arcendam aquarum illuuiem, quam Noe pronunciabat, sufficientia; omnibus melius Cantacuzenus,

Isa. c. 28. nu. 13.

Oecum. Carthus. Salmero. Feuard. Lyran. Catherin. Sa. Bellarm. Suarez. Valent. Lorinus. Origen. Liranus. Bonau. Lorinus. Cantacu. Zenus.

Digitized by Google

ad Dei amplificandam potentiam, qui dum ſuperbos aquis operiebat montes, excelſaſque turres, per vile lignum vnum ſaluauit iuſtum, ſic eum gubernans, vt nunquam ſic ſecurus, nunquam ſic tutus, vnde admirabilis eius prouidentiæ magnitudo elucet, fortitudóque & ſuauitas; de qua re vide quæ diximus 1. tom. hom. 148.

Auguſt.

4 Arca Dei Eccleſiæ figura.

Arcam figuram eſſe Eccleſiæ ſecundum Auguſt. lib. 15. de Ciuit. extremis duobus capitibus nemo negabit, niſi qui Dei ſpiritum non aſſecutus, aut ſit contentioſus. *Iam vero*, inquit c. 26. *quod Noe homini iuſto, imperat Deus vt arcam faciat, in qua cum ſuis, & animalibus liberaretur à diluuij vaſtitate, proculdubio figura eſt peregrinationis in hoc ſæculo Ciuitatis Dei, hoc eſt, Eccleſiæ, quæ ſit ſalua per lignum, in quo pependit mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, & cætera quæ in eiuſdem Arcæ conſtructione dicuntur, Eccleſiaſticarum ſigna ſunt rerum; & fieri quidem poteſt, vt & vobis quiſpiam, & alius alio hoc exponat aptius, dum tamen ea quæ dicuntur, ad hanc de qua loquimur Dei ciuitatem in hoc ſæculo maligno, tanquam in diluuio peregrinantem omnia referantur, ſi ab eius ſenſu qui ita conſcripſit non vult longè aberrare qui exponit*, & c. 17. *non pertinere*, inquit, *ad præfigurandam Eccleſiam tam multiplicia rerum ſigna geſtarum, niſi ſuerit contentioſus nemo permittitur opinari.* Figura ergo noſtræ arcæ eſt Eccleſiæ quæ vt inquit Aug. ſit per illud ſalua lignum in quo mediator Dei hominúmque pependit, quod lignum & ſi vile extrinſecus hominibus appareat carnalibus, omni ligno, omni auro, omni inuenitur gemma pretioſius, vt infrà.

Iuſtum gubernans, &c. Opponit Noe Caim, vt ſimul, & Dei iuſtitia, ac miſericordia eluceant, illa in perfidum caſtigando, hæc in iuſtum gubernando; quàm iuſtus, laudéque dignus fuerit Noë, ipſe Sanctus pronunciat ſpiritus Eccleſ. c. 44. n. 17. dum ait, *Noë inuentus eſt perfectus, iuſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio, teſtamenta ſæculi poſita ſunt apud illum, ne deleri poſſit diluuio omnis caro.* Vide Paul. ad Hebræos c. 11. n. 7. & Petrum epiſt. 2. c. 1. n. 5 cuius encomia ſi videre vis, lege Ambroſ. lib. de Noe, & Arca, Chryſoſt. in Geneſ. Aug. ſerm. 45. de temp. c. 2. & 3.

Eccleſiaſt.

Ad Hebr. c. 11. n. 7.

HOMILIA XVIII.

Crux Chriſti ſalus mundi, omni veneratione digna.

MVndum ſaluatum per Arcam noſter affirmat Sapiens; illam figuram extitiſſe crucis quatenus lignea nemo eſt ſanctorum, qui illud non canat. Auguſt. iam audiuimus in Comment. Idem clarius lib. 6. de catechizandis rudibus tom. 4. *In arca liberati ſunt, qui diluuio non perierunt, in quo prænuntiabatur diluuij ſacramento, quod per lignum iuſti liberati ſunt.* Idem ferè habet Origenes hom. 2. in Geneſ. Hieron. 1. aduerſus Iouinian. Greg. hom. 38. aliique Patres, in quo quanta ſit gloria crucis merito omnes inclamant, ſummiſque eam extollunt præconijs; audi Chryſoſt. hom. de cruce tom. 3. qui vno tractu quinquaginta eam

Auguſt.

1 Crux Chriſti quantis præconiis à Patribus acclamato.

Chryſoſt.

A extollit præconiis, *Crux eſt*, ait, *reſurrectio mortuorum, dux cæcorum, deſperatorum via, clandorum baculus, conſolatio pauperum, refrenatio diuitum, deſtructio ſuperborum, male viuentium pœna, aduerſus dæmones triumphus, denictio diaboli, adoleſcentium pædagogus, ſuſtentatio inopum, ſpes deſperatorum, nauigantium gubernator, periclitantium portus, obſeſſorum murus, pater orphanorum, defenſor viduarum, inſtorum conſiliarius, tribulatorum requies, parvulorum cuſtos, virorum caput, ſenum finis, lumen in tenebris ſedentium, Regum magnificentia, ſcutum perpetuum, inſenſatorum ſapientia, liberatio ſeruorum, Imperatorum Philoſophia, lex impiorum, Prophetarum præconatio, annuntiatio Apoſtolorum, Martyrum gloriatio, Monachorum abſtinentia, Virginum caſtitas, gaudium Sacerdotum, Eccleſiæ fundamentum, orbis terræ cautela, templorum deſtructio, idolorum repulſio, ſcandalum Iudæorum, perditio impiorum, infirmorum virtus, ægrotantium medicus, emundatio leproſorum, Paralyticorum requies, eſurientium panis, ſitientium fons, nudorum protectio.* Origenes hom. 8. de Epiphania, *Crux Chriſti noſtra victoria eſt, illius patibulum noſter triumphus.* Hier. ep. 1. ad Fabiolam, *Lamina aurea rutilat in fronte Sacerdotis, & quod olim in lamina monſtrabatur, nunc in ſigno oſtenditur crucis.* At quid præconia narro? cum Chriſti crux ſanctiſſima ſit omni ſermone ſuperior? vt rectè Nazianzen. orat. de moderat. in diſputat. ſeruan., reprehendens eos qui diſputationibus, & elocutionibus ſuis non extollebant, ſed myſterium euacuabant crucis, quibus meliores reputabat ſimplices, ignorantéſque, dum illud intelligebant; explicans enim illud Prouerb. 19. n. 1. *Melior eſt pauper ambulans in ſimplicitate.* Sic ait, hoc eſt, *pauper in ſermone, & ſcientia, qui ſimplicibus verbis innitens, atque in illis tanquam in parma, & tenuitate aſſequitur, quàm ſaxum, labiſque peruerſus, qui diſputationibus, atque argumentis ineptè confidit, qui Chriſti crucem, non omni ſermone ſuperiorem per ſermonum, diſputationúmque facultatem, atque peritiam euacuat, vbi probationis, & argumentorum infirmitas veritatem imminuit, & labefactat.* Si ergo crux res eſt omni ſuperior ſermone, quid de ea dicere poſſumus digne? ſi

B

C

D tanta támque admiranda de ea ſancti, quid addemus nos ignorantes, & inſci? nunquid ergo deſperemus? at *ipſa eſt deſperatorum via*: ait Chryſoſt. ipſius ergo munimine adiuti aliqua etiam, & ſi trepidè pronuntiabimus.

Origen. Hier.

Nazianzen.

Prouer. c. 19. n. 1.

2 Eſt omni ſermone ſuperior.

Primum ergo crucis encomium illud ſit, quod noſter ait Sapiens, per illam nempe mundi ſalutem Deum operatum, & in illa mundi Deum repoſuiſſe redemptionem; ô res admirabilis! Deus deſcendens carnem aſſumit, & mundum non redimit, in crucem tollitur, & redemit, natura humana vnitur cum diuina, & hæc cum illa; non ſaluatur ex hac ineffabili vnione homo, ſaluatur quando cum cruce, quid vis dicam? audebo, & pronuntiabo quod plus Chriſto, plus homini vnio attulit crucis, quam ipſamet perſonalis vnio diuina, plus Chriſto: nam & ſi hypoſtatica vnio fecit eum Deum; tamen vt eſſet, & Deitatem non amitteret, contulit hoc illi crux, cum ſemel ſuppoſita Dei voluntate efficaci de ſuis prædeſtinatis, ſimulque de medio eos ſcilicet per crucem

3 Summum eius præconium mundum per eã ſaluatum.

4 Chriſto quo ſenſu plus contulit, quàm incarnatio.

saluandi, profecto si contra diaboli ausus Deus non illos saluasset, nec valens illud fuisset efficere, certè potentior illo diabolus euasisset, ac consequenter Deitatem, supremámque maiestatem ab illo eripuisset; non eripuit, non præualuit, hinc firma semper Dei contra illum altitudo; at cum medium illud efficiendi ipsa extitit crux, sine qua non ad effectum Dei æterna efficax, & infallibilis secuta esset prædestinatio, fit profecto vt Deus, vt Christus, quatenus Deus suæ Deitatis stabilitatem quodammodo cruci debeat, à cruce recognoscat; hinc si sic dici potuit, ex cruce Christus auctus, melioratus, in Deitate confirmatus, hinc vt Deus non solùm à diabolo, sed à toto etiam recognitus orbe, dum non sic habitus, quia incarnatus, sed quia crucifixus; Pulchrè hoc Origenes hom. 8. in Hierem. 7. super illa verba. *Mittamus lignum in panem eius.* Vbi per panem Christus, eiusque doctrinæ, seu gloriæ manifestationem, per lignum crucem intelligens, sic ait: *Ego vero admirabile quiddam inferam, lignum missum in panem eius, panem fecit meliorem, ante enim quam immitteretur lignum in panem eius, quando tantummodo panis erat, & non erat lignum; in vniuersam terrã nõ exierat sonus eius, postea vero quam assumpsit fortitudinem per lignum, tunc in vniuersum orbem passionis eius disseminatus est sermo.* Egregiè, vbi duo illa notanda, panem hoc est Christum, per lignum melioratum, & fortitudinem per illud assumpsisse, quo mediãte, & ipse confirmatus, vt sic dicam Deus, & vt talis ab vniuerso per virtutem æstimatus crucis; qualis ergo hæc crucis gloria, qualis eius magnificentia?

Origenes.

5 Hinc cum diabolus hoc sciret, ac præsumeret, ad probandum verum Christus esset Deus, & simul vt ipsam ab eo eriperet; si possibile, deitatem; pendenti in cruce vt ab ea descenderet per suos suasit, *Si Filius Dei es, descende de cruce.* Matth. c. 17. n. 41. ex descensione promittens illi credulitatem, & adorationem, vnde dicebant, *& credimus ei; verba sunt ista composita*, ait Chrysost. hom. de cruce, & latrone, *excusationis, ac diffidentia, nam maiora eis mirabilia demonstrauit quando sepultus impositolapide surrexit, quando mortuum cunabulis alligatum Lazarũ post quatriduum resuscitauit.* Ergo verba fuerunt illusionis, ac deceptionis: sciebat enim Christi honorem, eiusque diuinitatis stabilitatem contra ipsum ex cruce pendere vt descenderet de cruce attentauit, fallens quasi signum esset filiationis diuinæ de cruce descensio, cum vt rectè Chrysostomus ibi, *Ideo de cruce non descendit, quia filius Dei est; nam ideo venit vt pro vobis crucifigeretur.* Quapropter, ô altissima crucis gloria signum Christi diuinæ filiationis, non conceptio extitit Spiritus sancti, non ex virgine matre, non tot miraculorum insignia, sed crux sanctissima firmans, ac veluti eius sigillans diuinitatem, dum in ea pendet, dum ex ea descendere recusat, quasi cum illa vnitus Deus, disiunctus deitatem amitteret.

Matth. c. 24. n. 5.

Chrysost.

6 Diabolus cur per ministros Christum inuitabat vt de cruce descenderet.

7 Quod equidem sic verum, sanctissimam nẽpe crucem veri Dei filii esse signum, illúmque à cæteris discernere fallis, vt secundi sui aduentus veri, & non ficti, ac veri Christi ipse signũ daturus, nullum aliud nisi crucis exhibuit, illã scilicet affirmans diiudicaturam quis verus, quis falsus esset Christus, Matth. c. 24 n. 5. *Videte ne quis vos seducat; multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, & multos seducent*, quomodo? *dabunt signa magna, & prodigia, itaut in errorem inducantur etiam si fieri potest electi*; n. 24. Mirum, & magnum; permittitur vt faciant signa magna, & prodigia, & tamen mihi præcipitur vt non credam, *Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere.* Durus certè sermo, dura tentatio, grauissimum experimẽtum, vt faciat Antichristus quæ suprà omnem videantur naturam, mira & mirabilia, licet apparentia tantum, & tamen credere quæ oculis video, quæ manibus tango non debeam. *Facies*, inquit Methodius Episcopus, & Mart. in suis reuelationibus tom. 1. Biblioth. Patr. *multa signa & prodigia sophistica, caci respicient, claudi ambulabunt, surdi audient, damoniaci curabuntur, conuertet solem in tenebras, & lunam in sanguinem apparenter.* Et S. Hippolitus Martyr. orat. de consumatione mundi, *Leprosos mundabit, paraliticos excitabit, expellet damones, languqua non aliter quàm præsentia denunciabit, mortuos suscitabit, transferet montes ante oculos spectantium, siccis pedibus ambulabit super mare, deducet ignem de cælo, conuertet diem in tenebras, & noctem in diem, Solem circumaget vt libuerit, & vt semel dicam, omnia terra mariſque elementa vi oblatæ apparitionis coram spectantibus obtemperare sibi demonstrabit.* Quid amplius effecit Christus? sed audi maius, sanctus Ephr. tractatu de cõsummatione mundi, & Antichristo. *Transferet montes, & insulas fallaciter*, ait, *& currere quidem videbitur mons coram cunctis spectantibus, licet omnino à suis fundamentis non sit motus; super abyssum incedet, & in ea vt superterrã ambulare se simulabit, magna tribulatio erit in diebus illis, quando seipsum vt Deum ostentabit formidabilibus portentis per aëra volitans, cunctique damones in forma Angelorum cum timore coram tyranno in aëre sublimes volitare conspicientur.* Quid admirabilius? nec tanta fecit Christus, seu ne tantis suam veram probauit diuinitatem, ac fallacem suam probare intentabit Antichristus, licet falsis, non veris signis, tamen apparentibus, & cum hoc sit, omniáque illa prospiciam, contra ipsos sensus, contra ipsas apparentes demonstrationes, contra ipsam oculorum visionem, firmiter stare debeo non credens ipsum esse Christum, & si talia, ac tanta signa viderim, cur? quia vnum tantum deficit quo verus à falso discernitur Christus, crux nempè salutare vexillum, quapropterimmediatè post signum sui veri aduentus præbens Christus adiecit dicens: *statim post tribulationem dierum illorum*: id est, post operationem Sathanæ virtutis, *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebũtur, & tunc apparebit signum filij hominis in cælo, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & maiestate.* Venit Antichristus cum virtute multa, & maiestate, vt vidimus, at non ipse Christus, quia cum signo non venit crucis, quia non ante illum crux. Ideo falsus, non verus Christus, ô admirabile signum, ô stupendum, ô excelsum! miracula fecit Christus, miracula facier Antichristus, sani-

Matt. c. 27. nn. 41.

Mius fuit signaculum deitatis.

8 Antichristi mirabilia.

S. Metho.

S. Hippol.

S. Ephr.

7 Veri Christi signum ab Antichristo cum discernens.

Digitize

tatem præbuit Chriſtus infirmis, ſanabit & Antichriſtus; mortuos Chriſtus ſuſcitauit, mortuos apparenter ſuſcitabit & ille; pedibus ſuprà mare ambulauit Chriſtus, vndas & ipſe calcabit; Angeli trementes aſcendentes, & deſcendentes ſuprà filium viſi ſunt hominis, & dæmones Angelorum forma ante hunc viliſſimum etiam trementes apparebunt, & tamen non erit Chriſtus verus, quia deficit ei crux, quia crux non cum illo, plus iſta potens ad verum Chriſtum declarandum, quàm omnia ſimul illa; quale hoc crucis præconium? quàm magnum? quam excelſum? *Crucem ſolam non reliquit in terra*, ait Chryſoſt. vbi ſup. *ſed ſecum eam leuauit in cælum.* At cur crucem ſecum leuauit? ſanè reſpondet, vt ſignum ſui veri aduẽtus eſſet, verique aduentus Imperatoris, vnde ideo Sol obſcuratur, & Luna non dabit ſplendorem, vt amplum Chriſti appareat vexillum ſuo hebetans Lunam, ſolemque ſplendore: *Tunc*, inquit Chryſoſt. *Quando veniet, Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum; tanta enim lux ipſius luminis præclareſcet, vt eius radijs lumina clara vincantur, tunc & ſtella cadent, & tunc ſignum videbitur filij hominis in cælo. Vidiſti gloriam ſigni, id eſt crucis, Solis lumen reddietur obſcurum, Luna non dabitur gratia, ſed illud lumen radiabit, & lucebit. Et ſicut Imperatorem regalis pompa præcedit, & militaris ordo præeundo vexilla humeris portare conſueuerunt, & his eius declarabitur aduentus; ſic Domino de cælo aduenienti Angelorum cœtus, & Archangelorum multitudo illud ſignum portant humeris excelſis, & regalem nobis aduentum nunciant.* Egregiè, proprium quilibet habet Imperator vexillum, cui non licet alterum aſſumere; immo nec reputationi conuenit; ex illo qualis ſit Imperator verus, qualis ſupremus Dominus, certè conſtat; hinc quia veri Chriſti vexillum crux, ne illud diabolus falſo poſſet ſuſcipere, in cœlum ſecum tranſtulit, vt iterum in terram cum maieſtate deſcenſurus ſecum illud afferret, quo vera declararetur maieſtas, verus Dei qualis eſſet filius, verus qualis Chriſtus: qualis ergo crucis dignitas, vt Deus ſalutem mundi in ea eſſe voluerit, ob quod, & ipſe verus Chriſtus, vt ſic dicam, perfectior euaderet, à cæteriſque per crucem diſcerneretur falſis.

Chryſoſt. Crux Chriſti in cœlo ſuo hebetãs ſplendore ſolem.

10 Crux veros à falſis filios diſcernit Dei.

Ex quibus vt hoc interim dicam, ne prætermittatur occaſio, vnum, & grauiſſimum educere potes documentum, veræ ſcilicet diuinæ ſignum filiationis, vereque ſanctitatis, non miracula, non prodigia, non ſigna exiſtere, ſed Chriſti patibulum, cum hoc ſanctiſſimum ſit ſignum quod veros à falſis ſegreget Prophetas, illúdque ſolum quod veros conſtituat, efficiátque Deos. Ex quo illud altetum præconium eligitur crucis ad tantam ſcilicet illam euexiſſe deitatem, vt ſic dicam, vt quaſi ſui par, ac veluti cum illo Deus, vt ſicut ipſe gratuitam ſolus diſtribuit deitatem, deóſque per gratiam

11 Spes ad inſtar Dei deitatem communicat.

efficiat, ſic ipſa ſola Deos efficiat homines, deóſque conſtituat, gratia nulli alteri ex virtutibus conceſſa, nulli communicata, cum ſi verum attendere velimus, ad deitatem participatam non aliundè peruenitur, niſi cruces, paſſiones, mortes, tribulationes ſufferendo: hinc ipſa crux, ipſæque tribulationes deificæ dici poſſunt, cum Deos faciant.

A Enimverò aptè Romanos irridet Tertull. in Apolog. c. 5. qui ſuo Deos faciebant arbitratu, diuinitatem cui, & quibus volebant impertientes: *Vetus erat decretum*, ait, *ne quis Deus ab Imperatore conſecraretur niſi à Senatu approbatus, facit & hoc ad cauſam noſtram, quod apud vos de humano arbitratu diuinitas penſitatur, niſi homini Deus placuerit, Deus non erit, homo iam Deo propitius eſſe debebit.* Pulchrè illud, *niſi homini Deus placuerit, Deus non erit.* Ergo non ex ſe habebant illi deitatem, ſed ab hominibus mendicatam, & ab illis tantum collatam, quibus ipſi placuerant, vt ex hine diſcas quàm parum in hominum iudicio fidendum, quámque illud ſit fallax præcipuè in honoribus tribuendis, aut diſtribuendis gradibus, dum non merita, non partes, non gradus, non quid ſint, quibus deitatem, ſed qui ſibi placuerint, conferant, dent, penſitant, *Hi ſunt dij tui Iſrail qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Exod. c. 32. n. 5. Deos dixerunt, & ſi animal, vnde? ſanè quia & ſi falſo, eum illos de Ægypto eduxiſſe reputarunt, ergo deitatem illi contulerunt non ex eo quod erat in ſe, ſed quod cum illis, ſic proprium ingenium eſt humanum, ſic ſui amans; merito ergo irridet eos Tertull. qui etiam acutiſſimè ad id proprie quod tractamus infrà diſcurrens c. 12. tormenta exprobrans Gentilibus Chriſtianorum, probat ad deitatem ipſorum Deos, per eadem aſcendere tormenta, vnde ipſa ſupplicia quatenus deitatem conferebant numina dicenda, ex quo deitatem, euidenter elicitur non ab hominibus, ſed à tribulationibus, & à cruce conferri; hinc crux verè quatenus illam confert, deifica dici poteſt merito. *Quantis igitur de dijs veſtris*, ait *nomina ſolummodo video quorundam veterum mortuorum, & fabulas audio, & ſacra de fabulis recognoſco*, hoc eſt, ex ſe non ſunt ſacra, ſed ex fabulis ſacrata illa eſſe recognoſco, *quantum autem de ſimulachris ipſis, nihil aliud deprehendo quàm materias fereres eſſe vaſculorum, inſtrumentorum communium, vel ex eiſdem vaſculis, & inſtrumentis quaſi fatum conſecratione mutantes; licentia artis tranſigurante, & quidem contumelioſiſſime, & in ipſo opere ſacrilege, vt reuera nobis maximè, qui propter Deos ipſos plectimur, ſolatium pœnarum eſſe poſſit, quod eadem patiuntur vt fiant.* Nil pulchrius, eſtque ſenſus, ſi materiã veſtrorum Deorum conſideratis, eadem eſt cum vaſculis, & inſtrumentis; at conſecratione, ſiue dedicatione & arte eam tranſigurante vt ex vaſe fiat Dei imago mutat fatum, & in Deum euadit; at hoc quomodo *contumelioſiſſime*, & *in ipſo opere ſacrilege* dum per infinita hoc elliciunt tormenta, ſic vt nobis ſit ſolatium eadem pati quæ veſtri patiuntur dij vt fiant. Vnde ſequitur, *Crucibus, & ſtipitibus impoſitis Chriſtianos, quod ſimulachrum non prius argilla deformat cruci, & ſtipiti ſuperſtructa? in patibulo primum corpus Dei veſtri dedicatur, vnguibus deraditis latera Chriſtianorum, at in Deos veſtros per omnia membra validius incumbunt aſcia, & runcina, & ſcalpra; ceruices ponimus ante plumbum, & glutinum, & gompbos, ſine capite ſunt dij veſtri, ad beſtias impellimur, certè quas Libero, & Cibele, & Cereri applicatis: ignibus vrimur, hoc eſt, illi à prima quidem maſſa: in Metalla dãnamur, inde cepſuntur dij veſtri: in inſulis relegamur, ſolet & in*

Tertull. 12 Dij ab hominibus fiebant antiquitus.

13 Homines in honoribus conferendis iniqui.

Exod. c. 31. n. 5.

14 Suum tantum reſpiciant emolumentum.

15 Supplicia ſunt numina & cur.

B

C

D

inſulis

inſulis aliquis Deus veſter aut naſci, aut mori. Quid elegantius? attende gradus, conſidera quibus ad deitatem aſcendebant falſi illi Dei, & nó alios eos fuiſſe reperies quam ipſa Chriſtianorum tormenta, dum ad vnam ſtatuam efformandam ſiue ex ære, ſiue ex auro, ſiue ex argilla omnia illa neceſſaria quæ Tertullian. affert: quinimo crux, vt argillam teneat, aſciæ, & runcinæ vt eam dolent, & reſecent, eſt truncata ante corporis formationem, & ante plumbum, & glutinos, & gomphos, hoc eſt, maiores clauos, in igne conflantur, &c. ergo nullus ex illis Deus niſi per crucem, per clauos, per tormenta, vnde rectè infert ſequens, *ſi per hæc conſtat diuinitas aliqua, ergo qui puniuntur conſecrantur, & numina erunt dicenda ſupplicia.* Nil pulchrius, conſecrantur hoc eſt, in deos euadunt, qui puniuntur, & ſupplicia dicenda numina, quatenus deitatem conferunt, quod ſi hoc, cur illi non dij? *quia planè*, ait Tertull. *non ſentiunt has iniurias, & contumelias dij veſtri, ſicut nec obſequia.* Hinc non veri, ſed falſi, ſed puræ materiæ; at da illis eorum ſenſum, nunquid falſi, an potius veri? immo veriſſimi, quia dum per tormenta dolantur, conſecrantur, cũ numina ſint ſupplicia, quorum primum crux, à qua cætera hoc habent, cum ab ipſa principiũ deificationis, artifex enim quod primum ad Deum efformãdum efficiebat, præparatio erat crucis, vt ex ea argilla penderet, ſine qua non ſtaret: prima ergo illa ad deitatem conferendam, ergo futuræ deificatiouis pignus crux, quia vt eleganter Elias dixit Cretenſis orat. 13. *qui pro Deo patitur, futuræ Deificationis pignora iam accepit.* Hinc merito Deifica dici poteſt, dum ad Dei ſimilitudinem, eius redolens omnipotentiam, deitatem conferat, deóſque efficiat; quanta ergo veneratione digna, dum perditum hominem non ſolum ſaluauit, ſed per gratiam Deum effecit, ad deitatémque euexit?

16 Crux primum numen, quia primum ſupplicium.

17 Et deificationis pignus.

Hinc Chriſtus Dominus noſter, tunc, & non antè mundum cognituruin ipſum Deum eſſe affirmauit, quando in cruce exaltatus, nam dum vera Deitas à cruce diſtribuatur, vt diximus, verus ipſe Deus, quia crucifixus, Ioan. c. 8. n. 28. *Dixit ergo eis Ieſus, Cũ exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoſcetis quia ego ipſe ſum*, ſuprà enim dixerat. *ſum qui ſum*. Deum ſe nominans, nunc ait, non ante hoc illos cognituros quam ipſum exaltatum, hoc eſt, crucifixum, quod prorſus ſi humana penſitabatur ratione, apparebat impoſſibile, nam tunc amplius ipſum non eſſent cognituri exaltatum & crucifixum, vt rectè Chryſoſt. hom. 52. in Ioan. tom. 3. at non ſic, nam cum cognitio deitatis Chriſti ab humana non pendebat ratione, ſed diuina, & hæc illam in crucis repoſuerat exaltatione vt totam ſapientiam confunderet humanam; hinc quia crux Chriſtum Deum declaratura, & eius virtute Deum illum homines habituros, ideo non ante Chriſtum illos in Deum habituros, nec ante vt Deum adoraturos, *quaſi dicat* ait Chryſoſt. *Vos æſtimatis quod tunc maximè à me ſeparati eritis, quando me occideritis, ego autem dico, quod tunc maximè ſcietis, & gratia ſignorum, & reſurrectionis, & captiuitatis veſtræ redemptionis, quoniam ego ſum Chriſtus filius Dei,*

18 Chriſtus à cruce verus Deus cognitus & cur. *Ioan. c. 8. n. 28.*

Chryſoſt.

A Quod cum ſit, Chriſtum à cruce quodammodo ſuam mutuatum diuinitatem, & Deum à cruce factum eſſe, rectè dicemus, cum profecto & ſi Deus à conceptionis inſtanti, tamen quia non cognitus, quaſi non eſſet æſtimari poterat, vnde tunc deitatem apud homines accepit, quando ab illis vt Deus cognitus, vt Deus adoratus, quod crux illi contulit, crux illi dedit, cuius proprium homines Deos facere, & ad Dei inſtar diuinitatem tribuere.

19. Totam gloriam tribuit tum humanam, tum diuinam.

Nec ſolum ipſam tribuit diuinitatem, ſed etiam & gloriam, tum humanam, tum diuinam, ſic vt nulla ſit prorſus quæ non à cruce; in qua re illud admirandum, iam inde ab antiquis temporibus ſic totam Deum in cruce recapitulaſſe gloriam, vt nullum eſſet trophæum, quod B non ab illa, ſic à mundi exaltans crucis ſignum exordio, vt nulla eſſet natio, nulla gens, & ſi barbara, quæ illam non extolleret, & ab illa gloriam non acciperet, pro qua re.

Lipſius.

Adnotandum ex Lipſio lib. 3. c. 3. de cruce, illam propriè eſſe partem inferiorem, ſtipitémque defixum, nam pars illa tranſuerſa, non crux, ſed *patibulum* dicebatur, quaſi pandeus, & demonſtrans crucem, inde phraſis, *Patibulo crucis affigi*, quia patibulum pars crucis, vnde Firmicus, lib. 6. Matheſ. c. 31. *ſcurra animadnertetis ſententia patibulo ſuffixus, in crucem crudeliter erigetur.* Ex quibus apparet modus quomodo antiquit° cruci affigebãtur homines, antequã enim erigerẽtur, in patibulo affigebãtur in terra, deinde ſimul cũ illo in ſtipite defixo, & C ad hoc præparato erigebãtur: hinc Tacitus diſtinguit inter patibulum, & crucem, *Patibula, ignes, cruces* nimirum condemnatos ignibus, ſubiectos, in patibulis, & crucibus ſuſpenſos, in patibulis brachiis alligatis, in crucibus reliquo corpore appenſo. Seneca etiam *Alij*, ait *brachia patibulo explicuerunt.* Et Plutarch. Moſtell. *diſperſit manibus patibulum habere.* Crux ergo lignum illud erectum, & in terra defixum. Ex quo fit vt ni fallor ſic appellabatur non à cruciando vt vult Iſidorus lib. 5. ethim. c. 27. ſed à crure, nam ſicut crus corpus ſuſtinet, ſic lignum illud damnati corpus in patibulo.

Firmicus.

20 Crux & patibulum, quid.

Tacitus.

Seneca.

Iſidorus.

21 Crux vnde dicta.

Hoc ergo ſuppoſito, ſciendum etiam trophæum propriè eſſe monumentum à victore D erectum eo in loco vbi hoſtes in fugam conuertit, & primà trophæa, ex arboribus cõfecta, quas amputatis ramis hoſtium ſpoliis decorabant, truncus enim arboris ſine ramis, inimicorum ſpoliis in illo appenſis trophæum dicebatur, hinc Nonius, *ſpolia capta fixa in ſtipitibus appellabantur trophæa*, quæ vero ſpolia in illis defigebantur elegantèr expreſſit Virgilius lib. 11.

22 Trophæum quid.

Nonius.

Virgil.

Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæum
Bellipotens aptat rorantí ſanguine criſtas,
Telaque truncа viri, & bis ſex thoracа petitũ,
Perfoſſum locis clypeúmque ex ære ſiniſtra
Subligat, atque enſem collo ſuſpendit eburnum.

His ergo ſic ſuppoſitis euidentiſſimè ex illis elucet, omnem prorſus Gentilium, Romanorúmque gloriam à cruce emanaſſe; ipſóſque & ſi neſcientes crucem extuliſſe, ignorantéſque illi omnem ſuam prorſus attribuiſſe gloriam; cum ipſorum trophæa ex cruce, ipſorũ vexilla quæ etiam vno conficiebãtur ſtipite

23 A cruce omnis Romanorum gloria.

Digitized by Google

crucem præfigurabant, quod egregiè explicuit Iustinus Martyr Apolog. 2. cum Gentilibus de cruce loquens vbi sic, *Quin & signa vestra, figuram huius vim præferunt, & declarant, & trophæorum, per quæ progressus à vobis in publicum quouis locorum fiunt, Imperij, & potestatis indicia in hisce ostendentibus, licet hoc non intelligentes faciatis.* Quapropter elegantissimè vt assolet Tertull. in Apologetico c. 16. probat ipsos Romanos vellent, nollent, & si inscienter & crucem adorare, & omnem cultum illi exhibere, summáque eam prosequi veneratione, cuius authoritatem quàm breuissimè potero explicabo, *sed & qui crucis nos religiosos putat*, ait *consentaneus erit noster*, ideſt, simul nobiscum eam adorabit, *cum lignum aliquod propriatur, viderit habitus, dum materia qualitas eadem sit, viderit forma dum idipsum Dei corpus sit.* Hoc est, parum refert an habitus sit diuersus, an forma, hoc est, lignum in deæ effigiem transformatum, vel vestitum, dum lignum adoratis, nobiscum in materia conuenientes, ex quo Dei componitur corpus, *& tamen quanto distinguitur à crucis stipite Pallas Attica, & Ceres Farrea, quæ sine effigie rudi palo, & informi ligno prostant?* Hoc est, licet aliqui ex diis effigiem, & formam habeant, tamen etiam aliqui sunt qui ex ligno sine vlla forma, vti Pallas Attica, & Ceres Farrea; Pallas Dea erat Athenis culta, ideo Attica dicta, & Ceres Farrea quia far inuenit, & fruges, cuius postremæ effigies in nummo affertur à Gretsero de cruce, manibus stans in formam crucis expansis, à pectore in rudem palum, & informem truncum desinens, cum hac inscriptione *De Ai Segetiai*, immo ex multis tum prophanis, tum religiosis constat authoribus, multa fuisse apud Gentiles simulachra informia vlla absque effigie. Lucanus lib. 3.

S. Iustin.

Tertull.

24 Deafarrea, quæ.

Gretserus.

25 Deorum simulachra apud Gentiles multa informia.

Lucanus.

Simulachráque mœsta Deorum.
Arte carent, cæsíque extant informia truncis.

Quod de Venere Paphia affirmat Tacitus lib. 2. *Simulachrum Deæ non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum, mox modo exurgens, & ratio in obscuro.* Profecto illis, non nobis, qui ad crucis mysterium significandum, ipsiúsque gloriam, & magnificentiam à Deo permissum assotimus. Herodianus etiam *Pessi nuntiam deam* informem esse lapidem asserit, quod etiam de *Cibele* affirmatur à Prudentio. Arabes coluisse informem lapidem testis est Arnobius lib. 6. & Clemens Ale. in Protrept. apud ipsos etiam *ligna erecta pro diis.* Rectè ergo conuincit eos Tertull. dum cum hæc à cruce nil distent; in illis, & si inscientes crucem adorabant, vnde sequens ait: *Pars crucis est omne robur, quod erecta statione defigitur: nos, si fortè integrum, & totum Deum colimus.* De Romanorum agit vexillo quod stipite erat erecto cum Aquila desuper, inquit; ergo apud vos pars tantum crucis est omne robur vestrum, ergo cum partem tantum crucis adoretis, dum vexillum defixum in vestris stationibus adoratis; quid nos à vobis differimus? nisi fortè quod non partem crucis, sed totam adoramus, dum stipitem, & patibulum, & sic integrum, & totum Deum adoramus, non mutilum, & manicum vt vos. *Diximus*, sequitur, *originem deorum vestrorum à plastis de cruce induci, sed* hoc est, addo nunc, *& vtlerius adoratis, cum in trophæis cruces intestina sint trophæorum*, hoc est, stipites illi, & arborum trunci (vt diximus) ex quibus spolia pendebant deuictorum: *Religio Romana tota castrensis signa veneratur, signa iurat, signa omnibus dijs præponit.* Quantæ æstimationis essent vexilla apud Romanos, declarat dum ea adorabant, sic Claudianus, 2. in Ruffinum inquit Heraldus.

Tacitus.

Herodia.
Prudent.
Arnob.
Alexand.

26 Vexillum Romanorum quid erat.

37 Vexilla à Romanis adorabantur.

Claudian.
Herald.

Augustus veneranda prior vexilla salutat.

Et Sueton. in Caligula: *Namque Artabanus Parthorum Rex transgressus Euphratem, aquilas, & signa Romana, Cæsárumque imagines adorauit*, Dionysius, *Signa in magno sunt honore apud castra Romanorum, & veluti Deorum statuæ sacra putantur.*

Sueton.
Dionys.

28. Proillis iurabant.

Hinc per ea iurabant, Liuius lib. 26. *& obstringere periurio, non se solum, suúmque caput, sed signa militaria, & Aquilas, sacramentíque religionem* Ex quo fiebat vt & ipsis dijs ea præponerent, Senec. epist. 96. *Quemadmodum primum militia vinculum est religio, & signorum amor, & deserendi nefas, tunc deinde facilè cætera exhibentur, mandantúrque ad iusiurandum, adactis ita in his.* Et Ambros. serm. 43. *Nonne cum adhuc Gentilis esses, solebas signa perquirere? quæ signa quibus rebus essent prospera magna inquisitione colligere? iam nunc nolo erres in numero. Scito quia in vno signo Christi omnium rerum est tuta possessio*; vbi adnotandum illud, *nolo erres in numero.* Vbi pro numero intelligit *adorationem* ex antiquo modo loquendi; quo numerare, pro venerari accipiebatur, Cicero 1. de natura *Deorum* figilla *numerantes.* Quod factũ ait Nazianz. quoniam olim hastas adorabant, hoc est numerabant intra ligneam columnam reconditas; adorabant ergo Romani signa, per ea iutabant, dijs insuper præponebant, cruces illas; ergo & si inscij crucem adorabant, venerabantur, summóque tandem prosequebantur honore, non nudam, sed comptam, apud illos, & non quomodolibet, sed magnis, pretiosisque monilibus, vnde sequens Tertull. ait, *omnes illi imaginum fugestus*, hoc est, aureæ, argenteæque Imperatorum imagines gradatim positæ, quibus vexilli hasta vestiebatur, *monilia crucium sunt sipara illa vexillorum, & cantabrorum*, hoc est, velamina, vestésque consecratæ, *stolæ crucium sunt, laudabo diligentiam, noluistis nudas, & incultas crucet consecrare.* Egregiè, sic venerandam ab illis crucem Deus imperabat, vt & si ignorantes, non nudam, & incultam eam apud se habere, sed vestitam, cultam, & non quidem communiter, sed argento, auróque fulgentem; vtpotè à qua omnis eorum decor, omnis honor: verè ergo à cruce, tanquam à diuino numine omnis emanat honor, omnis & in hac vita gloria.

Liuius.

Seneca.

Ambros.

Cicero.
Nazian.

At parum hoc, nisi & cœlestis etiam ab ipsa emanaret, quæ profecto expressa sententia est Pauli ad Hebræos c. 2. n. 9. *Eum autem qui modico quàm Angeli minoratus est propter passionem mortis gloria, & honore coronatum*, vbi *ii propter passionem*, non solum causa est finalis, sed etiam meritoria vt multi volunt, scilicet ideo Christus minoratus vt pati posset, & simul

Ad Heb. c. 2. n. 9.

29 Crux causa gloriæ cœlestis.

vt per mortem, & crucem sibi gloriam acquireret & si non animæ, saltem corporis, hinc quia sciebat non aliter in illam ipsum ingressurum gloriam, iuxta illud, *oportebat pati Christū, & sic intrare in gloriam suam.* Ne amore suorum hic detineretur, alligari in cruce se permisit, vt sic ad patriam posset rendere; non solum ipse, sed simul cum illo & sui. Quod elegantissimè expressit Ambros. serm. 51. in feria 6. parasceue om. 5. exemplo Vlyssis fabulæ, qui se ad arborem alligari iussit nauis, ne Sirenum cantus iter impediret ad patriam. Quo facto & se suósque simul ad illam adduxit: *Si ergo de Vlysse illa refert fabula, quod eum arboris religatio de periculo liberarit, quanto magis prædicandum est, quod verè factum est, hoc est quod hodie omne genus humanum, de mortis periculo crucis arbor eripuit? ex quo enim Christus Dominus religatus in cruce est, ex eo nos mundi illecebrosa discrimina velut clausa aure transimus; crucis enim arbor non solum religatum sibi hominē patria repræsentat, sed etiam socios circa se positos virtutis suæ vmbra custodit.* Egregiè, in quo postrema adnotanda verba, arborem scilicet crucis non solum hominem sibi religatum patriæ repræsentare, (Christum insinuat) sed etiam socios circa se positos, quando scilicet voluntate, ac animo ibi assistunt; hinc vnus latro in cruce saluatus, & alter reiectus, quia hic dum inuoluntariè, & coactè in cruce, non iuxta illam reputandus; secus vero ille quia sponte, & voluntariè; *quod autem crux ad patriam post multos errores redire nos faciat, Dominus declarat*, ait idem Ambros. vbi sup. *dicens latroni in cruce posito, hodie mecum eris in paradiso, qui vtique latro dum oberrans, ac naufragus aliter ad patriam paradisi, de qua primus homo exierat redire non poterat, nisi fuisset arbori religatus.* In qua re adnotandum non tantum à sua latronem in paradisum inductum cruce, quantum ab ea in qua Christus pendebat, cuius salus vnicè ab hac, quam à Deo obtinuit, quia vt idem ait Sanctus serm. 49. *Christi crucem non putauit scandalum, sed virtutem.* Hinc quia diuinam eam dicebat illum ei tribuens honorem quem nemo, merito ab illa, gloria donatus, vt hinc videas crucem vti Dei consociam & gloriam tribuere, & vitam, propemodumque rem esse suprà humanam; immo diuinam.

Ambros.

30 Christus in cruce alligari se permisit vt se, & cæteros ad gloriam ejiceret.

Hinc quia regni distributrix cœlestis, Christique in præmijs consocia distribuendis, ad cœlum eam secum euexit, vt diuus aiebat Chrysost. ad iudicium que eam secum etiam adduceet, & insuper vt aliquorum pia est opinio, in cœlis eam perpetuo retinebit; immo vt Hier. sentit in c. 55. Isaiæ super illa verba, *Et erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur*, erit in beatorū corporibus incussa. *His qui de malo commutati fuerint in bonum*, ait, *erit Dominus in nomen, & in signum æternum, vt ex ipsius appellentur nomine Christiani, & cruces eius inurantur cauterio*, & infrà, *quod signum non deficiet, nec vllo fine mutabitur, sed de præsenti conuersatione transiet in futurum.* O excellens crucis præconium! sic à Christo nempe dilecta, vt mixtis omnibus deficientibus, animalibusque pereuntibus cunctis ipsa sola ac si esset aliquod viuens rationéque præditum in cœlis semper, æternaliterque

31 Crux non solum quia in illa ad gloriam euehit, sed qui eitcum illam.

32 Latro saluatus quia voluntariè in cruce, & circa Christi crucem.

33 Crux in cœlis perpetuo manebit. *Sanchez. Hieron.*

34 Corpora sanctorum in cœlis signa crucis erunt signata.

A cum corporibus stet beatorum; & iure quidem, dignum quippè erit vt salutis instrumentum nostræ, vt Christi trophæum, vt patris æterni vexillum, quo per filium totum deuicit mundum, nobiscum in cœlis semper sit, vt ibi in perpetuum adoretur, quod nobis æternitatis, ac perennitatis instrumentum extitit: in quare & illa eius altera sublimitas exclaresci, ad talē scilicet ipsam euectam celsitudinem, vt proprius eius locus, & ipse sit paradisus, & quod mirandum, & ipsa beatorum corpora, in quibus si virginis adnumeres, vt primo adnumerandum, nec in cœlis, nec in terris altera similis inuenietur dignitas, altera similis gloria, splendorem, ipsa decorem, ac magnificentiam ipsi splendori, ipsi decori addens, quid maius?

B Crux ergo redemptio est mundi, Christi manifestatio, diuinitatis eius approbatio, omnis gloriæ distributrix, quid ergo amplius restat? nisi vt etiam ei illud demus quod solius est Dei, ignominiam scilicet in gloriam commutare, & eius contactu ad summam euehere gloriam, qui ad summam destinabatur infamiam; nonne hoc solius est Dei? *Qui suscitat à terra inopem & de stercore erigit pauperem, vt collocet eum cum principibus?* Psal. 112. n. 8. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constrauit propter filias Hierusalem.* Cantic c. 3. num. 9. quid per ferculum? varii varia, Rabi Dauid Kimchi in lib. radium intelligit *lectum*, quo deferuntur sponsæ,

C Rabi Salomon *thalamum honorificum.* Rabi Abraham Aben Esdra. *Ædem magnificam*, seu *palatium* sumptuosum, Ambros. lib. 3. de Virginit. *lectum*, alij *lecticam*, Greg. Papa *lectum discumbentium*, alij denique *currum triumphalem*, vel *gestamen pompaticum.* Quo antè triumphantes pompa gestari solebat ex spoliis inimicorum, vel coronis, vel deorum simulachris, vel signis, vel titulis congesta: tandem Genebrardus, & Legionensis thronum regium intelligunt. At quid tropologiæ per hæc Patres intelligunt omnia? Cassiodorus, Greg. Pap. Philo Carpathisen. *sanctam Dei Ecclesiam.* Nissen. hom. 7. *piam animam*, Richardus de S. Vict. *Animam Christum reficientem*, Hugo de

D S. Vict. *cor in studijs virtutum exercitum*, Theodoretus *Apostolos*, Catena trium patrum. *omnes simul sanctos Doctores*, Ambros. lib. 3. de Virgin. *humanum corpus.* Philo Carpath. *humanitatem Christi.* Anselm. *Iudices*, Ruper. *sacram Script.* Ad rem tamen nostram, Apponius, *Crucem Christi*, in qua tria illa *columnæ*, nempe *argentea*, immaculatum scilicet eius corpus, *reclinatorium aureum*, anima eius pretiosa, *ascensus purpureus*, sensus de Christi humanitate, ac diuinitate; *ferculum à ferendo nomen accepit*, ait, *quod dicit de lignis Libani factum, in quo monte lex data est, quod ferculum crucis secundum hæc mysteria de lignis Cedrinis factum non erit incongruum intelligi, in cuius columnis argenteis verum, immaculatúmque à contagio peccati corpus excandescit, & glorioſæ anima auri rutilat fulgor, in qua vsque nunc Dei sermo reclinatorium habere probatur, & corporeus, regalisque Deitatis coruscat sensus.* Cùius intellectus ni fallor, suprà cæteros se erigit, cum & omnia illa per quæ nomen ferculum author

35 Crux ignominiam in gloriam commutat.

Ps. 112. n. 8.

36. Ferculum Salomonis quid, variæ sententiæ. *Cantic. 6. 3. n. 9.*

Ambros. Grego:

37 Mystice crux est Christi. *Genebrar. Legionen. Cassiodor. Gregor. PhiloCarpath. Nyssenus. Richard. Hugo. Theodor Catena Patr. Ambros. Anselm. Rupertus. Apponius.*

res intellexerunt, nulli sic vt cruci comperant Christi; nam ipsa est lectus in quo Christus recubuit, ipsa thalamus in quo nuptias consummauit; ipsa ædes, palatiúmque magnificum in se Dei filium recipiens, ipsa lectica qua idem ad cœlum est transportatus; ipsa discumbentium lectus in quo Christus discubuit; ipsa propriissime triumphalis currus in quo Christus ascendit; ipsa appositissimè gestamen pompaticum in quo, & inimicorum spolia appensa, & deitatis corona, & tituli victoriæ Christi, & omnis prorsus turba deorum; ipsa tandem thronus in quo Christus sedens sic eum honorauit, vt dum ab hominibus vt reus iudicabatur, sortem commutans iudicem eum effecerit. Mira crucis virtus, mira potentia, prorsus diuina, vt vno eodémque momento ad iudicandi gloriam suo euehat contactu, qui vt reus, & iudicatus ad eam ascenderat, & thronus hat gloriæ, qui infamiæ erat patibulum: hoc quippè deuotissimè considerauit Arnoldus Abbas, tractatu de septem verbis Domini, in illis verbis Christi ad latronem, *hodie mecum eris in paradiso*, expendit enim hoc dixisse Christum, quando & vnus blasphemabat, & alter confitebatur, quapropter inter illos veluti iudex in throno sedens iustitiæ vnum absoluit, alterum condemnauit, *erat vnus irrisor*, ait, *alter confessor, vnus exprobrator, alter venerator, hic sperans, ille desperans, hic diligens, ille negligens, aderátque illi controuersiæ iudex, qui data sententia blasphemum ad tartara, confitentem præmisit ad regna.* Nil melius, vt iudex sententiam protulit, qui vt reus in crucem ascenderat, vnde hoc? nisi quia innocens in cruce positus ex ipsius virtute commutata sorte, crux non illi patibulum, sed thronus, ipse non reus sed iudex *diuina gloria redimitus*, vt ait Ephesin. Conc. tom. 1. c. 6.

38 Crux Christi thronus.

Arnold.

39. In ea sedit vt Iudex.

Ephesin. Conc.

In qua re nescio quid amplius mihi elucet, dum enim Christum iudicem in cruce considero, extremi mihi adest iudicij memoria, in quo summam dixit Christus futuram suam gloriam: dum ad iudicandum descendens in nubibus cum maiestate venturum se prædixit, Math. cap. 26. n. 64. *Amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli*, quam sessionem, sup. cap. 16. nu. 27. gloriam dixit patris, *Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius.* Iudiciariam ergo potestatem à patre sibi traditam, gloriam eius dixit, ac in dextris virtutis Dei sessionem, sic altissimam illam iudicauit, tantæque gloriæ, vt iustum existimauerit ignominiæ, ac dedecori quod tunc patiebatur opponere, indicans non sic ab illis abiicendus, quantum à patre per iudicis potestatem exaltandus. Quapropter rectè Hieron. in cap. 25. Matth. super illa verba: *cum autem venerit filius hominis in maiestate sua.* Asserit, ideo ante biduum hoc mortis suæ Christum dixisse, vt scandalo crucis eius gloriam opponeret, ne Apostolorum corda deficerent: *Post biduum quidem Pascha facturus, & tradendus cruci, & illudendus ab hominibus, rectè promisit gloriam triumphantis, vt secutura scandala pollicitationis præmio compensaret, & notandum quod qui in maiestate cernendus est, filius hominis sit.* Tunc enim affirmauit in maiestate venturus, & super maiestatis sedem sessurus, hoc est, in gloria diuinitatis venturus, iudiciariam exercens maiestatem; in quibus omnibus locis vt vides, sic de hac iudiciaria Christus loquitur potestate, vt nil sublimius de ea dici possit, dum illam & patris gloriam, & Dei virtutem, & gloriam sedémque appellat maiestatis. Quod cum sit, euidenter profecto relucebit, vt vbi proprior Christi fuerit iudiciaria potestas, ibi maior sua gloria, maior maiestas, amplior randem diuinitatis corruscatio. Hoc equidem mihi videre videor dum Christum vt iudicem in throno crucis sedentem aspicio: considero enim non sic propriè potestatem iudiciariam in iudicio ipsum executurum, ac in cruce, ac proinde non sic in nubibus venientem in tanta futurum maiestate, gloriáque, ac quando triumphans colore linitus triumphantium, in cruce pependit. Dixi colore linitus triumphantium, hoc est, suom e sanguine rubeo, dum isti teste Isidoro lib. 18. originum, *colore rufo linichantur, vt imitarentur diuini ignis effigiem*, & in ecloga. 10. Maron. Seruius ait, *triumphantes faciem de rubrica illiniunt, instar coloris atheris.* Quod autem proprius, & verius in cruce quàm in iudicio iudiciariam Christus exercuerit potestatem, inde certè constabit; nam sententia quam in cruce protulit verè absoluit vnum nondum adhuc absolutum, veréque alterum condemnauit non adhuc condemnatum: in sua enim hunc relinquens perfidia, efficacémque illi omnino ex præsentaneis ac blasphemis vtpotè maioribus quæ vnquam gesserat peccatis denegans gratiam, ex hoc profecto illum condemnauit, actu ergo absoluit, actu exercitium iudiciariæ compleuit potestatis; at non sic in iudicio, nec ibi absoluit nondum absolutos, nec condemnauit adhuc non condemnatos, firmans tantum alibi sententias probatas: ergo propriissime ibi Christus iudex, vbi verissimè suam exercuit iudiciariam potestatem quod in cruce, vnde rectè ex cruce omnis eius gloria, omnis maiestas, amplius ex cruce, quam ex iudicio gloriosus: hinc bene Paulus ad Hebr. vbi suprà cap. 2. Christum in cruce considerans gloria, & honore coronatum dixit, *eum autem qui modico quàm Angelis minoratus est, propter passionem mortis gloria, & honore coronatum.* Vbi aliqui pro gloria, & honore ipsam affirmant intellexisse crucem Apostolum, vt statim dicemus; at quomodo gloria, & honore coronatum? crucem video, opprobria audio, ignominiam aspicio, & tu gloria, & honore coronatum dicis? rectè Oecumenius, *gloriam, & honorem vocat crucem, neque enim tam Deo dignum erat, tamque gloriosum fecisse cœlum, & terram, sicut quod propter nos dignatus fuerit crucifigi.* Ibi in maiestate sedens nos creauit, hic in infirmitate resuscitauit. quod maius?

Matth. c. 26. n. 64.

40 Summa Christi gloria iudiciaria potestas.

Hieron.

41 In cruce Christus amplius glorioſus quam in iudicio & cur.

Isidor. Seruius.

42 Color triumphantium rubeus.

43 Iudiciariã potestatem propriissimè Christus exercuit in cruce, & propriùs quàm in iudicio.

Ad Heb. c. 2.

44 Gloria & honor Christi eius crux.

Oecumen.

At nunquid crux Christo soli hanc tribuit dignitatem, eiusque tantum commutat in honorem ignominia? quia innocens illam subijt, quia illibatus ex illa pependit? exteriquepeccatores sic deserit vt accesserunt, sic indecoros

45 Non solum Christum glorioſum reddit, sed etiam & alios & ſi peccatores.

relinquit vt illam ſubierunt, minime quidem, immo talis eſt eius virtus, ſic præcelſa, ac infinita, vt ex contactu eius quaſi alter Philoſophorum vt dicunt lapis, ex ære, ex plumbo, aurum faciat, aurum reddat, hinc & ſi inglorij ad illam glorioſiſſimi poſteà ex illa, & ſi rei ad inſtar Chriſti, etiam ipſi gloria iudiciariæ inſigniti poteſtatis. Quid inglorius quàm latro in cruce aſcendens? quid amplius reus? at vix crucem tetigit, & iudex effectus ex reo glorioſiſſimus euaſit, ſimul cum Chriſto iudicans, & abſoluens: *Hic fungitur vice iudicis condemnatus, & incipit de veritate cenſere, qui coram Pilato poſt multa tormenta confeſſus eſt ſcelera.* Egregiè ait Chryſoſt. apud diuum Th. in Caten. in c. 23. Lucæ ſuper illa verba, *neque tu times Deum*, aſcendit vt latro, euaſit in iudicem ipſam abſoluens innocentiam; immo ipſum Deum, quid glorioſius? quid auguſtius? Ante crucis tribunal Deus cum homine ſiſtitur, quando hoc ante tribunal iudicij, etiam ſi Chriſti, & Deus ab homine iudicatur, & crucis virtute ille homo qui anteà quando non in illa malus iudex, impius, latro, plus ſe amans quàm Deum, in cruce poſteà plus Deum quàm ſe, plus Deum quàm ſocium; integerrimè iudicans Deum abſoluit, hominem condemnat, *neque tu times Deum; nos quidem digna factis, hic autem quid mali fecit.* Quid amplius dixiſſet ſi liber, ſi pro tribunali, ſi in maieſtate ſederet? vnde merito exclamat Chryſoſt. loco infrà citato, *Vidiſti libertatem in cruce? vidiſti Philoſophiam in tormentis? in pœna prudentiam?*

46 Latro in cruce & ex cruce ex tra iudex.

Chryſoſt.

In qua re illud admirandum, vt cum mendaces filios hominis apertè Deus per Regium inclamet Prophetam, Pſal. 61. n. 10 & hoc in ipſamet vanitate; immo ſic eos ipſemet iudicet Chriſtus, vt & ſi in eum credentes, obſequentes, tamen ipſe eis non ſe credat, Ioan. c. 2. n. 23. *Cum eſſet Hieroſolymis, multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna quæ faciebat; ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis*, cuius ratio: *ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.* Sciebat enim eſſe in eis fallaciam, doloſitatem, malitiam, iudicium peruerſum, æſtimationem falſam; ideo ſe non credebat eis: & tamen cum hoc ſit, in cruce exiſtens, non cuilibet homini, ſed latroni, ſed iniuſto, ſed peccatori ſe credit, vnde hoc ſanè quia tum in ſua fidebat cruce in qua extabat, tum in latronis, plus in illa fidens, quàm in ſignis, quæ tunc operatus quando illi in eum crediderunt. At quæ ſigna tũc fecit? rectè Origenes apud S. Thom. in Cathen. in c. 2. Ioan. in hæc verba: *Fecit flagellum ex funiculis*, eiiciens à templo vendentes, & ementes: *non enim dicitur*, ait, *prodigia feciſſe Hieroſolymis, niſi forte cum facta ſint, in ſcripturis non habentur, animaduerte vero ſi poſſibile eſt in miraculis deputari quod fecerit flagellum ex funiculis, & cunctos ex templo propulerit.* Crediderunt ergo, quia in maieſtate quaſi enim viderunt, terribilem, flagellantem, percutientem, eiicientem menſas, nummos reuoluentem, ſpargentem, homines tanquam animalia è templo expellentem, à timore enim perciti credebant; merito ergo Ieſus ſe non credebat eis, quia fides ex timore; at dum non in maieſtate, ſed in ciuilitate apparebat, dum non percutiens, ſed percuſſus, non flagellans, ſed flagellatus, non eiiciens, ſed eiectus, non iudicans, ſed iudicatus, non manus ſoluras ad percutiendum tenens, ſed claubus in cruce affixas, ſic de cruce fidit, ſic de habitu quem tunc præ ſe ferabat, vt de homine ſimul cum eo crucifixo non ſe excuſans ante illum ſiſtere voluerit, indemnatam ſuam ſperans ab illo innocentiam crucifixo, quando condemnatam à liberis ſuſpicabatur. Nec ſe fefellit, *dum* vt ait Chryſoſtomus homil. de cruce, & latrone, *quando Petrus eum negauit in terra, latro eum confitebatur in cruce; & quando primus diſcipulus puellæ viliſſimæ minas tolerare non valuit, latro ſuſpenſus tormenta ſpernens, vndique populum inſpiciens circumſtantem, clamantem, ingenti ardentem rabie omnium iniquitatum, furentem, blaſphemijs inſtãmantem, non timuit, nec crucifixi vilitatem, quæ videbatur inſpexit, ſed ipſius fidei oculis hæc cuncta tranſiuit, & humilibus ſpretis cogitationibus, cælorum Dominum exaltatum pura mente cognouit*; quæ omnia diligenter inquirenda affirmat, & merito Sanctus, *vt crucis inueniamus virtutem.* Qualis ergo eſt eius vis, quàm infinita, quam immenſa, vt de reo faciat iudicem, de condemnato abſoluentem, de blaſphemo prædicatorem, de iniuſto iuſtiſſimum: ſic vt illi ipſe Deus fidat, ipſemet Deus illi ſe committat? ô ingens crucis gloria! ô ſublime eius præconium, vt plus illi Deus tribuat quàm miraculis, quam prodigiis, quàm ſuæ denique poteſtati! vt & ſi hæc exercens in illum homines credant, tamen tali fidei ipſe ſe non credens, ſecurum ex illa ſe non æſtimet, dum in cruce pendens ab illa ſic ſecurum ſe iudicat, vt & ſi ante latronis tribunal de ſua certus ſtet ſententia, de hominis recto iudicio, Deum ſe prædicaturum ab illo ſperans, quod non à primo eius ſperauerat diſcipulo; *magis ignominia quam ſplendore clarior*, vt de patre exilio multato ait Nazianzenus, orat 7. qualis ergo eſt hæc potentia, qualis hæc virtus, qualis efficacia?

Pſal. 61. n. 10.

Ioan. c. 2. num 23.

47 Homines teſti, & vani.

Origenes.

48 Chriſtus vnum tantum ſignum fecit ſecũdũ Origenem in Hieruſalem.

49 Chriſtus nulli ex fidæis ſe credebat vno tantum excepto latrone, & cur.

Chryſoſt.

Naz. an.

50 Crucis virtus quanta cum latrone.

51 Plus Chriſtus de eius fide ſperauit ex cruce, quàm ex miraculis.

Commutat ergo ignominiam in gloriam ſancta Crux, quid amplius? & turpitudinem in decorem, cum nunquam ſic lucidus, ſic ſplendens Dei filius, at quando in cruce: apud homines illud efficiens crux in Chriſto, quod apud Angelos ipſa Dei diuina eſſentia, tam decorus hominibus, & ſplendens Chriſtus in cruce apparens, quam Trinitas ſanctiſſima, in eius ſublimi Angelis diuinitate. Pulchrè Chryſoſt. ſerm. 6. de Paſſ. tom. 3. de cauſis quare pater ad mortem filium pro homine miſerit, cum ſolo verbo eum poſſet redimere: inter cæteras illam aſſerit primam, vt nobis auguſtior, vt pulchrior, vt amantior Deus appareret: *Primum quidem*, ait *nobis intuendum. Rex quando glorioſior, quando indutus purpura, diademate decorus, aſperſus auro, ſolio ſublimis, ad pompam tamen non parat ire, ſed hæc in ſecreto fiunt; an quando in campum conueniens, vultu, & honore vltimus, periculis primus, onuſtus ferro, grauis armis, pro patria, pro ciuibus, pro liberis, pro vita omnium premit hoſtem, diſcrimina deſpicit, contemnit vulnera, ipſam libens mortem ſuorum ſuſcipit ad ſalutem: vt maiorem contemptu mortis, quam de ipſo hoſte victoriã referat, & triumphum.* Profecto, ait Sanctus, glorioſior,

52 Chriſtus in cruce ſic ſplendidus hominibus ac Deus in cœlis in ſua diuinitate Angelis. Chryſoſt.

53 In crucem Deus actus, vipulchrior hominibus appareret.

Digitized by Google

excelſior, pulchrior, amabilior, quando ferro onuſtus in campum vadit, hoſtéſque debellat; ſic Chriſtus nunquam ſic ſpecioſior hominibus, ac quando in cruce, quando ſanguine madens, quando vulneribus plenus; hinc ſponſa Cantic. 1. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decore.* Pulcher ſecundum diuinitatem, decorus ſecundum humanitatem; pulcher Angelis, decorus hominibus, duplicem naturam in Chriſto deſignans, ait Bernar. ſerm. 45. in Cantica, *Non contenta eſt ſemel dicere pulchrum, niſi repetit, & decorum in vtraque Chriſti ſubſtantia dignum exprimens omni admiratione decorem, in altera natura, in altera gratia.* Pulcher Chriſtus ſecundum naturam, ſecundum diuinam eſſentiam, ſecundum verbi perſonam; at quibus? Angelis eum in illa inſpicientibus; decorus autem ſecundum dona gratiæ, ſecundum humanitatem, ſecundum depreſſionem, ſecundum humiliationem, at hoc hominibus pro quibus mortuus, & crucifixus, vnde ſequens Bern. ait, *Quàm pulcher es Angelis tuis Domine Ieſu in forma Dei, in die æternitatis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum, ante luciferum genitus, ſplendor, & figura ſubſtantiæ patris, & quidem perpetuus, minimèque fucatus candor vitæ æternæ; quã mihi decorus Domine mi in ipſa tui humi poſitione decoris, etenim vbi te exinaniuiſti, vbi naturalibus radijs lumen indeficiens exuiſti, ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effulſit, ibi amplius gratia radiauit.* Egregiè. Pulcher Chriſtus Angelis in ſplẽdoribus elucens ſanctorum, at non minus nobis dum decore poſito pro noſtra in cruce pendet ſalute; hinc eadem ſponſa candidum, & rubicundum eum appellat, hoc eſt in ipſa ſua ſplendentem paſſione, in ipſo ſuo effulgentem ſanguine, dum & ſi vt homo in cruce patiebatur, in ipſa vt Deus effulgebat; vnde & ſi deſpectus, inclitus tamen, *Iſaiæ* ait Hiero. lib. 14. in c. 53. eiuſdem Prophetæ, *Dominum vocat non habentem ſpeciem neque decorem, & in* Pſal. 44. dicitur, *ſpecie tua, & pulchritudine tua; quia Chriſtus deſpectus erat & ignobilis quãdo pendebat in cruce & factus pro nobis maledictum, peccata noſtra portabat; inclitus tamen erat, & decorus aſpectu; quando ad paſſionem eius terra contremuit, ſaxa diruptа ſunt, & fugiente Sole, æternam noctem elementa timuerunt.* Ex quo profecto euenit, vt pendens in cruce ſic Eccleſiæ ſuæ formoſus apparuerit vt totaliter ab ea cor auferens ipſam præ amore incantauerit, dementauerit, vnde verè & propriè incantator Chriſtus dicatur Eccleſiæ: *habet Eccleſia incantatorem ſuum dominum Ieſum*, ait Ambroſ. lib. 4. Examer. c. 8. *Per quem Magorum incantantium carmina, & ſerpentum venena euacuant, & ipſe ſicut ſerpens exaltatus deuorat colubros Ægyptiorum.* Egregiè, exaltatus vt ſerpens in cruce, deuorans Ægyptiorum colubros dæmones ſcilicet, peccata, noſtráque mala, infirmitates, paſſiones, mortem, ſic formoſus ex ipſa factus, ſic pulchra hac extitit exaltatione, vt penitus præ pulchritudine, præ amore Eccleſiam, animáſque incantauerit, immo & incantat; quis non æſtuat, quis non ardet, quis amore non perit, Chriſtum in cruce conſiderans, mundum patri reconcilians, peccatores ſaluans. Merito ergo formoſiſſimus ex cruce, merito crucis proprium encomium deformes formoſiſſimos reddere.

54 Chriſtus, vt pulcher, & decorus. *Bernard.*

Hieron.

55 Pendens in cruce ſic pulcher Eccleſiæ apparuit, vt eam dementaret, & incantaret.

Ambroſ.

Quid ergo amplius reſtat? vnum tandem, vt cũ diuo Ambroſ. ſerm. 52. to. 5. ſimúlque cum Sapiente concludamus, per hoc contemptibile lignum mundum non ſolum ſaluari, ſed & viuere, ſed & ſuſtentari, alimentari, vegetari, vt obiter ſcias, ſic pretioſam apud Deum extare crucem, vt non ſolum redemptionem ſpiritualem, ſed & mundi vitam corporalem etiam in cruce repoſuerit; vt ex hoc ſtatuas quantas cruci referre debes gratias, dum & vitam ſpiritualem, corporalémque ſimul ab illa obtineas, nolo hoc meis eloqui verbis, ſed Ambroſij, qui ſic, *Grande ergo crucis eſt ſacramentum.* Dixerat enim quomodo Deus per crucem ſalutem ſpiritualem hominibus contulerat, ad corporale bonum quod affert progrediens, ſequitur: *Et ſi intelligamus, per hoc ſignum etiam mundus ipſe ſaluatur; nam cum à nautis ſcinditur mare, prius ab ipſis arbor erigitur, velum diſtenditur, vt cruce Domini facta, aquarum fluenta rumpantur, & hoc Dominico ſecuri ſigno portum ſalutis petunt, periculum mortis euadunt, figura enim ſacramenti quadam eſt velum ſuſpenſum in arbore, quaſi Chriſtus ſit exaltatus in cruce, atque adeo confidentia de myſterio veniente homines ventorum procellas negligunt, peregrinationis vota ſuſcipiunt.* Egregiè, fructus nauigationis conſidera, quàm male, quámvè diminute genus ſine illa viueret humanum attende, & dum cõmercia, diuitias, fructus, bonáque mundi communia per nauigationem facta aſpexeris, cruci gratias age cuius virtute hæc omnia acceperis: *Sed & bonus agricola*, ſequitur Ambroſ. *cum parat terræ ſolum vertere, & vita alimenta perquirere, non niſi per ſignum crucis id facere conatur, dum enim aratro dentale ſubjicit, affigit aures, ſtimam inſerit, figuram crucis imitatur: compactio enim ipſa ſimilitudo quædam eſt Dominicæ paſſionis.* Pulchrè. Viuimus, alimur à terræ fructibus, qualis vita ſine iſtis? at vnde ſine aratro? per aratrum inſeminantur, per aratrum ſaginantur, per aratrum creſcunt, ipſæ etiam arbores ſine aratro non fructificant; ergo ſi ſuſtentamur, ſi viuimus, ſi edimus, ſi bibimus ex aratro, ex ſigno crucis, hæc fructificat, hæc germinat, hæc terram fœcundans, fructus, flores, ſegetes, alimenta producit, quales illi gratias referre debemus? *Cælum quoque ipſum*, proſequitur Sanctus, *huius ſigni figura diſpoſitum eſt: nam cum quatuor partibus*, hoc eſt *Oriente, & Occidente, Meridiane, & Septentrione diſtinguitur; quatuor quaſi crucis angulis continetur.* Sine cœlo vnde vita? tolle Orientem, tolles & ſolem vnde viſus? tolle Occidentem, tolles & noctem vnde requies? tolle meridiem tolles & æſtum vnde calor viuificans? tolle Septentrionem, tolles & frigus vnde refrigerium? ſi ergo vides, ſi ergo quieſcis, ſi vitam agis, ſi veluti in Septentrione te refrigeras, hoc à cruce, hoc à diuino iſto cœlo: *Ipſius etiam inceſſus hominis*, tandem concludens Sanctus ſequitur, *cum manus leuauerit, crucem pingit, atque ideo elevatis manibus orare præcipimur, vt ipſo quoque membrorum geſtu paſſionem Domini fateamur, tunc enim citius noſtra exaudiatur oratio, cum Chriſtum quem mens loquitur, etiam corpus imi-*

56 Crux totũ ſuſtentat mundum etiam corporaliter.

Ambroſ.

57 Oratio efficax ex crucis figura.

ratur. Egregiè, vbi illa crucis excellentia elucet, eneruatam vt sic dicam futuram nostram sine crucis figura orationem, & sic potens signum esse crucis, vt ad orandum, siue ad impetrandum potentius ipsa cõstituit corpus, quam animam. O res admirabilis! anima orat, anima gemit, anima suspirat, anima obsecrat, & tamen non sic citius ipsa exauditur, quam corpus si signum ostentat crucis, cum tunc teste Ambrosio, *Citius nostra exauditur oratio, cum Christum quem mens loquitur etiam corpus imitatur.* Rectè ergo concludens Sanctus sequitur, *hoc igitur Dominico signo scinditur mare, terra colitur, cælum regitur, homines conseruantur.* Quid pulchrius? ergo omnia Deus in cruce reclusit omnium vitam, omnium non solum spiritualem, sed corporalem salutem; quale ergo, quantúmque venerandum est hoc signum; quod plus mundo profuit vt sic dicam quam ipsa personalis Christi diuina vnio; quod verum Christum à falso discernat, deitatem conferat, gloriam distribuat, ignominiam in summum vertat honorem, homines beatificet: ipsam deformitatem in pulchritudinem vertat: & tandem ipsum orbem nutriat, foueat, ac alimentet. O præclarum, ô diuinum signum! merito illud tremunt dæmones, superbæ exhorrent potestates, sathanicæ contremiscunt vires, dum per illud deuictæ, ac substractæ, in perpetuum damnatæ iacent, in illo crucifixæ, vt sanctus ait idem Ambros. serm.51. *Nam dignum quippe extitit vt quia primus apud Deum peccauerat diabolus primus crucis sententia feriretur.* Concludam ergo cum sancto, *habentes igitur Dominum Iesum, qui nos passione sua liberauit, in ipsum aspiciamus semper, & de ipsius signo speremus nostris vulneribus medicinam*, vnde dicat Sapiens, *& per contemptibile lignum*, &c.

58. Corpus ad impetrandum efficacius, quàm anima ex crucis virtute.

Num.5. *Hæc & in consensu malitiæ cum se nationes contulissent, scivit iustum, & conseruauit sine querela Deo, & in filiis misericordiam fortem custodivit.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis. SApientiæ erga iustum Noë superius descripserat num. antecedenti prouidentiam, nunc quam & erga summum illum habuit parentem Abraham enucleare differit: & licet aliqui hunc iustum faciant Heber, dicentes illum sic nominari: quia in superba illa non consensit turris mole Babel; tamen verus, & communis omnium expositorum sensus est de Abraham, vt infrà dicemus.

At antequam ad singula accedamus, primum vnum oportet expendere, ex quo resolutio pendet quæstionis; à quo scilicet periculo, seu à qua populorum nequitia Dei sapientia Abrahamum conseruauerit, cum (vt videbimus) varij in hoc sint inter se expositores. Aliqui dicunt periculum, & nequitiam fuisse turris Babel ædificationem, in qua non consentiit Abraham: Alij ereptionem ab (Hur) vrbe Chaldæorum, vel quia ipse ibi idololatrabatur, vel quia veri Dei cultum defendens ad necem fuerit quæsitus, à qua eum Deus liberauerit, necesse quippe erit prius examinare an ipse aliquando fuerit idololatra, & ab idololatria à Deo ereptus, an verò semper fidelis, & verus Dei cultor; pro qua re sit.

DIGRESSIO II.

An Abraham fuerit aliquando idololatra, an semper Dei veri cultor?

1. Prima sententia. *Magallanes. Augustin. Cyrillus. Cedrenus. Lindanus. Philo. Genebr. Munsius. Galatin.*

IN hac re, Prima opinio est Abrahamũ fuisse idololatram, & Deum ab idololatria illum eripuisse: sic efficaciter hanc defendit opinionem contra Pererium Magallanes in c.24. Iosue vers.2.annotat.1. quam multorum affirmat esse authorum; vt August.lib.10.de Ciuit.cap. vltim. Cyrilli Alex.lib.3.contra Iulian. circa finem, Cedreni in sua hist. Gloss. Interl. ad c.12. Genes. super illa verba, *Qui ædificauit ibi altare Domino.* Lindani in Panoplia, Philonis Iudæi in lib.de Abraham, Genebrardi in sua Chronologia, lib.1.circa annum mundi 1949. motus ex authoritate duorum Rabinorum, Iohannam, & Hanninam, Andreæ Masij in c.24. Iosue in illis verbis, *trans fluuium habitauerunt*, &c. tandem affirmat hanc esse opinionem Galatini, lib.4.de Art. Cath. verit. c.10. ex lib. Sanhedrein, & Glosa Rabi Salomonis. quam opinionem quatuor fulcit rationibus.

Prima, ex authoritate Iosue, c.24. n.2. hæc dicit Dominus. *Iosue c.24.n.2.* *Trans fluuium habitauerunt Patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor, seruierúntque diis alienis.* Ex qua conficit argumentum, nam eadem (inquit) ratione, qua affirmat eos habitasse trans flumen, eadem eos simul fuisse idololatras. Secunda ratio, quia cum pater Thare esset idololatra, quî fieri potuit, vt filius simul non esset? Tertiã infert ex Aug.lib.16.de Ciuit. c.15. qui licet affirmet domum Thare ob veri Dei cultum persecutionem passam fuisse à Chaldæis, tamen non it inficias non agnouisse aliquando verum Deum. Quartã deducit ex confutatione Abulens. vt infrà commodius dicemus. *August.*

Hæ sunt rationes, & hi sunt authores quos tradit Magallanes; fidelissimè enumerati (vir) alioquin eruditissimus omníque circumspectione dignus.

2. Non placet.

Sed hæc sententia penitius examinata, & ex proposito nunc à me discussa, omnino mihi displicet: hoc dixerim, ne si contrarium aliquando in primo tomo à me dictum aliquis inuenerit: putet me diuersa sentire; cum ibi non ex professo, sed obiter: quia fortè ad quod intendebam, conducebat, opinionem sim secutus mihi tunc fauorabilem, non vt literalis, sed vt moralis scripturæ expositor, cui licet aliquando & diuersa iuxta aliorum opinionem sentire. At nunc quia secundum literalis sensus rigorem loquor: omnino affirmo, potiorem esse contrariam, & misericordiæ diuinæ, summæque eius prouidentiæ congruentiorem.

Sed antequam ad eam deueniam, facilíque negotio argumenta soluam Magallanes, placet duos ex eius authoribus & quidem primos quos refert examinare, non quidem omnes: quia apud me non sunt.

Primò, quod attinet ad Augustinũ omnino negandum, fuisse eius opinionis; immo oppositæ: nihilque facere locum, quem ipse affert: cum optimam patiatur interpretationem, & in *August.*

alijs certissimè pro nobis videatur stare, qui eo in loco, vbi inquit Magall. an contra Porphyrium loquens, nescientem adhuc viam vniuersalem, qua anima liberaretur: asserens Augustinus hanc Abrahamo esse patefactam. *Dum accepit oraculum diuinum, scilicet in semine tuo benedicentur omnes gentes, qui vt promissa acciperet, fuit iussus discedere de terra sua, & de domo patris sui; Post quæ*, ait Augustinus, *tunc ipse primus à Chaldæorum superstitionibus liberatus, vnum verum Deum sequendo coluit: cui hoc etiã promittenti fideliter credidit.* Vnde ergo ex his colligere liquet in ipsis superstitionibus inuolutũ Abrahamum, liberatũ à superstitionibus; non sic ego accipio, vt ipsum in eis inuolutum, sed ne inuolueretur, & à periculis, in quibus eis resistendo extabat, vt volunt plurimi. Ergo nihil August. contra nos, quantum autem nostram foueat, infrà commodiùs dicemus.

Cyrillus. Venio ad Cyrillum grauissimum, antiquissimum, ac sanctissimum Doctorem; penitus illud affirmat; immò totum oppositum; quin miror quomodo vir eruditus illud asseruerit, nisi quod suspicor, ab alio accepisse, & in fonte Cyrillum non vidisse: qui ibi probans contra Iulianum antiquiorem Deo gentilitatis curam fuisse: quam Israëlitici populi: & quomodo illa per idololatriã ab eo desciuerit, cuius primum facit Arbelum inuentorem Nini Patrem: sic ait, *Cum autem Assyriorum terram regeret Ninus, vixit diuinus Abraham, abominatúsque est Assyriorum conatus, & gloriam Dei læsam ægrè tulit, nam & ex medio deceptorum eripiebatur*, hoc est, *eripiendus erat, & ad lucem veræ agnitionis Dei vocabatur, & quomodo ignoranit eloquens iste (nempe Iulianus) salutem gentium Deo fuisse cura? ecce enim Abraham radix factus est eorum qui per legem, & prophetas ad pietatem eruditi sunt: quem & vocatum dicimus quasi ex idololatria ad certiorem veri Dei agnitionem.* Hæc Cyrillus. Vnde ergo affirmat idololatram Abrahamum: cum explicitè asserat ipsum abominatum Assyriorum conatus, ægréque gloriam Dei læsam tulisse? nam illud *vocatum ex idololatria*, non illum quem pertendit Magallan, sed alium valde diuersum facit sensum: nempe sic ab omnibus acceptam tunc idololatriam, vt solus Abraham in vero Dei cultu remanens quasi ab illa videatur ereptus: dum in tanto inter eos maneret periculo; vnde non dixit vocatum ex idololatria, sed quasi ex idololatria. Neque illa verba, *ad lucem veræ cognitionis vocabatur*, possunt hoc insinuare, quasi antea illam non possideret: sed expressionem, & clariorem significat Dei lucem, & cognitionem habiturum post vocationẽ, quando è medio eripiebatur deceptorum: ipse non deceptus, planè affirmans Cyrillus ipsum esse abominatum Assyriorum errorem; quod non solum post diuinam intelligi debet vocationem: sed ante, vt ex dicendis constabit.

5. Secunda sententia & vera.

Secunda ergo sententia, & vera est quæ affirmat Abrahamum sanctissimum nunquam fuisse idololatram, verum Dei semper retinuisse cultum: & nullo vnquam tempore ab illo desciuisse.

4. Rat ones ob quas ab omnibus amplecti debet magis quam contraria.

Hanc sententiam ob tria libentissimè amplector, & mea sententia ab omnibus teneri debet Catholicis: Primo, quia eam mordicus impugnant duo illa inferni fulmina Lutherus, & Caluinus, plurima contra sanctissimũ oblatrantes viri obscœnissimi turpia, à quibus omnes quàm longissimè distare debemus.

Secundò, quia (vt videtur) contraria originem sumpsit ex Rabinis, de quibus omnino illud effici debet iudicium, quod vir illustrissimus & sanctissimus Bellarminus, qui in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, dum eos quos testamentum obtinuit vetus enumerat: in fine sic ait: *Omisi libros Rabinorum, qui plurimi sunt: quoniam pleni sunt fabulis Iudaicis, & erroribus perniciosis; neque verum esse arbitror, quod Ioan. Garetius, & alij nonnulli scribunt; Rabinos aliquot, quorum opera nunc extant, scripsisse ante aduentum Christi; Video enim passim ab iis mentionem fieri euersionis Hierusalem, & templi per Titum Vespasiani filium.* Fabulæ enim sunt quæ dicunt, commenta quæ affirmant; ideo nullius apud virum doctum æstimationis. *Bellar.*

Tertiò, quia neminem existimo tam exigui, hebetisque esse ingenij, vt non credat multo magis diuinam commendari clementiam, eiusque infinitam prouidentiam affirmando semper Abrahamum custodisse, illæsumque ab idololatria conseruasse, quam ab ea illum eripuisse: cum constans omnium sit Theologorum sententia, nobilius genus misericordiæ illud esse: quod in particulari de Christi redemptione affirmatur erga sanctissimam Virginem dum: virtute eius pretiosissimi sanguinis ab omni culpa (etiam originali) eam præseruauit. Quod cum sit, & sine incommodo illam Abrahamo Christi dignissimo ac sanctissimo parenti eiusque sanctissimæ genitricis, de Deo sic bene merito tribuere possumus: cur non tribuemus? & simul nunquam ipsum idololatriæ fœdo contaminatum scelere affirmabimus? pro qua opinione

Apertè est Iosephus lib. 1. antiquit. vbi de Abraham scribens sic ait; *Fuit Abraham vir sapiens, ac eloquens, & in conijectando sagax, cumque ob virtutem eximiam sapiens esset præ cunctis habitus: ausus est vulgo receptam opinionem de Deo conuellere, & in melius vertere; ergo primum omnium clara voce prædicauit vnum esse Deum vniuersitatis conditorem; quæ autem ad felicitatem conferunt, ea nobis non nostris viribus, sed Dei voluntate, ac benignitate contingere.* Et paulò post, *Quamobrem cum Chaldæi, & Mesopotamitæ contra ipsum insurgerent, consilium ille cœpit inde migrandi: & voluntate, ac fauore Dei adiutus terram Chanaam tenuit; vbi sedibus positis Deo struxit aram, & hostias mactauit.* Huius etiam opinionis est Suidas verbo *Abraham*, qui sic in religione constantem eum facit, vt patri prædicasse, eiusque imagines, ac statuas confregisse dicat; est etiam sanctus Hieronymus, in quæstionibus Hebraïcis in Genes. ad c. 12. vbi veram dat illam Hebræorum traditionem, Abrahamum in ignem coniectum, quia deos adorare nolebat, vbi videtur ipsum sentire Abrahamum Dei verum semper cultorem extitisse. Est etiam (me iudice) Augustinus vt infrà in rationibus dicam argumento. 2. Pro ea etiam est sanctus Zeno Veronens. Episcopus serm. 3. de Abraham, vbi sic, *Abraham vt pater esset multarum gentium, hic institutam non didicit, sed genuit.* Notanda sententia. *Ioseph.* 5. Authores qui eam tenent. *Suidas.* *Hieron.* *S. Zeno.*

non illum acceſſus infecerat vrbium cuius conuerſatio lex fuit: Pulchrè, talis eius erat (quaſi diceret) vita, talis conuerſatio, tantum aberat quod inficeretur; quinimmo ipſe cæteris erat lex, & prædicatio, vt inquit Ioſephus; Pro ea *S. Proſper.* eſt etiam ſanctus Proſper lib. de promiſſionibus, & prædicationibus; vbi ſic c. 10. *Chaldæi Aſtronomiæ dediti, dum callidè poſitiones ſyderum perſcrutantur multum errantes circa cultum, religionémque diuinam, creatorem omnium rerum minimè perquirentes, euanuerunt, vt Paulus dicit, in cogitationibus ſuis, è quibus Abraham non callida creatura: ſed calore diuini cultus accenſus, ab ſtultis, & inſipientibus domini munere ſegregatus eſt.* Quid clarius? vbi notanda ſunt verba illa, *non callida creatura: ſed calore diuini cultus accenſus*: inſinuat enim id quod affirmat Suidas: fuiſſe nempe Abrahamum in obſeruatione ſtellarum peritiſſimum, & ex illis auxiſſe, & confirmaſſe potius vnius veri Dei cultum, quam reliquiſſe, vt alij faciebant inſipientes, à quibus Dei ipſe ſegregabatur munere. *Exercitatus*, inquit Suidas, *more patrni in ſiderum motibus obſeruandis, ſagaciter animaduertit magnificentiam rerum conditarum non ſua viconſtare, ſed aliquem habere opificem, à quo moneantur, & regantur.* Ex hoc ergo conſiderationis calore, vt inquit Proſper, accenſus, à cæteris ſegregatus illis prædicabat, *Cæſarius.* illos vrgebat. Eſt etiam pro ea Cæſarius vir illuſtris, & antiquus author dialogo 2. vbi contra Aſtrologos loquens reſpondénſque obiectioni Abrahamum fuiſſe Aſtrologum: ſic ait, *Patriarcham quidè Abraham hiſtoria Aſtronomum vocans, nuſquam ponit ipſum pro diis habuiſſe, & coluiſſe ſtellas: verum ad agriculturã, & imbres, & ſiccitates, tempeſtateſque ipſe obſeruaſſe Patriarcha creditur; vt qui Patre genitus eſſet gentili Thare: & cum Chaldæis verſatus, qui multitudinem deorum credebant.* Vbi apertè affirmat Cæſarius, & ſi à patre Abraham oriundus gentili, & Aſtronomo, tamen in Aſtronomia edoctus, illâ non vt pater, & incolæ ad falſorum deorum cultum, ſed quoad agriculturã vtebatur. Ex modernis autem acriter illam tenet Abulenſ. quæſt. 6. in c. 29. Ioſue, *Abulenſ. Perer. Oleoth. Lorin. Caſtro.* Perer. in Geneſ. lib. 15. diſp. 17. de hac re. Oleoth, Lorinus, & Caſtro hic, aliique quam plurimi.

Rationibus tandem confirmatur hæc noſtra ſententia. Prima enim à Scripturæ elicitur authoritate: nam (vt infrà dicemus) cum hic in iſto verſu per conſenſionem malitiæ intelligatur nationum conſenſus in idololatriam, & impetus contra ſanctiſſimum Abrahamum, intelligitur conſequenter, dum ab illa conſeruatus, & ſic, vt ſine querela eſſet coram Deo, vt nullo modo lapſus ſit: nam aliàs ſi in idololatriam lapſus, quomodo conſeruatus? quod tantum ſonat ac præſeruatus: vt eſſet ſine querela, hoc eſt, inculpatus, & irreprehenſibilis. *6. Rationes quibus probatur. Prima.*

Secunda ratio eſt optima Auguſt. congruentia, in diuina fundata prouidentia, vt ſcilicet ſicut ad reparandum mundum inter omnes prorſus ſceleratos vna voluit Deus, vt extitiſſet Noë domus: ſic & in conſenſu omnis nequitiæ, & idololatriæ vna voluit Deus vt eſſet domus Thare, in qua licet Pater idololatra: Vnus eſſet filius ſanctus, & iuſtus, per quem *Secunda.* veri Dei cultus conſeruaretur, ſicut humanum genus per Noe. Audiamus Auguſt. lib. 16. de Ciuit. c. 22. *Apud Chaldæos autem iam etiam tunc ſuperſtitiones prænalebant: quemadmodum per cæteras gentes; vna igitur Thare domus erat, de qua natus eſt Abraham, in qua vnius veri Dei cultus, & quantum credibile eſt, in qua iam ſola etiam Hebræa lingua remanſerat: quamuis & ipſe*, hoc eſt Thare: nam aliàs nil concluderet Auguſt. diſcurſus, *ſicut iam manifeſtior Dei populus in Ægypto: ita in Meſopotamia ſeruiſſe diis alienis Ieſu Naue narrante referatur; proinde ſicut per aquarum diluuia vna domus Noë remanſerat ad reparandum genus humanum: ſic in diluuio multarum ſuperſtitionum per vniuerſum mundum vna remanſerat domus Thare in qua cuſtodita eſt plantatio domus Dei.* Quid clarius Auguſt. dicere potuit, vt affirmaret Abrahamum ſemper fidelem fuiſſe? nam cum ex cæteris ferè omnibus authoribus conſtet Thare, & Nachor Abrahami fratrem fuiſſe idololatras, ſi etiam Abraham: quomodo ſecundum Auguſtinum plantatio domus Dei in Thare domo eſſet cuſtodita? prorſus quidem periiſſet. Ergo duo ex Auguſtini dicto eluceut; Primum, pro nobis ipſum ſtare, & ſecundum, admirabilem diuinæ prouidentiæ diſpoſitionem, diluuij ſuperſtitionum obijciens Abrahamum, ſicut aquarum Noe, & vnde per Noe, & in ipſo ſaluatus, & cõſeruatus dicitur mundus, ſic per Abraham, & in illo ſaluata (vt ſimulque fortitudinem ſic dicam) & conſeruata Dei ciuitas, & Eccleſia.

Tertia ratio eſt, quia cum ipſe ſit pater fidei, & credentium, iuxta Apoſt. ad Rom. c. 4. n. 12. credentium (inquam) non ſolum Iudæorum, ſed gentilium; *Vt ſit pater*, inquit Apoſtolus, *omnium credentium per præputium: vt reputetur & illis ad iuſtitiam, & ſit pater circumciſionis; non iis tantum qui ſunt ex circumciſione: ſed & iis qui ſectantur veſtigia fidei, acſi diceret*, inquit ſanctus pater Remigius hic, *aliis verbis, non illis, tantum Iudæis eſt Abraham pater, vel reputatur fides Abraham ad iuſtificationem, qui deſcenderunt à progenie illius poſtquam circumciſionem accepit; ſed & iis gentibus qui imitantur exempla fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ.* Ergo quomodo idololatra qui pater fidei etiam dicitur gentilium? diſſonum quippe à ratione videtur, vt pater futurus veræ fidei omnium gentilium, ipſe infidelis prius, ac cum illis gentilis: rationabilius ergo dicetur nunquam ſanctum parentem à vera fide deſciuiſſe, ſempérque verum Dei tenuiſſe cultum. *Tertia. Ad Rom. 6. 4. n. 12. Remigius.*

Ad argumenta autem facilis patet reſponſio, cum vnum tantum ſit alicuius ponderis: nam dicere quia Thare erat gentilis; ideo neceſſarium & Abraham fuiſſe etiam gentilem, qua facilitate dicitur, ea negatur; immo ideo Abraham fidelis et quia pater gentilis: vt magis Dei in ipſo miſericordia eluceſceret; ſimiliter quia Auguſtinus, oqués de perſecutione gentilium contra domum Thare, non negat Abrahamum fuiſſe gentilem: vt exinde dicatur verè ſic extitiſſe; neſcio vnde colligi illud poſſit, neque ex quo antecedenti inferatur illud conſequens. His ergo reiectis vt dixi, aliquid habet momenti, authoritas nempe Ioſue, quod erat primum, illa autem talis eſt. *Hæc dicit De-* *7. Reſpondetur argumentis.*

minus Deus Israël, trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio Thare pater Abraham, & Nachor, seruierúntque diis alienis. Ergo tam Thare, quàm Abraham, sicut & Nachor, videntur diis inseruisse alienis;

Respondet Tostatus negando de Abrahamo; quia Abraham non stat in casu recto sicut Thare & Nachor: sed in obliquo; vnde licet Thare, & Nachor fuissent idololatræ, non tamen Abraham; quod intendere voluit Iosue, dum in obliquo posuit Abraham; *Quia de patribus Iudæorum Deus enuntiare volebat*, ait, *quod adorauerunt deos alienos, non fuit nominatus Abraham, scilicet in recto: Nachor autem ponitur in recto: quia de ipso, & de Thare verum est, quod coluerunt idola.*

Hæc responsio quæ germanissima est, & omnino euacuat argumentum, non placet Magallano, ea ratione: quia & in fonte, & in Chaldæo, & apud LXX. legatur, *Thare pater Abraham, & pater Nachor*, vbi in recto tam Abraham, quàm Nachor ponuntur; optima responsio, si de intelligentia Aristotelis, aut alterius authoris esset sermo in aliena scribentium lingua, quos cuilibet licet interpretari, suúmque proponere sensum; at quia de interpretatione agitur Scripturæ sanctæ, de eiusque intelligentia; cum Spiritus sanctus dixerit verum eius sensum, veramque interpretationem ex Hebræo fonte, vulgatam attigisse, licet in fonte dicatur, vt inquit Magallanus: tamen sic fons ipse intelligendus, vt sensum faciat vulgatæ, & non alium; neque contrarium salua fide dici potest catholica; ergo cum in sensu vulgatæ dicatur verè illud quod inquit Abulensis; nullo modo obstat lectio Hebræa, vel Chaldæa, aut LXX: cum nihil aliud intendere voluerint, quàm quod vulgata. Ex quo resolutum manet, non solum primum; sed vltimum Magallani argumentum, quod ipse ex confutatione conficiebat Abulensis; firmúmque remanebit Abrahamum sanctissimum Patriarcham nunquam idola coluisse, fidelémque semper extitisse.

Ex dictis perspicuè elucet, qualis fuit sapientiæ diuinæ conseruatio, & misericordia circa Abrahamum, quale illius periculum, & quid intelligat per consensum rationum in nequitiam; cum per talem præseruationem intelligatur Dei peculiaris cura, & gratia erga illum: ne in idololatriam incurreret, & simul ab Vr Chaldæorum ereptio: vt infrà dicemus; & per consensum nequitiæ, idolorum cultus, in quem omnes tunc nationes coibant: eiusque tandem periculum gentilium persecutio, eum ad mortem appetentium. Quam persecutionem agnoscunt Iosephus lib. 1. Antiquit. c. 15. *Ioseph.* Hieronymus & Augustinus vbi suprà, & alij. *Hieron.* *August.* Hoc ergo sic stabilito, nunc ad sensum literalem: ait ergo Salomon.

Hæc in consensu nequitiæ, &c. Vatablus sic hæc legit, *Hæc iustum inter gentes malitiosa conspiratione confusa nouit, inculpatum cum Deo custodiuit*; ad literam quasi exprimens nostram sententiam; dum iustum asserit inter gentes Deum Abrahamum nouisse: quomodo iustus si idololatra, dum affirmat inculpatum custodisse. Quæ etiam Castri est hic; affirmantis Abrahami periculum fuisse gentilium perse- *Castro.*

A cutionem, consensum, conspirationem in idololatriam, & Dei misericordiam, Abraham ab illa præseruationem;

Cantacuzenus, Lorinus & alij, per gentium conspirationem, & nequitiam, ædificationem turris intelligũt Babel, per Dei misericordiam erga Abrahamum, præseruationem, ne in illam præberet consensum; sed duo hæc sententia patitur incommoda; Primum, quia secundum veram chronologiam, Abraham nondum extabat, quando turris ædificabatur, & linguæ confusæ; cum hæc acciderint anno 130 post diluuium, & Abraham ereptus est de Vr Chaldæorum anno 143 à linguarum confusione; scio alios secundum Hebræorum supputationem, synchronũ facere Abrahamum cum turris ædificatione; at cum incerta res sit, quis nos cogit hanc sequi sententiam, cum aliam possimus dilucidiorem; dicere autem quod Dei præuentio circa Abrahamum ex tunc intelligi debet quando turrim cœperunt ædificare, præueniens illum, ne in ea reperiretur. Sed bene Castro respondens ait; hic non agi de beneficiis conceptis, sed præstitis; alioquin etiam à diluuio liberatus posset dici Abraham. *Cantacuzenus.*

Secundum autem incommodum est: quia licet ædificatio turris fuisset damnabilis, vt volunt Ioseph. lib. 1. Antiquit. Philo. de confusione linguarum, Chrysost. hom. 30. in Genes. Aug. lib 16. de Ciuit. c. 4. Cassianus collat. 4. n. 12. Gregor. hom. 30. in Euangelia; tamen non erat ita: vt summum Dei in homines caueret odium, sicut idololatria; immo Abulens. in c. 11. Genes. quæst 8. aeriter defendit, nec venialiter hos peccasse, ad quod probandum assumit inter eos extitisse Noe virum sanctissimum, & quòd non malo ædificabant fine: sed quidquid sit de hoc; verissimum est, opere illo non multũ Deum offensum: & quasi pro nihilo reputari potest respectu idololatriæ; Quod cum sit, non videtur ab illo præseruationem, ita esse rem magnam: vt quasi maximum eam recolat sapiens beneficium Dei erga Abrahamum, quod secus de idololatria, vt patet. *Ioseph.* *Philo.* *Chrysost.* *August.* *Cassian.* *Gregor.*

8. Ædificationem turris Babel aliqui à peccato excusant.

Et conseruauit sine querela Deo, &c. Hoc est, inculpatum, & irreprehensibilem; confunduntur ex hoc loco hæretici negantes neminem reuera, & propriè esse posse iustum: sed secundum extrinsecam tantum denominationem; quod si de seipsis intelligerent, assentirem equidem, cum externam tantum præ se ferentes sanctitatem: intus verò diabolicam turpitudinem, malitiámque, secundum extrinsecam tantùm ab imperitis denominationem; non secundum internam denominantur iusti: cum obscœnissimi sint peccatores.

9. Verè aliquẽ posse esse inculpabilem, & iustũ ex hoc loco contra hæreticos elicitur.

Et in filij misericordia fortem custodiuit, &c. Græcè, *& in filiis visceribus*, hoc est, in filij viscerato amore; de Abrahæ obedientia loquitur in filij immolatione, quem sic fortem diuina custodiuit sapientia, vt ipsamet sua contemnens viscera, contra ea insurgens filium immolaret; quod factum egregiè vt assolet Philo, lib. 6. de Abraham expendens, sic eleganter suprà cæteras eum eleuat nationes; vt piaculum me facturum æstimarem si Philonis verbis lectorem defraudarem: ipse enim post elegantem huius sacrificij descriptionem sic ait, *Verum malitiosis calumniatoribus, nostris* *Philo.*

10. Sublimitas, & excellentia sacrificij Abrahæ quanta ex Philone.

damnare potius, quam laudare solitus, hoc imperatum non videbitur tam magnum, & mirificum quàm nobis videtur, aiunt enim, & alios inuitos suis affectibus deinullos, & amantes liberorum, immolandos exhibuisse filios, vel pro incolumitate patriæ, vel vt auerterent bella, sterilitates, inundationes, pestilentias; alios item domesticæ quantumuis falsæ religionis gratia. Quod quippe variis probat exemplis, tum Græcorum, tum Romanorum, tum etiam Indorum: quibus omnibus respondens sic subdit. *Ad hanc inuidorum infectationẽ sic respondeo; qui liberos mactant partim ex more hoc faciunt, vt fertur de nonnullis barbaris, partim quia magna mala, & aduersus hominum opem contumacia à suis ciuitatibus aliter arcere nequeant, ex his quidam inuiti suos exhibent, coacti à potentioribus. Alij compulsi metu hominum, alij cupiditate gloriæ, famæque, in præsens gloriæ, fama uero ad posteros; ergo qui ex more mactant, nihil magnum videntur facere: nam inueterata consuetudo plerúmque tantum potest, quantum natura, ita vt grauissima quaque reddat toleratu facilia omni terrore semoto; qui verò cedunt timori, laudem nullam merentur: laudantur enim facta voluntaria: inuoluntaria referuntur ad necessitatem rerum, aut casuum, aut temporum; quod si quis amore gloriæ, aut filium prodit, vel filiam, vt superio magis, quam laude dignus est, morte charissimorum parans sibi honorem, quem etiam si antea habuisset, pro incolumitate filiorum abscere debuerat; proinde considerandu est an ille aliquo modo dicta necessitate coactus sit mactare filium, vel more, vel honore, vel timore; Mos certè immolãdi liberos nec in Mesopotamia, necà Chaldæis receptus est, apud quos educatus magnam vitæ partem cum eis exegit, neque is putet pro assuetudine leuiorẽ vsam mali eius imaginationem: sed neque metus vllus imminebat ab hominibus, neque oraculi iussus quisquam norat alius, nulla publica premebat calamitas, cui morte probatissimi filij remedium quæreret; At laudis apud vulgum parandæ cupidine ad hoc facinus concitatus est; atque laus captatur ex solitudine vbi nemo erat applausurus, data opera longè à tergo relictis duobus famulis, ne se coram testibus ostentare videretur? quapropter obturato infreni ore moderentur accusatores suam inuidiam, nec lacerent honesta vita defunctos quos potius prædicare deberent cum aliis.* Nil elegantius; ex qua sententia, quantum suprà cæteras hæc Abrahami actio se eleuauerit habes, & simul obedientiæ difficultates cum noua, cum sine necessitate, cum ob nullum humanum finem; sed solum quod inerat, Dei erat obsequium, & obedientia, nullo vitiore intercedente affectu; ob id magnus; immo amplior vt interim hoc dicam ex hoc, quam ex illo facto, quando Deo proferenti credidit ex anu, sterilique matre filium genituram: nam ibi tantum fides: hic fides cum operibus, cum patientia; in qua re egregiè Tertullianus lib. de patientia, c.8. *Fidem Abraha patientiam probauit*, ait, *cum & filium immolare iussus est, ad fidei non tentationem dixerim: sed typicam contestationem, tam graue præceptum, quod nec Domino perfici placebat patienter, & audiuit, & si Deus voluisset impleuisset; merito ergo benedictus; quia & fidelis, merito fidelis: quia & patiens*, nil melius, ex quo Dei

11. Quantum meruit Abraham ex oblatione filij *Tertul.*

A erga Abrahamum amor elucet: dum sic fortem, sic adamantinum contra filij pietatem constituit: sic patientem, vt ex patientia Deus testatam faceret eius fidem. Vnde Castro illud *in visceribus filij*, intelligens viscera Christi Abrahæ filij, merito affirmat eius meritis, & misericordia Abrahæ talem præstiram, supra omne meritum humanum, fortitudinem, talémque patientiam; quomodo patientia veram probet virtutem, vide quæ diximus primo tomo, hom. 42. & 52. *Castro.*

Encomia huius Abrahæ actionis, qui legere volet, adeat Ephremum serm. de Abraham, & Isaac; qui etiam affirmat, (quod equidem miror, quòque apud nullum alium vidi,) arietem ab Abrahamo immolatum Deum miraculosè ex rupe produxisse, quo partus significaretur Virginis sine opere virili; verba eius. *Ephrem.*

12. Aries quem pro filio immolauit Abraham miraculosè ex rupe produxit virginitatẽ obumbrans Virginis in partu & conceptione.

B *Illud quippe significabat, cum eum pro Isaac dedit, vt offerretur sacrificium: nam cum futuri essent homines increduli, qui fidem non præberent partui sanctissimæ Virginis: qua ratione potuerit sine virilium tactu concipere: quasi fieri non posset: idcirco ex rupe arietem produxit, vt quod admirabile erat, ex hoc fidem acciperet, & cum quidquid voluntate ipsius imperatur, subsistit protinus; sicut ergo ibi solo verbo diuina voluntatis suæ in rerum naturam prodiit: ita & in Virgine Verbum caro factum est.* Hæc Ephremus, qui multa etiam in laudem Abrahæ. Videndus est Iosephus de Antiquit. lib. 1. c. 22. Chrysost. in c. 22. Genes. hom. 47. & serm. de fide Abraham, Nissenus in Abraham, & Isaac, in oratione quæ incipit, *Abraham facultate dicẽdi mea*, Sozomenus lib. 2. distinct. c. 3. Ambros. lib. de patriarcha Abraham, August. serm. 68. de tempore, Hieron. in epitaphio Paulæ epist. 27. Isidorus Hispalens. in lib. de Patribus veteris Testam. Beda de locis Sanctis, S. Zeno Episcopus Veronens. serm. 5. lib. 2. Fulgent. in serm. qui incipit *gratum est spectaculum*, &c. *Ioseph. Chrysost. Nissenus. Sozomen. Ambros. August. Hieron. Isidor. Beda. Zeno. Fulgent.*

C Illam tandem in calce huius commenti non pigebit discutere quæstionem, quisnam in facto isto plus egerit, Isaac libenter se sacrificio offerens, an Abraham pater illum immolans?

DIPSVTATIO.

Cuius amor præstantior Abrahami filium immolando, an Isaac iugulum præbendo.

D TAntæ si quidem pro quauis parte siue Abrahamum sacrificantem consideres, siue Isaac filium sacrificio se offerentem, adsunt rationes, vt anceps diuus manens Ephremus vbi suprà dixit: *Sed quemnam primum admirabor, aut quem cum stupore magis suspiciã? quem primum præconiorum corona ornabo? Eumne qui manum suam in charissimum extendit filium ob magnam in Deum dilectionem, atque benenolentiam; an illum qui ad mortem vsque patri factus est obediens, cælestemque iugulationem ab eo suscipere paratus erat; ille enim seipsum supra naturam sustulit, atque euexit, nihil prius, antiquiusque diuino ducens præcepto; ille autem vsque ad mortem patri se obedientem prebuit: morte peius esse tristitiam, atque molestiam patri inferre.* Hæc Ephremus, nil determinans, an-

13. Rationes ex parte Isaac.

cèpsque manens, & rationabiliter: nam si ex parte Isaac rem consideres vrgentissimæ adsunt rationes.

Prima, quia magis est ob Dei obsequium sustinere mortem, quam aliis eam ob ipsius obsequium inferre; Secunda, quia dolor Abrahæ spiritualis tantum erat, non corporalis; at Isaac corporalis, & spiritualis; Tertia, quia maioris fortitudinis signum extitit audito Dei præcepto de morte inturbatum se præstare, ac obedientem, quam illa Abrahami ad sacrificium accedentis post tres dies; iacula enim præuisa minus feriunt; vnde Arist. lib. 3. ethic. c. 8. *Fortis viri esse videtur subitis in terroribus esse interritum, atque imperturbatum, quàm in præuisis.* Cuius rationem tradens, subdit: *nam quæ antea palàm sunt, ex consideratione quispiã eligere, ac ratione potest; quæ repente accidunt non nisi ex habitu.* Egregiè, plus erit fortis habitum possidens fortitudinis, quam actum, ergo (inquit Philosophus) plus erit fortis in repentinis casibus immobilis; quam in præuisis: cum hic ex actu (ex consideratione scilicet, & electione) operetur, ille autem in repentinis non nisi ex habitu, cum nulla adsit consideratio, nulla electio. Ergo cum Isaac immobilis in repentino sacrificij nuncio extitit, fortior quidem quam pater, illustriórque iudicari debet.

Arist.

14. Fortitudo in improuisis magis elucet.

15. Præstantior Abrahami amor. *Abulens. Pererius.*

Ac si res bene expendatur, certum est magis meruisse patrem, eximiúmque eius opus fuisse, vti tenet Abulens. super Genes. in c. 22. & Perer. ibidem disput. 15. Probat autem Abulensis, quia operatio virtutis recipit gradum bonitatis secundum feruoré voluntatis, à quo procedit; speciem autè ab obiecto. Ergo vbi maior est voluntatis feruor, ibi maior bonitas: sed maior fuit voluntatis feruor in Abrahamo, quam in Isaac: ergo & maior bonitas; probatur: nam voluntatis feruor ab actione exteriori, & executione multum intenditur, Abraham autem actus voluntaris Dei iam executus est, Isaac vero non, nili in animi præparatione; *Fuit enim*, inquit Tostatus, *solum actus fortitudinis, & obedientiæ in voluntate Isaac; & non in executione, licet non defecit hoc ex parte voluntatis.*

Optima esset ratio, si actu sacrificasset Abraham, & non etiam sicut Isaac in præparatione animi; cum & si ipsum ligauerit, superstruem posuerit, ensem arripuerit: tamen reuera non sacrificauit actu; vnde similiter non per exercitium; sed per præparationem meruit animi, non secus ac Isaac, qui etiam se ligari passus est, & superstruem poni; omniãque patienter sustinuit; vnde sic ipse ex hac parte meruit, ac pater.

Ex magnitudine ergo amoris tota hæc res pensitanda est, enim vero certissimũ est; Abrahamum plus Isaac dilexisse, quàm ipsam vitam suam; immo plus quàm ipsemet Isaac seipsum diligebat, quia vnicus; quia ex dilectissima vxore: quia summè exise ipso amabilis: quia vnica eius spes: quia in senectute genitus: quia alium gignere non sperabat: & tandem quia pater, & superior; vnde cum amor descendat, non ascendat: fit vt plus eum diligeret Abraham: quam ipse seipsum; ex hoc fiebat, vt maior esset Abrahami repugnantia, maior in præcepto obsistentia, maior dolor; hinc dum obediuit, maior eius extitit fortitudo, maior amor erga Deum, maior obedientia.

Secundò, ad sacrificium patienter se exhibendum Isaac, ipsum habuit patrem cohortatorem, consolatorem, suasorem, (vt inquit Iosephus) qui ei dixit: *Quomodo à Deo magnis precibus acquisitus fuerat, & quomodo miraculo. è conceptus, & natus in gaudio, & quod nunc volebat non bello, aut peste, vel agritudine eum terminari: sed in orationibus & laudibus diuinis per immolationem vitam finire, & postea resurgere ad complendas promissiones factas.* At Abraham quem consolatorem, quem suasorem, quem adiutorem habuit? prorsus nullum; immo, (vt refert Abulensis ex traditione Iudæorum Rabinorum) dæmonem in Angelum lucis transfiguratum operis dissuasorem. Ergo amplìore indiguit fortitudine, sublimiori amore; Tertio quia vt inquit Chrysologus ser. 10. *Abraham se immolabat in filio, vt esset idem victima, & pontifex*, ob quod vt affirmat sanctus, amplior eius extitit dolor; nam vt perbellè ait, in illa actione non *quærebatur mors filij, sed patris charitas, hinc tota victima in patris dilectione constabat*; ergo actu non Isaac, sed Abraham sacrificatus, Abraham, vt sic dicam occisus, & mortem illam in animo pertulit quam in corpore non sustulit Isaac. Nam iste non adductus vt sacrificaretur, sed tantum vt ait Sanctus, *vt præmium de pœna patris, de conflictu patris referret coronam*, dum ergo verè Abraham sacrificatus, quis negabit maiorem eius fuisse dolorem?

Ioseph. 16. Dæmonis tentationẽ passus est Abraham visibiliter in immolatione filij. *Abulens.*

Ex quibus facile argumenta soluuntur in contrarium; ad primum enim negatur quod assumit: nam ex magnitudine amoris potest fieri, vt maius sit inferre alicui charissimo mortem ob Dei obsequium, quam illam sustinere; & similiter negatur quod assumit in secundo Abrahamum scilicet nil corporaliter passum, cum ex interiori tristitia in corpus redundante penè defecerit; ad tertium verò, tantum abest, vt ex illo probetur maiorem fuisse Isaac fortitudinem; quinimmo potius contrarium: nam (vt inquit Arist. lib. 3. ethic.) *difficillimum est immorari cognitis*, quando mala sunt, non resiliendo, & à fortitudine non discedendo; hoc autè fuit in Abrahamo, non verò in Isaac, dum per tres dies ante, quod erat perpetraturus sciebat; quis scit si Isaac scisset, ita permansisset imperterritus, vt inquit Abulensis; ergo præstantior Abrahæ fuit erga Deum amor: quam Isaac præstantior actio.

Arist.

HOMILIA XIX.

Æterni Patris amor præstantior pro nobis ingulando filium, quam filij pro nobis ingulum præbendo.

DIximus præstantiorem Abrahami erga Deum extitisse amorem filium sacrificando: quàm filij immolare se permittentis, nunc altius euolantes, & suprà humana nos erigentes, vnum, occasione ex dictis præstita in quo amplior adest difficultas, discutiemus, cum inter personas tantæ agatur magnitudinis: vt ambæ

ambæ in amando reperiantur infimitæ, cedit earum dignitas: quid enim est homo pulvis, & vermis, vt tanquam iudex, & assessor inter duos illos se ponat amantes, vterque sic in vno coeuntes, *vt filius sit in patre, & pater in filio*, & factus audax quis hominem plus amauerit diiudicare velit, & inter actionem facinúsque tam mirandum primas, aut patri, aut filio adscribere amoris? verum; sed quia in gloria filij est notio patris, & eius exaltatio, patris sublimatio, non contra filium, sed pro filio stando: vt sui dilectissimi innotescat amor patris, ex eiusdem amore audaces facti; prouinciam hanc humiliter sumimus, & si cineres, & si vermes; vnde ab ipso, qui nostra est confidentia, confidenter etiam pronunciamus, plus nos summum illum dilexisse parentem, dum pro nobis ipsum dilectissimum filium iugulauit: quàm ipse dilectissimus filius pro nobis iugulum præbendo; ad quod probandum non infimæ, nec parui adsunt rationes momenti; Quarum prima sumitur ex ipsius essentia dati, nempe talis filij, ex causa dati, seu ex eius obiecto, dedit nempe, quem? filium vnigenitum, dilectissimum, omni vita dignum, & hoc ob quos? propter homines omni vita indignos; at Christus semetipsum dedit, sed ob quid? ob gloriam patris, vt patrem exaltaret, dignus pater tali vita, tali dignus morte; plus ergo nos amauit pater dilectissimum præbens filium suum' omnem merentem vitam, nullámque mortem; hinc maximè si doloris esset capax ipsi fuisset dolendum. *Quo magis quis*, inquit Aristoteles lib. 3. ethicor. cap. 9. *omni virtute ornatus, & felicior fuerit, eo magis ob mortem dolebit, quippe cum eiusmodi vir maximè dignus sit qui viuat, maximéque bonis fruens putetur*, quis magis virtute ornatus vt Christus qui ipsa virtus, ipsa dicitur iustitia, & per quem omnes iusti efficimur? sic Bernardus sermone 13. in Cantica, *Origo fontium, & fluuiorum mare est, virtutum, & scientiarum Dominus Iesus, quis enim dominus virtutum, nisi ipse est rex gloriæ? sed & iuxta Annæ canticum idem ipse Deus scientiarum dominus est, continentia carnis, cordis industria, voluntatis rectitudo ex illo fonte manant; non solum autem, sed & si quis callet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde est*; Egregiè, mare est Christus Dominus, pelagus immensum virtutum, & charismatum oceanus, & tamen talem, ac tantum dedit pro nobis pater virum; hinc hoc considerans totus contremiscens, & expauescens exclamat Habacuc cap. 3. n. 1, *Domine audiui auditionem tuam, & timui*; quam auditionem? *domine opus tuum*, quale opus? incarnationem Verbi, redemptionem totius generis humani, non minori, quam sanguinis filij Dei pretio. *Quid enim hoc est* (inquit Augustinus lib. 28. de ciuitate Dei, cap. 32.) *nisi præcognitæ nouæ, ac repentinæ salutis hominum ineffabilis admiratio*; Vnde admiratio? quia dum saluti hominum prouidere volens sanctissimus ille genitor, ad saluandum ipsos non solus, & vt omnipotens cum posset, sed cum Christo; suo voluit exire; vnde idem ait sanctus Propheta infrà n. 13. hoc admirans: *Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo.* Vbi sexta editio secundum Hieronymum hic, hoc prodens sacramentum legit, *Egressus es, vt salvares populum tuum, per Iesum Christum tuum.* Hoc magnum, hoc admirabile, saluare quippe hominem indignum, magnum fuisset, sed hoc efficere cum Christo, & per Christum filium suum; hoc excelsum, hoc stupendum, hoc dignè admiratur Propheta, & obstupescit.

At dedit filium talem, bene, sed ob quos? hoc plus admirandum, ob homines; nil indignius, Abraham certè magnum quid fecit filium immolando; at si non immolasset male fecisset; vnde? *Quia* (vt inquit) Philo lib. de Abraham) *apud omnes, qui rectè sapiunt, nil honestius habetur, nil optabilius quam Deo parere, quod Abraham in primis studuit: ita vt nullum vnquam mandatum negligeret, quamuis refertum molestiis, & ignominiis, atque laboribus, ac doloribus*; Ergo, & si magnum, necessarium tamen, & si multum, non quidem infinitum, quia & iustus, & pro Deo filium offerebat; at illud fuisset magnum, si non pro Deo, sed pro seruis; immo si pro ipsismet illum obtulisset animalibus, mutatis vicibus ita, vt sicut arietem immolauit, vt hunc saluaret, immolasset filium: qualis esset erga arietem Abrahami amor: qualis hic excessus? at hic facit patris æterni amor, dedit filium, non iussus, sed sponte, non pro Deo, sed pro hominibus, & non quibuslibet, sed peccatoribus prorsus ratione carentibus, qualis hic amor? qualis hæc charitas? vt pretio sanguinis filij Deus pater redimere vellet illos, qui pretio se vendiderant peccatorum: & ex hominibus in bestias conuersi, vt bruta viuebant ad hoc vt Deus diceretur bruta redemisse, & ob bruta filium dedisse; *Iudicia tua abyssus multa*, Regius inquit Psaltes, Psalm. 35. n. 7. quis est hæc abyssus? qualia illa iudicia, sic imperscrutabilia, vt abyssus dicantur? *Homines & iumenta*, inquit, *saluabis Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.* En abyssus, saluare non solum homines, sed iumenta, hoc est, peccatores; *Stabulum elegit*, inquit Bernardus sermone 6. in vigilia Natiuit. *& præsepe, vtique domum luteam, & diuersorum iumentorum, vt hunc esse sciat, qui de stercore erigit pauperem. & saluos facit homines, & iumenta.*

At Christus mortuus est, & semetipsum dedit propter homines quidem: sed ob duas quidem rationes, & quia sic erat patris voluntas. & præceptum; & sic eius expediebat gloriæ; ergo mortuus ob patris obedientiam, & ob patris gloriam; quid dignius? quid gloriosius? quis non vitam præberet? considera patrem, & videbis dignitatem; immo & mortis filij decentiam attende.

1. Pater plus nos dilexit filium iugulando, quam filius iugulum præbendo.

Arist. 2. Pater si doloris fuisset capax de Christi morte doluisset.

Bern.

Habacuc c. 3. n. 1.

Augst. 3. Admirabile vt pater redimat mundum

Saluare non solus, sed per filium.

Philo. 4. Abraham si filium non immolasset malè fecisset & cur.

5. Patris charitas filium immolando pro hominibus quæsita

Psal. 35. n. 7.

Bern.

6. Christus mortuus ob gloriam, & patris obedientiam quo nil dignius.

Dante ſummo illo genitore propter omnes filium, & propter hos cruci illum affigente, & immolante, primo aſpectu, & humano tantum librata re iudicio, ſic contra illud apparet, vt refugiens factum ſcandalizetur, irritetur, t. ad Corinth. n.13. *Prædicamus Chriſtum crucifixum*, inquit Apoſtolus, *Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam*; cur iſti ſcandalizantur? quia Dei filium norant, quia ſublimitatem eius agnoſcebant; hinc ſcandalizabantur; immo indignabantur.

1. *ad Cor. n.23.*

Enimuerò pugnante contra Moab Iſraële, 4.Reg.c.3. n.26. *Cum vidiſſet Rex Moab* (ait Scriptura) *prænaviſſe ſcilicet hoſtes, tulit ſecum ſeptingentos viros, educentes gladium vt irrumperent ad Regem Edom*, & *non potuerunt, arripiens què filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum*: *& facta eſt indignatio magna in Iſraël, ſtatimque receſſerunt ab eo, & reverſi ſunt in terram ſuam*, vnum hic examinandum, cur ſcilicet iſte filium immolauit, & cur ex tali tanta ſit facta oblatione indignatio in Iſraël?

4. Reg. c. 3.n.26.

7. Rex Moab cur filium immolauit.

Liranus.

Liranus inquit, propterea illud feciſſe, vt humana deſtitutus ope, ad diuinum confugiens auxilium per tale ſacrificium illud imploraret; Rabi Salomon, quia a ſapientibus ſuis intelligens Iſraël ideo à Deo ſummo dilectus, quia Abraham eius parens filium immolauit, ad æmulationem incitatus, vt pari diligeretur charitate, voluit filium immolare; Burgenſis, quia à ſapientibus audierat tanta religione idolum Moloc filios Iſraël colere, vt filios cremarent, eadem ratione illi filium voluit immolare, vt propitium ſibi eum faceret. Toſtatus, & Vatablus vt ad commiſerationem ex tali reduceret Iſraëlem facto, dum inhumanum, & ferinum iudicarent afflicto Regi maiorem inſuper afflictionem tradere. Hinc Caietanus hoc ſequens, vt ſe, & muros ſeruaret ciuitatis; *In maxima angustia*, ait, *& neceſſitate conſtitutus Rex Moab maximum Deo ſuo obtulit holocauſtum*: *ſuper murum autem offerre voluit, tum vt murus ipſe ſeruaretur, tum vt hoſtes id videntes, ab oppugnando ipſum virtute tanti holocauſti abſterrentur.* Vnde Ioſephus lib.9. Antiquit. c.3. *Dum fugere non valuiſſet*, ait, *reverſus in ciuitatem opus deſperationis, & crudelis neceſſitatis implevit: filium namque ſeniorem, qui erat ei ſucceſſurus in regnum, elevans ſuper murum: ita vt a cunctis hoſtibus videretur, Deo immolavit holocauſtum; Reges autem videntes hoc factum eius neceſſitatis ab vrbe habuerunt miſericordiam, & humana paſſione oppreſſi, detentionem ſolverunt, & ſinguli ad propria remearunt.* Ergo ſecundum Caietanum, vt ſe, & muros cuſtoditet, filium immolauit iſte: & tamen tantopere indignati ſunt Iſraëlitæ, tantúmque paſſi ſunt ſcandalum vt partam iam victoriam relinquentes, ad domum quiſque remearet ſuam; quid ergo iſti feciſſent, qualéque eorum fuiſſet ſcandalum, ſi non filium hominis illum, ſed Dei, non hominem, qui immolabat, ſed patrem Deum ſciſſent, & immolare, non pro ſe, ſed vt mœnia ſeruaret,

Rabi Salomon.

Burgenſ.

Toſtatus. Vatabl.

Caiet.

Ioſeph.

A hoc eſt, homines cuſtodiret ſubditos, quale ſcandalum? qualis fuiſſet eorum indignatio? infinitè plane ſic primo (vt dixi) apparet aſpectu, quando ratio intelligit humana Deum patrem pro hominibus, & his, peccatoribus, Deum filium, ſibi æqualem, infinitum, omnipotentem, incomprehenſibilem, infinitè pulchrum dediſſe, immolaſſe, ſuſpendiſſe; refugit, obrectat, ſcandalizatur.

8. Dignè Chriſtus pro patre mortuus.

At ſine vt audiat talem filium, pro tali patre deperiiſſe, mortem ſubiiſſe, ſanguinem effudiſſe, nec refugiet, nec horreſcet, nec ſcandalum certè patietur: nam cum mortua, & cruci affixa non ſit diuinitas; ſed Chriſtus homo: *Dignationis eſt, quod ſuſcepit corpus meum*, inquit Ambroſ. in Luc. c.4. ſuper illa verba: *Ieſus autem plenus Spiritu ſancto, dignationis eſt quod ſuſcepit iniurias meas, ſuſcepit infirmitates meas, quas vtique natura Dei ſentire non potuit*; Fit vt non Deus vt ſic ſed vt homo dicatur mortuus pro patre Deo, & diuino, vnde quà homo & ſi mortuus, & ſi crucifixus, & ſi immolatus; immo & ſi millies verè mortuus eſſet, ad dignitatem illam, ad æſtimationem illam, ad meritum illud quo æternus dignus eſt pater, nunquam peruenifſet; quis illud metietur? qui (vt inquit Ambroſ. de fide, lib.5, c.8.) inacceſſibilis, incomprehenſibilis inæſtimabilis eſt, qui neque ab Angelis plenius cognoſci poteſt; adnotans, Angelum quem Ezechiel vidit c. 40. funiculum in manu habentem, ipſum Hieruſalem, non Deum patrem metiri; *Eſto tamen* (ait cum lachrymis Sanctus contra Arium) *metiri te velim, vnde quaſo te metiar? funiculum agri menſorium vidit Propheta quo metiebatur Angelus Hieruſalem, metiebatur Hieruſalem, non Deum.* Si ergo meritò immenſus, ſi immenſurabilis; ergo dignus vt pro eo deperdatur hominis non menſurabilis, ſed immenſa vita; at quæ Chriſti menſuram habebat, qua homo terminum, limitem, ergo finitum dedit, pro infinito adhuc non æquale.

Ambr.

Idem.

Ezechiel. c.40.

9. Chriſtus qua filius totus ſe patri debebat.

Adde adhæc, ſi ipſum inſpicias patrem, vt eius originem, fontem, & radicem, vt inquit Ambroſius, certè filius ſuam ei debebat vitam: nam ſi hanc pro patribus impenderemus, nunquam ad pondus gratias illis redderemus. *Quidquid eſt quod dat patri filius*, ait Seneca lib.3. de beneficiis, c.29. contra ſe arguens, *vtique minus eſt, quia hanc ipſe dandi facultatem patri debet, ita nunquam beneficio vincitur, cuius beneficium eſt ipſum quod vincitur.* Et Cyrillus Hieroſolymitanus cathec. 7. *Chriſtianorum eſt*, ait, *prima pietas honorare parentes, & labores educationis rependere, atque omni ſtudio quæcumque ad illos quidem pertinet curare, quamuis enim eiuſmodi plurima illis reddiderimus: ſed rurſus regenerare eoſdem nequaquam poterimus.* Ergo cum Chriſtus, quidquid eſt, à patre ſit, eiúſque naturalis filius, & ſi vitam, & ſi ſanguinem pro illo dedit, nunquam beneficio illum vicit: quia omne beneficium ab illo accepit.

Seneca.

Cyrill. Hieroſ.

10. Patribus nunquam æqualem rependere poſſumus gratiam.

11. Quanta pater Chriſto dedit, quam immenſa.

Tertiò, ſi qualis erga ipſum pater fuerit con-

fideres, quàm munificus, liberalisque, & simul qualitatem inspicias datorum, quod vitam pro illo impenderit non mirabaris; quid illi contulit pater? ipsam suam vitam, ipsum suum esse totum, totum quod erat, si ab initio rem velis sumere; *Omnia ergo quæ pater habet,* inquit Ambros. in c. 19. Lucæ super illa verba; *Dixit Dominus domino meo, & filius habet, Deus pater secundum generationis rationem, Deus filius secundum imaginis veritatem, Dominus filius, quia omnia sibi quæ potest pater, subiecit, Dominus pater quia radix est filij, sic nobis pater in filio personarum definitione distinguitur, potestatis unitate connectitur.* Nil elegantius; persona tantum à patre distinguitur, sed potestate cum patre vnus, & hoc inde: quia totum totus, quod erat patris, in filium effudit, communicauit naturam, communicauit essentiam, communicauit simul & omnem potestatem; vnde & totam ipsam Deitatem; ergo seipsum filio dedit pater, seipsum inquam diuinum, vt vita viueret filius qua ipse viuebat, diuina, infinita, immensa; at filius quid patri dedit? vitam quidem: sed humanam: sed mortalem: sed finitam; ergo non æquale rependit, non ad pondus beneficium retulit, plus accepit, quàm dedit.

Ambros.

Quartò, pro hominibus pater dando filium, quid ab hominibus recepit? prorsus nihil, quibus ipse indiget; & quid homo summo potest dare parenti? nisi tantum gratias pro beneficijs, at noua illi conferre nó potest; *Dixi Domino: Deus meus es tu,* ait Regius Psaltes, *quoniam bonorum meorum non eges.* Psalm. 15. n. 2. cur non eget? quia eis non alitur; quod pulchrè dixit antiquissimus Psellus in c. 2. Cant. super illa verba: *Sicut pomum inter ligna syluarum;* vbi expendens, cur Sponsa pomum dixerit sponsum, sic ait, *sapienter enim ipsum verè pomum dixit esse: nam omnis profectò anima humana, licet virtutum præstantia ad Angelos accedat, flos tantummodo, & lilium conuallium indicatur: non ales agricolam, (neque enim herba alit) sed seipsam specie pulchritudine exornans: etenim lucrum ex nobis non quærit agricola, vt quodam in loco sponsum suum allaquens ostendit Dauid dum ait Deus meus es tu: quoniam,* &c. Egregiè, bona nostra non ei, sed nobis prosunt, nos ornant, non ipsum; quod si ea requirit, & præcipit, idcircò facit declarat Euchimius, *vt prætextum, & occasionem habeat maiorum bonorum.* Dum pro floribus quos illi damus, poma ipse nobis retribuit, *Quid retribuam Domino?* inquit ipsemet Psaltes Rex, Psal. 115. n. 12.) *pro omnibus quæ retribuit mihi?* quomodo retribuit, nunquid aliquid prius ei dedisti? ita plane, sua enim præuentus gratia flores tribui, & ipse fructus retribuit; ego folia, ipse poma; nisi velis cum Augustino dicere, quod nos peccata, ipse gratiam. *Quæ igitur,* ait, *præcesserant hominis, vt omnium donorum Dei non attributio, sed retributio vocari possit? quæ præcesserant hominis, nisi peccata? retribuit ergo Deus bona pro malis, cui homines retribuunt mala pro bonis;* ergo à nobis, dando filium, nil sanctissimus genitor intendit: sic liberaliter dedit vt ipsa contentus liberalitate fuerit.

Psal. 15. n. 2.

Psellus.

12. Deus nostris non eget vnde homo nil illi dat.

13. Cur nostra exquirit. *Euchim.*

Psal 115. n. 12.

August.

14. Quid nos Deo damus.

A At Christus & seipsum pro nobis dedit verè; atque etiam pro se ipso, cum præter sui corporis gloriam, vt vult Chrysost. Ambros. Anselm. Beda, & Bonau. lib. 4. contra Eunomiũ, per crucem humiliatus terrestria, cælestia; immo & infernalia sibi subdidit; clarè hoc Paulus ad Philipp. c. 2. n. 8. *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen.* Vbi illud *propter quod*, non consequentiam, vel euentum, (vt vult Caluinus) sed meritum, & meritum significat, vt volunt omnes expositores; vbi omnes in his Pauli verbis duo sibi meruisse Christum agnoscunt, exaltationem corporis, hoc est, glorificationem, & sui nominis claritatem; in exaltatione, seu corporis glorificatione sex complectitur excellentias; Prima resurrectio; secunda, corporis dotes; tertia, super omnes Angelos euectio; quarta, ad Patris dexteram confessio; quinta, iudiciaria potestas; sexta tandem cæli, terræque dominatus, quæ omnia licèt sibi ratione vnionis debita hypostaticæ: tamen & titulo etiam meriti ob quam voluit comparare humilitatem.

Chrysost. Ambros. Anselm. Beda. Bonau. Ad Philipp. c. 2. n. 8.

15. Christus meruit sui corporis glorificationem.

Nec quid minus meruit ex secundo ex nominis sanctissima claritate: nam per illud nomen, quod illi sanctissimus contulit genitor, ob crucis mortem meruit, vt omnibus innotesceret ipsum esse Dei filium naturalem, verum, patri consubstantialem; vnius essentiæ, & diuinitatis, eiusdémque potestatis, ita vt sicut prius, vt Deus tantũ adorabatur, post modum vt homo Deus, cui omnia genu curuarẽt terrestria, cælestia, & infera; & simul meruit, vt ab omnibus tanquã Saluator, & gratiæ author recognosceretur, per quem (vt inquit Athanas. lib. 2. contra Arianos) sanctissimo genitori redditi, quos præscijt, & prædestinauit, *Non enim diminutum est verbum,* inquit Athan. hunc ipsum exponens Pauli locum, *carnem assumendo vt gratiam quoque desideraret accipere, sed potius deificauit quod induerat, & id ipsum humano generi superaddidit, vt quemadmodum semper adorabatur, quatenus verbum erat, & in forma Dei existebat, ita quoque ille idem iam homo factus, & Iesus appellatus, nihilominus haberet omnem creaturam pedibus suis subiectam, sibique in suo nomine genua flectentem, pariterque confitentem verbum carnem factum, mortémque in carne sustinuisse, non ad ignominiam deitatis, sed ad gloriam Dei patris; Gloria autem patris est, hominem iam conditum, & amissum recuperari, emortuúmque deificari, templúmque Dei effici.* En quanta, & quam admiranda. Ergo & nobis, & sibi contulit; ergo & nobis, & sibi meruit per mortem; ergo mortuus non solum pro nobis, sed pro se; ergo moriendo pro nobis, causa nostri aliquid & ipse accepit, quod non sanctissimus genitor, vt suprà diximus; ergo plus contulit, plus dedit, plus amauit.

Athanas.

16. Quæ et illa bona consecutus.

17. Meruit etiã sui nominis claritatem.

Vltimo tandem hoc concluditur, quia si res bene expenditur, hoc ipsum quod est mori, pati, crucifigi pro sanctissimo genitore summum ac prope modum infinitum Christi fuit beneficium à patre ei collatum, ita vt po-

18. Christum mori pro patre ineffabilis ei exitij gratia, & cur.

rius ex hoc debitor, quam creditor patri ſanctiſsimus inueniatur filius, quod hac conſtanti probo ratione.

Quid enim dulcius, quid optabilius, quid pretio amplius æſtimabile, quam pro dilecto affligi? da verè amantem, & ſciet quod dico. *Nunc ecce alligatus ego ſpiritu* (inquit Paulus Actorum c.20.n.22.) *vado in Hieruſalem, quæ in ea ventura ſint mihi ignorans, niſi quod Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur dicens: quoniam vincula, & tribulationes Ieroſolymis me manent*; ignorabat quæ, ſed illi interim Spiritus ſanctus qui conſolator dicitur, vincula, & tribulationes proteſtabatur; & hoc per omnes ciuitates, hoc eſt, poſt exactum iter, poſt laſſum corpus, poſt membra defatigata, Spiritus ſanctus labores nouos ei proteſtabatur; Vnde hoc vt talis ſpiritus, qui conſolator dicitur, pro conſolatione afflicto nouam præ-nuntiet afflictionem? mirum hoc, ſi amãs Paulus non eſſet; at quia amore deperibat, ſolatium laboris præſcientia, illi erat tribulationis; quod ipſe callens ſpiritus ideo illi eas proteſtabatur: ſicut & ipſe Paulus diſcipulis hoc ipſum reputans, *Miſimus ad vos Timotheum fratrem noſtrum*, Ad Theſſalonic. c.3. n.1. ſcribens ait, *ad confirmandos vos, vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis, ipſi enim ſcitis, quod in hoc poſiti ſumus: nam & cum apud vos eſſemus, prædicebamus vobis paſſuros nos tribulationes.* O bene, tironibus magiſtrorum prædicare tribulationes? nónne melius tacere? non quidem, quia iam illi pro Chriſto æſtuabant, & ideo ex prædictione conſolationem accipiebant, *Si enim*, inquit Chryſoſt. hom.7. in c.3. ad Epheſ. hunc exponens locum *ex prædictione accipitis conſolationem, prædicimus futurum vt hic affligamur.*

Hinc idem Apoſt. ad Philipp.c.1.n.29. ſcribens, eos ad tribulationes animans, ait, *& in nullo terreamini ab aduerſariis*; mirum dictum, cùm iſti eſſent principes, ſummique mundi rectores, ac dominatores, cauſam autem addens, ſubdit; *quia vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolum, vt in eum credatis: ſed vt etiam pro illo patiamini*; Si ergo pati eſt gratia, fauor, & donum: quis gratiam, fauorem, donúmque timet? bene ergo ſuadet: non timendum: quia pro magno eſt pati pro Chriſto, amato ſcilicet, & dilecto; quod exponentes Theophylactus, & Chryſoſtomus affirmant hanc tolerantiæ gratiam plus eſſe quam miraculorum, reſurrectionémque mortuorum; cuius rationem aſſignantes, aiunt, *quia hic debitor ſum, illic autem debitorem habeo Chriſtum, ô rem admirandam! & donat mihi, & ſuper hoc ipſe debet mihi*; Egregiè, ſupra naturam cum ſint miracula, nil ego ex meo ponens, debeo quia totum recipio; at dum patior, ſoluo aliquid ex meo, mihi debetur, quia aliquid præbeo; vnde pulchrè Nazianzenus eos reprehendens qui contra magnum patrem murmurabant familias? quia pares illos qui pondus diei, & æſtus toleranerant cum illis feciſſet, qui non niſi vna hora, eos improbans ait, vel ex hoc ſe plenis factos recognoſcere debuiſſent, quia plus laborauerunt; *Illud dicam* (ait) *hoc ipſum impenſum laboraſſe, vberioris mercedis loco habendum eſſe his certè qui animo ſunt non omnino illiberali*; nil melius; vnde rectiſſimè Ambroſius, verè amantibus ipſum pati affirmat in mercedem cadere laboris, *habet ergo in ſe remunerationem ſuam*, ait, *qui ſequitur Ieſum, & in ſuo affectu præmium: etiam ſi dura ſuſtineat, beatus eſt ſuis moribus, beatus eſt ſuis periculis*; Egregiè, vbi notandum illud *& in ſuo affectu præmium*, amat, diligit, amore, affectu, voluntate, ipſum pati, ipſa dilecti dignatio vt patiatur loco ipſi eſt mercedis, eſt præmij; nil debet: quia quod concupiuit accepit: ad quod æſtimauit peruenit; ſumma ergo merces eſt, ſumma pro dilecto paſſio.

Iam ex his me tenes, iam intelligis quo tendo, quis patrem ſic amauit, ſic dilexit, ſic pro illo deperiit vt Chriſtus? hinc amore preſſus æſtuabat pati, mori, crucifigi; hinc illa vox Luc. c.12. n.50. *Baptiſmo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiatur.* vbi Ambroſius, *Oſtendit quod in certamine paſſionis mors corporis abſolutio anxietudinis, non coacernatio ſit doloris.* Nil egregius; Chriſto mors coacernauit dolores, cum vltimum ſit terribilium: ſed abſoluit anxietudinem, quam patiendi, moriendi, totum pro parte effundendi ſanguinem habebat; hinc & dies paſſionis eius fuerunt dies lætitiæ, iuxta illud Cantic. c.3. n.11. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius*; Vbi Niſſenus, Maximus, & Nilus, quos refert Theodoretus in Cantico, de Chriſti corona illud intelligunt, & paſſionis, quatenus licet in corpore in ſummis eſſet anguſtiis: tamen in corde ob illas ſummè lætabatur; quod etiam ſenſit Cyrillus lib.10. in Ioan. c.12. illa exponens verba: *Hæc locutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit*, hoc eſt, gaudium de paſsione ſuſtinenda; vbi Cyrillus affirmans illud de gaudio ſpirituali Chriſti intelligendum ait, *quo ſemper fuit plenus etiam in cruciatibus, & opprobriis quæ delitias ſibi eſſe putabat, vt voluntatem patris impleret: & ſalutem hominis operaretur.* Ergo & ſi vitam dedit, & ſi iugulationem ſuſtinuit, quid vis vt dicam? patri plus debuit, quam dedit, & ipſius vitæ debitor remanſit, quia dederunt ei, vt pro patre eam effunderet; vnde non contulit, ſed ſoluit beneficium.

Quod ſic verum, & tam Chriſto magnum pater contulit beneficium, concedens vt pro illo pati, & mori poſſet: pro ſummo illud ipſemet ducens Chriſtus, prope mortem nouos ſitiret dolores, longiorem vitam, prolixiores afflictiones, vnde illa vox *ſitio* quod (vt alibi diximus) ſecundum multorum expoſitionem nouos fuit, & ampliores pro hominibus ſitire dolores, & clare educitur ex Bernardo tract. de paſſ. Domini, c.13. *Sitio* (ait) *dilectionis erga nos ſuæ magnitudinem commendans, tanquam diceret, quamuis paſſio mea tam acerba fuerit, vt quantum ad humanitatis ſenſum, illam declinare petuerim: tamen tua ô homo me charitate vincente, & ipſa tormenta cruciis ſuperante, adhuc plura, & maiora (ſi neceſſe ſit) ſitio ſubire tormenta.* Quod ſi de charitate erga homines hoc dixit Bernardus

de patre familias. *Ambroſ.*

Act.c.20. n.22.

19. Pro amato pati nil dulcius.

20. Paulo nulla alia conſolatio niſi præſcientia paſſionum pro Chriſto.

Ad Theſſalon. c.3. n.1.

Chryſoſt.

Ad Philipp. c.1. n.29.

21. Pati pro Chriſto magnum donum.

Theophylact. Chryſoſt.

22. Amplior gratia quã miraculorum.

Nazianzen.

23. Pro Chriſto laborare eſt merces.

24. Optatus ſin. digno mercenarius.

Luc.c.12. n.50.

25. Chriſto mors ſolutio anxietudinis, & cur.

Cant. 3. n.11.

Niſſen. Maxim. Nilus. Theod.

Cyrillus.

26. Chriſtus delicias putauit pro patre pati.

27. Sitiuit in cruce ampliores pro hominibus ſubire dolores.

Bern.

quanto magis de charitate dicendum Christi erga patrem; sitiebat ergo pro patre nouos dolores, nouos cruciatus, sciens, & callens quam bonum, quanta dignum æstimatione pro patre pati. Vnde semper non creditorem, sed debitorem se inueniens, soluere tamen sitiebat, & si non posset.

28. Pati pro Deo, & simul clarè illo frui soli Christo concessum.

At perstringamus hoc amplius: nam aliquid debiti peculiaris in Christo erga sanctissimum patrem inueniemus in tolerantia passionum, quod non in alios cæteris: cum sic ei pati pro illo concesserit vt nulli alteri: sic ne cum illo dispensauerit: non solum hominum, sed nec Angelorum; immo nec cum ipsa virgine, scilicet vt simul videndo, ac fruendo illo capax esset passionis, capax doloris, & simul iunctim vt comprehensor, & viator, summèque felix patrem videndo, summè felix pro patre patiendo, in summis esset delitus illam videns pulchritudinem, & in summis beneficiis pro illa extremos patiens dolores. Quod solum ipsi concessum, & hoc equidem non per potentiam Dei ordinariam, sed absolutam, vt rectè Paludan. in 3. distinct. 15. quæst. 2. & Suarez in 3. partem tom. 1. de Incarnatione, disput. 38. sect. 3. nam cum naturaliter, & ex se, & per realem, ac necessariam concomitantiam (vt inquit S. Doct. 1.2. quæst. 4. art. 1.) delectatio, & fruitio consequantur Dei visionem, ac proinde ipsam beatitudinem; concludens non posse esse beatitudinem sine delectatione concomitante; *Vnde cum beatitudo nil aliud sit, quam adeptio summi boni* (ait Sanctus) *non potest esse beatitudo sine delectatione concomitante.* Fit vt totam beatitudinis conditionem, & naturam peruertens, ac reuoluens (vt sic dicam) filio vt complaceret summus genitor, simul vna cum summo gaudio effecit, vt in summa reperiretur tristitia.

Palud. Suarez. S. Thom.

Idem S. quæst 5. art. 5.

29. Angelis si aliquis appetendum passiones essent pro Deo.

Hæc equidem res in tanta apud illos æstimatione est, cœlestes ciues, summæque Angelorũ potestates; vt si capaces desiderij (desiderij inquam in illo quo beantur) quod impossibile, vt inquit sanctus Doct. 1.2. quæst. 4. art. 5. ad 2. quia (vt ipse ait) *habent id quod suo appetitui sufficit*, & sic totaliter felices, ac ex omni parte plenæ animæ beatæ in illo, quo fruuntur. & in illa beata vita amplius appetere, aut desiderare nequeunt; attamen si esset possibile, vt illam summam contemplando pulchritudinem, aliquid appetere possent ex cuius defectu se non vndequaque beatos æstimarẽt, nil aliud profecto esset nisi passio, dolor, tribulatio, vt in primo tomo exẽplo, & dicto nos confirmauimus.

30. Cum visione diuina desiderasse & homines videre pro Deo patientes.

Hinc ex hoc, quia sibi illud negatum prospiciunt, sic homini viatori inuident, sicque ex passionibus pro Deo ab illo passis lætantur, vt & si summè beati, Deum videntes, ad extensionem suæ beatitudinis & homines patientes pro Deo, simul cum eius visione desiderent impensè prospicere, quo sensu aliquis piè, doctèque intelligunt illa verba Apostoli Petri 1. c. 1. n. 12. *In quem desiderant Angeli prospicere.* Legentes cum Irenæo, lib. 9. c. 67. & lib. 1. c. 19. *in qua*, hoc est, *in gloriosa martyrum certamina, ac triumphos.* Quam expositionem laudat, & merito modernus quidam; vnde ad hæc alludens Cyprian. ad Hilarian. ait, *Ad agonem secularem exercentur homines, & pa-*

S Petrus epist 1. c. 1. n. 12.

Instit. Cyprian.

rantur, & magnam gloriam computant si illis spectante populo, & Imperatore contigerit coronari, ecce Agon sus & magnus, & corona cælestis præmio gloriæ spectet vos certantes Deus, & super ea filios facere dignatus est, oculos suos pandens tamquam nostri spectaculo perfruitur. Prælio, & fidei congressione pugnantes, spectat; spectant Angeli eius, spectat & Christus. Spectant ergo, & si diuinam illam speciem etiam, quasi (vt sic dicam) ab illa indicibili satisfacti visione, ex eius amore cupientes ea pati, quia non possunt, oculis inhiantes dicam inuidentes ad patientes extendunt si ma delectari ex passionibus pro Deo tolentis lætitia.

Hoc ergo magnum, hoc indicibile, hoc (sic dicam) supra beatitudinis essentiæ naturam, Pater sanctissimus filio suo concessit dilectissimo, vt scilicet simul beatus existens, plenè eum secundum animam videns, & fruẽ vndique ex illa diuina satiatus bonorum fruitione, simul & iuxta Prophetam Hieremiam Thren. 3. n. 30. *Opprobriis saturatus, ac satiatus* inueniretur; quale ergo fuit hoc beneficium? qualis patris æterni erga filium suum dilectissimum ex hoc amor, & dilectio?

Nunc ergo intelligo, cur cum vnico tantum suo diuinæ charitatis actu in ipso primo suæ diuinissimæ conceptionis instanti posset nos perfectè redimere Christus sanctissimus, & complere pro nobis satisfacere, cum ratione hypostaticæ vnionis infinitum in se includeret actus ille valorem, infinitam satisfactionem, noluerit, sed potius per infinitos labores, dolores, & cruciatus; nunc ergo hoc inquam intelligo mysterium: nam & si satis superque ad nostram ille actus esset satisfactionem: non quidem ad Christi amorem, ad eiúsque erga sanctissimum genitorem dilectionem, quam non aliunde testatam esse voluit, quam per illos cruciatus, & afflictiones. Ergo passio, crux, mors Christi, & si pro nobis, principalius pro ipso, cum nobis vnicus tantum eius sufficeret actus: ergo in gratiam ipsius, ad ipsum respiciens, vt ei complaceret, vt eius amori satisfaceret, mortem ei concessit. sanctissimus genitor; ergo debitor est ob mortem, non creditor, plus accepit, quam dedit, & plus nos sanctissimus dilexit genitor, dum nil à nobis sperans, filium dilectissimum præbuit, quàm ipse filius pro nobis moriens.

Cur illud fecit.

Nunc ad te conuersus Christe sanctissime & tuis prouolutus genibus, planè confiteor te nos infinitè dilexisse, & si plus de tuo affirmauerim sanctissimo genitore; hinc vt peccatorum misereatis, & mei simulium, spémque nos miseri, exigamus, humiliter tibi proponimus nostrum infinitum quod debemus; attamen & tibi etiam infinitum quod nobis debes, dum causa nostri viam tibi ad patiendum pro sanctissimo tuo parasti genitore. & nescio an ob hoc debitor nostri sis, an creditor, dum tu nobis vitam, & nos tibi mortem vt sustineres pro patre effecimus, tu nobis gratiam, & gloriam, nos tibi gratiam, & dolores, tu nobis gaudium, nos tibi crucem, tu exaltationem, nos demissionem pro tuo effecimus vt sustineres patre, quis alteri debeat, tuus erit iudex

amor, noſtri tantum erit, te humiliter orare, *vt remittas nobis debita noſtra*, quia nos effecimus vt tu dimittere poſſes tua, &c.

Num. 6. *Hæc iuſtum à pereuntibus impijs liberauit fugientẽ, deſcendente igne in Pentapolim.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis. EXemplum ſuprà num. antecedẽti de Abrahamo ad ſapientiæ adduxerat commendationem, nunc aliud affert de Loth à Sodomis liberato, vnde ait.

Hæc iuſtum. &c. hoc eſt Loth, qui verè iuſtus dum iniuſti tantum eum affligebant, vt eorum vitam eius cruciatus Apoſt. nominet Petrus epiſt. 2. c. 1. n. 7. 2. *Petri. c. 1. n. 7.* *Et iuſtum Loth oppreſſum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuerſatione eripuit, aſpectu enim, & auditu iuſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diẽ animam iuſtã iniquis operibus cruciabant.* Vbi aſpectu, & auditu iuſtum eum aſſerit, quia nil videre, nil audire turpe poterat, quin non cruciaretur; in quo loco Gregor. *Quæ nimirum cruciari non poſſet* (ait) *niſi prauа propinquorum opera & audiret, & cerneret, & tamen aſpectu, & auditu iuſtus dicitur, quia iniquorum vita non delectando, iuſti animi, atque oculos feriendo tangebat*, propria ſanctorum, iuſtorumque conditio, aliena mala plangere, peccata ſic abhorrere: vt aliorum delectationes ſint eorum cruciatus; hinc beati tales dicuntur iuxta Saluatoris ſententiam Matth. c. 5. n. 4. quia beatus eſt eorum luctus per quẽm beantur, iuxta Niſſen. lib. de beatitudine ſuper dictam Saluatoris ſententiam; *de prima quidem facie*, ait, *poteſt aliquis illũ iuſtum beatum putare, qui propter delicta, atque peccata exiſtit, iuxta Pauli de triſtitia doctrinam, vbi dixit, non eſſe vnam triſtitiæ ſpeciem, ſed aliã quidem mundanã, aliam verò quæ ſecundum Deum repræſentatur.* Vnde ideo iuſtus, & ſanctus Loth, quia aliena mala ſuos dicebat cruciatus, ſuas perſecutiones, iuxta Auguſt. præfatione in Pſal. 69. *Neque enim*, ait, *& Loth ille ſanctus in Sodomis ab aliquo corporalem perſecutionem patiebatur, aut dictum illi erat, vt non ibi habitaret, perſecutio eius facta mala Sodomitarũ erant.*

1. Sanctorum cruciatus peccatorum vita. *Gregor.*

2. Beati ſunt ob illum. *Matth. c. 5. n. 4.* *Niſſen.*

3. Sanctorum perſecutio peccatorum vita. *Auguſt.*

Ab autem peccauerit filias tradens; difficilis est quæſtio, quam latè tractat Perer. in Geneſ. c. 19. diſput. 1. Ego autem omnino non peccaſſe exiſtimo, & tantum ea ratione, quia ex inopinato caſu, ex ſceleris enormitate, ex debita hoſpitalitatis mente, & iudicio perturbatus, inuincibiliter ignorans filias obtulit, reputans illud eſſe minus malum, & fieri poſſe, quod vltimum tenet, & rationabiliter Pererius cum Lorino hic.

4. Non peccauit Loth tradens filias exponens & cur *Perer.*

Liberauit, &c. ſanctus Petrus vbi ſuprà *eripuit* quaſi vi. & potentia contradicentem, aut renitentem Geneſ. c. 19. n. 16. *diſſimulante illo apprehenderunt manum eius, & adduxerunt eũ.* Mirum, cum dicat Apoſt. animam eius inter cruciatus ibi viuere, & à nefandorum iniuria oppreſſam; Vnde ergo ei talis reſiſtentia: vt exire detrectaret? Ambroſ. *vt ſuis perſuaderet deceſſum*, Abulenſ. & Liranus, vt pro futuris oraret, *Semper*, inquit, *retardabat, quærens miſericordiam Dei ſuper populum*; Rupertus, ob amorem diuitiarum, familiarumque rerum,

5. Loth cur ſe retractauit à Sodomis exire. *Ambroſ. Abulenſ. Liranus. Rupert.*

cum percelleretur, ait, *nuntio inſtantis periculi, dormitantes oculos, & amore diuitiarum preſſos auertebat à lumine præſenti*; vt ex hoc diſcas, quantum in ſe periculi diuitiæ includant, dum & ſi certum Loth iuſtus ſciret periculum, retrectat tamen ſcire, & niſi Dei interfuiſſet coactio, violentiáque certè periſſet, & tamen iuſtus prædicatur, & ſi tantum diuitiis addictus, curè niſi vt nobis ſcriptura innueret, ob talem meruiſſe mergi affectum, niſi ob alias eius non miſertus fuiſſet Deus virtutes; qui ergo non iuſti, ſed peccatores, deõque inuiſi, tot diuitiis addicti, nunquid ab incendio eripientur?

6. Diuitiarum periculum etiam & iuſtis.

Adde (ſi placet) & aliam huius reſiſtentiæ rationem, renuit exire, quia ipſe ſponte illuc introierat, ipſe locum elegerat, non Deus in illum eum adduxerat; quid ergo mirum, ſi Deo iubente recuſet exire, qui ſua intrauerat voluntate? Geneſ. c. 13. n. 9. *Ecce vniuerſa terra coram te eſt, illi dixit Abraham, recede à me obſecro, ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo; ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam*; at ille, non ad Deum mentem (vti par erat) eleuans, vt ipſum dirigeret, ſed ad ſuos ſe conuertens oculos, ſenſuſque, ab illis deuictus Sodomam elegit, *Eleuatis itaque Loth oculis vidit omnem circa Iordanis regionem, quæ vniuerſa irrigabatur ſicut paradiſus Domini*, &c. Merito ergo deluſus, quia oculis, non Deo fidit; & merito deceptus, dum ex ſe eligit, nil ſanctiſſimo deferens Abrahamo; vnde diuus reprehendens illum Chryſoſtomus ait, *Oportebat nepotem cum tantam experiretur aquitatem Patriarchæ parem rependere honorem, & ei potius voluntatis electionem concedere, debebat hoc facere, vt pote iuuenis, & cui negatum concupiſcere plura poſſe, atque ipſe primas partes, vt putauit arripuit, & electionem fecit.* Ipſe ergo carnaliter locum contemplans, oculis perſuaſus, nullo Dei adhibito conſilio locum elegit; quid ergo mirum, ſi eodem nunc affectu exire retrectet, & voluntati repugnet Dei, qui ſua illuc aduenerat, vt ex hoc diſcant omnes, parum ſibi fidere, in electionibus, ad Deum, non ad ſenſus confugere, diſcutiſque carnales, quia decipiuntur ſenſus dum futura præuidere non poſſunt: & ſic multoties euenit, vt peſſima eligantur dum apparent optima; en Paradiſum ſibi eligere viſus eſt Loth, oculis fiſus, & infernum inuenit ab illis deceptus, & vt inde eriperetur, coactio neceſſaria extitit diuina; vt inde aduertas, quantum in ſe vitium ſemel obtineat determinata voluntas, vt & ſi infernum experiatur non inde velit exire, & ſumma Dei vt inde eripiatur, neceſſaria ſit potentia.

7. Propriæ voluntatis & electionis malum.

8. Voluntas propria quam pertinax in ſua electione.

Deſcendente igne, &c. Supplicium Sodomæ indicat, cuius, finitimarumque ciuitatum incendium deſcribens Ioſeph. lib. 5. de bello Iudaico ait, *Sodomitica terra vicina eſt, olim quidem tam fructibus, quam diuitiis ciuitatum fortunata, nunc autem omnis exuſta; vt qua habitatorum impietate fulminibus conflagraſſe memoratur, denique adhuc in ea diuini reliquiæ ignis, & oppidorum quinque videre licet, etiam renaſcentes in fructibus cineres, qui colore ſunt edulibus ſimiles, carpentium verò manibus in fumum diſſoluuntur, & cineres*; & Philo elegantiſſimè vt aſſolet, ruinam, & incendium deſcribens, eius primo cauſam diſertiſſimè eloquens

Ioſeph.

Chryſoſt.

9 Sodomitarum peccata & luxus, causa eorũ perditionis

ait, lib. de Abraham, *Sodomitarum regio pars Chananæa terra, quam Syri Palestinam nominant, infinitis iniquitatibus referta, præcipuè propter ventris libidinem, cæterarúmque voluptatum illudia iam diuino calculo iudicata fuerat: immodicus autem ciuium luxus è superflua rerum copia habebat originem, accedente enim ad bonitatem agri aquarum commoditate, omnis generis fructuum quotannis prouentus erat maximus; est autem ingens malorum initium, vt quidam non malè consetibant: dixit, nimia bonarum rerum copia, quarum satietatem quidam non ferentes, tanquam iumenta lasciuiunt, à cervice excussis naturæ legibus, versi ad meracas potationes, cibos opiparos, & nefarios concubitus, non solum enim in fœminas insaniendo corrumpebant alienos thalamos: sed & cum masculis rem habebant masculi, nil reueriti naturam patrantibus, & patientibus, & irritam genituram ferentes nulla secutura progenie.* Quibus Ezechiel ad nefanda hæc alia addens, inquit c. 16. n. 49. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius, & manum egeno, & pauperi non porrigebant.* Vbi vt vides, causas enumerat, cur Deus in illud vltimum eam permisit cadere scelus, vnde submersa, & cremata; quatuor enim enumerat, superbiam, saturitatem, otium, & auaritiam, omnia contra rationem, naturamque scelera, quid enim magis contra naturam, quam hominem superbire? & quasi animal esset ingluuiei deseruire? & veluti miraculosè alendus otio stertere, & ac si proximus frater non esset, viscera ei occludere misericordiæ? merito ergo lasciuiens contra naturam peccet, qui vti bestia innaturaliter viuebat, & igne non quomodolibet, sed fœtido cremetur, qui fœtido peccauerat crimine; *qui stagno* magnus ait Greg. lib. 14. Moral. c. 10. *peruersa desideria carnis fœtore arserant, dignum fuit, vt simul igne, ac sulphure perirent, quatenus ex iusta pœna discerent quid ex iniusto desiderio fecissent:* quorum pœnam sequens paucis interiectis Philo ait, *Immanes autem illos, & nefarios coitus exosus* (nempe Deus) *abolerit, & rabidos eorum patratores aggressus non vulgari aliquo fœdo nouo, miráque affecit supplicio, inductis enim subitò nubibus, iussit ex imbrem non aquæ, sed ignium pluere; cunique in morem nimis densissimæ indesinenter flammæ deorsum ferrentur magno impetu, ardebant arua cum pratis, & condensa saltuum, palustres quoque materies, & intima nemorum quæque vrebantur eodem incendio campestria; segetes cum suis fructibus conflagrabant, & arbusta montium, trunci cum suis radicibus; vrbana quoque, & rustica ædificia, tecta, cæteraque opera publica, non minus quam priuati parietes; atque ita vnus dies frequentissimas ciuitates vertit in bustuaria ciuium; structuras vero lapideas, & ligneas in cinerem, & minutissimum puluerem; vbi verò supra terram flammis absumpta fuerunt omnia, terram ipsam vorabat incendium: ita vt exustis penè vitalibus: nil superesset; vnde vel fructus, vel herba germinaret in hodiernum vsque malo durante: nam fulmineus ignis nunquam extinguitur, aut serpit, aut vaporat, quod oculis ipsis cernitur, extant enim argumenta cladis veteris, fumus exhalans perpetuo, & sulphur quod ibi foditur.* En supplicium, quæ terra sic Deo extitit inuisa, vt non satis conflagratione facta, ita eam penitus subuerit, vt eius loco aquæ succreuerint sulphureæ, ac salsæ, vt inquit Abulens. in c. 19. Genes. & alij, ita vt in mare, quod dicitur mortuum, euaserit lacus, longitudinis secundum Plinium lib. 5. c. 16. centum millia passuum, latitudinis viginti quinque, licet Ioseph. de bell. Iudaic. c. 5. minorem eum faciat: *longitudo eius lacus*, ait, *est quingentorum octoginta stadiorum, latitudo centum quinquaginta stadijs patet*; quæ ad milliaria reducta duo & septuaginta millia super quingentos passus longitudine conficiunt, latitudine vero propè vndeviginti, de quo mira narrantur, *Versa fuit regio illa* (inquit Abulens.) *in lacum salsum, & sterilem, qui dicitur mare mortuum, quia nec aues, nec pisces in eo habitant: non enim potest piscis nauem quin tota supernatet, nisi vndique bituminata sit: si quid autem viuum violenter contra naturam lacus immergatur, continuo exibit, lucerna ardens supernatat, extincta mergetur, & in locis multis bituminis glebas emittit vomere. ideo lacus Asphaltidis dicitur.* Immo aliqui affirmant, teste Lorino num. sequenti adeo tenax bitumen existere, vt non ferro, sed filo, quod menstruo muliebri sit imbutum, diuidi valeat. Ex cuius lacus halitu, fumoque caligine fit circa regio inficitur: vt sterilis etiam ipsa, deformisque remaneat, vti testatur Borchardus prim. parte c. 7. n. 38. *Mare mortuum*, ait *semper est fumans, & tenebrosum, sicut os inferni, sicut oculis meis vidi, ob tetrum vaporem inde fumantem, vallis dicta quondam illustris, à termino huius maris, sicut desertum Pharan, vsque suprà Hiericho per Mediam dictam, fere è sterilis, & inutilis reddita est: itaque ne germen quidem producit in sui latitudine, quæ alicubi quinque leucarum est, alibi sex: præterquam iuxta Hiericho, vbi canna, melle, & horti, & viridaria sunt irriguante fonte Elisei; tanta vero calamitas ei regioni accidit, in execrationem peccati Sodomorum, quod Deus tot seculis vlciscitur, vt etiam regio ipsa pœnas luere perpetuo videatur; à dextris insuper, & à sinistris montes steriles sunt, & aridi, vel barbaræ habitationes, per multa, & longa terrarum stadia, quatenus exitialis ille vapor impellente vento pertingere potest.* Ex quibus omnibus duo simul elicere potes, quam scilicet Deus terribilis, quando punit, & quantum huiusmodi abhorret vitium, dum sic ipsam percussit quæ illos perfidos sustentabat regionem, vt simul & adiacentes maledixerit, quasi ex vicinitate simul infectæ; vnde non sine ratione videtur quod dixerit August. relatus per Guliel. de Ben. in rep. cap. *Raynutus* in verbo, *quidam Petro tradiderunt*, n. 55. quem affert Catalanus de indult. c. 33. n. 25. *Deum summum ob hoc vitium ferè desisse incarnari, adeo vt in nocte qua natus fuit Christus de Virgine verus Deus, & homo, omnes totius orbis Sodomitæ subito in gloriosa natiuitatis puncto interierint.* Quod postremum mihi incredibile sit, nec illud in August. aut Hier. vt ipse affert inueni.

Sed quæres an omnes adulti ita perierint, vt etiam æternas subierint flammas? Hieron. in 1. c. Nahum affirmat aliquos saluatos, Abulens. in c. 18. Genes. tenet illud probabile, Modernum penitus negant, affirmantes omnes condemnatos; hoc vltimum verius apparet, cum illa ipsa

10 Omnia erãt immania eis.

11 Mare mor.

quid & vnde, & quam mirãda de eo narrantur.

Abulens.

Lorinus.

Borchar.

12 Sodomitæ vitium quantum Deus abhorret.

Catalanus.

13 In natali Domini omnes Sodomitæ interempti

Hieronym. Abulens.

14 An omnes ſodomitæ damnati.

nocte obſtinatiſſimi in malo eſſent, & clades, & interitus quaſi in momento vt bene Perer. obſeruat in Geneſ. loco citato, ſuper eos deſcenderint, vnde tales, ſecundum iura c. hoc ipſum 33. quæſt. 2. teſte Catalano tract. de indultu, c. 33. n. 23. filij dicuntur diffidentiæ: quia de eorum ſalute diffidendum, cum contra naturam humani delinquant generis: attamen in

15 Dicuntur filij diffidẽtiæ. *Bernard.*

humani pectoris anguſtijs miſericordia non eſt includenda diuina: cum, vt refert idem Abul. ex Bern. in lib. 2. ſpeculi, Clericus quidam ad monialem cum ea ſecreto accubituris accedens, à dæmone in ipſo lecti aſcenſu præfocatus, orantibus pro eo reuelatum eſſe ſaluatum, *quia dum à dæmone præfocaretur, in ipſo aliquãtulum durante cruciatu, contritus veniam promeruit delictorum.* Ergo & ſi malis & ſi ex tempore abſorpti, potens erat Deus vt aliquos ſaluaret, cuius rei non modicum mihi eſt indicium, periiſſe non in nocte: ſed die illuceſcente Scio aliquos cauſam dediſſe, vt amplius cruciarentur ex morte charorũ. verum, ſed cur mihi inde ſimul eruere non licebit, vt ex ſtrage viſa eos pœniteret, & ad meliorem frugem ſeſe reciperent.

16 Pium eſt credere aliquos ſaluatos.

Sed cur mulieres, cum viris perierint, multa congerit Abulenſ. tandem ait: quia ipſæ etiam cum viris ſuis præpoſteram exercebant libidinem; proprius ad rem Olkoth: quia etiam ipſæ inter ſe exarſerant, turpiter ſe commiſcentes, non ſecus ac viri cum viris, eo vel maximè, quia (vt affirmat Boſſ. in titulo de ſtupro deteſtabili in maſculos, n. 4. & Catalan. de indultu c. 33. n. 10. ab ipſis hoc deteſtabile vitium ſumpſit exordium; quod etiam aſſerit (quiſquis fuerit author) ſerm. ad fratres in Eremo inter opera Aug. tom. 10. ſerm. 47 vbi ſic: *in ſimili etiam ſcelere, in eodem crimine mulieres etiam erant, & forſitam in maiori: quia principium tanti criminis in illis ciuitatibus mulieres fuerunt, & homines poſtea ipſa peſſimè docuerunt.* Multitudine partuum pertæſæ, vt ſine vteri incommodis delectarentur; viros ad tam nefandum impulerunt ſcelus.

17 Vitium Sodomiticũ à mulieribus ortum, & cur. *Boſſ. Catalan.*

At cur infantes rationis vſu carentes perierint, cum parentum peccato non eſſent ipſi adſtricti? ob duas quidem rationes ſecundum Pererium in Geneſ. c. 19. n. 25. vt amplius patres ex eorum morte cruciarentur, tum ex amore, tum ex eorum progeniei extinctione, & ſimul ad diuini in tale vitium odij manifeſtationem, dum ſic patres conſumere voluit, vt nullum penitus ex eis remaneret ſemen.

Perer.

18 Infantes cur perierint ſimul cum patribus, dum non peccarunt. *Abulenſ.*

Abulenſ. vbi ſup. quia tales eos Deus futuros ſciebat, quod ſi vixiſſent, patrum ſuorum menſuram impleuiſſent; quod ante ipſum dixit Tertull. de Marcionis Antitheſibus, vbi Marcion Deum reputans crudelem, quia ſic Sodomitarum filios occidiſſet; dum nil peccaſſent, ait.

Iudicium durum, ſententia ſana videtur,
Parvulus, & Sodomis adhuc infans malus inermis,
Vt careat vita: quid enim peccauerat infans?

Cui reſpondens inquit,

Sed non cum patribus pœnas innoxius infans,
Perpetuas luit, ignarus neque criminis auctus,
Ne fieret ſceleris conſors ætatis auitæ,
Sponte futura mala mors immatura reſoluit.

A Ex qua ſententia Abulenſ. generalem elicit regulam, paruulos qui ante vſum moriuntur rationis, non ſuſcepto baptiſmo, ideo ſic mori: quia Deus malos futuros eſſe cognoſcit; quod vnde ipſe eliciat, aut ex quo ſcripturæ loco, non indicat, veriſſimæ rationes ſunt Pererij; Deus enim cum ſupremus ſit Dominus potens patres in filiis caſtigare, vt ex multis ſcripturæ locis conſtat; Exod. c. 40. n. 36. & 2. Reg. c. 18. & Numer. c. 14. ob parentum peccata filios caſtigare decreuit, & ſi inſontes: quia dum ſub patria degunt poteſtate, partes iudicantur eorum, & ſic cum patribus à ſuprèmo omnium Domino licite, & iure caſtigari, ac ſupplicio plecti poſſunt. An autem aliquando Princeps hoc efficere poſſit, & qua ratione, difficilis eſt

B quæſtio, communis tamen eſt ſententia nullo modo directè illud poſſe: ſic Sanctus Thom. 2. 2. quæſt. 108. art. 4. ad 1. Alexand. 3. parte qu. 41. m. 4. art. 1. Durand. in 2. diſt. 33. qu. 1. Arboſeus lib. 6. Theoſophiæ c. 9. Caſtro lib. 1. de iuſta hæreticorum punitione, Vaſquez in 1. 2. diſput. 135. c. 3. Lorca de peccatis diſput. 47. & ferè omnes recentiores contra Liran. in c. 24. Deuteron. contrariam tenentem, in hac re ſingularem.

Exod. c. 40. n. 36. 2. Reg. c. 18. Numer. c. 14.

19. Inſontes nam aliquando plecti poſſunt à principe iuſto.

20 Directè nũquam. *S. Thom. Alex. Dur. Arboſeus. Caſtro. Vaſquez. Lorca. Lyra.*

Fundamentum vnicum nullum aliud eſt, niſi Principem, iudicémque non eſſe vitæ, mortiſque hominum Dominos, vti Deus: & hoc illis ex præcepto Domini eſſe interdictum, Deuter. c. 24. n. 26. vbi ſic, *Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus, ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur.*

C Dixi directè: nam indirectè, vti in bello ad plenam obtinendam victoriam omnes concedunt: quod etiam intelligendum de vita tantum: nam de bonis, & honore, quia iſta ſunt patris, verè filij illis expoliari poſſunt, vt etiam communis eſt omnium ſententia. Vnde iuſtè hæreticorum filij bonis, & honore priuantur; immo niſi communis obſtaret ſententia, non quidem mihi difficillimum horum filios iuſtè etiam occidi poſſe, probare: cum ex variis, & multis ſcripturæ exemplis in regula illa vniuerſali hos non eſſe incluſos, probari poſſit, Numer. c. 31. n. 17. Moyſes omnes paruulos ex Madianitis, tanquam filios eorum, qui Iſraëlem peruerterunt, & ad idololatriam adduxe-

D runt, occidi iuſſit, & Deuter. 7. vt ſimiliter omnibus terræ eiuſdem gentibus facerent, præcepit, illa vnica ratione: ne mixti inter eos præuaricarentur; & vt peſſimum ſemen omnino exterminaretur: qualis maior contagio, quàm hæreſis? & quale ſemen ex hac parte magis pernicioſum? Si ergo hæc mandauit Moyſes, licet dixiſſet pro patribus filios non debere mortis ſubire pœnam: cur ego ex hoc elicere non poſſem ſimiliter de hæreticorum filijs intelligi poſſe, & cum Lira. fentire?

Numer. 31. n. 17. Deut. 7.

21 Hæreticorum filij iuſtè bonis, & honore priuantur. *Numer. 31. n. 17. Deut. 7.*

22 An poſſint etiam & vita.

At dices, illud Moyſen iuſſiſſe ex Dei mandato; verum; ſed ſi Eccleſia ſancta hoc ſtatueret, cur etiam non diceremus ex Dei quoque diſpenſatione, & mandato illud præcipere? At dices, hoc non ſtatuit; ſignum, quod ſtatuere non poteſt; nego hoc; non ſtatuit, non quod non poſſit, ſed quia non vult miſericordia, & benignitate qua pollet erga tales mota. Quapropter infelices iſti, vtique omni vita indigni non contra eam quando & bonis, & honore

eorum filios priuat, cornua erigere deberent: sed gratiam recognoscere: dum potens & vltam eripere, liberaliter eam donat: at (vt dixi) quia communis obstat, & Ecclesia illud non statuit: prima tenenda est opinio, vt magis probabilis.

Ad detestationem ergo Sodomitici peccati Deus æquissimus iudex, non quomodolibet: sed nouo & inaudito supplicio: quia nouum, & inauditum erat peccatum, vt inquit Chryso. voluit terram illam perdere, & simul cum illa omnes homines, non solum adultos: sed infantes; à quo communi liberauit iustum excidio, vt inquit noster Sapiens. Quomodo autem peccata carnalia peculiariter Dei excludant sapientiam, vide quæ diximus 1. to. ho. 8.

Chryso.

Num. 7. *Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores. & incredibilis animæ memoria stans figmentum salis.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

QVomodo Sapientia diuina iustum ab interitu eripuerit, Sodomámque destruxerit à Sapiente pronuntiatum; nunc tria illius memorabilis monumenta cladis edisserit, terræ desolationem, fructus immaturos, vanósque, tandem salis statuam.

Quibus in testimonium, &c. Græcè *cuius etiam nunc testimonium nequitiæ*, Pentapolim intelligit; vnde alii vertunt, *quarum*, hoc est, ciuitatum, *nequitiæ testimonium, hoc primum extat.*

Fumigabunda constat, Græcè, *fumigans extitit terra*, propriè significat terram desertam, incultam, vastatam: nam (vt suprà num. anteced. diximus) non solum ciuitates destructæ, & euersæ, mari ibi mortuo succedente: sed etiam ex maris pestifera exhalatione, & terra vicina destructa, & consúmata, vsque hodie ad cladis monumentum visitur; digne quidem tota illa terra destructa, quæ omnes sic corruptos alebat homines, vt à puero vsque ad senem innocens nullus ibi adesset, quod adnotauit Ambros. lib. de Abraham c. 6. super illa verba: *Viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vsque ad senem*, vbi Sanctus, *Præstruitur his verbis diuinæ iudicij æquitas; ne fortè quis diceret, quid peccauerunt pueri, vt omnes excidio inuolueretur? sic vt nullus illic infans fuit. Audi scripturam testificantem: quia circumdederunt &c. nulla erat culpæ erat immunis: & ideo nullus immunis fuit exitij; & qui possibilitatem perpetrandi criminis non habuit, habuit affectum, effœta vires senum: sed mens plena libidinis.* Quomodo peccata sint causa, vt terra penitus euertatur: vide quæ diximus 1. to. hom. 106.

1 In Sodom. nullus immunis à pœna etiam & si infans. *Ambros.*

Incerto tempore fructus habentes arbores, &c. Græcè, *imperfectis tempestatibus fructus ferentes planæ*, Alij *imperfectis maturitatibus.* Origenes tract. 10. in Ioan. *& planæ intempestiuum fructum ferentes.* Nã aut fructus nullos producebant arbores, aut immaturos, & vanos similitudinem tantum exprimentes fructuum: non substantiam: cum intus pleni cinere in fumum tacti euanescebant; vnde Tertull. carmine de Sodoma.

Origen.

Tertull.

A *Promittunt oculis pira, perfica, & omnia mala*
Donec carpantur: nam protinus indice tactum
Soluitur in cinerem, fit vana, fauillaque pomũ.

2 Sodomæ fructus cineres post conflagrationem.

Oprimè Olxoth; digne tali pœna illa mulctatur terra, quæ homines sustentabat, non ad fructus edendos se coniungentes maturos, & naturales: sed immaturos, effœtos, infernales: hinc eorum partus acerbi; de qua re vide quæ in altero diximus hom. 73. *quia enim homines*, inquit Chrysost. hom. 43. in Genes. *qui tantam ciuitatem inhabitabant, multos impietatis fructus protulerunt, idcirco inquit & inutiles terræ fructus facio, vt & illis abolitis perpetuum sit monimentum sequentibus generationibus, omnes per suam sterilitatem docens quæ nam fuerit inhabitantium malitia.*

3 Huius rei perpulchra ratio.

B *Incredibilis anima memoria stans figmentum salis, &c.* Græcè, *& incredula anima monumentum stans, columna salis*, siue *statua salis*; variant enim authores in modo loquendi, dum vocant, vel statuam, vel columnam, vel aceruum salis: sed vtbene Lorinus, omnia simul quodammodo vera esse possunt: nam in aceruo, siue in columna expressa imago fœminæ esse poterat, & sic in idem reincidere, nempe in salis statuam versam vxorem Loth, dum retrò respiceret: de qua re est hic sermo.

Lorin.

Ante omnia autem in primis statuendum, secundum totam proprietatem versam Loth vxorem in statuam *salis*, & hoc non esse figuratam locutionem, nec salem positum ad perpetuitatem monumenti denotandam; sed verè, & propriè conuersam in statuam, & statuam salis, *non fabulam aliquam fingit scriptura* (inquit Philo lib. de profugis) *sed veram ipsius rei proprietatem indicat.* Immo Beniaminus Tudolensis in Itinerario affirmat sic versam in salis cumulum, vt eum lamberent greges, qui dum imminutus ad pristinam se reducebat formam, & Tertull. quod si aliquod quis ab ea excidisset membrum, renascebatur iterum; & ad Ecclesiam illud applicans Irenæus lib. 4. c. 51. significare dicit, quod & si membra excidantur Ecclesiæ, ipsa tamen semper integra manet, immo (& quod admirabiliter affirmat Tertull. vbi suprà) & muliebria, siue menstrua illam passam.

4 vxor Lot, vt vetissime in statuam redacta salis

Philo. Beniam.

5 Quæ intrabilia de illa dicuntur.

Iren.

C

D *Dicitur, & vinens alio iam corpore sexus*
Munificos solito dispungere sanguine mensis.

6 A sanctis symbolum fit Ecclesiæ sanctissimæ, & in quo.

Qui etiam cum Irenæo ad Ecclesiam integritatem statuæ applicans sic ait, *& cum hæc fierent* (nempe filiarum concubitus cum patre) *vxor remanserat in Sodomis, iam non caro corruptibilis: sed statua salis semper manens, & per naturalia ea quæ sunt consuetudinis hominis ostendens: quoniam & Ecclesia, quæ est sal terræ, subrelicta est in confinio terræ, patiens quæ sunt humana, & dum fatè auferuntur ab ea membra integra, perseuerat statua salis, quod est firmamentum fidei, firmans, & promittens filios ad patrem ipsorum.* Hoc ergo sic statuto, multa quæri possunt, & omnia ad rem satis; breuiter nos de singulis.

Primo quæritur quodnam peccatum illud tantum extitit, vt tale meretetur supplicium, graue quidem, & ex circumstantiis nimis aggrauatum. Primo secundum aliquos fuit inobedientia, ex animo proficiscens ingratissimo erga Deum, qui tam benigne eam à periculo

7 Peccatum vxoris Lot, quale, & quàm graue.

tunc liberauerat. Secundo, incredulitas, vt apertè testatur hic Sapiens, dum eam appellat *animam incredibilem*. Non credidit enim quod ei ab Angelis prædictum, referri scilicet ad salutem, retro non respicere. Tertio, curiositas vt inquit Lorinus hic attentè, morosèque cladem perspiciendo, interiúsque dolore pressa, suam, & crudelem illam iudicando, Deúmque summum taxando. Quarto, demum (vt rectè, & proprius, me iudice, Cantacuzenus) fuit animi incredulitas talis, vt virum, & filias, reuocare cogitaret, dum retro respiciens incendium adhuc non videbat: nam vt Ioseph. vult secundum Caietanum in c. 19. Genes. non semel respexit retrorsum, sed sæpè: ingrato enim, & malo animo progrediens, non timore ducta, quia non credebat; sed naturali viri amore, tarde, & morosè cum insequens, sæpè retro respiciens: dum incredula flammam non videret, certissimè filias, virúmque ad redeundum persuadere cogitabat; immo eo animo respexit vt reuerteretur. Quod clarè elicitur ex Euangelio Luc. c. 17. n. 31. dum Dominus suadet, *vt qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro similiter non redeat retro*, post quæ addit, *memores estote vxoris Loth*. Ergo hæc redire ad sua cogitabat, suísque ad redeundum persuadere, eo vel maximè (si vera est sententia illa) quam vt probabiliorem sequitur Perer. conuertam est inter Sodomam, & Segor, antequam Loth in Segor esset ingressus. Quod si verum, certum est ipsam in statuam salis versam antequam pluuia descendisset ignea: cum tunc Dominus ignem immiserit, quando Loth in Segor, & non antea, vt patet ex illis verbis, Genes. cap. 19. n. 21. *Festina, & saluare ibi; quia non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc*. Ex quo apparet quàm iustè hanc Dominus castigaut mulierem; certissimè enim virum reuocasset; ex quo magnum elici potest documentum, fœminas à vito omnino spirituali vitandas: nam nil sic potentius vt retro respiciens ad Sodomam iterum reuertatur, quàm mulierum consortia, & familiaritas, de qua re suprà num. 1. diximus.

Cantacuz.

Caietan.

Luc. 17. n. 31.

Gen. c. 19. n. 22.

8 Mulieris consortij periculum quàm grãde virtus spiritualibus.

Secundo quæritur, an sic percussa, vt æternam etiam subierit damnationem? Lorinus leniorem sequens sententiam affirmat saluatam; immo, & incertum an mortale commisisset peccatum: tamen se nullum in hac re habere patronum. Quod etiam & aliqui sentiunt recentiores: ego vero, & si in similibus quæstionibus semper Deo iudicium reseruandum putem: tamen in hac re sanctorum iudicium sequens hanc condemnatam potius credo: quia cum esset regionis illius, vt infrà dicemus ex Tharg. Hierosolym. vitiis iisdem ac reliqui astricta tenebatur, vt affirmare videtur Philo lib. 7. Allegoriarum legis ponderans, cur in statuam salis versa fuisset: quia (inquit) ad pristina redire penitabat vita. Verba eius: *Multis animabus pœnitentiam expetentibus non concessit Deus, sed illa tanquam actu restituo abrepta sunt retrorsum: quemadmodum & vxor Loth in saxum versa est propter admissum Sodomam; & quia ad ingenium, & ad ea quæ Deus animauerterat reuersa fuit.* Et Aug. lib. 1. de mirabilibus scripturæ, c. 11. aut alter quisquis fi placet,

9 Vxor Loth an damnata.

Philo.

sic ait: *Vxor Loth vt retro respiceret missa in statuam salis solidatur: vt cuius visus non erat immunis ex culpa consortio, mortem effugere non posset, quamuis propter iusti contubernium erepta sit ab incendio.* Quod & Clemens affirmat Alex. vt infrà: & etiam expressa est Hier. sententia epist. 45. vbi sic, *Optauerat quondam & Loth cum filiabus saluare coniugem suam, & de incendio Sodoma, & Gomorrha, penè semiustus erumpens educere eam, quæ priscis vitiis tenebatur astricta, sed desperatione trepida, respicientesque posteriora, æterno infidelitatis titulo condemnatur.*

Hieronym.

10 Cur in statuam versa salis.

Tertio quæritur, cur potius in statuam salis, quam in rem aliam? Hebræi (vt Liranus refert) nugantur dicentes: quia hospitibus sal Gentilitio dare noluit odio; Alij; quia cum lepiditas per sal significetur teste Plinio in hæc verba, *Ergo vita humanior sine sale nequit degere, adeóque necessarium elementum est: vt transierit intellectus ad voluptatem animi quoque: nam ita sales appellantur: omnisque vita lepos, & summa hilaritas, laborúmque requies, non alio magis vocabulo constat; Honoribus etiam, militiæ, qua interponitur, salariis inde dictis: maximè tamen in sacris intelligitur eius authoritas, quando nulla conficiuntur sine mola salsa.* Figuratè ergo putantes scripturam locutam, versam dicunt in statuam salis, quia salate, vel lepide hospites non recepit: subtilis expositio, sed non vera.

Lyran.

Plinius.

11 Salis necessitas.

Genuina ergo ratio pendet ex natura salis, & eius significatione; cum enim sal præseruet à corruptione, ob quod firmitatem, & perpetuitatem, ac stabilitatem significet: ideo in statuam versa est salis, ad denotandum per illam perpetuum Deum dare voluisse monimentum, ne alij retro à bono incepto respicere auderent, veriti similem pœnam, si in simile inciderent vitium. Quod expressit Dominus noster Luc. c. 17. nu. 31. dum ait, *Memores estote vxoris Loth.* Suadebat enim vt retro respicerent, bonum inceptum intermittentes. Quapropter cum qui ex hoc moniti exemplo perseuerant, verè sapiant: ideo in sal versa, quia sapientiam exhibet, & si inanimata; vt egregiè Clemens dixit Alex. 2. Strom. *Vxorem Loth (ait) quæ sua sponte conuersa fuit ad mundanum vitium, reliquit Deus insensibilem, efficiens eam vt petram salis, & statuens, ne vltra progrederetur: non statuam, & qua nihil efficeret imaginem, sed qua condire, & confirmare posset eum, qui potest perspicere spiritualiter.* Et Augustin. lib. 17. de Ciuit. c. 30. *Vxor Loth, ait, vbi respexit remansit, & in salem conuersa, hominibus fidelibus quoddam præstitit documentum, quo sapiant aliquid, vnde illud cauentur exemplum.* Quapropter qui à bono retrocedentes in pristina dilabuntur vitia, merito in statuam conuersi salis dicuntur: quia malè suam finientes vitam, sapidos alios ex sua efficiunt ruina. Quod eleganter dixit Rupertus in Genes. lib. 6. c. 12. *Quoties (inquit) stultus reuertitur ad stultitiam suam, sicut canis ad vomitum suum, in quocumque ordine, vel proposito fuerit, exemplo vxoris Loth, in statuam salis conuertitur: id autem est ipsum quidem insensatum, ac sibi inutilem efficit: sed aliis tamen prodesse plurimum, dum finem eius attendentes corrigantur; quemadmodum petram*

Clem. Al.

Augustin.

12 Vxoris Loth statua contra recidiua clamat peccata.

Rupertus.

petram salis lingentibus animalibus, palatum sa-pidum redditur, & edendi aciditas reparatur: proinde Dominus in Euangelio cum dixisset, in illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo ne descendat tollere, & qui in agro similiter non redeat retro, continuò subiungit: memores estote uxoris Loth: bene ergo non in statuam qualemcumque: sed in statuam salis est versa, cuius meminisse proficit ad sapientiam secundum Euangelium Christi. Ergo in exemplum stat illa adhuc perseuerans, vt Tharg. ait, Hierosolym. dicens: *Vxor Loth fuit de filiabus populi Sodoma, quæ respexit post se vt videret, quidnam futurum esset cum domo patris sui: atque ita factum est: vt facta sit columna salis, duratura vsque ad tempus resurrectionis, quo mortui reuiuiscent.* Vnde & si muta, in repetita peccata clamat, vt exemplo discant suo, ne iterum labantur, cum vt diuus inquit Petrus epist. 2. c.2. *posteriora deteriora erunt prioribus*, de cuius malo vide quæ diximus in altero hom.11.

Tharg. Hierosol.

2. Pet. c 2.

Tandem animaduertendum hanc expositionem non esse mysticam, aut moralem: sed omnino literalem, vt bene aduertit Lorinus, cuius ratio: quia sicut aliquando Deus nos verbis docet, sic etiam & aliquando ipsis rebus: nam sicut aliquando Dei verba facta sunt, sic etiam aliquando eius facta verba, quod in multis scripturæ locis animaduertere licet. Hierem. c.17. collo catenas gestans vaticinatus est Babyloniam Iudæorum captiuitatem, Isaias c.20. nudus, & discalceatus incedens Ægyptiacam, & Æthiopicam calamitatem futuram designauit; Oseas vxorem accipiens fornicatiam, populi sui idololatriam præsignauit, & alia sunt multa; literaliter ergo ideo Loth vxor in statuam versa est salis, vt eius experimento, ne retro iterum respicientes, labamur, illo nos edocere voluit Deus monimento.

Lorinus.

Hierem. c.17.

Isa. c. 20.

Oseas.

Quomodo autem, & qua ratione hoc factum miraculum inquirere supernacaneum esse puto. S. Tho. quæst.16. de Melo. art.9. ad 3. operam interuenisse Angelorum non negat, quod & si verum: tamen affirmandum cum Lorino, præcipuè virtutem interfuisse diuinam.

Num. 8. *Sapientiam enim prætereuntes non tantum in hoc lapsi sunt, vt ignorarent bona, sed insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in his, quæ peccauerunt nec latere potuissent.*

Num. 9. *Sapientia autem hos, qui se obseruant, à doloribus liberauit.*

Commentum literæ.

Contextio capitis.

SOdomitarum narrato excidio, & iusti liberatione, his duobus nunc versibus, mala concludit sapientiæ desertorum, ad illorum instar peccantium, bona vero cultorum eius, ad instar iusti vitam eam colentium, vnde ait, Sapientiam.

Prætereuntes, &c. Græcè est contemptim præterire, spernere, contemnere, vnde aliqui vertunt, *sapientiam per contemptum prætereuntes*, vel vt alij, *sapientiæ enim contemptores.*

Non tantum lapsi sunt, &c. Græcè, *non tantum* A *lesi sunt*, hoc est, non tantum in illud incommodum inciderunt, scilicet, vt ignorarent bona: sed etiam vt suæ insipientiæ horrendum relinquerent monumentum; de Sodomitis loquitur, de eorumque cæcitate in peccato, dum non ex passione, sed ex malitia peccarunt, ob quod in totalem deuenientes mentis cæcitatem: sic flagitia illa patrabant, vt illicita non iudicarent: quod proprium intemperantium est; cum (teste Arist. ethic. lib.7. c.3. & 8.) licet incontinens circa ea versetur circa quæ intemperans: tamen in modo differunt, cum incontinens non ex electione operetur, sciens nempè malum, & insuper iudicans esse vti bonum prosequendum vti intemperans, sed ex passione victus. *Qui enim (ait) absolutè est incontinens,* B *non circa omnia versatur: sed circa quæ intemperans, neque absolutè ad ea sese habet: idem enim cum intemperantia esset; sed eo quod hoc modo habet, ille enim ex electione ducitur præsentem voluptatem semper esse persequendam existimans, incontinens verò cum non existimet, persequitur.* Nempè à passione victus: hinc egregiè ipse posteà c. 9. vnum remedio carere iudicat, alterum vero non; ea ratione: quia operans ex electione, dum habitum vitij quod ipse principium appellat, habeat, omnia corrumpens, non potest ad contraria perfuaderi: quia principia non habent probationem; secus autem incontinens, qui rectum habet principium: sed ex passione operatur, ex illo reduci facilè potest ad continentiam. Vnde c.8. sic ait: *At intemperans non est huiusmodi, vt eum pœniteat, perstat enim in proposito: sed incontinentem quodammodo pœnitet. sed hic facilè potest sanari, ille incurabilis est.* Cuius rei rationē infrà adducens inquit; *Quoniam verò alter talis est, vtpote ex eo quod persuasus sit, voluptates corporis supra modū,* C *& præter rationem sequitur; alter autem persuasus est; quia est talis, vt eas sequatur, illi dissuaderi facilè potest, huic non potest.* Egregiè intemperans ergo corruptum cum rationis principium habeat, in eam mentis deuenit cæcitatem, vt malum bonum, & contra, bonum malum dicat; ex quo per consuetudinem peccandi eum habitum acquiret malefaciendi, in totalem, & (vt sic dicam) habitualem mentis deD uenions cæcitatem, & ignorantiam, omnino bona ignorat, & quid sit amplius bonum nescit; synderesim conscientiæ amittens, & bonas amplius non admittens inspirationes: de qua re vide quæ in 1. tom. diximus hom. 44. tales enim fuerunt Sodomitæ (vt rectè Oleaster). Ex intemperantia enim peccantes, in illam tandem deuenerunt cæcitatem: vt non amplius tam horrendum malum, vt malum aspicientes, laxatis frænis impunè, & publicè, à minimo vsque ad maximum peccarent, quibus vide ne peiores illi sint hæretici; qui non solum hoc peccatum: sed omnia cuiuscumque sint generis, virtutes faciunt, cæci plus quàm isti, & prorsus ignorantes, non solum Sodomitico: sed tartareo igne digni, perpetuæque nota infamiæ.

Aristo.

1 Incontinēs abintemperante in quo differunt.

2 Vnde ad totalem cordis cæcitatem deueniat, vt malum dicatur bonum, & è contra.

Reliquerunt hominibus memoriam, &c. Vatab. *in vita monumentum*, hoc est, perpetuum suæ insipientiæ patens testimonium, vti vxor Loth statuam, Sodomitæ ipsam terram destructam, superbi gigantes turrim, quibus

homines futuri si saperent, ex alieno possent edoceri periculo. Nam (vt rectè Plinius lib. 18. c. 3.) *Optimum*, ait, *aliena insania frui*, & alter: *Felix quem faciunt aliena pericula cautum.* Greg. Dialog. lib. 4. post memorabile illius narratum exemplum qui ad extrema redactus tetros videns dæmones inducias diuini iudicij petens, & si clamans obtinere non potuisset, sed in suis esset peccatis mortuus, sic ait, *de quo nimirum constat, quia pro nobis ista non prospexerit, vt eius visu nobis proficiat, quos adhuc diuinæ patientiæ longanimiter expectat: nam illi tetros spiritus ante mortem vidisse, & inducias petisse, quid profuit, qui easdem inducias quas petijt non accepit?* Hinc sanctissimus Petrus ep. 2. c. 2. n. 6. pessimos Sodomitas ad aliorum exẽplum Deum consumpsisse affirmat dicens: *& ciuitates Sodomorum, & Gomarrhæorum in cinerem redigens, eversione damnauit, exemplum eorum, qui impiè acturi sunt, ponens.*

Plinius.

S. Greg. 3 Ad exemplum, & electorum præcautionem Deus impios sæpè punit.

S. Pet. ep. 2. c. 2. n. 6.

Sapientia autem hos qui se obseruant, &c. Græcè. *cultores suos, vel colentes ipsam*, admirantes, & cum quodam officio, & obsequio colentes, *à doloribus liberat*, hoc est, à laboribus, & ærumnis, Olκoth illud *qui se obseruant* non ad sapientiam, sed ad ipsos refert homines se ipsos à peccatis obseruantes, sollicitè, & strenuè, quos Deus à doloribus liberat, hoc est à laboribus, & effectibus ab ipsis prouenientibus peccatis; non displicet. Lorinus accipit dolores actiuè, scilicet pro peccatis, quæ dolorem causant, vnde sensus, Deum eos, qui diligenter cultum eius obseruant à doloribus, hoc est, peccatis liberare. Quod verissimum; de qua re vide quæ diximus in altero tom. ho. 58.

Num. 10. *Hæc profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum: honestauit illum in laboribus, & complenit labores illius.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

ILlustri Sapientiæ circà quatuor personas Adam scilicet, Noë, Abraham, & Lot declarata prouidentia: nunc ad quintam accedit, Iacob nempe, quem (vt videmus) mirificè eduxit, & reduxit, fortem, inuincibilémque eum in omnibus constituens, vt mox dicemus.

Hæc profugum iræ fratris, &c. Hoc est, ab ira fratris, Iacobum demonstrat ab ira fugientem Esau, vt in Genes. c. 27 optimum nempè consilium demitigandæ alterius iræ, ei locum dare; immo beneficiis extinguere; cuius emolumentum Dei protectio, rectæ viæ demonstratio, cælestis regni patefactio, quæ omnia vna inimicorum causat dilectio, siue sustinentia: de qua re infrà.

Gen. c. 27.

Duxit per vias rectas, &c. Lyranus, per semitas, & vias mores interpretatur. Alij, quæ in Mesopotamia tendebant, melius Carthus. vtrásque, rectè duxit Deus Iacobum, & in Mesopotamiam, & simul in Dei regnum, ad quod per sanctos peruenitur mores: peculiaris Dei describitur erga Iacobum cura, dum à domo extorris paterna, & is pater diues; immo ditissimus solus fugeret sine comite, pauper sine viatico, ita egenus, vt pro pane voluerit, & aqua. Quid miserius? patre (vt diximus) ditissimo, quod propè ad miraculum creditu sit, neque præsumendum hoc sine illustratione, ac ordinationè factum diuina. Cuius rei multæ apud sanctos inueniuntur rationes. Rupert. li. 7. Genes. c. 21. affirmat statum pauperum Euãgelicorum adumbrari, qui & si patrem habeant Deum ditissimum, ac omnibus refertum bonis: tamen hic filios suos pauperrimos degere sinit, vt in ipso fidentes, similia quæ Iacob experiantur; immo & maiora, quantum que bonum simul & in ipsa sit paupertate videant, de quare infrà.

Lyran.

Carthus.

1 Deus ditissimus eos filios paupertate premi velit.

Sanctus Augustinus serm. 79. de temp. alium affert rationem, sic nempè processisse Iacobum: quia eius existebat figura, cuius patre ditissimo in cœlis relicto, ad Ecclesiam sibi desponsandam pauper venit, & humilis, *Beatus Isaac (ait) quado filium suum mittebat in Mesopotamia, Dei patris typum præferebat, Iacob vero Christum Dominum præfigurabat; Isaac neglectis mulieribus regionis quam ipse incolebat, misit filium suum Iacob ad regionem longinquam, vt ibi vxorem acciperet: quia Deus pater missurus erat vnigenitum suum, qui repudiata Synagoga, de Gentibus sibi Ecclesiam sociaret.*

August. 2 Iacob dimissus à domo paterna Christi exitus figura.

Thomas Anglicus super c. 28. Genes. illud refert, tum ad industriam, vt iter Esau occultaretur, tum ad frugalitatem victus illius temporis, & vestitus, simúlque ad rigidam filiorum tunc educationem, qua pereunte, simul & omne deperit bonum: *potest etiam dici, (ait) Sanctos illos Patriarchas, licet diuitijs abundarent, & seruis: modico tamen, vilique victu, atque humili corporis esse vsos; vnde & Esau agricola erat, ac fessus de agro rediens, simplicem cibum Iacob expetiuit, videlicet, non aliud tunc pulmentum domus suæ paratum inueniens: Rebecca quoque, & si multas haberet puellas, & seruas, cum hydria tamen scapulis imposita hauriebat aquam: nimirum priscis, & sanctis illi viris nolebant filios suos molliter educari, nec delicatè, nec luxuriosè nutriri: sed eos firmabant, durabántque ad labores.* Egregiè, de qua re vide in 1. tom. hom. 36. & 37.

Thom. Anglicus.

3 Filij sanctissimè antiquitus educabantur.

Sanctus Chrysost hom. 54. in Genes. ad vtilitatem, & hominum Philosophicam illius temporis vitam refert, non sic opipare, ac lautè, vt nunc viuentium: *Vide* (inquit) *præstabilem vitæ Philosophiam, considera quemadmodum antiqui illi Patres iter faciebant, Iacob vir domi educatus, longè peregrinaturus, neque iumentis, neque seruis, neque viatico vsus est: sed iam tum Apostolicum morem imitatus, iter fecit, & cum occumberet Sol, ibi dormiuit, vbi eum nox comprehendit, super lapidem caput reclinans: quoniam igitur bene moratum animum habebat, & virilem spiritum ab omni luxu, vanitateque liberum; idcirco admirabilem illam visionem meruit.* Egregiè, & vltima adnotanda verba. diuinam meruit visionem, cœlestémque consolationem: quia humana deficiebat, & tunc illi cœleste ostium reseratum, quando humanum occlusum.

Chrysost.

4 Consolationes diuinæ tunc vbi humanæ deficiunt.

Philo lib. de insomniis eleganter, vt assolet, ac eruditè, ad exemplum illud refert hominis virtutis, quomodo scilicet huiusmodi instituenda sit vita, quámque ab illa longè inueniantur aliter viuentes: *Miranda*, inquit, *sunt hæc*

Philo.

Digitized by Google

Cap. 10. Num. 10. Comm. lit.

hæc de Iacob in ſacris literis tradita, non ſolum propter allegoriam, & phyſiologiam: ſed etiam propter ſimplicem narrationem, continet enim perilluſtre laboris, & patientiæ exemplum: non enim decet virtutis ſectatorem vita delicata, nec imitatio iſtorum hominum, qui vocantur beati: ſunt autem re vera miſerrimi, quorum tota vita, vt ſcitè in ſacris libris ſcriptum eſt, quaſi ſomnium quidam, & ſomnium eſt. Cuius rationem addens ſubdit, *hi poſtquam per totum diem in tribulationibus, in curijs, in theatris, & vbique moleſti fuerint aliis, reuerſi ſuam domum, deſtruunt infelices: non loquor de edificijs; ſed de anima cognata domo, hoc eſt, corpore, quod immodicis deliciis, aliis ſuper alijs ingeſtis obruunt, & mero multo rigant, donec ratio merſa pereat, & affectus, qui ſub ventre naſcuntur, ex ſaturitate in effrenem rabiem conciti, quidquid obuiam ſit, corripiant, ad ſectandos libidinis furentis ſtimulos: molliti vero dormituri in aureatas ſpondas, & pictos tapetes decumbunt, molliter more mulierum, quibus natura vitium delicatum permittit, & ideo corpus etiam earum mollius fecit opifex.* Quid elegantius? non viros iſtos, ſed mulieres vere dicas, dum non virorum, ſed mulierum vitam agunt, merito inſomnium eorum vita dicta, aliter ipſis apparentibus ac ſunt; etenim vt mulieres apparent, cum ſint homines. Quapropter ab eis ſapientia abeſt diuina dum veris viris adeſt ſicut Philo inſequens ait: *Talis nemo ſacro verbo familiaris eſt, ſed veri viri, ſobrietatis, honeſtatis, pudoris amatores, qui ad continentiam, frugalitatem, patientiam, ſeu ad crepidines quaſdam taſſatæ vitæ procellis, animam tantum non mergentibus, in ſtationem tutiſſimam ſe recipiunt, contemptores pecuniæ, voluptatis, gloriæ, atque etiam cibi, potúſque, niſi quantum ad arcendam famem ſufficit, parati propter virtutem perferre ſitim, æſtus, frigora, & difficultates cæteras, quos ne veſtitus quidem pudet ſimpliciſſimi; immo luxum veſtium, vt ignominioſum fugiunt: his præcubile pretioſo eſt ſolum herbidum, pro ſtragulis congeſta frondes, & folia, pro puluino ſaxum aliquod, aut tumulus paulo acclinior, quorum vitium delicati durum vocant; honeſtatis autem amatores exiſtimant iucundiſſimum; conuenit enim viris, qui re vera viri ſunt; Videt vt nunc quoque innutritus regis facultatibus athleta virtutis inducitur humi cubare, ſaxo propulnino ſuppoſito capiti: & paulo poſt dum precatur, panem, ac veſtem petit naturæ diuitias, quippè cui luxus, oſtentatióque nunquam placuit, nec admiratores rerum talium, hic eſt verum exemplar exercitatæ animæ inſenſus effœminatis omnibus.* Nil elegantius, ad formandos ergo veros homines, Deus ſic è ditiſſima exire Iacobum paterna voluit domo, vt nil ex aduerſo, aut patres malè filios educantes, aut filij molles pertendere poſſent, cum nullus pater Iſaac ditior, nullus filius ſic vt Iacob lenis; & tamen quia virilem obtinebat animum, ad labores corpus ſubegit, licet non in laboribus enutritus; hinc Deum in itinere videre meruit, & ſuam ditiſſimam præſagire fortunam, vt mox dicemus.

5 Vita carnalium inſomnium & carnales non viri, ſed mulieres.

Oſtendit illi regnum Dei, &c. Communiter expoſitores hic viſionem intelligunt ſcalæ, per cuius ſignificationem demonſtratum illi extitit mundi ſuperioris, & inferis regimen diuinum vt mox dicemus; Ranus putat tunc Iacobum habuiſſe reuelationem de ſtatu regni cœleſtis, & patriæ, ac felicitatis æternæ; quapropter dixit, *non eſt aliud niſi domus Dei, & porta cœli.* A ſuæ etiam prædeſtinationis, vt conſtantior alacriórque hæret ad perferenda quælibet mala; ſenſus literalis, & verus eſt de ſcalæ viſione, de qua merito quæri poteſt, quæ fuerit ei primaria ſignificatio.

Pererius in Geneſ. c. 28. n. 11. & 12. diſput. putat & rectè, diuinæ prouidentiæ oſtenſionem, tum generalem, tum particularem de ipſo Iacob. ne dum è domo paterna extorrem videns, pauperem, & ignotum ad peregrina remeans terras deſperaret, aut caſu, vel fortuitu illud factum æſtimaret: vidit enim ſcalam à terra vſque ad cœlum aſſurgentem, ipſam nempè diuinam prouidentiam omnia regentem, & gubernantem, de qua veriſſimè affirmat Boëtius lib. 5. de conſolatione Philoſophiæ metro 3. quod Homerus dixit de Sole, cuius audi ſententiam.

Hunc ex alto cuncta tuens
Nullis terra mole reſiſtunt;
Non nox atris nubibus obſtat
Vno mentis cernit in ictu,
Quæ ſint, quæ fuerint, veniántque,
Quem quia reſpicit omnia ſolus
Verum poſſes dicere ſolem.

Varij gradus ſcalæ, varij, & multiplices ſunt modi, quibus Deus ſuas gubernat creaturas, tum irrationales, tum rationales, illas per formas, & qualitates à principio eis ingeneratas, ac per naturales inſtinctus, & inclinationes; has vero ratione præditas liberè, non vno modo: ſed multifariè gubernans, per leges naturales, & ſcriptas, ſiue diuinas, ſiue humanas, per proſperitatem, & aduerſitatem rerum, per præmiorum ſpem, & pœnarum timorem, tandem per internas inſpirationes, & motus, & externa monita, & exempla.

Duo ligna ſcalæ duæ ſunt diuinæ prouidentiæ virtutes, (inquit Pererius à quo iſta mutuamur) fortitudo nempe, & ſuauitas, prima omnia attingit à fine vſque ad finem fortiter; ſecunda ſuauiter; de qua te vide quæ diximus in 1. hom. 148.

Adminiſtri autem huius prouidentiæ ſunt Angeli, ad Deum aſcendentes dum noſtras ei offerunt petitiones; deſcendentes ad nos gratiam, & effectus noſtræ reportantes orationis.

Deus ſummus in ſummitate exiſtens, ipſum eſſe primum principium, atque vltimum totius prouidentiæ finem ſignificat, ab ipſo Angelos mitti, ipſum omnia immobiliter mouere, & gubernare, omnia ſuo peragere nutu; nil in hoc mundo, & ſi aduerſum, & malum, ſine eius ordinatione contingere ad finem ab ipſo præſtitutum, etiam ipſa ordinare mala, vt egregiè dixit Boëtius lib. 4. proſa. 6. vbi *ſic ſola eſt diuina vis, cui mala quoque bona ſint, cum eis competenter vtendo, alicuius boni effectum elicit: ordo enim quidam cuncta complectitur, vt quod ab ſignata ordinis ratione diſceſſerit, hoc idem licet in aliud, tamen in ordine relabatur: ne, quid in regno prouidentia liceat temere,* Boëtius.

9 Nil fortuito in ordine ad diuinam euenit prouidentiam.

meritati. De qua re vide dictum Thom. 1. part. quæſt. 22. art. 2. vnde nil fortuito factum apud
S. Thom. diuinam dici poteſt prouidentiam, cum omnia quaſi habenis, ab illâ regantur; vnde idem Boëtius rectè lib. 5. met. 1.

Et qua permiſſis fluitare videtur habenis
Fors, patitur frenos, ipſaque lege meat.

Nil melius; vt ſemel deſinant ignorantes mirari, & conqueri, quia mala permittuntur, quia impunita, quia boni perſecutionem patiuntur, quia mali proſperantur; nam vt ſcitè idem dixit diuus Thom. vbi ſup. *Si enim omnia mala impedirentur, multa bona deeſſent vniuerſo, non enim eſſet vita leonis, ſi non eſſet occiſio aliquorum animalium; nec eſſet patientia martyrum, ſi non eſſet perſecutio tyrannorum.* Neque ſanctitas innotuiſſet Iacob, niſi fuiſſet Eſau, permittit enim ſummus ille mundi moderator, & rector
Auguſt. mala, quia ex illis potens reperitur ad eliciendа bona, vt dixit Aug. in Enchir. c. 11.

10 Deus cur mala permittit.

Quod autem attinet ad demonſtrationem particularis Iacob prouidentiæ, ſatis ex ſe liquet, dum omnia eius triſtitiæ quam tunc patiebatur, perſpexit antidota, ſolitudinem timebat, reſpexit Angelos, de abſentia patris triſtabatur vidit Deum, paupertatem horrebat, principatum, & regnum obtinet, inimicos pauet Syros, Dei acquirit ſocietatem; tandem abſentiam dolebat patriæ, ſoli reditus promittitur; verè ergo illi Dei regnum oſtenſum, hoc eſt, ſua diuina prouidentia, qua omnes, qua in particulari & ipſum diligentiſſimè regebat, ac gubernabat.

Verùm hic ſenſus, & literalis; at ſecundum tropologiam, & allegoriam, alia multa intelligunt patres, quæ nunc in animo non eſt diſcurrere, vide Bern. in ſerm. de verbis illis Euangelij, *ecce nos reliquimus omnia.* Et Baſil. in explanatione 14. Pſal. ſuper illa verba, *declina à malo, & fac bonum.* Vnum ſolum adducam ex Philone ſenſum lib. de ſomnijs, qui ſcalæ vitam comparans humanam, egregiè, vt aſſolet, in ea varietatem agnoſcit eius fortunæ; vnde ſic ait;
Bern. *Baſil.*

11. Scala Iacobi inconſtantiam deſignat huius vitæ fortunæ.

Eſt & altera cuiuſdam rei ſimilitudo hæc ſcala non prætereunda ſilentio; res humanæ naturalem habet quandam ſcalæ imaginem, propter curſum inæquabilem, atque inconſtantem; vna enim dies (vt ait ille) alios de ſummo faſtigio in imum deiecit, alios ex imo tollit in altum, nihilque in eodem ſtatu apud nos perpetuo manet, ſed cuncta variis, & omnifariis mutantur viciſſitudinibus, hæc eſt via rerum humanarum acclinis pariter, declinisque, & incertis obnoxia caſibus, quorum magnalia rem, ipſum tempus veritatis amiciſſimum, non obſcuris argumentis oſtendit. Quod ex ipſo Iacobi exemplo optimè probari poteſt; dum pauper, & abiectus à domo exiens paterna, diues, & inclitus cum turmis ad eam remeauit: rectè ergo ſcalæ vita præſens comparatur, nunquam ſtabilis, ſemper fluctuans, nunc aſcendendo, nunc deſcendendo ſatis rerum eius volubilitatem ſignificans, de qua re vide quæ diximus in 1. to. hom. 131. 132. & 134.

12 Iacob diuinitus illuſtratus ſanctorum ſcientia.

Dedit illi ſcientiam ſanctorum, &c. Duplicitèr *ſanctorum* poteſt accipi, aut maſculini, aut neutrius generis; ſi primo modo, viſionem ſignificat ſanctorum Angelorum, ſi ſecundo ſcientiam rerum ſanctarum, quæ ſanctis conuenit, & ſanctos facit, quod verè, edoctus enim fuit in rebus ſanctis, tum quæ ad cultum Dei ſpectabant, tum quæ ad ſeipſum, vt optimè *Perer.*
Perer. vbi ſuprà, & Lorinus hic. Vnde ſtatim è *Lorinus.*
ſomno experrectus erexit titulum, fudit oleum, votum vouit, Deo tandem ſe, & locum conſecrauit.

13 Mons Moria non fuit in quo Iacob vidit ſcalam.

An autem locus, in quo Iacob vidit ſcalam, fuerit mons Moria, in quo poſteà fabricatum templum Hieroſolymitanum, diſputant Doctores; affirmant Hebræi, quos ſecuti ſunt Lyranus, Caietan. Lippom. Hiſt. Scholaſtic. in c. 27. Geneſ. & inſinuare videtur Auguſt. quæſt. 83. & 85. in Geneſ. Contrariam ſequitur Toſtatus, multáſque contra eam conficit rationes, illa autem apud me tantum valida, quam antiquior ipſo, tanquam teſtis ocularis conficit Borchardus per decennium, vt loca ſancta luſtraret, in Paleſtina commoratus; hic enim in libro quem confecit de terræ ſanctæ deſcriptione, diſtare affirmat Bethleem ab Hieruſalem duodecim milliaria. Quod antè ipſum affirmauit Hieron. in quæſtionibus Hebraicis; immo vſque tunc affirmat lapidem proſpici quem Iacob erexit in titulum: ergo Bethleem non eſt Hieruſalem.
Lyran. *Caietan.* *Lippoma.* *Hiſt. Scho.* *Auguſt.* *Toſtatus.* *Borchar.* *Hieron.*

Honeſtauit illum in laboribus, &c. Græc. *locupletauit in arumnis, vel per arumnas.* Frequens in hoc libro (vt alias diximus) honeſtare, eſt pro locupletare, & honeſtum facere pro locuplete, vt infrà: locupletauit ergo Deus Iacob per labores ſuos, quos in domo pertulit Laban per viginti annorum ſpatia, ita vt Geneſ. 30. n. 43. dicatur, quod *ditatus ſit homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas, & ſeruos, camelos, & aſines.* Fructus laborum iuſtorum, & ſimul totalis in Dei prouidentia confidentiæ: quapropter verè tales beati dici poſſunt iuxta illud Pſal. 145. n. 5. *Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in Domino Deo ipſius*; quia eius ſpes in Deo, non in huius mundi rebus, in illo dum abſolutè ſperat, beatus dicitur, quia iam regnum guſtat cœleſte. Quod egregiè dixit Chryſoſt. hom. 2. ad populum, vbi ſic: *hoſpes, & peregrinus patriam habes in cœlis, illuc omnia tranſmitte, vt & antequam fruaris, hic retributionem capias; qui enim bona coeleſtia ſpe, & de futuris confidit, hic iam regnum guſtauit.* Gu-
14 Spes in Deo hominem hîc beatum reddit. *Pſal. 145. n. 5.* *Chryſoſt.*
ſtauit regnum, quia de poſſeſſione ſeuerus, in ſpe gaudet, ſicut beati de illius poſſeſſione, iſti clare, ipſe verò in ænigmate, vide de hac re in 1. tom. hom. 49.

Complenit labores illius, &c. Græc. *multiplicauit* per fœtus nempe, ac accretionem ouium, dum ex induſtria illa, Dei voluntate, & Angelorum miniſterio, non tantum naturali ordine mire ditatus eſt homo. Oleoth itaque complementum, perſeuerantiam, patientiam, condignam tandem à Deo exhibitam mercedem intelligit, cum Hug. & Carthuſ. ac Bonauent. & Lyranus, Dei protectionem in reditu cum vxore, & liberis, omnes ſenſus accommodi; primus literalis.
Oleoth. *Hugo.* *Carthuſ.* *Bonauen.* *Lyranus.*

HOMILIA XX.

Inimici diligendi, eiúſque dilectionis, qualis, & quantus fructus.

HÆc profugum ira fratris, Iacobum nempè, *iuſtum deduxit per vias rectas*, noſter ait Sapiens, oſtendit illi Dei regnum, ſcientiam præſtitit, non quamlibet, ſed ſanctorum, fœcundos fecit eius labores, omnibus tandem eũ repleuit bonis; quod ſi tantorum cauſam petis bonorum, vna extitit inter cætera iræ fratris ſuſtinentia, vna inimici tolerantia, immo dilectio, quidni? nonne ſignum dilectionis, immo ſigna præſtitit Iacob in reditu, fratri munera mittens, benignè nuntios ad ſalutandum relegans, eum tãdem adorans, Geneſ. 32. Quod quidem factum noſtrum eſt documentum: ſi enim Dei cuſtodiam, ſi rectè adſcœlum tendere, ſi regnum acquirere cœleſte, ſi noſtros fœcundare labores velimus, hæc eſt regia, inimicos patienter ſufferre, diligere, eiſque benefacere.

1 Inimicorum dilectio res difficilis. *Auguſt.*

In magnum quidem nos immittimus Oceanũ, magnam aggredimur molem, inimicorum dilectionem. Quid naturæ inſuauius? aut quid in mandatis Dei difficilius? *in iuſtificationibus Domini*, ait Aug. in Pſal. 118. concion. 91. *nulla res ſic difficilior, ac mirabilior, quàm vt ſuos quiſque diligat inimicos.* Hinc crudelis ille expaueſcens Rex Saul, pluſquàm dici poteſt admiratus dixit ad Dauid, 1. Reg. 24. n. 20. *Quis enim cum inuenerit inimicum ſuum dimittet eum in via bona?* Quaſi ſtupens, rémque admirans ſuprà naturam. Hinc Dauid & ſi fortis, & ſi amans, & ſi pro Deo deperiens, hoc tantum ab eo petit: vt ab inimicis eũ redimat, ſi vt eius cuſtodiat ve-

1. *Reg.* 24. num. 20.

Pſ. 118. *n.* 134. lle mandata, Pſal. 118. n. 134. *Redime me à calumniis hominum, vt cuſtodiam mandata tua*; Quaſi impoſſibile reputans mandata cuſtodire, ſimulque inimicos experiri. Nec minus ille, patientiæ exemplar, ſuſtinentiæ prototypum, ac tolerantiæ ſpecimen ſanctiſſimus Iob; virtiliter enim, audacter, fortiterque & mortem ſuſtinuerat filiorum, & rerum dilapidationem, car-

Iob 6. *n.* 11. nium denique corroſionem; at quando, & contra ſe amicos inſurgere, eúmque calumniari inſpexit, quaſi iam deficiens clamat: *Quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineam? aut quis finis meus, vt patienter agam: nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt*, c. 6. n. 11. *non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu.* Pronunciat

Eccleſ. c. 1. *n.* 8. Salomon Eccleſ. c. 1. n. 8. at ad videndum, audiendúmque inimicum, nec oculus promptus, & auditus grauiſſimus: hinc rectè noſter Sapiens infrà c. 18. n. 10. vocem inimicorum, vocem inconuenientem dixit, *reſonabat autem inconueniens inimicorum vox*: nam nil quippè ſic naturæ contrarium, nil ſic inconueniens, nil ſic durius, quam inimicum diligere, aſpicere, be-

S. Baſil. nefacere, contra eum non inſurgere: *Quale enim ſpectaculum*, magnus ait Baſil. orat. 9. de ira, *quam graue, & admirandum, ac ſanè non nihil etiam naturam ipſam humanam exuperans, hominem multis conuiciis iactatum, & qui etiam fortaſſis vulnus in faciem accepit, quique alia ſexcenta perpeſſus eſt, qua & verbis, & re ipſa ad extremam infamiam tẽdunt, non ira accendi, neque vltionem parare: ſed manſuetum, ac ſine ira pro eo, qui ſibi iniuriam intulit, preces adhibere?* Rem naturam exuperantem contra inimicum non iraſci vocauit Baſil. ſic res difficilis inimicorũ eſt dilectio vt intra naturæ terminos nõ includatur, cuius quippè rei altius indagãda eſt ratio; vnde

Adnotandum duas nobis naturam indidiſſe potẽtias, quibus ad bonum prouehimur, à malo autem retrahimur, iraſcibilem, concupiſcibilem; hanc ad bonum proſequendum, illam ad malum vitandum, quod eleganter proſequitur idem Baſil. hom. de ira, neruum eam appellans animæ: *Nemus eſt anima quidam indignatio, ad fortitudinem, conſtantiam, ac robur ad res bene, & ordine agendas prabens, que animam fortem voluptate delinitam, ac laſciuientem, veluti quadam forti tinctura corroborans, auſteram, & fortem ex molli, ac valde remiſſa reddit.* Qua ratione eam cani comparat, domeſticos tantum recognoſcens, extraneos autem ſemper coruis reſpiciens oculis, *ad quod*, ait, nempè ad virtutis ſtudium, & contra vitium, *maximè vtilis indignatio: quoniam veluti canis paſtori, ſic ira rationi obediens, mitis quidem, ac manſueta innantibus eam, & à ratione reuocabilis erit, nam canis ad vocem, & aſpectum alienum torues, & agreſtis, etiam ſi palpari ſe videat.* Vti canis ergo homini & iraſcibilis, cuius proprium eſt cõtra incognitos offẽſos, oblatrare, in eos inſurgere, dilantare, mordere, diſcerpere: hinc ipſa conditione prorſus immitis, ignobilis, dura, effera, indomita, quod non ſic concupiſcibilis, nobilior enim eſt potentia, mitis, domabilis; ex quo quã ſit ſuprà ipſam diligere inimicos naturam ſatis apparet, cum iraſcibilem cuius officium contra incognitos eſt inſurgere, ac latrare, cuius conditionem ſic duram, & ferream, cuius naturam ſic indomabilem, ac terribilem, prorſúſque ruſticam, & inquilem, retinere debeam; ac non ſolum ne oblatret, ne mordeat: ſed etiam, vt lingat, vt blandiatur, vt obſequatur, vt tandem ſic eos recognoſcat ac ſi eſſent domeſtici, & verbera ipſa reputans omnes, eos diligat, amet, feſtiuáque ſe præbens omni eos proſequatur obſequio, nonne hoc contra naturam dixeris? nonne ſuprà omnem prorſus fortitudinem humanam? ſane, hinc non facilè eſt præceptum, non facilè mandatum; immo vt Auguſt. nullum ſic difficile, nullum ſic mirabile.

Hinc quia antiqua lex non ſic perfecta inimicum odio habere in illa permiſſum; inimicum inquam non fratrem, Chananæos ſcilicet, & Amorrhæos cæteróſque, qui veri Iſraëlis inimici: ſic Deuter. c. 20. n. 16. vbi poſtquam de reliquis gentibus, modum tradiderat eos expugnandi offerendo illis pacem: ad Chananæos deſcendens, ſic præcipit, *De his autem ciuitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes viuere: ſed interficies in ore gladij, Hetheũ videlicet, Amorrheum, & Chananeum, Phereſæum, & Heuæum, & Iabuſæum ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus.* Et rationem addens ſubiecit: *Ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipſi operati ſunt dijs ſuis, & peccetis in Dominum Deum veſtrum.* Sic etiam c. 25. n. 19. de Amalec præcipitur, *vt nomen eius deleatur ſub cœlo.* Et c. 23. n. 6. *non facies pacem cum Ammonitis, nec quæras eis bona cunctis diebus vita tuæ in ſempiternum.* Vnde verè legem, non Phariſæorum traditionem correc-

Deut. 20. *n.* 16.

6 Lex quales inimicos præciperet odio habere.

7 Chriſtus verè legem correxit de dilectione inimicorum.

xit Dominus noſter, Matth. c. 5. n. 21. quando dixit, *Audiſtis quia dictum eſt antiquis*, hoc eſt, *illis quibus Moiſes legem dedit*, vt ait Abulenſis hic: ſic Irenæus lib. 4. c. 17. Tertull. lib. de patientia, Clemens Alex. lib. 6. Strom. Hilar. con. in Matth. c. 4. Epiphan. aduerſus Ptolomaitas hæreſ. 33. Baſil. in Pſal. 14. Chryſoſtomus hom. 16. in Matth. Author Imperf. hom. 11. Ambroſ. ſerm. 5 in Pſal. 118. Hieronym. in epiſt. ad Gerontiam de Monogamia, Chromatius, Theophylactus, & Euthim. in commentariis in hunc locum, & ferè omnes expoſitores.

Matth. c. 5. n. 21. Irenæus. Tertull. Clem. Al. Hilar. Epiphan. Baſil. Chryſoſt. Auth. Imperf. Ambroſ. Hieron. Chromat Theophyl. Euthim.

Vnde rectè Euthim. inimicorum dilectionem omnis virtutis coronidem appellat, *omnis virtutis coronis ac vertex eſt* (ait) *inimicos amare*, difficillimum ergo eſt præceptum, arduum, ac denique ſuprà ipſam naturam.

8 Inimicorũ dilectio facillima ex Dei gratia.

At nunquid ergo impoſſibile? nunquid ſic ſuprà naturam, ſic difficile, vt obſeruari non poſſit? immo & obſeruantia facillimum, quis hoc crederet? ſic equidem, non tuis, ſed Dei viribus, non ex te, ſed ex Dei gratia, qui dum præceptum artulit, & vires præbere ſimul ſpopondit. Duobus quidem modis animali ad onus occurritur ferendum impoſſibile, aut ipſum demendo onus, aut ipſum ſaginando animal, virésque conferendo; illuſtrius hoc ſecundum, animalique, vt ſic dicam gloriolius: ſic Deus non abſtulit onus; immo adiecit, ad dilectionem amicorum, & inimicorum impoſuit: ſed vires auxit, gratiam, auxilium, virésque ipſe præbendo; hinc potes & facillimè, ſi vis, non tibi, ſed Deo fidens: ad quod equidem præſtandum & optimæ adſunt rationes; ad quas antequam accedamus.

Primo ſupponendum eſt, nunquam fuiſſe licitum, vt ſic inimicum odiſſe, ne ex hoc putes nouum aliquod onus tibi Chriſtum impoſuiſſe quod non ab antiquo; vnde & ſi in locis ſuprà adductis lex præcipiebat cum illis nunquã pacem habere, odio habere, perſequi, &c. notandum hoc diſpenſatiuè à Deo cum illis tantum permiſſum inimicis, quos ſuprà diximus, quatenus ſciebat illos ſic obſtinatos ad malum, vt nullo modo ad bonum vnquam conuerterentur; ac proindè ad beatitudinem nunquam peruenturos, in quo radix dilectionis fundatur fraternæ. Vnde rectè Abulenſ. in c. 5. Matth. quæſt. 345. *Teneor enim* (ait) *amare Deum propter ſe, & fratrem in ordine ad Deum quatenus ad beatitudinem dirigitur.* Cum quo ſimul Deum diligam; hinc ſi mihi certo conſtaret infallibiliter aliquem eſſe præſcitum, & inſuper nunquam in Dei gratia futurum, talem profectò vt ſic liceret odiſſe non ſecus ac dæmones, ipſoſque nunc damnatos; & quia Chananæos, Phæreteos, cæteráſque gentes quas Dominus deſuper terram mandauit delere, ſciebat certiſſimè in æternum perituros: rectè potuit cum illis diſpenſare, odiúmque cum talibus inimicis permittere, vt ait Aug. lib. de ſermonib. Domini; quatenus ait quod vox illa, odio habebis inimicum tuum, *non eſt tanquam inbentis iuſto; ſed tanquam permittentis infirmo.* Sic ad malum obſtinatæ; immo obfirmatæ gentes erant illæ, ſic infirmi Iſraëlitæ vt certiſſimè ex eorum conſortio ad malum perducerentur: ideo eorum infirmitati Deus compatiens omnino ſocietatem cum illis interdicens, eis tales permiſit

9 Nunquam licitum inimicum odio habere.

10 Quomodo cum aliquibus antiquitus permiſſum, & qua ratione.

Abulenſ.

Auguſt.

A etiam odio habere tanquam omnino malos, deóque execrandos. Ex qua quippè doctrina tanquam veriſſima ſequentia eliciuntur.

Primum, nunquam abſolutè legem antiquã odium ſuaſiſſe, aut præcepiſſe inimicorum, vt malè autumabant Iudæi: ſed tantum talium inimicorum, quam tamen etiam, quia iam ad vitam & ipſi erant aduocandi, correxit quoad hoc Dominus noſter. Vnde in hoc ſenſu rectè dicitur non Phariſæorum traditionem, ſed ipſam legem Dominum correxiſſe: nam dicere in lege illud, vt ſic generaliter extare, omnémque inimicum licitum fuiſſe odio habere, prorſus irrationabiliter affirmatur.

11 Lex antiqua nunquã odium ſuaſit inimicorum.

Secundum, illum fuiſſe ſenſum, & traditionem Iudæorum, & Phariſæorum. Qui vt inquit Sanctus Doctor in 3. ſentent. diſtinct. 30. art. 1. illud colligebant ex præcepto dilectionis amicorum: nam cum Deus iuſſerit amicum diligi, putabant ex oppoſito inimicum ex ſe odiendum; quod profecto falſiſſimum, & Scribæ, vt inquit Abulenſ. in c. 5. Matth. qu. 144. quia Dominus præcepit, vt deleretur Amalec de ſub cœlo, & perſequi inimicos ex illorum authoritate, & proprio ſenſu addiderunt generaliter inimicum eſſe perſequendũ. Quod *nunquam* (vt bene ait idem) *in toto corpore legis inuenitur ſcriptum.* Correxit ergo Dominus legem in caſu illo particulari, vt diximus, ſimúlque & malam Scribarum, Phariſæorumque traditionem, ſiue interpretationem, cum nunquam in vlla lege permiſſum odio habere inimicum, quatenus hominem, deíque creaturam, vt rectè Auguſt. contra Fauſtum, loquens contra Manichæos, qui dicebant hoc eſſe præceptum legis: *nam omnis homo*, vt rectè inquit Lyra. *ex charitate diligendus eſt, in quantum ad imaginem Dei creatus eſt, & capax ipſius per cognitionem, & amorem; amicitia enim charitatis fundatur ſuper communicationem ſuperne beatitudinis: & ideo omnis creatura intellectualis quæ in actu, vel potentia eſt beata, eſt ex charitate diligenda; mali autem homines quandiu ſunt, in potentia ſunt veniendi ad beatitudinem, & ideo licet eorum malitia ſit odienda: ipſa tamen natura poſſibilis beatificari eſt diligenda.* Ergo nunquam licitum inimicos non amare, nunquam licitum bona æterna illis non deſiderare; nunquam mala illis imprecari, ac odio habere, & conſequenter non tibi Chriſtum impoſſibilia, ac inaudita iniunxiſſe: ſed quæ à principio, quæ ſecundum omnem naturam teneris lege, quatenus, & ſi inimicus, tamen frater, & ſi perſecutor, tamen proximus, vnde & ſi difficile, tamen poſſibile; immo ſi tu vis, ſi non renuis, Dei gratia facillimum: ad quod vt diximus non paruæ, nec infimæ adſunt rationes.

12 Quo ſenſu dicatur Dominus correxiſſe legem.

13 Phariſæi vnde male colligẽbãt inimicorum odium.

S. Thom.

Abulenſ.

Auguſt. Lyran.

14 Dilectionis hominum radix, vnde, & cur neminem quantumuis malum odiquam licet odio habeti.

Sit prima quæ quando aliæ deficerent, ſola ſufficeret, quia illud Chriſtus præcipit, *Ego autem dico vobis*, duo quidem hic ponderanda ſimul, *ego, vobis*, quis præcipiens, quibus præcipit, Deus homini, Creator creaturæ, Chriſtus Redemptor, redemptis, quis non parceret perſequens Laban Iacob, Geneſ. c. 31. n. 29 ira, furore, rabie percitus occidere, mactare intendens, pepercit, nil illi prorſus efficiens, vnde tãta ei animi demiſſio? *valet* (ait) *manus mea reddere tibi malũ, ſed Deus patris veſtri heri dixit mihi, cave, ne loquaris contra Iacob quidquã durius.* Singu-

15 Inimici diligendi, quia Chriſtus aqui illud præcipit.

Matth. c. 5. n. 21. Geneſ. c. 31. n. 29.

Digitized by Google

ſa ponderanda; malum reddere poterat, *inimicum* iam poſſidebat, animum obtinebat iratum, immo paſſione obtutum, tum ex re familiari Iacob, quia ſuam putabat, tum ex furto idolorum, quæ Rachel tulerat. Vltimo attendendum præceptum, non ei enim dictum, non eum occidas, non verberes: ſed ne durius quid dicas, ne eorum te inſinues, ne altè cum eo loquaris. & totum illud obſequatur, & non quidem, quod notandum, ob Deum ſuum, ſed *ob Deum patrum veſtrum*, Deo non ſuo, quia tamen Deus, Gentibus obediuit inimico parcens, & Chriſtianus Deo non obedit ſuo præcipienti. Gentili non per ſe illud inſinuauit Deus, ſed per Angelum, & in nocte, & tantam tamen in animo fecit mutationem, vt parceret, vt malum non inferret, & ſi poſſet; & Deo nobis præcipiente per filium ſuum os ad os nobiſcum loquens, non dimittemus? *Conſidera* ait Chryſoſt. hom. 16. in Matth. à medio tom. 1. *Legislatoris potestatem, nullus enim antiquorum ita locutus est: sed sic hæc dicit Dominus, quia illi ut serui ea quæ sunt Domini annuntiabant, hic autem ut filius ea quæ sunt patris, quæ etiam sunt sua: & illi conserui prædicabant, hic autem suis seruis legem ponebat.* Egregiè, conſeruis prædicabant, mandabant, & tanta præſtabatur obedientia, filius Dei Dominus ſeruis mandat, & non parebimus? quis Rex rogans ſubditum vt parcat hic non parceret? profectò & lapides contra eum inſurgerent, ruſticum in vrbanum, ignobilem, animo demiſſum appellarent, ab omnibus propè contemptui haberetur. Ob hoc ſine honore potius quàm honoris homo deputatus, & tamen Deus ultiens, ſuadens ſeruo, ſubdito non parcens, homo honoris dicitur, qualis eſt hæc inuerſio, ſeu ſtultæ æſtimatio.

16. Chriſtianorum *nefaria*, qui Deo ſuo non obediũt, dũ Gentiles ei obedit.

Chryſoſt.

Ingens Iacob Rachel furata eſt idola patris, Geneſ. vbi ſup. duo hic indaganda, quid per idola, & cur ea furata? in hebræo enim vbi noſter *idola*, eſt *teraphim* cuius vocis germanam interpretationem apud peritos variam, & confuſam inuenimus. Aliqui putãt eſſe inſtrumenta ærea ad horarum partes agnoſcendas, ſeu Horologia, Cilindros, Aſtrolabia, ſic ex Rabinorum interpretatione aliqui. Alij vt Mercetus, *fuisse imagines ad hominum similitudinem, quæ certis horis, sub certa constellatione erectæ responsum ederent, quod influentiarum cælestium capaces essent.* Quæ vtinquit Abulenſ. ad cap. 31. Geneſ. partim hebant per Aſtrologiam, partim per Negromantiam: & talia quid feciſſe Albertum magnum caput ſcilicet hominis reſponſa dantis; quod ſanctus confregit Thomas: hanc opinionem modernus quidam quod ad capacitatem influentiarum, & ad prædictionem futurorum euẽtuum naturalium: non tamen per loquelam, ſed per naturalem quandam immutationem approbat, & quod ſine ſcrupulo fieri poſſe affirmat, verum, quæ æſtimo falſiſſimum, & omnino inanem, fabuloſamque prædictionem illam; quod oſtenderem, ni aliò me diuerterem. Alij volunt ſignificari ſtatuas imaginéſque priſcorum ſanctorum hominum, quales apud nos nunc ſunt ſancti, quorum vius bonus poterat eſſe, & malus: nam ſi vti Dei amici, & non vti dii, debita veneratione colebantur, bonus erat, rectèque domi detinebantur, ſin autem vt dij malus. Quapropter affirmant in bonum vſum, potius quam in malum in domo exiſtiſſe Labani; vnde abſque idololatriæ peccato Rachelem eam auferre potuiſſe; hæc opinio non diſplicet, dummodo ab idololatria, & malo eorum vſu non liberet Labanum contra communem Sanctorum Patrum intelligentiam. Hier. ad Marcell. epiſt. 113. pro *teraphim* etiam figuras, ſeu figurationes accepit; quod probat ex illo 1. Reg. c. 19. quando Saul miſit ad occidendum Dauid, & Michol in lecto loco eius, *poſuit ſtatuam*, Hebr. *teraphim*. Addens etiam per *teraphim* ſacerdotalia ſignificare etiam indumenta. Vltimo Abulenſ. vbi ſup. & fuſius ad c. 21. Numer. affirmat vt plurimum *teraphim* eſſe imagines hominum per quas dæmones loquebantur, & futura conſulentibus prædicebant, idque præcipuè fiebat in capite abſciſſo pueri primogeniti, & ſacrificati in honorem dæmonis: quod caput ſale conſpertum, & aromatibus conditum aſſeruabatur, ſuper cuius linguam aurea ponebatur lamina dæmonis cuiuſdam nomine inſignita, indèque dabantur conſulentibus oracula.

17 Idola quæ Rachel furata quid, & cur furata.

18 Teraphim quid. *Hieron.* *Abulen.*

At cur illa furata? Chryſoſt. quia ſtudioſa erat idololatriæ. Nazianzenus orat. de paſchate, Baſil. ad initium lib. Prouerb. Theodoret. quæſt. 89. in Geneſ. vt patrem ab idololatria reuocaret; Alij apud Abulenſ. quia erant pretioſa, vt aliquod prenoſtum faceret vas, ipſe Abul. ne ab eis ſeiſcitaretur pater iter Iacob dum reſponſa ab ipſis referre ſolebat; elige ex his quæ vis, nunc ad meum ſatis affert inſtitutum opinio Joſephi, ea ablata, vt per ea patrem placaret, propitiumque ſi neceſſitas occurreret, illum redderet & ibi, & merito: *Sigilla deorum suorum*, ait *ferebat Rachel non quòd Deos coleret, quorum contemptum à marito didicerat: sed vt si forte pater fugientes assequeretur, haberet quo confugeres veniam impetraturo.* Quam opinionem ſequitur Petrus Comeſt. in hiſtoria Eccleſiaſtica. Ex amore ergo, ex veneratione, ex reſpectu, quem erga caput illud & ſi hominis demortui, attamen quia primogeniti in dæmonis obſequium ſacrificari pater deferebat, putauit ſagax illa mulier placaturam ſe patrẽ, omnémque ipſum dimiſſurum iniuriam, ſi ei illud oſtenderet, ſi pro illo deprecaretur, proh confuſio, proh dolor: & Chriſtianus non dimittet, audiens Chriſtum Dei filium, ipſius primogenitum non pro dæmone, ſed pro ſe immolatum, dicentem: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros.* Qualis eſt hæc noſtra confuſio, qualis hæc erga verum Deum, eiuſque primogenitum iniuſtitia? qualis noſtri erga eum amoris frigiditas?

Comeſtor.

19. Chriſtianorum confuſio Deo iubenti inimicorum dilectionẽ, non parentium vnde.

Ingens Saul contra Dauid 1. Reg. c. 19. & non quomodolibet ſed vſque ad mortem, & non ex qualibet paſſione: ſed ex illa quæ vehementiſſima, quæ inexpugnabilis; nempè ex zelo, ex inuidia regni. Vnde præceperat ſeruis ſuis, *vt occiderent Dauid*: tamen audiens à Ionatha, *ne peccet Rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona tibi sunt valde, & posuit animam suam in manu sua, & percussit Philistæum, & fecit Dominus salutem magnam in vniuerso Israële, vidisti, & lætatus es.* Quæ verba ſic cum illa potentia exciterunt, vt ſtatim voce Ionathæ placatus non verbo ſimplici, ſed ex affectus magnitudine

1. Reg. c. 16. n. 1. & 4.

Digitized by Google

iuranit, visit Dominus, quia non occidetur. Et tamen de imperio agebatur, de sorte regnandi: & audiens hoc Christianus non dimittat ob Christum præcipientem, qui ei nunquam peccauit, cuius opera bona sunt ei valde, qui acerrimum eius percussit inimicum, qui tam magnam fecit salutem in Israël, qui tandem animam suam posuit in manibus suis moriens, vitámque pro ipso deperdens: clamet Paulus, & ad vocem eius contremiscat mundus: *O insensati* non Galatæ, sed Christiani *Quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est.* Ad Galat. cap. 3. num. 1. Christus præcipit, & non ei obediunt Christiani, Christus Dominus qui pro ipsis proscriptus dilectionem mandat inimicorum, & non ei parent Christiani: diabolus odium præcipit, & obediunt, quale hoc fascinum? qualis hæc dementatio? *ille prote*, ait Author Imperf. hom. 13. in Matth. c. 5. *Et filium suum per omnia humana compassionis opprobria traduxit vsque ad mortem, ille te inimicum suum adoptauit, coheredem vnigenito suo fecit, & tu vel modicam dilectionem inimico tuo reddere non vis?*

Ad Gal. c. 3. n. 1.

Auth. Imperf.

Christus ergo præcipit *ego autem*, &c. inimicis ob hoc benefaciendum, sed adde nunc quibus præcipit quod erat secundum, *vobis*, non Ethnicis, non Gentilibus, non ipsum ignorantibus, sed subditis, sed Christianis ipsum scientibus, adorantibus, nunquid Christiani si non parcent? nunquid nomine gloriari poterunt Christianorum? minimè equidem, 2. Reg. cap. 21. Orta fame in Israël consulens Dauid Domino eius originem audiuit, propter peccatum Saulis Gabaonitas occidentis, satisfactionem illis præbens; dicens: *quid faciam vobis, & quod erit vestri piaculum?* responderunt, *virum, qui attrinit nos, & oppressit iniquè ita delere debemus, vt ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius*, nu. 5. en homines vindictę, & sanguinarij, merito à regno exclusi *Israël*, & dicti quod non Israëlitæ, *porro Gabaonitæ*, ait scriptura, *non erant de filiis Israël, sed reliquiæ Amorrhæorum*, ad quid hoc adnotate? rectè Rabi Salomon; *quia si Israëlita non sic crudelis*, nunquid & tu Christianus non parcens, vindictámque expetens? hinc non Israëlitam, sed diabolum appellauit Dauid Abisai vindictam hortatus Semei. Reg. 2. cap. 19 n. 22. *Quid mihi & vobis filij Saruiæ? cur effecimini mihi hodie in Satha.* Digne hoc insignitus nomine qui homicidam ab initio sequebatur.

2. Reg. n. 21.

20 Non Christianus qui non parcit, immo diabolus.

Rabi Salomon.

2. Reg. 19. n. 22.

21 Immo diabolus.

Ar dices: non meis vindictam quæro manibus, sed iustitiæ, parco, sed querelam denuncio, optimè, ergo, & putas te ob hoc excusari, audi Philosophiam Christianam, & contremisce, in eodem Matth. cap. asserenter pronunciauit summus ille noster legislator, qui non legem soluere, sed adimplere venerat, quod si iustitia nostra non abundasset plusquam iustitia Pharisæorum, à regno certissima esset nostra expulsio num. 10. *dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Horum autem iustitia erat diligere amicos vt S. ait August. inimicos odio habere; Christus nunc præcipit inimicos diligendos: addidit perfectum, indicans non quamlibet Christianam sufficientem esse virtutem, sed perfectam: *Pulcherrimo ingressu*, ait Hilar. can. 4. in Matth. circa medium, *Opus legis cœpit excedere, aditum in cœlis Apostolis, nisi iustitiam Pharisæorum antecessent denuncians non futurum, & hoc est quod dicit, dico enim vobis.* Ergo in dilectione nostra perfectionem requirit Christus, & vt non sit sicut ea Pharisæorum. Videamus nunc in dilectione inimicorum quid ex necessitate teneor, quid ex perfectione; S. enim Doctor. 2. 2. quæst. 25. art. 8. petit, *Vtrum sit de necessitate charitatis, vt inimici diligantur?* ad quod cum distinctione respondens ait, quod si considerentur in quantum homines, necessario sunt diligendi, at si in quantum tales homines non necessario, sed tantum secundum animi præparationem in necessitate occurrente, audiamus Sanctum: *Dilectio inimicorum*, ait, *tripliciter potest considerari, vno modo in quantum sunt inimici, & hoc est peruersum, & charitati repugnans, quia hoc est diligere malum alterius; alio modo quantum ad naturam, hoc est, in vniuersali, & sic est de necessitate, vt scilicet ab hac generalitate inimicos non excludam; tertio potest considerari in speciali, vt scilicet aliquis in speciali moueatur motu dilectionis in inimicos, & istud non est de necessitate charitatis absolutè, est tamen de necessitate charitatis secundum præparationem animi, vt scilicet homo habeat animum paratum adhoc, quod in singulari inimicum diligeret si necessitas occurreret, sed quod absque articulo necessitatis homo etiam hoc actu impleat vt diligat inimicum propter Deum, hoc pertinet ad perfectionem charitatis.* Stante ergo hac sancti doctrina quæ verissima, peto nunc quando tu non dimittis omnino, sed iustitiæ vices tribuis tuas, diligis secundum perfectionem, seu dimittis secundum perfectionem, an tantum secundum necessitatem; profecto non primum, sed secundum, ergo non plus obseruas quam Pharisæi, qui necessaria tantum contenti erant dilectione; quid ergo, putásne quod intrabis in regnum cœlorum, & quod ob hoc fructus percipies Christiani status? Dices non teneor dimittere offensam, nec iustitiæ cursum impedire, iure vtor meo, non ex odio, sed ad iustam satisfactionem; vera hæc, ob quod & te graui peccato condemnare non audeo, sed quod contendo illud est, te non perfectè dimittere, Christi præceptum non perfectè obseruare; nam secundum Christianam perfectionem non solum vindicta interdicitur, sed etiam ipsa querela. Pulchrè hoc Ambr. lib. 2. de Cain & Abel cap. 9. super illa verba: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, ponderans non fratrem, non eius animam clamasse, sed sanguinem; vt omnis iniuriæ querimonia prorsus à Christiano tolleretur viro: *Non accusat frater*, ait, *ne videatur parricida*, notanda verba, *non accusat vox ipsius, non anima eius, sed vox sanguinis accusat, quem ipse fudisti, tuum te ergo facinus, non frater accusat, semel querela criminosa admittur, non potest de alieno testimonio queri, qui crimen pro-*

S. Hilar.

S. Thom.

Matth. 5. n. 10.

22 Tenor ex animo dimittere etiã coram iudice quãmque periculosũ iustitiæ vindictam dimittere.

23 Perfectio Christiana non solum iniuriam, sed querelam dimittit.

Ambros.

Digitized by Google

prio facinore confitetur. Nil melius ante Dei iudicium, & si iustè poterat, *tamen vt innocentiam, & ipsam gratiam germanitatis in ipsa morte seruaret*, vt ait S. noluit, vt tibi quomodo præceptum dimittendi, diligendique inimicos obserues, exemplum daret; non querimoniam profudit, vt simul tibi omnem criminosam querelam de fratre tolleret si Dei præceptum perfectè exequi vis, immo, vt sic dicam, si ad vitam ingredi, cum & si Christianus si perfectè non diliges, non ad illam peruenies; immo, vt interim hoc dicam, aliqui volunt, in verbis illis Matthæi, c.18. n.15. *Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum*, vt non in præceptum correptionis intelligatur fraternę, quantum remissionis propriæ iniuriæ, sic vt antequam ad iudicium publicum querelandi causa tu accedas, teneatis corripere illum eo ordine quo ibi præcepit Dominus; quod si ille se emẽdauerit, iustámque obtulerit satisfactionem, nullo modo tibi amplius licitum sit ecclesiæ, hoc est, iudici querelam dare, ac illum in iudicio persequi, quod doctissimè tum ex cõtexta Scripturæ, tum ex Patrum expositione, & sensu, tum ex sacrorum Canonum intelligentia, tum rationibus efficacissimis probat Bernardinus Arcualensis minorita in tractatu de *correctione fraterna*, conclus. 2. & licet non eam inficias ob reuerentiam Scholasticorum Doctorum ex illis verbis etiam præceptum erui correctionis fraternæ, vt vnanimiter ipsi eruunt, in quo ab Arcualensi dissentio, qui illud negat, tamen cum ipso planè sentio, & etiam præceptum inde nobis imuri, quomodo ad publicam querelã in iudicio procedere debeamus, quomodo omnino dimittere offensam, si frater satisfactionem abstulerit, si se emendauerit, vt exinde intelligas quam parum tuta sit illa excusatio remissionis particularis, sed non in iudicio, & quã parum simul tute incedis, dum nulla præmissa correptione ad querelam properas publicam; licet dicas te interius dimisisse; sed de hoc aliàs, quod nunc firmiter tibi propono illud est, ad minimum perfectè te si & in iudicio etiam non dimittis Dei legem non obseruare, ob quod in magno versaris periculo à regno Dei excludi, extorrem à cælesti fieri gloria.

Matth. c. 18. n. 15.

Christus Matth. 18. & correctionẽ fraternam inhibuit, & simul remissionem iniuriarũ, ordinemque constituit accusandi in iudicio.

Arcualius.

Acutissimè Chrysost. hom. 16. in Matth. super hæc ipsa verba Christi, *Nisi*, scilicet, *abundauerit iustitia*, &c. ponderat quod suprà dixerat Dominus, *qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum*, vbi videtur soluens mandatum non excludi à regno, licet minimus in illo, ac nunc affirmat non intraturum in regnum cælorum, qui illud non custodierit, cum idem sit soluere, ac non custodire; Respondet, idem prorsus esse minimum in regno cælorum, ac non intrare in regnum cælorum, cum per cælorũ regnum ibi Ecclesiam intelligat Christus, in qua qui minimus Christi mandata non perfectè neque iuxta Pharisæorum iustitiam seruans, non intrabit in regnum cælorum, hoc est, in gloriam, licet sit in regno cælorũ, hoc est Ecclesia, *Cum autem sit idem, aut, soluere minima mandata, & non custodire, iuxta superiora de soluente dicta quod minimus habitabit in regno Dei, hic autem de non conseruante non introibit in regno cælorum, sed vide quia minimum esse in regno, idem est & non intrare in regnum, esse autem aliquem in regno, non est regnare cum Christo, sed esse tantum in populo Christi, tanquam si dicat de soluente, quod inter Christianos quidem erit, tamen minimus Christianus; qui autem intrat in regnum cælorum gloriam non habebit cum Christo, erit tamen in regno cælorum, id est, in numero eorum super quos Christus cælorum rex regnat.* Ergò secundum Chrysostomum perfectè Christi mãdata non seruans minimus dicetur in regno cælorum, sed nõ intrabit in regnum cælorum, hoc est erit Christianus, & in Ecclesia, sed in Christi regnum non intrabit; scio te Christianum esse, & nõ peccare in iustitiæ dimittis vindictam, sed tamen scio te non perfectè Christi mandatum de inimicorum dilectione custodire. Ergo & si Christianus, minimus tamen Christianus. Attende ne Dei iusto iudicio ob hoc in aliud labaris graue peccatum, quo merito à regno excludaris cælorum, quia minimus in regno fuisti Ecclesiæ. Dimitte ergo si vis ad vitam ingredi, & dimitte quia tibi Christiano præcepit Christus, qui & te, & si inimicum dimittit, immo qui pro te etiam & suis benefacit inimicis, vt infrà dicemus.

Chrysost.

25. Minimus qui dicatur in regno cælorum.

26. Ecclesia & regnum cælorum.

27. Qui minimus in Ecclesia non intrabit in regnum cælorum.

Secunda ratio quæ nos impellere ad inimicorũ dilectionem satis deberet, nostrum profectò erit inde emolumentum, si diligemus, damnum, si odio habebimus; at quod emolumentum? vt Deum imitantes patrem, eius efficiamur filij, dum ad instar ipsius, *Qui solem suum oriri facit, & pluit super iustos, & iniustos*, Matth. 5. n. 45. nos & amicos, & inimicos diligamus, quam magna hæc merces? *& quia magnum erat præceptum, præclarum præmium subdit*, ait Chrysost. hom 18 in Matth. scilicet fieri similis Deo, vnde dicit: *vt sitis filij patris vestri*, de qua te dicerem nisi in 1. tom. hom. 92. dixissem; nunc vt ad inimicorum benignitatem te adducam, verba illa expendere libet scilicet, *qui solem suum oriri facit, & pluit super iustos, & iniustos.* In quibus quale tibi exemplum in hoc æternum præbet sanctissimus pater intelligens pudore afficiatis si non remittis, si inimicum non diligas. Vnde duo in illis ponderanda.

28. Emolumẽtum inimicorum dilectionis Dei filiatio.

Matth. 5. n. 45.

Chrysost.

Primum, Christum exempla posuisse in illis rebus, quibus homines delectant: in sole quo segetes, campi, animalia crescunt, viuunt, & saginantur, in pluuia qua terra, herbæ, arborumque fructus, in quibus toræ hominum diuitiæ. Ergo solem suum Deus oriri facit, & pluuiam immittit, in campos illos, in segetes illas, in animalia illa, eorum hominum quos scit iniustos, & peccatores, qui ex actu peccant, & in statu sunt peccati, & qui ad ipsum offendendum, crucifigendum, & vt sic dicam dilaniãdum diuitias illas, ex campo, ex animalibus prouenientes consumunt, sic, vt actu peccante homine, ac peccatum exercitante, ipsumque Deum ostentui habente, actu Deus super eius res, eius campos, eius animalia, solem influat, pluuiam mandet vt saginentur, vt crescant, vt viuant, qualis hæc misericordia? qualis hæc inimicorum dilectio?

29. Christus beneficentiam patris exemplari cum posuit in sole, & pluuia.

Mirum, graui iniuria à Rege iniustus Dauid Ammonitarum, 2. Reg. 10. vtpote legatos viros

2. Reg. 10.

grauissimos contra ius gentium summè dehonestans, eorum deradens barbam, vestésque præscindens, ad multam eorum, eorúmque principis ignominiam, quo nulla illis temporibus maior, immo nec istis; quòd enim dedecus maius, quàm homini splendido, ingenuóque dimidiam euellere barbam, dimidiare vestes vsque ad nates eo vel maximè, cum vt ait *Liran.* Lirã. Hebræis nullum fuerit nisi sacerdotibus femoralium vsus; quapropter & illas demonstrare partes eis necessarium, quas ob humanum seduxit natura pudorem; qualis similis ignominia, nouúmque dedecoris genus? tangere aut apprehendere alterius tantum barbam, olim sic probro fuit, vt Alexander teste *Plutarch.* Plutarcho in Apoph. Alexand. militibus prælium inituris mandauerit *vt barbas raderent*; quanta ergo maior fuerit Dauid legatorum, dum non barbam, sed dimidiam ralerunt? summa ergo extitit ignominia, summa infamia, summum in Dauid dedecus; quod vtique ipsimet persenserunt, vnde statim ad bellum se accinxerunt. *Videntes autem filij Ammon, quod iniuriam fecissent Dauid, miserunt, & conduxerunt mercede Syrum*, auxiliares copias accientes, proprias quod non sufficerent existimantes; sic grauitatem pensitabant iniuriæ vt nullo modo inultam putarent eam dimittendam à Dauid, quod & fecit, sic crudeliter, vt sic dicam, vt hac vice & modum excesserit, & ferè se inhumanum præbuerit, dum sic eos cõtrinit, vt dicat Scriptura c. 12. quod eos serrauerit, diuserítque cultris, *& circa egit super eos ferrata carpenta*, omnino eos sub eius Deus tribuens potestatem, deuincens, debellans ipsos, copiásque eorum auxiliares, sic vt bis Syros superaret, summámque ex eis accipiens victoriam; immo ad summam eum Deus prouehens gloriam fecit, vt ferens diadema Regis scilicet Ammon, *de capite eius pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas suo capiti imponeret*,

30. Dei in ingratitudo erga Deum in peccato Vriæ quanta.

En quãtus, en qualis triumphus? qualisque de inimicis Dauid vindicta? vis nunc scire, quo hoc fecit Deus tempore? quando Dauid eius inimicus, quando actu cum Bersabea versabatur, quando actu adulter, & homicida sanguinem fundens innoxium, in ipsomet bello quo Deus pro eo pugnabat, cum Vrias in illo interemptus, quod tunc pro Rege agebat Ioab remanente Dauid Hierusalem, vt patet vbi suprà c. 11. immo vt aliqui volunt, non prius Dauid ad Deum conuersum, quam post expletam Ammonis Regis vindictam, & non prius Natan ad illum venisse, quàm post triumphi gloriam. Ergo dum Deus in campo pro Dauid inimicos suos debellans, hostes deuincens, copias armans, animum, virésque militibus præbens, hos seruans, illos deperdens, iniurias vindicans, honorem restituens, inuictum, gloriosúmque reddens Regem, tunc eodem prorsus tempore Dauid cum eo amicitiam disrumpens, eum derelinquens, blasphemare eum faciens, honorem auferens, fœdè contra illum peccans adulterauit, occidit, qualis hominis ingratitudo? qualis Dei beneficentia? & cum Deus hoc faciat cum inimicis, tu homo non talis hoc exemplo ductus benefacies? Deus sanctus, nunquam impius, te tuũmcum diligit, ac benefacit, & tu impio; & (o impossibile inimi-

Sanchez. hic.

31. Eo hominis inimicos propter Deum non diligens.

A corum beneuolentiam dicis, qui impius vt illi; *prius te dilexit impium Deus*, ait Augustinus vt in Glos. *qui nunquam fuit impius, tu autem & si iam non es impius, fuisti tamen aliquando, quia nemo fit iustus nisi ex peccatore.* Immo Deus impio pro te, qui & si modo iustus, aliquando impius fuisti, parcit, & ne te lædat suo benefacit inimico, & pluit illi, ne tibi pluuia deficiat, & solem super illum oriri facit, ne tibi occidat, & tu pro Deo qui nunquam impius, nunquam tibi inimicus, tuum non diliges? *Pluit*, dixit Dominus, *super iustos, & iniustos*, non prius posuit iniustos, sed iustos, vt inuitel igeretur propter iustos iniustis, & inimicis eum benefacere. *Cautè autem dixit*, ait Chrysost. hom. 15. in imperf. *super iustos, & iniustos, & non super*

B *iniustos, & iustos, quia omnia bona Deus non propter omnes homines dat super terram, sed propter paucos sanctos: contentus est enim magis, vt peccatores contra meritum suum bonis Dei fruantur, quàm, vt iusti contra meritum suum à bonis eius defraudentur.* Egregiè, pro sanctis peccatoribus, & inimicis benefacit, qui aliquando fuerunt & iniusti, & tu non benefacies, cum pro te, & amore tui Deus & suis benefacit inimicis.

Secundum quod notandum est illud *suum solem*, non benefacit de alienis, sed de suis, & tu non benefacies de iis quæ tua non sunt, sed aliena, eius nempe qui tibi hoc præcipit? pulchrè hoc adnotat Augustinus, lib. 2 de serm. Domi-

C ni, c. 13. & 14. dicens: *Non autem ait, qui facit solem oriri super bonos & malos, sed addidit suũ, id est quem ipse fecit, atque constituit, & à nullo aliquo sumpsit vt faceret, vt hinc admoneremur, quanta liberalitate inimicis nostris ex præcepto eius præstare debeamus, quæ nos non creauimus, sed de muneribus eius accepimus.* Dei sunt quæ habes non tua, tu minister, tu eius distributor. *opinio quædam irrepsit*, ait Chrysost. apud diuum Thom. in c. 16. Lucæ, *ingenerata mortalibus, augere crimina, minuit bona, ea vero est opinari, quod ea quæcumque possidemus in vsu vitæ, possideamus vt Domini, & ideo etiam opportunè ea apprehendimus tanquam bona præcipua; sed contrarium est, non enim nos vt domini in vita præsenti collocati sumus in propria domo, sed tanquam hospites & aduenæ; ergo quicumque sic noueris te esse dispensatorem alienorum, & transitorij vsus, & breuis tibi iura concessa sunt.* Ergo Deus præcipit vt de suis des, non de tuis, qualis rebellio, siue præsumptio non dare, non benefacere si inimicus? nunquid eis de tuo dabis? *Laudauit Dominus villicum*, Luc. 16. n. 8. *quia prudenter egisset*, benefaciens & si non de suis, sedule eis quæ domini, & quia ei in emolumentum tamen & si non sua dederat, sed eius, laudauit, atque factum: quoad industriam approbauit, & tu iubente domino rerum de inimicis non facies tibi amicos de eis quæ non sunt tua, sed sua? *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis aut Dominus, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.* Quid est mammona iniquitatis? Doctores omnes, diuitiæ male partæ. & quales hæ erant; ni fallor illæ prorsus, quas ei sustulerat villicus qui diffamatus erat apud illũ *quasi dissipasset bona ipsius*, cum secundum Ambros. in Luc. Chrysostom. apud diuum Thom. Augustinus lib. 2. quæst. Euãg.

Augustin.

32. Deus pluit iniustis propter iustos & cur.

Chrysost.

33. Bona Deus malis confert propter paucos sanctos.

Luc. 16. n. 8.

Augustin.

34. Diligere debemus inimicos, quia non nostri, sed Dei fiamus, non nostra damus sed Dei.

Chrys.

35. Homo non dominus, sed hospes.

36. Mammona iniquitatis quid.

Ambr. Chrysost. Augustin.

Digitized by Google

Beda. Theophyl. Euthim.

quæſt. 54. Bedam, Theophylact. & Euthim. omnes homines diuites per villicum intelliguntur, & præcipuè qui ex malè partis vti erat villicus, qui diſſipans bona domini ſui, & ea vti eſſet dominus diſtribuens cęteris, ſic fecit vt non eſſet amplius mendicus, vt mendicitatem non timeret. Ergo ſua dominus deuictus charitate monet, vt ad beneficium tuum ſua diſtribuas, quæ illi eras furatus, & tu ob ipsũmet bonum tuum, ipſo præcipienti, non ob bonum ſuum non diſtribues quæ ſua? & ſi inimicis? at qui erant illi debitores, quibus iſte benefecit? Ambroſius, Hieronymus, Theophilactus, Pauperes, Maldonatus omnes homines; intellige & ſi peccatores, quos certè ſignificare videtur, dum domino debitores erant; diſtribuit ergo villicus, quæ domini, & quidem non amicis, ſed eius, & domini inimicis. & tamen eum laudauit dominus, non indignatus, quia villici conſiderauit emolumentum; vnde & inimicis ſuis quod benefactum non curauit. Ergo, & ſi Dei inimicis tu diſtribuis, ſubuenis, ſuccurris, tua Deus curans, non ſua, hoc laudat, vt ſimul ſuadeat, etiamſi ſua non tua tribuas, & tu ob eius amorem inimicis tuis de nõ tuis non benefacies ob tuum, non Dei emolumentum? &, vt filius Dei ſias, non ſolum amicum, ſed inimicum etiam non diliges? Diliges ergo vt tantum bonum aſſequaris, vt tantam dignitatem, filiationem nempe Dei, & quod maius, eius aſſimilationem, vt velut alter Deus amorem tuum, beneficentiam tuam, ſolem vt ſic dicam tuum oriri facias ſuper amicos, & inimicos.

Ambroſ. Hieron. Theophylact. Malden.

37. Villicus laudatus etiam ſi bona domini diſtribuiſſet eiuſdem domini inimico.

At ſi noſtra inimicorum dilectionem perſuadent emolumenta, non minus equidẽ damna ſi eos odio habebimus. Primum, hominem ſic conſtituere vt neminem diligat, & à nemine diligatur, quæ maior miſeria? *Nullus eligeret viuere ſine amicis*, ait Ariſt. ethicor. 8. c. 1. *habens omnia, nam omnis homo naturaliter omni homini amicus eſt.* Et Cicer. 1. de amicitia. *Quis eſt proborum, atque hominum fidem, qui velit vt neque diligat, neque ipſe diligatur ab vllo?* nã ſi cuilibet in animo ſit tantum amicum diligere, & inimicum odio habere, cum talis ſit noſtra vita, & ſic mundus in maligno, vt qui hodie amicus eras inimicus, & viciſſim cui hodie tu amicus, cras eris inimicus, profecto eueniet vt neminẽ diligas, & à nemine diligaris. Hinc egregiè author imperf. hom. 13. concludit non tantum propter inimicos, quãtum ob noſtrum proprium bonum Deum inimicorum dilectionem mandaſſe, ne ſcilicet omnes odio haberemus, & ab omnibus viciſſim haberemur, *Cum ſit mundus iſte ſcandalis plenus*, ait, *ſi amicos voluerint diligere tantum, non poterunt inuenire quos diligant, hodie enim iſte illum offendit in re tali, erat ille iſtum offendet in altera re, & ita fit, vt ſi decreuerit homo inimicos ſuos odire, neceſſe eſt vt odiat omnes, & odiatur ab omnibus. Vnde ex odio inimicorum præciditur etiam dilectio.* Pulchrè, odium inimici præcidit dilectionem amici, neſcit amicum amare, qui ſcit inimicum odio habere; nam cum vna ex præcipuis amicitiæ circunſtantiis ſit conſtantia perennitáſque amoris, ſicut nullo alio commutari debeat bono; vnde Ariſt. ethic. 8. c. 4. *ſola amicitia bonorum honeſtorum immutabilis eſt*, & ſic ad

Author. imperf.

40. Ob noſtrũ bonum dilectio præcepta inimicorum.

Ariſt. Cicero.

38. Damna inimicorum odii

39. Qui inimicos non diligit ſine amicis conſtituitur.

A amicum quiſquam ſe debeat habere, ac ad ſe ipſum, teſte eodem lib. 9. *Amicus*, ait, *ſe debet habere ad amicum ſicut ad ſe ipſum, quia amicus eſt alter ipſe*, vnde ſicut nunquam quis ſe odio habet, neque ſecum amicitiam diſrumpit, ſic etiam nunquam debet & cum amico. Si ergo perennitas eſt de intrinſeca ratione veræ amicitiæ, quomodo poterit eſſe in illo perennis, qui tali conſtitutus eſt animo, vt amicum diligat, inimicum odio habeat? Hinc inimicorum odium, vt bene Chryſoſtomus, amicorum præſcindit dilectionem; ex quo rectè concludens ait; *Vnde puto quod non tantum pro inimicis noſtris Chriſtus illa mandauit, quantum pro nobis, non quia illi digni ſunt vt diligantur ab aliquo, ſed quia nos non ſumus digni vt aliquem odiamus, odium enim ſpiritus eſt tenebrarum, & vbicumque inſederit ſordidat pulchritudinem ſanctitatis: ergo non tantum ideo iubet diligere inimicos vt diligamus, quantum vt à nobis ipſis quod malum eſt repellamus.* Quid pulchrius? tibi Chriſtus conſulit, non inimicis, quando tibi odium interdixit, talem de te æſtimationem habuit, vt quia odium ſpiritus ſit tenebrarum, *tu autem lucis filius*, tuæ dignitati conſulens illud interdixit, vt totus lux eſſes, totus ſimul ſplendidus; cum è contrario totus eris tenebræ, ſi ſpiritus in te reſideat odij, qui tenebrarum.

B

Secundum damnum, & maximum; quia & ſi cætera mortalia grauia ſint, hominemque occidant, tamen odium fratris, non ſolum occidit, ſed etiam ad mortem ducit æternam; ſic vt ſi ad odium, & vindictã viderim aliquem ſic propenſum, ſic obſtinatum, animo ſic ferino, obſtinatóque vt nullo modo velit remittere, aut condonare abſque vindicta, poſſum probabiliter iudicium de tali proferre morale infallibiliter in mortem incurſurum æternam, ac pro illo tanquam de re acta orare deſinere; attende quod dico, non aio deſperatam eſſe illius ſaluationem, ſic, vt impoſſibilis ſit eius ſalus, & ſi aliqui immerito hoc dicunt; tamen affirmo, in tali ſtatu huius ſaluationem ſtare, vt prudenter ac moraliter iudicando poſſim elicere infallibiliter ſe condemnandum, ac iuſtiſſimè à Deo illa gratia deſerturum, ſine qua vllo modo ſaluabitur, ac ideo pro illo non orare; ſic Deo exoſum eſt fratris odium, ſic obſtinata voluntas non parcendi; ad quod probandum me iudice ſatis ſupérque eſt authoritas Apoſtoli ſanctiſſimi Ioan epiſt. 1. c. 1. n. 16. vbi permittit non orare pro illis qui peccant ad mortem: *Qui ſcit*, ait, *fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem, eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis.* Scio locum eſſe difficillimum, intelligentiámque obſcuriſſimam; qua nulla in tota ſcriptura maior; cum amplius quam quatuordecim ſint in his verbis authorum ſententiæ, quas mihi nunc in animo non eſt examinare, ſed ſimpliciter meum proferre ſenſum cum Oecumenio, qui affirmat peccatum ad mortem, hoc eſt, quod ad mortem conducit æternam, eſſe memoriam iniuriarum cum propoſito vindictæ, nulloque animo remittendi. Quæ ſententia placet Lorino, & meritò; nam cum Ioannes totus ſit in fraterna charitatis commendatione, & de fratre

C

D

41. Non potuit vetus eſſe amicus qui inimicum non diligit. *Ariſt.*

42. Nolens diligere inimicum & in hoc obſtinate ſe habens diſque præſumitur præſens & poteſt pro illo orasse interim.

Ioan. epiſt. 1. c. 1. n. 16.

43. Peccatum ad mortem & memoria iniuriarum cum deſiderio vindictæ.

Oecumenius. Lorin.

Digitized by

odiens, scripsit dixerat quod *in tenebris ambulat, & nescit quo vadat*, c.2. n.5, *non esse ex Deo*, c.3.n.10. *similem esse Cain*, ibidem, n.12. *manere in morte*, c.16, n.14. *homicidam esse*, ibid. n.15. *non nosse Deum*, c.4.n.8. *mendacem esse si se diligere Deum dicat*, ibid. n.20. & in hac epist. in hoc c. de charitate tractet Dei eam in eius ponens obseruatione mandatorum n. 3. *Hæc enim est charitas Dei vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt.* Profecto cum præcipuum ex Christi mandatis sit inimicorum dilectio, iniuriarum remissio, sit vt præcipuè de huius mandati fractione peccatum intelligat Ioannes ad mortem, pro quo & si non iubet non orare, permittit tamen vt non oretur; nec longè ad hac opinione est August. lib. in serm. Domini, c.22. vbi sic: *Peccatum fratris ad mortem puto esse cum post agnitionem Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, liuidentia facibus agitatur.* Vbi licet Augustinus illud dicat peccatum esse ad mortem ob liuidentiam, & liuorem impugnare veritatem sciens esse veritatem; & post Christi gratiam acceptam contra ipsam pugnare gratiam pro quibus asserit non orandum; *Sicut Paulus*, ait August. *propterea non orat pro Alexandro*, 2. Timoth. 4. n. 14. *quia tam frater erat, & ad mortem id est, liuidentia facibus fraternitatem oppugnando peccauerat*; tamen quatenus odium pertinax consimilem habet etiam malitiam, dum scit quis Christi præceptum, veritatem agnoscit, dilectionem necessariam sentit, dimissionem ad vitam æternam vnicè conducibilem, & tamen ex maleuolentia, odio, proteruia, obstinatione non extraneum, sed fratrem odit, idem videtur patrare, ac ex liuidia ipsam oppugnare veritatem, cum hic ex odio ipsam non solum oppugnat, sed contemnat. Quæ Ioannis sententia ex eo amplius formidanda, quatenus ipse neminem despiciat, omnes summè diligi velit, ad omnes charitatem habere, & tamen pro talibus permittit, *vt non roget quis*, ab illa vniuersali dilectionis regula hos eximens, quasi in spiritu, & diuina præuidens reuelatione horum salutem apud Deum deploratam, licet non apud homines, & ideo & si permittit orare, non iubet, immo dimittat, vt non oretur. Quid durius? quale malum grauius? quale peccatum magis timendum?

Augustin. 44. Est etiam impugnatio veritatis ex liuore. 2. Timoth. c.4.n.14.

Certissima est illa regula Augustini de corr. & gratia, cap. 15. tom.6. nos pro omnibus orare debere, omnibus salutem desiderare; quia quales de numero non sint prædestinatorũ nescimus. Vbi explicans illa verba Lucæ 10. *In quãcunque domum intraueritis primum dicite pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis requiescet super eum pax vestra.* Adnotat dictum *si ibi fuerit*, non *si ibi erit*, quia non ex pace fiet prædestinatus, sed quia prædestinatus, cadet super eum pax, vnde eliciit quod cum nesciamus nos prædestinationem, omnibus tenemur annunciare pacem, omnibus bene velle, pro omnibus orare. *Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu vt omnes saluos fieri velimus.* & infrà? *Quia ergo nos qui salui futuri sumus nescientes omnes quibus prædicamus*

Augustin. 45. Pro omnibus orandum.

hanc pacem salutis fieri vellet Deus iubet. Ergo cum Ioannes pro talibus permittit non orare, quid dicendum? aut quale de eis iudicium ferẽdum? ipsi viderint. Deum testor quòd dum hæc scribo totus contremisco, pauco, horreo; scio non esse Oecumenij infallibilem sententiam, scio aliter alios interpretari, sed scio possibilem, & probabilem, & quod nullo Theologiæ principio repugnet, statuto semel, quod & si nullius salus dum in hac est vita sit omnino deplorata, tamen quod iusto Dei iudicio possit illa gratia priuari, sine qua infallibiliter non saluabitur, & hoc ex Dei reuelatione constare posse; ergo dum tantum pro condemnatis, ac pro præscitis non sit orandum iuxta illud Domini nostri Ioan.17. n.9. *Non pro mundo rogo*, & Ioannes dicat, *vt pro peccante ad mortem non roget quis*, & probabiliter sit qui dicat pro tali peccato, peccatum intelligi odij, & inimicitiæ & intemissionis iniuria, nónne consequenter intelligitur reuelatum Ioanni omnino apud Deum talium esse definitam sententiam, & in numero esse condemnatorum? videat qui dimittere non vult, & sibi suam ipsemet scribat sententiam, suam augurãs futuram. Et ex quorum sit numero, ex suo se iudicet animo; cum durum profecto videatur, vt ait Sapiens Sidrac, Eccles. c.28.n.5. *Ipse cum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo, & homo homini reseruat iram, & à Deo quærit mercedem*, vbi interl. *indignum est Deum esse ei propitium, qui crudelis est in proximum.*

Ioan.c.17. n.9.

Eccles. c. 28.n.5.

Tertium damnum, & maximum est nó proficere homini ad dimissionem obstinato eleemosynam; vnde cum ad multitudinem peccatorum diluendam quasi vnica sit eleemosyna iuxta illud Daniel. c.4. n.13. & Tob. c.4. n.7. & Eccles. c.3. n.33. quid de se sperat cui necessaria est eleemosyna? Pulchrè adnotat S. Eligius Nouiomensis Episcopus, hom.8. in Cœna Domini, ea remedia Deũ omnibus præcepisse quæ non solum diuitibus, sed pauperibus etiã præsto esse possent, vt sic nemo excusari posset ad vitam æternam necessaria sibi deesse; qui nõ alia affirmat, nisi vnam eleemosynam; vnde diuitibus, pauperibúsque eleemosynam præcepit, diuitibus vt dando pauperibus dimittant inimicis; pauperibus vt & ipsi etiam eam præbeant, iniurias dimittendo, quod genus eleemosynæ est nobilius: *Pius & misericors Dominus*, ait, *sciens infirmitatem generis humani sine qualibuscunque peccatis hanc vitam non posse transigere, talia medicamenta dignatus est prouidere quæ non solum diuites, sed etiam pauperes absque vlla excusatione possent peccatorum suorum adhibere vulneribus. Quæ autem sunt istæ medicamenta illa vtique duo de quibus Deus dixit; date, & dabitur vobis Lucæ 6. c. Dimittite, & dimittetur vobis*, Marc. 11.c. *Date, & dabitur pertinet ad eleemosynam qua datur esurientibus, nudis, atque captiuis; dimittite, & dimittetur vobis pertinet ad eleemosynã per quam indulgetur omnibus inimicis, dicente Domino, si dimiseritis hominibus peccata eorum, pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra, satis delicatè nobiscum agitur, quando in potestate nostra datur qualiter iudicemur in die iudicij.* Egregiè, vbi duo ponderanda; Primum iniuriarum dimissionem eleemosynam aptissimè

46. Possibile vt Ioanni fuerit reuelatum obstinatorum in odio inimicorum deploratam esse salutẽ.

46. Nolens inimico parcere eleemosynæ fructum perdit. *Dan. 4. 13. Tob. 4. n.7. Eccles.3. n.33. Eligius.*

47. Deus remedia salutis in iis rebus posuit quæ conueniunt diuitibus & pauperibus.

48. Dimissio iniuriarũ est nobilissima eleemosyna.

Digitized by Google

49. Rabbetes iniurias facilius dimittentes ob hoc & facilius vitam lucrantur æternam.

dici, quatenus dat, ac remittit difficilhora debita, grauiora onera; ex quo fit vt generaliter loquendo plus pauperes, diuitibus dent, quam accipiant, dum eis iniurias condonant, quas ordinariè patiuntur, & quia ad dimittendum ferè faciliores inueniuntur pauperes, quam diuites; hinc horum salus amplius certa quam diuitum. Lætetur ergo pauper, & exultet; nam & si pecunias ad eleemosynam non obtineat nec suppetant, suppetit dimissio iniuriarum nobilior eleemosyna, Deóque acceptior, & non solum quia pauper impotens elargiri, cælorum regnum ei non clauditur, sed ex dimissione panditur sic, vt facilius ingrediatur, facilius penetret.

50. Vnusquisque sibi ex dimissione, aut retentione iniuriarum scribere suam potest sententiam.

Secundum notandum nos nostram posse scribere sententiam, nam quid de extrema quæris qualis futura sit? attende quo animo erga inimicum sis, & scribe, nam si absoluis, absolueris, si dimittis, tibi dimittetur; nam vt recte idem Sanctus: *Qui hæc implere noluerit ipse sibi sanuã diuinæ misericordiæ claudit, quia quælibet reliqua opera quæ quisque fecerit omnia enacuabuntur, si in eo charitas non fuerit, quæ non solum amicos, sed etiam vsque ad ipsos perueniat inimicos*; reliqua omnia affirmat euanuari vbi odium non derelinquitur, vbi iniuria non dimittitur. Et equidem rationabiliter; nã quid te iactas in pauperes tua distribuere si te ipsum non das Deo, nunquid tua vult Deus, an te? te vult, non tua, & nisi cum tuis sedes, tua non respiciet, *Redde quæ sunt Cæsaris Cæsari*, dixit Dominus noster, Matth. c. 22. n. 21. *& quæ sunt Dei Deo*, quæ sunt Cæsaris? nummi, quia insculptam Cæsaris habent imaginẽ, quæ sunt Dei? anima tua quæ Dei impressam tenet similitudinem; ô belle das Deo imaginem Cæsaris, diabolo imaginẽ Dei, & vis vt Deus hoc tuũ accipiat sacrificiũ, quod Cain non Abel; cuius peccatum vt sæpè ex sanctorum doctrina diximus in non recta donorum diuisione stetit, dum bona pro se, flaccida Deo reddebat, sicut eleemosynas, nummos, qui sunt Cæsaris, Deo, animam tuam quæ est Dei diabolo offers, nónne malè diuidis, & ex ipsa diuisione ampliorem reperias condemnationem? ô quam egregiè idem Sanctus: *Rogo vos*, ait, *vt diligentius consideretis, & quantum potestis expanescatis vel caueatis, ne vobis ille crudelis humani generis inimicus ita subripiat quomodo solet incautos, & negligentes iniqua calliditate decipere; nã aliquibus homicidiis, raptoribus, & adulteris, incestuosis, & sacrilegis vanam seueritatem ingerit, vt cum crimina quotidiana committant, putent quod Deus corruptus iudicum more pecuniam accipiat, & peccata dimittat.* Nil melius, corrupti est iudicij plus pecuniam æstimare, quam iustitiam, quam rectum; qualis ergo rectitudo erit illius iusti iudicis, si ad tribunal eius te accedente peccatis onusto, & corde maleuolo, pecuniis tamen onerato, vt pecunias accipiat, téque absoluat immeritum; *Accipit planè Deus pecuniam*, sequitur Sanctus, *& eleemosynis delectatur, ea tamen ratione, vt vnusquisque peccator, quando offert Deo pecuniam, offerat illi animam suam; nam quænam fratres iustitia est vt aliquis criminosus pecuniam suam per eleemosynam Deo offerat, & animam suam diabolo per iniqua opera tradat, in pecuniis immanifestum Deo, & in ipsius imagine Dei tradit diabolo, cum Dominus dicat in Euangelio: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo* Nil pulchrius, duas habes pecunias, animam, quanta nobilitatis distantia inter hæc nemo ignorat, qualis vnius, alteriusque æstimatio quilibet scit, vile quid pecunia, anima nil pretiosius; Quod cum ita sit, puras Deo fatis factum si vile illi tribuas, diabolo pretiosum; si charitatem diabolo, si pecunias Deo? quid pecunia cum charitate? ergo vana est eleemosyna illius qui manum Deo tribuẽs, cor diabolo tradit, qua euanescente quæ peccatori amplius spes remaneat? videat ipse.

51. Inimico parcere qui non vult malè diuidit dum eleemosynam largitur infimum Deo, primũ diabolo præstans.

Matth. c. 22. n. 22.

A

B

C

D

At dices, vera omnia, sed rem esse perdifficilem, vt in principio diximus, ac quasi animo te destitui ad iniuriam remittendam, homo cum sis nobilis, & clarus? Ob hoc ne longior sim concludam, modum tibi tradens quo facilè dimittas, quo in fratrem non insurgas; quo & si læsus non irascaris, accipe illum ex diuo Basil. hom. de ira, qui expendens mansuetudinem Dauid dum contra maledicum Semei non irascebatur, & si contumeliosa in eum & dicta & facta iactabat, dum ad verba lapides adiungebat, 2. Reg. c. 16. sic ait. *Quamobrẽ cum audisset se virum sanguinum, & iniquum vocari, minimè succensuit, sed tolerando sese humilem reddidit, ac meritam sibi infligi contumeliam putauit; ex quo duo tibi ad custodiendam animi constantiam traduntur. Primum ne te rebus magnis parem dignúmve iudices, deinde neminem valde infra tuam esse dignitatem, atque æstimationem putabis*; Expende antidota, & eorum agnosces virtutem, cur non dimittis lacessitus iniuriam? quia ob iniuriam fremis, illatam; & cur fremis? quia rebus magnis, non iniuria te dignum reputas? & cur non vis dimittere? quia lædentem infra te, te supra illũ æstimas, tu te Deum, illum vilem reputans homuncionem. Hinc ardor, hinc animus irremissiuus, quod vt exemplo constet Scripturæ, cur Cain Abel occidit? cur & si Deo hortante iram non dimisit? profecto & quia rebus magnis se dignum reputabat, quia fauore maximo apud Deum se exaltari sperabat; & dum imparem sibi Abelum fratrem reputat, dum præclarum vidit, sic ira exarsit, sic odium imbibit vt obstinato animo pro nihilo Dei ducens monitionem fratrem occideret; fecisset hoc & Esau, vt noster ait Sapiens nisi Iacob iræ eius cedens fugeret, quem quia mansuetus mitisque, *deduxit Dominus per viae rectas.*

Diuus Basil.

52. Antidota contra vindictæ desiderium ex Basilio.

Num 11. *In fraude circumuenientium illum adfuit illi, & honestum fecit illum*, &c.

Commentum literæ.

Connexio capitis.

ID quod ante dixerat, nunc explicit, de opibus scilicet Iacob, adiicit tamen fraudem à Labano illi decem exhibitam vicibus, vt mox dicemus.

In fraude, &c. Alij *in superioritate inualescentium in eum*; Iansenius, *in anaritia opprimentium eum*, Vatablus, *cum per anaritiam opprimeretur*, in idem reincidunt, auari plus habendi, quam alij cupidi, dum iustè alterum superare non possunt, fraude satagunt, quod

Iansen.

Labanus cum Iacob peristitit, vt ipse cum suis
Genes. 31. n. 7. est conquestus vxoribus Genes. 31. n. 7. dicens *Sed & pater vester circumvenit me, & mutavit mercedem meam decem vicibus*, at illi astans Deus, superiorem in omnibus constituit.

HOMILIA XXI.

Auaritia magnum malum.

ASTITIT Deus suo in fraude circumuenientium, hominum scilicet rapacium, auaritiæque summæ, qualis Labanus, qui virum ingenuum pro seruo habuit, & filias quasi captiuas auarus vendidit pater. Quid auaritia sordidius? quæ ipsas sordidat diuitias, & ex diuite pauperem hominem faciens. *Pauper enim is est*, ait Basil. orat. 15. de auaritia, *qui multis opus habet; vestra verò ista nimia habendi cupiditas quæ expleri nunquam potest multis rebus vt indigeatis facit.* Quæ ad ruinam hominis sic intenta reperitur vt facilius sit, vt sic dicam, solem sistere, quam ab auaritiæ malo hominem liberare.

Basil. 1. Auaritia ex diuite hominem pauperem facit.

Intrepidus, constans, fortis populi Israëlitici animus, sic ad paucorum hominum aspectũ trepidauit, vt terga vertens fœdè ceciderit Iosue cap. 7. n. 5. Explorantes fortitudinem ciuitatis Hai filij Israël, ac hominum multitudinem, sic illos contempserant, vt Iosue dicerent, *Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatem, quare omnis populus frustrà vexabitur contra hostes paucissimos?* & tamen cum hoc esset, vix prælium inierunt, ac victi retrocesserunt. *qui fugientium terga vertentes percussi sunt*, tali quippe timore, vt dicat Scriptura, *quod cor populi tabuerit aqua liquefactum est.* Vnde ergo tantus timor in populo sic forti, sic munito, ad vincendum assueto? sanè ab auaritia, Achan sustulerat de anathemate plus ista potens ad populum perdendum, quam sanctitas Iosue ad seruandum, & licet hæc solem sistere potuit, auaritiam tamen compescere non valuit, vt inde discas non hyperbolem fuisse potius solem quempiam sisturum, quam auaritiam curaturum: *Propter auaritiam præcipitatus Achan*, ait Amb. lib. 2. offic. c. 26. *in exitium deduxerat totam plebem parentum; itaque Iesus Nave, qui potuit solem sistere ne procederet, auaritiam hominum non potuit sistere ne serperet, ad vocem eius sol stetit, auaritia non stetit. Sole itaque stante confecit triumphum; auaritia autem procedente perdidit amissæ victoriam.* Egregiè: facilius quippe est solem sistere, ac totam cæli machinam cum illo, quam auaritiam; quia cum vna dependeat à Deo actio, altera ab homine, facilius est quodlibet miraculum à Deo impetrare, quam concupiscentiam auri ab homine eripere. *Quæ*, vt idē inquit Sanctus, *vetus, & antiqua est cum ipsis diuinæ legis incipiens oraculis; immo propter ipsam reprimendam lex data.* Mirum hoc vltimum, vt ex decem præceptis quæ Dominus populo inhibuit, Exod. c. 20. in quibus tota lex, dicat Ambrosius, eam latam ad opprimendam auaritiam, cur non ad idololatriam exterminandam, cur non ad blasphemiam, cur non ad festorum sanctificationem, &c? sed tantùm ad auaritiam reprimendam? Sanè, non quod etiam ad cætera lex non data, sed quia sic in hominũ animis insita auaritia, desiderium-que auri, vt penè contra eius naturam aurum non concupiscere, ideo & si ob cætera, cum nullum sic reprimat lex affectum, nullus vicissim sic ei obstet, ideo optimè Ambros. ob eam reprimendam dixit legem latam.

Ambr. 3. Ratio. *Exod. c. 20.* 4. Ad auaritiã reprimendam lex data, & cur.

At quid, amplius aliquid audeo dicere sic ob vnam auaritiam lex lata, quia vnà confringendi præcepta ratio auaritia, quod facilè per singula discurrendo patebit; idololatria primo interdicitur, *non habebis Deos alienos coram me*, c. 16. n. 3. At vt inquit Tertull. lib. de idololat. c. 1. *Quæ idololatriæ solemnitas sine ambitione cultus & ornatus? in illa lasciuia, & ebrietates cum plurimum ventris, & libidinis causa frequentantur.* Quæ omnia cum pecuniam postulent, profectò sine auaritia, aurique desiderio non perficiuntur. Secundò falsum interdicitur iuramentum, *Non assumes nomen Dei tui in vanum*, tolle auaritiam, vbi periuria? *Sabbatha sanctifices*, quid ea violat, nisi auri desiderium? *Honora patrem tuum, & matrem tuam*, an non ob auri desiderium, opésque sæpè hos cõtemptos vidimus, fœdéque inter filium, parentémque lites? Quid dicam de reliquis? non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui? ob vnam omnia fiunt auaritiam, tolle auaritiam vbi homicidæ? si à mulieribus auri desiderium auffers, vbi mœchatio? vbi furta? vbi falsa testimonia si aurum tollis? auaritia ergo peccatorum omnium origo, nec immeritò; nam cum & ipsa idololatriæ quoddam genus sit, & hæc teste Tertull. omnium criminum in se genera contineat, meritò sicut idololatria, auaritia *principale crimen est generis humani*, vt cum Tertull. dicam *summus sæculi reatus, tota causa iudicij.* Vnde rectè ab Ambr. ob ipsam legem latam.

5. Omnium peccatorum radix auaritia. *Tertul.*

At si facilius solem sistere, quam auarum sanare, nunc addo aliud, facilius Deo mortuum resuscitare, quam diuitem ab auaritia eripere. Attende: duo inter cætera mira fecit Christus, Lazarum resuscitauit, Ioan. c. 11. Matthæum à telonio reuocauit, Matth. 9. qui sic in sepulchro iacebat auaritiæ, ac lapidis Lazarus, *Quemcumque vocauerit statim facit subsistere*, ait Hieron. epist. 145. ad Damas. *Hoc cernitur in Matthæo viuo, & Lazaro mortuo, qui statim vt vocati sunt à Domino; & ille sepulchrum auaritiæ reliquit, & iste suæ mortis.* Ergo sic sepultus Matthæus, ait Lazarus; sed qualis nunc horum resurrectio magis Christo difficilis? in quo amplioris suæ diuinitatis potentiam ostẽdit? sanè absque vllo prorsus dubio in Matthæi ab auaritia resurrectione; nam in Lazaro etsi vt Deus se habuit, tamen vt Deus humanatus, plorauit, fleuit, ad cælum suspexit, tandem magna voce clamauit, quæ omnia quandam præseferunt imbecillitatem. At in Matthæo totus maiestas, totus diuinitas, *vidit tantùm*, imperauit, *sequere me, secutus est eum.* Qualis hæc potentia, qualis hæc maiestas? cur totus in maiestate hic, dum in Lazaro simul cum humanitate? sanè quia difficilior hæc resurrectio, ideo diuinior, ideo tota Dei erat necessario potentia. *Certè fulgor*, ait idem Hieronymus in hoc loco,

6. Facilius Deo mortuum resuscitare, quã auarum curare. *Ioan. c. 11. Matth. c. 9. Hieron.*

7. Auaritia sepulchrum.

loco, *& maiestas diuinitatis occulta, quæ etiam à facie resulgebat humana videntes ad se attrahere poterat in primo aspectu.* Ergo Lazarus & si quatriduanus à voce resuscitans Christi, Matthæus, *à maiestate diuinitatis occulta*; sic difficilis eius erat ab auaritia resurrectio, sic arduum hominem ab auro euellere? ne quidem mirum, nam in resuscitando Lazaro non eius necessaria voluntas, sicut Matthæi à sepulchro auaritiæ. Hinc hoc difficillimum voluntate hominis tota auaritiæ addicta; quæ sicut curatu difficilis, sic ipsa tota ad hominum totalem inuenta ruinam, miseriam, afflictionem; nam aurum appetens ipsa tormenta, ipsas reputat delicias; ex quo fit, vt miserè homines damnati non sentientes in continuis sint laboribus continuisque miseriis, ac veluti prædamnati ad tormenta mancipentur.

8. Auari ad tormenta præ damnati.

Quid aurum, si attendis, nisi terra? & quæ terra nisi maledicta? dum maledicti qui ad illud deputabantur effodiendum antiquitus, sit vt Chrysostom. ob[illegible] de incomprehensibili Dei natura [illegible]met ob[illegible] in Ecclesia fundi preces pro deputatis ad metalla, & in Liturgia Iacobi fratris Domini habetur clarè: *Memento Domine eorum, qui ad metalla, & supplicia damnati sunt.* Cum nullus sic labor, nulla sic vita tristis, quàm eleganter describit Cyprianus epist. 77. alias in antiquis lib. 3. epist. 25. ad Martyres in metallo constitutos, vbi illud præclarum de Martyribus, ipsos vasa esse aurea, & argentea, & ideo ad metalla damnatos, vt mutata natura, terra aurum non daret, sed acciperet, *Quid verò mirum*, ait, *si vasa aurea & argentea in metallum*, id est, *auri, & argenti domicilium dati estis, nisi quod nunc metallorum natura conuersa est, locúque, qua aurum & argentum dare consueuerant accipere cœperunt.* Nil præclarius, sed ad nostra; vitam ergo ad metalla damnatorum describens sic ait; *Non fouetur in metallis lecto, & culcitris corpus, humi iacent fessa laboribus viscera, squalent sine balneis membra sua, & sordes deformia, panis illic exiguus, vestis algentibus deest.* En qualis vita? meritò ergo aurum terra maledicta, dum tantis defoditur laboribus, acquiritur ærumnis, & tamè cum hoc sit, auaritia in hominum perniciem in voluptatibus eam reputant, eius tormenta ornamenta, supplicia delicias, ignominias honores arbitrantur; qualis in natura peruersitas maior? Pulchrè Tertullianus auri vilitatem considerans, totum eius pretiositatem in eo animaduertit consistere, vt mutato nomine non metallum, nec terra, sed aurum, sed torques, sed monile, & armilla dicatur, quod dum terra, nil aliud extitit nisi feralis officina ab auaritia in delicias commutatum quod ipsum erat supplicium; *Aurum, & argentum*, ait de habitu muliebri c. 5. *principes materiæ cultus sæculariter assint necesse est, vnde sint, terra scilicet planè gloriosior, quoniam in maledictorum metallorum feralibus officinis pœnalis opera deplorata nomen terræ in igne reliquit, atque exinde de tormentis in ornamenta, de supplicijs in delicias, de ignominijs in honores metallis refuga mutatur.* Egregiè, quid aurum? terra, at cur gloriosior terra? quia in igne excoctum terræ nomen remutans aurum exinde, non amplius terra nuncupatur, at & si aurum metallum tamen; tale etiam refugit nomen dum in torques, monile, & armillam resoluitur. Hinc sicut prius per ignem nomen terræ amisit, sic postea & per hominum luxus & metalli; vnde præter nomen nil aliud cæteris continet metallis pretiosius, nisi quod in feralibus officinis pœnali opera sit deploratum; hoc auaritia efficiente, ad malum hominum inuenta vt diximus, quæ auri auida, dummodo illud acquirat consumantur homines, assumantur vires, depereant corpora. Vnum ex feralibus officinis depromatur aurum: mentiar si ipsa nunc non obstupescit natura, in Peruano regno vbi aurum effoditur, in Mexicano vbi argentum, metallorum fodinæ sic nunc ex annorum decursu profundæ aiunt ad plusquam ducenta stadia iam sint homines in profundo, ibi sic continuè habitantes vt iam amplius sursum non resedeant, sed ibi subterranei species facti incolæ, viuentes sepulti, in dies ad aurum effodiendum, profundius se consepultent, ipsius terræ penetrantes viscera, sua ibi relinquentes, fœdè pro auro vitam commutantes? vna auaritia hoc efficiente, mentes obscurante in terræ profundum ipsos demergente, ob quod clamans Chrysologus serm. 27. ait; *Nascitur in terra profunda, sectatur ipsa montium fundamenta, per quæ ima venarum cæcis discurrit anfractibus, & dum suam semper repetit naturam cælestes animas ad inferna deponit, obscurat sensus semper, alta mentium in terrena demergit.* Quid fœdius?

9. Aurum terra maledicta *Chrys.*

10. Antiquitus in Ecclesia fundebantur preces pro damnatis ad metalla. *Cyprian.*

11. Martyres aurum sint & argentum.

12. Auaritia hominem sic dementat vt tormenta delicias dicat. *Tertul.*

13. Aurum ex auaritia nomen terræ demutat

Hinc & si inuicti viri, & ad pericula fortes, contráque hominum potentiam inuincibiles, in quos nec ignis valuit, nec ferrum potuit stygiáque veluti inuncti palude videantur, vna tamen auaritia vicit, debellauit, ligauit, occidit, vt semel malum huius videas hydræ, dum sic supra cætera se eleuat hominũ infortunia, vt ad eum opprimendum & si reliqua marcescant, illa sola vigeat, insurgat, vincat. Recole Sanſonem quia nomoplus inuincibilis, qualis sic inexpugnabilis? qui vno impetu mille occidit, Iudic. c. 15. qui funes infectis neruis quasi mollia fila disrupit, qui portas cum valuis quasi leues plumas ad alta montium sustulit, tamen ab vna victus mulieris auaritia, detonsus periit, & spiritus Dei qui à tantis eum liberauit inimicis, ab auaritia custodire non valuit, sub illa fœdè decidens, qui supra inimicos gloriosè se erexerat. Pulchrè Ambros. hoc veluti admirans vbi sup. ait: *Ille qui rugientem leonem manibus decerpit suis, qui vinctus & alienigenis traditus, sine vllo adiutore solus, dissolutus vinculis, mille ex his peremit viros, qui funes intextos neruis velut mollia sparti fila disrupit, is super genua mulieris inflexa cervice truncatus, inimici crinis ornatum, prærogatiuam sue virtutis amisit, influxit pecunia in gremium mulieris, & à viro discessit gratia.* Egregiè, vbi vltima notanda verba, amisit Sanſon fortitudinis gratiam, quia ibi reclinauit caput vbi influxerat pecunia, vbi inhabitabat auaritia, sub hac decidens, quando in campo inuincibilis cum inimicis, inuictus quando cum istis simul pugnauit, victus quãdo simul cũ auaritia in mulieris gremio, ibi enim ab eo didicerat

14. Inuentum ad hominũ perditionem, molestias ærumnas.

15. Fodinæ in Peruano regno profundissimæ.

Chrysol.

16. Auaritia inuincibiles vincit.

Iudic. c. 15.

Ambr.

gratia, quia ibi influxerat auaritia; quasi res duæ incompossibiles gratia scilicet & auaritia, hæc accessit, gratia discessit, vt hinc etiam discas in corde auaro gratiam non subsistere, & accedente illa, hanc discedere, simulque cohabitare impossibile.

27. Auaritia & gratia simul stare non possunt.

Hinc quia in cor Iuda iam auaritia, vix hæc ingressa ac gratia amissa, quasi duæ res incompossibiles, sic vt auaritia & Christus simul cohabitare non possint. Vnde, *post buccellam*, ait Ioan. c. 13. n. 27. *intrauit in eum Sathanas, & dixit ei Iesus, quod facis fac citius, & cum accepisset buccellam exiuit continuo, erat autem nox.* Quomodo post buccellam introiuit? nunquid non antea in illo? dum dicat Lucas c. 22. n. 3. *Intrauit autem Sathanas in Iudam, & abiit, & locutus est cum principibus.* Ergo ante ibi stabat, sanè respondet August. tractatu 62. in Ioan. *Sed post buccellam intrauit vt plenius possideret.* Ergo Christus intrauit non vt ibi habitaret, sed vt diabolo victo Iudam dimitteret, cum iam inde ab illo abfuerat statim à principio vt in eius corde auaritia, hinc & ipse, nec præsentiam Domini sustinens auarus, statim etiam exiit. Vnde Origenes tomo 32. in Ioan. *Reuera exiit non solum recedendo de domo in qua detinebatur, sed omnino egressus est à Iesu, ego autem opinor quod post panem ingressus Sathanas in Iudam non tolerabat in eodem loco cum Iesu esse.* Sicut nec Christus cum illo, hinc dixit, *quod facis fac citius*, ante se eum sustinere non valens, quem occupauerat auaritia. *Eiicitur itaque & excluditur*, ait Ambr. lib. 2. de Cain & Abel, c. 4. *Eo quod iam cum Domino Iesu esse non poterat, quia cœperat esse cum diabolo, vnde statim imperio expulsus abscessit.* Hinc subtiliter obseruat idem Sanctus quia in domum Zachæi Christus ingressurus, & in templo commoraturus prius ab vtrisque auaritiam expulit, quam pedem inferret. *Zachæus renuncians auaritiæ Christum recepit*, ait, *& excipiendo Christum exclusit auaritiam, relegauit perfidiam, renuntiauit fraudibus, aliter enim non ingreditur Christus, nisi vitia excludat, quia non cohabitat erroribus, denique de templo eiiciebat nummularios, quia ipse volebat habitare.* Egregiè, volebat in templo habitare prius nummularios eiecit, hoc est auaritiam, quasi rem impossibilem sicut è domo Zachæi, vt ex hoc intelligant omnes auari deploratam eorum esse salutem, nisi auaritiæ renuntient, nec prius in eorum corda Christum ingressurum, quam auaritia discesserit.

Luc. 22. n. 3.

Origen.

Ambr.

18. Christus nũ ingreditur vbi auaritia.

19. Cæteta vitia ab auaritia se cõtaminari reputant.

Quæ sic ex se fœtida abominabilisque? vt & si fœda cætera sint vitia, fœditatémque ament, tamen ex auaritia quasi se contaminari reputantes eam à se eliminare studeant, tangere non audeant, quid fœtidius quam odium, inuidia, Pharisæorumque contra Christum maleuolentia? perquire, si quid vnquam tetrius agnoueris, & tamen cum hoc sit, hæc simul vitia quasi ab auaritia contaminatura ab illa refugiunt, nolentes recipere Iudæ aurum, quia auari, Matth. 27. n. 5. *Tunc Iudas videns quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, & senioribus, & illi acceptis argenteis dixerunt non licet mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est.* Mirum, sanguinem homicidæ sitiunt, pretium refugiunt, quid hoc? nisi inuidiæ vitium refugiens auaritiam, ne ab illa fœdetur, sic vt auaritiam ex iusti sanguine saginatam ipsa etiam pertimescat iniquitas; *Restituit ergo pecuniam Pharisæus*, fatur Ambros. serm. 47. *sed nec Pharisæi eam libenter accipiunt, dicunt enim illicitum sibi esse in suis eam habere thesauris; videte igitur quanta vis dominicæ sit pecuniæ, quam inde Iudas reiecit, hinc Pharisæi in loculos non recludant, iusti enim sanguinis pretium pertimescit iniquitas possidere.* Pulchrè, sanguinem non pertimescit, pretium sanguinis possidere pertimescit iniquitas, vnde hoc? nisi quia plus fœdari se timet ab auaritia, quam à sanguine, quædam ad cætera se iungit vitia ipsamet inquinat iniquitatem; tetriora ipsa facit scelera.

7. n. 3.

20. Pharisæi pessimi autem auari refugiunt.

Ambros.

Immo sic hoc Deo infensum vitium, sic illi abominabile vt ex vna parte simul totius generis posita corruptio humani, ex altera auaritiæ scelus, eundem ab eo exprimat dolorem vna auaritia, quam totius scelus generis humani Genes. 6. n. 5. *Videns autem Deus*, ait Scriptura, *quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore pœnituit eum quod hominem fecisset in terra.* Expende singula, multam non paruam malitiam, cunctam non vnam cogitationem ad malum, non ad bonum in terram, & hoc omni tempore; ex quo elicies prorsus omnem carnem corrupisse viam suam ob quam Deum pœnituit fecisse hominem, sensumque talem tenuisse, ac hominis pœnitentis. Rectè Caietanus in Genes. explicans verba illa: *Videns Deus*, sic ait, *à diuino intuitu inchoat iudicium diluuii, & rectè introducit Deum non audientem, sed videntem, vt omnimoda certitudo describatur, & primum visum describitur in voluntatis hominum malitia, non imbecillitas, non passio, sed quod in voluntate pessimum est, malitia, nec ea parua, aut vna, sed multa, vt hinc intelligamus homines vsque adeo declinasse ad malum, quod peccabant ex malitia, ac per hoc incorrigibiles erant;* Hinc Dei pœnitentia, cum vt inquit idem, *visu tanto abusu offendi, consequens est quod tanquam pœnitens fuerit, quod dederit esse homini sic abutenti offendi deo*; Ergo vox ista *pœnitet*, ergo sensus iste pœnitentis (& si metaphoricè) tamen non ante in Deo visus quam tota massa generis corrupta humani; quale ergo erit peccatum illud, qualis eius malitia, qualis eius enormitas, qualis Dei in illud displicentia, quod & similem à Deo eliciat vocem, similémque doloris sensum? hoc profecto nullum reperies aliud nisi vna auaritia; ob Saulis enim auaritiam parcens Amalec contra Domini præceptum iterum hæc vox auditur. *Pœnitet me quod constituerim Saul Regem*, eundem à Deo eliciente doloris sensum vna auaritia, quem omnia simul expresserant peccata? *Pœnituit eum*, ait Rupertus, *quod hominem fecisset in terra, tale quid & alibi dicit, pœnitet enim me quod constituerim Saul Regem super Israël.* Ante Dei conspectum sic exosa, ac horrida vna apparens auaritiæ malitia, ac omnium peccatorum simul, vt eodem modo ex turpitudinis vi immutans suam Deus sententiam ad modum pœnitentis, sicut ex

21. Auaritia quantum Deo infensa.

Genes. 6. n. 5.

22. Hominum malitia & poeditui; quanta. Caiet.

23. Auaritiæ pœdus quãtum apud Deum.

Rupert.

peccatorum multitudine hominem deſtruxit, ſic ex vno auaritiæ peccato, & Saulē deſtruat, & regnum ei adimat, longéque à ſe illum conſtituat qui erat prope; *Qui autem prope*, ait Ambroſ. de Naboth. c.16. *ſibi videntur eſſe per diuitias ac potentiam longè ſalli ſunt propter auaritiam; Saul contulit regnum, ſed quia mandatum non cuſtodiuit, & regnum amiſit & ſpiritum.* Quale ergo erit hoc peccatum, quam magnum, quámque Deo exoſum.

Ambr.

21. In corpus mortuum auari, Deus etiam ſæuit.

Hinc ſic illud caſtigat, vt ab auaro officia illa adimat humanitatis, quæ in omnes fieri præcipit, & quia ab auaritia ex homine auarus in feram quaſi mutatur, feris etiam eum relinquit, ſic vt eo moriente non ab hominibus, ſed ab animalibus, ſed à feris parentetur, 3. Regum 21.n 24. *Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes, ſi autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli.* Mirum vt tale ſit Achab peccatum, vt in mortuum etiam Deus inſiliat eius corpus; ne miteris quia auari, quod dum per auaritiam in feram immutatum, iuſtè feris, non hominibus traditur parentandum. *Etenim quia pauperis vineam concupierat*, ait Ambroſ. vbi ſup. *nequaquam tantis opibus expletus imperij, infrà omnem inopiam redactus à Domino, non qui vulnera eius lauaret inuentus eſt, non qui corpus aperiret, defecit circa eum hominum humanitas, canum ſucceſſit aſperitas, dignos planè ſui miniſtros funeris auarus inuenit.*

3 *Reg.* c. 21.n 24.

S. Amb.

At hic oritur non mediocris difficultas, quomodo dicitur Achab inſepultum iacuiſſe, canéſque eum comediſſe, cum infrà, c. 22. n. 37. affirmetur ſepultus, canes autem tantum ſanguinem eius lambiſſe, *Mortuus eſt autem Rex, & perlatus eſt in Samariam, ſepelierúntque Regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem eius.* Si ſepultus, ergo non à canibus eſus; quomodo ſancti Prophetæ ſtetit Eliæ!

3. *Reg.* 22. n.37.

27. Achab quomodo dicatur inſepultus, cum contrarium videatur innuere Scriptura.

Sanè ſtetit, ampliuſque quantum ſit Dei in auaritiam odium ex loci explicatione declaratur; pro quo ſciendum poſt Eliæ commination em Achab compunctum, ſic vt ad miſericordiam Deum flexerit, vbi ſuprà n. 27. *Itaque cum audiſſet Achab ſermones iſtos ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitque, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. & factus eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbitem dicens; Nónne vidiſti humiliatum Achab coram me, quia igitur humiliatus eſt mei cauſa non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius.* Et licet aliqui vt Lira. Dionyſ. Caietan. Hugo velint falſam fuiſſe pœnitentiam, & ſicut ait Hugo, vt eam Deus commendaret, veluti maieſtati eius deferens, quia homines veram eam reputabant, ne videretur inanem fuiſſe, ipſúmque eam non commendare, voluit ne, & ſi falſa, ſuo priuaretur honore, vnde ipſe; *Dominus*, inquit, *non dimiſit in pœnam, ſed diſtulit, non propter Achab, ſed propter alios, vt oſtenderet quantum valeat humilitatis pœnitentia.* Ex quo egregiè Gregor. homil. 19. in Ezechiel, quantum Deus veram æſtimet pœnitentiam edicit dum falſam tantum honorat, *In quibus Domini verbis penſandum eſt*, ait, *quomodo ei in electis ſuis mor-*

28. Pœnitentia Achab an fuit vera.

Lira. Dionyſ. Caiet. Hugo. Idem.

Gregor.

29. Pœnitentia quantum valet apud Deum.

ror amaritudinis placeat, qui amittere timent Deum, ſi ſic ei & reprobi pœnitentia placuit, quia timebat perdere præſens ſæculum; aut quomodo ei grata ſit ſpontanea afflictio pro culpis, in eis qui placent, ſi hæc ad tempus placuit, in eis qui diſplicebant; & licet hoc aliqui dicant, tamen verius Achabi pœnitentiam veram, non falſam fuiſſe, ſic Abulenſ. quæſt.14. Vatabl. Hiſtor. Scholaſt. propendet Hugo, Chryſoſtom. epiſt. ad Theodoret. lapſum, clarè hoc affirmat, Hieron. epiſt.30. ad Veeanum, vbi ſic: *O fœlix pœnitentia, quæ ad ſe Dei traxit oculos, quæ furentem Dei ſententiam confeſſo errore mutauit*, Ambroſ. lib. de Nabuchod. c.17. & alij. Vera ergo Achabi extitit pœnitentia, hinc dimiſſa culpa, moderata pœna, hæc primo vt moriatur & inſepultus ab animalibus tumuletur, poſtea moriatur, ſed ſepeliatur. At quia auaritia atrox malum, Deo ſupra cætera inuiſum, cum ob pœnitentiæ honorem ipſum caſtigare ſtatuta non poſſet pœna, in filium eius illam tranſtulit Ioram, 4. Reg. 9.n.25. ne atrox vitium condigna non puniretur. *Dixit Iehu ad Badacer ducem, tolle proice eum in agro Nabothi Iſraëlitæ, memini enim quando ego & tu ſedentes in curru ſequebamur Achab patrem huius, quod Dominus onus hoc leuauerit ſuper eum dicens: ſi non pro ſanguine Naboth, & pro ſanguine filiorum eius, quem vidi heri, reddam tibi in agro iſto, nunc ergo tolle, & proice eum in agro iuxta verbum Domini.* Inſepultus ergo Ioram iacuit, quia Achabi filius, in eum tranſlata auari patris pœna, quia auaritiæ condigna. Iniuriant auari terram, & vt autum extrahant eam euiſcerant, ingrati contra matrem inſurgunt; Quid mirum ſi in vtero recipere nolit, quos crudeles in ſe, dum viuerent habuit.

4. *Reg.* 9: n.25.

30. Achab dicitur in ſepulchro iacuiſſe, quia Ioram eius filius.

31. Terra auaros non recipit, quia ei iniurii, & offenſi.

Immo ſi penitius rem inſpiciamus, ideo eos recipere non vult, quia timet ſterilitatem, timet infœcunditatem, ipſum denique timet corpus auari; *Ipſa enim*, vt magnus ait Baſil. loco infrà citando, *fructus ſuos, non in ſuum vſum, ſed in hominum miniſterium educit*; & ideo fœcunda, quia aliis ſubminiſtrat, non ſibbi: ſic ad aliorum beneficentiam propenſa, vt nil plus illi offenſum quam ſterilitas. Hinc corpus auari receptura timet, quia dum iſte totus ad ſe, nunquam in alios profuſus, nunquam in alios fœcundus, quinimo potius diſcerpi voluit, quam in alios vberes effundere fructus, ſemper ſterilis manens, dignè reputat ne in ipſam reſolutus ſuas illi communicet conditiones, fundat affectus. Vnde auara nec fructus producere velit, nec ſegetes germinare, nec homines ſuſtentare; hinc quaſi maledicta ſemper ſterilis inculcáque remaneret. Auarus enim ſic totus eſt ſuus, ſic ſibi omnia cumulat, vt & ſi in immenſum res creſcant abundéntque, mauult emere, quàm elargiri, Luc. 12. num.16. *Hominis cuiuſdam diuitis*, ait Dominus noſter, *vberes fructus ager tulit, & cogitabat intra ſe dicens; quia non habeo quo congregem fructus meos, & dixit, hoc faciam, deſtruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ, anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare.* Perquire in om-

Baſil.

32. Eos timet, & cur.

Luc.c.12. n.16.

33. Auari toti ærei.

nibus his in alios beneficentiam, profecto nullam inuenies, nisi summam auaritiam, & totum hominem ad se. *Cum horrea coarctatis rebus nimium compressa*, ait Basil. hom. in hunc Euangelij locum, *dirumperentur, parcus illius animus impleri nequit, veteribus enim semper noua accumulans, & cuiusque anni prouentus opulentiæ suæ pro auxiliaribus adiciens, in hanc inexplicabilem consilij inopiam, hæsitationemque deuenit, cum nec vetera pro auaritia relinquere posset, & ad noua recipienda ob nimiam multitudinem non satis loci haberet.* Ergo crescente abundantia augebatur auaritia, & licet iamiam moriturus ipse, non de distribuendo, sed de augmentando cogitabat; sic circa alios sterilis, vt infœcundus, vt maluerit destruere sita, vitámque finire, quam alis benefacere; quid ergo mirum, si terra timeat talem in se glebam recipere infructuosam, siccam, sterilem? campi siquidem à terra saginantur opima, & fundunt segetes, si tu fundis fimum, at si cinerem, infœcundabuntur, quia terram fundis infœcundam, tales auari, ab igne enim auaritiæ moriuntur consumpti; hinc in cinerem rediguntur, non in imum, meritò ergo terrá eos recipere reformidat, meritò Deus sepultura eos priuat.

Basil.

34. Superidolatræ.

Hinc quia auari nil aliud nisi se respiciunt, & quæ Deus communia, ipsi ad se applicantes propria faciunt, sic vt quantum ad eorum affectum quidquid est in mundo, ad se tantum attrahere velint, fit vt tales non Christiani, sed idololatræ dicantur, & vitio laborent idololatriæ. *Hoc autem scitote*, ait Paulus ad Ephes. c. 5. n. 5. *quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Dei.* Vnde auaritia idolorum seruitus? Vnde ipsa idololatria? nónne & Christiani etiam auari, nónne & Catholici, nónne & ipsum Deum adorant? sanè, ac quia sicut idololatria Dei honorificentiam vsurpat quæ soli illi debetur, sic auaritia idololatriæ æquiparatur, dum quæ Deus communia, & omnibus simul impartiuit hominibus, auarus sibi soli appropriat, ac si esset Deus. Egregiè hoc Ambros. in hunc Pauli locum vbi sic; *Vt auaritiam rem periculosam esse doceret, idololatriam hanc nuncupat, qua nullum peccatum maius est; videamus ergo cur auaritia idololatria; hæc enim Dei honorificentiam vsurpat, & vendicat creatura, cum in nomine diuinitatis, quod soli conditori competit, participem illi asserit eius factionis; auaritia autem ideireo huic exæquata est, quia similiter ea quæ Dei sunt sibi vsurpat, & reconditi auarus, vt quæ vsibus omnium concessit communiter, auaritia denegat, quando ideireo congregat apud se hæc, ne alij utantur.* Egregiè, auarus idololatra, quia sicut iste Deo honorificentiam, sic ille munificentiam aufert, & hoi soli vult, quod omnibus commune, ac si esset Deus cui soli omnia debentur; ad se tantum omnia referre satagit; hinc grauissimum illi peccatum, hinc curatu difficile; hinc nisi ipsemet Deus adiuuet à manu hominis auari eripi impossibile, sicut profecto Iacobo extitisset sanctissimo, nisi vt noster inquit Sapiens, *In fraude circumueniens eum.*

Ad Ephes. 5. n. 5.

A Num. 12. *Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret, quoniam potentior omnium est sapientia.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

CVram Iacob (cum fratrem fugeret) sapientiæ diuinæ, numero antecedenti cum narrasset Salomon; nunc eiusdem sapientiæ erga Iacob vigilantiam ad patriam remeando, enucleatè describit, in quo regressu à tribus eum custodiuit, vt videbimus, ab inimicis, Esau scilicet, à seductoribus Labano & fratribus, & tandem ab Angelo luctatore, de quibus omnibus sigillatim.

B *Custodiuit*, &c. Ab Esau properante, quem valde, & propter animi ferociam, & sanguinis sitim, & offensam acceptam timebat, vt ipse Deo loquens ait, Genes. 32. n. 11. *Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo, ne forte veniens percutiat matrem cum filiis*, in quo loco meritò quæritur cur timuerit Iacob, dum Dei tutela securus extabat, immo in ipsa nocte paulò ante, in ingressu terræ Chanaam, ad quam ipse proficiscebatur, Angelos sui adiutores vidisset, ex qua visione animatus vltra processit ad fratrem nuncios mittens Genes. vbi sup. n. 1. *Iacob quoque abiit itinere, quo cœperat, fuerúntque ei obuiam Angeli Dei.* Custodes nempe Chananitidis prouinciæ, vt vult Abulensis, ad eum fouendum, & defendendum. C *quos cum vidisset*, subdit Scriptura, *Castra Dei sunt hæc*; ergo cur nunc timet? cur fratrem expauet?

Genes. c. 32. n. 11.

1. Iacob cur timuit Esau cum securus de Dei protectione.

Lira.

Lira. quia dubitauit de aliquo sibi occulto peccato ex diuturna cum gentilibus habitatione, per quod Dei promissa impedirentur, sub conditione præstita, nisi scilicet ipse à iustitia defecisset; hæc sententia meritò ab Abulensi reiicitur, cum & Dei promissiones absolutæ fuerint, & de statu suo bono nullo modo ipse addubitare poterat, eo vel maximè, cùm ex præcepto Domini rediret.

Sanctus August. in quæst. in Genes. quæst. 102. affirmat timuisse, ne illa liberatio cum ingenti suorum strage fieret; quod sanè congruit eius facto dum ob id diuisit in turmas dicens: D *Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est, saluabitur.* Genes. 32. n. 8. Ex quo morale, vtiléque eduxit documentum, ne scilicet omnia Deo, & si securi de euentu, committamus, sed nostram etiam adiiciamus operam, & simul cum Deo cooperemur; verba eius: *Quæri potest, quomodo Iacob fidem habuerit promissis Dei dicens: Si venerit ad castra prima, & exciderit ea, erunt secunda in salutem, sed fieri potuit vt Esau euerteret castra eius, & tamen Deus post illam afflictionem adesset, & liberaret eum, & quæ promisit compleret; & admonendi sumus hoc exemplo, vt quamuis credamus in Deum, faciamus tamen quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis, ne prætermittentes ea, Deum tentare videamur; denique post hæc verba Iacob loquitur ea, quibus se fidem, & spem habere promissis Dei apertè demonstrat, quare satis hinc, & humana vires infirmitas, & fides pietatis apparet.*

August.

Genes. 32. n. 8.

2. Opera nostra necessaria etiam si de Dei custodia certissimus.

Digitized by Google

Hæc Auguſtini ſententia vera eſt: nam licet Deus liberationem promiſerit, modum tamen non dixit, poterat eſſe cum ſtrage, & ſic rationabiliter Iacobum timeret abſque ſuæ fidei præiudicio; cum hoc tamen, & veriſſimam etiam ſententiam iudico Abulenſ. in Geneſ. c.32. qui exiſtimat, ſecundum partem & rationem ſuperiorem Iacobum non dubitaſſe, bene tamen ex repentina periculi apprehenſione nondum ad Deum recollectus animus ſecundum inferiorem timuiſſe, quod ſanè non timidi eſt animi, neque viro Philoſopho aut ſapiente indignum; vt egregiè Epith. in lib. 5. ſuarum diſſertationum probans à forti, & conſtanti non eſſe alienum animo ſubito terreri, colorémque mutare; eius audiamus verba. *Viſionis animi*, ait, *quas phantaſias Philoſophi appellant, quibus mens hominis prima ſtatim ſpecie accidentis ad animum rei appellitur; non voluntatis ſunt, neque arbitrij, ſed vi quadam ſua inferunt ſe hominibus. Probationes autem, & indicia, quibus eadem viſa noſcuntur, & diiudicantur, voluntaria ſunt, fiuntque hominum arbitratu. Propterea cum ſonus aliquis formidabilis, aut è cælo, aut ex ruina, aut repentinus neſcio cuius periculi nuncius, vel quid aliud eiuſmodi factum eſt, ſapientis quoque animum paulliſper moueri, & conteri, atque ipſius os, & vultum palleſcere neceſſe eſt, non opinione alicuius mali percepta, ſed quibuſdam motibus rapidis, & inconſultis officium mentis, & rationis præuertentibus. Mox tamen ſapiens, illa viſa hæc animi ſui terriſica non approbat, ſed abiicit, & reſpuit, nec ei timendum eſſe in his quidquam videtur; atque hoc inter ſapientis, & inſipientis animum differt, quod inſipiens, qualia ſibi eſſe primo animi ſui pulſu viſa ſunt, ſua animi rata, & aſpera, talia verè eſſe putat, & tanquam ſi verè metuenda ſint, ſua quoque aſſenſione approbat. Sapiens autem cum breuiter, & ſtrictim colore, atque vultu motus eſt, mox ſeſe renocans, nequaquam eis cedit, ſed ſtatum, vigorémque ſententiæ ſuæ retinet, vita eſſe indicans minimè metuenda, ſed fronte falſa, & formidine inani territantia.* Ex hac ergo doctrina conſtat in ſubitis, & inſperatis caſibus, etiam virum timere conſtantem abſque ſuæ præiudicio virtutis. Sic pari modo & potuiſſe Iacobum ex repentino Eſau aduentu cum quadringentis armatis, ſecundum partem timere inferiorem, licet ſecundum ſuperiorem conſtans habitualiter, vt ait Abulenſ. & imperterritus reperiretur, quod exemplo Chriſti probat, qui & ſi mortem appeteret, tamen eam ſecundum partem timuit inferiorem.

Abul. 3. Hominis conſtantis etiam eſt in ſubitaneis euentibus cauere. *Epith.*

Et à ſeductoribus tutauit illum, &c. Græc. *ab inſidiatoribus*, nempe à Labano, eiuſque filiis cum inſequentibus, vt occiderent, niſi Deus nocte per ſomnium Labano non eſſet interminatus dicens; *Caue ne quidquam aſperè loquaris contra Iacob*, mira Dei erga Iacobum prouidentia, & ſimul erga eos, qui in ipſo tantum ſperant, & ſub eius ſunt protectione, de qua re vide quæ diximus in altero tom. hom. 46. 56. 122. & 123.

Et certamen forte, &c. De certamine, & luctu cum Angelo omnes hunc locum exponunt. Græc. *Agonem propoſuit illi cum premio*, Vatab. *obeundum ei certamen arduum conſtituit.* Mira Dei hic deſcribitur cum Iacobo prouidentiæ ſuauitas; cum enim fratrem valde timeret, non verbo, ſed facto voluit eum edocere valentiorem ipſum futurum, dum maiorem vinceret, & Eſau fortiorem Angelum nempe, de qua luctu multa apud authores quæruntur ſcitu digna.

DISPVTATIO.

De luctu Iacobi.

PRimo an qui luctatus cum Iacob, Angelus fuerit, an Dei filius in forma Angeli, cùm multorum ſit antiquorum Patrum authoritas æſtimantium antiquas apparitiones in veteri Teſtamento Dei fuiſſe, non quidem perſonæ Patris, ſed Filij; ſic Iuſtinus Martyr in Dialogo cum Triphone, Tertullianus lib. 1. contra March. & lib. contra Praxeam, Hilar. lib. 4. & 12. de Trinitate, Ambroſ. lib. 1. de fide, c. 5. Chryſoſtom. in Acta, c. 7. & Auguſtin. qui anceps extitit, de Trinitate, cap. 15. & Fuſius in tractat. illorum verborum, *Ego ſum qui ſum*, tomo 6.

1. An Angelus an Verbum æternum luctatum cũ Iacob. *Iuſtin. Tertul. Hilar. Ambr. Chryſ. Auguſt.*

Libenter huic opinioni ſubſcriberem, cum Dei erga hominem ad declarandam charitatem maximè comlucat, dum ſic amans extabat hominum, vt cum tempus à ſe præfinitum incarnandi adhuc non aduentaſſet, merè impatiens, quaſi ex otio, ſimilitudinem noſtræ voluit ſæpè indui carnis, ſe quodammodo decipiens, & veluti ex futuræ Incarnationis delectatione, incarnandi impatientiam ſuauiter oblectans. At loca Scripturæ ita clara ſunt contrarium indicantia, præter apertam Dionyſij Areopagitæ authoritatem, vt nullo modo in illam propendere poſſim. Dionyſ. enim de cæleſti Hierarch. c. 4. ſic ait. *Idcirco, & pra omnibus Angelicum cognomen mernerunt cæleſtes ſpiritus, quod cum in eos primo diuinæ claritatis fulgor emanet, ipſi poſtmodum in nos enuntiationes illas ſublimiores ſuperne traiiciant: ſic enim & lex, vt Scriptura diuina teſtatur, per Angelos nobis indulta eſt; indeſque illos patres noſtros qui ante legem, quique fuerunt poſt legem Angeli ad Deum ſubnexere, ſine quod agendum admonentes, & ab errore ſacrilego, vitaque prophana ad rectum veritatis iter traducentes, ſine ſacra quædam inſtituta, ſeu cæleſtium ſacramentorum occultas viſiones, ſine diuinas aliquas predictiones docendo pandentes.* Et ſibi obiiciens in Scripturis aliquando dici ſine vllo medio Deum aliquando apparuiſſe, reſpondet ſacras viſiones, & imagines Deo dignas Scripturam Dei nominaſſe viſionem; *Quòd ſi quis*, ait, *illinc etiam per ſe, ſine vllo medio nonnullis ſanctis Deum viſum eſſe contendat: ſi diſcat hoc apertè ex ſacris literis, id quod in Deo occultum ſit, vidiſſe, aut viſurum eſſe neminem, Deum verò Sanctis viſum eſſe, ſed enuntiationibus, quæ Deo digna ſunt per quaſdam ſacras, & eorum quibus oſtenduntur captui accommodatas viſiones; Theologia autem ſapientiſſima viſionem illam, qua in ſe deſcriptam diuinam, quaſi in*

Dionyſ. Areop. 2. In antiquis apparitionibus ſemper Angeli apparuerunt, nunquam Verbum vetus opinio.

Sed contra hanc ſententiam duo ſunt incommoda: Primum, quia ſcriptura ait, quod non poterat Angelus ſuperare Iacob; ergo non erat quia non vellet, & ſecundum, quia ſi ob diſſimulationem Angeli non viciſſet Iacob, non multum laudis, immo nec aliquid ab illa conſecutus eſſet lucta; verè ergo Angelus ſuperare non potuit.

Ob hoc, vt refert Toſtatus, aliqui Hebræi dixerunt, Deum contuliſſe maiores vires Iacob, & humanam auxiſſe capacitatem; qui ſenſus non diſplicet, eo vel maximè, quia ad allegoriæ ſenſum talis multum conducere poteſt interpretatio. Chriſtus enim Dominus noſter, cuius præferebat Iacob figuram, diuina auctus poteſtate, quatenus Deus homo, & homo Deus, omnes debellauit poteſtates, mundum in ſe Deo reconcilians, ſic cum ipſa Dei iuſtitia luctatus, vt fortior illa euadens benedictionem ſurripuerit.

At licet bona ſit ſuperior ſententia, proprius ad rem, me iudice, acceſſit Caietanus, qui in c. 31. Geneſ. hanc mouens quæſtionem, ſic eam decidit: *Solutio eſt, quod Angelus vtitur potentia ſua, non ex neceſſitate, ſed ſecundum arbitrium, & præſcriptum, præcipuè diuinæ voluntatis, & quod diſpoſitione diuina decretum, factumque eſt, vt Angelus aſſumeret corpus in tanta menſura virium, quod non poſſet ſecundum eam luctando, ſuperare vires Iacob. & ſic verificatur, quod Angelus experimento vidit, quod non potuit ſuperare Iacob luctando.* Hæc Caiet. cuius ſententia veriſſima eſt, quatenus impotentiam Angeli refert ad Dei præſcriptum, & mandatum, ex quo verè Angelus ſuperare Iacob non potuit; at vero quatenus dicit modum, quo illud Angelus effecit, fuiſſe aſſumendo corpus viribus commenſuratum, vt ſuperare Iacob non poſſet, non placet, cum corpus illud merè eſſet fantaſticum, non organicum, nec intrinſecè in ſe motus receptiuum, ac virium, ſed tantum extrinſecè, ex Angeli impulſu; ergo vires non ſuppoſitabantur vt ſic dicam in corpore, ſed tota res ex impulſu pendebat Angeli, qui à diuino impeditus præcepto, verè impotentior Iacob reperiebatur.

7 Cur femur tetigit. *Abulenſ.*

At cur femur eius tetigit? Abulenſ. in c. 31. Geneſ. vt è manibus eius alio modo eriperetur, ſicut in lucta impotentes vincere faciunt; conantur enim quocumque modo aduerſarium cædere, & illum à ſe repellere. Theodoretus ibi, ne ſuperbiret, & de ſuo robore nimis placens vanam ſumeret confidentiam. Proprius ad rem Thom. Anglic. *Hoc* (inquit) *fecit Deus, vt efficaciam ſuæ virtutis, per quam facillimè poteſt omnibus prænalere, ſenſibiliter experiretur Iacob, etiam tunc cum Deo prænalere videbatur. Deinde id factum eſt, vt viſionis illius memoria vehementius animo eius infigeretur, & poſteà in poſterorum eius notitia, & memoria perduraret, ne putari à quopiam poſſet, non fuiſſe veram illam luctam, ſed inanem quandam viſionem, & fallacem imaginationem ipſius Iacob.* *Theod.* *Thom. Angl.*

Ex dictis ergo conſtat, Angelum, non Deum cum Iacob luctatum, corporalem, & veram fuiſſe luctam, cum bono, non cum malo Angelo, verè, & realiter Angelum illum ſuperare non potuiſſe, & illud Deum effeciſſe, vt animum augeret Iacob, ne fratrem timeret, omniſerm. 82. de temp. elogia huius præſtantiſſimi prædicans viri: *Magnus planè vir, (ait) qui venditus ſeruire neſcivit, adamatus non prædamauit, rogatus non acquieuit, apprehenſus aufugit, notatur adoleſcens à domina, ſed ad concubitum illi certat pronocatus, & rogatus, refugit, illa quæ vincere tur, perabat, vna hac in re blandiendo huic certamen præ at, ſed ille nouerat videre, quæ illa tur occultiſſimo chrior erat intus Ioſeph, quam deſerti, vt ait Aug. ce cordis, quàm in facie cormonte tom. 4. ſuper l. oculos non penetrabat, inimus in tentationem, vbi ſic fruebatur: intuens ergo cus in tentationem caſtitatis in ſpeculo cit Dominus in tentationem maculari, quemeum, quem ſuo auxilio deſtitue misteret? ſimo, ac meritis, & canſis ſæpè ma &c. Carteindicat ille, quem deſerat, & in tenta ei ſinat.* Cum hoc tamen inter electos igo etiam cóſque diſcrimine, vt illos donec reſurg ſerant. pectet; iſtos verò minimè; immo & ſi nó rcere ri, donec eorum vincantur, culpa vt ex Au in colligunt Authores de bono perſeuerantiæ c. 17. tom. 7. vbi ſic: *Videte* (inquit) *à veritate quam ſit alienum, negare donum Dei eſſe perſeuerantiam vſque in finem huius vitæ, cum vita huic, quando voluerit ipſe dat finem, quem ſi dat ante impoſitionem lapſum, facit hominem perſeuerare vſque in finem.* De qua re videndus Bellarm. de gratia, & lib. arb. lib. 2. cap. 12. Iacob ergo certamen dedit, non vt vinceretur, ſed vt vinceret, quod magnum eius extitit beneficium, ex quo factum vt multum ex illa acquireret Iacob tribulatione ſplendorem, gloriamque, cum nil ſic ſanctos ſplendeſcere faciat, quam ipſa tribulatio; de qua re vide quæ diximus in altero to. hom. 54. & ſimul nullum Dei amoris maius erga ipſum ſignum quàm à tribulatione non eripere, viréſque illi in ea præſtare; de qua re vide ibi. hom. 41.

Aug. *Hugo.* M. ad int. tum. *Bellarm.*

Num. 13. *Hac venditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum, deſcenditque, cum illo in foueam.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

QVinque enarratis à ſapientia mirificè affectis, præſtantiſſimis viris, videlicet, Adam, Noë, Abraham, Loth, & Iacob, nunc ſextum addit, Ioſephum nempè, de quo quomodo eſt diuina Sapientia ab infima ſorte vſque ad ſummum euexerit culmen, breuiter enarrat. Cuius hiſtoria habetur Geneſ. 37. quam cum alibi non attigimus, neceſſarium duxi paulo extenſius de illa hîc agere; tam multis enim referta eſt documentis, tanquam à diuina petitis plena ſucceſſibus, prouidentia, vt nefas ducerem, ſi curſim eam hic attingerem.

Hac venditum iuſtum, &c. Sanctiſſimum Ioſephum iuſtum appellat, cum omni refertus eſſet virtute, omnique ſapientia, ob idque plus cæteris fratribus à patre diligebatur; nam & ſi cauſam paternæ dilectionis ſcriptura, quia eũ genuiſſet pater inſenectute aſſigner, Geneſ. 37. n. 3. *Iſrail autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eo quod in ſenectute genuiſſet eum.* Et filij in ſenectute geniti plus naturaliter diliguntur, ſiue quia, (vt inquit Caietan.) *diutius eſt ſeruatus eſſe paternum*, ſiue vt (inquit Philo lib. de Abraham) *quia diu deſiderati ſunt, vel quia nul-*

Gen. 37. n. 3. *Caietan.* *Philo.*

ginaſſimos contra ius gentium ſummè dehonestans, eorum deradens barbam, veſtésque præcidens, ad multam eorum, eorúmque pudendis ignominiam, quo nullis antea temporibus maior, immo nec istis: quòd enim dedecus maius, quàm homini ſplendidæ, ingenuóque dimidiam euellere barbam, dimidiare veſtes vſque ad nates eo vſi maximè, cum vt ait Lirã. Hebræis nullum fuerit nisi sacerdotibus remotarum vſus, quapropter & illas demonſtrare partes eis necessarium, quas ob humanum seduxit natura pudorem; qualis similis ignominia, nouúmque dedecoris genus? tangere aut apprehendere alterius tantum barbam, olim sic probro fuit, vt Alexander teſte Plutarcho in Apoph. Alexand. nulitibus prælium inituris mandauerit *vt barbas raderent*; quanta ergo maior fuerit Dauid legatorum, dum non barbam, sed dimidiam raſerunt? ſumma ergo extitit ignominia, ſumma infamia, ſummum in Dauid dedecus; quod vtique ipſimet perſenſerunt, vnde ſtatim ad bellum ſe accinxerunt. *Videntes autem filij Ammon, quod iniuriam feciſſent Dauid, miſerunt, & conduxerunt mercede Syrum*, auxiliares copias accientes, propriàs quod non ſufficerent exiſtimantes; ſic grauitatem penſitabant iniuriæ vt nullo modo inultam putarent eam dimittendam à Dauid, quod & fecit, ſic crudeliter, vt ſic dicam, vt hac vice & modum exceſſerit, & ferè ſe inhumanum præbuerit, dum ſic eos cõtriuit, vt dicat Scriptura c. 12. quod eos ſerrauerit, diuiſeritque cultris, & *circũ egit ſuper eos ferrata carpenta*, omnino eos ſub eius Deus tribuens poteſtatem, deuincens, debellans ipſos, copiáſque eorum auxiliares, ſic vt bis Syros ſuperaret, ſummámque ex eis accipiens victoriam; immo ad ſummam eum Deus prouehens gloriam fecit, vt ferens diadema Regis ſcilicet Ammon, *de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas preciosiſſimas ſuo capiti imponeret*. En quãtus, en qualis triumphus? qualiſque ille inimicis Dauid vindicta? vis nunc ſcire, quo hoc fecit Deus tempore? quando Dauid eius inimicus, quando actu cum Berſabea verſabatur, quãdo actu adulter, & homicida ſánguinem fundens innoxium, in ipſomet bello quo Deus pro eo pugnabat, cum Vrias in illo interemptus, quod tunc pro Rege agebat Ioab remanente Dauid Hieruſalem, vt patet vbi ſuprà c. 11. immo vt aliqui volunt, non prius Dauid ad Deum conuerſum, quam poſt expletam Ammonis Regis vindictam, & non prius Natan ad illum veniſſe, quàm poſt triumphi gloriam. Ergo dum Deus in campo pro Dauid inimicos ſuos debellans, hoſtes deuincens, copias armans, animum, vírésque roburibus præbens, hos ſeruans, illos deperdens, iniurias vindicans, honorem reſtituens, inuictum, glorioſúmque reddens Regem, tunc eodem prorſus tempore Dauid cum eo amicitiam diſrumpens, eum derelinquens, blaſphemare eum faciens, honorem auferens, fœdè contra illum peccans adulteraſſet, occidit, qualis hominis ingratitudo? qualis Dei beneficentia? & cum Deus hoc faciat cum inimicis, tu homo non illis hoc exemplo ductus benefacies? Deus ſanctus, nunquam impius, te inimicum diligit, ac benefacit, & ſi impio, & tu impoſſibilẽ inimicorum beneuolentiam dicis, qui impius vt illi; *primo te dilexit impium Deus*, ait Auguſt. vt in Gloſ. *qui nunquam fuit impius, tu autem & ſi iam non es impius, fuiſti tamen aliquando, quia nemo fit iuſtus niſi ex peccatore*. Immo Deus impio pro te, qui & ſi modo iuſtus, aliquando impius fuiſti, parcit, & ne te lædat ſuo benefacit inimico, & pluit illi, ne tibi pluuia deficiat, & ſolem ſuper illum oriri facit, ne tibi occidat, & tu pro Deo qui nunquam impius, nunquam tibi inimicus, tuum non diliges? *Pluit*, dixit Dominus, *ſuper iuſtos, & iniuſtos*, non prius poſuit iniuſtos, ſed iuſtos, vt inde igeretur propter iuſtos iniuſtis, & inimicis eum benefacere. *Cantè autem dixit*, ait Chryſoſt. hom. 15. in imperf. *ſuper iuſtos, & iniuſtos, & non ſuper iniuſtos, & iuſtos, quia omnia bona Deus non propter omnes homines dat ſuper terram, ſed propter paucos ſanctos: contentus eſt enim magis, vt peccatores contra meritum ſuum bonis Dei fruantur, quàm, vt iuſti contra meritum ſuum à bonis eius defraudentur*. Egregiè, pro ſanctis peccatoribus, & inimicis benefacit, qui aliquando fuerunt & iniuſti, & tu non benefacies, cum pro te, & amore tui Deus & ſuis benefacit inimicis.

Secundum quod notandum eſt illud *ſuum ſolem*, non benefacit de alienis, ſed de ſuis, & tu non benefacies de iis quæ tua non ſunt, ſed aliena, eius nempe qui tibi hoc præcipit? pulchrè hoc adnotat Auguſt. lib. 2 de ſerm. Domini, c. 13. & 14. dicens: *Non autem ait, qui facit ſolem oriri ſuper bonos & malos, ſed addidit ſuũ, id eſt quem ipſe fecit, atque conſtituit, & à nullo aliquo ſumpſit vt faceret, vt hinc admoneremur, quanta liberalitate inimicis noſtris ex præcepto eius præſtare debeamus, quæ nos non creauimus, ſed de muneribus eius accepimus*. Dei ſunt quæ habes non tua, tu miniſter, tu eius diſtributor. *opinio quædam irronea*, ait Chryſoſt. apud diuum Thom. in c. 16. Lucæ, *ingenerata mortalibus, auget crimina, minuit bona, ea vero eſt operari, quod ea quæcumque poſſidemus in vſu vitæ, poſſideamus vt Domini, & ideo etiam opportunè ea apprehendimus tanquam bona propria; ſed contrarium eſt, non enim nos vt domini in vita præſenti collocati ſumus in propria domo, ſed tanquam hoſpites & aduenæ; ergo quicumque ſic noueris te eſſe diſpenſatorem alienorum, & tranſitorij vſus, & breuis tibi iura conceſſa ſunt*. Ergo Deus præcipit vt de ſuis des, non de tuis, qualis rebellio, ſiue præſumptio non dare, non benefacere ſi inimicus? nunquid eis de tuo dabis? *Laudauit Dominus villicum*, Lucæ 16. n. 8. *quia prudenter egiſſet*, benefaciens & ſi non de ſuis, ſedde eis quæ domini, & quia ei in emolumentum tamen & ſi non ſua dederat, ſed eius, laudauit, atque factum: quoad induſtriam approbauit, & tu iubente domino rerum de inimicis non facies tibi amicos de eis quæ non ſunt tua, ſed ſua? *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis ait Dominus, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula*. Quid eſt mammona iniquitatis? Doctores omnes, diuitiæ male partæ. & quales hæ erant; ni fallor illæ prorſus, quas ei ſuſtulerat villicus qui diffamatus erat apud illũ *quaſi diſſipaſſet bona ipſius*, cum ſecundum Ambroſ. in Luc. Chryſoſtom. apud diuum Thom. Auguſt. lib. 2. quæſt. Euáng.

Liran.

Plutarch.

30. Dauid ingratitudo erga Deum in peccato Vriæ quanta.

Sanchez hic.

31. Ex hominis inimicos propter Deum non diligere.

Auguſt.

32. Deus pluit iniuſtis propter iuſtos & cur.

Chryſoſt.

33. Bona Deus malis confert propter paucos ſanctos.

Auguſt.

34. Diligere debemus inimicos, quia non noſtri, ſed Dei ſumus, non noſtra damus ſed Dei.

Chryſ.

35. Homo non dominus, ſed hoſpes.

Luc. 16. n. 8.

36. Mammona iniquitatis quid.

Ambr. Chryſoſt. Auguſt.

Beda. Theophylact. Euthim.

quæſt. 34. Bedam, Theophylact. & Euthim. omnes homines diuites per villicum intelliguntur, & præcipuè qui ex malè partis vti erat villicus, qui diſſipans bona domini ſui, & ea vti eſſet dominus diſtribuens cęteris, ſic fecit vt non eſſet amplius mendicus, vt mendicitatem non timeret. Ergo ſua dominus deuictus charitate monet, vt ad beneficium tuum ſua diſtribuas, quæ illi eras furatus, & tu ob ipsúmet bonum tuum, ipſo præcipienti, non ob bonum ſuum non diſtribues quæ ſua? & ſi inimicis? at qui erant illi debitores, quibus iſte benefecit? Ambroſius, Hieronymus, Theophilactus, Pauperes, Maldonatus omnes homines; intellige & ſi peccatores, quos certè ſignificare viderur, dum domino debitores erant; diſtribuit ergo villicus, quæ domini. & quidem non amicis, ſed eius, & domini inimicis, & tamen eum laudauit dominus, non indignatus, quia villici conſiderauit emolumentum; vnde & inimicis ſuis quod benefactum non curauit. Ergo, & ſi Dei inimicis tu diſtribuis, ſubuenis, ſuccurris, tua Deus curans, non ſua, hoc laudat, vt ſimul ſuadeat, etiamſi ſua non tua tribuas, & tu ob eius amorem inimicis tuis domũ tuis non benefacies ob tuum, non Dei emolumentum? &, vt filius Dei ſias, non ſolum amicum, ſed inimicum etiam non diliges? Diliges ergo vt tantum bonum aſſequaris, vt tantam dignitatem, filiationem nempe Dei, & quod maius, eius aſſimilationem, vt veluti alter Deus amorem tuum, beneficentiam tuam, ſolem vt ſic dicam tuum oriri facias ſuper amicos, & inimicos.

Ambroſ. Hieron. Theophylact. Maldon.

37. Villicus laudatus etiam ſi bona domini diſtribuiſſet eiuſdem domini inimico.

At ſi noſtra inimicorum dilectionem perſuadent emolumenta, non minus equidè damna ſi eos odio habebimus. Primum, hominem ſic conſtituere vt neminem diligat, & à nemine diligatur, quæ maior miſeria? *Nullus eligeret viuere ſine amicis*, ait Ariſt. ethicor. 8. c. 1. *habens omnia, nam omnis homo naturaliter omni homini amicus eſt.* Et Cicer. 1. de amicitia. *Quis eſt proborum, atque hominum fidem, qui velit vt neque diligat, neque ipſe diligatur ab illo?* nã ſi cuilibet in animo ſit tantum amicum diligere, & inimicum odio habere, cum talis ſit noſtra vita, & ſic mundus in maligno, vt qui hodie amicus eras inimicus, & viciſſim cui hodie tu amicus, eras eris inimicus, profecto euenier vt neminé diligas, & à nemine diligaris. Hinc egregiè author imperf. hom. 15. concludit non tantum propter inimicos, quãtum ob noſtrum proprium bonum Deum inimicorum dilectionem mandaſſe, ne ſcilicet omnes odio haberemus, & ab omnibus viciſſim haberemur, *Cum ſit mundus iſte ſcandalis plenus*, ait, *ſi amicos voluerint diligere tantum, non poterunt inuenire quos diligant, hodie enim iſte illum offendit in re taliqua, ille iſtum offendet in altera re, & ita fit, vt ſi decreuerit homo inimicos ſuos odire, neceſſe eſt vt odiat omnes, & odiatur ab omnibus. Vnde ex odio inimicorum præciditur etiam dilectio.* Pulchrè, odium inimici præcidit dilectionem amici, neſcit amicum amare, qui ſcit inimicum odio habere; nam cum vna ex præcipuis amicitiæ circunſtantiis ſit conſtantia perennitáſque amoris, ſicut nullo alio commutari debeat bono; vnde Ariſt. ethic. 8. c. 4. *ſola amicitia bonorum honeſtorum immutabilis eſt*, & ſic ad

Author. imperf.

40. Ob noſtrũ bonum dilectio præcepta inimicorum.

amicum quiquam ſe debeat habere, & ad ſe ipſum, teſte eodem lib. 9. *Amicus*, ait, *ſe debet habere ad amicum ſicut ad ſe ipſum, quia amicus eſt alter ipſe*, vnde ſicut nunquam quis ſe odiò habet, neque ſecum amicitiam diſrumpit, ſic etiam nunquam debet & cum amico. Si ergo perennitas eſt de intrinſeca ratione veræ amicitiæ, quomodo poterit eſſe in illo perennis, qui tali conſtitutus eſt animo, vt amicum diligat, inimicum odio habeat? Hinc inimicorum odium, vt bene Chryſoſtomus, amicorum præſcindit dilectionem; ex quo rectè concludens ait; *Vnde puto quod non tantum pro inimicis noſtris Chriſtus illa mandauit, quantum pro nobis, non quia illi digni ſunt vt diligantur ab aliquo, ſed quia nos non ſumus digni vt aliquem odiamus, odium enim ſpiritus eſt tenebrarum, & vbicumque inſederit fordidat pulchritudinem ſanctitatis: ergo non tantum ideo iubet diligere inimicos vt diligamus, quantum vt à nobis ipſis quod malum eſt repellamus.* Quid pulchrius? tibi Chriſtus conſulit, non inimicis, quando tibi odium interdixit, talem de te æſtimationem habuit, vt quia odium ſpiritus ſit tenebrarum, *tu autem lucis filius*, tuæ dignitati conſulens illud interdixit, vt totus lux eſſes, totus ſimul ſplendidus; cum è contrario totus eris tenebræ, ſi ſpiritus in te reſideat odij, qui tenebrarum.

Aristot.

41. Non ponit vetus eſſe amicus qui inimicorum diligit. *Arist.*

Secundum damnum, & maximum; quia & ſi cætera mortalia grauia ſint, hominémque occidant, tamen odium fratris, non ſolum occidit, ſed etiam ad mortem ducit æternam; ſic vt ſi ad odium, & vindictã viderim aliquem ſic propenſum, ſic obſtinatum, animo ſic fermo, obfirmatóque vt nullo modo velit remittere, aut condonare abſque vindicta, poſſum probabiliter iudicium de tali proferre morale infallibiliter in mortem incurſurum æternam, ac pro illo tanquam de re acta orare deſinere; attende quod dico, non aio deſperatam eſſe illius ſaluationem, ſic, vt impoſſibilis ſit eius ſalus, & ſi aliqui immerito hoc dicunt; tamen affirmo, in tali ſtatu huius ſaluationem ſtare, vt prudenter ac moraliter iudicando poſſim elicere infallibiliter ſe condemnandum, ac iuſtiſſimè à Deo illa gratia deſerturum, ſine qua vllo modo ſaluabitur, ac ideo pro illo non orare; ſic Deo exoſum eſt fratris odium, ſic obſtinata voluntas non parcendi; ad quod probandum me iudice ſatis ſupérque eſt authoritas Apoſtoli ſanctiſſimi Ioan epiſt. 1. c. 1. n. 16. vbi permittit non orare pro illis qui peccant ad mortem: *Qui ſcit*, ait, *fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. eſt peccatum ad mortem, non, pro illo dico vt roget quis.* Scio locum eſſe difficillimum, intelligentiámque obſcuriſſimam; qua nulla in tota ſcriptura maior; cum amplius quam quatuordecim ſint in his verbis authorum ſententiæ, quas mihi nunc in animo non eſt examinare, ſed ſimpliciter meum proferre ſenſum cum Oecumenio, qui affirmat peccatum ad mortem, hoc eſt, quod ad mortem conducit æternam, eſſe memoriam iniuriarum cum propoſito vindictæ, nullóque animo remittendi. Quæ ſententia placet Lorino, & meritò; nam cum Ioannes totus ſit in fraternæ charitatis commendatione, & de fratre

Ioan. epiſt. 1. c. 1. n. 16.

42. Nolens diligere inimicum & in hoc obſtinate ſe habens dignè præſumitur præſcitus, & poteſt pro illo oratio interimi.

43. Peccatum ad mortem & memoria iniuriarum cum deſiderio vindictæ.

Oecumenius. Lorin.

38. Damna inimicorum odij. *Ariſt. Cicero.*

39. Qui inimicos non diligit ſine amicis conſtituitur.

odierne epistu. dixerat quod *in tenebris ambulat, & nescit quo vadat*, c. 2. n. 5. *non esse ex Deo*, c. 3. n. 10. *similem esse Cain*, ibidem, n. 12. *manere in morte*, c. 16. n. 14. *homicidam esse*, ibid. n. 15. *non nosse Deum*, c. 4. n. 8. *mendacem esse si se diligere Deum dicat*, ibid. n. 20. & in hac epist. in hoc c. de charitate tractet Dei eam in eius ponens obseruatione mandatorum n. 3. *Hæc enim est charitas Dei vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt.* Profectò cum præcipuum ex Christi mandatis sit inimicorum dilectio, iniuriarum remissio, fit vt præcipuè de huius mandati fractione peccatum intelligat Ioannes ad mortem, pro quo & si non iubet non orare, permittit tamen vt non oretur; nec longè ad hac opinione est August. lib. in serm. Domini, c. 22. vbi sic: *Peccatum fratris ad mortem puto esse cum post agnitionem Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidentiæ facibus agitatur.* Vbi licet Augustinus illud dicat peccatum esse ad mortem ob inuidentiam, & liuorem impugnare veritatem sciens esse veritatem; & post Christi gratiam acceptam contra ipsam pugnare gratiam pro quibus asserit non orandum; *Sicut Paulus*, ait August. *propterea non orat pro Alexandro*, 2. Timoth. 4. n. 14. *quia iam frater erat, & ad mortem id est, inuidentiæ facibus fraternitatem oppugnando peccauerat*; tamen quatenus odium pertinax consimilem habet etiam malitiam, dum scit quis Christi præceptum, veritatem agnoscit, dilectionem necessariam sentit, dimissionem ad vitam æternam vnicè conducibilem, & tamen ex maleuolentia, odio, proteruia, obstinatione non extraneum, sed fratrem odit, idem videtur patrare, ac ex inuidia ipsam oppugnare veritatem, cum hic ex odio ipsam non solum oppugnat, sed contemnit. Quæ Ioannis sententia ex eo amplius formidanda, quatenus ipse neminem despiciat, omnes summè diligi velit, ad omnes charitatem habere, & tamen pro talibus permittit, *vt non roget quis*, ab illa vniuersali dilectionis regula hos eximens, quasi in spiritu, & diuina præuidens reuelatione horum salutem apud Deum deploratam, licet non apud homines, & ideo & si permittit orare, non iubet, immo dimittat, vt non oretur. Quid durius? quale malum grauius? quale peccatum magis timendum?

August. 44. Est etiam impugnatio veritatis ex liuore.

2. Timoth. c. 4. n. 14.

August. 45. Pro omnibus orandum.

Certissima est illa regula Augustini de corr. & gratia, c. 15. tom. 6. nos pro omnibus orare debere, omnibus salutem desiderare; quia quales de numero non sint prædestinatorũ nescimus. Vbi explicans illa verba Lucæ 11. *In quãcunque domum intraueritis primum dicite pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis requiescet super eum pax vestra.* Adnotat dictum *si ibi fuerit*, non *si ibi erit*, quia non ex pace fiet prædestinatus, sed quia prædestinatus, cadet super eum pax, vnde educit quod cum nesciamus nos prædestinationem, omnibus tenemur annunciare pacem, omnibus bene velle, pro omnibus orare. *Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu vt omnes salnos esse velimus.* & infrà: *Quia ergo nos qui salui futuri sunt nescientes omnes quibus prædicamus hanc pacem salnos fieri vellet Deus iubet.* Ergo cum Ioannes pro talibus permittit non orare, quid dicendum? aut quale de eis iudicium ferẽdum? ipsi viderint. Deum testor quòd dum hæc scribo totus contremisco, pauco, horreo; scio non esse Oecumenij infallibilem sententiam, scio aliter alios interpretari, sed scio possibilem, & probabilem, & quod nullo Theologiæ principio repugnet, statuto semel, quod & si nullius salus dum in hac est vita sit omnino deplorata, tamen quod iusto Dei iudicio possit illa gratia priuari, sine qua infallibiliter non saluabitur, & hoc ex Dei reuelatione constare posse; ergo dum tantum pro condemnatis, ac pro præscitis non sit orandum iuxta illud Domini nostri Ioan. 17. n. 9. *Non pro mundo rogo,* & Ioannes dicat, *vt pro peccante ad mortem non roget quis*, & probabiliter sit qui dicat pro tali peccato, peccatum intelligi odij, & inimicitiæ & irremissionis iniuriæ; nonne consequenter intelligitur reuelatum Ioanni omnino apud Deum talium esse definitam sententiam, & in numero esse condemnatorum? videat qui dimittere non vult, & sibi suam ipsemet scribat sententiam, suam augurãs futuram. Et ex quorum sit numero, ex suo se iudicet animo; cum durum profectò videatur, vt ait Sapiens Sidrac, Eccles. c. 28. n. 5. *Ipse cum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit a Deo, & homo homini reseruat iram, & a Deo quærit mercedem,* vbi interl. *indignum est Deum esse ei propitium, qui crudelis est in proximum.*

Ioan. c. 17. n. 9.

Eccles. c. 28. n. 5.

46. Possibile vt Ioanni fuerit reuelatum obstinatorum in odio inimicorum deploratam esse salutẽ.

Tertium damnum, & maximum est nõ proficere homini ad dimissionem obstinato eleemosynam; vnde cum ad multitudinem peccatorum diluendam quasi vnica sit eleemosyna iuxta illud Daniel. c. 4. n. 13. & Tob. c. 4. n. 7. & Eccles. c. 3. n. 33. quid de se sperat cui necessaria est eleemosyna? Pulchrè adnotat S. Eligius Nouiomensis Episcopus, hom. 8. in Cœna Domini, ea remedia Deũ omnibus præcepisse quæ non solum diuitibus, sed pauperibus etiã præsto esse possent, vt sic nemo excusari posset ad vitam æternam necessaria sibi deesse; qui nõ alia affirmat, nisi vnam eleemosynam; vnde diuitibus, pauperibúsque eleemosynam præcepit, diuitibus vt dando pauperibus dimittant inimicis; pauperibus vt & ipsi etiam eam præbeant, iniurias dimittendo, quod genus eleemosynæ est nobilius: *Pius & misericors Dominus*, ait, *ferens infirmitatem generis humani sine qualibuscunque peccatis hanc vitam non posse transigere, talia medicamenta dignatus est prouidere quæ non solum diuites, sed etiam pauperes absque vlla excusatione possent peccatorum suorum adhibere vulneribus. Quæ autem sunt ista medicamenta illa vtique duo de quibus Deus dixit; date, & dabitur vobis Lucæ 6. c. Dimittite, & dimittetur vobis*, Marc. 11. c. *Date, & dabitur pertinet ad eleemosynam qua datur esurientibus, nudis, atque captiuis; dimittite, & dimittetur vobis pertinet ad eleemosynã per quam indulgetur omnibus inimicis, dicente Domino, si dimiseritis hominibus peccata eorum, pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra, satis delicatè nobiscum agitur, quando in potestate nostra datur qualiter iudicemur in die iudicij.* Egregiè, vbi duo ponderanda; Primum iniuriarum dimissionem eleemosynam aptissimè

46. Nolens inimico parcere eleemosynæ fructum perdit.

Dan. 4. 13.

Tob. 4. n. 7.

Eccles. 3. n. 33.

Eligius.

47. Deus remedia salutis in iis rebus posuit quæ conueniunt diuitibus & pauperibus.

48. Dimissio iniuriarũ est nobilissima eleemosyna.

Digitized by Google

49. Pauperes tenuitas facilius dimittentes ob hoc & facilius vitam lucrantur æternam.

dici, quatenus dat, ac remittit difficiliora debita, grauiora onera; ex quo fit vt generaliter loquendo plus pauperes diuitibus dent, quam accipiant, dum eis iniurias condonant, quas ordinariè patiuntur, & quia ad dimittendum ferè faciliores inueniuntur pauperes, quam diuites; hinc horum salus amplius certa quam diuitum. Lætetur ergo pauper, & exultet; nam & si pecunias ad eleemosynam non obtineat nec supperant, suppetit dimissio iniuriarum nobilior eleemosyna. Deóque acceptior, & non solum quia pauper impotens elargiri, cælorum regnum ei non clauditur, sed ex dimissione panditur sic, vt facilius ingrediatur, facilius penetret.

50. Vnusquisque sibi ex dimissione, aut retentione iniuriarum scribere suam potest sententiam.

Secundum notandum nos nostram posse scribere sententiam, nam quid de extrema quæris qualis futura sit? attende quo animo erga inimicum sis, & scribe, nam si absoluis, absolueris, si dimittis, tibi dimittetur; nam vt rectè idem Sanctus: *Qui hæc implere noluerit ipse sibi ianuã diuinæ misericordiæ claudit, quia qualibet reliqua opera quæ quisque fecerit omnia euacuabuntur, si in eo charitas non fuerit, quæ non solum amicos, sed etiam vsque ad ipsos perueniat inimicos*; reliqua omnia affirmat euanuari vbi odium non derelinquitur, vbi iniuria non dimittitur. Et equidem rationabiliter; ná quid te tractas impauperes tua distribuere si te ipsum non das Deo, nunquid tua vult Deus, an te? te vult, non tua, & nisi cum tuis tedes, tua non respicies, *Redde quæ sunt Cæsaris Cæsari*, dixit Dominus noster, Matth. c. 22. n. 21. *& quæ sunt Dei Deo*, quæ sunt Cæsaris? numini, quia insculptam Cæsaris habent imaginẽ, quæ sunt Dei? anima tua quæ Dei impressam tenet similitudinem; ô belle das Deo imaginem Cæsaris, diabolo imaginẽ Dei, & vis vt Deus hoc tuũ accipiat sacrificiũ, quod Cain non Abel; cuius peccatum vt sæpè ex sanctorum doctrina diximus in non recta donorum diuisione stetit, dum bona pro se, flaccida Deo reddebat, sic tu eleemosynas, nummos, qui sunt Cæsaris, Deo, animam tuam quæ est Dei diabolo offers, nónne malè diuidis, & ex ipsa diuisione ampliorem, reperias condemnationem? ô quam egregiè idem Sanctus: *Rogo vos*, ait, *vt diligentius consideretis, & quantum potestis expauescatis vel cauearis, ne vobis ille crudelis humani generis inimicus ira subripiat quomodo soleat incautos, & negligentes iniqua calliditate decipere, nã aliquibus homicidiis, raptoribus, & adulteris, incestuosis, & sacrilegis vanam fenestratem ingerit, vt cum crimina quotidiana committunt, putent quod Deus* corruptus *iudicum more pecuniam accipiat, & peccata dimittat.* Nil melius, corrupti est iudicij plus pecuniam æstimare, quam iustitiam, quam rectum; qualis ergo rectitudo erit illius iusti iudicis, si ad tribunal eius te accedente peccatis onusto, & corde maleuolo, pecuniis tamen onerato, vt pecunias accipiat, tèque absoluat immeritum; *Accipit planè Deus pecuniam*, sequitur Sanctus, *& eleemosynis delectatur, ea tamen ratione, vt vnusquisque peccator, quando offert Deo pecuniam, offerat illi animam suam; nam quænam fratres iustitia est vt aliquis criminosus pecuniam suam per eleemosynam Deo offerat, & animam suam diabolo per iniqua opera tradat, in pecuniis ima-*

ginẽ Imperatoris offert Deo, & in ipso imaginẽ Dei tradit diabolo, cum Dominus dicat in Euangelio: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Nil pulchrius: duas habes pecunias, animam, quanta nobilitatis distantia inter hæc nemo ignorat, qualis vnius, alterius que æstimatio quilibet scit, vile quid pecunia, anima nil pretiosius; Quod cum ita sit, putas Deo satisfactum si vile illi tribuas, diabolo pretiosum; si charitatem diabolo, si pecuniam Deo? quid pecunia cum charitate? ergo vana est eleemosyna illius qui manum Deo tribuẽs, cor diabolo tradit, qua euanescente quæ peccatorũ amplius spes remaneat? videat ipse.

At dices, vera omnia, sed rem esse perdifficilem, vt in principio diximus, ac quasi animo te destitui ad iniuriam remittendam, homo cum sis nobilis, & clarus? Ob hoc ne longior sim concludam, modum tibi tradens quo facilè dimittas, quo in fratrem non insurgas; quo & si læsus non irascaris, accipe illum ex diuo Basil. hom. de ira, qui expendens mansuetudinem Dauid dum contra maledicum Semei non irascebatur, & si contumeliosa in eum & dicta & facta iactabat, dum ad verba lapides adiungebat, 2. Reg. c. 16. sic ait. *Quamobrẽ cum audisset se virum sanguinum, & iniquum vocari, minimè succensuit, sed tolerando sese humilem reddidit, ac meritam sibi inflixit contumeliam putauit; ex quo duo tibi ad custodiendam animi constantiam traduntur. Primum ne te rebus magnis parem dignúmve iudices, deinde neminem valde infra tuam esse dignitatem, atque æstimationem putabis*; Expende antidota, & eorum agnosces virtutem, cur non dimittis lacessitus iniuriam? qua ob iniuriam fremis illatam; & cur fremis? qua rebus magnis, non iniuria te dignum reputas? & cur non vis dimittere? quia lædentem infra te, te supra illũ æstimas, tu te Deum, illum vilem reputans homuncionem. Hinc ardor, hinc animus irremissiuus, quod vt exemplo constet Scripturæ, cur Cain Abel occidit? cur & si Deo hortante iram non dimisit? profecto & quia rebus magnis se dignum reputabat, quia fauore maximo apud Deum se exaltari sperabat; & dum imparem sibi Abelum fratrem reputat, dum præclarum vidit, sic ira exarsit, sic odium imbibit vt obstinato animo pro nihilo Dei ducens monitionem fratrem occiderit; fecisset hoc & Esau, vt noster ait Sapiens nisi Iacob iræ eius cedens fugeret, quem quia mansuetus mitisque, *deduxit Dominus per viam rectam.*

Num. 11. *In fraude circumuenientium illum adfuit illi, & honestum fecit illum*, &c.

Commentum literæ.

Connexio capitis

ID quod ante dixerat, nunc exprimit, de opibus scilicet Iacob, adiicit tamen fraudem à Labano illi decem exhibitam vicibus, vt mox dicemus.

In fraude, &c. Alij *in superioritate insalescentium in eum*; Iansenius, *in auaritia opprimentium eum*, Vatablus, *cum per auaritiam opprimeretur*, in idem reincidunt, auari plus habendi, quam alij cupidi, dum iustè alterum superare non possunt, fraude satagunt, quod

Iansen.

Labanus cum Iacob perstitit, vt ipse cum suis
Genes. 31. n. 7. est conquestus vxoribus Genes. 31. n. 7. dicens. *Sed & pater vester circumvenit me, & mutavit mercedem meam decem vicibus*, at illi astans Deus, superiorem in omnibus constituit.

HOMILIA XXI.

Avaritia magnum malum.

ASCITIT Deus suo in fraude circumueniẽtium, hominum scilicet rapacium, auaritiæque summæ, qualis Labanus, qui virum ingenuum pro seruo habuit, & filias quasi captiuas auarus vendidit pater. Quid auaritia sordidius? quæ ipsas sordidat diuitias, & ex diuite pauperem hominem faciens; *Pauper enim is est*, ait Basil. orat. 15. de auaritia, *qui multis opus habet; vestra verò ista nimia habendi cupiditas quæ expleri nunquam potest multis rebus vt indigeatis facit.* Quæ ad ruinam hominis sic intenta reperitur vt facilius sit, vt sic dicam, solem sistere, quam ab auaritiæ malo hominem liberare.

Basil. 1. Auaritia ex diuite hominem pauperem facit.

Intrepidus, constans, fortis populi Israëlitici animus, sic ad paucorum hominum aspectũ trepidauit, vt terga vertens fœdè cederet Iosue cap. 7. n. 5. Explorantes fortitudinem ciuitatis Hai filij Israël, ac hominum multitudinem, sic illos contempserant, vt Iosue dicerent, *Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatem, quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos?* & tamen cum hoc esset, vix prælium inierunt, ac victi retrocesserunt. *qui statim terga vertentes percussi sunt*, tali quippe timore, vt dicat Scriptura, *quod cor populi instar aquæ liquefactum est.* Vnde ergo tantus timor in populo sic forti, sic munito, ad vincendum assueto? sanè ab auaritia, Achan sustulerat de anathemate plus ista potens ad populum perdendum, quam sanctitas Iosue ad seruandum, & licet hæc solem sistere potuit, auaritiam tamen compescere non valuit, vt inde discas non hyperbolem fuisse potius solem quempiam sisturum, quam auaritiam curaturum: *Propter auaritiam præceptatus Achan*, ait Amb. lib. 2. offic. c. 26. *in exitium deduxerat totam plebem parentum; itaque Iesus Naue, qui potuit solem sistere ne procederet, auaritiam hominum non potuit sistere ne serperet, ad vocem eius sol steit, auaritia non steit. Sole itaque stante confecit triumphum; auaritia autem procedente pœnè amisit victoriam.* Egregiè: facilius quippe est solem sistere, ac totam cæli machinam cum illo, quam auaritiam; quia cum vna dependeat à Deo actio, altera ab homine, facilius est quodlibet miraculum à Deo impetrare, quam concupiscentiam auri ab homine eripere. *Quæ*, vt idẽ inquit Sanctus, *vetus, & antiqua est cum ipsis diuinæ legis incipiens oraculis; immo propter ipsam reprimendam lex data.* Mutuum hoc vltimum, vt ex decem præceptis quæ Dominus populo inhibuit, Exod. c. 20. in quibus tota lex, dicat Ambrosius, eam latam ad opprimendam auaritiam, cur non ad idololatriam exterminandam, cur non ad blasphemiam, cur non ad festorum sanctificationem, &c? sed tantum ad auaritiam reprimendam? Sanè, non quod etiam ad cætera lex non data, sed quia sic in hominũ animis insitâ auaritia, desideriúmque auri, vt penè contra eius naturam aurum non concupiscere, ideo & si ob cætera, cum nullum sic reprimat lex affectum, nullus vicissim sic ei obsistet, ideo optimè Ambros. ob eam reprimendam dixit legem latam.

Iosue 7. n. 5. 2. Facilius solem sistere quàm auarum liberalem facere.

Ambr.

3. Illustratio.

Exod. c. 20. 4. Ad auaritiã reprimendam lex data, & cur.

At quid, amplius aliquid audeo dicere sic ob vnam auaritiam lex lata, quia vna confringendi præcepta ratio auaritia, quod facilè per singula discurrendo patebit; idololatria primo interdicitur, *non habebis Deos alienos coram me*, c. 16. n. 3. At vt inquit Tertull. lib. de idololat. c. 1. *Quæ idololatriæ solemnitas sine ambitione cultus, & ornatus? in illa lasciuia, & ebrietates cum plurimum ventris, & libidinis causa frequentantur.* Quæ omnia cum pecuniam pestilent, profecto sine auaritia, auríque desiderio non perficiuntur. Secundò falsum interdicitur iuramentum, *Non assumes nomen Dei tui in vanum*, tolle auaritiam, vbi periuria? *Sabbatha sanctifices*, quid ea violat, nisi auri desiderium? *Honora patrem tuum, & matrem tuam*, an non ob auri desiderium, opésque sæpè hos cõremptos vidimus, fœdéque inter filium, parentémque lites? Quid dicam de reliquis? non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui? ob vnam omnia fiunt auaritiam, tolle auaritiam vbi homicidæ? si à mulieribus auri desiderium auffers, vbi mœchatio? vbi furta? vbi falsa testimonia si aurum tollis? auaritia ergo peccatorum omnium origo, nec immerito; nam cum & ipsa idololatriæ quoddam genus sit, & hæc teste Tertull. omnium criminum in se genera contineat, meritò sicut idololatria, auaritia *principale crimen est generis humani*, vt cum Tertull. dicam *summus sæculi reatus, tota causa iudicij.* Vnde rectè ab Ambr. ob ipsam legem latam.

5. Omnium peccatorum radix auaritia.

Tertul.

At si facilius solem sistere, quam auarum sanare, nunc addo aliud, facilius Deo mortuum resuscitare, quam diuitem ab auaritia eripere. Attende: duo inter cætera miracula fecit Christus, Lazarum resuscitauit, Ioan. c. 11. Matthæum à telonio reuocauit, Matth. 9. qui sic in sepulchro iacebat auaritiæ, ac lapidis Lazarus, *Quæcumque vocauerit statim facit subsistere*, ait Hieron. epist. 145. ad Damas. *Hoc cernitur in Matthæo viuo, & Lazaro mortuo, qui statim vt vocati sunt à Domino; & ille sepulchrum auaritiæ reliquit, & iste suæ mortis.* Ergo sic sepultus Matthæus, ac Lazarus; sed qualis nunc horum resurrectio magis Christo difficilis? in quo amplioren suæ diuinitatis potentiam ostẽdit? sanè absque vllo prorsus dubio in Matthæi ab auaritia resurrectione; nam in Lazaro etsi vt Deus se habuit, tamen vt Deus humanatus, plorauit, fleuit, ad cælum suspexit, tandem magna voce clamauit, quæ omnia quandam præseferunt imbecillitatem. At in Matthæo totus maiestas, totus diuinitas, *vidit tantum*, imperauit, *sequere me, secutus est eum.* Qualis hæc potentia, qualis hæc maiestas? cur totus in maiestate hic, dum in Lazaro simul cum humanitate? sanè quia difficilior hæc resurrectio, ideo diuinior, ideo tota Dei erat necessario potentia. *Certè fulgor*, ait idem Hieronymus in hoc loco,

6. Facilius Deo mortuum resuscitare, quã auarum curare. *Ioan. c. 11. Matth. c. 9. Hieron.*

7. Auaritia sepulchrum.

Digitized by Google

loco, *& maiestate diuinitatis occulta, quæ enim à facie refulgebat humana videntes ad se attrahere poterat in primo aspectu.* Ergo Lazarus quatriduanus à voce resuscitans Christi, Matthæus, *à maiestate diuinitatis occulta*; sic difficilis eius erat ab auaritia resurrectio, sic arduum hominem ab auro euellere? ne quidem mirum, nam in resuscitando Lazaro non eius necessaria voluntas, sicut Matthæi à sepulchro auaritiæ. Hinc hoc difficillimum voluntate hominis tota auaritiæ addicta; quæ sicut curatu difficilis, sic ipsa tota ad hominum totalem inuenta ruinam, miseriam, afflictionem; nam aurum appetens ipsa tormenta, ipsas reputat delicias; ex quo fit, vt miserè homines damna non sentientes in continuis sint laboribus continuisque miseriis, ac veluti prædamnati ad tormenta mancipentur.

8. Auari ad tormenta pro damnati.

Quid aurum, si attendis, nisi terra? & quæ terra nisi maledicta? dum maledicti qui ad illud deputabantur effodiendum antiquitus, sit vt Chrysostom. ait, de incomprehensibili Dei natura [illegible] in Ecclesia fundi preces pro depuratis ad metalla, & in Liturgia Iacobi fratris Domini habetur clarè: *Memento Domine eorum, qui ad metalla, & supplicia damnati sunt.* Cum nullus sic labor, nulla sic vita tristis, quàm eleganter describit Cyprianus epist. 77. alias in antiquis, lib. 5. epist. 25. ad Martyres in metallo constitutos, vbi illud præclarum de Martyribus, ipsos vasa esse aurea, & argentea, & ideo ad metalla damnatos, vt mutata natura, terra aurum non daret, sed acciperet, *Quid verò mirum*, ait, *si vasa aurea & argentea in metallum*, id est, *auri, & argenti domicilium dari effis, nisi quod nunc metallorum natura conuersa est, locaque, quæ aurum & argentum dare consueuerant accipere cœperunt.* Nil præclarius, sed ad nostra; vitam ergo ad metalla damnatorum describens sic ait; *Non fouetur in metallis lecto, & cuicunque corpus, humi iacent fessi laboribus viscera, squalent sine balneis membra sita, & sordes deformia, panis illic exiguus, vestis algentibus deest.* En qualis vita? merito ergo aurum terra maledicta, dum tantis defoditur laboribus, acquiritur ærumnis, & tamé cum hoc sit, auaritia in hominum perniciem in voluptatibus eam reputant, eius tormenta ornamenta, supplicia delicias, ignominias honores arbitrantur; qualis in natura peruersitas maior? Pulchrè Tertullianus auri vilitatem considerans, totam eius pretiositatem in eo animaduertit consistere, vt mutato nomine non metallum, nec terra, sed aurum, sed torques, sed monile, & armilla dicatur, quod dum terra, nil aliud extitit nisi feralis officina ab auaritia in delicijs commutatum quod ipsum erat supplicium; *Aurum, & argentum*, ait de habitu muliebri c. 5. *principes materiæ cultus sæculari assint necesse est, vnde sint, terra scilicet planè gloriosior, quoniam in maledictorum metallorum feralibus officinis pœnali opera deplorata nomen terræ in igne reliquit; atque exinde de tormentis in ornamenta, de supplicijs in delicias, de ignominijs in honores metalli refuga mutatur.* Egregiè, quid aurum? terra, at cur gloriosior terra? quia in igne excoctum terræ

9. Aurum terra maledicta. *Chrys.*

10. Antiquitus in Ecclesia fundebantur preces pro damnatis ad metalla. *Cypriam.*

11. Martyres auro nisi sint & argẽto.

12. Auaritia hominem sic dementat vt tormenta delicias dicat. *Tertul.*

35. Aurum ex auaritia nomen terræ demutat

A nomen remutans aurum exinde, non amplius terra nuncupatur, at & si aurum metallum tamen; tale etiam refugit nomen dum in torques, monile, & armillam resoluitur. Hinc sicut prius per ignem nomen terræ amisit, sic postea & per hominum luxus & metalli; vnde præter nomen nil aliud cæteris continet metallis pretiosius, nisi quod in feralibus officinis pœnali opera sit deploratum; hoc auaritia efficiente, ad malum hominum inuenta vt diximus, quæ auri auida, dummodo illud acquirat consumantur homines, assumantur vires, depereant corpora. Vnum ex feralibus officinis depromatur aurum: mentiar si ipsa nunc non obstupescit natura, in Peruano regno vbi aurum effoditur, in Mexicano vbi argentum, metallorum fodinæ sic nunc ex annorum decursu profundæ aiunt ad plusquam ducenta stadia iam sint homines in profundo, ibi sic continue habitantes vt tam amplius sursum non redeant, sed ibi subterranei specie facti incolæ, viuentes sepulti, in dies ad aurum effodiendum, profundius se consepultent, ipsius terræ penetrantes viscera, sua ibi relinquentes, fœdé pro auro vitam commutantes? vna auaritia hoc efficiente, mentes obscurante in terræ profundum ipsos demergente, ob quod clamans Chrysologus serm. 27. ait; *Nascitur in terra profunda, scatetur ipsa montium fundamenta, per quæ ima venarum cæca discurrit anfractibus, & dum suam semper repetit naturam cælestes animas ad inferna deponit, obscurat sensus semper, alta mentium in terrena demergit.* Quid fœdius?

14. Inuentum ad hominũ perditionẽ, molestias struamus.

15. Fodinæ in Peruano regno profundissimæ.

Chrysol.

Hinc & si inuicti viri, & ad pericula fortes, contráque hominum potentiam inuincibiles, in quos nec ignis valuit, nec ferrum potuit stygiáque veluti inuncti palude videantur, vna tamen auaritia vicit, debellauit, ligauit, occidit, vt semel malum huius videas hydræ, dum sic supra cætera se eleuat hominũ infortunia, vt ad eum opprimendum & si reliqua marcescant, illa sola vigeat, insurgat, vincat. Recole Sansonem quia nomo plus inuincibilis, qualis sic inexpugnabilis? qui vno impetu mille occidit, Iudic. c. 15. qui funes infectis nerus quasi mollia fila disrupit, qui portas cum valuis quasi leues plumas ad alta montium sustulit, tamen ab vna victus mulieris auaritia, detonsus periit, & spiritus Dei qui à tantis eum liberauit inimicis, ab auaritia custodire non valuit, sub illa fœdè decidens, qui supra inimicos gloriosè se erexerat. Pulchrè Ambros. hoc veluti admirans vbi sup. ait: *Ille qui rugientem leonem manibus decerpit suis, qui vinctus & alienigenis traditus, sine vllo adiutore solus, dissolutis vinculis, mille ex his peremit viros, qui funes intextos nerus velut mollia sparti fila disrupit, is super genua mulieris inflexa cervice truncatus, inuicti crinis ornatum, prærogatiuam sue virtutis amisit, influxit pecunia in gremium mulieris, & à viro discessit gratia.* Egregiè, vbi vltima notanda verba, amisit Sanson fortitudinis gratiam, quia ibi reclinauit caput vbi influxerat pecunia, vbi inhabitabat auaritia, sub hac decidens, quando in campo inuincibilis cum inimicis, inuictus quando cum istis simul pugnauit, victusquãdo simul cũ auaritia in mulieris gremio, ibi enim ab eo discessit

56. Auaritia inuincibiles vincit.

Iudic. c. 15.

Ambr.

gratia, quia ibi influxerat auaritia; quasi res duæ incompossibiles gratia scilicet & auaritia, hæc accessit, gratia discessit, vt hinc etiam discas in corde auaro gratiam non subsistere, & accedente illa, hanc discedere, simúlque cohabitare impossibile.

17. Auaritia & gratia simul stare non possunt. *Ioan.* 13. *n.* 27.

Hinc quia in cor Iudæ iam auaritia, vix hæc ingressa ac gratia amissa, quasi duæ res incompossibiles, sic vt auaritia & Christus simul cohabitare non possint. Vnde, *post buccellam*, ait Ioan. c. 13. n. 27. *intrauit in eum Sathanas, & dixit ei Iesus, quod facis fac citius, & cum accepisset buccellam exiuit continuo, erat autem nox.* Quomodo post buccellam introiuit? nunquid non antea in illo? dum dicat Lucas c. 22. n. 3. *Intranit autem Sathanas in Iudam, & abiit, & locutus est cum principibus.* Ergo ante ibi stabat, sanè respondet August. tractatu 62. in Ioan. *Sed post buccellam intrauit vt plenius possideret.* Ergo Christus intrauit non vt ibi habitaret, sed vt diabolo vltrò Iudam dimitteret, cum iam inde ab illo abfuerat statim à principio vt in eius corde auaritia, hinc & ipse, nec præsentiam Domini sustinens auarus, statim etiam exiit. Vnde Origenes tomo 32. in Ioan. *Reuera exiit non solum recedendo de domo in qua detinebatur, sed omnino egressus est à Iesu, ego autem opinor quod post panem ingressus Sathanas in Iudam non tolerabat in eodem loco cum Iesu esse.* Sicut nec Christus cum illo, hinc dixit, *quod facis fac citius*, ante se eum sustinere non valens, quem occupauerat auaritia. *Eiicitur itaque & excluditur*, ait Ambr. lib. 2. de Cain & Abel, c. 4. *Eo quod iam cum Domino Iesu esse non poterat, quia cœperat esse cum diabolo, vnde statim imperio expulsus abscessit.* Hinc subtiliter obseruat idem Sanctus quia in domum Zachæi Christus ingressurus, & in templo commoraturus prius ab vtrisque auaritiam expulit, quam pedem inferret. *Zacheus renuncians auaritiæ Christum recepit*, ait, *& excipiendo Christum exclusit auaritiam, relegauit perfidiam, renuntiauit fraudibus, aliter enim non ingreditur Christus, nisi vitia excludat, quia non cohabitat erroribus, denique de templo eiiciebat nummularios, quia ipse volebat habitare.* Egregiè, volebat in templo habitare prius nummularios eiecit, hoc est auaritiam, quasi rem impossibilem sicut è domo Zachæi, vt ex hoc intelligant omnes auari deplorata eorum esse salutem, nisi auaritiæ renuntient, nec prius in eorum corda Christum ingressurum, quam auaritia discesserit.

Luc. 22. *n.* 3.

Origen.

Ambr.

18. Christus nõ ingreditur vbi auaritia.

19. Cætera vitia ab auaritia se cõtaminari reputant.

Quæ sic ex se fœtida abominabiliſque vt & si fœda cætera sint vitia, fœditatémque ament, tamen ex auaritia quasi se contaminari reputantes eam à se eliminare studeant, tangere non audeant, quid fœtidius quam odium, inuidia, Pharisæorumque contra Christum malolentia? perquire, si quid vnquam terrius agnoueris, & tamen cum hoc sit, hæc simul vitia quasi ab auaritia contaminatura ab illa refugiunt, nolentes recipere Iudæ aurum, quia auari, Matth. 27. n. 5. *Tunc Iudas videns quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, & senioribus, & illi acceptis argenteis dixerunt non licet mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est.* Matth. sanguinem homicidæ sitiunt,

Matth. c. 27. *n.* 3.

pretium refugiunt, quid hoc? nisi inuidiæ vitium refugiens auaritiam, ne ab illa fœdetur, sic vt auaritiam ex iusti sanguine saginatam ipsa etiam pertimescat iniquitas; *Restituit ergo pecuniam Pharisæus*, fatur Ambros. serm. 47. *sed nec Pharisæi eam libenter accipiunt, dicunt enim illicitum sibi esse in suis eam habere thesauris; videte igitur quanta vis dominicæ sit pecuniæ, quam inde Iudas reiecit, hinc Pharisæi in loculos non recludant, iusti enim sanguinis pretium pertimescit iniquitas possidere.* Pulchrè, sanguinem non pertimescit, pretium sanguinis possidere pertimescit iniquitas, vnde hoc? nisi quia plus fœdari se timet ab auaritia, quam à sanguine, quædam ad cætera se iungit vitia ipsamet inquinat iniquitatem; tetriora ipsa facit scelera.

20. Pharisæi pessimi aurum auari refugiunt.

Ambros.

Immo sic hoc Deo infensum vitium, sic illi abominabile vt ex vna parte simul totius generis posita corruptio humani, ex altera auaritiæ scelus, eundem ab eo exprimat dolorem vna auaritia, quam omnis scelus generis humani Genes. 6. n. 5. *Videns autem Deus*, ait Scriptura, *quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore pœnituit eum quod hominem fecisset in terra.* Expende singula, multam non paruam malitiam, cunctam non vnam cogitationem ad malum, non ad bonum in terram, & hoc omni tempore; ex quo eiicies prorsus omnem carnem corrupisse viam suam ob quam Deum pœnituit fecisse hominem, sensumque talem tetulisse, ac hominis pœnitentis. Rectè Caietanus in Genes. explicans verba illa: *Videns Deus*, sic ait, *à diuino intuitu inchoat iudicium diluuij, & rectè introducit Deum non audientem, sed videntem, vt omnimoda certitudo describatur, & primum visum describitur in voluntatis hominum malitia, non imbecillitas, non passio, sed quod in voluntate pessimum est, malitia, nec ea parua, aut vna, sed multa, vt hinc intelligamus homines vsque adeo declinasse ad malum, quod peccabant ex malitia, ac per hoc incorrigibiles erant;* Hinc Dei pœnitentia, cum vt inquit idem, *visu tanto abusu essendi, consequens est quod tanquam pœnitens fuerit, quod dederit esse homini sic abutenti essendi donu*; Ergo vox ista *pœnitet*, ergo sensus iste pœnitentis (& si metaphoricè) tamen non ante in Deo visus quam tota massa generis corrupta humani; quale ergo erit peccatum illud, qualis eius malitia, qualis eius enormitas, qualis Dei in illud displicentia, quod & similem à Deo eliciat vocem, similémque doloris sensum? hoc profectò nullum reperies aliud nisi vna auaritia, ob Saulis enim auaritiam parcens Amalec contra Domini præceptum iterum hæc vox auditur. *Pœnitet me quod constituerim Saul Regem*, eundem à Deo eliciente doloris sensum vna auaritia, quem omnia simul expreſſerant peccata? *Pœnituit eum*, ait Rupertus, *quod hominem fecisset in terra, tale quid & alibi dicit, pœnitet enim me quod constituerim Saul Regem super Israël.* Ante Dei conspectum sic exosa, ac horrida vna apparens auaritiæ malitia, ac omnium peccatorum simul, vt eodem modo ex turpitudinis vi immutans suam Deus sententiam ad modum pœnitentis, sicut ex

21. Auaritia quantum Deo infensa.

Genes. 6. *n.* 5.

22. Hominum malitia ẽ poredilauij quanta.

Caiet.

23. Auaritiæ põdus quãtum apud Deum.

Rupert.

Digitized by Google

peccatorum multitudine hominem deſtruxit, ſic ex vno auaritiæ peccato, & Saulē deſtruxit, & regnum ei adimat, longéque à ſe illum conſtituat qui erat prope; *Qui autem prope*, ait Ambroſ. de Naboth. c.16. *ſibi videntur eſſe per diuitias acpotentiam longè facti ſunt propter auaritiam; Saul contulit regnum, ſed quia mandatum non cuſtodiuit, & regnum amiſit & ſpiritum.* Quale ergo erit hoc peccatum, quam magnum, quámque Deo exoſum.

Ambr.

25. In corpus mortuum auari, Deus etiam inſilit.

Hinc ſic illud caſtigat, vt ab auaro officia illa adimat humanitatis, quæ in omnes fieri præcipit, & quia ab auaritia ex homine auarus in feram quaſi mutatur, feris etiam eum relinquit, ſic vt eo moriente non ab hominibus, ſed ab animalibus, ſed à feris parentetur, 3. Regum 21. n 24. *Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes, ſi autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli.* Mirum vt tale ſit Achab peccatum, vt in mortuum etiam Deus inſiliat eius corpus; ne miretis, quia auari, quod dum per auaritiam in feram immutatum, iuſtè feris, non hominibus traditur parentandum. *Etenim quia pauperis vineam concupierat*, ait Ambroſ. vbi ſup. *nequaquam tantis opibus expletus imperij, infrà omnem inopiam redactus à Domino, non qui vulnera eius lauaret inuentus eſt, non qui corpus aperiret, defecit circa eum hominum humanitas, canum ſucceſſit aſperitas, dignos planè ſui miniſtros funeris auarus inuenit.*

3. *Reg.* 21. n 24.

S. Amb.

26. Sepultura caret, traditur deliberandum.

At hic oritur non mediocris difficultas, quomodo dicitur Achab inſepultum iacuiſſe, canéſque eum comediſſe, cum infrà, c. 22. n. 37. affirmetur ſepultus, canes autem tantum ſanguinem eius lambiſſe, *Mortuus eſt autem Rex, & perlatus eſt in Samariam. ſepelieruntque Regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piſcina Samariæ. & linxerunt canes ſanguinem eius.* Si ſepultus, ergo non à canibus eius; quomodo ſancti Prophetæ ſtetit Eliæ!

3. *Reg.* 22. n. 37.

27. Achab quo modo dicatur inſepultus, cum contrarium videatur innuere Scriptura.

Sanè ſtetit, ampliuſque quantum ſit Dei in auaritiam odium ex loci explicatione declaratur; pro quo ſciendum poſt Eliæ comminationem Achab compunctum, ſic vt ad miſericordiam Deum flexerit. vbi ſuprà n. 27. *Itaque cum audiſſet Achab ſermones iſtos ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitque, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. Factus eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbitem dicens; Nónne vidiſti humiliatum Achab coram me, quia igitur humiliatus eſt mei cauſa non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius.* Et licet aliqui vt Lira. Dionyſ. Cajetan. Hugo velint falſam fuiſſe pœnitentiam, & ſicut ait Hugo. vt eam Deus commendaret, veluti maieſtati eius deferens, quia homines veram eam reputabant, ne videretur inanem fuiſſe, ipſúmque eam non commendare, voluit ne, & ſi falſa, ſuo priuaretur honore, vnde ipſe; *Dominus*, inquit, *non dimiſit in pœnam, ſed diſtulit, non propter Achab, ſed propter alios, vt oſtenderet quantum valeat humilitatis pœnitentia.* Ex quo egregiè Gregor. homil. 19. in Ezechiel, quantum Deus veram æſtimet pœnitentiam edicit dum falſam tantum honorat, *In quibus Domini verbis penſandum eſt*, ait, *quomodo ei in electis ſuis mœrorem amaritudinis placeat, qui amittere timent Deum, ſi ſic ei & reprobi pœnitentia placuit, quia timebat perdere præſens ſæculum; aut quomodo ingrata ſit ſpontanea afflictio pro culpis, in eis qui placent, ſi hæc ad tempus placuit, in eis qui diſplicebant;* & licet hoc aliqui dicant, tamen verius Achabi pœnitentiam veram, non falſam fuiſſe, ſic Abulenſ. quæſt.14. Vatabl. Hiſtor. Scholaſt. propendet Hugo, Chryſoſtom. epiſt. ad Theodoret. lapſum, clarè hoc affirmat, Hieron. epiſt.30. ad Vcean. num, vbi ſic: *O felix pœnitentia, quæ ad ſe Dei traxit oculos, quæ furentem Dei ſententiam confeſſo errore mutauit*, Ambroſ lib. de Nabuchod. c.17. & alij. Vera ergo Achabi extitit pœnitentia, hinc dimiſſa culpa, moderata pœna, hæc primo vt mutatur & inſepultus ab animalibus tumuletur, poſtea moriatur, ſed ſepeliatur. At quia auaritia atrox malum, Deo ſupra cætera inuiſum, cum ob pœnitentiæ honorem ipſum caſtigare ſtatuta non poſſet pœna, in filium eius illam tranſtulit Ioram, 4. Reg. 9. n. 25. ne atrox vitium condigna non puniretur. *Dixit Iehu ad Badacer ducem, tolle proiice eum in agro Naboth Iſraëlitæ, memini enim quando ego & tu ſedentes in curru ſequebamur Achab patrem huius, quod Dominus onus hoc leuauerit ſuper eum dicens: ſi non pro ſanguine Naboth, & pro ſanguine filiorum eius, quem vidi heri, reddam tibi in agro iſto, nunc ergo tolle, & proiice eum in agro iuxta verbum Domini.* Inſepultus ergo Ioram iacuit, quia Achabi filius, in eum tranſlata auari patris pœna, quia auaritiæ condigna. Iniuriant auari terram, & vt aurum extrahant eam euiſcerant, ingrati contra matrem inſurgunt; Quid mirum ſi in vtero recipere nolit, quos crudeles in ſe, dum viuerent habuit.

Abul. Vatab. Hiſt. ſchol. Chryſoſt. Hieron. Ambr.

4. *Reg.* 9. n.25.

30. Achab dicitur in ſepulchro iacuiſſe, quia Ioram eius filius.

31. Terra auaros non recipit, quia ei iniurii, & offenſi.

Immo ſi penitius rem inſpiciamus, ideo eos recipere non vult, quia timet ſterilitatem, timet infœcunditatem, ipſum denique timet corpus auari; *Ipſa enim*, vt magnus ait Baſil. loco infrà citando, *fructus ſues, non in ſuum vſum, ſed in hominum miniſterium educit*; & ideo fœcunda, quia aliis ſubminiſtrat, non ſibi: ſic ad aliorum beneficentiam propenſa, vt nil plus illi offenſum quam ſterilitas. Hinc corpus auari receptura timet, quia dum iſte totus ad ſe, nunquam in alios profuſus, nunquam in alios fœcundus, quinimo potius diſcerpi voluit, quam in alios vberes effundere fructus, ſemper ſterilis manens, dignè reputat ne in ipſam reſolutus ſuas illi communicet conditiones, fundat affectus. Vnde auara nec fructus producere velit, nec ſegetes germinare, nec homines ſuſtentare; hinc quaſi maledicta ſemper ſterilis inculcáque remaneret. Auarus enim ſic totus eſt ſuus, ſic ſibi omnia cumulat, vt & ſi in immenſum res creſcant abundéntque, mauult emere, quàm elargiri, Luc. 12. num. 16. *Hominis cuiuſdam diuitis*, ait Dominus noſter, *vberes fructus ager tulit, & cogitabat intra ſe dicens; quia non habeo quo congregem fructus meos, & dixit, hoc faciam, deſtruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ, anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare.* Perquire in om-

Baſil.

32. Eos timet, & cur.

Luc.c.12. n.16.

33. Auari tota ait ſcr.

nibus his in alios beneficentiam, profecto nullam inuenies, nisi summam auaritiam, & totum hominem ad se. *Cum horrea coarctatis rebus nimium compressa*, ait Basil. hom. in hunc Euangelij locum, *dirumperentur, parcus illius animus impleri nequit, veteribus enim semper nova accumulans, & cuiusque anni prouentus opulentia suæ pro auctoritis adiiciens, in hanc inexplicabilem consilij inopiam, hæsitationémque deuenit, cum nec vetera pre auaritia relinquere posset, & ad nova recipienda ob nimiam multitudinem non satis loci haberet.* Ergo crescente abundantia augebatur auaritia, & licet iamiam moriturus ipse, non de distribuendo, sed de augmentando cogitabat; sic circa alios sterilis, vt infœcundus, vt maluerit destruere sua, vitámque finire, quam aliis benefacere; quid ergo mirum, si terra timeat talem in se glebam recipere infructuosam, siccam, sterilem? campi siquidem à terra saginantur opima, & fundunt segetes, si tu fundis fimum, at si cinerem, infœcundabuntur, quia terram fundis infœcundam, tales auari, ab igne enim auaritiæ moriuntur consumpti; hinc in cinerem rediguntur, non in imum, meritò ergo terrá eos recipere reformidat, meritò Deus sepultura eos priuat.

Basil.

34. Sunt idololatræ.

Hinc quia auari nil aliud nisi se respiciunt, & quæ Deus communia, ipsi ad se applicantes propria faciunt, sic vt quantum ad eorum affectum quidquid est in mundo, ad se tantum attrahere velint, sic vt tales non Christiani, sed idololatræ dicantur, & vitio laborent idololatriæ. *Hoc autem scitote*, ait Paulus ad Ephes. c. 5. n. 5. *quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Dei.* Vnde auaritia idolorum seruitus? Vnde ipsa idololatria? nónne & Christiani etiam auari, nónne & Catholici, nónne & ipsum Deum adorant? sanè, at quia sicut idololatria Dei honorificentiam vsurpat quæ soli illi debetur, sic auaritia idololatriæ æquiparatur, dum quæ Deus communia, & omnibus simul impartiuit hominibus, auarus sibi soli appropriat, ac si esset Deus. Egregiè hoc Ambros. in hunc Pauli locum vbi sic; *Vt auaritiam rem periculosam esse deceret, idololatriam hanc nuncupat, qua nullum peccatum maius est; videamus ergo cur auaritia idololatria; hac enim Dei honorificentiam vsurpat, & vendicat creatura, cum in nomine diuitatis, quod soli conditori competit, participem illi asserit eius futuram; auaritia autem idcirco huic exequata est, quia similiter ea quæ Dei sunt sibi vsurpat, & recondit auarus, vt quæ vsibus omnium concessit communiter, auaritia denegat, quando idcirco congregat apud se hæc, ne alij vtantur.* Egregiè, auarus idololatra, quia sicut iste Deo honorificentiam, sic ille munificentiam aufert, & sibi soli vult, quod omnibus commune, ac si esset Deus cui soli omnia debentur; ad se tantum omnia referre satagit; hinc grauissimum illi peccatum, hinc curatu difficile; hinc nisi ipsemet Deus adiuuet à manu hominis auari eripi impossibile, sicut profecto Iacobo extitisset sanctissimo, nisi vt noster inquit Sapiens, *In fraude circumuenientium.*

Ad Ephes. 5. n. 5.

Num. 12. *Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret, quoniam potentior omnium est sapientia.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

CVram Iacob (cum fratrem fugeret) sapientiæ diuinæ, numero antecedenti cum narrasset Salomon; nunc eiusdem sapientiæ erga Iacob vigilantiam ad patriam remeando, enucleatè describit, in quo regressu à tribus eum custodiuit, vt videbimus, ab inimicis, Esau scilicet, à seductoribus Labano & fratribus, & tandem ab Angelo luctatore, de quibus omnibus sigillatim.

Custodiuit, &c. Ab Esau properante, quem valde, & propter animi ferociam, & sanguinis sitim, & offensam acceptam timebat, vt ipse Deo loquens ait, Genes. 32. n. 11. *Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo, ne forte veniens percutiat matrem cum filiis*, in quo loco meritò quæritur cur timuerit Iacob, dum Dei tutela securus extabat, immo in ipsa nocte paulò ante, in ingressu terræ Chanaam, ad quam ipse proficiscebatur, Angelos sui adiutores vidisset, ex qua visione animatus vltra processit ad fratrem nuncios mittens Genes. vbi sup. n. 1. *Iacob quoque abiit itinere, quo cœperat, occurrúntque ei obuiam Angeli Dei.* Custodes nempe Chananitidis prouinciæ, vt vult Abulensis, ad eum fouendum, & defendendum. *quos cum vidisset*, subdit Scriptura, *Castra Dei sunt hæc*; ergo cur nunc timet? cur fratrem expauet?

Genes. c. 32. n. 11.

1. Iacob cur timuit Esau cum securus de Dei protectione.

Lira. quia dubitauit de aliquo sibi occulto peccato ex diuturna cum gentilibus habitatione, per quod Dei promissa impedirentur, sub conditione præstita, nisi scilicet ipse à iustitia defeciisset; hæc sententia meritò ab Abulensi reiicitur, cum & Dei promissiones absolutæ fuerint, & de statu suo bono nullo modo ipse addubitare poterat, eo vel maximè, cùm ex præcepto Domini rediret.

Lira.

Sanctus August. in quæst. in Genes. quæst. 102. affirmat timuisse, ne illa liberatio cum ingenti suorum strage fieret; quod sanè congruit eius facto dum ob id diuisit in turmas dicens: *Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est, saluabitur.* Genes. 32. n. 8. Ex quo morale, vtiléque eduxit documentum, ne scilicet omnia Deo, & si securi de euentu, committamus, sed nostram etiam adiiciamus operam, & simul cum Deo cooperemur; verba eius: *Quæri potest, quomodo Iacob fidem habuerit promissis Dei dicens: Si venerit ad castra prima, & exciderit ea, erunt secunda in salutem, sed fieri potuit vt Esau euerteret castra eius, & tamen Deus post illam afflictionem adesset, & liberaret eum, & quæ promisit compleret; & admonendi sumus hoc exemplo, vt quamuis credamus in Deum, faciamus tamen quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis, ne prætermittentes ea, Deum tentare videamur; denique post hæc verba Iacob loquitur ea, quibus se fidem, & spem habere promissis Dei apertè demonstrat, quare satis hinc, & humana viri infirmitas, & fides pietatis apparet.*

August.

Genes. 32. n. 8.

2. Opera nostra necessaria etiam si de Dei custodia certissimus.

Digitized by Google

Hæc Augustini sententia vera est: nam si Deus liberationem promiserit, modum non dixit, poterat esse cum strage. & sic rationabiliter Iacobum timeret absque suæ fidei præiudicio; cum hoc tamen, & verissimam etiam sententiam iudico Abulens. in Genes. c. 32. qui existimat, secundum partem & rationem superiorem Iacobum non dubitasse, bene tamen ex repentina periculi apprehensione nondum ad Deum recollectus animus secundum inferiorem timuisse, quod sanè non timidi est animi, neque viro Philosopho aut sapiente indignum; vt egregiè Epith. in lib. 5. suarum dissertationum probans à forti, & constanti non esse alienum animo subito terreri, colorémque mutare; eius audiamus verba. *Visionis animi, ait, quas phantasias Philosophi appellant, quibus mens hominis prima flatim specie accidentis ad animum rei appellitur; non voluntatis sunt, neque arbitrij, sed vi quadam sua inferunt se hominibus. Probationes autem, & indicia, quibus eadem visa noscuntur, & diiudicantur, voluntaria sunt, sunt que hominum arbitrata. Propterea cum sonus aliquis formidabilis, aut è cælo, aut ex ruina, aut repentinus nescio cuius periculi nuncius, vel quid aliud eiusmodi fallum est, sapientis quoque animum paulisper moueri, & contieri, atque ipsius os, & vultum pallescere necesse est, non opinione alicuius mali perceptâ, sed quibusdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis, & rationis præuertentibus. Mox tamen sapiens, illa visa hac animi sui terrifica non approbat, sed abiecit, & respuit, nec ei timendum esse in his quidquam videtur; atque hoc inter sapientis, & insipientis animum differt, quod insipiens, qualia sibi esse primo animi sui pulsu visa sunt, tanquam inimicum, & aspera, talia verè esse putat, & tanquam si vera è metuenda sint, sua quoque assensione approbat. Sapiens autem cum breuiter, & strictim colore, atque vultu motus est, mox sese renocans, nequaquam eis cedit, sed statum, vigorémque sententiæ suæ retinet, vitæ esse indicans minimè metuenda, sed fronte falsa, & formidine inani territantia.* Ex hac ergo doctrina constat in subitis, & insperatis casibus, etiam virum timere constantem absque suæ præiudicio virtutis. Sic pari modo & potuisse Iacobum ex repentino Esau aduentu cum quadringentis armatis, secundum partem timere inferiorem, licet secundum superiorem constans habitualiter, vt ait Abulens. & imperterritus reperiretur, quod exemplo Christi probat, qui & si mortem appeteret, tamen eam secundum partem timuit inferiorem.

Abul. 1. Hominis constantis etiam est in subitaneis euentibus commoueri. *Epith.*

Et à sedultoribus tutauit illum, &c. Græc. *ab insidiatoribus*, nempe à Labano, eiusque filius eum insequentibus, vt occiderent, nisi Deus nocte per somnium Labano non esset interminatus dicens; *Caue ne quidquam asperè loquaris contra Iacob*, mira Dei erga Iacobum prouidentia, & simuil erga eos, qui in ipso tantum sperant, & sub eius sunt protectione, de qua re vide quæ diximus in altero tom. hom. 46. 56. 122. & 123.

Et certamen forte, &c. De certamine, & luctâ cum Angelo omnes hunc locum exponunt. Græc. *Agonem proposuit illi cum premio*, Vatab. *obeundum ei certamen arduum constituit.* Mira Dei hic describitur cum Iacobo prouidentiæ suauitas; cum enim fratrem valde timeret, non verbo, sed facto voluit eum edocere valentiorem ipsum futurum, dum maiorem vinceret, & Esau fortiorem Angelum nempe, de qua lucta multa apud authores quæruntur scitu digna.

DISPVTATIO.

De luctâ Iacobi.

PRimo an qui luctatus cum Iacob, Angelus fuerit, an Dei filius in forma Angeli, cùm multorum sit antiquorum Patrum authoritas æstimantium antiquas apparitiones in veteri Testamento Dei fuisse, non quidem personæ Patris, sed Filij; sic Iustinus Martyr in Dialogo cum Triphone, Tertullianus lib. 1. contra March. & lib. contra Praxeam, Hilar. lib. 4. & 12. de Trinitate, Ambros. lib. 1. de fide, c. 5. Chrysostom. in Acta, c. 7. & Augustin. qui anceps extitit, de Trinitate, cap. 13. & Fusius in tractat. illorum verborum, *Ego sum qui sum*, tomo 6.

1. An Angelus an Verbum æternum luctatum cum Iacob. *Iustin. Tertul. Hilar. Ambr. Chrys. August.*

Libenter huic opinioni subscriberem, cum Dei erga hominem ad declinandam charitatem maximè conducat, dum sic amans extabat hominum, vt cum tempus à se præfinitum incarnandi adhuc non aduentasset, meræ impatiens, quasi ex otio, similitudinem nostræ volut sæpè indui carnis, se quodammodo decipiens, & veluti ex futuræ Incarnationis delectatione, incarnandi impatientiam suauiter oblectans. At loca Scripturæ ita clara sunt contrarium indicantia, præter apertam Dionysij Areopagitæ authoritatem, vt nullo modo in illam propendere possim. Dionys. enim de cælesti Hierarch. c. 4. sic ait. *Idcirco, & pre omnibus Angelicum cognomen meruerunt cælestes spiritus, quod cum in eos primo diuina claritatis fulgor emanet, ipsi posmodum in nos enuntiationes illas sublimiores superne transtant: sic enim & lex, vt Scriptura diuina testatur, per Angelos nobis mandata est; indeque illa patres nostros qui ante legem, quique fuerunt post legem Angelo ad Deum subnexere, sine quod agendum admonentes, & ab errore sacrilego, vitaque prophana ad rectum veritatis iter traducentes, sine sacra quæris instituta, seu cælestium sacramentorum occultas visiones, sine diuinas aliquas prædictiones docendo pandentes.* Et sibi obiciens in Scripturis aliquando dici sine vllo medio Deum aliquando apparuisse, respondet sacras visiones, & imagines Deo dignas Scripturam Dei nominasse visionem; *Quòd si quis, ait, illinc etiam per se, sine vllo medio nonnullis sanctis Deum visum esse contendat: is discat hoc apertè ex sacris literis, id quod in Deo occultum sit, vidisse, aut visurum esse neminem, Deum verò Sanctis visum esse, sed enuntiationibus, quæ Deo dignæ sunt per quasdam sacras, & earum quibus ostenduntur captui accommodatas visiones; Theologia autem sapientissima visionem illam, quæ in se descripsit diuinam, quasi in*

Dionys. Areop. 2. In antiquis apparitionibus semper Angeli apparuerunt, nunquam Verbum vsque in hodiernum.

informatione earum quæ nulla firma depingi possunt, similitudinem prædidit, vtiè ex eo, quod ad diuinitatem eos, quibus ostenditur, erigat, Dei visionem nuncupat, propterea quod ea in mentibus eorum, qui vident, quendam diuini luminis radium infundat, & aliqua rerum diuinarum doctrina sancta eos erudiat; & quia ex hoc videbatur immediatè concedere has visiones à Deo factas, ideo subdit concludens: *Has diuinas visiones clari illi patres nostri cœlestium virtutum opera didicerunt.* Quid clarius?

Oseæ 12. n. 3.

Aliàs particulari de Iacob apertè Oseas c. 12. n. 3. illum appellat Angelum, *Directus est cum Angelo, insualuit ad Angelum;* & licet Christus

3. Christus in Scripturis nunquam simpliciter Angelus, dictus, sed cum addito.

Angelus etiam nominetur in Scripturis, adnotandum vt rectè Pererius in Genes. 31. n. 25. disput. 1. nunquam simpliciter Christum Angelum nuncupatum, sed semper cum addito vt Isaias 9. *Magni consilij Angelus*, & Malach. 3. *Angelus testamenti.*

Angelus ergo extitit, qui cum Iacob luctabatur, sicut & in cæteris est asserendum veteris Testamenti visionibus; de qua re vide Pererium, vbi sup. cuius illa optima est ratio, si aliqua reuelatio Dei immediatione fuisset digna, vt scilicet ab ipso immediatè, & non per Angelum reuelaretur, ipsa certè fuisset Virginis annuntiatio, tum propter ipsam materiam, tum propter personarum excellentiam; at vt scimus, per Angelum illam factam; ergo non est cur immediatè à Deo cæteras minus dignas asseramus.

4. An vera fuit luctа & an cum Angelo malo.

Secundò quæritur, de qualitate illius luctæ, spiritualisne fuerit, an corporalis, & vtrùm cum bono Angelo, an cum malo, bono Iacobum adiuuante. Etenim cum malo luctasse Angelo videtur, quod affirmat Hier. in cõmẽt. in epist. ad Ephes. explanãs illa verbà; *Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ, & sanguinem.* quæ sunt, c. 6. Postquam dixerat non omnẽ à carne prouenire, & sanguine tentationem, sed aliquas immediatè à malis spiritibus, sic ait: *Talem luctationem, & Iacob patriarcha putamus fuisse, quando remansit solus, & luctabatur cum eo homo, adiuuans eum, & corroborãs aduersus alium inimici sudore dimicantem.* Quæ etiam fuit apertè sententia Origenis lib. 3. Periarch. & Gazæus in com. c. 32. Genes. affirmat ex docto viro accepisse à nonnullis affirmari in specie Esau diabolum cum Iacobo luctatum. *Cæterum à Iacob stetisse,* verba eius, *Angelum auxiliarem, & idcirco diabolum præualere non potuisse, ne autem Iacob putaret suis viribus à se profligatum aduersarium, sed boni Angeli, factus est ei nervus, & claudicatio subsecuta.*

Hieron.

Origen. Gazæus.

Vera fuit

Sed primo statuendum luctam illam veram fuisse luctam, corporalem scilicet, & non spiritualem. Quod præter communẽ omnium Patrum intelligentiam tam Græcorum, quam Latinorum, ipsemet contextus satis indicat, cum facta vigilante Iacob, & sentibus vtente externis, & inter luctandum sic femur percussum, vt emanuerit: continuatio etiam luctæ vsque ad auroræ id ipsum demonstrat, & laudata Iacob fortitudo; denique ipsum nomen *luctari* illud significat, vnde Aquila, & Symmachus, pro *luctabatur* posuerunt, *versabat se, & iactabat cum illo*, sic enim luctantes facere solent.

Aquila. Symmachus.

Secundo etiam tenendum, bonum fuisse Angelum, & non malum quod ex ipso etiam liquet contextu, cum dictum sit fortem extitisse cum Deo, benedictionem Iacob ab illo petiisse; & liquet etiam ab ipso nomine Israël, quod est *videns Deum*, præterquam quod Oseas vbi suprà, apertè Angelum in bonum illum appellat sensum.

Et cum Angelo bono.

Sed nolo hic sensum præterire Ruperti lib. 8. in Genes. c. 6. qui hanc luctam describens, & cuius rei extabat figura aperiens sic ait: *Famosa lucta & totius ore Ecclesia per orbem vniuersum celebrata, qua homo cum Deo luctatus est, & tandiu tenuit, donec à victo benediceretur ille qui vicit, & accepta benedictione victor clamare cœpit; Rei cuius hoc præsagium est ab exitu Hebræorum ex Ægypto vsque ad Incarnationem, & passionem Christi peracta est, tam longa concertatio fuit fortissimi victoris Iacob, & Dei victi. Sed primo sciendum est luctam fuisse huiusmodi, vt Deus abire contenderet ad Iacob, & Iacob certaret abeuntem Dominum retinere. Igitur Iacob cum Deo luctatur, & victor benedictionem extorquet, quasi inuito, & nolente, videlicet sic futurum erat, vt comminaretur Deus recessurum se à semine eius propter peccata eius gentis rebellis, & incredulæ.* Quod probat Rupertus ex facto illo Moysis, quando Deus delere noluit populum; post quæ subdens ait: *Longo igitur luctamine detentus est Deus in illo populo, nec ante dimissus donec benediceret Iacob, id est, compleret benedictionem eius seminis, in quo benedicenda erant omnes gentes.* Ergo in Ruperti sensu lucta Iacob cum Deo fuerit in eius detentione, & vt benedictionem acciperet, ad quam obtinendam per totam sic luctatus est noctem, vt non prius eam obtinuerit, quam aurora aduenisset, & eius affirmat esse rei figuram, voluntatis nempe Dei cupientis discedere ab illo populo ob eius peccata, & violentæ per seruos retentionis suos. Attende quæso, an, & hæc eadem vsque hodie non duret lucta? non inter Iacob & Deum, sed inter Christum diuinámque iustitiam, dum hæc (sic peccatis populi exigentibus Christiani) contra illum insurgere vult, tollens ab illo veram, Catholicámque fidem, verumque Dei cultum. Et Christus, qua sua pollet fortitudine, contra illam dimicat vsque ad defatigationem; si enim quæ Rupertus, attentè consideraueris, si cur Deus ab illo populo discedere vellet attendes, eadem nunc prorsus inuenies causas, vnde cur fides vera & Catholica ab Anglis, à Germanis, à Gallis discesserit, non mireberis, quid mirandum, cur non similiter ab Italis, & ab Hispanis.

Rupert.

5. Quid talia lucta mysticè significet.

Tertiò tandem quæritur, cur Angelus superare non potuerit Iacob? an quia simulauerit se non posse, an quia maiores Deus vires contulit Iacob, an aliqua alia ratione, & cur tandem femur eius tetigit, ita vt claudicaret.

6. An Angelus vincere non potuit Iacob.

Toſtatus, & Thomas Anglicus in ea sunt sententia, vt dicant Angelum simulasse se vincere non posse; *Angelus fingebat*, ait Toſtatus, *se non posse superare Iacob, qui tamen facilè potuisset eum, vel brevissimo tempore redigere in pulverem; veruntamen talem se ostendebat Angelus, quo magis animus, & audacia crescerent Iacob, tanquam potenti resistere Angelo Dei.*

Toſtatus. Thom. Anglic.

gitized by Google

Sed contra hanc ſententiam duo ſunt incommoda: Primum, quia ſcriptura ait, quod non poterat Angelus ſuperare Iacob; ergo non erat quia non vellet, & ſecundum, quia ſi ob diſſimulationem Angeli non viciſſet Iacob, non multum laudis, immo nec aliquid ab illa conſecutus eſſet lucta; verè ergo Angelus ſuperare non potuit.

Ob hoc, vt refert Toſtatus, aliqui Hebræi dixerunt, Deum contuliſſe maiores vires Iacob, & humanam auxiſſe capacitatem; qui ſenſus non diſplicet, eo vel maximè, quia ad allegoriæ ſenſum talis multum conducere poteſt interpretatio. Chriſtus enim Dominus noſter, cuius præferebat Iacob figuram, diuina auctus poteſtate, quatenus Deus homo, & homo Deus, omnes debellauit poteſtates, mundum in ſe Deo reconcilians, ſic cum ipſa Dei iuſtitia luctatus, vt fortior illa euadens benedictionem ſurripuerit.

Caietan. Ac licet bona ſit ſuperior ſententia, proprius ad rem, me iudice, acceſſit Caietanus, qui in c. 31. Geneſ. hanc mouens quæſtionem, ſic eam decidit: *Soluitur eſt, quod Angelus vtitur potentia ſua, non ex neceſſitate, ſed ſecundum arbitrium, & præſcriptum, præcipuè diuina voluntatis, & quod diſpoſitione diuina decretum, factúmque eſt, vt Angelus aſſumeret corpus in tanta menſura virium, quod non poſſet ſecundum eam luctando, ſuperare vires Iacob, & ſic verificatur, quod Angelus experimento vidit, quod non potuit ſuperare Iacob luctando.* Hæc Caiet. cuius ſententia veriſſima eſt, quatenus impotentiam Angeli refert ad Dei præſcriptum, & mandatum, ex quo verè Angelus ſuperare Iacob non potuit; at verò quatenus dicit modum, quo illud Angelus effecit, fuiſſe aſſumendo corpus viribus commenſuratum, vt ſuperare Iacob non poſſet, non placet, cum corpus illud meræ eſſet fantaſticum, non organicum, nec intrinſecè in ſe motus receptiuum, ac virium, ſed tantum extrinſecè, ex Angeli impulſu; ergo vires non ſuppoſitabantur vt ſic dicam in corpore, ſed tota res ex impulſu pendebat Angeli, qui à diuino impeditus præcepto, verè impotentior Iacob reperiebatur.

7 Cur femur ne rigit. *Abulenſ.* At cur femur eius retigit? Abulenſ. in c. 31. Geneſ. vt è manibus eius illo modo eriperetur, ſicut in lucta impotentes vincere faciunt; conantur enim quocumque modo aduerſarium cædere, & illum à ſe repellere. Theodoretus ibi, ne ſuperbiret, & de ſuo robore nimis placens vanam ſumeret confidentiam. Proprius ad rem Thom. Anglic. *Hoc* (inquit) *fecit Deus, vt efficaciam ſuæ virtutis, per quam facillimè poteſt omnibus prænalere, ſenſibiliter experiretur Iacob, etiam tunc cum Deo prænalere videbatur. Deinde id factum eſt, vt viſionis illius memoria vehementius animo eius infigeretur, & poſteà in poſterorum eius notitia, & memoria perduraret, ne putari à quopiam poſſet, non fuiſſe veram illam luctam, ſed inanem quandam viſionem, & fallacem imaginationem ipſius Iacob.*

Theod. *Thom. Angl.*

Ex dictis ergo conſtat, Angelum, non Deum cum Iacob luctatum, corporalem, & veram fuiſſe luctam, cum bono, non cum malo Angelo, verè, & realiter Angelum illum ſuperare non potuiſſe, & illud Deum effeciſſe, vt animum augeret Iacob, ne fratrem timeret, omnino eum extra metum conſtituens.

Vt vinceret, &c. De hac victoria eſt illud, Oſeæ c. 12. *in fortitudine ſua directus eſt ab Angelo*, hoc eſt proſperos habuit ſucceſſus. Quod notandum in hac Iacobi lucta, ſcilicet ſic Deũ illi certamen præparaſſe vt vinceret, non vt vinceretur, cum ſæpè iuſto Dei iudicio illud certamen præparatur etiam iuſtis, quo vincantur occultiſſimo Dei iudicio ab illo pro tunc deſerti, vt ait Aug. lib. 2. de ſerm. Domini in monte tom. 4. ſuper illa verba: *& ne nos inducas in tentationem*, vbi ſic: *non per ſeipſum inducit Dominus in tentationem, ſed induci patitur eum, quem ſuo auxilio deſtituerit ordine occultiſſimo, ac meritis, & cauſis ſæpè manifeſtis dignum indicat ille, quem deſerat, & in tentationem inducì ſinat.* Cum hoc tamen inter electos, præſcitóſque diſcrimine, vt illos donec reſipiſcant, expectet; iſtos verò minimè; immo & ſi [illegible] vicerint, donec eorum vincantur, culpa vt ex Aug. colligunt Authores de bono perſeuerantiæ c. 17. tom. 7. vbi ſic: *Videte* (inquit) *à veritate quam ſit alienum, negare donum Dei eſſe perſeuerantiam vſque in finem huius vitæ, cum vita huius, quando voluerit ipſe dat finem, quem ſi dat ante imminentem lapſum, facit hominem perſeuerare vſque in finem.* De qua re videndus Bellarm. de gratia, & lib. arb. lib. 2. cap. 12. Iacob ergo certamen dedit, non vt vinceretur, ſed vt vinceret, quod magnum eius extitit beneficium, ex quo factum vt multum ex illa acquireret Iacob tribulatione ſplendorem, gloriámque, cum nil ſic ſanctos ſplendeſcere faciat, quam ipſa tribulatio; de qua re vide quæ diximus in altero to. hom. 54. & ſimul nullum Dei amoris maius erga ipſum ſignum quàm à tribulatione non eripere, viréſque illi in ea præſtare; de qua re vide ibi. hom. 41.

Oſeæ c. 12.

8 Iuſtis aliquãdo certamen præparatum vt ſuccumbãt, ad eorum bonum.

9 [illegible] autẽ ad [illegible] tum.

Bellarm.

Num. 13. *Hæc venditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum, deſcenditque cum illo in foueam.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

QVinque enarratis à ſapientia mirificè affectis, præſtantiſſimis viris, videlicet, Adam, Noë, Abraham, Loth, & Iacob, nunc ſextum addit, Ioſephum nempè, de quo quomodo eũ diuina Sapientia ab intima ſorte vſque ad ſummum euexerit culmen, breuiter enarrat. Cuius hiſtoria habetur Geneſ. 37. quam cum alibi non attigimus, neceſſarium duxi paulo extenſius de illa hîc agere; tam multis enim referta eſt documentis, tanquam à diuina petitis plena ſucceſſibus, prouidentia, vt nefas ducerem, ſi curſim eam hic attingerem.

Hæc venditum iuſtum, &c. Sanctiſſimum Ioſephum iuſtum appellat, cum omni refertus eſſet virtute, omníque ſapientia, ob idque plus cæteris fratribus à patrè diligebatur; nam & ſi cauſam paternæ dilectionis ſcriptura, quia eũ genuiſſet pater in ſenectute aſſignet, Geneſ. 37. n. 3. *Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eo quod in ſenectute genuiſſet eum.* Et filij in ſenectute geniti plus naturaliter diligantur, ſiue quia, (vt inquit Caietan.) *dintius eſt ſeruatiuus eſſe paternum*, ſiue vt (inquit Philo lib. de Abraham) *quia diu deſiderati ſunt, vel quia nul-*

Gen. 37. n. 3. *Caietan.* *Philo.*

Iam posteà sperant prolem, vel quia maximè gaudent se in ipsa senectute robustos esse, ac valentes ad generandum. Tamen non negandum, immo affirmandum ex virtute, bonáque ipsum Iacob amplius cæteris dilexisse indole; quod expressè dixit Chrysost. in Genes. hom. 61. & Iosephus lib. 1. Antiquit. vbi sic: *Iosephum à Rachele sibi natum, pater tum ob corporis præstantiam, tum ob animi virtutem (erat enim prudentissimus) pra cæteris liberis amabat, is parentis affectus, odium & invidiam fratrum in eum procreavit.* Quod etiam affirmauit Philo in lib. de Iosepho, siue de vita viri ciuilis, vbi sic: *Proindè cùm Iacob in filio suo Ioseph generosum animum consideraret, & maiorem quam pro privata fortuna, mirabatur, fouebátque diligenter eum pra cæteris filijs,* vnde vbi Latina lectio, *quod in senectute genuisset eum*, Hebraicè est, *quod filius senectutis sibi*: quod interpretans Paulus Burgen. affirmat, perinde valere, *ac si esset senilis prudentia, & maturitate, & modestia, & affectuum sedatione, & morum gravitate*; vnde Chaldaica: *Israel diligebat Ioseph eo quod esset filius sapientis sibi.* Virtus ergo ampliori fecerat Ioseph dignũ benevolentia, non tantum natura, vt ex hoc discant parentes filijs dilectionem impendere, mensuramque non ex affectu, sed ex virtute sumere, ne si dum sine delectu voluntarie tantum vnum plus cæteris diligant, ipsam nati destruant naturam.

Hinc sic prudenter dilectionis affectum moderari debent, ne plus mali eis inferant ex ostẽsa, quàm occulta dilectione. Vnde quia hanc occultam in amando legem, & si iussè, Iacob non tenuit, sed plus Iosephum quam reliquos palam diligebat filios, ab ipsis inuisus, & venditus. Ex quo egregiè Ambros. *instruimur* (inquit, lib. de Ioseph c. 2.) *qualis esse debeat affectus parentum, filiorúmque gratia, amare liberos dulce, & impensius amare prædulce est, sed frequenter amor ipse patrum, nisi moderationem teneat, nocet libero, sicut nimia indulgentia dilectum resolvat, aut prælatio vnius cæteros ab affectu germanitatis averlat.* Notanda patribus sententia; effrænata parentum, & singularis in filium præ cæteris benevolentia duo extrema potest dilecto ingerere mala, animi, morúmque resolutionem, fratrum odium; plus ergo ex hoc malum illi, quam bonum paterna contulit affectio. Hinc eleganter concludens sanctus imponit: *iungat liberos æqualis gratia, quos iunxit æqualis natura.*

At quid? ergo-ne omnino libertatem patribus præscindimus? ne ampliori aliquem ex natis benevolentia prosequantur, aut reprehensibilem sanctum facimus ex hac dilectione Patriarcham, vt sanè purè naturalem reprehendimus, & ob id non sanctum genitorem, quia pensum dilectionis ex virtute, non ex natura impendebat, amabat Iosephum plus cæteris fratribus, quia suprà illos virtute emicabat: discant imitari, si diligi concupiscunt: *Quid ergo,* (ait idem Ambros.) *reprehendendus Iacob, quia vnum ceteris præferebat? sed nec libertatem possumus auferre parentibus, ne eos diligant, quos plus credunt mereri, nec filiis resecare debemus studium plus placendi; certè Iacob illum plus diligebat, in quo maiora virtutum insignia præsidebat, vt non tam filium pater prætulisse videatur, quam Propheta mysterium.* Et tamen cum esset, & pater non affectu, sed ratione duceretur, inuidia exarserunt fratres, vt exinde discas inuidiæ pabulum ipsum esse bonum; de quare vide quæ in altero diximus, hom. 45.

Dilectioni inuiderunt, hinc *& tunicæ polymitæ.* Hæc viscera contorsit eorum, vt scias inuidiam non altos, sed viles induere cogitatus, non tantum summum, sed infimum persequi bonum: *Quid miraris* (inquit Amb. vbi sup.) *si propter fundum, aut domum oriuntur inter fratres iurgia? quando propter tunicam inter sanctos Iacob filios exarsit inuidia?*

At quid illa significet? Pulchrè Philo ex varietate illius (erat enim ex variis, & versicolor tibus liciis intexta quod vox sonat, *πολύμιτος* hoc est, *Polimita.* Viri ciuilis, & principis gubernantis industriam eruit, qui multus in gubernatione ad rei exigentiam, multipléxque esse debet, non semper vnus, ac idem: *Nec alienum est à proposito* (ait) *quòd tunica varia vestitus dicitur esse Ioseph; nempè rerum ciuilium administratio res est multimoda; & varia, multas recipiens mutationes personarum, rerum, causarum, sequestrorum proprietates, locorúmque, ac temporum diuersitates; quemadmodum enim gubernator navis pro varia ratione ventorum, variè etiam mutat navigationis subsidia, non vno modo nauem dirigens; & medicus non ad omnes morbos eodem vtitur remedio, ac ne in vno quidem morbo si is variet, sic opinor, & Reipublicæ moderator debet esse multis formis, & multiplex, alius in pace, alius in bello. aliter se paucis, aliter se multis opponens aduersariis; contra paucos constanter regens, multos vero flectens persuasionibus, idem vbi periculum publicum postulat, ipse rem aget, ministeria vero qua labore tantum indigent, permittet alijs.* Aurea præcepta, sed præ cæteris vltimum, perit Respublica, & pessum negotia eunt regna cum populis consumuntur, nullo extrinseco inferente bellum inimico, nulla peste, nulla fame, vnde tantum malum? quia ipse Princeps rem per se non agit, neque aliam quam sua in cæteris permittit ministeria, & dum non solum quæ oneri, sed quæ honori alteri permittit, honore hoc non elevatus, sed oppressus, sub onere cadit, & simul cum illo regnum.

Non dereliquit, &c. Immo adfuit, adiuuãs, consulens, assistens, vti semper suis sapientia diuina; de quare vide in altero, hom. 46. hinc & si in lacum missus, vestibus expoliatus, in carcerem detrusus, semper securus; immo & felicitèr degit, subueniente illi Deo, & per illam seruitutem ad regnum, siue regimen præparante, cum Dei voluntate, coram Domino gratiam inueniens, præpositus factus familiæ, domum regens, non sine magno Dei consilio, vt egregiè dixit Philo, vbi sup. *Oportebat enim* (ait) *futurum administratorem Reipublicæ prius exerceri in rebus œconomicis, nam & domus est quædam parva ciuitas, & œconomia est quædam velut compendiosa respublica, sicut etiam ciuitas est quædam magna domus, & politia est communis quædam œconomia; ex quo facilè intelligitur, eũdem esse idoneum, & aptum dispensatione domestica, atque publica administrationi, quamuis hac multitudine, & magnitudine differant, id quod etiam in pictura, & fictura videre est: nam bonus statuarius, vel pictor, siue colossea magnitudinis*

1 Filij in senectute geniti cur amplius diligantur. *Chrysost. Iosephus.*

Philo.

2 Ioseph ob præstantiorem virtutẽ à Iacob dilectus.

Burgens.

3 A not filiorum ex virtute ipsorũ moderãdus à patribus.

4 Non semper dilectio pandenda.

Ambros.

5 Quanta mala ipse modestus filio aliquando gignat.

Idem.

6 Invidia vilissimos induit spiritus. *Idem.*

Philo.

7 Principum ac gubernatorum præcepta aurea ex Philone.

8 Principes per se gubernare debent, nisi pessum ire Respublicam velint.

Philo.

9 Ministri qui eligendi.

10 Bonus œconomus, bonus erit politicus.

Digitized by Google

faciat, sine parua opera, eandem artem ostendit. Pulchrè, vbi hoc postremum adnotandum; forma enim principibus ministros describitur eligendi, malè enim communia administrabunt, dissipantes sua, & pessimus erit politicus, qui malus œconomus.

Iansen. Chartus. Osorius. Cantac. Castro. Lorinus. Lyranus. Olkoth.

A peccatoribus liberauit eum, &c. Græc. *sed à peccato eum liberauit.* Iansen. Chartus. Osor. Cantacuz. Castro, & horum, volunt, vt hic sit sermo de peccato vxoris Putipharis Ioſephum sollicitãtis, à quo liberauit eum Deus, Lyranus, & Olkoth de fratribus; & Lorino non displicet; vtrique opinioni sine incommodo subscribi potest. Vnde qui priorem sensum sequuntur, ipsis, vt adnotat Lorinus, particula illa, *sed*, non aduersandi vim habet, sed augendi, quasi sensus sit, sapientiam non modo venditum iustum non dereliquisse; quinimo in maius periculum adductum, nempè occasionem peccandi ab eo liberasse, quod maius beneficium, de qua re vide in altera hom. 75.

11 Ioſephi sanctiſſimi caſtitas quanta.

Quanta fuerit sanctissimi Ioſephi castitas, ex periculo eam elicere potes, in quod Dei voluntate, vt eum clariorem redderet, & diaboli astutia vt eum perderet, innocentissimè incidit, iuuenilis ætas, secretum loci, opportunitas temporis, securitas criminis, flagrantissima dominę voluntas vltro expetens, & efflagitans, ingentia commoda ex assensu, mala ex dissensu, impatientes tandem ipsius dæmonis impuri afflatus, omnia excellentiam ipsius prædicant castitatis; in qua merito Rupertus, omnes simul cardinales agnoscit virtutes, qui sic lib. 8. comment. in Genes. c. 33. *In hac tribulatione Ioseph, in hoc abscondito tempestatis discrimine, vbi vehementer exercitus, & probatus est, quatuor agnoscimus virtutes eius, temperantiam, iustitiam, fortitudinem, & prudentiam. Quid enim temperantius eo, qui non cuilibet, sed domine sue dicenti, dormi mecum, cum adolescens esset, non inclinauit animum? Quid iustius eo, quod ille dixit: ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, &c. Quid fortius ea perseuerantia, quæ vsque ad finem constanter restitit domine sæpius, & instantius sollicitanti, sicut dicit scriptura? quid prudentius eo, qui cum apprehenso à muliere pallio suo, ad flagitium impelleretur, relicto in manibus eius pallio aufugit, & se foras proripuit; turpius nempè indicauit vestimentum suum cum temporali dispendio discutere, & ignem procul à se abycere, quàm silentio diu flammam fœmineam in sinu suo alligare cum periculo animæ suæ: rectè igitur hunc Psalmista virum nuncupauit dicens: misit antè eos virum.* Hæc Rupertus; & merito in viro isto agnoscit præstantissimo, quatuor illas virtutes, quibus ornatissimus ille alter extitit Ioseph; cuius ipse figuram gestabat, & nomen, vt inquit Bern. serm. super missus est, in fine. Quis temperantior Virginis sponso? quis iustior? quis fortior? quis prudentior? sed de hoc infrà latius.

Rupertus.

12 Omnes virtutes in ea reperiuntur.

Bern.

13 Caſtitas quo medio potentiſſimè cuſtoditur.

Castus ergo vsque ad admirationem sanctus extitit Ioseph, cuius ratio inde petenda, quia intus existens, quæ extrinsecus erant non aspiciebat, & plus animæ admirans pulchritudinem, quam corporis hanc despiciebat, vt exinde intelligas potentius ad castitatem tuendam nil inueniri, quàm sensus occupare animi ad grandia, & cœlestia. Quod egregiè dixit Aug. serm. 82. de temp. elogia huius præstantissimi Prædicans vir: *Magnus planè vir, (ait) qui venditus seruire nescivit, adamatus non redamauit, rogatus non acquieuit, apprehensus aufugit, concupiscitur adolescens à domina, sed ad concupiscentiam provocatus, & rogatus, refugit, illa quæ in cæteris imperabat, vna hac in re blandiendo humiliter supplicat, sed ille noverat videre, quæ illa non videbat. Pulchrior erat intus Ioseph, quam foris, pulchrior in luce cordis, quàm in facie corporis, quo illius fœminæ oculos non penetrabat, inibi sua ipse pulchritudine fruebatur: intuens ergo interiorem pulchritudinem constitutis in speculo conscientiæ suæ, quomodo illam maculari, quomodo violari fœmineæ tentatione permitteret?* *Aug.*

Descenditque cum illo in foueam, &c. Carcerem Ægypti cuncti intelligunt, Hugo etiam cisternam, in quam eum fratres immiserant. Hoc vltimum magis placet, nam de carcere Ægypti vers. sequenti videtur sapiens loqui; in lacum ergo, siue foueam miserunt eum fratres, cur? vt irritum consilium facerent diuinum, ô amentes, in lacum immittitis, vt eius dominationem effugiatis, & ex lacu extrahitis & venditis; ob eandem causam, & quia in lacu, & venditus, vester efficietur Dominus; nã ibi cum illo descendens Deus, non tam vos, quam ipse inde eum extraxit, & in Ægyptum duxit, vt vestri dominaretur, vt vos eum adoraretis, cum proprium sit diuinæ illius prouidentiæ suos per media contraria assequi fines; de qua re vide quæ diximus in altero, hom. 147. Pulchrè Basil. hom. de inuidia, hoc factum Ioſephi fratrum considerans, eos amentiæ redarguit; nam inquit, aut vera erant somnia, aut falsa: si vera quomodo non euenirent? si falsa, quid opus fallenti inuidere? post quæ sic ait: *sed ex diuina hoc contingit prouidentia, vt astutia illorum inverteretur; per ea enim quibus impedire se diuinum consilium putauerunt, paulo post illud ad exitum deduxerunt, ac promouerunt.* Vide de hac re Greg. lib. 6. Moral. super illa verba: *qui comprehendit sapientes in astutia eorum.* Ipsemet ergo tribulationes quas fratres ipsi intulerant, eius splendori sunt famulatæ, & ideo sanctissimus Ioſephus suprà ipsos resplenduit, quia vltra ipsos tribulatus, de quare vide in altero hom. 54. *Hugo.* *S. Basil.* 14 Inuidi fratres Ioſephi amentes, & cur, sicut & omnes assimiles. *S. Greg.*

HOMILIA XXII.

De sanctissimo Genitricis sponso.

OMnibus decoratum virtutibus sanctissimum diximus iuuenem Ioſephum, plus ob hoc à patre dilectus, præ cæteris habitus fratribus, in vinculis, & foueâ à Deo non derelictus, suprà reliquos eleuatus quia sanctitate cæteris præeminebat: nunquid non & eadem dicemus de præstantissimo Deipare sponso Ioſepho sanctissimo, cuius figuram ille præ se ferebat, vt cum Bernar. communiter omnes intelligunt sancti: *Memento* (ait Bern. serm. 2. super missus est) *magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, & scito ipsum istum, non solum vocabulum fuisse sortitum, sed & castimoniam adeptum, innocentiam assecutum, & gratiam.* Merito ergo illius tractationem hic adii- *Bernardo* 1 Ioſeph figura sanctissimi Mariæ sponsi.

ciemus cuius ille figuram geſſit,& exemplum, & primo qualis huius ſanctiſſimi virtus; ſecundo qualis gratia; tertio demum, qualis eius nunc in cœlis extat gloria, quantúmque ſuprà cæteros ſe eleuet ſanctos, pro viribus nunc exponemus.

De ſanctiſſimi Ioſephi virtute.

2 Ioſeph ſanctiſſimus omnibus inſtructus virtutibus.

VIrtutem primo huius ſanctiſſimi admirandam conſidero, ex qua vera eluceſcit ſanctitas, quæ talis, vt dicat Chryſoſtomus hom. 4. in Matth. ideo iuſtus ab Euangeliſta dictus, quia omnibus refertus virtutibus, non iuſtitia tantum: *ſed ſciendum*, ait ſuper illa verba, *cum eſſet iuſtus, quòd iuſtum hic virtuoſum in omnibus dicit.* Et verè; nam ſi virtus per tribulationes exclareſcit, nulla Ioſephi maior: ſi ex electione ad ſtatus dignitatem ſeu ad altitudinem miniſterij, nullum eiuſdem maius; at ſingula probanda.

3 Tribulatio veram à falſa diſcernit virtutẽ.

Virtus enim nulla profecto re ſic exclareſcit, ac tribulatione, ita vt vera à falſa ipſa ſola ſecernat; immo qualis digna, vt veluti pretioſus Adamas in Dei digito reponatur, qualis vti adulterina reiiciatur, ſola hæc præſtat tribulatio. Pulchrè hoc Origenes, hom. 3. in Hierem. ſuper illa verba, *quomodo confractus eſt. & contritus malleus vniuerſæ terræ.* Vbi obſeruans malleum vniuerſæ terræ eſſe diabolum, quatenus ſanctos Dei perſequitur, ac magna vndequaque eos circumuenit tribulatione, itavt inter incudem, & malleum ſemper videantur repoſiti, affirmat contritum eſſe hoc malleum à materia duriore contra quam ipſum non valuit; ab Adamante enim qui ictus reſiſtit, qui nunquam frangitur, ſicut potius ipſe conteratur malleus, quam ille; hos autem Adamantes ſanctos affirmat, quos veros Adamantes tribulatio probat, qua non accedente an veri ſint prorſus ignoratur: *Quero materiam* (ait) *malleo fortiorem, quæ nihil ab eo percuſſa patiatur, quam quidem quærens reperi in eo quod ſcriptum eſt, ecce vir ſiens ſuper muros Adamãtinos Amos c. 7. & in manu eius Adamas, licet ſuprà ſtet malleus z alnius, & ſuppoſitus ſit draco, qui eſt quaſi incus indomabilis, nihil tamen in manu Dei, & in conſpectu eius conſi tens Adamas perſeuerat, quia ſanctus, qui quaſi murus Adamantinus, vel in manu Domini Adamas eſt, non curat de malleo, neque de incude. ſed quanto plus caſus fuerit, tanto plus eius virtutem ſplendeſcere ſciat;* Quibus dictis, ſequens affirmat, ante tribulationem an ſancti Adamantes veri, an falſi, minimè cognoſci, vnde de ſe ſic fatur: *ego ipſe adhuc neſcio verum veniente malleo & percutiente me confringar, & conterar contritus, quia non ſum Adamas, an certè verus Adamas oſtendar. ſi ingruẽtibus perſecutionibus, & periculis, ac tentationibus, tam incontritus fuero ad ictus mallei quam probatus.* Egregiè, Adamas & ſi verus, an ſit, ante ictum non agnoſcitur. Hinc neceſſaria probatio vt pretium, condignamque accipiat æſtimationem. Quod profecto non ſolum ad Adamantis neceſſarium eſt dignitatem, ſed eius, qui eum portat, in cuius extat manibus.

4 Sancti Adamantes, & eor. *Origenes.*

5 Tribula vi ſanctis expedit ad illo: dignitatẽ. *Thab. c. 12. n. 13.*

Amos c. 7

Enimverò expendenda ſunt illa verba Angeli ad Tobiam, c. 12. n. 13. *& quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te.* Expendo verbum *neceſſe*, vnde neceſſitas? ni fallor ex Dei acceptatione, acceptus eras vt Adamas in manu eius extabas, at adhuc an verus, an falſus, non notus, hinc & ſi in manu Dei, tamen neceſſarium vt probareris, indignum quippè ſupremæ alicuius reputatur maieſtatis regium Adamantem in digito geſtare de cuius probitate, ac veritate non conſtat, ſic Angelus ad Thobiam, acceptus eras, ſed neceſſe vt tentatio te probaret, vt an verus eſſes Adamas noſceretur, vt omnibus, non tantum Deo conſtaret, te verum eſſe, non falſum Adamantem: *vir ante tentationes* (ait idem Origenes, vbi ſuprà) *ab his qui probare lapides neſciunt, ignoratur; nam certiſſimè nouit Adamantinã lapidum naturam ſolus Deus plurimis ignoratam.* Sancti ergo, & ſi Adamantes in Dei manu, tamen an ſint veri, à ſolo Deo cognoſcuntur ante tribulationem, qui ante Adamantum cognoſcit naturam; at poſt tribulationem ab omnibus. Hinc vt clariores fiant, neceſſaria tribulatio: ergo à tribulatione totus ſplendor, totus virtutis ornatus; immo ab ipſa quàm magna, quàm ingens virtus cum ad gradum tribulationis ſit virtutis, & ad magnam tribulationem magna profecto ſequatur virtus.

Origen.

6 Sancti an ſius veritate tribulationem à ſolo Deo cognoſcuntur, poſt illã ab omnibus.

Hinc eſt quod, *cùm fidelis ſit Deus*, vt Paulus loquitur 1. ad Corinth. c. 10. n. 13. *& non patiatur tentari.* ſuprà id quod homo poteſt, ad hoc, vt faciat cum tentatione prouentum, & ſuſtinere poſſit, ſit vt iuxta virium menſuram ponderet tribulationem, & ad magnas magnam, ad debiles debilem inducat tentationem; immo ſic ipſe tentat aliquando, vt ad noſtram conſeruandam humilitatem, experimentum nolit ex viribus, ſed ex voluntate, ſufficiens illi, ſi vincere velimus, quo experimento factus ſatis tentationem tollit, ne homo ſuccumbat, quod totum non ſolum noſtrum ſpectãs operatur prouentum, ſed noſtræ prouidet humilitati, ne in altum elati viribus noſtris tentationem viciſſe credamus, ideo non tentat vires, ſed experimẽtum de voluntate ſumit. Quod acutiſſimè dixit Chryſoſtomus in Imperfect. hom. 14. explicans illa verba: *& ne nos inducas in tentationem*, vbi ſic: *Duo ergo petimus* (ait) *Primum vt non inducat in tentationem: ſecundo vt ſi induxerit, liberet de periculo tentationis; nam verè ſi ſecundum veritatem iuſtitiæ ſuæ examinaret homines Deus, nullus poſſet fieri ſaluus, ideo autem difficile tentat, ſciens infirmitatem noſtram, aut ſi tentat, non tandiu tentat, quandiu nos vincamus tentationem, ſed quandiu vincere nos velle oſtendimus, id eſt, non virtutem noſtram tentat. ſed voluntatem. Apoſtolo nos confirmante, & dicente: tentatio vos non apprehendat niſi humana, fidelis autem Deus, &c. volens enim glorificare hominem, tentat eum, non vt cum magno iudicio glorificet, ſed vt ne ſine cauſa glorificet.* Nil pulchrius, vires attendit Deus noſtras, & ſimul noſtræ conſulit humilitati, ne ſuperbia elati, magna nos feciſſe æſtimemus, ac proindè glorificatione eſſe dignos, ſic nos tentat. illas in nos immittit tribulationes quæ ex ſui paruitate cum viribus comparatæ noſtris, non magnum faciant iudicium, non magnum experimentum, vt ſic diſcamus Deum in ordine ad glorificationem noſtram in tribulationibus, non iudicium, hoc eſt pondus, ſed tantum cauſam requirere glorificationis, ideo

1. *Cor. c. 10. n. 13.*

7 Magna tribulatio magnam ſupponit virtutem.

8 Deus volũtate vincẽdi aliquando ſatisfactus tentationem non permittit vt veniat aut vt multum diuet *Chryſoſt.*

9 Nos tentat vt cauſam habeat glorificandi.

non solũ suprà id quod possumus, sed infrà certari nos permittit, hic, *vt faciamus cum tentatione proventum.* Hinc eas moderatur vt iuxta vires eas immittat, magnas magnis, paruas paruis, maris ac fluctuum tempestates mitigans, iuxta illud Psal.88.n.10. *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.* Vbi Hier. *Tu dominaris huius seculi potestatibus, mitigans tentationes, quæ commouentur super seruis tuis.* Ex quibus omnibus duo constant certissima. Primum tribulatione virtutem exclarescere; secundum ex illorum pondere pondus sumendum virtutum; hinc maior in virtute, qui maior in tribulatione.

10 Tentationes moderatur. *Psa.88 n.10. Hier.*

Quod cum sit, qualis maior quam nostri sanctissimi Ioſephi, quale maius Dei virtutis alicuius experimentum. Ecclesiast. 27. n.7. *Sicut vasa figuli probat fornax (ait Sapiens) sic homines iustos tentatio tribulationis.* At qualis hæc tentatio iusti, qua verè iustus quis declaretur? qualis nisi illa sanctissimi Ioſephi qua nulla maior, suspicioſa nempè de virgine cogitatio; species quædam impressa quæ eum torquebat, augebat, terrebat, hæc tribulatio est illa sic magna, sic grandis, vt nulla alia ei comparari nec possit, nec debeat, non equidem rerum amissio, non status, non denique ipsius vitæ; cogitatio enim tristis, dissona, & vt talis apprehensa, est ille ignis, est fornax illa in qua Deus iustum probat. Vnde Complutens. vbi nos, *& homines iustos tentatio tribulationis* legit ipsa, *& tentatio hominis in cogitatione illius.* Pulchrè; nullum sic Deus ab homine iusto experimentum sumere potest, nullam similem tribulationem, nullo sic eum validiore vrere igne, ac vna in mente cogitatione tristi, sinens eam intus non ossa, sed medullas, sed animam rodere, exsiccare, *cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum,* patiens aiebat Iob c.19. n. 11. *conatus mei inter cæpti sunt,* Vatab. *articuli cordis mei rupti sunt,* Complutens. *possessiones meæ.* Alia vers. apud Vatab. ergo cogitationes sunt hominis conatus, sunt cordis articuli, sunt possessiones ipsius cordis, quibus aut diues, aut miser efficitur. Anatomistæ dicunt duos in corde reperire ipsos sinus, vnum sanguine plenum purissimo, alterum omnino vacuum, ex quo coniectant in isto spiritus mãsisse vitales ob mortem exhalatos, melius diuinus ille Anatomista Christus Dominus, cogitationes, non spiritus in illo existere sinu vitales, dum ex illo affirmat eas exire malas. Matth. 15.n.19. Hinc veræ cogitationes possessiones dicuntur cordis, quatenus in illo sunt, cum illo viuunt, ex illis ipsum ditescit, aut egenũ fit, qualis ergo erit ille dolor, qualis sẽsus, quando istæ dissipantur, conuelluntur, scinduntur, diuersa, & mala cogitantes, & præcipuè de re ad honorem pertinente.

Eccle.27. n.7.

11. Magna tribulatio quæ vtrè dici potest.

12 Cogitatio tristis est, fornax, in qua homo aduritur, & à Deo probatur.

Iob.19. n.11.

13 In corde duo sunt sinus.

14 Cogitationes in intimo sunt cordis.

Matth. 15.n.19.

Quid quæso Amano deficiebat? Primus erat inter principes, omnibus abundabat diuitiis, filiis refertus, Regis amicus intimus, summam obtinebat potestatem, omnes ante eum genu flectebant, & tamen vna sola cogitatio miserum eum effecit, quia ad honorem pertinebat; reputauit enim suam esse dehonestatem & dedecus quia Mardochæus ei non flectebat genu; vnde tota exposita magnificentia sua tandem concluſit; *& cum hæc omnia habeam nihil me habere puto.* Ester 5.n.13. Quid Nabuchodonosore gloriosius, & tamen ac si esset vilis quidem homo præter regiam dignitatem furore vti bestia quædam repletur, & faciem immutat, ob vnam honoris cogitationem, ignominiam reputans puerorum inobedientiam, Daniel.3. n. 19. Caim quæso quid deficiebat, primogenitus, diues, à parentibus amatus, & honoratus, quem tamen sic tristem, sic deiectum, sic miserum vna redidit cogitatio, quia honoris, reputans in magnum suum prælatum fratrem dedecus, vt ad misericordiam ipsum flecteret Deum; vnde eius miseratus, vt consolaretur descendit dicens: *Cur concidit facies tua?* Genes. 4. n.6. *Expende ineffabilem Dei misericordiam,* ait Chrysost. hom. 18. in Genes. *& in docendo nobis congruam humilitatem, quia postquam vidit illum ab insidentia affectione oppugnari, vide quomodo pro sua benignitate congrua ipsi remedia apponit, vt statim educatur, & aquis non obruatur.* Vnde cum istum cogitatio primogenituræ amissę valde torqueberet dehonestatum se existimans, ab illo timore eum quietum reddens Deus securum reddidit, sic ea verba explicans Chrysost. *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius,* quæ iuxta 70. legens: *Ad te conuersio illius, & tu illius dominaberis;* quasi diceret Dominus, & se eum ob sacrificium ritè oblatum prætuli; tamen primogenituram non contuli: *nam licet honore ego illum prosecutus fuerim, acceptáque fuerint illius dona, veruntamen ad te conuersio illius, & tu ipsius dominaberis, atque post peccatum hoc permitto, vt primogenitura priuilegiis gaudeat, illúmque sub tua potestate, & dominio esse iubeo.* Et tamen cum hoc Deus egisset, sic miserum hunc ignominiæ vna cogitatio deiecit, vt illam Deus, ab eo depellere non potuerit; sic altæ, sic defixæ huiusce modi in corde defiguntur cogitationes, vt omnino eum conuellant, distrahant, in summam tandem redigant miseriæ profunditatem.

Dan.3. n. 19.

Gen.4.n. 6.

16. Deus vt Caim consolaretur primogenituram ab eo non abstulit. *Chrysost.*

17 Sanctissimi Ioſephi tribulatio quanta.

Hæc ergo erat sanctissimi nostri Ioſephi tribulatio, hoc experimentum, quo nullum maius, cogitatio vehemens, aspera, crudelis, ignita, feruens honoris amissi, detur pationis fœdæ, dum vt Euangelista ait cogitaret de fuga, quia sine honore iam se aspiciebat, Matth. 1. n. 18. *antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.* Expende singula, & duo simul grandia aspicies, tribulationem, & huius sancti virtutem: *inuenta est in vtero.* En tribulatio magna, cogitatio vt diximus honoris deperditi, & iniuriæ acceptæ, qua nulla maior, cum vt in altero diximus, infamia ex adulterio, non ex illis est rebus, quæ veram in se infamiam non contineret, sed tantum ex falsa hominum æstimatione, quinimo tantam in se adulterium infamiam continet, vt nullo modo ab illo quis eam separare possit, quandoquidem eum ex matrimonio vna fiat caro inter virum, & mulierem, & huius iuxta Paulum *caput sit vir,* Ephes. c.5. & ex copula etiam illicita fiant etiam vir, & mulier vna caro, quid aliud quæso adultera efficit, quando alium superinducit, nisi caput viri detruncare, reiicere, fœdéque à se abiicere, alium superinducens, sibique caput constituens, quo quid fœdius? hinc merito nulla similis infamia, nullus similis dolor, immo ad-

Matth. 1. n.18.

18 Adulterij infamia maxima.

19. Vnde turmitor eius deformitas Ephes.

Ester.5. n.13.

de fidei fractæ ab vxore amata, dilecta suprà animam suam. Vnde non solum quælibet cogitatio honoris amissi, sed cogitatio zelo plena, cogitatio amantis zelantis, quæ suprà ipsum vrit inferni ignem, *fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio*, Cant. 8. n. 5. in quo loco propriè infernus sumitur, & comparationis vis in eo stat, vt sicut infernus, quos semel apprehendit nunquam dimittit, nec à vexatione vnquam cessat, sed semper, continuè, sine intermissione vrit, & torquet, ac consumit; sic amor zelotypus, & cogitatio amantis sic continuè, sic intermisse in animo illius residet vt die, noctúque absque intermissione vrat, fecet, cremet, sicut vsque ad deliquium, & exinanitionem ipsum reducat cor, ipsum animum; quod cum sit, qualis Ioſephi tribulatio, cum vltra honoris demigrationem, & amor accedebat zelotypus, ipsum vrens, ac cremans? profecto inexplicabilis; hinc & eius virtus. Vnde merito post dicta, appellat eum iustum Euangelista dicens: *& cum esset iustus*, quasi dicat merito, non alio nomine vocari dignus reperitur, qui tali probatus à Deo experimento fortis, ac constans est inuentus; vnde quasi per antonomasiam *iustus*, Ioseph sanctissimus dicitur, suprà cæteros in iustitia se eleuans, quia suprà cæteros afflictus, & tentatus. Vnde Bern. vbi suprà, non simpliciter hominem illum appellat, sed hominem virtutis, sic super illa verba: *Missus est Angelus Gabriel ad virginem desponsatam viro cui nomen Ioseph*, Lucæ. *virum nominat*, ait, *non quia maritus, sed quod homo virtutis erat.*

Nunquid non virtutis homo? talem in se cordis latitudinem includens, vt mare illud, ac cogitationum ignitarum Oceanum, sic in se ipso opprimens, vt & si intumescens, & vsque ad cœlos efferuescens, tamen foras prodire non fuerit passus, sed in seipso retorquens eius collisit vndas: *Hæc autem cogitante voluit occultè dimittere eam*, ait Euangelista, Quid *hæc?* iniuriam scilicet, infidelitatem, ignominiam, in gloriam suam hæc cogitabat, quid inde; nunquid foras furor? nil minus; sed voluit occultè ne læderet, quam putabat noxiam secundum aliquos, non in illam, sed in se retorquere volens pœnam, ob quod ni fallor ab Angelo, *filius Dauid vocatus*, cum mirum illud Dauidis extitit factum, quando ab Absalone persecutus, ac dehonestatus sic iram repressit, vt intra cor eam occludens, nunquam in filium exarserit? *collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi*, sanctus aiebat Dauid de suomet filio, *anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum*, Psal. 142. n. 4. Quid est, *in me turbatum est cor meum*? An, & si persecutus, & si ad mortem appetitus, & si ad illam dehonestatus, sic iram continui, vt ne illum offenderem, ac mala imperem in meo ipsam suffocaui corde? *in me turbatum est cor meum*, magnus ait Basil. hom. 10. de ira, hoc est, *affectus & animi perturbationem non foras ostendi, sed velut fluctus quidam intra littora confractus, sedatus est animus meus.* At quid hoc cum fluctibus Ioſephi, ille à filio, hic à sponsa, ille stimulabatur ab amore, vt parceret, hic vt vlciscereturr, ille ab amore filiali, hic à zelotypo, ille & si à filio dehonestatus, tamen non propriè super vnicam vxorem, & insuper sic dilectam, hic ab vnica, & dilectissima; quid vnum cum alio? & si ob illud vir virtutis Dauid; quid Ioſephus? qui tales affectus animi ignitos intra se cohibens, ne foris eos ostenderet potius fugam arripere intentabat, quam vxorem traducere. Hinc bene exclamat Bern. vbi sup. *planè filius Dauid, non degenerans à patre suo Dauid; prorsus inquam filius Dauid, non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed deuotione.*

Enimvero vsque ad cœlum magnus extollit Basil. hom. 5. cuius titulus est: *ad Adolescentes, quo ex Gentilium libris proficiant.* Socratis patientiam, quia & si læsus non læsit, contentus solum nomen pandere lædentis: *Percutiebat quidam Socratem* (ait sanctus) *in ipsam faciem impetu facto, hic vero nihil remissus est, sed exhibebat se, vt ebriosus ille se ira exaturet; intumuit facies eius, & pro plagis sanioſa facta est, vbi autem ille à verberibus cessasset, Socrates autem nil quidem aliud fecisse dicitur, sed fronti velut statuæ inscripsisse opificem, ille faciebat, & in tantum sanè se de illo vindicasse.* At quid hoc, aut qualis hæc patientia cum eius nostri Ioſephi? ille quidem in faciem plagas accepit, hic in corde, ille non ignominiæ, hic ignominiæ; at ille & si patiens ad plagarum ictus, tamen impatiens ad vindictam, vt se vindicaret nomen pandidit percutientis, & ad suam gloriam in suo illud descripsit fronte; at noster Ioſephus, non in fronte, sed in corde iniuriam reprimens cogitabat de fuga ne traduceret lædentem, non ad vindictam sed ad patientiam in corde scripturus, *Maria faciebat.* O vir suprà omnes viros! ô patientia suprà omnem patientiam! fugam arripere cogitabat ne traduceret sontem, ipse insons, secum in corde iniuriam malens ferre, ac in ipso exaratam, quàm vxorem prodere, & traducere.

At si huius sancti virtutem ex status dignitate ad quam assumptus, eruere velimus, profecto infinita apparebit, ad virginis sponsum, ad Christi paternitatem, ad Hierarchiam vnionis hipostaticæ ineffabili à Deo prædestinatur prouidentia, quid sublimius? quid maius?

Enimvero Damascenus orat. 3. de Natiuitate Virginis eius excellentiam ex fine ad quem à Deo electa eruens, sic ait: *Oportebat prius palatium parari, atque ita regem adesse, oportebat prius regiorum incunabulorum fascias contexi, atque ita demum regium infantem in lucem edi, denique prius oportebat argillam misceri, ac tum figulum præsto esse.* Indicans virginis sanctitatem ex filij conceptione, quia prius digne illa præparanda congruæ videlicet communicandæ ei virtutes, quàm filius ex ea conciperetur. Hic enim est ordo, hoc Dei poscit ordinatè prouidentia; quod cum audis, erige mentem, & expende si ad dignitatem sponsi virginis, si ad sublimitatem paternitatis Christi Ioseph electus, & prius oportebat palatium parari, hoc est virtutibus eum dignis ornari, quales hæ, quam sublimes, quam excelsæ; matrem Deus viro commendaturus, caput ei daturus nunquid alter illo melior? regnum Israëlis Deus viro concessurus, eum profecto elegit quo nullus melior, *& erat ei filius vocabulo Saul*, ait scriptura 1. Reg. 9. n. 2. *electus & bonus, & non erat vir de filijs Israël melior illo.* Quod de animi

Cant. 8. n. 5.

20 Amor Zelotypus quã foreiter vrit.

21 Ioſephus per Antonomasiam iustus dicitur.

22 Et homo virtutis intra se tribulationem celans.

23 Cur filius Dauid ab Angelo vocatus.

Ps. 142. n. 4.

24 Dauid quã patienter cum filio. *Basil.*

Bernard.

Basilius.

25 Socratis patientia quanta, quam maior Ioſephi sanctissimi.

Damasc.

26 Eius virtus ex altitudine status propemodũ infinita.

27 Mariæ sanctitas ex prædestinatione ad Dei maternitatem quanta.

28. Ioſephi sanctitas ex desponsatione cum virgine expenditur.

1. Reg. 9. n. 2.

Digitized by Google

Greg. Abulenſ. Ioſephus.

animi dotibus,& virtutibus intelligendum eſſe. Confirmat Greg. Abulenſ. & Ioſephus. In quo ſo. co non grauabor ſententiam adiicere Gregorij, qui hanc Saulis bonitatem penſitans, ea ponderat verba ſcilicet illum non ſolum fuiſſe electum,ſed bonum,hoc eſt talem, ac tantam tunc habuiſſe virtutem, vt non ſolum ſibi, ſed etiam aliis proficere poſſet. Quod proprium ſanctorum eſt virorum, ac in vita ſpirituali magnalium : *Qui ergo* (ait) *in Saul adhuc electo, & bono ſignificantur, niſi ſanctorum Patrum electi imitatores, qui per doctrinam alys vtiles ſunt, & per conuerſationem ſibi, qui ſic alios poſſunt regere, vt ſibimetipſis nequaquam deſinant prouidere? electi namque & boni ſunt, quia ſic lucra aliorum expetunt, vt ſui nulla damna patiantur, pleni quippè in ſeipſis ſunt, effluentes alys, & de abundantia ſui ſic alys tribuunt, vt ſuæ plenitudinis aliquid non amittant.* Egregiè, certè aliqui electi ſunt ad regimen, at quia non ea prædita virtute vt aliis proficere poſſint, dum oleum tantum ſibi ſufficiens profundunt, ſeipſos euacuant, ac proindè boni non ſunt, & reprobi fiunt; non ſic tunc Saul, ſed electus, & bonus, immo nullus illo melior, vt intelligas regnum Deus conceſſurus illum elegiſſe quo melior nullus; immo hunc poſteà repudians alterum elegit non vtique minoris ſanctitatis, ac virtutis immortalis vt ac ipſum diuinum exæquat eſſet, Cor. 1. Reg. 13. n. 14. *Quæſiuit Dominus ſibi virum*, ait Samuël ad Saul, Dauid indigetans, *iuxta cor ſuum, & præcepit ei Dominus vt eſſet dux ſuper populum ſuum.* Quid Iſraëlis regnum cum Dei matre, qualis inter hæc duo erit comparatio? quid apud ipſum regni Iſraëlitici æſtimatio, cum ipſius genitricis æſtimatione? profecto nec debet, nec poteſt comparari; infinitis enim partibus vna alteram ſuperat, vt diuus ait Chryſoſtom. *Magnum reuerà virgo hac* (ait) *mundi miraculum eſt, & quid enim in rerum vniuerſitate queat hac maius, & ſublimius inuenirì? ſola hæc cælum, & terram amplitudine ſuperauit.* Si ergo talem virum Deus ad regnum Iſraëlis gubernandum elegit, vt nullus illo in bonitate tunc eſſet maior, qualem putamus fuiſſe Ioſephum, cui non Iſraëliticum regnum, ſed matrem eſſet commendaturus, eiuſque caput conſtituturus?

29 Saulì ſanctitas quãdo electus ad regnum quæra.

30 Prælati quanta ſanctitate præditi eſſe debent.

31. Cur ex bonis mali fiũt in prælatione.

1. Reg. 13. n. 14.

32 Mariæ Dei miraculum.

Enimuero ſi talis deſponſatio more eſſet conficienda humano, ſic vt ad illam res requirerentur corporales, honores, diuitiæ, nobilitas, formoſitas, cæteràque quæ homines requirunt carnales, profecto ab illa ſanctitatem electiſſimi huius viri elicere non poſſemus, ac quando non hæ requirebantur, ſed ſpirituales diuitiæ, rectè eam auguramur, quia virginis ſponſus, cum ratio poſcebat, vt adiutorium illi præberet intendens Deus quam ſimillimè ei illud crearet; hinc Adamo prouidere Deus volens ait, *faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Geneſ. 2. n. 18. quam ſimilitudinem de dignitate mulieris, ac cum homine in ſanctitatis æqualitate exponunt ſancti : *nolo illum ſolum eſſe*, ait Chryſoſt *ſed producendum erit adiutorium ſimile illi, vt cum viderit ſtatim adduci beſtias, & omnia volatilia cæli, ne putet de illis eſſe dictum, nam licet animent illum in laboribus ſuis multa irrationabilia animalia, nullum tamen par eſt rationali mulieri.* Similiter Procopius : *Quemadmodum*, inquit *in creatione viri, ſic in formatione mulieris præmiſſum eſt conſilium Dei dicentis, faciamus; nam quæ ad doctrinam pertinebant ex æquo mulieri neceſſaria erant, cum nihil viro mulier eſſet inferior in religione, & pietatis ſermonibus, ſimiliter illa quoad animum eſt immortalis, & rationalis, nec in definitione ſubſtantiæ differt à viro.* Ergo ſic Adæ ſimile creauit Deus adiutorium, vt non ſolum in natura, ſed etiam in moribus ac ſanctitate eſſet quam ſimillimum; nam alioquin non feciſſet adiutorium, ſed impedimentum.

32 Qua Adamo in ſanctitate æqualis.

Chryſoſt.

Procop.

Hinc ſumma Dei eſt miſericordia, quando tale homini præparat adiutorium, aut è contra fœminæ, vt quàm ſimillimi ſint in conditione, in virtute, in moribus : *Domine Deus, Domini mei Abraham*, orauit eius ſeruus propè fontem ſtans, Geneſ. 14. nu. 22. *Ecce ego ſto propè fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriẽdam aquam; igitur puella cui ego dixero, inclina hydriam tuam vt bibam, & illa reſponderit, bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt, quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac, & per hoc intelligam quod feceris miſericordiam cum Domino meo.* Hoc vltimum adnoto, cur ex camelorum potatione ſignum ipſe affirmat accepturus Dei miſericordiæ cum Domino ſuo, quæ eſt hæc connexio? ſane magna, hoſpitales erant Abraham, & Iſaac, toti in charitate, & peregrinis effuſi, illa profecto erat Dei magna miſericordia, eidem Iſaac mulierem comparare, vt quàm ſimillima ei eſſet in moribus, hoſpitalis nempè ſicut ipſe in proximos, effuſa ſicut ille. Hinc Dei miſericordiæ certiſſimum ſignum, *videre ſerui prudentiam*, ait Chryſoſt. hom. 48. in Geneſ. *nam quia ſciuit Patriarcha hoſpitalitatem, & quia virginem inde ducendam congruebat iſdem eſſe præditam moribus quibus iuſtus, nullam aliam conſecturam inquirit, ſed charactherem virginalis animi, hoſpitalitate colligere vult.* Egregiè, qualis futura mulier, quàm fidum Iſaac adiutorium, quàm felix eius Dominus, ex eius cohabitatione, ex ſimilitudine virtutis prudens iſte voluit colligere ſeruus, hinc certiſſimam cum hero affirmauit Dei miſericordiam, ſi eam inueniſſet eadem, ac ille virtute præditam. Quod cum ſit, expende nunc ſanctiſſimi huius virtutem, & incomprehenſibilem eam reperies; adiutorium ergo ſimile cũ Dei debebat eſſe genitrice, & ſimile in virtute, qualis hæc erit cum ſimilis Dei genitricis? quid ergo adiutorium Deus ſuæ matri prouidere volens nunquid non illi eum præparauit, qui quam ſimillimum ei eſſet in virtute? quid dicam? ſanctus ob hoc Ioſeph, vt virgo, non quidem, ſed ad inſtar illius, ſed ſecundus ab illa cui nullus præferendus.

33 Magnum Dei beneficium mulierem homini præparare ſanctam, & è contrà. *Gen. 14. n. 22.*

34 Et in conditione affectibus & moribus ſimillimã.

35. Miſericordia Dei cũ Abrahamo dando filio Rebeccam vxorem, vnde eius colligit ſeruus.

36 Ioſephum in ſanctitate ſecundus à virgine.

Quod vt hanc ſimultaneitatem cum virginis virtutibus vnico probemus exemplo. Expende quæſo virginis, & Ioſephi virtutes in facto illo quando de adulterio ſanctiſſimus ſuſpectus cogitabat d-fuga, ne eam propalaret, & traduceret; expendè prius virginis in hoc facto virtutes, qualis maior prudentia, quàm ſponſi triſtitiam proſpiciens, cauſamque ſciens celare ſilentio quod altè ſciebat, prudenter reputans,

37 Virtutes virginis in ſuſpicione ſanctiſſimi ſponſi expenduntur, & quàm eis eiuſdem ſponſi ſimillimæ.

Chryſoſt. vt ait Chryſoſt. hom. 4. in Matth. parum profutura ſi ſponſo ipſa ſecretum reuelaret, *non dixit* (ait) *quia non æſtimabat ſibi credi à ſponſo, & maximè iam in ſuſpicionem adducto.* Expende fortitudinem, dum cuilibet periculo, etiam vitæ ſe exponere maluit quàm ab honeſto vel tantillum deuiare, nec virgini in hoc facto defuit iuſtitia dum ſic ſponſo humiliter ſubmiſſionem deferebat, vt tamen Deo quod ſuum non denegaret, nempè taciturnitatem, & demum qualis ſimilis temperantia, ſuam ſic temperans de ſponſi afflictione paſſionem, vt ne verbum, vt nec ſignum foras intrinſeci quem patiebatur doloris effunderet. Quod ſimiliter diſcurrere potes de fide, ſpe, & charitate, dum fidem in Deum de prole, quam geſtabat diuina, non perdidit, & ſi ſponſum dubium videbat; dum ſpem ſic firmam habuit, vt certiſſimè crederet Deum ſibi in illo adfuturum periculo ſicut altera Suſanna firmiſſimè in Deo ſperans, in quo etiam facto charitatem ſic ardentem in Deum, & proximum oſtendit, vt nil contra hunc irata, quia malum de ea ſuſpicabatur, nec vnum voluit proferre verbum, patienter ob Dei charitatem ſuſtinens in mente ſponſi ſuam conceptam iam infamiam, potius malens quodlibet periculum ſubire, quam vnicum proferre verbum contra id quod intendebat tunc neceſſarium futurum, ideo, vt ſolent ſanctiſſimi, nil loquebatur, patienter à Domino auxilium expectans: *Iuſtus dicitur quod loquitur iudicium*, ait Orig. hom. 5. in Pſalm. 36. ſuper hæc ipſa verba: *Pro eo quod omnia recto iudicio, & cum deliberatione, & cum conſilio loquitur quæ loquitur, & nihil per iracundiam, nihil vt hominibus placeat, nihil ex triſtitia, nihil ex metu; quæ ſingula ſolent vtique non integrum hominibus ſeruare iudicium.* Sic profecto ſanctiſſima & ſi à ſponſi triſtitia, ſuſpicio neque valde agitata, celat tamen ſilentio theſaurum abſconditum, non dum iuſſa eum prodere, malens mori quam vnicum tantum proferre verbum. Patienter etiam ob Dei amorem ſuam propriam ſuſtinens infamiam, ſuúmque apud ſponſum dedecus, quæ maior charitas?

Origenes. 38 Iuſtus vt loquitur iudicium.

39. Prudentia Ioſephi in ſuſpicione de virgine quanta. *Gloſa.*

At nunc perpende quàm ſimiles virgini ſint huius ſancti virtutes, mirum certè hoc fit conſideranti, qualis maior prudentia, dum & ſi ad oculum offenſam videret, tamen non citò, non illico, non ſtatim, non præcipitanter ſe gerit, ſed conſultè, & maturè. Quod obſeruat Gloſa ſuper illa verba: *Hæc autem eo cogitante*, vbi ſic: *Notatur animus ſapientis qui nihil temerè vult incipere*, qualis maior, quam modum inuenire, quo & virginem non offenderet, & ſe liberaret: *Intelligens enim Ioſeph*, ait Aug. in ſerm. de Natiuit. *Mariæ vterum grauari, turbatur, quòd Mariam, quam de templo acceperat, & nondum cognouerat, grauidam ſentiebat, ſecumque æſtuabat diſputans, & dicens: quid faciam? prodo, aut taceo, ſi prodidero adulterio non conſentio, ſed virium crudelitatis incurro; ſi tacuero, male conſentio, & cum adulteris portionem meam pono, quoniam ergo tacere malum eſt, adulterium prodere peius eſt, dimittam eam.*

40 At ſi fortitudinem conſideras, qualis maior? cum vt ab honeſto ne diſcederet, ſic ſe temperauit, vt non ſolum nil foras cum extraneis proderet, ſed nec etiam domi, ſic manſuete ſe gerens, vt nec ipſi quam æſtimabat culpatam verbum diceret. Pulchrè hoc adnotat Chryſoſt. hom. 4. in Matth. paulo antè medium ſuper eadem verba; *Hæc autem eo cogitante: Notatur* (ait) *manſuetudo Ioſeph, quia nulli narrauit ſuam ſuſpicionem, neque ei, qua ſuſpecta erat, ſed in ſe cogitabat.* Quid dicam de iuſtitia? ob hoc certè iuſtum eum vocat Euangeliſta, tantam in ſe hoc vnicum includit factum; quod conſiderauit Ambroſ. lib. 2. in Lucam cap. 1. *Pulchrè autem docuit ſanctus Matthæus* (ait) *quid facere debeat iuſtus, qui opprobrium coniugis deprehenderit, vt inuentum ab homicidio, caſtum ab adulterio, præſtare ſe debeat; & ideo dicit, cum eſſet iuſtus, vbique ergo in Ioſeph iuſti gratia, & perſona ſeruatur.* Immo illud ponderans Chryſoſt. vbi ſuprà, pro iuſtitia omnes ſimul virtutes intelligens, omnibus ex hoc facto ornatum fuiſſe Ioſephum oſtendit, ſic vt prorſus ſuprà legem eſſet, *ſed ſciendum* (ait) *quod iuſtum hic virtuoſum in omnibus dicit; eſt enim iuſtitia, & auaritiam non habere, & vniuerſalis virtus, iuſtus igitur exiſtens, ideſt, benignus, & mitis, voluit occultè dimittere eam, quæ non ſolum traductioni, ſed etiam pœnæ ſecundum legem obnoxia videbatur, ſed Ioſeph vtrumque remiſit, quaſi ſuprà legem viuens, ſicut enim Sol antequam radios monſtret mundum clarificat, ſic & Chriſtus antequam naſceretur, multa ſigna perfectæ virtutis apparere fecit.*

Ambroſ. 41 Sicut & iuſtitia.

Chryſoſt.

42 Aurora Chriſti Ioſephi.

At ſi temperantiam conſideras, hanc certè in illa Ioſephi manſuetudine aſpicies, vt maiorem deſiderare non queas; cum enim *hæc ſit virtus irarum moderatrix*, vel vt Gloſa explicans illud, Matth. 5. *Beati mites; manſuetudo & dulcedo animi, quam non vincit amaritudo.* Qualis maior Ioſephi manſuetudo, dum nulla maior animi amaritudo? ac proindè qualis maior temperantia? Pulchrè Augu. ſerm. 16. de Verb. Domini, *ſi ſolus noſti* (ait) *quia aliquis peccauerit in te, & eum vis coram hominibus arguere, non es corrector, ſed proditor, vnde vir iuſtus Ioſephus tanto flagitio quod de vxore fuerat ſuſpicatus magna benignitate pepercit, æſtuabat vtique certa adulteri ſuſpicione, & tamen quia ipſe ſolus ſciebat, noluit eam diuulgare, ſed occultè dimittere, volens prodeſſe peccanti, non punire peccantem.*

43 Eius temperantia.

Auguſt.

44 Secreta delicta publicè non corrigenda ad ſanctiſſimi Ioſephi normam.

At ſi fidem, ſpem, & charitatem poſteà velis conſiderare, in ſummo has inuenies gradu, eo vel maximè, ſi vt multi volunt ſancti, non malam ipſe de virgine conceperit ſuſpicionem, ſed altiſſimum ſuſpicatus ſit myſterium, verbi nempè Dei incarnationem; *videbat enim grauidam, quam nouerat caſtam*, ait Remig. *Et quia legerat: Egredietur virga de radice Ieſſe, vnde nouerat Mariam duxiſſe originem, & legerat etiam, Ecce virgo concipiet, non diffidebat hanc prophetiam in ea eſſe implendam.* Quod ſi verum, qualis maior fides, tale, ac tantum miraculum virginem nempè concipere, non particulari adiutus credere reuelatione, ſed tantùm generali ſcripturæ verbo? quod etiam notauit Chryſoſt. vbi ſuprà, expendens Angelum Ioſepho in ſomnis apparuiſſe, quia fide ſuperabundabat, multúmque erat

45 Eius fides quanta.

Regin.

Chryſoſt.

Digitized by Google

fidelis, ideo autem non apparuit manifestè pho, (ait) sicut pastoribus, quia valde fideles pastores autem indigebant quasi rudes.

46 Eius spes magna.

At si spem consideres, magna quidem in hoc facto huius sancti extitit, dum angustia pressus, tristitia oppressus, angustiis vallatus, à nullo hominum auxilium, consilium que expetit, sed tantum in Domino sperans, ei se committens, fugam, quasi alter Iacob solus, & peregrinus è domo discedens arripere cogitabat, profecto consulit Origen. hom. 2. in cap. 1. Genes. sic firmiter hominem in Deo sperare debere, vt in nullo alio speret, etiam si Angelus sit de paradiso descendens, interpretans enim per ligna in scriptura homines sæpè intelligi, sic ait? *Considera ne forte, & illud quod scriptum est, maledictus à Deo omnis qui pendet in ligno*, Deuteron. 21. *Sic debeat intelligi, quomodo & illud quod alibi dictum est, maledictus homo qui spem habet in homine; pendere enim à solo Deo debemus, & in nullo alio, etiam si de paradiso Dei procedere quis dicatur.* Multum quidem putauit Orig. dicere, magnam afferere spem illam, quæ etiam & Angelos renuntiat, vni fidens, & in vno sperans Deo; at quid cum Ioseph spe, qui sic in solo Deo sperauit, sic ab eo solo pendere voluit, vt licet, sicut suprà diximus, diuinum quid de virgine concipiebat, ac matrem Dei augurabatur, eius tamen solamen repudians, veritatem rei ab ea non expostulans, poterat enim dum mysterium suspicabatur, non ab ea pendere voluit, in solo Deo sperans, ac confidens.

Origenes.

47 Spes in Deo quanta debeat esse.

Deut. 21. 23.

48 Ioseph charitas in Deum, & proximum.

At demum si Dei, & proximi charitatem, profecto excelsam hanc reperies, quam Chrysost. vbi sup. expendens super illa verba: *Noli timere*, sic ait: *Dicens autem noli timere, monstrat eum iam timere ne offenderet Deum quasi adulteram habens, alias non cogitasset eam expellere.* Et Seuerus vt in Caten. diui Thom. in c. 1. Matth. pulchrè adnotat Ioseph timorem non tantum de suo, quantum de malo fuisse virginis, sic eam & si læsus diligebat, *sponsus etiam (ait) ne timeat admonetur, quia prius animus dum compatitur plus pauescit, ac si dicat, hic non est mortis causa, sed vitæ, quia quæ vitam parturit, non meretur occidi.* En qualis charitas? confer nunc virtutes cum virtutibus, compara sanctitatem Mariæ, cum sanctitate Ioseph, & perspicies quam simile omnino ei adiutorium comparauerit Deus. Quod cum attenderis, magnitudinem huius sancti virtutis admirare, nullúmque ei similem dicas, dum eius altitudinem, commensurationémque non ex alia deducimus regula, quàm virginis; virtutem expende Mariæ si potes, quam si ineffabilem, prorsus dic ineffabilem etiam esse & Ioseph. Vnde egregiè sanctus Bernardinus tom. 3. in serm. de sancto Ioseph sic ait, *Quomodo cogitare potest anima discreta quod Spiritus sanctus tanta vnione*, coniugij scilicet, *vniret mentis tantæ virginis aliquam animam nisi ei virtutum operatione simillimam; vnde credo Ioseph fuisse mundissimum in virginitate, profundissimum in humilitate, ardentissimum in charitate, altissimum in contemplatione.*

Seuerus.

Bernar.

49 In suspitionem malum formidabat Mariæ quã suum.

50 Ioseph

Immo & si fas sit, nouo modo illa Angeli verba intelligere; scilicet, *noli timere accipere Mariam coniugem tuam.* Quanta sit huius sancti virtus certè elucebit. Suppono enim nunc enim non ex mala delatione volusse virginem suspitione, sed ex magna eius æstimatione. Audiamus Bernardum, vbi suprà: *Quare voluit dimittere eam?* ait, *accepit in hoc non meam, sed patrum sententiam, propter hoc Ioseph voluit dimittere eam, propter quod & Petrus Dominum à se repellebat dicens; exi à me Domine, quia homo peccator sum; propter quod & Centurio à domo sua eum prohibebat cum diceret: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum; ita ergo & Ioseph indignum, & peccatorem se reputans dicebat intra se à tali, & à tanta non debere sibi vltra familiare præstari contubernium, cuius suprà se mirabilem expauescebat dignitatem. Miraris quod Ioseph prægnantis sese consortio virginis iudicabat indignum, cum audias & sanctam Elisabeth eius non posse ferre præsentiam, nisi cum tremore quidem & reuerentia.* Ob reuerentiam ergo dimittere eam volebat, indignum se æstimans tali contubernio, tali societate, tali sponsa; & tandem cum sciret seipsum illi non in maritum datum, sed in custodem, sed in adiutorium, reputabat se non simile esse adiutorium, ac proindè non profuturum? quid ergo? nonne cum Angelus ei dicit, vt non timeat eam in suam accipere, euidenter significat, & similem ei esse in virtutibus, similem in bonitate, similem in gratia, & quod si homo, sciret tamen se gratia plenum, & Spiritu sancto repletum, cum impossibile aliter foret, vt Maria ad alium declinasset nisi ad virum Spiritum sanctum possidentem. Quod quidem pulchrè adnotauit Ambros. de hortatione ad virginitatem super illa verba Ioan. cap. 19. *& accepit eam in suam.* Expendens, quomodo in suam potuisset eam recipere Euangelista, qui omnibus iam renuntiarat, nil prorsus possidens; *quid est in sua (ait) cum reliquerit patrem & Christum secuturus sit? aut quomodo in sua, cum ipsi Apostoli dixerint, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te? quæ sua habet Ioannes, qui mundana, & secularia non habebat, quia de mundo non erat:* Cui dubitationi acutissimè respondit, merito virginem Ioanni commendatã, quia sua iam non quæ à parte carnali, sed quæ à Christo acceperat possidebat, Spiritum sanctum nempè; impossibile vt virgo in alium declinaret, neque alterius esset possessio, nisi qui Spiritu sancto plenus, qui Spiritum sanctum possidebat; vnde ait: *qua ergo habet sua, nisi ea quæ à Christo acceperat? bonus verbi, sapientiæque possessor, bonus receptor gratiæ, audite quæ Apostoli à Christo acceperint, Accipite Spiritum sanctum, inquit; neque enim mater Domini Iesu, nisi ad possessorem gratia demigraret, nisi vbi Christus habebat habitaculum.* Egregiè, accepit in sua, quia nil terrenum, sed totum erat cæleste quod possidebat, quia iam & si homo non humano plenus, sed diuino erat spiritu. Hinc merito illi virgo commendata, pari quidem modo & Angelus, vt non timeat Ioseph præcipit, & si altissimam suam sponsam indicet, cum scire debeat, quod si non dignus, si non Spiritu sancto plenus, si non omnibus refertus vir-

Ambros.

52 Maria nulli data nisi Spir. sancto.

53 Ioanne cur dicitur accepisse virginem cum nil possideret.

tutibus eam sibi Deus non commendasset, cum impossibile Mariam ad alium declinare nisi ad gratiæ possessorem; immo vt præ se fert Iosephi nomen, augmentum. Vnde rectè Origen. *Origenes.* hom.1. in diuersos hæc Angeli exprimens verba sic ait: *Propterea Ioseph fili Dauid non tantum secundum carnem sed & secundum spiritum ne timueris, ne trepidaueris, ne conturberis, sed securus, & intrepidus accipe eam secundum legis præceptum tibi commendatam, tuæ religiositati creditam, seruam, ser curam.* In quibus verbis duo illa premenda, ideo eum filium Dauid Angelum nominasse, quia non solum secundum carnem, sed amplius secundum spiritum, secundum sanctitatem, secundum virtutem eius filius: & secundò religiositati Iosephi eam creditam, hoc est, sanctitati, vnde dignus eius curæ, quia simillimus in moribus, & virtutibus; quanta ergo huius sanctissimi virtus, quantæ illæ, si ad virtutes Mariæ librantur, quid vis dicam? audebo equidem affirmare paulo minus hunc ab illa esse, vnde sicut docuit, vt omnes sancti exclamant, sic Deum filij matrem altissimam in virtute præparare, vt nulla nec ante, nec post similis ei sit, sic pari modo & decuit matri talem comparare in sanctitate virum, cui nec antè, nec post vllus in virtute reperiatur consimilis.

§. II.

De sanctissimi Iosephi gratia.

SI ergo talis sanctissimus virtute, *vt iustus in verbo, iustus in facto, iustus in lege, iustus in consummatione, iustus in iudicio gratia esset,* *Origenes.* ait Origenes, vbi suprà qualis eius gratia? (loquor enim de gratia gratum faciente, quæ filium Dei constituit) nunquid alia ei comparanda?

S. Thom. Attende, Ex gradu gratiæ sumunt Theologi in cœlis gradum visionis, ad maiorem enim gratiam, maior ibi visio correspondebit diuina; vide diuum Thom.1.2.quæst.2.art.8. Ergo à posteriori, qui maiora scit de Deo, cui maiora ex iustitia reuelantur mysteria, maiorem profecto possidebit gratiam; cui ergo vnquam Angelorum, aut hominum virgine excepta sanctissima reuelatum ex iustitia de Deo, quod Iosepho sanctissimo. Angelis enim, & si quo ad substantiam incarnatio iam inde à principio reuelata, tamen modum eius nulli sicut Iosepho, & virgini sanctissimæ; hinc rectè ex hoc eius sanctitatem admirans Bern. vbi sup. sic *Bernard.* ait; *Prorsus filius Dauid, non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed deuotione, quem tanquam alterum Dauid Dominus inuenit secundum cor suum, cui tutè commisserat sanctissimam, atque sacratissimum sui cordis arcanum, cui tanquam alteri Dauid incognita, & occulta sapientiæ suæ manifestauit, & dedit illi non ignarum esse mysterij, quod nemo principum huius seculi agnouit, cui denique datum est, quod multi reges, & Prophetæ cum vellent videre non viderunt, audire & non audierunt, non solum videre, & audire, sed etiam pertractare, deosculari, & nutrire, & custodire.*

Immo si à contrario argumentari licet,

53
Sanctissimi Iosephi gratia quam immensa ex reuelatione incarnationis.

A ideo dicemus suprà omnes Angelos gratiam fuisse Iosephi, quia ei Deus manifestauit illud secretum, illam lucem, quod summè abscondere primo appetit Angelorum; cum eius sit Dei suos amicos sua reuelare, inimicis occludere, & quo quis magis amicus, & amplius se diffundere, & quo magis inimicus eo plus se occludere, *in manibus abscondit lucem,* ait diuus Iob, cap.36. num. 31. *& præcipit ei, vt rursus adueniat, Annunciat de eo amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.* Vbi per lucem cælestem beatitudinem, Dei visionem, eius consequenter diuinà, & occultissima mysteria intelligunt, quæ tantum amicis annunciat, amicis reuelat, affirmans eorum esse non inimicorum possessionem; *de hac ergo luce aterna patria,* ait Greg. *amico suo Deus annunciat, quod possessio eius sit.* Ideo eam in manibus abscondit, ne omnibus sit peruia, ne ab inimicis videatur. Ergo Dei lumen, quo quis amplius amicus, eo fulius ei clarescit, sicut è contra quo amplius inimicus, obtenebrescit: hinc profecto à contrario elicere possumus sensu ampliorem illum amicum cui id reuelatur, quod ampliori absconditur inimico, & summè amicus qui detegitur, quod summo absconditur inimico: *vnum itaque,* ait Damasc. orat. 3. de Natiuit. *Damasc.* Virg. *ex iis quæ quam maximè filebantur, ortus ipsius miraculum erat, quod quidem quo tempore humanam naturam suscipiebat paucis exceptis, omnibus incognitum erat, vt quodam loco, inquit* C *vir sanctus Ignatius, & principem huius sæculi latuit Maria virginitas, ipsiusque partus, itémque Christi mors; nam tria clamoris mysteria in quiete, & silentio acta sunt.* Pulchrè, virginitatem Mariæ, Christi natiuitatem, eiusque mortem clamoris appellauit mysteria, hoc est exclamatione digna, omnium prædicanda acclamationibus, quæ tamen quia alta, quia abscondita, quia luces immensæ, ea sic Deus in manibus abscondit suis, vt omni cura (vt sic dicam) diligentiáque à principe obtexerit tenebrarum, sic vt nil de eis spiret, omninóque ei absconditum esset mysterium Mariæ virginitatis, ac Christi incarnationis. Ob id desponsata Iosepho, vt multi volunt patres; partus scilicet eius vt celaretur diabolo, sic Hier. ex martyre D Ignatio, Basil. hom. de Christi generatione, Origenes, hom.6. in Luc. Amb. lib.2. in Luc. Damasc. lib.4. fidei c.15. qui affirmat à prophetia Isaiæ: *Ecce virgo concipiet*, diabolum fuisse, deinde *virginum obseruatorem.* Quod quidem singulari Dei factum est prouidentia, vt talis partus diabolo celaretur, & per virginis desponsationem falleretur, vt ait Rupert. lib.11. de victoria Verbi c.19. *Desponsatio* (inquit) *virginis diabolum fefellit, & cunctos satellites eius, vt nescirent sacramentum, cuius sciendi nondum erat tempus.* Ergo à principe tenebrarum peculiari hoc diuinum abscondit Deus mysterium potêtia, illud reuelans Iosepho amico, quod tali absconderat inimico, & non solum reuelans, sed simul annuncians talem lucem, talem nempè filium, talé matrem possessióné eius esse, & ad eam quod possit peruenire, dum ab Angelo ne timeat ei præcipitur, vt accipiat Mariam coniugem suam. Ergo si amplius amicus cui id reuelatur, quod ampliori absconditur inimico, nonne Ioseph suprà omnes Dei amicos

54
Deus amplioribus amicis ampliora reuelat mysteria.
Gregor.

Damasc.

58.
Virginitas Mariæ clamorosum ob mysterium, & quæ sint mysteria clamorosa.

Hieron. *Basil.* *Origen.* *Ambros.* *Damasc.*

56
Mysterium Incarn. Christi peculiariter diabolo supremo occultum.

se eleuat? nonne ipsius gratia suprà omnem Angelorum supremorum gratiam, dum ei reuelatur, quod summo Dei absconditur inimico, qui supremus exiterat in gratia Angelorum. Ex quo simul non immerito coniectare possumus, Ioseph illam gratiam datam, quæ à supremo ablata Angelo, & in illius hunc locum successisse, ipsiusque sedem obtinuisse, vnde sicut Lucifer primus inter Angelos primam, ac superiorem omnium sedem comparasset, sic & sanctus hic similiter & primus inter sanctos primam, omniumque superiorem obtinuit gratiam, principem Deus eum in domo sua constituens, ac Luciferum prius constituerat, merito sanctissimo huic eius principatum transferens, dum Angelo humiliter credidit illud mysterium pandenti, quod superbus Lucifer adorare noluit Deo reuelante, vnde merito Bern. vbi suprà figuram Ioseph huic sanctissimo approprians, dum persimilem ei in omnibus facit, proculdubio & in principatu etiam domus suæ hunc Deus principem constituit, non secus ac illum alterum Pharao Ægypti Rex: *Siquidem ille Ioseph* (ait) *fraterna inuidia venditus, & ductus in Ægyptum Christi venditionem præfigurauit; iste Ioseph Herodianam inuidiam fugiens, Christum in Aegyptum portauit: ille Domino suo seruans fidem, domina noluit commisceri; iste dominam suam domini sui matrem virginem agnoscens, & ipse continens fideliter custodiuit: illi data est intelligentia in mysteriis somniorum, isti datum est consciùm fieri, atque participem cælestium sacramentorum: ille frumenta seruauit non sibi, sed omni populo; iste panem viuum è cælo seruandum accepit non sibi, quam toti mundo, fidelis seruus, quem constituit Dominus suæ matris solatium, suæ carnis nutritium, solum denique in terris magni consilij coadiutorem fidelissimum.* Ergo simillimus in omnibus secundus hic Iosephus primo, simillimus inquam in officio, in ministerio, nunquid non simillimus & in gratia, & in dignitate? ergo sicut illum constituit Pharao, *Dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.* Sic Deus sanctissimus, & hunc dum sic fideliter atque alter se gessit, & principem constituit omnis suæ gratiæ, omnisque etiam domus suæ; sed quid mirum, cum hic & caput eum constituit eius, quam in terris habere voluit domus, caput Mariæ, caput Christi; vnde rectè exclamans Gerson in serm. de Natiuit. Virg. ait: *O miranda prorsus Ioseph sublimitas tua! est dignitas incomparabilis, vt mater Dei, Regina cæli, Domina mundi appellare te Dominum non indignum putauerit.*

57. Iosephus sedem Luciferi obtinuit, & vnde licet illud coniectare.

Bernard.

Gerson.

At indubitatum profectò est quod sanctus affirmat Thom. 2. Corinth. c. 3. super illa verba Pauli, *idoneos nos fecit ministros noui testamenti.* Deum cuilibet rei dare quod possit perfectionem consequi suæ naturæ; vnde aliquem eligens ad aliquem statum omnem ei confert gratiam ad perfectionem eiusdem consequendam: *cuilibet rei dat*, inquit sanctus, *ea per quæ possit consequi perfectionem suæ naturæ: vnde quia Deus instituit ministros noui testamenti dedit eis idoneitatem ad hoc officium exercendum.* Quod si hoc verum, vt verissimum, considera status altitudinem Iosephi, & ex illa gratia est mensuranda, decerne eam propemodum infinitam, ad paternitatem Christi eligitur qualis maior dignitas? ad paternitatem inquam altiorem quàm hæc communis, & carnalis, nam licet verè virgo fuit mater Christi, & si eum concepit opera adiura Spiritus sancti, sic & Ioseph verè Christi pater quoad dignitatem, & quoad effectum fuit, & si eum non genuit; quod hac constanti probo ratione: *locutio verbi est infusio doni*, ait Bernard. serm. 45. in Cant. Quod est dicere, Dei verba non esse tantum verba, sed facta, efficiunt enim quod loquuntur. Pulchrè Ambr. lib. 1. Exam. cap. 9. super illa verba Psal. 32. *ipse dixit & facta sunt*, ait, *non ideo dixit vt sequeretur operatio, sed dictio absolute negotium.* Dixit & factum est, hinc Paul. ad Hebr. 1. *portans omnia verbo virtutis suæ*, non est simplex, sed virtutis verbum, facit quod loquitur; hoc autem cum sit, en euidens ratio Iosephi paternitatis, quia tum euangelista, tum ipsa mater Dei ex instinctu Spiritus sancti eum patrem vocarunt, Luc. 2 48. *pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*, & iterum, *erant pater eius, & mater mirantes super iis quæ dicebantur.* Ergo vocando Deus patrem Iosephum, non tantum nomen ei indidit patris, sed rem, sed effectum; eodem ferè modo concipiendo Christum, ac sanctissimam virginem.

59 Ioseph vt verus Christi pater dici potest. Bernar.

60 Verbum Dei & ipsum factum.

Ad Heb. 1.

Luc. 2. v. 48.

Explico. Virgo enim amplius consensu, voluntate, amore Christum concepit quàm materialia subministrando, annuntiata ab Angelo, firmiter Angeli dictis credens, nempè *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Descendente in illa Spiritu sancto vna vnifacta, copulatóque amore, ac ineffabiliter vnito, ambo dixerunt, fiat Verbum caro, & factum fuit, hinc Iesus conceptus ex Spiritu sancto, ex Mariáque Virgine; voluntate ergo, amore, consensu mater Christi effecta est virgo eum concipiendo. At nunc considera eundem Angelum mysterium Iosepho reuelantem, Iosephúmque consentientem, volentémque Verbi Dei conceptum in virgine non quidem aliena, sed sua sponsa, suam iungentem similiter voluntatem, affectum, & amorem cum Spiritus sancti voluntate, affectu, & amore, statim ac audiuit, *quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Et vt Iren. ait loco infrà citando, eam esse illam virginem ab Isaia prædictam, profectò nisi conceptus esset Christus, sic efficax hic Iosephi actus fuisset, ac ille alter virginis, & ipsum produxisset Christum in virgine si non esset productus, non secus ac de æterna Verbi generatione ad intra dicimus, non iterum actu suo æterno, infinito, indiuisibili eum patrem generare, quia inuenit genitum; & etiam non secus ac de actione productiua corporis Christi in Sacramento Altaris dicimus esse productiuam, & si Christus corpus non producat, quia ex se efficax esset illud producere si non inuenisset productum, sic profecto, quia Maria sponsa erat Iosephi, & potestatem ipse in eam ex vi matrimonij generandi ex ea habebat, hanc tamen in Dei obsequium refutans altiori, & sublimiori modo eum Deus efficere voluit patrem, non secus ac ipsam

58 Deus cuilibet dat, vt perfectionē suæ possit consequi naturæ.

61. Si Christus in virgine non fuisset conceptus ex consensu Iosephi cum Spir. sancti virtute connexo.

virginem matrem, vt ſicut Spiritus ſanctus ex illa, & cum illa fecit vt Dei verbum conciperet, ſic ſanctiſſimus Ioſephus cum illa conſentiendo illammet vim haberet concipiendi in vtero virginis, Ioſephique actum vt filius Dei conciperetur in virgine, & cnoſenſū in conceptione, tantæ eſſe efficacitatis, vt ſi Dei filius non eſſet conceptus, profecto conciperetur. Vnde aliqui volunt verba illa Angeli: *& virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* ſic intelligi poſſe de Ioſeph ac de virgine, obumbrauit virgini ſine virili ſemine ex illa concipiendo; obumbrauit & Ioſeph ſine eius opere virtutem ei tribuendo, actúmque eius fœcundando, vt ſi cōceptus non eſſet Dei filius conciperetur. Ex quo elucet, quàm propriè virgo ſanctiſſima, & Euangeliſta eum vocarunt patrem, quantáque ſit hæc nominis dignitas, dum ad illam Ioſephum euehit per gratiam ad extra, quam ſummus obtinet genitor ad intra, cum quo dum nomen communicauit, participem etiam eum fecit & dignitatis. Vnde pulchrè Rupert. de gloria & honore filij hominis in Matth. ſuper illa verba, *Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ*, ſic ait, *virū Mariæ cum dicit, magnum, & verum nomen beato Ioſeph attribuit, quia ſi eſt vir Mariæ, eſt & pater Domini.* Ex quo eius fœcunditas in generando apparet, plus ex virginitate Mariæ aucupans fœcunditatem, quam ſi cum alia ad generandū coniunctus eſſet, *filius accreſcens Ioſeph*, ait Iacobus, Gen. 49. n. 22. *decorus aſpectu.* Pro decorus aſpectu ex Hebræo verti poteſt *ſuper fontē*, vt ait Cornel. vnde ſenſus, Ioſeph erit filius fructificationis, ac fœcundus inſtar arboris ſitæ iuxta fontem; ſic quidem noſter Ioſeph, cuius ille alter figuram gerebat & nomen, non eſt ſterilis, ſed fœcundus, non ex ſe, ſed quia iuxta fōtem, ſed quia cum Maria, huius virginitate non ſterilitatem, ſed fœcunditatem illi refundente, dum ſicut ipſa nō ex illo, ſed ex Spiritu ſancto, ſic Ioſeph non ex illa, ſed ex Spiritu ſancto in illam generet, & concipiat, paterque efficiatur Chriſti: hinc tanquam pater, & curam de eo habuit, & aluit, & educauit, & duxit, & reduxit, vt ſanctus ait Iren. lib. 4. c. 46. dicens: *Quapropter ſine dubitatione ſuaſus Ioſeph, & Mariam accepit, & in reliqua vniuerſa educatione Chriſti gaudens obſequium præſtitit, vſque in Ægyptum ſuſcipiens profectionem, & inde regreſſum, & in Nazareth tranſmigrationē.* Si ergo vt diximus conuenientem Deus iuxta ſtatum ad quem eligit gratiam tribuit, qualis erit Ioſephi, ad talem electi dignitatem? ſi ex dignitate matris gratias eruimus virginis, & hanc propè modum aſſerimus infinitam, cur nō ex dignitate patris, quaſi etiam infinitam, & Ioſephi dicemus?

62 Dignitas paternitatis in Ioſeph quanta.

Rupert.

Gen. 49. n. 22.

63 Fœcunditas ex virginitate Mariæ.

S. Iren.

Quid non dicunt ſancti, quanto hærent ſtupore defixi dignitatem & gratiam conſiderantes Ioannis ex commendatione tantum Chriſti eius matris, *Papæ*, ait Chryſoſt. ho. 48. in Ioannē ſuper illud: *Ecce filius tuus, quanto diſcipulum honoranit honore.* Quem ob hoc tanti facit (quod certè mirandum) vt velit ex tali perſonæ commendatione, & ipſamet Dei mater honorare-tur, arguens & rectè talem, ac tantum eſſe Ioannem, vt quia ei matrem commendauerit Chriſtus, ſufficiens eſſet ad eam honorandam, *ſednequeparum erat honorare eam tali honore; quia vero conueniens erat matrem exiſtentem dolere oppreſſam procurationem quærere, quia ipſe aberat, diſcipulo, qui diligebatur tradidit diligentiam habituro.* Ob hoc etiam eum appellat Ambroſ. relatus à diuo Thom. in Cathena in c. 19. Ioan. ſuper illa verba: *Mulier ecce filius tuus, dignum tanto teſtatore teſtem.* Si ergo ex ſola matris commendatione, ſi ex ſola filij appellatione tantam Ioannes conſecutus eſt gratiam, quantam putandum Ioſephum, ex virginis ſponſatione, ex Chriſti paternitate.

64 Eius dignitas ex ſponſatione cū virgine. Chryſoſt.

65 Maria virgo ex filiatione Ioannis honorata tantus erat Ioannes.

Ambroſ. 66 Ioannis dignitas quanta.

Profecto prudens ille Abrahami ſeruus, Gen. 24. n. 53. & ſi Rebeccæ plurima dedit dona, non vacuos parentes reliquit, ſed etiam & ipſis dona contulit: *prolatiſque vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus, dedit ea Rebecca pro munere, fratribus quoque eius, & matribus dona dedit.* Et adnotandum vt obſeruat Caietanus, vbi nos legimus *dona dedit*, Hebr. habet, *& poma dedit fratri eius, & matri eius.* Quod interpretans Lippom. in Cathena ait, *ſignificari optima & electa*, hoc eſt, *res pretioſas, puta ſocalia aurea, lapides pretioſos.* Non ergo quælibet dedit, ſed ſelecta, ſed pretioſa, quia frater Rebeccæ; quid ergo, & quam pretioſa putamus Deum dediſſe Ioſepho quia ſponſus Mariæ, & qualia hanc illi impetraſſe, quia eius ſponſus. Optimè ſanctus Bern. tom. 3. in ſerm. de hoc ſancto: *cum virgo*, inquit *tot, & tanta impetret peccatoribus ſceleratis, quāta putas impetrauerit chariſmata Ioſepho ſponſo?* Vna ſola Mariæ vox Ioannem ſanctum effecit, quid annorum cum Ioſepho confabulationes? Paulus vna voce Chriſti, *vas electionis effectus.* Quid Ioſephus, qui tantis Chriſti animatus vocibus in faciem Moïſis intendere non poterant filij Iſraël, quia ſplendens ex conſortio Domini, & tamen non ille Dominus, ſed Angelus, & cōſortium, non plus quam dierum quadraginta; qualis ergo gratiæ ſplendor erit ſanctiſſimi huius, dum non per dies, ſed per annos cum vero conuerſatus eſt domino? ſemel Ioannes ſanctiſſimus ſuprà Chriſti pectus recubuit, & ſic diuinis affectus fuit ſplendoribus, vt non ſecus ac Maria verbum conciperet, ipsúmque verbū promeret; quod notauit Rupert. in prologo. in Ioan. vbi eius Euangelium affirmans eſſe illam pretioſam margaritam pro qua omnia vendenda: *Hanc*, ait *animarum verus amator Deus, dilecta Ioanni anima pro monumento dilectionis præcipuè fixit in pectore, vt verbum quod Maria virgo ſola protulit in carne ipſius, huius ſocia virginitas, pra omnibus ſanctis vina mortalibus promeret voce.* Cuius animam ſic fœtam verbo, ac Mariæ corpus pulchrè affirmauit ſuper illa verba: *In principio erat verbum*, vbi ſic: *Ecce veritas quæ de terra orta eſt carnem de virgine aſſumens, vt nos à diabolo liberaret, eadem de virginali Ioannis anima generatur, vocem corpoream induens, qui enim de corde ſuo verbum bonum eructauit in vterum virginis, vt Deus inuiſibilis, viſibilis, & verus homo fieret, ipſe caſtis complexibus ſuis dilecti Ioannis animam eodem verbo impregnauit, vt verbum ineffabile, per vocem, ijsdémque eius audibile, & intelligibile procederet.* En quanta ex vnico Chriſti contactu? pater Chriſti Ioannes efficitur, quia ſuprà pectus recubuit Chriſti, quid Ioſeph, qui eū & in pectore, & brachiis, & in vlnis fouit, tulit, portauit? fœcunda diuino ſit fœtu Ioannis anima, quia tantum in pectore recubuit; quid Ioſephi cum

67 Ioſephus dotis dimittus mittisex oratione Mariæ. S. Bernar.

68 Similiter ex eius ſanctiſſima cōuerſatione, ac puriſſimo connictu.

69. Ioannes vt verbum ad inſtar Mariæ concepit. Rupert.

70 Vt eum humanauit ſic vt quodammodo, & eum genuit ad inſtar virginis, vnde eius pater dici poteſt.

Digitized by Google

quo, & apud quem non semel, & toto recubuit corpore, & tota vt sic dicam anima; Hinc rectè de morte huius sanctissimi loquens diuus Bernardinus vbi sup. exclamans ait: *Quantas exhortationes, consolationes, promissiones, illuminationes, inflammationes, & æternorum bonorum reuelationes recepit in transitu suo à sanctissima sponsa sua, & à dulcissimo filio Dei Iesu.* Quod si magnas in morte, effectus certè fuerunt illarum quas in vita; de quo proportionabiliter quidem idem possumus dicere, ac eadem ei attribuere verba quæ sanctissimus Damascenus orat. 1. de dormit. Deiparæ, mortē scilicet nullam Virgini contulisse beatitudinem, sicut sanctis cæteris, quia iam inde illa beata ex Dei conceptione; *Mors enim*, ait, *eos*, id est, alios Sanctos, *perficit, beatósque ostendit, id videlicet ipsis afferens, vt in eorum virtutem nulla iam mutatio cadat; minimè tamen hoc in te vsurpauimus, neque enim mors tibi beatitudinem attulit, neque migratio perfectionem conciliauit, omnium etenim bonorum initium, & finis, securitas enim ac vera confirmatio in illa fœminis experte conceptione posita fuit.* Egregiè, quid enim amplius beatitudinis mors illi sanctissimæ afferre potuit, quod non haberet, dum verbum concepit? Quod tu proportionabiliter applica ad hunc sanctissimum dum patrem Christi, sponsumque Mariæ cum vides; vnde si in morte, vt sanctissimus ait Bernardinus tantas consolationes, tantas exhortationes, promissiones, illuminationes, inflammationes, reuelationes accepit, hæque in Iosepho non innouari deberent, quantas putamus in vita accepisse, quos fauores quos gratiarū imbres? Eo vel maximè, si verū esset quod piè affirmat Gerson in ser. de nat. Virg. in Concilio Constancien. habito, in vtero matris fuisse sanctificatum; & ex coniugio inito cum virgine fomitem, vel extinctum, vel repressum. Quod secundum cum illo affirmant Ecius in serm. de sancto Ioseph, & Iacobus Christopolitanus in canticum Virginis, cum agit de quarta virginis dignitate. *In ambobus*, inquit, id est, *in Virgine, & Ioseph erat fomes extinctus per sanctificationem.* Addens Gerson ipsum omne peccatum mortale euitasse, vnde sic. *Sicut decuit, vt Virgo summa puritate niteret, sic decuit vt haberet suo modo parem sponsum purissimum, qui cum perpetua Virgine Virgo permaneret, vterque regali progenie illustris, vterque sanctificationem in vtero recipiens, cum Maria gratia plena fomitem reprimente, mansit Ioseph peccatum mortale quodlibet superante.* Quæ omnia si vera, profectò incredibilis in morte huius sancti extitit gratia, incredibilis Dei erga illum amor.

Dixi, *si vera*, nam, vt prudentissimè Suarez de vita Christi, disput. 8. vbi authoritas deest Scripturæ, aut Ecclesiæ traditio, vel sanctorum Patrum communis consensus, nil asseueranter de iis, similibúsque rebus affirmandum; at si aliquid ex allatis cum verisimilitudine asserēdum, illud est de fomite per sanctissimū sponsalitium extincto; si enim, vt ait diuus Th. in 3. distinct. 3. quæst. 1. artic. 2. quæstiuncula 1. ad 4. talis fuit pulchritudo Virginis, vt ex singularis gratiæ priuilegio omnem intuentiū concupiscentiam extingueret, immo quod pudicitiam, & castitatem excitaret; quod ante dixerat Ambros. lib. de instit. virgin. c. 7. vbi sic; *Tanta erat eius gratia, vt non solum in se virginitatem seruaret, sed etiam si quos inuiserat integritatis insigne conferret.* Cur hoc sanctissimo denegandum Iosepho, immo maiori priuilegio accumulatum non asseremus? scilicet sanctissimam in illo omnem extinxisse cōcupiscentiam, omnem prorsus fomitē; verisimile prorsus hoc sit.

At quod nullum peccatum mortale in vita admiserit, ex dignitate status, non solum mihi verisimile, sed certum; de multis enim hoc legimus sanctis; immo de non sanctis in extremo vitæ. Ego enim ipse aliquorum generales audiui confessiones quos nulla peccati mortalis fœdatos macula prorsus inueni; quanto magis hoc huic sanctissimo, qui ad dignitatem Christi paternitatis, & virginis sponsalitij electus pro certo concessum tenere debemus? Piæ certè horrent aures æstimare Deum, quem ab æterno in sponsum suæ elegerat matris, in patrem sui filij modo quo diximus, & quem sic semper tali aspexerat relatione, peccatum ei permissurum mortale, & sua voluntate fieri diaboli seruum, inferno addictum, & illa macula infici, qua nulla maior; & matri suæ sanctissimæ, purissimæ, ac illibatissimæ sponsum dare maculatum, fœdum, deturpatum, & qui aliquando voluntariè, sua, non parentum culpa in actuale incurrisset peccatum; transeat originale priuilegium, hoc enim suæ sanctissimæ extitit matris, nec conueniens patrem illi vllum efficere in donis, & si sponsum, tamen actuale mortale illi tribuere prorsus abhorreo.

S. Bernardin.

71. Mors sanctissimi Iosephi plena reuelationibus.

D. masc.

72. Mariæ mors nullam ei accreuit beatitudinem &c.

73. Sanctitas Iosephi quanta vt donis collatis.

Gerson.

Ecius. Iacobus Christopolit.

Suarez.

S. Thom.

71. Fomes in eo extinctus ex desponsatione cum Virgine.

S. Amb.

74. Virgo ex visu infundebat castitatem.

75. Sine dubio asserendum Iosephum sanctissimū nullum admisisse peccatum mortale.

§. III.

De sanctissimi Iosephi gratia comparatiuè ad alios.

EX præcipua reuelatione, ex paternitate Christi, ex sponsalitio Virginis gratiam huius huc vsque intulimus sanctissimi, quam semper magnam esse diximus; nunc presius loquēdo, quanta ea fuerit explicabimus comparatiuè ad alios.

Tripliciter enim considerare eam possumus: Primò in eius sanctificatione, secundo in vitæ prosecutione vsque ad mortem; tandem post mortem in gloria, de qua Paragrapho sequenti; in qua re.

Primo adnoto, me non sic comparaturum cum aliis hunc sanctissimum vt pro certo aliquid statuam, aut quod cogitem verè, & realiter sit tenendum quod hic inferam. Scio enim stultum prorsus esse hominis illius iudicium, qui audax veluti assessor inter sanctum, & sanctum distribuat præmia, gradúsque ponat sanctitatis. Sensatè Hieron. in epitaphio Marcellæ, epitaph. 16. cum eius vitam cum Annæ vita compararet, adiecit; *Non facio vllam inter sanctas fœminas differentiā, quod nonnulli inter sanctos viros, & Ecclesiarum principes stultè facere consueuerunt, sed ille tendit assertim, vt quarum vnum est labor, vnum & præmium sit.* Vnde si hunc sanctissimum nunc cum aliis sanctissimis comparo, maiorémque eum efficio, illo prorsus volo intelligatur modo quo Ecclesia sanctissima quando festum alicuius sancti Confessoris celebrat, semper enim canit, non esse

Hieron.

78. Sanctorum comparatio & homines vnum alteri præferre absolutè stultum.

77. Vti comparatio cum aliis Sanctis fit ab authore, quæ ve limitatione.

inuentum illi similem, *qui sic conseruaret legem Excelsi*, & secundo secundum meum affectum, propensionem, inclinationem relatiuè ad hominum, non Dei iudicium, cum & si rationibus conuincar nullum Iosepho sanctiorem, prorsusque euellere contrarias aliorum putem sententias, tamen sic submisse hoc faciam, vt integrum de hac re Deo reseruans arcanum iudicium nil temere audeam, nil absolutè proferam.

78. Nullum est inconueniens Apostolis æquare, aut Sanctissimum Iosephum præferre.

Secundo statuo nullum esse inconueniens hunc sanctissimum cum Apostolis comparare, paremque illis eum efficere; etenim diuus Chrysostomus de patientia Iob hom. 5. planè affirmat Iob inferiorem non esse Apostolis, *Data mihi pace oportet dicere, quoniam & si non maior Apostolis, minor beatus ille non fuit*, quod si Iob nõ minor Apostolis, nunquid eis minor virginis sponsus? immo cum Suarez vbi sup. nullam affirmo esse temeritatem; immo summam habere probabilitatem, pietatémque Iosephum sanctissimum omnibus Angelis, hominibúsque anteferre, quod excellentissimè probat idem author vbi sup. omnes soluens rationes legitimámque tradens sancti Thom. expositionem; cuius quidem Doctoris authoritas (meiudice) sic extollenda, vt nesciam, an aliqua ex nostris hisce temporibus illi anteponenda, sic enim piè, sic dilucidè, sic acutè, sic grauiter, sic tandem modestè scripsit, vt verè primus ex discipulis, & diui Thomæ interpretibus censeri ab omnibus mereatur, quibus si addas eius sanctissimam, immaculatámque vitam, quam sic omnes scimus, vidimus. & attestamur, prorsus omni æstimatione dignissimam eius doctrinam facies; ergo cum hoc dignissimo Doctore firmiter statuo, nullam prorsus esse temeritatem Iosephum sanctissimum Angelis, Apostolis; immo sanctissimo præcursori anteferre. Quibus sic notatis.

79. Suarez vita, & doctrina eminentissimus Doctor.

80. Eius gratia in prima sanctificatione alteri quàm cuique hominum & Angelorum.

Dico primò, in prima sanctificatione plus gratiæ huic sanctissimo fuisse concessum, quàm cuique hominum, & Angelorum in prima eorum sanctificatione. Ratio huius dicti (meo iudicio) euidens est, si semel supponamus, vt nunc suppono ad altiorem ordinem, & ministerium Iosephum fuisse ordinatum, quam Angelos, cæterósque homines, attingit enim Iosephus ordinem vnionis hypostaticæ, qui summus, qui primus inter omnes ordines, tum naturæ, tum legis antiquæ, tum gratiæ; ergo necesse fuit, vt alius Deus illum disponeret, ac quemlibet Angelum, & quemlibet Sanctum.

S. Thom. Hæc doctrina manifestè probatur ex sententia diui Thom. 3. p. quæst. 27. art. 5. in corpore, & ad 1. Petit enim ibi sanctus an Beata Virgo plenitudinem gratiæ acceperit in prima sanctificatione, & in corpore sic respondet, *Dicendum quod quanto magis aliquid appropinquat principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principij; vnde Dionys. dicit c. 4. celestis Hierar. quod Angeli, qui sunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus diuinis quam homines, Christus autem est principium gratiæ, secundum diuinitatem quidem authoritatiue, secundum humanitatem verò instrumentaliter. Beata autem Virgo propinquissima Christo fuit secundum humanitatem, quia ex ea accepit humanam naturam, & ideo pre ceteris maiorem debuit à Christo gratiæ plenitudinem obtinere.* Secundum Sanctum ergo tota regula sanctitatis Virginis ex propinquitate ad Christum sumenda est, qui author, & fons totius gratiæ, sicut tota Angelorum gratiæ regula in ordine ad propinquitatem cum Deo, quatenus fons omnis gratiæ; ergo euidenter in doctrina diui Thom. qui Christo propinquior, qui illi fonti vicinior maiorem possi debit gratiam, maiorem sanctificationem, intensiorem gradum. Post Mariam nullus sic Christo propinquior, ac Iosephus; ergo nullus in prima sui sanctificatione tantam accepit gratiam.

Quod autem maiorem gratiam acceperit, quam in prima sanctificatione vllus ex Angelorum numero manifestum etiam fiet, si supponamus cum Magistro in 2. dist. 11. c. 2. Aug. lib. 12. de Ciuit. c. 9. & ciarus lib. 11. c. 9. & lib. c. 1. & l. 15. c. 1. Ansel. in eluciđ. homines primo, & per se non esse prædestinatos ad Angelorum sedes reparandas, sed æquè ac illos, & ratione sui; vnde si nunquam peccatum esset Angelorum fuisset tamen prædestinatio hominum; quod tenet firmiter Suarez lib. 1. de prædestin. c. 12. n. 5. qui etiam lib. 1 de Angelis, c. 11. n. 1. pulchrè tradit quomodo ruinæ illæ Angelorum ab hominibus restaurabuntur affirmans possibile, nõ numericè, id est, quod vnde vnus ceciderit, alter collocetur, homo, sed meritoriè, seu dignitate excellentiæ, quatenus per vnum Martyrem ratione meriti, gratiæ, ac gloriæ possibile sit vt plures occupentur loci Angelorum malorum, debiti eius excellentissimæ sanctitati, ac merito; quo supposito possibile sit, vt præter sanctissimã Virginem post illam aliquis sit prædestinatus ad maiorẽ gloriam, quam supremus Angelorum, & ad reparandum simul illum locum à quo primus cecidit. Ergo certissimum secundum diui Thom. regulam maiorem huic debitam dispositionẽ quam nulli Angelorum, cum ad altiorem prædestinatus sit gradum. Ergo maiorem & intensiorem gratiam in primo suæ sanctificationis instanti; quod si hoc possibile, vt illud idem Suarez eodẽ tractat. de Angelis, lib. 6. c. 5. n. 16. licet propendeat solius esse Virginis hoc priuilegium, tamen sine dubio, & aliquorum aliorum sublimium Sanctorum esse censeo, quatenus siue dicamus ad restaurandas Angelorũ ruinas homines esse conditos, siue non, semper cum primus ceciderit Angelorũ ad illud summum & supremum aliquis deuenturus: est homo qui inter Angelos sit primus, & cui nullus æquetur Angelorum. Cum ergo hoc sit, & alicui dandus est hic locus, cur non Iosepho sanctissimo, qui sic Christo vicinus, sic fonti illi proximus?

Magistrum sent. August. Anselm.

Suarez.

81. Homines prædestinati ex se nullo habito respectu ad ruinam Angelorũ.

82. Possibile vt vnus Sanctus in cælo obtineat plures Angelorum qui ceciderunt sedes.

Secundò asserimus in persecutione vitæ, ac in morte nullum tantam habuisse gratiam, ac proinde nullum tanta merita. Hoc autem ex eodem principio sic probatur, vt quasi euidens inde fiat, certum quippe est, vt ex superioribus satis patet, & ex historiis, ex Spiritus sancti electione Iosephũ in Virginis sponsũ sanctissimũ electũ; ac proinde ab illo ad talem dignitatem dispositum ea sanctitate qua decebat ad talem statum, sic vt vir iustus ab Euangelista clara voce appelletur, Matth. 1. n. 19. *Ioseph autem vir*

83. In persecutione vitæ nulli hominum tanta præstita gratia ac sanctissimo Iosepho.

Matth. 1. n. 19.

Digitized by Google

eius cũ esset instus. Itaque continuò eã in hunc sanctissimum Deus inuexit gratiam vt ex virtute in virtutem, ex iustitia in iustitiam crescens dignus sponsus Virginis efficeretur; quod cũ sit, certissimum quippe erit post contractum matrimonium non à gratia retrocessisse, sed semper ad maiorem progressum, semper augmentum accepisse vsque ad spiritum vitæ extremum. Ob quod egregiè Rupert. lib.1. de gloria, & honore filij hominis, Christum affirmat ideo fuisse de cælo cælestem, quia tota cõiugũ vita, sine coniunctio fuit cælestis; *Primus homo de terra terrenus*, ait, *secundus homo de cælo cælestis, quia coniugum vita, sine coniunctio tota fuit cælestis, & Spiritus sancti amborum coniugalis amor, quorum vtique conuersatio erat in cælis, in ambobus præsidés.* Spiritus sanctus præsidebat, nunquam ei vsque ad mortem Christi & Mariæ societas defuit; ergo à primo suæ sanctificationis instanti semper creuit in gratia, semper in augmentum est progressus, nunquam ab ea defecit; at prima supra omnes extitit; ergo & vltima, ergo & ea quæ in morte.

84. Christus cælestis quia coniugum Mariæ cum Ioseph cœlestes.

Maldon. Angel. Anselm.

85. Amor naturalis sanctissimi Ioseph etiam meritorius.

Quæ etiam satis liquet ex istis simul principijs; primo ex priuilegio quod est consecutus, vt omnes eius actiones, etiam naturales, hoc est amor eius naturalis, non secus ac amor Virginis semper esse meritorius ratione vnionis hypostaticæ; amabat naturaliter filium, sed Dei filium, amabat naturaliter sponsam, sed Dei matrem, impendebat his naturaliter, seruiebat, laborabat ad eos sustentandos, sed & si suos, semper tamen, vt Dei; ex hac certè radice summum faciunt aliqui & merito, charitatis Virginis augmentum, quod proportionaliter nos considerantes, & summum etiam nostri faciemus Ioseph.

Suarez. 1. Homus prædestinatus ex se nullo hãto respectu ad gratiam Angelorũ.

82. Possibile vnum Sanctum in cœlo cõtinere plures Angelorum qui cœlo nunc fedet.

1. *ad Cor. 6.7.n.32.* Certè Apostolus Paulus 1. ad Corinth. c.7. n. 32. infinita enumerat matrimonij impedimenta; sed illud maximum, coniugem esse diuisum, & viuere cum sollicitudine. *Volo autem vos sine sollicitudine esse, qui sine vxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, qui autẽ cũ vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi quomodo placeat vxori, & diuisus est.* In quibus verbis illud adnoto, dixisse Apostolum velle ipsos sine sollicitudine esse, & postea siue cælibi, siue coniugi, sollicitudinem prædicit,

86. Sollicitudo hominis vxorati immensa.

Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini: qui autem cum vxore sollicitus est, &c. Si autem æquè sollicitus, qui sine vxore, ac qui cum vxore, vnde vult sine sollicitudine hominem esse? sanè, ea ratione; quia sollicitudo domini, quam cælebs habet nõparata cum sollicitudine coniugis, pro nihilo est, & quasi sine sollicitudine talis dici potest; *Mulier*, inquit, *Plautus & nauis nunquam satis ornantur, qui ergo opus quærit vxorem ducat, & nauim instruat.* Rectè Theophrastus: *Pauperem alere difficile est, diuitem ferre tormentum*; de qua re vide Hieron. lib.1. aduersus Iouinian. ergo sollicitus est qui vxorem duxit, ergo diuisus, hoc est, vt ait Ambros. *distractus ad plura.* Quale ergo fuit Ioseph priuilegium, vt in eo talis distractio esset summa recollectio & talis sollicitudo summum otium: sic vt omnes matrimonij sollicitudines quæ alios à Deo abstrahunt ipsum amplius colligerent, Deóque vnirent, ampliúsque gratum facerent. Vnde rectè Rupert, vbi sup. de

Plautus. *Theophr.* *Ambr.*

87. Ex coniugio quãtum profecit in Sanctitate.

hoc coniugio exclamans ait; *O coniugium verum! ô coniugium cælesti dono terrenum!* cuius duplicem rationem sensatissimam profecto reddit primam, quia Spiritus sanctus Ioseph eam credidit sponsam, quam pro sua prius ipse duxerat: & secundam quia illi cum in Christum infudit amorem, quo ipsemet pollebat; *Cuius coniugem*, ait, *viri huius fidei commiserit, & de carne Virginis hominem formans paterno viro huic, eius qui notabatur infantis amorem penitus infuderit.* Egregiè, ex quibus verbis quanta huius sanctissimi fuerit gratia augmentumque vsque ad mortem, penitus elucet, dum consponsum vt sic dicam in terris eligere volens Spiritus sanctus hunc præ cæteris elegit. Ergo hunc præ cæteris sibi similem, iudicauit; ergo hunc præ cæteris sanctificauit, nullum sic sanctum ab Adamo vsque inueniens.

88. Consponsus ipse sanctissimi.

Pulchrè Chrysost. hom. de Dauid, & Golia tomo 1. super illa verba: *Inuent Dauid filium Iesse*, aduertit, quod dum Scriptura adnotat Deum inuenisse Dauid, significat prius Deum omnes homines percurrisse vt aliquem inuenisset meliorem, quem dum nõ inueniret, elegisse Dauid. *Dominus Deus cum Dauid in Regem destinasset primo singulos homines, ac diuersos cum attigisset, examinasset cunctos, plurimósque prædidisset, ex quorum numero eligeret Regem, inuenisset tandem Dauid cuius meritum transire non potuit.* Sic profectò, nec impari nos dicimus ratione, suam Iosepho præbiturum Spiritum sanctum sponsam, dum ipsum ad hoc munus destinasset, tali eum gratia præparasse, vt ad iudicium veniens, prius ab Adam ad illud vsquè tempus simul homines percurrerit probauerit, examinauerit merita, gratias, partes ponderans supernaturales, quas cum in nemine inuenisset, hunc elegit, cui non solum sponsam communicauit, sed amorem, sed in Christum dilectionem suam, &c. distribuens, vt proportionaliter sic eum Ioseph diligeret in terris, ac ipse eum in cælis, vnde sicut sanctissimo huic summus genitor partis impertiuit dignitatem, sic & Spiritus sanctus amoris feruorem, charitatis incendium; ex quo fit, vt à tota sanctissima sanctificatus, honoratúsque venerit Trinitate, Patre paternitatem, Filio filiationem, Spiritu sancto amorem illi infundente; cui hæc quæso vlli Sanctorum?

Chrysost.

89. Adeo præ cæteris dignior amẽtus ab Ada vsque tunc omnibus hominibus discessis.

90. A tota sanctissima Trinitate honoratus, & præelectus.

Maiorem ergo illi Deus infundit gratiam, ac proinde nullus in vita sic Sanctus, ac sanctissimus iste, quod breuiter non piget inductione probare. Et primò quod ad Sanctos alterius attinet testaméti, proculdubio omnium sanctissimus Ioseph; tres enim inter alios celebriores in eo inuenio, qui magni, qui amicissimi dicuntur Dei, Abraham, Moysen, Dauid, Abraham magnus, Abraham sanctus, quia Christi pater, & quia illud meruit ex fidei actu; quando vt inquit Apostolus ad Rom. 4. n.18. *Credidit in spem contra spem, & non infirmatus est fide, nec consideranit corpus suum emortuum, cum fere centum esset annorum, & emortuam vulnam Sare.* Magna fides credere sterilem parituram, senem generaturum, hinc *& reputatum est ei ad iustitiam.* Vnde pleno ore dictus iustus. At quid cum Ioseph fide, qui non sterilem, sed virginem sine humano opere posse parere pro certo credidit, & tenuit, sic

91. Sanctior vniuersis antiqui Testamẽti patribus.

Ad Rom. 4.n.18.

92. Sanctior Abraham, & cæt.

101. Maria Virgo non cognoscebatur à Ioseph ex eius splẽdore ante partũ, qualis verò esset post partum à Iosepho ob eius sanctitatem cognita. *Chrysost.*

glorificationis magnitudine. *Propter sanctissima Mariæ glorificationem*, ait, *à Iosepho cognosci non potuit, donec peperit, dominum enim gloriæ habens in utero quomodo cognosceretur? si Moysi cum Deo colloquentis glorificata est facies, vt non possint intendere in eum filij Israël, quanto magis Maria agnosci, vel intueri non poterat, quæ Dominum potentiæ in utero habebat, post partum autem à Iosepho agnita inuenitur specie faciei, non tactu libidinis.* Melior Chrysostomus in Imperf. non longè à fine tunc post partum cognita, quia tunc eam Ioseph digniorem prospexit, quàm totum simul mundum, *Quia quem totus mundus capere non poterat, in angusto cubiculo uteri sui sola suscepit.* Ob splendorem ergo Mariæ eam Ioseph cognoscere non poterat, & si cum ea conuersaretur; qualis ergo ille Mariæ debebat esse splendor gloriæ? qualis fulgor? hinc qualis Ioseph ex tali splendore? certè Dionys. non Angeli, sed Dei maiestatem in Virgine aspexit; vnde in terram cecidit vt Deum eam adoraturus, nisi Pauli monita obstetissent; ergo cum Mariæ splendor non Angelicus, sed diuinus fuerit, plusquam Moyses, Iosephus, dum ex cõuersatione talis splendoris, non tantum homo, sed homo diuinus.

102. Iosephi sanctitas, ac splendor infinitus ex Mariæ splẽdore.

103. Eius sanctitas maior Dauid. 1. *Reg.* c. 13. *Act.* c. 13. n. 22. 1. *Reg.* c. 26.

At etiam plusquam Dauid; magnus Dauid ob duo: Primò, quia secundum Dei cor, 1. Reg. c. 13. *Inueni hominem secundum cor meum*, cuius rationem explicans Paulus Actor. 13. n. 22. *quia faciebat omnes Dei voluntates.* Secundò, magnus Dauid, quia, quem occidere poterat inimicum, pepercit, magis exulare eligens, quam Sauli iniuriam inferre, 1. Reg. c. 26. at quid hæc cum nostro Iosepho, qui non solum secundum Dei cor omnes eius faciens voluntates, sed cui Deus dedit cor suum, cum secundum Aug. Dei verbum sit cor patris, vnde Bern. hom. 2. super missus est, loquens de hoc sanctissimo ait, *Quẽ tanquam alterum Dauid Dominus inuenit secũdum cor suum, cui totum cõmitteret sacratissimũ atque secretissimũ sui cordis arcanum, verbũ scilicet incarnatum.* Attende Verbũ illud *inuenit*, magnũquid inuit sacramentum, astabat enim in diuina mẽte sponsi idæa virginis, qualis scilicet secundum rectam rationem, ille talis deberet existere, quales possidere partes, quales virtutes, qualem sanctitatem, dum & Patri similis æterno, quia compater futurus, dum & Spiritui sancto, quia consponsus; quid ergo? enumeratis omnibus ab Adam, vsque ad mundi finem, vnum inuenit Iosephum, qui solus illam idæalem totaliter expleret figuram, ideo hunc præ cæteris elegit, cui, vt inquit Bern. sacratissimum sui cordis commisit arcanum; verbi scilicet Incarnationem, Mariæ Virginis desponsationem, vt suprà diximus; compara nunc Dauid cum Iosepho, virum cum viro, fauorem cum fauore, & perspicies quantum supra Dauid hic sanctissimus elucet.

Bern. 104. Ioseph primum Dei cor, & cui insuper Deus cor tradidit suum.

Nec minus præstantior existit ob secundũ, quia si inimico pepercit Dauid; tamẽ inimico, qui & si malum ei inferre tentabat, tamen motus ex zelo regni, ex sui ruina, ex damno proprio, tandem si inimicus, sed eius superior, sed Rex, sed Dominus; sed Dei Christus in quem manum mittere nefas, occidere piaculum; at noster Ioseph cui pepercit? ei, quæ beneficiis obstricta ac ingrata ab illa se reputabat offensum, ei, qui ab eo honorem, ei quæ subdita; Quod expendens Rupertus de gloria & honore filij hominis, super illa verba, *fili Dauid*, ob hoc ab Angelo filiũ Dauid nominatũ asserit, quia & benignitate, & mansuetudine, ac fide insuper illum adæquauit, immo & superauit, petens namque, cur non antè Angelus missus quàm Ioseph dubitaret, respondet: *Videlicet vt tentaretur, & manifestum fieret tam sanctis Angelis quam nobis hominibus de ipso, quod esset iustus, & talis qui dignè sic deberet appellari Ioseph fili Dauid; sic enim idem pater eius Dauid maluit exulare, quam vel permisso legis dicentis diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum; sed surgens ad Achis Regem Geth; quomodo iste iustus Ioseph occultè dimittere Mariam voluit proficiscens in regionem alteram, amplius autem ex eo filius Dauid tam insigniter, tali in re, tali in tempore.* Pondera hæc postrema, tali in re, tali in tempore, pepercit, non cuilibet iniuriæ, sed maximæ, non quolibet tempore, sed in principio sponsationis, quãdo amor feruens, quando voluntas ardens, vnde & zelus maior, & ira potentior; & pepercit non quomodolibet, sed *insigniter*, quod quidem Dauid defuit, dum & si pepercit vitæ, non vestimento, orã chlamydis decurtãs, quod genus quoddam extitit vindictæ, dum & si non in personam regis, in eius tamen vestimentum manum extendit, & si non in corpus, in æstimationem, in respectum, in decorem, cum ob hoc offendens; at noster Iosephus *insigniter* pepercit, nõ solum permisso nolens vti legis, sed ne tantillum, aut in honore, aut in fama, quam putabat adulteram læderetur, maluit exulare, vt si fortè eo absente parturientem aspicerent, non ab alio, sed à se reputarent; quæ mansuetudo similis? quis homo sic secundum Dei cor? Rectè ergo ait Rupert. ideo non ante Deum Angelum misisse, sed post tentationem, vt omnibus talis virtus, talis Iosephi mansuetudo innotesceret Angelis, hominibúsque.

Rupert. 105. Cur Angelus filium Dauid eum nominauit.

106. Insigniter pepercit vitæ Dauid.

107. Angelis ex sublimitate sanctitatis incognitus.

Expendo illud, videlicet *Angelis*, non solum hominibus, sed Angelis, quod mirum, cum ex sublimitate naturæ istarum infimarum creaturarum species omnes debeantur, vnde ergo occulta illis Iosephi sanctitas? an quia supra humanam, supraque Angelicam hæc se eleuant, quasi diuinam attingunt; vnde quasi in Deum ipsis factus, nisi Deo reuelante ipsum cognoscere non poterant. Sanè iniurias dimittere sic proprium Dei est, vt illi hoc denegare ab ipso simul Deitatem sit eripere; pulchrè hoc S. Laurent. Nouar. Episcopus, hom. de pœnit. super illa verba Lucæ c. 7. n. 32. Pharisæi de Magdalena: *Hic si esset Propheta*, &c. sic ait ex persona Christi ad illum, *Indignum iudicas me suscipere mulierem fornicariam, lachrymarum fontibus inundantem, sed facis hoc quasi incredulus Pharisæus, dum non vis me esse, aut credis Deum*; Pulchrè, certè Deitatem à Christo eripiebat, qui misericordiam tollebat, tam proprium est Dei parcere, dimittere, quid ergo? nunquid non Deus Ioseph dum non fornicariam, sed quam putabat adulteram, & insuper sponsam iniuriam inferentem dimittit, & ad instar Dei parcit, & condonat: neget Deo Deitatem, qui ob hoc Iosepho diuinitatem, merito ergo Angeli eum ignorabant, qui per gratiam sic ad

S. Laur.

S. Lucas c. 7. n. 39.

similitudinem Dei euectus fuerat, vt supra eorum se elenante conatum, nisi Deus illis reuelaret per factum, quod in Ioſepho latebat cognoscere certè non poterant. Meritò ergo tentatus, vt Angeli, hominésque simul quantum supra reliquos omnes Ioſephus se eleuet intelligerent, penetrarent.

108. Maior in sanctitate Ioanne Baptista.

Antiquæ legis primos iam concluſimus, ni fallor, maiore noſtrum Ioſephum præcelliſſe sanctitate; ad primates nunc nouæ accedimus, quem si vno Baptiſta præcurſore præcelſiorem, facilè omnibus fecero, cum nullus inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta, pro qua re.

Theophyl. Antioch.

Admoto cum Theophylacto Antiocheno Chriſtum filium fabri ideo dictum, quia quaſi nobilis faber omne humanum genus ſecundum diuerſorum miniſteriorum occurrentiam in multiplices efformat vſus, ſic vt ex arbore ſtatuam efformare intendens, talem ei adhibeat manum qualem requirit miniſterium, vnde ſic lib. 1. allegoriarum; *Filium fabri, vel ab obtrectatoribus ſuis ſe Ieſus voluit vocari, quia ipſe conditor mundi Deus in principio fecit cælum & terram, & quia terrena nos docent, quæ ſunt cæleſtia, quaſi bonus anima faber ſpiritualis vitia noſtra circumdolat, cùm etiam ſecurim admonens arboribus infœcundis, ſecare doctus exigua, ſublimia ſeruare culminibus, rigida mentium ſpiritus igne mollire, & in varios vſus omne humanum genus diuerſa miniſteriorum qualitate formare.* Egregiè, ideo fabri filius voluit Chriſtus dici, quia ad inſtar fabri ſtatuas efformans, omne humanum genus, aut circumdolando, ſi vitia adſunt grauia, aut ſecando ſi leuia, aut ſeruando, ſi ſublimia, hoc eſt alta virturum, & grandia inuenit ſecundum diuerſam miniſteriorum qualitatem adoptat, & efformat; ergo talem ſtatuæ admouet manum, talem eam efformat qualem requirit miniſterij vſus; ergo quanto hic excelſior, eo & ſtatua, eo & efformatio, eo & gratia.

109. Christus cur fabri filius voluit dici.

110. Maria ſanctiſſima plus ſponſa Chriſti ipſa ſola, quàm tota ſimul Eccleſia.

Secundò adnoto, non ſolum æquè Virginem ſanctiſſimam eſſe Chriſti ſponſam, ac Eccleſiam, ſed ipſam eſſe primam, & digniorem; ſic vt ſi totam ſimul Eccleſiam ex vna parte, & ex altera Mariam ſolam ſumas, hãc ſolam plus Deo gratam, quam illam ſine dubio aſſerere debemus, vtpote perſona, in quam vt diuus ait Hieron. non per partes, ſed pleniſſimè totus ſe effudit ſpiritus, & quod diuiſim in ſingulis ſimul in ipſa ſola reperitur, *Quod cæteris per partes præſtatur*, diuus ait Hieronym. in epiſtol. ad Paulam, & Euſtochium de Aſſumpt. Virginis, *Maria verò tota ſimul ſe infudit plenitudo gratiæ*; ſub cuius pedibus non ſolum tota militans, ſed triumphans ſubſternitur Eccleſia. Luna, inquit Ioannes, *ſub pedibus eius*, Apoc. c. 12. n. 1. quem locum explanans Bernard. in ſerm. *ſignum magnum*, per mulierem Sole amictam ſanctiſſimam intelligit Virginem, per Lunam Eccleſiam, quam ſub pedibus Mariæ aſſerit poſitam, quatenus ipſa vniuerſam ſuper greditur ſanctitate, dignitate, honore: *Sexaginta*, inquit in Cant. Salom. c. 6. n. 7. *ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus, vna eſt columba mea, perfecta mea*; vbi Pſellus apud Theodoretũ, tres ſaluandorum ordines diſtinguens, primum filiorum per

Hieron.

111. Ipſi ſubſternitur non ſolum militans, ſed triumphans Eccleſia.

Bern.

Cant. c. 6. n. 7.

Reginas, ſecundum mercenariorum, per concubinas, tertium ſeruorum, per adoleſcentulas ſupra hos omnes Dei Matrem ſe erigere affirmat; *Inter tot animas omnium hominum qui ſaluantur, vt electa columba eſt vna illa ſola, quæ Chriſtum genuit, virgo Mater, puella Maria, quæ puritate profecto Cherubin, & Seraphin antecellit.* Sponſa ergo Chriſti eſt Maria ſicut Eccleſia dignior, prima, ac præſtantior, his ergo ſic notatis.

Attende nunc quanto præſtantior ſit Ioanne Ioſeph; ille enim ſe indignum iudicauit vt corrigiam calceamẽti Chriſti ſolueret, hoc eſt, vt ait Anſelmus in c. 2. Matth. ſuper illa verba: *Cuius non ſum dignus*, vt Eccleſiã Chriſti ſponſam attingeret, ſibique vſurpare; *Mos erat in lege*, ait Anſelmus, *vt ſi aliquis ſuperbus repudiaret vxorem, alius qui iure propinquitatis eam ducere vellet, diſcalcearet eum, qui repudiauerat illam*, &c. *Ieſus verò habet ſponſam, id eſt, Eccleſiam, Ioannes autem amicus eſt ſponſi, & non inuidet ei, nec vult vſurpare officium eius vt ſponſus dicatur, & hoc eſt non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius*; nomine ſponſi indignum ſe iudicat Ioannes, & merito ſanctiſſimę Dei Eccleſiæ; nunquid non maior illo Ioſeph, qui ad eam Deus dignitatem ipſum euexit vt dignus fieret ſponſus eius, quæ Eccleſiam præcellit, quæ illa dignior vt diximus. confer meritum cum merito, & luce clarius excellentiam perſpicies.

Anſelm. 112. Ioannes indignum ſe iudicauit vt ſponſam Chriſti Eccleſiam attingeret.

Secundò, *Maius myſterium non fuit quam Apoſtolatus*, ait Anſelmus ibidè; hinc in officio iſti maiores quam Ioannes; at vt rectè Suarez de vita Chriſti, diſput. 8. ſect. 1. Maius fuit myſterium Ioſeph, quam Apoſtolorum, quatenus actione attigit ordinem, ac proinde perfectius; ſi ergo & ipſos in miniſterio Apoſtolos præcellit Ioſeph, nunquid non & Ioannem?

Suarez.

Adde, Ioannem veniſſe, vt teſtimonium perhiberet de Chriſto ipſum ſcilicet eſſe Dei filiũ, ex quo omnes colligunt Doctores eius ſanctitatis gradum; at nunquid ad aliquid minus electus Ioſeph? immo ad maius? Ioannes enim electus tantum ad aduentum Chriſti annunciandum, ſed ſanctiſſimus Ioſeph admodum huius aduentus, ſine quo, nec prædicatio Ioannis fuiſſet; immo nec fides illi debita extitiſſet, ſi enim prius non creditur illum hominem de Spiritu ſancto conceptum, ac de Virgine, profecto non eſſet Chriſtus, nec Chriſtum prædicare, ac oſtendere Ioannes potuiſſet; hinc ad maius electus Ioſeph miniſterium, dum à Spiritu ſancto eligitur vt teſtis Verbi diuini Incarnationis, ſimul & virginitatis Mariæ, ac totius myſterij diſpenſationis, vt egregiè adnotat Chryſoſt. hom. 42. in Matth. ſuper illa verba: *Ioſeph autem cum eſſet iuſtus*, &c. vbi ſic. *Poſtquam dixit, quod eſſet ex Spiritu ſancto, & abſque vlla mixtione ſexuum, ſermonem ſuum etiã alunde confirmat, ne enim aliquis diceret, & vnde hoc poteſt eſſe manifeſtum, quis vidit? quis audiuit aliquando tale aliquid contigiſſe, neque putares diſcipulum, quaſi gratificatum magiſtro, iſta confingere introduxit Ioſeph ex his quæ paſſus eſt fidem dicti per cuncta facientem, vt planè hinc dicere Euangeliſta videatur, ſi non credis mihi, & teſtimonium tibi meum forte ſuſpectum eſt; crede igitur vel marito.* Ergo Chriſtus de

Chryſoſt.

113. Chriſtus ex Ioſephi teſtimonio vt Deus habitus verus.

Spiritu

Spiritu sancto, ac de Virgine natum, ex testimonio Ioſephi habemus; ergo & illum verum esse Messiam, verum Dei filium. Si ergo maiorem omnibus in sanctitate Ioannem constituunt ex eo quòd illum hominem Deum esse testificabatur, nunquid & Ioanne nó maior in sanctitate Ioſephus, dum & non solum Deum illum esse testificabatur, sed ex Spiritu sancto, ac de Virgine conceptum, quæ signatissimæ erant venturi Messiæ notæ.

§. IV.

De magnitudine gloriæ.

114. Ioſeph in cælo Sol cæteri stellæ sancti.

MAior ergo noster Ioſeph Abraham, maior Moyse, maior Dauid, maior tandem Baptista; quid ergo, & maior in sanctitate cæteris omnibus, hinc & maior, ac sublimior in gloria. Planè ex dictis; vnde merito in cælis ipse sol absque inuidia sit dictus, cæteri autem sancti stellæ; *Vidi per somnium*, sanctissimus ait puer Ioſeph nostri huius figura, & vmbra Geneſ. 37. n. 55. *quasi solem, & lunam, & stellas undecim adorare me*, cui Iacob reprehendens illum, *nam ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram.* Ergo se solem fecit Iacob, Rachelem lunam, fratres stellas; Hinc in familia pater sol, mater luna, filij stellæ. Ita planè; at nunquid Iacob verè Ioſeph super terram adorauit? non quidem; sed respondet Ambrosius completum in Ioſeph; qui sol in domo Christi, dum puerum adorauit Iesum cum Maria eius matre; sic lib. de Ioſeph Patriarcha, c. 2. *Quis est ille quem parentes, & fratres adorauerunt super terram nisi Christi Iesus, quando cum Maria & Ioſeph cum discipulis adorauerunt, Deum verum esse in illo corpore confitentes*; Ergo in familia Christi; ergo in regno Christi Ioſeph sol, cæteri fratres stellæ.

Geneſ. 37. n. 5.

Ambr.

115. Virginitas supra vitam Mariæ chara.

Et sanè bene ei competit solem in cælis esse, cum enim ibi summè virginitas refulgeat sanctissimæ Virginis, talem quippe ibi apparere decet candorem, & fulgorem eius, qui in terris sponsus, vt ex illo amplius ipsa splendescat, amplius effulgeat; attende sic sua chara erat Mariæ pudicitia, sanctáque puritas, vt supra ipsam eam æstimans vitam, affirmet Chrysostomus, ob id priusquam conciperet, Angelum ad eam missum, ne videns se grauidam, pudore, dolore, & verecundia moreretur; vnde hom. 41. in Matth. sic effatur; *Et enim rei gratia* (inquies) *non id ipsum custodiuit in Virgine, vt ad illam quoque post conceptum veniret? ne scilicet stupentis, ac verecundantis animum anxietas, mœstitiáque consumeret, valde enim fieri potuit, vt tanti ignara secreti aliquid de se crudele decerneret, & quantum honestatis amans, tantum famæ turpis intolerans, vel ad laqueum subito, vel ad gladium conuolaret.* Mira Chrysostomi amplificatio, ex qua certè quantum virginitas, quantum puritas, quantum honoris, famæque suæ æstimatio pudicitiæ apud sanctissimam valeret Virginem, coniici potest; quid ergo hinc? profectò, vt in cælis refulgens, quando ibi Ioſephum ipsa, Ioſephum aliique, vt eius sponsum aspiciant, sic cum omni candóre fulgentem videant, sic supra cæteros eleuatum, vt veluti sol inter astra, virginitati illi splendorem afferat, non diminuat, immo adiiciat.

Chryſoſt. 116. Angelus ad eam missus antequam conciperetur, & cur.

117. Ioſephus in cælis Iol virginitati Mariæ splendorem addens.

Certè vt Virgo dicatur nupta, sufficit vt à viro semel aspiciatur, sic delicata res virginitas; hinc antiquitus mulieres nuptæ dicebantur velatæ, quatenus vt inquit Alexand. ab Alexand. lib. 2. Genial. dier. c. 5. *Caput velo obnubilabant*, vnde nuptæ, quasi *obnubilatæ*. Hinc Abimelech ad Saram, Geneſ. 20. n. 16. *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum*, hoc est, vt quasi de nouo nupta velamen emas flammeum, quo veluti Virgo non cooperta, nunc de nouo nubas; ob hoc significare volens, sic eam ipsam Abrahamo reddere intactam, ac si esset Virgo, ac proinde velanda, cuius etiam moris meminit Tertullianus c. 6. de velandis virginibus. *Arabia vxores, ait velabantur, vt vno oculo liberato contenta sint, dimidia potius frui luce, quam totam faciem prostituere.* Velabantur ergo nuptæ, & eius signum velatas aspicere; Hinc Rebecca Geneſ. 24. n. 65. aspiciens, & si à longè, Isaac, per contans quisnam esset, vt nomen audiuit, tollens citò pallium operuit se, cur quæso hoc? cum adhuc non vxor, nec in domum introducta? sanè quia virgo, & vir eam aspexerat futurus suus; vnde ex solo aspectu se iam non virginem indicauit; quod egregiè Tertull. suprà c. 16. *Operuit se cum ad sponsum ignota perduceretur, simul ipsum cognouit esse, & confessa est quod senserat, id est, spiritu nupta, negauit, virginem velata*; Egregiè, aspiciendo tantum sponsum spiritu se sentiens nuptam, negauit se esse amplius virginem; inde pallio se cooperuit, obnubilauit; quid ergo? certè si Ioſephus non sol in cælo, non sicut sol inter cæteros effulgeret sanctos, ex aspectu, ex visu, & si impossibile, tamen nescio quid obnubili in illa effulgentissima efficeret puritate; at quia in cælo sicut sol effulgens totus clarus, totus virgineus, totus splendor, sic supra cæteros se eleuat fratres, vt Virginem ipsam Mariam veluti condecorans, splendorémque adiiciens ipse vt sol, cæteri vt stellæ appareant in cælo Sancti vnum Christum adorantes. Ex quo rectè quidem Augustinus hunc sanctissimum honorificentiam appellat virginitatis, sic serm. 14. de Natiuit. *Sit Maria*, ait, *sponsa Christi in carne sua virginitate seruata, sis autem & tu (nempe Ioſeph) pater Christi, cura castitatis, & honorificentia virginitatis, vt de virgineis membris Dei genitricis saculis Christianis nulla sit zelotypia*; Pulchrè, Virgo erat sanctissima genitrix sic pura, sic immaculata, vt non solum hominibus, sed etiam Angelis (si fas sit dicere) zelotypiam eius ingeneraret virginitas. Nam ipsis purior, dum si per impossibile vt è duobus aliquis deturpanda Angelica natura, an Maria illa potius, ac prior, quo sensu Angelis purior sanctissima Virgo, omnes eam adamantes, stupentes, admirantes, custodientes; at & si Ioſepho datam viderint, nullam

118. Virgines cur non velabantur antiquitus, sed nuptæ.

Geneſ. 20. n. 16.

Tertul.

119. Virgines ex solo aspectu veluti contaminantur.

Tertul.

Auguſt. 121. Ioſephus virginitatis honorificentia.

120. Sara cur videns Isaac se cooperuit.

122. Maria cur Angelis purior dicatur.

tamen de virginitatis mẽbris zelotypiam ſumpſerunt, vnde quæſo? niſi quia, vt Auguſtino Ioſeph non ſolum ipſe Virgo, vt multi aiunt; imino Damaſus Pontifex epiſt. ad Nicolaum, affirmat Eccleſiæ eſſe fidem Virginem eſſe Ioſephum, *Eccleſiæ fides eſt*, ait, *vt fuerit Virgo*, ſed ipſius virginitatis honorificentia, ſic, vt ſi poſſet ex eius contubernio Mariæ augeri virginitas augeretur. Hinc libenter in eius conſenſit matrimonium Virgo, quia cum eo pronubens non cum homine, ſed cum Deo (vt ſic dicam) ſe pronubere reputabat; *Filius accreſcens Ioſeph* (ſanctus ait Iacobus pater eius Geneſ 49. n.22.) *& decorus aſpectu, filiæ diſcurrerunt ſuper murum*; Quæ ſunt iſtæ filiæ? Caietan. & Lyppom. Ægyptiæ dum viderunt eum pro-regem factum Ægypti, ex mandato in ſecundo curru diſcurrentem per ciuitatem Pharaonis, tunc ipſæ ad murum, feneſtras, turres anxiæ decurrerunt, vt ipſum aſpicerent, inter quas vt ſanctus Vincentius refert in ſuo ſpeculo, *Aſenet*, filia ſummi illius ſacerdotis Heliopoleos, quæ firmo nunquam nuptura ſe clauſerat propoſito in quadam turri niſi à quodam poſtulata, qui ſimul Deus eſſet, quæ ab alto Ioſephum in illa ſuſpicata gloria, Deum non hominem reputans, cum illo nupſit: ſic profecto & in templo ſe clauſerat Virgo Altiſſimi, ſuam illi deuouens virginitatem, nunquam ſe nupturam, nũquam virum cognoſcituram, quid ergo? cur nupſit? dicam, quia gloriam huius ei reuelans Deus, non hominem, ſed veluti Deum eum reputans, intactam ab illo, non diminuendam, ſed augendam ex eius æſtimauit contubernio firmiter virginitatem; ſic eum cernebat purum, ſic ſplendidum, ſic effulgentem vt ſol in terris inter cæteros appareret. Quid ergo? nónne & merito ſicut ſol in cælo inter cæteros effulget Sanctos?

Damaſ.

123. Ioſeph ſecũdum Eccleſiæ fidẽ Virgo extitit.

124. Cur libentiſſimè cum eo Virgo ſanctiſſima nupſerit. *Caietan. Lyppom.*

125. Sic profecto cum illo nupſit, ac ſi eſſet Deus.

Ex dictis antequam hinc gradum faciam colligere licet, quantum præter cæteros in cælis à Virgine ſit Ioſeph dilectus, dum ei id debuit, quod ſupra ipſam æſtimabat vitam, honorem ſcilicet, famam, & æſtimationem; quales ergo dilectionis flammas in ſanctiſſimum virum putandum in Virgine excitaſſe, iure ſcilicet cum potuiſſet ipſam infamare, traducere, tradere, tamen vt diximus ob dilectionẽ, quia eam vehementer diligebat, ob iuſtitiam, quia nullum ei inferre malum volebat, non fecit. Sic certè mulieres pudicitiam amant, verecundiámque æſtimant, vt ſæpè potius mortem appetant, quam in periculis clamare; Quod obſeruauit Ambroſ. de offic. lib.1. c.3. in Suſanna, dum non ſtatim, ac ſenes vidit clamare ob verecundiam, parata prius mori inter eorum manus quàm pudorem ſufferre, & ſi innocens, & intacta. *Tacebat inpericulis Suſanna*, ait, *& grauius verecundia, quam vite damnum putabat, nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam ſalutem, ſoli Deo loquebatur cum poterat iuſta verecundia eloqui.* Egregiè, ſic pudorem in pretio habent, ſic verecundiam, vt malint omne vitæ diſcrimen potius ſubire, quàm pudoris efficere iacturam; quod cum ſit, attende nunc quantum ſanctiſſima Virgo Ioſeph deuinxerit, quantumcumque ſe illi obſtrictam ſenſerit, dum prima inter omnes pudicas, inter omnes verecundas, non ſolum ſuam ex illo verecundiam nil mali, ſed potius honorem, ſplendorémque auxiſſe dum ex irrefragabili Ioſephi teſtimonio Virgo immaculata, pura, incontaminata ab omnibus habetur, plus nobis vna Ioſephi dubitatio proficiens, quam omnium in Virginem fides, ac propenſio. *Thomas dubitando*, grauiter ait Bernard. *palpando conſtantiſſimus factus eſt Dominicæ confeſſor reſurrectionis, & Ioſeph Mariam ſibi deſponſando, eiuſque conuerſationem tempore cuſtodiæ ſtudioſius comprobando, factus eſt pudicitiæ fideliſſimus teſtis.* Infinitus ergo in ſponſum Virginis amor, ſupra cæteros ob hoc præcipuè ſe extollit? quid ergo? nunquid ſupra omnes à ſanctiſſima Virgine in cælis dilectus aliquis erit, qui merito, qui gratia, qui loco, qui ſede propinquior ipſi? abſit, certè eundem prorſus ordinem in cælis habent, quem illis Euangeliſta aſſignat in terris, primus Ieſus, ſecundus Maria, tertius Ioſeph; in terris præclara prima Trinitas, ſecunda excelſa in cælis adorata ab Angelis, collaudata à Sanctis.

126. In cælis quantum à Virgine dilectus.

Ambr.

127. Pudicæ mulieres in periculo amplius mortem expetunt, quam clamare.

128. Mariæ in Ioſephum quantus amor in cælis. *Bern.*

Et merito quidem ſupra cæteros hunc eleuat Deus in cælis, qui in terris plus ei, quam omnes ſimul ei dare poſſunt; *Ecce nos reliquimus omnia*, Petrus ait Chriſto, *& ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* Matth. c.19. n.27. quid reliquerat? certè pauca, ſed cum magno affectu. *Hunc Deus ponderauit, non cenſum*, vt rectè Origen. tract.9. in Matth. *& ſi enim minima cum fratre reliquit*, ait, *ſed non minima æſtimata ſunt apud Deum conſiderantem, quoniam ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt, vt etiam ſi multas habuiſſent poſſeſſiones omnia reliquiſſent.* Affectum ergo Domino obtulit, & quia hic magnus, etiam ſi illa minima, maxima apud ipſum, ſic maxima vt principatum in terris, principatum in cælis eis contulerit, iuramento firmans; *in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis*, ſeſſuros & illos cum eo per quæ ineffabilem honorem, ineffabilem intellexit gloriam Chryſoſtomus hom.65. in Matth. *Honorem enim, & gloriam ineffabilem ſignificauit per thronos*; Ergo minima dans ſi cum magno affectu, ſunt maxima, remunerantur vt maxima; & quia ſic Petrus dedit, principatum meruit in terris, thronum in cælis; at ſi aliquis eſſet, qui cum eodem, ac maiori affectu, non minima, ſed magna, ſed maxima, ſed propemodum infinita dediſſet, nónne merito talis ſupra Petrum? hic profecto non naufigium, vt Petrus, cæteríque Apoſtoli, ſed Virginem ſanctiſſimam, ſed Mariam Dei genitricem iure diuino ſuam Deo dedit, pende Mariam, ſi potes, & meritum poteris pendere Ioſephi, ſimul & gloriam. Hinc certè fit vt ſit infinita.

Origen.

129. Petrus & ſi minima dedit ex affectu fuerunt maxima.

Chryſoſt.

130. Gloria Ioſephi infinita quia Deo Virginem obtulit ſanctiſſimam.

Sed quid? plus vltra progrediendum. Theologorum certum eſt illud axioma, Deum punire citra, remunerare verò vltra condignum. Luc.6.n.38. *Date, & dabitur vobis*, at nunquid æqualis erit retributio? minimè, ſed in centuplum multiplicata, *menſuram bonam, confertam, coagitatam, & ſuperefluentem dabunt in ſinum veſtrum.* Ponderanda ſingula, *bonam*, hoc eſt ſelectam, *confertam*, hoc eſt non laſ-

Luc. 6. n.38.

ſam, *cogitatam*, vt vltra capere non poſſit, & poſt hæc, quando iam penitus amplius capere poteſt ſuperinfundetur, vt vndequaque ſupereffluet, & ſuperabundet, *ſicut ſi farinam*, ait Theodoretus, *ſine parcitate menſurare velles, conferres eam, cogitares, & ſupereffunderes abundè, ſic Dominus menſuram magnam & ſupereffluentem dabit in ſinum veſtrum.* Quod ſi hoc, & hic eſt Dei mos, audi nunc mirabile; quod Deo Ioſeph dedit extitit Maria, Deus remunerat vltra condignum, vltra datũ abundanter, ſupereffluenter; qualis ergo gloria erit huius ſanctiſſimi ſi vltra datum penſitanda? profecto immenſa, propemodum infinita, hic ſiſto, quia vltra quid addam non habeo, ſed concludo verè tantum hunc (meo ſenſu, meóque affectu) primum eſſe in cælis, & Deum in terris ad inſtar alterius Ioſeph Dei ſapientiam eum non dereliquiſſe, ſed ſicut illum à peccatoribus, ſic iſtum à mala liberauit ſuſpicione, deſcendens ad illum, ſicut ad primum, de quo noſter ait Sapiens, quod venditum non dereliquit, dicens: *Hæc venditum iuſtum*, &c.

Num.14. *Et in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi ſceptrum regni, & potentiam aduerſus eos, qui eum deprimebant, & mendaces oſtendit, qui maculauerunt illum, & dedit illi charitatem æternam.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

BEneficia proſequitur à ſapientia in ſanctiſſimum collata Ioſephum, vnde ait.

Et in vinculis, &c. Hoc eſt in carcere, rectè Lorinus vincula pro carcere ſumuntur aliquãdo. Pſal.104. n.19. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius, & ferrum pertranſiit animam eius*, Chald. *In catenam ferream tranſiit anima eius*, vt ex iis eius diſcas magnitudinem tribulationis, dum vſque ad animam pertranſiit.

Lorinus.
1. Vincula in Scriptura aliquando pro carcere.
2. Deus amicus fidelis ibi confert plus auxilij, vbi & plus periculi.
Ambroſ.

At ibi Deus eum non dereliquit, ſed in foueam cum illo prius deſcendens, in vinculis poſtea eũ aſſociauit; fidelis quippe Deus amicus nunquam amicitiam ſcindens, nunquam vincula rumpẽs, nunquam amicum deſerens, de qua re vide in 3. tom. hom.143. *Non turbentur innocentes* (inquit Ambroſ. de Ioſeph. c.5.) *cum falſis criminibus appetuntur, & oppreſſa iuſtitia detrudnntur in carcerem, viſitat Deus in carcere ſuos, & ideo ibi eſt plus auxilij, vbi eſt plus periculi; at*, vt idem ait Sanctus, *quid mirum ſi viſitet Deus in carcere poſitos, qui ſeipſum in ſuis incluſum eſſe memorauit?* O felix tribulatio, quæ talem, ac tantum meretur ſocium, tale, tantũmque patrocinium, verè illa beatos homines conſtituit, veréque beatitudinem impartitus, de qua re infrà latius.

3. Cur dominus Ioſephi eum non occidit.
Chryſoſt.

At cur dominus eum non occidit, ſed tantum in carcerem miſit? *Nam*, vt diuus inquit Chryſoſtomus hom.62. in Geneſim, *ſi enim ille non credebat reum eſſe Ioſeph, cur in carcerem eũiecit? ſi autem credebat verum eſſe, quod vxor dixerat, tunc non carcere dignus, ſed extremo iudicio, capitalique pœna iudicandus erat.* Cur ergo carcere tantum contentus? Aliqui ob amorem, & charitatem in ipſum extremam; Alij ob beneficia, & quæ acceperat ſeruitia. Melius idem Chryſoſtomus, *Vt inictus in carcerem, etiam illic ſuam declararet virtutem, & ſic ad principatum regni perueniret, ideo Deus tantam fecit illi exhiberi clementiam, quia*, vt idem Sanctus inſtà, *quando ſuum auxilium dextera ſuperna oſtendit, omnia ſiunt lenia, & facilia, & quantumuis feroces animi manſueſcunt.* Deus ergo eum cohibuit, & hoc vt amplius virtus caſti eluceret iuuenis; *Nam*, vt inquit Ambroſius lib.5. de Ioſeph, *bonum enim munus pudicitia, ſed minoris meriti cum periculum abeſt; vbi verò etiam ſalutis periculo defenditur, ibi plenius coronatur.* Non occidit ergo, quia Deus cohibuit, & Deus repreſſit, vt clariorem virtutem faceret; animentur ergo in tribulatione virtutis viri, nam & ſi potentes inimici, occidere valentes, non plus efficient, quàm Deus velit, & ſicut illis ſæpè poteſtatem adimit, ne poſſint, ſæpe etiam voluntatem, ne velint, & ſi poſſent. En Putiphar occidere potuit, ſed Deo cuſtodiente noluit, quia (vt diuus inquit Ambr.c.5. vbi ſuprà) Deus nec in carcere Ioſephum deſerebat. *Inaudita cauſa, inexplorata fide veri, tanquam reus criminis in carcerem Ioſeph mittitur, ſed eum Dominus nec in carcere deſerebat.* Et meritò quidem, eum ipſe ſeipſum deſeruit, nil reſiſtens, nil pro ſe adducens, Deo ſe committens (vt inquit Ioſephus lib.5. antiquit.) *Ioſeph verò innocentiam ſuam Deo committens*, neque *ſe defendere curauit, neque rem, ita, vt geſta erat, indicare, ſed vinculorum neceſſitatem tacitus ferens, vna ſe hac ſpe conſolabatur, & ſuſtentabat, nimirum potentiorem eſſe Deum iis qui ſe vincerent*; Quid ergo mirum ſi talem Deus aſſociabat, qui tantum de illo fidebat? ad doctrinam noſtram hæc, tribulamur & non eripimur, quia nos non deſerimus, & dum nos pro nobis pugnamus, Deum propugnatorem non habemus, hinc ſæpè ſuccumbimus, & ad ſceptra coronáſque non peruenimus.

4. Caſti casamplius reluceret ex periculo.
Ambroſ.

5. Inimici nõ timendi quando Deus nobiſcum.

6. Deus Ioſephum non dereliquit, quia ipſe totum ſe Deo commiſit.
Ioſeph.

Donec offerret illi ſceptrum regni, &c. Græcè, *donec ei attulit ſceptra regni*, non vnum ei ſuffecit tradere ſceptrũ, ſed ſceptra, ad multiplices tentationes, æquum vt multa correſponderent ſceptra; *Gaudere ſuos, & exultare voluit Dominus in perſecutionibus*, ait Cyprianus lib. 4. epiſt.6.) *quia quando perſecutiones ſiunt, tunc dantur corona fidei*; non corona, ſed coronæ: ſic Ioſepho Deus, quia multipliciter vexatus; immo & multipliciter venditus, & ſeruus factus, cum non ſolum venditus, ſed reuenditus; Quod pulchrè adnotauit Philo lib. de Ioſeph, allegoricè de viro ciuili eius intelligens venditionem, cui vulgum aſcribit dominum, dominis impatientem ſæpè alios, aliósque mutare deſiderantem; *Sed emptores Ioſeph*, ait, *cum renendunt, quoniam non eſt vnus dominus tractantium rempublicam, ſed vulgus, aliis poſt alios dominis ſuccedentibus.* Egregiè, ne ergo Principes ſe extollant, cum ipſi ciuilibus imperitent vires, eis autem vulgus, cui ſeruire tenentur, cui iuſſa facere, cui honorem credere, cui tandem præbare opes, quid miſerius? qui veriſimè Eunucho, cui venditus Ioſeph, comparatur, dum virtutem laudat, omnis expers ipſe virtutis, audianus Philonem; *Qui emit Ioſeph in Ægypto, dicitur eſſe Eunuchus, & Princeps coquorum; nam emptor hominis ciuilis, quod eſt vulgus, reuera Eunuchus eſt, ſed quanã eſt ſimi-*

7. Cuilibet tribulationi ſua etiã corona.
Cyprian.

Philo.

8. Principibus vulgus imperitat.

9. Vulgus Eunucho comparatur, & cur.

Digitized by Google

ludo inter vulgum, & Eunuchos? quod vtrique ſteriles ſapientiæ, virtutem tamen approbant, cum enim conſtet promiſcua multitudo hominum, loquuntur vt oportet, ſed ſapiunt contrariè, poſthabendo ſincera fucatis, & legitima pravis, ſtudentes ſolum exiſtimationi tuendæ, verámque honeſtatem negligentes. Quid verius? loquitur rectè, ſentit prauè, operatur peſſimè; quod quando tu ſimilia in aliqua videris inter magnates verſari Republica, ſcilicet quod etiam iſti bene loquantur, ſed malè operentur, populare totam illam iudica, & vulgarem, appetitum tantum ſequentem, rationem reſpuentem; quod aptiſſimè adnotauit Philo ponderans Eunuchum, cui Ioſeph venditus, habuiſſe vxorem, quia vulgo, & ſi fructu ſterili, tamen concupiſcentia non deeſt, vti Eunucho; *Hinc quod mireris, ait, ſequitur, vt Eunuchus vxorem habeat, nam vulgus deditum eſt concupiſcentiæ, ſicut vir mulieri, in cuius gratia dicit, facitque omnia, in conſilium clam, & palàm hanc adhibet, & in rebus minimis, atque maximis, rationi verò nuſquam obtemperauit.* Hinc rectè ipſe infert, talem dici coquorum Principem, dum nō tationi, ſed voluptati ſtudet. *Rectè quoque Princeps coquorum vocatur Ioſephi emptor; nam vt coquus nil aliud curat, niſi inutiles, & ſuperuacaneas ventris voluptates; eodem modo populus dat ſe totum obleſtamentis aurium, per quæ mentis intentio relaxatur, & neſcio quo pacto enervatur anima.* Non ſolùm ergo venditus, ſed reuenditus Ioſeph, non ſolum vna, ſed multiplici vexatus tribulatione; merito ipſi non ſceptrum, ſed ſceptra competunt; & ſi non ſolum principatum Ægypti tribuit ei Deus, ſed patrem eum fecit Pharaonis omnia gubernans; immo & moderans, vt habetur in Geneſ. c. 41. *Pro compedibus*, inquit Rupert. lib. 8. c. 40. in Geneſ. *in quibus humiliauerunt pedes eius, torquem auream accepit, pro ſeruili nomine, & habitu, regium portat annulum; pro carceris humilitate, ſuper alium ſedit imperij currum*, ſingulis tribulationibus ſingula correſpondent præmia.

10. Reſpublica populariſ quæ dicitur, & quãdo.

Rupert.

Et potentiam aduerſus eos, &c. Græcè, *& poteſtatem imperantium ei*, tyrannicè ſcilicet, Cantacuzen. intelligit Putipharem eiuſque mulierem, cui conſentit Chartuſ. & Caſtro, Hugo etiam fratres; Bonauent. & Olxoth lect. 151. tantum fratres, melius Lorinus, qui omnes; non ſolum ſceptrum dedit, ſed potentiam in opprimentes contulit, quod ſummum in hac vita, immo principem, & dominum, ac totius domus heri ſui conſtituit hæredem (ſi vera eſt opinio Hieronymi, Ruperti, Cameſtoris, Abulenſis, Hebræorum) ipſum filiam vnicam Putipharis, non quidem alium ab illo, qui eum emerat, & in carcerem truderat, in vxorem duxiſſe, licet contrarium ſentiant Philo, Ioſephus, S. Auguſtinus quæſt. 136. in Geneſ. Liranus & alij. Quantum autem in potentia fratres exceſſerit, ſatis indicat Scriptura, Geneſ. c. 42.

Cantac. Carthuſ. Caſtro. Hugo. Bonau. Olxoth. Lorinus. Hieron. Rupert. Cameſt. Abulenſ. Philon. Ioſeph. Auguſt. Liranus.

At quàm mitem ſe in omnes habuerit, prope eſt ad miraculum; nam & ſi primo aſperè fratres, tamen hoc non ex odio, neque ex iniuriæ recompenſatione, ſed ob eorum bonum, & vt de peccato dolerent ſapientiſſimè effecit; quod egregiè breuiter omnes complexus cauſas, dixit Thomas Anglic. in Geneſ. c. 42. vbi

Thom. Anglic.

A ſic: *Multiplex ratio reddi poteſt, cur Ioſeph non ſtatim ſe manifeſtauerit fratribus ſuis, immo eos quaſi alienos, & tanquam exploratores duriùs tractauerit, quarum duas priores tradit Auguſtinus. Prima cauſa fuit, vt ex longa ſuſpenſione, ac dilatione, reuelationis ſuæ per huiuſmodi duritiem vehementius occulta ipſa, deinde reuelatio pleniori gaudio cumularetur. Secunda fuit, vt beati Ioſeph ſomnia, & ſapientia, & ſuper fratres ſuos magnificentia ab ipſo prædicta, & ab illis deriſa, & quantum in ipſis fuerat extincta plenius magnificaret in illis; ob id fecit eos coram ſe incuruari, & contremiſcere, & pro libito incarcerari, & quadam profunditate ſapientiæ circumduxit eos quaſi ſtultos, & malitioſos;* immo proſequens idem author, cauſam etiam reddit,

11. Ioſeph eus fic aſpere fratres tractauit.

B cur ſanctiſſimus Ioſeph per viginti tres annos in Ægypto commoratus nunquam de ſe patri renunciauerit, cum Chanaam ab Ægypto minus, quàm trecenta diſtabat milliaria, & ipſe in totam dominabatur Ægyptum; cauſam autem referens, ſic ait; *Ioſeph porrò in omnibus his, aliiſque memoratis in hac hiſtoria Moyſis, diuinitus agebatur, & regebatur; ob hanc enim cauſam per viginti tres annos, quibus in Ægypto fuit inſcio patre, nunquam per literas, vel per nuncios aliquid de ſe patri ſignificauit, nimirum*

12. Cur de ſua gloria nil patri ante aduentum fratrum renunciauit.

C *expectabat ille tempus ad id faciendum à Deo ordinatum, ſiquidem per ſpiritum Prophetiæ ſciebat ſe illuc miſſum eſſe pro ſalute patris ſui, quamuis etiam illa ſui occultatio non fuit abſque ratione, per hoc quippe conſuluit modeſtiæ, ac reuerentiæ fratrum ſuorum, nolens eorum inuidiam, & malitiam, & crimen contra ſe commiſſum prodere in publicum; deinde placauit eorum inuidiam, & cohibuit malitiam, qua fortaſſe potuiſſent inſtigari ad machinandum aliquid contra vitam eius, ſi ſciuiſſent illum viuere in magna proſperitate, & gloria. Tertiò prouidit tempus idoneum honorificæ, ac ſalubris reuelationis ſuæ, tempus videlicet in quo fratres ſui neceſſitate preſſi compellerentur venire ad ipſum; longinquitas enim tanta occultationis reddidit pleniorem, & admirabiliorem gloriam reuelationis; ita vt ex hoc liquido innoteſceret, & venditionem eius, & exaltationem à Deo fuiſſe ordinatas.* De qua re vide Auguſt. ſerm. 82. de

Auguſt. Theodor.

D temp. & Theodoret. in Geneſ. benignè ergo eos tractauit, & ſi potentiam in ipſos acceperat. Quod amplius poſt mortem declarauit patris, quando timidi eius fratres, iterum veniam ab eo poſtulatunt, cuius verba elegantiſſimè profert Philo ſic eloquens; *Iam tempus ipſum hanc ſollicitudinem exeruiſſe vobis debuerat, niſi moleſta eſſet conſcientia.* Notanda verba, & ad ſtimulos declarandos conſcientiæ multum conducentia, nec tempus, nec beneficia, nec fratris lachrymæ, nec familiaritas,

13. Conſcientiæ remorſus quam terribilis.

nec tandem eius rationes illos ſecuros reddere potuerunt, intus conſcientia accuſante. Quid ergo erit, quando omnia illa deſunt? *Obitus communis patris*, ſequitur Philo, *renouat vobis metum veterem, quaſi ad tempus data venia, ne quid ille contriſtaretur. Verum ego non mutor tempore, nec vnquam violabo pacem ſemel redditam fratribus, non diſtuli vindictam in tempus opportunius, ſed condonaui pœnam in ſolidum, partim in honorem patris, ne quid meutur, partim propter fraternam neceſſitudinem,*

quamuis enim si patris solius respectus apud me valuisset in hoc humanitatis officio, par est vt etiam illo defuncto valeat; nam mea sententia nemo bonus moritur, sed vivet in sempiternum, expers senij propter immortalem naturam animæ solutæ corporis necessitatibus; cur enim geniti patris tantum meministis? habemus alium ingenitum, immortalem, æternum, inspectorem, auditorémque omnium, etiam quæ fiunt per silentium, introspicientem intimos secessus animi, cum ego testem innocuæ meæ conscientiæ, quod bona fide vobiscum in gratiam redirem: nam ego (absit dicto invidia) Dei sum, qui in vestrum bonum vertit mala consilia, deponite metum. Egregiè, & postrema notanda sententia, nempe Dei esse illum, cuius medio in bonum Deus vertit mala consilia, vt inde scias, quàm securè Dei sit, inimico, & malefactori benefaciens, dum ad Dei instar mala eius facta in bonum ipsius vertit, bene illi faciens, quia mala tribuit. Hinc inimici dilector & Dei est, & Deus per talem efficitur dilectionem, mala in bonum vertens, quod Dei proprium.

14. Inimicis parcens Dei ast, & Deus illius.

Bonau. *Et dedit illi claritatem æternam*, &c. Bonauent. vitam intelligit æternam; non solum terrenam felicitatem, reliqui splendorem Ægyptiacæ præfecturæ, magnificentiam, authoritatem, quam illi contulit Pharao, vt habetur Genes. 41. n. 44. *Tu eris super domum meam*, dixit illi, *& ad tui oris imperium cunctus populus obediet, vno tantum regni solio te præcedam, tulitque annulum de manu sua, vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem aureum circumdedit, fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genuflecterent*; En quanta in vno die, quæ omnia more suo eleganti ssimè interpretans Philo vbi sup. sic ait, *Insignia honorum, & ornamenta quæ contulit Rex Ioseph, figuram gerunt, & imaginem eorum, quæ viro ciuili contingunt: dicitur Ioseph in secundum à Regio currum ascendisse, & qui rempublicam tractat, secundus à Rege habetur, cum nec priuatus sit, nec Rex, situs in amborum confinio, primatóque cine potior, regia potestate inferior, subiectus tanquam Regi populo, cui per omnia vult gratificari bona fide, & sedulo; fertur autem in sublimi, seu sella curuli, cum à negotiis, tum à multitudine in altum elatus, præsertim cum magna, parúmque succedunt ex sententia, nemine restante, aut opponente se, annulus à Rege datus insigne est fidei magistratuum inter, & populum intercedentis: cæterum torques aureus, non ad gloriam solum, sed ad pœnam pertinere videtur, quandiu enim administranti rempublicam res ciuiles bene succedunt; placet sibi honoratus à ciuibus, cum autem aduersitas cecidit, non volenti, quod damnandum esset, sed fortuito quod mereatur veniam, nihilominus tanquam iniecta in torquem manu trahitur; quasi eum sic increpans populo domino suo; hunc torquem donani, tibi ornamentum quidem in prosperitate, sed quasi vinculum, & catenam in aduersitate.* Egregiè, & doctrina dynastis amicis Regum priuatis apprimè notanda, vt sciant, non tam honores, quàm onera sibi tributa, & si supra cæteros eleuentur, tamen infra omnes esse, dum & populo subduntur, & ab eo, & si inculpabiliter, plectuntur, quid abiectius? immo quis magis timendus status? dum sic fortunæ addictus, vt bona non sufficiat voluntas, bonique conatus, sed infelices, licet fortuiti casus ad culpam imputentur, vt sic fortuito res bene cedentes, ipsum infament, ac si voluntariè malè cepissent.

Gen. c. 41. n. 44.

Philon.

15. Priuatorum Regum vita infelix status infelicissimus.

Abundanter ergo, & cumulatè Deus Iosephi labores compensauit, & non solum ipsis rebus, sed etiam duratione felicitatis, vnde non otiosè Scriptura vbi sup. n. 46. tempus vitæ Ioseph quando hæc acciderunt, adnotat, dicens; *Triginta annorum erat Ioseph, quando stetit in conspectu Pharaonis*, vt ex tempore, quo postea in principatu, & dominatione vixit, compensatio temporis perspiceretur tribulationis, vt optimè adnotat, Perer. in Gen c. 41. n. 46. disput. 6. nam calamitas quatuordecim tantum duravit annos, prosperitas verò octoginta. Venditus enim, in Ægyptum translatus anno ætatis decimo sexto, duravit in laboribus vsque ad trigesimum, ab hoc vsque ad centesimum decimum in perpetua gloria, ac prosperitate extitit, vt verum sit tribulationes huius vitæ, si cum præmio comparentur, pondere, & duratione paucas; de quare vide quæ diximus in altero tom. hom. 50. *Infecutis autem felicioribus annis*, inquit Philo vbi sup. *& regione restituta in abundantiam pristinam, cum magna incolarum lætitia honorabatur ab omnibus gratias referentes pro acceptis beneficiis in difficultate superiorum temporum; fama quoque apud exteras ciuitates celebrabat hominis virtutes inclytas. Vixit annos decem supra centum in senectute defunctus prospera, formosus admodum, & prudens.*

Perer. 16. Tempus prosperitatis Ioseph diuturnum, tribulationis breue.

Philon.

HOMILIA XXIII.

Tribulatio hominem beatificat.

ET in vinculis non dereliquit eum, de sanctissimo Ioseph noster ait Sapiens, ergo si non dereliquit, cum illo steterit, cum illo simul & vinctus; at amplius sic non dereliquit, vt non sisteret, donec ei sceptrum afferret regni, hoc est potentiam hic dominandi, inimicos opprimens, substernens, tandem claritatem illi conferens æternam. Tria ergo & maximæ, Dei assistentia, in terris dominatus, tandem æterna claritas, tribulationis omnia fructus, nũquidex his homo non redditur beatus? sed ad singula.

Primus ergo tribulationis fructus hominem beatificans est Dei assistentia, & cohabitatio, vnde & si Ioseph in carcere, tamen ipsum cælum carcer, dum & si pedes in compedibus, cor in cælo cum Deo, quid ergo, nónne ob hoc beatus? *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt*, Regius aiebat psaltes Psal. 24. n. 17. vbi Hieron. *Cor meum sursum ferre fecerunt*, ad tribulationum depressionẽ eleuatio erat cordis, & dum premebatur extollebatur, beatificabatur; Hinc rectissimè Chrysost. tribulationum fructum considerans, potius affirmat se pati velle cum Christo, quàm cum ipso regnare. Sic hom. 5. de Patientia Iob tom. 1. *Mihi est malle pati pro Christo*, ait, *quàm honorari pro Christo*; & rectè, quia potior beatitudo pati pro Christo, quam cum illo glorificari, quod eatim his probo rationibus.

1. Tribulationis primus fructus Dei assistentia.

Psal. 24. n. 17.

Chrysost.

2. Potius est cum Christo pati, quàm cum ipso regnare, & amplior est beatitudo.

Crux quippe Christi eius profecto fuit glo-

tia, *Nondum enim erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus*, ait Ioan.c.7.n.39. vbi Chryſoſt. hom.50. *Gloriam Chriſti crucem vocat.* & ipſemet Dominus Ioan.19. *Pater venit hora, clarifica filiũ tuum*, in quibus verbis Origenes hom.6.in Exod *Erat ergo ei gloria etiam ipſa paſſio crucis*; hinc quia ſic eam æſtimabat, plus hanc faciebat, quam ipſam propriam vitam; immo quam ipſum & cum Deo regnare; ob hoc quidem è cælis deſcendens corpus aſſumpſit paſſibile, vt pati poſſit, & pro patre tribulationes ſufferre; ſi ergo paſſio eſt gloria, & hanc ipſius paradiſi gloriæ prætulit Chriſtus, qui ſcit reprobare malum, & eligere bonum; ergo potius eſt tribulari cum illo, quam glorificari.

Ioan. c.7. n.39. *Chryſoſt.* *Origen.* 3. Crux Chriſti gloria.

Secundò Lucæ 24.n.26. *Oportebat pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam.* Si ſua, vnde neceſsitas? ſanè ea ratione, quia glorioſius eſt gloriam mereri, quàm ſine meritis eam accipere. Vnde egregiè Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes, c.27. reſpondens iis, qui dicebant conſultius fuiſſe Angelos Deum feciſſe, & homines impeccabiles, ac proinde ſine meritis glorioſos ſic reſpondet. *Sic autem, nec ſuane eis eſſet, quod eſt bonum, neque pretioſa communicatio Dei, neque magnopere appetendum bonum, quod ſine ſuo proprio motu, & cura, & ſtudio prouenitſſet, ſed vltro, & otioſè inſitum*; quapropter infrà concludens, ait, *pretioſam arbitremur coronam, quæ per agonem nobis acquiritur, ſed non vltro coalitam, & quando per agonem nobis aduenit, tanto eſt pretioſior.* Hinc profecto neceſsitas Chriſti paſſionis, vt ſcilicet hac gloria non careret, merito ſcilicet, & vt ex vna gloria in aliam transiret, ex paſſione ſcilicet gloria humili, ſed meritoria ad aliam purè glorioſam; vnde pulchrè Origenes vbi ſup. ſuper illa verba Cantici: *Cãtemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt*, Exod.c.15.n.1. quæ ipſe legit, *glorioſè honorificatus eſt*, adnotat, aliud eſſe glorificari, aliud glorioſè glorificari, & Chriſtum in paſſione glorificatum, vt per illam glorioſè poſtea glorificaretur, & ſic, vt quàm perfectiſsimo modo glorioſè glorificaretur, oportuit, vt prius pateretur, vt ſic de gloria in gloriã ob merita transiret; *Aliud eſt*, ait, *glorificari, aliud glorioſè glorificari, nam Dominus meus Ieſus cum carnem ex virgine Maria pro ſalute noſtra ſuſcepit glorificatus eſt quidem, non tamen glorioſè, quia dicitur de ipſo vidimus eum, & non habebat ſpeciem, glorificatus eſt & cum ad crucem venit, verum hac gloria, non erat glorioſa, ſed humilis, verum, quia oportebat hac pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam, ideo tunc glorioſè glorificabitur, cum venerit in gloria patris iudicare terrã.* Egregiè, oportebat pati prius, & per paſſionem glorificari, vt ex hac glorificatione veluti diſpoſitione apta ad glorioſam transiret glorificationem; vt hanc non gratis, ſed ex iuſtitia, ſed ex merito acciperet, vt illam haberet gloriam, quę per agoné acquiritur; quid ergo ex hoc? nónne manifeſtè ſequitur glorioſius eſſe pro Chriſto pati, quam cum ipſo regnare, dum ex duobus per paſſiones ad gloriam peruenire, aut ſine illis, glorioſius eſt hoc, quam illud, & glorificari ſit frui. pati autem ſit mereri; ponamus quippe gratis poſt multa mala facta ex tempore, abſoluta potentia alicui Deum gloriã con-

Luc.c.24. n.26. 4. Glorioſius eſt mereri aliquid quã ſine meritis illud accipere. 5. Cur neceſſariũ Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam. *Origen. Exod.15. n.1.* 6. Chriſtus de gloria ad gloriam vt tranſiuit.

ferre; at alteri illam deferre, vt per multa bona facta, & merita ad illã perueniat, quis quæſo horum erit beatior, ſeu cuius ex his duobus gloria eligeretur, nónne huius, qui per merita? ergo beatius eſt cum Chriſto pati, quam cum illo frui; Quod profecto non intelligens Petrus, dum priùs gloriam, quam paſsionem appetit inſcitiæ arguitur ab Euangeliſta, Luc.c.9. n.5. *Bonum eſt nos hic eſſe, faciamus tria tabernacula*, &c. *non enim ſciebat quid diceret*; immo Origenes vult ab eodem malo ſpiritu hæc prorumpiſſe, ac illa alia, quando à morte euocare Dominum præſumpſit; *Conſiderandum* (ait tractat.3. in Matth. circa medium) *ne forte per exceſſum mentis hoc loquebatur motus quidam ſpiritu alieno, ne forte ille ſpiritus, qui voluit quantum ad ſe Chriſtum ſcandalizare, vt recederet à paſſione omnibus hominibus ſalutari, ipſe operans etiam hic ſeductoriè vult euellere Chriſtum ſub colore boni, ne ſuſcipiat mortem*; vt ſithinc diſcas, dæmonis non hominis eſſe iudicium gloriam paſsioni præferre, & beatius æſtimare glorificari, quã pro Chriſto pati. Hinc Dominus noſter Matth 20. num.20. Iacobo, & Ioanni confeſſum ante paſsionem petentes, inſcitiæ eos arguens, calicem eis præpoſuit, *Neſcitis quid petatis; poteſtis bibere calicẽ quem ego bibiturus ſum?* vbi Rabanus, *neſciebãt quid peterent, qui ſedem gloriæ à Domino, quam nondum merebantur inquirunt, delectabat eos culmen honoris, ſed prius habebant exercere viam laboris, vnde ſubdit Dominus, poteſtis*, &c. & dũ de trina dilectionis confeſsione Petrum renunciare vult, non ei gloriam repromittit, ſed paſsionem, ſed mortem. Ob hoc ſignificans, nullum maius Chriſtum conferre beneficium, quam pro ipſo pati, & crucifigi, Ioan. 21. n.16. *Simon Ioannis diligis me plus his? tu ſcis Domine quia amo te.* Quod cum & tertiò dixiſſet, ac cõtriſtatus Petrus reſpõdiſſet, *Domine tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te*; ſtatim poſt ouiũ commiſsionem annunciauit mortem, & non quãlibet, ſed crucis. *Amen dico tibi, cum eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas, cum autem ſenueris extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis*; *hoc autem dixit ſignificans qua morte eſſet clarificaturus Deum*; vbi adnotandum illud, *ducet quò tu non vis*; quid ergo nolebat Petrus? ſanè reſpondet Auguſt.tract.123. in Ioan. ſolutum à corpore eſſe cum Chriſto, ſed non per mortis moleſtiam; *Solutus quippe à corpore*, ait Sanctus, *eſſe volebat cum Chriſto, ſed ſi fieri poſſet, præter mortis moleſtiam vitam concupiſcebat æternam, ad quam moleſtiam nolens venit, ſed volens eam vicit, & reliquit hunc infirmitatis affectum, quo nemo vult mori vſque adèo naturalem, vt cum beato Petro nec ſenectus auferre potuerit.* Egregiè, præmium amoris, paſsionis permiſsio, & quia Petri amor excellens, ſic vt ſupra cæteros amaret Chriſtum, vt ibidem ait Auguſt. ſuper illa verba; *Tu ſcis Domine quia amo te*, vbi Sanctus, *ſciebat enim Dominus, quod non ſolum eum diligeret, verum etiam quod plus omnibus eum diligeret Petrus*, non ſolum pro ipſo pati permiſit, ſed impulit, ſed coëgit, vt, ſi natura recuſabat, animus impelleret, ne diſcipulus, plus amans illa gloria priuaretur, illáque beatitudine ſuperiori, pati ſcilicet pro

7. Petrus in monte cur malè locutus. *Luc. 9. n.5.* *Origen.* 8. Dæmonis eſt iudicium velle glorificari, & nõ per paſsiones. *Matth. c. 20.n.20.* *Rabanus.* 9. Sedes Apoſtolis Chriſtus denegauit, quia glorificari appetebant ſine paſsione. *Ioan.c.21. n.16.* 10. Petrus volebat eſſe cum Chriſto, ſed non per mortis medium in quo decipiebatur. *Auguſt.* 11. Petrus plus omnibus diligebat Chriſtum. 12. Ob hoc ad mortẽ cum Chriſtus impulit, ne gloria priuaretur paſsionis.

pro Christo. Vnde acutè adnotat Chrysostom. non dixisse Euangelistam, qua morte esset moriturus, sed qua glorificaturus Deum; quia nullus maior honor, nulla maior gloria quam pro Christo pati, sic enim ait sanctus tractatu 87. in Ioan. *Non dixit moriturus esset, vt disceas quoniam pati pro Christo, gloria est patientis, & honor*; immo & ipsius Dei.

13 Mors, & passio hominum pro Deo, ipsius est gloria.

Tertia ratio, nam Deo frui, gloria est hominis, pro Deo pati, gloria est Dei, *Nisi autem certificaretur animus, quia verè Deus est,* (ait Chrysost. vbi suprà) *minimè eius intuitu mortem toleraret, quo fit, vt sanctorum mors, diuine sit gloria certitudo* Expendo dictum, glorioſus ex se est Deus, at vnde innotescit; quippè ex sanctorum morte, credo glorioſum, quia morientem pro tali video glorioso; ergo & si in se absque sua morte glorioſus esset Deus, sanctus, tamen non esset extra se, non esset mihi; hinc non tantum ex sua gloria, quantum ex mea morte glorioſus ad extra fit Deus; sic ergo ex mea passione Dei sequitur gloria, & ex mea glorificatione propria mea, nonne melius est pati quàm glorificari? tanto, quanto melior est Dei, quam hominis gloria.

Ex quibus dictis, profecto hoc firmissimum, (ad nostra accedentes) conficere argumentum poterimus. Si potius est pro Christo pati, quam cum ipso glorificari, & conglorificatio summam affert beatitudinem, certè maiorem afferet pro ipso pari; ergo maior beatitudo est tribulari, quam conglorificari, & verè, qui tribulantur, beatificantur, & tribulati sunt beati; qua non sic paradisi beatus gaudet gaudiis, quam tribulationibus Dei amans seruus; quod de Paulo egregiè asserit Chrysost. hom. 8. de eius laudibus tom. 3. vbi post immane bellum ex prædicatione Euangelij contra Paulum relatum, quando Iudæi, & Gentes, nobiles, & ignobiles, Sacerdotes, & Laici, Reges, & Principes contra eum insurgebant, at ait Chrysost.

14 Sancti non sic de paradisi gaudẽt bonis, quàm pro Christo affligi.

Idem Chrysost.

15 Pauli lætitia & beatitudo in tribulatione.

Paulo totius hoc mundi bellum, omni erat pace iucundius, delectabat enim quicunque illum propter Euangelium vulnerabat, hinc est quod ille Graeciam, atque Barbariam cum illatis sibi vulneribus alacer circuibat, non minus plagis suis gaudens, quam regiis triumphis, haud aliter delectatus naufragiis, quam cateri requisitis solent gaudere thesauris; lumoribus, quas ei verbera sapius inferebant quasi quibusdam gloriabatur coronis, tribulationibus vt deliciis vtebatur, squallore carceris, vt paradisi amœnitate gaudebat. Extrema adnotanda verba, carceris squallore gaudebat, vt paradisi amœnitate; ergo carcer Paulo paradisus, ergo in carcere beatus, quia in paradiso nullus nisi beatus existit, ita planè, ea profecto ratione, qua & sanctissimo Iosepho similiter carcer cælum, quia Deus cum illo, vt noster inquit Sapiens; quæ formalis quidem est ratio cur tribulationes beatificent, nempè quia ad tribulatum Deum afferunt, ac cum illo quodammodo colligant.

16. Tribulatio in terris est veluti Dei visio hominem de Dei præsentia certum faciens.

Attende, beati in cælo sic sunt, quia Deus cum illis, & si inquiris vnde hoc sciunt, statim certè respondebis, quia illum vident, & sic certi ex visione de Dei societate beantur? quod visio in cælis, tribulatio in terris, signum enim Dei societatis, & assistentiæ ipsa est tribulatio, non enim sic certus quis esse potest cum Deo esse, & Deus cum illo, ac quando tribulatur, etiam si in summa sit contemplatione, etiam si in maximis sit tribulationibus; pulchrè hoc Bernar. serm. 16. in Psal. *Qui habitat, vnde scimus*, ait, *quod nobiscum sit in tribulatione? ex eo vtique quod in ipsa tribulatione nos sumus.* Egregiè, tribulatus noli amplius dubitare, noli amplius quærere an tecum Deus sit, nam ipsa tribulatio est ipsa Dei tecum confessio, vt sic dicam, nam vt sequitur idem sanctus, *quis enim sustineret, quis subsisteret, quis persisteret sine eo?* Bern.

At cur Deus cum tribulatis, hoc nunc inquirendum, quænam propria ratio, vt Deus cum illis? sanè ea, quia isti verè clamant, verè orant, & ad vetum clamorem impossibile vt non è cælis descendat Deus, nam si hoc efficit peccatorum clamor, nunquid non orationis? Genes. 18. n. 20. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est, descendam, & videbo.* Si ad vindictam, nonne multo magis, quando clamor adest orationis ad misericordiam? ita profecto, at nulla oratio, sicut nullus clamor, vbi nulla tribulatio; *clamauit ad me*, Regius ait Psaltes, *& ego exaudiam eum*, Psal. 90. n. 20. meritum ergo exauditionis fuit clamor orationis; *dulcis lex* (ait Bernard. vbi suprà) *quæ meritum exauditionis in clamore constituit postulationis.* In oratione ergo clamandum si exaudiri velimus, ideo multi orant, & non exaudiuntur, quia in oratione non clamant: *merito non exauditur*, ait idem Sanctus, *qui clamare dissimulat, aut omnino non postulans, aut tepide postulans, & remisse, siquidem in Dei auribus desiderium vehemens clamor magnus, è regione autem remissa intentio, vox submissa; quando illa penetrabit nubes? quando auditurus cælis?* Hinc, quod primum nobis in oratione admonetur, ait idem Sanctus, est Deum in cælis esse, vt fortius clamemus, *vt impetu quodam spiritus illò sibi iaculandam meminerit esse orationem.* Ergo vbi clamorosa deficit oratio ibi non est exauditio, sicut è contrà vbi clamor, ibi Dei auditus, ibi impetratio; at quid in oratione clamorem extorquet? sanè tribulatio: *clamorem magnum fortè magnitudo necessitatis extorsit*, ait idẽ Sanctus, & quid extorsit vt Deus exaudiret: *clamauit ad me & ego exaudiam eum.* Pulchrè Nazianz. orat. ad centum quinquaginta Episcopos de orationis tribulati efficacia, dum illi vniuersè pacem tribuit, vnde ait, *Deus pauperem facit, & ditat, mortificat, & vinificat, ex hyeme facit ver, ex tempestate tranquillitatem, idque plerumque ob vnius iusti orationem diuturna persecutione vexati.* Egregiè, quod certè non aliundè, nisi quia iste solus clamat, eiusque clamor ad aures Dei perueniens quod petit extorquet: *hinc clamauit ad me & ego exaudiam eum*, sed in quo? pulchrè idem Bern. illud scilicet quod sequitur, *cum ipso sum in tribulatione.* Summum obtinuit, scilicet Dei assistentiam in tribulatione, eius societatem, eiusque præsentiam, quam non obtinuisset si non clamasset. Ex tribulatione ergo ortus est clamor in oratione, ex clamore exauditio, ex hac Dei societas, ab hac beatitudo, nonne ergo verè tribulatio est beatificatio?.

17 Deus cum tribulatis.

18 Oratio vera est tribulatorum. *Gen.* 18. *n.* 20.

Ps. 90. *n.* 20.

19 Oratio vt exaudiatur debet esse clamorosa.

20 Desideria vehementia sunt clamores in oratione.

21 Tribulatio in oratione clamorem extorquet. *Nazian.*

22 Orationes vatos iusti tribulati Deus sæpè pacem mundo impetrat.

Beatificat ergo tribulatio, & beatificando superiorem omnibus hominem constituit, qui secundus erat fructus: *In vinculis non deseruit eum donec afferret illi sceptrum regni.* No-

23 Orationis tribulatorũ effectus, est Dei assistẽtiam in illa obtinere.

24. Tribulatio superiorem omnibus hominem constituit.

Digitized by Google

fter ait Sapiens de ſanctiſſimo Ioſeph; vincunt non vincuntur ſancti in tribulatione, & eo quo tribulantur, eo victores fiunt, immo tunc triũphant, quando plus, & vltime opprimuntur. Expetiuit dæmon poteſtatem in rebus, Iob c.1. n.11. *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet*, & Dominus, *Ecce vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt, tantum in eum ne extendas manum tuam.* In quibus verbis, antequam vltra progrediar, placet aduertere, dæmonem non poſtulaſſe, quod Dominus ei conceſſit, ipſe enim petiit, vt Dominus extenderet manum, & tangeret quæ Iob, & non quod in ſuas ea reponeret, cur ergo non ipſe Dominus tetigit, quæ Iob, quin potius dæmoni poteſtatem tribuit? an quia Dei non eſt deſtruere, ſed ædificare, bene hominibus, non male facere? an ad maiorem patientiæ Iob demonſtrationem, maiorémque diaboli confuſionem? cum ſi Deus ipſe per ſe extendiſſet manum, Iob percutiens, non ſolum quia amici plaga patienter eam toleraſſet, ſed tripudiaſſet, vt autem hoc non eſſet, ſed verè plagas ſentiret, vtpotè ab inimico, ad maius ipſius meritum, maiorémque dæmonis exprobrationem, non ipſe per ſuam, ſed per dæmonis manum voluit eum percutere; bene hoc calluit patientiſſimus homo. Vnde ſi ab inimico plagatus videns, doloréſque perſentiens intimos, illam inter tot, tantóſque expetijt dolores, conſolationem, ſcilicet vt Deus eum verberaret, vt Deus per ſe eum affligeret, & non per inimicum; vnde c.6.n. 8. exclamans, ait: *Quis det veveniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi Dominus.* Magnum hæc verba inducunt deſiderium, magnúmque affectum: certè homo plagatus, ſanitatem, leuamen, liberationem à doloribus, à plaga exquiret, & hoc à Domini benignitate expectabit; ſic quidem homo carnalis, & qui non amans ſicut Iob, at quid Iob? nouos quippè dolores, ſed vt Dei eſſent, non dæmonis, vnde ait: *vt qui cœpit ipſe me conterat, ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me, & hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat.* Dolores, conſolationes dixit, quia Dei, non ſic quando inimici, cum ab amico occidi non ſic percipitur, ac quando ab inimico. Hinc Dauid ad Ionatham 1. Reg. c.20. n.8. *Si autem eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introduxeris me. Omnium terribilium terribiliſſimum*, vt ait Ariſt. eſt mors; at in ea aliquid etiam prudentum iudicio ipſa æſtimatur morte terribilius, vt ſi ab inimicis, ſi à fœminea, ſi ab imbecilli manu, ex qua mortis ignominia. Hinc Iudic. 9.n. 54. Abimelech cum eſſet à fœmina percuſſus, vt illam ignominiam vitaret, accelerauit mortem, & Saul ne ab incircunciſis interficeretur, ſe prius interemit, 1.Reg.c.31.n.4. ſic Dauid, tu me interfice ad Ionatham, qui amicus, ne ſinas me à patre tuo interfici, quia inimicus, quod amplius, quã ipſa mors horribile; pari modo ſanctiſſimus Iob inter ærumnas, dolores, mortes illam poſcebat conſolationem, illud optabat, vt commutarentur plagæ, ictúſque aliam ſortirentur manum, amici nempè, & ſic petit, vt ipſe ſoluat manum, non inimicus; quod cum Deus ſcirer, vt ampliorem de inimico victoriam reportaret, & honorem, noluit ipſe per ſe, ſed inimico conceſſit poteſtatem. Vnde ei: *Ecce in manu tua ſunt omnia quæ poſſidet*, deſtruxit, occidit, incendio omnia ſubripuit, & ſi victor Iob, quia non peccauit, tamen non vndequaque, non ſic, vt extimeſceret dæmon, atque ad eius non accederet amplius præſentiam; at quando omnino victus? quando & corpus in poteſtate habuit, quando vltra quid facere non habebat, tunc ſic victus, vt amplius ad eius non auderet accedere conſpectum, quod adnotauit Chryſoſt. ponderans in aliis plagis per ſemetipſum ad Iob acceſſiſſe inimicum, nuntians ea. At poſtquam in ſterquilinio totus vlcere, & ſanie plenus, non eſt auſus per ſe, ſed per mulierem, ſic hom.5.de patientia Iob tomo 1. *Neque enim bobus pereuntibus*, ait, *hac machinatione eſt vſus, neque aſinis, neque cãmelis, neque domo diruta, neque liberis macerie tumulatis, ſed tacet tandem atque ſiſtere permittit dimicatorem videns.* Cur ergo nunc tacet? cur per ſe non audet accedere maledictionem perſuadens, ſed per mulierem? ſanè, quia victus, & quia nihil ſauendum ſibi ſupereſſe videbat, præſentiam patientis formidans per ſe non audet accedere, cum tunc victor vndequaque Iob, quando amplius deiectus: *Quis vidit, quis audiuit tales, tamque mirandas dimicationes* (ait Chryſoſt. vbi ſuprà)? *nam exteriorum agonum pugiles, cum aduerſariorum capita deciderunt, tunc demum vincunt, & coronantur, hic autem cum iuſti corpus decidat, tunc & victus fuit, & abijt.* Egregiè, cum decidit corpus, tunc victus abiit confuſus dæmon, quia tunc Dei ſerui in tribulationibus vincunt, quando amplius decidunt, & tunc ad imperium ſubleuantur, quando ſuccumbunt.

Enimvero, & ſi exercitu vallatus Saul, tamen contra Philiſtæos bellum committere nõ eſt auſus, qui contra illum conuenerant quaſi arena maris 1.Reg.13.n.5. reſeruata victoria humiliationi, proſtrationi, labori tandem humili, cum ſi bene attendes, tam numeroſus victus exercitus, non quidem ab armis, cum nulla tũc eſſent apud Hebræos, n. 22. *Cũmque veniſſet dies prælij non eſt inuentus enſis, & lancea in manu totius populi*; neque à multitudine, cum vix ſexcenti cum Saule, neque à fortitudine, cum omnes imbelles, animóque demiſſi, n.6. *Quod cum vidiſſent filij Iſraël ſe in arcto poſitos abſcondерunt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in ciſternis.* Sed tantam multitudinem ſtrauit vna ſola ſubſtratio, demiſſio, ac abiectio? *aſcendit namque Ionathas manibus, & pedibus reptans & armiger eius poſt eum*, ibid. c. 14. n. 13. *itaque alij cadebant ante Ionatham, alios armiger eius interficiebat, & factum eſt miraculum in caſtris.* Mirum, vt de hoſtibus victoriam tribuere intendens Deus, nõ per aliud medium conferre voluerit, quam per ſubſtrationem, demiſſionem, laborem, anguſtiam notanter ſiquidem ob hoc aduertens ſcriptura ſcopulos per quos Ionatas aſcendit, n. 4. *erant autem* (ait) *inter aſcenſus per quos nitebatur Ionathas tranſire ad ſtationem Philiſtæorum, eminentes petræ ex vtraque parte, & quaſi in modum dentium ſcopuli hinc inde prærupti.* Exinde laborem, anguſtiam, difficultatem indicans Ionathæ, ſic, vt manibus, ac pedibus reptans ſubiẽs, non prius vicerit, quam ſe proſtrauerit, vt exinde omnes intelligant Chriſtiani, vt diuus ait Ambr. lib.1.officior.c.4. *Quod hæc ſunt arma*

Iob c.1 n. 11.

25 Deus cur Iob in dæmonis manibus repoſuit, & non per ſe cum tribulauit vt dæmon expetiit.

26 Magna Iobi conſolatio à Deo tribulari fuiſſet. *Idem c 6. n. 8.*

1. Reg.c. 20.n.8.

27 In morte aliqua eſt conſolatio non occidi ab indignis, aut ab inimicis. *Iudic 9. n. 54. 1 Reg. 31. n. 4.*

28 Dæmon à Iob tunc victus, quãdo amplius in eum aliquid efficere non habuit. *Chryſoſt.*

29 Tunc vincunt ſancti quando vltra pati non poſſunt, & tribulatio ad vltimum peruenit.

1. Reg. 13. num. 5.

30. Ionathas tunc vicit quando ſe deiecit, ad Chriſtianorum exemplar.

Ambr.

Digitized by Google

ſiſti vt cedendo vincat. Ac quaſi alter Ionathas, *impetra ſixum veſtigium teneat.* Si vincere deſiderant, cum tribulatio tunc ad ſummum prouehit, quando amplius ad ima hominem allicit, en tibi Ionathas deiectus in terram vicit, quando erectus iacebat timidus.

31. Ioſeph non ante ſublimatus, quã in vltima tribulatione ad noſtrum exẽplum.

Sit tibi etiam & noſter Ioſeph in exemplum, qui non prius in principem erectus, quàm deiectus, nec prius ei Deus ſuccurrit, quam de vltima clamaſſet tribulatione in lacum innocenter miſſus; mirum; venditus Ioſeph, in Ægyptum extra proprium tranſlatus ſolum, ſeruituti addictus, non inde ad regnum euexit Deus, niſi quando in carcere, vnde hoc ſanè quia & ſi ſeruus, vt Dominus degebat, Geneſ. 39. num. 4. *præpoſitus omnibus gubernabat creditam ſibi domum.* Hinc dominans, & in deliciis viuens aptus adhuc non erat, vt ad regnum eueheretur, & imperium, neceſſarium ergo vt in carcerem conijciatur, vt pedes ferro ſtringantur, vt in labore viuat, & ærumna, non in deliciis, ſi & ſub pedibus ſibi ſubijcere inimicum velit; vt intelligas Deum non inimicos ſubſternere eorum qui in deliciis viuunt, ſed qui in tribulatione. Vnde ſi vincere, ſi ad regnum, ſi ad coronam aſpiras, pro certo ſtatue defatigandum tibi, & non in delicijs, ſed in tribulationibus exercendum, cum illorum vota Deus exaudiat; & ad ſummum eyehat qui tribulantur, non qui deliciantur; *Ad Dominum cum tribularer clamaui & exaudiuit me,* ait Dauid Pſal. 119. In quibus verbis Hieron. Pſal. 107. *non dixit* (ait) *cum eſſem in deliciis clamaui, aut dormiens clamaui, vt exaudiri à Domino, eſto in tribulatione, clama, & exaudieris.* At in quo? ſubſternet enim tibi inimicos, princeps eorum efficieris, ac, ſicut alter Ioſeph coronaberis, vnde ſequens Hieron. ait, *in Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros, ipſe erit virtus noſtra, & rector noſter, ipſe nos coronat, ipſe pugnat nobiſcum.* Egregiè, ipſe coronat, ipſe pugnat, at non ſolus, ſed nobiſcum, quando nos cum illo, quando nos non in deliciis, ſed in tribulatione, quando non ſtertentes dormimus, ſed currimus, patiendo, perpetrando: *non enim eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei,* ait Paul. ad Ro. 9. Quid eſt non volentis, neque currentis? ergo nec velle, nec currere debeo ad hoc, vt Deus miſereatur? minimè quidem; immo & velle, & currere debeo, licet & ſi curram, & ſi velim, eius tamen ſit miſericordia; pulchrè Hier. vbi ſuprà: *Videte quid dicat, non ait, non eſt iacentis, neque dormientis, ſed miſerentis eſt Dei, ſed videte quid dicat, non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei; ſi non ergo volumerimus, & cucurrerimus, Deus nobis nihil proderit, noſtrum eſt velle, & currere, Dei autem miſereri, Athleta autem dormiens perdit victoriam.* Egregiè, dormire non debes, ſed præliari, ſi vis coronari, at quomodo? profectò non reſiſtendo, ſed patiendo, ſed ſufferendo; ſed nil mali rependendo.

32 Tribulatorum Deus vota audit, non deliciantium.

Pſal. 119. Hieron.

Ad Rom. 6. 9.

33 Deus non eſt dormiẽtis & ſtertentis. *Hier.*

34 Cooperatio noſtra Deo neceſſaria.

35. Chriſtianorum præcipuum patientia. 2. *Reg. c. 16. n. 11.*

Amiſerat Dauid Regnum, Abſalonem toto corde inſequens Iſraël, vnde eiterum ad regnum gradus? profectò ex tolerantia; ex patientia, maledicenti Semei 2. Reg. c. 16. dum patiẽter ſuſtinet, iterum ad regnum euehitur, n. 11. *Dimittite ei vt maledicat iuxta præceptum Domini, ſi forte reſpiciat Dominus afflictionem meã.* & *reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* Mirum quidem, vt bonum non tribulationi, quam ex filio pertulerat patienter, ſed exprobrationi tribuit Semei, an quia maior hæc tribulatio, quam illa? ſanè, nam in perferendo filium amor adiuuabat naturalis, vnde & mortuum luxit, at in tolerando Semeũ, ſolus Deus in cauſa; hinc ſibi gradum fecit ad regnum, dum Deum obſtrinxit ad reſtituendũ oblata, qui patienter propter eum ſuſtulit exprobrata: *Sic enim res habet* (ait Chryſoſt. ho. 1. de fide Annæ) *quoties opprobrijs, milleque malis affecti conuiciamur excelſo animo, maiorem nobis à Deo benenolentiam conciliamus.* Secundo, maior tribulatio hæc, quia terribilius bellum, tum ratione temporis; tum ratione ipſiuſmet rei: primum, quia ſuſtulit quãdo amaro erat animo, quando iam alia attritus tribulatione, quo tempore vix patientia ſubeſt; *non proinde mireris eum* (ait idem Sanctus) *ſi diadema geſtans, & virgo patiens, in throno que ſedens conuiciantem pertuliſſet, vt nunc illum & laudo, & admiror tempore calamitatis philoſophantem, animoque moderantem; nam & illis & imperij magnitudo, & conuiciantis vilitas ſæpenumero perſuaſit, vt contumeliam negligeret; neque enim æquè nos in rerum proſperitate, atque in aduerſis opprobria mordere ſolent, ſed vbi concidimus, tunc magis pungunt nos acriuſque mordent conuicia.* Et ſecundo, quia Abſalon regnum, at Semei honorem abſtulerat conuiciando, vnde Abſalon manu, Semei lingua, quod durius, quod horribilius, vt idem adnotat Sanctus dicens: *frequenter quos ipſa rerum natura non ſubuertit, verbum, corruptaque exhortatio deiecit.* Quod exemplo probat Iob; quem cum à malis deiectum non vidiſſet, quaſi ad vltimum dæmon confugiens auſum, per verba eum deprimere intentauit: *Hoc eſt quod fecit in Dauid* (ait Sanctus) *poſtquam vidit illum in fracto animo tuliſſe filij rebellionem, & impiam illam tyrannidem, volens ſupplantare Dauidis mentem, atque ad iracundiã perpellere aggreſſus eſt illum amarulentis Semei verbis, hoc agens vt morderet, & exaſperaret animum eius.* Hinc quia durius bellum, potentior tribulatio, abiectio, & depreſſio maior, regni reſtitutionem, non patientiæ ac improbi filij tolerantiæ dedit, ſed opprobriorum Semei, vt certum tibi ſit, tunc ad culmen honoris te peruenturum, quando amplius deprimeris, & tribulationis effectum ſublimis eſſe gradum honoris, & tunc Ioſephum ſuprà fratres exaltatum ad gradum peruenieſſe ſuperiorem, quando amplius tribulatus.

36 Dauid ad regnum iterum quia patienter ſuſtinuit.

Chryſoſt.

37 Maior patientia ibi eſt quando ſuper acerbitatem doloris noua aduenit aduerſitas.

38 Verba amplius fetiũt quàm vulnera.

Ergo tribulatio nobis Deum colligat; ſuprà cæteros nos extollit, perferendo vincit, ac debellat, ad regnum & coronam euehit; quid amplius ei reſtat vt beatos nos efficiat? vltimũ, corona ſcilicet gloriæ nos coronare: *auulit illi ſceptrum regni, potentiam aduerſus eum qui eum deprimebat, tandem dedit illi claritatem æternã.* En perfectio? non ſolum tribulatio regnum dat terrenum, ſed cæleſte, non humanam tantum claritatem, ſed æternam, ſed diuinam; vltra condignum, vltra menſuram, ſic vt momentaneum hoc magnum gloriæ pondus operetur in cælis: *Venite benedicti patris mei* (ait Dominus ſe dicturum electis in die iudicij. Matth. 25. n. 34.) *poſſidete paratum vobis regnum à con-*

35 Tribulatio corona non coronat gloriæ.

Matth. 25. n. 34.

ſtitutione mundi. Adnoto paratum regnum à constitutione mundi, antequam homines eſſent, ac proindè opera cur hæc prius non expectauit, ac deinde iuxta eorum exigentiam regnum paraſſet? ſanè ſi remuneraturus ſecundum operum exigentiam, & ad æqualitatem, illud neceſſarium; at quia vltra condignum ac ſuperabundanter, ideo primò parauit, opera non expectans; quod pulchrè dixit Chryſoſt. ſuper Matth. hom. 54. tom. 1. vbi ſic: *non enim quātum iuſtitia hominum poteſt mereri, tale creatum eſt regnum cælorum, ſed quale Dei virtus potuit preparare. Si enim ſecundum anguſtiam humanæ iuſtitiæ regnum cælorum creare voluiſſet, vtique poſt opera hominum illud creaſſet, nunc autem quoniam non ſecundum mercedem hominum, ſed ſecundum ſuam largitatem conſtituit mercedem, ideo antequam ſanctos crearet in ſeculo regnum cælorum præparauit in cælo.* Hinc egregiè ſequens, idem ſanctus adnotat, ideo tribulationibus, & oneribus à Deo homines premi, vt nō quamlibet, ſed excelſam acquirāt gloriam; cum non quodlibet ipſe, ſed excelſum præparauerit regnum, non quamlibet, ſed æternam claritatem; vnde ſequens ait: *Propterea & quos ante mundi conſtitutionem ſuos eſſe cognouit, tantis eos laboribus onerat, & tandiu laborare facit donec digni efficiantur regno cæleſti, quia non ſecundum modicitatem hominum regnum Dei eximantur, ſed ſecundum magnitudinem regni homines ſublemantur.* Pulchra ratio, ex qua duo ſimul innoteſcunt admiranda, radix tribulationum, & ſimul Dei amor in illis conferendis, ſi enim Deus non ſic nos amaret, poſt opera conſtituiſſet regnum mediocre ſicut illa, ex quo nullus adeſſet ſtimulus ad vlteriora progrediendi; at quia ardenter nos ante mundi conſtitutionem dilexit, magnam prius nobis parare voluit gloriam, vt à nobis non quælibet, ſed magna ob hoc fierent opera, & quia tribulationes inſtrumenta ſunt ad illam acquirendam, ideo illas immittit, noſque illis onerat non vt affligat, ſed vt remuneret, non vt tollat, ſed vt det, & quia ingentem nobis deſiderat gloriam, ideo ingentes nobis prēparat tribulationes, vt magnam, vt æternam det claritatem.

40 Cur Deus regnum prius parauit ſuis, quā opera præuidiſſet.

Chryſoſt.

41 Deus remunerat vltra condignum.

At ſi tribulatio, vt diximus patienter ſublata, homines beatos, & felices adhuc in hac efficit vita, quid putamus in altera effecturam? *cum ipſo ſum in tribulatione* (ait Pſaltes, vbi ſuprà.) *eripiam eum.* En terrena tribulationis beatitudo, ad ſe hic Deum attrahere vt diximus, ſuperiorem eum conſtituere ex liberatione; remanet tertia quæ in altera, vnde ſequens ait, *glorificabo eum*, ſi duæ ſic mirabiles, hæc qualis erit? grauiter Bern. in hunc Pſal. ſerm. 16. *Felix* (ait) *qui te interim conſolatorem, & adiutorem habet, at quàm felicior, qui iam exemptus de laqueo venantium, qui iam raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius; longè tamen feliciſſimus ille erit, quem aſſumpſeris ad te ipſum, quem repleueris in bonis domus tuæ, & claritati tuæ conformaueris eum.*

Bern.

43 Tribulatio quantumcumque gloriam effecit in cælo.

2. *Ad Cor. c. 3. n. 18.*

Hoc vltimum expendo, hîc tribulationibus Chriſto conformamur, vnde Paul. 2. ad Corinth. c. 3. n. 18. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini*, hoc eſt, Chriſtum in cruce, eiuſque diuinitatem, vt volunt aliqui, *ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur*, Crucifixi, ac ille, tribulati, at ille, ac per hoc clari ſicut ille, hic per tribulationes, & in cælis per glorificationem, vnde, *transformamur* (ait) *de claritate in claritatem.* De claritate conformationis crucifixi, ad claritatem eiuſdem glorioſi. Ergo hic Chriſto per tribulationes conformamur; at in cælis non quidem per tribulationes, ſed per claritatem, ſed per gloriam vt ait Bern. dum ibi nulla tribulatio, nulla preſſura; hic expoliamur, vt ibi componamur, 3. Reg. c. 6. n. 7. *Domus autem cum ædificaretur*, de templo dicitur Salomonis, *de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata eſt, & malleus, & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo cum ædificaretur.* Cur non audita? quia extra domum dolabantur, ibi malleus, ibi ſecuris, ibi ferramentum; at quando in domo reponebantur, nullus malleus, nulla ſecuris, templum, cælum, lapides ſancti, hic in terra dolantur, vt expoliti in cælo reponantur, vbi nullus labor, nulla tribulatio; *quid domus illa?* (magnus ait Greg. lib. 34 moral. c. 10.) *niſi cæleſtem Eccleſiam, & beatitudinem figurabat, ad cuius ædificationem electorum animæ, quaſi quidam expoliti lapides deferuntur, qui cum ædificantur in cælis, nullus iam illic diſciplinæ malleus reſonat, quia dolati illic lapides ducimur, hic enim foris tundimur, vt illuc ſine reprehenſione veniamus, hic malleus, hic ſecuris, hic omnium tunſionum reſonant ferramenta, in domo autem Dei omnis perfectionum ſtrepitus conticeſcit, nequaquam ferramenta perſtrepunt, quia nec qualibet minima vltra iam flagella ſentiuntur.* In quibus verbis notandum illud, in cælis non dolandos, ſed dolatos ſanctos reponi, ex quibus ratio iuſtorum tribulationum, malorúmque proſperitatis innoteſcit. Cum enim quilibet iuſtus in hac vita non ſit vndequaque in iuſtitia integer, vt aliquem non patiatur defectum; ſicut è contrà quilibet malus non ſit vndique malus, vt aliquod non habeat bonum, ideo, vt iuſtus expoliatur hic affligitur; & malus, vt de bonis, quæ agit hic remuneretur, proſperatur, cum enim ad tartarum deſtinarus expolitione non indigeat, hinc non per tribulationis ignem hic expolitur. Pulchrè hoc Chryſoſt. hom. 67. ad populum tom. 5. vbi ſic: *Malus, omnino non poteſt malus eſſe, ſed euenit, vt aliquid habeat boni, neque bonus, eſſe bonus omnino, ſed & nonnulla ſolet habere peccata; cum itaque malus proſperis vtitur rebus ad capitis ſui perniciem, vt enim paucorum illorum retributionem bonorum hic capiat, illic deinde puniatur, hac de cauſa accipit, at ille præſertim beatus eſt qui hic pœnas luit, vt peccatis omnibus depoſitis probatus niteret, ac mundus, & inſons.* Ex quo fit, vt ſiue tribulationes, ſiue proſperitates, non tribulationes, ſed Dei ſint retributiones, malis hic retribuit pro benefactis, iuſtis pro malefactis, illis bona temporalia, quia mala eſt retributurus æterna pro peccatis, iuſtis vero tribulationes pro malis etiam hic peractis, quia bona vult retribuere æterna. Luc. c. 16. n. 25. *Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala.* Cur recepiſti, & non accepiſti? ſanè quia non acceptio, ſed retributio, vtriſque extiterunt bona, & mala, in hac vita, Lazaro mala ob paucos defectus quos pertulerat, diuiti bona ob parua bona quæ fecerat; ſinebat enim Lazarum ad eius ianuam, non cum ex-

A

B

C

D

42 Ingentes tribulationes ex noſtri amore immittit, & vnde eius ex hoc eluceat amor.

44. In hac vita conformamur Christo per tribulationes, in altera per gloriā ex merito tribulationis.

3. *Reg. c. 6. n. 7.*

45 In templo cur malleus non auditus.

S. Greg.

46 Iuſti cur hic tribulantur, & cōtra mali proſperantur.

Chryſoſt.

47 Tribulationes, & proſperitates non Dei ſunt tribulationes, ſed retributiones.

Luc. c. 16. n. 25.

Digitized by Google

pellebat,& insuper permittebat, vt canes eius vlcera lingerent, hinc & aliquam in se obtinebat pietatem, rependit ob illam Deus bona, purpuram, byssum, epulas, quia flammæ eum reseruabat inextinguibili; at Lazaro rependit hic mala, tribulationem scilicet ob paucos defectus, ad ianuam stans diuitis, *cupiebat saturari de micis quæ cadebant de mensa eius*. Forsitan nimis erat in desiderio, forsitan nimiam reponebat spem in diuitis mensa; hinc vt expoliretur ignis necessarius tribulationis, rependit hic Deus vlcera, quia sinum ei reseruabat in altera Abrahami, congeriem scilicet deliciarum; ex hoc ergo bene non dictum *accepisti, sed recepisti bona in vita tua*; vnde Chrysost. vbi suprà: *Cum enim dixerit hic recepisti, non autem accepisti, ostendit ambos ex debito passos*. Ergo vt expoliantur hic iusti tribulantur, quia dum ibi in altera collocabuntur vita ibi nulla expositio, nullus malleus, nullum ferramentum, sed tota gloriatio, totum gaudium, tota claritas, ad quam profecto non aliundè nisi ex tribulatione peruenerunt, ergo ab illa & beati.

48 Diuiti cui dictum recepisti, & non accepisti bona, & similiter Lazaro recepit mala non accepit.

Hinc aptè, quia talem beatitudinem parit tribulatio, & inter hanc, vitámque æternam summa fit connexio, eam diuus appellat Chrysost. hom. 66. ad Populum *vinculum indiruptum*. Quatenus sic firmiter colligata cum æterna reperitur vita, vt nunquã perfringatur, nunquam abrumpatur. Vnde Paul. certam Philippensium beatitudinem, certámque in bono perseuerantiã exinde auguratus est, quia eos in tribulatione, & in ea firmos aspexit, c.1. n.6. *Confidens hoc ipsum, quia, qui cepit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Iesu Christi*; at vnde Paulo talis confidentia? *eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euangelij socios gaudij mei omnes vos esse*. Certam ergo eorum sperabat perseuerantiam, & socios eos habiturus, siue *consocios*, vt vult Oecumenius, sui gaudij, lucri, & coronæ, quia simul cum illo, & in vinculis erãt, & in defensione, & in confirmatione Euangelij, vt ex hinc videas quàm indiruptum vinculum sit tribulatio beatitudinis. *Hæc ergo initia* (ait Chrysostom. super hæc Pauli verba) *fidem mihi faciunt vos vsque ad finem tales fore, vix enim fieri potest, vt principium adeo splendidum extinguatur, atque euanescat, sed magnos, quoque, ac præclaros exitus præstet*. Pulchrè, vinculum beatitudinis est tribulatio, ergo ipsa eius principium, at non quodlibet, sed splendidum. Ergo vinculum splendidum, elegans, aureum. Quomodo ergo Deus rem tam splendidam abscindet, disrumpet? non quidem, sed magnos illi atque præclaros præstabit exitus, vitam nempè æternam, claritatem immensam, beatitudinem penè infinitam; en tibi Ioseph noster in exemplum, in vincula iniecit tribulationis, & quia vinculum tribulatio induuptum, ideo fortiter Deum colligans ad se eum traxit sic fortiter: *vt* nunquam eum *derelinquens attulit illi sceptrum regni*, eius prosternens inimicos, *afferens illi potentiam aduersus eos qui eum deprimebãt*. Et tandem semper indiruptum perseuerans, non solum terrenum, sed cæleste illi attulit regnum, cælestémque beatitudinem; perficiens imperfectam, quam hic ex tribulatione acceperat coronans, vt vndequaque quam verum sit appareat, tribulationem hominem beare, vnde dicit Sapiens, *& in vinculis*, &c.

49 Tribulatio vinculum æternæ vitæ indiruptum. *Chrysost. Ad Phil. c.1.n.6.*

50 Paulus ex tribulationis sustinẽtia Philippensium eorum in bono perseuerantiam auguratur. *Oecume.*

Chrysost.

Num. 15. *Hæc populum iustum, & semen sine querela liberauit à nationibus, quæ illum deprimebant.*

Commentum literæ.

EXemplis, sex præcipuorum virorum Sapientiæ erga suos probat prouidentia, benignitatéque, nunc ab hoc versu vsque ad finẽ libri, per generale illudmet prosequitur exẽplum, nempè totius populi liberatione Israëlis ab Ægyptiaca seruitute, per miracula, & portenta, tum in Ægypto, tum in deserto, tum in Chananæis à Deo operata, ex quibus omnibus quantum ipsa sapientia in suos propensa, quantumque in alienos sit extranea, apprimè deducit, amorem, simul & timorem inde elicere satagens, vt diffusè infernus dicemus; ait ergo.

Connexio Capitis.

Hæc populum iustum, & semen sine querela, &c. Græc. *inculpatum, irreprehensibilem, & omni culpa carentem*. Sic vocat Israëliticum populum, de quo dubitatur quomodo sic vocari potuit, cum ab ineunte propè ætate deditus Idolatriæ? ita vt in Aegypto adhuc existens inter illos mixtus, & si Deum coleret, verùm more Samaritanorum vt inquit Abulensis infrà citandus, etiam & Idola adoraret, immunditiásque Aegyptiorum. Quod sic clarè testatur Ezechiel. c. 23. vt nullo prorsus tergiuersari possit modo; *duæ mulieres filiæ vnius matris fuerunt*, ait n.2. per quas populum intelligit Israëliticum, qui diuisus tempore Ieroboam duos constituit populos, vnius mulieris filios nempè Saræ de quibus subdens Propheta inquit, *fornicatæ sunt in Ægypto in adolescentia sua*, (& infrà) *multiplicauit fornicationes suas recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in Ægypto; & verri visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Aegypto vbera tua, & confracta sunt mamma pubertatis tuæ*. Quid clarius? & quod sic Propheta debeat intelligi, affirmat Hieron. ibi. Theodoretus & Abulens. quæst 7. in c.1. Exodi, rationem reddens, quare Deus sic populum vexari in Aegypto permiserit, *Respondetur* (ait) *quod Hebræi tunc Idolorum cultui operam dabant imitantes morem Aegyptiorum, ideo illos, quos magistros, ac præuios in scelere habuerũt in rrogandis pœnis torqueret sensurunt*. Quod etiam probat, quia nisi cultui essent assuefacti Idolorum, non sic promptè absente Moise Deos sibi præeuntes poscerent; ob hoc ergo permisit Deus eos ibi tribulari, vt oculos aperirent, vexatióque eis tribueret intellectum; vnde (vt optimè adnotat idem Abulens. in fine c.2. Exodi) super illa verba: *ascendítque clamor eorum ad Dominum, & audiuit gemitum eorum*. Non prius eos Deum sanctissimum audiisse, quam ab ipsis prorsus omnis esset mala eliminita religio, omnísque extrusus Deorum cultus; vnde sic Abulens. orationem peccatorum non exaudit Deus, quando in desiderijs suis manere volunt, intellige infallibiliter, & vt plurimum, vt rectè Suarez de Relig. tom. 2, lib. 1. c. 25. *Isti autem Israëlitæ licet per multa tempora ante, quasi per nonaginta annos la-*

f Vnde sancti vocantur Iudæi cum in Ægypto Idolatrarẽt. *Exech. c. 23. n.2.*

Hieron. Theodor. Abulens.

2 Cur permisit ab Ægyptiis Deus Israëlitas sic diu tribulari.

Suarez.

Digitized by Google

boribus duris cruciati essent, & licet fortè Deum invocarent, tamen non exaudiebantur, quia (vt diximus) *ipsi colebant Idola, quæ Deus maximè detestabatur; temporibus autem transactæ tribulationis Iudæi fuerunt, vt Samaritani, qui Deum verum timent, & nihilominus Deos suos, id est, Idola colunt, vt patet 4. Reg. c. 17. nunc autem Iudæi nullum fructum sentientes in dijs, quos colebant, vexatione dante illis intellectum, ad Deum verum redierunt clamantes toto corde, & nunc audiuit Deus gemitum eorum.* Ergo in Ægypto Idololatræ fuerunt, sicut in deserto, quod etiam expressit Ioseph. cap. vlt. n. 14. vnde ergo Sanctus, & sine querela?

4. Reg. c. 17.

Vera solutio; Quia & si aliqui, immo & si multi inter illos mali, & Idololatræ, tamen præcipua, ac sanior eorum pars bona, verum Dei retinens cultum, orthodoxámque sententiam, ob quod, vt rectè Lorinus, inter alias Ecclesia sancta dicitur, nam & si sancta, quia nemo in eam ingreditur nisi mundus à sorde per sanctissimi baptismi lauacrum, & quia omnia eius instituta, ceremoniæ, & sacramenta ad sanctitatem ordinantur, & quia extra illam nulla potest esse sanctitas; tamen quia orthodoxam doctrinam continet, quæ ad verum Dei cultum nos instruit, verámque iustitiam, ideo propriè sola, vera, & sancta dicitur, pura, & immaculata, licet in ea multi existant mali; sic pari modo licet multi ex Hebræis in Aegypto fuerunt Idololatræ, tamen quia maior eorum pars, gens erat sancta, & præcipuè senes, verum Dei retinebant cultum, verámque doctrinam, ideo eos *populum iustum* appellat Sapiens, *& semen sine querela*, hoc est *inculpabile*. Ex quibus (vt interim hoc dicam) licere potes, cur Deus iustissimus sic populum tribulari permiserit, támque durè opprimi in Aegypto, eorum enim peccata fuerunt in causa, ad quæ abstergenda, vt apti fierent ad gratias recipiendas, purgari eos prius per tribulationes permisit, vt exinde intelligas,

Lorin. 3 Ecclesia cur sancta dicatur.

4 Vnde tanta Christianis afflictiones.

vnde populo deueniunt mala Christiano, & quare sic opprimuntur Catholici, & sæpè ab infidelibus superantur, quæve sit ratio, vt præcipua Germanorum pars sub Imperio Mahumetano contineatur; peccata sunt iure, dispar ab Ecclesia sanctissima cultus, hæresis, ac luxus, vnde non mirandum, quia opprimuntur, sed cur non pessundantur.

Quæ illum deprimebant, &c. Alij *comprimebant, vel opprimebant*, ad astutum, & versipelle intendit consilium Pharaonis, Exod. 1. n. 10. *Venite, sapienter opprimamus eum*, à qua Deus eos liberauit oppressione, damnans astutum consilium, stolidam reddens carnis prudentiam, quæ semper illi inpensa, de qua re vide quæ diximus in altero tom. hom. 29. liberauit ergo, immo impossibile, vt non liberaret, cum Deus præcipuè à sanctorum oppressoribus assertor & liberator existat, vt mox dicemus.

Exod. 1. n. 10.

HOMILIA XXIV.

Deus iustorum protector, impij sunt, qui de eorum felicitate, diuitijs, ac multitudine obmurmurant.

Hæc populum iustum, & semen sine querela liberauit. Noster ait Sapiens, nec antè quàm iustus, immo vt iustum, & non peccatorem liberaret, affligi prius permisit, vt omnes semel intelligant iustorum sanctorum, non vero malorum iniquorum Deum esse protectorem, liberatorémque ad quod certè probandum nec paucæ, nec infimæ desunt rationes, at vna sufficiat pro mille.

Sit ergo ex horum vitæ sumpta necessitate, hi enim respectu mundi ea sunt constituri inter peccatores differentia, vt ipsi anima sint eius, corpus peccatores, quibus tanto excellentiores quanto anima corpore; vnde sicut corpus ad animam, non è conuerso, & sicut vita non propter corpus, sed propter animam, sic peccatores ob iustos, & mundi vita non ob peccatores, sed ob sanctos, vnde tantum hic stabit, quantum illi, peribit si illi pereant, & ne pereat, sanctos suos Deus soluit, liberat, custodit. Anima ergo cum sint mundi sancti, ideo ad mundi animam soluendam eos liberat Deus, non peccatores. Egregiè hoc sanctus Iustinus Martyr, epist ad Diognetum, vbi affirmans iustos mundi esse animam, pulchrè hoc explicat effectu animæ circa corpus, reperiens in iustis circa mundum vnde ait: *Atque vt semel omnia complectar, quod est in corpore anima, hoc sunt in mundo Christiani: dispersa est per omnia corporis membra anima, & Christiani per mundi ciuitates: habitat quidem in corpore anima, & Christiani in mundo habitant. sed è mundo non sunt, inuisibilis anima in visibili corpore tanquam in præsidio constituta est, sic & Christiani cognoscuntur dum in mundo commorantur, sed inuisibilis est eorum cultus: odio prosequitur animam caro, & bellum ei mouet nulla affecta iniuria, quod voluptatibus frui prohibeatur, odio prosequitur & mundus Christianos nulla affectus iniuria, quoniam voluptatibus repugnant: anima carnem amat, quæ ipsam odit, sic & Christiani amant osores: inclusa est anima in corpore, sed ipsa corpus conseruat, sic & Christiani detinentur in mundo tanquam in custodia, sed ipsi mundum conseruant.* Egregiè, custodiuntur in mundo sancti, tanquam in corpore, sed ipsi mundum conseruant, periret hic, si ipsi perirent, hinc ne pereat, Deus eos custodit, ac liberat.

1 Iusti animæ mundi, peccatores corpus.

Iustin.

2 Ob eos mundus saluus.

Hinc quia perire decreuerat Sodomam, Gomorrhámque, prius ab eis animam abstulit, qua sublata statim ignis è cælo dilapsus, impossibile alias nisi prius ipsa abiret, vnde Loth, Angeli, Genes. 19. nu. 22. oranti, vt per eum dimitterent Segor, vt posset inibi saluari, responderunt: *festina, & saluare ibi, quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc*; pende verbum *non potero*; cur? quia nolebat Deus animam percutere mundi, sed corporis eius partem, hoc est peccatores, *perspice autem hic, & loquendi modum*, rectè ait Lippom. in Caten. *non potero facere quidquam, magna enim Dei affectio ex hoc verbo erga iustos ostenditur eximia bonorum merita apud ipsum, vt se impediri dicat ab infligenda vindicta propter eorum virtutes.* Et Chrysost. *Non potero facere quidquam, quia curam ago tuæ salutis, expecto donec illuc abeas, & tunc eis infligam pœnam.* Tunc quippè & non ante, *Sol egressus est super terram, & Loth ingressus est Segor: igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrham sulphur, & ignem de cælo.* Ait scriptura, nu-

Genes. 19. n. 22.

3 Deus ciuitates punies prius iustos eripit.

Lippoma.

Chrysost.

25. Si Loth iam extra ciuitates Sodomæ, & Gomorrhæ, cur non ſtatim Deus pluit, *ſed expectauit* donec intraret Segor? ſanè ne eam deſtrueret ſimul cum aliis, dum & ſimul cum illis mortua in iiſdem iacebat peccatis, hinc expectauit vt anima Segor qui iuſtus, quique eam ſeruaturus in ipſam introiret, ideo non prius Dominus ignem miſit de cælo, ne & Segor quia ſine iuſto, ac ſine anima cum cæteris pariter inuoluereꝛ, quod patet, nam, vt infrà dicemus, diſcedente ob timorem Loth ab ea, timens inibi commorari ſecundum diui Hieron. ſententiam pariter ipſa deſtructa, vt videas verè ſecundum diuum Iuſtinum iuſtos animam eſſe mundi, & ſicut anima corpus, ſic eos mundum ſeruare.

4 Cur non mox pluit ignem Sodomæ quâ Loth ingreſſus Segor.

Hinc coram Deo plus vnus iuſtus, quàm totus ſimul mundus; quem veluti admirans, plutis illum, quam omnes ſimul facit, deprecante enim Loth Angelos pro Segor ſup. reſpondeꝛunt iſti, ſiue Deus in ipſis, *ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, non ſubuertam vrbem, feſtina, & ſaluare ibi*; quem locum vertunt 70. *Ecce admiratus ſum faciem tuam*, hoc eſt ob tui reuerentiam, & ſi ſalute indigna; Segor tamen non eam ſubuertam, *feſtina, & ſaluare ibi*; at (vt interim hoc dicam) ſi Loth ſaluandus ibi, ſi iam extra Sodomam, ad quid feſtinatio? ad quid tanta ſolicitudo? profecto ne periret, periiſſet ni feſtinaſſet, cum enim non ſolum à Deo ſupplicia ſint definita, ſed eorum tempus, vnde, nec inſtans præteriri poſſit, fit profecto niſi Loth feſtinaſſet accedente deſtructionis hora, in campo vbi ignis, & ſulphur pluit inueniſſet, ibique eum cremaſſet; hinc feſtinatio; quid inde? vt intelligas quid tibi oporteat facere, & ſi ſalus tibi promiſſa, quia Chriſtianus, & in Chriſtum credis, & ſi à fæce, Sodomitæque hæreticæ colluuionis es ſegregatus, feſtinandum tibi, accelerandum, operandum, & laborandum, ne ſimul cum illis in flagello inuoluaris; ideo quidem virgines illæ fatuæ excluſæ, quia non ſic feſtinarunt ad emendum oleum, vt antequam ſponſus veniret ipſe in domum; lentè proceſſerunt, hinc accedente hora *venit ſponſus, & clauſa eſt ianua*. Matth. 25. n. 10. nam firma Chriſti ſententia manet, Matth. 24. nu. 48. *Si autem dixerit malus ſeruus ille corde ſuo, moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem & bibat cum ebrioſis, veniet Dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis*; at Luc. 12. n. 46. *cum infidelibus*. Quid hypochrita cum infideli? nunquid Chriſtianus hypochrita infidelis? maximè, infidelis enim eſt hypochrita obiectiuè vt ſic dicam, quatenus credit Deos qui nō ſunt dij, ac proindè in hypochriſim credit, hypochriſis enim dicitur à ſubtus latens, ab *hypos* quod eſt ſubtus, & *chriſis*, quod eſt ſecretum, *quaſi ſecreti lateant ſub alienis faciebus illi, qui ſunt & non videntur eſſe*, vt ait Abulenſ. ſuper Matth. hic quæſt. 262. ergo, quia infidelis credit id quod non eſt, idola ſcilicet eſſe Deos, in hypochriſim credit, hoc autem quod intellectu infidelis, voluntate, & opere exercet Chriſtianus ſimulans ſanctitatem, vnum profitens, aliud operans, & ſic licet in hypochriſim non credat, eam tamen exercet, ob quod ex hac parte infidelis dici poteſt, & merito cum infidelibus reponi; de qua re fusè alibi diximus. Feſtinandum ergo cum Loth iuſto ſi ſaluus eſſe velit, cuius facies Deus reueritus eius ſuſcepit deprecationem pro Segor, propter illum eam ſeruans, ſicut & propter paucos iuſtos totum mundum, pluris hos faciens, quàm totum illum ſimul.

5 Coram Deo plus vnus iuſtus quàm vnus mundus ſimul.

6 Loth cur dictum vt feſtinaret.

7 Chriſtiano quid faciẽdum vt ſe ſaluet.

Matth. 24. n. 48.

8 Feſtinandũ ſi ſalus eſſe velimus.

Luc. 12. n. 46.

9 Hypochr. infidelis & è contra infidelis hypochrita.

Abulenſ.

Hinc, quia tales, & auxilio eius digni, eos à malis liberat, protegit, & defendit, & ſi multi inimici, Deuter. c. 20. n. 1. *Si videris maiorem quàm tu habeas aduerſarij exercitus multitudinem, non timebis eos*. Vnde ſecuritas? rectè Philo de migratione Abrahami, *quia Dominus vos diligit*, & digni eius auxilio eſtis, quia & ſi pauci, tamen iuſti, apud Deum non ingens numerus, ſed virtus valet, vnde idem, *apud homines quidem (ait) iniuſta multitudo pluris quàm vnus iuſtus æſtimatur, apud Deum autem bonitas rara præfertur iniquis innumeris, ideo denunciat ne quis vnquam faueat tali multitudini*. Merito ergo & ſi pauci iuſti iniuſtorum magnam non timent multitudinem, immo ab hac ipſi timentur; *ecce populus filiorum* Iſraël (ait Pharao. Exod. c. 1. n. 9.) *multus & fortior nobis eſt*. Mirum, vt fortiorem dicat, cum ſi ad multitudinem reſpicias, pro vno Iſraëlita mille eſſent Ægyptij, ſic quidem ſi numerum reſpicias; at ſi virtutem, multi hi erant, & fortiores, quia iuſti; quod adnotans idem Philo. vbi ſup. eleganter ait, ideo illud dixiſſe Pharaonem, quia non ſolum multitudinem aſpexit, ſed virtutis magnitudinem; legens enim ſic ſuperiora verba; *Ecce genus filiorum Iſraël magna multitudo*; ſic fatur: *Vtrumque adeſſe teſtatur videnti eum, qui eſt generi, multitudinem, & magnitudinem habenti vitæ, rationiſque bona opera; non enim ſicut ordo verborum poſcere videbatur mulcam multitudinem, ſed magnam dixit, ſciens multam per ſe imperfectam eſſe magnitudinem, niſi accedat vis intelligentiæ, ſcientiæque*. Ob id ergo fortior quia populus ſcientificus, & intelligens, cuius intelligentiam dum in Dei obſequium impendebant, Deus in illorum impendebat ſalutem, vnde concludens idem author ait: *Ergo liquet eſſe apud Deum potentiam, quæ ad ſpem nobis ferendam excubat, & ipſum rerum principem ſuccurrere his, qui digni ſunt*. Et petens qui ſint tali gratia digni? reſpondet; *quis dubitat quod amatores omnes ſapientiæ, & ſcientiæ?*

Deut. 20. n. 1.

Philo.

10 Iuſti tecum, quia à Deo dilecti.

11 Pauci iuſti fortiores multis iniuſtis.

Exod. 1. n. 9.

Philo.

Ex hoc ergo quia iuſti, quia ſancti, quia ſui, euenit, vt quando amplius opprimitur magiſque mundus deſtruitur, tunc magis Deus eorum protector; immo nunquam ſic ſecuri, ac quando totus opprimitur mundus: ſiccitate, fame totum deperibat Iſraëlis regnum, 3. Reg. cap. 17. num. 16. ſic vt ne iumenta omnia perirent, ipſius maieſtatis non indecorem putauerit Achab è palatio egredi ad requirendum iumentis aquam, ibi cap. 18. num. 5. *Dixit Achab ad Abdiam, vade in terram ad vniuerſos fontes aquarum, & in cunctas valles, ſi forte poſſimus inuenire herbam, & ſaluare equos, & mulos, & non penitus iumenta intereant, diuiſerúntque ſibi regiones. Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram ſeorſum.* In quibus verbis impij expendo regis naturam,

12 Tunc iuſti amplius ſecuri quando totus deſtruitur mundus.

3. Reg. 17. n. 16.

Ibi. c. 18. n. 5.

15 Impiorum Regum cōditio. *August.*

in impiissimo hoc principe obumbratam, ob mulos, & equos, è domo, è deliciis, è placido abscedit conuictu, qui & Dei Prophetas misere sunt occidi, & vt similiter Eliam occideret omnem requisiuit terram, vt vult August. lib. 2. de mirab. suprà dicens: *A Domino Eliæ dicitur, vt in spelunca torrentis Charith se absconderet, quatenus & tempore famis haberet alimoniam, & persecutorum auidè se quærentium rabidam effugeret iram.* Et qui sua malitia cœlum occluserat, vnde miseri peribant subditi, non ad horum quærendum remedium, sed suorum mulorum, equorumque exit, pluris hos quam subditos faciens homines; proh pudor, fame, penuria, vectigalibus, tributis sæpè opprimi subditos videmus, nullus in principe dolor, B nulla cura, nisi de equis, de venatione, de luxu, de tripudiis, nunquid non Achabos merito dixeris? sed pergo, peribat fame Israel, vnus solus placidè sustentabatur Elias, à coruis pastus, de torrente bibens, *recede hinc*, præcepit illi Deus, ibi. num. 2. *Et vade contra Orientem, & absconde in torrente Charit, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, coruisque præcepi vt pascant te ibi*, & hoc hic cautè, vt sequens scriptura ait, *corui quoque deferebant ei panem, & carnes manè, similiter panem, & carnes vespere, & bibebat de torrente.* Vbi duo notanda, & si mirabilis Eliæ esset abstinentia, sic vt si fame pressus, à muliere nil aliud petiit nisi *buccellam panis*, ibi, C

14 Suos Deus magnificè tuitur ne fame pereant, quādo mundus fame perit.

num. 13. quadraginta dies cum totidem noctibus in vnica tantum enumerans comestione, tamen quia tempus erat famis, noluit Deus, vt seruus suus ieiunaret, & semel tantum comederet, sed bis in die, & non solum panes, sed carnes: & hoc vt inquit Abulens. in hunc locum quæst. 14. *ad saturitatem*, & non solum pro se tantum, sed etiam pro coruis, vt idem ait qu. 15. sustentabat enim eos ex superabundanti, eis abundantissimè vicem rependens; vt ex hinc discas, quanta Deus erga suum extitit prouidentia Prophetam, dum non tantum de eo, sed de animalibus, coruisque curauit, quia ei inseruiebant; at secus de Achab, cuius equi mulique fame deperibant, & si Regis, vt inde intelligas, Dei curam erga suos, Deique iudicium erga peccatores, & pluris vnum suum facere, quàm mille ex istis.

August. Abulens. 15. Carnes & panes quibus sustentabant Eliam in deserto, è mēsa erant Regis.

At vbi corui carnes inueniebant? quod est secundum notandum. August. lib. 2. de mirab. sacræ script. cap. 15. planè fatetur se nescire. Abulens. vbi suprà quæst. 16. affirmans Angelos fuisse, qui panem, carnémque ex aliquo sumebant loco & in desertum ea ante coruos posuisse, vt inde ad Eliam afferrent, æstimat, & quidem verisimiliter è mensa, & cibis abstulisse ipsiusmet Achab, ex quo fiebat, vt non solum simpliciter, & rusticè, sed regiè, sed lautè, sed delicatè sanctissimus sustentaretur Propheta; en quam admirabilis erga suum Dei prouidentia, en quam securus Propheta in media fame, nunquid non pluris hunc Deus faciebat, quàm omnem simul Israël? certissimè, vnde rectè Chrysostom. hom. 40. ad populum Antioch. huc alludens, ait: *Elias vnus erat, sed totus mundus non erat dignus, qui rependeretur ei,*

Chrysost. 16 Vnus iustus pro populo.

A *& mundus quidem innumera millia sunt, sed non sunt millia, cum nec ad vnius mensuram perueniunt.* Egregiè, non sunt millia, & si millia, quomodo? nam si numericè millia, appretiatiuè non millia, quia ad vnius mensuram iusti non perueniunt, hinc & si totus deperit mundus, hic solus saluatur, hic solus securè degit, immo, vt diximus, ne hic pereat ille sustentatur; en tibi Elias, per Dominum iurauerat non futuram pluuiam, nisi *ad oris sui verbum*, fa- 17 Homines sanctos Deus reuereatur. me deperibat populus, hominis voci Deo obediente, *reueritus* (vt ait Chrysostom. hom. de Elia tom. 1.) *Propheticam sententiam, honorem iuramento illi dando.* Scilicet non descensuram pluuiam nisi ad Eliæ verbum, sicut ille iurauerat, quid ergo? si mortuus Elias, si non à Deo sustentatus, sed fame peremptus, nunquid & non omnes simul cum illo, dum nisi ad oris eius verbum tantum Deus pluuiam esset daturus, ergo & illum aluit, & à perfida liberauit Iesabele, quia mundo necessarius, quia homo verè dignus, hinc verè talium hac ratione Deus liberator dicitur, & protector.

Ex dictis vnum licet eruere valde huic nostro conueniens tempori, quantum scilicet à vero errent, quantúmque à Christiano candidóque distent sensu hi, qui Dei seruos, qui clericos, religiosósque, & Deodicatos homines, otiosos, ac penè in republica superfluos iudicant, non solum reditibus, ac vitæ necessariis indignos, sed ipsa penè vita; in ipsa enim nunc lamentabilia incidimus tempora, vt superfluum iudicetur quidquid Dei seruis impéditur, vt Ecclesiæ diuinæ diuitiis inuideatur, vt quasi otiosi, condemnétur; &, si Deo placet, ex numerositate eorum, quod mundus consumitur. Fient homines Christiano nomine indigni, & si Christianam profiteantur religionem, campos, quasi ideo fructus non ferant, quia homines desint, omnes ad religiones confugiétes, penuriam hominum cælibatui tribuentes, & stupido vltra cogitatum sensu, iam bellare impossibile iudicant, quia omnes ad religionem aduolant, & captiuam, seruam, decimatam Dei procurant efficere Ecclesiam, quasi D non esset Regina, eiúsque filij Reges, & proindè liberi; non erit quippè ab re, si breuiter percurrendo horum incutiam stultitiam, istorum refrænem audaciam, quantumque à pio & Catholico sensu distent, ostendam.

18 Religiosos otiosam esse gentem, & ipsos quā impios.

Primo ergo dicunt otiosos, ac superfluos esse Dei seruos, Clericos, Monachos, & Sacerdotes, ac proindè Reipublicæ inutiles; non noua hæc calumnia, sed iam inde ab exordio nascentis contra Christianos proclamata Ecclesiæ, eam affert Tertull. in Apolog. c. 42. sic eleganter ei respondens, vt piaculum me facturum crediderim, si aliquid ex eius demam verbis, sic enim ait: *sed alio quoque iniuriarum titulo postulamur, & infructuosi in negotiis dicimur.* Hæc erat querela, hæc iniuria tunc Christianis ab Ethnicis inflicta, attende nunc, & dum eandem audis, dic eadem tales religione teneri, ac illos; quod si non ore, corde sunt Gentiles; respondet Tertull. *Quo pacto homines vobiscū degentes, eiusdem victus, habitus, instructus, eiusdem ad vitam necessitatis? neque enim Bracis-*

19 Antiqua in Ecclesiam murmuratio illa, semper refusa. *Tertul.*

20 Et optimè à Tertull. præcipuè.

Clemens Alex.

21. Brachmanorum vita quàm rustica.

mane, aut Indorum Gymnosophista fumus, siluicole, & exules vitæ. Pulchrè, non ad modũ Brachmanorum de quibus Clem. Alex. Stromat. lib. 3. affirmat: *neque animatum quippiam comedere, neque vinum bibere*, ac proindè *siluicolas*, rectè appellari posse, quasi alienos ab his rebus, quibus vita hominum fruitur. Nos viuimus ait Tertull. neque ad modum etiam *Gymnosophistarum*, in siluis semper viuentes, nudique incedentes, ob quod prorsus exules videntur à vita: *sed vobiscum degimus, eiusdem victus, habitus, instrumenti, eiusdem ad vitam necessitatis.*

22 Bonum politicum quid. *Arist. S. Thom.*

Egregiè; *Bonum politicum*, ait Arist. 5. Ethicor. c. 11. *est communicatio vitæ ad esse per se sufficientia liberis, & æqualibus*, hoc est vt ait D. Thom. ibi. *Bonum politicum consistere in quadam communitate vitæ, quæ ordinatur ad hoc, quod sit per se sufficientia eorum, quæ ad vitam humanam pertinent.* Quod bonum dicit ordinem ad liberos, & æquales, non autem ad seruos; ergo si religiosi, si clerici sic communicant in communitate vitæ, & eorum quæ necessaria sunt ad vitam, sicut cæteri, nonne ipsi simul cum illis, sic ad hoc bonum sunt necessarij politicum ac illi; immo amplius; nam cum intra limites honesti, iustique contineantur necessaria, non superflua, quæ ad vitam honestam, non quæ ad luxum quærunt, hinc si ad instar ipsorum seculares viuerent, neque annonæ penuria, neque vestitus indigentia, neque paupertas vnquam vigeret, ex quo semper vna, trãquillãque esset frugalitas, ac proindè in perpetuo bono esset politico. Vnde si hoc deficit, secularium est culpa, ipsis imputetur, qui dum non necessariis contenti, superflua inhiantes omnia confundunt, deperdunt, dissipãt, ad angustias, pressuras, dicam interitum ipsam redigunt rempublicam. Vnde egregiè, sequens Tertull. ait: *Meminimus gratiam nos debere Domino Deo creatori, nullum fructum operum eius repudiamus, planè rem temperamus, ne vltra modum, aut perperam vtamur, itaque non sine foro, non sine macello, non sine balneis, tabernis, officinis, stabulis, nundinis vestris, cæterisque cõmerciis rohabitamus in hoc sæculo. Nauigamus & nos vobiscum, & militamus, & rusticamur, & mercamur, proindè miscemus artes, opera nostra publicamus vsui vestro. quomodo infructuosi videamur negotijs vestris, cum quibus & quibus viuimus, nõ scio.* Quid amplius ad rem? nil minus religiosi reipublicæ cooperantur, quam ipsi sæculares, tamen cum modo, cum temperantia, dum ipsi intemperanter iisdem vtuntur, sed ad virtutem, non ad vitium, vt homines viuentes, non vt bestiæ. Audi Tertull. progredientem: *sed & si cæremonias tuas non frequento, attamen & ille die homo sum.* Pulchrè, & si ad modum sæcularium non viuimus, tamen non proindè homines desinimus esse, ac proindè conciues: *non lauor diluculo Saturnalibus, ne & noctem, & diem perdam, attamen lauor honesta hora, & salubri, qua mihi, & calorem, & sanguinem seruet. rigere, & pallere post lauachrum mortuus possum.* Mos quippè erat in festis Saturnalibus, teste Lipsio, lib. 1. Satur. c. 2. summo manè se lauare, vt inde ad epulas, & mensam transirent, in quibus totum insumebant diem; vnde superstitio Gentilium religiosius ea colere, qui ab diluculo inciperet, nos Dei gratia Gẽtiles sumus religiosi, Deique sectati, Christianè viuimus, Deũmque colimus, vnde si diluculo surgimus ad Deum est laudandum, non ad Bacchanalia exercenda lauamur, sed lachrymis, reficimur, sed tempore opportuno, *non in commessationibus, & ebrietatibus, non in impudicitiis*, edimus, sed non in in circo, vnde sequens Tertull. *non in publico liberalibus discumbo, quod bestiarys suprema cœnantibus mos est, attamen vbi vbi de copijs tuis cœno.* Bestiarij, hoc est, qui cum bestijs decertabant, antè lautè, opiparèque in publico cœnabant, hinc in foro, & ibi res insumebant; quid refert hoc ait Tertull. si aliundè modestè de ijs etiam mihi paro, ac cœno, nõ ad publica accedimus spectacula, non ad taurorum ingredimur agitationem tanquam bestiarij; non ibi, vti mos est, sumptus, & vitam impendimus, sed tamen de reipublicæ copijs sobrie cœnamus; vnde bene sequens ait: *spectaculis non conuenimus, quæ tamen apud illos cœnis venditantur, si desideranero liberimus, de propriis locis fumentur, thura plane non eminus, si Arabiæ quæruntur, sciant Sabæi pluris, & carioris suæ merces Christianis sepeliendis fundi, quam dijs fumigandis.* Egregiè, non suffito, non musco, non ambare perfundimur, non odoratis vestimur pellibus nos religiosi, neque ad modum deorum fumigamur; sed à Sabæis pluris, & carioris merces ad Deũ nostrum fumigandum eminus, quam ipsi sæculares sibi, quid ergo? perpende singula, & proiectiores religiosos reipublicæ inuenies, quam ipsosmet sæculares.

23 Religiosi sic necessarij ad bonum politicum, vt reliqui sæculares, immo amplius.

Tertull.

Lipsius.

24 In Saturnalibus mos summo manè se lauare, & cæt.

Vnum restat ex multitudine religiosorum, ac clericorum pauperes deperire, vectigalia decoqui; cum ipsomet respondeam Tertulliano, *quod plus nostra misericordia insumat vicatim, quàm vestra religio templatim.* Hoc est, plures à religiosis, clericisque ali pauperes, quam simul à sæcularibus omnibus, cum illis non solum à superfluis, sed ex necessariis impendant, & sæpè non partem tantum, sed totam rem insumant.

25 Religiosi ac clerici pauperes plures alunt quàm seculares ob quod non otiosi in Republica.

At quid de vectigalibus furiunt? rectè idem. *Cætera vectigalia (ait) gratias Christianis agunt ex fide dependentibus debitum, qua alieno fraudando abstinemus, vt fineatur quantum vectigalibus pereat fraude, & mendacio vestrarum professionum, facile ratio haberi possit vnius speciei querela compensata pro commodo ceterarum rerum.* Egregiè; cuius sensus vt intelligatur, querela erat vectigalia templorum ex numerositate Christianorum decocta, cum vix stipes quotus quisque iam iactaret, concedit hoc Tertull. sed affirmat hanc recompensandam querelam ex fide & iustitia, qua publica Christiani impendebant vectigalia; dum ipsi fraude, & mendacio ea ad nihilum redigebant, publica pereunt vectigalia, ad nihilum rediguntur regii ex illis prouentus, fraude, & mendacio hoc sæcularium adscribatur, qui dum Deum non timent, nec conscientiam seruant, vectigalia fraudibus, & mendaciis illudunt, plus eis vno insumente, quam centum ex sæcularibus religioso, & si in hoc vim, iniuriámque patiatur.

26 Nec minus ob vectigalia.

Quid ergo restat cælibatum damnare religiosorum, quasi ad penuriam hominum rempublicam redigentes; quod sæpè audiui, sensum detestans brutalem; & vt rectè

27 Querela secularium de cælibatu

Digitized by Google

clericorum vt conqueritur Tertull.

idem Tertull. ibidem num. 143. querela hæc potius lenonum est, quàm Christianorum, *Plane confitebor, qui conquerantur* (ait) *nam si qui fortè de sterilitate Christianorum conqueri possent, primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum ficarij, venerarij, magi, item arioli, aruspices, Mathematici*; cuius ratio; nam iis omnibus religiosorum infructuosa est multitudo, sed vt rectè idem sequitur: *quodcumque dispendium est rei per hanc sectam cum aliquo præsidio compensari potest, quando habetis non dico tam qui de vobis dæmonia excutiant, non dico tam qui pro vobis quoque vero Deo preces fternant, quia fortè non creditis, sed à quibus nihil timere possitis.* Egregiè, quando cæteradeessent, emolumenta, illud maximum securitas à Deo dicatorum multitudine, quod non sic ab aliis; at quid de multitudine conqueruntur? certè si longitudinem, latitudinémque populi Israëlitici, eiúsque terræ, ac dominij, cum ea quam nunc populus possedit Christianus compares, quantum hic illos excedit perspicies, quod quasi incomparabiliter. Hieron. enim epist. 129. ad Dardanum longitudinem promissionis terræ non amplius quam centum sexaginta millium excurrere asserit, latitudinem vero quadraginta sex: *Ex hoc* (ait) *dico, vt taceam quinque Palestinæ ciuitates Gasam, Ascalonem, Geth, Accaron, & Azotum*, quæ inter eos viuentes bonam occupabant terræ partem; vnde vere, vt Sanctus ait, *pudet dicere latitudinem terræ, ne Ethnicis occasionem blasphemandi dedisse videamur.* Quam longitudinem, latitudinémque, si ad leucas resumes Hispanas, longitudo sexaginta; latitudo quatuordecim, vix efficiunt; quid hoc cum latitudine, longitudineque populi Christiani? aut qualis commensuratio Synagogæ angustiæ cum Ecclesiæ latitudine? prorsus nulla: vnde merito Hier. ideo affirmat ea dixisse, vt inpercilium deuteret Iudæorum, *qui Synagogæ angustias Ecclesiæ latitudini præferebant.* Quod cum sit, pudeat Christianos, hominésque professione Catholicos de multitudine conqueri clericorum, religiosorúmque, cum duplo, aut triplo magis in illo populo erant homines, Deo dicati, & si tam paruo, quam nunc in Christiano, & si tam immenso.

Hier. 28 Palestina quam modica.

29 In populo Hebræo & si tam exiguo plures Deo dicati, quàm nunc in Christiano. *Num.c.* 3. *n.*13.

Hoc autem manifestum fiet euidentissimè, tum ex cap. 3. Num. vbi ex duodecim tribus, vnam totam sibi Deus dicari voluit, num. 13. *erunt Leuitæ mei.* Ex duodecim ergo tribubus vna Deo erat sacrata, confer nunc cum populo Christiano, & vide si ex centesima vix vna; tum hoc euidentissimè apparet ex 1. Par. cap. 21. num. 5. vbi recensito populo à Ioab: *inuentus est numerus Israël mille millia, & centum millia virorum educentium gladium, & de Iuda, quadringenta, & septuaginta millia.* At posteà cap. 23. numerati sunt Leuitæ à triginta annis & suprà, *& inuenti sunt triginta octo millia virorum.* Confer numerum cum numero, & pondera Leuitas numeratos à triginta annis, Israël autem à minori numero, cum ad educendum gladium viginti, immo & minus sufficiant, & videbis, quod Leuitæ plus, minúsque vigesima sexta erat pars Israëlitæ, nunquid nunc Dei Sacerdotes, religiosi, clericique erit vigesima sexta Christiani populi pars? ergo & si populus ille sic paruus, & si lamites sic stricti, plures habebat homines Deo sacratos, quàm nunc tam magnus populus Christianus, támque amplos possidens fines: pudeat ergo, cum nunquam legimus eos apud Deum conquestos, quomodo nunc Christiani, & si amplius Deo beneficiis obstricti, quam illi.

30 Leuitas cur Deus pro se tulit.

Sed nolo causam præterire, siue Dei rationem, qua sibi Leuitas addixit, ne putaret populus gratis Deo aliquid dedisse, inquit enim illos sibi dicare pro primogenitis, qui sui, ex die qua primogenitos percussit Ægyptiorum, Israëlis saluans Num. 2. n. 12. *Ego tuli Leuitas à filijs Israël pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filijs Israël, erúntque Leuitæ mei, meum est enim omne primogenitum ex quo percussi primogenitos in terra Ægypti, sanctificans mihi quidquid primum nascitur in Israël.* Ergo ratio assumptionis tribus Leui, conseruatio extitit primogenitorum totius Israëlis, quos Deus saluauit ab Angelo percutiente, in gratiam Leuitarum assumendorum ab illo populo, vt rectè vult Cornel. hic; vnde non sine mysterio puto dictum, *ego tuli Leuitas*, & non tollam, tempus præteritum designans, & si adhuc non tulisset, quasi anticipatam indigetans Dei Leuitarum electionem iam inde, quando primogenita percutiebat Ægyptiorum, ob hoc à cæde primogenitos redimens Israël, quia assumpturus pro eis erat Leuitas, quid ergo ex hoc? illud profectò, quòd si minimus in pectoribus pius existeret affectus Christianis, attenderent, ideo Deum eos, sua, suósque seruare, ac non simul cùm paganis hæreticis, Mahumetanísque perdere, & si in peccatis, vt illi, immo maioribus viuant, quia Leuitæ in eis, quia Leuitæ de eorú assumendi generatione, & ne vnum ex istis, à se assumptus perdat, totam simul conseruat generationem.

Num. 2. *n.* 12.

Cornel.

31 Deus Christianos seruat ob religiosos qui sunt, & qui futuri sunt.

Enimvero, impatiens Deus, Sodomorum clamores tolerare quasi impotēs, quem peccata edebant, ipsos deleuit, destruxit, cur hodie similia, & peiora patrantes tolerat? regna, prouinciásque latissimas hac infestas lue vidimus, sic in illam immersas, vt sensu omnino rationis amisso, non illicitum quid, sed licitum patrare se putent, immo lege permissum, vti porcina Mahumetana determinat, cur ergo Deus eos non pessundat, destruit, ignem sulphur de cælo non immittit? sensatè profectò modernus quidam, quia vt experientia constat, latet in illis regionibus, ac Gentibus seminarium multorum, qui ad vitam æternam prædestinati à Deo esse noscuntur, & sanctitate sua Ecclesiam illustrabunt, en causa, populus Christianus non destruitur tantis grauatus peccatorum oneribus, vnde putas? nunquid quia non sic grauiora peccata? aut Deus minus potens? non quidem, sed quia sancti ex illo futuri, & in eius medio, vt Sanctus inquit Chrysost. in c. 18. Genes. gens sancta, populus Deo dicatus, & non vnus, aut alter, sed multitudo iustorum, quod velim, vt in sancto noster; loquens enim sanctus pater de Sodomorum punitione, eandem, quam nos dubitationem afferens, sic ait: *Quid quod sic puniti sunt, nonne sunt, & nunc multi, qui eadem committunt, quæ illi, attamen non puniuntur? etiam, sed quia propter gratiam Dei sunt, & nunc multi virtuti*

32 Turcæ cur non pessundantur vt Sodomitæ idem in eis vigens vitium.

Ferm. in Genes. c. 18. sect. 2. n. 18.

Chrysost.

Digitized by Google

prædixi, qui placare possunt Dominum, sicut tunc Patriarcha, tametsi nos, cum nos ipsos attendimus, & nostram videmur desidiam, putamus miram virtutis raritatem, attamen propter illorum virtutem Deus longanimitatem in alios seruat. Egregiè, longanimitatem Deus in alios seruat, & si peccatis onusti, quia non vnus, sed multitudo Dei seruorum, qui ergo de hac conqueritur, qui minuere eam desiderat, & satagit, nonne merito hostis reputandus salutis Christianorum, defensionem contra Dei iustam vindictam ab eis auferre moliens, & quasi alter Pharao impiè Dei portionem minuere ambit, friuolis, carnalibus, terrenis, non Catholicis, sed purè Gentilibus ductus rationibus.

34 Multitudo religiosorũ est in causa vt exercitiũ pereat male Christiani.

Immo amplius quid volo, vt adnotes in hoc Dei nostri facto, præcepisse scilicet, vt Leuitæ numerarentur ab vno mense, & suprà, num. 15. *Numera filios Leui per domos patrum suorum, & familias, omne masculinum ab vno mense, & suprà.* Ergo cum hi commutandi essent pro primogenitis, fiebat profecto, vt primogenitus aliquis, qui iure Dei erat, esset vir vegetus, fortis, desiderabilis, diues, præpotens, ac totius familiæ caput, ac proindè melior, & desiderabilior, & tamen pro infantulo vnius mensis, & non primogeniti, & non diuitis, Deus illum commutabat, quàm mira Dei nostri liberalitas, & quam parum sua procurat in commutationibus emolumenta, vt rectè Oleaster hic, *Hæc sunt commutationes Dei nostri nobiscum* (ait) *vt iuuenem, aut virum pulchrum, & integrum tradas nobis puello filio vnius mensis, ac pro quinque siclis redimi velit.* Quid ex hoc? Attende quos filios, quas filias Deo sæculares dicant, & dum pro his Deum satisfactum videris, ac pro his ipsum cæteros saluare, custodire, mirabilia efficere, primogenita Ægyptiorum occidere, exercitus inimicorum perdere, superbas debellare potestates, regna conseruare, victorias tribuere, exclama Dei infinitam prædicans misericordiam, hominum immensam ingratitudinem, dum & hanc partem infinitam, imbellem, mancam (vt sic dicam) etiam Deo inuident, & si possent ab eo auferrent, de multitudine querentes, multitudinem religiosorum lamentantes.

35. Dei mira liberalitas in Leuitarũ electione, & commutatione.

Oleaster.

36 Christianorum ingratitudo de multitudine querentium religiosorum.

Tandem de Ecclesiarum diuitiis conqueruntur, de exemptione tributorum, ac onerum, quasi æqua non sit iustitia, sæculares tantum oneribus premi, clericos ab illis exemptis.

Duo hæc querela includit, clericorum diuitias, tributorum exemptionem, & quia pietas defecit in animis, non mirum, si & harum rerum ratio etiam in intellectu; si Dei Ecclesiæ diuitiæ non debentur? & si eas non possidet, qualis eius erit æstimatio? quantum apud carnales vilescet? enimvero animo prius, corde Dei amore feruidus Constantinus Magnus Imperator in donatione sua Dei Ecclesiæ exhibita, duas attulit egregias rationes quare suprà Imperialem, Pontificiam euehebat potestatem, quare summis eam ditabat diuitiis, vnde primam exprimens sic fatur: *vtile iudicauimus, vna cum omnibus nostris satrapis, & vniuerso se-*

37 Diuitiæ Dei Eccles. conuenientes, & necessariæ.

natu, optimatibusque meis, etiam & cunctis populo Romanæ gloriæ Imperij subiacentis, vt sicut in terris Vicarius Filius Dei esse videtur constitutus, etiam & Pontifices, qui ipsius principis Apostolorum gerunt vices, principatus potestatem amplius quam terrena Imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam à nobis, nostroque imperio obtineant. Pulchra ratio, Dei Pontifex est Vicarius in terris, ergo ampliori debet præfulgere potestate, quam Imperator; consequens sic legitimum, vt antecedens potius negandum. Malè ergo de potenti, ac Pontificatus magnificentia detrectant, qui Dei illum Vicarium profitentur.

38 Temporalis potestas conuenientes ve Pontifici Vicario in terris quam ipse Imperator ex sacris Constantini Magni

Secundam autem sic explicat: *Vnde vt Pontificalis apex non vilescat, sed vt magis amplius, quam terreni Imperij dignitas, & gloria potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum, vt præditum est, quamque Romana Vrbis, & omnes Italiæ, seu Occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates præfato beatissimo Pontifici nostro Siluestro concedimus, ac relinquimus.* Non minus, quàm prior hæc ratio elegans. Sine temporalibus bonis Pontificatus apex vilesceret, ac proinde, & quoad bonum etiam spirituale parum proficeret; quid ergo? nonne iustum, vt terrena etiam possideat, & Imperiali fulgeat maiestate? si clerici mendicarent, qualis eis honor, qualis reuerentia, qualis exhiberetur respectus? videmus, & ingemiscimus, pauperes Sacerdotes, quia aliundè vnde victitarent non habent, dominorum, ac Principum Capellanos, vt vocant, sic inter eos habitos, ac vnum ex seruis, capite discooperto, stando, immo & aliquando genibus flexis etiam loqui, seruitiis familiaribus addicti, & qui minister est Dei viuentis, ac tremendi illius omniporentis Dei sacrificii Sacerdos seruorum, non solum Dominorum fieri ministrũ, sicque inseruire, ac si vilis quidam esset seruus, abiectúmque mancipium, sic enim omnes velle, & ad horum instar clerum desiderare Romanum, nonne impietas, summàque peruersitas? ob venerationem etenim sanctissimi clericatus Ordinis in Concil. Carthaginens. 1. prohibitum Canon. 6. clericos domibus sæcularibus non ministrare, sic enim ibi dicitur: *Nicasius Episcopus Culusitanus dixit; credo placere suggestionem meam Sanctitati vestræ, & non displicere vobis, vt qui seruiunt Deo, & annexi sunt clero, non accedant ad vllus, seu administrationem, vel procurationem domorum, & vniuersi dixerunt, hoc obseruemus.* Et Canon. 9. ipsimet prohibetur sæcularibus clericos in suos Apothecarios, & ratiocinatores eligere, defecit hæc prima pietas, non mirum & si in clerum obseruantia, ac respectus.

39 Conuenientius esset ne Dei vicarius egeat Ecclesia

40 Sacerdotibus quam indignum sæcularibus seruire.

Concil. Carthag.

41 Olim prohibitum.

Enimvero hæreticorum est iudicium, pauperes debere esse Christi ministros; Anabaptistæ enim, & Trinitarij in libello, quem ediderunt anno 1578. Albæ Iuliæ de Antithesibus veri, & falsi Christi, tertiam faciunt hanc, vt refert Bellarm. in controuers. 1. tom. part. 2. lib. 1. de clericis c. 25. *Falsus Christus, sicut ipse est Deus æternus, & diuissimus, sic dedit suis Sacer-*

42 Hæreticum est pauperem desiderare clerum Christianũ. *Bellarm.*

dotibus decimas, & multa bona temporalia; Christus autem verus, qui homo temporalis, & pauper fuit, pauperes etiam vult ministros. Videant, qui simile quid iudicant, an opere Catholici sint, dum idem ac hæretici iudicium de clericorum opibus ferunt?

43 Diuitias sibi Ecclesia comparauit, non dono accepit.

Quid? graues forsitan illas possident? at non potius illis debitæ, tanquam suorum pars laborum, ærumnarum, persecutionum, martyrij passionum, quas illis superbi aliquando intulerunt reges, impiique tyranni. Diues suos Deus effecit etiam hic, vt suam manifestaret potentiam, dum toto repugnante mundo, ac contra Christi seruos obsistente, vellent, nollent, quidquid pretiosum, quidquid molle, quidquid æstimabile voluit in suos trãsferre electos, ac insequutus, Isaias 50. n. 15. *pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita,* ad Ecclesiam loquens primitiuam vt volunt multi, *& non erat qui per te trãsiret, ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem & generationem, & suges lac gentium, & mammilla regum lactaberis.* Quid est mammilla regum lactaberis? nisi quod vertunt 70. *diuitias regum comedes*, seu vt Cyrillus, *cumulaberis fructuum oblationibus, & Regijs donarijs gentium.* Hoc est, opibus, ære, auro, argento affluues, vt vnde sequens infrà num. 17. pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum; & hoc quidem, quia prius derelicta, odio habita, & persecuta; ergo si clerici abundant, si diuitiæ sunt in Ecclesia, Deus eas contulit, dedit in præmium laborum, persecutionum, martyrij; quid inde nisi illud, iustè eas possidere, ex iustitia eis deberi, iure belli, vt sic dicam suas eas effecisse; quid ergo miseri, vecordes, ac sterrentes homunciones obmurmurant? par equidem eorum est murmuratio, ac eorum, qui hæredes inclutorum militum eorum sanguine ditatos prospicientes, inuidèrent, ac diuites esse obmurmurarent, qualis horum esset brutalis sensus, irrationale iudicium? tale profectò & horum nunc, diuitijs Ecclesiæ sanctissimæ inuident, quas sanguine pro Deo effuso, sua ei Deus, qua pollet largitate ei tribuit; crepent, dum inuident, quia ad Dei honorem nominisque sui exaltationem illud proficit, & ne clerus vilescat, illæ necessariæ; prætermitto communem illam rationem, quia ad pauperum alimoniam præcipuè attributæ, ac proindè conuenientissimæ, quia sic presse contra istos agere volui nebulones, vt nulla facta huius tantæ rei mentione, sciant, & si hæc potissima deficeret ratio, sufficientissimæ adessent, pro Dei Ecclesiæ diuitijs, pro diui Petri amplissimo patrimonio.

Isa. 50. n. 15.

44. Lactatur mammilla regum.

Cyrillus.

N. 17.

45 Exemptio à tributis clericorum de iure humano. *S. Thom. Bellarm.*

Ad vectigalia venio, & tributa, nolo nunc cum Canonistis exemptionem de iure esse diuino; nam cum diuo Thom. epist. ad Rom. c. 13. lect. 1. & Bellarm. vbi sup. c. 28. sentio de iure esse humano; sic vt iam, quia in eo orbis consensit tertarum, vt rectè Bellarm. & Pontifices, ac Concilia eam etiam clericis tribuerint, nihil in ea innouare Principes possunt, ac cõtrarium statuere; est ergo de iure humano introducta; at nunquid, vt ait Sanctus Doctor, *non supernaturalem æquitatem fundata?* cuius pulcherrima sic commenti ratio, vt nisi intellectus prorsus hebes, illud negare non audeat: vectigalia, & tributa, inquit Sanctus, Regibus præstantur pro sollicitudine in temporalibus, cum nemo sit, qui stipendijs suis militet; vbi pulchrè Sanctus inter stipendium, & præmium differentiam constituens, vectigalia asserit Principem accipere pro labore, non pro præmio, vnde sic ait, *& ideo cum Principes nostri suo regimine Deo ministrent, à populo debent tributa suscipere, quasi stipendia sui ministerij, non autem ita, quod hoc debeant sibi computare pro præmio, proprium enim præmium principis est laus, & honor, & cum hoc non sufficit tyrannus sit, sed hoc non est intelligendum de laude humana solum, quia tale præmium esset vanum. sed de laude, & honore diuino qui Principibus bene gubernantibus exhibetur.* Egregiè, tributa, ac vectigalia stipendia sunt pro labore principis non præmium, ex quo duo inferuntur; primum, sic ad laborem Principem obligari, vt nisi laboret, iniustè vectigalia sumere, ac proindè peccare grauiter per se non laborando, regimini non insistendo, non totum illud alijs committendo. Et secundum, quòd si vectigalia pro præmio ducit, fit tyrannus; quæ etiam sententia est Arist. lib. 5. Ethicor. c. 11. vbi loquens de iusto politico diuidente singulis, quod eis debetur, per quod nec plus sibi aliquis tribuit etiam si princeps, sic ait: *mercei ergo quædam danda,* (principi scilicet) *hæc autem honor & gloria*, tanquam *maxima bona*, vt ait ibi Sanctus Doctor, *quibus autem non sufficiunt hæc, isti sunt tyranni?* Cur? quia ex bono publico vltra sortem, & vltra iustitiam accipiunt; cum ex bonis Reipublicæ ipsis non res reipublicæ pro præmio, sed honor, & gloria debetur; res autem hoc est vectigalia, & tributa pro stipendio; quid hinc? illud profectò, vt quando vectigalia, & tributa vltra laborem debitum accipiunt, quando non pro labore, sed pro splendore, & vt lautius viuant, imponunt, peccent, fiántque tyranni; audiant, qui populos grauant, audiántque Principum ministri, ac contremiscant, *quia excelso excelsior est alius, & insuper vniuersa terra rex imperat feruenti.* Eccles. cap. 5. num. 8. pro labore ergo, & pro sollicitudine de temporalibus tributa exigit Princeps; eam in spiritualibus pro eo Dei tenent ministri; ergo vt ait diuus Thom. *recompensant regi, quod pro eorum pace laborat.* Egregiè, ipse pro temporalibus; laboribus exigit tributa, recompensant ei ministri Dei laborando, vt ipse, in spiritualibus; in quare si bene attendis, plus ei ministri impendent Ecclesiæ quam ipsi sæculares; dum illi ex suis aliquid, at ministri Dei, non aliquid, sed totum laborem spiritualem, quod est dicere animæ conatum, vires, affectus, cogitationes, tempus, sudores, labores, quos in Dei ministerio impendunt; quis ergo plus tribuit? at carnalis homo hoc non percipit, sed more tumentorum, non emolumentum ducit, quod non comedit, quod non pascit.

46 Nil iam in eo innouare possunt principes.

47 Est fundata supernaturalem æquitatem.

48 Vectigalia & tributa cur principi dantur.

49 Præmium proprium principis quale secundum D. Thomam.

50. Princeps mortaliter peccat, non laborando, per se in regimine. *Arist.*

51. Qui non sit contentus pro præmio honore, & fama est tyrannus, & cur.

Eccl. 5. n. 8.

52 Ecclesiastici quale tributum principi tribuêt.

Quid? aut negent Deo ministrandum, aut si hoc negare non possunt, sentiant Dei ministros immunes debere esse à tributis, nunquid ergo, quia sæculares sunt, ministrare etiam ipsi Deo non debent? Num. cap. 2. num. 12. *Ego tuli Leuitas à filijs Israël pro omni primo-*

Num. c. 2. n. 12.

Digitized by Google

genito (ait Dominus) quem locum LXX. ita verterunt, *ecce ego assumpsi Leuitas de medio filiorum Israël*, cur de medio? pulchrè Oleaster, ne immunes sæculares putarent se à ministerio esse Dei, ideo de medio eorum, & non aliunde assumere voluit Leuitas; *Arbitrantur*, ait, *sæculares se immunes à ministerio Dei sui, quasi ipsi expertes sunt numerorum Dei; licet enim Dominus illorum noluerit personas, voluit tamen eos ex suis ministros offerre, vt scilicet sciant se teneri ad ministerium Dei.* Egregiè, tenentur Deo ministrare, ni peiores quam pecudes, si hoc negent, at non hoc faciunt, neque suis illud exhibent personis; ergo per illas, quas Deus ex suis elegit, per eorum scilicet filios, filiásque, at si isti loco illorum onus subeunt, & per eos Deo ministrant, nónne æquum, vt pari compensatione ab onere, & grauamine etiam subleuentur? incumbunt ergo per ipsos Dei seruitio, incumbant ipsi per eos regi, ipsi per eos tributum Deo soluunt spirituale, soluant ipsi per eos regi temporali, & nolint duplici onere grauari, qui duplici sunt digni honore, vt sanctus ait Apostolus.

Oleaster.

53. Sæculares tenentur Deo ministrare.

54. Pro eis supplent ecclesiastici, ex quo liberi sunt ab oneribus.

55. Iniustum esset si clerici tributa soluerent, & contra naturalem æquitatem.

Hinc, quia ex iure, & æquo naturali tenentur sæculares Dei ministros alere, ex eo etiam eos ab oneribus reseruare; nunc addo & quia principum priuilegium ad hoc attendens illud statuit, vnde quando cæteræ deessent rationes, hæc sufficiens, ac superabundans, non grauandos clericos, quia principes id semel statuerunt; subiecit Ioseph Pharaoni omnem terram Ægypti præter sacerdotalem, tributarios omnes fecit præter sacerdotes Genes. 47. at cur hoc? quia terra quam sacerdotes possidebant à Rege eis tradita; *Subiecit eam Pharaoni*, ait Scriptura n. 21. *præter terram sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis prabebantur; & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas.* Illud pondero, *quæ à Rege tradita eis fuerat*; certè si res spectetur, iure poterat Ioseph eos cogere ad possessiones vendendas, triticum erat regale; ergo ratione venditionis poterat ab eis, sicut à cæteris possessiones accipere, & insuper eas illis à conditione, qua vellet relaxare, & consequenter tributarios eos efficere, sed noluit; ea quippe ratione, quia terra quam possidebat, datum erat regale, necessarium ad ministros religionis, & si falsæ sustentandos: iniquum ergo foret si acceptis loco pretij quod semel dederat, gratis postea sine vlla tenerentur ministeria exhibere mercede, vnde iterum necessarium, vt eis terram sine onere Rex tribueret, si ius æquale exercere vellet, ob id eam nõ subegit, nec tributis onerauit, immo ne vendere cogerentur ex publico eis statuta dedit cibaria, erubescant Politici, confundantur ex hoc sæculares facto, dum sic vili Dei summi habẽt pretio sacerdotes, vt si possent duplo eos grauarent, ac sæculares, immo quod pudet dicere, & grauant. Regale genus seruile efficientes, in cibis, in potu, in vestimentis, in oleo, vino, & tritico, in carnibus, cibariis, & lanis onera imponunt, edimus, & vestimur cum illis, nunquid non pariter solutimus? vnde ergo à vectigalibus, & tributis solutio? & cum hoc sit inuident, quasi solutis.

56. Principes liberi fecerũt ecclesiasticos, obquos seruati debẽt eatũ libertas.

Genes. 47.

Hinc, quia deuotio deficit, & pietas aduolauit, dum politico sensu omnia administrantur, suis eos deserens rationibus Deus, politicè eos etiam gubernat, ac si esset alter, vt ipsi, homo, non Deus, nulla miracula operans, nulla pro eis prodigia efficiens, nulla superiori, & præordinaria res naturales ad interitum tendentes deturbans prouidentia; hinc confusione omnia replentur, inopia, fame, siti, & nullo bello existente consumuntur decocti fame, quia Dei familiam decoquere nituntur. Pulchrè hoc prophetizans Augustin. serm. 219. de temp. tomo 10. affirmat, ideo populum Christianum ex centesima ad decimam adductum, quia diuinas soluere non curat; *Cum decimas dando*, Sanctus ait pater, *cælestia, & terrena possis promereri, pro auaritia tua duplici benedictione fraudaris, hæc est Domini iustissimi consuetudo, vt si vnius decimam non dederis, tu ad decimã reuocaris, dubis impio militi, quod non vis dare sacerdoti.* Tributa, & onera Dei imponunt ministris, onera illis imponet Deus intolerabilia, sciántque dum clerum onerant, non homines ipsos, sed Deum onerare, immo configere; audi Malach. c. 3. n. 8. *Si affliget homo Deum, quia vos configitis me? & dixistis in quo configimus te? in decimis, & in primitiis*; negationem enim decimarum cõfixionem suam Deus dixit; quid ergo dicet de impositione tributorum? cum negando decimas rem ab eo auferunt, imponendo tributa, honorem, seruum eum in suis facientem, dum sit liber. Hinc egestate opprimentur, vnde sequens ait, *& in penuria vos maledicti estis*, fame, & peste interempti, at hoc minus malum, si fides non deficeret, sed quod ex hoc horrẽdum; nam hoc homine cum Deo peragente fides abscedit, iustóque Dei iudicio, quia ipsi cum Deo infideles, permittit vt in ministeriorum infidelitatem incidant.

58. Regnorum destructio ex grauamine clericorum.

Augustin.

59. Deum grauant homines dum clerum.

Malach.

60. Negantes decimas Deum configunt.

Attende, Duo sunt habitus fidei, vnus in intellectu quo credit verum & si illud non perspiciat, alter in voluntate, quo iubet, & imperat, vt credat, & si non videat, sic diuus Thom. 2. 2. quæst. 4. art. 2. in corpore, & ad 2. huc secũdus pius vocatur sensus, seu pia voluntatis affectio, vt aliqui volunt, hæc enim mouet intellectum, vt firmiter credat, quod non clarè prospicit, sine qua nec ipse crederet, nec ad credẽdum se determinaret; hac autem deficiente, aut frigescente, & ipsa simul fides deficit, aut frigescit, iam me habes; piget nunc catholicos decimas soluere, piget Ecclesiam diuitem, ac videre præpotentem, piget multitudinem clericorum, maiestatem, libertatem, ab oneribus solutionem, vnde hoc? nónne quia iam non pia feruet affectio? non supernaturalibus discurrunt rationibus, sed tantum terrenis, naturalibus, hinc pro frigescente affectu, terrenis obfuscatus intellectus rationibus, obnubilatur fides, frigescit sensus, deperditur tandem, & amittitur. Pulchrè Hieronymus in adductum locum Malachiæ, illum de crucifixione intelligens Christi ait, quod nunquam ad illam Iudæi deuenissent, nisi prius decimas dare recusassent, & gradum ad Christi crucifixionem statuisse ex retentione decimarum; *Quasi dicat*, inquit, *vt me affigeretis cruci, vt sceleratas manus iniceretis Deo vestro, multarum ante rerum meditatione fecistis subtrahendo decimas, & primitias, non dico sacerdotibus meis, & Leuitis,*

61. Habitus fidei duplex.

S. Thom.

62. Politici cur fidem amittunt.

63. Negatio decimarum in causa hortendi Iudæorũ peccati crucifixionis nempe Christi.

57. Ioseph cur terras non emit sacerdotales.

ſed mihi; ad crucifixionem deuenerunt, quia decimas negarunt; nunquid non etiam & ad ipſum Deum negandum, vt gradus ad fidei amiſſionem ſit frigidus ſenſus erga Dei miniſtros eos opprimendo, & in ſeruitutem redigendo.

64. Neceſſitas publica inſufficiens tacito adeptum onerandum.

At dicunt, neceſſitas eſt in cauſa, déficiunt publica, Regium eſt ærarium conſumptum, ad vltimam deuenerunt ſæculares paupertatem, optimè, ſimilis erat horum ratio apud Malachiam; nam non ideo decimas ſoluere nolebāt, quia voluntas deficiebat, ſed quia paupertas eos opprimebat, nuper è Babylone ad terram redditi promiſſionis, ob pauperratem decimas negabant, vt hic omnes volunt authores; & habetur Eſdr. 2. c. 13. n. 10. *Eſdr. 2. c. 2. n. 10.* *Et cognouis quod partes Leuitarum non fuiſſent date, & fugiſſet quiſque in regionem ſuam, de Leuitis, & ſi ego cauſam aduerſus magiſtratus & dixi, quare dereliquimus domum Dei*, & tamen non ſufficiens illa extitit ratio apud Deum, quin non ob hoc ſe confictum diceret, cuius quidem rei cauſa ea quam Ribera hic; ideo ſcilicet paupertatem eos premere, quia animo pauperes in Deum, & dum vt penuriam, ac paupertatem à ſe auerterent liberalitate Deum placare deberent, ipſi è contra eorumque magiſtratus, ac Sarrapæ (velut ſi eorum politicos dixeris) humano ducti diſcurſu, animo vili, ac demiſſo decimas Deo negabant, quaſi iuſtum ob penuriam; hinc fame, anguſtia conſumebantur; ſic quidem idem Deus nunc, qui tunc, fame pereunt, bellis conſumuntur, pro argento auroque æra replentur, & plumbo Catholicorum regiones, ne mirentur, quia dum Dei aurum concupiſcunt, clerumque grauare ſatagunt, aurum ab eis Deus aufert, & ad inimicos tranſfert; ad inimicos dixi; & conſultò, cum in pluribus obſeruauerim, eum Dei eſſe morem potius velle inimicos ſuſtinere ingratos, quàm amicos; terram ſanctam, ſanctiſſimum Domini noſtri ſepulchrum à Chriſtianis abſtulit ob horrenda ſcelera ab ipſis inibi patrata; quid? nunquid non eadem & Turcæ nunc agunt? ita planè, ſed quia inimici, potius æſtimat ea ab his, quàm à Chriſtianis ſufferre: ideo à nobis eam aufert, donátque illis; ſic nunc aurum, argentum, pretioſáque à nobis aufert, inimicis tribuit, nunquid quia plus eos diligit? minimè: ſed quia minus à nobis diligitur, & æquius ſuſtinet, malè ab illis, quàm à nobis impendi.

Ribera.

65. Cōſulto hoc tempore nōnulli politicorum.

66. Deus potius ab inimicis vult ingratiſſimam ſufferre, quam ab amicis.

Ex dictis duo quidem ſimul habes, quantum ſcilicet reprobandi, qui Dei ſeruos inutiles dicunt, & ſimul quam vtiles hi Reipublicæ, dum huius ſalus, ab eorum pendet ſalute, & hos Deus vt diximus ideo ſaluat, quia anima ſunt mundi, tam pridem periiſſet Ægyptus, niſi Iſrael in eo, immo vt diuus Chryſoſtomus, *niſi ſanctis Patres futuri ex eo.* Sicut ex parte periit quando ab eo diſceſſit, ſaluans eos Deus ab impiis illis, vt noſter ait Sapiens dicens; *Hac populum iuſtum.*

Num. 16. *Intrauit in animam ſeruis Dei, & ſteteris contra Reges horrendos, in portēnis & ſignis.*

Commentum literæ.

Conuerſio capitis.

INſtrumentum nunc populi eductionis ab Ægypto manifeſtat; Moſen nempe, in cuius animam aſſirmat ſapientiam intraſſe.

Intrauit in animam, &c. Per donum creatæ ſapientiæ, vel per infuſionem, atque inſpirationem, quod extitit dicunt Lorinus, & Caſtro quando illi præcepit, vt populum educeret Exod. 3. n. 9. & tem tantem verenti dixit, *Ego ero tecum*, & c. 4. n. 12. *Ego ero in ore tuo, docebōque te quid loquaris.* Quod & ſi verum, tamen non negandum iam inde ab infantia in eius animam Deum intronſſe; *Moſes ſanè is eſt*, diuus inquit Baſil. hom 1. in exam. *qui etiā dum pendet ad matris vbera, Scripturæ teſtimonio probatur amabilis Deo fuiſſe, & gratioſus*; tanquam homo in principem, & eductorem populi à Deo deſtinatus, & antequam naſceretur eius patribus prænunciatus, vt vult Ioſephus lib. 2. antiquit. c. 50. quod adeò verum aliqui æſtimant, vt occiſionem Ægyptij à Moſe patratam; ideo à peccato immunem faciant, quia reuelatione ei conſtabat diuina in populi principem, & liberatorem eſſe conſtitutum; ſic Liranus in c. 2. Exod. n. 12. Abulenſ. ibid. Auguſt. in lib. quæſtion. ſuper Exodum quæſt. 2. & diuus Thom. 2. 2. quæſt. 65. art. 2. vbi ſic: *Videtur Moyſes occidiſſe Ægyptium tanquam ex inſpiratione diuina authoritatem adeptus; dicitur Actorum 6, quod exiſtimabat Moyſes intelligere fratres ſuos, quod Dominus per manum ipſius daret ſalutem Iſrael*; Quæ verba ſunt beati Stephani factum Moſis approbantis; ergo à primo ortus ſui inſtanti, vt ſic dicam, eius ingreſſus eſt Deus animam, quod ſatis apparet, ſi quæ mirabilia in eius acciderunt natiuitate conſideres, quæ eruditiſſimè poſt factam patribus de eius principatu reuelationē ſic enarrat Ioſephus vbi ſup. *Oraculo fidem fecit mulieri partus, qua tam facile eſt enixa, vt obſeruatores fefellerit, nihil ſentientes eorum, qua in vulgaribus puerperis ſentiri ſolent, tunc infantulum per tres menſes clam nutrierunt; ſed veritus Amram, ne re deprehenſa, & mox ipſe cum puero, omnique familia ſublatus è medio, promiſſionem Dei faceret irritam: maluit ſalutem filij totam Dei committere prouidentiæ: certam ſpem habens eum prouiſurum, vt oraculi veritatem euentus declararet.* Notanda ſententia, electus enim Moyſes ad tantum munus, & ad illius populi regimē, tam inde ab infantia, voluit Deus, vt totus ſuus eſſet, & à prouidentia tantū ipſius penderet, vt quando poſtea princeps, cæteris gubernaturus, exemplo edoctus ſuo, non ab humana peteret, ſed à diuina prouidentia conſilia ad regendum ſalutaria, ad finem à Deo præſtitutum conducentia, exemplum cæteris præſtans principibus, à quo conſilia, à cuius debeant pendere prouidentia; ſequitur Ioſephus: *Lectulo itaque è papyro contexto, quantus infantulum commodè capere poterat, bitumine illito, ne aqua penetrare poſſet, indiderunt puerum, atque in flumen proiecerunt, eius ſalutem Dei prouidentiæ committentes: in hunc modum cum à flumine deferretur, Maria ſoror eius curſu matris ex aduerſo per ripam deſcendebat, obſeruatura, quò tandem papyraceum illud vas deportaretur à flumine. Hic verò manifeſtè Deus declarauit, nihil humana ſapientia, ſed omnia omnipotenti eius conſici bonitate. eiſque qui propter vtilitatem ſuam, aut ſecuritatem, aliis perniciem moliuntur, quantalibet uiantur diligentia, ſæpè*

Lorin. Caſtro. *Exod. 3. n. 9. & c. 4 n. 12.*

1. Deus in Moſe ab infantia.

Ioſeph. 2. Moſes Ægyptum occidens cur non peccauit.

Liranus. Abul. Auguſt. S. Thom.

3. Mirabilia in Moſis natiuitate. *Ioſeph.*

4. Totus à diuina pendendæ prouidētia etiam ab infantia.

tamen voti compotes haud quaquam fieri. Nil melius; quod si politicorum infima turba attenderet, honesto nunquam bonum anteponerent concupiscibile, neque ex alieno situm captarent damno emolumentum, scirent namque omnia non humana tantum, sed diuina gubernari sapientia, cui infanda sunt eorum consilia, & inuisa, ideo ea dissipante, sæpè non solum ad optatum non perueniũt finem, quinimmo in contrarium cedentia, ipsimet seipsos interimant, qui alios interimere præsumebant, non secus ac Pharao, vt eleganter prosequens Iosephus ait: *Erat filia regis nomine Thermuris, hæc dum lusit ad ripas fluminis cum puellis suis finitans, missis natatoribus, iubet ad se in ripam extrahi; in quo visus infans mirè placuit, quod pro ætate magnus esset, ac pulcher, tanto enim fauore Deus Mosen prosecutus est, vt eum fecerit ab illis enutriri, & educari, qui propter eius nationitatem reliquos quoque Hebræos perdendos decreuerant.* Egregiè, & exemplũ cordi omnium imprimendum potentum, principũ, gubernaculáque obtinentium, vt sciant ipsos contra diuinam nil posse prouidentiam, cum hæc ad suos apprehendendos fines, non eorum indigeat amicitia, sed inimicitia, & tũc eos pro illa pugnare, quando oppugnant, vt sic edocti colla illi submittẽres, potius eligant ei, vt amicos, quam vt inimicos famulari; en tibi Pharao Dei inimicus contra ipsius insurgens prouidẽtiam, sic ei est famulatus, vt illum ipsemet omni studio seruaret, ob quem exteros, vt inquit Ioseph, mãdauerat occidi, immo quod mirum, & mirandum, sic iussit custodire, & ali, vt pretium ipsi soluerent ad sui destructorem alendum, qũod ipse impiè Hebræis pro laboribus negabat; *Accipe*, ait matri Moysis filia Pharaonis, *puerum istum & nutri mihi; ego dabo tibi mercedem tuam*, Exod. 11. 9. Emit suam ruinã, dum tyrannicè ad ruinam impellebat, & suismet diuitiis mortem adsciuit. qui pro illis custodiendis Hebræos occidebat, ò potentiæ imbecillitas humanæ, *iussit Thermuris*, sequitur Iosephus, *Ægyptiam mulierem adduci, quæ infantem lactaret, sed eo non admittente mammam, verum auersante, idque cum alia post aliam adduceretur: tunc Maria soror eius, quasi non dedita opera, sed fortuito spectandum interuenisset. Nihil agis, inquit Regina, dum nutrias infanti adhibes alieni generis mulieres, si Hebræam aliquam accersieres, is forte mulieris mammam admitteret; placuit Reginæ consilium: iussitque vnã quampiam de Hebræis adducere, ea verò communem adduxit matrem, ignotam omnibus, qui tunc aderant, cuius infans auidè mammillam appetere, atque ex penitus inhærere visus est.* Ergo ab infantia, & cum ipso nutricis lacte Deus in animam intrauit serui sui.

5. Politicorũ cõsilia cum damno alterius suum procurantes Deus destruit.

6. Dei prouidentia ad suos fines adequẽdos non amicitia, sed inimicitia vtitur princeps.

Quod, & si verum (tamen mea sententia) tunc specialius, quando vt Regis filius habitus, & regni successor prope vltimum vitæ oris Regis tunc regnantis, post quem ipse erat regnaturus, ab Ægyptiorum sacrificulis, & magis contra Hebræos stimulatus, vt secundum antiquorum edicta Regum ipsos amplius premeret, & affligeret, regnum respuens, successione negligens realem, tyrannidem, & peccatum abhorrens, tunc occasione sumpta; *Negauit*, vt inquit Apost. ad Hebræos 11. 11. 12. *se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem*; quod dixit Basil. hom. 2. in exam. *denique tyrannidis factus perosus, ad suæ gentis contribules recurrit, eorumque humilitatem complexus, præelegit calamitates, ærumnasque cum Dei populo experiri, quam vt temporalia voluptate perfruitus se obnoxium redderet peccato.* Quod autem Moyses illa e domo discessit Pharaonis occasione, quando scilicet contra Hebræos eum stimulabant, & tunc genus pandisse suum, tenet Salianus accuratus huius temporis scriptor in suis annalibus ad annum mũdi 2505. Mosis verò 40. & Cornelius à Lapide, in loco Pauli supra adducto, qui affert pro se authoritatem quandam Theodoreti apud quẽ inuenire non potui; præclara ergo illa confessio, magnanima illa tegni contemptio, animus contra impios inuictus, abiectionis Christi complexio, nõnne omnia Dei indicant præsentiam, ac in illam sanctissimam animã tunc specialem illapsum; ob quod merito à Theodoreto lib. 2. de Principiis, paulò post medium, oceanus appellatur Theologiæ, probãs enim antiquiorem extitisse Mosen omnibus Poëtis; vti Orpheo, Homero, cęterisque etiam Philosophis, expleto eorum calculo, sic ait; *Cur non quasi his omnibus relictis, ad Musem oceanũ Theologiæ transimus, à quo, vt poëtice dicam fluuij omnes, & maria omnia deriuãtur, illinc enim & Anaxagoras, & Pythagoras, Platóque post eos, parua quædam veritatis lumina, quadamque initia desumpserunt, Socrates quoque, qui Archelao, Anaxagoraque connixus, ab eis didicit quæcunque de Deo alijs ipse tradidit, Moses verò nequaquam secutus hominum rationes, sicut illi fecerunt, sed clarissima Dei voce perdoctus, theologiam nobis conscripsit.*

Salian.

Cornel.

8. Pelagus extitit Theologiæ.

9. Omnium antiquorũ Philosophorum antiquior, atque omnes ac ceperunt.

7. Moyses quando domum reliquit Pharaonis.

Et steterit contra reges iniquos, &c. Græcè, *& restitit regibus terribilibus in portentis, & signis.* Rex vnus fuit Pharao, sed (vt bene Lorinus) intelligantur etiam Principes Pharaonis, corã quibus editæ sunt plagæ. & contra quos etiam Moyses steterit tanta potentia, vt etiã si ipse pauper, tunc & subditus, illum timeret Princeps Pharao, non ipse illum, sic potens est iustitia, sic omnipotens qui virtute præditus, de qua re vide in altero hom. 35.

In Portentis, & signis Isidorus 1. ethymolog. c. 52. Portentum definit à portando, *Portenta*, ait, *dicta perhibent à portando, id est, præostendendo, ostenta, eo quòd ostendere futura aliqua videantur.* Vnde hæc vox coincidere videtur cũ illa *prodigij*, cum prodigium (vt definit Beda, & Glossa in cap. 2. Actorum n. 59.) est, *quod porrò dicit*, id est, quod significat aliquid; quæ omnia simul definiens August. 21. de Ciuit. c. 8. sic ait; *Monstra sanè dicta perhibent à monstrando, quod aliquid significando demonstrent, & ostẽta ab ostendendo, & portenta à portendendo, id est, præostendendo, & prodigia quod porrò dicant, id est, futura prædicant.* Vnde Origen. tom. 9. in Ioan. Prodigia ait esse, *quæ præter opinionem fiunt, & humanam consuetudinẽ excedunt.* vnde bene August. vbi sup. asserit, Portenta, siue Prodigia, non esse contra, sed supra naturam.

Isidor.

10. Portentum quid.

Beda.

11. Prodigium quid.

August.

12. Monstrum quid.

Origen.

Signum autem est, *quo aliquid significatur*, cum hac tamen differentia à Portento, siue Prodigio, vt hoc, vt inquit Hugo Cardinalis, *in*

13. Signum quid.

Hugo.

magnis sit in cælo, illud autem *in parvis & in terris*; sed vt bene Lorinus in Act. c. 2. n. 19. apud Iudæos signa dicuntur miracula, quia peti solita vt indicia virtutis Dei, quod Scripturæ exéplis ipse probat, & hoc modo hic accipienda sunt pro miraculis scilicet, & portentis, quæ Moyses est operatus coram Pharaone, eiusque principibus ex mandato Dei, ad populi liberationem, factus à Deo, & constitutus ipsius Pharaonis Deus, iuxta illud Exod. 7. n. 1. & hoc quando amplius suam Moyses recognoscens indignitatem contra Pharaonem se stare posse desperabat, quod acutè tractans Rupert. lib. 1. c. 26. sic ait; *Quoniam tu mitissimus virorum, pro tam glorioso negotio cum Pharaone dimicare, & cum regibus confligere te indignum ducis, atque hoc modo vsque ad nouissima terræ te deprimis, ecce ego sustollam te super altitudinem nubium, faciamque te ipsum Deum, non quẽ ille fideliter adoret, sed quem seruiliter formidet, vt imperes aquis pro potestate Dei, vt ranas crees, vt imperes terræ, ac cineri, faciásque in Rege, & exercitu eius cinifes, & vesicas, imperes aëri, & pestem valde grauem generet, imperes igni, & cum grandine mixtus feratur super peccatores, ita imperando elementis Deus eris Pharaonis, & quia Pharao cum eiusmodi Deo saltem loqui non est dignus, Aaron frater tuus erit Propheta tuus, plagas quas in facies pronunciaturus, siue tanquam minister illaturus.* Egregiè, vbi notandum non ante Mosem Deum factũ Pharaonis, quam ab ipso expulsum, & pro nihilo habitum, ac Dei sic mandatum contemptum, vt afflictionem afflictis ipse addens tyrannus, saltem laterum pensum exposcebat sublatis paleis, quod prius, multiplicatis in populum flagris, ita vt ad desperationem iste adductus contra Mosem clamaret, *Fœtere fecisti odorem nostrum coram Pharaone*, Exod. 5. n. 21. *& seruis eius, & prabuisti ei gladium, vt occideret nos.* At tunc quando iste in superbiam elatus, humilem despexit, iste in Deum ipsius est effectus, vt semel apprehendant Principes, Politicique superbi, humiles non despicere, Dei monita non spernere, iustitiam exercere, scientes illosmet in Deũ terribiles passutos, & aërẽ, cælum, terrámque contra eos immutaturos, si contra fecerint, monitáque non audierint.

Exo. c. 7. n. 1.

Rupert.

14. Moyses tunc a Deo exaltatus, quando amplius humilis.

15. Pharao indignus & si Rex vt cum Mose loqueretur, ideo Aaron Moysi adiungitur.

Exod. 5. n. 21.

16. Dei seruus tunc in Deũ assurgit hominumquãdo amplius ab illis despicitur.

At non erit abs re inquirere, cur Pharao Moysi non credidit, & vnde cor indurauit, quod eius indurationis instrumentum? mirum quippe videtur, hominem ratione præditum, voluntate flexibilem, tot visis signis, tot aspectis portentis, non mutari, non emolliri, immo obdurari, & tanquam si non carneum, sed ferreum posslideret cor, ad ictus constipari, & obdurescere; qualis ergo huius rei causa sic potens, vt contra Deum militans potentior apud Pharaonem ipsa extitit Dei (vt sic dicam) omnipotentia. Qualis ergo alia nisi nequissimorum societas? nisi scelestorum improbitas? nisi infidelium impietas? quos accersiit, & in consiliarios adhibuit, à quibus dementatus, Deo non credidit, vnde se, suáque postea perdidit; quod explicuit sanctus Apostolus 1. ad Tim. c. 3. n. 7. De talibus loquens impiis, elatis, superbis, blasphemis, tandém (vt ipse loquitur) *Speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes*; de istis enim affirmat, sic veritati

17. Pharao vnde cor indurauit, & cur Moysi non credidit.

2. ad Timoth. 3. n. 7.

18. Mali consiliarij ingnotum, & regum causa obdurationis, ac destructionis.

Philo.

A resistere vt Moysi sanctissimo Iamnes, & Mãbres Pharaonis magi, *Quemadmodum autem* ait, *Iamnes, & Mambres restiterunt Moysi, ita hi resistunt veritati*; Quod luculenter vt assolet, explicans Philo in vita Moysis sic ait; *Sophista Magique quoque aderant, quod vos terret, inquiunt, nec nos sumus rudes talium artium, & nos talia patrare possumus; deinde cum quisque suam virgam proiecisset, multi dracones circa primum illum sinuosis orbibus volubant, ille verò erecta cervice, immani hiatu, non aliter quam obrectos pisces circumquaque petitos absorbuit, atque in deglutites in pristinam virga naturam reddidit*; Fecerunt ergo isti pessimi ad instar Moysis sanctissimi signum, quod & similiter in sanguine, & ranis præstiterunt; quid ergo mirum, si obdurans nõ credidit, si fallacia ei amici præstiterunt ad' dẽfideriũ eius amplius conducentia. Moyses sanctissimus vera, & diuina producebat signa ad liberationẽ populi, quod contra Pharaonis erat beneplacitum, sui amici falsa, & diabolica, at secundum eius sensum, ad detentionem scilicet populi, quid mirum si amplius istis crederet, si eum dementarunt, quia ei assentiebantur, vt hinc discas vnde perditio emanet Principum, vnde ad malum eorum obstinatio, vnde tandem ad Dei monita obduratio, dementatur à magis, à sapientibus non secundum spiritum, sed secundum carnem, & quod pudet dicere à viris speciem præ se ferentibus sanctitatis, qui placentia loquentes ad sensũm non ad virtutem, non consulunt, sed assentiuntur, hinc eorum ruina, hinc status perditio.

B

C

At si non ad politicos, sed ad hæreticos ista traducere velimus, vt tradit Chrysost. hom. 8. in epist. 2. ad Timoth. duo præclara inde elicere possumus documenta. Primum, vt, quod hæretici sint non miremur, iam inde à principio hoc nascentis extitit Ecclesiæ, vt inquit Sanctus. *Si quis nunc indignatur*, ait, *quod hæretici sint, consideret eos à principiis, atque primordiis fidei erupisse, diabolo semper veritatis mendacium clam inferre moliente*, quod exéplis probans sic sequitur, *promiserat initio Deus primis hominibus bona, accessit diabolus promittens itidem bona: plantauerat Paradisum Deus; seduxit hic dicens: Eritis sicut dij, & qui rebus nil poterat, verbis promittit ingentia; post fuerunt Cain, & Abel, deinde filij Dei, & filiæ hominum, postea Cham, & Iaphet, Abraham & Pharao, Iacob & Esau, Moyses & Magi, Propheta, & Pseudoprophetæ, Apostoli & Pseudoapostoli*; nam diabolus Simoni Petro, Simonem opposuit Magum, Iacobo maiori Philetum, & Hermogenem, Ioanni Euangelistæ Apollonium Tyraneum, & Paulo Barieſu, qui & Elimas Magus, vt habetur Act. 13. n. 8. & tandem Christo sanctissimo opponet Antichristum, vt verum sit quod concludens ait Chrysost. nunquam defuisse, *qui mendaciũ veritati latenter insereret.*

Chrysost. 19. Hæretici semper in Dei Ecclesia, vnde nõ mirandum ipsos extare.

Secundum documentum est, istos falsis non veris decipere dogmatibus, & à sancta educere Scriptura dracones, hoc est argumenta, & versutias, sed falsos, dementatos, ab arte editos diabolica, quos Christus sanctissimus eadem prorsus Scriptura illudit, ac deuorat, & ad nihilum redigit, tum per se vt in die tentationis, tũ per ministros Ecclesiamque suam, isti enim

20. Falsis decipiunt argumentis.

Digitized by Google

peruersi, & sceleſti, hominum nomine *Magi*, hoc eſt diabolica, ac ſathanica *imbuti* ſophia, ſeu potius ſophiſtica, à Deo ſanctiſſimo permittuntur in ſupplicium, iuſtáque peccatorum pœnam, vt ſcilicet eos tantum dementent, ac decipiãt, qui peccatis onerati veram, orthodoxámque fidem amittere merentur, vt grauiter diuus adnotauit Chryſoſt. vbi ſup. exponens illa verba Pauli; *Qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis*, vbi Chryſ. *vides vnde illæ quoque faciles ad fallendum ſunt? à peccatis, ex eo ſcilicet quod nihil boni ſibi ſunt conſcię*; hoc dixerim, vt quæ ſit Hæreſiarcharũ intelligatur permiſſio, & cauſa, & ne quis de fide tantum glorietur; excidet enim ab illa ſi peccatis oneretur, quæ dum abundant ad falſos aures apetiunt ſenſus, falſáque dogmata, hæc veris anteponentes, quia ſecundum carnem, quia placentia, quia mollia, ſic eorum exigentibus peccatis, in dies obſtinatiores, & in malitia ferrei, non ſecus ac impius Pharao dementatus à Magis, ideo quia iniuſtitia preſſus, auaritia obſeſſus, cupiditate tentus, emolumento obcæcatus nolebat indemnem populum dimittere, ſed iniuſtè opprimere; hinc merito à falſis deceptus ſacerdotibus, (vt aliqui volunt Magos fuiſſe) falſa veris præferens ſignis, ſic factus eſt demens, (quod mirandum) vt ne veritati obedire impelleretur, plagam plagæ adderet, ſanguinem ſanguini, ranas ranæ, ſupplicium ſupplicio, vt rectè obſeruauit Theodoret. quæſt. 18. in Geneſ. *Dum puniretur*, ait, *Ægyptiorum rex, non fuit contentus plagis à Deo illatis, ſed præcepit incantatoribus vltionem agere, ſtaque per eos Deus illum affligebat, quaſi verò dixiſſet, quia plectit te delectat, tuorum etiam ſeruorum operate caſtigabo, & per tuos te plectam*; vt hinc diſcas, quàm potens ſit hominũ malitia, quamuis cæcus homo ſemel in peccatis obduratus, vt contra ſeipſum militans, ipſemet ſit ſui cruciator, ipſe ſua ſibi parat ſupplicia, non ſecus ac Pharao qui Dei plagis, & ſuorum addidit Magorum contra Moyſen obduratus, qui vti forma prælatorum, validè omni indutus fortitudine contra ipſum ſtabat, vt iam dicemus.

22. Quos permittit Deus vt decipiãt.

Chryſoſt.

Theodoretus.

22. Quanta obſtinati cordis dementia.

HOMILIA XXV.

Propria prælatorum virtus fortitudo.

STetit contra reges horrendos, de Moyſe noſter ait Sapiens, tunc quando princeps, & præſul populi factus, plus huius, quam ſuam faciens ſalutem, regiam non æſtimans poteſtatem, regales non ſuſcipiens Sattapas, & qui prius, quando ſubditus ſic mortis timidus extabat, vt Ægyptum fugeret, Exod. 2. n. 14. poſtea præſul effectus ſuorum charitate ardens vltro ad mortem ſe ingerit, vt præclarè adnotat Chryſoſt. ſic dicens; *Moyſes ille ipſe fugitiuus, & vnius viri minas ſuſtinere nõ valens, melle charitatis ſemel guſtato, nemine cogente mori pro ſuis feſtinabat.* Prælatis ac Eccleſiæ Chriſti præſulibus formam præbens, quali debeant inſtructi eſſe virtute, qualique fortitudine, ea ſcilicet, vt regibus, vt principibus, vt horrendis ſe opponant tyrannis, tanquam eorum

1. Moyſes ſubditus timidus prælatus fortis.

A proprium, peculiaréque officium; vnde ſi eis aliquando timor, hic non pro ſe, ſed pro ſubditis, ex quo non ex eo ipſi timidi contra potentes, immo fortiores, animoſioréſque.

Mirum, timet Iacob fratrẽ Eſau ſic, vt quaſi extra ſe fiat, & tamen poſtea accedente fratre ſic intrepidus obuiam illi exiit, vt ſolus vellet accedere, non ſociatus, Geneſ. 33. n. 1. *Eleuans oculos ſuos vidit venientem Eſau, & cum eo quadringentos viros, & ipſe progrediens adorauit prono.* Vnde ergo ei tantus animus, vnde nunc tanta audacia? dices ex lucta, ex viſione Domini, ex Angeli præſentia, verum, ſed aliam ego ſuſpicor etiam rationem, ex timore ſcilicet reſumpſiſſe vires, audaciam, quia & ſi timuit, nõ pro ſe, ſed pro familia cui ipſe prælatus, ſic enim ait c. 32. n. 11. *Erue me de manu fratris mei Eſau, quia valde eum timeo, ne forte veniens percutiat matrem cum filiis*; En cauſa timoris? non ſui bonum, ſed ſubditorum, hinc audax, hinc animo valens, timor eum ipſe armans, vt ſic dicam, & ad prælium accingens, quia talis timor non ex amore ſui, ſed ex charitate ſubditorum; quod eleganter exprimens Chryſoſt. hom. 33. in epiſt. ad Corinth. ſic ait; *Vide*, inquit, *vt timidus ille charitate ſuſcitante, leone quouis animoſior euadat, velut propugnaculum enim quoddam ſeipſum ante cæteros locans, paratus erat ferrum illum, & minas quemadmodum ſuſpicabatur, ſpirantem excipere primus, & ſuis ipſius corpore parare vxoribus ſalutem, & quem domi timebat, intueri primus in acie ſtudet.* Hæc extrema adnoto verba, domi timebat Iacob Eſau, ſic vt maluerit profugere, quàm in domo habitare paterna; cur ergo nunc etiam valdè eum timens, non profugit, ſed occurrit? ſanè ea qua diximus ratione, quia primus timor erat ſui, non ſuorum, ſecundus ſuorum, non ſui, primus ſubditi non prælati, ſecundus prælati non ſubditi, hinc effectus prioris fuga, ſecundi animus, & irruptio, timent prælati Reges, timent tyrannos, non ſe pro muro opponunt, ea quippe eſt ratio, quia ſibi timent, non ſuis; hinc animo fiunt imbelles, ac in correptione viles, peccata eorum diſſimulantes, correptionem negligentes; nam ſi ſuis timerent, non ſibi, vti Iacob leones fierent non lepores, hinc poſtea eorum deſtructio, omniſque conſumptio.

2. Timor in prælatis audaces eos facit non timidos. *Geneſ.* 33. n. 1.

C. 32. n. 11.

3. At hoc quãdo non ſibi ſed ſuis timent.

Chryſoſt.

Attende, timens ſibi ſuperior, ne ſua perdat, ne honores amittat, ne patiatur in bonis, ob quod diſſimulat cum potente, contra iniquitatem non irrumpit, ſicut debet, quid inde? iuſto Dei ſit iudicio, vt illa amittat, neque cum illis perdat; pulchram huius rei ſanctus dat Aug. rationem 1. de Ciuitate, c 9. tom. 5. nam cum Deus ob peccata, quæ reprehendere debebat prælatus, peccatores illos deſtruat potentes, nónne ſimul & prælatos deſtruet, à quibus illa ipſi habebant bona, vnde ſicut peccatores eorum bonis ob peccata priuat partata, ſic prælatos ob correctionẽ amiſſam, vilémque, quem in peccatores habuerunt animum; dum ob metum, ob reuerentiam eos admonere deſiuerunt, ediſſerens enim ſanctiſſimus patet, quare Chriſtiani tantas calamitates patiebantur, & ſi boni, ſic ait; *Quis tandem facilè reperitur, qui eoſdem ipſos propter quorum horrendam ſuperbiam, luxuriam, & auaritiam, atque execrabiles*

4. Prælati vnde principes timent, cõſque non audent reprehendere.

5. Ob hoc & ſe & ſua ſimul amittent.

Auguſt.

iniquitates, & impietates, Deus ſicut minando A *prædixit, conteret terras, ſic habeat vt habendi ſunt, ſic cum eis viuat, vt cum talibus viuendum eſt, plerumque enim ab eis docendis, admonendis, aliquando etiam obiurgandis, & corripiendis malè diſſimulatur, vel cum laboris piget, vel cum eorum os coram verecundamur offendere, vel cum inimicitias denitamus, ne impediant, & noceant in iſtis temporalibus rebus, ſiue quas adipiſci adhuc appetit noſtra cupiditas, ſiue quas amittere formidat infirmitas: iure ergo cum eis temporaliter flagellatur, iure iſtam vitam quando diuinitus affliguntur cum eis amaram ſentiunt, cuius amando dulcedinem peccantibus eis amari eſſe noluerunt.* Egregiè, dulcedinem huius vitæ prælati amant, ob eam peccantibus magnatibus amari eſſe nolunt, in amaritudinem eorum B rediget Deus animas, & in ipſorum bona irrumpet, quia ipſi contra potentis faciem irrumpere neglexerunt.

6. Prælatorũ fortitudo, & cum nos pro ſubditis eram cum Deo debet eſſe.

Quidnam aliũ quippe prælatorũ contra potentes pro ſuis commiſſis deberet eſſe feruor, talis fortitudo in admonendo corripiendóque, vt nullam extimeſcentes perſonam, nullam maieſtatem, audacter, nõ ſolum cum hominibus, ſed cum Deo ipſo præſumerent, non enim hoc moleſtè ferret Dominus, immo gratiſſimè excipiet zelum, feruorémque excuſans charitatis. Abrahami zelus hoc confirmet dictũ, qui & ſi cinerem, & ſi puluerem ſe agnoſcebat, tamen ab ore Domini cõſummationem Sodomę perſentiens zelo, & amore conſobrini armatus cuius ille erat caput, audet, & ipſum admone- C re Dominum, reputans (& ſi inſcitè) interfecturum ipſum iuſtum cum impio ſimul, Geneſ. 18. n. 25. *Appropinquans Domino, ait, nũquid perdes iuſtum cum impio? abſit à te vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, ſitque iuſtus ſicut impius, non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc.* Pende ſingula, & cogita quid amplius Abraham dixiſſet ſi cum homine non cum Deo loqueretur; merito certè exclamans Chryſoſt. hic ait; *O quanta iuſti fiducia, immo ô quanta animi cõpaſſio, quodammodo compaſſionis ebrietate grauatus neſcit quid dicat, quid facis ô beate Patriarcha? quid opus habet tua exhortatione Dominus, vt ne hoc faciat?* ſanè opus Dominus non habebat, ſed amor, & zelus pro Lothi ſalute illum non ſinebant, quem ſaluare intendens, ſic eius extra ſe fit charitate, vt contra ipſum audeat Dominum, admonens de iuſtitia, corrigens de rigore, *Non enim*, ſequitur Chryſoſt. *quaſi Domino hoc facturo dicit, ſed quia manifeſtè propter fratris filium dicere non audebat, communes pro omnibus facit preces, volens cum aliis & hunc ſeruare, & cum hoc etiam alios eripere.* Egregiè, ſciebat Dominum non iniuſta agere poſſe, finxit tamen impoſſibile, vt pro fratre ſtaret, vt populum liberaret; quid quæſo putandum hic ſanctiſſimus effecturus cum homine & ſi potente, ſi verè iniuſtum illum cerneret, quando cum Deo ſic extitit audax? Exemplum hoc ad prælatos loquitur, eos increpans, confundens, qui ſupremæ Maieſtatis oppreſſi reuerentia, non audent miſeri ſe opponere ac pro muro contra eorum ſtare iniuſtitias; opprimuntur pauperes, tacent, grauantur populi, ſilent, ruit iuſtitia, obmutescunt,

7. Abrahami animus cũ Deo vnde. *Geneſ.* 18. *n.* 23.

Chryſ.

vnde tanta timiditas? profecto quia non feruent charitate, quia ea quæ decet non præditi ſunt fortitudine.

Quæ profecto ſic propria eorum eſt virtus, vt nil ſic ſibi imputandum timere debeant quã quod vt ſine ea cognoſcantur, reputentúrque homines timidi, & contra magnates & dynaſtas non audentes. *In tempore illo* (ait Scriptura 3. Reg. 14. n. 1.) *egrotauit Abia filius Ieroboam, dixitque uxori ſuæ, ſurge & commuta habitum, ne cognoſcaris quod ſis uxor Ieroboam, & vade in Silo, vbi eſt Abias Propheta, qui locutus eſt mihi, quod regnaturus eſſet ſuper populum hũc, ipſe enim indicabit tibi, quid euenturum ſit puero huic.* Vnde, aut cur vt mutet habitum præcipit? nónne amicus, & qui nuntiauerat ei bona? ſanè, ſed vir præpotens, ac Rex indigna de ſanctiſſimo Propheta concipiens, putauit ob dignitatis præſtantiam ipſum veritatem celaturum, *Quia timebat*, inquit Lira. *ſi eam agnoſceret, negaret reſponſum, vel veritatem celaret;* at quid? ſanctus Propheta hanc non ſuſtinens iniuriam, ſic ea offenſum ſe æſtimauit, vt vix mulier in oſtium pedem infixit, ac ipſe, & ſi cæcus, clamans ait, *ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te eſſe ſimulas?* cur quæſo verum non dixit, ſimulans etiam & ipſe? poterat equidem, ſi vellet; ſanè, at quia indignum iudicauit Dei illud eſſe Prophetæ, indignúmque, vt homines de illo eam vilem conciperent opinionem, quaſi Regem, & maieſtatem contra veritatem ſuſcepturus, maluit vitæ ſubire diſcrimen, quam palàm ac apertè ipſam non increpare Reginam, & per eam ipſum Iſraëlis Regem. *Caligans oculis Propheta ſenex*, ait Theodoretus apud Gloſſam, & *intus ſedens venientem ſenſit eminus, & mittens miniſtrum breuiter iuſſit eam ingredi tanquam iniucundum audituram.* Verbum adnotãdum poſtremum, aduocauit non tanquam iucundum, ſed iniucundum audituram, faciem non extimeſcens Reginæ, authoritatem non ſuſpiciens regiam, exemplum prælatis in hoc præſtans, qualiter ſe in Dei cauſa cum potentibus, qualiter cum regibus præſtare, immobiles ſcilicet fortes, adamantinos, ſic vt ſi cauſa eguerit, non ſolum verbis, ſed factis reſiſtant, ad ſanctiſſimorum exemplar Pontificum; Innocentius enim tertius, vt refert Bern. Zane in orat. in Concil. Lateranenſ. habita ſub Iulio 2. tomo 3. Concilij apud me pag. 541. ab Ottone 4. imperium abſtulit, tanquam homini de Eccleſia malè merito. Honorius 3. eadem ratione Fridericum 2. Innocent. 4. Fredericum 3. Bonifacius 8. Philippum Galliæ regẽ è regno exturbauit, Ioannes 22. Bauariæ ducem Schiſmaticum, & Eccleſiæ Dei rebellem declarans in ſummas eum redegit angustias, vt videas quam Pontificum, quam Dei Eccleſiæ præſulum propria ſit fortitudo, propria animi conſtantia.

8. Prælato nil ſic timẽdum ac timoris, & formidinis oſtẽſio. 3. *Reg.* 14. *n.* 1.

Liranus.

Theodoret.

Bernard. Zane.

9. Pontifices qui Reges è regno exturbarunt.

Quæ, & ſi Regibus amara, venerabilis tamẽ, & tandem, tandem ab eis ſic ſuſcepta, vt contra cæterorum aſſentationem ſummè eam faciãt, cæteríſque hominem præferant conſtantem, quod in facto iſto Ieroboam adnoto, cur enim ad Abiam Dei Prophetam miſit, & nõ ad ſuos qui infiniti? Mendoça è Societate Ieſu, noſtra ætate in exponendis Scripturis vir ſanè admirabilis, & abſque inuidia merito cum antiquioribus

10. Præſulum animus, ac conſtantia tandem Regibus æſtimabilis.

Mẽdoça.

Digitized by Google

12. Ieroboam curat Abias adire Dei Prophetã, & non ad ſuos, de infirmitate filij conſulturus.

ribus comparandus in c. 3. 1. Reg. n. 11. poſitum. Iterùm n. 17. eam dat rationem, quia ſcilicet, fauſta ei Abias nunciauerat, regnum

Quaſi alios Prophetas audire nollet, quam eos qui ſibi fauſta, & felicia præſagirent; Ex quo piiſſimus pater conſuetudinem taxat eorum, qui prædicatores aures delectantes eligunt, qui eos adeunt confeſſarios, qui ſecum mitius agant, & ad inſtar Ieroboami eos conſulunt Doctores, qui dubias conſcientiæ quæſtiones, non tam ad veritatem, quàm ad commoditatem conſulentis interpretantur, quod his temporibus peccatis ſic exigentibus noſtris, & vidimus, & ingemiſcimus; at ad rem noſtram proprius Abulenſ. in eodem præfato Reg. c. quæſt. 7. quia de idolorum Prophetis non bonam conceperat opinionem, vera ſcilicet dicere; vnde cum verum ſcire appeteret, non ad ipſos, ſed ad Dei Prophetam accurrit; vnde Abulenſis, *Ieroboam volebat quærere ab illo Propheta, de quo certior eſſet quòd verum ei diceret, ſed non credebat aliquem Prophetam eſſe tam veracem, ſicut Abias Silonites erat, ideo miſit ad eum.* At cur nullum credebat eſſe ſic veracem? Reſpondet Abulenſis, *Nam Prophetæ idolorum falſa loquebantur*, quod quidem ipſum non latebat. Ergo, & ſi Abias verus Propheta, veráque dicere debebat, ex quo etiam Ieroboamo infenſus, ob quod illum timebat, vt idem affirmat Abulenſ. quæſt. 3. tandem ad momentum neceſſitatis peruentum, veritas ſuſcepta, aſſentatio repudiata, fortitudo exaltata, imbecillitas depreſſa. Quod apertius confirmatur ex verbis illis, quæ Valentinianus Auguſtus Ambroſio liberè cum illo loquenti, vt ſcribit Baronius in Ambroſij vita; *Nouis iam pridem* (ait illi Imperator) *tuam in loquendo libertatem, qua exploratè cognita, non modo tuæ in Epiſcoporum ordinationi non reſtiti, verum etiam & ſuffragatus ſum*; Digna tanti Imperatoris ſententia, ex qua non ſolum præſulum libertatem magni æſtimatam elicitur, ſed quo animo eam ſuſcipere debeant Principes manifeſtè indicitur; cum ſi bene attendant, tunc Epiſcopi, tunc ſunt verè præſules, quando pro ouibus ſibi commiſſis firmiter ſtant, ipſiſmet regibus, qui etiam eorum oues, pro ipſorum met ſalute obſiſtendo, eos liberè ſi opus eſt increpando; ſic vt & ſi in ipſos ſint benefici, ſi amiciſſimi, ſi in ſummo eos habeant honore, ſi tamen peccatores, ſi in ſubditos iniqui, non vt Principes amici, ſed vt inimici habendi.

Baron. 13. Valentinianus Imperator Ambroſij libertatem dignè ſuſcepit.

Pulchrè hoc denotatur in illis Eliæ verbis, 3. Reg. 21. n. 21. quando de morte Naboth Achab reprehendens, ſic iſte illi; *Num inueniſti me inimicum tibi?* ſeu, vt alij legunt, *Num inueniſti me inimice mi?* id eſt, vt ait Lira. *Nunquid inueniſti me talem quod deberes mihi inimicare?* cui ſanctus Propheta, *inueni, eo quod venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu Domini.* En inimicitiæ cauſa Prophetæ cum Rege; honorabatur Elias ab illo, ſupra cæteros eum extollebat Prophetas ſuos, adeò, vt etiam eos ſineret ab eo occidi, & tamen aperte eum ſuum eſſe inimicum Sanctus affirmat, non quidem aliunde niſi quia peccator, & peccatis venundatus, ob id inimicus, & ſi Rex, & ſi Princeps, quia alta indutus mente, vt pulchrè Chryſoſt. hom. 8. ad populum Antioch. tom. 5. non ſpectabat exteriorem regis apparentiam, ſed interiorem, vnde Chryſoſt. *Eliæ non ſpectabat diadema, & exteriorem regis apparentiam, ſed animam pannoſam, ſqualentem, ſordidam, & omni re miſerius affectam reſpiciens, & ipſum intus captum eſſe vitiorum ſeruum, ipſius principatum contempſit, etenim tanquam in ſcena, ſed non in veritate regem ſibi cernere videbatur, nil talium faciens amicitiæ*; nam vt altè Ambroſ. in obitu Valentiniani, *felicius*, ait, *Epiſcopos perſequuntur Imperatores, quàm diligunt.* Sic equidem ad huius inſtar deberent eſſe prælati offerente ſe occaſione, non amicos, ſed inimicos Principes æſtimantes, quando peccatores, quando peccatis venundati; quod quidem animaduertendum; non enim dixit, inueni te inimicum, quia malum facis, *ſed eo quod venundatus ſis, vt faceres malum*, id eſt ſic malis, & peccatis ex addictus, ac ſi viliſſimum mancipium; & ita re malitiæ tradidiſti, ac ſi eſſes ei venundatus, ita vt non aliter facere poſſes, quam quod ipſa iubet, & præcipit, quod prorſus deploratorum eſt hominum; hoc dixerim, vt in quo caſu, cum regibus illud agendum, & quando à prælatis, vt inimici habendi, quando ſcilicet res eſt deplorata, quando ad ſummum iniquitas proceſſit, vt ſic libertas teneatur, vt prudentia, diſcretióque non amittatur; immo, & in reprehendendo reuerentia, quod adnotauit Procopius in illis verbis Samuelis 1. Regum 15. num. 6. ad Saulem, *Sine me, & indicabo tibi quæ locutus ſit ad me Dominus*, vbi Procopius, *quanquam Propheta ſit, tamen Regem alloquturus liberè loquendi copiam petit.*

Ambroſ. 15. Epiſcopi ſelicius à principibus perſequuntur, quàm amantur.

16. Quid eſt peccatis venundatum eſſe.

Procop. 17. Reges cum reuerentia admonendi.

Fortes ergo debent eſſe prælati, conſtantes, imperterriti, quod ſic proprium eorum, vt ad ſupremas recuſandas dignitates vnam illam tantum ſapiens Sidrach attulerit rationem, difficultatem ſcilicet faciem non extimeſcere potentis, vnde ait; *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, vt ponas ſcandalum in æquitate tua*, Eccleſ. c. 7. n. 6. adnoto illud *niſi* quaſi licita iudicij procuratio ſi virtutem in ſe quiſque ſenſerit contra iniquitatem, faciémque potentis, ſic Gloſſa hic; *Debet quiſque* (ait) *proprias virtutes perpendere, & pro quantitate virium curam aliorum ſuſcipere, ne eum delectatur loco gloriæ fiat ſubditis author ruinæ.* At quia rem ſic difficilem æſtimat hanc ſapiens, vt penè in nullo reperiatur hominum, ideo ſuadet cuilibet ne iudex fieri velit; hinc quia paruulum ſe recognoſcebat Hierem. contra potentem ſtare non audentem officium recuſat prælationis, clamans, dicens, *A, A, A, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum*, c. 5. n. 6. quaſi diceret, vt inquit Cornelius, præ pueritia neſcio loqui res tantas, & præ timore puerili non audeo apud viros, & principes, quæ excuſatio, hic Deo rationabilis viſa, vt electionem eius amplius confirmans, vt fortior

18. Difficultas regiminis vnde.

Eccleſ. c. 7. n. 6.

Gloſſa.

Hierem. 5. n. 6.

19. Hieremias vt officium recuſat prædicationis.

12. Ieroboam curat Abias adire Dei Prophetã, & non ad ſuos, de infirmitate filij conſulturus.

Abul.

13. Specularium peſſimus mos in conſultoribus exigendis.

Iuan. 14. Principes quãdo Deus irritatur, & publici peccatores, vt tractari debeant a ſanctis præſulibus.

3. Reg. 21. n. 21.

munus subiret, certiórque existeret idoneum esse ad illud, ipsúmque affirmat valentiorem futurum, robustiorem, ac omnibus principibus fortiorem n. 18. *Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, super omnem terram Regibus Iuda, Principibus eius & Sacerdotibus, & populo terræ.* Illis eum characteribus prænotans, quibus bonus insignitus debet esse prælatus, omnibus summam experimentibus fortitudinem, vnde non simpliciter dixit dedi te in ciuitatem, in columnã, in murum, sed in ciuitatem munitam, columnam ferream, murum æreum; qui, vt diuus ait Hieronymus; *Nulla violatur rubigine, nec cæsus imbribus deperit, sed vetustate fit fortior.* Vt inde discant omnes, quam difficile munus sit prælationis, & quod nisi Deo adiuuante, immo munera infundente, impossibile eius onus vt humeris portetur humanis, cum non contra quoslibet standum, sed contra potentes, mundique Deos, vnde, qui illud ambiunt iuxta sapientis dictum, certè in se animum, vires, potentiam intelligere debent contra illos, valentioremque eis se faciem habere. Attendant hoc qui non vocati se intrudunt, quantumque pondus supra se iniiciunt prælationem ambientes; voluntariè enim se contra reges, dynastas, principésque stare promittunt, vnde si à promisso deciduntt, sciant infinitum supra se intendere iudicij grauamen, cur enim prælatos fieri ambiant, si hoc non intendunt? an primam illam cathedram suscipiunt, vt quæ honoris sibi, quæ oneris aliis desinant? hoc quippe his videmus temporibus, & lamentamur, quando prælati Episcopatus onere aliis dimisso, ipsi otio, ne quid dicam peius, vacant, hos quidem meretricibus sanctus comparauit Pontifex Damasus epistola 4. decret. quæ habetur 1. tomo apud me pag. 388. reprehendens enim eorum Episcoporum abusum, seu inertiam, qui Chorepiscopos ordinantes curam eis relaxabant, vt in otio ipsi viuerent, sic grauissimè ait; *Quidam Episcoporum propter suam quietem eis plebes suas committere non formidant, & ipsi in sua quiete torpent; hi namque qui talia præsumunt, videntur mihi esse meretricibus similes, qua statim vt pariunt infantes, aliis nutricibus tradunt educandos, vt suam cuius libidinem explere valeant; & isti infantes suos, id est populos sibi commissos, aliis educandos tradunt, vt suas libidines expleant, id est vt pro suo libitu sæcularibus curis inhient, & quod vnicuique visum fuerit, liberius agant; pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi crescunt, hæreses, & schismata prodeunt, Ecclesia destruuntur, sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt*; Vox hæc, vox Dei, experimento comprobata, visu percepta, & tamen neglecta; non quidem hoc Episcoporum Christianorum est, sed vt sanctus Hieremiæ muros esse æneos, columnas ferreas, ciuitates munitas, defensione, sustentatione, repulsione inimicorum, non quæ sua, sed quæ populi curantes, non tua, sed quæ Dei contra quoslibet defendentes; Pulchrè Ambrosius Valentino Imperatori, eiusque matri Iustinæ templum dari Arrianis petentibus fortiter resistens, cum proceres, ac tribuni insisterent, allegantes Imperatorem suo vti iure cum terra, solúmque eius esset, sic ait, *Si Imperator à me petat quod meum est, id est fundum meum, argentum meum, non recuso, quanquam omnia quæ mea sunt, pauperum sunt, verum quæ Dei sunt, imperatoriæ maiestati non sunt obnoxia, si patrimonium affectatis, inuadite, si corpus, accurrite; vultis in vincula ducere, vultis ad necem? non ego me vallabo sì pulsatione populorum, non altaria tenebo, vitam deprecans, sed pro altaribus victimam me præbebo.* En Pontificum fortitudo, en animus, sua despicere, & altaria tenere non pro vitæ incolumitate, sed effusione; quod in Ambrosio notandum, multi altaria tenent vt de altari viuant, non vt pro altaribus victimæ sint; immo altaria pro victimis habent, vt saginentur, vt ex eis ditentur, & altaria quasi hæreditas propria esset ipsorum, & non Christi, sic sibi, suisque abdicant vniuersa, quasi ex iure debita, vt quos alias mundus teneret mendicos, Dei Ecclesia non possit portare superbos; *Obsecro itaque te* (grauiter ait Hieronymus ad Nepotian. epist. 11.) *& repetens iterum atque iterum moneo, ne officium clericatus genus antiqua militia putes, id est ne lucra sæculi in Christi quæras militia, ne plus habeas quam quando clericus esse cœpisti, & dicatur tibi, cleri eorum non proderunt eis*, Hierem. 12. *Nonnulli enim sunt diuiores monachi (dic tu Episcopi) quam fuerunt seculares, & clerici qui possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete, & fallace diabolo non habuerunt, vt sustinerent eos Ecclesia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos.*

Hinc isti non muri, hinc potentibus conniuentes, hinc faciem eorum extimescentes, vnde putas Ioanni tanta libertas in Herodem, vnde Eliæ in Achabum? profecto quia ambo pauperes, & nudi, nil pro hæreditate habentes nisi solum Deum; Ioannes sic pauper, vt vestimento incedens indutus camelorum, non manducaret, neque biberet, iuxta illud Euangelij, *Venit Ioannes neque manducans, neque bibens*, Matth. c. 11. n. 18. Elias autem zona præcinctus nil præter baculum possidebat, hinc audaces, fortes, contráque potentes leones, *Num ergo fiducia, & loquendi libertatis expertes erant Elias, & Ioannes?* ait Chrysostomus homil. 18. in epistol. ad Hebræos, *non ille quidem arguit Achab, hic verò Herodem?* assignánsque huius rei causam eorum paupertatem, sequens ait; *Nam diues quidem est seruus, & qui damno sit obnoxius, & cuilibet volenti præbeat vt ipsi malefaciat; qui autem nihil habet non timet bonorum publicationem, neque condemnationem*; pulchrè, & postrema volo premere verba.

Vnde putas omnis prælatorum timor, vnde contra potentes non audere? à bonorum quippe proscriptione, & cum Deus tantum eorum esse hæreditas deberet, quem nullus ab eis rapere posset, dum Episcopatus fructus pro hæreditate habent, eorum timent

Carnel.

S. Hieronym.

20. Quus prælationis onus sine Dei adiutorio ipsi valde difficile, & cur.

21. Episcopi curam Episcopatus aliis relaxantes meretricibus sunt similes *S. Damasus.*

22. Episcoporum Christianorum munus.

Ambr.

23. Ambrosij sanctissimi fortitudo episcopalis.

Hieron.

Hieremi. 12.

24. Libertas in prælatis vnde eis prouenit.

Matth. 11. n. 18.

Chrys.

25. Paupertas in causa vt principes non à Dei seruis timeantur.

publicationem. Pulchrè Hieronymus *vbi ſu-*
Hieron. prà explicans Græcum nomen (Clericus) quod (ſors) Latinè ſonat, ait, quod ideo vocentur, *Clerici* quia vel de ſorte ſunt dominj, vel quia ipſe dominus pars eorum eſt; monens autem, quomodo quis, aut domini pars eſſe poſſit, aut Dominus eius, ſic ait; *Qui Dominum poſſidet, & cum Propheta dicit, pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere poteſt; quod ſi quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus, v. g. ſi aurum, ſi argentum, ſi poſſeſſiones, ſi variam ſupellectilem, cum illis partibus dominus pars eius fieri non dignabitur; ſi autem ego Domini pars ſum, & funiculus hæreditatis eius, non accipio partem inter ceteras tribus, ſed quaſi Leuita, & Sacerdos vitio de decimis, & altari ſeruiens altaris oblatione ſuſtentor, habens victum, & veſtitum his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequar?* Egregiè; ſi Dominus pars eſſet prælatorum, non aliud haberent præter Dominum, aurum ſcilicet, argentum, poſſeſſiones, variam ſupellectilem, hinc, & in temporalibus muldari non poſſent, ex quo omnis ſæcularis prouenit audacia, contraque Dei miniſtros præſumptio; at quia pro hæreditate illa poſſident, timent præſcriptionem, vt rectè Chryſoſtom. hinc obmutescunt, & proloqui non poſſunt, & ſi ipſi pars Domini eſſent, non quaſi ſæculares partem hic habere ambirent, & à decimis, ac altaribus non largos ſumerent prouentus, non immenſas aggregarent diuitias, non infinitam ſupellectilem, ſed victu, & veſtitu contenti, nudi ſequerentur nudum Chriſtum, & non tantum Eccleſia à ſæcularibus opprimeretur, quantum ab eis lætificaretur, dum contra vitia clamantes ipſoſmet perterrerent reges horrendos.

29. Eccleſia ſancta cur ſemper progreditur. Enimuero, & ſi Dei Eccleſia vndique quaſſatur, & ſi vndique fluctuet, quare firmiter ſemper ſtet, & ad deſtinatum progrediatur finem, nunquam ſiſtens, & ſi mille circundetur obſtaculis, mille irretiatur repagulis, profectò illa vna præcipuáque eſt ratio, quia ſancti ſunt in ea Epiſcopi, non muti, ſed loquentes ſonora, altáque voce iuſtos animantes, iniuſtos redarguentes, hinc eius lætitia inter tot, tantóſque fluctus, hinc eius curſus, continuatúſque progreſſus inter varias tempeſtates, ventorúmque turbines. Pulchrè *Ambr. Pſal. 92. n. 3.* Ambroſ. lib. 3. epiſt. 19. ad Conſtant. fratrem dum pendens verba illa Pſalm. 92. n. 3. *Eleuauerunt flumina vocem ſuam*, hæc Epiſcopos eſſe docet, qui inter preſſuras Eccleſiæ, dum vocem prædicationis eleuant obiurgando, monendo, liberéque increpando, ipſam lætificant, à fluctibus oppreſſam; *Alluitur vndis* (ait de Eccleſia) *non quatitur, & licet frequenter elementa mundi huius magno ictu reſultet fragore, habet tamen, quo laborantes excipiat tutiſſimum portum ſalutis, ſed tamen & ſi in mari fluctuat, currit in fluminibus, & vide ne in illis fluminibus magis, de quibus dictum eſt: eleuauerunt flumina vocem ſuam, Hæc ergo flumina cum redundant ſpiritualj gratia eleuant vocem ſuam, & ſicut Ioannes Euangeliſta, ſicut Petrus, & Paulus eleuant vocem, & ſicut Apoſtoli Euangelica prædicationis vocem vſque in totos fines orbis terrarum canoro diffundunt præconio.* Pulchrè, in quibus illud adnotandum, quod & ſi Eccleſia *in mari fluctuat, currit tamen in fluminibus*, fluctuat in ſalo, hoc eſt, in ſæcularium vita, alius eam concutiens luxurus, alius ſuperbia, alius oppreſſione, alius pauperum expoliatione, alius tyrannide, ac ſeruitute; at ſi fluctuat in iſtis, & quaſi penè mergi videatur, non currens, ſed ſiſtens, tamen per ſecreta venicula reſilientes aquæ currit in fluminibus, in ſanctis Dei Epiſcopis, qui dum per ſanctam prædicationem ſuam eleuant vocem obiurgando, monendo, animando, fouendo Dei Eccleſiam lætificant, præclarámque reddunt, vnde fratrem edocens Ambroſ. qui tunc Arauſicorum erat Epiſcopus deſignatus ſequens ait. *Sicut ergo ſermones tui proficui, ſint puri, dilucidi, vt plebem demulceas, vt quo voles, quo ducis ſequatur; quod ſi aliqua, vel in populo, vel in aliquibus contumacia, vel culpa eſt, ſint ſermones tui huiuſmodi, vt audientem ſtimulent, compungant malè conſcium.* Nil melius, tales certè deberent eſſe prælati, ea contra potentes audacia muniti, ac ſanctus ille Moyſes de cuius virtute præco noſter exiſtens ſapiens affirmat contra reges ſtetiſſe horrendos, *& ſtetit*, &c.

30. Epiſcopi ſancti Eccleſiæ Dei flumina eâ lætificantes.

Num. 17. *Et reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum, & deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum per noctem.*

Commentum literæ.

Connexio capitis. POſt Moyſis Pharaoni obſiſtentiam populus liberatus, ex Ægypto egreſſus, per mirabilem ductus eſt viam in promiſſionis terram, in quo facto tria Dei commemorat mirabilia, in egreſſu ab Ægypto, pauperum ditationem, in profectu per viam, nubem in die, columnam ignis per noctem, modo de ſingulis.

Reddidit iuſtis mercedem, &c. Ægyptios expolians, Hebræos iuſtè ex eorum ſubſtantiis ditans. In qua re primo explodendus eſt Ioſephus lib. 2. antiquit. dum aſſerit, Ægyptios dono ſua libenter Hebræis conceſſiſſe, non commodaſſe, *Tunc Rex*, ait, *accito Moſe mandat vt abeant, ratus poſt eorum exitum regionem, ceſſantibus calamitatibus, ſublatum iri, domi etiam Hebræos honorabant, aly quò celerius diſcederent: aly propter vicinitatis conſuetudinem; atque hoc pacto egreſſi ſunt Hebræi, flentibus Ægyptijs, & pœnitentibus ob eorum malam tractationem*; fingit bonus iſte vir hæc contra Scripturam, quæ c. 12. Exod. n. 35. & 36. aperte affirmat Ægyptios Hebræis accommodaſſe, non dediſſe, *Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptijs, vt accommodarent eis, & ſpolianerunt Ægyptios*; ergo non dederunt libenter, dono ſcilicet, ſed commodato; nam ſi dono quomodo dicetur Hebræos Ægyptios expoliaſſe? commodato ergo dederunt, ipſi verò ea animo acce-

Ioſeph.

1. Ægyptij non dono, ſed commodatores dederunt Hebræis.

Exod. 12. n. 35.

perunt non reddendi, de qua re duo quæri possunt.

2. Ab eis ea tollere non furtum, sed actio laudabilis.

Primo, an hoc fuerit iustum, & licitum, an iniquum, & & furtum, de qua re multi scripserunt, Philo lib. 1. de vita Moysis, Irenæus lib. 4. contra hæreses, c. 49. Tertul. lib. 2. aduersus Marcion. Clem. Alex. lib. 1. stromatum, S. August. lib. quæst. in Exodum, quæst. 6. 39. & 45. & lib. 22 contra Faust. c. 31. Rupert. in Exod. c. 15. S. Thom. 2. 2. quæst. 66. art. 5. ad 1. & quæst. 104. art. 4. ad 2. Abulens. in c. 3. Exod. quæst. 50. & moderni omnes, qui vnanimiter concludunt actionem illam non fuisse furtum, non malam, sed laudabilem, quod multis constat rationibus.

Philo. *Irenæus.* *Tertul.* *Clemens Alex.* *August.* *Rupert.* *S. Thom.* *Abulens.*

Primò, quia talis actio à Deo extitit præcepta, qui vti Dominus, & iudex omnium, & tanquam supremus gubernator, nullam committens iniustitiam, nec vlli inferens iniuriam, vt contra Marcionistas, & Manichæos disputant Tertul. & August. potuit res illas ab Ægyptiis eripere, & Hebræis concedere, audiamus August. quæst. in Exod. *Non ex hoc Hebræorũ facto*, ait, *quispiam sumendum exemplum putare debet ad expoliandum isto modo proximum; illud enim Deus Hebræis præcepit, qui noverat, quid quemque pati oporteret, nec Hebræi fecerunt furtum, sed Deo iubenti ministerium præbuerunt, quemadmodum cum minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi, profecto si ad spontè faciat homicida est, etiam si eum occidat, quem sciat à iudice occidi debuisse.* Nil melius: ergo Dei expoliauerunt iussu Ægyptios Hebræi, qui vt supremus dominus omnium absolutè, & sine causa illud efficere potuit, licet ex parte Ægyptiorum multæ adessent, veluti sceleratissima idololatria, infanda scelera, & tandem eorum dura, & impia obstinatio, & contra eius iussa rebellio; & tandem hoc iustificatur, nam si sine vlla iniuria potuit iustissimè ab eis filios eripere primogenitos, & occidere, cur non, & eorum auferre bona, & cui voluerit præbere? Dominus enim cum sit vitæ & mortis, consequens est, vt sit etiam & rerum, quæ ad vitam ordinantur.

August.

Philo.

Secundò Philo in lib. 1. de vita Moysis, non aliàs præceptum Dei in medium proferre, veritus fortasse apud vulgum Dei posse defendere causam, vnde Horatij secutus consilium.

Et quæ
Desperat tractata nitescere posse, relinquit.

aliàs elegantissimè vt assolet, affert ex parte populi, vt quando Dei libellet præceptum, actionem illam tutis honestare possent; vnde sic ait, *Expulsi, extrinsecùs ab Ægyptiis Hebræi, memores ingentium malorum, quæ sunt passi, pro iniurijs acceptis rependerent, multum enim præ se natãt, furtivas partim suis humeris, partim iumentis imposuerunt; nec id pro iniuria fecerunt, vt obtrectatores fortasse dixerit, sed pro illiendenda fortunarum cupiditate; sed primùm vt diuturni laboris necessariam mercedem experent: deinde vt pro acceptum tempus seruitutis iniurijs, signum pro merito, aliquid saltem damni reponerent; nec enim [illegible] libertatis, ac pecuniæ, nemo quippe sanus non malit vitæ, quam libertatis adire periculum; itaque vtrumque factum iure tueri possunt, sine vt in pace mercedem receperunt, qua tandiu frustrati fuerant; sine vt in bello victores victos bonis expoliauerunt, ab illis enim orta fuerat iniuria, qui viros ingenuos, hospitesque suos, quasi captiuos in seruitutem redegerant; sed vbi se obtulit occasio meliorum temporum, populus inermis, illatam sibi vim vltus est, ipsa protegente eum iustitia;* duas ergo, vt vides affert Philo causas, iustam laboris recompensationem, & iustum bellum.

Irenæus.

Irenæus autem & alia addidit, sic scribens; *Ægyptij enim populi debitores erant Hebræis non solum rerum, sed & vitæ suæ propter Patriarchæ Ioseph præcedentem benignitatem: adhæc populus Hebræus pessimam seruitutem seruierat Ægyptiis, vitam eorum acerbam facientibus in durissimis operibus luti, & lateris in ædificandis ciuitatibus munitis, & multis, ac diuturnis laboribus suis facultates eorum vehementer auxerant; cum illis tamen non solùm ingrati essent aduersus eos, verum & vniuersos eos perdere vellent; quid igitur iniustè ab illis factum est, si ex multis pauca sumpserunt? & qui potuissent multa substantiæ suæ habere si non seruissent eis, & diuites abire, pauciſſimam mercedem pro magna seruitute accipientes, inopes abierunt.* Ergo Irenæus causam iustificat ex debito gratitudinis, quod Ægyptij debebant à Ioſepho seruat, ex diuitiarum incremento, quod ex laboribus accreuerant Iudæorum, & tandem ex lucro cessante eorundem dum non sibi, sed eis tyrannicè cogebantur laborare; quod vltimum notandum, nam talis fuit tyrannis, horũmque oppressio, vt non solum operibus cogerentur inseruire publicis, & regi, sed priuatis, & particularibus, ita vt veluti si essent emptitij, & non liberi, singulis liceret eorum opera vti nullo soluto pretio, nulla mercede, quod videtur sentire Salianus ad annum mundi 2544. Moysis anno 81. & elici potest ex promissione, quam Moysi matri filia exhibuit Pharaonis Exod. 2. n. 9. *Accipe puerum istum, & nutri mihi, ego dabo tibi mercedem tuam*, ad quid hoc postremum! nonne clarum illud, si rectè, & iustè cum matre agendum? non quidem, quia Hebræa, & Hebræis solitum mercedem denegare, & vi operibus vti eorum, vnde vt libentius, æquoque illum educaret animo, mercedem illi spopondit regina, quasi quid insolitum, & cum Hebræis insuetum, hoc dixerim, vt quanta fuerit Dei æquitas in Ægyptiis expoliandis euidenter appareat, cum omnes spoliauit, quia omnes peccauerunt, & non tantum Princeps, vnde par pari reddens cui mercedem abstulit, quam ipsi libenter dare noluerunt, vt exinde animum vir resumat imbellis, timeat potens, & viribus præstans, scientes esse summum vindicem in cælis, qui qua sua pollet potentia, pauperi ex substantia diuitis velit, nolit, mercedem pendet, ipsum spolians, pauperem cumulatè vestiens, de qua re nos infrà.

Saltan.

Exod. 2. n. 9.

3. Dei æquitas iudicij in Ægyptiis spoliandis.

Ex dictis patet, à quibus Ægyptiis Hebræi

illa petierunt; non ſolum enim à cohabitantibus ſecum dicendum illa petiiſſe, ſed à cæteris omnibus extra terram Geſſem; nam vt optimè *Oleaſter.* Oleaſter, credendum eſt magnam partem Hebræorum per totam ancillatam fuiſſe Ægyptum, & à ſuis petiiſſe dominis, & dominabus, quæ libentiſſimè eis commendarunt, *Perer. Salian.* quod ſentit Peretius diſput.16. in c.12. Exod. contra Abulenſ. & Salian. vbi ſup. aliique, & ex modo loquendi Scripturæ etiam apparet, cum dicat Hebræos ſpoliaſſe Ægyptum Exod. 3. n.22.

Secundò inquiri poteſt in hoc facto de iuſtitia modi ſpoliationis, petierunt enim accommodato, reuera animo nunquam reſtituendi, ergo fuit mendacium, & deceptio, quod ſi mendacium, & deceptio, quomodo à Deo iuſſum?

4. An peccarunt petendo mutuo, dum animũ habebant non reſtituendi & ſi non peccarunt quomodo illud ſaluatur *Auguſt.*

Sanctus Auguſt. lib. 22. contra Fauſt. c.71. ſic hanc reſolutionem expaueſcit, vt totam diuino reſeruare maluerit iudicio, quam determinatè aliquid de ea affirmare; vnde ſic ait, poſt vnam datam reſolutionem, nempe Deum permiſiſſe illos peti commodato, nõ inhibuiſſe, tantum ipſum poſtulationem mandaſſe, at poſtea ipſos vt facilem eam redderẽt commodato poſtulaſſe, poſt quæ ſic ait; *Fieri etiam poteſt, vt ſint aliæ cauſæ occultiſſimæ, cur illi populo hoc diuinitus dictum ſit; ſed diuinis imperijs cedendum eſt obtemperando, non reſiſtendum eſt diſputando, dicente Apoſtolo, Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? ſicut ergo iſta ſit cauſa quam dixi, ſicut alia quæcumque in ſecreta, & abdita diſpoſitione Dei lateat, cur per Moyſen illi populo dixerit, vt ab Ægyptijs ſibi commodanda peterent, quæ auferrent; hoc tamen confirmo, nec fruſtra, nec iniquè dictum illum fuiſſe, nec licuiſſe Moyſi aliter, quàm Deus dixerat facere, vt penes dominum eſſet conſilium iubendi, penes famulum autem conſilium peragendi.* Digna Auguſtini ſententia, quàm ſi in pectore argutuli habuiſſent hæretici nunquam in horrendas illas incurriſſent ignorantias, qui dum ſuo, quæ Dei, metiri audent ingenio, à maieſtate oppreſſi, ſuccubuerunt, & in ipſam impingentes lucem, dum eam humiliter non adorãt, non lux, ſed nox, non claritas, ſed tenebra eis extitit. Auguſt. ergo, humiliter huius rei rationẽ in Deum refundit, faſſus illud, quia à Deo nec fruſtra, nec iniquè dictum.

Alij reſpondent, primo, cum Auguſtino Deum illud permiſiſſe, non mandaſſe: Secundo, verè Deum illud mandaſſe, & Hebræos mutuum petiiſſe, animo tamen reſtituendi, ſed quia hoſtiliter poſtea inſectati ſunt eos Ægyptij, merito à ſolutione putaſſe ſe liberatos. Tertiò tandem honeſtant factum ex traditione quadam Tertul. in lib.1. contra Marcion. vbi affirmat Ægyptios ad Iſraëlitas legatos miſiſſe ad ſua recuperanda; Hebræos autem reſpondiſſe ſe promptiſsimè reddituros, dummodo pretium laborum ſoluerent, & quod habita ratione dati, & accepti in immenſum creditum auctum Hebræorum, ſic Perer. vbi ſup. & alij moderni. *Tertul.*

Ego autem dupliciter quæſtioni reſponderi poſſe arbitror, primo, nullo modo Deum mandaſſe, vt mutuo peterent, vt prima affirmat ſolutio; quod euidentiſsimè patet ex omnibus illis locis, in quibus illud Deus iuſſit, duo enim ſunt primus Exod. c.3. n.22. vbi ſic. *Dabóque gratiam populo huic coram Ægyptijs, & cum egrediemini non exibitis vacui; ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpita ſua vaſa argentea, & aurea, & veſtes, ponetiſque eas ſuper filios, & filias veſtras, & ſpoliabitis Ægyptium;* Exod.3. n.22. Secundus eſt, 16.c.11.n.2. dices ergo omni plebi, *vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua, vaſa argentea, & aurea;* vt poſtularent tantum dixit, non verò, vt mutuo poſtularent; ſi ergo ipſi poſtea commodato petierunt ex ſe illud effecerunt, & vt rectè Salianus vbi ſuprà non eſt neceſſe ab omni culpa in hoc facto populum excuſare. *Ibidem c.11.n.12.* *Salian.*

Secundò (& me iudice proprius) non credo malè dicturum, qui diceret Deum inhibuiſſe, vt poſtularent commodato, & hoc per licitam diſſimulationem abſque mendacio, petentes accommodato, interius intelligentes ſi in Ægyptum redderent, aut ſi alias Deus non iuſſiſſet, & ſi vlterius aliquis diceret iuſtè, & licitè potuiſſe Hebræos eis ingerere falſam illam opinionem, vt putarent ſcilicet ſe reddituros ea, tum quia erant eis debita ratione famulatus, tum quia Deus tanquam ſupremus Dominus eis ea dederat, vnde ad ſuam redimendam vexationem, & quæ ſua recuperare cum alia non poterant via, iuſtè ea vti ſunt diſſimulatione, & deceptionem illam intenderunt iuxta ea, quæm altero diximus digreſſione primi; quod autem Deus aliquando præcepit diſſimulationem, patet in facto illo Ioſue c. 8 & in Moyſe, dum dimiſsionem à Pharaone petit ad ſacrificandum tantum, quod non ſine mandato Dei feciſſe certiſsimè tenendum eſt. Ergo ſiue dicas Deum accõmodationem non præcepiſſe, ſed tantum poſtulationem, ſiue eam mandaſſe, nullum adeſt inconueniens, nullus ex parte Dei ſcrupulus.

Tandem (vt hoc dicamus) ſcire iuuat, quid myſticè præferat, quidve hæc ſecreta & diſſimulata Ægyptiorum ſignificet expoliatio, certè illud quod eleganter dixit diuus Auguſt. 2. de doctrina Chriſtiana c. 40. liberalium nempe artium, & ſcientiarum à Gentilitio deprædationem, in quo loco ſic ſcribit Auguſtinus. *Philoſophi ſi qua forte vera, & fidei noſtræ accommodata dixerunt maximè Platonici, non ſolum formidandi non ſunt, ſed ab eis etiam tanquam iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vendicanda; ſicut enim Ægypti non ſolum idola habebant, & omnia grauia, quæ populus Iſraël deteſtaretur, & fugeret, ſed etiam vaſa, & ornamenta, ex auro, & argento, & veſtem, quæ populus Dei exiens de Ægypto, ſibi potius tanquam ad vſum meliorem clanculo vendicauit, non authoritate propria, ſed præcepto Dei, ipſi Ægyptiis neſcienter accommodantibus ea, quibus non bene vtebantur; ſic doctrinæ omnes Gentilium, non ſolum ſimulata, & ſuperſtitioſa figmenta, grauiſque ſarcina ſuperuacanei laboris habent, quia vnuſquiſque noſtrum duce Chriſto, de ſocietate Gentilium exiens, debet abominari, ac demutare, ſed etiam liberales diſciplinas vſui veritatis aptiores, & quædam morum præcepta vtiliſſima continent, déque ipſo vno Deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos, quod eorum tanquam aurum, & argentum, quod non ipſi inſtituerunt, ſed de gentium,* 5. Quid myſtice expoliatio Ægyptiorum. *Auguſt.* 6. Philoſophorum doctrina vt Euangelio deſeruire debet.

quibusdam quasi metallis diuinæ prouidentiæ, quæ vbique infusa est ereuerunt, quo pernitiè, atque iniuriosè ad obsequia dæmonum abutuntur, cum ab eorum misera societate sese animo separas, debet eis auferre Christianus ad vsum iustum prædicandi Euangelij. Vestem quoque illorum, id est hominum quidem institutis, sed tamen accommodata humanæ societati, qua in hac vita carere non possumus, accipere, atque habere licuerit in vsum conuertenda Christianum; nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? nónne aspicimus, quanto auro, & argento, & iustè sufficinatus exierit Cyprianus, doctor suauissimus? quanto Lactantius, Victorinus, Hilarius et de viuis taceam? quanto innumerabiles Græci, quod prior ipse Dei famulus Moses fecerat, qui vt scriptum est, eruditus fuerat omni sapientia Ægyptiorum, quibus omnibus viris superstitiosa gentium consuetudo, maximè illis temporibus, cum Christi ingum deuitans Christianos persequebatur, disciplinæ quæ vtiles habebat nunquam accommodasset, si eas in vsum veri Dei colendi, quo vanus idolorum cultus extingueretur conuersum iri suspicata fuisset, sed dederunt tamen aurum, & argentum, & vestem suam exeunti populo Dei ex Ægypto, nescientes quemadmodum ea quæ dabant in Christi obsequium redderentur. Illud enim in Exodo factum sine dubio figuratum est, vt hoc præsignaret: quod ego sine præiudicio alterius vel partis, vel melioris intelligentiæ dixerim.

In quà Auguſt. ſententia illud ponderandum, ſic Gentiles depopulandos, vt depopulata ad vſum, & hunc iuſtum deſeruiant Euangelij, ergò non ad vanum, non ad ſuperfluum, & vltra modum, & tandem ad vſum Euangelij, non ſui, veritatis diuinæ, non mendacis humanæ.

7. Dei ſuprema prouidentia in Catholica ſtabilienda veritate a mundi ortu, etiam per Gentiles.

Secundò in dicto Auguſtini, prouidentiæ diuinæ magnitudo admiranda eſt, vt quaſi ab ipſo naſcentis mundi exordio Chriſtianæ, ac Catholicæ veritati viam non ſolùm per ſacros, ſed per prophanos ſtruere tauthores, ita vt malè etiam ipſis neſcientibus illi deſeruirent, ac modum præberent, quomodo veritas perſuaderi, quomodo falſitas conuinci deberet, quod ſi ſciſſent ipſi dæmones, certè retractaſſent, puráque ignorantiæ omnium artium genus obtenebraſſent humanum, hinc ab ipſis impius inſtigatus Iulianus, vt ait Socrates lib. 3. Eccleſiæ hiſtoriæ c. 10. Chriſtianis liberalium artium interdixit ſcientiam, crudelior ob hoc ipſo Diocletiano; *Cum videret Iulianus*, ait Socrates, *magno eſſe apud Chriſtianos in honore eos, qui regnante Diocletiano, martyrio occubuiſſent, cumque pro certo cognoſceret, complures eorum prompto, atque alacri animo ad martyrium velle contendere; ille perinde quaſi Chriſtianos eſſet ab hoc beneficio repulſurus, alia via ad eos affligendos aggreditur, & quanquam inſatiabilem crudelitatem Diocletiani temporibus uſurpatam omittebat, non tamen ſe à perſequendo penitus continuit, eſt enim mea quidem ſententia perſecutionis genus, homines quietè, ac tranquillè viuentes omni ratione conturbare: quomodo Iulianus non parvam Chriſtianis moleſtiam exhibuit; ſanciuit enim legem, ne Chriſtiani literis humanioribus inſtituerentur.* Quid ſceleſtius? ex quo elucet, quanta exinde Dei gloria clareſcit, & Chriſtianæ veritatis ſplendor, vt ipſi inimici eam etiam confiteantur, vt

8. Iuliani impietas cõtra Chriſtianos ſcientias ab eis tollens.

Socrates.

dixit Damaſcenus in præfat. ad libr. Parallelorum rationem reddens, cur è Ioſepho, & Philone aliqua excerpſerit; *Illud autem ſcire operepretium eſt*, ait, *è Philonis etiam, & Ioſephi lucubrationibus collectas eſſe ſententias ad gloriam ſcilicet Chriſtianæ veritatis, vt poſſet etiam abinimicis commendata.* *Damaſc.*

Quæ omnia & ſi vera, tamen (vt hoc addam) non ita credendum nos ita abeis accepiſſe, vt ipſi nihil à nobis, cum certiſſimum quidquid boni, quidquid veri, ac ſolidi a nobis miſeros illos mutuatos eſſe, cum ſi aliquid de Deo verè dixerit Plato, Anaxagoras, & Pythagoras, ac Socrates, non aliunde, niſi ex Moſis fonte illud hauſerunt, vt latè probat Theodoretus lib. 2. de Principiis, paulò ante medium; hoc dixerim ne impius exultet Porphyrius Origeni imputans, quaſi omnia è Græcis, non è ſacris mutuatus eſſet fontibus; ipſe enim, vt ſcribit Euſebius lib. 6. hiſtor. Eccleſiaſt. c. 19. in lib. 3. eorum, quæ aduerſus Chriſtianos ſcripſit, contra Origenem ſic ait; *Quod ſpectat ad opinionem quam cum de aliis rebus, tum de diuino numine tenebat Origenes, in illis Græcorum conſuetudinem imitatus, etiam eorum doctrinam ad peregrinas, & commentitias Iudæorum fabulas confirmandas, tanquam ſubſidium ſibi comparauit, Platonis enim libros ſemper habebat in manibus, in Homero, & Cronij ſcriptis multum verſabatur. Apollophane, Longino, & Moderato vtebatur familiariter, Nicomachi, & aliorum illuſtrium Pythagoreorum monumenta terebat ſedulò, Cheremonis Stoici, & cornuti libros crebro vſurpabat, ex quibus cum rationem, ac modum myſteriorum per allegorias explicandorum, quo Græci ſcriptores vti ſolebant, accuratè didiciſſet, cum ipſum ad Iudaicas ſcripturas accommodauit; auditi impium ſubſannatorem, quaſi ſanctiſſimus Moſes non his omnibus antiquior extitiſſet, à quo illi non ſolum res, ſed & modum mutuati ſunt ſcribendi ænigmaticum. & breuem, vt eruditè affirmat Clem. Alex. lib. 5. ſtrom. c. 6. immo & artem bellandi, vt idem ait c. 13. & imperatoriam, & leges ferendi, de qua re vide Clem. qui latè; at quid de myſticis Græcorum ſenſibus? quaſi ſanctiſſima Scriptura ſic myſticos depromat, vt ſentina Græcorum ſuos fallaces, & impios, impius ipſe, & vecors, qui talia ſcripſit, ſed ad noſtra.*

9. Græci a noſtris ſua mutuarunt nõ è contra vt impiè Porphyrius.

Theodoret.

Porphyr.

Euſebius.

Clemens Alex.

Reddidit ergo Deus iuſtis, vt noſter inquit Sapiens, mercedem laborum ſuorum, vellent, nollent impij, iuſtiſſimè eos expoliando, plenos, ac diuites ſuos ab Ægypto educendo, in quorum eductione miranda deſcribens; ſequitur:

Et deduxit illos in via mirabili, &c. Mirabilis dicitur via, per quam Dominus ſuos eduxit, tum, quia non peruia, tum ob miracula in illa per quadraginta annorum curſum patrata; vnde ſanctiſſimus Stephanus Actor. 7. n. 36. de Moyſe loquens, ait. *Hic eduxit illos, faciens prodigia, & ſigna in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deſerto annis quadraginta*; Cur autem Moyſes illos ab Ægypto exiens, per deſertum, & non recto duxerit itinere, explicat Clemens Alexand. vbi ſup. ſic dicens: *Moyſes cum populum eduxiſſet, ſuſpicatus fore, vt eum ſequerentur Ægyptij,*

10. Moſes cur populum duxit per deſertum *Act. 7. n. 36.*

Clem. Alex.

breui, & compendiosa via relicta, conuersus est in solitudinem, & maxima ex parte nolens iter faciebat. Vbi ad stratagema belli illud refert Alex probans ex illa, vti diximus exemplum bellandi Mosen Græcis præbuisse, dum illis antiquior, & cuius facta ipsi non ignorabant; ex qua quid ex illa ad militarem gubernationem educi possit, sequens, ait, *Moysi ergo docet stratagema, oportere ante pericula prouidere ea qua sunt utilia, & sic aggredi.*

Philo. Philo autem de vita Mosis, huius rei rationem reddens, sic ait: *Ergo postquam de communi consensu accepit imperium, decreuit coloniam in Phœnicem Celesiriam, Palestinámque, tunc communi nomine Chananæam deducere, cuius fines distabant ab Ægypto trium dierum itinere; duxit autem per viam minimè compendiariam, tum quia verebatur, ne regionum earum incolæ metu amittendarum rerum cum libertate sedium armati occurrerent, ipsi vero ab hostibus reiecti, ad hostes reuerti cogerentur, à nouis ad veteres, preter indibrium graniora passuri quàm antea; tum quia volebat per vastas solitudines ducendo experiri eorum obedientiam institutorum non amplius commeatibus, sed paulatim deficientibus.* Ad metum ergo Philo inimicorum illud refert, & ad Israëlis experimentum; quæ rationes optimæ, vt infrà dicemus.

Alexand. Idem Alexandrinus vbi suprà, & aliam affert rationem scilicet, vt malorum experti, quàm optima esset terra ad quam pergerent, velut è contactu discerent, *Duxit Hebræos*, ait, *per regionem incussam laboribus, & itineribus, ad robur, & fortitudinem eos exercens, atque inducens, vt postquam eorum quæ videbantur grauia periculum fecissent, appareret quàm bona esset regio, ad quam eos inuia transmittebat.* Optima ratio, quæ ad moralem translata sensum, ex illa diuinæ ordo prouidentiæ in inferendis laboribus clarescit, per inuia nos ducit, & tribulamur, vt ad patriam posteà regressi, quantum illa sit bonum, ex tranlacto malo amplius innotescat.

11. Dei si os in laboribus inferendis, qui.

At, & si vera hæc, alia eiusdem sancti magis arridet ratio, nempè per desertum eos duxisse, seu Deum per ipsum, quod verius, vt per tolerantiam laborum, miraculorúmque experientiam Deum vnum verum esse crederent: *Alia enim erat œconomia, ait, qua docebantur Hebræi, per multam solitudinem, & longum tempus credere vnum solum Deum esse per moderatam assuefacti tolerantiam;* quod etiam expressit ipse Moyses, Deuter. c. 8. n. 2. vbi sic; *& recordaberis cunctæ itineris, per quod duxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrum custodires mandata eius, an non? afflixit te penuria, & dedit tibi cibum mannæ, quod ignorabas tu, & patres tui, vt ostenderet tibi quod non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei; vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus; en quadragesimus annus est, vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudiuit te, vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eum.* Ex quibus verbis satis apparet, Deum per quadraginta annos populum per desertum

Deut. 8. n. 2.

12 Penuria paupertas.

A eduxisse, vt ipsum antequam ad terram intraret promissionis, erudiret, & in fide firmaret, tum flagellis, tum blanditiis; penuria afflixit, sed manna blanditus est; vestimentorum pauperie coarctauit, sed vestimenta sine attritione conseruauit; calceamenta negauit, sed pes non fuit contritus, vt exinde intelligeremus ad quem recurrere, in quem credere, in quem spem deberemus: ad doctrinam nostram omnia hæc, vt inquit Apostolus, vt si quando in extrema omnium penuria rerum nos viderimus, sciamus experimentum illud esse, non iniuriam, eruditionem, non derelictionem, Deum, vt patrem nos erudire, non vt inimicum castigare.

& tribulatio eruditiones sunt animarum.

Ad hæc, alia subest ratio etiam in scripturis expressa, Exod. 13. num. 17. ne scilicet si eos *Exod. 13. n. 17.*
B Deus per compendiosiorem duceret viam, nempè per terram Philistinorum, quæ ab Ægypto, vt inquit Philo in lib. de vita Moysis, trium dũtaxat dierum itinere distat, ipsos pœniteret; Philistiim enim terræ Chanaam ad quam Hraëlitæ pergebant moratores erant, ad meridianam plagam, ciuitates eorum Gerara, & Gaca, Sodoma, & Gomorrha, & Seboim, Adama, & Luza; Gerara autem propinquissima erat Ægypto; vnde Isaac fame orta in Palestina, animum inducens Aegyptum ingredi, iuit Geraram, quod illinc via breuior, & directior in Aegyptum; ergo breuissimè in terram Chanaam esset Israël ingressus, quod Deus reuocauit, *ne fortè*, inquit, Moyses, *pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in*
C *Ægyptum, sed circumduxit eum per viam deserti, quæ est iuxta mare rubrum.* In qua re mira Dei in gubernando suauitas elucet, dum sic homines gubernat, ac si alter prudens homo, non omnipotens esset Deus; adaptans enim se Israëlitarum tunc conditioni, & naturæ, quæ vti seruilis, & oppressa animum induerat seruilem, & timidum, bella ab ipsorum amouit conspectu, ne terrefacti expauescerent, & animum despõdentes reuerterentur, malens eos per quadraginta annorum curricula mirabiliter, & solus sustinere, quam vim naturæ inferre humanæ. Vnde, & si potens sic Philisteos debellare, ac Aegyptios, vt nos in regimine instrueret, de sua maluit periculum subire omnipotentia, quam
D prouidentia. vnde rectè August. quæst. 49. in Exod. in hunc locum: *hinc ostenditur*, ait, *omnia fieri debere, qua consilio rectè fieri possunt ad euitanda qua aduersa sunt, etiam cum Deus apertissimè adiutor est*; vnde rectum illud Thrasonis Terentiani, *sapientis esse omnia consilio potius experiri, quam armis*; de qua re vide quæ in altero tomo diximus hom. 108.

August. 13 Consilio ac prudentia regendum sicut Deus regit.

Rupert. lib. 2. in Exod. cap. 26. & aliam tribuit causam, nempè noluisse Deum Philisteos debellare, vt tanquam Iudæorum flagellum reseruaret, si quando ipsi à via deficerent diuina: *Præterea*, ait, *& illa gens Philistæorum erat, quam Dominus Israëli reseruare decreuerat vtiliter, vt per illam exerceretur, & quasi proximo flagello castigaretur, quoties legem Dei sui relinqueret, quod sæpè futurum erat; ergo Deus non quasi timidus, vt simplex sermo sonare videtur, sed vt berè prouidus non duxit Hebræos per viam terræ Philistiim, sed per viam deserti circumduxit, & circumducendo erudiuit, sicut hic Moyses dixit in Cantico Deuteronomij, circumduxit eum,*

Rupert.

sed mihi; ad crucifixionem deuenerunt, quia decimas negarunt; nunquid non etiam & ad ipsum Deum negandum, vt gradus ad fidei amissionem sit frigidus sensus erga Dei ministros eos opprimendo, & in seruitutem redigendo.

64. Necessitas publica insufficiens ratio ad electum onerandum.

At dicunt, necessitas est in causa, deficiunt publica, Regium est ærarium consumptum, ad vltimam deuenerunt sæculares paupertatem, optimè, similis erat horum ratio apud Malachiam; nam non ideo decimas soluere nolebãt, quia voluntas deficiebat, sed quia paupertas eos opprimebat. nuper è Babylone ad terram redditi promissionis, ob paupertatem decimas negabant, vt hic omnes volunt authores; & habetur Esdr. 2. c. 13. n. 10. *Et cognouit quod partes Leuitarum non fuissent datæ, & fugisset quisque in regionem suam, de Leuitis, & si ego causam aduersus magistratus & dixi, quare dereliquimus domum Dei*; & tamen non sufficiens illa extitit ratio apud Deum, quin non ob hoc se confectum diceret, cuius quidem rei causa ea quam Ribera hic; ideo scilicet paupertatem eos premere, quia animo pauperes in Deum, & dum vt penuriam. ac paupertatem à se auerterent liberalitate Deum placare deberent, ipsi è contra eorúmque magistratus, ac Satrapæ (veluti si eorum politicos dixeris) humanò ducti discursu, animo vili, ac demisso decimas Deo negabant, quasi iustum ob penuriam; hinc fame, angustia consumebantur; sic quidem idem Deus nunc, qui tunc, fame pereunt, bellis consumuntur, pro argento autóque ære replentur, & plumbo Catholicorum regiones, ne mirentur, quia dum Dei aurum concupiscunt, clerúmque grauare satagunt, aurum ab eis Deus aufert. & ad inimicos transfert; ad inimicos dixi; & consultò, cum in pluribus obseruauerim. eum Dei esse morem potius velle inimicos sustinere ingratos, quàm amicos; terram sanctam, sanctissimum Domini nostri sepulchrum à Christianis abstulit ob horrenda scelera ab ipsis inibi patrata; quid? nunquid non eadem & Turcæ nunc agunt? ita planè, sed quia inimici, potius æstimat ea ab his, quàm à Christianis sufferre: ideo à nobis eam aufert, donátque illis; sic nunc aurum, argentum, pretiosáque à nobis aufert, inimicis tribuit, nunquid quia plus eos diligit? minimè: sed quia minus à nobis diligitur, & æquius sustinet. malè ab illis, quam à nobis impendi.

Esdr. 2. c. 2. n. 10.

Ribera.

65. Cãsusio loquendi notũ populorum.

66. Deus potius ab inimicis vult ingratitudinem sufferre, quam ab amicis.

Ex dictis duo quidem simul habes, quantum scilicet reprobandi, qui Dei seruos inutiles dicunt, & simul quam vtiles hi Reipublicæ. dum huius salus, ab eorum pendet salute, & hos Deus vt diximus ideo saluat, quia anima sunt mundi; iam pridem periisset Ægyptus, nisi Israël in eo, immo vt diuus Chrysostomus, *nisi sanctis Patres futuri ex eo*. Sicut ex parte periit quando ab eo discessit, saluáns eos Deus ab impiis illis, vt noster ait Sapiens dicens; *Hæc populum iustum.*

Num. 16. *Intrauit in animam serui Dei, & stetit contra Reges horrendos, in portentis & signis.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

INstrumentum nunc populi eductionis ab Ægypto manifestat; Mosen nempe, in cuius animam affirmat sapientiam intrasse.

A

Intrauit in animam, &c. Per donum creatæ sapientiæ, vel per infusionem, atque inspirationem, quod extitit dicunt Lorinus, & Castro quando illi præcepit, vt populum educeret Exod. 3. n. 9. & rem tantam veretti dixit, *Ego ero tecum*, & c. 4. n. 12. *Ego ero in ore tuo, docebóque te quid loquaris.* Quod & si verum, tamen non negandum iam inde ab infantia in eius animam Deum intrasse; *Moses sanè is est*, diuus inquit Basil. hom 1. in exam. *qui etiã dum pendet ad matris ubera, Scriptura testimonio probatur amabilis Deo fuisse, & gratiosus*, tanquam homo in principem, & eductorem populi à Deo destinatus, & antequam nasceretur eius patribus prænunciatus. vt vult Iosephus lib. 2. antiquit. c. 5o. quod adeò verum aliqui æstimant, vt occisionem Ægyptij à Mose patratam; ideo à peccato immunem faciant, quia reuelatione ei constabat diuina in populi principem, & liberatorem esse constitutum; sic Liranus in c. 2. Exod. n. 12. Abulens. ibid. August. in lib. quæstion. super Exodum quæst. 2. & diuus Thom. 2. 2. quæst. 65. art. 2. vbi sic: *Videtur Moyses occidisse Ægyptium tanquam ex inspiratione diuina authoritatem adeptus; dicitur Actorum 6, quod existimabat Moyses intelligere fratres suos, quod Dominus per manum ipsius daret salutem Israël*; Quæ verba sunt beati Stephani factum Mosis approbantis; ergo à primo ortus sui instanti, vt sic dicam, eius ingressus est Deus animam, quod satis apparet, si quæ mirabilia in eius acciderunt natiuitate consideres, quæ eruditissimè post factam patribus de eius principatu reuelationé sic enarrat Iosephus vbi sup. *Oraculo fidem fecit mulieris partus, quæ tam facile est enixa, vt obseruatores fefellerit, nihil sentientes eorum, quæ in vulgaribus puerperis sentiri solent, tunc infantulum per tres menses clam nutrierunt; sed veritus Amram, ne re deprehensa, & mox ipse cum puero, omnique familia sublatus è medio, promissionem Dei faceret irritam: maluit salutem filij totam Dei committere prouidentiæ: certam spem habens eum prouisurum, vt oraculi veritatem euentus declararet.* Notanda sententia, electus enim Moyses ad tantum munus, & ad illius populi regimé, iam inde ab infantia, voluit Deus, vt totus suus esset, & à prouidentia tantũ ipsius penderet, vt quando postea princeps, cæteris gubernaturus, exemplo edoctus suo, non ab humana peteret, sed à diuina prouidentia consilia ad regendum salutaria, ad finem à Deo præstitutum conducentia, exemplum cæteris præstans principibus, à quo consilia, à cuius debeant pendere prouidentia; sequitur Iosephus: *Lectulo itaque è papyro contexto, quantus infantulum commodè capere poterat, bitumine illito, ne aqua penetrare posset, indiderunt puerum, atque in flumen proiecerunt, eius salutem Dei prouidentiæ committentes: in hunc modum cum à flumine deferretur, Maria soror eius ipsius matris ex aduerso per ripam descendebat, obseruatura, quò tandem pappyraceum illud vas deportaretur à flumine. Hic verò manifestè Deus declarauit, nihil humanæ sapientiæ, sed omnia omnipotenti eius conficiendi bonitate. eoque qui propter vtilitatem suam, aut securitatem, aliis perniciem moliuntur, quantalibet vtantur diligentia, sæpè*

Lorin. Castro. Exod. 3. n. 9. & 6. 4 n. 12.

1. Deus in Mose ab infantia.

Iosephus.

2. Moses Ægyptum occidens cur non peccauit. Liranus, Abul. Augustin. S. Thom.

3. Mirabilia in Mosis natiuitate. Iosephus.

4. Totus à diuina pependit prouidẽtia etiam ab infantia.

B

C

D

5. Politicorũ cõsilia cum damno alterius suum procurantes Deus dissipat.

tamen voti compotes haud quaquam fieri. Nil melius; quod si politicorum infima turba attenderet, honesto nunquam bonum anteponerent concupiscibile, neque ex alieno suum captarent damno emolumentum, scirent namque omnia non humana tantum, sed diuina gubernari sapientia, cui infanda sunt eorum consilia, & inuisa, ideo ea dissipante, sæpè non solum ad optatum non peruenium finem, quinimmo in contrarium cedentia, ipsimet seipsos interimant, qui alios interimere præsumebant, non secus ac Pharao, vt eleganter prosequens Iosephus ait: *Erat filia regis nomine Thermuris, hæc dum lusit ad ripas fluminis cum picata vas fluitans, missis natatoribus, iubet ad se in ripam extrahi; in quo visus infans mirè placuit, quod pro ætate magnus esset, ac pulcher, tanto enim fauore Deus Mosen prosecutus est, vt eum fecerit ab illis enutriri, & educari, qui propter eius natiuitatem reliquos quoque Hebræos perdendos decreuerant.* Egregiè, & exemplũ cordi omnium imprimendum potentum, principũ, gubernaculáque obtinentium, vt sciant ipsos contra diuinam nil posse prouidentiam, cum hæc ad suos apprehendendos fines, non eorum indigeat amicitia, sed inimicitia, & tũc eos pro ille pugnare, quando oppugnant, vt sic edocti colla illi submittẽtes, potius eligant ei, vt amicos, quam vt inimicos famulari; en tibi Pharao Dei inimicus contra ipsius insurgens prouidẽtiam, sic ei est famulatus, vt illum ipsemet omni studio seruaret, ob quem cæteros, vt inquit Ioseph, mãdauerat occidi, immo quod mirum, & mirandum, sic iussit custodire, & ali, vt pretium ipsi soluerent ad sui destructorem alendum, quod ipse impiè Hebræis pro laboribus negabat; *Accipe*, ait matri Moysis filia Pharaonis, *puerum istum & nutri mihi; ego dabo tibi mercedem tuam*, Exod. n. 9. Emit suam ruinã, dum tyrannicè ad ruinam impellebat, & suismet diuitiis mortem adsciuit, qui pro illis custodiendis Hebræos occidebat, ô potentiæ imbecillitas humanæ, *iussit Thermuris*, sequitur Iosephus, *Ægyptiam mulierem adduci, quæ infantem lactaret, sed eo non admittente mammam, verum auersante, idque cum alia post aliam adduceretur: tunc Maria soror eius, quasi non dedita opera, sed fortuito spectandum interuenisset. Nihil agis, inquit Regina, dum nutrias infanti adhibes alieni generis mulieres, si Hebræam aliquam accerseres, is fortè mulieris mammam admitteret; placuit Reginæ consilium: iussitque vnã quampiam de Hebræis adducere, ea verò communem adduxit matrem; ignotam omnibus, qui tunc aderant, cuius infans auidè mammillam appetere, atque ex penitus inhærere visus est.* Ergo ab infantia, & cum ipso nutricis lacte Deus in animam intrauit serui sui.

6. Dei prouidentia ad suos fines alicquẽdus non amicitia, sed inimicitia vtitur principium.

Quod, & si verum (tamen mea sententia) tunc specialius, quando vt Regis filius habitus, & regni successor prope vltimum vitæ otis Regis tunc regnantis, post quem ipse erat regnaturus, ab Ægyptiorum sacrificulis, & magis contra Hebræos stimulatus, vt secundum antiquorum edicta Regum ipsos amplius premeret, & affligeret, regnum respuens, successionẽ negligens regalem, tyrannidem, & peccatum abhorrens, tunc occasione sumpta; *Negauit*, vt inquit Apost. ad Hebræos 11. n. 12. *se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem*; quod dixit Basil. hom. 2. in exam. *denique tyrannidis factum perosus, ad suæ gentis contribules recurrit, eorumque humilitatem complexus, præelegit calamitates, arumnásque cum Dei populo experiri, quam vt temporalia voluptate perfruitus se obnoxium redderet peccato.* Quod autem Moyses illa è domo discessit Pharaonis occasione, quando scilicet contra Hebræos eum stimulabant, & tunc genus pandisse suum, tenet Salianus accuratus huius temporis scriptor in suis annalibus ad annum mũdi 2505. Mosis verò 40. & Cornelius à Lapide, in loco Pauli supra adducto, qui affert pro se authoritatem quandam Theodoreti apud quẽ inuenire non potui; præclara ergo illa confessio, magnanima illa regni contemptio, animus contra impios inuictus, abiectionis Christi complexio, nónne omnia Dei indicant præsentiam, ac in illam sanctissimam animã tunc specialem illapsum; ob quod merito à Theodoreto lib. 2. de Principiis, paulò post medium, oceanus appellatur Theologiæ, probãs enim antiquiorem extitisse Mosen omnibus Poëtis; vti Orpheo, Homero, cęteriſque etiam Philosophis, expleto eorum calculo, sic ait; *Cur non quæso his omnibus relictis, ad Mosem oceanũ Theologiæ transimus, à quo, vt poëtice dicam fluuij omnes, & maria omnia derivãtur, illinc enim & Anaxagoras, & Pythagoras, Platóque post eos, parua quædam veritatis lumina, quadámque inuia desumpserunt, Socrates quoque, qui Archelao, Anaxagoræque connixus, ab eis didicit quæcumque de Deo alios ipse tradidit, Moses verò nonnullam secutus hominum rationes, sicut illi fecerunt, sed clarissima Dei voce perdoctus theologiam nobis conscripsit.*

Et steterit contra reges iniquos, &c. Græcè, *& restitit regibus terribilibus in portentis, & signis.* Rex vnus fuit Pharao, sed (vt bene Lorinus) intelligantur etiam Principes Pharaonis, corã quibus editæ sunt plagæ. & contra quos etiam Moyses steterit tanta potentia, vt etiã si ipse pauper, tunc & subditus, illum timeret Princeps Pharao, non ipse illum, sic potens est iustitia, sic omnipotens qui virtute præditus, de qua te vide in altero hom. 35.

In Portentis, & signis. Isidorus 2. ethymolog. c. 52. Portentum definit à portando, *Portenta*, ait, *dicta perhibent à portando, id est, præostendendo, ostenta, eo quòd ostendere futura aliqua videantur.* Vnde hæc vox coincidere videtur cũ illa *prodigij*, cum prodigium (vt definit Beda, & Glossa in cap. 2. Actorum n. 59.) est, *quod porrò dicit*, id est, quod significat aliquid; quæ omnia simul definiens August. 21. de Ciuit. c. 8. sic ait, *Monstra sanè dicta perhibent à monstrando, quod aliquid significando demonstrent, & ostensa ab ostendendo, & portenta à portendendo, id est, præostendendo, & prodigia quod porrò dicant, id est, futura prædicant.* Vnde Origen. tom. 9. in Ioan. Prodigia ait esse, *quæ præter opinionem fiunt, & humanam consuetudinẽ excedunt.* vnde bene August. vbi sup. asserit, Portenta, siue Prodigia, non esse contra, sed supra naturam.

Signum autem est, *quo aliquid significatur*, cum hac tamen differentia à Portento, siue Prodigio, vt hoc, vt inquit Hugo Cardinalis, *in*

7. Moyses quando dominum reliquit Pharaonis.

8. Pelagus extitit Theologiæ.

9. Omnium antiquorũ Philosophorum antiquior, à quo omnes acceperunt.

Salian.

Cornel.

Isidor.

10. Portentum quid.

Beda.

11. Prodigium quid.

August.

12. Monstrum quid.

Origen.

13. Signum quid.

Hugo.

magnis sit in cælo, illud autem *in parvis & in terris*; sed vt bene Lorinus in Act. c. 2. n. 19. apud Iudæos signa dicuntur miracula, quia peti solita vt indicia virtutis Dei, quod Scripturæ exẽplis ipse probat, & hoc modo hic accipienda sunt pro miraculis scilicet, & portentis, quæ Moyses est operatus coram Pharaone, eiusque principibus ex mandato Dei, ad populi liberationem, factus à Deo, & constitutus ipsius Pharaonis Deus, iuxta illud Exod. 7. n. 1. & hoc quando amplius suam Moyses recognoscens indignitatem contra Pharaonem se stare posse desperabat, quod acutè tractans Rupert. lib. 1. c. 26. sic ait; *Queniam tu mitissimus virorum, pro tam glorioso negotio cum Pharaone dimicare, & cum regibus confligere te indignum ducis, atque hoc modo vsque ad nouissima terræ te deprimis, ecce ego sustollam te super altitudinem nubium, faciamque te ipsius Deum, non quẽ ille fideliter adoret, sed quem seruiliter formidet, vt imperes aquis pro potestate Dei, vt ranas crees, vt imperes terræ, ac cineri, faciásque in Rege, & exercitu eius cinyphes, & vesicas, imperes aëri, & pestem valde grauem generet, imperes igni, & cum grandine mixtus feratur super peccatores, ita imperando elementis Deus eris Pharaonis, & quia Pharao cum eiusmodi Deo saltem loqui non est dignus, Aaron frater tuus erit Propheta tuus, plagas quas tu facies pronunciaturus, siue tanquam minister illaturus.* Egregiè, vbi notandum non ante Mosem Deum factũ Pharaonis, quam ab ipso expulsum, & pro nihilo habitum, ac Dei sic mandatum contemptum, vt afflictionem afflictis ipse addens tyrannus, saltem laterum pensum exposcebat sublatis paleis, quod prius, multiplicatis in populum flagris, ita vt ad desperationem iste adductus contra Mosem clamaret, *Fœtere fecisti odorem nostrum coram Pharaone*. Exod. 5. n. 21. *& gladium eius, & præbuisti ei gladium, vt occideret nos.* At tunc quando iste in superbiam elatus, humilem despexit, iste in Deum ipsius est effectus, vt semel apprehendant Principes, Politicique superbi, humiles non despicere, Dei monita non spernere, iustitiam exercere, scientes illosmet in Deũ terribiles passutos, & aërẽ, cælum, terrámque contra eos immutaturos, si contra fecerint, monitáque non audierint.

Exo. c. 7. n. 1.

Rupert.

14. Moyses nunc à Deo exaltatus, quando amplius humilis.

15. Pharao indignus & si Rex vt cum Mose loqueretur, idcirco Aaron Moysi adiungitur.

Exod. 5. n. 21.

16. Dei seruus tunc in Deũ assurgit hominumquãdo amplius ab illis despicitur.

17. Pharao vnde cor indurauit, & cur Moysi non credidit.

At non erit abs re inquirere, cur Pharao Moysi non credidit, & vnde cor indurauit, quod eius indurationis instrumentum? mirum quippe videtur, hominem ratione præditum, voluntate flexibilem, tot visis signis, tot aspectis portentis, non mutari, non emolliri, immo obdurari, & tanquam si non carneum, sed ferreum possideret cor, ad ictus constipari, & obdurescere; qualis ergo huius rei causa sic potens, vt contra Deum militans potentior apud Pharaonem ipsa extitit Dei (vt sic dicam) omnipotentia. Qualis ergo alia nisi nequissimorum societas? nisi scelestorum improbitas? nisi infidelium impietas? quos accersiit, & in consiliarios adhibuit, à quibus dementatus, Deo non credidit, vnde se, suáque postea perdidit; quod explicuit sanctus Apostolus 1. ad Tim. c. 3. n. 7. De talibus loquens impius, elatis, superbis, blasphemis, tandem (vt ipse loquitur) *Speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes*; de istis enim assumat, sic veritati

2. ad Timoth. 3. n. 7.

18. Mali consi-

A resistere vt Moysi sanctissimo Iamnes, & Mambres Pharaonis magi, *Quemadmodum autem* ait, *Iamnes, & Mambres restiterunt Moysi, ita hi resistunt veritati*; Quod luculenter vt assolet, explicans Philo in vita Moysis sic ait; *Sophistæ Magique quoque aderant, quod vos terret, inquiunt, nec nos sumus rudes talium artium, & nos talia patrare possumus; deinde cum quisque suam virgam protecisset, multi dracones circa primum illum sinuosis orbibus volubant, ille verò erecta cervice, immani hiatu, non aliter quam obiectos pisces circumquaque petitos absorbuit, atque in deglutitis in pristinam virga naturam reddidit*; Fecerunt ergo isti pessimi ad instar Moysis sanctissimi signum, quod & similiter in sanguine, & ranis præstiterunt; quid ergo mirum, si obdurans nõ credidit, si fallacia eiamici præstiterunt ad decipiendũ eius amplius conducentia. Moyses sanctissimus vera, & diuina producebat signa ad liberationẽ populi, quod contra Pharaonis erat beneplacitum, sui amici falsa, & diabolica, at secundum eius sensum, ad detentionem scilicet populi, quid mirum si amplius istis crederet, si eum dementarunt, quia ei assentiebantur, vt hinc discas vnde perditio emanet Principum, vnde ad malum eorum obstinatio, vnde tandem ad Dei monita obduratio, dementatur à magis, à sapientibus non secundum spiritum, sed secundum carnem, & quod pudet dicere à viris speciem præ se ferentibus sanctitatis, qui placentia loquentes ad sensum non ad virtutem, non consulunt, sed assentiuntur, hinc eorum ruina, hinc status perditio.

B

C

liarij regnorum, & regum causa obdurationis, ac destructionis.

Philo.

At si non ad politicos, sed ad hæreticos ista traducere velimus, vt tradit Chrysost. hom. 8. in epist. 2. ad Timoth. duo præclara inde elicere possumus documenta. Primum, vt, quod hæretici sint non miremur, iam inde à principio hoc nascentis extitit Ecclesiæ, vt inquit Sanctus. *Si quis nunc indignatur*, ait, *quod hæretici sint, consideret eos à principiis, atque primordiis fidei erupisse, diabolo semper veritati mendacium clam inferre molliente*, quod exẽplis probans sic sequitur *promiserat initio Deus primis hominibus bona, accessit diabolus promittens itidem bona: plantauerat Paradisum Deus; seduxit hic dicens: Eritis sicut dij, & qui rebus nil poterat, verbis promittit ingentia; post fuerunt Cain, & Abel, deinde filij Dei, & filiæ hominum, postea Cham, & Iaphet, Abraham & Pharao, Iacob & Esau, Moyses & Magi, Propheta, & Pseudopropheta, Apostoli & Pseudoapostoli*; nam diabolus Simoni Petro, Simonem opposuit Magum, Iacobo maiori Philetum, & Hermogenem, Ioanni Euangelistæ Apollonium Tiaræum, & Paulo Bariesu, qui & Elimas Magus, vt habetur Act. 13. n. 8. & tandem Christo sanctissimo opponet Antichristum, vt verum sit quod concludens ait Chrysost. nunquam defuisse, *qui mendaciũ veritati latenter insereret.*

Chrysost.

19. Hæretici semper in Dei Ecclesia, vnde nõ mirandum ipsos esse.

Secundum documentum est, istos falsis non veris decipere dogmatibus, & à sancta educere Scriptura dracones, hoc est argumenta, & versutias, sed falsos, dementatos, ab arte editos diabolica, quos Christus sanctissimus eadem prorsus Scriptura illudit, ac deuorat, & ad nihilum redigit, tum per se vt in die tentationis, tũ per ministros Ecclesiámque suam, isti enim

20. Falsis decipiunt argumentis.

peruerſi, & ſceleſti, hominum nomine indigni, Magi, hoc eſt diabolica, ac ſathanica imbuti ſophia, ſeu potius ſophiſtica, à Deo ſanctiſſimo permittuntur in ſupplicium, iuſtámque peccatorum pœnam, vt ſcilicet eos tantum dementent, ac decipiãt, qui peccatis onerari veram, orthodoxámque fidem amittere merentur, vt grauiter diuus adnotauit Chryſoſt. vbi ſup. exponens illa verba Pauli; *Qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis*, vbi Chryſ. *vides vnde illa quaque faciles ad fallendum ſunt? à peccatis, ex eo ſcilicet quod nihil boni ſibi ſunt conſcię*; hoc dixerim, vt quæ ſit Hæreſiarcharũ intelligatur permiſſio, & cauſa, & ne quis de fide tantum glorietur; excidet enim ab illa ſi peccatis oneretur, quæ dum abundant ad falſos aures aperiunt ſenſus, falsáque dogmata, hæc veris anteponentes, quia ſecundum carnem, quia placentia, quia mollia, ſic eorum exigentibus peccatis, in dies obſtinatiores, & in malitia ferrei, non ſecus ac impius Pharao dementatus à Magis, ideo quia iniuſtitia preſſus, auaritia obſeſſus, cupiditate tentus, emolumento obcæcatus nolebat indemnem populum dimittere, ſed iniuſtè opprimere; hinc merito à falſis deceptus ſacerdotibus, (vt aliqui volunt Magos fuiſſe) falſa veris præferens ſignis, ſic factus eſt demens, (quod mirandum) vt ne veritati obedire impelleretur, plagam plagæ adderet, ſanguinem ſanguini, ranas ranæ, ſupplicium ſupplicio, vt rectè obſeruauit Theodoret. quæſt. 18. in Geneſ. *Dum puniretur*, ait, *Ægyptiorum rex, non fuit contentus plagis à Deo illatis, ſed præcepit incantatoribus vltionem agere, itaque per eos Deus illum affligebat, quaſi verè dixiſſet, quia pietti te delectat, tuorum etiam ſeruorum opera te caſtigabo, & per tuos te plectam*; vt hinc diſcas, quàm potens ſit hominũ malitia, quamuis cæcus homo ſemel in peccatis obduratus, vt contra ſeipſum militans, ipſemet ſit ſui cruciator, ipſe ſua ſibi paret ſupplicia, non ſecus ac Pharao qui Dei plagis, & ſuorum addidit Magorum contra Moyſen obduratus, qui vti forma prælatorum, validè omni indutus fortitudine contra ipſum ſtabat, vt iam dicemus.

21. Quos permittit Deus vt decipiãt.

Chryſoſt.

Theodoretus.

22. Quanta obſtinati cordis duritia.

HOMILIA XXV.

Propria prælatorum virtus fortitudo.

Stetit contra reges horrendos, de Moyſe noſter ait Sapiens, tunc quando princeps, & præſul populi factus, plus huius, quam ſuam faciens ſalutem, regiam non æſtimans poteſtatem, regales non ſuſcipiens Satrapas, & qui prius, quando ſubditus ſic mortis timidus extabat, vt Ægyptum fugeret, Exod. 2. n. 14. poſtea præſul effectus ſuorum charitate ardens vltro ad mortem ſe ingerit, vt præclarè adnotat Chryſoſt. ſic dicens; *Moyſes ille ipſe fugitiuus, & vnius viri minas ſuſtinere nõ valens, melle charitatis ſemel guſtato, nemine cogente mori pro ſuis feſtinabat.* Prælatis ac Eccleſiæ Chriſti præſulibus formam præbens, quali debeant inſtructi eſſe virtute, qualique fortitudine, ea ſcilicet, vt regibus, vt principibus, vt horrendis ſe opponant tyrannis, tanquam eorum

1. Moyſes ſubditus timidus prælatus fortis.

A proprium, peculiaréque officium; vnde ſi eis aliquando timor, hic non pro ſe, ſed pro ſubditis, ex quo non ex eo ipſi timidi contra potentes, immo fortiores, animoſioréſque.

Mirum, timet Iacob fratrẽ Eſau ſic, vt quaſi extra ſe fiat, & tamen poſtea accedente fratre ſic intrepidus obuiam illi exiit, vt ſolus vellet accedere, non ſociatus, Geneſ. 33. n. 1. *Eleuans oculos ſuos vidit venientem Eſau, & cum eo quadringentos viros, & ipſe progrediens adorauit prono.* Vnde ergo ei tantus animus, vnde nunc tanta audacia? dices ex lucta, ex viſione Domini, ex Angeli præſentia, verum, ſed aliam ego ſuſpicor etiam rationem, ex timore ſcilicet reſumpſiſſe vires, audaciam, quia & ſi timuit, nõ pro ſe, ſed pro familia cui ipſe prælatus, ſic enim ait c. 32. n. 11. *Erue me de manu fratris mei* C. 32. n. 11. *Eſau, quia valde eum timeo, ne forte veniens percutiat matrem cum filiis*; En cauſa timoris? non ſui bonum, ſed ſubditorum, hinc audax, hinc animo valens, timor eum ipſe armans, vt ſic dicam, & ad prælium accingens, quia talis timor non ex amore ſui, ſed ex charitate ſubditorum; quod eleganter exprimens Chryſoſt. hom. 33. in epiſt. ad Corinth. ſic ait; *Vide*, inquit, *vt timidus ille charitate ſuſcitante, leone quouis animoſior euadat, velut propugnaculum enim quoddam ſeipſum ante cæteros locans, paratus erat ferrum illum, & minas quemadmodum ſuſpicabatur, ſpirantem excipere primus, & ſuis ipſius corpore parare vxoribus ſalutem, & quem domi timebat, intueri primus in acie ſtudet.* Hæc extrema adnoto verba, domi timebat Iacob Eſau, ſic vt maluerit profugere, quàm in domo habitare paterna; cur ergo nunc etiam valdè eum timens, non profugit, ſed occurrit? ſanè ea qua diximus ratione, quia primus timor erat ſui, non ſuorum, ſecundus ſuorum, non ſui, primus ſubditi non prælati, ſecundus prælati non ſubditi, hinc effectus prioris fugæ, ſecundi animus, & irruptio, timent prælati Reges, timent tyrannos, non ſe pro muro opponunt, ea quippe eſt ratio, quia ſibi timent, non ſuis; hinc animo fiunt imbelles, ac in correptione viles, peccata eorum diſſimulantes, correptionem negligentes; nam ſi ſuis timerent, non ſibi, vti Iacob leones fierent non lepores, hinc poſtea eorum deſtructio, omniſque conſumptio.

2. Timor in prælatis audaces eos facit non timidos. *Geneſ.* 33. n. 1.

3. At hoc quãdo non ſibi ſed ſuis timent. *Chryſoſt.*

4. Prælati vnde principes timent, eóſque non audent reprehendere.

Attende, timens ſibi ſuperior, ne ſua perdat, ne honores amittat, ne patiatur in bonis, ob quod diſſimulat cum potente, contra iniquitatem non irrumpit, ſicut debet, quid inde? iuſto Dei fit iudicio, vt illa amittat, ſéque cum illis perdat; pulchram huius rei ſanctus dat Aug. rationem 1. de Ciuitate, c 9. tom. 5. nam eum Deus ob peccata, quæ reprehendere debebat prælatus, peccatores illos deſtruat potentes, nónne ſimul & prælatos deſtruet, à quibus illa ipſi habebant bona, vnde ſicut peccatores eorum bonis ob peccata priuat partata, ſic prælatos ob correctionẽ amiſſam, vilémque, quem in peccatores habuerunt animum; dum ob metum, ob reuerentiam eos admonere deſiuerunt, ediſſerens enim ſanctiſſimus pater, quare Chriſtiani tantas calamitates patiebantur, & ſi boni, ſic ait; *Quis tandem facilè reperitur, qui eoſdem ipſos propter quorum horrendam ſuperbiam, luxuriam, & auaritiam, atque execrabiles*

5. Ob hoc & ſe & ſua ſimul amittent. *Auguſt.*

by Google

iniquitates, & impietates, Deus ſicut minando prædixit, conterit terras, ſic habeat vt habendi ſunt, ſic cum eis viuat, vt cum talibus viuendum eſt, plerumque enim ab eis decendis, admonendis, aliquando etiam obiurgandis, & corripiendis malè diſſimulatur, vel cum laboris piget, vel cum eorum os coram verecundamur offendere, vel cum inimicitias timemus, ne impediant, & noceant in iſtis temporalibus rebus, ſiue quas adipiſci adhuc appetit noſtra cupiditas, ſiue quas amittere formidat infirmitas: iure ergo cum eis temporaliter flagellatur, iure iſtam vitam quando diuinitus afflignuntur cum eis amaram ſentiunt, cuius amando dulcedinem peccantibus eis amari eſſe noluerunt. Egregiè, dulcedinem huius vitæ prælati amant, ob eam peccantibus magnatibus amari eſſe nolunt, in amaritudinem eorum rediget Deus animas, & in ipſorum bona irrumpet, quia ipſi contra potentis faciem irrumpere neglexerunt.

6. Prælatorũ fortitudo, & animus pro ſubditis etiam cum Deo debet eſſe.

Quidtraliũ quippe prælatorũ contra potentes pro ſuis commiſſis deberet eſſe feruor, talis fortitudo in admonendo corripiendóque, vt nullam extimeſcentes perſonam, nullam maieſtatem, audacter, nó ſolum cum hominibus, ſed cum Deo ipſo præſumerent, non enim hoc moleſtè ferret Dominus, immo gratiſſimè excipiet zelum, feruorémque excuſans charitatis. Abrahami zelus hoc confirmet dictũ, qui & ſi cinerem, & ſi puluerem ſe agnoſcebat, tamen ab ore Domini cõſummationem Sodomę perſentiens zelo, & amore conſobrini armatus cuius ille erat caput, audet, & ipſum admonere Dominum, reputans (& ſi inſcitè) interfecturum ipſum iuſtum cum impio ſimul, Geneſ. 18. n. 25. *Appropinquans Domino*, ait, *nũquid perdes iuſtum cum impio? abſit à te vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, ſitque iuſtus ſicut impius, non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc.* Pende ſingula, & cogita quid amplius Abraham dixiſſet ſi cum homine non cum Deo loqueretur; merito certè exclamans Chryſoſt. hic ait; *O quanta iuſti fiducia, immo ô quanta animi cõpaſſio, quodammodo compaſſionis ebrietate grauatus neſcit quid dicat, quid facis ô beate Patriarcha? quid opus habet tua exhortatione Dominus, vt ne hoc faciat?* ſanè opus Dominus non habebat, ſed amor, & zelus pro Lothi ſalute illum non ſinebant, quem ſaluare intendens, ſic eius extra ſe fit charitate, vt contra ipſum audeat Dominum, admonens de iuſtitia, corrigens de rigore, *Non enim*, ſequitur Chryſoſt. *quaſi Domino hoc facturo dicit, ſed quia manifeſtè propter fratris filium dicere non audebat, communes pro omnibus facit preces, volens cum aliis & hunc ſeruare, & cum hoc etiam alios eripere.* Egregiè, ſciebat Dominum non iniuſta agere poſſe, finxit tamen impoſſibile, vt pro fratre ſtaret, vt populum liberaret; quid quæſo putandum hic ſanctiſſimus effecturus cum homine & ſi potente, ſi verè iniuſtum illum cerneret, quando cum Deo ſic extitit audax? Exemplum hoc ad prælatos loquitur, eos increpans, confundens, qui ſupremæ Maieſtatis oppreſſi reuerentia, non audent miſeri ſe opponere ac pro muro contra eorum ſtare iniuſtitias; opprimuntur pauperes, tacent, grauantur populi, ſilent, ruit iuſtitia, obmutescunt, vnde tanta timiditas? profecto quia non feruent charitate, quia ea quæ decet non præditi ſunt fortitudine.

7. Abrahami animus cũ Deo vnde. *Geneſ.* 18. n. 23.

Chryſ.

Quæ profecto ſic propria eorum eſt virtus, vt nil ſic ſibi imputandum timere debeant quã quod vt ſine ea cognoſcantur, reputentúrque homines timidi, & contra magnates & dynaſtas non audentes. *In tempore illo* (ait Scriptura 3. Reg. 14. n. 1.) *egrotauit Abia filius Ieroboam, dixítque vxori ſuæ, ſurge & commuta habitum, ne cognoſcaris quod ſis vxor Ieroboam, & vade in Silo, vbi eſt Abias Propheta, qui locutus eſt mihi, quod regnaturus eſſe ſuper populum hũc, ipſe enim indicabit tibi, quid euenturum ſit puero huic.* Vnde, aut cur vt mutet habitum præcipit? nónne amicus, & qui nuntiauerat ei bona? ſanè, ſed vir præpotens, ac Rex indigna de ſanctiſſimo Propheta concipiens, putauit ob dignitatis præſtantiam ipſum veritatem celaturum, *Quia timebat*, inquit Lira. *ſi eam agnoſceret, negaret reſponſum, vel veritatem celaret;* at quid? ſanctus Propheta hanc non ſuſtinens iniuriam, ſic ea offenſum ſe æſtimauit, vt vix mulier in oſtium pedem infixit, ac ipſe, & ſi cæcus, clamans ait, *ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te eſſe ſimulas?* cur quæſo verum non dixit, ſimulans etiam & ipſe? poterat equidem, ſi vellet; ſanè, at quia indignum iudicauit Dei illud eſſe Prophetæ, indignúmque vt homines de illo eam vilem conciperent opinionem, quaſi Regem, & maieſtatem contra veritatem ſuſcepturus, maluit vitæ ſubire diſcrimen, quam palàm ac apertè ipſam non increpare Reginam, & per eam ipſum Iſraëlis Regem. *Caligans oculis Propheta ſenex*, ait Theodoretus apud Gloſſam, *& intus ſedens venientem ſenſit eminus, & mittens miniſtrum breuiter iuſſit eam ingredi tanquam iniucundum audituram.* Verbum adnotãdum poſtremum, aduocauit non tanquam iucundum, ſed iniucundum audituram, faciem non extimeſcens Reginæ, authoritatem non ſuſpiciens regiam, exemplum prælatis in hoc præſtans, qualiter ſe in Dei cauſa cum potentibus, qualiter cum regibus præſtare, immobiles ſcilicet fortes, adamantinos, ſic vt ſi cauſa eguerit, non ſolum verbis, ſed factis reſiſtant, ad ſanctiſſimorum exemplar Pontificum; Innocentius enim tertius, vt refert Bern. Zane in orat. in Concil. Lateranenſ. habita ſub Iulio 2. tomo 3. Concilij apud me pag. 541. ab Ottone 4. imperium abſtulit, tanquam homini de Eccleſia malè merito. Honorius 3. eadem ratione Fridericum 2. Innocent. 4. Fredericum 3. Bonifacius 8. Philippum Galliæ regẽ è regno exturbauit, Ioannes 22. Bauariæ ducem Schiſmaticum, & Eccleſiæ Dei rebellem declarans in ſummas cum redegit anguſtias, vt videas quam Pontificum, quam Dei Eccleſiæ præſulum propria ſit fortitudo, propria animi conſtantia.

8. Prælato nil ſic timẽdum ac timoris, & formidinis oſtẽſio. 3. *Reg.* 14. n. 1.

Liranus.

Theodoret.

Bernard. Zane.

9. Pontifices qui Reges è regno exturbarunt.

Quæ, & ſi Regibus amara, venerabilis tamẽ, & tandem, tandem ab eis ſic ſuſcepta, vt contra cæterorum aſſentationem ſummè eam faciãt, cæteríſque hominem præferant conſtantem, quod in facto iſto Ieroboam adnoto, cur enim ad Abiam Dei Propheram miſit, & nõ ad ſuos qui infiniti? Mendoça è Societate Ieſu, noſtra ætate in exponendis Scripturis vir ſanè admirabilis, & abſque inuidia merito cum antiquioribus

10. Præſulum animus, ac conſtantia tandem Regibus æſtimabilis.

Mẽdoça.

11. Ieroboam cur ad Abiam miſit Dei Prophetã, & non ad ſuos, de infirmitate filij conſulturus.

12. Spectarium peſſimus nos in confeſſoribus eligendis. *Abul.*

ribus comparandus in c. 3. 1. Reg. n. 11. poſit. litter. n. 7. eam dat rationem, *quia plus* fausta ei Abias nunciauerat, regnum ſcilicet, *Quaſi alios Prophetas audire nollet, quam eos qui ſibi fauſta, & felicia præſagirent*; Ex quo piiſſimus pater conſuetudinem taxat eorum, qui prædicatores aures delectantes eligunt, qui eos adeunt confeſſarios, qui ſecum mitius agant, & ad inſtar Ieroboami eos conſulunt Doctores, qui dubias conſcientiæ quæſtiones, non tam ad veritatem, quàm ad commoditatem conſulentis interpretantur, quod his temporibus peccatis ſic exigentibus noſtris, & vidimus, & ingemiſcimus; at ad rem noſtram proprius Abulenſ. in eodem præfato Reg. c. quæſt. 7. quia de idolorum Prophetis non bonam conceperat opinionem, vera ſcilicet dicere; vnde cum verum ſcire appeteret, non ad ipſos, ſed ad Dei Prophetam accurrit; vnde Abulenſis, *Ieroboam volebat quærere ab illo Propheta, de quo certior eſſet quòd verum ei diceret, ſed non credebat aliquem Prophetam eſſe tam veracem, ſicut Abias Silonites erat, ideo miſit ad eum.* At cur nullum credebat eſſe ſic veracem? Reſpondet Abulenſis, *Nam Prophetæ idolorum falſa loquebantur*, quod quidem ipſum non latebat. Ergo, & ſi Abias verus Propheta, veráque dicere debebat, ex quo etiam Ieroboamo infenſus, ob quod illum timebat, vt idem affirmat Abulenſ. quæſt. 3. tandem ad momentum neceſſitatis peruentum, veritas ſuſcepta, aſſentatio repudiata, fortitudo exaltata, imbecillitas depreſſa. Quod apertius confirmatur ex verbis illis, quæ Valentinianus Auguſtus Ambroſio liberè cum illo loquenti, vt ſcribit Baronius in Ambroſij vita; *Noui iam pridem* (ait illi Imperator) *tuam in loquendo libertatem, qua exploratè cognita, non modo tuæ in Epiſcopatum ordinationi non reſtiti, verum etiam & ſuffragatus ſum*; Digna tanti Imperatoris ſententia, ex qua non ſolum præſulum libertatem magni æſtimatam elicitur, ſed quo animo eam ſuſcipere debeant Principes manifeſtè indicitur; cum ſi bene attendant, tunc Epiſcopi, tunc ſunt verè præſules, quando pro ouibus ſibi commiſſis firmiter ſtant, ipſiſmet regibus, qui etiam eorum oues, pro ipſorummet ſalute obſiſtendo, eos liberè ſi opus eſt increpando; ſic vt & ſi in ipſos ſint benefici, ſi amiciſſimi, ſi in ſummo eos habeant honore, ſi tamen peccatores, ſi in ſubditos iniqui, non vt Principes amici, ſed vt inimici habendi.

Baron. 13. Valentinianus Imperator Ambroſij libertatem diguè ſuſcepit.

Pulchrè hoc denotatur in illis Eliæ verbis, 3. Reg. 21. n. 21. quando de morte Naboth Achab reprehendens, ſic iſte illi; *Num inueniſti me inimicum tibi?* ſeu, vt alij legunt, *Num inueniſti me inimice mi?* id eſt, vt ait Lira. *Nunquid inueniſti me talem quod deberes mihi inimicari?* cui ſanctus Propheta, *inueni, eo quod venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu Domini.* En inimicitiæ cauſa Prophetæ cum Rege; honorabatur Elias ab illo, ſupra cæteros eum extollebat Prophetas ſuos, adeò, vt etiam eos ſineret ab eo occidi, & tamen apertè eum ſuum eſſe inimicum Sanctus affirmat, non quidem aliunde niſi quia peccator, & peccatis venundatus, ob id inimicus, & ſi Rex, & ſi Princeps, quia alta indutus mente, vt pulchrè Chryſoſt. hom. 8. ad populum Antioch. tom. 5. non ſpectabat exteriorem regis apparentiam, ſed interiorem, vnde Chryſoſt. *Elias non ſpectabat diadema, & exteriorem regis apparentiam, ſed animam pannoſam, ſqualentem, ſordidam, & omni reo miſerius affectam reſpiciens, & ipſum intus captum eſſe vitiorum ſeruum, ipſum principatum contempſit, etenim tanquam in ſcena, ſed non in veritate regem ſibi cernere videbatur, nil talium faciens amicitiæ*; nam vt altè Ambroſ. in obitu Valentiniani, *felicius*, ait, *Epiſcopos perſequuntur Imperatores, quàm diligunt.* Sic equidem ad huius inſtar deberent eſſe prælati oſ- *Chryſoſt.* *Ambroſ.*

15. Epiſcopi felicius à principibus perſequuntur, quàm amantur.

ferente ſe occaſione, non amicos, ſed inimicos Principes æſtimantes, quando peccatores, quando peccatis venundati; quod quidem animaduertendum; non enim dixit, inueni te inimicum, quia malum facis, *ſed eo quod venundatus ſis, vt faceres malum*, id eſt ſic malis, & peccatis ex addictus, ac ſi viliſſimum mancipium; & ita te malitiæ tradidiſti, ac ſi eſſes ei venundatus, ita vt non aliter facere poſſes, quam quod ipſa iubet, & præcipit, quod prorſus deploratorum eſt hominum; hoc dixerim, vt in quo caſu, cum regibus illud agendum, & quando à prælatis, vt inimici habendi, quando ſcilicet res eſt deplorata, quando ad ſummum iniquitas proceſſit, vt ſic libertas teneatur, vt prudentia, diſcretióque non amittatur; immo, & in reprehendendo reuerentia, quod adnotauit Procopius in illis verbis Samuelis 1. Regum 15. num. 6. ad Saulem, *Sine me, & indicabo tibi quæ locutus ſit ad me Dominus*, vbi Procopius, *quanquam Propheta ſit, tamen Regem alloquturus liberè loquendi copiam petit.*

16. Quid eſt peccatis venundatum eſſe.

Procop.

17. Reges cum reuerentia admonendi.

Fortes ergo debent eſſe prælati, conſtantes, imperterriti, quod ſic proprium eorum, vt ad ſupremas recuſandas dignitates vnam illam tantum ſapiens Sidrach attulerit rationem, difficultatem ſcilicet faciem non extimeſcere potentis, vnde ait; *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, vt ponas ſcandalum in æquitate tua*, Eccleſ. c. 7. n. 6. adnoto illud *niſi* quaſi licita iudicij procuratio ſi virtutem in ſe quiſque ſenſerit contra iniquitatem, faciémque potentis, ſic Gloſſa hic; *Debet quiſque* (ait) *proprias virtutes perpendere, & pro quantitate virium curam aliorum ſuſcipere, ne dum delectatur loco gloriæ fiat ſubditis author ruinæ.* At quia rem ſic difficilem æſtimat hanc ſapiens, vt penè in nullo reperiatur hominum, ideo ſuadet cuilibet ne iudex fieri velit; hinc quia paruulum ſe recognoſcebat Hierem. contra potentem ſtare non audentem officium recuſat prælationis, clamans, dicens, *A, A, A, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum*, c. 5. n. 6. quaſi diceret, vt inquit Cornelius, præ pueritia neſcio loqui res tantas, & præ timore puerili non audeo apud viros, & principes; quæ excuſatio, ſic Deo rationabilis viſa, vt electionem eius amplius confirmans, vt fortior

18. Difficultas regiminis vnde.

Eccleſ. c. 7. n. 6.

Gloſſa.

Hierem. 5. n. 6.

19. Hieremias vt officium recuſat prædicationis.

Liran.

14. Principes quãdo Dei inimici, & publici peccatores, vt tractari debent à ſanctis prælatis.

T

munus ſubiret, certiórque exiſteret idoneum eſſe ad illud, ipſúmque affirmat valentiorem futurum, robuſtiorem, ac omnibus principibus fortiorem n. 18. *Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, ſuper omnem terram Regibus Iuda, Principibus eius & Sacerdotibus, & populo terræ.* Illis eum characteribus prænotans, quibus bonus inſignitus debet eſſe prælatus, omnibus ſummam exprimentibus fortitudinem, vnde non ſimpliciter dixit dedi te in ciuitatem, in columnã, in murum, ſed in ciuitatem munitam, columnam ferream, murum æreum; qui, vt diuus ait Hieronymus; *Nulla violatur rubigine, nec caſus imbribus deperit, ſed vetuſtate fit fortior.* Vt inde diſcant omnes; quam difficile munus ſit prælationis, & quod niſi Deo adiuuante, immo munera infundente, impoſſibile eius onus vt humeris portetur humanis, cum non contra quoſlibet ſtandum, ſed contra potentes, mundíque Deos, vnde, qui illud ambiunt iuxta ſapientis dictum, certè in ſe animum, vires, potentiam intelligere debent contra illos, valentioremque eis ſe faciem habere. Attendant hoc qui non vocati ſe intrudunt, quantúmque pondus ſupra ſe iniiciunt prælationem ambientes; voluntariè enim ſe contra reges, dynaſtas, principéſque ſtare promittunt, vnde ſi à promiſſo decidunt, ſciant infinitum ſupra ſe intendere iudicij grauamen, cur enim prælatos fieri ambiant, ſi hoc non intendunt? an primam illam cathedram ſuſcipiunt, vt quæ honoris ſibi, quæ oneris aliis deſinant? hoc quippe his videmus temporibus, & lamentamur, quando prælati Epiſcopatus onere aliis dimiſſo, ipſi otio, ne quid dicam peius, vacant, hos quidem meretricibus ſanctus comparauit Pontifex Damaſus epiſtola 4. decret. quæ habetur 1. tomo apud me pag. 388. reprehendens enim eorum Epiſcoporum abuſum, ſeu inertiam, qui Chorepiſcopos ordinantes curam eis relaxabant, vt in otio ipſi viuerent, ſic grauiſſimè ait; *Quidam Epiſcoporum propter ſuam quietem eis plebes ſuas committere non formidant, & ipſi in ſua quiete torpent; hi namque qui talia præſumunt, videntur mihi eſſe meretricibus ſimiles, qua ſtatim vt pariunt infantes, aliis nutricibus tradant educandos, vt ſuam citius libidinem explere valeant; & iſti infantes ſuos, id eſt populos ſibi commiſſos, aliis educandos tradunt, vt ſuas libidines expleant, id eſt vt pro ſuo libitu ſecularibus curis inhient, & quod vnicuique viſum fuerit, liberius agant; pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hereſes, & ſchiſmata prodeunt, Eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt*; Vox hæc, vox Dei, experimento comprobata, viſu percepta, & tamen neglecta; non quidem hoc Epiſcoporum Chriſtianorum eſt, ſed vt ſanctus Hieremiæ muros eſſe æneos, columnas ferreas, ciuitates munitas, defenſione, ſuſtentatione, repulſione inimicorum, non quæ ſua, ſed quæ populi curantes, non ſua, ſed quæ Dei contra quoſlibet defendentes; Pulchrè Ambroſius Valentino Imperatori, eiuſque matri Iuſtinæ templum dari Arrianis petentibus fortiter reſiſtens, cum proceres, ac tribuni inſiſterent, allegantes Imperatorem ſuo vti iure cum terra, ſolúmque eius eſſet, ſic ait; *Si Imperator à me petat quod meum eſt, id eſt fundum meum, argentum meum, non recuſo, quanquam omnia quæ mea ſunt, pauperum ſunt, verum quæ Dei ſunt, imperatoriæ maieſtati non ſunt obnoxia, ſi patrimonium affectatis, inuadite, ſi corpus, accurrite; vultis in vincula ducere, vultis ad necem? non ego me vallabo ſtipulatione populorum, non altaria tenebo, vitam deprecans, ſed pro altaribus victimam me præbebo.* En Pontificum fortitudo, en animus, ſua deſpicere, & altaria tenere non pro vitæ incolumitate, ſed effuſione; quod in Ambroſio notandum, multi altaria tenent vt de altari viuant, non vt pro altaribus victimæ ſint; immo altaria pro victimis habent, vt ſaginentur, vt ex eis ditentur, & altaria quaſi hæreditas propria eſſet ipſorum, & non Chriſti, ſic ſibi, ſuiſque abdicant vniuerſa, quaſi ex iure debita, vt quos alias mundus teneret mendicos, Dei Eccleſia non poſſit portare ſuperbos; *Obſecro itaque te* (grauiter ait Hieronymus ad Nepotian. epiſt. 11.) *& repetens iterum atque iterum monebo, ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes, id eſt ne lucra ſæculi in Chriſti quæras militia, ne plus habeas quam quando clericus eſſe cœpiſti, & dicatur tibi, cleri eorum non proderunt eis*, Hierem. 12. *Nonnulli enim ſunt ditiores monachi (dic tu Epiſcopi) quam fuerunt ſæculares, & clerici qui poſſideant opes ſub Chriſto paupere, quæ ſub locuplete, & fallace diabolo non habuerunt, vt ſuſpiret hos Eccleſia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos.*

Hinc iſti non muri, hinc potentibus conniuentes, hinc faciem eorum extimeſcentes, vnde putas Ioanni tanta libertas in Herodem, vnde Eliæ in Achabum? profecto quia ambo pauperes, & nudi, nil pro hæreditate habentes niſi ſolum Deum; Ioannes ſic pauper, vt veſtimento incedens indutus camelorum, non manducaret, neque biberet, iuxta illud Euangelij, *Venit Ioannes neque manducans, neque bibens*, Matth. c. 11. n. 18. Elias autem zona præcinctus nil præter baculum poſſidebat, hinc audaces, fortes, contráque potentes leones, *Num ergo fiducia, & loquendi libertatis expertes erant Eliæ, & Ioannes?* ait Chryſoſtomus homil. 18. in epiſtol. ad Hebræos, *non ille quidem arguit Achab, hic verò Herodem?* aſſignánſque huius rei cauſam eorum paupertatem, ſequens ait; *Nam diues quidem eſt ſeruus, & qui damno ſit obnoxius, & cuilibet volenti præbeat vt ipſi malefaciat; qui autem nihil habet non timet bonorum publicationem, neque condemnationem*; pulchrè, & poſtrema volo premere verba.

Vnde putas omnis prælatorum timor, vnde contra potentes non audere? à bonorum quippe proſcriptione, & cum Deus tantum eorum eſſe hæreditas deberet, quem nullus ab eis rapere poſſet, dum Epiſcopatus fructus pro hæreditate habent, eorum timent

Cornel.

S. Hieronym.

20. Onus prælationis niſi Deo adiuuante ſpecialiter difficile, & eius.

21. Epiſcopi curam Epiſcopatus aliis relaxantes meretricibus ſunt ſimiles.

S. Damaſus.

22. Epiſcoporum Chriſtianorum munus.

Ambr.

23. Ambroſij ſanctiſſimi fortitudo epiſcopalis.

Hieron.

Hierem. 12.

24. Libertas in prælatis vnde eis prouenit.

Matth. 11. n. 18.

Chryſ.

25. Paupertas in cauſa vt principes non à Dei ſeruis timeantur.

Digitized by Google

publicationem. Pulchrè Hieronymus vbi ſu-
Hieron. prà explicans Græcum nomen (Clericus)
26. quod (ſors) Latinè ſonat, ait, quod ideo vo-
Epiſcopis & prælatis vnde principum timor. cantur, *Clerici* quia vel de ſorte ſunt domini, vel quia ipſe dominus pars eorum eſt; monens autem, quomodo quis, aut domini pars eſſe poſſit, aut Dominus eius, ſic ait; *Qui Dominum poſſidet, & cum Propheta dicit, pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere poteſt; quod ſi quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus, v. g. ſi aurum, ſi argentum, ſi poſſeſſiones, ſi variam ſupellectilem, cum illis partibus dominus pars eius fieri non dignabitur; ſi autem ego Domini pars ſum, & funiculus hæreditatis eius, non accipio partem inter cæteras tribus,*
27. Clericus quid ſignificet.
28. Deus cuius eſt pars. *ſed quaſi Lenita, & Sacerdos vino de decimis, & altari ſeruiens altaris oblatione ſuſtentor, habens victum, & veſtitum his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequar?* Egregiè; ſi Dominus pars eſſet prælatorum, non aliud haberent præter Dominum, aurum ſcilicet, argentum, poſſeſſiones, variam ſupellectilem, hinc, & in temporalibus mulctari non poſſent, ex quo omnis ſæcularis prouenit audacia, contráque Dei miniſtros præſumptio; at quia pro hæreditate illa poſſident, timent præſcriptionem, vt rectè Chryſoſtom. hinc obmutescunt, & proloqui non poſſunt, & ſi ipſi pars Domini eſſent, non quaſi ſæculares partem hic habere ambirent, & à decimis, ac altaribus non largos ſumerent prouentus, non immenſas aggregarent diuitias, non infinitam ſupellectilem, ſed victu, & veſtitu contenti, nudi ſequerentur nudum Chriſtum, & non tantum Eccleſia à ſæcularibus opprimeretur, quantum ab eis lætificaretur, dum contra vitia clamantes ipſoſmet perterrerent reges horrendos.

29. Eccleſia ſancta cur ſemper progreditur. Enimuero, & ſi Dei Eccleſia vndique quaſſatur, & ſi vndique fluctuet, quare firmiter ſemper ſtet, & ad deſtinatum progrediatur finem, nunquam ſiſtens, & ſi mille circundetur obſtaculis, mille irretiatur repagulis, profectò illa vna præcipuáque eſt ratio, quia ſancti ſunt in ea Epiſcopi, non muti, ſed loquentes ſonora, altáque voce iuſtos animantes, iniuſtos redarguentes, hinc eius lætitia inter tot, tantóſque fluctus, hinc eius curſus, continuatúſque progreſſus inter varias tempeſtates, ventorúmque turbines. Pulchrè
Ambr. Pſal. 92. n. 3. Ambroſ. lib. 3. epiſt. 19. ad Conſtant. fratrem dum pendens verba illa Pſalm. 92. n. 3. *Eleuauerunt flumina vocem ſuam*, hæc Epiſcopos eſſe docet, qui inter preſſuras Eccleſiæ, dum vocem prædicationis eleuant obiurgando, monendo, liberéque increpando, ipſam lætificant, à fluctibus oppreſſam; *Alluitur vndis* (ait de Eccleſia) *non quatitur, & licet frequenter elementa mundi huius magno illiſa reſultet fragore, habet tamen, quo laborantes excipiat tutiſſimum portum ſalutis, ſed tamen & ſi in mari fluctuat, currit in fluminibus, & vide ne in illis fluminibus magis, de quibus dictum eſt: eleuauerunt flumina vocem ſuam, Hæc ergo flumina cum redundant ſpiritualis gratia eleuant vocem ſuam, & ſicut Ioannes Euangeliſta, ſicut Petrus, & Paulus ele-*

A *uant vocem, & ſicut Apoſtoli Euangelicæ prædicationis vocem vſque in totos fines orbis terrarum canoro diffundunt præconio.* Pulchrè, in quibus illud adnotandum, quod & ſi Eccleſia *in mari fluctuat, currit tamen in fluminibus*, fluctuat in ſalo, hoc eſt, in ſæcularium vita, alius eam concutiens luxurijs, alius ſuperbia, alius oppreſſione, alius pauperum expoliatione, alius tyrannide, ac ſeruitute; at ſi fluctuat in iſtis, & quaſi penè mergi videatur, non currens, ſed ſiſtens, tamen per ſecreta venicula reſilientes aquæ currit in fluminibus, in ſanctis Dei Epiſcopis, qui dum per ſanctam prædicationem ſuam eleuant vocem obiurgando, monendo, animando, foouendo Dei Eccleſiam lætificant, præclarámque reddunt, vnde fratrem edocens Ambroſ. B que tunc Araufiçorum erat Epiſcopus deſignatus ſequens ait. *Sicut ergo ſermones tui proficui, ſint puri, dilucidi, vt plebem demulceas, vt quo voles, quo ductis ſequatur; quod ſi aliqua, vel in populo, vel in aliquibus contumacia, vel culpa eſt, ſint ſermones tui huiuſmodi, vt audientem ſtimulent, compungant malè conſcium.* Nil melius, tales certè deberent eſſe prælati, ea contra potentes audacia muniti, ac ſanctus ille Moyſes de cuius virtute præco noſter exiſtens ſapiens affirmat contra reges ſtetiſſe horrendos, *& ſteriſ*, &c.

30. Epiſcopi ſancti Eccleſiæ Dei flumina eâ lætificãtes.

Num. 17. *Et reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum, & deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamento dies, & in luce ſtellarum per noctem.* C

Commentum literæ.

Connexio capitis. POſt Moyſis Pharaoni obſiſtentiam populus liberatus, ex Ægypto egreſſus, per mirabilem ductus eſt viam in promiſſionis terram, in quo facto tria Dei commemorat mirabilia, in egreſſu ab Ægypto, pauperum ditationem, in profectu per viam, nubem in die, columnam ignis per noctem, modo de ſingulis.

Reddidit iuſtis mercedem, &c. Ægyptios expolians, Hebræos iuſtè ex eorum ſubſtantijs ditans, In qua re primo explodendus eſt Ioſephus lib. 2. antiquit. dum aſſerit, Ægyptios dono ſua libenter Hebræis conceſſiſſe, non commodaſſe, *Tunc Rex*, ait, *accito Moſe mandat vt abeant, tutus poſt eorum exitum regionem, ceſſantibus calamitatibus, ſublatum iri, donis etiam Hebræos honoraturos, vt quò celerius diſcederent: alij propter vicinitatis conſuetudinem; atque hoc pacto egreſſi ſunt Hebræi, flentibus Ægyptijs, & pœnitentibus ob eorum malam tractationem*; fingit bonus iſte vir hæc contra Scripturam, quæ c. 12. Exod. n. 35. & 36. apertè affirmat Ægyptios Hebræis accommodaſſe, non dediſſe, *Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptijs, vt accommodarent eis, & ſpoliauerunt Ægyptios*; ergo non dederunt libenter, dono ſcilicet, ſed commodato; nam ſi dono quomodo dicetur Hebræos Ægyptios expoliaſſe? commodato ergo dederunt, ipſi verò ea animo, acce-

Ioſeph. 1. Ægyptij nõ dono, ſed commodatores dederunt Hebræis.

Exod. 12. *n.* 35.

perunt non reddendi, de qua re duo quæri possunt.

2. Ab eis ea tollere non furtum, sed actio laudabilis.

Primo, an hoc fuerit iustum, & licitum, an iniquum, & & furtum, de qua re multi scripserunt, Philo lib. 1. de vita Moysis, Irenæus lib. 4. contra hæreses, c. 49. Tertul. lib. 2. aduersus Marcion. Clem. Alex. lib. 1. stromatum, S. Augustin. lib. quæst. in Exodum, quæst. 6. 39. & 45. & lib. 22 contra Faust. c. 31. Rupert. in Exod. c. 15. S. Thom. 2. 2. quæst. 66. art. 5. ad 1. & quæst. 104. art. 4. ad 2. Abulens. in c. 3. Exod. quæst. 50. & moderni omnes, qui vnanimiter concludunt actionem illam non fuisse furtum, non malam, sed laudabilem, quod multis constat rationibus.

Philo. *Irenæus.* *Tertul.* *Clemens Alex.* *August.* *Rupert.* *S. Thom.* *Abulens.*

Primò, quia talis actio à Deo extitit præcepta, qui vti Dominus, & iudex omnium, & tanquam supremus gubernator, nullam committens iniustitiam, nec vlli inferens iniuriam, vt contra Marcionistas, & Manichæos disputant Tertul. & August. potuit res illas ab Ægyptiis eripere, & Hebræis concedere, audiamus August. quæst. in Exod. *Non ex hoc Hebraorũ facto*, ait, *quippiam sumendum exemplum putare debet ad expoliandum isto modo proximum; illud enim Deus Hebræis præcepit, qui nouerat, quid quemque pati oporteret, nec Hebræi fecerunt furtum, sed Deo iubenti ministerium præbuerunt, quemadmodum cum minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi, profectò si id sponte faciat homicida est, etiam si eum occidat, quem scit à iudice occidi debuisse.* Nil melius: ergo Dei expoliauerunt iussu Ægyptios Hebræi, qui vt supremus dominus omnium absolutè, & sine causa illud efficere potuit, licet ex parte Ægyptiorum multæ adessent, veluti sceleratissima idololatria, infanda scelera, & tandem eorum dura, & impia obstinatio, & contra eius iussa rebellio; & tandem hoc iustificatur, nam si sine vlla iniuria potuit iustissimè ab eis filios eripere primogenitos, & occidere, cur non, & eorum auferre bona, & cui voluerit præbere? Dominus enim cum sit vitæ & mortis, consequens est, vt sit etiam & rerum, quæ ad vitam ordinantur.

Philo.

Secundò Philo in lib. 1. de vita Moysis, non ausus præceptum Dei in medium proferre, veritus fortasse apud vulgum Dei posse defendere causam, vnde Horatij secutus consilium,

Et que
Desperat tractata nitescere posse, relinquit.

alias elegantissimè vt assolet, affert ex parte populi, vt quando Dei abesset præceptum, actionem illam satis honestare possent; vnde sic ait; *Expulsi, extrusique ab Ægyptiis Hebræi, memores ingenuitatis pristinæ, ausi sunt facinus, quo iniurias acceptas rependerent, multum enim prædæ nacti, furtivas partim suis humeris, partim iumentis imposuerunt; nec id præ auaritia fecerunt, vt obtrectatores fortasse dicent, nec alienarum fortunarum cupiditate; sed primùm vt diuturni laboris necessariam mercedem reciperent: deinde vt pro acceptis in tempore seruitutis iniuriis, si non pro merito, aliquid saltem damni reponerent; nec enim par esset iactura libertatis, ac pecuniæ, nemo quippe sanus non malit vitæ, quam libertatis adire periculum; itaque vtrumque factum iure tueri possunt, sine vt in pace mercedem receperunt, qua tandiu frustrati fuerant; sine vt in bello victores victos bonis expoliauerunt, ab illis enim orta fuerat iniuria, qui viros ingenuos, hospitesque suos, quasi captiuos in seruitutem redegerant; sed vbi se obtulit occasio meliorum temporum, populus inermis, illatam sibi vim vltus est, ipsa protegente eum iustitia;* duas ergo, vt vides affert Philo causas, iustam laboris recompensationem, & iustum bellum.

Irenæus.

Irenæus autem & alia addidit, sic scribens; *Ægypty enim populi debitores erant Hebræis non solum rerum, sed & vita sua propter Patriarcha Ioseph præcedentem benignitatem: adhæc populus Hebræus pessimam seruitutem seruierat Ægyptiis, vitam eorum acerbam facientibus in durissimis operibus luti, & lateris in ædificandis ciuitatibus munitis, & multis, ac diuturnis laboribus suis facultates eorum vehementer auxerant; cum illis tamen non solum ingrati essent aduersus eos, verum & vniuersos eos perdere vellent; quid igitur iniustè ab illis factum est, si ex multis pauca sumpserunt? & qui potuissent multas substantias suas habere si non seruissent eis, & diuites abire, paucissimam mercedem pro magna seruitute accipientes, inopes abierunt.* Ergo Irenæus causam iustificat ex debito gratitudinis, quod Ægyptij debebant à Iosepho seruat, ex diuitiarum incremento, quod ex laboribus accreuerant Iudæorum, & tandem ex lucro cessante eorundem dum non sibi, sed eis tyrannicè cogebantur laborare; quod vltimum notandum, nam talis fuit tyrannis, horúmque oppressio, vt non solum operibus cogerentur inseruire publicis, & regi, sed priuatis, & particularibus, ita vt veluti si essent emptitij, & non liberi, singulis liceret eorum opera vti nullo soluto pretio, nulla mercede, quod videtur sentire Salianus ad annum mundi 2544. Moysis anno 81. & elici potest ex promissione, quam Moysi matri filia exhibuit Pharaonis Exod. 2. n. 9. *Accipe puerum istum, & nutri mihi, ego dabo tibi mercedem tuam*, ad quid hoc postremum! nonne clarum illud, si rectè, & iustè cum matre agendum? non quidem, quia Hebræa, & Hebræis solitum mercedem denegare, & vi operibus vti eorum, vnde vt libentius, æquoque illum educaret animo, mercedem illi spopondit regina, quasi quid insolitum, & cum Hebræis insuetum, hoc dixerim, vt quanta fuerit Dei æquitas in Ægyptiis expoliandis euidenter appareat, cum omnes spoliauit, quia omnes peccauerunt, & non tantum Princeps, vnde par pari reddens cui mercedem abstulit, quam ipsi libenter dare noluerunt, vt exinde animum vir resumat imbellis, timeat potens, & viribus præstans, scientes esse summum vindicem in cælis, qui qua sua pollet potentia, pauperi ex substantia diuitis velit, nolit, mercedem rependet, ipsum spolians, pauperem cumulatè vestiens, de qua re nos infrà.

Saltan. *Exod. 2. n. 9.*

3. Dei æquitas iudicij in Ægyptiis spoliandis.

Ex dictis patet, à quibus Ægyptiis Hebræi

illa petierunt; non ſolum enim à cohabitantibus ſecum dicendum illa petiiſſe, ſed à cæteris omnibus extra terram Geſſem; nam vt optimè *Oleaſter.* Oleaſter, credendum eſt magnam partem Hebræorum per totam ancillatam fuiſſe Ægyptum, & à ſuis petiiſſe dominis, & dominabus, quæ libentiſſimè eis commendarunt, quod ſentit Pererius diſput.16. in c.12. Exod. *Perer. Salian.* contra Abulenſ. & Salian. vbi ſup. aliíque, & ex modo loquendi Scripturæ etiam apparet, cum dicat Hebræos ſpoliaſſe Ægyptum Exod. 3. n.22.

Secundò inquiti poteſt in hoc facto de iuſtitia modi ſpoliationis, petierunt enim accommodato, reuera animo nunquam reſtituendi, ergo fuit mendacium, & deceptio, quod ſi mendacium, & deceptio, quomodo à Deo iuſſum?

4. An peccarunt petendo mutuo, dum animũ habebant non reſtituendi & ſi non peccarunt quomodo illud ſaluatur *Auguſt.*

Sanctus Auguſt. lib. 22. contra Fauſt. c.71. ſic hanc reſolutionem expaueſcit, vt totam diuino reſeruare maluerit iudicio, quam determinatè aliquid de ea affirmare; vnde ſic ait, poſt vnam datam reſolutionem, nempe Deum permiſiſſe illos peti commodato, nó inhibuiſſe, tantum ipſum poſtulationem mandaſſe, at poſtea ipſos vt facilem eam redderẽt commodato poſtulaſſe, poſt quæ ſic ait; *Fieri etiam poteſt, vt ſint aliæ cauſæ occultiſſimæ, cur illi populo hoc diuinitus dictum ſit; ſed diuinis imperiis cedendum eſt obtemperando, non reſiſtendum eſt diſputando, dicente Apoſtolo, Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? ſicut ergo iſta ſit cauſa quam dixi, ſicut alia quæcumque in ſecreta, & abdita diſpoſitione Dei lateat, cur per Moyſen illi populo dixerit, vt ab Ægyptiis ſibi commodanda peterent, quæ auferrent; hoc tamen confirmo, nec fruſtra, nec iniquè dictum illũ fuiſſe, nec licuiſſe Moyſi aliter, quam Deus dixerat facere, vt penes dominum eſſet conſilium iubendi, penes famulum autem conſilium peragendi.* Digna Auguſtini ſententia, quàm ſi in pectore arguculi habuiſſent hæretici nunquam in horrendas illas incurriſſent ignorantias, qui dum ſuo, quæ Dei, metiri audent ingenio, à maieſtate oppreſſi, ſuccubuerunt, & in ipſam impingentes lucem, dum eam humiliter non adorãt, non lux, ſed nox, non claritas, ſed tenebra eis extitit. Auguſt. ergo, humiliter huius rei rationẽ in Deum refundit, faſſus illud, quia à Deo nec fruſtra, nec iniquè dictum.

Alij reſpondent, primo, cum Auguſtino Deum illud permiſiſſe, non mandaſſe: Secundo, verè Deum illud mandaſſe, & Hebræos mutuum petiſſe, animo tamen reſtituendi, ſed quia hoſtiliter poſtea inſectati ſunt eos Ægyptij, merito à ſolutione putaſſe ſe liberatos. Tertiò tandem honeſtant factum ex traditione quadam Tertul. in lib.1. contra Mar- *Tertul.* cion. vbi affirmat Ægyptios ad Iſraëlitas legatos miſiſſe ad ſua recuperanda; Hebræos autem reſponduſſe ſe promptiſsimè reddituros, dummodo pretium laborum ſoluerent, & quod habita ratione dati, & accepti in immenſum creditum auctum Hebræorum, ſic Perer. vbi ſup. & alij moderni.

Ego autem dupliciter quæſtioni reſponderi poſſe arbitror, primo, nullo modo Deum mandaſſe, vt mutuo peterent, vt prima affirmat ſolutio, quod euidentiſsimè patet ex omnibus illis locis, in quibus illud Deus iuſſit, duo enim

A ſunt primus Exod. c.3. n.22. vbi ſic. *Dabóque gratiam populo huic coram Ægyptiis, & cum egrediemini non exibitis vacui; ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpita ſua vaſa argentea, & aurea, & veſtes, ponetiſque eas ſuper filios, & filias veſtras, & ſpoliabitis Ægyptum;* Secundus eſt, 16.c.11.n.2. dices ergo omni plebi, *vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua, vaſa argentea, & aurea;* vt poſtularent tantum dixit, non verò, vt mutuo poſtularent; ſi ergo ipſi poſtea commodato petierunt ex ſe illud effecerunt, & vt rectè Salianus vbi ſuprà non eſt neceſſe ab omni culpa in hoc facto populum excuſare. *Exod.3. n.22.* *Ibidem c. 11.n.12.* *Salian.*

B Secundò (& me iudice proprius) non credo malè dicturum, qui diceret Deum inhibuiſſe, vt poſtularent commodato, & hoc per licitam diſſimulationem abſque mendacio, petentes accommodato, interius intelligentes ſi in Ægyptum redderent, aut ſi alias Deus non iuſſiſſet, & ſi vlterius aliquis diceret iuſtè, & licitè potuiſſe Hebræos eis ingerere falſam illam opinionem, vt putarent ſcilicet ſe reddituros ea, tum quia erant eis debita ratione famulatus, tum quia Deus tanquam ſupremus Dominus eis ea dederat, vnde ad ſuam redimendum vexationem, & quæ ſua recuperare cum alia non poterant via, iuſtè ea vti ſunt diſſimulatione, & deceptionem illam intenderunt iuxta ea, quæ in altero diximus digreſſione primi; quod autem Deus aliquando præcepit diſſimulationem, patet in facto illo Ioſue c. C 8 & in Moyſe, dum dimiſſionem à Pharaone petit ad ſacrificandum tantum, quod non ſine mandato Dei feciſſe certiſsimè tenendum eſt. Ergo ſiue dicas Deum accõmodationem non præcepiſſe, ſed tantum poſtulationem, ſiue eam mandaſſe, nullum adeſt inconueniens, nullus ex parte Dei ſcrupulus.

Tandem (vt hoc dicamus) ſcire iuber, quid myſticè præſeferat, quidve hæc ſecreta & diſſimulata Ægyptiorum ſignificet expoliatio, certè illud quod eleganter dixit diuus Auguſt. 2. de doctrina Chriſtiana c. 40. liberalium nempe artium, & ſcientiarum à Gentilitio deprædationem, in quo loco ſic ſcribit Auguſtinus. *Philoſophi ſi qua forte vera, & fidei noſtræ accommodata dixerunt maximè Platonici, non ſolum formidandi non ſunt, ſed ab eis etiam tanquam iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vendicanda; ſicut enim Ægypty non ſolum idola habebant, & omnia grauia, quæ populus Iſraël deteſtaretur, & fugeret, ſed etiam vaſa, & ornamenta, ex auro, & argento, & veſtem, quæ populus Dei exiens de Ægypto, ſibi potius tanquam ad vſum meliorem clanculo vendicauit, non authoritate propria, ſed præcepto Dei, ipſis Ægyptiis neſcientes accommodantibus ea, quibus non bene vtebantur; ſic doctrinæ omnes Gentilium, non ſolum ſimulata, & ſuperſtitioſa figmenta, grauiſque ſarcinas ſupernacanei laboris habent, quæ vnuſquiſque noſtrum duce Chriſto, de ſocietate Gentilium exiens, debet abominari, ac deuitare, ſed etiam liberales diſciplinas vſui veritatis aptiores, & quædam morum præcepta vtiliſſima continent, deque ipſo vno Deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos, quod eorum tanquam aurum, & argentum, quod non ipſi inſtituerunt, ſed de*

5. Quid myſtice expoliatio Ægyptiorum, *Auguſt.*

6. Philoſophorum doctrina vt Euangelio deſeruire debet.

breui, & compendioſa via relicta, conuerſus eſt in ſolitudinem, & maxima ex parte noctu iter faciebat. Vbi ad ſtratagema belli illud refert Alex probans ex illa, vt diximus exemplum bellandi Moſem Græcis præbuiſſe, dum illis antiquior, & cuius facta ipſi non ignorabant; ex qua quid ex illa ad militarem gubernationem educi poſſit, ſequens, ait, *Moyſis ergo docet ſtratagema, oportere ante pericula præuidere ea quæ ſunt vtilia, & ſic aggredi.*

Philo. Philo autem de vita Moſis, huius rei rationem reddens, ſic ait: *Ergo poſtquam de communi conſenſu accepit imperium, decreuit coloniam in Phœnicem Celeſiriam, Paleſtinámque, tunc communis nomine Chananæam deducere, cuius fines diſtabant ab Ægypto trium dierum itinere; duxit autem per viam minimè compendiariam, tum quia verebatur, ne regionum earum incolæ metu amittendarum rerum cum libertate ſedium armati occurrerent, ipſi vero ab hoſtibus reiecti, ad hoſtes reuerti cogerentur, à nouis ad veteres, præter ludibrium grauiora paſſuri quàm antè; tum quia volebat per vaſtas ſolitudines ducendo experiri eorum obedientiam inſtructorum non amplius commeatibus, ſed paulatim deficientibus.* Ad metum ergo Philo inimicorum illud refert, & ad Iſraëlis experimentum; quæ rationes optimæ, vt infrà dicemus.

Alexand. Idem Alexandrinus vbi ſuprà, & aliam affert rationem ſcilicet, vt malorum experti, quàtum optima eſſet terra ad quam pergerent, velut è contactu diſcerent, *Duxit Hebræos*, ait, *per regionem incuſſam laboribus, & itineribus, ad robur, & fortitudinem eos exercens, atque inducens, vt poſtquam eorum quæ videbantur grauia periculum feciſſent, appareret quàm bona eſſet regio, ad quam eos inuia tranſmittebat.* Optima ratio, quæ ad moralem tranſlata ſenſum, ex illa diuinæ ordo prouidentiæ in inferendis laboribus clareſcit, per inuia nos ducit, & tribulamur, vt ad patriam poſteà regreſſi, quantum illa ſit bonum, ex tranſacto malo amplius innoteſcat.

11. Dei finis in laboribus inferendis, qui.

At, & ſi vera hæc, alia eiuſdem ſancti magis arridet ratio, nempè per deſertum eos duxiſſe, ſeu Deum per ipſum, quod verius, vt per tolerantiam laborum, miraculorúmque experientiam Deum vnum verum eſſe crederent: *Alia enim erat œconomia*, ait, *qua docebantur Hebræi, per multam ſolitudinem, & longum tempus credere vnum ſolum Deum eſſe per moderatam aſſuefactæ tolerantiam;* quod etiam expreſſit ipſe Moyſes, Deuter. c. 8. n. 2. vbi ſic; *& recordaberis cunctæ itineris, per quod duxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo verſabantur, vtrum cuſtodires mandata eius, an non? afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & patres tui, vt oſtenderet tibi quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei; veſtimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt ſubtritus; en quadrageſimus annus eſt, vt recogites in corde tuo, quia ſicut erudit filium ſuum homo, ſic Dominus Deus tuus erudiuit te, vt cuſtodias mandata Domini Dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eum.* Ex quibus verbis ſatis apparet, Deum per quadraginta annos populum per deſertum

12. Penuria paupertas,

A eduxiſſe, vt ipſum antequam ad terram intraret promiſſionis, erudiret, & in fide firmaret, tum flagellis, tum blanditiis; penuria afflixit, ſed manna blanditus eſt; veſtimentorum pauperiè coarctauit, ſed veſtimenta ſine attritione conſeruauit; calceamenta negauit, ſed pes non fuit contritus, vt exinde intelligeremus quem recurrere, in quem credere, in quem ſpem ne deberent: ad doctrinam noſtram omnia hæc, vt inquit Apoſtolus, vt ſi quando in extrema omnium penuria rerum nos viderimus, ſciamus experimentum illud eſſe, non iniuriam, eruditionem, non derelictionem, Deum, vt patrem nos erudire, non vt inimicum caſtigare.

& tribulatio eruditiones ſunt animarum.

Ad hæc, alia ſubeſt ratio etiam in ſcripturis expreſſa, Exod. 13. num. 17. ne ſcilicet ſi eos *Exod. 13. n. 17.*
B Deus per compendioſiorem duceret viam, nempè per terram Philiſtinorum, quæ ab Ægypto, vt inquit Philo in lib. de vita Moyſis, trium dũtaxat dierum itinere diſtat, ipſos pœniteret; Philiſtiim enim terræ Chanaam ad quam Iſraëlitæ pergebant moratores erant, ad meridianam plagam, ciuitates eorum Gerara, & Gaca, Sodoma, & Gomorrha, & Seboim, Adama, & Luza; Gerara autem propinquiſſima erat Ægypto; vnde Iſaac fame orta in Paleſtina, animum inducens Aegyptum ingredi, iuit Geraram, quod illinc via breuior, & directior in Aegyptum; ergo breuiſſimè in terram Chanaam eſſet Iſraël ingreſſus, quod Deus recuſauit, *ne forte*, inquit, Moyſes, *pœniteret eum, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerteretur in Æ-*
C *gyptum, ſed circumduxit eum per viam deſerti, quæ eſt iuxta mare rubrum.* In qua re mira Dei in gubernando ſuauitas elucet, dum ſic homines gubernat, ac ſi alter prudens homo, non omnipotens eſſet Deus; adaptans enim ſe Iſraëlitarum tunc conditioni, & naturæ, quæ vti ſeruilis, & oppreſſa animum induerat ſeruilem, & timidum, bella ab ipſorum amouit conſpectu, ne terrefacti expaueſcerent, & animum deſpõdentes reuerterentur, malens eos per quadraginta annorum curricula mirabiliter, & ſolus ſuſtinere, quam vim naturæ inferre humanæ. Vnde, & ſi potens ſic Philiſteos debellare, ac Aegyptios, vt nos in regimine inſtrueret, de ſua maluit periculum ſubire omnipotentia, quam
D prouidentia. vnde rectè Auguſt. quæſt. 49. in *Auguſt.* Exod. in hunc locum: *hinc oſtenditur*, ait, *omnia fieri debere, quæ conſilio rectè fieri poſſunt ad euitanda quæ aduerſa ſunt, etiam cum Deus apertiſſimè adiuuat eſt*; vnde rectum illud Thraſonis Terentiani, *ſapientis eſſe omnia conſilio potius aperiri, quam armis*; de qua re vide quæ in altero tomo diximus hom. 108.

13 Conſilio ac prudentia regendum ſicut Deus regit.

Rupert. lib. 2. in Exod. cap. 26. & aliam tribuit cauſam, nempè noluiſſe Deum Philiſteos debellare, vt tanquam ſudæorum flagellum reſeruaret, ſi quando ipſi à via deficerent diuina: *Præterea*, ait, *& illa gens Philiſtæorum erat, quam Dominus Iſraëli reſeruare decreuerat vtiliter, vt per illam exerceretur, & quaſi proximo flagello caſtigaretur, quoties legem Dei ſui relinqueret, quod ſæpè futurum erat; ergo Deus non quaſi timidus, vt ſimplex ſermo ſonare videtur, ſed vt verè prouidus non duxit Hebræos per viam terræ Philiſtiim, ſed per viam deſerti circumduxit, & circumducendo erudiuit, ſicut hic Moyſes dixit in Cantico Deuteronomij, circumduxit eum,*

Rupert.

& docuit, & custodiuit, quasi pupillam oculi sui. Ergo circumductio eruditio extitit, & ab inimicis cautio, filiorum custodia: non desperent ergo Dei serui, si aliquando omnino aliqua debellare non poterunt vitia, quia custodia est, non derelictio, & vt pupilla custodiuntur, quo amplior conurgat tentatio, en Philistini Israëli ad exercitium reseruantur omnium terræ illius incolarum ferocissimi, vt quo maior pugna, ibi maior esset triumphus.

14 Deus aliquando ad custodiam vitia non permittit aliqua debellari.

S. Greg. Tertio tandem sanctus Greg. lib. 14. in Iob, c. 7. hoc egregiè moraliter explicans, ad nouiter conuersos applicans, ideo affirmat ab istis bella Deum amouere in principio, ne fortè ad pristina redeuntes, viam deserant virtutis: *Sepè conuersique*, ait, *in ipso adhuc aditu conuersionis suæ, vel tranquillitatem pacatissimam carnis, vel dona Prophetiæ, vel prædicamenta doctrinæ, vel signorum miracula, vel gratiam curationis accipiunt; posthæc autem duris tentationum probationibus fatigantur, à quibus tentationibus adhuc cum inciperent, valde liberos se esse crediderunt, quod diuinæ gratiæ dispensatione agitur, ne vi inchoationis suæ tentationum asperitate frangantur, quia si eorum initia amaritudo tentationis excideret, tam facilè ad ea, quæ reliquerant redirent, quàm, nec longius discesserant: nam contemptis prius vitiis, quasi iustè positis replicarentur; vnde & scriptum est: cum emisisset Pharao populum, &c.* In qua Gregorij sententia illud adnotandum, valdéque considerandum, quæ scilicet in conuersionis principio blandimenta afferat Deum nouiter conuersis communicare; si enim ea considerauerit, mira, & admiranda inueneris, carnis tranquillitatem, Prophetiam, sub qua reuelationes licet intelligere, prædicamenta doctrinæ, hoc est scripturarum intelligentiam, tandem miracula, quid amplius perfectis communicat? ergo ex hac sancti doctrina spirituales non scandalizentur magistri, si aliquando talia in tyronibus viderint; neque statim quia probatam non vident virtutem, vitia illa dicant, aut illusiones, sed discretionis oculo omnia inquirentes, effectum attendant illorum, qui quid in se rectus, si bonus, spiritum non extinguant, intelligentes Dei esse prouidentiam, non tyronum amentiam; qui eo id facit fine, vt sicut idem inquit Sanctus, *post cognitam dulcedinem, tanto tam tolerabilius tentationum certamina sustineant, quanto in Deo altius cognouere quod amant.* Egregiè, quod sanctissimi Apostoli Petri exemplo confirmans, sequitur: *Vnde & Petrus, prius in monte ducitur, prius claritatem transfigurationis Dominicæ contemplatur, & tunc demum tentari ancilla interrogante permittitur, vt per tentationem fallax sibi ex infirmitate conscius, ad illud flendo, & amando recurreret, quod vidisset, & cum eum timoris vnda in peccati pelagus raperet, esset prioris dulcedinis anchora, quæ retineret.* Nil melius.

15. Tyronibus spiritualibus quam magna, & mira Deus aliquando confert, & cur.

Ad literam ergo reuertentes, deduxit Israëlitas Deus in via mirabili, ob mirabilia in ea patrata, de quibus mox duo adiunxit, columnam nempè nubis, & ignis vnde ait.

Et fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte, &c. Græc. *In velamentum diei, & in flammam stellarum per noctem*: diei dixit pro *die*, Græcis genitiuo pro ablatiuo vtentibus, quod clarius dicetur, si sic legatur, *& fuit illis in velamentum, vel tegumentum die*, hoc est *per diem*, hoc velamentum in Psal. 77. num. 14. vocatur nubes diei; *& eduxit eos in nube diei*, hoc est (die) lux autem stellarum, *illuminatio ignis*, & Psal. 104. n. 39. velamentum dicitur *nubes in protectionem eorum, & lux stellarum ignis vt luceret eis per noctem.* In Exodo autem, vtráque res vocatur columna nubis & ignis, *Dominus*, inquit, *præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis; vt dux esset itineris vtroque tempore, nunquam defuit columna nubis per diem, & columna ignis per noctem coram populo.* Quæ duo optimè reconciliare possumus, si dicamus cum Peter. in Exod. c. 13. disput. 3. à quo Lorinus, & quoad colorem candoris, lucisque, & quoad materiam ipsius fuisse nubem; columnam vero secundam rectam figuram, soliditatem, & consistentem densitatem, ac rotunditatem, cuius basis tabernaculum tegebat, tanta altitudine vt ab omnibus Hebræis in suis posset mansionibus cerni, etiam distantibus & longè sitis.

Psal. 77. n. 14. *Psal. 104. n. 39.* *Exod. 31. n. 11.*

Non possumus quidem hîc prolixius, quæ ad has pertinent columnas non attingere, tum quia sic rerum magnitudo postulat, tum quia sæpè de illis inferius mentionem facit sapiens; vnde figillatim, quæ de illis in quæstionem vertuntur, attingemus.

Disputatio tertia de columnis.

16. Cur nubes in columnæ forma, & an aptè vt sic Hebræos à sole defenderet.

PRimo quæritur cum hic, & in Psalmis, vt vidimus nubem dicatur fuisse *in velamento diei*, seu *in protectionem eorum.* Ne à Sole, qui vehemens, & maximus in illis regionibus, & præsertim in deserto, torrifit arentur, aut incómodum paterentur. Quod etiam habetur Numer. c. 14. n. 14. *& nubes tua protegat illos.* Et clarius in hoc libro infrà c. 18. n. 3. dum ait, *Solem sine læsura bonis hospitij præstitisti eis.* Et columnaris figura insufficiens ad illud præstandum reperitur, eo vel maximè, cum necessarium ad tãtam multitudinem ordinatè castrametandam magnum loci spatium, quod vsque ad duodecim milliaria extendit Lorinus, merito quæritur, an præter columnam alia esset nubes, de qua loquuntur Psalmi, & alia scripturæ loca, quæ per diem illos protegeret, ne à radiis offenderentur solaribus.

In hac re duæ sunt sententiæ: prima affirmans eandem columnam nubis, & iter demonstrasse, & per diem à Solis radiis eos defendisse; sic Interlinealis quæ Hebræis hanc tribuit opinionem: *tradunt Hebræi*, inquit, *quod per quadraginta annos columna nubis protecti fuerunt, ne solis ardore vrerentur.* Hoc secutus est Lyranus in cap. 13. Exod. Hugo à sancto Victore ibi, Amb. in Psal. 118. Iustinus Martyr. in Dialogo cum Triphone Iudæo, paulo longius à fine, vbi sic: *& nubes ad vmbram contra æstum data est, præsidiúmque contra frigus fuit, quæ nouæ cælis formam denuntiabat.* Vbi notandum suprà hanc ipsam nubem columnam vocasse luminis, *quibus etiam columna luminis lucebat, vt præter omnem alium orbis populum proprio, & perpetuo, nec occidente lumine vti possetis.* Ob idque ait, contra noctis frigus fuisse præsidium, quia cum esset ignita à frigore defendebat, aërem temperans. Genebrard. in Psal. 104. qui tripli-

Interlin. *Lyran.* *Hug. à S. Victor.* *Ambr.* *Iustin. Mart.* *Genebra.*

Digitized by Google

17 Columnæ vſus triplex ex Genebrardo.

cem fuiſſe aſſerit illius columnæ nubis vſum, itet præmonſtrare, cum in illis deſertis ob arenas leui ventorum flatu mobiles, nulla adſit via, ita vt non ſecus, ac nautæ inſtrumentis quibuſdam, ac quadrantibus cogantur viatores mundi plagas indagare, & per illas viam dirigere, deinde contra feras, & hoſtes ſtare, vti quando inter Hebræos ſtetit, & Ægyptios, tandem à Solis æſtu defendere, cum deſerta illa Saracenorum, & Arabiæ Solis æſtu torreantur: idem etiam affirmare videtur Clem. lib. 8. Apoſtolicarum conſtitutionum.

Altera opinio eſt, columnam nubis tantum iter demonſtraſſe, nullóque modo alium vſum habuiſſe, ſic Caietanus exponens vltima verba, cap. 13. Exod. Abulenſ. ibi quæſt. 13. qui multis illud probare contendit argumentis, per Dei autem prouidentiam particularem affirmans Deum ab æſtu defendiſſe Hebræos, non vero per aliam nubem.

Caietan. Abulenſ.

Neutra harum ſententiarum mihi arridet; non prima, nam vt rectè Abulenſ. cum nubes illa eſſet in modum columnæ, & ſuprà tabernaculum reſideret, impoſſibile extabat, vt à Sole populum defenderet; ergo ad populum defendendum verè nubes erat neceſſaria expanſa, & extenſa; neque ſecunda placet, cum clariſſimè ex ſcripturæ conſtet locis ſuprà citatis, nubem fuiſſe Hebræos non ſolum conducentem, ſed protegentem; neque hoc Abulenſi inficiatur, qui vt ſuam firmaret opinionem particularem, illam inuenit miraculoſam Dei prouidentiam.

18 Præter columnam fuit nubes protegens ab æſtu Hebræos. *Perer. Lorin. Salian.*

Vera ergo eſt recentiorum ſententia præter columnam nubis, aliam fuiſſe nubem expanſam, & extenſam, quæ Solis radios coërcens ab illis populum interdiu defendebat: ſic Perer. in c. 13. Exod diſput. 5. Lorinus hic, Salianus ad annum mundi 2544. Moſis 81.

Hæc ſententia ob duas potiſſimum mihi placet rationes, prima, quia ſi attentè legatur ſcriptura, planè ex illa deducitur, vt obſeruauit Salianus; nam Num. 14. n. 14. pro populo Moſes ſtans contra Deum iratum, ne eum diſperderet, inter alia, hæc eius enumerat beneficia, *Habitatores terræ huius audierunt*, ait, *quod tu Domine in populo iſto ſis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem.* Quid clarius? vbi non ſolum nubem, & columnam nominat, ſed etiam diuerſa vtriſque dat officia, nubi enim protectionem, (ab æſtu nempè) columnæ vero itineris directionem.

Num. 14. n. 14.

Secunda eſt ipſa ratio; nam ſuppoſito vti certiſſimum ex ſcriptura, ab æſtu, per nubem populum interdiu protectum, quomodo hoc per columnam quæ rotunda, naturaliter fieri poſſe non videtur; naturaliter dixi, nam bene ſupernaturaliter illud fieri potuiſſet, ſi diceremus ex ipſamet columna ad oppoſitionem Solis, ſecúdum eius curſum, erupiſſe veluti exhalationes quaſdam ad modum nubis condenſatas, & ſic à Sole protexiſſe, dum ſuprà populum pandébantur, quod & ſi poſſibile, nec alio modo poſſet illud intelligi, tamen cum ſic miraculoſum hoc eſſet, ac alteram concederem, nubem, & hoc tanuius videatur, ſtante quod ex ſcriptura optimè deduci poſſit, non video cur non dandam.

A Denique hæc mihi placet opinio tanquam ad myſticos ſenſus accommodatior, quia cum beneficia populo exhibita Chriſtiano ſic dependeant, & à Chriſto permaneant, vt ſemper eius ſanctiſſima intelligatur mater; ita vt nullum Chriſtus Eccleſiæ ſanctiſſimæ communicet beneficium, vt eius caput, quin per virginem emanet ſanctiſſimam quæ eius collum iuxta ſanctorum ſententiam; *quia indignus erat*, inquit Bernard. ſerm. 3. in vigil. Natiuit. *cui donaretur Deus, datum eſt Mariæ, vt per illam acciperes quidquid haberes, quæ per hoc quod mater eſt genuit tibi Deum, per hoc quod virgo eſt, exaudita eſt pro reuerentia ſua in cauſa tua, & totius generis humani: ſi ſola mater eſſet ſufficeret ei, vt ſaluaretur per filiorum generationem: ſi ſola virgo, ſufficeret ſibi, nec benedictus fructus ventris eius pretium mundi eſſet; cum ergo in prima ſit remedium, in ſecunda adiutorium eſt, quia nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non tranſiret.* Ideo vt exacta, præclaráque huius rei præcederet figura, myſticúſque ſenſus, conueniens quidem fuit, vt ſicut per columnam illi populo beneficam Chriſtus iuxta Rupertum figurabatur, ſic per nubem virgo ſanctiſſima; vnde ſicut Chriſtus ad inſtar eius columnæ ab inuiis nos protegit, iter demonſtrans ad terram verum, tutúmque promiſſionis, ſic ſanctiſſima virgo ad inſtar illius nubis, nos ab æſtu protegit tentationum, dæmoniúmque incurſu. *Vbique in hoc ſacroſancta ſcriptura cælo lucida occurrunt ſidera*, inquit Rupertus in Exod. lib. 2. c. 28. & 29. *Omnia in fontem ſui luminis ſcilicet in verum Solem Chriſtum reſpicientia, & nullus locus vacuus eſt, ecce columna nubis per diem, & columna ignis per noctem, fuit dux itineris vtraque tempore in conſpectu Hebræorum, videlicet iuxta oculorum naturam, qui vt ſequi valeant, & ſub Sole nubem, & in nocte facilè dignoſcunt ignem; quiſnam eſt hic dux itineris, niſi qui & dux, & via nobis eſt Ieſus Chriſtus filius Dei, ipſe nimirum columna ignis, qua verus Deus, ipſe columna nubis qua verus homo, cum adhuc eſſet nox veteris teſtamenti erat ignis, vbi dies gratiæ, nubes factus eſt qui erat ignis, vbi carnem noſtram induit, factus homo qui erat Deus;* & c. 29. *ad quid huiuſmodi columna nos præceſſit? (ait) videlicet vt oſtenderet nobis viam fugiendi à Pharaone Rege Aegypti, id eſt à diabolo principe huius mundi, & vt nobis aperiret viam maris rubri, id eſt gratiam baptiſmi ſanguine ſuo rubentis, vt ingreſſi cum Pharaone Aegyptij poſt nos in mare, id eſt baptizantes nos in morte Chriſti perſequentes idolatræ gentes perirent de memoria noſtri cum diis, immo cum dæmonibus ſuis.* Chriſtus ergo nubis, & ignis columna.

Bernar.

19 Maria Virgo ſanctiſſ. nubes Eccleſiæ ſicut Chriſtus columna.

20 Cur Eccl. data.

At nubes quæ, niſi virgo ſanctiſſima? iuxta illud Iſaiæ 19. n. 1. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptum*, per quam nubem virginem ſanctiſſimam intelligunt ſancti; ſic Ambroſius ſerm. 5. in Pſal. 118. *Præibat Deus (ait) filios Iſraël in itinere terræ promiſſionis per diem in columna nubis, ſpecie quidem præcedebat filios Iſraël, at myſterio ſignificabat Dominum Ieſum in nube venturum leni, ſicut dixit Iſaias, hoc eſt in virgine Maria, quæ nubes erat ſecundum hereditatem Eua, leuis erat ſecundum virginis integritatem, leuis erat quæ non homini quærebat placere, ſed Deo, leuis erat quæ non*

Iſa. 19. n. 1.

Ambroſ.

Rupertus.

iniquitate concepérat, sed spiritu supernueniente A nostram nubis iam redeamus columnam, de
generabat, nec in delicto, sed cum gratia parturiebat. Quod idem affirmat Hieron. in eundem
Hieron. locum Isaiæ; & sanè præter illam columnam
nubis, necessaria erat nubes ista perfulgida;
nam & si nubis illa columna, simul etiam erat
& ignis, ignis inquam, qui ardet, qui vrit, qui
cremat, qui punit, nam, & si mediator noster
Dominus Iesus, est etiam Iudex, si director, est
etiam pœnas infligens, si columna nubis pro-
tegens, est tamen ignea castigans, & vrens; at
21 virgo sanctissima mater nostra, tota nubes est
Maria tota dulcis, nullus ex ea, sicut ex Christo timor *Bernar.* rore gratiæ madefacta, rorem stillans, gaudia
perfundens, gratias emittens, nullus ignis, nulla pœna, nullum malum, nullus accedenti timor, audi Bernard. serm. de Verbis Apoc. 12. *Signum magnum apparuit in cœlo*: vbi sic, explicans abundantiorem fuisse gratiam, quàm delictum: *Et quidem sufficere poterat Christus*, ait, B
22 In reconciliatione humana cur Christo adiuncta. *siquidem & nunc omnis sufficientia nostra ex ipso est, sed nobis bonum non erat hominem esse solum, congruum magis vt adesset nostræ reparationi sexus vterque, quorum corruptioni neuter defuisset, fidelis planè, & potens mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus; sed diuinam in eo reuerentur homines maiestatem, absorpta videtur in deitatem humanitas, non quòd mutata sit substantia, sed affectio deificata; non sola illi cantatur misericordia, cantatur pariter & iudicium, quia & si didicit ex his quæ passus est compassionem, vt misericors fieret, habet tamen & iudiciariam potestatem: denique Deus noster ignis consumens est, quidni vereatur peccator accedere, ne quemadmodum fluit cera a facie ignis, sic pereat ipse a facie Dei? tam ista quæ nec ipsi mulieri benè tecta in mulieribus videbatur otiosa; inueniretur equidem locus eius in hac reconciliatione; opus est enim mediatore ad mediatorem istum, nec aliter nobis exhibetur quàm Maria, crudelis nimirum Eua, per quam serpens antiquus pestiferum etiam ipsi viro virum infudit, sed fidelis Maria, quæ salutis antidotum, & viris, & mulieribus propinauit; quid ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas? nihil austerum, in ea nihil terribile, tota suauis est, omnibus offerens lac & lanam. Revolue diligentius Euangelica historiæ seriem vniuersam, & si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod signum denique vel tenuis indignationis in Maria occurrerit, de cætero suspectam habeas, & accedere verearis; quod si (vt vere sunt) plena magis omnia pietatis, & gratiæ, plena mansuetudinis, & misericordiæ; quæ ad eam pertinent inueneris, age gratias ei, qui tantam mediatricem tibi benignissima misericordia prouidit, in qua nil possit esse suspectum.* Quid dulcius? immo quid verius? trepidamus dum ad Christum accedimus, non quia & ipse totus non sit dulcor, sed quia & merita discernere incumbit, ita vt sibi, & patri deficere si non discuteret; at sanctissima mater nostra, quemadmodum Sol super iustos, & iniustos affluens *præterita non discutit merita* (inquit inter. idem Bernar.) *sed omnibus se exorabilem, omnibus clementissimam præbet, necessitates amplissimo quodam miserata affectu.* Ergo nubes tota hæc nulens ad protegendum tantum prompta, ad affligendum impotens; rectè ergo ad conductionem Israëlitici populi, non solum sit nubea columna, & ignea, sed nubes etiam ros fiens, protegens, atque defendens, sed ad

Idem Bern.

23 An columna nubis distincta à columna ignis. *Lyranus.*

Secundo quæritur, an differens erat, & distincta ab ea quæ ignis? in qua re Lyranus exponens vltima verba, c. 13. Exod. sic ait: *Dicunt aliqui quod eadem fuerit columna nubis, quæ obumbrabat per diem, & illuminabat per noctem; vocatur autem duplici nomine propter duplex officium; Hebræi autem dicunt, quod fuit duplex, vna per diem, quæ in vespera precedebat peractio officio, & tunc columna ignis subintrabat illuminans per noctem; quid autem verius sit, non bene apparet ex ipso Scriptura textu; certum tamen est, quod vtroque modo potuit esse, quia totum illud fiebat diuino miraculo*; sed pace Lyrani (meo iudice) satis ex scriptura liquet vnam illam fuisse non duas.

Primo clarè ex lib. Num. c. 9. n. 21. vbi sic: *Si fuisset nubes à vespere vsque manè, & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur, & si post diem, & noctem recessisset, dissipabant tentoria; si vero biduo, vel vno mense, vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filij Israël in eodem loco.* Per nubem autem colúna intelligitur, de qua asserit, quod si fuisset à vespere vsque ad manè super tabernaculum, & posteà illud reliquisset proficiscebantur; de vespere autem vsque manè non stabat nisi in forma ignis, & tamen illam appellat nubem, hoc enim, quia & si diuersa forma interdiu, ac in nocte apparens, tamen, quia vna, vno, & eodem etiam vocabulo appellabatur & clarissimè Num. c. 9. n. 15 vbi sic: *Die qua erectum est* C *tabernaculum, operuit illud nubes, à vespere autem super tentorium erat species ignis vsque manè, sic fiebat iugiter, per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis.* Quid clarius? quem locum de vnica nube, quæ ex parte esset ignea, ex altera nubea, interpretatur Dionys. Carthus. Tostatus quæst. 14. in c. 13. Exod. & quæst. 38. in dictum locum Num. Hug. de S. Victore in Catena Lippomani; & idem affirmat Caietanus in Exod. c. 24. n. 19. quando tollens se Angelus Domini, qui castra præcedebat, & secum nubem adducens, posuit se inter Israëlitarum, & Ægyptiorum castra, simul illuminans, & obtenebrans noctem eadem columna, vbi Caietan. *Hic enim clarè narratur, quod vna, & eadem columna fuit, quia vtrumque officium tunc actu exercebat, ignis quidem ad illuminandum Israëlitas, nubis autem ad impediendum, ne lux illa videretur ab Ægyptiis, secundum autem solitum versum, die quidem exercebat officium nubis, nocte autem ignis.*

Num. c. 9. n. 21.

Ibidem. n. 15.

Carthus. Tostatus. Hug. de S. Vict. Caietan.

Sed Antiquus Philo in vita Mosis vni & eidem tribuit vtrumque effectum columnæ, sic scribens: *Fertur illo tempore accidisse naturæ miraculum, quale nunquam auditum fuerat post hominum memoriam, præcedebat populum nubes in magnæ columnæ speciem, solari splendori lucens interdiu, noctu vero flammeo, vt eius ductu, absque periculo erroris incederent.* In qua tententia rectè Philo affert nunquam post hominum memoriam tale quid anteà veniisse, quia illud quod Clemens Alex. narrat lib. 1. Stromat. c. 13. de Thrasibulo, exules ex Phila reducente per iuuia, igneam ipsi ducem fuisse columnam, multo post accidit, si vera est Historia, & potuit quidem id voluntatis Dei permissu à dæmoni-

Philo.

Clem. Alex.

bus fieri, *vt vel ex hoc euadant noſtra Græcè credibilia* (inquit Alexandrinus) *nempè quod facem poteſt Deus omnipotens, vt columna ignis Hebræos nocte præcedat, quæ etiam dux ſit eorum itineris.* Qui etiam pulchrè, quid ipſa ſignificet explicat, incomprehenſibilitatem ſcilicet Dei, eiúſque firmitatem, qui vti eſt, à nullo figurari poteſt, ob quod aſſerit antiquitus pro Deorum imaginibus columnas ſuppoſitas, quibus Deos infigurabiles; ſignificabatur: *Significat autem columna* (ait) *Dei non poſſe effingi imaginem, illuminata autem columna præter hoc quod ſignificat non poſſe effingi imaginem, Dei quoque ſtabilitatem ſignificat, ac firmitatem, & immutabilem eius lucem, quæque non poteſt figurari. Prius itaque quàm accuratè perfectéque tenerentur imaginum habitus, veteres columnas erigentes, eas colebant tanquam ſtatuas, atque idcirco, qui fecit Europiam, ſignificat eam quæ eſt in Delphis Apollinis imaginem, eſſe columnam per hæc.*

Vt decimámq; Deoprimos fruſtráſque dicemus
Sedibus ex ſacroſanctis, celſaque columna.

Ex quo (vt obiter hoc dicam) vnde verſio illa 70. emanauit, Geneſ. 28. n. 18. clarè patet, nam vbi noſter legit: *Surgens Iacob manè tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit eum in titulum*, ipſi legunt *in ſtatuam*, & illud *lapis iſte, quẽ erexit in titulum*, illi *in ſtatuam*, ſicut & Pagninus, verterunt enim ſic, tum quia verbum Græcum στηλη, & pro ſtatua, & pro columna accipitur, tum etiam quia antiquitus pro ſtatua columna erigebatur in Dei honorem; vnde ideo Iacob lapidem erexit in titulum, hoc eſt in Dei honorem, vt quaſi columna in ipſa Deus adoraretur, ob quod ſequens ait: *& lapis iſte, quem erexi vocabitur domus Dei.* Quomodo domus? niſi, quia tunc quando tales erigebantur columnæ, earum loca vbi erectæ erant ſacra, & domus dicebantur Dei, decimas ibi offerentes, ad Dei cultum, & honorem (vt inquit Alexandrinus;) qui etiam vt ad noſtra reuertamur nobiſcum ſentit vnam, eandémque fuiſſe columnam, vt ex eius patet ſententia; quam etiam perpulchrè affirmat Nyſſenus lib. de vita Moſis, vbi ſic: *Nubes enim quæ Dei inſtar non natura præcedebat, non preſſo aëre vaporibus conſtituta, ſed aliud quiddam diuinius & altius, quàm humana mens percipere valeat; quæ in die Solis ardores temperabat, & noctu in ignem verſa, noctu & frigora temperabat, & tenebras remouebat.* Vna ergo erat columna, duobus fungens officiis, per diem iter demonſtrans, per noctem illuminans; quæ etiam, vt ait Abulenſ. Exod. c. 13. quæſt. 12. & poſt illum Perer. ibi diſput. 3. quando à tabernaculo eleuabatur, vt iter dirigeret, ſe ſuper vexillum tribus Iuda collocabat, quæ primum iter ſumebat, vt patet Num. 10. n. 13. *Mouerúntque caſtra primi iuxta imperium Domini, filij Iuda per turmas ſuas.* Quando vero eſſet quieſcendum recedens à vexillo, in medium ſe referens caſtrorum manebat ſuper tabernaculum.

At vt ſemel omnia quæ de hac columna in poſterioribus dicuntur, explicemus, ne iterum ad eam regredi neceſſarium ſit, breuiter quæ aliæ quæſtiones de illa fiant, explicabimus.

Tertiò namque quæritur, an cum inſtar ignis fulgebat, eſſet ille verus ignis, an tantum fulgor ſpeciem habens ignis? de qua re multa Abul. vbi ſup. & moderni cum Perer. vbi ſup. diſput. 7. qui omnes negant, & meritò verum fuiſſe ignem, cum ſcriptura aperte Numer. 9. n. 15. non ignem illum appellet, ſed quaſi ignem; *Ab veſpere autem ſuper tentorium erat quaſi ſpecies ignis uſque manè, ſic fiebat iugiter per diem, operiebat illud nubes, & per noctem quaſi ſpecies ignis.* Nunquam enim reperitur ſcriptura mentem veram, quaſi non veram dixiſſe; ad hæc ſi verus eſſet ignis, multa fuiſſent neceſſaria miracula; vt quod loca vicina, immo & tabernaculum non cremaret; vt quod miraculosè ſe ſine alimento ſuſtentaret; vt quod ſurſum non aſcenderet, vt quod circularem teneret figuram, & his ſimilia quæ latè congerit Abulenſ. & ex eo Pererius.

Cur autem ignis dicta ſit aliquando, vt Exod. 40. n. 36. *Nubes quippè Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte.* Et Pſal. 104. n. 39. *& ignem, vt luceret eis per noctem.* Et infrà cap. 18. *ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignota via, &c.* Ea eſt ratio, quia ad modum ignis ſplẽdebat. Plato enim in Timeo, & Ariſt. in libris Topicorum, vt adnotat Perer. tres affirmant eſſe ignis ſpecies; nam eſt ignis multum vrens, ſed parum lucens, vt carbo, & ferrum, aliudque corpus denſum; alius non minus vrens, quàm lucens, vt flamma; tertius vero multum lucens, nil per ſe vrens, vt lux Solis, atque ſtellarum; vnde ex hoc frequens eſt apud Eccleſiaſticos, profanóſque ſcriptores, ſydera ignes vocare cæleſtes. Hoc autem tertio modo ignis dicitur illa columna, quæ ſic per noctem lucis effundebat radios, ſicque extensè, vt quaqua verſum per omnem exercitus ambitum, qui ſatis extenſus, omnes illuminabat, ſic vt lucerna, aut altero non indigerent mutuato lumine, vt rectè hîc Perer. & Abulenſ.

Quartò namque de officio quæritur huius columnæ; hoc autem vt ex ſupradictis patet, triplex erat, iter demonſtrare, noctis tenebras expellere, & in caſtris noctu iter per ea oſtendere, vt rectè Salianus ad annum mundi 2544. Moſis 41 n 192. quo ſenſu ipſe, & rectè duas illas inter ſe aduerſantes conciliat authoritates Scripturæ, noctu ſcilicet vnam aſſerétem nunquam præter maris rubri populum iter feciſſe; nam in c. 8. Num. vbi ſigillatim hoc deſcribitur, nunquam illud affirmatur, & ſic tenet Abulenſ. vbi ſup. cum aliis; at vero 2. Eſdræ 9. apertè dicitur igneam columnam per noctem etiam iter demonſtraſſe: *Tu autem in miſericordiis tuis multis, non dimiſiſti eos in deſerto columna nubis, non receſſit ab eis per diem vt duceret eos in viam, & columna ignis per noctem, vt oſtenderet eis iter per quod ingrederentur.* Immo, nec obſcurè Moſes, Exod. 13. n. 21. at ipſe reſpondet hoc ſic dictum, quia cum caſtra magnum occuparét ſpatium, amplius quàm trium leucarum, vt diximus, noctu ignea columna iter per ea, quo incedendum demonſtrabat; immo, vt vult Lorinus, & feras arcebat, quod placet; tertium vero officium erat alternis motibus populum quando ſtandum, quando verò ambulandum edocere.

Quinto de eius motore inquirunt, quem ſine dubio Angelum fuiſſe tenendum, quod perſpicuè patet, Exod. 14. n. 19. *tollenſque ſe Angelus Domini, qui præcedebat caſtra, & cum eo*

24 Columna nubis Dei incomprehenſibilitatem ſignificat.

25 Antiquitus columnæ poſitæ pro Deorum imaginibus & cur.

Gen. 28. n. 18.

26 Lapis Iacob quem erexit in titulum, cur dicatur à 70 ſtatua.

27 Cur locum illum appellarit domum Dei.

Nyſſenus.

Abulenſ. Perer. Numer. 10. n. 13.

28 Nubes ſuper vexillũ tribus Iuda erat quando iter agẽdum.

29. An verè eſſet ignea

A

B

C

D

an tantum ſecundum ſplendorẽ. Abulenſ. Num. 9. n. 15.

Exo. 40. n. 36. Pſal. 104. n 39. Infrà c. 18. Plato. Ariſt. Perer.

30 Ignis triplex genus.

31. Columnæ officia.

32 Quomodo dicatur per noctem iter demonſtraſſe.

33 Quis eius ductor, & motor.

Exo. 14. n. 19.

Philon. *pariter columnæ nubis.* Vnde Philo in lib. de vita Moſis, ſic ait: *Credi tamen poteſt aliquem è ſummi Regis præfectis Angelum, nube, voluptum eum duxiſſe, quem nefas ſit aſpici mortalibus oculis.*

Sexto tandem quæritur, de tempore quando inceperit, & quando deſierit. Sanctus Hier. in epiſt. ad Fabiolam in 3. mantione, affirmat, non ſtatim ab exitu ex Ægypto, ſed in tertia mantione apparuiſſe, cum non antea de illa fiat mentio: *Tertia manſio,* inquit *oſtenditur poſt tabernacula, in qua primum videtur Dominus, nocte in columna ignis, & per diem in columna nubis, vt præcedat populum, & dux itineris ſiat.* Alij volunt ſtatim principio apparuiſſe, ſic Perer. Salianus, & alij moderni ſecuti Abulenſ. in c. 13. Exod. qu. 14. circa finem.

S. Hiero. 34. Quando inceperit.

Perer. Salianus. Abulenſ.

Quoad defectionem autem, Hebræi vt inquit Abulenſ. vbi ſup. volunt ſtatim poſt Aaronis mortem defeciſſe; alij ex illiſmet poſt Moſis defectum; nam in lib Feder. olam c. 10. circa medium, qui eſt quædam veluti eorum hiſtoria, vt alibi diximus, aiunt, Deum illi populo tria ob Moſem, Aaron, & Mariam contuliſſe beneficia, columnam nubis, Manna, & puteum ad aquam hauriendam: hunc per Mariam, columnam per Aaron, Manna per Moyſen. Poſt mortem autem Mariæ puteum exiccatum; ſed oratione Moſis, & Aaronis reſtitutum; poſt mortem Aaronis nubem defeciſſe, ſed oratione Moſis reſtituram; tandem mortuo Moſe omnino defeciſſe, ſicut & alia etiam duo; ſed hæc commenta ſunt Hebræorum; Dicendum vero cum Abulenſ & reliquis noſtris, nunquam eis defuiſſe vſque dum in terram ingreſſi ſunt promiſſionis, vt aperte inquit Moſes Exod. 13. vbi ait: *nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem.* Et certum eſt poſt Moſis mortem octo remanſiſſe manſiones vſque ad terram promiſſionis, ergo cum ad eos ducendos per viam illa data eſſet, nunquam deficere debuit, vſque dum illa perficeretur, qua Deus illis, vt noſter inquit Sapiens, fuit *in velamento diei, & in luce ſtellarum nocte,* &c.

35 Quando defec.

Exod. c. 13.

HOMILIA XXVI.

Deus oppreſſorum defenſor, potentum iudex, malè parta malè perdet.

ET *reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum*, noſter ait Sapiens, verbum premo, *reddidit*, emphaſim habet, quaſi dicat reddit ipſe per ſe, dum à peccatoribus illis denegata, ſine præmio, vt diximus Iſraëlitæ ſeruiebant, operibus luti, ac lateris pergrauati, ac in omni Ægypti famulatu, ad amaritudinem animæ eorum redactæ, à potentia oppreſſi; at Deus iuſtus iudex tanquam eorum defenſor, reddidit illis mercedem abundanter, copioſè, quia talium protector, & defenſor, ad ipſorum protectionem, defenſionémque montes commouens, cœlum, terram, ſidera, aſtra omnia in eorum ſubſidium addicens, ſubiiciens; quod pulchrè dixit Origenes hom. 4. in c. 13. Ioſue vbi ſic: *Peccatori quidem omnis creatura hoſtis eſt, ſicut de Ægyptijs ſcriptum eſt, terra eos impugnabat, fluuius impugnabat, aër ipſe impugnabat; iuſto vero quæ inacceſſibilia videntur, plana efficientur, & procliuia.* Egregiè, oppreſſo à potente pauperi, niſi Deus nullus hominum illi procliuis, nullus amicus, ſic vt totus mundus contra eum animatus videatur, & Deo protegente dum tempus liberationis aduenit, totus mundus hoſtis ſit peccatoris, & ſic iuſto fauorabilis oppreſſo, vt quæ inacceſſibilia videntur, planè efficiantur procliuia.

Origenes. 1 Peccatori omnia inimica è contra iuſto,

quia Deus eius protector.

Canit Regius Pſaltes, ſonoráque intonat voce Pſal. 113. n. 4. *Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium.* Quid ſibi hoc vult, nunquid montes exultant veluti animatæ res, & colles? locus difficilis, Caietanus affirmat hunc locum miraculum aliquod prænotare, ſed ignorat quale; Ianſenius intelligit illud de monte Sina, qui non ſolus erat vnus, ſed collium continuus quidam decurſus, ſuper quem, dum Dominus deſcendit, totus tremuit, ſic, vt quaſi exultare, veluti arietes, agnique videretur, vnde in Hebræo illud *erat omnis mons terribilis*, legitur *tremebat omnis mons*; Titelmanus facit hunc verſum antecedentis expoſitionem; *Mare vidit, & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum.* Quorum dum in altum vnde eleuabantur, veluti montes, videbantur exultare, vt arietes; ni fallor proprius ad rem Lyra. & Incognitus, qui hunc verſum ad miraculum referunt, quod narratur lib. Num. c. 21. n. 13. iuxta ſenſum eiuſdem Lyrani, Abulenſ. Hugonis, & aliorum, quando conſiſtente populo iuxta torrentem Arnon, qui diuidit Moab ab Amorrhæis ex altera parte, dum ex aduerſo eſſent altiſſimæ rupes, in quibus inſidias Amorrhæi populo præparaſſent, magno Altiſſimi miraculo factum eſt, vt inclinantibus ſe rupibus vſque ad alteram ex tranſuerſo vbi filij ſtabant Iſraël, duo ſimul efficerent miranda; iter Dei populo præbere explanatum, & ſimul quos inſidijs inimicos ſub illis opprimere, hinc populo Iſraël veluti agni, veluti arietes exultantes viſi: *Sciendum* (ait Incognitus) *quod dum Dei populus per deſertum pergeret, & peruenijſſet ad torrentem Arnon, & cum populus Iſraël illum torrentem vellet tranſire, montes qui erant ex alia ripa torrentis ſe miraculosè inclinauerunt vſque ad aliam partem torrentis in qua erat populus, vt liberum tranſitum præberet filijs Iſraël*; quod ſimiliter affirmat Lyra. addens inſidias occiſas, *ſcopuli inclinati ſunt, & interfecerunt inſidias ibi latentes contra filios Iſraël.* Inacceſſibiles ergo erant rupes altæ, præruptæ, tranſire non poterant filij Iſraël; quid ergo? inacceſſibilia fiant procliuia, vt verum ſit quod inquit Origenes, ſuos Deo protegente, ac ab inſidijs defendente, terram, montes, colles, rupes, ſcopulos commouere, ac explanare.

Pſal. 113. *n.* 4.

2 Montes exultauerũt vt arietes.

Caietan. *Ianſen.*

Titelma.

Lyra. *Incognit.* *Num.* 21. *n.* 13.

3 Inacceſſibilia fiunt procliuia Dei ſeruis, quando Deus vult

Incognitus.

Lyranus.

Hinc, quia talium protector, vt hoc clarè, ac patenter conſtet, tunc ſuccurrit, auxiliúmque præbet, quando iam acta eſt res, deſperata, ac quando ipſimet patientes animum deſpondent Pſal. 30. n. 22. *Ego dixi in exceſſu mentis meæ, proiectus ſum à facie oculorum tuorum.* Qualis erat hic mentis exceſſus? ſanè totalis deſperatio euadendi; vnde in Hebr. *Ego enim in deſperatione mea dixeram proiectus ſum*; & Campenſ. *Ego quidem olim in anxietate ſumma conſtitutus, abiectum me eſſe putabam ex te.* Hic erat exceſſus; tribulatio ſumma ad eum progreſſum ſtatum, vt planè euaſionem deſperaret;

4. Deus tunc ſuccurrit quando res deſperata. *Pſ.* 30. *n.* 22.

Campenſ.

ret;at quid? nunquid à tribulatione abſorptus? immo tunc quando deſperauit, tunc liberatus, & à Deo auditus, vnde ſequens ait: *Ideo exaudiſti vocem orationis meæ dum clamarem ad te.* Perpendè illud *ideo*, quia deſperatus, ideò exauditus; *quia confeſſus ſum* (ait Auguſt. hic) *quia dixi, proiectus ſum à facie oculorum tuorum, & in tribulatione mea tutubans ad te clamani, exaudiſti orationem meam.* Et tunc quando amplius in tribulatione immerſus, *verum*, ait Campenſ. *tunc tu diligentiſſime auſcultabas quotieſcumque clamabam, & omnes precationes meas audiebas.*

Auguſt.

Matth. 14. n. 23.

Matth. 14. n. 23. iactabatur nauicula in medio mari, quando ex oratione ſurgens Dominus, vt ſuccurreret, *venit ad illos ſupra mare, at videntes eum ſupra mare ambulantem turbati ſunt dicentes, quia phantaſma eſt, & præ timore clamauerunt.* Ad maris iactationem, ad vndarum angſtias, ad ventorum timorem, mirum & phantaſmæ terror voluit Dominus, vt accederet, ſic, vt penè deſperati clamarent: *confuſus autem clamor, & incerta vox magni timoris indicium eſt*, ait Hieron. in hunc locum; vnde hoc? ſanè quia propè erat Domini auxilium, & ideo neceſſe vt res ad vltimam redigeretur deſperationem, vnde ſequens Euangeliſta ait: *Statimque Ieſus locutus eſt eis dicens, habete fiduciam, ego ſum, nolite timere.* Quod pulchrè expendens Chryſoſt. hom. 51. in Matth. à principio ſic ait: *Semper enim hoc Dominus facit cum ſoluturus ſit mala aliqua difficilia, & terribilia inducit.* Cuius rei ratione expendens pergens inquit, *quia enim non eſt longo tempore tentari, cum finiendi ſint agones iuſtorum, volens amplius eos lucrari, auget eorum certamina, quod in Abraham fecit vltimum certamen tentationem filij ponens.* Egregiè, agones finiendi, vltra quos non amplius coronæ. Ergo vt iſtæ crescant, multiplicentur illi, ob hoc idem Sanctus ſuper illa verba, *& venit ad eos in quarta vigilia noctis*, hoc eſt *vltima*, vt Diuus ait Hier. adnotat documentum illa verba eſſe noſtrum, ne in tribulationes immiſſi, cito liberationem ſperemus; erudiens eos non cito ſolutionem inquirere aduenientium malorum, ſed ferre ea quæ contingunt viriliter. Hinc niſi ad vltimum res redacta, non ſuccurrit, & ſimul, vt diximus, vt ſe Dominum, ac tribulatorum protectorem oſtendat, vnde tunc, quando amplius timore oppreſſi, ac penè extra ſe facti, & veluti in exceſſu clamabant, tunc ſe manifeſtauit eis dicens: *Ego ſum nolite timere*; hinc ex hoc præcipuè, vt Deus agnitus *venerunt, & adorauerunt eum dicentes, verè filius Dei es.* Vbi Rabanus affirmat de Apoſtolis intelligendum, & Diuus Chryſoſt vbi ſup. *Vide autem* (ait) *qualiter paulatim ad id quod eſt excelſius vniuerſos docebat? ſuprà enim increpuit mare, nunc autem magis virtutem ſuam demonſtrat ſuper mare ambulando, & alys hoc idem facere iubendo, & periclitantem ſaluando, ideóque dicebant eis, verè filius Dei es, quod ſuprà non dixerunt.* Vt Dominus ergo, vt oppreſſorum defenſor cognoſcatur, tunc ſuccurrit, quando iam acta res, quando mali iam iá iuſtos apprehẽdere, ac occidere poſſe ſperãt.

Matth. 14. n. 23.

Chryſoſt.

Rabanus.

5 Phantaſma eſſe Chriſtum cur putarunt Apoſtoli. *Hieron.*

6 Non cito Dei ſperandum auxilium.

7 Tunc Deus ſuis ſuccurrit quando inimici iam eos debellaſſe præſumunt.

Hoc quidem adnotandum in mirabili illa populi Hebræi liberatione, Ægyptiorúmque ſuffocatione in rubro mari, non ante Dominum Hebræis ſuccurriſſe, niſi quando iam acta res, ſic vt Ægyptij apprehendiſſe iam eos putarent, & tunc quando iam apprehendiſſe ſe ſperabant, quando iam euaginatis gladiis eos trucidaturos, tunc reſpexit Dominus, iudiciúmque de eis egit, & tunc ipſi Dominum oppreſſorum defenſorem agnoſcentes clamarunt: *Fugiamus Iſraëlem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Vbi Caiet. *Nunc enim confitentur, quod non magica arte, ſed ipſe Dominus eſt, qui pugnat pro Iſraëlitis contra Aegyptios.* Mirum, vt in omnibus ante actis ſignis, nunquam Dominum pugnaſſe pro Iſraële æſtimaſſent, ſed magiæ illa attribuiſſent, & tunc Dominum agnoſcunt, cum vere non multo quid maius hoc extabat miraculum, quam antecedentia, immo aliquid minus, vt intrà dicam; vnde ergo tunc talis certa Dei cognitio? Caietanus hoc tribuit viſibili alicui actioni à columna in Aegyptios emanatæ: *ex hac confeſſione inſinuatur* (ait) *quod ex illa columna nubis, quæ erat in aëre inter Aegyptios, & Iſraël ſenſibilis actio emanabat contra Aegyptios perſequentes Iſraelem, alioquin non dixiſſent, fugiamus Iſraëlem, quia Dominus pugnat pro eis contra nos, ſed putaſſent caſu accidiſſe ſibi huiuſmodi impedimenta.* Veritimè, oculis ergo ſuis clarè, & intuitiuè, vt ſic dicam, quia vigilia erat matutina, duo ſimul tunc inſpexerunt, ex quibus protſus nullo modo dubitare potuerunt, Dominum pugnare pro Iſraële, quod in nullo anteriori ſigno, primum non Moyſen, non Aaronem iam manum extendere, & contra Pharaonem ſtare, ſed fugere timore perterriti, ipſoſque iam iam eos apprehenſuros, & ſimul è columna tonitrua, fulgura, ſagittas contra eos emicare, ergo dixerunt non eſt populus, ſed Dominus, qui pugnat; ille enim timet, trepidat, fugit, nos ſuperiores inſequimur, inſtamus, perſequimur. Fugiamus ergo Iſraëlem, quia Dominus pugnat pro eis. Ergo tunc fugerunt, quando iam ad vltimum res redacta, quando ipſi propè, quando ſe euadere poſſe deſperabant filij Iſraël, & tunc Dominus pugnauit quando iſtos ſe iam apprehendiſſe putabant, quid ex hoc? *vt videamus*, ait Lippom. in Caten. *Quàm grauiter Deus ſuos tentet, quomodo ſibi confidentes liberet, docemur ſperare in Dominum, cauſas eius ſtrenuè exequi, illum conſtanter ſequi, credéque perpetuo nobis aſſuturum; diſcamus neminem lædere violentia, iniurias non premere, nam veniens veniet vltio Dei aliquando abundéque rependet his, qui longanimitatem ſuam contempſerunt, liberabítque ſuos de manibus eorum.*

Caietan.

8 Cui Ægypti fugiamus dixerũt Iſraëlem, quia Dominus pugnat pro eis, quale de hoc habuerunt ſignũ? *Idem Caietan.*

Hoc vltimum expendo, *veniens veniet, liberabítque ſuos de manibus eorum.* Cur? quia potẽtium, ac ſublimium iudex, iniurias, ac debilium vindicans oppreſſiones. ſic vt ideo vindictã homini interdicat, quia vt iudex eam per ſe exercere velit, inimicóſque ſuorum ipſum occidere, & ſiſti pro eis orent, ne occidantur. Pſ. 58. n. 12. *Deus oſtendet mihi ſuper inimicos meos, ne*

9 Dum homo fugit, & perſecutores timet, tunc Deus pro eo.

Lippom.

10 Deus ſic terribilis ſanctorum ſuorum vindex vt ipſos ad miſericordiam inducat ſanctos inimicorũ ſuppl. cum. *Pſ. 58. n. 12.*

occidat eos. Orat, ne suos occidat inimicos, cur? Diuus Bernard. epist. 322. intelligens hoc de Iudæis, ait hoc petisse Dauid à Domino, vt eos disperderet, non occideret, quia ex eorum disperditione testes multiplicabantur nostræ redemptionis: *Vini quidem (ait) apices sunt representantes Dominicam passionem, propter hoc dispersi sunt in omnes regiones, vt dum iustas tanti facinoris pœnas luunt, testes sint nostræ redemptionis.* Euthim. affirmat ob charitatem, & inimicorum amorem illud petisse, dum sic contra suos Deum videret iratum inimicos, vt penitus eos omnes ad vnum delere vellet: *Vide miram, vt Prophetæ patientiam, quam & nos imitari decet, rogat enim pro inimicis, ne occidantur, ne morte præuenti obliuiscantur mandatorum Dei;* qui sensus verissimus, vnde Pagninus sic legit: *Deus videre faciet me vltionem de inimicis meis, ne occidas eos.* Talem quippè Dei suorum inimicorum vidit vindictam, vt ad orandum misericordia motus ipsum impulit, vt videas quam strictus, terribilisque Deus sit iniuriarum suorum oppressorum vindex, vt ad misericordiam ipsosmet reducat oppressos.

Kern. *Euthim.* *Pagnin.*

11 Sæpè elegit impios ad sublimiorē statum vt ad exemplū & eruditionem bonorum iudicia in illos exerceat sua. *Exod. n. 16.* *Ad Rom. 9. n. 17.* *Rupert.* *Oecum.*

Hinc, vt hoc clarè innotescat, cunctisque ob hoc terrori sit malis, simúlque & suis documentum oppressis, vnum, & admirandum aliquando efficit, principem scilicet, ac potentem ob hoc constituere, vt ex iudicio in illum cognoscatur vt iudex, adoretur vt potens, timeatur vt iustus; hoc profecto elucet in illis verbis, quibus ex Dei præcepto Pharaoni Moses intimauit, Exod. 9. n. 16. *Idcirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra;* quid est *posui te*, seu vt alia littera, *excitaui te.* Vti & legit Paulus ad Rom. 9. n. 17. Rupert. in hunc locum Exod. & Oecumenius in illum Pauli, intelligunt, & optimè, de assumptione ad regnum, posui te scilicet in Regem, antequam Rex ipse esset, sic peccatis erat miser onustus, & obæratus, vt coram Deo deploratus merebatur occidi; at ideo non occisus, sed reseruatus; immo & in altum positus, vt suam Deus in eum pandens fortitudinem, iudiciúmque exercens, quomodo oppressorum esset ereptor, potentúmque iudex, omnibus innotesceret: *Nam idcirco Deus Pharaonem excitauit, subauditur in regnum,* ait Rupert. *& idcirco summam illi potestatem contulit, quia vas ira fuit, & quia iam dudum apius erat in interitum, idcirco corripiendis superpositus est misericordia filij.* Ergo Pharao antequam Rex, dignus erat morte, vt ait Diuus Thom. in c. 9. ad Rom. lect. 3. at non statim eam illi contulit, eo fine vt suam in illo ostenderet potentiam: *Dignus erat mori,* (Diuus ait Thom.) *propter mala quæ fecerat, sed tamen non statim tibi mortem indixi, sed seruaui te in vita, eo fine quo sequitur, vt scilicet ostendam.* Quod amplius explicans Primatius in illum locum Pauli sic ait: *Pharao ergo iam excesserat modum, & quoniam dignus erat perditione, voluit Deus illius exemplo omnibus timorem incutere, & vt agnosceret populus eius, qui exiturus erat de Aegypto virtutem ipsius, & iustitiam, ne ipsi similiter peccarent, aut timerent aduersarios suos, voluit eos tali vltione non solum ab imminenti periculo liberare, sed etiam ad cauendum iniquitatem in posterum terrore suæ potentiæ præmunire.*

Diui Th.

12 Pharao antequā Rex morte dignus, & cui illi eam dignitatem Deus non intulit. *Primat.*

Qui etiam pulchrè, quomodo verbum excitauit, intelligi debeat sequens ait: *nam quod dixit excitaui, id est prodidi, non feci, quomodo si aliquis duo vasa plena, vnum cum balsamo, & alterum cum stercore ventilet, odorem, sine fœtorem prodit, non generat.* Egregiè, erat vas stercore plenum Pharao, ventilauit Deus, prodidit suam, non fecit iniquitatem, immo magna misericordia illum non statim vt meruit occidit, sed seruauit, immo & auxit, vt malis in terrorem esset, & exemplum, & per illius iudicia, suis Deus prodesset; quod egregiè declarat Ambros. in locum Pauli, exemplo medicorum, dum mortuorum corpora scindunt, vt intus morborum causas ad salutem viuorum scrutentur: *Suscitatus autem dictus est,* ait Ambros. *quia cum apud Deum mortuus esset, modicum tempus accepit, vt viuere videretur, vt esset in cuius pœnam, & varia tormentorum genera vsque ad mortem, omnes qui sine Deo erant metu territi, hunc solum Deum esse cum admiratione maxima faterentur; hoc etiam genere antiqui medici, in hominibus morte dignis, vel mortis sententiam consecutis, requirebant quomodo prodessent vinis, quæ in homine latebant, apertiùs his cognoscerent causas agritudinis, vt pœna morientis proficiat ad salutem viuentis.* Nil melius, mortuus coram Deo erat Pharao, sed seruatus, & ad regnum euectus, variisque pœnis affectus, vt ad profectum viuorum, intus latentia mala panderentur, & vnde illa meruerit omnibus innotesceret, simúlque singulis patefieret ad regnum sublimatum non ob merita, sed demerita, & ideo Rex factus, vt talium Deus iudex panderetur, & correptor, oppressorum vindicans calumnias, miserorum subleuans calamitates.

Ambros.

Quid sit excitare Dei, & quomodo dicatur excitasse Pharaonem.

14 Dignitates sæpè conferuntur ob demerita.

Vnde, & si omnium Deus vindex, & iudex, tamen ad suam ostendendam diuinitatem, summúmque imperium proprius principum dicitur, & potentum; nam dum tales opprimit, & sine vllius auxilio, immo summa facilitate debellat, Deus manifestatur, vt Deus adoratur. Certè pulchrè Tertull. in Apolog. c. 11. ex eo homines non esse Deos, solúmque Deum diuinitatem possidere probat; quia nullius opera vnquam indiguit, neque ad efformandum mundum auxilio, vnde postquam probasset, homines necessario ab alio diuinitatem mutuaturos, cum à se eam non haberent, neque seipsos facere Deos potuissent, nam vt ipse inquit: *Si ipsi se facere potuissent, nunquam homines fuissent, possidentes scilicet melioris conditionis potestatem;* statim sic subiungit; *igitur si est qui faciat Deos, reuertar ad causas examinandas faciendorum ex hominibus Deorum, nec vllas inuenio, nisi si ministeria, & auxilia officijs diuinis desideranit ille magnus Deus.* Pulchrè, ad quid Deos constituere homines nisi eorum consilio indiguisset ad sua Deus ministeria efficienda? at hoc affirmare prorsus eius indignum maiestati, vnde sequens Tertull. ait: *Primo indignum est, vt alicuius opera indigeret, & quidem mortui, cum dignus ab initio Deum aliquem fecisset, qui mortui erat operam desideraturus; sed nec opera locum video, totum enim hoc mundi corpus, sine innatum, & infectum secundum Pythagoram, sine natum, & factum secundum Platonem semel vtique in hac constructione dispositum, & instructum, & ordinatum cum omni rationis gubernaculo in-*

15. Proprium eius principe adebellare.

Tertull.

16 Solus vetus quia ad mundum creandum nullius eguit opera.

11.

uentum est. Egregiè, à principio sic perfectus exstitit mundus, vt nunc est, quando Deus solus, ergo nullius eguit auxilio, ac proindè summus & verus ob hoc Deus agnoscitur. Quod quidē si ad principum iudicium applices, & qua illos debellat facilitate sine vllius opera, aut auxilio, profecto ex nullo alio eum Deum esse verum cognosces opere. Pharaone demerso in mari, ac in profundum erecto, vndíque sepulto, vt hoc filij Israël perspexerunt, ait scriptura, Exo. 14. n. 31. *Timuit populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.* Quid hoc ergo ne antè à Domino nec Moysi credebant? Caietanus, credebant, sed non certa fide: *Quod autem crediderunt Deo, & Moysi seruo eius, sensus verborum est, quod tunc crediderunt certa, & indubitata fide opera vniuersa tot mirabilium quæ in Ægypto, & vsque ad illam horam visa fuerunt, facta esse in Domino, & summo Deo, & in Moyse, quatenus erat seruus Dei, & non in scientia, aut arte aliqua secreta.* Mirum, & mirandum, vt tot antè acta portenta ad fidem stabiliendam cum illo populo non sufficerent, quæ si consideraueris, profecto maiora, quàm illud vltimum extiterunt portentum; maius quippè est aquas in sanguinem verum vertere, virgam in verum serpẽtem, ignem cum aqua simul miscere, tenebris diem nigrescere, ac inter illas lumen ipsis exclarescere; quam exsiccare mare, vadúmque populo sicco præbere vestigio, cum aut casu, aut arte similiter, & æquè facilius illud posset fieri; vnde ergo nunc tantum Deum extimuit, verũque esse credidit? sanè quia in omnibus antecedentibus signis, nunquam Principis persona tacta, semper ab illis immunis extitit; hinc, & si magna, quia non in principem iudicium, non sic altissimum Deum iudicabant; at quando ad principem peruentum, & non solum populos, sed ipsum Regem viderunt immersum, merito tunc Deum indubitata fide crediderunt, eo vel maximè facilitatem perpendentes deturbationis: *dixit inimicus*, sanctus ait Moyses in suo Cant. Exod. 15. n. 9. inimicus, hoc est *Pharao*, vt vult Lippom. in Caten, *Persequar, & comprehendam, diuidam spolia, euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea*: En quàm securus hic de victoria: *constituerat secum Pharao*, ait Lippom. *Persequar Israëlem, perdam, occidam, spolia detrahã, vindicabor pro omni voto, & desiderio meo, euaginabo gladium meum, exterminabo, contumaciter insistebat crudelissimus hostis, tanta correptus vesania, vt in mare ipsum sese credere, & potenti manu Dei tam manifestè minitanti, tanto miraculo non deterritus ausus fuerit, & intrare cum tanto exercitu, quid enim non audet obdurata impietas, & furor tyrannicus?* At, & si contrà imbelles, & fugientes, & ipse potens, ac persequens, innumerabili simul vallatus exercitu; quomodo eum Deus debellauit? non quidem armis, non altero exercitu, non è cœlo aduocatis virtutibus, sed flatu veluti puluis, vnde sequens Moyses ait, *flauit spiritus tuus, & operuit eos mare*, diuinæ potẽtiæ notat facilitatem. Ait Hugo de S. Victo. quasi dicat, quàm facilè aliquis flando proiicit puluerem, tam facilè eos interfecisti; immo ob hoc, vt de tali certi fierẽt potentia, ac potentum debellatione, inter alias voluit Deus rationes, vt filij Israël mortuos Ægyptios viderent in ripa supernatantibus

Exod. 14. n. 31.

Caietan.

17 Populus quãdo Deũ verè eos liberasse credidit.

Hugo.

18 Ægyptij ficcis vestibus in alterata terem-

corporibus, ac miraculosè, vt infrà dicemus, ficcis vestibus, ac cum omni integro ornatu, inter quos sine dubio, & ipse apparuit Pharao, & ipse sũmus Imperator chlamyde tectus, gladio præcinctus, imperiali redimitus corona; quale hoc spectaculum? quod ideo exhibitum, vt de cetero non amplius terrenam, sed cælestem filij Israël timerent potestatem; ad cuius respectum non vera, sed laruata terrena, quod egregiè dixit Oleaster in illa verba Exod. 15. n. 31. *Et viderunt Ægyptios mortuos*, vbi sic: *Hac etiam de causa eis ostendit mortuos Aegyptios, vt viderent à quibus eos liberauerit periculis: solent matres cum puellis suis metum incutere volunt, laruas ostendere, quos si viderint plus iusto timere, phantasma esse ostendunt falla sua, & ea coram illis lanians; sic Dominus Deus mala aspectu terribilia offert, sed postquam viderit timore percussos, mortua esse ostendit, neque mala esse, sed malorum figuras.* Rectè; Pharaonem timebant filij Israël, vt Deum ad conspectum eius tremebant, impetum eius fugiebant, solo visu consternabantur, quid ergo Deus, vt non illum potentiam, sed laruam, sed phantasma esse ostenderet, coram ipsis eum lanians, sic ob hoc eos in fide firmauit, vt eum verum Deum, verum principem potentum, ac sublimium iudicem rectissimum cognoscerent, acclamarent.

pti apparuerunt ripa & cum eis etiam Pharao & cur factum.

Oleaster.

19 Omnis terrena potestas laruata respectu Dei potestatis.

Flauit ergo Deus, & Pharaonem submersit, tanquam potentum iudex; & insuper ait Moyses, quod sicut plumbum descendit in aquis vehementibus, *submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.* Mysterium agnosco in plũbo, non dictum submersos, sed quasi plumbum, quod ad ima sua properans grauitate, sic demergitur, vt ad sursum emergendum omnino sit impotens; si enim causam inquiras cur Pharao populum insequebatur, cur profundum ingressus, cur tantopere apprehendere Israëlem cuperet? certè vnam inuenies auaritiam, direptionem, bonorum deprædationem; quod rectè adnotauit Caietan. super illa verba Mosis Cantici suprà adducta scilicet: *Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea*, Hebræa habẽt: *pauperrate conficiet eos manus mea*; vbi Caietan. *Non enim ad occidendos Hebræos persequebãtur, sed ad redigendos eos in seruitutem, & propterea euaginatio gladij non ad interficiendum, sed ad spoliandos Hebræos rebus scribitur.* Vt spoliaret ergo insecutus, ea auaritia tentus, quo in Ægypto, quæ dum retinetur grauat, & veluti plumbum ad ima hominem deprimit: descendat ergo sicut plumbum homo auarus in aquis vehementibus, qui alienis rebus onustus prægrauabatur, & dum impiè ad non sua imperterritus inhiat, & sua simul cum vita perdat, vt semel omnibus notum sit Deum Optimum Maximum malè parta, malè perdere.

Caietan.

20 Pharao submersus vt plumbũ quia auarus.

Vir quidam Ananias, in Actibus legitur Apost. c. 5. n. 1. *cum Saphira vxore sua vendidit agrum, & fraudauit de pretio agri, & afferens partem quandam ad pedes Apostolorum posuit.* Quod cũ fecisset statim morte mulctati ipse, vxorque eius; admirandum iudicium si rem expendis; & maius apparebit, si verum, quod Petr. affirmat Damian. Opusc. 11. cap. 3. ignorantia inuincibili eos illud effecisse, putantes se non peccare, ac proindè venialiter tantum peccasse. Cur ergo sic dirè puniti, ac infami subitáque

Act. 5. n. 1.

Petr. D. perempti mortem primè ipsemet Damian. vt tu religiosè qui sæculo renunciasti, qui voto omnia reliquisti, & post votum relicta sacrilegè resumere præsumis, ac proprium retinere peculium, expauescas iudicium in te futurum; nam si inculpabiliter peccanti horrenda ex tempore incidit mors, tibi qui malitiosè qualis remanebit pœna? *Et quidem illi vt potè rudes* (ait Damian) *& ad fidem denuo venientes? nec dum fortasse ad plenum Euangelica præcepta didicerint, nec dum sacri codices ad publicum in concione processerunt; attamen qui in ipso fidei tyrocinio quodammodo simpliciter peccarunt, districte quidem, sed pio iudicio, sola, vt credimus, sunt corporum morte multati; nos autem qui cuncta sacri eloquij volumina nouimus, qui innumerabiles sanctorum Patrum vitas, atque præcepta post illud aureum Apostolorum sæculum existentium præ oculis, assidua discussione versamus, antè tribunal Christi quid excusationis obtendere, quid tergiuersationis argumentum poterimus inuenire?*

21 Peccatum Ananiæ veniale fuisse aliqui tenent.

22 Cur sic dicit punitum.

At licet hæc Damiani sententia sustineri possit, vera tamen & communis Patrum est, lethaliter Ananiam peccasse, quatenus voto paupertatis astrictus, ex quo dum partem pretij abscondit, furtum commisit, à Deo sua auferens sibi, quæ non sua reseruans, & sic dum de non suis ac proindè malè partis victitare prætendebat, & se & sua simul perdidit, vt hinc omnibus innotesceret, Deum iustum iudicem, malè parta malè perdere: *Ananias & Saphira* (ait Hier. epist. 3. ad Demeniadem) *dispensatores timidi, immo corde duplici, & ideo condemnati, quia post votum obtulerunt quasi sua, & non eius cui semel ea venerunt, partemque sibi iam alienæ substantiæ reseruarunt, metuentes famem, quam vera fides non timet, præsentem meruere vindictam, non crudelitate sententiæ, sed correptionis exemplo.* Egregiè, vbi postrema adnotanda verba; meruerunt vindictam, non crudelitate sententiæ, sed correptionis exemplo, hoc est non sic in alijs crudeliter exarsisset Apostolus, nisi correptionis ad aliorum profectum instaret exemplum; cum si qui à Deo aufert qui nullius indiget, qui ditissimus, qui omnibus præbet, qui sibi sufficiens, sic punitur, qui à paupere, qui à vidua, qui à pupillo, quali plectetur iudicio?

23 Vera sententia lethaliter peccasse.

24 Punitus quia obscurè sine superiorum permissu possidere volebat post paupertatis votum emissum.

Hier.

At, vt hoc interim dicam, & quam iusta Dei in Ananiam sententia fuerit, omnibus innotescat, sicophantasiáque impij Porphirij subsannetur, qui homo stultus, & vecors crudelitate ausus est diuum adnotare Petrum; sciendum, non diram, sed mitissimam Ananiæ fuisse sententiam, eo vel maximè si corpore, non anima multatus pœna, maxima enim Deum affecit iniuria, non solum quia pretium fraudauit, sed amplius, quia ac si non esset omnium inspector, bonorum renũtiationem fecit negotiationem, dum verè animum non habuit dandi, sed emẽdi gloriam nempè ex illa renunciatione, honore cupidus, & æstimatione, vt magni eum homines facerent, sua dare Deo simulauit; vnde Vatab. & Caiet. illud Petri n. 3. *Cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto?* legũt: *cur mentitus es?* id est *cur præ te tulisti habere Spiritum sanctum, & eius instinctu fecisse hanc pretij oblationem?* Ergo homo carnalis, & totus ad suũ proprium lucrum intẽtus, Dei oblationem fingens, duo simul aucupari intentabat, gloriam,

25 Eius peccati grauitas qualis; & quanta.

Vatab. Caietan.

A victum, Dei seruitutem lucrum faciens, vt ditior apud Christum pauperem euaderet, quàm apud mundum: dignè ergo occisus & ingloriè, qui ex furto viuere intentabat gloriosus; *licebat enim inicto Ananiæ* (Magn. ait Basil. de institution. Monach. *possessiunculam suam Deo non polliceri, ac vouere, sed postquã vana gloriæ cupiditate inductus, quidquid in bonis habebat per professionem Deo consecrauit, quo videlicet egregio istiusmodi facto hominum de se admirationem excitaret, de pretio autẽ callidè postea, nescio quid eiusmodi aduersum se indignationem Dei prouocauit, cuius Petrus minister fuit, vt ne ad pœnitẽtiam aditum inuenire posset.* Vltima expende verba, æternum enim sonant interitum, ad sui nominis exaltationem obtulit, non ad Dei obsequium, & ad suum reatum perpetrãdum Dei obsequio vsus est pro lenocinio, & insuper fraude; malè ergo pereat, malus non oblator, sed negociator, & ipsum cum Deo oblatis malè Deus perdat, quia malè parta, & deuotionem fecit negociationem; grauiter Hieron. ad Nepotian. *Negociatorem clericum, & ex inope dimitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge.* Videas hoc sæpè, & præsertim (dolens dico) in religionibus, homines natos in paupere domo, & tugurio rusticano, qui vix siliquis saturari possent, & quando ad extremam in sæculo peruenissent senectutem, pro vltimo habuissent honore pastores fuisse pecorum, aut porcorum bisulcos, & quasi religio negociatio esset, habitu, quo humilitatem, superbiam induere, & nobilem ex ignobili, diuitem ex inope fieri, &, quod pudet dicere, non se nobilioribus æquare, sed præferre, sed suprà ipsos se extollere, regiè viuens in religione, dum rusticissimè victurus esset in sæculo: *natus in paupere domo* (sensatè ait idem Hier. vbi suprà) *& in tugurio rusticano, qui vix milio, & ciborio pane rugientem saturare ventrem poterat, nunc simulam, & mella fastidio, noui & genera, & nomina piscium, in quo littore concha lecta sit calco, saporibus animum discerno prouincias, & ciborum me raritas, ac nouissime damna ipsa delectant.* Nunquid non isti alteri Ananiæ Dei oblationem facientes honorum, & vitæ lauritici negotiationem? merito ergo ille occisus, qui non solum quæ Dei furatus, sed insuper ad vanitatem, & ad mendacium, ideo, vt malè parta, & ad malum consecrata medium, merito ea Deus ipsúmque cum illis perdidit.

Basil. 26 Quæstum Dei fecit oblationẽ.

27 Religiosorum ignobilium vanitas præsumptio quam deploranda.

Immo in male eripientium ruina, iustóque Dei in eis iudicio illud summoperè sæpè admirandum, ansam, quam Deus ad ea, simulque earum Dominos perdendos assumit; cum multoties non alia, quàm suarum rerum repetitio ex iustitia eis debitarum; vnde ex eo, quo sua iustè repetere satagunt, & sua, & aliena simul cum vita iusto Dei amittunt iudicio; en tibi Achab in exemplum 3. Reg. c. 21. hic enim perfidus, & iniquus iniustè ad hæreditatem Nabuthæ inhians eum occidit, vnde rectè huius impij cupiditatem meretricum comparat Ambros. luxuriæ, quæ prius fatigantur, quàm saturentur; vnde obscena illius vox cum multis fœdè commista, *fessa, sed non satiata*, eiusdem prorsus Achabi cupiditatem fuisse generis Ambrosius affirmat, dum & si multis non solum auctus, sed obrutus diuitiis, non tamen satiatus,

28 Pœna sui-ripientium aliena, est dum sua repetere satagunt ea simul cum vita perdere.

Ambros.

29 Auari cupiditas meretrici eum adsimilis.

immo ipſa cupiditate accenſus, ipſe enim c. 21. de Nabuthæ Eliæ minas iuxta 70. legens ſic: *In loco in quo linxerunt canes ſanguinem Nabuthe, in eo lingent canes ſanguinem tuum, & meretrices lauabunt ſe in ſanguine tuo.* Grauiter ponderat, cur tale Achabo Dei iudicium inflictum, vt præter violentam mortem meretrices voluit in ſanguine eius lauari, ſic ait: *Quid ſibi vult, quod meretrices lauerunt ſe in ſanguine eius, niſi fortè vt meretricia quadam in illa feritate fuiſſe Regis perfidia proderetur, vel cruenta luxuries? qui ſic fuit luxurioſus, vt olus deſideraret, ſic cruentus, vt propter olus hominem occideret, digna auarum, digna auaritiæ pœna conſummit.* Egregiè, non quælibet Achabi fuit auaritia, ſed meretricia ſicut in plurimum, & cæterorum Regum ſui ſimilium, quæ nunquam ſatiatur, & inſuper ob olus hominem occidit, ob fœdam ſcilicet delectationem animam. Meretrices ergo lauent ſe in ſanguine ſuo, & inexhauſtã diuitiarum cupiditatem exprimentinexhauſtæ luxuriæ mulieres, & lauent ſe in ſanguine auari, quæ deturpantur in ſanguine obſcœni: cupiditate ergo inexplebili motus Achab, quæ vt egregiè Seneca epiſt. 74. *à fine ſemper incipit.* Et immenſo diuitiarum aggere non opprimitur, ſed accenditur, vt idem egregiè lib. 2. de beneficiis c. 27. *Maiora cupimus* (ait) *quo maiora venerunt, multóque concitatior eſt auaritia in magnarum opum congeſtu collata, vt flamma infinito acrior eſt, quo ex maiori incendio emicuit.* Nabuthe occidit, vnde Elias ad eum n. 29. *occidiſti, inſuper & poſſediſti*, notandum verbum, *inſuper* quaſi plus Deo poſſeſſio diſplicuiſſet iniuſta, quàm occiſio impia, cum vt egregiè quidam; *ſi ad vitæ ereptionem accedat obſtinatum odium, dira cupiditas, & aliena hereditatis iniuſta vendicatio, multa videtur fieri ad tyrannicum ingenium, & legum proditionem acceſſio.* Immo ideo occiſio diſplicuit, quia ob cupiditatem, quæ ſic in hoc homine inſana extitit, vt ea hominem circumſtantia occideret, vt ſuprà reliqua Deo diſplicens plus vnius huius Nabuthe morte Deus ſe offenſum clamitet, quam in omnium Prophetarum ſimul, ſic vt omnes deinde, aut antè ipſum occiſi iuſti, & Prophetæ ex Nabuthi nomine nominare voluerit, vt egregiè obſeruat Rupert. in c. 1 Oſeæ ſuper illa verba n. 4. *Et dixit Dominus ad me, voca nomen eius Iezraël, quoniam adhuc modicum, & viſitabo ſanguinem Iezraël ſuper domum Iehu. & quieſcere faciam regnum domus Iſrael.* Vbi pro ſanguine Iezraël ſanguis intelligitur Naboth, cuius ciuitatis ipſe ciuis, & in qua mortuus; & in ſanguine Naboth, ſanguis ſimul intelligitur omnium iuſtorum, & Prophetarum ſimul occiſorum: bene ergo admiratur Rupert. dicens: *Quid magnum erat inter Prophetas, aut inter iuſtos ille Naboth Iezraelita, vt ex eius occaſione omnes, qui interfecti ſunt, iuſti, aut Prophetæ ſignificarentur hoc nomine Iezraël.* Cui dubitationi ſatisfaciens, affirmat: verè Nabuthi mortem ſuprà cæterorum iuſtorum occiſorum ſe eleuare, quatenus ob cupiditatem non ſimpliciter occiſus, ſed ſub colore virtutis, & quaſi pro zelo Dei; vnde palliata ſe prodens cupiditas, ſic Deum offendit, vt tenaciter iniuriam ſeruans, quaſi maxima, quaſi prima eius & cæteras inſigniri nomine voluit: *ad hoc reſpondemus* (ait Rupertus) *quia verè magnum fuit, & eſſe debuit memoriale interfectionis eius inter omnium Prophetarum, aut iuſtorum neces, quia taliter interfectus eſt, vt vel antè, vel poſt ipſum vſque ad Chriſti Domini noſtri paſſionem, ferè nemo præter Dominum noſtrum taliter, vel tali ordine occiſus referatur, prædicate ieiunium dicitur, & ſubmittite duos viros, qui dicant, benedixit Dominum, & Regem; hoc modo hypocriſis Deo odibilis pulchrè palliata inceſſit, ſpecioſo quaſi ordine iudicij, vt non tantum occideretur, quaſi vir iuſtus ab iniuſtis, & Deo aduerſantibus, ſed quaſi reus, & blaſphemus à iuſtis iudicibus fortiter pro Deo zelantibus, legémque ſanctam cuſtodientibus, ieiunantibus, & animas ſuas in ieiunio humiliantibus, vt cupiditati ſatisfieret furioſæ.* Egregiè, ad cupiditatem hypocriſis ſe adiunxit, vt in immenſum ea Deo odibilis redderetur, & ob hoc ſeueriſſimè Achab punitus, quia non ſolum cupide rem abſtulit alienam, ſed per hypocriſim iuſtitiam ſimulans, zelum præ ſe ferens Dei, *quanta cura* (rectè ſequitur Rupert.) *putas Deo videnti hoc debuit eſſe?* Sanè immenſæ, vnde ſtatim Elias miſſus qui diceret; *in loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum.* Mortem ei prædicens, & ignominioſam; dilapidationémque inſuper omnium bonorum, *Dabo domum Achab, ſicut domum Ieroboam.* At vnde ad hoc perficiendum Deus anſam ſumpſit? hoc nunc inquirendum quomodo effecit, vt hic impius, & ſe, ſuáque malè perderet? ſanè ſi ſcripturam leges, vt ſua recuperaret: *Namoth Galaad Sacerdotalis ciuitas* (vt ait Lyranus) *Reges Syriæ à Regibus abſtulerant Iſraelis*: hanc dum recuperare intendit Achab, & ſe, ſimúlque & ſua perdidit, 3. Reg. 22. num. 3. *Dixitque Rex Iſrael ad ſeruos ſuos, ignoratis quod noſtra ſit Namoth Galaad, & negligimus tollere eam de manibus Regis Syriæ.* Mouit bellum, in eo occiſus, vitam perdidit, ſimul & res, & qui ad ſua recuperanda ſe armauit, contemnens quod aliena retinebat, & illa non recepit, & inſuper vitam amittens indecorè, cum honore res etiam perdidit, in cuius deiectione ſumma diuini æquitas penſanda iudicij; & quomodo par pari referens hunc impium occidit, ipſe enim per hypocriſim, & ficte ad poſſidendum occidit, & Deus iuſtus iudex voluit, vt hypocrita etiam ad mortem duceretur, dum à falſis ſuis deceptus Prophetis ad prælium acceſſit, ipſe, Deum non audiens, ſed vxoris vocem homicidium perſuadentis non ſua apprehendit, & Deus iuſtiſſimus voluit vt vocem Micheæ vera hortantis ſpernens, falſam audiret Prophetarum, vt ad ſua recuperanda ſe accingens cum vita ſeipſum perderet, ipſe ſe ſimulans ſic occultè occidit hominem innocentem, vt an ipſe extiterit ignoraretur, & Dei æqua iuſtitia ſic eum occidere imperauit, vt quis fuiſſet penitus neſciretur vbi ſup. n. 34. *Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum ſagittam mittens, & caſu percuſſit Regem Iſrael.* Vt ſemel videas quam iuſtus ſit iudex in cœlis, & quomodo Deus malè parta malè perdat, reddens impiis pro malefactis pœnas, iuſtis verò reddens mercedem, vt noſter ait Sapiens *reddidit*, &c.

30 Eorum digna pœna in meretricum manibus emori haſque eorum epotare ſanguinem.

Seneca.

31. Cupiditas nunquam exhauritur auari *Sanchez. hic.*

32 Mors Nabuthe ex cupiditate quantum Deo diſplicuit.

Oſe. 1. n. 4

Rupertus.

33 Cupiditas zelo Dei indicta ad malè faciẽdum quantum Deo diſplicear.

34 Achab occiſus vt ſua recuperaret & cur.

Lyranus.

35. Quam iuſtum Dei iudicium cum illo.

Num. 18. *Transtulit illos per mare rubrum, & transuexit eos per aquam nimiam.*

Comentum litteræ.

Connexio Capitis.

DIxerat per viam duxisse Deum populum suum mirabilem, hoc est facientem in ea mirabilia, & eius ductore declarato, columna nempè; nunc de ipsamet via, qua eos duxit, quæ verè mirabilis, & inaudita, profundum scilicet maris, de qua necesse fit, vt exactius omnia inquirentes, quæ in ea notatu digna reperiuntur, diligenter perstringamus.

Disputatio quarta.

De submersione Pharaonis, transitúque filiorum Israël per mare rubrum?

Exod. 14. 36. Pharao vnde putauit Israëlem fugisse.

HÆc autem historia plene habetur Exod. 14 vbi sic: *& nuntiatum est Regi Ægyptiorum, quod fugisset populus, immutatumque est cor Pharaonis, & seruorum eius super populum, & dixerunt, quid voluimus facere, vt dimitteremus Israelem, ne seruiret nobis?* In quibus verbis adnotandum illud: *Regi annuntiatum fugisse Israël.* Quomodo fugisse, si sua egressum licentia? rectè Abulens. in præcitatum c. Exod. quæst. 1. ab exploratoribus ab eo missis, vt si vltra trium dierum viam progressi essent renuntiarent; vnde cum eam excessissent filij Israël fugam proclamarunt, qua intellecta dolore, ac pœnitentia Rex cum suis affectus Israëlem insequi destinauit.

Abulens.

37 Cur Deum non timuit insequens Israëlem.

At cur Dei summam non timuit omnipotentiam? maximè cum & lachrymæ ex primogenitorum morte adhuc in oculis recentes, vt infrà noster clamat Sapiens, c. 19. n. 3. *adhuc*, ait *inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumentum mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ, & quos rogantes proiecerant, hos tanquã fugitinos persequebantur.*

Infrà c. 19. n. 3.

Ioseph.

Ioseph. ait, quia contra Deum se ire non præsumpsit, dum egressum concesserat, ac sic fraudulenter Dei eludere iussionem intentauit: *Aegyptios* (ait) *pœnituit quod Hebræos dimisissent, cum nec rex præ cæteris hanc rem aegrè ferret, totum præstigijs Mosis imputans, decretum est vt in eos irruerent, & correptis armis, reliquoque apparatu persequebantur, retracturi si assequi possent. non enim timendum ne Deus offendatur, cum iam semel exitus illius sit concessus, sperabant se facile in potestatem redacturos inermes, & de via lassos.* In qua re illud adnotandum, quantum cum homine cupiditas semel animo ea imbuto valeat, simúlque quam parum res quæ non voluntariè, sed coactè efficiuntur, durent, dum sic illa potens extitit in Pharaone, vt etsi ob populum, perque eius dimissionem penitus oppressus, ad eum tamen insequendum fictitiam induens imaginationem, vt Deum non timeret, quia coactè, non voluntariè obtemperauerat, cito à proposito exiliens, pœnitentia ductus, iterum in seruitutem redigere disposuit, quos liberos Deus effecerat, vt hinc Principes discant, ne cupiditate serui fiant, dominandíque affectu; hic enim certissimè eos dementans, fallaces imponet eis discursus, fallacésque propositiones, quibus se Deum non offendisse repu-

38 Cupiditas quantum præualet in animo semel admissa.

39 Fictas de bono in animum immittit cogitationes.

40 Bona coactè facta, cito resiliunt in cõtrarium.

tent, & veros inuertentes diuinæ legis sensus contra illam pugnabunt, Deúmque contra, ex passione non animaduertẽtes, non perspiciẽtes.

41 Principes vnde de bono falsam sæpè induunt opinionem.

At, & si possibilis hæc Iosephi causa, & vera, verior tamen, quam infrà noster proponit Sapiens, vbi sup. n. 4. supplicium scilicet Pharaonis, qui mole oppressus peccatorum, indignus erat vita, indignúsque imperio, vnde ipsis suis illum impellentibus peccatis ad mortem necessario conducebatur: *Ducebat quoque Aegyptios ad hunc finem digna necessitas, & horum quæ acciderant commemorationem amittebant*, inquit Sapiens, *vt qua deerant tormentis repleret punitio*, & simul vt in illo perfectè Deus Omnipotens glorificaretur, qui vt idem ait Salomon Prou. 16. n. 4. *vniuersa propter semetipsum operatus est, impium quoque in diem malum*, hoc est supplicij, & vindictæ.

Infr. c. 19. n. 4.

Prou. 16. n. 4.

Nuncio ergo de fuga recepto, magno eos persequebatur exercitu, iungens, vt inquit Moses, secum populum, currus, omnésq; duces, quem describens Philo, sic ait: *Assumpto omni equitatu, iaculatoribus, funditoribus, sagittarijs, velitibus, & vniuersis leuis armaturæ militibus, sexcentis falcatis curribus, præfectíque huius expeditionis purpuratis, quo alacrius cæteri sine detrectatione militiæ sequerentur, excurrit, summa celeritate properans, vt fugientes impromisos opprimeret.* At vnde illi equi, cum omnes peste, siue grandine mortui? Abulens. quæst 3. remanserant quidem, aut vrbe seruabantur; aut aliundè etiam educti, vt vult Salianus ad annum mundi 2544. n. 205. Magnus ergo fit apparatus pedestrium, equestriumque copiarum, ita vt Iosephus velit hos ad summam quinquaginta ascendisse millium, illos vero ad ducenta millia: *ergo aderant, inquit, septingenti currus, cum equitum quinquaginta millibus, & ducenta millia scutatorum peditum.*

Philon.

Abulens.

Salianus.

Ioseph.

42 Pharaonis exercitus quam numerosus.

At quid Deus hæc videns? tantum abest, vt conatus impediat, vt voluntatem auertat, vt affectus mitiget, vt animos terreat, quin omnia augens, certamque de victoria spem indens iuxta illud, Exod. 15. n. 9. *Dixit inimicus, persequar, comprehendam, diuidam spolia, euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* De cuius vocis impietate, vide quæ diximus in 1. tom. 19. Moysi mandat, vt vltra non progrediens, solitudinem versus, vt inceperat, sed paululũ à recta declinans, Aegypto appropians, ponat castra, sic propè mare, vt ante se illud tenentes, à dextris vero scopulos ipsius solitudinis filij Israël, dum à tergo Pharaonem, aspicerent vndique recluſi, se videant, & Pharao tanquam de confecta re dicat, *coarctati sunt*, id est afflicti, animo dispersi, *in terra*, ob terram scilicet, quia *conclusit eos desertum.* Vnde si bene res attendatur, sic Deus castrametari iussit Israëlem, vt quasi circulo incluſus, immo veluti mari septus vllo modo euadere posset, nam vti diximus, à tergo ipsi habentes Phihahirot, vbi Pharao cum toto exercitu, in prospectu vero mare, vbi ipsi, à dextris vero solitudinis Ethan scopulos eminentissimos, vbi, quà fugerent, non habebant: dico fugerent, nam superfluũ ab ipsis animum erat quærere bellandi; hinc tantum Aegyptios prospicientes, *timuerunt valde*, facer, inquit textus, & tãquã iam de acta re Mosi dixerũt. *forsitã non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos,*

Exod. 15. n. 9.

Philo.

vt moreremur in ſolitudine, vnde hanc deſcribens Philo populi coarctationem, ſimúlque animi deſponſionem, ſic ait: *& iam populus in littore caſtra poſuerat, quibus prandium parantibus, primum exaudiebatur ſtrepitus, vt propinquante tanta virorum, equorúmque multitudine certatim properantium, mox progreſſi extra tabernacula circumſpectabant arrectis auribus. Paulo poſt conſpectus eſt in tumulis hoſtilis exercitus inſtructus ad prælium explicata acie, hoc tam inexpectato caſu perterriti; cum nec arma illis ad defenſionem ſuppeterent, (non enim ad bellum, ſed ad quærendas ſedes eximerant.) nec ipſi fuga expediret, à tergo mari claudente, à fronte imminentibus hoſtibus, ab vtroque latere adiacentibus, vaſtis inmiſque ſolitudinibus, trepidabant deſperantes vt fit in tantis calamitatibus, incuſabántque principem occlamantes, num deerant ſepulchra in Ægypto, vt nos huc adductos, necatóſque ſepelires in ſolitudine? nónne quauis ſeruitus eſt morte lenior; ineſcaſti plebeculam ſpe libertatis, vt adiret vitæ periculum, quaſi neſcires Ægyptiorum malitiam, & iracundiam.* En in quales Deus populum redegit anguſtias, in qualem rerum penuriam? ita vt de deditione iam tractaret, omnium oblitus mirabilium, paululum deficiens, quin ſanctum lapidaret conductorem, vt inquit Ioſephus 2. antiquit. in extremo lib. *Quo factum eſt*, ait, *vt Moſem grauiſſimis verbis accuſarent, obliti prodigiorum, quibus libertatem eis Deus promiſerat, minimúmque aberat quin Propheta lapidato, ſpretiſque per incredulitatem diuinis promiſſis, oblata Ægyptiis deditione in priſtinam eorum ſeruitutem redirent, nam & lamentis mulierum, & puerorum exaſperabantur*; In quo facto duo conſideranda, populi ſcilicet ſtatus, & Pharaonis ex illo animus; nam non ſic ille demerſus, & deiectus, ac iſte erectus, & animatus, iam prædam capiens, iam ſpolia diuidens, iam captiuos reducens, iam totius Dei populi factus dominus, cum illico poſt, facto probante, non ad ſui exaltationem, ſed depreſſionem anguſtiæ coarctabantur Iſraëli, & vnde ipſe coarctatos iudicabat, inde ipſi dilatati, vt ex hinc diſcant potentes in imbelles non ſuperbire, cum ſæpe horum humilitas, & impotentia ad eorum permittitur deiectionem, & interitum, & ſuffocantur perſequentes, in ipſiſmet demerſi fluctibus, in quibus impotentes demergere ſatagebant, iſti ex tribulatione illuſtriores facti, ex oppreſſione eminentiores, de qua re vide quæ diximus in altero tomo hom. 54.

43. Sanctorum pauperum anguſtiæ ſæpe ad depreſſionem potentum à Deo permittuntur, & ordinantur.

Contra Moſem ergo populus extabat, immo verius contra Deum; nam contra eum detraxiſſe affirmat Abulenſ. vbi ſuprà; at quid Moſes, quomodo tam effrænatum compeſcuit populum, oratione nempe ad Deum, oratione & ad populum, intus ad Deum, foris ad populum clamans, vt exinde quomodo populum inſtruere debemus edoceamur, intus ſcilicet ad Deum clamando, foris populo exclamando; *Diuiſit*, eleganter ait Philo, *mentis, & ſermonis officia, eodem tempore altera deprecabatur Deum tacitus vt eos à deſperatis rebus eriperet, altera confirmabat, ſolabatúrque tumultuantes*; quam orationé eruditiſſimè explicat Ioſephus vbi ſuprà ſic affirmans Moſes locutus: *ſi homo quiſpiam res veſtras bene, ac prudenter hactenus adminiſtraſſet, oportebat, & in poſterum ſimilem eius curam, & diligentiam expectare, tunc autem cum Deus ipſe gubernandos vos, tuendóſque ſuſceperit, quanta fuerit inſania non ſperare opem eius, qui pro me vltro vobis præſtitit quidquid ad veſtram ſalutem, ad libertatem conferre videbatur; immo verò hæc ipſa difficultas magis vos ad ſperandum accendere debuerat: Deus enim vos in arctum hunc locum concludi voluit, vt ex tanta neceſſitate, præter veſtram, & omnium opinionem ſeruaret: atque ita declararet non ſolum potentiam ſuam, ſed amorem etiam quo vos perpetuo proſequitur; nõ enim in paruis rebus Deus propitius tantum auxilium afferre ſolet, ſed in arduis maximè, & tunc potiſſimum, quando ſpes ſupereſt minimum; ergo huius ope fretus, qui poteſt ex paruis magna facere, & hoſtium potentiam infringere, ne terreamini Ægyptiorum apparatu, neque propter fugam mori, & montibus impedita animum deſpondite: poteſt enim Deus, & montes in planiciem, & mare in terram vertere.* Nil melius, quod breuibus perſtringens Philo, ſic Moſem dixiſſe affirmat; *Nolite animo concidere, aliud eſt humanum, aliud diuinum auxilium, cur tantum credibilibus ſermonibus fidem accommodatis? noſter adiutor nullis opus habet apparatibus, exitum inuenire in rebus dubiis eſt Deo proprium, ſolus ille plus quàm vniuerſa creatura poteſt.* Quid elegantius? immo quid verius? deſperamus, quia tantum credibilibus ſermonibus fidē adhibemus, nec plus Deo concedimus quam humana ſuppetit ratio, & ideo rebus diffidimus arduis, quia non plus diuino, quia in humano concedimus auxilio, vtrumque confundentes, cum aliud ſit diuinum, aliud humanum, hoc noſtro indigens apparatu, illud ſua tantum potentia; hinc *Afflatus ſancto numine*, vt inquit Philo ſanctus Propheta ſuperna indutus fiducia prædicens populo, dixit, *exercitus iſte ſtructiſſimus, vt videtis armis, viriſque non terrebit vos poſtea, internectione totus delebitur, ſubmergetúrque, vt ne reliquiæ quidem eius in terra maneant, idque non poſt longũ tempus, ſed nocte proxima*; Quod ſimplicibus enarrat Moſes verbis, dum ſuum promens ſermonem ſe dixiſſe affirmat, *Nolite timere, ſtate, & videte magnalia Domini, quæ facturus eſt hodie, Ægyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vſque in ſempiternum*; Viuos nempe viſuri non erant, ſed mortuos.

Abulenſ.

44. Oratione, & prædicatione populus inſtruẽdus, dirigẽdus.

Philo.

Ioſeph.

45. Hominum deſperatio in rebus arduis vnde prouenit.

At ipſe, & ſi de hoc certus, ita vt ſecurè prædiceret, orare tamen non ceſſabat, ſic vt eius orationem clamorem dixerit Dominus; *Quid clamas ad me?* nobis inſtruens orandum ſemper, & ſi de Dei auxilio ſecuri, cum & ſi præſtare Deus certiſſimè velit, non tamen hoc ſæpè ſine oratione; quid certius quàm poſt ſeptuaginta populi à miſera ſeruitute annorum liberatio? & tamen ſine oratione Deus ad effectum illam deducere noluit, hinc ſpiritus eius ad orationem promouit Danielem, qui & ſi à principio ſuarum exauditus eſt orationum, quando pro liberatione intercedebat promiſſa, & cuius iam tempus aduenerat, tamen nec cito exauditus, ne illa executioni abſque oratione mandata, Daniel. 10. n. 12. *Ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum exaudita eſt oratio tua.* Si à die primo exaudita, curſum

46. Semper orandum, & ſi certi de diuina promiſſione. & cur.

Daniel. 10. n. 12.

indicatum, cur non ſtatim ad eum miſſus Angelus? ſed poſt trium hebdomadarũ expletos dies? *Data eſt per illam moram*, reſpondet Hier. huc, *occaſio amplius Deum deprecandi*; ſic cordi Deus erat oratio, & vt per orationem executioni mandaretur, quod promiſerat, quod ſtatuerat, ſic & ſi Deo mare aperire decreuiſſet, & Iſraëlitas ducere per profundum, tamen hoc non ſine Moſis oratione, immo importunatione, qua media tempus fit intercelſionis opportunum, cum & ſi Deus exaudire velit, & ſi gratiam concedere, tamen ſuo tempore, ſua vt ſic dicam opportunitate, Matri negare viſus eſt gratiam, quia nondum opportunum, *Nondum enim venit hora mea*, Ioã. 2. n. 4. ſic tẽporis, ſeu opportunitatis tenax, vt & ſi poſt inſtans, vt ſic dicam tempus erat, illud & ſi ob matrem antecuertere noluerit, Pſal. 9. n. 10. *Factus eſt Dominus refugium pauperi*, Regius aiebat pſaltes, *adiutor in opportunitatibus, in tribulatione*, prius opportunitatem, poſtea tribulationem nominauit, nónne aptius adiutor prius in tribulatione? poſtea in opportunitatibus? non quidem, vt tu intelligeres, ideo opportunitatem primum poſitam, quod & ſi adiuuaberis, tamen ſuo tẽpore, opportune, nõ importune, *tribulationẽ quippe dicturus*, Magnus aiebat Greg. Moral. lib. 26. c. 15. exponẽs illa verba c. 35. *neque enim fruſtra audiet Deus, opportunitatem præmiſit, quia ſæpe, & tribulatione conterimur, & tamen opportunum nondum eſt, vt deſiderio ereptionis adiuuemur*; En anguſtiati filij Iſraël, & in arcto poſiti, non prius Deus mare eis aperuit, quàm inimicos proſpicientes ſe vndique occluſos viderent, cur non antea? quia importunum, quia nondum Moſes clamauerat, clamor erat neceſſarius, & clamor Moyſis, non populi, vt aliqui volunt, quibus rectè contradicens Ambroſ. in Pſal. 118. in caten. Lyppomani ait: *Non populo dictum eſt, quid clamas ad me, non enim ad Deum clamabat populus, qui iniuſta, & iuris indigna clamabat*, clamauit, tẽpus affuit opportunum, illico exauditus, vnde audiuit, *Elena virgam tuam, & extende manum ſuper mare, & diuide illud, vt gradiantur filij Iſraël in medio mari per ſiccum*; vt dictum, ſic factum; in qua re multa, & quidem ſcitu digniſſima inquirenda, & enodanda.

Hieron.

47. Deus & ſi decreuit dare, tamen ſemper tẽpore opportuno, quod patienter præſtolandum.

Ioan. 2. n. 4.

Pſal. 9. n. 10.

S. Greg.

Ambr.

48. Moſes ſolus clamauit ad Dominum, & potentior eius oratio, quàm indigeſtus contra Deum populi clamor, ſic ſãcti prælati potentior eſt oratio.

Primum quomodo diuiſa aqua, ſi à vento, an ſtatim Angelorum miniſterio ad eleuationem virgæ. Certè, ſi verba Scripturæ vt ſonant attendantur, à vento diuiſum mare videtur, ſic enim ait: *Cúmque extendiſſet Moyſes manum ſupra mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum, diuiſaque eſt aqua*. Quod etiam ſentire videtur Philo, dum ait: *Poſt ſolis autem occaſum exortus eſt Auſter vehementiſſimus, qui mare ſolitum, cum æſtu decedere, protruſit etiam vltra fines madentis littoribus, ſicut ſit in torrentum illuuie.*

49. Mare a vẽto, an ab Angelis diuiſum.

Philon.

Verior ſententia.

Verior tamen ſententia, non per ventum diuiſum mare, ſed ad eleuationem virgæ Moyſis, ſeu percuſſionem, vt multi volunt, vti Ioſephus lib. 2. antiquit. c. 7. Epiphanius hæreſ. 64. in fine, Auguſt. ſerm 89. & 90. de temp. Angelo illo diuidente tam ample, vt totus populus trium tantum horarum ſpatio commodè per illud permeare poſſet, qui populus nõ minus, quàm trium millionum numero cõſtabat præter cætera impedimenta, animaliáque, ſic Abulenſ. quæſt. 5. & alij, pro qua re.

Ioſeph. Epiph. Auguſt.

Notandum, iuxta Abulenſem, cæteróſque modernos, qui omnes ab illo, Hebræos circa noctis principium ad mare acceſſiſſe, ſtatímque ad virgæ eleuationem ſiue contactum illud diuiſum, ita vt pro muro ex vtraque parte ſtarent aquæ in altum erectæ; ſtatímque facta diuiſione, vt ſolum limo, & cæno perfuſum exiccaretur, & commodè per illud pertranſire poſſent filij Iſraël, immiſſus ventus vrens, vt illud exiccaret vſque ad mediam noctem, qua accedente, & tertia incipiente vigilia cœperunt vltra alteram progredi ripam vſque ad quartam vigiliam, qua incipiente Ægyptij ſtrenuè filios Iſraël vti fugientes inſequi cœperunt, vſque dum ferè circa eius medietatem dum omnes ingreſſi, & longè à ripa aberant, quaſi filios prope Iſraëlis, repercutiente virga Moſe, mare iterum redundans, & à parte poſteriori incipiens omnes ſubmerſit, ita vt vltimus, vt adnotat Abulenſ. fuerit ipſe Pharao, ad poſtremum reſeruatus ſuorum ruinæ aſpectum.

Abul.

Cum ergo diuiſio maris fuerit quaſi in inſtanti, & non ita diuiſum, vt iterum flueret, ſtante vento, qui poſt mediã ceſſauit nocte, & inſuper ſic hinc inde ſectus, vt veluti pro muro ſtaret, euidens ſit non diuiſum à vento, ſed a virtute diuina, quod apertiſſimè paulo infrà ſentit idem Philo, dicens: *Tunc Moſes inſſus virga mare percutit, quo facto aquæ ſcinduntur, & altera pars in altum tollitur, ſtans more parietis ſolida; altera cum frano impoſito vi occulta retrahitur, media ſciſſura ſiccata patentem, latámque viam prebente ad populi tranſitum.* Quid clarius? quod miraculum merito admirans Origenes apud Lippom. in caten. ait: *Mira Dei potentia, cogitur fluctus in cumulum, & vnda in ſemetipſam repreſſa curuatur, ſoliditatem recipit liquor, & ſolum maris areſcit in puluerẽ, vt ſicca planta populus Dei tranſiret.* Hoc vltimum adnotandum; Deo enim viam populo præbere non ſat fuit, niſi & eam ſic ſterneret, vt ſicca planta placidè tranſiret, & vt infrà dicitur c. 19. n. 7. ſic veluti, ac ſi per campum germinantem, *& campus germinans de profundo nimio*, vt ibi dicemus; qualis ergo eſt erga ſuos hæc Dei noſtri prouidentia, vt non ſic admirabilis ſit conceſſio, quantum conceſſionis modus, ingenti aperitur mare miraculo, ſat hoc erat vita iam declamatis, at quia ſi fuſtium limoſum incommodè tranſiſſent, & cum labore, ſtauerat tota nocte Auſter, inceſſanter, intermiſſe, ſiccet profundum, immo naſcatur herba, vt ſicco, mollique tranſeat Iſraël veſtigio, quid magnificentius? ſtent aquæ in altum erectæ, contra ventorum impetum naturam immutantes, ac ſi eſſent vitreæ, non effluant, cur tantum miraculum, & naturarum inuerſio? vt Iſraël non ſolum permeet ſed commodè, & placidè, Iſraël inquam ingratus, timidus, rebellis, *Subito diuina prouidentia ſcinditur mare*, inquit Zeno Veronenſ. ſerm. 12. lib. 2. *aqua dextra, lenáque gelido ſtupore frenata vitreos rorem dirigunturin muros, præſtolantes tranſitum populi Dei, vt perſequentibus mare ſint, inducitur in viam Iſraël ingratus, in qua nec gladios poſſit*

Origen.

Infr. c. 19. n. 7.

50. Dei prouidentia in ſuos quam dulcis.

Zenõ Veron.

timere, nec fluctus. Qualis ergo, quàm ingens est Dei erga suos prouidentia, qui vt illos suauiter ducat, etiam ipsas immutat naturas, quod

Sedulius. dulciter canens Sedulius, sic ait:

Pernia dimisi potuerunt cærula ponti,
In gemino reuoluta latus, nudataque tellus,
Cognatis spoliatur aquis, ac turba pedestris
Intrat in absentis Pelagi mare, perque profundum
Siccaperegrinas stupuerunt marmora plantas,
Mutauit natura viam, mediúmque per æquor
Ingrediens populus rudeiã baptisma gerebat.

31. Mare diuisum vna, an pluribus diuisionibus.

Ad Mosis ergo virgæ eleuationem Angelica virtute diuisum est mare, sed quomodo, quod est secundum quæsitum, vna tantum, an pluribus diuisionibus.

Abul. Abulens. quæst.7. quandam traditionẽ Hebræorum secutus, cum Origene in c.14. Exod. mordicus defendit, mare scissum in duodecim partes iuxta duodecim tribus, eandem opinionem probat Epiphan. hæres.64. propennem, Comestor. Cassiodor.

Epiphan. *Comestor.* *Cassiodor.* Fundamentum horum, sunt verba illa Psal. 115.n.13. *Qui diuisit mare rubrum in diuisiones,* vnde Orig. sic ait: *bonitas ẽ Dei creatoris intellige si voluntati eius obtemperes, si legem eius sequaris, ipse tibi elementa, etiam contra naturam suam seruire compellet. Audiui à maioribus traditum, quod in ista diuisione maris singulis quibúsque tribubus Hebræorum singulæ aquarum diuisiones factæ sunt. & propria vnicuique tribui in mari aperta est via, idque ostendi aiunt ex eo quod in Ps 135. scriptum est, Qui diuisit, &c.* Genebrard. etiam verba Psalmi sic explanat; *Diuisum est mare rubrum in multas partes, & sectiones, tanquam in muros multos, coagulatis, & condensatis aquis, in duodecim nempe sectiones pro numero tribuum, vt quaque suum haberet iter, & vlterius transiret.*

Origen. *Genebr.*

Theodoret. Hæc sententia, licet, vt ait Theodoretus quæst.25. in Exod. pietati, & fidei non aduersetur, tamen nec vera, nec miraculum illud necessarium apparet, nec verba Psalmi cogunt, vt illud asseratur, sicut infrà dicemus.

Vera ergo est sententia Theodoreti vbi sup. *Liran.* *Caiet.* *Perer.* Liranj, Caietani in ipsum locum Psalmi, Pererij, & recentiorum, viam tantum fuisse factam diuisionem ita amplam, vt commodè per eam populus omnis pertransire posset.

Fundamentum huius opinionis nullũ aliud est, nisi ipsamet rei decentia, & ipsa tanti miraculi nulla necessitas; immo incõmoditas, cum non sine metu, aut solitudinis horrore, vt sic dicam, quælibet tribus per se transiret à reliquis diiuncta sine Mosis sanctissimi ductu, licet pro duce columnam, seu eius obtinerent radios.

Adde adhæc, quod Scriptura semper vnam ait fuisse viam, vt hic, *Transuexit per aquam nimiam*, non per aquas nimias, hoc est, per vnam tantum sectionem, non per multiplices, & c.14. n.3. *Dedisti & in mare viam, & inter fluctus semitam firmissimam.*

Neque, vt dixi, verba Psalmi aliquid concludunt, nam vt rectè Caietanus, sectiones, seu diuisiones dicuntur quando vna res in duas diuiditur, sic Genes.15.n.10.& 17. Abraham aues diuisit, & dicitur lampadem trãsisse per sectiones illas, id est partes diuisas, eodem modo

Genes. 15. n. 10. & 17.

A Hierem. c.14. n.18. *Vitulum quem conciderunt in partes duas, & transierunt inter diuisiones eius;* sed audiamus Caietanum, qui illud Psal. *Qui diuisit mare rubrum in diuisiones*, sic legit, *incidenti mare rubrum incisionibus*, quam exponẽs lectionem sic loquitur. *Hic textus materiam præbet opinãdi, quod filij Israël per mare rubrum multis viis transierunt, & vt aiunt duodecim viis, iuxta numerum duodecim tribuum, quia hic dicitur mare rubrum incisum incisionibus, ex eo enim quod plurali numero memorantur incisiones, argumentum sumptum est, quod in pluribus locis mare diuisum fuerit, sed hoc argumentum non cogit, quoniam vna incisio plures facit incisiones, incidendo enim panem in duas partes, relinquuntur ex vno incidenti actu duæ incisiones, vna in parte, & altera in reliqua, & explicauit hoc Propheta ad significandum, quod Deus sic incidit mare rubrum, vt incisiones remanserint hinc, & inde in partibus seorsim, quod Scriptura sub aliis verbis dixit Exod. 14. quod Deus ita diuisit mare, vt aquæ essent pro muro à dextris, & à sinistris, vnde ex isto textu Danidis non habetur pluralitas diuisionum, sed vna diuisio remanens in duabus incisionibus à dextris, & à sinistris.*

Hierem. 14. n.18. *Caiet.*

B

32. Quis primus mare ingressus.

Sed quis primus est ingressus? Hebræi somniant, vt inquit Hieron. super c.11. Oseæ, exponens illa verba: *Iuda autem testis descendit cum Deo*, primum fuisse Aminadab Principem tribus Iuda, ob quod, & regnum, ac primatum meruit, verissimus Mosis extitit, cuius exemplo cæteri animati, qui trepidabant ingressi, sic Iosephus lib.2. Antiquit. c. vltimo, vbi sic: *Moyses autem videns adesse Deum, & mare de suo loco cessisse, primus progreditur, hortatus Hebræos, vt alacriter sequantur per viam diuinitus datã, & lætis de præterito periculo gratias agant, ob tam incredibilem salutis rationem tam subito exortam, illi verò diuina ope freti, impigrè subsequuntur.*

Hieron.

C

Ioseph.

33. Ægyptij vnde animus vt sine timore profundum ingrederentur maris.

Sed hic vnum admirari libet, quomodo Iudæi ad ingressum sic trepidantes extiterint, vt necessarium esset oratione, & cohortatione Moysis, & si mortem ab Ægyptijs formidabãt, cum è contra Ægyptij nullo cohortante, nec animante audacter, imperterritéque profundum sunt ingressi. Dicet fortasse aliquis, & nõ malè, quia audaciores in malis sunt perpetrandis filij huius sæculi, quàm in bono obsequẽdo filij lucis, de qua re vide quæ in altero diximus hom. 31. at mihi summopere Abulensis solutio placet, qui hoc non ipsorum animo, sed Dei voluntati ascribit, qui cum eos punire, & suffocare decreuerat, sic eorum exigentibus peccatis, audaciam, seu temeritatem non ademit, immo adiuuit, vt libenter ad mortem currerent, nullo metu, nullaque formidine; *Sed ista*, inquit Abulens. *non ex eorum impunitate venebat audacia, sed magis ex eorum culpa, cum eos Deus permitteret indurari vt supra dicitur, ego indurabo cor Ægyptiorum, & persequentur vos, quasi dicat, Ægyptij nullo modo Iudeos taliter persequi auderent, nisi eos Dominus indurasset.* Ergo ad eorum pœnam talis illis concessa audacia, talis animus; ex qua doctrina stultorum stultissima illa eneruatur ratio politicorum, sanctissimam nempe, Catholicámque religionem nostram animos ademisse,

D

Abul.

34. Deus aliquando iusto iudicio impiorum animũ auget ad eorum perditionem.

35. Sanctissima Christiana

religio non animos demit fortes, contrariorumque obtunditur ex hoc loco.

cum nunc non sic audaces, non sic imperterriti, ac quando verum Deum ignorantes falsos antiqui colebant, ô insensati, & vecordes, quando & illud eis concederemus, quod omnino negamus, cum vt rectè inquit Bern. serm. ad milites templi c.1. nunc, nec homines milites nostri, nec dæmones timent, *Impauidus*, ait, *profectò miles, & omni ex parte securus, qui vt corpus ferro, sic animus fidei lorica induitur, vtriusque nimirum munitus armis, nec dæmonem timet, nec hominem*; de qua re videndus est Ambros. lib.1. de officiis, c.40. & 41. non vident, non perspiciunt, quod ad pœnam illis talis cõcessa audacia, talis fortitudo, vt per eam quasi frenetici ad mortem ruant eis destinatam, ac debitam. *Fortitude*, (inquit Seneca 2. de benef. c.34.) *est virtus pericula iusta contemnens, aut scientia periculorum repellendorum, excipiendorum, & prouocandorum.* Nil elegantius, quę si ad verè Catholicos applicaueris animos, tantum in eis veram reperies fortitudinem; quis enim sic iusta pericula contemnit, ac vir Christianus & Catholicus? hoc præclarus martyrum probat exercitus, ex quibus trucidatis eleganter argumentatur Tertull. in Apolog. c.27. nullos illis fortiores ad bella futuros si bellandum ipsis, *Cui bello non idonei fuissemus*, ait, *etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur?* Egregiè. excipiunt pericula quando iusta, immo & ea prouocant, vnde vox illa sanctissimi Ignatij ad discipulos prouocantium contra se bestias affirmantis, si ipsæ nollent. *Vtinam fruar bestiis, quæ mihi sunt præparatæ, quas & oro mihi veloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allici ad comedendum me, ne sicut & aliorum Martyrum non audeant, & corpus attingere; quod si venire noluerint, ego vim faciã, ego me vrgebo, vt deuorer.* Occurrunt ergo periculis, quando opus, sicut & eadem repellunt, ea fortitudine quando ipsa iniusta, quando nõ necessarium; nam ad pericula ruere & irrumpere more bestiarum neque omniũ absque ratione falso, non vero nomine, fortitudo appellatur, & ex illa homines fortes, vt egregiè idem Seneca, probans enim vbi suprà, plures esse res, quam nomina, & ideo multis eadẽ nomina accommodari, & si non propriè eis conueniant, inter cætera quæ affert exempla, nomen est fortitudinis, quæ gladiatori applicatur, cum ei improprium; *Ingens copia est rerum sine nomine*, ait, *quas non propriis appellationibus notamus, sed aliunde accommodatis, pedem & nostrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis, canem, & venaticum, & marinum, & sydus, quia non sufficimus vt singulis singula assignemus, quoties opus est mutuamur*; quibus dictis definitionem affert fortitudinis veræ quam supra posuimus, postquam sequens ait; *Dicimus tamen & gladiatorem fortem virum, & seruum nequã, quem in contemptum mortis temeritas impulit.* Quasi diceret & fortem illum appellamus cum non nisi temerarium deberemus; sed quia nomina non suppetunt mutuamur, hic non fortes, sed temerarij illi dicendi si verè res expendatur, & Deorum, siue dæmonum religio illa non fortes, sed temerarios efficiebat homines, ad quam sic eorum exigentibus peccatis iusto Dei impellebantur iudicio, non secus, ac isti Ægyptij de quibus agimus, qui dum temerariè se in profundum intrudunt, in ipsa sepulti audacia mortem postea inuenerunt, & si inuiti.

Bernard.

56. Fortitudo Gentilium in pœnam eis concessa.

Seneca.

57. Fortitudo vera quæ.

58. Solum est Christianorum.

Tertul.

S. Ignat.

Seneca.

59. Plures sunt res, quàm nomina & vnum nomen multis accommodatur rebus.

60. Fortitudo falsa quæ est gẽtilium non vera potius temeritas dicenda.

Pertransierunt ergo Israëlitæ mare, at quomodo? rectène ad oppositam ripam, an semicirculo confecto ad eandem à qua excesserunt, peruenientes?

61. Israëlitæ an ad alteram ripam transierint.

Hebræorum aliquorum fuit opinio, quam multis confirmat Abulensis quæst. 19. in c. 14. Exod. non ad alteram, & oppositam ripam Hebræos confluxisse, sed semicirculo confecto ad eandem deuenisse, quam opinionem Genebrardus in Chronic. sic refert; *Hebræi negant maiores suos transisse mare rubrum totum, siue à littore Ægyptio ad litus Arabicum; sed quod grandius est miraculum, ad idem litus ducto intra mare longo circuitu, & quasi semicirculo, vnde egressi fuerant reuertisse; id probant, quia harebant in deserto Ethan ante transitum, deinde post transitum in eodem se ostendunt, vbi per tres dies vagati castra ponunt in Mara: deinde mare rubrum diuidit Ægyptum ab Arabia nona terra Sancta; immo verò non fuit necesse vt ingrederentur mare, nisi vt submergeretur Pharao.* Hæc Genebrardi, à quo & sententiam habes, & rationes; quibus addit Abulens. impossibile videri transitum ad alteram ripam tam breui confectum spatio, cum Israëlitæ totum mare trium tantum pertransierunt horarum termino, cum si in directum transissent, vix viginti quinque sufficerent horæ; huius etiam sententiæ est Burgens. & Carthusianus.

Abulens.

Genebr. Prima sententia.

Burgens. *Carthus.*

Hæc sententia nunquam mihi placuit, & falsam omnino existimo, vt pote Scripturæ contrariam, si rectè sensus eius teneatur, neque argumenta alicuius sunt efficaciæ, vnde.

Vera & communis est Hebræos totũ sinum Arabicum traiecisse, & in alteram oppositam euasisse ripam. Sic Liranus, Caietanus, & omnes recentiores cum Iosepho, Nisseno in vita Mosis, & Aug. serm. 89. Iosephus enim lib. 2. Antiquit. c.8. sic ait: *In aduersum litus euaserant Hebræi, hostibus à tergo relictis*, & Nissenus, *Tunc summus ille vir omnium diuinitus monitus, ad litus descendit, mareque rubrum virga percussit, & subitò vt in vitro facta scissura, facilè ex altera parte in alteram peruenit, hoc illum Mosaica virga in oppositam vsque ripam, hinc atque hinc cedentibus aquis scissura peruenit, itaque facto per medium pelagi itinere, vtraque ex parte vndis aquarum quasi muris consistentibus ingreditur.* August. verò sic: *& limine recta via porrigitur, vbi populus Domini mirabiliter graderetur.* Ergo non curuo vt volunt aduersarij. Adde Philonem lib. 3. de vita Mosis assetentem in litus oppositum cadauera iecta mortuorum, *Postremo*, inquit sub finem libri, *tempestas procellosa; quæ in litus aduersum iecit enectorum cumulos, quo magis seruati salutem suam agnoscerent, non solum euadendo pericula, verum etiam spectando inimicos deletos ope diuina sine humanis viribus.* Vltimo idem affirmat Gregor. Turon. lib. 1. historiar. c.10. vbi sic: *In litus illud quod est contra montem Sina, illæsi prorsus, demersis Ægyptiis, Mose duce transgrediuntur.*

Vera sententia.

Liran. *Caietan.* *Ioseph.* *Nissen.* *August.*

Philon.

Greg. Turon.

Scriptura autem hoc manifestè indicat, Primo c. 33. Num. 7. vbi sic; *Profectique de Phiahirot transierunt per medium mare in solitudinẽ*, transierunt dixit, non circuierunt, vt volunt

Num. 33. n. 7.

contrarij, quod certè dixisset vt benè adnotat Salianus vbi sup. n. 225. Secundò hic apertè dicit transtulisse eos Deum per mare rubrum, & transuexisse, quod non circuitum, sed transportationem significat directâ in alteram partem. Hoc autem etiam manifestè patet ex Ps. 77. n.13. & Iudith 5. n.12. & ex Paulo ad Hebræos c.11. n.14. & infrà c.19. n.5. & 8. vbi semper inuenitur verbum transeo, non circumeo, vt aduersarij autumant.

Salian. *Psal.77. n.13.* *Iudith 5. n.12.* *Ad Hebr. 11.n.14.* *Infr.c.19. n.5.& 8.*

Sed neque argumenta aliquid valent, nam ad illud de deserto Ethan respondetur, hoc desertum ita magnum extitisse vt etiam in alteram ex aduerso se protenderet ripam, quod desertum etiam vocatur Sur, vt ait Hieronym. in epist. ad Fabiolam *Egressis de mare rubro occurrit eremus Sur, quæ & solitudo Ethan dicitur.*

Hieron.

Ad illud de diuisione Ægypti de terra sancta, quæ nõ diuiditur ab illa per mare rubrum, facile etiam respondetur, hoc verum, si iter esset versus Septentrionem, vt ait Salianus; at quia Deus populum suum versus Orientem duxit per Arabiam in terram Sanctam, ideo in Arabiam per mare eos transuexit.

Ad illud autem Abulens. quod videtur aliquid negotij facessere, respondetur iuxta recentissimas topographias, ita in suo summo capite mare rubrum esse angustum, vt vix sex milliaribus pateat; vide Torniellum ad annum mundi 2544. n. 26. qui traiectus minus quàm trium horarum spatio transmeari potest.

Torniel.

Ad cuius confirmationem adde, quod si non sic esset, plus contra ipsum Abulensem eius militaret ratio, quam contra nos, ipse enim, vt suprà vidimus, non vnam agnoscit in mare scissuram, sed plures, duodecim nempè, ergo duodecim necessarij semicirculi, populus autem absque impedimentis, & animalibus ad summam ascendebat trium millionum, ergo per quamlibet scissionem amplius, quam ducenti, & quinquaginta millia præter currus, & animalia transituræ essent personæ; quàm ampla ergo, vt per spatium tantum trium horarum tota ista transiret multitudo necessarium fuisset, vt prima tantum esset scissura, certè ad minus deberet eius latitudo vnius esse leucæ; prima ergo vnius erat leucæ, secunda necessario duarum, tertia trium, vltima tandem duodecim, & ampliùs: ergo quomodo trium tantum horarum spatio duodecim possent homines illi transmeare leucas; ergo eodem prorsus Abulensis opinio laborat incommodo, ac nostra, si verum esset illud de latitudine sinus, quod negamus, vt diximus, vide Caietanum, qui cæteras omnes soluit rationes.

Caietan. 62. Scissio maris rubri, an naturalis.

Vltimò tandem quæritur, an diuisio illa maris, effectus diuinæ fuerit omnipotentiæ, an vero naturæ opus obseruato à Mose maris refluxu quo per illum exiccato in alteram transuexerit populum ripam?

Huic dubitationi ansam dedit Artapanus peruetus scriptor, qui Memphitas asserit Ægypti populos affirmasse Mosem refluxum maris obseruasse, & sic per illud populum trãsuexisse; & item Iosephus, qui in dubium illud reliquit, affirmans simile quid Alexandro in mari accidisse Pamphilio, verba eius: *Nemo mirari debet tanquam incredibile sipriscis homi-*

Artapan. Ioseph.

nibus, & ad militiam tunc rudibus, de salute periclitantibus viam per mare potuit, sine Dei voluntate, sine naturæ sponte; etenim heri, & nudius tertius Alexandri ductu Macedonibus Pamphilium mare cessit, & aliam viam non habentibus illac iter aperuit, cum Deus eius opera ad destruendum Imperium Persarum vti decreuisset, id quod omnes testantur, qui res gestas illius regis scripto prodiderunt. Hæc Iosephus, qui verè non credidit opus illud naturæ ductu factum, vt ex multis eius aliis verbis constat, sed illud posuit, vt facilius crederetur ab Ethnicis, adducto Alexandri exemplo, quod vt rectè Pererius in gratiam illius Regis. & si non falsum, tamen auctum, cum naturaliter Alexandri traiectus euenisset; vt dilucidè illud affirmat Strabo lib. 14. de mare Pamphilio, sic loquens: *Est mons nomine Climax Pamphilico mari adiacens, is transitum per angustum in littore relinquit, qui mare tranquillo aquilita nudatur, vt iter facientibus sit peruius, Pelago autem affluente vndis totus contegitur, transitus vero per montem tum arduus est, tum etiam prolixus, quare tranquillo mari, via quæ in littore est capitur ab omnibus, Alexander vero in hyemem incidens, & maximam partem rerum suarum fortunæ permittens, priusquam fluctus redirent, mouit, sed oppressus à fluctibus contigit, vt tota die iter faceret in aqua vmbilico tenus.* Ad hanc ergo veram historiam addentes historici, miraculum illud effecerunt quod narrat Iosephus, cum non nisi naturale esset, vt patet.

Perer. *Strabo.*

Quapropter certissimè tenendum, ne dicam de fide, supernaturaliter illud euenisse magno Dei miraculo, magnáque eius potentia, quod satis liquidò ex adiacentibus patet, vt benè probat Diodorus Iatensis sancti Chrysostomi magister à Lippomano in Caten. adductus, in c.14. Exodi, vbi sic: *Propterea quod vestigia miraculi illius in mari rubro facti adhuc ostenduntur, maris se reciprocante, ac littora destituente, idcirco nonnulli Gentilium id naturæ maris illius, non diuino miraculo asscribendum esse affirmant; quod quidem illis dandum, & concedendum esset, si per reciprocationem maris fieri posset, vt in medio mari clarissima via, & transitus veluti Israelis accidit, efficeretur; itémque si mare diuisum à dextris, & à sinistris natum, aptúmque esset, vt solidus murus consistere, nam & si concedatur mare rubrum alicubi extra littus vndas effundere, & reciprocando intra littora resilire, at cum Hebræi transirent mare illud reciprocando, locum eis transeundi dedisse nulla ratione intelligi potest; qui enim fieri potest vt mare in reciprocando in muri modum solidi, hinc atque hinc transeuntem populum circumsteterit?* Hæc Diodorus; ex quo sententiam simul, & rationes habes, & præcipuè illius miraculi cognitionem, rotarum scilicet, & curruum in illo mari insignia manentium, quæ adhuc suo extitisse tempore Greg. affirmat Turon. tom 1. Histo. lib. 10. vbi etiam, & aliud asserit miraculum, nempè, quod si per maris commotionem aliquando obteguntur, iterum diuino renouantur miraculo, verba Gregorij: *De quo transitu multa narrantur, sed nos quod à sapientibus, & certè illis hominibus, qui in illis locis accesserunt verum cognouimus, ea studuimus inserere pagina, aiunt enim sulcos, quos rota currum-*

Diodor.

63. Vestigia transitus Israelis adhuc in mari visuntur. *Greg. Turonens.*

fecerant vſque hodie permanere', & *quantum acies oculorum videre poteſt, in profundo cerni: quos ſi modicum commotio maris obtexerit, illo quieſcente, rurſus diuinitus renouantur vt fuerant.* Quod idem fermè ſcribit Paulus Oroſius antiquior Gregorio annis amplius quàm centum,& ſeptuaginta;

Oroſius.

Sed quæres, an antequam Ægyptij in mare ingrederentur, iam Iſraël in altera eſſet ripa; an verò in ipſo adhuc profundo? Salianus affirmat contra Abulenſem ad annum mundi 2544. n.230.& rationabiliter, quod confirmat authoritate Ezechielis Hebræi apud Euſebium,ſic canentis.

Salian. 64. Iſraël an in turo antequá Ægyptij in mare.

Ipſi Hebræi omnes fortiter,
Ruebant celeres per ſalſum vadum,
Noſque in ipſos ſequebamur ſtatim,
In veſtigia ipſorum nocte ingreſſi
Cum clamore currentes.

Immo,quando & ſuffocati Ægyptij,adhuc bona eorum pars intra alueum,quod etiam videtur inſinuaſſe Zeno Veronenſ.lib.2. ſermonũ, ſerm.12.vbi ſic:*Mira res! medio puluerulentus*, hoc eſt Iſraël, *exultat in profundo, quia circa ſe videret feliciter triumphum ſuum* (hoc eſt Ægyptios) *perire naufragio.* Et Philo etiam lib.1.de vita Moſis, vbi ſic: *Nam Hebræi ſummo mane per ſiccam viam trahiciebant vnà cum vxoribus, & liberis; hoſtes autem vndis marinis rurſum in vnum coëuntibus mergebantur cum ſuis equis, & curribus, æſtum refluum volentibus etiam Aquilonis flatibus, vt nec ſigniferi quidem ſuperſtes relinquerentur nunciaturus acceptam cladem Ægyptiis.* Et ſanè hoc multum diuinam extollit potentiam, dum ſic vndæ in ſuum ſtatim reuerſæ ſint locum, vt vbi pes extabat Iſraëlis,recurrere non audcrent. In qua re ingens aſpiciebatur miraculum,dum in illo tractu, in quo prius mare veluti murus à dextris extabat, & à ſiniſtris, muros concidere vbi tántum Ægyptij,erectos autem permanere vbi Iſraëlitæ; quid mirabilius, vndas iſtis muros, illis verò mare? vt ex hinc animum Dei ſerui reſumant,ſpe firma credentes,quod mare peccatoribus, ad eos ſuffocandos, illis murus ad eos ſaluandos fore; in vna enim, eadémque conſtituti tribulatione iuſtus ſperet, quia hæc eadem murus illi, peccator timeat, quia mare, cuius ſignum, quia iuſtus in illa proficit, peccator deficit; vnus enim eſt lapidis in flumen iuſtus,ex illo columba ad æthera aduolat, rana verò in profundum ſe mergit,hinc iuſtis mala, tribulationes, iniuſtis verò flagella dicuntur, vt præclarè Origenes in epiſt.ad Rom.c.5.lib. 4. ſuper illa verba, *Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus*, poſtquam enim probauerat, tribulationem à Deo immiſſam, non eſſe quid indifferens inter malum ſcilicet, & bonum, ſed ſimpliciter bonum, contra ſe obiiciens, quia non ſolum boni, ſed mali tribulantur; *Quod ſi quis nobis occurrat*, ait, *& dicat mediũ eſſe, & indifferens tribulationẽ, quoniam quidem inuenimus etiam malos, & impios tribulari, & non continuo, quia tribulantur pro malis actibus ſuis, virtus animi tribulatio eorum reputanda eſt. Optimè reſpodet,malis mala à Deo inflicta non eſs tribulationes.*ſed flagella: *Videſi poſſumus*(ait)*hoc modo reſpondere, quod tribulatio quidem proprie ſanctorum eſt, impiorum autem,& iniuſtorum tribulationes flagella appellantur,denique in pſalmo dicit,Multa tribulationes iuſtorum, de iſtis autem ait.Multa flagella peccatorum.* Egregiè, iuſti in mare deiiciuntur,ſed non abſorbentur,ſic Paulus 2. ad Corinth. c. 4.n.8. *Tribulationem patimur,ſed non angustiamur,deijcimur,ſed non perimus.* At iniuſti abſorbentur,quia ex tribulatione nil proficiunt, immo in præceps amplius ruunt; *iniuſti vero* (inquit idem Origenes,vbi ſup.) *etiam ſi tribulentur,quod magis à ſcriptura diximus flagella appellari,quoniam nil in ipſis flagellis, & correptionibus ſecundum virtutem animi gerunt,nihil ad patientiam ducunt, nec probationem per patientiam ſperant,idcirco in illis non tribulatio, quæ ad hac bona perueniat.ſed flagella,vt ſcriptura voluit nominanda ſunt.* Sed de hac re,vide quæ diximus in primo tomo hom.52. Aegyptij ergo ideo in mare immiſſi, vt demergerentur; Iſraëlitæ vero,vt euaderent, hinc mare illis flagellum vnda,& aqua ſuffocans, populo vero Dei non vnda,ſed murus protegens: dicat ergo Sapiens Dei expandens potentiam, *quod tranſtulit illos per mare rubrum, & tranſuexit eos per aquam nimiam.*

Zenon.

Philo.

2. ad Cor. c.4.n.8.

Origen.

65. Iuſtis tribulatio murus, peccatoribus mare in quo ſuffocantur.

66. Tribulationes iuſtis mala, peccatoribus flagella dicuntur.

Num. 19. *Inimicos autem illorum demerſit in mare & ab altitudine inferorum eduxit illos, ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

LIberationem populi enarrauit Sapiens, nunc inimicorum depreſſionem, in qua non minus Dei admirabilis potentia; at quomodo Aegyptij ſubmerſi,& debellati nunc inquirendum, vt Dei in ſuos amplius pateat potentia inimicos; Moſes igitur in c. illo Exodi, vbi ſup.n. 23. ſic ait: *Perſequentes Aegyptij ingreſſi ſunt poſt eos,iamque aduenerat vigilia matutina.* Hoc eſt quarta, quando iam totus Pharaonis exercitus intra alueum continebatur, & longè à ripa,ſtrenuè filios perſequebatur Iſraël, præcipuè agitatis curribus, & equis, iamque propè exercitui eſſent Iſraëlis, tunc quando iam ſe apprehendiſſe putabant: *Ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis interfecit exercitum eorum,* Hebraicè,*contriuit*, 70. *conturbauit*, Abulenſ. *vulneranit*,Caietanus *& effecit attonitum exercitum eorum*, quomodo autem hoc, mox dicemus.

1. Deus quomodo Ægyptios in mari interfecit.

Abul. Caiet.

Primo ergo ait reſpexiſſe Dominum per columnam ignis, & nubis, in qua re placet Cornel. affirmans aſpectum illum ſignificare columnam ſe aperuiſſe,& Angelum intra illam exiſtentem igneo,ac terribili,minacíque vultu fulgura, & iacula ſpirantem omnibus Aegyptiis apparuiſſe, quo viſu attoniti, & extra ſe facti, tunc clarè, & manifeſtè Deum defenſorem Iſraëlis cognouiſſe; vnde & dixerunt: *Fugiamus Iſraëlem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Quod etiam affirmare videtur Philo lib.3.de vita Moſis ſub fine, dum ait: *acceſſit nubis extremum agmen protegentis ſubſidium, emicante inde numinis effigie.*

Cornel.

2. Angelus in nube ſe Ægyptiis demonſtrauit.

Philo.

3. Quos effocatus effecit.

Demonſtrante ergo ſe Angelo antequam aquę Aegyptios ſubmergerent,tres in illis operatus

ratus malos eſt effectus, primo ſtuporem, & confuſionem, cum vt ſuprà diximus, Caietanus cum Hebræis illud, *& interfecit exercitum eorum*, legit, *& affecit attonitum exercitum eorum*: ſecundo rotarum curruum ſubuerſionem, vnde Moyſes, *& ſubuertit rotas curruum*, Pagninus *remouit*, Chaldæi, *abſtulit*, Vatab. *conſtrinxit*, Symmachus *tranſtulit*, LXX. *colliganit*, quod poſtremum videtur affirmare Ezechiel apud Euſebium, dum ait; *Curruum autem rota non vertebantur, tanquam vinculis alligata*, in idem omnia reincidunt; mihi tamẽ placet cum vulgata ſentire Angelum ſubuertiſſe rotas, hoc eſt ex axibus eas amouiſſe, ita vt ex illis amotis tertius ſequeretur effectus, nempe in profundum immerſio, dicente Moyſe, *Ferebãtúrque in profundum.* Hebraïcè, *duxítque eos in granitatem*; hoc eſt, vt ait Lippom. in caten. in grauiores, & profundiores aquas, Rabi Salomon vult, vt per fulgura, & tonitrua ab Angelo immiſſa, rotas accenſas, & currus implicitos, vnde qui ſuper eos, *excutiebantur, & membra eorum diſcerpebantur.* Tria ergo ex nube Angelus antequam Ægyptij ſubmergerẽtur effecit, primò generauit in eis ſtuporem, mentiſque eleuationem; ſecundò currus confregit, & rotas euertit; tertiò in profundum immerſit, hoc eſt ita ſtupidos illos reddidit ex ſubuerſione curruum, vt in illo profũdo, aut limo in quo ſtabant præ timore hinc inde diſcurrentes, in aquis quæ in altum erectæ, dabant, impingentes, & ſe præfocabant.

Caiet. *Vatab. Symmac. Ezechiel.* *Lippom. Rabi Salom.*

Cum ergo in caſtris omnia turbata, & confuſa, & præ timore penitus exanimati, tunc exclamauerunt omnes: *Fugiamus Iſraëlem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos*, Chaldaïca, *quia hæc eſt potentia Domini, quæ pugnat pro eis in Ægypto*, ô ſtulti, & tardi corde, cur ſic à mente fuiſtis alienati, vt non primum Deum eſſe propugnatorem intelligeretis, quam vos ad vltimam deſtinatos interfectionẽ? Sapienter Lippom. in caten. ſic: *Vides igitur hoc in loco quo modo audacia impiorum vertitur in conturbationem, perſecutio in fugam, perfidia indurata ad pœnitentiã intempeſtiuam, & infructuoſam; tardè nimirum ſapiunt impij, quod Dominus pugnat pro fidelibus; qui tempeſtiuè ſapit, diſcit ſibi temperandum ab oppreſſione amicorum Dei.* Nunc ergo iſti ſapiunt, quando nihil eis prodeſt, quando iam conteſtata cauſa, quando data ſententia; timeant ex hoc in peccatis obſtinati, & qui Dei flagellis non reſpiſcunt, cum poſsibile, vt tunc quando Deum incipiunt cognoſcere flagellantẽ, experiantur ſimul & condemnantem, ac vltimè exterminantem: ſic iſti non prius illum ipſum fuiſſe Deum in Ægypto eos caſtigantem cognouerunt, quam ad vltimum ſe redactos malorum, attonitos ſe, ac in profundum ruentes reſpexerunt, nil tunc eis talis proficiens cognitio, nil arrepta fuga; nam illico Dominus ad Moyſen præcipiens dixit; *Extende manum tuam ſuprà mare, vt reuertantur aquæ ad Ægyptios ſuper currus, & equites eorum, cúmque extendiſſet Moyſes manum contra mare, reuerſus eſt primo diluculo*, Hebraïcè, *in renolutione mane*, hoc eſt clareſcente die, vt ſuam oculis perſpicere poſſent perditionem, *ad priorem locum*, Hebraïcè *ad fortitudinem ſuam*, Chaldaïca, *ad vigorem ſuum*, naturali

Lippom.

4. Impiorum [illegible] nil eis proficit.

A fluxui relictum, vt inquit Caietanus, cum prius innaturaliter detinebatur, quo fluente, *fugientibus Ægyptiis occurrit*, cum non ſimul confluxit vt ſuprà diximus, ſed paulatim ab Ægyptiaco incipiens littore, ita eos inuoluit, vt ne vnus quidẽ extremus remaneret, qui Ægyptiis cladem annuntiare poſſet. *Reuerſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare, nec vnus quidem ſuperfuit ex eis*, immo aliqui dicũt, vt refert Lippom. in catena, ſic eos attonitos fuiſſe, & ſtupore perculſos, vt non ad littus fugerẽt, ſed ad ipſum mare, ipſimet ſeipſos in aquis immergentes, vnde illud, *fugientibus Ægyptiis*, Hebraïcè ſic legitur, *Ægyptij autem fugiebant in occurſum eius*, maris ſcilicet reuertentis; quid amplius admirandum, aut quàle ad Dei potentiam declarãdam exemplum magis timendum? Quod eleganter Paulus deſcribens Oroſius, lib. 1. c. 10. ſic ait: *Ægyptij qui iubente Deo non ceſſerant, ceſſare punienti, ſed mox peſſima pœnitentia dimiſſos perſequi auſi, vltima nefandæ pernicacia expendere ſupplicia; namrex eorũ vniuerſum Ægypti exercitu curribus, atque equitibus inſtructum in circum errantes egit, cuius numerũ hoc ſolũ vel maximo argumento conſicere poſſumus, quod eum ſexcẽta millia virorum timuerunt, atque fugerunt; ſed protector depreſſorum, & vltor contumaciũ Deus, diuiſit ſubito rubrum mare, ac dilatatũ vtrinque marginibus rigentium vndarum, in mõtis faciem latera erecta*

Idem Lippoman.

B

Oroſius.

C *ſuſpendit, vt inoffenſi ſpe limitis prouocati, pij vitã deſperatæ ſalutis, impij foueã inſperatæ mortis intrarent, itaque Hebræis tuto per ſicca gradientibus, refuſis aquarũ à tergo aſtantiũ molibus, obruta eſt, & interfecta cum rege ſuo vniuerſa Ægypti multitudo, totáque prouincia plagis ante cruciata, hac poſtremo interfectione enacuata eſt.*

Vbi notandum illud *cum Rege ſuo*, certiſſima námque fide tenendum Pharaonem cum illis extinctum, quidquid Manatho apud Ioſephum, teſte Pererio, cum Scriptura illud manifeſtè affirmat Exodi 15. n. 19. & Dauid in Pſ. 135. n. 15. *Excuſſit Pharaonem, & virtutem eius in mari rubro.* Immo vt refert Abul. in c. 14. Exod. quæſt. 8. ſub finẽ, Hebræi nonnulli volunt ipsũ omnium poſtremum periiſſe, vt ſimul in omnibus, & ſingulis moreretur, vtque omnium ſua eſſet clades; tali dignus pœna, dum ſua effecit obſtinatione, vt contra Ægyptum Deus iratus primogenita occideret, terram conſumeret, & tandem, vt omnes ſuffocaret. Quis ergo Deum omnipotentem non timebit? dicã ergo cum Lippoman. in cap. 14. Exod. *Hic eſt igitur finis impietatis, ſic percutit, & excidit Dominus eos qui nullis admonitionibus flectuntur, nullis minis Dei terrentur, ſed excæcati contra Deum pugnare pergunt*; ex cuius facto optima ipſe eliciens documenta ſequens, ſic ait: *Videmus quam graviter Deus ſuos tentet, quomodo ſibi confidentes liberet, docemur ſperare in Dominum, cauſam eius ſtrenuè exequi, illum conſtanter ſequi, credéréque perpetuo nobis affuturum, diſcamus neminem ladere violentiã, iniuria non premere, nam veniens veniet vltio Dei aliquando, abundéque rependet his, qui longanimitatem ſuam contempſerunt, liberabítque ſuos de manibus eorum.* De quibus omnibus nos abundè in primo; nam quomodo iuſti, & ſi pericula

D

Pſal. 135. n. 15. *Abulenſ.*

5. Pharao omnium vltimus periit.

Lippom.

6. Quæ documenta ex ſubmerſione Pharaonis eliciantur.

ſubeant feliciſſimè, tamen ſub Dei degant protectione diximus hom. 46. quomodo verò ſpes iſtorum ſemper ſit plena, & non vacua, hom. 49. quomodo nullo modo perſequendi hom. 86. & tandem quomodo finis peccatorum duriſſimus hom. 87.

Ab altitudine inferorum eduxit illos, &c. Græcè, *ex profunditate Abyſſi ebullire eos fecit.* Carthuſianus intelligit de Hebræis ſaluatis ex profundo, quem ſequitur Bonauent. & Olxoth lect. 133. at verior ſententia de Ægyptiis ad littus poſt ſuffocationem appulſis, ſic Ianſenius, Cantacuzenus, Lorinus, Caſtro, Deo non ſatis fuit Ægyptios præfocare, ſed ad ampliorem tum lætitiam, tum ſecuritatem, tum denique locupletationem ſuorum, vt mox dicemus, miraculosè, vt rectè inquit Caietanus in c. 14. Exod. per ventum, & maris æſtum Ægyptios mortuos ad littus, vbi Hebræi ſtabant appulit; vnde Moſes in illud caput Exod. *Et viderunt Ægyptios mortuos ſuper litus maris*, ait, *& manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos*; quod quidem ad plenam eorum pertinuit ſecuritatem, dum mortuis inimicis nor amplius eſſet quod timerent; neque quod aliquando iterum in ſeruitutem redigi poſſibile formidarent, ideo eadem prorſus die, qua ſubmerſi contra maris naturam ſupernatarunt, cum non prius in mari corpora adnatent mortua, vt inquit Plinius lib. 2. c. 103. quam cum putrefacta ex reſoluto calore, attenuata, & inflata; quod quidem non vno, ſed pluribus fit diebus; at in horum ſuffocatione ſicut illa admirabilis, ſic & eorum in littus propulſio, eadem prorſus ſuffocationis die ſecuta, vt plenior eſſet lætitia, & ſecuritas, ſimulque ne ſpolia corrumperentur, quibus ditaturi, vt mox ſequens ipſe Sapiens, ait,

Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum, &c. Sine dubio loquitur author de ſpolus detractis ab Ægyptiis in littus electis, vt ſentit Liranus, & Carthuſianus, & non de illis, quæ mutuo acceperunt, vt vult Cantacuzenus, Hugo, Olxoth; & optimè Lorinus illud confirmat, tum ex cauſali, *ideo*, quæ ſenſum indicat antecedentem, tum ex verbo *ſpolium*, quod de his dicitur veſtibus, quæ ab inimicis detrahuntur.

Debellauit ergo Deus primo inimicos, deinde ſuffocauit, ad littus appulit, parum hoc, niſi etiam ita eos appuliſſet, vt nullum ex mari eorum veſtimenta incommodum paterentur, ſimulque cum illis, & omnia ipſorum, arma ſcilicet, monilia, annuli, aureæque torques, vt ſic omnis eorum faſtus in vtilitatem cederet Iſraëlis; ô ingens Dei erga ſuos bonitas! ô in ſuis æquum inimicis iudicium! hos expoliauit, quia iniquè ad ſpoliandum venerant, ſpolia diuiſit, quia iniuſtè ea diuidere præſumebant; *Perſequar, apprehendam, diuidam ſpolia, euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea*, Exod. 15. n. 9. en ipſe eôctra mortuus, apprehenſus, denudatus, eius ſpolia diuiſa, & gladius ereptus. & in inimicorum manus tranſlatus, quis talem non timebit Dominum, merè, & ſolus timendus; ſed de hac re infrà.

Impulit ergo Deus inimicos ad littus, vt ſuos ditaret, immo vt armis inſtrueret, ac muniret.

Poſtero verò die, ait Ioſephus lib. 2. Antiquitat. *cum æſtus, & ventus arma Ægyptiorum in littus expuliſſet, in quo tunc Hebræi caſtra poſuerant; Moyſes id quoque diuina prouidentia factum interpretatus, ne poſthac inermes eſſent, collecta viritim diſtribuit.* Quibus poſtea armis inſtructi vicerunt Amalecitas, totámque Palæſtinę ſubiugarunt terram. Ex quo facto profundum diuinæ iuſtitiæ elucet conſilium, dum ſe de ſuis vlturus inimicis, Palæſtinis nempe, quorum peccata iam expleta, non quidem ſuis, ſed aliorum voluit eos debellare inimicorum armis, vt ſemel omnes contra Deum effrænatè principes peccantes intelligant, quibus armis Deus eos debellabit, & ne mirentur & ſi Chriſtiani, ac Catholici, cur hæreticorum, aut infidelium res benè cadant, cur belli iſti ſæpè victores, ipſi autem victi, peccata ſunt in cauſa, quibus, & ipſi Dei inimici, hinc inimicorum etiam gladio eos detruncat, & perdit. *Noſtris peccatis*, grauiter ait diuus Hieron. in epitaphio Nepotiani, *barbari fortes ſunt, noſtris vitiis Romanus ſuperatur exercitus, & quaſi hæc non ſufficerent cladeſ, plus penè bella ciuilia, quàm hoſtilis manus conſumpſit, miſeri Iſraëlitæ ad quorum comparationem Nabuchodonoſor ſeruus Dei dicitur ſenſatiſſimè*, & vltimum adnotandum, ſic viuunt Chriſtiani, vt eorum comparatione Dei ſerui ipſi poſsint dici gentiles, quid ergo mirantur? *quia irritum fecit gens iſta pactũ meum*, de iſtis pro quibus tanta Deus fecit mirabilia pronuntiauit Deus, *quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempſit, & ego non delebo gentes, quas dimiſit Ioſue.* Iudicum 2. n. 21. & infrà, *dimiſit ergo Dominus omnes nationes has*, quas nationes? quas gentes? Amorrhæos, Pherezæos, Philiſthæos, Dei inimicos; ergo has Deus cuſtodiuit, & non deleuit, & ea quidem ratione, quia gens illa irritum fecerat Dei pactum, quod pactum? illas gentes delere, vt hoſtes habere, nunquam cum illis amicitiam iungere, Deos eorum non adorare, inquit Montanus hic; Duo ergo pacta continebat, primum ſemper tales vt hoſtes haberent, ac interficerent; ſecundum, ne religionem imitarentur eorum; primum irritum fecerunt, & illos ſtatus ratione non delentes, ſed tantum tributarios conſtituentes, fœdera cum eis iunxerunt; & ſecundum, ad eorum religionem tranſeuntes, vero relicto Deo, peregrinos, & falſos adorarunt. Quid ergo Deus ad hæc? par pari reddens, non ſolum gentes delere noluit illas, ſed, vt rectè adnotat Montanus, *Eas dimiſit*, hoc eſt, *quieſcere, ſecurè agere, & ſibi conſulere permiſit*; Ipſi eas, vt hoſtes habere noluerunt, & Deus neque eas vt hoſtes etiam tractare voluit? quia, vt rectè idē pacto Deus tenebatur, vt ſcilicet eas deleret quatenus hoſtes Iſraëlis; At dum hic fœdera iunxit, & illæ non amplius ei timidæ, cur Deus vt hoſtes eas haberet? *Ita cum Dominus illorum hoſtes ſibi etiam pro hoſtibus habendos receperit*, ait, *nunc tam ambitioſè in amicitiam aſcitos, ſibi ex vi pactionis, quam iſti perruperant, hoſtes haberi, necperdi oportere.* Nil melius, fœdera cum hæreticis iungunt Chriſtiani principes, & dum ipſi amicos eos, volunt tamen, vt Deus eorũ ſit inimicus, & hoc non ad ipſius Dei, ſed ad ſuam vtilitatẽ; ô belle, vt ſuas Deus vleiſcatur iniurias

7. Ægyptij mortui miraculosè ad littus appulſi.

8. Ægyptiorũ veſtes à mari non madefactæ miraculosè.

9. Eorum arma Iſraëli ceſſerunt.

10. Principes Catholici hæreticorũ armis ſæpe vincuntur, quæ huius rei ratio.

11. Comparatione aliquotũ malorum Chriſtianorum, meliores Gentiles dici poſſunt.

12. Deus cur hæreticos nõ deſtruit.

Carthuſ. Bonau. Olxoth. Ianſen. Cãtacuz. Lorin. Caſtro. Caiet.

Plinius.

Exod. 15. n. 9.

Liran. Carthuſ. Cãtacuz. Hugo. Olxoth. Lorin.

Montanus.

Hieron.

sat ei in æternitate tempus, potens est *enim* post mortem corpus, & animam perdere, vt tuas autem vindicet, & illis superiorem reddat pactum necesse tibi, vt obserues, vt mandata Dei custodias, vt fœdera cum illis non iungas, vt eorum vitæ rationem non teneas, vt tandem inimicos eos æstimes; at si, vt amicos, cur ergo Deus tui causa eis inimicus, & ob tui bonum eos delebit? immo seruabit, accuratéque custodiet, vt eorum gladio te perimat, ita ne Dei inimicus, ac illi. *Romanus exercitus victor orbis*, ait idem Hieron. vbi suprà, *& dominus his, hoc est barbaris vincitur, hos pauet, horum terretur aspectus, qui ingredi non valent, qui si terram tetigerint se mortuos arbitrantur, nec imputamus causas morbi; vt morbus pariter auferatur, statimque cernamus, sagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere*; nil melius, nam vt rectè Elpidius Comes in Chalcedonensi Concilio actione 1. de Imperat. Theodosij contra hæreticos zelo eloquens, ait; *Habebit Deum propugnatorem sui imperij, si ad certamen ipse pro pietate armetur, desursum namque omnia ei magis quàm armis regantur.* Ergo si pro pietate principes non armantur, si pij non Deo, sed hæreticis, quid mirum si de sursum non regantur, & suis non defendantur armis?

Hieron.

13. Principes vt Deum habeant pro pugnatore quid agere debeant.

Sed dicunt, veram religionem tenemus, deos non colimus, vnum tantum agnoscimus Deum verum; sed nescis, non minus te Deum, ac illos offendere, & quod àmodo non vnum, sed plures te deos adorare, ac sic idololatram ac illos inueniri, cum dum alia præter Deum turpiter, & vitiosè amas, & si Christianus veluti idololatra duos colere deos conuinceris, cum eo ipso quo in Dei societate alium admittis amorem, duos non vnum adorare argueris deos, pulchrè hoc Origenes hom. 2. in lib. Iudic. super illa verba: *Fecerunt filij Israël malum coram Domino*, sic ait; *non igitur putemus quia videmur simulachra non colere, propterea hæc non & ad nostrum aliquos pertinere, vnusquisque quod præ cæteris colit, quod super omnia miratur, & diligit, hoc ei Deus est*, hinc acutè idem obseruat, ideo sic strictè præceptũ Deum inhibuisse amoris, vt totum posceret hominem, quia duobus cor insufficiens humanum, si semel societatem admitteret, sciebat quod simul, & alteram deitatem, ideo sui certissimam quasi præcauens expulsionem, dixit; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima*, &c. *Denique hoc est*, ait Origenes, *quod ante omnia, & super omnia per mandatum suum Deus deposcit ab homine, diliges inquiens, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, præoccupare quodammodo erga se cupiens totos humanæ mentis affectus, sciens, quia quod toto corde dilexerit quis, hoc ei Deus est.* Ergo pro Deo tibi luxuria, si toto corde eam diligis, pro Deo honor, pro Deo auaritia, & dum verum Deum excludis, falsos conuinceris adorare; quid ergo de nomine tantum gloriaris Christiano? hinc, vt Dei inimicus, non miteris si altero te inimici gladio perimat, & occidat, non secus, ac Amalecitas, cæteq́sque gentes, non alio quàm Ægyptiorum peremit gladio, quem in manus tradidit Israëlitarum, dum vt diximus, ad littus cadauera appulit mortuorum, potenter, admirabiliter.

14. Christianus vt sit idololatra.

Origenes.

15. Deus cur se strictè præceptum imposuit charitatis, vt sit ex toto corde.

HOMILIA XXVII.

Deus solus timendus.

INimicos illorum demersit in mare, noster ait sapiens de Ægyptiis loquens, vbi, quando, hoc consideras, verè mirabilem Deum in fortitudine reperies, & cui nemo similis; tunc enim, quando isti potentissimi, quando Pharao cum exercitu validissimo ducẽtorum milia equitum, ac quinquaquinta millia peditum, quando iam prope Israëlem, Israëlem dicam fugientem, inermem, imbellem, timidum, sine vllo humano auxilio, fauore, consilio, tunc ergo quando Pharao victor, superior, potentissimus, tunc, & illum, & cum illo simul omnes demersit, qualis alia ergo potentia timenda: cum nulla sic potens? ergo ille solus timendus, qui talia operari valet, qui in puncto, in ictu oculi potentes submergere potest in profundum.

Pulchrè Bernardus serm. 6. ex paruis, probans affectiones animæ, seu passiones sine quibus consistere non potest, aliquibus esse in coronam, aliquibus in confusionem, in coronam quippe si purgatæ, & ordinatæ: in confusionem si inordinatæ, ad timoris passionem deueniens, affirmat illam ordinatam nil aliud esse nisi prudentiam, & iustitiam; *Probatus timor*, ait, *nil aliud quam prudentia est; ordinatus verò timor nil aliud quam iustitia.* Egregiè, timor probatus, & qui verus, ac virtutis habitus, non timet non timenda, & timet timenda; hinc prudentia, & qui eum possidet vir prudens, dum futurum præcauet malum ab eo, qui eum verè inferre potest: insuper talis timor est iustitia, reddens vnicuique quod suum, iuxta illud Apost. ad Roman. 13. n. 7. *Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem.* Ergo cui maximus debetur timor, nisi illi, qui in puncto, & animam, & corpus similiter perdere potest, & in profundum damnare inferni? Matth. 10. n. 28. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.* Perdere dixit, hoc est, & occidere animam simul cum corpore, & hoc æternaliter; nam, & si ibi viuant, vita illa non vita, sed potius mors dicenda, cum inuoluntariè viuant, mortem sæpe appetentes, vt dixit Augustinus de ciuitate Dei, lib. 13. c. 2. *Hoc autem non antea fiet*, ait, *quàm anima corpori fuerit copulata, vt nulla deceptione separentur, & tamen tunc rectè mors animæ dicitur, quia non viuit ex Deo; mors autem corporis, quia in damnatione nouissima, quamuis homo sentire non desinat, tamen quia sensus ipse, nec voluntate suauis, nec quiete salubris, sed dolore pœnalis est, mors potius appellanda, quam vita.* Hic ergo timendus, & solus, quia solus illud potest, & præter illum nemo, qui semper

Bern. 1. Passiones aliquibus coronę, aliquibus confusiones, & vnde.

2. Timor est prudentia & iustitia.

Ad Rom. 13. n. 7.

Matt. 10. n. 28.

August. 3. Vitã damnatorum mors appellanda, & cur.

4. Deus non dicitur victor sed prævalens.

contra quamlibet potestatem à Deo prævalens inuenitur, vt nemo contra illum obmutire, nec illi negotium facessere valens, sic contra quamlibet vim se erigit, vt sua qua infinita pollet omnipotentia, quòd victor sit dici non possit, sed tantum semper dominans, ac prævalens, vt acutissimè obseruauit Chrysostomus hom. de Spiritu sancto, tom. 3. ponderans Christum vt hominem dictum vicisse diabolum, non vt Deum, cum Dei maiestati indignum dici vicisse, quia ipse semper dominans, semper prævalens; *Ductus est à spiritu*, ait, *vt tentaretur, & vicit diabolum, non deitas, contumelia fuerit deitati dicere vici, Deus enim nunquam vincitur, neque vincit, sed semper prævalet, ac dominatur; nam si omnino vinceret, possibile esset, & ipsum vinci; at qui semper dominatur, & prævalet omnibus omnipotens, & neque obtumultuantur ei subditi, neque ei negotium faciunt.* Egregiè, sic potens est Deus noster, vt quia vincere, aliquid virium, seu obsistentiæ reponat in victo, ideo non potest dici quod vincat, sed quod sit prævalens, ac dominans, ex quo neque subditi tumultuari possunt, neque negotium ei facessere.

Chrysost.

5. Christus tentatus vt homo vicit Diabolum non qua Deus.

Attende hoc in horum submersione, quid isti obtumultuare potuerunt, seu quid negotij Deo facessere vt submergerentur! cum ipsorum immersio non amplius Deo difficultatis ingesserit, quam vnica tantum inspectio, vnicus visus, Exod. 14. n. 24. *Jámque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis interfecit exercitum eorum.* Respexit tantum, occidit, interfecit, non vnum hominem, non vnum Ægyptium, sed exercitum eorum; pulchrè Interlinealis ad verbum, *Respiciens*, ait, *locutio est Scripturæ, vt respicere tunc dicatur Deus, cum aliquod arduum, & insigne facit.* Si ergo aspectus tantum ad insigne sufficit, & ad arduum, quid erit ad leue? si exercitus aspectu interficit, quid ei facessere vnus potest homo? ergo quis alius timendus?

Exod. 14. n. 24.

Interlinealis.

6. Solo visu ac nutu Deus efficit.

7. Deus solus sic timendus vt nec Angeli præter ipsum.

Immo sic vnice Deus solus timendus, vt non solum præter ipsum homines, sed nec Angelos timere debeamus. *Respiciens Dominus*, ait Scriptura, *per columnam.* Si Angelus in columna, quomodo Dominum dicitur respicere? pulchrè Caietanus, quia Deus non sic per Angelos dicitur operari sicut Principes humani, qui per suos quando operantur ipsi per se non adsunt, at Deus per se cum Angelis adest quando isti operantur, ac proinde solo aspectu, & visu negocium absoluit; *Ipse enim summus Deus*, ait, *describitur in columna ignis, & nubis animaduertens in Ægyptios; ergo & Angelus, & ipse Deus in columna erat cum populo Israël, vt intelligamus Deum non sic per Angelos operari, quemadmodum principes humani, sed ita Angelis vti, vt ipse præsens sit omnibus, & operetur tanquam præsens, & non tanquam absens ipse, & per ministros, sed nunquam præsens.* Hinc solo aspectu terruit, obstupefecit, interfecit, vt hinc discas quam solus Deus metuendus, dum non solum præter ipsum homines, sed nec Angelos timere debemus, cum isti si aliquid efficiunt, ex Deo totum pendet, & ex illius præsentia, assistentia, ac concursu, qui solus potens, cui nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem, & vt quælibet suprema contremiscat potestas non necesse vt ipse appareat, sed tantum, vt apprehendatur præsens, & si non videatur.

Caiet.

De Ægyptiorum exercitu loquens Scriptura vbi suprà ait, quod ipsum interfecit, *Respiciens Dominus interfecit exercitum eorum*, vbi Hebraïca, *& fecit attonitum exercitum eorum;* vnde attonitus? quia vt suprà in commentario diximus, aperiente columnam Angelo, se eis horribili, minacique vultu ostendit, hinc ex eius præsentia visu, ac maiestate attoniti, & extra se facti; bene quidem quia Angelus, ideo vt attonitos redderet homines, necesse eius visibilis præsentia, at quando Deus, sufficit vt apprehendatur, & si non videatur. Daniel. 5. n. 5. temulento Balthasare; *Apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum, & Rex aspiciebat articulos manus scribentis;* ex quo factum, *quod facies Regis commutata sit, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur.* Si temulentus, si nesciebat quid scriptura continebat, cur immutatus, conturbatus, dissolutus, tremefactus? mysterium agnosco in manu apparente hominis, non homine, ideo tremuit, ideo totus expauit, quia Dei præsentiam tantum præsumpsit, & si non vidit, cuius præsumptio tantum sufficit, vt & si Rex, totus dilaberetur, ac exhorresceret. *Solos enim digitos ipsi scribentes ostendebat*, ait Theodoretus in hunc locum, *docens ipsum omnium Rex opifex suam naturam eiusmodi esse qua cerni nequeat;* attamen bene præsentiri. Quàm ergo terribilis eius erit præsentia si eius tantum præsumptio sic terrefacit? vnde idem sequens ait, *Si digitorum scribentium species ita perterruit eum, qui maximum administrabat regnum, vt etiam articulorum compages præ metu dissoluerentur, & artus tremore occupati concuterentur, quid non sustinuisset, Deo infestus si præsertim, (id est fulminis genus) aut fulmina conspexisset?*

Daniel. 5. n. 5.

Theodoretus.

8. Deus sic terribilis vt sufficiat ad timorē eius maiestas apprehensa, eiusq; præsentia, & si non visa.

At cur Deus sic terribilis cum hoc impio, vt statim ab illo, & regnum, & vitam timul auferri iusserit, ipsúmque statim in statera appendere? sanè, quia nec temulentia ei sufficit, nec abundantia, ac lautitiæ ciborum, nec amicorum læta societas, quin præciperet, *Vt afferrentur vasa aurea, & argentea quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, vt biberent ipse, optimates eius, vxores, & concubinæ.* Quod in magnum Dei profecto cedebat dedecus; mirum, vt non sufficeret ei ex bonis huius vitæ saginari, ingurgitari, tumulari, vt sic dicam, nisi & Dei adesset contemptus, & delectatio non esset perfecta, nisi Deus contemneretur, nisi peccatum in conuiuio intermisceretur; meritò ergo homo impius occisus, & regnum ab eo ablatum, qui sic impiè eo abutens contra Deum pugnabat; *Tu quoque Balthasar*, ait Daniel. n. 22. *non humiliasti cor tuum cum scires hec omnia, sed aduersum dominatorem cæli elevatus es, & vasa domus eius allata sunt coram te.* Ergo impius hic regno non pro Deo, sed contra Deum

9. Nabuchodonosor cur sic terribiliter punitus

& delitias non reputabat, niſi Dei cum illis immiſceretur dedecus; ad illos doctrina hæc tendit Chriſtianos, qui abſque peccato ſe delectare neſciunt, & niſi Deus offendatur voluptati non ſatis, Deum à feſtiuitatibus ſuis excludunt, cum econtra intrudere, & conciliare deberent. *Epulaberis in feſtiuitate tua*; ſanctus ait Moyſes, Deut.c.16. n.14. *tu & filius tuus, & filia, ſeruus tuus, & ancilla, Leuites quoque, & aduena, pupillus, ac vidua, qui intra portas tuas ſunt.* Hæc erat feſtiuitatis lex, vt & Leuites, & aduena, pupillus, & vidua, in eis, cum quibus & Deus, qui ſic vult tecum epulari, vt & tu etiam cum illo, *tu, filius tuus, filia, ſeruus, & ancilla*, nullum tuorum excludens, qualis ergo ingratitudo, vt tu eum excludas, ſic vt nullam ex tuis feſtiuitatibus ſuam ipſe nominare poſſit? Amos 5.n.22. *Odi, & proiecì feſtiuitates veſtras*, cur veſtras? ſi ſuæ, & eas ipſe præcepit, Num. c.28. n.1. *Præcipe filiis Iſrael* (ait Dominus ad Moyſen) *oblationem meam, & panes, & incenſum odoris ſuauiſſimi, offerte per tempora ſua*, quem locum LXX. legunt, *oblationes meas in odorem ſuauitatis obſeruabitis offerre mihi in ſolemnitatibus meis*, in meas dixit, cur ergo quaſi non ſuæ, veſtras nominat? rectè Orig. hom. 23. in hunc locum, quia, quando eas præcipiebat, & adhuc peccatá non erant, ſuas dixit, at non ſuas quando per peccata ipſe ab eis excluſus; *Hic quidem*, ait, *vbi de muneribus mandatur, vbi adhuc peccata non ſunt, dies feſtos meos dixit, vbi autem peccatum eſt, non meos, ſed veſtros dies dicit Dominus.* Proh pudor! vt inter Chriſtianos nulla feſta ſua Deus habeat, cum ſic lætantur, vt à ſe Deum excludant, immo non lætentur niſi Deo excluſo. Meritò ergo impius occiſus Rex, qui feſtiuitates ſuas cum Dei contemptu immiſcens, bonis, ac regno contra Deum pugnans, plenum non reputabat gaudium, vbi Deus non læſus, non irriſus.

10. Peccatorũ illa & Deo veſtras non lætari, niſi Deum à ſuis excludant feſtiuitatibus.

Deut. 16. n.14.

Num. 28. n.1.

LXX.

11. Feſtiuitates cur noſtras Deus dicat, & non ſuas.

Origen.

At cur tunc apparuit manus? mirum, ſuſtinuit hunc impium ſummus Deus, & ſi in ſuperbiam elatus totus in peccatis eſſet; ac tunc contra eum inſurrexit, nec amplius ſuſtulit, quando iuſſit, vt auferrentur vaſa aurea, & argentea quæ Dei erant, vt in eis biberet, cur hoc? an quia quæ ad cultum Dei dicata, ſacrilegus ad Deos ſuos laudandos applicabat; *Bibebant vinum, & laudabant Deos ſuos aureos, & argenteos.* Quod quando Deus proſpexit, *in eadem hora apparuerunt digiti*; & appenſus in ſtatera inuentus eſt *minus habens*. Ad Eccleſiaſticos principes, & quæ ſub eis dignitates, hoc iudiciũ, qui non minus Reges, cum, vt elegantèr Hier. in epitaph. Nepot. *Illi nolentibus præſunt, iſti volentibus, illi terrore ſubiicìunt, iſti ſeruituti donãtur, illi corpora cuſtodiunt ad mortẽ, iſti animas ſeruant ad vitam*; ad iſtos ergo hoc ſcriptum, qui Dei aurum, qui vaſa Dei, qui Eccleſiaſticos reditus, non ad Dei obſequium, ſed ad ſuos Deos adorandos, hoc eſt ad paſſiones ſuas explendas inſumunt, aduertant, ne minus habentes, iuſti iudicis accepta ſententia, non ſecus, ac impius iſte regno, hoc eſt dignitate, & vita priuentur. *Quotcumque vitia habemus*, diuus ait Hieronym. in Pſal. 80. n.10. ſuper illa verba: *Non erit in te Deus recens*, *quotcumque peccata tot recentes habemus Deos, iratus ſum, ira mihi Deus eſt, vidi, & concupiui mulierem, libido mihi Deus eſt, vnuſquiſque enim quod cupit, & veneratur, hoc illi Deus eſt*; Meritò ergo pereat impius hic, & ſtatim appareant digiti, ex quorum ſolo aſpectu totus tremefiat, palleſcat, decidat, diſſoluatur, vt ex hoc, quemadmodum rectè Theodoretus, quilibet intendat ſic omnipotentem, ſic Deum tremendum, vt contra quamlibet poteſtatem, & ſi Imperialem, non corporis viribus, non brachio, non manu, ſed digito vtatur, & quidem non ſuo ad debellandum, annihilandum, *Non dixit* (ait Theodoret.) *ipſe Deus ſcripſit, ſed miſſus eſt à facie eius articulus manus*, ſic ex Hebræo, *hoc eſt ſcribi iuſſit, neque enim totum, qui ſcripſit, oſtendit tibi ô Rex, verum cum tuum coarguere factum vellet, ſolùm te digitis perculſit, & tanto metu complenit*, Acutè, vibratione digiti, quem ſpernimus percutere ſolemus, ſic Deus contra ſuperbos, contra dynaſtas, contra ſupremas denique poteſtates, non brachium, non manum, ſed digitum vibrat, & pallent, & tremunt, & diſſoluuntur; qualis ergo potentia amplius timenda, immò qualis alia præter ipſam ſolam?

Theodoret.

15. Deus digiti tantum vibratione potentes expellit.

Hinc profectò veri Dei ſerui ſignum, quando ſic Deum ſolum timent, vt præter ipſum alterum neminem, & ſi grandem, & ſi præpotentem, quod quando aliquis hoc in ſe non præſentit; ne audeat grandia arripere, aut ſublimia exercere, ſuccumbet, proſtrabitur, quod ne conſequatur. hoc primum Deus animo inhibet alicui ab illo in miniſterium electo, ne aliquem ſcilicet præter ipſum timeat, & ſi magnum, & ſi potentem, Exod.4. n.24. Moyſi Angelus iuſſu Dei in Ægyptum reuertẽti occurrit, *& volebat eum occidere*, cur obedienti tantum ſupplicium? Auguſt. ſerm.86. de tempore, eam affert rationem, *Quod diſplicuerit Deo Moyſes tanta mirabilia facturus vxoris impedimentum ſecum ducere vellet in Ægyptum*; quaſi maximum inconueniens hominem præſumere tantis poſſe vacare, & ſimul Deo, & vxori inſeruire. At mirum, vt ob hanc tantum rem occidere eum vellet Deus; Euſebius, *nam vxorem eo animo ducebat, quia egreſſionem ex Ægypto minimè crederet*; at indignum hoc de tanto æſtimare viro. Iſidorus Peluſiota, cum aliis Hebræis, Rabi Dauid Kimchi, & ex noſtris Rupertus, Liranus, Abulenſis, Caietanus, & multo ante Tertullianus, contra Iudæos, quia filium incircunciſum reducebat in Ægyptum; *Nam cum à Deo in latorem legis electus eſſet*, ait Peluſiota, *illámque omni diligentia ſeruare deberet, illam primus tranſgreſſus eſt*; *incircumciſos liberos in Ægyptum ferens.* At vt rectè Diodorus, *ſi id verum eſt; non video qua ratione Angelus altero filio non circumciſo diſceſſerit; adhæc, ſi hac de cauſa Moyſes occidendus, quamobrem filios Hebræorum in deſerto natos non circumcidit?* Caietanus reſpondet, non ſolum vnum, ſed duos ſuos filios circumciciſſe Sephoram, ſed hoc eſt contra Scripturæ literalem ſenſum, ſcio alios, & verius reſpondere, alterum eſſe circumciſum, alterum minimè, quia primum ſibi voluit reſeruare Sephora tanquam gentilis, alterum Moyſi conceſſiſſe, ſed ſi hoc, cur eos in deſerto poſtea non circumcidit? omnium melius Theodoretus, & ipſemet Diodorus, vt timoré

16. Dei ſerui vnicum ſignũ Deum ſolum timere.

Exod. 4. n.24.

Auguſt.

17. Angelus cur Moſem noluerit occidere.

Peluſio. Rab. Kimchi. Rupert. Liran. Abul. Caiet. Tertul. Diodor.

Theod.

12. Eccleſiaſtici Reges.

13. Eccleſiaſticorum bona malè expenſa in grauiſſimum eorum eccleſiaſticorum detrimẽtum.

Hieron.

14. Vitia peccatorum ſunt dij.

Pharaonis Deus à Moyſe expelleret, & ſuum tantum indens clauum clauo pelleret, nam electus ad tam grande miniſterium, ad totius populi principem, conductorem, ſaluatorem, liberatorem, vnde illud poſſet præſtare, ſi aliũ præter Deum timeret? *Nam quia magnus Moyſes Pharaonem formidabat*, ait Theodoretus, *ac ſæpe numero formidinem hanc declarauerat, modò dicens, quis ſum ego vt eam ad Pharaonem Regem Ægypti, modò mitte alium, quem miſſurus es, & rurſus, tenui voce, tardáque lingua ego ſum ſupplicium illi Angelus comminatur, timore timorem pellens, itémque maiori minorem.* Ob hoc ergo minaci vultu, gladióque ſtricto Moyſi apparuit Angelus, vt timorem ab eo hominum expelleret, Deúmque ſolum timẽdum doceret, dum ad principem populi, electus à Deo in Ægyptum properabat.

18. Incipit ad gubernandum, qui homines timent.

Immo attendendum, non prius Moyſen ad gubernandum aptum, quàm à ſe hominum timor expulſus; hinc quando ipſe ex ſe antequam à Deo ad principatum actu deſtinaretur, eum aſſumere attentauit Ægyptium occidens, quia adhuc alium præter Deum timebat, ſic animo conſternatum ſe reperit poſtquam attendit factum reſcitum, vt principatum deſerens, Ægyptum fugiens, Madian timidè ſe conferret, Exod.14. n.14. *Timuit Moyſes, & ait, quomodo palàm factum eſt verbum iſtud, & fugiens de conſpectu eius, hoc eſt Pharaonis, moratus eſt in terra Madian.* Hinc eligens eum Deus, & ad ſe ex rubo vocans, hominis conditionem callens, primum quod ei indidit, timoris hominum extitit expulſio, ei præcipiens vt calceamentum ſolueret, vt diuus interpretatur Ambroſius lib.7. in Luc. c.10. quod dum de animalium pellibus conſtat mortuorum, in eius ſolutione, illud in figura Moyſi inhibetur, vt mortis metum à ſe repellat, virilésque omnino reſumat animos; *Mortale, atque terrenum calceamentum iubetur ſoluere*, ait Ambroſ. *cum mitteretur ad populum liberandum; huius enim miniſter muneris timere nihil debet, nec à ſuſcepto officio mortis periculo retardari, ipſe enim cum defenſionem fratrum, hoc eſt Iudæorum voluntarium recepiſſet, calumnia terrore reuocatus eſt ab incepto, & fugit ex Ægypto, & ideo cum Dominus affectus eius probaſſet, conditionem autem vidiſſet infirmam animi eius mentíſque veſtigium mortalibus vinculis cenſuit exuendum.* Egregiè, homo hominem timens, quid contra hominem audebit? vt ergo contra hominem audeat huius timor omnino expellẽdus. Hinc, vt Balaam fortiter contra Regem Madian ſtare poſſet Numer.22. n.12. ſtetit Angelus contra eum in via, euaginatum gladium tenens, vt terrore terrorem excludens, non Regem, ſed Deum timeret, *eũ in via eſſet Balaam*, ait Diodorus vt in caten. Lippom. *Angelus gladio educto, quaſi occidere vellet, timore perculſit, non vt illum occideret, ſed vt à muneribus, ac voluntate Regis Balac alienum, atque auerſum efficeret, & ad obtemperandum Deo promptiorem redderet*; Merito ergo Angelus in via Moyſem terruit, vt Pharaonis timorem excluderet, & ſolius Dei inderet, quia impoſſibile, vt officio ad quos miſſus fungeretur ſi alium præter Deum timeret.

Ambroſ. 19. Cur Deus Moyſi vt ſoluat præcipit calceamẽtum.

20. Angelus cur Balaamo terribilis apparuit. *Num.* 22. *n.*22. *Diodor.*

Hinc quandò non Deum, ſed ſua damna homines timent, & ſi vocent, & ſi Deo obedientiam ſpondeant mandatorum, amiſſo mali timore, ad genium redeuntes Deo infideles, duplo maiores quam antea fiunt peccatores; Exod.9. n.23. Deo deſuper tonante ignem, grandinémque admirandam ſuper Ægyptum pluente, ſic timuit durus Pharao, vt obedientiam ſpondens, ac ſe impium agnoſcens dixerit, Moyſen accerſens; *Peccaui etiam nunc, Dominus iuſtus, ego, & populus meus impij, orate Dominum, vt deſinant tonitrua Dei, & grandinem, vt dimittam vos, & nequaquam hic vltra maneatis*; cui Moyſes liberationem prænuntians, ait, *cum egreſſus fuero, extendam palmas meas ad Dominum, & ceſſabunt tonitrua*, &c. *Noui autem quod & tu, & ſerui tui, nec dum timeatis Dominum Deum*; Mirum, vt illa dicens Pharao affirmet hoc Moyſes, quid amplius ad timorem Dei exprimendum dicere poterat Imperator? peccatorem non ſolum ſe, ſed & populum recognoſcit ſuum, hoc eſt & ſuos conſiliarios; ſe impium nominat, dominum iuſtum, & tandem diuiſionem promittit; immo ideo affirmat ſe tonitruorum ceſſationem expetere, *vt dimittat eos, nec amplius ibi vltrà remaneant.* Vnde ergo nouerat Moyſes nec dum ipſos, ſeruóſque eius Dominum timere? ſanè ex verbis eius, peccaui, dixit, & cum veniam culpæ petere deberet, non hanc, ſed pœnæ negauit; vnde & ait, *Orate Dominum, vt deſinant tonitrua*, non ergo veniã peccati petiit, ſed pœnæ remiſſionem. Ergo non quem offenderat, ſed ſui malum, & ſupplicium formidabat; hinc quia non Deum, ſed mala ſua timebat, his tranſactis ad genium rediens antiquum, populum non dimiſit: *Videns autem Pharao quod ceſſaſſet pluuia, & grando, & tonitrua auxit, peccatum.* Notandum verbum, *nec dimiſit filios Iſraël*, Mirum, poſt tantum portentum, támque magnam confeſſionem ad præterita redire; ne mireris, fictus erat Dei timor, alium præter Deum timebat; *Quid igitur hac confeſſione magis pium?* ait Lippoman. *quis hanc confeſſionem iuxta ſonum verborum intelligens, non egregiè diuinam iudicaret? ſed mera fuit hypocriſis, & profecta eſt non ex ſincera fide, ſed ex grauitate ſupplicij, quare ceſſante ſupplicio, ceſſat confeſſio.*

21. Timor humanus ad vitanda peccata inſufficiens. *Exod.* 9. *n.*13. *Lippom.*

At ſi Moyſes fictam agnouerat confeſſionem, cur orauit, pœnámque dimiſit? optimè idem Lippomanus, vt Dei miniſtri intelligant exemplo Moyſis fictam confeſſionem ſe ſuſcipere debere, nec ideo pœnitentes non abſoluere, dum veram ore profitentur confeſſionem, & ſi ille alias intelligat, homines enim ſumus, credere pœnitenti debemus, *Obſerua igitur*, ait Lippoman. *non quamuis confeſſionem oris, verè piam eſſe, ſed duplicem eſſe confeſſionem, alteram per amorem Dei, & hac conſtat etiamſi accedant, aut abeant ſupplicia; alteram per timorem pœnarum, & hac abeit, abeuntibus aduerſariis, quid ergo? num, quia afflictorum confeſſio poteſt eſſe hypocrita, & mẽdax, miniſter Eccleſiæ non agnoſcat eã? immo agnoſcat, idque exemplo Moyſis, qui, & ſi credebat Pharaonem fallere, nihilominus tamẽ agnoſcit confeſſionẽ Pharaonis, & orat Dominum.* Attendãt hoc

22. Moyſes vnde cognouit Pharaonem non timere Dominum, & ſi ſe peccatorem diceret. *Lippom.*

23. Confeſſor pœnitenti credere debet exemplo Moſis.

qui semel in anno ad sacramentum ex consuetudine accedunt pœnitentiæ, vel, qui in articulo sunt mortis constituti, dum percontanti confessario an verè doleant, an peccata planxerint, an debitum fecerint examen, an verum, & firmum habeant propositum flagitia non repetendi, affirmant, quod & si eos confessarius absoluit practicè (vt sic dicam) non speculatiuè credens, sed tantum, quia ipsi dicunt, absolutos non recedere coram Deo; ô quoties mihi hoc accidit interroganti aliquem ex istis, & casum fleui, perspexi homines sensu brutales, & vita brutis peiores, totos in peccatis immersos, & (vt sic dicam) non solum corpore, sed anima carnales, ad sacramentum accedere pœnitentiæ in hebdomada sancta, ad illud prout ducti, tanquam iumenta, quia sic audierunt, aut Ecclesiæ perciti timore, post nefanda audita, post execranda admissa, percontans de examine, de dolore, de proposito ad omnia, vt requirebam respondentes, dolens, & gemens absolutionem impendi, in absolutos recedere optimè sciens; at quid facerem? ipsi verum tenere dolorem, verum propositum, diligens examen affirmabant. Ergo, & si, vt Moyses noueram, nec dum illos timere Dominum, ad cælos extendi palmas, beneficium impertiui; at quia ficta illa, & dolosa pœnitentia, quia non verè Deum timebant, illico ad priora redeuntes, cor suum ingrauantes, peiora prioribus operabantur. Grauissimè Henricus Suzo tractatu de nouem rupibus cap. 11. de fœminis sæcularibus, earúmque sceleribus, quæ cum per totum in peccatis viuant annum, ad confessionem quadragesimali tantum tempore accedunt, sic ex persona Dei ait: *Procerto noueris, quasdam ex eis mille licet peccatis mortiferis obstrictas, Eucharistiam accipere, dum totum exigunt annum tam petulanter, ac dissolutè, atque vbi quadragesimæ adest tempus, horum alienorum peccatorum non reminiscuntur, planéque secum statuunt Paschate redeunte, ita se victuras, vt antè, atque ea causa retinent cuncta eo facientia, puta vestes lascivas, ac ornatas, cæteraque omnia.* Pende singula, & dum in annuali eareperis confessione factam eam dic, & si aliter ore ipsæ promant, si pari modo & illi, qui ex timore mortis, aut morbi, transacto morbo conualescentes duplo fiunt, quam priùs peiores; vnde hoc? *quia solent impy*, ait idem Lippom. *vexati vonere multa, & grandia, quæ liberati non seruant, audacia, & hypocrisis quum erumpere non potest, in latebras suas se abscondit, omnia pollicetur, donec quod metuit tollatur, tum ad ingenium redit.* Nil melius, non profectò rediissent, si tantum Deum extimuissent.

24 Confessiones multæ inualidæ, & effectum non assequentes absolutionis, quia pœnitentia non vera.

Henricus Suzo.

Idem Lippom.

Hinc, qui non ob Dei timorem se à malis abstinent, sed hominum, sic instabiles in bono reperiuntur, vt statim occasione porrecta, aut secreti, aut potentiæ, in mala protinus velociter non tantum recurrunt, sed proruunt, de Herode enim ait Matth. c. 14. n. 4. quod volens Ioannem Baptistam occidere, ab occisione se abstinuit, *quia populum timuit, quia sicut prophetam eum habebant.* Cur ergo postea occidit? lege Marcũc. 6. n. 16. & inuenies quia populi timor ei sublatus, fecerat grande conuiuium *principibus, & tribunis, & primis Galilææ.* Et cum post impiam petitionem sanctissimi prophetæ capitis, adstantium voluntatem annuentium inspexisset, illico homicidium commisit, quod ex illorum prius timore recusauerat; vnde *propter iusiurandum, & propter simul discumbentes noluit eam cõtristare, vult omnes sceleris sui esse cõsortes,* ait Beda, *vt in luxurioso, impuróque conuiuio cruenta epula deferrentur.* Non occidebat, quia hominem timebat, hoc timore sublato ad homicidium aduolauit, & si inter epulas. Egregiè Chrysost. hom. 15. de variis in Matth. hunc expendens locum, *Facile* (ait) *deuiat à iustitia, qui in causis non Deum, sed hominem formidat, hinc peccandi differt facultatem, non aufert voluntatem, vnde etiam quos suspendit à crimine, auidiores reddit ad crimen, & æstuat anima quousque perficiat, quod contingit malum, solus enim Dei est timor, qui nocentes corrigit, fugat crimina, innocentiam seruat.* Nil melius, in qua sententia illa verba notanda, *humanum timorem quos à crimine suspendit, auidiores ad crimen reddere.* Cum enim voluntariè non se abstineant, sed coactè, hinc remoto impedimento veluti flumen repressum, violentiores currunt, quod non sic quando ob Dei timorem, hic enim non solùm voluntatem reprimit, sed allicit, non solùm terret, sed blanditur, sic vt voluntariè malum refugiat, bonúmque apprehendat, hinc perseuerantia in bono, & à malo fuga, & si occasio adsit, ex quo fit, vt si constantes, si perseuerantes in bono esse optemus, illum solum timeamus, qui timendus, & ne homines timeamus illud vnicum medium Deum timere; *eum timere debet homo*, cum Augustino concludam in Psal. 63. super illa verba: *timuit omnis homo, à quo factus est homo, quod suprà homines est time, & homines te non terrebunt, mortem sempiternam time, & præsentem non curabis; voluptatem illam incorruptam, & quietem sine labore concupisce, & promittentem ista dona temporalia, & totum mundum deridebis.* Verissimè deridebimus mundum, & quem illum tribuere potest, si superna aspiciemus, homines non timebimus, si Deum à quo facti, & vitam non curabimus præsentem, si eum, qui nobis sempiternam potest inferre mortem extimescimus, qui vt suos ab inimicis vindicaret, sic impios in profundum demersit, vt nec vnus superstes remaneret, & insuper ad maiorem victoriæ cumulum, vt noster inquit Sapiens: *ab altitudine inferorum deduxit,* & vt iusti spoliis ditarentur impiorum *transtulit illos.*

Ioannem, & si eum timebat.

Beda.

Chrysost.

27 Quid faciendũ vt homines non timeamus.

August.

25 Timore hominum ad malum patrandum se abstinens in illud se incidit timore transacto. *Matth. 14. n. 4. Marc. c. 6. n. 16.*

26. Herodes eur occidit

Num. 20. *Et decantauerunt Domine nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter.*

Num. 21. *Quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

POst mare diuisum, post hostium stragem, post opima spolia, post perfectam, & absolutam liberationem, quid aliud sequi poterat nisi Cantica, gratiarúmque actiones? *Hebræi* inquit Philo lib. 1. de vita Mosis: *stupentes quod prodigiosam, insperatámque sine sanguine victoriam nacti essent, & videntes hostem deletum momento temporis, duos choros alterum virorum, alterum mulierum statuerant in littore, cecinerúntque*

Philo.

que Deo hymnos gratulatorios, præeunte carmen viris Moſe, ſorore verò huius mulieribus; nam hi chorеas ducebant. Cui accinens Ioſephus lib. 3. ſub finem, ait: *Hebræi vix ſui compotes erant præ gaudio ex tam inopinata ſalute concepto, accedente huc etiam hoſtium interitu, quo maior eſſet libertatis ſecuritas, nemine ſuperſtite, qui eos in ſeruitutem vindicare cuperet, & Deo profecto illis auxilium ſubmittente, quapropter tum ſua ſalute, tum inimicorum ſupplicio læti, magis quàm vlli ante hoc homines, in hymnis, & hilaritate totam noctem exegerunt.* Immo vult Commeſtor c.31. in Exod. Iſraëlē per ſeptem dies ad littus moratū feſta peragentē, choreáſque ducentē, *moratus eſt Iſraël iuxta littus maris ſeptē diebus, & cum tympanis, & muſicis inſtrumentis ſingulis diebus veniebant ad littus, & cantabant domino canticum Moſis, viri ſeorſim, & mulieres ſeorſim, in cuius rei memoriam ſeptem Paſchalibus diebus cantando redimus ad fontes*; Et ſanè perquam æquum illud extitit, cum ad beneficia Deo rependenda vnicum nobis medium gratiarum actio, in benefactorem enim dona refundimus dum gratias damus, ideo, vt Deo grati ſimus, gratias ſemper rependamus.

Ioſepho.

Commeſtor.

Ar, quo potiſſimum illud præſtabimus medio? dicam nullo potiori quàm pſalmodia, quàm cantu, quàm in hymnis, & confeſsionibus, cum ſtrenuè benedicere, de qua re infrà; ait ergo Sapiens.

1 Inſtrumentorum muſicorum in Eccl. vſus quàm antiquus.

Et decantauerunt, &c. Omnes cum carmine, & muſica etiam intelligunt inſtrumenta; vt ex hinc pateat, quàm antiquus in Dei Eccleſia ſit vſus vocibus ad Deum laudandum inſtrumenta etiam adiungere, cum & hoc à tempore Moſis in antiqua illa inceperit Eccleſia, & poſt illum eundem complexus eſt Dauid vſum, & præcipuè in templi ſeruitio, & cultu; Salomon quoque eius filius, vt patet ex illo Eccleſ. c 9. n 8. *Feci mihi cantores, & cantatrices*, quem locum Chal. ſic: *Feci in domo ſanctuary inſtrumenta muſica, vt canerent in illis cantores, & cantatrices.* Clarius tranſlatio Coſti, *in domo ſanctuary feci modorum inſtrumenta, quibus Lenita in faciendis victimis perſonarent, cytharas inquam, & tibias, quibus inter pocula hymni decantarentur.* Vnde, vt vides per cantores, & cantatrices non ſolùm vocalem, ſed etiam inſtrumētalem intellexit muſicam, cum, vt volunt Hebraïſantes, idem nomē per genus maſculinum, & fœmininum repetitum in Hebræa lingua omnem denotat diuerſitatem ſub illis contentam; vnde dicendo cantores, & cantatrices, non ſolum de voce, ſed etiam de muſico intellexit inſtrumento, de qua re videndus eſt Pineda in hunc locum.

Eccli. c. 9.n.8.

Pineda.

Victricem manum tuam, &c. Græcè, *Super pugnacem*, hoc eſt bellicoſiſsimam, fortiſsimam, cuius proprium eſt debellare, inimicóſque deuincere; Deus enim, & ſi cæteris gaudet nominibus, tamen præcipuè de belli potentiſsimo duce, ac Imperatore, quod callens Moſes in hoc prorſus cantico de quo nunc agimus, & ſi Dominum, & ſi Deum illum vocaſſet, non tamen ſibi ſatisfaciens, ad hæc virum belli addidit, *Dominus quaſi vir pugnator, omnipotens nomen eius*, Exod. 15. n. 3. Hebraicè, *Dominus vir belli*, hoc eſt arte peritus militari, fortis in armis, vincens ſemper, & conterens inimicos, *omnipotens nomen eius*, Hebraicè, *Ieoua*, nomen tetragrammaton, *nomen eius*, quod à radice proueniens (houa) quæ contritionem, & confractionem ſignificat, vt vult Oleaſter in Exod. c. 6. tantum eſt, ac ſi dicat Dominus ſolus eſt vir belli, dignus ſolus tali nomine, quia ipſe ſolus qua pollet potentia eſt (Ieoua) hoc eſt conterens, & debellans inimicos; hinc inſanus Pharao imbellem exiſtimans Deum, ſe autem omnibus inſtructum armis, mandatum ſpernens, ſuperbè dixit c. 5. n. 6. *& quis eſt Dominus*, Hebraïcè *Ieoua*, id eſt ſecundum aliquos, quæ habet arma? quibus inſtructus eſt exercitibus? qua pollet potentia? vt me ad dimittendum cogat Iſraëlem? meritò ergo cum talia Moſes ſanctiſſimus audiſſet exultans, & laudans Deum, virum appellat belli, deuincens, ac debellans, potenter, potentiſſimè inimicos; vnde Oleaſter, qui in eius eſt ſententia, vt diximus, nomen *Iehoua* tetragrammaton prouenire à radice (houa) quod eſt conterere, & non ab (haia) quod ſignificat (eſt) vel (fuit) affirmat ex hoc loco cantici, nempe *omnipotens nomen eius*, hoc eſt (ichoua) explicare illud Exodi c. 3. n. 3. ſcilicet: *Ego Dominus qui appārui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum (Adonai) non indicaui eis*, hoc eſt nomen fortè, & debellans, exercitúſque conterens, cum & ſi illi Deum experti benefactorem, & magnificum, tamen non fortem, & reges conterentem; verba Oleaſtri. *Admonui*, inquit ſup. c. 6. *ineffabile nomen Dei Iehouah non indicaſſe Deum patribus ante Moſen quantum ad rem ſignificatam, id enim nomen propriè ſignificat conterentem ab habah quod eſt contrivo, licet enim priſci patres Deum cognouerunt vt beneficum, & ſufficientem ſibi, aliiſque ad omnia: non tamen cognouerant eum vt præliatorem, & cōterentem inimicos, tanquam virum belli, quemadmodum cognitus eſt nunc ab Hebræis in tanta, talique cede Ægyptiorum. Vnde dicunt Dominus eſt vir belli, quaſi dicerēt, ignorabamus Deum eſſe virum bellatorem, ſemper ſe pugnare, & cum vult inimicos conterere, ſed eum talem eſſe nunc experti ſumus: ſimiliter ignoramus eum propriè, ac merito vocari Iehoua, id eſt conterentem, quod tamen nunc manifeſta experientia compertum, & cognitum habemus, quare meo iudicio, hic locus Exodi declarat obſcuritatem eius loci, qui eſt ſup. c. 6. vbi dictum eſt Deum non indicaſſe nomen ſuum tetragrammaton tribus illis patribus.* Ergo cum ſecundum omnium ſententiam Hebraïzantium, cum ſupremum Dei nomen ſit (Iehoua) quod ineffabile, quod ſupra cætera eminens, quo ſolo gloriatur Deus, & illud ſecundum Oleaſtrum à radice proueniat (houa) quod eſt debellare, & conterere, ſit quidem, vt nullum nomen ſic Deum magnificet, nullum ſit tam præclarum, nullum tandem ſic ei cordi, quàm vir bellator, exercituum princeps, bellorum dux, & Imperator. Quorſum hæc? vt illum timeant, trepident, ac orbis expaueſcant principes, ac Monarchæ. Sciántque exercituum principem eſſe Deum, ipſum ſummum belli ducem, & victoriam illi cedere, ex cuius ſtat parte dux iſte ſummus. Vnde ſi inimicos debellare, ſi victorias poſſidere, ſi triumphas ducere cupiunt, pro ſe, non contra ſe illum habere ſatagant, habebunt ſi amici, ſi obſequentes, quo adiutore facillimè

2 Deus ducis, ac bellatoris præcipuè nomine gaudet.

Exod. 15. n. 3.

3 Nomen Iehoua quid.

Oleaſter.

C. 5. n. 6.

Oleaſter.

Exod. 3. n. 3.

4. Adonai nomen cur Deus Abraham, Iſaac, & Iacob à Deo dicatur illis non reuelatum.

5 Principes ſi in bello victores eſſe cupiunt cum Deo ſe iungant, quia ipſe dux belli.

victores euadent, cum potentissimo principi huic, ad inimicos debellandos, destruendos non multæ necessariæ sint vires, non multicoratus; sufficit, vt manus tantum extendat, & absorbebuntur inimici; *extendisti manum tuã, & deuorauit eos terra*, inquit Sanctus Moses, vbi Caietanus *tam facilè*, inquit, *Deus miraculum fecit, ac si dum taxat manus extendisset.* At ad quid manum necesse extendat? sufficit digitum, cum eius manum nec tota ipsa posset sustinere terra; quod pulchrè adnotauit Philo lib. 1. de vita Mosis, dum impotentes Magi Pharaonis cinifes educere, exclamarunt: *Digitus Dei est hic, quid cinifhe vilius?* inquit Philo, *tamen tantum effecit, vt tota Ægyptus deficiens exclamare cogeretur hunc esse Dei digitum, manus enim eius nec à tota quidem terra, quanta quanta est, immo nec à mundo vniuerso sustineri posset.*

6 Quam facilè Deus inimicos debellat. *Caiet.*

Philo.

7 Eius manus mundus totus sustinere non potest.

Hinc rectè obseruat Lotinus victorias, & triumphos, tanquam res Dei proprias, eius scribere scripturam, quod confirmat ex titulis illis psalmorum, qui inscribuntur (victori) ex Habacuch in suo Cantico c. 3. n. 18. ex Iephte Iudicum, c. 11. n. 24. ex Dauid Paralipom. c. 29. n. 11. & alibi.

Habac. 3. n. 19. Iudic. 11. n. 24. Paral 29. n. 11.

Quoniam sapientia aperuit os mutorum, &c. sine dubio ipsos intelligere debemus Hebræos, qui siue, vt vult Cantacuz. timore, & stupore Ægyptiorum ad mare quasi muti, & stupidi nihil loqui potuerunt, siue vt oppressi in Ægypto, vt vult Lyranus, & alij, ne mutire quidem potuerunt, horum os parta solutum est victoria; immo, vt vult Chartus. & placet Castro, ipsorum infantium, & lactentium miraculosè solutam esse linguam; quod putant significari per illud quod sequitur; *& linguas infantium fecit disertas.* Possibile quidem, & tanto operi non incongruum miraculum, dignum quippè fuit, vt ipsi infantes, immo & si possibile & ipsa animalia ob tanta ad laudem Dei exurgerent patrata miracula; immo illud esset plusquam mirandum, si verum, quod affirmat apud August. author librorum de mirabilibus sacræ Scripturæ, lib. 1. c. 11. tom. 4. sic consona parique affectu omnes simul in Cantico incidisse voce, vt nullo præmonente, nec præcogitante eadem omnes præcinerent: *enormi admiratione dignum miraculum* (ait) *vt pariter cuncti senes cum pueris, & omnes ætates eodem inspirati flamine, vno quasi ex ore præmonitione edocti easdem concinentes litteras decantarent in vnum.* Et infrà, *quod per verbum, & studium ipsi facere potuerunt consonum, omnes carmen decantare in vno momento Dominus illis donauit.* Mirabile, si verum, & quantum ex hoc gratiarum Deus expectat actionem bene elici potest, dum, vt congrua ea esset, tale, ac tantum voluit patrare miraculum: sed de hac re fides sit apud authorem; nos quod affirmamus illud est, tanti Deum hoc admirabile fecisse beneficium, vt de eo æterna voluerit in populo suo maneret memoria, propterea agni Paschalis celebritas instituta, anni sacri initium dicatum, consecratio, & sanctificatio primogenitorum, & septenum dierum azimi panis, & septimæ deinceps feriæ tabernaculorum, immo quod maximum, sic apud ipsum inualuit tam insigne beneficium, vt si quando iratus, populũmque perdere iam iam destinasset, hac sola beneficij memoria placatum illum reddebat Moses, quasi non dedisset, sed accepisset ipse beneficium, Exod. 32. num. 11. *Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de Ægypto?* Vbi adnotandum illud *cur*, an non bene irascebatur, non grande peccatum commiserat populus, non summè ingratus post tanta beneficia? sanè magnum erat peccatum, summa ingratitudo, attamen irasci non decebat Deum, immo admirandum cur irasceretur? nam cum talia præstitisset, sic ingentia, sic magna, sic stupenda, sic admirabilia, stupendum erat, velle hæc amittere populum delendo, aut post tanta patrata mirabilia nolle condonare, quod comparatione illorum apud ipsum, nec multum, nec magnum. Vnde pulchrè adnotat Lippom. Moysen non admisisse locutionem Domini, qui ei dixerat: *Vade, descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de Aegypto.* Quia, si semel populus non Dei, sed Moysis, & miracula similiter non ipsi, sed Moysi adscriberentur, nunquam placabilis, nunquam indulgens reperiretur; quia tanquam de non suis iudicasset, ac ipsamet mirabilia tanquam non sua pro nihilo duxisset; hinc sapienter Moses sanctissimus hoc perpendens verba retractans, populum eius esse affirmat, ac eius potentiæ mirabilia, neque illum ea perpetrasse. Quod cum esset, dignè mirandum cur irasceretur, ita vt deletionem intentaret, quasi non suus, non sua, *non admittit*, inquit Lippom. *Israëlem dici Moysi populum, sed occurrit sermoni Domini, & piè corrigit, contra populum tuum inquit non meum, quare sic irascetur Domine? quem eduxisti tu de Aegypto, non ego, idque non meo consilio, vel robore, sed tua tantum fortitudine, & ea maxima, quam nunc totus mundus conspexit, & credere incepit potentiam tuam.* Ex quo facto, vt hoc obiter dicam, perfectus orandi, & impetrandi modus nobis insinuatur, dum accedentes ad Deum, sic negotia cum illo agere debemus, vt non nostra illa, sed sua esse intelligat, non nos, sed illum, non nostra, sed sua nos quærere, siue indulgentiam obsecremus, siue gratiam rogemus; dabit enim, se in nobis respiciés, renuet, si nos tantum, cum mea sine illo peccata, at peccata cum illo, & pretioso sua inuoluta sanguine beneficia, hinc ad alia reddenda promior, & ne irascatur, merito, immo audacter petere possumus; sed ad nostra.

Exod. 32. n. 11.

11 Ad Deum placandum potens medium memoria beneficiorũ exhibitorũ.

Lippom.

Id. Lipp.

12 Optimus in oratione impetrandi modus aperitur.

Disertas ergo fecit Deus non solum adultorum, sed infantium linguas, vt tantum celebraretur beneficium, vt tantum in omnium resonaret ore miraculum, hominum, infantum, mulierum, duos choros in littore statuentes, vt suprà ex Philone diximus, alterum hominum, alterum mulierum, vt in omnium ore Dei laus concineret, ac pulchrè resonaret, & illud decantarent tantorum mysteriorum fœtum miraculum, vt mox dicemus.

8 Infantium linguæ miraculosè solutæ ad canendum post matris ubera transitum.

9 Miraculosè eram eadem cecinerunt mysteria, & Cantica.

10 Quanti Deus gratiarum faciat actionem.

Allegoria, & mysticus huius miraculi sensus, ex sanctorum placitis, & dictis eruptus.

ADmirandum ergo huius maris transitu im litteraliter vsque huc secuti, at decet pr ofecto breuiter, & veluti compendio, quid r ayſticè illud significet, non aliter, quàm ex S anctorum Patrum intellectu declarare, vt præ oculis, & veluti in summa eos meus obtin ens

Digitized by Google

lector eligat ex illis, quæ aptiora illi visa.

Theodor. 13. Mari rubri transitus figura exitit baptismi.

Primo ergo Theodoret. quæst. 15. in Exod. exponens illa verba Pauli 1. ad Corinth. c. 10. scilicet: *Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt*, ad Baptismum illud referens, sic ait: *Vetera typum gerebant præsentium, & umbra lex assimilabatur, gratia vero corpori. Cum igitur Aegyptij persequerentur Hebræos, hi mare rubrum transeuntes, ab Aegyptiorum pragrani dominio vindicati sunt. Mare præ se fert ritum lauacri Baptismi, nubes autem typus Spiritus sancti, Moses Christi Saluatoris, virga eius crucis Christi. Pharao diaboli typum gessit, similiter Aegyptij dæmonum, vel peccatorum figuram præ se ferunt, manna figuram cibi cælestis gessit, & aqua quæ de petra effluxit typum sanguinis Christi. Quemadmodum ergo Hebræi postquam mare rubrum transierunt, cibo peregrino, & aqua inopinata fruebantur; ita nos post salutare Baptismum participes sumus diuinorum mysteriorum, petra autem vocata est Christus, quia typus erat Christi: sic & mare dictum est Baptisma, quamuis nullus in eo sit Baptismus; nam populus Hebræus pulueri potius, quam aqua aspersus illud pertransiit.*

Rupert. 14 Et Resurrectionis.

Rupertus in c. 14. Exod. super illa verba: *Cumque extendisset Moses manum supra mare*, lib. 1. c. 36. ad resurrectionem respiciens, sic ait: *Vigilia matutina qua pertransierunt filij Israël, Aegyptijs remanentibus mysticum nobis gaudium est Dominicæ Resurrectionis, in qua veterem deponentes hominem renati sumus: diabolo remanente cui renuntiauimus, & omnibus pompis eius; dicit enim Apostolus, quia baptizati in Christo Iesu in morte ipsius consepulti sumus in illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*

Rabanus. Rabanus ad Baptismum, & resurrectionem simul aspiciens, atque æternam glorificationem, sic loquitur: *Ergo vigilia matutina quando Saluator noster triumphator mortis ab inferis ascendens resurrexit in gloria, vnde bene dictum est, quod in vigilia matutina Dominus respiciens super castra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis interfecit exercitum eorum, interfecit quippè exercitum spiritualium Aegyptiorum cum vero Pharaone, quando diabolum, & satellites eius, cum tota spirituali nequitia, & multitudine peccatorum in aquis spiritualibus, vbi credentes per similitudinem mortis eius baptizati, à morte peccatorum resurgant, submersit, & eterno damnauit interitu, nec eis veros Israëlitas qui prædestinati sunt ad vitam æternam, sub sua potestate vlterius habere licebit, quia quos præscientia diuina prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit illos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit.*

August. August. serm. 90. de temp. ad peccata respiciens, eorum symbolum Ægyptios agnoscens, sic ait: *Vere ista est fratres, quando in salutari lauacro tertio Christiani merguntur, tunc Aegyptij, id est originalia peccata, vel actualia crimina quasi in mari rubro sepeliuntur, & filius Israël pertransiuntibus ad Dei seruitium, sola patiuntur peccata naufragium; & ne aliquis dubitet, & putet non omnia peccata sopiri per baptismum, agnoscat, & intelligat, quia quomodo nullus remansit Aegyptiorum, sic nihil remanet penitus peccatorum.*

Prosp. de promissionibus c. 38. ad Baptismum intendens, sic loquitur: *Reuersa in se maris vnda, hostes Domini in ima demersit, en vindex aqua sacrata verbo, rubrata sanguine, ligno crucis in mysterio virgæ percussa, salutem ad Saluatorem venienti ministrauit, peccata vero cum authore diabolo vt Aegyptios cum suo Rege in profundo detrusit.* *Prosp.*

Bernardus serm. 39. in Cantica ad mores pulchrè totum applicans, sic ait: *Si diligenter aduertas, cuncta quæ hic miraris magnificè perpetrata, inuenies nihilominus & in Ecclesia admiranda, nisi quod in eo nunc magnificentia triumphatur, quod quæ illic corporaliter præcesserunt, hic spiritualiter adimplentur. An non tibi nempè multo fortius, longéque gloriosius esse videtur diabolum prosternere, quàm Pharaonem, atque aëreas debellare potestates, quàm currus Pharaonis subuertere? Ibi denique pugnatum est aduersus carnem, & sanguinem, hic aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus; & prosequere modo mecum singula proportionis membra: ibi populus ductus est de Aegypto, hic homo de sæculo: ibi prosternitur Pharao, hic diabolus: ibi subuertuntur currus Pharaonis, hic carnalia, & sæcularia desideria, quæ militant aduersus animam subruuntur: illi in fluctibus, isti in fletibus, marini illi, amari isti, puto & nunc clamitare dæmonia, si forte contingat incidere in talem animam. fugiamus Israëlem, quia Dominus pugnat pro eis.* *Bernard.* 15. Vt omnia ad mores accomodat Bernardus.

Greg. Nyssenus in vita Moysis, ad mores etiam applicans, & pro Aegyptijs passiones intelligens, egregiè proloquitur, dicens: *Quis enim non videbit equos Aegyptiorum, sagittarios, funditores, armatos, equites, ac pedites, currus, vniuersámque ipsorum potentiam, varias esse animæ passiones, quibus seruituti homo subijcitur? Quid enim ab illo Aegyptiorum exercitu ira effusa, voluptas effrenata, dolor immoderatus, auaritia fœditas differt? quæ omnia, eorúmque affinia cum duce suo, vna scilicet cum fideli in aquam baptismatis incidunt; natura vero aquæ præcedente virga fidei, & potestate, illuminantis, ducentísque nebula spiritus videlicet sancti, fidelibus quidem qui ad eam confugiunt, vitam præstat, persecutoribus autem mortem infert, quare illud quoque ab historia discimus, quales nos post aquæ transitum esse debeamus, nihil enim ab exercitu hostis, qui nobiscum in aquam incidit, nobis attrahendum cum emergimus, est, nam qui cum hoste egressus ab aqua simul est, is quoniam in aqua hostem non submersit, sed vinum inde secum eduxit, etiam post aquam in seruitute remansit.* *Nyssen.*

15 Quales deberent esse Christiani post baptismum ac pœnitentiam.

Origenes hom. 5. in c. 14. Exod. impugnatoribus comparans Aegyptios virtutum, Israëlitas vero in virtute tyroni, quomodo illos absorbebit describens, sic ait: *Si Aegyptum fugias, si ignorantiæ tenebras relinquas, & sequaris legem Dei, obuiet autem tibi mare, & contradicentium tibi fluctus occurrant, percute tu obluctantes vndas virga Moysi, id est verbo legis, & vigilantia scripturarum iter tibi ipsi disputando per aduersarios pande, cedent vndæ continuo, & superati fluctus locum victoribus dabunt, mirantibúsque, & astonitis, ac stupore defixis his, qui paulo antè aduersabantur, legitimis tu disputationum lineis rectum fidei iter secabis, & in tantum doctrinæ verbo pro-*

Origen. 17 Mare rubrum impugnatores significat virtutis secundũ Origenem.

ficies, vt audiatores tui, quos in virga legis eruditi, ipsi iam contra Aegyptios, velut fluctus maris insurgant, & non solum impugnent eos, sed, & suppe-rent, & extinguant.

Remig. Remigius in epist ad Hebræos c.11. super illa verba: *Fide transierunt mare rubrum*: ad baptismum aspiciens, sic ait: *Mare rubrum baptismus est rubore sanguinis Christi consecratus, Hebræi qui exierunt de Aegypto, & transierunt per mare rubrum fideles sunt, qui derelinquentes tenebras infidelitatis, transierunt per fontem baptismatis. Pharao, & Ægyptij mortui sunt in mari, quia in fonte baptismatis mortuus est diabolus, amittendo potestatem, quam habebat; mortua sunt etiam peccata originalia, & actualia, si qua ante erant.*

S. Brun. Beatus Brunus Herbipolens. Episcopus in expositione Psal.64.n.7. super illa verba: *qui conturbas profundum maris*, quod omnes explanatores de hoc intelligunt transitu, ad Gentes respiciens, sic ait: *accinctus est Dominus potentia, id est maiestate sua, turbauit per prædicationem Apostolorum profundum maris, id est Gentilium corda, qui sæculi huius (quod mare dicitur) profunditas fuerunt, quia profundius in errores demersi fuerunt.*

18 Gentilitas significatur per mare rubeum.

S. Mach. Sanctus Pater Macharius Aegyptius, hom.4. impœnitentes, qui Dei beneficia respuentes non conuertuntur Aegyptiis comparans ita illos submergi affirmat, ac istos, vnde ait: *Si vero quis eorum quibus cum Deus benigne, & longanimiter agit, nec re ipsa vindictam sumit de singulis delictis, tam occultis quàm manifestis, perpendens in silentio, & velut expectans illum ad pœnitentiam, si quis, inquam, eo contumacia veniens peccatis accumulet peccata, & socordiam addat socordiæ, & delictum delicto superædificet, implet ille terminos iniquitatum, & tandem in tantum scelus prolabitur, vnde non possit vltra emergere, sed atteritur, & principi nequitiæ perpetuo traditus perit; non aliter apud Aegyptios, qui cum multis criminibus tenerentur, & graviter in populum Dei deliquissent, clementer cum illis Deus agebat, non tantas eis plagas infligens, quibus planè delerentur, sed castigationis, conversionis, & pœnitentiæ gratia longanimiter ferens, & eos ad pœnitentiam expectans exiguis vulneribus illos percussit: verum hi cum plura perpetrassent in populum Dei, qui modo conversi erant, iterum suæ conversionis pœnitentes, atque in inueterata voluntatis improba perfidia persistentes, cum multis laboribus populum Dei grauassent, postremo quando per multa prodigia Deus populum suum ex Aegypto per Mosen eduxit, graviter deliquerunt, persequentes à tergo populum Dei: quocirca iudicium diuinum penitus illos perdidit, atque deleuit aquis submersos, nec dignos hac vita censuit.*

19 Impœnitentes ac obdurati sunt Ægyptij, qui à Deo vltimò prosocantur in mare iuxta ejus secundum Machatium.

Clem. Al. Clemens Alexandrinus lib.5. Stromat. c.4. super illa verba Cantici Moysis, de hoc loquentis miraculo, nempè *Equum, & ascensorem proiecit in mare*, ad partem animalem hominis respiciens, ira, & cupiditate repletam, illa intelligens de equis & ascensoribus eorum, Aegyptiis eam comparat, vnde ait: *& rursum quando dicit in Cantico, gloriosè enim magnificatus est, equum, & ascensorem deiecit in mare, multiplex significat, & belluinum, & quod appetitionis impetu fertur vitium, vna cum aurriga qui ascenderat, & habenas laxarat voluptatibus, in mare proiecit, in mundi deijciens tumultum, & perturbationes.*

20 Passiones nostræ effrænatæ sũt Ægyptij in mundi tumultibus suffocati.

Athan. Sanctus Athanasius in interpretatione Parabolarum scripturæ, quæst. 102. ad baptismum respiciens super illa verba Pauli ad Hebræos 11. *Et omnes in Moyse baptizati sunt*, sic ait: *Baptismi signum erat, quòd per rubrum mare pertransiuit Israëliticus populus; nam sicut illi transmissi, effugerunt inimicorum insidias, & in deserto nutriebantur manna, sic etiam baptizati liberantur à spirituali Pharaone, & ab Ægyptiis demonibus, sustentãturque cæleſti pane sanctificati*: & paulo infrà: *Typicum enim erat; nam sicut illic erat mare, sic in baptismo est aqua, & sicut illic erat nubes, sta hic est Spiritus sanctus.*

Athan. 21 Sicut per mare baptismus significabatur, sic per nubem Spiritus Sanct.

HOMILIA XXVIII.

Præstantissima Dei laus Psalmodia.

ET *decantauerunt*, noster ait Sapiens, *Domine nomen sanctum tuum*, quali indigetans nullâ sic Deo gratâ laudẽ, ac beneficij rememorationem, ac illã quæ ex intimo cordis affectu in vocis sonum prorumpens Deo offertur, vti est Psalmodia, quæ in se omnem prorsus Dei laudem, omnem orationis modum continens, summè Deo accepta fit, *Obsecro*, Diuus inquit Paul. ad Tim.c.2.n.1. *primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones*; quas voces expendentes Theodoret. Oecum. & Cassian. collat.11.c.12.& 13. inquũt, *obsecrationes esse deprecationes pro remotione malorum, & tristium.* Vnde Amb. & August. legunt, *deprecationes, orationes, petitiones bonorum, postulationes*, seu vt Grat. *interpellationes, accusationes eorum qui nos iniuria affecerunt*, ait Theodoret. sed melius Primasius interpellationes pro aliorum salute: *Gratiarum autem actio, quando pro bonis, qui nobis à Deo obtigerunt cum eius laude ipsi eam offerimus.* In quibus omnibus totus orandi modus, omne orationis mysterium includitur. Quod cum sit, quàm Deo accepta illa erit oratio quæ omnes simul illos includit? talis profecto, vt affirmat Eusch. Cæsar. est Psalmodia, sicut latè ipse probat Psalmorum exempla in medio educendo; nam in Ps. 25. inquit: *obsecrationes in his Psalmis continentur, qui preces, ac supplicationes habent, inter quas etiam confessiones feruntur, orationes inueniuntur in Psal.* 15.85.89.105.& 141. qui omnes in Hebræo quoque prænotantur *Thephilla*, hoc est *oratio*; *Gratiarum actio inuenitur in Psal.*102. Et tandem *postulatio in Psal.* 25. quatenus accipitur pro iudicis expostulatione: ergo dum psallimus, omnes simul affectus exprimimus: meritóque sanctus Simeon iuuenis, vt in Bibliotheca Patrum tom.12.orat.15. Psalmodiam omnem orationem, ac cum Deo reconciliationem appellauit: *Omnis quippè, ait, oratio, ac psalmodia diuinæ scripturæ cum Deo reconciliatio est, aut enim est petitio eorum, quæ Deus per gratiam donare solet, aut sunt gratiarum actiones, aut operum admirabilium commemorationes, aut arcanioribus rationibus diuinam eius administratam prouidentiam.* Hinc quia Deo per psalmos reconciliamur, omnéque potenter exprimimus affectus, quasi vim ei facientes, psallentes ab il-

1 Psalmodia omnem cõtinet orationis modum.

Ad Tim. c.2.n.1. Theod. Oecum. Cassianus. Ambros. August. Primas.

Euseb. Cæsar.

S. Simeo.

2 Psalmodia vim Deo affert ad impetrãdum.

lo quidquid petimus extorquemus;vnde egregiè Tertull. in Apolog. c. 39. psalmodiam Dei vim appellauit,*Corpus*, ait *sumus de conscientia religionis*,hoc est,eiusdem conscij religionis,*& disciplinæ vnitate, & spei fœdere,coimus in cœtum,& congregationem, vt ad Deum, quasi manufacta precationibus,ambiamus orantes,hac vis Deo grata est.* Egregiè, vbi illud adnotandum, fratres simul conuenientes ad psalmodiam decantandam,esse *quasi manufactum*. Hoc est copias armatas simul vnitas,acies bene instructas, phalanges inuincibiles, Deo per Psalmorum versiculos, quasi per bellica instrumenta,sclopos, contos, lanceas, ensésque vim inferentes,ac quod postulatur,deprecantes. Quod, vt clarius fiat.

Tertull.

3 Christiani in vnum psallentes phalanges sunt ad Deo vim inferendam.

Adnotandum orationem in communi factam suprà singularem alicuius priuatæ personæ multum se erigere,& eleuare, vnde & gratior, & potentior apud Deum; hinc statim à Christi ascensione sanctissima Ecclesia à sancto eius Spiritu edocta, hoc callens, vt digna Spiritus sancti infusione fieret, & summum illud promissum impetraret, non solum orauit, sed in communi,vt vim Deo inferens,quod desiderabat acciperet, vnde Actorum 1.num. 14. *& omnes* (ait)*erant perseuerantes vnanimiter in oratione, cum mulieribus, & Maria matre Iesu,& fratribus eius.* Expendo verbum, *vnanimiter*, hoc est communiter, vnitè, simul, & vnum quid petentes,non singuli pro se,sed pro singulis,& omnibus simul,ex quo rectè colligit Amb.li.1.de Cain,& Abele,meliorem esse orationem generalem peculiari, magisque proficuam non solum aliis, sed ipsi oranti,cuius rationem assignans ait: *quia dum singuli orant pro omnibus, sequitur vt omnes orent pro singulis.* Immo,vt eleganter ait Chromasius in expositione orationis Dominicæ,ideo cómunis oratio sup. particularem se erigit, quia audet postulare, quod alter peccatis grauatus non præsumit: *pro alterius alter crimine confidenter obtinet, qui pro se suggerere confunditur ex pudore, quia in suo facinore verecundia nihil præsumit,vnde bene Dominus author pacis sic docuit orare,vt quidquid vnus peteret, omnibus videretur proficere.* De qua re videndus est Chrysostomus homil. 79.ad populum Antiochen. & 3.de incomprehensibili Dei natura quæ in illa ad populum, præclara illa habet verba: *non ita à Domino per te solus orans audieris,vt cum fratribus.* Ad hæc cum illa sit *perfecta oratio*, vt ait Bernard. de natura diuini amoris c. 3. *in qua tanta sit fides, vt speret omnia,tanta deuotio, vt Deum videatur cogere,tantus amor,vt omnia quæ petit in ipsa oratione se sentiat obtinere,tam benigna humilitas,vt in omnibus non suam, sed Dei voluntatem in se fieri præoptet.* Si bene attendas vix solus orans reperitur, qui omnes has simul obtineat conditiones; hinc & eius inefficax oratio, & impetratio difficilis; at quando in communi oratur, & per modum vnius communes ad Deum offeruntur preces, cum alter meum suppleat defectum, fit, vt integrè perfecta ad Deum offeratur oratio, dum vnus fide præditus orat, alter deuotione, amore alter, tandem alter humilitate; quid ergo talis non impetrabit oratio? quæ merito, quia talis peculiarem Christi meruit impetrationis promissionem, vt affirmat Suarez de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 1. num. 3. & cum eo omnes. Vnde Matth. 18. num. 19. *Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcúmque petierint, fiet illis à patre meo, qui est in cœlis.* Quem locum de consensu in oratione intelligit Glosa ordinaria, & Interl.

Ambros.

Chromas.

6 Pulchra ratio cur oratio communis suprà singularem se eleuat.

Chrysost.

Bernard.

7 Orationis perfectæ conditiones quæ.

8 Communis oratio impetrationis promissio.

Matth. 18.n.19.

Glosa. Interlin.

Secundo etiam adnotandum, quòd licet hæc communis oratio potest esse quando ex intentione orantium communi consensu ad simul orandum conueniant, tamen proprijssime & vt sic dicam principalissimè communis illa dicitur oratio, quando non tantum intentione ad communiter orandum conueniunt, sed quando sic conueniunt vt vno ore,vna laude, vno affectu, vna oratione, tandem iisdem prorsus verbis omnes orant, quod proprium psalmodiæ est, vt rectè idem Suarez,vbi suprà num. 4. Ergo si vbi duo, vel tres consenserint, hoc est communiter ad orandum tantum conuenerint, promiserit Christus impetraturos quidquid petierint; quid erit,quando non solum ad orandum consentiunt,sed ad orandum vno corde,vno ore,iisdem prorsus verbis? quid tali poterit Omnipotens denegare orationi? hinc verè psalmodia super omnes cæteras orationes se erigens communis,omnipotentissima cum Deo est,terram, cœlúmque commouens: *& cum orassent* (ait Luc. Actorum 4. num. 31. *motus est locus,in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu sancto.* Vnde tanta commotio? vnde tanta Spiritus sancti abundantia? sanè ex communi oratione, communi, inquam,non solum ex loco,& communitatis consensu, sed ex communitate vocum, & deprecatione, nu. 24. *Qui cum audissent vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum, & dixerunt, Domine tu es, qui fecisti cœlum, &c.* Vbi Carthus. & recentiores piè credunt non sine miraculo factum, vt omnes vno spiritu, vno ore,iisdem prorsus verbis orarent,non secus, ac de Israëlitis diximus in commentario, dum vno ore eadem omnes resonabant verba, Deo in eorum ore ea infundente.

9. Psalmodia proprijssime oratio dicitur cómunis.

10 Cœlum terrámque cómouet.

Actor. 4 n.31.

Num. 14. Carthus.

Immo per hanc diuinam psalmodiam, non solum terra mouetur, sed & vincula disrumpuntur,tantæque efficacitatis existens, vt non solum orantibus prosit,sed audientibus à malis eos liberans,à vinculis absoluens;enimvero; & si flagellati Paulus,& Silas,ac plagis penè obruti,pedibúsque,& catenis vincti in interiori existentes carcere occlusi detinebantur,tandiu infracta vincula,ac carcer occlusus,quandiu Paulus dormiens ad psalmodiam non euigilauit;at media nocte experrectus, *dum orantes laudabant Deum, & audiebant eos, qui in custodia erant,subito terræmotus factus est magnus, ita vt moverentur fundamenta carceris, & statim apertæ sunt omnia ostia,& vniuersorum vincula soluta sunt.* Actorum 16.num. 15.in quo loco illud primum adnotandum sit,cordi Apostolis psalmodiam fuisse, vt nullus dolor, nulla plaga, nullum eos infortunium ab ea diuellere potuerit: *multis plagis acceptis* (ait Chrysost.hom. 36.in Acta)*flagellati sunt,contumelijs affecti sunt, extremè periclitati sunt,in nervum coniecti sunt, inque in carcerem interiorem,& neque sic dormire poterant.sed tota nocte vigilant.* Qualis horum deberet esse feruor? merito ergo terræmotus factus

11 Vincula disrumpit, & reserat carceres.

12 Prodest nó solum psallentibus, sed audientibus.

Actor.16. n.25.

Chrysost.

13 Psalmodia Apostolis quàm intima.

ctus est magnus,dum talis psalmodia, tali tempore,à talibus decantata tonitruum quoddam erat,mundum,non solum carcerem terræ facere potens: *Psallentibus Apostolis*,ait Hier.ad Ripatium:*terra quatitur,custos carceris credit,magistratus, & ciuitas terrentur.* Vnde grauiter Chrysost.vbi sup.hoc considerans.&ad nostras respiciens noctes, sic ait: *Exquiramus ad illam noctem noctes nostras,ibi conuiuia, & ebrietates, & libidines,ibi somnni nihil à morte differens,ibi vigiliæ somno molestiores,pro pecuniis curas gerendo,cogitando vt vlciscantur eos, qui se læserant, inimicitias meditando,verba contumeliosa per diẽ obiecta enumerando* Non quippè talis erat Pauli vox,qui & si plagatus, & si vinctus, ad psalmodiam vigilabat,sic omnipotens,sic valida,vt non solum fundamenta mouerentur carceris, & ianuæ apertæ,sed vincula soluta,non tantum Apostolorum, sed cæterorum vinctorum, qui simul cum eis euigilabant audientes,quod ponderandum,*laudabant Deum, & audiebant illos vinctos.* Ait Lucas,ideo soluti, forsitan non sic, si dormitassent;vt hinc discas, quàm potens, quã valida sit psalmodia, vt non solum psallentes ipsos, sed audientes liberet, soluat, saluet, sic grata est Deo,sic illi accepta.

14 Quam efficax. *Hieron. Idem. Chrysst.*

Immo valde ad hoc probandũ illud est animaduertendum, ferè semper in magnis Deum beneficiis cõmunitati,aut pluribus exhibitis,vt debitæ illi referrẽtur gratiæ,psalmodiam inspirasse,sic, vt non satis particulari factus oratione cuiuslibet,cõmunẽ voluit & vocum, & verborũ,vt non solũ animi,sed voces,& verba cum illis consonarent;quod & si ex cantico Israëlitici populi,& ex facto illo Apostolorũ, quod nunc memoratimus satis liquet,tamẽn vbi manifestẽ hoc apparet,in triũ est cantico puerorũ,qui dũ ab igne non læsi in medio roris stabant,à vinculis absoluti,ab Angelo associati,vt debitas Deo tanti referrent gratias beneficij,communem eis inspirauit Deus hymnum, vt simul non solum affectus,sed verba iungerent,Dan.3.n.51. *Tunc hi tres,quasi ex vno ore laudabant,& glorificabãt, & benedicebant Deum in fornace dicentes.* Expẽdo verbum *quasi ex vno ore*,nõne melius,vt quilibet sua proferret verba,suos per illa diuersos proferens affectus?non quidem,quia tunc,& si affectus communes,nõ tamen voces vt in psalmodia;hinc quia;quod summèi Deo placet,non solum animorum,sed etiam vocum est vnio.Inde cum non solum animos psalmodia iungat, sed verba, ideo eam summè Deus diligit, ac proindè præ cæteris ad eius eam elegit gratiarum actiones.

14 Deus in magnis beneficiis sẽper psalmodiam inspirauit, tanquam ad gratiarum actionem vnicum, medium.

Dan.3. n.51.

Dixi psalmodiã verba,& animos iungere,& aptè, cũ inter cætera eius elogia,illud primum animos cõciliare,fœdera iũgere: quod pulchra diu.confirmat Basil.ratione,hom. in ps.1. quasi nefas sit amplius pro inimico habere, cum quo ad Deum laudandum,semel & vocem iunxisti: *Psalmus.* magnus ait paret,*amicitia est conciliatio,vnio dissidentium, pacis inter hostes constabilienda sequester,quis enim inimicum deinceps cẽsere eum possit.quocum vel vnicam ad Deum vocẽm semel emiserit?* Egregiè. si inimicum, vt socium admittis ad tecum collaudandum, & verba cum illo,tuúmque cum eo simul & os iũgis, quasi pacis prębens osculũ;nisi Iudas esse appetis,necessariũ tibi,vt etiã animũ iũgas,inimicitiasque deponas; hic rectè psal.amicitiæ conciliator,charitatisque restitutor,quod cũ in bonis summũ,merito dũ psalmodia illud præstat,ipsa inter cætera summa: *id itaque*,sequitur sanctus, *quod in bonis numeratur præstãtissimũ psalmodia suppeditat,nẽpè charitatem,quæ quasi modus quidam concinendi,& in vnũ astringendis omnibus, concordem hãc vocũ excogitauit harmoniã,ad cõsonum chori vnius concentum populum coaptans.*

35 Illa, verba & animos iungit, hinc omnipotẽs cum Deo. *Basilius.*

Quod cũ sit,non quidem immerito quis affirmarit, quod vbi psalmodia viget,feruet charitas,vbi friget,frigescit illa;quod si charitas feruens, ergo & in bono perseuerantia,ergo & legum custodia: enimuero duas inuenio in scriptura legis tabulas,primas Exod.c.32. secundas 34.at cũ hac differentia,nam primæ & si immediatè à Deo exhibitæ,fractæ tamen;secũdæ vero semper integræ,& si non à Deo, sed à Mose præcisæ: quæ huius rei ratio? nõ auderẽ dicere nisi eã expressisset Ambros. in proœm. psalm. quia primæ nõ cõsecratæ cãtico,sicut secundæ: *Denique legis tabulæ prinsquã cantico formarentur per indignationẽ Moysi fractæ,& comminutæ sunt; vbi vero tali signaculo consecratæ sunt,humana locum ira non habuit,quia sanctificatio eam sacræ suauitatis exclusit.* Mira sententia, & satis adrẽ. Tabulæ integræ permanẽt legis, quia cãtico sanctificãtur,per Moysen franguntur,quãdo sine cãtico,quid hinc? sanè mea sententia illud,quod,quãdo in religione chorus viget,leges integræ manent, quando decidit,franguntur;quia ara,hoc est pallliones integræ,quia non adest charitas agglutinãs,vt sanctus ait Basilius.

16 Vbi illa feruet, feruet & charitas, vbi frigescit, simul frigescit charitas.

17 Est perseuerantiæ in bono fundamentum.

18 Religionũ obseruantię per psalmodiam custodiuntur.

Hinc quia hoc efficit,quod summè Deo gratum, fit, vt sicut anima fidei est charitas,ac illa quasi emortua sine charitate lãgueat,sic essentia, ac anima orationum, immo & sacrorum mysteriorum sit psalmodia,vt nullum integrũ, ac,vt sic dicam viuidum celebretur mysterium, quod initium non sumat à psalmis, & finem, quod quidem grauissimè Dionysius affirmauit Areopagita,de Ecclesiast.hierarch. c.3. vbi põderans sacrosanctæ Missæ mysterium à psalmis initium sumi,& in psalmis desinere, merito essentiam mysteriorum omnium psalmodiã appellauit,quasi cætera quæ fiũt veluti quid essent externum,ac adiacens, *porro autem*, ait, *sacra psalmorum modulatio, quæ omnibus ferè Pontificys mysterijs essentiæ instar,& necessario adhibetur, ab eo*,hoc est sacrificio.*quod sanctitate omnibus præstat,abesse nõn debuit.* Cuius rei reddens rationem,idco hoc fieri affirmat,quia nullus ex cæteris scripturæ libris sic animum ad digne celebrandum præparat, ac psalmorum, hincque suprà cæteros se extollens in omnibus Dei affertur mysterijs, tanquam sine vita, si psalmodia sine celebrarentur; vnde Anagogicus sanctus cæteris enumeratis sacræ scripturæ libris,ad psalmorum deueniens,sic ait: *Diuinorum autem cantuum sacrosanctus liber, cui hoc vnum propositum est Dei,& verba, & opera omnia laudare, sanctaque diuinorum virorum verba,atque facta ornare laudibus,generalem adhibet rerum diuinarum, & cantuum,& expositionẽ, atque ad omnia Pontificia sacramenta adipiscenda, & communicanda aptum animum affert ijs, qui ipsum diuinè,ac sanctè recitant*;quod postremum adnotandum,&singula præmenda verba.

20 Nulla oratio sic digne hominem præparat ad celebrãdum ac psalmodia.

Dixit enim psalmodiam aptum afferre animũ,

21 In ea omnium cordis passionũ medicina.

hoc est tanto dignum sacramento, cuius quidem rei ratio, ni fallor ea, quia in psalmis sic vnusquisque suam reperit medicinam, vt si attendere velit, digneque psallere, expleto psalmo aptum inueniet cor, dum antè illum ineptum ad mysteria extabat; quod quidem sanctissimus considerauit Chrysostom. hom. 6. de pœnitent. tom. 5. admirans, cur præ cæteris veteris scripturæ libris, vnus psalmorum sic cordi inhæserit Christiano, vt cæteris quasi neglectis, nullus sit, qui psalmos Dauid ignoret: *Mihi vero*, ait, *sæpenumero admirari contingit, & mecum mente confundor cogitans, & dicens, cuius rei gratia, præ cæteris veteris testamenti, nouique scripturis librum Dauid sic acclamarunt omnes Christiani, atque hunc solum ore voluerunt versari, omnes enim hunc odoriferi loco vnguenti circumferimus ore, in Ecclesiis pernoctantibus, & primus, & medius, & nouissimus est Dauid, diluculo quæruntur hymni modulationes, & primus, & medius, & nouissimus est Dauid, si pompa in funeralibus defunctorum, & primus, & medius, & nouissimus est Dauid; si tela in virginum domibus agitur & primus, & medius est Dauid, in monasteryis sanctis, in cœnobiis virginum, in desertis, & primus, & medius, & nouissimus est Dauid.* Cuius rei reddens rationem sequens, ait, *quia nostram vitam omnibus exornat muneribus, omnia omnibus factus nostram omnino vitam Angelicam reddit, pueris condolescens, iuuenes ad prudentiam vocans, virginibus pudicitiam largitur, senioribus firmitatem donat, peccatores ad pœnitentiam vocat, proficientes roborat, ad gratias agendas excitat, reincidentes in peccatum ad confessionem reuocat, edocet quomodo Dei misericordiam postulemus, quomodo iudicium effugiamus.* Egregiè, omnia omnibus fit psalmus, hinc omnium corda demulcens præparat, & ad dignè ministrandum ducit. Vnctus Dauid à Samuele in Regem, 1. Reg. 16. n. 13. statim inquit scriptura, *quod directus est Spiritus Domini à die illa, in Dauid, & deinceps*; Quid talis directio? Hieron. lib. de traditione Hebraica, *eo quod tunc psalmos canere ceperit.* Ergo Rex futurus, & Dei minister, ad regnum, & ministerium præparandus illa præparatione, qua nulla maior, psalmis quidem, qui omnes passiones ad vnam concordiam redigentes eas Dei administras efficiunt. Vnde merito psalmorum librum citharam vocat sanctus, quasi distractas animas fortiter ad vnam diuinam reducentem consonantiam: *O magnam citharam*, ait, *hominum totius orbis animas, veluti nervos quosdam vnam in cõsonantiam, vnum gloriæ sermonem concrepantem, & congregantem.* Quod cum sit, rectè à Dionys. dictum psalmodiam *aptum*, mysterio *afferre animum* ijs, *qui ipsum diuinè, ac sanctè recitant.* Quod notandum, non enim dixit, qui recitant, sed qui *diuinè, ac sanctè*, hoc est eo modo quo recitandum, quo psallendum, hoc est non solum voce, sed mente, sed spiritu, sed animo sic vno, vt non solum vanas, sed etiam bonas non admittas cogitationes præter eas, quas psalmus indicat; non profecto hoc affirmare, ac suadere auderem, nisi præceptum diui esset Bernardi serm. 47. in Cant. in fine, vbi ponderans psalmodiam à diuo Benedicto *Dei opus* nulli postponendum, ductam, qua autem intentione, siue attentione psallendum præmonens, sic ait: *Vnde vos moneo purè semper, ac strenuè diuinis interesse laudibus, strenuè quidem, vt sicut reuerenter, ita & alacriter Domino assistatis, non pigre, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra transilientes, non fractis, & remissis vocibus muliebre quiddam balba de nare sonantes, sed virili, vt dignum est, & sonitu, & affectu voces Sancti spiritus depromentes.* Adnotandum verbum: *vocem Sancti spiritus depromentes.* Summam enim continent rationem, quare non somnolenti in psalmodia, quare impigri, quare alacriter resonantes, ac fortiter integra pronuntiantes verba; quia nempè *voces sunt Sancti Spiritus.* Pulchra ratio quidem; si indecens, ac Regiæ maiestati indecorum verba eius, ipsius internuntium proferre oscitanter, dimidiatè, balba de nare resonantia, ac sic pronunciata, vt ininteligibilia fint, vt alioqui diuinum recitant officium; quid erit verba non terrenæ, sed cælestis, non humanæ, sed diuinæ, non hominis, sed Sancti spiritus oscitanter, somnolenter, ac balbutienter proferre? væ nobis sic psallentes, quia non strenuè, sed pigrè, & faxit Deus vt non impurè etiam; vnde quomodo purè psallendum sequens sanctus ait: *Purè vero, vt nil aliud dum psallitis, quàm quod psallitis cogitetis; non solus aico vitandas cogitationes vanas, & otiosas, vitandæ sunt & illæ, illa dumtaxat hora, & illo loco, quas officiales fratres pro communi necessitate, quasi necessario frequenter admittere compelluntur; sed nec illa quidem profectò recipere tunc consulerim, quæ fortè paulo ante sedentes in codicibus legeratis, qualia & nunc me viua voce differente ex hoc auditorio Spiritus sancti recentia reportatis, salubria sunt, sed minime illa salubriter inter psallendum reuoluitis, Spiritus enim sanctus in illa hora gratum non recipit, quidquid aliud quàm debes, neglecto eo quod debetur obtuleris.* Vltima verba ponderanda; bonæ, ac sanctæ cogitationes extra illas quas psalmus offert, ideo non admittendæ, quia indebitæ tunc, iniuriam debitis facientes, iniustèque quodammodo alienum præripientes locum, hinc, & si salubres, insalubriter reuoluuntur tunc; quid ergo quando vanæ, quando inutiles, quando, (quod pudet dicere) obscœnæ admittuntur ab his, qui obscœnè viuentes, & in carnalibus voluptatibus immersi ad chorum conueniunt, pensum soluunt, non vt orent, sed ne distributiones perdant, aut Ecclesiasticos census amittant. Proh pudor! ad chorum accurrunt Clerici, Canonici, dignitates (omnia munda mundis) vt Deum laudent, sed quia aliam in nocte habuerunt accurtionem, cœnosas ibi reuoluunt, quas in nocte admiserunt immunditias, impuriores à choro egredientes, ac proindè Deo amplius odibiles; nunquid isti merenter exaudiri, aut psalmodia puros eos reddat, ad sacraque mysteria aptos? immo impuriores efficiet; nam eos purissimos reddit psalmodia, qui prius puri; vnde rectè sanctus suadet Antiochus serm. 105. Canonem psalmorum soluentes ex debito, vt irreprehensibilem illum offerant, inculpatúmque. Quod tũc fiet, quãdo vt ipse ait, *dum psalmos concinis innocẽs es, & simplex, vt illi Hebræorum pueri, qui Domino occurrerũt*

22 Cur in omnium cordibus psalmorum liber præter alios sanctissimus Scripturarum.

23 Dauid ita tum ac Rex diuinitus psalmodia instructus.

24 Cur dicatur cithara psalmodia.

25 Psalmodia qualem cordis recollectionẽ postulet.

Bernard.

26 Bonæ extraneæ & sanctæ ex-

A

B

C

D

1 pellendæ sunt pro tunc cogitationes.

27 Pulchra ratio quare deuotè psallẽdum.

28 Quantum malum in choro distracte canere, quantaque sit ibi enormitas.

S. Antioc.

29 Vt purè psallamus purificamur ante psalm.

cum rotulis, & psalmis. Vnde, qui sic accedens canit, ex puro fit purissimus, &, vt sanctus ait Dionysius, aptissimus ad mysteria, idoneúsque.

30 Chorus ab inde in primitiua Eccles. instit.

Quod quidem sancta Dei Ecclesia à Spiritu sancto edocta considerans iam inde à suo primo nascentis exordio chorum sanctum instituit ad publicas horas, non solum diurnas, sed nocturnas, sic psalmodiam præoptans, & commendans, vt per diem, noctémque eam distribuens, penè totam in ipsa concluserit orationem: quod eo verissimum, si vt sanctus affirmat Doctor lect. 6. in 1. ad Corinth. cap. 14. *Antiquitus dicebantur nocturna dimissa secundùm tres vigilias noctis.* Quod autem psalmorum decantatio in choro antiquissima sit, & ab ipsis recepta Apostolis, patet ex Paulo ad Eph. 5. num. 18. vbi sic: *Implemini Spiritu sancto loquentes vobismetipsis*, id est, *inuicem, & alternatim, vnus loquens, & alter respondens*, vt explicat Haimo, *in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus*, id est, qui spiritualem materiam continent, *psallentes in cordibus vestris.* Vbi vt omnes volunt expositores, vocem non excludit, sed declarat quod præcipuum, & per se necessarium etiam dum voce oratur; patet etiam ex Clem. lib. 8. constit. Apostolic. cap. 40. *Preces vestras facite diluculo, tertia hora, sexta, nona, vespere, & in galli cantu; diluculo gratias agentes, quoniam illuminauit nos Dominus expulsa nocte, & inducto die; hora tertia, quoniam illa hora Dominus sententiam Pilati accepit; sexta quoniam tunc crucifixus est; nona quoniam omnia commota sunt crucifixo Domino, perhorrescentia impiorum audaciam, & non ferentia ignominiam Domini; vespere gratias agentes, quod dederit nobis noctem diurnorum laborum requiem; in galli cantu, quoniam illo tempore nuntiatur aduentus diei ad exercenda opera lucis.* Ex quibus non solum horarum distributionem habes, sed etiam rationem; & ne putet quis de particulari locutus Clemens oratione, infrà ait: *si propter infideles ad Ecclesiam iri non potest: domi cœtus congregabis, ô Episcope.* Ergo de illa oratione, & psalmodia loquebatur, quæ communiter canebatur inter cœtus, & choros fidelib⁹ distributis. Patet ex Iustino Apolog. 2. pro Christianis, ex Tertull. vbi supra Apol. 39. & ibi videndus est Pamelius, vide Durand. de ritibus Eccles. lib. 3. cap. 4. Isidor. lib. 1. de diuin. officiis cap. 22. vnde Plinius iunior lib. 10. epist. 97. ad Traianum scribens hanc Christianorum consuetudinem nempè antelucanè psallendi mentionem faciens, ait: *Præter obstinationem non sacrificandi, nil aliud de sacris eorum comperisse, quàm cœtus antelucanos ad canendum Christo, & Deo, & ad conferendam disciplinam.* De qua re vide Arnobium lib. 1. aduersus Gentes, Epiphanium contra hæreses lib. 3. Basil. epist. 93. ad Clerum Neocæsarien. Hieron. epist. 84. ad Sabinian. August. serm. 251. & lib. 50. Hom in 25. & lib. 9. Confession. c. 7. quorsum hæc tam longo repetita principio? vt sicophantiam, & ignauissimã taxemus vecordiam asinorum stertentium hæreticorum, horas canonicas, & præcipuè chorum reprehendentiũ, hoc est cantum, quasi rem quandam frustratoriam, tempus terentem, nullius vtilitatis, onus impossibile, ac si Deo placet Ecclesiasticis viris indecorum: contra quos videndus Vbaldens. lib. 3. de Sacram. c. 21. Castro verbo Horæ Canonicæ, Durantus, & Bellarm. lib. 1. de bonis operibus, c. 12. & 16. to. 3. controuers. recentioresque, qui de horis scripserunt canonicis; quorum ignauia, vt amplius eluceat, quamque miseri planctu sint digni apertè constet, non iniucundum lectori erit meo, si aliquas hic breuiter addam ex Sanctorum Patrum scrinio rationes, quibus veritatis Catholicæ congruentiam probem, quamque non solum priuata psalmodia Dei Ecclesiæ necessaria, sed etiam cum cantu sit apertissimè demonstrem.

S. Thom.

31 Tres nocturni antiquitus per tres vigilias noctis distinguebantur.

Ad Eph. 5. n. 18. Haimo.

Cl. Rom.

32 Psalmodia erat per horas distributa.

Iustinus. Tertull. Pamel. Durant. Plin. Arnob. Epiphan. Basil. Hier. August. Vbalden. Castro. Durant. Bellarm.

Sit ergo prima Magni Basilij hom. in 11 Psal. qui psalmodiam cum cantu à Sanct. Spir. in Ecclesiam introductam affirmat, vt carnales homines, & qui ad virtutem alias non allicerétur, cantus suauitate allecti, diuina quadam deceptione intercepti suauiter, ac blandè ad deuotionem, ac vitæ emendationem inducerentur: *Nam quando Spir. sanct.* Magnus ait Pater, *nos vidit agrè persuaderi ad complexum virtutis, ac proindè ad ineunda vitæ rectitudinem nos lentescere, quod toti ad consectandam voluptatem propenderemus, quid fecit nimirũ scripturæ suæ dogmatis mistim insperso concinnam istam numerorum modulationem, vt auribus permulctis, ac delinitis melico vocum concentu, clã, ac velut aliud agentes fuueremus in animos nostros irrepere eloquiorum vtilitatem, idque pro more sapientis medici, is enim pharmacum oblaturus austerius culum quidem auersanti cibos, nec probè coquenti, subindè oras calicis prælinit melle.* Quid pulchrius ad vtilitatem non hominum spiritualium, sed carnalium, cantũ in suis Ecclesiis Spir. S. excogitauit, vt omnia omnibus factus omnes lucrifaceret. Quod cum sit, mira diaboli apparet in contradicendo peruersitas, mira hæreticorum effrenis impudentia, dum toti ipsi carnales, & in carnis lasciuiis ad verticẽ vsque immersi, diuinum cantum retractent tanquã quid indecorum, & sensuale, ac in Dei Ecclesiis indecens; ô putidi canes nil aliud scientes nisi cõtra sanctissimum Spi. oblatrare, vos de honestate iudicatis impurissimi nebulones, non certè pro honestare illud habetis, sed diabolico repleti spiritu ab ipso arrepti sanctissimam Spir. sancti inuentionem eludere tentatis, ne à sathanæ vnguibus vos liberet, in quibus miseri recluſi nunc, & nisi conuertamini, in æternum manebitis.

S. Basil.

33 Chorus quàm necessarius in Dei Eccl. ex sanctis probatur.

34 Cantus in Eccl. Dei institutus ad homines blandè emolliendos vt virtutis iter arripiant.

35 Diaboli astu ab hæreticis impugnatur, ne conuertantur.

Secunda ratio sit Iustini in responsione ad quæstiones 107. aut quiuis alius author earum quæstionum inter opera Iustini, diuinum cantum in Ecclesia institutum, vt eius suauitate anima irrigata effrænatas carnis concupiscentias reprimat, ac extinguat: *Excitat* ait, *cantus Ecclesiasticus cum voluptate quadam animum ad flagrans eius, quod carmine celebratur desiderium, affectiones, & concupiscentias carnis frenat, cogitationes malas inimicorum, quos cernere non est, sua gestione obedientes demolitur.* Si tam proficuus, cur reprehenditur? nescio an aliam ob causam; nisi, quia tædet istos malas non pati cogitationes, bonas tenere, sine impudicis viuere, pudicas admittere, sic obscœni, vt obscœnitatis impedimenta detestentur ac proindè & sanctissimæ Ecclesiæ cantum.

Iustinus.

36 Cantus diuinus malas refrenat cogitationes.

Tertia ſit Auguſt. in prolog. pſal. aſſirmantis, ideo cantum in Eccleſia inſtitutum, quia non ſolum veteribus animarum vulneribus: *veteribus* (ait de pſalmo loquens) *namque animarum vulneribus nouit mederi, ſed & recentibus velociſſimum ſolet adhibere remedium, & vniuerſis pariter paſſionibus ſubuenire, quæ dominationibus variis humanas animas agunt, & hoc ſit modulatione quadam, & delectabili canore humanum animum ad pudicitiam prouocante.* Vt expertus loquebatur ſanctus; qui planè de ſe confitetur 9. confeſſ. cap. 6. ad lachrimas, ad fletum commotus ſuæ conuerſionis principio ab Eccleſiæ cantu, totúmque cor, quod prius durum, reſolutum, liquefactúmque diuinas audiens modulationes, *quantum*, inquit, *fleui in hymnis, & canticis tuis, ſuauè ſonantibus Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter; voces illæ influebant auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum, & ex eſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat in eis.* Adnoto ex cantu Eccleſiæ Dei veritatem eliquefieri in cor, contrarium potius debebat dicere, cor liquefieri, non Dei veritatem; at propriſſime locutus eſt ſanctus ad effectum, quem in ſe expertus ex diuino fuerat cantu attendens: perpende Auguſt. ante conuerſionem hæreticum, & aſpicies, quàm dura illi veritas fiebat Catholica, eam deridens, impoſſibilem iudicans; immo rationi contrariam, & homine eloquente indignam; quod planè ipſe fatetur lib. 3. Confeſſion. cap. 5. *Inſtitui in animum*, ait, *intendere in ſacram ſcripturam, vt viderem qualis eſſet, & viſa eſt mihi indigna, quam Tulliana dignitati compararem, tumor enim meus refugiebat modum eius, & acies mea non penetrabat interiora eius.* Et lib. 5. cap. 10. *deſperabam in Eccleſia tua Domine poſſe inueniri verum, multúmque turpe mihi videbatur credere figuram te habere humanæ carnis, & membrorum noſtrorum lineamentis corporalibus terminari*: & infrà: *cum enim conaretur animus meus recurrere in Catholicam fidem, repercutiebar.* Cuius rationem infrà addens cap. 11. ait: *quia quæ illi* (hoc eſt Manichei) *in ſcripturis tuis reprehendebant, defendi poſſe non exiſtimabam.* Et ſuprà lib. 4. cap. 10. *Irridebam ſanctos ſeruos, & prophetas tuos.* En quàm dura veritas illi videbatur Catholica, at liquefacta in cor ipſius ſe immerſit, non quidem alio igne, quam pſalmodiæ, quàm diuiniſſimi Eccleſiæ cantus; nam dum dulciter illam in aures eius inſtillabat, ſuauitérque per modulos in cor introducta, ex maſſa quadam dura in ſuauiſſimum redacta vnguentum in cor infundebatur, vnde æſtuans foras in lacrymas prorumpebat dulciter, molliter. Mirabilis diuini Eccleſiæ cantus effectus; hinc peruerſitas dæmonis, hæreticorúmque obſtinatio panditur, dum enim ipſi obſtinate in malo viuere appetunt, & pertinaciter veritati reſiſtere Catholicæ, diuinum cantum fugiunt, ne hæc, quæ ipſis dura, emolliatur, & in cor ſe effundat eorum, ipſam refugientes vitam, ipſam medicinam.

Auguſt. 37. In inſtanti impetus extinguit paſſionem.

38 Cantu veritas Catholica liquefit, & dulciter in cor intrat.

Sit quarta ratio Clementis Alexandrini lib. 6. Stromat. cap. 5. ab Eccleſia pſalmorum cantum inſtitutum ad noſtram incantandam cupiditatem, & Deum glorificandum, pro bonis acceptis, pro beneficiis impenſis; & præcipuè quando edimus, & conueſcimur, ne more brutorum toti in dapibus immerſi ſurſum cor eleuare negligamus: *Eſt ergo* (ait Alexandrinus) *attingenda muſica ad mores ornandos, & componendos; ceriè iam in conuiuio nobis inuicem pſallendo propinamus, noſtram incantantes cupiditatem, & Deum glorificantes propter copioſam donationem eorum, quibus vtuntur, & fruuntur homines, & quod perpetuo ſuppeditata fuerint nutrimenta ad augmentum corporis, & animæ.* Quid ad hæc hæretici? certè illud, & in menſa ſuperfluam pſalmorum eſſe mulcam, quia brutalem incantat cupiditatem, & eam percipere non ſinit; vnde cum more brutorum conueſcere ambiunt, delectationem tantum attendentes ſenſualem, Angelicam refugiunt pſalmodiam, quia ſpiritualis, non carnalis.

Pſalmodia inſtituta inter epulas vt cor ad Deum ſubleuetur, & humana cupiditas incantetur.

Sit demum quinta diui Ambroſij Concion. de Baſilicis non tradendis tom. 5. prudentiſſimè ſanctiſſimam Eccleſiam laudes Chriſti in cantu poſuiſſe, vt eas cantantibus Catholicis, hæretici ſcindantur, quo laudem Chriſti ſuam æſtimant mortem; retractans enim ſanctus locum illum, Luc. 19. quando cantantibus pueris Domino, *ôſanna*, impij crepabant Iudæi, ſimiles his hæreticos faciens, ait: *ſemper enim Chriſti laudes verbera perfidorum ſunt, & nunc cum laudetur Chriſtus dicunt hæretici, quia ſeditio commouetur.* Egregiè, in cantu perſonat Chriſti laudem Eccleſia, & iſti dicunt quod contra Chriſtum pugnamus, dum quaſi ſurdum eum efficimus: *dicunt hæretici quia hic mors paratur*, ſequitur ſanctus, *& veram mortem habent in laudibus Chriſti.* Nil melius, Deo canimus, vt vitam lætam ducamus, & quam hilariter ſub iugo Chriſti degimus ſimul omnibus innoteſcat; & ſcioli iſti nebulones onus incomportabile dicunt ſuper nos impoſitum ab Eccleſia, cum verè nos non doleant ſed laudem Chriſti, quæ ipſis vere eſt mors, ſenſibile tormentum; hinc rectè concludens ſanctus hæreticos peiores Geraſenis eſſe affirmat, nam illi præſentiam, iſti vero laudem Chriſti non ſuſtinent: *Geraſeni præſentiam Chriſti ferre non poterant; iſti peiores Geraſenis nec laudationem Chriſti ſuſtinere poſſunt, videntes pueros Chriſti gloriam concinentes, irridentes iſtam ecclæſiam fidei plenam, cum dicunt Ecce quid clamant?* Nil ad rem aptius, vani iſti nos irrident, quia canimus quaſi quid indecorum, quaſi quid à Regia maieſtate ne dicam Pontificali alienum; ô miſeri, & inſenſati, vos de maieſtate, vos de grauitate iudicatis, omnino homines bullæ, ſummæ leuitatis; ergo indecor⁹ Dauid qui totis viribus coràDei arca pſallebat, & ſaltabat. Ergo indecorus Moïſes cũ populo Dei, qui totis medullis laudẽ Dei decãtauerũt? ergo indecori tres ſanctiſſimi pueri, qui in medio ignis vno ore exultantes altiſſimè Deum benedixerunt? Quid ergo? indecori ipſi Angeli Dei cuius proprium Deo decantare, & pſallere? *Pſalmodia* diuus ait Antiochus hom. 105. Biblioth. Patrum tom. 7. *eſt opus incorporearum virtutum Deo adminiſtrantium, & indiuulsè aſſiſtentium.* At nunc percipio, quare hæreticis indecora, quia non Deo, ſed diabolo adminiſtri, & indiuulsè ei ſemper aſſiſtentes, irrideant fideles in

D. Amb. 40 Et ſimul vt hæretici ſcindantur.

Luc. 19.

41 Cur illis ſic infenſa pſalmodia.

Antioch.

Cl. Alex. 39

Christo paruulos, gloriam Christi *decantantes.*

42 Ipsa inuenta vt dulciter è vita animæ discedant sanctorum.

Addam tandem ex speculo exemplorum vltimam verbo *Angelus*, exemplo 10. vt *Dei serui*, & ipsi chari non coactè, sed libenter, ac suauiter choros audientes psallentium ab hac vita discedant, ibi enim narratur, quod cum sanctissimus Gabriel, & Michaël viro cuidam perfectissimo in morte assisterēt, vt eius animam acciperent, illa autem exire renuente dixisse Gabrielem Michaëli: *Assume iam animam istam, vt eamus*; cui Michaël *iussi fuimus à Domino, vt sine dolore ejiciatur, ideóque non possumus nos vi euellere eam; & exclamauit Michaël voce magna dicens: Domine quid vis de anima hac, quia non acquiescit nobis vt egrediatur? & venit eis vox, Ecce mitto Dauid cum cithara, & omnes psallentes Hierusalem, vt audiens psalmodiam ad vocem* B *ipsorum egrediatur, cumque descendissent omnes in circuitu animæ illius cantantes hymnos, sic exiliens anima illius sedit in manibus Michaëlis.* Quod cum sit, merito psalmodiæ cantus ab hæreticis impugnatur; ipsi enim cum crepando moriuntur, sic, vt si Angelicam audirēt harmoniam etiam exire repugnarent, ideo Ecclesiasticum refugiunt cantum, quia ad superna animā, & extra carnalem ducit vitam exire desiderans à corpore, quod ipsi summè abhorrent.

43 Psalmodiæ cantus, qualis in Dei Eccles. esse debeat.

At licet sanctissimus sit Ecclesiæ cantus, & sanctissimè sonora musica psalmi decantentur, cum hoc tamen libet in calce huius discursus admonitiunculam inserere, scilicet, vt talis sit in Ecclesia Dei cantus, qui deuotionem mo- C neat, non saltationem, quid cor pungat, non corpus, qui grauitatem redoleat, non vanitatem: *est autem*, ait Alexandrin. vbi suprà, *supernacanea respuenda musica, quæ frangit animos, & varie afficit, vt quæ sit aliquando quidem lugubris, aliquando impudica, & incitans ad libidinem, aliquando limphata, & insana.* Pendo verbum *Limphata*, quæ Limphata musica? profecto illa quæ non ad Deum oblectandum, sed homines, non ad Angelos, sed mulieres in Ecclesia strepit: Limphatici enim sic dicebantur, quasi Nimpharum conspectu in furorem versi, nam vt inquit Festus: *creditum est antiquis, qui in fonte speciem quandam, id est imaginem nimphæ vidisset, furore corripi.* Hinc Limphatici, & Limphata musica, proh pudor! videmus, & toleramus, immo vident, quibus medendi potestas, & tolerant, in Dei Ecclesia musicas, quas potius Circēses dixeris, quam Ecclesiasticas; & homines non spiritu deductos cantantes, sed furore libidinoso, non Deo creatori, sed creaturæ complacere desiderantes, certè tales cantus

45 Dauid quā musicam instituit.

sanctissimus non docuit Dauid Ecclesiasticæ musicæ author: nam, vt rectè adnotat Alexandrinus, vbi suprà, ipse Doricæ harmoniæ inuētor, quæ grauis, & honesta, cum aliæ molles, & effœminatæ, & illam non has ab eo sumpsisse Terpandrum, quem falso Græci, vt scribit Plutarchus in musica, modorum, musicorum faciunt authorem: nam teste Alexandrino, non eos ille inuenit, sed à Dauid accepit: *Barbari itaque psalterij harmonia*, ait, hoc est Dauidis, nam sic eam appellabant Græci: *cum sit omnium præstantissima modorum, honestatem ostendens, & grauitatem, cum sit antiquissima, maximè fuit exemplum Terpandro ad Doricam harmoniam.* Gentilis ergo ad Gentilitiam Deorum synagogam musicam transferre satagens cum posset mollem, & effeminatam, seu limphatam, vt ait Alexandrinus, noluit, maiestati Deorum indecens illud reputans, & indecorum; & Sacerdotes Christiani, & Christi Pontifices, in sanctissimam eius Ecclesiam, coram omnipotentissimo Dei filio, non Doricam admittunt, sed limphatam, sed mollem, sed impudicam, sed effeminatam, animos non ad deuotionem, sed ad lasciuiam incitantes, quasi non cautum à sanctissimo Aquisgranensi Concil. c. 132. & 133. cantoribus: *vt ædificationem, non adulationem populi querant, dum sacras lectiones, & psalmos, atque hymnos modulatis vocibus canunt.* Et quid si hoc, non sæculares, sed claustrales, si Monachi, si Monachæ, Deóque dicatæ virgines, ad quas audiendas, non ad sacrum officium accurrunt miseri sæculares, tali impudentia, fronte sic perfricta, vt non erubescant soluto cantu eius ad quam audiendam accesserunt statim ab Ecclesia exire, infecto sacro, miseri audientes, & miseriores cantantes, cantatricésque hæ non quidem Deum, sed diabolum, oblectant, ille de ipsis tripudiat, non Dei Angeli, vt sanctus affirmat Abbas Horimundensis, vt habetur in vitis *virorum illustrium ordinis Cistercienſis*, de quodam Monacho sic lasciuè cantante, cuius modulatione finita: *vt à quo merces*, ait, *ridiculosi cantus speranda esset intelligeret, tam ipso, quam cæteris, qui circa ipsum erant videntibus apparuit damonculus teter, & fuscus in modum pueruli, qui manibus impuris faciens plausum, & miro modo cachinnans exclamauit dicens, ô bene, bene cantasti, optimè cantatum.* Quid? nunquid horum consonas voces audit Deus? minimè, raucas potius, sed cum deuotione effusas; notum enim est illud Thomæ Cantipratēsis lib. Apum cap. 40. part. 10. cantantibus, & discantantibus Canonicis in præcipua cuiusdam sancti festiuitate finitis officiis: *vox cælestis omnibus audientibus dixit, nullus exauditur nisi raucus; & stupefacti omnes aduerterunt despectum quendam cum voce lugubri, & discordanti in angulo extitisse.* Quid? nunquid sic cantantes mensuram implent supernorum meritorum? an potius dæmonibrum saccum, vt grauiter narrat Cæsarius D lib. 4. c. 8. cantantibus enim lasciuissimè quibusdam Canonicis in quadam solemnitate, deuotum quendam fratrem vidisse affirmat: *dæmonem in loco eminentiori stantem, saccum magnum, & longum in sinistra manu tenere, qui cantantium voces dextera latius extensa capiebat, atque in eundem saccum mittebat, audiant hæc.* Dicam cum Hier. in illud Apostoli ad Ephes. 5. *Psallentes, & cantantes in cordibus vestris*, horum cantus improbans; *adolescentuli, audiant hi quibus in Ecclesia officium est psallendi, Deò non voce, sed corde canendum, nec in tragœdorum modum guttur, & fauces dulci medicamine collidendas, vt in Ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica, sed in timore, in opere, in scientia scripturarum.* Quibus consideratis, quam profanum, quam indecorum in sacro Ecclesiastico cántu tales immiscerī lasciuias, satis per se notum fit; vnde censuram addam sanctissimi Cardinalis Bellarmini nostri sæculi splendoris, qui sensatissimè vbi sup. c. 17. in fine affirmans difficile alia instrumenta

Concil. Aquisgr.

47 Quis cantus in Eccl. permissus, quis prohibitus.

48 Cantores & cantatrices prophanè in Dei Eccl. cantantes non Deum, sed diabolum delectant.

Cantipr.

49 Earum vox non exauditur.

Cæsarius.

50 Sæculum implet dæmonis.

Hieron.

51 Quomodo canendum.

Clem. Al.

44. Limphatici qui.

Festus.

46 Gentiles à Dauid musicam mutarunt.

Plutarch.

52. Peccatum est sacrilegij in Eccl. fasciuè canere.

præter organa in Ecclesiis introducenda sic concludit: *Neque enim leue peccatum, vel sacrilegij, vel superstitionis existimandum est, si quis inter sacra celebranda lasciuum aliquid organis ludat, & audientium animos non ad pietatem, sed ad amorem mundi, & carnis accendat.* Quam ego & ad voces extendo.

53. Ad canendum in Eccles. ii cantores debẽt eligi, qui vita probati.

Immo sic sacrum, sic quid diuinum apud omnes cantus deberet esse sanctissimæ Ecclesiæ, vt hi tantum cantores deberent eligi, qui vita probati, qui moribus instructi, vt cum voce, & vita simul concordaret, & quia hoc in Ecclesia Romana antiquitus non fiebat, sed ad vocem attendentes, non ad vitam, presbyteri eligebantur ad sacrum mysterium non ea vitæ qua debebant probitate, sanctissimè Magnus Greg. in Concil. Romano quod ipse tenuit, & habetur in registro epistolarum eius lib. 4. epist. 44. sub anathemate illud interdixit: *In Romana Ecclesia*, ait, *dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, vt quidã ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, & in Diaconatus ordine constituti, modulationi vocis inseruiant, quod ad prædicationis officium, eleemosynarúmque studium vacare congruebat; vnde sit plerumque vt ad sacrum ministerium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur, & cantor minister Deum moribus stimulet, cum populum vocibus delectat, qua in re præsenti decreto constituo vt in hac sede sacri altaris ministri cantare non debeant, si quis autem contra hoc decretum venire tentauerit, anathema sit.* Singula attendẽda. Ad Sacerdotium eligebantur non vitæ merita considerantes sed vocis, quid absurdius? attende nunc, si aliquid simile vides in collegiatis, & execrare: secundo, minister populum vocibus delectabat, sed Deum moribus stimulabat, quid incongruentius? proh pudor! cincinnatos, calamistratos cantores in Ecclesia aspicimus, quorum vita Deo, & hominibus fœtet, veste serica, musco, & ambare redolentes, gemmis nitentibus, ac picta facie incedentes, quos potius mulieres, quam homines dices, & nemo est qui sortem Domini doleat, nemo, qui peccatori dicat, quare Dei iustitias enarras? & testamentum Dei, sacrámque eius concinnitatem per os tuum assumis? certè Gregorij sanctissimi temporum Lex ad nos deuenit, quando non Dei cultum, sed nostram quærimus delectationem, nostram sensualitatem, ideo dum cantor nos delectet, stimulet vita Deum.

S. Greg. 54 Sic à sanctissimo Greg. PP. statutum.

55 Cantores Ecclesiasticos valde impugnat demon, & præcipuè si malæ vitæ, & cur.

Hinc tales dum sic cantant, & talem gerunt vitam, duplo peiores fiunt, quam cæteri sæculares, cuius ratio, quia mira in illis incenduntur ira dæmones, mira crudelitate, ac proinde maiori eos perdere, ac tentare satagunt conatu; eo quod & si ipsi peccatores, tamen quia in Ecclesia canunt, & psalmos redolent, ipsa psalmorum vi, ipsiúsque cantus efficacia expelluntur dæmones ad sanctissima psalmi trementes verba, qua iniuria accepta ad ea vindicanda armantur, contra peccatorem psallentem duplicato reuertentes furore, quod aptissimè considerauit Carthus. exponens illa verba Philistinorum 1. Reg. c 4. n. 9. *confortamini, & state viri Philistim ne seruiatis Hebræis.* Vbi adnotat ad clamorem Israëlis valde timuisse Philisteos, sed postea se animasse, acriúsque insurgentes vicisse; quid hoc ait Chartus. sanè, quia sicut ad clamorem cantus Ecclesiastici fugantur dæmones, sic postea per vitiosam cantorum vitam reuertuntur eos debellãtes, superantes, *Quemadmodum*, inquit, *ex clamore Israëlitarum fuerunt Philistæi perterriti, sic dæmones ex cantu, & pulsu ex sacris, & sacramentis Ecclesiæ solent arceri; postea vitiosam Ecclesiasticorum vitam cernentes, qui Deum ore laudantes, cor suum longè ab ipso auertunt, hortantur seipsos ad impugnandum, ex quibus heu, prosternunt quotidie millia multa, quos ad diuersa, & grauia ducunt peccata.* Nil verius.

Hinc purissimi eligendi essent in Ecclesia Dei cantores, & ob hoc purissimi etiam existere deberent religiosi ad chorum destinati, sanctissimæ addicti psalmodiæ, quæ vt beatus affirmat Brunus Herbipolens. Episc. in psal. 135. super illa verba: *adhæreat lingua mea, est consolatio stũtium, cura dolentium, sanitas ægrotorum, anima remedium, miserorum omnium refugium.* Immo animæ in Deo exultantis vnica lætitia, hinc vt perfecta omnino Israëlitarum esset post maris rubri trans nationem, vt noster ait Sapiens, eorum linguas Deus aperiens, *illi decantauerunt.*

S. Brun. 55 Psalmodiæ effectus.

HOMILIA XXIX.

Baptismi beneficium admirabile: & de Ioannis Baptistæ excellentia.

LAudem decantauerunt Domino Israëlitæ post maris rubri transitum hilariter, fortiter, ac vt plena esset, non solum voces, sed laudis sensum in corda Deus infudit eorum, quod beneficium non vltra salutem se profudit corporalem, spiritualem vero non attigit: *Patres nostri omnes sub nube fuerunt*, ait Apost. 1. ad Corinth. c. 10. n. 1. *& omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari.* Quomodo baptizati in typo ait Theodoretus: *Illa erant*, ait, *nostrorum typus, mare enim imitabatur piscinam, seu lauacrum, nubes autem gratiam Spiritus, Moses vero Sacerdotem, virga autem crucem: Israël vero significabat eos, qui baptizantur, persequentes vero Ægyptij implebant figuram dæmonum, ipse autem Pharao erat imago diaboli.* Quibus consonant Chrysost. Anselm. Theophyl. omnésque simul expositores, ergo ipsi materialiter, nos in illis spiritualiter, ipsi in figura, nos in re, ipsi corporalem gratiam acceperunt, nos spiritualem, ipsi corpus, nos animam per baptismum saluamus, quale ergo hoc beneficium tquam magnum? & quales Deo gratias, laudésque referre ob illud deberemus? equidem ingẽtissimas: nam vt affirmat Nazianzen. orat. in sanctum baptisma: *Omnium Dei beneficiorum baptismus præclarissimum est, & præstantissimum; vt enim quædam Sancta sanctorum vocant, & Cantica canticorum, quod scilicet latius pateant, ac plura complectantur, præcipúámque diuinitatem habeant, eodem modo baptismus quoque illuminatio dicitur, quod omnes alias illuminationes præcedat.* Quid magnificentius de baptismo dici potuit? quod, vt innotescat, & quale, quantumque extitit, quamue magnum beneficium hoc sacramentum, ex duobus illud nobis expendendum capitibus, primum ex institutionis modo, secundum ex eius effectibus.

1. Cor. c. 10. n. 1.

Theodor.

Chrysost. Anselm. Theophyl.

1 Israelitæ in figura baptizati non in re, ob quod & maiores Deo rependere gratias debemus.

2 Baptismus omnium beneficiorũ præstantissimus.

Ex modo ergo magnitudo penſanda eſt Baptiſmi, qualis illa? admirabilis profectò, Dei nempe filius primo ſe baptizans, in aquis ſe primum immergens, ſi cætera recolas ſacramenta verbo tantum inſtituit Chriſtus, at hoc diuinum, non ſolum verbo, ſed exemplo, ſed opere, ſed actione, volens ipſe baptizari, & mundiſſimus ob noſtrum exemplum mundari; at cur hoc? & cur Chriſtus hoc modo tale tantúmque voluit inſtituere ſacramentum? certè, & multæ, & magnæ adſunt rationes.

3. Cur Chriſtus baptizari voluit.

Sit prima à Chryſoſtomo eruta, vt non ſolum ſua nobis daret, ſed ſua à nobis quodammodo accepta haberet, ſic noſtri erat amans; expendens enim Chryſoſt. illa verba Ioannis, Matth. 3. n. 14. *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me*, ſic ait hom. 4. in Imperf. *vt tu me baptizes eſt idonea ratio, vt inſtus efficiar, & dignus cælo, vt autem ego te baptizem, quæ eſt ratio? omne bonum de cælo deſcendit in terram, non de terra aſcendit in cælum*; premo vltima verba Chryſoſtomi, ſic enim noſtri amans extitit Chriſtus, ſic nos dilexit, vt quia in ſummam noſtram gloriam cedit Deo dare, non ſolum ſua nobis dare voluit, ſed ſua quaſi à nobis acciperet, & ſi effectiuè non poterat, ſaltem demonſtrare attentauit, baptizari à Ioanne voluit, ad Ioannem, quaſi mundationem neceſſitans, quaſi ſanctitatem, quaſi gratiam, quaſi aliquid bonum, accurrit, cum ab illo omne eſſet bonum, vt ſic quodammodo ſeipſum decipiens ab homine accepiſſe reputans, vt gratias rependeret mori pro illo dignaretur, quaſi ex debito iuſtitiæ, & gratitudinis, non ex pura gratia, & beneficio. Qualis hic amor? quale hoc beneficium?

Matth. 3. n. 14.

4. Vt noſtri aliquid acciperet.

5. Vt abiecta noſtra ſubleuaret.

Secunda ratio ſit, vt abiecta noſtra ſubleuaret, ſic, vt ipſammet peccati pœnã remediũ efficeret peccati, vnde non ſolum noſtra altiora, peccatum depreſſa animam ſcilicet, eiúſque potentias ſubleuare voluit, ſed infima, hoc eſt corpus, immo, quod admirabilius, ipſam peccati maledictionem remedium cõſtituens peccati, maledictio quidem peccati extitit illa Geneſ. 3. n. 19. *pulvis es, & in pulverem reverteris*, quæ per peccatum homini inflicta ſummè illum abiectum conſtituens, conſequenter & abiectiſſimos eius conſtituit cineres, quos in ſe Chriſtus amore noſtri ſuſcipiens factus homo ſic ſubleuauit, vt quaſi diuini, non amplius effectus eſſent mortis, ſed vitæ, non iræ, ſed gratiæ. Ideóque baptizari voluit, & toto corpore ablui, vt noſtri cineres in eo qui prius effectus erant peccati, & mortis, eſſent gratiæ, & vitæ, aquas ſanctificantes, & quodammodo viuificantes, vt ſic totus homo in honorem reſurgens, in eius gloriam cederet etiam peccati ipſa pœna. Cõburebatur vacca antiquitus ex præcepto Domini, Num. 19. & in cineres redacta ſanctificabant iſti aquam in eam iniecti, ſic vt immunda, munda per ipſos reddebãtur, adeo, vt qui illa non expiatus in ſanctuarium Domini temerario auderet ingredi auſu, non minus quàm pœna plecteretur mortis, n. 20. *Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Eccleſiæ, quia ſanctuarium Domini polluit, & non eſt aqua luſtrationis aſperſus.* Quæ eſt iſta vacca, qui ſunt iſti cineres, quid lex illa ſignificabat mortis, niſi Chriſtum qui noſtros

Geneſ. 3. n. 19.

Num. 19. n. 10.

6. Eius noſtri aquas ſanctificat per Chriſtum.

A ſumit cineres, qui pro nobis extra portam occiſus, vt ait Apoſtolus ad Hebræos 13. n. 12. & pro nobis baptizatus in aquam immerſus eas ſanctificans, ſic vt, qui non illis luſtratus, de medio pereat Eccleſiæ? Audi Ambroſ. c. 3. in Luc. lib. 2. *Baptizatus eſt ergo Dominus*, ait, *non mundari volens, ſed mundare aquas, vt ablutæ per cineres Chriſti*, ſic legendum, vt legit Suarez tom. 3. de ſacr. diſput. 21. ſect. 2. non *carnem*, alludit enim Ambroſ. ad figuram allatam, *qui peccatum non cognouit baptiſmatis ius haberent.* Pulchrè, nullum ad expiandum ius aquæ habebant, ex vaccæ crematæ cineribus illud hauriebant, quæ dum in illis immersæ ſanctificationis gratiam impartiebant, ſic aquæ & nunc nullum ad expiandum ius habent, tota illarum ad ſanctificandum vis ex Chriſti cineribus, ex illa ſanctiſſima humanitate, quæ dum in illis immergebantur, ſanctificabant aquas.

Hebr. 13. n. 12.

Ambroſ. 7. Chriſti ſignificabant humanitatem.

B

Tertia erit ratio, vt ait ex Chriſt. S. Thom. 3. parte quæſt. 39. art. 1. in corpore. *Baptizari voluit*, ait Chryſoſtom. *vt ſanctificatas aquas relinqueret poſtmodum baptizandis*, ſic ſanctas eas reddens, vt ſub Deo nulla maior, nulla maior dixerim, nam ex ſanctiſſimo illo contactu, & ex ſanctiſſimis illis cineribus, ita in altitudinẽ gratiæ eleuatæ ſunt, vt pœnè dixerim maiorem illis Deum tribuiſſe, quàm virgini. Quod quidem admirandum: non auderem hoc promere, niſi prius illud affirmaſſet Auguſt. ſerm. 36. de tempore, qui eleganter effectum, quem Chriſti baptiſma aquis contulit exprimens, ſic ait: *Filium genuit mater, & caſta eſt, Chriſtum vnda lauit, & ſancta eſt, nam ſicut poſt partum glorificata eſt Mariæ caſtificatio, ita poſt baptiſmum aquæ eſt purificatio comprobata, niſi quod pœnè maiori munere, quàm Maria vnda dicata eſt, illa enim ſibi tantum meruit caſtitatem, iſta nobis contulit ſanctificationem, illa meruit ne peccaret, iſta vt peccata purgaret, illi eſt collata virginitas, iſti donata fœcunditas.* Egregiè, ex contactu carnis Chriſti Mariæ virginitas collata, & aquis fœcunditas gignens non filios mortis, ſed vitæ, non odij, ſed amoris, ad hanc ſublimem euectæ altitudinem ex noſtrorum cinerum immerſione. *Vnde pollutas diluuio*, vt diuus ait Hieron. in epitaph. Paulæ, *& totius humani generis interfectione maculatas ſuo Dominus mundauit baptiſmate*, ſic, vt quæ prius maledictæ, poſtea beneficio Chriſti benedictæ, vt non ſolum ipſæ ſanctæ, ſed ſanctitatem impertientes, vt videas quale Chriſti baptiſma noſtrum extiterit beneficium, noſtrúmque emolumentum.

S. Thom.

8. Baptizati Chriſtus voluit vt aquas relinqueret ſanctificatas.

Auguſt.

C

Quarta ratio ſit, vt à principio ſuæ prædicationis per baptiſmi humilitatem ſe amplius Deum proderet, quã per crucis exaltationem; cum neſcio quid in hac Chriſti actione refulget humilitatis, & gloriæ ſimul, vt plus Deus in aquis deſcendens ſe oſtenderit, quam in cruce ſubleuatus, & plus effecerit lauans ſe baptiſmo aquæ, quam baptiſmo ſanguinis; ibi enim & ſi in cruce, exaltatus tamen, hic non exaltatus, ſed immerſus, ibi ad crucem alienis manibus licet voluntariè, vt peccator confixus, hic ipſe voluntariè, & ſponte per ſe ad baptiſmum accurrit pœnitentiæ, quaſi peccator, ibi hominem ad ſe attraxit, hic homo illum, qui ſub aquis peccatorum degens, vt ex aquis eum

9. Aqua maiorem ex cõtactu Chriſti accepit, ſanctitatẽ, quàm ipſa ſanctiſſima Virgo.

10. Per baptiſmum & Chriſti gratiam quantum cineres humanitati qui maledicti prius ſubleuantur.

11. Chriſtus baptizatus vt Deus innoteſceret, & amplius quàm in cruce.

D

Digitized by Google

extraheret, aquis se immergi voluit, vno momento fraudem dæmonis destruens, gratiam infundens, simúlque cum homine, rediuuo ad superna ascendens. O mirus Christi amor in homines! ô infinita Dei charitas! sic ad hominum salutem accurrit, vt quia iste in aquis iniquitatis immersus absorptus, & mortuus, & si Deus, & si sublimis non dubitauerit submergi, vt hominem subleuaret, hinc quia hic ampliorem ostendit humilitatem, amplius manifestatus est Deus. Quod pulchrè considerauit Ambros. vbi sup. affirmans in nullo opere sic se Deum Christum manifestasse, ac in illo Baptismatis; *Quo igitur*, ait, *magis opere, quo magis mysterio Deus (quamquam Deus in omnibus) quàm hoc probatur, quando per totum mundum, quia generis humani conditio diffunditur per separatarum diuersa, tractúsque regionum, vno momento, in vno corpore, Deus fraudem vetusti erroris abolenit, gratiam regni cælestis effudit? vnus enim mersit, sed lauit omnes, vnus descendit, vt ascenderemus omnes, vnus omnium peccata suscepit, vt in illo omnium peccata morerentur.* Egregiè, vbi adnotanda illa verba, *vnus mersit, vnus descendit*; vt nos Deus saluaret, vt Christus nos apprehenderet, non solum ad exaltationem crucis ignominiosam, ascendere voluit, sed ad ignominiosissimam (vt sic dicam) in aquis mersionem, descensionem; hinc amplius ex hac immersione Deus manifestatur, quàm in illa exaltatione, nam, vt idem ait Ambros. vbi sup. *Quando enim abiectior humilitas, tanto diuinior prouidentia, iniuriarum suarum acerbitate Deus proditur, & remediorum suorum vsu; qui nullis remediis indigeret Deus probatur.* Quid pulchrius? acerba quidem Dei fuit iniuria, vt peccatorem ad Ioannem accedere; à Ioanne baptismo baptizari pœnitentiæ, quasi pœnitentia indigens; at iniuriarum acerbitate Deus proditur, demonstratur, innotescit, exaltatur, quia dum nullis ipse indiget remediis, & tamen eis vtitur, dum remedia illas res efficit, quæ antea non erant, certè Deus ex hoc probatur. Quid aquæ ante Christi immersionem? pura elementa, post illam verò sacramenta. En quàm omnipotens, qui ad illas descendit, solius enim Dei est constituere sacramenta. Ergo ex vsu remediorum Deus probatur, ex acerbitate iniuriæ Deus progreditur; vnde egregiè Synodus Ephesina de Christo affirmat, *vt quæ exinanitionis erant, & perpetuo accuratè obseruabat.*

Ambr.

12. Deus acerbitate iniuriarum proditur, & remediorũ vsu.

13. Christus baptizari voluit vt frater esset noster fidelis.

At quinta ratio erit, vt sic quidquid erat hominis sanctificaret, vt nil ipsius remaneret non sanctificatum, & non solũ frater fieret noster, & nobis similis per carnalem natiuitatem, sed etiam per spiritualem, vt nullum remaneret consanguinitatis genus, quod nobiscum non contraheret, sic nostra concupiscens, vt nil reliquerit nostrum non carnale, non spirituale, totum assumens, & veluti absorbens. Quod quidem pulchrè, & grauiter dixit Nazianz. in orat. in sanctum baptisma, qui obseruans tres esse hominis natiuitates, naturalem scilicet, baptismalẽ, & resurrectionis, ideo affirmat quod baptizari voluit, vt sicut naturalem sanctificauit per suam natiuitatem frater noster per illã effectus, & resurrectionem per eandem suam, sic & baptismalem, vt per eius sanctissimum

Nazianz.

14. Triplex natiuitatis hominis genus.

baptisma, & nostrum sanctificaret, & noster efficeretur iterum spiritualis pater, sicut per natiuitatem erat iam carnalis; Audiamus Gregor. *Triplex natiuitatis genus*, ait, *orthodoxa fides agnoscit, primum corporum, alterũ baptismi, tertium resurrectionis, horum primum nocturnum, & seruum est, libidinique obnoxium.* Pulchrè, prima natiuitas nocturnam vocat, seruam, libidinosam; nocturna quatenus per honestatem, ac verecundiam proprium eius tempus nox est, vt hic noster affirmat Sapiens, & nos alibi diximus; serua verò quatenus libidini seruit volens, nolens, vt optimè Niceras, quia sæpè *voluptatis amore matrimonium contrahi solet*, ideo merito prima nostra natiuitas nocturna, & serua dicitur, non sic autem secunda, vnde sequens Sanctus, ait: *Alterum diurnum, & liberum, profligandarúmque animi perturbationum vim habens, omne illud à natiuitate contractum velamen rescindens, & ad supernam vitam nos reuocans.* Egregiè, propter excellentiã enim baptismi, ac splendorem, & puritatem diurnus dicitur, & quatenus libidini non seruit; natiuitas etiam libera, & non solum libera, sed etiã cõtinés in se vim animi perturbationes effugandi, superfluáque rescindendi, ob quod circumcisio eius extitit figura vt rectè idẽ Niceras sic eloquens: *quia sicut ipsa superfluã mẽbri genitalis partem abscindebat, ad eũdem modũ baptismus superfluam, minimèque necessariam voluptatem obtruncat, rescindens omne illud à natiuitate carnalis contractum velamen, hoc est, perturbatos animi motus, ac caliginem ab ea offusam, anima oculum nubis instar obducentem, peccatum resecans, & nos ab infidelibus secernẽs, atque ad supernam vitam, & angelicam conuersationem à qua genus nostrum excidit, nos reuocans.* At tertia qualis? *Postremum*, ait Sanctus id est, resurrectio, *formidabilius, ac breuius, creaturas omnes temporis momento in vnum cogens, vt creatori sistantur, suaque seruitutis, & vitæ actæ rationem reddant, siue carnis solum imperium secutæ fuerint, siue sese vna cum spiritu in altum euexerint, creationisque secundæ gratiam reuerenter coluerint.* Hæc postrema notanda, attendendáque verba, quæ infrà commodius ponderabimus: terribilis profecto erit illa natiuitas, quia in momento, in ictu oculi; ergo vt eam mitigaret, & simul cum reliquis Christus sanctificaret, primus ipse resurgere voluit, primus baptizari. Vnde sequens Sãctus ait: *Atque has omnes natiuitates à Christomet affectas honore constat, illam per primam illam, & vitalem insufflationem, & natiuitatem; secundam per baptismum quo ipse tinctus est; tertiam denique per resurrectionem, quam ipse primus auspicatus est, nimirum vt primogenitus inter multos fratres extitit, ita primogenitus quoque ex mortuis fieri nõ grauatus.* Premo postrema verba, *erat Christus primogenitus inter multos fratres*, quomodo inter fratres primogenitus, cum ipse non primo natus? optime, *quia regenerationem eam, & adoptionem quæ baptismo comparatur auspicatus est, primus enim per aquam & Spiritum sanctum baptizatus est, eóque nomine primogenitus factus est inter multos fratres suos, qui videlicet per baptismum à Deo adoptati sunt, ab eóque potestatem acceperunt vt filij Dei fiant.* Egregiè, primogenitus Christus

Gregor. 15. Hominis natiuitas nocturna, est serua, & cur.

Nicetas.

Idem.

16. Circumcisio vt figura erat Baptismi.

est noster, non secundum primam natiuitatem, sed secundam; vnde sicut frater noster cognatus factus est per primam, sic & spiritualis fieri voluit per secundam, nobiscum renascens, vt sic dicam, vt baptismi efficeretur nobis cognatus, sicut erat natiuitatis. Sanè cuncta intelligenda, ne cum impiissimis dicas Christum suo baptismate baptizatum, ac proinde vnum fuisse cum baptismo Ioannis baptismum Christi, quod ineptissimè asseritur; vnde quando Niceras dixit Christum baptizatum *per aquam, & Spiritum sanctum*, non passiuè, sed actiuè intelligendus, quatenus baptizatus Ioannis baptismate, author fuit baptismi Spiritus sancti, & in hoc sensu est primogenitus, & frater noster, quatenus per contactum sanctificando aquas, & baptismi sacramentum instituendo, quo filij nos efficimur Dei adoptione, sicut ipse natura, vt in eius declarauit baptismate sanctus genitor, primogenitus noster sit, quia non ante baptismum nos filij gratiæ. Ergo ex baptismo noster fit primogenitus, noster frater. O ingens Christi erga nos amor! ò dilectio infinita, dum non solum nasci nobiscum voluit, sed amore nostri (vt sic dicam) renasci, & ad nos, qui sub vnda incãtati detinebamur, descendens, alio amoris incantu ab illa nos extraheret, & ad summam Dei filiationis dignitatem eueheret! verè Ecclesiæ incantator, omniumque animarum (sit cum omni humilitate dictum) sagax diuinus. *Verbum diuinum*, ait Clemens Alexand. lib. 1. Pædagogiæ c. 2. *solus est humanarum ægritudinum Pœnus, medicus, & sanctus egrotæ animæ incantator.* Quo etiam nomine cum appellat, & dignissimè in exhortatoria ad gentes, vbi reiiciens fabulosos illos Amphiones, Orpheos, & Arionas, ac similes, qui tigrides, ac leones musicæ suauitate excantasse dicebantur, subdit de Christo Domino, *Sed non talis est meus incantator, solus quidem ex his, qui nunquam fuerunt, difficillimas feras homines mansuefecit.* Egregiè, quis non mansuefiat talia audiens, talia credens, qualis fera, qualis leo, qualis erit peccator hæc audiens, qui non se ad Christum conuertat, & amore depereat? dum Christum amore similiter depereuntem videt, & vilissimæ, abiectissimæque creaturæ non semel, sed bis fratrẽ esse volens, primò per natiuitatem, & secundò per baptisma. O dignissimum ob hoc sacramentum! ô ineffabile, & omni veneratione dignũ. Nunc non admiror, si illud præcipuis inligniuerit nominibus Nazianzenus sic eloquens: *Baptismus est splendor animarum, vita in melius mutatio, conscientiæ ad Deum interrogatio, infirmitatis nostræ adiumentum, carnis abiectio, spiritus affectatio, verbi participatio, figmenti instauratio, peccati diluuium, lucis communicatio, tenebrarum depulsio, vehiculum ad Deum, peregrinatio cum Christo, fidei adminiculum, mentis perfectio, regni cælestis clauis, vitæ commutatio, seruitutis abrogatio, vinculorum solutio, compositionis, & coagmentationis nostræ in meliorem statum conuersio.*

Sexta quidem erit ratio, Augustin. serm. de Epiphania, à sancto Thoma vbi sup. relato, *quia voluit facere, quod faciendum omnibus imperauit.* Hinc ipse ad Ioannem renitentem, *sine modo, decet enim nos implere omnẽ iustitiam.*

17. Christus Catholicè quo modo dicitur baptizatus.

Clemens Alex.

18. Christus Ecclesiæ incantator.

Nazian.

19. Christus baptizatus vt omnem iustitiã impleret.

S. Aug. S. Thom.

A Quid est *omnem iustitiam?* Chromatius, *iustum enim est, vt quod quis docet alterum facere, prior incipiat, ostendens hoc esse omnem iustitiam.* De qua re pulchrè Ambros. vbi sup. exemplum vnicum esse medium, quo Ecclesia ædificetur affirmans, vbi super illa verba Christi, *Sine modo*, sic ait: *hoc est dum Ecclesia ædificetur decet nos implere omnem iustitiam; quæ est iustitia? nisi vt quod alterum facere velis prior ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo? quæ est iustitia? nisi vt qui carnem fusceperit, non quasi Deus sensum, aut ministerium carnis excluderet, sed quasi homo carnem vinceret, & vincere me doceret, docuit enim me, qua ratione possim terrenam concretam vitiis obnoxiæ carnis illuuiem sepelire criminibus, renouare virtutibus.* Egregiè, repugnabat Ioannes, *Ego à te debeo baptizari, sine modo*; ait illi Christus, sine modo? quia modo ædificanda est Ecclesia, quæ non tam prælati verbo, quàm exemplo crescit. Ad ædificãdam Synagogæ Ecclesiã currebat ex Madian Moyses in Ægyptum, at quia verbo, non exemplo pœnè ab Angelo occisus; properabat enim incircumcisis filiis, vt sup. diximus. *Idcirco*, ait Augustin. quæst. 16. ex veter. Testam. *sic infestum Angelum in se vidit, & paratum ad vindictam,* Princeps circumcisionis ipse in filiis incircumcisus, destructus exemplo, quod ore astruebat, merito cõtra eum Deus indignatus, quia reum se effecerat mortis. Audiant hoc prælati, & contremiscant, audiant & Principes, & tabescant, Christus carnem assumens, nõ quia Deus ministeria carnis recusauit, ideo & baptizatus; nunquid dum ipsi homines, quia principes; & veluti dij, vt homines legibus, se non submittent, ac exemplo doceant, cum hoc in principe plus vnum valeat, quam mille verba? *Rebecca*, ait Scriptura, *conspecto Isaac, descendit de camelo*, Hebraicè, *iactauit se*, alij *lapsa est, procidit de camelo*, LXX. *desiluit à camelo*, Genes. 24. n. 64. cur tanta celeritas, impetus, proiectio? sanè, quia vt ait Caiet. *Prius interrogauit quis est ille homo? & audita responsione quod esset Isaac, descendit de camelo*, indignum reputans camelo cuchi domino pedibus progrediente. *Vide*, ait Chrysost. *puella generositatem, postquam vidit Isaac, quærebat quis esset, & vbi didicit, quod ipse esset sponsus, velauit se theristro, & descendit pedes*, tantum valet exemplum, sic potens est in viro principe; vnde ob hoc Christus baptizatus, quare pulchrè Ambr. vbi sup. *Quid enim*, ait, *tam diuinum ad populos prouocandos, quàm vt nemo refugiat lauacrum gratiæ, quando Christus lauacrum pœnitentiæ non refugit? nemo se dicat exortem esse peccati, quando Christus venit ad remedium peccatorum; si pro nobis Christus lauit, immo nos in corpore suo lauit, quanto magis nos nostra delicta lauare debemus?* Pulchra ratio, ad pœnitentiam, & ad peccatorum fletum: mundissimus mei causa se lauit, & ego immundus non lauabor? ipse se in aquis submersit, & ego in lacrhymarum fluentis non immergar? ipse non refugit princeps lauacrum pœnitentiæ, & ego lauacrum refugiam gratiæ? absit, lauabor cum Christo, vt ab ipso emunder, & in aquis baptismi pœnitentiæ me immergam, vt aquas merear gratiarum.

Chromat.

Ambros.

20. Omnis iustitia quid sit.

21. Exemplo docere, & omnem iustitiam implere.

B

C

22. Moysen cur occidere voluit Angelus.

D

Chrysost.

23. Exempli efficacia quanta.

24. Pœnitentiã agere debemus, quia Christus pro nobis illam egit.

Gen. 24. n. 64. Caiet.

§. II.

De gloria excellentiáque ſancti Ioannis Baptiſtæ.

COngruentiſſimè quidem ad ſacrùm baptiſmum celebrandum rationes adductæ, cur ſcilicet Chriſtus baptizari voluit; addam nunc alteram diui Hieron. ſuper illud: *Tunc venit Ieſus*, Bedæ in Marcum c. 4. & Auguſt. vt Ioannis baptiſmum confirmaret, ac proinde Ioannem honoraret, ac in ſublimè attolleret, *Baptizari voluit, vt baptiſmate ſuo Ioannis baptiſma confirmaret*, ait Hieron. qua confirmatione & pondus baptiſmati adiectum Ioannis, & ipſi honor ac ſublimitas; hac occaſione non ingratum lectori faciam, ſi aliqua de Ioannis excellentia addam, vtpote de ſancto cui particulariter addictus, impensè optem, & omnes ſimiliter addicere, eo vel maximè cum nullibi aptior in toto hoc opere erit amplius locus.

Hieron. Beda. Auguſt.

25. Ioannis encomia Sãctorum.

Quid ergo, aut vnde hunc ſanctiſſimum incipiam laudare, aut eius altitudinem prædicare, quem Bernard. nominat *ſanctitatis ſplendoremi*. Chryſolog. *ipſammet ſanctitatem*, ac proinde affirmat Elizabeth vterum *ſanctitatis fuiſſe hoſpitium*, Cyril. Hieroſol. *Archiducem appellat noui Teſtamenti*, Theodoret. *Chriſti, & Eccleſiæ pronubum*, quem tandem infinitis celebrant encomiis ſancti, & in cuius natiuitate, vt ſanctus affirmat Ioachim in eius ſermone, *gratia operatur, natura miratur*, &, vt ait Bonauent. *non naturæ virtute conceptus, ſed gratiæ*. Vnde ergo incipiam? ſanè ſi hominem aſpicio, reperio pluſquam hominem, & audio eum Angelum. Si Angelum, ſupra omnes reperio Bernardum ipſum conſtituere, vt infrà. Si Prophetam Matth. 11. n. 9. à Domino reperio dictum *pluſquam Prophetam*. Si Eliam, pluſquã Eliam faciunt ſancti, vt infrà dicemus. Si Patriarcham, certè pluſquam illos, dum pater & vt Cyrillus ait, *Archidux eſt noui Teſtamenti*; vnde ergo virum tam cæleſtem laudem, cum teſte diuo Hieronymo epiſt. ad Innocent. *ſermo humanus inferior ſit laude cæleſti*. Cæleſtis ergo quærenda eſt laus, & non alia quam cæleſti cælicus laudandus; nam vt rectè Chryſolog. ſerm. 91. qui eſt Ioannis ſanctiſsimi, *Vacat humanus ſermo, ſilet prædicatio tractatoris, quãdo Angelico præconio Ioannis profertur gloria, virtus inſonat, laus collaudatur, nec eſt quod illi adiiciat homo, cui Deus contulit totum*. Hinc non alia mihi expendenda verba, quam illa Angelica, quibus filius patri nunciatus, Luc. 1. n. 15. *Erit enim magnus coram Domino, vinum, & ſiceram non bibet*. In quibus duplicem Ioannis magnitudinem expendemus, prima ſanctitatis, & gloriæ, ſecunda vitæ, qua talem meruit altitudinem.

Cyril. Hieron. Luc. 5. n. 15.

26. Ioãnes magnus coram Deo non magnitudine molis, ſed virtutis

Canat ergo Angelica tuba, & reſonet, *erit enim magnus coram Domino*: nam ſic in his tribus concluſit verbis totam Baptiſtæ maieſtatem, vt quidquid præter illa, minus illis aſſeratur, quod elucebit ſi expendas, non de magnitudine illud molis, ſed virtutum; & dictum magnum eſſe *coram Deo*, non coram hominibus; iſti enim, qui carnei, qui nihil cogitant ſublime, externam contemplantes altitudinem, A externam imaginem, exteriora opera, ſic & coram Deo etiã eſſe illos iudicant. Hinc Samuel & ſi Propheta, 1. Reg. 16. n. 6. pulchritudinem vultus, altitudinem ſtaturæ, virium fortitudinem Eliab videns, ſtatim coram Deo ipſum præ cæteris electum, ipſum præ cæteris dilectum iudicauit: Vnde dixit *Num coră Domino Chriſtus eius*, hoc eſt vt inquit Lyra. *ſic*, id eſt, *iam eſt coră Domino electus ab illo*, eius vnctus; illi charus; at quid Deus? *Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico; homo enim videt ea quæ patent, Dominus autem intuetur cor*. Pende quomodo vltra faciem non ſe extendat homo; vnde pulchrè Tertul. de præſcription. c. 5. hunc expendens locũ ait: B *tu vt homo extrinſecus vnumquemque noſtri, putas quod vides, videt autem quod vſque ad oculos habes, ſed oculi Domini alti, homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur*. Immo Chryſoſt. hom. 1. in Pſal. 50. grauiter adnotat à Deo ille electus, qui ab hominibus deſpectus. Iſai enim omnes filios ad Samuelem adducens, ſic Dauid deſpiciebat, vt nec eius recordaretur, vnde neceſſe, vt Samuel ad eum diceret: *Nunquid completi ſunt filij?* cũi Iſai, *adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues*, eius recordatus ex Samuelis admonitione, ſic eum deſpiciebat, *Erubuit pater*, ait Chryſoſt. *habeo inquiens vnũ paruulum, & contemptibilem, qui paſcit oues, tu autem Regem requiris*; at hic ab hominibus deſpectus eligitur, ille altus repudiatur, quia vt ſequens idem Sanctus ait: C *homo deſpicit, ſed Deus coronat*, cuius ratio, quia non faciem, ſed cor intuetur, non pulchritudinem corporis, ſed honeſtatem mentis. Hinc magnum coram illo exiſtere, non ſolum difficile, ſed admirabile.

Matt. 11. n. 9.

Immo quod cor, & interna intuens nõ quolibet ea pondere librat, ſed ſanctuarij, hoc eſt duplo maius, quàm vulgari rectiſſimo, ac minutiſſimo iuxta illud Leuitici 27. n. 15. *Omnis æſtimatio ſicli ſanctuarij ponderabitur*, LXX. *omne pretium erit ponderibus ſanctuarij*, Vatab. *omnis curata ratio*, alij, *omnis autem æſtimatio tua ô ſacerdos conſtituitur ad rationem ſicli ſanctuarij*. Quod pondus, vt diximus duplo maius erat, quam vulgare, hoc ergo pondere Deus hominem librat, duplo quàm cætera maiore. Quod cum ſit, & magnitudo, quam in Ioanne Deus librat non ſit molis, ſed virtutis, vt egregiè Ambroſ. lib. 1. in Luc. vbi ſic: *Erit enim magnus, non corporis, ſed animi magnitudinem declarauit: eſt coram Domino magnitudo animi, magnitudo virtutis, ætatem enim animæ numeramus non pro ratione temporis, ſed pro qualitate virtutis*. Quàm grandis talis erit virtutis moles? quæ Dei iudicio, quod acre, quod ſubtile, quod ſcrupuloſum, quod etiam in Angelis reperit prauitatem, alta, & ſublimis iudicatur?

1. *Reg. 16. n. 6.*

Lyra.

27. Deus tuetur quæ non videntur, homo quæ videntur.

Tertul.

Chryſoſt.

28. Deſpectos ab hominibus erigere ſolet.

29. Deus ſubtiliſſimo põdere virtutes librat.

Leuit. 27. n. 25.

Ambr.

Sed expendo pondus, quod, vt diximus eſt ſanctuarij, ponderat Deus Ioannem, non quolibet, ſed pondere ſanctuarij, hoc eſt cæleſti, diuino, ad inſtar gloriæ, ponderans magnitudinem Ioannis non quolibet Sanctorum in vita degentium, ſed Angelorum, ſed Archangelorum; ſed ſublimiorum ſpirituum. Quid hoc? magnum quid profecto; *aſſuetis*, inquit Philoſophus, *non fit paſſio*, in magnis verſatis etiam

30. Ioãnes cuius comparatione dicitur magnus.

alta non videntur magna; aſſuefactus miraculis, miracula non ſtupet, imperialibus aſſuetus infulis, cætera deſpicit ornamenta: at quale erit illud ornamentum? quale illud ſtemma? quale illud miraculum? quod Imperator ſtupet, quod prædicat, quod magnum appellat; Deus in ſublimiorũ ſpirituum viſione, & in ſublimitate Seraphinorum verſatus, ac in magnitudine ſublimium, ac ſuper cæleſtium viſionum Ioannem videns, & paradiſi, ac gloriæ pondere eius ſanctitatem librans, magnum eum dicit, magnum prædicat. Quid mirum ſi ipſi Angeli ad magnitudinem eius hebetantur, vt infrà ex Bernard. dicemus, ipſique ſupremi etiam admirantur ſpiritus?

31. Deo antiquum prouidentiam interpretabant. *Seneca.*

Enimverò antiqui, Dei magnitudine, altitudine, ac ſublimitate obcæcati, humanorum prouidentiam ei denegarunt; *Dij*, inquit Seneca lib.3. de Benef. c.3. *omnium rerum optimi authores, qui beneficia ignorantibus dare incepiunt, ingratis perſeuerant.* Notandum dictum, perſeuerantiæ rationem includit, ingratis perſeuerant dare, quia ignorantibus inceperunt, *alius illis obiecit negligentiam noſtram, alius iniquitatem, alius illos extra mundum ſuum proiecit, & ignauos, hebetéſque ſine luce, ſine vllo opere deſtituit.* Hinc vox illa Eliphas Themanites, Iob 22.n.14. *nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, cardines cæli perambulat.* Indignum diuina reputantes maieſtate hæc aſpicere inferiora, ad illa deſcendere, illa mirari; at quid iſti dixiſſent, ſi Deum non ſolum curare, non ſolum aſpicere, ſed ſic aliquem videre, vt magnũ dicat, vt grande, vt admirabile, certè ſtuperent, ac præ admiratione clamarent Deum illum, hominem. Hinc rectè Auguſt. ſerm.23. de ſanctis hoc expendens, ſic Ioannis ſanctitatem admiratur, vt ſuprà altiſsimos ſpiritus euolans audet, & dicit, quod qui maior Ioanne, Deus eſt, non homo, creator, non creatura? *Si enim, ait, in natis mulierum, hoc eſt in hominibus nemo ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, quiſquis Ioanne plus eſt, non tantum homo, ſed Deus eſt*; Adde tu, & quiſquis Angelorum pluſquam Ioannes eſt, non tantum Angelus, ſed Deus eſt.

Iob 22. n.14.

Auguſt.

32. Quisplus in ſanctitate quam Ioannes Deus & non homo.

Immo vnum, & mirum, ſed verum dicam, ſic magnum, ſic altum eſſe Ioannem, vt quo Deus non ſit, non quælibet ſufficit lux, non quodlibet lumen, ſed ſupernaturale, ſed diuinum, ſed à patre luminum immiſſum; nam ſi ratione tantum agendum humana, Deus æſtimandus, Deus prædicandus. Attende Matth. 16.n.15. *Venit autem*, dicitur, *Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogabat diſcipulos ſuos, Quem dicunt homines eſſe filium hominis? at illi dixerunt, alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis.* Pendo ſingula, primum quod eos interrogaturus duxit in Cæſaream Philippi, cur? ſanè, quia hæc longè ab altera Cæſarea quæ Stratonis dicebatur, & quæ in Iudææ medio, vt longè illos à Iudæorum caligine faceret. *Ideo autem non ſimpliciter Cæſaream nominat*, ait Chryſoſt. hom.55. in Matth. *ſed Cæſaream Philippi, quia eſt alia Cæſarea quæ eſt Stratonis, non autem in illa, ſed in hac diſcipulos interrogauit, longè eos à Iudais abducens, vt ab omni timore eruti liberè dicant quæ habebant in mente.* Tam altum, tam magnum, quod interrogaturus erat, vt ne aut timore, aut Iudæorum caligine tenerentur, ad longiora ſeceſſit, vt liberè, vt expeditè, quod ſentiebant aperire poſſent.

Matt. 16. n.15.

33. Chriſtus cur diſcipulos interrogauit in Cæſarea Philippi.

Chryſoſt.

Secundò, non dixit, Quem me dicunt Scribæ, aut Phariſæi, ſed homines, id eſt, vt rectè idem Chryſoſt vbi ſup. *Plebis mentem inquirens, quæ ad malum prona inflexa non erat; Phariſæorum autem opinio de Chriſto erat plena multa malitia.* Ergo notitiam illam, ſeu cognitionem requirebat, quam de ſe boni, quam ſimplices, ſed virtutis homines habebant, vti Nathanael, Nicodemus, alíque, vt rectè idem Sanctus ait infrà hom.56.

34. Quos homines intellexit, quando dixit, quem dicunt homines.

Tertiò, non ait, Quem me dicunt eſſe, ſed quem dicunt eſſe filium hominis, duplici ratione: prima Hieron. *ne ſaltem de ſe quæreretur*; & ſecunda Hilarij Cant 16. in Matth. circa medium, *quia ſignificans præter id quod in ſe videbatur, eſſe aliud ſentiendum, erat enim filius hominis.* Ergo vt rectè idem, non illum iudicium deſiderabat, quod de ſe confeſſus, ſed aliud quoddam occultum, *in quod ſe creaturum fides eius debebat extendere.* Ex quibus omnibus illud eliciendum, nil intactum Chriſtum reliquiſſe, vt Apoſtolos ad quid ipſe erat manuduceret, ac veluti præpararet, locum ſegregatum eligens, opinionem bonorum, ac ſimplicium, ne authoritate Phariſæorum detinerentur, tandem ipſam petitionem aliquid altius præter id, quod oculis oſtentabat, indigetans.

Hieron. Hilar.

35. Cur ſe filium hominis nominauit.

At illi reſpondentes dixerunt; *Alij Ioannem Baptiſtam, alij Eliam, alij Ieremiam, aut vnum ex Prophetis.* Obſecro te, vt expendas qualia, quantáque Chriſtus effecerat mirabilia, quando hæc dixit, mortuos reſuſcitauerat, leproſos mundauerat, claudos erexerat, cæcis lumen reſtituerat, infirmitates quaſlibet ſanauerat, clinicos ſoſpites fecerat, dæmones imperio eiecerat, omnes in admirationem rapuerat, grandes, paruulos, medios, infimos attonitos reddiderat, & tamen cum nil horum Ioannes effeciſſet, non plus bonorum iudicium (quod notandum) hoc eſt rectè, & ſecundum Deum æſtimantium illum efficiebat quam Ioannem. Quod attendens Dominus ſequens ait: *Vos autem quem me eſſe dicitis?* Hoc eſt vt diuus ait Hieron. *Illis quia homines ſunt humana opinantibus, vos, qui dij eſtis quem me eſſe exiſtimatis?* reſpondens autem Petrus, *tanquam os Apoſtolorum & caput*, vt inquit Chryſoſt. dixit, *Tu es Chriſtus filius Dei viui*, hoc eſt, vt inquit Orig. in hunc locum. *Tu es fons vitæ, à vita fonte qui eſt pater*, cui Chriſtus. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt.* Quid eſt caro, & ſanguis? Hieron. Iudæos intelligit, quaſi dicat, ſuprà Iudæorum æſtimationem te eleuaſti, & ab illis tale iudicium non accepiſti. Melius Hilarius canon 16. in Matth. *Quia vltra humanos oculos, & intendiſſe, & viciſſe laudatus eſt, non id quod ex carne, & ſanguine eſt contuens, ſed Dei filium cæleſtis patris reuelatione conſpiciens.* Ergo ideo Petrus beatus, quia id patris gratia aſſecutus, idque proſpexit, quod nulla caro, nullus sãguis proſpicere, aut videre poterat. Quid ex hoc habemus? illud quidem quod dicebamus, ſi humana tantum res eſſet agenda ratione, ſi carnalibus æſtimanda res eſſet oculis, ſi caro, & ſanguis fuiſſent iudices, & ſi Chriſtus

Hier.

Chryſ. Origen.

Hilar.

36. Ad cognoſcendum Ioannem non eſſe Deum lux illa eſt neceſſaria ac ſupernaturalis, cum humana lo-la non tuſ-ficiat.

talia, tantáque effeciſſet, non vltra Ioannem; immo Deus Ioannes, non ille, nam pro Deo illum habebant, quando ad ipſum miſerunt dicentes: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* vt ergo Apoſtoli, vt ergo Petrus eum Deum verum non Ioannem agnoſcerent, nec locus ſuffecit, nec ſanctorum hominum opinio, nec ipſa interrogatio, nec tandem ipſa miracula; immo tandem nec ipſorum ſecundum Hieronymum *deitatem*, ſed neceſſarium vt Patris reuelatio accederet; ſic arduum, ſic difficile, ſic ſupra naturæ vires erat Ioannem à Chriſto ſecernere, Ioannem Deum non dicere. Nec mirum, ſi ad quid miſſus attendas, vt ſcilicet teſtimonium perhiberet de lumine, & affirmaret illum hominem, quem Deum ipſe dicebat, verè Deum eſſe, ſic vt quia Ioannes illud dicebat, inexcuſabilis eſſet non credens, dum homo talis ſanctitatis illud affirmabat; at nunc ſic mecum diſcurre, Credis panem in Sacramento non eſſe panem, ſed corpus Chriſti, & ſi omnes repugnent ſenſus: credis, at cur credis? quia nempe Chriſtus illud dixit, & Chriſtus Deus, & homo, ſi homo tantum, credetes, neutiquam ergo credis quia Chriſtus vt Deus dixit; nunc ſic arguo, quid minus dixit Ioannes quãdo affirmauit hominem illum eſſe Deum, & debere quempiam illud credere ob eius ſanctitatem; qualis iſta certè quod non diuinè, diuinus neceſſarius oculus, nam humanus impar, hinc excellentiſſimus, excellentiſſimè Auguſtin. Pſalmo 44. ſuper illa verba: *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ*, ponderat, Ioanne Chriſtum Deum prædicaſſe, non tantum digito illum oſtendére ac affirmatiuè illum Deum aſſerente, quantũ negatiuè, maiorem ſe Chriſtum affirmante, cum eo quod ſe Chriſto inferiorem recognouit, ſe non Deum prædicauit, cum qui Ioanne maior, non homo, ſed Deus. *Quantio quidem*, ait, *nil maius extiterit in genere humano quam Ioannes Baptiſta, nec in natis mulierum exurrexit; ſi quæris excellentiam hominis, Ioannes Baptiſta eſt, cuius autem Ioannes dicit non eſſe dignum corrigiam calceamenti ſoluere, quid erat ille, niſi amplius quam ceteri homines?* E gregiè, ſ[illegible] altus ſanctitate, ſic mole virtutis geãdis, & magnus Ioannes, vt dum alium ſe maiorem confitetur, eo Deum illum prædicat, & tantum fuit dicere: *qui poſt me veniet fortior me eſt*, Matth. 3. n. 11. quantum dicere Deus eſt.

Quid plus dicam? Ioannem à Chriſto ſecernere, & non ſe aliquem accipere, non ſolum hominibus difficile, ſed etiam ipſis dæmonibus; immo ſi coniectare licet, ſic dæmones de Ioanne addubitarunt, ac homines, an eſſet Chriſtus; immo neſcio, quid amplius de Ioanne crediderunt ac de Chriſto. Facio de hac re coniecturam ex Euangelio, reperio enim & Ioannem, & Chriſtum dæmonem tentaſſe, ſed vt Chriſtum ex culmine depelleret ſanctitatis, & ad ipſum adorandum attraheret, ſufficiens putauit argumentum, ſi regna ei promitteret terrena, ſi mundi imperium, dicens: *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me*, Matth. 4. n. 9. cur quæſo hoc? niſi quia non putabat eum Deum, ideo regna tantum offert terrena. Vnde eleganter demẽtiæ eum taxat Remigius, dum terrena offert ei, qui cæleſtium eſt Dominus, *Matt. 4. n. 9.*

A *Miranda etiam eſt*, ait, *diaboli dementia, illi promittebat dare regna terrena, qui ſuis fidelibus dat regna cæleſtia, & gloriam mundi ei, qui eſt cæleſtis gloriæ Dominus.* At tentans Ioannem, non terrena, ſed cæleſtia ei promiſit, non orbis principatum, ſed regni cæleſtis, ſed Angelorum, ſed diuinitatis, per ſuos ei exhibens miniſtros Dei filiationem, Incarnationis diſpenſationem, Eccleſiæ ſanctiſſimæ principatum. Vnde ex eius inſtinctu Ioan. 1. n. 19. *Miſerunt ad eũ Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes, & Leuitas vt interrogarent eum, tu quis es?* in quo loco Chryſoſt hom. 15. cauſam huius miſſionis aſſignat æſtimationem, quam de Ioanne ſupra Chriſtum habebant Iudæi; *Indignum enim æſtimabant*, ait, *ſubiici eum Chriſto propter multa*

B *quæ Ioannis claritatem demonſtrabant.* Ergo & conſequenter ipſe dæmon, qui talia eis ſuggerebat, altioré de Ioanne, quàm de Chriſto cõceptum retinens ob quod non humanis eum, ſed diuinis tẽtat ſublimitatibus, & an Chriſtus eſſet cum Iudæis ſimul dubitat, cum & ſi humanam in Ioanne videret hypoſtaſim, non tamen ob inde, ſimul & Deum non eſſe coniectare poterat, poſſibile enim cum humana ſimul & diuinam extare recogitare poterat; *ex quo fit*, vt diximus, ſic altam, ſic magnam Ioannis eſſe ſanctitatem, & excellentiam, vt quod Chriſtus non ſit, etiam ipſis non ſit peruium dæmonibus, & lux neceſſaria patris, luménque diuinum.

37. Ioannem non eſſe Deum etiã ipſis dæmonibus cognitu difficile.

37. Maiorẽ de Ioanne, quam de Chriſto conceptum habebant.

C Immo quod notandum valde, ſic magnus Ioannes coram Domino, vt hoc non vltimo, non in ſuæ ætatis fine, non prope mortem, ſed iam tunc ab initio, quando in ventre matris, quando plantatus in vtero, ex tunc magnus, altus, ad mirabilis; de aliquibus enim arboribus affirmat Iob c. 14. n. 8. talis exiſtere naturæ, vt & ſi in terra emortuæ, tamen ad odorem tantum aquæ germinent, reuiuiſcant, & quod mirum, faciant comam quaſi cum primò plantatæ. *Si ſenuerit*, ait, *in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus eius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quaſi cum primum plantatum fuerit.* Duo mira hic Sanctus affirmat, primum quod & ſi truncus emortuus non ad aquam, ſed ad odorem tantum eius re-

D uiuiſcat, refloreſcat, hoc eſt & ſi leuiter illæ odorentur; nam *odor* metaphoricè leuem alicuius contactum indicat, vt eruditè probat Pineda hic ex loco Daniel. c. 3. n. 94. & Iudic. 15. n. 14. & c. 16. n. 9. Secundum autem mirabile, quod non ſolum reuiuiſcat, ſed etiam quod ſtatim faciat comam, quaſi cum primo plantata. Quod LXX. dixerunt, *faciet meſſem*, & Polichron. *faciet fructum*: ſic enim refloreſcit, vt ſtatim à principio, det fructũ, tribuat meſſem. Qualis arbor dat in principio plãtationis fructũ nulla niſi illa quæ refloret, reuiuiſcit, nõ ad aquã, ſed odorẽ aquæ. Talis Ioannes noſter, talis eſt arbor; non in vltimo dierũ, ſed in principio, quãdo in ventre plantatus matris aridus, ſiccus extabat, ac torus in originalis peccati cineribus immerſus, tunc ad odorem aquæ, ac vna ex illis arboribus, quæ à longè veluti odorantes aquam ad humorem capiendum, contingendum, ſeque, ſuáſque radices ad illam cõuertunt, folia, ramóſque in eam partem diffundentes, & ſi in ventre matris à longè veluti odorans

Pineda.

Iob 14. n. 8.

39. Ioannes ex vtero magnus corã Domino, ſingularis eius prærogatiua.

39. Vix conceptus & Chriſtum odorauit.

odorans Christum in ventre Mariæ fonte diuinarum aquarum perenne, exultans in vtero, ad illam se conuertens, sic refloruit, sic reuixit, vt statim illicò fecerit comam, dederit fructum, tribuerit messem. Audi Angelum, Luc. 1. n. 16. *Et Spiritu sancto replebitur, adhuc ex vtero matris suæ.* Pende non dictum, & Spiritum sanctum accipiet, sed replebitur, quod plenitudinem significat. Vnde rectè Ambros. hic, *cui Spiritus sanctus infunditur magnarum est plenitudo virtutum.* Hinc statim dedit fructum, exhibuit messem Christum prædicans, Christum annuncians. mentem matris illuminans vt Christum confiteretur, vt Mariam Dei genitricem agnosceret; vnde sequens Ambros. ait: *Si quidem sanctus Ioannes antequam nasceretur, matris adhuc in vtero positus, spiritus accepti gratiam designauit, cum in vtero parentis exiliens Domini euangelizauit aduentum.*

Luc. 1. n. 16.

Ambros.

40. Non per labores ad gratiam sed per gratiam ad labores descendit, quod singulare eius priuilegiũ.

Hinc iste diuinus vir ab eo incepit gradu, vnde alij aut profecerunt, aut defierunt; immo ad instar Christi eius fauore, ad perfectissimum gratiæ gradum non per labores, & merita ascendit, sed ad labores per ipsam gratiam descendit, quod solius eius; certè Apostoli Spiritu sancto repleti, sed non ex vtero, Paulus, & Petrus Apostolorum vertices repleti, sed non ex vtero, fructum, & messem fecerunt, sed non statim ad odorem aquæ; Christum prædicarunt, perfecti fuerunt, sed non à principio; ad gratiam peruenerunt, sed per labores, sed per ærumnas; at Ioannes sine labore. Quod eleganter expendens Chrysologus sermone 88. sic ait: *Beatus est Ioannes, qui ante Dei spiritum meruit insonare, quàm hominis vagiret in fletu: Beatus, qui ante diuina possidere meruit, quàm sortiretur mala. Beatus, qui ante meruit cælum scire, quàm terram, Beatus, qui antequam videret præsentia, futura meruit nuntiare, Beatus, qui ante Deum capere potuit, quàm caperetur à corpore, Beatus, & singulariter est Beatus, qui antequam saperet quærere, meritum conquæsiuit, Beatus, qui non peruenit ad gratiam per laborem, sed ad labores ipsius gratia dignatione descendit.* Pulchrè, cæteri sancti, omnes nemine excluso ad gratiam per labores venerũt; nec tibi negotium facessat Paulus, nam si ex tempore, si statim vas factus electionis, tamen ante deiectus, obcæcatus, repercussus, & sic per laborem ad gratiam: solus Ioannes sine labore, quasi vnicus, quasi singularis, quasi extra numerum, quasi dicam, & non par, Christi suppar.

Chrysol.

41. Ad instar Christi priuilegium illud obtinuit.

Attende, Christo damus in ipso instanti conceptionis consummatam gratiam, consummatam sanctitatem, sic illi debitam ratione vnionis, vt nullo merito sibi eam acquisierit, cuius vnica ratio, personæ dignitas, & excellentia; natus Rex non indiget bello ad stemmata acquirenda Regalia, filius naturalis non merito opus habet ad acquirendam coronam: sic Christus Dei filius naturalis, ad perfectam gratiam non indigebat merito, quia ex dignitate ei debebatur, & hæc ipsi suprema non erat cur deesset excellentia sine labore ad gratiam peruenire. Quod cum sit quid excellens, ac supra humanum, & diuinum solius Christi est; at post ipsum suo modo solius etiam Ioannis, cum hac autem differentia, vt Christus ex se consummatam gratiam, Ioannes non ex se, sed per Christum inchoatam habuerit, tantæ perfectionis, tantæque magnitudinis, quantæ nemo alter, & hoc sine labore ex debita ratione dignitatis, ratione personæ. Vnde quod alij post ingentes labores, post infinitas angustias, post longa acquisierunt martyria, Ioannes sine illis, & ad gratiam non per labores, sed ad labores per gratiam peruenit; non, vt eam per illos acquireret, sed vt augeret, extenderet, sublimaret, erigeret. Vnde egregiè idem Sanctus sermone 91. hoc expendens clamat dicens: *Beatus, qui ante peruenit ad cælum, quàm tangeret terram, ante accepit diuinum spiritum, quàm haberet humanum, ante accepit diuina munera, quam corporis membra, ante cœpit viuere Deo, quam sibi, ante rapuit arma, quàm membra, & vt vinceret mundum, vicit ante naturam, antequam Christum præcederet, se præcessit.*

Idē Chrysolog.

42. Odor sanctitatis futuræ in Ioãne Christum attraxit, quod singulare in illo.

Hinc quia ex ipso nascentis exordio tali oleo perfusurus Spiritus sancti, vnum, & admirabile in Ioanne reperitur, quod in nullo Sanctorum, vt scilicet eius Christus præsentiens odorem ex futura sanctificatione, sic ab illo attraheretur, vt moræ impatiens adhuc in ventre matris ad Ioannem accedere festinaret. Vnde cum cæteri à Christo trahantur, & ipsi vicissim attrahant Christum; at hoc postquam Sancti, postquam oleo perfusi; at noster Ioannes antequam perfunderetur, solum ex odore, & ex fragrantia futura.

Certè quod Christus omnes animas ad se attrahat planum fit ex Sponsæ verbis Cantic. 1. n. 3. dicens: *Oleum effusum nomen tuum; ideo adolescentulæ dilexerunt te, trahe me post te.* Vbi omnes Patres locum intelligunt de Christo ad se animas attrahente facto homine, siue incipientes, siue proficientes, siue perfectas; vnde Nissenus hom. 1. in Cantica in hunc locum, perfectas animas intelligens, sic ait: *Quemadmodum amor materialis non attingit eos, qui adhuc sunt in infantia, neque eos, qui extrema confecti sunt senectute, ita etiam in diuina pulchritudine, qui est adhuc infans, & fluctuat, & qui est vetus, & senio confectus & non procul ab interitu; sola autem ea anima quæ statum transiit infantilem, & ad spiritualis ætatis florem peruenit, nec maculam accepit, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, & neque propter infantiam caret sensu, neque ob vetustatem est imbecilla, quæ adolescentula hoc loco nominatur, ea diligit toto corde, totisque viribus illam pulchritudinem, cuius descriptionem, exemplúmque, & interpretationem non inuenit cogitatio.* De proficientibus verò intellexit Bernard sermone 19. in Cant. vbi ait: *Effusio nomen facit captabile, captum amabile, sed adolescentulis dumtaxat, qui capaciores sunt integro gaudent, effuso non indigent*, at de insipientibus intelligit Anselmus dum ait: *Fragiliores significat, & teneros in fide, qui licet ex temporalibus adhuc*

Cant. 1. n. 3.

Nissen.

43. Christus omnes animas suo odore, ad se attrahit.

Bern.

Anselm.

Digitized by Google

consolationem sumant, Deum tamen dicuntur habere, quia illum ipsum temporalibus præponendum indicant, quem tam dignum, támque suauem sentiunt. Omnes ergo animas siue incipientes, siue perficientes, siue perfectas ad se Christus trahit, nulla est quæ ad se Christum antequam oleo perfundatur gratiæ. Solus Ioannes vix in vtero matris, statim ad se Christum traxit non sanctitate, quam non tenebat, sed illa, quam imbuiturus, sic magna, sic grandis, sic quodammodo supra reliquas infinitè se exaltans, vt antequam in Ioanne esset, odorem illius Christus præsentiens ad illam accurrit.

Isaiæ 11. n. 5. Enimuerò de Christo apud Isaiam, c.11. n.3. dicitur quod *replebit eum spiritus timoris Domini*, vbi Hebræa habent, *& olfaciet in timore Domini*, vel vt alij, *olfacere ipsius erit in timore Domini*, hoc est sagax erit in agnoscendis iustis, & Deum timentibus hominibus à longè eos olebit, olfaciet Hinc licet incluſus, & in vtero vix conceptus Virginis, statim sanctitatem, magnitudinem, immensitatem vt sic dicam Ioannis à longè olens, antequam esset attractus, & à nondum extante veluti illectus accurrit, aduolat; *Iesu enim*, ait Origenes, hom.7. in Lucam, *qui in vtero adhuc Virginis erat, festinabat, adhuc in ventre matris Ioannem positum sanctificare.* Notandum verbum *(adhuc)* in vtero Christus, in vtero Ioannes, cur festinat, cur accurrit, cur moram non patitur? sic vt matrem impellat cum festinatione ad montana pergere? sanè, quia repletus timore Domini olfactus eius, sanctitatem futuram & si in vtero olfecerat Ioannis, ab eius arreptus, attractus, impulsus magnitudine, sublimitate, profunditate, ideo accurrit, præuolat, sanctificans admirabiliter non solum eum sanctum, & amicum constituens, sed fratrem.

Origen.

44. Ioannes filius Virginis.

Fratrem constituens dixi, & appositè scio Ioannem Christus fratrem ex propinquitate Mariæ cum Elizabeth; sed Christo hoc non sufficit, nisi eum, & suæ ipsius non constitueret filium matris, filium eum efficiens Virginis, sic eum diligens, & in amorem eius propendens, vt vix conceptus in mundo adhuc nil aliud nisi vnam solam suam possidens matrem, hanc Ioanni dedit, cum aliud non haberet, constituens eam Ioannis matrem spiritualem, sicut eius erat carnalis, constans enim est opinio Sanctorum, vt affirmat Suarez de vita Christi, disputat.24. sect.4. in principio, tunc primum Ioannem sanctificatum cum post sex menses audiuit vocem Mariæ, Elizabeth. Ex quo fit sanctissimam Virginem ministram fuisse sanctificationis Ioannis, ac proinde eius esse spiritualem parentem, vereque eum gratiæ genuisse, non secus ac Elizabeth naturæ. Vnde vt rectè adnotat Cardinalis Toletus in c.1 Lucæ super illa verba: *Et factum est vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth.* Beatæ Virginis verba non tantum fuisse significatiua, sed effectiua; *ac veluti instrumenta quædam, per quæ diuina omnipotentis virtus operata est in Ioanne, non secus ac fuerunt verba Iosue* 10. *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Sol stetit, & sicut verbum Petri, Actor.* 3. *Surge, & ambula, & ambulauit, & sicut verbum Sacerdotis, Ego te absolno, & ego te baptizo, non tantum significant, sed etiam efficiunt, ita etiam verbum salutationis Mariæ significatiuum fuit, & effectiuum, per quod Deus Ioannem purgauit à peccato.* Quam sententiam accepit à Cyrillo lib. de recta fide ad Reginas c. ex Euangelio secundum Lucam, probans Christum esse verum Deum, quia vt Deus in vtero Virginis per eius vocem tanquam per instrumentum quoddam sanctificauit Ioannem. *Salutatio sanctæ Virginis Mariæ*, ait, *adhuc secum Iesum ferentis in vtero monit Ioannem ad prophetiam, quomodo non Deus Christus etiam in vtero Virginis.* Id quod etiam eleganter dixit Ambros. lib. institut. virgin. c.7. vbi sic: *Tanta gratia Mariæ, vt non solum in se virginitatis gratiam reseruaret, sed etiam iis quos viseret integritatis insigne conferret, visitauit Ioannem Baptistam, & in vtero matris priusquam nasceretur exultauit, ad vocem Mariæ exultauit infantulus, obsecutus, antequam genitus.* Egregiè, ad vocem Mariæ tanquam ad Christi organum exultauit Ioannes ob sanctificationem, & spiritualem regenerationem, cuius ministra Virgo sanctissima, non secus ac Sacerdos baptismi. Quapropter sicut ex instituto Ecclesiæ, fundato tamen in iure diuino positiuo, vt rectè Sanchez de Matrimonio, lib.7. disput.54. n.2. inter baptizantem, & baptizatum spiritualis cognatio filiationis, & paternitatis oritur, sic stricta, vt non solum impediat, sed dirimat matrimonium, sic digna, vt maiorem mereatur dilectionem, ac proinde strictius teneatur filius spiritualis, spiritualem, quàm carnalem diligere patrem, vt Nicolaus affirmat Pontifex ad consult. Bulg. c.2. vbi sic: *Ita diligere debet homo, qui eum susceperit ex sacro fonte sicut patrem; quinimmo quanto præstantior est spiritus carne, tanto magis spiritualis pater est à spirituali filio diligendus.* Et sanè rationabiliter, dum hic ad esse eum regenerat spirituale, & vitæ immortalis, ille autem ad esse carnale, & mortale. Sic pari modo, inter Mariam Virginem sanctissimam, & Ioannem hæc spiritualis insurrexit ex regeneratione cognatio, vt verè eius mater efficeretur spiritualis, sicut Elizabeth erat carnalis, eum non ad quemlibet gratiæ gradum regenerans, sed ad sublimem, sed ad grandem, sic vt præ gaudio amplius se continere non valens exultaret, gesturet, saltaret, *suam resalutans matrem*, vt ait Augustinus ad Dardanum epist.57. paulo à medio tom.2.

Cyril.

Ambr.

Sanchez.

47. Cognatio spiritualis inter baptizatum, & baptizantē de iure est diuino positiuo. *Nicolaus.*

48. Tenentur filij amplius diligere parentes spirituales, quā carnales.

Augustin.

49. Virginitas Mariæ quàm fœcunda.

Ex quibus duo, & præclara quidem simul habemus, primum sanctissimæ matris nostræ fœcundam virginitatem, sic abundantem Deo eam reddente filiorum, vt nullum genus esset filiationis quod diuinissimè non contineret, tres enim tantum cognoscimus, & præter has nullam reliquam, naturalem, adoptiuam, & spiritualem: primam à natura, secundam à lege principum, tertiam à diuina pontificum. Has omnes Dei beneficio in Maria agnoscimus sanctissima; naturalem in Christo, adoptiuam in Euangelista, spiritualem in Baptista. Prima altissima Domini nostri Iesu Christi, post quam Baptistæ, tertia Euangelistæ, inferior illa tanto quanto potior, vt diximus regeneratio est spiritualis, quam temporalis.

45. Virgo minister extitit causa primæ sanctificationis. *Toletus.*

46. Eius verba non solum fuerunt significatiua sed effectiua, non secus ac sacerdotis baptizantis.

50. Christi amor in Ioã nem præcelens exitus.

Secundum verò, dignitatem, prærogatiuam, Christi erga Ioannem præ cæteris amorem, dum sic eum amauit, sic dilexit, vt non solum sua ei dona voluerit communicare, sed matrem, sic, vt, quia ipse Virginis filius naturalis, Ioannes esset & spiritualis, vt in hoc adhuc in ventre matris existens Ioannes patrem eum faceret Apostolo, & sicut illi ex cruce matrem, sic isti ex ventre, vt duos filios Racheli sanctissimæ tribueret, vnum Beniamin, seu *Beneni*, hoc est filius doloris, in amaritudine natus, qui est Ioannes Euangelista, alterum, qui Ioseph, hoc est *incrementum*, qui est Baptista, per quem mundi salus elucet, per quem ad Christum peruenitur, per quem incrementa nostra accepit fides, per quem prophetiæ somniáque diuina de Christo referantur.

Hinc quia non tam filius futurus Elizabeth, quam Virginis & frater Christi, non tam cognatione carnali, quam spirituali, cum matrem Virginem non par esset, vt obtineret carnalem, (hoc enim Christo tantum debebatur,) ad Baptistæ dignitatem sanctitatísque culmen respiciens Deus, non ante voluit à parentibus concipi, quàm mundi essent, quàm Sancti, quàm propemodum diuini, ob hoc in vltima senectute genitus. Quod obseruauit eleganter Chrysolog. serm. 91. super illa verba Lucæ, *& ambo processerant in diebus suis*, affirmans, ideo in senectute Elizabeth Ioannem concepisse, vt ad talem præpararetur sanctificatum non quomodolibet, sed diu, sed temporibus multis. *Mundabatur enim*, ait, *longo tempore sacrificij domus, sanctitatis hospitium, meatus metatoris Christi, Angeli domicilium, aula Spiritus sancti, Dei templum; denique vbi tota corporis cela ta querela est, & in totum facti sunt sine querela, mox sterilitas fugit, reminiscit senectus, fides concipit, parit castitas, nascitur maior homine, par Angelis, tuba celi, preco Christi, arcanum Patris, filij nuncius, signifer superni Regis, peccatorum venia, Iudæorum correctio, vocatio gentium, legis, & gratiæ fibula.* Vt videas quam Christo similis sit Ioannes, eum sicut ad Christum concipiendum non illico, & ex tempore cum concepit Virgo, sed prius præparata donis, cælestibusque, ac propemodum diuinis virtutibus, sic & Elizabeth, vt Ioannem conciperet, non prius hoc obtinuit, quam dignè suo modo esset præparata, immo & sanctificata.

51. Cur in senectute cõceptus.

Chrysol.

52. Sanctitas Ioannis nõ cum alia comparati digna nisi cum sanctitate Christi proportionaliter tamen.

Cyril.

Hinc vna, & quidem maxima Ioannis excellentia deducitur, vt norma eius sanctitatis, altitudinísque regula non à cæteris sumenda sanctis, sed ab ipso Sanctorum fonte Christo Domino, cui comparandus, & si infinitè ab illo in sanctitate distet, &, vt inquit Cyrillus lib. 2. thesauri, c. 4. *Incomparabiliter Christus excedat*, tamen eum, vt inquit idem Sanctus ibidem, *dicatur maior inter natos mulierum virtutis sublimitate, qua ad eos pertinet terminos, quo natura humana peruenire potest.* (Excipe Virginem) merito eius gradus sanctitatis, in ordine ad Christum Dominum sumendus, cum cæteri qui puri homines, nec debeant, nec possint cum Ioanne comparari, nec cum eis collatio fieri, cum excessus magnitudinis omnem penitus tollat comparationem; *Fecítque Deus*, ait Moyses Genes. 1. n. 16. *duo luminaria magna, luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti, & stellis.* Si ambo magna, vnde postea minus dicitur quod nocti præest? sanè, quia magnum, si cum stellis, quæ in nocte etiam lucent, minus, si cum sole qui in die, & à quo etiam luna suum mutuat lumen; sic quidem duo in cælo sanctissimæ suæ Ecclesiæ fecit Deus luminaria magna, Christum, & Ioannem; at luminare minus Ioannes, si cum Christo eum conferas, quia, vt rectè idem Cyrillus vbi suprà, coarguens eos, qui stolidè, & imperitè aliquando Ioannem maiorem fuisse Christo asserebant. *Lucerna erat Baptista, lux autem Christus, quomodo ergo lux cuius natura est illuminare, lucerna, quæ lumine indiget æqualis, vel minor erit.* Minor ergo Christo Ioannes, & ideo luminare minus; at si cum stellis compares, cæterísque Sanctis inter peccatorum tenebras lucentes, luminare magnum, incomparabiliter eos excedens. Hinc hoc Chrysostomus considerans hom. 27. in Imperfect. ait: Ioannem Christo propinquiorem, quanto verbum voci. *Quanto vox proximior Verbo*, ait, *non tamen verbum, tanto Ioannes proximior Christo non tamen Christus.* Ex quo concludit omnibus sanctis Ioannem maiorem. *Vide ergo quia omnibus sanctis est maior, cui solus Christus est prior.* Quæ sententia non solum est Chrysostomi, sed communis Patrum, scilicet Christum solum Ioanni præferendum: sic Theophylactus, Euthymius, & omnes expositores, & Patres super illa verba *inter natos mulierum.* Vnde Ambrosius lib. 5. in Luc. *Hunc*, id est Ioannem, *omnibus dico esse maiorem, sed inter mulieris, non virginis natos, maior enim fuit iis, quibus æqualis esse poterat sorte nascendi;* vnde idem Sanctus sermone 94. ait, *præcellit cunctis, eminet vniuersis, antecellit Prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis ex muliere est inferior Ioanne.* Et egregiè Bernard. serm. de priuilegiis huius Sancti; *Vnus est*, ait, *& similem non habet, qui choris insertus Angelicis, sublimioris corona titulis, vniuersitatis humanæ transcendit ascensum.* Pulchrè, vbi illud adnotandum Ioannem adhuc in terris degentem, *choris insertum Angelicis*, quod singulare eius priuilegium. Enimuerò cæteri sic nascuntur, vt Angelicis inserendi choris: at Ioannes vt insertus iam inde ex vitæ principio, quia adhuc in terris Angelus, Matth. 11. n. 10. *Sed quid existis videre? Prophetam*, ait Dominus ad turbas de Ioanne; *etiam dico vobis, & plusquam Prophetam;* Quod declarans, & in quo plusquam Propheta, quia cæteri & si Prophetæ, vt homines tamen prophetizabant: at Ioannes non sicut homo, sed sicut Angelus, qui & futura quæ prædicit, videt, sic Ioannes, & Deum hominem prophetabat, & videbat. *Nomi te Domine aperte*, ait Thaumaturgus sermone in sancta Theophania ex persona Ioannis ad Christum, *Vidi enim te in spiritu, antequam hanc lucem aspicerem;* hinc digito ostendebat. Vnde sequens Dominus ait: *Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum, ante faciem tuam.* In quibus verbis, pulchrè adnotat

53. Est luminare minus Ecclesia.

54. Quantum Christo proximior cæteris.

Chrys.

Theophylact. Euthym. Ambros.

Bern.

55. In terris adhuc degens cum Angelis numerabatur eorum choris insertus.

Matt. 11. n. 10.

Thaumaturg.

Digitized by Google

Chryſ. Chryſoſtomus vbi ſup. ſingulariter Ioannem nominatum Angelum Dei, vt eius ſanctitas, ac vitæ puritas indicarentur, plus gloriæ ei exiſtens conuerſatione eſſe Angelum, quam ſi fuiſſet natura. *Puto*, inquit, *quod glorioſior eſt Ioannes, quia homo fuit, & propter virtutis meritum Angelus eſt vocatus, quàm ſi nomine Angelus, & natura fuiſſet, Angelus enim hoc ipſo quod Angelus, non eſt virtutis præmium, ſed naturæ proprietas, iſte autem mirabilis eſt, qui in humana natura Angelicam ſanctitatem tranſgreſſus eſt.* Egregiè, quod natura Angeli, Ioannes per gratiam, per meritum; hinc & ſi homo in humanitate Angelus, & in terris exiſtens choris inſertus Angelicis, vt ait Bernard.

56. Plus quam Angelus.

Immo non ſolum choris inſertus Angelicis, quinimo eos tranſgreſſus, vt ait Chryſoſtomus, ex quo fit, vt poſt Chriſtum, & Virginem ſanctiſſimam ſupra omnes ſe eleuans homines, Angelóſque, ſic Deo, ſic Chriſto proximus in cælis reperitur: vt ſi mea non me fallit deuotio, ac coniectura, tertius ſedeat; nec mirum cum ex Chriſti filiis primogenitus ſit, cui ex iure ſupra reliquos primatus debetur fratres honorum, & gratiæ. Sic enim & antiquitus, & modo primogenitis, & primus, & maximus in hæreditate debebatur, niſi delictis præiudicantibus exhæredebantur Geneſ. 49. *Ruben primogenitus meus*, dixit Iacob benedicens filiis; *Tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio: effuſus es ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui*, LXX. Ly *Principium doloris mei*, legunt, *Principium filiorum meorum; prior in donis, maior in imperio*, hoc eſt, vt diuus ait Hieronym. in quæſtionibus ſuper Geneſim: *Tu es primogenitus meus, & hereditatem quæ primogenitis iure debebatur ſacerdotium ſcilicet, & regnum, quia peccaſti, primogeniti ordinem perdidiſti.* Caietanus Li, *Prior in donis, maior in imperio*, putat eſſe paraphraſim, & quod ex Hebræo ſic legi debet, *excellentia alta, & excellentia fortis*, duæ ſcilicet prærogatiuæ primogenituræ Ruben, niſi peccaſſet, ſcilicet eſſe patris fortitudinem, & principium doloris, hoc eſt roboris, non quomodolibet, *ſed altiſſimæ, & fortiſſimæ*, quaſi diceret, inquit Caietan. *Superioritas tua ô Ruben, non eſt ſuperioritas ima, ſed celſa, vtpote præſtans tantæ multitudini, tot principibus populi Iſraël, & quemadmodum non eſt humilis, ſed celſa, ita non eſt debilis, ſed fortis, vtpote fulta præſidio tanti populi.* Talis ergo fuiſſet Ruben, niſi peccaſſet, aſcendiſſétque cubile patris ſui, fœdéque patrem iniurians, ipſam patris ſponſam ſubriperet. Quis quæſo in lege gratiæ eſt iſte Ruben, niſi Ioannes: quid enim Ruben interpretatur niſi *videns filium?* & quis prior vidit filium illum, qui per antonomaſiam *filius* dicitur *hominis*, niſi Ioannes? aut cui primum poſt ſanctiſſimam Virginem Dei filius demonſtratus? ſic, vt rectè dixerit Chryſoſtom. vbi ſup. nullum Prophetam vti Ioannem, cum cæteri, & ſi tales, tamen ſpiritum non aliis communicabant propheriæ: at Ioannes & patrem, & matrem Propheras effecit oſtendendo illis Chriſtum. *Quis Prophetarum*, ait, *cum eſſet Propheta, Prophetam face-*

57. Primogenitus eſt Chriſti vnde ex iure amplior ei debetur gratia.

Gen. 49.

Hieron.

Caiet.

58. Ioannes in noua lege & Ruben primogenitus Iacob.

Chryſoſt.

59. Conſtituit Prophetas neminem quã eius

A *re potuit? Elias quidem vnxit Eliſeum in Prophetam, non tamen prophetandi gratiam illi donauit; iſte autem in vtero matris exiſtens diuini introitus ſcientiam matri donauit, & os illius in verbo confeſſionis aperuit, vt cuius non videbat perſonam, cognoſceret dignitatem.* Neſcio quid (vt interim hoc dicam) diuinitus Ioanni tributum inſinuare videtur Chryſoſtom. dum ait, ipſum Prophetas conſtituere, hoc enim ſolius Dei eſt, vt rectè diuus Thom. 2. 2. quæſtio. 171. quia veros habere Prophetas ſolius omnipotentiæ eſt diuinæ, vt ibi Sanctus quæſt. 172. art. 5. Vide nunc, an ſupra humanum, ſupráque Angelicum aliquid diuinum iuxta Chryſoſtom. Deus Ioanni contulerit,

B quod nulli vnquam hominum, aut Angelorum. Sed ad nos, vidit ergo ipſe primum Dei filium, hinc verus *Ruben*, verúſque Dei, & Chriſti primogenitus; cum vt rectè D. Thom. vbi ſup. quæſt. 174. art. 4. ad 3. Ioannes ſimpliciter ad nouum pertineat, non ad vetus Teſtamentum; explicans enim quomodo Ioannes maior poſſet eſſe Propheta, quàm Moyſes, cum Deuteron. c finali ſcriptum ſit; *Non ſurrexit vltra Propheta in Iſraël ſicut Moyſes*, ait, *non hoc loco comparatio ſit cum Prophetis veteris Teſtamenti, Ioannes autem ad nouum Teſtamentum pertinet, cuius miniſtri præferuntur etiam ipſi Moyſi, quaſi magis clarè ſpeculantes.* Vbi vltima notanda verba; rationem enim eſſentialem includunt differentiæ, inter veteris, nouique Teſtamenti miniſtros; obſcuram nempe, aut claram de Chriſto intelligentiam; vnde Iſidor. lib. de vita, & morte Sanctorum clare Ioannem inter Sanctos repetit noui Teſtamenti, & Cyrillus de 50. dogmatibus, cat. 3. Bibliothech. Patrum, tomo 4. vbi *rerum Euangelicarum principium*, appellat Ioannem, quod etiam (me iudice) clarè ſit. ſi cum diuo Thom. 3. part. quæſt. 38. art. 6. ad 3. Chryſoſtom. hom. 4. in Imperf. Nazianz. orat. 39. verſus finem, aſſeramus Ioannem à Chriſto baptizatum, quod ſufficit, vt aliquis ad nouum Teſtamentum pertineat. Quod doctiſſimè confirmat Suarez in 3. parte de vita Chriſti, diſputat. 24. ſect. 6. Ergo cum ad nouum Teſtamentum pertineat Ioannes, &

D primogenitus ſit Chriſti, primo ab ipſo ſanctificatus, primo ab ipſo baptizatus: *Sciebat*, ait Nazianzenus, *paulò poſt futurum, vt ipſe baptiſtam baptizaret.* Et dona non demeruit, immo promeruit primogenituram, cum non tantum cubile patris non aſcendit, ſponſámque arripuit, ſed vltro oblatam repudiauit, negans ſe eſſe ſponſum, ſe eſſe Chriſtum, quomodo non prior reliquis in donis, non prior in imperio, & hoc non quomodolibet, ſed ſecundum Caietanum; *cum excellentia alta, cum excellentia forti.*

singularis prærogatiua.

60. Ioannes ad nouum propiè pertinet teſtamentum.

Deuter. c. vltim.

61. In quo noui, ac veteris Teſtamenti miniſtri differunt.

Iſidor.

S. Thom. Chryſoſt. Nazianz.

Suarez.

62. Ioannes à Chriſto baptizatus.

Hinc tanquam primogenitus, non vnam accepit partem, ſed duas, non capax vnius tantum extitit ſpiritus, ſed duplicis Ioan. 16. n. 7. *Niſi ego abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* vbi Auguſt. tractat. 49. in Ioan. tom. 9. *Nunquid hic poſitus eum non poterat mittere, quem ſcimus ſuper eum baptizatum veniſſe, atque manſiſſe? Quid eſt ergo, ſi non abiero, Paraclitus non veniet ad vos? niſi, non poteſtis capere ſpiritum quandiu ſecundum carnem noſſe perſi-*

62. Ioãnes præ cæteris duplicem accepit ſpiritum.

Digitized by Google

stitis Christum. Christo autem discedente corporaliter, non solum Spiritus sanctus, sed & Pater, & Filius illic affuit spiritualiter. Ergo duorum Paraclitorum capaces non erant Apostoli, Christi scilicet, & Spiritus sancti. Hinc necessarium, vt Christus abeat, non mirum, quia non primogeniti, vt Ioannes, qui tanquam primus, & Christi maioratus, Christum, & Spiritum sanctum capit, nec illi Christi præsentia officit, vt Spiritu sancto non repleatur. Audi Angelum: *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sua*, Luc.1.n.15. Quod si tempus consideres, vt suprà diximus, repetes hoc fuisse quando Christus cum Maria præsens; ergo & Christum, qui etiam Paraclitus, & Spiritum sanctum capit Ioannes, duos simul Paraclitos; non mirum, quia prior in donis reliquis fratribus, ideo maior in imperio, & hoc *cum excellentia alta, & excellentia forti.*

Sic alta, sic fortis, vt supra choros se elevans Angelicos in ipso deitatis luminis abysso, ante quem, vt rectè diuus Thom.2.2.quæst.3. art. 5. ad 1. *Omnis creatura comparata tenebra est*, ita lucet, ita splendet, ita radiat, vt ipsam Angelorum reuerberet aciem, quod eleganter dixit Bernard. serm. de priuilegiis Ioannis, vbi sic: *Lætantur Angeli, & vtriusque naturæ numerositas admiratur hominem sic ingressum abyssum luminis, & intra interna diuinitatis absorptum, vt ipsam reuerberet aciem Angelicæ puritatis.* Attende verbum *reuerberationis*, non quomodolibet lucet, splendet, sed *cum excellentia alta, & forti*, reuerberans, repercutiens, & (vt sic dicam) ipsam summam Angelorum aciem perstringens; quàm magnus ergo iste, quàm altus, vt in abysso luminis reuerberans luceat? & cum lucerna sit non lumen, ante diuinum illud iubar emicet, summásque reuerberet Angelorum acies? merito equidem exclamat Bernard. sequens? *Lenentur omnes viri meritorum, & prærogatiuis ante consistorium maiestatis exultent, non erit tamen, qui ad beati Ioannis Baptistæ priuilegium audeat aspirare.* Premo postremum, *audeat aspirare*, quasi gloria Ioannis sic propria ipsius, sic alta, sic immensa, sic quodammodo diuina, vt æquè sit superbiæ nota dignum, ac eadem pœna ad illam aspirare, ac ad diuinam. quid mirabilius?

Nec tibi negotium ingerant Apostoli, quasi trepides maiorem illis Ioannem facere; nam, vt rectè Anselmus Matth. 3. licet quoad mysterium digniores Ioanne Apostoli, non tamen meritis, & sanctitate, elucidans enim Anselm. illa Ioannis verba: *Non sum dignus corrigiam calceamenti eius solnere*, intelligens per calceamentum mysterium Incarnationis, affirmat, quod, & si Ioannes dignus non extitit, vt gentibus mysterium enuclearet Incarnationis, quod Apostolis concessum, tamen sanctitate, & meritis non illis impar. *Non fuit igitur*, ait, *Ioannes dignus qui ad Euangelium portandum per orbem mitteretur, id est qui officio Apostolatus fungeretur, tamen non fuit inferior meritis Apostolis, sed tantum officio ministerij; maius enim ministerium non fuit, quam Apostolatus, tamen in cælo non fuit Ioannes minoris dignitatis, quam Apostoli.* Cui consonat sanctus Thom. in eundem Matth locum. & Eusebius Gallicanus hom.1. de hoc Sancto, tomo 5 Bibliotech. Patrum.

Ad quæ addendum quod, & si Ioannes quoad vniuersalem prædicationem, & in vniuersum orbem potestatem, ac iurisdictionem ad Ecclesiæ constitutionem pertinentem non fuerit Apostolus, tamen suo modo priuilegio non caruit Apostolatus, quatenus à Deo etiam missus, quod *Apostolus* significat; sic missus, vt salutem per eius prædicationem non quælibet gens, sed Iudæorum acquireret, ac proinde à Deo datus, quod eleganter expendit Eusebius Gallicanus, hom.1. de Baptista, super illa verba: *Ne timeas Zacharia, exaudita est oratio tua*, vbi affirmat orationem Zachariæ non fuisse, vt filios susciperet, sed vti sacerdos, vt Deus populi mederetur calamitati, quam ideo exauditam Angelus dixit, quatenus ex eo nasceretur, qui salus illius debebat esse per prædicationem populi; *Nunquid credendum est*, ait, *quod in templo tanti populi sacerdos hoc petierit, vt ei filius nasceretur? nunquid credendum est, quod senex iuuenturis vota præsumpserit? nunquid credendum est, quod pro hoc tantopere inuigilauerit publici intercessoris oratio, vt intermissis suorum necessitatibus, donari sibi à Deo posceret desperatum nomen parentis, & aliena munus ætatis? non ita est, sed dum ille sollicitus pro salute populi supplicat, promissus est ei talis filius, per quem populus saluaretur; dumque ille non pro se, sed pro omnibus precem fudit, meruerunt profuturæ fructum posteritatis pia desideria sacerdotis.* Nil melius. Talis est Ioannes, quod, vt vniuersalis populi calamitas à Deo resarciretur promittitur, &, vt gens illa non periret, tanquam Apostolus ad eam mittitur, vnde ob hoc multi sanctorum Patrum Apostolum eum nominant, ob quod plusquàm Prophetam eum faciunt; sic Hieronymus ad Galat. 5. in principio; *Plusquam Propheta*, ait, *quia non tantum Propheta, sed Apostolus fuit*; Cui consonat Chrysostom. hom. 15. ex variis in Matthæ. Damascen. lib. 4. de fide, c.16. Cyrillus lib. 2. in Ioan. c.1. Origenes tom. 31. in Ioan. circa illa verba: *Qui recipit eum, quem ego misero, me recipit*; immo Damascenus ibi retractans quomodo, quóve cultu Sancti adorandi, post Virginem primum posuit Ioannem, deinde Apostolos, *Dei genitricem*, ait, *vt propriè, ac verè Dei matrem honore afficiamus, Prophetam Ioannem, vt præcursorem, & Baptistam, vt Apostolum, & Martyrem, neque enim vt Dominus ait, inter natos mulierum, Apostolos item, & Domini fratres.* Immo, si verè res pensitanda, cum Ioannes missus ad Christum Iudæis annuntiandum, quando, nec Christus miracula ederat, nec gratia infusa Spiritus sancti, nec illud Ioannes miraculis comprobare debebat, sed vitæ sanctitate, sic, vt inexcusabiles Iudæi fierent, si Christum Deum non crederent Ioanne affirmante, cum esset testis ratione vitæ omni exceptione maior, & qui nihil in se continebat, *quod suspitionem posset habere mendacij*; nam vt expressè habetur in l. 3. ff. de testibus, & in lege eos Cod. eodem tit. & in c.1. de testibus, & in c.1. de consanguinitate,

S. Thom.

66. Priuilegio non caruit Apostolatus.

Euseb. Gallic.

67. Zachariæ oratio non erat pro filiis obtinendis, sed pro medela peccatorum populi, ob quam Ioannes præstitus.

85. Eius gloria Angelorum reuerberat aciem *S Thom.*

Bernard.

64. Nullus Sanctorum ei comparandus, cuius gloriam timent Sancti sibi adscribere. *Anselm.*

65. Non inferior Apostolis immo sublimior.

Hieron.

Chrysost.

Damasc.

Cyril.

Orig.

68. Maiore sanctitate præditus quam Apostoli dum ea ratum, & non miraculis sicut illi diuinitatem Christi confirmare debebat.

Digitized by Google

& affinitate, & in c. forum de verborum ſignif. *ille eſt teſtis legitimus, qui vita eſt innocens, & integer actu*, ac proinde irrecuſabilis, & omni exceptione maior; Hinc, vt inexcuſabiles Iudæi fierent, & ex prædicatione Ioannis, vt ſic, ſi non planè, ſaltem ſemiplenè probata maneret Chriſti diuinitas, & vitæ ſanctitas neceſſaria extitit, qua nulla maior, immo pluſquam Apoſtolica, cum iſti non ſolum vitæ ſanctitate, ſed miraculis quod Ioannes probabant, Ioannes autem ſolũ vita. Vnde rectè Euſebius lib. 6. de demonſtrat. c. 5. quæſtionem proponit, quid eſſet in Ioanne; *Quo capta illa multitudo admiraretur, & fidem haberet, cum neque mortuos excitauerit, aut alia miracula fecerit*, & reſpondet, *nil aliud quam nouum, & admirabile vitæ genus.* Vnde egregiè Cyrillus lib. 1. in Ioannem non ſolum affirmat iure Ioanni populos credidiſſe, ſed mirum illud fuiſſe ſi non crederent, vnde ait, *quomodo authoritati eius credendum non erat, qui tanto cumulo virtutis prefulſit, vt lux ipſa à nonnullis crederetur?* vnde rectè Euſebius Gallicanus vbi ſup. affirmat nulli Sanctorum ſecundum eſſe Ioannem, dum à Domini voce maior prædicatur, *Merito ergo*, ait, *inter conſeruos ſuos nulli ſecundus eſſe creditur, cui ſolus Dominus antefertur.*

Euſebius. *Cyril.*

69. Pro præmio eius ſanctitatis datum ei vt Chriſtum baptizaret. *Hieron.*

Tandem vt concludam, & vnico ſanctitatis abyſſum Ioannis explicem verbo, talis erat, vt pro præmio, & eius virtutis merito datum illi, vt Chriſtum Dominum baptizaret, ſicut ait Hieron. epiſt. ad Algaſiam quæſt. 1. *Pluſquàm Propheta*, inquit, *Ioannes, eo quod ad priuilegium prophetale etiam Baptiſte acceſſit præminm, vt Dominum ſuum baptizaret.* Expende verbum *præminm*, expende dignitatem, altitudinem, ſublimitatem, dicam propemodum diuinitatem, ad quam Ioannes ex baptiſmo euectus Chriſti, & admirare; vnico dicam verbo ex illo Pater effectus eſt Chriſti ſpiritualis, ſicut ex vtero Virgo ſanctiſſima carnalis, propemodum quaſi eodem brachium (Ioannis) quo baptizabat Chriſtus expeteret affectu, ac ſanctiſſimæ Virginis vterum. Quod eleganter declamans affirmat Greg. Thaumaturgus ſerm. in ſancta Theophania, Chriſtum introducens Ioanni baptiſmum recuſanti reſpondentem; proponit enim pulchrè Ioannis Chriſto obiectionem, ſcilicet in quo nnmine eum eſſet baptizaturus cum nullus eſſet; *Alios dum baptizo*, inquit Thaumaturg. quod Ioannes Chriſto, *in tuo nomine baptizo, vt te cum gloria venientem credant, te verò baptizans cuius mentionem faciam? in cuius te nomine baptizabo? an in nomine Patris? at totum habes Patrem in te ipſo, & totus in Patre es; an in nomine Filij? at non eſt prater te alius natura Filius Dei; an in nomine Spiritus ſancti? at ſemper vna tecum eſt, & conſubſtantialis tibi.* Cui Dominum facit reſpondentem; *ſine modo, oportet me nunc hoc baptiſmo baptizari, ac poſtea conſubſtantialis Trinitatis baptiſma cunctis hominibus cõferri; ac proinde commoda mihi Baptiſta ad præſentem diſpenſationem dexteram tuam, vt mihi ad generationem accommodauit ſuum vterum Maria, immerge me fluentis Iordanis, ſicut qua me genuit infantilibus inuolnit faſciis, confer mihi baptiſmum, ſicut virgo lac prabuit.* Mirum ſancti dictum, vt æque faciat generationem baptiſmi Chriſti, vt ſic dicam, ac eius naturalem ex matre, & ſic brachium Ioannis Deus petat, ac vterum Virginis.

70. Pater fuit Chriſti ſpiritualis ſicut Virgo ſanctiſſima mater naturalis.

Thaumaturg.

Immo, neſcio quid plus habet Chriſti baptiſmus, quam eius natiuitas, cum in natiuitate non alia reſonet vox quàm Angelorum, ac in baptiſmo ipſius Patris, & plus in hac noua Chriſti natiuitate Dei Filius manifeſtetur, quam in in illa primæna; quod eleganter expreſſit Ambroſ. ſerm. 17. de baptiſmo Chriſti ſic dicens: *Ratio enim exigit, vt poſt diem natalis Domini, licet interpoſitis annis, eodem tamen tempore hac feſtinitas ſequeretur, quàm & ipſam feſtinitatem natalem appellandam puto; tunc enim natus hominibus hodie natus eſt ſacramentis, tunc per Virginem editus, hodie per myſterium generatus, vt qui partum Virginis Angelis nuntiantibus poſſidebant, Dei filium cælis teſtantibus retinerent, certique eſſent homines, quia ipſe eſſet filius Dei, quem Virgo pepererat, diuinitas agnoſcebat, noui enim partus noua mirentur obſequia; ibi cum ſecundum hominem naſcitur, mater eum Maria ſinu circumfonet, hic cum ſecundum myſterium gignitur, Pater eum Deus voce complectitur dicens: Hic eſt filius meus dilectus.* Egregiè, voce deitatis prædicatur in baptiſmo, quando Angelorum tantum in natiuitate, & in ſinu Patris requieſcit in baptiſmate, quando in natiuitate in ſinu matris. *Sinu igitur*, proſequens Ambroſ. *retinetur à matre cum naſcitur, ſed pater ei ſinus ſui ferum ingiter ſubminiſtrat.* Qualis ergo, quantuſque, qui in hac regeneratione Pater fuit Chriſti, dum talis, tantáque ſit mater in illa, quæ quodammodo iſta inferior? Quod cum ex virtutis merito, & in ſanctitatis præmium illi conceſſum, vt ex Hieron. audis, obſtupeſce tanti viri ſanctitatem, admirare virtutem, & quanta dixerit Angelus ratione magnum futurum coram Domino perpende, & ſi primum in cælo collocamus, ſi primum prædicamus, obtorto collo ne impugnes, maledicam non exacuas linguam, genuinum non infigas dentem.

71. Baptiſmus Chriſti quodammodo maius myſterium, quàm eius natiuitas.

§. III.

De vitæ ſancti Ioannis excellentia.

AD ſublimem ſanctitatem, ad altiſſimam gloriam Ioannes euectus. at nunquid ſine operibus? nunquid ſine pœnitentia? & quidem magna, & admirabili; *Erit enim magnus*, ait Angelus, *coram Domino, vinum, & ſiceram non bibet, abſtinentiæ merita*, ait Euſebius Gallicanus vbi ſup. *ac virtutum, & iter arduũ militiæ ſpiritualis humano generi inſinuare curauit, ſcinit quod non ſufficeret eligentis gratia, niſi inuigilaret collaborantis induſtria, ſanctificatus eſt, & nondum tamen ſecurus de ſola Dei electione, ſed nihilominus ieiuniorum, & laboribus abſtinentiæ, atque iuſtitiæ diuina in ſe vota ſeruare contendit.* Egregiè, vbi illud adnotandum, quod & ſi ſanctificatus, nondum tamen ſecurus, ob quod abſtinentiæ laboribus, ieiuniorum, ac ſtrenuæ ſolitudinis, *Dei vota in ſe ſeruare contendit.* De qua re egregiè Bernard. ſerm. de Natiuitate Baptiſtæ ſuper illa verba: *erat lucerna ardens, & lucens*, ſic ait: *ardens erat*

Euſeb. Gallic.

72. Ioannes & ſi ſanctificatus, non tamen ſecurũ ſe reputabat.

in ſe ipſo vehementi auſteritate conuerſationis, erga Chriſtum intimo quodam, & pleno feruore deuotionis, erga peccantes proximos conſtantia liberæ increpationis, lux in exemplo, digito, verbo, ſemetipſum oſtendens ad imitationem, Inminare maius ad peccatorum remiſſionem, noſtras tenebras illuminans ad correptionem. Amplam quidem materiam nobis Bernardus præbet, vt vitam Baptiſtæ admiremur, ſi de tali ardore, de tali diſcurrere velimus luce; non vacat ad alia properantes, pauca de pœnitentia tamen adiiciemus, vt ab vngue leonem diiudicantes, quid de reliquis dicendum arguamus.

73. Quam inexhaustus eius vita ex Bern.

Ardebat auſteritate, & quia ſanctitate omnes excedebat, ideo & pœnitentia, pulchrè hoc idem Bern. vbi ſup. vbi ſic: *Habentes victum, & veſtitum, ait Apoſt. his contenti ſumus, Apoſtolica perfectio ita eſt, ſed Ioannes etiam hac contempſit, Matth. 11. venit enim non manducans, neque bibens, planè nec veſtiens, ſicut enim non eſt locuſta cibus, niſi aliquorum fortè irrationabilium animalium, ſic nec pilus cameli hominum eſt indumentum.* Merito ergo ſuprà reliquos euectus, qui ſuprà eos in pœnitentia ſe exercuit: vnde Baſil. con. 1. de ieiunio viram Ioannis perpetuum fuiſſe affirmat ieiunium: *Ioannis Baptiſtæ vita quid aliud erat, ait, quam vnicum, & perpetuum ieiunium?* Vnde ob hoc præcipuè Angelus appellatus affirmat Ambroſ. lib. de Elia, & ieiunio, c. 3. vt infrà dicemus, & Chryſoſt. quod ideo nil carnis in eo remanſerat, niſi *viſio ſola.*

74. Pœnitentia omnes excellit ſanctos. *Bernard.*

Baſilius.

75 Eius vita perpetuum ieiunium. *Ambroſ. Chryſoſt.*

At ſi ieiunabat ſic ſtrictè, nunquid molliter veſtiebat? quando comedebat, aliquid-ne erat ſuauè? Matth. 3. n. 4. *Eſca autem eius erat locuſta, & mel ſilueſtre.* Cibus auſterus, vilis, inſuauis, & amarus, vt notauit Auguſt. ſerm. 65. de temp. Chryſoſt. Euthim. & Ambroſ. in Matth. & Luc. & Origen. hom. 11. in Luc. Ex quibus Euthim. ſic ait: *Dicunt enim illud uſque ad hodiernum diem in illis partibus pleróſque edere* (nempè genus illud inſecti locuſtarum) *fumo ſiccatum, & ipſum inter animalia munda legiſlatorem annumeraſſe, habere autem grauem odorem, malúmque guſtum: mel quoque ſilueſtre in petrarum ſciſſuris ab agreſtibus apibus conficitur, ſed amarum eſt, & inſuaue.* Pende ſingula, *grauem odorem, malúmque guſtum.* Duo contraria illis, quæ in cibo homines appetunt odorem, & ſaporem; at Ioannes pœnitens malum odorem, malúmque ſaporem: immo quod mirandum hanc talem etiam à Deo illi ſubminiſtraram, vti affirmat idem Euthim. vt ex hinc diſcas, quales ſuos amet athletas Deus, qualíque eos paſcat cibo, vt cum tibi aliter videris prouiſum delicate ſcilicet, ac ſuauiter, non gratiam, & fauorem, ſed Dei æſtimes indulgentiam tuæ compatiens infirmitati, miniméque tuæ indulgens virtuti, vt ex hoc ſecundum Bernardum vbi ſup. *quidquid minus eſt feruoris, humilitas ſuppleat confeſſionis.*

Matth. 3. n. 4. Auguſt. Chryſoſt. Euthim. Ambroſ. Origen.

76 Cibus eius malè olens peius ſapiens.

77 Deus qualem ſuis præparat eſcam athletis.

Bernard.

78 Humilitate defectus ſupplendus feruoris. *Paulinus. Anſelm.*

Si ieiunium tale, non quidem minus & veſtitus ex pilis camelorum confectus, quod cilicium fuiſſe affirmat Paulinus epiſt. 10. ad Seuerum dicens: *Ioannem pilis camelorum hirto tegmine veſtiebant*, apertius diu. Anſelm. Matth. 3. *gerebat*, ait, *habitum pœnitentiæ, dum cilicio camelino indutus eſſet, & cibos ſilueſtres comederet.*

Ad hæc adde ſolitudinem ſic perennem, vt ab anno, & dimidio ſuæ inceperit ætatis, vt ſcribit Nicephor. lib. 1. hiſtor. c. 14. & Cedrenus in

Nicephor. Cedren.

A compendio hiſt. Herodianam enim fugiens mater crudelitatem, in eremúmque ſecellit, quæ deliteſcens in ſpelunca quadam, ibi obiit, affirmátque Cedrenus Angelum curam ſuſcepiſſe pueri, in qua ſolitudine ſic conſtanter, cõtinuè, ac perenniter manſit, vt omnium hominum penitus euitaret conuictum, & quod quidem prorſus admirabile, nec ipſum videret Saluatorem. Quod dixit Auguſt. lib. 7. de Ciu. c. 24. dum affirmat Ioannem Prophetam fuiſſe, quia Chriſtum demonſtrauit, & ſi facie ipſi ignotum, *Nouiſſimus Propheta fuit Ioannes*, ait, *qui inuenis, iam iuuenem Chriſtum, non quidem futurum prædixit, ſed tamen incognitum* (ſcilicet facie) *propheticæ cognitione monſtrauit.* Vnde ipſemet apud Ioan. 1. n. 31. *& ego neſciebam eum,* B hoc eſt facie, & conuerſatione, vt expoſitores omnes, vbi Chryſoſt. hom. 16. tom. 3. *vt autem non videatur ex amicitia propter cognationem ei teſtimonium perhibere, quia cognatus eſt ſecundum carnem, propterea dicit, Ego neſciebam eum, & ſecundum rationem hoc contingit, etenim in deſerto conuerſatus eſt Ioannes.* Cui ſimilia habet Theophylactus. Quem ergo hominum admiſit, dum ſciens Chriſtum in mundo ad eum videndum non properauit? ſic patiens, ſic obediens, ac in obedientia firmiter perſiſtens, vt in deſerto per triginta propemodum demoratus an nos non inde prius exierit, quã ibi *factũ eſſet ſuper eum verbum Domini*, vt atteſtatur Luc. c. 3. n. 10. in quo loco Chryſoſt. *Verbum autem Dei hic, mandatum eſſe dicitur, quia non à ſe venit Zachariæ filius, ſed Deo ipſum mouente.* C

Theophyl.

79 Solitudo Ioannis ab anno & dimidio eius ætatis.

Auguſt.

80 Quam continua, & perennis.

81 Nunquam vidit Chriſtum ante baptiſmum. *Ioan. 1. n. 31. Chryſoſt.*

82 Nunquam deſertum deſeruit, donec iuſſus ex diuino mandato. *Luc. c. 3. n. 2. Chryſoſt.*

At quæ vita ibi? prorſus Angelica, audi Chryſoſt. hom. 10. in Matth. *Ab ipſis incunabulis, ait, in Eremo ſemper habitauit, & Angelicam quandam vitam mortali in carne præ ſe tulit.* Et hom. 38. *Ita in terris quaſi in cœlo verſabatur.* Et infrà, *Nulli hominum antequam ad baptizandum accederet, Deo autem ſoli ſua ſemper offerebat colloquia, neminem vidit vnquam conſeruorum, neque ab aliquo horum viſus fuit, non lacte nutritus, non lecto ſuſceptus, non tecto, non foro, non alia re humana vſus erat.* De qua re ſi plura cupis, vide Hier. aduerſus Luciferianos parum à principio, & epiſt. 4. ad Ruſticum, Origen. hom 11. in Luc. Epiphan. hær. 53. Euſeb. lib. 9. de demonſtrat. cap. 5. Auguſt. Bernard. Bedam, Euſeb. Emiſſen. de concionibus Ioannis Baptiſtæ. Quorſum hæc tam longo repetita principio? ſanè, vt tibi vita Ioannis incentiuum ſit feruoris, occaſio humilitatis, vt ait Bern. vbi ſup. vbi deuotè ſic exclamat: *Quis enim in nobis eſt fratres, qui Ioannis pœnitentiam intuens ſuam non dico magnificare, ſed alicuius ſaltem momenti reputare præſumat? Quis audeat murmurare in laboribus ſuis, & dicere, ſatis eſt quod patior, ne dum nimis? quæ enim homicidia, quæ ſacrilegia, aut flagitia ſic puniebat Ioannes in ſe ipſo?* Sanè nulla, ſed ideo talia ſuſtinuit, quia munus ſubire debebat prædicatoris, ad eorum exemplum, ſimúlque terrorem, vt ſcilicet, qui tale aſſumere audet munus Ioannem aſpiciat, quantúmque ſibi onus iniungat, ſi ſe non præparat, vt Ioannes, attendat.

Hieron. Origen. Epiphan. Euſeb. Auguſt. Bernard. Beda. Emiſſen.

83 Eius vita nobis humilitatis exemplum.

84 Præcipuè à prædicatoribus ſpectanda.

Mirum, interrogatus Ioannes quis eſſet, reſpondit, *Ego vox clamantis in deſerto.* Ioan. 1. nu. 23. Quid eſt clamare in deſerto? nunquid ob arbores, ob animalia venerat, vt illis clamaret?

Ioan. 1. nu. 23.

85 Cur vox in deserto. *Cyrillus.*

vnde ergo vox clamãs in deserto? sanè ea ratione, quia vt populis clamaret, prius in deserto sibi ipsi clamauit per pœnitẽtiã, silẽtiũ, & orationem, ad prædicationem prius se adaptans, instruens, parans, *vides* (ait Cyrillus de decem dogmat. Cath. 3.) *quantum hominem huius gratia (prædicationis scilicet) ducem elegit, nihil omnino possidentem, solitudinis studiosum, sed non inhumanum, locustas manducantem, & alas parantem animæ, melle vescentem, & dulciora melle, vtiliáque loquentem, veste de pilis Camelorum indutum, & exercitationis typum in seipso monstrantem; quin etiam in vtero matris cum gestaretur, à Spiritu sancto sanctificatus est.* Vltima ponderanda verba, repletus Spiritu sancto, in vtero

Bernard. resplendens, & illuminans, adhuc sub modio, vt ait Bern vbi sup. tamen ad gentes illuminan- B

Ioan. c. 3. das prius se exercuit, prius ars sit, posteà luxit; vnde egregiè idem Bern. vbi sup. super illa verba Ioan. 3. *Erat lucerna ardens, & lucens*, sic ait: *non dixit lucens, & ardens, quia Ioannis ex feruore splendor, non feruor prodyit ex splendore, sunt enim qui non eo lucent, quia feruent, sed magis feruent, vt luceant; at isti non feruent charitatis Spiritu, sed studio vanitatis.* Audiant hoc spirituales, audiant tales, qui in curiis versantur principum, audiant quibus datum nomen portare diuinum coram regibus, ac principibus, videant, an ideo ferueant, vt luceant, ardorémque prodant, non vt inflamment, sed vt splendeãt, & dum se acclamatos aspiciunt sine animarum lucro, timeant, ne feruor non sit charitatis, sed C vanitatis, & non sicut Ioannes, cui lux ex feruore, non feruor ex luce.

86 Eius splendor ex feruore, non è contra.

87 Feruor vanus prædicantium qui.

88 Ioannis pœnitentia inimaginabilis. *Cor. 1. c. 2.*

Hinc quidem aspicere potes quanta ratione dictum, magnum futurum Ioannem coram Domino, cum si gratiam, & gloriam inspicias, altissimam reperies, si vitam, si pœnitentiam, propè magnam, sic, vt nec imaginatione quis eam perciperet nisi probatam in Ioanne eam videret. Paulus enim ad Corinth. 1. c. 2. de magnitudine gloriæ differens sic admirabilem eam facit, vt impossibile affirmet in hominis mentem venire: *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit* Sunt enim tres illi scalæ gradus, quos in Philosophiæ imagine

Boëtius. 89 Philosophiæ scalæ gradus. Boëtius lib. de consolat. depinxit; probans ex hoc omnem philosophicam veritatem, aut ab D oculis, aut ab auribus, aut à conceptibus percipi; quod autem vltra hæc, suprà humanum, ac propemodum diuinum reperitur. Vide nunc an talis sit Ioannis pœnitentia, extendat suas quantumlibet discursus alas, figuret abstinentiam, vltra herbas non se extendet? at Ioannes locustas inuenit: pensitet vestitus austeritatem, non vltra cilicium cogitabit; at Ioannes Camelorum pilis vsus: formet solitudinem, certè primus Paulus Heremita, à 15. suæ ætatis anno eremum coluit, Ioannes ab anno & dimidio, vt diximus: formet cogitatio hominem pœnitentem, semper aliquid carnis in eo reperiet; at in Ioanne nil prorsus, nisi tantum ossa, *in terris*, ait

Chrysost. Chrysost. *quasi in cœlis versabatur, & carnis in eo, nisi visio sola.* Hinc eius Deo holocausta medullata, non ex carnibus, sed ex ossibus, quia carnes non habens, medullas offerebat, quod genus sacrificij altissimum, iuxta illud Dauid

90 Sacrificium pœnitentiæ Ioannis medullatũ, &c cur. *Psal. 65. n. 15.* *holocausta medullata offeram tibi*, psal. 65. n. 15. ex quo Angelus, vt ait Ambr. vbi sup. *quia vita humanæ possibilitatem continentia superegressus fuerat, non homo, sed Angelus appellatus est.* Pulchrè, vitæ humanæ possibilitatem superegressus Ioãnes, cum si eius inspicias pœnitentiam, vltra humanam eam reperies, Apocal. 10. n. 1. *Vidi* (ait Ioannes) *alium Angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, facies eius vt Sol, pedes eius columnæ ignis, & posuit pedem suum dextrum suprà mare, sinistrum autem super terram, & clamauit voce magna quemadmodum cum leo rugit.* Recole, quæ de Ioanne ex patribus diximus, & eum hunc intelliges Angelum, prædicatione splendet vt Sol, ardore vt ignis, voce vt leo, pedibus inter vtrumque stat testamentum, finis vnius, principium alterius; at faciem habet, vt Sol, pedes vt ignis, corpus autem vt nubes, cur vt nubes? sanè ob pœnitentiam, ob ploratum, ob fletum, ob austeritatem, nil habens hominis nisi visionem solam, vt ait Chrysost. quàm magnus ergo talis, tantúsque vir: verè ergo ab Angelo dictum magnum futurum coram Domino, cum & si sanctitatem, & si gratiam, & si vitam, & si pœnitentiam inspicias, omnia magna.

Apocal. 10. n. 1.

91 Angelus qua ratione dictus.

Tandem vltimo, vt concludam, sic magnus, sic admirabilis, vt baptizans Christum, ne pro Deo haberetur, ideo pater sanctissimus super filium misit columbam, vt desuper intonante, *hic est filius meus dilectus*, non de Ioanne dictum turba reputaret, sic sanctitate, sic meritis magnus extabat Ioannes, quod deuotissimè expressit Taumathurgus, vbi sup. sic dicens: *Ipse namque erroneam suspicionem Iudæorum corrigens, aperuit cœlorum portas, & Spiritum sanctum in specie columbæ misit super Iesu, digito ostendens nouum Noë, & ipse cœlitus clamat, clarè dicens, hic est filius meus dilectus, ille Iesu, non Ioannes, qui baptizatus est, non qui baptizauit, qui ex me genitus est aut è temporale spatium, non qui ex Zacharia, qui ex Maria natus est secundum carnem, non qui ex Elizabeth.* Ex quo simul habes, quam verum, quod suprà diximus, non humanam, sed diuinam necessariam lucem, vt pro Deo Ioannes non habeatur; cum, ne ignorantes, sed inuincibiliter homines errarent, necessarium, vt Spiritus sanctus de cœlo corporaliter in Christum descenderet eum Dei filium designans, Ioannem excludens, sic altus ex sanctitate, sic sublimis ex Christi baptismo reputabatur, vt idem ait sanctus: *Cum vero Iudæi qui cominus, & eminus aderant*, ait, *apud se cogitarent, & inter se dicerent, nunquid frustra suspicabamur Ioannem puriorem, ac meliorem Iesu, nonne ipsum Baptisma Baptista attestatur quid sit potius, nonne is baptizauit, vt is qui præstat, at hic baptizatus est vt inferior.* Sic magna, sic alta erga Christi Baptismum gratia extitit, sic in sublime Ioannem euexit, vt nisi Spiritus sanctus descendens attestaretur ipsum non esse Dei filium, pro Dei genito haberetur. Ex quo facto intelliges, nulla alia re sic in sublime Christum Ioannem euexisse ac suo baptismate, & ideo rectè ab Augustino assertum, ideo Christum baptizari voluisse, vt Ioannem, quem tantopere diligebat honoraret, sublimarétque.

91 Vt à Christo discerneretur necess. in Bap. vox patris.

Taumathurg.

Digitized by Google

§. IV.

De Baptiſmi effectibus.

IN immenſum hæc ſe extenderet homilia, ſi vti par eſt de diuinis huius ſacramenti effectibus diſſerere vellemus; quis enim expendere ſufficiet gratiam remiſſionis peccati originalis? pende diaboli ſeruitutem cui addicimur per originale, & ſic hoc beneficium intelliges.

93 Peccatum originale quid.

Quid enim peccatum eſt originale, niſi pernicioſa quædam à diuina bonitate defectio? Dei iugum vitale excutiens, in mortale diaboli incidens? vt diuus ait Areopag. lib. de Eccleſiaſt. Hierarch. c. 3. parte 3. *Humanam*, inquit, *naturam initio ſtolidè à diuinis beneficiis prolapſam, obnoxiam paſſionibus varijs vitam ſuſcepit, & mortis corruptibilis finis, quippè pernicioſa illa à vera bonitate defectio, & ſacra in paradiſo legis preuaricatio, eam quæ ſponte ſua blandè mulcentibus, atque infectis aduerſarii frandibus cedens vitale excuſſerat iugum, his quæ ſunt diuinis bonis contraria tradidit.* Quid enim eſt originale niſi antiqua impietas ad quam extirpandam è cœlis Dominus venit, baptiſmúmque inſtituit? vt ſanctus ait Ignatius epiſt. ad Trallianum: *Vos ergo, ait, ſuccincti manſuetudine, imitatores eſtote paſſionum Chriſti, & dilectionis eius, qua dilexit nos, dans ſemetipſum pro nobis, vt nos ſanguine ſuo mundaret ab antiqua impietate.* Vnde eleganter ſanctus Iuſtinus Martyr Dialogo cum Triphone affirmat, & ſi propter omnia delenda Deum veniſſe peccata, tamen primo, & principaliter vt originale tolleret, tanquam primum, & maximum, & quod Dei inimicos nos conſtituens æternaliter in perpetuam damnaret mortem: *Ad omnem eum*, ait, *non ideo veniſſe pro cõperto habemus quod vel baptiſmi lauatione, vel Spiritu in ſpecie columbæ aduentus opus ei fuerit, ſicut nec naſci, & crucifigi, propter functionis huiuſmodi indigentiam ſuſtinuit, ſed humani generis cauſa. quod per Adamum in mortem, & fraudem, ſeductionemque ſerpentis conciderat, vt interim propriam pro ſe maligne agentis, cuiuſque culpam taceam.* Vnde rectè Irenæus lib. 5. aduerſus hæreſ. vocat hoc peccatum, *chirographum*, quod ſcripſit diabolo Adam, Cyprian. lib. 3. epiſt. 8. *contagium mortis antiquæ.* Chryſoſt. hom. 40. in 1. epiſt. ad Corinth. *radicale peccatum.* Quale ergo erit illud beneficium, quam immenſum, quod nos à tali impietate, à tali contagio, à tali liberat ſeruitute, delens quod aduerſus nos erat chirographum, nos lauacro emundans vitæ.

Areopag. *Iuſtin. Mart.* *Irenæus. Cyprian. Chryſoſt.*

94 Chriſtus primo, & principaliter ad delẽdum venit originale peccatum.

95 Baptiſmi facilitas in eius purgatione magnum extitit beneficium.

Ad quæ ſi addas modum, hoc eſt facilitatem, lenitatem, dulcedinem, vt ſic dicam penitus admiratione obruitur animus, dolet Deus tam grande malum, tam horrendum contagium, non aliter niſi aqua, niſi lotione blanda, ſuaui, nil inferente moleſtiæ, nil doloris, & anima, & corpore conſtante homine, mirabili prouidentia modum inuenit, vt corpus mundans aqua, animam ſanctificaret per Spiritum, vt rectè Cyrillus Cathe. 3. de baptiſmo: *Cum enim*, ait, *duplex ſit homo ex anima, & corpore compoſitus, duplex quoque purificatio, incorporea quidem incorporeo, corporea vero corpori, & aqua ſanè mundat corpus, Spiritus autem ſignat animam, vt abluti in corpore aquâ munda, repurgati in corde accedamus ad Deum.*

Cyrillus.

Ad hæc ſi addas dona, & gratias, quæ per baptiſmum conferuntur, ſi habitus infuſos, fidem, ſpem, & charitatem, ſi virtutes, ſi dona Spiritus ſancti certè vltra modum excreſcet beneficium, ſtupebis, admiraberis; vnde rectè Naz. hæc conſiderans ideo affirmat multis nominatum baptiſma nominibus ob multiplices per illud collatas gratias; *porro*, ait, *quemadmodum Chriſtus huius muneris author multis, ac diuerſis nominibus appellatur, ita ipſum quoq; munus varia nomina ſortitur, ſiue id nobis mirum ob quandam notitiam accidat, ſiue quod multiplex huius beneficij vtilitas, multas quoque appellationes nobis pepererit, donum vocamus, gratiam, baptiſmum, vnctionem, illuminationem, immortalitatis indumentum, regenerationis lauacrum, ſigillum*; rationémque horum addens ſequitur: *donum dicitur, quia iis qui nihil prius contulerunt datur: gratia, quia etiam pœna obnoxiis: baptiſmus quia peccatum aqua obrutum ſepelitur, vnctio, quia ſacroſanctus, & regius, illuminatio, quia ſplendor, & claritas; indumentum, quia ignominiæ noſtræ velamen eſt, lauacrum, quia abluit, ſigillum, quia conſeruatio eſt, ac Domini ſignificatio.* En quàm mira, & alta, quam velatus ad diſcurrendum campus; quod ſi pro dignitate agendum, impoſſibile; vnum tantum ponderare libet, me iudice, cæteris altius, nempè *ſigillum*, quatenus characterem imprimit, hoc eſt quatenus per baptiſmum ita deputatur homo ad Dei cultum, illique conſecratur, vt fiat membrum Eccleſiæ Chriſti, & diſtinguatur ab illis, qui nullo modo Chriſto communcti, vt affirmat ſanctus Doctor 3. part. quæſt. 63. art. 1, pro qua re elucidanda.

96 Eius effectus admirabiles ſicut, & gratiæ. *Nazian.*

97 Quantis nominibus inſignitur, & cur.

S. Thom.

Primo ſupponendum tanquam certum, in ſacramentis legis veteris, & naturæ non fuiſſe characterem aliquem ſpiritualem impreſſum, quæ eſt aperta diui Thom. ſententia vbi ſup. art. 1. ad 3. cuius ratio eſt optima, quia ſcilicet illa nullam habebant virtutem ad ſpiritualem aliquem effectum conſtituendum, vnde ſufficiebat carnalis circumciſio, vt tantum ab infidelibus diſtinguerentur: *Ad tertium dicendum* ait ſanctus, *quia ſicut ſuprà dictum eſt, ſacramenta veteris legis non habebant in ſe ſpiritualem virtutem ad aliquem ſpiritualem effectum operantem, & ideo in illis ſacramentis non requirebatur aliquis ſpiritualis character, ſed ſufficiebat ibi corporalis circumciſio, quam Apoſtolus ſignaculum nominat.* Hinc Chryſoſt. hom. 2. ad Epheſios affirmat, Iſraëlitas tanquam pecudes obſignatos, *obſignati ſunt*, ait, *Iſraëlitæ, ſed circumciſione quemadmodum pecudes.* Et licet Scotus in 4 diſtinct. 6. quæſt. 9. contrarium ſentiat, nempè per circumciſionem impreſſum characterem, certè ſine ſufficienti ratione affirmatur, eſi aliquorum ſacramentorum tantum nouæ legis ſit hoc priuilegium, illis non quomodolibet, nec à quolibet, ſed ab Eccleſia ſancta, & à patribus attributum, vt apertè de baptiſmo affirmat Trident. Seſſ 7. Canone de Sacramentis in genere, & Forent. in decreto Eugenij, & de Bapt. idem docuit Innocenc. 3. in c. maiores. Quapropter fit, vt iam de fide ſit character in baptiſmo, & eſt communis Patrum, dum baptiſmum vocant ſigillum, ſignaculum, chara-

98 Sacramneta veteris legis characterem non imprimebant ſpirituale.

Chryſoſt. *Scotus.* *Innoc. 3.*

Basilius. Nazian. Cyrillus. Damasc. Auguſt.

cterem, vt Baſil. lib. de Spiritu ſancto c. 12. Nazianz. vt vidimus, Cyrillus in præfatione Cateſc. Epiphan. hære. 8. poſt medium, Dama. lib 4. c. 10. Auguſt. infinitis locis, & præcipuè epiſt. 13. poſt medium, & alij quam plurimi, ex quibus illud habetur, gratia Chriſti Domini noſtri per baptiſmum in anima ſupernaturaliter infundi ſignum, ſeu qualitatem quandam, ſiue primæ, ſecundæ, tertiæ, aut quartæ ſpeciei, de quibus modo non diſputo, qua homo Dei obſequio addictus membrum ſit Chriſti, eiúſque Eccleſiæ ac æterno eius mancipatus ſeruitio, ſic vt ab omnibus, & cæteris ſegregatus Chriſti militiæ aſcribatur, ac ab omnibus Angelis, ſupremiſque poteſtatibus vt talis agnitus, & cognitus, ob quod in reuerentiam, & honorem habitus, qualis hæc gratia? quale beneficium?

99 Character quam magnum Dei beneficium.

Exod. 11. n. 6.

Enimvero plagam prædicens Dominus primogenitorum Pharaoni, Exod 11. num. 6. inter alia hæc mandauit dicere: *Media nocte egrediar Ægyptum, & morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum, eritque clamor magnus in vniuerſa terra Ægypti, apud omnes autem filios Iſraël non mutiet canis, ab homine vſque ad pecus, vt ſciatis quanto miraculo diuidat Dominus Ægyptios, & Iſraël.* Pendo *miraculum*, ſcilicet in quo, reperióque in duobus, Primo vt ait Lippoman. in Cat. vt inter tam ſæua, tam liberi remanerent, ac pacifici filij Iſraël: *Diſtinctio ipſa futura, maximúmque erit miraculum*, ait: *Sic ergo pij etiam intra calamitates huius mundi maximas, quietis, & tranquillis cordibus patri miſericordiarum adhærent, plena fide freti in Deum, ſcientes omnia ad Dei laudem, & gloriam, quam vnice cupiunt, tandem deuolui, nec eſſe aduerſitatem quæ Domino neſciente, vel non ordinante incidat: nouit vbique ſuos Deus, & ſeruat, omnibus etiam impijs, & dæmonibus ipſis ſeuientibus.* Grauiſſimè dictum, in quo omnes prorſus inueniesrationes, quæ Dei ſeruos in aduerſitatibus conſolentur communibus; prima certitudo in Dei laudem omnia deuoluturæ, ſecunda Dei voluntas, tertia eius omnipotentia, qua & contra dæmones, & contra homines ſuos propugnat, defendit, ſi iis addas præſidium fidei, charitatiſque, nonne in mortis medio ipſis ſæuientibus dæmonibus ſecuri dormient? profectò; at quale hoc miraculum? ſanè magnum. Secũdum erat miraculum, vt non ſolum in tanta non clamaret Iſraëlita cæde, tantóque clamore, ſed quod maximum, nec canis, qui vel leuis rumore foli vociferari ſolet: *elegantiſſima locutio*: ait Aug. in quæſtionibus ſuper Geneſ. *Per canem quippe extremum ſignificauit, vel hominum, vel pecorum, ita commendauit, quanta in Hebræis quies futura eſſet, Ægyptiis acerba celebritate clamantibus.* Et egregiè Caietan. *iuxta Hebræum habetur*, ait, *non mouebit canis linguam ſuam, tanta quies, tanta ſecuritas ab exterminatore primogenitorum ſignificatur, tam in hominibus, quam in animalibus Hebræorum, quod non ſolum non mouebitur canis cuſtos ad latrandum, ſed nec linguam ſuam mouebit idem canis, quam poteſt quieſcens mouere.* At videamus nunc vnde tantum, tamque miraculum grande? à charactere (vt ſic dicam) ſanguinis poſtibus infixo ibi c. 12. n. 22. *Erit autem ſanguis vobis in ſignum in ædibus in quibus eritis, & videbo ſanguinem, & tranſibo vos, nec erit in vobis plaga diſperdens, quando percuſſero terram Ægypti.* Quem locum de charactere baptiſmali explicans Baſil. hom. 13. qui eſt exhortatio ad Baptiſmum, ſic ait: *Charactere ſacro carentibus, os, aciémque intentat*, ſcilicet diuinus gladius, & infrà, *niſi characterem in te agnoſcat Angelus, quonam modo pro te pugnabit, aut ab inimicis vindicabit, quomodo inquam, dices Dei ſum, ſigna mea oſtendens? an ignorans quemadmodum ſignatas domos in Ægypto exterminator præterijt? Theſaurus non obſignatus furibus facile patebit, vnde item abſque nota inſidiis protinus eſt obnoxia.* Non percutiuntur ergo Hebræi cum Ægyptiis, nec cum primogenitorum ſanguine ipſorum etiam inuoluitur, non quidem eorum meritis, ſed ſanguinis in poſtibus, tantúmque miraculum diuiſionis ob ſanguinem fit in ligno; ſic quidem quando & tu mundum vides perire, iniquóſque ab exterminatore perimi Angelo, peſte Turcas conſumi, bellis infideles, inter Chriſtianos nec canem mutire, non illorum hoc meritis adſcribe, ſed characteri, hoc eſt Chriſti ſanguini in animabus ſignato noſtris; *vides*, ait Chryſoſt. hic, *quod ſine ſanguine ſalus eſſe non poterat, neque iis qui per id tempus, non iis, qui in nouiſſimis temporibus extiterunt, nam quemadmodum regia ſtatua quamuis inanimata ſint, eos tamen qui ad ſe confugiunt ſeruare ſolent, non quia ſtatuæ ſunt, ſed quia regem repræſentant, ſimiliter & agni ſanguis homines ſalues faciebat, non quia ſanguis erat, ſed quia ſanguinem Chriſti referebat.* Egregiè, ſaluamur multoties, & ſi ob peccata noſtra quaſi emortuæ ſimus ſtatuæ, pertranſit tamen Angelus percutiens, nos venerans, nunquid quia morte indigni? immo digniſſimi, *ſed quia ſignatum eſt ſuper nos lumen Dei vultus*, ſanguis is illius qui vultus Dei, qui agnus ipſius, quem character repræſentat, ideo ſaluamur, & quod mirum, non ſolum nos, ſed noſtra, campi, arbores, ſementes, pecudes, fructus, etiam & canes noſtri, ab exterminatore defenduntur ob reuerentiam, ob characteris cultum, qui in nobis, qualis hæc eſt miſericordia? quale beneficium? quamque hoc ſignum magnum in nobis, dum ab Angelis, ſic ſuſpicitur, ſic honoratur.

Baſilius.

Chryſoſt.

103 Chriſtiani ſæpè non pereunt, & ſi morte digni ob reuerentiã characteris in illis.

104 Immo ob hoc nec res eorum.

Quod cum ſit, vt tandem concludam, & vltra non me extendam; cum de felicitate Chriſti ſeruitutis ab hoc emanatæ ſigno ſatis in primo tom. hom. 55. quale illud erit Chriſtianorum delictum, dum hoc non conſiderantes ſic viuunt, ſic peccant, vt eorum exigentibus malis in infernum detrudantur cum hoc ſignaculo, & ſua culpa illud ſignum, quod ad eorum gloriam inſtitutum, in ipſorum deueniat maius tormẽtum, & quod dolentius, ſignum illud diuinum Chriſti ſanguinem repræſentans, ab ipſis ſupremis adoratum poteſtatibus, ipſiſque ſic tremendum, venerandúmque ſublimitatibus, vt non audeant in quo eſt attingere, immo reuerenter obſeruant, à dæmonibus illic derideatur, & contemnatur, immo & conculcetur, opprobrium Chriſti ſanguinis ſuam miſeram facientibus conſolationem, certè irremediabilibus flendus lachrymis exceſſus iſte, cum tanta ſit Chriſtianorum miſeria, ſic ab eis deludatur Chriſtus, vt & ſi mundus prætereat, ampliúſque vnde diabolus Chriſti ſanguis illudat, non

105 Quam grauè Chriſtianorum delictum peccare & condemnari, ob characterẽ quo ſunt inſigniti.

100 In morte primogenitorum quæ miracula Deus, pro Iſraëlitis egit.

Lippoma.

101 Rationes quibus Dei ſerui in cõmunibus tribulationibus ſeipſos ſolari poſſunt.

Auguſt.

Caietan.

102 Hebræi cũ Ægyptijs nõ percuſſi virtute ſanguinis in poſtibus, qui characterem ſignificabat. *Ib.* c. 12. n. 22.

ei ſuperſit noſtra ignauia; quid dico? malitia, peruerſitate, ingratitudine æternaliter materia ei adſit Chriſti contemptus, dum ibi ſecum, & ſub ſuam aſpiciet poteſtatem Chriſti ſignatos, imaginem Chriſti ſanguinis, militiæ Chriſti addictos, eos conculcans, eorúmque ſacroſanctum deridens ſignaculum.

Nazian. 106 Baptiſmus datus ne amplius homo peccaret quàm ex parte Dei.

Enimvero Nazianz. orat. in ſanctum Baptiſma, ideo affirmat nos Deum ſignaſſe, vt lauacro regenerati non amplius peccaremus, indignum reputans, vt ſemel à Deo hoc ſancto ſignatus ſigno amplius peccet, & ad vomitũ redeat, cum enim ſanctus impeccabilitatem Deo, & Angelis dediſſet, homini autem peccabilitatem, ſic ait: *Idcirco Dominus minimè auxilij expertem creaturam ſuam ſibi relinquẽdam, atque contemnendam putauit eo diſcriminis adductum, vt periculum eſſet ne ab eo diſtraheretur; quin potius quẽadmodum nos creauit, ita creatos inſtauranit, & refinxit, & quidem figmento diuiniori, quod vt vita curſum ineuntibus eſt ſignaculum, ita iis qui adultiori ætate ſunt, gratia etiam eſt, collapſeque imaginis erectio.* Pulchrè, vbi aduertendum

107 Pungat in paruulis, etiã actualia peccata, & cur.

Baptiſmum in paruulis eſſe ſignaculum, quatenus originale peccatum remittendo eos ſignat; at in adultis non ſolum eſt ſignaculum, peccatum tantum originale remittendo, ſed etiam actualia, quod ſignificat ſanctus dum ait: *in adultis gratia etiam eſt, collapſeque imaginis erectio*, hoc eſt per actualia peccata. Quapropter ſpecialiter in iſtis gratia dicitur, quatenus vltra originale, remittit etiam & actuale; vnde rationem talis proſequens ſanctus obſignationis ſequitur: *Ne deſperatione ſceleratiores efficeremur, atque in grauiora quotidie flagitia prorumpentes, penitus tandem à ſummo bono, atque à virtute propter animi deſponſionem excideremus, atque in profundum malorum gurgitem prolapſi contemnamus.* Egregiè, ſuam Deus dolens imaginem per peccatum collapſam, ne eam perderet, ac totaliter ab inimicis conculcaretur, hoc ſignaculo ſignauit, per baptiſmi gratiam eam renouans, fouens, roborans, ne amplius peccet, ne in profundum ſe ingurgitet malorum; quæ eſt baptiſmi gratia, vt ait ſanctus ſic: *atque hæc baptiſmi gratia, & facultas eſt, non orbem terrarum, vt olim aquis obruens, ſed vniuſcuiuſque hominis peccata purgans, eáſque obſtructiones, vel maculas quæ vitio contrahuntur prorſus abſtergens.* Qualis ergo erit dementia, quale ſcelus, tali gratia accepta, talique oberati ſigno prouidentiam Dei defraudare? & duplo peccatores eſſe Chriſtianos, quam Turcas, quam Gentiles? & ſi Deus imaginem ſuam tantum doluit antequam ſignaretur, qualis eius putandus dolor poſt ſignatam, poſt filij ſui ſanguinis imaginem in anima impreſſam, illámque à dæmonibus conculcari aſpiciens? & quod maximum, æternaliter ſine vlla redemptionis ſpe? ô quam bene refert

Cyrillus. 108 Infidelium pœnæ in inferno reſpectu earũquæ Chriſtianorum nullæ dici poſſunt.

Cyrillus epiſt. 205. ad Auguſtinum de laudibus Hieronymi infidelium pœnam in inferno cum ea Chriſtianorum compararam quaſi pro nihilo reputari, quanquam ineffabilem: *tantum ſiquidem differt.* Interroganti Auguſtino reſpõdit quidam à mortuis reſuſcitatus, *inter Chriſtianorum, qui ibi torquentur pœnas, & paganorum, vt paganorum cruciamenta reſpectu eorum, quæ falſi Chriſtiani, & peccatores ſuſtinent, ſint quaſi nulla, quanquam inſtabilia ſunt, nec à viventibus cogitabilia, vt dignum eſt.* Digne equidem, quia vt inquit Auguſt. epiſt. 105. *Infideles noluerunt intelligere vt bene agerent; Chriſtiani, quod grauius eſt, intellexerunt & non obedierunt.* *Auguſt.*

109 Salus Chriſtianorum poſt peccata, poſt baptiſmum commiſſa quàm difficilis.

Vnde ex atrocitate peccati poſt baptiſmum commiſſi, quatenus hominis diuino ſanguine inſigniti ex charactere, grauiſſima reſultat difficultas ſaluationis, cum in peccato hominis Chriſtiani, non ſolum Deus offenditur, ſed irridetur, dum pactum cum illo ſic viliſſime frangitur, ſicque indecorè ac ſi non eſſet Deus, & hoc, quod maximum, ob viliſſima quæque. Quod grauiſſimè conſiderans Nazianz. vbi ſuprà affirmans Baptiſmum eſſe inter Deum, & hominem pactũ quoddam, difficultatem poſt illud peccantium ſalutis expendens, ex duobus illam acutiſſimè eruit: primo ex fractione pacti; ſecundo ex difficultate pœnitentiæ; vnde ſic ait: *Nam vt compendio dicam, nil aliud eſſe vim, & facultatem baptiſmi exiſtimare debemus, quàm ſecunda vita, puriorique, & præſtantioris inſtituti pactum cum Deo initum, ac proindè vel maximè in metu omnes eſſe debemus, atque animas noſtras accuratiſſima cuſtodia ſeruare, ne falſam confeſſionem edidiſſe comperiamur; nam cum ad mutua hominum pacta obſirmanda Deus medius adhiberi ſoleat, quanto tandem periculoſius eſt, magiſque extimeſcendum, ne fœdera cum Deo ipſa contracta perfregiſſe reperiamur, ac præter alia peccata ipſius quoque mendacij apud veritatis tribunal reiperagamur.* Et quia aliquis ei opponere poterat, vt & nunc Chriſtiani, pœnitentiam, egregiè baptiſmi in remittendis peccatis facilitatem cum pœnitentiæ difficultate apponens, ſic ait: *Graue eſt lenioris medicamenti loco difficiliorem, acerbioremque curationem adhibere, ac proiecta miſerationis gratia ſupplicijs ſeipſum obnoxium reddere, atque admiſſa peccata correctione vitæ compenſare, quantam enim lachrymarum vim impendemus, vt ea cum baptiſmi fonte exequari poſſit?* Egregiè, ad vnum delendum peccatum non noſtrum, ſed naturæ, non actuale, ſed originale, immerſione opus, & in aquis (vt ſic dicam) ſuffocatione, quantis ergo aquis opus, quando actualia lauanda, & hæc propemodum infinita? & qualis noſtra lacrymarum vis, cum baptiſmi fonte exequanda? hinc certè ſaluationis difficultas poſt baptiſmi peccatum. Deo leuiſſime fidem frangimus abſque timore, & putandum facilem poſt hæc aditum ad ſaluationem; non lachrymarum fontibus nos lauamus ad baptiſmi inſtar, & dimiſſionem peccatorum autumamus, qualis hæc cæcitas, falsáque æſtimatio? Dei inſignem characterem in anima deturpamus, ex membróque Chriſti membrum nos facimus meretricis, characterem beſtiæ characteri ſuperimponentes Chriſti; & cum hoc facilem putamus ſaluationem, decipimur, cum ſi beneficio frui baptiſmi velimus, vt tales viuere debemus tãquam Chriſti ſignati, eiuſque militiæ adſcripti; quod excellenter dixit Cyrillus Cathec. 3. de baptiſmo, ad puriorem vitam poſt baptiſmum ſuos exhortans ea quippè ratione, quia in baptiſmo à Deo obſignabantur: *Omnes enim*, ait, *ad remiſſionem peccatorum vocati eſtis, vt poſtquam data vobis fuerit gratia, irreprehenſibilis conſcientia reperiatur, & gratia congruat; magna profecto res eſt, magnáque cum attentione ad illam accedentibus cogitabilia, vt dignum eſt.* *Cyrillus.*

111 Differentia remiſſionis peccatorum ex Baptiſmo, ac ex pœnitentia quanta.

dum: nam vnuſquiſque veſtrum aſſiſtet Deo coram multis Angelorum myriadibus, Spiritus ſanctus obſignabit animas veſtras, deligendi eſtis in militiam magno regi. Hoc quidem modo conſepulti in baptiſmo Chriſti, immo & noſtris ibi ſuffocatis inimicis ad inſtar populi Iſraëlitici, vt noſter inquit ſapiens, mari rubro huius vitæ tranſacto, Domino perenniter laudem decantabimus, vt illi de quibus ſapiens, *& decantauerunt.*

PARAPHRASIS.

Num. 1. *Hæc illum qui primus formatus eſt à Deo Pater Orbis terrarum cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit.*

Hæc ſapientia, ſcilicet, qui primus formatus eſt à Deo & non ab alio Pater Orbis terrarum, cum ſolus eſſet antequam crearetur Eua, cuſtodiuit ne à gratia excideret.

Num. 2. *Et eduxit illum à delicto ſuo, & dedit illi virtutem continendi omnia.*

Immo, & poſt lapſum à delicto ſuo gratia ſua eduxit conſeruans illi dominium ſuper omnia tradénſque virtutem, vt omnia ſub ſe contineret.

Num. 3. *Ab hac vt receſſit iniuſtus in ira ſua per iram homicidij fraterni deperijt.*

Ab hac enim, vt Caim receſſit iniuſtus in ira contra fratrem per eandem homicidium committens fraternum deperiit.

Num. 4. *Propter quem cum aqua deleret terram ſanauit iterum ſapientia per contemptibile lignum iuſtum gubernans.*

Propter quem, hoc eſt propter Caim, cum aquam deleret, terram ſanauit iterum ſapientia homines per contemptibile lignum arcam ſcilicet iuſtum gubernans.

Num. 5. *Hæc, & in conſenſum malitiæ cum ſe nationes contuliſſent, ſciuit iuſtum, & conſeruauit ſine querela Deo, & in filij miſericordiam fortem cuſtodiuit.*

Hæc in conſenſum malitiæ hoc eſt, in conſpiratione gentium, in idololatriam cum ſe nationes contuliſſent iuſtum ab illa præſeruauit, & conſeruauit ſine querela Deo fortem conſtituens eum in filij immolatione.

Num. 6. *Hæc iuſtum à pereuntibus impijs liberauit fugientem deſcendente igne in Pentapolim.*

Hæc iuſtum Loth à pereuntibus impiis Sodomitis liberauit fugientem dum ignis in Pentapolim, quinque ſcilicet deſcenderet ciuitates.

Num. 7. *Quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabunda conſtat deſerta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria ſtans figmentum ſalis.*

Cuius etiam teſtimonium nequitiæ fumigans extitit terra, & incerto tempore fructus habentes arbores immaturos & fumoſos, & incredibilis, hoc eſt, incredulæ animæ vxoris ſcilicet Loth ſtans figmentum ſeu columna ſalis.

Num. 8. *Sapientiam enim prætereuntes non tantum in hoc lapſi ſunt, vt ignorarent bona, ſed & inſipientiæ ſuæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in his quæ peccauerunt nec latere potuiſſent.*

Sapientiam enim prætereuntes, hoc eſt, ſpernentes, non tantum plexi ſunt, vt bona ignorarent ob mentis cæcitatem, ſed & inſipientiæ ſuæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in his quæ peccauerunt latere non poſſent, vt alij ex eorum docti exemplo cauti ex pœna fierent.

Num. 9. *Sapientia autem hos qui ſe obſeruant à doloribus liberauit.*

Sapientia autem illos qui eam officiosè colunt, à tribulationibus liberat.

Num. 10. *Hæc profugum iræ fratris iuſtum deduxit per vias rectas & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam ſanctorum, honeſtauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.*

Hæc profugum, Iacobum nempè, ab ira fratris deduxit per vias rectas tum morum, tum Meſopotamię ad quam pergebat, & illi regnum Dei per ſcalæ viſionem oſtendit, dedit illi regnum ſanctorum ſcientiam qua ſe & ſua ad Dei cultum ſeruare poſſet; honeſtauit illum in laboribus locupletem efficiens, & compleuit, hoc eſt, multiplicauit fructus laborum ipſius.

Num. 11. *In fraude circumuenientium illum adfuit illi, & honeſtum fecit illum.*

In fraude, hoc eſt, in ſuperioritate circumuenientiũ illũ adfuit ſuperiorem illum conſtituẽs, & honeſtum, hoc eſt locupletem fecit illum.

Cuſtodiuit

Cuſtódiuit eum ab inimicis, Eſau ſcilicet, & à ſeductoribus Labano eiúſque filiis tutauit illum, & certamen fortè cum Angelo dedit illi, vt vinceret & practicè ſciret quoniam potentior omnium eſt ſapientia.

Num. 12. *Cuſtodiuit illum ab inimicis & à ſeductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi vt vinceret, & ſciret, quoniam potentiór omnium eſt ſapientia.*

Hæc venditũ iuſtum, Ioſephum nempè, non dereliquit ſed à peccatoribus vel fratribus, vel Putipharis vxore liberauit eum ne peccaret deſcenditque cum illo in foueam, hoc eſt ciſternam in quam fratres eum miſerunt.

Num. 13. *Hæc venditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum, deſcenditque cum illo in foueam.*

Et in vinculis dum erat in carcere non dereliquit illum vſque dum afferret illi ſceptrum regni, gubernationem namque Ægypti & potentiam aduerſus eos qui eum deprimebant vti fratres, & mendaces oſtendit qui maculauerunt illum, mulierem ſcilicet Putipharis famulóſque eius, & dedit illi claritatem æternam æterno ſcilicet nomine ſplendorem.

Num. 14. *Et in vinculis non dereliquit illum donec offerret illi ſceptrum regni, & potentiam aduerſus eos qui eum deprimebant, & mendaces oſtendit qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam.*

Hæc populum iuſtum veram in ſe continens religionem verũmque Dei cultum, & ſemen ſine querela inculpatum ſcilicet à nationibus, hoc eſt, Ægyptiis, illum liberauit, eum deprimentibus.

Num. 15. *Hæc populum iuſtum & ſemen ſine querela liberauit à nationibus quæ illum deprimebant.*

Intrauit per eiuſdem ſapientiæ donum creatum in animam ſerui ſui Moyſis, & reſtitit regibus horrendis, Pharaoni ſcilicet eiuſque proceribus in portentis & ſignis.

Num. 16. *Intrauit in animam ſerui Dei, & ſtetit contra reges horrendos in portentis & ſignis.*

Et reddidit iuſtis, hoc eſt, populo ſuo mercedem laborum ſuorum Ægyptios ſpolians, & deduxit illos in via admirabili mirabilia operans, & per columnam nubis, & ignis fuit illis in velamento diei & in luce ſtellarum per noctem.

Num. 17. *Et reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum, & deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum per noctem.*

Vt iacet.

Inimicos autem demerſit in mare, & ab altitudine inferorum, hoc eſt, aquarum eduxit illos, Ægyptios nempè ad littus, ideo iuſti, hoc eſt, Hebræi, tulerunt ſpolia impiorum mortuorum ſpoliantes eos.

Num. 18. *Tranſtulit illos per mare rubrum, & tranſuexit eos per aquam niuiam.*

Num. 19. *Inimicos autem illorum demerſit in mare, & ab altitudine inferorum deduxit illos, ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum.*

Et decantauerunt non ſolum vocibus, ſed etiam muſicis, & inſtrumentis nomen ſanctum tuum & victricem manum tuam, hoc eſt bellicoſiſſimam ac fortiſſimam laudauerunt pariter.

Num. 20. *Et decantauerunt Domine nomen ſanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter.*

Quoniam ſapientia aperuit os mutorum & linguas infantium hoc eſt puerorum lactentium, & qui naturaliter loqui non poterant, fecit diſertas nunc miraculosè.

Num. 24. *Quoniam ſapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit diſertas.*

Digitized by Google

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT XI.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

QVOMODO ab Ægypto filij deducti Iſraël c. præcedenti dictum reliquerat, nunc in iſto, quomodo per deſertum, & præcipuè, vt potati, abundè egreſſa de petra aqua, dum in pœnam Ægyptiis aquæ in ſanguinem verſæ, & multipliciter extincti, non ſimul, ſed paulatim, cuius rei rationem reddens, tolerantiam, ac Dei patientiam, in ſubeundis aſſignat peccatoribus; vnde hoc caput in tres diſtribuitur partes. Prima, in qua de beneficiis in deſerto populo exhibitis diſſeritur, iuxta illud, *iter fecerunt*, &c. Secunda, in qua de Ægyptiorum punitione, iuxta illud, *nam pro fonte quidem ſempiterni fluminis*, &c. Tertia vero, in qua Dei tolerantia exprimitur, peccatores ſuſtinens, & flagellans, vt reſipiſcant, ob quod in momento eos non perdit, iuxta illud, *Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua*, &c.

Num. 1. *Direxit opera eorum in manibus Prophetæ ſancti.*

COMMENTVM litteræ.

Connexio Capitis.

SVBLATIS inimicis, omnino à ſeruitute iam liberati Iſraëlitæ Aegyptiaca, in deſerto in altera conſtituti ripa, qua potentia eos Deus per deſertum duxerit incipiens in hoc capite ſapiens ediſſerere; primum quo medio illa Deus perfecerit, exponit; immo cuius gratia, affirmans ea omnia per Moyſen effeciſſe, qui Sanctus, qui Propheta. Vnde ait.

Direxit, &c. Græc. *proſperè duxit*, exitus effecit vt haberent felices Iſraëlitarum res, vt ex hinc pateat, quantum ad populi felicitatem ſanctitas conducat principum, & prælatorum, de qua re ſtatim.

In manibus, &c. Hoc eſt opera, & miniſterio Moyſis Prophetæ ſancti; nam in manu alicuius aliquid fieri, eſt illius opera fieri, 1. Machab. cap. 3. num. 6. in manu Machabæi directa eſt ſalus, hoc eſt opera eius facta eſt victoria. 1. *Mach. c.3.n.6.*

Prophetæ ſancti, &c. ſup. cap. 7. num. 27. ex Lorino diximus nomen Prophetæ aliquando, non officium, ſed ſanctitatem ſignificare, & idem eſſe prophetam aliqué dicere, ac ſanctum; nunc vtrúmque aſſeruimus Moyſi conueniſſe, & officium ſcilicet, & ſanctitatem, non enim alter ſurrexit ſimilis ei Propheta, Deuter. vlt. nu. 10. qui etiam Pontifex extitit extra ordinem, vt bene Beccan. de fide c 7. nu. 54. vnde & Sacerdotem eum ſancti nominarunt Patres; immo Na-

1 Moyſes ſanctus, & propheta ſimul. *Deut. vlt. num. 10. Beccan.*

Nazian. Hieron. Leon. August. Philon.

zianzen. ad Greg. Nissenum eum appellat *Sacerdotem Sacerdotum*. Vide Hieron. lib. 1. contra Iouin. August. in Psal. 98. Leon. epist. 88. cur autem Deus Sacerdotali eum insignivit dignitate, perpulchrè sic explicat Philo, lib. 3. de vita eius, vt piaculum me facturum ducerem, si non iisdem prorsus verbis illud hic subnecterem: *In hac functione*, ait, Sacerdotali nempe, *præcipuè spectari solet pietas, eximia dei viri, de quo sermonem instituimus: cuius ille natiua semina suscepta in indolem felicissimam, Philosophiæ studijs, & dogmatum eius contemplatione diligenter excoluit, nec prius destitit, quam maturos virtutis fructus perceptos dictis aquè, ac factis ostenderet; itaque id assecutus est, vt inter raros amicos Dei conseretur, totus correptus rerum amore cœlestium, & sicut ipse omnipotentis Regis insignis cultor extitit, sic ab ipso honoratus præ cæteris; est autem honor sapienti conueniens, colere illum qui verè est: quæ professio habetur Sacerdotis, scire quomodo Deus colendus sit, is honor incomparabilis contigit ei ex oraculis, vnde cæremonias, & omnes ritus religiosè didicit.* Nil elegantius, à pietate in rarum Dei amicum euasit, insignis factus Dei cultor, nunquid insigni priuari poterat honore? sumus hominis virtutis honor Deum verum est colere, & Sacerdotis quomodo colendus, nunquid tantis afflatus oraculis modum diuini cultus attingentibus illorum exercitio erat priuandus, vt ipse sanctissimus primus non exerceret, quod alios superno afflatus numine docebat? hinc attendant honorum cupidi, quæ sit via ad eos perueniendi Regia, insignis nempè Dei cultus, ac proinde rara eius amicitia.

2 Sacerdos existit, & eum talem Deus insignivit honore.

3 Ad honores attingendi qualis via regia.

HOMILIA XXX.

Principis, & Prælati sanctitas illis, & populis necessaria.

Sanchez.

NOn quidem per aliam, sed per sancti manum, opera, ac populo exhibita beneficia Deus direxit, vt Dei opus non solum gratia nobis, sed simul sit & documentum; quo instruamur ad subditorum felicitatem, ad principis gloriam necessariam sanctitatem: nam, vt rectè quidam huius temporis præclarus scripturæ enarrator: *magni nominis atque Imperij Principes neque solis sibi viuere, si sanctè, & feliciter viuant, neque solis sibi cadere, aut errare, si à sanctitate, aut fortuna cadere contingat.*

Hinc optimè hoc serpens ille callens antiquus, vt populum destruat, ac pessundet, ad illud totos suos dirigit conatus, vt Principem scilicet à sanctitate deturbet, peccatorémque constituat; scit etiam de tota re actum, si semel hoc attigerit; mirum, furore æstuabat, vt populum Dei, ac sanctum Israëlem perderet, nec poterat, quid ergo, vt ad effectum perueniret? Regem ad peccatum adduxit, & ex sancto peccatorem constituit, vnde populum illico destruxit, 1. Paral. c. 11. n. 1. *Consurrexit autem Sathan*

4 Diabolus summis illud intentat conatibus principi

A *contra Israel, & concitauit Dauid, vt numeraret populum* contra Israëlem consurgens, non cum illo belligerat, sed cum Rege, hunc concitat in pace Israëlem delinens, vnde hoc, nisi quia scit à sanctitate deturbato Rege, à pace, felicique vita deturbatum populum? quod & effecit Dei ira in populum insurgens. vnde septuaginta millia occisa; quia vt bene inquit Greg. lib. 25. Moral. c. 15. *ita enim sunt iuncta merita rectorum, & plebium, vt saepè ex culpa pastorum deterior fiat vita plebium, & ex meritoplebium mutetur vita pastorum.* Hoc vltimum adnotandum, scilicet ex merito plebium vitam mutari pastorum, vt scilicet peccator fiat, qui sanctus, crudelis qui humanus, direptor qui largitor, tyrannus, qui pater, leo, qui ouis: ne ergo miremur si B contra ipsam quam in Regibus perspicimus naturam ipsi operantur, peccata populi sunt in causa, mutant conditionem, quia ipsi humanos in ferinos mutant mores.

pem peccatorem efficere, & cur. *1. Paralip. c. 11. n. 1.*

Greg.

2 Populi pastorum mutant vitam, & conditionem quando mali, vt ex bonis peccatores fiant.

At libet in hoc facto diaboli admirari astutiã; dum nõ alio scilicet iaculo, quàm superbiæ peccato Dauidẽ impetiit, vtpotè sciens quam proclives ad superbiã Reges, quàm ab illa deuicti, psal. 72. n. 5. *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabũtur, ideo tenuit eos superbia*, Felix, *oneravit eos*, Titelm. *circumduxit eos, vt torques superbia.* Hinc ab illa onerati, ac pressi euanescunt, vnde suimet obliti, reputari plusquàm sunt audent, nomina, ac titulos, penè sibi diuinos imponentes, sicut Iulius affirmat Clarus c. 14. Sapor Persarũ Rex, se *Regem Regũ,* C *syderum artificem, solis lunaque fratrem appellabat.* Quid insanius? sic dominos se omnium facientes, vt gratiam, vt beneficium nec à Deo ipso petere permittant, Dan. 6. Edicto illud cauit Darius, vt vsque ad triginta dies nullus à quocumque siue Deo, siue homine aliquid petere auderet, ad quam insaniam sic faciliter deuenit, vt vix ei à satrapis proposita, ac admissa; *Concilium inierunt omnes principes regni tui.* Surripuerunt ei satrapæ, *vt decretum Imperatorũ exeat, & edictum, vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocumque Deo, & homine vsque ad triginta dies, nisi à te Rex mitteretur in lacum leonum.* Quod vix insinuarunt, *ac Rex proposuit edictum, & statuit.* Vt videas quàm proni sint ad superbiã Reges, quàm ad elationem proclives. Quod D callens astutus serpens sanctissimum hominem illo tentauit vitio, ad quod ipsa erat propensa natura, vt sic facilior esset victoria, quo difficilius bellum, dum non vnus contra vnum, sed vnus contra duo, ob quod ni fallor talis tentatio, quia, vt plurimum casus sequitur hominis, furor appellatur Dei, iráque altissimi. Vnde 2. Reg. c. 24. vbi hæc ipsa describitur historia, pro *consurrexit Sathan contra Israelem*, stat, *& addidit furor Domini contra Israelem, commonitque Dauid in eis dicentem*: si Sathan insurrexit, cur furor Dei affirmatur insurrexisse? Hier. in illud c. 2. ad Ephes. *Eramus natura filij iræ*, affirmat idem esse furorem Dei, ac Ipsum diabolum; vnde, qui in Paralipo. Sathan, in Regum libris furor appellatur Dei: *sunt*, ait, *qui illud in regnorum libris quando Dauid numerauit populum Israel, irã in se Dei prouocãs scriptura dicẽte, & apposita est ira Dei succẽdi in Israel, & incitauit Dauid in eis dicẽs iram Domini, diabolum significari*

5 Dæmon eo vitio potius tentat ad quod proclivem aspicit hominis naturã.

2. *Reg. c. 24.*

6 Talis tentatio furor appellatur Dei.

Hieron.

7 Sathan est ipse Dei furor.

putant etenim iuxta linguæ Græcæ proprietatem non dixit genere fœmineo ira Dei, qua diceret, ſed ira Dei qui diceret genere maſculino, mittit ſiquidem Dominus iram, & furorem ſuum per Angelos peſſimos. At Theodoret. quæſt. 37. explicans illa verba, *vade, & numera Iſraël*, quæ ſunt Dauid ad Ioab, non Sathan, ſed ipſum intelligit Dei furorem, quatenus iuſto ſuo iudicio ſic permiſit Sathan Dauid tentare, vt caderet, vt tentationi ſuccumberet; quod cum ſit, non ſolum furor, ſed etiam ira Dei magna dicitur, ad differentiam paruæ, dum hæc corpora flagellat, illa animas, Hierem. 4. n. 10. *Eccepervenit gladius vſque ad animam*, hoc eſt vſque ad peccati permiſſionem, vnde per Zachariam, Pſal. 13. *ira magna*, ait Dominus, *ego iraſcar ſuper gentes opulentas*, dum vt Paulus ait ad Rom. c. 1. n. 24. permiſit eos in reprobum ire ſenſum, *in immunditiam*, ob quod talis plaga non quælibet, ſed inimici iuxta illud Hierem. 30. nu. 14. *plaga inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli.* Dum non ad victoriam, ſed ad caſum permittitur; at quia hoc ſæpè euenit quando iuxta naturæ inclinationem, propenſionémque tentamur, ideo merito talis tentatio ira magna, furórque appellatur diuinus, quo percuſſus Dauid miſerabiliter cecidit, & ex ſancto factus eſt peccator.

Theodor.

8 Ira Dei magna, & parua quæ.

At cur hoc Deus permiſit? cur ſic tentari voluit amicum? ſanè, quod admirandum, vt populum punire poſſet, quaſi impoſſibile ſancto Dauid extante ipſum populum punire; contra populum erat Deus iratus, vt affirmat Theodoret. vbi ſuprà, quia relicto Dauid à Deo in Regem conſtituto, poſt Abſalonem abiit, & licet vnctum à Deo ſciret, non tamen Saulem reliquit niſi poſt mortem; à qua ſententia non longè eſt Angelomus, & hiſt. Scholaſtica; immo videtur Gregorij magni vbi ſup. vbi ſic: *Dauid enim Deo teſte laudatus, ſecretorum Dei conſcius, tumore repentinæ elationis inflatus, populum numerando peccauit, & populus pœnam ſuſcepit, quia ſecundum merita plebium diſponuntur corda rectorum.* Contra populum ergo Deus iratus, & vt populum caſtigare poſſet, lapſum permiſit principis, cur hoc, niſi quia impoſſibile principe ſancto Deum populum punire? vt ex hinc videas, quam neceſſaria principis populo ſit ſanctitas, dum ſola hæc contra Dei iram ſit eius ſcutum, qua ſublata ſimul & eius aufertur defenſio, ac protectio: neceſſaria erat populi punitio, hoc Dei exigebat iuſtitia; è contra Dei reclamabat amicitia, bonitas, fidelitas cum amico, quid ergo prius hæc ſcindatur, ſiue ſcindi permittat vt Dei conſulatur iuſtitiæ, quam populus puniatur? qua ſemel reſciſſa da populũ occiſum, da interemptum in momento; vix enim ſex horarum ſpatia interceſſerunt, ac ſeptuaginta millia occiſa.

9 Vt populũ punitet permiſit Deus Dauid peccatum.

10 Principe ſãcto, Deus non audet populum punire.

Sed amplius ponderandum, ſic principi ad populi ſalutem neceſſariam eſſe ſanctitatem, vt non quælibet ſufficiat, ſed magna, ita vt (quod mirum, & magnum) parua tantum in eis peccata totum exturbare populum valeant, quod inde hoc euidenter conſtabit, ſi quale Dauidis peccatum in hoc caſu fuerit intime inſpiciamus.

11 Principi non modica ad ſalutem populi neceſſaria ſanctitas, parua eius peccata populum conſumũt.

Oleaſter.

Oleaſter in lib. Exod. cap. 13. num. 12. peccatum extitiſſe in ipſa affirmat numeratione, cum eſſet lege cautum, ne numeraretur Iſraël, cuius ratio, quia Deus Abrahæ promiſerat, Geneſ. 15. multiplicaturum ſe ſemen eius ſicut ſtellas cœli, & arenam, quæ eſt in littore maris abſque numero, ob quod cauit ſic ſtrictè cenſum, vt ſi aliquando fieret, ne ob hoc peccatum interficerentur, iuſſit dimidium dari à quolibet recenſito ſiclum: *Quando tuleris*, ſic ait lex, *ſummam filiorum Iſraël, iuxta numerum dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino, & non erit plaga in eis quando fuerint recenſiti, hoc autem dabit omnis qui tranſit ad nomen, dimidium ſicli iuxta menſuram templi.* Ergo ſecundum Oleaſtrum pretium appendebatur in expiationem peccati numerationis, quod cum non ſoluiſſent in illa Dauid filij Iſraël, & Dauid peccauit numerando, & populus non ſoluendo, vnde vterque caſtigatus, populus occiſione, Dauid afflictione, vt diuus ait Greg. vbi ſuprà: *Si quæras*, ait Oleaſter, *quare propter numerationem contingeret plaga in Iſraël, niſi ſoluerent quod hic ſolus præcipitur, videbis, quod quia promiſerat Dominus Abrahæ, multiplicaturum ſe ſemen eius ſicut ſtellas cœli, & arenam quæ ad littus maris eſt ſine numero, noluit ſupputari quod ſine numero promiſerat ſe multiplicaturum, ideo tam grane ferebat ſupputationem Iſraëlitarum, vt in eos ſæuiret quoties numerabantur, quare noluit eos ſoluere pro redemptione ſua pecuniam taxatam.* Peccauit ergo Dauid ſecundum Oleaſtrum quia contra legis præceptum numerauit, quod innumerabile voluit Deus; at mirum, vt tanti eſſet hæc ratio, quod vſque ad mortem addiceret hominem eam diſſoluentem, vnde melius.

quod in populi enumeratione an grane.

Exod. 13. n. 12.

12 Cur Deus nolebat populus ſuus vt numeraretur ſine eius mãdato.

Alij affirmant nullomodo populum cenſeri potuiſſe niſi iubente Deo ad cuius honorem ſpectabat illa numeratio, quam in ſignum ſupremi dominii ſui, & particularis illius populi gubernationis aliquando fieri præcipiebat, ob quod penſum ſolui mandabat non ad prophanos, ſed ad ſacros templi vſus, ita Auguſt. quæſt. 134. in Exod. vbi ſic: *Quid eſt quod ait iuxta aliam literam, ſi acceperis computationem filiorum Iſraël, in viſitationem eorum, niſi quia iubet eos aliquando viſitari, & computari, id eſt numerari, quod in Dauid poſterea vindicatum intelligendum eſt, quia Deus non inſſerat.* Quod etiam epiſt. 28. indicat Amb. dum ait: *Culpa autem erat Dauidis quoniam voluit ſcire numerum totius plebis, quod ſecum erat, quod ſcire Deo ſoli debuit reſeruare.* Ergo ſecundum Auguſt. & Amb. ſine Dei mandato populus cenſeri non poterat, & vt ex ipſis colligitur, quando hoc fiebat non ad Regum faſtum, ſed ad ſui Dominij profeſſionem illud mandabat, deputans ex illa numeratione pecuniam non principi, ſed ſibi, ob quod ſub interminatione mortis mandabatur eam pendi; & iuſtè cum non pendens maximam Deo iniuriam inferebat, cum tacitè profitebatur eum vt Dominum non recognoſcere, non acceptare, vnde peccatum Dauid, & populi duplex extitit, Dauid numerando, ſibi aſſumendo ſupremum dominium, iuſque illud, quod ſoli Deo debebatur; populi vero in non ſoluendo; vnde quaſi Deo derelicto in ſupremum Dominum ipſum Regem recognoſcerent; digne ergo Rex

Auguſt.

Ambroſ.

13 Peccatum

14 Vera ratio, & in quo contra Auguſtinum peccati malitia in numeratione ſteterit populi

afflictus, digne populus ex hoc mulctatus. Quod cum audiunt Reges Dei iura in suis se regnis vsurpantes, quæ Dei tantum sunt tollentes, absolutos se dominos, tum in spiritualibus, tum temporalibus asserentes, Christi sponsam sanctissimam Ecclesiam, eiúsque clerum tributarium facientes, in censum redigentes, contremiscant: est iudex in cælis, qui ad stuporem vti Dauid eos redigens, simul & eorum populos pessundabit.

15 Principes caueant sibi iura asscribere Dei nisi pertè velint.

Ambros. Lyra. Sauer. Sulp.

At licet hæc vera sint, proprius ad rem nostram Amb. lib. de pœnitentia, cap. 9. Lyra. & Seuerus Sulpitius lib 1. sacræ historiæ, qui omnes ambitioni, vanæque complacentiæ peccatum tribuunt Dauid: *contra interdictum mandauerat numerari populum*, ait Ambros. *& voluerat nosse cuncti exercitus quantitatem, obsecundatum est voluntati reali, atque inclite cœpit scire, quod nocuit, felicitatem suam popularibus extulit incrementis, & lucra multiplicari exercitus inter principalia gaudia numeranit.* Egregiè, sanctissimus erat Dauid homo, non gregatiæ, sed egregiæ ac summæ virtutis, turpe quidem fuit, non Dei fauorem, non eius prouidentiam, non amicitiam, inter principalia gaudia, sed multiplicati exercitus lucra seponere; at quãtum hoc peccatum, vt talem mereretur pœna, tale populi excidium? sanè non maximum sim ipsum, non personã considereres; at quia erat regis, vt horum peccatis populus dilabatur, destruatur, occidatur, non quidem magna expectanda, cum etiam & parua sufficiant, non vt grandes sint peccatores, sed vt tantum à sanctitate excidant; vt hic intelligas, quam necessaria regno, quam vnica populis principis sanctitas, vitæque integritas.

16 Dauid peccatum in populi numeratione in vana populorum multitudine.

17 Principi duplex sanctitas necessaria.

Immo sic Regi sanctitas necessaria, vt simplex non sufficiat, sed duplex in illo omnino requiratur, cum vt & sit sanctus, vt homo, & iterum sanctus, vt Rex omnino illi necessarium; ex quibus vna tantum si deficiat omnia ruunt, cum sanctitas regis ex duabus illis integretur: sic, vt vna tantum deficiente, sanctitas non sit regalis, quæ ad gubernandum necessaria vnicè. Hoc quidem mihi videre videor in facto illo Nabuchodonosoris, quando post immissos pueros in fornacem ex miraculo ad se reuersus, ad Deum conuersus pœnitentia ductus, ex quo bonus constituebatur homo, statim post talem conuersionem lege cauit, ne quis Deum Israëlitarum vltra blasphemare auderet, ex quo & bonus constitutus est Rex; vnde simul iunctim illa scriptura narrat, vt quàm simul hæ duæ in Rege sanctitates necessariæ apertius demonstret, Daniel. 3. num. 95. *Erumpens Nabuchodonosor ait, benedictus Deus eorum, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos qui crediderunt in eum, & verbum Regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent, & ne adorarent omnem Deum excepto suo*, post quæ statim: *à me ergo positum est hoc decretum, vt omnis populus, tribus, & lingua quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur.* Ex conuersione ad Deum non ficta, nec simulata, vt vult hic Hier. Theodoretus, & August. tract. 20. in Ioannem, bonus constitutus homo est, at ex edicto bonus rex, nobis indigetans ex hoc facto scriptura non vnam in Rege necessariam sanctitatem, sed duplicem; quod grauiter adnotauit August. epist. 50. hoc ipsum ponderans Nabuchodonosoris exemplum: *Quomodo Reges*, ait, *Domino seruiunt in timore, nisi ea, quæ contra Domini iussa fiunt, religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo? aliter enim seruit quia homo est, aliter etiam quia Rex est; quia homo est seruit ei viuendo fideliter, quia etiam Rex est, seruit lege iusta præcipiendo, & contraria prohibendo sanciendo. sic Nabuchodonosor omnes in regno suo positos à blasphemando Deum lege terribili prohibuit* Egregiè, homo est Rex, & qua homo Deo fideliter seruire debet, & etiam princeps, & qua talis hominibus iusta imperare, vnum autem si desit, aut particularis scilicet, aut communis iustitia, non erit Rex sanctus, non iustus, ac proindè, nec populos ea sanctitate proteger, quæ nec necessaria, immo nec eos regere poterit, dum non obedientes, sed rebelles in suis experietur mandatis.

Daniel. 3. num. 95.

Hieron. Theodor. August.

Mirum, & si Princeps Moyses in domo Pharaonis, & vt Princeps educatus, immo & recognitus, totus maiestate fulgens, & imperio, tamen duos ex suis rixantes fratres componere non potuit, nec valuit, & si multis eos placare verbis intendisset, immo imperio recalcitrantes vnus respondit: *Quis te constituit principem, & iudicem super nos?* Exo. 2. n. 14. & tamen cum extorris, & fugitiuus, non amplius princeps; sed Pastor, ouiumque ductor ab exilio rediens solus, & priuatus non ipse, sed per fratrem loquens, non hominibus gregatis. & è media plebe, *sed cunctis senioribus Israël*, illico auditus, & in omnibus sibi obtemperatum, & quidem in rebus arduis, obscurissimis, ac perquam difficillimis, vtpotè de egressione ex Ægypto, de excussione tyrannidis, de acquisitione vastæ prouinciæ, debellatione immanium hostium, de noua tandem regni erectione; vnde quæso nunc tanta fides, tanta obedientia à talibus, & tantis, dum prius à duobus eam exquirere non valuissent? & vnde nunc Moysen in principem à Deo missum totus populus accepit, quando prius eum duo recipere noluerunt? *audierunt*, ait scriptura, *quod visitasset Dominus filios Israël*; vbi Caietanus, *mittendo scilicet Prophetam Moysen, & quod prouidisset de redemptore eorum.* Dices quia nunc non solum Moyses locutus, sed Aaron; duo testes veritatis, & sic probata, cum anteà non esset nisi vnus. Dices secũdo, quia ad verba accesserunt signa, & miracula valentiora quam verba, quas duas insinuauit rationes Lyppomanus in Catena sic dicens: *ad populum igitur conuenientem loquuntur Moyses, & Aaron verba Domini, miraculorum signis persuadent non ab alio se missos, quàm à Domino, & ideo gratias agunt Israëlitæ Dominum adorando.* Vera hæc, sed ni fallor verissima illa ratio, quam tenuissimè tradit Nyssenus in vita Moysis in mystica interpretatione circa mediũ, ideo & Moysi populum, & seniores credidisse, ac in principem accepisse, obedientiam mandatis protestantes, quia sanctior, ac perfectior quam in Ægypto, in quo dum non sic sanctus, nec ea sanctitate, quæ principẽ decebat, imbutus, & si regio præpollebat ornatu, regnóque imperio, meritò non auditus, immo & reiectus,

18 Principes quãdo non sancti populos expetunt rebelles. *Exod. 2. num. 14.*

Ibi. c. 4. num. 29.

Caietan.

19 Moyses cur in Ægypto exilitas populum libi subijcere non valuit.

Nyssenus.

ſed diligenter aduertendum oro, ait ſanctus, *ne nos effugiat quod apertiſſimè hiſtoria ipſa prædicat, videmus enim Moyſen antea quam perfectione*, ſigna verbum, *ſe virtute firmauerit, duos inter ſe contendentes homines conciliare nequiuiſſe: poſtea vero cum ſibi ipſi longo temporum ſpatio vacauerit, à multis hominum millibus facile in protectorem recipi: magna igitur voce ſcriptura authoritatis clamare videtur, non inſiliendum eſſe ad docendam, inſtituendámque multitudinem, niſi prius magna diligentia, magniſque laboribus eam fueris authoritatem adeptus, vt auditores verbis tuis facilè conquieſcant.* Egregiè, quid enim putas ſit in cauſa cur hodie magno noſtro malo, ingentique totius populi ruina ſtatura principum, ſacræque ſanctiones non audiuntur non obſeruantur, in ipſóque, vt ſic dicam, limine ruentes cadunt, ac ſi promulgatæ non eſſent, pro nihilo eas populi ducentes, facientes, non dicam malitia, ſed imbecilla principum ac Prælatorum virtus eſt, qui cum non eam apud populos authoritatem adepti ſint, qua in ordine eos contineant, verbis non acquieſcunt, præceptis non obediunt, vt ſic videas quam neceſſaria principi non quælibet, ſed magna ſit ſanctitas.

20 Sanctiones, & ſtatuta vade collibuntur, & a populis nõ obſeruantur.

At quid tunc erit, ſi non ſolum non ſanctus, ſed peccator, peccatíſque onuſtus, nunquid authoritas aliqua apud populos habebit, an potius tanquam homocíunculus apud eos reputabitur? ô quàm verè hoc, ridiculi propè modum ex peccatis fiunt principes apud populum, nunquid quia principes, non homines, ac proinde non eandem ſubibunt pœnam, quam homines peccatores? iſti enim eo ipſo quo peccant ridiculi fiunt, non ſecus, ac ſi quis coram populo nudus, aũt præpoſterè indutus incederet; quod ſi non irridentur, ac à pueris non ſubſannantur, conſuetudo eſt in cauſa. nam ſi peccandi non eſſet vſus, quam ridiculus, quam ſcommate eſſet peccator dignus, tunc appareret quod elegantiſſimè dixit Chryſoſt. hom. 4. in caput 1. Ioan. circa finem, cum enim dixiſſet nil peccato turpius, nil ignominioſius, & tolerabilius eſſe nudos, quàm peccatis refertos ambulare, cum ſic, immo amplius nos ridiculos facimus, *Quid enim*, ait, *eo turpius, qui aſſidnè meretricios petit fornices? quid contumelioſo, quid maledico, quid inuido riſu dignius?* Poſt quæ reſpondens cur hoc non appareat, cum non ſic peccator, ac nudus, vel præpoſterè veſtitus incedens irridetur, ſic proſequitur: *quia nemo vnquam ſpontè ſua nudus ambulare conſuenit, illud autem omnes, omni tempore, & ſanè confidenter audent; quod ſi quiſpiam cum Angelis haberet conſuetudinem, apud quos nunquam tale quid committitur, tunc certè quoniam ridiculum ſit intelligeret.* Egregiè, non ridiculi peccatores, at inter peccatores; ſed riſu digniſſimi ſi inter Angelos eſſent; quid ex hoc? illud inter malos, ſuíque ſimiles princeps peccator non ridiculus, at inter cordatos, hominéſque virtutis planè omni riſu dignus, quod etiam idem affirmat ſanctus, dum parum dixiſſe conſiderans, tantum inter Angelos peccatorem ridiculum, & etiam inter homines ſic illum apparere aſſerit, exemplum præbens de aula regis in qua (olim, at non modo) ſi inhoneſtum aliquid ageretur, pœna erat capitis, ſupplicium talis pendebat vltimum: *at quid de Angelorum loquor conſuetudine?* ait ſanctus, *in ipſis enim regijs apud nos ſi quis introductam meretricem cognoſceret, vel ebrietate, vel aliqua huiuſmodi turpitudine dehoneſtaretur, vltimum daret ſupplicium.* Sanè rationabiliter, quia regia omni honore, & reuerentia digna, in qua veluti *ſimulachrum diuinitatis*, vt ait Plutarchus in commentario, *quod in principe requiratur doctrina*, Rex ipſe reſidet, riſu, & ſubſannatione dignam effecit; quid ergo ſi in illa Rex ridiculus, quia publicè peccator? quid ſi facta lupanar, nunquid non ipſe, eiũſque domus riſu digna? quod ſi ſic, vnde in regnando authoritas, vnde in imperando obedientia, vnde in regendo obſequium?

21 Principes quando peccatores ridiculi ſunt apud populos.

Chryſoſt.

22 Peccatores ridiculi, & cur ſic modo non appareant.

23 In aula Regis antiquitus pœnale meretricem introducere.

Adde ad hæc quod cum ibi felix ſit regnatio, ibi gubernatio beata, ibi regnum ſecurum, ibi ſubditi feliciſſimi, ac propemodum beati, vbi Deus cum eis mirabilia operans, nunquid hæc per manus operabitur regis iniqui, ac peccatoris, immo in tales pœna tollet ſe è medio, ipſóſque in ruinam præcipites ferri ſinet, miſericordias ſuas apud ſe intus retinens non foras emittens. Prædicturus Iſaias cap. 14. n. 28. Philiſtinorum deſtructionem, quod in magnum populis Iſraëlis cedebat lucrum ſic incipit *in anno quo mortuus eſt Rex Achaz, factum eſt onus iſtud.* Ad quid tam accurata temporis ſignatio, ſicut & alibi, idem etiam Propheta, cap. 6. Dei viſionem enarraturus ait, *factum eſt in anno quo mortuus eſt Ozias Rex.* Rationem reddit Baſil. & accuratam in illummet locum Iſaiæ priorem, quia cum ambo iniqui eſſent reges, Deóque infenſi, tempus beneficentiæ in populum lignanter inſcribitur, vt tunc appareat Deum beneficentiæ theſaurum aperuiſſe quando è vita iſti ſublati, quorum cauſa tanto tempore tenuerat obſeratum, *hoc demum*, ait ſanctus, *improbo principe emortuo*, Ozia nempe, *cultúque Dei à tam flagitioſo piaculo legitime expiato, ac redempto, myſteria quæ Deum concernebant reuelauit propheta*, & paucis interiectis: *& verbum* ait, *factum eſt aduerſus Philiſtæos principe peiore vita hac defuncto, idque beneficentia Dei proſpiciente; mox igitur vt in ruinam improbus iſte abijt principatus, verbum Domini ſit aduerſus Philiſtæos.* Panduntur ergo in populum beneficia diuina, quando è vita mali ſubleuantur principes, quia tantum abeſt, vt ipſis viuentibus Deus beneficia præſtet, ac cum populis viuat, conſortiáque miſceat, vt potius ſe elongans flagella irroget, cœlum claudat; immo, quod durius, ipſorũmmet ſubditorum ora claudat, vt preces effundere ad ipſum nequeant, ſic extraneus, ſic alienus ab ipſis ſit, vt ne, cum eo loquantur, etiam admittit, Exod. 3. num. 22. *Poſt multum vero temporis*, dicitur, *mortuus eſt Rex Ægypti, & ingemiſcentes filij Iſraël propter opera vociferati ſunt, aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus, & audiuit gemitum eorum, & recordatus eſt fœderis, quod pepigit cum Abraham, Iſaac, & Iacob, & reſpexit Dominus filios Iſraël, & cognouit eos.* Mirum, vt ſic grauati, & onerati viuente Rege ad Dominum non clamarent, mirum, vt eo etiam viuente non ſit Dominus recordatus fœderis Abra-

24 Ob malum principem Deus miſericordiam in populos non effundit.

Iſaias 14. n. 28.

Baſil.

25 Immo ab eis ſe elongatora claudens orantium.

Exod. 2. num. 23.

hæ, non reſpexerit filios Iſraël, ac quaſi extraneos non eos cognouerit, vnde tanta Dei obliuio? vnde tam longum filiorum Iſraël ad eum ſilentium? ſanè quia impius viuebat rex ſub quo degebant, ſic Deo infenſus, vt quia Hebræi eius erant ſubditi, eorum ora clauſit, ne eos audiret, vt ad ipſum clamare poſſent, vnde nec ipſos proſpexit, immo tanquam ſi eſſet extraneus, nec cognouit; ſic malus Deo exoſus eſt princeps, ſic peſſum eunt eius ſubditi, ſic apud Deum extranei reputantur; *dum enim ſuperſtes eſſet Rex ille facinoroſus, ſuſpiria nulla, aut gemitus effundere ad Deum potuerunt*, ait idem Baſil. vbi ſup. *illo morte ſublato, tunc æquum erat, vt ſui eſſent iuris, ac praualerent, & ſui hoſtis atrociſſimi inſultarent ruinæ.* Vt hinc pateat, quam neceſſaria ſit principi ad populi gubernationem ſanctitas, cum tam potens eius ſola ſit malitia, vt ad populos alioquin ſuos ſufficiens apud Deum reperiatur deferendos, ac veluti alienos reputandos; tantum abeſt, vt per eum miracula in eorum peragat beneficium, ſicut ad Iſraëlis per Moyſis manus operatus eſt exaltationem, vnde ait Sapiens, *direxit.*

Idem.

Num.2. *Iter fecerunt per deſerta, quæ non habitantur, & in locis deſertis fecerunt caſas.*

Commentum litteræ.

Commentio Capitis.

Dicto de cõductore, nunc de via per quam eos duxit, vt amplius Dei eluceat potentia, dum non per latam, pinguem, cultámque, ſed per inuiam, & deſertam, attamen lautè, regiéque.

Per deſerta, &c. Fuerunt quippe plurꝫ, vt Sim, Cades, Ethan, Pharan, Sur, Moab, Idumeæ in quibus omnibus abundantiſſimè eos prouidit, *Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis*; eccinit Moyſes Deute. 32. n.10. Chaldæa, *Tribuit ei neceſſaria in terra deſerta, & in loco ſitiente, vbi non erat aqua, collocauit eos in circuitu maieſtatis ſuæ.* Pulchrè hoc vltimum, multum fuit in terra deſerta tribuere neceſſaria, in ſitienti aquam, at ibi collocare eos in circuitu maieſtatis ſuę, hoc maximum ſanè præmium, hoc eſt ſolitudinis, ſed de hac re, & quantum Deiſit beneficium hominem à rerum elongare tumultu, & in viam eum dirigere ſolitudinis, vide quæ nos diximus in 1. tomo hom. 78.

Deut. 32. n.10.

1. Vbi deſertum ibi Dei maieſtas.

Fecerunt caſas, &c. Complut. & Regij *fixerunt caſas*, alij ſcænas, tabernacula, ſiue tentoria: quadraginta duæ manſiones numerantur ab exitu Iſraëlis ex Ægypto, ad terram vſque promiſſionis, quem numerum ſacratum recognoſcens Hieron. epiſt. ad Fabiolam quæ eſt 127. adnotat, tot Chriſtum ad nos generationibus aduenire, quot manſionibus, ſeu gradibus nos ex Ægypto exeuntes ad illũ redimus. *Fit autem cathalogus*, ait, *à prima vſque ad vltimam, & numerantur ſimul quadraginta duæ: de quibus Matthæus loquitur, ab Abraham vſque ad Dauid generationes quatuordecim, & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis quatuordecim generationes, & à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum generationes quatuordecim, id eſt ſimul generationes quadraginta duæ,*

Hieron.

2. Manſiones quadraginta duæ filiorum Iſrael quadraginta duas ſignificabant Chriſti generationes.

A *per hæc currit verus Hebræus, qui de terra tranſire feſtinat ad cælum, & Ægypto ſæculi derelicta, terram repromiſſionis ingreditur, nec mirum ſi in illo numeri ſacramento perueniamus ad regnũ cælorum: ſub quo Dominus, atque Saluator à primo Patriarcha peruenit ad Virginem, quaſi ad Iordanem, quæ pleno gurgite fluens, Spiritus ſancti gratiis redundat.*

Sed ponderandum, in manſionibus, non domos, ſed tabernacula Hebræos fixiſſe, ad denotandum, vt inquit Hieron. *nobis ad vlteriora eſſe pergendum*, & non habere ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirere, cum hic homo verè ſit hoſpes, & mundus hoſpitium, de quare vide in 1. tom. hom 99. quod beneficiũ ſic recolendum præcepit Dominus. vt per ſeptem dies in tabernaculis filij eſſent Iſraël quotannis ſtrictè præceperit, Leuit. 23. n. 41. *Menſe ſeptimo feſta celebrabitis, & habitabitis in umbraculis ſeptem diebus, omnis qui de genere eſt Iſraël, manebit in tabernaculo, vt diſcant poſteri veſtri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Iſraël, cum educerem eos de terra Ægypti ego Dominus Deus veſter.*

B

5. In deſerto filij Iſrael non domos fixerunt, ſed tabernacula.

4. Tabernaculorum feſtum. *Leuit. 23. n. 42.*

7. Eius memoriã quã ſtrictè Deus præcipiebat.

At quid magnum, ſeu quid mirabile in tabernaculis habitare, & hoc in deſerto, ita, vt quotannis tantæ rei velit Deus vt fiat memoria? optime dubitat Abulenſis, cui ſatisfaciens quæſtioni ait, non fuiſſe quidem magnum, nec mirum in tabernaculis in deſerto habitare, ſed fuiſſe admirabile ſic habitare, vt nulla intemperies perciperetur aëris, nulla veſtitus, nulla eius neceſſitas. *Quanquam non eſſet miraculũ*, ait, *Iſraëlitas fuiſſe in deſerto, & habitaniſſe in umbraculis arborum, erat tamen miraculum, quod Deus deduxiſſet illos per illam terram deſerti, quæ erat ſine cibo, & ſine potu, quadraginta annis, & plenam ſerpentibus, & quod in hoc tempore toto nihil defeciſſet Iudæis in cibo, & potu, & ad vltimum fuiſſent ducti in terram bonam: hoc enim miraculum eſt, & excedit humanam facultatem, & ſic conuenienter ſtat litera, ſcilicet vt diſcant poſteri veſtri.* Habitare ergo in tabernaculis, & in deſerto, non magnum, ſed ſic habitare, vt non ita luculenter ſi eſſent in propriis domibus, & refertiſſimis ciuitatibus, hoc magnum, & admirabile; cuius quidem rei iure ſtrictam Deus memoriam exigebat, ad pauperum, religioſorúmque inſtructionem, vt grati, vt memores tãti ſint beneficij, cum nihil prorſus habentes, & in mundo tanquam in deſerto habitantes, ita Deus eos ſuſtentat, vt nullus ſic diues, nullus ſic magnis affluens diuitiis, immo quod magnum, quod admirandum, ſic in extremis præuenti neceſsitatibus, vt panibus in domibus principum deficientibus ad domum recurrant pauperum; nolo antiqua, recentia afferam exempla, quæ vidi, quæ oculis perſpexi. Ex continuis imbribus anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, oppidum obſeſſum Madriti, ita, vt nec fruſtulum, niſi magno cum labore inueniretur panis, ex primatibus Hiſpaniæ, & quos magnates vocant, vnus diues, & præpotens, & ſi multa famulorum interceſsiſſet diligentia, vti par erat, nec micam obtinere potuiſſet, coactus ad regale monaſterium monialium excalceatarum ſancti Franciſci recurrit, & quod ex ſuo ditiſsimo non potuit haurire, penu ex pauperrimo auxit

Abul.

6. Quantum illud extitit beneficium.

7. Religioſa paupertas quæ diues.

Exẽplum.

Franciſci, & ibi panem non vno tantum die inuenit, quem opulentiſſimæ ſuæ, maiorúmque ſuorum negarunt diuitiæ. Quid illuſtrius Dei poteſt erga ſuos magnificere prouidentiam? meritò ergo memoriam eius exigit Deus, vt laudibus rependamus quod liberaliter nobis ipſe tribuit, ſcientes magnum ſuper nos iudicij imminere pondus, ſi immemores, ſi ingrati, & ideo multoties miſeriam ſuſtinere religioſos, quia in abundantia ingrati. *Accipiendis indignus eſt.* inquit Bernard. ſerm. 4. ſuper Pſalmũ, *qui habitat, qui fuerit de acceptis ingratus.* Veriſſimè, accipimus abunde, nil reddimus benefactori. quid mirum ſi manum retrahente, fame, & miſeria pereamus? accipiendorum indignos nos conſtituimus, dum ingrati fuimus acceptis; *Ad fontem vnde exeunt flumina, reuertuntur,* inquit Salomon Eccleſ 1. quod ſi ſtent, & defluere ſinant, aut ſiccantur, aut putreſcunt; ſic ſi ad beneficia ingrati, ſtabunt illa, aut ex illis deteriorabimur; Pulchrè hoc idem Bernard. ſerm. 1. in cap. ieiunij, ſuper illud: *Cum ieiunaueris vnge caput tuum*, pro capite Chriſtum intelligens, ſic ait: *ita-ne aquam petità riuulo fons indeficiens? petit ſine dubio, aut certè repetit magis, ad fontem enim vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant, non vero, vt minus habens, quod dederas Chriſtus repetit, ſed ne ſibi pereat, quidquid ad eum referre nolueris, ſiquidem etiam fluminis aqua ſi ſtare cœperit, & ipſa putreſcet, & inundatione facta ſuperueniens repelletur. Sic planè ſi gratiarum ceſſat decurſus, vbi reuerſus non fuerit, nec modo nihil augetur ingrato, ſed & quod accepit vertitur ei in perniciem.* Hoc poſtremum notandum, in ſummam religionum perniciem conuerſas videmus diuitias, vnde hoc? attendamus ne ex ingratitudinis fonte; malè rependimus verbo, vita, conuerſatione, non eas Deus aufert, ne impotens dicatur paupertatem vouentes ſuſtentare, aut deficiens ei, qui ſibi fidit, conſeruat, ſed in perniciem religionis, religioſorúmque, vt verum ſit, quod Bernard. ait, ingrata, *& quod acceperat verti in perniciem.*

8. Religioſi multoties pauperes conſumuntur, quia ingrati. *Bern.*

9. Ingratus Deo exiccat miſericordiam.

10. Diuitiæ religioſorum cur aliquãdo eis in perniciem.

Memoriam ergo exigebat tabernaculorum, in quibus per quadraginta Iſraëlitæ vixerunt annos, quos enim iſti ſignificent Iſraëlitæ infrà dicemus.

D De qua verò materia tabernacula fuerint in deſerto, Lorinus ex lignis, linteis, & pellibus quibus tegebantur, fuiſſe affirmat, non autem ſolum ex frondibus vt vult Abul. in c. 23. Leuit. qu. 24. & Liran. placet ſi per ligna non tabulata intelligat, ſed trabes, nõ magnas, nec cultas, ſed vt modo fit in paſtorũ tabernaculis, cõpinguntur quidem lignis, ſed paruis, & incultis, deſuper paleis contextis, quod ſic ſua in deſerto exercuiſſe Iſraëlitas, non eſt ambigendum.

Lorin. Abul. Liran.

12. Tabernacula ex qua materia.

HOMILIA XXXI.

Qui hic in tabernaculis viuunt.

1. *Cor.* 10. *n.* 11.

ENimuerò magnus ille orbis fulgor, & Dei Apoſtolus, 1. ad Corinth. c. 10. n. 11. noſtram Chriſtianorum, & in Chriſto credentium tractans dignitatem, ac præ Iudæorum populis excellentiam, veriſſimè affirmauit omnia in figuris illis contigiſſe, ſcripta autem eſſe *ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt,* vbi per figuram, vt optimè Gabriel Vaſquez in 1. part. quæſt. 1. art. 10. diſput. 14. c. 6. non tam ſenſum allegoricum, vel myſticum Paulus ſignificat, quam exemplum, quod per accommodationem plerimum valet ad ſuadendum, & ſatis etiam liquet: nam, verè Auguſt. lib. 12. de Ciuitate, c. 5. non omnia veteris Teſtamenti ſic figurata narrantur, vt nil aliud in eis ſit, quod non aliquid in nouo futurum ſignificet, *Aſhi*, ait, *ſicut multum errare videntur, qui nullas res geſtas in eo genere literarum, præter id quod eo modo quo geſtæ ſunt ſignificare arbitrantur, ita multum audere, qui prorſus ibi omnia ſignificationibus allegoricis inuoluta eſſe contendunt.* Vnde cum Paulus omnia affirmet in figura illis contigiſſe, & non omnia myſticum ſecundum Auguſtinum in ſe cõtineant ſenſum, ſeu allegoricum, planum remanet, per figuram non myſticum ſenſum, ſed etiã exemplum intellexiſſe, quod nobis accommodatum plurimũ valet, ad vitæ inſtructionẽ, normámque viuendi; Hinc certè fit, quod quando noſtrum videmus ſapientem ſic accuratè ſcribentem per deſerta Iſraëlitas ad terram tranſiſſe promiſſionis, & ibi non domus, non palatia, non magnas extruxiſſe fabricas, ſed caſas, præter myſticum ſenſum in noſtrum certè illud deſcripſiſſe exemplum pro certo tenendum, vt ſi verè Iſraelitæ, ſeu, vt melius dicam, ſi verè Chriſtiani eſſe intendimus, ſic faciamus vt illi, ſic operemur vt ipſi, hoſpites nos hic reputantes, & peregrinos ciuitatem non habentes permanentem, ſed futuram inquirentes; at verò quia in 1. tom. hom. 99. hominem eſſe hic hoſpitem, mundúmque hoſpitiũ quoddam aperte demonſtrauimus, nunc vt hoc apertè ibi demonſtrato, ſuppoſitóque, reſtat videndum, quis verè ſit Iſraelita in caſulis viuens, quid agere debeat, vt hoſpes viuat ad ſupernam illam patriam tendendo, quod quidem egregiè, me iudice inſinuauit Heſichius in c. 23. Leuitici, vbi exponens Dei mandatum de tabernaculorum feſto, & qualis ſit qui verè in tabernaculis viuat, ſic ait: *Qui cogitat generationem ſuam auferendam, & conuoluendam quaſi tabernacula paſtorum; vtitur hoc mundo ac ſi non vtatur, conſiderans præterire figuram mundi huius, intelligit ſe liberatum ab intelligibilis Pharaonis ſeruitute, quæ eſt ſecundum corruptionem lucrum præſentis ſeculi, qua, qui planè carere vult Deum imitari debet, qui non habuit vbi caput reclinaret, ex genere Iſrael eſt, & indigena, verè nobilis, & verus Iſraëlita.* In quibus verbis non ſolum, quis verus nobis Iſraelita, ſiue Chriſtianus deſcribit, ſed etiam quomodo, vt talis ſit modum tradit, quatuor nobis egregiè proponens, duo ad cogitationem pertinentia quibus anima, duo ad actionem quibus ipſa vita reformetur, ſic, vt duo vltima ſint veluti effectus primorum. Duo ergo prima, vt ſcilicet ſemper cogitet, ac in mente habeat generationem ſuam auferendam, & conuoluendam; & ſecundo continuè, vt reminiſcatur ſe liberatum Chriſti merito ab intelligibilis Pharaonis, hoc eſt dæmonis ſeruitute; ex quibus duo etiam ſequuntur, ex primo, vt vtatur hoc mundo, ac ſi non vteretur; &, ex ſecundo vt

Vaſquez.

Auguſt.

1. Figura aliquando in Scriptura intelligitur pro exemplo.

2. Non omnia in Scripturis myſticũ continent ſenſum.

3. Quis verè Iſraëlita in tabernaculis viuens. *Heſich.*

4. Quomodo in tabernaculis viuendũ, & quatuor ad illud neceſſaria quæ ſint.

Deum sibi proponens exemplum nil quærat, nil huius ambiat mundi, sed in summa rerum penuria viuat; hic enim sic cogitans, sic operans verus erit Israëlita, antiquos illos imitãs patres in tabernaculis, siue caſulis hic viuens. Vnde securè ad terram perget promissionis; hæc quippe via est regia.

Primò ergo in hoc mundo tanquam in tabernaculis quis viuere desiderans, illud semper in mente reuoluere debet generationem suam auferendam, connoluendámque, mortis scilicet memoriam præ oculis cõtinuè habere: sic enim nec thesauros congregabit, nec rem auarè reseruabit, sed diuidet. Enimuero diuisionem terræ Deus Iosue præcepturus, c. 13. prius ei in mentem reduxit ipsum iam senem, prouectæque ætatis, ac iam morituru, n.2. *Senuisti, & longæuus es*; post quæ n.7. *& nunc dimide terram in possessionem nouem tribubus.* Cur ante diuisionem, senectam, & longæuitatem obiicit? aliqui, vt mortis iam próximæ recordatus integerrimè se haberet in partitione absque passione; verè, sed melius, vt nil ex partitione sibi concupisceret, nil sibi reseruaret iam iam moriturus, reuoluès generationem suam propemodum esse auferendam, connoluendámque.

Iosue 13. *n.2, & 7.*

5. Mortis memoria necessaria ad tollendam concupiscẽtiam.

Hinc qui tales, non quidem homines sunt communes, ac vt sic dicam plebei, sed magni, ac excelsi animi, verique principes, cum hæc sit inter istos differentia, quod illi in rebus huius mundi cõfidentes, tunc se securos, tunc vallatos, omnique præsidio munitos, ac armatos se reputant, quando diuites, quando huius mundi rebus abundantissimi: at homo virtutis non sic; tunc enim se fortem, tunc super omnia se constitutum sentiet, bella, infortunia, inimicos non timens, immo spernens, quando viderit se memoria mortis armatum, ac munitum, Exod 13.n.18. *Sed armati*, dicitur, *ascenderunt filij Israël de Ægypto*; vnde eis arma? cum, vt inquit Philo de vita Mosis, metum expendens Iudæorum in rubro mari, *nec arma illis ad defensionem suppetebant; non enim ad bellum, sed ad quærendas sedes eximerant.* Quod etiam sentit Hugo Cardinalis, in hunc locum; inermes ergo ascenderunt ex Ægypto, sic vt Theodoretus quærens vnde Hebræi arma obtinuissent contra Amalech pugnantes, respondit, *Ex Ægyptiis in mari submersis, nam eorum corpora vna cum armis in littus eiecta sunt.* Si ergo inermes, vnde armati? Hieron. epist. ad Damas. pro armatis affirmat secundum Græci sermonis ambiguitatem posse sumi, *Instructi, vel muniti*, non quidem armis, *sed propter supellectilem, quæ Ægyptios expoliauerunt*; vnde Hugo Card. vbi sup. *armati, id est supellectile multa muniti: nam infrà dicitur, quod inermes ascenderunt.* Ergo populus armatus de Ægypto ascendit, quia secum diuitias, quia aurum, argentum, gemmásque ferebat. Hinc ex istis animatus hdu-cialiter egrediens, hostes, inimicósque non timebat, sed quàm falso metus, quem viso Pharaone est passus, satis illud declarat Exod. 14. n.10. *Viderunt Ægyptios post se, & timuerunt valde*, Vis scire quantum, vt iam se mortuos dicerent, *forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine.*

6. Homines facit excelsi animi, ac virtute armatos.

Exod. 13. *n.18.*

Hugo Card.

Hieron.

7. Hebræos vnde armatos exisse dicatur ab Ægypto cũ nulla ferrẽt arma.

8. Diuitiæ animum nõ augent, sed diminuunt

A En quantus timor, & si onusti auro, armati diuitiis; at verò Moyses, qui princeps, qui magni, excelsi animi, qui verè Israëlita, quibus armis ascendit munitus? sanè mortis memoria, qua stabilitus, cinctúsque, sic fortis, sic imperterritus euasit, vt nec Pharaonem timuerit, nec inimicos formidauerit; vnde sequens Scriptura ait: *Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum*, non populus, qui gregarius, qui mortis oblitus in rebus huius reponebat sæculi spem suam ea tulit, sed Princeps Moyses, homo virtutis, qui continuè præ oculis mortem ferebat, hic ossium recordatus ea tulit, tanquam homo excelsi, inuictíque animi; *Iudæi vepote infantibus similes* (ait Græcus author apud Lippom. in caten.) *aurum, atque argentum secũ detulerunt, Moyses verò intemerati animi vir, Ioseph ossa deportauit.* Hinc iste viso Pharaone non exterritus, immo diuitiis onustos, qui prope exanimes animauit, confirmauit, erexit, vt luculenter exponit sic Philo in eius vita. *His ille auditis*, nempe populi iam desperati querimoniis, *ignoscebat, memor diuini oraculi, diuisíque mentis, & sermonis officiis, eodem tempore altero deprecabatur Deum, tacitus, vt eos è desperatis rebus eriperet, altero confirmabat, solabatúrque tumultuantes.* Quid amplius, si hostes non adessent, si inimici non astarent, si periculum abesset? ne mireris, homo erat excelsi animi, memoriam præ oculis mortis habens, ac proinde nil timens, inimicósque spernens.

9. Moyses animo excelsus quia mortis memor.

Lipom.

Philo.

C Hinc qui tales (me iudice) non solum inimicos non timent, sed sic sunt animati, vt promptissimi sint ad parcendum, vindictámque de inimicis facillimè relinquendam: Cum enim per transsennam hic viuant, in cineres se, terram, lutum, propediem resoluendos, nec animos obtinent elatos, nec spiritus superbos, immo commiserationis visceribus repleti, dum mortis recordantur, facilè parcunt. Mirum, vt ad principatum euecturus Deus Ioseph principium à veteri cisterna autumarit; Genes. 37. n.20. *Occidamus, & mittamus eum in cisternam veterem*, & amplius mirandum, vt quando postea princeps, Ægyptíque veluti Rex præsentes habés fratres, ac in genua prouolútos, voluit, vt cisternæ huius meminissent, mortísque inferendæ animorum ibi, c.42 n.21. *Aserito hæc patimur, quia peccauimus in patrem nostrum videntes angustiam animi illius.* Dum eum occidere, & in cisternam proiicere deliberabant, quod totum erat tunc ob oculis & cisternæ, & mortis memoriã proponere, quale in hoc mysterium? illud sanè, vt promptissimè parceret, dum se & in sepulturam eiectum serpentum, & scorpionum, & mortua, non superbos, & iratos indueret, atque inimicos, sed benevolos, humiléque animos, vti & fecit Pulchrè hoc Philo lib. de Ioseph super illa verba: *Duodecim fratres sumus, &c. minimus cum patre nostro est, alius non est super, hoc*, ait, *de seipso loquentes audiens, tanquam de mortuo, quid animi habere potuit?* talé quippe, sic benignum, sic placidum, vt vix se continere potuerit; vnde *se auertens fleuit, dum intus in pectore vrebatur*, inquit Philo tantum abest, vt fureret, sic potens est mortis memoria, vt ne Ioseph superbiret, suíque esset in

10. Qui mortis obtinẽt memoriã sunt misericordes facilémque parcũt.

Genes 37. *n.20.*

Ibi. c.42. n.21.

11. Ioseph cur in cisternã proiectus veterem.

Philo.

principatu immemor, voluerit Deus, vt ab illa inciperet, & simulachrum altitudinis, mortis esset sepulchrum, vt hoc rememorans illos indueret spiritus, qui facilè miseris condonarent.

12. Nunquam homo peccaret si mortis memoriam secum continuè haberet.

Quid, immo nunquam aliquis peccare auderet, mandatúmque Dei infringere si moriturum se recordaretur; certè, nunquam Eua peccasset, nec diabolus ei peccatum suadere potuisset, nisi prius & dubiam mortem ipsa tenuisset, & omnino eius metum ab ea dæmó non abstulisset, & demũ nec ipse Adam vxori consentiret, nisi mortis obliuisceretur; quæ omnia in ipsa verborum serie tentationis manifestissimè fiunt. *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis*, &c. ait illi dæmon, Genes. 3. n. 1. cui mulier, *ne forte moriamur*, mentita est, cum Deus non subdubiè, sed sub certa comminatione illud prohibuerat; *In quocumque die comederis ex eo morte morieris.* Quod præceptum per se mulieri Deum intimasse sentit Caietanus hic: nam supponit ipsam creatam, quando Deus hoc Adamo iussit; *Ex hoc textu*, ait, *elicuntur duo: alterum quod Deus per se ipsum & non per Adam intimauit hoc præceptum mulieri; hoc namque fatetur ipsa mulier dicendo, dixit Deus, ne comederetis, in plurali numero: alterum quod mulier erat creata quando Deus dixit homini, in quacumque die comederis morte morieris.* Ergo quia vt inquit Rupert. *impatienter ferebat, & murmurabat, quod quasi parcus vel auarus Deus pretiosa medij paradisi reseruaret, & viliora quæque per circuitum colligendo in cibum homini concessisset*; vt quod cupiebat assequeretur, dubiam, certam posuit mortem, ex hoc ansam dæmoni præbens omnino eam præcipitandi ab esu, & dubiam de morte adimens opinionem, vnde ait: *Nequaquam moriemini*, certus, vt inquit sanctus Doctor opusculo. 3. c. 189. quod facillimè ad transgressionem erat mulierem inclinaturus si omnino mortis metum ab ea ademisset, *& vt in transgressionem præcepti*, ait sanctus, *facilius inclinaret, exclusit mendaciter metum mortis, & illa promisit quæ homo naturaliter appetit.* Egregiè dictum; quod si obserues vnde totum genus dæmõ capiat humanum, inspicies, memoriam aufert metúmque mortis, qui nil aliud est, nisi efficax, & viuax eius memoria, non demortua vt in plerísque, siue omnibus inest; proponit simul quæ homo naturaliter appetit; hinc casus, hinc peccata, hoc etiam, vt ait Augustin in caten. Lippom. relatus in hunc locum, non alio mulier Adamum suasit verbo, quàm te non mortuam ostendens; *An fortè nec suaderi iam opus erat viro, quando illam eo cibo mortuam non esse cernebat.* Mortis ergo metu dẽpto, nulla iam amplius eius extante memoria, illicò in peccatum ruerunt; non sic si efficaciter se morituros intelligerẽt, quinimmo non solum in peccatis non irent, sed vt verè Israëlitæ hîc in tabernaculis degentes iuxta Apostoli præceptum sic vterentur hoc mundo, tanquam si non vterentur.

Genes 3. n. 1.

13. Eua nec Adam peccassent si mortis non essent obliti.

Caiet.

14. Deus per se præceptum intimauit mulieri.

Rupert.

15. De præcepto extitit peroſa.

S. Thom.

16. Diabolus qua arte efficit vt vnũ in pessum ruat genus humanum.

August.

Quod erat primum ad reformationem vitæ pertinens, sequens ex continua mortis memoria, & quasi necessarius eius fructus; qui enim continuè in mente veriat, se transmigraturum, omnia tandem finem habitura, progeniem eius esse deuoluendam, hic profecto, sic viuit, ac si non viueret, sic vtitur hoc mundo tanquam si non vteretur, quia dum certè se morituruṁ, at quando nescit, semper paratum se inuenire desiderans, sic transit per hæc temporalia, ac si non transiret. cuius quidem causa voluit Deus incertũ diem esse mortis. *De temporibus autem, & momentis non indigetis vt scribam vobis*, ait Apost. ad Thessalonic. c. 5. n 1. *ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte veniet.* Pondero non dixisse Apostolum de temporibus, & momentis nescio, sed non indigetis, cuius ratio, quia dies Domini, hoc est iudicij, sicut fur venier, quod similiter de particulari cuiusque asserendum, vt inquit Chrysost. hic hom. 9. *Non cõmunis solum, sed etiam proprius, ait, ipse enim illum imitatur, quoniam idem est cognatus*; at cur non indigent? quia, vt viuant sicut illis viuendum, & vt vtantur hoc mundo vti vtendum expedit illis, vt mortis diem nesciant, ait idem Sanctus, *propterea*, dicens, *tanquam fur sic venit in nocte, ne nos in vitium præcipites demus, ne in socordiam, ne mercedem nobis amputet.* Ob hoc ergo mortis diem incertũ voluit Deus, vt semper parati inueniremur; hinc tales, quæ sunt mundi non quasi veras res, sed fictas, sed quasi somnia considerant vigilantium; vnde sic eis vtuntur quasi somniis, dum ea non veras, sed somnia reputant.

17. Deus cur voluit incertũ diem esse mortis.

Ad Thess. c. 5. n. 1.

Chrysost.

18. Qui memor & mortis tanquam in sõnio omnia reputet.

Hæc quidem, me iudice quando aliæ deessent rationes, vna sufficere deberet, vt homines sic transirent per hæc temporalia, ac si nõ per ea graderẽtur, omnia scilicet esse somnia, & non quidem dormientium, sed vigilantium; quod luculentissimè dixit Philo lib. de Ioseph, vbi facit ad instar Iosephi *virum ciuilem*, hoc est prudentem, rectè ratiocinantem, intelligentem, somniorum interpretem, cum, vt ipse affirmat nil aliud vita sit hominis quã somnium; audi ipsum: *Ego tamen non dissimulanter dico, ciuilem virum vtique somniorum esse interpretem, non quales isti nugatores, garruli, mercenariique sophistæ, quæstum facientes ex nocturnis somniorum ludibriis, sed qui magnum illud somnium commune, publicumque vigilantium, non dormientium exactè intelligat, id somnium ne quid mĩtiar est vita hominũ*, quod probans sic sequitur: *nã sicut in somniorũ visionibus, videntes nõ videmus, audientes non audimus, gustantes, aut tangentes, nec gustamus, nec tãgimus, loquentes non loquimur, deambulantes nõ deambulamus; sed cum videamur vti moribus, & habitibus, nullo prorsus vtimur, mente inaniter sine vllis veris obiectis pingente sibi simulacra rerum non existentium, tanquam existentium, eodem modo etiam vigilantium imaginationes somniis sunt simillimæ, veniunt, abeunt, occurrunt, refugiunt, priusquam comprehendãtur auolant.* Quid elegantius? immo quid verius? possem hoc alĩs probare sententiis, quàm Philonis, aliisque vti authoribus idem confirmantibus, sed sic eleganter illud probat Philo, vt peccatum æstimem, si eius non vtar & verbis, & argumentis; sequitur ergo: *Disquirat quisque apud se, & domi testimonium inueniat, vt ipse taceam, præsertim si quis est ætate promectior. is fuit aliquando infans, mox puer, deinde pubens, deinde adolescens, postea iuuenis, postea vir, postremo*

Philon.

19. Hominis vita, & quæ in ea insomnia.

senex, sed non simul omnia, nónne infans puero cedit, puer pubenti, pubens adolescenti, adolescens iuueni, iuuenis viro, vir seni, senectus morti? & fortasse singulæ ætates decedendo præmoriuntur. natura nos paulatim docente non timere mortem extremam omnium, quando priores facilè tulimus." Egregiè, somnia vix incipiunt, & abeũt, & ipsum eorum incipere est desinere; dum ergo vita per ætates distributa vna ex his alteram interimit, sempérque quis sit in continua mutatione ex vna in aliam transiens, nil firmiter apprehendens, non secus, ac qui somniat, nónne rectè concludit vitã hominum verè esse insomnium? quod quidem nec minus corporis res, vt sequens probat Philo sic: *Quid aliæ res corporis nónne somnia sunt? nónne pulchritudo momentanea penè prius marcescit, quàm floreat? sanitas incerta infirmitatibus obnoxia? robur expugnabile per occasiones plurimas? sensuum integritas humoribus vitiosis facile corrumpitur.* At si corporis res somniũ, quia mutationibus subiectæ, quid dicendum de rebus externis? vt optimè idem, vnde sequitur: *Iam quanta sit in rebus externis obscuritas quis nescit, ingentes opes sæpe vna dies abstulit, multi honoratissimi antenersis rerum vicibus in contemptum venerunt cum ignominia, imperia Regum maxima breui temporis momento subuersa sunt, fidem verbis meis astruit Dionysius in Corintho, Cræsus Rex Lydiæ, qui non modo proprio regnum amisit, sed vinus in potestatem hostium redactus minimum abfuit, quin exureretur. Testantur de huiusmodi somniis non singuli tantum, sed ciuitates, gentes, regiones, Græcia, Barbaria, Insularum continentiúmque incolæ, Europa, Asia, Orient, Occident, quid enim vsque permanet sui simile?* Quod exemplis latè probat Macedonum, Persarum, Ægyptiorũ, qui omnes dum prius imperata dabant, tunc accipiebant, & tandem ad singularia deueniens, sic ait: *Quidam fingunt sibi prolixas felicitates, & hæ sunt magnorum malorum initia: itaque dum ad magnorum commodorum possessionem properant, miserias inueniunt, & diuerso malum expectando in bona fortuita incurrũt.* Quod probat ab Athletis, à nauigantibus, à mercaturam exercentibus, dum aliquibus bona sperantibus mala euenerunt, & à conuerso; vltimóque extremam somniantium huius vitæ miseriam obiiciens, sic prosequitur. *Proinde tanquam altum dormientes erramus, non valentes quidquam ratiocinatione, vel penetrare, vel certo comprehendere, quando cuncta vmbris, spectrisque sunt similia, sensus interturbantes scientiam per spectaculorum, saporum, vaporúmque illecebras, quibus innenatus animus non sinitur rectè, inoffenséque per viam publicam progredi, itaque confusis celsis cum humilibus, magnis cum parvis exoritur inæqualitas inducens caliginem, atque vertiginem.* Quid verius? repete cuncta, & quam verè hæc vita somnium non probabiliter, sed demonstratiuè inspicies, ipsa primum in continua mutatione, siue morte, ac defectione, corporis res instabiles, incertæ, nullàque in se securitate, vix tenentur, res externæ variæ, dilabiles, vix sunt, ac abeunt, rerum feliciũ apprehensiones falsæ. Tandem quod miserrimum ipsa nostra ratiocinatio sic turbida, sic confusa, sic à sensibus obruta externis, vt cæ-

20. Natura vt docet hominẽ mortem non timere.

cutiens caliginem patiatur, & vertiginem. Quæ omnia cum vera sint, cum nemo cordatus ea negare valeat, cur nó vtmiur hoc mundo tanquã non vtentes? cur hic radices figere conamur? cur tanquam hospites, & peregrini non futura, æterna, stabilia inquiramus? quod si non facimus, id est in causa, quia æternam in caligine, ac vertigine immersi hanc putamus vitam, cum si propemodum morituri hanc fastidiremus.

21. Homines vitam fastidiunt quando mortem vicinã pensitant.

Veni mecum, vt requiescas securus mecum in Hierusalem, ait Dauid ad Berzellaum, 2. Reg. 19. n. 33. quis non iret? eo vel maximè, quia inuitabatur à Rege beneficiis obstricto, sic vt promiserit impetraturus quidquid petiisset, *& omne quod petieris à me impetrabis*; at iste, *non indigeo*, respondit, *hac vicissitudine*, id est, vt sic mihi tribuas, quod feci tibi: mirum, vt sit inter natos homo, qui amicitiam, qui fauorem, qui latus repudiet Regis; ne mireris, erat homo senex, octogenarius, morti próximus, hinc quia homo simul virtutis propediem morituru fastidiuit omnia, vnde ad Regem; *quot sunt dies annorum vitæ meæ, vt ascendam cum Rege in Hierusalem, obsecro vt reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrũ patris mei, & matris meæ.* Iuratam cogitantem de sepulchro sic respondisse: nam, vt rectè ait venerabilis Guillelmus in allegoriis Gothfridi Tilmani: *In carnalium delitiarum consideratione affectum non figit, quisquis se tanquam in occidente constitutum agnoscit, nec corpus suum cassa labore reuocare studebit ad ortum; quod quotidie declinare conspicit ad occasum.* Pulchrè hoc postremũ, videas certè aliquos sic effœta ætate, vt vix stent, vix ambulent, vix viuant; quod & si in omnibus curiis, in Romana maximè, eo nescio, quo malo fato aspicies in desideriis, ac ambitionibus sic viuidos, vt nullus sic iuuenis, nullus sic puer; Testor Dominum Iesum me vnum ex his in curia vidisse regali virum principem, sed senem, cui & si ad senectutem infirmitas esset adiuncta mortalis, ex qua defecit, pridie quàm moreretur, talia in futurum concepisse, ac proposuisse consilia, prætentiones, ambitiones, vt quando bene omnia illi cederent ad minus multorum annorum spatia necessaria; sed quod penè extra me duxit, iam prope mortem, enixe me rogauit, vt in stabulum descendens nouum quendam equum nuper sibi dono datum aspicerem; res admirabilis, senex, octogenarius in lectulo infirmitate pressus, & tamen, ac si esset puer longa cogitabat tempora, vanas prætentiones, & licet morti proximus, effœta, ac consũpta ætate, nouum cogitabat domare equum, & tamen dies vix intercessit ac obiit; vnde tanta insania? sanè, quia contra id quod dixit Gullielmus, corpus suum cassa labore reuocare studeant ad ortum, licet declinare conspiciant ad occasum: sic mente hebeti, sic inani, vt in ipsa prope morte viuere, ac in ipsa vitæ occisione luxuriari appetũt; quos lugens Salu-

Guillelm.

22. Senum in curia degẽtium vanitas, & stoliditas.

23. Vnde illa prouenit.

Salnian.

uianus lib. 6. de prouidentia, acriter in eos inuehitur; loquens enim de excidio vrbis Treuirensis, ac de altera eius vicina opulentissima affirmat incredibile dictu tunc principes in conuiuiis totos esse, quando hostis vrbem

intrabat; *Nam præter cætera*, ait, *cum duobus illis, ac generalibus malis auaritia, & ebrietate omnia concidissent, ad hoc postremo rabida vini auiditate peruentum est, vt principes vrbis ipsius, ne tunc quidem de communis surgerent, cum iam hostis vrbem intraret, adeo etiam Deus ipsis enidenter, vt credo, manifestari voluit cur perirent, cum per quam rem ad perditionem vltimam venerint eam ipsam agerent cum perirent. Vidi ego illic res lachrymabiles, nihil scilicet inter pueros differre, & senes, una erat scurrilitas, una lenitas, simul omnia luxus, potationes, perditiones cuncti omnes pariter agebant, deliciabantur, eneabantur, lasciuiebant in conuiuiis vetuli, & honorati ad viuendum prope tam imbecilles, ad vinum prænatidissimi, infirmi ad ambulandum, ad bibendum robusti, ad gressum nutabundi, ad saltandum expediti.* Quæ vltima adnotanda, cum si ad ambitionē, ad prætensiones, addesideria dignitatū applices, quod semel Saluianus, tu quotidie in variis curiis, & præcipuè, vt dixi, in Romana aspicies, imbecilles ad viuendum, sed fortes ad ambiendum, infirmi ad ambulandum, robusti ad desiderandum, nutant ingressibus, corpore vsque ad terram curuo, & tamen erecti stant ad honores acquirendos, ac dignitates procurandas, & quod horrendum, ad onera incomportabilia subeunda, ipsis Angelicis tremenda humeris; vnde tanta miseria? quia senes tempore, pueri sensu, & non sicut Berseilai de sepulchro cogitant, hinc rebus huius mundi non vtuntur, sed abutuntur, ob quod semper imparati ad mortem, quia vita, moribus, imaginatione lōgius ab ea vocati deficiunt, vt egregiè Epictetus in Enchirid. c. 12. vbi, ac si Christianus esset, Paulumque legisset, quomodo in hac vita certandum, quomodo ea vtendum describens, sic ait: *Quemadmodum in nauigatione, subducto nauigio, si aquatum exieris, obiter fortassis etiam cochleam colliges, aut bulbum, animo autem in nauigium intento esse oportet, ac cōtinenter sollicito, ne gubernator vocetur, ac tum illa omnia relinquere, vt ne vinctus tanquā oues in nauim coniciaris: ita etiam in vita, si tibi vice cochleæ, aut bulbi detur vxercula, & puer, nihil impedit; at si gubernator vocarit, curris ad nauim, relictis illis omnibus, neque respicies, quod si senex es, cane nunquam à nani recedas longius, ne quando vocatus deficias.* Quid adhæc Christianus, quādo Gentilis hoc suadet? deficiunt ergo in morte nostri senes, quia longè ab ea absunt, vita, moribus, desiderus, cogitationibus, & dum ad emendum oleum properant, clausa ianua foras miseri incogniti remanent, quod non sic sicut Hesichius suadet memoriam mortis semper præ oculis haberent, ac vterentur hoc mundo, non abuterentur.

24. Purpuratorum, & in aula degentium vita infelix.

Epictet.

25. Omnis eorum ruina, quia immortales se æstimant.

§. II.

De secundo medio, vt quis peccare desinat, & vt hospes hic viuat.

SEcundum, vt quis verè hospitem hic se existimet, ac, vt talis viuat necessarium, vt recolat se à potestate diaboli erutum per Christi merita, sanguinem, mortem, ac proinde peccare desinens, non amplius se in seruitutem diaboli redigat. *Agnosce ô Christiane dignitatem tuam*, deuotissimè ait sanctus Leo Papa serm. 1. de Natiuitate, *& diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degenerī conuersatione redire, memento cuius capitis, & cuius corporis sis membrum, reminiscere, quia ereptus de potestate tenebrarum, translatus es in Dei lumen, & regnum, per baptismatis sacramentum, Spiritus sancti factus es templum. Noli tantum habitatorem pravis de te actibus effugare, & diaboli te iterum subiicere seruituti, quia in veritate te iudicabit, qui misericorditer te redemit.* Egregiè, quæ si non leuiter, sed efficaciter quis consideraret impossibile quidem fieret, vt peccaret, vt iterum se diaboli seruituti subiiceret: consortes & per Christum diuinæ facti sumus naturæ; ergo iterum in vilissimam, & humanam per peccatum redeam? & cum in honore sim, non intelligens, merito comparer iumentis insipientibus, *& similis illis fiam?* factus sum Christi membrum, & per baptismum Spiritus sancti templum, iterum fiam membrum meretricis? per Dei, & Christi misericordiam ereptus sum de potestate tenebrarum, de diaboli seruitute, de inferno inferiori, & iterum me tyranno subiiciam? iterum me in infernum detrudam? quam hæc est dementia?

S. Leo. 26. Memoria redemptionis, efficax medium nō peccandi.

Enimuero, & si mille aliæ deessent rationes, ne in peccata laberemur, illa sola certè sufficeret Christum ad me redimendum venisse, de facto redemisse, & insuper hoc me scire, credere, oculis quodammodo prospicere; *Factum est verbum Domini super Ioannem*, ait Lucas c. 3. n. 2. Emphasim habent verba, quasi non se ipsum ad prædicationem, sed ex Dei ingesserit mandato; vnde Chrysostomus, *Verbum autem Dei hic mandatum esse dicitur; quia non à se venit Zachariæ filius, sed Deo ipsum monente.* Ob hoc, vt dignus tali esset mandato, tanto tempore in deserto, & simul vt ne in errorem incurreret in virum bonum discernendo, hoc est Christum, vt egregiè Nissenus in caten. sancti Thomæ. *Simul etiam*, ait, *qui in spiritu, & virtute Ecclesiæ hanc vitam ingressus est, amotus à conuersatione humana, inuisibilium speculationi vacans, ne huiusmodi fallaciis quæ per sensum ingeruntur assuetus, quandam confusionem, ac errorem incurreret, erga viri boni discretionē, & ideo ad tātum rerū diuinarum elenatus est apicem, vt plusquam Prophetis sibi gratia infunderetur, quia mundum, & expers cuiuslibet naturalis passionis desiderium suum à principio vsque ad finem diuinis aspectibus obtulit.* Nil melius, se amouit Ioannes à conuersatione hominum, mundum; immo suamet derelinquens desideria, vt in illo vno cognoscendo non erraret, qui inter homines solus bonus, quem, vt cognitum prædicaret, post tantis in deserto annorum curriculis elapsis, super illum factum est verbum Domini, hoc est mandatum. Ergo sic instructus, & insuper à Deo missus euidentissimè illud calluit medium, quo prædicatione sua homines ad credendum impelleret, & simul à peccatis auerteret, & ad pœnitentiam reduceret; certissimè, hoc autem si exquiras nullum aliud inuenies, nisi, quia Deus factus homo, vt hominem redimeret, quem

S. Lucas.

Chrysost.

Nissen.

27. Ioannes in deserto à teneris annis, vt dignus fieret Christi cognitione.

Digitized by Google

Isaiæ 40. n.3. quem omnes essent visuri; vnde ab illo Isaiæ 40.n.3. suam incipiens prædicationem, *venit in omnem Iordanem prædicans baptismum pœnitentiæ*, cuius ratio, *quia omnis vallis*, erat per Christi sanguinem exaltanda, hoc est omnis anima peccatrix, *omnis mons & collis*, hoc est diaboli superbia humilianda, *prava futura in directa, aspera in vias planas*, vitia in virtutes reducenda, & insuper, quod maximũ, quod vltimum, quod vnica ratio *quia videbit omnis caro salutare Dei*; Hæc est summa, hæc omnis pœnitentiæ ratio venisse Christum, nos redemisse, hanc vnicam putauit Ioannes, vt omnes nõ solum pœnitentiam agerent; sed in baptismo, ac in fluente immergerentur pœnitẽtiæ. *Causam ipsam quæ illa faceret ostendit*, ait Chrysost. hom 10. in Matth, scilicet Christum in carne venisse, vt sic ex hoc solo pœnitentiam agerẽt, & in carne non ob vnum tãtum populum, sed pro omnibus, *ob*, quod *videbit omnis caro salutare Dei, non Iudæi iam solummodo*, ait Chrys. *atque proselyti, sed omnes terræ prorsus, ac maria, atque vniuersum humanum genus, publicanos scilicet, atque meretrices, latrones, magósque significans, qui de priori conuersatione prauissimi rectũ in reliquum gressibus occurrerũt.* Hæc frater est vnica ratio omnis pœnitentiæ, ob hoc peccare nõ debemus, immo peccatũ abhorrere, vt hospites hic viuere, quæ sunt mundi non ambientes, quia Deus venit, & nos redemit.

28. Summam rationẽ pœnitentiam agendi ẽstimauit prædicare Christum venisse, & incarnatum esse. *Chrysost.*

Mirum, quod properans Moyses ad videndam visionem illam magnam, *Vadam, & videbo visionem hanc magnam quare non comburatur rubus*, Exod. 3. n. 3. sic strictè præceperit ei Deus, vt calceamenta soluat, *solue calceamentum de pedibus tuis*, hoc est timorem mortis secundum Ambr. c.10. in Lucam super illa verba: *non peram, non calceamenta*, significans ex hoc sic animatum debere existere deinceps, vt nullo mortis timore, nulla pœna, nullo martyrio amplius à Dei iussione se retardare deberet; *Mortale igitur atque terrenum calceamentum iubetur solvere cum mitteretur ad populum liberandum, huius enim minister timere nihil debet, nec à suscepto officio mortis periculo retardari.* Vbi acutè etiam adnotat Sanctus in Ægypto timore mortis à fratrum salute reuocatum Mosem, quod, vt deinceps non faceret, illud Deus ei præcipit; *Ipse enim eum defensionem fratrum, hoc est Iudæorum voluntarius recepisset* (adnotandum verbum ad eorum terrorem, qui volũtariè in Episcopatus se ingerunt) *calumniæ terrore revocatus est ab incepto, & fugit ex Ægypto, & ideo cum Dominus affectum eius probasset, conditionem autem vidisset infirmam, animi eius, mentisque vestigium mortalibus vinculis censuit exuendum.* Alij, vt huius vitæ curas, ac sollicitudines deponeret, Theodoretus *vt magis reverentem, ac religiosum se redderet.* Ergo Moysi summa indicitur reuerentia, summa omnium affectionum depositio, tandem imperterritus ad mortem animus; quod si rationem expetis, quin terra sancta erat. *Locus in quo stas, terra sancta est*, quid per hanc terram? audi Tertul. lib. de resurrectione carnis, c.26. *ipsam terram sanctam, Iudaicam proprie solum reputant, carnem potius Domini interpretandam, quæ exinde, & in omnibus Christum indutis sancta sit terra, verè sanctificata per incolatum Spiritus sancti, verè lacte, & melle manans per suauitatem spei ipsius.* Caro ergo Christi terra sancta est, ideoque soluere calceamenta merito debebat Moyses, omnésque virtutis, ac pœnitentiæ actus exercere, quia terra iam sancta, meritóque ab Angelo ei indicitur, vt soluat calceamentum, vt carnalia deponat, vt quæ sunt mundi derelinquat, quia terra sancta, quia Christus iam homo factus nos redemit, in spinis, in cruce pro nobis existens, sic quidem, sic Christianos decet sanctitatem, pœnitentiam, & vsque ad mortem peccati resistentiã, quia terra sancta, quia Deus incarnatus, immo quia in rubo spinoso, quia mortuus, & pro nobis crucifixus.

29. Deus cur Mosi vt soluat præcipit calceamentum.

30. Prælati pro quibus mori timent, quia vltro se officio ingesserũt.

Tertul.

31. Terra sancta Christi humanitas.

Audi, & ego loquar, Deo respondit Iob c.42. n.3. *interrogabo te*, hoc est orabo, rogabo, & *ostende mihi, auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus vidit te*, quid ergo ex hoc? *idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere*; Quid interrogat, quid orat sanctus, de quo peccato se excusare intendit? de signis, quæ hominibus externa tantum intuentibus impatientiæ dederat, ait quidam, & merito, de leuibus scilicet quibusque peccatis; at cur hoc? cur modo tanta, & de sic minimis pœnitentia? quia oculus eius videbat eum, hoc est vt Eusebius lib 1. de demonstratione Euangelica c.4. Christi imaginem, verbi Incarnationem. *Nam qui antea de turbine*, ait Eusebius, *& nubibus illi se ostenderat, Deum vniuersi se esse indicabat; porrò autem progressus, ita seipsum præbet videndum, vt ipse Iob tunc dicat, audi me, vt & etiam ego loquar, sonitum quidem vocis tuæ audiui prius, nónne autem oculus meus videt te, quod si fieri non potest, vt altissimus Deus, & inuisibilis, & ingenitus, & rex vniuersi à mortali natura cernatur, quis tandem hic, qui sic visus est, alius fuerit præter Dei verbum, quod seipsum ad tempus de propria magnitudine dimiserit.* Ploret ergo sanctus præterita, quæ nõ digna ploratu æstimabat, quatenus Deum tantum audierat, non viderat, ac post Deum visum, post Christi Incarnati imaginem inspectam, de minimis pœnitentiam agat in fauilla, & cinere; quid vis dicam Christiane, peccent Gentiles, Deum offendant, qui illum tantum à longè audierunt, qui illum non vident; at Christianus; at qui Deum incarnatum, passum, mortuum, qui sanguine eum redemit, & credit, & videt, pœnitentiam agat, quia summæ nequitiæ, ac infiniti sceleris est, post talia, & tanta credita in Deũ peccare, dominiũ eius spernere, diabolo se subdere, clamat Isai. c.6. n.5. *Væ mihi*, ex quibus tãtus dolor? *quia tacui*, quid tacuit, quid reticuit? *quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* En quam magna peccata? labiorũ tantum, vt vult Orig. in Isaiã hom.4 *Annotemus*, ait, *quia peccata Isaiæ non in factis, sed tantum in sermonibus erant*, aut quia vana, & otiosa locutus, vt vel idem, aut vt Nazianz. in Apologia ad Patrem, *Quod cum alios redargueret, seipsum non reprehenderet*, quæ omnia intelligenda de venialibus, & leuibus culpis; vnde ergo tantus de tam minimis dolor? *Quia Regem Dominum*, hoc est Christum, at multi, *vidi oculis meis*, en tota pœnitentiæ ratio, *incipio nosse quia miser sum*, inquit Origen. quando

Iob 42. n.3.

Sanchez.

Euseb.

32. Tota pœnitentiæ ratio etiã de minimis, quia Christum videmus.

Origen.

33. Summa est nequitia post Christum Incarnatum peccare.

Nazian.

video viſionem. Quòd ſi de minimis tantus fletus Chriſto in carne viſo, quid de magnis? Quod ſi Chriſti ſanguine viſo, immo & in ſacramento guſtato, ipſum refugis, & iterum ad diabolum conuolitas, quid vis dicam? ferior es ipſis feris, ipſis belluis erudelior; iſtæ enim guſtato ſemel hominis ſanguine, ſic cætera faſtidiunt, vt vſque ad mortem pro eo depereãt, cum tu non ſemel, ſed ſæpè Chriſti ſanguine guſtato, illo derelicto, iterum ad peccata confugis: *Certum eſt*, melliſluus ait Bern. tract. de paſſione Domini, c. 3. *humano ſanguini præ cæteris tãtam naturaliter ineſſe dulcedinem, vt cum à beſtia quadam ſemel deguſtatus fuerit, illum de cætero ſemper guſtare deſideret, ita vt aliis animalibus poſtpoſitis ſanguini inſidietur humano, & in mortem cõruant pro illo acquirendo; quantam in ſe credis habere dulcedinem ſanguinem filij hominis Ieſu Chriſti, ecce ſitiunt beſtiæ ſanguinẽ hominis, & non ſitiam ego ſanguinem filij Dei? beſtiæ, quanto plus guſtauerint, tanto plus ſitiunt ſanguinem humanum, & ego faſtidiam ſanguinem Dei, & hominis Ieſu? beſtiæ cõruunt in mortem ſuam dulcedine ſanguinis humani attractæ? ego non feſtinabo ad vitam meam, & ſanguinem rubicundi Ieſu, & candidi?* Quid adhæc Chriſtianus, quãdo illa ſibi in morte oppoſuerit Chriſtus, quando in iudicio? nónne contrà ipſum teſtificantes inſurgent non ſolum Niniuitæ, qui figurã tantum Ionæ proſpicientes, vocemque audientes pœnitentiam egerunt, ſed Leones, Pardi, Vrſi, Pantheræ, Dracones, canéſque omnes, oblatrantes, faſtidiúmque Chriſti ſanguinis ei horribiliter obiicientes; quis ergo hæc conſiderans intime, efficacitérque amplius ad peccandum audax erit; amplius Chriſtum derelinquens quæ ſunt mundi quæret. Bene ergo Hiſichius vt nos hoſpites hic eſſe, ac vt tales viuamus illud ſuadet, continuè ſcilicet recogitare à Chriſto erutos de diaboli poteſtate, ob quod in carne venit, nóſque ſuo redemit ſanguine, paſſionibus, morte.

34. Et poſt ſanguiné eius epotatum.

Bern.

Hinc talibus animati tanquã ex cõſequenti, illico Chriſtum ipſum imitantes, ac tãquam hoſpites, peregrinóſque nos hic æſtimantes, ſummam amplectimur paupertatem, hic contenti tantum his, quæ ad vitam ſimpliciter neceſſaria, hic nullas figentes radicos, ſed futurã ſemper patriam inquirẽtes, *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria:* ſapientiſſimè à Deo expoſtulat Salomon Prouerb 30. n. 8. multipliciter enim hæc ſententia à multis accipitur, Bern. in Cant. ſerm. 63. & Hieron. in Eccleſ. 2. nõ de temporalibus, ſed ſpiritualibus Salomonẽ intellexiſſe diuitiis autumant; vnde Bern. *Pernitioſa paupertas penuria meritorũ, præſumptio antè ſpiritus propter merita fallaces diuitias, & ideo diuitias, & paupertates ne dederis mihi.* Vtrumque certè malum, & poſterius priore peius, licet potius inuenire ſine meritis, quam de meritis ſuperbire, Hier. ſpiritualem lætitiam ex diuitiarum nomine carpens ſic ait: *Non ſolum temporalis lætitia, ſed etiam ſpiritualis eſt tẽtatio poſſidenti, ita vt aliquando indigeam Angelo corripiente, & Angelo ſathanæ, qui me colaphiſet, ne hinc eleuer, vnde & Salomon ait, diuitias.* Magiſtraliter, extollimur aliquando ſic ex ſpirituali lætitia, vt ipſa exaltatio ſit depreſſio, euaneſcimus, quia adhuc ad vitia noui, ideo, vt ſubdamur Angelo neceſſarium corripienti.

35. Salomon quid intellexit per paupertatẽ & diuitias quando dixit Deo, paupertatem, &c.

Prouerb. 30. n. 8. Bern. Hieron.

36. Falſæ ſunt diuitiæ temporales quæ ſunt ſpiritualium.

37. Spiritualis lætitia aliquando nocia.

Alij, vt Ambr. in Pſal 118. octon. 8. & lib. 6. Exam. c. 8. idem Bern. ſer. 2 in Domin. Palm. & Hier. in c. 17. Ezech. & in c. 48. & 55. Iſaiæ, & reliqui, de diuitiis tẽporalibus, ſicut, & de tẽporali paupertate intelligunt, ſed etiã variè explicant, Ambr. ne per diuitias in ſuperbiam eleuetur, & per paupertatem animus nimis abiiciatur, ideo paupertatem, aut diuitias refugit, *Salomon qui ſapiens erat*, ait, *timuit per diuitias extolli, & pauper fieri formidauit, ne paupertatis neceſſitate abſtinentiæ gratiã non teneret.*

Ambroſ. Bern. Hieron.

Alij coniungentes paupertatem cum diuitiis, ſic Salomonẽ intelligunt, *diuitias, & paupertatem*, id eſt cum paupertate, *ne dederis mihi*; hoc eſt illas diuitias, quæ cum paupertate, ſiti ſcilicet amplius habendi coniunctæ reperiuntur, ne dederis mihi, *ſed tantum victui meo tribue neceſſaria*, vel vt LXX. *conſtitue mihi ſufficientia*, hoc eſt fac vt paucis, & neceſſariis tãtum ſim contentus; ſenſu, elegans, licet non literalis, cum nulla maior paupertas, quã diuitiæ cum auiditate? Audi Auguſt. ſerm. 15. de diuerſ. c. 4. *Iſtæ quidem iniuſtæ diuitiæ dicuntur, non quia iniuſtum eſt aurum, & argentũ, ſed quia iniuſtum eſt eas diuitias putare quæ non auferunt egeſtatem, tanto enim quiſque magis ardebit egeſtate, quanto magis eas diligens maiores habuerit; quomodo ergo ſunt diuitiæ, quibus creſcentibus, creſcit inopia, quæ amatoribus ſuis, quãto fuerint ampliores, non auferunt ſatietatem, ſed inflammant cupiditatem? diuitem tu putas, qui minus egeret, ſi minus haberet*, quod exemplo ſanctus probans Pater ſic ait: *Nam vidimus quoſdam cum haberẽt paruam pecuniã parvis lucris fuiſſe contentos. Sed poſtquam cœpit eis abundare verum quidẽ corpus auri, & argenti, ſed tamen falſa diuitia, cum parua obtuleris iam recuſant, credis iam eos eſſe ſatiatos, ſed falſum eſt; nã maior pecunia fauces auaritiæ non claudit, ſed extẽdit, non irrigat, ſed accendit, poculũ reſpuunt, quia ad fluuium ſitiunt.* Egregiè, quod ſi applicare vis eos qui iuſtitiam vendunt, ad eos qui fauores, Principúmque gratias, quam verũ dictum ſit Auguſtini admiraberis, pauperes intrant, & ſi principio vendunt, paruiſque cõtenti lucris, creſcentibus ex rapina diuitiis, creſcit cupiditas, & recuſant parum, quod offers non ex ſatietate, ſed ex titi ampliore, nam poculum reſpuunt quia flumen intendunt.

38. Sũma paupertas diuitiæ cum auiditate.

Auguſt.

39. Diuites patiuntur ex auaritia reſpuunt.

At ad rem noſtrã egregius ille ſenſus, Salomonem hîc illud à Deo petere dum, nec diuitias, nec paupertatem poſtulat, ſcilicet, vt illũ Deus ſibi animum tribuat, ſic eum animatum efficiat, vt veluti hoſpes, & peregrinus, nõ verò inquilinus hîc degens quotidiano ſit victu contentus, quod vbi retinuerit non amplius requirat; quem ſenſum mirificè faciunt originalis verba; nam vbi nos legimus, *ſed tantum victui meo tribue neceſſaria*, ipſe, *fac, vt feraram more victitem*, vel *da mihi prædam panem ſtatutum mei.* In quo loco Rabi Kindei exiſtimat ſimilitudinẽ duci à ferís, quæ in diem victitantes non plura quærunt, aut diripiunt, quam quæ ipſis ad victũ opportuna, aut neceſſaria, & vbi famẽ expleuerint intermittũt; quaſi dicat, fac animaliũ more, vt victitẽ, quæ nõ plus quærunt, quam illis in diem neceſſariũ, pro-

40. Purpurati, & iuſtitiæ adminiſtrẽ cupidi, in principio & minima accipiunt, ac in fine parua reſpuunt, quia ad grandia anhelant.

41. Salomõ vt hoſpes, & peregrinus hîc vt viueret à Deo expoſcebat.

42. Franciscana paupertas à Salomone cupita.

uidentiæ diuinæ de reliquo se cõmittentia, ad quæ nos respicere monuit Dominus, dum dixit: *Respicite volatilia cæli*, &c. Matth. 6. n. 26. sensus egregius, qui amplius confirmatur ex sequẽtibus scilicet ex ratione, quam Salomon suæ tradit petitionis, sequens, & dicens; *Ne forte satiatus illiciar ad negandum*, hoc est idololatrandum *& dicam, quis est Dominus*, illum negans, aut necessitate cõpulsus scilicet paupertate inuolũtaria, & coacta; *furer, & periurẽ nomen Dei mei.* Quæ omnia, qui alij præstant, nisi qui non tanquam hospites hic viuẽtes, sed, vt ciues, non propediem se demigraturos, sed in longum victuros credẽres, firmas hic procurant figere radices, immensas aggregare diuitias, aut sic paupertatem timent, vt longi infortunij abhorrentes ærumnam, nulli malo, aut furto, aut periurio, quo effugiant, parcant; at non sic, qui hospites, qui peregrini, intendentes enim, vt ait Apostolus ad Hebræos 12. n. 2. *In auctorem fidei, & consummatorem Iesum, deponunt omne pondus, & circumstans peccatum, & per patientiam currunt ad propositum certamen*, hoc est stadium, & agonem; vbi pulchrè non dixit Apostolus per patientiam currendum ad præmium, & coronam, quia cum cursus sit hospitum, & peregrinorum, nullam hic ambiunt coronam, nullũ præmium, sed per patientiam currendum ad certamen, ad agonem, hoc est ad prælium, ad bellum, ad labores, ad ærumnas vt sunt omnium peregrinorum, & qualium hæc est vita præsens, vt postea non secus ac antiqui Israëlitæ, qui in casulis terram acceperunt promissionis, accipiant & ipsi, qui ad instar illorum hic peregrini fuerũt, & hospites; vnde ad horũ exẽplum dicat noster Sapiens: *iter fecerunt.*

43. Qui diuites Deum derelinquunt.

Hebr. 12. n. 2.

44. Nostra patientia hic non ad præmium currit, sed ad agonem & cur.

Num. 3. *Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

QVomodo per desertũ suos Deus hospitatus, superiori versu à Sapiẽte narrato, nunc in isto quomodo ab inimicis eum defenderit, Amalechitis nempe, qui primi, qui vltro, & non prouocati in Israëlẽ irruperunt, vt habetur Exod. 17. n. 8. *Venit autẽ Amalech, & pugnabat contra Israël in Raphidim*; sic crudeliter, & proditoriè, vt illud referẽs Moyses, Deut. 25. n. 17. dicat, *Memento quæ fecerit tibi Amalech in via, quãdo egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant occiderit, quãdo tu eras fame, & labore confectus, & non timuerit Deum.* Ergo primus, qui ausus sit vltro bellũ Israëli inferre Amalech fuit, & hoc proditoriè, non aperto Marte, res sic Deo odibilis, vt à Iosue deuictus Moysi mandauerit, vt in monumentis illud describeret, deleturus ob id Amalech de terra, Exod. vbi suprà. *Dixitque Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Iosue, delebo enim memoriã Amalech de terra.* Mira Dei comminatio, immo supplicium; hinc operæpretium erit, scire, quis fuerit hic Amalech, cur non prouocans bellauerit, qui ab illo cæsi, qualis victoria, quo medio acquisita.

Exod. 17. n. 8.

Deut. 25. n. 17.

1. Amalech quis.

Quoad primum ergo fuerunt Amalechitæ Arabiæ Petreæ populi ab Amalech nepote Esau oriundi, vt constat ex c. 36. Gen n. 22. vbi habetur Eliphas primogenitum Esau genuisse Amalech ex Tamna concubina, & Hier. in traditionibus Hebraïcis in 2. Reg. agens de nuncio Saulis, *Hominem*, inquit, *istum Amalechitem, Hebræi filium Doech Idumæi fuisse dicunt, Amalechites enim & Idumæus vnum est, quia primogenitus Esau Eliphas fuit, & huius filius Amalech.* Consentit Abul. in c. 17. Exod. quæst. 7. & moderni, hoc ergo intellecto facile est simul & intelligere secundum, cur nempe bellum non prouocans ingessit.

Gen. 36. n. 22.

Hieron.

Abul.

Si enim ex parte eius hoc consideres, duas inuenies causas, antiquum, & auitum odium Esau cum Iacob, ad posteros etiã protractum, & secundo timorem, ne à sedibus propelleretur, tantos prospicientes Iacobeos. *Nam regionis eius Rex*, ait Philo, lib. de vita Moysis, *populationem agrorum metuens, excita oppidatim iuuentute, opposuit se, vt arceret eos à trãsitu; quod si armis viam sibi aperire conarentur, aggrederetur integris viribus, & recenti militej fessos itineribus, & commeatuum inopia, aquarúmque penuria, quibus illo necessitatibus alternatim laborabant.* Cui cõsonans Iosephus lib. 3. antiq. c. 2. inquit, *Hebræorum fama longè latéque diuulgata, rumoribúsque de his per omnes gentes circumquaque sparsis, nõ mediocris metus accolas eius regionis occupauit, & missis vltro, citroque legationibus adhortabantur se inuicem, vt arcerent, aut delerent etiam si modo possent aduentantem multitudinem: præcipui verò huius expeditionis instigatores erãt qui Gabaonitidem regionem, & vrbem Petream incolunt, vocantúrque Amalechite inter eas gentes pugnacissimi.* Quæ ergo erant ex parte Amalech odium, & timor, hinc ad bellum non prouocati exierunt, Israëlémque occiderunt.

2. Cur vltro bellũ Israëli intulerit.

Philon.

Ioseph.

At si ex parte Dei aliæ, diuina nempe iustitia, qua ipsummet Israelem ferire voluit, dum tantis incredulus promissis, vix vno deficiente die aqua, an Deo sibi præsente addubitarit, Exod. 17. n. 7. *Egressa è petra aqua vocauit locum illum Moyses; tentatio, quia tentauerunt Dominum, dicentes: Est-ne Dominus in nobis, an non?* Vnde ob hoc inquit Rabi Salomon, *eos Deus Amalecho veluti colubro commordendos vulnerandósque permisit.* Secundum addit Liranus, vt è consecuta victoria animi ad futura prælia adderentur, ad Deum in periculis scirent recurrere, & ab eo victoriã sperare. Tertiam dat Serrarius, ne otio torpescentes vitia, & seditiones fouerent, vtque Iosue, qui futurus dux belli cõtra Chananæos, Amorrhæósque rudimenta poneret belligerãdi. Quartam affert Lippom. in c. 17. Exod. vt experientia homines discerent spirituales, nunquam se securos in hac vita, cum vnam semper altera sequatur afflictio. *Vide vt vna semper afflictio aliã sequatur*, ait, *in his qui in vocatione Dei ambulant. Israëlita erant liberati ex Aegypto ab hoste crudelissimo, consecuti erant panem in deserto, bibebant & aquam de petra, ideóque videbantur iã omnes afflictiones euasisse, sed ecce statim obruuntur tam periculoso bello, vt extrema totius Israëlitica gentis internecio imminere videatur*, &c.

3. Cur Deus Israëlitis bellum inferre ab Amalech permiserit.

Exod. 17. n. 7.

Serrar.

Lippom.

Ex dictis duo elicienda moralia documenta, ad status rationem valde conducentia. Primum sic ex hoc bello Amalech Deum cõ-

4. Bellum nũquam spiritualibus in hac vita deficiet.

Digitized by Google

tra ipſum iratum, vt dicat totaliter memoriã eius è terra delerurum; vbi pro memoria, nõ, quæ in libris, ſed, vt bene Salianus ad annum mundi 2544. n.355. & ante ipſum Lippom. in catena ad c.17. Exod. quæ apud homines, ſic illis deleris, aut diſperſis, vt nulla amplius apud illos de eis extaret memoria, ſicut & factum eſt, tempore Saulis, 1. Reg.15. n.8. quod ſolum de Amalech dictum reperies, non de cæteris gentibus, Chananæis, Philiſthæis, Iebuſæis, quas ſimul delere Iſraël, & è ſuis pellere ſedibus debebat; vnde ergo tanta Dei abominatio contra Amalech bellum inferens, etiam, vt & cæteri, ne à ſua pelleretur terra, & ſub iugo reduceretur ſeruitutis, hanc enim certè Ioſephus Amalech reddit cauſam belli vltro illati vbi ſuprà. *Horum Reges, & finitimos externum exercitum, ad bellum concitabant,* Amalechitæ nempe; cuius reddens cauſam ſequitur: *Ægyptiorum fugitivos perniciem ſibi ſtruere dictitantes, eos non oportere contemni, ſed priuſquam vires eorum augeantur, vberem aliquam regionem adepta, & fiducia ex eorum ceſſatione concepta, prieres bello aggrediantur, tuto poſſe opprimi: conſultiúſque eſſe in deſerto eorum conatus vlciſci, quam expectare dum vrbibus bonis, atque opulentis potiantur.* Ergo ſi bellum intulit & ſi non laceſſitus, tamen iuſto ductus timore, & ex præuentione; cur ergo tantum Deus contra eum iraſcitur?

Saltan.

Ioſeph.

5. Cur Deus tantum bellum Amalech contra Iſraëlitas præ cæteris exercatus fuerit.

Serrar.

Salian.

Serrarius in Ioſue lib 1. c.3. quæſt.28. c.19. non ſolum, ait, propter hoc bellum, ſed etiam propter alia innumera peccata eos delere voluiſſe. Salianus vbi ſup. n.358. ob Dei ſpretum mandatum, probabile æſtimans, non ſecus ac Pharaoni, Deum illis mandaſſe, ne ſuo obſiſterent populo, & paria illos reſpondiſſe, ac Pharao, *quis eſt Dominus?* & inſuper ob inhumanitatem erga peregrinos. Mihi autem ob duas ni fallor rationes ex dictis claras. Prima, quia, & ſi bellum ex timore ſui, plus tamen ex odio contra Iacobitas innato: Secunda verò, quia fratres, ex vno prognati parente, licet à duobus fratribus. Merito ergo ſupra cæteros iſti, eorúmque bellum Deo abominabile, dú ex odio, & contra conſanguineos, fratréſque, illos perſequebantur, & primi, quos fouere, & auxiliari deberent; vt ex hoc principes diſcant Chriſtiani quantum Deo illud bellum diſpliceat, quod ex odio originem ducens, nõ contra Turcas, non contra Gentiles, aut Hæreticos, ſed contra ipſos ſumitur fratres Catholicos, & eos intentant perdere, quos omni tueri debuerant diligentia; ob hoc infeliciſſimè omnia Amalechitis cedentia, tandem è memoria deleti hominum, nunquid melius cum ipſis, & ſi Principes Chriſtiani? quando vt inquit Bernard ad milites templi, c.2. *Non aliud bella monet, liteſque ſuſcitat, niſi irrationabilis iracundiæ motus, aut inanis gloriæ appetitus, aut terrenæ qualiscúmque poſſeſſionis cupiditas, talibus certè ex cauſis neque occidere, neque occumbere notum eſt.*

6. Bellum inter Chriſtianos quã Deo inuiſum.

Bern.

Secundum verò documentum, in pœnam Iſraëlitis Deum bellum intuliſſe, ſuæ, ſiue impatientiæ, ſiue diffidentiæ, cum, & ſi tot mirabilia aſpexiſſent, vix defecit aqua, ac ſi Deus non cum illis animum deſponderunt, & contra ſanctiſſimum murmurantes legiſlatorem, exiiſſe eis piguit ex Ægypto, *Cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, & immenta ſiti?* Exod 17. n.3. vt ex hinc principes diſcant Deo fidere, & non ſtatim quando vti Chriſtianos decet aliquid etiãa Status rationem ob Dei obſequium facientes, ſi bene res non cadat, animum deſpondeant, Deum cum illis eſſe ambigentes, ob quod obmurmurantes, ab Ægypto ſe exiiſſe, hoc eſt à peſſimis diſceſſiſſe conſilijs pœnitear, nam alio bello talem Deus mulctare in eo fidentiam ſuæ eſt conſuetudinis, quod patet, tum exemplo iſtorum, tum illorum, qui Hieremiæ non credentes ex Dei mandato præcipientis, ne è terra Iſraël exirent, ad Ægyptum migrantes, de Deo non fidentes, potius ad rationes reſpicientes humanas, ad Ægyptum tranſmigrarunt, quos Deus bello oppreſſit, deſtruxitque, Hierem. 42. n.13. *Si autem dixeritis vos, non habitabimus in terra iſta, nec audiemus vocem Domini Dei noſtri, dicentes: Nequaquam, ſed ad terram Ægypti pergemus, vbi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & famem non ſuſtinebimus, & ibi habitabimus, propter hoc gladius quem vos formidatis ibi comprehendet vos in terra Ægypti*, vti dictum, ſic factum, ibi in Ægypto omnes ad vnum deleti, ac conſumpti, Chaldæorum Rege Ægyptum deſtruente, ſimúlque Hebræos cum illa.

7. Bella & infortunia ſæpe Deus principibus euenire permittit Chriſtianis, quia contra ſtatus rationẽ illi non credunt.

Hier. 42. n.13.

Placet etiam Cornelij ſententia affirmantis, ideo Amalech tam duram Dei tuliſſe ſententiam, quia immani appetit bello tyrones nuper ab Ægypto egreſſos, & in Dei diſciplina nouiter educatos, ita timore perterritos, vt faciliter ad Ægyptum regredi poſſibile foret, & iterum ad putridas reuertere ollas ſanctiſſimo deguſtato manna; quod quantum Deus doleat, contraque illos inſurgat, qui tantæ ſunt cauſa ruinæ, vide quæ in primo tomo diximus hom 89.

Cornel.

8. Homines in Dei via exturbare, vt Deus cæſtigat.

At quos occidit? extremos agminis dixit Moyſes, *qui laſſi reſidebant fame, & labore confecti*; quomodo hoc? nõne manna habebant, vnde fames? Abulenſ. in c.26. Deut. quæſt.12. reſpondet, *Quia licet iam manna haberent, tamen multi non libenter de eo comedebant, quia nolebant prouocari ad nauſeam.* Ergo non abs re dicunt Hebræi, vt vult idem Author vbi ſuprà quæſt.11. in fine, *quod iſti erant viri peccatores, & infideles Deo, ideo nubes excludebat eos à ſua protectione, quare inualuerunt hoſtes contra eos.* Corpore quidem lente, ac remiſsè ad terrã gradiebantur promiſſionis, quia aliter agere non poterant, corde tamen ad Aegyptum redibant, hinc laſſi, & conſumpti fame in extremis ſtabant, merito ergo occiſi; at quos iſti ſignificant? niſi tepidos illos religioſos, quos cum pudor in religione corporaliter teneat, corde tamen apoſtatæ ad ſæculum redeunt, manna faſtidientes diuinũ, exercitia ſpiritualia, cõſolationes ſæculares in habitu aucupãtes religioſo; quod grauiter exprimens Bern. ſerm.3 in Pſal. *Qui habitat*, ſuper illa verba: *& ipſe liberauit me de laqueo venantium*, ſic ait: *Legimus enim de filiis Iſraël, quia corde redierũt in Aegyptum, nam corpore reuerti, clauſum poſt eorum tales rubrum mare prohibebat, hoc eſt quod ſingulis quibuſque timendum eſt, ne quando ſortè exterum Deo offendant, vt manifeſtè abiciantur,*

9. Quos Iſraëlitas Amalech occidit.

Abul.

10. Tepidi religioſi ad interitum adolaut, & qui ſint.

11. Religiosi corde Apostatę quis secundũ Bernardum.

& enomantur ab ea, aut si pudor neget apostasiam, corporis tepor ipse paulatim ingerat apostasiam cordis, vt videlicet in habitu religionis cor sæculare gerant, & quidquid sæcularis consolationis inuenire potuerint amplectantur. Postrema notanda verba, ad sæculum redire non possunt, se sæculo dare intercluſum, ad se illud attrahunt in religione, è domo Dei speluncam illam facientes latronum, secum afferentes idola paterna, non iam viri in religione strenui, sed mulieres menstrua, hoc est turpitudines patientes.

At qualis fuit victoria? quóve medio? vsque ad intermissionem quippe, non tantum gladio, quam tum Moysis oratione; *Cúmque leuaret Moyses manum vincebat Israël, sin autem paululum remisisset, superabat Amalech.* Exod. 17.n.11. ex quo clarè deducitur in bellis victoriam à Deo pendere, & oratione potius quam armis pugnandum, de qua re infrà.

Exod. 17. n.11.

Oratione ergo, & Moysis auxilio cooperante quantum in se fuit populo contra hostes steterunt, vt rectè Caietanus in c.17. Exodi super illa verba; *Scribe hoc ob monimentum*, vbi sic, *rem gestam scribi iubet ad perpetuam rei memoriam, vt discant posteri diuinam opem sic affuturam illis, intercedente videlicet assidua supplicatione, & cooperante quantum in se est populo.* Vnde de inimicis, vt noster inquit Sapiens, se vindicauerunt, nullo ex eis desiderato, vt vult Iosephus lib.3.antiquit.c.2.

Caiet.

12. Nostra cooperatio necessaria ad vincendum hostẽ.

HOMILIA XXXII.

Dux belli Deus, oratione potius quàm armis pugnandum.

Num.17. n.7.

ADexplorandum terram summus ille legislator Moyses mittens viros principes adnotat Scriptura, Num.13.n.7. *Osee* appellat *Iosue*, quod interpretatum sonat, *Dominus saluator*, &, vt notant Orig hom 11. in Exod. Lactantius lib. 4. c. 17. alique Patres tum Græci, tum Latini, tunc Moysem Iosue mutasse nomen quando de Amalechitis summã illam reportauit victoriam; cuius quidem sicut mutatio non vacat mysterio, sic & tempus in quo facta, cũ, quia typus futurus principatus Christi, vt ait Theodoret. quæst. 21. Tertul. contra Iudæos, Clemens Alexandr. 1. pædagog 7. Iustin contra Triphonem aliique Patres, eius insigniuit ipsum nomine, qui *Saluator* dicitur, sic eo tempore illum eo decorauit quando bello inimicum superauit, vt sciret non sibi victoriam ascribendam, sed ei, cuius nomen referebat, & imperium; vnde sicut prius *Osee* dicebatur, quod simpliciter *Saluator*, ex sacrosancto tetragrammaton nomine *Iod* assumpto, vt affirmat Abulensis in cap.13. Num. quæst 3. dictus est *Iosue*, hoc est *Dominus saluator*, quod totum eleganter insinuauit Lactant. vbi sup. sic eloquens: *Christi enim figuram gerebat ille Iesus, qui cum primum Osees*, sic legunt LXX. *Moysen futura præsentiens, iussit eum Iesum vocari, vt quoniam dux militiæ delectus esset aduersus Amalech, qui oppugnabat filios Israël, & aduersarium debellaret per Domini figuram.* Egregiè, non per suã personam debellabat, licet armis inductus ense euaginato in inimicos validè irruebat cum suis, sed per Domini figuram, quia Dei est bellum, & tantum ipsius, & non alterius victoria.

Theodoret. Tertul. Clemens Alex. Iustin.

1. Moses eũ Iosue nomen imposuit qui antea *Osee* appellabatur

Abul. Lactant.

Quod quidem sanctissimus callens Moyses post Iosue patratã victoriam illicò altare erigens nomen illi imposuit, quo significabatur Deo, non homini victoria tribuenda, Exod. 17.n.15. *Ædificauitque Moyses altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea*, seu, vt alij, *vexillum meum*, hoc est fuit lux vexillum, signa victricia in hostem ipse intulit. Vnde egregiè quidam adnotat hoc altare Moysen erexisse in trophæum non temporale, sed æternum, per illud indigetans omnem victoriæ laudem Deo semper tribuendam, quasi vnicus in bellis triumphator, propriéque exercituum Dominus.

2. Iosue non tantum armis quamvis per nomen cuius portabat figuram vincebat.

Exod.17. n.15.

3. Moses Deũ solum ducẽ esse belli, & ipsum vincere per altare obtestatus est.

Mirum, quod educturus populum de Ægypto Deus, cum posset per exercitum eorum, poterant enim ad bellum progredi plusquam sexcenta millia armati, noluerit, sed potius totam commouere terram, imo desuper per totum resonare Olympum, vt egregiè Chrysost adnotat ad Psal.39. n.6. super illa verba, *Multa fecisti tu Domine Deus mirabilia tua*, vbi Sanctus: *Numerum*, inquit, *& omnem narrationem superant miracula quæ à tua potentia facta sunt, non est enim qui possit tibi facere similia, sunt enim pulcherrima, & maxima opera tua, vincunt enim laudes humanas, ea quæ administrantur tua potentia, quæ in Ægypto, quæ in deserto, quæ duce Moyse, duce Iesu, duce Samuele facta sunt.* Cur enim tanta miracula, cum naturali ordine posset illud explere? nõ enim eius est Deus naturæ, siue conditionis, vt miracula adhibeat, quando naturaliter, cursúque quid effici potest naturæ, magna siquidem, & non communis intercedere debuit ratio.

Chrysost.

4. Deus cum posset bellando per ipsosmet Israëlitas eos educere ex Ægypto, cur noluit, sed potius mirabilia facere.

Augustinus lib.1. de mirabilibus sacræ Scripturæ, c.19. eam assignat, vt rebelles, & contumaces contra se orbem armasse terrarum intelligerent. *Iisdem*, inquit, *modus plagarum, ex terra, ex aquis, animantibus, aëre, igne, nubibus, cælo, Angelis connexerat, vt ostenderetur, quod contra Deo rebelles, & contumaces sese pariter vniuersus orbis armabat.* Optima quidem ratio; sic certè Deus malorum timorem magnificuit, vt iudicet æquum totum commouere orbem, miraculisque efficere, quod sine illis poterat; sed ad rem nostram planior interlineal. in c 7. Exod. vt Ægyptij ipsum Deum cognoscerent, & eductionem Israëlis non eorum exercitui, & armis, aut viribus, sed ipsi ascriberent, quod ex Scriptura satis liquet, loco enim citato, n.4. sic ait: *Educam exercitum, & populum meum filios Israël per iudicia maxima, & scient Ægyptij, quod ego sim Dominus, qui extenderim manum meam super Ægyptum, & eduxerim filios Israël de medio eorum.* Si exercitum eductaurus Israëlitarum, cur ipse per se manum, hoc est potentiam extendere voluit? sanè ea ratione, *Vt sciant Ægyptij quia ego Dominus*, vnde pulchrè Interlin. *quasi misericordia est, quod punitur ira, vt scilicet sciant Ægyptij quia ego sum Dominus.* Si per exercitum duxisset,

Augusti.

5. Timotem hominum, quantum expetit Deus.

Exod.7. n.4.

Digitized by Google

Ægyptóſque debellaſſet, non dominum ſciſſent, ſed potentiam, ſed arma, ſed ducem Iſraëlicarum; at cum, & ſi exercitùs extabat, non per exercitum, ſed per eius manum, profecto dominum cognouerunt, quam cognitionem ſicut ſummum extitit beneficium, ſic miſericordia quæ putabatur ira, hinc potius commouere terram, cælúmque voluit, quam per eorum exercitum eos educere, vt omnes ſcirent ſupra exercitum Deum, victoriámque ſuam eſſe, non hominis.

6. Dominus præcipuè nomine illo gloriatur, Deus nempe exercituũ.

Hinc tantopere illo nomine gloriatur, nempe *Deus exercituum*, vt ſi ad numerum reducere velis pluſquam ducentis reperies illum ſic in veteri appellatum teſtamento; immo, quod ſummopere notandum, cum Dominus ſit Angelorum, Hierarchiarúmque cæleſtium, & inter has ſummæ illæ, propemodúmque diuinæ reperiantur, nempe Cherubin, atque Seraphin, non horum, ſed virtutum Dominus nominari voluit, quia exercitus nomen præfigurabant, cum *Dominus Sabaoth*, nil aliud niſi (teſte diuo Hier. epiſt. 136. ad Marcellam) quàm *Dominus exercituum*, ſeu vt LXX. *virtutum*, hoc eſt Angelorum, qui virtutes dicuntur, reſonet; Hinc princeps ille diuinus Matth. 36. n. 53. & ſi legatus, ac comprehenſus, quia tamen filius exercituum Domini, non ſimpliciter Angelos ad ſui auxilium, ſi rogaret Patrem miſſurum affirmauit, ſed *legiones Angelorum*, bellicum nomen vſurpans, quia Domini exercituum filius; & ſanè rationabiliter exercitus nomine Angeli inſigniuntur, cum ſicut in terris nil eſt exercitu ordinatius, ac ornatius, vnde proprium nomen alicuius ornatæ rei exercitus. Hinc Geneſ. 2. n. 1. *Perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum*, Hebraïcum. *& omnis exercitus eorum.* Sic propter ſummum Angelorum ordinem, ac ornatum merito exercitus vocantur, nec minus propter obedientiam, promptiſſima enim ſupramodum eſt militaris, iuxta illud Centurionis Matth. 8. n. 9. *Habens ſub me milites, & dico huic, vade, & vadit, & alio, veni, & venit*, ita Angelorum obedientia perfectiſſima ſemper eſt, vnde Dauid Pſal. 102. n. 20. *Omnes Angeli eius potentes virtute*, quam ſic promptiſſimè totam adhibent, *facientes verbum eius*, ſic ſtrenuè, ſic auidè, vt ex ſedulitate, promptitudine, obedientiæque ſtrenuitate iterum imperata mercantur; vnde ſequitur, *ad audiendam vocem eius*, faciunt verbum promptiſſimè, vt iterum verbum audiãt, pro ſummo ducentes merito iterum iuberi. Demum conuenientiſſimè exercitus nomen Angelis conuenit ob incredibilem fortitudinem, qua non ſolum iuſtos tuentur, ſed etiam impios perſequuntur, & præcipuè dæmones. Vnde egregiè Origenes in illum locum Matth. nuper citatum, tractatu 85. vbi Dominus Angelorum legiones nominat, ſic ait: *Ex hoc autem demonſtratur, quoniam ſecundum ſimilitudinem legionum militia mundialis, ſunt & Angelorum legiones militia cæleſtis, militantium contra legiones dæmonum.* Hinc non ſimpliciter princeps ille diuinus Angelos miſſurum patrẽ dixit, ſed legiones Angelorum, eo ipſos nominans vocabulo, quo plus ipſi gaudent, & quo amplius eorum Dominus, ſic vt ſi animaduertas cum multa ſint eius nomina, quæ vſque ad Deum ex Hebræo numerat Hieron. vbi ſup. in tremendo illo Miſſæ ſacrificio, ſolum voluerit *Deus Sabaoth* nominari, hoc eſt exercituum, & virtutum, quaſi ex illo ſuam probans præſentiam, maieſtatem, diuinitatem in ipſo auguſtiſſimo Sacramento; tam proprium Dei eſt nomen exercituum Dominus, ac Deus virtutum.

11. In Miſſa Deus Dominus dicitur virtutũ, ſic hoc nomine gaudet præ cæteris.

Hinc prope ad miraculum ſit ſacram legenti Scripturam, quomodo maximas, ac inſignes illius populi victorias ſemper Deus, aut per ſe, aut per infirma voluit illis præbere inſtrumenta, ſic quidem Iudic. 4. n. 21. ſic Sara quem Hebræus timebat exercitus à muliere proſtratus, & Abimelech ciuitatum expugnatorem fœminea manus percuſſit ibi c. 9 n. 53. & ferratæ Aſſyriorum acies vidua opitulante ceciderunt, Iudith. 13 n 9 & Benadab Syriæ Rex non à principibus, ſed ab eorum pediſſequis deuictus, 4. Reg. 20. n. 14 vt interim de Gedeone taceam, cæteriſque exemplis, quibus omnibus illud Deus intendebat Dominum ſcilicet ipſum eſſe exercituum, ac eius eſſe bellum, eiuſque victoriam.

12. Iſraëlitis ſemper per infirma victorias præſtitit, &c. *Iudic.* 4. *n.* 1. *Ibid. c.* 9. *n.* 53. *Iudith.* 13. *n.* 9. 4. *Reg.* 20. *n.* 14.

Quid ergo ex his? illud, oratione magis, quam armis pugnandum. Principibúſque nõ ſibi, nõ ſubditis in bellis, ſed Deo fidendum, ac proinde, vt oratione, ſacrificiis, vitæque maxime bonitate placatum habere procurẽt, cum inimicus non tam armis, quam oratione ſuperetur, immo tunc, quando potentior. *Addiderunt*, ait Scriptura Iudic. 4 n. 1. *filij Iſraël facere malum in conſpectu Domini.* Quid inde? *tradidit illos in manus Iabin Regis Chanaan*, à quo oppreſſi, ſic ſequitur Scriptura, *Clamauerunt filij Iſraël ad Dominum, nongentos enim habebat falcatos currus, & per viginti annos oppreſſerat eos.* Ad quid cum clamore vires iungere tyranni tyrannidiſque tempus? ſanè vt rectè Montanus in hunc locum, vt intelligeretur; *Eodem tempore quo Sabinus tyrannidem tanto apparatu firmabat, Iſraëlitica res domi etiam tam humilis atque proſtrata iacebat, tunc eos Dominus auxiliatus, quia tunc clamauerunt.* Ex quo intelligerent non armis, non viribus, non potentia ſe liberatos, ſed oratione Domino pro eis pugnante, qui dum in ſuis oratio adeſt, prius ille in campum debellans inimicos deſcendit, quam ipſe admoueat ſuorum exercitus. Vnde Deboraad Barac. n. 14. *Surge, hæc eſt enim dies in qua tradidit Dominus Siſaram in manus tuas, en ipſe ductor eſt tuus*; Pulchre Hebraïc. ad verbum, *Nónne Dominus prodiet ad facies tuas*, hoc eſt vt adnotat Montanus, *Non eſt proditurus, ſed prodiit, antequam tu vel prodiens, vel etiam prodire auſus fueris.* Hinc debellari, antequam impugnari, quod clarè in hoc facto inſpicies, dicente Scriptura quod verbis Deboræ animatus Barac; *Deſcendit de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cum eo, perterruitque Dominus Siſaram, & omnes currus eius, vniuerſámque multitudinem in ore gladij ad conſpectum Barac.* Singula adnotanda verba, numerus pugnatorum Barac ponitur decem millia armatorum, ad quid? vt ex comparatione inimicorum amplius Dei manifeſtaretur omnipotentia, iſti enim, vt ait Ioſephus *Ioſeph.*

13. Oratione maximè pugnandum. *Iudic.* 4. *n.* 1. 14. Ea proſtrãtur inimici, etiãquando potentiores, *Montanus.* 15. Per eam Deus prius in campo inimicos debellat, quàm ipſimet exercitus.

7. Cur virtutum Dominus dicatur & nõ Cherubin. *Matt.* 36. *n.* 53.

8. Chriſtus cur nõ Angelos ad ſe miſſurum patrem, ſed Angelorũ legiones dixit. *Geneſ.* 2. *n.* 1.

9. Angeli exercitus nomine cur inſignientur. *Matth.* 8. *n.* 9. *Pſal.* 102. *n.* 20.

10. Promptiſſimè obediunt, vt iterum imperentur.

Orig.

lib.5.antiquit. trecentorum militum erant armatorum, decem millium equitum, & trium millium curruum; confer cum istis decem millia tantum, & insuper homines seruitute, ac tyrannide oppressi, contrarij vero potentia, dominatu, ac antè actis victoriis egregiè animati, & vim diuinæ omnipotentiæ expauescés. Item dicitur quod perterruit Dominus inimicos ad
Abulens. conspectum Barac, quod vt inquit Abulens. in hoc loco qu. 15. aut præstitit per tonitrua, aut per terræ concussionem, aut per visionem Angelorum exercitus. sic, vt vix Barac conspexerint, ac fugerunt: ergo prius Deus eos debellauit, quam Barac ensem euaginasset, conspectus tantum sufficit, vnde hoc? planè, quia prius *clamauerunt ad Dominum.* Oratione res acta, non armis; hinc Deus pugnauit, non homo, vnde non mirum si victoria, quæ non euenisset, si suis freti viribus absque oratione pugnassent, cuius quidem rei accipe rationem.

16 Cur oratione victoriæ possidentur.

Qui enim in bello Deum non implorant, ad ipsum non recurrunt, sed in suis fidunt armis, militibus, potentia, omnino Deum à se excludunt, Deo excluso, vnde victoria? cum ipse exercituum sit Dominus; quod autem excludant, patet, quia eo ipso, quo in homine fidit, contra Deum pugnat, quod quidem valde notandum, imo timendum, si enim in potentia fidens terrena priuatiuè tantum se quis haberet, sic, vt & si superiores vires non acquireret, non tamen contra se illas irritaret, quatenus contra Deum pugnans, minus quidem esset malum, at simul eo ipso, quo sibi fidit quis, potentiæque propriæ, aut alienæ, eo supernas contra se attrahit vires, Deúmque ad bellum prouocat, quia eo ipso contra eum pugnat, hoc quidem, vt dixi, non solum notandum, sed extimescendum, & non solum (vt interim hoc dicam) belli, sed in omnibus asserendum negotiis hominúmque priuatis commodis, aut incommodis, quilibet enim sciat, eo ipso, quo carnem facit brachium suum, eo contra Deum illud extendit, eo contra ipsum pugnat; non auderem profecto hoc asserere nisi ipsa scriptura apertè hoc diceret. Contra Madian. Præliaturus Gedeon, Iudic. 6. cum ad eum multus confluxisset populus, sic ad ipsum Deus: *Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manu eius*, cuius ratio, *Ne glorietur contra me Israël, & dicat, meis viribus liberatus sum.* Adnoto, non dixisse ne glorietur Israël, sed ne glorietur contra me, nonne poterat gloriari suis viribus liberatum, & tamen hanc non esse contra Deum gloriationem? non quidem, cum eo ipso, quo quis suis viribus tribuit victoriam, aut cuiuscúmque rei exitum, eo ipso Deum excludit, ac contra ipsum pugnat,
Salvian. quod eleganter dixit Salvianus, lib. 6. de prouidentia post medium, cuius verba illud possident pondus, vt nec vnum ex illis adimere audeam, aut non totam afferre hîc sententiam, *Audiant*, inquit, *omnes contraria, & blasphema insultantes, audiant hæc spem suam in homine ponentes, loqui vniuersos aduersum se Deum dicit, qui liberari se suis viribus posse præsumunt; quis est autem Romanorum non ita dicens? quis est non ita sentiens, quis nostra partis non prope iugiter in hac parte blasphemat?* Et quasi hæc vidisset tempora Salvianus sic sequitur: *nullas esse iam Reipublic. vires omnium conscientia est, & ne sic quidem agnoscimus, cuius hoc beneficijs, quod adhuc viuimus debeamus; si quando enim nobis prosperi aliquid præter spem nostram, & meritum Deus tribuit, alius ascribit hoc fortunæ, alius euentui, alius ordinationi ducum, alius consilio, alius magistro, alius patrocinio, nullus Deo; & miramur si nobis cœlestis manus aliqua non præstet, cui quidquid præstiterit derogamus.* Quod præclaro probans simili, sic sequitur: *Quid enim aliud agimus, cum bona quæ præstat, nos vel euentibus casuum, vel virtutibus ducum, vel quibuscúmque alijs rebus frinolis deputamus? hoc enim modo & terris nos oporteret gratias agere, quod fruges annuas metimus, & vineis quod vindemiamus, & mari quod pisces capimus, & siluis quod ligna cædimus, & ouibus quod veste tegimur, & pecudibus cæteris, quod carne saturamur: nam qua ratio est vt ei, muneribus alijs grati esse velimus, cui maximorum beneficiorum gratiam derogamus? licet enim Deo in nullo dignè gratias agamus, parum tamen erat si pro his tantum modo grati esse vellemus quæ nobis ad vsum viuendi dedit, cur hanc gratiam tollimus, quod nos & in angustijs iuuat, & in periculis liberat, & in medio barbararum gentium sinu ingi protectione conseruat?* Egregiè, Deo ex terræ prouentibus grati, ipsíque terræ non fidimus, & si prouentus det, & in bellis, ac victoriis brachio fidemus humano, quasi ab ipso, non à Deo sit parta victoria, & semen gloriæ iaciemus non in virtute diuina, sed in arida terra humana, peiores sumus in hoc ipsis barbaris; sequitur Saluianus dicens: *non ita Gothi, non ita Vandali, qui & in discrimine positi opem à Deo postulant, & prosperitates suas munus diuinitatis appellant.* Proh nefas! & Christiani munus auxilij humani, hinc nostra amittimus, inimicíque & si perfidi insultant, vincunt, prædam ex nobis obtinent, quia superbi in nostris viribus fidentes non pro Deo, sed contra Deum ob hoc stamus.

18 Christiani cur victorias non obtinent de inimicis.

17 Qui alteri quam Deo fidit contra Deum pugnat, eumque inimicum acquirit.

Iudic. 6.

Quod autem non Deo, sed in nostris fidimus viribus, illud profecto est euidens signum, quod in bello gerendo plus terrenis nos præuenimus instrumentis, quam diuinis, plus imperio quam deuotione, plus ratione humana quã fide diuina. Hinc si necessitas vrgeat, grauamus non grauandos, & manus mittentes in sortem diuinam, Ecclesias onerantes, Dei consecratos ministros tributarios efficere conantes, ad diuinas, consecratásque opes manus iniicimus, omnia nobis sub prætextu licere necessitatis autumantes, quia bellum Domini reputamus. Pulchrè, bellum Domini est, & ipsum expoliamus Dominum, ipsiúsque diripimus peculium. Quod quidem non ad ius, sed ad tyrannidem pertinet principis: *Hoc erit ius Regis, qui imperaturus est.* Dixit Samuël ex mandato Domini ad populum 1. Reg. c. 8. n. 11. Quod ius, vt Genebrardus in Psal. 118. num 1.1. non significat debitum iustum, aut iustum Imperium Regis in populum, sed Regum consuetudinem, morémque, qui quidem ius dicitur ea ratione, quia quod semel, & si iniustè consuescunt Reges, tanquam ius posteà exquirunt, cum non sit, nisi intrusus per vim, iniquámq; consuetudinem. Cum Genebrardo idem etiam sentit Vatabl. & Abulens. hic quæst. 17. & Lorinus in locum Psal. proximè citati. Qui mos, seu consuetudo, vt ait Abulens. & cum eo ferè omnes non erat

19 Quale signum quod Deo non fidunt, sed in brachio humano vnde & se suáque perdunt.

1. Reg. c. 8. num. 11. *Genebra.*

20 Ius regium quod præ-dixit Samuël quale *Vatabl. Abulens. Mendo.*

iuſtus, ſed iniuſtus, & tyrannicus; quod ex eo deducunt, quia multa à Samuële dicuntur, quæ nullo modo cadere poſſunt in iuſtum Regis ius, vt quod ſubditos redigat in ſeruitutem, quod vt tollat agros, earúmque filias, quod ſine iuſtitia, ac delectu bona ſubditorum diuidat, & inter alia vnũ, quod ſupra cætera ſe eminet, ad decimario ſcilicet ſegetum, & vinearum, *ſed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit.* num. 15 hoc eſt *decimas exiget.* Quæ magnitudo iniuriæ in hoc conſiſtebat, vt bene acutiſſimus, ac diſertiſſimus huius temporis ſcripturæ explanator pater Mendoza in hunc locum in expoſitione literæ; quod in lege veteri erat præceptum diuinum poſitiuum ſoluendi decimas Sacerdotibus, & Leuitis, non autem regibus, ex quo fiebat vt indignißimè Reges eas ſibi vſurpabant; ergo ad decimatio agrorum, vinearúmque, vt ſic iniuſta, ac tyrannica, & ſi talis quando ſubditorum ſæcularium, Regiſque ſubiectorum; quid ergo quando hæc non à ſæcularibus, ſed ab Eccleſiaſticis exigitur, & decimare ipſum Chriſtum intendunt, ac ſi eſſet ex plebe vnus.

21 Ad decimatio de iure diuino Sacerdotum propria.

At dicunt profecto illa iniuſta, quia, vt inquit ſcriptura illud faciebant Reges, *vt darent Eunuchis, & famulis ſuis.* At quando hoc fit ad bonum publicum iuſtiſſima, quia tunc omnia ad ius Regis pertinent, vt ait Lyran. in 1. Reg. c. 8. num. 11. vbi reſoluens quæſtionem, vtrum conſuetudo illa regum Iſraël eſſet iuſta, aut tyrannica, cum diſtinctione reſpondens aſſerit, iuſtam fuiſſe vrgente neceſſitate publica, nam tunc, *bona pertinent ad ius Regis pro bono communi diſpenſanda; non vrgente vero fuiſſe tyrannicam.* Scio hunc eſſe colorem, hanc rationem, hoc aſylum quo tutari ſe licitúmque prætendunt, quapropter ſeriò reſpondendum.

Lyran.

Et primo, opinionem Lyrani licet in abſtracto, & reuera intercedente neceſſitate publica, & quæ aliundè ſuccurri non poſſit, aut quia Regalium impenſæ priuatæ ſic exiguæ ſunt, vt moderari non poſſint, aut liberales donationes immoderatæ non adſint, aut, quia fiſci patrimonium ſic bene diſpenſatur, vt nulla ſic fraus, nulla ſurreptio, nulla profuſio, nulla inter Eunuchos ſeruóſque Principis familiares iniuſta diſtributio, ex quo ſit, vt verè, & realiter adſit publica neceſſitas paſſiua, & non actiua, hoc eſt, quæ nullomodo, aut iuſta ratione excuſari poſſit, ſit vera, in hoc ſcilicet caſu bona ſubditorum principis eſſe, ad bonum publicum diſtribuenda; tamen moraliter loquendo, & in praxi eſt nimis ſcrupuloſa, occaſio multorum inconuenientium, & oſtium tyrannidis, ſi facilè conſulatur, cum difficillimè iuſta, & legitima fieri poſſit applicatio veræ doctrinæ, itavt prudenter quis iudicet verè, & realiter hic, & nunc talem neceſſitatem extare. Vnde Abulenſ. vbi ſup. in margine ſic ait: *Hæc opinio Nicolai eſt multum falſa, & ſatis periculoſa animabus, quia præſtat principibus incentiuum rapinæ, & tyrannidis.* Falſam non audeo affirmare, bene tamen periculoſam, & quam nullo modo conſuleremus.

22 Principes in quo caſu bonis poſſint vti Eccleſiaſticorum.

23 Lyrani opinio periculoſa.

Secundo dico, quod, & ſi aliquando illa poſſit eſſe vera, illud tantum intelligendum de his, qui regi, vel principi ſubditi ſunt, & qui ad eius forum pertinent, nam quantum ad clericos omnino eſt falſa, cum hi totaliter ſint extra ius regium, nullóque modo ab illo cogi poſſunt, niſi ſic præſentanea eſſet neceſſitas, ſic irrefragabilis, ſic extrema, vt omnibus ſæcularibus copiis conſumptis nil aliud eſſet ſuper, niſi Eccleſiaſticorum bona; præter hunc casum illicita, iniuſta, dicam tyrannica quælibet erit ab Eccleſiaſticis exactio, quouis colore quæſito; vnde ſignanter diuus Thom. 1. 1, quæſt. 105. ad 2. tradens quando princeps abſque tyrannide bona poteſt ſurripere, addit ſubditorum ſuorum: *Poteſt tamen contingere*, ait, *quod bonus Rex abſque tyrannide filios tollat, & conſtituat tribunos, & centuriones, & multa accipiat à ſubditis ſuis propter commune bonum procurandum.* A ſubditis ſuis inquit, ergo non ab Eccleſiaſticis, qui in oneribus ſubeundis non ſunt ei ſubditi, nec eum in hac re vt ſuperiorem recognoſcunt tanquam homines alieni fori, diuini nempè, & Pontificij.

24 Ab Eccleſiaſticis exactio niſi præſentanea ſit extrema neceſſitas, iniuſta. *S. Doctor.*

Hoc quidem ni hæretici, aut pluſquam Gentiles Chriſtiani principes eſſe appetant, omnino glutire debent, ſic regna ſua eſſe, vt pars in illis ſit Dei, quam nullo modo ipſis eam tribuit, nec tribuet: & ſicut iure ſæcularia eis debentur, ſic ſpiritualia Pontifici; pulchrè Iephte c. 11. n. 24. Iudic. ad Regem Ammon qui vano prætextu poſtulabat terram Arnon à filiis Iſraël, quaſi ſuam, ob quod inferebat eis bellum: *quia tulit Iſraël terram meam, quando aſcendit de Ægypto à finibus Arnon vſque Iaboc, atque Iordanem, nunc ergo cum pace redde mihi eam.* Cui cum Iephte reſpondiſſet ex conceſſione Domini, & iure belli filios Iſraël eam poſſidere, inter cætera ſic habet: *Dominus ergo Deus Iſraël ſubuertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo ſuo Iſraël, & tu nunc vis poſſidere terram eius? Nonne ea quæ poſſidet Chamos Deus tuus tibi iure debentur; quæ autem Dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram cedent poſſeſſionem.* Quaſi diceret, ſi iure debentur, quæ tibi non hæreditario iure, vt vult Montanus, ſed quæ Chamos Deus tuus tibi dedit, non maiori ratione in noſtram cedent poſſeſſionem, quæ verus Deus Iſraël victor nobis obtinuit. Certè non dicam regibus ſimilia Chriſtianis, abſit; non à fortuna, non à caſu, non à dæmone, non à Chamos, ſed à Deo vno, & vero acceperunt regna; ſed ſi ſua, & iure ei debentur, quia Deus illi ea dedit, cur quæ Dominus Deus Sacerdotum cuius peculium ſunt victor ipſe in bellis, victor in regnis, victor contra dæmones, victor contra hæreticos eis dedit, non in eorum cedent poteſtatem, ſed præſumunt ad ſuam pertinere? videant, quid agant, cum eo ipſo, quo ſua hæc prætendunt Chriſtiani eſſe deſinunt, cum idcirco aſſerit Tertull Cæſares non potuiſſe eſſe Chriſtianos, quia ſimul & Cæſares, & Pontifices eſſe ambiebant, vnde Chriſtiana hoc repugnante religione, eam ideo non ſunt amplexati, ſic in Apolog. c. 11. *ſed & Cæſares*, ait, *credidiſſent ſuper Chriſto ſi aut Cæſares non eſſent ſæculo neceſſarij.* Hoc eſt deuicti, & eius vitiis addicti, *aut ſi Chriſtiani potuiſſent eſſe Cæſares.* Hoc eſt ſimul & Pontifices, & Imperatores, ſimul Domini rerum temporalium, & ſpiritualium, vt tunc erãt, ideo Chriſtiani eſſe deſinebant, quia omnino apud Chriſtianam hoc repugnabat religionem. Videriut ergo Principes, quando illud ambiunt, & dominos ſe profitentur, tum ſæcu-

25 Deus ſic ſua principibus dedit ſæcularibus vt ſua in eis eſſet quæ Pontificum. *Iudic.* 11. n. 24.

Tertull.

26 Simul reges, & Pontifices eſſe non poſſunt.

lariũ,tum ſpiritualium bonorum,quod ſimul & Chriſtiani,& Cæſares eſſe non poſſunt,hoc eſt & Pontifices,& Imperatores, aut ergo Chriſtiani ſint,& Deo quæ ſua relinquant,aut ſi hoc recuſant,ſciant ſe non eſſe Chriſtianos.

Tertio dico.quod & ſi poſſent non deberẽt: nam & ſi ratio ſubſit, non tamen deuotio, hæc liquidem cum in armis, & equis non fidat, hoc eſt in humanæ potentiæ viribus, ſed in omnipotenti Deo exercituum auxilio, non conſulit diuinarum rerum expoliationem, vt ſic dicam, quinimo oblationem,Deum ſibi in adiutorem aſciſcere volens, ſine quo intendit nullam eſſe victoriam, nullum triumphum; hinc ſolemne regibus non Deo in bellis auferre, ſed vouere, non adunere,ſed præſtare;curram externa:*Crotoniata cum aduerſus Locrenſes inimicitias haberent*, ait Alexand. ab Alexand. lib.3.cap.22. *bello dimicaturi,cum decimam prædæ partem Apollini vouiſſent, Locrenſes vt tuto vincerent nonam deuouere.* Item idem generaliter affirmat,ſacrum fuiſſe apud.Romanos, cæteráſque gentes, *decimam prædæ*, & ſpoliorum diis ad proſperum euentum belli,paſſimque decimam partem fructuum Herculi deuouere; immo quod valde notandum,cum inualuiſſe morem, vt compotes votis facti,quo potiora ſumerent, veteribus perſolutis,nouis ſe obligarent votis, & quod admirandum, apud Gallos affirmat *id fuiſſe conſtitutum, vt is plus ſpei ferret,& propitios facilius Deos haberet, qui maiorem prædæ partem diis deuouiſſet.* Quis hoc audiens hodiernam non exhorreſcat Chriſtianorum principum indeuotionem, cum ibi maiorem reponant ſpem, vbi maiorem rerum ſacrarum, ſeu Eccleſiaſticarum hauſerint portionem, & Deũ velint propitium,non ei dando,ſed auferendo. Quid?nonne Romulus, vt victoriam reportaret Ioui Statori templum deuouit? ſic Plutarch. in eius vita; nonne Iulius Hoſtilius ob eandem cauſam Marti Iulios,hoc eſt Sacerdores deuouit?ſic Liuius lib. 1. Decade 1. ſic Celius Baluinus, & Pupienus Romanorum Imperatores, cæteſque pene omnes,vt in authoribus eſt videre,tum prophanis,tum Catholicis, vt penè nullum reperias,qui,vt victoriam conſequeretur,Deo potius non daret, quam auferret; immo, vt poſt partam victoriam,non illud ſummis procuraret niſibus,diis ſcilicet vt vota ſoluerentur:vnum afferam tantum exemplum,ſed admirabile quod tradit Valerius Maximus lib. 1.c. 1. Diomedon enim, vnus ex decem Athenienſium ducibus,cum contra præſcriptum,& ſenatus ordinem pugnaſſet, licet victor, capitis tamen ſententiam ab Athenienſibus condemnatus, cum ad ſupplicium duceretur, ſui oblitus,*nil aliud exclamauit,quàm vt vota pro incolumitate exercitus ab ipſo nuncupata exoluerentur.* En quàm munifici antiqui,& tamen non illi dij veri,ſed falſi; en quam ſtrenuè à ſuis dæmon obſeruabatur? pudeat Chriſtianos dum talia Deum erga verum, ſanctúmque non patrare reperiuntur,& non neceſſitati,aut rationi illud aſcribant,ſed indeuotioni.

27 Regibus ſolemne ante victoriam Deo ſpolia vouere vita præſtare, non ab eo aliquid auferre. *Alexan.*

28 Exempla varia.

Plutarch. Liuius.

Valer. Max.

At veniamus ad ſancta, Quid promiſit Iephte,vt victoriam de inimicis reportaret? nonne holocauſtum facturum de eo quod primum reuertenti obuiam veniret? & hæc cum fuiſſet filia,nonne Domino eam conſecrauit,Iudic.11. aut in perpetuã virginitatem eam offerendo,vt vult Lyran. & Montanus? aut verè eam immolando, vt vult Abulenſ. cæteríque Latini Patres,ſi ergo hic filiam dedit, quid non daret ob victoriam? in qua re non ſolum Iephti actio conſideranda, ſed filiæ; audiens enim à patre votum, ac conſequenter ſuam ipſius mortem, ſic reſpondit, n.36. *Pater mi,ſi aperuiſti os tuum ad Dominum,fac mihi quodcunque pollicitus es, conceſſa tibi vltione,ac victoria de hoſtibus tuis.* In quibus verbis illud ſummopere ponderandum, quanti hæc virgo victoriam de inimicis æſtimauerit,dum æquum reputauit ſui ſacrificium,& prius ſummet obitum elegit, quàm promiſſi defectionem; tanti faciebant antiqui, vt Deum propitium in bellis haberent, quòd non ſolum res, ſed ipſam etiam profundebant pro illo libenter vitam; & nunc nos miſeri maiorem deſideramus victoriam,quia maiores inimici,& Deo non dare, ſed auferre intentamus, immo & tollimus,quæſito colore,adumbrata ratione,melius dixerim,cæca ratione,ac pio fidei affectu pene deſtituta.

Lyra. Montan. Abulenſ.

29 Principum Chriſtianorum hodiernorum indeuotio in bellis gerendis & pro victoria votis exhibendis quanta.

At nonne Abraham ex victoria rediens, ex ſpoliis decimas Melchiſedecho ſummo Dei Sacerdori obtulit, Geneſ. 14. ex quo vt inquit Chryſoſtom. *Doctor ſit omnibus, vt declarantes gratitudinem, primitias eorum ſibi à Deo conceſſas offerant.* Quid dicam de Dauid? *Omnia vaſa aurea,& argentea, & enea conſecrauit Dauid Rex Domino*,ait ſcript.1.Paralip.c.18. n. 11. *quod tulerat ex vniuerſis gentibus, tam de Idumæis, & Moab, & filiis Amon, quàm de Philiſtiim, & Amalech.* Et hoc ſic ſtrenuè vt dicat Abulenſ. in hoc eodem lib.c 19.quæſt. 6. omnia ex bello acquiſita Dauid ſemper Domino conſecraſſe, quod probat ex illis verbis Dauid,n.3. eiuſdem capitis, nempè: *& ſuper hæc quæ obtuli in domum Dei mei de peculio meo.* Vbi affirmat, quæ in peculium habebat Dauid fuiſſe ex reditibus regni, & poſſeſſionum priuatarum,& hæc dedicaſſe, extra ea, quæ ex ſpoliis dicarat inimicorum; nam iſta nunquam in ſua reputauit, nec vt ſua vnquam habuit. Quærens enim Abulenſis an verum ſit, quod Dauid obtulerit aurum de peculio ſuo,ſic reſpondet: *Dauid à principio cum eſſet vir Deicola, deſiderauit ædificare Domino templum,& ad hoc congregabat diuitias magnas; vnde omnia quæ acquirebat de bellis, in auro,& argento, & ære conſeruabat Domino pro illa ædificatione,nec ſumebat aliquid de his quæ acquirebat,niſi ea,quæ neceſſaria erant ſibi tunc ad ſumptus,reliqua conſeruabat.* Quæ omnia ad illam ſummam aſcendunt, quam ſi ſcriptura non diceret,prorſus incredibilis fieret; referam hic ad verbum quæ Pater affert Pineda in ſuo Salom.lib.5.c.35. vbi poſt enumerata ſcripturæ loca,in quibus quæ Dauid in templi ædificationem præparauerat,explicantur,vt 1. Paralip. c. 22.& 28.& 29.ſic'ait: *Ex quibus conſurgunt centum & octo millia talentorum auri, quæ reducta ad ſummam ducatorum Hiſpanorum efficiunt mille ſexcentos tres milliones, & octingenta millia ducatorum plus minúſvè; Argenti vero conſurgunt mille millia, & decem & ſeptem millia talentorum,quæ efficiunt Hiſpania monetæ mille ducentos & octo milliones, & centum nonaginta ſex millia ducatorum.* Quæ omnia ſimul iuncta efficiunt ſummam bis mille octingento-

Geneſ.14. Chryſoſt.

1.Paralip. c.18.n. 11. Abulenſ.

30 Dauid omnia inimicorum ſpolia Deo conſecrauit ſemper.

Pineda.

Iudic. c. 11.n.36.

by Google

rum,& nouem millionum, quam ex Villalpando veriſſimam, & accuratiſſimam ipſe cenſet; quid ad hæc Principes noſtri, dum ſic parci cũ Deo,vt non dent, putantes effluere ſi donent, immo ſi Deo placet,victorias amittere ſi Deo non auferant,ſi in peculium Dei non aduolent, ſi miſeri, & corde pluſquam viliſſimi, merito bellis poſteà conſumuntur, & pro vno quod à Deo auferunt, ipſa poſteà inſumuntur regna. Quod quidem, ſi ſic ſuis non fiderent viribus, non eueniret,& ſi oratione magis, quam viribus pugnandum intenderent.

§. II.

Oratione magis, quàm armis pugnandum.

VIribus ergo ſuis fidere non debent reges; in quo ergo niſi in oratione, & deprecatione? cum veriſſimum ſit,illa abſente,præſidia bellatorum deficere,quia diuinam non merentur gratiam. Quod pulchrè dixit Ambro.in Conc.de Baſilicis non tradendis tom.5.circa finem, reſpondens ad illos quiei obiiciebant ſe defenſionem à pauperibus quærere,ſic ait: *quod ſi obijcimt quod defenſionem ab ys requiram, non nego.ſed etiam ambio, habeo defenſionem, ſed in oratione pauperum,cæci illi,& claudi,debiles, & ſenes,robuſtis bellatoribus fortiores ſunt: denique munera pauperum Deum obligant, quia ſcriptum eſt,qui largitur pauperi Deo fœnerat,præſidia bellatorum diuinam ſæpè gratiam non merentur.* In quibus verbis illud adnotandum,munera pauperum Deum obligare, quaſi diceret, ideo, qui pauperibus erogat,vincit, quia Deo fœnerans, pro illis ipſe pugnat,vt ſupra nos dicebamus.Et ſecundo, præſidia bellatorum ſæpè diuinam gratiam non mereri, quia oratione deficiente, præſidio deſtituuntur diuino, cum,vt ipſemet lib.2.epiſtolar.epiſt.12.ad Valentiniam Auguſtum: *Victoria munus ſit non poteſtas,donatur non dominatur.*

10 Victoria ſæpè ex eleemoſynis & pauperũ oratione petitur.

31 Victoria munus eſt Dei,non principum potentias.

Nec quidem fidendum,quia Chriſtiani crucem in pectore geſtamus, & bellum ſit contra Dei inimicos, contra infideles, hæreticoſque, cum ſi oratio non adſit,victi,non victores euademus: *Elige viros*, dixit Moyſes ad Ioſue, Exod.17.n 9. *& egreſſus pugna contra Amalech crat,ego ſtabo in vertice collis habens virgam Dei, in manu mea.* Singula notanda: primum non quoſlibet, vt aſſumeret præcepit, ſed viros,vt rectè adnotat Lippom.hoc eſt fortes,ſtrenuos non ad numerũ augendum,ſed ad præliandum viriliter; nam, vt bene Lippom *numerus tantum non ſemper prodeſt,ſed plurimum obeſt, ſi inertes,imperiti,vel meticuloſi interſint.* Secundum promittit ſe in vertice collis ſtaturum Dei virgam habens in manu;cur quæ prius virga Moyſis,aut Aaron,nunc Dei virga primum dicitur, vt adnotat Auguſt.in quæſtionibus ſuper Exodum? reſpondit ipſe,quia & ſi Moyſis, & Aaron,tamen à Deo illis donata, ſicut iuſtitia noſtra eſt,ſed donata à Deo. Itaque nihil habemus quod non accepimus; melius;Interli.quia per eius, & non per militum virtutem verberandi hoſtes: *hanc habebo in manu, quam Deus dedit mihi vt verberentur hoſtes.* At quid per virgam? ſancti omnes, crux Chriſti: ergo bellum erat contra Dei inimicum, princeps exercitus ſanctus, milites ſtrenui, virimò crux Chriſti, Dei ſignum cum ipſis in colle eleuatum,numquid ob hoc vicerunt? profecto niſi oratio accederet ſuccubuiſſent, & ſi crux cum eis: *Cumque leuaret Moyſes manus, vincebat Iſraël,ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech.* Quid per manuum eleuationem? omnes ſancti orationem intelligunt; audi Chryſoſt. hom.de Moyſe: *Stabat igitur*, ait, *Moyſes in monte non armis,ſed precibus pugnans, ſtabat ad cœlum extenſis manibus, deuoto orans affectu, non de terra,ſed de cœlo,auxilium poſtulabat, pugnabat cum hoſtibus abſens,cum exteris ſine bello decertabat,vt quem loci diuerſitas ab inimicis ſeiunxerat,orationis affectus bellatorem præſentem hoſtibus exhiberet,ſic Moyſe orante pugna occulta, ſed manifeſta victoria, latenter dimicat,vt euidenter deuincat,ſolus orat,vt multi ſaluentur,ſtabat in monte,iam cœlo proximus,iam vicinus ſideribus,& quanto eum ſublimitas montis extulerat, tanto oratio Deo proximum exhibebat, ſic Moyſe orante victoria, ceſſante mæſtitia, potentior hoſtis efficitur,iuſti corpore fatigato,deſinit Iſraël vincere, Moyſe deſinente in prece, vt dum diuerſa populis exhiberentur officia,orationis nobis potentia demonſtraretur: Denique tandiu iſta diuerſitas valuit,quando ingis oratio deſinit perſeuerante Moyſe in prece perſeuerans victoria roborat.* Quid luculentius? vincebat Amalech, & ſi crux Chriſti in manibus Moyſis quando non erecta, cur hoc? ſanè,*vt nobis*, vt ait Chryſoſt. *potentia orationis demonſtraretur*, & documentum eſſet, quod & ſi Chriſtiani, & crucem in pectore gerimus,& ſi ſtrenui milites, & ſi princeps ſanctus,& Catholicus,& ſi bellum contra Dei inimicos, hæreticos, Turcáſque, ſi manus ſimul cum cruce,& hæc ſimul cum manibus, hoc eſt cum oratione non eleuetur,ſuccumbemus,proſternemus, cum, vt rectè Amb.de fide ad Gratian. in proœmio: *fide magis* formata ſcilicet charitate, ac orationis igne fota, *Imperatoris, quã virtute militũ quari ſolere victoriam.* Et Elpidius Comes in Chalcedonenſi Concil.act.1. tom.1. Conciliorum apud me pag. 749. idem aſtruens,quod Ambroſ. ſic patribus ait: *Neque malorum princeps demon aliquando negligit aduerſum ſanctas Eccleſias prælia concitare, & piiſſimus Imperator ſemper ei non inſtè pugnanti reſtitit,rectè cogitans,quia habebit Deum propugnatorem ſui imperij,ſed certamen ipſe pro pietate armetur,& in nullo ſe reprehendit,* ſic ſentiens: notanda verba: *de ſurſum namque omnia & magis quam armis reguntur.* Deuote, & verè, in quibus illud adnotandum: *ſic ſentiens* Imperatorem? in nullo ſe reprehendere, condemnant namque hæc verba ſtolidum illum Politicorum ſenſum, qui hæc, & ſimilia nænias iudicant, conſiderationes tamen ſimplicium, ineptorũmque hominum, ac vt vocant beatorum, cum non niſi cordatæ, dignè viro imperanti.

Lippom.

Auguſt.

33 Virga Moyſis cur Dei virga dicitur, & quãdo eo inſignita nomine.

Chryſoſt.

34 Oratione Moyſis ſuę inimicos debellat.

Ambroſ.

35 Fide magis quàm militum virtute victoria quærenda.

36 Victoria principi tunc aderit quando conſcientia erit irreprehenſibilis.

Hinc antiqui illi principes ad cuius exemplar noſtri ſe efformare debent,ſemper ac in anguſto ſe poſitos videbant,non tantum ad arma, ad milites,ad vires,quantum ad orationem cõfugiebant,Exod.14.n.15. inſtabat Pharao à tergo,mare à facie populum claudebat, in medio concluſi, nunquid ad arma Moyſes, nunquid ad phalanges ordinandas? nil minus,ad oratio-

37 Antiqui principes ad orationem confugiebant, vt victoriã potirentur. *Exod.* 14. *n.* 15.

Digitized by Google

nem confugit, sic validam, vt quasi stimulatus Deus dixerit, *Quid clamas ad me?* quem clamorem expendens Amb. in Psal. 118. sic ait: *clamabat autem Moyses affectu pio, & sensu profundo, & personabat in cœlo, miraculis petens digna cœlestibus, vt mundi elementa mutaret.* Sic etiam Iosue cum eius exercitus ab Haitis cæderetur, fusus in preces exclamauit: *Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes?* Iosue 7. nu. 7. sic Ezechias pressus ab Assyrius, 4. Reg. 19. sic Iosaphat magna hostium multitudine inuadente ad extremum salutis periculum redactus 2. Paralip. 20. sic denique Iudas Machabæus 1. Machabæorum, 4. sic tandem omnes sancti, ac pij, vt verum sit, quod Chrysost. loco sup. allato dixerit, nullum iustorum non orando vicisse, *quis enim iustorum*, ait, *non orando pugnauit? quis non orando hostem deuicit.*

Ambros.

Ios. 7. n. 7.
4. Reg. 19.
2. Paral. 20.
1. Mach. 4.
Chrysost.

38 Populus nunquam sit ab inimicis securus, ac quando princeps orat.

Hinc nunquam sic securus Dei populus, nũquam sic munimentis vallatus, ac quando Princeps in oratione assiduus, & intentus. Mirum, à Philistæis circumuenti Israëlitæ, non ad arma, non ad vires, non ad bellicas confugerunt præuentiones, non auxiliares expetierunt copias, sed tantum Samuëlis, qui tunc eos iudicabat, orationem, 1. Reg. 6. n. 7. *Ascenderunt satrapæ Philistinorum ad Israël, quod cum audissent filij Israël, timuerunt à facie Philistinorum.* Vnde timor? quia illuc inermes aduenerant Philistiim armati, cum eorum principibus, cum exercitibus. immo & cum externis etiam opibus, vt patet ex Eccles. 4. 46 num. 22. Quid ergo Hebræi dixerunt ad Samuëlem? *Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum vt saluet nos de manu Philistinorum.* Mira populi in oratione fides, mirus sensus, astabant armati inimici, ipsi sine armis, illi in multitudine infinita, ipsi non in multo numero, illi præparati ad bellum, ipsi sine præuentione, & tamen, nec fugam arripiũt, nec de deditione cogitant, nec ad arma confugiunt, sed sic de oratione principis fidunt, vt si ipse orationem non intermittat, si ex corde clamet, (quod ipsorum sonant verba) securos se putant, saluatos, inimicos debellatos, nec eos spes fefellit, orauit Samuël, & ad orationem holocaustum copulauit, quid inde? n. 10. *Factum est autem cum Samuël offerret holocaustum, Philistiim inire prælium contra Israël, intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philistiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à facie Israël.* Oro, vt singula attendas, primò tempus, quo Philistiim inierunt prælium, quando populus totus in sacrificio, princeps totus in oratione, tunc Philistiim armati accesserunt, ergo isti armis freti aggrediũtur, Israël vero in oratione illos expectat, illi ea cogitatione, qua, vt inquit Iosephus, tunc minus tuti, tunc minus ad arma apti, cum tunc toti in lachrymas, in preces, non in bilem profusi; ac cõtra isti, se aggredi patiuntur, tunc magis se tutos æstimantes, quando amplius in oratione profusi, hinc saluati, hinc inimici deiecti, sic, vt solus Deus absque vllo eorum auxilio, vt rectè sentit Caietanus hic, inimicos terruerit, fuderit, occiderit; nam & si posteà exeuntes filij Israël ex Maspha persecuti sunt eos vsque ad confinia occidentes, tamen prius, & dum ipsi in oratione stabant cum Samuële Deus intonuit, & fulguribus eos exterrendo occidit; immo, quod admirabile, sic eos terruit, ac exterruit, vt attestante Ioseph. lib. 6. antiquit. c. 2 *è manibus arma excidèrent*, quæ ad vsum inermium transeuntes, sic eos ex inermibus armatos inimicorum exuuiis reddidit, vt eos vsque ad confines Israëlis persequentes, *innersis rerum vicibus*, vt ait Iosephus, *eorum ferocia in partes victoriæ transit.* Egregiè, ô certè magna vis orationis, prorsus admiranda ex hoc facto elucet, paucos contra infinitos defendit, imparatos contra paratissimos, subditos contra tyrannos, plebem contra principes, simplices contra gnaros, inermes contra armatos; nec his contenta ipsa inimicorum ferocia ab eis sublata, suos armat milites, & detractis ab inimicorum manibus armis, suos induit, viros fortissimos eos constituens, qui prius non nisi hominum grauissimi. vna vnius (vt sic dicam) totum hoc præstante principis oratione: *Philistinorum agmina, quasi arenæ maris innumerabilia.* Author de mirabilibus sacræ Scripturæ lib. 2 cap 8. *Per plana se terræ Israel effuderunt, quæ Dominus Samuel orante à facie filiorum Israel ingenti cœli fragore perterrebat, quatenus per hoc, & Israel non propria virtute vicisse intelligeret, & hostes Dei protectionem, & auxilium erga hũc esse populum scirent.* Egregiè, duo intendit ex illa victoria Deus, primò, vt populus sciret suam non esse, sed Dei; & secundò, vt inimici quam de populo protectionem Deus haberet, intelligerent, quæ profecto quando non oratione, sed armis impugnatur, deficiunt, hinc exercituum ruinæ, hinc inimicorum contra nos victoriæ, nostris viribus fidimus, in equis, armisque, & insuper, vt nos non lacessant inimici ex nostrorum armorum, ac potentiæ vi quærimus, non à protectione Dei; vnde, vt nos, non Deum inimici expauescant, efficimus, hinc eorum ausus, sic, vt pauci audeant contra multos, inermes contra armatos, imbelles contra bellicosissimos, prorsus ignaui contra strenuos, &, quod admirandum, vt audeant, & vincant, vt intendent & consequantur? Non attenderent Christiani principes, quia non sunt ipsi, sed Deus cum ipsis in nostrum cum eis adiunctus malum; dum superbia, arrogantia, humana ipsum expellimus confidentia, ne dicam turpi, ac inhonesta vita. Egregiè Traianus Valentis Ariani Imperatoris Dux, vt refert Theodoret. lib. 4. Ecclesiast. hist. c. 29. ad illum ignauiæ, & socordiæ increpantem, quia à Gothis victus fugiens ad eum accesserat victus, sic respondit: *Non ego Imperator victus sum, sed tu ipse prodidisti victoriam, qui contra Deum aciem instituere non desinis, & ita eius auxilium Barbaris conciliat, nam abs te oppugnatus se illis adiungit, atque Deum semper sequitur victoria.* Neque minus aptè Valentinianus Imperator eius frater ad eum, cum enim contra ipsum Gothorũ gentem Deus excitasset, & periculo commotus exercitum à Valentiniano exposceret, sic ei frater respondit: *nefas esse homini bellum gerenti cum Deo opem ferre, cuius temeritas merito coercenda esset.* Audiant hoc viri principes, quia verba, & si hominis, sensum continent Dei, audiant, qui Deo non confidentes, auxilium, & opem cum Deo bellum gerentibus præstant, hæreticis, infidelibus maiestati diuinæ, humanæque rebel-

Ioseph.

Auth. de mirabilib. sacræ Scr.

Theodor.

Caietan.

39 Victoria Israëlis contra Philistæos à Samuëlis oratione tantum, quia præclara.

40 Deus cum inimicis se iungit nostris in bello ob nostram confidentiam, & peccata.

41 Hinc exercitus Christianorum ruinæ.

42 Non speret victoriam qui Dei inimicis auxilia præbet.

libus, *impio præbes auxilium*, dixit Iehu ad Ioſaphat Regem Iuda, qui cum Acab fœdera iunxerat, & matrimonia, 2. Paralip. 19. n. 2. *& hit, qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini mereberis, ſed bona opera inuenta ſunt in te, &c.* Duo ex his ſcripturæ verbis adnotanda, primum Ioſaphatum ex amicitia, fœdere cum impio præſtito iram Domini meruiſſe, & ſecundum, bonorum operum ratione illi Deum peperciſſe, cum, vt rectè Theodoret. in hunc locum, præterita bona opera præſentium minuũt pœnam peccatorum: *Hinc diſcimus*, ait, *quod minuunt peccatorum pœnas, quæ prius rectè facta, iuſtus enim iudex, & hæc, & illa ex aduerſo metiens ſic ferit ſententiam, Ioſaphat ſuccenſebat propter cognationem, propter aliam autem virtutem eum liberauit ab irruentibus, & circumeuntibus hoſtibus.* Periiſſet ergo Ioſaphat ex fœdere, ex amicitia, ex auxilio Dei inimico præſtito, regnúmque eius excidiſſet, niſi bona aſſarent opera præterita: ergo peribit princeps, qui ad fœdera cum Dei immicis, & mala agit opera, & nullum bonum peregit, peribit exercitus eius ſimul, quia Deum adiutorem non poſſidet, dum eius auxilium, nec vita, nec oratione implorat, qua potius, vt diximus præliandum.

2. Paralip. 19. n. 2.

Theod.

43 Bona opera præterita præſentium peccatorũ pœnam diminuunt.

Hinc cum Deus orantibus aſſiſtat, & ipſe pro eis prius ſit in campo hoſtes debellans, fit, vt ipſe gladio, ſui autem abſque labore, ſed in tympanis, & citharis eos occidant, vt ſpectatores, non, vt præliatores; quod dilucidè meo ſenſu dixit Iſaias, cap 30 n. 32. *à voce enim Domini*, ait, *pauebit Aſſur, virga percuſſus, & erit tranſitus virgæ fundatus quam requieſcere facit dominus ſuper eum, in tympanis, & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos.* In quo loco certum eſt loqui ſanctum Prophetam de bello Ezech. ſeu de bello Sennacherib cum Ezechia, quando Dominus per Angelum centum occidit & octoginta millia Aſſyriorum, 4. Reg. 19. nam tunc Aſſur, hoc eſt Aſſyriorum Rex virga Dei, non ſolum percuſſus, ſed ſubſtratus, & tranſitus virgæ, hoc eſt flagelli non quidem extitit per modum tranſeuntis, ſed ſtantis, quòd ſonat verbum *fundatus*. Hoc eſt vſque ad vltimam interemptionem, quia & ſi ipſe cum ſuis non occiſus, ſed refugus in terram reuertit ſuam, tamen ſtatim ibi à ſuis interemptus; at; & ſi totum hoc verum ſit, non apparet tamen quomodo hæc victoria in canticis, & tympanis, cùm nulla in eius deſcriptione talium fiat mentio, ſed potius fletus, & planctus Ezechiæ, accipiens enim ſuperbas Regis Aſſyriorum literas, coram Domino illico eas expandit ex toto corde, & cum lachrymis orans: *& Rabſacis verba audiens ſcidit veſtimenta, & opertus ſacco ingreſſus eſt nomen Domini*, ibi. c. 19. n. 1. vbi ergo cantica, & tympana?

44 Deus quãdo in bello cum Chriſtianis iſtis ſpectantibus ipſe debellat inimicos.

Iſaiæ c. 30. n. 31.

45 In tympanis, & citharis quando præliatum.

4. *Reg.* 19.

Ibi. c. 19. num. 1.

S. Hiero.

46 Sanctorum lætitia de condemnatione malorum in die iudicij.

S. Hieronym. ad allegoriam attendens per Prophetæ verba lætitiam ſanctorum in die iudicij intelligit, in quo flagellum Dei tranſiens per reprobos, eósque percutiens forte, & firme ſtabit in inferno, & hoc in tympanis, & citharis, id eſt cum ſummo ſanctorum iubilo, & triumpho: ſenſus myſticus, & egregius, verè enim tunc ſancti exultabunt, & de pœnis ridebunt ſontium, vt nos alibi in 1. tom. hom. 91. & alibi ſæpè.

Secundo Vatab. exponit, vt quaſi dicat Iſa. quod Deus vincet Aſſyrios: *non armis, nec ſerio pugnans, ſed tantum ludens*, ſenſus metaphoricus, non literalis.

Vatab.

Tertio Forerius, quia Aſſyrij vincentur non armis, ſed ſacrificiis, quæ cum tympanis, & citharis offerebantur; at vnde ſacrificia cum tympanis, & citharis?

Forerius.

Quartò, Sanchez affirmat, hîc non ſolum Sennacherib victoriam deſcribi, ſed generatim illuſtrem victoriam, quod ſonant illa verba: *& in bellis præcipuis.* Quæ ex modo præliandi, & magnitudine cum eſſet excelſa, & præcipua in tympanis, & iiſtris poſteà celebrabatur, qualis de Ægyptiis Deus in mari rubro, de Goliath Dauid, de Ammonitis Iephte, reportarunt; optima interpretatio: ſed illud paritur incommodum, nam Propheta dixit in tympanis, & citharis inimicos Deum expugnaturum, quaſi his, & non bellicis inſtrumentis, & hoc in bellis præcipuis, hoc eſt magnis, grauibus; & non affirmauit poſt victoriam celebranda illa cum tympanis, non quidem hoc magnum, neque ſingulare, quod in illis intendebat verbis Propheta, aliud ergo aliquid innuere, quod magnum, quod præcipuum me iudice intendit Iſaias

Sanchez.

47 Ioſaphat præclara victoria ex oratione.

Si ergo meus non me fallit ſenſus, ad literam reſpexiſſe videtur Propheta, ad admirabilem illam, quam retroactis annis Deus Ioſaphati, Ezechiæ proauo inclite conceſſit, non in armis, & militibus, ſed tantum in tympanis, & iiſtris, vt habetur 2. Paralip. c. 20. Cum enim aduerſus Ioſaphat infinita prorſus inimicorum multitudo conueniſſet Moabitarum, & Ammonitarum, ab ea perterritus, *totus ſe ad orationem contulit*, non ad arma, *prædicans ieiunium*, & cum eo omnis populus ſimul cum ſtetiſſet, ſimul orans, *cum parvulis, vxoribus, & liberis ſuis.* In medio eorum ex tempore exurgens Iahaziel Propheta, & ex parte Dei cum victoriam pronuntiaſſet de inimicis, contra eos egrediens Ioſaphat, ſic populum eſt allocutus, ſic ordinauit aciem, talibus munuit exercitum armis, n. 20. *Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Hieruſalem, credite in Domino Deo veſtro, & ſecuri eritis, credite prophetis eius, & cuncta euenient proſpera: deditque conſilium populo, & ſtatuit cantores Domini, vt laudarent eum in turmis ſuis, & antecederent exercitum, ac voce conſona dicerent, Cõfitemini Domino, quoniam in æternum miſericordia eius.* Vbi genuit aduertit Theodoretus in hunc locum, non principes armatos iuſſiſſe præcedere exercitum dum illum ordinabat, ac animabat: *ſed Leuitas hymnos canentes.* Quid ergo? audi miraculum: *Cúmque cœpiſſent laudes canere, vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos.* Sic vt contra ſeipſos dimicantes furore perciti ad inuicem detruncarentur, vt nec vnus, vt affirmat Ioſephus ſuperſtes remaneret, qui nuntius eſſet cladis, ſpectante hoc, vt ait Theodoretus, è ſublimi colle Ioſaphat cum exercitu: *plenam aſpiciens cadaueribus omnem latè regionem.* Quis ergo hos occidit, arma, an tympana? ſonus præliantium, an cantantium? miles, an oratio? ſanè, vt vides non fuerunt arma, non milites, non exercitus principes, ſed tympana, ſed citharæ, ſed orationes. Ergo verè Deus gladio præliatus eſt, ſed homines inimicos ſtrauerũt; in tympanis, & citharis, hoc eſt in oratione, & laude,

2. Paral. c. 20.

Theodor.

Ioſephus. Theodor.

& laude,ipſo belligerante, populo ſpectante è ſublimi,vnde firmum remanet, bella non tam fortitudine,quam oratione ſuperari,non ſecus ac Iſraëlitæ in deſerto, vt noſter affirmat Sapiens dicens,quod *ſteterunt contra hoſtes*,&c.

Num. 4. *Sitierunt,& innocauerunt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima,& requies ſitis de lapide duro.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

POſt victoriam de Amalechitis,aliud inſigne Dei populo beneficium narrat ſapiens, ingétes ſcilicet aquas è petra,magna inſtáte penuria,ac præ ſitis labore penè extinctus, quod & ſequétibus verſib⁹ cóminuat enarrare,in qua re.

Primo ſtatuendum eſt contra Oleaſtrum duplicem fuiſſe in deſerto aquæ extractionem miraculoſam: primam in Raphidim, ſecundo poſt egreſſionem anno,vt habetur Exod.17. de qua hic ſermo; ſecundam vero in deſerto Sin, aliud ab iſto,in quo num ſtabant,vt recte Hier. in manſionibus,& Cornel.in c.20. Numer. anno quadrageſimo poſt Ægypti egreſſionem, quod ſic clarum,vt neſcio quo pacto contrarij firmiter ſtare poſſit,cum in hac ſecunda mortua ſit Maria ſoror Moyſis, & paulopoſt Aaron; quæ omnia nullo modo conuenire poſſunt aquæ eductioni de qua nunc agimus,cum hæc, vti diximus anno ſecundo contigit egreſſionis; adde,nam,vt ait Abulen in c.20. Numer. Moyſes tantum ſcribit primi.ſecundi,ac quadrageſimi anni geſta, ſilentio inuoluens reliquos triginta ſeptem,tanquam, in quibus nihil memoria dignum: ergo cum in Numer.c.20. dicatur, venſſe Iſraëlem in deſertum Sin, *menſe primo.* & ibi ob aquam murgium fuiſſe, & ex petra effluxiſſe, & menſis ille non potuit eſſe anni primi,neque ſecundi,cum, vt dictum eſt ibi mortua fuerit Maria,& Aaron ſequatur, quod fuit anni quadrageſimi,& ſic duplicem aquæ fuiſſe miraculoſam egreſſionem in deſerto: ſic Caiet. Exo.17.& Num. 20. Iſtella Exo.17.q.4. Abul. Nu.20.q.4.Geneb.in Pſ.77.&113.& recétiores.

Exod.17. Hier. Cornel.

1 Bis miraculoſè aqua Iſraëlitis præſtita.

Abulenſ.

Caietan. Iſtella. Abulenſ. Genebr.

Ex dictis ergo cóſtat,hic ſapienté locutum de primo aquæ miraculo,quod habetur, Exod.17. quãdo populus per deſertũ peruenit Raphidim vndecima manſione, de qua ſic ſcribitur: *Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit cõtra Moyſẽ,dicẽs: Cur feciſti nos exire de Ægypto,vt occideres nos, & liberos noſtros,ac iumenta ſitiẽ?* cui Moyſes; *Quid iurgamini cõtra me,& cur tentatis Dominum?* Et inf. poſt peractũ miraculum; *fecit*ǫ *Moyſes ita*ǫ *ſenioribus Iſrael, & vocauit nomen loci illius Tẽptatio, propter iurgium filiorum Iſraël,& quia tentauerunt Dominum dicentes; eſt ne Dominus in nobis,an non?* Duo ergo mala operati ſunt, iurgiũ cõtra Moyſẽ,tentationẽ in Deum; quia,vt recte Caiet.hic ob aquæ penuriã ſtatim dubitarũt an Deus eorũ eſſet gubernator,& eos ex Ægypto eduxiſſet,& cũ illis eſſet,quod profecto non aliũdè, niſi ex falſa quadã apprehenſione,quaſi omnia ad vota euenirẽt, Deus cum illis non eſſet.& vbi Deus adeſſet nulla deberet eſſe in hac vita anguſtia, nulla pœnalitas,quod propriũ carnalũ eſt,ac animalũ,vt ſic dicã hominũ. Hinc ex hoc principio nõ ad orationem, ſed ad iurgia inſurrexerũt,quaſi aliquo eis deficiẽte ex debito.& ex iuſtitia *duo mala commiſit hic populus*,ait Caieta. *alterũ tentationis aduerſus Deũ, dicendo vt inferius explicatur, Eſt ne Deus in nobis,an non?& propterea Moyſes hac audiens,arguit eos,cur tentatis ſummum Deum? vere enim tentabant,vertendo in dubium propter penuriã aquæ,vtrũ Deus eſſet gubernator eorum, & exigendo notitiam huius dubij tanquam debitam, experimento prouiſionis aquæ; debebant enim viſis tot miraculis,humiliter,& cõfidenter recurrere ad Deum ſupplicibus precibus, vt daret eis aquã.* Tanquã debitã ergo,& non gratuitò petebant aquã,quaſi ex cõdicto, dũ Deus eos deduxiſſet;hinc amentes ad iurgium ſe conuerterunt,& ſignũ Dei aſſiſtentiæ non ex ſpiritualibus,ſed ex carnalibus pẽdebant beneficiis; ô ſtulti,& amẽtes,diuinæ enim aſſiſtentiæ ſignũ illud profecto non de tẽtationibus,ſeu tribulationibus eripere,ſed virtutem in illis patientiæ tribuere, de qua re nos ſufficiẽter in primo tohom 41.Hinc peſſimè contra Deũ iurgatur, vt ibi hom.20. ex qua etiã doctrina illi cõfunduntur,qui Dei benignitatẽ,fauoremq; ex bonis æſtimãt tẽporalibus,& nõ ſpiritualibus, & quia ad Deũ cõuerſos,& ſpiritualiter viuẽtes, tribulari aſpiciunt, de Dei aſſiſtẽtia,aut amore dubitant, nec nõ & ſpirituales etiã viri animũ ex hac reſumere poſſunt doctrina,dũ & ſi aqua ſpiritualis Sanct. Sp.conſolationes nẽpè ſpirituales, vt vult Rupert,eis deficiãt,non inde animo pẽdere debent,an cũ eis ſit Deus,cũ tentatio talis ſit dubitatio,ſed humiliter ad orationẽ confugere, non ſecus ac Moyſes ſanctiſſimus,Petram quæ eſt Chriſtus, firma fide,& inſtanter percutientes,effluẽt enim,& fluent certiſſimè ab illo fonte aquæ vberrimę,dũmodo fide, vt dixi,percutiatur firma: *Qui Ægyptum in aquis mortuum,* inquit Nyſſen.lib.de vita Moſis, *dereliquit,& amara ligno crucis dulcia ſibi confecit,& abundãter ex fontibus Apoſtolicis bibit,is tã totum Chriſtum ſuſcipit,lapis enim,vt Apoſtolo placet. Chriſtus eſt,ſiccus,& durus,nimirum infidelibus, cui ſi quis virgam fidei adducant, potus ſit ſitientibus ineffabiliter fluens,atque emanans.*

2 Carnalium hominum opinio nil eũ yaride bere, qui Dei manciparus eſt ſeruitio.

Caiet.

3 Cur homines dum tribulantur de Deo obmurmurãt.

4 Spirituales viri diuinis conſolationibus priuari cur animum de ſpondere non debeãt. *Rupertus.*

5 Fi le firma Chriſtus diuinus lapis percutiendus. *Nyſſenus.*

Et tentauerunt te,&c. Optimè Lorin. nõ populus,qui cõtenderũt cõtra Moyſen,& Aarõ,ac pœnitẽs quod exiſſet de Ægypto,ſed ipſe Moyſes,ad cuius orationẽ ex petra fluxerũt aquę duriſſima. ſic porrò eſt illius oratio, qui & lacteſſitus, & perſecutus, pro inimicis, pro perſecutoribus orat: *quid faciam populo huic*, ait ipſe ad Deum? *adhuc paululum,& lapidabit me.* Num.17.n. 4. & tamẽ & ſi lapidibus appetitus orat pro lapidãtibus,hinc omnipotẽs eius ſapia cæteras oratio,vt obſeruauit Greg ho.27.ſuper illa verba Hiere.c.8. *Si Moyſes, & Aaron ſteterint coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum:* vbi Greg *Quid ergo eſt quod Moyſes,& Samuël cæteris patribus in poſtulatione præferuntur,niſi quod hi duo tantummodo in cunctis teſtamenti veteris ſeriẽ etiam pro inimicis ſuis videntur exoraſſe? vnus à populo lapidibus impetitur, & tamen pro lapidatoribus ſuis Dominum deprecatur;alter ex principatu ejicitur,& tamen petitus à te exoraret,fatetur dicẽs: abſit à me hoc peccatum in Domino,quo minus ceſſẽ orare pro vobis.* Quę ſi ad beatiſſimũ tu adaptare velis Steph. mucn ex nullũ ſic apud Deũ ex ſãctis peterẽ,pro ipſũ verè lapidantibus interceſſiſſe, vnde pluſquam Moyſes,dum hic non pro verè, ſed pro ferè, ipſe autem diuus pro effectiuè lapidantibus in

6 Omnia inimicos diligere,ſuis nil bona ad impetrandum.

Numer. 17.n 4. Greg.

7 Moyſis & Samuelis oratio vtrũ cum Deo poſſit.

terceſſit. Hinc Moyſes venam aquæ populo, ſed ſanctus inclytus cœlum nobis aperuit; Moyſes aquam, Stephanus Paulum, ex quo diuina nobis fluenta; hinc Moyſes, vt aquam crueret ſtantem, non dominum, ſed Angelum vidit, Stephanus ipſum Angelorum Dominũ; Moyſes Angelum ſuprà petram, Stephanus Chriſtum in cœlo à dextris Dei, quia pluſquam Moyſes; plura dicerem, vtpotè in huius ſanctiſſimi natali die in hanc lucem editus anno Domini 1575. niſi ex ordine exire formidarem.

8 Beatus Stephanus pluſquam Moyſes, eiuſque interceſſio apud Deũ valentiſſima.

Et data eſt illis aqua de petra altiſſima, &c. Genebrardus in Pſal. 77. ex traditione Hebræorum tradit, hanc petram ab Raphidim per quatuor diſtaſſe milliaria in monte Horeb, & exinde effluxiſſe aquas in modum fluminis, qui per totos inſecutus ſit Hebræos annos quadraginta. quæ ſententia confirmari poteſt ex illo Pauli 1. ad Corinth. c. 10. n. 4. *Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra.* Hoc eſt flumine de petra exeunte; quod videtur etiam ſentire Amb. in Pſal. 38. ſuper illa verba: *in imagine pertranſit homo.* Explicans, quomodo antiqua vmbra fuerunt nouæ legis, *vmbra in petra,* ait, *quæ aquam fluxit, & populum ſequebatur, nonne illud in vmbra erat ſacroſanctũ huius myſterij ſacramentum? nonne vmbra erat aqua de petra, quaſi ſanguis ex Chriſto, quæ ſugientes ſe poſt eos ſequebatur, vt biberent, & non ſitirent, redimerentur, & non perirent.* Et licet eam non amplectatur Lorinus, & Salianus, tamen non refutant, immo Salianus non abſurdam eam dicit, ſicut nec ego, dummodo hoc defeciſſe flumen dicatur, vt infrà dicemus, quando propè iam promiſſionis terram, tunc & ſi vicini eius fontes, iterum ad eorum probationem in aqua defecit. Num. 20. vt diximus; etenim ſatis probabile hoc illud reddit, quod hic ait Sapiens, eductam ſcilicet aquam *de petra altiſſima.* Quæ res ſatis diuinam illuſtrat prouidentiam ab illo altiſſimo voluiſſe, vt ſcaturirent monte aquæ, qui talem poſitionem obtineret, vt ad omnes præuiſas manſiones in deſerto commodè diſcurrere poſſet, eo vel maximè, cum in deſertis illis nulla eſſet aqua, nec vſque ad annum quadrageſimum de aqua amplius hos contendentes inueninus, & confirmari poteſt ex Iſa. 48. n. 21. vbi eam dixiſſet Iſraëlitas non ſitiiſſe in deſerto, rationem reddens, ait *aquam de petra produxit eis.* Ideo ergo nũquã dũ in deſerto, ſitierũt, quia sẽper aqua de petra educta fluxit eis.

Genebr.

1. *Cor.* 10. n. 4.

Ambroſ.

9 Aqua quæ fluxit de petra ſumẽ effecit, quod ſemper per deſertum filius Iſraël eſt ſequutum.

Lorin. Salian.

Figmentum autem illud de vnica petra per deſertum circumlata, & (ſi Deo placet) in plauſtro, vt ibi ſcaturiret aqua, vbi manſionem fixerunt Iſraëlitæ, quod Cantacuz. placet, omnino tanquam ridiculum reijciendum, ſicut & omnes boni, & cordati reijciunt authores.

Cantacuz.

Et requies ſitis de lapide duro. Requies, hoc eſt remedium, & curatio ſitis, nam ſicut cibus eſt curatio famis, ſic aqua remedium ſitis; at quam largiter hoc Deus profudit: abundãtiſſimè quidem, ita vt flumen eſſet, & non ſolum homines, ſed animalia biberẽt, & exſatiarẽtur, ſic Dauid in Pſ. 77. n. 10. *interrupit petram in cremo, & adaquauit eos velut in abyſſo multa.* Vnde Rabini apud Genebr. in hoc Pſ. hanc aquam appellarunt, *Pele Ca tan,* hoc eſt *miraculum permanens,* & *Maim Hecmanin, aquas fideles, & ſtabiles.* Hoc eſt, vt ſup. diximus, ſemper permanentes,

Pſ. 77. n. 20.

A & currentes per annos quadrageinta affluenter, & ſuperabundanter, cum in dando ſemper liberaliſſimus, ac magnificentiſſimus ſit Deus, de qua re vide in 1. tom. hom. 15. & 140.

At penes durẽt ne vſque huc aquæ illæ? affirmat Abul. in c. 17. Exo. q. . dicens: *Iſte fons qui tunc de petra ſpeciali beneficio effluxit, vſque hodie effluere non ceſſauit, magnas aquas emittens, ita vt tota vallis irrigetur, & quæ antèà aquarum penuria habitata non fuerat, nunc tota aquarum cauſa inhabitatur; dicitúrque vallis Moyſis, quia ibi Moyſes percuſſit ſilicẽ, vt aquas emitteret.* Quod etiã confirmat in c. 20 Num. q. 3. & 4 librũ citans de ſitu terræ Sanctæ: at qui fieri potuit, vt nihil de hac re ſcripſerit Hier nec Philo, Ioſephus, Euſeb. vel Epiph. antiquiſſimi ſcriptores; B ergo deceptus Abul. ex illo lib. eo vel maximè, cũ vt ſup. diximus propè ingreſſũ terræ promiſſionis iam hæc defecerit aqua, quæ è rupe fluxit rupta & exciſa, vt inquit Dauid, Pſ. 77. n. 20. & clarè Iſaias, vbi ſup. *Non ſitierunt in deſerto cũ duceret eos, aquã de petra produxit eis, & ſciditpetrã, & fluxerunt aquæ.* Petræ durities fragili cædente ligno, in qua re, & Chriſti qui petra, & crucis, quæ virga, omnes cognoſcũt patres myſterium: *Quid igitur percuſſio petræ cum virga,* inquit Cyrill. lib. 8. ſuper Ioan. *niſi Chriſti Dom. Saluat. noſt. in cruce exaltatio, ex qua ſalutis noſtra ſacramẽta defluxerunt?* Pulchrè Theodoretus, omnia ſimul cõplectens, ſic ait: *Vetera nouarum rerũ erant figuræ, & lex Moyſis vmbra erat, corpus autẽ gratia ipſa; quia igitur Ægyptij Hebræos perſequebãtur, Hebræi vero rubro mari trãſacto ab amara Ægyptiorum ſeruitute liberati, typum baptiſmi habet mare, nubes vero Spir. San. Moyſes Chriſti ſeruatoris, crucis virga, diabolus Pharao, dæmones Ægyptij, Mãna diuina illius alimonia, aquæ è petra ſalutaris ſanguinis, petra Chriſti nomen adepta eſt, vtpote quæ Chriſti Dominj figuram gerebat.*

Abulenſ. 10 An aqua quæ è petra fluxit in deſerto vſque hoc, duret. *Numer.* c. 20.

Pſal. 77. n. 20. *Iſa. ſup.*

11 Petra percuſſa figura fuit Chriſti. *Cyrillus.*

Theodor.

Clarius Iſidorus apud Lippom. in Caten. *ea de ergo petra, ait, quæ percuſſa aquã euomit, Chriſti figuram habuit, quo aperto ſacramenta cuncta fluxerunt, ad quem velut virga lignum paſſionis acceſſit, vt emanaret credentibus gratiam, percuſſa enim petra fons emanauit, percuſſus in cruce Chriſtus ſitientibus lauacri gratiam, & donum* D *Spir. S. effudit.* Vide Bern. ſerm 61. in Cantica.

Iſidorus.

Bernard.

12 Quomodo aqua producta. *Philo.*

Vltimo à doctoribus quæritur, quomodo hæc aqua producta; an quæ intus latens foras ſcaturierit. an vero nouiter à Deo ex ipſa petra educta, parte eius in aquam conuerſa?

Philo ſic loquitur: *Moſes numine correptus, percuſſit rupem, qua ſeu vena præexiſtentis fontis opportuno ictu aperta, ſeu aquis tum primum eo corruentibus per occultos cuniculos, erumpentibuſque præ impetu, more fontis tantum profudit, quantum & ad ſitis remedium, & ad diuturnam aquæ ratione ſuffecit, tot millibus.* Ergo ſecũdũ Philonẽ aquæ aut ibi extabant à duritia prohibitæ mõris foras exire, aut ibi per ſecretos eductæ cuniculos.

Lorinus vtrũq; modũ probabilẽ æſtimat, præfert tamen alterũ, ſcilicet à Deo in inſtãti productæ, parte rupis in aquam conuerſa, quod videtur Ioſephum aſſimare, & planè illud affirmat Salianus; Caſtro vtramque proponit, ſicut & Abulenſ idem Lorin. & poſt illum idem etiã Salian. ſuã de cõuerſione petræ in aquam cõfirmãrauthorit. Nyſſen. in vita Moſ. Cyrilli Alex.

Lorin. Ioſephus. Salianus. Caſtro. Nyſſenus. Cyrillus.

Ambros. Maxim. lib. 4. in Ioan. c. 13. Ambros. de initiandis c. 9. Maximi Taurinens. hom. 1 in Epiphan. sed licet colligi ex his patribus aliqualiter illud possit, tamen nullus eam affirmat, cum si attentè legantur, conuersionem panis in corpus Christi Domini nostri, non ex similitudine miraculi, sed ex potentia probent; hoc dixerim, quia sic has, similésque superuacaneas indico quæstiones, vt omnino ab eis abstinendum æstimem, non inficias eo, vnusquisque suo sensu abundet, me iudice, laborem addunt, sed non scientiam, hoc alias multis confirmaui, quibus, & nunc sanctissimum addo Cyrillum vbi sup. Iudæos reprehendens, dum dictum Christi de sui corporis esu non intelligentes: *Litigabant ad inuicem dicentes, quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* vbi Cyrillus, *Iudaicum enim hoc verbum est, & extremi supplicij causa, ideo Nicodemus etiam quòm diceret, quomodo hæc fieri possunt? merito audiuit, tu es Magister in Israël, & hæc ignoras? aliorum ergo vt diximus culpa perdocti, cum Deus operetur, non quæramus quomodo, sed operis sui viam, atque scientiam illi soli concedamus.* Nil consultius, & Catholico nil dignius viro: nam vt ipse rectè ait: *qui sapientia, virtute, & deitate excellit, quomodo non operabitur ita miraculosè, vt operum suorum ratio mentem nostram effugiat?* Egregiè, artifices enim nouarum rerum inuentores, sic noua recondunt instrumenta ab illis inuenta ad illas efficiendas, vt mortem præferant eorum deductioni, hinc secreto semper laborant, & condunt, ea solummodo intentione, vt re foras prorumpente factum aspiciant, modum tamen omnino ignorent, & miraculum dicant, quia modum nesciunt, hoc sibi putant gloriosum, hoc & operi magnificum; si ergo sic homines operantur ad se, suáque prospicienda, cur Deo idem non dabimus? videntes enim, aut audientes ab artificibus fabricata, possibilia dicimus, quia ab ipsis similia facta videmus, vt egregiè Cyrillus, nullam aliam inuestigantes rationem; ergo cur non sic cum Deo nos habebimus? *Nonne vides*, ait Cyrillus, *quid sæpè numero mechanici faciunt, incredibilia videntur nobis nonnunquam enarrare, sed tamen quia similia ipsos fecisse vidimus, posse peragi ab ipsis facile credimus.* Vnde merito sequens ait: *quomodo igitur summis cruciatibus digni non erunt, qui rerum omnium opificem Deum ita contemnunt, vt quomodo in operibus suis dicere audeant, quem totius sapientiæ largitorem esse non ignorant, quem omnia posse scriptura nos docuit?* Sed ad rem: miraculosè affirmandum siue hoc, siue illo modo eductam fuisse aquam, dummodo rupem in aquam conuersam non dicatur, per quadraginta enim hæc aqua defluxit annos, vt vidimus, & hoc ipsimet affirmant doctores, sic defluxit, vt flumen, &, vt sic dicam, abyssum efficeret aquarum: ergo naturaliter, aut statim necesse erat, vt tota illa rupes in aquam conuerteretur, aut, vt miraculosè à Deo suppleretur, nouiter eam creando, vtrumque incommodè asseritur; ideoque aptius Deo relinquendus modus, solummodo asserendum illam fuisse optimam, qualem summum decebat datorem, vt elegàter Iosephus lib. 3. antiquit. c. 1. in fine: *Fecit Moyses coram senioribus*, ait, *ita*, scilicet vt Deus ei iusserat) *& è vestigio petra de hiscente, aquam euomit copiosissimam, simul ac limpidissimam; illi vero inopinato spectaculo attoniti, vel aspectu ipso recreabantur, moxque magna cum voluptate bibebant, quod esset dulcis, & qualem diminutus datam esse conueniebat.*

Cyrillus. *Iosephus.*

13 Superuacaneæ quæstiones omnino reiiciendæ.

14 Dei opera credenda non inuestiganda.

15 Pulchra huius rei ratio.

Idem Cyrill.

Vltimo tandem vnum hic expendam, & ad debilium quidem consolationem satis ad rem, eorum nempè, qui laboris impatientes, & si Deū sequantur, tamen conqueruntur, & querimoniis orationem perfundunt, ne animo angi nimis velint, cum eorum optimè Deus callens debilitatem; seu in virtute puritiam non ob illis irritatur, non irascitur, cum differens prorsus perfectorū, ac incipiētiū sit oratio; illa vti viros decet solida absque strepitu, rationibus, nō clamoribus perficitur, hæc autem incipiētium, népè vti puerorum, & infantium lachrymis, querimoniis exhibetur; vnde sicut primis Deus vti pater se habet, sic secundis vti mater, in nullo puerorum lachrymis, clamoribūsque grauata, hinc vtrique gratiam extorquēt, rationibus vni, clamoribus alteri, quærit namque Cyrill. Hierosol. in Ioan. lib. 3. c. 34. quare Deus non prius panem populo præbuerit, quàm famescceret, & similiter quare de fame conquestos non puniuit, quæ duo & in præsenti etiam aptari miraculo æquè possunt, non prius aquam præstitit, quam populus sitiret, & de iurgio non eum molestauit: *Quæret quispiam*, ait Cyrillus, *cuius rei gratia misericors Deus, non prius quam peterent, illis prouidit, sed cum famescentes videret, tardus ad patrocinium fuit? aut quare sic conquestos non puniit: quos tamen postea, quando similiter ægrotantes, panes, carnes, aliósque cibos Ægyptios desiderabant, supplicio persecutus est.*

16 Oratio incipientium & si clamoribus plena, & querimonialis, Deo accepta, & cur.

Cyrillus.

Ad primum igitur, respondet, *dicimus, cōueniētèr petitionē, clamorémque illorū expectatū fuisse, tunc enim gratissimum solet videri beneficium, quādo magno ardore petitur, & imminente periculo necessario expectatur, aliter animus hominis magnitudinē beneficii non cognoscit; sed non petitionē illā clamorē potius, murmurationémq. atque iurgia fuisse contendes; verum modesta per orationem petitio perfectorū est, cui exæquatur imbecillium, atq; infirmiorū obiurgatio, & murmuratio, nec molestè vllo modo saluator tulit; nā quēadmodū pleratu necessaria sibi alimenta infantes flagitant, & hoc modo mater ad fouendos filios prouocatur: sic querulus obiurgationisque plenus clamor ad Deum petitionis, si infirmis adhuc, & infantibus in habitu virtutis sit, locum retinet.* Nil melius, non percussit, quia in virtute nouitij, quia recenter nati, quia talium est sic petere; è contra vero, quando iam adulti carnes cōcupierunt plorantes, nam tūc manna gustato diuino, & iam ipsi grandæui, nec illa petere, nec sic petere debuerant: *Quod autem*, ait Cyrillus, *quamuis terrenis viderit cupiditatibus superatos, non puniuit tamen statim in initio: hæc vt mihi quidem videtur causa est; nam quoniam nuper ab Ægypto effugerant, panémque cœlestem, qui cor hominis corroborat nondum receperant, facilius poterant in cupiditatem carnis incidere, propterea, vt venia digni visi sunt, postea verò quā Domino fruebātur, vt scribitur, tunc inter quoniā corporalia spiritualib. præposuerāt acerba dederunt supplicia, & ad supplicia insignem calamitatis memoriam reliquerunt.* Non desponeat ergo animū in virtute nouitius, si querimonias spargat, si desyderia sustineat illicita, naturæ

17 Deus citò non exaudit preces.

18 Deus imperfectionum imperfectorum miseretur.

19 Non sic perfectorū qui ad perfectionem tendunt.

ordo illud expoſuit, ob hoc author ipſe naturæ non indignatur, eius miſerans, fragilitatis compatiens, timeat vero, qui iam vir, & in religione grandæuus, pœnas deſideriorum licet carnalium, non ſolum actionum, quia non ſolum agere, ſed nec deſiderare debuit; ideóque merito cum illo indignatus Deus acerba infert, ſupplicia confert, non ſecus ac iſtis, quando iam grandæui, quæ non debuerant concupierunt.

Quæquidem moralitates ex ipſa littera erui ex hoc hemiſtichio poterant, iam vt ſupra diximus in primo latè diſcuſſas, alias, quæ quaſi digreſſiones, & ex longo petito curſu conſulto dimittimus; nam ex ipſa littera (quod ſemel dictum ſufficiat) ſeu ex ipſius medullitio ſuprà literalis ſenſus baſim moralem figere, & erigere curamus, cætera aliis, & forteſſe eruditioribus relinquimus.

Num. 5. *Per quæ enim pœnas paſſi ſunt inimici illorum, à defectione potus ſui, & in eis cum abundarent filij Iſraël lætati ſunt.*

Num. 6. *Per hæc cum illis deeſſent, bene cum illis actum eſt.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

ENarrato beneficio collationis aquæ populo ſitienti miraculosè de petra fluentis, vt amplius eius pateat magnitudo, illud cum pœna confert Aegyptiis collata, dum pariter ſitirent, iſtis, vtpotè inimicis præbente Deo pro aqua ſanguinem, illis vero aquam limpidiſſimam, vt quàm differens iſtorum, iniquorúmque ſit etiam in hac vita ſors, clarè pateat, dum ſitientibus illis, ſanguis, iſtis vero aqua exhibetur, illis, remedium, nouum tormentum, iſtis nouum refrigerium, ſed de hac re infrà.

Per quæ, &c. In Græcis codicibus hæc tantum leguntur verba: *per quæ enim cruciati ſunt inimici illorum, per hæc ipſi indigentes, beneficium acceperunt*, vulgatus autem explicationis gratia illa addidit, ſcilicet *à defectione potus ſui, & in eis cum abundarent filij Iſraël lætati ſunt.* Explicuit enim per quæ cruciati ſunt Aegyptij, per defectionem nempè potus, quo abundabant filij Iſraël, dũ in deſerto ſitirent, immo & etiam dum in Aegypto: vnde vulgatus tadem efficit ſenſum, per illa per quæ inimici Aegyptij puniti ſunt, cum defecit illis potus, & filii Iſraël cum aquis abundarent lætabantur; per hæc ipſa cum inopia aquæ in deſerto laborarẽt, accepto aquæ beneficio ſuam ſitim ſedauerunt, vnde bene cũ illis actum eſt. Antitheſi vtens, potum potui opponens, potum nempè Aegyptiorum potui filiorum Iſraël, illis ſanguis, iſtis aqua vtriſque ſitientibus.

1 Ægyptiis ſitientibus Deus ſanguinem, Hebræis aquá dedit.

Caſtro.

Cum abundarent, &c. Caſtro vult, vt hic intelligantur aquæ in deſerto, populo exhibitæ, & non quibus abundabat in Aegypto, Aegyptiis ſanguinem bibentibus, vt infrà: ſed melior cõmunis ſententia omnium expoſitorum aquas intelligentium Aegypti, quibus abundabant filij Iſraël, ſiti pereuntibus Aegyptiis, nam de aquis in deſerto exhibitis poſteriori affirmat verſu dum ait, *Per hæc* ſcilicet aquas, *cum illis deeſſent, bene cum illis actum eſt.*

Ex dictis ergo, vt amplius aquarum beneficiũ populo exhibitum omnibus, & ſingulis pateat, aptiſſimè noſter ſapiens ſitienti Aegypto quales illis Deus contulerit aquas exponit, quales vero Iſraëlitis, tum in Aegypto, tum in deſerto, vnde ait: *Per quæ, &c.*

Num. 7. *Nam pro fonte quidem ſempiterni fluminis, humanum ſanguinem dediſti iniuſtis.*

Num. 8. *Qui cum minuerentur in traductione infantium occiſorum, dediſti illis abundantem aquam inſperatè.*

Num. 9. *Oſtendens per ſitim, qua tunc fuit quemadmodum tuos exaltares, & aduerſarios illorum necares.*

Commentum litteræ.

Connex. Capitis.

SAnguinis hic explicat plagã, qua Aegyptios Deus in pœnam ſuffocatorum inflixit infantium, cuius quæſtiones antequam attingamus, breuiter verborum ſenſus prius explicandus.

Bonauent. Lyran. Carthuſ.

Pro fonte quidem ſempiterni, &c. Græc. *Perennis, ac ſemper fluentis.* Bonauent. Lyran. Carth. vnum facientes Nilũ cum Geon à paradiſo fluẽte, ſempiternum illum dictum affirmant, quaſi ab initio mundi emanantem: è contra moderni nil aliud ſignificate affirmant quam aquarum decurrentium perennitatem, diuerſum affirmantes eſſe Geon à Nilo, vt contra cõmunem antiquorum probat Pererius lib. 3. in Gen. q. 3. Eugubinum ſecutus in Coſmopæia, n. 113. 114.

Pererius. Eugubin.

1 Geon an diuerſus à Nilo.

At quidquid ſit de hoc, de quo modo non diſputamus, vnde nec noſtram proferimus ſententiam, ſolum dicam Pererij rationes non ita cõcludentes eſſe, vt à communi antiqua quis recedere tentcatur, videndus eſt Abulenſ. in c. 13. Gen. q. 183. Vnum tamen obiter addam de origine Nili, ac proinde eius in æſtate inundationis, res quæ tantopere antiquos torſit Philoſophos, vt variè diſperſi propè vana dixerint, vt hinc ſemel noſtram diſcentes inſipientiam, in affirmatione, aut opinionum negatione pertinaces ne ſimus, in iis maximè, quæ ab abſoluta Dei pendent potentia, vt ſæpè aliàs diximus.

2 Modestè opiniones affirmandæ, aut negandæ.

Hoc enim tempore nil euidentius, quam Nili origo, primordia eius ex ampliſſimis paludibus propè montes Lunæ, non procul à celebri promontorio Bonæ ſpei, in quibus cum iiſdem prorſus æſtatis menſibus ingentes cadunt pluuiæ, hinc Nili in æſtate inundatio in tota Aegypti terra, quæ plana vt affirmant Ethiopiæ Pretioſi Ioannis, ſeu, vt corruptæ à vulgo *Preſte-Gioanan* exploratores.

3 Nili Origo.

4 Opiniones antiquorũ de Nili inundatione falſæ.

Ariſt. Seneca.

At videamus, quid antiqui Authores? Ariſt. in lib de inundatione Nili inter eius parua naturalia, originẽ eius facit à principio maris rubri: Seneca lib. 5. de natural. quæſtion. idem & principium quod cæteris dat, nẽpè humiditatem terræ ſub eius ſuperficie, quæ in vnum congregata lacũ parturit, ex quibus flumina: nonne rides? At quid de eius inundatione in æſtate? Thales Mileſius eam tribuit ventis in æſtate concurrẽtibus, aquam in vnam, alterámque partem cientibus, ſic refert Ariſt. vbi ſup. Diogen. quia ad inſtar aliquorũ puteorum, qui ſic æſtate replẽtur aqua, & in hieme ſiccãtur, ſic Nilus. Eſiobolus, quia niues in æſtate reſoluebantur, quam communem omnium antiquorum fuiſſe opinionem affirmat Senec. lib. 4. c. 2. ſed in Aethiopia vbi niues? Ariſt. tandem, quia in alueo fluminis ſunt fõtes latentes, qui in hyeme clauſi ſunt, in æſtate autem aperiuntur, faciuntque flumen intumeſcere, ſed hoc eſt diuinare, &

Thales Miles. Idem Ariſt. Diogen. Eſiobulus.

Digitized by Google

ex ſententia dicere. At ex noſtris etiam quàm variè ſcripſerunt, videndus eſt Abulenſ. in cap. 26. Geneſ. quæſt. 2. qui deceptiones horum ignorantiæ principij, ſeu originis tribuit fluuij, quam etiam ipſe tunc ignorans, ſicut & cæteri ſimiliter errat, inundationis cauſam aſſignans, virtutem naturalem Nilo communicatam immediatè poſt paradiſi fontis pullulationem. Ea quàm variè antiqui, & quidem celebres opinati omnes pro viribus ſuam rationibus fulcientes opinionem, quilibet ſuos obtinens diſcipulos, ac propugnatores, falſa tamen teſte experientia locuti; quis ergo audax deinceps in affirmandis, aut opinionibus negandis; cordate ergo ſenex ille cui Damaſceni cura mandata, vt in eius vita, primum ei conſtituit præceptum: *Ne doctrinæ amplitudine gloriaretur, atque in his quæ perceperat, totum ſe percepiſſe arbitraretur, ne in animam vnquam induceret ſibi ipſi confidere, aut in ea opinione verſari, vt ſe eruditionem omni errore, ac lapſus periculo vacuam tenere exiſtimaret, quoadusque ex corporis vinculis eximeretur.* Sapienter: ſed ad rem.

5 Sapientibus omnibus vtitur Damaſceni præceptoris conſilium.

Pro fonte ergo Nilus intelligitur, qui ſempiternus, quia ſemper fluit, qui tandem, vt Deus colebatur ab Aegyptiis, deitatem ei attribuentibus ea ratione, quia ſui incrementis, vel decrementis futura mala ſignificabat, *biennio continuo*, ait Senec. lib. 4. quæſtionum naturæ cap. 2. *regnante Cleopatra, non aſcendiſſe diuino regni anno, & vndecimo conſtat, ſignificatam aiunt duobus rerum potentibus defectionem, Antonij enim Cleopatræque defecit imperium.* Simile quid accidiſſe dum bellum Pharſalicum inter Cæſarem, & Pompeium, aliqui etiam affirmant, teſte Abulenſ. in c. 26. Geneſ. qu. 5. hinc miſeri decepti eum colebant, quod quidem non mirum, & ipſi aquam velut rerum omnium primam, & principium adorabant, ob quod à Philone lib. 1. de vita Moſis dicuntur à Deo per aquam puniti, Athanaſ. etiam orat. contra Idola, & lib. de Incarnat. refert, Aegyptios cum inferretur vas aquæ in templum, religionis cauſa genibus flexis, & ſublatis ad ſidera manibus gratias egiſſe; quod quidem bene factum, ſi in illa non ſiſtentes ad ſummum aſpexiſſent creatorem, cum reuera ingentia illis ex ea oriebantur commoda, vt de ipſo Nilo affirmat Seneca, vbi ſup. vbi ſic:

6 Nilo deitas attributa & cur antiquitus.

Seneca.

Abulenſ.

7 Aqua vt Deus adorata ab Ægyptiis

Philo.

Athanaſ.

Hunc nobiliſſimum amnem natura extulit ante humani generis oculos, & ita diſpoſuit, vt eo tempore inundaret Aegyptum, quo maxim è ſiti a feruoribus terra vndam altius traheret, tantum hauſura, quantum ſiccitati annua ſufficere poſſit: vna vt ſcis Aegyptus in hoc ſpem ſuam habet, proinde aut ſterilis annus eſt, aut fertilis, prout ille magnus influxit, aut parcior, nemo aratorum aſpicit cœlum: & infrà: *is arenoſo, & ſitienti ſolo, & aquam inducit, & arenam, nam cum turbulentus fluat, omnem in ſiccis, atque hiantibus locis faccem relinquit, & quidquid pingue ſecum tulit, arentibus locis allinit, inuâtque agros duabus ex cauſis, & quod incendat, & quod oblimet, mira natura fluminis, quod cum cæteri omnes abluant terram, & euiſcerent Nilus tantum cæteris maior, adeo nihil excedit, nec abradit, vt contra adyciat vires, minimúmque in eo ſit quod ſolum temperet, illato enim limo arenas ſaturat, ac imgit, debetque illi Aegyptus, non tantum fertilitatem terrarum, ſed ipſas.*

8 Nili emolumenta in Ægyptios

Humanum ſanguinem, &c. Græc. *Sanguine cruento, vel ſanioſo turbati.* Aegyptij nempè, an verus ſanguis, an apparens, infrà dicemus, optimè adnotat Lorinus verbum Græcum ſanguinem ſignificare puluerulentum, qualem in agone & certamine, quod ineunt homines; certabat enim Deus pro ſuis, hinc cum mortale futurum bellum, ideo rectè à ſanguine exorſum. *Lorinus.*

Qui cum minuerentur, &c. Niſi textus obſtaret Græcus, ſine dubio cum Latinis veruſtioribus ego hunc intelligerem locum de Hebræis, & non de Aegyptiis, qui cum traductione infantium in flumen minuerentur, aquis poſteà limpidiſſimis à Deo recreati ſunt: at textus Græcus clarè de Aegyptiis illud intelligit, vnde ſic legit: *Proquidem fonte perenni fluminis ſanguine cruento perturbati in correptionem infantici dabis precepti dediſti illis abundantem aquam inſperato.* Ergo cauſam reddit ſapiens aquarum in ſanguinem conuerſionis, infantium ſcilicet in aquis ſuffocationem, per quam conuerſionem cum Aegyptij minuerentur, ob multorum mortem, vt infrà, Hebræi è contra lætati ſunt à copiis aquarum, quas ſuprà dixerat, ſic hunc intelligunt locum, Vatab. Ianſen. Clarius, Oſorius, Lorinus, & Caſtro.

Oſtendens per ſitim, qua tunc fuit, &c. Eſt veluti concluſio dictorum antecedentium, ſitierunt Aegyptij; ſitierunt Hebræi, iſti conceſſis aquis limpidiſſimis exaltari, illi ſanguine ſanioſo necati, hic per ſitim oſtendit Deus, quomodo ſuos exaltaret, & aduerſarios necaret. *Vatab. Ianſen. Clarius. Oſorius. Lorinus. Caſtro.*

At antequam quæſtiones, quæ circa hanc ſanguinis plagam à doctoribus fiunt, enodemus, non abs re erit primum quærere, cur Deus ſanctiſſimus, qui Moyſen ad Pharaonem miſit, vt populum ſuum dimitteret, dans ei prodigia, & ſigna, vt cor eius emolliret, permiſit tamen, vt ſimilia eius Magi facerent, vt patet de virgis in dracones conuerſis, & de hac plaga ſanguinis, dicente ſcriptura, Exod. 7. n. 11. *Vocauit autem Pharao ſapientes maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Aegyptiacas, & arcana quædam ſimiliter.* Duo enim prima facie inconuenientia apparent: primum Moyſis prodigia per illa obſcurari: ſecundum illa, inſtrumenta fuiſſe ad cor Pharaonis obdurandum; cur ergo cum emollire eum Deus per miracula intentabat, illa operari à magis permittebat, quæ illud magis obdurabant?

9 Cur Deus permiſit Magos miracula operari, & ſi falſa. *Exod.* 17. nn. 11.

Chryſoſt.

Ad hanc quæſtionem primo reſpondet Chryſoſt. hom. 46. in Acta, hoc ideo Deum effeciſſe, vt ne Magus Moyſes haberetur, dum Magi contra ipſum inſurgebant: *Non doleamus*, ait, *quod multæ ſint ſectæ, & multo Pſeudo-Chriſti veritatem obſcurare conantes, ſed illa magis fulget, manifeſtaque ſit vbique; hoc etiam tempore Prophetarum euenit, fuerunt enim tunc plures Pſeudoprophetæ, verum ex illorum comparatione veri Prophetæ illuſtriores fuerunt; etenim morbus ſanitatem magis demonſtrat, & tenebræ lucem, & tempeſtas tranquillitatem; non poſſunt dicere Græci, quod Prophetæ, & Apoſtoli, impoſtores, & Magi fuerint, cum iſtud genus hominum maximè contrarium illis fuerit, & ab illis confutatum, & redargutum, hoc etiam Moyſi cõtigit, permiſit Dominus aliquid Magis contra Moyſen, ne Magus putaretur eſſe Moyſes, permiſit Magorũ exemplo diſcere omnes, quãtũ ars magica imponat ſenibus, ſed nõ permiſit*

vitra egrogredi, ne ab illis deciperentur homines, sed ipsimet se victos esse à Moyse confessi sunt: nil nobis nocent impostores, sed meliores potius reddunt, si quis recta consideret. Hoc vltimum adnotandum, rectè, & penitius consideranti, non nocet, sed iuuat hæreticus: de me fateor, nunquam firmius veritati hæreo Catholicæ, quàm, post doctrinam examinatam hæreticam, nunquam sic illustris, ac emicans illa mihi apparet quàm post tenebras excussas illas infernales; audeo dicere, si Ecclesiam veram aliundè non scirem, si fides eam mihi non ostenderet, lumine ductus tantum naturali, collatis hæreticis, cum Catholicis dogmatibus, & rationibus, illa esse falsa, hæc vera, cognoscerem, ita, vt verissimum sit, quod sanctus ait Chrysost. impostores nobis non nocere, sed meliores efficere.

10 Hæreses esse, vt Catholicæ Eccles. salubertimũ.

Secundo ad quæstionem proprius mea sententia respondet Theodoretus quæst. 18. in Exod. hoc ideo Deum permisisse, tum, vt ex modo efficiendi miracula amplius vera esse quæ Moyses patefaceret, dum & si aquas in sanguinem vertere potuerunt Magi, tamen sanguinem posteà in aquam reducere non valuerunt, tum ad iustam Pharaonis punitionem, dũ motosus dimittere populum, vt Deo repugnaret, vt iustam repugnantiæ excusationem prætexeret, ipse accersiuit Magos, vt similia facerẽt, ergo ipse ex se damnum sibi acquisiuit, & ansam deceptionis dedit, non eam illi Deus intulit, sua ergo culpa deceptus, & merito: vnde sic Theodoretus: *Deus concessit tunc incantatoribus, vt quædam facerẽt similia eorum quæ faciebat Moyses, quo magis vtrorumque discrimen patefaceret, mutabant illi quidem virgas in serpentes, sed virga Moysi virgas illorum deuorabat: mutabant illi aquam in sanguinem, sed sanguinem in priorem aquæ naturam reducere non poterant: produxerũt illi ranas, sed molestias, & incommoda ranarum Ægyptijs auferre non poterant, sicut fecit Moyses: concessit itaque Deus incantatoribus huiusmodi facere, vt etiam per ipsos castigaret Ægyptios, non tamen concessit illis vt illatam vltionem, & calamitatem auferre possent; nam dum à Deo puniretur Rex Ægyptiorum, non fuit Deus contentus plagis per Moysen illatis, sed insuper præcepit incantatoribus vltionem augere, quasi diceret Regi, quia puniri te delectat, tuorum etiam seruorum opera te castigabo, & grauius plectam: sed cum videret Regem ob id vehementius indurari, Magorum illorum facultatem cohibuit, vt qui maiora animalia, vt sunt rana, antea produxerant, crabronem minutulum producere non possent. sed plagam illam esse digitum Dei confiterentur.* In qua sententia illud adnotandum, tunc Deum potestatem cohibuisse Magorum, quando ex illa indurationc vehementius Rex excrescebat, vt excusationem penitus eriperet, qua ex similitudine prodigiorum Deo non obediendum captabat. At nunquid & si Magi digitum illum esse Dei proclamassent conuersus est, & obediuit Pharao? nil minus, immo amplius obduratus. Attende, Pharaoni ex parte Dei dixit Moyses, vt populum dimitteret, durus ad dimissionem ex emolumento, eum nolebat dimittere, prætendit excusationes, vt videretur non ex pertinacia, sed ex iustitia, & rationabiliter se non obedire, primo negauit se scire Dominum: *nescio Dominum, & Israelem non dimittam.* Exod. 5. n. 2. & cum iterum Moyses perseueraret, signa petiit, *ostendite signa*, ibi. c. 7. n. 9 ostenderunt signa, quibus ostensis, cum ordo postularet, vt statim crederet, & obediret ex voluntate retinendi populũ non ad obedientiam, sed iterum ad iustam protegendi causam renitentiæ se conuertens, Magos vocauit, vt similia facerent, *vocauit autem Pharao sapientes* maleficos ibi n. 11. ex eo ergo quod isti similia, ac Moyses ostentarent, dignam putabat se excusationem habere, quapropter seipsum decipiens, ipsimet videbatur rationabiliter non obedire; at obediuit posteà, quando apertè Magi fassi illum Dei esse digitum? nil minus: *& dixerunt malefici ad Pharaonem, digitus Dei est hic, indurataque est cor Pharaonis.* Ibi. c. 8. n. 19. ergo licet ipsimet malefici illud ei declararent, licet Deus, vt inquit Theodoretus, omnem illi præscindẽs obdurationis excusationem potestatem maleficis abstuliisset, tamen non credidit, quia noluit credere; ad exemplum hoc profectò eorum, qui ad peccandum excusationes adhibent, peccabunt posteà apertè sine excusatione, & illorum, qui à sua decepti sensualitate, doctrinas inquirunt peregrinas, vt tuta conscientia malum perpetrare possint, & vt malum, malum non sit, peccatum, non peccatum, peccabunt posteà apertè scientes se peccare, & in pœnam affectatæ dissimulationis, siue ignorantiæ, obdurabit Deus eorum corda, qui ad falsas indagandas excusationes obduratam habuerunt voluntatem; in pœnã ergo peccati Pharaonis, eiúsque protertiæ, dum Moysi visis signis noluit credere, permisit Deus, vt Magi similia facerẽt, nec culpa in alium, nisi ipsum refundenda merito deceptus decipi voluit.

Ibi. c. 7. num. 9.

Ibi. n. 11.

11 Pharao, vnde obstinatus.

Ibi. c. 8. n. 19.

12 Opiniones falsæ, & errores vnde originẽ ducant.

13 Induratio cordis vnde.

Theodor.

Exod. 5. n. 2.

Disputatio quinta, generalisque de plagis Ægyptiorum in communi.

AT quia in sequentibus pluries de his plagis sermo redibit, conducet etiam breuissimè simul aliquas generatim de illis resoluere quæstiones, ad earum intelligentiam satis conducentes.

Prima sit de loco in quo illæ factæ, an scilicet in tota Ægypto, an vero tantum in vrbe regia? ansam huic quæstioni dedit Dauid Ps. 77. n. 12. vbi affirmat factas in campo Taneos: *coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos*, & infr. n. 43. *& prodigia sua in cãpo Taneos* & Ps. 04. n. 27. *posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.* Ex quibus omnibus locis videtur, non in tota Ægypti terra, sed in aliqua tantum insinuare parte effecta.

Psal. 77. num. 12.

14 Plagæ an in tota fuerint Ægypto.

At omnes simul authores à quibus nefas recedere, consentiunt has plagas in tota fuisse Ægypto, & ad loca facilis est respõsio. Ad primũ, *Taneos* vrbem fuisse regiam, vt patet ex Isai. 19. & 30. & sic primo in ea, eiúsque campis plagas apparuisse, deinde per totam extensas Ægyptũ, sic Rabi Salomon, & ex nostris omnes ferè recentiores; ad secundum autem Ægyptũ vocatã Chã, quia primus, qui eã tenuit, & post diuiniũ habitauit, fuit Mesraim filius Cham; quapropter affirmat Perer. in Exod. ca. 7 disputatione 12 Heb. ipsam Ægyptũ appellare *Mesraim*, ex quo loco potius recentiorum, & omnium confirmatur sententia; nã si Chã Aegyptus, & prodigia in terra Cham indefinite, ergo in tota terra.

Isa. 19. 30.

Perer. int.

15. Quo mũdi tempore Ægyptiacæ plagæ acciderint.

Secunda quæstio à Doctoribus proposita est de tempore, non de eo quo durauerunt; sed in quo inciderunt, quo mundi anno, qua Moysis ætate, quantis post diluuium, quantis ante Romam conditam, bellúmque Troianũ, ac primum Olympiadem, si tempore diluuij Deucalionis, an Ogygis. In quibus rebus ita sunt varij Doctores, vt me iudice in re supernacanea operam & oleum perdiderint. Quid enim incertius pronũtiari potest, quàm quæstionis de tempore definitio, prope mille annis cõputum Hebræorum à Septuaginta differt, in qua re aut concilianda, aut indaganda sic diuisi sunt Authores, vt dicat Baronius in notis in Martyrologio, die vigesima quarta Decembris, *tot sententias esse, quot capita*; vnde ergo vera definitio, aut aliquid pronuntiari B potest certum? Prudentissimè, immo & cordatè Tertul. in Apolog. c. 19. & si ad rem tunc multum contra gentes faceret Mosem omniũ antiquissimum probare, ab illa se abstiner, quia enorme, & si illi non difficile; *Si quem audistis*, ait, *interim Moysen, Argino Inachopar est ætate, quadringentis penè annis, (nam & septem minus) Danaum, & ipsum apud vos vetustissimũ præuenit, mille circiter cladem Priamiam recedat, possem etiam dicere quingentis amplius, & Homerum habens quos sequar, cæteri quoque Prophetæ, & si Moysi posthumant, extremissimi tamen eorum retrociores deprehenduntur primoribus vestris sapientibus, & legiferis, & historicis.* Post quæ sic addens sequitur: *Hæc quibus ordinibus probari possint, non tam difficile est nobis exponere, quàm enorme*: hoc est extra normã, & humanum posse, cuius rationem reddens subdit; *Multis instrumentis cum digitorum supputatoriis gesticulis assidendum est, reseranda antiquissimarum etiam gentium archiua, Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum; aduocandi etiam municipes, per quos notitia subministrata est, aliqui Manchron, Ægyptius, & Berosus Chaldæus, sed & Hieronymus Phœnix, Tyri Rex, sellateréque eorum Mondesius Ptolomæus, & Menander Ephesius, & Demetrius Phalareus, & Rex Iuba, & Appion. & Thallus, & qui istos aut probat, & reuincit Iosephus Iudæus antiquitatum Iudaicarum vernaculus vindex, Græcorum etiã censuales conferendi, & qua quando sint gesta, vt concatenationes temporum aperiantur, per quæ luceant annalium numeri, peregrinandum est in historias, & literas orbis.* En quanta, & qualia ad vnam tantum probandam Tertul. requirebat veritatem antiquam, vt si res expendatur, non vnam, sed plures hominum requirebat ætates, vt prope ad miraculum sit quod hodie videmus homines alibi distractos, sic faciliter de Chronologia temporum, & actionum differere, componere, immo & determinare, vt non minus laborarent si filum, aut lanam texerent, siue nerent, vnde illa derelicta tertiam accedamus, quæ proprius ad rem.

16. Chronologia res difficillima, & penitus incerta.

17. Probare aliquid ex ea res enormis hoc est extra normã, & humanũ posse.

Tertul.

18. Quanto tẽpore plagæ duratint Ægyptiacæ.

Suidas. Codom. Abul. Adricomius. Perer. Cornel. Genebr. Caset. Carthus. Serrar.

Tertia quæstio de tempore est durationis, quanto scilicet hæ plagæ durauerunt, Suidas verbo plagæ arbitratur quadraginta duraſſe diebus, Codomanus, Abulens. Adricomius, Perer. in c. 7. Exod. disput 12. n. 69. Cornelius in vnum ferè mensem, Genebrar. in Psal. 104. Hebræos secutus, Caietanus in c. 9. Exod. Carthus. in dicto c. art. 17. Serrarius lib. 1. in Iosue c. 4. quæst. 1. Commester c. 19. in Exod. & Saltanus ad annum mundi 2543. n 17. quibus assentior, per annum dicunt duraſſe.

Commester. Salian.

Rationes autem, & Saliani coniecturæ satis hoc confirmant: prima ex multitudine equitum, & hominum Pharaonis exercitum, si omnes equi per plagas mortui, si inhniti propemodum homines vlcerati, quomodo tam citò sani, & cum curribus ad insequendum prompti? secunda, quomodo ranis vno die Ægyptios molestatos, vno die ipsæ congregatæ in immensos aggeres, vno etiam die computruisse? Tertia dura videtur, vt vno etiam die dicantur locustæ ita deuoraſſe omnia, vt nihil omnino virens in Ægypto relinqueretur.

Quarta quæstio est, quibus Angelis Deus vsus ad has plagas inferendas, bonisne, an malis, Genebrard. in Psal. 77. n. 43. super illa verba, *Misit in eos iram indignationis sue, indignationem, & iram, immissiones per Angelos malos*, sentit per malos inflictas, cum illo sunt Hebræi, dum addũt, *quæ in tenebris immittuntur mala, rectè demandantur malignis spiritibus, quoniam ipsi sunt spiritus tenebrarum, hinc aliquo in Psalmo scriptum, in ea nocte reptat omnis bestia syluestris.* Consentit Liranus, & Abulẽs. in c. 12. Exod. quæst. 48. Rupertus etiam lib 2. c 3. & ib. vbi sic: *Quamuis dicatur Dominus Ægyptios percutere, non tamen per se ipsum percutit, sed percussori scilicet Angelo malo potestatem tribuit percutiendi.* Hieronym. etiam videtur hoc sentire in c. 24. Isaiæ relatus à Saliano ad annum mundi 2544. n. 127. quem tamen ibi conuenire non potui, est etiam Aug. in locum Psalmi vbi suprà.

19. Quibus Angelis Deus vsus ad plagas inferendas.

Genebra. in Psalm. 77. n. 49.

20. Prima sententia malos fuisse.

Liran. Abul. Rupert. Hieron. Aug.

Facile huic subscriberem sententiæ, nisi magnitudo, & miraculorum maiestas, quæ in his inferendis interuenit plagis, ab illa me retraheret, nescio quid improperij continet, pessimis talem concedere authoritatem; eo vel maximè cum certissimum sit Deum sæpè per bonos Angelos hominem punire, vt planè sentit August. vbi sup. & inficiari non potest clarè hoc ex Scriptura constante 1. Paralip. c. 21. in Angelo percutiente Dei mandato Hierusalem, quod etiam patet in Sodomitis, in eiectione Adami è Paradiso, in Assyriis occisis, in Herode percusso, & alibi sæpe in Scriptura.

Improbatur.

1. Paral. c. 21.

Neque Psalmi authoritas aliquid obstat, cum Angeli, vt benè aduertit Pererius in c. 7. Exod. quæst 12. non appellantur mali à malitia morali, sed pœnali, quam iustè hominibus inferunt, vnde plures Hebræi eo loco pro Angelis malis verterunt Angelos *noxios*, vel *nocentes*, neque valet quod in Exod. c. 12. n. 23. dicitur, *non sinet percussorem ingredi domos vestras, & ledere*, quasi si Angelus esset bonus superfluum illud esset, cum isti nulli inferant malum: nam etiam Paralip vbi supra & si Angelus erat, Dei tamen necessaria inhibitio, ne Hierusalem destrueret, *Et imperauit Angelo, qui percutiebat, sufficit iam, cesset manus tua*, n. 16.

Perer.

21. Vera sententia bonos fuisse.

Basil. Chrysost. Niceph. Theod. Lorin.

Probabilior ergo secunda videtur sententia, quam esse Basilij, Chrysostomi, Nicephori, Theodoreti affirmat Lorinus in Psal. 77. loco vbi sup. & quam etiam omnes sequuntur

Perer. Cornel. Salian. recentiores Perer. vbi sup. Cornel. in Exod. c.7. Caiet. Lippom. & Salianus vbi sup.

Fund amentum huius sententiæ optimum desumitur, ab August. in illummet dicti Psal. locum, vbi pro certo statuit primam, & secundã plagam ab Angelis effectas bonis, cum & malefici etiam similia per diaboli opera effecerunt, *Si per Angelos*, ait August. *Deus illas plagas inflixit Ægyptiis, nunquid audebimus dicere, & aquam in sanguinem per Angelos malos versam esse, & ranas factas, cum eorum similia etiam Magi veneficiis suis facere potuerint, tanquam Angeli mali ex vtraque parte consisterent, hinc illos affligentes, inde fallentes secundum iudicium, & dispensationem iustissimi, & omnipotentissimi Dei, iustè vtentis etiam iniquorum malitia? non audeo dicere.* Ergo secundum Augustinum à bonis illæ inflictæ, si hoc, cur non & cæteræ, semel admisso Angelos bonos ex Dei mandato punire, eo vel maximè, cum, vt rectè Salianus docuit, & summæ diuinæ valde fuit conformis iustitiæ, vt illi Angeli custodes hos punirent, qui eis ob malignam in Hebræos persecutionem infensissimi extiterunt.

August.

22. Angeli custodes Ægyptios mulctarit.

Quinta tandem, & vltima quæstio est, an omnibus tunc in Ægypto versantibus præter Hebræos (nam eos non tetigisse satis per se notum est) plagæ istæ contigerunt; in qua re cum Pererio & recentioribus sentiendum, primo: aduenis, & peregrinis tunc in Ægypto degentibus non contigisse, hoc quippe valde ad Dei patefaciẽdam contra Ægyptios vindictam multum conducebat, cum si æqualiter omnes, facilè fuisset credere, non ex Deo irato contra Ægyptios sed ex alia eas prouenire causa. Secundo, Ægyptios, qui in terra Gessen, etiam plagis punitos, vt vult Abulens. & alij, quamuis contraria propter authoritatem August. in quæst. 44. in Exod. probabilis sit, qui vult immunes fuisse à plagis Ægyptios in terra habitantes Gessen, præter vltimam mortem, nempe primogenitorum. Tertio, nullum existimo ex Ægyptiis ab his plagis immunem, quia nullum suppono ex eis beneuolum omnino in Hebræis extitisse, & non ea dignum pœna, vt clarè opinatur Nissenus apud Lippom. in caten c.7. Exod. vbi sic: *Cũ consentiente tyranno Ægyptios omnes vidisset in vniuersam eorum gentem, nemine omnino excepto per manum serui sui Moysi intolerabilia infert vulnera*; quod si aliquis extitisset, cum Pererio sentirem, talem fuisse ab illis immunem, cum Dei benignitati, & misericordiæ illud valde congruum, & similiter multum ad eius manifestandam erga Ægyptios iustitiam, Hebræósque beneuolentiam esset conducibile. Quartò tandem placet, non æqualiter omnes his percussos pœnis, sed inæqualiter iuxta delictorum, & in Hebræos odij magnitudinem, vnde plus omnibus ipse Pharao, deinde eius principes, & ministri, postea eius executores, vltimo tandem mitius plebs, & communis populus.

August.

Nissen.

23. An omnes in Ægypto existentes mulctati. *Perer.*

24. Non aduenæ, nec qui in terra Gessen. *Abul.*

25. Nec æqualiter omnes.

A

DISPVTATIO VI. & particularis.

De plaga sanguinis.

HIs ergo sic generaliter de vniuersis decem plagis suppositis, nunc specialius ad plagam sanguinis deueniendo, de qua hic noster Sapiens, primò quæritur cur initium plagarum factum ab aqua, & aqua Nili, & simul, cur ab Aarone, & non à Moyse aquæ percussæ.

26. Cur initiũ plagarum factum ex aqua.

Philo lib.5. de vita Moysis, vt supra diximus eam reddit rationem, quia aquam Aegyptij tanquam rerum principium colebãt, melius Theodoret. quæst.19. in Exod quia ob vtilitatem pro Deo illud flumen colebant; & ob infantium cædẽ, vt hic noster Sapiens; *Quia valde gloriabantur Ægyptij*, ait, *de flumine suo, & hoc pro Deo habebant, vt qui parem vsum illis præberet, atque nubes cœli; deinde propter puerorũ Iudæorum in illum demersos; fluuius enim ille mutatus in sanguinem, velut conquereretur de cæde puerorum per Ægyptios commissa* Ergo puniti Aegyptij in illa re, quam pro Deo habebant, & quo medio imbelles occiderunt, vt hinc Dei discas iustitiam, dum superbos puniet per ipsamet idola, quæ colunt & per quæ elati pauperes deprimunt, de qua re infrà.

Philo.

Theodoret.

B

Cur autem non Moyses, sed Aaron aquas percusserit, duas reddũt rationes Hebræi apud Abulens. in c.7. Exod. quæst 7. Prima, quia cum nulla poterat esse suspitio de Aarone an artes magicas didicisset, cum non sic educatus ac Moyses, ideo, vt omnis Magiæ tolleretur suspitio, Aaron percussit aquas, non Moyses; Secunda, quia dum Moyses ab aquis esset liberatus, non rationabile, vt percuteret aquas; optima hæc vltima congruentia, sic profecto Deo gratitudo cordi, vt & in iis quæ prorsus sine anima ostendi velit, per illud nos qualiter in rationales esse debeamus docens creaturas, cum pro certo sciendũ, sic Dtũ ipsã respicere ingratitudinẽ, vt sacrilegium: nam sacrilegium eã iudicauit Chrysippus, vt apud Senec. 1. de beneficiis, c.4. cuius ratio, quia contra gratias peccabatur, quæ Iouis filiæ. *Ad hæc honestissimam contentionem*, ait Seneca, *beneficiis beneficia vincendi sic nos adhortatur Chrysippus, vt dicat verendum esse, ne quia Charites Iouis filiæ sunt, parum se grate gerere, sacrilegium sit, & tam bellis puellis fiat iniuria.* Hinc Deus gratissimus etiam in inanimata Exod. 23.n.19. *non coques hœdum*, præcipit, *cum lacte matris suæ*, quorsum hæc cæremonia? nũquid aut matri, aut lacti sensus? scio Chrysost. in hom. innocentium, hanc cæremoniam dicere prophetiã, quatenus significabatur Christum in infantia ab Herode nõ occidendum, quod similiter dixit August. quæst.90. scio Rabanum intelligere peccatorem non purgandum mediocribus, tenerrimisque Ecclesiæ disciplinis, sed *austerissimis*, vt ipse ait, *præceptis*; at ni fallor ad rem nostram proprius erit, si intelligatur præceptum esse gratitudinis, ne homo in ipsum lac, & ipsam esset ingratus matrem, dum ab hac hœdum accipiens & ab illo eius nutrimentum, hoc doloris efficiat

27. Cur Aaron non Moses percusserit aquas. *Abul.*

28. Aquæ à Mose non percussæ ob gratitudinem.

29. Ingratitudo sacrilegium. *Seneca.*

30. Deus gratus etiã in inanimata. *Exod.*23. *n.*19.

Chrysost.

August. Rabanus.

31. Cur præcepit non coqui hœdum cum lacte matris.

instrumentum.Ingratus in ipsum,cui gratias, vt sic dicam debebat.

32. Quàm acerba plaga sanguinis.

Secundò quæritur, quam acerba, & noxia fuerit hæc plaga, acerbissima quidem, vtpote omnes prorsus aquas inficiens,& in sanguinem vertens, pisces occidés, quorum eius apud illos communis, ita vt eo populus quasi sustentabatur;adhæc sitis intolerabilis, & necessitas sanguinem potandi, vltimo tandé ex sanguinis potu infiniti secuti dolores, & tortiones, immo & mortes, de quare sic Philo lib.1.de vita Moysis; *Fratre Moysi percutiente virga fluuium, continuò in sanguinem vertitur quem longus est ab Æthiopia vsque ad mare, idē in stagnis, fossis, puteis, fontibus, & omnibus Ægyptiæ aquis euenit, vt deficiente aqua potabili, ripas nemo peteret, & nouas venas aperientibus, pro limpido liquore sanguis emicaret, tanquam è vulnere, piscium quoque genera extincta sunt, cuncta vitali facultate versa in pestiferam, vt fœtore complerentur omnia, putrescentibus simul tot corporibus, hominum quoque siti exectorum magnus numerus jacebat in transitu, non sufficientibus domesticis ad sepulturæ officia; per septem autem dies hoc malum duranit, donec Ægyptiis supplicater Mosem inuocantibus, & ille deprecantes, Deus cum sit exorabilis, misertus est perennium, mutauitque sanguinem in aquam dulcem, reditis amni fluentibus salubribus qualia prius fuerunt.* Hæc Philo, in qua sententia illud animaduertendum Æthiopiam excluſiuè accipiendam: nam alioquin nec probabile illud ex Scriptura nec ratione esset dictum, cum solum in Aegypto fluuius versus in sanguinē, immo in eo stabat miraculū, cum extra Aegyptum è superioribus aquis aduenientibus statim ac limen tangerent Aegypti in sanguinem verrebantur, quod similiter in limpidissimam aquam statim,ac ab Aegypto egrediebantur.

Philo.

33. Sanguinis plaga septē durauit dies.

Secundò adnotandum in verbis Philonis per septem dies hanc duraſſe plagam, sícque omnes expositores illa verba Exodi c 7. intelligunt, *Impletique sunt dies septem postquam percussit Dominus fluuium.* Vnum si excipias Eusebium Cæsariensem apud Lippom. in catena. sed irrationabiliter, vnde Rupertus lib. 1.c.11. *Sanguinem,* inquit, *reddidit fontes zelotes Dominus vt bibant, & bibentes affligantur, non vno, aut duobus, sed totis septem diebus, sicut scriptum est, impleti sunt, &c.*

Lippom.

34. Cur non omnes siti extincti.

Sed quomodo non omnes siti necati, cum impossibile, tot diebus sine potu viuere? Iustinus quæst.2. orthodoxorum, affirmat, per puteos effossos circa flumen aliquantulum aquæ inuenisse, quam opinionem probabilem censet Perer. vbi sup. Caietan quia aquæ puteales non fuerunt cōuersæ in sanguinem, sicut nec fossiles, sed manifestè est falsum; ad quid ergo Aegyptios puteos fodere circa flumen? melius Abulens. in c.7. Exod. quæst.9. per puteos circa flumen effossos aquam colatam, & aliquantulum ex orasitte, ac sanguinis colore remissè, & ita aliqualiter potui deseruire potuisse, sicut solent nautæ in mari efficere per vas colata aqua cereum, quæ dulcis efficitur.

Iustin. Perer. Caiet. Abul.

35. Hebræis aqua potabilis. Ioseph.

At Hebræis tunc vnde aqua? ex ipsomet fluuio, qui insis notabilis, & dulcis, vt affirmat Iosephus lib.2.antiquit. *Eráque,* aut, *aliis aqua fuit Aegyptiis, Hebræis verò dulcis, ac potabilis, & omnino pristinam naturam retinens;* cui omnes consentiunt recentiores.

Sed si omnes aquæ in sanguinem versæ, vnde magis ad miraculum efficiendum, multas congruunt Doctores expositiones; plana mihi Abulens. & Lirani sententia, aquas illas fuisse extra Aegyptum, & Israeliter opera dæmonum tunc allatas, & in conspectu positas Pharaonis, dum eorum opera aquæ in sanguinem versæ, ipsis etiam eam incumbebat quærere, nunquid eis difficile extra Aegyptum repertam momento afferret?

36. Aquam Ægypto vndè Magis.

Tertiò quæritur, an sanguis ex aqua factus à Magis fuerit verus sanguis, an verò species tantum sanguinis, hominis sensus fallens? Celebris est ista quæstio inter Doctores, vtramque partem probabilem maiestas efficit authorum, asserunt enim aliqui verum fuisse sanguinem, veramque conuersionem, sic sanctus Augustin quæst 25.in Exod. Philo lib.1. de vita Moysis. Theodoret. Glicas parte 1.annalium, tandem diuus Thomas 3. 1. quæst.114. art.4 & 2.2. quæst.178. art 3.ad 2.& art.2 in corpore.

37. An aqua in sanguinem versa à Magis vetus fuerit sanguis,& vera conuersio. *Augustin. Philo. Theodoret. Glicas. S.Thom. Iustin.*

Contrariam tamen tenent Iustinus Martyr in quæstionib. orthodox. quæst.12. si tamen eius est liber, negat enim Bellarm de scriptorib. Ecclesiast.sæculo secundo affirmans in illo citari Origenem, & Irenæum Iustino posteriores. Tertul.lib de anima,c.57. *Nec magnum illi,* dæmoni scilicet, *exteriores oculos circumscribere,* ait, *cum interiorem mentis aciem excæcare perfacile est, corpora denique videbantur Pharaoni, & Aegyptiis Magicarum virgarum dracones, sed Mosis veritas mendacium demeranit.* Sanctus Ambr super illa verba Pauli 2.ad Timoth.c.3.n.8 *Quemadmodum Iannes, & Mambres,* clarè Nissenus in vita Mosis, sanctus Hieron. quæst 2.ad Algasiam, Sedulius lib.4.carmin. Rupert.lib.4.in Exod c.30.omnes enim isti vnico consensu præstigiosas illas fuisse mutationes affirmant.

Tertul. Ambr. Nissen. Hieron. Sedul. Rupert.

Fateor, vtramque tantorum authoritate Doctorum esse probabilem, sed priorem magis mihi arridere, vtpote Scripturæ valde cōformem; quæ similia Aaroni fecisse Magos affirmat, non essent quidem similia, si præstigia; sed tota difficultas in eo constitit, an dæmonibus talis insit facultas, vt vera esset conuersio ex aqua in sanguinem, at verò aliunde adductus sanguis,& serpentes,affirmat, vt vidimus;diuus Thom.& Caiet.ex modernis autem Saa, in c.7. Exod. Delrio lib.2. quæst.6. disquisit.Magicarum, Dionys.Carthus. Burgens Salianus ad annum mundi 2543.n.130.

S.Thom. Caiet. Delrio. Saa. Carthus. Burgens. Abul. Perer. Liran. Cornel.

Abulens.autem in c.7.Exod in fine, Perer. ibi disput.30.n.59.Liranus, Cornelius negant talem inesse dæmonibus virtutem. Quapropter affirmant, serpentes,ranas,& sanguinem mira celeritate à dæmonibus ibi adductas, & virgas, aut aquas sublatas Ego autem libentissimè in priorem item, si mihi persuadere possem talia virtutem nō excedere dæmonū, inintelligibile prorsus mihi apparet, quomodo quasi in instanti ex aqua producere dæmō posset sanguinem,& qualis virtus in creaturis reperiatur, quæ à dæmonibus applicata illud tam breui efficere posset, cum necesse illam in

Digitized by Google

instanti: nam, vt miraculum illud appareret, prorsus necessarium, vt eadem aqua, quam tunc Pharao prospiciebat, eadem prorsus ibi efficeretur sanguis, ex quo omnes Saliani rationes soluuntur. Licet ergo prima sententia ob authoritatem sancti Thomæ probabilem æstimem, secundam tamen amplector. Vnde affirmo verum fuisse sanguinem, sed à dæmonibus aliunde adductum.

38. Sanguinis plaga non cessauit per Mosis orationem, sed ex se, & cur. *Abul.*

Vltimò tandem adnotandum, hanc plagam cessasse, nõ ad orationem Moysis, dum à Pharaone supplicaretur, vt vult Philo, Iosephus, & Arthapanus apud Euseb. lib. 9. de præpar. c. 4. promittens dimissionem, sed immediatè, & sponte ab ipso Deo septem completis diebus; cuius rationem dat Abul. in fine quæst. 7, in c. 7. Exod. quia talis non erat sufficiens plaga ad condignam delicti pœnam, ideo noluit Deus per eam illos consumere, ad maiora eos reseruans mala, immo ad totalem suffocationem; vnde valet dici hanc plagam non ablatam, sed suspensam; *Sed nec ista pœna*, ait Abulens. *tanto suffecit sceleri perpetrato, quoniam solum hic incepta fuit, & postea in mari rubro consummata, vt sicut ipsi Hebræos in flumine extinxerant, ita ipsi maris fluctibus necarentur, & ibi erat totalis correspondentia.* Ex qua re admonitos velim peccatores, dum à Deo flagellati non resipiscunt flagellis cessantibus, ad maiora enim reseruantur, & flagellum non aufertur, sed suspenditur, ampliores ab ipsa intercalatione, vt sic dicam, vires accipiens, infligens fortius, quia diutius suspensus, à Pharaone plaga suspenditur sanguinis, ne siti necaretur, in obstinatione manens ad suffocationem reseruatur.

39. Tribulatio dum suspenditur nisi adsit emendatio, durius infligetur.

De mystico autem huius, & reliquarum sensu plagarum videndus est August. in tractatu de cõuenientia decem plagarum Aegypti cum decem præceptis Decalogi, eius operum tom 9. mihi tamen vnus sufficiet Nissen. in vita Mosis in sensu mystico, qui ad infidos, putridósque hæreticos hanc applicans plagã sic loquitur. *Quapropter non est incredibile, nihil mali sensisse Iudæos, quamuis vnà cum Aegyptiis, qui vexabantur habitarent, nam id ipsum altius intellectum, hodie quoque fieri videre licet; non enim ignoramus in magnis præsertim ciuitatibus, in contrariis de veritate opinionibus multitudine diuisa, aliis limpidus aquas, atque potabiles esse, quæ quotidianis prædicationibus Scripturaque vocibus in anima sua scaturiunt; aliis quoniam pernersis Aegyptiorum opinionibus imitantur malitiam, in sanguinem corruptum Euangelij, atque prædicationis suauissimus potus conuertitur.* Egregiè, in quibus verbis illud ponderandum, rationem scilicet, cur insensatis, ac stupidis istis hominibus suauissimus Euangelij potus in corruptum vertatur sanguinem, quam non aliam asserit Nissenus nisi malitiæ Aegyptiorum imitationem, crudeles sunt, iniusti, iniqui, auidi, paupertum oppressores, auari, vani, ac toti corporei, animam in fæce luxuriæ possidẽtes immersam, superbi, seipsos amantes, vt prorsus erant Aegyptij; quid ergo mirum si ad fontem & fluuium Scripturarum inhiantes non aquam, sed putridum sanguinem hauriant? falsis, vanisque, ac extortis sensibus sententias aucupantes diuinas, quibus

August.

Nissen.

40. Hæretici limpidissimam Euãgelij aquã in sanguinem vertũt fœtidum.

41. In causa eorum pessima vita.

miseri necantur, ac tortionibus nectuntur, Dei iusto iudicio in scelerũ pœnam ipsorum. O admirandum Dei iudicium, vnus, ac idem erat fluuius, vna, eadémque aqua Israëlitis hæc limpidissima recreans, viuificans, Aegyptiis autem sanguinea, putida fœtida, torquens, necans; sic vna, & eadem sanctarum est aqua Scripturarum, viro Catholico prorsus diuina, fouens, animans, viuificans, hæretico verò turbida, extenuans, mactans, occidens; vnde hoc? non ex ipsa, sed ex illo, quia Aegyptius, quia scelestus, quia tali pœna dignus. Hinc sanguinem, non aquam ex Scriptura hausit, quo suffocato temporales nunc, æternáque postea luet pœnas; sic cæcus, vt sicut idem sequens ait Nissenus; *Quod potus est, sæpe numero fraudulenta hæc Aegyptiorum, id est non credentium perfidia falsitatis macula in Hebræorum sanguinem potum aut conuertit, aut conuertere nititur, conatur enim frinolis vtentes, vanisque ratiunculis nobis ostendere limpidas aquas nostras tales non esse;* At vt bene ait Sanctus, *nunquam id facies; nam & si aquarum superficiem quasi rubeam apparere cauillationibus efficiant, bibet tamen Israël, id est Dei populus aquam veram, nec & si verisimiliter arguere aduersarij videantur, commonebitur.*

HOMILIA XXXIII.

Iustorum, iniquorúmque sors in hac vita, quàm differens.

MAgnus, latúsque sese nobis offerret cãpus, magnam latámque susciperemus prouinciam, nisi nos ad eam tãtam iustorum, iniquorumque sortis differentiam stringeremus, quam hic noster adducit Sapiens, nempe in vtrorúmque dissimili à malis subleuatione, dum improborum ereptio est in aliam incidere maiorem, proborum verò in superabundantes consolationes; en tibi Aegyptiorum, Israëlitarúmque exemplum; ambo sitierunt, sed illis ad sitim remedium sanguis, istis verò aqua, & aqua limpidissima, hinc illis remedium maius tormentum, istis plena consolatio.

1. Peccatorem tribulatione effugere procurat, in alias maiores incurrit.

Enimuero, vt de primis loquar, vsque ad stuporem fit, si semel consideres in quales angustias summus ille Deus peccatorem sinit incurrere, quando iste ab afflictione se excutere atque illã effugere cupit, prorsus se ferè semper in alias maiores intrudit. Attende Pharaonem, cruciatus timore multiplicationis filiorum Israël, ipsiúsque fortitudinem pertimescebat; *Ecce populus filiorum Israël, multus, & fortior nobis est.* Causa timoris, *ne si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.* Exod. 1. n. 10. à Moyse ex Dei nomine ei edicitur, vt dimittat populum, & vt credat signa ostentat, virgam in draconem, aquas in sanguinem, ranas deuoratrices, magnum hoc est Pharaonis malum dimittere populum, obedientia necessaria, semel dato, quod verè dominum mãdasse credidisset. Quid ergo, vt non dimittat populum, & se ab hoc eripiat malo, assumit non credere esse dominum, &, vt non credat

Exod. 1, n. 10.

Digitized by Google

malum mala adducere, & sic, vt ab vno se liberaret, eductionis scilicet filiorum Israël, in innumera se coniecit, immo & coniicere eum sciuit Dominus. Attende, Moyses vertit aquã in sanguinem, vt ergo ipse non crederet quid egit, ad sanguinem Mosis alium addidit Magorum; addens plagas plagis, & vt se ex vna tantum liberaret, in multiplices se coniecit,

Exod. 7. n. 17. Exod. 7. n. 17. *In hoc scies quod sim Dominus*, ex præcepto Dei ipsi Moses intimauit, *Ecce percutiam virga quæ in manu mea est aquam fluminis, & vertetur in sanguinem, computrescent aquæ, & affligentur Ægyptij bibentes aquam fluminis.* Duo prius hic expendenda, primum, quomodo dicat Dominus se percussurum virga aquas quæ in manu sua; cum illa non nisi in manu Mosis; & quomodo Moses se percussurum affirmauit, si ipse non percussit; optimèque respondit Caietan. hic verè virgam in manu fuisse Dei, & si Mosis, quia Moses in Pharaonis Deum erat constitutus, vnde eo ipso quo virga in Mosis manibus, eo & eam Deus in suis;

Caiet. *Mirabilis loquendi modus*, ait Caietan. *nam nec Moysi, nec Deo quadrant hæc verba simul, nã nec Moses percussit virga aquas, nec virga erat in manu Dei; contextus tamen sonat, quod sunt verba Dei, ita quod manum Mosis appellat Deus manum propriam, quia iam constituerat Moysem Deum Pharaonis.* At & si hoc verum; secundò quæro cur illo loquendi modo vsus Deus, si Moses Pharaonis Deus, nónne, vt pro tali haberetur, melius vt suo loqueretur nomine? non equidem, cum etsi Moses Deus cõstitutus Pharaonis non hoc erat, vt suam exposceret adorationem, aut obedientiam, sed Dei, & non data ei illa potestas, vt ipsum clarificarent, sed verum Dominum, ideo in sua loquetur Deus persona, & non Mosis: & secundo, vt inexcusabilis fieret Pharao, si non obediret, sciens non hominem illa signa, sed Deum fecisse: Audiant principes terræ, audiant hoc orbis rectores, dij facti sunt, & data est illis potestas à Domino, non vt eum illa se exaltent, Deum se adorationem transferentes, sed ad Dominum dirigant subditos, ipsum Deum eis, non se proponentes.

2. Principes ex potestate sibi à Deo tradita non suã sed Dei gloriã exquirere debent.

3. Malè agunt permittentes Dei sacerdotes coram se genua flectere.

Enimuero confunditur ex hoc superbus ille Principum mos, qui coram se genua flectere sacerdotes permittunt, immo & mandant, & non equidem simplices, sed summos Episcopos, Ecclesiæque Dei primates, cum è contra ipsi potius adire deberent, illámque adorationem ab Ecclesiæ Dei ministris exposcentes, quæ soli Deo debetur; attende vnius sancti Episcopi Dei Ecclesiæ zelum ferentissimum, Leontius enim Tripolis Lydiæ Episcopus teste Baronio tom. 3. anno Christi Domini 325 § 16. accersitus ab Augusta fastuosa muliere, sic respondit;

Baronius. *Si me ad te venire volueris, debita Episcopi reuerentia seruata, ego quidem ingrediar, tu autem statim de sublimi isto solio descendens, reuerenter mihi obviam procedas, & caput meis manibus supponas benedictionem accepturæ: ac deinde ego sedeam,*

4. Reuerentia principum sæcularium Dei ministris quanta.

tu reuerenter astes, cum tuffero dato signo sessura, si ha tibi conditiones placuerint, veniam ad te, sin alio modo non tam multa dabis, vt nos honore Episcopis neglecto, diuini sacerdotij institutum violemus. Notanda percurram, primum reuerentiam narratam, debitam nominasse, & merito quidem, nam, vt inquit Chrysost. hom 3. de verbis Isaiæ, regum administratio est terrena, Episcoporum cælestis; ergo si ob administrationem honor, & reuerentia, & prima cathedra, rectè rex deferre debet Episcopis, non è contra; *Sacerdotium*, inquit, *principatus est ipso etiam regno venerabilius, ac maius*, cuius rationem paulò post adiciens, sic loquitur; *quamquam nobis admirandus videatur thronus regius ob gemmas affixas, & aurum; tamen rerum terrenarum administrationem sortitur, nec vltra potestatem hanc quidquam habet authoritatis.* Quid ad hæc nostri hodierni Principes? immo sacerdotes vilissimè lucubrãtes? Secundum, vt primus sedeat, & suam postea sedendi princeps licentiam expectet; ridicula alicui huius temporis hæc videbũtur, immo si Deo placet, stomachum afferent, quasi superbia primos appetant honores Ecclesiastici, & non deuotione. Hinc in ceremoniis contentiones; lites, honorũ puncta, se super Dei Ecclesiam, super Dei ministros erigere volentes, & tamẽ cum hoc deuotos præsumunt esse Christianos, ô bellè, nunquid nouum, quod sanctus exposcit Leontius? qui meritò ob rituum obseruantiam Ecclesiasticorum, *Ecclesiæ regula* appellatus teste eodem Baron. audiant, quid Sozomenus in historia de Concilio Nicæno *Sozomen.* apud primum tomum Conciliorum in antiquis basileæ impressorum anno 1551 pag. 249. de Constantino narrat magno Imperatore.

5. Sacerdotũ principatus dignitate Regia venerabilior.

Conuentibus igitur vniuersis, ait Patribus scilicet Niceni Concilij, *maximam domum præparauit in regalibus Imperator, sedes, & subsellia in ea ponit præcipiens, qua sufficerent ordini sacerdotali, ita decentem præparans eis honorem, inuitauit ingredi, & de præsentibus habere consilium.* Vidisti præparationem, audi nunc reuerentiam, *introiuit autem & ipse princeps vltimus cum paucis, laude dignam suam magnitudinem habens, & mirabilem speciem, mirabiliorémque gerens dignitatem pudoris in fronte; minore vero sede quam alius posita in medio eorum sedit, primo tamen petens hoc sibi Episcoporum iussione concedi.* Vnde quæso tanta Imperatori humilitas, ac reuerentia? sanè ex fide viua deuoto formata affectu: vnde nunc Principibus tanta eleuatio, & irreuerentia? (sit cum pace eorum, & reuerentia dictum) ex fide mortua, sine vllo pio deuotionis affectu; Tertium notandum, conditionibus antea non præstitis non accessurum dixisse, & ratio, ne sacerdotis institutum violaretur, hoc est, ritus sanctus venerabilium cæremoniarum, audiant hoc Episcopi, audiant Ecclesiæ Dei principes Ecclesiastici, & pudeat eos ritus Dei Ecclesiæ eneruare, & vt honores à principibus obtineant, ipsam de honoratam relinquere; sed ad nostra.

6. Constantini magni Imperatoris erga Dei sacerdotes reuerentia quanta.

7. Vnde illa, & vnde hodierna nũc principum irreuerẽtia.

In sanguinem conuersurum se aquam Pharaoni intimauit Dominus, ni populum dimitteret, factum est, quod iste? vt victor contra Deum existeret, vt malũ à se repelleret, aliud adiunxit, sanguini sanguinem addere, tormentum tormento, ex vno in aliud incidere, aduocantur Magi, & eorum opera, siue dæmonum, illa modica aqua in valis testaceis relicta, vt sentit Caietan. adducta in sanguinem

vertitur, vt quæ ex Dei misericordia ne totaliter consumerentur, & aliquod esset refugium sua amitteretur malitia, & tota Ægypti aqua in sanguinem verteretur, vt totaliter perirent, vnde egregiè August. ex hoc factum est, vt pœna illis esset impetratũ beneficium, & tormentum ipsa miseriæ subleuatio, *Non enim oportet mirari*, ait August. in lib viginti vnius sentent. sententia 4. nempe fieri malis artibus, quæ per sanctos fierent, *quia omnia quæ visibiliter fiunt, etiam per inferiores potestates aëris huius non absurdè fieri posse creduntur; sed hoc interest, quod cum sanctis talia faciunt, in nomine Dei Domini omnium rerum de sublimioribus apparatibus iubetur inferiori creaturæ; cum autem mali homines magicis artibus operantur similia, in manus suas dantur cum exaudiuntur à dæmonibus, digni sunt enim qui tali exauditione decipiantur, vt pœna illis fiat hoc quod videntur impetrare beneficium.* Egregiè, iusto Dei iudicio, seu, vt Græcus author apud Lippom. in catena, in c. 7. Exod. *Diuina dispensatione factum est, vt nonnihil aquæ reliquum fuerit, quæ ab Aaron in sanguinem non sit commutata.* vt sic exigentibus peccatis in pœnam illis cederet impetratum beneficium, vt dum molestiam Deo obediendi, populumque dimittendi effugere intentant, in alias se intrudant maiores, miserabiliores; immo eos Deus ipse intrudit per se, sic vt ipsamet gratiæ concessio nouum, & maius ut tormentum.

Aug.

8. Malo beneficium præstitum ipsum illis est tormentum.

Lippom.

Hoc quidem manifestissimè apparet in miserabili illa concessione à Deo Caino fratricidæ pessimo indulta; iniquus ille à Dei sententia tremefactus, nil sublime, sed tantum terrenum recogitans, non æternam, sed temporalem tantum extimuit mortem, Genes. 4. n. 14. *Ecce me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra, omnes igitur qui inuenerit me, occidet me. Non ergo Deum sibi iratum graue putat*, ait Rupert. *sed timet ne agricolari sibi non liceat, ne terrã quam solam amat, vel præsentem vitam pro amisso fauore perdat, ne ponatur aduersus illum lex à Domino vt quicumque illum inuenerit occidat eum.* Pulchrè, duo timuit miser, vitæ amissionem, & insuper, quod æquali diligebat feruore vitæ exercitium, agriculturam; vt videas quã propensi sint mali in suarum qualibet rerum, vt nil sit, quo si priuentur non maximè doleant, immo aliquando sic aliqua huius vitæ re priuari grauantur, vt potius mortẽ eligant, cum enim multorum sit opinio, vt Abulens. affirmat in hunc locum quæst. 7. in fine, & explicatè Tertul. lib. 2. contra Marcion. c. 25. & Allinus, Cainum in illis verbis, *omnis qui inuenerit me, occidet me*, mortem appetiisse; sequitur agricultura potius quam morte priuari indoluisse.

Rupert.

9. Mali nunquam damnum timẽt spirituale, vel temporale.

10. Quanto affectu circa illud versentur.

Abul.

Tertul.

In quare, & illud etiam obiter lubet adnotare, quàm terribilis Dei sit iustitia quàm timendum peccatum, cum in eo puniemur ob quod contra Deum peccamus; attende, ne addictus hic agriculturæ extabat, sic fructus illius amabat, vt auarus, & miser dum tactricium Deo ex præcepto offerre tenebatur, ex auaritia nõ optima sed vilia, sed flaccida obtuleret, vt in cõfesso est apud omnes, qui Caini peccatum in oblationis qualitate affirmãt.

11. Puniuntur in ipsismet, pro quibus Deũ offendunt.

A Ergo ex passione agriculturæ, ex auaritia fructuum peccauit, pluris fructus, quàm Deum faciens; ergo sceleſtus priuetur primo ipsa agricultura; *Profugus enim, & vagus eris super terram*, vnde amplius agriculturæ, & secundo ipsismet prouentibus, *cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos*, & in ipsismet luat pœnas, ob quæ peccauit, & minuantur, seu tollantur ab auaro fructus, dum pluris hos quam Deum facit.

Hoc ergo secundum Rupertum timet hic infelix, hoc dolet, agriculturæ priuationem, & simul mortem: petit ergo, ne moriatur, cui annuens Deus, sic gratiam concessit, vt hoc malum altero maiori excluserit; *Posuitque*, ait, B Scriptura, *Dominus in Cain signum vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum*, concessit vitam, sed per signi commutationem; quale ergo fuit hoc signum? audi Eucherium? *Quod tremens, & gemens, vagus, & profugus semper viueret, nec vspiam in orbe terrarum sedes posset habere quietas.* Ergo secundum Eucherium, immo, & omnes præter vnum Rupertum, signum non mortis (vt sic dicam) extitit insignis quædam mutatio, ac totius corporis tremor, capitis quassatio, pauor hominis omnia fugitantis, instabilitas quædam furialis, qua percitus, & abactus nullibi posset sistere, eo fine, vt rectè inquit Procopius, *Vt qui gementem, & trementem conspicabatur, & si ipse a re esset ignarus, nec sciret quare impressum* C *esset signum, tamen suscitando eo perueniat, vt audiat confitentem suum scelus, & semet accusantem.* Ex quibus verbis, siue ex qua horribili visione tremefacti, vt inquit Chrysost. ab homicidio se abstinerẽt, ac in vita misera eum relinquerent pœnas horrentes homicidij; *Totius vitæ tuæ*, inquit Chrysost. in hunc locum, *productio posteritati oculis erit, & id quod solus nullo præsente operatus es, hoc discent omnes, qui trementem, ac gementem viderint, & quasi clamantem, & omnibus dicentem, nullus talia audeat, qualia ego, vt ne in eandem pœnam incidat.* Egregiè, ex quo signi horribilitate inferre licet, illud in corpore Caini misero malum, illam tremefactionem, pauorem, metum, horrorem, stuporem extitisse, vt tantum ex visio- D ne horrorem homicidij caularet, vt penitus ab illo omnis se abstineret, & sic non occideretur, non secus ac corpora sontium lacerata, secta, ac suspensa in triuio relinquuntur ad horrorem delictique metum. Quale ergo tormentum hoc extitit signum? sanè potius quàm ipsa mors; ne mireris, homo erat peccator, iniquus, cui ipsa miseriæ subleuatio, nouum, & maius est tormentum.

12. Caini gratia nõ moriendi nouum ei extitit supplicium.

Eucher.

13. Signũ quod in eodem posuitque.

Procop.

Chrysost.

Et vt tandem hoc in confesso sit, omnibúsque hæc pateat veritas, quantum scilicet Deus iustos malósque inter se discernat miraculo, lubet & hoc considerare in facto illo diuino populi Israël quãdo carnibus flagrans miserè plorauit, puerilitérque fleuit Numer. 11 n. 4. *Vnde quippe promissum, quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio, sedens, & flens, inuitis sibi pariter filiis Israel, & ait, Quis dabit nobis ad vescendum carnes? recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis; in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & allia, anima nostra arida est, nil aliud respiciunt oculi*

Num. 11. n. 4.

Cornel. *oculi noſtri, niſi manna.* In qua re illud primum ſtatuendum, vt rectè hic Cornelius, hoc murmur non eſſe aliud ab illo, quod in principio capitis, quaſi per compendium ſcripſit Moyſes, quando dixit n.1. *Factum eſt murmur populi quaſi dolentium pro labore contra Dominũ;* Nam cum ignis pœnã ſint pũniti, non eſt credibile ſolum pro re tam leui vti murmuratio, pro labore fuiſſe ſic acriter correptos, licet

14. Deus leuia peccata diſſimulat, vt ſimul poſtea cum maioribus puniat.

Abulenſ. quæſt.2. contrarium tenẽs dicat Dei conditionem eſſe, *Vt hominem peccantem non ſtatim tangat, poſtea verò cum ſemel peccauerit omnium præteritorum malorũ ſimul luere pœnam cogat;* vnde licet hæc murmuratio eſſet leuis, pœnas ſoluit aliarum murmurationum præteritarum, vt apud Exod.15.16.& 17. quæ maiores, cuius doctrina licet vera, ob quã timenda fiunt ipſa venialia peccata, non habet hic locum, cũ quaſi impoſſibile videatur, poſt tale ſic horrendum ſupplicium immediatè iterum contra Dominum murmuraſſe, ſed quod primum murmur à Moſe ſcriptum idem fuiſſe cũ illo, quod poſtea immediatè ſubiunxit; ſed cur hîc dicitur murmuraſſe ob carnes, cepas, & allia, & ibi ob laborẽ? ſanè quia cum verè intus carnium deſiderio flagraret, ſi ſimpliciter hoc diceret planè cum eſſet malum, & vitium erubeſcerent, quæſito colore non murmurarunt, quia carnes deficiebant, & cætera, ſed pro labore, fingentes prætextum, & laſſos ſe cum non ſtarent. Vnde pro *quaſi dolentum pro labore*, Hebræi habent, *quaſi tanſantium laborem, & dolorem*, ex quo patet, vt ſentit Cornelius, non tam murmuraſſe ex vera fatigatione, lente enim ambulabant, & inſuper Deus confortabat eos, quàm eam prætendiſſe ſuæ gulæ, rationabilem eam facientes, cum nulla prorſus adeſſet ratio; vt hinc diſcant omnes quantum ſe ſuppliciis mancipent, dum vitia virtutum nominibus colorant, & ſi viri ſint religioſi, vt ſacratum onus obſeruationum effugiant, exemptionéſque à grauaminibus accipiant, laborem fingentes vanum, laſſitudinem virium coloratam, fictitias infirmitates.

15. Quãta pœna digni qui vitia virtutum pallio fugunt.

16. Religioſi tepidi fingentes dolores vt obſeruantiam euitent, incendio digni.

Faſtidio ergo, ac mannæ inedia laborabant, concupiſcentia ſic acri ciborum, vt ad fletum eos deduceret, quid ergo? ſaturauit eos Deus carnibus? ita quidem, ſed ſic, vt ſublato priori malo aliud inferret maius, *ſaturitatem*, nempe, audi Regium Pſaltem, Pſal.105. n.15. *Pſal.* 105. n.15. *Dedit eis petitionem ipſorum, & miſit ſaturitatem in animas eorum.* Quid per ſaturitatem? nauſeam, cibi faſtidium, vomitum, ſtomachi torſiones, ſic vt inedia conſumpti, ac macie prorſus conſumerentur. Vnde in Hebræo, vt ait

Genebr. Genebrard. ſtat, *Et miſit maciem in animas eorum*; contrarium poſitum pro cõtrario, quod

*Iudith.*3. n.17. nõ nouum in Scriptura, Iudith.3.n.17. Eglon dicitur, *craſſus nimis*, ſed diuus Auguſt. quæſt. 21. in Iudic. & in lib. locutionum legis, *exilis valde*, & per contrarium ſenſum interpretatur, *ſicus lucus*, inquit, *quia minime lucet*; vnde

17. In Scriptura ſæpe cõtrariũ ponitur pro contrario.

ſæpè in Scriptura altum ponitur pro profundo, obeſum pro muro, creditum pro debito, venditio pro emptione, vide Liranũ in expoſitione morali ad c.12. Deuter. agentem de lucis, vbi vno diſtico comprehendit ea nomina, quæ per contrarium ſenſum explicari ſolent. Ergo ſaturitas, quam illis Deus pro fame, ac

A carnium deſiderio. nulla extitit alia niſi macies, vitium confectio, nauſea, imbecillitas, ſic, vt abſolutio vnius mali initium eſſet alterius, & maioris, *Nec ideo beatos fecit*, diuus ait 18. Auguſt. in hunc Pſalmi locum, *quia non erat illa ſaturitas de qua dicitur, Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur*; optimè, non ſitierunt iuſtitiam, immo animâ carnalia appetentes toti carnei diuinum faſtidierunt cibum, ſuper eum nauſeantes. Impleantur ergo carnali cibo vſque ad animam, & ſic ſaturentur, vt ad nauſeam prouocati euomant, faſtidiant omnes cibos, ſic, vt macie conſumantur, & ab vno malo altero ſubleuentur maiori, vt ex hoc videas quàm iniqua ſors ſit peccatorum cum ſiue in malis verſentur, ſiue in bonis, omnia ſemper eis in malum cedunt; expende Ægyptios, ſiti premebantur, remedium non aqua, ſed ſanguis, cuius potu interirent, & occiderentur.

Securitas populi Iſraëlitici extrema fuit macies.

B At quàm differens ſors iuſtorum? iſti enim 19. malis quidem ſæpe premuntur, at quando ab eis ſubleuantur non pro altero, quod patiuntur commutatur, immo pro non vulgari, ſed ſummo bono, fame premuntur, ſed manna ſaturantur, ſiti, ſed aqua dulciſſima, metu inimicorum, ſed victoria ſublimi, vnde verè beati ex malorum ſubleuatione; hinc amplius vna valet iuſtorum afflictio, quàm omnis copioſa, magnificáque iniquorum impietas, quod egregiè dixit Nazianz. oratione ad *Nazian.* C 150. Epiſcopos Arrianos ſic: *Tu inſtar aquam effundebas*, magnificentiam nempe, deſpiciens Chriſtianorum paupertatem, *templa tenebas*, quia ea à Catholicis eripuerant, *ignorans fidem ſubdiu laborantem, atque afflictam copioſa, & magnifica impietate præſtantiorem eſſe, tréſque in nomine Domini congregatos, multis diuinitatem abnuentibus plures apud Deum cenſeri.* Pulchrè, fides, addetu & fideles, ſub diu laborantes, afflictiſque plus eſſe quàm impiorum magnificam præſtantiam, quod, vt exemplis emicet, ſanctum attende Ioſeph, nõnne plus ille afflictus, quàm omnis fratrum ſuorum valuit magnificentia? pluſquam ipſe ſolus potuit extorris, & profugus, quàm ipſi rerũ Domini in domo patris principes, immo quod D magnum, quod admirabile, vt ſic Deus vnius iuſti afflictiones in gloriam vertat, vt non ſolus ipſum, ſed per ipſum multos beatos efficiat, ita vt intra limites propriæ gloriæ, ac ſingularis, quam ei Deus confert ſe continere nõ valens foras prorumpens cæteros perfundat, irradiet, illuſtret. Pulchrè hoc idem Nazianz. vbi ſup. claritudinem, gloriã, imperium, opulentiam, ſplendorem domus Iacob oppreſſionibus tribuens Ioſephi, quaſi non tantum ex meritis Iacob, quantũ ex tribulationibus Ioſeph, illa Deus populo contribuerit Iſraëlitico; deſcribens enim tranſitum domus Iacob ex laboribus ad requiem, ex ſeruitute ad dominatum, ſic ait: *At ex quo tempore Deus, qui pauperem facit, & ditat, qui mortificat, & viuificat, qui ſola voluntate omnia facit, atque immutat, qui ex nolle diem facit, ex hyeme ver, ex tempeſtate tranquillitatem, ex ſiccitate pluuiam, idque plerúmque ob vnius iuſti orationem diuturna perſecutione vexati. Illud ſecum dixit. Videns vidi afflictionem Iſraël, nec iuſto, lateritió-*

Boni dum à tribulatione ſubleuantur in maius ſemper eorum bonum.

20. Plus eorum valet afflictio quàm proſpera impiorum iniquitas.

21. Sic proſperantur vt ex ſuperabundantia & plurimi eum illis.

22. Tribulationibus Ioſeph exaltati filij Iſraël.

que labore diutius opprimentur. Mirum, vt sic cum Deo vna iustis præpotẽs sit diuturna tolerantia, ac perpessio, vt non solum ipsum exaltare, sed & infinitos cum ipso velit. & Ægypti egressio, manúsque illa Dei excelsa, ac super mirabilis non tantum Dei attribuatur promissioni, meritísque Iacob, quantú vnius iusti tolerantiæ, & quia gentibus Ioseph venditus, voluit, vt in gẽtibus dominaretur, gentésq; è sedibus ipse pelleret, vt egregiè sequẽs ait idem Nazianz sic: *Nam vt miracula in via edita, magnúmque illum sonum taceam, ac rẽ vno verbo complectar, Ioseph vnus in Ægyptum proficiscitur, ac sexcenta hominũ millia non multo post ex Ægypto excedunt, (quid hoc mirabilius, aut illustrius diuinæ magnificentiæ argumentum, cum ex rebus perditis, & deploratis iter secundis aperire voluerit) ac promissionis terra per vnum hominem odio habitum sorte distribuitur, atque is qui venditus fuerat, gentes sedibus pellit, ipsequẽ in gentem magnam constituitur, ac parua illa propago vinea lata, pampinisque luxurians efficitur, in cámque magnitudinem excrescit, vt & flumina sub se premat, & vsque ad mare extendatur, & à montibus ad montes porrigatur, ac dilatetur, & gloria sublimitate montes operiat, & cedros magnitudine superet, & quidem cedros Dei.* Luculenter. Sic Deus ad Iosephi ærumnas exaltandas totus incubuit, vt malum in bonum ei cõuerteretur, vt sua non contentus tantum modo exaltatione infinitas propemodum eius obtentu saluare, ac sublimari voluerit à montibus tribulationum, ad montes eum transferens non gloriæ, sed gloriarum.

23. Quanta Deus miracula operetur ob vnius iusti tribulationẽ benè latam.

Hinc profecto, & ob hanc causam, quia tribulatio sanctis, est exaltationis fundamẽtum, est gloriæ præambulum, & vt sic dicam, Dei infinitæ liberalitatis ostium, tempus tribulationis, in sanctis, & electis suis tempus illud nominat Deus amantium, quatenus inde ipse glorificationis, ac sublimationis ansam sumẽs mirificos eos faciat, mira, & admirãda eis cõferens, Ezech. 16. n. 8. ni fallor hoc sancti illa verba Prophetæ insinuant, nempe, *Et transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amantium.* Quæ à sanctis omnibus, & expositoribus Israëli tribuuntur extanti in Ægypto; at primo quid hîc per tempus amantiũ? Aquila *tempus consolationis*, legens, proinde significat tempus beneuolentiæ, spõsationis, & charitatis LXX. legunt *tempus diuertentium*, hoc est, vt inquit Orig. hom. 6. *Adolescentum ad mulieres ingredientium*, Theodosius, *vberum*, delitiarum scilicet, & fauorum; at ad rem nostram proprius Pagninus, *tempus amorum*, hoc est, omnium amoris affectuum, largitionis, donationis, exaltationis, quæ omnia compleuit Deus cum populo suo in Ægypto existenti, quando manu extensa ab illo eum eduxit; vnde Hugo Cardin. *Ecce tempus tuum tempus amantium, id est tempus quo legem darem sicut promisi patribus tuis, in quo te liberarem de Ægypto, & conseruarem in deserto.* At quomodo hæc stabat tunc, quando eius tempus, amantium tempus dixit Deus, attende, *quando nata es, in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus, & aqua non es lota, nec sale salita, nec inuoluta pannis, nec pepercit super te oculus vt faceret tibi vnũ de his misereturtui, sed proiecta es super faciẽ terræ in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es.* Quæ omnia si attentè legas, summam indicãt miseriam, summas angustias, summos labores, quos in Ægypto populus ille tulit; vnde rectè Pradus hunc exponẽs locũ affirmat, & benè, ortum Israëlis non deberi ab Abrahamo, sed ab obitu summi Ioseph: nam tunc in Ægypto multiplicatus incepit esse, nõ familia Israëlis, sed populus, ita tamen vt esset quasi puer proiectus, & expositus tyrannidi Pharaonis, sic neglectus, vt nec vmbilicus præcisus, nec lotus, nec sale salitus; quæ omnia summã miseriam, summámque indicant tribulationem. Quod cum esset, tale tempus, Deus tempus amantium dixit, hoc est, *vberum, sponsaliorum, diuertentium, tandem amorum?* quia tunc ex his ansam sumpsit ad populum diuertendi, cũeo sponsalia faciendi, vbera omnium dulcedinũ illi præbendi, tandem in ipsum omnes suos effundendi amores potenter educendo, admirabiliter prouidendo, vnde ad Moysen Exod. 3. n. 7. *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, & sciens dolorem eius descendi vt liberem eum de manu Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spatiosam, quæ fluit lacte, & melle,* in quo loco Caietanus, *quatuor dicit, vidisse afflictionem, audisse clamorem, scisse dolorem, & descendisse ad liberandum. rationem sui descensus ad loquendum in illa flamma reddidit Deus ex parte cognitionis, & ex parte intentionis, tum liberandi à termino à quo, tum ducendi ad terminum ad quem, terram scilicet manantẽ lacte, & melle.* Rectè ergo tempus illud tempus amãtium, dum Deo ostium, vt sic dicam, suos sic exaltandi, honorandi, ac sublimãdi aperuit, vt sic semel intelligas, quã dissimiliter Deus suis, ac malis tribulationes immittat, ac ab eis eripiat, cum malis tempus tribulationis non sit nisi odij, & abominationis, ex vna in alteram incidendo at verò bonis tempus vberum, & amorum, dum ad exaltationem, ad gloriam, & honorem euehit.

Exod. 3. n. 7.

Caiet.

Pradus.

24. Sanctorum tempus tribulationis, tempus amantium.

Ezech. 16. n. 8.

Aquila.

LXX.

Hugo Card.

Nec enim ab hac gloria, ab hac exaltatione excluſum ſe æſtimet peccator, & ſi maximus, dummodo ad Deum ſe reducere intẽdat, cum eo quo peccator, eo amplius ſpem concipere debet, tum miſericordiæ conſequendæ, tum exaltationis ob tribulationes quas patitur. Pulchrè Nazianz. orat 2 in Paſch. rationem creationis aſſignans mundi inferioris, omnipotentiæ Dei eam aſcribit, vt ſcilicet intelligerent omnes ipſum non ſolum ad res ſibi cognatas, ſed ad valde diſſitas creandas eſſe potentem; *Vt perſpicuum faceret*, ait, *ſe non modo ſibi ipſi cognatam, & propinquã naturam, ſed etiã omnino alienam poſſe creare, diuinitatis enim propinqua ſunt intellectiles natura, ac mente ſola perceptibiles, aliena autem penitus, quæcumque ſub ſenſus cadunt, atque his adhuc remotiores, quæ vita omni, & motu carent.* Egregiè, ſi enim tantum Angelos natura intelligibiles Deus ſoliũ creaſſet, quia ei valde ſimiles, & propinqui, non ſic eius potentiæ magnitudinem, immenſitatémque declaraſſet, ac quando naturã de nihilo eduxit, valde ei diſſonã, diſſimilémque ſic equidem, ſi exaltatio ex tribulatione tantũ eſſet iuſtorum, ac Dei ſimillimum, qui non ob peccata, ſed ad augenda merita tribulantur, vti diuus Greg. de Paulo lib. 11. moral. c. 21.

25. Peccator & ſi maximus erigat ſpes, per tribulationes.

Nazianz.

S. Greg.

26. Mundũ inferiorem creare vt omnipotẽtiæ Dei exiret ſpecimen.

Digitized by

27. Sancti non ob peccata sed ad merita augenda tribulãtur.

affirmat, dicens: *In rẽcto opere positus ex abundantiæ gratia meruit flagella sustinere, flagello enim Dominus non peccata studuit tergere, sed mersta augere*; & si magnum esset, sed non sic suam infinitam declararet potentiam. ac quãdo peccatorem indignum, sui dissimillimum, sic ex tribulatione eripit, vt glorioſum eum efficiat; prorsũsque beatum; Quod quidem satis eleganter confirmari potest ex proximo capite Ezechiel, adducto, cui Deus n.2. *Fili hominis notas fac Hierusalẽ abominationes suas, radix tua in generatione tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea*; Si pater Abraham, & Iacob, vnde eius radix. & generatio ex Chanaan, & insuper non ex quolibet eius terræ populo, sed ex Amorrhæis, & Hethæis, gentes ex omni illa progenie pessimæ, vt rectè Cornel. hìc, sanè ob eandem rationem, quia Israelitæ pessimi hominum, & licet natura filij Abraham, vita tamen ac moribus Amorrhæis, & Hethæis similes, ideo nõ Abraham eorum patrẽ dixit, sed Amorrhæos, sic August. tractatu 42. in Ioan. tom. 9. explicans illud: *Vos ex patre diabolo estis, quia erant*, ait, *Amorrhæi, & Hethæi impij, Indæi autem imitati sunt impietatem eorum, inuenerunt sibi parentes, non de quibus nascerentur, sed quorum mores sectantes, pariter damnarentur*; immo plus aliquid sanctus affirmat Hieronym. ideo scilicet Amorrhæorum, & Hethæorum filios Iudæos dictos, quia diabolum ipsum imitabantur per Amorrhæos, & Hethæos significatum: *Illius pater*, ait, *appellatur Amorrhæus interpretatus multo sermone celebratus, & mater Cethæa. Quod vel ipsa insanit, vel alios mittit in amentiam; omnis enim qui facit peccatum, de diabolo natus est, vnde & in toto orbe huius antiqui patris famosum vocabulu est. & multos vertens in amentiam.* Quid ergo de istis dici potest, aut qui amplius Deo dissimiles per culpã? & cum hoc ita esset, hos elegit, hos sibi copulauit. hos populum sibi peculiarẽ effecit, hos amauit. dilexit, eduxit, & non reproborum instar, sed iustorum commutata tribulatione magnificauit, honorauit, bonis omnibus ditauit. Erigat ergo ex hoc spem suam peccator, non desperet impius, & si in tribulationum procellis se submersũ videat, aut in fœce immersum peccatorum, quia Dei est. non solùm sibi propinquam creaturam per sanctitatem exaltare, sed etiam alienam, non solùm iustos, sed peccatores, dummodo conuertantur, ac resipiscant, & in summam reducet gloriam summam tribulationem, non malum malo expellendo, vt cum impiis, sicuti cum Ægyptiis egit vt noster ait Sapiens dicens, *Per quæ enim pœnas passi sunt.*

Ezechiel. sup. n.2.

Cornel.

Aug.

28. Peccatores diaboli filij non Dei, dũ eius mores imitantur.

Hieron.

A peccatores, quanto Deus tutamine pauperes defendat, dum eadem ipsorum ad eos opprimendos vtitur potentia, eadémque pauperes defendat, ac vindicet summè eos custodiens, ac defendens, sic vt nullus, ac pauper in mundo custoditus, Psal 10. n.5. *Dominus in cœlo sedes eius*, Regius ait Psaltes, quid inde? *oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum*, ad quid affirmare in cælo Dei sedem? ad hoc vt dicat paupere respicere, & filios hominum interrogare? hoc est, superbos, elatos, carnales tan quia pauper Dei cælum, eiusque sedes? sanè hic hunc locũ sanctus intelligit Brunus; *Ideo*, ait, *quia cælum est pauper, oculi eius, id est, misericordia per quam eum videt, respiciunt pauperem.* Ergo effectus oculorum, in pauperem, interrogatio filiorum extitit hominum, hoc est, superborum; eos de vexatione pauperum interrogans, exquirens, examinans, hinc eorum custodia.

Psal.10. n.5.

S. Brunus.

1. Pauper Dei cælum, ab ipso summè custoditus.

At notandum oculis Deum pauperem inspicere; palpebris homines malos, superbos scilicet diuites interrogare; quid per palpebras? sanctus idem Brunus Scripturas intelligit sanctas, *Eo quod*, vt ipse ait, *ad modum palpebrarum modo clauduntur, vt malos excæcent, modo aperiuntur vt bonos illuminent.* Quam expositionem sumpsit ex August. in hunc ipsum Psalmum, congruentérque sequentia exponit, nempe, *Dominus interrogat iustum, & impium, qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam*, hoc est, vt ipse ait, *sanas scripturæ sententias*, ob quod pluet Dominus super eos laqueos, ignem sulphur, & spiritum procellarum, quæ ad hæreticos applicans, sic ait: *Merito pluit Deus super peccatores, (antonomasticè,) id est. super hæreticos, laqueos, id est merito dat eis tales pluuias, id est Scripturas, quæ sint eis laquei, id est decipientes, & excæcantes, Scripturæ enim verè dicuntur pluuiæ per similitudinẽ, quia sicut pluuiæ cum in bonam terram cadunt, fructum bonum generant, cum vero in malam tribulos, & spinas procreant, sic & Scripturæ in bonis virtutum lumen, in malis verò cæcitatem operantur; & non solum pluet laqueos, sed ignis, & sulphur, & spiritus procellarum est pars calicis eorum, id est inebriationis eorum, id est inebriabit eos igne, id est nimio ardore pernertendi Scripturas, & sulphure, id est fœtore depranationis ipsarum Scripturarum; & spiritu procellarum, id est nimia garrulitate, quæ generat procellas, id est perturbationes in Ecclesia.* Quæ omnia congruenter ad hæreticos, sicut & quæ sequuntur etiam ad malos applicari possunt prædicatores, dum per ignem ardorem intelligit sanctus auaritiæ; per sulphur fœtorem malæ actionis; & pro spiritu procellarum æternam damnationem; *Vel ignis*, ait, *potest poni pro ardore auaritiæ, sulphur pro fœtore prauæ actionis, qua corrumpitur proximus; & spiritus procellarum, pro illa æterna damnatione, quæ fiet per administrationem malorum spirituum.* Acutissimè: prædicant, & nisi lucrum adesset non prædicarent, fœdè viuunt, quid inde nisi æterna sequitur damnatio? Nazianz. verò orat. de pauperum amore, per palpebras minimam, seu secundariam in diuites Dei intelligit inspectionem, sicut per oculos primam in pauperes. *Et oculi eius in pauperem respiciunt*, ait,

2. Scripturæ sanctæ Dei sunt palpebræ, & cur.

3. Hæretici vt excæcantur à Scripturis.

4. Malorum prædicatorum pœna.

Nazianz.

5. Dei prouidentia erga Pauperes prima, secũda erga diuites.

B C D

HOMILIA XXXIV.

Deus superborum destructor per ipsamet instrumenta quibus pauperes opprimunt.

PRo fonte enim sempiterni fluminis humanum sanguinem dedisti iniustis, noster ait Sapiẽs, pœnam peccatorum indigerans, dum isdem armis, quibus superbi ipsi, ac in dominatu principes pauperes opprimunt, iisdem à Deo opprimuntur, per flumen Israëlem interemerunt, pereant & ipsi per eadẽ fluenta, & sciant

quod quidem palpebris melius eſt, & efficacius, palpebra autem eius explorant filios hominum, id eſt minor, vt ita dicam, & ſecundaria inſpectio. At proprius ad rem noſtram Greg. Moral.lib 13.c.7. per palpebras Dei iudicia intelligit, eiuſque diuinam iuſtitiam cum nos flagellat. *Palpebrarum nomine diuina iudicia deſignantur*, ait, *ſicut per Pſalmiſtam de Domino dicitur: Palpebræ eius interrogant filios hominum.* Oculis ergo tanquam pater reſpicit pauperē, palpebris tanquam iudex interrogat impios, hoc eſt, diiudicat eos opprimētes, vt ſic quàm ſecurus in ſua ſe paupertate pauper, quàm timidus in ſua potentia diues extare poſſit intelligatur. Vnde rectè Chryſoſt. hom final. in Matth. benè munitam eſſe paupertatem affirmat, *At nō paupertas*, ait, *hæc enim regia eſt, non ſubiecta furibus, ſed bene munita.* Sic quidem bene munita, quia Dei oculi in pauperes, hoc eſt, eius particularis prouidentia, de diuitibus eos vindicans, vnde eo ipſo, quo iſti in pauperes inſurgunt, eo ad eorum interrogationem Deum prouocant, quo fit, vt ipſamet pauperum oppreſſio ſit eorum protectio, & ideo proteguntur, quia opprimuntur. *In prima defenſione nemo mihi affuit*, ait Paulus ad Timoth. 2. c.4. n.16. in quo loco Pauli tribulationes, & perſecutiones pro defenſione intelligens Ambroſ. ſic ait: *Preſſuram, & tribulationes ſibi illatas defenſionē ſuam nuncupat, paſſio enim Chriſtianis vita eſt, & perſecutio defenſio.* Vnde hoc? ſanè, quia tunc à Deo reſpiciuntur, dum oppugnantur Pſal.11. n.10. *Propter miſeriam inopum, & gemitu pauperum, nunc exurgam dicit Dominus*; vbi egregiè Chryſoſt. *Non enim vitam, nec virtutem, ſed malorum perpeſſionem dicit Deum excitare ad ſupplicium, & vindictam.* Vnde grauiter ipſe colligens ait: *maxima defenſionis loco eſt calamitas, & malum pati.*

At, & ſi verum, atque indubitatum Deum pauperem defendere, à potētioribus eos vindicare, vt proprius ad rem noſtram accedamus, quod mirandum iiſdem inſtrumentis hoc efficere, quo pauperes opprimunt. Hoc adnoto in illo pluſquā admirabili facto puerorum, dum enim ipſi in fornace iam, ait Scriptur. Daniel 3.n 46. quod viri illi, qui eos miſerant extrema illa puerorum ſorte non contenti, ex furore, rabie, ac vindictæ odio in iam deploratos: *Non ceſſabant ſuccendere fornacem naphta, & ſtuppa, & pice, & malleolis, & effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem*; at quid ex hoc? *& erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis*; duo hic adnoto, Primum ante ignis eruptionem adnotaſſe Scripturam flammæ effuſionē ſuper fornacem, ad hoc, vt eruptio ignis, non naturalis, ſed violenta intelligeretur ab Angelo, qui, vt rectè Cornel. hīc, excuſſit ignem, à pueris abegit, remouit ad latera fornacis, extra quæ impulit, & ibi Chaldæos tortores, incenſoréſque ſuccendit. Quod notauit Chryſoſt. hom. de tribus pueris tom.1 ſic eloquens: *Et diffundebatur flamma ſuper fornacem, ô Dei potentia clarius luce monſtrata, furatur paſtus alienos incendium: nam conſumpſit quos prope inuenit, quia ieiunas in ſuis.* Pulchrè, vis igni inferebatur dum paſcere ſuos non illi permitte-

batur; quid ergo vim vi repellēs, vt ſic dicam foras abactus alienos paſcit, dū ieiunat in ſuis. Secūdum verò, eodem prorſus igne hos periiſſe quo pueros occidere intentabant, vt omnibus ſimul notum eſſet in flāmis derelictos, in fornace calamitatis incluſos, Deum defendere, & eodem inſtrumento mortis, quo appetebantur ab eis excuſſo interfectores occidere En tibi pueri in exemplum ignis mortis inſtrumentum eos lambit Dei virtute eos protegente, dum tortores vrit & incēdit, vt egregiè Ambroſ. lib. 6. in Lucam c.2. *Cantauerunt*, ait, *Hebræi, cum veſtigia eorum tactu flamma rorantis humeſcerent, & intus extraque ardētibus omnibus, ſolos tamen innoxios ignis lamberet, nec adureret.* Pulchrè ignis pueris ros, eorum veſtigia non vrens, ſed humectans, vnde in fornace ros, extra ignis, occidens eos, qui eum ad aliorum malum accenderant, mutato officio, vt præclarè Zeno. Veronenſ. Epiſcop. ſerm. 8. de tribus pueris, *In caminum miſſi*, ait, *vt ſubmerſi ſunt, ſtatim innoxios rore incendia temperantur, mors refugiens mutat officium, incenſores cremantur, incenſis hymnum canentibus flamma blanditur, melioratur vita ſupplicio, Rex non inuideret pueris, ſi eos non præcepiſſet ardere.* Egregiè, in quibus verbis illud præcipuè adnotandum, malorum perſecutionem nō deteriorare, ſed meliorare ſanctorum vitam, dum ſupplicium eis inſtrumentum non fit mortis, ſed gloriæ, poſt ſe trahentes, non ipſi ad reges eunctes; *Tunc Nabuchodonoſor Rex obſtupuit*, ait Scriptura, n.91. *& ſurrexit properè*. ô mira tribulationis ad exaltationē vis, pueri extra fornacem in dignitate, ac palatio regaliter viuētes, cum Daniele ſimul ad regimen, & imperium eleuati, ad ſolium trahuntur Regis, & de ſolio ad fornacem, ad mortem, ad crematione, ad incendium; at in fornace, hoc eſt, in tribulatione, ad ſe ipſi attrahunt regem, & celeriter de ſolio ſurgens, quaſi inuidens, vt ſanctus ait Zeno, ad ipſos accurrit; quid hæc nobis clamant, niſi quod de amicitia regum ad fornacem, de fornace verò ad gloriam proceditur.

Nec ob hoc ſolùm vita ſanctorum in tribulatione perficitur, ſed etiam, quia tūc in ſummo ſunt gaudio, in ſummo tripudio; en tibi pueri extra fornacem triſtes, perſecuti, carpti, in fornace lætantur, cantant, tripudiant, cuius equidem ratio, quia, quid magnum in ſe tribulatio contineat, niſi in ipſa ignoratur: non enim illud ſpeculatiuè, ſed practicè intelligitur, Eccleſiaſt. 34.n.11. *Qui tētatus non eſt, qualia ſcit?* vbi ad rem noſtrā ſatis Rabanus: *Tentatio hic experientiam ſignificat tribulationis, quæ electis exhibetur ad probationē, quanto enim quis tribulationē experitur labores, ſi in fide perſtiterit, & patientiam ſeruauerit, tanto contra alios labores in tolerantiæ virtute fortior erit.* Egregiè, vbi vltima adnotanda verba, ex vna tribulatione bene tolerata contra aliam fortiorem quippe inueniri, non quidem aliunde niſi ab experientia mannæ, ac dulcedinis incluſæ. Vnde eleganter Nazianz. orat. 23 in laudem Neronis, *Philoſophi animus*, ait, *ex eo quod paſſus eſt, generoſior redditur, atque vt candens ferrum frigida aſperſione, ita ipſe periculis obdureſcit.*

At non ſolum in Eccleſiaſtici verbis hoc

6. Eius palpebræ iudicia quibus potentes interrogat, pauperem vindicant.

7. Pauperum oppreſſio eorum defenſio, & cur.

8. Deus iiſdē inſtrumentis pauperes defēdit, quibus peccatores eos opprimunt.

9. Tormenta bonorum, non eos ſed perſecutores torquēt

10. Tribulatio clariores reddit ſanctos.

11. Exilla ad ſe ſummos attrahūt Dynaſtas.

12. Tribulationis fructus niſi experientia non cognoſcitur.

13. Ex patiētia tribulationis animus roboratur.

Gregor. *Chryſoſt.* *Pſal.11. n.10.* *Chryſoſt.* *Daniel.3. n.46.* *Cornel.* *Chryſoſt.* *Ad Tim. 2.c.4.* *Ambr.* *S. Zenon.* *Eccleſiaſt. 34.n.11.* *Rabanus.* *Naziāz.*

adnotãdum, sed verbum illud *qualia sint*, non enim dixit, *quid*, quod aliquid substantiuum, sed *qualia*, quod qualitaté, & magnitudiné, & amplitudinem, & rei alicuius denotat magnificentiam, quasi dicat, non tribulatus quid magni, quid præclari, quid excelsi scire potest, prorsus nihil; hinc Sanctorum in tribulatione lætitia, ideo lætantur quia magna operantur; vnde quo maior tribulatio, eo maior lætitia; *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij*, Actor. 5. n. 41. vnde gaudium? *Quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*, contumelia fuit flagellatio, & ex flagellatione illud magnum in tribulatione inclusum experti sunt, non ante, & ideo tanquã de magno lætati. Quod eleganter dixit Chrysost. hom. 61. ad populum super hæc eadem verba, vbi coniungens ea quæ Paulus ad Philipp. c. 4. n. 4. nempe: *Gaudete in Domino semper*, sic ait: *Et quomodo gaudere licet, vbi sunt vincula, vbi tormenta, vbi indicia*; sic respondet: *hic maximè gaudere licet, quomodo verò licet vbi non hæc?* & rationem addens sequitur: *Qui namque sibi nullius magna rei conscius est, quomodo delectabitur, itaque quanto maiorem dixeris tribulationem, tanto maiorem dicis voluptatem.* Egregiè, de magnis lætamur factis, qui magna non gessit quomodo delectabitur? hinc quia, qui sustinent patienter, magna gerunt, summè delectantur, sic summè, vt ex solo tribulationis postea nomine audito extra se præ dulcedine fiant; nolo antiquis, quæ satis abunde supperunt, sed modernis hoc confirmare exemplis, ne quis causetur tempora, quasi non idem esset nunc Deus, ac tunc, si similes antiquis nos essemus Patribus; Venerabilis enim pater Ioannes à Cruce nobilissimæ familiæ Carmelitanæ discalceatorum parens, vt narrat in sua historia Pater Ioseph à Iesu Maria eiusdem Ordinis, lib 2. c 6. & 12. post longum carcerem, post diras flagellationes, post extremam inediam, post maximas ignominias, vt penè ad instar Christi saturatus fuerit opprobriis, tali erga labores, tribulationes, iniurias, angustias affectu, animo, æstimatione prodiit, vt ex nomine solum earum in extasim raperetur, ac totus extra se fieret, dulcedinis memoria, quam in laboribus expertus erat, & ærumnis; vnde, vt ibi narratur, die quadam cum memoria Christi tribulationum, & dolorum in eius fieret præsentia, statim in extasim raptus, post horam ad se reuersus, talia adstantibus dixit. *Nolite mirari vt laborum tantummodo nomine extra me adducar, dum ea extitit diuina lux in carcere ingentium bonorum, quæ ipsi in sè includunt, quando pro nomine Iesu sustinentur, vt non solum rapiar, sed vehementer crucior, quia parum perpessus, & parum patior.* O excellentissimo viro digna sententia! qualis erat huius erga Christum amor, dum cruciabatur, quia non patiebatur. Hinc non mirum, si illam ibi mysticam hausit theologiam, vt sua asserit historia, quam in suo nobis plusquam admirabili reliquit libro contra quem, & si tota diabolica insurrexit astutia, nec prævaluit, nec Deo fauente prævalebit. Zelo multi abundant Dei, sed non secundum scientiam, hinc insciтè norant, de quo nec furtiuè audierunt, edico, librum diiudicandum non tantum scientia, quantum experientia; at & si in viro hoc tibi magnum videtur, audi aliud & plus mirabile ex fœmina, dignum, vt ab illa propemodum diuina suarum historiatrice fundationum, adnoretur Theresia virgine sanctissima, ac lucidissima nostri temporis præclarissimum iubar: ipsa enim in fundationum libro c. 12. de quadam sua Moniali, *Beatrix Oñes*, dicta in sæculo, in religione *Incarnationis*, affirmat, quod sic siti tribulationum, ac cruciatuum premebatur, vt & si magnos à Deo obtinuisset dolores, die quadam in festo sanctissimæ Crucis, cùm Dei verbum audisset, sic ad crucis amorem, ad tribulationum desideria, ad tormentorum anxietatem exarsit, vt in lecto decidens irremediabilibus fleret lachrymis; percontata autè, quid haberet, respondit. *Rogate Dominum, vt multis affligar tribulationibus, & doloribus innumeris non parcat, sic quidem non aliàs illachrymari desinam, animo totaliter contenta.* O mulier non mulier, sed vir, non virgo, sed heros, qui talia prompsit, qui talem erga labores obtinebat animum, vt non sic quis carnalis in eis affligitur, ac ista propemodum diuina virgo sine eis eorum siti cruciabatur. Vnde hoc? nisi ex gustu dulcedinis illius diuinæ; vnde bene Chrysost. percontetur, & dicat, *Quomodo hic gaudere licet, quandò non adsunt tribulationes?* Meritò ergo sanctus Zeno affirmat tribulatorum meliorari vitam, non secus ac trium puerorum in fornace, cuius ignis non ipsos, sed eos, qui ipsos concremare volebant, exussit, Deo eodem hostes, ac tyrannos infestos dignè vindicante, iustos autem suos absoluente, vt egregiè Augustin. serm. 240. de tempore, vbi sic: *In fornacem missi sunt sancti, fugiunt flamma, cedunt ignes, incendia expanescunt, ostendunt iustorum meritum, dum tyranni contemnunt imperium, licet sanctis cum igne iocari, quibus cum hominibus non licuit commorari; Accipe hostis à supplicijs exemplum, qui humanitatis perdidisti consilium, fugiat ignis iustos, quos iniustè damnasti, damnant hostes, & absoluunt ignes, Chaldæi adiiciunt; & pœna defendunt, homines seuiunt, & supplicia venerantur, ac persequentes puniunt.* Satis equidem ad rem, vbi illa ponderanda verba: *accipe hostis à supplicijs exemplu*, cũ si verè quis pauperem opprimens recogitare vellet, nullum efficacius illi exemplum ad correctionem, quam ipsiusmet tyrannidis potentia, dum tota contra se reuolura eodem ipsum mulctat instrumento, quo ipse pauperem, ac desolatum oppressit.

Enimuero, nunquam satis admiror semper, ac in hoc ipso Daniele historiam sanctissimæ Susannæ percurro, à falsis iudicibus accusatam lego, conuictam, condemnatam ad supplicium ductam, tota eam comitante populi multitudine iuuenum, senum, prouectæque ætatis virorum; & tamen inter tot, tantósque maturæ ætatis homines, nullum ex eis excitasse ad eius defensionem Dominum, *nisi spiritum sanctum pueri iunioris*, c. 13. n. 45. cur non alterius alicuius senis, maioris authoritatis, eiusdémque cum falsis testibus canitiei, ac proinde eiusdem, immo amplioris credulitatis: sed spiritũ voluit excitare pueri iunioris,

14. Non tribulatus nil præclarũ & altum scire potest.

Act. 5. n. 41.

Chrysost.

15. Vbi maior tribulatio ibi maior voluptas.

16. Tribulationis memoria extra se iustos rapit.

17. Exemplis probatur.

Ioseph à Iesu Maria.

S. Theresia à Iesu.

Augustin.

18. Libet Ioannis à cruce laudatur sicut & eius charitas.

Daniel. 13. n. 45.

19. Deus cur voluit Susannam à Daniele iuniore, & non ab alio seniore defendi.

rem agens ſupra ætatem, ſupra vires: vnde rectè aliqui pro illo *ſpiritu* intelligunt ſpiritũ *audacia*, & *induſtria* ſupra Danielis vires, ſupra ætatem, vnde hoc? quale myſterium. Deus enim miracula non ſine cauſa operatur.

Ambr. Diuus Ambroſius lib. de Ioſeph Patriarch. c.5. ad eius in tribulatione ſilentium illud tribuit; *Suſanna*, ait, *dum tacet in iudicio, melius locuta eſt oraculo. & ideo Prophetæ meruit defenſionem, quæ propriæ vocis non quæſiuit auxilium.* Cordatè, dum oppreſſi tacemus, Deus pro nobis loquitur, & efficax Dei auxilij præſtolatio noſtrum eſt ſilentium; *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*, ait Moyſes ad populum, Exod. 14. n 14. Inſtante Pharaonis tribulatione, cur tacentibus ipſis pugnabit Dominus, nónne melius, & ſimul vociferantibus? non quidem, quia nulla Dei ad bellandum talis præſtolatio vt perpeſſorum ſilentium Deo ſua committentium, ac omnino ab eo pendentium; *Vides, quomodo fidelis*, ait Lippom. hîc in cat. *totus à Deo pendet, Sabbatum in Deo celebrat, de propria virtute non confidit, fide ſua vina poteſt omnia, ſed in eo cui fidit.* Pende illud, *Sabbatum in Deo celebrat*, hoc eſt tripudium, ante victoriam de victoria ſecurus, immo in ipſo belli ardore triumphãs; recta hæc, ſed non eſt modo hoc quod peto, ſcilicet cur eam defenderet Deus, ſed cur per puerum?

Exod. 14. n. 14.

Lippom.

20. Silentium in tribulatione vnica eſt Dei expoſtulatio.

Auguſt. Proprius ad rem ſanctus Auguſt. ſerm. 118. de tempore, ad illius caſtitatem hoc refert, quaſi dum ſic caſta, vt mortem potius ſubiret, quam illam violaret, iuuenem virginem meruit defenſorem. *Iuditem meretur caſtitas Danielem puerum innocrem, nec dum pubeſcentis ætatis; multum igitur de Deo pudicitia conſequitur, cum iudicem virginem promeretur.* Egregiè, inconcuſſa caſtitas ſic fortiter tentata, nec excuſſa prope ad præmium virginitatis accedens, dignè à virgine defenditur, quæ virginibus eſt ſuppar.

21. Caſtitas inconcuſſa virginitati ſuppar.

At & ſi hoc verum aliud aliquid mihi videre videor ſatis ad rem noſtram, dum adnoto, non ſolum virginem Deum elegiſſe, ſed iuuenem virginem, ætatis enim feruidæ, ac ſanguinis ebullientis, cum ſecundum Cornelium tunc annum Daniel attingebat vigeſimum quartum, vt eodem cultro Deus hos peſſimos iugularet, quo ipſi ſanctiſſimam fœminam iugulauerant. *Venit ad eam adoleſcens*, dixerunt iniqui, *& concubuit cum ea, & illum non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat*, n. 7. & 39. en inſtrumentum mortis Suſannæ ſanctiſſimæ, adoleſcens ſenibus fortior, ideo ſenibus creditum à populo, quia contra ſenectutem iuuentus, ſenes debiles contra fortem iuuenem non valere credibile, adoleſcentem cum adoleſcentula cõmiſceri ſuadibile; Hinc prolatum indicium mortis in Suſannam; quid ergo iuſtiſſimus omnium inſpector, non per ſenem, non per venerandam canitiem, ſed per iuuenem eam liberare voluit vt eadem iuuentute inſidi perirent, qua & ipſi ſanctiſſimam occidere intentarunt, vt tunc corpus caſtum, quod per fallaces ſenes diabolus infamauerat, per ſanctum iuuenem vindicaretur, vt ſanctus inquit Zeno Veronenſ. Epiſcopus; *Ibat ad ſupplicium*, ait ſanctus ſerm. 9 de Daniel, *non adulterum corpus in quo extrema libido ſenilis exarſerat, ſed infamauerat diabolus, & quod protexerat virtus, & ornabat pudor illæſus, tunc in puero ſancto Daniele Spiritus ſanctus ingreſſus.* Pende illud, *quod infamauerat*, nam ſi inſtrumentum aduertis infamationis, myſterium ſcies iuuenis electionis: pereant ergo per iuuenem ſceleſti ſenes, qui per iuuenem infamauerunt, & ſciant omnes eodem inſtrumento potentes perire, quo innocentes opprimunt.

Cornel.

S. Zenon.

At aliquid aliud amplius ex hac hiſtoria placet eruere, & non quidem extra rem. Adnoto enim in illa; ſic Deo à potentibus pauperi illata extrema offenſio odioſa: attende quid dico, non tantum offenſam, ſed extremã aio, hoc eſt vltimam, quando ſic potens impotentem circumuenit, ſic Princeps pauperem ſubditum, vt iam acta res ſit, & vt iam mortuum reputet, ſuperante tyrannide, potentia, vi, nullo contra mutire paupere audente; tunc ergo quando ad hunc pauper deuenit ſtatum, ſic Deo vltima illa, vt dixi, abominabilis eſt oppreſſio, vt & ſi ad magna cætera ſileat peccata, etiam contra ipſum immediatè perpetrata, dum tamen ad cumulum perpeſſio accedit pauperis, ſtatim ad vindictam exurgit ſcindens, potentémque diſtrumpẽs; hoc enim videre mihi videor in verbis illis ſanctiſſimi Danielis ad ſenes, ſic enim ait ad primũ n. 52. *Inueterate diarum malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente Domino, innocentem, & iuſtum non interficies;* Quid eſt inueterate dierũ malorum? niſi vt expoſitores aiunt, *qui dies tuos à puericia eſque ad ſenium in luxuria, & ſceleribus tranſegiſti?* Si ergo à veteribus dictus iſte malus, & non ſolum carnalis, & puridus ſed peruerſus iudex, innocentes opprimens, noxios dimittens, cur nunc venerunt peccata tua, hoc eſt, vt rectè Sanchez hic eorum ſupplicia, & non ante? ſanè, quia & ſi innocentes prius opprimebat, non interficiebat, non vltimum eis addebat ſupplicium; at quando ſic innocentem oppreſſit, vt interficeret, *Tunc Angelus Dei accepta ſententia ab eo, ſcindit eum medium*, hoc eſt, vt rectè aliqui, per ſe ſciſſus erat, niſi populus feciſſet; ſic Deus iam cõtra hunc infenſi extabat animi, vt ſi homines, ſi lapides defuiſſent ad eum occidendum, ipſe per Angelum occideret, diſſecaret. Ex quo profecto duo habemus; primum quod intendimus ſcilicet tunc ſupra ſe potentem illico vindictam acceſſurum, quando vltimò pauperem oppreſſit, ſic, vt vltra contra eum quidpiam patrare non ſuperſit; & ſecundum, vt omnes diſcant principes, apprehendant potentes, ac tremant; nam tunc quando ſic pauperem grauant, ſic opprimunt, vt intereat, tunc, & ſi bellum non ingruat, & ſi potentior deſit, & ſi vis non adſit humana, per Angelos eos Deum ſciſſurum. Ex quo ſciant non tantũ pauperibus, quam ipſis vltimum ſe parare ſupplicium. Quod eleganter dixit Athanaſ. in Euangelium de paſſione. & cruce Dominj; *Cæca enim malitia eſt*, ait, *& animi prauitas, vt quæ non intelligat ipſam contra ſe manus acuere*, notanda ſingula, *veluti ſi quis ſerpentem manu apprehendat, vt alteri iniiciat, quod fieri non*

22. Extrema potentum in pauperes vis, & violẽtia ad eorum iudicium Deũ armat, & impellit.

Sanchez.

23. Ad pauperẽ oppreſſum vindicandum ſi humana deſint inſtrumenta adueniunt diuina.

Athan.

24. Malitia cæca ſe interficit alios interficere animans.

Digitized by Google

poteſt quin ipſe prius mordeatur, aut ſi quis ignem manu ſumat, vt hoſtem ladat, interim non animaduertat ſeipſum comburi, ita ipſa malitia contra ſui vſurpatores militat, eoſque quos ipſam tenent magis quàm illos in quos noxam parat, conſanciat. Quod exemplis huius loci propriis cõfirmans, ſequens ait: *ita quoque Pharao volens capere, captus eſt, & exortus perſequi, perſecutionem paſſus eſt, & necem moliens, ſubmerſus eſt; ita & Goliath, quibus armis Dauidem inuadebat, detruncatus eſt, & ſpoliare deſtinans, ſpoliatus eſt.* Egregiè, in qua ſententia illa adnotanda, potentum in pauperes depreſſionis inſtrumenta ſerpentibus, ignique Sanctum comparaſſe, ipſum mordentibus, ac cremante perſecutorem, vt videas quam verum ſit eodem prorſus inſtrumẽto ſe hoc confodere, quo pauperem confodiũt, ſerpentes iniiciunt, ab ipſis ſerpentibus mordentur, ignes iiſdem cremabuntur, non aliis, non diuerſis.

Attende hoc, in illa infelici Saulis morte, inter cuius infortunia illud maximum, manibus Amalechitæ interimi, 2. Reg. 1. n. 8. *Quiſnam es tu?* interrogans dixit, cui ille: *Amalechites ego ſum. ſta ſuper me, & interfice me, ſtans ſuper eum occidi illum* Scio multos putare hunc egregiè mentitum, & Saulem ſuo ſe mucrone interemiſſe, coniecturis aliquibus vruntur, & rationibus, ſed quidquid ſit de hoc, de quo modò non diſputo; vnum certum hanc eſſe Ioſephi ſententiam, & Hebræorum, de qua diſcedere cum alimdè notabilis adſit ſcripturæ authoritas, neſcio quo firmo ſit fundamento; quis namque potius Hebræorum callebit veritatẽ geſtorum, quàm ipſimet in quibus per traditionem ea deducta quod verè geſtum contineant, quam externi ignorent; dixi notabili adſtante ſcripturæ teſtimonio, ſic vti hic, vt confictas euitem Talmudicorum fabulas, & aliquorum aliorum: ergo quando ex ſcriptura illud, & ex Hebræorum hiſtoriographis capitur, ſanũ, illis potius, quam externis adhærere; ſuppono ergo ab Amalechita interfectũ, ab incircunciſo, ab infami, impuróque homine quos tantopere abhorrebat, vt maluerit occidi, quam ab ipſis illudi, 1. Reg. 31. n. 4. *Dixitque Saul ad armigerum ſuum. enagina gladium tuum, & interfice me, ne forte veniant incircunciſi iſti, & interficiant me, illudentes mihi.* Hoc ergo cum ſit, quale myſterium Dei iuſtitiæ, vt bello ingruente voluerit non alia hunc manu interimi quàm incircunciſa, & omnino, vt incircunciſus eſſet, qui eum interimeret, animum totaliter ab eius auferens armigero, qui Hebræus, poſſet enim, & in extrema ſorte hoc illi ſolatium præbere, cum aliquando in illa plus horrent homines manum interficientis, quàm ipſa interfectio, lucrúmque reputant potius ab amica quam externa interfici manu. Sic Dauid ad Ionatham 1. Reg. 20 n. 8. *Si autem eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introduxeris me* Et ex externis, Virgilius Achemenidem inducit, qui Troianorum perire manibus lucrum reputat, dummodo nihil à Polypheino homine ſemifero tale patiatur.

Pro quo ſi volueris tanta eſt iniuria noſtri,
Spargite me in fluctus, vaſtoque immergite ponto,
Si perco manibus hominum periiſſe iuuabit.

Quod cum ſit, cur ergo Deus mitiſſimus huic in extremis iam tale negat ſolatium? ſanè, mea ſententia, ob illud, vt eodem gladio, eodémque inſtrumento hic perfidus interiret, quo ſæpè Dauid interimere conatus: ibidem, c. 18. n. 17. filiam ei promiſit Merob, & ſi aliàs debitam, ea conditione, vt bella Domini præliaretur, at quo fine? attende: *Saul autem reputabat dicens, non ſit manus mea in eum, ſed ſit ſuper eum manus Philiſtinorum.* Et infrà n. 25. *Porro Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philiſtinorum.* Iuſtè ergo pereat impius per manus incircunciſorum, qui per gladium eorum occidere intentauit Dauid, & ſua qua pollet malitia, Deum doceat, quo modo illum occidat, qui ſic impiè contra ſibi ſubditum cogitabat ſanguinem.

Notanter dixi, Deum doceat, cum pro certo habere debemus, non aliud impios contra pauperem inſurgentes agere, quam Deum inſtruere, quibus armis, quibus modis ipſos perimere debeat; vnde eo quo inſidias ipſi imbecillo aſtruunt, eo ſibi eas ſtruunt; quapropter optimè hic illud adaptari poteſt quod Chryſoſt. malis prædicatoribus, nempè eos, *dum benedicunt, & malè agunt, Deum inſtruere quomodo eos condemnare debeat.* Sic, & impium dum contra innocentem inſurgit, Deum inſtruere, quibus armis eum perire debeat, quibus modis, quibus tandem technis. Peruerſi illudebant Prophetas, eos, eáſque irridentes prophetias, vnde apud Iſaiam, c. 28. n. 10 dicebant ſubſannantes, *manda, remanda, expecta, reſpecta, modicum ibi, modicum ibi.* Vbi Caſtro, & cum eo omnes cordati authores, *Ethopeiam agnoſcunt*, hoc eſt *relationẽ dictorum alienorum cum deriſu.* Minas ergo, ſiue Dei præcepta à Prophetis audientes, qui ex ore Domini loquentes incipiebant *hæc dicit*, ſeu hæc *mandat Dominus*, cum ſcommate repetebant eos irridentes; at quid faciebant? Deum profectò inſtruere in eorum neceſſitatibus, quomodo etiam eos ſubſannare debebat, vnde ſequens ait: ex perſona Domini Propheta; *& erit eis verbum Domini, manda, remanda, expecta, reſpecta, modicum ibi, modicum ibi.* Hoc eſt, ſimiliter quando vos videam in tribulatione petentes & exclamantes, ac promittentes, ad inſtar veſtrorum ſcommatum vos ſubſannabo, dicens: *Manda, remanda*, à vobis edoctus, quomodo vos illudere debeam. Hinc Paul. 2. ad Theſſalonic, c. 1. n. 4. patientiam ipſorum in tribulationibus extollens, ſic ait: *Ita vt nos ipſi in nobis gloriemur in Eccleſiis Dei pro patientia veſtra, & fide, & omnibus perſecutionibus veſtris, & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini, ſi tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere tribulationem iis, qui vos tribulant.* Quid eſt ſuſtinere tribulationes in exemplum iuſti iudicij Dei? Remigius ad vltimum iudicij diem hoc referens, illius grauitatem affirmat colligi ex martyrum paſſionibus: nam ſi iuſti ſic tribulantur, de impiis quid fiet? *Sicut ergo martyres, ita aliique fideles Deo permittente multa pericula, & aduerſa in hoc ſeculo ad exemplum iuſti iudicij Dei patiebantur, quoniam in ipſis oſtendebatur, quaſi illi qui dilecti Dei erant talia patiebantur, multo graniora, & ampliora reprobi, & inimici illius in die iuſti iudicij Dei ſuſcipient.* Theophylactus ad præmium illud refert, vnde

1. *Reg.* 31. n. 4.

25 Cur Deus voluerit vt Saul ab incircunciſo interficeretur.

1. *Reg.* 20. n 8.

Virgilius.

27 Mors ab inimica manu plus perſentitur, quàm ipſa.

2. *Reg.* 1. num. 8.

25 Saul ab Amalechita occiſus vera ſententia.

A

B

C

D

Ibi c. 18. n. 17.

Iſaias 28. n. 10.

1. *Ad Theſſalo.* c. 1 n. 4.

29 Sancti quomodo patiantur in exemplum iuſti iudicij Dei.

Remigius.

30 Iudicij terribilitas, ex paſſionibus martyrum colligi poteſt.

Theophyl.

28 Impij contra pauperes Deum inſtruunt quomodo eos ponite debeat.

pro exemplo ostensionem intelligens, siue documentum, vt secundum Erasmum verbum sonat Græcum, pati eos affirmat ad ostensionem iusti iudicij Dei, quasi qui non gratis, sed ex laboribus illis regnum tribuerit eius gratia toleratis: vnde ait: *Valde enim consolatur eos, ostendens quod non gratis coronantur, sed iusti, ac veluti retributionem accipientes propriorum laborum, & sudorum, regnum videlicet.* S. Thom. illud refert ad terrorem malorum, quasi ideo sancti patiuntur, vt mali ex eorum tribulationibus terreantur hic, *si enim Deus*, ait Sanctus, *non parcit bonis in hoc mundo, quomodo parcit malis in futuro?* Verissima hæc, sed ad nostrũ institutum proprius illa quam tradit, & confirmat doctissimus Pater Velasquez, in epist. ad Philipp. c. 1. n. 18. adnotatione 2. morali n. 8. sãctos tribulationem hic pati ad exemplum iusti iudicij Dei, hoc est ad documentum, ad institutionem, quomodo malos, sanctos cruciantes Deus punire debeat, par pari referens, eodem eos instrumento puniens, mactans, occidens; immo in eadem, ac sub eadem eos premens elatione, qua ipsi in pauperes efferebantur, vertens in eorum tumulum, quem reportant de pauperibus triumphum.

31 Præmium non gratis, sed ex meritis in die iudicij summa Sanctorum lætitia. *S. Thom.*

Velasqu. 32 Malè sanctos hic persequentes in die iudicii eodem modo à Deo puniendos, ab eis Deus edoctus.

Hic enim, me iudice, est verus illorum Salomonis sensus verborum, quando in Prouerb. c. 20. n. 26. de rege sapiente loquens, & in quo eius stet sapientia, sic ait: *Dissipat impios Rex sapiens, & inducit super eos fornicem*, quæ diuersimodè à multis exponuntur, ansam sumentes ex Hebræa lectione quæ sic, *Spargit impios Rex sapiens, & reuire facit super eos rotam.* Hunc authores in varias dissecti interpretationes. Rabini, & non displicet aliquibus ex nostris, allusum esse existimant ad stragem Dauid, ex Ammonitis, 2. Reg. c 12. *Quando populum eius educens serrauit, & circumegit super eos serrata carpenta, dimisitque culnis, & traduxit in hypolaterum.* Quasi dicat, Sapientem Regem in impios sic crudescere debere, ac simile imitari exemplum; sensus inhumanus.

Prou. 20. n. 26.

2. Reg. 6. 12.

Alij ad messium triturationem respicientes, quæ olim per circumuolutionem rotæ fiebat, vt patet ex Isaia, c. 28. *Non enim in serris triturabitur, gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit.* Eum faciunt sensum, vt Rex Sapiens sic dispergat impios, vt tanquam improbam messem eos demetens, immissis rotis, hoc est suppliciis. terat, & comminuat; sensus villicus.

Isa. c. 28.

Alij, pro rota ipsam fortunam intelligentes, quæ semper in gyrum volitans nunquam sistit, hunc faciunt sensum, Regem Sapientem impios spargere, ac fortunæ rotam, ac placidam, in turbulentam ipsis inuertere, & ex gloriosis inglorios, ex diuitibus pauperes, ex eius amicis inimicos, ac miserabiles efficere, sensus improprius: nam, vt sic non esset redire super eos, sed abire fortunæ rotam.

Alij, pro rota propriè tormenti genus quoddam suscipientes, in quo antiquitus sceleratissimi distendebantur, sicut & modo, vti ego ipse enecatos aliquos in illo vidi, hunc faciunt sensum, Sapientem Regem impios, ac superbos insuste alios opprimentes, ac veluti in rota adiicientes, in eadem eos extendere, ac eandem in ipsos deuoluere; cordatus & verissimus sensus, si per rotam illud tormenti genus intelligeretur, & Lectio 70. vt sic concordari possit cum nostra vulgata, quæ fornicem intelligit, quid enim tota tormenti genus cum fornice? fateor equidem, postquam Dei sanctissima Ecclesia vulgatam pro canonica nobis dedit, quod magnum, immo summum Dei extitit, & extat in his temporibus beneficium, illibentissimè eas me translationes, ebsque sensus contra vulgatam, aut in illam duros admittere, quapropter his relictis.

Cum Glosa, & Lyrano, multisque aliis, pro fornice monumenta illa victoriæ intelligo, quæ victores de victis hostibus in suam gloriam, laudémque erigebant: *Mos fuit antiquis*, ait Glosa, *vt adepta de hoste victoria, fornices sibi erigerent, in quibus virium suarum laudes describerent.* Vt ex script. 1. Reg. 15. fecisse Saulem constat, & ex prophanis res in promptu, & qui huc vsque Romæ videntur; at quia in modum arcus erigebantur, tum ad instrumentum bellicum alludendum, arcum nempè quo victoria adepta, & fortitudinem etiam victoris indigetandam. *Arcus*, etiam *triumphales* vulgò dicebantur, vnde cum formam circularem præ se ferant, optimè 70. *rotam* transtuleruntt, hoc est fornicem, siue triumphalem arcum intelligentes, & non rotam tormenti genus, cum, mea sententia, vt hoc obiter dicam, constans apud quemcúmque linguarum peritum illud debet esse ad vulgatæ sensus reducendos 70 & non è contra, vnde eorum sensus ab illa hauriendus, quando obscurus, respuendus, quando omnino cõtrarius, vtpotè aut corruptus textus, aut suppositicius, quod notandum, cum sacrum Trident. Concil. ea quippè ratione nostram vulgatam pro Canonica astruxit, quia nullam inuenit translationem puriorem, & fonti Hebræo germaniorem, à Græcorum malitia, seu versutia ad suos confirmandos errores, sacra illa, & veneranda 70. Interpretum translatio corrupta, & in millies discerpta, nam sicut bene ait Hieron. in præfatione ad quatuor Euangelia ad Damasum: *Post interpretationem 70. virorum nihil in sacris literis mutare* (hoc est in fonte Hebræo) *quod intelligi, & deprehendi non possit.* Nam cum viri illi sanctissimi purum obtinuissent originalem, & simul in Hebræa, ac Græca extarent peritissimi, certum est fontem Hebræum tunc illud resonuisse, quod ipsi interpretati sunt, vt eleganti hoc confirmat exemplo Leo à Castro in c. 28. Isaiæ super illa verba: *Manda, & remanda*, sic: *vt si in Codice*, ait, *Hispano, quem viri doctissimi centum ab hinc annis in Latinum vertissent, quidquid immutatum esset facile deprehendi posset ex translatione Latina, vt si legeretur* (vn hombre Frances) *& lectio Latina preferret* (hominem liberalem) *facile intelligeres legisse doctos illos, qui librum Hispanum Latinè vertissent* (vn hombre Franco) & sic in libro Hispano non extitisse *Frances*, sed *Franco.* corrigendus ex versione Latina; sic parimodo, quando nunc fons Hebræus dissonare à nostra videtur vulgari, eo præcipuè quando lucida illa, fons ipse Hebræus ex ea emendandus, tanquam à suo principio deturbatus, maléque dispunctus, quia dum Spiritus sanctus vulgatæ sensum pro vero, legitimóque nobis statuit, non est cur amplius supere oporteat, nisi ad sobrietatem, hoc est humiliter, quod si putidi im-

Glosa. Lyran. 33 Fornix quid.

34 Pij linguarum periti omnes traslationes sacræ Script. ad vulgatæ nostræ sensum reducere debẽt.

36 Tridentina Synodus cur relicta 70. versione vulgatã pro Canonica dedit. *Hieron.*

Castro.

37 Fons Hebræus scripturæ nunc ex vulgata corrigendus, & non è contra.

peritissimi scio li hæretici facerent, non sic in informes,ac infandas hæreses inciderent, non sic à sanctissima matre Ecclesia dilaberentur, fœtidas propalantes translationes;sed ad rem.

Germanus sensus ille, Regem nempè sapientem dissipare impios,hoc est,vt bene Salaçar cũaliis,iudices,potentes,dynastas,qui contra pauperem,& inopem fornices erigunt, victoriæ scilicet,& triumphi eorum oppressionis, ac dilapidationis, in illos eundem fornicem incuruando, demoliendo, infringendo, sic, vt qui,vt dicebamus,ad triumphum deseruiebat, euadat in tumulum,& ipsemet victoriæ triumphus, sit eorum patibulum; recole historiam Amani,& ad literam sententiam hauries Salomonis,in tropheum altam erexerat trabem perfidus iste dignitate abutens,ac potentia,vt spolia,immo Mardochei corpus pro spolio in illa appenderet; at quid Assuerus sapiens?eum dispersit,super eum fornicem ipsum incuruans,& quia dignum suspendio Mardocheum sanctum impiè iudicauit,qua morte ipse dignus Regem edocuit,immo & Deum, vt dicebamus, ligno perire insontem scelestum hunc destinauit, in ligno pereat, & incuruet Altissimus super eum eundem fornicem ad vituperium, quem ipse etexerat ad honorem.

Salaçar. 38 Proprium Regis officium superbos pauperes opprimentes, eadem ipsorũ superbia eos excidere.

Ester.

At si alium ex dictis verbis eruere sensum velis,vt etiam alii, & eleganter, sic, vt per incuruare fornicem,non sit demoliri, sed super impios eum erigere, ac struere incuruando, hoc est altè erigendo ipsum super eos, egregius elicietur sensus,nempè regem sapientem sic dissipare superbos, vt eodem instrumento quo illi pauperem opprimunt, eo ipse vratur ad eos exaltandos, sic, vt super ipsos eorum fornices astruat,fabricet,eleuet, & in altum erigat, spolia ab eis detrahendo, ad pauperes applicando, ita, vt tori ad pauperum transeant triumphum: nolo hoc,nisi vno tantum exemplo comprobare (ne nimis morosus sim) Domini scilicet nostri Iesu Christi,cuius tormenta à diabolo ei inuecta,vt tropheum de ipso erigeret; sic admirabiliter summus ille pater disposuit,vt eo ipso quo inferebantur ad ignominiam,deseruirent ad gloriam, principatus spolians, de diabolo triumphans,cum si attentè Euangelia legas,inuenies omnia Christi illusionis, ac mortis tormenta,fuisse trophei instrumenta, inimicósque,spolia,coronã,spinas, chlamidem, arundinem, crucem, omnia regum insignia, quibus dum illudebatur,adorabatur, hoc equidem sic luculenter tradit Athanas.serm de Passione, & cruce, vt peccarem, si non eius verbis hoc scriberem: tractans enim sanctus,quomodo Christus de diabolo triumphauerit, & simul quod omnia quæ contra eum ille intentabat in suum peierabant caput,sic ait: *Omnia siquidem contra seipsum agebat,qui etiam tunc spoliabatur, quum ea victoria nondum hominibus innotescebat,quam licet inuitus in lucem extulit,ac promulganit; quum enim exueretur Dominus,eo ipso erigebatur inuisibiliter de diabolo tropheum, & quo illud manifestum fieret,narratur à Ioãne indutus fuisse purpura,à Matheo vero, & Marco chlamide coccinea,coronamque illi ex spinis super caput esse positam,& calamum in manu datum, & ita cum eu produxissent genibus flexis adorasse; miraculũ nouum,& incredibile, & magne siquidem victoria insigne, quem enim vt hominem condemnauerant, eum mortuum deinde vt Deum adorauerunt,& quem aspernabantur vt vilem,& contemptibilem,eum confitebantur regem; cui tunicam, & vestem detraxerant,eum purpura circumdederunt;& quem ignorantes contumeliis afficiebant, eum Prophetam etiam nolentes appellauerunt, & quem per ludibrium, subsannationemque pulsabant,ei triumphalia addiderunt ornamenta, coccineam chlamidem,& coronam spineam, & calamum: nam tametsi ea quasi per contumeliam agebant,efficiebatur tamen inde,vt ab eo latenter expoliarentur.* Egregiè, chlamis, spinea corona, calamus in manu erant diaboli,suorúmque satellitum; vnde eo quo Christo per ludibrium applicabantur,tartareæ eo spoliabantur furiæ, & quæ ipsi ad ignominiam, Deus conuertebat ad gloriam, super ipsos incuruans fornicem, quem contra Christum erigere intentabant, quod,quomodo,& qua ratione factum,sequens explicat Athanas. *Quum enim,* ait.*sanguine terra per diabolum funestata. & multis modis cruoris esset imbuta, & ore aperto primum receperat sanguinem iusti Abel,ac proinde execrabilis reddita, dicente Domino, Et nunc maledicta terra,* &c. *cuique etiam prius per maledictionem Ada maledixerat Dominus,omniáque sanguine redundarent, & vbique spinæ ob execrationem nascerentur, & hoc chirographum nactus inimicus noster* (nempè hominis, terræque maledictio, & ad spinas,veprésque addictio) *omnes inuaderet, & tyrannidem in omnes,vt in subiectos sibi, exerceret,ea de causa, quum eum omnibus spoliasset Dominus, hoc genere vestimenti indutus ad mortem processit, vt ostenderet victoriam de morte non temerè. sed pro nostra salute paratam esse: gestabátq; in coccinea chlamide speciem sanguinis.* En sanguis ad victoriam *spinásque in corona.* En spinæ ad trophæum,& *chirographum in calamo.* En chirographum maledictionis ad triumphum, *vt vna cum morte etiam ista simul demoliretur.* En fornix incuruatus; aspice nunc super malos erectus: *nam vt rerum naturam,* sequens ait Sanctus,*ab istis malis purificaret, & pro spinis lignum vitæ largiretur vtendum, & pro sanguine peccatorum, suo sanguine, & terram, & omnes mundaret, & pro maledictione iam in reliquum incolas terræ benediceret.* Quid pulchrius? chirographo vtens diabolus, hoc est iam inde à principio mundi,data sibi potestate, & spinas, & sanguinem,& maledicta in Christum conferebat tanquam triumphans, fornicémque erigens; at iustus Dominus insontium protector hæc ipsa in ipsum incuruans palam traduxit confidenter in cruce, principatus, & potestates spolians,summum super eos crucis incuruans, hoc est eleuans trophæum,iisdem eos perimẽs instrumentis,quibus innocentem ipsi perimere intentarunt,vt scias,quàm verum sit eodem instrumento Deum malos occidere, quo ipsi innocentem; vnde pereat dignè Pharao in vndis, qui vndis occidebat infantes,& reddat Deus illud flumen quod ob emolumenta, & prouentus, vt Deum habebant, in Deum sanguinis, qui eos cruciet, torqueat, ac mactet, & super hos impios fornicem incuruet,quem ipsi ad victoriam,omnimodámque Israëlis deiectionem erexerant;vnde noster dicat Sapiens, *& profluenta sempiterni fluminis,* &c.

39 Omnia Christi tormenta,vt pater sanctissimus in eius vertit ornamenta.

Athan as.

Idem Athanas.

Genes.3.

Ioannes 19. Matth. 26 Marc.14.

Digitized by Google

Num. 10. *Cùm enim tentati essent, & quidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur.*

Num. 11. *Hos quidem tanquam pater monens probasti, illos autem tanquam durus Rex interrogans condemnasti.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

DIxerat suprà siti tam Hebræos, quam Ægyptios afflictos, illos in deserto, hos in Ægypto; nunc quàm diuersimodè ostendit, affirmans Hebræos afflictos ad correptionem, Ægyptios ad damnationem: immo vt suprà etiam diximus, ad eruditionem, vt ex sua siti ediscerent Ægyptiorum, quantúmque illud extiterat beneficium pensitarent: vnde ait.

Cum enim tentati essent, &c. Non quidem ex ira, vt Ægyptij, sed ex misericordia, ad institutionem vt diximus, ex illa nempè tentatione scierunt, qualia Ægyptiorum tormenta, non à Deo misericorde, sed irato inflicta, quod comparatione patris, regisque confirmat, vt benè Castro, dum asserit Deum tanquam patrem monentem Hebræos probasse; tanquam regem durum Aegyptios interrogando condemnasse. In qua re, quantum in tribulatione iustus ab impio differat, satis apparet, dum vnus à Deo vti à patre castigatur, alter vero vti à Rege iudicatur, quomodo autem hoc discerni possit, & qua ratione tribulatio iustum ab impio segreget, vide in 1. tom. hom. 52.

Castro.

Num. 12. *Absentes enim, & præsentes similiter torquebantur.*

Commentum litteræ.

Connex. Capitis.

PErstat in eadem ponderatione, differentiæ nempè sitis Aegyptiorum, ac Hebræorum, quam vsque ad vers. 16. prosequitur, quos breuiter exponemus.

Hugo. Bonauen. Glosa ord. Interlin. Cantacu. Lorin. Holkoth. Castro. Lyran. Bonauen.

Per absentes, & præsentes Hugo Hebræos intelligit per Pharaonem temporaliter punitos, siue illi præsentes, siue ab eo absentes. Bonau. Glos. ordin. & Interlinealis Chananæos, & Amalechitas; qui vt referebat Raab meretrix audita fama Israëlis torquebantur, quia actu occidebantur, absentes quia occisionem timebant.

Melius Cantacuzenus, Lorinus, Holkoth, Castro, Lyranus, & Bonauent. de Ægyptiis illud intelligunt, qui dum siti laborarent, siue cum Hebræis essent, siue ab eis absentes, eandem sustinebant, & similiter torquebantur, siue quando Hebræi cum eis, dum videbant nihil ipsos pati, siue quando absentes, miraculum audientes aquarum; qui sensus verissimus; quem quasi exponens sequitur.

Num. 11. *Duplex enim illos acceperat tedium, & gemitus cum memoria præteritorum.*

Commentum litteræ.

Connex. Capitis.

CLarus sensus, vt dixi, expositio est versus antecedentis. Rementorãtes Aegyptij sitim præteritam, audientes aquam à Deo Israëlitis exhibitam, dupliciter torquebantur ex hac memoria, primò ex siti præterita, secundò ex inuidia beneficij, nempè diuini Israëlitis exhibiti, quo ipsi caruerunt, sic Lorinus, & Castro, licet hic velit doluisse Aegyptios, non occidisse Hebræos quando cum illis. *Lorinus. Castro.*

Et gemitu cum memoria præteritorum, &c. in Bibliis Sixtianis Græcis sic est, *& gemitu memoriarum præteritarum*, in aliis, *eorum quæ præterierunt.* Ex abundantia aquarum Israëlitis præstita dolorem hauserunt sitis præteritæ, recordantes se talia passos, sed non compassos; vt ex hinc nobis elicere liceat qualis erit damnatorum dolor in die iudicij ex gloria iustorum, dum prospicient se in mundo similia ac illi passos, sed non sic immutatos, de qua re mox dicemus numero sequenti.

Num. 14. *Cum enim audirent per sua tormenta, bene secum agi, commemorati sunt Dominum ad mirantes in finem exitus.*

Commentum litteræ.

Connex. Capitis.

PLanus sensus de Aegyptiis, qui ex siti passa, & aquarum miraculo Israëlitis præstito Dominum deprehenderunt illos castigasse, & Israëlitas protexisse, horum finem admirantes glorioſum, præclarúmque; sic Lorinus, Castro, cæteríque recentiores, qui sensus amplius ex Græco patet, qui sic: *Cum enim proprijs tormentis audiuissent beneficio affici illos*, Hebræos scilicet, *senserunt Dominum.* *Lorinus. Castro.*

Admirantes in finem, &c. Hæc non sunt in Hebræo, Ianzen. suspicatur repetita ex sequenti versu: ex abundantia ergo aquarum, & ex beneficio Israëlitis exhibito isti doluerunt: non minus damnati torquebuntur in die iudicij, de iustorum gloria, de qua re vide quæ in 1. tom. diximus hom. 91. at non solùm ex illa, sed quia similiter & ipsi passi, non sic postea immutati, vt mox dicemus. *Ianzen.*

HOMILIA XXXV.

Tribulationum memoria damnatos, malos præcipuè religiosos hæreticósque torquebit validè.

ENimvero post primam peccati ruinam, post primum nostri parentis lapsum, quando tota massa damnata æternas erat luitura pœnas, putare & si per baptismum peccati reatum quoad culpam remissum, simul etiam & quoad huius vitæ pœnalitates, extremæ potius demétiæ est, ne dicam stolidæ insaniæ: nam vt bene Gregorius lib. 9. Moral. c. 17. super illud Iob 9. *sciens quia non parceres delinquenti.* Licet Deus remittat iniuriam, non tamen omnem sine condigna satisfactione pœnam; vnde 2. Reg. 12. licet Dauid remiserit culpam, non tamen pœnam, n. 14. *Dominus transtulit peccatum tuum, non morieris, verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi morte morietur.* In qua sententia sic stabile, sic fixum Dei extitit iudicium, vt & si per septẽ dies ieiunus, humíque prostratus

S. Greg. *2. Reg. 12. n. 14.*

1 Summa est dementia post peccatum originale dimissum, repu-

tare nullam remanere post illud pœnalitatem.

nullam admittens consolationem Deum deprecatus fuerit, nullam eius obtinuerit remissionem, sed *die septimo mortuus est puer.* Quod & similiter in facto illo Mosis, & Aaron licet animaduertere, Numer. 20. n 12. *quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* In quare, quod mirum, quod magnum, vt ille Moyses sic cum Deo potens, vt percutere nequiuerit populum ab eo tentus, & meritam iram ex multitudine insurgentem peccatorum maximorum retinuerit, & extinxerit, hanc contra se pœnam licet ex peccato veniali tollere non potuerit, & si obnixè pro ea orauerit; immo ex oratione contra ipsum iratus Dominus strictè præceperit, ne amplius de ea re mussitaret, Deuter. 3. nu. 26. *Iratúsque est Dominus* B *mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi, sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris de hac re ad me.* Ex quo facto non extra rem erit, si rationem indagare velimus, cur misericors ille hominum patens qui sic suorum est amans iustorum, si obserues, grauior cum iustis, quàm cum peccatoribus appareat. Magdalena peccatrix in conuiuium perrumpens septem spiritibus onerata immondis statim audiuit, *remittuntur ei peccata multa,* Luc. 7. n. 47. *fides tua te saluam fecit, vade in pace.* At è contra Maria soror Moysis, ex paruo tantum murmure tota infecta est lepra, sic, vt in instãti, *mediũ carnis eius deuoratum esset.* Numer. c. 12. n. 12. quinimo Matth. 18. n. 26. qui debebat decem millia talenta, iussusque, vt venundaretur, non solum personam, C sed & sortem ei principalem dimisit; è contra vero seruum reddentem Domino, quod suum erat, sic durè increpauit, sic aspere ob vsuras non redditas mulctauit, vt iusserit tolli ab eo talentum: *Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.* Vnde quæso sic Deus cum sanctis suis terribilis, ita vt Regius canit Psaltes Psal. 88 n. 8. *Magnus, & terribilis est super omnes, qui in circuitu eius sunt.* In quo loco Chrysost. hom. 5. de pœnit. tom. 5. sanctos intelligit, *& quinam fuerunt,* ait, *sancti, Deus enim inquit glorificatur in concilio sanctorum magnus, & terribilis, &c.* Vnde ergo Deus mitissimus in peccatores, austerissimus, vt sic dicam in sanctos?

Deuter. 3. n. 26.

2 Deus cur in peccatore mitis, in sanctus austerus apparet.

Luc. 7. n. 47.

Numer. 12. n. 12.

Matth. 18. n. 26.

Ibi. c. 25. n. 26.

Psal. 88. n. 8.

Chrysost.

Idem.

Pulchrè ad hanc quæstionem respondet, idé D Chrysost. vbi sup. duas de hac re afferens rationes, primã in Dei misericordia, secundã verò in eius fundatã iustitia: ad misericordiam enim spectat, vt sic Deus peccatorem inuitet vt non terreat, & ad desperationem inducat; sic iustum terreat, ne in superbiam elatus segnis in virtute reddatur: *ô magnam,* ait sanctus, *in iusto cautionem, ô magnam in peccatore liberalitatem, cadentem, & peccatis obnoxium si terruerit, ignorantia obcæcati, spe quoque periclitari eum compelleret; iustum verò si laudat, sua vim virtutis debilitat, atque veluti iam beatum de industria, studióque pigritare præparabit,* & infrà, *si cadentem intuentur clementiæ, si stantem timore iustitiæ iustique iudicij connenit, atque hunc timore quidem confirmat, illum vero per clementiam excitat.* Egregiè, quis enim in claustris degens sic sanctissimum percussum Mosem audiens, sic sanctissimam eius sororem, non totus exhorresçat, & expauescat, si in Dei domo, si in eius amicitia delinquere se viderit? aut quomodo hoc non exterrefactus exemplo ad peccata etiam si leuia procumbere deinceps audebit? meritò ergo peccatori Deus blanditur, iustum autem exterrefacit supplicio; At secunda, quia ad Dei iustitiam pertinet, vt vsuras exigat ab habente, condonet veto non habenti, vt præclarè idem sanctus: *Quibusdam, ait, multa dimittit peccata quasi inimicis, quibusdam verò & nimis exactè de minimis etiam quærit, nihil his ad perfectionem deficere volens,* cuius reddens rationem, sequens ait: *& quod in mundo est pauper, id circa Deum est peccator, nihil peccante est pauperius, nil ditius est iusto: quasi pauperum igitur peccatorum miseretur, & quasi à diuitibus, & iustis expetit, illis quidem ipsis præuopia donans, his verò accuratius rationem diuitiarum pietatis exigens.* Quid pulchrius? immo quid iustius? nemo miretur si totum debitum, totámque sortem peccatori Deus libentissimè remittat, quia pauper, quia vnde soluat non habet, & quod à iusto vsuras exigat, nemo queratur, quia iniquum est talentum Domini in terra abscondere, in sudario ligare, fructúmque non reddere, cum non ob id illud accepimus, sed, vt Domino vsuras reddamus; hinc terribilis in iustos, mitis in peccatores, ad pœnitentiam eos expectans, terribilis in Moysen, quia diues, mitissimus in latronem, quia pauper, terribilis in Mariam, mitissimus in Magdalenam; sed ad nostra.

3 Cur magnis peccatoribus condonat debita, minuta a sanctis exigit.

Post peccatum ergo dimissum, post originale expiatum remanent pœnalitates, remanent mali eius effectus; hinc sicut nullus absque originali, sic nullus absque tribulatione, absque pœnalitate, absque dolore: *Erras frater,* ait Hieron. ad Heliodor: *si putas vnquam Christianum persecutionem non pati: nam tunc maximè oppugnaris, si te impugnari nescis,* sic vt egregiè Seneca in Troade dixerit, *quod nulla dies mœrore caret sed nona fletuum cansam, ministrat.* Pulchrè Iob, c. 20. n. 5. *gaudium,* ait, *hypocritæ* hoc est peccatoris, *instar puncti.* Quod non solum intelligo de breuitate, sed etiam de continuitate laborum; nam sicut partes lineæ copulantur puncto, & per illud continuantur, sic labores, & si gaudij punctum intercedit, per illum continuantur, vt punctum gaudij propè nil aliud sit quàm accessio, siue laborum aduocatio, vt scite Seneca, ep. 60. de huius vitæ gaudijs eloquens, *adeo non sunt gaudia,* ait, *immo ipsum gaudium ipsamet est labor,* vt sensate Bern. de primis, & nouissimis, quando dixit, *Omnis siquidem laboris remedium, alterius laboris initium est* Hinc August. in Psal. 55. non Christianum appellat non tribulationes expertum: *Si putas,* ait, *te non habere tribulationes, nondum cœpisti esse Christianus.* Cuius rationem perbelle assignat in Psal. 127. illud Pauli ad Timoth. nu. 12. explicans, nempè *omnes, qui pie volunt viuere in Christo persecutionem patientur.* Assitmans vt Christianus, siue quinis alius tribulationes non patiatur, vnum necesse, vt scilicet diabolus moriatur, quod impossibile, *non enim,* inquit, *quia diabolus modo per Reges non sæuit, ideo non Christiani persecutionem patiuntur, si mortuus est diabolus, mortua sunt persecutiones, si autem ille aduersarius noster viuit, vnde non tentationes suggerit? vnde non sæuit? vnde non minas, & scandala procurat?* Egregiè, peccata adsunt fontes, tribulationúmque origines, viuit diabolus perpe-

Hieron.

Seneca. Iob c. 20. n. 5.

4 Gaudium mundi est ad instar puncti.

Seneca. Bern.

August.

5 Non Christianus, qui non tribulatur.

6 Tribulationum necessitas vnde oriatur, sic vt impossibile sit non eas pati.

tuus hoſtis, vnde ergo poſſibile, vt quis tribulationem non experiatur, vt ingentibus non ſubiaceat malis? vnde Bern. in Pſal. *Qui habitat*, *Bernard.* ſerm. 5. *hoc enim præmonitos vos eſſe volo, neminem ſuper terram abſque tentatione viſturum, vt cui fortè tollitur aliqua, alteram ſecurus expectet.* Impoſſibile ergo non tribulari ſic bonos, & malos, ſic peccatores, ac iuſtos; *Hæc tamen ſunt præſentia*, *Chryſoſt.* ait Chryſoſt. in 2. epiſt. ad Timoth. c. 3. n. 12. *certamen, bellum, preſſura, anguſtia, ſtadium, aliud eſt quietis tempus, hoc armmnis deputatum eſt, atque ſudoribus, nullus vbi ad certamen ſe exuit, vnctuſque eſt, requiem quærit.* Res ergo extra telam certiſſima, nullus ſine labore, nullus ſine tribulatione, ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus, ſiue ſanctus, ſiue peccator, tãdem ſiue prædeſtinatus, ſiue præſcitus, omnes enim peccauerunt, omnibus dictum, *in ſudore vultus tui veſceris pane donec reuertaris in terram.* Gen. *Gen. 3. n. 17.* 3. n. 17. expende illud *donec*, non vno die, non vno anno, ſed vſque ad extremum vitæ, prædicuntur illi labores, & nobis ſimul cum illo.

At, & ſi verum tribulationes poſt peccatum remanere, & impoſſibile non tribulari, non equidem extra rem erit cauſam huius inquirere rei, vt indè, quàm certum ſit omnes tribulationes neceſſariò perferre apertiſſimè pateat, cum alicui dubium fieri poſſit dicenti: ſi propter peccatum mulieri dictum, in gemitu paries, cur poſt remiſſionem, & in gemitu filij pariuntur, ſi per peccatum maledicta terra ſpinas, & tribulos germinat, cur poſt peccatum non roſas, non flores? audi de hac re egregiam Auguſt. ſententiam lib. 2. de peccatorum meritis, *Auguſt.* 34. hanc ipſam exagitans quæſtionem, cui ſic: *Reſpondemus, dicentes ante remiſſionem eſſe illa ſupplicia peccatorum, poſt remiſſionem autem certamina, exercitationeſque iuſtorum.* Quod exemplificans ſanctus Pater in morte, quæ & ſi per peccatum Adamo inflicta, poſt illud eidem remiſſo non obinde ſublata, ſic ait: *Caro enim quæ primo facta eſt, non erat caro peccati, in qua voluit homo inter delicias paradiſi ſeruare iuſtitiam, vnde ſtatuit Deus, vt poſt eius peccatum propagata caro peccati ad recipiendum iuſtitiam laboribus, & moleſtiis niteretur, propter hoc etiam de Paradiſo ejectus Adam, contra Edem habitauit, id eſt contra ſedem deliciarum, vt ſignificaret, quod in laboribus, qui ſunt deliciis contrarij, erudienda eſſet caro peccati, quæ in deliciis obedientiam non ſeruauit antequam eſſet caro peccati: ſicut ergo illi primi homines poſteà iuſtè viuendo, vnde merito creduntur per Domini ſanguinem ab extremo ſupplicio liberari, non tamen in illa vita meruerunt ad Paradiſum reuocari: ſic & caro peccati, etiam ſi remiſſis peccatis homo in ea iuſtè vixerit, non omnino meretur eam mortem non perpeti quam traxit de propagine peccati.* Egregiè, in qua ſententia & iuſtitiam, & ſimul Dei bonitatem, in tribulationibus inferendis etiam poſt peccatum remiſſum habes, iuſtitiam quatenus non eſſet æquum eo modo ad perennem felicitatem carnem peruenire peccati, ac quando non erat caro peccati; bonitatem vero quatenus & ſi anrè peccati remiſſionem ſupplicia ſint tribulationes peccatorum, poſt illam non equidem niſi certamina, & exercitationes ad gloriam, ad laudem, ad beatitudinem tandem acquirendam perpetuam.

7 Tribulationes cur antè & poſt peccatum inferantur.

8 Antè peccatum peccatorum pœnæ poſt peccatum iuſtorum certamina ad coronas.

9 Dei ſumma æquitas in tribulationibus inferendis.

En eardo, en omnis reproborum in iudicio origo cruciatus, qui eos diſſecabit, validéque vrgens prorſus concremabit, plus ex hoc quàm ex ipſo inferni igne haurientes doloris; immenſos ſe recolent hîc paſſos cruciatus, & dum hæc, ſi ipſi voluiſſent, certamina, & exercitationes fuiſſent ad coronam, ſua culpa, ac ignauia non extiterunt niſi ſupplicia peccatorum, quo hic cruciari cœperunt, vt in æternum poſteà cruciarentur; vnde finis eorum tribulationum hîc principium erit æternarum, & continuatus erit illis infernus hic incipiens, in futuro, ac altera vita æternaliter perſeuerans; quod acutiſſimè dixit Greg. Mo. al. 18. c. 13. in illud Nahum *S. Greg. Nahum* c. 1. n. 9. *Quid cogitatis contra Dominum? conſummationem ipſe faciet, non conſurget duplex* *1. n. 9.* *tribulatio.* Aſſerens bonis ideo non duplicem conſurgere tribulationem, quia liberantur à futura, dum præſentem ſuſtinent, vnde ſcitè Olimpius Abbas, vt refert Sophron. in prat. *Sophron.* ſpirituali c. 141. interrogatus, quomodo aſſiduè degens in ſpelunca, ibi ingentes toleraret æſtus, culicumque morſus? reſpondit: *Ideo iſta tolero vt futuris cruciatibus liberer, ideo cinipes patior, vt immortalem effugiam vermem. ſic & æſtum patior, vt æternum ignem euadam, hæc enim temporalia ſunt, illa finem nullum habent.* Hinc cum hic ſuas habuerunt pœnas, tribulationéſque alterius euadent, ideóque duplex in illis non conſurget tribulatio; at non ſic malis, & impœnitentibus, diuerſo enim ſenſu duplex eis non erit tribulatio, ac iuſtis, quia tribulationes non ſunt ipſis agonum exercitamenta, ſed ſupplicium peccata, non duplex, ſed vna, continuáque eſt tribulatio, vnus, continuúſque infernus, hic incipiens, in altera vita conſummatus, *quia eorum contritio hic cepta*, ait ſanctus, *illic* (in gehenna) *perficitur, vt incorrectis vnum flagellum ſit, quod temporaliter incipit, ſed in æternis ſupplicijs conſummatur, quatenus eis, qui omnino corrigi renuunt, iam præſentium flagellorum percuſſio, ſequentium ſit initium tormentorum.* Egregiè, non duplex, ſed vnum eſt malis flagellum, non duplex, ſed vnus infernus hic incipiens, æternaliter in altero durans, niſi duplicem velis dicere ſecundum ſuperius, & inferius, vt infrà dicemus; qualis ergo erit eorum cruciatus dum culpa ſua vident etiam & in hac vita in inferno ſtetiſſe, dum poſſent, non niſi in agone tantum ad præmium, ad coronam, & quod iiſdem tormentis, quibus ad inferos, iiſdem potuiſſent aſcendere ad gloriam, quale hoc tormentum, qualis hæc angustia?

10 Vnde dãnati in inferno ex memoria tribulationum hic perpeſſarũ cruciabuntur.

Adde ad hæc, quod cum infinita mala ſæpè hîc patiantur, pluſquàm ipſi prædeſtinati, ſic, vt in infinitum propemodum diſtent: quod ſi oculis videre hoc deſideras, reſpice quæſo ad triremes, reſpice ad carceres, reſpice ad ſuſpendia, ad ipſoſmet reſpice infideles, quas tribulationes experiuntur, quales anguſtias, quales perpeſſiones, nolo, vt ſacri loquantur authores Aug. Chryſoſt. & Gregorius, qui copioſè de hac re, vt alibi retulimus, ſed vnum quæſo audi Senecam Gentilem de conſolatione ad Marciam, c. 10. huius vitæ ærumnas deſcribentem, quas quidem non Chriſtiani, ſed Gentiles, ſed reprobati patiebantur, ne decipiaris, reputans hîc beatam ducere vitam peccatores, ac proindè virtutem te refugere, quia plus illi quàm ſancti,

11 Malis in hac vita plus cruciantur quã boni.

plus

plus peccatores quàm iusti, et am in hac tribu-
Seneca. lantur vita, audi Senecam: *In regnum fortuna,* A
ait, *& quidem durum, atque inuictum peruenimus, illius arbitrio digna, atque indigna passuri, corporibus nostris impotenter, contumeliosè, crudeliter abutetur, alios ignibus peruret, vel in pœnam admotis, vel remedium, alios nudos mari iactabit, & luctatos cum fluctibus, ne in arenam quidem, vel litus explodet, sed in alicuius ventrem immẽse bellua detrudet, alios morborum variis generibus emaceratos diu inter vitam, mortémque detinebit, vt varia, & libidinosa, mancipiorúmque suorum negligens domina, & pœnis, & muneribus errabit, quid opus est partes deflere? tota vita flebilis est, vrgebunt noua incommoda prinsquam veteribus satisfeceris.* Quid luculentius, immo quid verius? expende singula, & adiice hæc miseros pati sine vllo interno, ac diutno consolatore, sine Christi exemplo, sine pluuia illa cœlesti, qua intus madefacti quando tribulantur fideles, toti rore perfunduntur suauissimo, & elicies quanto tribulationes malorum pondere distent à tribulationibus iustorum, quod cum consideraueris, expenderísque, vix pondus, quod iustorum dici possit animaduertes, *sed momentaneum, & leue.* vt ait Apostolus. B
Econtrario verè pondus malorum, & pondus non vnius horæ, sed totius diei, dic mihi, quale ipsorum erit cruciatus, dum ad iudicium intrantes pro graui illo pondere non solum se viderint retributos, sed molestatos, non præmium perenne, sed pœnam æternam accepisse: è contra vero pro leui illo, ac momentaneo vix vnius horæ æterna iustos demeruisse gaudia, nonne dolore prorsus contabescent?

Audi me, ex inæqualitate tantum laboris, & si mercedem iustam, & conductam primi acceperant, tamen quia nouissimis æqualem, contra patremfamilias ira, inuidia, liuoréque perciti ausi sunt murmurare, Math. 20. n 12. *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, & æstus, ob quod murmurabant aduersus patremfamilias.* In quo
Gregor. loco merito quærit Gregor. hom. 19. in Euangel. parum antè medium, quomodo murmurare dicti sunt, qui ad regnum cœlorum vocantur, nam ibi nullus, qui accipit murmurare potest; quæstionémque soluit respectu antiquorum patrum regnum cœlorum post mortem, vt nunc Christiani non accipientium, cum eadem non acceptio, quasi quædam esset murmuratio,

13 Murmuratio colonorum contra familias patrẽ qualis.

Vel quia, ait, *antiqui patres vsque ad aduentum Domini, quantumlibet iustè vixerant ducti ad regnum non sunt, eorum hoc ipsum murmurasse est, nos autem qui ad vndecimam venimus, post laborem non murmuramus, quia post mediatoris aduentum in hoc mundo venientes, ad regnum ducimur, mox vt de corpore egimus.* Sensus verum continens, sed non video, quomodo illud sit murmurare. Hieronym. in hunc locum, de
Hieron. inuidia Iudæorum illud intelligit contra Gentilium vocationem, *vel omnis retro vocatio Gentilibus*, ait, *inuidet, & in Euangelij torquetur gratia.* Verum, sed si parabola est de iustis iam mercedem recipientibus, nec tunc Iudæi murmurabunt, optimè Chrysost. homil. 65. in Ma-
Chrysost. theum circa medium, verè illos non inuidisse, nec murmurasse, sed illud adiecisse Dominum ad demonstrandum vltimos tanto potitos honore, vt nisi status obstaret, inuidiam, murmurque generare posset: *Non ergo inducit hoc*, ait sanctus, *vt ostendat aliquos inuidia morsos, sed ostendat hoc tanto potitos honore, quod & inuidiam aliis poterat generare.* Egregiè, totum sustinuisse dici pondus immensi, ac propemodum infiniti æstus, pro quo tribulationes sancti intelligunt, & pares posteà hos facere cum illis, qui non nisi vnius horæ, ex se talis res est, vt nisi aliundè status obstaret ad inuidiam, ad murmurationem, ad intrinsecum excitaret dolorem; ar qualis quæso fuisset horum dolor si post totum illud pondus diei, & æstus, quando ad vesperam, vt præmium reportarent, ob id vocati accederent, credentes, aspicientésque vnius horæ sic excellenter remuneratos; at dum ad ipsos peruentum pro toto illo labore diei, æstúsque pondere, non solum nullam reportarent mercedem, sed pœnam, sed tormenta, sed ignes, sed cruciatus, sed mortem culpa sua, qui malè laborarunt, & non sic, vt par erat, ob quod pondus illud ipsis non extitit instrumentum præmii, sed principium tormenti, dic qualis horum extitisset pœna, quale tormentum, si accipiẽtes denarium, æqualitas sola sic eos torsit? quid fuisset si pro denario tormentum? nonne propè dolore, gemitu, inuidia, furoris igne consumerentur, diei æstus, diei pondus recolentes, vanúmque totũ illud fuisse, operam, oleũque perdidisse, ac pro quo præmium, præ illo pœnam reportasse, talis equidem in die iudicij erit condemnatorum desperatio, tale illorum C tormentum; quando se viderint eadem, immo, plura, quam beati passos, & tamen se æternis pœnis, sanctos verò ob eadem æternæ gloriæ addictos. Seneca quidé à Nerone interfici iussus, dum venis incisis in balneo propè mortem existeret, lætis oculis prius astantes inspiciens, intrepidè vna manu aquam cum sanguiné istam accipiens, supráque se infundens, *Ioui* dixit *liberatori, hanc aquam sanguine mistam libo.* Proh dolor! dic mihi qualis erit huius in iudicio vesania, ac rabies? quando ab eodem Nerone etiam Paulum, & Petrum occisos aspiciet, & ob eundem sanguinem effusum in cœlestibus ædere iudicantes, ipsũ vero ob eundem dãnatũ, inueneritque se illũ non Ioui liberatori, sed diabolo D tortori libasse, quale putas tunc erit torméntum, dũ tales se perpetrasse cruciatus recolet, & in talibus extitisse tenebris, vt solem illum diuinum non aspiciens, è tenebris, ad tenebras exciderit, vt præclarè August. concion. 2. in Psal. 48. super illa verba: *vsque in æternum non videbit lumen.* Vbi asserens peccatoré ab his tenebris ad illas inferni descẽdere, sic ait: *quia & hic cum esset in tenebris erat gaudens falsis bonis, & non amãs bona vera, ideo hinc ad tartarũ ibit, à tenebris somniorũ excipiũt eũ tenebræ tormẽtorũ, ergo vsque in æternũ nõ videbit lumen.* Pulchrè, à tenebris sõniorum excipiũt eũ tenebræ tormẽtorũ, somnia hic mali, & omnis eorum vita somniũ est, & in tenebris somniorũ sũt, quando hic in tormentis, quia ista respectu illorũ, quæ in inferno, velut somnia, velut res sũt pictę; qualis ergo eorũ erit cruciatꝰ dũ à tenebris somniorũ se viderint ad tenebras tormẽtorũ descendisse, *supercecidit ignis*, regius ait Psaltes, Ps 57. n. 9. *& nõ viderunt solẽ.* Qualis hic ignis? Aug. *Fumosus eõcupiscẽtiæ.* Dic tu tribulationis, afflictionis, pœnæ ac cordis

14 Iniqui in die iudicij quantum perpetrasse tribulationes sinaniter dulcbunt. ex murmuratione, colonorum contra patrem familias deducitur.

15 Senecæ mors quantum in iudicio illum torquebit.

16 Impij ex tenebris somniorum ad tenebras descendent tormentorum.

Ps. 57. n. 9

cæcitatis cum eodem; & tamen licet hæc passi non videbunt solem: *Quem idem?* ait Augustinus *nisi illum de quo dicturi sunt reprobi, sol non est ortus nobis?* Quid tunc agent miseri, quando se viderint, se simul cum sanctis tribulatos, simul cum Christo in cruce pependisse; at non simul remuneratos.

Duo quippè erant simul cum Christo crucifixi latrones, ambo eandem crucem patiebantur, eadémque tormenta, qualis dolor erit illius, dum culpa sua se videbit ex cruce damnatum; socium vero ex cruce saluatum? nonne duplex huius erit contritio? duplex dolor egregiè quidem hoc expendit Bernard. in declamationibus propè finem apud me columna 1015. *Bernard* *Sanè duo erant*, ait, *in cruce cum Christo; nam in hoc positi sumus omnes, nemo sine cruce interim nemo; cæterum si quis volens sustinet dicens, nos quidem iustè, mercedem habebit, sin autem inuitus, & blasphemans, & negans Deum factis, duplex ei contritio est.* Egregiè, duplex ei contritio est hîc dum in cruce, ibi dum in inferno, quātum quęso huius erit tunc tormentum, quando hæc cōsiderabit, quando recolet se simul cum Christo crucifixum, propè Christum stetisse, ad instar Christi passum, & tamen è Christi latere ad infernum descendisse? quod quidem cum expenderis, recole, quale erit ille in die iudicij malorum religiosorum dolor? quando è religione quæ crux terribilis, quæ tormentum horribile, quæ tandem mors continua, si carnem respicis, ad infernum se damnatos viderint: *caro enim hactenus indomita* (ait idem Bern. vitam religiosorum describens serm. 6. in Psal *qui habitat*) *castigari, & in seruitutem redigi nequaquam æquanimiter patitur, sed adhuc memor perditæ libertatis, acrius concupiscit aduersus spiritum, maximéque in his pœnis, in quibus estis vos quotidie morientes, immo vè ò morte affecti tota die, quæ & suprà vires sunt, & vltra naturam, & contra consuetudinem vestram.* Expende singula, & quæ religio crux, expauescens intelliges, patimur suprà vires, vltra naturam, contra consuetudinē, vbi vires, si labores cōsideres quotidianos, vix viuimus, pene famè, vigilia, inedia, frigore, infirmitatibus enecati, vbi natura, quando homo natura liber non solum hominibus, sed vt sic dicam, & animalibus est subiectus; at si contra consuetudinem omnia toleramus ipsa experientia nos edocet, sic vt hæc deuotissimè considerans idem Bern. vbi sup. serm. 9. captiuitatem, durúmque appellauerit religionem carcerem: *Et quidem dura captiuitas*, ait, *non modo illa communis, quam ex ipsa iam conditione generis toleramus humani, sed hec quoque qua voluntates mortificare proprias, etiam perdere in hoc mundo propriam animam festinantes, in hos tam rigidæ compedes disciplinæ, in hunc tam grauis pœnitentiæ carcerem dedimus nosmetipsos, miseranda seruitus planè, sed si coacta. sed si non spontanea videretur.* Egregiè, considera religiosorum vitam, quod si ab illa volūtarium aufers nullus est carcer, nulla est captiuitas, nulla ad triremes similis condemnatio, ibi enim, & si extrinsecè coguntur, ac obtemperant, non tenentur intrinsecè; at ego iussus, & si contra voluntatem, & si contra appetitum, adde & si contra rationem, animo, affectu, totóque teneor obtemperare corde, quid? immo & tota ratione meum damnans sensum, superioris accipiens, & si inscius, & si imprudens, & si non cordatus, tandem & si vilis, inter animalia nutritus, quid? ad hæc homo cordatus, sapiens, prudens, illustris? si voluntarium tolles, & Christi Iesu amorem? nonne plus religio dura condemnatio quàm ipsa triremis? illi edunt, dum volunt, mihi nec hoc licet; dormiunt dum lubet, ego non possum; loquuntur dum gratum, ego tacere debeo; ad chorum vocor, quando studere libet, ad orationem quando negotiari? ad opera destinor, quibus repugno, domi manere, quando egredi necesse, & è contra egredi, quando amplius nolo, qualis ergo huic similis seruitus? qualis similis huic carcer? merito nisi superna illa spes non adesset, vt diuus ait Paulus 1. ad Corinth. 15. nu. 19. *Miserabiliores omnibus essemus hominibus;* 1. Cor. 15. n. 19. nam vt inquit Chrysost. hîc: *Miserabiliores si post tot bella, & mortes, & mala innumerabilia tantis bonis summis priuandi, & intra præsens tempus nostra consistunt.* Chrysost. Quod cum sit, expende nunc in iudicio horum de hac re tormentum, quando se recolent talem carcerem, talem hic seruitutem pertulisse, & in durissima insuper extitisse cruce, & aspicient, illam non cœli scalam sua culpa, sed præcipitium ipsis fuisse inferni, qualis horum erit dolor, quale tormentum?

17 Religiosorum malorum in die iudicij tormentum, & pœna. *Idem.*

Enimverò duo erant cum Iosepho cōdēnati, duo in cōpedibus, duo in tenebricoso carube, duo, vt sic dicam in tormento, ambo somniarunt, alter, quod poculum Pharaonis sua manu tenebat, alter quod, panes; hic post triduum suspensus, ille in pristinum honoris gradum erectus, Gen. 40 4. *Tres dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerij sui, & restituet te in gradum pristinum.* Et ad alterum, *tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharao caput tuum.* Quam differens vtriusque sententia, dum ambo peccantes in carcerem intrusi, qualis vnius dolor, qualis alterius lætitia; locus præclarus, quem placet non cursim expendere, vnde quatuor potissimum in illo consideranda. Primum quid per hos mysticè significatur. Secundum cur Pharao cum ambo peccassent vnum dimisit, alterum suspendit. Tertium quale fuit vtriusque peccatum. Quartum, quid Ioseph inter istos duos significet vinctos: attende singula. *Gen. 40. n. 4.*

18 Religio crux terribilis.

Isidorus, & Hyppomanus in Caren. per hos populum Iudaicum, Gentilésque intelligunt, vnum post Christum, quia non crediderunt, necatum, alterum nempè Gentilem, ad gloriam erectum. Melius Rupertus reproborum, ac prædestinatorum populum, dum, & si omnes peccarunt, totámque Adamus corruperat massam, tamen aliqui electi, alij reprobati: *Quis porro nesciat*, ait Rupertus lib. 8. in Gen. cap. 37. *Mundum vniuersum totam humani generis massam, sic esse, vel fuisse in manu Dei, tanquam duos reos, vel duos vinctos in manu regis? etenim ex quo pater omnium protoplastus Adam peccauit, vniuersi secundum illum rei omnes propter illum fuimus vincti: ergo duo sunt rei, sed vnus assumitur, alter relinquitur.* At si huius rei causam petas, solam Pharaonis voluntatem affirmat Rupertus, vt exindè nemo causari possit se condemnatum, alterum solutum, cum ambo fuissent peccatores, & quod vnum voluit Pharao dimittere, alterum condemnare tribuens, quod Iuum, ne- *Isidor. Lippom. Rupert.*

19 Electi reprobique per duos illos quibus vitæ, vni alteri mortem prædixit Ioseph, significati.

20 Deus eligēs ad gloriam aut dānās ad pœnas nulli iniuriam facit semper iustus.

Idem.

mini profecto fecit iniuriam, ſic & prædamnato quod voluit illi Deum parcere cum non tenebatur profecto nullam ei intulit, licet ſi vellet vtrique cõdonare poſſet: *Communem ergo iram*, ait Rupert. *vel communem vtrique poterat exhibere clementiam, verum hoc, vel illud pro poteſtate facere voluit, ſed medium tenens in alterum quidem iram, in alterum clementiam oſtendit; an hoc in illo quiſquam reprehendit? non vtique cum firmamento rationis: nam ſicut clementia honor eſt principi, ſic & honor regis iudicium diligit, etenim vbi totum punitur regia ſeueritas crudelitate polluitur, vbi vero totum remittitur, facies maieſtatis ſine metu diſcipline contemnitur.* Egregiè, ex quibus omnino ora illorum ſciolorum contunduntur, qui ineptè, ac inſenſatiſſimè aut Deum acceptatorem perſonarum faciunt ex electione, aut crudelem, ex non omnium ſaluatione, non conſiderantes miſeri Deo illud denegare, quod ne homini quidẽ viliſſimo, quatenus nemo reprehendit Pharaonem vni peccatũ dimittẽtem, alterum condemnantem, cum ambo in ipſum peccaſſent, vt ait Script. *His geſtis accidit vt peccarent duo Eunuchi, pincerna regis Ægypti, & piſtor domino ſuo.* nu. 1. & Deum ſummum reprehendere audent, *vt homo qui per vitium ſuum*, vt ait Rup. *factus eſt lutum, non habeat poteſtatem, ſicut figulus de eodem luto, aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam facere.* Cum omnes eſſent ex maſſa lutea, non argentea, non aurea, quod notandum: nam, vt bene idem author *figulus namque luti nihil luto adimit faciendo de illo vas in contumeliam, cum ipſum lutum contumelioſum ſit; multum autem illi confert, dum ex eo vas in honorem facit.* Egregiè, ſi maſſa eſſet argentea, ſi aurea, ſi ex ſe honore digna, ad vas illam deputare cõtumeliæ, neſcio quid iniuriæ, neſcio quid oppreſſionis, ac violentiæ illi fieret; at dum lutea, fœtoſa, putrulẽta, culpa ſua, non Dei, illam ſic relinquere, quid illi violentiæ, quid iniuriæ affert, ſicut è contra ex illa eligere vas in honorem multum luto collatum, multum ex eo Dei miſericordia illuſtris, ac ſublimis.

21 Cur illi non dant quod viliſſimo datur homini.

Veriſſima hæc, ac ſolidiſſima, ſed quia vnum hæc ſententia ſupponit, nullam prorſus in Pharaone extitiſſe cauſam, cur vnum abſolueret, alterum condemnaret, quod quidem omnes negant expoſitores, licet in ea differant aſſignanda, placet & voluntatis Pharaonis aliquam aſſignare rationem, qua ſimul & in quo iſti peccarunt intelliges, inquit enim Rabi Salomon, quia piſtor negligenter dimiſit lapillum in pane, in quo Rex dentes offendit, Pincerna quia in vino regis cecidit muſca; condonaſſe autem Pincernæ, quia defectum caſu accidiſſe poſſibile, minimè piſtori, quia non niſi negligentia, ac ſupina inaduertentia. Rident noſtri hanc cauſam, tantam refugientes inhumanitatem regi tribuere barbaro, vnde, nec Abulenſi, nec Lyræ, nec reliquis placet, aliam ipſi tradentes, nempè infidelitatem, vel in regis vitam, vel in bonis, aut luxuriosè prodigendo, aut auarè in ſuum emolumentum deriuando, vt infideles muneris, & miniſterij quo fungebantur diſpenſatores fuerint: fateor in re incerta, & quam non tradit ſcriptura totum eſſe diuinare; ſed ſimul confiteor non eſſe cur ſic ſententiam Rabi Salomonis rideamus, quaſi ob minora reges ſuos occidere non ſoleant? Darius ob quid Eludemum occidit? nonne ob veritatem humiliter dictam? Curtius lib. 3. Cãbiſes ob quid filium Prexaſpes? nonne, quia interrogatus ab illo veritatem modeſtiſſimè prõpſit? Senec. lib. 1. de ira c. 14. Liſimachus cur miſerè Pantaleonem interfecit? nonne ob vnam irreuerentiam? Etaſinus lib. Apopht. Alexander cur Clitum? Curt. lib. 7. tãdem Herodes cur Ioãnem? Quid ergo mirum, ſi etiam ob lapillum rex iſte piſtorem occidere voluit, nec ob lapillum, ſed ob negligentiam, ob inertiam, indignam eam maieſtatis iudicans regiæ, ac morte digniſſimam; eo vel maximè quod neſcio, quomodo rei infidelitatis ex muneribus inueniri poterant? cum nec piſtoribus, nec pocillatoribus res creduntur, niſi illæ quæ quotidianis inſeruiunt impenſis, & dato quod in re infideles extitiſſent, non equidem minus crudelis fuiſſet Rex ob frumentariæ rei rationem ſubditum piſtorum principem occidere, meritò ergo, alter ob caſualem defectum liberatus.

Curtius. *Seneca.* *Eraſmus.*

23 Ioſephin carcere inter duos illos vinctus figura Chriſti inter duos latrones. *Rupertus.*

At cuius figura Ioſeph in carcere medius inter iſtos duos latrones, niſi Chriſti in cruce medij inter duos latrones, vnum ſaluans, alterum condemnans, vt ait Rupert. vbi ſup. *Et quam pulchrè Ioſeph*, inquit, *duorum medius vinctorum in carcere, & vtrique ſomnij ſui proferens interpretationem congruam, in hoc quoque forma eſt, vel vmbra Saluatoris noſtri, qui duorum medius latronum in cruce, vtrique iuxta fidem, vel meritum ſuum dignam dedit ſententiam, vnum aſſumens, alterum relinquens.* Ergo duo illi in carcere cum Ioſepho reprobi, ac prædeſtinati ſignantur, Ioſephus inter eos, Chriſtus in medio latronum, cauſam vnius ſuſpenſionis negligentia, ſocordiáque in officio; quid ergo expreſſius, quod dicebamus figurari potuit? vis ſcire quare aliqui ex religioſis condemnantur, & quale ſit Chriſti iudicium inter eos ſtantis, quia & ſi per religionem cum Chriſto ſimul crucifixi, culpa ſua, quia oſcitanter, quia negligenter, quia malitia peccarunt, vt piſtor ille Pharaonis, non caſu, non fortuitu, vt Pincerna, & frumentum diuinum ſacratiſſimæ obſeruantiæ, quo Chriſtum alere tenebãtur, fœdiſſimè lapillis, & faxit Deus, vt non lapidibus miſcuerint inobſeruantiarum, immo & fœdiſſimorum peccatorum nullo ſpiritu, nullo feruore, *Ecce enim*, ait Bernard. de talibus ſerm 7. de ſancto Andrea, *Moleſtus eſt nobis pœnitentiæ labor, corporis afflictio grauis, abſtinentia oneroſa, in vigiliis dormitat anima noſtra præ tædio, non ob aliunde ſanè, quam propter inopiam ſpiritus.* Hinc ſic viuentes de morte ad mortem deſcendimus, qualis quæſo tunc erit dolor videntes ex tormentis ad tormenta, ex cruce ad cruces, ex latere Chriſti ad diaboli pedes nos præcipitaſſe, & noſtra deſidia pœnitentiam ſuſum nobis mel non dediſſe, & hanc noſtram triſtitiam in gaudium Chriſtum nobis non vertiſſe.

24 Religioſi ex obtentu. rum negligentia multi condemnantur.

Bernard.

Enimverò ſi tribulationes, ſi angustiæ, ſi dolores religionis amplectuntur, illa potiſſimum cauſa, quia & ſi pungunt nunc, mel poſteà fructificant ad ſuſtinendum religionis labores accedo, quia ſpero hanc triſtitiam aliquando gaudium parituram iuxta Chriſti ſentẽtiam: *Mundus autem gaudebit, vos verò contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.* Ob

25 Religionis labores ob quod ſuſtinentur.

22 Pharao cur vnum liberauit, alterum occidit, & in quo iſti peccarunt.

Abulenſ. *Lyranus.*

Digitized by Google

hoc equidem mundum relinquimus, & inter obſeruantiarum ſtricta repagula nos incluſimus, & ſi inter apum morsus, tamen quia mel ſperamus, eas diligimus, vt tanctiſſimè de perſecutionibus conſiderauit Vrbanus quartus Pontifex Maximus in Paraphraſ ſuper Pſal. 50. inducens verba illa, Pſal. 117. nempè: *Circumdederunt me ſicut Apes, Apes*, ait, *& ſi inferant punctionis dolorem, amantur tamen, quia mellis dulcedinem adminiſtrant, ita & ſi perſecutores pugnant, non ſibi mellificant, ſed patienti.* Pulchrè hoc vltimum, *non ſibi, ſed patienti.* Moleſtor à perſecutore, ſuſtineo patienter, quia & ſi mordet, tamen mellificat, at non ſibi, ſed mihi: ſic equidem ſi in religione tribulor, ſi pœnitentia affligor, ſi homines ſuper caput ſuſtineo, patienter fero, quia & ſi ſuperiores duri, & ſi irrationabiles interdum, mellificabunt, aliquando hæc vertetur in gaudium triſtitia, qualis ergo tunc erit dolor, quando à vana hac ſpe decepti, quia, vt inquit Bernard vbi ſup. *Miſerabiles, vicinia tot ſerpentibus, & igneis telis vndique volantibus inſurgentibus inimicis, nihilominus pernicioſa ſecuritate, & negligentia dormitamus, torpemus otio, vanitatibus, & ſcurrilitatibus indulgemus, tam pigri ad ſpiritualia exercitia, ac ſi iam pax ſit, & ſecuritas, & non ſit militia vita hominis ſuper terram.* Hinc ad iudicium vocati ex tribulationibus paſſis, ex triſtitus toleratis, non ſolum iuſto Dei iudicio ab eis ad noua gaudia, ſed ad nouas tranſibimus horribiles triſtitias, qualis tunc cruciatus? qualis tunc dolor, hæc reminiſcentes, hæc recolentes?

Vrban. Pap. 4. 25

Perſ ecutor, non ſibi, ſed patienti mellificat.

Bernard.

At ſi ad miſeros conuertere oculos volueris hæreticos, qui, vt præclarè Auguſt. lib. 2. contra Petilian. cap. 83. tom. 7. *vinunt vt latrones, & moriendo ſæuiant vt martyres.* Qualis tunc eorum erit dolor ex ijs quæ miſerè hic patiuntur? exilia, bonorum iuſtam priuationem, carceres, catenas, ferrum, gladios, ignes miſeri, ac infelices ſuſtinent, vt infernum ex iis comparent, æternóſque cruciatus. qualis tunc horum erit gemitus, qualis anguſtia hæc recolentes, dum ſe non Chriſti, ſed diaboli fuiſſe martyres aſpicient, qui ſicut, vt mimus, & vetera, & noua religionis ſacramenta ad Chriſti, & Dei inuidiam ſemper eſt imitatus? vt præclarè Tertull. lib. de præſcript. cap. 40. ſic & martyres etiam voluit habere ſuos; quærens enim Tertullianus à quo ſenſus interuertuntur ſcripturæ, reſpondet, *A diabolo ſcilicet, cuius ſunt partes interuertendi veritatem, qui ipſas quoque res ſacramentorum diuinorum in idolorum myſteriis æmulatur.* Quod exemplificans multis ibi probat, & præcipuè in his qui initiabantur Mithræ Deo, qui Deus Perſarum, per quem aut ſolem, aut ignem intelligebant, qui inter alia coronam cum gladio accipiebant, ad ſignificandum per gladium ad illam perueniendum. Egregiè idem lib. de corona militi c. 15. *Martyrij mimum.* hanc appellat ceremoniam: nam, vt refert Nicetas in orat. Nazianzen in ſancta lumina: *qui Mithræ volebant initiari duodecim contumeliis afficiebantur, per famem, per verbera, per ignem, per frigus, & alia huiuſmodi.* Ob quod merito Nazianz. *inſtum* hæc *ſupplicium* vocat. Hinc quod mirandum, Suidas narrat nullum iniriari, niſi qui ſuas edomitas habebat paſſiones, ſuas ſedatas concupiſcentias, audi ipſum *Mithram*, ait, *Perſæ nominant ſolem, cui multas ſacrificant hoſtias, huic autem nemo poteſt initiari, niſi per quoſdam gradus affectionum, & ad petitionum ſuarum cohibitarum, atque domitarum eo pervenerit, vſque ſanctum demonſtrauit, & animi perturbationibus carentem.* Non equidem tantum à Chriſtiano petimus initiando, immo audi maius, quod ſic ſuos dæmon fideles exquirebat, ſic totos ad vnum ſuum addictos honorem, vt quam gloriam, quam claritatem, quod præmium, quam denique coronam in hoc mundo reſpuerent, aperte fatebantur Mithram ſolam dignam corona, ac ipſum eorum præmium, honorem, gloriam, claritatem, coronam, ſic teſtatur Tertull. de corona milit. vbi ſup. tractans enim actionem illam vnius militis Chriſtiani admirabilem, qui coronam militarem repudiauit, quia Chriſtianus, cuius corona Chriſtus: multis obiurgatores confutans, tandem ex ipſiſmet ſuis illos confodit, ſic proloquens: *Erubeſcite Romani commilitones* (ponderemus quæſo verba omnes, qui Chriſto militamus) *non iam ab ipſo iudicandi, ſed ab aliquo Mithræ milite.* Non Chriſtus, ſed Niniuitæ contra nos ſurgent, non Dei filius, ſed Mithræ, hoc eſt diaboli miles, hoc eſt hæretici, quorum abſtinentiam, pœnitentiam, ac continentiam planè vltra Catholicas affirmat Pamelius in notis in lib. præſcript. Tertull. nu. 241. vbi ſic: *Angelus tenebrarum ſic ſe transformare ſolet in Angelum lucis, atque ita ſuis ſannis homines, & ipſum Deum deridet. In Synodo Gangrenſi docebant, continentias, & abſtinentias hæreticorum priſcorum ſeueriores, & auſteriores olim fuiſſe, quàm verè Chriſtianorum tunc erant, Alcoran, (id eſt præceptorum collectio per infelicem Mahometem datorum) nihil quàm ieiunia, orationes eleemoſynas, peregrinantium ſuſceptiones, amorem Dei ſummum crepant, operum ſupplicia, præmiáque futura minitant; & ſe modo Gnoſtici præ cæteris, innocentia morum, ſimplicitate vitæ, pura fide, multa in pauperes benignitate, (pauperes inquam ſectæ ſuæ ſicut ſuis inſſit Mahumetes) extollunt, & iactant.* At quid Pamelium atteſtor, dum ego propria hæc expertus ſum experientia, per Galliæ Delphinatum præteriens, cum ad hoſpitium ſerò diuertiſſem, nec lectus ſupereſſet, Hæreticus Hugonotus ſuum mihi tribuit, ipſe cum vxore & filiabus ad focum tantum dormitans; & quod admirabile, vna ex eis ſacram tota nocte perlegente ſcripturam inſomnis exiſtens perennem fontem ſcaturiens lachrymarum. Quid ad hæc Chriſtiani? Quid religioſi? nonne verè ab his iudicabimur, & non à Chriſto? nonne ab aliquo Mithræ milite, hoc eſt hæretico, vt rectè Tertullia. qui ſequens addit: *qui cum initiatur in ſpelæo*, hoc eſt in ſpem, tenebris ſcrobibus, *in caſtris verè tenebrarum, coronam interpoſito gladio ſibi oblatam quaſi mimum martyrij, dehinc capiti ſuo accommodatam monetur, à ſacerdote nempe, obnia manu capite depellere, & in humerum ſi fortè tranferre dicens.* Hoc eſt in humerum transferre eam, & ſi placuerit addere verba, addat *ſcilicet Mithram eſſe coronam ſuam, atque exinde nunquam coronatur, id quod in ſignum habet ad probationem ſui, ſicubi tentatus fuerit de ſacramento, ſtatimque creditur Mithræ miles, ſi deieceris coro-*

A

B

C

D

initiabantur quanta patiebãtur, & quæ requirebamus.

Pamel. 30

Hæretici quanta agunt ob falſam ſanctitatem.

Tertull.

27 Hæreticorum infelix ſors in die iud cij.

Auguſt.

28 Diabolus Dei mimus ſuos habet martyres.

Tertull.

Suidas. 29

Nul Mithræ qui

Digitized by

nam, ſi enim in Deo ſuo eſſe dixerit. Hoc eſt ſi aliquando coactus, vt coronam acciperet, in nullo ſe Mithræ militem ſic oſtendit, quàm ſi vim vi repellens, eam deiiciens, Mithram eſſe ſuam coronam dixerit, ô pudor Chriſtianorum, ô confuſio religioſorum, ô rubor ſacerdotum, qui non Deo, ſed nobis gloriæ coronam poſtulamus, & alia præter diuinam noſtram dicimus coronam; cur putas hæc dæmonem exquiſiſſe, an quia illis delectatus, quod homines ea ſibi offerrent gloriabatur, non quidem ob hoc, ſic nos odit, ſic nos abhorret, vt niſi ad hæc aliundè nobis malum inferre poſſet, non acciperet etiam ſi oblata; ſed vt benè Tertull. vt nos ex his coram tremendo illo iudice, ac in illo formidabili die confundat, & iudicet: *Agnoſcamus ingenia diaboli, ait Tertull. idcirco quædam de diuinis affectantis vt nos de ſuorum fide confundat, & iudicet.* At nunc hæc conſiderans dic mihi, qualis horum, qui tanta, ac talia paſſi ſunt, erit gemitus, qui ſic vixerunt, vt ſummum huius vitæ, honorem nempè, & gloriam repudiauerint, vt continuum eorum vita fuerit martyrium, continua mors, qui per ignes, qui per aquam, qui per tormenta tranſierunt, quando ſe viderint è tormẽtis ad torm ẽta, ex ignibus ad ignes, à morte ad mortem deſcendiſſe æternam, & tandem ex inferno ſuperiori ad infernum inferiorem.

Enimvero, vt hoc tantum addam, duo ſciendum inferos eſſe, ſuperiorem, & inferiorem, rhundus vnus, in quo homines morituri; dæmonum alter habitatio, in quo æternaliter puniendi; in priori omnes ſumus, quia omnes patimur; in ſecundo non niſi mali, vnde ab hoc ſeruatum Dauid miſericordiam magnam appellat, Pſal. 85. num. 11. *Miſericordia tua magna eſt ſuper me, eruiſti animam meam ex inferno inferiori*, vbi Auguſt. *intelligimus tanquam duo inferna eſſe, vnum ſuperius, & aliud inferius, infernum ſuperius eſt, vbi caro, & ſanguis, vbi corruptibilitas, vbi natiuitas, & mortalitas, vbi mutabilitas, & inconſtantia, vbi timores, cupiditates, errores, lætitia, incerta, ſpes fragilis, caduca ſubſtantia, & poſt mortem quò ibit, niſi in infernum inferius, hoc inferno in quo ſumus in carne, & in iſta mortalitate, corpus enim mortuum eſt, vt ait Apoſt. propter peccatum, ergo hic ſunt mortui, vt non mireris, quia infernum dicitur ſi mortuis abundas* Duo ergo ſunt inferna, & in hoc ſuperiori, vt dixi, mali, & boni, peccatores, & iuſti, prædeſtinati, & præſciti; dic mihi nunc, qualis horum erit pœna quando ſe viderint cum bonis ſimul hic extitiſſe in inferno, ac ſimul cum illis cruciatos, ſed illos ex hoc inferno ad æthera, illos ad profunda deſcendere?

Certè ſi attentè conſiderare vis Ægyptiorum in mari ſuffocatorum pœnam, non tantum mortem inuenies, quantum rabiem, inuidiam, dum ſe vna ſimul cum Iſraële in mare ingreſſos viderint, at illos feliciter ad litt[us] properare, immo in illo exiſtere, ſe vero miſerabiliter in profundum deſcendere, & vndas illas, quæ pro muro Iſraëli, ſibi non niſi pro gurgitibus, pro demerſionibus extare, Exodi 14 n. 22. *Et ingreſſi ſunt Iſraël per medium ſicci maris, erat enim aqua quaſi murus à dextra eorum, & læua*, at Ægyptijs fugientibus, *occurrerunt aqua, & operuerunt currus, & equites, & immolnit eos Dominus in mediis fluctibus.* Qualem putas tunc horum fuiſſe dolorem hæc videntium, hoc proſpicientium? non equidem minor tunc erit malorum, quando ſic eis eueniet, vt Ægyptiis, recolent ſe in eodem extitiſſe ſalo, ſed non ab illo eodem euaſiſſe euentu, vt egregiè conſiderauit Origenes, homil. 3. in Pſal. 36. de vltimo retractans concremationis igne in die iudicij futuro, in quo & ſi mali cum bonis miſti, tamen iſti ad inſtar Iſraëlis euadent, illi ſubmergentur, vnde ait: *Sicut ad mare rubrum venerunt Hebræi, venerunt Ægyptij, ſed Hebræi quidem tranſierunt mare rubrum; Ægyptij autem demerſi ſunt in ipſo: hoc modo etiam nos, ſiquidem Ægyptij ſumus, & ſequimur Pharaonem diabolum, demergemur in illum fluuium; ſi autem ſumus Hebræi, ingrediemur quidem fluuium, ſed ſicut Hebræis erat aqua dextra, lænáque, ita etiam nobis erit murus ignis.* Pulchrè quidem, omnes tunc in ignis flumine erunt, ſicut omnes ſimul Ægyptij, ac Iſraël in mari; at ignis tunc bonis mutus, ſic vt aqua Iſraël, malis autem æſtus, dolor, tribulatio, immerſio, quid ex hoc percipiens dolori, quid ſenſus? in eodem extitiſſe recolent ſe mari, eadem, & maiora paſſos, & tamen prædeſtinatos à laboribus ad requiem, ab inferno ad cœlum; ipſos verò à laboribus, ad labores ab inferno ad infernũ deſcendiſſe: talis equidẽ & dolor extitit Ægyptiorũ vt noſter affirmat ſapiens, dum & ſitiſſe ſe recolebant, ſicut Iſraël, ſed à ſiti ad ſuffocationem proceſſiſſe, non ad aquas, non ad refrigerium, vnde ipſe met dicat ſapiens, *cum enim audirent per ſua tormenta.*

21 Antiqui Sacerdotes ſolis hoc eſt diaboli totam ſuam gloriam in illum refũdebant coronas ob hoc repudiantes ad Chriſtianorum eõfuſionem.

32 Cur diabolus ſit ingẽtia ab hominibus exquiſiuit ſupplicia.

Pſal 85. n. 13.

33 Duo inferni ſuperior, & inferior ſuperior mundus, inferior diaboli.

34 Qualis dãnatorum pœna ſimul cum prædeſtinatis in hoc mũdo hoc eſt inferno extitiſſe at nõ ſimul ſaluari.

Exod 14. n. 22.

Origenes.

35 In ingeniudicij quàm diuerſa cũſorte mali, inſtque.

Num. 15. *Quem enim in expoſitione prana præſtitum deriſerunt, in finem euentus mirati ſunt, non ſimiliter inſtis ſitientes.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

SVperiori verſu ex pœnis affirmauit ſapiens inflictis Ægyptios cognouiſſe Deum, nunc in iſto & eius Prophetam, Moyſem nempè, quem ſimiliter, ac ipſum cõtempſerunt Deum, vnde ait.

Ianſen.

Quem enim in expoſitione prana, &c. Ianſenius vult hic ſermonem eſſe de Deo, quem Aegyptij contempſerunt, ac negauerunt dum Hebræos eius ſeruos in flumen proiecerunt, quem poſteà in finem admirati ſunt.

Lyranus Exod. 12. n. 14.

Melius recentiores, de Moſe intelligunt, licet inter ſe ſint diuiſi, Lyran. vult, vt de deriſione in Moſem Hebræorum intelligatur, quãdo Exod. 2. nu 14. ei dixerunt, *Quis te iudicem conſtituit ſuper nos?* Non placet, melius cæteri de Aegyptiorum ſubſannatione, quando primo ex parte eis intimauit Dei populi dimiſſionem, ſic Holxoth, Lorinus, & Caſtro, licet hic velit, intelligatur de perſecutione, qua coactus fugit ex Aegypto; hunc tandem in fine admirati ſunt, immo & timuerunt, cum proprium ſit diuitum iniuſtorum pauperes iuſtos timere de qua re vide in 1. tom. hom. 35.

Holxoth. Lorinus. Caſtro.

Non ſimiliter inſtis ſitientes, &c. Obiectum, vt ſic dicam exprimit admirationis, nempè Aegyptiorum, Hebræorúmque ſitim, dum ſic ſitierunt, ac Hebræi: nam ipſi ad mortẽm, Hebræi vero ad Dei experiendam miſericordiam, planus ſenſus, ab antiquis abſtineo verſioni-

bus, tanquam minus ad rem: ex siti ergo sua cognouerunt Deum vindicem, & ex Hebræorum, quanti illi essent faciendi, quos sic contempserunt, sicut etiam & sanctissimum eorum prophetam, ex quo valet colligi vnicum medium sanctorum splendoris tribulatio, de quare vide in 1. tom. hom. 54.

Num. 16. *Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, quod quidem errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam.*

Num. 17. *Vt scirent, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

HVcusque sapiens à versu quarto de plaga sanguinis, nunc in isto de plagis bestiolarum generatim loquitur; nam in specie de locusta, & musca inf. c. 16. n. 9. rationem adiciens, cur eos talibus animalibus, sic diminutis, sic superuacaneis Deus puniuit, quia scilicet ea coluerunt. Ex qua re illam elicit conclusionem, per ea quemque puniendum per quæ peccat; sed ad singula.

Interlin. Hugo.

Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, &c. alij *iniquitates*, Interlineal. supplet, *prodiit*, Hugo *secutæ sunt*, & facit sensum, ex cogitationibus enim prauis, & sine sensu iniquitates prodierunt, illas nempè quas sequens enumerat, melius noster *iniquitatis*, quia illorum cogitationes, & erant sine sensu, & de iniquitate, de idololatria scilicet, ad quam ex insensatis cogitationibus deuenerunt, cum ex illis omne malum, de qua re vide in 1. tom. hom. 10. ideo specialiter à Deo examinantur, & puniuntur ibi hom. 18. & 57.

Quod quidem errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, & Græc. *in quibus errantes*, cogitationibus scilicet, prodierunt in effectum tam deformem, vt muros scilicet colerent serpentes, & bestias superuacuas; quod per vtramque rem mox dicemus, enarrata prius generaliter Aegyptiorum idololatria.

1 Ægyptio rũ idololatria quanta, & qualis.

Aegyptios omnium superstitiosissimos fuisse in confesso apud omnes est authores, sic, vt cõtra eorum vilitatem Romani indignati Deorum, eos, eorúmque sacra proscripserint, vt affirmat Dion. hist. Rom. lib. 40. 42. 47. 53. 54. Tacitus 1. Ann. Suetonius in Tyberium, c. 36. Iosephus lib. 18. antiquit. c. 4 ex quo colligere potes, quales essent, dum & homines indignabantur pro diis eos habere.

Dion. Tacitus. Sueton. Iosephus.

At qui erant omnia animalia, & si vilia, & immunda, & si minima, *feles*, *ichneumones*, hoc est canes venatici, domestici, *Accipitres*, *Ibides*, *Aquila*, *Lupi*, *Crocodili*, *Aeluri*, *Apis*, hoc est tauri, *Migale*, hoc est mus Araneus, *vrsus*, *vulpanser*, *equus fluuialis*, *Anguilla*, *Phenix*, *Hircus*, *Ouis*, *Leo*. De qua re videndus est Diodorus Siculus lib. 1. rerum antiquar. c. 4. Strabo lib. 18. Apul. lib. 11. Epiphan. in Anchorat. qui de istis loquens, sic ait: *Verum Ægyptij omnibus amplius errore inuoluti, non solum proprios affectus coluerunt, sed etiam volatilia, & quadrupedia, terrestria, ac aquatica, & quædam animantia fera, & quæ ipsis inseruos à sancto Deo tradita, eorum ordinem alteranerunt, & velut qui mente bruti sint nimium colunt animalia, deificare ipsa non erubescentes.* Videndus est etiam Theophilus Antochen. 1. ad Autolicũ, Euseb. 3. de præp qui ad prædicta animalia addit *vulturem*, & *Scarabæum*. Augustin. 1. de Ciuit. c. 11. & lib. 8. c. 2. & 24. Videndus est Cantacuz. hic, qui addit *muscas*, & *culices*. Quid dicendum de cæpis, & allis, si, quod pudet dicere, & ipsos crepitus vétris adorarunt, vt vult Lorinus hic; vt semel videas, quàm sordida, quàm cæca mens sit humana, semel à lumine fidei destituta, & qualem peccatum semel in anima admissum inducat cæcitatem.

Diodor. Strabo. Apuleius. Epiphan.

Theophil. Ant. Eusebius. Augustin. Cantacuz.

Lorinus.

Enimverò idololatriæ principium malos proprios inordinatos facit, Epiphan. vbi sup. hominis affectus, quilibet enim voluptatem, quam prosequebatur effingés, suis eam tradebat adorándam, sanguinolentus Martem, Tyrannus Victoriam, luxuriosus Venerem, Gnlosus Artemisiam, & sic de cæteris; hinc miseri obcæcati, & à superiori destituti lumine, & illa adorarunt, quæ & affectui deseruiebant, canes, vultures, oues, boues, & ne ille affectus impedimentum sentiret, obtuantia etiam colebant; hinc muicæ, ranæ, vultures, scarabæus, & tandem ne malè olfactus oleret, ipse crepitus adorabatur vétris, credo, ne foras, & in præsentia prodiret ad tale barathrum deucit sensualitas hominem, quando per dæmonum impetus semel in ipsum obtinuit principatum, mentem obcæcat, appetitu solo tota re constante, hinc cum ab isto ducitur, & ad nutum regatur, cogitur eius obiectum adorare, & sic in numen proprium reputare affectum, à quo postea omnis idololatriæ illuuies, vt recte Epiphan. qui sic: *Illi verò sunt malis dæmónes, humana mentis accessio per voluptatum impetus influens, vnde vnusquisque ansus est proprium affectum in numen asciscere, primum enim statim quando hoc ab hominibus innouabatur per dæmonum maleficum, prima hæc scenatio appellabatur, & vmbratili pictura simulachra exprimebantur; deinde artem propriam quam quisq; tractabat, & per quam facultates habebat, propriis filiis suis in numen colendam tradebat, & per proprij artificij materiam Deos effingebant, figulus ex luto, faber lignarius ex ligno, auri fusor ex auro, & faber argentarius similiter ex argento. Amplius vero vnusquisque proprium affectum ad formam oculorum suorum similitudinem describebat, sanguinarius quidem vir Martem asserens, machus aut mecha communem venerem, sordibus, & rebus temporalibus inhians Saturni figuram præscribebat, effeminatus Cybelem & Rheam.* En tibi idololatriæ principium omnibus cõmune gentibus, præcipuè autè Aegyptiis tanquá stolidioribus, licet à Diodoro particulares huius gentis assignentur rationes; veluti quia sub illis lignis feliciter pugnassent; & secundo, quia eorum principes, seu dij, cum multitudinem hominum timerent, magis se sub aliquorum animalium figuris occultabant, quibus populum timore afficerent, & parto sic regno ipsos postea illa in Deos consecrasse animalia. At aliam ego assignarè cautam, in nefandam scilicet, ac turpé Aegyptios incidisse idololatriã, deorũq; viliũ adorationé, quia vt inquit Tertull. in Apolog c. 24. cuilibet particulari licitũ quod vellet adora-

2 Idololatriæ principium inordinati hominum affectus.

Diodor.

3 Sensualitas ad quale barathrum hominem deiicit.

4 Particulares idololatriæ Ægyptiorũ causæ.

Tertull.

Digitized by Google

re. Ægyptiũ, ait, *permissa est tã vana superstitionis peccstas animis, & be tsiũ consecrandis, & capite damnandis, qui aliquem huiusmodi Deum occiderit.* Ergo non à publica, sed à priuata consecrabantur dij authoritate, ac cuilibet ex suo licitum erat consecrare Deum; quid ergo mirum si in tam abominandas, rámque multiplices adorationes inciderint, si cuilibet, & si stulto, & si ignoranti, & si penè bruto, suum efformare Deum licebat. Ex quo, vt semel hoc dicam, clarè abominandarum omnium patet scaturigo hæresium; quid enim in causa esse potest, vt talia homines inuenerint, talia credant, qualia si non sensu, nec ratione essent prædití, sic disparata, sic futilia; quid dico? sic abominanda, sic fœtida, sic malè olentia, vt peccatum peccatum non faciant, abominationem non abominationem, vt tandem sicut Ægyptij ipsos crepitus, vt sic dicam adorent ventris? quid enim minus habet, semen hominis corpus extimare Christi, quod pudet dicere, ô stulti, ô insani, ô insensata animalia, hinc deceptio vestra, immo turpitudinum, ac fœtidarum origo opinionũ, libertas nempe opinandi, & particulare communi sanctæ Ecclesiæ præponere iudicium, & quasi Dei sacrosancta Ecclesia Ægyptiaca esset respublica, vnicuique permissum colere quod velit, non colere quod nolit; non mirum ergo si veluti Ægyptij per fœtida errantes de illis ipsummet, quod de omnibus sanctissimus dixit Apostolus, promi possit, ad Rom. 1. n. 21. nempe, *Quod cognouerunt in cognitionibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum.*

5. Hæresum origo peculiaris libertas opinandi.

Ad Rom. 1.n.21.

6. Locutio tãtum est hominum.

Aristot.

Interlin. Hugo. Liran. Carthus.

Hos quippe affirmat sapiens adorasse Aegyptios, quos mutos vocat, nempe articulatas proferre voces nescios, cum propriè loqui hominis tantum sit teste Arist. lib. 4. de animalibus, c. 9. at non solum hos coluerunt, sed etiam bestias superuacaneas, hoc est viliores, parui pretij, veluti ranas, cyniphes, muscas, locustas, & si Glossa Interlin. & Hugo velint etiam intelligi arietes, & canes, Liranus, & Carthus. talpas, & vespertiliones; sed melior prima sententia, vilia scilicet intelligenda animalia.

Immisisti illis multitudinem musorum animalium in vindictam, &c. Planè de quatuor animalium generibus intelligit, quibus in vindictam sordidæ percussi sunt Aegyptij idololatriæ. Hæ fuerunt ranæ, Exod. 8. n. 2. cyniphes ibi, n. 16. muscæ, n. 21. tandem locustæ, ibi c. 10. n. 4. de musca, & locusta specialim infrà loquitur Sapiens, c. 16. n. 19. Quapropter hic agendum de ranis, & cyniphibus.

Exod. 8. n. 2. Ibi. n. 16. Ibi. n. 21. Ibi. c. 10. n. 4.

DISPVTATIO VII.

Quæ est de Ranis.

RAnarum ergo plaga sic Exod vbi sup. describitur; *Si autem noluerit dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis, & ebulliet fluuius ranas, quæ ascendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lecti tui, & super stratum tuum, & super domos seruorum tuorum, & in populum tuum, & in fornos tuos, & in reliquias seruorum tuorum, & ad te, & ad populum tuum, & ad omnes seruos tuos introibunt rana.* Ex quibus verbis si rectè expendantur, omnes prorsus de hisce soluentur ranis quæstiones, quas breuiter expendemus.

Primò enim quæritur, quales fuerint illæ ranæ, cum secundum Plinium lib 31. c. 5. & lib. 8. c. 31. præter aquatiles, sint *rubetæque*, & c. 7 & 10. alterum genus quod dicitur *calamitæ*; Pererius in Exodum c. 8. disput. 1. præter aquatiles, vult fuisse etiam Rubetas, & Calamitas; superfluũ puto, cum id non dicat Scriptura, & satis supérque ad Ægyptios affligendos fluuiales essent ranæ.

7. Quales fuerunt ranæ. Plinius. Perer.

Secundò autem quæritur, quàm fuerit hæc plaga, acerba satis etiam ex ipso apparet Scripturæ contextu, cum nec domos, nec cubilia, nec mensas, nec esum, nec potum, tandem nec ipsas relinquerent intactas personas, vnde sic Philo: *Vix Aaron manum extenderat, cum ranarum tanta vis prorupit, vt non solum fora complerent, ac loca subdialia, verum domos, & villas, & cuncta ædificia tam sacra, quàm prophana, tam priuata, quam publica, haud secus ac si genus hoc aquatilium massam esset in diuersi elementi colonam, natura constante rerum vicissitudines, terra quippe contraria est aqua, itaque cum nec foras progredi possent homines viis oppletis, nec intus manere, refertis etiam intimis penetralibus, ad summas quoque contignationes vanis obrepentibus, ad extremum desperationem redacti sunt.* Ioseph. Clarius Ioseph. *Ranarum vis immensa*, ait, *terram Ægyptiorum populabatur, refertus erat & fluuius, vt aqua inde non nisi fœtu ranarum vitiata haurири posset, immorientibus earum plerisque, atque putrescentibus; plena erat & tecta turpissimo, ex quo exæscebantur, & in quem versus resoluebantur, quia & domesticum victum fœdabant, in esculentis, atque potulentis nusquam non reperta, & in cubilibus quoque passim obrepentes, ita vt omnia fœtorent, putore è ranis mortuis exhalante infecta.* Horribilis plaga si attentè consideretur, quam, ne Pharao ignoraret, distinctè ei Deus illius incommoda prædixit, non alio equidem fine, nisi, vt probaret si terrore obediret, si plagam remouere posset; sic ægrè Deus nostros ad puniendum ducitur, de qua re vide in 1. tom hom. 14.

8. Quam fuerit acerba talis plaga. Philo. Ioseph.

Tertiò quæritur vnde tanta vis ranarum, an etiam aliquæ de Dei eductæ potentia, sic, vt totam opplerent Aegyptum; affirmant Doctores, & videtur illud sensisse Nisenus in vita Moys vbi sic: *Ranarum serpsit multitudo, quarum generatio non naturalis cursus elementorum, sed coactis vt ita dicam viribus, iubente Moyse facta est, salis turpissima Ægyptiis fastidia inferebat, Iudæorum verò vsu, nihil ex huiusmodi bestiolis incommodi patiebatur.* Ex quo non solum habes à Dei potentia natas ranas productas, sed etiam per eas non læsos Hebræos.

9. Vnde tanta earum vis. Nisen.

Quomodo autem tam citò se per totam exparserint Aegyptum, rectè per Angelorum ministerium affirmant Doctores; non secus ac animalia ad Noe adducta, vt in arca includerentur, sic Perer. Salian. & alij.

10. Quomodo tã cito per totã Ægyptum. Perer. Salian.

Afflictus ergo Pharao, & à Dei potentia punitus, nil melior effectus, amplius obduratus, Magos accersiuit, qui etiam & ipsi ranas produxerunt; sed cum hac differentia, vt in paruo numero, vt vult Cornelius, & simul quod noxiæ tantum Ægyptiis, non Hebræis; qui omnino immunes, vt suprà ex Nisseno diximus; vt ex hinc colligas, quàm parum dæmonis, & malorum potentia iustis officere possit, quando Deus non vult: creantur à Magis ranæ non Hebræis, sed ipsis nocituræ Aegyptiis, ita vt beneficium supplicium esset, quod & semper peccatoribus euenit, dum quod cupiunt obtinent, & ad sua effrænata habent obsequentem desideria dæmonem, quod præclarè dixit Auguſt. lib. viginti vnius sententiarum sentent. 4. quod & si alibi diximus, non iterum & hîc pigebit transferre, sic ergo ait: *Non autem oportet moueri cur magicis artibus miracula fiunt, plerumque similia miraculis quæ fiunt per sanctos Dei seruos, sicut scriptum est in Exodo, quod Magi Pharaonis fecerunt nonnulla sicut fecit Moyses; non ergo oportet hoc mirari, quia omnia quæ visibiliter fiunt, etiam per inferiores potestates aëris huius non absurdè fieri posse creduntur; sed hoc interest, quod cum sancti talia faciunt in nomine Dei Domini omnium rerum de sublimioribus apparatibus iubetur inferiori creaturæ, cum autem mali homines magicis artibus operantur similia in manus suas dantur cum exaudiantur à dæmonibus; digni sunt enim, qui tali exaudítione decipiantur, vt pœna illis fiat, hoc quod videntur impetrare beneficium, cum eis exhibent quasi priuatim aëreæ potestates quædam miracula, vt eos habeant subiugatos, permissu tamen diuinæ prouidentiæ, vt pro meritis animarum suarum cuique tribuatur.* Nil melius, A dæmone exaudiûtur, quod volunt, accipiunt, etiam per exquisitos, occultósque modos, supra captum desiderata acquirunt, quid inde? duo equidem, & valde mala, in manus suas dari, hoc est subditum concupiscentiis fieri, quid peius? hinc secundum dæmoni subiici, vt seruus, vt emptitius, ex quo pœna, non beneficium concessio extitit, sic à Magis ranæ eductæ, sed ipsismet molestæ, ipsimet ab illis, vt sic dicam enecati.

Cornel.

Augusſt.

11. Peccatori quæ mala dum desiderium obtinet eueniant.

At producere quidem potuerunt, nunquid postea eas tollere? nullo modo, ita vt coactus Moysen fuerit orare Pharao, de qua re mox, si prius, quid hinc ad nostrã eluere possumus doctrinam dicemus; peccare quidem possunt mali, in turpitudines bene se immergere; at exinde postea exire quando volunt minimè, subditos se dæmoni constituere, Deúmque renuntiare benè poterunt; at à potestate dæmonum exire, & si enixè illud optent iusto non poterũt multoties iudicio, 1. Reg. 8. n. 18. *Clamabitis*, inquit populo Samuel ius eis prædicens regium, *in die illa à facie Regis vestri, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis Regem.* Notanda causalis, non exaudiet, quia petistis vos, ac Regem postulastis, non Deus vobis eum dedit, iustè ergo dum clamabitis non exaudiet, sic qui se in peccatis intrudunt sponte, Deo obnitẽtes, immo eum respuentes, dum clamabunt, non exaudiet; mirum, isti Regem petierunt, immo pro temporalli æternum contempserunt, non solum hîc, sed quando clamarunt, Ioan. 19. n. 15. *Non habemus Regem nisi Cæsarem*, Quis ergo illos non diceret felices Cæsarem obtinentes Regem? quis vnquam crederet, sic postea Cæsarem istos abominaturos, vt potius crudelissimè occidi, quam suum dominum Cæsarem dicere maluerint; ex bello quippe Iudaico euersa patria, Alexandriam aliqui Iudæorum confugientes, cum ibi ad libertatem recuperandam res molirentur nouas, ad vnum ex eis sexcenti comprehensi, non necandi si Cæsarem dominum confiterentur; res mirabilis, omnes non solum ætate grandæui, sed infantes, & pueri mortem potiùs, quam Cæsarem dominum confiteri maluerunt, sic iugum postea abominabantur, sic illummet Regem quem tãtopere opperierunt; *Quoniam*, inquit Iosephus lib. 7. de bello Iudaico, c. 29. *non est qui duritiam non obstupescat, omni enim genere tormentorũ, & vexatione corporum in eos excogitata, ob hoc solummodo vt Cæsarem dominum faterentur, nemo cessit, neque dicere velle visus est, sed omnes illa necessitate validiorẽ sententiam conseruauere, tanquam brutis corporibus, non animis, etiam cruciatus, ignemque susciperent, maximè verò puerorum ætas miraculo spectantium fuit. Nec enim vel eorum quisquam commotus est, vt dominum Cæsarem nominaret, vsque adeò corporum infirmitatem vis audacia superabat.* Quid amplius admirandum? vnde ergo Deus sic illis inexorabilis, vt potius enecari, quàm exaudire eos maluerit, quia petierunt ipsi Regem, quia ipsi se ei subdiderunt; immo attende causam, cur à Romanis isti defecerunt, statuam Cæsaris in templo admittere noluerunt, pro Deo dominum, pro Rege solum Deum habere volentes, nunquid ob hoc non enecati? sanè, omnes nullo superstite; vnde cum tanta pietas causa esset belli? sanè amice, quia semel ipsi sponte Deum recusarunt in Regem, & Cæsarem acclamarunt, *Non habemus Regem nisi Cæsarem.* Iusto ergo Dei iudicio postea factum, vt quando Deum acclamabant, ipse nollet, ô bene tãquam si in potestate eorum esset nunc Deum Regem, nunc Cæsarem habere, merito ad vnum omnes enecti; ô tremendum, & horrendum! spe pœnitentiæ quis semel tantum peccat libenter, & iusto Dei postea euenit iudicio, vt & si clamet, & si pondere peccati sub peccato prematur, pœnitentiæ tamen locum non inueniat, sed in peccatis computrescens depereat Hierem. 13. n. 10. *Computrescere faciam populum hunc pessimum, quia noluerũt audire verba mea.* Nota verbum *computrescere*, computruit in peccatis, in flagellis, quia noluerunt audire, noluerunt obedire, sponte Deo renuntiarũt, diabolo se subiugarunt, hinc in malitia postea computruerunt, impotentes sua culpa inde exire. Egregiè hoc Hieron. lib. 3. in c. 2. Amos super illa verba: *Virgo Israël cecidit, non adiicit, vt resurgat LXX. verterunt*, ait, *Israël cecidit, non adiiciet amplius vt resurgat, quod sic intelligi debet, quod postquam domus Israël sua voluntate corruerit, nequaquam pristinam recipiat dignitatem, postquam virgo Israël erranerit in terra sua, vltra inuenire non poterit suscitantem.* Quid terribilius? spe pœnitentiæ voluntariè cecidit, possibile quidem, vt amplius non in-

Ioan. 19. n. 15.

14. Iudæi quæ passi, vt Cæsarem dominum dicerent, nolentes.

Ioseph.

12. Magi Pharaonis producere potuerunt ranas, sed nõ eas tollere.

1. Reg. 8. n. 18.

13. Peccator voluntariè peccans, non æstimet quod quãdo vult à peccato resurget.

15. Peccare libenter spe resurgendi, quàm periculosam.

Hieron.

Hierem. 13. n. 10

Hieron.

ueniat ſciſcitantem,ac efficaciter clamantem; non dicimus impoſſibile,vt inueniat,ſed poſſibile, vt non inueniat, non adimimus ſpem pœnitentiæ, ſed impœnitentiæ timorem incutimus, vt neruosè addit idem Sanctus ſic: *Hæc dicimus, non quo inſtam nunc tollamus ſpem pœnitentiæ, ſed quo timidiores faciamus eos, & idcirco ſollicitos, qui aperta ianua pœnitentiæ,* ſigna verbum, *dum ſperantes futura, perdunt præſentia, & qui abſque vulnere poterant permanere, incauti vulnus accipiunt, vt poſtea dolore crucientur.* Egregiè,accipere vulnus quilibet poteſt,quia liber,adhibere medicinâ ſolus Deus poſt vulnus acceptum; benè potes cruciari, hoc eſt vulnus ſentire peccati, ſed illud tollere multoties,ſic iuſtè Deo diſponente,non valebis,tua culpa,quia & ſi potes ſi velles,tamen nunquam voles. Eo quod voluntariè te in illud intruſiſti, perpetraſti, en iſti ranas quidem educere potuerunt, at eas tollere non valuerunt, ita vt cogeretur Pharao Moyſem adire precari.

Orate Dominum, ait, *vt auferat ranas à me, & à populo meo, & dimittam populum*,&c. cur non hoc in prima ſanguinis plaga, cum ab ea penitus Aegyptij necati? tunc quidem nec ipſum precantem, immo nec quidquã emollitum audiuimus,immo amplius obduratum, dicam,quia prima non ipſum tetigerat, vt hęc ſecunda, nam penuriam aquæ compenſabat vino,ſicut & potentes eius,ex quo dum plaga non ipſum,& ſi populus premebatur, non miteſcebat, vt quando & ipſe ſimul cum populo plexus, quod ſignificant verba illa: *Aſcendēs, & ingredientur in domum tuam,cubiculum lecti tui, ſuperſtratum tuum*,tunc mitis, tunc pœnitens, tunc obediens,proprius Regum genius; pereat populus, peccare non deſinent, vſque dum intra eorum domum Dei flagellum, vſque dum eos tangat, contra populũ Dei prævaluerunt inimici, occiderunt, diripuerunt, nunquam Dauid dimiſit amicam? immo in domum tunc eam introduxit, 2.Reg.11. n 23. *Et dixit nuntius ad Dauid,prævaluerunt aduerſum nos viri, & egreſſi ſunt ad nos in agrum, nos autem facto impetu perſecuti eos ſumus vſque ad portam ciuitatis, & direxerunt iacula ſagittarij ad ſeruos tuos ex muro deſuper, mortuique ſunt de ſeruis Regis*; at quid ex hoc? *tranſacto autem luctu*, nempe Berſabeæ de morte viri, qui ibi etiam mortuus, *miſit Dauid, & introduxit eam in domum ſuam*,mirum de Rege ſic pio,vt ſuos non lugeret, vt Iſraëlis calamitatem non deploraret, vt peccatum non eliminaret, vt ad ſe non rediret,genius Regum eſt,non cum plaga tetigerat; at ſine vt audiat, *non recedat gladius de domo tua*, ac ſtatim inſpicies pœnitentem,& clamantem, *peccaui*, ibi c.12 n.10. & 13.ſic Pharao, vnde merito Interlineal. *flagellatus reſipiſcit*, ait, *qui ante dicebat, neſcio Dominum*, & Lippoman. in caten, *quia plaga hæc infeſtior Regi, & populo quàm prima erat, ideo quamuis ſuperbus, neceſſitate tamen compulſus, eis ſeſe humiliare non erubuit.*

Orauit ergo Moyſen Pharao promittens dimiſſionem, vero magis puto, quàm ficto, vt aliqui volunt animo, cur Moyſes in ſuum liberationis tempus ponens arbitriũ, ne veluti Magus reputaretur, ſignatas habere horas, ad magiam exercendam ei ſic: *Conſtitue mihi tempus quando deprecor pro te, & proſeruis tuis, & propopulo tuo, vt abigantur ranæ à te*, cui iſte reſpondit, *cras*, cur non ſtatim? Pererius vbi ſuprà, vt experiretur an per ſe deficerent ranæ tanquam illuc caſu illatæ, an potius diuina virtute inductæ abſque illa non defuturæ. Theodoretus, *vt ipſemet ad fluuium profectus videret an ranæ ceſſaſſent*, & ſic ſcirer quantum Moſis preces apud Deum valerent, quomodocũmque magna incuria, magna eius extitit vecordia,vt dum ſtatim à plaga poſſet, noluit niſi in craſtinum exire,nec ſui, nec populi miſerans,merito poſtea populo,& vita priuatus, dum ſic vecors Rex,dum ſic populi indolens, ad exemplum Regum hoc, vt audiant,& contremiſcant, qualémque ſciant pœnam eorum immiſerationis condignam,regno,& vita priuabuntur, ſi populi miſeriam non dolebunt; *Cum debuerit*, ait Ambr. lib. de Cain,& Abel, *in tanta poſitus neceſſitate rogare, vt iam oraret, nec differret, reſpondit craſtina die, otioſus, & negligens morę pœnam Ægypti ſoluturus excidio.* Nil melius ſciuit morę pœnam,quando cum ipſo, & Ægyptus excidit; ad quid illi ſubditi, ſi nihil de illis curæ, nil de eorum dolor calamitatibus? priuetur regno, qui regnum negligit; ad vos ergo Reges hic ſermo, hoc exemplum.

At quid myſticè ranæ? multa,Origenes,& Iſidorus, vana Poëtarum carmina, ſanctus Auguſt in lib. de conuenientia decem præceptorum, Philoſophi, & hæretici,vbi ſic: *Philoſophi enim, & hæretici, quia in Chriſto humana omnia eſſe dicunt, rana ſunt clamantes in limoſis paludibus, per ſuperbiam, & inanes contentiones ſtrepitum vocum habere poſſunt, doctrinam verò ſapientiæ non poſſunt inſinuare, qui enim Chriſtianæ veritati contradicunt, & in ſuâ vanitate decepti decipiunt, rane ſunt, tædium quidem afferentes auribus,nullos autem præbentes cibos mentibus.* Egregiè, & præcipuè dictum de hæreticis, qui præter vocem nihil, quorum idem prorſus Dei iudicium, ac ranarum, has Deus tollens non ſtatim illas ad nihilum redigit, ſed in immenſos aggeres congregatæ computreſcere eas ſiuit; *Mortua ſunt rana de domibus, & de villis, & de agris, congregauerunt eas in immenſos aggeres,& computruit terra*, Exod. vbi ſup. Chaldæa, *& computruerunt ſuper terram*, ipſæ prius,& ex eius putrefactione computrefacta terra, ad quid hoc? *ne quis præſtigium fuiſſe æſtimet*,inquit Lippom.in caten. vt fœtore, & aëre grauari peſtilenti Ægyptij vexarentur, donec pœna præbente intellectum partim in flumen proiicerentur, partim præ alris foſſis terra, lapidibúſque obruerentur, ait ſapienter quidam; en ratio, ſi inquiras cur Deus in nihilum non redigit hæreticos, cur ſtatim non tollit, cur eos vix natos non comprimit, vult, vt computreſcant, & ex eorum fœtore, & nidore computreſcat terra, donec ex ipſamet cauti homines putrefactione, eos obruant, occidant, peſſundent, iterum dico, Catholicus fierem,niſi eſſem,tantum hos dæmónes inſpiciens, & audiens. *Hæc denique teſtimonia deorum veſtrorum*, aiebat Tertul. in Apolog.c 23. *Chriſtianos facere conſueuerunt, quia plurimum illis credendo, in Deo Domino*

16. Cur Pharaoni prima ſanguinis plaga Moyſem non orauit, ſicut in hac ſecunda.

17. Regum genius peccata non dimittere,niſi ipſi flagellentur, & ſi populus pereat.

2. *Reg.* 11. n.23.

*Ibi.c.*12. n.10. & 13. *Interlin. Lippom.*

18. Pharao cur cras dixit vt oraret Moyſes pro ranis & nõ illico.

19. Regũ pœna non dolentium de ſubditorum miſeriis regni priuatio.

Perer.

Theodoret.

Origen. Iſidor. Aug.

20. Myſticè quid ranæ ſignificent.

21. Ranæ propriè hæretici.

Lippom.

Salian.

22. Cur Deus eos in momento non deſtruit.

Tertul.

credimus. Vnde Christiani ex deorum testimonio? quia vellent, nollent ex vi diuina quales ipsi essent agnoscebantur; nempe quia non dij, sed dæmones, vobis hæreticis hoc; Catholici multi à vobis, non aliunde, nisi à vestra, vestrisque actionibus, vita, scientia, immo potius vani loquentia, ranæ estis, præter voces nihil, nisi putrefactio, corruptio, omnia corrumpentes, consercorantes, non equidem quæ Hebræorum, verorúmque Dei cultorum, sed Ægyptiorum, hoc est carnalium, dicam, superborum politicorum, quos iusto Dei inscitis iudicio, quia suis nunquam contenti, ad aliena iniustè transvolant.

Nissen. 23. Voluptatē carnalē, & carnales homines ranæ significant.

Nissenus de vita Mosis ad turpem, carnalémque eas a plicat vol ptatem, turpésque homines, vnde hic: *Est enim rana animal ancipitis vitæ, in aquis, & in terra viuens, in cœno, & luto commorans, deformis aspectus, & tetri fœtoris, quæ aquis non mundatur, sed magis inquinatur: importune loquax, & in omnes Ægyptiorum habitationes penetrans, eorúmque omnia conspurcans, & fœdans: talis profectò est turpis voluptas, siue carnalis, & voluptuosa vita, Cereri, & Baccho, & Veneri mancipata: hac omnes mundi huius amatores possidet, hæc omnia eorum cogitata, dicta, & facta commaculat; homo voluptuosus, ambiguus, & dubius videtur inter hominem, & bestiam, figuram hominis gerit, sed bestia vitam agit, tractat sæpè diuina, sed quia impurus est, & impurè tractat illis ipsis rebus magis inquinatur, quam mundatur, exemplo vitæ suæ fœtet omnibus.* Mentiar, si non Gentiles, sed carnales indigerat Nissenus Christianos, & illos qui tali gloriantur nomine, qui sacramenta venerantur, qui de diuinis loquuntur, qui pœnitentiam prædicant, qui tandem Ecclesias frequentant, impuriores abiis exeuntes, quam accesserunt; hi secundum Nissenum, secundum figuram tantum homines, cum secundum vitam bestiæ, pecudes, pecudibúsque sordidiores, à ranis. hoc est à vita sic conspurcati carnali, vt nil eorum, siue interiora, siue exteriora attendas, conspurcatum non inuenies, *In huius muris, & aulis,* sequitur Nissenus, *diuersa ad luxuriam animi pictura, & in vasis sculptura impressæ nequitiam eius ostentant, quarum rerum aspectu, animus excitatur ad turpes voluptates, probrosi spectaculi visione ad animum vsque passionum æstu perueniente: similiter simulacra, lectos voluptuosi, & luxuriosi hominis considerabis, idem ipsum inuenies;* quid amplius diceret si præsentia nunc inspiceret? fœdis, lasciuisque ornant nunc parietes Christiani picturis, & quod pudet dicere hi, qui principes dicuntur Ecclesiæ, qualis est hæc impudentia, vt ad arcem vocatus puritatis milites struat contra ipsam impuritatis? tot milites, quot picturæ, sic insci, vt sc ipsos, suúmque spernentes nomen, interiorem nesciant occultare turpitudinē; quin foras erumpant, & domus, & parietes, & vascula, & mensæ & picturæ declamitent, ex his quæ foris qualis sit animus intus quolibet coniectante, quem si cui datum fuisset videri *coarctuatarum ranarum, vtredinem reperiret,* vt cum Nisseno dicam, ied de hac re iterum.

24. Mali Christiani carnales ranis similes.

DISPVTATIO VIII.

De Cyniphis.

TRanseo ad cyniphes, quæ tertia plaga; ad promissam cum accurrere deberet Pharao sponsionem populum liberando, è contra; *Videns quod data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos sicut præceperat Dominus,* Exod. vbi suprà. Ex quo facto optimè colligit August. quæst. 24. super Exod. non solum incantatores obstinationis Pharaonis fuisse causam, quatenus similia fecerunt, sed ipsam etiam Dei patientiam. *Hic apparet,* ait, *non illas tantum fuisse causas obdurationis cordis Pharaonis, quod incantatores eius similia faciebant, verum etiam ipsam Dei patientiam, quia parcebat, patientia Dei secundum corda hominum, quibusdam utilis ad pœnitendum, quibusdam inutilis, non tamen per se ipsum inutilis. sed secundum cor malum.* Quibus similia Nissenus in vita Mosis, hinc damnationis signum ex Dei obdurescere patientia, & ex malo pessimus fieri, quia Deus sustinet; *Potuerat,* inquit Lippom. in caten. in Exod. c. 8. *Dei patientia Pharaonem vocasse, & perduxisse ad pœnitentiam, nisi damnatus fuisset iusto diuino iudicio, ideo semper sibi pergit thesaurizare iram, & iusti iudicij damnationem.* Hinc rectè Philo Pharaonem athletæ compa at. qui respirans paulum vires colligit ad reluctādum. *Postquam autem,* inquit, *ab hac pœna modicum respirarunt, sicut athletæ collectis viribus, quo vehementius vrgerent, ad consuetam reuersi malitiam, obliti sunt eorum quæ pertulerant.* Quod proprium eorum, qui timore bonū non voluntate spondent, data requie ad genium redeunt. *Vix dum hoc malum cessauerat,* ait Iosephus, *cum Pharaones denuo mutatus, priorum oblitus, retinere populum cœpit, & quasi aliarum etiam afflictionum naturas experiri vellet, negabat exitum, quem ante concesserat, timore magis compulsus, quàm ex animi sententia.*

August.

25. Dei patientia cor indurat malum, potius quam mollescat.

Lippom.

26. Reprobationis signū ex Dei patientia obdurescere.

Philo.

Ioseph.

Obduratus ergo ex Dei patientia, quid inde secutum? vt iusto Dei iudicio non admonitus flagellaretur, priores plagas admonitio semper præcesserat, nunc prius castigatus, quam admonitus, vt ei simiies pertinaces discant peccatores, peribunt tandem nisi resipiscant, nullo admonitore, sic, quasi Pharao nō esset, aduocans Deus Moysen: *Loquere ad Aaron,* ait, *extende virgam tuam, & percute pulverem terræ, & sint cyniphes in vniuersa terra Ægypti, fecerúntque ita, & extendit Aaron manum virgam tenens, percussitque pulverem terræ, & facti sunt cyniphes in hominibus, & in iumentis, omnis pulvis terræ versus est in cyniphes per totam terram Ægypti.* Vltima hæc verba hyperbolicè intelligenda, ea enim sæpè Scriptura vtitur figura, incredibilia affirmans, vt ad credibilia perueniat, quod hyperboles intantum, vt eleganter affirmat Seneca, lib. 7. de beneficiis, c. 23. rationem eius præbens quod dixerat, *Beneficium,* scilicet, *repeti non oportere,* aut, *qui beneficium dedit obliuiscatur,* hoc est inquit, *similis sit obliti,* affirmans non ex toto repetitionem ipsum tollere, sed hyperbolicè

27. Obdurationis pœna ex tempore petita.

28. Hiperboles fiuis incredibilia affirmare, vt ad credibilia perueniat, ob quod ea sæpe vtitur Scriptura.

Seneca.

Digitized by Google

locutum, *quæ nunquam tantùm sperat quantum audet, sed incredibilia affirmat, vt ad credibilia perueniat.* Sic omnis puluis Ægypti in puluerem versus dicitur, vt quanti fuerunt cyniphes inde colligatur, propemodum infiniti.

29. Cyniphes quæ animalia.

Tota difficultas huius plagæ in eo solum consistit, in cognitione scilicet horum animalculorum, cum varij ex ignorantia vocabuli Hebræi, quod in Latinum vertere non potuerunt interpretes, varia etiam intellexerunt animalia, Iosephus, quem secutus Caietanus, & Oleaster cum Hebraizantium turba, pediculos intelligit, sed malè, vt benè eum refutat Pererius vbi suprà; hi enim non ex puluere sed ex corpore nascuntur. Albertus Mag. lib. 26. de animalibus, scribit: *Huiusmodi animalia, corpore quidem esse vermes, capite autem, & alis esse muscas, habere in ore aculeũ, quo pungunt, & sugunt, palustribus nasci locis, & animantium spiritus, sed humanos maximè consectari.* Alij culices esse volunt.

Ioseph. *Caiet.* *Oleaster.* *Albert. Mag.*

Verissimam Pererij iudico sententiam, hos aut fuisse noua animalia, tunc primum à Deo producta, aut nobis incognitata, sed qualia describit Philo, qui sic: *Deus aquis cessare iussis, terrestrem pœnam induxit, eodem vsus castigatore Aarone, qui vbi terram virga percussit, tot cyniphes ex ea profusi sunt, vt velut extensa nubes totam obumbraret Ægyptum; est autem id animal molestissimum, quamuis sit minutissimum: nam solum superficiem ladit pruritu nexio, veruntamen interiora per aures, narésque penetrat, tumefacit in oculos, nisi quis caueat, sed qui caueri tunc poterant tot eorum dira examina,* consonat Origen. qui sic: *Hoc animal pennis quidem suspenditur, per aëra volitans, sed ita subtile est, & minutum, vt oculi visum nisi acutè cernentis effugiat, corpus tamen cum insederit, acerbissimo terebrat stimulo, ita, vt quem volitantem quis videre non valeat, sentiat stimulantem.* Nil plus dixisset, si quæ hîc Toleti experimur animalia (*Mosquittos*) dicta vidisset, ita vt hæc fuisse ferè non dubitem: vix percipiuntur, indiuisibilia prorsus, dicam inuisibilia, acuminis opus ad videndum, muti non loquaces, aduenunt sine sensu; sic mordent, vt intima penetrent, morsu exitiali, ac venenato, ita, vt non semel sim admiratus, vnde tanta veneni vis animalculo sic indiuisibili, fiunt vesicæ, ardor, pruritus, immo ignis ex eorum morsu. fraudulenter in os, aures, nares inuolant, nónne cyniphes? prorsus concludam cum Lippom. in caten vbi sup. qui sic: *Quidquid autem sit, hoc tertio supplicio idem sibi vult Deus, quod superioribus supplicijs, videlicet vt Rex Ægyptius ad pœnitentiam vocetur, vt nomen Dei illustretur, & hoc miraculo multitudo pediculorum, aut culicum, aut pulicum, aut cinicum, aut teredinum; aut aliorum id genus vermiculorum, consecretur in publicum supplicium vrbium ac regionum.* Hoc vltimum adnotandum, ideo iis minutissimis voluisse Deum Ægyptios plectere animalibus, vt tale conseceraretur ad publicum vrbium supplicium, illam timentes maiestatem: sic potentem, vt ad præclaras destruendas vrbes; immo & prouincias non vrsis indigere, aut panteris, sed muscis, sed culicibus, quod etiam & alias euenisse testis est Varro, vt apud Plinium lib 8. c. 29. qui sic:

30. Cyniphes animal quod Toleti reperitur dictum Hispanicè Mosquitos.

31. Deus vt suã maiestatem ostenderet potentiam ad vrbium magnarum excidium vilia consecrauit animalia.

Philo. *Origen.* *Lippom.* *Varro.*

A cuniculis suffossum in Hispania est oppidum, à talpis in Thessalia, ab ranis ciuitatem in Gallia pulsam, à locustis in Affrica; ex Ciaro Cycladum insula incolas à muribus fugatos. in Italia Amiclas à serpentibus deletas, circa Cinamolitos Æthiopas, late deserta regio est, à scorpionibus, & solpugis (venenatæ id formicæ genus) *gens sublata, & à scolopendris aballos Trerienses author est Theophrastus*, & Ælianus hist. lib. 17. c. 37. *Apud Indos*, inquit, *Risophages ad fluuium Ystabarum culicum multitudines tantæ, vt nubes esse videantur, horribiles in aëre, incolæ regionem deseruerunt, tum ob has, tum scorpionum, & phalangiorum multitudinem.*

32. Exépla vltiõis, & prouinciarum exciſſarum per vilia animalcula.

Vltimò tandem, talia fuerunt hæc animalia, vt licet quasi inuisibilia, à Magis tamé fieri non potuerint, apertè exclamantibus digitum esse Dei; *Fecerúntque similia malefici incantationibus suis, vt educerent cyniphes, & non potuerunt, & dixerunt malefici ad Pharaonem, digitus Dei est hic.* Exod vbi sup.

33. Magi vodi cyniphes producere non potuerunt.

At cur illud efficere nõ potuerunt? Hebræi relati à Tostato, & Lirano, quia dæmones nõ possunt efficere animal minus hordei grano, qualia erant cyniphes, decepti ab arte: nam artifex non sic efficere potest opus paruum, ac grande; facilius enim hoc efficiet, quam illud immo eo erit præstantior, quo minutior faciet, vt de aliquibus narrat Plinius, lib 7. c. 21. sic: *In nuce inclusam Iliadem Homeri, carmen in membrana scriptum tradit Cicero, Callicrates ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, vt partes earum à cæteris cerni non possent, Mirmerides quidam in eodẽ genere inclarnit, à quo quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis fabricatam, & nauem quam apicula pennis absconderet.* Andreas Iun. c. 7. n. 1. refert Franciscum Alumnum in denariolo fine notis præscripsisse Symbolum Apostolorum, & principium Euangelij diui Ioannis: item se vidisse cerasi nucleum in modũ quasili sculptum, quo continerentur quindecim paria tesserarum, suis punctis affabre distincta; sed vt dixi, decipiũtur, cum aliud sit in artis, aliud in opere naturæ, vt bene Abulensis: nam ad perficiendum naturæ opus magnum maiora debent concurrere, quam ad opus paruum; vnde facilius impediri potest; non sic autem in opere artis, minora maiora exigent instrumenta, maiorem scientiam, & dexteritatem.

34. Artifices qui in pãrua materia miraculosi exiſtunt.

Tostatus. *Liran.* *Plinius.* *Abul.*

Rupert. lib 1, com. in Exod. c. 13. affirmat Magos produxisse cyniphes, sed non veros. cognitos, quia non pungebant, tanquam non aculeati, ex quo Ægyptij falsos illos esse deprehenderunt; ab omnibus & meritò reprobatur, tanquam Scripturæ sensui contrarius, quæ apertè fatetur Magos intentasse, ac omnibus viis procurasse illos efficere, hoc enim sonant verba illa: *Fecerunt similiter malefici incantationibus suis*, & tamen non potuerunt.

Ruperp.

Caietanus in locum Exod. duas attigit causas, aut quia Magorum incantationes non erant appropriatæ, aut quod diuinitus potentia dæmonum impedita, hoc secundum verum, & communis omnium sententia: nam primum optimè refellitur à Pererio in c. 8. Exod. disp 3. quia incantationes non ex virtute propria, sed dæmonis operantur ex pacto; ergo siue hæc, siue illæ semper erunt

Caiet. *Perer.*

propriæ pacto intercedente. Vera ergo causa Dei fuit voluntas, & potestas, Magis, & dæmonibus potentiã auferens, vt ex facto apertè constaret Magorum priora signa nõ à Deo, sed à dæmone fuisse, quod & ipsi etiam Magi à veritate obstricti dixerunt, dum apertè illum Dei esse digitum, hoc est potentiam professi sunt, *digitus Dei est hic.*

Liran. Liranus vult, Magos verum non cognouisse Deum per illa verba, sed superiorem aliquẽ dæmonẽ in cuius virtute illa efficiebat Moyses, quia vt ipse inquit infrà c. 9. eiusdẽ Exod. ij etiam restiterunt Moysi, quod patet verbis illis, *nec poterant malefici stare coram Moyse propter vlcera, quæ in illis erant.* Non restitissent autem, si verum Deum cognouissent; merito refellitur ab Abulensi, & sententia est omnibus Patribus contraria, neque ratio aliquid valet: nam etiam sæpe Pharao Deum cognouit, & tamen induratus ad priora se conuertit; ô vtinam sic esset, vt semel malitia Deum cognoscens humana contra illum amplius se erigere nollet, & cognouerunt; & malitiosè postea amplius restiterunt.

35. Magi Deũ verum cognouerunt ex cynipes impotentia producendi.

A minutissimis ergo, & vilissimis afflicti Ægyptij animalibus cuius nõ alia ratio quàm à sapiente assignata; nempe, *vt scirent, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur*, in quo diuinæ relucet iustitiæ equitas & magnitudo. Innocentius 3. de contemptu mundi, lib. 3. c. 6. hæc intelligit de pœnis inferni, vt scilicet per ea membra quis ibi torqueatur, quibus peccauit, singulis sua respondente pœna. *Singula membra pro suis peccatis propria sustinebunt tormenta, vt in eo puniantur, in quo peccauerunt, scriptum est enim, per quæ peccat homo,* sensus mysticus, literalis quem diximus.

Innoc. 3. 36. In inferno quodlibet membrum suam peculiarem experietur pœnam.

HOMILIA XXXVI.

Isaiæ c. 46. n. 1. MAgnus ille Propheta, seu potius Euangelista Isaias Babylonicam describens vastitatem, Euangelicam præmonstrans felicitatem, idolorum confractionem, Christi exaltationem, c. 46. n. 1 sic solemniter incipit: *Confractus est Bel, contritus est Nabo, facta sunt simulacra eorum bestiis, & iumentis, onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem, contabuerunt, & contrita sunt simul, non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit.* Hoc vltimum premo, quid per animam in captiuitatem? Ferrer & Vatab. putant dictum per irrisionem, id est, *illa quæ putabantur animata*, Haimo Babylonios accipit captiuos per Cyrum, Hieronymus, Sanchez, Cornel. per catachresim ipsa idola, quatenus imago erant hominum, qui animam habebant, cum sæpè imagini id quod prototypo tribuitur; proprius ad rem nostram S Thom. idola, quæ ob amorem erga ipsa gentilium eorum anima dicebantur, quod vt intelligatur.

Ferr. Vatab. Haim. Hieron. Sanchez. Cornel. S. Thom.

1. Idolatriæ origo.

Origo repetenda idololatriæ, vnde statuo cum nostro Sapiente infrà c. 14. n. 15. inter idololatriæ principia vnum, filiorum imago demortuorum à patre erecta, vt luctum consolaretur, vt filium honoraret, de quare nos ibi late. *Acerbo enim luctu dolens pater*, ait Sapiens, *cito sibi rapti filij fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia.* Et vt cõmunis fert opinio, Bel Nipi Babylonis Rex filius primũ extitit idolum, cum eo mortuo aram secundum Hieronymum, ei pater sacrauit, & suis, vt in diuis numerarent edixit; hoc perceptо, cur idola gentilium anima dicerentur apertè patet; filij enim anima sunt patris, quod si postea ex consuetudine addas venerationem, & cultum rectissimè, ait anctus Thom quod præ amore, veneratione, ac cultu illis à gentilibus præstito anima eorum dicebantur, non secus ac vt Sanctus ait: *Sic appellari solent ab amasiis illa, quæ in animo, atque in amoribus sunt.* Hæc ergo sic dilecta hæc sic amata, ac in honore habita, confracta, diruta ac in turpitudinis vasa redacta, vt multi volunt Cyrus Persarum Rex iumentis impositа in Persidem transtulit, vt hìc Isaias sub illis verbis *simulacra vestra bestiis, & iumentis*, hoc est secundum aliquos facta sunt onera, ab eis in Persidem transportata; quod si rationem huius Dei iudicii expetis, illam inuenies, vt qui animam diis dederant, per ipsam cruciarentur, & non solum corpore, sed anima essent captiui, & plus ex suorum idolorum, quàm ex ipsorum et dolerent captiuitate, *vt per quæ quis peccat*, vt noster ait Sapiens, *per ea torqueatur*; immo amplius hoc patebit, si in quanto honore ab illis Bel colebatur, quæso ei sacrificia offerebantur attendes; Audi Hieronym. hic, *Bel Græci bellum, Latini Saturnum vocant, cuius tanta fuit apud veteres religio, vt ei non solum humanas hostias captiuorum, ignobiliúmque mortalium, sed & suos liberos immolarent.* O Dei tremendum iudicium! ô formidabile diuinæ pondus iustitiæ, ob filiorum insensatum amorem Dei cultum ad creaturas transtulerunt, & post filiorum cadauera Deum summũ postposuerunt; erigat se iustissimè Dei vindicta, & per quæ quis peccat, per ea torqueatur, & ipsimet patres sint, qui ipsosmet filios occidant, ac dæmoni consecrent, ob quos Deum dereliquerunt, & dolorem, quem ex morte filiorum per illam adorationem lenire præsumebant, augeãt ex debacchatione, ex crematione, ex horribili filiorum immolatione, & quia ob amorem filiorum in Dei odium venerunt, vertatur odium in ipsosmet filios, qui si rectè seruarent ordinem, potius dum vtrumque seruarent, amor Dei erat filiorum anteponendum, vt rectè Hier. super illud Matth. 10. n. 37. *Qui amat patrem, aut matrem plus quam me*, vbi sic: *Hic ordo in omni affectu necessarius est, ama post Deum patrem, ama matrem, ama filios, si autem necessitas venerit, vt amor parentum, aut filiorum Dei amori comparetur, & non possit vtrumque seruari, odium in suos, pietas in Deum fit*; Pulchrè, odium in suos, pietas in Deum sit, quia plus Deo, quam nostris debemus, & perfectus ordo inuertitur, quando è contra pietas in nostris, odium in Deo; hinc quia insensati illi ob filiorum pietatem, in Deum odium refuderunt, iustè summus ille iudex pietatem filiorum in odium conuertẽs, voluit, vt ipsi essent mactatores, ipsi occisores, Belo eos sacrificantes, ex patribus carnifices, ex hominibus feræ effecti, dũ affectum filiorum

Hieron. 3. Bel siue Saturni quãta antiquitus veneratio.

4. Iudicium Dei terribile in permissione in molationis filiorũ; quæ diis fiebat antiquitus.

Idem Matt. 10. n. 37.

Digitized by Google

filiorum non ſecundum conſilium rationis, ſed impetum rexerunt feritatis.

5. Homo cur, & quando mutatur in beſtiam.

En origo amicæ cur homines mutantur in beſtias, & qui rationis ſunt compotes in ferinos deuenium mores, affectus ſcilicet non ſecundum conſilium rationis, ſed ſecundum imperium regere feritatis, & indignum dignißimo anteponere, vile pretioſo, commutabile æterno, tádem ſeipſum Deo. Vnde poſt confractionem Bel ſtatim Iſaias ſequens addit: *Facta ſunt ſimulachra eorum beſtiis, & imentis*, vbi ſecundum diuum Thomam, & Haimum pro beſtiis, & iumentis homines intelliguntur ob idolorum adorationem tales effecti: nam niſi belluinum hábuiſſent ſtuporem, nunquam ſe ad tantam ignominiam abieciſſent, audi quid altiſſimus ad Heli, eiuſque filios, 1. Reg. 2. n. 19. *Quare calce abieciſtis victimam meam?* vbi Caietanus, *ad inſtar*, inquit, *calcitrantis in ſacrificia deſcribitur peccatum filiorum Heli.* Ergo hi non homines, ſed beſtiæ, ſed feræ, ad quem ſtatum deuenerũt, vt egregiè Gregor. in hunc locum, quia non conſilium rationis, ſed impetum ſequebantur feritatis, Deo ſe anteponentes, primam ſacrificij partem ſibi vendicantes, antequam adeps incenderetur vi extorquentes carnes, *Fera animalia*, ait Gregor. *ſolent ſibi adherentia calce repellere, ita filij Heli victimas, & munera calce repulerunt, quia non conſilium rationis ſecuti ſunt, ſed impetum feritatis.* Egregiè, conuerſatione, victu, cogitationibus, beſtiæ homines fiunt, ſic, vt ſi eorum conſideres actiones nil prorſus in quo à beſtiis differant inuenies, edunt vt beſtiæ, nullas gratias Deo reddendo, luxuriantur vt canes, ſine vllo pudore veſtiunt, vt equi, non neceſſitatem, ſed gloriam, & ornatum ſpectantes, cogitant tantum de corporalibus, nulla in eis ſpiritualis imaginatio, tandem non conſilio rationis, ſed impetu ferũtur paſſionis, nónne beſtiæ? at vnde hoc? quia ſe Deo antepoſuerunt, quia ſua, quia in idola ſe ſuáque erexerunt, hinc ex filiis Dei, filij Belial, vti de iſtis dictum vbi ſup. n. 12. *Porrò filij Heli filij Belial neſcientes dominum, neque officium ſacerdotum ad populum.*

S. Thom. Haimus.

1. Reg. 2. n. 29.

S. Greg.

Mendoza.

6. Belial quid.

At quid per Belial? copioſiſſimè de hac re Mendoza in hunc locum, qui illam diui Hieronymi omnibus reliquis præfert meritiſſimè interpretationem, *Belial*, idem eſſe, ac *ſine iugo*: ſupponit enim nomen non eſſe ſimplex, & radicale, ſed compoſitum, & deriuatum, vnde prima pars, quæ eſt *Beli*, ſonat, *ſine*, ſecunda verò quæ eſt *Hel*, *iugum*, vnde veriſſimè *Belial*, homines dicuntur ſine iugo; ſed quid diſputamus, dum etymon nominis ipſemet explicat noſter vulgatus Iudic. 19. n. 22. *Venerunt*, inquit, *viri ciuitatis illius, filij Belial, id eſt abſque iugo*, ſic filij Heli, filij Belial dicuntur abſque iugo, hoc eſt abſque lege: nam iugum pro lege ſumi, vel imperio res eſt valde nota, vnde ſeruo dicitur iugum imponi, & ille dicitur iugum excutere, qui imperium detrectat, & qui ſuo vult potius arbitratu, quam alieno viuere: tales erant iſti, Dei legem excutientes, ſuo viuentes arbitratu, neque Deum, neque homines timentes, laſciuientis naturæ, moribus ſeruientes, nullam honeſtatis rationem habentes, ſolummodo ad commoda, & vtilitates reſpicientes, ſine lege quippe viuebant, & ſi legem habebant. *Filij Heli contra omne ius, & fas*, ait Ioſephus lib. 5. antiquitat. c. 11. *omnia ſibi licere volebant, nec contenti honorariis muneribus, etiam à rapinis non abſtinebant, mulierum inſuper religionis; ergo ad ſacrum locum confluentium pudicitiam, vel vi, vel dònis expugnabant, ita vt nihil à tyrannorum moribus differrent.* Nunquid quæſo ſic viuentes non filij Belial? attendant hoc Chriſtiani, & an Dei, an Belial filij, ex vita, ex moribus, ex actionibus elicere poſſunt, & aduertant, ne dum coram tremendo illo iudice legem allegabunt Euangelicam, vt ſicut filios eos recognoſcat, non audiant, ad horum inſtar, *vos ex patre diabolo eſtis*, hoc eſt Belial, pro quo etiam ſæpe hoc nomen accipitur.

Ioſeph.

Iudic. 19. n. 22.

7. Filij Heli cum ſacerdotes eſſent vnde dicantur Deum ignorare. *Mẽdoza.*

At, & ſi hoc clarum, illud obſcurum, quomodo cum ſacerdotes Deum iſti ignorabant, quomodo neſciebant? illum quotidie populo proponebant, prædicabant; in cultu erant tabernaculi ipſius, & tamen Dominũ neſciebant? Mendoza vbi ſuprà, duplicem diſtinguens ignorantiam, ſicut duplicem notitiam in practicam, & ſpeculatiuam, affirmat, licet ſpeculatiuè, & vt ipſe ait *theoreticè*, iſti Deum cognoſcebant, practicè tamen ignorabant, cum qui Deum non timet practicè, ignorare eum dicatur; optimus ſenſus, quem doctiſſimè, ac piiſſimè multis confirmat Rabi Dauid Chinchi, *Neſciebant*, ait, *quia viam eius ignorabant*, Sanchez in hunc locum, quia de Deo non magis curabant ac ſi non eſſet, vel ſi formatus ex argilla, aut dolatus è ligno in quo nullus eſſet ſpiritus; omnes ſenſus veriſſimi, qui enim ſic viuit, vt iſti, nec practicè Deum cognoſcit, nec ipſum ſpiritum, aut ſenſum habere putat, non ſecus, ac idolum de quo Dauid Pſalmo 134. n. 16. *Simulachra gentium argentum, & aurum, os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt, aures habent, & non audient*, cuius ratio, *neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum*; animam enim non habent, ideóque nec ſenſum: ſic peccatores, qui filiorum Heli inſtar viuunt, ſic Deo credunt, ac ſi eſſet idolum quoddam.

Sanchez.

8. Mali Chriſtiani vt Deũ ignorant.

Pſal. 134. n. 16.

At mihi alia etiã ſuppetit ratio, viderit lector, an proprior, quia dũ ſic viuebant, idola colebãt, non quidé argentea, & aurea, ſed ſua vitia, ſed ſe: nam dũ ſibi Deum poſtponebant, & prius ſuum, quam Dei cõmodum procurabant, ſupra Deum ſe conſtituebant, ac proinde ſeipſos tanquam idola cæteris ſe præponebant, ſecũ tot Deos habentes, quot vitia; quod pulchrè dixit Hier. in illud Pſal. 80. *Non erit in te Deus recens*, vbi ſic, *Cui Deus vẽter eſt, Deus ei recens eſt, quotcúmque vitia habemus, quotcunque peccata, tot recentes habemus Deos, iratus ſum, ira mihi Deus eſt, vidi mulierem & concupini, libido mihi Deus eſt, vnuſquiſque enim, quod cupit, & veneratur, hoc illi Deus eſt.* Egregiè, vnicuique ille Deus eſt, quem ſupra verum cupit, & veneratur; hinc tot idola, quot peccata, ex quo non ſolum peccator idololatra, ſed ipſum idolum, cum firma Dauid imprecatio ſtet talibus, Pſal. vbi ſup. n. 18. *Similes illis fiant qui faciunt ea*; quod explicans Ambr. in c. 3. Luc. n. 8. ſuper illa verba, *Potẽs eſt*

Hieron.

9. Vitia malorum Chriſtianorum idola.

Pſal. 134. n. 18.

Luc. c. 3. n. 8.

10. Peccator idolum.

antè Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ; vbi adnotans quare Ioannes Gentiles lapides nominauit, ſic ait: *quid aliud quàm lapides habebantur, qui lapidibus ſeruiebant, ſimiles vtique ijs qui facerent eos?* & paulò poſt addens huius rei rationem, ſcilicet non immeritò tales homines lapidibus comparari, *Qui ita*, inquit, *naturæ ſenſum amiſerant, vt dum lapidibus putant diuinitatis alicuius ineſſe rationem, ipſi in naturam lapidum non vſu corporis, ſed mentis habitu verterentur.* Egregiè, vbi vltima premenda verba, vſu corporis non ſunt lapides, *ſed mentis habitu*, quia & ſi oculis corporis, ac auribus videant, & audiant, tamen mentis prorſus cæci, ac ſurdi remanent, cuius vigorem ſtuporis attraxerunt, ex his quæ adorauerunt; eiuſque rationem per belle affert Niſſenus orat. 5. in Cant. vbi diſcrimen conſtituēs inter Dei, & dæmonis adoratores, *Vt*, inquit, *qui veram ad diuinitatem reſpiciunt, proprietates diuinæ naturæ in ſe recipiunt, ita qui animum ad ſimulacrorum vanitatē adiecit, in illud ipſum transformatur, quod oculis eſt expoſitum, & ex homine fit lapis*, hinc quia filij Heli non ad Deū ſed ad ſua reſpiciebant vitia, idola colebant, in idola & ipſi conuerſi, pro ſe, non pro Deo adorationem procurantes, fiebat, vt & ſi ſacerdotes, & ſi in templo, & ſi Deum præcinebant, illum ignorarent; attendant hoc Dei ſacerdotes, attendant qui Dei dicati ſeruitio, neſciſſe ſe inuenietē Dominum, & ſi populo eum prædicent, *eſt pater meus qui glorificat me*, ait Dominus apud Ioan. c. 8. n. 54. *Quem vos dicitis quia Deus veſter eſt, & non cognouiſtis eum.* Si Deum dicebant, quomodo non eum cognoſcebant, optimè Cyrillus lib. 6. in Ioan. c. 11. *Nam ſoli*, inquit, *cognoſcere Deum dicuntur, qui viam mandatorum eius perambulant, neque ab ea declinant.*

11. Lapides sūt ſi non corpore, mentis habitu.

Niſſen.

12. Deum non cognoſcit qui mandata eius non ſeruat.

Ioan. 8. n. 54. Cyril.

Tales ergo erant filij Heli, ſic reprobi, ſic mali ſic peccatores, ac Deo iniurij quid ergo pater? nunquid ob hoc à ſacerdotio eos eliminauit? nūquid teuerè caſtigauit? nil minus, ſed amplius ipſos, quam Deum faciens, plus illos, quàm Deum honorauit dicente illi Deo vbi ſup. *Magis honoraſti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſraël*, præpoſterè agens. vnde ſicut filij Deo ſe anteponebant primitias tollendo, pater filios Deo, amplius eos honorando; at in quo amplius eos honorauit? ſeu vt LXX. *glorificauit?* in multis, Primo primas ſacrificij partes eis præbendo, & hoc dupliciter, aut permittendo, vt antequam adeps adoleretur, meliora pro ſe ipſi ſumerent, aut abſolutè ſumendo meliora; Secundò filios honorauit, quia ne eos contriſtaret, potius Deum cōtriſtare voluit, permittendo templum ab ipſis fœdè cōtaminari, Tertiò quia famæ eorum conſulens, non publicæ, publicum eis peccatum exprobrabat, ſed ſecretò, permittens indignos ſacerdotes Deo miniſtrare, plus illos, quam Dei faciens honorem; Quartò tandem, & mea ſententia veriſſimè, quia ne eos prouentu, ac redditibus ex ſacerdotio prouenientibus ſpoliaret, amplius filiorum diuitias faciens quàm Dei honorem, illos priuare, ac è ſacerdotio diſturbare noluit; *Magis quàm Deum filios honorauit*, inquit diuus Greg. huc in priori comment. *quia dum aperta eorum opera cōtemneret, lucra temporalia iſdem prouidebat.* Ergo ne lucra filij amitterent, peccata, quæ contra Deum cōmittebant diſſimulabat, præpoſterè eos ſibi in Deos faciens, ac Dei de bitū honorē eis tribuens, non ſecus, ac Aaron ſacerdotis expoliationē extimeſcens vitulū conflauit, populóq; adorandū præbuit, ſic & iſte eius pronepos, ne ſacerdotio filios priuaret, diuitiis, ac redditibus, eos in templo vti laſciuiētes permittebat vitulos, in quibus populus peccaret, templum contaminaretur, Deūſque ſumma afficeretur iniuria, omnia præpoſterè agens. Quid ergo Dei iuſtitia? & præpoſtere etiam eum occidit, audiens enim mortuos filios, arcam captam, *cecidit de ſella retrorſum*, præpoſterè mortuus, cū præpoſterè vixit, *vt per quæ quis peccat per ea & torqueatur*; & quia amorē filiorum ſanctiſſimæ Dei arcæ prætulerat, & illorum gloriam eiuſdem gloriæ, voluit, vt eum non nuntius mortis filiorum, ſed arcæ captæ occideret, vt ipſa eſſet eius inſtrumētum mortis, cuius gloria, ac emolumentis, ne filij defraudarentur, contra ipſammet pugnans Deum inhonorauit: ſit ergo eadem arca, eadem gloria, quæ eum occidat, ac præpoſterè macter.

13. Heli in quibus filios pluſquam Deum honorauit.

S. Greg.

14. Heli cor mortuus retro à ſella cadens.

Audi me, nuncius è, rædio fugiens cladémque annuntians, ſic ad Heli eſt locutus: *Fugit Iſraël coram Philiſtiim, & ruina magna facta eſt populo, inſuper, & duo filij tui mortui ſunt Ophini, & Phinees, & arca Dei capta eſt; cúmque ille nominaſſet arcā Dei, cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium, & fractis cernicibus mortuus eſt*, ibi n. 17. & 18. Non ergo mortuus cladē populi audiens, non filiorum mortem, ſed dum Dei arcam captam audiuit, quod dilucidè affirmat Ioſephus lib 5. antiq. c. 11. *Hanc cladem, & arcæ captiuitatem*, ait, *poſtquam in Siluntē Beniamitica quidam iuuenis agre ſeruatus è prælio renūtiauit, tota vrbe repleta luctu, Heli Pontifex, qui ad alteram partē ſublimis in ſella ſedebat, audito eiulatu, ſuſpicatus id quod res erat, nouī aliquid mali ſuis accidiſſe, iuuenem arceſſit; cúmque audiſſet cæſum prælij, tam militum, quàm filiorum, cladem ſatis æquo animo tulit, vt verò etiam arcā in hoſtium poteſtatem factam cognouit, inſperato malo illius, & doloris impatiens pro lapſu è throno exhalauit animam.* Immo vt vult Mendoza & ſatis congruenter, mortuus audito ſolum nomine arcæ, capturam eius prænuntiās, ac antequam audiret reputans; quod ſatis ex Scriptura colligitur dicente; *Cúmque ille nominaſſet arcā Dei, cecidit de ſella retrorſum*; & quod captam optimè elicere poterat ex ante dictis, dum prius exercitum fugatum, filios mortuos audiſſet, vnde ſufficiebat, vt nomen tantum arcæ audiret, vt quod euenerat prænoſceret; ergo eius mors denominationi tantum arcæ tribuenda, quaſi ab ipſo tantum nomine ictus, ſic vehementer, vt retro cadens, fractis cruribus expiraret; contra arcam peccârat, arca eum occidat; contra Dei ſanctiſſimum nomen hinc & arcæ ſolum eum interimat, præpoſterè vixit, præpoſterè moriatur, & diuina illa arca expellat retro morientem, qui dum viueret retro poſt filios eam habuit, *Supinus cecidit*, D. ait Hier. in ep. ad Epheſ. c. 6. lib. 3. com. & *mortuus eſt, non enim poterat ad priora extēdi, ſed retrorſum ruit, & opiſthoſtono cernicali, hoc eſt morbo*

15. Nomen tātum Arcæ eum occidit, & quomodo, quíve de cauſa.

Ioſeph.

Hieron.

Digitized by Google

retrorsum aſpiciens inſalubili, lapſus in tergum ad Sodomam cum Loth vxore reſpexit. In vita cum Lothi vxore poſt tergum reſpexit, ad filios, non ad Deum, merito retrorſum in morte cadat, vt ſicut filiorum vitia in vita ob affectum videre noluit, in morte ſuum proſpicere caſum non poſſit, & ibi frangantur ſibi curæ Dei iuſto iudicio, hoc eſt in porta, in templi limine, vbi commiſit peccatum, vt in omnibus æqua Dei aſpiciatur iuſtitia par pari referens, *vt per quæ* quis peccat per ea & torqueatur.

16. Heli ſaluatus, & cur.

Neque mihi obiicias, non ſic cum Heli terribilem Dei fuiſſe iuſtitiam, dum & ſi temporaliter eum non puniuit, tamen in æternum ſaluauit: nam præterquam quod multi ex Patribus tenent æternam ipſum luiſſe mortem, ſic diuus Chryſoſt. lib. 3 aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ, diuus Gregor. lib. 1. in Reg. c. 4. & 2. part. paſt. c. 6. Cæſarius Arelatenſ. hom. 15. tom. 2. Bibliothec. Secundæ editionis, licet & etiam multi contrariam teneant; ſaluatum ſcilicet, ſic Carthuſ. art. 7. ad finem, Abulenſ. in hunc locum, diuus Anſelmus in elucidario vt mox dicemus, Caietanus in hunc eundem locum, Sanchez, Mendoza, & ferè omnes recentiores, quorum mihi placet ſententia, verá nque eſſe exiſtimo, tamen ex ipſamet Heli ſaluatione amplius Dei ſtrictum elucet iudicium, dum ideo ſaluatus, quia priori iniquitati non ſolum veram Dei charitatem, ſed feruentem, ſed ſummam appoſuit, & ſicut prius magis filios honorauit, quàm Deum, ſic poſtea magis Deum, quam ipſos, pro qua re.

Chryſoſt. *Gregor.* *Cæſar.* *Carthuſ.* *Abul.* *Anſelm.*

17. Ex eius ſaluatione amplius Dei elucet iudicium.

Adnotandum peccatum Heli in illo ſtetiſſe, quia & ſi filios reprehenderit, non tamen ea ſeueritate, & animaduerſione, qua, vt iudex, qua, vt ſummus cõueniebat ſacerdos, ſed iuſtum, quem debuerat induere zelum parentis charitate molliuit, frigidúmque reddidit; *Igitur de Heli*, diuus inquit Anſelm. in elucidario, *quod quia filiis prauè agentibus conſenſerit, & eos tepidè ſuper tranſgreſſione corripuerit, mortem corporis incurrit.* Clarius diuus Baſil. in proœmio ad lib. Ethicorum, *Eo igitur*, ait, *quod in hos pater, cum eſſent tales, nõ ſe vehementem adhibuerit aduerſus eos, clementiſſimi alioqui Dei iracundiam cocitauit*, & in regulis breuioribus interr. 47. *Heli*, inquit, *quamuis nequaquam diſſimulanter ſcelus tuliſſet filiorũ ſuorum, ſæpéque eos ab eo deterrere fuiſſet conatus, ac longa oratione, & magnitudinem ſceleris, & neceſſitatẽ inexitabilis iudicij demonſtraſſet, quia tamen de illis non meritas pœnas ſumpſerat, neque eo modo quo æquum erat, aduerſus ipſos indignatus fuerat, vſque adeo Dei iracundiã irritauit.* Et, vt ſemel quanti Deus talem fecerit in ſacerdote, ac pontifice lenitatem, aſpiciamus ad cautionem, non grauabor, & iterum Baſilium adducere in oratione de peccato. *Heli*, inquit, *ſacerdos, etiam ſi vita eius nullum in crimen eſſet vnquam vocata, tamen quod filios ſuos non aſperius obiurgaſſet, tantum ſtomachum mouit patiẽtiæ diuinæ.* Singula adnotanda, homo integerrimæ vitæ, aſperè filios obiurgarat, adde cum ætatis eſſet prope decrepitæ, vtpote nonagenarius, & amplius, in qua naturaliter ſanguis frigeſcit, feruor tepeſcit, inſuper naturæ, vt

S. Anſel.

S. Baſil.

19. Quã Deus ſeuerat in ſacerdote zeli molliticm.

A rectè adnotat Sanchez, mollis, & lenis, è contra filij iuuenes, & iam emancipati, ac in ſacerdotio conſtituti, quos lenitate potius æſtimamauit, quàm authoritate tractãdos, & tamen his non obſtantibus, quia non *aſperius*, & ſi aſperè, tam magnum ſtomachum mouit patientiæ diuinæ, vt à ſacerdotio eum eiiceret in æternum, vt filios occideret, vt ipſum tandem miſerè, ac præpoſtere ex tempore, ac ſubito occideret. Quid ergo, aut quale commouebant ſtomachum paſtores illi, qui non parentis affectu, ſed aut ambitionis, aut gloriæ, aut amicitiæ, aut auaritiæ in peccatis nõ læuiunt, & potentiæ timore percitt, nec aſperè reprehendere audent? ſed ad noſtra.

B Peccatum ergo Heli in remiſſione ſtetit, ſeu vt clarius dicamus, in diminuta Dei charitate, atque amore, quid ergo? nunquid expiatum Hebræorum clade, rerũ excidio, imperij amiſſione, filiorum morte, nil minus, hæc inſufficientia fuiſſent, inualida, nullius propè conſiderationis; quid ergo? quo Deo ſatisfactum, profecto nõ alio, quam Dei charitate feruenti diminutæ anteriori oppoſitæ, ſic, vt vnde filios Deo prius præulcerat, deinde dum filius, quod inde patet, quia non obiit audito de morte filiorum nuntio, ſed quando arcam captam audiuit, immo quando tantum præſenſit, vt ſup. diximus, quod ſimul adnotant omnes expoſitores, Caietanus in 1. Reg. c. 4. n 18. *Caiet.*

C *Aduerte*, ait, *ſanctam mentem Heli, in hoc quod nec audita ruina populi, nec audita morte filiorum motus eſt, ſed audita arca Dei capta vſque adeo commotus eſt, vt ruaret retro.* Vnde conſulto Scriptura ſup. n. 13. adnotat illum cõtra viam caſtrorum ſediſſe, præſtolãs aliquod è caſtris nuntium, non multitudinis, non filiorum, ſed arcæ pauore, *Erat enim*, ait, *cor eius pauens pro arca Dei*; hinc rectiſſimè Abulenſ. in prædictum Regum locum putat ob hoc ſaluatum: *Nam cum audiſſet*, ait, *filios ſuos occubuiſſe, quaſi nihil motus eſt, expectans quid diceretur de arca; cum vero audiuit arcã captam, elanguit cor eius, & non remanſit in eo ſpiritus, atque totus velut palpitans defecit, præelegiſſet enim vir iſte ſibi mortem etiam ſi in ætate iuuenili fuiſſet, quam arcam captam, ideo nemini dubitandum eſt circa ſtatum Heli: nam iſtud deſiderium, & zelus maximus religionis, qui cum charitate erat, eo quod propter Deum erat, liberare poſſet illum ab omni crimine, quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Poſtrema adnoto verba talem tunc habuiſſe Heli charitatem, talem in Deum feruentem amorem, vt poſſibile ſecundum Abulenſ. liberaſſe eum ab omni crimine, culpæ ſcilicet, & pœnæ, ac proinde nec pœnas attigiſſe Purgatorij, quod probabile dat Mendoza, in 1. Reg. c 4. n 18. Ann. 13. ſect. 3 n. 13. licet contrarium ipſe teneat cum Carthuſ. vbi ſup. *Abul.* *Mendoza.*

Salus ergo Heli; at per ſummam iuſtitiam? non ſolum ab eo diriſſimas expetens corporales pœnas, ſed præcipuè oppoſitum actum, ei quo in vita peccauerat, amorem amori opponens, dilectionem dilectioni, vt ſicut prius Deus contra eum iraſcebatur, quia non primus diligebat, ſic poſtea cum eo placatus, quia primus, cum, vt alibi diximus in 1. tom hom. 119. hoc à nobis Deus expoſcit, non quidem ne alia amemus, ſed ne primum eis locum

20. Quis actus Heli cõtulit æternam ſalutem.

21. Deus non vt alia nos amemus, ſed vt primum locũ ei demus expoſcit.

Digitized by Google

Matth.8. n.21. demus, Matth.8.n.21. discipulus ille à Domino vocatus, vt eum sequeretur, *Domine permitte me*, respondit, *primum ire, & sepelire patrem meum*; cui Dominus, *sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos*; Mirum, vt tã pij officij prohibeat super omnes piissimus exercitium? aliqui hoc referunt ad periculum executionis, vocationis si ad patrem fuisset sepeliendum, possibile, vt non reuerteretur; vnde de eius sollicitus Christus salute, plusquã Elias Elisæi 3. Reg 19. n.20. qui permisit eum ire ad patrem occultandum, noluit eum ire, plus animam discipuli, quam patris cadauer faciens; Alij ad documentum illud referunt, quo instruamur quanta celeritate Deo obediendũ, dum nec tale permittitur exercitium interiici; Alij ad actum illud referunt fortitudinis ad Christum sequendum necessarium, quasi nisi talis adsit, quæ & patrem, & matrẽ neget, impossibile vt Christum sequamur; veriissima omnia sed nunc illa mihi valde arridet, quam tradit Chrysologus serm.19. *Quia*, scilicet, *non dixit, permitte me ire, sed primum ire, hoc enim ei primum non esse debuit, sed secundum, non pietatis obsequium negat, sed diuinam præponit humanis affectibus seruitutẽ.* Egregiè, si petitionem negauit, ipsamet extitit in causa petitio, ipsemet discipulus, qui non secundum quod petendum petitionem exhibuit, vt hinc non miremur, si aliquando, & si iusta petimus non exaudimur, quia non iustè; sepelire patrem bonum, sed non ante Dei obsequium, humanus impẽtes affectus bonus, sed non diuinæ præponendus seruituti, hinc iustissimè negatum, cum hoc tantum velit Deus, vt primum ei locum demus, quod si præstamus ei satis, sic quia & illum in morte præstitit Heli, ideo misericordiam consecutus, vt omnibus simul documentum sit, & exemplum, sciãtque diuinam iustitiam non solum in pœnarum inhibitione sic punire, *vt per quæ quis peccat per ea & puniatur*, vt noster ait Sapiens, sed etiam, vt per quæ quis peccat, per opposita saluetur.

Chrysol.

22. Christus cur adolescenti prohibuit patrem sepelire.

3. Reg. 19. n.20.

23. Salus per eadem acquiritur media, oppositis, quibus dependita.

Mirabilis, vt vidimus in morte Heli Dei extitit vindicta, percussus per ea, quæ peccauerat, vt non immerito dici possit, peccatum peccati extitisse flagellum; at nunc idem placet attẽdere in morte impiissimi Achab, quomodo scilicet impio Deus vices reddidit per ea illum puniens per quæ & peccauit; at attendamus peccatum, eiusque circunstantias, ob quod morti addictus.

24. Achab peccatum expenditur. *3. Reg. 21. n 2.*

Concupiscentia enim peccauit, superfluum apperens, & quod erat alienum suis non contentus, 3. Reg. c.21. vineam expetiuit Naboth quo iste viuebat, vt ad luxum ei seruiret, n.2. *Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum.* In quo loco pulchrè Ambros. lib. de Nabutho diuitum restringit cupiditatem sic c.1. *Nabuthe historia tempore vetus est*, ait, *vsu quotidiana: quis enim diuitum non quotidie concupiscit aliena? quis opulentissimorum non exturbare contendit agellulo pauperem, atque inopem auiti ruris eliminare finibus? quis contentus est suo? cui non inflammat diuitis animum vicini possessio? non igitur vnus Achab natus est, sed quod pejus est, quotidie Achab nascitur, & nunquam huic sæculo morietur.* Premo illud, animum diuitis vicini pauperis possessioni inflammari, & si suæ impar: meliores quidem vineas possidebat Achab, sic enim ille ad Naboth; *Dabóque tibi pro ea vineam meliorem*, dicto lib.3. Reg. c.21.n.2. si ergo meliorem obtinebat, cur ad pauperis deteriorem aduolabat? idem Ambros. c.2. *quia dines quod suum est, quasi vile fastidit, quod autem alienum, quasi pretiosissimũ concupiscit*, pulchrè *quasi pretiosissimum*, non est pretiosum, sed concupiscentia non solum pretiosum, sed pretiosissimum efficit, affingens pretium, vbi non adest, non secus ac animus carnalis pulchritudinem, vbi non est: vxores multi possident speciosissimas, me teste, & tamen alienam concupiscunt, & cum turpis sit supra vxoris speciem æstimant, pulchriorem iudicantes, vnde deceptio? à concupiscentia, en tibi Achab meliorem possidebat vineam, & tamen Nabothe speciosiorem iudicabat, vnde? ex concupiscentia alieni.

Ambr.

25. Diuitum cupiditas quanta.

At quid mali concupiscere, non, vt tollat, sed, vt emat; nunquid hoc peccatum? *Da mihi vineam tuam*, dixit Achab; *dabóque tibi pro ea vineam meliorem, aut si commodius tibi putas, argenti pretium quanti digna est*? En quàm moderatè petiit; in quo ergo malum? sanè in ipsa concupiscentia, dum non necessarij, sed superflui, quæ semel non coërcita in tyrannidem euadit, cum, qui tantum in præceptis se moderari vult Dei spernens consilia, hæc non obseruabit, & in illa impinget, cum, qui verus Dei est cultor non solum præcepta, sed consilia, sed voluntatis demonstrationes sunt ei pro mandatis; *Si inueni*, inquit Iacob filio suo Ioseph, Genes. 47. n 29. *gratiam in oculis tuis, facies misericordiam, & veritatem, vt non sepelias me in Ægypto, sed condas me in sepulchro maiorum meorum.* Quid minus dixisset si Ioseph non filius, sed pater, si eius princeps. *Si inueni gratiam, misericordiam facies.* Hoc equidem est serui ad dominum, patris ad filium, creaturæ tandem ad creatorem; sic Moyses Deo, Exod.34.n.9. *Si inueni gratiam in conspectu tuo.* Cur ergo non præcepit? an quia Ioseph princeps, & in dignitate constitutus, exemplum respectus in maiores debiti demõstrans? nam si pater sic filium ob dignitatem honorat, quanto magis serui, quanto magis subditi? an quia ad iurandum postea illum impellere decreuerat, quod, vt præstaret blanditiis prius lenire voluit, sicut facimus, quando aliquid difficile ab aliquo extorquere volumus, optima hæc, sed veritima illa, quia sciebat talem filium Ioseph, vt patris voluntatis significatio tantum pro præcepto illi foret, nec se fefellit: nam illico ad eum Iosephus; *Ego faciam quod iussisti*, rogauit, non iussit? optimè, sed vt dilucidè Abulens. hic, *Precibus assentit, non vt precibus, sed vt mandatis.* Non opus erat Ioseph, quia verè filius, verè amans, vt pater præciperet, sufficiebat intimatio, vt pro præcepto haberetur; sic, qui verus est Dei filius se ad mãdata coarctat, ad cõsilia se extẽdit, & Dei legẽ non amplificat, sed restringit, manũ non solum continet à vetito, sed à concesso, *Vade ad domum Rechabitarum*, præcepit Dominus Hier. c 35. n. 2. *& loquere eis, & da eis bibere vinũ*: at illi respõdentes dixerunt:

26. Consilia diuina, non tantum præcepta obseruanda si saloi esse velimus.

Gen.47. n.29.

Exod.34. n.9.

Abul. q.27.

Propriũ illud filiorum.

Hierem. 35.n.2.

Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Achab pater noſter præcepit nobis dicens: non bibetis vinum; indulgentiam Dei recuſantes, humiliter renuentes. Quod equidē ſic Deo placuit, vt ex eius præcepto ad illos Hierem. non defuturum dixerit hominem in conſpectu Dei ſtantem: *Propterea hæc dicit Dominus exercituum, non deficiet vir de ſtirpe Ionadab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* Quis enim hoc non admiratur, vt inobedientiam remuneret Deus, dum illam ſemper exactam à ſuis requirit; vnde meritò hoc admirans Damianus lib. 6. Epiſtolarum epiſt. 23. felicem *inobedientiam* illam vocat; at meritò ad noſtram doctrinam laudata, nobis ex illa, vt acutè obſeruauit idē author, Deo inſinuante, amplius ſibi abſtinentiæ à permiſſis, quàm à vetitis placere, vnde Damianus: *Enimuero*, ait, *in iis quæ ſecundum indulgentiam permittuntur magis placet ſæpe diſcipulus, ſi inſſionem ſimpliciter præterit, quàm ſi promptus obedit.* Acutè, indulgenter permiſit Deus illis vinum, à conceſſis ob patris ſe abſtinuerunt obedientiam, plus in hoc Deo grati, quàm ſi obedirent; ſic illi cordi eſt, quando manum non ſolum à vetito, ſed à conceſſo abſtinemus.

Damian. 28. A conceſſis abſtinere quantum Deo gratum.

Enimuero quando Eua ſpiritu ſana de præcepto percontata reſpōdit Geneſ. 2. n 17. *Præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud,* vbi de tactu præceptū? Aliqui quia forſitan Adamus, vt ſecuram eam ab eſu haberet, ſic illi cum intimauit, rectè; ſed me iudice, etiam ſi non ſic ei illud propoſuiſſet, ex ſe ſic intellexiſſet; quia & ſi Deus non præceperat, tamen deſiderabat. Vnde Ioſephus lib. 1 antiquit. c. 2. *Porrò Deus*, ait, *Adamum, & vxorem de cæteris plantis guſtare iuſſit, vnam arborē ſcientiæ ſolum illis interdixit, præmonitis ſi attingerent, confeſtim exitium eis aſſuturum.* Interdictum ad arborem tantum, hoc eſt ad eſum, ſed præmonitio etiam ad tactum; vnde & ſi non præceptus, admonitus, conſultus; hinc quia æſtuans tunc in Dei amore femina admonitionem fecit præceptum; quod, qui non faciunt, citò labuntur.

Geneſ. 2. n. 17.

Ioſeph. 29. Eua cur dixit Deum præcepiſſe ne fructum tangerent, cū non illud eſſet.

Quid, immo ſi ſe omnino à lapſu cauere deſiderabat, & viſum etiam præceptum facere debuerat; quod, quia in illo negligens, miſerè cecidit, Ioſue 7. n. 18. Deus præceperat, vt omnia Hierico in anathemate eſſent, at Ioſue occaſionem interdicens, caſum præcauens, ne illum tangerent promulgauit; *Vos autem cauetè, ne de his, quæ præcepta ſunt quippiam contingatis, & ſitis prænaricatores rei,* ô ſi & ſimul viſum interdixiſſet, profectò non in tantam deueniſſet ſtragē Iſraël, nec peccaſſet; en tibi Achab, qui per miſſis vtens, in vetita incidit n. 21. *Vidi inter ſpolia pallium coccineum valde bonum, & concupiſcens abſtuli;* ſi non vidiſſet, non abſtuliſſet. Sed vrgebis, nunquid cæcus arma tractare debuerat, & quæ Deus mandauerat ſine oculis demoliri? non equidem, ſed illum debebat cohibere viſum, qui cum paſſione, & dum ſuum concupiſcentiæ vitium præſentiebat, ſuæ partis erat ſic occaſionem præſcindere, vt non ſolum manus, ſed oculos cohiberet, immo iuxta Domini præceptum erueret; hinc Eua cecidit quia poſt concupiſcētiam auſa eſt videre, & dum licitis vtitur, ad illicita ſe extē-

Ioſue 7. n. 18.

30. Prudenter egiſſet ſi, & ſimul viſum præceptum feciſſet.

31. Licitis non debemus vti, ſi ad illicita nos nō extendere deſideramus.

dit; ſic Achab concupiſcendo licita, ſed ſuperflua paſſionem non cohibēdo ad illicita deuenit vi ſubripiendo, fraudulenter occidendo.

At attende nunc Dei iuſtitiam, & quomodo *per quæ quis peccat per ea & torquetur.* Concupiſcentia alieni occidit, & concupiſcentia ſui occiſus eſt, 3 Reg. 13. n. 3. *Ignoratis,* dixit ad ad ſeruos ſuos, *quod noſtra ſit Ramoth-Galaad, & negligimus tollere eam de manu Regis Syriæ?* ad ſua recuperanda ſe accinxit, ob quod occiſus, iuſtiſſimè quidem moriatur ad manum eiuſdem concupiſcentiæ impius, & eadem ſit quæ illum occidat ob ſua, quæ alterum occidit ob aliena. Item falſos teſtes adducens Belial filios innocentem mactauit, populum decipiens, ſic vbi ſup. c 21. *Submittite duos viros filios Belial,* ex ſuo ſcripſit nomine impia mulier, *contra eum, & falſum teſtimonium dicant,* cui dum populus deceptus credit, pauperem occidit; at moriatur etiam impius à fallis deceptus Prophetis, & per eiuſdem Belial filios capiatur, quibus ipſe cœpit, & nō altero Deus mortem inhibeat Achab niſi ſpiritui mendaci. Multi enim cum Domino aſtarent, vt affirmauit Michæas, & Dominus propoſuiſſet ſuam de morte Achab ſententiā, modúmque quomodo in eam incideret intōſultationem expoſuiſſet; *Quis decipiet Achab, & aſcendat, & cadat in Ramoth-Galaad?* cui *cū dixiſſet vnus verba huiuſcemodi, & alius aliter,* nullam ſupremo approbante ſententiam legiſlatore, vnus inter illos ſe extollens ſtans coram Domino confidenter promiſit ſe eum deceptu-rum, cui, cum Dominus tātæ fiduciæ medium interrogaſſet, reſpondit. *Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius,* ibi n. 22. Cui Dominus, *decipies, & prævalebis, egredere, & fac ita* Tertiò, impius iſte vxorem audiens, illique obtēperans ſurdus ad Dei mandata per illam ad ſanguiné inhiauit, & iuſtus iudex verūm Michæas prædicēti iuſtè noluit, vt aures præberet. ſed potius facto Sedechiæ, vt, qui aures Dei mandatis occluſerat, mendacio aperiret. Quartò, potentia fretus occidit, vnde ei mulier vbi ſuprà, n. 6. *Grandis auctoritatis es,* hoc eſt potentiæ, *æquo animo eſto, ego dabo tibi vineam Naboth.* Et ſimiliter Deus, vt ab eadem potentia deciperetur, iuſtiſſimè decreuit: audi Sedeciam ad illum proſpera prophetantem. *Fecit quoque,* ait Scriptura, *Sedecias cornua ferrea,* eius ſcilicet ſymbolicè potentiam demonſtrans, ac ait: *Hæc dicit Dominus, his ventilabis Syriam, donec deleas eā.* Quintò, occiſo Nabuthe, vt ſe perfidus occultaret, ignoraretúrque proſus quis cum occiderat dolorem, ac luctū ſimulauit, vnde iuxta LXX. *Et factum eſt, cum audiſſet Achab, quod mortuus eſt Naboth, conſcidit veſtimenta ſua, & deſcendit ad vineam Naboth, vt poſſideret eam.* Vbi egregiè Ambroſ. de Naboth c. 11. morem diuitum perſtringens, ſic ait: *Fraſcuntur diuites, & calumniantur vt noceant. ſi non obtineant, quod deſideranerant, cum autem calumniari nocuerint, dolere ſe ſimulant, triſtes tamen, & tanquā mœſti non corde, ſed vultu in poſſeſſionis direptæ locum prodeunt.* Sic Achab dolorem diſſimulauit, quaſi innocens, veſtimenta concidit, vt malitiam operiret, & quis eſſet homicida ignoraretur, & Deus iuſtus voluit, vt regalia

32. Iuſtum Dei Achabiudicium expēditur. *3. Reg. 13. n. 3.*

Ibi. c. 21. n. 10.

Ambr.

dimittens veſtimenta, illis denudatus, ne cognoſceretur, in prælium ingreſſus, ſic occideretur, vt quis eum interfeciſſet penitus ignoraretur. *Vir autem quidam tetendit arcum in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſſit Regem Iſraël inter pulmonem, & ſtomachum*, ibi, c.22.n.34. ô mirum Dei iudicium, ô formidabile, diſſimulatione perfida occidit, & altera ipſe occiſus eſt; profectò ad ipſum poſſibile, vt ſagitta non perueniret illa, ſi ſtipatus ſuis, ſi in loco munito, ſi regalibus indutus veſtibus vndique cinctus extaret, vt ſe obtegeret, habitum ſimulauit, in eo occiſus, in quo impiè mortem pauperis diſſimulauerat. Tandem, vt cõcludam, atque ex omni parte, quàm æqua Dei appareat iuſtitia demonſtrem, perfidus iſte occidit, & alienum ſurripuit, vt ſibi *hortum olerum faceret*, eiſque oblectaretur, quando per quaſillos, ſeu cophinos illi ſubminiſtrata menſis, & Deus inſtus, voluit, vt filij eius ſic occiderentur, vt eorum capita in cophinis tanquam ſi olera eſſent Hieliu mitterentur, 4. Reg 10. n.7. *Tulerunt filios Regis, & occiderunt 70. viros, & poſuerunt capita eorum in cophinis, & miſerunt ad eum.* (Hieliu) in *Iezrael*, in cophinis poſuerunt filiorum capita, quia in cophinis botri olerum poſuit ex vinea Naboth pater; vnde rectè exclamans Chryſ. hom. de Adam, Sodomitis, & Achab, tom.1. ait: *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum, in Iſraël Nabuth occiſus eſt, in eundem locum occidentis genus occiſum, miſſum eſt in ſortis, Achab Nabuthæ peccanit botris aliquibus in corbis coniectis.* Par pari Deus reddens, & per quæ quis peccat per ea puniens, vt omnibus documentum ſit, ne peccent, ne malum faciant: nam ſibi flagellum ſtruit, qui peccatum committit, & eodem peccato, quo Deum offendit ſeipſum iugulat, quia inconcuſſa noſtri manet Sapientis ſententia, *vt per quæ quis peccat*, &c.

4.*Reg.*10. n.7.

Chryſoſt.

Num.18. *Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuiſa, immittere illis multitudinem vrſorum, aut audacium leonum.*

Commentum literæ.

Concerto Capitis.

POterat equidem quis petere, cur Deus ab Ægyptiis offenſus, ſic eos mulctauit, vt non penitus deſtruxerit, maioribus vtens animalibus, cui vt occurrat obiectioni, ab hoc verſu vſque ad finem capitis reſpondet Sapiens, Dei amplificans benignitatem, dum in punitione ſenſim ſemper, ac lentè procedens, facilioribus vtitur pœnarum in principio generibus, nolens mortem, ſed conuerſionem peccatorum, ideo ſupplicium, non interitum immittit, quod eleganter dixit Philo in vita Moſis ſic: *Sed quæret fortaſſe aliquis cur Deus tam imitis, & vilibus animalibus ad vindictam vti maluerit, quam vrſis, pardis, & leonibus, cæteriſque feris carnivoris? aut ſi hæ nõ placebant, ſaltẽ familiaribus Ægypto aſpidibus, quarum morſus, & ſubitam, & inenitabilem affert mortem; ie ſi neſcit, diſcat, Deum voluiſſe Ægyptios caſtigare, non è medio tollere: nam ſi eos omnino delere voluiſſet, non opus erat animalibus, ſed diuinitus immiſſa fame, aut peſtilentia, homines quidem cum bella gerere volunt auxilia ſibi conſciſcunt potentiſſima, quibus ſuam infirmitatem ſuppleant; Deus verò omnipotens, & nullius egens, ſi quando vult, tanquam inſtrumentis quibuſdam vti ad exigenda ſupplicia, non valida elegit, ſed vilia, parúmque, atque ita noxios plectit, quod tunc etiam Ægyptiis accidit.* Quos quidẽ cum Deus penitus delere noluiſſet, ideo noluit maioribus eos plecti pœnarum inſtrumentis, in principio maximè, vt eſſet locus animaduerſionis, & voluntariæ obedientiæ, ideo à minoribus incepit animalibus, & ſi alia etiam ſupperat ratio, Ægyptiorum nempe idololatria, vt ſuprà diximus. Quapropter benignitatem Dei inter puniendum amplificans Sapiens, ait.

Philo.

1. Deus cum deſtruere non vult, ſed emendare, non grãdia mittit ſupplicia.

Non enim impoſſibilis erat, &c. Græc. *impotens*, ſcilicet potentia leui, aut ita debilitata, vt non poſſet ſi vellet. Ex quo tum Dei potentia elucet non ad vnam aſtrictam rationẽ, tum Dei libera voluntas, non neceſſario aliquid eliciens, ſed liberè, tum infinita Dei ſcientia, qua infinita media callet, quibus hominum voluntas flecti, aut non flecti poſſit, penitúſque ex hac authoritate ſcientia illa confunditur, quam vocant mediam, tanquam ſuperuacanea, dum Deus optimè ſua ſimplici ſcientia bene omnia illa media callens quibus humana liberè flecteretur voluntas, ſua applicaſſet omnipotentia ſi voluiſſet, qua ſola, ſine illa optimè diuina ipſa concipitur prouidentia.

Qua creauit orbem terrarum ex materia inuiſa, Græc. *ex informi materia*, quod in multis exemplaribus notat legi Auguſt. lib. de fide, & ſymbolo, c.2. quid per materiã inuiſam? Philo lib. de opificio mundi, pro materia inuiſa ideã intelligit diuinam incõprehenſibilem, prorſúſque inuiſibilem, ex qua, vt ſecũdum quam mundus formatus, de Deo ad modum prudẽtis Architecti cum Platone diſcurrens, ſic ait: *Deus enim vbi pro ſua Deitate prænidit, incitamentum pulchrum non poſſe abſque exẽplari pulchro exiſtere, nec ſenſibile quidquam citra exceptionem probari poſſe, quod non archetypo intelligibilis idea reſpondeat, poſtquam decreuit viſibilem hunc mundum condere, prius formauit ſimulachrum eius intelligibile, vt ad exemplar incorporei, Deóque ſimillimi, corporeũ abſolueret mundum, recentiorem hunc antiquioris effigiem, totidem complexurum ſenſibilia genera, quot in illo intelligibilia; mundum autem illum, qui ex ideis conſtat, nefas eſt loco vllo cogitandóve circumſcribere.* Subtilis cogitatio nec vllum patitur inconueniens, dum in Deo ideæ non diſtinctæ ab ipſamet concipiantur eſſentia diuina.

Auguſt.

1. Materia inuiſa quid dicatur.

Valleſius de ſacra Philoſophia, c. 60. vbi hunc ſapientis declarat locum, pro materia inuiſa, primam intelligit, quatenus omni caret forma, ob quod inuiſa dicitur, carens, vt ipſe inquit, omni ſpectabili qualitate.

Valleſ.

At vera ſententia, & communis eſt Caſtri, & Lorini, qui per materiam inuiſam, non primam, neque primam creationem, qua ex nihilo terra, & cælum, ſed ſecũdam intelligant, qua ex materia inani, & confuſa res cæteræ productæ, vnde materia inuiſa, non ideo dicta quaſi non videretur, ſed quia viſu indigna ob deformitatem, inuiſibilis enim dicitur, non viſu digna,

Caſtro. Lorin.

3 Hæresis materiam esse æternã egregiè à Tertull. confutata. *Tertull.*

Hæresis fuit materiam æternam esse, probabant ex verbo illo Geneseos, *terra autem erat inanis, & vacua.* Vim facientes in verbo, erat, ergo, dicebant, semper fuit: egregiè contra hos Tertull. aduersus Hermogenem, c. 29. argutias, & subtilitates has vocans hæreticorum inanes profecto, & vacuas. quæ nullo negotio infringi possunt, sic autem Tertull. *Terra erat inuisibilis, & rudis, sed tu supercilio capitis, & nutu digiti accommodato altius tollens, & quasi retro iactans: erat, inquis, quasi semper fuerit, scilicet innata, & infecta; & idcirco materia credenda: at ego sine vllo lenocinio pronunciationis simpliciter respondebo de omni re posse dici, erat, etiam de ea quæ facta, quæ nata sit, quæ aliquando non fuerit, & quæ materia non sit; omne enim quod habet esse, vnde habeat, siue per initium, siue sine initio, hoc ipso quod est etiam, erat, dicetur: cui competit prima verbi positio in definitionem, eiusdem etiam declinatio verbi decurret in relationem, est definitionis caput, erat relationi facit; hæ sunt argutiæ, & subtilitates hæreticorum simplicitatem communionem verborum vertentes in quæstionem.* Nil melius, si enim interius argumenta examines hæreticorum à Scriptura adducta, nil aliud profecto inuenies nisi verborum inuersionem, & quod simpliciter intellectum veritatem eis ostenderet, à diabolo decepti simplicitatem inuertentes quæstionibus omnia replent, quod exemplo allato satis, superque patet, *In principio*, inquit script Genes. 1. n. 1. *creauit Deus cœlum, & terram, terra autem erat inanis, & vacua.* Simpliciter hæc verba intellecta, vt sonant, quid aliud indicant, nisi illam terram ex nihilo à Deo creatam post suam creationem fuisse inanem, & vacuam, hoc est incultam, non ornatam; ad quid ergo hac inuersa simplicitate colligere ex illo *erat*, materiam æternam, præexistentem, ex qua cœlum, & terra facta, vbi hoc scriptura? nisi cum quidquid accipiatur, per modum recipientis accipiatur, vt inquit Philosophus; hinc cum hæreticus Sathanico sit imbutus spiritu, sanctissimas scripturas legens ad sensus detorquet sathanicos, detorsos, ad quæstiones, turbas, dissensiones excitandas, non ad veritatem intelligendam aptos: benè ergo Tertullian. argutias eas appellat, non veros sensus, contra quam hæresim etiam disputant Augustin. de Gen. c. 4. Ambros. in Exam. c. 7. Theodoret. quæst. 4. in Genes. & alij quam plurimi.

Augustin. Ambros. Theodor. Lorinus.

Ex numero etiam singulari, *orbem scilicet terrarum*, affirmat Lorinus colligi posse vnum esse mundum, & non plures, vt affirmabant Anaximander, Anaximenes, Aristarcus, Xenophanes, Diogenes, Leusippus, Democritus, Epicurus contra Thaletẽ, Pythagorã, Anaxagoram, Parmenidem, Heraclitum, Platonem, Aristotelem, Zenonem, quorum opinionem hæresim vocat Isidorus Ethim. c. 5. vide diuum Thom. 1. 1. quæst. 47. art. 3. in quo, vt hoc obiter dicam, adnotandum, summam esse impostutam eorum, qui, vt in sanctissimo doctore nodum aliquem inuenirent, affirmarunt sanctum in hoc art. in responsione ad 3. affirmasse, neque de potentia Dei absoluta posse creari aliam terram præter istam, quam habitamus, cum nec per somnium sanctus illud, sed ipsi finxerunt dixisse, pudet enim sanctum effingere dixisse, quod nec puer affirmasset; & vt clarè pareat, germanúsque sancti sensus intelligatur, expressa eius verba afferam.

Isidor. S. Thom.

4 Hæreticorum argumenta nil aliud sunt, nisi scripturarum inuersiones.

5 Mundus vnus ex hoc sapientis loco colligi potest.

A

Quæstio ergo Sancti, & articulus est, vtrum *sit vnus mundus tantum*, in quo, vt benè aduertit Caietanus, quæstio est de facto, non de possibili, & plures esse tertium argumentum erat: *Omne quod habet forma in materia potest multiplicari secundum numerum manente eadem specie, quia multiplicatio secundum numerum est ex materia. Sed mundus habet formam in materia, sicut cum dico, homo, significo formam, cum autem dico, hic homo, significo formam in materia: ita cum dicitur mundus significatur forma, cum autem dicitur hic mundus, significatur forma in materia. Ergo nihil prohibet plures esse mundos.*

B

Huic argumento sic respondet Sanctus ad 3. dicendum: *Quod mundus constat ex sua tota materia, non enim est possibile esse aliam terram, quàm istam, quia omnis terra ferretur naturaliter ad hoc medium vbicunque esset, & eadem ratio est de aliis corporibus, quæ sunt partes mundi.*

Ad solutionem ergo Sancti intelligendam supponendum ipsum tenere, principium indiuiduationis non esse ex forma, sed ex materia, vnde secundùm ipsum, vbi non est materia non possunt esse simul indiuidua in eadem specie; ex qua doctrina primum confecit argumentum sic. Mundus constat ex materia, & forma, ergo multiplicari potest: huic argumento respondet, hoc non esse possibile, quia licet constet ex materia, & ex hac parte posset multiplicari, tamen quia ex tota materia constat, non ex partiali, ideo est impossibile, naturaliter loquendo, non absolutè (intelligat nouitius) quod ex verbis sequentibus satis apparet; nam sequitur, *quia omnis terra naturaliter ferretur ad hoc medium vbicunque esset.* Quod verissimum semel illo principio supposito; at vbi hîc de potentia Dei sermo absoluta, vbi sermo de alia terra præter istam, cum naturaliter tantum loquebatur, & secundum suæ Philosophiæ principia, quod expressè aduertit ibi Caietanus, quasi hanc præuidens calumniam: *Verumtamen*, ait, *cum in litera dicitur, quod non est possibile esse aliam terram, ly possibile, non sumitur pro possibili secundum actiuam potentiam Dei, neque pro possibili logico, sed pro possibili sumpto ex potentia indita rebus creatis, secundum quam dicimus, quod impossibile est mortuum resurgere.* Quid clarius? at illi quidem forsitan Caietanum non viderunt, ideóque cæcutierunt: sed ad nostra. Vnus ergo est mundus, de quare contra supradictos Philosophos contrarium affirmantes, vide Cyrillum, Alexandr. 2. contra Iulianum, Eliam Cretensem in Apolog. Nazianz. Ambros. 1. Examer. c. 1. Augustin. lib. 18. de Ciuitat. c. 41. Philonem, de mundi opificio.

C

Caietan.

D

Cyrillus. Elias Cr. Ambros. Augustin. Philo.

Multitudinem vrsorum, &c. Vrsis abundat Palæstina, vt adnotat Abulens. 4. Reg. 2. n. 24. vbi duo tantum quadraginta duos occiderunt pueros, missi procul dubio à Domino, vt rectè idem ibi, sicut etiam & Leonibus, vnde ait; *& audaces Leones.* Quapropter inobedientem Prophetam 3. Reg. 13. num. 24. Deus per leonem occidit, & leones in Assyrios immisit Samariæ colonos, 4. Reg. 17. n. 25 Dauid etiam, & Samson cum eis bellarunt, signum iis abundare ferociissimis animalibus Palæstinam, ideóque tanquam ex notissimis loquitur sapiens facilli-

4. Reg. 2. n. 24. *3. Reg. 13. n. 24.* *4. Reg. 17. n. 25.*

nè à Deo immittendis si voluisset in Ægyptios.

Num. 19. *Aut noui generis ira plenas ignotas bestias, aut vaporem igneum spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes.*

Num. 20. *Quarum non solum lesura poterat illes exterminare, sed aspectus per timorem occidere.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis. ALios modos prosequitur, quibus posset Deus Ægyptios exterminare si vellet, vnde ait, quod posset.

Noui generis ira plenas ignotas bestias, &c. Græc. *noniter creata ira plenas bestias ignotas*, vel *feras plenas furore noniter creatas.* Duplex sensus, vel vt conditis iam bestiis nouum, & inusitatum Deus in illas ad occidendum immittat furorem, vel de nouo alias creando diriores, & sæuiores, hoc secundum placet Lorino, primum Castro, & mihi, cum reuera hoc amplius vulgatæ indicant verba: bestiis enim nouum furorem indere potest Deus, quo ferocissimæ euadant; immo hoc sæpè in mansuetissimis factum animalibus ad peccatorum vindictam legimus. Falco enim Hierosolymorum Rex teste Fulgos. lib. 1 & Petrus Hispalens. in vita Corradici leporem insequens, equo lapsus, ab equo crudeliter occisus est. Licius Imperator quum Nerinam virginem, filiam suam, quod Christiana esset, equis dedisset cõculcandam, ab eorum vno mortu interfectus est, sic Rauis? idem terribile aliud narrat de Natto Episcopo Moguntino à muribus in Rheno fluuio deuorato ex Dei iustissima vindicta, eo quod impiè in horreo multitudine pauperum inclusa simulata eleemosyna eos concremari fecerit. Similiter Volat. & Cælius narrant Chrathim quendam ouium Pastorem capellam depereuntem caprum ex zelo in illum insurrexisse ac mactasse; obuia passim exempla similia reperiuntur.

Fulgos. 1 Bestiis mãsuetissimis furorem immittens Deus principes occidit aliquãdo.

Volat. Celius.

Vaporem igneum spirantes, &c. Græc. *igniosum spirantes*, Vatab. *quæ in modum ignis vrentem efflarent spiritum.* Bestiæ calidiores, vti Leones, draconésque calidum exhalantes vaporem videntur ignes euomere; qua vero ratione in lib Num. c. 21. & in Deuter. c. 8 serpentes dicantur igniti, infrà c. 16. n. 5. commodius dicetur.

Fumi odorem proferentes, &c. Ad verbum ex Græco, *sonitus ventilantes fumi*, vel *sonitu fumi agitati.* scilicet spirantes; quam lectionem sequitur Cantacuz. descriptio est bestiæ furentis, ac frementis, & exhanelatione fumum veluti emittens, vnde Iob. c. 41. n. 11 de cete Leuiatham, *de naribus eius procedit fumus.* Interioris caloris, & ignis efferuentis indicium, ex quo & inflammatos habet oculos, veluti flammam ex illis emittens: sic de Balenis Nouergianis affirmat Olaus lib. 21. c. 5. *Oculi*, inquit, *noctu coruscant ingentium flammarum modo procul; cum nisi à piscatoribus, ignes esse grandes putantur.* Immo Plinius lib. 9. c. 17 hanc ipsam lucem de aliquibus etiam affirmat piscibus, *subit*, ait, *in summa maris piscis ex argumento appellatus lucerna, lin-*

Cantacuz.

Iob. 41. num. 11.

Olaus.

Plinius. 2 Animalia quæ nocte lucent, & quæ.

guáque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. Et c. 65 de *Dactilorum* admiranda natura, sic scribit: *Sunt è genere Concharum, quibus natura in tenebris remoto lumine alio, fulgore clarere, & quanto magis humorem habeant, lucere in manibus, atque etiam in solo, ac vestibus, decidentibus guttis, vt proculdubio pateat succi illam naturam esse, quàm miramur etiam in corpore* Ex abundantia ergo ignei humoris intus existentis foras lucem emittunt hæc animalcula; cum è contra fumum Leuiathan ex furore, & ira, qualem, vt diximus furentia exhalare solent, cuius furorem hic describere intendit sapiens.

Pro odore autem fumi, Holxoth lect. 112. accipit odorem tetrum, ac fœtidum ab animalibus emissum, quo homines inficere, ac suffocare possent, sic etiam Bonauent. & Carthus Hugo de ingenti copia emissi spiritus quæ excæcet, vt de Phisisteribus affirmat Strabo, lib. 15. sub fine; talem ex reflationibus excitare caliginem, vt nauigantes quæ antè pedes sunt, conspicere nequeant; prima tamen expositio magis literalis.

Holxoth. Bonauen. Carthus. Hugo. Strabo.

Horrendas ab oculis scintillas emittentes, Græc. *fulgurantes* Vti Basiliscus, de cuius per oculos infectatione, immo an sit, dubitat Delrio Magicarum disquis. lib. 1. c. 3. sed immerito, cum communis omnium, & illud reperiri omnes boni, & antiqui affirment authores, quos ipsemet affert, vt Nicand. Dioscor. Plinius. Solinus, Scaliger, Mercurialis, quo non obstante dubitat, & de animali, & de eius effectu; nullam adducens rationem, ex quo fit, vt si hoc semel licitum, nil in natura firmum, nil scitu certum, nisi quod oculis videtur, quod manibus attrectatur, absit hoc; authoritati sæpè standum præcipuè magnorum, & si propria non subsit experientia: vnde apud Euripidem rectè de Hecuba ad Vlyssem verba faciens, sic ait:

Delrio. Nicand. Dioscor. Plin. Solin. Scalig. Mercurial. Euripid.

Authoritas vero, & si malè dicat tua
Persuadebit, Nam ab inexistimatis proficiscens oratio,
Et ab existimatis eadem, haud quam tantumdem valet;

3 Authoritati sæpè standũ & si experientia non adsit. *Theodor.*

Vnde rectè Theodoret. in Ezech. sect. 8. super illa verba: *Ego Dominus locutus sum, & faciam.* Cognita dicentis persona, fidem adhibendam affirmat: *dicta confirmat*, ait, *eius qui dixit authoritas, satis est enim vos eo cognito, qui locutus est, dictis fidem habere.*

Sed & aspectu per timorem occidere, &c. Aspectus horribilium mortem incutere, & horrorem sæpè legimus in sacris, & prophanis; Daniel emarcuit, Pharao obstupuit, Nabuchodonosor contertitus est, & tandem Balthasar totus contremuit; immo ipsemet Dauid ex horrifico Angeli visu corruit.

Num. 21. *Sed & sine his vno spiritu poterant occidi, persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis sua: sed omnia in mensura, & numero, & pondere constituisti.*

Commentum litteræ.

Connexi. Capitis. DIxerat Deum potentem per alias exterminare Ægyptios creaturas, sæuiores, & horribiliores, hunc eiusdem amplificando poten-

tiam addit,& quod ſine his, ſed tantum ſuo ſpiritu, & iuſſu abſque vllo alio adminiculo,ob quod verè Deus ſolus timendus.

Cantacu. Hugo. Deuter. 34.n.5. Numer. 33.n.38.

Vno ſpiritu, &c. Cantacuz. de vento intelligit montes transferente, alij vt Hugo, de Dei indignatione,vel iuſſu ſolo, quod mihi placet; dixit Deus Moyſi,& mortuus eſt, Deuter. 34.n. 5. ſic & Aaroni Numer. 33.c. 38. quis ergo te Deum Iſraël non timebit; de qua re vide ſuprà hom 2.

Perſecutionem paſſi ab ipſis factis ſuis, &c. Vatab. *Quidquod etiam ſine his, vrgente pœna, & afflatu potentiæ tuæ quaſſanti vno ſpiritu quiuiſſent deiici:* Græc. *à iudicio, vel pœna propulſati, vel pulſi,& agitati*: Alij verò, *ſine his cadere poterant vno ſpiritu à iudicio tuo preſſi, aut impulſi.* Vbi iudicium ſumunt pro illo quod fit cognita cauſa,& præcedente delicto; in quorum ſenſu vult Sapiens, vno flatu Deum diſſipare poſſe impios,non quaſi ex ſe illud vellet, & voluntariè,ſed digniſſimè à peccatis impulſus, cùm iſta ſint cauſa omnis deſtructionis, & quod terra deſtruatur,de qua re vide in 1. tom. hom. 106. ſed optimè vulgatus poſuit *ab ipſis factis ſuis.* Quaſi diceret, quod ab ipſa conſcientia ipſi peſſimorum factorum preſſi poterant opprimi, & in nihilum redigi, nil contra Deum reclamare valentes, ſed à ſua peccatorum conſcientia muti effecti,ad pœnam ſilentes, de qua re vide in S. Tom. hom. 68.

2 Quid ſit omnia Deum diſpoſuiſſe in numero pondere, & menſura variæ ſententiæ.

Omnia in menſura,& numero, & pondere diſpoſuiſti. Celebris ſententia variè à patribus intellecta, eorum prius percurram expoſitiones, vltimo germanam huius loci addam.

Hug. C.

Aliqui, vt apud Hugonem Card. hanc propoſitionem de ſolis corporalibus intelligunt, à Deo diſpoſitis in menſura, numero, & pondere,in menſura,quatenus elementa, quibus omnia conſtant,terminis ſint ſuis contenta; numero,quatenus ſunt quatuor; pondere vero, quatenus ſingulis rebus ineſt pondus ſui centri, ſeu loci: nam,vt ait Auguſt. *Pondus eſt impetus rei ad proprium locum tendentis.* Vnde hunc locum rei creationi adaptant, & mundo huic viſibili, ſic à Deo condito, vt ſicut inquit Valeſius de ſacra Philoſophia, c.70. *Non ſolum ſi quampiam precipuarum partium elenares vt ſtellã, ſed etiam ſi cuipiam illarum etiam deſpectiſſimæ quantitatis adiceres aliquid, aut demeres,officeres mundi machinæ,& eius pulchritudini, quia nihil temere in eo factum.ſed omnia ad menſuram, numerum, & pondus,iuxta proportionem quam habebant in diuino exemplari.* Hinc Auguſt. 4. de gen.ad lit. c.3.affirmat omne bonum creatum conſiſtere in modo,hoc eſt menſura,ſpecie, & ordine,quem exponens ſanctus Doctor 1.part.quæſt.3. art.5. per *modum* .intelligit commenſurationem effectus ad cauſam, habentis limitem ab illo; per *ſpeciem*, ipſam formam, ſiue ipſam cauſam formalem effectus;per *ordinem* vero,accidentalem perfectionem; hinc clariſſimè deducitur, omnia pulcherrima à Deo emanaſſe,cum ſenſibilis pulchritudo, vt rectè Valleſius vbi ſup. in proportione. & concinnitate ſit partium, & nos etiam alibi in 1. tom. hom. 146. nam vt rectè Plato in dialogo de natura: *Fas non erat, quidquam niſi pulcherrimum facere, eum qui eſt optimus.* Quod totum etiam breuiſſimè nos aliter dicere poſſumus tripliciter Deum conſideran-

Auguſt.

Valeſius.

2 Mundo officeretur ei aliquid ſi minimum aut addereur, aut demeretur

Auguſt. S. Thom.

3 Pulchritudo in quo conſiſtat.

Plato.

do,aut,vt rerum effectorem, aut vt cauſam exemplarem, aut vt omnium finem: vt effector cuilibet rei tribuit numerum, vt à cæteris diſtinguatur,& ſit in propria ſpecie: nam ſpecies ſſint ſicut numeri ex Ariſt.8.Metaphyſ. vt cauſa exemplaris tribuit eis menſuram,& modum,vt diuinis aſſimilentur ideis: vt vero cauſa finalis pondus,& impetum,vt in finem ſuum tendant, & ſic omnia condidit in numero, menſura, & pondere.

S. Aug.

At ſanctus Aug. vbi ſup. altius diſcurrens, duplicem inuenit menſuram, duplicem ordinem, dupléxque pondus: ait enim aliam eſſe menſuram menſurantem, aliam menſuratam, alium ordinem ordinantem,alium ordinatum, aliud vero pondus ponderans, aliud ponderatum; & menſuram menſurantem eſſe Deum, ſicut ordinem ordinantem, & pondus ponderans; menſuram vero menſuratam eſſe creaturas, ſicut & ordinem ordinatum, & pondus ponderatum; per menſuram intelligens modum,per numerum ſpecies, pondus vero per ordinem. Vnde poſtquam dixerat, Deum non eſſe menſuram, pondus,& ordinem, quomodo & omnia illa eſſet addens, ſequitur: *Secundum id vero quod menſura omni rei modum præfigit, & numerus omni rei ſpeciem præbet,& pondus omnem rem ad quietẽ, ac ſtabilitatẽ trahit,ille primitus, & veraciter, & ſingulariter iſta eſt, qui terminat omnia,& formatomnia: & ordinat omnia.* Ex qua doctrina aliqui pondus referunt ad Patrem per potentiam operantis, numerum ad Filium per ſapientiam ordinantis, ad Spiritum ſanctum vero menſuram per clementiam conſeruantis.

S. Bern.

Bernard ſerm.51. ex paruis, affirmat hæc poſita ad differentiam diuinæ eſſentiæ, quæ omnibus illis caret; vnde de creaturis intelligens, pondus ait in rebus creatis deſignare dignitatem,menſuram locum, ſi materialis, limitationem eſſentiæ,ſi ſpiritualis, numerum vero,vel partium compoſitionem,ſi corporea,vel varietatem, & mutabilitatem ſi incorporea: vnde concludens de Deo his omnibus carente, ſic ait: *Solus Deus eſt in quem nec pondus, nec menſura cadit omnino, nec numerus, vnus Deus eſt non habens ſui generis quo valeat comparari,vnus eſt,& ſolus ipſe penitus inæſtimabilis,æternus quoque,& immenſus, indiuiſus, & omnino inuariabilis.*

Rabanus.

Rabanus,vt in Gloſ. menſuram ponit pro veritate,pondus pro iuſtitia, numerum pro diſtinctione,vnde ſic ipſe: *omnia poſuiſti in menſura*,hoc eſt in vero eſſe, non phantaſtico, *produxiſti & numero*, diſtinctè ſcilicet ſine confuſione,*& pondere*,ſcilicet iuſtè vnicuique ſecundum propriam capacitatem tribuens bonitatem.

Hugo Card.

Hugo Cardinalis: *omnia*, ait, *fecit Deus in numero,pondere,& menſura,ſine modo ſpecie, & ordine,id eſt in eſſe determinato, & finito, & diſtincto,& ordinato.*

Holkoth.

Holxoth per numerum intelligit ſpecies rerum, quæ ſunt veluti numori, per menſuram perfectionem limitatam,per pondus naturalem inclinationem, vnde ſic ait: *Generalius tamen poteſt ſic exponi, imaginemur quod à Deo cuncta procedunt,ſicut numeri ab vnitate,& vnaquæque ſpecies vniuerſi certum gradum teneat, ſecundum*

Digitized b

distantiam à prima causa rerum, & sic videtur loqui Arist. 8. Metaphys. vbi dicit quod forme rerum se habent sicut numeri, & sic inuenimus, quod omnis res est in numero, id est in distantia certa à Deo, modo quilibet numerus certam habet distantiam ab vnitate. Item omnis res est in mensura, quia omnis res creata est finita, & limitata perfectionis, tam in essentia quàm in potentia agendi; Tertio omnis res creata habet suum pondus, id est naturalem appetitum ad aliquid in quo sua natura saluatur, & perficitur. Quæ omnia ad mores applicans affirmat, sic pari modo nos omnia debere disponere in numero, pondere, & mensura: nam aliàs vitam non poterimus ordinare virtutis.

Omnes equidem hi sensus boni, sed non ad literam, cum hic non aliud requirat noster Sapiens, nisi summam Dei in puniendo declarare æquitatem, sumpta metaphora ab humanis negotiationibus, in quibus iustitia seruatur dati, & accepti mensurando, numerando, ponderando; vnde affirmat tres has rationes Deum obseruare in pœnis infligendis, *numerum*, vt scilicet non omnes, sed quædam infligantur, *mensuram* vt scilicet sit proportio inter pœnam, & culpam, *pondus*, vt finem diuinæ iustitiæ attingat. Itaque ei satis; sic hunc locum intellexit Anastas. Nicen. quæst. in script. quæst. 17. Lorinus, & Castro; itaque putum non exercet Deus iudicium, sed iuxta scelerum qualitatem, vt optimè Peluſiota lib. 1. epist 172. *Purum quidem*, ait, *vt opinor Dei iudicium est, temperatur autem iuxta scelerum qualitatem, & quantitatem, hoc enim maximè spectat, quod à Psalmista dictum est, calix in manu Domini vini meri plenus mixto.* Hinc in Apocal. c. 18. n. 8. *quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* Vnde in ipsismet inferis, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, sic pœnæ ordinabuntur, vt peccatis correspondentes pares faciat in tormentis, quia similes extiterunt in delictis; hinc magnus ille patersamilias, Matth. 13. n. 30. non solum zizaniam colligere, sed in fasciculos ligare præcepit: *Colligite primum zizaniam, & ligate eam in fasciculos ad comburendum.* Cur in fasciculos? an vt ordo, & distinctio esset in ipsis pœnis, vt simul & pariter cruciarentur eadem pœnæ intensione, qui similes fuerunt in delictis: sic hunc intelligit locum Greg. Moral. lib. 9. c. 39. *Fasciculos ad comburendum ligare est, hos qui æterno igni tradendi sunt pares paribus sociare, vt quos similis culpa inquinat, par etiam pœna constringat: & qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquam dispari tormento crucientur, quatenus simul damnatio conterat quos simul elatio sublenat, quos è non dissimiliter dilatauit ambitio, non dissimilis angustet afflictio, par cruciet flamma supplicij, quos in igne luxuria par succendit flamma peccati.* Ergo in pœnis infligendis ordo seruatur, pondus, mensura; hinc ob hoc Deus, vt noster inquit Sapiens, vno non conuulsit spiritu Ægyptios, quia non puram voluit in illis exercere iustitiam, & absolutam, quam posset si vellet, sed eam pro peccatis attemperauit, *ordinem* seruans non plus puniens, quàm multiplicitas merebatur, *mensuram* quàm culpæ quantitas, *pondus* vero quàm peccantis conditio, seu qualitas.

4 Verus & literalis sensus.

Anastas. Lorinus. Castro. Peluſiota.

Apocal. 18. n. 8.

5 Deus non exercet iudicium purum sed cũ pondere numero & mensura.

Matth. 13. n. 30.

S. Greg.

HOMILIA XXXVII.

Dei clementia peccatores vocans, cum numero corrigens, pondere, & mensura.

ENimverò si post peccatum naturam aspicimus hominum, qualisvè post illud remanserit patratum, quod viuat admirabimur, non quod decidat, & occumbat; pulchrè hoc Amb. lib. 2. de vocatione Gent. c. 8. vbi difficilem illam retractat quæstionem, quare scilicet tanta infantium non regeneratorum multitudo alienetur à salute, vbi postquam in inscrutabile illam remittit iudicium diuinum, tamen aliquod ex illa eruditionis elicit documẽtum, Primum, quia dum non regenerati pereunt, quantum peccati originalis pondus sit, aperitur: *Cum enim consideramus*, ait, *inter Paganos, inter Iudæos, inter hæreticos, inter ipsos Catholicos Christianos quàm multiplex pereat numerus parvulorum, quos quantum ad proprium pertinet voluntates, neque bonum aliquod, neque malum constat egisse, discimus super eos illam manere sententiam, quam humanum genus prævaricatione primi parentis excepit, cuius sententia rigor dum etiam circa tales non resolvitur, quàm magnum illud peccatum fuerit demonstratur.* Egregiè, ex nullo quidem tam aperto originalis grauitas elicitur documento, quàm ex morte decedentium sine baptismo parvulorum, dum quia & si millena interceſserint annorum curricula per sacrum baptismi lauacrum non expiatum, sic nunc in hos recrudescit, ac si recens esset patratum, quis te non timebit Deus omnipotens? Secundum vero documentum, post peccatum patratum sic naturam remansisse humanam, vt nulla dies, immo nullum sit instans morti non subiectum, vnde plus mirandum, quia viuimus, quàm quod tempestiuè morimur: *de immaturitate vero mortis*, inquit, *non est ratio conquirendi, cum semel in naturam nostram per peccatum ingressa mortalitas obnoxium sibi omnem fecerit diem: nam secundum aliquem modum immortalis dici homo posset, si esset tempus intra quod mori omnino non posset, sed nunquam corruptio ita incorruptionis est particeps, vt non semper obnoxium sit defectioni, quod debetur occasui: quod ergo ab initio sui die mortale est, qualibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec vnquam ei vicinius est posse viuere, quam posse deficere.* Nil melius, sic post peccatum morti addicti sumus, vt post illud viuere non ius sit naturæ, sed misericordia creatoris, & viciniores vitæ, quàm morti esse non ius exigentis, sed liberalitas sit dantis, qui si nos ipsos tantum consideraret post peccatum patratum, *vno spiritu*, vt noster ait Sapiens, id est in vno post momento posset nos interimere, ipsa mala facta nostra nos insequentes; at quia sua qua pollet misericordia prouidentia omnia disponens *in pondere, ordine, & mensura* non totum peccati pondus in vnum conicit, non in omnes simul, non denique statim quia, vt rectè idem sanctus, vbi sup. paulò post, & si peccatum Adæ contra naturam humanam, non tamen contra prouidentiam, ac dimensionem inualuit diuinam, vnde ait: *Sed*

Ambros.

1 Cur multi parvuli sine baptismo pereunt.

2 Peccatum originale quam graue, & vnde colligi potest eius grauitas.

3 Post peccatum originale non statim mors gratia est creatoris.

4 Dei misericordia, vt

peccatio originalis pōdus non in vnum collegit, sed in singulis diuisit.

huius asperrimi iugi pondera, non ita in Adæ filios irruerunt, vt diuina iustitia nihil eis suæ dimensionis adhiberet, quæ defectionum legibus ita defectura subiecit, vt ab eis moderationum suarum non auerteret potestatem. Egregiè, sic originalis pondera Deus in filios Adæ irruere sinit, vt à se moderationum suarum non auerteret potestatem; nec ideo, quia omnes peccato obnoxij omnia debebant reportare mala & reportant, sed sic ea temperauit, vt partita in singulis, & indulgens aliquibus, & iustus in aliis appareret, vnde sequens sanctus subiungit: *Nec ideo omnia omnes inciderunt mala, quia per communem conditionem omnes omnibus subiacerunt, sed vt generali necessitate variata causas sibi Dominus indulgentiæ, correptionisque seruaret, esseque in vno omnium debito, quod & misericors remitteret, & iustus exigeret.* Pulchrè, vnum debitum omnes contraxerunt, nunquid ob hoc à Deo submota potestas, vt ab vno vt iudex exigat, alteri vt pater remittat; immò, vt interim hoc dicam, ne fortè mente posteà suo excidat loco, nunquid ob hoc, quia quantum ad debitum omnes originalis culpa comprehendit, suam Deus perdidit potestatem, vt suam ab ea omnimodè liberaret sanctissimam matrem, sic culpam moderans sua, qua pollebat potestate sua, qua exercebat dimensione, vt & si ex debito in omnes esset refundenda, ex sua moderatione sanctissimam non attingeret matrem, sed de hac re infrà hom. 60. nunc ad rem: Secundum Ambrosium ergo post peccatum patratum illico ad mortem addicti; quod si Deus eam non immittit suæ est misericordia, immo sua natura tarda semper ad demoliendum, promptissima ad cōstruendum, vno momento ædificat, largitur maxima, impendit ingentia; at si fortè est destructurus, menses consumit, annos, & sæcula.

5 Virgo sanctissima digne asseritur sine peccato originali.

6 Deus prōbus a misericord ā, tardus ad iram, & ad destruendū, citissimus ad ædificā dum.

Hoc equidem mihi videre videor in huius mundi constructione, ac in destructione illa famosissima vrbis Hierico, dum reperio Iosuæ, c. 6. non anteà quàm post sextum diem illam à Deo euersam, cum per totidem etiam, & non plures totum hunc construxerit mundum, totámque hanc immensam cœli molem, immo, vt multi volunt, & non infimi, sed magni nominis authores in instanti creatam, sic Philo lib. de allegoriis, Procopius, Gacæus, Caiet. in c. 1. Genes. & quod caput est Aug. lib. 4. de Gen. ad litt. c. 22. & lib. 11. de ciuit. c. 9. in sex ergo diebus, siue instanti creauit totum hunc mundum? & ad vnam tantum destruendam ciuitatem totidem sex consumpsit dies, nunquid imbecillior eius effecta potentia, quando Hierico destruxit, ac quando totum composuit mundum? minimè quidem, sed quia talis ipse est naturæ, vt in momento ædificet, sed per tempora destruat. Quod disertissimè cōsiderauit Chrysost hom 5. de pœnit. in hunc ipsum Iosuæ locum, sic eloquens: *Tardat Deus ad demolitionem, ad reparationem properat, è conuerso hominum; nos enim multo in tempore ædificamus domum, & ipsius structuræ quidem multum temporis impendimus, parum verò destructionis: è conuerso autem sit in Deo, cum struit velociter struit, cum destruit tardè destruit, velox ad struendum, tardus ad destruendum, verborum enim augmentū rerum experientia, sex in diebus Deus cœlum, terrámque fecit, hic igitur tam velox in construendo, cum cœperit vnius demoliende vrbis consilium, inuentus est bonitate tardus, vult Hierico demoliri, & dicit ad Israël, Circumite eam sex diebus, & septimo die cadet murus; mundum vniuersum sex in diebus construis, & vnam vrbem septem in diebus solues, quid enim tuæ potentiæ impedimentum accedit?* Nullum quidem, sed, vt ipsemet sanctus ait, primum est potentiæ, secundum bonitatis, quia potens, in momento ædificat, quia bonus, tardè destruit.

Iosue 6.

Philo. Procopius. Gacæus. Caietan. Augustin.

Chrysost.

Immo & aliam libet afferre rationem, tardè Deus demolitur, ne radice euulsa fructus excidant: sæpè enim illa mihi in animum subit cōsideratio, Turcarum, hæreticorúmque considerans peccata, cur cum tanta hi perpetrent maiora, quàm olim aliæ gentes, has tamen Deus destruxit in momento, hos patienter fert, nunquid minus abeunt nunc Turcæ, totique penitus Orientales populè post carnem alteram, ac Sodomitæ, & tamen hos in momento destructos legimus, Turcas verò patientissimè Deum sufferre videmus? nunquid minus quod agunt nunc hæretici, ac illi qui in terra stantes Israël, dum veri Dei legitima ignorantes diis dolabant Deum non timentes, quibus Deus Leones immittit 4. Reg 17 n. 15. non equidem quid minus, immo quid amplius, in vna eadémque cum nobis stant Ecclesia, eadem lymphati aqua, & tamen Deum non timent, penitus legitima eius ignorant, ac diis dæmonibus nempè se, suáque dolant, Deo odibiles, ipsissimet dæmonibus horribiles, cur ergo Deus eos non destruit? optimè idem Chrysost. vbi sup. ne radicem euellens fructus perdat, sic Deus suorum electorum est amans, sic eos diligit, vt per centena annorum curricula totam vnam sufferat nationem, quia illis transactis vnus nasciturus ex illa est electus, & non euellit zizania, ne simul eradicetur & triticum; ob hoc ait Chrysost. Deus non occidit Thare Abraham Pater licet idololatra, ne Abrahamum perderet; ob hoc sustinuit Esau, ne Iob sanctissimum cui ille atauus, & tandem ideo in multa patientia sustinuit Saulum, & si blasphemum, vt Paulum haberet Ecclesia, vltimóque ideo totam sustinuit Ægyptum, quia sancti ex illa Heremitæ: *Sed tametsi actus ad vltimum malorum cadat, ait, differt tamen Deus vtilitèr, Thare Abraham Pater idolorum & cultor, & factor, haud impietatis pœnam ei irrogauit: nam si radicem præueniens amputasset, vnde tantus fidei fructus germinasset? Quid Esau nequius? quare protinus meritam non suscipit animaduersionem? profectò, quia si excisus fuisset maximum fortassis iustitiæ fructum mundus amisisset, & qualem audi, Esau genuit Raguelem, Raguel Zaram, Zara Iob, cernis quantus è languisset patientiæ flos, si præueniens Deus à radice pœnas exegisset, omnibus enim in rebus & initia speculatur, & exitus Deus.* Egregiè, in quibus verbis vltima valde ádnotanda; cohibebimus quidem iudicia, cessabunt murmurationes, libenter sic submittet intellectus, non repugnabit voluntas, patienter sustinebimus, si semper in animo, ac in mente firmiter adhærebit; quòd Deus non solum initia, sed exitus speculatur, homo initia tantùm, hinc totale non potest proferre iudicium, hinc multoties illi malum quod bonum, bonum quod malum apparebit, hinc aut misere gaudet, illicitè tristaturiat

4. Reg. 17. n. 15.

Chrysost.

7 Deus cur Turcas, cur Hæreticos sustinet in tanta patientia.

8 Iudicium humanum semper diuino submittendum, & optima huius rei ratio

Deus qui initia, & exitus contemplatur, qui dies, menſes, annos, ſæcula proſpicit ventura, qui infinitè prudens, qui infinitè bonus errare non poteſt in principio, quia tendit ad exitum; quis enim videns Ægyptios talia contra Deum perpetraſſe, ſimúlque eos proſperos, abundantes, diuites, & non in momento abſorptos, non diceret Dei non eſſe prouidentiam in mundo? at falleretur: *quia eadem*, vt ait Chryſoſt. *vſus eſt prouidentia & ſuper Ægyptios qui vltra fidem blaſphemi, patienter expectans, quouſque ibi monaſteria, & Eccleſia, atque in illis florerent, qui Angelicam imitarentur vitam.* Et paulo infrà Pauli tradens exemplum, ſic ait: *Si velox ad pœnam fuiſſet Deus, Paulum Eccleſia non poſſediſſet, ſi primo talem tanquam noxium necaſſet, propterea diſtulit blaſphemantem, vt pœnitentem oſtenderet Dei longanimitas lupum in Paſtorem.* En ratio cur in momento non deſtruxit Ægyptios, cur eos non perdidit, quia bonus, quia ne fructus perderet glorioſiſſimos, & tandem, vt ſua longanimitate ante peccatores reducat, & hoc cum pondere, numero, & menſura; cum pondere, hoc eſt ſumma patientia illos expectans, cum numero tempus præſtolans aptum, cum menſura illam eis gratiam præbens cum quo infallibiliter ſcit operaturos. Pondus ergo ad patientiam, numerus ad tempus, menſura ad gratiam refertur congruentem; at quia ſæpè ſuos per tribulationes etiam Deus attrahit, & in iſtis etiam libet hæc tria conſiderare. Vnde cum pondere eas ſuis immittit, vt ſcilicet non ſint vltra vires, cum numero, vt non aliæ quàm quæ ipſi proficere poſſint, tandem cum menſura vt non vltra tempus neceſſarium, ſic vt conſecuto effectu pondus leuet, ſed ad ſingula.

Idem.

§. 1.

De pondere, numero, menſuráque Dei in peccatoris vocatione.

QVàm patienter Deus peccatores ſuſtineat res eſt in promptu; vnde nunc illud lubet admirandum conſiderare Dei ſingulare, & proprium, non alio medio aliquando ad ſe attrahere quàm ſuſtinentia, ac patientia; ex quo fit, vt ipſamet patientia ſit vocatio, & contra peccatorem non aliis belligeret armis, quam patientia: *Fidelis ſermo*, inquit Paulus 1. ad Timoth. c. 1. nu. 15. *& omni acceptione*, id eſt omni ſtudio, & gratiarum actione acceptandus: *quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſalnos facere, quorum primus ego ſum, ſed ideo miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eorum, qui crediturí ſunt illi in vitam æternam.* Singularis locus ad intentum probandum, quapropter adnotare libet, quomodo verè Paulus ſe primum peccatorem æſtimauerit, hoc eſt maximum, cum ſciret Iudam, Herodem, aliósque Phariſæos longè grauius peccaſſe. Diu. Thom. hanc conſiderans difficultatem reſtringit propoſitionem ad eos tantum Iudæos, qui Chriſtum poſtularunt crucifigi, & poſteà à Petro conuerſi; vnde non putat generaliter Paulum de omnibus intellexiſſe peccatoribus; at hoc eſt nimium Pauli propoſitionem reſtringere, Theophylact. ad omnes

1. Tim. c. 1. n. 15.

9 Paulus quomodo verè potuerit ſe maximum inter peccatores vocare.

Diu. Tho.

Theophyl.

refert Iudæos, qui ſe putabant poſt Chriſtum etiam per legem iuſtificari; quorum amplius æmulator paternarum exiſtebat traditionum Paulus; ſed ſi ſic non Pauli conuerſio deſeruiret ad omnes crediturus, ſed tantum ad eos, qui ex Iudæis, quod eſt contra illud quod Paulus intendit, ideóque mea ſententia, melius Remig. reſpectu omnium peccatorum hoc dixiſſe Paulum, affirmans tamen per humilitatem illud dixiſſe: *hoc dicit de ſe cauſa humilitatis*, ait, *quorum primus ego ſum, id eſt illorum peccatorum quos venit Chriſtus ſaluos facere.* Ergo ad omnes ſimul peccatores reſpiciens Paulus ſe primum dicebat; quod ſi petas, quomodo hoc dicere verè poterat, cum certiſſimè ſi rectè penſitaret, alios maiores euidentiſſimè ſciret? reſpondeo ob ipſummet, quia cum humilis tota intentione ſuos reuoluebat defectus, toto nixu aliorum penſitabat virtutes, hinc ſe primum, hinc ſe maximum omnium æſtimabat peccatorem, cum ea ſit humilitatis conditio, vt ſemper ſua ob oculos habeat mala, proximorum verò ſemper bona; immo ſi Gregorio credimus, hom. 10. in Ezechiel, hoc inter electos, reprobóſque diſcrimen; iſti enim ſemper ſua bona, proximorum verò mala conſiderant, iſti vt ſe humilient, illi vero vt ſuperbiant: *Sed inter hæc ſciendum eſt*, ait, *quia ſicut electi, quique hoc ſemper in aliis attendunt, quod à Deo melius acceperunt quàm ipſi, vt eos ſibi in cogitatione præferant, ſéque illis in humilitate ſubſternant, ita reproborum mens nunquam conſiderat, quid alter boni amplius, quam ipſe, ſed quid boni ipſe amplius, quàm alter habeat, neque enim penſat, quæ bona ſpiritus alter acceperit, & ipſi deſint, ſed quæ bona ipſi, & quæ mala alteri adſint: quod ergo diuina bonitas in augmentum diſponit humilitatis, hoc mentes reproborum vertunt in augmentum elationis, & ex diuerſitate munerum à bono deficiunt, vnde creſcere in humilitatis bono debuerunt.* Hinc, quia Paulus non ſolum electus, ſed electionis vas ſuprà cæteros ſe eleuans humiles, ſua mala tantum cogitans, primum ſe nominabat peccatorem.

Remig.

10 Humilitatis veræ conditio quæ. *S. Greg.*

11 Reproborũ, & prædeſtinatorum ſignum.

Et ne occaſio excidat, en via ad veram obtinendam humilitatem, bona quæ in aliis, quæ mala in ſe, conſiderare, eo vel maximè, quia ſi bene attendatur, nullus ſit, qui non in aliquo alterum excedat: nam vt rectè conſideranit Lippom. in Caten. Exod. 36. nu. 1. ſuper illa verba: *fecit ergo Beſeleel.* Mulieres etiam non ſolum viri ad opus arcæ conſúmãdum aſſumptæ, quia in multis homines excedebant; *non igitur*, ait Lippom. *duo tantum architecti operi incumbunt, ſed omnis vir ſapiens, immo & mulieres ſuis quibuſnis ſtudiis magnopere rebus perficiendis inſiſtunt, torquendo, filando, nendo, fundendo, deaurando, aut pingendo.* Ex quo facto illud poſtea elicit morale in Dei Eccleſia nullum exiſtere, qui nõ aliqua gratia excellat, *quod enim*, inquit, *omnes ſapientes, & ſcientes fabre operari in tabernaculi ædificatione ſedulo laborant, & populus tam promptè offert donaria, figura eſt, quod ſic ad profectum Eccleſiæ inuigilare, & conari debẽt, quicumque aliquam, vel minimam gratiam ſe conſecutos à Domino ſentiunt, ſiue vnum talentũ acceperint, ſiue decem, rarus eſt, qui non inſigni aliqua gratia præter alios donatus inueniatur, qua proximum & Eccleſiam iuuare poſſit, & miniſtrare Chriſto.*

12 Ad veram obtinendam humilitatem via tegia. *Exod. 36. n. 1.*

Lippom.

13 In Dei Eccleſia quilibet ſuare poteſt, & illi de gratia ſi lit.

Hinc,

14 Alproximi virtutes excelsas aspicere debemus si humiles esse volumus.

Hinc, qui in humilitate proficere vult ad illud proximi donũ insigne oculos cõijcere debet, quod suprà se, non ad cætera, quæ infrà se obtinet, quod sanctissimi faciebant Apostoli; Petrus enim Pauli sapientiam admirans, hanc sẽper intuebatur, nunquã recordatus, quia blasphemus, quia persecutor, aiebat enim: *Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis.* 1. Petr. c. 3. nu. 15. O digna Apostolorum principis humilitas, primus erat, & tamen sapientiæ Pauli defert, insigne tantum hoc in illo considerans hinc se sub illo submittens; è cõtra Paulus sui oblitus innocentiam tantum Apostolorum considerans suprà se illos eleuabat dicens: *Ego sum minimus Apostolorum.* 1. ad Cor. c. 15. n. 9. *qui non sum dignus vocari Apostolus.* Humilis Petrus pluris quã se faciens Paulum, inde quia bona tantum Pauli considerabat; humilis Paulus, quia non sua, sed Apostolorũ excelsa meditabatur hinc *superiores isti se inuicẽ arbitrabantur.* Hinc veri Dei discipuli. Quod quidẽ egregiè considerauit Greg. vbi sup. in percussione alarũ animalium Ezechielis, dum hoc ipsum considerat in illis mysterium, affirmans sanctorum alas, quibus se tangunt virtutes esse ipsorũ, quas dum alter non in se, sed in proximo vider, alis humilitatis ad cælestẽ subleuatur perfectionẽ: *Alis ergo suis, ait, vicissim se animalia ferunt, cum sancte mentes alternis se virtutibus tangunt, & tangendo excitant, atque excitate ad profectum volant, videamus Paulum quomodo Apostolorũ alis tactus, atque ad pœnitentiam excitatus fuerit, qui mala praterita persecutionis sua ad Apostolorum innocentem vitam considerans, dicebat, ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei, considerauit · nimpe Apostolorum innocẽtiam, & propter precedentem malitiã, vilis in eius oculis facta est omnis quã exhibebat in Ecclesia solicitudo sua; & quam multos ex accepto intellectu precedebat, non attendit, quia illorum innocentiam pensans, persecutorem aliquando se fuisse doluit, sed videamus si quis ex Apostolis eum, qui Paulo datus est, intellectum miratur, ipse nobis Apostolorum primus requirendus est, qui discipulos admonens ait, sicut & ceteris: mirat. vtraque in Apostolis omnibus Pauli innocentiam, miratur Apostolorum primus in Paulo sapientiam. talis ergo se tangunt, qui inde se vicissim ad profectum excitãt vnde volãt.* Egregiè, non defectibus, sed virtutibus se sancti tangunt, immo & vulnerant, vt ex accepto vulnere infirmos sẽper se cognoscant; at quia alarum est vulnus non infirmantur, sed eleuantur, non decrescunt sed accrescunt, & eo, quo sibi stultiores, eo sunt sapientiores.

A

B

C

D

S. Petri c. 3. n. 15

1. Corint. c. 15. n. 9.

S. Greg.

15 Apostolorum humilitas.

16 Sancti semper bona sua extenuant, naturam considerantes, non gratiam. Proverb. 30. n. 2.

Immo, vt hoc tãtũ adiungã, sic cæterorũ bona cõsiderat, vt si aliquãdo sua, aliorũ respectu ita extenuãt, ita minuunt vt pro nihilo reputẽt in se attẽdentes naturã, non gratiã, & qualiter sine illa extitisset infrà cæteros considerãtes, hic enim est verus sensus, me iudice, illorũ verborũ Salomonis, Prou. 30. n. 2. quãdo ait: *Stultissimus ẽ virorũ, & sapientia hominũ non est mecum, non didici sapientiã, & non noui scientiã sanctorũ.* Considerauit enim se sapientissimũ Regẽ, non qualis tunc erat cum gratia, sed qualis fuisset sine illa, vnde naturã propriã cum alienã cõparans suã stultissimã dicit, dũ vt quæ sapiebat non ex natura, sed acceperat ex gratia, huic sua tribuẽs nihil sibi reseruãs nisi ignorãtiã cũ quo sensu optimè lectio 70. copulatur, quæ sic: *insipientissimus sum virorũ omnium, & prudentia hominum non est in me. Deus docuit me sapientiã, & scientia sanctorum cognoui.* Vbi per affirmationẽ legunt, quod per negationem noster vulgatus, eundẽque sensum reddentes, stultissimus sum virorũ ait secũdũ vulgatũ, quia nec sapientia qualẽ cæteri hominũ habent, est mecũ, nec eã didici, nec noui scientiã ex me sicut cæteri, sed omnia desuper mihi venerũt, quod est illud 70. *Deus docuit me sapiẽtiã.* Stultissimũ ergo sapientissimus se dicebat Rex, quia se sine gratia considerabat; nõ aliter Paulus (vt ad nostra redeamus) quando primũ se peccatorẽ nominabat, cõsiderauit enim tunc se in Iudaismo quando sine gratia, quẽ tunc inter peccatores peiorẽ nominat Aug. ser. 9. de verbis Apostol. *Nemo enim, inquit, acrior Paulo inter persecutores, nemo ergo peior inter peccatores.* Et in Ps. 70. *Quid ergo, inquit, est primus? antecedens omnes non tempore, sed magnitudine.* Et Remig. *Re enim vera multũ erat imbutus iniquitate, qui Christum iam in cœlo sedẽtem persequebatur in terra membra sua.* At talẽ nũc, talẽq; peccatorẽ sic primũ, sic magnũ, sic ferocẽ, videamus quomodo ad se attulerit Christus, expendamus sequentia.

Salaçar.

Augustin. Psal. 70.

Remig.

Sequitur ergo: *sed ideo misericordiam consecutus sum vt in me primo.* Hoc est præcipuo, maximo peccatore illud enim sonat, ὡς ἐπὶ τῷ. Græcum, *Ostenderet Christus Iesus omnem patientiã.* Notanda causalis *ideo*: nã ideo misericordiam Paulus consecutus, vt patientiam suam in peccatoribus conuertẽdis Deus ostẽtaret, & ideo eius misertus, vt in illo vno præcipua, ac maxima, qualis Dei in cæteris sit patiẽtia peccatoribus ostendatur, non peccatores vincens resistẽtia, sed patientia, lassi illum amplius percutere deficiũt; pulchrè Seneca tract. quod *in sapiente non cadit iniuria*, c. 9 sic ait: *in certaminibus sacri pierique vicere, cedẽtis manus obstinata patientia fatigando.* Duo æstima, quasi dicat, quod erant Athletæ, victoria apud fortiorem, valentiorem apud infatigabilem, alter pugnis, colaphis, tunsionibus socium exagitabat, percutiebat, alter obstinatè perferens cedẽtis manus defatigans ad vltimum victor exitens coronam reportabat, non gladio, non fuste, non obsistentia, sed obstinata patientia: sic finge tu Deum cum Paulo luctantem, persequebatur Paulus, Christus sustinebat, lapides iaciebat Paulus, Christus silebat, Ecclesiã deuastabat, Christus sufferebat, tandem lassus cecidit, succubuit, ictus, in terram eũ eiecit, nil asperum, nil crudele, nil terribile, nil tandem imperiale audiens præter vnum patientiæ verbum; *Saule, Saule, quid me persequeris?* Actor 9. n. 5. *Non dicit illi crede*, rectè Chrysost. *quasi imperans, neque aliud tale quippiam, sed crimen obijcit, quid mali, quod aut magnum, aut parvum tibi feci, quod hæc facis.* O verè sermo omni acceptione, reuerentia, ac submissione dignus, vt Deus mecum non potentia, non armis, non magnitudine certet, sed sufferentia, & ideo succumbam, quia lassus iam amplius peccare non possum; qualis hæc benignitas, quale hoc Dei pondus, quo peccatorem ad se conuertit;

Seneca.

17 Peccatores sæpè ad Deum conuertuntur lassi iam peccare, & quod Deus hic lõgo eos sustinuit tempore.

18 Deus patientia Paulum conuertit.

Act 9. n. 5. Chrysost.

Digitized by Google

plura de hoc pondere annecterem, nisi in 1. tom. ho. 10. multa dixissem ad quæ lectorem meum remitto: nam me nunc Dei numerus in conuersione peccatoris vocat, in quo non minus, quàm in pondere Deus admirabilis.

Numerus ergo est, vt diximus, tempus aptum quo peccatores ad se Deus aduocat; audi me; certum enim est à nullo tempore, à nulla Dei gratiam efficacem pendere occasione, vocat quando vult, clamat quando libet, attrahit infallibiliter semper, ac ei placet, vt infra dicam, cum hoc tamen sæpè sic se temporum momentis, sic occasionibus, sic denique hominum passionibus attemperat, vt tunc vocet quando has deferuescere aspicit, reputans quod si quando in principio facilè peccantes dissentient; hinc si rectè attendas factum cur statim in ipso peccati limine, quando adulterari cœpit Dauid, non ipsum corripuit; sed patienter sustinens conceptum sperauit, tempusque patiendi, immo & quod eam duceret, secúmque haberet; mirum si Dei amicitiam cum Dauid consideres, si eius electionem, si Dei in illum propensionem; quid ergo, cur sic tanto tempore destituit? sanè, vt passio deferuescceret, vt libentius aurem Nathano posteà exhiberet, tunc medicinam adhibuit, tunc nuntium misit, quod profecto, & in vocatione Mathei sanctissimi considerauit Chrysost. hom. 31. in Matth circa principium, petens cur Dominus ipsum non cum cæteris vocauerit Apostolis, & respondet: *quoniam durius adhuc dispositus erat, sed post multa miracula, & multam Christi famam, quando aptiorem eum ad obedientiam scinit, qui intima cordis nouit.*

19 Deus misericors sæpè ad vocandum tempus expectat opportunum.

Quod profecto (vt interim hoc dicam) totum in contrarium hominis infestus agit insidiator, hic enim cum, vt Diuus ait Bernard. de interiori domo, serm. 48. per passionum æstum hominem tentet, & iuxta vniuscuiusque naturam: *Diabolus*, ait, *quando decipere aliquem hominem quærit prius naturam vniuscuiusque hominis intendit, & inde se applicat, vnde videt hominem aptum ad peccandum: vnde beatus Isidorus. Amplius tentat diabolus hominem ex parte illa, qua eum videt per excrescentem humorem facile inclinari ad vitia, vt secundum humoris conspersionem adhibeat & tentationem.* Tamen & si summopere hoc efficit in principio passiones suscitans, & augens, in fine vero quando iam perspicit voluntatem motam, actum quasi determinatum, astutissimè, vt culpam augeat, contrarium suadet, abstinentiam v. g. iam in mensa, iam cum cibo in ore, castitatem quando iam cum muliere, largitatem quando in arca actu aurum referatur, humilitatem quando actu superbimus, scit enim nos tunc non assensuros; hinc non, vt Deus inspirat ad sanandum, sed ad occidendum: hoc considerandum in verbis illis suorum nuntiorum ad sanctissimum Iob c. 1. num. 16. *Ignis Dei cecidit è cœlo, & tactas oues, puerósque consumpsit.* Si Iob Dei amicus, si summè Deum diligebat, ad quid illi plagam à Deo inflictam dicere, cum ex amore, quo sanctus in Deum efferuescebat, patienter omnia esset toleraturus? sanè ea ratione, qua diximus, viderat iam pessimus ex præterito nuntio Iob tristitiæ passionem commoram, ex animalium perditione, ex puerorum occisione: *Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tulerunt que omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus vt nuntiarem tibi.* Hinc putauit perfidus, si tunc Deum in memoriam reuocarit ac eius seruitia, obsequiáque non ad patientiam, sed impatientiam, impulsurum ad murmurationem, ad blasphemiam, quatenus iam passio excitata: quod equidem cogitauit Origenes tract. super c. 1. Iob in hæc ipsa verba, ponderans ob hoc dæmonem se abscondisse, dominúmque manifestasse, vt Dominus in suspicionem Iob veniret, ac proindè incusaret: *Si Iob sciret, ait, quia diabolus cum illo hoc bellum faciebat, & quia malignus inimicus, rem familiarem, & filios ei abstulerat, omnino ad nihilum ipsas tentationes deduceret, & in derisionem illum habens, euidenter aduersus inimicum resisteret, & apertè aduersus hostem staret, hoc celauit diabolus, cum istos inferret labores; clementissimus autem Dominus in suspicione erat, & incusabatur his omnibus.* Ergo ob hoc tunc Deum in memoriam attulit quando credidit iam actum, sic cum cæteris; at non sic infeliciter vti cum Iob, immo felicissimè, quod in miserabili primæ nostræ parentis casu est considerandum, cui dæmon, Gen. 3. *cur præcepit vobis Deus ne comederetis de omni ligno?* Mirum vt in sanctitate existenti, ac in Dei amore feruenti recolat præceptum ad casum eam adducere intentans, non melius è mente illud auertere, vt facilius peccaret; cur ergo præcepti reminiscitur? sanè, quia iam cum intus eã per interiorem suggestionem in superbiam elatam viderat sicut ait Rupert. lib. 3. in Gen. c. 1. *Prius nãque*, dicens, *intus ad cor hominis per semetipsum locutus est spiritus diaboli vt superbiret, Deumque præceptorem ferre, vel mandatum eius portare despectui haberet, nisi enim intus per superbiam prius tumuisset, satis tentatus non facilè cederet.* Ideo præceptum recolit, vt enormius peccaret, non tantum per suggestionem, quantum per impudentiam, non per ignorantiam, sed per malitiam.

S. Bern.

20 Diabolus hominis inimicus, vt peccatum augeat tunc bonum homini anteponit, quándo scit non illud executurum.

Iob. 1. n. 16.

Origen.

21 Cur præcepti mentionem fecerit, quando Euam tentauit.

Rupert.

At non sic Dominus parer noster, tunc quidem nos admonet, tunc se nobis ostendit, quando declinata passione scit quod aures præbebimus, vt egregiè Chrysost. consideranit hom. 5. de Pœnit. in hoc ipso Dauidis facto: *Peccauit Dauid*, ait, *concepitque, vtero gestauit mulier, & peccatum nulla correctio secuta est, sed post infantis partum de peccato nati mittitur peccati medicus; quare autem protinus peccantem non correxit, quoniam vidit in ipso peccati vigore obcæcatam peccantium animam, & obturatæ sunt eorum aures in peccati profundo mersorum: differt ergo furibunda passioni auxilium addens, tantúmque post temporis correctio procedit vno in temporis momento pœnitentia, & remissio.* Pulchrè quidem; differt Deus nostram furibundam passionem, sustinendo patienter, sed differt, auxilio addendo efficaciam, &, vt sic dicam, gratiam præparando, donec tempus aptum præstolatus iam deferuescente passione sic vocet, vt vno temporis momento, & pœnitentiam adducat, & remissionem.

Chrysost.

22 Deus cur in principio non admonuerit Dauid de peccato.

Hinc sæpè ad crudos emolliendos animos, & ad pœnitentiam facti reducendos, insuper & ad obedientiam sibi præstandam, non imperio vtitur, sed tempore, quo sic sensim creatura eius voci redditur obediens,

23 Tempore sæpè vtitur ad peccatorem ad se conuertendum

vt vix ipſamet, quod obtemperet agnoſcit, decreuerat Ioſephum ſuprà cæteros extollere fratres, ac, vt iſti ipſum adorarent, res quidem difficilis, ne dicam impoſſibilis, ſi circunſtantias conſideres, inter fratres minimus, nec maioris ſcientiæ ac ſapientiæ, ab ipſis ſpretus, ne dicam odio habitus, nullæ ei ampliores diuitiæ, nullæ eminentiores vires, vnde adoratio vix res fratribus inſinuata, ipſi recrudeſcentes animo ex Dei voluntate non obedientiam, ſed fomitem auxerunt odij, Geneſ. 37. num. 8. *Hæc ergo cauſa ſomniorum, atque ſermonum inuidiæ, & odij fomitem miniſtrauit.* Quid ergo? quomodo illam perfecit Deus? tempus profectò famis expectans: *Erat autem fames in terra Chanaam*, ait Scriptura, Geneſ. 42. num. 6. *Et Ioſeph erat Princeps in terra Ægypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur.* Quid ergo? *deſcenderunt fratres in Ægypto vt emerent frumenta; cumque adoraſſent eum fratres ſui.* Mirum, pro adoratione excanduerunt, oderunt, vendiderunt, occidere intentarunt, vnde ergo nunc tam libens adoratio? vt non coacti, immo nec inuitati, (illud enim ſonat *cumque adoraſſent*. procliuitatem, promptúmque ad adorandum animum) tam libenter eam præſtent? ſanè ex occaſione temporis, in quo fames valida; vnde rectè Theodoret. quæſt. 93. in Geneſ. ſomnium Ioſeph manipulorum adorantium manipulum ſuum, famem hanc ſignificare rectè affirmat, ac per eam adorationem: *Manipulorum autem ſemnium*, ait, *denotat futuram frumenti cauſa adorationem, ſiquidem frumenti gratia in Ægyptum profecti fratres ſecundum prophetiam eum adorauerunt.* Hinc quod à principio crudum, & quaſi impoſſibile, numerum temporis Deus expendens facile effectum, immo ſuaue, ſic ſuaue, vt nec ipſi ad illam adactos ſe eſſe animaduerterent, ſic ſuauiter omnia Deo diſponente; ne ergo tu ex his edoctus animum deſpondeas, ſi quando difficilia, immo, vt tibi videntur impoſſibilia præcipiuntur, ne recalcitres: nam ſcit Deus ſic ſuauiter omnia diſponere, vt tam ſenſim ea perpetres, vt vix tu ipſammet intelligas obedientiam. Quis ergo Deus ſicut Deus noſter, ſic omnia faciens *in numero, pondere, & menſura?*

Gen. 37. num. 8.

Gen. 42. num. 6.

Theodor.

24

Gratia efficax nec rémpus expectat, nec occaſionem requirit, & quæ admirabilis in Pauli vocatione.

Quid per menſuram? iam diximus gratiam efficacem, vocationem congruam, indepédens à loco, & tempore nullo prorſus expectato, immo importuno, qua potenter vocat, efficaciſſimè attrahit, feliciſſimè ad ſcopum hominis voluntatem perducit. Vnde & ſi, vt ſup. diximus, talis vocatio ſæpè & opportunitatem expectet, & tempus deſideret, tamen, quia non eſſentialiter ab illis dependet: in aliquibus ſublimioribus vocationibus, nec occaſionem requirit, nec tempus experit, ſed ſua, qua pollet efficacitate contra occaſionem dimicans, contra tempus bellans, ſic vocat, vt infallibiliter attrahat; hoc profectò conſiderandum in magnifica, ac pereellenti illa vocatione Sauli, qui & Paulus, attende ſingula, Actor. 9. n. 1. & nullum ad vocandum tempus minus inuenies aptum, nullam magis impertinentem occaſionem; tunc vocat, quando *ſpirans minarum, & cædis*. Tunc quando non ſolum petierat, ſed acceperat epiſtolas, ex quibus onus illi incumbebat, & ad horam pertinebat proprium exequi iniũctum, eo vel maximè quando non illi ab aliis impoſitum, ſed ab ipſo petitum; tunc quando iam in executionis actu, quando ab Hieruſalem egreſſus, quando in itinere, quando res in ciuitate proclamata, quando ab omnibus rei euentus expectabatur, tunc demum quando propè Damaſcum; quales reperies nexus difficiliores, tempus magis incongruum, occaſionem amplius remotam, minúſque aptam; & tamen tunc ex leone factus eſt agnus, ex lupo ouis, ex prædone cuſtos, ex deuaſtatore componifer, & tandem ex primo perſecutore primus confeſſor, primus Apoſtolus. Quis ergo hæc audiens de ſalute deſperet, & ſi mille ſe viderit difficultatibus præpeditum, animaduertens talem Deum menſuram habere gratiæ, talem efficacem vocationem? Egregiè hoc conſiderans, Bern. ſerm. 3. in feſt. Apoſt. Petri, & Pauli ſuper illa verba eiuſdem proximè citata *ignorum primus ego ſum.* Pœnitentes animat ne nimis ob præterita excrucientur, talem videntes Dei in Paulo vocationem, talem efficacem prædeſtinationem, vnde ait: *Hoc conſolationis, & fiducia accipite fratres, vt ad Dominum iam conuerſos non nimis cruciet præteritorum conſcientia peccatorum, ſed tantum humiliet vos, ſicut & ipſum qui dicebat, ego ſum minimus Apoſtolorum: miſericordiam etiam conſecutum eſt Petrus, qui non ignorans, ſed apertos habens oculos peccauit.* Premo vltima verba, poterat equidē aliquis dicere, ideo Paulum tantam conſecutum gratiam, quia vt ipſe aiebat, *ignorans peccabat.* Ergo qui malitioſè nulla remanebit ſpes? immo maior, quia & Petrus, qui Paulo prior, non ignorans, ſed apertos habens oculos peccauit, & tamen & ſi in occaſione, & ſi inter milites, & ſi inter mortis timores vno tantum intuitu tunc ad ſe reuocauit Dominus, Luc. 22. n. 61 *Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum*, vnde rectè paulo infrà ſequens Bern. ait: *Quid enim peccaſti in ſeculo? numquid amplius Paulo; quod ſi in ipſa religione, numquid plus Petro? attamen illi toto corde pœnitentiam agentes non modo ſalutem, ſed & ſanctitatem conſecuti ſunt, & tu ergo ſacſimiliter, quoniam propter te ſcriptura eos vocat viros miſericordiæ, vtique propter multam miſericordiam, quam conſequi meruerunt.*

25

Peccator nunquam deſperet ſiue ex ignorantia ſiue ex malitia peccauit, ſiue in ſæculo, ſiue in religione.

Act. 9. num. 1.

Luc. 22. n. 61.

Bernard.

26

Quam mirabilis gratia in Matthei conuerſione.

Hæc etiam Dei excellentiſſimæ vocationis vim, non minus quidem in illa præclariſſima Matthei ſanctiſſimi relucet vocatione, dum adhuc in telonio, & non quomodolibet, ſed ſedens, &, vt ſic viſus, quod notandum Matth. 9. n. 9. *Vidit hominem ſedentem in telonio.* Quod eſt dicere, vidit immerſum aquis negotiorum ac ſuffocatum, à dæmonio tentum, ab auro attractum, à diuitiarum deſiderio occupatum totum animo, opere, corde, voluntate, affectu, cogitatione, diſcurſu in lucro; & tamen cum ſic eſſet, nil minus quàm de Chriſti ſequela cogitans vna voce, nec lucrum æſtimans, nec aurum, nec principes timens, nec damna recogitans, *ſtatim ſecutus eſt eum.* Qualis hæc vis? qualis hæc menſura vocationis; ſic ad voluntatem commenſurata hominis, vt infallibiliter eum attrahat, non coactè, ſed libenter, non vi, ſed animo, non imperiali, ſed congruentiſſima voce. Rectè Chryſoſt. hom. 31. in Matth. hoc expendens talem admirans virtutem ſic ait

Matth. 9. n. 9.

Chryſoſt.

per hoc ergo etiam manifestat vocantis virtutem, quoniam non desistentem à periculoso officio ex medijs ipsum euulsit malis, sicut & Paulum adhuc insanientem. Quem profecto sic euulsit, vt, sicut notauit Remigius, nec pericula aduertat principum ex rationibus infectis: *Humana etiam pericula*, ait, *quæ ei à principibus accidere poterant parumpendit, dum officij sui rationes imperfectas reliquit, vnde sequitur, & surgens secutus est eum, & quia terrena lucra deseruit, ideo iure factus dominicorum talentorum dispensator.* Egregiè, iure factus est dominicorum talentorum dispensator, vnde iure? habebat-ne aliquod ad Apostolatum ius, vt dicat Remigius, quod iure factus sit Apostolus, hoc est iustè? sanè, vt sic dicam quodammodo ad illum aliquod habebat ius: nam posito quod ex gratia Christus aliquem eligeret, plus quàm cæteri, ille ad ipsum ius habebat, qui tali erat constitutus animo, sic liberali ac magnanimo vt facilè lucra desereret, libentissimè diuitiarum iacturam faceret, quod & opere effecit constituta occasione, vt hinc discant, qui ad regimen alios aduocant, quales eligere debeant: nam si iure dominica talenta Mattheo tributa, quia lucra deseruit, iniustè ei tribuuntur, qui ea ad ipsa sectãda ambit, ad vos ô Reges, qui ius nominandi obtinetis Prælatos, hæc loquuntur, iniustè proponitis lucra ambientes, & simul iniustissimè vestra lucra in nominatione attendentes.

Remig

27 Matheus strictius ius ad Apostolatum habebat & quo sensu hoc.

28 Principes qui ius nominandi Prælatos obtinent quales nominare debeant.

§. II.

De pondere, numero, & mensura tribulationum.

POndus, numerum, & mensuram in Dei vocatione considerauimus; restat nunc, vt eadem aspiciamus in tribulationibus inferendis, dum sic eas clementissimus singulis infert, vt non sint vltra vires, non innaturalis, vt sic dicam, tandem, vt non vltra tempus necessarium. Prima conditio ad pondus. Secunda ad numerum. Tertia ad mensuram attinet.

Primo ergo, quod sic Deus hominem per tribulationes exercet, sic tentari permittit, vt nunquam vltra vires, est de fide, cum & si à dæmone, vel à carne sic tentari possumus, vt nullomodo vires supperant, tamen cum presto sit Dei gratia omnibus eam inuocantibus, omnibúsque datur, tam reprobis, quàm electis iuxta sacrosanctum Trid. Concil. sess. 14. Canon. 9. & sess. 6. c. 11. remanet indubitatum vltra vires nos non tentari, ob quod rectè sanctissimum anathematizauit eos Concil. qui vouentes castitatem, matrimonium contrahere posse dicebant si donum in se non agnoscebant castitatis; quia, vt ipsum ait: *Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur nos supra id quod possumus tentari.* Quæ postrema verba sumpsit ex Paulo 1. ad Corinth. 10. num. 13. qui sic: *Tentatio vos non apprehendat nisi humana, fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum vt possitis sustinere.* Verba grauia non cursim percurrenda.

29 Tentationes nunquã sunt vltra vires propositio est de fide, & quo sensu intelligenda. *Concil. Trid.*

30 Tentatio humana, & diabolica quæ.

Primò enim ait, tentatio vos non apprehendat nisi humana, imperando, iubendo, monendo, vt non sit nisi humana, quid ergo? humana vt sit tentatio in nostra est potestate? sanè, immo necessarium, vt sic viuas ne alia tibi circumueniat tentatio inhumana, immo & diabolica; duæ enim cum sint tentationes, altera humana, altera diabolica, vt in diabolicam non incidas, necesse, vt te non apprehendat nisi humana; attende me, sic multa, sic propemodum infinita sunt, quæ nos circumstant tentamenta, vt vix sancti eripiantur, vt aliquando in ea non incidant; quia, vt rectè D. Th. in ea Pauli verba: *qui se existimat stare videat ne cadat.* Quæ ad ista de qua agimus immediatè proponuntur, sic multa affirmat quæ nos circunstant ad malúmque impellunt, vt semper cum timore standum, quas enumerans, sic ait: *Quæ ad casum impellunt nos sunt, primo debilitas virium sicut cadunt pueri, decrepiti, infirmi, quod contingit per tepiditatem bene operandi, & instabilitatem. Secundo, onus peccatorum, sicut cadunt asini sub onere nimio, quod cõtingit per negligentiam pœnitendi. Tertio, multitudo trahentium, sicut arbor, vel domus multis trahentibus deorsum cadit super eodem, quod contingit per impulsum hostium. Quarto, lubricitas viarum sicut incauti cadunt in lubrico, quod contingit per incautam custodiam sensuum. Quinto varietas offendiculorum, sicut auis capta in medio laqueorum, quod contingit per corruptionem creaturarum. Sexto, ignorantia agendorum, sicut cæci cadunt de facili, quod contingit per negligentiam addiscendi necessaria. Septimo exempla cadentium, sicut Angeli ad exemplum Luciferi, quod contingit per imitationem malorum. Octauo ponderositas corporum, sicut lapis in collo natantis, quod contingit per carnis fomentum superfluum.* Quis ergo & si stet, ab his omnibus liber existere potest dum in hac vita? Pondera singula, si tepiditatem bene operandi effugis, non effugies negligentiam pœnitendi, si hanc, forsitan non hostium impetus, si hos, per sensus proprios decipieris, quod si eos superes, non poteris corruptionem creaturarum, cum quibus viuis, & si has, ignorantia te vincet, tandem si ex omnibus his victor existes, aut societas malorum, aut nimius carnis luxus te cinget, capiet, illaqueabit. Nullus ergo quantalibet sit præditus sanctitate, quantalibet polleat eminentia virtutis effugiet, hinc & si iusti, dum vndique tantis impetiuntur, faciliter in leuia, licet non in magna cadunt, vt rectè Trident. vbi sup. sess. 6. c. 11. dum ait: *licet in hac mortali vita quantumcunque sancti, & iusti in leuia saltem, & quotidiana, quæ & venialia dicuntur peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti: nam iustorum illa vox est, & humilis, & verax, dimitte nobis debita nostra.* Ergo ordinariè loquendo impossibile vt non tentemur, immo & quod aliquando, culpabiliter non cadamus, quid ergo nunc consulit Apostolus? sanè illud, vt & si tentemur, efficiamus tentationem esse humanam, non diabolicam, quod in nostra est potestate gratia ita Dei adiuti, vt scilicet sic vt sanctus ait Remigius, non foras in opus exeat, sed intus in corde extinguatur; vnde secundum sanctum illa humana dicitur tentatio, quæ intus consumitur, illa diabolica quæ foris in opus exit: *Tentatio humana est*, ait Sanctus, *malum cogitare, & in corde tentationes multas perpeti,*

S. Thom.

31 Tentationes huius vitæ propemodum infinitæ.

Concil. Trid.

S. Remig.

Digitized by Google

diabolica vero tentatio eſt certamine tentationis in opere ſuperari,& malum perficere,concupiſcere mulierem humana tentatio eſt, adulterium vero, fine fornicationem perpetrare diabolicum eſt. Egregiè, dum intus tentor, & non ſic, ac par eſt reſiſto, ſed ex ſurreptione aliqua peccati labe inficior,humana fuit illa tentatio,& humaniter me apprehendit, hoc eſt leuiter cecidi, facilius reſurgam,vt quando negligens,& ſupinus tentationem intus fouens in fœtum foras prorumpo, ex humana tentatione tranſeo in diabolicam, cuius ratio, quia prius intus mea culpa feci,vt caſus non eſſet humanus, ſed grauis, hinc & merui,vt ſubtracta Dei gratia efficaci quam iuſtè demerui,ſub tentatione ſuccumbam,quid ex hoc?illud quod & ſæpè in 1. to. hom. 10. 19. & 57. cogitationibus malis in principio reſiſtendum, ne dum fotæ intus ex humanis fiant diabolicæ. Hinc patet quàm altè præcipit Apoſtolus vt tentatio nos non apprehendat,niſi humana,ſciens,quod quaſi ex conſequenti ſi illud præſtabimus,Deum fidelem,non paſſurum nos tentari vltra vires,ac in diabolicas incidere tentationes, tu fortiter minora cauiſti, & Deus à maioribus te præſeruabit. Hinc ſibi imputent, qui cadunt dum ex tentatione intus humana non reſiſtendo, neque expellendo, ſed negligenter fouendo fecerunt diabolicam.

32 Tentatio humana,vt fit diabolica.

At ſi dicta ſint veriſſima,alirer etiam Ly *humana* intelligi poteſt cum ſancto Thoma proprius ad rem de qua agimus, nempè de tribulatione exterioris boni, & tunc exhortatur nos Apoſtolus,vt ait ſanctus, vt nulla alia nos tentatio apprehendat,hoc eſt poſſideat,teneat,amplectatur niſi humana, ſcilicet *tribulationum præſentium propter Chriſtum tolerantia*: Nam vt ait Auguſt.in quæſt.vet.& noui Teſtamenti q. 99. *propter Chriſtum pati humana tentatio eſt.* Et hoc modo certiſſimum etiam,ſic tribulationum pondus Deum librare,vt nunquam vires excedat,nunquam ſuperet,quod pulcherrimo illuſtrat Ephrem exemplo tract. de patientia, ſic eloquens: *Nouit quippè ipſe quantam ſubire poſſit probationem,atque tentationem anima, & tantam quoque permittit.* Et paulo poſt: *Si enim homines exiguo intellectu,ac mente præditi,probare, & diſcernere norunt,quantum pondus atque onera ſingula ferre queant animalia,tantúmque addunt oneris,quantum vires animalis tolerant;quod ſi in rebus corruptibilibus,& apparentibus ,tanta conſideratione, atq; cogitatione præditi ſunt homines, quanto magis Deus,qui incomprehenſibilis eſt, & intellectu,totuſque ſapientia plenus,nouit quantis probationibus, atque tribulationibus, tentationibuſque indigeant anima ipſi placere volentes, vitámque æternam conſequi deſiderantes.* Egregiè, in qua ſententia verba illa premenda: *quod ſi in rebus corruptibilibus.* Argumẽtũ enim eſt à minori ad maius efficaciſſimum; homo enim, ne animal perdat vile, & caducum, & ſi ſatis ad ſuum conduceret profectum vltra vires eum onerare,& vellet nollet,fuſtibus, plagis ad portandum cogere,ſuum tantum aſpiciẽs lucrum, tamen, quia animal ſuum,ideo eius miſertus, nõ mortem,aut nimiam eius vult laſſitudinem, ſed moderatam,viribúſque æquam, ſic,vt ſi ſub onere laxetur,nõ tamen nimis,& ſi portet,non tamen ſuccumbat; & hoc Deo non dabimus reſpectu hominis,non animal irrationale, ſed mente præditum, animal inquam ſuum quod deſtinauit ad gloriam,præparauit ad beatitudinem,quid dicam?crudele, inhumanum, ferinũ hoc eſt cogitare; vnde inhumani, beſtiæ feræ hæretici hoc aſſerentes, hoc pronuntiantes, vt ſunt Lutherani, dum impoſſibilia, & vltra vires Deum præcipere autumant & onus eius ſanctum non eſſe leue, ſed toleratu duriſſimum.

33 Tentatio humana eſt tolerantia tribulationum propter Chriſtum. *Auguſt.*

S. Ephrẽ.

Quid ergo? parum certè (ſalua ſua pace) dixit ſanctiſſimus Ephrem homines tantum adducés onera animalium penſitantes.vt non ſint vltra vires,cum & ipſemet Deus altiſſimus,quia noſtra ea conſiderat, viréſque eorum librans, & requiem eis prouidit,& ſolamen;pro illis etiam diem ſabathi conſtituens ne nimis laxarentur, ac deficerent,Exod.23.n.12. *ſex diebus operaberis,ſeptima die ceſſabis*, cur? *vt requieſcat bos, & aſinus tuus,& refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena.* Vbi Lippom.in Caten.. *Cum multæ ſint cauſæ inſtitutionis Sabathi,illa tamen hic recenſetur,vt familia,& iumenta noſtra habeant alternam quietem à laboribus ſuis.* O Dei infinita prouidentia, ſummaque in ponderibus librando aduertentia!vt inter alias inſtitutionis Sabathi cauſas vna,ne bos,ne aſinus nimis defatigetur, requiémq; obtineat, ne feſſus viribus deficiat, & licet ſacroſanctum illum conſtituerit diem ad ſui laudem, & vt ab operibus vacantes homines, totl in eam gratiarúmque actionem reſoluerentur,tamen & cum ſua laude,& prouentum iunxit animalium, ſumma, infima proſpiciens à fine vſque ad finem attingẽs,qualis hæc ponderis menſura? quis impius audebit vltra dicere impoſſibilia, & vltra vires Deũ imponere,dum ne animalia plus æquo defatigentur, & Sabathum inſtituit? quod expendens idem author rectè concludit ex hac redargui lege *crudeles illos Dominos*, vt ipſe ait, *qui diebus feſtis magis opprimunt,& excruciant ſernos,nec eis vel parum quid temporis vt diuinis interſint impendere volunt.* Ingrati pluſquam dici poſſit in hoc, dum Deus ſanctiſſimus,ne animalia eorum perirent voluit,& Sabathum inſtituere,& ipſi,ne Deus laudetur Sabathum violant, plus lucra quàm Dei facientes laudem, non vires æſtimantes, ſed lucra plus ſeruis,& ancillis, immo & iumentis onera imponentes quàm poſſunt.

Exod. 23. *n.* 12.

35 Dei prouidentia in menſurandis oneribus vſque ad beſtias ſe extendit.

36 Hominum crudelitas in diebus feſtis ſeruos grauãtium.

At non ſic Deus, qui & ſi potentior ſit dæmone,cum quo bellum homo gerit,ſic eius vires attemperat,ac moderatur,vt inermem conſtituens,non totum quod poteſt agere eum finit, nõ gladium arripere quando vult,Numer. 22. n. 23. *Vtinam haberem gladium, vt te percuterem*,dixit Philo,*gratia maxima conditori*, ait, *qui ſciens impudentiæ rabiem,non dedit tanquam furenti gladium,ne quoſque obuios maligna clade interficeret.* Preme illud *impudentiæ rabiem.* Impudentiſsimus eſt dæmon, nil veretur, nec locum,nec tempus, nec perſonam,in Angelorum præſentia, in choro,quid?in altari, in oratione, in pſalmodia, tandem in diuiniſſima ſancti ſacrificij oblatione impudentiſſimè nos moleſtat, flagellat, impetit rabie, quid ſi gladium haberet? hoc eſt ſupremam, liberámque poteſtatem, nonne omnes perirent? vnde rectè Auguſt. in Pſal. 61. circa finem: *qui dat diabolo, ait, tentandi licentiam, ipſe*

37 Deus dæmonem coërcet ne vltra vires tenter. *Num* 22. *n.* 23. *Philo.*

Auguſt.

54 Deus nunquam vltra vires gravat,vt perfide aliqui aſſeuerant hæretici.

Digitized by Google

dat tentatis misericordiam. Vt non vltra vires tententur, & ne in lucta deficiant, humilitatem eis tribuens, qua ad se auxilium aduocant diuinum; vnde in percussione asinæ adnoto non ante Angelum Balamum reprehendisse, atque ab asinæ percussione cohibuisse, quàm ista ante pedes eius caderet, videns enim Angelum euaginato gladio, ab illo diuertens *ibat per agrum*, veluti flagellum Dei fugiens; at incidit in hominis, potenter eam verberante Balamo; sed iterum Angelus in angustiis viarum subsistens, cum ipsa, & cum etiam declinare vellet parieti se iungens, denuo potentissimè verberata, tandem iterum ad angustiores refugiens semitas Angelus, cum nulla declinationis amplius esset spes, *concidit sub pedibus sedentis.* Tunc & os eius apertum, & Angelus ad Balamum: *cur tertiò verberas asinam tuam?* Cadentis iam sub onere protectionem sumens, increpans percussorem, flagellum eripiens; sic profecto si tribulationes à Deo inflictas, superbè declinare intentabimus, per agros, hoc est per spatiosa mundi vagantes in maiores incidemus, in viarum angustiis sic nos Deus adiget, vt effugere omnino non possimus donec ad pedes eius lapsi, humiliter flagellum accipientes, tunc leuabit, succurret, os ad orandum aperiet, ipse pro nobis respondebit; è contra vero, quando superbimus sub onere, in fornace, hoc est in igne tribulationis crepabimus, vt egregiè August. relatus à D. Thom. in c. 10. epist. ad Corinth. vbi sup. *Illis enim*, ait, *non crepant in fornace, qui non habent ventum superbiæ* Pulchrè, vas plenum non crepat in igne, vacuum crepat; vnde, quia vento plenum non dum igni obsistit, non igni, sed sibi officit crepando: sic superbia in tribulato, dum impatienter fert, at superbè, non Deum, sed se damnat, dum in tribulatione succumbens crepat; quod etiam doctrinaliter sanctissimus dixit Dorotheus serm. 13. qui est de quiete, pulchro illustrans natantis exemplo. *Porro nonnulli sunt*, ait, *qui necessitate aliqua correpti natant, & si quidem periti sunt, cum venientem ad se vndam viderint, molliter se submittunt aquis, & inclinant, donec vnda pertranseat, & hoc modo relinquuntur illæsi; quod si irruenti vndæ ire obuiam velint, & obsistere, procul dubio longius repellerentur, & quasi iaculum retorquerentur, quod similiter euenit replicatis vndis, nil efficientes, nisi quod vi vndarum frangerentur: idem & in tentationibus contingere solet, si enim quis humili, ac patienti animo tentationem pertulerit, absque alio eius nocumento & lasione eam pertransibit. si verò angi, tristari, affligi, atque hunc & illum accusare perstiterit, seipsum cruciat, ac ladit, & grauiorem ipsam tentationem reddit.* Nil verius, grauiorem eam reddunt, &, quod grauius, fructum perdentes, dum laborem augent; quod, vt hoc interim dicam, quæ dementia eas tolerare, & earum fructus perdere, vnde hos rectè comparat Bernardus in Apolog. ad Guilielm. Abbat. Cireneo Christi crucem ferenti, quem angariauerunt, vt portaret; portabat, sed inuoluntariè, portabat, sed superbè, non Christum sequens, sed insequens: *Væ*, ait Bernard. *portantibus crucem Christi, & non sequentibus Christum qui nimirum eius passionibus participant, humilitatem sectari negligunt, væ istis crucem portantibus non sicut Saluator suam, sed sicut ille Cirenæus alienam.* Cur istis væ? quia ferunt crucem, sed non crucis fructum, & hoc non aliundè, nisi, quia humilitatem in illa sectari negligunt, quod miserrimum, sicut quidam ex prophanis ponderat.

Vt faciamus idem, nec mereamur idem.

Sed ad nostra: ensem ergo Balamo Deus abstulit, ne rabie asinam occideret, nunquid non & à diabolo potestatem, ne nos vltra vires opprimat? si de iumentis tanta cura, nunquid de hominibus apud prouidentissimum illum incuria Dominum? vltra vires ergo Deus tribulationes non immittit, pondus earum librans, pendens, ad scrupulos, vt sic dicam, pensitans, sic, vt non solum, ne vltra, sed, vt infrà sint vires.

At non solùm eas ponderat, sed numerat, vt non aliæ, quàm cuique propriæ, quam conducibiles ad salutem. Quod quidem sic firmiter animo inhærere debet nostro, vti quod Deus sit sapientissimus, nihil prorsus ignorans, nostrique amantissimus, plus de illo quam de quolibet nostro fidentes amicissimo. Pulchrè sanctus Dorotheus vbi sup. post traditam doctrinam, nempè nos quidquid Deus nobiscum agit, pro nostro cõmodo firmiter cogitare debere quod agat; *vbi est Dei prouidentia*, inquit, *omnino bonum sibi adest, & ad vtilitatem animæ fiũt omnia, quidquid enim agit Deus, pro vtilitate, & commodo nostro agit, cum vehementer nos diligat, parcat nobis, & misereatur nostri.* Sapienter hanc confirmans doctrinam exemplo amici pro amico depereuntis: addit, aliquid amplius nos Deo concedere debere, quam amico: nam iste licet amet, ex ignorantia tamen nos perdere potest, ac inconuenientia nobis procurare, non sic Deus: *Et in amico quidem cogitari possunt quædã, nempè quod amans me, & parcens mihi fecerit hæc omnia, non tamen omnem habet prudentiam vt res meas disponere, ac gubernare, modo quo decet, intelligat, propterea nolens fortasse, me læsit: in Deo vero hæc dici nullatenus possunt; ipse enim fons est, & origo sapientiæ, & probè nouit quæ conducere nobis possunt, administratque omnia, ac moderatur vsq; ad extrema nouissima, ac minutissima quæque.* Egregiè, vbi vltima recogitanda verba, sic Deus minutissima quæque considerat, quæ ad profectum meum conducere possunt, vt nil relinquat, & si minutissimum, & si vile, & si nullius considerationis, plus in hoc nobis tribuens quã nos ipsi desiderare possumus, aut petimus.

Enimverò Teuchitis illa 2. Reg. 14. n. 7. viram tantummodo filij à Rege expectabat: *Quærunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est, vt non superfit viro meo nomen, & reliquia super terram.* Occiderat iste fratrem, ad mortem iuxta legem experiebatur à parentibus, vitam tãtum postulabat, non vero omnimodis pœnæ indulgentiã; at quid Rex? *Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te.* Cui sagax mulier: *recordetur Rex Domini Dei sui*: cui Dauid: *Viuit Dominus quod non cadet de capillis filij tui super terram.* Plus hic indulget Dauid, quam illa expetierat, illa vitam tantum, Dauid & capillos; vnde tanta de mortis digno prouidentia? dicam, quia Domini recordatus, & ad Dei instar, qui & capillos numerat mortis dignorum, gratia tantum sua saluandorum; hinc Christus Matth. 10. nu. 30. *Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.* Vbi rectè Hieron. *Inumĩsans Dei erga homines ostendit prouidentiam, & ineffabilem significat affectum,*

38 Humilitas necessaria ne tentationi succumbamus.

Idem.

39 Superbia in tribulatione hominẽ disrumpit, & perdit.

Dorath.

40 Tentationes quomodo tolerandæ.

Bernard.

41 Insania eorum, qui crucẽ portant sine fructu.

42 Deus nullas alias tentationes permittit, nisi quæ conducibiles ad salutem. *S. Doret.*

43 Illi fidere debemus ficuti amico, & amplius, & hoc rectitudo.

44 Plus denobis curat, quàm petimus.

Matth. 10. *n.* 30

45 Capillos numeratos habet.

quod nihil noſtrorum Deum lateat. Hinc aduertenter Scriptura illud adnotat in admiratio-
Daniel.3. n.94. nem Daniel.3. n.94. Satrapis, Magiſtratibus, & Iudicibus extitiſſe, ignem ſcilicet non tantum putrorum corpora non combuſſiſſe, ſed *quod & capillus capitis eorum non eſſet combuſtus.* Dignè ſummam Dei in ſuos admirantes prouidentiam, qui, & ſi in fornacem ſuos immittat, ſi totam fremere in eos malitiam, ac potentiam ſinit humanam; ſic hoc agit, vt capillos numeratos habeat eorum, ſic, vt nec in illos tantillam habeant poteſtatem, ſic, vt ne vnus eorum pereat; quod cum ſit, quis tribulationes neget non ad ſalutem Deum cuilibet mittere proprias cuiuſque? cum ille ſit Dei mos, vt non prius tentet, ac magnas alicui immittat tribulationes, quam experimentum illius habeat probationis, & quod animi eius celſitudinis, virtutis, magnitudinis, immo & naturalis conuenientiæ propriæ non ſint; vnde ſicut ſupra ex Bernard. diximus, dęmonem quemlibet tentare ſecundum cuiuſlibet inclinationem, & paſſionem; ſic etiam Deus illas cuilibet immittit tribulationes, quas iuxta naturalẽ propenſionem fortius ſuſtinere poſſit. Dauid natura viuaciſſimus, viribus præſtans, animo ſtrenuo cum leonibus voluit, vt bellum gereret; en prouidentia, quia reſpectu eius animi naturæ, ac propenſioni ſic leue illi illud bellũ, ac ſi eſſet luſus. Vnde Sidrach
Eccle.47. n.3. Eccleſ. 47. n. 3. *Cum leonibus luſit quaſi cum agnis.* Iacob luctam præparauit, non arma, non bellica cum Angelo inſtrumenta, tentationem ei immittens illi ſaris proportionatam, ac naturæ valde accommodatam, dum
Geneſ.25. n.22. adhuc in vtero vir extitit luctator, Geneſ. 25. n.22. *Sed collidebantur in vtero eius paruuli,* hoc eſt Iacob, & Eſau.

Hinc & ſi Deus, ac dæmon nos tentent, ambo ſecundum propenſionem, tamen vario fine,
Ambr. vt rectè Ambroſ l.1. de Abraham c.8. *Aliter Deus tentat,* ait, *aliter diabolus, diabolus tentat, vt ſubruat, Deus tentat, vt coronet;* Hinc ille humani generis cruentus hoſtis, quia noſtram intentat ruinam, ſic nos tentat, vt nullum congruum nobis expetat tempus, nullam nobis aptam occaſionem, & ſic tunc maximè quando amplius inhabiles, quando ad reſiſtendum minus idonei; at è cõtra Deus prius probat, vires librat, noſtri naturalis qualitatem penſitat, & iuxta proportionem, ac, vt ſic dicam præparationem tentat, Geneſ. 22. n. 1.
Gen.22. n.1. *Et factum eſt poſt hæc verba tentauit Deus Abraham.* Quid illud *poſt hæc verba?* ſanè poſt exitum de terra, poſt patris domum derelictionem, poſt bellum pro fratre ſuſceptum, poſt victoriam, poſt admirabilem fidem in filij cõceptione, poſt hæc tẽtauit, vt tantis prius virtutibus natura imbuta, ſicque probatus eam ipſe immitteret tentationem, quæ ſummẽ cõgruens vnde coronaretur, non dilaberetur; vnde præmium non pœnã hauriret. Pulchrè
Ambr. Pſal.118. hoc Ambroſ. vbi ſup. *Probatus ſibi,* ait, *Deus tentat.* vnde Dauid Pſal. 118. *Proba me Deus & tenta me, & ſanctum Abraham probauit ante, & ſic tentauit, ne ſi ante tentaret quàm probaſſet, grauaret.* Egregiè, prius experimentis probauit, an conueniens viribus, & naturæ tentatio, ne ſi ante tentaret, quàm probaret, tentatio non leuamen, ſed grauamen fuiſſet, hinc, vt ait Sanctus, *Probatum quaſi fortiorem tẽtandum putauit maioribus, & quibuſdam imperitis durioribus.* Egregiè, probatum in minoribus, tentat Deus in maioribus, quid eſt tentare? ſanè expetimentum ſumere; hoc autem ſi attendis tam ex veris, quàm ex fictis ſumitur; milites ſæpe tam vero, quàm ficto armorum rumore tentantur; immo multoties vigilans imperatoris animus, ad ſuorum experimẽtum falſos excitat rumores, fictè ad arma aduocat milites, & altè perſtrepunt bucinnæ nullo aduentante hoſte; cur hoc? ad experiendum ſanè militum animos, hinc eos tentat: ſic Deus minimis veris nos probat, ac tentat maioribus fictis, magnam ſi: gitt tribulationem, paruam immittens, animo, ac voluntate tantum in magnis contentus; executione in paruis; vnde egregiè vbi ſup Ambroſ. *Et hoc quidem exemplo docemur, quia veris probatur quis, tentatur autem compoſitis, & fictis;* En tibi Abraham, in minoribus probatus, in magnis tentatus, in minoribus verè, in magnis fictè, verè peregrinatus, verè pugnauit, verè in ſterilitate credidit; at minima hæc, ſi cum ſacrificio compares filij vnigeniti, dilecti, in ſenectute geniti, ex miraculoſo dono habiti; ac ibi probatus, hic tantum tentatus, ibi verè, hic fictè; *Non enim volebat,* ait Sanctus, *immolari à patre filium, nec impleri hoc munus volebat, qui arietem pro filio immolandum obtulit; ſed tentabat affectum patris, ſi Dei præcepta præferret filio, ſi paterna pietatis contemplatione vim deuotionis inflecteret.* Egregiè, tentabat dilectionem, de illo experimẽtum ſumere volebat in magnis, fictè tamen, qui verè in paruis fidelitatẽ probauerat, ad doctrinam noſtram, vt magnis accedentibus tribulationum rumoribus, ne deſpondeamus, non ante Deus illas immittet quàm probati, quàm apti ad illam, ſic, vt ſecundũ noſtram ſint naturam. Abraham prius probatur in amore domus, terræ, patris, minora hæc, eleuatur poſt hæc ad maiora, ad filij amoris probationem, iam tunc quando animus aſſuetus, quando miles veteranus in mortificationis palæſtra verſatus; hinc victor exiſtens, à Deo proclamatus.

Hinc quidem vnum elrcere debemus, ſic Deo fidere, vt ne qualitatem eligamus tribulationis, ſeu tentationis, aliam ineptè reputantes ad noſtram conducibiliorem ſalutem quaſi pluſquam Deus ſapientes, illam noſtro regere appetentes, non diuino iudicio; vnde rectè Auguſt. lib.20. Confeſſionum, c.16. *Optimus miniſter tuus eſt,* ait, *qui non magis intuetur hoc à te audire, quod ipſe voluerit, ſed potius hoc velle, quod à te audierit.* Pulchrè, non Dei ad noſtram attrahere voluntatem debemus, ſed noſtram ad Deum; hinc non ab illo audire quæ velimus, ſed potius hoc velle, quod ab illo audimus: en tibi Abraham, ſacrificium illi præcipitur vnici, nunquid reclamans ipſe cõmutationem petit hoſtiæ? immo filio expoſtulanti de victima, intrepidè reſpondit: *Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti fili mi,* non ego, ſed Deus, ipſe mihi filium, non ego ei proponam arietem, volo quod ab ipſo audio, nolo ab ipſo audire quod ego volo. Vnde beatus
S. Hilar. Hilar. Abbas c.29. de oratione: *Non ores, vt*

46. Deus illas tentationes permittit cuilibet, quæ ſecũdũ eius conditionem facilius tolerantur.

47. Antequam tentet, ne periculum faciat.

48. Experiẽtiã ſumit in minimis tribulationibus contentus tantum in magnis probaſſe animum.

49. Illi nos relinquere debemus nullo modo qualitatem eligendo tentationis. *Auguſt.*

50. Illud ſacrificium Deo offerre debemus, quod ipſe vult, non quod nos volumus.

ſiant quæ fieri velis, ſed potius ora, ſicut orare didiciſti, vt fiat voluntas Dei in me, cum ſi tu eligis, & non Deus, tu tibi non Deus auxilium præſtare debeas, tu tibi patientiam; hinc tuæ ruinæ, tui caſus; Oranti Gertrudi, vt narrat Bloſ.c.10. monil. ſpiritualis, & Tilman. Brendebrachius lib.8.collat.c.29. pro vna quæ impatienter in tribulatione & in infirmitate degens corporali aliâ à Deo expoſtulabat, quaſi illa non ad vitam eſſet conducibilis æternam, nec ſuæ conueniens ſaluti, ſic Chriſtus reſpõdit; *Dicas ei quod quia impoſſibile ad cælum ſine tribulatione peruenire, eligat quam vult, & quæ conducibiliores indicat, & cum venerint patientiam præſtet.* Ex modo vero, quo Chriſtus illa, ſatis ſancta intelligens quàm ineptè, ac quam contra noſtruma gimus commodum, quando nos eligimus, & Deo nos noſtráque non remittimus, qui non ſolum; vt diximus, in tribulationibus vires penſitat, pondúſque librat earum, ſed etiam qualitatem, hoc eſt numerum, vt ſint æquæ, ac noſtræ conformes naturæ.

Bloſius. Brendebrach.

51. Deus ſic tẽpus metitur tribulationis, tentationiſque vt non amplius duret quam expediens ſit.

Nec minus earum penſitat menſuram, vt ſcilicet non vltrà durent, quam expediens, quam neceſſarium, ſiue ad pœnam delendam, ſiue ad meritum augendum, ſiue ad Dei gloriam, ſiue tandem ad animam cuſtodiendam. Enimuerò ſi attendas, & ſi Deus permiſit pueros Danielis in fornacem immitti, equidem non plus in ea extiterunt, quàm neceſſarium ad Dei gloriam, ad confuſionem gentilium, ad eorum coronam. Vnde notanter Script. ait Daniel, c.3. n.91. *Tunc acceſſit Nabuchodonoſor ad oſtium fornacis & ait, ſerui Dei excelſi egredimini*; quando tunc? ſanè quando rex obſtupuit, quando properè ſurrexit, quando optimates, non ſolum ipſe miraculum agnouerunt, tandem quando, *ſpeciem quarti vidit ſimilem filio Dei*, tunc exierunt viri illi, quia iam tanquam vaſa bene excocta non amplius neceſſe, vt in fornace ſiſterent; quod egregiè cõfirmat ſimili exemplo ſanctus Ephrem tractatu de patientia, vbi ſic: *Figulus vaſa formans, niſi in fornacem ea immiſerit, vt igne probata ſolida, ac dura reddantur, humanis vſibus ſeruire nequeunt: nonis autem quanto tempore oporteat in igne relinquere donec vtilia efficiantur, neque contra vltra quam ſit opus ea in fornace relinquit, ne adducta corrumpantur, neque viciſſim ea minus in fornace relinquit quam neceſſe ſit, ne diſſoluantur, neminique ſint vſui.* Singula notanda, & præcipuè illa quæ ad nos attinent, nempe ſic Deum in fornace tribulationis homines detinere, vt non vltra in ea, quàm opus, ne adurantur, nec minus, ne diſſoluantur: profectò non plus in tribulationis igne Iobum ſuſtinuit, ac eius virtus teſtata, probata, Deique conſecuta gloria, *Operarius ille virtutis Dei*, ait Tertul. lib. 6. de patient. c.14. *remiſis omnibus iaculis tentationum, lurica, clypeóque patientiæ, & integritatem mox corporis à Deo recuperauit, & quæ amiſerat reduplicata poſſedit.* Notandum illud *mox* concocti ad pondus, ſtatim eripuit, ne adureretur, & aduſtus, vt ait Ephrem, corrumperetur: in quibus verbis illud adnotandum Deum tunc à fornace abſtrahere hominem, quando comburi ſic incipit, vt aduratur, & corrumpatur.

Daniel.3. n.91.

S. Ephrẽ.

52. Iob nõ plus in tentatione quàm opus.

Tertul.

Ex quo apertè ſequitur, quod ſi non ſic aduritur, vt corrumpatur, non illum extrahit, ſed mitigato igne in fornace detinet, tamen ſine aduſtione, percipe me.

Duo enim tempora ſunt tribulationis, ſiue duo tribulationis ſtatus, alter in principio, alter in fine; at ſæpè cum hac differentia, vt in principio intus, & foris tribulamur, ſpiritu, & corpore, anima, & carne; *Cum iniſſemus in Macedoniam*, ait Paul. 2. Corinth. c.7. n.5. *nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationem paſſi ſumus, foris pugnæ, intus timores*, hoc eſt, vt ſanctus ait Thom. *Extra me ipſũ, & intus in corde*; at ſub finem & ſi foras vrimur, tamen intus rore perfundimur; vnde, & ſi in fornace temperato ardore nõ adurimur. En tibi Iob ſanctiſſimus in exemplum, quem ſi in principio aſpicis intus, & foris in fornace reperies, corpore in diris plagis, anima in profunda exiſtente triſtitia, quod ſatis indicant triſtiſſimæ eius querelæ; at ſub finem, poſt deiectum diabolum, poſt coronam adeptam, nõ ſtatim ſanum ex infirmitate reperies, ſed poſt ſolatium amicorum, poſt conuiuium celebratum, poſt collatam ſtipem, at ſic, vt ex interni animi conſolatione, ex Dei fauore, ex lætitia concepta, & ſi foris in fornace, intus animo totus in fruitione, non iam, vt prius ex animi triſtitia fronte rugata, ſed ſerena facie, oculis lætis, ore placido, riſu benigno. Quod egregiè obſeruauit Tertul. lib. de patientia, c.15 ſic eius ſtatum deſcribens: *Vultum illi tranquillum, & placidum, frons pura, nulla mœroris, aut iræ rugoſitate contracta, remiſſa æquè in lætum modum ſupercilia, oculis humilitate, non infelicitate dejectis, os taciturnitatis honore ſignatum, color qualis ſecuris, & innoxiis, motus frequens capitis in diabolum, & minarum riſus, caterum amictus circum pectora candidus, & corpori impreſſus, vt qui nec inflatur, nec inquietatur, ſedet enim in throno ſpiritus eius mitiſſimi, & manſuetiſſimi, qui non turbine glomeratur, non nubilatur, ſed eſt tenera ſerenitatis, apertus, & ſimplex.* Egregiè, qui ſtatus profectò non in principio, ſed in vltimo tribulationis, & nondum expletæ. Quod etiam ex Tertul. obſeruauit Pineda in c.42. Iob, in quibus Tertul. verbis illa pendenda. *Sedet enim in throno ſpiritus eius mitiſſimi.* In principio dum & ſpiritus agitatus, & ſimul ventilatus, tribulatio non thronus, ſed flamma, ſed æſtus, ſed ignis; at poſt quando virtute patientiæ manſueſcit, ac mitеſcit, thronus fit, in quo tãquam Rex patiens ſedit tenera ſerenitate, apertus & ſimplex, ſic vt ſi fortè omnino à fornace eum Deus extrahat non lætitiam, ſed dolorem ſentiat; ſic ſanctiſſimus ille iuuenis Theodorus apud Theodoret lib.4. hiſt. Eccleſ c.20. in patibulo ſuſpẽſus, loris laceratus, teſtis acutis perfoſſus, rogatus à quibuſdam; *Ecquid doloris acerba illa, & crudelia tormenta paſſus ſenſiſſet* reſpondit, *ſe initio aliquantum doloris ſenſiſſe, ac poſtea ei apparuiſſe quendam, qui linteo molli, & frigido faciem ſudore manantem continenter tergebat, iubebátque bono animo eſſe, & propterea cum carnifices ab eo cruciando ceſſarent, ſe non voluptatem, ſed afflictionem ideo ſenſiſſe, quod is qui eius lenaſſet cruciatum vna diſceſſerat.* Ex quo & veritatem hauris doctrinæ, & ſimul cauſam,

53. Tentationis duo tẽpora, & quæ inter illa differẽtia.

2. ad Cor. c.2.n.5. S. Thom.

54. Tribulatio in fine thronus, & pax.

Pineda.

55. Triſtantur ſancti quãdo omnino tollitur.

Theodoret.

delent si à fornace extrahuntur: nam dum in illa quartus adest Dei filio similis ex cuius comitatu plus gaudij, quam ex igne mœroris percipiunt.

56. Sancti sic à tribulatione animantur, vt plus nolle sint ne pati velint quam prius tentati permitterent.

Hinc taliter animari sit, vt strictior necesse, quod Dei adsit obedientia in fine, vt amplius patiantur, quàm in principio, vt paterentur; quod in illa admirabili obseruandum Abrahami tentatione, dum in fine, ne vltra procederet non iussio tantum necessaria vti ad immolationem, sed clamor. nõ solum imperium ne immolaret, sed ne faceret quidquam, Angelus enim Domini clamauit de cælo dicens; *Abraham, Abraham non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam*, Genes. 22. n 11. ad quid nunc clamat dum prius tantum iusserat? cur ne quidquam faciat, dum extensionem prohibebat dexteræ? sanè vt egregiè Augustin. in sermonibus de tempore apud Lippoman. in caten. ad hunc Genes. locum deuotionem, feruoremque Abrahæ timens pro Deo immolãdi, vt & clamor necessarius, & insuper præceptum non solum non occidendi, sed nec cremãdi; *Qui iusserat, vt feriret, modo vociferatur vt parceret, sciebat enim probatum patrem, & in deuotione feruentẽ, gladium temperat, & filium iubet non perire, sed nec cremare.* Egregiè, ad feruorem Abrahami, ad desiderium filij pro Deo immolandi, non solum necessaria iussio, ne occidat, sicut mandatum, vt interficiat, sed, ne faciat quidquam, forsitan ex deuotione feriret, sanguinem eliceret, & si non occideret, hinc Dei clamor, plus insistens in amotione, quam in accessione tribulationis, vnde clamauit quasi vim inferens dexteræ, quasi gladium tenens, vnde Ambros. lib. 1. de Abraham: *Tenuit quodammodo*, ait, *manum eius diuina vox, & illum vibrantis occupauit dexteræ; non semel tantum vocauit, sed geminatione vsus est, vt superetur impetus iusti, repetitæ vocem tanquam veritus, ne præueniretur studio deuotionis, & una vox impetum feriẽtis reuocare non posset.* Ergo nunc, & si in fornace Abrahã. & si probatus, tamen non adustus, & tunc ex fornace omnino extraxit, quãdo, vt sanctus ait Ephrem, tempus erat opportunum. Quod obseruandum in illis Dei verbis ad ipsum, *nunc cognoui quod times Deũ*; ergo tunc extraxit, non ante, nec post, quando cognouit sic, vt amplius ad perfectã agnitionem aliquid non requireretur; cognouerat Deus prius eius fidem, cognouerat eius deuotionem, feruorem, amorem, vnum deficiebat, experientia scilicet, vt quodammodo Deus non solum speculatiuè, sed practicè etiã iusti sciret feruorem, vt excellenter illud, *Nũc cognoui*, proprius ad litteram, quàm cæteri intelligit Caietanus qui sic ait: *aut quemadmodum metaphoricè Deus tentauit Abraham, ita metaphoricè dicit, nunc cognoui, hoc est ad similitudinem me habui nunc cognoscentis experientia facti ipsius, quod timeas Deum, est enim sermo de notitia experimentali, quæ non nisi metaphoricè convenit Deo.* Hac autem accedente, cum vltra quid amplius Deus non haberet, vnde vndique iusti probata esset virtus, illico è fornace extraxit, ne combustus adureretur, non antea, ne inconcoctus nulli humano deseruiret vsui, vt sanctus ait Ephrem, cum, vt egregiè

Genes. 22. n 11.

Augustin.

57. Abrahami feruor in immolatione filij quantus.

Ambros.

58. Tunc Deus suos a tribulatione eripit, quando tempus est opportunũ.

Caiet.

59. Cur multos tentet.

A Origenes in hæc ipsa verba, nunc certum eius timorem in nobis Deum cognoscere, quando non verbis, sed factis eum timuerimus: *Sciebat Deus, & non eum latebat*, ait, *quippe qui nouit omnia antequam fiant, sed propterea hæc scripta sunt, quia & tu credidisti quidem Deo, sed nisi opera Dei expleueris, nisi in omnibus præceptis etiam difficilioribus parueris, nisi sacrificium obtuleris, & offenderis, quia nec patrem, nec matrem, nec filios præferas Deo, non agnosceris, quia timeas Deum, nec dicetur, quia nunc cognoui.* Hinc Abraham humanis deseruit vsibus, hinc nobis in exemplum, quia vas perfectum in fornace concoctum, non antea extractum, quam bene solidatum; quod equidem inde fit, quia tribulationum tempus sic scit Deus, vt momentum põderet, vt instantia animadnertat, ne plus, aut minus excedant.

Origen.

B Hinc animabus sanum consilium, vt tandẽ hoc adiiciam, ne in tribulationibus, siue spiritualibus, siue corporalibus priusquã Deus, velint ab illis eripi, cum tẽpus iustæ ipsi ignorent probationis, quod solus Deus. In qua re admirabile nobis præbuit sanctissimus Noe documentum, hic enim probatissimus vir in carcere Arcæ per annum à foris reclusus à Domino, *& induxit eum Dominus à foris*, Genes. 7. n. 17. siue, vt vult Chrysost. ad eius mitigandum dolorem, ne generis humani perspiceret excidium, siue vt Ambros. Alcuin. & Caiet. quod ego existimo, ne aquæ intus dilaberentur à foris Arcam bituminans; vnde Interl. *quod ergo homo facere non poterat, ne aqua introirent, exterius Arcam Deus bituminauit*, vt Dei videas prouidentiam in tribulatione erga iustum; peribat mundus vndique è cælo cadentibus aquis, elementa armata Dei exercebant vindictam, alta operiebantur cacumina montium, horribilem omnia perstrepentia sonitum, homines & iumenta suffocabantur, totus horror inferni in mundum inuectus vltimam iniiciebat desperationem, solus iustus nil timet, quia à foris bituminatus à Domino, contra ipsum aquarum gurgitúmque inualuere non potuerunt exitus. Hic ergo sanctissimus sic inclusus in carcere, & si munito, perstricto tamen, & calamitatibus pleno, vt egregiè minutatim ponderat Chrysost cúmque neque cælum ei licitum videre, neque oculos aliunde vertere, neque aëre, neque vento plenè frui, cum fœtis, iumentísque per annum conuersans, fœtorem malámque ex illis excipiens exhalationem; hic ergo sic inclusus, sic afflictus, & si terram vidisset siccam, non inde ante exiuit, quàm Deus præciperet, quàm ei imperaret exitum, quod non ante Deus præstitit, quàm post quinquaginta quatuor dies ab inspectione Noe siccitatis terræ, quod acutè obseruat Rupert. & liquet ex ipso Scripturæ contextu, qui sic Genes. 8, n 13. *Igitur sexcentesimo primo anno, primo mensi, primo die mensis imminutæ sunt aquæ super terram, & aperiens Noe tectum Arcæ aspexit, viditque quod exiccata esset superficies terræ, mense secundo, septimo, & vigesimo die mensis aresacta est terra, locutus est autem Deus ad Noe dicens, egredere.* Ergo sexcentesimo primo anno, primo mense, primo die mensis aspexit Noe terram, viditque siccam, & postea eiusdem anni

60. Consilium sanum Dei seruis, à tribulatione nunquam liberationẽ exposcere, sed Deo fidere.

Chrysost. Ambr. Alcuin. Caiet.

61. Noe sanctissimus vt totum se Deo commisit ex Arca nolens egredi absque Dei mandato, & si terra ficca.

Genes. 8. n. 13.

menſe ſecũdo, ſeptimo, & vigeſimo die menſis locutus eſt ei Deus egreſſum præcipiens. Ergo ad calculũ res deducta inter viſionem, & Dei imperium quinquaginta quatuor excurrerunt dies, cur non ſtatim erupit cum poterat? ſanè quia iuſtus, & non ſibi, ſed Deo tempus euaſionis arrogat, vt egregiè Ambroſ. de Noe, & Arca, c. 21. *Itaque recedente aqua, & ſiccata terra*, ait, *exire potuit Noe de Arca, ſed totum ſe diuino commiſit imperio, & maximè qui cæleſti fuerat ingreſſus oraculo, cæleſte debuit vt egrederetur expectare reſponſum; verecũda enim iuſtitia eſt, quia inuerecunda iniquitas, quæ vſurpat indebita, nec reuereretur authorem.* Egregiè, vbi illud expende, cæleſte debuiſſe Noe expectare reſponſum, quia cæleſti ingreſſus oraculo, non homines, non caſus, non fortuna, non quælibet alia res nos in tribulationes immittit, ſed Deus, ſed eius voluntas, eiúſque ſummum beneplacitum. hoc ergo expectandum, ne inuerecundi vſurpemus alienum, & ad nos illam rationem temporum, quæ patet in ſua poſuit poteſtate transferamus, cũ ſolus Deus tum ad gratiam conferendam, tum in tribulationibus immittendis ordinem ſciat, pondus, & menſuram, vt noſter inquit Sapiens.

Ambroſ. 62. Iuſtitia verecundans res iniquitas inuerecundi ſic in quibus reſidet.

Num. 22. *Multum enim valere tibi ſoli ſupererat ſemper, & virtuti brachij tui quis reſiſtet?*

Num. 23. *Quoniam tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis. DIxerat Deum pœnas commenſurare, & in illis infligendis ordinem, pondus, menſuráque adhibere; hoc autem, ne quis æſtimaret Deo forinſecus aduenire, & quaſi non ex ſe, meráque illud efficeret liberalitate, ſed à potentia aliqua ſuperiori, ideo nunc talem ordinem in pœnis infligendis ſibi ipſummet Deum affirmat impoſuiſſe, cum aliunde omnipotens ex ſe, & cui nemo reſiſtere poſſet: vnde ait.

Multum valere, &c. Græc. *valde poſſe*, eſtque ſenſus, abundanter quippe vires tibi ſemper ſupperunt, vt pote infinitæ; hinc nemo adquæcumque agere vis tibi reſiſtere poteſt: nã virtuti brachij tui quis reſiſtet? quod duobus præclaris probat exemplis, momento nempe ſtateræ, & roris gutta, aſſerens Dei reſpectu potentiæ, nil aliud eſſe terrarum orbem niſi ſtateræ momẽtum, & guttam roris. Vnde ait.

1. Momẽtum ſtateræ quid. *Hugo. Holkoth. Caſtro. Cantac.*

Quoniam tanquam momentum ſtateræ, &c. Græc. *momentum ex lancibus*, quid per momentum ſtateræ? Hugo, & Holkoth linguam intelligunt ſtateræ, ſic & Caſtro, quæ nullo negotio modò huc, modo illuc propendet, nulla difficultate quouis atomo appenſo: ſic aiunt Deus, eadem totum poteſt mouere mũdum facilitate. Cantacuz. atomum intelligit, ſiue ſcrupulum quo lingua ſtateræ mouetur: ſic ante Deum totus hic eſt mundus, inquit, vnde quomodo ei reſiſtere poteſt? vtraque ſententia optima: nam ſiue ipſum mundum reſpicias quantum quãtum, reſpectu Dei potentiæ ſcrupulus eſt, ſiue facilitatẽ, qua Deus illum mouere, transferre, inclinare, immutare poteſt lingua eſt ſtateræ, ea lem prorſus facilitate mutantur à Deo quæ in illo regna, regésque ob peccata.

2. Deus quanta facilitate mundũ mouere poteſt.

Et tanquam gutta roris, &c. Græc. *gutta roris matutini*, primum exemplum ad facilitatem pertinebat motionis orbis, hoc ſecundum ad eius annihilationem, gutta enim roris, oriente ſole in nihilum redigitur, ſic & orbis, inquit Sapiens: eadem vtitur comparatione Iſaias c. 26. n. 19. Oſeas c. 6. n. 4 & 13. n 3. quæ hic dici poſſent de facilitate, qua Deus ob peccata regna, imperia immutat, dicta ſunt in 1. to. no hom. 107, & 127.

Iſai. 26. *n.* 19. *Oſeæ* c. 6. *n.* 4 *&* 4. 13. *n.* 3.

Num. 24. *Sed miſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis. MVndum ad nutum innouare, ad nihilum omnia redigere poteſt Deus, cur non facit? duas affert in hoc verſu rationes, potentiam, hominúmque pœnitentiam, vnde ait:

Miſereris omnium, &c. Etiam Indignorum, vnde ſi miſericordiæ cauſam ex parte hominum requiras, nullam, niſi ipſam Dei reperies miſericordiam, non perdit, quia miſericors, Iſaias 52. n. 3. *Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini*, perquire redemptionis rationem, ex parte hominis nullam prorſus inuenies; ſe venundarunt gratis, non neceſſitate compulſi, non vi, non potentia, inſuper neque emolumento; *Eccleſia*, ait Oleaſter in hunc locum, *diabolo vendita eſt, quia ipſa ſe peccatis ſponte tradere voluit, & gratis, quoniam neque ipſa aliquid emolumenti à peccato habuit, neque illa poterat ſe vendere cum eſſet Dei.* Qui enim ſic ſe vendunt, prorſus miſericordia indigni, at quid poſt venditionem habebant, vt prẽtium ſolueret? nihil prorſus, omnia eorum in ius ceſſerant Domini. *Carnales venundati ſub peccato*, vt docebat Paulus ad Rom. 6. n. 12. quomodo ergo redempti? gratis, ſine argento, *ſine pretio ſcilicet veſtro*, inquit Aug. tract. 41. in Ioan. tom 9. *quia meo*, ergo tantum miſericordia, & per miſericordiam, ipſamet ſe impellente ad miſerendum; hinc Deus ægrè ducitur ad puniendum, de qua re vide in 1. tom. hom. 25.

Iſai. 52. *n.* 3. *Oleaſter.* 1. Homo gratis ſine emolumento peccat. *Ad Rom.* 6. *n.* 15. *Auguſt.*

Quia omnia potes, &c. Licet nulla ex parte hominis ratio efficax, vt Deus eius miſereretur ſunt efficaciſſimæ ex parte Dei. Prima miſeretur & parcit, quia punire poteſt; non vlciſcetur qua poteſt vlcifci, potentia, & poteſtate ad miſerendum, non ad vlciſcendum vrens. Ex quo fit, vt ſicut ſupra diximus, multoties ſuſtinendo peccatores ad ſe aduocat, immo & reuocat, de qua re vide etiam in 1. tom. hom 120. Hinc præclarum Regibus documentum, vt ad imperandum magis clementia, quàm iuſtitia vti velint; illa enim verius, quàm gemmis, auróque coronãtur; cum ſi verè diiudices, principis corona clementia. Vnde ſcitè Seneca lib 1. de clementia. c vlt. *Nullum namque ornamentum*, ait,

2. Principem coronat clementia. *Seneca.*

principis fastigio dignius, pulchriúsque est, quàm illa corona ob cives seruatos, non hostilia arma detracta victis, non currus Barbarorum sanguine cruenti, non parta bello spolia, hæc diuina potentia est gregatim, & publicè seruare. Pulchrè, occidere, spoliare, vincere humanum quid est; at seruare, parcere, indulgere diuinum: vnde author Panegyrici ad Constantinum rectè pietati principis dat coronam. *Merito tibi Constantine, & nuper Senatus signum dedit, & paulò ante Italia scutum, & coronam, cuncta aurea dedicarunt, vt conscientia debitum aliqua ex parte reuelarent, debetur enim, & sæpe debetur, & diuinitati simulachrum aureum, & virtuti scutum, & corona pietati.* Vnde in regimine consultius etiam prudentia, quàm fortitudine vti, de qua re vide in 1. tomo, hom. 108.

3. Deus ob pœnitentiã futuram nõ tãtum exhibitam peccata dissimulat.

Hugo. Holkoth. Liran. Carthus. Micheas 7. n. 18. Bonan. Iansen. Cãtacuz. Oserius. Saa. Lorin. Castro.

Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam, Græc. *ad pœnitentiam*, miserendi secunda causa, dupliciter hanc authores intelligunt sententiam, Hugo, Holkoth lect. 148. Liranus, Carthus. propter pœnitentiam aiunt exhibitam, Deum dissimulare peccata, hoc est eis conniuere, & quasi non videre, vnde Micheas c. 7. n. 18. *Quis similis tibi ô Deus, qui tollis iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ.* Idest conniues ad peccatum, atque oculos claudis, & acerbè non obseruas: sic Deus ob pœnitentiam exhibitam, dissimulat, & cum peccatis conniuet.

Secundus sensus est Bonauent. Iansen. Cantacuz. Oserius, & Saa, Lorinus, & Castro, qui pro pœnitentia non factam, sed futuram intelligunt, & pro tempore pœnitendi; vnde aiunt, Deum dissimulare hominum peccata spe pœnitentiæ, pœnitentiam scilicet expectans; qui sensus verior, & quem amplius Græci exprimunt: vbi aduertendum, vt supra diximus, ly *dissimulare*, non stare pro *remittere*, sed pro conniuere, & quasi non videre, & ideo non castigare vt ipsa merentur, quod profecto Deus facit spe pœnitentiæ, eiusque dilationis malum, quantú nque in peccato perseuerantia sit nociua, dum Dei abutitur misericordia, & aggregat super se iudicium, de qua re vide in 1. tom. hom. 7.

Lorin. Placet Lorinus dum ait, ex hoc loco concludi in hac vita nullum posse numerum esse peccatorum, qui gratiam excludat pœnitentiæ sufficientem, etiam in quolibet particulari subiecto vt aliqui, sed male autumant, quam sententiam iustissimè erroneam sanctus vocat *S. Thom. Suarez.* Doctor 1.2. quæst. 113. art. 8. de qua re videndus Suarez in 3. part. tom. 4. disput. 8. sect. 2.

HOMILIA XXXVIII.

Deus misericors, quia potens.

Sed misereris omnium, quia omnia potes, noster ait Sapiens, radicem profecto diuinæ nobis pandens misericordiæ. Enimuero si mentis oculos aperis, si intellectus sinus, si rationis discursus, hanc summam totius Dei misericordiæ inuenies, miseretur, quia potens. *Deus iudex, iustus*, Regius ait Psaltes, *fortis, & patiens, nunquid irascitur per singulos dies?* Ps. 7. *Psal. 7. n. 12.* n. 12. Premo vltima verba, sunt enim admirantis, & affirmantis simul Deum per singulos dies non irasci; at cur admiratur? sanè quia cum Deum iustum iudicem asseruisset, cui ex officio vindicare competit peccata, & hæc quotidie perpetrentur, rectè admiratur quod non etiam quotidie ipse irascatur. Si ergo iudex & peccata adsunt, cur non pœnam infert, nunquid ab ira timet, putans forsitan quod mensuram excedat pœnæ? non equidem, quia non solum iudex est, sed *iustus*, nunquid forsitan, quia impotens? sæpè enim principes plectere sontes sinunt, à potentia deuicti eorum; sic Dauid non castigauit Ioab, & si Abner occidisset, quia adhuc in regno delicatus, 2. Reg. 2. n. 39. *Ego autẽ adhuc delicatus, & vnctus Rex: porrò viri isti filij Saruiæ duri sunt mihi*; at non Deus, quia non solum iustus iudex, sed fortis; ergo cur non irascitur per singulos dies cum per singulos peccata perpetrẽtur? sanè ob eãdem rationem, quia fortis, quia potẽtissimus, ideo non irascitur. *Ipse iustus*, ait Aug. in hunc *Augst.* locum, *qui reddet vnicuique iuxta opera sua, ipse fortis, qui etiam persecutores impios, cum sit potentissimus, pro nostra salute toleranit.* Pulchrè, nõ dixit potentissimum persecutores occidẽdo, sed tolerando, Dei iudicis fortitudinem, summámque potentiam, non in plectendo, sed in tolerando considerans: iustus est Deus noster iudex, quia vnicuique reddet iuxta opera sua; sed est fortissimus, simul ac omnipotentissimus non in puniendo, sed in tolerando, tolerans, quia potens, contentus potestate, immo sæpe sic in benefaciendo est propensus, eius oblitus; pulchrè Iosephus lib. 2. an- *Ioseph.* tiquit. c. 5. ex persona Iudæ Iosephum orantis, vt Beniamino offensam furti condonaret, inter alia illud addidit, principis proprium potestate tantum occidendi sæpe esse contẽtum, & dum vtrumque præstare potest vitam scilicet, & mortem, illam potius quàm istam exhibere. *Cum enim tantumdem ad vtrumlibet valens*, ait, *præstat benefacere, quàm male, & potestate contentum sui iuris non meminisse, sed tantum ad seruandos homines potentiam tibi datam existimare.* Egregiè, vbi illa premenda verba, potestate semper principes contentos, sui iuris meminisse non debere, quid est sui iuris non meminisse? sanè illud in regendo potentiæ obliuisci, & regimen non secundum potentiam, sed prouidẽtiam regere, & non quod possunt, sed quod debent considerare, vt sensatissimè Magnus consulit Gregor. Chidel- *S. Greg.* berto Francorum Regi, lib. 5. epistolar. epi. 6. vbi postquam ad rectè regendum benignitatem in subditos, iudicium, inquisitionem, terúmque malarum discussionẽ expetisset, tandem tertiam adiecit Regum propriam qualitatem, nempe potentiæ obliuionem: *Tunc enim*, inquit, *verò Regi Regum, id est omnipotenti Deo amplius placebis, si potestatẽ tuam restringens, minus tibi licere credideris quam potes.* Egregiè, vbi adnoto asseuerãtissimè sanctum affirmasse tunc summo cæli moderatori principem amplius placiturum, quando & si potentissimus, tamen potestatem recolligens, sic eius obliuiscitur latitudinis, vt minus credat posse, quam potest; vnde ergo sic asseuerantes illud Sanctus affirmat? ex eo quippe, quia ille princeps Deo quam simillimus, qui in re-

8. Deus cur non irascitur quotidie cũ quotidie peccatur.

2. Reg. 3. n. 39.

2. Principis partes putare potentiam habere ad seruandum nõ occidendũ.

3. Eius sæpe obliuisci debent, potantes minus sibi licere, quàm possunt.

4. Deus sui iuris, ac potè rit sæpe obliuiscitur.

gendo & si potentissimus, tamen sæpe sic sui iuris obliuiscitur, ac si infirmus esset, & impotens.

Hoc expẽdo in illis Domini verbis ad Moysen, Exod 32. n.10. *Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos*; qui dimitti postulat, profecto ligatem ab alio se percipit, & quidem valentiore, & potentiore. Vnde ergo omnipotentissimus si ab alio deuincitur? sic potens, vt sine eius nil possit efficere dimissione? sanè hoc nulla alia potest constare ratione, nisi quia tunc vndique sua Deus circundatus bonitate, suæ veluti oblitus potentiæ, quæ sui iuris non reminiscebatur, & vt egregiè Augustinus ad Gaudentium his verbis: *Ostendit se teneri posse, ne faciat quod minatus est, Dei enim potentiam, sed preces impediebant*; & quia iustissimè perdere poterat, & valentissimum se ad perdendum agnoscebat, gloriosius æstimauit illa potius ad sustinendum quàm ad feriendum, ad vitam quàm ad mortem vti, vnde veluti esset infirmus tentationem simulat, ipsum deprecantis contradictionem non solum permittens, sed vt egregiè Greg. lib.9. Moral.c.11. & 12. aspirans; *Omnes enim Sancti qui ira Dei obniant*, ait, *ab ipso accipiunt, vt contra impetum percussionis eius opponantur, atque vt ita dixerim cum ipso se erigunt contra ipsum, eóque diuina vis sibi opponit secum, portans contra iustitionem deprecantium, quam aspirat, & velut nolenti opponitur, quod ab ipso vt fiat imperatur.* Egregiè, vbi illa premenda verba: *cum ipso se erigunt contra se ipsum*, suamet potentia contra se bellans, à suamet potentia deiectus, dum illa Sanctos contra se eleuat vt se cum pugnãtes ipsam omnipotentiam ad parcendum, non ad feriendum impellant, parcés, quia potens.

Augustin.

S. Greg.

5. Sancti quã Dei iustè opponãtur, ne percutiat, & misereatur.

6. Diuinæ potentia cõtra ipsum pugnant.

Hinc si bene attendas, vt populo Deum Moyses placaret ea potissimum validiori vsus est ratione, ne eius omnipotentiæ nomen in discrimen apud impios veniret, si ea ad perdendum potius, quàm ad seruandum vteretur, vnde ait: *Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & in manu robusta?* Premo illud *cur*, ergo ne sanctus Moyses nulla Deo adest irascendi causa? vt exprobres ei cur irascatur; profectò si Deus illi peccatum populi non reuelasset, aliqua esset excusatio; immo non solum reuelauit, sed omnes eius pessimas ponderauit circunstantias, vnde ait: *Descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti, recesserunt cito de via quam ostendisti eis, fecerunt sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt, isti sunt dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Nullam profecto malam intermisit circumstantiam, quam non ponderet, subitam à Deo recessionem ferueſcentibus adhuc beneficiis, vituli conflationem, adorationem, hostiarum immolationem, & insuper, quod horrendum infamem professionem ac laudem, dum Ægypti eductionem illi ascripserunt, in quo stupidam eorum licet animaduertere mentem, dum ei mirabilia assignant, & beneficia, qui factus ab illis, qui post illos, qui paulò ante non erat. Vnde rectè Lippom. hòc considerans exclamat; *Vidisti obsecro insaniorem insipientiam? aud sti vnquam verba magis hominum sensu carentium, ac stupidæ mentis indicia, velle quod homo quippiam Deum faciat, & in animum sibi inducere vt credant hos Deos fabricandos ed xisse ipsos de terra Ægypti, cum eo tempore quo liberati sunt, dij ipsi nondum formati sunt.* Et vt videas, quam inconstantes peccatores in suis sint intellectus apprehensionibus, quàmque fallaces, illas non secundum rationem, sed passiones, sed appetitus educentes; attende quomodo ipsimet, qui nunc ex propensione ad vitulum affirmarunt ipsum eos ex Ægypto eduxisse pro gratiis hostias mactantes, ipsimet paulò ante ex odio in Moysem, ex pœnitudine egressionis illi eductionem acripserunt; *Surge, fac nobis deos qui nos præcedant*, ad Aaron dixerunt, *Moysi enim huic viro, qui nos duxit de terra Ægypti ignoramus quid acciderit ei.* O stupidi, si Moyses nos eduxit, vnde nũc hi dij, & si hi dij, cur cõtra Moysem irascimini? ne mireris, peccatorum conditio est malum bonum, bonum malum dicentes, non secundum rationem sed passionem iudicantes, instabiles ad bonum, mutabiles ad amicitiam, propensi ad præpositorum contemptum, vt rectè aduerterit hic idẽ Lippom. *Facile*, ait, *populi contemptus oritur contra præpositos, & ingratitudo fœda, contemptum enim virum illum appellabant, non ipsum dignari tantum proprio nomine, conqueri videntur se seductos à viro illo esse ex Ægypto.* Et vt interim hoc dicam, animaduertè quàm facilè ad infidelitatem fit transitus, semel homo non in Deo, sed in altero confidens, seu non à Deo sed ab homine reputans beneficia, illi, non creatori ea ascribens; attende: *Moysi enim huic viro*, dixerunt, *qui nos eduxit de Ægypto ignoramus. In quibus verbis*, ait Caietan. *manifestant se nil pendere Deum, nullam Dei rationem habere, sed Moysi dumtaxat; aiunt enim quod Moyses eduxit eos de Ægypto.* Homini tribuerunt, non Deo beneficia accepta; Quid ergo mirum si postea non homini, sed diabolo à fide ad infidelitatem decidentes? at ad nostra. Singulas ergo Moysi Deus ponderauit peccati circumstantias, magnitudinem, fœditatem, eiusquè enormitatem; vnde ergo sanctus audet Deo, & dicit: *Cur Domine irascitur furor tuus?* sanè ob id quod infrà addidit, *ne quaso dicant Ægyptij, callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra.* Admirabilis, ac potentissima ratio, quasi diceret, pertes admirabilia, amittes stupenda illa facta, deiicies sanctum nomen tuum, si peccatores credent te potentia vti non ad viuificandum, sed ad destruendum; & vt ostenderes te potentissimum ad occidendum voluisse non in Ægypto aliis adiutus auxiliaribus, sed in montibus solitarijs hos occidere, quasi diceret Moyses ait Lippom. *Redundabit hæc ira tua Domine, hoc iudicium tuum quantumlibet iustum, in blasphemiam tui nominis, in præiudicium veritatis, in offuscationem bonitatis tuæ, in scandalum electorum etiam ex omnibus gentibus.* Egregiè, redundabit in scandalum tale iudicium, dum Dei potentiã sic magnam, sic amplam, sic admirabilem in Ægypti eductione ad vnam viderint destinatam occisionem; hinc Deus statim placatus, ab ipsamet sua victus potentia, pepercit, quia potens.

Ibid.

7. Peccator quam stupidus, & vo-ubilis.

Lippom.

8. Iudicium firmat ex passione, non ex ratione.

9. Facilis ad superiorum contẽptum.

Idem.

10. In hominibus confidentia, & ipsis beneficia accepta referre ecrasio infidelitatis, & peccati.

11. Deus populo peperciturne dicere-tur potẽtia viuificandi perdendum.

Idem.

Hinc

Digitized by Google

12. Nunquam sic Deus ostenditur, ac quando potens occidere, non occidit.

Hinc fit profecto, vt in nullo sic se Dominum ostenret, ac quando perspicitur, quod poterat occidere, & non occidit, poterat percutere, & non percussit; mirum equidem apparebit, valdéque admirandum, si semel quando Paulus Iesum Dominum dixit considerens; enimuero si bene attendis vt apud se eum Dominus attraheret prius per multa est conatus admiranda; ex quibus non solum Christi dominatum, ac deitatem, quinimmo audaciã, præsumptionem, bilem iram, furorem contra ipsum hauriebat, ad stuporé, vsque enim vero est eius post tanta in Ecclesiam persecutio; cum si attendas ea omnia ab ipso fiebant post maxima miracula Apostolorũ visa, post horrenda prodigia, post frequentissimas Apostolorum monitiones; *Fiebat autem omni anime*, ait Lucas, Actor. 2. n. 43. *timor, multa quoque prodigia, & signa per Apostolos in Hierusalem fiebant, & metus erat magnus in vniuersis.* Petrus etiam vi Spiritus sancti vno tantum sermone tria millia ad Christũ aduocauerat, famosum illud claudi miraculum totã repleuerat Hierusalem, vmbra Petri sanabat infirmos, à spiritibus item immundis vexati, diuersisque oppressi languoribus sanabantur omnes, Stephanus tandem clamabat moriens se cælos videre apertos, Iesum stantẽ gloria, & honore coronatum; & tamen adhæc omnia Saulus furdescens non solum Iesum vt Dominum nõ cognoscebat, sed Ecclesiam eius deuastans, amplius contra eum insaniens, spirans minarum, & cædis in discipulos recrudescebat potius contra stimulum recalcitrãs, vt Dominus ei Actor. 7. n. 5. quid ergo quando eum vt dominum agnoscit, quando eum Deum profitetur? sanè quando vidit ipsum potentem ad eũ occidendum non occidere, validum ad interficiendum non interficere, *Cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi, Saule, Saule quid me persequeris?* cui Paulus, *quis es Domine?* cui Dominus: *Ego sum Iesus quem tu persequeris*, at quid nunc Paulus? *tremens, & stupens dixit, Domine quid me vis facere?* O mirum, ô magnum, ad tanta miracula, ad tanta prodigia, ad tantas diuinæ potentiæ vibrationes, prius non stupet, non tremit, non Dominum Iesum confitetur, & tunc ad vnã tantum Iesu hominis vocem totus palpitat, & cõtremiscit, vnde hoc? sanè ea ratione, quia cum nullum opus bonũ in se videret, vt ait Chrys. hom. de conuersione diui Pauli, & multa opera mala, vidit Christum potentem ad eum occidendum, non tamen occidere, arcum extentum, sed non sagittanté. *Infirmatus est*, ait Augustinus in Psalm. 57. *intendente minarum arcum Christo, & nolens erigere diu cernicem aduersus extentum arcum dixit: Domine quid me vis facere?* Pulchrè, tunc Paulus infirmatus, tunc Iesum Dominum confessus, tunc ei se subiecit, tunc vt Deum cognouit, quando in terra collisus suæ conscius malitiæ ac peccati, ac in Iesum persecutionis, vidit ipsum potentissimum ad feriendum, sed non ferire, arcum validissimum habere ad occidendum, sed non occidere, tunc stupuit, tremuit, tunc clamans Dominum illum confessus est, dicens: *Domine quid me vis facere?*

13. Paulus Apostolus quando Christum est confessus.

Act. 2. n. 43.

Actor. 9. n. 5.

Augustin.

14. Ad Deum nos conuertere debemus illa tantum ratione qua potest nos occidere, & non occidit.

Quid si verum dicere velimus, si rectam habere æstimationé, nulla quippe res nos sic A ferire, nulla cor nostrum percutere, ac in lachrymas nos penè resolutos efficere debet, quam inspicere millies Deum nos potuisse occidere, & non occidisse, quale cor hoc audiens non emolliescet? attende, si nunquam cor aliquod durum, illud profecto Saulis in Dauidem, nullo vnquam emollitum seruitio, nullo beneficio, spiritum ab eo expulit nequam cor eius refocillans, gigantem occidit, ignominiam ab eo auertens, ad omnia ad quæ eum mittebat libentissimè egrediebatur, Philisthæos, vti petierat occidit; quæ omnia eleganter prosequitur Chrysost. hom. de Dauid, & Saule tom. 1. & tamen & si hæc omnia peregisset, nescio quo malo in ipsum propensus erat fato, vt incessanter, continuè, crudeliter, ac dirè ad mortem eum expeteret, tanquam B venaticus eum insequens canis. Vnde eius vox, 1. Reg. 23. n. 23. *quod si etiam in terram se abstruserit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda.* Et ne per exaggerationẽ hæc dixisse videretur, infra subsequenti capite n. 3. affirmat Scriptura, sic constanter Saulem Dauid persecutũ, vt inuestigaret eum *etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus pernix sũt;* quid dicam de occisione sacerdotum? tantum ex suspicione, quia Dauid fauerent, cum & ob hanc causam filium occidere intentauit; quale ergo cor tã durũ, tã lapideum, sic crudele vnde merito eum Chrysost vbi sup appellat *crudele, inhumanum*, quid ergo eum sic emollit, vt in lachrymas totum resolutum magna C voce eiulans, & flens, quem paulò ante vt inimicum, aduersarium, hostem persequebatur, filium appellet, amplectatur, ac fœdera cum eo iungat? nil prorsus nisi illud, videns scilicet quod potens eum occidere non occidit. Scita est hist. vbi sup. de spelunca in qua ingressus Saul intus stante Dauid cum suis potuit à Dauide occidi, non tamé occisus, à qua egressus Saul cum post tergum eius clamaret Dauid, oram chlamydis præcisæ ostentans in signum eius ad occidendum potentiæ; *Quin potius pater mi vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea, quoniam cum præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te.* Sic ex hoc (vt sic dicam) portento, cor illud durissimum percussum, sic vt D quod tanta in eum beneficia, tantáque seruitia agere non valuerunt, hoc præstitit, ita vt exclamans dixerit; *Nunquid vox tua hæc fili mi Dauid? & leuauit vocem suam, & flenit, dixitq; ad Dauid, iustior tu es quam ego, quis enim cum inuenerit inimicum suum dimittet eum in viam bonam?* Attende mutationem, & obstupescés, quem modo quærebat ad cædem, insidiatorem appellantem, & vt illum venaretur vt feram, vitam ipse ducebat ferinam, & agrestem iam filium appellat paterno blandimento, & quasi vocem illius suauiter resonãtem audiret de vocis authore, seu moderatore rogat, quasi non credat eius esse vocem, quẽ ipse amore deperiret ardenti, *nunquid vox tua hæc fili mi Dauid?* Secundo, se iustiorem eum insuper appellans, planè suam confitens ingratitudinem, iniquitatem, animíque peruersitaté, dum mala pro bonis rependés ad mortem ipsammet suum quærebat benefactorem, *Tu enim tribuisti mihi bona, ego autẽ reddidi tibi mala*; immo sic conuictum sedat, vt impoten-

15. Cor durum Saulis contra Dauid emollitum quia cum potuit occidere Dauid, & non occidit.

tem, ac imparem ad tanta reddenda se cognoscat bona, qua propter ad Deum confugiens ipsum, & vices suas suppleat ferueter imprecatur. *Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me.* Vnde merito Chrysost. exclamans ait: *Quanta subito facta est mutatio? qui nunquam sustinuerat illum, vel simplici vocari nomine, ipsum etiam appellationē habens exosam, nunc adoptat eum in cognitionem appellans eum filium? Quid igitur Dauide felicius? qui ex homicida fecit patrem, è lupo oneum, qui fornacē iracundiæ multo implenit rore, quippe tempestatem vertit in tranquillitatem; quippe tumorem omnē iræ exæstuantis animi restrinxit.* Vnde ergo tanta mutatio, sic instantanea, sic ex tempore, sic in ipso iræ furore (profecto actu ad occidendum Dauid Saul properabat cum millibus) ipsemet Saul hoc pandit, dicēs: *quis enim cum inuenerit inimicū suum, dimittet eum in via bona?* poterat occidere inimicum, non occidit, hæc tota summa rationis, hoc cor illud emollit durum, ex ferino reductus in humanum; quod si tu quādo hæc audis, hæc perspicis, immo in te experiris, animaduertēs millies te iustissimè Deum potuisse occidere, nō occidisse, in infernum trudere, non introduxisse, ex bellua non reduceris in hominem, ex duro in mollem, & nō torris in lachrymas solueris, dic crudeliorem te Saule esse, immo & ipsis feris; Cōfer quæso beneficia Dauidis in Saulem, & Dei in te, Saulis inimicitiā cū Dauide, & tuā cum Deo, rationem cum ratione, potentiam cum potentia, personam cum persona, & quanto eu amplius exclamare debeas, quàm Saul perspicies; curram breuiter, quid Dauid Sauli? mitigauit carminibus inimicum eum torquentem; at Deus non carminibus, sed sanguine; quid? occidit funda Gigantem, at Deus non funda, sed cruce; quid? fugauit, & Philisthæos percussit inimicos; at Deus totam, quæ contra te diaboli potētiam, quid? pepercit inimico irato? sanè, sed aliqua aderat causa iræ, timor nempe regni priuationis; at tu quam contra Deum præterere causam potes inimicitiæ, nisi vnam forsitan, quia non tollere venit, sed præparare tibi regnum, quid? pepercit regi? sanè, sed inimico superiori, cui reuerentia, cui respectus debebatur; sed Deus tibi inferiori, nulliúsque considerationis; quid? tandem pepercit potens occidere semel, aut saltem bis; at Deus te millies, & vltimo pepercit inimico, qui etsi occidere illū intentabat, eiusque auferre vitam, tamen non filium, non patrem, non matrem, non affinem eius occiderit; at tu, qui ipsum Dei filium, qui, vt sic dicam, ipsum Dei patrem, ipsámque Dei essentiam; confer singula singulis, factum facto, personam personæ, & si non doles, feris es crudelior, lapidibus durior, quid amplius aliquid & tu considerare debes in te factum à Deo, quod non à Dauide in Saulem: nam & ille vitam Dauid Sauli condonauit potens illum occidere, non tamen imposterum beneficiis est prosecutus; at Deus & si à te iniuriam passus non solū non occidit, sed quasi ac in ipsum non peccatum sæpe, & ærumnas, & dolores est conatus mitigare tuos; audi me, Peccauit fœdissimè Cain in Deum offerens peiora, selectiora sibi reseruans, vt omnes volunt autho-

Chrysost. 16. Effectus propemodum diuinus ex dimissione iniuriæ, & ex beneficentia in inimicum.

17. Peccator considerans millies Deū potuisse illum occidere & non fecisse, durior bestiis si non conteratur.

A res, hinc eius non acceptauit Deus iustissimè sacrificium, ex cuius repulsa ictus concidit vultus. Genes. 4. n. 5. quid ergo? nunquid post peccatum cum occidit? immo potentia ad misericordiam vtens non ad vindictam, tristem lenire est conatus, quod considerans Chrys. cordatè ait lib. 1. de Prou. tom. 5. *Patitur ipse iniurias, & verbis iniuriam corripit, tristémque consolatur*, quoties hoc tecum Deus effecit? profecto si attendes millies, quid ergo? dicā, quod non tantum Saule, sed Caino es peior, illo, quia non doles, nec ad pœnitentiam te conuertis, isto, quia crudelior, dum non semel, nec bis, sed millies Christū occidis. Considera quæso, quoties te in spelunca vti Saul solus, cum sola vt libidinem expleres, te induxisti, nunquid nō ibi Deus? dic quoties (quod dictu horribile) speluncam tu Dei sacrosanctum efficiens templum, ibi turpiter, ac fœdè concupiscentiam impleuisti, nunquid non ibi Deus cum suis? Christus cum Angelis? & tamen potens occidere non occidit, potentiam in tolerādo non in feriendo exercens; cur ergo hæc considerans, non doles, non plangis talem recogitans te offendisse Dominum, sic potentem, non ad te feriendum, sed sustinendum, & hoc non, quia non posset, sed quia non vult, omnino parcens, quia potens, non quasi ad aliud eius destinata potentia quam ad benefaciendum, quod eleganter expressit Seneca lib. 4 de beneficiis c. 26. ponderans Deum in malis, ac in bonis beneficium æquali tenore conferre, dicens: *Bona sua per gentes, populósque distribuit, vnam sortitus potentiam, prodesse.* Egregiè, misericordiam si attendis multiplicem Deus sortitus, vnde & *Deus dicitur misericordiarum*, ar potentiam vnam, quia tota ad profectum, tota ad nos sustentandos, ac sufferendos.

18. Deus sic misericors in peccatores, vt quasi nō peccassent ipsos consolatur & lenit. *Idē Chrysost.*

Senec.

19. Tota eius potentia est prodesse.

At non abs re erit in facto Dauidis vnum adnotare, nempe post ortum Saulis, post filij denominationem, per bonam imprecationē, tandem post pactum, & iusiurandum initum, non ei fidisse Dauid, quin immo in tutissimis secessisse locis, *Dauid & viri eius ascenderunt ad tutiora loca*, cur hoc? cur tantis beneuolentiæ, ac amoris signis visis non se Saul fidei cōmisit, non cum illo progressus? sanè literalis illa ratio, quia norat Saulis ingenium, maximè ex quo illum malus exagitauit spiritus, norat infrænatum impetum, & inconstantem animum, quare non putabat minus ab illo cauendum, cum promitteret omnia, quàm cum omnia aduersa minaretur. Vnde Abul. in hoc c. quæ. 34. *Egit Dauid*, ait, *in hoc cautissimè, quia credidit quod Saul nunquam reuerteretur ad sanam mentem erga eum firmiter, sed ad tempus.* Quod euentus postea probauit, iterum eum insecutus; sed antequam eliciam, quod intendo, saniissima est illa virorum spiritualium doctrina ex hoc loco collecta, quam his tradunt in agone contendentibus, nunquā scilicet se à dæmone securos æstimare, & si multoties vincant, neque eius inducias pacē dicere, cum nūquam amplius ipse noceat quàm, cum blāditur, nunquā crudelius insequatur, quàm quando homo securus, Ioab Amasam interfecit cum illi magnum beneuolentiæ signum ostendisset, 2. Reg. c. 20. Absalonem fratrem,

Abul.

20. Homines spirituales nunquam in hac vita securi sint, nunquam de pace fidant.

2. *Reg.* 20.

eum conuiuium paraſſet, idem accidit Simoni, 1.Machab.16. tales ſunt Sirenum cãrus, aut Cocodrili lachrymæ; ſed ad noſtra. Dauid ergo Sauli non ſe credidit, & ſi lugẽtem vidiſſet, immo ab eo longè ſecedens ad tutiſſima acceſſit, & in hoc laudatus: nam vt inquit Abulenſ. vbi ſup. *Quamquam tenemur inimicis parcere, non tenemur illis credere, nec redire in priſtinam amicitiam.* At Deus quid tecum? non ſolũ, vt Dauid pepercit, nec occidit, ſed quod admirabile eſt, tecum vadit, tecum deſcendit, in domum tuam intrans, tecum accumbens, te inſupef carne ſua ſaginãs, quid mirabilius? non occidit potens occidere, parcit venia indigno, & inimico; at inſuper huic fidere, cum illo deſcendere, ſe illi tradere, in domum intrare, ac diſcumbere, vix contritus. hoc magnum, & admirabile, hoc, vt ſic dicam, Dei exinanitio propter nos, dum ſe ſic deprimit (vt ſic dicam) vt, quia noſtra intereſt nobiſcum illum eſſe, & ſi nuper reconciliati, ac nouiter ex inimicis amiçi, deſcendit ad nos, nobis ſe totum tradens, dignitatẽ ſuam non conſiderans, immo ſecuritatem adhibens infidis, vnde ſicut grauiter Dionyſ. Alexand. epiſtol. contra Saul Samoſatenſ. tom.3. Biblioth. Patrum, hoc ſanctum ſacramentum Dei exinanitionem vocauit, quatenus noſtræ ſe Deus adoptans puſillitati, vt eum capere poſſemus in ſacramenta ſe exinaniuit. *Hæc eſt exinanitio Dei*, ait, *facta ad vſum noſtrum, vt poſſimus capere eum, vnde Apoſtolus exinaniuit ſemetipſum, exinaniri vocat Apoſtolus, vt ante dixi, capi à nobis myſterium vitæ per manus eius incontaminatas, & incorruptibiles, & diuinas, vt poſſimus qui ſumus fideles eius, capere eum, & fieri manſio eius, & capere eum totum.* Sic equidem non minus ſe euacuat, & exinanit, dum totus ad noſtrum aſpiciens profectum, & commodum, & ſi paulò ante crudeliſſimi eius eramus inimici, ſuum non attendens decorem, nec maieſtatem, vt ſic dicam, vix contriti, vix confeſſi, non ſicut Dauid, ſed ac ſi nulla eſſent anteriora, nulla præteriſſet inimicitia nobiſcum deſcendit, in domum noſtram intrans; qualis hæc miſericordia? ſeu vt melius dicam, qualis hæc miſericordiæ potentia? ſanè ſi vis, vt eius aliqualem reddam rationem dicam, quia non ſolum parcit, quia potens, ſed etiam tribuit, qua potens, vnam tantum ſortitus potentiam *prodeſſe*, ſic promptus ad illud, vt ſi poſſibile, nec meminiſſe libet, quod etiam ad caſtigandum potens.

Enimuero non parum illa verba Saluatoris ad Petrum negotij faceſſunt, Matth.26.n.53. *An putas quod non poſſum rogare Patrẽ meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum*; quid? numquid ipſe impotens? vnde optimè hoc exagitans Chryſoſt. hom 53 in Ioan. ſic ait: *At qui dicendo ſolum quẽ quæritis? reiicit eos retrorſum, qua ergo gratia non dicit non putatis, quod poſſum eos perdere cum id reipſa oſtenderit.* Egregiè, ſolo ſpiritu mille eiecit, verbo tantum proſtrauit, & nunc, ac ſi non eſſet qui erat, orationem ſibi neceſſariam aſtruit, Patris inuocationem, miniſteriũ Angelorum, & equidem non vnius, ſed duodecim legionum. Chryſoſt. ad Apoſtolorum infirmitatem illud refert, quaſi illud non eſſent crediturí, cum tam infirma pati ipſum viderunt. Sed obſtat, quia potentiam paulò ante viderant, altitudinémque inſpexerant maieſtatis. Origen. tract. 35. in Matth. in hunc ipſum locum affirmat illud dixiſſe Petri æſtimationi ſe accommodans reputantis auxilio ſe indigere, *Non autem*, ait, *quaſi indigens auxilio Angelorum hoc dicebat, ſed ſecundum æſtimationem Petri volentis auxilium ferre.* Sed hoc ſuam potius erat confirmare imbecillitatem. Alij ſatis ad rem noſtram, vt demonſtraret nõ ſolum ſe nolle eos interficere, ſed oblitum potentiæ, quam ad interficiendum, ſi vellet obtinebat. Quæ profecto expoſitio ex eo mihi placet, quia cum à Patre accepiſſet, non, vt mundum iudicaret, ſed ſaluaret iuxta illud, Ioan.3. n.19. cum vno omnes repercuſſiſſet, ac in terram alliſiſſet flatu, quaſi repercuſſus ipſe, vt ſic dicam, ac cordis dolore tactus, non ſecus, ac Dauid oram chlamydis Saul decurtãs, 1. Reg. c.24. videns ſua vſus potentia ad deiiciendum, non verò ad erigendum, emendans, vt ſic dicam, factum, non ſolum noluit ea amplius vti cum poſſet, ſed nec reminiſci, patri ſuam deferens defenſionem vt ait Chryſ. vbi ſup. quaſi impotens ad reſiſtendum, ſolum potens ad benefaciendum. At ſi optimus hic ſenſus, mea ſententia, alius mihi ſubeſt planior, & melior, illa verba dixiſſe, non quia ipſe impotens, ſed ad demonſtrandum, quod ſi prius potentia deiecit, non illud effecit, vt eiiceret, ſed, vt eorum ſaluti conſuleret, vt abſtinerent ab eius oppreſſione, cuius potentia in momento eos perdere poſſet, ſi veller, ac quando poſtea ob induratam malitiam omnino morte ſe effeciſſent dignos, & ſic potentia vtendum eſſet, ad eos occidendos, noluit eius nec reminiſci, vnde ſicut Dauid chlamydis oram abſcindendo ideo non peccauit, quia vt Abulẽſ. ait in illo c.Reg. ſup. citato quæſt.12. *Dauid agebat id*, verba eius, *ad quod Deus tradiderat Saulem in manus eius, hoc autem erat ad magnificandum Dauid oſtendendo eius clementiam, & innocentiam in Saulem, iſta autem non potuiſſet oſtendi niſi Saulis chlamys abſciſſa fuiſſet, vt poſſet particulam eius oſtendere Dauid, per quam probaret quod potuiſſet occidere Saul, quando illam particulam abſcindebat, ſed non voluit.* Sic Chriſtus vt eius hoſtes ad ſalutem timerent, *& vt eorum animos commoueret, ac terreret*, potentia voluit vti, vt corpora deiiciens, animas ſubleuaret, quæ cum ex obſtinata eorum malitia amplius ad id non eſſet profutura, impotentem ſe recognoſcit, ſolum potens ad patrem rogandum pro ſua tantum defenſione, non pro aliorum occiſione; qualis hæc bonitas? qualis hæc clementia? ſed ne mireris, quia vnam accepit potentiam nempe *prodeſſe*, parcens omnibus vt noſter ait Sapiens, *quia omnia poteſt.*

Addam vltimo illud, quod præcipuè velim ex hoc lectorem meum reſumere diſcurſum, vt ſcilicet dum hæc conſiderat, ſicque in ſe Deum expertum, vt & ſi millies poſſet eum iuſtiſſimè occidere, non tamen occidit, vt ipſe etiam ex hac ſumma, indicibilique miſericordiæ potentia, velit, & ſi iuſtiſſimè poſſit inimicum occidere, non occidat, ſed ad inſtar benefactoris ſui ei parcat; attende, quæ dico, non

1.Macha. 16.

21. Inimicis ſemper parcẽdum, ſed non ſemper eum eis fœdera iungenda.

Dionyſ. Alexand.

22. Deus in parcendo ſe exinanit.

23. Si poſſibile nolletreminiſci ſe potentem ad caſtigandum

Matt.26. n.53.

Chryſoſt.

24. Chriſtus cur in horto dixit poſſe rogare patrem vt ſe defenderet, cũ ipſe ex ſe poſſet.

25. Chriſtus ex miſericordia proſtrauit in horto milites.

Abul.

26. Dauid cur non peccauit oram chlamydis Saulis proſcindens.

27. Inimicis tunc maximè parcendum quando potentes nos inſpiciemus ad eis majum reddendũ.

ſuadeo vt parcas inimico, quem ſine peccato occidere non potes, ſed ei, quem abſque peccato, quem iuſtiſſimè, qui ingratus, qui erga te impius, cui nullam inimicitiæ præbuiſti anſam, qui tãdem verè indignus vita. Hoc quippe elegantiſſimè, ac viuaciſſimè ſuadet Chryſoſt. hom. de Dauid & Saul tom. 1. exemplo Dauid Saul parcenti, ingrato, indigno, malè de ſe merito, & inſuper inimico actu perſequenti, & cuius amicitiæ nullo modo fidere poſſet; vnde egregiè inter cætera illud ponderat, dimiſiſſe tunc quando ei perſuadebatur iuſtiſſimè poſſe eum occidere, cum ex Deo illud ſibi conceſſum. *Non enim inquiũt*, ait Sanctus, *ecce qui multa in te molitus eſt mala, qui necem tuam concupiſcit, qui nos immedicabilibus vallauit difficultatibus, ſed allegant illi diuinam* B *authoritatem, Deus, inquientes, illum tradidit, quo videlicet indicium à Deo profectum reueritus, promptius iret ad homicidium, dum inquiunt Deo ſubſernis, ac miniſter es, illius ſententiam comprobas.* Et tamen hoc non obſtante pepercit, vnde ex huius exemplo animatus ſequitur Chryſoſt. *proinde tu quoque ſi quando hoſtis tuus inciderit in manus tuas, cane putes eſſe datam vlciſcendi opportunitatem, ſed ſeruandi hoſtis oblatam occaſionem.* Si ergo hoc Chryſoſt. ob Dauid exemplum dignum ducit, quid ob illud in te Chriſti? nunquid iuſtiſſimè te occidere non potuit ad iniurias patris vindicandas, & vt eius miniſter non ſuas, ſed patris, ac totius deitatis vlciſcendas accingere ſe potuit, armáque ſumere omnipotentiæ? at non fecit, immo illis ad te ſeruandum vſus, vt tu ſimiliter ad eius inſtar parcas, quia potens, cum ipſe tibi pepercerit, *quia omnipotens.*

Chryſoſt.

HOMILIA XXXIX.

Pœnitentia vis cum Deo.

Diſſimulans peccata hominũ propter pœnitentiam, noſter ait Sapiens, in quibus verbis magnam pœnitentię exprimit laudem, eius infinitam, vt ſic dicam apud Deum vim, vtpote cuius amore, obtutu, ac ſpe peccata diſſimuler, iuſtum non infligens ſupplicium, quã profecto dicendi energiam perfectè intelligere nunquam poterimus, ſi prius pondus, grauitatem, magnitudinem non ponderauerimus peccati. Mitto peccatum eſſe ſerpentẽ, atque Baſiliſcum iuxta Eccleſ. c. 21. n. 2. *Quaſi à facie colubri fuge peccata*, inficiens tantum ex viſu, *ſi acceſſeris ad illa ſuſcipient te*, diſcerpens, vt leo, *dentes leonis dentes eius*, non corpus tãtum, ſed animas, *interficientes animas hominum*, plagas infligens ſic crudeles, vt inſanabiles, *plagæ illius non eſt ſanitas.* duplici feriẽs ſtimulo, *quaſi rhomphea bis acuta omnis iniquitas*; mitto peccatum tantum malum, vt dignè æſtimet Deus potius diabolo ſuam tradere, quam ſibi retinere cum illo creaturam, vt rectè ponderauit Origen. hom. 1. ſuper c. 1. Hierem. *Putas*, ait, *quantum malum eſt peccare, vt tradamur fatbanæ captiuanti animas eorum, qui relinquuntur à Deo.* Quæ quidem ponderatio ingens, ſi ſemel animæ dignitatem, excellentiam, nobilitatem, valorem conſideres, & ad cuius inſtar

Eccleſ. c. 21. n. 2.

1. Peccati põdus quantum.

Origen.

ſit producta, & inſuper quæ, & qũanta pro illo Deus, & tamen potius iudicat diabolo crudeliſſimo eius tradere inimico, quam eam cum peccato apud ſe retinere; mitto hæc, ſed illam tantum volo vt ponderes rationem, ad peccati grauitatem indagandam, quam Tertul. tradit lib. 6. de pœnit. c. 3. nempe ſi pondus, ſi grauitatem, ſi fœditatem, ſi malum quis peccati expendere velit, neceſſariũ illi, vt prius Deum agnoſcat à quo prohibetur, cum nõ equidem prohiberetur, niſi illi eſſet diſſimile, vnde põdus peccati, inde, ex Dei diſſimilitudine, audi Tertul. *Domino enim cognito*, inquit, *vltro ſpiritus à ſuo authore reſpectus, emergit ad notitiam veritatis, & admiſſus ad dominica præcepta, ex ipſis tantum eruditur, id peccato deputandum à* 2. Peccati grauitas vnde amplius eluceſcit. *quo Deus arceat.* Pulchrè, cognito Deo, non amplius indagandum cur à peccato abſtinendum, eius penetrantes deformitatem, inconuenientiam, irregularitatem, irrationabilitatem, malóſque effectus, ſed ſufficit ex præceptis à Deo cognito ordinatis, ſcire tantum ab ipſo cauendum, ipſum eſſe peccatum quod Deus prohibet, cuius rationem addens, ſequitur: *Quoniam cum Deum grande quid boni conſtet eſſe, vtique bono niſi malum non diſpliceret, quod inter contraria ſibi nulla amicitia eſt.* Eleganter Deus ſummè bonus, peccatum ergo dum ei diſplicet, neceſſario ſummum debet eſſe malum, quia inter contraria nulla amicitia poſſibilis. Ergo dum Dei infinitam ſcis eſſe bonitatem, & peccatum ei diſplicere audis, ſummèque auerſari, crede & illud infinitum eſſe malum, quod infinitè bonitati illi opponitur infinitæ, ſicut excellenter probat Anſel. lib. 5. *Cur Deus homo*, c. 21. dum aſtruit id, quod veriſſimum, vnum paruum peccatum cõmitti nullatenus deberi, etiam ad infinitas conſeruandas, ſaluandáſque creaturas, perens enim à colloquente, an ſi Deus tantum prohibuiſſet alicui in ſua exiſtenti præſentia, ne in aliquam partem obtutũ intenderet, *Si neceſſe eſſet*, verba eius, *aut totum mundum, & quidquid Deus non eſt perire, & in nihilum redigi, aut facere tã parnam rem contra Dei voluntatem?* cui cum reſpondiſſet, quod ſi infinito numero multiplicarentur, nullo modo illud agendum, reſpondit Anſel. *nihil rectius potes*, ex quo ipſe infert, talem infinitatem malitiæ in ſe includere peccatum, vt etſi res tam parua vti non videre, ſeu aſpicere, ex ſe nullo modo pro illo condignè homo ſatisfacere poſſet. *Sic graniter peccamus*, ait Sanctus, *quotieſcumque ſcienter aliquid quantumlibet paruum contra voluntatem Dei facimus, quoniam ſemper ſumus in conſpectu eius, & ſemper ipſe præcipit nobis ne peccemus.* Premo hæc poſtremo, infiniti põderis eſt peccatum, quia ſemper in conſpectu Dei patratur, quia ab illo abſcondi non poteſt, & ſi internum, vt rectè Tertul. vbi ſup. *Neque enim*, ait, *ſi mediocritas humana factis ſolum iudicat, quia voluntatis latebris par non eſt: idcirco crimina eius etiam ſub Deo negligamus, Deus in omnia ſufficit, nihil à conſpectu eius remotum, vnde omnino delinquitur, quia non ignorat, nec omittit, quominus in iudicium decernit diſſimulator, & prænaricator perſpicacie ſuæ non eſt.* Pulchrè, peccata non notare, in iudicium non adducere, profecto euenire Deo non poteſt,

Anſelm.

3 Peccata & ſi leuiſſima non committenda etiam ob totius mundi ſalutem.

Tertul.

4. Deus cur in iudicium aduocare

Digitized by Google

peccata pullo malo fuere poteſt.

quia ſi illud faceret prævaricator, & diſſimulator reperiretur ipſius perſpicatiæ, dum omnia videt, & impoſſibile, vt non videat, hinc cum infinitæ ſit maieſtatis, infinita erit indecentia, ne dicam contumelia in eius conſpectu agere id, quod non vult, quod ne fiat ſtrictè præcipit.

5. Non peccandũ quia Deus præſens.

Hinc ob hoc ſolum morte, & inferno digni, qui peccant. *Etiam Reginam vult opprimere, me præſente in domo mea*; Aſſuerus dixit de Amano dum ille ad deprecandũ in lectum corruerat Reginæ, Eſther c.7.n.8. quæ verba ſic grauia aſtantibus viſa, vt ſatis illam immodeſtiã iudicarent morte dignã, & ſi Aman illud non intentarat, vnde ſequens Script. ait: *Nec dum verbum de ore Regis exierat, & ſtatim operuerũt faciem eius*; ſignum prædamnati; quid ergo, qui non ſolum immodeſtè, ſed fœdè, ſed graniſſimè in conſpectu Dei delinquit ſcienter agens quod non vult, quod ſummè deteſtatur; vnde rectè Ioan. de Medina cod. de pœnit. tract.3. qui eſt de ſatisfactione quæſt.5. affirmat, peccatum mortale talis eſſe naturæ, vt ſi poſſibile eſſet deſtrueret Deum ipſum; *Eo quod*, ait, *eſſet cauſa triſtitiæ in Deo, & triſtitia eſſet infinita, ac proinde Deum deſtrueret.* Vt ſemel videas quanta Deus iuſtiſſimè abominetur ratione peccatum, dum quantum ex ſe à deitate ipſum eiiceret, & ex ſumma beatitudine ad infinitam detruderet miſeriam.

Eſther 6. 7.n.8.

Medina.

6. Peccatum quantũ ex ſe Deum deſtrueret.

Hinc ſic illũ abhorret, deteſtatur, ac reiicit, vt veluti & ipſum proſpicere, ac cognoſcere recuſet, immo ſi poſſibile, nollet tãtæ eſſe perſpicacitatis, cum quia infinitæ, nullo modo aſpicere non poſſit, Matth.7.n.23. malis dicet, *Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos*, rectè Hier. premens illud, *tunc confitebor*, adnotat nec ante cognouiſſe, ſed dicere diſſimulaſſe, *ſignanter dicit, tunc confitebor, quia multo tempore ante dicere diſſimulauerat*; at quomodo non cognouit, nec agnoſcit, nunquid Deo aliquid occultum? non equidem, ſed quia vt inquit Chryſoſt. hom.49. in Imperf. tom.2. *Indigni ſunt vt cognoſcantur à Deo*, vellet ſi poſſibile ob peccati odium nec agnoſcere, nec agnouiſſe.

Matth.7. n.23.

7. Sic illud Deus abhorret vt vellet ſi poſſibile nõ eum agnoſcere, & ob illud nec peccatorẽ.

Immo ſic peccatũ abhorret, vt virtutes quæ ſic ei cordi ſunt, ignoret ſi ſimul cum peccato, quod pulchrè adnotauit idem Chryſ. hom.25. in Matth. ſuper hæc eadem verba: *Dicit autem nunquam noui vos, quaſi non ſolum in tempore iudicij, ſed neque tunc cum miracula faciebatis.* Egregiè, atteſtabantur impij in die iudicij in nomine Chriſti prophetaſſe, dæmonia eiecciſſe, virtutes multas feciſſe, cum hoc tamen eis nõ nouiſſe affirmauit; nunquid virtutes etiam Chriſto exoſæ? ſanè, ſi cum peccato coniunctæ, vnde nec illas etiã vellet agnoſcere ſi poſſet; tale eſt peccatum, tantique ponderis, ſic illud Deus abhorret ac à ſe eliminat.

Chryſ.

8. Nec virtutes ipſas agnoſcit, quando cũ illo.

Concludam talem contra peccatum Deum concepiſſe repugnantiam, vt non ſolum homines peccatores, & ſi cum virtutibus ratione illius ignoret, velitque ſi poſſet ignorare non eos aſpiciendo, ſed etiam dilectiſſimum filiũ ſuũ, qui peccatum nõ fecit, attamen quia pro nobis *peccatum* factus, cum ſic aſpexit veluti eius indicibilem, ac infinitã ignoraret ſanctitatem, dum pallio noſtrorum cooperta peccatorum, & ſi in extremis doloribus, quaſi ab eo auertens oculos nõ aſpexerit, quod ſic intimè Chriſtus indoluit, vt exclamãs ſẽ ſatiſſimè ait: *Deus Deus meus, reſpice in me, quare me dereliqueiſti? longè à ſalute mea verba delictorum meorum*, Pſal.21.n.1 inſpectionem poſtulat; ergo oculos ab eo pater auerterat. Scio Hier. additia putaſſe verba illa, *reſpice in me*, cũ neque in Hebræo, neque in cruce Dominus appoſuerit, ſed optimè Agellius ea explicationis cauſa à LXX. affirmat poſita; vnde cum ſic nunc ab Eccleſia legantur, & poſt Bibliæ correctionẽ, non eſt amplius quod ſcrupulum generent. Petit ergo Chriſtus, vt Deus eũ aſpiciat, quaſi oculos ab illo auerterat; mirum cum eſſet iuſtitiæ fons, pelagus benedictionis, oceanus virtutum, ſcaturigo meritorum, pondus Trinitatis, obiectum amoris; vnde ergo poſſibile, vt ab eo Deus oculos auerteret? ſanè, quia tunc, vt peccatorem eum aſpiciebat, noſtra ſoluens, noſtris imbutus. Quapropter & ſi iuſtitiæ fons, & ſi pelagus benedictionis, & ſi oceanus virtutum, & ſi amoris obiectũ, quia tamen in illo tunc non ſic purè aſpiciebatur, ſed cũ noſtris inuolutus peccatis, ne iſta aſpiceret, & ab illis oculos auertebat omnibus, vnde ab ipſo filio, ſic peccatũ Deo infenſum, quod equidem & ipſemet Dominus declarauit: nam quaſi rationem reddens, cur Deus eum non aſpiceret; cur derelinqueret, addit verba *delictorum meorum*, quaſi diceret, ideo me non aſpicis, ideo longè es ad ferendam mihi opem, & me derelinquis, quia, vt peccatorem me inſpicis alienis delictis imbutus, quem ſenſum tradit Aug. ſequitur Incognitus, & ampiectitur Agellius, expungendo ſic: *Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliqueiſti longè à ſalute mea*, hic punctus, & deinde, *verba delictorum meorum. Duo enim verba dixit*, ait Incognit. *quare me dereliqueiſti, & longè à ſalute mea, iſta duo verba fuerunt non verba inſtita, ſed verba delictorum, quaſi dicat reſpondendo dicta interrogationi, ideo me dereliqueiſti, & longè es à ſalute mea, ob verba delictorum meorum, id eſt hoc facis propter peccata eorum, humani ſcilicet generis, quia delicta noſtra ſua dicit, vel etiam quia ipſa in corpore ſuo portauit.* Ergo & ſi homo diuinus, & ſi ſanctus, immo & ſanctitatis fons, & ſi omnibus præuallatus virtutibus, tandem & ſi filius naturalis, vnigenitus, dilectus in quo ſibi complacebat pater, tamen quia tunc in ipſo noſtra aſpiciebat peccata, ſic iſta abhorrebat, vt nec ea aſpiceret, proh quantum Deus peccatum abhorret? & cum hoc tamen ob pœnitentiã cum eo diſſimulat, qualis ergo, quanta, quàm magna huius virtutis cum Deo vis, quantus in eam Dei reſpectus, quàm grandis eius excellentia? tanta quidem, vt audeat, & dicat Tertul. lib. de pœnit. c.1. à ſummis illis Philoſophis ab illis, qui ſcientiarũ principes dicebantur non fuiſſe cognitam, cuius verba antequam adducamus, vt intelligantur, grauiſſima enim ſunt.

Pſal.21. n.1.

Agellius

Auguſt. Incognit. Agellius.

9. Nec filium agnouit quando noſtra in illo aſpexit.

10. Pœnitentiã veram à ſummis ignorare Philoſophis.

Adnotandum ad veram pœnitentiam de qua loquimur duo eſſentialiter neceſſaria, dolorem ſcilicet, & inſuper voluntarium, primum, quia vt Auguſt. ait lib. de vera, & falſa pœnit. c.19. & Iſidorus lib.3. ethimolog. c. vlt. pœnitentia dicitur à pœna, & idem ut

11. Ad veram pœnitentiã quid neceſſarium.

Auguſt. Iſidor.

pœnitere, quod pœnam tenere, vnde *pœnitentia*, quasi *pœnæ tenentia*, ex quo, quia pœna est dolor, seu ipse dolor facti commissi, ideo dolor est præcipua, ac prima pœnitentia; at notandum non quemlibet dolorem esse pœnitentiam propriè dictam, & quæ est virtus, sed illum qui est de peccato commisso, ac de malo aliquo facto: nam vt rectè August. *pœna propriè opponitur culpæ.* Ergo dolor pœnalis, & veræ pœnitentiæ debet esse de culpa, vnde fit, vt talis dolor debeat esse honestus, hoc est de re mala, & rationi dissentanea: nam vera pœnitentia est culpæ retractatio; si autem dolor sit iniquus, non culpæ retractatio, sed noua potius erit culpæ commissio; adhæc necessarium, vt talis dolor sit voluntarius; nam si inuitus, aut ab alio inflictus non potest dici pœnitentia, sed pura vindicta. Vnde rectissimè quidquid garriunt impuri hæretici, concludunt Isidorus, & August. *Pœnitentiam esse pœnam, qua aliquis in se punit quod peccando commisit, vt sicut voluntariè peccauit, ita voluntariè se affligat.* His ergo sic constantibus, vt certissimis, & sine quibus nulla est virtus, quæ pœnitentia dici possit, quam longè ab ea abfuerint antiqui sapientes, cum & rectè factis etiam ipsam applicarunt, audi elegantissimum Tertul. sic dicentem: *Pœnitentiam hoc genus hominum* (nempe Gentiles) *quod & ipsi retro fuimus, cæci sine Domini lumine, naturæ tenus norunt passionem quandam animi esse, quæ veniat de offensa prioris; cæterum à ratione eius tantum absunt, quantum ab ipso rationis authore.* Cuius rationem reddēs, cur scilicet Deum ignorantes, simul & pœnitentiam ignorarunt, addit, *quippe res Dei ratio*, hoc est res quæ à Deo fit summa ratione fit, vnde sufficit, vt sit à Deo, vt proinde summa facta ratione intelligatur; *Quia Deus omnium conditor*, sequitur, *nihil non ratione prouidit, disposuit, ordinauit, nihil non ratione tractari, intelligique voluit. Igitur ignorantes quique Deum, rem quoque eius ignorent necesse est, quia nullus omnino thesaurus extraneis patet.* Pulchrè, Deus summa, & prima ratio; ergo hanc igorantes necesse etiam, aut, quæ ab illa, dum hæ totæ ratione constent, ratione subsistant. Ergo quando videris hæreticum exomologesim negare, dolorem detestari, contritionem abominari, dic quod Deum ignorat, ex cuius ignorantia, & ipsam pœnitentiam, cuius thesaurus dignè tanquam extraneis non pater, vnde recte de istis, ac de gentilibus id quod sequitur Tertul. dici potest, nempe quod *vniuersam vitæ conuersationem sine gubernaculo rationis transfretantes, imminentem sæculo procellam vitare non norunt*; nam dum pœnitentiam non agnoscunt, vnde Dei placare iram non habent, hinc & cum sæculo delabuntur, irrationabiliter simul cum gentibus de pœnitentia philosophantes, cum quibus profecto, vt mox ex Tertul. videbimus, non solum hæretici, sed etiam mali sentiunt Christiani, veram ignorantes pœnitentiam, dum eam non malis, sed benè adaptant factis, hinc de gentilibus sequens Tertul. ait: *Quàm autem in pœnitentiæ actu irrationabiliter diuersentur, vel vno isto satis erit expedire, cum illa etiam in bonis factis suis adhibent pœnitentiæ, fidei, amoris, simplicitatis, patientiæ, misericordiæ, prout quid in ingratiam cecidit, semetipsos execrantes quia benefecerint; eámque maximè pœnitentiæ speciem, qua optimis operibus irrogatur in corde figunt, meminisse curantes ne quid boni rursus præstent, contra pœnitentiam malorum leuius incumbant, denique facilius per eandem delinquūt, quàm per eandem rectè faciant.* Egregiè, quæ quam propriè ad malos dicantur Christianos religionis, ac inimicorum dilectionis nescios, ex se satis liquet; vnde sicut hæretici eā ignorant, quia Deum, mali Christiani, quia eam applicant non applicandis, bonis scilicet operibus, plus per eam delinquentes, quàm proficientes, maiestatem, decorem non secus, ac gentiles pœnitentiam deturpantes. Ergo & si antiqui sapientissimi, & si quasi sapientiæ dij reputati, omnibus instructi scientiis, tamen ad altitudinem veræ pœnitentiæ cognitionis non peruenerunt, Christi gratia suis tantum reseruata, quam equidem Deus sic magni facit, vt sibi soli velit insignium ascribi peccatorum pœnitentiam, è cælo veluti ob eam descendens; ab illa coronandus.

Idem.

Tertul.

12. Gentiles Deū ignorantes, cur & pœnitentiam simul ignorarunt.

13. Hæretici pœnitentiā ignorantes, & Deum ignorant.

14. Deus a pœnitentia coronatur.

Pulchrè hoc, ni fallor, in facto illo adumbratur, Psal. 2. Reg. 12. quando prope expugnata Rabbath filiorū Ammō vrbe Regia, misit ad Dauid nuntios dicens: *Dimicaui aduersum Rabbaath, & capiēda est vrbs aquarum, nūc igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam, ne cum à me vastata fuerit vrbs, nomini ascribatur victoria.* n. 27. Quid ergo præcipuè potuit ad hoc mouere Ioab, vt non nomini suo talis ascriberetur victoria, sed Dauidi? certè ante etia præliatus fuerat, vicitque Syros aciē struxit, & non aduocauit Dauid; immo infrà c. 20. contra Abelam pugnās certissimè eam capturum nisi fontem Seba ei dedissent, nunquam tamen de aduocando Dauid recogitauit. Aliqui dicunt quia non sufficientem habebat militem ad expugnādum; sed rectè eos refellit Abulens. quæst. 28. dum apertè illa affirmat capiendam vrbem; istemet Author, ait, hoc fecisse ad maiorem eius laudem: sed hoc inquiritur, cur hīc præcipuè quàm alibi? Sanchez ne ad illustre nomen, quod ex aliis expugnatis vrbibus Dauid acceperat, hoc deesset argumentum; at sic & in reliquis etiam rebus debuerat agere bellicis? ni fallor ob duas illud præcipuè potuit Ioab patrare rationes; primo quia hoc bellum susceptum ob insignem iniuriam à Rege Ammonitarum Dauid illatam, dum dimidiatis barbis, ac vestibus contra fas, iúsque gentium, nuntios, quos ad ipsum solādum miserat, remisit, ibid. c. 50. dignum ergo extabat, rationique consentaneum, vt non ab alia vindicata talis iniuria manu, quàm regia, vt ipsemet per se expugnaret, qui turpiter eum fœdarat. Secunda verò, quia vrbs erat Regia in qua Regis Ammonitarum corona, & imperium; vnde Scriptura: *Pugnabat Ioab contra Rabbaath filiorum Ammon, & expugnabat vrbem Regiā*, multas alias vrbes Ammonitarum prius deuastauerat, vnde c. 11. n. 5. *Misit Dauid Ioab, & seruos suos cū eo, & vastauerunt filios Ammō, & obsederunt Rabbaath*; at quando iā ad regiā deuentū & primam, dignum quippe erat, vt regalis victoria homini Regi deberetur, & nō priuato.

2. *Reg.* 12. n. 27.

15. Ioab cur Dauid aduocauit vt caperet vrbem Rabbaath, cum ipse posset.

Abul.

Sanchez.

Ibi. c. 10.

C. 11. n. 1.

Hinc expugnata vrbe, appositè ait Scriptura Dauid coronam sumpsisse regis, indéque diadema sibi confeciſſe: *Cumque dimicasset cepit eam, & tulit diadema Regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid.* En mysterium cur aduocatus, cur seruo talis non debebatur gloria: nam, vt rectè Rabanus: *Rabanus.* *Hæc victoria Dauid quam Ioab inchoauit, & ipse perfecit, significat victoriam nostri Regis.* Ipsius enim coronæ cum sint peccatores sub diaboli potestate constituti, sic eorum conuersionis est auidus, sic pœnitentiæ, vt nullo modo nec Angelo, nec homini, vult, vt ascribatur. Vnde glosa *Lyran.* moralis Liræ: *Per hoc autem*, ait, *quod Ioab triumphum de filijs Amon noluit sibi ascribere, sed magis Domino suo Dauid, nobis ostenditur, quod nullius victoriam de peccatis, vel dæmonibus debet sibi tribuere, sed Domino nostro Iesu-Christo per Dauid figurato.* Hinc per se illam efficiens, *cui* (vt rectè Rabanus vbi sup. omnis potestas, & potentia regni ascribitur, cum ipse sit acclamante Apostolo ad Philipp. 2. *qui operatur in nobis & velle, & perficere.* Peccatoribus pœnitentibus coronatur; vnde Lactantius de vera Sapientia, lib. 4. c. 26. spineam Christi coronam mystice interpretans peccatores ad pœnitentiam Christi gratia conuersos, ipsum coronantes eleganter significati affirmat: *Corona spinea capiti eius imposita id declarabat fore vt diuinam sibi plebem de nocentibus aggregaret, corona enim dicitur circumsians orbem populus: nos autem qui antè cognitionem Dei fuimus iniusti, spina id est mali, & nocentes eramus, ignorantes quid esset bonum, & à iustitiæ tutione, atque operibus alieni omnia scelere, & libid ne polluebamus: electi ergo ex dumis, & sentibus sanctum Dei caput cinximus, Regemque illum mundi, & omnium viuentium Dominum coronamus.* Hinc vt Saulum conuerteret, vt ciuitatem illam principem Nabbaath quæ *grandem* significat, hoc est inter cæteras maximam, ac primam expugnaret, non homini, non Angelo commisit, sed ipse per se è cælo descendens expugnauit, illa victoria ad cælum rediens coronatus, pœnitentiam Pauli reportans pro corona; vnde *ex dumis, & sentibus* admirabiliter electus, ex minis nempè & cædibus regem illum mundi, & omnium Dominum coronabat, vt Lactantius inquit.

Nec in solo Paulo hoc videre licet, sed etiam in illa, quæ & si *Nabbaath*, hoc est magna in ciuitate peccatrix, tamen *& ciuitas aquarum* dicebatur, sicut & altera, dum ad se illam attrahens Christus per se, & non per alium absoluere voluit, ab illa & si non coronatus, saltem capite vnctus, non minus Regem eum vnctione, quàm Paulus corona declarans; vnde, sicut Pauli peccata, vt Regem coronarunt Christum, sic Magdalena sanctissima isdem vt talem vnxerunt, cum, vt rectè Chrysost. peccata pilo doloris, & pœnitentiæ contusa vngnentum sunt, quo caput Christi vngitur; sic hom. 6. in Marcum tom. 2. *Vide quanta*, ait, *sit misericordia Saluatoris, peccata nostra mali odores sunt, tamen si agamus pœnitentiam, si ploremus, vnguentum peccata nostra putrida efficiuntur Domini.*

Ex dictis vna elucet pœnitentiæ magnitudo, sic nempè ipsam altam, magnificámque extare, vt nullum eius sit è terra principium, sed solum è cælis, cum, vt ea in nobis adsit, nobisque adueniat, omnino Dei excitans necessaria sit gratia, quæ nos præueniens ad pœnitentiam adducit, sic, vt nunquam nos illam, vt semipelagiani, sed illa nos præueniat. Quod quidem pulchrè idem Chrysost. hom. 12. num. 1. ad Corinth. super illa verba, n. 4. *Quid enim habes quod non accepisti?* vbi sic: *Acceptum ergo habes, non hoc, aut illud, sed omnia quæ habes, non enim tua sunt hæc rectè facta; sed Dei gratia, etiam si fidem dicas, ea exstitit ex vocatione, & si dicas remissionem peccatorum, si dona, ac charismata, si docendi rationem, omnia inde accepisti, non enim tuum est quod datum est, sed eius qui dedit*; & clarius hom. 1. in epist. ad Ephes. super illa verba: *quia qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet vsque in diem Iesu Christi.* Vbi apertissimè initium omnis boni operis gratiæ tribuit: *etenim*, ait, *quoniam magnum quiddam erat quod de illis testatus fuerat, ne humani quid patiantur, protinus ipsos ita instituit, vt & præterita, & futura ipsi Christo accepta referant, quomodo? non dixit confido quemadmodum cepistis, ita etiam perfecturos*, signa verba, *sed quid? qui cepit in vobis, opus bonum perficiet, neque ipsorum in rectè facto aliquas fuisse partes negat, dixit enim, gaudeo super communicatione vestra, nimirum tanquam ipsi rectè se gessissent, neque tamen ipsis dumtaxat rectè facta assignat, sed principaliter Deo.* Quid amplius dixit Augustinus primas Deo in operibus præbuit partes Chrysost. quod quid aliud significat nisi primam gratiam nullis nostris meritis, quod expressius alibi dixit in hom. quadam quam citat Vellosillus Episcopus Lucensis in aduertent. ad 1. tom. Chrysost. quæstio 9. quæ extant in 6. tom. & licet ea non potui inuenire, sine dubio verba sunt Chrysost. cum nefas sit credere tantum virum ex se ea apposuisse; inquit enim: *Nos quidquid habemus, ex præuenientis, vocantis, & semper incipientis gratia benignitate habemus, nullumque est in nobis meritum, quod non sit donum Dei, cuius equidem tanta est bonitas, vt vellet nostra esse merita, quæ sunt ipsius dona.* Vbi apertissimè, vt vides, Chrysost. primam astruit gratiam, nullum principium à nobis recognoscens, quem optimè vendicant ab aliquibus idem Vellosillus, & doctissimus magister Lorca tract. de gratia disp. 11. & eruditissimus Velasquez in epist. ad Philipp. c. 1. n. 6. adnotat 5. n. 4. qui immeritissimè semipelagianorũ errorem Chrysostomo tribuere contendunt, immo si Deo placet, & eorum affirmant authorem, dum Cassianum eius asserunt discipulum, quod nuper affirmauit Vasquij recopilator Beccanus, alioquin pissimus vir; & ne occasio excidat, & si extra rem, enixe certè omnibus nostri temporis Theologis memorata vellem illa aurea sancti Thomæ verba in præfat. ad 1. opusculum ad Vrbanum 4. vbi postquam rationé attulisset cur ad illum eum dirigeret, vt scilicet aliquas sanctorum patrum sententias difficiles. & obscuriores interpretaretur, & ad bonũ reduceret sensum, à sancto Pontifice in libello quodam adductæ, causam reddens cur aliqua in Græcis patribus minus fortè conuenientia repetiantur, sic ait: *Quod autem aliqua in dictis Græcorum antiquorum sanctorum inueniantur, quæ modernis dubia esse videntur, ex duobus æstimo prouenire, primo quidem quia*

16 Spinea corona peccatores significat Christum coronantes.

17 Paulus Christi corona.

18 Sicut Magdalena.

Chrysost.

19 Peccata cum pœnitentia vnguentum sunt.

Christi Pœniten-

21 Chrysost. sanctissimus vindicatur ab imputatione erroris semipelagianorum.

Velloſill.

Velasq.

Vasquez. 1. p. disp. 89. & 91. Becc. 1. p. to. 1. c. 16. de differ. §. de semipelag. S. Tho.

22 Sancti Patres nunquam refutandi, sed reuerenter exponendi.

errores circà fidem exorti, occaſionem dederunt ſanctis Eccleſiæ doctoribus, vt quæ ſunt fidei maiori circumſpectione traderent, ad eliminandos errores exortos, ſicut patet quod ſancti doctores, qui fuerunt antè errorem Arrij, non ita expreſsè locuti ſunt de vnitate diuinæ eſſentiæ, ſicut doctores ſequentes, & ſimile de aliis contingit erroribus. quod non ſolum in diuerſis doctoribus, ſed in vno egregio doctore Auguſtino expreſsè apparet: nam in ſuis libris quos poſt exorſam Pelagianorum hæreſim edidit, cautius locutus eſt de poteſtate liberi arbitrij, quod in libris quos edidit antè predictæ hæreſis orſum, in quibus libertatem arbitrij contra Manichæos defendens aliqua prætulit, quæ in ſui defenſionem erroris aſſumpſerunt Pelagiani diuinæ gratiæ aduerſantes, & ideo non eſt mirum ſi moderni fidei doctores poſt varios errores exortos cautius, & quaſi limatius loquuntur circa doctrinam fidei ad omnem hæreſim vitandam; vnde ſi aliqua in dictis antiquorum doctorum inueniuntur, quæ cum tanta cautela non dicantur, quanta à modernis ſeruatur, non ſunt contemnenda, aut abijcienda, ſed nec etiam extendere oportet, ſed exponere reuerenter. Quot verba, tot gemmæ doctrina non dicam à quolibet Chriſti Ieſu amplectenda diſcipulo, ſed à Catholico, ſi, vt talis æſtimari deſiderat; parcat mihi meus lector ſi aliquantiſper digreſſus; impatientiſſimè enim fero ſanctorum patrum notas, & præcipuè Chryſoſt. cui obnixè addictus: contra Manichæos enim diſputabat ſanctus liberum arbitrium negantes, vt optimè Lorca, quid mirum, ſi aliqua minus cautè? non ergo illa reiicienda, non abiicienda, nec extendenda, vt velit, nolit, ad quod nos impellimus illud dicat. *ſed reuerenter exponenda*; at ad rem.

21 Pœnitentiæ actus ſupernaturalis intrinſecè.

Altiſſima ergo Chriſtianæ pœnitentiæ virtus, vtpotè à cœlo emiſſa, ab illo principium trahens, nullis propriis incepta viribus, ex quo eius actus ſupernaturales, vt in confeſſo apud omnes eſt Scholaſticos cum Diuo Thom. in 3. parte quæſt. 85. art. 5. & 1.2. quæſt. 109. art. 6. & quæſt. 15. art. 3. Bonauent. in 2. diſt. 28. art. 2. qu. 2. reliquóſque recentiores: immo ſecundum veriorem ſententiam, non ſolum ſupernaturalis quatenus à Deo exigitur ad ſalutem, ac proindè aliquod ſupernaturale exigit, quod à gratia dependeat, vt aliqui voluerunt cum Scoto in 4. diſtinct. 14. quæſt. 2. art. 1. ſed ſupernaturalis intrinſecè, id eſt in iis, quæ illi verè, & realiter inſunt, & in tota eius entitate; quod ſatis liquet ex Trident. ſeſſ. 6. c. 6. & Canon. 3. & prius illud dixit Concil. Auranſican. ſecundum Can. 4. & doctiſſimè probat Suarez de pœnit. diſput. 3. ſect. 6. & verè neſcio ſi ſemel damus actum pœnitentiæ ſecundum ſe, & ſecundum totam entitatem ſuam naturalem, (loquor de pœnitentia Chriſtiana) extrinſecè tantum ſupernaturalem, quomodo ſuſtinebimus principium actus pœnitentiæ à nobis non eſſe, ſed de hac re in ſcholis. Pœnitentia ergo ſiue hoc, ſiue illo dicatur modo, ſupernaturalis eſt; quod equidem ſatis illa probant verba Pauli 2. ad Timoth. c. 2. num. 26. dum eum animat, vt veritati reſiſtentes modeſtè corripiat, *nequãdo* addens, hoc eſt, ſi quando, verbum enim vti in Græco, vt benè adnotat Corn. non ſemper eſt negantis, ſed dubitantis: *Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem.* In quibus verbis Auguſt. in Enchirid. cap. 82. *Non ſolum*, inquit, *cum agitur pœnitentia, verum etiam vt agatur, Dei miſericordia neceſſaria eſt, alioquin non diceret Apoſtolus de quibuſdam, ne forte det Deus illis pœnitentiam.* Ex qua ſententia optimum elicit Anſelm. documentum, nunquam de ſalute peccatoris deſperandum: nam cum ſupernaturalis actus ſit pœnitentiæ, & à Deo prolapſus poſſibile, vt quando deſperati admonere deſiſtimus, Deus illam per gratiam infundat excitantem fructum nos fraternæ reſurrectionis amittentes: *Non deſperemus*, ait, *de eorum ſalute, qui adhuc reſiſtunt, ſed corripiamus eos, ne nobis eos non corripientibus, Deus aliquando per ſeipſum det eis pœnitentiam, & erubeſcamus, qui de ſalute eorum deſperabamus, & non mercedem inde non habeamus.* Hinc pie Chryſoſt. ſuper hæc eadem verba: *An non vides*, inquit, *parentes quomodo filiis ſuis, licet de vita deſperatis, aſſideant lachrymantes, lamentantes, exoſculantes, omnia quæ poſſunt admonentes ad ſupremum uſque halitum; hæc tu quoque facito pro fratribus, & tamen illi non poſſunt lachrymis, ac lamentis morbum depellere, aut mortem imminentem abigere, tu vero frequenter poteris animam deplorantem, aſſiduitate, inſtanti æque per lamenta reuocare, ac ſuſcitare.* Puſſimè, ac verè, quod inde, quia cum pœnitentiæ Dei donum, poſſibile, vt lachrymis quis ab illo fratri impetret, & ſi res deplorata appareat.

Auguſt.

Anſelm.

24 De quolibet peccatore quamuis duro nunquam deſperandũ & pulchra huius rei ratio.

Chryſoſt.

Enimverò ſi oculis aſpiciatur humanis, & trutina iudicetur rationis factum Dauid occidens nuncium mortis Saülis, ad eum armillas, coronamque deferentis, horribile prorſus apparet, ne dicam inhumanum; nuncius erat de morte inimici, dona offerebat, ſalutauit ipſum Regem, inſuper quem occidit ſciebat *viuere non poſſe poſt ruinam.* Vt ipſe affirmauit 2. Reg. c. 1. n. 10. Vnde ergo ſic deliquit, vt mereretur occidi? myſterium cognouit Bachiarius de lapſis, in ipſiſmet verbis, quæ ipſe protulit, vt regem occideret, nempè vitæ deſperationem, adhuc viuentem deſperans de eius vita, quaſi Deo impoſſibile, vt ſaluaretur; quod deuotè applicans ad eos, qui de peccatoris pœnitentia deſperant, grauiſſimè ait: *Morte damnauit, cum percuſſum ab hoſtibus deſperaſſet eſſe victurum, & eum ſublata ſpei fiducia ingulaſſet.* Pulchrè, *ſublata ſpei fiducia ingulauit.* Merito occiditur contra ipſius ſpem, qui ſpem vitæ ab homine abſtulit, cum & ſi nobis ſæpè res deplorata appareat, non ſic tamen apud Deum, quia ſemper ſpes adeſt pœnitentiæ, quæ ſaucios ſanat, & mortuos ad vitam reuocat.

25 Dauid cur occidit Saul percuſſorem.

2. *Reg.* c. 1. num. 10.

Hinc poſt damnatam primi parentis maſſam, poſt omnia ſub peccato concluſa, ac æterna prædamnata maledictione, cum per pœnitentiam eſſent iterum ad vitam reuocanda, iterumque ſub benedictionem concludenda, ſic glorioſa apud Deum pœnitentia apparuit, ſic altum, ſic eius immenſum opus, ac prægrande, vt ad eam dandam ab ipſo mundi principio, ſeu ſi mauis ab ipſo peccati excidio nullum voluerit deſtinare Angelorum ſupremum, ſed ipſum Dei filium, tanquam res eo digniſſima nulli infra ipſum communicanda, perſonam tandem digna diuina. Hinc Petrus in medio concilij clamans audacter pronuntiat; *hunc principem* (Chriſtum nempè) *& Saluatorem Deus exal-*

26 Pœnitentiæ altitudo ex prædeſtinatione Dei filij ad eam dandã optimè colligitur.

tauit dexterâ ſua ad dandam pœnitentiam Iſraëli, & remiſſionem peccatorum. Actor.5.n.31. Premo verbum *exaltauit*, quomodo? Chryſoſt. *ad cœlum elevando*, alij *eum è mortuis liberando*, Interl. *virtutes per eum exercendo*. Hoc eſt miracula, atque prodigia, optima hæc; at quid nobis prohibet pro exaltatione ſimul cum reſurrectione, aſcenſione, & virturibus, & exaltationem illam intelligere, qua Dei filius creditus, adoratus, & habitus, iuxta illud Pauli ad Philipp.2.n.9. ſcilicet *propter quod, & Deus exaltauit illum*. Vbi doctè Velaſquez pro exaltatione æqualitatis ad patrem manifeſtationem intelligit: ergo exaltauit Chriſtum Deus eum reſuſcitando, aſſumendo, infinitas per eum virtutes operando, tandem Deum, ſibique per omnia æqualem demonſtrando, cuius rationem ſi inquiras, *Ad dandam pœnitentiam Iſraëli, & remiſſionem peccatorum, ideo virtutes facta*, inquit Interl. *Ideo in cœlum aſcendit*, & Chryſo. hom.13.in Acta, *dicit & ad quid?* nempè: *vt det pœnitentiam, adducens & remiſſionem peccatorum Iſraëli*. Immo pulchrè hoc educit, ſcilicet ad hunc finem Deum exaltaſſe Chriſtum ex ſequentibus Apoſtoli verbis, nempè: *& nos teſtes horum verborum ſumus, & Spiritus ſanctus quem dedit Deus omnibus obedientibus ſibi*. Vbi adnotat acutè teſtimonium Apoſtolorum quod hic profitebatur eorum princeps, non eſſe reſurrectionis, ſed pœnitentiæ per Chriſtum dandæ, ipſumque pœnitentiæ principem, & largitorem eſſe conſtitutum; *at nos teſtes horum verborum ſumus, quorum?* ait Chryſoſt. *Quod remiſſionem ac pœnitentiam promiſit: nam reſurrectio quidem erat iam ex confeſſo, quod autem remiſſionem dat, nos teſtes ſumus, & Spiritus ſanctus, qui non aduenijſſet peccatis antea non ſaluis*. Ergo ſic magna, ſic alta eſt pœnitentia, vt infra Deum nullum meruerit authorem, ſed principem ſibi è cœlo conciliauerit, non alium, quam ipſum Dei filium patri per omnia æqualem.

Actor. 5. n. 31. *Chryſoſt.* *Interl.* *Velaſq.* *Interl.* *Chryſoſt.*

27 Deus ob pœnitentiam diſſimulat peccata, quia Chriſtum eam influẽs reueretur.

En ni fallor, eſſentialis ratio, cur Deus hominum diſſimulat peccata propter pœnitentiam, opus enim cum ſit ipſius filij, & alterius nullius, & opus magnum, & præclarum, diſſimulat peccata, vt filij virtus, & potentia foras prodiens ac ſe diffundens, in opere pœnitentiæ glorificetur, & exaltetur; hanc plus æſtimans, quam peccatorum vindictam, ipſos peccatores quodammodo Dei reuerens iuſtitia, cum eis diſſimulans propter Chriſti decorem, ac, vt ſic dicam, reuerentiam, *quare congregauit Dominus tres Reges hos, vt traderet eos in manus Moab*. Perfidus Ioram Rex Iſraël ad Eliſæum dixit, 4.Reg.3.n.13. quando ipſe cum Ioſaphat, Regéque Edom contra Moab pergebat, ſitique deperibant in deſerto, cui Eliſeus: *Viuit Dominus exercituum in cuius conſpectu ſto, quod ſi non vultum Ioſaphat regis Iuda erubeſcerem, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem*. In cuius gratiam, & aquam promiſit, inſuper & victoriam. Vnde & ſi Ioram, & ſi reliqui morte digni, ac interitu, tamen vultus Ioſaphati reuerentia & ſupplicium diſtulit, immo & gratiam extorſit, amice ſi cur perfidi in mundo ſuſtententur peccatores, ſi cur cum eis Deus diſſimulet, cur tandem donis eos cumulet quæro? ſcito, quia filium veneratur, cuius vultum ſuſcipit, melius quam Eliſeus illam Ioſaphati, pœnitentiam ab ipſo proceſſuram gratiam expectans: contra Baſilium ſanctum inique procedens Ponti Præfectus, cur ſtatim à Deo non percuſſus, ſic belle ait Nazianz. in oratione de laudibus eius: *Cunctabantur porro fulmina, Deique gladius adhuc exacuebatur, & differebatur, arcúſque ita contendebatur, vt tamen retineretur, pœnitentiæ videlicet tempus aperiens, hoc enim apud Deum in more, atque vſu poſitum eſt*. Egregiè, non vindicabat Deus Baſilium ſtatim contra perfidum, ne contra morem, vſumque ſuum faceret, tempus non præſtolans pœnitentiæ: ſic nec filium ipſum à peccatoribus vendicat, ne pœnitentiæ locum non relinquat, incaſſúmque, vt ſic dicam eius gratiæ decurſum reddat, reuerens perſonam, peccatores diſſimulat, pœnitentiam expectans.

Nazianz.

Immo, vt magnum quid dicam, ſed verum, ob hanc eandem cauſam, quia ſcilicet Chriſtus Dominus inter peccatores ſtat pœnitentiam influens; ſic ipſum eiuſque influxum diabolus ipſe timet, immo, vt ſic dicam veneratur, vt ipſos peccatores omni igne inferni dignos expaueſcens cum poſſet occidere, & ad infetos detrudere, ob Chriſti reuerentiam deſinat, & vltra progredi contra eos non audeat. Vnde ſi cauſam ſciſcitaris, cur poſt peccatum diabolus te non ſuffocat, intellige ob Chriſti reuerentiam pœnitentiam pro te patri offerentis; pulchrè hoc Origenes hom. 8. in Numer. c. 16. ponderans illud Aaronis, quando ira Dei ſæuiente, ac populum cremante pontificalibus veſtitus, aſſumens thuribulum cum incenſo, inter mortuos, vtentéſque ſtans, thymiama offerens, *plaga deſenit*. Chriſtum aſſimat deſignari patri ſe offerentẽ in peccatorũ pœnitentiam, qui dum inter illos ſtat eis gratiæ influxum conferens, ipſemet dæmon veneratur, peccatores non audens attingere, ſupponit enim Origenes vaſtatorem illum non Angelum bonum, ſed dæmonem fuiſſe, quo ſuppoſito ſic ait: *Noſter Pontifex Ieſus Chriſtus*, ait, *aſſumpto batillo carnis humanæ, & ſuperpoſito igne altaris, animæ ſine dubio illa magnifica, cum qua natus eſt in carne, adiecto etiam incenſo qui ei eſt ſpiritus immaculatus medius inter viuos, & mortuos ſtetit, & mortem non fecit vltra graſſata: hoc ergo fuit myſterium, quod poſtea futurum, iam tunc ille qui populum vaſtabat expauit: agnoſcebat enim figuram batilli, & ignis, & incenſi, & qualis offerenda eſſet Deo hoſtia in eo qui medius mortuorum, viuorúmque conſiterat, prænudebat, neque enim indumenta Pontificis purpura, ac lana, byſſóque contexta erubuiſſet Angelus ille vaſtator, ſed iſta quæ futura erant indumenta magni Pontificis intellexit, & iis ceſſit*. Egregiè, non Aaroni, non veſtibus, non illo thuribulo diabolus ceſſit vaſtator, & erubuit, ac expauit, ſic vt reliquos eodem etiam igne dignos deſereret, ſed illum, qui per illa figurabatur Chriſtus nempè Dominus medius inter peccatores thymiama offerens, & effundens pœnitentiæ ſcilicet Deo influxum in peccatores ab ipſo effuſus offerens.

28 Dæmon peccatores reuereturob pœnitentiam.

Origenes.

Dixi thymiama, hoc eſt pœnitentiam peccatorum Deo offerens à ſe conuertendorum, & non ex re: ſcio enim per hanc compoſitionem frequenter à ſanctis fidelium orationem deſi-

si sanus esset intellectus, si pectus ingenuum, vt diximus ob ipsammet peccare non deberent pœnitentiam, cum si ob eius maiestatem hominum peccata Deus dissimulat, cur quæso & ob eandem ipsi peccare non desistent? agnosco huius rei rationem, sanè eam, vt omnino humana Deo inueniatur opposita voluntas, vt hæc ideo peccet, quia pœnitentia parata, & Deus ideo mortem non inferat, peccatáque dissimulet, quia pœnitentiam veneratur, vt noster ait Sapiens: *dissimulans.*

HOMILIA XL.

Pœnitentia in Deo dissimulationis instrumentum, quæ.

DIssimulat Deus ob pœnitentiam peccata, eiusque quodammodo reuerens maiestatem; at ob quam? ne error sit in acceptione, nunquid ob fictam, ob vanam, tandem ob insufficientem, quis hoc credit? Luc.3. nu.3. *Venit Ioannes*, inquit, *in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Quid in remissionem peccatorum? nunquid Ioannis baptisma remissionem, & veniam conferebat peccatorum? minimè; quid ergo? optimè Chrysost. hom.20. in Matth. to.2. id est, vt remissionem acciperent peccatorum, ideo prius pœnitentiam prædicabat, *aptè ergo*, ait, *cum dixisset quod prædicans venit baptismum pœnitentiæ, addit, in remissionem peccatorum, quod idcirco suadebat illis pœnitere, vt subsequentem veniam facilius impetrarent credentes in Christum.* Ergo ad veniam impetrandam prædicabat Ioannes pœnitentiam; at quam? attende, non quamlibet, sed baptismi, nunquid ergo est aliquis baptismus, qui pœnitentię sit baptismus? sanè, lachrymarum, contritionis, summi ob commissa scelera doloris: sic Nazianz. orat. in sancta lumina, quinque agnoscens baptismata Mosis, Ioannis, Christi, Martyrij, quintũ lachrymarum affirmat: *Quintum locum tenet lachrymarum baptismus, verum asperior est, & laboriosior, quo perfunditur ille, qui per singulas noctes lectum suum, ac stratum lachrymis lauat.* Ergo non tantum pœnitentiam ad remissionem, & gratiam obtinendam prædicabat Ioannes, sed baptismum, sed immersionem, sed, vt sic dicam in illa suffocationem, illam inquam ob quam ipsemet Nazianz. sequens ait: *Vitij cicatrices fatens ob quas quis lugens, & contristatus graditur, qui Manassis resipiscentiam, ac Niniuitarum humilitatem misericordiam à Deo cõsecutam imitatur, qui Publicani verbis in templo utitur, ac supra insolentem, & superbum Pharisæum iustificatur, qui denique Chananea more deprimitur, & misericordiam implorat, ac micas poscit, hoc est canis vehementi fame correpti pabulum.* In quibus verbis egregiè omnes pœnitentiæ partes sic componit, vt nil vltra, quod desideres in vera habeas, in fœtore enim agnosce *peccati detestationem*, in cõtristatione *odium*, in luctu *dolorem*, in resipiscentia Manassis *propositum*, in Niniuitarum humilitate *pœnam*, in verbis Publicani *perfectam contritionem*, tandem in Chananæa *humilem confessionem.* Hæc quidem vera pœnitentia est, hic baptismus pœnitentiæ, quæ gratiam meretur, & ob quam peccata dissimulat Deus.

Enimverò ad nostram confusionem admirari libet sanctorum pœnitentiam, tum innocentium, tum nocentium, & si ob non multa delicta: semel, aut bis peccauit Dauid, qualis eius pœnitentia? audi illum in Psal.6.n.7. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Mirus dolor, attende singula, *laboraui*, inquit, *in gemitu meo*, hoc est, si secundum vim Hebræã, illud intelligi volumus, sic gemui, sic ploraui, sic indolui, vt fessus iam prorsus viribus defeci. Vnde Vatab. *defatigatus sum in gemitu meo.* At si secundum Latinam vim argumento ipsius psalmi respondentem, compositus, vt rectè Agellius, graui pressus Dauid infirmitate; vnde titulus secundum Vatab. *Oratio Dauid grauí aliquo morbo laboranti.* Hunc verba reddunt sensum, sic indolui, sic gemui, sic me tristitia oppressi, vt doloribus correptus, & ærumnis infirmatus in lectum deciderim, pro hoc nostra confusio, ob duo peccata sic contristari, vt vires deficiant, sic gemere, vt in lectum decidatur, & nos ab innumeris nec gemitum fundere, & sic post pœnitentiam ex primo die viuere, ac si nũquam in peccatis ruissemus. Clamat per Ioëlem Deus c.2.n.12. veram indigetans pœnitentiam: *Reuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu.* Et nos ex toto corde reuerti putamus non flentes, non ieiunantes, sed secundum consuetudinem omnia facientes: *Lamentari eum putamus*, grauiter ait Cyprianus, de lapsis in hunc ipsum Ioëlis locum, *ex toto corde, ieiuniis, fletibus, planctibus Dominum deprecari, qui ex prima criminis die lauacra quotidie celebrat, qui epulis affluentibus pastus, & sagina largiore distentus cruditates suas postridie ructat? qui hilaris, ac lætus incedit, qui barbam vellit, & faciem suam comit, & placere nunc cuiquam studet, qui Deo displicet.* Sensate quidem; quod si ad hodiernorum pœnitentiam applices, quàm verè Cyprianus falsam eorum pœnitentiam condemnauerit aspicies, post annum, immo annos confitentur, & sæpè in ipso criminis die (quod horrendum) immediatè post ad luxus, & saginam redeunt, faciem comãtes, barbam vellentes ac si non peccassent, nunquid vera hæc pœnitentia?

Sed pergo ad illam Dauid, nunquid ob infirmitatem pœnitentiam reliquit? nil minus, vnde ait: *Lauabo per singulas noctes lectum meum.* Et si infirmus flere non desiit, & non quomodolibet, sed affluenter, sic, vt non intingere, sed lauare poterat lectum, & non semel, nec bis, per singulas noctes, vnde tunc, quando cæteri somnum, ipsi lachrymas, gemitus, sic affluenter, vt in ipsis enatare poterat ipsius stratum. Vnde Pagn. *natare faciam.* Et non tranquille, sed tali turbine pluuiarum, suspiriorum, gemituum, vt veluti in fluctibus pœnè submergeretur; vnde Vatab. *Fluctuare faciam in noctibus lectum meum.* Qui etiam per lectum intelligit *culcitram, & vestes stragulas.* Ergo sic plorabat, vt superius, inferiusque lectus infusus ipse veluti inter lachrymarum vndas sepultus iaceret: & adnotandum cum Agellio, Hebræorum esse morem post præteritum, futurum ponere, quod & præteriti etiam vim habet, vnde cum præte-

Mat.3. n.3.

Chrysost.

1 Pœnitentię baptismus est, quæ peccatum gemuit. Nazian.

2 Veræ pœnitentiæ conditiones.

3 Pœnitentia sanctorum quam magna. Ps.6.n.7.

Vatab.

Agellius.

Ioël.2. n.12.

Cyprian.

4 Pœnitentia hodiernorũ Christianorum, quàm reprehensibilis.

5 Dauid in lachrymis ob pœnitétiam submergebatur.

ritum præcessit, nempe: *Laberauí in gemitu meo*, cum posteà subsequitur *lauabo, rigabo* tantum sonat, quantum *lani, rigani*. Ne hyperbolem putes, aut non factum quod dicebat, sed tantum in voto pœnitentiam tantam extitisse, in quibus verbis, vt rectè Amb. lib. 1. de virginibus, paulo post principium: *Tantam vbertatem ostendit profundi oportere lachrymarum, vt lauetur lectus, stratum rigetur fletibus obsecrantis.* Quis sic? *nos cum vel vna orauerimus die*: ait Basil. hom. 16. in Psal. 114. tom. 1. super illa verba: *& in diebus meis invocabo vel hora vna, bremem aliquam super peccatis nostris tristitiam passi, securitatem nobis promittimus, perinde ac quippiam confecissemus, quod ex æquo responderet diluendæ nostræ omnis malitiæ.*

Ambros.

Basil.

6 Confunduntur ab illis peccatores hodierni.

7 Pœnitentiæ veræ signũ instrumentum lætitiæ instrumentum efficere doloris.

At quid lectum lauare? nunquid lectus peccauit, & non corpus? cur ergo lectum nominat, lectum lauat? sanè ea ratione, vt tormenti esset instrumentum, qui fuerat delitiæ, & quod ad otium prius antè peccatum deseruierat, post illud ad lachrymas, ad pœnas, veri signum pœnitentis, qui ibi plorat vbi peccauit, ibi pœnas exigit vbi deliquit: *Quod alij cæteri consumunt somno, ille in confessione, ac lachrymis impendebat*: ait Chrysost. concione 1. de Lazaro: *Neque id faciebat per vnam noctem, vt altera desisteret, nec sic per duas, tresvè vt interim deficeret, verum singulis noctibus id faciebat, cumque omnes quietem, & otium agerent, solus ille tunc Deum interpellabat.* Cur tunc? quia tunc peccauerat, nocte peccauit, nocte flebat, peccauit in lecto, lauet lachrymis, & sint instrumenta pœnitentiæ, quæ fuerunt delectationis. *Ceciderit per oculum.* Sanctus ait Laurentius Nouariens. Episcopus serm. de pœnit. in Biblioth. Patrum, tom. 2. *Contaminauit te aspectu suo, ablauit te aqua sua, induxit te in laqueum, eruarte de laqueo, habet enim in se magnum lachrymarum auxilium, & hoc modo eruendus est oculus, sic abscindenda est manus, vel nexia membra in vtæ Domini præceptum.* Hinc quia verè Paula sanctissima dolebat, Hieronymo consulenti ne sic fleret vt oculos amitteret, respondit: *Turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purpurissa, & cerussa & stibio sæpè depinxi, affligendum corpus, quod multis vacauit delitiis, longus risus perpeti compensandus est fletu; mollia linteamina, & serica pretiosissima asperitate cilicij commutanda, qua viro, & sæculo placui tunc, Christo placere desidero.* Epist. 29. ad Eusthoc. ô fœmina sanctissima, decus viduarum, norma pœnitentium, quis sic instrumenta peccati in pœnitentiæ conuertit instrumenta, quis sic plangit ob enormia sicut Paula? quæ, vt asserit Hieron. *Ita lenia peccata plangebat, vt illam grauissimorum criminum crederes ream.* Quem sic ob infinita pœnitet vti Dauid ob duo tantum lectum lauans, in lachrymis se sepultans, nonne talem pœnitentiam baptismum dixeris? & antè Ioannem in ea Dauid baptizatum?

S. Laur.

8 Sentent'a illa Saluatoris si oculus tuus scandalizat' te erue eum quomodo intelenda.

Hieron.

Iob 6. n. 10.

9 Sancti ob pœnitentiæ amorem dolorem non sentiunt hoc vnum eis in vota flagellari.

Quid? immo sic dolent, vt non dolere intimè persentiant, & ipsos dolores ob patiendi affectum ipsam dicunt consolationem. Audi Iob 6. n. 10. *Et hoc, ait, sit consolatio mea, vt affligens me dolore non parcat.* Hinc, quia sic intus animatus existebat reputans se peccatorem, omnique digna flagello, ex affectu patiendi, dum pœnas illatas persensit, mortem scilicet filiorum, seruorum, armentorum, vestimenta scidit, non tantum ad doloris signum, quantum ad ampliora patiendi desiderium, vnam hanc tantum æstimans consolationem ampliora pati; Quod eleganter considerauit Origenes lib. 1. in Iob sic dicens: *Conscidit vestimenta sua, sine mora semetipsum ad ipsas præparans plagas, ecce inquiens corpus nudum, ecce corpus detectum; vos flagellate inimici, tanquam Dei satellites, ego autem sufferam, vos verberate, ego autem sustinebo.* Vt sicut prius vestibus corpus calefaciebat, posteà flagellis, par ex istis fomentum accipiẽs consolationis, ac ex illis; vnde aliqui Rabini apud Pinedam illud, *vt affligens me dolore*, legunt *calefaciam me in dolore*, quasi ex doloribus nouis superuenientibus nouum esset accepturus fomentum, nouamque lætitiam, vnde alij, *si interfecerit me Deus subsiliam.* Hoc est exultabo præ lætitia, immo & nouas vires, vnde Rabi Moyses, *roborabo me in* infirmitate mea; hinc suorum recordatus meritorum, & si in doloribus, ampliores orabat, vnde alij legunt, *orabo in dolore meo.* Hoc est, vt rectè Pineda, doloris incrementum petam, & acerbiores cruciatus.

Origen.

10 Iob vestimenta scidit ob desiderium ampliùs pàtiendi.

Pineda.

Hinc Dauid 1. Paralip. 21. nu. 17. ad Angelum percutientem Israëlem, & in ruinam Hierosolymæ imminentem gladio astantem sanguine cruentato audacter, *sed humiliter*, ait, *vertatur obsecro manus tua in me, & in domum patris mei, populus autem tuus non percutiatur.* Vnde nunc tantum patiendi, ac moriendi desiderium, cum prius pro se orauerat Dominum, immo, vt rectè moderni auctores, & clare colligitur ex scriptura, ideo ex tribus pestem elegit malis, misericordiæ fidens diuinæ, ac proindè supplicij liberationem, num 13 *sed melius mihi est, vt incidam in manus Domini, quia multa sunt miserationes eius.* At nunc quando in oculis gladius, & sententiæ apparitor, dum amplius mortem extimescere, ac pro illa orare deberet, amplius appetit, immo pro illa supplices extendit manus? sanè ea ratione, quia tunc in habitu pœnitentis: nam quando Angelus vidit, statim, *tam ipse, quàm maiores nati ceciderunt vestiti cilicijs, proni in terram*, n. 16. ait Scriptura: vnde cum tunc culpas rememoraret, grauitatémque efficacius pensitaret, nolebat vitam, inhiabat mortem: vnde rectè hoc admirans Amb. in Apolog. Dauid, c. 7. ait: *Quàm illud admirabile, quod Angelo ferienti plebem se obtulit, hoc facto statim dignus sacrificio indicatus est, qui absolutione æstimabatur indignus.* Pulchrè, & postrema premenda verba; tunc equidem dignus Dauid æstimatus, vt sacrificium offerret, sicut obtulit, Deo gratum, quando ex pœnitentiæ dolore ipsam abhorrebat vitam, ipsam exorabat mortem; quod quando intelligis, vide an digni sint, vt sacrosanctum illud offerant sacrificium, aut sacramentum sumant, qui non sic dolent, non sic ob peccata cruciantur.

1. *Par.* 21. n. 17.

Ambros.

11 Qui sunt digni vt sanctissimum accipiant sacramentũ, & qualia præcedere debet pœnitentia.

Immo amplius quid dicam; sanctas scilicet animas ex recordatione peccatorum talem cõtra se vindictam concipere, talémque patiendi desiderium vt ipsasmet consolationes refugiant spirituales, ipsosmet Dei fauores; hinc sponsa Cantic. 8. n. 14. & si æstuabat, & si amabat, tamen ob patiendi, ac pro peccatis satisfaciendi desiderium absentiam sponsi deprecatur, impatiens,

12 Dauid quando verè pœnitens

14 Ex pœnitentiæ desiderio animæ sanctæ ipsas refugiunt consolationes spirituales.

patiens, vt sic dicam eius fruitionis, ac delectationis, vnde orat, *Fuge dilectemi*. Ad quem sensum hùc declarat locum Rupert. *quasi dicat*, ait, *pia anima, non quæro in præsenti vita gloriam, sed desidero gratiam, non quæro claritatem miraculorum, sed opto remissionem peccatorum*. Quod clarius expressit Beda per fugam, subtractionem intelligens gratiæ gratis datæ, fauorem nempè, consolationem, ac spiritualium gaudiorum: *ne si pia*, ait, *& humilis anima dicat: Domine non sum digna vt intres sub tectum meum, vt ve in me ostendas frequens præsentia, & visitationis miraculum*. Sic quidem ex recordatione peccatorum affligebatur, vt in odium sui exurgens pœnas optaret, & pœnas spirituales.

Rupe. t.

Beda.

14 Desiderant per manus Dei interfici, ac obire.

Quod etiam, & alia ratione: nam talem concipiunt è peccatis timorem, vt, qui sciunt hæc ex se pœnas, mortémque afferre, propriúmque eorum effectum mortem; cum iam amore æstuent, timeant nè ob illa eam patiantur, vellémque si possibile non ab illis, sed à manibus interfici diuinis, vt ipse Deus illas, non peccata occideret, vt mortem inferret amicus non inimicus, 1. Reg. 20. n. 9. sic Dauid ad Ionatham precatur: *Si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me*. Omnium terribilium terribilissimam esse mortem dixit Arist. cur ergo eam ab amico petit Dauid? sanè, quia in morte aliquid solet contingere, quod morte ipsa iudicio prudentum æstimatur magis terribile, vt si à fœmina, si ab imbecilli, si tandem ab inimica manu; vnde multi, vt morte aliquod redimerent in mortis genere ludibrium, manus sibi anticipato vulnere intulerunt, apud prophanos hæc passim; in scriptura autè Iudit. 9. n. 54. Abimelech à fœmina percussus: *Vocauit cito armigerum suum, & ait ad eum, euagina gladium tuum & percute me*. Saul etiam 1. Reg. 31. n. 4 ne ab incircuncisis occideretur, ludibrióque haberetur, in gladium incubuit, dum nollet ipsum armiger occidere; sic profecto Dauid ad mortem ob nequitiam si subiturus eam optat ab amico, refugit ab inimico: sic animæ sanctæ ob pœnitétiam iam peccatis inimicæ, Deique amicissimæ, nollent ab illis perire, sed si possibile, vt Deus eas interficeret; vt ipse per se eas puniret; hinc Iob dicto c. 6. n. 9. precatur & ait: *Iob. 6. n. 9.* *soluat manum suam, & occidat me*. Quid ergo? nunquid post tantas Deus contractam habebat manum percussiones? sanè; nam illæ non à Deo, sed eius permissu à diabolo inflictæ: *Ecce in manu tua est, verumtamen animam illius serua*. c. 2. n. 6. *qui egressus percussit Iob à planta pedis vsque ad verticem eius*. Quod sciens sanctus, cum iam nihil aliud super esset quam mors, hanc expetit, vt inferat quem amabat, quem diligebat, & si moriendum non per manus inimici, sed amici, sciens quod dum inimicus percutit, virtus deficit, dum vero Deus, excrescit: *sciendum*, magnus ait Greg. hic, *quia aliquando nos aduersarius, aliquando autem conterit Deus; ex contritione autem aduersarij, à virtute deficimus, per contritionem vero Domini fracti à vitiis in virtute roboramur*. Ideo ergo Iob mortem per manus Domini petebat, ne in virtute deficeret, ne-vè per manus interficeretur inimici, vti animæ sanctæ, ne peccata eas occidant, flagellari desiderant à Deo amico, sicut plusquam ipsasmet illud expetant consolationes, plusquàm ipsas delitias.

1. Reg. 20. n. 9.

Arist.

15 In morte aliquid solet accidere ipsa terribilius.

Iudic. n. 54.

Idem c. 2. n. 6.

16 Iob curà Deo posthabita flagellari, & non à dæmone.

S. Greg.

A Quis ergo nunc ex nostris sic dolet, sic gemiscit, sic illachrymatur, vt pœnas amet, cõsolationes refugiat, nõ ob duo tantũ peccata sicut Dauid, non ob timoré tantum peccati sicut Iob, sed ob infinita; quid dignè flet, & dignam peccatis Deo exhibet pœnitentiam? nũquid quia pater, quia indulgens, puras, quod cõdignã nõ à te exacturus? falleris; audi Cyprian. de lapsis propè finé; *Deus*, ait; *quanta patris pietate indulgés semper, & bonus est, tãtũ iudicis maiestate metuendus est*, quid inde? attende, *quàm magna deliquimus, tam graniter defleamus, alto vulneri diligens, & longa medicina non desit, pœnitentia crimine minor non sit*. Sensatissimè, quantum fidis quia Deus pater, tantum timere debes quia iudex; hinc non minor sit pœnitentia, quàm delictum, non minores lachrymæ quàm peccata.

17 Vana peccatorum de Deo cõfidentia supprimitur.

Cyprian.

18 Deus quàm tuus pater, tàm us Iudex.

B Neque valet, si dicas corde te esse duro, lachrymas effúdere non posse, cum si reperis te ob tẽporalia fleuisse, qualem prætendes excusationé, quando ob spiritualia non defles? mortem amici doles, & animæ non plangis? *animam tuam misere perdidisti*, ait Cypr. vbi sup. *spiritualiter mortua superuinis hic tibi, & ipsum ambulans funus tuum portare cœpisti, & non acriter plangis, non ingiter ingemiscis*. Pulchrè, homo in peccatis, & si viuat mortuam tamen gestat animam, hinc feretrum corpus: vnde & si ambulet ad parentandum se mouet, funus gestans, quale mirum, vt suum portans funus non plangat, plangat alienum? quam ergo excusationem habebit? 1. Reg. 30. nu. 4. in Figeluh perueniens Dauid, C cum reperisset succensam igne, vxoresque suas ab Amalechitis captiuas ipse cum suis; *Leuauerunt vocem, & planxerunt donec deficerent in eis lachryme* Quale ergo Dauid fuisset Dei iudicũ, si sic pariter ob peccata non planxisset, si sic non gemuisset? cum lachrymas ob amissionẽ bonorũ haberet, ad amissionẽ gratiæ deficerent; profecto inexcusabilis fuisset, culpabilitérque durus; sic profecto sic, quãdo tu nõ plangis, quando peccata nõ fles, dũ tẽporalia doles dãna, scito te culpabiliter durũ, audi Aug. de pœnit. c. 13. to. 4. *pœnitẽs*, ait, *quidquid sordidum post purificationem contraxit, oportet vt abluat saltem lachrymis mentis*. Verissimè; nã simpliciter, &, vt sic, vti aiunt Theologi, illæ sunt necessariæ; vnde rectè Aug. simpliciter ad precium tantum attendens D illas requisiuit: dolor enim contritionis cum sit duplex, volũtatis, patiẽs peccati detestationem, odiúmque, & sentitiui appetitus, cũ hic variis de causis impediri possit; hinc non simpliciter necessarius sicut primus; vnde rectè Aug. *saltem lachrymis*, ait, *mẽtis*; at pendens dictum immediatè sequens ait: *sed satis durus est, cuius mentis dolorẽ oculi carnis nequeunt declarare*; cuius rationẽ addens, sequitur: *quia culpabiliter est durus, qui deflet dãna tẽporis, vel mortem amici, & dolorẽ peccati lachrymis non ostendit*; vnde generatim cõcludẽs, ait: *non itaque est, vt quis excuset se non habere fontem lachrymarũ, qui nonnunquam lachrymis ostendit dolorem temporalium*. Pende fõtem lachrymarũ, non lachrymas dixit, sed fontẽ, sed gurgitẽ, sic deflens, vt peccauit; hinc Dauid verè pœnitens nõ sicut tẽporalia dãna peccata flebat, sed amarius, in Figeluh enim sic ploraiuit, vt lachrymæ deficerẽt, *donec deficerent lachryme*. At quando peccara, & si flumina fundebat, sẽper tamen, cõtinuè, perẽniter, vnde ait;

19 Peccator non peccata plangens inexcusabilis.

Idem.

20 Peccatoris corpus feretrum in quo anima mortua.

1. Reg. 30. n. 4.

Augusti.

21 Contritionis dolor duplex.

Pſ.118.n. 136. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam.* Pſal.118.n. 136. non lachrymas ſed exitus earum affirmat oculos profudiſſe, ſic, vt veluti in eas ipſi conuerſi, ex fontibus viſionis fontes fierent lachrymarum, vti hunc locum intelligit Ambro. Octon.18. legens ipſe: *In decurſu aquarum deſcenderunt oculi mei.* Vbi per deſcenſum oculorum ipſam reſolutionem in lachrymas intelligit: *habet enim hoc vis ſummi doloris*, ait, *vt cum lachrymis oculi quodammodo ipſi videantur deſcendere, eo quod tanta vis lachrymarum ſit, vt putentur oculi in fletus reſolui, & in lachrymas effundi.* Obſeruans acutè gradatim Dauid ſemper ploraſſe, non fletû diminuens, ſed augens, ita tandem, vt in lachrymas totus abiret, *diuerſe hoc, & ſæpè ſignificauit*, ait Ambroſ. *Et propemodum ſemper incrementa aſſumpſit: dixit enim primo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum; dixit iterum: fuerunt mihi lachrymæ meæ panes: dixit etiam, & potum meum cum fletu miſcebam, hæc addit: in decurſum aquarum deſcenderunt oculi mei.* Hoc eſt, vt ipſe intelligit, in lachrymis defecerunt, ſe tranſmutarunt, non amplius oculi, ſed lachrymarum fontes, ſed exitus aquarum, non damna plorans temporalia, vt rectè aduertit idem ſanctus, ſed quia Dei legem non cuſtodierunt: *habuit quidem multa quæ fleret*, ait, *vel inceſtum filiæ, vel interitum filiorum, ſed hîc non hoc fleniſſe ſe dicit, ſed quia non cuſtodiuit legem Domini.* En quanto impetu flebat, profecto duplo quam damna fleuerat temporis, immo ſi attẽdis, ita ſpiritu temporis decurſu ſublimatus, vltróque ſemper ad perfectum progrediens, vt & ſi damna adeſſent corporis, non hæc, ſed ſpiritus fleret, dolorem peccatis ſeruans, non infortuniis; quis ſic nunc delicta flet, quis ſic pœnitẽtiã agit? immo ſic nos pœnitet, vt potius delicta augeamus, quàm imminuamus: *Ecce peiora adhuc peccãdi vulnera*, ait Cypr. vbi ſup. *Ecce maiora delicta, peccaſſe nec ſatisfacere, deliquiſſe nec delicta flere.* Nunquid hæc pœnitentia ad diſſimulandũ Deũ attrahit?

Cyprian.

Neque etiam aliquam prætendes excuſationem afferens dictam pœnitentiam tantum ſanctorum, perfectorúmque eſſe; vnde cum tu peccator tantum dolorem, tantámque non poteris aſſequi contritionem: nam proferam tibi ſimilem ex peccatoribus; immo quod maius, ex gentilibus, & qui Deum non agnoſcebant; Niniuitarum attende, & vide ſi maiorem inuenies, Ionas 3.n.4. *Adhuc & quadraginta dies, & Ninive ſubuertetur.* Clamans, *itinere vnius diei*, prædixit illis; quæ verba cum ad Regem perueniſſent, ſic ex illis, ſic ex magnitudine peccatorum conterritus extitit, vt licet *Sardanapalus*, vt multi congruentiſſimè volunt, quod equidem tãtum eſt, ac ſi homo diceretur omnis laſciuiæ, omnis impudentiæ, omnium turpitudinum, omnium denique brutalium peccatorum vorago, tamen ſtatim: *Et ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere, & clamauit, & dixit in Ninive ex ore Regis, & principum eius dicens: homines, & iumenta, & boues & pecora non guſtent quidquam, nec paſcantur, & aquam non bibant, & operiantur ſaccis homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum, quis ſcit ſi conuertat, & ignoſcat Deus.* Pende ſingula, & maiorem non deſiderabis pœnitentiam, vix cõminatio audita, & ad pœnitentiã recurſum, humilitas ſtatim adhibita, ad opera illico accurſum pœnalia, vanitates abiectæ, corona, purpura deiectæ, ſacc⁹ indutus, cinis arrept⁹, reclamatũ cum lachrymis fortiter, ieiuniũ prædicatum, omnibus indictũ, ſenibus, paruulis, mulieribus, etiam animalibus, vt cum virorum clamore, & paruulorum gemitus, & animalium boatus adiungeretur. Quid amplius? vltimum adiectum perfectiſſimũ, vitæ emendatio, peccatorũ deteſtatio, totalis omnino commutatio, *& reuertatur vir à via ſua mala.* Et vt inquit Chryſ. ho. 80. ad pꝓpul. *vbique ſaccus, vbique cinis, vbique luctus, & lamentationes.* Et tamen ſi rectè conſideres, ſic ad pondus peccatorũ ſuorũ vigilãtiſſimi, ſic ex eis terrefacti, ſic maieſtatẽ obſtupeſcẽtes diuinã, vt cũ omnia ſupradicta feciſſent, & ſi tantam præſtitiſſent exomologeſim, tamen de venia non certi proclamant; *quis ſcit ſi conuertatur Deus & ignoſcat.* Quid dicis, ô Rex? poſt tantam pœnitentiam, poſt tantum luctum, poſt tantam contritionem, poſt tantam humilitatem, non de diuina es miſericordia ſecurus? ſanè, nec mireris, quia verè dolebat, verè antè oculos pondus, grauitatem, magnitudinem ponebat peccatorum; ex altera maieſtatẽ, altitudinẽ, Deíque ſublimitatem; hinc & ſi tanta, non tamen ſecurus, proh! pudor Chriſtianæ hodiernæ pœnitẽtiæ, qui & ſi eam non per Ionam audiũt, ſed per ipſum Dei filiũ, & ſi non per iter vnius diei, ſed per triginta, & amplius proclamatã annos, & ſi non tẽpus eis præfinitur quadraginta dierũ, ſed nec vnius inſtantis, tamen illam de peccatis ſuis exhibent, quod pudet dicere, & quod mirum, & admirandũ, ſic de venia, ſic de miſericordia ſecuti, ac ſi condignam feciſſent, quid! ac ſi nunquam peccaſſent, qualis hæc cæcitas? qualis hæc, vt ſic dicã, dementata cogitatio? nonne hoc faciunt Chriſtiani, quia nec peccatorũ pondus æſtimant, nec Dei ſciunt maieſtatem, cum ſi hæc, ac Niniuitæ penſitarent, & condignam exhiberent pœnitentiam, & de miſericordia non ſic impudẽter eſſent ſecuri, immo ſcirent, quod ſi omnino à pœna liberati eſſe vellẽt, plura bona exhibere quàm mala patrata tenerẽtur, & ſic plorare, vt non ſolũ ad pœnam, ſed ad gloriã, non ſolũ ad ſatisfactionem, ſed ad præmiũ lachrymæ, ſiue opera alia deſernirent bona, quod egregiè dixit Chryſ. vbi ſup. *Cogitemus ergo*, ait, *quod quiſq; noſtrũ habeat onera peccatorũ, & æquinalẽtes exhibeamus miſericordias* (opera ſcilicet) *immo vero vel lõgè plures, vt non modo peccata deleãtur, verũ & in inſtitiã nobis eleemoſyna cõputentur, niſi nãque tot fuerint bona, vt & exnãt crimina, & ex relictis aliquid in inſtitiã nobis reputetur, de nobis à ſupplicijs liberabitur nemo.* Quis ergo hodie ſic pœnitẽtiã agit, quis tãdẽ ſe excuſabit cũ talẽ intellexerit peccatorum pœnitẽtiã? quis ſuã nõ erubeſcet, quis ad inſtar Niniuitarũ timet poſt illã, immo quis ſic nõ tam raſus frõte, vt poſt annalẽ cõfeſſionẽ, immo aliquãdo poſt quinquennalem, & decemnalem peractam, quomodo Deus ſcit, ſtatim ad ſacroſanctum non audet accedere ſacramentum, corpuſque illud non audacter petere diuinum? & quod pudet dicere, non, vt illud ſumant, ſed vt ſumpſiſſe videantur, ne notam incurrant, ne Eccleſiæ iudicium ſubeant: *nonnulli ideo poſcunt*

Chryſoſt.

23 Semper in lachrymis, & fletu profecit, & incrementa ſumpſit.

24 Niniuitarũ pœnitentia *Ionæ 3. nu.4.*

25 Opera penalia ſic agenda vt peccata, ſupereat.

gitized by Google

26 Impudẽtia hodierno tum peccatorum ad sacram aduolantium Eucharistiam. *Ambros.*

pœnitentiam, ait Ambros. lib. 1. de pœnit. c. 9. *Vt statim sibi reddi communionem velint, hi non tam se soluere recupiũt, quam Sacerdotem ligare, suam enim conscientiam non exuunt, & Sacerdotis induunt, cui præceptum est, nolite sacramentum dare canibus.* Canes adhuc sunt, quia veram non attigerunt pœnitentiam, & panem illum sacrosanctum manducare præsumunt.

27 Innocentiam seruare facilius quàm pœnitentiam veram agere affirmabat Ambr.

At qualis vera dices? non ego, sed Ambrosius volo tibi respondeat hoc loco, c. 10. vbi quomodo, & qualis de peccatis exhibenda sit discurrens, postquam dixisset facilius se inuenisse, *qui innocentiam seruauerint, quam qui congruè egerint pœnitentiam*, sic ait: *An quisquẽ illã pœnitentiam putat, vbi acquirendæ ambitio dignitatis?*

28 In aula regum quam difficilis vera pœnitentia.

Signa dictum, & in Regum aula, in alma vrbe, in principum domo, quàm vera difficulter reperiatur pœnitentia ex Ambrosio elicies, qui sequitur: *vbi vini effusio, vbi ipsius copulæ coniugalis vsus?* Mirum cum licita? quid ad hæc qui ad pœnitentiam ab illicita immediatè, aut parum post accedunt? *renuntiandum sæculo*, sequitur Sanctus, *somno ipsi minus indulgendum, quam natura postulat, interpellandus est gemitibus, interrumpendus suspiriis, sequestrandus orationibus, viuendum ita, vt vitali huic moriamur vsui, seipsum homo abneget, & totus immutetur.* Si simpliciter hæc necessaria, quæ Ambros. tradit, qualis pœnitentia vera? cuius ad sacramentalem accedentis confessionem somnus vti Dauid interpellatur gemitib⁹, interrũpitur suspiriis, sequestratur orationibus? quis antè illam, vel post sic viuit, vt vsui quotidiano. & anteriori moriatur, *& totus immutetur.* Quid est totus immutetur? sanè vt sic sanctitatis vsui post pœnitentiam se alliget, ac anteà iniquitatis, & ad Altissimum sic se conuertat, ac prius ad peccatorum profundum, illud in re, Isaiæ c. 30. n. 6. exequens, *convertimini sicut in profundum recesseratis filij Israël.* Quod si non sic, time, ne pro benedictione maledictionem reportes.

29 Ad veram pœnitentiã quæ requirebat Ambros.

Isaiæ 30. n. 6.

Gen. 27. nu. 11.

Enimverò suadens mater Rebecca Iacobo filio vt benedictionem fratri subriperet, Genes. 27. n. 11. sic illi respondit: *Noste quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis, si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me voluisse sibi illudere, & inducam super me maledictionem pro benedictione.* In quo loco antequam ad quod intendo accedam, ex Eucherio statuo per carnes hœdorum conuersionem præfigurari peccatorum, eorũmque pœnitentiam, sic ipse apud Lippom. in Catena ad hunc locum: *Per carnes*, ait, *hœdorum ex quibus Isaac præparatus est cibus, peccantium intelligenda est cõuersio.* Quo statuto digne, ac prudenter maledictionem pro maledictione sanct⁹ timebat iuuenis, quia Esau *homo pilosus.* Hoc est rigidus, austerus, *ipse lenis*, placidus, mitis: quid inde? illud, ne dum pœnitentiam offerret leniter, placide vti hodie principes, vti nobiles, vti, qui Deum nesciunt, malique scilicet Christiani, maledictionem pro benedictione reportaret, dic delicate pœnitẽs, hœdos offers putidissimos, peccata nefanda, malcolentia, multitudine prorsus infinita, & leniter accedis, & audes sic accedere, & non sicut Iacob manus, & colla nuda pellibus, rigidis nẽpè pœnitentiæ operibus tegere, nunquid si te attrectauerit pater tuus, Deus ille summus, vt attrectabit, tuam recognoscere volens pœnitentiam, non secus ac Isaac Iacob, putas, quod pro benedictione non maledictionem impertiet, lenem te, non asperum inueniens, qualis hæc dementia? seu, vt melius dicam, qualis impudentia, væ nobis dum sic pœnitentiam agimus, non ad placandum, sed ad illudendum accedimus Deum, & tamen maledictionem non timemus. qualis quæso est nostra pœnitentia, vt digne Deum sic illusum non præsentiat? vis agnoscere falsam? attende quantum post illam ad vomitum non redis, anteacta non repetis, quod si aspicias illico, time maledictionẽ, time mortẽ.

30 Peccator de peccatis non rigidã tenens pœnitentiam timeat maledictionẽ, pro benedictione.

31 Peccatores Deum irridentes ex tua pœnitentia quã

32 Signa falsæ pœnitentiæ cito ad vomitum redire.

Quid? immo etiam si (quod formidabile, & tremendum) ante acta dimissa, etiam si præterita condonata peccata, velim scies quod ad vomitum certissimè redibitur, si sic post ac antè pœnitentiam viuas; & (quod peius) non sicut anteà sed forsitan sic, vt iterum in foueam cadens, inde educaris non ad pœnitentiam, sed ad dæmonis triumphum, in illis moriens, in illis decidens, digne hac affectus pœna, quia transacta pœnitentia, sic placidè, ac anteà quàm peccasses, sic molliter, sic leniter vixisti: enimverò plusquam mirũ apparet, cur Dauid iustissimus Rex, qui passione non mouebatur, qui recta semper iudicabat, tamen horrendo audito filij Ammonis cum sorore stupro, non solum non puniuit, sed nec verbum ei dixit durum, 2. Reg. 13. n. 21. *Cum audisset Rex Dauid verba hæc, contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Ammonis filij sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.* Mirum cum Rex esset, & Iudex; vnde merito dubitatur, an grauiter peccauerit; Abulens. hic qu. 9. vsque ad 12. efficaciter tenet partem affirmantem, Lyra. verò negãtem, cui adhæreo, & maximè ob verba illa, 3. Reg. c. 15. n. 5. vbi expressè affirmatur non peccasse Dauid excepto in facto Vriæ: *Eo quod fecisset Dauid rectum in oculis Domini, & non declinasset ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ excepto sermone Vriæ Hethei.* Qui locus sanè difficilis cum alias peccasse Dauid satis manifestè appareat, vt in intentata Nabalis vindictâ, ac in numeratione populi; quapropter non ad otium me scripturum arbitror, & paululum in re tam difficili insistam.

5 Reincidentiæ causa in peccatum est molliter post pœnitentiã viuere. 2. *Reg.* 13. *num.* 21.

Abulens. Lyran. 3. Reg. 15. n. 5.

34 Dauid cur dicatur non peccasse nisi in peccato Vriæ cum & alia cõmisisset peccata. *Sanchez.*

Sanchez, 1 Reg. c. 25 n. 49. ex professo hanc attingens difficultatem antiquorum authorum expositione adducta, nec approbata, cum alias ex suo adduxisset, nec etiam probasset, tandem ad antiquorum rediens, nempè non peccasse Dauid excepto in sermone Vriæ, quatenus cætera comparatione eius dici non possent peccata, sic Abulens. in c. 15. lib. 3. Reg. quæst. 3. Hugo, Dionys. Lyra. Caietanus, quam explicans sententiam affirmat secundum scripturæ regulam in magno numero cum aliquid defuit, pro non defuisse reputari: nam si ex multis vnus peccauit homo, nullus peccasse dicitur, ideo quia tota vita Dauid sanctus, & iustus excepto sermone Vriæ, semper Dei legem obseruasse dicitur, quia multa eius bona opera talia fuerunt, vt occupare eius peccata videantur, ac non apparere, vnde de illo dicitur, Actorum 13. num. 22. *Inueni Dauid filium Iesse virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Sic pari modo, quando peccata leuia sunt, aut breuiter tersa, neque diu peruersæ insederunt conscientiæ, censentur

Abulens. Hugo. Dionys. Lyran. Caietan.

Actor. 13. n. 22.

35 Regula scripturæ in magno numero si aliquid mi-

nimi desit pro non desiisse reputatur.

quasi non fuisse, quod probat, quia filius vix natus, ac extinctus pro non nato reputatur, vnde filius ex adulterio Dauid natus in numero filiorum eius non censetur, & Christus Matth. 9. dixit: *Non esse mortuam puellam*, quia statim resurrectura, & idem Ioannis 17. dixit, se non esse in mundo, *quia cito erat abiturus.* Sic de diuortiis si vxor breui est reuersa, dicitur nõ diuertisse; hinc concludit quod cum excepto peccato Vriæ in reliquis sic parum Dauid stetit, vt illico ea sit execratus, quasi pro non stetisse dicitur; quapropter optimè scriptura iuxta cõmunem hominum sensum, & eius consuetudinem nunquam peccasse Dauid affirmat excepto sermone Vriæ.

Matth. 9. *Ioan. 17.*

36 Peccator si cito resurgit quasi nõ peccasse dici potest.

Solida hæc, & mihi placent, eo vel maximè, quia multum conducunt, vt quilibet & si peccet, animetur ad cito exurgendum, cum si illud præstet, quasi pro non peccasse, ac proinde dãnum pro nihilo etiam reputabitur: vnde rectè Hieron. epist ad Ruffin & habetur c. *septies* 23. de pœnit. dist. 3. explicans illud: *septies in die cadit iustus*, petens, *quomodo si iustus cadit?* respondit, *quia iusti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit.* At contra hanc rationem vnum obstat ob quod non possum in eius sententiam totaliter adduci, quia etiam peccatum populi census, sic clamorosus extitit ac peccatum Vriæ, & amplius in illo Dauid perseuerauit, quàm in adulterio, cum nunquam voluntatem numerandi nisi peracto censu reuocasset, vnde signanter scriptura tempus ascribit numerationis nouem scilicet mensium cum diebus viginti, 2. Reg. 24. n. 8. *Et lustrata vniuersa terra, affuerunt post nouem menses & viginti dies in Hierusalem.* Quibus si addas illos resistentiæ Ioab, qui non bene de hac re sentiebat, & ad iter præparationis, facile plures in hoc peccato, quàm in illo Bersabeæ dies Dauid insumpsisse reperies, ac proindè ex hoc non minus peccatorem iuxta regulam datam debere dici, quam ex illo.

Hieron. C septies de pœnit. dist. 3.

2. Reg. 24. n. 8.

In nodo difficili, difficilis solutio, addam vnã, quæ si non placuerit respuatur cum reliquis, dicerem, *ideo dictum non peccasse Dauid excepto verbo Vriæ.* Quia reliqua eius, quæ dicuntur peccata, an sint adhuc sub iudice lis est, adhuc contenditur: nam Theodoret. qu. 57. & 58. in facto Nabalis excusat Dauid à peccato, & Abulen. teste eodem Sancto (quod tamen in illo inuenire ego non potui) similiter Dauid à peccato liberat in numeratione populi, nec difficile esset saltem à peccato graui eum liberare, etiam si tãta sit secuta strages, tum quia, vt Abulẽsis reputat, maior culpa populo hæsit, quatenus censum debitum non soluit, & simul quia dignis ea pœna aliis tenerentur peccatis: neque quod cõtra Abulens. mouet Sanchez multum obstat, nempe impossibile nisi aliquod peccatum graue intercessisset, sic dire in populo Dauid punitus, & Dauid à Ioab non fuisset rẽprehẽsus, immo, quod ipsemet Dauid se peccasse affirmat, vbi sup. n. 10. tum quia ob peccatum veniale sæpè Deus mortem irremissibiliter solet inferre, ac proindè grauissima supplicia Moyses, & Aaron secundum patrum communem sententiam ob leuissimam culpam morte damnati sunt, quam subierũt Moyses in Nebo, Deuter. 34. Aaron in monte Hor, Numer. 33. n. 38. similiter vxor Loth

Theodor. Abulens.

Deuter. 34.

A Genes. 19. non videtur nisi leuiter peccasse, sic enim, vt multi affirmant, & Propheta ille quando deceptus comedit, 3. Reg. 13. & tamen omnes diritissimè mulctati: ergo non nutum, quod stãte populi malitia, etiam si venialiter tantũ peccasset Dauid, tanta sit secuta occisio, cum iustorum leuia seueritissime Deus punire ad aliorum solet exemplum, & terrorem, & vt bene Abulens. potuit Ioab nescius Regis rationis in peiorem partem numerationẽ iuste pretari: nec multum obstant verba Dauid, cum iusti quãdo ad se redeũt, leuissima quæque magna dicunt, grandia reputant, vnde constans Dauid rectè potuit dicere, *peccaui valde in hoc facto* Et verè quod tanta esset ambitio Dauid, vt ad peccatum ascenderet graue durè videtur, peccauit superbia, peccauit

Numer. 33. n. 38. *Gen. 19.* *3. Reg. 13.*

B inani gloria, at non ita, vt contra legẽ iret, dignè tamen à Deo punitus: nam quo sanctior, eo & à similibus deberet immunis esse peccatis, quæ si non mortalia grauia, tamen venialia: ex hoc ergo non incongruenter cum Abulens. si eius est opinionis, à graui etiam excusare eum possumus in censu populi peccato.

Neque etiã peccauit nõ seuere cãstigãdo Ammonẽ, vt nostrã peculiarẽ dirimamus quæstionẽ, quidquid dicat Abul. tum, quia res non deducta in forense iudiciũ, tũ quia & ipsa pars offẽsa illud nõ petebat, tũ quia vti supremus princeps poterat in illo casu legẽ interpretari diuinã, & cũ illo dispẽsare, quatenus prudẽter iudicaret, illud nec bono publico cõueniẽs, nec Regio, & priuato, & tãdẽ quod caput est, quod me

37 Dauid non peccauit non seuerè plectendo Ammonẽ, & cet.

C valde mouet, quia, vt inquit Bachiarius ad Ianuarium de recipiẽdis lapsis, tãta Ammonis erat peccati cõtritio, tãtus dolor, vt penè illo necaretur, ob quod Dauid ei remisit pœnã cõtritione cõtẽtus: *Agnita culpa erroris*, ait, *non mãsit in crimine, sed materiã ipsi peccati vehemẽter exosus est, vnde etiã suspicamur, Dauidẽ ei non fuisse comitẽ, quia vidit eũ in pœnitentiam redisse, & id per quod vnius horæ spatio deceptus est, statim cu impatientia odisse, & virtute pœnitẽtiæ disrupisse eius laqueos.* Ergo cum excusabilia cætera sint Dauid peccata, & doctorum sit opinio in cæteris non peccasse, remanet certum in solo peccato Vriæ excidisse, quia hoc solum factum inexcusabile, & apertè & sine dubio peccatum grauissimum.

Bachiarius.

D At ad nos. Ammon non punitus, quia statim pœnitentiam egit, immo ex illa talem patris meruit benignitatem, vt ne ipsum amplius contristaret, voluit nec verbum dicere, sic magna eius cõtritio, sic intimus eius dolor, vt arguas ex hoc facto tropologicè intellecto quanti apud Deũ valet contritio, & subita post lapsum pœnitentia, non solũ enim quibus statim resurgunt pœnã relaxat, sed de pristina nil remittens amicitia tenerè eos diligit; at cur posteà Ammon voluit vt occideretur? satis ad rẽ nostrã respondit idem Bachiarius, quia post peccatum deploratũ, & si remissum, sic leuiter ac anteà, sic suauiter, delitioseque viuebat, ac si non peccasset, vino sicut anteà vtens; hinc Absalon ansam sumens incautum miserè interfecit: *Qui vero captus est in rete vitiorum*, ait Bachiarius: *Et patienter inimicis suis, hoc est venatoribus quieuit.* Passionibus scilicet, appetitionibusque sensitiuis, *donec etiam*, hoc est iterum, *recludatur in caulam, & ibi longo temporis spatio saginetur ad pompam, tunc maximè principalibus saculi cum occi-*

38 Subita post peccatum contritio quãti apud Deum valeat.

Idem.

39 Amnon occisus, quia post peccatum deliciose viuebat sicut anteà.

ſus fuerit placiturus eſt, vnde etiam ſi muſcipulam fornicationis euaſeris, non te ebrietatis laqueis credas per quos animos irati Abſalonis incurras. Egregiè, qui poſt peccatum remiſſum, quaſi de acta iam re pœnitentiam remittit, ſic placidè viuens, ſic lenitet, ac anteà quàm peccaſſet, somno, vino, cæteríſque vacans delitiis, quid aliud hic expectat, niſi quod iterum recludatur in cauea, iterum in peccatum labatur? at non ſicut anteà, vt ſtatim inde exeat, ſed ſic: *vt longo temporis ſpatio ſaginetur ad pompam.* Hoc eſt vt nouis ſemper excreſcentibus delictis saginetur ad dæmonis triumphum, & moriatur ob delitias, qui à fornicatione euaſerat: en quod dicebamus, poſt peccatum amice pœnitentiam remittis, ſic delicatè viuis, vt anteà, quid expectas niſi *vt ſagineris ad pompam*?

40 Sancti & ſi in medio Angelorũ in hac vita ſemper tamen ſpatiũ petunt pœnitentiæ *Vita SS. PP.*

Hinc, vt hoc claudam hunc diſcurſum exemplo, ſancti Dei perfectiſſimi ac ſanctiſſimi, ſic ad pœnitentiam animari inueniuntur, vt & ſi de vita ſecuri cœleſti, & ſi Apoſtolico conſepti choro, & ſi prophetarum, & ſi Sanctorum, & ſi denique ab Angelis inuitati, vt ab hac temporali egrediantur ad æternam vitam, tamen ſpatium poſtulent pœnitentiæ; Abbas Siſoius, vt narratur 3. lib de vitis Sanctorum Patrum nu. 162. propè mortem aſtantibus ſenibus, eius facie vt fulgur radiante, cæpit eis dicere: *Ecce Abbas Antonius venit ad nos, & poſt parum, ecce chorus Prophetarum; & clariore luce facie eius aſperſa dixit, Beati quoque Apoſtoli adſunt, quo dicto viſus eſt cum quibuſdam loqui.* A quo cum ſenes poſtularent cum quibus loqueretur, reſpondit: *Angeli venerunt auferre animã meam, & ſupplico illis, vt paululum mihi pro pœnitentia agenda ſuſtineant.* Cui cum ſenes ſanctiſſimi replicarent, ipſum iam pœnitentia non indigere, dignam tanti viri reſpondit ſententiam: *In veritate dico vobis, quia nec initium pœnitentiæ mihi reminiſcor arripuiſſe.* O vir verè, vt illi ſancti aiebant, *in timore Domini perfectus.* Et ſi inuitatus ab Angelis, & ſi in medio Apoſtolici chori, & ſi inter Prophetarum agmina, tamen pœnitentiam proclamabat, pœnitentiam poſtulabat, ex ea conſideratione, quaſi, nec initium eius arripuiſſet, dignus equidem, vt ibidem narratur, *qui in ſplendore ſolis commutatus*, dulciter finiẽs, immo intonans dixerit: *Videte, videte, quia Dominus venit.* Quo ſermone expleto locum ſuauiſſimo replente odore dulciſſimè in manus Domini efflauit animam: faciamus & nos ſimiliter, ſi ſimiliter decidere cupimus, pœnitentiam vſque ad mortem agamus, illam nunquam arripuiſſe credamus, in dies eam agentes, non molliter, ſed fortiter, veram, non falſam; cum ob illam, eiuſque amorem, vt noſter ait Sapiens vbi ſup. *Deus diſſimulat.*

Num. 25. *Diligis enim omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti, aut feciſti.*

Num. 26 *Quomodo autem poſſet aliquid permanere niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruaretur?*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis. DIſſimulat, & peccatis Deus conniuet, tardè, & lentè ad pœnam incedit ob pœnitentiam; nunc & aliam addit rationem, nempè dilectionem, peccatorẽ ad nihilum ſtatim non redigit, & ſi mereatur, cur? quia diligit, & ſuum Deus amat plaſma, quod autem hæc ſit cauſa, à poſteriori confirmat: nam ſine eius voluntate nil permanere poſſet, nec licet creatum, conſeruari: ergo dum conſeruat, & non deſtruit, ſignum, quod creatum amat, & diligit à ſe factum; quod amplius confirmat verſu ſequenti, omnia clara.

Ex his enim deducunt Doctores, & appoſitè, peccatum non conſiſtere in poſitiuo, nec à Deo factum, quia illud odit: ergo non eſt; vnde pulchrè Dionyſ. 4. de diuinis nominibus loquẽs de peccato dæmonum, ait: *neque enim hoc* (ſcilicet malum) *eſt appetitus, ſed veri appetiti declinatio.* Hoc de malo voluntatis, quod ſimiliter affirmat, & de malo ſcientiæ; *atque vt ſummatim dicam*, ait, *malum, quemadmodum ſæpè diximus, infirmitas, imbecillitáſque, ac priuatio eſt, aut ſcientiæ, aut fidei, aut appetitus, aut actionis boni.* Quod confirmat Epiphanius hæreſi 24. poſt medium, vbi ait, *neque enim vnquam malum erat, neque radix malitiæ fuit, neque in ſubſtantia malum.* Et ſerm. 66. in epiſt. Marcelli ad Manichæum poſt medium, vbi quæſiuit, an malum eſſet circumſcriptum, aut corpus, aut ſubſtãtiam haberet, aut radicem acquirere poſſet, reſpondet: *Et cum hæc conſideraueritis, intra nos ipſos, ſubſtantia carens reperietur malum, & nullam radicem habens.* Sed clariſſimè Augu. lib. 2. de lib. arbitrio, vbi cum affirmaſſet omne bonum à Deo, ex hoc concludit, vti noſter Sapiens, malum eſſe nihil, quia à Deo non eſt, vnde ſic ait: *Nulla ergo natura eſt, quæ non ſit ex Deo, motus ergo ille auerſionis, quod fatemur eſſe peccatum, quoniam defectiuus motus eſt, omnis autem defectus ex nihilo eſt, vide quò pertineat, & ad Deum pertinere non dubites.*

Dionyſ. 1 Peccatum nihil eſt, & in poſitiuo non conſiſtit.

Epiphan.

Auguſt.

Odiſti, &c. Græc. *abominaris*, deteſtaris, vel auerſaris, vt fœtidum, hinc in Geneſ. 1. ad ſingulas res additum, quod eſſent bonæ, à Dei profectæ bonitate, qui quatenus bonus, eas liberè, & ſpontè creauit, nulla alia ratione niſi ſua addu-ctus bonitate; qui eas poſteà ideo vidit, quia bonæ erãt, & ſuo eas dignatus eſt aſpectu, quia dignæ, vt rectè Tertull. contra Marc. lib. 2. c. 4. vbi ſic: *Et dixit Deus, fiat, & factum eſt, & vidit quia bonum Deus, non quaſi neſciens bonum, niſi videret, ſed quia bonum ideo videns, honorans, & conſignans, & diſpungens bonitatem operum dignatione compertus, ſic & benedicebat quæ benefaciebat, vt tibi totus Deus commendaretur bonus, & dicere, & facere.* Pulchrè, totus Deus bonus, tum in dictis, tum in factis, bonus in dictis, quia dicendo creat, *dixit & facta ſunt*, bonus in factis, quia bona ſunt facta, *& bona valde*; hinc nihil odit eorum quæ fecit, quia vt rectè idem Tertull. *Maledicere adhuc ſermo non norat, quia nec male facere.* Non erat malum ergo nec maledictio, nec odium, & ſic nihil eorum Deus odit, quæ fecit.

Genef. 1. 2 Omne bonum à Dei bonitate. *Tertull.*

3 Totus Deus bonus.

Quod à te vocatum non eſſet, &c. Vocatum, hoc eſt creatum, nam Deus vocat *Ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt.* Ad Rom. 4. n. 17. cum cuncta ſolo verbo, & imperio faciat, licet ad hominẽ formãdũ nõ ſolo ſit vſus verbo ad ei⁹ demõſtrãdam dignitatẽ, vt præclarè Tert. cõtra Marc. vbi ſup. qui poſtquam dixerat Dei ſola conſtare

Ad Rom. 4. n. 17. *Tertull.*

mundum bonitate, eum bonis replens omnibus, ſic de hominis creatione poſtea loquens, ait: *Interim mundum ex bonis omnibus conſtituit, ſatis præmoniſtrans quantum boni pararetur illi, cui præbebatur hoc totum, quis denique dignus incolere Dei opera, quam ipſius imago, & ſimilitudo? tam quoque bonitas, & quidem operantior operata eſt, non imperiali verbo, ſed familiari manu, etiam verbo blandiente præmiſſo, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Nil melius, & ad hominis declarandam præſtantiam nil aptius, dum Deus qui ſolo verbo hanc totam mundi creauit machinam, dum ad hominem peruenit efformandum, noluit verbo vti imperiali, ſed manu, non certè quaſi impotens, ſed quaſi reuerens, vt ex hoc tu te præſtantiorem terra, & cælo intelligeres, ob quod altiori, & regio, vt ſic dicam indutus animo ſupra, non infra hæc te æſtimares; hinc & ſi in ipſa hominis efformatione verbis Deus ſit etiam vſus, optimè adnotat Tertull. illa non fuiſſe imperialia, ſed blandientia, *etiam verbo blandiente præmiſſo.* Qualia cum æqualibus vtimur, quando aliquid ab eis volumus, à ſubditis enim imperando accipimus, ab æqualibus blandiendo, hinc quaſi reuerens Deus ob opus futurum maſſam illam terream ex qua homo, noluit ex illa imperando veluti mancipia, ſed blandiendo vti libera, & ingenua opus ſuum producere, futurum liberum, & ingenuum, *inflans*, vt idem ait author, *animam non mortuam, ſed viuam*; quod etiam & ipſemet author conſiderauit lib. de reſurrect. carnis c. 5. vbi ſic: *Caro autem, & ſermone Dei conſtitit propter formam, ne quid ſine ſermone, faciamus enim hominem, antè præmiſit, & amplius manu propter prælationem, ne vniuerſitati compararetur, & finxit inquit Deus hominem, magnæ ſine dubio differentiæ ratio, pro conditione ſcilicet rerum, minora enim quæ fiebant, eo cui fiebant, ſiquidem homini fiebant, cui mox à Deo addicta ſunt: merito igitur vt famula iuſſu, & imperio, & ſola vocali poteſtate vniuerſa proceſſerant: contra homo vt Dominus eorum, in hoc ab ipſo Deo extractus eſt, vt Dominus eſſe poſſet, dum fit à Domino.* Nil elegantius, extructus à Domino, qui tunc Dominus quando hominem creauit, & ideo ſtructus, vt Dominus eſſet, non ſeruus, vnde ſic ille eſt magnus, vt ad eius Deus Dominus procedens efformationem, eum quaſi veneretur, licet, vt diximus ea polleat potentia, vt vocet ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, & quod magnum, vt ex iſtis confundat illa, cum vt bene Lorinus, non ſolum per ea, quæ non ſunt res intelligere poſſumus quæ non erant, nec in rerum exiſtebant natura, ſed etiam quæ nullius ſunt pretij, & valoris; has ergo Deus aduocat, vt quæ ſunt confundat.

A poſteriori ergo Dei erga hominem charitatem colligit Sapiens, & ſimul rationem cur non ſtatim eum puniat, & ad nihilum redigat, quia nempè ipſum creauit, & conſeruat, cum pari modo ſicut ex nihilo educi non poſſet ſine Dei voluntate, ſic nec ſine illa in eſſe conſeruari, ergo dum conſeruat, & non deſtruit per pœnas, ſignum quod amat, & diligit.

Hominis dignitas ex creatione quanta.

HOMILIA XLI.

Deus peccatorum amantiſſimus.

RE&è Sapiens clamat, & dicit, impoſſibile peccatorem permanere niſi Deus voluiſſet, hoc eſt dilexiſſet; quære cur peccator viuat, nullam aliam inuenies rationem niſi dilectionem, & dilectionem diuinam, cum ſi humana, imparem inuenies ad tolerantiam, imparem ad vitam eis præſtandam.

Enimverò ſi charitatem, ſi amorem Moſis erga populum aſpicis, planè incredibilem reperies, quis talia, vt ipſe profert, Exod. 32. n. 32. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* Quem locum expendens Ambroſ. lib. 1. de pœnit. c. 8. rectè exclamat: *Quid enim talis affectus non impetraret? vides quia non tanquam delitioſus interceſſor, & faſtidij plenus ſibi conſulat ne offenſionem contraheret, ſed magis omnium memor, ſui immemor offendere non timebat ipſe, vt plebem ab offenſionis periculo exueret, & liberaret.* Magnus amor qui ſeipſum deſpicit, vt alios proſpiciat, ſic audax, vt infinitæ maieſtatis indignatæ non timeat, ſic imperterritus, vt æternam non formidet deletionem, & malit cum ſuis mori, quàm ſine illis viuere, quis non dicet, quodlibet potius hûc perpeſſurum, quàm ſuos occidere, enecare? tamen & ſi Deum aſpiciens vitam illis deſiderauit, quando vero peccatum, ſic animo defecit, tale paſſus eſt cordis deliquium, vt peccatorum impatiens ad enſes, ad gladios accurrens, clamauit fortiter: *Si quis eſt Domini iungatur mihi, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum.* nu. 26. Quid dicis Moſes? ergo manus illas ſupplices, quibus Deum ne iraſceretur tenuiſti contra dilectos, nunc ad occiſionem armas, & ad ſanguinem? *iungatur mihi*, ait, hoc eſt vt inquit Hugo de Sancto Victore: *Si quis habet zelum Dei accipiat mecum vindictam de populo peccante.* Ergo quod Deo conſulis, tu reſpuis, miſericordiam clamas, & ſanguinem inhias, vitâ tuorum petis à Deo, & nunc tu illos occidis; ne mireris, peccatum tunc aſpexerat, vitulum vidit, ac populum denudatum à ſorde, hinc ad vltionem ſe accinxit, quia pectus habebat humanum, non diuinum: *aduertendum*, Sanctus ait Pater Aug. vt in Gloſa: *Quantum malum in peccato proſpexit Moyſes, quod tanta cede credidit expiandum, qui eo ſic diligebat, vt pro eis illa verba funderet, aut dele me.* Pro Deo ſanctus zelans talem in peccato turpitudinem aſpexit, ſic fœtidos peccatores, vt deficiens, amplius ſuſtinere eos non valuerit, hinc tu quando viuere aſpicis ſceleratos, quando fulgura de cœlo non micare, quando terram non dehiſcere, obſtupeſce Dei potentiam, admirare amorem, quo peccatores ſuffert, quo illos expectat, cum nulla profecto alia poſſibilis cauſa niſi amor, ſic cum illo omnipotens, vt ſæpè peccatores ſufferat, qui ſe ſufferre non poſſunt, & eos ſuſtineat, qui ſe non ſuſtinere valent, immo, vt patienter ſe ſuſtineant, nevè modum in dolore excedant præcipit.

Venditus Ioſeph, quando ſe fratribus manifeſtauit, ſic obſtupuerunt, vt obmutescentes,

Exod. 32. num. 31.

Ambroſ.

1 Moſis charitas in ſuos quanta.

1 Peccatum tamen illorum ſuſtinere non valuit.

Hugo.

Auguſt.

3 Solius Dei pectus eſt, quod videns peccata ea diſſimulare poteſt.

4 Deus peccatores ſuffert dum iſti ſeipſos ſufferre nõ poſſunt.

Digitized by Google

Genes.45. num. 3. Chryſoſt.

non poterant reſpondere, ait ſcript. Geneſ.45.n.3. *nimio terrore perterriti*; vbi Chryſoſt. *Merito cogitantes quomodo eum affecerant, & qualis ipſe erga ſe fuerat, gloriámque ſimul in qua conſtitutus erat.* at quid Ioſeph? *nolite pauere, neque vobis durum eſſe videatur, quod vendidiſtis me in his regionibus.* Quod non paueant bene, ſed quod nec durum eis videatur, ſeu, vt in Hebreo, *neque indignemini*, vel vt Chaldaic. *neque diſpliceat oculis veſtris*, hoc mirum, vt tantus ſit eius amor, vt quod nec factum horreãt velit, & ipſis contra indignantibus, non ipſe indignetur, ſed velit vt nec ipſi contra ſe indignentur ex facto, qualis hæc charitas? ne miteris, figura erat eius, quam Chriſtus erga homines, eius quam Deus erga peccatores, ſic eos diligens, ſic amans, vt non ſolum velut eos ſufferre, ſed vt ſeipſos ipſimet ſufferant, nec contra ipſum peccaſſe quodammodo indignentur. *Ne igitur ſitis triſtes*, ait Chryſoſt. hic, *ne vos inquit hoc conturbet, ne aſperum vobis videatur, Dei námque diſpenſatione contigerunt hæc.* Pende hoc vltimum, multoties enim Deus peccata ob bonum ipſius permittit peccatoris, media reſpectu Dei ſunt ad ſalutem, eius bonitate malitiam conuertente in ſanctitatem. Hinc ob hoc ſæpe ſuos cõſolatur Deus deplorantes, contigiſſe affirmat ſua diſpenſatione ob eorum ſalutem, & licet cum hoc audiant plus doleant, ſic vt præ dolore deficiãt, non ob hoc, ſed vt non doleant profert illud Deus eorum amans, pro eis deperiens, vt ſic dicam.

5. Eos ſæpe conſolatur præcipiens, ne dolore conſumantur. *Idem.*

Immo ex hoc aliquid amplius licet colligere, ſic timidum extitiſſe Ioſephum à peccato fratrum, vt eius conſiderans, & expaueſcens grauitatem, timorem, quem eripere à fratribus intentabat, non erat Dei, ſed ſui, quaſi ne ſe timerent, ſed Deum tamen exhorreſcerent; in hoc neſcio an culpabilis, dum remiſſiorem, ac benigniorem Deo præſeferebat, vnde non dixit, *Nolite pauere, neque durum vobis videatur quia peccaſtis, ſed quia nec vendidiſtis?* quaſi diceret, me non timere, ſed Deum. Quod acutè obſeruat Lippom. hîc dum ait: *Nolite*, inquit, *contriſtari, ne timeatis, ne perturbemini quod me vendidiſtis in iſtis regionibus, Dei namque panor, & terror illis præſertim in tali ſcelere non debuerat abeſſe.* Ergo licet ſuam dimittebat Ioſeph offenſam, extimeſcebat diuinam, & pauorem ſui tollere intentabat, indere diuinum, quaſi non audens de Deo, ac de ſe illum proferre; ne miteris, homo erat, pectus non callens diuinum; at Chriſtus Dominus verus noſter Ioſeph peccatores ad ſe aduocans, ſic conſolatur, vt omnino omnem expellere timorem intentet. Quod excellenter obſeruauit Chryſoſt. in vocatione illa Dei ad Adamum poſt lapſum hom. 17. in Geneſ. ſuper illa verba: *Et vocauit Deus Adam*, vbi ſic: *ipſum vocare magnæ, & ineffabilis eſt miſericordiæ ob benignam interrogationem, quæ erubeſcentem, & neque os aperire, neque linguam mouere audentem animabat, quaſi diceret, num aſtat tibi qui accuſet? num premunt teſtes? vnde tanta formido, tantúſque metus te inuaſit?* Egregiè, ſic Deus peccatores amat, vt & ſi in peccato, eos aduocet, alloquatur, animet, & conſoletur, ſic ſe mitem oſtentans, vt malum foras expellat timorem fratrum, non Deum ſe oſtendit, ſic, vt ne timorem quidem incutiat, ſeu ne ſic paueant, vt obſtupeſcant, & verba proferre non poſſint, nec ſuum humiliter confiteri peccatum; in hoc ſuorum amplius amantem fratrum, quam Ioſeph ſe oſtentans.

Lippom.

6. Timorem ſui adimere ſatagit, vt amore conuertantur. *Chryſoſt.*

Vnde adnoto originem pauoris fratrum Ioſeph, ac ſtuporis, ſic, vt nec verbum proferre auderent, inde ſumendam, quia dum ſe manifeſtauit, non fratrem ſe nominauit, quod fecit poſtea quando timorem eripere intentauit; vnde primo ſic n.3. *ego ſum Ioſeph, adhuc pater meus viuit?* quo audito ſic eos perterruit vt penè deficerent, non animaduertens ſuæ terrorem maieſtatis, quia non Deus, ſed homo; at quando ad illam attendit vidítque effectum, protinus ſe corrigens addidit: *Ego ſum Ioſeph frater veſter; poſt quæ auſi ſunt ei loqui*, ait Script. n.16. at non ſic Deus, ſic ad ſe attrahit peccatores, ſic eis ſe manifeſtat, vt à principio ſe fratrem dicat, ſe germanum, ſe parentem; Hinc ad Magdalenã Ioan.10. n.17. *Vade ad fratres meos*, cur nõ diſcipulos meos? Liranus, *ob ſpecialem amicitiam*, melius Toletus: ne timerent, ac ob derelictionem reputarent ipſum iam non eſſe amicum, non eſſe ſicut antea fratrẽ, *ac ſi diceret*, ait Toletus, *quamuis iam vino, & reſurrexi, ipſique me deſeruerint, tamen adhuc eos amo, adhuc tanquam fratres recipio, non vt reos iudico, ſed vt meos fratres diligo.* Egregiè, hinc & ſi magnis peccatoribus, liber tamen ad eum acceſſus, non enim pauent, ſua confiteri peccata, non erubeſcunt, quia, vt fratrem ſe eis oſtendit, vt eorum amantiſſimus.

7. Vt fratrem ſe eis manifeſtat, & ſi offenſus. *Ioan.20. n.17. Liran. Tolet.*

Cuius intentus amor inde amplius elucet: nam cum peccatores ad ſe attrahere, aut flagellis, aut vi poſſet, aut tandem mediis purè ſpiritualibus, tanquam frater, ſic ſe corporalibus eorum accommodat delitiis, vt per has, non per illa ad ſe eos attrahat, *in funiculis Ade*, ipſos illigans, hoc eſt humanis, Oſee 3. n.11. Pulchrè hoc Auguſtin. in prolog. Pſalmorum exquirens cur Deus in Eccleſiis muſicam, cantúmque admiſit, cum potius ab eis eliminare deberet; certè, vt refert Diodor. Sicul. lib.1.c.20. Ægyptij nunquam eam admiſerunt, & Philippus Rex validè Alexandrum reprehendit, muſicam redolentem, *Non te pudet*, ait *tam bene cantare, ſat eſt ſi audire vacet regi cantes*, & rectè citharœdus ille Antigono Regi cum inſtruens, *auertant*, ait, *ô Rex à te dy vt me melius, atque exquiſitius hanc artem teneam.* Ergo cur eam Deus admittat, rectè petit Auguſt. optimèque reſpondit, vt peccatores ad ſe attraheret dulciter, vt eo medio, quo ipſi delectantur, vt contritionem, vt virtutes infundat per media eorum proportionata, non ſolum naturæ, ſed guſtui; *Quandoquidem*, ait, *Spiritus ſanctus videns obluctantem, ac reſiſtentis ad virtutis viam humani generis animum, & ad delectationes vitæ huius magis inclinari, quam ad virtutis rectum iter erigi, delectabilibus modulis cantilenæ vim ſuæ doctrinæ permiſcuit, vt dum ſuauitate carminis mulcetur auditus, diuini ſermonis pariter vtilitas inſeratur.* Egregiè, muſica quidem *incitamentum eſt amoris*, vt quidam affirmauit ex antiquis, proprium animarum filtrum; hinc Ba-

8. Per delitias eos ad ſe trahit. *Oſea 3. n.11. Auguſt. Diodor.*

9. Muſicã redolere hominis grauis indignatur. *Basil.*

10. Eſt amoris incitamentum, & quãta ſit eius vis.

filius affirmat ab ea Alexandrum incitari solitum ad furias, aut amores, vti volebat eius
3. Reg. 16. n. 23. cytharœdus, quid? dæmones fugat. 1. Reg. 16. n. 23. psallente, & pulsante Dauid spiritus malus à Saul effugiebat; immo vt sic dicam, è cœlo ipsum Deum attrahit, 4. Reg. 3. n. 15. vt ad se
4 Reg. 3. n. 15. Elisæus eius spiritum attraheret Psaltem petiit. *Hunc adducite mihi psaltem, cúmque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini.* Sic potens est musica, quod cum Deus calleat, vt dulciter, vt leuiter peccatores attrahat per modulos efficit, non per verbera, per cantus, non per fulgura.

11. Post peccata Deus quasi debitor gratias tribuit sic homines amat.

Immo quod mirum, & admirabile, & si post magna peccata, & si post execranda scelera ad eum accurrunt, eisque sic suum impartitur sanguinem, sic gratiam præbet, vt quasi debitor, non creditor eos amplexetur, deosculetur, munera distribuat, & gratias. Oseæ 11. n. 1. *Ex Ægypto vocaui filium meum.* quem locum
Oseæ 11. n. 1. Hieron. Theodoret. Theophilact. Rupert. Hugo. Hieron. Theodoret. Theophilact. Rupert. Hugo. in c. 2. Matth. n. 15. planè cum recentioribus explicant literaliter de populo Israëlitico, quando eum eduxit Dominus ex Ægypto, allegoricè verò de Christo; at quomodo eduxit vt mater, vt nutrix, vt baiulus in manibus in brachiis, immo in oculis, vnde sequens, ait: *Et ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis, in funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis, & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & declinans ad eum vt vesceretur.* Pende singula, & in cunctis extremæ dilectionis reperies signa.
Hieron. Vnde Hieron. *Narrat*, inquit, *Deus quo Israël amore dilexerit, vnde ait, ego qui pater eram nutritius factus sum, & parunlum meum in vlnis meis ipse portabam, ne laderetur in solitudine, & ne vel æstu, vel tenebris terreretur, in die nubes, eram, in nocte ignis columna, vt quos protexeram mea illustrarem, & sanarem lumine.* Quis nunc crederet, in omnibus istis non debitorem, sed creditorem se Deum æstimare, ab Ægypto deduxit vbi extrema premebantur seruitute, liberos eos ex seruis effecit, pane cæli pauit, aqua diuina, pro exit ab omnibus aërorum infortuniis, sic lente eos ducens, sic placide, vt nec pes eorum sit contritus, carnibus, insuper, ac delitiis saginauit, ad terrã duxit lacte, melléque fluentem, & iis non obstantibus debitorem se agnoscit, non creditorem, audi
Hieron. 2. n. 2. ipsum per Hierem. c. 2. n. 2. *Vade*, præcipit, *clama in auribus Hierusalem, recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem dispensationis tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur.* Mirum, vt tanti Deus faciat sequelam Israëlis per desertum, vt summam eam charitatem dicat, vt extremum amorem, vt summam patientiam, ex quo debitorem se agnoscat, non creditorem, vnde Syrus vertit, *Recordatus sum tibi gratiam pueritiæ tuæ, charitatis, patientiæ tuæ, quia ambulasti post me in deserto, & in terra quæ non seminatur.* Nunquid aliquid ei defuit? & si in terra ambulabat inculta? vnde ergo tanta gratitudo, tanta adolescentiæ compassio? immo amplius, nunquid non ipsi illud meruerunt, vt per desertum quadraginta errarent annis, quia peccarunt, & ideo in eo sustinuit eos Deus, vt locum daret pœnitentiæ, vt ait
A Hieron. vbi sup. in illud Oseæ, *Cúmque peccassent*, ait, *& fecissent sibi vituli caput, dedi eis locum pœnitentiæ, vt vulnus idololatriæ quadraginta annorum spatio obducerem, & pristinæ redderem sanitati.* Vnde ergo tanta gratitudo, tanta commiseratio? ne mireris, non solum pater, sed nutrix est, vt per Oseam, quæ filium lactans, sanguinémque præbens, ipsum postea deosculatur, amplectitur, fouet, quasi gratias rependens, quia suxit, quia sanguinem bibit, debitrix facta, non mediatrix: sic Deus noster erga nos miseros peccatores, ab Ægypto nos liberat, à dæmonis scilicet tyrannide, sanguinem suum nobis præbet, carne sua saginat, & eum hæc fecerit, debitorem se reputat, non
B creditorem, ipsa munera sua nobis collata faciens debita, vt verum sit quod ait August. epist. 105. contra Pelagian. tom. 2. quod *dum coronat merita nostra, nil aliud coronet quam munera sua.* *Hieron.* *August.*

12. Quam dulcis in principio conuersionis se cum eis habet. *Exod.* 13. n. 17.

Hinc peccatores de nouo ad se venientes sic diligit, sicque tenere formidat ne ab ipso abeant, vt in ipso suæ conuersionis exordio, eis mira conferat, immo per eos miranda operetur. Quod equidem notandum in egressione filiorum Israël ex Ægypto, Exod. 13. n. 17. vbi à iuertenter Scriptura adnotat, non eos duxisse Dominum per viam Philisthiim, quæ vicina, *Reputans ne forte pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Ægyptum.* Preme illud *reputans*, in-
C tensam significat cogitationem, interiorem discursum anxium, sollicitum, omnia adnotans, præcauens, vnde Chaldæic. non solum pœnitentiam innuit, sed formidinem legens, *ne forte formidet populus*, non solum pœnitudinem timet, sed formidinem; sic cautè incedit cum peccatoribus ad pœnitentiam conuersis, bella ab eis in principio elongans, miranda eis conferens, talia quæ si magnus non diceret Greg. non crederem, qui Moral. 24. c. 13. hunc retractans locum, sic ait: *Sæpe conuersi in ipso aditu suæ conuersionis tranquillitatem carnis, dona prophetiæ, prædicamenta doctrinæ, signorũ miracula, vel gratiam curationum accipiunt, postea duris tentationum probationibus fatiguntur à quibus liberos se esse credebãt. Quid amplius receperunt Apostoli? cuius rationem adiungens sanctus sequitur: quia si in principio tentationũ amaritudo palsaret, facile ad vitia redirent, à quibus non longè recesserunt, ideo de Ægypto exeuntibus è vicino bella subtrahuntur.* Egre-
D giè, subtrahuntur in principio, vt deinde viribus exercetis armentur, non ad ruinam, sed ad victoriam, & superiores iisdem hostibus euadant, contra quos si in principio bellassent exterrerentur, ad cuius documentum optimè Rupert. hic perens, nunquid nõ sic Deus Philisthæos potuerit debellare ac Pharaonem? quod cum potuisset, cur ergo quasi imbellis pro populo eos veluti timet, rectè respondet, quia ad Hebræorum exercitium Philisthæi non erant delendi, ideo quia cum illis necessario bellum conficiendum, noluit in principio, quia rudes Israelitæ, sed postea, vt congrederentur; *Sed nunquid Dominus*, ait, *contra Pharaonem, & Ægyptios pro Israële pugnare poterat, & contra Philisthæos non poterat? plane & contra istos poterat, sed illa gens erat quam De-*
S. Greg. *Rupert.*

13. Bella ab eis auertit.

14. Cur Philisthæos per tempus delenit, non in instanti sicut Ægyptios.

igitized by Google

minus Israeli reseruare decreuerat vtiliter, vt per illam exerceretur, igitur non quasi timidus, sed bene prouidus, non eos duxit per viam terræ Philisthiim. Non ergo est timor, sed prouidentia, qua vult, vt prius peccatores conualescant, immo vt prius de eorum ipse sit securus amore, ideo non ante eos periculis exponit, quin sese eis ostendat, ac inflammet.

55. Christus cur se cotã discipulis transfigurauit. *Hieron. Beda. Chrysost. Greg.*

Enimuero & si mille dant rationes Dei sancti Doctores, cur passioni vicinus coram discipulis Christus transfigurari, ac gloriam eis suã pandere decreuerit, Hieron. in c.9. Marc. ait: *Vt non timerent opprobria crucis*, Beda in eodẽ Marc. c. in illo, *& transfiguratus est*, c.37. *vt gloriam futuræ resurrectionis ostenderet*, Chrysost. hom. 57. in Matth. vt testimonio Mosis, & Eliæ mendacium cõfunderet Iudæorum, dum blasphemum eum reputabant, tanquam sibi gloriam Patris attribuentem; *& differentiam seruorum, & domini cernerent.* At egregia illa quam tradit Greg. vbi sup. vt securum se de Petro redderet, quòd non esset eum omnino derelicturus, sed & si periculo expositus iactũ faceret, tamen amore eius mescatus statim rediret, ad ipsumque recurreret. *Petrus*, ait Sãctus, *prius in montem ducitur, prius claritatem transfigurationis dominicæ contemplatur, & tunc demum tentari ancilla interrogante permittitur, vt per tentationem faciat sibi ex infirmitate conscius, ad illud flendo, & amando recurreret, quod vidisset, & cum eum timoris vnda in peccati pelagus raperet, esset prioris dulcedinis anchora qua retineret.* Egregiè, non prius tentationis vndæ expositus quàm anchora amoris, dulcedinis, ex eius pulchritudine in corde iacta. Hinc quando securus, quod & si ex infirmitate deficeret, flendo & amando ad ipsum erat reuersurus, tunc tentationibus expositus, vt quanta Deus prouidentia, quantóque amore ad se peccatores attrahat aspicias, dum eorum peccatum præuidens, non flagellum, sed reductionem cogitat, & non per aspera, sed dulcia, per eius nempe pulchritudinem, claritatem, diuinámque formositatem. Negat Petrus, sed vix prolapsum verbum, ac foras exiit flens amarè, vnde amaritudo? sanè ex dulcedine illius faciei, quam, vt solem vidit micantem, illæ lachrymæ ab illo fulgore, ille dolor ab illo amore, illa amaritudo ab illa dulcedine; quid suauius?

16. Petro Deus tentationẽ permisit, quia eius pulchritudine captus sciebat.

17. Antetentationes sui amore Deus animas inebriat.

18. Præuidens peccatum de remedio cogitat, nõ de pœna.

Hinc quidem tam magnus hic est Dei erga peccatores amor, ac prouidentia, vt illam declamanti necessarius sit animus, vt nõ timeat, vt intrepidè prædicet, cum talia de illa proferenda, vt prorsus nisi fides accesserit diuina prædicator irridebitur, quasi somnia prædicans, quasi impossibilia iactans, quod ab inde Sanctus callens Propheta Isaias c.40. n.9. admirabiliter intonat: *Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, exalta, noli timere.* Attendé quæso apparatum, attẽde energiam, magnum quidem erit quod prædicandum, quod annuntiandum, vt tale necessarius animus, qui non formidet, quid ergo, super montem excelsum ascendens voce prædicare debet grandi absque timore. *Ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur, sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fatus ipse portabit.* O verè magna prædicatio, ô verè tremenda, digna, vt non à quolibet, sed ab illo, qui prius in montem excelsum ascenderit, hoc est, vt diuus ait Gregor. 2. parte past. c.3. qui exemplum sit perfectionis, qui ad culmen peruenerit sanctitatis adhoc, *Vt tanto facilius subditos ad meliora pertrahat, quanto per vitæ merita de supernis clamat.* Vt veniens Dominus in fortitudine ad dominãdum in brachio extento, ad omnem scilicet suam demonstrandam omnipotentiam, ad debellandos superbos, ad mundum subiiciendum, ad reducendos rebelles, ad soluendos captiuos, hoc non efficiet nisi vti pastor pascendo in brachio suo eos leuando, in sinu fouendo, in humeris portando; quis hoc esset crediturus, quis venturum Deum in fortitudine, & in illa dominaturum, quod sonat *brachium* in Scripturæ sensu, non speraret, bello, armis, potentia, omnia effecturum sanè; at non sic, sed mansuetudine, sed tolerãtia, sed suomet labore, fortitudinem exercens non regalem, sed pastoritiam; *Quem*, vt diuus Isidorus lib. allegoriarum, *qua perierat in Adam vt bonus pastor quæsitam in gẽtibus reperiens, atque crucis suæ humeris ad paradisum reportans.* Quis sine timore hoc dicere potest, vt Deus fortis, dum peccatores ad se attrahit, hoc efficit sicut pastor in sinu suo eos portans, Moyses cerè, & si sanctus, & si princeps populi, & si ab illo in honorem, & reuerentiam habitus, tamen eum portare sic fastidiuit, vt cum Domino questus dixerit Numer. 11.n.12. *Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum.* Et tamen erat nisi vnus populus; quid dixisset si totus mundus? & tamen præcipitur, vt portet sicut nutrix infantulum, quæ ex visu, ex gratia, ex pulchritudine, ex ipsismet infantuli blanditiis subleuatur, animatur, & ad laborem erigitur? Quid si præceptum fuisset, vt portaret sicut pastor ouẽ, vti portat Christus peccatores, non tristis, sed gaudens in humeris suis, vt Isidorus ait, & non quidẽ vnam, non ex vno populo, sed omnes, vniuersum super se onerans mundũ? quis hoc credet? verè ergo sanctissimus Propheta prædicatores animat, vt non timeant, & vt hoc præstent, super excelsos ascendant mõtes, hoc est super Apostolorum doctrinam, qui montes, vt egregiè Ambros. lib. 8. in Lucam, c.17. vbi sic: *Mons tuus est Paulus, mons Petrus, mons alij Apostoli super illorum fidem mentis suæ locato vestigium, vocésque omnes ad Christum, & salutem.* Cum profecto talis sit erga peccatores Dei amor, ac prouidentia, vt ad illud credendum fides necessaria, Apostolorúmque doctrina, cum si tantum carnales adsint oculi, scandalum potius generent, quàm documentum.

19. Dei in peccatores amor sic excelsus, vt prædicatori illum pãdere formidinem irroget delusionis.

Isaiæ 40. n.9.

S. Greg. 20. Dei nota fortitudo in quo.

Isidor.

Num. 11. n.12.

21. Charitas Christi quãtum supra Moysis charitatem.

Ambros. 22. Apostoli montes.

Ad se cum attraxisset pastor ille diuinus ouem illam errantem Matthæum scilicet vti gaudens, ac in humeris portans, & in sinu fouens, statim in domum eius ingreditur, manducãs simul, & bibens cum illo, immo & cum multis, qui nondum eius, Marci 2.n.15. *Et factum est cum accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores simul discumbebant cum Iesu, & discipulis eius; erant enim multi qui*

23. Dei misericordia si humanarationes penset, scandalum generat, sic alea. *Marc.* 2. n.15.

eum sequebantur; at quid ex hoc Pharisæi discipulis? *quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit magister vester?* immo Luc. 15. n. 1. *Murmurabant dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* En ex humana ratione scandalum, ex fulgore misericordiæ obcæcati, reputantes miseri peccatorum conuersionem fortitudine agendam, nõ mansuetudine, venturum Messiam more Regio gubernatorum, non pastorali; *Hoc enim exequebatur*, ait Theophyl. in Luc. *cuius causa carnem susceperat admittens peccatores, sicut medicus egrotantes, sed Pharisæi verè cõminoshuic pietatis murmura recompensabant.* Hinc Dominus, vt eos insciticæ conuinceret, statim exemplum de pastore, & oue amissa obiecit, qua inuenta, *imponit*, ait, *in humeros suos gaudens, & veniens domum conuocat amicos, & vicinos dicens, congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat.* Luc. vbi sup. n. 4. Pondero illud *congratulamini mihi*, cur non ouis nunquid non ouis bonum, nunquid non eius est salus, nunquid non ad eam attinet? sanè, sed optimè respondet Greg. hom. 34. in hunc ipsum locum, *quia videlicet eius est gaudium vita nostra, & cum nos ad cælum reducimur, solemnitatem lætitiæ eius implemus.* Egregiè, nam & si nostra ad cælum reductio nostrum est incrementum, nostrúmque bonum, tamen est Christi lætitiæ complementum, indéque non tantum nostra, quantum eius solénitas, eiusque festiuitas; hinc amplius gaudent Angeli: *Super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm supra nonaginta nouem, qui non egerunt pœnitentiam*; Cum profecto iustum, æquúmque, vt plus de Domini gaudio, quàm de serui vtilitate tripudient, nisi velis cũ Gregor. vbi sup. ideo plus gaudere, quia peccatores sæpè per pœnitentiam maiora quam iusti operantur, egregia patrantes, dum illi non nisi gregaria, vt sic dicam, *Plus autem de conuersis peccatoribus, quàm de stantibus iustis in cælo gaudiũ esse fatetur, quia plerúmque hi, qui nullos se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in via iustitiæ, sed tamen ad cælestem patriam anxie non anhelant, & plerumque pigri remanent ad exercenda bona præcipua; at contra nonnumquam hi, qui se aliqua egisse illicita meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti ad amorem Dei inardescunt, & quia errasse se à Deo considerant, damna precedentia lucris sequentibus recompensant.* Egregiè, & quod in dies experimur, manibúsque attrectamus, videas religiosos ab ineunte ætate in claustris, ideóque nil mali egisse at sic in virtute tepidos, vt nullum eius egregium dent specimen: è contra vero, iam ætate grandæuus ingreditur quis peccator, & velut saliens montes, transiliens colles validè ad superna se erigit, numquid non ampliorem ex isto lætitiam concipient Angeli, & pariter cum ipsis & eorum Dominus? sanè, in quo quantùm infernum, ac supernum discrepet iudicium aspicis, quando lætantur Angeli, de quo murmurãt homines; at ne mireris, quia talis Dei est misericordia in peccatores, vt supernum sit lumen necessarium, cum non sufficiat infernum; cum, vt, rectè noster ait Sapiens quod viuant peccatores nulla alia adsit ratio, nisi Dei voluntas, eiusque amor: dicat ergo de peccatoribus Ægyptiis, ideo scilicet statim non absorptos: nam peccatores ideo viuunt, quia Dei voluntas in eis, *quomodo posset aliquid permanere.*

Luc. 15. n. 1.

24. Vide scandalum.

Theophil.

Luc. 15. n. 24.

S. Greg.

25. Peccatorũ conuersio Christi solemnitas.

26. Angeli cur de pœnitẽtia peccatoris plus gaudent, quàm de sanctitate iusti.

Num. 27. *Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

HOmines Deum non perdere, quia creator, supra dixerat Sapiens, nunc & aliam efficacissimam addidit rationem, nempe Dominum, parcit omnibus, quia sua.

Cãtacuz. 1.

Parcis omnibus quia tua sunt, &c. Cantacuz. *Optimum procurationis genus illud est aliquibus rebus earum quas habemus, parcere, nec temere, ac sine fructu, ipsas velle consumere.* Vnde Holcoth lect. 140. *arguuntur etiam in hoc verbo*, ait, *tam mali domini, quàm mali prælati; mali domini non parcunt hominibus, quoniam sui sunt, sed spoliant, appropriãt, & destruũt, mali ante prælati arguuntur, qui plus amat decimas, oblationes, & lanas, quàm animas Christi sanguine redemptas.*

Holcoth. 1. Malus Dominus ac malus prælatus vnde arguuntur.

Cãtacuz. 2. Deus Dominus peculiaris dicitur animarum.

Qui amas animas, &c. Græc. *amice animarum*, Cantacuz. exponit *amatorem animarum, & vitæ nostræ.* En tota ratio dilationis pœnarum, animæ amor, dissimulat, & parcit, vitam non abscindit, quia animas amat, ne simul cum vita eas perdat. Hinc & si omnium Dominus, peculiariter animarum dicitur, vnde & istæ suæ præcipuè Ezech. 18. n. 4. *Omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita & anima filij mea est*; quod ideo dixit, ne filius etiam à patre animã habere æstimaretur, & illam ex traduce esse, vt mali aliqui sentiebant, contra quos rectè scribit author, quisquis est, libri Ecclesiastic. dogmatum, qui reperitur tomo 4. operum beati August. vbi sic: *Credimus animas hominum non esse ab initio inter cæteras intellectuales naturas simul creatas* (sicut Origenes fingit) *neque cum corporibus per coitum seminari* (sicut Luciferiani, & aliqui Latinorum præsumptores vti Tertul. de anima) *sed dicimus rationem animæ solum creatorem omnium nosse, & corpus tantum per coniugij copulam seminari, ac formato iam corpore animam creari, & infundi.* Quam summã veritatem, & si aliqui ex Philosophis rimati sunt, tamẽ perfectè nullus, nisi Christianus, vt rectè Tertul. de anima, c. 1. vbi præclarum illud, præstare scilicet nescire, quando, quæ sunt abscondita Deus non reuelat, quàm ex hominum scire præsumptione; *Quis enim reuelabit*, ait, *quæ Deus texit? vnde scisci tandum est? vnde & ignorare tutissimum est, præstat per Deum nescire, quia non reuelauerit, quàm per hominem scire quia ipse præsumpserit.* Cuius equidem rationem infrà c. 2. perbellè describit, quia nihil Deo reseruans, sic humanum philosophatur de diuinis ingenium, vt legis naturæ terminos suæ constituens opinionis, eosdem nescius etiam & Deo constituit, *Formas rebus imponit*, ait ingenio loquens humano, *eas nũc peraquat, de certis incerta præiudicat*, notandum verbum, *prouocat ad exempla, quasi cõparanda, nam præscribit propria ætatibus etiam inter similia diuersis, nihil diuina licentia* (hoc est potestatis) *seruat, leges naturæ opiniones suas facit.* Nil præstantius? & hoc nil dignius sæ-

Author Eccles. dogmat. apud August. 3. Anima creatur non traducitur.

Tertul. 4. Nescire præstat quæ Deus abscondit, quàm ex hominis ea scire, quia præsumit ea nosce re.

5. Hominis insipientia omnia scire præsumẽtis & attentãti.

Digitized by Google

culo, in quo, vt ſæpè diximus, de occultis, & quæ Deus tegit, ſic liberè diſputatur, immo & abſoluitur, vt non plus dicerent ſi Deus reuelaſſet, de abſconditis admodum naturę diſputantes, Deum ipſum, vt ſic dicam, intra leges includentes ipſius.

Et licet paululum digrediar, dum ex Tertulliani ſententia, ipſamet ſe occaſio offert, hoc licet admirari in nouo illo aſſerto, quod paucis ab hinc annis Copernicus prodiit, & nunc à multis approbatur, ſi Deus vult, quod terra moueatur, ſol autem in centro ſtet immobilis, & licet ipſe in epiſt. ad Paul. 3. dicat antiquiorem eſſe hanc opinionem immo poſt ipſum aliqui eam Pythagoræ aſcribant, quem etiam Iudæum faciunt, tamen noſtro ſæculo antiquatã ipſe è cauernis eduxit in lucem; at quidquid ſit de hoc, noua ſit, an vetus, vnum equidem in illo admiror, quod audacter audeat, & dicat tanquam temerarium ipſum eorum Theologorum iudicium reſpuere, qui Mathematum ignari de hac re diiudicant, *Propter aliquem locum Scripturæ, male ad ſuum propoſitu detortum*, homo ex hoc prorſus Scripturarum ſacrarum neſcius, & omnino earũ imperitus, qui ſi tantillum in eis eſſet non dico eruditus, ſed verſatus, profecto ſciret, quod *vt ſuum ſtabile eſſet figmentum*, neceſſarium nõ aliquem, ſed infinita loca detorquere Scripturæ, vt clariſſimè oſtenderem, niſi aliò me res adduceret, vnum tantum liceat proferre; cui neſcio, quomodo reſpondeant, aut ſoluere poſſint ipſius ſectatores; de creatione enim Solis, & Lunæ agens Moyſes ſanctiſſimus Geneſ. 1. n. 16. ſic ait: *Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius vt præeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti, & ſtellas, & poſuit eas in firmamento cæli, vt præeſſent diei, ac nocti, & diuiderent lucem à tenebris.* Moſes affirmat luminare maius, quod eſt Sol poſuiſſe Deum in firmamento cæli, non in centro, firmamentum cæli nominauit, non centrum, & Copernicus vult, vt Theologus detorqueat Scripturæ ſenſum, dum per firmamentum cæli orbem intelligit cæleſtem; ipſe verò non diſtorte, ſed rectè quando pro firmamento cæli centrum intelligit, quid ſtupidius?

Copernic. 6. Copernici delirium terrã le mouere ſolem ſtatereprobatur.

Geneſ. 1. n. 16.

At dicet, dictum *poſuit eas*, hoc eſt ſtellas, non poſuit *ea*, hoc eſt luminaria; optimè, ergo nec Luna in firmamento cæli, quod ipſe affirmat. Secundò quaſi prævidens Spiritus ſanctus hanc inſcitiam, immediatè antea præmiſit: *Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram.* Preme ſingula, & ſi clarius Solem in firmamento cæli Deum apoſuiſſe dici potuerit, mentiar, *fiant*, ait, *luminaria in firmamento cæli, non in centro, vt diuidant diem, ac noctem*, hoc autem non præſtat niſi Sol, *vt ſint in ſigna, & tempora*; quale hoc præſtat aſtrum nisi Sol, Luna; vltimo *vt luceãt in firmamento cæli, & illuminent terram*, vt luceant, dixit, non vt luceat, ne de ſola Luna illud intelligeres, *in firmamento cæli*, apposuit, non in centro, *& illuminent terram*, addidit, exinde è cælo, non è centro. Tertio tandẽ inſtantia futilis, nam ſecũdum grammaticalem regulam, præcedente copula, adiectiuum vltimum copulatiuè cum omnibus præcedentibus debet ſumi, vnde cum præceſſiſſet copula *&*, nempe *fecit Deus luminare maius, & luminare minus, & ſtellas, & poſuit eas*, ly *eas*, copulatiuè etiam ſumendum, vnde ſenſus, & poſuit eas in firmamento cæli, ſimul cum luminari maiori, & minori, quodlibet in ſuo orbe.

At illud omni prorſus riſu dignum, quod aliqui dicunt, Moyſen huius opinionis, niſi mauis dicere figmenti eſſe authorem, quod exinde probant, quia eum apud Gentiles Pythagoras promulgauit, qui genere Iudæus, vnde ex Moyſe eam accepiſſe videtur: *non enim*, verba authoris, *Tanta ſapientia illa abſq; præuia reuelatione eſſe potuit*; quid ſi inſipiẽtia? ergo totum corruit fundamentum; quod autem affirmatur ex Ambroſ. Pythagoram genere Iudæum, licet author locum non ſignet ob defectum librorum, vt ipſe ait, tamen locus eſt epiſt. 20. ad Irenæum in qua non illud Ambroſ. affirmat, ſed ex aliorum refert opinione; *Nam cum ex populo Iudæorum (vt pleríque arbitrantur) genus duxerit.* Immo de eius genere tam variè ſcribunt authores, vt quod Barbarum ſit multi autument, ſicut affirmat Clem. Alex. lib. 1. ſtromat. apud me text. 6. vbi ſic: *Porrò autem Mneſarchi filius*, Pythagoras ſcilicet, *Samius quidem erat, vt dicit Hippobotus, vt autem dicit Ariſtoxemus in vita Pythagoræ, & Ariſtarcus, & Theopompus erat Tuſcus, vt autem Neanthes, Syrius, vel Tyrius, adeo vt ex plurimorum ſententia Pythagoras eſſet genere barbarus.* Licet ipſe teneat eſſe Tuſcum; vnde admiror collectionem Gentiani ex Laërtio Pythagoram fuiſſe circumciſum, cum nec illud Laërtius aſſerat, nec ex illo colligi poſſit; ſed demus fuiſſe ex genere Iudæum. Ergo ob hoc illud auxit à Moyſe, quæ collectio? legatur Laërtius, & quanta putida hic futit Philoſophus, dum aſpiciuntur, quantæ ſit in hac re authoritatis apertè conſtabit; immo ſi arguẽdum rectè, ideo falſus, quia idololatra ex genere Iudæus, qui peſſimi, qui omnium idololatrarum ſentina; ſacra enim prophanis dũm miſcent putidum efficiunt vnguentum, tetrũ emittentem odorem, non ſecus, ac Copernici figmentum. Quod equidem non miror ſic libentiſſimè ab omnibus amplecti hæreticis, vt nouus quidam Apologiſta affirmat, obſecundantur enim patrono: nam dum diabolum ſancti in abyſſo detrudunt, ipſi verò ex hac opinione in cornu extollunt Lunæ, ſic, vt volunt, cum ipſo ſimul cremabuntur.

7. Pithagoras cuiusgeneris an Iudæus. *Campanella.*

Quod autem dicunt Copernici librum Theologos aliquos approbaſſe, & impreſſioni tradendum decretaſſe, ego in meo nullam Theologorum inueni approbationem, ſed tantum vnam ſuppreſſo nomine, cui libenter me ſubſcriberem, qui librum imprimendum arbitrans, ſic ait; *Neque enim neceſſe eſt eas hypotheſes eſſe veras, ne veriſimiles quidem, ſed ſufficit hoc vnum, ſi calculum obſervationibus congruentem exhibeant.* Si hoc modo ſyſtemata accipiantur Copernici, vt nec veriſimilitudinem quidem habeant, ſed tantum inuenta ad difficultates effugiendas, & ad calculum congruentem educendum, fateor, quod ſi verum, Copernici calculum putiorem, & legitimio-

rem de quo etiam valdè à præcipuis Mathematicis dubitari intellexi, pulchrum fuisse inuentum, ac laude dignum.

Quod autem affirmatur Paulum 3. sanctissimum Pontificem, & Cardinalem Capuanum libros Copernici approbasse non alia ratione, nisi quia Copernicus illos ad Pontificem dicauit, & Capuanus eos transcribi fecerit, ineptè, & ignoranter asseritur, cum ex dedicatione tantum illud asserat, nullo alio allato documento; cum si illud valeret, posset quidem hæreticus sanctissimo dicare aliquem librum, sanæ quidem doctrinæ, sed occultissimè vnam, aut alteram hæresim continentem, quam nec aduertit, nec aduertere tenebatur Pontifex; ergo approbauit, quia illi dicatus; bellè. Secundo, dato, quod approbasset, nunquid, vt veram doctrinam, vt pulchrum inuentum, sed nec verisimilem continens veritatem; at de hac re satis, supérque: parcant mihi, non libenter fero contra Scripturæ claros textus opiniones vendere, contra clarum oculorum experimentum opiniones approbare, si enim semel hoc dabimus, audeo dicere, quod tota Dei ruet Ecclesia.

Raphaël Aspera.

Dum hæc scripsissem, interim in lucē prodiit nostri patris Generalis Raphaëlis Auersa Philosophia, qui quæst. 31. de mundo sect. 2. de ordine partium eiusdem, latissimè, ac doctissimè Copernici confutat figmentum; at de quo summopere sum gauisus. Censura extitit sacræ congregationis Romanæ indicis, quam ibi pater sub his refert verbis: *Opposita sententia non potest tuta fide tolerari, vnde iustè, & prudenter Romana congregatio indicis corrigi iussit doctrinam Copernici, & prohibuit librum Ioannis Repleti, inscriptum, Epitome Astronomiæ Copernicanæ, & omnes libros eandem doctrinam cōtinentes, quam meritò vocat falsam, & diuinæ Scripturæ penitus repugnantem, edicto edito anno millesimo, sexcentesimo, decimo sexto.* Nil sanctissimæ congregationi addendum, solum Deum rogandum, vt ad saniorem mentem, melioremque frugem nouos reducat propugnatores, ne dixerim Scripturarum corruptores. Sed ad nostra.

8. Philosophi de superius casu aliqua dixerunt *Tertul. Genes. 2. n.* *Cyrillus Hieros.* 9. Admiranda hominis est creatio.

De animæ etiam origine aliqua Philosophi, sed casu, vt rectè idem Tertul. qui inquit: *Nonnunquam & in procella confusis vestigiis cæli, & freti alicui portus offenditur, prospero errore, nonnunquam & in tenebris aditus quidam, & exitus deprehenduntur cæca felicitate.* Hinc tota hæc de animæ vera scientia à Deo tanquam ipsius author, qui eam in faciem hominis spirando infudit, hoc est creando immisit, Genes. 2. n. 7. per quam & lutum illud viuificatum, quod erat illud admirandum à diuâ exclamatum Cyrillo Hierosolym. catech. 12. vbi sic: *Pulucrem hominem fieri, ex vnius formæ puluere carnem, & ossa, & tot membrorum diuersitatem fieri mirabile est, lutum animatum monere se, lutum loqui, docere, videre, regnare, parere, hoc mirandum.* Admirabilis ergo est anima, vltra quam excogitari potest eius dignitas; at nulla maior quàm Dei dilectio, ob quam ei Deus parcit, & miseretur, vt noster inquit Sapiens.

HOMILIA XLII.

Animæ dignitas sublimes indere homini debet spiritus.

DEus misericors sua natura homines non destruit peccatores, immo illos tolerat, quia bonus, vt supra diximus hom. antecedenti, adde nunc illos diligit, quia anima præstant, vnde quia bonus necesse, vt bona amet, & quia præstans præstantissima; hinc quia animam, cuius respectu & infinita tolerat, vt saluet, præstantissimam eam concludere omnino necesse: quàm si attingere multi conati Philosophi ex eius præstantia omnes prorsus allucinati sunt, vt egregiè Tertul. de anima, c. 3. *Tertul.* à quibus simul & hæretici, quorum illi Patriarchæ de quibus sic ait: *Proinde & animæ ratio per philosophatas doctrinas hominū miscentes aquas vino, aly immortalem negant animam, aly plusquam immortalem affirmant, aly de substantia, aly de forma, aly de vnaquaque dispositione disceptant, hi statum eius alibunde ducunt, hi exitum aliorsum abducunt, pront aut Platonis honor, aut Zenonis vigor, aut Aristotelis tenor, aut Epicuri stupor, aut Heraclitimœror, aut Empedoclis furor persuaserunt; deloquit opinor diuina doctrina ex Iudæa potius, quàm ex Græcia oriens, errauit & Christus piscatores citius, quam sophistam ad præconium emittens.* Pulchrè, & vltima admirauanda, dum enim hæretici occultorum indaginem hō à diuina, quæ à Iudæa, sed à Philosophata haurire satagunt doctrina, erroris & Christum arguunt, dum ad Euāgelij præconium piscatores, non sophistas emisit. Hinc homines ad absurda ducuntur: nam dum Philosophica libertate vtuntur, ad fidei regulas eam non astringētes, neque plus sapere velint, quàm oportet, neque ignorare, quod Deus non reuelauit, dum secretiora præsumunt, in lucidis errant, tenebras patientes in meridie, hoc eis & de censu animæ aduenit differentes, cum tam multa infanda dixerint, quia non à Deo, sed à Philosophis de illo disputantes haurire præsumpserint, cum, vt rectissimè idem author vbi sup. animæ scientiam ob eius præstantiā à solo Deo emanantem ab illo petendam: cum Deo non reuelante prorsus ignoretur, sicut & quælibet alia veritas, *Cui enim*, ait ibidem c. 1. *veritas comperta sine Deo? cui Deus cognitus sine Christo? cui Christus spiratus sine Spiritu sancto? cui Spiritus sanctus accommodatus sine fidei sacramento?* Hinc tam varia, tam dissecta de animæ origine, essentia, dignitate, cum eius dignitas, Dei ignorata præstantia, vt ignoretur necesse, ad imaginem enim, similitudinémque suā illa constituta; hanc ignorarunt, quia illum, nec mirum, cum Adam primus homo post peccatum ad terram pronus, exhauriens ab illa spiritum, terrena infudit hominibus, non cælestia, corporalium scientiam, non spiritualium, vt eleganter ipsemet Tertul. lib. 2. contra Marcion c. 2. *Quod si à primordio*, ait, *homo animalis nō recipiens quæ sunt spiritus stultitiam existimauit Dei legem, vt quam obseruare neglexit, ideóque non habendo fidem, etiam quod videatur*

1. Hæretici vnde originē trahunt omniū suorum errorum.

2. Animæ scientia à Deo expectanda. *Idem.*

3. Adam post peccatum non cælestem, sed terrestrem sapuit scientiam *Idem.*

deatur habere ademptum est illi, paradisi gratia, & familiaritas Dei, per quam omnia Dei cognouisset, si obedisset, quid mirum si redhibitus materiæ suæ, & in ergastulum terræ laborandæ relegatus, in ipso opere prono, & deuexo ad terram, vsurpatum ex illa spiritum mundi, vniuerso generi suo tradidit, dumtaxat animali, & hæretico non recipienti quæ sunt Dei. Egregiè, dum pronus Adam, & ad terram operandam deuexus spiritum ab illa vsurpauit terrenum, grauem, onerosum, quem generi transfundens humano terreum illud reddidit, graue, onerosum, crassum, ad spiritualia impar; exinde animæ præstantiæ ignorantia, quam si semel scirent, sic sublimes arriperent spiritus, sic altos, sic maximos, vt ad terrena non vilescerent.

Genes. 1. n. 25.

Quæ ni fallor, inde sumenda, ex illis nempe Dei verbis in eius creatione prolatis, Genes. 1. n. 25. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* In quibus præcipuè, ac maximè hominis animæ includuntur excellentiæ, qualis ergo eius præstantia, vt cum imperando cætera summus ille imperator produceret, quando ad hominem ventum non nisi consulendo, quid ex hoc? nisi quod cætera mancipia, homo regale animal, regaliter tractandum. Egregiè Basilius hom. 10. in Examer. hoc ipsum perpendens ait: *Erudire homo, ac edisce, quanti vnus tu æstimandus veniæ, neque enim generationem tuam velut pretij vulgaris communi creaturarum mandato censuit attexendam, in Deo præcreditur consultatio, quemadmodum tantum hoc animal prouehi debeat ad vitam, faciamus ait, en consultat sapiens, vt quid secum statuerit artifex, proponit decernendum.* Vbi vltima expendo, *consultat sapiens*, si alius, quam Deus consultasset, non miraret, si Angelus, si aliquis alius, qui creatura non creator, non multi facerem; sed quod Deus, quod infinita sapientia hominis vitam consultet, priusquam operetur, aliquid profecto sonat indicibilis maiestatis, indicibilis dignitatis, & vide an ex hoc documentum tibi præstet Deus, quanta eum debeas adorare reuerentia, dum ipse tanta te tractauit circumspectione, tantum quia eius futurus imago, quam sic honorabilem, antequam eam crearet æstimauit, vt conueniens duxerit prius, non vnum, sed duos creare mundos (quæ fortassis eius erat de hominis creatione recogitatio) quomodo scilicet ad animæ dignitatem mundum recapitularet maiorem, sic vt ipsa tanquam regina in mundo sederet minori, omnibus præsidens, omnibus mandans, tanto excellentior mundus minor maiori, quanto rationale ab irrationali: quod equidem, vt assolet acutissimè obseruauit Tertul. contra Marcion. c. 4. qui bonitatem diuinam expendens, vbi eam probasset ex dignitate cognitionis diuinæ, cuius Dei bonitate homo fit particeps, ipsam auget ex eius creationis præludiis, vt ipse ait, non prius formans illum, quam duo maxima ei præpararet domicilia; *Igitur*, ait, *cognoscendo Deo hominem prospexisset bonitas Dei ipsius, etiam hoc præconio suo addidit, quod prius domicilium homini commentata est, aliquam post modum molem maximam, corpus postmodum & maiorem mundum, vt in magna tanquam in minore proluderet, atque proficeret, & ita de bono Dei, id est de magno ad optimum quoque eius, id est, ad maius habitaculum promoueretur.* Nil elegantius: tanta equidem hominem erga Dei extitit magna bonitas, sic eius animæ æstimauit excellentiam, vt antequam ex nihilo faceret, non vnum, sed duo constituit ei præparare domicilia, corpus, mundum, in vtrisque præludens, semper proficiens? nam si magnitudine maior corpore mundus, recapitulatione, ac dignitate maius corpus; hinc de magno ad optimum procedens, non ante animam indidit, quam optimum formatum, sic eius demerente præstantia, sic ei bonitate concedente diuina.

Basil.

Tertul.

4. Animæ præstantia vnde sumenda.

5. Deus ante animæ creationē quāti eam fecerit.

Sed amplius quid, in illo *faciamus*, attendendum de animæ pœnitentia, innuitur enim, non sic hominem creatum, ac cætera; nam scilicet animantia, stirpésque iussu suo terram, aquámque generasse dicuntur; vnde illud Genes 5. n. 11. *Germinet terra, producant aquæ*, n. 20. at non sic homo licet lutum ipsa per se finxit, ipse creator, ipse factor, ipse iussit, ipse effecit per se, non per alium, vnde ipse mandans, ipse administrans; vt inde accipias ingratus homo, quomodo ab ipso tui exordio, non Deo tu, sed Deus tibi ministrauerit ex quo graniter Gregor. cruit, hoc ponderans, magna prorsus talia verba premenda reuerentia. *Cuncta*, ait, *quippe dixit, & facta sunt, cum verò facere hominem decernit, hoc quod reuerenter pensandum est premittit, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, videlicet quia rationalis condebatur, quasi cum consilio factus videretur, quasi per studium de terra plasmatur, & inspiratione conditoris in virtute spiritus vitalis erigitur, vt scilicet non per iussionis vocem, sed per dignitatem operationis existeret qui ad conditoris imaginem fiebat*, sic lib. 9. moral. c. 27. Egregiè, & premo vltima, sic magnus homo in sua creatione, non formatus iussione, cum posset Deus eum sic constituere, sed quasi minus addecens iussio naturæ præstantiæ, voluit, vt dignitate existerer operationis, vt in tui ministerio Deum agnosceres, non loquentem, sed operantem, non verbosum, sed operosum, & simul confundaris, quando ingratus verba Deo offers, non opera, verbosus existens, non operosus.

6. Animæ præstantia inde quia ipse per se eius affinxit corpus, præparauit habitaculum. *Gregor.*

Immo aliquid amplius ex præfatis licet colligere verbis, quod (veluti coronis sit prædictorum, ita nempe magnū apud Deum hominem apparuisse, vt dignum duxerit sic ad eius accedere creationem, vt illud quod in abysso eius conditum erat sapientiæ mysterium Trinitatis, panderet, & tunc primum non antea, quando ad hominis peruentum creationem ineffabile illud pateret, antea occlusum, ex quo omnis essentialis emanat hominis beatitudo, omnis essentialis felicitas; cum communis Patrum sit sen-

7. Animæ dignitas dum ex ea primū mysterium innotuit Trinitatis

tentia, expresè in his verbis mysterium includi Trinitatis, & Deum se pandere trinum, & vnum, trinum per illa: *Faciamus, & ad nostram*, vnum, *creauit Deus ad imaginem, & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum.* Quod inter cæteros eleganter affirmauit Basilius hom. 9. in Genes. *Basil.* *non enim scriptum est, fuit homo*, inquit, *sed faciamus hominem, hactenus nondum apparuit qui doceretur, atque ideo in abysso diuinæ cognitionis præconium hoc celabatur, ac tegebatur*, cur tegebatur? *ipsius hominis ortus expectatur*, sequitur Sanctus, *detegitur parumper ipsa fides, & apertius indicatur istius veritas diuini decreti, faciamus hominem, Deus ipse suum in creandis rebus socium alloquitur per quem fecit & sæcula.* Ex quo fit, vt cum omnis gloria, omnisque beatitudo in vna summa Trinitatis cognitione consistat, nec ob aliud homo suam debet æstimare intellectionem, nisi in vna veri Dei requisitione, vt rectè August. lib. 15. de Trinit. *August.* *ad hoc homo debet*, ait, *esse intelligens vt requirat Deum*; fit equidem, vt dum creando hominem Deus totum se pandit, trinum scilicet, & vnum, simul totum hominem beet, & homini totum se diffundat, nil sibi reseruans, consortem eum faciens suæ naturæ; hinc ad similitudinem eius erectus, & formatus, quia in illius efformatione non solus Pater, nec solus Filius, aut Spiritus sanctus, sed omnes, qui dum in vnitate assistunt essentiæ seipsos contemplantes, ac futura consultantes, sic eam produxerunt, vt suam in ea imaginem imprimerent, suam sigillarent similitudinem, quo quid altius? vnde rectè expendens hoc Tertullian. contra Praxeam ait *Tertul.* veluti admirans, *Cum quibus enim faciebat hominem, & quibus faciebat similem, filio quidem, qui erat induiturus hominem, spiritui vero, qui erat sanctificaturus hominem quasi cum ministris, & arbitris ex vnitate Trinitatis loquebatur.* Pulchrè, quasi *cum ministris, & arbitris*, ad te miserum creandum consultationem non solum Deus adhibuit, quasi rem magnam facturus, sed ad consultationem non Angelos, non seruos, non aliam administram vocauit creaturam, sed voluit, vt ministri, & arbitri æquales sui essent, nil minus, aut amplius habentes in scientia, & potentia, sed in vnitate naturæ consistentes, vt tu non solum perfectus, sed vndequaque dignatus vt sic dicam, exires, summa ob hoc reuerentia dignus, summo honore, vt erubescas, & confundaris miser homuncio, quando ad efformandum in te Christum non totus assistis, sed partitus, & distractus, & ad consultationem non adhibes tibi paria, sed inæqualia, appetitum scilicet carnalem, non rationalem voluntatem.

8. Dum tota Trinitas in eius occupata creatione.

Quam dum extremam perpendo ingratitudinem, siue vt melius dicam, infinitam disparitatem, in præfatis verbis illum summum Dei erga homines amorem, ardentémque charitatem admiror, qui & si benè hominis futuri duritiem, peccatum, proteruiam, inscitiam, casum, ruinam, inobedientiam præuidisset, consultasset, ac inter se summæ illæ contulissent personæ, tamen bonitate, ac in A hominé propensione ex vno tres decretarunt *faciamus hominem*, quilibet veluti suam accipiés partem, Pater creando, Filius redimendo, Spiritus sanctificando, vt simul creatione cum reparatione attenta, scires, quàm Deo operosus fueris, vt tu tibi non sic vilescas, non *sic prædas, planè ibi*, sensatè ait Rupert. lib. 2. de Trinit. & operibus eius, hunc retractans, Genes. locum, *Omnis nostra in medio causa posita est, mors vel perditio nostra quæ futura erat illis perspecta est, & inde totum consilium habitum, vt vnaquæque persona suam operis partem susciperet, tunc quidem Pater conderet, Filius perditum redimeret, Spiritus sanctus remissionem peccatorum, & carnis resurrectionem perficeret.* Quid agis quando hæc audis, ipsis B feris crudelior, ipsis lapidibus durior es, si non emollescis, te Deus creat sciens, qualis illi futurus, & tu Deo non rependes sciens qualis in te futurus? te Deus tantum facit, & tu te tam viliter æstimas, per te Deus non vnum, sed duo tam ampla creat domicilia, & si tuam præuideat ingratitudinem; tuam de illo obliuiscentiam, & tu immemor cum hoc eris deinceps illius?

9. Dei amor immensus in hominis creatione vnde maximè elucet. *Rupert.*

Dixi te, mundúmque Deum creasse, & si tuam præsciret obliuiscentiam, & appositè: nam vt hoc constaret, & ne tu illud ignorares, *Faciamus hominem, dixit*, hominis vocabulum, quod ab humo, ipsam significans obliuionem; nam vt rectè Eusebius lib. 11. C c. 4 de præparatione: *Sicut incorporeum, & rationale non solum transacta meminit, sed futurorum etiam propter sublimitatem speculationis prænotionem habet, quod autem carni coniunctum est, & carnis pondere premitur, ignorantia, & obliuione inuoluitur.* Hinc ab Hebræis homo *Enos* vocatur, hoc est, *obliuiscens*, vt ipsemet ait Eusseb. Creando ergo Deus hominem, dum sic eum vocauit, simul intellexit se obliuiosum, ac ingratum creare, ac pro ingrato, obliuioióque omnia creasse, & tamen *faciamus, dixit, hominem*, hoc est ingratum, immemorem, bonitate malitiam superante; quod erat illud de quo tantopere admirabatur Dauid, quando post cælorum, lunæque considerationem, ad D creationem hominis conuersus, dixit Psalm. *Psal. 8.* 8. n. 5. *Quid est homo quod memor es eius, aut n. 5.* *filius hominis quia reputas eum?* vbi in Hebræo, *quid est Enos, obliuiscens?* videns enim cælum, sydera, solem, lunam, stellas, *Quoniam videbo cælos tuos, lunam, & stellas quæ tu fundasti.* Totámque insignem hanc mundi machinam, ingratitudinis postea hominis recordatus, merito exclamauit, *quid est homo, quid est Enos*, quasi dicat inquit Eusseb. *quis est iste homo, iste dico obliuiscens quod tu qui es Deus, memor es eius quamuis sis ipse obliuiosus.*

10. Hominem creauit & si ingratum fore sciret. *Eusseb.*

At progrediamur ad sequentia, in quibus equidem non minor dignitas elucet hominis, *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, quid per imaginem? quid per similitudinem? an idem, an diuersa, prius exquirendum.

11. Quid sit imago, quid Dei similitudo, an eadem res, an diuersa.

Multorum Patrum est sententia hîc diuerso modo sumi imaginem ac similitudinem,

sic, vt imago ad dona naturalia referatur, mentem, voluntatem, memoriam, ac liberum arbitrium, hâncque Dei esse imaginem naturalem, qua homo cæteris præstat animantibus, & quæ nullo potest deleri peccato; at verò similitudinem accipi secundum dona supernaturalia, gratuita, iustitiam nempe, sanctitatem, & innocentiam, qua boni ab improbis discernuntur, & quæ per peccatum deletur, & absumitur. Ex quo concludunt, quod licet peccator sit ad imaginem Dei, non tamen ad eius similitudinem, sic Origenes lib.3. Periarch.c.6. Basilius hom.10. in Genes. in hunc locum, Ambros.lib.6. Examer.c.7. & 8. Nissenus in hom. de creatione hominis, Eucher.lib.1.Commen.in Genes.super hunc locum, Victorinus in disputat. aduersus Arrium, Theodoret. in quæstionib. in Genes. quæst.20. Rupert. lib.2. de Trinitate, & operibus eius, c.3. & 5. sanctus Thom.1.1. quæst. 93. Magister sentent. in 2. distinct. 16. aliique plures.

Origen. *Basil.* *Ambros.* *Nissen.* *Eucher.* *Victorin.* *Theodoretus.* *Rupert.* *S.Thom.* *Magist. sentent.*

Hæc tantorum Patrum communis acceptio, Pererio, & aliquibus recentioribus non placet, tanquam non satis firma, nec diuinæ Scripturæ consentanea; quod tribus probat idem Pererius argumentis, primum; nam infrà c.5. dicitur Adam genuisse Seth, *ad imaginem, & similitudinem suam*, & tamen prædicta distinctio in his locum non habet; nam pro eodem sumuntur. Secundum; quod Paulus sæpe nomen imaginis vsurpat pro donis gratuitis, & supernaturalibus vt 1. ad Corinth. c. 15. Tertium; quod Scriptura quando significare vult hominem esse Dei similem, vtitur variis modis loquendi idem planè significantibus, vt in verbis allatis, & hic Sap. 2. *ad imaginem similitudinis*, & lib. Eccles. c.17. ex quo concludit, eandem esse vim harum vocum imaginis, & similitudinis, eâsque hoc loco positas ad idem significantius, expressius, & illustrius declarandum, ferè eadem Cornel. in hunc locum.

Perer.

12. Pererij opinio confutatur.

Verissima hæc, sed vnum Pererio probandum fuerat, vt aliquo fundamento grauiori à tantorum Patrum recederet sententia, nempe non posse sic accipi, nec vllam inter imaginem, & similitudinem distinctionem interuenire: nam si hæc interuenit, & maxima, & loco optime quadret, non video, qua sanè ratione graui contra sanctorum Patrum sententiam probatum, interpretationem non esse firmam, nec diuinæ Scripturæ consentaneam, eo vel maximè, quia nec argumenta aliquid faciunt: nec omnino negatur, pro eodem sumi imaginem, ac similitudinem hic, ac in illo loco Genes 9. nam licet, vt infrà dicam, propriissimè Seth possit dici imago, & similitudo Adami, homo tamen respectu Dei non nisi tantum per analogam imitationem, quæ in similitudine eius consistit; vnde imago, & similitudo in Seth, pro eodem possunt sumi, non tamen in Adamo respectu Dei, quia supra imaginem aliquid amplius addit similitudo, quod non addit in Seth; cum omnis filius in eo, quod à Patre procedit similis in natura, est ei similis, & eius imago; non autem omnis homo in eo, quod à Deo est, & ei similis, licet sit eius imago, vt infrà dicam.

Adde, quod licet pro eodem possent sumi, inferre, quod etiam pro eodem hîc sumi debeat, superfluum est, cum sufficiens sit fundamentum ad illud sic intelligendum, & non ibi, vt mox dicemus, & quod Scriptura applicet nomen imaginis ad dona supernaturalia, aut quod variis modis loquendi idem significet, eadem ratione non facit ad rem; nam non inde sequitur hîc similitudinem eadem voluisse significare, ad quod probandum sufficiens equidem deberet sanctorum Patrum sic concors esse sententia, neque sanctissimi Patres, vt apud ipsos est videre, semper dixerunt, & vbicumque nomen imaginis, ac similitudinis reperiri in Scriptura diuersimodè intelligendum, sed locum explanantes sufficientissimam inter imaginem, & similitudinem differentiam inuenientes, grauiter, sensatè, ac deuotè, & satis ad Dei maiestatem congruenter, ac decenter locum intellexerunt, vt mox subiungam, qui modus scripturæ explanandæ firmissimus, qui ei vltra modum consentaneus, quod vt appareat.

Adnotandum ex August. lib. quæstion. in Deuteron.quæst.4. & lib.83. quæstion.quæst. 74. & lib. imperfect. in Genes. ad liter. c.vlt. sine similitudine non posse esse perfectam imaginem; vnde imago includit in se similitudinem; at similitudo non includit imaginem; cum duo parietes sint sibi similes, non tamen vnus est imago alterius, ex quo amplius quid dicit imago, quam similitudo, vnde omnino distinguuntur. Insuper addit, neque etiam quamlibet similitudinem per se sufficere, nisi sit processio vnius ab alio: cum licet duo homines sint similes, non inde vnus est alterius imago, quia vnus non procedit ab alio; hinc ad perfectam imaginis rationem duo necessaria, processio scilicet, & similitudo: vnde cum filius procedat à Patre, & sit ei similis, verissimè dicitur imago Patris, & hac ratione dictum Genes. 9. vbi sup. Adamum genuisse Seth, *ad imaginem, & similitudinem suam*, quæ verba intelligenda sunt propriissimè, hoc est, genuisse verè imaginem suam, & Seth verissimè, & propriè esse Adami imaginem, quod non sic respectu hominis, ac Dei, vt mox subiungam, ob quod.

August.

13. Ad rationē veræ imaginis quid necesse.

Notandum insuper ex diuo Thom. ad Colossens.1. & ad Hebræos 1. quod non quælibet sufficit similitudo ad veram, & propriam rationem imaginis perfectæ, sed insuper necessarium, vt sit in *specifica forma*, aut *in eadem natura*, aut *in proprio, & expresso signo illius*. Hinc vestigium hominis sicut non est imago, ita nec dici potest simile homini absolutè, sed quædam pars eius, & quodcapur est, si propriissimè imago sumatur, solus Dei filius est imago verissima Patris, & illi soli competit verissimam esse imaginem Patris; cum procedat similis in eadem natura, & expressissimè sit signum, & repræsentet Patrem; vnde illud, *qui videt me, videt & Patrem meum*. Vnde Ambros. super c. 22. Luc. *Solus Christus*, ait, *est plena imago Dei propter expressam in se paternæ claritudinis vnitatem: iustus autem homo ad imaginem Dei est, si propter imitandam diuinæ conuersationis similitudinem*

S.Thom.

14. Similitudo vt verā inducat rationem imaginis quid necesse.

mundum hunc Dei cognitione contemnat. Ex qua authoritate Ambroſij ſit, vt cum homo non habeat cum Deo ſimilitudinem, nec ſpecificam, nec quaſi ſpecificã, nec referat Deum vt Deus eſt, ſed ſecundum analogam imitationem, vt rectiſſimè Suarez de Trinit. lib. 9. c. 8. n. 3. *non dicitur imago Dei, ſed ad imaginem Dei*, per analogam imitationem, hoc eſt, ſi expreſsè loqui velimus, imperfecta Dei imago, ſi reſpectu Dei filio comparetur, vt ſentit Auguſt. lib. 7. de Trinit. c. vltimo.

Suarez.

Ex hac doctrina ſequentia concluduntur euidentiſſimè; Primum, imaginem, & ſimilitudinem omnino inter ſe differre, cum poſſit eſſe ſimilitudo ſine imagine. Secundum, non quamlibet ſimilitudinem ad rationem imaginis ſufficere, ſed illã quæ includit proceſſionem. Tertium, quod talis ſimilitudo ad perfectam rationem imaginis debet eſſe, aut in ſpecifica forma, aut in eadem natura, aut in expreſſo ſigno; hinc duo eliguntur non minus certa, non ſic imaginem, & ſimilitudinem poſſe accipi, in 1. Geneſ. ac in 9. cum non ſic homo ſit Dei imago, ac Seth Adami: cum homo reſpectu Dei non procedat ſimilis in ſpecifica forma, aut in eadem natura vti Seth ex Adamo, quod omnino corruit fundamentum Pererij, & ſecundum propriiſſimè ſanctiſſimos Patres tanquam Dei ſpiritu afflatos intellexiſſe Scripturæ locum: nam cum tantum per analogam imitationẽ homo ſit Dei imago, vt ſit realis diſtinctio inter imaginem, & ſimilitudinem, optimè diſtinxerunt, ad imaginem dona applicando naturalia, ad ſimilitudinem verò ſupernaturalia: nam & ſi, vt imago tantum homo ſecundum naturalia Deum repræſentet, & quoad naturalia aliquo modo licet imperfectiſſimè ſit Deo ſimilis, quatenus vt diximus imago includit ſimilitudinem, tamen ſic hæc imperfecta reperitur, vt vix homo, vt ſic dicam, per eam cognoſcatur, quia in illa primæua imagine non illa aderat ſimilitudo, qua expreſſiſſimè quantum fieri poteſt homo Deum repræſentat; hinc quia peccatoribus hæc non adeſt, ideo Chriſtus illis in iudicio, *neſcio vos*, vt ſupra nos in 1. tom. abundè diximus; at verò quando ad dona naturalia, tunc expreſſa aduenies ſimilitudo Dei, eiuſque analoga imitatio, tunc & non antea modo quo poſſibile, homo dicitur ad imaginem, & ſimilitudinem Dei factus. Diuerſa ergo ſunt hîc imago, & ſimilitudo: imago enim ad naturalia refertur, ſimilitudo verò ad ſupernaturalia. Quod equidem inde grauiter Patres eruerunt: quia animaduerterunt, cum dixiſſet Dominus; *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, quando poſtea factum exprimit Scriptura, nullam de ſimilitudine mentionem facit, ſed ait: *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginẽ Dei creauit illum*, vbi Baſil. ponderans, non dictum & *ad ſimilitudinẽ*, dubitat an Deus permutauerit conſilium, an pœnituerit, an quod ſemel ſtatuit, implere non potuerit, an tãdem in illis verbis, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem, ſit ſuperuacanea, & futili loquacitas, an quod ſuperuacaneum erat bis eadem referre, cum nullum horum dici poſſit, & præcipuè vltimum, cum ipſe ait, *Intoleranda prorſus, & grauis blaſphemia fuerit, vel verbum in Scriptura aſſerere inueniri otioſum.* Neceſſarium ergo rationem aliquam duxerunt afferre quare ſuperius dictum *ad imaginem, & ſimilitudinem*, inferius tamen *ad imaginem*, rectéque diſcurrentes affirmarunt; hominem Deum ſine eius concurſu creaſſe ad imaginem ſuam, dona ei conferendo naturalia, & tunc ad ſimilitudinem perfectam inſurrexiſſe, quando ei contulit ſupernaturalia. Hinc quando illud replicauit Scriptura, vt hoc denotaret, imaginem poſuit, ſimilitudinem reliquit. Adamus ergo tunc Dei imago quando naturalia accepit dona, tunc Deo aſſimilis, quando à Deo infuſa ei ſupernaturalia; quæ omnia licet ſemper ſecundum tempus iuncta, tamen ſecundum rationem optimè diſtinguuntur, vti & omnes diſtinguunt Theologi; hinc quando Adam peccauit, non amiſit imaginem, quia naturalia ei relicta, ſed ſimilitudinem, ſed ſupernaturalia; hinc imago, ſed Deo non ſimilis; ad ſimilitudinem autem aſſurrexit quando per Dei gratiam ſupernaturalia acquiſiuit, quando gratiæ cooperatus eſt, in quo & magna hominis elucet dignitas, magnúmque bonum, ac ſublimitas, vt inde videas, quàm attentè ſancti Scripturam legant, vt nec apices in ea otioſos relinquant, quin omnia ad Dei admirabilem non referant bonitatem, & ad noſtrum magnum incrementum.

17. In Scriptura aſſerere aliquod eſſe otioſum verbũ blaſphemum eſt.

Hinc & ſi Deus illi à principio & naturalia, & ſupernaturalia gratuitò contulit, in quibus perfecta imaginis conſtabat ratio, tamen ſic ſupernaturalia contulit, vt ex illis in dies gratia ſua adiutus ad perfectiorem conſurgeret imaginem, ſic vt perfectiſſimam illam non ſolum ex Deo, ſed ex ſe etiam cooperante ſua gratia acquireret. Quod equidem magnum fuit hominis emolumentum, vt non ſic Dei acciperet ſimilitudinem, ac imaginem, vt ad omnimodam perfectionem ipſius non requireretur cooperatio, ipſius ingenium, ac voluntas, ſed, vt illo naturali, ac ſupernaturali, quod gratuitò acceperat ad ſupernaturalia acquirenda perfectiſſima vteretur; quod ſi petis quale illud ſit? ex Baſilio tibi reſpondeo dignitatem gloriámque ex ſua cooperatione, illi prouenturam, ſic liberalis, ſic munificus in illum Deus, vt licet totam ſibi in creatione hominis poſſet gloriam aſcribere, potentia conferendo illi non ſolum naturalia omnia, ſed ſupernaturalia omnia, noluit, ſed cum homine ſimul illam participare decreuit, vt ſicut ex liberali munificentia eam ipſe ſuam conſequebatur, ſic homo eandem ex ſua cooperatione, vt quando poſtea gloriam adipiſceretur, non totum eſſet Dei, & non ad illam veluti ſtatua quædam adduceretur, ſed vt homo rationalis, vt Dei imago per rationem, & voluntatem, audi nũc Baſilium hæc omnia egregiè depromentem. *Baſil.*

18. Deus ad gloriam hominis voluit vt ſua ſaluti, & gloriæ cooperaretur.

Quæ ergo tandem ratio eſt, ait, *quod particulam poſteriorem iſtius ſuppreſſit ſententia, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinẽ noſtram? nimirum hæc, quia illud quidem quod priori ſtatuitur loco mox in ipſa creatione obtinuimus. quod poſteriori ipſi vt aſſequamur à noſtro pendet libera voluntatis arbitrio: cum quod ad imaginem Dei*

16. Homo factus eſt ad imaginem Dei ſecundum naturalia, ad ſimilitudinẽ primam ſecundum ſupernaturalia, & vnde illud Patres eruerunt.

facti ſummus nobis ſuppetit prorogatum ex ipſa ſtatim primigenia conditione; vt autem ſimilitudine inſigniamur Dei, id demum relinquitur nobis acquirendum certa animi deſtinatione. Egregiè, ex ſuo nulla noſtra cooperatione poteſtatem dedit ad ſimilitudinem Dei aſſurgendi; hinc & ad ſuam nos effecit imaginem, intellectúmque nobis præſtitit, ac voluntatē; at ad quid, audi, *vt merces propoſita operi, ac nutus quidam ad operam ſtrenuè nauandam nos proliciat, atque inuitet, vt ne cunctatiores deſideamur, ſeu ſtatuaria imagines cuiuſpiam pictoris penicillo effigiatæ, nullo ſuo fructu in loco poſitæ, imaginem enim accuratiore opera, ac ſolerti artificio efformatam primario exemplari fixus contemplatus, laudem vtique non ad imaginem regeris, ſed pictoria manus artificis ſuſpicis articulum; quo igitur ſimilitudinis huius admirabilis, ac ſolidæ laus vni mihi cedat, non item alteri, penes me eſſe voluit, & licuit arbitrarium ad Dei vt poſſet pertingere ſimilitudinem, per imaginem animæ impreſſam mea obtinui rationis vſum, verū Chriſtianus effectus vtique ſimilis efficior Deo.* Aptiſſimè, quid nobis intellectus, & ratio? nuntij quidem, vt dū ſimilitudinem Dei in mercedem nobis propoſitam aduertunt, hoc eſt noſtro comparādam ſudore, nos inuitent, ſtimulent, adigant ad ſtrenuè operandum, non totum Deo, vel altēri deſinentes veluti ſtatuæ; cum profecto ſi totum Deus poneret, ſi alius, ſi non ſolum Deus nos ad imaginem ſuam efformaſſet, ſed etiam potentia, & ſimilitudinem daret, ſic, vt nullo noſtro conatu ad cælos eucheremur, & ibi vt ſtatuæ collocaremur ſola Dei opera, profecto nulla noſtra eſſet laus, nulla nobis deberetur gloria; at vt nobiſcum eam, vt ſic dicam, diuidat, & noſtra ſint merita eius dona, voluit, vt penes nos eſſet ad eius ſimilitudinem aſſurgere, vt ſicut ipſius ſolius eſt gloria quod ad imaginem nos effecit ſuam, ſic & ipſius & noſtræ quod ad ſimilitudinem aſſurgamus ſuam. Qualis hæc Dei bonitas? qualis hic in ſuam creaturam amor? vnde rectè Nazianz. Apolog. 5. *Singularis*, ait, *& eximia Dei bonitatis argumentum eſt facere, vt noſtra quoque aliqua ex parte ſit virtus, nec natura tantum inſeratur, ſed voluntate etiam, animique propoſito excolatur, arbitriique libertate parem in vtramque partem motum habente.*

Nazianz.

19. In quo præcipuè conſiſtit homine eſſe imaginem, & Dei ſimilitudinem.

Hominem ergo ad ſuam Deus creauit imaginem, ad ſuam ſimilitudinem; at in qua potiſſimum re nunc inquirendum talis conſiſtat imago, talis ſimilitudo; non enim minus ex hoc eius relucebit dignitas, eiuſque excellentia. Niſſenus enim in exam. *Homo*, inquit, *eo factus eſt ad imaginem Dei, quod factus eſt omnis boni capax; bonitatis enim plenitudo diuinitus eſt.* Pulchrè dictum, ſummū in Deo, ac eius præcipuum ſe intelligere, ſéque totum comprehendere infinitè infinitum, indéque infinitè beatus; hinc hominem conſtituendo huius boni capacem, in hoc ei eſt aſſimilis quia eadē re beatur qua ipſe, Deus ſe intelligendo, & homo Deum, hinc cuilibet fideli ſeruo dictū Matth. 25. n. 22. *Intra in gaudium domini tui*; quid eſt intra in gaudium domini tui? niſi eſto beatus eo, quo beatus eſt dominus tuus: Deus enim infinitè ſe intelligendo, infinitè ſe amat; hinc infinitè de ſe gaudet: cum autem homini ſe in patria manifeſtat ex illa viſione, & ſecundum eius gradum Deum intelligēs ipſum amat, gaudens, quod talis ſit, de eo gaudens, quo Deus gaudet. Vnde Hieronym. in hunc Euangelij locum, *Quid autem*, ait, *maius poteſt dari fideli ſeruo, quàm eſſe cum Domino, & videre gaudium Domini ſui?* preme illud, *videre gaudium*, intrat in gaudium, dum eum videt, quia videndo eo exultat, cōque beatur: rectè ergo Niſſenus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem Dei factum aſſirmat, quia capax omnis boni, hoc eſt diuinitatis plenitudinis, de ea exultando, ſicut Deus exultat.

Matt. 25. n. 22.

Auguſtinus verò, vel quiuis alius in lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus, hominem aſſirmat eſſe ad imaginē Dei factū, quia æternus ſicut Deus, immortalis ſicut ipſe, Damaſcen. lib. 2. orthodoxæ fidei, c. 12. quia intellectualis, & liberi arbitrij, & per ſe poteſtatiuum omnium melius me iudice Baſil. hom. 10. in Examer. & cum eo Chryſoſt. in locum Geneſ. ſimilitudinem homini Dei impreſſam, ac ideo hominem ad imaginem Dei factum, quia ex vi rationis imperium, ac dominatum in omnes inferiores obtinet creaturas, quod vt explicem.

Auguſt. *Damaſc.* *Baſil.* *Chryſ.*

Aduerto quatuor eſſe generales naturæ gradus, & quatuor ſumma rerum genera, aliæ namque tantum habent eſſe, vt lapides, metalla, (niſi cum nouato Philoſopho fiſture vis etiam vitā lapides, ac metalla obtinere,) quædam & vitam vt ſtirpes, aliæ ſuper hæc & motum, & ſenſum, vt animalia, quarto demum ſunt aliæ in ſupremo faſtigio, collocatæ naturæ, quæ mente, ac ratione pollent, in quo vltimo gradu Deus eſt, Angelus, homo, licet quoad perfectionem in illo infinitè Deus ab illis diſtet gradu; hinc cum in eodem cū Deo homo ſiſtat, conſequenter, & ex vi huius conſiſtentiæ participare conditiones debet diuinas, vt incorporeum eſſe, ac indiuiduum, immortalem, memoria, intellectu, ac voluntate eſſe præditum, libero pollere arbitrio, capacem eſſe ſapientiæ, virtutis, diuinæ gratiæ, æternæque felicitatis, tandem cunctis animalibus non ſolum natura præcellere, ſed poteſtate dominari; hinc fit, vt ſemel ſecum, & in eodem Deus ſiſtens hominem gradu, ſic eum efformauit, vt non perfunctoriè, ſed eſſentialiter, & in ipſo ſui ortus principio naſcatur dominus, imperio deſtinatus, ac regimini, in qua re, vt egregiè Baſil. non ſic nobiſcum ſe habuit Deus, vt cæteri homines, quando ſuam communicāt poteſtatem, ad tempus ſcilicet, & vari s ſubiectam accidentibus, ſed ſic homini ſe Deus effudit, vt perpetuo inuariabiliter princeps eſſet ſicut ipſe, & dominus. *In ipſo tuæ creationis articulo*, magnus ait Baſil. *vt præeſſes creatus es, accepit vnus aliquis anni vnius poteſtatem à Rege, vtique ab homine homo, mortalis à mortali, & ab eo accepit, qui ne ipſam quidē habet poteſtatem, quid enim ſibi iuris vindicet homo in animā? at qui ipſe eam accepiſti à Deo, non ligneis tabellis, non mēbraneis inſcriptam diplomatibus, quæ vtraque ſubiacent corruptelæ, & tinearum arroſioni expoſita ſunt, quin ipſa retinet natura in ſacras literas relatam Dei vocem vt præſit, ſine dominetur, vniuerſa enim hæc humano ſubſtrauit imperio Deus.* Eleganter, eſſentialiter, vt ſic dicam Dominus eſt homo, cuius domi-

Quidnitio- *Hieron.*

21. Homo ea vi creationis eſſentialiter dominus. *Baſil.*

natus firmitas ex eo, quia in sacris literis scriptum, vt *præsit*, vt dominetur, vnde sicut prius cæli, terráque transituri, quàm Dei non impleatur sermo Scripturæ, sic prius quid possibile impossibile, quam vt homo non sit natura Dominus, natura princeps.

23. Quam altos spiritus resumere debet suâ attendẽs creationem. *Idem.*

Hæc ergo frater dum audis, dum aspicis, dum tenes, nisi fis infidelis, quales sublimes debes concipere spiritus, quomodo eiicere abiectos, *Animal es ô homo*, grauiter ait Basil. *imperio natum, & quid miseram hanc affectum seruis seruitutem? quid te deturbas vltronem è fastigio prærogatiuæ istius dignitatis? & quid te dedis peccato in vile mancipium? cur tu ipse sponte mancipem te, & captiuum constituis diaboli? scimus te, ac iussit Deus in creaturis principem locum tenere, & ecce tanti principatus natura delati dignitatem à te excutis, ac repellis?* Mirum certè hoc, ac contra ipsam videtur naturam vt amplius homo seruitutem quam principatum amet, suæ dignitatis oblitus, & sibi eum honorem non præstet, quem ipsa ei animalia; hæc enim eum honorãt, timent, quia ad imaginem Dei factus, & irrationalia, ipse se non honoret, dum imaginem Dei portat, & si rationalis.

24. Animalia homini obediunt ob imaginem Dei quam portat. *Genes. 9. n. 2.*

Attende, quæ dico Sic Deus imperium præstitit homini, quando eum ad suam imaginem vidit, vt hanc veluti reueritus ratione eius imperium ei præstitit super omnia, indignum ducens vt animalia non reuererentur, qui suã portabant imaginem, vnde Genes. 9. n. 2. benedicens Noe, eiusque filiis ait: *Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis quæ mouentur super terram.* Cur hoc nunc Dominus repetit? nónne quando eum creauit à principio hæc omnia ei subiecit? Genes. 1. n. 28. *Ibid. c. 1. n. 28.* *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ sunt super terram.* Gregor lib. 21. Moral. c. 11. adnotat, & rectè, non hic dominatum, sed terrorem dominatui adiectum; ex quo, vt alsolet dignissimam elicit moralitatem, principem nempe terrori non hominibus, sed animalibus esse debere, & hunc ab animalibus, ab hominibus verò amorem concupiscere, *Non enim dixit*, loquitur Greg. *terror vester sit super homines qui futuri sunt, sed sit super cuncta animalia terræ; homo quippe animalibus irrationabilibus, non autem cæteris hominibus natura prælatus est, & idcirco ei dicitur, vt ab animalibus, & non ab homine timeatur, quia contra naturam superbire est, ab æqualibus velle timeri.* Glosa ordinaria affirmat id dictum, *in solatium transactæ vindictæ, & ne pauci homines à pluribus bestiis opprimerentur.* Rupert. vt animalia dupliciter subiicerentur homini, obedientia, & terrore, quia dupliciter ei vitam debebant, primò quando ob ipsum creata, secundò, quando ob ipsũmet conseruata; *Porrò*, ait, *hæc homini potestas super cuncta animantia, nũc iure accreuit: nam & tunc propter hominem condita, & nunc propter hominẽ reseruata, duplici ex causa hoc ipsum homini debent quod sunt.* Qualis ergo noster erga Deum tremor esse deberet, cum & ob ipsum creati, & ob ipsum continuo cõseruamur. Caietanus ad insinuandum quod *in statu innocentiæ fuisset dominium pacificum, modo autem dominium terribile.* Egregia omnia, sed ad rem nostram satis Ambr. de Noe, & arca, suam imaginem veneratus in Noe, sicut primo fuerat in Adã; ob peccatum enim videbãtur forsitan à dominio soluta animalia, vt autem hoc non intelligerent, & dominium confirmauit, & insuper in gratiam iusti addidit & terrorem. *Et ideo super terrena omnia eum cõstituit Deus*, ait Ambr. ol *sicut & illum ad imaginem Dei factũ, quia vtrumque à vitiis terrenis temperabat, ille qui ita generatus est, vt nil terreno deberet contagio, iste qui in periculis fuerat approbatus, & examinatus in passionibus, & repertus, quod in confusione non fuisset obnoxius passioni.* Egregiè, quia ad imaginem Dei Adam imperium obtinuit in animalia, & quia hanc reseruauit, & custodiuit perfectam inter peccata iustus in eius gratiam, & dominium cõfirmauit; & auxit. Quod cum sit, cur ergo tu solus homo Dei in te imaginem non reuereris, non times, dum ideo te animalia timent, quia eam portas. *Ambros.*

Enimuero Genes. 4. n. 15 *Posuit Dens in Cain signum, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum*; & sic cum hominibus potens tale extitit signum, vt nullus eum occidere, nullus eum interimere attentarit; immo quãdo eum vnus casu interemit, sic indoluit, vt dignum se septuagies septem æstimauerit vindictis. *Septuplum vltio dabitur de Caino, de Lamech verò septuagies septies.* Quod equidem pœnitẽtia ductum, ac nimio dolore percitum dixisse affirmat Chrysost. Lamechum hom. 20. in Genes. *Considera*, ait, *obsecro, statim ab initio quantum illi profuerit pœna Cain irrogata, non solum enim non expectat vt ab alio arguatur, sed nullo vel accusante, vel increpante ipse seipsum manifestum facit, & confitetur quæ facta sint, mulieribúsque narrat delicti magnitudinẽ.* Deus bone, si tanta pœnitudo casu occidisse virum, non equidem sanctum, sed peccatorem, solum quia à Deo signatus, ne occideretur, & si tantus debebatur illi respectus, ob eandem quidem causam, quomodo tu occidere tuam intentas, & audes animam, non signo, sed Dei decoratã imagine? quam ideo in te Deus impressit, vt per eam viueres, vt per eã regnares? *Genes. 4. n. 15.* *Chrysost.*

27. Homo quãtum in se respectare Dei imaginem deberet.

Immo, vt aliquid dicam insolens, sic Deus animam veneratur hominis, quia sua imago, vt ob id carnem cum sanguine, Genes. 9 n. 4 edi prohibuerit, quia sanguis animalium eorum est anima, quasi ex eo sanguinem animalium reueritus, quia animi nomine insignitur. *Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis*, vbi in Hebræo, *carnem in anima sua, in sanguine suo non comedetis*, hoc est, vt rectè Perer. *non* comedetis carnem cum sanguine, qui est anima animalis, vel in quo est anima eius; ideoque etiam ibidem homicidium interdixit ob animæ veneratiõẽ, sic, vt eam exquisiturus dixerit & ab animalibus, quæ non malitia occidunt, sed natura. Si ergo sic Deus tuã veneratur animam, si sic te æstimat, quia suam in te videt imaginem, quomodo tu tantum tibi vilescis, vt infra omnia abiectus ipsis bestiis viliorem te reddas ipsis in te inhumaniorem, vt cælum apprehendas factus, & tu terram inhias? vt crocea, & tu stercora? *Genes. 9. n. 4.* *Perer.*

28. Sanguinem animalium Deum respectauit ob animæ veneratiõnem.

Peruersa res est, deuotè ait Bern. serm. 24 super Cant. *& falsa, luteum vas quod est corpus de terra, oculos habere* *S. Bern.*

Digitized by Google

ſurſum, ſpiritualem vero, cœleſtémque creaturam internos ſenſus, atque affectus trahere in terram, & quæ debuit nutriri in cœcis, hærere luto, tanquam vnam de ſuibus complexarique ſtercora.

Mirum, vt & ſi extraneus, & ſi ſeruus, & ſi emptus Ioſeph, omnes tamen coram eo genuflecterent Ægyptij licet principes, videlicet in dominatu ſupremi, cuius ſi expendis rationem, non aliam inuenies, quam regalia veſtimenta quibus inſignitus regalem repræſentabat maieſtatem, Geneſ. 41. n. 41. *Tulitque Pharao annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius.* Ioſeph ſcilicet, *veſtiuitque eum ſtola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit, fecitque eum aſcendere ſuper currũ ſuum ſecundũ clamãte præcone, vt omnes corã eo genuflecterent.* Quid? immo ob hoc adoratus etiam à fratribus? quinquid quæſo minus aliquid in te Deus effecit, quando ſuã tibi indidit in anima imaginem? recole dicta, in curru ſuo, hoc eſt ad gradum naturæ in quo ipſe eſt aſcendere te fecit, te ſtola veſtiuit immortalitatis, tibi torquem impoſuit æternitatis; quid amplius? admirandum ſ diungam? adminiſtros tibi dedit, vt tibi ſeruirent, dicam ingratiſſimè propemodum vt te adorarent ipſos Angelos ſuos, cur ergo tu te tam viliter æſtimas, cur te tantum deprimis? *Quid debet fieri viro, quem rex honorare deſiderat?* Ab Amano Rex petiit Aſſuerus, Eſther 6. n. 6. cui ille: *Debet indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equum, qui de ſella Regis eſt, & accipere regium diadema ſuper caput ſuum; & primus de regis principibus clamet, & dicat, ſic honorabitur, quemcumque Rex honorare vult.* In qua re illud attendendum putaſſe iſtum ſe, non alium, Regem honoraturum, vnde & ſi principem apud eum locum tenebat, tamen tanquam quid ſummum, tanquam quid ſuper omnia præcipuum, inſignibus decorari regiis expectabat. Quæ ſic ſacrata, vt ſicut Plutarch. in Artaxerxe, capitale erat illis vti, niſi Rex permiſiſſet. Quid ergo, & quod ille patuo licet expetebat tempore, tibi Deus, vt Baſil. ait, perpetuo conceſſit, regalibus ſuis te veſtibus induit, iuſtitia, ſanctitate, bonitate, potentia, dicam maieſtate: non Aman clamat, ſed ipſe te ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam factum; cur ergo miſer deprimeris, & non excelſos arripiens ſpiritus vius vt Princeps, vt Dominus, non vt ſeruus. Concludam tandem, vnumque tibi, vt vltimum proponam, vis ſcire qualis anima, quantus eius valor, quantáque eius dignitas? attende quantum peccaſti, quot ſordida egiſti, quot nefanda patraſti, & cum illa conſideraueris, inueneriſque magna, immenſa, infinita, & cum hoc tamen te Deum ad inferos non detruſiſſe, quia, vt noſter inquit Sapiens, *animas amat*; dic immenſam, prægrandem, propemodúmque infinitam animæ eſſe dignitatem, vnde rectè dicat noſter Sapiens, *parcis autem omnibus.*

Gen. 41. n. 42.

Plutarch.

39 Homo quã digne ex anima ad Dei imaginem facta.

Eſther. 6. n. 6.

PARAPHRASIS.

Num. 1. *Direxit opera eorum in manibus prophetæ ſancti.*

Direxit, hoc eſt proſperè duxit opera Iſraëlitarum, dirigens ea per manus Prophetæ ſancti ſui.

Num. 2. *Iter fecerunt per deſerta quæ non habitantur & in locis deſertis fecerunt caſas.*

Iter fecerunt per deſerta quæ non habitantur, & in locis deſertis fecerunt caſas id eſt tabernacula.

Vt iacet.

Num. 3. *Steterunt contra hoſtes, & de inimicis ſe vendicauerunt.*

Num. 4. *Sitierunt & inuocauerunt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima, & requies ſitis de lapide duro.*

Sitierunt, & inuocauerunt te, Moyſes ſcilicet, & Aaron, & data eſt illis aqua de petra altiſſima & requies ſitis hoc eſt remedium de lapide duro.

Num. 5. *Per quæ enim pœnas paſſi ſunt inimici illorum à defectione potus ſui, & in eis cum abundarent filiis Iſraël lætati ſunt.*

Contra vero Ægyptiis inimicis tuis, dum pro aqua eis ſanguinem dediſti, per quem enim pœnas paſſi ſunt dum potus eis deficeret, in ipſo dum filiis Iſraël redundaret in Ægypto iph lætati ſunt.

Num. 6. *Per hæc cum illis deeſſent bene cum illis actum eſt.*

Quinimo cum hic ipſe potus in deſerto illis deeſſet, aqua de petra largiſſime educta bene cum illis actum eſt, dum male Ægyptiis ſanguine pro aqua eis exhibito.

Num. 7. *Nam pro fonte quidem ſempiterni fluminis humanum ſanguinem dediſti iniuſtis.*

Cum pro fonte hoc eſt Nilo flumine ſemper decurrente ſanguinem ſanioſum dediſti iniuſtis Ægyptiis.

Num. 8. *Qui cum minuerentur introductione infantium occiſorum, dediſti illis abundantem aquam inſperate.*

Qui cũm ex tali potu minuerentur per mortem in pœnam, & necatorum in flumen infantium tuis dediſti in deſerto abundantem aquam inſperate.

Num 9. *Oſtendens per ſitim quæ cum*

Oſtendens per ſitim tum Ægyptiorum quæ

fuit tum Hebræorum dans istis aquam, illis sanguinem, quemadmodum tuos exaltares, & aduersarios necares.

Nam cum tentati essent, & quidem cum misericordia, hoc est, non cum ira ad emendationem & correctionem, ideo disciplinam accipientes scierunt ex sua siti qualiter puniti essent cum Dei ira Aegyptij, qualiáque paterentur tormenta.

Cum eos tanquam pater monens probauit, illos autem tanquam durus rex interrogans condemnauit.

Aegyptij enim siue ab Israële absentes siue præsentes semper torquebantur, cum præsentes frui quibus illi non poterant aqua, absentes vero dum remedium sitis illos obtinuisse audirent, quod ipsis non præstitum.

Ex qua re duplex illos acceperat tædium & gemitus cum memoria præteritorum.

Cum enim per tormenta quæ passi, cum Israëlitis bene agi intelligerent, cognouerunt apertè Dominum fuisse ipsorum punitorem, admirantes felicem Hebræorum exitum.

Quem enim in expositione praua proiectum Moysem nempe deriserunt, Aegyptij eius spernentes ex parte Dei nuntium in finem euentus mirati sunt, cum similiter recordarentur, non similiter sit eos sitisse ac Hebræos, cum isti consolati, ipsi ex siti necati.

Pro cogitationibus autem sine sensu per quas ad idololatriam deuenerunt errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, hoc est vilia & nullius momenti, idcirco immisisti illis multitudinem mutorum animalium, hoc est, minimorum in vindictam.

Vt iacet.

Nam non tua omnipotens manus sic debilis effecta erat quæ creauit orbem terrarum ex inuisa, hoc est informi materia, vt non posset immittere illis multitudinem vrsorum aut audaces Leones.

Aut noui generis ira plenas ignotas bestias nouum scilicet furorem eis addendo, aut vaporem igneum spirantes, aut fumi odorem ex concepta ira proferentes aut horrendas ab oculis scintillas infectas emittentes.

Vt iacet.

Sed idest, quinimo & sine his vno spiritu tuo

fuit quemadmodum tuos exaltares, & aduersarios illorum necares.

Num. 10. *Cum enim tentati essent, & quidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur.*

Num. 11. *Hos quidem tanquam pater monens probasti, illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti.*

Num. 12. *Absentes enim, & præsentes similiter torquebantur.*

Num. 13. *Duplex enim illos acceperat tædium & gemitus cum memoria præteritorum.*

Num. 14. *Cum enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt Dominum admirantes in finem exitus.*

Num. 15. *Quem enim in expositione praua proiectum deriserunt in finem euentus mirati sunt, non similiter iustis faciens.*

Num. 16. *Pro cogitationibus autem insensatis iniquitates illorũ, quod quidam errantes colebant multos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam.*

Num. 17. *Vt scirent quia per quæ peccat quis per hæc & torquetur.*

Num. 18. *Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem vrsorum, aut audaces Leones.*

Num. 19. *Aut noui generis ira plenas ignotas bestias, aut vaporem igneum spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes.*

Num. 20. *Quarum non solum læsura poterat illos exterminare, sed aspectus per timorem occidere.*

Num. 21. *Sed & sine his vno spiri-*

tu poterant occidi perſecutionem paſſi ab ipſis factis ſuis, & diſperſi per virtutem tuam, ſed omnia in menſura, & numero, & pondere conſtituiſti.

poterant occidi perſecutionem paſſi ab ipſis factis, hoc eſt, peccatis ſuis, & diſperſi per virtutem tuam; at non ſic voluiſti in momento ſcilicet illos interficere, quia omnes in menſura & pondere, & numero conſtituiſti pœnas.

Num. 22. *Multum enim valere tibi ſoli ſupererat ſemper, & virtuti brachij tui quis reſiſtet?*

Infinitè enim valere ſemper tuum fuit, ideò virtuti brachij tui quis reſiſtet?

Num. 23. *Quoniam tanquam momentum ſtateræ ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris ante lucani, quæ deſcendit in terram.*

quoniam tanquam lingua ſtateræ ſic eſt ante te orbis terrarum, nullomodo tuæ valens reſiſtere potentiæ, & tanquam gutta roris antelucani quæ deſcendit in terram, quæ à Sole ad nihilum redigi poteſt, ſic & tu mundum ſi velles ad nichilum redigere poteras.

Num. 24. *Sed miſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.*

Vt iacet.

Num. 25. *Diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti, neque enim odiens aliquid conſtituiſti aut feciſti.*

Vt iacet.

Num. 26. *Quomodo autem poſſet aliquid permanere niſi tu voluiſſes, aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruareſur?*

Vt iacet.

Num. 27. *Parcis autem omnibus quoniam tua ſunt Domine qui amas animas.*

Vt iacet.

Digitized by Google

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT XII.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

DEI clementiam, & in caſtigando miſericordiam, ſuperiori elicuit ſapiens capite, ex pœnis peccatoribus inflictis Ægyptiis, dum lente, & blandè Deus ſe ad eos mouit puniendos; nunc eandem clementiam, miſericordiámque ex pœnis commendat, quas terræ inflixit habitatoribus ſanctæ; dum non ſubitò, & in inſtanti, neque ex tempore eos occidit, eiecítque, licet illud meruiſſent, ſed paulatim proceſſit, expectans, ſi fortè ad pœnitentiam inducerentur, ex quo concludit quantum animi, roboríſque iuſtis ineſſe debeat, & ſi à Deo flagellentur, & ſi in peccatis ſint, dummodo cõuertantur, cum ſic Deus cum inimicis ſe habuerit, vnde caput iſtud in ſex diuiditur partes: Primo, generaliter Dei amplificat miſericordiam, vnde ait: *quàm bonus, & ſuauis*: Secundo, terræ ſanctæ incolatum declarat peccata, iuſtúmque Dei in eos odium, iuxta illud, *illos enim antiquos*: Tertiò, modum, quo Deus ad eos caſtigandos inceſſit, aperit, iuxta illud: *ſed & his tanquam hominibus*: Quartò, cur ſic Deus ſe geſſit, iuxta illud: *non quia impotens eras in bello*: quintò, quomodo ex his populum ſuum edocuit, iuxta illud: *docuiſti autem populum tuum*: Sextò, tandem cur omnino vltimo eas exterminauit gentes iuxta illud: *qui autem ludibrijs, & increpationibus*.

Num. 1. *O quàm bonus, & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus!*

Commentum litteræ.

DEum animas amare, hominibus parcere ſuprà capite antecedenti dixerat, nunc in eiuſdem amoris exurgens admirationem, in opportunum prorumpit Epiphonema, talem amorem, bonitatem, ac ſuauitatem ſtupens: vnde ait.

O quàm bonus, &c. Græc. *non incorruptiuus ſpiritus tuus eſt in omnibus.* Ex hac varia lectione variè etiam Doctores interpretantur, ac hunc intelligunt verſum.

Clarius. Caſtro. Aliqui, vt Clarius, & Caſtro volunt, hanc ſententiam eſſe rationem extremi verſus capitis antecedentis, quaſi dicat Sapiens, amas animas, & parcis omnibus, quia incorrupto tuo ſpiritu omnibus ades, etiam impiis, vt eos à ſua impietate reuoces, non tamen læditur, aut corrumpitur ab eis.

S. Metho. Sanctus Methodius in Catena, Iob cap. 27. per ſpiritum intelligit conſcientiam, quam affirmat incorruptam, quatenus verum dat, aut innocentiæ, aut ſceleris teſtimonium; vnde ſecundum ipſum ſenſum eſt huius loci in omnibus incorruptiuum eſſe Dei ſpiritum, conſcientiam nempè, qua quis probe callet iuſtè ſe à Deo condemnatum, cum Deus ex ſe bonus ſit, & ſuauis mortem nolens peccatoris, ſenſus valde myſticus, nullo modo literalis, & ſi veram

1 Conſcientia ſpiritus incorruptus.

contineat doctrinam, peccatores ſcilicet à ſua tantum reddi mutos conſcientia, de qua re vide in 1. tom. hom. 88.

Lorinus. Verus ſenſus, & literalis eſt Lorini, Deum nempe dici bonum, & ſuauem, atque incorruptum, à Sapiente, quatenus ab ira, & peccatis non vincitur, quatenus & indignis parcit, eos non deſtruens, ad pœnitentiam adducens; ex quo eius in animas amor probatur, vt ſuprà ex præcedenti verſu vltimo dixerat. *Hugo* ait: Deum eſſe bonum, quia dona ſua libenter communicat; ſuauem, quia pœnitentibus dulciter veniam præſtat, de qua re mox.

1 Deus vt dicitur incorruptus à ſapiente.

HOMILIA XLIII.

Deus bonus & ſuauis.

DEum eſſe *bonum*, quatenus omnium rerum cauſa efficiens, *ſummum*, vti prima cauſa, à qua cætera bona, *per eſſentiam*, cum eius eſſe ſua ſit eſſentia, omniáque eſſentialiter ei conueniant, omniúmque rerum vltimus ſit finis, & quod eius bonitate omnia ſint bona, nemo eſt niſi ſtultus qui neget, omniſque anima hoc confitetur. Vnde egregiè Tertull. lib. de teſtim. anim. c. 2. cum ſua interloquens, ſic ait: *De natura quoque Dei quem prædicamus, nec te latet, Deus bonus eſt, Deus bene facit, tua vox eſt, planè ea dicis; ſed homo malus ſcilicet, contraria propoſitione oblique, & figuraliter exprobrans, ideo malum hominem, quia à Deo bono abſceſſerit.* Egregiè, ex ipſa loquela naturali, non artificiata cuiuſcúmque hominis, Deum natura bonum, per eſſentiã bonum confirmat, quia ſic Barbarus, ac Argiuus, ſic Scytha, ac Latinus omnes ex ſe nullo doctore, ac præſignante Deum bonum dicunt, hominem malum, inde quia à Deo recedit bono, cuius equidem ratio, quia cum ex eo omnis creaturæ bonitas, quatenus ſito primæuè aſſimilatur agenti, ſuóque primo factori, hinc malus, quia à Deo bono abſcedens diſſimilis ei fit, in beſtiam commutatus: natura ergo Deus bonus; quod ſi agnoſcere vis *ex operibus potes bonis, ex benedictionibus bonis, ex indulgentiis, ex prouidentiis, ex legibus, ex præmonitionibus bonis, & benignis.* Inquit idem Tertull. lib. 2. aduerſus Marc. c. 5. en ex quantis; at quis ea perſequetur? in immenſum progrederemur, perſtringam tantum vnum, indulgentiam in peccatores, largitatem ſcilicet, & benignitatem, qua non ſolum peccata dimittit, ſed qua eos tractat, ſéque cum illis habet, qua non ſolum bonitatem, & ſuauitatem habet adiunctam, vt dicebat Hugo, immo & noſter Sapiens, dum bonum Deum affirmat, ac ſuauem, non in vno, vel duobus, ſed *in omnibus*, non tantum in iuſtis, ſed in peccatoribus quales Ægyptij: bonus ergo, & ſuauis eſt Deus noſter, omnibus parcens.

Tertull. 1 Naturæ inſitum Deũ dicere bonum, hominem malum.

Idem. 2 In quo peculiaris Dei eſt bonitas.

At antequamad reliqua accedam, vnum hic oportet abſoluere. quod ſatis commune, & omnibus eſt in ore, ſiue bonis, ſiue malis, boni rationem deſiderantes, mali, vt canes oblatrantes. Si Deus bonus, ſi Deus omnipotens, ſi Deus præſcius, cur hominem creans, ſuámque illi indens imaginem, ſic liberum illum effecit, vt peccare poſſet; hinc Marcion putidus canis Deum ob hanc rationem nec bonum, nec præſcium, nec potentem affirmabat. Hinc aliqui veluti admirantes, quaſi conquerentur: ſuprà eam adduximus rationem, hom præcedenti; ideo liberum Deus hominem condidiſſe, vt ſe cum conglotiaretur, & eius participaret gloriam creatura: nunc aliam libet adducere ex Tertull. vt ſuam infinitam homini communicaret bonitatem, cum quia ipſe natura bonus, homo vero ex inſtitutione ipſius, vt ſuam naturalem etiam quodammodo participaret bonitatem, & natura homo etiam eſſet bonus, ac ipſe, voluit, vt voluntate ſua eſſet bonus, non ſolum ex inſtitutione Dei: Vide quantum ſit Deus bonus, quantum ſui diffuſiuus, vt modo, quo poſſibile, ſic te ſibi ſimilem effecit, vt nil prorſus obtineret, quod tibi non communicaret, bonus ipſe natura, tu inſtitutione: eius tibi communicare naturam non poteras; hinc, vt eſſentialiter, & natura tu eſſes bonus impoſſibile, quid ergo? ex effuſionis ſuæ deſiderio adinuenit libertatem, vt bonum, quod etiam ex ſui inſtitutione operaris, quia liberum, ac voluntarium omnino eſſet, ac proinde naturale, vt inde ad eius ſimilitudinem, & ad inſtar illius non ſolum ex inſtitutione, ſed natura ſimiliter eſſes bonus, qualis hæc Dei noſtri bonitas? qualis in creaturas amor? audi nunc Tertull. vbi ſup. c. 6. qui poſtquam dixerat, & ſecundum Dei bonitatem, & ſecundum rationem conuenientiſſimum extitiſſe hominem creare liberum: *nam alias*, ait: *quale erat vt totius mundi poſſidens homo, non in primis animi ſui poſſeſſione regnaret, aliorum Dominus ſui famulus?* rationem poſteà aſſignans particularem ſic ait: *Nam bonus natura Deus ſolus, qui enim quod eſt ſine initio habet, non inſtitutione habet illud, ſed natura; homo autem qui tetus ex inſtitutione eſt habens initium, cum initio ſortitus eſt formam qua eſſet, atque ita non natura in bonum diſpoſitus eſt, ſed inſtitutione, ſecundum inſtitutorem bonum, bonorum ſcilicet conditorem.* Optima quidem ratio, & propria cur Deus natura bonus, homo inſtitutione, quia Deus initio caret, ſemper fuit, hinc ex ſe, non ab alio bonus; at homo cum initium habuit, & ipſum acceperit eſſe, hinc ex inſtitutione, non ex natura bonus, quid ergo? vt natura ſuo modo eſſet etiam bonus, ſequens Tertull. ait: *Vt ergo bonum iam ſuum haberet homo emancipatum ſibi à Deo, & fieret proprietas iam boni in homine, & quodammodo natura de inſtitutione, aſcripta eſt illi quaſi libripens emancipari à Deo boni libertas, & poteſtas arbitrij, qua efficeret bonum, & proprium iam ſponte præſtari ab homine.* Nil elegantius, totum bonum, totum eſſe à Deo homo; hinc tota eius bonitas ab inſtitutione, hoc eſt à Dei munificentia; ergo bonus homo non natura ſicut Deus, ſed dignatione, ſed participatione; hinc bonus, ſed non ad Dei ſimilitudinem, qui natura bonus; quid ergo Deus? homini libertatem infudit, qua veluti de inſtitutione fit natura bonus, dum liberè operatur, dum naturale fit & proprium eius, quod agit bonum, & ad ſimilitudinem Dei aſſurgens, modo, quo poſſibile ſit, etiam natura vti Deus bonus; vt hinc intelligas ipſam hominis libertatem ad malum, bonúmque non eleuare, ſed addere, non enetuare, ſed Dei confirmare infinitam in hominem bonitatem, & homines inſipientiſſimos inſipientiſſimè beneficium facere

Deus cùm hominem liberum creauit, & ſi ſciret peccaturum,

4 Ex libertate homo Dei gratiâ adiutus quodammodo aſſurgit ad eſſentialem bonitatem, ad inſtar Dei.

Tertull.

querimoniam; qua ſumma eius beneficentia, & ſi ſciret in malum hominem abuſurum, quia potens in bonum malum conuertere, peccatores ſuſtinens, ac reparans, maluit reparationem eligere, quàm hominem ſeruum creare abſque libertate, omninóque ſibi diſſimilem, vt ſicut eius bonitas in creatione, ſic & amplius in hominis reluceret reparatione, peccatorúmque condonatione.

5. Dei bonitas infinita in eo quod dimittit, & ſi ſciat iterum hominem peccaturum.

In qua re illud maximum, vt peccatum futurum præſciens, & poſt condonationem, iterúmque in peccatum, ac ſui offenſam hominem lapſurum, ac proinde indulgentiam, ſuámque profunditurum liberalitatem, condonat tamen, & dimittit, in bonitate ſemper perſiſtens, qualis eſt hæc bonitatis magnitudo? profecto diuina; quam ſic Deo diabolus inuidit peſſimus, & hominum inimiciſſimus, vt cæca vtens hominum ratione hoc præcipuè voluerit ſibi iniuſtiſſimè aſcribi, hominéſque intelligere ingratis ipſum benefacere, beneficiáque ſcienter profundere, ſciens, quod ſi hoc verum, ſimul & deitatem Deo inuolaret; hinc deceptus Seneca lib. 2. de beneficiis, c. 32. *Dij*, ait, *omnium rerum optimi authores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perſeuerant, non eſt enim magni animi dare, & perdere, ſed hoc eſt magni animi perdere, & dare.* Quid dicis Seneca? diis tam magnum aſcribis? dic miſer *Deus*, & ſcienter dices: non enim deorum inanium, non diaboli talis eſt profuſio, ſed illius ſolum, qui, & ſi ſcit quod indulgentiam, quod perdat beneficium, dat tamen, & profusè, præſciuit libertate hominem abuſurum perdendo, dedit, præſcit in malum te diuitiis abuſurum perdendo, dat, præſcit contra ipſum te intellectum, ac rationem armaturum, nouos inueſtigando peccati modos, perdit, & dat, tandem præſcit te iterum eum crucifixurum, perdendo condonat, eſt-ne alius Deus tam bonus, tam dulcis, pereant dij gentium, pereant, qui eum non amant: ad grandinis plagam totus contremiſcens Pharao vocauit Moyſen, Exod. 9. num. 27. dicens: *Peccaui etiam nunc, Dominus iuſtus, ego, & populus meus impij, orate Dominum, vt deſinant tonitrua Dei, & grando, vt dimittam vos, & nequaquam hic vltra maneatis*; at quid Moyſes? *Cum egreſſus fuero de vrbe extendam palmas meas ad Dominum, & ceſſabunt tonitrua, & grando non erit; noui autem quod tu, & ſerui tui nec dum timeatis Dominum Deum.* Mira ratio largitionis beneficij, Pharao, vt illud acciperet, peccatum confitetur, & impietatem, obediétiam ſpondens, Moſes autem illud ſpõdens, duritiam tamen ſe callere profitetur eorum, nil ſponſioni credens, nil pœnitentiæ, immo in peruicacitate manſuros augurans, *noui autem*, ſi hoc cur beneficium confert? alij alia adducent, mea ſententia, quia Moſes iam non homo, ſed Deus Pharaonis, iuxta illud eiuſdem libri c. 7. n. 1. *conſtitui te Deum Pharaonis.* Vnde ad inſtar Dei perdere debebat, & dare, non ſolum dare, & perdere, ingratos nouerat, in malitia obſtinatos ſciebat, nõ profuturum beneficium callebat, tamen quia vt Deus profundebat, & dabat, non ſic faceret ſi homo, ſi non Deus, cuius illud proprium.

Exod. 9. n. 27.

7 Moſes cur Pharaonẽ non fruit, & ſi ſciebat incredulum adhuc.

8 Ad inſtar Dei fit homo qui perdit, & dat.

9 Deus ſympathia duQuid immo ſic in condonando, hominémque reſtaurando, propenſus inuenitur, vt ſympathia quadam cum illo, ſeu, vt ſic dicam, quodammodo neceſſitate ductus videatur, *ſympathia* enim cum mutuam quandam rerum inter ſe cognitionem ſignificet, rectè de ea affirmauit Tullius lib. 3. de nat. deorum ex ſe ineſſe naturæ non ope deorum, hoc eſt non extraneè aduenire, ſed intus ineſſe, ſic quidem dum ſic Deum propenſum in hominem vides, & ſic liberaliter eum reſtaurare, eíque condonare, dic quod aliter facere non poteſt, ſympathia in eum ductus, ac veluti mutua, neceſſariáque cognatione. Hoc equidem pondero quando deprauatum inueniens Deus Adamum, confractámque eius in illo imaginem, ſic appoſitè in reformatione eius ſe contulit, quaſi Adam non peccaſſet, vnde & ſemen promittit eius mulieri inimici caput conterens, triumphos illi prędicens ac ſi viciſſet, vnde ſerpenti: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum.* Geneſ. 3. num. 15. peccauit, & bona illi prædicis? te offendit dirè, & tu victoriam annuntias? cur non perdis, peccatoréſque non damnas? ſanè ſympathia quadam cum illis ductus, aliter facere eum non ſinente: *vt ille enim.* Egregiè Baſil. Seleucienſ. orat. 1. de incarnat. *qui natura ſua impatibilis eſt animaduertit nos prorſus deploratos, omnéque præſidium, quod ex præclaris operibus peti ſolitum eſt abeſſe, immò verè certum propter prana opera exitium adeſſe, totúmque quod reliquum erat talis modi eſſe, quod omnes in nihilum redigere poterat, quadam mox ſympathia tactus, iram, quam iuſtè promeriti eramus, conuertit in amorem quo prorſus indigni eramus, itaque ad depranatam imaginem mittit imaginis authorem, quo benignitatis ſuæ coloribus illam reformet.* Deploratos nos aſpiciens, omninóque perditos, quando ex hoc amplius eius ira, tunc amplius eius exarſit amor, ad deperditam reſtaurandam imaginem, non quemlibet, ſed ipſum mittens imaginis authorem, vt coloribus benignitatis reformet, quam iniquitatis homo deformauerat, quære huius facti rationem, ex parte hominis nil inuenies niſi malum; at ex parte Dei, ex eius bonitatis dulcedine cum homine ſympathiam, propenſionem, vim quandam intrinſecam amoris.

Cicero.

10 Quid ſympathia.

11 Bonitas Dei ad hominis malitiam non langueſcit, immo ſe reduplicat.

Hinc ex hac equidem fit, vt eo quo in malum recrudeſcit homo, eo ad benefaciendum reduplicet ſe Deus, veluti malitia vnius, bonitatéque alterius decertante, eo quo illa inſultat eo vires ipſa reſumat; attende peccatori Adamo de peccato conuicto, in iudicio aſſiſtente, ſententiam Deo depromente, mortalem eum pronunciante, tunc tunc quando ſententiam Deus proferebat, duritia ductus; ac veluti peruicacia quadã, adnotat ſcriptura nomen impoſuiſſe vxoris *Euam, eo quod mater eſſet cunctorum viuentium*, Geneſ. 3. n. 20. quod non per digreſſionem factum, ſed per ſimplicem narrationem, vti res ſe geſſerat verè aduertit Rupert. qui admirans ait: *Nec dum ſententia terminata eſt tanta calamitatis, quis hic locus vt inſereret, quia appellauit Adã nomen vxoris ſuæ Euam; quid enim inſanius, quàm in tali articulo Euam dicere eam, quæ non habet vitam? & quidem ſi hoc dixiſſet ſuperius vbi dixit, hæc vocabitur virago, nullam nobis admirationem feciſſet, quia ſecundum ſenſum eius cunctorum viuentium mater eſt; nunc autem in eo mirabile eſt, quod vbi mortis corporeæ ſententia ferebatur iam ſpirituali morte mortuus illic vxorem*

Gen. 3. n. 15.

Gen. 3. n. 20.

Rupert.

12 Adam cur vxori nomen impoſuit Euã, & ſi audierit ſe pulueré eductũdus.

y Google

vxorem Euam, id est vitam appellauit. Cuius rei rationem ipse explicans, ideo sic eam vocasse tunc affirmat, quia sicut prius Deo minanti, in quacumque hora comederis, morieris, non credidit, sic nunc, & Deo interminanti quia pulvis es, & in puluerem reuerteris, nec credidit. Hinc fronte dura experientia non doctus in incredulitate persistens, quia mortuam non vidit vxorem post esum comedit; sic nunc quia dicendo Deus, in puluerem reuerteris, puluerem se factum non vidit, Deo non credens, in eius facie, sub eius præsentiam, in ipso iudicij actu vitam vocauit, quam mortem debuerat; at quid tanto, sicque obstinato Deus peccatori, quando ex hoc in infernum detrudere eum debuerat, nuditatem eius misertus, quia spoliauerat eum diabolus, nudumque inter inimicos constituerat, nil ad peruicaciam attendens, sed ad nuditatem; *fecit quoque illi*, ait sequens scriptura, *Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Beneficio recompensans iniuriam, reduplicans se ad miserendum, quia Adamus se reduplicauerat ad peccandum: *Vide diuinam benignitatem*; ait Caietan. hic: *erga primos parentes, quamuis inobedientes ei, quod nec inter puniendum omittit prouidere singularissima cura, vt qui seipsos reddiderant indigentes veste, nec haberent vnde se vestirent, habeant vestes diuinitus factas.* Premo illa, *vt qui seipsos reddiderant indigentes veste, nec haberent.* Non Deus, sed ipsi ad illas angustias se redegerunt malè, in Dei iniuriam; si equidem in eius seruitium, non mirum, vt diuinitus præpararet his vestes; at dum peccando, inobediendo, recalcitrando, amplius diabolo, quàm illi credendo in eas se adegisse angustias, de quibus vllo prorsus elabi modo poterant, diuinitus Deum illis succurrere, ac de vestibus prouidere? hoc mirum, & maximum.

Caietan.

13 Deus tunc vestes miraculosè Adamo dedit, quando amplius eis indignus.

Immo in hoc nescio quid delicatius, seu suauius intelligo, quod non amplius Deus fecisset, si peccatum obsequium, si malitia Adami virtus fuisset, ad quid tunicas et facere? sanè dices, quia nudi; at nunquid ipsi non sibi perisomata fecerunt ex foliis ficus, quibus operti? sic equidem, at quia & si nuditatem illa obtegere, frigus tamen defendere non valebant, præuidens à Paradiso eiectionem, in terrámque ipsos deuenturos vbi frigus, vbi pluuiæ, vbi glacies, ne durè haberentur, ne frigore consumerentur, vestes præuenit pelliceas, necessitatem anteuertens, molestiam præueniens; Deus bone quid amplius faceres si tibi obsequium, non in te Adamus peccasset? ne mireris, sympathia est, naturalis in hominem amor; *non igitur destitit à beneficijs misericordiæ Dei.* ait Lyppom. in Caten. *etiam peccatores induendo pelliceis tunicis, quas simpliciter intelligi arbitramur, non tam indignum beneficium creatori, sicut nec aliarum rerum productio, quasi diceret, imprudenter prouidistis vobis, opportuniorem vestitus rationem indicabo vobis.* In necessitatem ergo sponte seipsos abduxerunt, sic, vt vnde se subuenire non haberent, & hoc insuper peccando, inobediendo, Deúmque offendendo, & Deus illos non solum diuinitus præuidit, sed delicate, sed molliter, vt non solum turpitudinem celaret, sed pœnalitatem arceret,

14 Cur Adamo tunicas Deus præstitit pelliceas.

Lyppom.

qualis hæc suauitas? quam vellem non, vt in in Adamo, sed in te considerares, in cæterisque tui similibus, quoties peccando in summam deuenisti miseriam, & Deus adhuc in peccatis te existentem diuinitus prouidit, sic suauiter, vt non amplius faceret ac si non peccasses, qualis quæso tua duritia, vt hoc videns ad Deum non conuertaris? quid? immo peccare audes, quia bona de Deo præsumis, immo felicia tibi auguras, & si contra Deum pugnas.

Mirum si quando peccauit Dauid consideres, & amplius mirandum quod Ioab nuntiare mandauit in peccatis existens, 2. Reg. cap. 11. tunc peccauit quando de inimicis, qui eum fædè deturpauerant oratores suos contra ius gentium inhonestando Deus ipse vindictam sumebat, filios Ammon deuastando; at non hoc nunc adnoto, quia alibi satis, sed illa verba, quæ ad nuntium Ioab, quando mortem Vriæ cum reliquis ei nuntiauit num. 25. *Hæc dices Ioab, non te frangat ista res, varius est enim euentus belli, nunc hunc, nunc illum consumit gladius, conforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & exhortare eos.* Quid ais Dauid? *non te frangat ista res*, inquis, mortui sunt tui, seruus fidelis extinctus, Dei nomen blasphematus, & tu ais, non te frangat ista res? ne mireris: nam, vt Diuus ait Greg. 1. parte Pastor. cap. 3. *Falsus est in morte Vriæ crudeliter rigidus, qui in appetitu fœminæ fuerat enerviter fluxus.* Sed esto ex duritate, mortem non persentis tuorum, cum Deo sis inimicus; vnde Ioab præcipis, vt bellatores confortet, & vrbem destruat? ergo tu bona tibi auguras, dum tam dirè Deum offendis; sanè sic se habent peccatores, sic Dei misericordia, ac bonitate abutuntur, vt prospera sibi annuntient, & si peccent, & in Deum sperant contra illum pugnantes: *Sunt qui sperant quidem in Domino*, ait Bern. ser. 8. in Psal. *Qui habitat, sed frustra, quia sic de misericordia eius sibi ipsis blandiuntur, vt à peccatis suis non emendentur.* At pace Bernardi sperant multoties, & non frustra, cum prospera illis det, & si inimici; immo quod admirandum, ne desperent, simul cum iustis bona eis largitur, & si demerentibus; quod notauit Chrysost. hom. 12. imperfect. in illa verba, Matth. 5. *Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* Ponderans, non dixisse, pluit super iniustos. & iustos, sed super iustos, & iniustos, quia & si bona peccatoribus ratione iustorum largiatur, tamen ob ipsosmet etiam hoc facit peccatores, ne putantes se abiectos animum ponderent: *caute posuit dicens*, ait Chrysost. *super iustos, & iniustos, non super iniustos, & iniustos, quia bona Deus non propter homines dat, sed propter sanctos suos; sed in bonis non separat peccatores à iustis, ne separati cognoscant sese abiectos esse, & desperent.* Hinc & si ipsi indignè sperent, Deus tamē quia bonus indignis cōfert. & confert ferēs, & profūdit perdēdo, quæ sūma bonitas, summa magnificentia, vt aiebat Seneca.

15 Hominis erga Deum ingratitudo quanta.

Bernard.

Chrysost. Matth. 5.

17 Deus peccatoribus bona tribuit, ne desperent.

Immo sic bonus, sic suauis cum illis, vt illorum se adaptans voluntati passiones non tollat, sed immutet, multus factus ob illos cum sit simplicissimus, Isaias 55. num. 7. *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogita-*

16 Carnales sæui, & crudeles.

18 Multus ad ignoscendum & cur sic dicatur. *Isa. 55. n. 7.*

tiones ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſe-
rebitur eius, & ad Deum noſtrum, quoniam mul-
S. Fulg. tus eſt ad ignoſcendum. Quid hic multus ad ig-
noſcendum? Fulgentius epiſt. 7. ad Venantiam,
c. 4. quia à malitia nunquam vincitur, potens
quælibet dimittere peccata, *in hoc multo*, ait,
nihil deeſt, in quo eſt omnipotens miſericordia,
& omnipotentia miſericors eſt, tanta eſt autem &
benignitas omnipotentia, & omnipotentia benigni-
Oleaſter. tatis in Deo, vt nihil ſit quod nolit, aut non poſſit
16 *relaxare conuerſo.* Oleaſter multus, quia ex-
Deus mul- tendit miſericordiam ſuam ad multos, *nempe*
tiplex vt *vſque ad mille generationes.* Sana omnia, ſed
peccatores ni fallor, & multus poteſt dici ad ignoſcen-
conuertat. dum, quia ſe multiplicat peccatoris guſtui ſe
Pagnin. adaptans, vt pareat; vnde Pagninus, *quoniam*
multiplicabit, vt pareat. Honorum cupidum
per honores vocat, auarum per aurum, om-
nibus omnia factus, vt omnes lucrifaciat, vt
omnium miſereatur. Quod egregiè ipſemet
Oleaſter. Oleaſter indicat dicens: *Licet ſimpliciſſimus, &*
20 *vnus ſit ſecundum naturam, multus tamen dicitur*
Omnia *ad parcendum, quoniam multis hominibus, multi-*
omnibus *ſque peccatis, multis modis, & multis vicibus*
fit, vt omnes *nobis parcit: nam quemadmodum Paulus vnus*
lucrifaciat. *homo omnibus omnia fiebat, vt omnes lucrifaceret, quare non magis factor Pauli?*

Quod equidem amplius patet, ſi rectè, &
Luc. 12. ſubtiliter verba Chriſti Domini noſtri expen-
n. 33. dantur, Luc. 12. n. 33. dum auaritiam ſuos abhor-
rere, liberalitatem amplecti ſuadet, *Vendite quæ*
poſſidetis, ait, *& date eleemoſynam, facite vobis*
ſacculos, qui non veteraſcunt, & theſaurum non
deficientem in cœlis. O bene auaritiam impu-
gnat, diffuſionem ſuadet, & parare ſacculos iu-
bet ac theſaurizare præcipit, ſi ſacculos parant,
ſi ad theſauros comparandos inhiant: vnde
Chryſolog. profuſio? Egregiè Chryſologus ſerm. 25. vt ſe
auaro accommodaret, & qui non per illum cœ-
lum ſequebatur, per ſacculos ſaltem ſuos ad il-
lud aſcendat, ſe auaro adaptans, faciens, vt au-
diat non quod ipſe vult, ſed quod illi libet: *Ecce*
21 *docet auaritiam*, ait Sanctus, *qui cœperat ſuadere*
Auarum vt *contemptum, & qui theſaurizantes temporaliter*
ad cœlum *arguebat, ad totum cupiditatum fomitem iubet*
aduocet *ſacculos ſine fine perquiri, Chriſte quo te pertrahit*
quanta ſua *amor tuorum, vt auarum lucrifacias facit eum*
uitate. *quod deſiderat, non quod oportet audire.* Egre-
giè, auari neceſſitas, non coaceruationem, ſed
profuſionem vt intelligat omnino exigeret,
cum contraria contrariis curentur; at Deus be-
nignus noſtræ compaſſus infirmitatis, non
quod oportet, ſed quod deſideramus facit nos
audire, multiplicatus, & multiplex per nos fa-
ctus, auarus, vt ſic dicam, cum auaris, vt auaros
Idem. lucrifaciat: *Domine tu vidiſti*, ait idem Chryſo-
log. *quia in theſauris tota fides, tota ſpes in ſaccu-*
lis ſit auaris, & ideo imputribiles in cœlo ſacculos
vis parari, vt qui te non ſequitur ad cœlum, ſe-
quatur ſaltem ſacculos ſuos, verè pater es, qui
cum tuis quibuſcumque parvulis ſic agis. Deuo-
tè quidem, & veriſſimè, tuum Deus cum inten-
dat lucrum, non ſuum, dummodo cœlum ap-
prehendas, ſic ſui non reminiſcitur, tibi tantum
attendens, vt & ſi eius amore non ductus, ſed
tui, vult vt ſi ipſum non ſequaris ob ipſum, ſe-
quaris ad cœlum ſaltem ob ſacculos tuos, ob
appetitum tuum; quid ſuauius? immo quid
ardentius? *dum omnimodo ſine per occaſionem*

A (hoc eſt fictam cauſam, prætextum, vela-
mentum) *ſine per veritatem Chriſtus annuncietur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.* Ar-
dens in Chriſtum Pauli charitas aiebat ad
Philipp. 1. num. 18. non ſe reſpiciens, ſed *Ad Phil.*
Chriſtum, non ſuum, ſed proximorum lu- 1. n. 18
crum; vide ne quid ſimiliter ſit, quod dici-
mus, ſic Deus noſtram ſitit ſalutem, ſic ad
cœlum nos euehere ſatagit, vt ſiue per occa-
ſionem hoc fiat, ſiue per veritatem, hoc eſt
eſt ſiue clare nobis loquendo, ſiue diſſimula-
te facit, vt audiamus non quod oportet, ſed
quod deſideramus, & in hoc gaudet, & gaude-
bit; ſi Paulum ardentem ob hoc admiramur,
cur ad tale amoris diuini non obſtupeſcimus
diluuium, vt ſic dicam?

B Audiſti, quomodo auarum ad te attrahit, ve- 22
luti & auarum ſe conſtituendo, audi nunc quo- Vt ebrios
modo ſe etiam multiplicat, vt guloſum lucre- & guloſos
tur, & ebrium, ciborum auidum, ac vt ſic dicam attrahit.
pocillatorem ſe inſimulans, *Sapientia*, ait Salo-
mon Prouerb. 9. num. 1. *ædificauit ſibi domum,* *Prou. 9.*
immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & pro- *n. 1.*
poſuit menſam ſuam, miſit ancillas vt vocarent ad
arcem, & ad mœnia ciuitatis. O bene, nunquid
Dei regnum eſca, & potus? vt carnibus inuites,
vt vino velis attrahere? ſanè eſcarum auidum
vidit hominem à Paradiſo ob eſcam extorrem;
hinc & ad eſcas inuitat, & ad potum, ſimulans
ſe iiſdem delectari, ac ille; hinc Chriſtus, Luc. *Luc. 12.*
12. num. 37. & in cœlorum regno conuiuia fieri *n. 37.*
aſſerit, quibus ipſe affirmat miniſtraturus: *Fa-*
C *ciet illos diſcumbere, precinget ſe, & tranſiens*
miniſtrabit illis. Quid ergo? dicemus ne &
Deum epulis delectari, aut vino inebriari?
Sanè Dionyſ. affirmat Areopag. epiſt. 9. ad *Dionyſ.*
Titum, ſed ſuo vino, *ipſe etiam*, ait, *bonorum* *Areop.*
omnium author Deus, ebrius eſſe dicitur, propter 23
redundantem, & quæ mentem ſuperet, tantæ epu- Ebrietas in
lationis, immenſitatem, vt enim in nobis in ma- Deo qualis,
lo eſt ebrietas, & immoderata expletio, & men- & quæ ex
tis, ſenſuúmque dimotio, ſic etiam in bono in Dionyſio.
Deo ebrietas, nil aliud intelligenda eſt, niſi re-
dundans ſecundum cauſam, præexiſtens in eo om-
nium bonorum immenſitas. Hoc vino ergo
Deus ebrius, his epulis ſaginatus, quid ergo, vt
tecum etiam ea communicet, vt tu ea deſide-
D res, ſi ſpiritualia tibi diceret non intelligeres,
non appeteres, ideo ſub carnalibus ea velans
ad menſam, ad carnes, ad vina te inuitat, vt
tecum ſua communicet ſub hac voce ad eum
accedens: *Tranſiens inquit ipſe Rex*, idem *Idem.*
ait Dionyſ. *faciet eos recumbere, & ipſe mini-*
ſtrabit eis, quæ verba declarant communem
quandam, concordémque ſanctorum in diuinis bo-
nis ſocietatem, atque id Ieſu eos, & exhilaran-
te, & in menſa collocante, eiſque & miniſtran-
te, & æternam quietem largiente, & perfecta
bona tribuente, & infundente. Quod equi-
dem, & ſi attentè ſcripturas reuoluas, & in
omnibus ſimul vitiorum hominum inuenies
miſeriis, quid Deus in canticis, nonne carna-
lem inuitat? ſub corporalibus ſpirituales illas 25
ſanctiſſimas! obumbrans diuitias, quia tu cor- Vt carna-
poralis, carnalis; quid in Regum libris, non- les.
ne ſuperbos? quid in Machabæorũ, nonne ira-
cũdos? militariſq; gloriæ cupidos? & ſic de ſin-
gulis, vt propè cernas ad tuas voluptates immo
voluptates multiplicat° De°, & vt te ad ſe attra-

Digitized by Google

heret tui amore extra se factus, vt egregiè ad-
S. Max. notauit Sanctus Pater Maximus œconomicorum, c. 86. Biblioth. Patrum tom. 7. *Iusto quoque pro veritate dicendum est audaciter*, signa verbum, *ipsum videlicet autherem omnium, honesto, bonóque cunctorum amore permotum, propter excellentiam amantissima bonitatis, extra se effici, creaturis omnibus prouidendo, ac bonitate, dilectione, & amore quasi demulceri, necnon vt supersubstantiali, illum extra se rapiente, & nunquam deserente, ab eo quod ab omnibus, & supra omnia eleuatum erat, in id deprimi, vt in cunctis esset.* Sensatè, vis enim supersubstantialis amoris Deum sic est persecuta, nunquam illum deserens donec ab eo quod suprà omnia erat eleuatum, infinitéque à creaturis distabat, in id eum deprimeret, vt in cunctis esset, omnia factus, spiritualis cum spiritualibus, corporalis cum corporalibus, dicam reuerentissimè, ebrius cum ebrijs; nunquid aliquid suauius inueniſti? dicat ergo noster Sapiens, & intonet, *ô quàm bonus & suauis, &c.*

Num. 2. *Ideóque eos qui exerrant partibus corripis, & de quibus peccant admones, & alloqueris, vt relicta malitia credant in te Domine.*

Commentum litteræ.

Dixerat bonum, suauémque Deum, nunc explicat, quia in peccãtes benigne se gerit per partes eos corripiendo, & insuper eos semper admonendo.

Ideóque eos qui exerrant, &c. Hoc est cadentes, labentes in peccatis nempe.

Partibus, &c. Aliqui sic legunt, *eos qui exerrant partibus*, hoc est ex partibus, & extra limites à Deo positos, vnde particulæ *partibus* commam apponunt; at sensus verus adiungere illam verbo sequenti, nempe *corripis*, vnde sensus, delinquentes, & errantes partibus corripis, hoc est per partes, paulatim, sensim, leuiter, moderatè, ad pœnitentiam adducens, in quo tum summa Dei discretio in peccatore conuertendo innuitur, tum magistris insinuatur spiritualibus, præscribitur enim eis modus, quo vitia corrigere, quo ad perfectionem animas eleuare debeant, nec ex tempore velint, & in instanti, quod Deus efficit per partes; hinc in gubernando primas sibi partes vendicat.

1 Discretio prima virtus in gubernando. 1. *ad Cor.* 12. *n.* 10.

Egregia illa virtus *discretio* quam donum esse Dei affirmat Paulus 1. ad Corinth. 12. n. 10. & *quam nisi Monachus fuerit assecutus*, inquit Abbas Moses apud Cassian. collat. 11. c. 1. *necesse est enim velut in nocte caca, tetrisque tenebris obèrrantem, non solum in pernicioſis foueis, præruptisque concidere, sed etiam in planis, ac directis frequenter offendere.* Et rectè quidem, quid planius, quàm Samuëlis præceptum ad Saülem, ne
1. *Reg.* 15. ipso absente sacrificaret, 1. Reg. 15. & tamen in hoc se plano perdidit, quia vigorem discretionis non tenendo inobedienter sacrificauit; hinc etiam & Achab. 3. Reg. 20. se destruxit indigno vitam condonando, & dum indiscretè misericordiam quàm seueritatem amplectitur contra Dei mandatum vitam simul cum regno amisit; ex hac enim virtute Dauid instructus aquam tanto sanguinis periculo ex Bethleemitica cysterna bibere noluit, sed Deo libare, discretéque iudicans non homini, sed Deo tale deberi sacrificium, vt rectè Sophron. Constantinop. orat. in Christi natalitia Biblioth Patr. to. 7. *hic tu*, ait, *iam Dauid's pietatem, virtutúmque omnium reginam considera discretionem. noluit aquam illam bibere, verum libauit eam Domino, dicens: propitius sit mihi Dominus.* Hanc quidem nisi superiores, nisi magistri teneant, omnia in pessum ruant necesse, dum nimis seuerè corrigendo in principio, aut nimis subditum premendo, non ducunt, sed reducunt, non animas subleuant, sed deprimunt; *Postula quod vis vt faciam tibi*: ait Elias ad Eliseum, 4. Reg. 2. n. 9. cui Eliseus, *Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus*: at Elias, *rem difficilem postulasti.* Vnde difficilis? sanè subtiliter respondet Theodoret. quia vt populum illum corrigeret, reduplicatum Eliæ quærebat rigorem, vnde si Elias ignis, ipse clibanus, res difficilis, & ad gubernandum non grauis, sed grauissima. *Hoc dixit*, ait Theodoret. *non inuidens gratiam discipulo, sed curam gerens aliorum hominum? nam quoniam tribus annis, & sex mensibus impiè se gerentes fame castigauit; necesse autem erat, vt qui duplicis erat hæres gratiæ, res efficeret duplo maiores.* Vnde ei parcens dixit: *obdurasti vt peteres.* Sic ipse legit cum 70. verè rem difficilem postulauit, tum Dei considerata clementia, tum hominis natura, quæ amore amplius quàm timore ducitur, cum superioribus hæc loquitur scriptura, qui igne, gladio, sectionibus, vti malunt, quàm vnguentis, & medicaminibus, non per partes vti Deus, sed simul omnia curare, omnia corrigere intendunt.

2 Magistris spiritualibus quàm necessaria discretio.

4. *Reg.* 2. *num.* 9. *Theodo.*

3 Eliseus curem difficilem petit, & quid per illam.

4 Nimia seueritas in regimine potius obest, quàm proficit.

Bonauent. aliter illud *partibus* intelligit, nam & si nobiscum consentiat, tamen affirmat, etiam intelligi posse peccatores per partes Deum corripere, quatenus non omnes simul puniat, & exterminet, sed modo istos, modo alteros, vt cæteri exemplo eorum resipiscant, quomodo etiam hanc intellexit sententiam Carthus. qui sic: *Quamuis interdum simul plures corripiantur, raro tamen, aut nunquam iniquorum collectio, vniuersæque gentes, & nationes iniquæ.* Qui sensus, & si non literalis, tamen verus: diluuio enim perierunt omnes præter octo, Genes. 7. num. 4. sic & in Sodomis ibi. 19. num. 24. neque ipsi Chananæi simul extincti, & à terra electi promissionis. *Ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ*, Hebræis dixit Deus, Exod. 23. num. 29. *Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram.* Mirum (vt hoc semel dicam) ergo-ne impotens Deus ad bestias arcendas? an pluris fuisset has, quàm, homines ab illa expellere, seu maius Israëlitarum necessarium robur ad illas, quam ad homines expellendos? quæstionem soluit Lippom. in Caten. aliud nempè hic Deum loqui, aliud ipsum pertendere, verámque causam hic non prodere, quia nouitij, ne animum desponderent, vnde sic: *Aliud igitur loquitur hic Deus, aliud in recessu prætendit; hoc autem vult, vt populus Israël perpetuo habeat cum quibus exerceatur, ne otio, & ignauia torpescat, sed cur non iam eam causam aliegat? nimirum inter initia adhuc eos lacte nutrit, & celat quod alturus est: nam si illis nunc diceret,*

Bonauen.

Carthus.

Gen. 7. *n.* 4.

Ibi. 19. *n.* 24.

Exod. 23. *n.* 29.

Lippom.

5 Deus cur non omnes destruxit Chananæos

impatientia defeciſſent. Dicentes: num etiam in terra, quæ promittitur, ab hoſtibus affligemur? Non ergo deſtruxit omnes repentè, & inſtanti inimicos, ne otio torperet Iſraël, & in vitia relaberetur, & ſimul vult continuum adeſſe bellum hominum, vt beſtiarum euitetur; profecto durius, immo difficilius; cum ex otio, & ignauia repullulantibus in viro ſpirituali vitiis, quæ prius erant veluti rationabilia, fiunt irrationalia, & ex motu concupiſcentiæ rationalis, motus irrationalis; peccant enim non vt homines, ſed vt beſtiæ, nullo iudicio, nullo morſu; immo & nullo ſelectu; ita vt peccata ante conuerſionem reſpectu, quæ poſt, quaſi non peccata dici poſſunt, Ioann. 15. num. 22. *Si non veniſſem, inquit Dominus, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent;* quid eſt quod dicit, peccatum non haberent? nunquid ſine peccato erant antequam Chriſtus ad eos veniſſet? Sapienter addubitat Paſchaſ. Ratbert. lib. 1. in lament. Hierem. ſuper illa verba: *peccatum peccauit Hieruſalem.* Biblioth. tom. 9. ſoluit ipſe dubium de peccato intelligens incredulitatis, cum in Chriſtum credere noluerunt, quia vt ipſe inquit: *Aduentus Chriſti quantum credentibus ſalutaris, tantum non credentibus exitiabilis factus eſt.* Sanum hoc, & profecto verum: ſemper ergo peccarunt, & antè Chriſti aduentum increduli fuerunt, vt ipſemet ſanctus ait, ſed poſt illum, quando Chriſtum audierunt, ſic peccarunt, vt anteriora incredulitatis quaſi non peccata dicat; ſic profecto etſi antè conuerſionem ſpirituales peccarunt viri, tamen ſi poſt, ſi poſt agnitum Chriſtum, poſt ipſum in corde natum, ſic crudeliter peccant, vt anteriora quaſi non peccata dicantur, & ſi prius peccatores, poſteà diaboli nominati poſſint; quod notauit ſanctus Serapion Epiſcop. contra Manichæos Biblioth. tom. 4. pag. apud me 106. adnotans: ſanctum Apoſtolum Petrum, & ſi antè conuerſionem peccatorem nominatum, poſt conuerſionem quando peccauit, Sathan à Domino appellatum: *Quid de Petro dicitur, ait, aliquando, piſcator Petrus, & malus erat, non enim erat expers peccati, homo ſiquidem erat, reliquit ſagenas, & piſces, & relictis omnibus ſequebatur vt ſolum Ieſum haberet, & relictis primis non deſiderio ſuo fruſtratus, reperit, quod quæſiuit, & quouſque progreſſus eſt, vt audiret, Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quo nomine ſignificas Petrum, vt audiret, tibi dabo claues regni cœlorum, vt teſtimonium ei tribueretur, caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cœlis. Poſteà lapſus eſt verbo petulanti, & cum ad increpandum proceſſiſſet, nec ab increpatione fugeret, audiuit: Vade poſt me Sathana, &c. paulo antè claues acceperat, & Pater in eo loquebatur, Petrus pro Simone appellatus, ſed pro remuneratione increpationem elegit.* Ante conuerſionem ergo ſanctiſſimus Apoſtolus malus, & peccator dicebatur; poſt conuerſionem quando peccauit, Sathanas appellatus, & ſi ex indiſcreto peccaſſet zelo. quid ergo, aut quomodo appellandi, qui ex malitia, qui fœdè, qui turpiter poſt conuerſionem peccant, qui prorſus, vt beſtiæ à paſſionibus, veluti à furiis agitati beſtialibus. Hinc merito Deus, ne cum beſtiis pugnem, paſſionibus ſcilicet vehementibus homines deſerit inimicos, moderatas nempè imperfectiones, vt otio non torpeſcat Iſraël, & ad Deum quotidie in neceſſitatibus clamet, quæ ſic Dei benignitas eſt, ac ſuauitas, ac quando, vt inquit Bonauent. ob peccata non totam ſimul vnam gentem perdit.

6 Homines ſpirituales dum relabuntur, & peccant nō quomodolibet illud faciunt, ſed vt beſtiæ. *Ioan. 15. n. 22.*

Paſch. Ratbert.

7 Priora peccata ante conuerſionem reſpectu eorum quæ poſt conuerſionem non peccata dici poſſunt.

8 Poſſunt dici diaboli qui poſt conuerſionem peccant.

Admones, & alloqueris, &c. In corde ſcilicet, peccata in memoriam reuocando, & vnde affliguntur eis aperiendo, vnde rectè Cantacuz. ſic: *Non eſt in pœnis animus abiciendus, verum diligentiſſimè quærendum, vnde nobis illa contigerint, atque peccatorum procuranda correctio.* Multi has allocutiones etiam ad diuinas extendunt inſpirationes, quibus Deus peccatores admonet, vt reſipiſcant, quibus conſultum obedire ſtatim abſque procraſtinatione, de qua re vide in 1. tom. hom. 91. at verus ſenſus de admonitione per pœnas, & tribulationes.

Cantacuz.

9 In tribulationibus quid faciendum.

Vt relicta malitia, &c. Græc. *vt liberati à malitia,* vel *prauitate, credant in te Domine,* vel *collocent in te fiduciam.* Spem veniæ concipiendo de peccatis. Multi fidem intelligunt hic formatam, quibus aſſentitur Lorinus, & benè, cum de ea fide loquatur, quæ relicta malitia credit; quod affirmans Cantacuz. monet fidem erga Deum ſinceram, non ſolum eſſe illum confiteri, ſed cum eius confeſſione ſeruare mandata; quod veriſſimum.

Lorinus.

10 Fides ſincera, quæ.

HOMILIA XLIV.

Deus punit vt ſaluet, non vt perdat.

ENimverò qui attentè Dei altiſſimi modum in caſtigando ſcrutatur, quàm veriſſimè Sapientis ſit dictum inueniet, immo oculis cernet correctionem, non damnationem in pœnis infligendis illum pertendere. Hoc equidem deuotiſſimè obſeruauit Theodoret. in proœmio ad Oſeam Prophetam, adnotans rectiſſimè modum quo Deus deploratas decem tribus Iſraël caſtigauit, quæve antè vltimam molitus eſt deſtructionem, dum non ſimul omnia immiſit tormenta, non ſimul omnes caſtigauit, ſed *partibus,* vt noſter inquit Sapiens, modo iſtos, modo illos flagellando, ſic vt earum deſolatio non per vnum effecta regem, ſed quatuor annis intercedentibus multis, & quod caput eſt egregiorum admonitionibus Prophetarum, prædicentium ſemper, ac mala futura annunciatium, quid hæc, ait Theodoret. inſinuant, niſi ſe ſeruare, non perdere vellet *neque eo,* inquit, *pœnas Deus minatur, vt eas quibus minatur, inferat: ſed vt metu perterrefactos ad reſipiſcentiam reuocet, & cum nequitia, quam committunt eos liberauerit, eis ſalutem afferat: non enim minatus fuiſſet ſi punire vellet: cum minationibus agit, oſtendit ſe ſeruare, non perdere velle.* Preme illud: *vt cùm nequitia quam committunt eos liberauerit.* Hæc namque Dei intentio eſt in flagellis immittendis, non flagellare, ſed nequitiam tollere, vt egregiè Nazianz. orat. 2. in Paſchat. *Multis autem modis, ait, homo punitus propter multa peccata, caſtigatus ſermone, lege, prophetis, beneficiis, commonitionibus, plagis, aquis, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, ſignis è cœlo, ex aëre, ex terra, ex mari, hominum, vrbium, gentium, inſperatis mutationibus, quæ omnia eo tendebant,*

Theodo.

11 Deus quam blandè ſe habuit cum Iſraële antequam vltimo eum exterminaret.

12 Eius finis dum flagellat. *Nazian.*

Google

vt malitia protereretur. Qua dempta salutem immittit, ideóque sibi imputet, qui flagellis exterminatur, cum dum malitiam exuere noluit, ipse se in exterminium immisit, cum quantum ex Dei parte, non mors, sed salus per flagella attenditur.

3 Semper flagelli declarat causam, & cur.

Hinc vt hoc ostendat Altissimus, semper ac punit causam declarat, quasi defensionem aliquam contestans, non aliter scilicet se potuisse, quia iam consummata erat malitia, cor obduratum, peccatum hominis culpa ineuitabile, & correptio nullo modo speranda, nisi per flagella: eiecturus enim è Paradiso Adamum non prius illud egit, quàm præmitteret, Genes. 3.n.22. *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Quasi causam eiectionis reddens certissimum fore, vt sumeret de ligno etiam vitæ si sibi Adam demoratus esset, hinc necessariò eum eiicere, vt eius saluti consuleretur, vnde rectè Lippom. in Caten. *Et nunc saltem ne viuat in illa miseria semper, prohibeamus accessum ligni vitæ, ne ex eo quoque sumere præsumat, & ad perpetuum semper viuat cruciatum.* Sic similiter linguam hominum confusurus non prius illud effecit, quam præmittèdo, Genes.11.n.6. *Ecce vnus est populus, & vnum labium omnibus, cœperúntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant.* Peccatum omnino futurum aduertit, certissimam hominum impœnitentiã, deploratámque salutis spem; tunc enim, vt tantis adhiberet remedium malis, flagella adhibuit, quasi diceret, non ego, sed ipsi me ad flagella impulerunt, quia se emendare noluerunt, quod egregiè obseruauit Chrysost. in hunc locum hom.30. in Genes. sic: *Quoniam conatus illorum impediturus erat, primum cum illis expostulat, & quasi ostendit peccati eorum magnitudinem, & ingratitudinis excellentiam, & quod abusi sunt lingua, & vocis vnitate; hic enim Dei mos est, vt puniturus prius indicet quàm magna sint peccata, & quasi expostulans etiam ipse satisfaciat nobis, ac tunc tandem corripere incipiat.* Pulchrè, flagellat, vt saluet, & insuper nostram pertendit satisfactionem, vt ne nimis durè nobiscum, aut seuerè actum queritemus; hinc & quàm magna nostra fuerunt scelera ostendit; immo sæpè quod non ipse, sed nos malum nobis intulimus, nos nostræ fuimus causa ruinæ, ostendit.

Gen.3.n.22.

Lippom.

Ib.c.11.n.6.

Chrysost.

4 Et simul quod eius nos causa simus, non ipse.

Hoc adnoto in illis sensatissimis verbis quæ Dominus Adamo, nempe: *Quis indicauit tibi; quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo tibi præceperam ne comederes, comedisti?* Ibidem num. 11. Adam vocatus respondit: *Timui eo quod nudus essem, & abscondi me.* Et Dominus, *Quis indicauit tibi?* Si ipse nudus, quis illi necessarius, vt nuditatem ostenderet? ipsemet certè illam aspiciebat, cur ergo sic Dominus ei alloquitur? sanè, vt rectè Chrysost. vt ipse se suæ nuditatis, non Deum authorem faceret: nam si prius nudus, non tamen, vt rectè Cajet. *sub ratione turpi.* Post peccatum ergo turpem expertus nuditatem, ne illam causam in Deum refunderet, voluit vt sciret sibi se eam aduocasse: *& vnde tibi nuditatis tuæ scientia contigit?* ait Chrysost. *Dic obsecro, quid hoc nouit, ac rari? quis hoc vnquam annuntiare potuisset tibi, nisi ipse huius confusionis author esses factus.*

Ibid.n.11.

5 Adamus vnde nudũ se esse æstimauit post cõmissum peccatum.

Chrysost.

Ergo si Deus flagellat non mortem, sed salutem intentat, & nos illi ideo flagellandi ansam damus, quia aliter malitiam deserere nolumus.

6 Bonos cum malis cur simul castiget Deus hic.

Hinc cum hic solus sit eius finis, vitam scilicet per flagella tribuere, ideo dum mala immittit, cum malis etiam & iustos flagellat, vt dum impij hoc attendunt, sciant mala non ad perditionem, sed ad salutem immissa, cum si aliter, certè suos discerneret, ab impijsque separaret, quod acutissimè respondit Tertull. Gentilibus exprobrantibus, & Christianis etiam Deum infortunia immittere, vnde sic in Apolog. cap.41. cum ex parte Gentilium obiecisset, scilicet: *Hoc inquitis, & in Deum vestrum repercutere est, siquidem & ipse patiatur propter prophanos etiam cultores suos læsi, admittite prius dispositiones eius, & non retorquebitis.* Pulchrè, ipse insultauerat contra Gentilium Deos, eos appellans nequissimos, dum propter Christianos etiam cultores suos lædebant, si enim, aiebat Tertull. propter nos mala infligunt, cur vos etiam nobiscum eorum cultores castigant, ergo nequissimi: è contra ipsi repercutiebant, ergo & Deus vester etiam nequissimus, dum & cum prophanis etiam suos lædit; quibus egregiè ipse: *Admittite eius dispositiones, & non retorquebitis:* quas adiungens sequitur: *Qui enim semel æternum iudicium destinauit post seculi finem, non præcipitat discretionem, quæ est conditio iudicij, ante seculi finem. Æqualis est interim super omne hominum genus, & indulgens, & increpitans, communia voluit esse, & commoda prophanis, & incommoda suis, vt pari consortio omnes & lenitatem eius, & seueritatem experiremur, quia æquitatem dicimus apud ipsum, diligimus lenitatem, metuimus seueritatem, vos contra vtramque despicitis,* & sequitur, *omnes seculi plagæ nobis si forte in admonitionem, vobis in castigatione à Deo obueniant.* Nil elegantius, plectit iustos cum iniustis nunc Deus: nam eos secernit, quia diem secretionis destinauit, & plectit, vt æquitatem eius admirantes, diligant lenitatem, timeant seueritatem, ex quo flagella, non supplicia sunt, sed admonitiones, de quibus, qui conqueruntur (audiant hoc hæretici, audiant politici, qui ad bonorum tribulationes expauent, & de temporalibus malis, aut bonis veram diiudicant religionem) signum, *Dei non admittere dispositiones.* sed suas, velléntque vt tantum mali castigarentur, boni ditarentur, bellè, tanquam diem secretionis Deus non statuisset, tunc equidem hoc erit, quando æternus ille Pastor separans oues ab hœdis illas à dextris, hos à sinistris reponet, Matth.25 n.32. qua discretione peracta, dum nullus inter iniquos suorum, vt inimicus occidet, mactabit, non, vt nunc, vt amicus admonebit, mortem tunc intendens & æternam, non vt nunc immortalem vitam, & quod amplius, Deique filiationem.

Tertull.

Matt.25.n.32.

7 Flagellat vt filios Dei nos constituat.

Dei filiationem dixi, & appositè, cum tantum absit mortem in tribulationibus, siue suppliciis inferendis Deus intentet, quinimo summum honorem, summámque dignitatem, ad quam homo ascendere potest, Dei nempè filiationem, vt non iam serui, sed filij Dei nominemur, & simus, quod est illud sanctum

quod Ioannes admiratus, de quo nos alibi in primo tomo, ad hanc autem vt homo aſcendat neceſſario vt probetur, cum eius filiatio non naturalis, ſed adoptiua.

8 Adoptio in Dei filios cur ſuppoſitam probationem per flagella.

Attende quæ dico, vnum Deus tantum filiũ habet naturalem, ſui æqualem, ante ſæcula genitum, in tẽpore tantum hominẽ factum, cæteri omnes non naturales, ſed adoptiui; hinc iſti ad filiationem ex gratia, liberè aſciti, ex quo non aliter, quam ſecundum propoſitum voluntatis eius ad eam euehuntur, hoc eſt modo ab eo prædeterminato, qui non alius, quàm vt per probationem ad tantam erigantur dignitatem, cuius equidem ratio, vt ſtrenui eligantur, eiũciantur vero ignaui, & vecordes, quid enim ſi humana illud antiquitus adoptio exigebat, nunquid non exiget diuina?

9 Adoptio apud antiquos per armorum vſus. *Caſſiodorſ.*

Enimverò illud antiquorum genus adoptionis, per armorum vſus, per res bellicas præclarè geſtas, per nobiles animi virtutes, per extremos cum magnanimitate toleratos labores ſatis per ſe notum eſt, de illo enim Caſſiodorus, lib. 4. Var. ep. 2. *per arma*, ait, *fieri poſſe filium grandem inter gentes conſtat eſſe præconium, quia non eſt dignus adoptari, niſi qui fortiſſimus meretur agnoſci, in ſobole frequenter fallimur, ignaui ante eſſe neſciunt, quos iudicia peperernnt.* Egregiè, ſi enim grande apud antiquos præconium per arma adoptare, quia adoptione indignus, qui fortiſſimus non merebatur agnoſci; ergo cum natura non poſſit Deus amplius parere, iudicio illi pariendum, cur non fortes, ac ſtrenui ab illo eligentur, eo modo, quo eos humanum eligit iudicium, hoc eſt per probationem? & ſi prius eos humanum probat iudicium, vt adoptet, nunquid caſu ſe feret diuinum? Hinc ergo probationis neceſſitas ex adoptione, quo ſuppoſito, erige nunc animum, & attende quantum Deo debeas dum te flagellat, cum ideo te percutiat, vt addignitatem filiorum euehat, vt te conſimilem naturali filio exhibeat, atque glorificet: *Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus, quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit.* ait Paulus ad Rom. 8. num. 29. in quo loco placet Vaſquez in epiſt. ad Rom. in hunc locum, & 1. 1. diſput. 91. num. 143. vt per prædeſtinationem hic intelligat Paulus prædordinationem Dei conformitatis electorum in paſſionibus Chriſti, vnde ipſe ſic hunc locum paraphraſeando intelligit, *quia quos præſciuit futuros ſibi amicos dono gratiæ ſuæ, etiam eos prædeſtinauit conformes fieri per tribulationes, & labores filio ſuo tanquam primogenito, & prædeſtinatorum omnium capiti; quos autem ita prædeſtinauit ſua æterna ordinatione in tempore vocauit, iuſtificauit, & tandem magnificauit, & glorioſos effecit in hac vita per multas tribulationes, vt ita aſſimillarentur filio ſuo.* Quæ interpretatio eo mihi amplius placet, quatenus prædeſtinatorum, ſeu omnem hominum gloriam in hac vita in conformitate cum Chriſti paſſionibus reponit, vti grauiſſimi Eccleſiæ patres ſenſerunt, qui ly *glorificauit*, non de gloria alterius vitæ, ſed de hac intelligunt, ſic Chryſoſtom. Theophylact. Theodoret. Hieron. & alij; ergo ſi Deus affligit, ſi tribulationes immittit, ſi anguſtijs premit, non eſt quidem ad mortem, ſed ad vitam, non ad ignominiam, ſed ad gloriam, vt quia tu ad naturalem filiationem aſcendere non poteras, ad illam per adoptionem peruenias, & ſimilis Dei filio efficiaris per gratiam, ſicut ipſe eſt per naturam.

10 Quantum Deo debeas dum te flagellat.

Ad Rom. 8. n. 29. Vaſquez.

11 Gloria hominis in hac vita eſt ſe paſſionibus Chriſti conformare.

Chryſoſt. Theophyl. Theodor. Hieroni.

In qua re illud adnotare libet ad dæmonum, ſuperborũmque ſpirituum confuſionem, quàm ſcilicet ſuæ ſit Deus prodigus, vt hic dicam, ſimilitudinis, quantum, vt filios ſibi ſimiles generet, vt quia naturaliter præter vnum habere non poterat, inuenit adoptionem, vt gratia ſimiles naturali faceret, & hac ratione altiſſimo ſimiles eſſent filio: quàm ſtultus ergo Lucifer, eiúſque ſequaces, cum ob id ſe perdiderunt obtinendum, quod ſummè illis Deus dare intendebat! Iſaiæ 14. num. 13. *in cœlum aſcendam*, dixit impius Lucifer, *ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo.* Quæ verba de diabolico auſu intelligunt Euſebius, Origenes, Ambroſ. Athanaſ. & paſſim veteres; ſimilitudinem ergo Dei vt vides hic appetebat, ſimilémque filio fieri altiſſimo. Hoc equidem & ſummè ei præſtare etiam cupiebat Deus; at quid perfidus? à ſe eam volebat, non à Deo, vnde ideo dixit *aſcendam, exaltabo, ſedebo*, quaſi ſeipſum ipſe, non Deus ipſum feciſſet, vnde miſer ſtultus, & tumidus, quia modum ignorauit, ad illam gloriam non peruenit, quam tantopere appetebat, ad quam profectò non aſcenſu, ſed deſcenſu peruenitur, hoc eſt humilitate, quod ſic verum, vt neſciens ipſe quid diceret vellet nollet ipſis ſuis affirmaret verbis: attende gradus quibus ipſe ad ſimilitudinem Dei aſcenſurus aſſurmat, *in cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei, ſedebo in monte, ſuper altitudinem nubium.* Quid dicis miſer, fac, vt dicis, & ad ſimilitudinem Dei peruenies, primo enim nominans cœlum, deinde aſtra, quæ inferiora, deinde montem, qui ſub ijs, tandem nubes, quæ ſub montibus, hoc quippè non eſt aſcendere, ſed deſcendere, fac ſic, vt dicis, deſcende, & ſimilitudinem apprehendes Altiſſimi: nam ideo & ipſe altiſſimus ad eam euectus, quia ſic deſcendit: *factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Ad quam etiam ſui ſimiles euehuntur paſſionibus eius conſociati, vnde rectè Bernard. ſerm. 3. in viſione Iſaiæ, cap. 5. dæmoni inſultans, ait: *Quid feſtinat anima eriri vt Lucifer? quid gloriaris ſuper ſidera, quibus aliquando clarus rutilare videris? ſtercus omnino erit gloriatio tua, ſequitur Sol iuſtitiæ, quem te eſſe vana ſimulatione iactabas, cuius fœnore pariter, & ſplendore in nihilum redactus, omnino diſperes: & quam melius Ioannes Baptiſta Lucifer fuit, qui ſolem iuſtitiæ Chriſtum præcurrens, magis feruere ſtuduit, quam lucere? bonum erat tibi ſi ſignifer magis eſſes, quam Lucifer.* Egregiè, baptiſta lucifer, qua ſolem iuſtitiæ ſernore percurrit, hoc eſt deſiderio ſe ei aſſimilandi in paſſione, in morte, in laboribus, in

12 Deus quàm ſuæ deitatis prodigus, & effuſus.

Iſaiæ 14. n. 13.

Euſeb. Origen. Ambroſ. Athanaſ.

13 Lucifer quàm ſtultus in gloriæ appetentione.

14 Ad deitatem humilitate peruenitur.

Bernard.

15 Ioannes Baptiſta cur Lucifer dici potuit.

diminutione, hinc illa eius vox: *me autem oportet minui, illum autem crescere*, quid ergo mirum si postea Lucifer, si filius puteretur Dei? fic tu similiter, & ad similitudinem Dei ascēdes, descende primò ad Christi similitudinem, passionibus illius conformare, sic & hic gloriam acquires, & honorem, ob quam & eas tibi Deus infert non ob mortem, vt coroneris, non vt deprimaris.

16. Misericordia in ponderandis tribulationibus semper est Deo assistens.

Hinc, vt hoc scruper, quantum ex se esset, scilicet, vt tribulationes pro corona tibi essent, voluit, vt nunquam eas sua immitteret iustitia, quin misericordia præsideret eas ponderans, libratis, vt semper minores sint, quàm merita deposcant; hinc Dauid Psal. 144 n.9. *Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius*, quid miserationes super opera eius? moderni aiunt opera scilicet misericordiæ super omnia opera iustitiæ esse, hoc est, vt Rabi ait Salomō, *proportiones vnius ad quingenta*, quod licet verum, nō fallor non solum hoc, sed etiā per ly *super*, præsidentiam regimen, superioritatis assistentiam misericordiæ ad iustitiam nostro modo intelligendi significare voluit Dauid, cum & alibi sæpè hoc verbum *super* significet, vt Psal. 2. n. 6 *Ego autem constitutus sum rex ab eo super*, hoc est præsidentiam, *Sion montem sanctum eius*, & 1. Reg. 10. n. 1. Samuel ad Saulem, *vnxit te Dominus Regem super hereditatem suam*; ergo tanquam Regina super opera iustitiæ assistens eam Deus sic prælsè constituit super eam, vt sicut Nazianz. ait, & Nicetas apud Genebrard. hìc, etiam in pœnis damnatis infligendis voluit vt præsideret, vt scilicet semper essent *citra* non *vltra*, vt loquuntur Theologi *condignum*; *Suauis Dominus vniuersis*, ait Nazianz. *adeo vt eius beneficentia in damnatos etiam se extendat, & miserationes eius super omnia opera eius, id est in omnibus operibus eius, etiam iustitia, adeo vt supplicium gehennæ moderatius sit, quam scelerum nostrorum atrocitas meretur*; at ad quid hoc? sanè, vt ipsa pœna misericordia esset, & dum te punit, te saluet, quod acutissimè considerauit idem Nazianz. orat. in Paschat. 2. in pœna mortis Adamo illata, quæ dū præcisio extitit peccati, à pœna iuit in misericordiam. *Atque hic quoque*, ait, *tamen mortem, ac præcisionem peccati elucratur, ne malum immortale sit, ita pœna ipsa in misericordiam recidit, sic enim Deum supplicia inferre existimo.* Premo illud, ne malū immortale esset, Deum mortem immisisse, quod profecto extremus actus extitit misericordiæ: nam si homo, vt rectè hic admotat Nicetas, post peccatum immortalis, in iudicium incideret diaboli, qui cum natura immortalis, ideo ad inferos statim detrusus, quia etiam sicut immortalis, sic etiam inflexibilis semper ad malum futurus, vnde tanquam de acta re statim venit damnādus, quod etiam & homini euenisset, si post peccatum immortalis, certè etiam ad malum fuisset inflexibilis, impotens ex se amplius à peccato resurgere, ac proinde statim ac diabolus damnandus; hinc in remedium mors inflicta, vt peccatum præcideretur, & pœna transiret in misericordiam.

17. Miser cordia super omnia Dei opera

Psal. 2. n. 6.

1. Reg. 10. n. 1.

Nazian. Nicetas. Genebr.

18. In pœnis damnatis condignis etiam assidet.

Nazian.

19. Mors Adamo inflicta magna Dei extitit misericordia.

Nicetas.

20. Dei amor

Quod cum sit, illud mihi sæpè in animum subit, quantum Deo nostro debeamus, quantúsque eius sit in nos amor, vt, cum sic ad tribulationes parum simus animati, immo sic de illis caueamur, vt sæpè ipsum inculpemus, quasi minus diligentem, minúsque amantem, tamen bonum illarum animaduertens non defatigatur, querimonias sufferat, & perseueranter flagellet. Enimuero si tantillum in nobis esset veri luminis, hoc pro summo æstimare deberemus beneficio, tribulari, & insuper quod nobis renitentibus, recalcitrantibus, omninoque ingratissimè deplorantibus, illud nobis Deus præstet noster. Hæc quippe erat illa gratia, quam adnotans Philagrius apud Nazian. epist. 66. vel 60. ingentes pro ea Deo reddebat, pressus enim infirmitatibus, dum cum eo de tribulationum merito Nazianz. disputabat, sic affirmat repente in affectum, & verba prorupisse. *Gratias ago tibi pater, tuorúmque hominum conditor, quod nos inuitos, & reluctantes beneficio afficis, ac per externum hominem internum purgas, & per contraria nos ad beatum finem rationibus cognitis ducis.* Deuotissimè, & vt Christianum decebat virum, pro beneficiis Deo semper gratias pendere debemus non ingentes, sed infinitas, prorsúsque immenias pro illo, quando nobis reluctantibus per hominem externum, internum purgat, & per contraria, ac naturæ insuetis, amaráque ad beatum finem rationibus illi soli cognitis perducit; quod premendum, quodque ad animum subleuandum valdè conducit, nempe Deum rationibus sibi cognitis, non nobis, ad beatum finem nos perducere, & sæpè per contraria.

ingens in tribulationibus inferendis post tantas de illis hominū querelas.

Nazian.

21. Deus per contraria sæpe hominem ad beatum finem perducit.

Quis quæso videns Dominum lutum conficere ex sputo Ioan. 9. n. 6. vt oculos cæci nati eo illiniret, putaret ad sanitatem, & non potius ad pressiorem infirmitatem illùd conducere, & tamen eo sanauit, eo oculos indidit, per contraria cæcum ad lumen ducens, *Docens se creatorem*, ait Chrysost. hom. 55. in Ioan. *qui in principio vsus est luto ad hominis formationem*, qui egregiè adnotat ob id cæcum statim non sanasse, sed ad natatoria Siloe misisse, vt eius cognosceretur fides, dum credidit per contraria Deum curare posse; *vt discas caeci fidem*, ait Sanctus, *qui non contradixit, nec cogitauit apud semetipsum, lutum solet magis excaecare, multoties lauit in Siloe, & in nullo sum adiuuit, si quam virtutem haberet, præsens vtique curasset, sed simpliciter obedinit.* Quid ergo mirum si lauit, & vidit, vt discas in tribulationibus non deficere, sed tamen credere, dignè de Deo æstimans, mediis sibi cognitis, ac contrariis sibi notis tuam procurare salutem; sale Eliseus aquas dulces reddidit, ligno non funes ferrum ex aquis attraxit, contrariis calamitates curans, quia non sua, sed Dei operabatur virtute.

Ioan. 9. n. 6.

Chrysost.

22. Cur Christus ad natatoria Siloe cæcum misit.

Mirum si consideres pincernarum præpositi obliuionem, dum tam prospera illi Ioseph interpretatus, experientiáque comprobata, *& tamen*, ait Scriptura Genes. 40. n. 23. *successentibus prosperis oblitus est interpretis sui*; & hoc non vno, aut altero die, sed duobus annis, quis fidem, quis spem, quis denique patientiam non amitteret? rectè ait Chrysost. qui hanc supra omnes Iosephi palæstram æstimat, *Vide ergo*, ait, *iterum ipsum in palæstra*

Gen. 40. n. 23.

Chrysost.

23. Cur Deus permiſit ſincernam obliuiſci Ioſeph.

aliqua certantem, & ſua virtutis exhibentem ſpecimina, non perturbari, neque commoneri, neque ægrè ferre, ſciebat enim quod amplior cauea fieret in qua cõuerſandum, vt legitimè certando clariori redimeretur corona. Quid ergo, vnde ex hoc clarior corona? ſanè, quia ſi pocillator recordatus ante Pharaonis ſomnium, non illa gloria Ioſeph è carcere eductus, non illo dominatu, non illo principatu. Ergo illamet obliuio ad gradum detulit, nõ gradum abſtulit gloriæ, ſic Deo diſponente, ſic ſua diuina ordinante prouidentia; *Verum Deus*, ait Lippom. in cat. *ingratitudine illius pincernæ ad ſuæ gloriam, & exercitium Ioſeph vſus eſt, peccauit quidem pocillator ille tanti beneficij immemor, ſed ſic Dei diſponente prouidentia, vt exercitaretur ad virum iuſtus Ioſeph, quo domino iubente clarior eluceſcat.* Ergo non caſu pocillator oblitus, ſed Dei prouidentia, eius peccato ad maiorem tribulati gloriam vſus, rationibus ſibi tantum notis, & plerũque contrariis ad beatitudinem nos euehens, quod ipſe in tribulationibus intendit.

Lippom.

Quod equidem ſancti Dei attendentes ſic de hac diuina in tribulationibus intentione ſunt ſecuri, vt licet in ignem mittantur, licet mortem ante oculos proſpiciant, nunquam pro ereptione Deum audeant deprecari, nunquam pro liberatione, totaliter ſe diuinæ cõmittentes prouidentiæ, quod egregiè adnotauit Theodoret. in illis trium puerorum verbis, quæ ipſi ad Regem, Daniel 3. n. 16. cum enim illis Rex, niſi adorarẽt ſtatuam in fornacem mittendos diceret, ſic reſponderunt. *Ecce enim Deus noſter quem colimus poteſt nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex liberare; quod ſi noluerit, notus ſit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti non adoramus.* In quibus vt vides, nec ipſi certi ſunt de liberatione, & quod caput, nec illam affirmant, quod peterent, vnde hoc? quia pro ipſis reſpondet Theodoretus. *Domini gubernationem, ac prouidentiam amamus, & illius quod futurum eſt ignari, gubernatori quocumque ei libuerit nauem dirigendam committimus, pro certo enim compertum nobis eſt poſſe illum nos à malis, quæ minatus es eripere, vtrum vero id facere velis ignoramus, ſed cum ſapiens ſis, ei rerum noſtrarum moderationem cõmittimus, & iudicij ſententiam nobis eam conferre credentes accipimus, quare nec ab his malis quidem temerè liberari petimus.* In quibus illud adnotandum, hos ſanctiſſimos ideo temerariã iudicaſſe petitionem, quia & Deum ſapientem, & inſuper amantem credebant; hinc pro certo ſtatuebant iudicij ſententiam ſiue mortis, ſiue vitæ, ſemper in bonum ipſorum ceſſuram, ac proinde ſe totos diuinæ cõmittere debere prouidentiæ, nil petendo; audiant hoc ſpirituales afflicti, audiãt, qui Deum amant, & tribulantur, quia ſtatuam auream colere nolunt, quia Deos irrident, mundum, carnem, diabolum, principes, Reges, Deo ſe committant, quia potens, & diligens, nec de potentia dubitent, nec de voluntate diffidãt, quod cum facient & ignis ros, & eiectio, ſubleuatio, & ligamina pro ſolutione eis, & quod magnum pro Regis ira, ac derelictione, Deum inuenient in fornace adiuuantem, conſolantem, protegentem, ad beatitudinem ſecretis modis, ſibi tantum notis euehentem.

24. Sancti pro ereptione à tribulatione non orant.

Daniel.3. n.16.

Theodoret.

25. Spiritualis homo totũ ſe Deo ſemper cõmittere debet, & cur.

Hinc, quia per tribulationes, & flagella homines intendit ſaluare, non interficere, adnotandum vnum, & maximum, quod peccante primo noſtro parente, eúmque Deo puniẽte, licet tribulationes ei ingentes immiſerit, ac prædixerit, totique eius ſimul poſteritati, non tamen illum maledixit vnquam, vti diabolo, ſed terræ, Geneſ. 3. n. 14. ſerpenti enim, *Quia feciſti hanc rem, maledictus eris inter omnia animantia.* Adamo vero, *quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam ne comederes, maledicta terra in opere tuo.* Cur ipſe non maledictus, ſed terra? optimè Barcephas, lib. de paradiſo, part. 1. *vt ſua ipſe imagini honorẽ conſeruaret; tum etiam quia ex Adamo naſciturі erant multi probi, & iuſti.* Pulchrè, primum, tantum Deus ſuæ imagini honorem detulit, vt non ſit homini auſus maledicere ob illius reuerentiam, quid inde? vt tu intelligas, quod quando te affligit, te percutit, non tibi maledicit, immo honorem ſuæ imagini, quæ in te, & præcipuè ſi iuſtus, & amicus exhubens, potius maledicet his, qui te in occaſionem maledictionis impulerunt, diabolum nempe, ac pro te terræ maledicit, *vt illibata*, ait idem Barcephas, *humano generi conſeruetur ex ea benedictio, quæ ante peccatũ facta fuerat, quãnis dolores, atque calamitates plurimæ acceſſerint.* Preme illud *ex ea*, maledicta terra cur? vt ex ea, hoc eſt, per tribulos ſcilicet, & ſpinas quas germinabit, per tribulationes & calamitates, quas homini inferet, conſeruetur illa benedictio, quam ante peccatum obtinuerat; ergo ſpinæ, tribuli, & afflictiones ad benedictionem ordinatæ; ergo quod incredibile, ipſamet terræ maledictio hominis extitit benedictio, ſeu benedictionis confirmatio: percipe dictum & animum erige, ſi terra ſuos tibi non dat fructus, ſi campi non germinant, ſi meſſis non colligitur, ſi cælum tibi æneum, ſi mare tuas abſorbuit merces, ſi naufragium tuarum feciſti, ſi animalia perierunt, ſi denique ipſum tuum corpus, quod è terra ſpinas tibi, & tribulos parit, crede, quia hæ maledictiones, tibi benedictiones, & vt benedictus inueniaris firmiter, ideo ei maledixit Deus, vt talia producens, per ipſas te ſaluaret, & ex eo eſſes benedictus, non maledictus.

Geneſ.3. n.14.

Barcephas.

26. Adam cur non maledictus.

27. Terra maledicta à Deo, in hominis beneficium.

Hoc autem ſancti Dei intelligentes, ſic armati ex hac inueniuntur fiducia, ſic in ſpe fortes, vt & ſi tribulationibus abſorbeantur, tamen ſic ſilent, vt putes eos potius mortuos, quàm viuos, nullam edentes querimoniam, nullam vocis impatientiam, *Ponet in pulvere os ſuum, ſi forte ſit ſpes*, ait Hieron. Tren. 3. n. 29. quem locum ſic legit Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 10. *Dabit in ſepulturæ foſſuram os ſuum, ſi tamen eſt ſpes patientiæ*, hoc eſt, ſic patiens ſanctus in tormentis extabit, ac in tribulationibus, vt veluti ſepultum teneat os videatur. *Oſtendit*, ait Sanctus, *ſupra modum patientiæ taciturnitatem, vt tanquam ſepeliat os proprium, ne loquatur, & velut quodam aggere virtutum obſtruat, ne vocem doloris emittat, tantum ponderis afferens patientiæ, quam ſpes foueat, vt vocem ipſam velut lecto quodam, ac tumulo ſepeliat & & includat, quam nulla extorquere, nulla exci-*

28. Sancti nullam in tribulatione impatientiæ vocem depromunt, & cur.

Hierem. Thren.3. n.29.

Ambroſ.

29. Corpus eorũ fit eis in tumulum. & cdr.

citare posset iniuria. Egregiè, vocem sepelit sanctus, dum patitur in tumulo, vel lecto, in ipso scilicet corpore per patientiam non iam corpus, sed tumulus, sed lectus adictus, ad mala immobile, cuius rei rationé si expoſcas, infrà eam declarat Hierem. n.32. *Quia si abiecit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum, non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum*, hoc est, vt ait Paschas. Ratbest. lib. 3. in Thren. in hunc locum, ideo silent, immo saturari desiderant sancti opprobriis; *Quia adhuc afflixit Dominus, & corripit vt misereatur; non enim humiliauit ex corde suo Deus, vt satietur pœnis nostris, sed manuit vt humiliemur, & curuemur coram eo, & misereatur.* En quod noster Sapiens inquit, peccantes per partes corripit, ex misericordiáque simul, ne desperent, admonet per flagella, & ne ignorent culpam alloquitur, voce, manu, instans, persequens, perseuerans, & si resistant, & renitantur, beneficium fundens, ac præstans ingratis, quorum omnium vnus finis, *vt relicta malitia in illum credant, ac saluentur.*

Paschas.

Num. 3. *Illos enim antiquos habitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti.*

Num. 4. *Quoniam odibilia opera tibi faciebant, per medicamina, & sacrificia iniusta.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

DEi summam in castigando clementiam, sicut supra Ægyptiorum exemplo, sic nunc Chananæorum probat, eorum horribilia prius vitia enarrans, propter quæ merito Deus eos exhorrebat, quo non obstante mitissimè se erga eos habuit. Vnde ait:

Hugo.

Illos antiquos, &c. Ad tempus pertinet, & simul, vt rectè Hugo, quidquid dicat Lorinus, ad vetustatem malitiæ, in qua obfirmati terram inhabitabant sanctam, ob quam Deus eos exhorruit.

1. Palæstina cur terra dicta sancta.

Terra sancta, &c. Palæstina dicitur sancta, quia sanctis promissa Patriarchis, & quia eiectis malis populus ibi sanctus introductus, & etiam quia ibi Dei veri cultus viguit, & tandem propriè, quia ibi Christus Dominus nasciturus, victurus, & captus, opúsque consummaturus redemptionis.

Quoniam odibilia opera, &c. Speciatim nũc causas exprimit Dei in Chananæos, cæteróſque populos terram sanctam inhabitantes odij.

2. Opera Chananæorum turpia, quæ. *Nonius. Liranus. Hugo. Holkoth. Carthus. Lactant.*

Per medicamina, &c. Per opera *medicaminum*, seu *medicamentorum*, id est, maleficiorum: medicamentum enim in malam sumitur partem, vt affirmat Nonius Marcellus, & nos supra etiam diximus. Liranus per medicamenta etiam intelligit sacrilegia, & auguria, cui consentiunt Hugo, Holxoth, & Carthus. omnem iudico hic intelligere sapiẽtem Magiam turpem, quam à diabolo ortum habuisse affirmat Lactant. diuinarum institut. c.14.lib.2. *Eorum*, inuenta, ait, *sunt Astrologia, & Aruspicium, & Auguratio, & ipsa, quæ dicuntur oracula, & Necromantia, & ars magica, quidquid præterea malorum exercent homines.*

3. Magia orta à diabolo.

Et verè à diabolo ortum habuit, cum semper Magia implicitum saltem cum illo habeat pactum, quam rectè definit Delrius disquis. Magic. lib.1.c.2. *Facultas siue ars, qua vi pacti cum dæmonibus initi, mira quædam, & communem hominum captum superantia efficiuntur.* Et diuiditur in specialem, diuinatoriam, maleficã, & vanam: nam si dumtaxat cognitio, vel operatio extraordinarij alicuius effectus requiratur, dicitur *specialis*: si cognitio rei futuræ *diuinatio*: si scientia aliis nocendi, & se vindicandi *maleficium*: si verò requiratur *Magia*, non, vt aliis noceat, sed vt prosit, tunc vocatur *vana*, cum variis, & superstitiosis medicamentis salutem conferant, non ex vi illorum, sed ex dæmonis arte. Vnde rectè Plinius lib.31. c.1. vniuersè de Magia loquens, affirmat à Medicina illam authoritatem sumpsisse, quod magno factum est dæmonis æstu, vt enim melius falleret, & homines in exteras Magiæ pessimas species adduceret, à medicaminibus, siue medicamentis vanis, superstitiosísque incepit, vt emolumento salutis homines decepti, per beneficium crediliores fierẽt, ipsúmque postea, vt benefactorem, ac potentem adorarent; hinc specialiter medicamenta nominat hîc sapiens, tanquam omnis peruersæ Magiæ principia, & fontes ex quibus ad horrenda postea processerunt opera.

Delrius. 4. Quid illa, & quotuplex.

Plinius. 5. Authoritatem à Medicina sumpsit.

Sacrificia iniusta, &c. Græc. *non sancta*, aut *impia*, sic dicta, quia falsis exhibentur diis, cum vni, ac vero debeantur, & etiam dicuntur sacrificia iniusta quando ab impiis obeuntur, cum non nisi à sanctis eo munere fungi liceat.

Num. 5. *Et filiorum suorum peccatores siue misericordiæ, & comestores viscerum hominum, & denoratores sanguinis à medio sacramento tuo.*

Num. 6. *Et authores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti per manus parentum nostrorum.*

Commentum litteræ.

ALia Chananæorum sequitur exponere crimina, ob quæ à Deo deleti, proprios enim filios cædebant, eos (quod equidem inhumanissimum) comedebant, sanguinem sorbebant, quid crudelius? sed ad singula.

Filiorum suorum necatores, &c. Hugo, Liranus putant hanc esse figuratam locutionem, cum in sacris non legatur libris, Chananæos eo vsos sacrificio; sed melius Cantacuz. Bonauent. Carthus Holxoth, Lorinus, & Castro veram eam asserunt; & licet alibi non ita expresè dicatur, sufficit vt hîc, & simul illud ex pluribus scripturæ locis colligi possit, vt Psal. 15. quando filij reprehenduntur Israël, quia filios, & filias suas more gentium immolabant, & ex illis quando eis prohibitum ne filios suos idolo Moloch darent vt Leuitico 18. n. 21. & 20. n. 12. constat Moloch idolum fuisse Ammonitarum, cuius sacrificium ex filiis constabat per ignem consumptis; quod autem Gentiles filios in sacrificiis immolarẽt, ex prophanis satis constat historiis. Lactans.

Hugo. Liranus. Cãtacuz. Bonau. Holkoth. Lorin. Castro.

Leuit. 18. *n.* 21. & *n.* 12.

Lactant.

Digitized by Google

1. Gentiles filios idolis sacrificabant.

lib.1.c.21.ait: *Pestemmus Frestus in libris Historiarum per satyram refert, Carthaginenses Saturno humanas hostias solitos immolare, & cum victi essent ab Agathocle Rege Siculorum, iratum sibi Deum putauisse, itaque vt diligentius piaculum solueret ducentes nobiles filios immolasse*; quid atrocius? vnde Silius lib.4.

Silius.

Mos fuit in populis, quos condidit aduena Dido
Poscere cede Deos veniam, ac flagrantibus aris
Infandum dictu parmos imponere natos.

Hieron. Et Hieron.in Isaiam, lib.13.c.46. *Saturni*, ait, *tanta fuit apud veteres religio, vt ei non solum humanas hostias captiuorum, ignobiliumque mortalium, sed & suos liberos immolarent.* Vnde

Tertul. Tertul. aduersus Gnosticos; *sed enim Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum hominum victima placari apud seculum licuit.* Hinc Prudentius lib. 2. aduersus Symmachum.

Prudent.

2. Saturnus vt ab antiquis functus.

Cædibus infantum fument Saturnia sacra,
Flebilibúsque truces resonent vagitibus aræ.

Immo quod mirandum, sic pueros sacrificabant, proprióque filios, vt sine vllo dolore, & si matris; cum diabolus ab illis non solum filios expetebat, sed etiam voluntatem, ita vt per quam libentissimè offerrent, alias ipse inhumanus sacrificium non acceptaturus. Vnde

Plutarch. de Plutarchus de superstitione affirmat, qui non habebat filios emere victimas liberorum

3. Diabolus sic sacrificia filiorum expetebat, vt nullum mœstitiæ signũ parẽtes darent.

à parentibus, ea lege, vt extaret mater sacro rigida, & absque gemitu, cum si ingemuisset iacturam faciebat honoris, & filij, immo admirabilius, quod ipsimet parentes pueris blandiebantur, vt inquit Tertul. in Apolog. c.9. ne lachrymarentur, vnde ait, *Quos quidem* (scilicet pueros) *ipsi parẽtes sic offerebant, & libenter exponebant, & infantibus blandiebantur, ne lachrymantes immolarentur.* & Minutius, *meritò ei* (Saturno scilicet) *in nonnullis Africæ partibus à parentibus infantes immolabantur, blanditiis, & osculis comprimente vagitum, ne flebilis hostia immolaretur.* Quando hæc ab hominibus Deus? quale ergo iudicium eorum, qui Deo derelicto cuius iugum suaue, & onus leue, diabolum sequuntur, cuius onus importabile, sed de hac re infrà,

Minutius.

4. Filiis blandiebantur, ne vagirẽt, & fleremt.

Constat ergo Gentiles filios sacrificasse, D Chananæi ergo cum essent Gentiles, similiter credendum tali vti sacrificio, vnde merito ex hoc Deo execrandi.

5. Filios comedebant.

Et comestores viscerum hominum, & denoratores sanguinis, &c. Græc. *Comestorum viscerum humanarum carnium conuiuium*, supple faciebant, non solum filios sacrificabant, sed eos comedebant, quo nil crudelius; vnde notandum viscerum nomine non solum extra significari, sed potius carnem ipsam, vt bene

Castro. adnotat Castro, qui obseruat *visceralionem pistis* esse carnis crudæ distributionem, solitam in festis fieri solemnibus, vel in funere

Liuius. excellentis personæ, vnde Liuius lib.8. refert populo visceralionem datam à M. Flauio in funere matris. Ergo dum affirmat sapiens Chananæos fuisse *comestores viscerum hominum, & denoratores sanguinis*, tantum est, ac si diceret, eos nefando vios conuiuio in suis sacrificiis, nempe carnibus ipsis humanis, quas sacrificabant.

6. Vide in quid.

A Placet Lorinus hic non solum de epulo humanarum carnium ex sacrificio, sed etiam de conuiuio prophano, quod olim à variis gentibus vsurpabatur in funere parentum, dum eos comedebant, sapiẽtem hic locutum. *Esse donum traditur mos*, ait Alex. Genial.dierũ, lib. 3.c.2. *vt parentum funera cantibus prosequantur, mox cœtibus propinquorum aduocatis, quod dictu, auditúque fœdum est, ipsis cadaueribus immistis omnibus carnibus vescantur, id quod ab Indis, & Massagetis vsurpatum ferunt, quorum prodigiosa, immanisque natura est: nam senio confectos in frusta cadere, illorúmque carnibus immistis pecudibus vesci assuenere, id quoque apud Dernices Persicam gẽtem, & cum Hibernis efferatis hominibus commune fuit, vt parentes, & affines, qui succubuere, comesse pietatis, maximaque honestatis munus putarent*; vnde Tertul. Tertul.lib.1. contra Marc. eiusdem nationis feritatem describens, inter cætera, *Parentum cadauera*, ait, *cum pecudibus cæsa, conuiuio connorant, qui non ita decesserint, vt exsatiles fuerint, maledicta mors.* Et Petronius Satyrico, *apud quasdam gentes*, ait, *scimus adhuc legem seruari, vt à propinquis suis consumantur defuncti, & ad eo quidem vt obsurgarentur ægri frequenter, quod carnem suam faciant peiorem.* Vide Nazianzenum orat.3. & Plinii, lib.7.c.2. Talia ergo commemorat sapiens etiam conuiuia, quibus vti Chananæos ex hac sapientis authoritate certo constat.

Lorin.

Alexand. 7. Parẽtes comedebãtur à filiis, post mortem in eorum funere ab aliquibus.

B *Et denoratores sanguinis à medio sacramento tuo*, &c. Locus difficilis, & in quo sudant explicando Doctores, & planè fatetur Lorinus, se æstuare, ac prorsus illum nescire, Hugo, Holkoth, Liranus, & Castro per sacramentum terram promissionis intelligentes, quæ sicut prius sancta, nunc sacramentum vocata, facile ab hoc se extricant nodo, dum affirmant, sensum esse, *Perdere voluisti per manus parentum nostrorum authores parentes animarum inauxiliatarum, filiorum suorum necatores, & comestores viscerum hominum, & denoratores sanguinis à medio sacramento tuo*, hoc est, à terra sancta tua, eos scilicet occidendo, & ab ea amandando, Lorino hoc non placet, & merito, cum intelligere per sacramentum ipsam terram sanctam, verè est quid improprium, & durum.

Lorin. Hugo. Holkoth. Liran. Castro.

At ipse intelligens per sacramentum, mysterium, diuinúmque cultum, supplendo aliquid, & illud à sacramento accipiens in casu obliquo, vt Complutens. & Regia quæ sic: *E medio sacramenti diuini tui*, facit hunc sensum, *quod talis Deus de medio sacramenti sui, hoc est, ne sacerdotio fungerentur tam sacrilege, tollere voluit, atque penitus delere, ac perdere.* Penitus intelligo: nam isti nõ sacerdotes Dei, sacrificiæ non eius, ergo nec sacramentũ Dei; at sapiens affirmat sacramentum fuisse Dei, vnde ait, *à medio sacramento tuo*; ergo aliquid necesse est, vt intelligamus interfuisse veri Dei, quod sapiens sacramentum vocet; ergo aliter exponendum.

Lorin.

Proferam meum sensum, & si alicui non placet, fateor commodiorem me non inuenisse; at antequam eum promam, aliqua prius supponenda: Primum, Chananæos, aliósque promissionis inhabitatores terræ, sic fuisse

8. Chananæi aliquam de Deo habebant notitiam.

Gentiles, idololatráſque, vt veri Dei notitiam etiam haberent, vt pote à Cham filio Noe progenitos, & ab Eſau propagatos; vnde poſſibile, vt inter falſas Deorum cæremonias, aliquas etiam, & veri Dei admiſcerent, ſic Labanus, & ſi idololatra, tamen cum Iacobo paciſcens veri Dei adhibuit teſtimonium, Geneſ.31.n.49. *Inueatur, & iudicet Dominus inter nos, quando receſſerimus à vobis*; ſic etiam Abimelech Paleſtinæ Rex, & ſi idololatra, tamen ſciebat, immo & timebat Dominum, vnde cum Iſaac paciſcens, Geneſ.26 n. 28. iuramentum ſanctum interpoſuit, ſimul cum Iſaac iurans, *ſurgentes mane*, hoc eſt, *ieiunì*, vt inquit Lyra, *propter reuerentiam iuramenti, iurauerunt ſibi mutuo.*

Geneſ.31. n.49.

Geneſ.26. n.28.

Lira.

Secundò notandum apud aliquas gentes morem fuiſſe diffuſo, ſiue humano ſanguine auſto fœdera coniungere. quod expreſſit Tertullian. in Apolog. c 9. vbi ſic: *De ſanguinis patibulo, & eiuſmodi tragicis ferculis legite necubi relatum ſit (eſt apud Herodotum opinor) diffuſum brachiis ſanguinem ex alterutro deguſtatum, nationes quaſdam fœderi comparaſſe.* Quod & factum à Catilina in coniuratione aſſerit, de quo Lucius Florus lib.4.c.1. *Additum eſt pignus coniurationis ſanguis humanus, quem circum latis pateris bibere, ſummum nephas, niſi amplius eſſet propter quod biberunt.* & Valerius lib. 9. *Sartiaſtes*, ait, *aduerſus patrem ſuum Tigranem Armeniæ Regem, ita cum amicis conſentit, vt omnes dextris manibus ſanguinem mitterent, atque eum inuicem forberent.* Tacitus etiam lib.12 Annal. *Mos eſt Regibus*, ait, *quoties in ſocietatem coeant, amplificare dextras, pollicéſque inter ſe vincire, nodoſque perſtringere Mox vbi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, leui ictu cruorem eliciant, atque inuicem lambunt, id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum.* Athenæus lib. 2. Carmanorum morem narrat, mutuum ſanguinem in compotationibus propinare firmandæ amicitiæ cauſa. & Mela, lib.2. c.1. *Axiacorum*, ait, *enim ne fœdera quidem incruenta ſunt, ſanciant ſe qui paciſcuntur, exceptúmque ſanguinem, vbi permiſcuere deguſtant, id putant manſura fidei ſignum certiſſimum.* His ergo ſic præmiſſis.

Lucius Florus.

Valerius Max.

Tacitus.

Athenæus.

9. Fœdera antiqui per ſanguinem firmabant humanum.

Planus ſit vulgati ſenſus, Chananæos ſcilicet inter alia ſcelera, & hoc etiam retinere in paciſcendis fœderibus, & ſanguinem humanum epotare, adiuncto ſacramento, hoc eſt, iuramento diuino, Deum adducentes in teſtē, quod non cæteræ faciebant nationes, quæ Deum ignorabant; vnde rectè Saa illud, *A medio ſacramento*, interpretatur, id eſt, *inter poſito iuramento*, vnde ſenſus, *perdere voluiſti filiorum necatores*, ſcilicet per ſacrificia, *comeſtores viſcerum hominum*, hoc eſt, defuncto-xum patrum epulones, & *deuoratores ſanguinis à medio ſacramento tuo*, hoc eſt, ſanguinis humani deuoratores, dum fœdera paciſcuntur, adhibito ſacramento, hoc eſt, iuramento tuo, ſacroſancto videlicet nomini tuo, ex quo fit, vt ſicut prius eos, vt inſolentes damnauit ex ſacrificiis puetos occidentes, & deuorantes, immo & patres, ſic nunc eos inſolentiſſimos arguerit ex fœderibus, dum ſanctum Dei nomen humano polluebant ſanguine, impiè illud miſcentes cum impuro, quod contrahebant fœdere; hæc cogitaui, ſi, vt dixi alicui non placent, eligat alia, aut inueniat meliora.

Tertul.

Saa.

Et authores parentes, &c. Interpres per authores, vt rectè Lorinus cædis intellexit authores, vnde ſenſus, *perdere voluiſti parentes authores*, hoc eſt, *occiſores animarum inauxiliatarum*, vnde rectè Caſtro obſeruat quod vocat interpres authores, qui manu ſua aliquē percutiunt, vnde ſic poteſt transferri, *Principes*, ſeu *percuſſores animarum miſerarum, quas genuerant*, vti legit Budæus. Extremum certè facinus, vt ab eis infantes occiderentur, à quibus ſeruari debuiſſent, plus inhumani quàm ipſæ beſtiæ, dum hæc ad filios defendendos ipſam vitam perdere non recuſant, at quid in humanum non poſſet diabolus genus, vt merito de eo conqueratur Deus, vt mox dicemus.

Lorin.

Caſtro.

Budæus.

HOMILIA XLV.

Diaboli ſeruitus duriſſima.

ENimuero ſi quæ in literæ expoſitione dicta recolas, quam dura diaboli ſit ſeruitus certè agnoſces, nulla cum illo ſine ſanguine amicitia, nulla ſine ſacrificiorum nidore, hoc illi præmium ex beneficio, (ſi beneficij dignum nomine quod præſtat,) vt eleganter Nazianz. orat in laudem Cypriani, qui poſtquam narraſſet diaboli lenocinium ob Cyprianum cum Iuſtina ſanctiſſima, ſic ait: *Huius porrò lenocinij præmia victima, & libamina erant, affinitáſque ea, per ſanguinem, & ſacrificiorum nidorem contrahitur, talem enim iis mercedem perſolui oportebat, qui talia in talibus rebus beneficia contuliſſent.* Egregiè, peccata diabolus, vt beneficia confert, quid ergo ille à te tali dignum beneficio expetit, ſanguinem, te occidens, mactans, conterens, ſuper te gradiens, ac opprimens, *quia feciſti hanc rem*, dum in forma ſerpentis, ait illi Dominus, Geneſ.3. n.14. *Maledictus inter omnia animantia, ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*, LXX *ſuper pectus tuum, & ventrem ambulabis.* In quo loco acutè aduertit Caietan. ventrem officinam eſſe ciborum, qui enim ſuper ventrem graditur, cibos conculcat, quid inde niſi cum mali ſint dæmonis, & in eius portentur ventre, quod ab illo ſimul conculcentur, conterantur. *Venter officina eſt cibi digerendi*, ait Caietan. *ac per hoc ſuper ventrem ire, eſt proprium ventrem, eſt propriam officinam eundo opprimere, officium diaboli erga animas peccantium deſcribitur opprimere illas eundo, ſerpendo, proficiendo de malo in peius, ac ſi apertius dictum fuiſſet non ſolum maledictus eris tu, ſed maledicti tui, opprimentur ſiquidem à te.* Portat in ventre, ſed ad opprimendum ſuper ipſos gradiens, infelix qui ſic incruit.

Nazian.

Caietan.

1. Diabolus quàm crudelis in expetēdis ſeruitiis

Geneſ.3. n.14.

2. Mali vt cōculcati tot à diabolo.

At quod in oppreſſione duriſſimum, vt opprimendo, nec vocem quidem emittere triſtibus liceat, filios mandabat offerre, pignora chariſſima, ſed ea conditione, vt ait Tertul. in Apolog. vbi tup *Nelachrymantes immolarentur*, ob hoc matres illis blandiebantur, ipſæ etiam ſine lacrymis, immo feſtinæ abſque gemitu; qualis hæc oppreſſio? qualis ſimilis ty-

Tertul.

3. Eaduradiabolus, homini præci-

pit, quæ nec in mentem Deo veniunt.

Hierem. 19. n. 15.

ramnis? de qua iustissimè cõquerebatur Deus, Hierem. 19. n. 15. dolens, quod homines illum desererent diabolo arrepto, libentérque huic seruirent, qui sic horrenda ab eis expostulabat, vt nec in mentem ei vt exposceret venerunt: *Et ædificauerunt excelsa Baalim ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim, quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.*

4. Deus ab Abrahamo quando filium petiit vt doleret permisit.

Enimuero Abrahamo Deus, & si filium immolare præcepisset, non tamen sic, vt sine vllo sensu esset doloris, sed admisit lachrymas naturæ compatiens, filium exquirens, inhumanitatem respuens, immo naturæ dolorem reliquit, vt augeret meritum, coronaret opus, dum inter sensum, virtutémque fidei sanctissimus constitutus, non illi, sed huic palmam tribuit victoriæ; quod obseruans Theodoretus ob id censet, non antequam post tres dies ad locum Abrahamum accessisse sacrificij, vt scilicet, *Per tres dies, & totidem noctes amoris diuini in eo periculum faceret; & Patriarcha quidem medius inter naturam constitutus, & fidem, cum vtrimque prehensaretur, fidei dedit palmam victoriæ.* Ergo si sacrificium præcepit, dolorem tamé non prohibuit, sicut nec filiæ Iephtæ Iudic. 11. n. 37. vt duobus suam virginitatem plangeret mensibus, neque quod pater ea visa vestimenta scidisset, ob hoc & sacrificium recusauit, perpetuæ scilicet eius virginitatis, vt rectè sentit Lira, & Montanus: at diabolus sic totum absoluere vult hominem, vt nec homo in eius obsequio remaneat, totus in diabolum transformatus, humana non patiens, quia ipse iussit, vnde nec vocem ei lamenti permittit, nec clamorem.

Theodoret.

Iudic. 11. n. 37.

5. Filię plebis sacrificium quale.

Lira. Montanus.

6. Diabolus sine dolore vult vt sanguinem effundamus.

Exod. 1. n. 11.

Equidem si pressuram Pharaonis in Israëliticum populum attendas, non solùm tyrannicam, sed ferinam inuenies, *præposuit*, inquit sacer textus, Exod. 1. n. 11. *eis Pharao magistros operum, vt affligerent eos oneribus*, attende finem, afflictionem, non opera, onera imposuit, non ad ædificandum, sed ad affligendum, nónne aptius tyrannidem dissimulare, & prætextum accipere operis, & non sic clare afflictionem indicare, cum eius essent subditi, cum ipse eorum Rex? non quidem, quia cum ipse figuram gerebat diaboli, ille sic generis est inimicus humani, sic te, & quemlibet abhorret, vt & si ædificias, operáque præstes, non de his gaudet, sed de afflictione, qua illa peragis, hanc eligit, illa respuit, quia tua: sic Pharao præposuit, vt affligerent, non vt ædificarent, de afflictionibus lætus, de operibus non exultans, hinc Chaldaic. *Et constituerunt super eos principes malefacientes, vt affligerent eos in operibus suis*, & satis per se hoc intelligitur, cum ob id premebantur, vt procreationi non deseruirent, vnde Lippom. in caten. *Tributis onerabant Israëlem, & insuper laboribus assiduis conficiebant ad enecandum vires populi, & ad extenuandam vim generandi prolem, omnibus modis annitendo, vt neque numerosi, neque diutius angerentur, sed labore, & ferendis oneribus affligerentur ad maciem & animorum angustias.* Et vt scias non vrbes Pharaonem, sed afflictionem intendisse adnotat Hugo de sancto Victore in hunc locum, non

7. Pharaonis finis in affligẽdis Israëlitis diaboli significat in affligendis Christianis.

Lippom.

Hugo à S. Vict.

nouas vrbes eos condidisse, quasi ad Pharaonis delicias, sed quæ erant pauperum, vetustas, & diruras, quas nec vidit, nec vnquam in pretium habuit: hîc si aduertas statim, & immediatè post prædicta verba adnotat Scriptura filios Israel ædificasse vrbes, *ædificauerunt vrbes tabernaculorum*, n. 11. post quæ & reliquas enarrat afflictiones, nũquid casu sic narratum? scilicet, vt primò ædificatio reponatur vrbium, postea labores? blasphemiam, hoc putat Basil. dicere, vt supra alibi diximus; cur ergo sic positum, vt intelligas id quod dicebamus, non vrbium ædificationem Pharaonem intendisse, sed tribulationem; Hinc & si ex seruitio auctus, & si locupletatus, & si sibi obtemperatum, præmium, nouas afflictiones, laboréque nouos, pro gratitudine supplicium inferens, vt diabolus, à quo nil aliud post exanthlatos ei labores speres, nisi damnationem, nisi nouas pressuras, hinc ex operibus à Pharaone ventum ad odium, ad omnémque veluti deditiij famulatum, sic vt ad amaritudinem eorum vita deducta, nec hoc satis, interfectio masculorum indicta, tandem in flumen proiectio, quid crudelius? quod cum esset, illud maximum inter tanta, nec os eis licitum aperire, nec ad cælum oculos subleuare, Exod 2. n. 23. *Post multum vero temporis mortuus est Rex Ægypti, & ingemiscentes filij Israël propter opera vociferati sunt*, cur tanto tempore siluerunt sic grauati? quod multi Hebræorum quadraginta faciunt annorum, optimè Rupertus ex tyrannide: nam vt ipse ait, *hoc habet tyrannorum vis, vt eis quos opprimunt liberationem optare, pro crimine audaciæ, vel contumaciæ sit.* Hinc nec clamorem miseri edere inter tantas poterant ærumnas, ne miseris, figura diabolicæ est tyrannidis, premit, filios occidit, nec vocem vult emittas.

8. Pharao quas vrbes condidit.

9. Filij Israël sic premebantur vt nec vocem emittere eis liceret.

Rupert.

10. Tyrannidis effectus.

Immo & si te grauat, & si te premit, ita, vt nec ad respirationem vacet, otio te stertere reputat, ob quod & pondus reduplicat, Exod. 5. n. 7. præfectis operum præcepit Pharao, vt filius Israël non amplius paleas darent ad lateres conficiendos, sed ipsi sibi eas procurarent, pensum tamen laterum non imminuendo; vnde tanta laborum reduplicatio? *vacant enim*, ait, & infrà, n. 17. cùm de hac re conquererentur, respondet vacatis otio, premebantur, occidebantur, nulla erat requies, & tamen reputat impius, quod otio vacarent, ne miseris, figura est diabolicæ tyrannidis, vt sanctus ait Doroth. doctrin. 13. qui dum præuidit liberationem populi, & Moysen missum reduplicat suis pensum quasi otio vacent, *Diabolus*, ait, *cum viderit Deum decreuisse infelicis animæ misereri, tunc ipse aggranat magis in ea vitia, & vehementius illam impugnat*, tanquam otio misera vacans, nihil molestias reputans, nihil afflictiones.

11. Diabolus nunquã reputat hominum magnas esse afflictiones & si ingentes.

S. Doroth.

In quo facto & illud Origenis licet adnotare hom. 3. in Exodum, diaboli figuram eos gerere, qui homines mundo, diabolo, & carni laborantes strenuos, ac peruigiles æstimant, Deo autem otiosos, vnde ponderans illa verba Pharaonis ad Moysen, & Aaron, vbi sup n. 4. *Quare Moyses, & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis*, sic ait,

Origen.

donec

donec secum est populus, & latum operatur, & laterem, donec in paleis occupatus est, non putat eum esse pervertsum, sed recto itinere incedere, si verò dicat velo ire viam trium dierum, & servire Domino, pervertere populum dicat Moysen, & Aaron, hoc dicebatur antiquis, sed & hodie si sacerdotalis sermo animam sollicitat ad servitutem Dei, invitátque eam exire de saeculo, renuntiare omnibus quæ possidet, audies dici ab iis, qui Pharaonis vnanimes, & amici sunt, videte quomodo seducuntur homines, & pervertuntur, quales adolescentes? ne laborent, nec militent, nec agant aliquid, quod eis prosit, relictis rebus necessariis, & vtilibus inertiam sectantur, & etiam Audiant hoc politici, audiant hæretici, & dum similia promunt, intelligant se iuxta Origenis sententiam diaboli esse vnanimes, diaboli amicos, opus eius facientes latenter, nunc, quando ipse antiquitus in aperto, ob quod nunc magis diabolus extimescendus, quàm antiquitus, ne dum pacem in Ecclesia vides, securum te reputes. Quod rectè adnotauit August. in Psal.39. super illa verba, Psal.90. n.13. *Et conculcabis leonem, & draconem*, ponderans leonem diabolum quando apertè, draconem quando latenter, hoc est, quando per suos insidiatur, vnde affirmat plus nunc extimescendum, quam antiquitus, *Persecutio autem*, ait, *sive à leone, sive à draconе nunquam cessat Ecclesia, & magis metuendus est cum fallit, quàm cum sævit, illo tempore ingerebat violentias, nunc insidias, videbatur tunc fremens, nunc oberrans difficile videtur.* Hinc peruersus sic aliquãdo se insimulat ad odium nostrum, vt ex ipsa pace bellum faciat, & ne victores simus, si præuidet victorias, & ipsum bellum adimit spirituale, pacem inferens non à pacis amore, sed à nostra inuidia, quod magistraliter dixit Hesichius presbyter centur.1. n.10 inquiens: *Illud porrò scire debent, qui discendi desiderio tenentur, sæpe numero dæmones invidos celare nos, & subtrahere à nobis spirituale bellum, dum infesti illi nobis invident nascentem ex eo bello fructum.* Vt semel videas sive bellum, sive pacem tibi inferat, semper illud ad tuum intentare exitium, sic tibi hostis, sic tibi durus inimicus.

Hinc & si aliquid tu illi des, quid, immo & si omnia ei præstes tua, illis non gaudet accepisse, quia dono, sed quia eis nouum tibi potest bellum inferre, nouam ruinam, tuismet donis tecum pugnans, illi pulchritudinem offers, pulchritudine te occidet, vires, viribus, diuitias, diuitiis, non ea requirit, nisi, vt te ad præcipitium adducat, hoc adnoto in verbis illis ad Christum, Luc. 4. n. 5. dum ostendens illi omnia regna mundi in momento temporis, ait illi: *Tibi dabo potestatem hanc vniversam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa, tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia.* Multa hic adnotanda: primum, in momento temporis omnem illi gloriam demonstrasse mundi, vt deciperet, sciens post momentum amplius illa non futura; vnde Ambros. lib.4. in Luc. tom.5. *Bene autem*, ait, *in momento temporis sæcularia, & terrena monstrantur, non enim tam conspectus celeritas monstratur, quàm cadūce fragilitas potestatis exprimitur, in momento enim cuncta illa præterunt, & sæpe honor sæculi abiit antequam præteriit.* Secundò, promittit omnia, sed post adorationem, post inclinationem, post subiectionem, quid ex hoc? vt scias non prius alta illum tibi conferre, quàm vilissima tu passus: *Habet autem forensis gratia*, ait egregiè Titelman. *domesticum periculum, & vt dominetur aliis prius servit, curuatur ad obsequium, vt honore donetur, & dum vult esse sublimior simulata humilitate fit vilior, vnde subdit, tu ergo.* Verissimè, nil quod in principum aulis videas vsitatius, vt Dij extra illam æstimentur, sic curuantur in illa ad obsequium, vt terram, non homines reputes, cineres, non principes. Tertiò, non vnum, aut duo sed *omnia*, dixit, per quæ si cum Origene hom.30. in Lucam parum à principio, non regna, eorúmque gloriam intelligere velimus, sed peccatores diabolo subditos, elicies quantum suos omnes ipse faciat, dum omnes nullo relicto vnica tantum tribuit adoratione, *Non quidem regnum Persarum*, ait Origenes, *& Medorum ei ostendit, sed regnum suum, quomodo regnaret in mundo, quomodo scilicet alij regnantur à fornicatione, alij ab auaritia, vnde ait, adora me, & accipe regnum quod teneo.* Quartò tandem, & quod ad nos conducit, ad notandum verbum illud, *quia mihi tradita sunt*; ergo, vt rectè Cyrill Cateches.8. Bibliothec Patrum, tom.4. non illa à se, sed à Deo habebat, vnde non dixit, *Hæc omnia dabo tibi, quia mea sunt, sed quia mihi tradita sunt, non enim dominium sibi arripit, sed vsum tantum, & dispensationem confitetur.* Si ergo à Deo illa, hoc est dispensationem illorum accepit, impiè cur illis contra Deum pugnat? sanè eo, qua dicebamus ratione, sic Dei est inimicus, vt suis donis contra eum pugnet, non ea ad sui emolumentum, sed ad Dei intentans ruinam, nunquid melius tecum aget potens tibi nocere, & destruet, & illisinet te occidet?

Hinc & si Regem tuum illum constitues, & si diademata illi impones, & si te illi prosternes, recrudescet semper, amplius ad terram te prosternens, tuam semper intendens ruinam. *Et ecce visum est aliud signum in cælo*, ait Ioan. Apocal.12. n.3. *Draco magnus rufus habens capita septem, & in capitibus eius diademata septem*, quid draco? quid capita? quid coronæ? Euseb. Gallican. in serm. Dominic. 3. post Pasch. qui draconem diabolum intelligit rufum ex sanguine Martyrum, per septem capita, septem vitia capitalia, per coronas autem principatus eorum, & gloriam, quam ei per illas peccatores exhibent. *Habet autem in capitibus suis septem diademata, quia pro vnoquoque vitio suam portat coronam, quoties enim per invidiam vincit, toties per invidiam coronatur, & sic de cæteris.* Ergo peccatores diabolo dum obsequuntur coronãt, vis nunc præmium aspicere, audi quæ sequuntur, *& cauda eius trahebat mediam partem stellarum cæli.* En quæ tribuit ob beneficium, è cælo ad terram te allidere, immo ad ipsa barathra: nam dum ad terrena attrahit, & ad peccata

12. Politici diabolo similes dum reputant Deo seruos otio fleutere.

Augus.

13. Diabolus nunc amplius metuendus, quàm antiquitus.

Hesich.

14. Bellum à nobis aufert victoriæ inuidés vnde eius pax suspecta.

15. Non gaudet de datis nisi ob nostram tuinã ex illis.

Luc.4. n.5.

16. Cur Christo in momento omnia regna ostendit mundi.

Ambros.

17. Non alta confert, nisi prius tu vilissimus pãciaris.

Titelm.

18. Pro nihilo omnes æstimat peccatores.

Origen.

Cyrill.

19. Dei donis contra Deũ pugnat.

20. Hominum obsequio contra eos recrudescit.

Apoc.12. n.3.

Euseb. Gallican.

21. Peccatores vt coronãt diabolum.

allicit, è cælo te deturbat, à protectione Dei omnino te amandat, sic tuæ cupidus ruinæ, vt quando à Deo obstrictus tibi nocere non potest per se, modos requirat exquisitos, vt per alios efficiat quod ipse ad effectum perducere non potuit.

Tristis perfidus Balaam, quod Dei maledicere non poterat populo ipso obsistente Deo, auricupidus, sic ad Balac ait Regem, Num. 24. n. 13. *Pergens ad populum meum dabo consilium, quod populus tuus populo huic faciat extremo tempore.* Cur pergens ad populum, & non statim? sanè, quia tum præsens Deus non illum sinebat, hinc homo cupidus, vt rectè Cornelius hîc, sperabat Deum ab eo deserendum, quando domi suæ, & tunc quod maledicere posset populo, autúmque recipere promissum, quod & fecit, scortationem suadens, vt sic Deus castitatis amator ab illo se eriperet populo, & per mulieres efficeret, quod per se non poterat; quis est iste Balaam nisi diabolus? vt rectè Andreas Cæsariensis Cappadociæ Archiepiscop. in Comment. in Apolog. c. 6. totus ad ruinam nostram intentus, per instrumenta efficiens aliena quod ipse per se non poterat, *Per externum, & senssilem hunc Balaam*, ait Cæsariens. *qui Israëli per Balac insidias struxerat, & per scortationem illexit ad idololatriam, insinuatur Balaam mysticus, nempe diabolus, & sathanas.* Hic enim in odium tui, & si coronas ei præstes, & si imperia, sic tui est exors, vt nullo emollitus blandimento semper contra te malum intentet, vnde & si à Deo ligatus non potest, nec animum spondit, inusitatos exquirens te perdendi modos, per alios efficiens, quod per se non valet.

Num. 24. n. 13.

Cornel.

22. Sic diabolus ex odit vt ad eorũ perditionẽ quãdo ipse, non potest cæteros armet.

And. Cæsarienss.

Hinc egregiè August. lib. 20. de Trinit. c. 8. super illud Apocalyp. 20. n. 3. vbi de diabolo per mille annos ligato, postea asserit, quod *oportet illum solui modico tempore*, obseruat ideo per modicum tempus soluturus, vt ex crudelitate illius modici perspicerent electi, quid impius fecisset si ab initio ligatus non extitisset? *Si autem nunquam solueretur, minus appareret eius maligna potentia, minus sancta ciuitatis fidelissima patientia probaretur, vnde soluetur in fine, vt quàm fortem aduersarium Dei ciuitas superauerit cum ingenti gloria sui redempteris, adiutoris, liberatoris aspiciat.* Vt semel intelligas, quod si nunc, quando ligatus, tanta contra te mala inducit, dum sæpe tuos agros destruit, & tua interimit iumenta, & filios occidit, & te tandem omni subiicit immunditiæ, quid faceret, si solutus; vnde grauiter idem sanctus pater nostram nunc ignauiam respectu futurorum sanctorum exprobrat, dum illi soluto resistent, quando nos nunc nec ligato possumus. *In eorum sanè qui tunc futuri sunt*, inquit, *sanctorum, atque fidelium comparatione quid sumus? quando quidem ad illos probandos, tantus soluetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus.* Ergo si nunc ligatus tanta efficit, quid efficiet solutus? intellige ergo ex his cui te subdis inimico, quando in principem illum eligis tuum.

August.

23. Cur Deus in fine per modicum tempus diabolum soluet.

24. Sancti qui prope iudicij erunt dié, quàm magni.

Qui quidem sic in Christianos, & præcipuè sanctos crudelis extitit, vt quantum ex se, si posset ob eorum odium in totum genus recrudesceret Christianorum, vt quia tu homo Christianus non te solum, sed simul totam vellet Christianam destruere gentem, nec amicis parcens, nec sui obsequentibus dimittens, Esther, 3. n. 6. cõtra vnum Mardochæum iratus Aman, ab hoc vno tantum offensus, vt ob eius odium, totum voluerit genus destruere Iudaicum, *Pro nihilo duxit in vnum Mardochæum mittere manus suas, magísque voluit omnem Iudæorum perdere nationem.* Mira crudelitas, extremum odium, vt ob vnum tantum, totam penitus delere vellet nationem; ne mireris: nam, vt inquit Rupert. lib 8. de victoria verbi Dei, c. 7. diabolum figurabat totum corpus Christi mysticum deglutire sitientem ob Mardochæum vnum; *Nunquam tam crudeliter, nam furiosè sanum quidem caput erexit draco diabolus*, ait Rupert. *aduersus mulierem (hoc est Ecclesiam) hoc intendens, vt deuoraret totum eius corpus.* Qui sunt sancti respectu malorum Christianorum? quot? vix vnus Mardochæus inter millia Iudæorum, & tamen & si peccatores, & si diabolo obsequentes, ita in illis diaboli odium, vt simul omnes vellet destruere, nulli parcens, amicis, & inimicis.

25. Diabolus sic sanctos odit vt dum hos destruet nil curat & suos perdere cum illis.

Rupert.

Hinc & si ab aliquibus recipitur, & è cælo extorris pro latibulo pectus aliquando inuenit humanum, Deus bone qualis est hospes, quomodo hospiti se gratum reddit, Marc. 9. n. 17. *Magister attuli filium meum ad te*, infelix pater Domino dixit, *habentem spiritum mutum, qui vbicumque apprehenderit eum, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit.* Pende singula, & vide si maiora excogitare potes mala, immo, vt rectè Theodoret. hîc, ideo Dominus permisit illum coram se allidi, *vt ex hoc sciremus dæmonis impietatem, qui occidisset eum, nisi fuisset à Domino adiutus.* Quod si petis tempus quo in illo dæmon habitauit, suúmque fecit habitaculum, respondet pater, *ab infantia*, en tanti hospitij solutio, en tanti beneficij gratitudo, decerpere, cremare, siccare, arefacere, finis, ne vnquam ad salutem perueniret, vt egregiè Chrysolog. serm. 52. dicens: *Antiquus refuga, vbi Deum terris reperit venisse, obstruxit aures hominum, vinxit linguam, & obseratis humani sensus foribus, spelunca sua latebram pectus fecit, & paranit humanum, æstimans, quod illuc auditus verbi, virtus diuini nominis non veniret*, quid crudelius? quid infelicius? sic, vt verè, & sensatissimè dixerit Chryf. hom. 22. in c. 6. Matth. explicans illa verba, *Nemo potest duobus dominis seruire*, hoc ipsum omnibus maius esse tormentum diabolo seruire, *Quo supplicio*, inquit, *omni etiam maius est, satisque ideoñ etiam ante pœnam punire captiuum, quibus enim captiuis non infeliciores putandi sunt, qui cum Dominum habeant Deum ab illo rege mitissimo recedentes, tyranno se huic sanissimo dederunt.* Pende vltima, & cum Chrysostomo obstupesce, vt sic vecordes sint homines, vt Deo derelicto mitissimo Rege, libentissimè diabolo tyranno se dent; quid stolidius?

26. Quam malus est hospes. *Marc. 9. n. 17.*

Chrysol.

Chrysost.

27. Sima pœna diaboli ipsa seruitus.

Enimuero infidiſſimis Sichimitis, qui in Regem Abimelechum ſpurium eligentes, ſeptuaginta repudiarunt filios Gedeonis, ſic Ionathan vnus qui ſolus remanſerat exprobrans dixit, Iudic.9.n.8. *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe Regem, dixerúntque oliuæ, impera nobis.* Quæ noluit ſuam deſerere pinguedinem: conuerſi inde ad ficum pariter dixerunt, *veni & ſuper nos regnum accipe*, quæ etiam noluit ſuam deſerere dulcedinem; hîc ad vitem ſe aduerterunt, & hæc ſimiliter noluit ſuum deſerere vinum, vnde tandem ad Rhamnum dixerunt, *veni & impera ſuper nos*, in quo loco aliqui, vt ait Lira. intelligunt ſic, vt non verè fuerint ligna ad illas tres arbores, ſed deſiderio, vt Rhamnus ſuper ſe imperitaret, illud ſuppoſuerunt, quaſi eſſent illis ſic reſponſuræ, vnde illas repudiantes ſe ad Rhamnum conuerterunt, in Regem illum eligentes, *Similitudo tenet in hoc, aiunt illi expoſitores, & verè, quod Sichimitæ tractabant inter ſe dicentes, ſi requireremus alios filios Gedeonis, vt dominarentur noſtri, & defenderent nos, ipſi nos deſpicerent.* Ergo data opera oliuam, ficum, vitem deſeruerunt, arborem ſpinoſam, infructuoſam, rhamnum eligentes; quid ſtupidius? quod cum aſpexeris, aduerte qualis ſit illa peccatorum ſtupiditas ſimilis, immo & maior, dum diabolum eligunt in principem, Deo mitiſſimo derelicto. *Veniunt ad lignum ſterilitatis ſuæ Regem*, ait Hieron. in c. 2. Aggæi, *id eſt, ad rhamnum ſpinoſum fruticem, & arbuſculam ſentibus contextam, qua teneat quidquid attigerit, & retentum vulneret, & vulnerati ſanguine delectetur, inſuper & ignem emittat à ſe, & regna à ligno conſumat: referimus autem rhamnum ad diabolum, & ſecundum virgulti naturam, quam diximus, illius naturam interpretabimur, quia ſibi ſubditos vulnerat, irretit, & tenet, ne ab ipſo ſecedant.* Mirum certè, & admirandum hoc, vt quod per fabulam, vel Apologum dicitur, re ipſa ſic eueniat: nam, vt adnotat Abulenſ. hic quæſt.28. fabula illa de lignis ad vngendum Regem ſuper ſe, erat peruulgata, & veluti res prouerbialis, quam Ioatham ad ſuum applicauit vſum. Ergo quod fabula, quod dicitur veluti aliquid impoſſibile, & fingitur, hominis ſtultitia realiter efficit, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, vt Hieron. ait, per illas tres deſignatos derelinquens; rhamnum, hoc eſt, diabolum eligens, à quo irretitur, tenetur, vulneratur, & inſuper ſpoliatur ad confuſionem, ad ſarcaſmum ſic nudus derelictus.

Iudic.n.8. *Lira.* *Abul.*

28. Peccatorũ ſtoliditas pro diabolo Deum relinquere. *Hieron.*

29. Omnibus ſuis impiè ſtatim ſuũ expoliat dedititium.

Geneſ.3. n.19.

Hoc equidem notandum in miſerabili illo Adami excidio, diabolo enim pluſquam Deo credens, hunc derelinquens, illum in Dominum aſſumens, poſt peccatum factus dæmon eius princeps, impius, crudelis, verè tyrannus, ſic eum nudum reliquit, vt palam apparere amplius miſer non auderet homo, *Timui eo quod nudus eſſem, & abſcondi me*, Geneſ.3. n.10. infidè, ac perfidè tyrannis, ſunt iam dedititij tui, obte, & in tui gratiam Deum dereliquerunt, oliuam arborem fructiferam, pinguem & te ſi rhamnum elegerunt ſpinoſam, infructiferam, turpem, & cum hoc nudos deſeriſt ne mireris, *Tales enim ſunt diaboli machinationes*, ait Chryſoſtom. in hunc locum, *vt ſi quando aliquem inuenit, qui ſibi parcat cum voluptacula quadam ſupplantatum, & in profundum mœſtitiæ protectum, omníque confuſione, & ignominia plenum, iacere relinquat miſerabile omnibus qui illum vident ſpectaculum.* Et tamen cum hoc ſit potius diabolum homines eligunt, quàm Deum. *Chryſoſt.*

Mirum ſi attendas, qua tyrannidè Iſraëlitæ ab Ægyptio premebantur Rege, cum, vt ſuprà diximus, nec res, nec filios, nec auram, nec cælum, nec vitam illis relinqueret, mirum ſi quæ ſimul ab Ægyptiis ipſi patiebantur, *ad amaritudinem vitam educentes eorum*, & tamen cum hoc eſſet, & Moyſes vnus ex ſuis ab ipſis eos vindicaret occidens illos, audent, & dicunt, Exod.2. n.4. *Quis te conſtituit principem, & iudicem ſuper nos, num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Ægyptium?* quæ vox reprobationis non ſolum vnius, ſed totius extabat populi, vt rectè adnotat Rupert. ex verbis illis Stephani, Actor.7. n.35. *Hanc vnius negationem omnibus Iudæis*, ait Rupert. *aſcribit Stephanus dicens: hic eſt Moyſes quem negauerunt dicentes, quis te conſtituit principem, aut iudicem; & rectè: nam cunctis proficentibus vni negare non licuiſſet, præſertim pro omnibus, quia non dixit ſuper me, ſed ſuper nos.* Immo, quod amplius admirandum, Ægyptij occiſionem vertens illi in crimen, vt rectè adnotat Titelman, cum in Hebræo ſic legatur, *Numquid vt occidas me, tu dicis hoc, ſicut occidiſti Ægyptium? quaſi dicat*, ait Titelm. *tu es violentus, & homicida, idcirco emenda te ipſum.* Quid amplius dicerent, ſi non ſub tyrannide, ſed ſub piiſſimo extarent Rege? impius Iſraëlita reiicit Moyſen, & accuſat ipſum homicidij, *vide maximam indignitatem*, ait idem author, & *ingratitudinem, Moyſes reliquerat Regiam aulam propter Iſraëlitas, ſed ſtatim reiicitur ab ipſis, vix dum elementis liberationis inchoatis.* Proh! pudor & hoc ipſum faciunt Chriſtiani, Chriſtum Regem, qui cælum, qui Angelos, qui patriam, qui patrem ob ipſos, repudiant malentes ſub perfido exiſtere Pharaone, quàm ſub mitiſſimo Chriſto; immo quod pudet dicere, quod conſideratio erubeſcit, quod calamus ſcribere reformidat, ad inſtar Iſraëlitarum de ipſo ſæpe conquerentes, aut quod occaſiones peccandi tollat occidendo, qui nobis diabolus erabat, aut quod nobis potentiam peccandi adimat, malentes diabolum, vt ſic dicam, quàm ipſum adorare Chriſtum; vt ſenſatiſſimè dixit Tertul. de idololatria, c. 4. vbi retractans eius originem, & quomodo dæmones totam mundi machinam in idololatriæ materiam conuerterant, ſic ait: *Antecеſſerat enim hoc prædicens Enoch, omnia elementa, omnem mundi ſenſum, quæ cælo, quæ mari, quæ terra continentur in idololatriam verſuros dæmones, & ſpiritus deſertorum Angelorum, vt pro Deo aduerſus Dominum conſecrarentur. Omnia igitur colit humanus error, prater ipſum omnium conditorem.* Duc premo, primum illud, *vt pro Deo aduer-*

Exod.2. n.4. *Rupert. Actor.7. n.35.*

30. Moſes impiſſimè & ingratiſſimè à ſuis in Ægypto refutatus. *Titelm.*

31. Sic ſimiliter impij peccatores, qui Regẽ Chriſtum. *Tertul.*

Digitized by Google

32. Peccatorũ impietas omnia præter Deum adorantes diligentes.

ſua Dominum, pro Deo enim diabolum volunt mali Chriſtiani, & in ſuum illum idolum conſecrant, vt læſus impius aduerſus Deum tripudiet, Deóque inſultet, dum & ſi ipſius ſit creatura, ac ipſe pro illo mortuus, eo derelicto ipsũ ſequatur, qui inimicus, qui eum occidit, ac perdit, & ſecundum, hominem, *omnia colere prater ipſum conditorem omnium*, cælum, aſtra, ſolem, lunam, homines, terram, animalia, inſenſata, allia, cæpes, turpia, fœtida, pareat mihi Deus, ipſos crepitus ventris, vt ſupra ex probatis adduximus authoribus, tandem ipſum diabolum, vnum Deum ſolum immortalem, excelſum, infinitum, immenſum, dignitatis extremæ, pulchritudinis indicibilis repudiantes adorare, quid turpius? immo quid miſerabilius? ad hoc eos ſumma dæmonum malitia, ac tyrannis rediget, qua quid maius? eligant ergo ipſum qui volent, ſubſternant ſe ei omnes mundi principatus, adorent impij impium,

Nazian. ego cum Nazianz. in eius iureiurando, flexis genibus cum lachrymis Chriſti pedibus prouolutus, ſic contra tyrannum imprecor, *Fuge à meo pectore hoſtis verſute, fuge quàm primum, fuge à meis membris, fuge à vita mea, fur, ſerpens, ignis, Belial, ſcelus, mors, hiatus, draco, bellum, nox, inſidiæ, rabies, chaos, inuide, homicida, Chriſtus te vel in mare, vel in ſcopulos, vel denique in porcorum gregem, fugam corripere iubeat: nam ego crucem in membris meis fero, crucem in inceſſu, crucem in pectore, in cruce demum gloria mea omnis ſita eſt.* Ipſi tandem vitam meam omnem meam conſecro, ipſi dedico, & non vt illi perfidi filiorum necatores, de quibus noſter ait Sapiens, & *filios*, &c.

Num. 7. *Vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior eſt terra.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

ALia cauſa, cur Chananæi à terra expulſi promiſſionis, peregrinatio ſcilicet ſanctorum Patriarcharum, eorúmque labores, ob quos eis ea promiſſa, à qua, vt filij intrarent Iſraël, neceſſario ipſi expellendi.

Vt dignam perciperent, &c. Græc. *vt dignam coloniam acciperet Dei ſeruorum apud te omnium pretioſiſſima terra*, ferè eadem Vatablus, *vt pretioſiſſima tuo iudicio terra, dignam ſeruorum Dei coloniam acciperet.* Vbi pro ratione ab illa amandandi Chananæos adducitur ipſa bonitas terræ, quaſi gens indigna eam poſſidendi, vt pote peccatores, & mali, rectéque ad bonos, & ſanctos tranſlata, cum peccata regnorum tranſmutationis ſint cauſa, de qua re vide in 1. tom. hom. 106. & 107.

Vatabl.

1. Spirituales homines nunquam otio vacare debent.

Hugo illud (peregrinationem) legens (peregrinatione) ſic locum intelligit, *voluiſti*, ſcilicet perdere Chananæos, *vt ipſi Iudæi percipererent, id eſt, intelligerent illam terram eſſe dignam peregrinatione puerorum Dei, quatenus non debent eſſe in otio, & ideo relicti multi ex gentibus ad exercitium.* Vnde ſecundum ipſum dignitas terræ refertur ad labores in ea obtinenda perpetratos, qui collati cum terra nec multi, nec grandes, ſicut nec, qui pro virtute patiuntur, & pro cæleſti gloria, cuius illa ſymbolum, & figura, de qua re vide quæ diximus in 1. tom. hom. 50. Hinc ipſe ſimul elicit, ideo in illa Deum multos ex gentibus reliquiſſe, ne otio reputarent conſeruanda, tanto acquiſita labore, egregium documentum ſpiritualibus, ne credant otio virtutes conſeruandas, tanto ſudore acquiſitas, pulchrè Baſil. homil. 8. in Examer. ſuper illud Luc. 11. n. 25. *Et cum venerit inuenit eam ſcopis mundatam, & ornatam*, ſeu vt ipſe legit, *vacantem*, nouus diaboli ingreſſus, cum aliis nequiſſimis, qui prius non extabant, ex quo, *fiunt noniſſima hominis illius, peiora prioribus*, otio, & vacationi tribuit, *talis enim vacatio*, ait Sanctus, *immundis ſpiritibus eſt amica, vnde ait Chriſtus, cum immundus ſpiritus.* Hinc Salomon inter præclara de illa muliere, Prou. 31. n. 27. aſſerit, quod *panem otioſa non comedit*, & ſi in domo extabat diuitiis, omniúmque referta bonorũ copia; hinc Paulus 2. ad Corinth. c. 11. *qui non laborat non manducet*, vnde adnotandum, Dominum Matth. 25. n. 26. cum malitia pigritiam iunxiſſe, *ſerue male, & piger*, vt idem obſeruat Baſil. in Reg. fuſiùs diſput. reſponſ. 37. quaſi ſine malo pigritia nunquam exiſtente, & ne in ipſis paradiſi delitiis homo torpeſceret operationem Deus iniunxit, Geneſ. 2. n. 15. indignum reputans in ſtatu illo feliciſſimo virtutem cum otio ſimul, immo ſic præclarus labor, ſollicitudóque in vtroque ſtatu, vt ſicut prius ad conſeruationem, ſic poſtea contulit ad reparationem, & licet poſt peccatum pœna, quia natura ſua ſalutaris tranſiuit in medicinam, vnde Chryſoſt. hom. 14. in Geneſ. *Ne immodica proſperitate homo inſolesceret, ideo iuſſus eſt operari.* Quod de vtroque ſtatu ego intelligo, & ante, & poſt peccatum vnde non minus poſt adeptam virtutem, quam antè homini laborandum ſpirituali, vt bene Hugo.

Lnc. 11. n. 21.

2. Finut ſi vel cent nouiſſima eorum peiora prioribus.

Prou. 31. v. 27.

2. ad Cor. c. 11.

Matt. 25. n. 26.

Baſil.

3. Otiũ ſemper cũ malitia adiunctum.

4. Labor quã neceſſarius.

Chryſoſt.

Verus ſenſus eſt, quem ſupra retulimus, dignitatem nempe, ad peregrinationem referri, & Deum voluiſſe Chananæos ab illa terra expelli, in qua ſancti dignè peregrinati ſunt Patriarchæ, ob quorum labores Deus eam eis repromiſerat, ſic idem Hugo, Holkoth, Lorinus, Caſtro.

Hugo. Holkoth. Lorin. Caſtro.

Peregrinationem, &c. Græc. *coloniam*, vt & ipſi incolæ eſſent, & coloni, vnde Holkoth. *cum vita Chriſtiana peregrinatio quædam ſit verſus patriam nobis promiſſam, neceſſe eſt, quod Chriſtianus conditiones peregrini habeat, eundo, & redeundo.* Figura ergo extitit cæleſtis Hieruſalem, ad quam nos peregrinamur; ergo non, vt cives hic, ſed vt peregrini degamus: nam mundus nil aliud niſi hoſpitium quoddam, & homo hoſpes, de qua re vide in 1 tom. hom. 99. ideo vt peregrinus viuat, conditioneſque obſeruet peregrini; inter quas primo ponderationem fugit: ſecunda, terminum quotidie recogitat tertia quotidie competat, de quo dicerem niſi abundè de omnibus in 1. tomo variis in locis, de primo enim, hoc eſt, de oneratione, hom. 81. vbi de malo concupiſcentiæ, 91. de ſatietate mundi 97.

Holkoth.

tandem de vanitate diuitiarum. De secundo, hoc est, de mortis memoria, hom.133. de tertio tandem, quod est conscientiæ examen, hom.113. vide ibi.

Num.8. *Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent.*

Num.9. *Non quia impotens erãs in bello subiicere impios iustis, aut bestiis suis, aut verbo duro simul exterminare.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis. DEclarata Chananæorum iniquitate, qua digni punitione, immo totali exterminio, nunc Dei in eos enarrare incipit misericordiam, dum potens in momento eos extinguere, tamen, vt locum daret pœnitentiæ, noluit nisi paulatim, vt infrà dicemus.

Cãtacuz. *Sed & his tanquam hominibus*, &c. Cantacuz. optimè rationem affirmat hîc Dei assignatam misericordiæ, non illico deleuit, quia homines, hoc est, fragiles, inanes, ad peccandum pronos, Genes.8.n.21. *Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines; sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua*; en ratio, sed de hac re infrà.

Genes.8. n.21.

Et misisti antecessores exercitus tui vespas, &c. Hoc habetur, Exod.23. n.27. vbi sic: *Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris, cunctorúmque inimicorum tuorum coram te terga vertam, emittens crabrones prius, qui fugabunt Hemæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas.* Et Deut.7.n.20. *Insuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes, atque disperdat, qui te fugerint, & latere potuerint.* Iosue tandem 24. n.12. tanquam de re facta, sic ait: *Misique ante vos crabrones, & eieci eos de locis suis, duos Reges Amorrhæorũ, non in gladio, & in arcu tuo.* Glos. interlin. vult hic figuratam esse locutionem, & per vespas intelligi acerrimos timores, quibus Chananæi perculsi, ac proinde penitus exanimes facti. Hugo, Bonauent. Liranus, & Carthus. non contradicunt, eóque magis, quod Glos. ordinaria in locis Scripturæ supra citatis, similiter per crabrones, rumores intelligit, quod cum quando hoc factũ sit nõ legatur, ansam dedit dubitandi Augustino in quæstionib. super Iosue, quæst.27. vbi quodammodo huic fauere videtur opinioni, licet vltimo in veram inclinetur dum ait: *Nisi forte quis dicat, non omnia quæ facta sunt esse conscripta, & hoc quoque visibiliter factum, vt veræ vespæ velit intelligi.*

Exod.23. n.27.

Deut.7. n.20.

Iosue 24. n.12.

Interlin.

Hugo.
Bonau.
Liran.
Carthus.

Augustin.

1. Chananæi ante filiorũ Israël ingressũ per vespes enecati.

2. Crabrones quod genus animalium.

Abulens.

Vera ergo sententia est, propriè crabrones, seu vespas, aut, vt aliqui volunt, omne simul talium animalculorum genus in Chananæos Deum immisisse, seu ante, seu postquam Israëlitæ in terrã ingrederentur eorũ, quibus perculsi, molestati, ac occisi, cum, vt dicemus venenata essent, immo sic in eos rabida, vt quia in antris ob eorum se occultabant metum, ibi eos perquirentes suffodetint occidétes, quid miserabilius? sic Abul. Exod.23.n.12. Montanus, Oleaster, Caietan. Lorinus hic, Cantacuz. Holkoth, Osorius, & Iansen.

Montan. *Oleaster.* *Caiet.* *Lorinus.* *Cantac.* *Osorius.* *Iansen.*

Quoad genus autem animalculorum, omnes consentiunt fuisse crabrones, apes syluestres, quæ vulgo dicuntur (*tabanos*) quæ teste Plinio, lib.11.c.21. carne vescuntur, & morsus sunt venenati, Isidor. lib.12. ethimol. c.vltim. vult dictos *crabrones* à cabo, idest, *caballo*, quod ex istius creentur putridis carnibus, vide Magallanes in Iosue, c.23.sect.1. in explicat. context. Lippom. in caten. Exod. c.23. de his loquens, sic ait: *Speciem dicunt esse reptilis alati, venenosum aculeum habentis, haud dissimilis api, quæ in magna multitudine infestissima fuit habitatoribus terra, vt cogerentur cedere.* Non ergo Israëlitarum armis robustæ, ac fortes illæ gentes deiectæ, sed animalculis; *Quæ profecto res*, vt bene Theodoret: *excellentem Dei potentiam mirè declarat, quod etiam per minuta admodum animantia suis auxiliatur, contraque aduersariis suis perniciem infligit.* Vnde, vt adnotat Ælianus in historia animal. Vespæ Pharsalitas pepulerunt à sedibus suis, & Francorum exercitum Gerunda Hispaniæ oppido, cum de Beati Narcisci corpore viderentur exisse, sic Cistella, Exod.23. Quapropter non hoc debilitatem, sed fortitudinem Dei prædicat, dum talibus tales perdit gentes animalibus, hinc rectè sequens, ait:

Lippom.

Theodoret.

Ælian. 3. Vespæ à beato corpore S. Narcisci prodeuntes exercitum fugarunt Francorum in Hispania.

Cistella.

Non quia impotens eras in bello, &c. Græc. *in instructione aciei, subiicere impios iustis*, &c.

Aut verbo duro, &c. Hoc est, nutu diuino, iussu seuero, aut aspero, non pestem, vt aliqui, vim enim diuinæ vult declarare omnipotentiæ, quæ solo poterat nutu omnes illas delere gentes; at non deleuit, quia homines, & ipse misericors, vt mox dicemus.

HOMILIA XLVI.

Deus summè misericors, quia amans parcit indignis, quia tales.

Sed & his tanquam hominibus pepercisti, noster ait Sapiens, summam Dei commiserationis in hominem explicans, ac vltimam eius misericordiæ rationem, eius scilicet amor quantum ex parte eius, malitia summa quantum ex parte hominis; amor equidem sic potens in Deo, vt tota misericordiæ ratio ipso sit, commiserationi succedens, quam obtinet homo, vt misereatur, quod, vt constet.

1. Tota Dei misericordiæ ratio amor in ipso.

Adnotandum misericordiæ originem, seu scaturiginem in homine esse commiserationem, vnde Augustin. lib.9. de ciuitat.c.5. misericordiam definiens, ait: *Est alienæ miseriæ in nostro corde compassio, qua vtique si possumus subuenire compellimur.* Cui accinens D.Thom. 2.2.quæst.30. art.1. misericordia est *quasi miserum habens cor super alterius miseriam.* Hinc commiserationem non habentes, nec misericordiam obtinent, qui in duplici genere, vt ait Arist.2. rethoric.c 8. aut qui in summo felicitatis, nil se posse pati æstimant, aut qui in summa miseria nil vltra se passuros posse arbitrantur. *Nec omnino perditi miserentur, nihil enim amplius se passuros arbitrantur, vltima iam passi; nec qui felices esse credunt, sed contume-*

2. In homine misericordiæ ratio commiseratio.

3. Misericordia quid. *Arist.*

4. Homines qui nõ miserentur qui sunt.

Digitized by Google

liantur: nam ſi omnia ſibi bona adeſſe opinentur, nihil ſe mali pati poſſe profectò exiſtimant. Cuius equidem ratio ipſa eſt commiſerationis eſſentia, quæ ſecundum eundem, *Eſt dolor ex apparente malo corruptivo, ac dolorem inferente in non dignum pati, quod ipſe putabit ſe pati, vel ſuorum aliquem, idque ſic vt propinquum videatur.* Ergo cum quis malum omnino à ſe, aut per ſummam, felicitatem, aut per ſummam excludit miſeriam committere non poteſt, immo vt bene ipſemet infert, non ſolum hi alieni ſunt à commiſeratione, ſed etiam, qui putant nullos eſſe probos, nam commiſeratio eſt, *in non dignum pati*: qui ergo omnes malos æſtimat, conſequenter nec illorum commiſereri poteſt, quia omnes pœna dignos diiudicat. Hinc profectò euenit, vt miſericordiæ origo apud homines ſit commiſeratio, vt diximus, & licet non ſit de intrinſeca ratione miſericordiæ, cum hæc *ſublenatio alienæ ſit miſeriæ*, tamen in homine ſupponitur tanquam conditio ſine qua non; quis enim miſeriam ſubleuat niſi prius eius compatiatur? at cum in Deo nulla poſſit cadere miſeria, ſeu dolor, nec, vt Diu. aiebat Thom. cor miſerum, euenit, vt eius loco ad miſericordiam exercendam ſubintret amor, totáque Dei miſericordiæ ratio ipſe ſit, qui contra ipſam commiſerationis naturam, & in ſummo felicitatis exiſtens hominum miſeretur, & ſimul eius compatitur in ſummo infelicitatis gradu, & quod amplius commiſeretur indignis omni malo dignillimis *in charitate perpetua delexite*, ait Dominus per Hierem. c. 31. n. 3. *ideo attraxi te miſerans tui*, notanda cauſalis, attraxit miſerans, quia perpetuo dilexit, hinc & ſi in ſummo deliciarum, & ſi in ſummo felicitatis.

5. Commiſerationis eſſentia quæ.

6. Deus cõtra commiſerationis naturam hominum miſertus & ſi ſummo eſſet felicitatis, & in ſummo miſeriæ. *Hierem.* 31. n. 3.

Sic equidem, vt licet in ſinu patris, in pelago fruitionum, in abyſſo dulcedinis, tamen exinde humanum videns oppreſſum genus, ex amore impatiens ſuperfluè, ac otiosè ibi ſedere ſibi videatur. *In Ægyptum deſcendit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi, & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum*, Iſaias 52. n. 4. in quo loco Hierem. Auguſt. Gregor. Beda, & Rupert. prophetiam de captiuitate intelligunt Ægyptiaca, & per illam in figura de humana ſub diabolo, quando omnia ſub peccato in peius ruentia dirè à Diabolo homines vexabantur; quod æternum proſpiciens Verbum & ſi in ſinu patris, tamen ait, *& nunquid mihi eſt hic?* hoc eſt, vt rectè Cornel. *Quid hic moror, num patiar hominum genus mihi dilectum gratis venundatum ſeruire hoſti meo?* premo illud *hic* vbi? nónne in ſinu patris, nónne in abyſſo eſſentiæ diuinæ, nónne in culmine infinitæ gloriæ, nónne in Oceano fruitionis? cur ergo? *nunquid mihi eſt hîc?* quaſi ibi fruſtra, quaſi otiosè, quid vis? dicam quaſi incommodè? ſanè amor erat in cauſa, amor vim illi inferens, qui cum ſecundum diuum Hierotheum, *vis quædam ſit vinifica trahens ſuperiora, ad inferiorum prouidentiam*, & ſi in ſinu patris, & ſi in ſummo, ac infinito felicitatis, ibi vltra commiſerationis naturam hominum miſerans, quaſi noſtro modo intelligendi moleſtum illi ibi domorari deſcenſum appetiit

Iſai. 52. n. 4. *Hierem.* *Auguſt.* *Gregor.* *Beda.* *Rupert.* *Cornel.*

7. Deus verbum in ſinu patris impatiens ob hominis amorem. *Hierotheus.*

8. Ac ſi quid in hæc inferiora, requiem reputans eſſe cum filiis hominum, omnes ſuos in nos captiuans affectus, quia omnem ſuum in nobis transtulit amorem: nam, vt rectè Bern. ſerm. 38. in Cant. de amore eloquens, ſic ait: *Amor vbi venerit, omnes in ſe transfert, & captiuat affectus.* Hinc cum verbum & ſi in ſinu patris à charitate poſſideretur, qua, vt ait Hier. epiſt. ad Celant. *nihil eſt imperioſius*, & ſi ibi fruens, & ſi liberum, & ſi Rex, & dominus, non deſtitit, donec noſtri amore & ſeruus, & captiuus, & tandem totus noſter efficeretur actu, ſicut ab æternitate extabat, vt ſic dicam in potentia, de qua ſeruitute ſic gloriabatur, ſic altè eam æſtimabat, vt immenſam communicaturus homini gloriam, tanquam quid ſummum, ac præcipuum ſeruitutem communicauerit, de qua & ſi expulſus ipſe Dei filius ſummè gloriabatur.

Bernard. 9. Omne ſuos Deus in nobis transtulit affectus.

10. Pro ſumma gloria habuit homini ſeruire.

Inſolens quid dico, & alicui fortaſſe audacius videbitur, corrigat ſi non placet; dico ergo ſic Deum hominum amantem, vt illa ſeruitute, illáque pro hominis deditione, quã in tempore exercuit, iam inde ab æternitate de ea gloriaretur, vt ad ſummam euehens hominem gloriam, quaſi pro ſummo hoc illi impertierit, tunc quando eum creauit, quod ille in tempore erat pro eo effecturus, ſcilicet, vt ipſe & hominis eſſet ſeruus, vt ille futurus ipſius. Vnde quando Geneſ. 2. n. 26. *Faciamus*, ait, *hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, per ſimilitudinem non ſuam intellexit, altitudinem, non ſuam maieſtatem, non tantum dominium, ſed hominis ſeruitutem, quaſi diceret, impertiamur homini ſummam noſtram gloriam, communicemus illi hoc ſummum noſtrum bonum, vt ſcilicet ſic ille alterius hominis ſeruus ſicut nós erimus ipſius, mirum, & admirabile, ſed verum; quod elegantiſſimè, ſed punctim expreſſit Diadochus de perfectione ſpirituali, c. 4. ſic hunc Geneſ. intelligens locum, vnde ait: *Omnes homines ſumus ad imaginem Dei, illud autem ad ſimilitudinem illorum tantum eſt, qui per multam charitatem, libertatem ſuam Deo in ſeruitutem addixerunt.* Egregiè, tunc ad ſimilitudinem Dei aſſurgimus, quando nimia impulſi charitate libertatem in ſeruiturem cõmutamus, & pro Deo illi inſeruimus, cui ipſe ex nimia charitate ſeruus fieri voluit; ergo iam inde & ex tunc, & ſi in ſummo, & abyſſo bonorum, hominum recordabatur, hominum inquam miſerorum, ſic altè de eis ſentiens, vt pro gloria eorum æſtimaret ſeruitutem, amore impellente, amore vim inferente, vt & ſi in ſinu patris totus eſſet noſter, totus nobis, non ſibi deditus, cum hæc ſit amoris vis, vt quem ſemel apprehenderit inſtet ſemper, ac ad ſeruitutem impellat, vnde ille

Diadochus.

11. Hanc ſuam gloriã homini communicauit, quando ex charitate vt alteri ſeruiret iuſſit. *Geneſ.* 2. n. 26.

12. Quomodo homo ad imaginem ſit Dei.

Inſtat ſemper amor ſupra caput, inſtat amanti
Et grauis ipſe, ſuper libera colla ſedet.

13. Amor ad ſeruiendum impellit.

Vnde cum ſemel in æternitate efficaciter in hominem amorem eum alligauerit, ad ſeruiendum impulerit, ex quo fit vt rectè idem concludit Diodocus, nunquam ad perfectam Dei hominem aſcendere ſimilitudinem, niſi quando iam non ſuus, ſed totus alterius, ait, *Ergo quando non ſumus noſtri, tunc ſimiles ſumus ei, qui nos ſibi per charitatem reconciliauit.*

Digitized by Google

14 In Christi schola modus ascendendi est per humilitatem.

Ex qua quippè doctrina fit, vt in via, & lege Christi, nullus alius sit modus eius assimilationis, ac secum in dextera considendi omnino similis ei effectus in magisterio, quam seruire, subditumque se, non dominantem præbere. Hinc cum duo fratres, Matth. 20. num. 20. supremum appeterent considium, & ad dexteram, sinistramque eius considere similes illi facti in gloria, statim deceptionem eorum ipsis pandens, modum quo ad illam perueniebatur declarat, calicem scilicet eius bibere, seruitutem eius apprehendere, vltimum ex primis fieri, sicut ipse ob charitatem vltimus, vnde cum decem contra duos indignarentur, ac de primatu contenderent, Luc. 22. n. 25. statim viam eis ad sublimitatem aperiens, ait: *Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* In quo loco acutè Origenes tractat. 12. rationem exprimit cur in Dei schola primatus per humilitatem acquiritur, cur dominatus per seruitutem, sic dicens: *Non contenti tantum principes regere suos subditos, sed violenter eis dominari nituntur, inter vos autem qui estis mei, non erunt hæc, quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, spiritualia autem in voluntate, sic & qui principes sunt spirituales, principatus eorum in dilectione subditorum debet esse positus, non in timore corporali.* Egregiè, violentia opus in principatu carnali, quia subiectio non voluntaria, ideo timeant dum seruiant, quia non voluntas requiritur, sed subiectio; at in spirituali, vbi non subiectio tantùm, sed præcipuè voluntas, ideo principatus in subditorum dilectione debet esse positus, quæ non dominatione, sed subiectione acquiritur, non superbia, sed humilitate; quid enim amplius amorem allicit subditorum, quam superiorum humiliatio, quam ipsorum eis voluntaria subiectio? hinc ad principatum spiritualem non sicut principes gentium, sed sicut princeps cœlestis peruenitur, qui ideo ad se omnia attraxit, dum in cruce exaltatus, quia ibi amplius humiliatus, vnde ideo post quam Dominus dixerat, quod ipse venerat *ministrare, non ministrari.* protinus addit, *& dare animam suam redemptionem pro multis.* Hoc est vt inquit idem Origenes *in mortem*, significans, quod si ad sui similitudinem, & secum considere ambirent, eo modo quo ipse primatum, quo ipse suprà omnes se erigebat, quo ipse subditos sibi eos efficiebat, ipsi similiter efficerent humilitate scilicet, ac seruitute, vnde grauiter sequens idem author ait: *Ecclesiarum ergo principes imitari debent Christum accessibilem, & mulieribus loquentem, & pueris manus imponentem, & discipulis pedes lauantem, vt ipsi similiter faciant fratribus.* Contra quos quando superbos inuehens, sequitur: *Nos autem tales sumus vt etiam principum mundi excedere videamur superbiam, vel non intelligentes, & contemnentes mandatum Christi, & quærimus sicut Reges acies præcedentes, & terribiles nos, & accessu difficiles (maximè pauperibus) exhibemus, nullam affabilitatem habentes, vel habere ad nos permittentes.* Audiant hoc, & contremiscant, non quilibet hominum, sed principes terreni, & alti, ad Ecclesiasticum, reditum, & prouentus causa aduolantes principatum. Nam dum ad modum carnalis, non spiritualis regiminis subditos regunt, non Christi, sed principis huius sequuntur mundi exemplum, qui ideo illum ambierunt, quia insipientes in sæcularem inuertendum non curarunt, vt sensatè dixit Chrysost. hom. 35. in imperf. in hunc locum, qui postquam dixisset ad hoc principes Ecclesiæ fieri, vt seruiant, non vt mandent, vt ministrent, non vt ministrentur, vt vitam tandem dent, non vt auferant, sic ait: *Prematum ergo Ecclesia concupiscere, neque inflatum est, neque vile, nullus sapiens vult vltro se subjicere seruituti, & periculo tali, vt det rationem pro omni Ecclesia, nisi forte qui non timet Dei iudicium abutens primatu suo Ecclesiastico secularitèr, ita vt conuertat illum in secularem.* Nil melius, abutuntur primatu Ecclesiastico qui dominantur, non seruiunt, quia non ad instar Christi illum obtinent, qui ideo illum obtinuit, quia venit ministrare non ministrari, seruire, non vt ei inseruiretur; quæ seruitus sic illi cordi, vt & si in sinu patris, & si in summo felicitatis eius non obliuisceretur, vt hominum misereretur.

A

B

C

15 Principatus spiritualis cur per humilitatè acquiratur.

16 Amor subditorum per humilitatem acquiritur superiorum.

17 Christus vt se super omnes erexit, & omnes attraxit.

18 Principes Ecclesiast. ci quando, & quot o. do spirituales dominarum, in secularem commutãt.

Chrysost.

Luc. 22. *n.* 25.

Origen.

Idem.

Immo tantum abest, vt si in cumulo felicitatis hominum obliuiscatur, vt quando post vltimam miseriam toleratam, ad summam ascendat gloriam, in throno sedens maiestatis, ad patris dexteram, ibi etiam ex amore, & affectu in homines ipse ministratur? sit, nõ ei ministrabitur, quod ni fallor voluit intelligere in illud, Luc. 12. n. 37. vbi de suis ad cœlum ab illo euectis affirmat, *Quod faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis*, in quo loco Theodoret. *quasi vicem æqualem eis reddẽs, vt sicut ipsi ministrauerunt ei, ita & eis ipse ministret.* Et affluenter diu. Thom. Opuscul. 65. 53. *Deus omnipotens*, ait, *sanctis omnibus in tantum se subjecit, quasi sit seruus emptitius singulorum, quilibet vero ipsorum sit Deus suus, ad hoc intuendum transiens ministrabit illis dicens: ego dixi dij estis, summè quippè perfectus Deus ibi complenit, quod hic docuit, quãto maior es, humiliare in omnibus.* Sed de hac re abundantissimè Chrysolog. serm. 24. de seruo vigili, ponderans superefluentiam retributionis Dei, vicémque talionis, quam hominibus reddit, sic, ac quando fuit in terris, quomodo quando in cœlis, in terris enim, quia Dauid ad iam euigilans salutem non solum die, sed etiã nocte clamabat, Psal. 37. num. 1. *Domine Deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte coram te.* Ipse Dominus parem, imino maiorem rependens vigilantiam: *Voluit etiam & pernoctare in oratione Dei, vt antè nos oratione liberaret, quàm redimeret passione.* Pulchrè, prius nos oratione liberauit, quàm redimeret, quia orando meruit, vt redimeremur, vnde & si in die opus redemptionis, in nocte liberationis, vt attendas miser homuncio noctes, diésque in tua Deum consumpsisse liberatione, redemptione, &. dum sic Deus in te reparando vigilat, vigiles & tu noctes diésque in eius seruitio: progreditur Chrysologus ponderando, quod quia semel suis Deus iussit, vt hîc præcincti essent lumbis, Dominum expectantes, vicem eis reddens æternaliter affirmat se præcincturum pro eis, vnde exclamans ait: *En mutatio inaudita rerum, en terribilis correptio dominationis, en pauenda*

19 Deus summus adhuc in cœlis hominibus seruit in Christo.

Luc. 12. *n.* 37.

Theodor.

S. Thom.

Chrysolo.

20 Quam abundanter Deus vicem suis reddit talionis.

Psal. 37. *num.* 1.

21 Oratione Christus prius nos liberauit, quàm redimeret.

Chrysolog.

Digitized by Google

conuerſio ſeruitutis, quia parumper ſeruus aſſiſtit Domini ſui expectatione ſuccinctus, & ſuſtinendi fidem breui fatigatione portauit, vt talionem redderet, diſſimulat ſe in ipſa diuinitate diuinitas. Quid hoc vltimum? ni fallor illud, parum Deo fuit in forma ſerui veniens paſſibili ad hominum inſtar homini ſeruire, tanquam ſi alter eſſet ex conſeruis, niſi in ipſa diuinitate in cœlis refulgens, rorus in altitudine, & ibi etiam non iam diſſimulata maieſtate, ſed præfulgente gloria diuinitatis, etiam cum illa miniſtrabit, ac ſeruiet, quid ſublimius? *Diſcumbenti homini Deus aſtat.* Sequitur Chryſolog. *& aſtat in cœleſtibus epulanti ſeruo ſeruit Dominus, & ſeruit accinctus, pueris ſuis, miniſtris ſuis miniſterium facit Chriſtus, & facit in patris iam gloria conſtitutus.* Premo vltima, hominibus Chriſtum miniſtrare, *in patris gloria iam conſtitutum.* Quid ex hoc? aut cur hoc? ſanè ni fallor ex ardentiſſimo in patrem amore, ex infinita in illum reuerentia; nam quia nos illi à patre commendati, & nos ſanctiſſimus illi præſtitit ſeruos genitor, ex illius reuerentia non ſicut ſeruos nos accepit, ſed ſicut Dominos, non ſatis arbitratus hic quando abſens à patre in forma ſerui nobis inſeruire, ſed vltra ſe extendens, ad æternitatem reſpiciens in ipſa patris præſentia reuelata maieſtate ibi in cœlis in patris gloria conſtitutus voluit, & vult vobis inſeruire: *Eſt adhuc quod detulerit patri*, rectiſſimè adnotat Chryſolog. *qui tibi in terra lauando pedes extremum repræſentauit obſequium, repromittit in cœleſtibus nouiſſimam ſeruiturem.* Egregiè, qui ſciens Chriſtum, eum ad pedes proiectum aſpiciens ſuorum, eos lauare, tergere, nunquid non ad vltimam ipſum veniſſe abiectionem, ad vltimam pro patre ſeruitutem, humilitatémque dicet? ſanè, ideo expauit Petrus, dicens: *Tu Domine mihi lauas pedes?* At iam fine Petre, deſine admirari, quia *adhuc* ſuper eſt quod deferat Chriſtus patri, illud ſanè, vt tibi in gloria miniſtret, ſicut nunc in humilitate, & in æternum, ſicut nunc in tempore, & reuelata diuinitate tuus ſit dedititius, ſicut nunc obumbrata maieſtate, qualis hic amor? quàm feruens? qualis hæc bonitas? nonne modum excedit? nonne vltra naturam? nonne miraculoſa, vt hominum commiſereatur? in ſummo exiſtens, ac abyſſo ſa licitatis, quod impoſſibile reputabat Ariſt. ne mireris, amor eſt cauſa.

At idem fecit etiam, vt non obliuiſceretur, & ſi in ſummo malorum, in quo homo exiſtens commiſerationem amittit, vt ait Ariſt. omnino alterius oblitus miſeriæ; at nunquid ſic Deus, pende Chriſtum in cruce, & conſidera, in quo extremo eum amor repoſuerit ærumnarum, ſic vt talé ex aſpectu cauſaret horrorem, vt impoſſibile in ipſum quempiam obtutum figere quin faciem auerteret. Vnde Vatab. illud Iſaiæ 53. num. 3. *Et quaſi abſconditus vultus eius*, legit, *erit vt is à quo abſconderet quis faciem.* Quaſi talis Chriſtus exiturus in paſſione, ſic deformis, plagatus, diſruptus, ſanguine, liuoribus, ſpuris, ſanie deformatus, vt talem incuteret horrorem, qualem oculi ſuſtinere non poſſent humani; quod ſic verum vt venerabili Marianæ mulieri ſanctiſſimæ, ac præclariſſimæ quæ paucis ab hinc annis deceſſit, cuius iam dimiſſionales literæ ad canonizationem expeditæ, cum ſemel

21 In maieſtate exiſtens homini ſeruiet.

23 Quantus eius amor ad patrem ob illud.

24 Deus noſtri non oblitus in ſummo miſeriarum. *Iſa. 53. n. 3.*

25 Chriſtus quam deformis in cruce.

A Chriſtus Dominus crucem ſuſtinens apparuiſſet, ſummèque illa optaſſet figuram quandam retinere ad viuum, imaginem illam ſanctiſſimam expreſſantem, & ex præcepto Domini cuidam hoc iniunxiſſet pictori, cuius manum ipſe dirigere promiſerat, ſic egregia, ſic formoſa euaſit, vt nil plus vltra æſtimari poſſit, quam ego videns ſæpè ſum admiratus; at cum licet liuoribus facies onuſta, tamen viuida, nimiúmque apparet pulchra. Quod ſæpè ego conſiderans, ob hocque mecum ipſe de reuelatione valde dubitans, caſu *Petrus* dictus *de Cuenca*, venerabilis Sacerdos, & in ſpiritualibus dictæ ſanctiſſimæ fœminæ Marianæ alumnus, & intimus, apud quem reſeruatur imago, protulit ex ore eius audiſſe, ſimilem illam Domino obB iectionem feciſſe, cui Dominus talia reſpondit ad verbum: *Ideo non permitto me vti tunc extabam depingi, ac effigiari: nam horrorem incuterem, non deuotionem.* Pende dictum, & expaueſce, & quàm veriſſimum ſit illud prophetæ, nempè: *Vidimus eum, & non erat ei aſpectus.* Intelliges, ſic, vt ipſemet Chriſtus Dominus de hoc ipſo admiratus, protulerit ſe non eſſe hominem: nam ſi homo, impoſſibile, vt ſic retractaretur, vnde ait Pſal. 21. n. 7. *Ego autem ſum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Non quod humanam exuerit naturam, ſed quod vermiculi quodãmodo ſuperinduerit vilitatem, vnde ſi Chriſti deformitatem in paſſione abiectionémque aliquo modo indagare cupis, & ad magnitudinem expaueſC cere eius, attende inde ſponſæ ſuæ pulchritudinem emanaſſe, vnde ad ſponſæ pulchritudinis pondus eius extitit & deformitatis, & vt in ſponſa ſpecies eſſet, & decor ipſe ſine ſpecie voluit eſſe, & ſine decore. Ex quo deuotè Bern. ſerm. 28. in Cantica, *Speciosus forma præ filiis hominum*, ait, *hominum illuminandis obſcuretur in paſſione, turpetur in cruce, palleat in morte, ex toto non ſit ei ſpecies, neque decor, vt ſibi ſpecioſam, atque decoram acquirat ſponſam Eccleſiam ſine macula, & ſine ruga.*

26 Admirabile eius dictum. *Pſ. 21. n. 7.* 27 Vnde eius deformitas emenda. *Bernard.*

Hinc que etiam ſimiliter, ſi eius dolores, ac pœnalitates apprehendere vis, & ad eorum magnitudinem expaueſcere, attende tales fuiſſe, vt æternus pater ſufficientes iudicaret ad peccatores exterrendos, ſic, vt non tantum inferni pœnas, ac eius præcepta à peccatis eos coercere, quantum filij ſui paſſiones, & dolores, quem profecto ſenſum illa exprimunt Chriſti verba, Luc. 23. num. 31. quando ipſum plorantibus vicem charitatis reddens, vt ſe plorarent ſuaſit, dicens: *Nam ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* quæ verba appoſitè expendens Euſeb. ſiue Eucherius Gallican. Epiſcop hom. 2. de ſymbolo, grauiter adnotat, ideo poſt ſuam in cœlis aſcenſionem voluiſſe Chriſtum non ſolum diuinitatem ſuam, ſed eius prædicari crucem, tormentáque proclamari, vt à peccatis quando non mandata, eius deterrerent tormenta, vnde ſic inquit: *Ita & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non ſolum diuinitatem, ſed etiam crucem & mortem ſuam poſt futuris ſeculis voluit celebrari, vt à peccatis propter quæ moriebatur, non ſolum nos Dei mandata renocarent, ſed illata pro nobis ſupplicia, & vulnera deterrerent.* Immo vt rectè Stephanus Canturienſ. in allegoriis Goffridi Tilmanni ad c. 3. Sophoniæ, vt pecca-

Luc. 23. n. 31. *Euſeb.* 28 Pater æternus ad terrendos peccatores, ſic terribiliter voluit Chriſtum pati. *Steph. Cantur.*

29. Et vt peccare erubescerent.

tores erubescerent, pudoréque suffunderentur talia pro ipsis passo aduersari, *accedas*, inquit, *& videas propter se multatum morte, turpatum cruce, plagis liuidum, spinis coronatum, lancea perforatum, & esse aduersarium erubescat.*

Vatab. Fererius.

Hinc per Isaiam vbi sup. *Vir*, appellatur, *dolorum*, ideſt, vt inquit Vatab. *doloribus confectus*, seu vt Fererius, *doloribus expositus*, vnde 70. vertunt, *homo in plaga existens.* Hoc est vndique doloribus obsitus, transfixus, & plenus, vt ex doloribus conflatus, non nisi dolor, immo pelagus dolorum esse videretur, cum nullum in eo esset membrum, nulla potentia siue interior, siue exterior quæ proprium, & peculiarem non haberet dolorem, quod diu. explicans Thom. 3. part. quæst. 46. art. 5. sic ait: *Christus secundum tactum fuit flagellatus, clauis confixus, secundum gustum felle, & aceto potatus, secundum olfactum in loco fœtido cadauerum mortuorum appensus patibulo, secundum auditum lacessitus vocibus blasphemantium, & irridentium, secundum visum videns matrem, & discipulum quem diligebat flentes.* Hinc verè solus dici potuit *vir dolorum.* Vndique scilicet eis cinctus, immo obrutus. Et notandum quòd licet in scriptura multi legantur afflicti, nullus tamen vir. appellatur dolorum: vnde licet Abel à Cain, Isaac ab Ismaële, Iacob ab Esau, Ioseph à fratribus, Dauid à Saule, Elias à Iesabele, Iob à diabolo, solus tamen Christus *vir* appellatur *dolorum*, quia nullus ex dictis sic afflictus intus, exteriúsque, nullus tot ia passus, ita vt Christi dolorum comparatione pro minimis cæterorum reputari possint, quod verè Sidonius Apollin. lib. 9. epist. 4. dixit, dum ait: *Quantumlibet nobis anxietatum pateras vitæ præsentis propinet afflictio, parua toleramus, si recordamur quid biberit ad patibulum, qui inuitat ad cœlum.* Quod cum sit, nunquid in hoc miseriarum extremo hominum oblitus, eorúmque miseriarum non compassus? immo tunc amplius recordatus, sic, vt in profundo horum dolorum existens, quando à cœlo, à terra, ab hominibus, ab amicis, quid dicam? immo à patre derelictus, primum verbum pro ipsis fuit persecutoribus clamans: *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Luc. 23. num. 34. Quæ verba vltima aliquam patiuntur difficultatem, quomodò isti nesciebãt, quid facerent? cum vt Chrysost. relatus à diuo Thom. in Comment. ad 2. c. 1. ad Corinth lect. 2. affirmat, principes Sacerdotum agnouisse illum verè esse Christum, in lege promissum, verúmque Dei filium, immo ipsemet sanctus planè fatetur ipsos cognouisse, ipsum esse Messiam in lege promissum: *Licet ipsum esse verum filiũ Dei*, ait, *non pro certo sciebant, sed aliqualiter coniecturabant, quæ coniecturalis cognitio obscurabatur in eis ex inuidia, & ex cupiditate propriæ gloriæ, quam propter excellentiam Christi minui videbant.* Ergo si ignorabant, ignorantia erat affectata, & crassa concomitans, vt loquuntur Theologi, non *antecedens*, quæ nullo modo à peccato excusat.

30 Christus in passione dolorum pelagus. *S. Thom.*

31 Vir solus appellatus dolorum.

Luc. 23. num. 34. Chrysost.

33 Iudæi Christum crucifigentes quomodo de eis dixerit Christus, quod nescirent, quid facerent. *Beda. S. Thom. Bellarm.*

Ob hanc ergo difficultatem Beda apud Cathen. sancti Thomæ affirmat Christum non pro eis rogasse, qui eum agnoscebant, sed pro eis, *Qui nesciebant quid facerent, zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam.* Alij apud Belarm. de septem verbis Domini, lib. 1. c. 1. rogasse pro crucifixoribus, qui verè ipsum esse Dominum, aut Messiam ignorabant; alij pro absentibus omnino ignorantibus, vel nobis nondum extantibus.

Vera tamen est sententia quam sequitur ipse Bellarm. pro omnibus orasse, & pro omnibus intercessisse, effectúmque suam habuisse orationem, nam aliquibus remissionem obtinuit culpæ, illuminationem mentis, vitæ sanctitatem, vti fuerunt Centurio, Matth. 27. & illi de quibus affirmat Lucas cap. 23. *Quod reuertebantur percutientes pectora sua.* Aliis verò dilationem obtinuit pœnæ, tempúsque resipiscendi si voluissent, cum enim ob sale, tantúmque scelus in momẽto absorberi meruissent, faceréteque pater sanctissimus, tamen ob reuerentiam, filiique respectum orationis se continuit, locum illis, & tempus etiam præbens pœnitentiæ si vellent, cum vt bene Arnoldus Abbas Bonævallis de septem verbis Domini: *Nullus omnino fœneritati locus ibi esse poterat, vbi vulneratus Christus, proprij mercedem sanguinis exigebat.*

34 Oratio Christi in cruce pro persecutoribus multis ex illis profuit. *Matt. 27. Luc. 23.*

At cur allegauit ignorantiam, cum hæc vt diximus affectata, & culpabilis? rectè Bellarm. ac deuotè, vt eo modo, quo poterat peccatum extenuaret, ex desiderio intercessionis, ex charitate qua flagrabat, *dicendum est*, ait sanctissimus Cardinal. *Christi charitatem tantam fuisse, vt peccatum inimicorum suorum extenuare voluerit, eo modo quo poterat, quamuis enim ignorantia illa simpliciter non excusset, tamen rationem aliquam quamuis tenuem, excusationis habere videtur, quia grauius peccassent, si omni prorsus ignorantia caruissent.* Egregiè, in ipsa malitia, ac ponderis grauitate, leuitatem excusationis inuenit charitatis affectus, patrem pro dimissione rogans, quia omnino inexcusabiles ei repræsentare non poterat, agit ex parte, vt ad commiserationem moueat, vt ad misericordiam impellat, omnino sui oblitus, inimicorum, ac peccatorum indignorum recordatus, & ne gratiæ priuilegium excideret, vt rectè Arnoldus vbi sup. illud in suomet exarauit corpore, pro atramento sanguine, pro sigillo plaga existente lateris, vt videas miser peccator quantum Christo debeas, & attendas, quod si peccante te aut malitia, aut affectata ignorantia, iterúmque Christum crucifigente, cœlum fulgura non immittat, sol te non eremet, terra non absorbeat, inde misericordia ex oratione Christi, & ex priuilegio in eius sanctissimo corpore exarato, quod pater videns, patienter te sustinet: *Pro captiuo suo*, ait Arnoldus, *vadem fidelem liberator se posuit, tantáque authoritate firmatum est huius indulgentiæ priuilegium, vt in ipsius Christi crucifixi membrana, proprio sanguine conscripta sint illius absolutionis litera, manetque infixum vsque hodie sigillum, plaga lateris, quam semper oculis patris exhibet præsentia Saluatoris.* En quantum apud Deum valens extitit amor, vt contra commiserationis naturam, iuxta Arist. & in summo fœlicitatis hominum commisereretur, & simul in abysso vt sic dicam miseriarum. Hinc adnoto sic contra naturalem illud extare rationem, vt scilicet homo in vltimo existens miseriarum alterius commiseretur, vt latro in cruce memoriam sui Domino expetẽs, non illam tunc, sed quando in regno suo futurus expetit: *Domine memento mei, cum veneris*

Bellarm.

35 Ex defectu intercessionis ignorantiam crucifigentiæ Christus allegauit.

36 Priuilegium remissionis nostræ in suo Christus exarauit corpore. *Arnold.*

37 Cur pater hodie peccatores sustinet.

38 Latro cur à Christo non tunc sui memoriam. sed quando in regno petiit.

1 Eius comparatione nullæ nostræ tribulationes.

rebat autem non vindicando, & absolvebat non puniendo, quod si sic rectè Tertull. *audite*, ait, *peccatores, quique nondum hoc estis, vt esse possitis, Deus melior inuentus est, qui nec offenditur, nec irascitur, nec vlciscitur, cui nullus ignis cognitus in gehenna, cui nullus dentium frendor horret in exterioribus tenebris, bonus tamen est.* Pulchrè. non irascitur, non vlciscitur, *Prohibet delinquere, sed literis solis in nobis est si velimus illi obsequium subsignare.* Quid hoc aliud est, nisi, vt sint peccatores, qui adhuc non sunt? audiant hoc principes, & qui prima gubernacula tenēt, quod quando prohibent delinquere, sed literis solis, ex bonis malos aptant, non verum Deum, sed Marcionis imitantur: nam talis bonitas vt rectè idem, *est imaginatio, disciplina, phantasma, & ipsa transfunctoria præcepta, fecura delicta.* Pende hæc vltima, & cum hoc tempore sanctiones vides promulgari sine pœnæ timore, dic non illas præcepta, sed fecura delicta; sed ad nostra: cum ergo hoc de Deo non possit asseri nostro, qui iustus, qui vindex, qui irascitur, qui delet, qui punit, qui timorem simul cum amore exposcit, vnde pro ratione non iracundiæ malum assignat, hominis genium?

Tertull.

47 Deus Marcionis qualis.

48 Principes non delicta punientes delicta statuunt.

49 Deum imitantur Marcionis.

Quod equidem, & augetur, si duo expendantur, primum, verbum illud, *& ait Dominus*, vbi Hebraicè, *& dixit Deus ad cor suum*, vel *in corde suo*, quem Hebraismum eleganter expressērunt 70. *& dixit Deus recogitans*, siue *cum cogitasset in corde suo.* Quæ omnia non perfunctorium, sed firmum, & deliberatum Dei ostēdunt decretum à natura, & cum consilio emanās deliberatione, vt scilicet nemo credere possit temerè illud prolatum, & absque maturo consilio, siue recogitatione; ex qua re secundum ponderandum illud dixisse sic intimam hominis malitiam penetrans, vt nil eius lateret, neque quoad latitudinem, neque quoad pondus, vt obseruauit Ambros. adnotans, non propter quamlibet malitiam Deum illud promisisse, sed propter *diligentem*, hoc est propter peccata, quæ ex illa, quæ deliberata, quæ non ex fragilitate, *vide quomodo*, ait Ambros. de Noe, & arca c. 12. *studiosè nos delinquere Deus significet, dicendo permanere super mala cor hominis diligenter, quo dicto significare videtur diligenter cor hominis ad peccata propendere, & inesse principali nostro lubricum delinquendi, & quod peius est, studium non deesse.* Et hoc insuper *ab adolescentia.* Ergo & pondus, & grauitatem, & malitiam recognouit peccatorum, eam recogitauit, ponderauit, commensurauit in corde, & tamen post hæc *in verbo suo*, vt ait Chaldaica, hoc est regio, promittit, propter homines non amplius deleturū terram sicut fecerat, quod promissum, vt interim hoc dicam, sic stabile, sic extitit, immo sic extat firmum, vt licet plusquam tunc, in immensum nunc excreta sint mala, si quæ apud Gentiles, si quæ apud Turcas, si quæ apud Hæreticos, si quæ apud malos excogites Christianos, & tamen non inundatur mundus, non perit, non destruitur, vnde si cogites? inde, quia dixit Deus, vt rectè adnotat idem Ambros. *Non vltra percutiam omnem animam viuam, sicut feci.*

Ambros.

50 Quam Deus firmum in promissis.

Hinc quippè ex hoc regio promisso nunc creaturis omnibus sic vim infert Deus, vt de ea re murmurent, dum cōtra peccatores se efferre non possunt, effervescente enim mari, Marc. 4. num. 39. itavt venti simul cum illo coniurati fluctibus implerent nauim, homines absorbere cupientes, & si cum magistro, *Christum exurgens comminatus est vento, & dixit mari: tace, obmutesce.* Cur tace, obmutesce? nunquid mare loquitur? sanè, nam vt Glosa ait, commotionem maris, & ex ea sonitus, quandam esse ipsius loquelam, *ex commotione enim maris*, ait, *quidam sonitus consurgit, qui videtur esse quedam maris locutio periculum comminantis.* Loquitur ergo mare, & pari modo, & venti loquuntur, dum suum edunt sonum; at quid? murmure conqueruntur de oppressione, dum ab vltione reprimuntur peccatoris; *sicut Rex aliquis*, ait Glosa, *potest comminatione violentos comprimere, & suis edictis murmur subiecti populi mitigare: ita Christus Rex vniuersæ creaturæ existens, sua comminatione ventorum cohibuit violentiam, & mari taciturnitatem indixit.* Preme illud *murmur* compescuit, murmur imperio creaturarum, dum de violentia conqueruntur, & seruire coguntur Domini inimico; hinc vti Rex taciturnitatem indixit, rectissimè increpans, quia & si homo dignus qui absorbeatur, & si rectè mare iterum terram inundare possit, homines respiciens, tamen male illud attentat, quia stat Dei promissum, stat verbum infallibile, non vltra deleturus terram Deus propter homines.

51 Quod Deus mundum ob pecca-tores non deleat creaturæ ob murmurā. *Marc. 4. n. 39. Glos.*

52 Mare vt loquitur.

53 Christus cur maris dixit vt obmutesceret.

Sed, vt vnum hoc addam, quantáque inter Deum, hominésque in amando sit differentia intelligatur, placet adnotare Deū inhibere creaturis silentium, quando ab hominum punitione detinentur, ob quod murmurant, murmúrque earum compescere; at contra homines idem supprimere, quando contra ideo obmurmurant, quia ad malum inferendum adiguntur, hoc equidem licet adnotare in illis Iosuæ verbis *Sol contra Gabaon ne moueatis*, Ios. 10. n. 13. vbi Sānctus Pagninus vim verbi Hebræi penetrans *Dome*, quod non solum dicit *expectare*, sed *silere*, & *tacere*, affirmat sic posse legi, *Sol sile*, cur ioli silendum? sanè, quia cum, vt ait Nazianz. orat. 54. sit ipse *vitæ dator, & animantium pater.* ab homine cogebatur, vt staret ad vitam eripiendam, ad animas interficiendas, &, vt vindictæ, vt morti, vt internecioni seruiret, non vitæ, ob id clamabat, murmurabat, lamentabatur; at quid homo, vt vindictam exequatur, silentium indicat, *Sol sile.* Et vt homines perdat, elementa, benefactricia increpat, cum Deus è cōtra increpat, ne perdant, & vltra promittit ipsa ad ruinam hominis non amplius subseruitura, vnde hoc? sanè ex amore, ex bonitate malitiam vincente, infirmitatis compassus humanæ, vt rectè Caietanus hic, dum quia hominum amans, quia pater, peccata ex eo considerauit, quo alleuiare ipsa, non quo aggrauare posset, vnde pronitatem ex adolescentia, hoc est quasi ferè malum inditum à natura considerauit: *Ratio mitigandæ pœnæ redditur*, ait Caiet. *ex pronitate hominis ad malum, ab incunte ætate, tanquam clementiam meretur id mali, quod ferè inditum est.* Considerauit ex peccato malum factum, quasi naturale; hinc naturæ compassus pepercit, quia mali, quia indigni, tota dimissionis ratio ipsa indignitas, licet culpabilis: *rara misericordia species*, ait Chrysost. hic, *quia inquit incumbit mens hominis diligenter in mala opera à iuuentute, propter hoc Chrysost.*

Ios. 10. n. 13.

54 Deus compescit creaturas citatas contra hominem, homo eas obiurgat, quia benevolæ.

Caiet.

55 Deus cur malitiæ homini compatitur.

Post peccatum ipsa naturæ fragilitas ad compatiendum Deum agit.

inquit, non vltra adijciam, vt maledicam terra.

At dices, si hoc, cur destruxit anteà eadem regnante malitia? pulchrè respondet idem Chrysost. vt, quæ suæ partis erant compleret, vnde ex persona Domini loquens Sanctus sic ait, quasi Dominus dicat: *Ego enim qua ad me pertinent semel, atque iterum exhibui, quia autem vidi malitiam ita increscere, promitto me vltra non maledicturum terra.* Pulchra ratio, & magnum rectoribus documentum, vt nolint sic semper, sic in singula animaduertere peccata, vt destruant, cum quando semel iustitiæ satisfactum, ingenui animi est, naturæ compati, vniuersitati parcere, cum, vt rectè Ambrosius vbi sup. vindicta ad timorem perficit, non ad commutationem naturæ, vnde ait: *Et si vindicauerat Dominus in hominum genus, tamen cognouerat, quia vindicta legis ad timorem proficit, & cognitionem doctrinæ, magis quàm ad naturæ commutationem, quæ corrigi in aliquibus potest, in omnibus mutari non potest*; nam alias vt ipse ait, *Si quis peccata cupiat sæpius vindicare, asper magis, quàm censorius habetur.* Puniuit ergo prius, vt iustitiæ satisfaceret, & hoc semel, aut bis, vt Chrysost. inquit, primo in Adamo, secundo hîc; at videns ex punitione non naturam immutari, quia malum ex peccato ei inditum, ne eam destrueret, rationè misericordiæ ipsum effecit naturæ malum, & eo parcit, quia mala, vnde, vt rectè noster Sapiens, & si Chananæi mali, eis pepercit, quia homines, hoc est *prani à iuuentute in malum.*

57 Non semper peccata plectenda.

Ambros.

58 Iustitia timorem perficit, sed naturam non immutat.

Immo nescio quid amplius in hac cum Chananæis misericordia, quàm in ea, quam modo explicauimus relucet: enimuero & si homines mali futuri, quod Deus parceret, & si magnum, tamen aliqua subest ratio, quia Noe iustus inter illos, vnde eius respectu illud promisisse, ac dixisse multorum sanctorum sententia est: Qui *autem communem omnium inuexerat interitum*, ait Chrysost. vbi sup. *vt consolationem det iusto, & fiduciam ei addat, non adijciam inquit.* Immo multorum sententia est, illud quod suprà ex 70. legitur nempe: *Et dixit Deus ad cor suum.* Pro corde Noëmum intelligi, qui suum cor, suus amor, suus dilectus, in quo quieuerat, in quo sibi complacuerat, ad quod amplius demonstrandum expendo verba illa c. 8. Genes. n. 1. scilicet, *Recordatus autem Deus* Noe, vnde recordatus? nunquid in Deo obliuio? scio, quod inquit Caietanus, *Metaphoricam esse locutionem*, Scio, quod ait Lippom. in Catena Deum tunc dici oblitum, *cum tentationibus obruimur*, scio, quod affirmat Chrysost. tantum sonare *recordatus*, quantum *misertus*, sed ni fallor, & mea me coniectura non decipit, ideo ad modum obliuiscentis Noëmi Deus inducitur in tempore diluuij: nam si in mundo tunc extare recordaretur, illi impossibile ipsum perdere, sic vnum iustum amat, sic ipsum veneratur. Hinc expendenda sunt verba illa, Genes. 19. nu. 21. Angeli ad Loth: *Festina, & saluare ibi, quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc*; vbi Lyppom. *Magna Dei affectio erga iustos ex his verbis ostenditur, eximia etiam bonorum merita penes ipsum, vt se impediri dicat ab infligenda vindicta, propter eorum virtutes.* Hinc quidem dum diluuium, non recordabatur Noe, quia pœnam infligere omnino decreuerat, post illud recordatus, quia ad honorem ipsius bona humano decreuerat concedere generi, vt rectè Chrysost. hic super illa verba, cunctorúmque animantium, *vide*, ait, *quomodo omnia in honorem hominis facit, vnde suam erga ipsum illum misericordiam declarare volens, in honorem eius, suam, & bonitatem, & curam etiam in bruta, & feras, & volatilia, & reptilia vsque extendi voluit.*

59 Deus quãdam iustos sibimet, ac suis eneretur.

Chrysost.

60 Noe vt Dei amicus.

Gen. 8. n. 1. Caiet. Lypom. Chrysost.

61 Mundo parcit ob eorum memoriam. *Gen. 19. n. 21.*

Immo amplius quid dicam, sic Noëmum suspexit, sic quando eius recordatus eum est veneratus, vt post vindictam, quasi etiam recordatus aquas, maréque ipsum non coluisse, ac quodammodo rumore, impetu, terrore ipsum afflixisse, hinc inde euentilantes arcam, quod profectò sonant verba illa, Genes. 7. num. 17. *Multiplicatæ sunt aquæ, & elenauerunt arcam in sublime à terra, & omnia repleuerunt; porro arca ferebatur super aquas, & aquæ prænaluerunt nimis*, vbi Chrysost. *Cogita hic, quemodo nutu cum parum imber ingruit in angore sumus, & de vniuerso, de ipsaque vt dici solet vita desperamus, quid igitur verisimile erit illum tunc fuisse passum.* quando inquam, hoc recordatus, sic contra ipsas aquas, contra ipsúmque mare quodammodo extitit iratus, vt sicut adnotat Rupert. ob id in die iudicij fortassis illud excitaturus, iuxta illud Apocal. 21. num. 2. *& mare non erit*, vnde ipse, *etenim terra quidem deinceps in æternum stat, & potius aqua, quæ tunc homines deleuerunt cum terra fortassis deficient omnino.* Quam sententiam in hunc eundem locum Apocal. secutus est Beda, & expressius Andreas Cæsarien. *Notandum*, inquit, *de cælo quidem, & terra cum dicere, abijt, id est mutatum est, de mari autem, mare non erit amplius, quia enim vtilitas maris, cum non sit opus hominibus illud nauigare?* Et dubitatiuè loquuntur Haimus, diu. Anselm. & Arethas; at quidquid sit de veritate huius opinionis, quod ego adnoto est illud Ruperti, quod si verum, mirus in iustum Dei amor, ideo quia homines deleuerunt aquę cum terra, & præcipuè, quia contra iustum, & sanctum etiam insurrexerunt, decreuisse eas delere, sic Deus venerabatur iustum, vt ad iudicium exercendum, malósque perdendos, quodammodo necessarium vt illum extare obliuisceretur. At quis inter Chananæos bonus, prorsus nullus, & tamen suam extendens bonitatem, & si summam prospiceret malitiam, pepercit, &, vt locum daret pœnitentiæ non in momento absorbuit, non equidem alia ratione nisi quia homines, hoc est misericordia indigni.

62 Insurgit contra eos molestantes, etiam si inanimata.

Gen. 7. n. 17.

Chrysost.

63 Mare cur deficiet secundum aliquos in die iudicij.

Rupert.

Beda. Cæsarien.

Anselm. Haimus. Arethas.

Hoc quidem, mea sententia, apertè demonstratur in illis verbis Domini ad Ionam Prophetam ad hederæ exiccationem indignantem, Ionas 4. num. 9. *Putásne bene iratsceris tu super hederam?* cui Propheta, *bene irascor ego vsque ad mortem.* Mira hominis insania, vt interim hoc dicam, mira crudelitas, ne mendax reputaretur, ob vanam hanc æstimationem, ob dedecoris apprehensionem, licet sua securus conscientia, implacabiliter ruinam attendebat ciuitatis, sic, vt eadem ipse ad eius internecionem adhiberet diligentias, quas Niniuitæ ad eius salutem, vt sanctus obseruauit Ephren Sirus orat. in Ionam. *Congregati Niniuitæ*, ait Sanctus, *modum inquirebant placandi Dominum, & effugiendi mortem, cognouerunt ieiunium potens*

Ionas 4. n. 9.

64 Mira Ionæ crudelitas, & hominũ cuius illa typus.

S. Ephrẽ.

potens esse, & efficax, & illud apprehenderunt, Ionas ieiunat, metuens ne fortè illius beneficio saluentur: Et infrà, *Ionas dies enumerabat, & noctes, ac Niniuita sua enumerabant peccata, in tugurio Ionas precabatur, vt vera locutus videretur, & in ciuitate orabant Niniuita ne morerentur.* Vidisti hominis duritiam, & si alioquin sancti, ne mireris, homo est sua tantum, non alterius quærens, ad se, non ad alios respiciens. Hinc de hedera dolet, quia sibi malum, de qua profecto nec doleret, nisi incommoda illi eius perditio; at non sic Deus noster, pater noster, vnde irato respondens ait: *Tu doles super hederam, in qua non laborasti, nec fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna periit, & ego non parcam Niniuitæ ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum.* O Dei infinita bonitas, non pœnitentiam, non lachrymas, non ieiunium pro misericordia allegauit, sed hominum multitudinem: nam & si ob pœnitentiam dimisit, quia tamen antè illam homines, quia ad imaginem suam eos diligebat, qua charitate & ipsam inspirauit pœnitentiam, ideo nullam aliam assignare voluit rationem, nisi quia homines erant in Niniue, vnde à minori ad maius arguens sic concludit prophetam, ne ob hederam, in qua nec laborasti, nec fecisti vt cresceret, vt exinde commodum caperes, sic doles, vt nullo modo eam excideres, quid ergo? & ego non doleam, & parcam Niniuæ, & hominibus, quos feci, & in quibus laborauí, vnde licet ipsi indigni, ego tamen bonus, & si ipsi natura mali, ego natura bonus, ex quo eo amplius parco, quo ipsi indigni, vt præclarè dixit Nyssenus, tract. 1. in Psal. 18. *Cum nos*, ait, *in omni improbitatis genere obruti fuimus, ipse à natura sua nequaquam defecit, sed id quod est egit, neque enim decet eum qui natura bonus est, aliud quàm natura sua agere.* Egregiè, vbi pende illa: *Cum nos in omni improbitatis genere obruti fuimus.* Tamen Deus à natura sua nequaquam defeciit in concussa semper eius manente bonitate, hinc & ad misericordiam pronitas, quod è contra in homine, qui cum non natura bonus, sed, vt sic dicam, arte, ideo tic contra peccata, malâque irascitur, vt vincatur, nullámque concipiat misericordiam, quia nullam ex se possidet bonitatem; en tibi Ionas perdidisset ciuitatem, & si post pœnitentiam, &, vt inquit sanctus Ephrem, de hedera, & tugurio dolebat, de ciuitate, ac hominibus irascebatur non dolens: *Tugurium abiectum quæris*, ait Sanctus, *& vrbem funditus euertis, cucurbitam ciuitate potiorem ducis? super vili cucurbita commiserationis affectum ostendis, & in ciuitatem durissimum, ac seneriissimum te exhibes.* Inexorabilis in homines, exorabilis in inanimata, ne mireris, homo est, non Deus, bonitatem emendicatam habet non naturalem sicut Deus noster, qui vt egregiè Bernard. serm. 5. in natali Domini super illa verba Pauli: *Cui proprium est misereri semper, & parcere.* Sic ait: *Quod miseretur proprium est illi, ex se enim sumit materiam, & velut quoddam seminarium misserendi.* Ex quo deuotissimè, ac verissimè deducit, non ideo Deum patrem dici misericordiarum, quatenus patres indulgentiores esse soleant cum filiis, sed quia originem misericordiarum sumat ex propriis, vlciscendi vero ex alienis. *Rectè igitur non pater iudiciorum, vel vltionum dicitur, sed misericodiarum, id est non modo quod pater videatur misereri potius quàm indignari, sed eo magis, quod miserendi causam, & originem sumat ex proprio, iudicandi, vel vlciscendi magis ex nostro.* Sed pace Bernardi, etiam & pater dicitur misericordiarum, quia non solum miserendi causam, & originem sumit ex proprio, sed etiam ex alieno, parcens hominibus, quia homines, vt noster ait Sapiens, parcens Niniuæ, quia ciuitas magna, & quia plusquam *centum viginti millia hominum in ea.* Vbi numeratio attendenda, & si peccatores, & si mali, & si omni digni pœna, numeratos habebat, singulos aspiciebat, nec vnum præteribat ex eis, non iudicandi, sed miserendi captans occasionem, quia homines, hoc est indigni, sicut & de Chananæis noster ait Sapiens, dũ ait, *sed & hic, &c.*

65 Deus Niniuitis eo amplius pepercit quo vita indigni.

Nyssen.

66 Misericordiæ materiã ex se sumit Deus iustitiæ vero ex alieno.

S. Ephr.

S. Bern.

67 Cur patet dicitur misericordiarum.

Num. 10. *Sed partibus iudicans dabat locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam nequam est ratio eorum, & naturalis malitia eorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.*

Num. 11. *Semen enim erat maledictum ab initio, nec timens aliquem, veniam dabat peccatis illorum.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

PErseuerat in ratione cur Deus blandè, paulatimque, siue per partes in supplicio se habuit Chananæorum, vnde sicut versus antecedens non id ex impotentia prouenisse, sic nunc nec ex inscientia affirmat, quasi ideo pepercerit, & non ex tempore punierit, quia ad meliorem essent prouenturi sensum, sciebat enim hoc non futurum, attamen & benefacere non destitit sua tamẽ innata motus benignitate, ait ergo.

Hugo.

Sed partibus indicans, &c. Hugo, *id est vtrique parti secundum merita sua reddens*, Chananæis scilicet, & Hebræis, sensus improprius, melius moderni, *partib⁹*, hoc est *paulatim*, per partes, sic *Lorinus.* Lorinus, Castro, cæterique, immo & ipsemet *Castro.* Hugo, quando & hunc nostrum adducens sensum, ait: *partibus indicans, id est pœnis particularibus eos paulatim, non simul exterminans.*

Hugo.

Naturalis malitia eorum, &c. Vnico verbo totum expressit Hugo, dicens: *Permanens inueterata, & per consuetudinem quasi in naturam versa.* Non ergo ipsa natura mala, vt peruerse Manichæi, sed tu eam habitu, consuetudinéque peruersa malam fecisti, sic potens est mala consuetudo à teneris imbuta annis, sic mala educatio, malúmque parentum exemplum, de qua re vide quæ diximus in 1. to. hom. 36. 37. & 61. Aug. 2. de nuptiis, & concupiscentiis, probat ex hoc loco originale peccatum; at planus sensus est, quem diximus, de mala nempè consuetudine à primis imbuta annis; quæ in naturam versa impossibilem, hoc est difficillimam se reddit ad mutationem, vnde subdit.

1 Natura nõ ex se, sed ex peccato mala.

Augustin.

Non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. Hugo, *id est vix poterat, vel non poterat secundum merita eorum mutari cogitatio illorum, indurata propria nequitia in perpetuũ.* Totũ dicit; at quomodo illud Deus cognoscebat? Lorinus

Hugo.

Lorinus.

Digitized by Google

ſcientia media contingentium liberorum ſub conditione poſſibilium, ſcilicet talibus circunſtantiis poſitis, talique auxilio gratiæ ſufficientis non poſſe Chananæos, mutaret ſententiam, & vitam, & ſi ab illo petemus, cur non poterant, reſpondet ſic: *Non quod ſimpliciter id non poſſent, quia liberi erant, ſed hypothetice, quoniam præſciebat illos libera voluntate recuſaturos oblatam dictam gratiam ſufficientem, quæ ſola non habet, nec habebit vnquam effectum.* Ergo ſecundum ipſum præſciuit Deus antequam voluntas recuſaret recuſaturam gratiam ſufficientem, ergo vidit recuſantem, & gratiam reſpuentem, & tamen ſimul vidit potuiſſe conſentire, & nunquam ad conſenſum peruenturam, ergo hoc quia nunquam in re futurum, non conditionata, ſed ſimplici cognouit ſcientia, ad quid ergo ſuperuacanea illa ſcientia?

2 Vnde Deus cognouit Chananæos non ſe conuerſuros.

Dicet, quia futurum illud, non erat prius determinatum, non erat abſolutum futurum, quia poterat non eſſe: nam poſſibile fuiſſet, vt voluntas conſentiret, licet de facto ſciret Deus ipſam non conſenſuram, ergo cum ſit futurum conditionatum diſtinctum ab abſoluto, diſtinctam requirit ſcientiam, tanquam diſtinctum obiectum.

3 Scientia media non neceſſaria.

Sanè hæc reſponſio ſubtilitatem habet, veritatem vero, mea ſententia, nullam: nam peto in illo priori dum libera eſt voluntas ad diſſentiendum, & conſentiendum, poſita gratia ſufficienti, quid Deus videt? certè non aliud niſi potentiam liberam ad vtrumque (loquor in eius ſententia ſupponendo efficacitatem gratiæ eſſe à voluntate, quod nunc non impugno) & gratiam ſufficientem, & ſimul non conſenſuram voluntatem, licet poſſet ſi vellet: ergo licet futurum illud poterat non eſſe, quia poterat voluntas conſentire, tamen quia certiſſimè non erit, reducitur ad veritatem ſimplicem, nec vllam habet in ſe diſtinctam formalitatem diuerſæ ſcientiæ dignam, vnde ſi quid in hac re ſentiam, dicere licet, affirmo Chananæos, quia inueterati in malitia, & hæc eis quaſi ob conſuetudinem prauam connaturalis, ſciebat Deus non conuerſuros, quia nullam eis daturus efficacem gratiam, & hoc, vt inquit Hugo ob demerita eorum, & licet gratiam haberent ſufficientem, qua poſſent ſi vellent conuerti, tamen cum hæc ſit ab efficaci diſtincta, ideo ſe non conuerſuros, quia illa iuſto Dei carebant iudicio, ſine qua nunquam ſe ad actualem reducerent conuerſionem, ſed de hoc ſatis.

4 Deus præſciuit Chananæos nõ ſe conuerſuros, quia nullam eis decreuit gratiam præbere efficacem.

Semen enim erat maledictum ab initio, &c. Interlineal. hoc refert ad Dei præſcientiam, vel ad tempus, quo mali eſſe iſti cœperunt, in quibus mala extitit qualitas maledictione digna. Hugo illam explicat de fomite, qui maledictione dignus propter ſequelam, peccatum nempe quod ex ipſo, *dicendum*, ait, *quod ſemen illud de quo dicitur hic, fomes eſt quod in præſcientia Dei maledictum fuit, ideſt maledictione dignum, nõ propter ſe ſed propter ſequelam eius.* Auguſt. vbi ſup. hoc de originali intelligit peccato. Holkot de maledictione Cain, à quo iſti; melius recentiores de maledictione Chanaam, à quo Chananæi, ſenſuſque planus, mali filij à malo patre ſic maledicti, ac ille, vnde peſſimi fiunt ille, quia à malo parente, vt plurimum peruerſi filij, de qua re vide in 1. tom. hom. 61.

Interlin.

Hugo.

5 Chananæi ſemen maledictum, quia à Chanan.

Auguſt.

A *Nec timens aliquem veniam dabat peccatis illorum, &c.* Rectè Hugo, quaſi dicat: *Non timor, ſed amor induxit eum ad dimittenda peccata.* Dimiſit, non quia aliquem timeret ſuperiorem, ſi iuſtitiam ageret, vt mali aſſolent iudices, ſed quia bonus, & clemens, creaturarúmque amator: ergo non inſcientia, non impotentia, non timor ad parcendum impulit, ſed eius amor, & bonitas. Vnde Eliphas Themanites, Iob 22. n. 4. *Nunquid timens arguit te, & veniet tecum in iudicium, & non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas?*

Hugo.

Iob. 22. n. 4.

Num. 12. *Quis enim dicet tibi, quid feciſti? aut*
B *quis ſtabit contra iudicium tuum? aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit ſi peccauerint nationes, quas tu feciſti?*

Num. 13. *Non enim alius eſt Deus, quàm tu, cui cura eſt de omnibus, vt oſtendas quoniam non iniuſtè iudicas iudicium.*

Num. 14. *Neque Rex, neque tyrannus in conſpectu tuo inquirent, de his quos perdidiſti.*

Commentum litteræ.

C Dixerat Deum peccatis veniam dare, non ex timore, quia ipſe nullum timebat, ſed ex bonitate, ac miſericordia, nunc hoc idem in his tribus probat verſibus.

Connexio Capitis.

Ob quatuor enim, vt bene obſeruat Holkoth lect. 148. iudices rigorem dimittere ſolent iuſtitiæ, aut propter ſuperiorum iudicum reuocationem, aut propter interpoſitas appellationes, aut propter futuras viſitationes, aut propter conſequentes perſecutiones, hæc à Deo noſter remouet Sapiens, vt inde perſpicaciſſimum fiat, ipſum non timore ſtatim peccata non punire, ſed amore: nam dum ait: *quis enim dicet tibi quid feciſti?* amouet timorem reuocationis ſententiæ, nullus enim reuocando quæ Deus ſemel fecit, illi dicet, *quid feciſti? aut quis*
D *ſtabit contra iudicium tuum*, interponendo ſcilicet appellationem, *aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominum?* Vt ſcilicet irritam tuam faciendo ſententiam, diſcutiat, & tuum viſitet factum, & tandem *quis imputabit ſi peccauerint nationes, quas tu feciſti?* Perſecutiones ſcilicet, vel moleſtias tibi inferendo? nullus equidem: ergo nec ſuæ ſententiæ reuocationem, nec eius appellationem, nec diſcuſſionem, immo nec malos Deus ſibi ex ea timebit effectus, hinc nulla ſubeſt cauſa, quin ſeueriſſimè non iudicaret, niſi ſua non intercederet abſoluta bonitas; ſed ad ſingula.

Holzoth.

1 Iudices ob quatuor timent proferre ſententiam.

Quis ſtabit contra iudicium tuum, &c. Græc. *aut quis reſiſtet, aut ſe opponet iudicio tuo, qui damnaueris, aut delueris gentes illas.* Hoc eſt quis erit ille, qui tecum diuiſum tenens imperium, audeat tua librare iudicia, hoc bonum, hoc malum iudicans, vnde Paul. ad Rom. 9. nu. 10. *ô homo tu quis es, qui reſpondeas Deo?* Hoc eſt, vt exponit Theophylact. explorans: *Quid deceat, aut non deceat facere?* Superba hic

Ad Rom. 9. n. 10.

Theophyl.

Digitized by Google

2 Dei iudicia non scrutãda, & quantum hoc sit malum. *Tertull.*

Dei iudiciorum reprehenditur scrutatio, non quælibet, sed curiosa, dum vilis, ac ignorans homo sæpè vsque ad sacrarium illud imperscrutabilis Dei scientiæ altitudinis inuolare præsumit, & quasi iudex sedens hoc bonum, hoc malum dictitare, merito *diminutis censores* à Tertull. appellati lib. 2. contra Marcion. cap. 2. Ex quo sic eorum sapientia Deo inimica, ac ipsis quæ Dei. Reprehendens ergo Marcionem Tertull. qui duos Deos constituebat, malorum authorem vnum, alterum bonorum, sic ait: *Reddens nomen illi, negans substantiam nominis, id est magnitudinis, qua Deus dicitur, non tantam eam agnoscens, quantam si homo omnifariam nosse potuisset, magnitudo non esset.* Pulchrè, Deum

3 Qui Deum nominando substantiam eius negant.

appellabat, hoc est infinitæ magnitudinis, & tamen nomen tantum ei relinquens substantiam negabat, dum non ampliorem eum æstimabat, quàm suo capere posset intellectu, quod & faciunt, qui altiora Dei diiudicantes consilia, non eis maiorem tribuunt bonitatem, quàm quod ipsi apprehendunt: *Ipse iam tunc Apostolus*, sequitur Tertull. *prospiciens hæretica corda, qui inquit cognouit sensum Domini, ad Rom. 11. aut quis consiliarius eius fuit, aut ad quem consultauit, aut viam intellectus, & scientiæ quis demonstrauit ei, Isaiæ 40. cui & Apostolus condicit, ô profundum diuitiarum, & sophiæ Dei, vt inuestigabilia iudicia eius, vtique Dei iudicis, & inuestigabiles vias eius, vtique intellectus, & scientiæ, quas ei nemo monstrauit, nisi forte isti censores diminutis dicentes: sic non debuit Deus, & sic magis debuit, quasi cognoscat aliquis quæ sint in Deo, nisi spiritus Dei.* Egregiè, fallitur quippè secundum malorum sensum Apostolus, dum inuestigabilem Dei appellat sensum, quia homo apprehendere eum præsumit, immo & corrigere; hinc suprà Deum tales se erigentes sapientiores se Deo constituunt, vnde rectè idem sequens: *Mundi autem habentes spiritum, non agnoscentes in sapientia Dei, per sapientiam Deum, consultiores sibimet videntur Deo, quoniam sicut sapientia mundi stultitia est penes Deum, ita & sapientia Dei est stultitia penes mundum: sed nos scimus stultum Dei sapientius hominibus, & infirmum Dei, validius hominibus, & ita Deus tunc maximè magnus cum homini pusillus, & tunc maximè optimus, cum homini non bonus, & tunc maximè vnus, cum homini duo, aut plures.* Excellenter, vis ô homo certum tenere diuini iudicij bonitatis signum; attende quid de eo intellectus diiudicet humanus, si exhorret, si scandescit, si fugit, si trepidat, si clamat, si quæritur, viam, modum, rationem non intelligens bonitatis, tunc dic tu bonum, sanctum, ineffabile illud, ea præcipua ratione, quia homini non sic apparet, cum vt inquit Tertull. *Tunc maximè optimus, quando homini non bonus*, dicat ergo Sapiens, *Quis stabit contra iudicium tuum?* Nam verè nullus, eum diiudicans, disceptans.

4 Dei opera quo minus ea humanus intelligit eo intellectus, sunt perfectiora.

Aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum, &c. Hoc membrum in Græco ponitur post illud quod sequitur, *aut quis tibi imputabit.* Vatab. vertit, *aut quisnam contra te vindex iniustorum hominum intercedat*, ferè idem Latina Sixtiana Græcam interpretans, *aut quis ad standum contra te veniet vindex pro iniquis hominibus?* Vbi pro

Vatab.

A stasse contra Deum non contradictoriè, vt sic dicam, sed oratoriè intelligunt, quasi dicat, dum tu semel punire decreueris, quis te audebit orare, aut pro illis ex aduerso stare, cum certum sit, Deum orationem cohibere sanctorum, quando punire decreuit, sic Ezech. 14. num. 14. Hierem. 7. num. 16. 11. num. 14. & 14. num. 11. *Ezech. 14 n. 14. Hierem. 7. n. 16. 11 n. 14. & 14. n. 11.*

At verior sententia est Hugonis, & recentiorum hîc non agi de intercessore, & oratore, sed de contradictore, qui aut sontem de Dei possit manibus eripere, aut de ipsomet Deo vindictam sumere, vnde Hugo, *id est vindicare eos volens, quasi feciſſes eis iniuriam:* Et Iansen. *Quis veniet tibi in oppositionem, &* B *resistentiam? quis stabit contra te, vel vt vindictam sumat de te pro iis malis, quæ impie intulisti, vel vt possit impedire, quo minus impios punias?* Vt rideas lector, & quæ vasa prodeant ex hæreticorum officina, seu culina intelligas, scito hæreticos fuisse *Lolhardos* dictos teste Sandero hæres. 163. qui inter cætera quæ affirmarunt horrenda, illum, luciferum nempè cum dæmonibus suis iniuria è cœlo pulsum, beatitudini cum suis restituendum, & quod caput, sanctissimum Michaëlem cum cæteris sanctissimis Angelis æternis deputandum cruciatibus, contra sa- C pientis nostri dictum Deum in iudicio statuentes, vindices iniquorum contra ipsum facti, ô bestiæ, ô canes, ô animalia ipsismet dæmonibus ridicula! vide Trithem. in Chronic. anno Domini 1315. *Hugo. Iansen.* *Sander.* 5 Lolhardorum hæresis.

Aut quis tibi imputabit si perierint nationes quas fecisti, &c. Græc. *Quis autem accusabit te, vel in crimen vocabit? seu quis quereretur tecum de gentibus perditis, quas tu fecisti?* Placet in hac sententia summopere Lorin. non solum nempè Deum posse ob culpas, & peccata perdere gentes, sed etiam quia supremus Dominus, solum quia sic ei placitum, etiam sine ipsis, intellige non in ratione pœnæ, ita vt si vellet cunctos simul beatos in infernum deiicere, aut redigere ad nihilum, nulli iniuriam faceret, nullus conqueri posset, immo summa esset æquitas, & bonitas, non aliundè mendicata, vt sic dicam, sed ipsa sola Dei constante bonitate voluntatis, cuius summa iustissima ratio est velle tantum, in qua omnis inclusa iustitia, & si nobis lateat, cum & si sciamus ipsum iniustum non esse, tamen & quantum sit iustus nequaquam apprehendi à nobis potest, vt egregiè Philo lib. de Profugis paulo antè medium: *Per pulchrum est*, ait, *quod quidam è priscis sapientibus in hanc sententiam est ausus dicere, Deus haud quaquam iniustus est, sed dici non potest quàm sit iustissimus.* Ergo cum infinita eius iustitia à nobis sit incomprehensibilis, verè in illo actu, quo sine culpa aliquem affligeret, infinita absconderetur iustitia, infinita æquitas licet nobis abscondita, & recondita, & nulla maior, quam ipsummet suum velle, cum vt inquit Origenes, lib. 9. cap. 12. epist. ad Rom. *Non potest aliud velle Deus nisi quod bonum est, & vtique quod bonum est, & perfectum, hoc Deo placet.* Ergo in illo summo eius beneplacito summum includeretur bonum, sum- *Lorinus.* *Philo.* *Origen.*

6 Deus esset summè iustus etiam si omnes in infernum detruderet absque peccatis, non ratione pœnæ, sed alterius absconditæ rationis ipsi soli penetrabilis.

7 Deus quantum sit iustus nullus scire potest.

8 Deus iustus, quia semper operatur, quod ad se pertinet. *Anselm.*

ma perfectio ; vnde eleganter Anſelmus in prolog. cap. 10. affirmat Deum iuſtum dici, non tantum quatenus debitum reddit, ſed quatenus facit quod ei decet, vnde ſemper in ordine ad ſe & parcendo, & caſtigando erit iuſtus, & miſericors: *alio modo iuſtè punit malos*, inquit Anſelmus, *alio modo iuſtè parcit malis, cum enim punis malos, iuſtum eſt, quia eorum meritis conuenit, cum verò parcis malis, iuſtum eſt, non quia illorum meritis, ſed quia benitati tuæ condecens eſt : nam parcendo malis ita iuſtus es ſecundum te, & non ſecundum nos, ſicut miſericors es ſecundum nos, non ſecundum te, ſaluando nos, quos iuſtè perderes, ſicut miſericors es, non quia tu ſentias affectum, ſed quia nos ſentimus effectum, ita iuſtus es, non quia nobis reddas debitum, ſed quia facis quod decet te ſumme bonum.* Nil melius, iuſtus eſt Deus parcendo, & puniendo, iuſtus remunerans, & caſtigans, ſed hoc non tantum in ordine ad nos, quantum in ordine ad ſe, quia id facit, quod ipſum decet : ergo dum aliquid vult, non eſt neceſſe ad alterum referri vt bonum ſit, ſed ſufficit, vt ad ſe, & ideo bonum dicatur, quia ſuum, Deus vult, hoc ſufficit, vt infinitè intelligatur eius actus bonus, vult perdere, non ſunt neceſſaria demerita, vt illa iuſtificetur voluntas, ſed ipſamet ſufficit ad iuſtitiam, ſuo pondere, ſuamet ipſum iuſtificans actum eſſentia. Hinc doctores à fortiori colligunt poſt peccatum originale commiſſum, nullam Deus committeret iniquitatem ſi omnibus denegaret auxilium ſufficiens, tanquam per illud non debitum, quod ex hoc loco probat Bellarm. lib. 2. de gratia, & libero arbitrio, cap. 4. tale eſt debitum peccati originalis, ſic ſe in omnibus extendit.

9 Ob peccatum originale commiſſum nullam cõmitteret Deus iniuſtitiam, ſi gratiam denegaret ſufficientẽ.

At licet hoc ſit, tamen creaturas, quas ſemel condidit perire ipſe non vult, nec perdit, niſi ſic earum exigentibus meritis, nec proinde ob hoc leuis videtur, quaſi repudians, & perdens, quos creauit, & ſemel elegit, abhorrens ſcilicet, quos prius amabat: nam, vt rectè Tertull. contra Marcion. Dei boni, & iudicis eſt pro præſentibus meritis, & reiicere, & allegere ; *ſi vero*, ait, *circa perſonas leuem vultis intelligi, cum reprobat aliquando probatos, aut improuidum, cum probat quandóque reprobandos, quaſi iudicia ſua aut damnet præterita, aut ignoret futura ; at quin nil tam bono & iudici conuenit, quàm pro præſentibus meritis & reiicere, & allegere.* Quod cum exemplis Saulis, & Salomonis probaſſet, ſequens inquit : *Quid faceret creator ne à Marcionitis reprehenderetur ? bene adhuc agentes prædamnaret iam propter futura delicta ? ſed Dei boni non erat nondum mœrentes prædamnare. Proindè peccantes nunc non recuſaret propter priſtina benefacta ? ſed iuſti iudicis non erat, reſciſſis iam bonis priſtinis ſcelera donare ; aut quis hominum ſine delicto, vt cum Deus ſemper adlegeret, quem nunquam poſſet recuſare ? vel quis item ſine aliquo bono opere, vt cum Deus ſemper recuſaret, quem nunquam poſſet adlegere ? exhibe malum ſemper, & nunquam adlegetur, exhibe bonum ſemper, & non recuſabitur ; cæterum ſi idem homo, vt in vtroque pro temporibus, in vtroque diſpungetur à Deo, & bono, & iudice, qui non lenitate, aut improuidentia ſententias vertit, ſed cenſura graniſſima, & prouidentiſſima merita meritis inſinſque diſpenſat.* Nil melius ; hinc nullus ei imputare poteſt, hoc eſt incuſare, in crimen vertere, de eo conqueri ; vt noſter inquit Sapiens, dum nationes perdit quas fecit, alias pro eis eligens, veteres abiiciens, nouas inducens, tum quia ſic earum exigunt peccata, tum quia & quando hæc deeſſent, ſupremus ipſe eſt Dominus, altiſſimus conditor; vnde ſequitur.

Tertull.

10 Deus non per futura ſed per præſentia merita, aut demerita reprobat, aut eligit.

Non eſt enim alius Deus, quàm tu, &c. Deut. 32. n. 39. Non habens nempè ſuperiorem, hinc nullus ei contradicere poteſt, Deuter. 32. num. 39. *Videte quod ego ſim ſolus, & non ſit alius præter me.* Hebræ. *Videte nunc quia ego, ego ipſe, & non dij mecum.* Pulchrè, non dij mecum, aut ad benefaciendum, aut ad puniendum, & vindictam ſumendum, ipſe ſolus eſt qui benefacit, ſolus, qui punit; hinc ſolus amandus, ſolus extimeſcendus.

11 Deus ſolus eſt in puniendo, aut benefaciendo.

Cui cura eſt de omnibus, &c. Alia ſummæ Dei æquitatis in iudicando ratio, cum non ex iniuria, aut malcuolentia iniuſtos ſupplicio afficiat, cum ſit Dominus, & de omnibus curet : ergo non putandum leuiter ſuos perdere velle, aut ſine cauſa punire.

Non iniuſtè iudicas iudicium, &c. Non eſt in Græco nomen iudicij, quemodo iniuſtè ſi lente, ac remiſſe dans locum pœnitentiæ ; hinc ſemper, quando ab impiis iudicatur, vincit, vnde Dauid Pſalm. 50. num. 6. *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.* Hebr. *vt purus ſis, irreprehenſibilis, inculpatus, & vincas cum iudicaris.* De ſumma Dei patientia in iudicando, & quomodo ex ea ipſum ſuum iuſtificetur iudicium, vide in 1. tom. hom. 104. hinc ſequens ait. Pſ. 50. n. 6

Neque Rex, &c. Hoc eſt, qui iuſtè iudicat, *neque tyrannus*, hoc eſt qui malè, *in conſpectu tuo*, hoc eſt ex aduerſo contra te ſtantes, *inquiret de his, quos perdidiſti* : Græc. de quibus *torſiſti*, vel *puniuiſti*. Ex dictis quantum ſolus Deus timendus ſit clarè deducitur, cum ipſe ſolus in diiudicando nullum alium habeat ſuperiorem, neminémque timeat, nullóque prorſus modo eius ſit reuocanda ſententia ; hinc ſolus extimeſcendus, de qua re vide quæ ſuprà diximus, hom. 28. nunc autem de eius ſententia dicendum.

HOMILIA XLVII.

Dei ſola ſententia cur timenda.

ENimverò ſi dicta accuratè expendantur, ſatis conſtabit, quomodo nulla alia præter Dei ſit timenda ſententia, quam profectò duo præcipua tremendam efficiunt; primum, iudicis perſona in qua eius conſideranda ſuperioritas, ſeueritas, potentia, indago, ſcientia; ſecundum, eius irreuocabilitas, æternitas, quis ergo eam non timebit, dum iudex eam proferens omnium ſit ſuperior, à quo nullus reuerſus, ſeueriſſimus in pœnis infligendis, potentiſſimus ad eas exequẽdas, tandem, quem nil latere po-

reſt, & ad hęc æterna, irreuocabilis; at ad ſingula.

1 Deus vt ſupremus iudex cum iudicibus in terris aſſidet iudicãs. *Deut. 1. n. 17.*

Tremenda quippè Dei apparet ſententia, primo, quia à ſupremo pronunciatur iudice, à quo nulla eſt tergiuerſatio, nulla prorſus interlocutio, ſiue appellatio; hinc profectò fit, vt ob hoc actus iudiciariæ poteſtatis ſic proprium ſit Dei, vt nullius alterius, adeo, vt, qui in terris iudicant, & cum ipſis tanquam principalis author iuſtitiæ Deus iudicet, & aſſideat, quod profectò expreſſit Moſes, Deut. 1. num. 17. cum dixit: *Nulla erit diſtantia perſonarum, ita parvum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt*, Pendo cauſalem, tota æquitatis ratio, & perſonarum indiſcriminatio, quia iudicij actus non hominis, ſed Dei, ob quod ad hunc Moyſis locum hoc idem expendens Cyrillus Alexand. in commentariis Michææ, cap. 3. contra eos inuehitur, qui in iudicio ſedentes perſonas, non res diiudicantes, ſinceritatem maculant diuinæ maieſtatis, quæ in iudicio aſſidet, cui ſoli competit iudicium, vnde ait: *Qui iuſtitiam adulterant in diuinæ dignitatis ſinceram elegantiam iniurioſi reperiuntur, ſolum quippè Deum decet iudicium, & hoc ſciens beatus Moyſes ait, non accipietis perſonam in iudicio, quia, &c.* Pulchrè, appellat Dei iuſtitiam ſinceram diuinæ dignitatis elegantiam: nam nunquam ſic Deus elegans, nunquam ſic dignus, ac quando in throno ſedens maieſtatis ſinceriſſimè diiudicat, vnde rectè ſequens idem Sanctus ait: *At qui ſe ad iniqua iudicandum exercet, pene diminuit, & altiſſimum thronum inuadit, & in ipſam ineffabilem gloriam ſe peccare ſciat, quæ relictè, & iuſtè iudicare venit, Dei enim iudicium eſt, vt dicebamus.* Ergo ſolius Dei eſt iudicare, & iudicium, quod ab inferioribus adminiſtratur iudicibus ab illo eſt, quod profectò non aliundè niſi, quia ipſe primus iudex, independens, nemini ſecundus, ob quod maximè timendus.

Cyrill. Al.

2 Malè iudicans Dei maieſtatem maculat.

3 Nunquam Dei maieſtas ſic elegans, ac quando ſedens iudicabit.

Enimverò & ſi magnus Aman, & ſi inclitus, & ſi primus è Regis amicis, vix iratum aſpexit Regem, & obſtupuit, Eſther 7. num. 6. quod ille audiens, hoſtem ſcilicet ſe regis nominatum: *illico obſtupuit, vultum Regis ac Reginæ ferre non ſuſtinens.* Obſtupuit ſanè, quia ira non cuiuſlibet, ſed regis, hoc eſt primi iudicis, independentis, à quo nullus recurſus, nulla interpellatio; imino ſic primi iudicis extimeſcenda ſententia, vt ſæpè ipſa mortem afferat ad alium interpellatio, ſiue recurſus, vnde ipſamet pro illa oratio, ipſamet eius erit decollatio; hinc occiſus Aman, quia interpellare attentauit: *Aman ſurrexit vt rogaret reginam pro anima ſua, intellexit enim à rege ſibi paratum malum.* Scio cauſam ibi datam Reginæ oppreſſionem, ab horto enim reuertente Rege vidit in lecto Reginæ procubuiſſe Amanum, vnde ait: *etiam Reginam vult opprimere me præſente in domo mea.* Sed rectè Gloſa Amani ſupplicationem, Regis oppreſſionem intelligit, cum, vt rectè ipſa nulla maior Dei oppreſſio, quàm pro ſemel condemnatis oratio: *Deprecatio Aman oppreſſio dicitur, quia in die iudicij iniquorum oratio irritatio eſt.* Ergo à Dei ſententia abſolutionem quærere, quando ille abſolutè condemnauit, eſt ipſum velle

Eſth. 7. n. 6.

Gloſa.

4 Iniquorum oratio irritatio eſt apud Deũ.

A deprimere, & vt dum rogatur amplius iraſcatur.

Hinc ſic eius ſententia extimeſcitur, vt vix audita, & à quocumque prolata horrorem incutiat, ac timorem & ſi Rex, & ſi ſummus in terris imperator; mirum ſi Ioham conſideres, hominem priuatum, exterum, ſolum, nullius magnitudinis, nullius ſocietatis, ſed vix duo verba dixit; *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubuertetur*, cap. 3. num. 4. Et dum tale verbum ad aures peruenit Regis: *Surrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedebat in cinere.* Cur tantus ſtupor, tanta commotio, tanta in Rege transmutatio? ſanè quia Dei, non hominis ſententia, vt rectè Ambroſ. in hunc locum Ionæ: nam ſi hominis, ad arma corruiſſet; at quia Dei, ad iuſtitiæ opera: *Sapiens planè Rex*, inquit Sanctus, *qui intelligeret quibus armis vteretur pro temporis qualitate, cum enim inſidiantur illi homines, apprehendit arma bellica, cum iraſcitur ei Deus corripit arma iuſtitiæ, obliniſcitur enim ſe regem eſſe, vbi Deum regem omnium pertimeſcit, nec potentiæ ſuæ meminit, vbi potentiam diminitatis agnoſcit.* Nil præclarius, ſic terribilis Deus ſententiam proferens, ac in throno maieſtatis ſedens, vt ipſi Reges ſe Reges obliniſcantur, potentiæ immemores, quando diuina refulget, quod ſolum effugium illis, vt interim hoc dicam, ad iram deuitandam, ſe ſcilicet non reges æſtimare, quando Deus iubet, potentiæ obliniſci, quando Deus interminatur, cum alias ruina illis certa, prædamnatio indefectibilis.

Ambroſ.

5 Dei ſententia à quocunque prolata reges obſtupefacit. *Ionæ 3. n. 4.*

6 Principes vt Dei effigiantſententiam ſe Reges eſſe obliniſcantur.

Miſer Pharao, hinc enim infeliciſſimè periit, quia iubente, ac minante Deo ſe Regem meminit, ſe potentem attendit, Exod. 5. num. 2. Moyſi ex præcepto Dei dimiſſionem populi intimanti, ſic ſuperbè reſpondit: *Quis eſt Dominus vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael, neſcio Dominum, & Iſraëlem non dimittam.* In quo loco pulchrè aduertit Caietanus ipſum non ſimpliciter quæſiſſe, quis Deus eſſet abſolutè, ſed quis relatiuè ad ipſum, quaſi nullus ipſo maior, nullus ipſo potentior: *Non quærit ſcire quis eſt Deus abſolutè*, inquit Caietanus, *ſed quis relatiuè ad ipſum, contemptum vero admiſcet dicendo, non noui Deum, & Iſraëlem non dimittam.* Ex quo loco rectè Regum impietatem colligens Lippom. in Caten. ſic ait: *Impij reges Dominum non reuerentur, ſed rerum ſe Dominos, non Dei ſeruos arbitrantur.* Regalis ergo potentiæ recordatus Deo non obediuit, quod & ſimiliter ſemper & illis eueniet principibus, dum in Dei præſentia ſe reges eſſe meminerint, regalémque non exuerint dignitatem, cuius equidem ratio ea, incompoſſibilitas ſocietatis in regimine, vnde rectè ille.

Exod. 5. n. 2.

Caietan.

Lippom.

7 Regesimpij ſunt, qui abſolutos ſe Dominos reputant Deum non recognoſcentes.

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.

Lucanus.

Hinc, vt refert Stobeus ſerm. 45. cum Lidis Cræſus imperaret, fratrémque in conſortium imperij aſſumpſiſſet, quidam ex Lidis acceſſit ſic ei fatus: *omnium in terra bonorum, ô Rex maximum eſt Sol, nec quicquam extaret in terra ſole non illuſtrante; ac ſi gemini ſoles forent*

Stobeus.

8 Dominatus conſortij ſemper impatiens.

Digitized by Google

periculum imminueret, ne omnia conflagrantia pessum irent, ita & regem vnum accipiunt Lidi, & seruatorem esse credunt, duos vero simul tolerare non possunt. Vnde Alexander Dario Asiæ dimidium ei spondens, *neque terram duos soles, neque Asiam duos reges ferre posse respondit.* Hinc equidem non mirum, si dum Reges tales se esse meminerint Deo præcipienti non obediunt, quia duo simul esse Reges non possunt, sicut duo nec in mundo soles, ex hoc equidem Pharaonis inobedientia, quia in Dei conspectu se Regem recolit, & Sardanapali, quem Niniuitarum multi tunc Regem faciunt obedientia, quia dum Dei intelligit sententiam, se Regem oblitus, se potentem non recordatus; hinc extimuit, expauit, supremi sententiam reformidans iudicis.

9 Ninive rex cur ieiunii etiam bestiis indixit.

At vnum hic licet percontari? vnde Regi tantus timor, vt & bestiis ieiunium iniungat? ibid. num. 7. *Et clamauit, & dixit in Ninive ex ore Regis, & principum eius dicens, homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quidquam, nec pascantur, & aquam non bibant.* Ad quid bestiarum hominum adiungere ieiunio? Chrysost. hom. 3. ad populum, vt sicut illis possibile pœnam mortis futuræ sentire, Deique interminantis sententiam, simúlque, vt solemniorem hominum efficerent solemnitatem ieiunij: *Sicut enim*, ait, *dinite aliquo mortuo, non seruos solos, & ancillas, sed & equos domesticos sacco vestientes, & agasonibus tradentes ad sepulchrum sequi iubent, calamitatis magnitudinem ostentantes, & omnes ad misericordiam allicientes; sic & in ciuitate illa mori periclitanti, & brutam naturam sacco circumtexerunt, & ieiunij iugo subiecerunt, non licet brutis sermone Dei iram discere, discant famis, quæ à Deo infligitur plaga.* Optimè, non solum nos, sed nostra conteramus, si Dei iram effugere desideramus, & nobiscum clament, qui nos ad peccandum associarunt; sanctus Ambros. vbi sup. vt confunderentur homines si pro se non ieiunarent, dum bestiæ pro illis ieiunabant: ex quo pulchrè eorum Christianorum confusionem elicit pro se ieiunare nolentium, dum pro illis & bestiæ ieiunant; *mira res*, ait, *ieiunant pro ciuitatis peccato, quæ peccati conditio non restringit, ergo omnes ieiunare debemus, & misericordiam Dei cunctorum abstinentia deplorare: nam quale sit hoc, Christianum pro salute sua non facere, quod pecora pro salute sua fecerunt? nisi quod stolidior pecore est, qui indicto pro se à Sacerdote ieiunio, non ieiunat.* Attendant hoc delicati milites, & qui nomine tantum sunt Christiani, onusti peccatis, & qui annum in illis consepulti permanserunt, nescio, quo fucato malo, prætensa causa quadragesimale refugiunt ieiunium, stolidiores pecore in hoc, dum hoc indicto ieiunio ieiunat, ipse crapulatur. Verissimæ ergo omnes hæ rationes, sed illa mihi magis arridet, quam ipsemet tradit Chrysost. vbi sup. vt ieiunantibus bestiis ob afflictionem earum, quæ nullum peccatum commiserant Deus moueretur, dum ob peccata peiores ipsi bestiis effecti commiseratione essent indigni: *Ad bruta confugiunt*, ait, *& illorum mortem deplorantes, ex his supplicationem faciunt, miserabilem, & luctuosam ipsorum perditionem proponentes.* Vt ex hinc discas, quàm supremi iudicis tremenda sit sententia, vt quando Altissimus eam intonat, suis se homines conscij peccatis, ita de altitudine, ac maiestate diffidant, vt pro auxilio ad bestias confugiant, peioris apud Deum ob peccata conditionis se reputantes: en tibi Rex magnus, Imperator, Monarcha, sic in se sua demerita recognoscens, de se apud Deum diffidit, vt amplius iumenta, quam suam faciens maiestatem, hanc abiecerit, illa Deo pro supplicatione obtulerit; ob hanc eandem causam & paruulos adiungens, vt rectè Ambros. vbi sup. dicens: *Non enim sufficiebat ad placandum Deum peccantium satisfactio, nisi seniorum quoque peccata, paruulorum innocentia deploraret, & fletibus alienis delicta sua iuuentus abluerat.* Sic coram illo supremo iudice nil est humana maiestas, sic ille tremendus se offert, quando in throno sedet iudicij.

10 Non solum nos pœnitere, sed nobiscum & nostra conterere debemus. *Ambros.*

11 Christiani non ieiunantes pecoribus stolidiores.

Chrysost.

12 Regia maiestas quam deprimitur dum Deus iudicem se ostentat.

13 Peccata quantum peccatori timorem incutiant.

Ambros.

Cuius etiam sententia ex iis amplius tremenda, nempè quia procedit ab illo summo iudice, à quo sicut summa gloria laudatur, sic summa, & infinita ignominia prædamnatur: enimverò & si Christi sententia nullam secum apportaret gehennam, nullum cruciatum, sufficeret eius iudicium réprobationis, cum talem in se ignominiam affert à Deo reprobari, vt plus sit hoc, quàm cætera mundi tormenta: *Mens Regis est publici honoris mater*, rectissimè asseruit Cassiodorus epist. 12. vnde prudenter ipsemet epist. 26. mortuo similem eum diiudicat, qui sub aliquo honore apud Regem non viuit: *Penè similis est mortuo, quia à suo dominatore nescitur, nec sub aliquo honore vixit, quem Regis sui notitia non defendit.* Hinc & si filius Dauid Absalon, malebat mori, quam vt reprobatus in Hierusalem viuere à facie extorris Regis, 2. Reg. 14. num. 32. *Obsecro ergo vt videam faciem Regis, quod si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.* Vnde rectè Chrysost. magno dignos illos æstimat supplicio, qui laudem, & honorem ab alio, quàm ab ipsomet Deo captant, insanos eos diiudicans, propè nescios, sic enim homil. in 1. ad Corinth. cap. 4. ait: *Ne igitur aliorum laudes requiramus, hoc enim Deo magna iniuria est, quemadmodum enim qui in parua theatra certant, magnum sibi inquirunt, ac si illud non satis sit ad prabendum de se spectaculum: sic qui in Dei conspectu certantes, inde hominum sibi famam quærunt, maiore emisso theatro minoris cupiditate magnum sibi supplicium accersiunt.* Egregiè, pro magno theatro Dei solius inspectio, eius tantummodo approbatio, plus valens hæc, quàm totius mundi, tum superioris, tum inferioris, Angelorum nempe, hominúmque, vnde summa, & indicibilis ex ea hominibus gloria, sic vt nulla maior. Hinc profecto, & summa ignominia eius reprobatio, & peccatorum insciencia: *Mortuo similis, qui à suo dominatore nescitur*, ait Cassiodorus, quid ergo erit, quando non solum à Domino, sed à creatore, audient, *nescio vos vnde sitis*, Luc. 13. num. 70. non quod

14 Dei sententia extimescenda, quia summum est dedecus ab illo prædamnari.

15 Mortuo similis, qui à Rege non honoratur.

2. *Reg.* 14. *n.* 32.

Chrysost.

16 Stultum ab alio, quàm a Deo honoré quærere.

Luc. 13. *n.* 70.

S.Greg. 17. Deus vt peccatores ignorat,

nesciat, sed quod indignos sua diiudicat scientia, vt ait Gregor. Moral. lib.2. super illud Iob, *Vnde venit, Nescire Dei*, inquit, *improbare est, sicut & nescire mentiri, vir verax dicitur, qui labi per mendacium dedignatur, non quod si mentiri velit nesciat, sed quod falsa loqui veritatis amore contemnat, veritatis igitur lumen tenebras quas reprobat ignorat*, qualis tunc ex hac ignominia confusio? ergo quam terribilis illa sententia quæ talem parit ignominiam?

18. Christi sententia tremenda ex assistentia totius sanctissimæ Trinitatis. *Cyril.*

Adde, quod sic supremus iudex iste eam profert, vt non solus assideat, sed simul cum ipso tota simul Trinitas, vt omnis tibi prorsus recursus præcludatur, assistentibus Angelis, ac applaudentibus, & coram tota hominum multitudine, quæ fuit, quæ extat, quæ futura; vt egregiè adnotat Cyril. Hierosolymit. catech.10. quæ est de extremo iudicio, ponderans sententiam Christi simul esse à Patre, & Spiritu sancto ei assidentibus, & ab Angelis, toto genere expectante humano. qualem parier tunc similis sententia confusionem? vnde Cyrillus super illa verba, Matth.28. *Quando veniet filius hominis in gloria ipsius, & omnes Angeli eius cum eo*, sic proloquitur, *Animadverte, ô homo in quantum iudicium ingrederis, omne tunc genus hominum aderit ab Adamo vsque ad vltimum diem, magna quidem hæc multitudo, sed tamen parua est, plures enim Angeli, nonaginta nouem ones sunt iste, tu verò centesima, aderit tunc quoque in iudicio Deus omnium Pater, assidente Christo & præsente Spiritu sancto, non paruam damnationem, neque sine pœna esse putes, ô homo à tam multis condemnari.* Egregiè, vbi expendo sanctissimum Cyrill. terribilitatem Dei sententiæ non sumpsisse ab effectu, vt sic dicam, qui ipsam sequitur, nempe gehennam, aut aliud malum, sed ab ipsamet condemnatione, cum nulla equidem maior excogitari possit pœna, quàm indignissimum, quàm merito reprobatum, dehonoratum, & vilem, ac abiectum ab hominibus, ab Angelis, & quod caput est, à Patre, Spiritúque sancto iudicari, *nónne mallemus sæpe mori, quàm ab amicis condemnari?* rectè ait Cyrill. qualis ergo mors non solum ab amicis, sed à supremo condemnari Rege, sic supremus, vt cum illo summæ, & infinitæ assideant personæ, ita, vt nullus amplius sit recursus, nulla tergiuersatio

19. Damnati mallent ex inferno nõ exire, quàm in die iudicij Christi sententiam audire.

Concludam demum talem hanc sententiam in die iudicij paritura confusionem, tum dæmonibus, tum iniquis, ac maledictis, vt si eis daretur optio, mallent in inferno cremari, ac exinde non exire, quàm eam sustinere, & in cõspectu tãtorũ magnorũ reprobatos se audire; quod equidem nõ impropriè ex verbis illis eruitur Isaiæ c.9. n.5. iuxta lectionem LXX. qui vbi noster legit, *Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem*, ipsi, *quia omnem stolam congregatam fraude, & vestimentum commutationis restituent, & cupient ipsi igne esse combusti.* In quo loco secundum Hieron. Basil. & Rupert. de victoria Christi est sermo, in quo Christus dæmones expoliabit, trucidabit, ac ignibus deputabit sempiternis, vnde Hieron. inquit, *Quasi dicat Christus homines*

Isaiæ 9. n.1.

Hieron. Basil. Rupert.

A *potestate dæmonum eripiet, idque tam ægrè ferent dæmones, vt minus horreant gehennale incendium, quàm sibi prædam illam extorqueri*; At quia Christi completa tunc erit victoria, quando vltimam in die iudicij proferet sententiam, ni fallor & appositè de omnibus etiam iniquis exponetur, quando tunc in iudicio ad pondus omnia restituent, hoc est, soluent, iustissimè, sic Dei supremi iudicis tunc exigente sententia, & insuper talem ex ea concipient dolorem, talem ruborẽm, vt cupiant igne esse combustos, potius, quam illam audire, talis equidem fuit rubor ille, qui infelicem cooperuit Amanum iuxta LXX. lectionem, dum ex ore Regis improperium illud audiuit, scilicet, *& etiam reginam vult opprimere me præsente in* B *domo mea*, Esther 7. n. 8. in quo loco vbi nos legimus, *necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius*, LXX. *Aman autem audiens confusus est facie.* Quod similiter habet Chaldaica, & Complutẽsis supra ipsam mortem tale sustinens iudicium, talem infamiam, vt post sic ob illam æstimatus vir procax sic petulans, ac inuerecundus, vt reginam vellet opprimere, ac coram Rege domi eius eam dehonestare, plus equidem hoc persensit, quàm ipsam mortem, sic equidem sic tunc mali, amplius scomma illud persentient diuinum, illud scilicet repudium, *abite*, nempe *maledicti*, quàm ipsam gehennam, malintque ipsam subire, quàm illud audire.

20. Dæmones supra gehẽnam cõfessionem sententiæ de reprobatorum.

21. Mali in die iudicij quãtam persentient confusionem ex reprobatione,

C At si Dei tremenda sententia, quia supremi iudicis, quàm terribilis, si eius indaginem attendas, nunquid aliquid tui illud latere potest? *Congregabuntur ante eum omnes gentes*, ait Dominus, Matth.25. n.32. *& separabit eos ab* *Matt.25. n.31.*
inuicem, sicut pater segregat oues ab hœdis, in quo loco pulchrè petit Cyrillus vbi sup. quomodo agnoscit, vt separet, *quomodo autem exquiret? numquid de libro quaret, quæ sit ouis, & qui hœdus? aut ex rebus visibilibus discernet?* non equidem ex libro, optime respondet, sed ex lana, quémque scilicet diiudicans ex operibus. Hinc cum iudicium non ex libro, sed ex lana, hoc est, ex operum probatione impossibile vt aliquid eorum lateat, *Nónne lana*, ait Cyrill. *indicat ouem? pilosa autem duritiæ hœdum, ex amictu cognoscitur ouis, si autem pilosus inueniaris sicut Esau asper in pilis, & vilis in mẽte, eris inter eos qui statuentur à sinistris.* Egregiè, non librum intuens Deus sentẽtiam proferet, sed tua, cum quibus nudè coram illo apparebis; hinc nil illum latere potest, sed omnia manifesta, quia eius iudicium non humanum, sed diuinum, ab illo enim fauore, potentia, casu multa occultantur, vnde ei non subeunt, quia non manifesta, vt rectè Lactant. de ira Dei, c.10. at in diuino nil latet, sic vt si statim quod humano iudicio occultum Deus plecteret, nullus esset viuens, nullus qui pœnas non daret æternas. *Leges publicæ manifestos reos damnant*, ait Lactant. *sed plurimi sunt quorum peccata occultantur, plurimi qui delatorem comprimunt aut precibus, aut præmio, plurimi qui iudicia eludunt per gratiam, vel potẽtiam, quod si eos omnes, qui humanam pœnam effugiũt, censura diuina damnaret, esset homo aut rarus, aut nullus in terra.* Sic omnia Dei oculi perui-dent, vnde eleganter admonet Aug. serm.46.

22. Dei sententia tremẽda quia nostri, nil illi latere potest.

23. Vnde Deus peccatores in iudicio cognoscet non esse ex ouibus,

Lactant.

24. A Dei iudicio nullum secretum peccatum.

de verbis Domini, antequam quis peccet, prius ei locus quærendus, vbi à Deo abscondatur, quod si impossibile, durum coram oculis tantæ peccare maiestatis, *Ipse timendus est*, inquit, *in publico, ipse in secreto, procedis? videris; lucerna ardet? videt te; lucerna extincta est? videt te; in cubili intras? videt te; ipsum time, cui cura est, vt videat te, & vel timendo castus esto, aut si peccaueris, quare vbi te non videat, & fac quod vis.* Egregiè, & notanda illa, *ipsum time cui cura est vt videat te*, non solum videt omnia, quia infinitæ est perspicacitatis, sed quando non esset, ob infinitam solertiam, qua omnia perspicit tua, omniáque scrutatur, cum sic omnia rimatur diligẽter, ac si nil aliud Illi curæ esset, nil aliud præter te attenderet, non solum externa, sed interna perspiciens, non solum facta, sed cogitata, quod eleganter dixit Ambros. serm. 1. in Psal. 118. arguens eos fornicarios, qui putabant in occulto, & noctu Deum, quæ fiebant non prospicere, *Quomodo te in lupanari non vidit Christus, quando te vidit qui adulterando in corde tuo te ipsum lupanar fecisti.* Si ergo corda scrutatur, & inspicit, quomodo opera effugient, ex quo, vt verum dicam, qui hoc scientes peccant, potius asserendum ipsos Deum non credere, quàm sic credere, & peccare, vt præclarè sanctus Paphnutius Tharsi dixit meretrici, vt habetur in vitis Patrum, in eius vita, positus enim Sanctus in eo cubiculo vbi ordinariè Tharsis se cum hominibus commiscebat, ad eam, sic ait: *Si est interius cubiculum ad illud eamus*, cui illa, *est quidem, sed si homines vererie hunc nullus ingreditur, si verò Deum, nullus est locus, qui diuinitatis eius oculis abscondatur.* Cui statim senex, *& tu scis esse Deum?* cordate, quidem, cum impossibile appareat scire oculos tantæ maiestatis assistentes & simul peccare, infandáque peragere.

15. Peccator aut nõ peccet, aut si peccare vult quærat prius locum vbi à Deo abscõdatur, si possibile; quod cum non sit durum coram Deo peccare.

16. Dei solertia in nostra indagando. *Ambros.*

Vita Patrum.

17. Deũ nescit, qui audet peccare.

Hinc, qui talia agunt peiores sunt ipsis Ethnicis; isti enim teste Cyrillo Hierosolymitano, catech. 4. vnum Deum verum ideo negabant, vt Deos haberent, qui eorum facta non prospicerent, quo liberius absque reuerentiæ timore peccarent, vnde alij solem pro Deo, quia quæ noctu non aspiciebat, alij lunam, quia non quæ interdiu, *Cum aberrauerint*, inquit, *quidam ab vno Deo, alij quidem solem ponebant, vt occidente sole noctis tempore sine Deo essent, alij vero lunam, vt in die Deum non haberent.* Pulchriùs, *vt sine Deo essent*, infandum æstimantes Deum esse credere, & peccare, surgent isti, & malos condemnabunt Christianos, qui & Deum esse credunt, & sic tamen enormiter peccant, oculos sublimis illius maiestatis non verentes, non extimescentes.

Cyril. Hieros.

18. Gentiles ideo varios Deos admittebant, qui eos peccantes non prospicerent.

19. Gentiles in iudicio malos cõdemnabũt Christianos.

Condemnabunt etiam isti pessimos illos hæreticos, Iolhardos dictos, qui & si Deum esse credebant, tamen teste Trithem. in Chronic. anno 1313. negabant ipsum scire, quæ sub terris, quæ in subterraneis fiebant, vnde percontata vna ex istis puella, vt refert Sanderus hæresi 163. an esset virgo, *super terram*, respondit virgo, *sub terram minime*, stolidi, & insani, Deum asserentes, & simul illum negantes, dum suprà eius scientiam terram imponentes insciẽtem eum faciunt, ac proinde nec Deum,

Trithem.

Sanderus.

30. Hæretici qui dicebã Deum nescire quæ fiebant in specubus.

A similes senibus illis Israël, de quibus Deus apud Ezech. c. 8. n. 12. conqueritur dicens, *Videt fili hominis, quæ seniores Israëlis faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui, dicunt enim, non videt nos Dominus, dereliquit Dominus terram.* Sic profecto insipientes isti, subterranea putabant Deum dereliquisse, ac proinde non videre, nisi cum Ambros. vbi suprà diximus, *ipsos noluisse credere, ne possent cauere.*

Ezech. 8. n. 12.

Ambros.

Et vt hoc tandem adiungam, & si extra rẽ, tamẽ, quia se occasio offert, nec sciam si alibi, certè totus obstupeo admirans, quomodo cordatus quisque, ac sanæ mentis homo, immo & eruditus, ac bonis refertus literis, vt multos videmus, & peccatis nostris inspicimus, in hæresim aut labi, aut permanere possit, cum quando cæteræ deessent rationes, vna hæc sufficeret, stoliditates, insanias, deliramenta, somnia ridicula, ac prorsus bestialia aspicere, quæ isti ab inde, à principio nascentis finxerunt Ecclesiæ, & simul, quod nihil nisi graue, nisi solidum, nisi maiestate plenum, nisi firmũ, nisi stabile, nisi cohærens sancta Mater semper tenuit, ac prædicauit Catholica Ecclesia: quæ prudens ratio non sic discurreret? ego extra Catholicam Ecclesiã sum sicut isti, Catholica, quam auersor, vnum semper dixit, vnum docuit, vnum tenuit, nunquam quod semel firmauit, respuit; è contra, qui extra illam vti ego, nunquam eadem, nunquam conuenientia, & ad hæc multa, quæ cachinno digna, vti de qua nunc agimus; vnde ergo securus ego, quod non sic errem, in quibus affero, sicut illi, cum extra illam sim Ecclesiam, quæ semper idem asseruit, Deum testor viuũ, & verum, quod nisi Catholicus essem, post decursas hæreticorum opiniones, quas appositè percurri, vt attenderem, qua ratione, quo discursu, quo probabili argumento essent decepti, Catholicus fierem, sic nefanda asserunt aliqui ex illis, sic stolida, sic turpia, sic insana, sic delira, vt prorsus si essent bestiæ non amplius discurrerent, immo per Deum peto, qui hæc legerit, si fortè vnus ex illis, vt semel ad totam attendat hæresum congeriem, totámque simul iungat, & aspiciet, sole clarius, quid Dei perfidus inimicus per illas efficere intentarit, cum si simul omnes sumas, inuenies, nec Deum, nec Trinitatem, nec Christum, nec Ecclesiam, nec paradisum, nec gehennam, sed tantum solum diabolum superesse, quod facillimè probarem, nisi aliò me alia vocarent. Vnde si ex parte diaboli vult se non agnosci, immo si eius partes defendere recusat, ad eam confugiat Ecclesiam, quæ solum diabolum cum eius sequacibus exterminat, solum verũ Deum, eiúsque filium Iesum Christum agnoscit, adorat & veneratur; ad rem ergo reuertentes terribilis Dei sententia ex indagine, & quia omnia videt.

31. Hæresis quam vitæ indigna cordato.

32. Quis diaboli finis per eam.

At quid si eius attendes subtilitatem, seueritatémque, pende quæ hic cum amicis agat, vt rubiginem ab eis expoliet peccatorum, & inde erues quæ cum inimicis. *Artifex Dei misericordia*, Faustus ait Regiens. epist. 1. *nostram exutit paterna sedulitate rubiginem, & nos elimat paterna solertia.* Hinc Tertul. lib. 4. contra Marc. c. 35. pulchrè appellat Christum

33. Dei reuerẽtia extimescenda ex seueritate.

Faust. Regiens.

Tertul.

Digitized by Google

Pontificem authenticum humanarum macularum climatorem, affirmans ideo decem leprosos mundasse in via, antequam ad sacerdotes peruenirent, Luc.17. *Quia ipse erat authenticus Pontifex Dei patris, inspexit illos secundum legis arcanum significantis Christum esse verum disceptatorem, & climatorem humanarum macularum.* Ergo omnes illæ castigationes, omnes illæ mortes, occisiones, depræda-

34. Christus Pontifex authenticus maculas elimans Ecclesiæ.

tiones, labores, & ærumnæ Dei amicorum, quas latè horrendas in Scripturis inuenies, non amplius fuerunt, quam expolitiones à paterna sedulitate, à paterna emanatæ solertia, vt Faust. aiebat, *vt diuina animi pulchritudo*, sicut ait Nissenus lib. de virginit. *quasi ferrum rubigine vitij consumptũ expoliretur.* Sam-

35. Dei iudicia extimescendum ex illis quæ cum suis exercet iudiciis.

Nissen.

sonis ergo captura, oculorũ effossio, in pistrino demolitio, ludibrium tandem, & mors expolitio extitit. Heli pontificis confractus interitus, filiorum machera, sacerdotij priuatio, totius domus dirutio, expolitio; Dauidis in vxoribus fœda deturpatio, filiorũ occisio, terribilis pestis, filij rebellio, expolitio; Deus bone, quid erit punitio, quando sententiam fe-

36. Quam sæuere leuia quæ videtur puniat.

ret, non vt expoliat, rubiginémque auferat, sed vt cremet, vt vrat, vt secet, & hoc non vt pater, sed vt inimicus?

Attende seueritatem, qua humano iudicio minima plectit, & expauesce quando grandia

Machab. 12, n. 13.

considerares, Machab. 12. n. 13. non plus inuitatus, immo coactus egit ille quam sine veste accedere nuptiali, intérque tantos desidere

August.

sordibus candidatos; vnde rectè August. cõtra aduersarium legis, & Prophetarum, lib. 1. c. 6. tom. 6. *Puto*, ait, *si humana consideratione ista metiamur, huic aliquantulum sufficere debuit erubescere*; & tamen ligatis manibus, & pedibus proiici iubetur in tenebras exterio-

Matth. 5. n. 22.

res, quid seuerius? deinde Matth. 5. n. 22 quid leuius, quàm fratri dicere, *Fatue?* & tamen qui ita dixerit, *Reus erit gehennæ ignis*, admirabile; *quis autem*, addit August. *per singulos artus, immo per singula corporis frusta, paulatim, atque minutatim viuens, & sentiens dilaniari, consumique non maluisset, quam gehennæ ignibus mancipari?* Adde tandem vltimam sententiam, qua in ignem exterminabit Deus malos æternùm, si attendas, non mala positiua recensebit, non peccata grandia, non enormia, sed negatiua, sed quæ non multi videntur ponderis, *Esuristi, & non dedisti mihi manducare,*

Matt. 25. n. 41.

Matth. 25. n. 41. quod ponderans idem Aug. ait: *Ecce pro esca temporali non ablata, sed non data, æternum, & horrendum supplicium comminatur.* Quid ergo quando grauia, quando grandia iudicabit?

Quibus adde formidabiliorem illam efficere, dum punit quod præmio, absoluer,

57. Dei sententia formidabilis absoluens quod malum homo, puniés quod bonũ iudicat.

quod pœna hominibus dignum videtur, cum ibi malum Dei oculi aspiciant in quo humani cæcutiunt, de qua re sexcenta in Scriptura adsunt exempla, Genes. 17. n. 17. eadem promissione audita, *risit* Abraham, vt Sara, Genes. 18. n. 10. & tamen Sara reprehenditur, & condemnatur, Abraham verò absoluitur, quis hominum hoc ferret iudicium, aut cuius oculi illud aspicient malum intus in Saræ risu latens, quis penetrabit, vt ait August. quæst. 36. in Genes. Abrahæ risum ex gaudio, Saræ ve-

Genes. 17. n. 17.

Ibid. 18. n. 10.

August.

rò ex dubitatione, *quare istam redarguit Dominus, cum & Abraham riserit*; sanctus ait Patet, *nisi quia illius risus admirationis, & lætitiæ fuit, Sara autem dubitationis?* Abimelech, & Pharao, ambo vxorem Abrahæ eripuerunt, nihilominus vnus punitus, tanquam adulter, Ge-

58. Sara risus cur reprehensus non vero Abrahæ.

Genes. 12. n. 17.

Genes. 12. n. 17. alter vt innocens absoluitur,

Gen. 20. n. 16.

Gen. 20. n. 16. mirum cum Pharao, sicut Abimelech sororem æstimauit eam Abrahæ, n. 18.

Ibid. 20. n. 16.

Ibid. n. 18.

Vocauitque Pharao Abraham, & dixit ei, quidnam est hoc quod fecisti mihi, quare non indicasti quod vxor tua esset, quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem?

Ambros.

hanc quæstionem mouet Ambros. lib. 2. de Abraham, c. 7. eámque dirimit, quia & si ambo non putassent quoad adulterium, cum ambo ignorassent esse vxorem, tamen Pharao peccatis onustus, & sceleribus, Abimelech verò sanctus, & innocens; hinc inæqualibus existentibus meritis, inæqualia necesse vt essent iudicia. *Verum cum Ægypti Regem noueris ducem fuisse vitiorum*, ait Ambros. *qui quo plus habuerit licentiæ, eo plus flagitij commiserit, Abimelech autem & fidelis æstimatus sit à Deo, non est dubium cæteris operibus Pharaonis indignationem Domini esse reuocatam, qui verè interioris arbiter est conscientiæ, & animi, ac mentis interpres.* Ergo in Pharaone vidit Deus, quæ oculi non poterant humani, & licet re non esset adulter cum Sara, erat cum aliis, & nisi flagellaretur, non dimisisset, & si virum habere resciisset, vnde & si par in errore cum Abimelech, nõ par in vita, & ne adulterium committeret, mulierémque dimitteret, non admonitiones suffecissent, sed verbera; vt hinc intelligas quanto iudicij discrimine necesse sit iustum, ac peccatorem à culpa remouere, cum ad vnum admonitio sufficiat, ad alterum vero vix ipsa flagella. At quid si Oseæ iudiciũ pensites, morte luit, quod nullus nisi maximũ iudicaret famulatum, 2. Reg. 6. n. 7. at Deus talem temeritatem, vt maxima eius indigna-

39. Quid necesse vt peccator à culpa præseruetur.

2. Reg. 6. n. 7.

tione dignam, insuper & morte iudicaret, ô Dei iudicium terribile, morte dura, repentina, ac publica, ob quod & ignominiosa, vnum punit opus in quo propemodum in infinitas dissecti sunt opiniones authores, vt malitiam inueniant, & adhuc qualis fuerit, ignoratur. Alij impuritati eius illud tribuũt, quia ab vxoribus ea nocte non se continuerit; alij quia humeris debuerat portare Arcam, & non bobus committere; alij quia non sacerdos, sed leuita, cui nõ licitum arcam tangere; alij quia nudam eam aspexit; alij quia festinatò, & irreuerenter eam tetigit, cum non necesse; alij quia de Dei potentia diffidit, quasi ipse se ne caderet continere non posset; alij demũ, cum nulla prædictarum arrideat opinionum aliam commenti affirmant nec sacerdotem, nec leuitam fuisse, atque ob id punitum, & tamen cum vix ingenium delictum in illa actione reperiat humanum, diuinum tale reperit, vt sicut dixi maxima dignum indignatione iudicauerit, *Fratésque est indignatione Dominus, & percussit Oxam*, qui modus loquendi iteratus, semper maximum quid in Scripturis significat; quis ergo eius sententiam non timebit, quis tale non formidabit iudicium; vnde re-

40. Oseæ peccatum quale.

Petr. Dam.

tè Petrus Damian. lib. 7. epist. 11. admirans, *mian-*

41. Sæpe odio inueniũtur digni, qui putantur amore.

S. Gallus.

Multi, nempe, ait, *falsæ pietatis errore decepti, vnde se placere Deo insipienter autumant, inde aduersus eum crudeliter pugnant, & ex eo merentur iram, vnde se adepturos opinati sunt gratiam;* quod amplius tremendum apparet, si quod hîc nunc, & in hac euenit vita consideres, vt rectè admonet, & ponderat sanctus Gallus in quadam oratione habita Constant. Biblioth. Patrum, tom. 6. part. 2. dum multi reprobantur, qui maxima digni videntur approbatione, multi è cõtrà approbãtur, qui omni reprobatione; *Sed nõ mirum,* ait, *cunctis sapientibus quotidianum Dei iudicium formidandum est, quo & quosdã probandos dispensatorie reliquit in mundo ad tempus, quosdam verò hic iustè condemnatos, obliuiscitur in perpetuum, alios quoque diu iacentes in criminibus manu misericordiæ suæ leuat, alios autem de peracta iustitia præsumentes facilè passioni concedit.* Quæ vltima ponderanda, legimus, audiuimus, immo & vidimus post sæcula in virtute strenuè peracta cedros Libani ruere miserè, & in profundum barathri decidere, qui per æthera volabant; sicut è contra, qui in stercoribus, in croceis postea viuere omnia Dei iudicio rectè dispensante, iustè determinante, prorsus ignorante humano; vnde rectè idem admonens sequitur, *Quocirca sub his Dei iudiciis vnicuique in hac vita metuendum est, vt in futuro iudicio ab omni metu peccatorum, & mortis absolui mereatur.*

42. Dei terribile ac verẽdũ iudiciũ in electione aut reprobatione hominum.

43. Terribilis Dei sententia qua nos iudicabit, sicut nos alios iudicauimus.

Adde vltimum, & maximum, non dico formidabilem, sed horrendam Dei esse sententiam, cum nos non ex censu tantum iudicabit peccatorum, sed ex nostro iudicio, istud nobis ob oculos ponens, immo & sibi, vt sic nos iudicet, sicut nos alios iudicauimus, quod iudicium graue, quod inexcusabile, quodque tandem ineuitabilem, & magnam importans additionem, appellauit Chrysost. hom. 3. ad populum. *Non enim tantum à peccatorum natura, sed ex iudicio de aliis nostro sententiã Deus proferet,* Chrysost. ait, *non enim quale fuit peccatum tale illis in futurum apparebit, sed quandam magnam, & ineuitabilem additionem à iudicio in conseruum facto accipiet.* Pende, quàm durè, quàm acriter, homo in conserui peccata fert iudicium, quam tu durissimè etiam pende aliquando in ea exiteris animatus, & time: nam nescio quomodo malo fato ordinariè duri in aliorum inuenimur peccata, mites in nostra. *Vehementer admiror,* ait Nissenus in oratione de eis, qui durius alios diiudicant,

Chrysost.

Nissen.

44. Homo austerus in aliorum iudicio, mitis in suo.

quomodo isti, qui natura perturbationibus obnoxia, voluptatúmque studiosa circundati sunt, quique tum dormiendi, tum edendi, atque iisdem cupiditatibus incitari se sentiunt ac vos, iniquiores se, ac duriores in eos, qui peccant iudices præbeant, sibique pugnatores infirmi tam facile indulgeant, in alios autem arbitri esse velint inexorabiles. Quot verba, tot gemmæ, vnam eandémque naturam cum reliquis possident, iisdémque subduntur necessitatibus, iisdémque impugnantur vitiis, nisi mauis fœdioribus, succumbunt, decidunt, tanquam *propugnatores infirmi,* quod cum sit, indulgentissimi sibi, arbitri, tamen in alios reperiuntur inexorabiles, quid amplius mirandum. En tibi Dauid in exemplum, 2. Reg. 12. n. 12. *Iratus indignatione aduersus hominem illum nimis, dixit, viuit Dominus quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc, ouem reddet in quadruplum.* Expende singula, peccatum non erat vlterius, quã auaritiæ, damnum proximo illatum vna occisa ouis, succubuit passioni, suis parcens, inuadens alienum, quod commodè resarciri poterat, & tamen indignatione irascitur, in furorem resoluitur, fulmina iacit, mortem determinat, & ad hæc pœnam quadruplicẽ; quid agis Dauid? *Nónne vides, quod propriis verbis,* vt cum Nisseno dicam, *tanquam dentibus acutissimis te configis, leniora fac aliorum pondera, ne in eadem damnationis trutina actiones tuæ deprimantur, quando vita tua tanquam in lance Dei iudicio examinabitur.* Nil horum frater homo attendit, sed sibi indulgentissimus, arbiter tamen in alios inuenitur inexorabilis: occidatur, mactetur, dilanietur Ammon, qui sororem obstupraui Absalonis, attamen viuat ipse, & ad regnum euehatur, qui patris vxores, qui materteras fœdè delusit, sic iudicio de fratre decernens humano, sic crudeliter in alios desæuiens, quid ergo quando ad peccatorum pondus, nostri iudicij etiam Deus addit, nónne, vt Chrysost. ait, magna fiet additio? in immensum durities diuinæ excrescet sententiæ?

45. Dei sententia timenda quia omnipotens ad effectum eã ducendũ.

Iosue 10. n. 13.

Tandem terribilis ea, quia omnipotens, vt ad effectum ducat quod determinat, quod decidit, sic, vt si necesse ipsam mundi, ipsam totam reuoluet cæli machinam, tanta facilitate, vt non opus sit manum extendere, sed imperare, solem stare fecit, & lunam ad imperium hominis Iosue 10. n. 13. vt sententia de Palæstinis executioni mãdaretur. nunquid, vt hoc faceret manum admouit? sufficit per seruum suum iussisse, sic omnipotens est, immo & sine iussu, cum tantum voluntas sufficiat, quod elegantissimè obseruat Tertullian. lib. 4. contra Marc. c. 35. de decem leprosis à Christo Domino mundatis dum irent ad Sacerdotes, imperatáque facerent, Luc. 17. adnotans mundatos sine tactu, sine iussu, sine voce, *Sine tactu iam,* ait, *& sine verbo, tacita potestate, & sola voluntate,* in quo vti Deus operabatur, ideo non sicut eius vicarij, qui & voce, & tactu necessitabant, vnde sequens adiungit ipse. *Cum aliter Dominus per semetipsum operatur, siue per Filium, aliter per profanos famulos suos, maximè documenta virtutis, & potestatis, qua vt clariora, & validiora quia propria, distare à vicariis sui est.* Hinc Iosue voce, & impetio opus; at non Deus, sola potestate, sola voluntate quod vult perficit, quod vult executioni mandat, ea facilitate, qua qui verbum profert; immo facilius Deus operatur, quàm quis verba promit, quod mysticè considerauit Bern. hom. 4. super *Missus est,* in illa verba Angeli, *Non erit impossibile apud Deum omne verbum,* aduertens Angelum non dixisse omne factum, sed omne verbum, quasi facilius Deo sit efficere, quam hominibus loqui, *non ait Angelus,* inquit Bernard. *omne factum, sed omne verbum, an idcirco posuit verbum, quia quàm facilè possunt homines loqui quod volunt, etiam quod nullatenus facere possunt, tam facile, immo incomparabiliter facilius, valet Deus opere implere, quidquid illi verbo valent exprimere.* Quod excellenter exemplificat de mysterio de quo agebat, cum

Tertul.

46. Deus sine iussu, sola voluntate efficit, quidquid vult.

Bern.

47. Deus operatur facilius quàm homo loquitur.

2. *Reg.* 12. n. 12.

Digitized by Go

multo facilius Deus efficere potuit, vt virgo generaret, vt post partum virgo permaneret, vt sterilis pareret, quàm prophetæ illud prædicere tantum. Ergo cum sententia illius sit iudicis, qui sola voluntate ad effectum eam deducere potest, quàm sit extimescenda maximè constabit.

§. II.

De irreuocabilitate Dei sententiæ.

TErribilis ergo Dei sententia, ac sola extimescenda, quia à supremo iudice, solerti, peruigili, subtili, seuero, potentissimo, adde nunc irreuocabilitatem, æternitatémque, & ad timorem nil amplius desideres.

Mira profecto prædicant sancti de instantanea Dei ira, omnes vna voces asserentes, Deum semper misericordem, semper benefícum; at si quando irascitur, vix hoc ad momẽtum, Psal. 29. *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius*, vbi Hieron. ex Hebræo, *ad momentum est ira eius, & vita in repropitiatione illius*; immo aliqui distinguentes iram ab indignatione, illam faciunt subitum, & præcelerem motum, indignationem verò diuturnum, & grauiorem, vnde sensus, *ira in indignatione eius*, hoc est, tota Dei indignatio non est amplius, quam primus iræ feruor ad momentum durans, vnde prædictum Psalmi locum sic interpretatur Vatab. *Momentanea est ira eius, vita vero in beneplacito illius, id est, benenolentia per totum vita tempus permanet.* At cum hoc velim scias instantaneã Dei esse iram, quando tu non inflexibiliter peccas: nam si semel te in æternum peccare animaduertet, & in æternum, & ipsum irasci intellige, quod eleganter mouet, & sic soluit hanc quæstionem, Lactant. de ira Dei, c. 21. asserens immortalem, & mortalem Dei esse irã, hoc est, æternam, & instantaneam, immortalem in pertinaces, & duros, instantaneam in molles, & deuotos: *Nam si prorsus immortalis fuisset ira eius*, ait, *non esset satisfactioni, aut gratiæ post delictum locus, cum ipse homines ante solis occasum reconciliari iubeat, sed ira diuina in æternum manet aduersus eos, qui peccant in æternum.*

Ex hac quippe doctrina, quæ verissima, quæ solida, illud elicere velim, vt nemo misericordiæ Dei sic fidat, nemo momentaneæ eius iræ, sic aliquando illud audiet, vt non simul intelligat, sic perennem, sic durum, sic æternum in ira aliquando Deum, vt nulla ratione, nulla oratione, nulla moueatur compassione, quando absolutè, & definitè in æternum irasci statuit; sic vt tam longè ab effectu sit compassiuo, vt si te excruciari, ac cremari videat ipse cantet, immo ad tuarum lachrymarum gemituúmque sonum tripudiet; vnde cum contra inimicos sic animatum aliquando Dauid, Psal. 77. n. 65. Deum vidisset, affirmat sic eum aspexisse veluti hominem excitatum à vino, *Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino*, in Hebræo est כתוכב *mithropen*, hoc est clamans, siue exultans, siue cantans præ lætitia à vino concepta; quod expressius habetur Prouerb. 1. n. 36. *Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis aduenerit*, in quo loco variæ sunt lectiones illius particulæ *in interitu vestro*, quòd omnes satis ad rem nostram faciunt; nam aliqui ex Hebræo legunt *in fractura, vel contritione*, LXX. *in perditione*, Aquila *in inundatione*, Symmach. *in collocatione*; quæ omnia ad pœnas siue temporales, siue æternas, quas impij sustinent eleganter accommodari possunt, cum siue isti hic magna contritione frangantur, siue in æternum deperdantur, siue mala in ipsis inundent, siue in æternum in infernum sub potestate diaboli collocentur, semper Deus ad eorum malorum afflictionem, ad eorum voces, lamenta, & luctus tantum abest vt compatiatur, quin immo *ridebit*, seu vt August. legit in Ioan. tract 33. *super ridebit*, hoc est, risum risu excipiet, exultans præ gaudio, cum voluptate accipiens de peccatis satisfactionem, & cum tripudio suam exercens indignationem, ex quo profecto euenit, vt cum nunquam compatiatur, sed semper lætabundus existat, nunquam misereatur, ac sic in æternum irascatur, & irreuocabiliter puniat, ac flagellet, quid durius? quod idem considerans August. lib. de spiritu, & anima, tom. 3. grauiter eloquens sic ait: *Si enim post tot millia annorum, quot capillos habuerunt omnes quicunque fuerunt, & erunt, pœnas finiri sperarent, multo melius eas sustinerent, sed quia spem non habent, nec habebunt, desperatione deficient, & ad tormenta non sufficient.*

At vt oculis hæc Dei sententiæ irreuocabilitas, siue æternitas cernatur, simúlque obstupescamus, operæpretium erit aliqua expendere ex sanctis exempla, quibus hoc expressius cernitur, vt quanta postea immobilitate Deus in æternum puniat trementes agnoscamus.

Sit primum Israëlitarum, de potentia Dei diffidentium, ingressum ob hoc terræ sanctæ retractantes, Num. 14 quibus in pœnam Deus iurauit nullum ingressurum terram præter Caleb, & Iosue, omnésque in solitudine morituros, & non ante filios eorum ingressuros, nisi post quadraginta annos, semel dixit, numquid pœnitentia, lachrymis, animo in contrarium exposito sententiam mutauit? nil minus, Deuter. 1. n. 41. *Respondistis mihi*, ait Moyses ad populum, *peccauimus Domino, ascendemus, & pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster.* Et cum ascendissent, & cæsi ab Amorrhæis cecidissent, *& coram Domino ploraretis*, inquit Propheta sanctus, *non audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere*, mirum si quid pœnitentia apud Deum possit considereres, mirum si quid lachrymæ, *vbi lachryma, ibi exorabilis Dei clementia*, ait diu. Antioch. hom. 67. de compunctione, quod non mirum, quia vt inquit August. serm. 11. ad fratres in Erem. *Passionis Christi est vicaria*, hinc vt Petrus ait Cellens. lib. de Patribus, c. 12. *Sententiã quandóque rapit etiam ab ore iudicis*, immo vt Chrysost. hom. 6. in Matth. *Soluit repente sententiam, veniámque consequitur*, & tamen sic immobiliter in sententia Deus sterit, vt nec per quadraginta annos eam mutauerit, nil incommoditatis, ærumnarum, miseriarum, calamita-

47. Cantabit, & tripudiabit in pœnis malis infligendis.

48. Dei ira ad momentum durat.

49. Est immortalis, & mortalis.

50. Deus aliquando immobilis in ira, & inflexibilis.

51. Exẽpla inflexibilitatis Dei sententiæ. *Num.* 14.

52. *Deut.* 1. n. 41.

53. Lachrymarum vis quanta non tamen proficiunt quãdo sententia firmata. *S. Antioch. Petrus Cellens. Chrysost.*

Psal. 29. *Hieron.* *Vatab.* *Lactant.* *Psal.* 77. n. 65. *Prou.* 1. n. 36.

Digitized by Google

tum eorum miſeratus, nec præter duos dictos, vllus eorum amplius ſit miſericordiam conſecutus.

Sit ſecundum Heli ſacerdotis, cui Deus ſententiam mortis filiorum, ſacerdotij priuationem, domus deſolationem interminauit, ſic vt dicat, 1. Reg. 3. n. 14. *Idcirco iurauí domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vſque in æternum*, vbi *pro iniquitate*, pœna iniquitati eius debita intelligitur, vti affirmat Lira, Abulenſ. Salianus, & ex multis Scripturæ locis probat hic Mendoça, mirum, & maximum ſi quæ includebant illa conſideres, ſeu quæ repræſentabant, *ſanguinem nempe Chriſti*, vt Auguſt. quæſt. 25. Numer. affirmat; ergo-ne nec ipſe Chriſti ſanguis, qui inimicis, & ipſis profuit crucifigentibus, vt ait idem Auguſt. in Pſal. 58. *Chriſtus*, ait, *ſic voluit mori, vt ſanguine ſuo effuſores eiuſdem ſanguinis redimeret*, qui eſt pretium animæ, vt rectè Euſeb. hom. 6. de Paſcha, ſic dicens: *Magnum mihi eſt de Deo, quod eſſe me ſentio opus ſuum, ſed multo plus eſt, quod tranſiſſe ipſum video in pretium meum, quandoquidem tam copioſo munere ipſa redemptio agitur, vt homo Deum valere videatur.* Cuius minima gutta ad totius generis humani redemptionem ſatis ſupérque eſſet, vt D. affirmat Th. quodlibet. 2. art. 2. *Si ergo loquamur*, ait, *de redeptione humani generis, quantum ad quantitatem pretij, ſic quælibet enim paſſio Chriſti, etiam ſine morte ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis propter infinitam dignitatem perſonæ*; qui tandé cum omnibus peccatis comparatus, hæc quaſi mométum ſtateræ coram illo inueniuntur, vt egregiè Bern. hom. 3. de duobus diſcipulis euntibus in Emaus, *Cum adhuc tamẽ*, dicens, *in cruce erectus ſtaret, vacillare videbatur ſtatera, nec plene cognoſcebatur, qua cadere deberet, cum inclinato capite emiſit ſpiritum, tunc calamitas preponderando cadens, quaſi arena maris hæc grauior apparuit: gentes quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt, nam in ſtatera ceciderunt, quia partes aduerſæ damnationis noſtræ chirographum amiſerunt.* Et tamen cum hoc ſit, ſic irreuocabilis, ſic fixa cum Heli Dei extitit ſemel probata ſententia, vt iuraret nullis infirmandam victimis, nullis reuocandam ſacrificiis.

1. Reg. 13. n. 14.

Lira. Abulenſ. Salianus. Mendoça. Auguſt.

Euſeb.

S. Bern.

Sit tertiũ, vltra quod amplius mea ſentẽtia progredi nõ poteſt. Moyſis ſanctiſſimi, qui facie ad faciẽ ipſum videbat, qui cũ ipſo tanquã cũ amico ſæpe loquebatur, qui ligatũ ab illo planè ſe confitebatur, qui ſic cum illo potens, vt non ſemel, nec bis, ſed decies cum populo eum placauerit, qui alterum Deum ipſum cõſtituit Pharaonis, qui ex Dei gratia, & amicitia Dominus videbatur terræ, & elementorum, qui tandem vitæ, & mortis, & cum hoc tamen ob peccatum, non equidem grande, & mortale, ſed leue, & veniale, vt ſentit & rectè Abulenſ. in c. 20. Numer. quæſt. 5. & inſuper ex nimio zelo licet indiſcreto commiſſum, & à duritie, & malignitate populi exagitatus, ſic, vt ipſe eius peccati cauſa extiterit, vnde Abulenſ. *Præmagna incredulitate, & rebellione populi non potuit zelum excedentem continere, quin prius obiurgatus fuiſſet, & ſic populus fuit cauſa peccati Moyſis de quo ipſe conqueritur Deuter. c. 1. n. 37.* & tamen cum hoc eſſet, ſic

55. Peccatum Moyſis leue non graue.

Abul.

A firmiter, ſic irreuocabiliter, ſic immobili eum mulctauit ſententia, vt licet ab amico impenſe, deuote, efficaciter rogaretur, non ſolum retractationem non reportauerit, ſed iram, ſed indignationem, quod profecto non ſine magna audiri poteſt admiratione, non ſine prægrandi ſtupore, Deut. 3. n. 23. *Precatúſque ſum Dominum dicens, Domine Deus, tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuam, manúmque fortiſſimam, neque enim eſt alius Deus, vel in cælo, vel in terra, qui poſſit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ, tranſibo igitur, & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem iſtum egregium, & Libanum.* Deinde orationem, & affectum impetrandi aſpicies, à beneficiis acceptis eam ſtruit, quod præclarum motiuum concedendi magnanimis, vt inquit Abulenſ. hic quæſt. 6. *Vult perſuadere Moyſes hoc Deo*, ait, *narrando beneficia, quæ ab eo acceperat, & eſt optimus modus perſuadendi, ſi quis ab auaro, vel illiberali aliquid recipere velit, oportet obligationem ad perſuaſionẽ adducere, ſi autẽ à magnifico, vel magnanimo beneficia accepta, quia magnanimus libenter audit ſe dediſſe & non accepiſſe*; cũ hoc tamen, & ſi talis, tantúſq; orauerit, & ſic impensè amicus, audi reſponſum, & contabeſce, *Iratúſque eſt Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, ſed dixit mihi, ſufficit tibi, nequaquam vltra loquaris de hac re ad me.* Mirum, & maximum, ille Moyſes non exauditur, qui, vt ait Philo, lib. 1. de eius vita, tantæ erat magnitudinis, vt nouum videretur miraculum, & ignoraretur an eius eſſet mens humana, an diuina, *ſtupori fuit omnibus*, ait, *familiaribus, tanquam nouum naturæ miraculum, incertis qualis mens habitaret in eius corpore humana-ne, an diuina.* Ille qui ſecundum Caiet. Exod. 23. n. 20. & 21. Angelus erat Dei ab eo miſſus, vt populum duceret, & tamen non exauditur, ſententiam reuocare non poteſt pro ſe orans, ac pro delicto, nec graui, nec magno, quis adhæc non trepidabit? quod equidem ſanctus pater conſiderans Baſil. in Proœmio libri Ethicorum totus expaueſcens grauiter ſic ait: *Quoties igitur animo mecum Moyſen ipſum intueor Dei miniſtrum, magnum illum virum, cui talis à Deo, ac tantus fuit honos delatus, magnificáque adeo ſumma virtutis data teſtimonia, vt audire promeruerit illud, Noui te præter cæteros, & inueniſti gratiam coram me, hunc ipſum quoties conſidero ad aquam contradictionis, nullam aliam ob rem, niſi quod tantummodo dixerat populo propter aquæ penuriam murmuranti, num de petra hac aquam vobis poterimus eiicere? hac ſola de cauſa, confeſtim fuiſſe denunciatum, non ingreſſurum illum in terram promiſſionis, quæ omnium, quæ Iudæis promiſſa fuerant erat tunc caput; quoties igitur orantem hunc video, & nihil exorantem, quotieſque reputo mecum nihil ei prodeſſe potuiſſe præclara adeo multa, quæ fecerat, vt veniam tam breui verbo impetraret, vereq; vt eſt apud Apoſtolum ad Rom. 11. rigidam Dei ſeueritatem video, vereque illud dictum perſuadeo mihi 1. Petri 4. ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius, & peccator vbi parebunt?* Expende ſingula, quia ſingula notatu digniſſima, magnitudinem viri, leuitatem delicti, cum verbo tantum lapſum exiſtimat fuiſſe Baſilius, orationem

Deut. 3. n. 23.

Abul. 56. Beneficia exhibita magnanimis ſunt obiicienda, vt exaudiamur.

Philo. 56. Moyſes quantus homo.

Caiet. 57. Et tamen pro ſe orãs non exauditur.

S. Baſil.

nem efficacem,& tamen ſic irreuocabilis Dei extitit ſententia, vt ſtrictè, & abſolutè præcipiat ne amplius audeat cũ illo de illa re muſſitare, ſi cũ ſanctiſſimo,iuſtiſſimo, amiciſſimo hoc quid cum impio,& peccatore nunc equidẽ nõ admiror ſic irreuocabiliter ſtatuiſſe benedictioné eripere ab Eſau, vt licet clamore magno rugiret, nil proficeret, Geneſ.17.n.34. nunc non admiror, ſic firmiter ſtatuiſſe regnum eripere à Saul, vt licet hic peccatum agnoſceret, palámque ſe peccaſſe profiteretur, 1. Reg.15.n.24. & 30. tamen nihil profeceret,ſed audire meruerit, *Porrò triũphator Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur, neque enim homo eſt vt agat pœnitentiam*; immo quod ad ſtuporem vſque, nec lachrymæ, nec gemitus illud impetrare potuerunt Samuelis viri ſanctiſſimi, *ac diuinitatis ſpiritibus afflati*, vt ait Philo, lib. de ſomniis in fine, ſed ſemper irreuocabilis, & fixa Dei manens ſententia, potius increpationem audiuit poſt tantum luctum, Dominus ei dicens, *Vſquequo tu inges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet ſuper Iſrael?* 1. Reg. 16. n. 1. de quo admiratus Chryſoſt. lib.3 de prouidentia Dei, *flebat*, ait de charitate Samuelis loquens, *Regem Saul vſque ad vltimum vitæ illius diem, quando ob doloris vehementiam increpatus eſt*. Ex quibus omnibus ſatis apparet, quod & ſi Deus miſericors, & ſi benignus, & ſi ad miſericordiam proniſſimus, tamen quando, ſiue contra malos, ſiue bonos ſemel ſtatuit, inflexibilis, & eius rectitudinem contra obliquitatem peccati ſi ſemel offendit in fortitudinem euadere, vt præclare dixit Bernard. lib.5.de conſideratione.c.12. vbi petens, *Quid ſit Deus*, reſpondénſque ait: *eſt rationabilis quædam æquitatis directio inconuertibilis, atque indeclinabilis, quippe attingens vbique, cui illiſa omnis prauitas conturbetur neceſſe eſt, quid in hanc omne tumidum, vel diſtortum impingat, & conquaſſetur, ve vniuerſo quo obuie forte offenderit; nam cedere neſcia rectitudo, & fortitudo eſt*. Egregiè, ſic rectus Deus in ſua ſententia vt ſimul fortis,immo ipſa rectitudo,fortitudo cedere nunquam neſcia, & ſi impensè rogetur, & ſi victimis placari intenterur, tandem ſi lachrymis,ſi gemitibus.

Quod equidem, & ſi idololatræ, & ſi Gentiles ſolo naturæ lumine ducti, ſic ſibi perſuaſum habuerunt Niniuitæ, vt poſt illam admirabilem pœnitentiam, in qua, vt ſuprà diximus nec infantes, nec iumenta immunes abibant, nec princeps nec priuatus, nec Rex, nec ſubditus, non tamen ſecuros ſe de pœna æſtimantes ſtupendam illam emiſerunt vocem. *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus?* Ionas 3. n. 9. in dubium reuocantes miſericordiam, & ſi poſt tantam pœnitentiam, pudeat nunc pœnitentes Chriſtianos, dum maiora patrant, & minorem agunt pœnitentiam,immo aliquando ridiculam, & tamen ſic ſecuri ſunt de miſericordia, vt nil dubitent, vnde rectè Auguſt in Pſ.150. ob id certam miſericordiam affirmat iſtos inueniſſe, quia incertam æſtimarunt, *de incerto pœnitentiam egerunt, & certam miſericordiam meruerunt*. Ex quibus omnibus ediſces quàm ſola Dei extimeſcenda ſit ſententia, quámve ad tuum commodum Chriſtus tibi conſulerit, vt illum ſolum timeas, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam, hoc eſt, in æternum condemnare, Luc.12. n.5. & cui nemo, vt noſter inquit Sapiens dicere poteſt, cur ſic fecerit, *quis enim*, &c. Luc.12. n.15.

Num.15. *Cum ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis, ipſum quoque qui non debet puniri, condemnare extorum æſtimas à tua virtute.*

Num.16. *Virtus tua enim iuſtitiæ initium eſt, & ob hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

DEi declarata pietate in malorum punitione, nunc eius aperit æquitatem in vniuerſorum gubernatione, nullum iniuſtè puniens, nemini inferens iniuriam, cum poteſtate manſuetudinem miſcens, illa ad benefaciendum, non ad deſtruendum vtens, vt mox dicemus.

Cum ergo ſis iuſtus, &c. Antiquitus ſic legebatur, *cum ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis, ipſum quoque qui non debet puniri, condemnas, & extorum æſtimas à tua virtute*; quam lectionem vtpote antiquã ſequitur Auguſt. lib.83. quæſtionum.quæſt.53.& Gregor.lib.3.Moral. c.11. Holxoth etiam lect.149. quæ lectio licet aptiſſimè ſit emendata, & veritati Græcæ reſtituta, quæ ſic habet *non debentem puniri condemnaſſe, alienum arbitraris à tua virtute*, tamen nullam impietaté ſonat, vt vult Caſtro, neque multum eſt difficile bonum illi præbere ſenſum, qui non vnus tantum, ſed triplex ei datur, & omnes accommodatiſſimi. Primus, vt qui non debet puniri ſecundum iudicium hominum condemnet ipſe ſecundum iudicium ſuum, & exterum æſtimet à ſua virtute, hoc eſt pietate, ſic Hugo, quæ ſententia veriſſima, & ſatis ſuperioribus congrua, dum ſuprà dixerat, neque Regem, neque tyrãnum de Dei iuſtitia poſſe inquirere, hoc eſt, ſiue homo ſit iuſtus, ſiue iniuſtus, cum & homini iuſto licet aliqua ſecundum ipſum apparerent iniuſta ſi alter efficeret homo, tamen quia Deus vllo modo, cum ſæpè quæ virtutes apud nos, vitia ſint apud Deum, de quare aliqua diximus hom. præcedenti, & nunc accipe ex Hieron. exemplis hoc illuſtratum, qui in epiſt. ad amicum, tom.9. ſic: *Saul & Ioſaphat Reges fuerunt populi Iſrael, & dum miſericordiam his quos Deus oderat, præſtiterunt, Dei offenſam in opere pietatis incurrunt: è contrario Phinees, filiique Leui gratiam Dei humana cæde, & ſuorum parricidio meruerunt; vides quantum ab humanis ſenſibus per noſtram imperitiam diſcrepet diuina ſententia, vt nobis interdum cæleſtis iudicij diſpenſationem neſcientibus iniuſta videãtur, qua per cauſarum ſcientiam iuſtè ſatis, & rectè facta probantur? rurſus ea quæ noſtro iudicio bona probantur, apud Deum plerúmque reproba, & ingrata videntur, quis hodie patris Abrahæ exemplo innoxium volens filium trucidare, humano iudicio non creditur inſanus? è contra quis in tanta arca diuinæ imitatus Oſam, hominum ſententia damnaretur.*

Hugo.

1. Sæpe virtutes apud nos vitia ſunt apud Deum.

Hieron.

58. Samuel quãtus, & tamẽ pro Saule non exaudius.

59. Dei rectitudo in fortitudinẽ euadit, dum ſemel Deus ſtatuit.

60. Niniuitæ quantum Dei extimuerint ſententiã

61. Chriſtianorum pœnitentiã confundunt.

Philo. 1. Reg. 16. n. 1. Bern. Ionæ 3. n. 9.

Digitized by Google

Holkoth. Hugo. Secundus autem ſenſus eſt Holxoth, & eiuſdem Hugonis, eum ſcilicet qui non debet puniri pœna ſalutari, qua emendetur, Deus condemnat ad pœnas æternas; tertius verò innocentem, qui pœnas non meretur ob delicta, tamen temporalibus ſæpè à Deo affligi ad maius eius meritum, & aliorum exemplum, ſiue ad Dei opera manifeſtanda, vt patet in cæco Euangelij; omnes boni ſenſus, & optimè antiqua lectio ob venerationem Patrum, qui eam admittebant ab omni poteſt vendicari inconuenienti.

Tandem, vt hoc obiter dicam, placet Lorini aduertentia, nullum ex hac lectione illos poſſe deſumere Theologos argumentum ad ſuam confirmandam opinionem de reprobatione, nullam ſcilicet dari reprobationis cauſam ex parte reproborum, ſed ante præuiſa demerita decreuiſſe Deum ſola ſua voluntate quoſdam è regno excludere, tum quia alius eſt ſenſus, vt diximus, tum etiam, quia iam illa lectio emendata eſt, quam quidem opinionem liceat fatear ſine vllo poſſe defendi inconuenienti, neque vllam Deo imponere iniuſtitiam, vt ex ſuprà dictis ſatis conſtat; Quapropter plurimum me iudice exceſſiſſe videtur Beccanus 1. part. de prædeſtinat. c. 14. argum. 1. & alibi, quando hanc facit Caluinianam opinionem, & nota hæreſis eam inurit, cum non quidquid hæreticus homo tradit, hæreticum continuo eſſe neceſſe eſt, aut errare in omnibus, qui erret in quibuſdam, neque, vt rectè quidam, oportet nos in id ſtatim armari, quod alienæ religionis homo dixerit, cum vt rectè Nazianzen. orat. 32. *Hoc non ſit cum ſermone, ſed cum loquente confligere;* immo quod valde notandum, cum id aſſerant viri doctiſſimi, ac catholiciſſimi; vnde dum eorum opinio ſic cenſuratur, profectò nil aliud efficitur niſi ex Catholicis Caluiniſtas facere, cum potius ex Caluiniſtis Catholicos deberemus, ſi Dei proficere Eccleſiæ deſideramus. Nil ergo continet illa abſurdi, nil contra illam adducitur quod alicuius ſit momenti, neque quod impius aſſerebat ex illa deduci poteſt, ſemel ſuppoſito quod ſceleſtus negabat ſufficientem gratiam omnibus dari; hoc tamen non obſtante, neſcio quid habet crudi, neſcio quid inſuaue, ac ſummæ, & infinitæ Dei bonitatis oppugnantis, vt nullo modo placidè aſſentiri poſſit intellectus. *Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum*, Oſeæ 9. n. 12. & licet poſſit illud efficere, vt ſupremus omnium Dominus, & creator ad ſuam declarandam iuſtitiam, immo exercendam, quia ſic decet, & illi eſt expediens, & nulli faciat iniuriam, cum in executione ob delicta condemnet, tamen, quia ſimul cum ſit Dominus, eſt patet, & creator, ſic pœnas infligere longè ab eius debet eſſe animo, vt nec ante delicta aliquam ei aſcribere cogitationem, nec dum efficacem voluntatis actum debeamus damnandi. Hinc ſancti quando de reprobatione loquuntur ſemper ſupponunt culpam, ſicuti Fulgent. ad Monim. c. 16. vbi inter cætera hæc, *Et quia mala voluntatis perſeuerans iniquitas inulta remanere non debuit, tales ad interitum prædeſtinauit, quia talibus iuſta punitionis ſuppli-*

Data in ep. Iacob. c. 12. n. 44.

Fulgent.

1. An vera ſit illa opinio ex parte reproborum nullã dari reprobationis cauſam.

2. Piè aſſerendum dari, & poſt præuiſa demerita Deus reprobaſſe.

Oſea 9. n. 12.

ciam præparauit. Ergo prædeſtinauit ad interitum, quia præuidit culpam futuram, quæ inulta remanere quippe non debebat, & c. 26. ex Auguſt. probat prædeſtinationem non poſſe eſſe ſine præſcientia, bene tamen præſcientiam ſine prædeſtinatione, vbi per prædeſtinationem intelligit reprobationem, præſcientiam autem, peccati cognitionem; & ſanctus Gregor. in 1. Reg. c. 14. lib. 5. ſuper illa verba, *Porrò Philiſthiim abiere in loca ſua*, præſcientiam tantum reproborum ante mundi conſtitutionem agnoſcit, præſcientiam nempe delictorum, & nequitiæ, ex qua non prædeſtinati, & reprobi; *Qui ergo non prædeſtinati*, ait, *ſine audiant doctorum verba, ſine non audiant, vocari in Dei habitaculum nequeunt: quia per nequitiam in qua ſunt ante conſtitutionem mundi præcogniti, locum in ſe malignis ſpiritibus parauerunt.* Quæ etiam doctrina ſi attentè legatur deſumi poteſt ex Auguſt. lib. 1. ad Simplician. tom. 4. dixi ſi attentè legatur: nam in contrariam partem facile adduci poteſt, cum reuera non ſit niſi pro noſtra, quod facile probarem ſi huius eſſet loci, dixi illud dicere Auguſt. loco citato, quia ex illo contrarij hanc aſſerere opinionem auſi ſunt: nam alibi Auguſt. certiſſimè pro nobis eſt, vide Vaſquez, 1. part. diſputat. 95. tom. 1. qui neſcio quomodo hanc reuocat quæſtionem ad diſceptationem de voce tantum, & non de re, cum contrarij dicant nullam ex parte reprobi dari reprobationis cauſam, niſi ipſa ſola Dei voluntas, ante omnia præuiſa peccata, & nos è contrario aſſerimus nullum reprobatum ante ea viſa, ſed de hoc ſatis.

Auguſt.

Vaſq.

Emendata ergo eſt lectio, & ſenſus redditus planus, Deum nempe exterum à ſua virtute æſtimare, hoc eſt, potentia, non dignum punitione, condemnare.

Virtus enim tua iuſtitiæ initium eſt, &c. Interlineal. pro virtute Dei filium intelligit, Hugo, Bonauent. Holxoth Dei miſericordiam, qua ſaluamur, idem Hugo correctionem, qua à Deo corrigimur, Carthuſ. ipſummet Deum, qui regula, & menſura omnis iuſtitiæ, ita vt hoc ipſo, quo aliquid iudicet eſſe iuſtum ſit tale, vt ſuprà diximus: verius recentiores pro virtute vim, robur, fortitudinem diuinæ intelligunt iuſtitiæ, ſic Lorinus, Caſtro, & ſic virtus intellecta optimum facit ſenſum, ad rémque ſatis, Deum nempe ſic eſſe potentem, vt ex ipſamet potentia oriatur ipſa iuſtitia, non quemadmodum homines potentia abutentes, qui, quo potentiores, eo iniuſtiores, at contra Deus, quo omnipotenter, eo iuſtior, vnde ſequens ait:

Interlin. Hugo. Bonan. Holkoth.

Lorin. Caſtro.

4. Deus quo potentior eo iuſtior.

Et ob hoc quod omnium Dominus es, te omnibus parcere facis, &c. Eſt veluti ratio prioris, es dominus omnium, quid inde? parcis omnibus, non vindicas in omnes, & ideo non vindicas, quia potes vindicare, pulchrè Gloſſa Interlineal. *Quia præeſt potentia, miteſcit natura.*

Interlin.

5. Deus miſericors, quia potens.

Digitized by Google

HOMILIA XLVIII.

Dei omnipotentia ipſa miſericordia, hac gubernans, hac mundum attrahens.

NOn equidem ad oppreſſionem, non ad famulatum, non ad tributorum exigentiam, onerúmque impoſitionem Dei noſtri dominatus potentia, altitudo, ſed ad parcendum, miſerendum, & ideo parcit, ſiue miſeretur, quia *omnium Dominus Deus noſter*, ait propheta Rex, Pſal.67. n.21. *Deus ſaluos faciendi*, ſeu vt in Hebræo, *Deus nobis, Deus ad ſalutes*. vbi duo ponderanda: Primo ly *noſter*, ſeu *nobis*, ad differentiam deorum gentium, ait Incognitus, *qui nullum ſaluare poſſunt, quia ne ipſi in ſeipſis habent ſalutem*. O Chriſtianorum felix ſors, *quibus ſic funes ceciderunt in præclaris*, vt ſub illo militent Deo, qui fontem in ſe ſalutis continens totum illum in eos ſaluandos effundit, vnde Deus ſaluos faciendi appelletur. ſeu *ad ſalutes*, hoc eſt, totus ad ſalutes præſtandas, ſic, vt ipſamet mors non ſit amplius mors, ſed vita, vnde ſequens ait; *& Domini Domini exitus mortis*, quod eſt ſecundum notandum, placet nunc ſic hoc cum Auguſt. & Bruno intelligere, vt pro exitu mortis ereptio ab illa intelligatur; ex quo fit vt totus Deus quantus quantus, ſiue, vt Deum eum aſpicies, ſiue vt dominum, totus ſit ad ſalutes nobis conferendas, vnde & ſi aliquando dicatur occidere, ipſa occiſio ſit ipſa viuificatio, *Ego occidam, & ego viuere faciam*, Deut.32. n.39. ergo Deus occidit? ſanè, inquit Fulgen. lib.2 de verit.prædeſtinat.ſed ad ſalutem, *gratia itaque diuina*, ait, *in humano arbitrio, & mortem ſalubriter operatur, & vitam, mortem ſcilicet criminum, vitámque virtutum, ideo Deus dicit, ego occidam, & viuere faciam.* Totam eius potentiam ad miſericordiam conuertens, vt egregiè Philo lib. de migrat. Abrahæ, *liquet*, ait, *eſſe apud Deum potentiam, quæ ad opem nobis conferendam excubat. & ipſum rerum principem ſuccurrere his, qui digni ſunt*; Pulchrè, *excubat*, non ſolum opem fert, ſed ad opem ferendam excubat, ne ſi aliquando te videris ante Dei ianuam excubare, decipiaris, recogitans tu excubare ad recipiendum, illum dormire ad profundendum. *Cunctis diebus quibus ſtabat nubes ſuper tabernaculum, manebant in eodem loco, & ſi euenijſſet vt multo tempore maneret ſuper illud erant filij Iſraël in excubiis Domini*, Numer.9. n 18. vigilabant iſti, & excubabant, at prius Deus in tabernaculo aſſiſtens per nubem, vnde eum bene obſeruare, ac inuenire, præuenire autem nunquam, vt egregiè Bernardus ſerm 69. in Cantic. *Vigilat tu, vigilat & ille, accelera quantumuis, etiam ipſa anticipare vigilias, inuenies enim, non præuenies*; veriſſime vnde ſi tu excubas oculis, ille potentia ad opem tibi ferendam, totus totus in tui beneficium conuerſus, qua Deus, qua Dominus, *vnam ſortitus potentiam*, vt Seneca dixit, lib.4.de benef.c.26. *prodeſſe*.

Dixi, qua Deus, qua Dominus; cum ſi in antiquis aſpexeris, qui ridicule hæc duo in ſe iungebant, ſe Deos, dominóſque vocantes, vt apud Martial. *Edictum Domini, Deique noſtri*, tamen ſic dominationem cum deitate illa fictitia coniungebant, vt tota in terrore, tota poſita eſſet in timore, rati tantum ſibi fore apud ſubditos cultus, & obſeruantiæ, quantum timoris, Coloſſis ſimiles, vt lepide Plutarch. de doctr. Principum, *Qui grauitate vocis*, ait, *torui tate vultus, morum truculentia, fugáque conſuetudinis humanæ, maieſtatem, & authoritatem imperij ſibi videntur imitari, nihil à Coloſſorum ſignis diſcrepant, qui cum foris heroïcam quandam, ac diuinam ſpeciem præſeferant intus pleni ſunt terra, & lapide, niſi quod iſtud Coloſſorum pondus rectitudinem illorum ſtabilem ſeruat; at ineruditi Principes cum intus malè librati ſint ſæpe vacillant, ac ſubuertuntur.* Egregiè, & expende illa tria, quibus ſibi authoritatem principes comparant, totámque inuenies in onere, in ſubditorum poſita depreſſione, ſic, vt ſi aliquid à ſubditis obtinere volunt illa ſint media, toruis aſpicere oculis, ab eorum aſpectu ſe eripere, truculentis deſæuire moribus, hiſtoriam trium puerorum recole, & ad oculum hæc aſpicies, adoratio præcipiebatur, Daniel.3. ſed vix intentata, ac fornax præparata, *Si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis*, n.11. pueri ad adorandum vocati, ſed in furore, & ira, *tunc Nabuchodonoſor in furore, & ira, præcepit, vt adducerentur.* n.13. & ſi fugam horum ab humanæ conſuetudinis conſortio attendere velis, recole pœnam ſtabilitam mortis, qui non vocatus ad Aſſuerum accedebat, & quod amplius etiam ſi vxor, Eſther 4. n.11. *Omnes ſerui Regis, & cunctæ quæ ſub eius ditione ſunt norunt prouinciæ, quod ſiue vir, ſiue mulier non vocatus interius arcium regis intrauerit abſque vlla cuńctatione ſtatim interficiatur.* Quid durius? immo, quod mea ſententia maximum, in id maieſtatem reponunt, ſubditos ſcilicet nil pendere, mala eorum non ſentire, & quos Deus coronat ipſos ſpernere; quod notauit Chryſoſt. hom. de imper. & poteſtat. tom.6. dum pater Dauidis illum ſpernebat, quando illum Deus præparabat ad coronam, 1. Reg. 16. n.11. *Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues, vidiſſe*, ait, *vt homo hominem aſpernat, Deus vero corona cingat*, cum, vt ipſemet Sanctus affirmat, ex ſe illud importat humanum imperium, *Talis enim*, ait, *quid in ſe habet imperium, quoniam multos etiam nolentes ad iniuriam ferendam impellit, & ad iram concitat, & frena linguæ excutit, & oris oſtium pandit, tanquam ſtatu animum exagitans.*

Hinc profecto euenichat, vt ſic nomen Domini inuiſum, vt & ſi libenter, quod pluresſeſet dij, humana ſufferebat ſuperbia, plures tamen Dominos omnino recuſaret, Exod. 5.n.1. *Hec dicit Dominus Deus Iſraël, dimitte populum meum*, &c. Moyſes ad Pharaonem, at ille nil indignatus de Dei nomine, ſolum contra Domini agnomen exarſit, *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, neſcio Dominum, & Iſraëlem non dimittam.* Vnde ergo tantum in nomen Domini odium? ſanè, quia vt inquit Philo lib. de inſomniis, *Beneficæ potentiæ Deus nomen eſt, Regiæ vero Dominus*, hoc eſt potentiæ, non beneficæ, ſed infeſtæ,

Pſal.67. n.11.

Incognit.

1. Deus totus ad ſalutem inferēdam.

Auguſt. Bruno.

Deut.32. n.39.

Fulgent.

2. Occidit ad ſalutem.

Philo.

3. Excubat ad profundendum miſericordiam.

Num.7. n.8.

Bernard.

4. Antiquitus.

Daniel.3. n.11. & 23.

Eſther.4. n.11.

7. Regum maieſtas in quo poſita.

Chryſ.

5. Totus eorū dominatus ad terrorē. *Plutarch.*

6. Principes Coloſſis ſimiles, & cur.

8. Antiqui vt nomē Dominī inuidebant, & cur.

Digitized by Google

9. Dei dominatus totus ad pacem. *Isaiæ 9. n.7.*

non fautricis, sed destructricis, vt sic dicam, at non sic in Deo, cum siue qua Deus, siue qua Dominus totus, totus in bonum est hominis, ipsa Regia potentia, ipsa existens beneficentia, Isaias 9.n.7. *Multiplicabitur eius imperium,* seu vt legunt LXX. *magnus principatus illius,* seu vt Pagninus, *ad multiplicandum principatum,* locus est de Christo, qui futurus magnus princeps, qui extremæ potentiæ, at ad quem finem? vt sine fine pace fruerentur subditi, vnde sequens, ait: *& pacis eius non erit finis?* ea quippe ratione, quia, vt ait Chrysost. in hom. in hunc ipsum Isaiæ locum tom. 1. tota eius potestas ad benefaciendum, ad miserandum,

Chrysost.

10. Christi dominatus totus ad benefaciendum.

Potestates eius audite, inquit Sanctus, *quanta fuit possibilitas, vt miraculis variis, ac diuersis repleret totum mundum ore Euangelico, potestate animam suam posuit, potestate passus est, potestate medicus phreneticos toleranit, potestate cæcos, claudos, mutos, aridos, ab spiritu immundo captiuos curauit, non accipiens ab aliquo, sed sua potestate perfecit.* Inspice medullitus hanc regis nostri potestatem, & mentiar, si præter beneficentiam, & misericordiam aliquid aliud reperies, & vltima pende verba, beneficentiam quidem non mutuauit ab aliquo, sed sua potestate perfecit, quæ si impensius consideres, omnem humani dominatus, ac diuini, differentiam inspicies, isti enim non è suo beneficii, sed ab eo, quod ab aliis accipiunt, vnde si profundit princeps, inde quia me, domumq; meam euacuauit, sic vt compellar extorrem ab illa fieri, ne in illa ob exactiones torquear, vt sensatè Salianus, lib. 5. de prouidẽtia. *Quid possent facere miseri,* ait, *quibus imminet semper grauis, & indefessa proscriptio, qui domos suas deserunt, ne in domibus ipsis torqueantur, exilia petunt ne supplicia sustineant, leniores his hostes, quam exactores sunt, & res ipsa hoc indicat, ad hostes fugiunt, vt exactores euadant.* at non sic Deus noster, cum vt August. tract. 51. in Ioan. *non enim Rex Christus ad exigendum tributum,* quin immo ipse ad illud pendendum, ad illud hominibus soluendum, vnde via eius, qua ad regimen, non onerum impositio cæteris, sed sibi extitit.

11. Principes benefici, at non ex suo.

Salianus.

12. Exactiones principum ipsis inimicis infestiores.

August.

Ad regimen Christus euectus ex onere quod subiit, non quod imposuit.

Hoc profecto adnoto in Dauidis ad regimen inauguratione, ac ad illud euectione, 1. Reg. 16. n. 13. *Tulit ergo,* ait Script. *Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum, & abiit,* ô bene, Regem inaugurat, & oleo tam. n perfecit rem, vbi milites, vbi arma, vbi auxiliatores, merito quærit Chrysost. hom. de imper. & potest. *Accessit Dauid, & vnctus est oleo, & regnum nactus discessit, non lorica, nec scuto munitus, nec hostilibus stipatus,* immo cum suis eum armis induisset Saul ea proiecit, *ne forte Saul diceret, viceruntarma mea,* ait idem Sanctus; at hoc non est, quod adnoto, sed illud, statuto scilicet adueniente tempore, quo ad regnum illum Deus euecturus, primus gressus oneris extitit sufferentia, & oneris beneficii, ad miseriam scilicet aliorum subueniendam; attende, fratribus Dauid maioribus cũ Saul in acie existentibus, ipsi verò apud gregem derelicto, dixit Isai, vbi sup. c. 19. n. 17. *Accipe fratribus tuis ephipolentam, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decem formellas casei has deferes ad tribunum, & fratres tuos visitabis si recte agant,* quibus imperatis, *surrexit Dauid mane, & onustus abiit sicut præceperat ei Isai,* mirum vt non iumento ea imponeret, sed tanto esset animi ardore, tantáque erga fratres beneuolentia. vt moræ impatiens non ea iumento, sed sibi imponeret, & onustus vellet incedere tanquam expeditius ad eum sum, vt qui sciebat se vnctum Regem, vellet, vt onerarius quidam homo incedere; ne miretis: nam, vt erudite Mendoça in c. 7. 1. Reg. n. 27. sect. 1. n. 7. *Diuina prouidentia his præludiis ad regnum præcocere, & exercere illum videbatur.* Et dum recolis figuram illius extitisse, qui cum ad regnum eueheretur, humeris trahebat imperij clauem, inuenies ideo bonis refertum, ac onustum in frarrum obsequium ad imperium processisse Dauid, quia sic ascensurus ad illud Christus, cuius ipse figura; tributa sibi imponens, non exigens, præstans, non accipiens; vnde Petro iubet, Matth. 17. n. 26. *da eis pro me & te;* in quo loco pulchrè Origenes tract. 4. obseruat staterem ex mari hausisse Christum, non apud se illum retinuisse, quia cum imaginem haberet expressam Cæsaris, ista simul nunquam cum Dei imagine cohæret, *Princeps huius sæculi,* inquit, *nihil habebat in eo, propterea non ex proprio, sed ex mari imaginem Cæsaris accepit, non autem suscepit ipse staterem, neque fecit eum sibi possessionem, ne sit aliquando imago Cæsaris apud imaginem inuisibilis Dei,* hoc est, ne ad instar terreni imperij imaginis vnquam imperij cælestis imago similis reputetur, cum hæc diuina maiestas det, non accipiat, tribuat, non refe-

Mendoça.

Matt. 17. n. 26.

Orig.

13. Imago Cæsaris nunquam cum imagine repetitur Dei.

rat pensus.

Nec hoc quippe mirum: nam cum terreni principes non natura tales, sed adiectitia potestate, seu, vt sic dicam aduentitia, vt illam comparent armis, vt verò sustentent opibus indigent; hinc cum eorum finis, non suorum, sed suum bonum, quæ sunt illorum quærunt, non eos, res externas, non internas, bona, non voluntatem, pecuniam, non amorem; vnde timorem amplius, quam beneuolẽtiam expectunt, ex quo eorum, vox *timeant, dum seruiant.* Secus autem Deus natura, & substantialiter Rex, vnde rectè Chrysost. in illa verba, Psalm. 109. *Tecum principium in die virtutis tuæ,* seu vt Hebræica, *tecum principatus, principatus Regum,* ait, *est in multitudine exercitus, ipse autem habuit principatum in natura, in substantia perpetuum, immortalem.* Ex quo euenit, vt cum in substantia, & natura sit princeps ad principatus sustentationem nil indigeat, & ex subditis non sua quærat, sed eos, non res, sed voluntatem, contrariis prorsus innitens mediis, illi timore, ipse amore, illi imperio, maiestate, & segregatione, ipse humilitate, communione inter peccatores versans, cum ipsis manducans, & bibens, *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia,* Cant. 2. n. 16. ait Sponsa, in quibus verbis causam suæ deditionis pastum assignauit inter lilia, ideo ipsa eius, ideo dedititia, serua, ac in seruitiũ obærata, quia tantam maiestatem humilem vidit inter lilia pasci, inter homines scilicet, ac si vnus esset ex illis, *aliquid prorsus ignobile, & humile sonat inter lilia pasci,* ait Bern. serm. 70. in Cant. *quid enim sunt lilia nisi fœnum? humi-*

Chrysost.

16. Principes terreni cur bona subditorũ, & eorũ timorem expetant.

17. Christus natura rex.

18. Dilectus quia humilis & inter humiles.

Cantic. 2. n. 16.

14. Dauid quibus mediis ad regnum euectus.

1. *Reg.* 19. n. 17.

lia dilecti memorat propter humilitatem quidem dilecti, magis autem quod exinde cœpit esse dilectus. Pulchrè, exinde cœpit esse dilectus, quando humilis, non quando sublimis, & in excelsis habitans, non quando in maiestate visus, *inter tonitrua, fulgura, terribi-buccinarum cælestium sonos, tremẽdum undique totius aëris fragorem, ignes, caligines, nebulas*, vt ait Saluianus: nam tunc non amorem, sed timorem hausit, sic, vt eius repudiata maiestate ad Moysis accurrerent humanitatẽ, dicentes, *Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus ne fortè moriamur*, Exodi 20. n.19. Ergo tunc non dilectus, sed exinde: nam licet ipse, vt sequens idem ait Bernardus, *amabat & super sydera, qui nusquam, & nunquam potuit non amare, quia amor est, sed donec ad lilia descendit, & pasci inter lilia compertus est, nec amatus est, nec factus dilectus.* Ergo dilectus, quia humilis, amatus, quia factus nobis communis, & non solum *exinde, sed inde*, vt idem ait, hoc est, à principio, adeo, vt nusquam amatus, nisi quando inter lilia visus, cum & si à Patriarchis, & Prophetis, rectè idem, *non prius quàm visus est, & ab ipsis inter lilia pasci*, vnde egregiè Ambros. in Psal.118. serm.14. *Quanta*, ait, *fecit Dominus (aude dicere) & non flexi ei genu? flexi autẽ postquam se humiliauit*; at cur sic? *vt inuitaret amor, attraheret charitas, vinceret affectio, quos fugarat dominatio, metus dispersorat, & fecerat vis potestatis extorres*, ait Chrysolog. serm.150. Egregiè ex se Deus Rex, ex se Dominus; hinc non quæ subditorum, sed eos quærens, cum videret eos dominationem fugare, metum dispergere, potestatem extorres facere, mutatis sortibus in misericordiam totam resoluens potestatem, ipsum dominatũ fecit seruitium, ipsam potestatem subiectionem, vsque ad pedes se proiciens hominum, veniens *vt ministraret, non ministraretur*, vt daret non acciperet, tributa impendens, non referens. Quod & si captiuitatis nota, vt ait Tertul. in Apolog. c.15. ac proinde ignobilitatis, non tamen recusat Deus esse captiuum ex tributo, cum illi non signum nisi nobilitatis, ex eo quippe, quia ex suo pendet, non ex nostro, vt antiqui illi Dij; *Sed enim*, ait Tertul. *agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa, ignobiliora: nam hæc sunt nota captiuitatis, dij verò qui magis tributarij, magis sancti, immo qui magis sancti, magis tributarij*; ergo dij ex tributo ignobiles, viles, at vnde? *maiestas quæstuaria efficitur*, sequitur, *circuit cauponas religio mendicans, exigitur mercedem pro solo templi, pro aditu sacri, non licet deos esse gratis, venales sunt.* Subtilissimè, ex eo viles, non quia tributarij, quia vt sic, vt ipsemet, lib.de patientia, c.2. tributa & dignis pariter, & indignis occurrunt, *totius genituræ tributa dignis, pariter & indignis, patitur simul occurrere*, sed ideo, quia maiestas erat quæstuaria, non dij erant grati, sed venales, petentes, non pendentes, accipientes, non dantes, vnde & si tributarij non ex suo, sed ex alieno. Hinc vilissimi captiui: at Deus noster, & si noster captiuus, & si tributarius, quia non ex necessitate, sed amore, tributum ex suo soluens, non ex nostro, hinc nobilissimus ex captiuitate, quia in illa munificentissimus à nobis non nostra, sed nos expetens.

Hinc ad dandum sic constans reperitur, sicque sine vlla retributionis spe elargitur, vt si ob datum ei donetur, donum refugiat, immo & ipsum datorem: statutauit turbas, & statim *fugit in montem ipse solus*, Ioan.6 n.15. si causam expetis, quia cognouit quod venturi essent, *vt raperent eum, & facerent eum Regem*, regnum recusans, quia retributio erat dati, docens ipsum non venisse, vt reciperet, sed, vt daret, vt profunderet, regnum pro cruce commutans, hanc amplexus, illud refugiens, quia in hoc accipiendo viuitur, ibi profundendo, ob hoc regni gaudium repudiauit, vt crucem sustineret, ad quem consulit aspiciamus, seu vt Reges aspiciunt Paul. ad Hebræ. 12.n.2. *Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Christum Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucẽ.* In quo loco sanctus Thom. lect.1. pro gaudio regnum intelligit, vnde ait: *Illud autem gaudium fuit regnum terrenum, quo à turba quam pauerat quærebatur, vt facerent eum Regem, quod ipse contempsit fugiendo in mõtem*; amplius nos diligens, quam Moyses suũ populum: nam si hic vt ait Apost. c.11. n.24. *Grandior factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligẽs affligi cum populo Dei, quàm tẽporalis peccati habere iucunditatem*; hoc non mirum, quia sine peccato illud possidere non poterat, cum nosset se esse filium suppositum, non legitimum; at Christus, qui Dei filius naturalis, qui essentialiter Rex, si illud repudiauit non quidem, quia legitimè non possideret, sed quia pro hominibus non moriebatur, maiores diuitias æstimans pro nobis crucem sustinere, pro nobis pati, quàm temporalem in nobis habere iucunditatem; hoc est temporale regnum; vnde non mirum, si quãdo à terra exaltatus omnia traxit ad se ipsum, potentior in cruce, quàm ex miraculis, quia hæc in admirationem ducebant non attrahebant; at quando profudit sanguinem, quando, vt sic dicam, totum se euacuauit, tunc in ipsum omnia se euacuarunt, mansuetudine plus potens, quàm imperio; quod quidem eleganter considerauit Ambros.2.officiorum, c.7. in Moyse, affirmans, ideo sepulturã eius absconditam, ne ob mansuetudinem, vt Deus adoraretur, plus ex hac æstimatus, quàm ex miraculis, *Merito æstimatus est*, inquit, *supra homines, vt vultui eius non possent intendere, & sepulturam eius non repertam crederent, quia sic sibi totius plebis mentes deuinxerat, vt plus eum pro mansuetudine diligerent, quàm pro factis admirarentur.* Ergo attraxit omnia in cruce, quia mansuetus, attraxit quia munificus.

Hinc nullum maius ei seruitium, nullũ obsequium præstare possumus vnquam, quàm sic alte de eo intelligere, vt nunquam recipere aliquid possit, bene tamen dare, pro gratitudine accepti doni voluntatẽ amplius recipiẽdi ei retribuẽdo; Pulchrè hoc Origenes in c.3. epist. ad Rom. lib.2. illa exponens verba Dauid, Psal.115. nempe, *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi*, affirmãs nullam maiorem Deo Dauid retributionem offerre potuisse, quam credere illum à nullo accipere, semper dare, ac proinde ad recipiendum li-

Salvian.

Exod.20. n.19.

19. Et tunc amplius dilectus quãdo amplius humilis.

Ambros.

Chrysol.

20. Potestatem in seruitutẽ cõmutauit, & cur.

Tertul.

21. Tributa pẽdit, obquod tamen non sit ignobilis & cur.

22. Dat sine spe recipiendi, & donum refugit.

Ad Aebr. 12.n.2.

23. Christus cur regnũ repudiauit terrenum.

Ibid. c.11. n.24.

24. Amplius eius amor, quam Moysis in populum.

25. Mansuetudine potentior quàm imperio.

26. Magnum Deo retributil non tantum abillo accepisse, quantum ad ampliora accipienda se extendere.

Digitized by Google

benter se offerre, *Vnum ergo*, ait, *inueni solum quod me offerre oporteret Deo, id est, vt crederem de eo, quod nunquam possit ab homine aliquid accipere, sed semper dare, & ideo dixi, calicem salutaris accipiam.* Egregiè, quid enim pro datis Deo rependere possumus? nihil, cum *natura illa aterna*, vt ait idem, *& omnium domina nullius indiget.* Ergo vt aliquod grati animi monimentum exhibeam, quid rependam? profecto duo, credere illum à nemine accipere, semper autem dare, & insuper sit egregio instructum animo, sic liberali, vt nullum maius ei obsequium præstare possim, quàm paratum me exhibere, promptúmque ad recipiendum, & si rependere non possim, vnde ob hoc, *calicem salutaris accipiam*, nouis me cumulari sinam beneficiis; quod equidem, si ingenuè loquendum, soli Deo dandum, mortali homini nulli, quis enim patienter ab homine sufferet semper accipere, nunquam dare, semper petere, núquam rependere? Deo tantum hoc concedendum; hinc egregiè Dauid illud vnum, quod Deo posset rependere inuenit, sic profusus est, sic largus Deus noster in dando.

27. Dum dat se dat.

At cum det, quid est illud? quid? nisi se? ô mirum, ô magnum, te quærit non tua, vt tibi se det cum suis, quæ similis profusio? *Audi populus meus & loquar*, Regius ait Psaltes, Psal. 49. n. 7, *Israël, & testificabor tibi*, quid audiet, quid testificabitur? *Deus Deus tuus ego sum*, hoc debemus audire, hoc testificabitur, cur? quia populus, populus suus, quasi dicat tu populus meus, & ego Deus tuus, commutata sorte tu meus, ego tuus, loco pretij, quia te mihi dedisti, ego me tibi dedi, vt egregiè August. in hunc locum; *Etenim Deus tuus*, ait, *ei propriè dicitur, quem familiarius habet Deus, tanquam in mancipio suo, tanquam in peculio suo, præmium quæris à Deo, vt aliquid tibi det Deus, vt quod tibi dederit tuum sit? ecce ipse Deus qui dabit tuus est, dona quærebas, ipsum donatorem habes, Deus Deus tuus ego sum.* Egregiè, mancipium es Dei, eius familiaris, sit tuus Dominus peculiaris, præmium ob hoc requiris? quia te dedisti, & in tuum Deum eum assumpsisti, sic te æstimat, sic te amat, vt rependendo nil tui reperiat dignum nisi se, pluris te faciens, quàm tu te ipsum, Genes. 28. n. 20. *Si dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induccndum, erit mihi Dominus in Deum.* En quàm vili se æstimauit, pro pane, pro vestimento se seruum vouit, Deum in Dominum recognoscens, plus nos æstimat Deus noster, dum pro pretio nostro, non nobis inferiora, sed superiora, sed se dat, & dum dona nos quærimus, ipsum se donatorem dat, vnde ideo fit Dominus, vt in seruum euadat, & ideo vult dominium in te, vt tu in illum habeas, totam suam in hoc redigens potestatem, vt te sublecuet ad illam amplitudinem, qua Deum possidere possis, Deo, vt sic dicam, dominari; Hinc quia talis eius dominatus, non iam in illo amplius nomen Domini inuisum, sed simul iunctim auditur, vnde exclamat Thomas dicens: *Dominus meus, & Deus meus*, Ioan. 20. n. 28. adnota copulatiuam, dominus, & Deus, sic iam beneficum nomen Domini, ac nomen Dei.

August.

28. Cuius Deus proprius dicitur & qui Deum suum illum inuocare potest.

Genes. 28. n. 20.

29. Quàm Deus nos æstimet.

30. Dominium in nobis cur expetat Deus.

Ioan. 20. n. 28.

Enimuero multi volunt, Moysen pronunciato Dei nomine Ægyptium occidisse, Exod. 2. n. 22. inter quos Clemens Alex. 1. strom. c. 13. *Aiunt autẽ mista*, inquit, *eũ solo verbo occidisse Ægyptium*, inuocato scilicet Dei nomine, vt multi volunt ex Hebræis; ergo tunc Dei nomen mortiferũ; at quid postea quando tributa venit rependere, & ministrare, non ministrari, quando potentia in misericordiam resoluta, quando se in portionem hominis dedit? totum quippe illud sanctissimum nomen salus, & vita. Audi Petrum, Actorum 3. n. 6. *Argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do, in nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula*; & statim surgens ambulauit, vitam, salutem, ac misericordiam illud terribile, & sacrosanctum infundens nomen, quod prius mortem; nequidem mireris: nam portio iam erat hominis, tributa gratiæ, & misericordiæ illi respondens, *quod autem habeo hoc tibi do*; ergo Dei nomen Petri possessio, Petri hæreditas, Petri patrimonium tributa illi impendens; abstulerat Deus ab illo argentum, & aurum? & quia cum suus Petrus esset mancipium, indignum pro mercede aurum æstimauit, & argentum, sed se illi dedit, suúmque nomen ipsius effecit, pro tributo ipsum ei præstans; quod satis grauiter considerauit Ambros. octonario 8. in Psal. 118. super illa verba: *Portio mea Dominus*, ponderans Apostolis prohibuisse Christum aurum, & argentum, Matth. 10. *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam*, sed pro auro suum sanctissimum dedisse nomen, vnde ex nomine Petri sic ait: *In portione mea domes sum, in portione mea potens sum, merito tales præsume fructus istius portionis, vt salus, & vita donetur, quia hoc est istius patrimonium portionis, quam elegi mihi*, & infrà, *reliquisti quæ habebas, & cepisti quæ non habebas, Christus tibi portio, Christus tibi possessio est, illius nomen tibi munificum, tibi fructuosum, illius nomen tibi tributa dependit, & bona tributa non pecuniæ, sed gratiæ.* Egregiè, pro agris, pro prouentibus, pro argento, & auro, suum dedit nomen, hoc est se, tributa dependens non pecuniæ, sed gratiæ, sed miraculorum, sed sanitatis, sed vitæ, dominus factus vitæ Petrus, quia illud iam nomen possidebat, quod totum vita, totum beneficentia. Hinc si obserues, quando Ananiam, Saphirámque interfecit, Actor. 5. illud sua reprehensione, suo verbo, non Dei nomine effecit, vnde multi volunt ad vocem Petri Angelum Ananiam, Saphirámque occidisse, sic Dionys. Carthus. & consentit Cornel. indignum quippe existens, vt sanctissimum illud nomẽ quod iam vitæ, effet mortis.

Exod. 2. n. 22. Clemens Alex.

31. Dei nomen ante incarnationem mortale, post illam salus, & vita

Actor. 3. n. 6.

32. Deus post Incarnat onem hominis pars, & hæreditas.

Ambros.

Matth. 10.

31. Dei nomen hominum hæreditas, & præmiũ.

34. Petrus vt occidit Ananiam.

Actor. 5.

Dionys. Carthus. Cornel.

Nec equidem vlli mirum videri debet suam potentiam Deũ in misericordiam conuertisse, si semel ipsius consideremus naturam, tota ad benefaciẽdum, miserandúmque sic prompta, vt sicut Dionys. affirmat Areopagita c. 4. de diuinis nominibus, *ipse sui ipsius, & sibi ipsi pronocator, & motor est*; non ex alieno eam captans, sed ex suo, non ab alio ad miserandum pronocatus, sed ex se, & ex sympathia, quadam, vt egregiè affirmat Basilius Seleucienſ. orat. 1. de incarnat. cum homine, vbi ponderans talem ex peccatis extitisse hominem, vt merito in nihilum redigere eum Deus

Dionys. Areop.

35. Deus beneficus natura.

Basil. Seleuens.

36 Sympathia mouetur ad homi rem amandum.

poſſet,immo & deberet, tamen ait : *Sympathia tactus,iram quam iuſtè promeriti eramus conuertit in amorem,quo prorſus indigni eramus.* Pulchrè, ſympathia quidem amor eſt, non à ratione,ſed à natura procedens, mutuam quandam rerum inter ſe cognationem ſignificans, ſicut *antipathia* naturalem repugnantiam. Hinc & ſi ex merito homines miſericordia indigni,ex ſua tamen imagine in illum impreſſa cognationem quandam veluti cum illo mutuam retinentes, iram in amorem vertunt , ex qua radice illa

37 Sympathia & antipathia quid.

Gen. 8. n. 21. apud Geneſ.vox c.8.num.21. *Nequaquam vltra maledicam terra propter homines, ſenſus enim,& cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua; non igitur vltra percutiam omnem animam viuam ſicut feci.* Si enim quantum Deus iuſtus, ſi quantum eum peccata exoſa,ſi quantum peccata ipſi punire incumbat ſemel aduertas , admiraberis concluſionem; *cogitatio humani cordis in malum prona, igitur non percutiam.* Totum oppoſitum pronuntiare debuerat, igitur percutiam, vnde ergo talis conſequentia? inde, ex ſympathia, non equidem ex homine, ſed ex ſe,non tunc hominem reſpexit,ſed ſe,& ſympathia tactus iram vertit in amorem, cauſam , & originem ſumens ex proprio,vt deuotè,& ſenſatè ait Bernard. ſerm. 5. in Natali Domini ſuper illa verba Pauli : *Cui proprium eſt miſereri & parcere.* Ponderans ſic Dei propriè miſericordiam, vt ex ſuo eam ſumat,non ex alieno : *Quod miseretur*, ait, *proprium illi,ex ſe enim ſumit materiam , & velut quoddam ſeminarium miſerendi,rectè igitur pater miſericordiarum dicitur,non modo quod pater videatur miſereri potius,quàm indignari,ſed eo magis quod miſerendi cauſam,& originem ſumat ex proprio indicandi,vel vlciſcendi magis ex noſtro.*

Bernard.

38 Deus amat ex proprio non ex alieno.

39 Iram non ex ſe, ſed ex nobis Deus ſumit.

Hinc & ſi homo ad malum pronus ab adoleſcentia , & ſi eius ſenſus ad malum totus intentus,non vltra percutit, quia ſympathia tactus, ſe reſpiciens iram vertit in amorem , iram inquam , quæ contra eius naturam à nobis eam ſumens,vt rectè Bern. non ex ſe , vnde egregiè Nazianz.orat.in plagam grandinis , miſericordiam Dei populo ſpondens,pœnitentiam dummodo agat,ſic affatur : *Ego verò id planè ſcio, ego miſericordiæ diuinæ ſponſor haud dubiè miſſa facta ira,quæ ipſius naturæ aduerſatur , miſericordiam,quæ ipſi naturæ ineſt amplectetur.* Ergo contra Dei naturam ira, vnde ipſe violenter ad ſupplicium,& coactè; hinc quando ab illo te videris flagellari,non ab eo miſericordiam , ſed à te expoſcere debes,ſis tu tecum miſericors peccatum expellendo,& de Dei ira eſto ſecurus,cum enim ex ſe illam non accipiat , ſed à te,ſi tu materiam illi demas iam non amplius iraſcetur; quod egregiè ſequens Nazianz. dixit : *ad illam enim*,iram nempè,*à nobis vi pertrahitur,ad hanc* (miſericordiam ſcilicet) *ſuapte naturâ fertur, cum igitur non niſi coactè percutiat , quid afferri poteſt,quin natiua ſua bonitate vtens,indulgentem ſe nobis præbiturus ſit,modo noſmetipſos noſtri miſereat,iuſtiſque patris viſceribus viam patefaciamus.* Pende illud *modo noſmetipſos noſtri miſereat.* Crudeles in nobis ſumus quando flagellamur,quia non nos pœnitet mali,quia viam miſericordiæ non conſtruimus, vnde cum pecus, & pœnas ſoluis,vt ſic dicam,non ad Deum, ſed ad te recurre, tui miſerere , & negotium abſoluiſti : nam quantum ex Deo totus ipſe amor eſt,totus miſericordia, potens tantum ad miſerendum,à te adaptus ad ſupplicium.

Nazian.

40 Peccator dum flagellatur non à Deo,ſed à ſe miſericordiam experiat.

Hinc illi principes, illi ſunt ei cordi prælati, qui manſuetudine potius corda emolliunt ſubditorum,quàm ferocitate,& ad inſtar eius iunt conditionis,totus potens ſcilicet, ſed totus miſericors,ſic & ipſi toti potentes,ſed toti miſericordes,ipſa eorum potentia,ipſa beneficentia, vnde,vt hoc Eliam edoceret, ferocéſque eius edomaret ſpiritus,in terribilibus ei apparuit primo ſymbolis,in quibus non ipſe,donec in auræ tenuis ſibilo ſolutus , ac refuſus ibi Deum demorari intellexit, 3. Reg.19.n.10. *Quid hic agis Elia ?* ab eo Dominus, quam vocem blandam, mitem,& beneuolam fuiſſe obſeruauit Tertull. aduerſus Pſychicos, cap. 6. dans Eliæ ieiunio Dei familiaritatem, *Elias*, inquit, *minante Iſabel,fugiens poſt vnicum pabulum,& potum,qui ab Angelo expergefactus inuenerat , & ipſe quadraginta diebus , & noctibus vacuo ventre , arido ore peruenit ad montem Horeb , vbi cum in ſpelunca diuertiſſet, quàm familiari congreſſu Dei exceptus eſt: quid tu Elias hic? multo amicitior iſta vox quàm, Adam vbi es? illa enim paſto homini minabatur , iſta ieiuno blandiebatur,tanta eſt circumſcripti cibi prærogatiua,vt Deum præſtet homini contubernalem ; parem re vera pari , ſi enim Deus æternus non eſuriet,hoc erit tempus,quo homo Deo æquetur cum ſine pabulo viuit.* Egregiè,& alibi expendenda verba,nunc ad rem: ſic placidè ergo, ac humaniter interpellatus Elias reſpondit: *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum , quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael,altaria tua deſtruxerunt,prophetas tuos occiderunt gladio,derelictus ſum ego ſolus,& quærunt animam meam,vt auferant eam.* Si ſingula conſideres,quàm iuſto zelo Elias aſſerit, quàm rationabiliter omnes Baal Prophetas occiderit aſpicies,& cum hoc tamen, vt eius ſpiritus Deus mitigaret, præcipit : *Egredere, & ſta in monte coram Domino,& ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis,& fortis, ſubuertens montes , & conterens petras ante Dominum.* In quo loco egregiè obſeruauit eruditiſſimus vir Gaſpar Sanchez hic, eadem penè hoc ipſo in loco accidiſſe prodigia,ac cum daret Deus legem in Sina,Exo. 19.num. 16. vt ibi patet; & tamen cum ſic eſſet, ſtatim ſequitur : *Non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio,non in commotione Dominus, & poſt commotionem ignis,non igne Dominus.* In quo ergo Dominus? *in ſibilo* ſcilicet *auræ tenuis.* In quo Propheta inſtruitur, & ſimul exemplo admonetur,ad hominum ingenia emollienda, non turbine, non ira, ſed manſuetudine opus : nam quando Deus terribilitate, maieſtate, furore,ac potentia,item,quando ex zelo totus efferueſcebat in Sina,parum,aut nihil effecit,quia contra ſuam illa naturam, violenter ipſe ibi,cum ipſe non niſi in manſuetudine, in lenitate, in ſpiritu auræ lenis ; vnde Theodoret. quæſt. 57. *Per hoc oſtendens*, inquit, *quod lenitas , benignitas,& clementia,ſola eſt Deo grata, vnumquodque autem alienum attrahit hominum improbitas,dum antè ſe præmittit tanquam alienum turbinem , commotionem,& ignem,& in aura molli,& placidè ſibilanti quieſcens ingreditur.* Hominum improbitas iram attrahit,in qua cum non ſit ipſe, quid mirum ſi ſæpè obdureſcant ex illa, non molleſcant corda.

41 Principes & Prælati qui Dei cordi ſunt, quales.

3. Reg.19. n.10.

Tertull.

42 Ieiunium ad qualem Dei familiaritatem, & qualem hominem euehit altitudinem.

Theodor.

43 Ad homines attrahendos manſuetudo, non aſperitas neceſſaria.

Gaſp. Sanchez.

44 Deus flagellans deliquium noſtro modo intelligendi patitur.

Hinc profectò euenit, quod cum ipſe optimè hoc callear, ſic quando ad iram, & flagellum ob delicta impellitur angustiatur, vt quaſi deliquium videatur pati: *Aſſumpſi mihi duas virgas*, per Zachariam ait cap. 11. num. 7. *Vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum, & paui gregem.* In quo loco omnes expoſitores per has duas virgas duo intelligunt regimina, alterum ſuaue, & molle, iucundum, & lene, alterum durum, aſperum, & inſuave; primum ergo cum apprehendiſſet Deus, & videret ſe ob malitiam ſubditorum ad alterum apprehendendum coactum, ſic illud præſentiit, vt veluti deliquium paſſus, vnde ſequens, ait: *& ſuccidi tres paſtores in menſe vno.* Vbi Hieronym. Albertus, Remig. & Hugo Moſem, & Aaronem, & Mariam intelligunt, quos Deus ſic populi exigentibus peccatis ab eis abſtulit, quod maximum extitit flagellum, ingénſque ſuprà reliqua tranſacta ſupplicium; quod cum egiſſet, ſtatim ſequens ait: *& contracta eſt anima mea in eis*, quid eſt contracta eſt anima mea? Simmach. & Theodoret. *exanimata eſt.* Euſeb lib. 10. de demonſtr. Euangelij. *deficiuum paſſa eſt anima mea.* Vnde deliquium? ſanè, quia non leniter gubernare, non ſuauiter dirigere, non beneficia conferre, ob populi duritiam ſtringebatur contra eius naturam, contra eius, vt ſic dicam, eſſentiam; hinc veluti exanimari videbatur: *nam cum ſit bonus.* Vt excellenter Alexandrin. lib. 6. Stromatum: *Si ceſſaret vnquam benefacere, Deus quidem ceſſabit eſſe, quod nefas quidem eſt dicere.* Ergo cum ad puniendum eum peccata impellunt, & non ad benefaciendum, veluti quod à benefaciendo eum retineant, ſic ſtimulatur, vt veluti ab eſſe ſuo deſiſtens quodammodo exanimetur; cum ipſe quantum ex ſe nec obeſſe vult, nec poteſt, vt præclarè Senec. lib. 2. de ira, cap. 27. dum ait: *Quædam ſunt, quæ nocere non poſſunt, nullámque vim niſi beneficam, & ſalutarem habent, vt Deus immortalis, qui nec vult obeſſe, nec poteſt, natura enim illi mitis, & placida eſt, tam longè remota ab aliena iniuria, quàm a ſua.* Hincque benè Tertull. lib. de patientia, c. 15. & ſi facit Deum in throno ſedere maieſtatis, tamen comite patientia, vnde totum placidum affirmat, totum tranquillum, ſubditos ſufferentem, non plectentem: *Sedet enim in throno*, ait, *ſpiritus eius mitiſſimi, & manſuetiſſimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo limet, ſed eſt tenera ſerenitatis apertus, & ſimplex, quem tertio vidit Elias: nam vbi Deus, ibidem & alumna eius, patientia ſcilicet.* Egregiè, ſedet Deus in throno maieſtatis, Rex eſt, & Dominus, ſed cum eius alumna patientia ſubditos ſufferens, non plectens, tribuens benigne, non ſuperbe repetens: ex hoc equidem fit, vt ſic dominetur, quod tota eius voluptas vna ſit, ſcilicet miſereri; vnde Regius pſaltes, Pſal. 26. n. 4. *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluptatem Domini, & viſitem templum eius.* Quid per voluptatem? Auguſt. tract. 3 in Ioa. tom. 9. ipſam Dei pulchritudinem, vnde ipſe per *voluptatem* delectationem Domini legens, ſic ait: *Noli timere, ne faſtidio deficias, talis erit illa delectatio pulchritudinis, vt ſemper tibi præſens ſit, & nunquam ſatieris.* Egregiè, ſatiatur quis ex Domini pulchritudine; at quia non ad inſtar humanæ, ſatietas faſtidium non generat, ideo ſic ſaturatur, vt non ſaturetur, ſemper ſitiés, ſemper eſuriés; hinc habitationem in domo Domini expetit non vno, vel duobus, ſed omnibus diebus vitæ ſuæ. Agellius per voluptatem pſalmodiam intelligit, quæ decor, quæ voluptas Domini in eius templo dicitur. Vnde Dauid Pſal. 146. *Deo noſtro iucunda, decoráque ſit laudatio.* Et Pſal. 134. *Pſallite nomini eius quoniam ſuaue.* At ad rem noſtram proprius alij apud ipſum Agellium locum ſacri tabernaculi in quo maieſtas diuinæ præſentiæ relucebat, in quo, vt inquit Lyra. *dabantur diuina reſponſa.* In quo Deus conſulebatur, & in medio Seraphinorum reſpondens, gratias, bona, miſericordias in populum effundebat, in quo, vt Deus Salomoni 2. Paralip. c. 7. n. 12. & ſi iratus miteſcebat: *Si clauſero cœlum, & pluuiam non fluxerit, & mandauero, & præcepero locuſtis vt deuorent terram, & miſero peſtilentiã in populum meum, conuerſus autem populus meus, deprecatus me fuerit, ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & ſanabo terram eorum, oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco iſto oranerit.* Ergo voluptas Dei eſt benefacere, & diuinum vocabatur oraculum Dei voluptas, quia ibi benefaciebat, quam expetebat Dauid videre, quam ſummopere peroptabat.

Ex hoc equidem euenit, vt ſi ex parte hominis mille impediatur obſtaculis, mille retineatur repagulis ad benefaciendum, quia natura. & eſſentia ad miſerendum pronus, vt egregiè Senec. epiſt. 95. *qua cauſa, ait, Deo benefaciendi, natura.* Et epiſt. 65. *quæris quid ſit propoſitum Dei? propter hoc hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit bonitas?* Sc, non homines aſpiciens, ſuam bonitatem, non hominum malitiam, in hanc veluti irrumpens, diſſipans, diſtrahens bona profundit, elargitur, violentérque, vt ſic dicam, & ſi nolint homines effundit. Vnde eo ipſe profuſior, quo iſti indigni, & apud ipſum tota profuſionis ratio ipſa ſit indignitas, miſeretur quia miſericordia indigni, dona largitur, quia peccatores; *tunc erumpet quaſi manè lumen tuum*, ait Iſaias, cap. 58. num. 8. quem locum legens Chryſoſt. hom. 55. in Math. tom. 2. *tunc erumpet matutinale lumen tuum*, eleganter petit, *cur erumpet*, inquit, *& non apparebit.* Et ſecundo cur *matutinale lumen* vocauit, quibus reſpondit, ideo erupiſſe Dei lumen dici, quia nihil eſt mali, quod ineffabilem eius impetum prohibere poſſit, *vt velocitatem ſcilicet*, ait, *& copiam dantis exprimeret, quodque muneribus plenus ex largiendi feſtinatione prorum it, cum nihil ſit quod ineffabilem eius impetum prohibere poſſit.* Egregiè, plenus Deus, ac veluti gratiarum, miſericordiarúmque fœtus, prorumpit dando, impatientia intus portandi, ſic violenter foras irrumpens, vt diſſectis ſeptis, obſtaculiſque proruptis malitiam ſuperans. bonitatem profundit copioſè, immenſe, & hoc maturando, ob hoc & matutinale lumen dicitur, ait Chryſoſt. quia nempè *non poſteà quam periculum tentando fecerit, nec poſtea quam afflictiones innaſerint ſolum, verum etiam anteà prænenire ſolet.* Egregiè, tu in peccatis totus dormis, ille præueniens tribulationem antelucatur ad tui miſerendum, & quo indignior, eo

Zach. 11. n. 7.

Hieron. Albert. Remig. Hugo.

Simmach. Theodor. Euſebius.

Clem. Al.

Senec.

45 Deus obeſſe non poteſt.

Tertull.

46 Patientia Dei alumna.

47 Eius voluptas miſereri.

Pſal. 26. num. 4.

Auguſt.

48 Eius pulchritudo ſatietas.

Agellius. Pſal. 146. Ibid. 134.

49 Pſalmodia Dei voluptas.

2. Paral. c. 7. n. 12.

Senec.

50 Deus eo profuſior, quo homo indignus.

Iſa. 58. num. 8. Chryſoſt.

51 Irrumpit malignitatem beneficentia.

amplius, quod ni fallor deuotissimè expressit Dauid in illis verbis gratiarum actionis, 2. Reg. 7. num. 19. nempè *ista est enim lex Adam Domine Deus*, quæ post immensa enumerata beneficia subiunxit, dixerat enim: *Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque, sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum*; post quæ: *Ista est enim lex Adam Domine Deus.* Quid hoc? rectè Rupert. vt in Glossa, immeritis nempè, & indignis benefacere, & à longinquo, vnde pro lege peccatum intelligens sic ait: *Ista est lex Adam, lex vtique peccati sub qua nos omnes ille genuit, fumus enim ille, & nos omnes natura filij iræ, sicut & cæteri, idcirco neque nos, neque aly per nos tua domus esse merentur, quia nemo nostrum est, qui à sorde sit immunis, & omnes eadem gratia tua indigemus.* Sensatè quidem, obrutus, vt sic dicam immensis Dauid beneficiis, dum nulla in se merita, immo infinita aspiceret demerita, hæc ipsa pro ratione Deo beneficandi adduxit, sic altè de Dei intelligens bonitate, vt ideo benefacere dignetur, quia nos indigni, & lex benefaciendi ipsamet sit indignitas, benefacit, iam inde sanguinem profundens, præparans agnum, *occisum ab origine mundi.* Si rationem exposcis, quia filius ego Adæ, quia peccator, quia indignus, vnde id quod hominem à benefaciendo solueret, Deum ligat, & quasi pro lege ei sit indignis benefacere, benefaciendo mala obtegere, obstacula irrumpere non victus à malitia, sed malitiam vincens.

Hinc equidem fit, vt cum totus sit misericordia, & in hoc vnum omnis eius potestas, scilicet, vt misereatur, Christus Dominus noster nostro prouidens bono, nobis consuluit, vt semper peteremus, & vnice id, quod fieret voluntas Dei, Matth. 6. *sicut in cœlo, & in terra.* Sollicitior ipse de nostra, quàm nos ipsi salute; vnde sensatè hoc Abbas considerans Isaac apud Cassian. collat. 9. illud verissimum promit, nullum nempè ex affectu illud dicere, non firmiter credentem nos amplius quàm nobis ipsis Deo cordi esse: *Hoc quoque*, ait, *nemo ex affectu dicere prænalebit, nisi is solus, qui Deum credit omnia qua videntur, vel aduersa, vel prospera pro nostris vtilitatibus dispensare, magisque eum pro suorum salute, & commodis prouidum, atque sollicitum, quàm nos ipsos esse pro nobis.* Pondero illud *pro suorum salute, & commodis.* Sollicitior, non solum pro spiritualibus, sed pro temporalibus, non pro necessariis tantum, sed pro commoditatibus, vt commodè scilicet viuas pro statu, pro conditionis ratione, vt si nobilis, non viliter, vt si infirmus, non nimis graueris, *postulet vir ab amico suo.* Exod. 11. nu. 2. *Dominus præcepit Moysi, & mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea.* Ad quid? nunquid hæc ad victum necessaria? minimè, sed satis ad ornatum, prouidit commodo, vt quia ingenui erant, non exirent, vt serui, & insuper eorum infirmitati consulens, vt egregiè Greg. Moral. 28. cap. 17. concupiscentiæ seruiens, vt libentissimè exirent: *Pio, insuper moderamine*, ait, *latenti eorum concupiscentiæ condescenditur, & vicinorum suorum vasis aureis, argete sane sublatis discedere iubentur.* Ex quo sanctissimum educit documentum, infirmas nempè mentes gradatim ad perfectionem ducendas, ne dum in principio nimis anguntur, perfectionem exhorrescant, vnde ait: *Hic diligenter considerandum est, quod mentes vsui vitæ carnalis inhærentes euelli ab infirmis non possunt, nisi gradatim ducta prædicatione proficiant.* quod exemplo allato probans, adnotat, egressis ex Ægypto, & ad montem Sina eductis, sicut in Ægypto alienum concesserat, sic quasi iam in spiritu profectis eius concupiscentiam interdixit, vnde ex præcepto, *non concupisces rem proximi tui.* Compassus ergo infirmitatis, non solum necessario, sed commodo prouidit: *misereor super turbam.* Discipulis ait in cap. 8. Marc. num. 1. *Quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent, & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via, quidam enim ex eis de longè venerunt.* Duo pondero, primum, quod sustinent me, inquit, quis hoc audiens, non dubium forsitan recogitabit imperium necessariæque vires ad illud sustinendum? at audi quid Deus suam dixit sustinentiam, Matth. 15. num. 30. *Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, Iesus autem conuocatis discipulis dixit, Misereor turbæ, quia triduo iam perseverant mecum.* O dulcissimum Dei regimen! ipsam misericordiam, ac gratiarum profusionem sufferentiam suam dixit, & ad miracula patranda accinxit, quia onus beneficiorum sustulisti, & vt acciperes in dies secum cohabitasti, non aliò te diuertisti, *quia triduo iam perseverant mecum.* Et secundo, *timeo*, ait, *ne deficiant in via.* Si timet, ergo non certa defectio, ergo dubia; at si dimisisset, & si à longè quidam venerunt, nunquid sic locus dissitus à vicis, à ciuitatibus, vt mutuo petere non possent, vt mendicare non valerent? profectò locus, *Sens mare erat Galilææ.* Matth. ibi, quid mare distare poterat à Galilææ vicis? parum equidem, vnde ergo timor defectionis? sanè, quia, & si commodato petere, & si mendicato, prius considerauit Dominus aliquos ibi sic timidos, vt nec commodato petere auderent, aliquos sic verecundos, vt nec mendicare, ideo non solum necessitati, sed commodo consulens, vt ait Abbas Isaac, miraculum edidit, totam suam in misericordiam immutans potentiam, non solum benefaciendo, sed sufferendo. Vnde Paul. ad Rom. 9. num. 19. exemplum Pharaonis adducens, in hoc affirmat illum Deum excitasse, vt quanta eius esset potentia ad tolerandum omnibus innotesceret: *Dicit enim script. Pharaoni, quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam.* Hoc est potentiam sufferendi, vt Primas. in hunc locum; *de Pharaone*, inquit, *dici potest, vt dicatur per Dei misericordiam induratus, quoniam quando Moyse orante cessauit plaga, ille indurabatur, & quamuis sciret eum ita esse induratum, vt non posset conuerti, tamen bonitatem suam ostendit.* Sic aliquando nos ipse indefesse sustinet, vt plus nobis ipsis, quàm ei oneri simus, ipso nos sufferente, quando nos nos ipsos non possumus, vnde Iob 7. *Et factus sum mihimetipsi grauis.* Consultius nobis Dei imperium, quàm proprium nostrum: nam, vt eleganter Seneca præfat. in lib. 4. Nat. quæstion. *imperiosi nobis ipsi*, inquit, *molestique sumus, infe-*

2. *Reg.* 7. n. 19.

Rupert.

52 Lex Dei est indignis benefacere.

Matth. 6. *Cassian.*

53 Christus nostro cõsulens bono fecit, vt peteremus vt Dei fieret voluntas, quia hæc semper ad nostrum pronа commodum.

Exod. 11. n. 2.

Greg.

54 Non solum locus nostris protulit necessitatibus, sed commodis.

55 Immo & & concupiscentiis.

56 Homines gradatim ad perfectionem ducendi.

Marc. 8. n. 1.

Matth. 15. n. 30.

57 Beneficiorum pondus nostræ sustinentiæ reputat Deus.

58 Christus turbæ prouidit earum commodo attendens plus quam necessitati.

Ad Rom. 9. n. 19.

Primas.

59. Pharao excitatus ad demonstrandum Dei patientiam in sufferendo.

Iob. c. 7.

Seneca.

60 Plus Deus potens in nos ſufferendo, quã non ipſi noſmetipſos.

licem animum, nunc ſuperbia inflamus, nunc cupiditate diſtendimur, alias voluptate laxamus, alias ſollicitudine exurimus. Egregiè, & vltima pende verba, ad exuſtionem noſtra nobis deſeruit ſollicitudo, quando noſtri ſumus, nobiſque imperamus; at quando ſub Dei imperio, ipſúmque ſuſtinemus, ad refectionem, ad ſaturitatem; en tibi Chriſtus ſollicitus de turbarum defectione, *timeo, ne deficiant in via.* Quid inde? niſi plena, ac ſuperabundans refectio: *& comederunt omnes, & ſaturati ſunt, & quod ſuperfuit de fragmentis tulerunt ſeptem ſportas plenas.* Matth. 16. n. 37.

Matth. 16. n. 37.

61 Deus nomen Domini refugit, quando punit.

Ex hoc equidem fit, vt cum totus eius dominatus, ac poteſtas ſit in benefaciendo, ac miſericordiam profundendo, dominij titulum, ac Domini nomen refugiat, quando ſupplicium infert, quando malitia hominis adactus à ſe eum repellere cogitur, ad quod probandum aduertere licet quod Sanctus Pater Anaſtaſius Sinaita Patriarcha Antioch. lib. 7. Anagogicarum contemplat. Biblioth. Patrum, tom. 6 ponderauit, poſt Adami ſcilicet è paradiſo eiectionem Domini nomen Deum exuiſſe, aduertens immediatè poſt, dixiſſe Euam: *poſſedi hominem per Deum*, & non per Dominum Deum, Geneſ. 4. num. 1. vnde cum Iudæis eloquens ſic ait: *Quamobrem autem ô Indai, diuina ſcriptura quæ ſeptemdecim in capitibus conſequenter in Paradiſo Deum duplici nomine nominauerat, & eum Dominum, & Deum appellauerat, ſtatim poſt hominis è Paradiſo egreſſum ipſum Deum appellauit, & non Dominum Deum.* Cui quæſtioni quia cum Iudæis loquebatur reſpondet, ideo tunc Deum Domini nomen exuiſſe, ad demonſtrandum eorum qui extra Eccleſiam ſunt tantum Deum eſſe, hoc eſt inſpectorem, & iudicem, eorum autem, qui intra illam, & Dominum, hoc eſt gubernatorem, ac benefactorem: *Vt tu diſcas*, ait, *quod Eccleſia eſt proprium Dominus, & Deus, & non ſimiliter eorum qui ſunt extra Eccleſiam: nam hominum quidem qui ſunt extra, Deus eſt nempè θεώρης*, hoc eſt θεατὴς, *id eſt eſt inſpector, Eccleſiæ autem Deus eſt, & ſpectator, & Dominus, et dominans, eiuſque curam gerens, eam ſuſcipiens, curans, & defendens.* Quæ omnia ſi ad hæreticos applices, nil aptius inuenies dictum, extra Catholicam cum ſint Eccleſiam, quæ Dei paradiſus, & ſi eorũ etiam Deus; at nõ Dominus, operum enim ipſorũ tantũ eſt inſpector, iudex, vindex, dominatum in illos diabolo relinquens, cuius sũt ſerui, cuius ſunt membra; quod & ſi verũ, tamen alia mihi eiuſdẽ amplius placet ſententia, ipſe enim adnotat ex Philone, Clemente, & Origene non prius in ſcripturis Deus Dominus dictus, quàm homo formatus, quàm totus ſe in hominem fudit. Hincque rectè deducit, quod cum antè Chriſti aduentum Deus inſpector tantum diceretur hominis, quatenus eius dominatum diabolus obtinebat, poſt Chriſti aduentum & corpus illud ſanctiſſimum formatum ſtatim, *Dominus dictus; vt qui noſtri dominaretur in quos antea dominatum obtinebat diabolus*, vnde eleganter ipſe: *Quando autem, cum per carnem aduenisſet, tyrannum inimicum noſtrum percuſſit, quando mortem morte affecit, quando nos à dæmonum manu ereuſit, quando docuit impios Dei cognitionem, quando gentes à patre accepit in hæreditatem, tunc Dominus eſt appellatus.* Ergo tunc Deus Dominus, quando homini benefaciens, quando in illum munificus, ſplendidus, ac totus miſericordia; quid ergo mirum ſi poſt iectum illum à paradiſo, poſt pœnas inflictas, poſt mortem addictam, *Domini* nomen exuerit, dum hominis peccatis ſic exigentibus pœnas illi infligere non gratias debebat, ſic Dei proprium eſt parcere, ſic eius dominium tota miſericordia vt potius nolit Dominum eſſe ſi non parcat, ſi non benefaciat, vt inde videas, quàm aptè à ſapiente dictum, ideo Deum hominibus parcere, quia eorum Dominus, vnde ait, *& ob hoc quod omnium Dominus es, &c.*

62. Deus hæreticorum Deus eſt, non Dominus in quo ſenſu.

63 Deus antè hominis formationem nunquam Dominus dictus.

Num. 17. *Virtutem enim oſtendis tu, qui non crederis eſſe in virtute conſummatus, & horum, qui te neſciunt, audaciam traducis.*

Commentum litteræ.

Connexio Capiius.

DIxerat Deum omnibus parcere, quia omnipotens, nunc dat rationem, cur aliquãdo hoc non faciat, ſed omnipotentiam in vindicando demonſtrat, affirmatque incredulitatem eſſe impiorum, eorúmque in malum obfirmationem, vt mox dicemus.

Virtutem oſtendis, &c. Hoc eſt potentiam.

Qui non crederis eſſe in virtute conſummatus, &c. Complutenſes, & Regij *obfirmatus*, eſtque ſenſus, tunc potentiam oſtendis, quando potentem non crederis, quando non ex bonitate ſed ex impotentia crederis, quod non punias, vnde te impotentem iudicando, dum liberè peccant, ad puniendum, tuámque exercendam potentiam impellunt, tales ſunt idololatræ, tales mali Chriſtiani, qui & ſi non ore, factis tamen Dei negant omnipotentiam, dum ſic effrænatè peccant ac ſi Deus impotens eſſet ad eos puniendos, quos Deus dicitur in lucernis ſcrutare vt eos inueniat, & ab aliis ſeparet peccatoribus cum timore peccantibus, miſericors in iſtis, terribilis in illis, Sophon. 1. num. 12. *Scrutabor Hieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in faecibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis, non faciet bene Dominus, & non faciet malè*: vbi Hieronym. *Scrutabitur Dominus Hieruſalem, ideſt Eccleſiam ſuam cum lucerna, & vlciſcetur ſuper viros contemptores, qui noluerunt ſeruare mandata Domini, & inſuper blaſphemarunt in cordibus ſuis, quod nihil prodeſſet benefacere, nec obeſſet malè agere, quia nec bonorum operum præmium, nec malorum pœnam reſtitueret Deus, ideo ait viſitabo.* Hos ergo viſitat, contra eos ſuam exercet potentiam, quia eum ſuis effrænatis impellunt peccatis.

1 Quos peccatores Deus ſcrutatur in lucernis *Sophon. 1. n. 12.* *Hieron.*

Hugo de ſuperbis hoc intelligit, quos Deus humiliat ſuam exercendo potentiam, quia iſti non credunt illum eſſe omnipotentem: primus ſenſus germanus. *Hugo.*

Et horum qui te neſciunt audaciam traducis, &c. Vatab. *& contumacia preditos redarguis.* Græc. *& inſcientibus audaciam arguis.* Hoc eſt in audaces potentiam declaras, vel in eis, qui te ſciunt, optimèque tuam callent omnipotentiam, & tamen audaces ſunt ad peccandum, potentiam oſtendis, ſic Auguſt. lib. 83. quæſtionum quæſt. 53. qui legit. *ſed in iis qui ſciunt, audaciam traducis*, vel audaces, & peccantes redarguis,

2 Peccatores audaces qui. *Auguſt.*

coram eis qui te sciunt.

Omnes expositores, quos viderim, legunt *in audacia*, vel *in audaciam traducis*. Et sic variè hanc intelligunt sententiam, Lyranus quod Deum nescientes, in audaciam traducit, hoc est de peccato in peccatum; veluti infideles, Hugo traducere in audaciam, explicat Deum tales à se audacter eiicere, vel quia ex sui ignorantia peccantes effrænatè, peccandi occasionem præbet; Carthus. ob audaciam qua se impunè putant impij peccare, duci à Deo de culpis ad pœnas, vel permitti de vitiis in vitia labi, Bonauent. quia Deum nescientes ipse audacter ducit ad pœnas, quas merentur.

Lyran. *Hugo.* *Carthus.* *Bonauēt.*

Planus sensus, quem vulgata efficit emendata, Deum infidelium, & potentiam ipsius negantium, ipsúmque contra audacter peccantium audaciam traducere, hoc est conuincere, redarguere, potentiáque sua corripere, nil aliud nisi sententia præsefert hoc sapientis dictum.

Num. 18. *Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos, subest enim tibi, cum volueris posse.*

Num. 19. *Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse, & humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos, quoniam iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ.*

Commentum litteræ.

Connexio sapius.

DE modo quo Deus in Chananæorum afflictione se habuerat, disputauerat, nunc quid inde Hebræi educere debebant ostendit, vnde de eorum institutione per tales pœnas hic incipit agere, vt mox dicemus.

1 Deus cur dominator dicatur virtutis.

Dominator virtutis, &c. Græc. *qui dominaris fortitudini.* Duplicem potest obtinere sensum, aut qui consúmatus es in virtute, & potentia, aut qui sub tua potestate habes potentiam, ita vt quando vis, & tibi videtur eam exerces, & exerceas. vnde ea non nisi cum moderamine veteris, hic secundus magis placet. Hugo legit *Dominus virtutum Angelicarum.* August. similiter, sic enim Deus aliquando vocatur; vnde non alium recognoscunt sensum nisi Dei appellationem; at secundus sensus proprior.

In tranquillitate iudicas, &c. Græc. *in æquitate.* Non summo iure, non cum perturbatione, & ira, sed sedate, & tranquille, cum irati rectè iudicare non possunt. Hinc Isaias 42. num. 4. de Christi iudicio loquens, statim asserit illum non futurum tristem, neque turbulentum, *in veritate educet iudicium, non erit tristis, neque turbulentus.* Vnde rectè hoc Architas considerans Tarentinus contra Rusticum, qui rus dissiparat, *sumpsissem*, ait, *à te supplicium, nisi iratus essem.* Valer. lib. 4. cap. 1. quod idem de Platone scribit amico remisisse seruum castigare, & si ipse iam cum flagello, quia iratus, *deforme sibi futurum existimans*, vt ait Valerius: *si commisisset vt parem culpam serui reprehensio, & Plato animaduersio mereretur.* Quod idē narrans Seneca lib. 3. de ira, pulchra illa affert Platonis verba: *Ne sit seruus in eius potestate, qui in sua non est, qualis scilicet modo ego sum.* Vnde rectè idem subiungit Seneca, Platonem serui oblitum, quia alium prius inuenit castigandum, seipsum nempè iratum, aitque, *& ideo nihil tibi licebit cum irasceris, & hoc ideo, quia si vis tibi licere pugna tecum ipse.* Nil melius, turpe est, vt seruus contra seruum insurgat, & seruus indignior, seruus iræ indignior hominis seruo, ergo turpe, vt hunc castiget, sub peiori ipsa degens seruitute. Hinc Deus summus ad nostram se adaptans doctrinam, & si iustè irasci possit, & suam potentiam habeat in potestate, tamen in tranquillitate dicitur iudicare, hoc est sine perturbationis ira, quæ licet sit in Deo, tamen absque imperfectione, vide Lactantium lib. de ira Dei, contra negantem iram esse in Deo.

Isa. 42. num. 4.

2 Iudicium exercendū sine ira, & commotione.

Valerius.

Seneca.

3.

Homo iratus iræ seruus alium castigare seruum non audeat, nisi prius se subiugauerit.

Et cum magna reuerentia disponis nos, Græc. *cum multa parcitate, seu indulgentia, ac venia gubernas nos.* Carthus. propriè reuerentiam accipit, scilicet pro honore, quo Deus homines prosequitur, benignè gubernando, ad pœnitentiam exhortando, amicitiam, & gratiam offerendo, Angelos in custodiam deputando, & tandem præclarè, ac magnificè, vt eius decet maiestatem nos gubernando, non est improbāda sententia. Saluianus lib. 1. de prouidentia idem sentiens, affirmat tale esse dignitatis culmen humanæ, vt quodammodo Deus eam reueretur, vnde super hæc verba: *Ecce habes*, ait, *iugiter disponentem Deum, iugiter gubernantem, quamuis in isto scripturæ loco, non gubernatio tantum sacra, sed etiam dignitas declaretur humana, in hoc enim quod ait, disponis nos, vis diuinæ gubernationis, in hoc autem quod cum magna reuerentia, culmen humanæ ostenditur dignitatis.* Omnes boni sensus, attamen literalis est recentiorum pro reuerentia sumentium amorem Dei cum aliquo timore; est autem reuerentia, *dilectio mixta cum pauore*, inquit Holxoth; sic gubernans amando, vt semper quasi timeat, ne ad iracundiam concitans filios eos ex flagello perdat, exemplo illustrat rem Cantacuz. cautè obseruantis vitrum, ne in durius quid impingens frangatur; vnde nullo modo nos tentari finit suprà id quod possumus, 1. ad Corinth. 10. num. 13. Hinc Castro, rectè reuerentiam accipiens pro timore affirmat, Deum cum reuerentia nos gubernare, quatenus suam videatur reuereri potestatem, vt non per omnia eam exerat, seuerèque castiget; hinc ægrè ducitur ad puniendum, de qua re vide in 1. tom. ho. 23. & sola sustinentia solet peccatorem ad se attrahere ibi. hom. 121. ob quod nil contra illum obmussitare mali possunt, ibi. hom. 104. suauitérque omnia gubernans, ibi. hom. 148. prælatis, principibúsque in hac re præbens exemplum, vt infrà dicemus.

4 Deus cum reuerentia homines gubernat.

Saluian.

5 Reuerentia quid.

Cantacuz. *1. Corinth. 10. n. 13.* *Castro.*

Subest enim tibi cum volueris posse, &c. Ratio Dei longanimitatis, & sufferentiæ, vt rectè Holxoth, non enim dubitat cum voluerit posse castigare, aut quod præterita occasione peccator aliunde effugere possit, sed semper cum voluerit, potest; ideo patienter expectat, caue, ne aliquando velit, Hugo, & Bonauent. ex hoc loco eliciunt Deum plura posse, quàm vult, nec operari necessitate naturæ, sed voluntatis arbitrio, sequitur etiam ex hac authoritate Dei voluntatem efficacem semper impleri, vt ait August. in Enchirid. cap. 96. & sanctus Thom. 1. 1. quæst. 19. articul. 6. & insuper omnipoten-

6 Deus cur peccata dissimulat in vniuersum.

Holxoth. *Hugo.* *Bonauen.* *August.* *S. Tho*

tem esse, & absolutè omnipotentem debere dici.

In qua re, vt hoc obiter dicam, mihi summopere displicet eorum modus loquendi, qui passim dicunt Deum non posse omnia, quia peccare non potest, vel mentiri; aut facere vt præteritum non sit præteritum, & similia, quæ contradictionem inuoluunt; indecens enim Dei maiestatis est talis modus loquendi, &, vt sic dicam, minus pius, cum, vt sanctissimus diu. Tho. dixit 1. parte quæst. 25. art. 3. in corpore, *Communiter dicerentur, quod ea non possunt fieri, quàm quod Deus ea non possit facere.* Quod equidem acutissimè deducit ex subtilissima illa ratione, qua Dei infinitam potentiam probat, assignans eam summum esse diuinum in qua ipsa fundatur; vnde concludit obiectum huius diuinæ omnipotentiæ esse omne possibile, quod repugnantiam non inuoluit, cum obiectum alicuius potentiæ debeat esse actus, in quo illa potentia fundatur, vt potentiæ calefactiuæ calefactibile; hinc cum esse diuinum sit, in quo Dei omnipotentia fundatur, & hoc sit infinitum, sit etiam, vt eius obiectum sit omne possibile, & quod fieri potest. Ergo mentiri, peccare, & facere quod præteritum non sit præteritum, sunt non entia, non possibilia, & sic extra obiectum diuinæ omnipotentiæ, vnde non dicendum Deum illa efficere non posse, sed illa esse impossibilia; pulchrè hoc Anselm. lib. 2. cur Deus homo cap. 17. vbi sic: *Illius autem voluntas nulli subditur necessitati, aut impossibilitati, nihil enim est necessarium, aut impossibile, nisi quia ipsa ita vult; ipsum verò, aut velle, aut nolle aliquid propter necessitatem, aut impossibilitatem alienum est à veritate.* Cuius rationem reddens subdit; *quare quoniam omnia quæ vult, & non nisi quæ vult facit, sicut nulla necessitas, sine impossibilitas præcedet eius velle, aut nolle, ita nec eius facere, aut non facere, quamuis multa velit immutabiliter, & faciat: & sicut cum Deus facit aliquid, postquam factum est, iam non potest non esse factum, sed semper verum est factum esse, nec tamen rectè dicitur impossibile Deo esse, vt faciat quod præteritum est non esse præteritum, nihil enim ibi peratur necessitas non faciendi, aut impossibilitas faciendi, sed Dei sola voluntas, qua veritatem semper (quia ipse veritas est) immutabilem, sicut est esse vult.* Nil melius, non est quippè dicendum ad præteritum Deum non habere potentiam, sed potius non voluntatem, quia præteritum non esse præteritum impossibile est, absolutam repugnantiam inuoluens terminorum, vnde extra obiectum omnipotentiæ, ac proindè voluntatis diuinæ. Vnde ea non posse magis Dei obfirmat omnipotentiam, vt idem inquit sanctus dicens: *Quoties namque dicitur Deus non posse, nulla negatur in eo potestas, sed insuperabilis significatur potentia, & fortitudo.* Quomodo? quia nullo modo effici potest. vt quod repugnat, & quod malum est possit velle, cum hoc non magnitudo, sed defectus esset potentiæ, vnde quando dicitur aliquid Deum non posse, infirmitas, seu impotentia non est in Deo, sed in rebus, quod præclarè confirmat sanctus exemplo sic dicens: *Nam vsitata est huiusmodi multum locutio, vt dicatur res aliqua posse, non quia in illa, sed quoniam in alia re est potestas, non posse, non quoniam in illa, sed quia in alia re est impotentia, dicimus namque iste homo potest vinci, pro aliquis potest eum vincere, & ille non potest vinci pro nullus potest eum vincere; non enim potestas est posse vinci, sed impotentia, nec vinci non posse impotentia, sed potestas, sic nec dicimus Deum necessitate facere aliquid, eo quod in illo sit vlla necessitas, sed quoniam est in alio, sicut dixi impotentia, quando dicitur non posse.* Nil melius, sed de hac re abundè dictum.

7 Modus loquēdi Deū non posse omnia indecens, & excusari debet. *S. Thom.*

Oportet iustum esse, & humanum, &c. En finis, Græcè est, *oportet eum qui iustus est, esse humanum.* Ex humanitate enim, qua Deus genus gubernat humanum suam omnipotētem cohibens, & moderans potentiam, principes, & superiores instruit, quomodo & ipsi regere similiter debeant, de qua re infrà.

Et bonæ spei fecisti filios tuos, &c. Græc. *bene sperantes de te.* Ex misericordia ergo, qua Deus in Chananæos vsus, duo filiis suis præclara edidit exempla; primum, quomodo regere ipsi debebant, ad eius quippè similitudinem, potentiam cum mansuetudine miscendo; & secundum, vt & si peccarent, non deficerent, dummodo eos pœniteret, quia si hostibus, & seruis locum præbuit pœnitentiæ, quanto magis filiis; ex quo auxit illis spem, & bonæ eos fecit esse spei.

Quoniam indicans das locum, &c. Participium *indicans*, non est in Græco, parum refert, eundem facit sensum, nempè vt suprà dixit, Deum in sententiam ferendo longanimiter se gerere locum dans pœnitentiæ; Hugo, *id est ad pœnitentiam expectas etiam in peccatis, id est in multitudine peccatorum.* *Hugo.*

HOMILIA XLIX.

Principes, ac Prælati in regimine misceant cum potentia mansuetudinem.

ENimverò egregiè sanctissimus Apostolus Paulus, dum asseruit, omnia quæcumque in scripturis scripta, ad nostram scripta doctrinam ad Rom. 15. num. 4. cum, vt doceamur illa exarauerit Spiritus sanctus, *in illis enim*, vt Diu. ait Laurent. Iustinian de agone Christi, cap. 9. *Dei nobis loquitur verbum, docens, instruens, & occulta sapientiæ suæ mysteria pandens.* Vti expressè hìc, dum ait: *docuisti populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse & humanum.* Regibus, Principibúsque quasi testatum relinquens iustitiam cum humanitate, rigorem cum mansuetudine miscendum, si humani, si liberi, tandem si ingenui apparere desiderent, cum iustitia absque mansuetudine non sit liberi hominis actus, sed serui, sed, vt sic dicam, mancipij, Deut. 27. n. 11. ad benedicendum ac maledicendum populum sanctissimus Prophetа distribuens, sic filios Israël diuisit vt ad benedicendum essent tribus *Leui, Iudæ, Isachar, Ioseph, Beniamin*, ad maledicendum autem *Ruben Gad, Asser, Zabulò, Dan, Nephtali.* In qua distributione si rectè aduertas, eos ad maledicendum elegit, qui seruorum filij; ad benedicendum verò, qui liberatum; quod etiam ponderauit Theodoretus in hunc locum quæst. 34. dum ait: *Notandum est autem benedicendi facultatem concessisse tribubus ex liberis oriundis, ad maledicendum verò semi seruos constituit.* Nec te fatigat inter hoc Ruben, & Zabulon annumeratos:

Ad Ro. 15. n. 4.

1 Deus nobis loquitur, & instruit per scripturas.

2 Iustitia absque mansuetudine opus serui, non liberi.

Deut. 27. n. 11.

Theodor.

3 Ad maledicendum illi filij Iacob fuerunt electi, qui ex serui.

tos: nam, vt rectè idem, nullus Rubeno maior seruus, dum sic fœdè peccauit, nullus Zabulone, dum vltimus inter fratres: *Collocauit*, ait Theodoretus, *Ruben, & Zabulon, illum vt qui in scelus prolapsus erat, hunc postremum filiorum Elia.* Ergo ingenui ad benedicendum, serui ad maledicendum eliguntur, vt inde Principes agnoscant, non se liberos, sed seruos, quando ad maledicendum destinantur, & non benedicendum: quando ad populum opprimendum, non subleuandum, quando tandem ad puniendum, non benefaciendum. Ob hoc equidem & si Rex seruum Nabuchodonosor vocauit Dominus, Hierem. 25. num. 9. dum ad destruendum, & perdendum illum mittebat: *Mittam Nabuchodonosor seruum meum.* Hoe est, vt Diu. August. & S. Thom. *victorem, & executorem iustitiæ meæ.* Nec te moueat illam honorificam esse appellationem: nam non ob id eum sic appellauit, sed ad sui populi confusionem, quasi & si iste homo esset flagitiosissimus, tamen eorum comparatione seruus dici poterat Dei, vt egregiè Hieron. epistol. 3. ad Heliodor. *Miseri*, inquit, *Israëlitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonosor seruus Dei dicitur.* Ergo non ad honorem, sed ad vituperium seruus iste dictus est Rex, quatenus ad destruendum mittebatur, non autem ædificandum.

Hier.25. n.9.

August. S. Thom.

Hieron.

4 Christianorum pudor, dum Gentiles respectu eorum Dei serui dici possûr, dum malè viuunt.

Hinc si electione ad regimen Principes assumendi, seu si mauis, quando ipsi ad principatum aliquem euehunt, illud in primis in eligendo desiderare debent suprà alias animi dotes, mansuetudinem, cum qui tales non à sorte, non ab arte, non à successione, sed ab ipsa videantur ad regendum electi natura; quod egregiè ponderauit Ambros. lib. 5. Exam. c. 11. in Apum Rege, ponderans illum ipsos eligere, qui clarioribus formatum insignibus, interquæ principem obtinet mansuetudo locum: *Rex autem*, ait Sanctus, *non sorte ducitur, quia in sorte euentus est, non iudicium, neque imperita multitudinis vulgari clamore signatur, quæ non merita virtutis expendit, neque priuilegio successionis, siquidem ignarus publicæ conuersationis, cautus, atque eruditus esse non poterit: apibus autem Rex natura claris formatur insignibus, vt magnitudine corporis præstet, & specie, tum (quod in Rege præcipuum est) morum mansuetudine: nam & si habet aculeum, tamen eo non vtitur ad vindicandum.* Nil melius, ad apes accurrendum, si qualis eligendus scire desideras, talis nempè vt ei non ars, non industria, non fauor, non passio, non popularis denique aura dotes tribuat, sed natura: vnde non artificio mansuetus, sed essentia: nam, vt rectè idem Sanctus: *Leges naturæ non sunt scriptæ literis, sed impressæ moribus, vt leniores sint ad puniendum, qui maxima potestate potiuntur.* Neque ex hoc addubitandum errata impunita mansura: nam nescio quomodo dum subditi talem superiorem cernunt, dum ipse illis ex mansuetudine parcit, ipsi se mulctant, seueriſſimi in se iudices, quia amantissimi erga principem subditi; quod idem obseruauit Sanctus in Apibus, quæ si aliquando delinquunt, sic Regem venerantur, vt ex dolore ipsæmet se interimant, ipsæmet se occidant, vt ex hoc, (vt cursim hoc dicam) discam, vnde sancti dolore se interimant peccatorum, vnde contra se tyranni macheram exercentes efficiuntur, Christum Dominum mansuetissimum Regem recolunt se offendisse, ex quo fit, vt peccatores hunc non exhibentes dolorem, hunc viuum non tenentes sensum animalia iudicabunt, apes condemnabunt, se occidentes, quia præceptum fregerunt Regis, vnde Ambros. *Sed & quæ non obtemperauerint legibus Regis, pœnitens condemnatione se mulctant, vt immoriantur aculei sui vulneri.* Sic culpam sentiunt, sic in Regale præceptum delictum, vt ex hinc discant Principes, discant, & superiores, quàm amplius Reipublicæ ex mansuetudine, quàm ex rigore cautum, quámvè ad obediendum efficacior sit in principem amor, quàm timor.

5 Mansuetudo sum mopere desiderada in eligibili, & cur.

Ambros.

6 Princeps à natura, & essentialiter debet esse mansuetus.

7 Apes delinquentes contra Regem præ dolore se interimũt.

8 Sancti cur tantopere de peccatis doleant.

Quod si non sic, dic mihi, quid à stupro heræ sanctissimum cohibuit Ioſephum, Genes. 39. non equidem timor, non periculum, cum & secreto fidere poterat, & nullus esset arbiter, qui renunciare posset, vnde non sine causa addit script. vbi sup. nu. 11. vim dominam Ioſepho intulisse, quando solus sine arbitris: *Accidit autem quadam die, vt intraret Ioseph domum, & operis quidpiam absque arbitris faceret.* Ergo cur non peccauit? cur tali, tantâque non vsus occasione? sanè, quia Dominum amabat, cuius mansuetudine astrictus potius mortem elegisset, quàm in ipsum peccare: *Non vt meticulosus*, ait Ambros. lib. de Ioseph, c. 5. *excusat, nec tanquam periculi timidus cauet, sed tanquam beneficij herilis, & innocentiæ suæ debitor fugit crimen ingrati.* Quod si à Ioſepho lib. 2. anti quitat. cap. 4. quæ erant illa petes beneficia, Domini respondebit in Ioſephum humanitas, benignitas, confidentia; vnde sic heræ respondentem iuuenem facit: *Enimvero ô Domini mei erga me humanitatem, illam de mea fidelitate æstimationem, vt sua mihi omnia fidens excepta vxore commiserit, nec obliuiſci vnquam potero, nec tam insigni contumelia dedecorare debeo.* Ergo non timor, sed amor, non vis, sed mansuetudo principis à peccato iuuenem repressit, & ideo leges obseruat, ne in legislatorem pecces; hinc retundendo mulieris impudentiam beneficia collata rememorat, ex cuius exemplo admirabilem elicit Diu. Greg. moral. lib. 3. c. 18. doctrinam, carni, scilicet mundo, & diabolo iisdem prorsus armis nos resistere debere, quibus impetimur, & vnde illi ansam ad tentandum nos, contra eos, ad pugnandum assumere debeamus, ex dominatu, ex copia, ex licentia, ex libertate, quam in heri domo Ioseph obtinebat, ansam diabolus sumpsit tentandi, ex iisdem prorsus arma Sanctus sumpsit iuuenis contra eum bellandi, vnde mulieri: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es, quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Quia omnia in eius manu, quia insciius Dominus omnium, quæ domi fiebant, quia omnia sub eius subdiderat potestate, vt peccaret incitabat inimicus; at sanctus iuuenis iisdem prorsus rationibus se non peccaturum affirmat, eadem aculeo tentationis opponens, quibus

Gen. 39. n. 11.

9 Ioseph à mansuetudine heri astrictus non peccauit.

Ambros.

Ioſephum.

D. Greg.

10 Contra mundum carnem, & diabolum iisdem armis belligerare debemus quibus ipsi nos impugnãt.

vtebatur inimicus, ſuomet eum gladio occidens, ſuomet eum iaculo confodiens; vnde Greg. *Cum enim voluptas lubrica tentat in proſperis, hæc ipſa ſunt proſpera aculeo tentationis opponenda, vt eo erubeſcamus prava committere, quo nos à Deo meminimus gratuita bona percepiſſe, & illatam gratiam exteriorum munerum vertamus in arma virtutum.* Egregiè, nullum quippè tam vehemens ad peccandum obſtaculum nobis adeſſe debet, quàm ipſamet opportunitas (vt ſic dicam) peccandi, potes, quia dites, delectationem percipere illicitam, & debilem voluntatem impugnare adoleſcentulæ, ob hoc idem non debes, & contra Dominum peccare, qui te diuitem effecit; ſic parimodo ſi potens, nec malum reddas ob eum, qui te potentem effecit; ex qua conſideratione ſic contra peccatum animatum efficere te debes, vt non ſolum illud non committas, quia non vis, ſed etiam, quia non potes, cum Ioſepho ſimul dicens: *Quomodo poſſum hoc facere, & peccare in Deum meum.* Impotentiam obiecit, non tantum voluntatem, niſi mauis dicere talem voluntatem impotentem eum ad peccandum reddentem, quia amans, quia benignitate Domini, beneficentia, ac manſuetudine vndique obſtrictus, plus hæc petens, quàm omnis principum vis ſimul.

11 Homines peccare nõ deberent, quia peccare poſſunt.

Neque huic obſtat, hominum, ſeu ſubditorum aliquando ferocia, cum eo, quo iſti ferociores, eo principes, vt eos regant, ſint mitiores, qualis populus magis durus, magis indomitus quam Iſraëliticus? *Cerno quod populus iſte dura cervicis ſit*, ait Dominus ad Moyſen, Exod. 32. num. 9. quod item repetit cap. 33. nu. 3. ob quod affirmat cum illo ſe non deſcenſurum: *Non enim aſcendam tecum, quia populus dura cervicis es, ne fortè diſperdam te in via.* Et tamen electurus Deus Moyſen in eius principem, prius per quadraginta annos Paſtoritiam mitiſſimam artem voluit, vt exerceret, vt inde edoctus; belliços exuens ſpiritus, ac duros, miteſcentes indueret: *Eſt enim*, ait Philo in eius vita: *Ars paſtoralis, quaſi preludium ad regnum: nam quemadmodum bellicoſa ingenia ſe in venationibus præexercent, & in feris experiuntur quid poſteà in bello poſſint; ita qui tractant oues pecora mitiſſima mitem quoque prædicunt regiminis methodum, qua poſteà hominem manſuetiſſimum animal gubernant.* Moyſes enim ſi rectè attendas, ſic ad regendum feruidos habebat ſpiritus, vt promptior eſſet manu ad occidendum, percutiendum, plectendum, quàm medicandum, fouendum. Hinc vix Ægyptium iniuriam inferentem aſpexit, ac eum occidit, Exod. 12. num. 11. & iniuriæ Paſtorum impatiens in adoleſcentulas contra eos inſurgens, *defenſis puellis adæquauit omnes earum.* Ibid. num. 17. ſic iuſti, ac honeſti amans, vt veluti turbo contra iniuſtum inhoneſtúmque irrumpebat, ob hoc homo virtutis à Sacerdote Madiam iudicatus, & ſi aliàs ipſi ignotus, quia non ſui lucri cauſa, ſed honeſtatis amore puellarum ſuſceperat patrocinium, vt præclarè Nyſſenus in eius vita: *Tanta erat*, ait de Iethro loquens Madianitarum Sacerdote, *ad pernoſcenda ingenia hominum, moréſque comprehendendos prudentia præditus, vt vnica regeſta, quam Moyſes aduerſus Paſtorum vim magno animo fecerat, adoleſcentiæ virtutem conſpexerit, quod non proprio lucro, aut laude commotus, pro iuſtitia pugnauerit, ſed iuſtum ipſum per ſe, ac natura ſua honeſtum iudicans, eorúmque iniuriam repulit.* Et tamen cum hoc eſſet, & ſummi regiminis dignum prudentia iudicaſſet humana, apud diuinam tamen, vt matureſceret opus, & bellici miteſcerent ſpiritus, quod non prius factum, quam per quadraginta annorum curricula, & per paſtoritiæ artis documenta, vt exinde ardor iuſtitiæ in manſuetudinem reſolutus populum corrigeret non occidendo, ſed ſufferendo, durámque ceruicem flecteret non plectendo, ſed admonendo.

Exod. 31. n. 9. 33. n. 3.

12. Populorum duritiam manſuetudo domat principis magis quã rigor.

Philon.

13 Moyſen Deus per 40 annos in deſerto in manſuetudine exercuit, antequam principem cum conſtitueret.

Exod 12. n 11. & 17.

Nyſſenus.

Hinc conſultum illi, qui tales in ſe mites non agnoſcit ſpiritus, regiminis locum deſerere, quàm ſine illis imperare, ne populum diſſipet, ne ſubditos diſperdat, ad exemplum quippè Altiſſimi, qui ſemel (quod mirum dictu) cum ex populi duritie de ſua addubitaret manſuetudine, potiùs quàm in iram excandeſceret, locum regiminis deſerere attentauit, malens alteri illum committere, quam noſtro modo intelligendi cum fortitudine, duritiéque apud ſe illum retinere, Exod. 33. num. 1. mandat Moyſi, vt aſcendat, populúmque ad terram educat promiſſionis, poſt vituli peccatum eius placatus precibus, attamen eum illo ſe aſcenſurum negat, ſed Angelum miſſurum præcurſorem, & *mittam præcurſorem tui Angelum: non enim aſcendam tecum.* Locum regiminis, ac veluti immediatum principatum, quod obtinebat renuncians in Angelo, cuius ſi ſcire vis cauſam, quia populus duræ erat ceruicis, vnde formidabat, ne eum diſperderet: *Non enim aſcendam tecum, quia populus dura cervicis es, ne fortè diſperdam te in via, magna ſacramenti, & mira profunditas.* Meritò exclamat Auguſt. in Exodum, quæſt. 150. *Tanquam miſericordiam maiorem poſſet Angelus habere, quàm Deus, qui populo dura cervicis parceret, cui Deus ſi cum illis eſſet, ipſe non parceret.* Quod ſi hoc impoſſibile, vt Angelus ſcilicet maiorem obtineat quàm Deus miſericordiam, cur aſcendere non vult, cur locum recuſat regiminis? dupliciter huic quæſtioni reſpondet Rupert. ac primo acutiſſimè myſterium agnoſcit in miniſterio, quod Angelus perfuncturus, cum hoc tamen eſſet populum introducere in terram Chananæorum, ac proindè mortalium, non verò in terram viuentium: *Mittam præcurſorem tui Angelum, vt ejciam Chananæum, & intres in terram fluentem lacte, & melle*, vbi Rupert. *ſubauditur tantum vt intres terram Chananæorum, non etiam ad hoc vt intres in terram viuentium.* Egregiè, cum enim iſti ſua duritie æternæ vitæ indignos ſe effecerant, ac proindè ad illam Deus eos non eſſet conducturus, & iam de lucro non ageretur ſpirituali, ſed temporali, meritò immediatum regimen carnalis illius populi recuſat, tanquam quid ſua maieſtate indignum, Angelo committens, vt eum introducat, boniſque cumulet temporalibus, cum ad talia præſtanda non ipſe per ſe, ſed ſatis, ſupérque, vt per alium efficeret, ſic talia

14 Immanſuetos non audeant imperare, immo deſerãt imperium ſi illud obtineant.

Exod 33. n. 1.

Auguſt.

15 Deus cur Angelum præcurſorem populo mittere voluit, & non ipſum cum eo aſcendere.

Rupert.

16 Temporalia, & ſi grãdia quæ ita vili æſtimet.

ceram illa maiestate, altitudinéque vilia, sic apparent abiecta. Secundo respondet, quia ex vituli adoratione, ex dura simul quam possidebat ceruice, iam ipse non amplius eorum Deus, sicut nec ipsi eius populus, immo quod ipsi consultius, vt eum eorum non appellarent Deum, nec vellent, vt esset, si tam duram exuere nollent ceruicem; *ac si dicas*, ait Rupert. *Quoniam populus dure ceruicis es, non tibi expedit vt me Deum tuum nomines, vt culturam meam profiteari, vt leges meas hauies, ad prevaricandum tam pronus, & facilis, leuius enim multo est Deum nescire, quàm cognitum irritare.* Audiant hoc Christiani, & qui sic tenaciter Deum in Deum suum proficentur, & contremiscant, dum sic duram ad peccandum ceruicem obtinent, leuius enim ipsis esset Deum nescire, quàm sic cognitum irritare; at proprius ad rem nostram ipse respondet Augustinus locum Deum recusare reginiinis, quia cum ipse non capiatur placide, & benignè nisi ab humili, & verba sua tremente, sit, vt cum superbo, & duro esse non possit nisi destruendo, ac mulctando, quapropter, ne hoc faciat consultius populo æstimabat non cum illo ascendere duco, & rebelli, vnde non ascensio misericordia erat, non iudicium: *Quid ergo significat*, ait Augustinus. *Nisi forte ideo se non esse cum eis, quia dura ceruice sunt, quia non enim propitium, & salubrem, nisi humilitas, & pietas capit, esse autem Deum cum dura ceruicis hominibus, nil aliud est, quam vindicando adesse, atque puniendo.* Ergo cum malis Deus non adest, parcit, & non adesse est prodesse, & ideo abest, ne puniat, malens principatum exuere, vt sic dicam, quam immitem se præbere, quàm dispergentem: sic Principi, sic Prælato cordi debet esse mansuetudo, vt potius nolit gubernare, quam sine illa se reperire.

17 Consultius Deum nescire, quam peccando eum irritare, & sic viuere tanquàm si nō esset.

18 Deus quos recusat immediatè per se regere.

Augustin.

Hinc in illo, vt diximus, non de foris non acceptitia talis debet esse virtus, sed cum eo nata, & insita, sic, vt medullitus eam retinens tunc magis exerceat, quando amplius molestiis impetitur. Enimverò, vt querimoniam à se populi Deus eliminaret, quam de Moyse, Aaronéque eius fratre coram eo profundebat, quasi ipsi sibi sacerdotium, non Deus illis contulisset, iussit coram eo virgas apponi singulorum; signum verò sacerdotij, cuius virga germinasset, fructúmque dedisset; *quem ex his elegero, germinabit virga eius.* Numer. 17. num. 5. quod & factum virga germinante Aaronis, fructúsque producente Amigdalinos, seu nuceos, quæ huius signi ratio? an symbolum Prælati mansuetudinis innatæ, ac veluti intra viscera, dum & si foras austerus sibi, circa subditos tamen intus flores, intus fructus debet habere mansuetudinis maturos, foras prorumpentes quando necessitas vrget, quando, quod sit à Deo electus necesse sit, vt populus cognoscat, quando persecutionibus tandem frangitur, ac subditorum molestiis percutitur; quod egregiè dixit Nyssenus in vita Moysis circa finem vbi sic: *Diuinitus sacerdotis virga non extrinseca humilitate, sed virtute Dei immissa radices propaginit, ramos emisit, & floribus exornata demum fructum produxit, hoc enim fructu quasi debeat esse sacerdotis vita mouemur, aspera enim, & continens, duráque debet esse exterius; intus autem, & in occulto suaue quoddam edulium continere: quod tunc manifestatur, cum maturum fuerit, & corruptus stipticus, ac circumfusus cortex, & lignea nucles testa defracta.* Pulchrè, in qua sententia tria satis ad rem nostram adnotanda: Primum, folia, flores, fructus non accepisse Aaronis virgam ab extrinseca humilitate, sed à virtute Dei intus immissa; signum mansuetudinis fructus per Amigdalinos significatos, qui summè dulces, qui oleo scaturiunt, non ab extrinseco prælato adueniendos, sed ab intrinseco, ita, vt virtute diuina non solum sit mansuetus, sed ipsa mansuetudo. Secundum, quod si asper, quod si durus, hoc exterius in vita non in regimine. Tertium tandem, quod fructus, siue effectus naturalis, non ascititiæ est mansuetudinis, vt tunc lenitatis fructus reddat, quando corruptus stipticus, circumfusus cortex, & nuclei testa confracta; hoc est quando persecutus, quando impetitus, quando à subditis diuexatus, tunc enim amplius in fructus erumpere debet Amigdalinos, hoc est dulces, suaues, oleo mansuetudinis scaturientes: *Sic iura disciplina contra delinquentes exercens, vt pietatis viscera non amittat:* vt magnus ait Greg. 2. parte Pastoral. c. 11.

19 Mansuetudo in prælatis sit à natura insita, vt tunc amplius erumpat, quando amplius impetitur

Numer. 17. n. 5.

20 Prælati qualitates optimæ, quæ.

21 Mansuetudinis naturalis signū.

Nec profecto hoc non rationabiliter suadetur: nam si ferocia subditorum pectora mansuescere debent Prælati, ac superiores, vnde mansuetudinem illis infundent, nisi ipsi à natura mansueti? *Dolentem*, inquit Gregor. ibid. *Non potest consolari, qui non concordat dolori, emolliri prius debet animus vt afflictio congruat, congruens inhæreat, inhærens trahat.* Digna Gregorij sententia, sympathia quadam res omnes ducuntur, aspera cum asperis, mollia cum mollibus reperiuntur: omnia enim sui simillima appetunt; hinc malè conuenit cum dolore lætitia, cum mœrore gaudium; vnde consolari non potest, qui non concordat dolori, & vt concordet emolliendus animus, vt dolori congruat extraneo, vt illi inhæreat, ac sic inhærendo per sympathiam quandam trahat: nam, vt eleganti similitudine idem probat Sanctus dicens: *Neque enim ferrum ferro coniungitur, si non vtrumque exustione ignis liquetur, & durum molli non adhæret nisi prius eius duritie temperata molliscat.* Sic profecto nec consolari potest, qui non concordat dolori, nec mitigare subditos, qui viscera non continet mitis. Vnde Paulus sanctis Dei electis, ac dilectis, qualiter aptissimè superiores dicuntur à Deo suprà cæteros electi, ac dilecti, non tantum misericordiam optat, quantum misericordiæ viscera, vnde ad Colloss. 3. n. 12. *Induite vos*, iubet, *sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ*, seu vt in Græco, *visceralem misericordiam.* Hoc est intimam, medullitiam, non aduentitiam, quæ ex imo procedat cordis, non ex exteriori verbo, cum si rectè loquendum, mansuetudo in superiore, vt bene fundata sit ex duobus coalescere simul debet, ex sui nempè consideratione, & simul ex proximi dilectione quæ non aliundè originem trahit, quam ex intimis hominis, ac ex amore suiipsius, vt egregiè adnotauit

S. Greg.

Idem.

22 Immansueti mansuescere non possunt cæteros.

Colloss. 3. num. 12.

23 Superiores viscera induere debent misericordiæ.

Bernard. ſerm. 44. in Cant. ſuper illa verba Apoſtoli, ad Galat. 6. num. 1. ſcilicet: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum ne & tu tenteris: ex conſideratione ſui ipſius*, ait Bernard. *cuique venit manſuetum eſſe ad omnes, dum homo conſilio ſapientiſſimi Pauli, vt piè condeſcendere ſciat præoccupato in peccato, conſiderat ſeipſum, ne & ipſe tentetur; at amor proximi ex illo radicem trahit de quo in lege mandatur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, ex intimis ſanè humanis affectibus primordia ducit ſui ortus fraterna dilectio, & de inſita homini ad ſeipſum naturali quadam dulcedine tanquam de humore terreno ſumit procul dubio vegetationem, & vim, vt quod ſibi anima naturaliter appetit, naturæ conſorti vbi poterit, & oportuerit non exiſtimet negandum.* Senſatiſſimè, non extrinſecè, non aduentitiè charitas debet eſſe in proximum, aut quia nobis affinitate coniunctus, aut quia beneficiis ab illo deuincti, aut quia notus, aut quia proficuus, ſed intrinſecus erit amor ab intrinſecis deductus principiis ipſius naturæ, hoc eſt ab amore ſui ipſius, vt ſcilicet ideo proximum diligat, quia ſe amat, vt illi velit, quod ſibi, quod cum præſtat, vt egregiè concludit Bernard. impoſſibile, ſi non aliundè vitiata natura, vt homo homini non miteſcat, vt princeps ſubdito non compatiatur, vnde Bernard. *Ergo ineſt naturæ*, ait, *ſi peccato non obſoleſcat iſtiuſmodi gratæ; & egregia quaſi ſuauitatis liquor, vt meliorem magis ad compatiendum peccantibus, quàm ad indignandum aſperiorem ſe ſentiat, & exhibeat.* Quis ergo non miteſcet ſe conſiderans, & quis ad compatiendum non promptus, ſi diligit, vt ipſe ſe diligit, ergo in prælato manſuetudo ab intimis expoſcenda ſi vera, vt ſcilicet, non coaleſcat niſi ab interiori dulcedine amoris, ab irrigatione propriæ infirmitatis; quod cum ſit da ſubditum mitem, da etiam manſuetum, dicam da emendatum, cum profecto nil efficacius ad correctionem quàm manſuetudo in prælato, nil, vt ſic dicam inefficacius quam auſteritas nulla ſepta lenitate.

Bernard. Ad Gal. 6. n. 1.

24 Charitas fraterna, vt ſtabilis ſit, vnde principia ſumere debet.

25 Intrinſeca non aduentitia ſit, & quid neceſſe vt intrinſeca ſit.

Hoc quippè adnoto in facto illo Euæ, ac Samaritanæ, vtraſque quidem ad pœnitentiam, ſuique reatus confeſſionem perducere voluit Dominus; at quia Eua tantum, vt ſic dicam confuſione, Samaritana verò manſuetudine, illam perdidit, hanc verò lucratus eſt, vt videas, quàm potentior ad ſubditum lucrandum manſuetudo ſit, quàm aſperitas, peccatrici Euæ, quaſi exprobando, vt ad pœnitentiam reduceret, dixit: *Quare hoc feciſti?* Geneſ. 3. num. 32. quaſi diceret inquit Chryſoſt. *Audiſti virum in te culpam tranſferentem, quæ ipſi in adiutorium data es, cur hoc feciſti? cur tibi, & viro tanta confuſionis facta es author? qua vtilitas ex hac intemperantia tibi accreuit? quod ex hoc errore lucrum tibi acceſſit? quod ſponte decepta etiam virum tuum malis participem facere voluiſti?* At quid hæc ex hac reprehenſione? tantum abeſt vt ſe recognoſceret, quin in Deum culpam impiè refunderet, quaſi, *qui ſerpentem in paradiſo poſuiſſet*, vt diu. ait Greg. moral. 22. cap. 13. at cum eandem in Samaritana pœnitudinem extorquere vellet, ſic eam de peccato admonuit, vt auſteritas admonitionis duplici ſepto manſuetudinis vallaret, antè, & poſt, eam laudans, mirificèque extollens, reſpondenti enim, *Non habeo virum.* Ioan. 4. num. 17. ſic ſuum patefecit peccatum dicendo: *Bene dixiſti, nunc quem habes non eſt tuus vir, hoc verè dixiſti.* Bis laudat ſemel tantum reprehenſam, quid mirum, ſi ſic ad confeſſionem impulit, vt palam ſuum confiteretur peccatum, non ſecreta contenta confeſſione; vnde publicè ex peccatrice Apoſtola omnibus ad Chriſtum inuitans clamat: *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci.* Sic felix in iſta tua confeſſione, vt quod nulli tunc ex Apoſtolis conceſſum, prima dicatur ad Chriſtum homines adduxiſſe, vnde multorum conciuium animas lucrata, dicat dilectus, *quod multi crediderunt in Ieſum Samaritanorum propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcumque feci*, num. 19. ne mireris, ſic potens cum illa manſuetudo extitit Saluatoris, vt quod aſperitas cum Eua non valuit, potens ipſa extitit cum hac, non ſolum illam, ſed alios cum illa lucrata, quod & conſiderauit Rupert. in c. 2. Apoc. lib. 1. hoc ipſum cum Samaritana factum expendens, vnde ſic ait: *Antequam diceret quinque viros habuiſti, &c. præmiſit collaudans bene dixiſti, & poſtquàm illi quod tot viros habuiſſet expreſſit iterum collaudans hoc inquit verum dixiſti.* Ex quo exemplo dignè ipſe eruit magiſterij modum ſpiritualis, vt beneuolus ſuſcipiat, non auſterus refugiat eum peccatoris animus, vnde ait: *Magnum hoc, & dignè imitandum eſt magiſterium ſpiritus Dei, corripere quidem ea quæ emendatione indigent, ſed inter corripiendum prius, & poſterius collaudare, ſi qua bene dicta ſunt, vel acta, quatenus quoad fieri poteſt teneatur benenolus, & non refugiat confuſus, aut exterritus peccatoris animus.*

Rupert.

28 Prælati vt corrigere debent, miſcendo etiã laudẽ.

Quod ſimiliter obſeruauit Dominus, quando & Petrum reprehendit cum diſcipulis in horto Matth. 26. num. 40. ſic enim illi: *Non potuiſti vna hora vigilare mecum.* Poſtquæ, *ſpiritus quidem promptus* eſt, caro autem infirma; quæ verba vt ait Hilar. Canon. 31. in Matth. *Non vtique de ſe, ſed ad eos dirigunntur.* Quaſi poſt reprehenſionem acrimoniam eius retundens diceret: ſcio vos ſpiritu ad me confitendum promptos, carne autem infirmos, vnde non malitia, ſed infirmitate ſomnolentos; quapropter, ne caro præpotentior ſit ſpiritu, *vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.* Cur autem ne in tentationem venirent orare eos admoniſſet? *Oſtendit dicens*, ait Hilar. *Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma, vigilare præcepit, & orare ne infirmitati corporæ ſuccumbant.* Poſt reprehenſionem ergo piiſſimus Dominus miteſcit, & ne triſtitia eos abſorbeat, fragilitati dat, non malitiæ torporem, laudat ſpiritus promptitudinem, & ſi reprehendit carnis negligentiam, vt nunquam aſperitas ſine manſuetudine reperiatur, nunquam pœna ſine fauore.

Matth. 26. n. 40.

29 Chriſtus quàm ſuauiter in horto reprehendit Apoſtolos.

Immo, vt clarè aſpicias quàm potentior ad animas lucrandas manſuetudo ſit, quàm aſperitas; attende, vt hos Samaritanos, quos Chriſti manſuetudo ad ſe conuerterat,

26 Auſteritas ſine lenitate potius perdit, quã lucretur ſubditum.

Gen. 3. num. 32. Chryſoſt.

S. Greg.

Ioan. 4. n. 42. sic, *vt Saluatorem mundi eum dicerent.* Ioan. 4. num. 42. discipulorum asperitas eos emollire, ac interimere attentauit, sic enim Iacobus, & Ioannes, Luc. 9. num. 54. spiritu instructi ardenti eos cremare optarunt, quia Christum repulerunt, *Misit nuntios in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi, & non receperunt eum.* quod cum vidissent Iacobus, & Ioannes dixerunt: *Domine vis dicimus, vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos.* En ad quid asperitas? consumit quos mansuetudo reducit, & plus officit, quam proficit, vnde illos Dominus increpans ait: *Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Premo illud *cuius spiritus.* Allusionem enim facit ad Eliæ spiritum, vt bene hic Toletus, ad cuius exemplar ignem de cœlo postularunt discipuli; si ergo Eliæ est spiritus, profecto non malus, sed asper, quid inde? vt aptus potius ad perdendum, quam ad saluandum; at quia Christus non sicut Elias venerat ad occidendum, sed saluandum, sed viuificandum, ideo eius spiritus lenis, cuius erant Apostoli, & si illud nescirent, vt ex hinc discas, quod spiritus asper dissipat, lenis congregat, austerus perdit, mansuetus saluat, & quod verissimum illud sit Ambros. in hunc Lucæ locum: *Non semper in eos qui peccauerint vindicandum, quia nonnunquam amplius prodest clementia, tibi ad patientiam, lapso ad correctionem.*

30 Spiritus asper prælatorum dissipat nō congregat.

Toletus.

31. Non semper in peccantes vindicandum. *Ambros.*

Hinc graue superioribus iudicium imminet, graue gubernatoribus, dum potentia sine moderamine discretionis vtuntur, adhibentes correptionem dum non prodest, nec tempus considerantes, nec subditi temperiem, muneri satisfactum pensitantes si peccata puniant, & si animam non saluent, pariter equidem condemnabuntur, & correptor intempestiuè corrigens, & correptus non se emendans. Mirum, vt in horto post primam correctionem, quando iterum ad discipulos venit Dominus, & inuenit etiam dormientes, nil amplius eis dixerit, *sed relictis illis, iterum abijt, & orauit*, Matth. 26. num. 44. nunquid corrigere desiit ex fastidio? aut reliquit indignatus? quod si hoc impossibile cur non admonuit iterum, cur non reprehendit, cum ampliori digni correctione, dum & si admoniti, iterum in altum ruerent somnum, mea sententia, causam exponit ipsemet Euangelista, dum ait: *erant enim oculi eorum grauati.* Ac proindè non apti ad vigiliam, vnde non ad suscipiendam correctionem, ob quod ab ea se piissimus Dominus abstinuit, ne culpam culpæ, peccato peccatum adderet, & potius correctione deprimeret, quàm sublleuaret, quod equidem egregiè ponderauit Laurent. Iustinian de triumphali Christi agone, cap. 6. *Vides*, ait, *quàm maturè se habuit, primo admonitionis eloq ia protulit, secundo dormientibus nihil dixit, quin potius ad orationem denuo regressus est, redarguere noluit tanquam ad suscipiendam correctionem inhabiles*; post quæ grauiter sic admonet: *Non autem iudicium effugiet, qui etiam delinquenti deteriorationis retendit decipulam, ambo tamen rei tenentur, ambo iusto plectentur supplicio, qui videlicet deliquit, & qui inconsultè fratri scandalum suscitauit.* Audiant hoc principes, audiant præcipuè, qui Ecclesiæ gubernacula tenent, & quibus non corporum, sed animarum demandata est cura, correctio, & coactiua potestas, extra tempus exercita subdito *decipula* est, non solutio, *scandalum* non deuotio, & qui politice, vt sic dicam, Dei Ecclesiam tantum gubernare autumat supplicium intendens, non correctionem, cum politicis iudicabitur, hoc est condemnabitur: *Consideranda est peccati qualitas*, vt benè idem Sanctus affirmat, *peccantis conditio, intentionis peruersitas, correctionis tempus, & verborum mensura, quorum vno deficiente redargutio ipsa vix absque delicto committitur.* Et ad nostri Saluatoris exemplum intermittenda asperitas dum non prodest, mansuetudine subditus tolerandus dum grauatus: nam hæc est, quæ subditum reuocat, illa quæ dispergit.

32 Graue iudicium superioribus manet intempestiuè corrigentes.

33 Christus secundo inueniens Apostolos dormientes, cur eos non reprehendit. *Laurent. Iustin.*

34 Conditiones reprehensionis quæ.

Quod si horrere vis, & quanta pœna dignus inuenitur intempestiuè corrigens, quàmvè grauiter illum Dominus ferat, ad Moysi attende pœnam: ab ingressu eum arcuit Deus terræ promissionis sic efficaciter, vt nulla flecteretur prece; quod si quæris causam, nullam aliam reperies, quam correctionem intempestiuam. Numer. 20. n. 11. darurus aquam, sic ex correctione terruit populum, vt ea oppressus & si largiter aquæ funderentur, ad Deum laudandum non assurrexit, quod non sic quando in Arnon, ibidem, cap. 21. num. 16. cum & si minores essent aquæ, & minus miraculum, quia tamen populus non stupidus statim ad Dei laudem exultauit: *tunc cecinit Israël*, inquit textus, *carmen illud ascendat puteus.* Cuius causam reddens Abulens. cur scilicet hic, & non ibi cecinit, quam nos adduximus referens, sic ait: *Quia Moysen, & Aaron increpuerunt valde populum, vocantes eos incredulos, & rebelles, ideo populus non potuit esse attentus, vt laudaret Dominum pro suscepto beneficio.* Ex intempestiua correctione, ac indiscreto zelo pro se pœnam, pro populo silentium, & ingratitudinem, pro Deo autem non sanctificationem retulit, vt videas, quantum in regimine immoderata obsit asperitas, quantúmque sine mansuetudine damnum accumulet, vt exinde percipias potestatem cum mansuetudine temperandam, asperitatem cum lenitate, sic tamen, vt vna sine altera non inueniatur, hoc est nec sola mansuetudo sine asperitate: nam vt rectè Rupert. lib. 8. in Genes. cap. 37. *Vbi totum punitur regia seueritas crudelitate pollnitur, vbi totum remittitur facies maiestatis sine metu disciplinæ contemnitur*, sed de hac re alibi latè dictum: cum potestate ergo clementia adhibenda est, sic sapientia diuina nos instruente, vnde Sapiens ait: *dormisti, &c.*

35 Moyses grauiter punitus quia intempestiuè correxit. *Numer. 20. n. 11.*

Ibi. c. 21. n. 16.

Abulens.

Rupert.

Digitized by Google

Num. 20. *Si enim inimicos ſeruorum tuorum & debitos morti, cum tanta cruciaſti attentione, dans tempus & locum per quæ poſſent à malitia mutari.*

Num. 21. *Cum quanta diligentia iudicaſti filios tuos, quorum parentibus iuramenta, & conuentiones dediſti bonarum promiſſionum.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis.

DIxerat ex attentione, qua Deus Chananæos, Ægyptiósque punierat, ad bonam ſuos eleuaſſe ſpem filios, nunc hoc confirmat à minori ad maius: nam ſi Deus ſic ſe habuit cum inimicis, quanto magis cum amicis, & filiis, vnde ait.

Si inimicos ſeruorum tuorum, &c. Suprà hos filios nominauit, ſicut & infrà, Dei enim ſeruitus eius filiationi non repugnat, vnde ſicut iuſtis ex filiatione ſumma deuenit dignitas, vt in 1. hom. 92. ſic etiam pari modo ex Dei ſeruitute.

Debitos morti, &c. Græc. *obnoxij morti*, Hug. *temporali, & æternæ.*

Cum tanta cruciaſti attentione, &c. Græc. *cum tanta puniſti circumſpectione*, alij *obteſtatione*, Vaticana, *Parſimonia, & indigentia.* Quæ omnia ſummam in Deo indicant in puniendo attentionem, & obſeruantiam, ſemper tanquam cogitabundus incedens, paulatim applicans remedia, ſpem concipiendo ſalutis, obteſtando illis prius, niſi ſibi conſulant perituros tandem, & hoc cum tanta parſimonia, ac indigentia, ac ſi illis indigeret, ideo nollet perdere, vt rectè Caſtro.

Hugo. Holkoth. Codices Complutenſes, & Regij, ac veteres Latini addunt & (liberaſti) quod Hugo interpretans, ait: *id eſt liberationem expectando obtuliſti*, vel *liberaſti eos ſæpè.* Holxoth, *quoſdam ſcilicet dimittendo ſuperſtites, aliis occiſis, & deletis*, ſed à Latina eſt reiectum, & à Græco abeſt.

Cum quanta diligentia, &c. Hoc eſt attenta, & accurata conſideratione, ſeu exquiſita animaduerſione, quod ſonat verbum Græcum, *indicaſti filios tuos*, ſine negligentia ſcilicet, ſine iracundia, aut ſine inconſiderantia.

Quorum patribus iuramenta, & conuentiones dediſti bonarum promiſſionum, &c. Abraham, Iſaac, & Iacob iurauit Deus terram ſe daturum promiſſionis, hoc adimpleuit in filiis promiſſum.

Ambroſ. 1 Deus cur iurat. At cur Deus iurat? audi Ambroſium lib. 1. de Abel, & Cain, c. vltim. qui ſic: *Quia nos vſu quodam mortalium clandimur, & velut ei ini cortice quodam nos vulgaris opinionis inuoluimus, aut velut cochleæ, quæ niſi intra teſta operimentum ſint, ſpirare nõ poſſunt, nec aërem liberum carpere, aut ſuſtinere: ſic nos non niſi intra quædam humanæ conſuetudinis latibula terrena verſamur, vnde quia illud verum ſolemus credere quod iureiurando firmatur, ne noſtra claudicet fides, iurare deſcribitur Deus, qui ipſe non iurat, ſed iurantium eſt iudex, & vltor eſt periurantium.* Egregiè, cochleæ purum aërem non ſuſtinentes, niſi operimento moderatum, ipſa puritas eis non vita, ſed mors. ſic Deus ſummus noſtris ſe temperat modis, ſic ſua ſpirans, vt intra noſtræ cor-

A ticem paruitatis eum capere poſſimus, iurat, & ſi non iurat, ſed iurantium ſit iudex, vt nos iuramentis creduliores, potiorem adhibeamus fidem.

Hinc confunditur illorum hæreſis, quæ affirmabat omnino illicitum eſſe iurare, cum Deus ipſe iurauit, & Paulus iurauit, ad Rom. 1. & 2. Corinth. 1. vnde bene Anſelm. in c. 5. Matth. iuramentum affirmat, neque bonum, neque malum eſſe poſſe, ſed bonum poſſe eſſe, & malum, bonum quando cum iuſtitia, iudicio, & neceſſitate, malum quando otioſè: nam, vt ipſemet Sanctus ait: *Otioſum, & ſuperfluum generat periurium, ſi ſæpius frequentetur*, quando ſine iuſtitia, & iudicio.

2 Iuramentum licitũ. *Anſelm.*

B Num. 22. *Cum ergo das nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes, & cum de nobis iudicatur ſperemus miſericordiam tuam.*

Num. 23. *Vnde & illis, qui in vita ſua inſenſatè, & iniuſtè vixerunt, per hæc quæ coluerunt, dediſti ſumma tormenta.*

Num. 24. *Etenim in erroris via diutius errauerunt, Deos æſtimantes hæc, quæ in animalibus ſunt ſuperuacua, infantium inſenſatorum more viuentes.*

C Num. 25. *Propter hoc, tanquam pueris inſenſatis iudicium in deriſum dediſti.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis.

SPem in Deo ſuperius fundauerat ſapiens ex moderatione, qua inimicos flagellauerat, nunc amplius ex diuerſitate flagellationis, cum aliter inimicos, & in peccatis obſtinatos, aliter filios, & ſe pœnitentes caſtiget, quæ omnia in his includuntur verſibus, & quaſi vnam tantum continent orationem, ideo ſimul eos exponemus.

Cum ergo das nobis diſciplinam, &c. Græc. *nos ergo inſtruens*, & veluti filios, ac pueros caſtigans.

D *Inimicos multipliciter flagellas, &c.* Græc. *in millecuplo*, abſque æſtimatione, quomodo hoc? cum ſcriptum ſit Pſal. 33. num. 20. *multa tribulationes iuſtorum.* An quia, illi nullum internum habent conſolatorem, de quare vide in 1. tom. hom. 67. an quia, ſi verè res expendatur, amplius in hac vita impius ſuſtinet, quàm iuſtus, & amplius flagellatur, de qua re infrà, Hug. multipliciter, hoc eſt *ad condemnationem*, cum iuſti non niſi ad correctionem, primus ſenſus verus. *Pſ. 33. num. 20.* *Hugo.*

Vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes, &c. Multipliciter hoc exponunt doctores, Ianſen. *Vt expendentes cum iudicio bonitatem tuam, ſolliciti ſimus ne ab ea excidamus.* Cantacuzenus: *Vt aſſiduè meditantes Dei bonitatem, iudicemus ipſi, ac reputemus quot, & quanta à Deo ſimus conſecuti.* Carthuſ. *Vt prudenter diſcamus correctionem noſtram à reproborum perditione.* Hugo, Bonauent. Lyranus, vt cum alios puniſmus, faciamus hoc benignè, Dei ſequentes exemplum, qui ſic nos caſtigat; vnde Hugo, hoc eſt, *Vt indicando alios benigniores ſimus reuelites ſe benignum* *Ianſen.* *Cantacuz.* *Carthuſ.* *Hugo.* *Bonau.* *Lyran.*

Manſuetudinem cum iuſtitia miſcentes, de qua re ſuprà hom. antecedenti; Holkoth, vt ex modo, quo Deus iuſtos, quo impios flagellat, Dei prouidentiam conſideremus, ſe iuxta diuerſam naturarum capacitatem accommodantem omnes ſenſus accommodi, Lorino tertius non placet, Hugonis ſcilicet, è contra verò placet Caſtro, mihi nulla diſplicet, licet germanus nil aliud præſeferat quàm ſollicitam, & accuratam de Dei bonitate conſiderationem, ortam ex diuerſo modo flagellandi iuſtorum, impiorumque, dum iſtos multipliciter, illos verò parcè, & leniter ad correctionem non ad damnationem.

Et cum de nobis iudicatur, &c. Græc. *Iudicati autem ſperemus miſericordiam*, Hugo, *vt cum de nobis iudicatur ab aliis, ſperemus miſericordiam tuam*, Holkoth, Ianſen. vt quando de nobis pœna repetitur iudicio diuino, vel humano, quamuis ab hoc aliquãdo iniuſtè, ſperemus miſericordiam tuam nobiſcum agendo, ſicut & nos cum aliis, quod tertiæ expoſitioni valde fauet. Cantacuz intelligit iudicium, quo homo ſe ipſum iudicat, & quo ſperat Dei iudicium effugere, vnde ait: *cum ipſi à nobis ipſis iudicati, expectemus miſericordiam tuam.* Placet Vatab. licut & Lorino; bonus ſenſus, cum nullum aptius medium ad Dei iudicium fugiendum, quàm ſe hîc homo iudicare de qua re vide in 1. tom. hom. 115. at verus, & germanus eſt Caſtri, videlicet, *vt cum fuerimus à te iudicati*, hoc eſt flagellati, eadem tua bonitate perpenſa non deſperemus.

Hugo. *Holkoth. Ianſen.* *Vatab.* *Lorino.* *Caſtro.*

1. Iudicium diuinum effugit, qui hic ſe iudicat.

Vnde & illis qui in vita ſua inſenſate, &c. Græc. *Eos qui in ſtultitia vitæ vixerunt iniuſtè, per propria cruciaſti abominationes*; animaduerſio inculcatur impiorum ob ſcelus idololatriæ, & quare multipliciter illos Deus caſtigauit, per illa met animalcula, quæ iniuſtè colebant, de quibus antea dictum, quomodo res in hac vita amplius dilectæ contra nos verius in die ſtabunt iudicij, vide in 1. hom. 74.

Hugo ſic omnia explicat, *vnde & illis, qui in vita ſua*, hoc eſt, *ſibi viuunt, & non Deo inſenſate, & iniuſtè vixerunt*, id eſt, *infideliter quo ad fidem, & iniuſtè quo ad opera, per hæc qua coluerunt dediſti ſumma tormenta, vt quia noluerunt creatorem dignè honorando cognoſcere, traditi ſunt in reprobum ſenſum, vt faciant qua non conueniunt.* Vnde pœna peccati, alterum fuit & maius, de qua re vide quæ diximus in 1. tom. hom. 11. immo & in totalem mentis incidere cæcitatem, de quo malo vide ibi hom. 44.

1. Nulla maior tribulatio quàm peccatum.

In erroris via diutius errauerunt, &c. Græc. *Etenim erroris viis longius errauerunt*; Ianſen. agnouit hic hyperbolem, & conſentit Caſtro, vnde ſenſus longius illos erraſſe, quam quis cogitare poſſet, cum ad infima proceſſerint adorantium animalia. Cantacuz vult errorem comparari cum aliorum errore, qui non ſic vitia coluerunt, & ſi idololatræ. Hugo vult vt referatur ad tempus, quia ſe diutius errauerunt, duo priores ſenſus veri; quis enim crederet rationalem hominem talpam, felem, immo & alia, ſeu vt diximus, & ipſos ventris crepitus adoraturum; omnia enim hæc, aut Ægyptij, aut Chananæi adorauerunt, de quibus ſermo.

Ianſen. *Caſtro.* *Cantac.* *Hugo.*

Deos æſtimantes, qua in animalibus ſunt ſuperuacua, &c. Græc. *Deos exiſtimantes qua in animalibus inimicorum vilia.* Caſtro ſic explicat, Chananæos ex gentibus confinantibus, etiam ſi hoſtes, Deos accepiſſe viliſſimos ex infimis animalibus, veluti crocodilos, cinocephalos, feles, Beelzebuth muſcarum Deum &c. *Caſtro.*

Hugo, qui etiam huius meminit lectionis, per animalia ſuperuacua intelligit, quæ ad nullum ſunt vſum vtilia, quæ adorabant vt deos, veluti dracones, ſerpentes: omnes ſenſus boni.

Complutenſes, & Regij legunt *in animabus*, eſtque ſenſus, idola ſuperuacua eſſe, nullíúſque vtilitatis animabus iis, quæ ea colebant.

Hugo, & Holkoth legunt, *in manibus ſunt ſuperuacua*, hoc eſt, vt inquit Hugo, *ab operibus reſidua, quaſi inutilia, ſicut quando carpentarius facit domum, inter multa ligna aliqua dimittuntur inutilia ædificationi, & de talibus fiebant idola, quæ deos æſtimabant.* Bonus eſſet ſenſus, ſi nunc ſic legeretur, cum verum illud ſit, de qua re ſup. hom. 44. *Hugo.* *Holkoth.*

Infantium inſenſatorum more viuentes, Græc. *infantium more ſtultorum decepti*, Hugo, *qui ludendo ſibi faciunt tales imagines*, melius Caſtro ad modum puerorum ſtolidorum, qui viliſſima quæque animalia admirantes, obſeruant veluti numina. *Hugo.*

Propter hoc tanquam pueris inſenſatis iudicium in deriſum dediſti, &c. Totum explicat excellenter Hugo ſic, *id eſt pœnam, in qua deriſione digni videbantur, vt quando ciniphe, & rana, & muſca, & huiuſmodi exterminabant eos, non vrſi, vel leones* Non ſolum eos puniuit, ſed in fame puniuit, hoc eſt, pœna eos infamante, cum etiam in iudicio impios non ſolum pœna, ſed irriſio iudicis, & ſubſannatio eos excruciabit, gloriam videntes ex aduerſo iuſtorum, de qua re vide in 1. tom. hom. 91. *Idem.*

HOMILIA L.

Peccator in hac vita amplius tribulatur, quàm iuſtus.

2. Pœna vnius peccati alterum.

CVm ergo dat nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellat, noſter ait Sapiens, teſtatum nobis relinquens in hac vita, & ſi aliter appareat, iniuſtos, peccatoréſque amplius, quàm iuſtos tribulari, ſeueriúſque à Deo tractari, ne ex hac parte etiam excuſationem obtineant, Deum, itérque virtutis deſerentes, quaſi deterior iuſtorum, quàm malorum ſit in hoc mundo ſors cum ſi rectè res expendatur, plus iſti affligantur quàm illi, plúſve à Deo tribulentur, quanquam diſpari exitu, diſparique ſorte, dum vni in tribulatione ſaluantur, alteri pereunt, quod ex magna illa tribulatione expendi quidem poteſt, permiſſione ſcilicet peccati.

Enimuero nulla maior in hac vita tribulatio, nulla maior Dei percuſſio quam peccati permiſſio, ſic, vt nullum ſit maius Dei flagellum, quàm vnum peccatum altero punire, hominémque in peccatum labi permittere: nam

quid peccatũ niſi ipſemet infernus, ad quem homo peccans deſcendit? *Humiliata es vſque ad inferos*, ait Iſaias c.57. n.9 de miſerabili Synagogæ à ſanctitatis culmine excidio ad peccati barathrum, ſicut exponit Hieronymus ibi, *Non ea humilitate*, inquit, *qua in laude eſt, ſed qua Ammon ſororem ſuam Thamar humilianerat, & venerea grandis humilitas, immo vſque ad inferos præcipitatio, de luce, & culmine caſtitatis in lupanari, immo in barathrum libidinum præcipitari.* Ergo peccatum, & præcipuè libidinis ipſemet eſt infernus, ne dum delectat, miſer felicitatem reputes, & verè infernus dicitur, cum ſi ſemel in eo ſe demerſerit peccator, rarò, ne dicam nun quam ab eo emerget, vt egregiè ponderauit Ambroſ. lib. 4. in Luc. c.4. ad finem; *Etenim*, ait, *quaſi clamis quibuſdam ſuffigitur anima corporeis voluptatibus demerſa terrenis, difficile in altum poteſt vnde deſcendit ſunt Dei fauore renolare.* Fauorem intellige particularem, efficacem, non ordinarium, cum non quilibet ſufficient, Dei eſt opus potentia, brachio, fortitudine; nec mirandum, quia peccatum, & præcipuè libidinis infernus eſt, à quo niſi miraculo raro, aut nunquam auolatur. Hinc Dauid. Pſal 29. n 4. præ gaudio exultans Domino confitebatur ſe ab inferno gratia ſua ereptum, *Exaltabo te*, inquit, *Domine*, immo ſanctos etiam ad laudem aduocat, *Pſallite Domino ſancti eius*, ob quod ergo beneficium? *ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum*; qui ſunt iſti? peccatores reſpondet Auguſt. qui dum peccant in lacum deſcendunt, quia ipſum peccatum ipſe lacus, & præcipuè libidinis, *Qui ſunt*, ait, *qui deſcendunt in lacum? omnes peccatores mergentes in profundum, lacus eſt profunditas ſeculi, quæ eſt iſta profunditas ſeculi? abundantia luxuriæ, & nequitiæ, quæ ergo libidinibus ſeſe immergunt, & terrenis deſideriis, deſcendunt in lacum.* Ergo dum Deus in peccatum hominem labi finit, in infernum, vt deſcendat permittit, quod eſt in dolores, afflictiones, ſpinas, ignes, tormenta, quæ ſecum affert peccatum, vt in confeſſo eſt apud omnes ſanctos, & alibi latè diximus; in hanc ergo afflictionem, in hunc laborem, hac etiam pœna multories Deus, & iuſtos, & iniuſtos plectit, ſed cum hac differentia, vt iuſtos ad ſalutem, peccatores ad perditionem, ſic, vt illi in peccatum labantur, & reſurgant, iſti ſic labantur, vt in æternum ſepeliantur; quod deuote Laurentius conſiderauit Iuſtinianus de agone Chriſti, c.9. in lapſu ſanctiſſimi Petri, & infeliciſſimi Iudæ, dum aduertit peccatum Iudæ ad mortem ei ſtetiſſe, quia præciſus, Petri ad ampliorem vitam, quia prædeſtinatus; vnde ſic ait: *Permittis interdũ, ô Domine Ieſu, vt aſpectibus hominum radicitus euellantur* (iuſti nempe) *& tanquam infructuoſa arbores ignibus debeant deputari æternis, tu autem ô meridiana lux, & ſecretorum cognitor longè aliter exiſtimas, quos enim prædeſtinaſti ad vitam, ad tempus tantum errare concedis, nunquam pietatis oculos ab eorum animis vitis, tametſi ignorent ipſi, probat autem hoc illorum exitus, congruo enim tempore, ineffabili, alta, & repentina mutatione illos trahis ad te, illi enim ſolum gehennæ ſunt filij, qui tibi non placuerunt in te; hinc eſt quod Iudas proditor irremiſſibiliter corruit, & Petrus Eccleſiæ paſtor pro negationis crimine largiter fleuit.* Ergo peccatum, quod, vt diximus infernus eſt, & ſi illo plectuntur in hac vita electi cum improbis, ac per hoc in magnas incidant tribulationes, tamen magnum inter eos, vt vides diſcrimen: nam illi ad vitam, iſti ad mortem, ſic, vt eorum infernus hic incipiat, in æternum poſtea in altera duraturus vita.

Iſaiæ 57. n.9.

Hieron. 2. Nulla maior humiliatio.

Ambroſ. 3. Libidinis peccatum infernus à quo difficilis regreſſus.

Pſal.29. n. 4.

Auguſt. 4. Eſt lacus in quem peccatores immergentur.

5. Peccata iuſtorum ad ſalutem, iniquorum ad mortem. *Laurent. Iuſtin.*

Ex hoc quippe fit, vt tribulationes peccatorum hic ſint tribulationes infernales, non cæleſtes vti ſanctorum, ea quippe, qua diximus ratione, quia non illis tribuuntur, vt ab infernalibus euadant, ſed, vt cum infernalibus iungantur, percutiantur, & flagellentur à Deo, non, vt pater, ſed vt inimicus. Hinc Hierem. 30 n.14. *plaga enim inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli*, quid eſt plaga inimici, aut caſtigatione crudeli? niſi vt diu. ait Gregor. lib.18. Moral. c.13. *flagello damnationis*, eos punire non purgationis: nam vt ipſemet ait, *Omnis diuina percuſſio, aut purgatio in nobis vitæ preſentis eſt, aut initium pœnæ ſequentis.* Hinc & ſi igne vruntur tribulationis hic, per mortem non extinguitur, immo augetur, vnde Moyſes Deuter. 31. ex Domini voce contra tales clamans ait: *Ignis accenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima.* Vnde Gregor. vbi ſup. *Ignis accenſus quantum ad preſentem percuſſionem, ardebit vſque ad inferni nouiſſima quantum ad æternam damnationem.*

6. Peccatorũ tribulationes hîc tribulationes ſunt infernales.

Hierem. 30.n.14.

Gregor. 7. Deus aliquos caſtigat vt inimicus.

Deut.32.

Ex quo fit, vt in Scriptura peccatores, tanquam, qui ad infernales addicti flammas, *ardentes* nominentur, vnde licet eos videas floreſcentes, ne decipiaris, in ipſis enim deliciis cremantur, in ipſis ardent oblectamentis, quia quo magis ipſi Dei obliti effrænatè peccãt, eo magis Deus contra eos arcum, ſagittaſque parat, ad eos cõburendos, & cremandos; hic incipiens, in altera vita conſummans, Pſ.7.n.13. *Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetendit, in eo paranit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit*, quid per ardentes? peccatores puniendi à Deo ait Chryſoſt. in hunc locum; *Nequit enim*, ait, *inſipientior exiſtimare, in omnes eum manus dirigere, & armatum eſſe ardentibus, ſubiunxit*, hoc eſt, peccatoribus obſtinatis, ac maledictis, qui quarenus & hic pœnas incipiunt dare infernales, merito ardentes nominantur, contra quos tamen ſecundum Chryſoſt. Deus arma habere deſcribitur, quia talium tantum inimicus, hic incipiens eos cremare, in æternum poſtea in altera. O miſera peccatorum ſors, vt ab igne, ad ignem, à tormentis ad tormenta, à cruciatibus ad cruciatus deſcendant!

8. Peccatores vocantur ardentes.

Pſal.7. n.13.

Amice, ſiſte hic pauliſper, non curſim hoc tranſeas, conſiderationem erige ad fortunæ ludibria tum antiquorum, tum modernorum infidelium, de quibus nulla eſt ſpes & fide tenendum periiſſe in infernúmque æternaliter ſe damnaſſe, qualis maior hac excipi poteſt miſeria, vt eorum infortunia hîc principia eſſent æternorum, & ſic prædamnarentur, vt ſi hîc infelices, ibi eſſent infeliciſſimi, quæ maior miſeria? apponam tibi aliqua, quid enim Policrate Samij tyranno infelicius? hic enim diues, potẽs, infiniti ſque cumulatus fortunæ

9. Dura malorum ſors dũ à pœnis tẽporalibus ad æternas deſcẽdunt.

10. Huius rei varia exempla.

bonis, ac postea mutata facie ab Oronde Darij exercitus principe deuictus, in montem Mitalum, vt ait Herodotus euectus, ibi crucifixus, ibi miserè derelictus, cibus factus auium, qui alios superbè prius deuorauerat. Sic etiã Si faces Masessulorum Rex potentissimus in eam tandem miseriam deuenit, vt sicut Polybius refert, catenis vinctus, tanquam mancipium ante rhodem Scipionis victus miserabiliter incederit: nec ab simili Persæi fortuna extitit Macedoniæ Regis, victus à Paulo Emilio, vt refert Valerius in triumphum ductus, perpetuo addictus carceri miserabiliter sic obiit, vt Alexander eius filius mendicatu viueret, vilitérque seruiret. Nec minus Quintus Cæpius, vt idem refert, qui Consul, qui triumphator, qui pater patriæ dictus ad eam tandem miseriam deuenit, vt carceri mancipatus à lictoribus decerptus per Gmonianam deturbatus tandem scalam miserabiliter perierit. Quid dicam de Vitellio Romanorum Imperatore ex pauperrimo ad illum sublimatus gradum, & ad fortunæ culmen, à Vespasiano postea deuictus, pugione subtus mentum posito, vt vultum ab ignominia auertere non posset, vt refert Fulgosius, viliter à pueris illusus, stercore, luto, sputo impetitus, tandem per eandem præcipitatus scalam turpissimè interiit? Deficeret tempus si singula enarranda, quæ magnis, quæ illis, qui dij reputabantur in terris misera acciderunt, & tamen illa perpessi sic magna, & horrenda, initia tantum fuerunt dolorum, hîc inceperunt, vt æternaliter postea durarent; quid? conuerte oculos ad triremes, considera ibi infelicissimos Mauros, Turcas, qualis eorum ibi vita? ventis, mari, frigori, procellis, ærumnis, laboribus expositi quam plurimis, tandem verberibus diris, pane, & aqua sustentati tribulationis, & post hæc pœnæ eos expectant inferorum, tormenta æterna, calamitates infinitæ; nunquid hæc considerans audebis de tua vnquam querulare sorte. si Christianus es, si Dei seruus, nunquid magnos tuos attentabis dicere labores?

Herodot. *Polybius.* *Valerius.* *Fulgosius.*

Adde ad hæc tales ad instar inferni pœnas hic dare, hoc est purè, dum nulla altissima in eis exauditio, nulla cum eo allocutio, quod admirabiliter in his malorum doloribus considerauit Iob, c.27.n.8. *Quæ est spes hypocritæ, ait, nunquid Deus audiet clamorem eius cum venerit super eum angustia, aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore?* Expende singula, & quàm altè præelectis hic tribulantur iniqui perpendes, in angustia positi, non solum Deus non exaudit, sed nec clamorem audit, sic ab eis distat, & cum foris vndique premantur, intus nulla eis adest delectatio, nulla consolatio, quia vt magnus ait Gregor. hic Moral. 18. c.8. *Qui terrenarum rerum amore vincitur in Deo nullatenus delectatur;* & tandem quod vltimum miseriarum, nec Dominum inuocare audent, nec ad eum clamare, vnde hoc reputas? sanè quia plaga eos percussit inimici, crudeli, damnationis, vnde non solum eum in talibus non inuocãt, iusto eius iudicio, tribulationibus, quin potius ad enses, ad gladios, ad laqueum, accurrunt desperantes, se occidentes, præfocantes. Abimelech sit tibi in exemplum, morieus, ne dicereturà fœmina occisus, armigerum rogauit, vt eum interficeret, Iudic.9 n.55. miser Saul in suum incubuit ensem, 1. Reg 31.n.5. & infelix Achitophel ad laqueũ accurrit, 2. Reg. 17.n.23. cur nõ ad Deũ miseri? ne mireris, percussit eos Deus plaga inimici, flagello damnationis; hinc in peccato obstinati, veluti dæmones, sic Deum inimicum habebant, vt mallent perire, quam ab eo auxilium petere; ex hoc ab inferno ad infernum, à pœnis ad pœnas, à tormentis ad tormenta descendunt. Quod cum sit, nónne tibi videtur, quod amplius isti in hac vita tribulantur quàm iusti?

Iob.27. n.8.

11. Peccatorũ pœnæ ditissimæ quia purè, sine interno cõsolatore.

S.Greg.

12. Vt dæmones in tribulationibus ad Deũ non accurrunt.

Ex hoc etiam fit, vt, quia Deus eorum inimicus sic eos hîc castigat, vt penitus euellat, consumat, annihilet, nil prorsus eorum deserens, cum non sic iustos: nam & si igne eos probat, hoc tamen non vt annihilentur, sed veluti metalli aurum appurentur; at impios sic vrit, vt euanescant, ac sicut cera in fumum euadant. Audi Regium vatem sic de istis canentem, Psal. 57. n. 8. *Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens, intendit arcum suum donec infirmentur, sicut cera que fluit auferentur, supercecidit ignis, & non viderunt solem;* cur sicut cera? pulchrè Hilarius in hunc locũ ad differentiam iustorum, qui metalla, vnde & si in igne remanent; at peccatores sic fluũt, vt euanescant, sic continuo Deus eos vrit, vt in nihilum tanquam cera reducantur. *Multa quidem quæ ex solidis, ait Hilarius, in liquido soluuntur, demutant habitum sine abolitione naturæ, vt è fornacibus fluant, cera ante solo susceptæ igni sic liquescit, vt pereat, eodem nunc modo in perdendis peccatoribus posuit exemplum; primum ergo spernentur sine consistendi spe, & manendi inutiliter desinentes, de hinc arcus Domini erit donec infirmentur intentus, infirmati autem liquefacti cera modo auferentur.* Grauiter quidem, in qua authoritate tria illa considerauda quæ misero eueniunt peccatori, dum hîc tribulatur, affligitur, sed cum despectu, tanquam res vilis, nulliúsque considerationis, ac proinde nullo respectu. Achab, & Iezabel, & si Reges canibus obiiciuntur tanquam viles, 2. Reg. 22. & 4. Reg. 4. Antiochus vermibus consumitur, 2. Machab. c.9. Nabuchodonosor in bestiam commutatur, & si Imperator, Daniel. 4. omnes tandem, vt noster hic ait Sapiens, *Iudicium in deriſum dat*, hoc est ignominiosè castigat, debellans, non Gigantibus, non leonibus, non vrsis, sed muscis, ranis, culicibus, tanquam viles, tanquam mancipia cum dedecore eos spernens; secundò sic eos debellat, vt nulla sit interpolatio, semper arcũ intendit, donec exterminet, macter, & perdat; *Cernicibus nostris minabamur*, ait plorans Hierem. Thren. c.5.n.5. *Lassis non dabatur requies.* Quod explicans Paschas. Ratberth, *Enumerat*, ait, *quomodo manus superborum ad erectionẽ in cernicibus percussi propellebantur, vt etiam lassi, ac fessi crudelitate hostili nolentes currerent, & sine requie laborem operis præferrent.* Quod moraliter infrà exponens sic ait: *Hoc est quia peccatis, & vitiis post finem laboris nulla manet requies.* Semper arcum extentum Deus habet, donec sicut cera fluant, euanescant; quod in plagis Ægyptiorum considera vna alteram sic subsequente, vt nulla interiecta mora ad

13. Vt cera liquescant, & euanescant.

14. Puniuntur viliter, & si grandes.

15. Continuè, & indefessè.

vnum aliud ſuccedére infortunio, nunquam Dei remiſſus arcus, donec abſorberentur, & euaneſcerent, ſic, vt dicat Scriptura, quod *Exod.14. n.29.* *nec vnus quidem ſuperfuit ex eis*, Exod.14.n.29. quod adnotans Lippom. in catena grauiter *Lippom.* ait: *Sic percutit, & excindit Dominus eos, qui* 16. *nullis admonitionibus flectuntur, nullis minis Dei* Ex tribulatione non illuſtriores, *terrentur, ſed excæcati contra Deum pugnare* ſed obſcuriores euadunt. *perrunt.*

Hinc quia talibus Dei flagellum non eſt probationis, ſed damnationis, vt diximus, non vt iuſti lucidiores euadunt, ſed fæcitoſi, vt ſic dicam, amplius peccatores poſt, quàm ante flagellum, quæ profecto miſeria eſt maxima; *vaſa figuli*, inquit Eccleſiaſt. c.27.n.6. *Eccleſiaſt. 27.n.6.* *probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis*; quomodo probat? ſi illuſtriores ex 17. igne euadant, vti ſancti, & electi, qui & ſi ter- Iuſti ex tribulatione illuſtres, & cur. rei prius ante tribulationem, ex illa in aurum poſtea, relucent, non ſecus ac de illo pulchrè dixit Tertul. lib. de habitu mulieb.c.5. quod *Tertul.* & ſi ferro & ære nihilo generoſior, ex igne tamen fit glorioſior. *Aurum, & argentum* 18. *principes materia cultus ſeculariſ*, ait, *adſint ne-* Aurum terræ nomen in igne amittit. *ceſſe eſt, vnde ſunt, terra ſcilicet planè glorioſior, quoniam in maledictorum metallorum feralibus officinis pœnali opere deplorata nomen terræ in igne reliquit; atque exinde de tormentis in ornamenta, de ſupplicijs in delicijs, de ignominijs in honores metalli refuga mutatur.* Quid aurum? terra, non ſecus ac ferrum, quid aurum? metallum, non ſecus ac æs; cur ergo non amplius terra, non amplius & metallum nominatur: ſicut ferrum? ſed mobile, ſed torques, ſed theſaurus? ſanè quia nomen terræ in igne reliquit, & ex tormentis euaſit in ornamenta, ſic ſancti quando à tribulatione excocti, de tormentis in ornamenta Chriſti tranſeunt, de ſupplicijs ad eius delitias, de ignominijs ad eius gloriam, honorem, regnum. At impij, quia non aurum immutantur, ſed in lutum, *Auguſt.* immutantur, ſed in fæces, audi Auguſt. in illud Pſal. videlicet, *Igne nos examinaſti; vas quod formatum eſt in igne, aquam non timet, ſi autem ſolidatum igne non fuerit, tanquam lutum* 19. *aqua ſoluetur.* Adnoto verbum *ſolidatum*, in Peccatores vaſa terrea in igne liquefcunt. igne fuit, ſed non extitit ſolidatum, vaſa ſunt impij, ſed ad ignem non ſolidata tribulationis, immo facta; hinc aqua malitiæ, ac peccati, tanquam lutum ſoluuntur, in peius ſemper ruentes, ex tribulatione amplius indurati ad malum, amplius ad flagella addicti, ſic vt peccatis eorum exigentibus non ad victoriã tribulentur, vt ſancti, de quibus Tertul. ad *Tertul.* Mar. c.3. *Coguntur, cruciantur, fatigantur, quanto plus in exercitationibus laborauerunt, tanto plus de victoria ſperant.* Sed ad perditionem, ad interitum; nec mirum: nam ergà iſtos non patrium Deus animum habet, ſed inimicum, vt diximus; nam patrium, vt eleganter *Seneca.* Seneca libro de prouident.c.2.erga ſuos, erga amicos obtinet, *Patrium habet Deus aduerſus bonos viros animum, & illos fortiter amat, & operibus inquit doloribus, ac damnis exagitentur, vt verum colligant robur, languent per inertiam ſaginata, nec labore tantum, ſed mole, & in ipſo ſui onere deficiunt.*

20. Hinc quia ſic à Deo tribulantur, ſic miſeri In cõtinuo viuunt, vt in continua ſint cordis commotione, ac tremore, ita vt arborum folia eos tremere faciant, animo ſic trepido, vt ad quemlibet paueant occurſum, nunc vitæ, nunc filiorum, nunc rerum damna pertimeſcentes, iuſtam in illos ſententiam Deus exercens ſuã, dum ſic eis minatus, Leuitic. 26. n.36. *Dabo* *Leuit.26. n.36.* *pauorem in cordibus eorum, terrebit eos ſonitus folij volantis, cadent nullo perſequente, & corruent ſinguli ſuper fratres ſuos, quaſi bella fugientes.* Pende quando perfidum percuſſit Cainum, *poſuit in eo ſignum*, vt non interficeretur, Geneſ.4. n.15. quod interpretans Eu- *Eucher.* cherius ait: *vt tremens, & gemens, vagus, &* 21. *profugus ſemper viueret, nec vſpiam in orbe ter-* Cain ſignũ quale. *rarum ſedes poſſet habere quietas*: ob quod miſer, vt ſentit idem author, metu, ac tremore perculſus, cordis deſtitutus vigore, ciuitates primus ædificauit, muriſque ſepſit, ne occideretur; at quid profuit? cum nec ibi ſecurus, intus commotio latens, intus timor. Vnde bene Origenes hom. 2. in Hierem. adnotat, *Origen.* quod egreſſus infelix à Domini facie ſtatim habitauit in terra *Naid*, quod interpretatum Græcè ſignificat *commotionem*, cum vt ipſe inquit, *qui Deum derelinquit, iſte habitat in terra Naid, in turbatione mali cordis, & mentis commotione conſiſtit.* Vnde ſemper ſiue dormientes, ſiue vigilantes, ſiue comedentes in continuo ſunt pauore, & tremore, vt verè eorum panis ſit dolorum; *ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris*, Pſal.61. Regius *Pſal.126. n.2.* ait Propheta. quid eſt doloris panis? Hieron. *Hieron.* epiſt.141. ad Marcell. vitæ præſentis ærumnas 22. intelligit, quas peccatores patiuntur, *Vitæ* Peccatorũ oblectamẽta coũ ſunt tormenta. *iſtius*, ait, *miſerabilis, & arumnoſa interpretatur labor, apud quam in ſudore faciei comedimus panem noſtrum, & inter ſpinas, & tribulos breuis vitæ alimenta naſcuntur.* Vnde eorum delectamenta verè ſunt eorum tormenta, & idola, quæ colunt, mulieres ſcilicet, quas amant, eorum labores, infirmitates, Pſal.15 n.3. *Multi-* *Pſal.15. n.3.* *plicatæ ſunt infirmitates eorum*, ex Hebræis aliqui, apud Bellarm. *idola eorum*, quaſi ipſa, quæ colunt malè idola, ipſa infirmitates ſint eorum, ipſa oblectamenta, ipſa tormenta, vnde quando pro eis depereunt modos cogitantes exquiſitos, vt ad ipſorum perueniant delectationem, ipſa futuræ delectationis cogitatio, ipſius eſt doloris fabricatio: *Væ qui* *Mich.2. n.1.* *cogitatis idolum*, ait Mich. c.2.n.1. vbi LXX. *& facti ſunt cogitantes laborem.*

Ex quo fit, vt tota eorum vita vnus perpetuus ſit dolor ante peccatum, in peccato, poſt 23. peccatum, *parturiit iniuſtitiam, concepit dolo-* Omnis eorũ vita dolor. *rem, & peperit iniquitatem*, ait Pſaltes, Pſal.7. *Pſal.7.* n.15. ſigna ſingula, & nil aliud niſi dolorem *n.15.* in opere inuenies peccatorum, duas partutitiones, quæ ſummum indicant dolorem, vnũ conceptum, qui cum in reliquis fœtibus ſit cum delectatione, in peccato eſt cum dolore; ergo ſiue ante, ſiue poſt, ſiue in ipſo peccati actu peccatorem conſideres, ſemper eſt in dolore. Hinc modus adnotandus dicendi, *par-* 24. *turiit iniuſtitiam, concepit dolorem*, totum op- Peccati cõceptus cum dolore ſemper. poſitum debebat ponere: nam prius quis cõcipit, poſtea parturit; myſterium agnouit *Chryſoſt.* Chryſoſt. in huius Pſal. locum, hoc ipſum cõſiderans ſcilicet prius hîc dictum peccatorem parturiiſſe, quàm concepiſſe, cum non ſic in

reliquis fœtibus,& cauſam reddens,ait: *Quod illic quidem in tempore partus eſt dolor, hic autem dolor eſt à principio.* Immo ſi ad vnum peccatum perpetrandum vnus eſſet cõceptus, vnus dolor, minus equidem malum; at, vt ſanctus idem obſeruat,infiniti ſunt conceptus, hincque infiniti & ante peccatum dolores; *in muliere enim*, ait Sanctus, *deiectum ſeminel ſemen ipſum etiam formatur, in his autem qui dolos conſtruunt, hac hodie deiecta eſt cogitatio, & cras rurſus alia, & ſunt innumerabiles malorum feminum deiectiones, & ſunt ſingulis diebus conceptiones, & partus dolores, qui periunt, quae ea parit cogitationem.* Vnde egregiè horum partus affirmat partus eſſe viperarum, vterum miſeri diſcerpentes peccatoris, in vno conſidera hoc Ammon, 2.Reg.13.n.1. qui ſororem deperiens, ita *vt propter amorem eius egrotaret*, cuius ratio, *quia cum eſſet virgo difficile ei videbatur, vt quippiam inhoneſtè ageret cum ea.* En amaræ conceptiones,peccati cogitatio ex vna parte,honeſti ex altera,fortiter collidentes in languorem filium proiecerunt Regis; quid 3.*Reg.* 21. Achab. 3. Reg. 21. ex conceptione vineæ Naboth, nónne in lectum incœnatus decidit; *Proiiciens ſe in lectulum ſuum, auertit faciem ſuam ad parietem,& non comedit panem.* In quibus exemplis, ſi aduertas,ambo in lectum inciderunt, non quidem ſine myſterio, parturientes enim in lectum incidunt vt fœtus producant, ſic iſti miſeri peccati conceptione vti parturientes, doloribus,ac infirmitatibus cõſumpti in lectum pariter decidunt, vt verum ſit,quod idem Chryſoſt.ait ibidem. *Nemo eſt eorum qui vivit in ſcelere, qui non innumerabiles dolores ſuſtineat, & de malis conſultans, & conſilium exequens.* Quod exemplificat Sanctus, in eo, qui vindictam de hoſte ſumere vult,vbi perbellè rationem reddit, cur è contra iuſtus tranquille viuit, quia nempe, vt ad optata veniat id agit, & illud adeſt medium, quod in ſua eſt poteſtate,vnde, ſi vult ſemper finem attingit, peccator autem cum media ad finem non ſint in ipſo,ſed extra ipſum,ac proinde aliquando, & ferè ſemper impoſſibilia, hinc miſerè cruciatur, quod in vlciſcente, & patienter explicans, ſic ait: *Qui autem iram expulit ab iis omnibus liber eſt*, nempe à cruciatibus, quos dixerat vlciſcentem perpeti, *& iure certè, hoc enim eſt in eius poteſtate, & vniuerſum confecit, ſed illud non itidem, ſed opportunitate opus eſt, & loco, & dolo, & maleficio, & armis, & machinationibus, & offenſionibus.* Egregiè, patimur, & tribulamur, quia, quod extra nos quærimus, & ad quod conſequendum media in noſtra non ſunt poteſtate,concupiſcentiæ equidem delectatio ab extranea pendet muliere, à me eius abſtinentia, ſtultus ego, cur à muliere potius concupiſcentiam peram, & non potius à me, ne concupiſcam, cum hoc in mea,non illud ſit poteſtate?

Hinc ipſæ delectationes ipſis, ſunt ipſimet dolores, quia, quod non poſſunt deſiderant, nec minus ſi, ad quod poſſunt perueniunt, libet hoc in vno expẽdere ſtatu, vt ex hoc vno omnes diſcas: nam ſi ille tormentum, quid reliqui? quid ſtatu dulcius matrimoniali? enimuero Salomõ, Prouerb.5.n.18.eius amorem, omnem, ſimul adoleſcentiæ delectationem dixit; *Sit vena tua* (vxor ſcilicet) *benedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ*, Hebræis, *& lætare de vxore adoleſcentiarũ tuarum*, hoc eſt, de vxore omnium amorum, & delectationum,quæ ex adoleſcentia capi poſſint, quaſi vna vxor adoleſcentula eas omnes capiat; huic poſtea ſuadet, vt amore eius ſe inebriet,ac eo fruatur iugiter; *Vbera eius inebrient te in omni tempore, & in amore eius delectare iugiter.* Ex quo Chryſoſt.vxorem regnũ viri vocauit in Pſal.3. *Cuilibet viro regnum eſt conſors coniux*, cuius rationem reddens, ait: *vxor enim corona eſt viro ſuo*,& hom.23.in actu Apoſt.beatos eos appellat,qui ab vxore amãtur. Hinc Vlyſſes vt refert Ariſtot.deconom. lib.2.c.3. immortalitatem recuſauit,quam illi Athlantis filia promittebat ſi ſecum maneret, ne vxorẽ deſereret; *Maximum ſibi ſupplicium arbitratus*,ait Ariſt. *ſi maritus dum eſſet immortalitatem haberet.* Quid amplius excogitari poteſt, vt ſummam, quam in ſe hic continet ſtatus penſitemus felicitatem; quod cum ſit, & libenter mundanis hoc demus, peccatoribúſque illud concedamus, ſic, vt ad votum illud obtineant, tanquam vltimum quid huius vitæ felicitatis, vti Homerus referente eodem Ariſt. vbi ſup. Nauſichæ deprecabatur, quid inde? hæc eadem felicitas ſumma,tribulatio ſumma; audi non Homerum, nõ Ariſtotelem, non Vlyſſem, ſed Apoſtolum Spiritu ſancto plenum promentem: *Si nupſerit virgo non peccauit*, 1.ad Corinth.7.n.28. *tribulationẽ tamen carnis habebunt huiuſmodi*; quid eſt huiuſmodi? audi Anſelmum ſic Apoſtolum interpretantem, *id eſt licet non peccent qui coniugia ſortiuntur, tamen leuius ſine coniugio poſſunt viuere,quia tribulationem carnis habebunt, qui ſunt huiuſmodi*, hoc eſt, qui matrimonio cõiunguntur, nõ delectationes ſicut ſibi promiſerant, ſed tribulationes habebunt carnis, quia ipſæ delectationes, ipſæ eis erunt tribulationes, *matrimonia* aiebat Socrates, vt apud Laërtium, lib.2. *Perpetua ſequitur ſollicitudo, inges querela, dotis exprobratio, affinium ſupercilium graue, garrula ſocrus lingua, ſubſeſſor alieni matrimonij, incertus liberorum euentus*; Hinc ille:

Nos animarum
Impulſu, & cæca magnáque cupidine ducti,
Coniugium petimus.

Iuuenal. Sat.10. nam vt ſatyra 6. egregiè expendit:

Semper habet lites, alternaque iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimùm dormitur in illo.

Vnde Plutarch. dialog.18. ploranti mortem vxoris,reſpondit: *O prapoſterum ingenium,ſtupidúmque hominem, qui vxorem in funere lugeat, ſaltet in nuptiis*; vnde pulchrè apud Stobæum ſerm.65. à Pithaco quidam interrogatus, cur vxorem ducere nollet, reſpondit: *Quoniam ſi formoſam duxero habebo communem, ſi deformem pœnam*; Hinc Aureolus Philoſophus,vt refert Bruſius,lib.7.c.22. percõtatus pauper-ne an diues vxor ducenda, reſpondit: *Pauperem alere difficile eſt, diuitem ferre tormentum.* Ergo ſiue diues, ſiue pauper,ſiue formoſa, ſiue turpis, ſiue nobilis,ſiue ignobilis, ſemper vxor tormentum, ſempérq;

25. Peccatores vt parturiẽtes peccati doloré ſentiunt.

26. Iuſtus cur ſemper trãquille viuat, ſecus autem peccator.

27. Peccatori ipſius delectationes, ipſius ſunt tormẽta.

Chryſoſt.

Prou. 5. *n.*18.

28. Matrimonialis ſtatus, quàm iucundus.

29. Vxor corona viri.

Ariſtot.

Plutarch.

Bruſius.

Anſelm.

1.*ad Cor.* 7.n.28.

30. Matrimonialis ſtatus infelicis.

Laërt.

Iuuenal.

verum, quod ſanctiſſimus dixit Apoſt. vnde
Anſelm. rectè, ex his punctus verbis exclamat Anſelm. vbi ſup. *& nos ignari rerum, putabamus nuptias ſaltem carnis habere latitiam.* Vnde eleganter huius mundi miſeriam, & ipſam nuptiarum deteſtans concupiſcentiam concludens, ſequitur: *Si autem nubentibus, & in carne tribulatio eſt, in qua ſola videbantur habere delicias, quid erit reliquum, & propter quod nubant, cum & in ſpiritu, & in anima, & in ipſa carne tribulatio ſit.* Egregiè, non ſolum ſpiritus, ſed anima, hoc eſt tota eius eſſentia in ſtatu tribulatur matrimoniali, inſuper & ipſa caro, vbi ergo delectatio? ergo ipſæ peccatorum delectationes ipſa ſunt tormenta, vt ſemel videas quàm verum, quod dicimus amplius tribulari peccatorem in hac vita, quam iuſtum: nam ſi cum cælibatu iuſtorum hæc conferes tormenta, leuia illa, nulla prorſus apparebunt.

31. Mũdus ſuis ſtillam dat mellis, ſed flumen doloris.

Immo ex dictis vnum certum velim vt ſtatuas: nam & ſi tibi daremus, vti damus (ne ex hinc effugias) in ſtatu matrimoniali aliqua etiam commoda, dic quam parua hæc ſunt reſpectu incommodorum, tam parua, vt merito pro nihilo deputari debeant, vt exinde diſcas, quod ſi mundus ſtillam tibi concedit mellis, flumen præparat doloris, 1. Reg. 14. n. 27. fame, fatigatione, ac mortali preſſus inedia Ionathas inimicos inſequens, non moratus, ſed ſic curſim, vt præuolaret, quod rectè
1. Reg. 14. n. 27. *Sanchez.* aduertit Sanchez, *Extendit ſummitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum ſuam ad os eius, & illuminati ſunt oculi eius.* Expende ſingula, neceſſitatem, curſum, paruitatem, inſtrumentum, modum comedendi, non manu, vt aduertit Greg. ſed virga, & virgæ extremitate paululum guſtauit mellis, & tamen ob hoc morti
S. Greg. addictus condemnatus, ſine remiſſione proſcriptus, & quod caput, à Patre, n. 44. *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat quia morte morieris Ionatha.* Nil ſua ei proficiente excuſatione, quia parum: *guſtans guſtaui in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea paululum mellis, & ecce ego morior.* Ne mireris amice, mundi conditio eſt, & peccatorum delectationis, tranſitoriè, accurrendo dat, immo & ſumitur, non manu, ſed virga quaſi cuſpitata dulcedo, inſuper parum, & in neceſſitate extrema, & cum hoc tamen ad mortem adicit, & pro delectationis ſtilla, vt diximus, flumen hauriunt miſeri peccatores tormentorum, quod egregiè dixit Ambroſ. lib. 4. in Luc. c. 4. prope finem, de delectationis æſtu deferueſcente venereo:
Ambroſ. 32. Luxuriæ delectatio quos tribulos germinet. *Tunc caro, ait, tribulos, & ſpinas animæ, hoc eſt curarum morſus, & ſollicitudinum generat, eſtúſque, quos ſibi per concupiſcentiam carnis animus ipſe circumdedit,* Egregiè, animus ipſe circumdedit non aliunde adueniunt, ſed ipſemet animus delectationis cupidus, ipſemet morſus ſibi ingerit ſollicitudinum, cum ſemel delectationibus carnis inclinatus, quaſi quibuſdam clauis ipſi affigitur, ſic vt pariés moleſtias carnis, iterum reuolare non poſſit, vt ſequens idem ait Sanctus: *Etenim quaſi clauis quibuſdam ſuffigitur anima corporis voluptatibus, & cum ſemel adhæſerit cupiditatibus demerſa terrenis, difficile in altum poteſt vnde deſcendit ſine Dei fauore reuolare; altum enim*
33. Anima delectationibus veneris, quaſi clauis corpori affigitur.

A ſuorum laqueis vincta, & delitiarum ſecularium illecebris obnoxia iam tenetur. Delectationes ergo, & ſi licitæ vti coniugum, morſus ſunt curarum, & ſollicitudinum, claui quibus affigitur, & ſuffigitur homo ne in altum euoleт, quod ſi hoc in illo ſtatu, quem in carnis deliriis aſſumit homo, quid erit in reliquis?

Hinc ſi æqua res penſitanda lance, & quod eſt verè dicere velimus, omnis mundanorum delectatio in verbis conſiſtit, omnis tribulatio in re, & effectiuè, ad Theſſal. 5. n. 3. de vltimo loquens Apoſt. iudicij die, *Cum dixerint,* *Ad Theſſ. ſal. 5. n. 3.* inquit, *pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus*; quæ verba contraponens Chryſoſt. cum illis Domini noſtri, Matth 24. *Chryſoſt.* 34. n. 29. *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum,* ſubtiliter petit, quomodo in illis die- Peccatorũ delectatio in voce tantum, tribulatio in re. *B* bus tribulatio, ſi Paulus affirmat pacem, & ſecuritatem; *quomodo autem poſt tribulationem illorum dierum,* ait, *ſi deliciarum laſciuia, ſi pax, ſi ſecuritas ſecundum Paulum futura eſt, ſi delitiis laſciuiunt, quomodo tribulantur?* optimèque reſpondit, Paulum non dixiſſe verè futuram pacem, futuram ſecuritatem, ſed iniquorum, ac impiorum dictu tantum. *Cum dixerint,* cum omnis impiorum ſecuritas, omnis eorum pax in voce tantum conſiſtat, *Pax, & laſciuia,* ait Sanctus, *erit inſenſatis, propterea nõ dixit quando erit pax, ſed quando dicent pacem?* vt inde intelligas in dicto conſolationes huius eſſe mundi, non in re, cum verè in re pec-
C catores non niſi tribulationes ſuſtineant, quid eſt diuitem reputari? vox pertranſiens vt alibi diximus; at in re quantus labor? quid eſt formoſam appellari? & de hoc delectari? vocis ſonus? at in re quantis cuſtoditur laboribus? quid eſt valentem prædicari? at in re quantis acquiritur laboribus, periculis, vulneribus? ergo verè, vt ait Chryſoſt. non eſt peccatoribus vera pax, ſed in voce tantum; at bellum reale, tribulatio effectiua, & in re ruina certiſſima. Beldath Suites olim Iobo felicitatem promittens, c. 8. n. 21. ſicilli: *Donec impleatur riſu os tuum, & labia tua iubilo;* cur non cor, non animus? an quia peccator, quale eſſet animi gaudium ignorabat? vnde quod in ſe experiebatur, hoc tantum amico augu-
D rabat: nam riſus mundanorum in ore tantum, iubilum in lingua, dolor vero in corde, *riſus dolore miſcebitur,* inquit Paræmiaſtę, Prouerb. *Prou. 14. n. 13.* 14. n. 13. *Et extrema gaudij luctus occupat,* vbi in Hebræo, *in riſu dolebit cor, & extremum gaudij dolor,* riſus in ore, dolor in corde: nã vt rectè Chryſ. hom. 69. in Matth. *Et ſi mille,* inquit, *voluptatibus abundare videantur, quamuis delectationum flumina adeſſe illis credantur, multis tamen amariſſimis telis perfoſſi plerumque iacent.* Pende verbum *perfoſſi*, & ſi fluminibus delectationum abundarent, hoc eſt, ad inſtar aquæ externe tantum perfundentis; at dolores vti iacula cor penetrantia; immo & ſi inter lætitias externe, interne in fornace cremantur, vt idem elegãter ait Sanctus in Pſal. 4. *Multi quidem,* ait, *qui hæc poſſident* (terrena namque gaudia) *vitam non eſſe vitalem exiſtimant, & angoris fornacem in animo circumferunt, à curarum multitudine exhauſti, & continuis timoribus oppreſſi,* nunquid non ſic? ad eorum animum appello, eorum inquam qui diuitiis

35. Peccator delectationibus abluit, at tribulationibus perfoditur.

affluunt, qui honoribus, qui ſupremum in republica, qui primum apud Reges locum tenent, ſi ſæpe vitam hanc non eſſe vitalem dicunt, & dum ab omnibus adorantur, beatique prædicantur, angoris fornacem miſeri in animo circumferunt, quorum voces, quorum lamenta ſi tu amicè audiſſes, ſicut & ego, mundi abiurares fortunam, eorum non inuideres altitudinem, mundi delectamenta diceres tormenta.

36. Deus gaudia illi eripit tãquam iniuſtus poſſeſſor. *Luc.12. n.19.*

Hinc quia cordis gaudium peccatori improprium, ſemel quod ex mundo illud haurire præſumpſit, & ex corde lætari illico Deus aſtitit vindex, illum exturbans, atque confundens, tanquam latro, qui, quod non ſuum, ſed electorum eripere geſtiebat, Luc.12.n.19. *Anima*, inquiebat peccator ille, *habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce*; ex corde volebat iſte lætari, vetè ſtultus, hoc reputans, vnde ſtatim, *dixit illi Deus; ſtulte hac nocte animam tuam repetunt à te?* non per Angelum, non per hominem, ſed ipſemet per ſe illud dixit Deus, vt notauit Baſil. hom. in diuites auaros, vbi ſic: *Audi nomen tibi congruum, non quod hominum aliquis, ſed ipſe tibi Dominus impoſuit*; quaſi imperiali firmans authoritate, vt nemini dubium eſſet, prorſus peccatorem ſtultum, qui ex corde hîc lætari præſumit, & ſimul teſtatum relinquens, quod & ſi Angeli, & ſi homines, immo & ſi dæmones deeſſent ad illum exturbandum, ipſummet adfuturum Deum, è cælo ſi neceſſe deſcenſurum, vt ex corde impium lætari præſumentem exturbet, ac peſſumdet, ac perdat, quod & notat Ambroſ. lib. de Nabuth. c 6. hunc eundem expendens locum, vbi poſt enumerata aliqua, quæ diuitem dormire non ſinunt, addit; *Nec ipſe quidem Deus eum dormire permittit, interpellat cogitantem, excitat dormientem*, tanquam rem indebitam vſurpantem, lætitiam ſcilicet cordialem, cum, vt rectè Chryſoſt. in Pſal.4. n.7. in illa verba: *Dediſti lætitiam in corde meo, non dixit*, inquit, *ſimpliciter, dediſti lætitiam, ſed in corde meo, oſtendens non eſſe in rebus externis lætitiam, quia hæc lætitia non eſt cordis, ſed ſolum oculorum*, in ore tantum, non in corde.

Baſil. *Ambroſ.* *Chryſoſt.*

37. Non ſinit eos ridere illico deſtituens. *Geneſ.18. n.15.*

Immo ſic miſeri ſunt peccatores, vt & hanc ipſam lætitiam, quam in ore tantum infelices obtinent, leuem, futilem, inanem, vix eam hauriant, ac Deus ipſe adeſt cenſor, duriſſimúſque inquiſitor obiurgans, riſus repetens cauſam, & cur rideant explorans. Vehementer ſtupefacta Sara, quando eam Dominus interrogauit cur riſerat negans, *non riſi*, Geneſ.18. n.15. cur negauit? cur timuit, cur obſtupuit? Philo lib. de Abraham verita reprehenſionem, vſurpaſſe in hac, tã ta riſum, gaudiúmque, *ſe riſiſſe negauit, veritam ne forte gaudium quod nulli creaturæ conuenit, ſolius Dei rem vſurpaſſe videretur.* Ergo in Philonis ſenſu gaudium reprehendit Deus Saræ, & ideo interrogauit, quaſi de re in hoc ſæculo illicita, quod ſi hoc cum Sara fœmina ſanctiſſima, & de riſu non immodeſto, ac cachinno, quid cum peccatore? quid cum reprobo?

38. Riſus nõ eſt homis vitæ.

39. Ad ruinam & peccato

Ad quorum miſeriam illud vltimo accedit: nam in eorum ruinam non tantum vniuntur boni Angeli tanquam Dei miniſtri, ſed & mali, ſic, vt in hoc vno boni, & mali inueniantur concordes, licet voluntate, ac fine diſſiti, cum vni ex Dei iuſtitia, ac ob Dei honorem, alteri ex pura malitia, ac odio hominem proſequantur; vnde cum aduerſus peccatores non ſolum ſint mali, ſed etiam boni, vide qualis horum erit in mundo tribulatio, quantumque bonorum excedat, cum iſtis, & ſi mali infenſi dæmones, boni tamen ſemper pro ipſis, & in eorum fauorem, conſolationem; flagellabat Deus olim Ægyptios, at quidem per bonos Angelos, vt communior eſt opinio, & ſanior, vt ſuprà ſtatuimus, & quaſi iſti non ſuffeciſſent, & dæmones ſe adiungebant, opera Magorum ſanguinem, dracones, ranas multiplicantes, & quidem non ad eorum vtilitatem, ſed damnationem, vt inquit Bernard ſerm. de ſancto Malachia; *Diabolus*, inquit, *tanquam malleus cæleſtis opificis factus eſt, malleus vniuerſæ terræ, tenet electos ad eorum vtilitatem, reprobos conterit ad eorum damnationem.* Ergo Angeli ex vna parte, dæmones ex altera reprobos circumueniunt adhuc in vita hac caſtigandos, puniendos; quales conſidera erunt horum tribulationes, quàm magnæ, quàm diræ.

rum tribulationem boni, cum malis Angelis vniuntur.

Bernard.

Hinc non mirandum, ſi in inferno illarum reminiſcantur, quod equidem magnum, & ad eorum ponderationem maximè conducit, dolor magnus dolorem minimum abſorbet, & acuta vulnera leuia excludunt; qualis ergo erit hîc reproborum tribulationum dolor, dum & in inferno eius reminiſcuntur, & inter infinita illa de eo dolent incendia; Audi noſtrum Sapientem ſuprà c.5. n.7. ex perſona iſtorum lamentantem, vt nos ibi. *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles*; quæ verba coniungens Hieron. lib.1. in c.1. lament. cum illis Hierem. Thren. 1. n.7. *Recordata eſt Hieruſalem dierum afflictionis ſuæ*, ea explicat de dolore quem damnati in inferno obtinebunt, dum conſiderant tempus huius vitæ perdidiſſe, vnde ait: *Maximo dolore torquetur anima cum in pœnis conſtituta iam ſerò dolet, ſe tunc negligentem fuiſſe, quando per bona opera potuit ſibi ſubuenire, in inferno cum dæmonibus cruciata, infructuosè peccata præterita deplorat*; at Lyra de dolore, quem hîc in patrando malo perpeſſi fuerunt, plus ipſi in eo perpetrando afflicti, quam iuſti in bono exequendo, vnde ait: *Nam frequenter plus laborant homines ad perficiendum ſua peccata, quàm iuſti ad iuſtitia opera, ſicut patet de fornicatore, & adultero, qui maioribus laboribus, & periculis ſe exponit ad habendum intentum; quam bonus religioſus in ſurgendo ad matutinum.* Ergo ibi & ſi in mare, ac oceanum immerſi dolorum, afflictionúmque, laborum hîc perpeſſorum ob patrata ſcelera reminiſcentur, & grandia licet inter illa ingentia apparebunt.

40. Peccatorũ tribulationes tã magnæ hîc ſũt, vt earũ erit eis in inferno memoria.

Suprà c.5. n.7.

Thren.1. n.7.

Hieron.

Lyran.

41. Peccatores plus laborant in male operãdo, quàm iuſti in bono agendo.

Nec quidem hoc mirum: nam ſi ibi ea patientur, quia inter dæmones, ac ſub eorum viuunt poteſtate, omnino eis derelicti, & iam non ſub Dei, ſed inimici manu, ſic pariter hîc,

42. Patiuntur hîc ad inſtar damna-

vi toti ſub diaboli poteſtate.

cum non ſolum corpora reproborum, ſed intima, ſed cor in manu ſint diaboli; quod cum ſit, qualis eorum poteſt eſſe vita? quales tribulationes? prorſus infernales, Ioan.13. n.2. de Iuda dicitur, quod *cum diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas*, cur hoc dicitur? nónne melius, cum iam determinaſſet Iudas eum tradere, cum ipſe, non diabolus facinus illud effecit horrendum? ſanè ni fallor, quia & ſi Iudas illud effecit, tamen, vt diaboli inſtrumentum, cuius cor in eius exiſtebat manu, tanquam illius dominus in quod imperium exercebat ad nutum inimicus, ex quo facto Dei afflatus ſpiritu, axioma eruit magnus Gregor. generale, reprobos ſcilicet excordatos viuere, quia eorum cor diabolus poſſidet; ſic enim lib.1.Reg.c.11. *Reprobi*, ait, *corda ſua non habent, quia ea diabolus poſſidet, vnde & de proditore dicitur, cum diabolus iam miſiſſet in cor vt traderet, ſi enim Iudas cor ſuum, & non diabolus poſſideret, ipſe potius in eo bonum, quàm diabolus malum poneret.* Egregiè, quis enim ſic ſe odio haberet, vt vnde principium haurit vita, ibi principium poneret mortis, peccatum nempe? nullus profectò, vnde rectè Hierem. c.5. n. 21. populum increpans: *Audi*, inquit, *populе ſtulte qui non habes cor.* Cur? nunquid ſine corde viuitur? ſanè reſpondet idem Sanctus vbi ſuprà, *quia quotieſcumque graviter delinquimus, cor noſtrum non habemus.* Quod Regius callens Propheta, 2. Reg.7. n.27. orans, ſic ait: *Et domus ſerui tui erit ſtabilita coram Domine*, hoc eſt, firmiter eius, ac ſub eius protectione in nullo deficiens, ad extraneum non tranſiens, immobilis ſemper Dei, & non alterius, quid inde? *Propterea*, ſequitur, *invenit ſervus tuus cor ſuum, vt oraret te oratione hac.* Notanda cauſalis *propterea*, quaſi diceret, in me inueni cor meum, hoc eſt animos iam, viréſque reſumpſi vitales, quia tu mihi promiſiſti domum mihi ædificaturum ſtabilem, firmam, perennem, vnde ſemper ero tuus: nam dum alienus iam non mihi amplius cor, excordatus viuo, ſicut & vixit, quando non Dei, ſed Berſabeæ, quod ſi iniquorum corda diabolus poſſidet, qualis putas eorũ erit vita? quales tribulationes? prorſus infernales, vt ſuprà diximus.

Tandem vltimo, vt ſemel ſtatuas miſerrimam omnino malorum eſſe hîc vitam, tribulationéſque ingentes, ne te moueat feliciter aliquando eos hic degere, ac omnia eis ad votum aduenire, vt proinde excidas, ac non verum reputes quod dicimus; ſcito duo: Primum quod ſi Deus ſummus aliquid eis hic concedit felicitatis, hoc ideo, quia bonis eos remunerare non poteſt æternis, dum aliqua moralia hîc bona peregerunt, quod grauiter dixit Chryſoſt. hom.67. ad populum, tom.5. vbi ſic: *Malus omnino non poteſt malus eſſe, ſed euenit vt aliquid habeat boni, neque bonus eſſe bonus omnino, ſed & nonnulla ſolet habere peccata, cum itaque malus proſperis vtitur rebus ad capitis ſui perniciem, vt enim illorum pauorum remunerationem bonorum hic capiens, illic deinde puniatur, hac de cauſa recipit.* Ergo ſi proſperatur impius ad capitis ſui eſt perniciem, & nullum maius iudicatæ animæ ſignum, & à Deo derelictæ, quàm ad nutum omnia ei hic peruenire. Quod eleganter dixit Philo, lib. de confuſione linguarum vbi ſic: *O infinitam, & immenſam miſeriam quacumque aggreditur mens dementiſſima ſuccedunt ex ſententia, nec magnus, nec parvus conatus fruſtrabitur vllus, vltro negotiis animæ occurrentibus, & ſeſe prabentibus, hæc ſunt animæ viduatæ indicia peccantis abſque impedimentis omnibus.* Quapropter eorum felicitas eſt ad inſtar dæmonum adhuc in inferno non detruſorum, ex pœnæ tamen mora ſolatium capientes, de malis hominum factis interim lætantes, de quibus ſcite Tertull. in Apolog c.27. dum ait: *Deſperata conditio eorum ex prædamnatione ſolatium reputat, fouenda interim malignitati de pœnæ mora.* Sic iſti lætantur in bonis, & dum malè agere felicitatem reputant, ſolatiúmque referunt ex pœnæ mora, ſcias amice, quod ea non aufertur, ſed differtur, eo maior quo dilata, hinc ſi verè æſtimandum augmentum gaudiorum, accretio eis eſt pœnarũ.

Secundum verò pro certo vnum ſupponas, ac infallibile, quod ſi aliquid felicitatis eis Deus impartitur, non equidem hoc ex eorum amore, non eorum intuitu, ſed prædeſtinatorum, qui aut ab eis fuerunt, aut futuri ſunt, vt exinde intelligas impios, ſi in hoc mundo fortunati aliquando, in gratiam hoc eſſe electorum, & iſtis bona eos debere ſua; vnde cum tribulatio ſit eis ex propriis malefactis, quæ ingentia, proſperitates ex alienis, & ex longè multoties petitis, ac proinde non ita efficacia, fit, vt ferè ſemper multo plus impij tribulentur, quam fruantur, quod autem non in eorum gratia Deus bona eis tribuat etiam huius mundi, poſſem à Scripturis confirmati, poſſem & à ſanctorum dictis, ſed modo nolo, vno gentilis tantum contentus teſtimonio, vt exinde videas, quàm in confeſſo hæc res, vt lumine tantum rationis ductus, nullóque veræ fidei munitus Ethnicus etiam illud intellexerit. Audi ergo Senecam lib. de beneficiis, c.32. qui quaſi prævidens quæ ſcribimus nos Chriſtiani, ſic ait: *Deos videre eſt, vt alios indulgentius tractent propter parentes, auóſque, alios propter futuram nepotum, pronepotúmque ac longè ſequentium poſterorum indolem, nota eſt illis operis ſui ſeries, omnium illis rerum per manus ſuas ſturarum ſcientia in aperto illis eſt, nobis ex abdito ſubit, & quæ repentina putamus, illis proviſa veniunt, ac familiaria, ſunt hi Reges, quia maiores eorum non fuerunt, quia pro ſummo imperio habuerunt iuſtitiam, abſtinentiam, quia non rempublicam ſibi, ſed ſe reipublicæ dicauerunt, regnent hi, quia vir bonus quidam proauus fuit, qui animum ſupra fortunam geſſit, qui in diſſenſione ciuili, quoniam ita expediebat reipublicæ, vinci, quàm vincere maluit, inferri illi gratia tam longo ſpatio non potuit, in illius reſpectum iſte populo præſideat, non quia ſcit, aut poteſt, ſed quia alius pro eo meruit.* Quid amplius peto, Chryſoſt. dixit hom.24. in Gen. ponderans verba illa Dei ad Noe, Gen 6. n.16. *Ingredieris in arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tecum*, ad quid tecum? nunquid non ſufficiebat dixiſſe *ingredieris in arcam tu?* optimè Sanctus, dictum ait: *in honorem iuſti, conſuetudo enim miſericordis Dei eſt, honorem hunc dare ſervis*

Philo. 45. Ad vota res ſuccedere viduatæ animæ indicium.

Tertul. 46. Peccatorũ lætitia ad inſtar dæmonum.

47. Peccatores in gratiam bonorum proſperantur.

Seneca.

Chryſoſt. Geneſ.6. n.18.

S.Greg. 43. Reprobi ſunt ſine corde.

Hierem.5. n.21.

2.*Reg.7.* n.27.

Chryſoſt. 44. Mali hîc mercedem bonorum noſtrum recipiunt, vt in æternum poſtea puniantur.

48. Mali tolerãtur, propter bonam ſobolem ex illis futurã.

ſuis, vt propter eos ſaluentur & alij. Cham ingredi non merebatur, ingrediatur, & ſaluetur, bonáque ſuſcipiat, quia Noe filius, non propter ſe, ſed propter patrem, hoc eſt, quod prope ait Seneca imperet & ſi ignauus, & ſi peccator, & ſi morte dignus propter parentes, auóſque, aut propter futuram ſanctam ſobolem, propter electos ex illis naſcituros. *Iſaias* 1. n. 9. Quid amplius dixit Iſaias? audi oraculum, c. 1. n. 9. *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus*, vbi Hieron. per ſemen beatam Virginem, Apoſtolos, & paucos alios in Chriſtum credentes cum Cyril. & Rupert. ſentit. Orig. vero, & Oecumenius ipſum Chriſtum. Ergo ſaluati Iudæi, & ſi peſſimi ob futuram ſobolem prædeſtinatorum, ſicut & ſolerter in Ægyptiis factum aſſeuerat; Chryſoſt. hom. 5. de Pœnit. expectans illos Deus, omninóque non conſumens, ad ſancta aſpiciens monaſteria ex illis profectura. *Magna erga Ægyptios*, ait Sanctus, *vſus eſt Deus prouidentia vltrà fidem blaſphemos, expectauit enim quouſque ibi eſſent monaſteria.* Quod equidem, pulchro illuſtrat exẽplo dicens: *ſed & humanæ leges matrẽ grauidã, & ſi peccatricem ad partum vſque ſeruant illeſam, ne fœtum innoxium tollant.* Non amplius affirmat, quam ſemen Gentilis, vnde ſi impius proſperatur, ſcito non ob ſe, ſed propter ſuorum, aut antecedentium, aut ſubſequentium merita, vt ſemel ſcias, quam propriè impij, peccatoriſque mala ſit in hac vita pati, vt ſi bona obtineat, iuſtis ea debeat, non ſibi, mala autem ob ſua demerita, quę cum maxima ſint, gratiámque nullo modo mereantur Dei, ideo plus ordinariè tribulantur, quam proſperantur, ac per hoc intelligas, quòd ſi iuſtè affliguntur magis impij, & plures horum eſſe anguſtias, quam iuſtorum, intelligáſque, quàm verum noſtri Sapientis dictum, *Cum ergo dat nobis diſciplinam.*

49. Ægyptus non deſtructa omnino, propter monaſteria in illa futura ſanctorum.

Num. 26. *Qui autem ludibriũ, & increpationibus non ſunt correpti, dignum Dei iudicium experti ſunt.*

Num. 27. *In quibus enim patientes indignabantur, per hæc, quæ putabant Deos, in ipſis cum exterminarentur videntes illum, quem olim negabant ſe noſſe, verum Deum agnouerunt: propter quod & finis condemnationis eorum venit ſuper illos.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

DEi declarata benignitate in puniendo, quando ſpes adeſt emendationis, & reſipiſcentiæ, nunc eius durum exprimit iudicium contra obſtinatos, rebelléſque, vnde ait.

Hugo.

Qui autem, &c. Totum hoc ſic declarat Hugo, *qui autem pœnis temporalibus, quibus increpat vos Dominus, quaſi luderet nobiſcum non ſunt correcti à malitia ſua, dignum Dei iudicium experti ſunt, id eſt, pœnas æternas*; ſic ferè omnes alij, & ſi etiam, & de vltima temporali poſſit intelligi, vt quia minoribus illis plagis ſe conuerti noluerunt, vltimis eos afflixerit, ſupplicijs, Ægyptios ſuffocando, Chananæos verò bello occidendo, omnes in infernum detrudendo, licet Bonauent. velit aliquos tam ex Ægyptiis, tum ex Chananæis reſipuiſſe. *Bonau.*

In quibus enim patientes indignabantur, &c. Complutenſes, & Regij ſic legunt, *in his enim quæ patiebantur moleſtè ferebant, in quibus impatientes indignabantur.* Loquitur enim tum de Ægyptiis, tum de Chananæis, vt bene Lorinus, qui cum vt Deos muſcas, ranas, ſimiléſque beſtiolas colerent, contra eos indignabantur, quando ab eis oppreſſi, in quibus, vt inquit Ianſen. in cognitionem veri Dei deueniebant, dum eos inuocantes, & nullum experientes auxilium, tandem non eſſe deos, & alium eſſe ſuprà illos cognoſcebant, vt quando Pharao, qui ante, *quis eſt Dominus?* dixerat Exodi 5. n. 2. *poſtea Dominus iuſtus, ego, & populus meus impij*, c. 9. n. 27. quo non obſtante, ſic fatui, & obſtinati, vt nec per hoc ad verum ſe conuerterent Deum, falſis derelictis, ob quod ſuper eos vltimus venit condemnationis finis, tum temporalis, tum æternæ. Ex quibus optimè colligit Hugo murmurationis, indignationiſque effectum in Dei flagellis, opprobrium eſſe ſempiternum; iſti enim à Deo flagellati, ad flagella impatientes, licet ad agnitionem deueniſſent flagellantis, tamen ad eum non ſe conuerterunt, tali digni pœna, quia malè ſuſtinuerunt. *Lorin.* *Ianſen.* *Exod. 5. n. 2.* *Ibid. c. 9. n. 27.* *Hugo.*

HOMILIA LI.

Impatientia in tribulationibus ſummum malum.

NOn correpti, noſter inquit Sapiens, quod dignũ Dei iudicium experti ſunt, mortem nempe, vltimámque damnationem; hanc equidem merentur, qui in tribulationibus impatientes, inemendati contra Deum ſe erigunt, & ex tribulationibus, quæ Deus ad correptionem, ipſi per impatientiam flagella faciunt ad damnationem.

1. Tribulatio eſt iuſtorũ flagellatio impiorum.

Attende, quæ dico, Deus & ſi ſuos tribulat, non tamen flagellat, quia tribulatio eſt iuſtorum, flagellatio verò impiorum, vt præclarè adnotat Origenes lib. 4. in c. 5. epiſt. ad Rom. ſuper illa verba: *Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus.* Adnotans Dauid, Pſal. 33. n. 20. dixiſſe, quando de iuſtis loquebatur *multæ tribulationes iuſtorum*, quando verò de impiis, Pſal. 31. n. 10. *multa flagella peccatoris*, quid ergo dicimus? illud ſcilicet, bene Deum contra impatientem iraſci, mortémque illi inferre, dum ſic vecors, ſic ſtolidus, vt quam ipſe infert tribulationem veluti pater, vt ſaluet, ipſe per impatientiam, & vitæ incorreptionem flagellum efficiat, vt ſe perdat; *Quoniam*, vt inquit Origenes, *cum nihil in his ipſis flagellis, & correptionibus ſecundum virtutem animi gerunt, nihil ad patientiam ducunt, nec probationem per patientiam ſperant, idcirco in illis nõ tribulatio quæ ad hæc bona pernexit, ſed flagella vt ſcriptura voluit nominanda ſunt.* Solerter quidem, & magna peccatoris vecordia, vt venenum efficiat, quod in ſe pharmacum, & impatientia ipſum medium ad vitam, ipſum efficiat ad mortem. *Origen.* *Pſal. 33. n. 20.* *Ibid. 31. n. 10.*

2. Peccatorũ vecordia ex impatientia tribulationis.

5. Impatiētia in tribulationibus ſeruorum Dei & tales, & cur.

Hæc quippe res eſt illa, quæ vſque ad tabem Dei reducit ſeruum, quando aut ſe aut alios proſpicit ex tribulationibus nō proficere, ſed deficere, vna tantum impatiētia omnia agente; vnde ſi verè, quid impatientia ſit ſcire deſideras, dicam ſeruorum Dei tabes, tum quando in ſe, tum quando in alios eam aſpiciunt; Audi Regium pſaltem Pſal. 118. n. 125. *Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei*; vnde ei tabes? ex zelo, vnde zelus? ſane ex eo quod ſuprà dixerat, *iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum*, conſideraſſet, inquit Hilarius hic, in tribulationibus inferendis Dei bonitatem, rectitudinem, & iuſtitiam, cum *ſi quid eſt quod patimur, ex iudicio bonitatis ſuæ accidit, vinci diabolum patientiæ noſtræ virtutibus delectatur, & probari nos per luctus, & dolores, & damna deſiderat, vt nihil in ſeruos ſuos ſæculi poteſtas ſibi eſſe iuris, & damnationis intelligat.* Quæ omnia dum Propheta conſideraſſet, animaduertens ex impatientia aliquos ſic inſanos effici, vt quā in tribulationibus inferendis Dei bonitatē, hauriāt ex impatiētia murmurationem, Deum incuſantes, iniuſtúmque proclamantes, ob hoc totus zelo ardens tabuit, exaruit; *At quia*, inquit Hilarius, *ſi quid aduerſi accidit, prona in Deum querela eſt, Deum enim inter damna ſua auarus accuſat, Deo cum inuidia fletuum ſuorum arbatus iraſcitur, Deo iniuſtitiam qui ad confeſſionis gloriam perſecutionibus probatur, exprobrat, ideo cum iniuſtitiæ Deum per impatientiam impij doloris accuſant, idcirco Propheta ſubiecit dicens: tabeſcere me fecit.* Egregiè, qualis ſimilis dolor? ſeu qualis timilis pro Deo deberet eſſe zelus, vt per impatientiam ſummam, bonitatem, ſummam interpretari malcuolentiam, & contra Deum per impatientiam murmuratorem ſe efficere, qui gratiarum debuerat actorem; merito equidem qui tales, tali exterminatione digni.

Hilar.

4. Dauid tabeſcebat ex zelo impatientiæ malorum in tribulationibus.

5. Angeli ſupremi vindictam ſumūt de impatiētibus, & contra Deum murmurātibus. 1. ad Cor. c. 10. n. 10. Numer. 11. n. 1.

Hinc nō ſolum homines zelo ob hoc vruntur, ſed ipſi Angeli, ſic, vt ad ſumendam de talibus vindictam ipſi deſcendant, & equidem non infimi, ſed ſublimes, immo ipſe Eccleſiæ princeps Michaël, quaſi ex zelo extra ſe actus, fremens contra ſubditum, ſic indignè, ſic vecorditer in Dominum ſuum ex impatientia inſultatorem; audi Paulum in 1. ad Cor. 10. Deū. *Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmuranerunt, & perierunt ab exterminatore*, alludit enim Paulus ad hiſtoriam, Numer. 11. n. 1. vbi dicitur, Populum cōtra Deum murmuraſſe pro labore, & tribulatione, quā ex defatigatione itineris patiebatur; *Interea ortum eſt murmur populi, quaſi dolentium pro labore contra Dominum*, Hebraic. *quaſi cauſantium laborem, & dolorem*; quid ex hoc? *iratus eſt Dominus, & accenſus in eos ignis Domini deuoranit extremam caſtrorum partem.* Ad hunc ergo locū alludens Paulus, murmurātes contra Dominum de tribulatione compeſcere deſiderat; ſed ſi ignis eos vſſit, & extinxit, cur non dixit, & perierunt ab igne, & non ab exterminatore? eo vel maximè cum immediatè ante proprio nomine alteram nominauit plagam. *Sic neque tentemus Chriſtum ſicut quidam eorum tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt*; ſanè qui hac plaga immediatè, vt ait Anſelmus ab ipſo Angelo eius eductore puniri, quia, vt Cornelius affirmat ipſe erat Michaël, ad denotandum, ſic durè Principes ſanctiſſimus Dei exercitus hoc murmur accepit, vt zelo plenus, non per alium, ſed per ſe immediatè vindictam ſumere decreuerit, eos vrens, igne crematiōnis digni, qui altero impatientiæ Deum ſanctiſſimum, vt ſic dicam cremarunt.

Anſelm. Cornel.

6. Religioſi de obſeruātiis murmurantes omni ſupplicio digni.

At ſi altius Apoſtoli dictum premere velimus, ſubtiliſíque indagare, magnum eliciemus documentem, nos, præcipuè religioſos, dignos nempe omni nos effici pœna, & vt non ſolum Michaël, ſed omnes ſimul cum eo Angeli de nobis vindictam ſumant, crement, dicam exterminent, quando impatientia ducti, palliato colore de noſtris obmurmuramus tribulationibus, regulæ rigorem cauſantes, ieiunia, flagellationes, ſanctiſſimum cantum, non quia re vera nos defatigent, ſed quia aliò tendentes, fatigationem fingimus. Pro qua rē attendendum, bis populum murmuraſſe de labore itineris, ſemel, quando verè feſſus illum ſuſtinere iam tædebat, ob quod ignitis eum Deus puniuit ſerpentibus, ſic Numer. 21. n. 5. *& cepit tedere populum itineris, ac laboris, locutúſque contra Deum, & Moyſen, ait, quam ob rem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes?* Iterum autem murmurauit, Numer. 11. vt ſuprà diximus ob eandem cauſam, ſed fictè eam prætexens, vt impertinens carnium deſiderium ea murmuratione obtegeret, ollarúmque Ægypti, qua premebantur famem, vt rectè aduertit Cornel. in illud Numer. 11. vnde non dicitur *dolentium pro labore*, ſed *quaſi dolentium*, ex quo Cornelius, *Patet*, ait, *eos non tam murmuraſſe ex vera fatigatione, lente enim ambulabant, & Deus confortabat eos, quam eam prætexuiſſe ſine gula, & ollis Ægypti.* Ergo hic non fuit verus labor, ſed prætextus, murmuranerunt de fatigatione, & ſi non fatigati, quid ergo mirum, ſi quando vera adfuit defatigatio dicat Paulus ab ignitis conſumpti ſerpentibus murmurantes, & quando ficta, & ſi ignis eos conſumpſit non ignem nominauit, ſed exterminatorem, hoc eſt Angelum, vt ſciamus, attendamus, & paueſcamus nos religioſi, quantáque indignatione dignos nos efficimus, quando falſo de regulæ rigore nos querimur obmurmurantes, prætexentes laborem, defatigationémque non fatigati, profectò non contra nos tantum dæmones, ſed ipſos etiam Angelos ſanctiſſimos incitamus cuſtodes, ipſum ſanctiſſimum Michaëlem noſtrum principem, vt nos caſtigent, ac, vt ſic dicam exterminent, plus hæc noſtra Deo diſplicente ficta murmuratione, quàm ſæcularium vera, vnde & ſi illos caſtigat, nos exterminat.

Num. 21. n. 5.

Ibid. cap. 11.

Cornel.

7. Cur fatigationem in religione fingant, & cur obmurmurent.

Ar petes, cur fatigationem fingent religioſi? cur de labore conquerantur? ſanè, tædio, non laboris, ſed tribulationis, & ideo eos laboris tædet, quia tribulationes ſuſtinere nolunt; attende, duo in religione quilibet ſuſtinet, laborem, & tribulationem, labor eſt regulæ obſeruantia, quotidiana exercitia, tribulatio, carnis mortificatio, voluntatis ſubmiſſio, cæteráque ſpiritus exercitamenta, vt

8. In religione & labor, & tribulatio, & in qu, differunt. *Origen.*

senſatè dixit Origenes vbi ſup. vbi ſic: *Tribulationes iuſtorum, non ſolum eas debemus accipere quæ extrinſecus veniunt ex iſtis rebus, quas indifferentes vocamus, quæ ex ſe, nec bona ſunt, nec mala, id eſt vel damnis, vel languoribus, vel ex quolibet corporis circuitu, ſed & in eo quod etiam, vt in requie poſiti ſemetipſos affligunt, & atterunt, reſiſtendo voluntatibus ſuis, refrenando libidinem, coercendo licentiam, & omnia quæ ad votum pœnitentiæ pertinent proſtigando.* Iſtæ ergo ſunt religioſorum tribulationes, has ergo cum amplius ſuſtinere nolunt, quia pudore afficerentur ſi earum tædium præſeferrent, prætexunt obſeruantiarum incommodum, & laborem, corporiſque defatigationem, cum reuera non adſit, ſed deſiderium carnium, & Ægyptiorum ollarum quod prætexunt labore, & defatigatione, craſsè contra Deum miſeri ex impatientia murmurantes, tribulationes amplius ſuſtinere non valentes, immo nolentes; quid ergo mirum, ſi ad inſtar murmurantium de tribulationibus, impatientiúmque ex zelo contra ſe aduocent non ſolum dæmones, ſed Angelos etiam ſanctiſſimos.

9. Tribulationes iuſtorũ ſunt eorum mortificationes, ac ſpiritualia exercitia.

Quid dico? ſic Deo impatientia in tribulatione diſplicet, vt ex illa ira hominem abhorreat, vt & ſi ſimul, & iunctim cum filio ſuo dilectiſſimo cum videat pati, paſſionis conſortium, alias apud Deum efficaciſſimum ad ſaluandum, nil efficiat, quin hominem non damner, ad æternáque non manciper ſupplicia; mirum quippe videri poteſt, cur pater ſanctiſſimus cum dilectiſſimo filio ſuo videns malum crucifixum latronem, idémque genus ſubire ſupplicij, & quod caput, ſic pro eo, ac pro altero ſuum pretioſiſſimum effundere ſanguinem, nec eius miſereretur, nec ad eum

10. Impatientia in tribulatione hominem è latere eripit Chriſti.

Chryſoſt.

aſpiceret, immo è latere filij; quod diu. Chryſoſt. in Pſal. 14. *thecam* appellat *diuinitatis, & ſanctificationis arcam*, ad pedes proiecerit ſathanæ, quæ cauſa ſic Deo inuiſa, ſic illi infenſa apud Patrem potentior, quam Filij reſpectus? niſi me mea fallit cogitatio, impatientia in tribulatione ſuſtinenda; hæc ſola effecit, vt reiectus & ſi cum Chriſto in tribulatione, ac cruce ſocius, & ſi eius collatero, quod magnum, quod præſtantiſſimum; hoc profecto, ex eius verbis, tum ex ſanctiſſimi colligo latronis, *Vnus autem qui pendebãt latronibus*, ait Lucas, c. 23. n. 39 *blaſphemabat eum dicens, ſi tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum & nos*; attende impatientiam, *ſaluum fac*, ait, *temetipſum & nos?* ergo aut ſic innocentem ſe faciebat ſicut Chriſtum, in eadémque ſe conſtituens linea, aut ſi nocentes ambo, impiè eum putat eſſe Chriſtum, & ſimul peccatorem; merito ergo dixit Euangeliſta, quod eum blaſphemabat; ſecundo omnino ſuorum oblitus delictorum crucem recuſabat ſufferre, vnde vix ſuſpenſus, ac ex illa deſcendere cupiebat doloris impatiens, vnde ſe non recognoſcens ſalutem oprabat, impatiens ſupplicij. Tertiò, & quod caput, in tribulatione exiſtens tantum non profecit, quinimmo ex impatientia doloris Deum blaſphemans iniquior euaſit, quod ſonant verba illa ſanctiſſimi latronis, *neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es.* vt rectè Maldonat. vnde

11. Latus Chriſti theca diuinitatis.

Luc. 23. n. 39.

12. Latro malus ex impatientia condemnatus.

Maldon.

A ſenſus, non ſolum iſti, qui pœna carent, ſed quod mirum nec tu, qui in eadem damnatione, & pœna exiſtis, Deum times, quaſi admiratus ſanctiſſimus homo, quomodo poſſibile in cruce exiſtentem, ſic impatienter hominem ſe gerere, vt vnde contritionem, humilitatem, recognitionem haurire debuerat, eueret ex impatientia blaſphemias, ſuperbiam, conuicia, infidelitatem; quid ergo mirum ſi pater ſanctiſſimus eum reiecit, & ſi cum Chriſto ſimul crucifixus, dum ſic impatienter crucem ſuſtinebat, eruchs mortem, vnde eruere debebat vitam.

15. Boni latrõnis virtutes & patientia quanta.

Hoc autem amplius patebit, ſi verba ſanctiſſimi expendemus latronis, & vnde illi ſalus aduertemus, ait enim: *Neque tu times* B *Deum, qui in eadem damnatione es; & nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus, hic autem quid mali fecit?* vende verba, & ſimul ſui recognitionem, peccati confeſſionem, humilem ſubiectionem, extremam voluntatis ſubmiſſionem, & quod caput eſt, indicibilem patientiam reperies; *Deum enim*, ait Ambroſ. lib. de pœnit. c. 11. *cum quo pendebat agnouit, iudicem futurum eum quo adhærebat intremuit, conſcientia ſua crimina explicauit, baptiſmum ſanguinis perfuſione protinus acquiſiuit*; & quod amplius, ſic libenter, ac patienter ſuſtinebat crucem, vt & ſi per dolores totum Deo corpus offerebat, id non ſatis arbitratus, quod liberum in eo remanſerat etiam obtulerit, ſuperans voluntate tormenta, plus pati deſiderans, quàm patiebatur, *in cruce claui manus eius, pedeſque liganerant*, magnus ait Gregor. moral. lib 18. c. 15. *nihilque à pœnis in eo liberum niſi cor, & lingua remanſerunt, inſpirante Deo totum illud ei obtulit, quod in ſe liberum inuenit.* Egregiè, ſic ardens erat paſſionis, vt ſi poſſet, & cor, & lingua etiam vellet, vt eſſent in tormentis; at quia non potuit, ea obtulit, vt poſſibile, ſe recognoſcens, peccata confitens, Deum illum, quem crucifixum videbat inclamans, *Nos quidem iuſtè: nam digna factis, hic autem quid mali fecit? Domine memento mei*; & patientia mœrens, vt ex latrone euaderet in martyrem, vt pulchrè Hieron. *Latro*, ait, *crucem mutat paradiſo, & facit homicidij pœnam martyrium*, epiſtol. 13. ad Paulinam, pulchrè, *facit homicidij pœnam*; non dixit fit, ſed facit: nam ipſe Dei gratia adiutus patientia pœnam reduxit in martyrium: dum alter impatientia in blaſphemiam; en cur ſanctiſſimus pater vnum ſaluauit, alterum condemnauit, & ſi filij dilectiſſimi latus, ab eo eum abſcindens, quia & ſi in cruce, impatienter tamen, vt ſemel videns, quantum ſit impatientia malum, dum crucem paradiſi ſcalam, barathri efficit præcipicium.

14. Plus deſiderabat pati, quàm actu patiebatur.

S. Greg.

15. Ex latrone fit martyr ex patientia.

Hieron.

In qua re tum inſaniam eorum, qui ad paradiſum auolare, tam vecordiam perſtringere licet, putãtes ſine tribulationibus ad eum, ſinéque in illis patientia peruenire, contra omnium ſanctorum ſenſum, contra omnem experientiam. Attende, ſemen gloriæ eſt tribulatio, fouetur hoc ſemen ne corrumpatur, patientia, miſeri homines, ſine ſemine meſſem gloriæ colligere volunt, & ſemen, vt fructificet ſine patientia, quæ maior veſania?

16. Peccatorũ hominum vecordia putantes ſine tribulatione ad gloriã peruenire.

Digitized by Google

Ad Rom. 5.n.3. *Gloriamur in tribulationibus*, ait Paul. ad Rom. 5. n.3. cuius rationem *ſcientes, quia tribulatio patientiam operatur; patientia probationẽ; probatio ſpem, ſpes autem non confundit.* Ergo ſemen ſpei æternæ gloriæ, ſecundum Apoſtolum eſt tribulatio, quia ex ipſa bene lata, & eum patientia ſpes fructificat; ergo patientia eſt fomentum, quo ſemen non corrumpitur tribulationis. Audi Chryſologum, ſerm.110. *Tribulatio fratres velut primam iuſti viri concutit, & conturbat infantiam, ſed cum inuenerit iſta patientem, ad maiora adoleſcentem iam bona indolis tunc erudit.* Egregiè, tribulatio concutit, conturbat: nam ex ſe tantũ, vt ſic non creſcere facit, quia ſic dũ ſemen iacitur, terra ſcinditur, emollitur, cõuoluitur; & tunc nõ creſcit, at tũc fructificat, creſcere facit, erudit, quãdo patientẽ inuenit, tũc patientia tota adoleſcẽtẽ erudit ad profectũ; qualis ergo ſtultitia, vt ſine ſemine quis ad illũ venire cõtendat, & ſine fomẽto ſperet, vt ſemen creſcat, hoc eſt, ad paradiſum peruenire, ſine tribulatione, & ſine patientia? audeo dicere, hoc ſic verum eſſe, vt & ſi Deus apertam tibi cæli ianuam teneret, ad illam te inuitans, animans, ſtultus eſſes ſi putares ſine tribulatione ingreſſum tibi patefacturum: nam & ſi Deus inuitat, & ſi oſtium pandit, intrinſecè, & per ſe cum illa ſemper conditione intelligitur, vt cum patientia, tribulationúmque ſuſtinentia intres, & ſi nihil Dominus de tribulatione intimet. Hoc equidem inſinuare mihi videntur ni fallor, verba illa Iacobi, Geneſ.28. n.12. quando poſt cælum apertum, poſt viſionem Angelorum, poſt Dei familiarem allocutionem, paucẽs, & ſtupẽs dixit, *quàm terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli.* Mirum, vt terribilem appellet illum locum, in quo tanta bona acceperat, qui ſi rectè appellandus, potius amœnitatis paradiſus dicẽdus, vnde merito admirans Rupert. ait: *Et quid pauoris, vel quid terroris ſecundum ſe locus iſte poterat habere?* Vnde ergo Iacob pauor? idem Rupert. pauorem tribuit, & terribilitatem ad myſteria tunc Iacobo reuelata, futuræ nempe Eccleſiæ in qua Deus terribilia operatus, *Eccleſiam Dei futuram, & in ea terribilia Dei opera iſte miratus expauit.* Caietan. quod ſe ipſum expauit conſiderans dum peccator inter Angelos, cælúmque verſatus, vnde diuinum timuerit iudicium, *timuit diuinum iudicium conſiderando ſeipſum relatiuè ad diuinam præſentiam, & frequentiam Angelorum, ne imputarentur ſibi defectus ſui.* Tertul. de fuga in perſecutione, c.1. per ſcalam quam Iacob vidit, perſecutiones, tribulationes, tormenta, martyria intelligit: per Angelos aſcendentes, probatos, per deſcendentes, reprobatos Chriſtianos, perſecutione eorum trutina, & iudicio exiſtente: *Hæc enim*, id eſt perſecutio, *ſcala quæ ſomniat Iacob; aliis aſcenſum in ſuperiora, aliis deſcenſum ad inferiora demonſtrantes; ex his tribus horum doctorum expoſitionibus, ſi placet vnam conficiamus*, quæ ſatis ad rem veniet noſtram, nempe terribilem ideo viſum locum illum Iacobo, quia myſteria vidit Eccleſiæ, terribiliáque in ea, quæ Deus operaturus, hoc eſt Martyrum tormenta, Confeſſorum tribulationes, perſecutiones, martyria, quibus boni eſſent probandi, mali reprobandi, ac proinde nullum ad cælum ingreſſurum niſi per ſcalas, hoc eſt, probationes, cruces, tormenta, vnde ſeipſum conſiderans peccatorem, per ſimilia tamen ad cælum aſcenſurum, hoc eſt, per diras tribulationes, crucis paſſionis, & martyria, & ſi cælum ſibi apertum vidiſſet, & ſi Deum eum incitantem, ex præconceptione dolorum, ac tribulationum ſufferendarum locum terribilem nominaſſe, ac merito totum exhorruiſſe; vt hîc videas, quàm verum quod dicimus, & ſi tibi cælum pateat, & ſi Deus ad illud te inuiter, nunquam ad illud aſcenſurum niſi per tribulationes quæ ſcala, & per tribulationes patienter latas, cum alias & ſi Angelus, & ſi oſtium tibi cælorum apertum, impatientia è cælorum ſummo te deturbabit, ex Angelo diabolum, vt ſic dicam, te efficiet, nec immerito: nam ſi attendes, impatientia ſubiectionis ex Angelo dæmonem luciferum effecit, & è cælo exturbatum ad ima detraxit inferorum, vt inde videas, quantum ſit malum in tribulationibus impatientia, quámve dementes ſint illi, qui ſine tribulationibus ad cælum auolare penſitant, cum potius addubitare debeamus ſine morte ad cælum aliquem iturum, quàm ſine tribulatione.

Nec mirum hoc tibi videri debeat; nam, an omnes ante iudicij diem ſint morituri, ij ſcilicet ſancti, qui prope illum reperiuntur viui, adhuc ſub iudice lis eſt, de qua re vide Suarez in 3. parte tom.2. de vita Chriſti, diſp. 50. ſect.2. at verò quod ſine tribulatione quis ad cælum poſſit aſcẽdere ſic indubitatum eſt, vt ſit de fide; hinc rectè Ambroſ. ſerm. 20. in Pſalm.118. hoc aſſerens, perbellè adnotat de morte Ioannis aliquos dubitaſſe, de tribulationibus vero nullum. *Omnes oportet tranſire per flammas*, ait *ſive ille Ioannes Euangeliſta ſit, quem ita dilexit Dominus, vt de eo diceret ad Petrum, ſic eum volo manere quid ad te? de morte eius reliqui dubitarunt, de tranſitu per ignem dubitare non poſſumus, quia in paradiſo eſt, nec ſeparatur à Chriſto.* Pulchrè, vltimum, *quia in paradiſo eſt*, quaſi ex neceſſaria conſequentia tribulationes perpeſſus, quæ ratio inde pendet: nam ſic Chriſtus ſanctiſſimis Apoſtolis diſpoſuit regnum, vt ille à Patre, Luc.22.n.29. *Et ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater*; hoc eſt ſicut mihi per tribulationes illud pater, ſic ego pari modo illud per eas & vobis, non aliter, vt rectè exponit Beda, qui ait: *Sicut ergo Pater diſpoſuit filio regnum, quem factum obedientem vſque ad mortem exaltauit illum, ſic & filius idem permanentes ſecum in tentationibus æternum ducit ad regnum.* Ergo rectè Ambroſ. Ioannem per ignẽ tranſiſſe tribulationum ex Ioannis beatitudine elicit, quaſi impoſſibile in cælo cum Chriſto conſediſſe, niſi prius per paſſiones, per cruces, per ignium probationes non tranſiſſet, vnde licet de eius morte licet dubitare, de paſſionibus nequaquam; vt quam certum ſit, quod diximus inde colligas, potius ſcilicet de morte alicuius addubitandum, an ſcilicet ſit morituros, quàm an ſit paſſurus; quod cum ſit; pende quantum ſit malum impatientia, vt cum neceſſariũ tibi ſit tribulationes ſufferre,

57. Semen gloriæ tribulatio, patientia eius fomentum. *Chryſol.*

18. Patientia quàm vnicè neceſſaria ad gloriam obtinendã.

19. Iacob cur terribilem appellauit locũ ſcalæ.

Rupert.

Caiet.

Tertul.

20. Scala Iacob tribulationes ſignificabat.

21. Paradiſi porta, & ſi Deus eam nobis panxerit ad illum nos inuitãs, ſemper tamen illud intelligendũ per tribulationes, & patientiam.

22. Potius credendum ſine morte ad cælum quis aduolaturus, quã ſine tribulatione.

Suarez.

Ambroſ.

Beda.

23. Tribulationes omnino neceſſariæ ad vitã vnde colligitur.

bonum, quod in illis euacuet, fructum nempè vitæ æternæ, malum tibi relinquens, hoc est passionem, inutilémque sufferentiam; quid infelicius?

24 Impatientiæ malum dissimili modo cum Christo.

Hinc vlterius, & aliud (& quidem maximum) impatientia efficit malum, dissimilitudinem nempè cum Christo patiente: nam & si Christus omnibus refertus virtutibus, tamen propria eius nota patientia, iuxta illud Moysis, Exod.34.num.6. *Misericors, clemens, & patiens.* Et non quomodolibet patiens, sed patiens exlinguis, vt sic dicam, sic vt nec verbum in tormentis loqueretur; ex quo fit, vt cum è contrario impatientia tota sit clamorosa, & in vocibus consistat, nullus adeo sic Christo dissimilis, vt homo impatiens; hinc cum tota nostra beatitudo, & glorificatio, seu cum Christo conregnatio, vt ait Apostolus, sit cum Christi passionibus conformatio, impossibile fit, vt impatiens ad eam perueniat, & fundamentum damnationis ipsa sit impatientia, quod, vt euidens fiat, Christi expendenda patientia, quam sic exhibuit, vt in tolerando iniurias, non solum voluntatem regerendi dimisit, sed potestatem exuit, adeo, vt omnino impotens ad illas inueniretur: *Neque enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio*, inquit Ioannes 5. n. 22. in quo loco iudiciariam potestatem, quã à patre vt homo Christus accepit, astruit, vnde Chrysost. hom.38. in Ioan. parum à principio, *Sicut enim*, ait, *dedit ei vitam, ideſt genuit eum viuentem, ita dedit ei iudicium, id est genuit eum iudicem*; at infrà c.8.n.48. se non iudicaturum affirmat, sed patrem; *Ego non quæro gloriam meam, est qui quærat, & iudicet.* Si omne iudicium ei dedit pater, cur nunc ipse non iudicat? sanè, ni fallor, quia de iniurijs sibi illatis tunc sermo erat; vocauerant enim eum Samaritanum, & dæmonium habentem; vt enim ostenderet non solum se voluntatem non retinere eas regerendi, sed simul nec potestatem, ideo in hoc casu officium iudicis recusans, patri illud reseruat: *Nobis profectò insultant*, vt ait Chrysost hom. 18. in Ioan. *quantum nos esse patientes debemus, dum se adhuc vlcisci non vult & ipse, qui iudicat.* Imino non solum potestatem vlciscendi exuit, sed vocem conquerendi, itavt sicut diximus exlinguis esset in patiendo, sic vt inter alias, quas doctissimus, ac deuotissimus pater Aloisius Palma è Societate Iesu, in libro quem scripsit de passione, quem vt omnes præmanibus habeant consulo, (sit sine inuidia, nec antiquos, nec modernos reperi sic grauiter, sic sensatè, sic deuotè, sic rationabiliter de illa scripsisse) inter alias ergo quas affert rationes cur Christus Dominus, qui vsque ad miraculum semper in suis tacuit passionibus, vltimo in cruce clamauerit eum se Deum reliquisse, causamque exposcens dixit: *Deus, Deus meus, &c* prudentissimè respondet c. 4 3. ne quis, *ex tam admirabili silentio, aut corpus illud sanctissimum æreum putaret, aut animam lapideam sine sensu.* Sic admirabiliter in tormentis siluit, vnde in atrocissimis suis doloribus, quasi piaculum æstimaret si vocem dolentis tantum emitteret, non solum ea non est vsus, sed quasi à se abdicans suffodit, in terrámque sepeliuit, sic vt veluti emortua, non solum non exprimeret dolorem, quia nollet, sed quia non posset; quod pulchrè aduotauit Ambros. serm.10. in Psalm. 118. super illa verba, Thren.3 num. 29. *Ponet in pulvere os suum*, quæ ipse legit, *dabit in sepulturam os suum*, vbi ipse, *ostendit quandam supra modum patientiæ taciturnitatem, vt tanquam sepeliat os proprium ne loquatur, & velut quodam aggere virtutum obruat, ne vocé doloris emittat.* Egregiè, non solum os clausit Dominus noster in tormentis, sed sepeliuit, potestatem illi eripiens non solum regerendi iniurias, sed significandi dolorem, sic vt actiesset truncus quidam, nec sensum doloris exprimeret, ob quod singulariter à patre, vt interim hoc dicam, benedictus.

Ambros. Thren. 3. num.29.

25 Christi patientia muta.

26 Exuit potestatem regerendi iniuriatum. *Ioan. 5. nu. 22.*

Chrysost.

27 Christus cur clamauit, Deus Deus meus cur me dereliquisti?

28 Quantum in tormentis siluit, & lingua non est vsus.

29 Christus specialiter à patre benedictus ob silentium in passione. *Ad Gal. 3.n.13.*

Attende quæ dico, benedictus Christus à Patre ex multis, quia filius, quia sanctus, quia Spiritu sancto plenus, tandem quia eius amore, eiusque obedientia, *factus est pro nobis maledictum.* Ad Galat. 3. num. 13. sed nescio quid taciturnitas in patiendo præ se tulit (vt mea sententia) ob illam maximè benedictus; recole luctam Iacobi cum Angelo, Genes. 32. num. 24. *Et ecce vir*, ait scriptura, *luctabatur cum eo vsque manè, qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit nervum femoris eius, & statim emarcuit.* At quid post hæc Iacob, in lucta non deficiens, dum illi instaret Angelus vt ipsum dimitteret, respondit: *Non dimittam te nisi benedixeris mihi.* O bene, pro benedictione erat bellum, erat certamen, non eam eripere potuit sanus, eripiet claudus! vnde ei talis confidentia? ni fallor ex taciturna patientia quam ex incredibili dolore, quem perpessus ostendit, ex femoris marcitatione: nam vt inquit Lippom. *Ex colluctatione vehementi, & tactu colluctationis Dei voluntate non casu loco cessit, & dimota est coxa à naturali situ, & vt vulgo dicitur dislocata, & nervus ille quo coxa regitur vim suam perdidit.* Quod equidem sine vehementissimo fieri non potuit dolore, sic vt in lachrymas totus resolueretur sanctissimus vir, vt sentit idem Author: attamen nec vocem emisit dolentis, & quod caput, nec eadem efficacia qua antea luctare intermisit; quid ergo mirum, *si in eodem loco benedictus.* Sic equidem est Christus Dominus noster, ob multa benedictus, sed præcipuè ex taciturna patientia, qua benedictionis acquisiuit triumphum; quod expendens Ambros. in Psal. 118. super illa verba: *Libera me à calumniis hominum.* Ponderans non quælibet tormenta, sed grauiora dominum suscepisse affirmat, à silentio triumphum ex eis reportasse: *Est humana tentatio*, ait, *quam ferre possumus, calumnia autem grauis est, & ideo Dominus quæ sunt graviora suscepit, & calumnijs appetitus silentium dedit triumphale.* Egregiè, triumphale profectò silentium in tribulationibus dicitur Domini nostri, quia illo de inferno, de morte, de diabolo triumphauit; hinc ex illo & benedictionem patris suscepit, triumphúmque euexit, totus factus diuinus, quia ad instar patris patientiam silenter exhibuit, vt obseruauit Cyprian. lib. de bono patientiæ: *Inter cætera*, inquit, *admirabilia virtutum, quibus indicia diuinæ maiestatis expressit, paternam quoque patientiam tolerantiæ tenore seruauit* Premo vltima, eodem modo, eodémque tenore patiens extitit ac pater, qui semper in patientia inuictus, silet in iniurijs, ac constanter eas suffert; hinc ex hac constantia,

30 Iacob benedictus ob taciturnam patientiam.

Lippom.

Psal. 118. n. 134. Ambros.

31 Christi taciturna patientia eius triumphus.

Cyprian.

32 Eius patientia ad instar patris.

Palma.

seu constanti patientia similis in maiestate, similis patri in diuinitate; ex hoc ab eo benedictus; ergo vt ex dictis constat, propria Christi nota, patientia, & totus Christus patientissimus, & benedictus quia patiens, & patiens tacitus, non clamorosus; quod cum sit, nonne tibi videtur, quod impatiens omnino Christo sit dissimilis; cum, & si Christus à se potestatem iniurias regerendi eliminat, impatiens eam si non habet requirit, & si Christus silenti patitur patientia, ipse totus in clamoribus, in iurgiis, totus non solum Christi, sed sui dissimilis, totus turpis, & in turpitudinem versus, & quod caput est, sic Christo dissimilis, vt totus in similitudinem trãseat diabolicam, vt egregiè adnotauit Chrysost. hom. 17. in Acta, tom 1. *Nam quid in iracundo non turpe?* ait, *oculi insanes, os distortum, membra tremula, lingua infrenis, mens stupida, figura indecens, vide dæmoniacorum oculos, & ebriorum, & insanientium quid differunt inter se?* Pẽde illud, *dæmoniacorum oculos.* Quasi abreptitij fiunt impatientes, in potestate dæmonum, illi adsimiles, nisi peiores velis dicere; cum abreptitij, & si in illis sæpè diabolus absque peccato; at ira in impatiente nunquam; hinc sic isti ab hac cruciantur, vt illi à dæmonibus; nam, vt acutè Tertull. lib de patient. c. 8. *Si parum æquanimiter audiam dictum aliquod in me proferrum, aut vequam, reddam & ipse amaritudinis vicem, necesse est, aut cruciabor impatientia muta.* Eleganter, impatientes, aut vicem reddũt amaritudinis, aut impatientia cruciantur muta; vt inde videas, quantum à Christo dissideant, dum Christus nec vicem reddidit, & non impatientia, sed patientia sustinuit muta: si ergo tantum à gloriæ principe dissimiles, & nullus ibi ingreditur, qui non ei similis, vnde impatienti spes gloriæ? immo vnde ille de se non præsumet (nisi impatientiam deponat) æternam damnationem?

Chrysost. 33 Impatiens; in similitudinem trãsit diabolicam.

Tertull. 43 Iracundi impatientia cruciantur muta, vnde Christo dissimiles.

35 Impatientes Deo infidi.

Adde ad hæc nullos Deo sic infidos, ac impatientes, nullos sic in eius cultu, ac veneratione instabiles, eum adorantes, venerantes, quando bona, negantes, expellentes, quando mala, vnde sicut sancti, & electi semper in vtraque Deum adorant fortuna, immo tunc maximè, quando aduersa, charáque adimit, sic è contra impij Deum obsequuntur, quando lenis, expellentes quando grauis: recole quæ Dauid egit post pueri mortem, quem summè diligebat 2. Reg. 12. & admiraberis, si quæ antè consideraueris, audita eius infirmitate ieiunauit, se reclusit, in terram iacuit, consolationem recipere noluit, amicos non admisit, seruos expulit, quasi cum morituro moriturus; at quando mortuum audiuit, surrexit illico, se lauit, vnxit, vestem mutauit, *& ingressus domum Domini*, quasi ad nuptias, *adorauit.* Vnde tanta festiuitas post mortem, qui sic indoluerat, ne moreretur? vnde nunc ingressus in domum Domini, qui prius seorsim iacuerat? sanè, quia mos sanctorum, tunc amplius ex patientia Dominum agnoscere, illúmque diligere, quando pretiosa eis aufert, quando amata, quando dilecta; sic Dauid sanctissimus tunc adorauit, festinus, & lætus Dominum, quando charum ei abstulit pignus, cuius sapientiam admiratus Ambros. lib. de fide resurrectionis merito exclamat: *O miram sapientiam feruentis, vt nemo sibi aduersi aliquid accidisse indigne ferat, & contra meritum suum se queratur afflictum.* At contra impij impatientes tunc Deum deserunt, & expellunt, quando eis chara demit, recipientes, quando blanditur, repudiantes, quando affligit; quid non fecerunt Philistijni in Arcæ sanctissimæ obsequium, quando eam cæperunt, ob summam reuerentiam eam in templo sui Dagonis reposuerunt, quasi augustiorem non inuenientes locum, neque sublimiorem; quæ expressa fuit sententia Abulens. in 1. Reg. cap. 5. num. 2. quæst. 1. quærens enim cur Philistiim Arcam tangẽtes, morte non plecterentur, respondet: *Quia erant nimis deuoti circa venerationem Arcæ, quod patet, quia impenderunt ei maximum honorem quem impendere poterant, scilicet quia posuerunt eam in loco sacratissimo totius terræ suæ, scilicet in templo Dei magni Dagonis.* Si ergo tam deuoti, tam obsequentes, tanto eam pretio habentes, cur à se eam tam cito expulerunt? sanè quia, vt ipsimet dixerunt: *quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrum.* Prius susceperant, quia eis fauorabilis, victoriámque ex Israëlitis concesserat, quam, vt rectè Abulens. quæst. 5. non tantum suis viribus, quantum Arcæ fauore præbebant æstimantes, & rectè ideo victoriam eis cessisse, quia Deus cum Israëlitis iratus; ergo quando benefica, eam adorarunt, quando flagellans, respuerunt, propria impatientum conditio. Deum quærunt dum blanditur, statim derelinquunt dum flagellat, impatientes ad probationes, merito stulti, vt deuotè ait Bern. in serm. de Cant. Ezech. super illa verba: *de mane vsque ad vesperam finies me.* Vbi ipse: *finies me, ideſt consumabis me, non in solo manè visitationis, aut tantum in vespere tentationis, sed in vtroque simul erit perfectio mea, stultus ego, qui tantum sperabam vsque ad mane, cum Dauid dicat à custodia matutina vsque ad noctem speret Israël in Domino.* Sensatè quidem, non solum Deus hominem perficit, ac beatificat ex manè consolationis, sed ex nocte tribulationis; hinc stultus, qui eum dum consolatur diligit, dum affligit deserit, vnde proficiens Bern. sic sequitur: *Quamobrem ego, vt didici benedicam Dominum in omni tempore, hoc est manè, & vesperè, non sicut ille, qui confitebitur tibi, cum benefeceris ei, non sicut illi, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, sed dicam cum sanctis: si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus?*

37 Impij Deũ repellunt quando eis aduersatur. *1. Reg. 5. num. 2. Abulens.*

Num. 7.

Idem Abulens.

Bernard. 38 Impatientes stulti, & cur.

2. *Reg.* 12.

36 Sanctitunc amplius Deum diligunt, quando eb riora abeisdemit.

Nec equidem mirum stultos tales impatientes nominasse Bernardum, dum sic ignauiter Deum derelinquunt, cum si bene adnotes, tunc eum derelinquunt, eumque à se expellunt, quãdo summum eis confert bonum; Philistiim Deum expellebant ex impatientia, quia grauis erat in Deum suum Dagon, quem si exquiris, quis talis esset Deus, inuenies medium hominem, medium piscem; à parte inferiori piscis? à superiori homo, incipiebat, vt homo, delinebat in piscem, principium rationale, finis brutalis, tandem, vt dicam, expellebant pro Dagone turpitudinis simulachro, vnde Bonauent. in Psal. 28. n. 1. ipsum appellat *idolum veneris.* Vnde hos reprehendens, & acrius Christianos sacerdotes illos imitantes, sic ait: *Philistæi posuerunt Arcam Domini iuxta idolum Veneris Dagonem; sic mali Sacerdotes, quando ponunt filium*

39 Tũc Deum derelinquunt quãdo maius eis bonum confert.

40 Dagon Idolum quid & cuius formæ.

Bonauen.

Ambros.

Digitized by Google

virginis iuxta filium Veneris in altari. Pro tali ergo Deo, pro tali monstro, pro tali turpitudine, pro tali obscœnitate obtruncata, ex doloris impatientia, quia eam à se Deus auferebat ipsum dereliquerunt, summa stultitia; vide quæso, & attende nunc si potes sine lachrymis, an non idem faciant Christiani, *qui videntes*, vt inquit Beda in hunc locum: *Propter fidem Christi interdicta sibi peccata, quæ amant, ipsam fidei religionem, quantum valent detestantur, ne huius occasione desideria, quibus pro Deo seruiunt iubeantur extinguere.* Mirum quod apud Ezechielem Dominus testatur, cap. 8. num. 9. *ingredere, et iussit, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt.* Et ingressus, vidit seniores domus Israël incensis thuribulis, fumóque vsque ad cœlum ascendente, adorare similitudinem reptilium, & animalium; postquæ dum admiratus, & stupidus ob tantam sceleris immanitatem extabat propheta, ad eum conuersus Angelus, ait: *Adhuc conuersus videbis abominationes maiores*, ibid. num. 13. & ipsum intus introducens, vidit, quod ibi *mulieres sedebant plangentes Adonidem.* Res admirabilis, vnde hæc maior abominatio? & quid suprà idolorum adorationem planctus accrescebat Adonidis, vt illum abominationem dicat Deus maiorem, cum & pessimas abominationes illas priores Deus dixerit, & verè nulla maior, quam idololatria, & præcipuè serpentum, animalium, quadrupedum, vt alias diximus, vnde ergo maior iniquitas? sanè ex eo, quod inquit Hieronym. in hunc locum, si enim semel quid Adonis, quid tropologicè ille significet inspiciemus, horrendam animaduertemus abominationem: *Adonis*, inquit Hieron. *fuit Amasius Veneris iuuenis, & pulcherrimus, cumque talis esset, in mense Iunio occisus est, & anniuersariam ei mulieres celebrabant solemnitatem in qua plangebatur à mulieribus.* Quod si causam scire vis, cur hoc faciebant, vt gratam scilicet sibi facerent venerem, propitiáque eam ad suas explendas turpitudines, ad suas adimplendas obscœnitates haberent. ergo Adonidem, quem Deus ad peccatum euitandum abstulerat, istæ obscœnæ plangebant, impatienter de Deo querulantes, quasi occasionem eis præclusisset delectationis, & vnde ei gratias, inde querelas reddebant; hinc maior iniquitas, maior quàm idololatria talis planctus, cuius figuram hi gerunt sequitur Hierony. *Qui ad sæculi bona exultant nimiùm cum adsunt, cumque desunt vehementer tristantur.* Quod cum impatientes faciant, nonne meritò cum Bernardo stultos eos dices? stultámque simul impatientiam esse?

41 Malorum Christianorum deploranda sors. *Beda.*

Ezech. 8. n. 9.

42 Christianorum illa summa est malitia, ac peccatum plorare, quando peccandi occasionem ab eis Deus aufert.

Hieron.

43 Adonis quid.

Sed amplius eius patebit stultitia, si quæ per eam impatientes amittunt, attendes, quæ lucrantur, inspicies: *videns autem populus quod moram faceret descendendi de monte Moyses*, ait script. Exod. 32. nu. 1. *congregatus aduersus Aaronem dixerunt, fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Impatiens moræ Deos postulauit, verúmque Deum deseruit, qui eos ex Ægypto eduxit, vt semel videas, quo hominem impatientia ducat; at non hoc modo premo, sed illud. nihilo duxisse asperrimam Aaronis conditionem, auri scilicet ereptionem, & non quamlibet, sed vxorum, sed filiarum, filiorúmque: *dixitque Aaron: tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque, & filiarum vestrarum, & afferte ad me.* Attende conditionis asperitatem, & obstupesce, non postulauit argentum, sed aurum, quod pretiosius. Secundò, non quodcumque, sed inaurium, quod, vt habet Interlin. *erat purius, & charius.* Tertiò, non quascumque inaures, sed vxorum, & filiorum, quos singulariter amabant, vt refert Lyran. Quartò, Oleaster affirmat non solum aurum petiisse inaurium, sed etiam manilium, *iussit*, ait, *sibi inaures auferri vt populus dispendium manilium considerans à peccato cessaret.* Et Tertull. lib. contra Iudæos c. 1. meminit non solum monilium, sed etiam annulorum, tandem Abulens. quæst 10. affirmat, has inaures inuitis filiis, ac filiabus, saltem paruulis adhuc in parentum obsequium nondùm propensis ereptas esse cum eorum gemitu, clamore, adde & forsasse sanguine; quo non obstante vis impatientiæ moræ omnes has vicit difficultates, populúmque quasi furore ebrium ad idololatriam addixit, sorde contaminatum, gloria spoliatum, nudúmque inter inimicos constiturum; en vesania, quanta perdidit, quantáque passus ob vnam tantum moræ impatientiam; nonne stultitia? quam etiam attendes in ea populi Israëlitici, quando culparum filiorum Samuëlis pleni, ea sustinere non valentes, impatientes, & impatientiæ furore repleti, sic eos ipsa dementauit, vt licet ius Samuël eis ex Dei præcepto enuntiaret Regale, infinitum in se continens pondus, vt ibi est videre; ad omnia surdi, cæci, ac stupidi, sic eos vna dementante præsentis impatientia mali responderunt: *Nequaquam, Rex erit super nos*, 1. Reg. 8. n. 20. *iura*, inquit, magn. Greg. in hunc locum, *hominum proponuntur contemnentibus iura Dei, & his qui initia, & salubria diuinitatis consilia sprenerant, dura, & importabilia humanæ seruitutis onera prædicuntur, vt ex his secum rationem facerent, quàm intolerabilia essent imperia hominis eiu, qui non tam imperantis, quàm monentis Dei consiliis obedire noluissent.* At cur nil illud profecit? audi eundem, & pauesce, *vt reproborum cordium profectus exprimatur, in quibus mali propositi consummatio est, & inconuertibilitas voluntatis.* Signum ergo reprobationis, post Dei admonitionem profectus in peius, voluntatis inconuertibilitas, propositi consummatio; quod cum sit; attende nunc si aliquid aliud sic voluntatem efficit inconuertibilem, sic mali propositi consummationem; at impatientia, malique pertinax, & violenta insufferentia, quod cum attenderis, aspice quam verum, quod suprà diximus damnationis fundamentum, impatientiam.

bierunt hæ commoda ob impatientiam. *Interlin. Lyra. Oleaster.*

Tertull.

Abulens.

44 Impatientes stulti ob quæ amittunt. *Exod. 32. num. 1.*

45 Israëlitæ quanta stupuerint ob impatientiam.

Concludam tandem tantum malum esse impatientiam, vt si cum Dei zelo coniungatur, & istum perdat, & hominem mulctet, non Deo placendo, sed displicendo, non sanctificando, sed, vt sic dicam, dehonorando; quod & adnotent in reprehensione subditorum prælati, ne dum zelantes se reputant, coram Dei stricto iudicio impatientes se inueniant, & acriter reprehendisse, modúmque, aut tempus excessisse non ex zelo, sed ex impatientia; daturus ex Dei imperio Moyses populo aquas Numer. 20. Deum in illa actione sic offendit, vt contra ipsum iratum ab ingressu irremissibiliter terræ ar-

46 Reprobationis signum ex Dei admonitionibus non proficere, sed in peius ruere.

47 Impatientia Dei zelum perdit.

Numer. 20. n. 23.

48 Mosis peccatum in quo steterit.

Digitized by Google

ceret promiſſionis, mirum cum vix Doctores peccatum inueniant, nec omnes in vnum, quale illud fuerit conſpirent; aliqui dicunt, quia bis percuſſit petram, cum non debuiſſet, niſi ſemel; alij, quia aliam petram, quam Dominus deſignauerat, alii, quia non petræ, vt Dominus, ſed populo locutus, alii, quia ambigue locutus, cum deberet abſolutè, alii autem aliter, de qua re videndus eſt Cornel. in hunc locum. Ego autem, vt verum fatear, difficillimè auſim peccatum incredulitatis ſanctiſſimo Moyſi attribuere, quî enim fieri potuit, vt homo ſic Deo familiaris, ſic de Dei potentia aſſuetus, & qui maiora patraſſet, poſſet tanquam de re valde minoti nec minimum habere ſcrupulum; vnde cum Abulenſi, Theodorer. Oleaſtro, ac Lyrano Moiſi ſanctiſſimo peccatum tribuo impatientiæ, qua victus non amplius tantam populi iniquitatem ſufferre valens, ſimul cum Dei zelo populum reprehendit intempeſtiuè, ſic crudè, vt ſtupidus ex ea, vt licet miraculum vidiſſet, tamen Deum non laudauit, vt alibi diximus; ad hoc autem probandum adnoto ex Auguſt. in Pſal. 98. ſuper illa verba: *Tu propitius fuiſti eis, vleiſcens in omnes adinuentiones eorum.* Qui acutè obſeruat, pœnam ſanctorum fratrum Aaronis nempè, & Moyſis, non tantum extitiſſe priuationis ingreſſum in promiſſionis terram, cum in cœlum æternitatis, gloriæque eſſent plene ingreſſuri, ſed eorum pœnam, tormentum, ac tribulationem, peccata, imperfectionéſque extitiſſe ſubditorum, ac inter eos viuere, qui ſic Deo rebelles extabant, audi ipſum: *Quid eſt*, inquit, *quod in illis vindicatum eſt quæro, & ſecundum hominem non inuenio, ſecundum autem quod ſcio patì ſeruos Dei quotidie, in illos vindicabatur, fortè vindictæ quotidie patiebantur inique viuentes, & inter illos viuere cogebantur, quorum vitam quotidie reprehendebat; hæc erat vindicta.* Grauiter dictum, nulla maior pœna, nullus maior ignis, nulla maior tribulatio, quàm Prælato ſubditorum mala acta, de qua re alibi diximus; ergo ſanctiſſimi hominis imperfectio in illo ſteriit: nam ſenio iam confectus, & annis, vt rectè adnotat Cornel. amplius tale pondus ſuſtinere impotentior, tribulationis iam onere preſſus immenſæ, contra rebelles impatiens mentes, reprehendit quando non debebat, repreſſit quando non licuit; hinc & ſi zelo feruens, impatientia tamen ſtimulatus, ſic opus perdidit, vt vnde meritum, inde auxit pœnam, & dum pro Deo ſtare ſe reputatur, contra ipſum pugnauit; meri ò punitus, in priuatione terræ ſanctiſſimæ ingreſſus, dum vltimo tandem impatienter ſuſtinentiam repulit, vt ſemel attendant, videant, & ſe diſcutiant dum reprehendunt prælati, ne amplius impatientia quàm zelo moueantur, & dum pro Deo ſe reputant ſtare, præ ſe militent, non Deo, ſed paſſioni ſatisfacientes, & ſimul quàm grande malum impatientia, dum ipſum bonum maculat, ac fœdat, ipſamque inficit virtutem, pœnam ſæpè augens non meritum; vnde meritò iſti, de quibus noſter Sapiens, dum ob impatientiam non correpti, *dignum Dei iudicium, &c.*

Cornelius.

Abulenſ.
Theodor.
Oleaſter.
Lyran.
Auguſt.

49 Moſis peccatum impatientia,

50 Moſis & Aaronis pœna ſubditos ſuſtinere rebelles & Deo infidos.

Cornelius.

A

B

C

PARAPHRASIS.

Num. 1. *O quam bonus, & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus!*

Vt iacet.

Num. 2. *Ideoque eos qui exerrant partibus corripis, & quibus peccant admones, & alloqueris, vt relicta malitia credant in te Domine.*

Ideoque eos qui extra limites à te poſitos errant corripis per partes, & admones de quibus peccant, & in corde alloqueris, *inſpirando*, ac ſuadendo, vt relicta malitia vera fide credant in te Domine.

Num. 3. *Illos enim antiquos habitatores terræ ſanctæ tuæ quos exhorruiſti.*

Tu enim illos antiquos habitatores (Chananæos) ſcilicet terræ ſanctæ tuæ exhorruiſti.

Num. 4. *Quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & ſacrificia iniuſta.*

Quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, hoc eſt, maleficia & ſacrificia impia.

Num. 5. *Et filiorum ſuorum necatores ſine miſericordia & comeſtores hominum, & deuoratores ſanguinis à medio ſacramento tuo.*

Perdere enim eos voluiſti, quia filiorum ſuorum erant necatores ſine miſericordia, per illa ſacrificia in eis illos offerentes, & ſimul erant comeſtores viſcerum hominum, eos ipſos deuorantes, vel etiam mortuos ſuoſmet progenitores execrabiles etiam in fœderibus, dum in illis ſanguinem deuorabant humanum interpoſito ſacroſancto iuramento tuo

Num. 6. *Et autores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluiſti per manus parentum noſtrorum.*

Quos inquam autores, hoc eſt, ceſſores parentes animarum inauxiliatarum, hoc eſt, imbellium perdere voluiſti per manus parentum noſtrorum.

Digitized by Goc

Deleuiſti equidem illos, vt dignam tui perciperent promiſſam patribus peregrinationem, hoc eſt, coloniam, terram nempè illam omnium tibi chariſſimam.

Num. 7. *Vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei quæ tibi omnium charior eſt terra.*

Sed & his Chananeis ſcilicet tanquam hominibus pepercisti non in momento eos exterminans, ſed paulatim dans locum pœnitentiæ ob quod miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, vt illos paulatim exterminarent.

Num. 8. *Sed & his tanquam hominibus pepercisti, emiſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas vt illos paulatim exterminarent.*

Vt iacet.

Num. 9. *Non quia impotens eras in bello ſubijcere impios iuſtis, aut veſpis ſæuis, aut verbo duro ſimul exterminare.*

Sed partes eos iudicans, hoc eſt, puniens dabas locum pœnitentiæ, non equidem ignorans ipſos ſic nequam eſſe, ac ex conſuetudine praua malitiam quaſi connaturalem effectam, quod & ſi poſſent nunquam tamen peſſima eorum cogitatio eſſet immutanda vnde neque ad pœnitentiam peruenturi.

Num. 10. *Sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia eorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorũ in perpetuum.*

Semen eſt à Chanaam deſcendens maledictum ſicut ille, & licet hoc eſſet neque ſimul aliquid timeres ſi illos caſtigares, veniam tamen dabas peccatis ipſorum.

Num. 11. *Semen enim erat maledictum ab initio, nec timens aliquem veniam dabas peccatis illorum.*

Nam quis ſicut iudex dicet tibi, quid feciſti, aut quis tuum librabit iudicium, malum bonum, bonum malum dicens, aut quis ſe contra te opponens abſoluetur à te condemnatus vindicans eum, aut quis tibi imputabit quaſi reum accuſans ſi perierint nationes quas feciſti.

Num. 12. *Quis enim dicat tibi quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuũ, aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominum, aut quis tibi imputabit ſi perierint nationes quas tu feciſti?*

Non enim tecum eſt alius Deus, & tu ſolus de omnibus curas, ob quod iniuſtè neminem iudicas, cum de omnibus prouidentiam habeas.

Num. 13. *Non enim eſt alius Deus quam tu, cui cura eſt de omnibus, vt oſtendas quoniã non iniuſtè iudicas iudiciũ.*

Quapropter neque Rex iuſtè iudicans, neque Tyranus qui iniuſtè in conſpectu tuo inquirent de his quos perdidiſti.

Num. 14. *Neque Rex, neque Tyrannus in conſpectu tuo inquirent de his quos perdidiſti.*

Cum ergo ſis iuſtus iuſtè omnia diſponis, vnde qui non debet puniri indignum tua iudicas virtute eum condemnare.

Num 15. *Cum ergo ſis iuſtus iuſtè omnia diſponens, ipſum quoque qui non debet puniri condemnare exterum eſtimas à tua virtute.*

Virtus enim tua, hoc eſt, robur, potentiáque qua regis, & moderaris ipſemet iuſtitia eſt ipſumque ius, vnde ex eo quod omnium Dominus es, omnium miſereris, & parcis.

Num. 16. *Virtus enim tua, iuſtitiæ initium eſt & ob hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.*

Virtutem, hoc eſt, potentiam oſtendis tu tunc, ſcilicet, quando increduli de te non credunt eſſe in virtute conſummatum, hoc eſt, omnipotentem, ideo contra hos qui te neſciunt inſurgens audaciam eorum reprimis, & obtundis.

Num. 16. *Virtutem enim oſtendis tu, qui non crederis eſſe in virtute conſummatus, & horum qui te neſciunt audaciam traducis.*

Tu autem dominator virtutis, hoc eſt, in tua habens poteſtate tuam fortitudinem, cũm tranquillitate iudicas, ſine ſcilicet perturbatione & ira, & cum magna reuerentia, amore ſcilicet & timore noſtram compatiens infirmitatem diſponis nos, non illico caſtigando tempus obſeruans, nam, ſubeſt tibi cum volueris poſſe nos caſtigare.

Num. 18. *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos, ſubeſt enim tibi cum volueris poſſe.*

Digitized by Google

Num. 19. *Docuisti autem populum tuum per talia opera quoniam oportet iustum esse, & humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos, quoniam iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ.*

Ex hoc enim docuisti populum tuum per talia opera, quoniam oportet eum qui iustus est esse humanum, ex quo fecisti filios tuos optimè de te sperare dum vident te iudicare dando locum pœnitentiæ.

Num. 20. *Si enim inimicos seruorum tuorum & debitos morti cum tanta cruciasti attentione dans tempus & locum, per quæ possint mutari a malitia.*

Vt iacet.

Num. 21. *Cum quanta diligentia iudicasti filios tuos quorum parentibus, iuramenta & conuentiones dedisti bonarum promissionum.*

Cum quanta diligentia, attenta, scilicet, & accurata attentione iudicasti filios tuos, quorum parentibus Abraham, scilicet, & Isaac iuramenta & conuentiones dedisti bonarum promissionum idest bonas non solum dedisti, sed iurasti promissiones in filiis eas exercens.

Num. 22. *Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes, & cum de nobis iudicatur speremus misericordiam tuam.*

Cum ergo das nobis disciplinam, hoc est, flagellas vt pater inimicos nostros multipliciter, hoc est, in millecuplo plusquam nos punis, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes, hoc est, dum alios iudicamus, ac sic cum de nobis iudicatur speremus misericordiam tuam.

Num. 23. *Vnde & illis qui in vita sua insensatè, & iniustè vixerunt per hæc quæ polluerunt dedisti summa tormenta.*

Vnde & illis qui in vita sua idola colentes insensatè & iniustè viuentes per hæc quæ polluerunt animalia, scilicet, dedisti eis summa tormenta.

Num. 24. *Etenim in erroris via diutius errauerunt Deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt supervacua, infantium insensatorum more viuentes.*

Etenim in erroris via longius errantes æstimarunt Deos hæc quæ in animalibus sunt supervacua, hoc est vilissima infantium insensatorum more viuentes.

Num. 25. *Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti.*

Propter quod tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti, hoc est ignominiosè castigasti.

Num. 26. *Qui autem ludibrijs, & increpationibus non sunt correcti, dignum Dei iudicium experti sunt.*

Attamen non se emendarunt, vnde quia ludibrijs, & increpationibus non sunt correpti dignum Dei iudicium, & vltimum experti sunt.

Num. 27. *In quibus enim patientes indignabantur, per hæc quos putabant Deos, in ipsis cum exterminarentur, videntes illum quem olim negabant se nosse verum Deum, agnouerunt propter quod & finis condemnationis eorum venit super eos.*

In quibus enim patientes indignabantur, id-est, in illis animalculis quibus puniebantur quæ Deos putabant, in ipsismet cum exterminarentur Deum agnouerunt, quem olim se nosse negabant; & tamen, licet eum cognouerunt; non tamen resipuerunt, vnde obstinati finis condemnationis eorum venit super eos.

IN SAPIENTIAM

Digitized by Google

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT XIII.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

Hananæos percuſſos ob idololatriam ſuperiori dixerat capite Salomon, nunc contra ipſam inuehens, acrius eorum inſaniam deludit, qui vero Deo derelicto creaturas coluerunt, in duas diſtributi veluti claſſes, eorum ſcilicet inanimata adorantium, & qui poera manuum hominum, quos ſtolidiores appellat, vnde hoc caput in duas tantum diuiditur partes. Prima in qua priorum reprehendit inſaniam, iuxta illud, *vani autem.* Secunda vero in qua poſteriorum, iuxta illud: *infelices autem ſunt, &c.*

Num. 1. *Vani autem ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, & de his quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum, qui eſt, neque operibus attendentes agnouerunt quis eſſet artifex.*

Num. 2. *Sed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aërem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, & Lunam rectorem orbis terrarum Deos putauerunt.*

Commentum litteræ.

COntra ſtultam inuehere intendens Salomon idololatriam, à vana incipit hominum ſcientia, ſeu melius inſcientia, qua fiſi, & in ſuperbiam adacti, vnde ſcire præſumpſerunt, inde neſcire inceperunt, & ſuo tantum ducti intellectu, quo hic eos perduxit, extrema extitit ignorantia, ſumma dementia, vt ex infrà dicendis conſtabit.

1 Vnde ho

Vani autem, &c. Græc. *Vani ſiquidem erant omnes homines natura*, redditur ratio, quare Chananæi, & Ægyptij in idololatriæ peccata inciderint, quia ſcilicet vani; at vnde venit? quia finem propter quem creati non attingentes, neque ad illum ſuam dirigentes ſcientiam, euanuerunt in cogitationibus ſuis; vanum autem eſt ſicut ait Philoſophus 2. Phyſicor. *Quod eſt ordinatum ad aliquid ſi ut ad finem, & non poteſt attingere finem ſuum.* Homo autem ad Deum eſt ordinatus cognoſcendum, vnde Anſelm. 2. *Cur Deus homo, rationalem creaturam à Deo factam eſſe inſtam, vt illo fruendo, beata eſſet dubitari non debet.* Hinc cum per ſuam ſcientiam homines Deum non attingerent, immo potius ab eo ſe elongarent, ideò vani, immo & ipſa vanitas dicendi ſunt. Hinc quando Iſrael relicto Deo idola colere cœpit, non vt homines ſolida, ſed vana operatus affirmat ſcriptura 4. Reg. 17. num. 15. *Secuti ſunt vanitates, & vane egerunt.* Ob quam de terra penitus vſque nunc eradicati Iſraëlitica, vt ſemel videas quo vana, & quæ non Dei perducit hominem ſcientia.

mines vani.

Ariſt. 2. 2 Vanum quid dicatur *Anſelm.*

In quibus non ſubeſt ſcientia Dei, &c. Græc. *quibus aderat Dei ignorantia.* Senſus literalis, nec verbum *ſubeſt*, aliud ſignificat, licet Latini fides velint vt intelligatur, ſic Hugo, Holkoth, & alij, ex quibus verbis vanitas poteſt elici hæreticorum doctrinæ, cui vera non ſubeſt fides; ex qua meritò ipſi, ipſiſſima poſſunt dici vanitas; quid enim aliud eſt eorum ſcientia, quàm ventus, aër turbidus, procelloſus in vertiginem mentem adducens, non ad ſcientiam veram, verúmque intellectum? *Doctrina enim pranorum hareticorum.* Ait Anſelm. in c. 4. epiſt. ad Epheſ. ſuper illa verba, *vt iam non ſimus parvuli fluctuantes; eſt quaſi ventus tempeſtatis, aut turbinis: quia ſtatum mentis euertit, & in vertiginem errorum ducit, atque leuis eſt, & vana, non habens pondus veritatis.* Fundata ſuprà fundamentum peccati, ex illo exurgens in turrim cõfuſionis, & perditionis: *nam hareſis*, ait idem ſanctus ibi: *non eſt niſi in anima ſubdita peccatis: quia peccata commiſſa ſunt cauſa, vt Deus permittat eos cernere in barathrum hareſis.* Hinc & ipſi vani, & ſi magni, & ſi alti, & ſi in ſcientia veluti dij prius videbantur; quod equidem admirari libet, vt homines aliquando in fide ſtabiles, alto prædíti ingenio, profundóque ſenſu; neſcio quomodo dum ab illa ſemel deſciſcunt, ſic turpes, ſic hebetes, ſic ingenio poſteà fiunt craſſo, & ſpiſſo, vt nec quidem vt ſic dicam inſanus quis ea crederet, ea diceret, quæ illi, Tertull. ſit tibi in exemplum, quale ingenium illo profundius, acutius, ſubtilius? qualis vis in dicendo fortior, grauior, ſtrictior? qualis ſenſus dum Catholicus perfectior? meritò à ſanctis inter ſapientiſſimos aſcriptus, & veluti magiſter habitus; vnde Lactãt. diuinar. inſtitut. appellat eum: *virum omni genere literarum præditum.* Quem vt ſuum legebat magiſtrum Cyprianus ſicut affirmat Hieron. in Cathalog. ſcriptor. Eccleſiaſticor. At à fide exciſſus, quis ſic turpis, inſanus, ſtolidus, ac ipſe? qualis puer, qualis mente deuius, qualis ſine iudicio, & ſenſu crederet quæ ille? confer Montanum, & Maximillam cum Tertulliano in ingenio, in ſcientia, in eruditione, immo & in natalibus, & vide quantum illo ſe effert Tertull. & tamen Montanum ſequitur Tertullianus nõ Tertullianum Montanus, mirum, & magnum, vnde hoc? niſi quia vt ipſemet inquit lib. de præſcriptionib. cap. 2. *Neque prudentes, neque fideles, neque vſitatos æſtimandos, quos hareſes potuerunt dementare?* quia vt optimè idem, *non fides ex perſonis, ſed perſonæ ex fide probande.* Ergo licet antè fidem exciſam ſapientes, poſt illam deperditam, ex illa probati, fiunt imprudentes, infidi, ſtolidi, nihil ſapientes, prorſus vani, vt eos appellat Anſelm. enarrat. in Apocal. c. 2. ſuper illa verba: *tenentes doctrinam Balaam*: vbi ſic: *Balaam interpretatur vanus populus; vanus enim populus hæretici dicuntur, qui docent principes terrenos, qui ſunt elidentes quomodo decipiant Iſraël, id eſt vires Deum videntes.* Vnde rectè Salomon vanos illos appellat homines in quibus Dei non ſubeſt ſcientia.

Ex his quæ videntur bona non potuerunt intelligere, non potuerunt, quia noluerunt; *excæcauit enim eos malitia eorum*, vt ſup. c. 2. n. 21. vide ibi.

Eum qui eſt, &c. Dei proprium nomen, ſicut diaboli (non eſt) ſic Iob 18. n. 15. *Habitent in tabernaculo illius ſocij eius, qui non eſt.* Hinc inſanus, & ſtupidus Dei ſummum nomen æmulans, vt refert Plutarch. à Caſtro hic relatus, in templo effecit Apollinis Delphici vt in foribus inſcriberetur, (ni es) quas ingredientes Deum, ſeu Simiam illam Dei ſalutabant, miſer, qui ex Dei gratia aliquando fuit, ſed nunc non eſt, cum ſolus Deus noſter, *eſt qui eſt*: nam *ens eſt*, vt inquit Plato in Timæo, *quod ſemper eſt, ortúmque non habet*, vnde eum τὸ ὄντως appellat, eo quod ab illo *fuit*, & *erit*, abſit; hinc Anſelmus Prolog. 1. 21. eleganter, vt refertur ab Holkot ſic ait: *Tu ſolus Domine es quod es, & tu es qui es; nam quod aliud eſt in toto, & aliud in partibus, & in quo aliquid eſt mutabile, non omnino eſt quod eſt; & quod incepit à non eſſe, & poteſt cogitari non eſſe, & niſi per aliud ſubſiſtat, redit in non eſſe, & quod habet fuiſſe, quod iam non eſt, & futurum eſſe, quod nondum eſt, id non eſt propriè, & abſolutè, tu verò es quod es, quia quidquid aliquando, aut modo es, hoc totum, & ſemper es, & tu es qui propriè, & ſimpliciter es, quia nec habes fuiſſe, aut futurum eſſe, ſed tantum præſens eſſe, nec potes cogitari aliquando non eſſe.*

Sed aut ignem, &c. Deum ex creaturis non agnoſcentes, non vltra illas miſeri progreſſi, eas Deum fecerunt, vnde ignem Deum dicentes, appellauerunt *Vulcanum*, quaſi *volitantem*, vt vult Hieron. & Remigius, id eſt *volans, & candorem faciens*, cui mediam aëris regionem deputauerunt, ob idque fulmina Ioui fabricare, nonne vides?

Aut ſpiritum, &c. Græc. *purum æthera*, ſiue aërem puriorem, qui Iupiter nominatur, aut ſi mauis (ventum) nam teſte Senec. 4. de naturalibus rebus, venti etiam pro diis culti.

Aut circuitum aëris, &c. Mediæ ſcilicet, ac inferioris regionis, quæ vocabatur Iuno.

Aut gyrum ſtellarum, &c. Cantacuz. Lyranus, Hugo. Carthuſ. Holkoth de Zodiaci Stellis accipiunt. Melius Bonauent. Vatab. Oſorius, Saa, Lorinus totum orbem aſtriferum, quod adoratum exprimitur 4. Reg. 23. n. 5.

Aut nimiam aquam, &c. Græc. *violentam aquam*, Hoc eſt *Tethim*, vel *Neptunum* eius virum, Saturni filium, quem tres finxerunt filios habuiſſe Ioué, Neptunum, & Plutonem; Iouem in cœlo, Neptunum in mari, Plutonem in inferno gubernantes. Neptunus verò tridenté habet in manibus ad triplices deſignandas aquarum virtutes; ſunt enim liquidæ, fœcundæ, potabiles, de quarum encomio, vide Marſilium Columna in ſua Hidralogia; Thales eas principium omnium fecit, ſuper eas Deus initio ferebatur, ab Ægyptiis adoratas affirmat Athanaſ. lib. de Incarnat. verbi, ab Alemanis Agathius lib. 1. & 2. hiſtor. à Perſis Arnobius lib. 6. contra Gentes, ab hæreticis Ebionæis Damaſcen. de hæreſibus, & à Sampſæis Epiphan. hæreſ. 53. vt hic quàm verum ſit diſcas quod dixit Tertull. in Apolog. c. 47. omnẽ hæreſim à ſtultis emanaſſe antiquis Philoſophis; *Ex horum ſemine*, ait, *& noſtram hanc nouitiolam paraturam viri quidem ſuis opinionibus ad Philoſophicas ſententias adulterauerunt, & de vna via obliquos multos tramites, & inextricabiles ſiderũt.* Pulchrè, vna eſt via, & hæc Regia, Catholica nempè fides, & religio, vnum omnes ſentimus, vnum quid profitemur, non ſicut antiqui

Finx. Holkoth.
3 Hæretici vani ipſorumque ſcientia para vanitas. *Anſelm.*
4 Peccata ſunt cauſa hæreſis.
5 Amiſſa vera fide omne deperditur ingenium omne acumen. *Lactant.*
Hieron.
Tertull.
6 Nullus dicendus ſapiẽs in hæreſim lapſus.
Anſelm.
Iob 18. num 15.
Plutarch.
7 Diabolus non eſt eius eſt nomen. *Plato.* *Anſelm.*
8 Deus ſolus nominatus quieſt.
Hieron. Remig.
9 Vnde ignis Vulcanus dictos.
10 Venti pro dijs culti.
11 Iuno quid? *Cantacu. Lyranus. Hugo. Carthuſ. Holkoth. Bonauen. Vatab. Oſorius. Saa. Lorinus. 4. Reg. 23. num. 5. Marſil. Colum. Thales. Athanaſ. Agath. Arnob.*
Tertull.
12 Neptunus quis, & cur cum Tr. fingitur.
13 Aquarum encomia.

quibus cuilibet licitum, quod vellet, vnde tot sectæ, quot capita, quid ergo hæretici? vnitatem deserentes, viámque vnicam, ac proindè Regiam, tramites inuenerunt obliquos, ac inextricabiles, in quibus miseri reuoluti, non secus ac in labyrintho quodam, tandem ipsismet suis colligati circulis non rectè cœlum, sed transuerso infernum petunt, aquam ergo adorarunt, vt Gentiles antiqui, iuraram ego, dum ipsi illis peiores.

14 Hæreticorum viæ obliquæ & distortæ.

Aut Solem & Lunam, &c. Græc. *luminaria cœli.* Celeberrimus, ac frequentissimus horum vsus, quorum cultus magis excusandus ob illorum præstantiam, & vtilitatem; vnde ob hoc peculiariter Deus suos admonuit ne illa colerent, Deuter. 14. num. 19. & 17. n. 3. quem, & à Christianis etiam adorari, quia ad Orientem adorabant, vt inquit Tertull. in Apolog cap. 16. voluerunt Gentiles, quorum imprecationem humaniorem appellat: *aliquanè humanius, & verisimilius*, ait, *Solum credunt Deum nostrum:* at & hi stulti, quorum stultitiam deplorans Athanas. lib. de Incarnat. sic ait: *Mirum est, quod nihil ex rebus creatis errabat in numine intelligendo, præter solum hominem, non Sol, non Luna, non cœlum, non astra, non aqua, non Æter immutant sunum ordinem, sed agnoscentes sunum opificem, & principem, rationem, verbum Dei, eo tenore permanent, quo condita sunt: Soli autem homines, auersi ab illa bona statione veritatis, vsque quæ non erant effectis, Dei honorem, ac eius cognitionem dæmonibus, & hominibus in lapide effigiatis dedicauerunt.* Adde & in animantibus; quapropter triplex quasi genus potest distingui idololatriæ, rerum scilicet inanimatarum, præcipuè earum, quæ mundum integrant, vt cœli, astrorum, elementorum; animatarum, vt animalium brutorum, & tandem dæmonum, & hominum.

Deuter. 14. n. 19. & 17. n. 3. Tertull.

Athanas.

15 Homo ipsis stultius inanimatis rebus alia præter Deũ adorans.

Rectores orbis terrarum, &c. Deos rectores æstimabant mundi, ideo eis potentiam, ac prouidentiam tribuebant diuinam.

HOMILIA LII.

Scientia humana vanitas.

NEc verbum, nec cogitatum ad sapientis nostri dictum adiicere deberemus, vt vanam, immo vanissimam scientiam diceremus humanam, cum sit ipsa vana, ac in vanitate præpotens, vt in quo est, vanum efficiat, & ideo: *vani sunt homines, quia in eis humana, non Dei subest scientia.* quid ad hęc adiicere possumus, quod se eleuet, aut plus aliquid efferat? minus equidem erit, attamen non omittendum, cum & ex sanctis, & ex sanctorum etiam depromptum scrinio, quod si non amplius, tamen quo ad nos extentius, vtpotè pluribus concurrentibus sacris testibus, certam hanc facientibus veritatem, vanissimam scilicet omnem humanam scientiam esse, omnem quam vulgò dicunt eruditionem, omnem literaturam, ne ea imbutus plusquam par est se eleuet, cum ex illa non amplius, quam vanus homo.

At ne in æquiuoco laboremus, prius aperiendum, quo sensu, quovè intellectu vanam omnem dicimus humanam scientiam; pro qua re attendenda est distinctio sanctissimi nostri, serm. 36. in Cant. qui duplicem scientiam distinguens, vnam iuxta illud Apost. 1. ad Corinth. 8. n. 1. facit *inflantem*, aliam iuxta Ecclesiast. 1. n. 18. *dolentem, scientia inflat*, ait Apost. *qui addit scientiam, addit & laborem*, ait Ecclesiastes, dolentémque inflanti præferens, tandem concludit, quod fructus, & vtilitas sciendi in modo consistit, ac de modo discurrens, sic ait: *Quid ergo docet modum sciendi, nisi vt scias, quo ordine, quo studio, quo fine quæque nosse oporteat? quo ordine? vt id prius quod maturius ad salutem, quo studio? vt id ardentius, quod vehementius ad amorem, quo fine? vt non inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad ædificationem tuam, vel proximi.* Egregiè, & quæ si obseruarentur nulla vana esset scientia, nullus vanus homo: nam vt ipse prosequens ait: *Sunt namque qui scire volunt eo fine tantum vt sciant, & turpis curiositas est, & sunt qui scire volunt vt sciantur ipsi, & turpis vanitas est, & sunt qui scire volunt, vt scientiam suam vendant propecunia, pro honoribus, & turpis quæstus est, & sunt vt ædificent, & charitas est, & item qui scire volunt vt ædificentur, & prudentia est.* Sensatissimè, scientia ex se bona est, immo stultorum, ac imperitorum ea vox nil à nobis Deum aliud requirere, quam bonas actiones: nam vt rectè idem Sanctus, cum aliquid durius contra humanam hanc dixisset scientiam, *Videar*, ait, *forsam nimius in sugillatione scientiæ, & quasi reprehendere doctos, & prohibere studia literarum, absit, non ignoro quantum Ecclesiæ profuerint, & prosint literati sui, siue ad refellendos eos qui ex aduerso sunt, siue ad simplices instruendos.* Vnde & brutalis illa Gnosimachorum extitit hæresis, qui vt refert Damasc. de hæresibus: *Ita omni Christianorum cognitioni, ac scientiæ aduersabantur, vt vanum, & minus necessarium laborem esse dicerent eorum, qui in diuinis scriptis aliquam exquirerent scientiam, neque enim Deum aliud à Christiano postulare, nisi præclaras, bonasque actiones.* En hæreticorum sanctitas, *quæ*, vt Petrus Damian. inquit Opuscul. 30. c. 4. *dum per triti itineris ductum dedignatur incedere, per anfractus, & ruinosa deuia compellitur aberrare.* A qua non nimis abeunt, & si simpliciter, qui sub humilitatis prætextu ne superbiant aliquid ediscere recusant; isti enim amant pueros semper esse, non homines viriles, onus Dei Ecclesiæ sustentantes, ob quod & sub humilitatis prætextu à diabolo decipiuntur, scit enim perfidus iste, vt ait Bernard. suprà relatus, quantum dicti ac robusti Ecclesiæ Dei proficiant; hinc versutus, sicut apertè hæreticos decipit, sic occultè, & simplices Christianos; quos meritò reprehendens August. in Psal. 130. *Sunt quidam homines*, ait, *qui cum audierint quia humiles esse debent, demittunt se, nihil volunt discere, gaudentes, quia si aliquid didicerint superbi erunt, & remanent in solo lacte, quos reprehendit scriptura dicens, & facti estis opus habentes lacte, non solido cibo, sic enim Deus nos vult nutriri lacte, vt non ibi remaneamus, sed crescendo per lac, ad solidum cibum perueniamus.* Scientia ergo vtilis, necessaria quantum ex se; vnde ergo ei malum ab ordine,

Bernard. 1. Cor. 8. n. 1.

Eccl. siast. 1. n. 18.

1 Scientia duplex inflans & dolens, & in quo consistat vtilitas dolentis.

2 Modus & finis necessarius in scientia honestus.

Damasc.

3 Hæresis Gnosimachorum scientiam negantium.

Damian.

4 Omnis hæreticorum prætensa sanctitas per anfractus, & deuia.

August.

5 Diabolica deceptio est sub humilitatis specie scientiam recusare.

Digitized by Google

6 Scientia vana quæ.

à ſtudio, à fine, vt ait Bernard ergo illa ſcientia vana, quæ ſine ordine diſcitur, ſine recti ſtudio, ſeu modo, ſine bono tandem fine; ſi prius humanam appetis ſcientiam, quam diuinam, nonne ordinem peruertis? ſi plus illam diligis, nonne modum diſturbas? & tandem ſi vano fine vt ſcias, & ſciaris, & vt vanam lucreris gloriam, nonne finem imponis infectum, ac proinde totam illam inficis? Ergo de illa ſcientia nobis ſermo, contráque illam diſſerimus, quæ ad vanitatem acquiritur, quæ nil ſapit niſi Gentilitium, quæ Chriſtum à ſe expellit, quæ non ad pietatem, ædificationémque ordinatur, qualis prorſus Gentilium, & nunc aliquorum Chriſtianorum, omnium tandem nullo hæreticorum excepto; hanc vanam, futilem, inutilémque dicimus, & qua imbuti minus videntes, quàm ipſa facit animalia, illíſque ſtultiores.

7 Facit homines ſtultos ſui ipſa animalia. *Auguſt. Numer. 22. n. 6.*

Quid ſapientius Balaam? *Famoſiſſimus in arte magica, & in carminibus noxijs præpotens.* Vt ait Auguſt. ſerm. 103. de tempor. tom. 10. ob talem ſcientiam, ſeu literaturam ab omnibus in honore, & pretio habitus, non ſolum populis, ſed Regibus, ſic ex ea tremendus vt dicat Rex Segor, Numer. 22. num. 6. quod benedictus cui ipſe benedixerit, & maledictus cui maledixerit, & tamen hic ſic ſcientia præditus, ſic honoratus, ſic tremendus non videt, non aſpicit, quod ſuum iumentum, hoc enim viſione dignatum eſt Angeli, dum ipſe ſcientificus cæcutiens non niſi dæmones aſpiciebat: *Cernens aſina Angelum ſtantem in via auertit ſe.* Mirum vt aſinæ ſe manifeſtet Angelus, non homini, & homini tam ſcientifico, vnde hoc: ſanè vt inquit Auguſt. *Non quod digna eſſet videre Angelum, ſicut nec loqui digna erat, ſed vt confutaretur Balaam.* Nam ſtultus, & veſanus, dum non ad ædificationem ſuam obtinebat ſcientiam, ſed ad quæſtum, meruit vt ab illo reprehenderetur animali per quod lucrum reportatur inclamante Petro 2. c. 2. nu. 15. quod *dum mercedem iniquitatis amauit, correptionem habuit ſuæ veſaniæ ſubiugale mutum animal, quod hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ inſipientiam.* Quod equidem ſi ad ſpiritualem ac moralem aptare ſenſum veliſ, cum illis hæc loquitur figura doctoribus, cum illis Eccleſiæ magiſtris, ac concionatoribus, qui non lucrum animarum, non populorum ædificationem, ſed temporale, ac vanum ex ſua exquirentes doctrina, iumentis veluti inſidentibus, dum ea per prædicationem doctrinant. Hi poſteà per ſanctitatem iam non amplius iumenta, vidéntque non ipſi, intelligúntque non illi, in ſancta ingrediuntur, viſiones cœleſtes aſpicientes foris ipſis remanentibus, ſæpè talium vita, eorum reprehendens ſcientiam non ad opus ordinatam ſubſtantiale, ſed vanum, ſed quæſtuoſum, non ſecus ac illa Balaami, ob quod futilis, vana, ſicut & omnium ſimilium, qui ad quæſtum, qui ad oſtentationem ſcire præſumunt.

2. *Petr.* 2. n. 15.

8 Vani doctores ac prædicatores ſcientifici ſæpè à vita ſimplicium ab ipſis conuerſorum reprehenduntur & inſtrauntur.

9 Scientifici vani ſtulti, & cur, & vnde.

Hinc tales illa præditi omnino ſtulti apud Deum: nam dum ipſorum finis ſua ſit laus, ſuus honor, ac pro Deo velint reputari, fit vt regula credendi aliquid, non Deus cui non ſubſunt, nec recognoſcunt, ſed ſuus ſit intellectus, ex quo euenit vt credant incredibilia, credibilia renuncient; hinc eorum ſcientia ſtultitia apud Deum, dum non ex illo, ſed ex ipſis. Vnde clamat Paul. 1. ad Corinth. 3. nu. 19. *Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum.* Vnde ſtultitia? quia ſcriptum eſt, ait Paul. *comprehendam ſapientes in aſtutia eorum*, quomodo comprehendet? *quia Dominus nouit cogitationes ſapientum, quia vanæ ſunt.* Pſal. 93. num. 11. Pulchrè, ex vanitate cogitationum ſapientum, quas nouerat Deus, alios comprehendit illis ſimiles probans ſtultos eos, eorúmque ſapientiam ſtultitiam, quomodo hoc? quia apud illam, *Facilius creditur Iupiter taurus factus, aut cygnus, quàm verè homo Chriſtus apud Marcionem.* Inquit perbellè de carne Chriſti Tertullian. cap. 4. En quomodo ſtulta omnis humana ſapientia, ſapientes comprehendens Deus in aſtutia eorum, id eſt ſapientes Gentiles Iouem taurum factum credebant, quid ſtultius? Marcion ſapientia mundi ſapiens carnem Chriſti negabat, quaſi quid impoſſibile, aut Deo indignum, confuſus, & comprehenſus ab ipſa ſuamet aſtutia, ab ipſiſmet mundi ſapientium cogitationibus, quomodo; nam ſi hac credunt illi Iouem taurum factum, cur hæreticus negat Deum hominem factum? meritò ſtulta, dum credendi regulam ipſum ſuum iudicium conſtituit, diis concedens falſis, quod vero negabat, vno, eodémque tempore conuerſionem in taurum Ioui dans, carnem Deo negans, ſuo iudicio omnia arbitrans; quod cum ſit, nonne ſtultiſſimam omnium hæreticorum iudicabis ſcientiam? iſti enim non fide diuina, ſed humana imbuti, quæ credunt, dum non à Deo accipiunt, ſed à ſe, non captiuantes intellectum, ſed cum illo ſuperbientes, *licentia hæretica*, vt ait Tertull. ibidem, cap. 1. & *tanquam malis veritatis iudicibus confidentes.* Vt Nazianz. Apolog. 1. credunt quæ volunt, quæ nolunt, reſpuunt, ſuprà Deum ſe conſtituentes, eorum ſcientiam non ad ædificationem, ſed ad deſtructionem, non ad benedictionem, ſed ad maledictionem deſeruit, ab ipſa non viuificati, ſed occiſi, vt elegantter idem Tertull. vbi ſup. cap. 2. vbi cum propoſuiſſet Marcionem carnem Chriſti ſurripuiſſe, & conſequenter & reliqua debere etiam auferre, nempè natiuitatem, circumciſionem, &c. ſic tandem cum illo loquitur: *Ex qua arote authoritate*, nempè hoc aſtruis, *ſi propheta es, prænuntia aliquid, ſi Apoſtolus prædica publicè, ſi Apoſtolicus, cum Apoſtolis ſenti* (audiant hoc canes, qui Apoſtolici vocari audent) *Si tantummodo Chriſtianus es, crede quod traditum eſt, ſi nihil iſtorum es meritò dixerim morere: nam & mortuus es, & eo magis mortuus es, quo magis non es Chriſtianus.* En quò eos eorum ducit ſtulta ſapientia, ad mortem, ad interitum, ad perditionem, nonne ergo meritò hanc vanam dixeris?

11 Hæreticorum omnis ſcientia ſtultiſſima, & cur. *Tertull. Nazian.*

At quid mirum talia perpetrare? cum eius princeps diabolus, hic enim virulentus hoſtis, cum optimè ſciret per ſtultam obedientiam, vt ſic dicam, hominem ſe lucraturum, acutam procurauit, & occultam humanam introducere ſapientiam, vnde mulieri Geneſ. 3. n. 5. *Eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum.* Attende quæ dicit, non ait: *Eritis ſicut Deus, ſed ſicut dij.* Humanam condens ſcientiam, aliam à diuinam ſcholam: nam

12 Vanæ ſcientiæ princeps diabolus. *Genes. 3. n. 5.*

by Google

in diuina nonnisi singulariter Deus inuenitur, in diabolica dij in plurali, sciens Doctor pestilens, quod si semel ea animum imbibisset humanum in cunctas posteà eum attraheret impietatum turmas, scelerum multiplicitates, quod eleganter Petrus obseruauit Damian. in nouis Opusc. 45. de sancta simplicitate ad Ariprandum, cap. 1. vbi sic: *Ecce frater grammaticam vis discere* (dolebat iste antè religionis ingressum artes non didicisse) *Disce Deum pluraliter declinare, artifex enim Doctor, dum artem scientiæ* (sic lego, non obedientiæ,) *nouiter condit, ad colendos etiam plurimos Deos, inauditam mundi declinationis regulam introducit.* Eleganter, prior, ac vetus, vt sic dicam, Adami scientia, nominis Dei non vltra singularem extendebat declinationem; dum ergo nouam diabolus cõtendere intentauit, addidit pluralem; sciens iniquus Doctor, quod hac semel posita, & ad plures se Deos homo inclinans stultus ex illa in vanitatem abiret, in scelera cuncta dilaberetur, ob hoc vt rectè idem author à vana incepit cupiditate sciendi: *Porro*, ait Damian. *qui vitiorum omnium externas moliebatur inducere, cupiditatem scientiæ, quasi ducem exercitus posuit, sicque post eam infelici mundo iniquitatum turmas innexit.* Quod quàm verum sit lege Paul. ad Rom. cap. 1. nu. 21. vbi horrendas gentium enumerans deformitates, vitia, ac peccata, vnam omnium constituit radicem, humanam sapientiam, per quam diabolo arte in mundum inuecta idololatria, à qua omnium peccatorum profluuium, & meritò: nam vt inquit Apostolus, *quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt.* Premo verbum, *cum cognouissent Deum.* Deum ergo cognoscebant, & hoc non obstante euanuerunt in cogitationibus suis, quomodo? sanè cum Bernard. vbi suprà, quia fructum cognitionis Dei, qui est actio honesta, & cultum Dei non sunt affectati; quæ verba & si ad Gentiles humana sapientia phaleratos referenda, de quibus tunc loquebatur Paul. non incongruè tu ad Euam, Adamúmque referre potes, qui Deum optimum Maximum suprà omnes suos cognoscentes posteros, non sicut debebant eum glorificauerunt, gratiásque rependerunt obediendo, sed in cogitationibus suis euanescentes, nouam apprehendentes doctrinam, nouam scientiam, vt sapientiores fierent, stulti ex illa facti sunt, vt semel omnes qui illa imbui desiderant apprehendant, quò talis scientia eos ducat, quos fructus pariat, qui profecto non sunt nisi dolorum, ac gemituum.

Nec equidem mirum: nam sicut cibus in stomacho inconcoctus, aut putridus, torsiones generat, sic equidem vana hæc scientia, quando non ad debitum referuatur, nec acquiritur finem; quando ad auaritiam, quando ad honorem, vanámque extollentiam, tandem quando non ad ædificationem tunc putrescit in stomacho, horribiles incutiens torsiones, mirum quod Mannæ accidebat, Exod. 15. num. 20. reseruatum à filiis Israël, *scatere cœpit vermibus, atque computruit*, repositum ex præcepto Domini in Sabathum, appositè adnotat scriptura num. 24. *Quod non computruit, neque vermis inuentus est in eo.* Quæ ratio? Caiet. illud refert ad diuinam authoritatem manifestandam; quæ mandauerat, vt die sexta duplo reponeretur: *Ad manifestandum*, ait, *diuinæ authoritatis testimonium, quia seruatum in crastinum quolibet die putresceret, & fœteret, sabatho autem in sua perfectione perseueraret.* Ex qua doctrina optimè Titelm. valorem educit obedientiæ, *vide*, ait in Caten. *Quod obedientia sanctæ operæ, quibus Dominicis obeditur præceptis, non putrescunt, quæcumque autem ex temeritate, & præsumptione propria attentaueris, vermibus scatent.* Cyrill. ad reseruationem legis Iudaicæ post Euangelium, quam etiam nunc Iudæi seruant putrida ex tali obseruatione, Prosper. ad auaritiam illud referens, sic ait: *Quam si quis excederet*, mensuram nempè à Deo determinatam, *vermibus correptum, putrefactúmque proiiciebat, auaritiæ, atque intemperantiæ suæ cupiditate frustratus.* Sana omnia; sed ad nostrum institutum Origen. per Manna scientiam Dei verbi intelligens, postquam dum peccatur, ex ipso verbo vermes scaturiunt, peccatorum scilicet remorsus, quæ post illam patrantur: nam dum Dei scientia non ad Sabathum, hoc est ad finem spiritualem, æternæque beatitudinis reseruatur, sed ad auaritiam, ad libidinem, ad vitia exercenda, vermes scaturit, in stomacho putrescit, æternósque parit cruciatus: *non ergo alundè*, ait hom. 7. in Exod. *fiunt vermes in nobis, nisi ex verbo Dei, post susceptum ergo verbum Dei, si quis peccet efficitur ei verbum ipsum vermis, qui eius semper conscientiam fodiat, & arcana pectoris eius rodat.* Sic equidem scientia etiam si sit verbi Dei, quæ ad auaritiam reseruatur, & ediscitur, & non ad spiritualem finem, sic putrescit in stomacho recipientis, vt incredibiles ei excitet torsiones, cui perbellè adaptans Bern. ser. 46. in Cat. verba illa Hiere. 4. n. 19. *Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo.* Sic discurrit: *sumenti cibum, & non digerenti perniciosum est ei, malos generat humores, corrumpit corpus, & non nutrit, ita & multa scientia ingesta stomacho animæ, quæ est memoria, si decocta igne charitatis non fuerit, nonne reputabitur in peccatum, tanquam cibus conuersus in prauos, noxiosque humores? an non malus humor peccatum, an non inflationes & torsiones in conscientia sustinebit, & vide ne forte in persona talis anima propheta plangeret dicens, ventrem meum doleo.* Egregiè, scientia diuina, quæ non ad actionem dirigitur honestam, sed ad inutiles fines, sicut Manna putrescit, vnde prauos generans humores in peccatum prodit, immo in hæreses, quod horrendum, cum si ad contentiones quis studeat exercendas, si vt socium superet, si vt opinionem contrariam inualidet, etiamsi sanctorum sit, qualem putas ex hac scientia fructum ipsum paritrum, dico hæresim; audi non me, sed sanctissimum Nyssenum in mystica interpretatione vitæ Mosis in principio, rixam ponderans inter duos illos Iudæos factam Exod. 2. num. 14. quam mysticè inter.

13 Vtra perdidit Adamum.

14 Cupiditas sciendi hominum extitit perditio *Ad Rom. c. 1. n. 21.*

15 Qui Deum per scientiam non glorificant. *Bernard.*

16 Scientia nõ ad debitum finem est cibus torsiones generans.

Exod. 15. n. 20.

17 Manna cur non putrescebat seruata in Sabbathum aliàs vermes scaturiebat. *Caietan.*

Titelma.

18 Obedientiæ vis.

Cyrill.

Prosp.

Origen.

Bernard. Hierem. 4. nu. 19.

18 Scientia ad vanos fines adepta hæresum parit.

Nyssen. Exod 2. n. 14.

Digitized by Google

pretans, ſic ait: *Rixa veroque inter Iudæos facta ſedari à Moyſe non potuit, noſtrarum ſunt de dogmatibus Eccleſiæ colluctationes, non enim prauis hæreſium dogmatibus locus eſſet, niſi inter eos, qui verierem religionem profitentur opiniones inter ſe velut acie inſtructa contenderent.* Scientia armantur non ad ædificationem, ſed ad colluctationem, phalangibus muniuntur argumentorum, & verſutiarum vt fratrem collidant, non vt lucrentur, ſuprà ſanctos ſe erigentes, Hebræis illis ſimiles rixantibus clamant, *Quis iudices vos conſtituit ſuper nos.* Quid ex hac ipſi vana colligent ſcientia? amaritudinis quippè fructum, anſam prauis hæreſum dogmatibus præbere, vt noſtris nos armis impugnantes ſua corroborent male dicta, peſſimè cogitata, en fructus talis vanæ ſcientiæ, quæ non ſano fine addiſcitur.

19 Contentiones Catholicæ hæreſim ſunt parientes.

Quod ſi hoc diuina, ſi ſic illa putreſcit, quid erit humana? quid niſi ipſamet putrefactio, ipſamet perfidia, adeo vt in eodem prorſus pondere ſic perfidia in tremendo Dei iudicio, ac literatura humana; mirum hoc, ſed verum; quod acutiſſimè Petrus adnotauit Damianus in admirabili illa Hieronymi ſanctiſſimi viſione, quam ipſemet epiſt. 22. de ſe ad Euſtochium narrat; ponderat enim Damianus, vt ſe Hieronymum liberaret deuouiſſe, quod ſi amplius ſæculares legeret codices, haberetur ac ſi Chriſtum negaſſet, *denotatur ille*, ait vbi ſuprà, cap. 8. circa finem, *hac ſe prorſus vltione plectendum, ſi ſæculares libros vlterius legeret, ac ſi Chriſtum per apoſtatica perfidia ſacrilegium denegaret; dicebatur enim illi Ciceronianus es, non Chriſtianus, & ille, ſi ſæculares codices vlterius legero, te negani.* Ergo antè illud tremendum tribunal ſic admiſta prophana ſcientia, ac Chriſti negatio, & æquè malum apud Hieronymum tunc prophana lectio, quàm in Chriſtum perfidia; rectè ergo ſequens Damianus, ait: *Honeſta ſatis, & vtilis ſapientia, nimirum quæ cum Chriſti negatione confertur, quæ hæretica perfidiæ comparatur, vt idem valeat eam legere, quod Deum negare.* Hinc ſi aliquid vtilitatis in ſe habet, illud ſolummodo pro Chriſto eam ſpernere, vt deuotè dixit Nazianzenus in 1. Apolog. non longè à fine; narrans enim quomodò ab incunabulis Deo oblatus, omnia ſua ei tradidit, ſic ait: *Omnia ei, qui me in ſortem accepit, atque ſeruauit, dono dedi, opes, famam, nominiſque ſplendorem, bonam valetudinem, literas ipſas, ex quibus dum taxat hoc commodi tuli, vt eas aſpernerer, atque aliquid haberem, cui Chriſtum anteferrem.* Graue quidem, pietatem enim cum in ſe non contineant, (niſi pietatem illam dixeris) qua imbuebantur homines ſui temporis literati, ſicut nec minus noſtri, vt aiebat idem Nazianzen. vbi ſuprà. impios, ſcilicet omnes præter eos facere: *Omnes*, ait *vno hoc nomine pijſſimos, quia alij alios impietatis damnamus.* Quod eſt dicere, vt eruditi videamur ineruditos alios facere, pietatem ergo cum in ſe non contineant, hinc nec emolumentum ad beatitudinem acquirendam, præter vnum, quod in earum aſpernatione conſiſtit, & propter Chriſtum vti ſtercora eam facere.

20 In Dei iudicio in eadem lance humana ſtat perfidia ac literatura. *Petr. Da.*

Nazian. 21 Scientiæ vanæ vtilitas cum pro Chriſto ſpernere.

Dixi nullum emolumentum ad beatitudinem conſequendam ſæculares literas retinere, & merito; nam quid prophana ſcientia ad Chriſti cognitionem, qui vnica ad cœlum via, qui vnica noſtra iuſtitia, ac emolumentum? prorſus nihil. Quod eleganter probat Nazianz. orat. 16. quæ eſt de moderatione in diſputationibus ſeruandis, ex illis verbis Pauli ad Rom. 10. num. 6. quando inquit: *Quæ autem ex fide eſt iuſtitia ſic dicit, ne dixeris in corde tuo, quis aſcendet in cœlum, id eſt, Chriſtum deducere, aut quis deſcendet in abyſſum, hoc eſt Chriſtum à mortuis reſuſcitare.* Vbi Nazianz. *Alius contra exiguo ingenio eſt, & lingua pauper, nec verborum flexu, & captiones nouit, nec ſapientum dicta, & enigmata, nec Pirrhonis inſtantias, aut aſſenſus, retentiones, aut oppoſitiones, nec ſyllogiſmorum Chryſippi ſolutiones, aut artium Ariſtotelis prauum artificium, aut Platonis eloquentiæ præſtigias, quæ velut Ægyptiaca quædam plaga* (adnotandum verbum) *in Eccleſiam noſtram pernicies irrepſerunt; at hic quoque habet vnde ſalutem conſequatur; quibus tandem verbis? ô mirificam diuinæ gratiæ opes, nihil inquit tibi neceſſe eſt in cœlum aſcendere, vt Chriſtum illinc trahas, nec in abyſſum deſcendere, vt hinc eum à mortuis excites, nimirum vel primam ipſius naturam curioſus explicans, vel poſtremam carnis aſſumptæ diſpenſationem, propè te inquit verbum eſt, mens, & lingua theſaurum hunc habent, illa videlicet credendo, hæc confitendo.* Nil melius; ad ſalutem non multis eſt opus literis, da Deo mentem, da linguam & ſaluus eris; vnde excellenter ſequens idem Sanctus affirmat, nil iniquius fide noſtra fore, ſi tantum in eruditis ſiſteret; *nihil fide noſtræ*, ait, *fratres iniquius fingipoſſet, ſi in eruditos tantum, dicendique facultate, ac logicis demonſtrationibus excellentes caderet, populario autem multitudo vt auro, & argento ſic hac quoque fruſtraretur.* Egregiè, vnde & ſi neſciens cæca Gentilitas, conſilio tamen Dei, dum in cœlo Veneri locum tribuit, Mineruæ ſcientiæ deæ negauit, de quo tantopere conqueritur Auguſt. lib. 1. de conſenſ. Euangelii, vbi ſic: *De quibus quid tantum mali caſtitas, aut quid tam boni voluptas commeruit, vt inter aſtra quæ cum Sole, & Luna circumeunt Venus habeat Stellam, & Minerua non habeat.* Et quidem ſi ratione res ageretur iniquum, ne dicam belluinum illud, vt voluptati locum in cœlo, ſcientiæ autem denegarent; at ſi ad iudicium Dei rectum aſpicies, non ſine myſterio illud inuenies, edicentibus illis, & ſi ignorantibus, ſuam ipſorum ſciennam, ſuáſque artes merito in cœlum aſtrum non obtinere, quia nec cœlum pandunt, nec viam illac eundum demonſtrant.

22 Sæcularis ſcientia nil ad Chriſtũ lucrandum.

Ad Rom. 10. n. 6.

Nazian.

23 Scientiæ vanæ in Eccleſia plagæ ſunt Ægyptiacæ.

Hinc aliquando, & in ſummum referendum beneficium à Deo talis ſcientiæ carentia, vtpotè apta ad turrim ædificandam non Eccleſiæ, ſed Babel, ſcit hoc dolore ſuo ſancta Dei Eccleſia, dum animaduertit nullam hæreſim niſi à Philoſophia, quod eruditè expreſſit Tertull. de præſcriptionibus aduerſus hæreſ. cap. 7. vbi ſic: *Ipſæ denique hæreſes à Philoſophia ſubornantur, hoc eſt* (vt rectè Pamel.) *inſtruuntur, adparantur, inde Eones, & forma neſcio qua, & Trinitas hominis apud Valentinum, Platonicum fuerat, inde Marcionis Deus melior de tranquillitate, à Stoicis venerat, & vti anima interire dicant ab*

24 Non multis literis opus ad ſalutem.

25 Mineruæ Deæ cur Gentilis in cœlo Dei iudicio locum non dederint.

Auguſt.

26 Donum Dei aliquãdo ſæculari carere ſcientia.

Tertull.

27 Omnes hæreſes à Philoſophiã originem traxerunt.

Digitized by Google

Epicuri obſeruatur, & vt carnis reſtitutio negetur, de vna omnium Philoſophorum ſchola ſumitur, & vbi materia cum Deo æquatur Zenonis diſciplina eſt, & vbi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus intercenit: eadē materia apud hæreticos, & Philoſophos volutantur, eidem retractatus implicantur. Eruditè, & verè, vix hæreſiarcham inuenies, qui non Philoſophus, à Philoſophia receptus, cuius ratio; nam cum in Philoſophia omnia ratione conſtent humana, electio veri, vel falſi apud humanum ſtat iudicium; quod dum etiam prætendit in diuinis, miſer euaneſcit: nam in hoc nos Catholici ab hæreticis differimus, vt infrà latius hom.55. dicam, ſcilicet in electione, ipſi hanc admittentes, nos reſpuentes, vt præclarè idem Tertul. ibi. Quam authoritatem commodius infrà eadem homilia adducemus, at pro nunc affirmat enim ipſe hæreſim ab electione dictam, & ideo Philoſophi hæretici, quia circa diuina, & ipſi audent eligere, ſecernere, opinionéſque diiudicare; tolle arbitrium ab hæretico, tolles & hæreſim, tolle ſciolam electionem, tolles errorem, errat quia ex ſe eligit, quia eligere à Philoſophia reportauit; ergo beneficium illi eſſet Chriſti ſi Philoſophiam ignoraret, *Deſcendamus*, inquit Dominus, Geneſ. 11. n.7. *& confundamus linguam eorum, & non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui*; quo facto turris impedita Babel, quæ ex vocis ſcientia conſurgebat; ergo beneficium inſcientia, vt acutè adnotauit Ambroſ. lib.10. in Luc. in Malchi auricula à Petro in horto abſciſſa, ponderans ideo Petrum auriculam excidiſſe, quia vti Pontifex conſiderauit Dei beneficium extare myſteria ſua non audituris denegare, ſcientiámque illorum prohibere, ne amplius ex ſcientia damnentur, *Forteſſe ideo autem tulit*, ait, *ne amplius delinquerent audientes, qui audita ſeruare non poſſunt, ſic & aliquando confudit Deus linguas extruentium turrim, ne ſe audirent, & opus impietatis augerent.* Hinc Chriſtus, Matth.21. n.25. *Confiteor tibi pater*, ait, *quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus*; vnde gratias reddit? an quia beneficium talis abſconſio? vt rectè Theophylactus, *Deus*, ait, *propter magnam miſericordiam ſuam non reuelat aliquibus plura myſteria, vt non magis puniantur, vtpote aſpernantes, quæ didicerunt*; ſic & pari modo, & tollit ab aliquibus humanam ſcientiam ne ex illa peiores fiant, ne damnentur, ex quo prorſus eius elucet vanitas, dum & habita nil, vt diximus, ad pietatem confert, & aliquando non poſſeſſa ſit beneficium.

28. Vnde Philoſophi fiūt hæretici.

Geneſ. 11. n.7.

Ambroſ.

29. Conſultius aliquando Dei myſteria aliquibus nō pandere.

Mat. 21. n.25.

Inde tādem eius vanitas, quia nec ad Chriſti myſteria cognoſcenda aliquid profert, aliquid addit. Fideliter Daniel Nabuchodonoſori prædixit, c.2. n.30. ſomnium enarraturus, ſe non ex ſcientia illud hauſiſſe humana, ſed diuina, ne illi aſcriberetur quod ſuum non erat, *Mihi quoque non in ſapientia quæ eſt in me pluſquam in cunctis viuentibus, ſacramentum hoc reuelatum eſt*; ad quid tantam de ſe proferre ſapientiam? nunquid ex vanitate? abſit nam ex Spiritus ſancti motione illud affirmauit, vt rectè Cornel. Ergo ad quid? ſanè, vt à Dei myſteriis cognoſcendis prorſus omnis humana excluderetur ſapientia, dum maxima quæ in homine, illa non attingebat, quod notauit Bernard. ſerm.36. in Cant. *Petrus, & Andreas*, ait, *cæteríque diſcipuli pomes non de ſchola Rectorum, aut Philoſophorū aſſumpti ſunt, & nihilominus tamen Saluator per ipſos operatus eſt ſalutem, non in ſapientia, quæ in ipſis eſſet, pluſquam in cunctis viuentibus, quemadmodum Daniel de ſemetipſo confeſſus eſt, ſed in fide, & lenitate ipſorū ſanctos fecit illos, etiam & magiſtros.* Egregiè, magiſtros effecit credentium, ſummam ſapientiam proferentes, non humanam, ſed diuinam; hinc myſteria enucleabant, pandebant, infideléſque erudiebant, quia à ſchola edocti diuina, non humana, impar hæc ad illa enucleanda, pandēda. Vnde egregiè Alexandrin. in oratione Catech. *Quoniam ipſum verbum ad nos venit*, ait, *cælitus non eſt nobis eundum ad humanam doctrinam Athenas, & aliam Græciam, magiſter omnia nunc reſonat, & vniuerſum Athenas, & Græcia factum eſt Verbo.* Pulchrè, iam vniuerſum vna effectum virtute diuini verbi Athenas, vna Græcia, cum non plus, nec minus Romanus, quàm brutalis Indus credit, aut ſapit, quando hic Catholicus, quando Chriſtianus, quod non equidem ab humana ſapientia, ſed à fide diuina, nil illa conferente, immo impediente.

Bernard.

31. Apoſtoli non humana ſcientia docti, ſed diuina mūdum docuerunt, myſteria enucleārunt.

Clement Alex.

Neque contra dicta negotium faceſſit, eruditionem, humanámque ſcientiam multum ad prædicationem valere, & ſanctorum hanc eſſe ſententiam, de qua re videndus eſt Nazianzen. in laudibus Baſilij, & Ambroſ. aſſerit libro de paradiſo, c.12. multorum fuiſſe ſententiam, arborem ſcientiæ boni, & mali interdictam ſi ſola comederetur, neutiquam verò, ſi cum reliquis oleribus, ac proinde ſolam eruditionem tunc quando non cum cæteris virtutibus improficitā eſſe. *Plerique putauerunt*, ait, *poſſe illud intelligi* (nempe de ligno ſcientiæ ne comedas) *vt videatur Deus id inhibuiſſe, ne abſque cæteris ſolum lignū ſcientia guſtaret, non prohibuiſſe cum cæteris; ſcientia enim boni, & mali ſi quis cætera virtutum genera conſequatur nequaquam inutilis æſtimatur.* Nam & ſi hoc verum, ſcilicet eruditionem aliquando eſſe proficuam, duo tamen tibi ſtatuo, primum ſacram orationem, ſiue prædicationem ex gentilibus ſententiis, aut diuinis refertam, ſic inter ſe differre, ac populum Dei diuitiis Ægyptiorum onuſtum, ab ipſomet quando Hieroſolymitarum inter quos nulla comparatio, nulla condigna æſtimatio. Quod ſenſatiſſimè dixit Auguſt. 2. de doctrina Chriſtiana, c. vltim. *Quando minor eſt auri*, ait, *argenti, veſtiſque copia, quam de Ægypto ſuum ille abſtulit populus, in comparatione diuitiarū, quas poſtea Hieroſolymam conſecutus eſt, tanta ſit cuncta ſcientia, quæ quidem eſt vtilis collecta de libris gentilium, ſi diuinarum Scripturarum ſcientia paretur.* Cuius rationem reddens, ſequens ait: *Nam quidquid homo extra didicerit, ſi noxium eſt ibi damnatur, ſi vtile eſt ibi inuenitur, & cum ibi quiſque inuenerit omnia quæ vtiliter alibi didicit, multo abundantius inueniet ea ibi, quæ nuſquam omnino alibi, ſed in tantummodo Scripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate dicuntur.* Nil luculentius, omnia in vnum collecta gentilium ſcriptura continet, & ampliora, quam illa, immo & ſaniora, ad

Naziāz. Ambroſ.

32. Eruditio humana quādo proficua.

33. Prædicatio eruditione teſta quātum differt ab ea quæ ſacra Scriptura.

Auguſt.

30. Vana ſcientia nil ad Chriſti myſteria ſciendi proficit.

Daniel. 2. 30.

Cornel.

quid ergo ſe illis hominem ſaginare?

34. Prædicatoris eruditi vox attamẽ non mortificati balatus eſt, non eruditi, ſed mortificati concentus, & muſici. *Petr. Damian.*

Secundum autem, quod ea adeſt differentia inter prædicatorem eruditum, attamen nõ mortificatum, & ineruditum, ſed mortificatum, & inter vocem vnius, ac alterius, ac inter balatum beſtiarum, & vocis muſicæ, ex quo non mirum ſi ineruditi attrahat animam, eruditi diſtrahat, non mea hæc ſententia, ſed ſanctiſſimi Petri Damiani, opuſc. 45. de ſancta ſimplicitate, c.4. vbi ad Arprandum Monachum ſic erudite monet. *Tu quoque fili mi, vt prædicandi ſortiaris officium imitare vel aſini de quo dictum eſt, vel etiam anis exemplum, quæ nimirum dum vnit, turpiter balat, mortua verò in inſtrumentis muſicis ſuauiter cantat, ſic & qui carnaliter viuunt balare cum omnibus inaniter poſſunt, naniter explere prædicationis officium nequeunt, dicit enim Propheta, laudate Dominum in tympano, & choro.* Egregiè, balat non loquitur prædicator eruditus, ſed non moribus infirmatus non eſt tympanum Deum laudans, ſed animal balans; quid mirum, ſi nihil efficiat? Quod cum ſit, nónne prorſus humana ſcientia vana; hominem ipſo iumento cæcutiorem reddit, apud Deum ſtulta, ab ipſo diabolo inuenta, torſiones, & dolores generat, hæreſes originat, cum perfidia comparatur, Chriſtum ignorat, ad myſteria enodanda non deſeruit, eſt beneficium eius ignorantia, tandem nec ad prædicationem conducit, vnde non vana? & qui eam ſequitur non vanus? ex ipſa vanus, ſic proprius eius effectus, vt tandem concludam, quod ne homo prorſus ex ea euaneſcat, & dum in alium ſe extollit infeliciter cadat, ponderoſiſſima ſæpe ei, vt ſic dicam peccati neceſſaria ſaburra; vt hominem ſe videns, Deum ſe ne reputet, vt elegãter dixit Ambroſ. in Apolog. de Dauid c.3. affirmãs Salomoni peccatum neceſſarium, ne ex ſcientia euaneſceret; *Maior itaque culpa plus profuit*, ait, *ne ſupra hominem crederetur, qui vitio non carniſſet humano; fuit igitur in eo inuidioſa ſapientia, & culpa ſuaſoria qua hominem comprobaret.* Sed infrà hom. 55. commodius hanc Ambroſij dilucidabimus ſententiam. Nil ergo miſerius, nil illa periculoſius, cum ad talem hominem vanitatem deducat, vt neceſſitate quadam attrahat ad ſe peccatum, per quod ipſa conſtituitur homo vanitas, vnde dicat noſter Sapiens, quod *vani ſunt homines in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, ſed humana*, &c.

35. Peccati ſaburra ſcientiæ vanæ neceſſaria ne homo euaneſcat. *Ambroſ.*

Num.3. *Quorum ſi ſpecie delectati, Deos putauerunt, ſciant quanto his dominator eorum ſpecioſior eſt, ſpeciei enim generator hæc omnia conſtituit.*

Num.4. *Aut ſi virtutem, & opera eorum mirati ſunt, intelligant ab illis quoniam qui hæc fecit fortior eſt illis.*

Num.5. *A magnitudine enim ſpeciei, & creatura cognoſcibiliter poterit creator horũ videri.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

VAnos diximus homines, & inſenſatos ob idololatriam, nunc & rationem affert, vt oſtendat culpabiliter ſe decepiſſe, & non inuincibiliter, argumentans à minori ad maius, ab effectu ad cauſam, cum ſi ex pulchritudine eſſendi, & potentia operãdi Deos creaturas effecerunt, quanto magis eorum debuerunt adorare creatorem; ſed ad ſingula.

Quorum ſi ſpecie delectati, &c. Cyprianus ſic legit, *quorum ſi propter ſpeciem hæc putauerunt, vel eſtimarunt*, ſcilicet Deos eſſe, de pulchritudine non mundi, vt vult Lorinus, ſed Solis, & Lunæ, & ſtellarum ſine dubio intelligendum cum Holkoth, cum, & ſi *opus mundi*, vt inquit Lactant. de ira Dei, c.10. *nihil poteſt eſſe nec diſpoſitius ad ordinem, nec aptius ad vtilitatem, nec ornatius ad pulchritudinem, nec maius ad molem*, tamen quod antiqui admirabantur orbis erat ſtellarum, ſolis, & lunæ, quorum delectationis peruerſitas in eo conſiſtebat, vt ad Deum eas non referebant; nam vt inquit Gloſ. *Delectari in ſpecie creaturæ propter Deum licitũ eſt, ſed delectari in creatura propter ſeipſam, non referendo ad Deum peruerſum eſt.* Quapropter non delectationem à nobis tollit Deus, ſed deordinationem in illa; hinc qui ordinatè in bonis huius vitæ lætantur, hi profectò ſunt, qui verè eis potiuntur, de qua re vide in 1.tom.hom.136.

Loriu. *Holkoth.* *Lactant.* *Gloſ.*

1. Delectatio de rebus ordinata ad finem vltimum qui eſt Deus licita.

Sciant quanto his dominator eorum ſpecioſior eſt, &c. Græc. *quanto horum dominus eſt melior*, Ianſenius affirmat, Cyprianum legere, *pretioſior*; argumentando enim ex creaturarum ſpecioſitate diuinam ſcire poterant Gentiles per analogiam quandam, creatoris, rectè Plato in ſimpoſ. affirmat, *ex pulchritudine omnium rerum creatarum pulchritudinem quandam admirabilem diuinæ naturæ de repente conſpici.* Vnde Dionyſ. c.7. de diuin. nominib. Deum affirmat conſpici ex ordinatiſſima creaturarum diſpoſitione omnium; ex illis enim vt diximus, ſi voluiſſent optimè creatoris admirandam potuiſſent elicere pulchritudinem, de qua re vide in 1.tom.hom.146. & Philon de opificio mundi, Scoliaſtem Nazianzen. Eliam oratione de Spiritu ſancto, & in Apolog. Auguſt. ſerm.143. de temp. & lib.10. Confeſſion. c.6. Ambroſ. lib.5. epiſt.11. vnde rectè canit Boëtius 3. de conſolat. Metro 9.

Ianſen. *Plato.* *Dionyſ.*

2. Pulchritudo Dei ex pulchritudine creaturarũ concipi poteſt.

Philo. *Elian.* *Auguſt.* *Ambroſ.* *Boëtius.*

Tu cuncta ſuperne
Ducis ab exemplo pulchrum, pulcherrimus ipſe,
Mundum mente gerens, ſimilique in imagine formans,

Ex cuius pulchritudinis amore plus piè orãs, quàm viuens, precabatur Plato in Phœdro ſic: *O Deus da mihi vt ſim pulcher in his quæ ſunt intrinſecus, extrinſecus autem, quæcunque ſint mihi amica iis quæ ſunt intrinſecus.* *Plato.*

Aut ſi virtutem, &c. Ex pulchritudine rerum, Dei cognoſcere poterant pulchritudinem, ſic etiam & earum virtute, Dei potentiam, & opera, Cyprianus paulò diſſentius legit lib. de exhort. Martyrum, c 1. & lib.3. ad Quirin c.59. *Aut ſi virtutes, & opera eorum mirati ſunt, intelligant ab ipſis, quoniam qui hæc conſtituit fortia, fortior eſt illis.*

3. Dei potentia cognoſcibilis fit ex creaturarum virtute.

A magnitudine enim ſpeciei, & creatura. LXX. *à magnitudine enim ſpeciei, ſiue pulchritudinis creaturarum.* In Complutenſ. & Regiis, *à magnitudine enim, & pulchritudine, & creaturis*, Aldina editio, *à magnitudine, &*

Ianſen. *Cantac.* *Chryſoſt.* *Gregor.* *ſpeciei, & creaturarum.* Ianſen. & Cantacuz. *à magnitudine enim, & ſpecie creaturarum.* Sic etiam legit Chryſoſt. hom. 4. in Geneſ. omnium proprior Greg. 26. Moral. c. 28 *per magnitudinem enim creaturæ, & ſpeciem.* Vbi per magnitudinem notandum vim accipiendam

Lorinus. operatiuam, vt rectè eam accipit Lorinus, per hanc enim ſicut per pulchritudinem, immo multo melius, Dei ſummam cognoſcere potuiſſent potentiam, cum hæc magis afficiat, denominétque creaturam, quàm pulchritudo, cum hæc quid ſit ei extrinſecum, illa verò magis intita, & interna, ac proinde illa vt plurimum vana, & caduca de qua re vide in 1. tom. hom. 131.

Gregor. *Chryſoſt.* *Clarius.* *Vatab.* *Cognoſcibiliter*, &c. Gregor. 26. Moral. c. 8. *intelligibiliter*, Chryſoſt. vbi ſup. *decenter*, Iſidorus Clarus, *ex proportione*, LXX. *per proportionem*, Vatab. *colatur is creator*, omnes vnum conſtituunt ſenſum, creatorem ſcilicet

4. Deum eſſe à poſteriori demonſtrari poteſt, & contrarium aſſerere eſt error.

per analogiam creaturarum ex ipſis cognoſci poſſe, argumentando ex effectu ad cauſam, ex qua ſapientis authoritate clarè deducitur, naturali ratione à poſteriori, & ex demonſtratione, quá vocant (quia) oſtendi poſſe Deum eſſe; de qua re vide Eugubin. lib. 1. 2. & 6. de perenni Philoſophia, qui multa congerit cõtra Atheos teſtimonia, Diu. Thom. 1. contra Gentes, c. 12. & Lorinus hîc, Vaſquez 1. 1. diſput. 20. c. 3. qui rectè affirmat inexcuſabiles eſſe huic opinioni in re tam graui nõ acquieſcentes; vnde merito contrariam errorem vocat D. Thom. vide etiam Perrerium in c. 1. epiſt. ad Rom. diſput. 16. Chryſoſt. hom 4. in Geneſ Gregor. lib. 26 Moral. c. 8. Auguſt. in expoſit. prop. ex epiſt. ad Rom. quæ opinio neſcio qua ratione à Catholicis negari poſſit viro, tantorum Patrum, & Scholaſticorum fulta authoritate, eo vel maxime cum contraria, ſternaciſſimorum ſit hæreticorum, vt Caluin. lib. (ſi Deo placet) de erroribus Pontificiorum, reprobans Catechiſmi Romani doctrinam, poſſe ſcilicet lumine naturali cognoſci Deum eſſe, & vnum eſſe, reprobus ipſe, qui in re probanda reprobauit, cum hæc veritas ſit Philoſophorum, Patrum, & Theologorum circumſepta authoritatibus, & ex illis vna ſit, quam, vt Ariſt. 1. topicorum c. 9. affir-

Ariſtot. mat, non oportet probare, ſed tantum contradicentem caſtigare; *Non oportet*, ait, *omne problema, & omnem poſitionem conſiderare, & qui dubitant vtrum oporteat Deos honorare, prius indigent*; ſic & qui negant à poſteriori probari poſſe, & naturali cognoſci lumine Deum eſſe.

Quæ hic de Dei ſpecioſitate dici poterant, diximus in 1. tom. hom. 146. quæ de potentia ſuprà multis in locis, & præcipuè hom. 28. 35. 55. & 39. nunc aliqua de eius delectatione.

HOMILIA LIII.

Vnica delectatio de Deo, non de creaturis.

Theages. ENimuero ſapienter Theages apud Maxim. in collectaneis, c. 58. ſic noſtram infirmam dixit naturam, vt ſine voluptate conſiſtere nequeat: *Non poſſe*, inquit, *vel laboribus inſiſtere, vel à voluptate deſiſtere peculiaris infirmitas eſt portionis demtaxat irrationalis animæ.* Ex quo illi neceſſaria, ſine qua ſiſtere nequit, ex qua parte, ſcilicet quatenus naturam ſubleuat, bona, cuius indicium, quia ab omnibus appetitur, qua ratione eius probat Ariſtot. bonitatem, vnde lib. 7 Ethicorum ad Nichom. c. 13. voluptatem, ſeu delectationem ex eo ait: quod *omnes, & beſtiæ, & homines ſequuntur eſſe quodammodo optimum iudicant.* Hinc nullus felix abſque voluptate concludit ipſemet; at difficultas in eo, ſeu error, quia cum non omnes voluptates ſint bonæ, licet voluptas ſecundum ſe bona, miſeri homines eam ſequuntur, quæ nec nomen voluptatis meretur, eam reſpuunt, quæ vnicæ, carnalem amplectuntur, ſpiritualem repudiant, & ob carnalem infelices Deum verum deſerũt, ad Deos recurrentes falſos, cuius vnica rei ratio, quia vt noſter inquit Sapiens, *ſpecie delectari* creaturarum, non vltra progredientes, quia ab ipſis delectationẽ aucupabãtur Deos fecerant infelices; nam ſi delectatio cordi tãtum illis erat, cur fontem reſpuentes, ad fœtidos ſe conuerterunt riuulos, ex quibus nulla vera voluptas? Duo ergo nobis in hoc probanda diſcurſu, voluptatem humanam, corporalem, carnalem, falſam, floccidam, nulliuſque penſus, & quæ potius dolorem inferat, quàm delectationem. Econtra verò quod erit ſecundum, diuina ſola vera, viuida, vitalis, perennis.

1. Sine delectatione natura ſiſtere non poteſt.

Ariſtot.

2. Vnde bonã eſſe probatur.

Quod vt planum fiat, à carnalibus, ſeu corporalibus incipiendo delectationibus, doctrina ſupponenda eſt Ariſt. vbi ſup. abſolutè ſcilicet corporales delectationes nõ eſſe bonas. Vnde rectè Philo, lib. legis Allegoriarum, ideo affirmat nõ expectata defenſione Deum ſerpentem maledixiſſe, quia figuram geſtabat voluptatis, *Quam execratur Deus*, ait, *vtpote nullum ſemen virtutis in ſe habentem, ſed ſẽper & vbique ſceleſtam, atque reprehenſibilem*; at verò per accidens affirmat Ariſt. aliquando bonas, ſcilicet quando ſunt medicina triſtitiæ, & quando exceſſum non retinent. Ex prima autem ratione ipſe illam colligit, quaſi ſcilicet ipſæ ab hominibus magis appetantur, quàm ſpirituales, quæ abſolutè bonæ, quia cum homo in perpetuo ſit labore, ac proinde triſtitia, ſit vt ſemper ſenſibiles delectationes expetat, vt triſtitiam excludat, *Etenim*, ait, *multis triſte propter naturam, ſemper enim laborat animal*, quod probat multiformiter, primo in ipſo videre, & audire, in quibus quaſi hoc non apparet, cuius ſignum, quia indigent animalia ſomno ob organorum defatigationem, ſed ſi triſtitiam non percipimus hoc ex habitu, & conſuetudine fit, *videre, & audire eſt triſte, ſed ea aſſueti ſumus*; ſecundò probat in iuuenibus, dans rationem quare efficacius iſti delectationes proſequantur, & affirmat propter defatigationem ſpiritus ad augmentationem, ob quam ſic patiuntur ac vinolenti ob ſpiritus multiplicitatem; *Similiter autem, & in iuuentute quidem propter augmentationem, quemadmodũ vinolenti diſponuntur, & delectabile vinentis.* Tertiò id probat in melancholicis, qui cũ triſtitia maximè afficiantur ex atra bile, ideo amplius delectationes requirunt,

Ariſt.

3. Voluptas carnalis abſolutè & ex ſe non eſt bona, ſed tantum per accidens.

Philo.

4. Quare ab hominibus amplius appetitur, quã ſpiritualis.

5. Vita humana in continuo eſt labore.

Digitized by Google

ex quo diſcurſu ipſe tãdem elicit ideo amplius corporales delectationes appetibiles ab hominibus, quàm ſpirituales, quia illæ contrarium expellunt, nempe triſtitiam, non autem ſpirituales, cum vt rectè D. Thom. ibi, *delectationi intellectuali, quæ eſt in conſiderando non contrariatur aliqua triſtitia*, cuius ratio, quia *non conſiſtunt in fieri, ſed in facto eſſe*. Quid ergo ex hoc? vnum, ſumma ſcilicet delectationum corporalium miſeria: nam vt adſit neceſſario ſupponenda eſt triſtitia, quam expellant, vbi delectatio potus ſi non ſitis? vbi cibi ſi non fames? vbi quietis ſi non defatigatio? immo vt rectè idẽ, qui nullas alias agnoſcunt delectationes præter has ſenſibiles, triſtitiam præparant, vt delectationem hauriant; *Adhuc proſecutæ ſunt*, ait, *propter vehemẽtes, à nõ potentibus aliis gaudere, ipſi igitur ſibi ipſis ſitim quandam præparant*. Quod explicans Sanctus Doctor, ſic ait: *dicit, quod quia corporales delectationes ſunt vehementes, quæruntur ab his, qui non poſſunt aliis delectationibus gaudere, ſcilicet ab hominibus, qui ſolum ſenſibilibus inhærent, & delectationes intellectuales non percipiunt, & inde eſt, quod tales homines præparãt ſibi ipſis quandam ſitim talium delectationum, dum ſcilicet ſponte ſeipſos incitant ad eorum concupiſcentiam, ſicut dictum eſt de illis, qui comedunt ſalita, vt concupiſcant potum*. Ergo infelix homo, ſponte neceſſarium tibi quod miſer fias, vt delectationem, quam expetis hautias, & tui ipſius ſis carnifex ſitiendo, fameſcendo, laborando, abſtinendo vt ſenſus percipias delectationis; quæ maior miſeria?

S. Thom.

6. Delectatio corporalis triſtitiã ſupponit, adhoc vt delectare poſſit, in qua ſumma eius miſeria

Idem.

Nec hoc ſufficit: nam ſi quando poſt rem concupitam delectabilem ſemper ipſa delectaret, aliquale eſſet bonum, ſed nec hoc in ſe obtinet: nam vt idem ait Ariſt. *non ſemper autem, nullum delectabile idem*; cuius rei duas affert rationes; Prima, ob naturam noſtram non ſimplicem, ſed compoſitam, ex vno in aliud tranſmutabilem, in quantum ſubiacet corruptioni. Vnde quod modo ſecundum vnam placet diſpoſitionem, paulò poſt ſecundum aliam diſplicebit, placet cibus quia venter vacuus, paulò poſt hoc repleto ſtomacha bitur, & quo ad immutationem magis accedit ſenſus, eo obiectum diſplicebit delectabile; ſecunda autem, quia *mutatio omnium naturarum dulciſſimum*, quod euenit vt ipſe ait, ob prauitatem naturæ, eiuſque defectum neſcientis in vno conſiſtere. Ergo amice poſt deſudatos labores, poſt immenſas defatigationes poſt annorum curricula, ob illam laboras delectationem, ſiue voluptatem, ob illud delectabile obiectum, quod adeptum ſuapte natura, ſine alia extrinſeca vi, ex tuiſmet naturalibus principiis, tibi deſinet eſſe delectabile, immo odioſum, immo pœnale; enimuero ſic ſpecioſiſſima remanſit Thamar poſt, ac ante cum Ammone concubitum, 2. Reg. 13. & poſt illum tamen n. 15 *Exoſam eam habuit odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium, quo oderat eam, amore quo ante dilexerat*. Vnde ergo tantum odium poſt vnum tantum concubitum, tanto præcedente amore rectè petit Abulenſ. hîc quæſt. 5 qui à magnitudine odij motus affirmat illud non naturaliter, ſed à Deo euenîſſe; *In quo*, ait, *cognoſcenda eſt manifeſtè Dei iuſta punitio, vt ad illum amorem, qui excellenter irrationabilis eſt exceſſiuum odium conſequatur, vt ſic pœna detur per oppoſita*. Sed quid neceſſe ad ſupernaturale cauſas recurrere, cum naturales adſint, intra ſe miſer materiam odij ingentem tenebat; nam mutata diſpoſitione, horrenda quæ à concupiſcentia cæcus non conſideraret aſpexit. *Ita ſe habet peccatum*, ait Chryſ. hom. 46. in Geneſ. *vt quando conſummatum eſt, & opere perfectum, tunc ſuæ ſordidatis oſtendit excellentiam*, vnde Auguſt. illud, 1. Reg. 14. *& illuminati ſunt oculi Ionathæ guſtato melle*; ſic explicat non ad videndum, *quia iam non videbat, ſed ad diſcernendum, quia vetitũ tetigerat, vnde & confundebatur* Ergo à ſatietate verberatus, & à triſtitia abſorptus abhorruit quod concupiuit, odioſam nimis habuit, quam nimis dilexerat. *Cur adoleſcentuli cum primo concumbere incipiunt, cum fuerint congreſſi eos re peracta odio habeant*, petit Ariſt. probl. ſect. 4. quæſt 11. & reſpondet; *An quod mutatio ſumma extiterit, ſequentis triſtitiæ memores, eam fugiunt tanquam fontem ad quam ſe applicuerunt*; Egregiè, fugiunt tanquam fontem, effectricémque ſummæ quam patiuntur triſtitiæ. Ergo ſi expreſsè, quid humana ſit voluptas ſcire appetis, dicam dolorum mater, progenitrix triſtitiæ.

Ariſt.

11. Adoleſcentes in primo cõcubitu cur mulierem abhorreant poſt illum.

Deuotè ſatis Suſanna ſanctiſſima, Daniel. 13. n. 22. *ſi enim hoc egero mors mihi eſt*, vnde mors? immo ſi non egiſſet, ex quo ipſa infrà, *ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras*. Sanctus Hieron. de morte corporali adulteræ debita intelligit, proprius alij de morte peccati, & dolore inde prouenientis, ſemper animum cruciante, diuellente, ac terente, vnde Dauid poſt Berſabeæ concubitum, Pſal. 37. n. 18. clamat, *& dolor meus in conſpectu meo ſemper*, quod de dolore peccati intelligunt multi, ex illicitu congreſſu. Vnde Iſaias 59. n. 5. *cõceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem*, & Pſal. 7. n 15. *Ecce parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem*, vbi pro dolore humana intelligitur delectatio, quæ per concupiſcentiam in animo fota parturit iniuſtitiam, ipſamque iniquitatem, ac proinde ſummos cruciatus; vnde Chryſoſt. hom. 3. de verbis Iſaiæ 6. *Vidi Dominum, non ſpectes*, ait, *temporariam illam voluptatem, ſed perpetuum dolorem conſidera qui naſcitur ex concupiſcentia: nam illa inflicto vulnere, plerumque celeriter anolat; at vulnus non anolat, ſed plerumque mactat, & interficit*. Pondero illa. *qui naſcitur ex concupiſcentia*, quæ ſi mater, neceſſario & virum obtinere debet, cum quo ergo nupſit? an cum animo, quis pronubus? delectatio quippe. Ergo nuptus animus per delectationem cum concupiſcentia non peperit gaudiũ, ſed dolorem; vt hinc videas quo delectationis humanæ inſidiæ tendant; *Vidit igitur mulier*, ſanctus ait Scriptur Geneſ. 3. n. 6. *quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectúque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit*; Signa verba, & reperies amplius à pulchritudine à delectatione Eua decepta, quàm ab ipſo dæmone, vidit pulchrum, perſenſit delectationem, innupſit cum concupiſcentia: hinc peperit mortem, & ſibi, & vito, quod ſemel illi, quotidie nobis rectè

Daniel, 13. n. 22.

Hieron.

12. Delectatio corporalis mortem, & mortis parit dolores.

Chryſoſt.

10. Poſt peccatum patratum vnde tantum homines dolent.

Ariſt.

7. Delectatio eadem cur ſemel concupita non amplius delectat.

8. Mutatio in rerũ natura omniũ dulciſſima res, & cur.

2. Reg. 13.

9. Ammõ cur Thamar ſic illico exoſã habuit.

Digitized by Google

Cyril. Alex.

Cyrillus Alexand.lib.1. de adoratione. *Quod erraſſe, & ſenſibiliter in Adamo vſu veniſſe videtur, hoc in vnoquoque noſtrum ſpiritualiter, ac latenter accidere quis deprehendat, voluptas enim affulgens præſtigiis ſuis mentem faſcinat, atque compellit, vt diuinæ legis tranſgreſſiones nihil faciamus:* nam vt ipſe ait: *Mulier figura eſt voluptatis, blanditiis porrò voluptatum illectus animus frequenter ad id quod minimè volebat, dilabitur.* Cur ad id quod minime volebat? quia faſcinatus blanditiis voluptatis, non quod vult bonum, ſed quod non vult malum proſequitur; mentiar ſi dempta ſemel voluptate, amplius erit peccatum; hæc enim blanditiis, aſſentationibus, dulcibus captionibus, ſic animum allectit, attrahit, impellit, vt ſæpe cum concupiſcentia connubat, & ſi obiectum concupiſcentiæ non percipiat, ad inſtar illorum, qui nubunt non viſa vxore, quæ turpis, relatione, ac negotiatione, immo & ſuaſione faſcinati pronubam, plorantes poſt experientiam, quod ſic ante illam concupierunt, inde malum, quia non ex viſu, ſed ex auditu faſcinati à delectatione, nupſerunt.

13. Efficit vt animus ſequatur quod minus vult.

Attende, *vidit*, inquit ſcriptura, *mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum*, viſus de coloribus diiudicat non de ſaporibus; vnde ergo ex viſu bonitatem hauſit? ſanè ex ſuaſione delectationis, bonum iudicauit, & ſi non experta; hinc cum concupiſcentia connupſit, quam adhuc ignorabat, miſeri mortales quoties hoc experiuntur, & præſtigiis voluptatis faſcinati pro concupiſcentia, quam adhuc neſciunt an conueniens, an apta, an bona, an delectabilis, depereunt; Iacob cui ſeptem anni extremi labores præ magnitudine amoris pauci videbantur, Geneſ.29. n.20. concubuit ignorãs cum qua; nam *facto mane vidit Liam*, vnde pluſquàm dici poteſt excandeſcens Labano ait: *cur impoſuiſti mihi?* mirum vt ſic decipi poſſet, vir alioquin prudens in tanto nuptiarum apparatu, tumultu, ſplendore, Chryſoſt.16. ad honeſtatem nuptiarum illud refert in quibus tunc, *nec lampades, nec chorea, & faces, nec ſathanica pompa*, ait, Chriſtianarum nuptiarum laſciuiam perſtringens, & merito; ſed cur ad vocem, vel ad tactum eam non cognouit? reſpondet Lippom. quia honeſtus vir, *in vxore ſua blanditias meretricias in tactibus, & verbis non quæſierit, ſed magis ea vſus ſit in caſtitate maritali*; quid ad hæc Chriſtiani, qui vt pellices mulieres habent? Ioſephus, *vino, & tenebris fallentibus*, illud tribuit; Lira deuotioni Iacob, putans orationi vacaſſe illa nocte, ſed immerito, & ab Abulenſi rectè redargutus quæſt.9. mea ſententia, non tantum à tenebris, aut à vino, quantum à rei concupitæ delectatione deceptus, qua faſcinatus, & penè extra ſe factus, nec attendit vocem, nec perſenſit tactum, nec animaduertit perſonã, non tantum cum Lia, quantum cum ſua concupiſcentia innuptus, & ſi honeſtiſſimè ſanctiſſimus vir; ergo deceptus à delectatione concubuit non attendens cum qua, plorans poſtea, & excandeſcens, concupiſcentiæ bonum diiudicans non ex viſu, ſed auditu, ſic deceptus ac Eua à delectatione; vnde egregiè Ambroſ. factum Euæ reprehendens conſulens ait: *Infirma author indicij, qua de eo quod non guſtauerat, indicabat, & ideo non facile, niſi quod diligentius pertractauerimus, quod interiore probauerimus affectu, videtur ad opus aliquid eſſe aſſumendum*, niſi dolore excandeſcere velimus. Attende nunc, qualis fuiſſet Iacobi non ſolum dolor, ſed dicam veſania, ſi dum pro Rachele tantis latis laboribus, Liam cerneret, abſque Rachelis ſpe, Labanúſque ei dixiſſet alteri iam eam dediſſe; nunquid non præ dolore deficeret? ſicut & ſæpe deficiunt, qui ſimiliter ab humana faſcinati delectatione poſt patratum peccatum dolent, languent.

14. A voluptate decipiuntur miſeri homines.

Geneſ.29. n.20.

15. Iacob cur non cognouit Liam.

16. Nuptiæ antiquitus quanta honeſtate celebrabantur.

17. Quãta mariti vxores tractabant. *Ioſeph. Liran.*

18. Ad electionem alicuius boni expetentiæ ſtandum non præſũptioni, niſi decipi velimus.

In qua re, & illud adnotandum in hac concupiſcentiæ parturitione, vt quia mala obſtetricante delectatione, ipſa peperit præter id quod naturale in ſuo eueniat partu, Ioan.16. n.21. *Mulier cum parit triſtitiam habet*, ait Dominus, *quia venit hora eius, cum autem peperit non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum.* Ergo triſtitia tantũ in parturitione, in naturalibus cõceptibus gaudium poſt natiuitatem; at è contra in carnali concupiſcentia, in conceptione, ac partu gaudium, poſt partum dolor, & triſtitia; profectò innaturale hoc, quod obſeruauit Chryſoſt. hom.64. in Geneſ. ſic loquens, *Huiuſmodi enim res eſt peccatum poſtquam factum, atque omnino abſolutum eſt, tunc dolores excitat anima, quæ ipſum peperit, modo legibus noſtræ natiuitatis contrarius, etenim nos ſimul, ac nati ſumus dolores ſolimus, illud vero quàm primum eſt natum mentem, quæ ipſum peperit doloribus diſrumpit.* Vnde talis contrarietas? ſanè ex verbis Domini ratio ipſa aperitur, *non meminit preſſuræ*, ait Dominus, *quia natus eſt homo in mundum*, hoc eſt vt inquit Toletus hic, *qui matri ſit auxilio, & honori, & poſteritatis ſit cauſa.* Ergo gaudet quia peperit ſibi, ſenectutis baculum, vitæ comitem, ſolamen in anguſtiis, in tribulationibus adiutorium; at qui ex delectatione concipit humana, cum non concipiat niſi dolorem, fit vt poſt partum ſemper doleat, quia non natus eſt ei homo, ſed peccatum, quod eſt dicere perſecutor, inimicus carnifex; hinc & perpetuus dolor, vt inde videas quàm furilis, quàm deceptrix voluptas ſit humana.

Ioan.16. n.21.

19. Peccatipastus triſtis, licet conceptus fuit delectabilis.

Chryſoſt.

Toletus.

20. Vnde illud euenit.

Ex quo euenit (quod valde velim notes) vt qui amicitias ex fœda coniunxerunt concupiſcentia cum delectatione incipiant, ſed cum dolore finiant, ab amore auſpicatè, in odium tandem reſoluuntur ferè ſemper, odiúmque mortale, exempla apud prophanos plus ſatis, vna tamen Semiramis non vnum nobis reliquit exẽplum, quæ amatores ſuos, & in his filium, quibus aſſueuerat multo, quã pudicam, & honeſtam duceret intemperantius, mutato animo omnes interfecit, Diodorus Sic.lib.3. de rebus antiquis, ſic vt verè dixerit Seneca, lib.6. de beneficiis, c.25. *ferè idẽ eſt exitus odij, & amoris inſani*, quod egregiè Philo retractans Carparius in Cantic. ſuper illa verba: *Oſculetur me*, ſic de talibus amicitiis fatur: *horum omnium pernicioſiſſima eſt amicitia, atque tetrrima, hi enim letalis aſtro voluptatis capti, ſibimet crudeliſſimi fiunt inimici, omniſque talis amor, & amicitia in ſempiternas ipſis vertetur inimicitias, odiúmque peſtiferum.* Quod quidem, & ſi ipſe ad iuſtum Dei referat

21. Amicitiæ carnalescer ferè ſemper in odiũ definant.

Diodor. Sicul.

Senec.

Phil. Carpat.

Digitized by Google

iudicium, illud ordinans, tamen ipſamet ratio hoc ſic ſuadet, vt impoſſibile quaſi non videatur tales amicitias, ſemper in horrendas non deſinere inimicitias: nam cum amorem non honeſtas, ſed voluptas reconciliauit, qua durante mutuis ſe obſtrinxerunt beneficiis, perpetuámque ex ſe petentibus gratitudinẽ, fit vt ceſſante voluptate ceſſet & amor, ipſaque deferueſcat voluntas, ac per conſequens & gratitudo; hinc odium, & rancor ex ingratitudine, quæ cum vitium ſit ipſi naturæ horrendum, cuius ſignum ſicut optimè diſcurrens Franciſcus Pethrarc. Dialog. 28. ait: quia ipſa ſola ob omnibus inter vitia vituperatur, cum & reliqua apud aliquos, & nomina adipiſcantur virtutum, aliqui in voluptate virtutis hoſte bonum poſuerunt, aliqui luxuriã, & incontinentiam pro Dea habuerunt, aliqui otium fortitudini pœponentes pattem Philoſophiæ eum fecerunt, aliqui ipſum mendacium ſcitum dixerunt acutum, culmẽque ingenij, Mercuriique filiũ; *At nemo vnquã*, ſcitè ait Petrarch. *non vituperabit* ingratitudinem, *ſit fur, ſit ſicarius ſit proditor, ſit ingratus, vitium ſuum excuſare non audebit, ſed negare.* Hinc cum naturæ vitium horrendum, ſit vt naturaliter ex illa odia prodeant, ac proinde inimitiæ eo crudiores, quo beneficia maiora, quo ingratitudo maior; vnde cum ſemper ſimiles amicitiæ in ingratitudinem terminentur, fit per conſequens vt in æternas etiã inimicitias, æternas rixas, ac ſimultates, ſic vt nulla maior pœna, nullum Deus maius inferat ſupplicium quam poteſtati tradere, dilectum dilectæ, ac vice contra. Vnde Ezechiel. 25. n. 13. quaſi vltimum populo interminans malum ait: *Propterea tradidi eam in manus amatorum ſuorum, ſuper quorum inſaniuit libidine, ipſi diſco operuerunt ignominiam eius, & filios, & filias tulerunt, & ipſam occiderunt gladio.* En delectationis humanæ finis, fructus, effectus, nónne merito futilem, inanem deluſoriam eam dixeris?

Petrarch. 22. Ingratitudo vitium naturæ ipſi horrẽdum, & cur.

Ezech. 15. n. 13.

§. II.

De delectatione diuina.

23. Delectatio diuina hominis propria.

AT conſidera nunc diuinam, & aſpicies quàm illa ſola ſit vera, quàm illa ſola propriè voluptas, ad quod demonſtrandum illud in primis facit, quod hæc ſola ſit hominis, carnalis autem pecudum beſtiarum; *Cum homo*, ait Seneca lib. 3. quæſtionum naturalium, *diuina contemplatur, alitur, creſcit, & hoc habet argumentum diuinitatis ſuæ, quod illud diuina delectant, nec vt alienis intereſt, ſed vt ſuis.* Pende hæc extrema, in diuinis enim delectationibus homo adeſt vt familiaris, non vt extraneus, tanquam in ſuis, nó tanquam in alienis, hinc tanquam de propriis gaudet, non de mendicatis, intrinſecè, non extrinſecè, intus, medullitus, dulcedine perfuſus, non exterius tantum linitus. *Amo quandam lucem*, ait Auguſt. lib. 10. confeſſ. c. 6. de Deo loquens, eiuſque fruitione, *& quandam vocem, & quendam odorem, & quendam cibum amplexu interioris hominis mei, vbi fulget anima, quod non capit locus, vbi ſonat, quod non rapit tempus, olet quod non ſpargit flatus, ſapit quod non minuit edacitas, haret quod non diuellit, hoc eſt quod amo, cum Deum meum amo.* Pondero illa, *ſapit, quod non minuit edacitas*, ſic enim diuinæ delectationes ſapiunt, vt nunquam faſtidiant, ſicut carnales, cuius ratio, quia cum intus ſint in anima omnino prorſus ex ſe non ex accidenti vt carnales ſunt iucundiſſimæ, nunquam faſtidientes & ſi ſint eædem, cuius rationem excellentiſſimè tradit Ariſt. lib. 7. Ethicorum, c. 13. nam ſicut natura noſtra, quia compoſita ex variis Diſpoſitionibus, ideo nũquam vna, & eadem voluptas illi complacere poteſt ſicut ſuprà diximus, ſic è contra eò quod natura ad ſimplicitatem reducitur, eo voluptas erit iucunda, ac proinde ſemper delectabit, licet ſit eadem. Ex quo ipſe infert, Deum ſemper, & ſimpliciſſima frui voluptate, quia natura ſimplex; *Quod ſi alicuius natura ſit ſimplex; ſemper eadem operatio*, ait, *iucundiſſima erit, ideirco Deus ſemper ſimplicique gaudet voluptate.* Quæ verba declarans ſanctus Doctor ſic ait: dicit, *quod ſi natura alicuius rei delectantis eſſet ſimplex, & immutabilis, eadem actio eſſet ſibi delectabiliſſima, puta ſi homo eſſet ſolum intellectus, ſemper in contemplando delectaretur, & inde eſt quia Deus eſt ſimplex, & immutabilis, ſemper gaudet vna, & ſimplici delectatione, quam ſcilicet habet in contemplatione ſui ipſius.* Delectationes ergo Dei cum ſint animæ, non corporis, ac proinde naturæ ſimplicis, non compoſitæ, fit profecto, vt ſint iucundiſſimæ, & ſemper delectent, ac proinde nunquam faſtidiant, immo nec exſatient, quod eſt illud Auguſt. *ſapit quod non minuit edacitas*, & ſic ſuprà carnales ſe eleuent, vt earum iucunditati, *comparata omnis aliunde incunditas mœror ſit, omnis ſuauitas dolor, omne dulce amarum, decorum omne fœtidum, omne poſtremo quodcumque aliud delectare poſſit moleſtum*, deuotiſſimè ait Bernard. epiſt. 114.

24. Delectationes ſpirituales & ſi eædem cur ſemper delectent. *Ariſt.*

Bernard. 25. Omnẽ abſorbent ſenſum doloris corporalis.

Hinc cum ſic ſuper excellentiſſimæ tales ſint delectationes, euenit, vt ira totius animæ abſorbeant ſenſum, vt ex redundantia illius dulcedinis ipſa perfuſa caro, ſic aliquando extra ſe fiat, vt non ſolum nullum ſentiat, ſed nec ordinariè loquendo poſſit ſentire dolorem, quod proprium diuinarum eſt conſolationum, & non humanarum, quæ ex ſe ſic ſunt floccidæ, vt & ſimul omnes conglobatas quantas in vnum repoſueris hominem, vna ſeus tantum punctione eas tollet, & auferet; at diuinæ, & ſi minutatim corpus incidas; hinc Paulus verè non fictæ, admonet vt ſemper gaudeamus, ad Philipp. 4. n. 4. *Gaudete in Domino ſemper*, quod ne videretur hyperbolicè dictum, *Iterum*, ait, *dico gaudete*, quæ verba ſecundum ſenſum intellecta Chryſoſtomi, & Theophylacti magnam ingerunt difficultatem; aiunt enim quod ly *in Domino*, idem ſonat, *ac in afflictionibus propter fidem, & Dominum toleratis.* Ergo non ſolum Paulus vult vt ſemper gaudeamus propter fidem, ac ſpem ex Domini gloria nobis promiſſa, ſed etiam ex tribulationibus, quod equidem prorſus videtur difficile, ne dicam impoſſibile; quomodo ergo verum? ſanè reſpondet Baſil. hom. 29. ex variis, quæ eſt de gratiarum actione, quando homo ſic in Chriſto viuit, *Acſi ſummo illi bonorum faſtigio mutua cohæreſceret*

Ad Philipp. 4. n. 4. *Chryſoſt.* *Theophylact.*

26. Quomodo poſſibile vt in tribulationibus ſẽper gaudeamus.

Baſil.

Digitized by Google

resceret vnione, per quam nullo pacto intemperies carnis quamlibet interturbantibus assentiretur, sed & si minutatim concisa caro fuerit continua istius vnionis in affectu permaneat, cum rei tristitiam ingerentis partitio, non queat pertingere ad intellectibilem vsque anima portionem. Egregiè, ex Christi vnionis voluptate talis efficitur sensus animæ, vt si minutatim caro partiatur, sensibilis huius dolor non solum non accedat, sed nec possit (quod notandum) ad intellectibilem animæ portionem, illam ab arcta Christi vnione reuocando, aut summam illam voluptatem intercidendo; quin immo amplius sanctissimus se extendens pater, vti expertus affirmat, quod vis supernæ delectationis tantum abest, vt superuenientibus reuocetur tristitiis, quin-
B immo in suam eas conuertet efficacitate qua pollet lætitiam. Vnde paulò post sic sanctissimus eloquens pater ait: *Anima quæ semel se modis omnibus desiderio astringit sui conditoris, iámque insuenit oblectare se tanta illius pulchritudinis contemplatione, prorsus non finit vehemens illud gaudium, animique sui incundissimam diffusionem intercipi, aut immutari, per multiplicem, & succidaneam carnalium affectionum mutationem, quin expetius, qua alias mœrorem afferunt, & tristitiam in cumulum sibi vertet, & accessionem lætitiæ,* & ne hoc quasi emphaticè dictum aliquis existimaret, probat Apostoli exemplo, dum de se eloquens affirmat. quod sibi complaceret *in infirmitatibus, in tribulationibus, in persecutionibus, in necessitatibus.* Quæ res profecto si rectè expendatur, quanta diuinarum sit consolationum non solum vis elucebit, sed quanto infinito inter se distent humana à diuinis interuallo perfectè cognoscetur, dum si attentè expendas, minima tristitia eas omnes conturbat, sic vt prorsus euanescant, immo & quod in se eas conuertat; non sic diuinæ, non enim solum summæ eas impedire non possunt tristitias, doloresque; sed qua pollent efficacitate, easdem in summa gaudia inuertant tristitias; immo amplius quod hic considerandum; nam ad hoc vt tristitiam humana expellat delectatio non quælibet sufficit, sed vehemens vt ait Arist. vbi suprà; nam vt
D rectè ibi Diu. Thom. *Non enim qualicumque delectatione* (verba eius) *tristitia tollitur, sed vehementi: nam ex hoc quod corporales delectationes sunt medicinæ contra tristitiam, videntur esse vehementes, quia mensurantur non solum ex sui natura, sed etiam ex contrario quod expellunt.* Hinc ad tristitiam expellendam duo illis necessaria; primò vt ex se delectent; secundò vt sint maiores, quàm ipsa tristitia, ac proinde vehementes, & vt sic dicam, magnæ molis; è contra verò in diuinis ad infinitam prope modum expellendam tristitiam, ad infinitos dolores, dicam ad non solum corporales, sed infernales extinguendos cruciatus, vna tantum gutta sufficit, vna solum modo stilla, quod auarus ille callens dives, Luc. 16 n.24. & si in tormentis infernalibus, non mare, non flumen petiit aquarum, sed tantum stillam, *Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret lin-*
A *guam meam, quia crucior in hac flamma;* Pende flammam, quæ magnum denotat ignem, pende cruciatus, qui ingentes, pende locum, qui infernus, & admirare, vt vnam tantum aquæ guttam æstimaret potentem ad illum refrigerandum. Sanè impossibile si de materiali intellexisset aqua, ac de corporali voluptate; at quia de spirituali, & diuina secúdum Augustinum de quæstionib. Euang lib.2.c 38. ante medium, tom.4. vbi sic: *Extremum autem digiti vel minimam operationem significat, qua per Spiritum sanctum subuenitur;* ideo rectè iudicauit infelix, dum si vnam tantum non dico prælibasset, sed attigisset guttulam, certissimè omnes illas extinxisset flammas, & si infernales, omnes dolores & si gehennales; vn-
B de eleganter Chrysost. ad præcitatum Pauli locum, omnes mundi tristitias, simul positas diuinæ comparans delectationi, scintillam vnam appellat in vasto immersam mari, vnde ait: *In Domino gaudens ex accidente nullo hac voluptate excidere potest, alia nempe cuncta in quibus gaudemus mutabilia sunt, nec tantam nobis afferunt voluptatem, vt ex aliis nascentem tristitiam expellant, & obumbrent, Dei vero timor hac habet vtraque, stabilis enim est, & immotus, atque tantam emittit lætitiam, vt nullus nos aliorum malorum sensus capiat,* cuius rationem assignans sequens fatur: *Deum enim timens, & in ipso confidens voluptatis radicem lucratus est, & omnem habet lætitiæ fontem; & sicut in immensum mare decidens scintilla breui facile extinguitur, sic quantacumque Deum timenti illidantur velut in vastum lætitiæ pelagus incidentia extinguuntur, atque perduntur.* Pende singula, & præcipuè similitudinem; delitiæ enim spirituales secundum Chrysost. immensum sunt mare, omnes
C tribulationes scintillæ, quid istæ ad illud? absorbentur? sic equidem, & tribulationes à voluptate animæ; vnde & si corporales dolores ob tristitiam aliquando extra se ducunt hominem, hoc quippe cum carnali efficiunt, non spirituali; nam hic à Christo veluti incantatus contra illas existit, qui rectissimè ab Ambros. lib.4. Exam. c.8. Ecclesiæ incantator appellatur, suis incantationibus, corporalium rerum mœstitias, ac persecutiones superans. Vnde de Ecclesia eiusque membris eloquens, sic ait: *Multi tentant Ecclesiam,* persecutionibus scilicet, *sed magicæ artis ei carmina nocere non possunt; nihil enim incantatores valent, vbi Christi canticum quotidie decantatur, habet Ecclesia incantatorem suum Dominum Iesum, per quem Magorum incantantium carmina, & serpentum venena enecuauit.*

Quid immo? sic ingentes sunt ex se, humanúmque superantes cor, vt sicut corporales nullo modo illud explere possunt, sic è contra diuinarum vnam tantú stillam nec totus ipse mundus quantus quantus sustinere potest; de cordis ad res humanas amplitudine, vnus tibi sufficiat Alexander, qui Dario, vt refert Curtius, proponenti vt amicè inuicem mundum repartirentur, audacter respondet, insufficientem illum ad duo; ergo paruus mundus totus Alexandro, plorans dum plures

27. Diuinæ delectationes humanam tristitiam sic absorbet, vt eam in se conuertant.

28. Voluptas diuina quãtum ab humana differat in delectando.

Aristot. *S. Thom.*

29. Eius stilla sufficiens ad ignes extinguendos infernales. *Luc.16. v.24.*

30. Tota humana illi comparata nõ amplius quàm stilla respectu Oceani.

31. Homines temporales à Christo incantantur diuersis voluptatibus. *Ambros.*

32. Vna stilla spiritualis voluptatis totum sufficit replere mundum. *Curtius.*

mundos esse audiuit, sic vastum cor est hominis, sic si respectu humanarum eum consideres immensæ capacitatis; At confer nunc ad diuina, & ne crepet vt sic dicam, statim in principio, audit admonentem Spiritum sanctum per os Dauid, Psal.80. n.11. *Dilata os tuum, & implebo illud*, cur non aperi, sed dilata? sanè, quia si tantum aperiret, & non dilataret, præ pondere, præ dulcedine, præ delectatione creparet, præclarè ad rem Ricardus Victorinus sermone de Spiritu sancto, *Audacter affirmo*, ait, *quod sola vna huius mellis stilla potest quod totus mundus non potest, cor quidem copia mundi non satiat, vna huius dulcedinis gutta plene inebriat*; cuius rationem reddens subdit; *parua quædam buccella esse videtur, qua in illud interioris hominis os iniecta penitus implere non valet, immopenè non comparet, sed si ad illam internam, & supernam dulcedinem inhiat, si ad veram spiritus suauitatem suspiras, audi quid tibi diuinitus præcipitur, dilata os tuum, & implebo illud.* Egregiè, totus mundus cum totis suis voluptatibus, ac delitiis, extende quantumuis considerationem, amplia illas, & ad reales adde imaginarias, totæ non sunt amplius quam parua buccella, vna sorbitiuncula. Vnde ineptè Ammon, 2. Reg.15. n.6. vt ingentem, & nefandum expleret amorem, duas sorbitiunculas petit, *Veniat Thamar soror mea vt faciat in oculis meis, duas sorbitiunculas, & cibum capiam de manu eius.* Miser, experientia enim didicit, vnam tantum superesse, ad fastidium tamen generandum, non explementum; quod inde patet: nam ex carnali delectatione, transit illico ad gulosas, inebrians se, ac si non peccasset; ob quod iusto Dei iudicio occisus, vt vult Angelom. apud Glossam. omnes ergo mundi deliciæ vna tantum sunt buccella. Vnde egregiè Attalus apud Senec. epist. 110. *Contempsi diuitias*, dixit, *non quia superuacua, sed quia pusilla sunt.* Quod & similiter de cæteris mundi bonis dici potest, contemnenda quia pusilla, adde & transitoria; nam *dum placent transeunt*, vt ibi inquit Seneca, *ostenduntur, non possidentur.* Egregiè, visu percipiuntur, non manu tenentur, sic inanes, ac breues; quod considerans idem Attalus in pomposo quondam Romano triumpho scitè, ac cordatè, sic ait: *Vidisti quàm intra paucas horas ille ordo, quamuis lentus, dispositúsque transierit? hoc totam nostram vitam occupauit, quod totum diem occupare non potuit.* Felix, si dixisset Christianis, sic humanæ voluptates, tenues, sic labiles, vt nec vnam explere possint diem, & tamen ea hominum est miseria, vt ad eas totam insumant vitam. Vaporata sunt momenta, & tamen per defudatos acquiruntur labores, quid inanius? quod cum sit, quid mirum si quantæ quantæ cor explete non possint hominis; at diuinæ, vna tantum stilla sic redundat vt homini necessarium dilatet cor ne disrumpatur, cum & perennis sit, & in dies amplius augeatur; *qua celitus nobis est amicitia*, Philo ait Carpathius in Cantic. super illa verba: *Osculetur me, ac charitas, hæc sancta, & immaculata sempiternas dulcedines, & immortales habet, planéque syncera, nec vllo temporis puncto defutura,*

Psal.80. n.11.

Ricard. à S. Vict.

33. Omnes mundi delitiæ vna sunt sorbitiuncula.

2. Reg. 13. n.6.

Angelom.

Senec.

34. Humana voluptas momentanea.

35. Ad illud momentũ possidendum tota elaborat vita.

Phil. Car.

sed maiori quodam cumulo sese in dies augentes, infinitas odorum suauitates spirantes, & ineffabiles glorias, ac laudes præ se ferentes, honores æquales Angelis tribuentes. Pende singulas conditiones, & obstupesce, sunt sempiternæ, sunt immortales, sunt synceræ, nil doloris admistionis habentes, sunt continuæ, sunt suaues, sunt glorioſæ, sunt tandem viuæ: nam sic in dies se accrescunt, vt non desistant vsque dum in honore parem Angelis habentem efficiant, vt inde videas quam profundo Dominus noster sensu Samaritanæ dixerit Ioan.4. n.14. quod qui bibisset ex aqua illa, quam ipse dabat *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Cuius ratio, quia ab illo diuino fonte non quælibet scaturit aqua, sed viua, *rogasses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam* perennitatem diuinarum indigetans voluptatum.

36. Diuinarum voluptatũ conditiones.

Ioan.4. n.14.

Nec equidem mirum diuinas delitias esse perennes, cum earum obiectum non fluidum, sed stabile, sed æternum; quod pulchrè dixit Nazianzenus orat.10. de laudibus Basilij, *Corporum amores*, ait, *quia rerum fluxarum sunt, fluunt quoque ipsi, non secus ac verni flores; at pudici, & Deo grati, quando quidem rei stabilis, & firma sunt, propterea diuiniores etiam sunt.* Hinc quo voluptas se à fluxilibus elõgat, & ad stabiliores accedit eo perennior euadit; quod cum sit, & spiritualis voluptas in contemplatione existat, sic pura, & simplici, vt nullam etiam quantum vis minimam admittat figuratam apprehensionem, fit equidem, vt sic semper stabilis existat, vt verè perennis dici possit, Cantic.5. n.12. *Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum quæ lacte sunt lotæ, & residentes super flumina plenissima*, de sponso ait Sponsa, per quos secundum Honor. viri intelliguntur contemplatiui; at si super riuulos existunt aquarum, si secus fluenta pleniſſima, cur lacte, & non aqua sunt lotæ, rectè dubitat, & soluit simul Nissen. hom.13. in Cant. quia *verè in lacte*, ait, *hoc obseruatum est solum inter humida proprietatem hanc habere, quod in eo nullius rei simulachrum, ac similitudo conspiciatur.* Egregiè, non aqua, sed lacte viri spirituales perfunduntur, saginantur vt sic dicam; quia eorum voluptas dum in contemplatione sic dulcedinem lactis scaturit, vt à nulla fluxilium apprehensione dependeat, sed altissimè tanquam columba ascendens, diuinitatis iuxta fluenta residens imperceptibiliter summo inhærens bono, perenniter vanis non disturbata imaginibus inhæreat; hinc lacte dicuntur ablui, non aqua.

Nazian.

37. Diuinæ voluptates stabiles, sépersluentes, & vnde.

Nyssen.

38. Contẽplatio lacti comparatur, & cur.

Adde si placet, quia lac non solum lauat, sed delectat, sed dulcescit, vnde & si contemplatione purificantur sancti, tamen inebriantur dulcedine, sic vt nil eorum fit quod non dulcescat, quod non simul in totis sit delitiis, quod est aliud inter delitias mundi, Deique discrimen: nam illæ vnum, aut alterum tantum delectant sensum, pulchritudo visum, musica auditum, cibus gustum; nunquam verò vnum obiectum omnes sensus, vnde nec vna in omnibus voluptas; at contra diuinæ, earum vna tantum gutta sic recreat, sic delectat, vt omnes si-

39. Diuina voluptas non vnum sicut humana, sed omnes reficit sensus.

mul reficiat ſenſus, ob hoc lacte lotæ dicuntur columbæ, non tantum ſintinctæ,

Pſal.4. n.6. Pſal.4. n.6. *Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona?* Regius ait Pſaltes, quod reſponderunt illi dum eis has diſſuadebat voluptates, vt vult Lippom. *Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium, ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ,* &c. cui illi quaſi faſtidientes, nullámque de deliciis ſpiritualibus bonam concipientes opinionem, reſpondent, *quis oſtendit nobis bona?* quaſi dicant, vbi ſunt, vbi perſpiciuntur, nil videmus; immo nec videbimus, cum nullus eas oſtendet; at quid ſanctus, alia iſte reſpondet ſpiritualia bona à terrenis, interiora, non exteriora, quæ non in viſu, ſed in tactu, ſed in guſtu, ſed in fruitione exiſterent; vnde totus ſapientia repletus reſpondit, *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, quaſi dicat, hæc lætitia, hoc bonum, hæc omnis voluptas intus in corde, eſt lumen Dei, in ſe vultum Dei, ſplendorem diuinum continens, ob quod lætitia anima circumfunditur, hinc ſequens ait: *dediſti lætitiam in corde meo*, in Hebræo *infudiſti lætitiam*, intus totum hominem madefaciens, non vnum tantum ſenſum, ſed omnes, Cant.2. n.2. *ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*, Sponſam ſuam laudans dixit Sponſus, cui ipſa vicem reddens, ſtatim ſubiungens ait: *Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios*, cur illa lilium, ſponſus malum? cum ex pulchritudine, ac odore quaſi quid luculentius de ſponſa videatur aſſerere, quod non affirmandum? ſane acutè Theodoret. myſteriũ agnoſcit, quia dum ſponſa creatura, non omnes ſimul poteſt delectare ſenſus, ſicut ſponſus, qui ſimul & Deus homo, ideo ipſa lilium, quod non niſi olet, & delectat, ſponſus pomum, quod olet, delectat, & ſatiat; *Magna eſt*, ait, *inter pomum, & lilium differentia, hoc enim tantum oculos, & odoratum oblectat, pomum autem & ſpectandi, & odorandi, & guſtandi ſenſus afficit voluptate, ideo ſponſum appellat pomum, quod quidem & tactu molle eſt, & guſtu dulce, & odoratu ſuaue, & aſpectu iucundum, ac venuſtum, & auditu amabiliſſimum, ſimul enim audiendo cunctos orationi ſenſus accommodamus.* Egregiè, & vltima expendo verba, in oratione enim applicando tantum auditum, vocem illam, ſibilum illum lenem, ſuauem dum audimus, dum ſonat, dum perſtrepit ſuauiter, ac dulciter cunctos ſenſus accommodamus, hoc eſt à ſuauitate allecti perficimus erigendo, intendendo, mirificè guſtando, ſic vt non ſecus ac Gedeonis vellus, Iudic. 6. n. 38. vt alibi diximus, ſi eos exprimeres *concham roris impleres*, mundum ſcilicet eorum dulcedine.

Lippom.

40. Sponſa cur lilium, ſpõſus vero malus.

Iudic.6. n.38.

Theodoret.

En amice inter humanas, diuináſque voluptates differentia, quam niſi cæcus, quam niſi ſtultus nemo ſit qui non perſpiciet, aſſerátque diuinas tantum veras, ſolidas, cæteras inanes, vacuas; ſi ergo tantum voluptates amas? cur ſciens, quia abundantius in Deo eas reperies ad ipſum non accurris? nam quæ ſtultitia, ſi credis affluentius illa omnia in Deo repetiri? cum vt egregiè Bern. ſerm. 1. omnium Sanctorum, quomodo poſſibile ſic

A Deum ſe in creaturis effudiſſe, vt nil ſibi reſeruarit, *Miraris*, ait, *in ſole ſplendorem, in flore pulchritudinem, in pane ſaporem, in terra fœcunditatem, ſed à Deo hæc vniuerſa ſunt, nec dubium quin multo amplius reſeruauerit ſibi, quàm dederit creaturis.* Si ergo ſic hæc tibi animo ſunt, ſic tantum his delectaris vt Deos eas facias, ſcito vt noſter ait Sapiens, ſpecioſiorem eſſe creatorem, ac proinde ipſum ſolum Deum facere debeas, *Quorum ſi ſpecies*, &c.

41. Dei voluptas ſic ſe in creaturas effundit, vt infinitè in illo remaneat.

Num. 6. *Sed tamen adhuc in his minor eſt querela, & hi enim fortaſſe errant Deum quærentes, & volentes inuenire.*

B Num.7. *Etenim cum in operibus illius conuerſentur, inquirunt, & perſuaſum habent, quoniam bona ſunt quæ videntur.*

Num.8. *Iterum autem nec his debet ignoſci.*

Num.9. *Si enim tantum potuerunt ſcire, vt poſſent æſtimare ſæculum: quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt.*

Commentum litteræ.

VIam, modúmque quo ad veram Dei cognitionem poterant antiqui peruenire Philoſophi, Gentiléſque, ſupra declarauit; C nunc quomodo inexcuſabiles prorſus, oſtendit vnde ait:

Connexio Capitis.

Sed tamen adhuc minor eſt querela, &c. Græc. *reprehenſio parua*, minorum quippe reprehenſionem meruerunt, qui aſtra, quàm qui animalcula coluerunt, & ſi hæc animata, ac proinde nobiliorà, tamen vt bene Lorinus ad communem vſum, ac efficientiam priora magis poſſident conſtantem ſtatum, perpetuitatem, & incorruptionem, & ſi ignoranter aliqui etiam ex ipſis cælum animatum dixerunt; Quapropter & ſecundum eorum opinionem, ſeu melius errorem, & nobilius erat cælum.

Lorinus.

Et hi enim fortaſſe errant, Deum quærentes, &c. Particula (fortaſſe) variè authores torſit, Hugo, Bonauent. affirmant, non eſſe notam dubitationis, ſed libertatis arbitrij, quia *verè volebant Deum inuenire quærentes*, Carthuſ. affirmat non iudicari dubium quod errauerint, ſed quod poſſit dubitari, an ſerio quærere, ac inuenire Deum voluerint, & videri poſſe id ita feciſſe Holxoth exiſtimat innui excuſationis inſufficientiam. Alij (fortaſſe) accipiunt pro (temere.) Cantacuzen. verbum (fortaſſe) adiungit cum (Deo) & non cum (errant) vnde ſecundum illum ſenſus, fortaſſe Deum quærentes errant; plenus ſenſus, ly *fortaſſe* rationem indicare minoris peccati eorum, qui talia colebant, cum cauſa talis erroris potuit eſſe deſiderium Deum inueſtigandi; ob quod ad contemplationem creaturarum ſe conuerterunt, vnde ex pulchritudine, actiuitate, ac fructu decepti pro Deo eas habuerunt, cuius erroris principium deſiderium extitit Deum inueniendi, vnde fortaſſe minus errarunt, quàm alij, qui nullo de Deo concepto deſiderio eas adorarunt,

D

Hugo. *Bonau.* *Carthuſ.* *Holxoth.* *Cantac.*

1. Minus errarunt qui aſtra adorarunt, quàm qui animalia, & cur.

2. In Scriptura particulæ addubitãtes non ſemper dubitationẽ afferunt.

Castro. vnde bene Castro sic: *Nam & si errant, studio inuestigandi, & assequendi Deum fortasse errant.* Idem prorsus Lorinus, qui etiã adnotat particulas quæ dubitationẽ denotant, nõ semper eam in oratione afferre, vt Matthæi 11. n.13. *Matt.13. n.25.* *Forte manssissent vsque in hunc diem*, Tyrus scilicet, & Sidon, & Ioan.5. n.46. nisi forsitan petiisse ab eo, & alia loca quæ ibi adducit, vera doctrina. *Ioan. 5. n.46.*

Etenim cum in operibus illius conuerſentur, &c. Hugo, *ratione scilicet perquirentes quid sit Deus;* Bonauentura, *occupando se in cognitione, nec non etiam in vsu ipsorum.* *Hugo.* *Bonau.*

Persuasum habent, &c. Vatab. *Eámque visu induunt persuasionem*, Holkoth, & Hugo, *ratum per rationem.* *Vatab.* *Holkoth.* *Hugo.*

Itérum autem nec his debet ignoſci, &c. Planus sensus, argumentum est à maiori ad minus, si abdita naturæ, & rationes rerum naturalium occultissimæ, & scitu difficillimæ valuerunt scitæ, studio, perseuerantia, inquisitione, labori, quomodo quod Deus sit, & quod sit colendus non facilius inuenerunt? sic Holkoth, & licet de Deo notitia quoad eius attributa, & naturã, difficilior sit, vt bene Hugo, quàm huius sæculi cognitio, tamen quoad an sit, & quoad vnicè colendus facilior inuenitur. *Nemo est mortalium*, inquit Damascen. lib.1. c.1. *cui non à Deo naturaliter hoc insitum sit, vt Deum esse perpetuum habeat.* Pulchrè Tertul. lib.4. contra Marcion. c.25. *Reos habuit Deus sapientes*, ait, *atque prudentes ex ipsis operibus tot ac tantis intelligibilem Deum non requirentes, vel perperam in illum philosophantes, & ingenia hæreticis subministrantes.* August. de Ciuit. c.9. & 23. philosophos inexcusabiles ob hoc facit, & præcipuè Platonem, & Hermetem, affirmátque per creaturas ipsos vidisse, quò veniendum esset, sed propter superbiam amisisse quod viderant, séque ad idola conuertisse. *Damasc.* *Tertul.*

3. Gentes Philosophi qua ratione inexcusabiles Deum non adorando.

Hinc rectè hic mundus totus Dei dici potest speculum, in quo resplendeat, liber in quo legatur, pictura quæ sua prodat authorem symmetria; vide de hac re diuum Antoninum, 1.part. titul. 3. c.6. sect 4. Basilium in Exam. Chrysostomum in Psal. 148. Athanasium orat. contra idola, Augustinum lib. 10. Confessionum, & alios quam plures explanatores in epist. Pauli 1. ad Corinth. c.13. 4. Mũdus Dei speculum. *Antonin.* *Basil.* *Athanas.* *August.*

Quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt? optimè Lorinus, quia Deus non inuenitur, si non quæratur quando, & vbi oportet; Holkoth, *quia non inuenerunt eum vbi manet*, de qua re mox. *Lorin.* *Holkoth.*

HOMILIA LIV.

Deus cur à sapientibus huius mundi non inuenitur, nec possidetur.

ENimuero prorsus admirandum videtur, si à principio vsque huc attendes, quàm parum Deus sapientibus huius mundi se præbuit, quantumque ab illorum se elongauit animis, cum nil apud illum sapientia præstantius, sic vt teste Nazianzeno in Apolog. & si infinitis aliis nominibus, impensius tamen sapientiæ nomine delectetur. *Sapientia*, ait, *quæ omnia regit, complexúque suo quidquid vsque laudabile est, & præclarum tenet, adeo, vt ipse quoque Deus, quamuis per multis nominibus vocetur, hoc tamen nomine impensius, quàm vllis aliis delectetur.* Nec equidem immerito, cum quoties sapiens perficitur quis, toties veluti illa diuina, ac indicibilis de sapientiæ æternæ parturitione lætitia in Deo renouatur, cum, si sic dicere licet, toties illa reparturitur, ac reconcipitur vt sic dicam, quoties homo sapiens producitur, quod eleganter obseruauit Athanas. lib.3. contra Arrianos prope finem super illa verba Prouerb.8.n.22. scilicet, *Dominus possedit me in initio viarum suarum*, quæ ipse cum LXX. legit *creauit me*, affirmans diuinam sapientiam incarnatam ideo afferere à Deo se creatam, quatenus ad instar illius in hominibus sapientia creatur, eam vocem vsurpans quam vsurpare debebant ipsi, sapientiámque Deum creaturis indidisse, vt dignæ inter opera Dei censerentur, quasi indignæ si sine illa, audi ipsum, *Cæterum vt res non solum condita essent, sed & bene condita essent, placuit Deo, vt sua ipsius sapientia se creaturis accommodaret, quæ formula aliqua, speciésque saltem imaginis suæ omnibus rebus tum publicè, tum priuatim inseri possit, vt illa eo modo scita, sapientésque effecta digna videri possent quæ opera Dei censerentur.* Egregiè, Deus summus non solùm res intendit creare, sed bene creare, vt exinde etiam tu intelligeres, quod non solum operari, sed bene operari teneris, vt autem illud efficeret, sapientiam rebus accommodauit, quia cum scitæ, sapientésque efficiuntur ad aliqualem Dei imaginem assurgentes dignæ Dei manibus ob hoc. Vnde sicut homo ex mente similitudinem cum Dei obtinet Verbo, sic ex sapientia cum eius sapientia; hinc prosequens Athanas. sic ait: *Vt enim filij Dei, quod verbum sine ratio sit, nostra ratio simulachrum existimandum est, ita etiam eiusdem, quod sapientia sit ipsius, hæc nostra sapientia imago quædam existimari debet, in qua vim sciendi, sentiendique adepti capaces efficimur creatricis sapientiæ, & per eam cognoscere sapientiæ patrem. Quia igitur istiusmodi figura sapientiæ, & in nobis, & in omnibus operibus inserta est, non iniuria, ea quæ vera est sapientia, & architectrix rerum, quæ ad ideam suam congruunt, sibi ipsi imputans inter loquendum hunc verborum modum concepit, Dominus creauit me; quæ enim nostra sapientia loqueretur, ea Dominus tanquam propria sibi suis verbis vsurpat, non enim creatur creatrix, sed propter imaginem suis rebus creatis ingenitam ipsa se creari dicit.* Acutissimè, creatrix sapientia non creatur, participata creatur, sed creari dicit quatenus ad sui similitudinem creaturæ per sapientiam assurgunt, earum vsurpans vocem, quia suæ, ex quo fit, vt quoties aliquis sapiens fit, toties de nouo reproducitur increatrix sapientia, & de nouo summum illud gaudium diuinissimæ illius ad intra productionis, quatenus per creatam sapientiam in homine refricatur, vt sic dicam, & rudi nostro modo intelligendi renouatur æternum, infinitum, indicibile illud gaudium, quod in sua produxit filium æternitate sanctissimus geni-

1. Deus sapiẽtiæ nomine summopere delectatur, & qua ratione.

Athanas. Prouerb. 8.n.22.

2. Externæ sapientiæ productionis gaudiũ renouatur, semper ac homo sapiens fit.

3. Quo sensu dicantur sapiẽtiam diuinam creari.

Nazian.

Digitized by Google

tor. Ex quo fit vt impossibile sit, vt homines sapientes Deus non diligat, summóque in pretio non habeat, vt pote creaturæ expressissimam suam imaginem retinétes, ac in dies gaudia ei renouantes; quod cum sit, quæ ratio vt ordinariè loquendo talibus se non tradit, nec tradidit, neque eius instrumenta efficit si aliquid intendit patrare magnum.

4. Sapientes huius mũdi stultissimi apud Deũ, & cur.

Enimuero nec paucæ, nec infimæ desunt rationes, quarum prima, quia tales ferè semper in oculis suis sapientes inueniuntur, ac proinde ob hanc causam stultissimi apud Deum; mirum illud quod sanctissimus Iob amicis inuenitur precatus suis, c. 19. n. 10. nempe *conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum sapientem.* Ergo-ne sic infausta sapientia res, vt nolit sanctissimus vir eam in suis reperiri? sanè Diu. respondet Greg. qui sapiens apud semetipsum, insipiens apud Deum; *Quid est*, ait Sanctus, *quod eos ad sapientiam vocat, & tamen optat ne illos sapientes inueniat, nisi quod ad veram sapientiam venire non possunt, qui falsa sua sapientiæ fiducia decipiuntur.* Pendo postrema verba, fiducia falsæ suæ sapientiæ decipiuntur, qui putant se sapientes, quia vt scitè Seneca de tranquillitate, *multi ad sapientiam peruenissent, nisi putassent peruenisse.* Hinc fortunatior istis insipiens, clamante Salomone Prouerb. 26. n. 7. *Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis ille spem habebit insipiens.*

Job. 17. n.10.

Gregor.

Seneca.

Prouerb. 26.n.7.

5. Dissimillimi sunt à Christo.

Hinc isti dissimillimi Christo Domino qui æterna est Patris sapientia omnino inueniuntur, vnde non mirum, si toti abilla dissidentes stulti apud Deum reputentur; Christus enim & si omnia sciret, & si profundum esset scientiæ, ac sapientiæ, sic tamen se habebat in oculis suis, ac si ignoraret aliqua, cum prorsus omnia sciret; Hinc Matth. 13. n. 32. Apostolis diem iudicij scire cupientibus respondit; *de die autem illo, vel hora nemo scit, neque Angeli in cælo, neque filius, nisi Pater.* Ergo-ne possibile vt filius ignoret, quod Pater scit? quod si impossibile cur illud dixit? deuotè sanctus Ambros. lib. 5. de fide, c. 7. ex beneuolentia erga suos potius appetens simulare ignorantiam, quàm gratiam negare. *Mauult Dominus nimio in discipulos amore propensus videri ignorare quod nouerat, quàm negare, plusquam amat nostram vilitatem instruere, quam suam potentiam demonstrare.* Pendo vltima, beneuolentiam in instructione iteriisse suorum, vt scilicet ne de se alta præsumentes omnia putarent scire, séque sapientiores reputare, dum ipse sapientissimus, omniúmque scientissimus aliqua se nescire etiam simulabat; ergo nec Christus nostro modo intelligendi sapiens apud se videbatur; quanto ergo interuallo ab illo distant, qui apud se sapientissimi? merito ergo apud Deum stultissimi.

*Matt.*13. n.32.

Ambros.

6. Christus cur dixit, & quo sensu se diem nescire iudicij.

7. Sapientes superbi diabolo similes.

Immo, sic à Christo tales degenerant, vt diabolo approximent, qui ideo à Deo deiectus, quia superbia scientiæ elatus stultè de se præsumpsit, sibique sapiens visus, Dei sapientiam non recognouit, Ezech. 28. n. 16. *Perdidit te ô Cherub protegens de medio lapidum igneorum*; cur Cherub, & non Seraph? cum probabilius, & verius Luciferum de Seraphico, quàm de Cherubico ordine fuisse? de quare videndus est Suarez de Angelis, lib. 7. c. 16. à n. 8. sanè respondet Carthusian. super Areopag. in c. 10. cælestis hierarch. art. 1. *Vt insinuetur, qui fuerit ei incitamentum ambitionis, & lapsus; quod fuit excellentia suæ scientia, non diuinus amoris.* Hinc sciolus, dum sibi suam appropriat scientiam, sibique sapiens videtur, eam amisit, & ex Cherub. in diabolum versus, inde summã lucratus est ignominiã, vbi summum sperabat decorem; Quod pulchrè considerauit Bernard. serm. 74. in Cantic. super illa verba, *Perdidisti in decore tuo sapientiam*, ibi n. 17. *Nolo*, ait, *decorem, qui mihi sapientiam tollat, quæris quis ille tam noxius decor? rumor, planius audi, priuatus, proprius, non culpamus donum, sed vsum, & ni fallor, vnus Angeli, animæque decor (ipsa sapientia) est, sed perdidit eam cum fecit suam, vt non sit aliud in decore suo, quam in sua sapientia perdidisse sapientiam, proprietas in causa est, quod sibi sapiens fuit, quod non dedit gloriam Deo.* Veriſsimè sibi dum sapiens quis per ipsam sapientiam perdit, & instrumentum insciticæ efficit, quod erat scientiæ; hinc stultus non ex dono, sed ex vsu.

Ezec. 28. n.16.

Suarez.

Bernard.

9. Qui sapiẽs sibi videtur stultus fit.

Immo sic stulti tales, vt quod nec Angelis concessum supremis, sibi putent, immediatè scilicet à Deo edoceri semper, altitudinem intellectus præseferentes, dedignantes nisi à Deo aliquid scire; vnde superbia elati, cæteros spernentes, à Deo illustrari irreuerentissimè pertendunt, quod proprium hæreticorum supercilium est. *Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra?* Isaias 63 n. 1. supremi percontantur Angeli immediatè apud Deum existentes, cur non ab illo, eo vel maxime cum paulo infrà ab ipsomet immediatè petierunt, *quare rubrum est vestimentum tuum?* si ergo primi cælestes illi spiritus immediatè à Deo edocentur, cur immediatè ab illo non requirunt? optimè Areopag. de cælesti hierarch. c. 7. ab humilitate, diuinæ illustrationis gratiam præuenire non audentes; Hinc ex scientiæ auiditate, inter se quærunt, ex humilitate Deum immediatè interrogare recusant, *Dignum miraculo est*, ait Areopag. *cur prima illa virtutes Angelica, quæ cæteras diuinarum intelligentia rerum tanto celsitudinis honore transcendunt, quasi non summæ, sed mediæ sint à Deo mediatè, & reuerenter discere cupiant; non enim ad ipsum statim verba dirigunt interrogantes, sed prius inter se hærentes inquirunt, quis est iste qui venit de Eden?* cui dubitationi respondens, sequitur; *vt ostendant quidem se dicendi auidas, & diuini operis scientiam capere, verum hanc sibi nequaquam ante diuinæ illustrationis gratiam suo ordine precedentis vsurpare præsumere.* Egregiè, & vltima notanda, non audent immediatè inquirere, ne ordinem diuinæ illustrationis anteuertant, non temerè, non casu, non indistinctè illustrans, sed cum ordine, cum modo, personas respiciens, & tempus; Hinc Paul Act. 9 n. 7. vti nouitius hunc inuerrere ordinem, nescius intentans, dum immediatè à Deo edoceri vult, *Domine quid me vis facere?* ad Ananiam mittitur, in ordinem à magistro ordinis redactus, quid ad hæc putidi canes, qui ab Ec-

Carthus. 8. Diabolus ob vanam suæ scientiæ complacentiam se perdidit.

10. Superbia huius mũdi sapientum quo se extendit.

Isaiæ 63. *n.*1.

11. Angeli ex humilitate immediatè à Deo edoceri nõ præsumunt.

Areopag.

Actor. 9. *n.*7.

12. Hæreticorum impudentia immediatè à Deo doceri præsumentes

Bernard.

Digitized by Google

clesia sanctissima edoceri recusãres immediatè à Deo nescio an amplius impudenter, quã audacter edoctos se præsumunt, vnde putidè θεοδίδακτοι, *theodidocti* vocati se dicunt; ex quo vt refert Becan. to.4. opusc. titul.30. illud de suo Euang. seu *cacoeuangelio* buccinant quod sanctissimus Apostolus de suo, *neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi*, quid stultius? merito ergo tales reiecti, sicut & illi qui sic sapientes in oculis suis sunt, vt nonnisi à Deo scire, socios, & infimos ob id sciscitari dedignantes; ô quam differens sanctorum spiritus, qui & si orbis magistri, & si cani, tamen nunquam ediscere dedignabantur, audi Hier. epist. 65. ad Pammachium, qui post multos decursos magistros, post immensos in studiis impensos labores, post orbis apud Damasum magisterium, vt inquit Baron. ad annum Christi 386. post venerandum tandem à canis caput, nec saluti, nec labori parcés ad Didimum se contulit, vt illum audiret; *Iam canis*, ait, *spargebatur caput, & magistrum potius quàm discipulum decebat, perrexi tamen Alexandriam, audini Didimum, & in multis ei gratias ago, quod nescini didici; & quod sciebam illo docente non perdidi*; at nunc sic superbum Epheron extat iam genus, vt antea sint magistri, quàm discipuli, *Tam malè affecti sumus*, plorans inquit Nazianzen. Apolog. 1. *vt maior pars nostrum, ne dicam omnes, priusquam sacra volumina, vel de nomine nouerimus, si duas, aut tres pias voces edidicerimus, ac ne id quidem ex lectione, sed ex auditione, protinus Samuelem ab ipsis incunabulis sacrosanctum in ore habemus, protinus sapientes sumus, & præceptores, & rerum diuinarum sublimes, & legislatorum primi, nescque ipsos calculo nostro cœlestes designamus, ac vocari ab omnibus Rabi expetimus, indignè, ac molestè tulerimus nisi mirificis laudibus in cœlum efferamur.* Nil amplius dixisset si hæc nostra vidisset tempora Greg. vel vt marginalis notatiuncula in meo ait; *non potuisset nostri temporis melius calamitates depingere*, quid tamen in hoc ab illo differt, quod non solum de nomine sacra nesciunt volumina, quod in aliquibus magni nominis viri reperi, & obstupui, sed adhuc antequam pias ediscant voces, antequam quid fuerit Dauid sciant, in cælum ascendunt iam magistri, stultos, an magis temerarios nescias si dicas; merito ergo Deus talibus se non fidit sapientibus, merito a se eos depellit.

Hieron.

Baron.

13. Sanctorum humilitas in ediscendo.

Nazian.

14. Nostri temporis calamitas dum ignorantissimi, sapientissimos se præsumunt.

Secunda autem ratio, quia tales in sua scientia non Deum, sed se, non eius gloriam, sed suam quærunt, Deo ob id infidelissimi, ne dicam infideles, Ioan. 5. n. 44. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est non quæritis?* Dominus ait noster, signans ex hoc impossibile Deo fidelem, qui propriam gloriam quærit, qui humanam ostentationem affectat, qui ob hanc laborat, *ideo non possunt credere*, ait Alcuinus, *quia superba mens eorum laudari desiderabat, & se super alios efferre.* Totum studium impendunt ad se illustrandos; ergo non ad diuinam lucem parant studia, sed ad tenebras, ad humanam nempe gloriam. Pulchrè hoc Philo, lib. 1. legis Allegor. ponderans illud, Exod. 16. *Egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt in diem*, affirmat aliquos parare sibi scientiam, non in diem, sed in noctem, dum humanum ob eam expetunt fauorem; *Per diem*, ait, *lux intelligitur, lux autem anima est eruditio, multi igitur animæ lumina paranerunt sibi in noctem, & tenebras, non in diem, & lucem, qualia sunt prima rudimenta disciplinæ, ipsaque Philosophia propter delicias expetita, & authoritatem apud principes.* Hinc tales non solum à Deo non amplectuntur, sed reiiciuntur.

Ioan. 5. n. 44.

15. Qui propriam gloriam quærit Deo erit infidelis.

Alcuinus.

Philo.

Enimuero reiecit nummum magister ille diuinus, Matth. 22. n. 21. quia non suus, & quia apud ipsum non probatus, sed falsus, eo quod non Dei, sed imaginem Cæsaris præferebat, vnde definiens pronuntiauit, *Reddite quæ sunt Cæsaru Cæsari*, illum abiiciens: sic quippe isti scientifici à Deo reiiciuntur tanquam monera falsa, imaginem Cæsaris in sua scientia reportantes, non Dei; *Hoc enim lex iubet*, ait idem Philo ibidem, *virtutem propter ipsam colere, itaque studiosos virtutis tanquam nummos examinat recta ratio, vtrum vitium habeant, anima bona referendo ad res externas, an proba monera sint conservando eas in sola anima.* Sensatè, scientiam Deus in homine tanquam nummos examinat, non suam eam diiudicans. ac proinde falsam. dum non suam imaginem præ se fert, sed ipsius hominis, hoc est suæ gloriæ, sibi, non Deo suam ascribens sapientiam, ac proinde, vt sic dicam, ex illa Deum se constituens, à Deo fugiens, ad se recurrens, quod equidem elegantissimè dixit idem Philo vbi suprà absconsionem Adami in medio ligni paradisi allegoricè enucleans, audi ipsum sic eruditè ratiocinantem: *Postquam declaranimus quomodo malus omnis exul sit, & abscondat se à Deo, consideremus iam, vbinam abscondatur, in medio inquit arboris paradisi, hoc est in medio intellectu, qui, & ipse est tanquam medius paradisi, hoc est totius animæ, nam quisquis à Deo fugit, confugit ad se ipsum*, cuius rationem assignans, prosequitur: *cum enim duo sint intellectus, alter vniuersalis qui est Deus, alter suus cuiusque, quisquis à proprio fugit, confugit ad vniuersalem, relicto autem relicto intellectu proprio fatetur, nihil esse intellectum humanum, ad Deum omnia referens; contra, quisquis fugit à Deo negat eum cuiusquam vllius rei, sibi ipsi quod facit tribuens.* Verissimè, *scientia inflat*, Apostolus inquit ad Corinth. 8. n. 1. hoc est tumet, turget instar follis vento distenti, quid inde? vt sic inflatus, *nondum cognoscat quemadmodum eum oporteat scire*, sequitur Apost. Deo scilicet suam referens scientiam putans se ex se nescire, vnde distentus non ascendens, sed descendens turbine scientiæ ad seipsum conuoluitur, sibi tribuens quod Deo debebat, ac proinde Deum se constituens.

16. Scientia ab aliquibus parater in noctem, nõ in lucem.

17. Tales à Deo reiiciuntur.

Matt. 22. n. 21.

18. Sunt monetæ falsæ.

19. Deum fugiunt ad se accurrẽtes.

Ad Cor. 8. n. 1.

Hinc isti superbissimi regulam sciendi suam assumentes præsumptionem, sic deiiciuntur à Deo, vt in innumera sinat labi peccata, obscœnáque facta, vt exinde saltem se Dèos non esse intelligant, ac pro diis nec reliqui eos habeant; mirum, & admirãdum si ad Salomonem respicies, eiusque scientiam quomodo in

20. Superborũ scientificum pœna in obscœnissima labi peccata.

Digitized by Google

tam fœda recidit peccata, ſic vt licet ſapientiſſimus, ſtultiſſimus ex ore Spiritus ſancti eũ proclamarit Sirac Eccleſiaſt. 47. num. 22. vnde ergo ei ſic fœda iactura? eo vel maximè, quia *amabilis Domino*. Et erat, & dicebatur? ſanè reſpondet Ambroſ. in 1. Apolog. Dauid cap. 3. vt ſuprà dicebamus, ex ipſamet ſapientia, ne ipſe ſe, aut alij ipſum ſi immaculatum aſpicerent, pro Deo reputarent: *Maior itaque culpa plus profuit, ne ſuprà hominem crederetur, qui vitio non caruiſſet humano; fuit igitur in eo inuidioſa ſapientia, & culpa ſuaſoria qua hominem comprobaret.* Pulchra poſtrema, & altum continentia ſenſum, ex diuina Salomonis à Deo acceptaſapientia, quaſi Deum reputare eum inceperant homines, hinc hæc vtpotè diuina pro Deo inuidens, ac zelans ſuaſit, hoc eſt permiſit, culpam, vt hominem illum, non Deum probarent; ſi Salomoni tantis inſtructo virtutibus illud Deus permiſit, quid reliquis, qui ſcientia ad ſuam abuuntur gloriam, qui quaſi dij reputari volunt, qui ſic ſuperbi vt ſuprà ipſum Deum ſe conſtituentes iudices ipſius doctrinæ effici volunt: *Nec certam vllam opinionem*, vt plorans aiebat Nazianz. in Apolog. 1. *Nec diuina doctrina, vel probam vllam, vel vitioſam formam, impreſſionémque ſecum ferentes, magiſtris ſe ſubijciunt* (ſigna verba) *tanquam ex omnibus id quod melius, certiſque eſt electuri, ſibi ipſis, hoc eſt malis veritatem iudicibus confidentes.* At quid ex hoc? attende ſanctum prophetizantem, non ſolum eloquentem: *Multis doctoribus permutatis, ac multis literis, auribus tandem, & animo ſat hiceſcentes omnes fidei doctrinas faſtidiunt, pernicioſamque formam ſibi ipſis inſculpunt, ipſam videlicet fidem noſtram, vt incertam, nihilque ſani habentes, irridentes, aſpernantes.* Per Deum meum obſecro lectorem, ſi fortè hac peſte laborat, ſi extra Eccleſiam fortè ſe inuenit, pendat Nazianzeni rationem, & niſi voluntariè cæcutire velit, aſpiciet errorem, damnabit præſumptionem, amice cur tu hæreticus, ego Catholicus? vis ſummam, & vnico verbo omnia complecti, quia ego Deo, tu tibi credis, ego ſanctiſſimæ Eccleſiæ, non mihi, tu illa relicta tuo iudicio, tuæ rationi iudicem te conſtituis, ac diuinæ arbitrum veritatis, hæc ſumma, audi ſi mihi non credis Tertull. ex ruis, qui quando ſanæ mentis ſic dilucidè hoc perſtringit, vt amplius non ſit quod addas, lib. aduerſus tui conſimiles, cap. 4. *Hæreſes dicta*, ait, *Græca voce ex interpretatione electionis qua quis ſibi ad inſtituendas, ſibi ad ſuſcipiendas eas vtitur, ideo & ſibi damnatum dixit hæreticum* (Paulus nempè ad Titum 3.) *quia & in quo damnatur ſibi elegit, nobis vero nihil ex noſtro arbitrio inducere licet, ſed nec eligere quod aliquis de arbitrio ſuo induxerit, Apoſtolos Domini habemus authores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio quod inducerent elegerunt, ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fidelibus rationibus aſſignauerunt.* Nil elegantius, immo & nil verius, ego Catholicus nil ex meo eligo, ſimpliciter procedo ſine electione, ac proinde iudicio Eccleſiæ credo, quia hæc ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus qua homo à Deo, qua Deus à patre, vnus cum illo; ergo à primo ad vltimum non mihi, ſed Deo credo; at tu cui credis? non Eccleſiæ, quia eam refutas, non Apoſtolis, quia aliqua ex illis ſecernis, non Chriſto, quia ipſius dictis non ſtas, immo aliquando negas, conſequenter nec Deo, vnde tãtus ignorantiarum abyſſus? quia vt Nazianz. ait te iudicem conſtituis, *electionem credendarum aſſeſſu.* Et tandem tibi credens, non alteri, non Eccleſiæ, non Apoſtolis, non Chriſto, nec Deo tandem credis: meritò Tertull. *Hæ ſunt*, ait, *doctrinæ hominum, & dæmoniorum pruritientibus auribus natæ de ingenio ſapientiæ ſæculi, quam ſtultitiam vocat Dominus.* At redeundo vnde digreſſi ſumus, cum ad inuidiam Deum hominum ſapientia prouocat, cum eorum caſum eamet poſtulet, cum ſuam, non Dei gloriam iſti quærant, nunquid poſſibile vt Deus ſapientibus ſe fidit? hinc non mirum, quod ab illis non inueniatur.

Adde tertiam, cum ſic inflati ſunt iſti, vt cum Deus immenſus ſit, altus, & infinitæ magnitudinis, ad eum peruenire putant, non per ipſum, ſed per ſe: *Interea locutus eſt Dominus ad Iacob*, Sacer ait textus, Geneſ. 35. num. 1. *Surge, & aſcende Bethel, & habita ibi, faciſque altare Deo, qui apparuit tibi.* Cur Deus locutus, ipſiuſmet inſubens adorationem? nonne conſultius, vt Angelus dicatur locutus, vt ſæpè alibi, & patet in Thobia iuuene, quem ad Deum adorandum inſtruxit, non Deus, ſed Angelus; cur ergo nunc Deus ſui adorationem per ſe, non per Angelum conſulit? ſanè reſpondet Athanaſ. 5. de Trinit. quia non poteſt Deus niſi per Deum intelligi, ſicut nec honorari niſi per Deum: *Deum*, ait, *qui honorem Deo incumbenti in ſcalam cæli poſtulat, Deus viſus eſt, Deus de vero Deo loquitur, non poteſt Deus niſi per Deum intelligi, ſicut nec honorem à nobis Deus, niſi per Deum accipit.* Egregiè, impar omnis eſt humana ratio ad Deum intelligendum, immo impar & omnis Angelica; vt Deus ergo intelligeretur neceſſarius Deus, hoc eſt Chriſtus, de quo loquebatur Athanaſ. quia ſine Deo non cognoſcitur Deus; Hinc non Angelus, ſed Deus Iacobo adorationem præcipit, & cultum, & Deus ſibi ſe illi manifeſtat; quod non ſic cum Tobia, qui iam aliundè Deum nouerat, & non tantum ad Deum cognoſcendum, adorandúmque Angelus miſſus, ſed vt in viam dirigeret; quod cum ſit, quantum Deum ſcientifici offendunt, dum putant per ſe, ſuáque ratione ad Deum peruenire, non per ipſum? nam vt rectè Cyprianus ſerm. de Cœna Domini: *Omne quidquid à ſuis rationibus deuium videtur, ſapientes huius ſæculi ad dementiam referunt, & à veritate reputant alienum.* Hinc ad Dei altitudinem non per humilitatem, ſed per ſui intellectus ſublimitatem peruenire autumant, Chriſti obſequium relinquentes, ac proindè ſine illo ad Deum accedere præſumentes, cum vnum certiſſimum, non per lucem intellectus humani, ſed per caliginem diuinam ad Deum eſſe acceſſum; vnde quo homines in ſpiritu proficientes, eo per caliginem Deus ſe illis manifeſtat.

Mirum, & admirandum vt Moſes in virtute nouitius, in luce Deum viderit, apparens in rubro, Exod. 4. n. 1. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis.* At quando vir iam perfectus, eximiæque virtutis, non in igne, non in luce, ſed in caligine Deus cum illo loquebatur, Exod. 24. num. 18. *Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ aſcendit in montem.* Vnde ergo hoc, cum

21 Salomon cur permiſſus ſalire.

Eccleſiaſt. 47. n. 22.

Ambroſ.

Nazian.

22 Vnde hæretici ſuam accipiunt hæreſim, & cur in eam labantur.

Tertull.

23 Superbi ſcientifici per ſeipſos ad Deum peruenire autumant ob quod Deo inuiſi.

Idem.

Geneſ. 35. n. 1.

Athanaſ.

24 Deus niſi per Deum cognoſci non poteſt, immo nec honorati.

25 Deus in caligine videtur à proficientibus

Exod. 24. n. 18.

potius contrarium exiſtere deberet; reſpondet Nyſſenus in vita Moſis ſic: *Quia mens hominis ad maiora ſemper, & perfectiora procedens, quãto magis ad Dei ſpeculationem accedit, tanto magis perſpicit, quod diuina natura inuiſibilis, atque incomprehenſibilis eſt.* Egregiè, plus ad Dei notitiam caligo in hac vita, quam lux accedit, quia eo proprius de Deo ſentimus, quo non par ſentire de eo intelligimus; hinc quando ſcientifici iſti aliter ſentiunt ſuo naturali confiſi lumine, quia vltra ſuas ſe vires extendunt, excæcantur, ſic vt non ſolum Dei, ſed ſui etiam notitiam perdant, quod eleganter dixit Tertull. Carnot. Epiſcop. epiſt. 1. *Incomprehenſibilem enim diuini conſilij altitudinem*, ait, *ſapientia humana puro cognitionis intuitu comprehendere non poteſt, quia dum mens noſtra vltro ſe præcipitanter erigere vſque ad inacceſſibilem ſecretorum Dei viſionem appetit, infirmitatis ſuæ obſtaculo reuerberata, & intra ignorantiæ ſuæ anguſtias coarctata, nec quod vltra ſe eſt, valet comprehendere, nec quod intra ſe eſt æſtimare.* Pende vltima, ſuperba elatio vltro ſe præcipitanter erigens puro cognitionis intuitu, hoc eſt naturali, inacceſſibilem Dei viſionem pertingere attentans, in pœnam tantæ meretur præſumptionis, vt nec quod vltra ſe, nec quod intra ſe valeat æſtimare; & dignè quidem; nam quæ maior præſumptio, quàm totum Deum credere capere poſſe, & hoc ſine Deo conductore, cuius tantum vna particula ſic profunda, ſic alta vt prorſus inſcrutabilis, non tantum incomprehenſibilis: vnde clamat Paulus ad Rom. 11. num. 33. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei! quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius!* Vnde Paulo tantus admirationis exceſſus? quid per incomprehenſibile, ſeu *inſcrutabile*, vt legit Chryſoſt. mox citandus? nunquid de toto Deo illud intellexit? nam ſi ſic non mirum, minimè inquit Chryſoſt. de incomprehenſibili Dei natura, hom. 1. ſed de vna tantum eius particula, de prouidentia ſcilicet circa Iudæos, & Gentiles, *Paulus*, inquit, *de ſapientia differens non de illa vniuerſali, qua Angelis, Archangelis, virtutibuſque ſuperuis omnibus prouidetur, ſed de ea prouidentia parte qua hominibus conſulitur, nec de tota illa qua Sol oritur, qua anima inſpirantur, qua corpora efficiantur, qua mortalia aluntur, qua vniuerſum mundum continetur, ſed particulam quandam diuinæ prouidentiæ inquirens, qua ſcilicet Iudæos neglexerit, Gentes autem receperit, & hanc ipſam particulam veluti mare immenſum, & gurgitem præaltum inſpiciens, conturbatur, deficit, & voce magna exclamat, ô altitudo.* Egregiè, & non curſim ſententia prætereunda diui Chryſoſt. Paulus vſque ad tertium cœlum raptus conturbatur, & deficit ex conſideratione vnius Dei tantum particulæ, & ſciolus homo non conturbatur, immo & totum Deum apprehendere, & quod ipſe abſcondit reuelare præſumit, determinare, decidere.

Mirum, & admirandum, ſi quæ de cœlo, ſi quæ de ſtellis, ſi quæ de aſtris, ſi quæ de natura cœleſtium aliqui diſſerunt, quæ determinant, quæ decidunt, omnia ſuo metiri ingenio reputantes, omnia penetrare, quaſi Deus hæc ſibi non reſeruaſſet, quod ſi non, dic mihi cur Deus ſingulis rebus ſingula imponens nomina, cœlo tamen non vnum, ſed duo? Geneſ. 1. n. 8. *Vocauitque Deus firmamentum cælum.* Nunquid ſine myſterio? aut caſu dictum? minimè, ſed ideo factum, quia cum primò nudum conſtituiſſet firmamentum in medio aquarum, ſic à firmitate, & ſoliditate dictum, quando poſteà in illo Solem, Lunam, omnémque congeriem repoſuit ſtellarum, *cælum*, nominauit à cælando, vt tu intelligeres ait Lippom. *Quod his modis loquendi ſacer, & doctiſſimus Moyſes, non tam doctos reddere ſtuduit legis auditores, quàm pios, fideles, deuotos, & operum Dei admiratores.* Et quod Deus cælauit, tu referare tuo tantum lumine rationis ne præſumeres; nam vt rectè Ambroſ. ib. 2. Exam. c. 3. *Non ſecundum elementorum naturas, ſed ſecundum Chriſtum, qui omnia quæ voluit fecit, conſideremus quæ facta ſunt, & naturæ poſſibilitatem interrogemus.* Nam vt ipſe ſuperius egregiè dixerat, vt naturaliter de his æſtimare poſſimus, non ad Philoſophorum dogmata recurrendum, ſed ad regulam veritatis in diuinis oraculis expreſſam: *Vos igitur quæſo*, ait, *vt naturaliter æſtimare quæ dicimus, probabiliter, ac ſimplici mente, & ſedulo ingenio penſare dignemini, non ſecundum Philoſophiæ traditiones, & inanem ſeductionem ſuaſoria veriſimilia colligentes, ſed ſecundum regulam veritatis, quæ oraculis diuini ſermonis exprimitur, & contemplatione tanta maieſtatis fidelium pectoribus infunditur.* Egregiè, cælauit Deus quæ in cœlo, vt tu non ſuperbè te eleuares, ſed tuam cæcutientem recognoſcens rationem ad illum accurreres, cum talis cognitio rerum, contemplatione vt ait Ambroſ. non diſcuſſione apprehenditur vana, & ad ſecreta, Deique inſcrutabilia, non aliter, quàm per ipſummet Deum itur, vt ait Athanaſius.

Hinc arcana ſua facilius Deus indoctis, quàm doctis aperit, & ſi ambo iuſti apud Deũ, cum & periculum vt ſibi aſcribant in primis abſit, & ſimul quod certum ex illis Deus ſit ſolum laudandus, hoc equidem ſæpè conſideraui, & admiratus ſum in Ioſepho, ſanctiſſimóque Daniele, cum ſi intimius expendas, vix ſomnia Ioſepho propoſita, ac ſtatim interpretationem ingerebat, Geneſ. 11. num. 12. vix Eunuchi ſomnia edixerunt ac ille: *Hæc eſt interpretatio ſomnij.* Pharao vix compleuit dicere: *Narrani conſectoribus ſomnium, & nemo eſt qui edifferat*, ac ille, *ſomnium Regis vnum eſt.* E contra verò ad ſomnium Nabuchodonoſor interpretandum Daniel, & tempus ſumpſit, & Dominum rogauit, & ſocios ad rogandum adhibuit, Daniel. 2. num. 16. vnde ergo tanta Danieli difficultas? tanta Ioſepho facilitas? dicet fortaſsè aliquis, quia Ioſephus in carcere, Daniel. in palatio vbi non acquiritur, ſed amittitur ſapientia; dicet ſecundo, quia non ſic Daniel. qui in palatio ſecurus ab inani, ac Ioſephus gloria, qui vt inquit Chryſoſt. hom. 65. in Geneſim: *Humanam non venabatur gloriam, ſed ſufficiebat ei gloria ſuperna, & oculum illum qui non dormiat habere volebat laudatorem factorum ſuorum.* Optimæ rationes, ſed mea ſententia illa potiſſima, quia Ioſeph illiteratus, ſimplex; at Daniel, omni ſapiẽtia inſtructus humana, immò ſuprà cæteros ſe in ea eleuans vt ipſe de ſe aſſeruit, ibi. n. 30. hinc ſecurior Ioſephus à propria æſtimatione, ac Daniel. ob quod ad intelligendum labor, oratio, inſuper & auxilium ei neceſſarium, vt clarè

Carnoten.

Ad Rom. 11. n. 33.

Chryſoſt.

27 Vna Dei ſola particula inſcrutabilis.

28 Superborũ ſcientificũ inſania ſcire præſumentium omnia de aſtris, & de cœlo. *Gen.* 1. n. 8

29 Deus cur duplex nomen cœlo indidit, cũ cæteris vnum tantum. *Lipom.*

Ambroſ.

30 Quo medio cœleſtia etiam naturalia apprehendũtur.

31 Deus facilius ſua indoctis quã doctis pandit, & cur.

Geneſ. 11. *num.* 12.

Dan. 2. *n.* 16.

32 Ioſeph cur ſic cito intelligebat ſomnia, nõ ſic Daniel.

Chryſoſt.

26 Superba mens dum à ſe Deum apprehendere ſatagit, & Deũ non apprehendit, & ſuipſius obliuiſcitur.

inſpiceret, non ex ſe, ſed ex diuina hauſiſſe interpretationem ſapientia, & Deum per Deum ei innotuiſſe, non autem per ſe, ſimúlque illud intelligeremus propenſiorem Deum indoctis ſe manifeſtare, quam doctis, cuius equidem potiſſima ratio, quia diuinæ res, ipſéque Deus potius per ignorantiam, quàm per ſapientiam acquiratur, & tunc ſcitur, quando humiliter ignoratur. Pulchrè Zenon Veronenſ. ſerm. 2. in Geneſ. de imagine Dei in homine quærens, dubitat quomodo verum: *Cum homo paſſibilis, omni conuerſioni ſubiectus* (verba eius) *momentis omnibus demutatur labore, ætate, langore, ira, gaudio, triſtitudine, totque induit vultus, quot animi fuerint motus, nullúſque prorſus dies, quo ingiter ſibi ſimilis eſſe videatur.* Quod quàm verum, nemo qui experientia illud non ſciat propria: ergone Dei imaginem non habemus? ſapientes quærit Sanctus, cum illa omnia à Deo abſint, ſapiẽtiúſque reſpondet: *Habemus planè, & quidem manifeſtam ex eo ipſo, quod non eſt nobis pertantibus nota.* Egregiè, nulla maior Dei in nobis imaginis teſtificatio, quàm eius innotio, vt ſic dicam, ratio quia ipſe Deus notiſſimus, & ignotiſſimus ſimul, de qua re pulchrè Tertull. *Inuiſibilis & ſi videatur*, ait in Apolog. c. 17. *Incomprehenſibilis & ſi per gratiam repreſentetur, inæſtimabilis & ſi humanis ſenſibus æſtimetur, adeo verus, & tantus eſt, ita eum vis magnitudinis, & notum hominibus, & ignotum obiecit.* Ad eius inſtar anima in qua eius ſimilitudo, eo ineſſe pendere debemus, quo eam ignoramus, cum nil ſic notius ac Deus, & tamen ob ſuam magnitudinem nil innotius: ergo tunc amplius ſcitur, quando humiliter quod amplius ignoramus, libenter fatemur; quod cum ſit, vide nunc quis libentius, ſiue quis facilius, ſeu quis ex animo potius hoc dicet, ſapiens, an ignorans? & cum hoc euidenter inſpicias hunc poſtremum, ne mireris facilius ſe Deum Ioſepho, quàm Danieli manifeſtaſſe, ac proindè indoctis, quàm doctis, quia iſti non per Deum, ſed per ſe ad illum accedere autumant.

33 Deus potius per ignorantiã, quàm per ſapientiã acquiritur. *Zenon Veronen.*

34 Animam ad Dei imaginem factam vnde amplius innoteſcit.

Tertull.

Adiunge his quartam rationem, quia frequẽter iſti obſequium Dei ſpondent, non tantum ob ipſum, quantum ob lucrum, non comedunt vt euangelizent ſicut de Paulo diu. aiebat Chryſoſt. ſed euangelizant, vt comedant, hoc eſt ſapiunt vt lucrum captent, & in ſapientia ſua Dei ſequelam præ ſe ferunt, vt amplius lucrentur; vnde non mirum ſi à ſe Deus eos expellat, Matth. 8. num. 9. *Magiſter ſequar te quocumque ierũ*, inquit Euangeliſta, *quod accedẽs vnus ſcriba*, dixit ad Ieſum, cui Dominus: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non vbi caput ſuum reclinet.* Duo miranda, & quod diſcipulum Chriſtus renuntiet, & quod ſic ei reſpondeat, cur ergo eum expellit? ob ipſum, quia ſcriba reſpondet Hieron. in hunc Matthei locum, & Chriſtum non piè ſequi volebat, & ſimpliciter, ſed dimetiendo, & diſcutiendo, ſuáque ratiocinatione an eſſet Deus dimetiendo: *Scriba iſte legis, qui tantum literam nouerat*, ait Hieronymus, *occidentem, ſi dixiſſet Domine ſequar te quocumque ieris, non fuiſſet repulſus à Domino, ſed quia magiſtrum eum vnum de pluribus æſtimabat, & literator erat, & non ſpiritualis auditor, ideo non habet locum in quo poſſet Ieſus reclinare caput ſuum.* Erat literator; hinc accedebat non vt auditor ſpiritualis, ſed corrector, & inueſtigator, hinc potius negotium faceſſeret Ieſu ſi eum admitteret, quàm obſequium. Hilarius Can. 7. in Matt. inter medium, & finem ſi ſequar te addubitantis facit, non reſoluti, *iſte ſcriba*, ait, *qui eſt vnus è doctoribus legis, an ſe ſecuturus interrogat?* Dubitans an ipſe eſſet Chriſtus in lege, quid ergo mirum, ait Sanctus ſi repulſus: *Cum fidei aſſumptio non interroganda eſt, ſed ſequenda.* Egregiè, quod ſi tu non ſolum ad fidei aſſumptionem, ſed ad quemlibet religioſum extendere vis ſtatum, reperies cur ſic pauci literati, ac eruditi ſimplicem Chriſti ſequelam amplectantur, ipſam eorum ſapientiam repugnantiæ radicem inuenies, quæ ſicut in hæretico facit vt non conuertatur, ſic in Catholico vt arctiorem non amplectatur vitam, ſemper in biuio exiſtunt, ancipites, & perplexi, & dum prudentiores appetunt videri, imprudentiſſimi remanent, à Chriſto dignè excluſi, quia fides, eiuſque ſequela non interroganda, ſed ſequenda vt ait Hilarius. Chryſoſt. ex verbo acceſſionis, & modo loquendi quem ponit euangeliſta, *& accedens vnus ſcriba, ait illi*, hom. 28. neſcio quid ſuperbiæ, ac faſtus aduertit: *Vide etiam*, ait, *quantus eſt tumor, ita enim aduenit, & locutus eſt, ſicut dedignans cum turba annumerari, ſed oſtendens quoniam ſuprà multos eſt ipſe.* Quid ergo mirum, ſi eiectus dum ſic ſuperbè acceſſerat ex quo illi taxãtur eruditi homines, ſic ex ſua præſumentes ſcientia, vt ſi fortè mundum relinquere, religionem ingredi intentant, pactiones requirunt, altiorem ambiunt locum, & magiſtros fieri, antequam diſcipuli, miſeri, illiſque miſeriores Prælati annuentes, & illos perdunt, & ſe indignos Chriſti miniſtros efficiunt, non ad inſtar illius qui hunc eiecit, ſed politicorum more admittentes.

Hilarius.

37 Sapientes huius ſeculi tales ſunt vt ex illis vix vnus Chriſtum ſequatur, & cur.

Chryſoſt.

38 Prælatorũ religionis errorem admittentes nouitium ſuperbum, pactiones poſtulantem.

At cur ſic reſpondit? *Quòd ſignorum videns magnitudinem, ſequi voluerit Saluatorem*, ait Hieron. ibi, *vt lucra ex operum miraculis quæreret, hoc idem deſiderans, quod & Simon Magus à Petro emere voluerat.* quod pulchrè elicit Chryſoſt. vbi ſuprà, quia ſtatim ac illud audiuit receſſit, vnde reſponſionem Chriſti enucleans, ſic ait: *Hoc autem non erat admirantis, ſed arguentis quidem malum conſilium, concedentis autem ſi vellet cum paupertatis expectatione ſequi Chriſtum, & vt diſceret eius malitiam, audiens hoc, & correptus non dixit, paratus ſum ſequi.* Ex lucri ergo deſiderio, ex proprij ſenſus bono Chriſtum hic ſcriba ſequi appetebat, rectè excluſus, ſicut & omnes illi qui eadem intentione Chriſtum ſequi volunt, vide ergo an aliquid reperies ſimile in illis eruditis qui ſæcularem demutant habitum vt lucra reportent, qui hac ſtudent intentione, qui hac prædicant, qui illa ad regimen animarum ſe intrudunt, & dum hæc aſpicis mirari deſine Deum ſcientificis ſe non præbere, ab eiſque non inueniri.

Hieron.

39 A Chriſto reiiciuntur qui ob lucrum eum ſequi intendunt.

Chryſoſt.

Tandem vltimo, quæ propria, immo vnica eſt ratio, vis ſcire cur ſcientifici, ac ſapientes Deum non inueniunt? quia cum ſpeculantur, non amant, cum Deo ſi præbes ſcientiam tantum ſuper eam volitet, ſi charitatem in medio eius requieſcit; hinc ſi attendes in ſcripturis nunquam Deus in medio, ſed ſemper ſuper

40 Scientifici Deum non amant, quia Deus non in medio ſtat, ſed ſuper illos euolat.

Digitized by Google

Cherubinos, qui plenitudo ſcientiæ interpretantur, inuenies Pſal. 79. num. 2. *Qui ſedes ſuper Cherubim.* 1. Reg. 4. num. 4. *Tulerunt arcam Domini exercituum ſedentis ſuper Cherubim.* 4. Reg. 19. num. 15. *Domine Deus Iſraël qui ſedes ſuper Cherubim.* Ardum de Seraphinis agitur in medio eorum ſemper ſedere dicitur, non ſuper, vt Iſaias 6. vbi Deus in medio Seraphinorum deſcribitur duabus alis eius faciem velantium, quod atteſtatur Hieron. epiſtola 143. ad Damaſum, dum ait eorum coarguens errorem, qui in oblationibus ſuis audebant dicere, *Qui ſedes ſuper Cherubim, & Seraphim*; *nam*, ait Sanctus, *& ſuper Cherubim ſedere Deum ſcriptum eſt. ſuper Seraphim verò nulla ſcriptura commemorat.* Quale in hoc myſterium? ſanè illud quod diuus agnouit Auguſt. in illud Pſal. 19. n. 11. *Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit.* Scilicet ideo, *quia exaltatus ſuper plenitudinem ſcientiæ, vt nemo ad eum perueniret niſi per charitatem.* En amice ratio quare apud ſcientificos non inuenitur Deus, quia ab eis auolat, & auolat, quia non amant, cum vnum pro certo ſtatuere debes, quod & ſi ſcientifici iſti homines ſint, tamen Spiritum Dei non continent, quia vita animalia, beſtiæ, pecudes, & ſi ſapientiſſimi: *Formauit igitur Dominus Deus hominem*, Sanctus ait legiſlator, Geneſ. 2. num. 7. *de limo terræ, & inſpiranit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Ad quid hæc vltima, cum ſatis ex primis verbis illud intelligebatur, & ſcriptura non ſolet in ſententiis redundare ſuis; myſterium agnoſcit Irenæus apud Lypom. diſtinguens inter habitum, & ſpiritum; nam habitus eſt quo homo animalis efficitur, ſpiritus quo ſpiritualis, & viuificatur, ſi tantum ſpiraculum vitæ dixiſſet, tantum animal effeciſſe hominem ſignificaſſet, nõ ſpiritualem, vt autem & ſpiritualem rectè additum, & factus eſt, &c. audi ipſum: *Aliud eſt autem habitus vitæ, qui animal efficit hominem, aliud ſpiritus viuificans qui ſpiritualem hominem operatur, vnde Iſaias qui dedit flatum populo ſuper terram, & ſpiritum calcantibus eam, vt Deus flatum quidem omni populo, qui eſt ſuper terram dederit, ſpiritum verò his tantummodo, qui terrena deſideria calcant.* Egregiè, omnibus flauit, ſed non omnibus vt ſic dicam inſpirauit, non omnes viuificauit, ſpiritúmque tradidit ſuum; nam hunc non niſi ſpiritualibus, terrena calcantibus, gloriam non quærentibus, ipſum tandem diligentibus; vnde licet ſcientifici, flatum habeant, viuant, diſcurrant, ſapiant, alta penetrét, naturam inueſtigẽt, de ſummis, & altis eloquantur, non tamen Dei ſpiritu, non charitate; vnde non mirum ſi æſtimando ſæculum non facilius Deum inuenerunt, quia non dilexerunt, quod interrogationi, ſeu noſtri ſapientis admirationi reſpondere poſſumus quando inquit, *Si enim tantum, &c.*

Pſal. 79. n. 2. *2. Reg. 4. n. 4.* *4. Reg. 19. n. 15.* *Iſai. 6.* *Hieron.* *Auguſt.*

41 Scientifici mundani quoad vitã alii dici poſſunt.

Gen. 2. n. 7. *Irenæus.*

42 Cur dicatur in ſcriptura hominem factum in animam viuentem.

A Num. 10. *Infelices autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellauerunt Deos opera manuum hominum, aurum, & argentum, artis inuentionem, & ſimilitudines animalium, aut lapidem inutilem operis manus antiqua.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

VIlium animalium capite præcedenti abominata idololatria, & in hoc rerum inanimatarum, quamuis nobilium, nunc ad eam ſe conuertit ſapiens, quæ ex manufactis conſtabat, tanquam reliquis viliorem, horum autem adoratores nominat infelices, inter mortuos verè deputandos, quia plus cæteris à Deo ſe B elongarunt, dum qui animalia, & ſi vilia, elementa, & ſi inanimata adorabant, ex illis ad cognitionem deuenire poterant earum rerum factoris; at qui opera manuum ſuarum, dum ſe ipſos earum authores faciebant, vnde eis Dei cognitio? ſicque longius quàm cæteri à Dei ſe amandabant cognitione, ex qua inuentione factum, vt totus mundus poſitus eſſet in maligno, cum totus ipſe repletus eſſet idolis, vt teſtatur Tertull. de ſpectaculis, cap. 8. *Cæterum & platea, & forum, & balnea, & ſtabula, & ipſa domus noſtræ ſine idolis omnino non ſunt, totum ſæculum ſathanas, & Angeli eius repleuerunt*, ſed ad ſingula. *Tertull.*

Infelices autem, &c. Græc. *Ærumnoſi, calamitoſi,* & multo miſerius, ac infelicius quàm alterum hominum genus. C

Inter mortuos ſpes illorum eſt, &c. Græc. *& in mortuis ſpes ipſorum.* Tripliciter hoc exponunt, aliqui infelices, quia in mortuis ſpem ſuã collocarunt, hoc eſt in idolis, alij quia planè mortuæ ſunt eorum ſpes; alij quia penitus non habent ſpem, eo quod iam ſint in numero damnatorum. Lorino hoc tertium placet, mihi ſecundum, cum non ſolum de præteritis, ſed de præſentibus loquatur ſapiens idololatris.

Qui appellauerunt Deos opera manuum ſuarum, & argentum artis inuentionem. Non incongruè aliquis quæret, quomodo poſſibile, vt ſic fatui, ac cæci antiqui extitiſſent Gentiles, vt Deitatem materiæ, ac externæ tantum conſecrarent figuræ, ita Deum lapidem, argentum, & D aurum dicerent, opera penitus mortua, non viua; hoc dixerim, cum & ſi aliqui elementa, tamen vt ex Varrone refert Auguſt. lib. 7. de Ciuit. cap. 6. mundum eſſe animatum, cœlos, elementa plena animarum, ſiue heroum, Larium, geniorum multi cum ipſo ſenſerunt; in quatuor ergo partes Varro mundum diuidens, *has omnes quatuor partes*, ait Auguſt. *Animarum eſſe plenas, in æthere, & aëre immortalium, in aqua, & terra mortalium, à ſumme autem circuitu cœli, vſque ad circulum Lunæ, æthera animas eſſe aſtra, ac ſtellas, eaſque cœleſtes non modo intelligi eſſe, ſed etiam videri; inter Lunæ verò gyrum, & nymborum, & ventorum cacumina aereas eſſe animas, ſed eas animo, non oculis videri, & vocari heroas, & lares, & genios.* Ergo ſi hæc adorabant animata æſtimabant; at inanimata prorſus, & ab ipſis conficta, quomodo talis inter ſapientes demenſio? cum non ſic mirum de ruſticis, indoctiſque, quod vt explicem.

Auguſt.

1 Antiqui cœlum, & aſtra animata dicebant.

2 Vnde antiqui errarũt pro diis inanimata colentes.

Notandum ex Tertull. lib. de idololatria, *Tertull.*

Digitized by Google

cap. 3. antiquitus, & à principio idololatriam absque idolis cœpisse, solem nempè, Lunam, astra, elementa adorabant à cognitione veri aberrantes Dei, sed sine effigie, & idolo: *Idolum aliquando retro non erat*, ait Tertull *priusquam huius monstri artifices ebullissent sola templa, & vacua edes erant, sicut in hodiernum quibusdam locis vetustatis vestigia permanent, tamen idololatria agebatur, non in isto nomine, sed in isto opere; at vbi artifices statuarum, & imaginum, & omnis generis simulachrorum diabolus seculo intulit, rude illud negotium humana calamitatis, & nomen de idolis consecutum est, & profectum, exinde iam caput facta est idololatria ars omnis quæ idolum quoquomodo edit.* Quod idem affirmat Plutarchus in vita Numæ Pompilij vbi sic de Romanis loquens: *In prioribus centum septuaginta annis templa quidem edificabant, sacráque tugvria erigebant, simulachrum verò nullum corporeum dedicabant.* Idem affirmat Plinius lib. 34. cap. 4. Auguſt. lib 3. de Ciuit. cap. 12. & lib. 4 cap. 31. Halicarnaseus in antiquitatibus Romæ, Clem. Alexandrin. lib. 1. Stromat. & alij.

3 A principio idololatria sine idolis colebatur.

Plutarch.

Auguſt.

Secundo notandum ex eodem Auguſt. lib. 8 de ciuit. cap. 23. statuas incepisse effingere homines, non vt illas adorarent, sed vt ad illas spiritus attraherent Deorum, quos ad similitudinem hominum concipiebant; vnde loquens de Trimegisto, qui alios dixit Deos à summo Deo factos, alios ab hominibus, & hos non esse simulachra opera manuum hominum, sic ait: *At ille visibilia, & contrectabilia simulachra velut corpora Deorum esse asserit, inesse autem his quosdam spiritus inuitatos, qui valeant aliquid, sine ad nocendum, sine ad desideria eorum nonnulla complenda, à quibus eis diuini honores, & cultus obsequia deferuntur: Hi ergo spiritus inuisibiles per artem quandam visibilibus rebus corporalis materia, copulare, vt sint quasi animata corpora illis spiritibus dicata, & subdita simulachra: hoc esse dicit Deos facere, eamque magnam, & mirabilem Deos faciendi accepisse homines potestatem.* Fecerunt ergo statuas, non statuas opera manuum hominum adorantes, sed Deorum spiritum, quem in ipsis inclusum, & quasi à vi artis contractum æstimabant.

4 Statuas cur incœperint efformare homines.

His ergo sic constitutis, facilè est rationem reddere quare homines alioquin eleganti, & subtili præditi ingenio ad stolidam ignorantiam deuenientes, opera ipsa inanima adorarent, antéque truncum genua flecterent, ipsum quippè idololatriæ peccatum extitit causa, paulatim enim in animis hominum serpens, dum isti quasi ratione quadam viderentur cœlestia adorare, culpabiliter creatorem summum deserentes, iusto Dei iudicio ex vno peccato in alterum profundius se immergentes, tandem & si sapientes ad illam insipientem deuenerunt cæcitatem, vt ipsa adorarent opera manuum hominum, & vt inquit Apost. 1. ad Corinth cap. 12. num. 2. *Ad simulachra muta prout ducerentur euntes.* Quid prout? Anselm. *prout diabolico placitum spiritu.* In ipsis enim omnem diuino iudicio diabolus accipiens potestatem, sic eorum exigentibus meritis, prius eos sub diuersis apparentibus rationibus ad militiam induxit cœlorum adorandam, deinde ad seipsum in statuis, idolisque, quasi hæc spiritum haberent

1. Ad Cor. 12. n. 2.

Anselm.

5a Diabolus vt paulatim ad adorandum idola hominem adegit.

A Deorum, tandem omnino eos obcæcans prout animalia quæque ad opera manuum suarum omnino addixit, vnde illud (prout) alij sic exponunt, *vti quadam mancipia ducebamini à consuetudine, institutione maiorum, & sacrificulorum, atque à dæmonis impulsu euntes.* Cornel. hic.

Ex quo rectè satis admiratur Auguſt. lib. 8. de Ciuit. cap. 23. cur Trimegistus, qui tanta de Deo vero dixit, aduentúmque Christi Saluatoris etiam præuiderit, tamen in idololatria permanserit, & aliquando eam defuturam doluit, nec tantum, ac talem hominem factorem facturæ subdere aliquando reparasse; cuius rei rationem assignans eam tradit, quia subditus erat diabolo, quia eius indutus spiritu, quia quæ dicebat non à vero, sed à diabolico accipiebat; B hinc veris, falsisque mystis, ex illo hypocentaurum monstrum quoddam diabolus fabricauit, vera de Deo dicens, falsa dæmonum sequens, homo qua Deum aspiciebat, animal qua idola, & vt inquit Tertull. in Apolog. cap. 47. certum miscentes cum incerto: *Nam & si qua simplicitas*, ait, *erat veritatis, eo magis scrupulosum humanæ fidem aspernata mutabat, per quod incertum miscuerunt etiam quod inuenerant certum.* Sic Hermes de quo Auguſt. admirans: *Et nescio quomodo*, ait Sanctus, *illa obscuratione cordis ad ista delabitur, vt dijs quos confitetur ab hominibus fieri, semper velit homines subiri, & hac futuro tempore plangat auferri; quasi quidquam sit infelicius homine cui sua figmenta dominantur, cum sit facilius fieri, Deos colendo quos fecit, ne ipse sit homo, quam per eius cultum dij esse possint, quos fecit homo, citius enim sit, vt homo in honore positus, pecoribus non intelligens comparetur, quam vt opere Dei ad eius imaginem facto, id est ipsi homini, opus hominis præferatur.* Notandum hoc postremum, sic abfuit vt homo suæ tribueret facturæ diuinitatem, vt potius ipse illud conatus, ex homine in bestiam sic mutatus, & hoc digne, quia vt inquit sequens idem sanctus: *Meritò homo defecit ab illo qui eum fecit, cum sibi præferat ipse quod fecit:* Et deinde de Hermete loquens sic sequitur: *Hæc vana, deceptoria, perniciosa, sacrilega Hermes Ægyptius, quia tempus quo auferrentur venturum sciebat, dolebat, sed tam impudenter dolebat, quam imprudenter sciebat:* Et paulò post: *Non enim hoc ei reuelauerat Spiritus sanctus sicut Prophetis sanctis, sed ille spiritus ei indicauerat futura tempora perditionis sue, qui etiam præsenti in carne Domino tremuntes dixerunt, quid venisti ante tempus perdere nos?* Diabolus ergo vera ei reuelauit, non vt eum illustraret, sed vt altius deciperet, sic & ipsemet prius homines altiorem eis de creaturis ingerens cognitionem ad eas adorandas subtilibus allicuit rationibus, quos semel à Deo auersos respiciens, facilè ad se conuertit, vt ipsum adorarent, vt autem eos suos omnino habuit, eorum repudians adorationem, quia inimicus, ne quasi ad amandum impelleretur veluti suos, ex intimo odio, quo naturam prosequebatur humanam, omnino eos excæcans in delubrium ad inanimata, & vilia, operáque suarum manuum adegit adoranda, vt hinc & se à beneficio liberum, à recognitione gratitudinis alienum, & hominem ad infiniti ponderis supplicium adigeret; quod si hæc attentè inspicias idem obseruabis à diabolo, cum hæreticis factum,

6 Diabolus & si vera homini doceat, ea tamen operationem non finit, quæ est differentia inter Dei & diaboli inspirationem. Auguſt.

7 Adorationem hominum tandem respuit, & cur.

8 Adiuuatur Gentiles

hæreticos dementat, prorsus animalia eos efficiés.

quos iam inde ab Apostolorum temporibus, si obserues inuenies dementatos, primò speculatiuis rationibus, & metaphysicis, Marcion, Apelles, Valentinus resurrectionem negarunt, vt quid impossibile humanis conuicti rationibus, Hæbion circumcisionem defendebat, resurrectionem factam Valentiniani asseuerarunt, Hermogenes materiam non natam; quæ omnes vt vides, speculatiuæ sunt, puréque intellectuales, idololatris similes, qui speculationibus ducti elementa adorabant, hic primus gradus, secundus eorum, qui iisdem à dæmone implicati cauillis ad se adorandum impulit: nam si non hoc, quis alius Marcionis Deus solius bonitatis, nisi diabolus? aut quis alius Angelus ille Apellis Deus legis, & Israëlis? quos

Tertull.

vt rectè Tertull. aduersus hæreticos ca. 34. quia plus omnibus intellexerunt maiorem à diabolo gratiam acceperunt: *His solis*, ait, *& his primis reuelata est veritas diuinitatis, maiorem scilicet dignationem, & pleniorem gratiam à diabolo consecutis, qui Deum sic quoque voluerit æmulari, vt de doctrinis venenorum, quod Dominus neganit ipse faceret discipulos supra magistrum.* Similes ergo hic qui idola colebant, & istis etiam factus dæmon satis, ac eos stomachans; ad tertiam tandem deuenit, homines prorsus non homines constituens, sic crassos, & in hæresi stolidos, vt ad illam non rationibus, non cauillis, non sophismatibus alligaret, sed sensu, sed carne, sed appetitu, vt prorsus animalia eos dicas, sine ratione, sine sensu; perquire Lutheranas hæreses, Caluinianas, Melanthonianas. Nussianas, Anabastinianas, quid aliud in illis inuenies nisi carnalia, sensualia, prorsus animalia, itavt pudor iam sit cum eis rationibus decertare, rationibus eos impugnare, cum ad eum statum deuenerint, vt prorsus non homines, tanquam animalia spiritu agitati diabolico, *pront*, vt inquit Apostolus ducantur: ergo ipsum peccatum idololatriæ sic homines alioquin doctos dementauit, vt non solum cœlum, astra, dæmones adorarent, sed etiam ipsa opera manuum suarum licet aliquis fuerit inter eos, qui ea irrideret, vt de Socrate, & Diogene affirmat

Idem. Augusst.

Tertull. in Apolog. cap. 14. & Auguſt. lib. 6. de Ciuit. cap. 10. de Seneca, quem eo culpabiliorem facit, quo quæ inania non ignorans esse, adorabat; *sed iste*, ait, *quem Philosophi quasi liberum fecerunt, tamen quia illustris populi Romani Senator erat, colebat quod reprehendebat, agebat quod arguebat, quod culpabat adorabat.*

Lapidem inutilem, &c. Idest vt inquit Hugo *edificio*, impotentem se, & alios adiuuare.

Opus manus antiquæ. Omnes consentiunt, hoc ideo dici, quia maiorem antiquitas venerationem reconciliabat.

Lorinus.

Placet Lorini obseruatio, hic non agi de pictura solis constante coloribus, hancque ex sacra non constare scriptura, diuino prosecutam honore; hincque quod antiquitus libentius pictis, quàm solidis ex materia imaginibus vtebantur fideles, licet & hæ non defuissent; similiter & quod antiqui simulachris vsi absque effigie, in sude quadam, aut ligno informi, de qua re videndus est. Tertull. in Apolog. cap. 16. Venerem Paphiam sine effigie describit Tacitus,

Tertull. Tacitus.

lib. 2. *Simulachrum Deæ non effigie humana, continuus orbis, latiore initio, tenuem in ambitum metæ modo exurgentis, & ratio in obscuro.* Sic, *Pessinuntiam Deam.* Informem fuisse lapidem è cœlo lapsum, Herodianus memoriæ prodit,

Herodia. Prudent. Arnob. Clem. Al. Lucanus.

Prudent. de agone Romani de eadem Cibele.

Lapis niger ellus euehendus essedo.

Arnobius etiam lib. 6. ait: *coluisse informem Arabus lapidem.* Vide Clem. Alexandrin. in Protrept. vbi affirmat, *ligna erecta pro dijs.* Vnde Lucanus.

Simulachra mœsta Deorum.
Arte carent, cæsisque extant informia truncis.

10 Vnde illud hauserunt.

At petes vnde antiquis talis vesania, vt rudem truncum, vt informe adorarent lignum, vt impolitum lapidem? cum hæc cogitarem, meminisséque obseruasse me antiquitus, sanctissimos illos priscos Dei cultores columnas, & aras impolitas, dum adhuc templa non extabant per campos, viásque, in memoriam, aut Dei, aut insignis alicuius exhibiti beneficij erexisse, impolitas inquam, nulla effigie decoratas, quia sciebant verum Deum infiguratum, atque incomprehensibilem. Hincque ex diabolico incitati Gentiles suasu discurrerem eas posteà adorasse, indéque ansam huius brutalis deformitatis sumpsisse, affectans impius etiam ad instar Dei ineffigiatè adorari, in Pererium incidi, qui sic enucleatè rem differit, vt nil amplius illi addendum censeam, sed tantum tibi hîc ea transcribere, si fortè ad manum liber non sit; ipse enim in cap. 28. Genes. num. 18. disput. 8. tractans de titulo, quem erexit Iacob, de oleóque super eum infuso, & an hoc licuerit, cum videretur superstitio à Gentilibus vsurpata, sic ait: *Hæc sanè tantum abest, vt ab idololatris fuerit accepta, vt potius æstimari possit, superstitiosa Paganorum unctiones, alióque non pauces ritus, ex hoc facto Iacob, similibúsque aliis priscorum patrum insitos, atque adeo impia quadam æmulatione esse derivatos: cùm verò à Iustino Philosopho, & martyre Clemente Alexandrino, Origene, Eusebio, & compluribus alijs obseruatum, & proditum est, falsam, vanámque idololatrarum superstitionem, multis in rebus veræ, ac piæ religionis fuisse æmulam; Vesanus enim diuinitatis affectator diabolus, quæ à sanctissimis viris in colendo, & honorando vero Deo magna pietate, magnáque cum laude acta cernebat, ea quoque sibi exhiberi voluit ab ijs quos impijs erroribus à se deceptos sui cultores fecerat.* Nil melius, ex qua re quantum tu æmulari quæ Dei sunt debeas ipsemet diabolus te instruit, & si illa contraria carni, contraria mundo videantur, & si deformia, æstimationique incommoda; cum quia truncos informes, lapidésque incultos Deo sanctissimo, antiqua Sanctorum Patrum prosapia consecrarat, per impolitos lapides, per deformes truncos, & ipse voluit adorari, æmulans in illis diuinitatem; cur ergo tu cum audis Dei filium per cruces, & tormenta, per infamiam, & despectum exaltatum, non cruces amas, non infamiam, & despectum? sed ad rem reuertentes, non solum effigiata adorabant Gentiles idola, sed etiam sine effigie; hinc factum, vt notat Lorinus, Christianos aliquandiu, nullam in templo imaginem induxisse; vnde ob hoc, vt obseruat Minutius Felix in octau. pro Atheis habitos, quia Deum suum nec ostendere possent, nec videre: similiter asserit Nicephorus lib. 3. histor. cap. 32. contra quos scribit Arnob. lib. 3. 6. & 7. contra

Pererius.

11 Diabolus quantum Dei æmulator, in affectan la adoratione.

12 Ipse nos instruit quomodo quæ Dei sint æmulari debeamus.

9 Antiqui vsi simulachris absque effigie.

Minut. Felix.

Nicepb. Arnob.

Gentes,

Tertull. Lactant. Iustinus. Augustin.

Gentes, Tertull. in Apolog. cap. 12. Lactantius lib. 2. diuinat. institution. cap. 2. Iustinus Apolog 2. Augustin. lib. 4. de Ciuitate cap. 31. & alij, hoc præcipuè adnotarim, vt videas quomodo per extrema semper diaboli sequaces incedentes, nunc nos Atheos faciunt, quia nulla imagine, nunc Gentiles, quia eis vtimur, cum par in vtroque sit impium iudicium; ipsi potius nunc Athei, qui dum omnem sacrarum imaginum cultum respuunt, simulque viuunt, ac si Deus vindex non esset in cœlis, & si non ore, operibus tamen Deum esse, sanctósque in cœlis negant, indéque & eorum imagines vti Athei omnino respuunt.

13 Christiani antiquitus Athei æstimati, quia nullam in templo admittebant imaginem.

14 Confundũtur ex hoc hodierni hæretici.

HOMILIA LV.

Spes humana infelicem reddit hominem, diuina felicem, in solo Deo sperandum.

INfelices autem sunt, & inter mortuos verè computandi, qui spem suam in alio, quàm in Deo in alio, quàm in Christo reponunt, quid enim aliud expectant nisi consumptionem? Luc. 8. num. 43. recole Hemorroissam illam diuitem, præpotentem, fluxum tamen sanguinis patientem, ac in medicis fidentem, quid inde hausit? consumptionem, destructionem: *In medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari.* Lucas ait, *sed magis deterius habebat*, ait Marcus cap. 5. num. 27. quod pulchrè, Beda in hunc locum tropologicè explicans de illis qui antè Christum ad dæmones accurrebant, sic ait: *Dæmones quoque quasi hominibus consulendo se pro Deo colendo ingerebant, quibus audiendis, quanto magis naturalis industria vires expendebant, tanto minus sanari poterant.* Egregiè, totas naturalis industriæ expendo vires, sint tibi Croesi opes, Alexandri Imperium, Cæsaris fortuna, non ad profectum, sed ad defectum tibi deseruient, vna sola spes tamen in Christo te adiuuare poterit: *Medici omnes diuitias consumpserunt*, ait Greg. *Solam spem in tanta diffidentia reperit.* Pulchrè *reperit*, quasi thesaurum amissis iam omnibus bonis, nec eam fefellit; nam statim sanata, nec aliter possibile: nam vt Theophylact. in hunc locum affirmat dicens: *Sicut cum aliquis oculum lucerna lucenti adhibet, aut igni spiritus statim operantur, sic quidem qui fidem affert potenti curare, statim curationem consequitur.* Exactè actisenim remediis, seu profusionibus, in quibus spem reposuerat edocta pia mulier spei anchoram non iam in saxoso humanæ prouidentiæ, sed in portu diuinæ iacere intentans, quid mirum si statim sanata, Hebr. 6. num. 28. *Confugimus*, ait Paulus, *ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis* Pulchrè, spem firmam, tutam, & immobilem anchoræ comparauit, quam si in saxo eiicis, reiicis, si in portu, figis; hinc Augustin. ad illa verba Psalm. 54. num. 13. *Iacta super Dominum curàm tuam, portum quære*, ait, *non saxum* Immò vt rectè Chrysost. adnotat Apostolum loqui respectu infirmorum, qui spe ne allidantur indigent, non respectu perfectorum, qui ædificant suprà petram, hoc est in fide, quæ amplius certa, quàm spes: *Nam in his quidem*, ait Sanctus, *qui sunt valde firmi, illud consentaneè posuit Christus, qui ædificauit domum suam suprà petram; in iis autem qui sunt defessi, & debent spe portari conuenientior hoc posuit Paulus.* Vt ex hoc intelligas, quod tunc magis spe in Deum, & non in alium indiges, quando amplius infirmus, ampliùs iactatus, & hoc, vt ait Chrysost. *Non solum in spiritualibus, sed etiam in iis quæ ad hanc vitam pertinent.* Vti hæc mulier, quæ tunc quando magis infirma, tunc amplius sperauit, ideóque sanitatem recepit, quia anchoram in portu non in saxo fixit, in Christo, non in opibus, non in medicis, in quibus sperans deteriorabat, infelicior in dies existens, sicuti & qui in fortitudine, in equis, in armis, in principibus illam reponunt.

1 Spes in Deo sola est quæ hominem adiuuare potest, in aliis verò rebus potius perdit. *Gregor. Theophyl.*

Ad Heb. 6. n. 28.

2 Spes tuta anchoræ comparatur, & cur *Augustin. Chrysost.*

3 Spes infirmorum est, fides perfectorum.

4 Non solum in spiritualibus, sed in temporalibus in Deo sperãdum.

Impius Sennacherib, 4. Reg. 19. recedens à terra Israëlis, & à Hierusalem, quam iam quasi captam æstimabat occasione inuasionis Regis Æthiopiæ in suam, sic mandauit Ezechiæ, num. 10. *Non te seducat Deus tuus in quo habes fiduciam, neque dicas non tradetur Hierusalem in manus Regis Assyriorum.* In quo ergo tantum fidebat tumens iste? infrà illud explicat; nam sic intra se loquebatur: *In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium in summitate Libani, & succidi sublimes Cedros eius, & electos abietes illius, & ingressus sum vsque ad terminos eius, & saltum Carmeli eius ego succidi, & bibi aquas alienas, & siccaui vestigiis pedum meorum omnes aquas clausas.* In curribus ergo fidebat, sic quod vt benè adnotat Lyran. in præterito loquebatur, quasi iam acta res: *quia licet ista adhuc non fecerat, tamen ex superbia cordis reputabat se certitudinaliter facturum.* In quo loco duo pondero; Primum, quàm firmiter mali sperant in suis vanis, quàm infirmiter boni in Deo; hoc erit quippè iudicium, dum impiorum spes valida nostram infirmam condemnabit, & inspiciemus amplioremspem malos ex multitudine equorum sumpsisse, quàm nos ex multitudine Angelorum, immo ex Deo ipso; hinc meritò affligimur, & castigamur: mirum equidem, & admirandum, vt impius iste sic confidens loquatur, vt nullum dubium, nullas difficultates in facto consideret; immo sic in equis confidat, vt & Deos cæterarum gentium etiam contemnat, non solum Israëlis; & Christianus non sic in Deo fidat, vnde hoc? sanè, quia debiles in fide, non sic Deum perpendimus, sicut suos ille equos. *Fides*, inquit Paul. ad Hebr. 11. num. 1. *Est sperandarum substantia rerum.* Quid per substantiam? optimè Cornel. *subsistentia, & existentia.* Quia fides quando viua, feruida, & efficax sic futura prospicit, ac si essent præsentia, vnde mentis oculis illa repræsentans talem eis confert subsistentiam, vt sic dicam, ac si oculis cernerentur, suprà quam quando spes fundatur sic fortiter, sic fixa, sic immobilis permanet, vt verè dixerit Chrysost. vbi sup. quod *per spem tam sumus in cœlis, & si in mundo, & si è vita nondum excesserimus iam sumus in promissis.* At quia non sic Deo Christiani credunt, ideo nec sic sperant; hinc cum eorum fides non sit sub-

4. Reg. 19. num. 10.

Lyran.

5 Spes Gentilium in equis & suis viribus spẽ confundit Christianorum.

Ad Hebr. 11. n. 1. Cornel.

6 Vnde peccator in rebus huius mundi amplius sperat, quàm in Deo. *Chrysost.*

sistentia, hoc est, non quasi rem subsistentem Deum eis repræsentat, sit vt nec in eum firmiter, solidè, ac fortiter sperent, sed remisse: è contra verò mali fortiter sperant, quia apertè vident; hinc amplius illi in vanis suis, quam nos in vero nostro Deo speramus, debili nostra totum hoc constante fide, vnde & omni digni reprehensione.

7 Fides cur dicitur speraudarum subsistentia rerum.

Secundum quod adnoto, quàm miserè ob suam hic impius extitit spem, mirum vt & si blasphemus noluerit illum Deus occidere, sed tantum exercitum; quæ causa? Abulens. quæst. 30. *adinferendum*, ait, *maiorem ei pœnam.* Tum ex morte suorum, tum ex ignominioso reditu, tum ex amissione rerum acquisitarum, tum tandem ex morte illatura à filiis in ipsomet suo regno; sana hæc, sed dicerem ego non eum occidisse, vt miser aspiceret in quæ fidit, ob quæ contra Deum se erexit, & ex illismet infelicem se factum à quibus felicem se æstimabat; ad omnium exemplum, & doctrinam, vt intelligant eo se miserabiliores futuros, quo fidentiores in rebus humanis, immo eo in ærumnis, ac miseriis prolixiores.

Abulens.

8 Sennacherib cur Deus non statim occidit.

9 Homines eo miserabiliores erunt, quo confidentiores in humanis rebus.

Mirum, & quod sine stupore recogitari non potest, cur sic oblitus Ioseph Pincerna extitit Pharaonis, vt in oblivione constans sic esset, quod per duos annos eius non meminerit, nec antè reminisceretur, quàm somnia vidisset Pharao: *Post dues annos vidit Pharao somnium*, Genes. 41. num. 1. tunc demum reminiscens Pincernarum magister, num. 9. Philo ad hominis ingrati ingenium illud refert, & simul ad Dei voluntatem: *Nemo ingratus beneficiorum meminit, vel quia Deo visum est iuuenem non humana, sed diuina ope ad felicitatem prouehi.* Verum, sed equidem vt hoc fieret, & minus fuisset necessarium tempus vt ille æstimaretur ingratus, & Dei auxilium innotesceret, nunquid duo non sufficissent menses? cur ergo biennium? ni fallor ad culpam hominis confidentiæ expiandam, dum non totus Deo fidit, sed in homine, vnde post somnium enarratum tanquam mercedem sui expoposcit memoriam, Genes. 40. num. 14. *Tantummodo memento mei cum bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere, quia furto sublatus sum, & innocens in lacum missus sum.* Pende singula, & extremam in hoc homine Ioseph confidentiam inspicies, memoriam tantum postulat, nil dubitans de voluntate, sic fidebat in illo, misericordiam ab illo expoſcit, tanquam si esset Deus, eductionem à Pharaone expostulat tanquam si ab illo solo penderet, & tandem innocentiam allegat, quasi iam de re acta, & quod nil amplius quam suggestio deficeret, meritò per biennium punitus, vt inde misericors euaderet, vnde sperabat se feliciorem futurum Egregiè Chrysost. homil. 6. in epist. ad Titum: *Ioseph*, ait, *in vincula coniectus, cum carcerem egredi properaret, tunc maximè illis immorari permissus est, audi namque ipsum dicentem, memento mei apud Regem, merito & hoc ipse passus existimatur, quoniam dixit memento mei, vt disceret in hominibus non esse confidendum, sed spem omnem in Deo dirigendam.* Pende illa *cum carcerem egredi properaret.* Ex desiderio egressionis cæcus factus vt sic dicam, fidit in homine; hinc in parietibus impegit, non ab illis exiit, vt tu discas, & attendas spem in homine, & non in Deo, in vinculis te coniicere, non à vinculis te liberare; cum si à miseria eripi vis illud medium in Deo sperare, Deo fidere, & eo quo humana desunt auxilia, eo fidentius crede quod aderunt diuina, quibus & felix euades, & à molestia eripieris gloriosè, granditer.

Chrysost.

10 Ioseph in carcere à pincerna oblitus, ob spem & cõfidentiam quàm in ipsum habuit.

11 Spes tunc firmius iace endaquãdo amplius humana desunt auxilia. *Exod.* 21. num. 14.

Emissurus diues ille Patriarcha Abraham Agar cum Ismaële filio, Exod. 21. num. 14. *Tollens panem, & vtrem aqua imposuit scapule eius, tradiditque puerum, & dimisit eam.* Quid amplius admirandum? *Ergo-ne sic auarus fuit diues ille Regum victor, trecentorum decem & octo vernaculorum Dominus, vt præter panem, & aquam nihil filio donaret, quem tristis eiiciebat, nec saltem vnum illi Asellum accommodaret.* Meritò exclamat Rupertus, vnde ergo tanta in Abrahamo durities? vnde tanta cum matre, cum filióque tenacitas? nunquid exosos eos iam habebat? immo amabat plurimum; vnde ergo sic dimisit? sanè, ob eorum emolumentum, noluit vt in ipso, vt in rebus, vt in diuitiis quas abundè conferre poterat, sperarent, sed in Deo, eo feliciores futuri, quo humanis pauperiores. Pulchrè Lypom. in hunc locum: *Quanto autem*, ait, *Abraham ancillæ in exilium destinanda panciora dedit, tanto fidei ardorem maiorem expressit.* Egregiè, dixerat enim illi Deus, ibi num. 13. *sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est.* Hinc fide erectus, immò totus incensus, sic rei magnitudinem præsentem tenuit, sic regna, ac filij imperia, vt quasi iam non in spe, sed in re; ob quod superflua reputauit sua, dum Dei accedebant; nunquid à spe deceptus? sic creuit puer, vt principes ex eo, vt reges, hoc ipsi Agar Dei Angelo dicente: *Surge, tolle puerum, & tene manum illius, quia in gentem magnam faciam eum.*

Rupertus.

12 Abraham ex spe filiũ è domo dimisit nil ij. Il præbens, sicut nec matri.

Lypom.

Sed attende, quando hoc audiuit, quando Angelus ei locutus, quando in tantam eam erexit spem? & profecto inuenies, quando quæ à domo extulerat Abrahami, quæ ab homine acceperat omnino defecerant: *Cumque consumpta esset aqua in vtre abiecit puerum, & abiit, sedítque è regione procul, dixit enim, non videbo morientem puerum, & leuauit vocem suam, & flenit; exaudiuit autem Dominus vocem pueri, vocauit Angelus Dei Agar dicens: noli timere, exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo est, surge, tolle, & tene manum illius, quia in gentem magnam, &c.* Ibi à num. 15. in quo loco multa considerauda, primo, quàm parùm in homine fidendum, & si parente, quando fortuna abest, quando calamitas adest, en dum aqua in vtre mater sustentabat puerum, ea deficiente statim abiecit, & abiit, & tamen mater, quid qui non mater, nec frater? secundo, abiit, causámque assignans dixit, *non videbo morientem puerum.* O bene, nonne consultius vt ei assistas, vt dolorem mortis lenias, vt in angustiis confortes, vt & si non remedium, & aquam, saltem verbis, societate, assistentia consoleris, nil minus amice, hominum,

13 Quam parũ hominibus fidendum quando fortuna abest.

amicorúmque huius eſt exemplum mundi, ſic te in anguſtiis derelinquunt, prôcúlque à te abeunt, vt & ſi verbis poſſint te conſolari, tamen fugiunt, ne ipſi dolorem percipiant. Tertiò ipſa fleuit, & Dominus non eius vocem, ſed pueri audiuit, cur? ſanè quia hic erat derelictus, & dum ſe à matre etiam non tantum à patre deſolatum vidit, ad ad Deum tunc confugit, ab eo ſolo dependens, quod non anteà: nam & ſi à patre eiectus, in matre tamen fidebat, hinc eius lachrymæ ad Deum, dum matris non niſi ad mortem aſpiciebant filij. Quod rectè adnotauit Caietanus: *Puer*, ait, *vocem ſuam direxit ad Deum, mater autem ad mortem filij imminentem.* Meritò ipſe exauditus, & non mater, & tunc exauditus, quando omnino derelictus totam ſuam in Deo collocauerat ſpem, vt exinde duo ſimul intelligas, primum, ſpem in matre ad mortem hunc adduxiſſe puerum, ac proindè ad ſummam infelicitatem; ſecundum, quod quando in Deo tantum eam repoſuit, tunc ad ſummam euectus felicitatem, vt inde diſcas quod dicimus, ſpem in Deo feliciſſimum reddere hominem, in creaturis infeliciſſimum. Adnotandum tandem tunc Agar è cœlo aduocata, quando deficiente aqua, panéque conſumpto, in nullo amplius niſi in Deo erat ſpes ſua, quæ ob hoc meruit conſolari, vt benè adnotat Lypom. in Caten. nam vti famula Abrahæ, etiam erat Deo fidelis: hinc ſine murmure, ſine lachrymis, ſine reſiſtentia abiit: *Similem, & ipſa Agar, ait, fidem exercuit, ſine murmure, & querelis Dei verbum cum tanto ſui, & filij periculo ſuſcepit, ideo dimitti à Domino non potuit, cui ſe totam commiſit, non immemor promiſſionum Dei factarum de puero, qui & ipſe iam ſedecim annorum, & vltra.* (decem & octo Hieronymus eum facit) *à patre in Dominum credere, & ſperare didicerat; fides enim Abrahæ totam illam familiam ſanctam repleuerat.* Ex quo illud tu elicere ſimiliter potes, non priùs te ab anguſtiis Deum erepturum, quàm deficientibus humanis totus ab illo pendeas, tota in illo ſit ſpes tua.

14 Quam falſa amicorum huius mundi amicitia in extremis.

15 Deus cur vocem Iſmaëlis dixerit audiſſe & non eius matris. *Caietan.*

16 Deus in extremis ſuccurrit & non antè vt tota ſpes ſit in illo. *Lypom.*

Admirandum, vt Deus qui ordinatè omnia facit, & quæ nobiliora prius, & effectrices cauſas priuſquam earum effectus, voluerit tamen hunc inuertere in creatione mundi ordinem, ſic vt & ſi herbæ, arbores, virgultorum germina à curſu ſolis, Planetarúmque, ac Lunæ dependeant, tamen prius iſta crearentur, quam Sol, aſtra, & Luna, dum hæc non niſi in quarta die, illa in tertia, Geneſ. 1. num. 12. *Et protulit terra herbam virentem, &c. & factum eſt veſperè, & manè dies tertius.* Poſt quæ, quarta die facta ſunt luminaria in cœlo; quæ ratio? ſanè *ne homines ſibi perſuaderent*, ait Vatab. *Solem eſſe cauſam lucis, generationiſque herbarum, & arborum, atque ita acciperent anſam idololatriæ.* Pédo rationem, vnde & ſi ſcirent Solem eſſe cauſam productionis, & Deus prius creaſſet illum, & per illum voluiſſet vt modo virgulta germinare, hoc eſſet idololatriæ cauſa? ſanè non ob aliam, niſi quia pro Deo homini illud eſt in quo ſperat, & à quo dependet, & à quo acceptum refert, vt exinde videas in quale barathrum ſpes in creaturis hominem abiicit, vt vero Deo derelicto ad idola ſe addicat, & ſanctum Dei

17 Deus cur herbas ante ſolem lunámque creauerit,

Gen. 1. n. 12.

Vatab.

18 Homini pro Deo eſt, in quo ſperat.

A cultum in idololatriam vertat; vnde egregiè Chryſoſt. Chryſoſt. hoc idem ponderans ſuadet ſolam in Deo ſpem ponendam: *Non enim*, ait, *erat homo qui operaretur, non aratrum, nec bonus operatio, non aliud eiuſmodi ſtudium, ſed ſolum audiuit Dei præceptum, & ſtatim quod ſuum erat fecit, ex quo diſcimus quod etiam nunc, neque vua, neque labor agricolarum, neque alia in colendis agris arumna fructuum nobis prouentus concedunt, ſed præ his omnibus verbum Dei, quod ab initio ad terram factum eſt.* Hinc quia homines illud percipere nolunt, ſed ſic fidunt in his quæ ad adiutorium tantum illis Deus præbuit, vt à Deo ſpem adimentes in iſtis reponant mediis, meritò decidunt, ac miſerabiles fiunt.

19 Homines miſeri fiunt quia in mediis non in Deo ſperant.

B Miſer Adam vnde putas cecidit? & ex Deo in beſtiam commutatus in extremam lapſus eſt miſeriam? quia in adiutorio quod ſibi Deus ad cooperandum ſic fidit, vt totum ſe illi dederit, ac ſic aglutinauit, ac ſi non eſſet alibi eius aglutinatus ſpiritus. Aſpice ergo illum ex præſentia Euæ extra ſe factum, ſic exhilaratus, vt propter illam omnia digne relicturum hominem iudicarit, immo & vnum cum ea ſimul ſpiritu fieri ſi poſſet, quod cum impoſſibile, tantum in vna carne viuendum iudicauit, vnde pronuncians, ait: *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ*, Geneſ. 2. num. 23. Sept. & *aglutinabitur vxori ſuæ.* Mira propenſio, & C *erunt duo in carne vna.* In quo loco Hugo de ſancto Victore, *id eſt tanta erit dilectio, quod vtriuſque ſpiritus nullam habebit differentiam inter carnem à ſe vinificatam, & carnem alterius dilectam, & ſi poſſent in vna eadémque carne libenter habitarent, & quia in re non poſſunt facere hanc vnitatem, quod poſſunt facient vnionem dilectione.* Mirum equidem, & mirandus hominis genius, quantum ſcilicet in hæc propenſus ſit inferiora; en Adam ſic à Deo mirificatus, etiam præſente illo, ſtatim ac ſui ſimilem vidit, ita eius cum illo aglutinatus eſt ſpiritus, mens, anima, caro, vt nil Deo reſeruans, immo eius oblitus totum ſe in mulierem fuderit, omnem ſuæ propaginis ſpem, omne ſuum adiutorium, ſubleuamen, vitam, incrementum, ab illa ſperans, quid mirum ſi ab illa deluſus, ſi ab illa deceptus; egregiè hoc colligit Rupertus ponderans Adami ingratitudinem, ſic ex præſentia Euæ totus in illam diffuſi, vt nullam gratiam Deo proferret, nullum nec verbum ei diceret: *Diuina dignatione dono locupletatus*, ait, *in eo quod facit adiutorium ſimile ſui, tacet adhuc, & nil quod laudem Domini reſonet eloquitur, nec vllum dilectionis, vel gratiæ verbum in ore eius fuiſſe ſcriptura teſtatur.* Meritò ergo ait Ambroſius, lib. de Paradiſo, cap. 4. *Ille, qui adiumentum vxoris habiturum ſe credebat, lapſus eſt per vxorem.* Infelix tedditus ab ea, à qua ſummam ſperabat felicitatem, ad doctrinam noſtram hæc, prædicant, inclamant, vt non in humano, ſed in diuino ſimus fidentes adiutorio, vt non nos cum his aglutinemus terrenis rebus, in illis ſperantes, ſed Deo fidentes ab illo ſpem hauriamus noſtram, ſi felices eſſe velimus, ſi ab omni tribulatione liberi.

Hug. à S. Victor.

20 Adam quàtum vxori ad dictus.

Gen. 2. n. 23.

21 Homo quàtum ijs inferioribus addictus.

Rupertus.

22 Adam Dei oblitus & ingratus ob mulierem etiam antè peccatum. *Ambroſ.*

In lacum & si inuitus Darius Rex immisit sanctissimum Danielem; ad quem manè accedens sic lachrymabundus inclamauit: *Daniel serue Dei viuentis, Deus tuus cui tu seruis semper, putasne valuit te liberare de leonibus?* Daniel. 6. num. 20. Pendo aliqua, Primo, si sic Danielem Rex diligebat, si sic eum æstimabat cur in lacum immisit sciens innocentem? optimè Theodoret. quia vecors, & ignauus, non ipse per se administrabat regnum, sed per alios, vnde stupidus non ipse dux aliorum regens, sed tanquam iumentum ductus ab aliis regebatur, licet probus esset aliàs, & Dei timoratus, vnde sic Theodoret. in illis verbis: *Deus tuus quem colis semper ipse liberabit te, pium verbum, & pristinis minimè consentaneum, si enim tantam attestaris esse Dei virtutem, quemodo lege sanxisti, ne quis ipsi triginta dierum spatio supplicares, sed videtur Darius probus quidem fuisse, & moribus æquus, potiúsque pietatis studiosus, mediocrem tamen, & admodum facilis decepti; neque enim regnum administrans, quibus dux esse deberet subiectis sibi ab ijs duceretur.*

Dan. 6. n. 20.

Theodor.

23 Darius Rex cur sciens Danielem innocentem in lacũ tamen immisit leonum.

24 Princeps vecors ille, qui non ipse ducit, sed ducitur ab aliis.

Secundo pendo, quo fatrapæ miserum addicunt Regem illis semel subditum, vt potius cogant contra Deum irrumpere, innocentem condemnare, leonibus obiicere, quam sibi resistere, & contra eorum voluntatem irrumpere, dij ipsius effecti, ipse in eis idololatrans, quod patet, quia plus ipsos, quam verum Deum facit, en Darius contristatus ab accusatione, *pro Daniele*, ait scriptura, ibi. num. 14. *posuit cor, vt liberaret eum, & vsque ad occasum Solis laborabat, vt eruaret illum.* Quid amplius si subditus, si non Rex; hinc meritò vti seruus non ipse illos, sed ipsi illum subiicierunt, immo vti bestiam vincierunt; Pendo tandem nomenclaturam; *Daniel*, ait. *serue Dei viuentis.* Cur non suum appellat, si suus? sanè suus fuisset si in ipso speraſſet; at quia in Deo tantum, ideo malè suum dixisset; vnde ideo Daniel à leonibus ereptus, quia in Deo tantum speranit, deuoratus si in Rege, clamante scriptura, num. 23. *Quod nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit Deo suo*, hoc est quia vt ait quidam, *confisus fuit Deo, eiusque prouidentia, & omnipotentia se totum commisit.*

25 Daniel. à leonibus liberatus, quia in Deo tantum fidit, non in Reges.

Ex dictis amice (ne tempus teramus) velim vt ponderes in quali extitisset Daniel statu, si totum se, totam suam reposuisset spem in Regis amicitia, ac fauore; enimverò si consideres, sic Daniel Regi erat charus, sic eius amicus, vt in amicitia regum nil amplius est quod desideres, vnum ex tribus principibus qui suprà satrapas centum viginti eum constituit, immo asserit scriptura quod *cogitabat eum constituere super omne regnum.* Affectum autem quo eum diligebat, satis indicant eius lachrymæ pro Daniele, eius conatus vt eum liberaret, eius tandem dolor, ac vigilia post eius condemnationem, *recubuit incœnatus, nec dormiuit.* Qualis maior Regis amicitia, affectus, propensio, fauor, & tamen si in illo, & non in Deo tantum Daniel speraſſet, nullus sic hominum miserrimus extitisset, ô miseria Aulicorum, ô infelix fortuna, si scirent, quasi super demortuos se deplorarent; attendo, sic certa est eorum ruina (tantum ad Regis personam attendendo) quod impossibile sit vt non in summam, non in abyssum cadant miseriarum; nam vnum è duobus certissimè, aut voluntas Regis ex se mutabitur, & da eos omnino consumptos, aut si hæc stabilis contra turgentiam, maleuolentiam, insidias non valebit Aulicorum; en Daniel tibi in exemplum ad quid stabilis illi Regis amicitia, voluntas, propensio? nil valuit contra satrapas; attende ad eius socios, in fornacem missos, & si Regis amicos, quia *aspectus faciei eius immutatus est.* Daniel. 3. num. 19. ergo ruina certissima siue stabilis regis voluntas, siue instabilis. Quis ergo sic insipiens vt talibus fidat, *si pacem cupimus.* Rectè admonebat Æneas Siluius, qui posteà Pius secundus ad quendam Aulicum in libro quem scripsit de miseria curialium, *si otium diligimus, si nobis viuere volumus, si salutem animæ quærimus, fugienda nobis sunt atria regum, & Aulici tumultus.* Nam sicut præclarè Polibius lib. 5. *Sicut calculi modo erei sunt, modo aurei, sic & Aulici ad nutum Regis nunc beati sunt, nunc miseri.* En Daniel, en socij eius, modo felices, modo miseri extitissent, si tantum in Rege speraſſent; at semper felicissimi quia in Deo, qui & si ad portas reducit suos mortis, non solum inde eos liberat, sed exaltat, sed super extollit.

Dan. 3. num. 19.

Æneas Silu.

Polibius.

27 Regum aulæ fugiendæ sfelices esse velimus.

28 Deus in se sperantes non solum liberat, sed exaltat.

Hoc quippè quando aliud deesset solum in Deo sperare nos adigere deberet: nam dum saluat, dum eripit, non solum liberat, sed cum exaltatione, cum gloria, tres pueros bene in fornacé permisit iniicere, sed inde cum gloria extollit, sic vt idem Rex, qui eos ad ignes, idem posteà super regnum eos promouit, Daniel. 3. num. 97. *Tunc Rex promouit Sidrach, Misac, & Abdenago in prouincia Babylonis.* De qua re maximè Dauid ipsum laudabat, Psalm. 9. nu. 15. inquiens: *qui exaltas me de portis mortis.* Non solum liberas, sed exaltas, & non de porta, sed de portis, hoc est de multis, non vno periculo, non vna tribulatione, *non dixit*, inquit ibi Chrysost. *Qui liberas, sed qui exaltas, non enim in eorum malis tãtum soluendis subsistit Dei beneficium, sed fecit eos admirabiles, insignes, & clariores; non dixit autem ex porta, sed ex portis multa pericula significans.* Fremant satrapæ, indignetur Rex, conturbetur mundus, circundent omnes gentes Dei seruum, quia non solum liberabit eum Deus, sed cum victoria, cum vltione: *Omnes gentes circuierunt me* Regius ait Psaltes, Psalm. 117. n. 10. ad quid? nunquid eum comprehenderunt? nil minus, *sed in nomine Domini, quia vltus sum in eos.* Vbi idem Chrysost. *Vidisti periculum inenitabile? omnes gentes circuierunt me, sunt tamen hæc omnia confracta ab spe in in Deum, & ideo addidit in nomine Domini, &c.* Non solum liberat, sed exaltat, non solum exaltat, sed cum inimicorum vindicta, occisione, exterminio.

Dan. 3. num. 97.

Psal. 9. n. 15.

Chrysost.

Psal. 117. nu. 10.

29 Et cum inimicorum victoria.

Hoc pendo in liberatione trium illorum sanctorum à fornace, non solum illos eduxit, non solum exaltauit, sed insuper vindictam expetiit de inimicis, Daniel. 3. num. 47. *Flamma erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem ex Chaldæis.* Quos Chaldæos? illos profectò, qui illos in fornacem miserant, num. 22. *Porro viros illos, qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago interfecit flamma ignis.* Et qui erant isti? fortissimi, ac præcipui Nabucho-

Dan. 3. nu. 47.

26 Aulicorum & principũ amicorum quàm infelix fors quã certa ruina.

Digitized by Google

donosoris exercitus, ibi num. 20. *Et viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis pedibus, mitterent eos in fornacem ignis ardentis.* Ergo non solum Deus eos liberauit, sed vindicauit, & mysterium, non solum vindicauit de ministris Regis imperij executoribus, sed de ipso Rege, dum non quoslibet viros, sed fortissimos sui occidit exercitus, vt impius damna sentiret, viderétque interfectos, ac in cinerem redactos, in quibus suam reponens confidentiam superbè, ac insanè dixerat: *& quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea?* quod considerans Hieron. aptè premit dicens: *Non ergo fortuito quoscumque ministros perdidit Nabuchodonosor, sed viros fortes de toto exercitu suo, & ad bella promptissimos, vt non solum miraculum pertimesceret, sed exercitus sui damna sentiret.* Grauiter, sentiat impius damna earum rerum quibus superbiebat, Deúmque non recognoscebat, & vindicet Deus suos in eum sperantes, impiorum decedendo spem in qua superbiebant, & idem instrumentum superbiæ impiorum, sit gloria Sanctorum; audiant hoc potentes, & Deum extimeant Israëlis, sciántque inultos non ituros si contra sanctos se erigant, simulque apprehendant omnes in solo Deo sperare, qui non solum in se sperantes liberat, sed exaltat.

30 Ministri non quilibet, sed fortissimi Nabuchodonosoris occisi, & cur.

Hieron.

In solo Deo sperare dixi, & aptè; nam sic Deus hoc vult, sicque nostræ spei est auidus, vt quia hominem vidit ideo facilius in alterum sui similem sperare, quia homo vt ipse, quia caro vt ipse, quia eandem possidebat speciem, eandémque similitudinem, ad inuidiam hominis spei vt sic dicam adductus, hominem se effecit, vt omnem in se humanam adduceret spem, & nulla amplius esset excusatio cur in ipso solo homines sperare non deberent, Luc. 2. *Nunc dimittis seruum tuum Domine.* Sanctus ille dixit senex, cur? *Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populorum.* Pendo verba, *salutare, & antè faciem omnium populorum.* Pete ab hominibus quid desiderant, quid optant, quid in præcordiis habent. *beatos esse, non miseros.* Respondet Augustinus, omnes ergo optant salutem, hoc est saluationem, beatitudinem, siue naturalem, siue supernaturalem; ergo vt hominum omnium ad se Deus attraheret desiderium, & id quod sic desiderant ab ipso sperarent, posuit, *salutare suum ante faciem omnium populorum.* Ante omnium conspectum, caro factus vt salutem ab ipso sperarent, non ab alio: *Ideo hominum amator Deus.* Eleganter ait Athanas. orat. de Incarnat. Verbi: *Simul & verum, & communis omnium Saluator corpus sibi assumpsit, homo inter homines versaturus, vt hominum sensus praeoccuparet, vt homines humana sola cogitantes quo vnique suos sensus conferrent, ibi se anticipari, praeoccuparique animaduerterent.* Pende causalem, ideo homo Deus factus, non vt vnum, aut alterum sensum, sed vt omnes hominis præoccuparet, sic ad omnes eos se accommodans, sic omnibus satisfaciens, vt nullibi se verterent, quin eum inuenirent coactione quadam, ac veluti suauissima tyrannide eos sic compellens, vt velint, nolint ipsi se copulent, ipsúmque astringant; hinc hac suaui amplexus Dauid tyrannide, Psal. 138. num. 7. suauiter canit: *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? si ascendero in cœlum tu illic es, &c.* Quæ verba expendens Nicolaus Gabasila Græcus author, lib. 1. de vita in Christo, acutè adnotat, & si multis homo indigeat, tamen in rerum natura nihil extare, quod simul ad omnes deseruiat hominis sensus, præter vnum Domini Saluatorem: *Cum multa sint in quibus per vitam egemus, aëre, lumine, alimento, vestibus, ipsis natura facultatibus, & membris, sit tamen vt nullius vsum ex omnibus semper, & ad omnia desideremus, vestem induimus, quæ alimoniam non præbet, lumen ad animam ducendam non facit, manus otiosa est cum asculture oportet, ad contingendum manus sufficit, ad odoratum nihil commodat; at Saluator in ipso viuentibus sic semper, & omnimodè adest, vt quibuscumque eorum necessitatibus consulat, & ipsis sit omnia, nec alio prorsus se vertere, nec alunde quærere quicquam sinat.* Egregiè, sic omnia omnibus nostris se Deus effecit sensibus, vt non sinat prorsus vt aliò se vertant: nam vt ipse sequens ait: *Generat ipsos, & educat, & alit, & lumen ipsis est, & habitus, & cum sit aliter simul est alimentum, & vita est viuentibus, & vnguentum spirantibus, & vestimentum operiri cupientibus, & sen illuc eas ibi est, sen alio, etiam aliam viam occupat, si ascendero in cœlum tu illic es, vt ait Dauid, coelu quodam mirando, & suaui tyrannide.* Pulchra hæc postrema: non solum Deus inuitat, sed sic nos amat vt cogat, vt compellat, *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Luc. 14. num. 16. Dominus dixit noster, *& vocauit multos.* Qui noluerunt, at quid Dominus? nunquid amissurus cœnam, deperditurus parata? minimè, sed quid? *compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Compulit, cur? quia dum prius inuitabat, tamen noluerunt venire; at quæ est compulsio, seu quomodo compulit? audi eundem Gabasilam: *hanc illam esse vim, & necessitatem opinor, qua ad domum suam, ad conuiuium compulit, quos vocauit, cum seruo diceret compelle intrare.* Egregiè, vis scire compulsionem, attende cœnam, ipsa erat compulsio, omnibus sensibus omnia Dominus factus, omnium gustui, & ideo compulit, quia nec aliò se vertere, nec aliundè quærere quidquam sinit: ergo cœnam fecit, homo factus vt non aliundè quæreres, quod in illo abundè haberes; hinc & in ipso solo sperares, sic cupidus tuæ est spei.

Pſal. 138. n 7.

Nicol. Gabaſilas.

31 Deus ad nostram aucupandam spem homo factus sic vult vt tantum in ipso speremus *Luc. c. 2.*

32 Christus solus omnia hominis potest explere desideria, quia ipse solus ad omnia valet.

Immo amplius quid dicam, sic totus in Domino homo suam debet collocare spem, etiam si peccator, etiam si malus, vt ad ipsum tantum confugere debeat, sic vt ad nullum alium, etiam sanctum, quasi ab illo sperans subsidium, remedium, & non totaliter à Deo, & ne extraneum quid affirmare videar, attende ad Ionam, qui & si Sanctus, tamen in nihilo pœnitentia Niniuitarum motus excidium expectabat, immo optabat, sic ieiunans vt ciuitas desolaretur, ac miseri Niniuitæ vt saluaretur: *Congregati erant Niniuita*, Sanctus Pater ait Ephrem, in Ionam: *Modúmque inquirebant placandi Dominum, cognouerunt*

33 Deus quomodo, & quo medio hominem compellat.

34 In Deo solo sic sperandum vt in nullo homine quamuis sanctitate fulgente.

Luc. 14. num. 16.

S. Ephr.

ieiuninm potens esse, & efficax, & ieiunarunt, Ionas ieiunat metuens ne fortè illius beneficio saluentur, ipséque mendax reddatur. Meritò ergo isti vt sequens ait Sanctus Pater illo relicto ad Deum confugerunt, in illo totam suam spem collocantes: *Et vt cognouerunt Deum benignum, & misericordem esse, videbant enim Prophetam durum, ac saxum relictóque duro ad misericordiam confugerunt.* Tibi ex hoc Deus instruens ad quem recurrere debeas in tuis afflictionibus, & vt homines refugias, & si sanctos, neque tibi negotium ingerat Deum ob tua extare demerita iratum; nam vt rectissimè Clem. Alexand. in exhortat. ad Gentes, *Pulchrum est periculum ad Deum transfugere.* Cum nullum sic aptum medium Deum placandi, diuinámque effugiēdi iustitiam, quam ad eius confugere misericordiam: nam & si tu Deum peccatis offendisti, & quasi serpentinis morsibus occidisti, deiecisti, scito quod si ex illis cadit, non est vt te occidat, sed vt saluet, *sicut Dan coluber in via.* Sanctus ait Iacob prophetizans, Genes. 49. n. 17. *Cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt ascensor eius cadat retro.* quem locum de Christo intelligens Ambros. in 1 psal. 4 o. super illa verba: *etenim homo pacis meæ in quo speraui*, adnotat, ideo Christum retro cecidisse, vt quos eum momorderāt, saluaret: *Momordit ergo serpens*, ait, *calcaneum equi, virus suæ fraudis euomit, volens equis se ipse deiecit, volens cecidit, vt nos leuaret, retrorsū erat, Petrus, cui dixit, vade retro post me, retro erant Apostoli, & cæteri discipuli, ideo retrorsū cecidit, quia super quos cadit, saluat.* Egregiè, Petrus negando tanquam serpens momordit Christum, retrorsum cecidit, nunquid vt eum perderet? immo vt eum saluaret; ergo & si tu eum similiter momordisti, accede confidenter, & si iratus, in illo tuam collocans spem, ab eo auxilium sperans. Audi Iob 13. num. 15. *Etiam si occideris me in ipso sperabo, verumtamen vias meas in conspectu eius arguam.* Sanctissimè, sperat, & si occidat, & non antè alium, sed antè ipsummet suum arguit vias occisorem, se reprehendens, ad illum, & non ad alium accurrēs, quid ex hoc? nunquid occisus? immo saluatus, *& ipse erit Saluator meus.* Quod totum pulchrè explicat radix Hebræa, ex qua sic legunt, siue explanant aliqui: *Vadam pro auxilio à te ad te, abscondar sub alis misericordiæ tuæ in die tribulationis ab ira tua curram vsque ad vmbram tuam.*

Hinc vt hoc à te Deus sanctissimus consequatur, tuo bono consulens, tibíque prospiciens, tunc te in tribulationibus adiuuat, quando desperata res, quando de te actum, quando omne prorsus deperditum humanum auxilium, vt non alio, quam illi victoriam, liberationémque ascribens, in illo tantum confidere, in illo solum sperare assuefas, Ioan. 6. num. 17. *Descendentibus discipulis ad mare* Et Capharnaum nauigantibus, in terra relicto Iesu, adnotat Euangelista quod *tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus.* & quod *mare vento magno flante exurgebat.* Mirum vt discipulos suos sic desereret amantissimus magister, cur non properat? facié quæ sequentur verba indicant mysterium: *Cum nauigassent ergo quasi stadia viginti quinque, aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare.* Non antè vident, nec antè properat Dominus, quàm naui gassent stadia triginta, & omnino ablata esset terræ spes, & ad illam redeundi possibilitas, vnde toto circumfusi mare, ventóque de salute desperarent: *quando longius iam a littore aberrant.* Pulchrè, air Cyrillus Alexandrinus, lib. 3. in Ioan. cap. 23. *Et certior mors, mare vndique circundans immineba, tunc desideratus apparet Christus, tantóque gratiorem eis salutem donauit, quanto magis vitam desperarant.* Egregiè, non antè desperationem humanarum Deus adest, quia tunc non antè ipsa desperatio fit inspiratio, vt prætermissis humanis auxiliis, in Deo tantum speremus; quod prudenter ex hoc facto eliciens sic prosequens fatur: *Hinc discimus prudenter, patientérque ferendas esse tentationes, spe, quam habemus in Christo: nam non incipientibus aduersis gratia Christi confestim nos saluet, sed posteàquam terror increuerit, & certum videatur imminere periculum.* Contra sanctissimum Moysem stante populo, Numer. 16. num. 42. vt eum lapidaret ait scriptura, quod cum *oriretur seditio, & tumultus cresceret, Moyses, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis, quod postquam ingressi sunt operuit nubes, & apparuit gloria Domini.* In quo loco adnotandum, tumultum excitatum, & seditionem ob Aaronis Sacerdotium, indigne ferens populus ipsum illud obtinere, & non per illum, à Chore, Dathan, Abironéque subleuatus, dixerim, vt genus aduertatur tribulationis, temporale, & ab hominibus illatum: secundo, non antè gloriam Domini apparuisse, quàm post ingressum Mosis in tabernaculum, quando iam acta res apud populum, quando nulla sedationis spes, quando iam propè erant vt eos occiderent, tunc, & non antè maiestas Dei apparuit; quod notauit pulchrè Origenes homil. 9. in hunc ipsum locum sic fatus: *Non legimus antea quod obtexerit nubes tabernaculum, & apparuerit maiestas Domini, & receperit intra nubem Moysem, & Aaronem, nisi tunc cum insurrexit in eos populus, & voluit lapidare.* Ergo tunc Dominus affuit quando apud homines desperata res, ad ipsum sanctissimi confugerunt fratres, vt tu similiter agendo speres, tunc auxilium diuinum, quando omnino abest humanum, quod deuotè suadens Chrysost. in Psal. 117. num. 8. super illa verba: *Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine.* Sic ait: *quamuis vel ad ipsam mortem deueneris, ne desperaueris, potest enim Deus in rebus, vel difficillimis, & impeditissimis exitum inuenire.* Quod exemplis ex scriptura petitis confirmans paulòpòst sic sequitur: *Ideo nec pueros eripuit à principio, sed postquam coniecti fuerunt in fornacem, nec Danielem antequam esset immissus, sed septem post diebus.* Post quos eripuit vt diximus cum gloria, sicut & eripiet, qui similiter in ipsum sperant, felices eos constituens, sicut caro, & mundus infeliciissimos in eis sperantes; quapropter dicat noster Sapiens, *infelices autem sunt, &c.*

35 Etiam si sis peccator.

Clem. Al.

Gen. 44. num. 17.

36 Christus cadendo homines saluat.

Iob. 13. num. 15.

37 In Deo sperandum etiam si occidat, & macter.

38 Deus non in principio, sed in vltimo succurrit tribulationis, & cur.

Ioan. 6. nu. 17.

Numer. 16. n. 42.

Cyrillus.

Origenes.

Psal. 117. n. 8. Chrysost.

39 In desperatissimis rebus semper in Deo sperandum.

Digitized by Google

Num.11. *Aut si quis artifex faber de sylua lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsui diligenter fabricet vas vtile in conuersatione vita.*

Num.12. *Reliquiis autem eius operis ad preparationem esca abutatur.*

Num.13. *Et reliquum horum quod ad nullos vsus facit lignum curuum, & verticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam sua artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis.*

Num.14. *Aut alicui ex animalibus comparet perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam quæ in illo est perliniens.*

Num.15. *Et faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro.*

Num.16. *Ne fortè cadat prospiciens illi, sciens quoniam non potest adiuuare se; imago enim est, & opus est illi adiutorium.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis. EX argento, auro, & ære conflari idola dixerat, nunc quæ ex ligno cum ex eodem ligno faber efficiat domesticum instrumentum, & iis quæ rescinduntur postea partim excitet ignem ad coquendum cibum, partim extruat imaginem, aut hominis, aut animalis, cui consacret postea templum, in eo eam collocans, ac ferro muniens ne cadat, similia apud Isaiam, c.44. n.9. & Baruch, c.9. ita vt ab authore illud mutuari videantur, singula breuiter explicabimus, cum plana omnia.

Isaiæ 44. n.9. *Baruc.9.*

De sylua lignorum rectum secuerit, &c. in aliis Bibliis, *Bene mobile lignum, aut planetu*, in Complutensib. & Regiis, *bene lignabile, aut putribile*; alij *facilu facile*, parabile, obediens manui artificis; ac interpres bene *rectum*, vertit, quia quod est tale formatur melius. Vatab. vertit *eximiam arborem*, omnes in eundem reincidunt sensum.

Huius doctè eradat corticem, &c. cædendi, & decorticandi præcepta sunt, de quibus Plinius 16. histor. c.19. & alij, qui de re rustica, ideo appositè author, non solum eradationem, sed doctum appositi, peritiam denotans artificij in idolo fabricando; quod si ad spiritualem hoc sensum attrahere velimus, non incongruè diceremus ex illo nobis prudentiam indici prælatorum, qua in eradationem malorum subditorum, vti, qua eos reprehendere debeant, vt in sculptas, politásq; aptent imagines, Dei templo reponendas.

Plinius.

Vas vtile, &c. Antiquitus *inutile*, de qua re multa Holxoth intelligens pro *inutile*, *valde vtile*, sicut aliquando & imprudētes, pro valde prudentes, vt apud Virgilium lib.1. Georgicorum.

Holkoth. *Virgil.*

Nunquam imprudentibus imber
Obfuit.

& alibi sæpè ab authoribus inueniuntur simi-

Lorin.

les locutiones, vt obseruat Lorinus veluti *in-*

A *fractis* pro valde fractis, de *indifficili*, pro valde difficile; at vt ipse ait non est credendum voce notissima (inutilis) vti interpretem voluisse ni planè contraria, qua propter optimè ipse affirmat ex hoc loco quando alia deessent quam vtilis vulgatæ editionis emendatio extiterit intelligeremus; pro vase autem non idolum, sed instrumentum intelligendum domesticum.

1. Vulgatæ editionis emendatio quam vtilis.

In conuersatione vitæ, &c. Græc. *in ministerium vitæ*, hoc est in vsum humani conuictu.

Reliquiis abutatur, &c. Reliquamentis, & reiectamentis, quæ vase confecto superfuerunt; notandum, verbum *abuti*, hîc non sumi in malam partem, vt sæpè assumi solet, cum & in bonam etiam aliquando sumatur, vt

B cum Cicero in Verr.3. tempora quod sibi lex concedebat se abuti scripsit, vnde hîc abuti, idem est ac vti, sic Holxoth, & Lorinus.

Iurisconsulti vt apud Holxoth, inter *vti*, & *abuti* illam constituunt differentiam, vt *vti* sic sumatur de rebus quæ vsu non absumuntur, *abuti* verò quæ post vsum non remanent, ex quo genere est lignum, ex quo ignis excitatur; hic autem vt diximus, abuti pro vti sumitur.

2. Inter vocē vsus, & abusus quæ differentia.

Et reliquum horum, quod ad nullos vsus facit lignum curuum, & verticibus plenū, &c. Græc. *compressum ramis*, nodis scilicet adnatis refertum, vel ramis nodosum, vel cum nodis natum, omnia vilitatem denotant materiæ, cum

C non solum lignum sit, sed nodosum, & voluminosum, quod pessimum lignum nominauit Plinius Histor. Plant. c.4. dum illas arbores pessimas dixit, *quæ ramosæ nimirum supra modum, & nodosæ*, vbi mysticè hoc intelligendo, non equidem dissimiliter supernus ille effecit statuarius, dum ad Deos efformandos, non sanctos, non puros, non perfectos elegit, sed peccatores, ligna curua, & nodosa, vt vbi abundauit delictum, superabundaret gratia, de qua re infrà.

3. Arbores pessimæ quæ dicantur.

Sculpat diligenter per vacuitatē suam. Græc. *sculpit in diligentia oris sui*, Bonauent. vacuitatem sumit pro inani, & inutili labore, Carthus. pro vacuo cerebro, mentéque, Liranus, pro excauato ligno, Hugo, & Holxoth pro

D otio, seu quando artifex vacat ab aliis magis necessariis, & vtilibus, quorum intellectus verus. *Renan.* *Carthus.* *Liran.* *Hugo.* *Holkoth.*

Per scientiam sua artis, &c. Græc. *in experientia intellectus.* Complut. & Regij *per scientiam suam*, hoc est cum intelligentia, & perspicacia, & artis suæ experientia.

Aut alicui ex animalibus comparet, &c. Dixerat prius artificem truncum dolare, vt ex illo effingeret aliquod idolum imagini simile hominis, nunc ait, aut alicui ex animalibus, denotans tales esse illos deos, vt non ex se, sed ex hominis dependerent arbitratu, an bestiis, an hominibus assimilarentur, vnde pulchrè Horatius satyra 8.

Horatius.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum
Cum faber incertus, scamnum faceret ne
Priapum
Maluit esse Deum.

Perliniens rubrica, &c. Græc. *perliniens minio*, Plinius lib.33. c.7. vocat *Melon*, licet ibidem appellat rubricam, sicut & Vitruuius

4. Rubrica quid.

Strabo. lib.7. c.7. Strabo lib.12. & Dioſcorides lib. 5. c.69. Plinius etiam vbi ſup. tradit minium inter pigmenta apud Romanos, non ſolum maximæ authoritatis fuiſſe, ſed etiam ſacræ, vnde Iouis faciem diebus feſtis *minio*, linitam, triumphantúmque corpora, additum in vnguenta cœnæ triumphalis, & à Cenſoribus in primis Iouem miniandum locatum, addit tandem vſurpatum in ſcripturarum voluminibus, vnde Rubricæ appellatæ tituli Rubri notati coloris.

5. Minium quanto in pretio apud Romanos.

Bonau. Hugo. Holkoth. Bonauent. ait *Rubricam* penultima producta eſſe hoc loco regulam, vel filum coloris rubei, aut ipſammet tinctura, Hugo inſtrumentum mulieris ad explanandas quas lauant veſtes, licet etiam de Rubro intelligat colore, Holkoth de inſtrumento quo rubricabantur bellorum Dij Mars, & Pallas, primus ſenſus literalis de colore ſcilicet, & minio, quem vnicè ſequuntur Liranus, Carthuſ. Lorinus, & moderni.

Rubricandum faciens fuco colorem illius, Per fucum non color adulterinus, ſed illa intelliguntur medicamina, quæ artifices ſtatuis exhibent, antequam ſupremum colorem illiniant, vt bene Lorinus, nec aliud ſignificare vult author, qui cum optimè omnia ſciret, ideo ſic enucleatè omnia deſcribit.

Et faciat ei dignam habitationem, &c. Latini omnes templum, vel altare, Cantacuzenus ædiculam in qua idola includunt, conſentit Lorinus, & mihi placet.

Cantac. Lorin.

Huius occaſione tractant expoſitores, de antiquitate templorum, & quando ceperint in populo Iſraël, verè templum non niſi à Salomonis tempore, inter gentes Epimenides Cretenſis primus diis templum ædificauit, ſic Laërtius lib. 5. c.1. Pythium primum facit authorem, qui ædem Priene, Mineruæ excitaſſet, Herodotus lib.2. Arnobius lib 6. contra gentes Ægyptios primos faciunt, & inter illos primus fuit Phoronæus, aut Merops; Perſæ autē omne templum abiiciebant, diuo Hieron. teſte in c.57. Iſaiæ, Laërtius vbi ſup. Strabo lib.15. Diodoro Siculo lib.6. & alijs, cum vt aſſerit Cicero 2. de legibus omne eſſet illis mundū templum, indignumque iudicarent Deos in templis includi, ob idque editiſſimos ad ſacrificandum conſcendebant montes, vt affirmat Herodotus lib. 2. ob quod in ſcripturis ſic reprobatus illorum regum mos, qui in excelſis immolabant, 3. Reg. 3. n. 3. *Dilexit autem Salomon Dominum ambulans in præceptis Dauid patris ſui, excepto quod in excelſis immolabat, & accendebat thymiama*, cum ibi erat arca conueniētius illa feciſſet. & excelſa petens quaſi videretur cum gentilibus ſentire; ſimiliter c.15. n.14. Aſa reprehenditur, quia excelſa non abſtuliſſet, &c. Conficiebant ergo idola, & ne ſub diu eſſent templa illis conſtruebant, omni alioquin ipſa indigna loco, nec abſimiliter hodie fit, dum quaſi altera ſe reputantes homines idola, ſic ad ſe conſtituendos inſane altas excitant moles, ſuperbiſſimáque ædificia, de qua re dicerem, niſi alibi dixiſſem in 1. tom. hom 55. vide ibi.

Laërt. Vitruu. Herodot. Arnob.

Hieron. Diodor. Sicul. Cicero.

6. Templa quā antiqua & quando inceperunt.

7. Sine templis ſed in excelſis reponebāt antiqui idola, & cur. 3. *Reg.* 3. n 3.

8. In excelſis immolare cur prohibitum in ſcriptoris. *Ibid. c.15. n.14.*

HOMILIA LVI.

Prælati animarúmque magiſtri ſubditos reprehendant, prudenter tamen.

ENimuero ſic noſter affirmat Sapiens ad vas vtile fabricandum quod facit artifex, eradit enim omnem corticem, & hoc doctè; duo quidem in prælato neceſſaria ſi optimos vult efformare ſubditos, ſi vaſa vtilia, reprehenſione, diſciplina, caſtigationéque corticem eradere, malos habitus, maláſque inclinationes; at hoc doctè, ſcientificè, cum modo, prudentia, & diſcretione.

Et merito quidem primum Prælatis neceſſarium, cum loco adſint Chriſti, & ſint animarum pædagogi, ſicut & ipſe Dominus noſter, vt egregiè Clem. probat Alexand. lib.1. Pædagog. c.8. qui *Iure*, ait, *quod Pædagogus dicitur, qui pueros nos ducit ad ſalutem*, cum & ipſa Chriſtiana religio ſecundum eundem nil aliud ſit niſi *Pædagogia*, hoc eſt, *doctrina diuini cultus, & eruditio ad aſſequēdam veritatis agnitionem, & recta inſtitutio, vitaque agendæ ratio, quæ in cælum ducit*, cuius cum Pædagogus ſit Chriſtus, merito affirmat Alexandrinus ei in Scriptura virgam aſſignari iuxta illud Iſaiæ 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe*, quod explicās ſic ait: *propterea ei virgam adiungit prophetia, virgam diſciplinæ, imperij, ac poteſtatis, vt quibus verbum ſuadens, & admonens non medetur, eis mina medeantur, quibus autem non medentur mina, eis virga medebitur, quibus vero virga non medetur, eos igni depanit*; attende ſingula, & miniſterium diſces Pædagogi: primum, ſuadere verbis, ſecundum, mederi minis, tertium, virgam adiungere ad medelam, quartum tandem, igni deſtinare, ac interimi, à quo pręſeruantur qui corripiuntur, vnde Dauid Pſal.117 n.18. *Caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me*; vbi Alexandr. *à Domino enim caſtigari, & tanquam à Pædagogo erudiri, & à morte liberari.* Chriſtus ergo Pædagogus noſter extitit dum in terris immediatè per ſe, nunc in cælis mediatè per ſuperiores, per Prælatos animarúmq; magiſtros; ad eius ergo normam dirigere, inſtituere, efformare debent pueros verbis, minis, virga, reprehenſione, admonitione, caſtigatione; videant igitur qui Pædagogiæ munus ſuſcipiunt, quod grande, quod graue, quod ſupra humanas vires, vt ex eius ſuprà adducta definitione colligere poteſt; & attendant quantum iudicij pondus ſuprà ſe adducunt, dum ob deſidiam, ob negligentiam reprehendere deſiſtunt, coarguere deſinunt, cum tales non Pædagogi, non magiſtri, ſed animarum homicidæ dici poſſunt, & ſint.

Clemens Alex.

1. Prælati pædagogi, ſicut & Chriſtus.

2. Chriſto vt pædagogo virga conuenit, & tribuitur.

3. Pædagogi officia.

Pſal.117, n.18.

Peccauit fœdiſſimè Ammon, vim afferens, ſororémque Regis filiam ſtuprans, peccatum in ciuitate conclamatum ex vocibus paſſæ; attamen Dauid non eum reprehendit; vnam Scriptura aſſignat cauſam, patris nempe, ac genitoris amorem; *Cum autem audiſſet Dauid verba hæc contriſtatus eſt valde, & noluit contriſtare ſpiritum Ammonis filij ſui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus eius erat*, 2. Reg. 13.

4. Prælati non reprehendentes animarum homicidæ.

2. *Reg.* 13. n. 21.

Abul. in quo facto, eum peccasse tenet Abulens. quæst. 9. contra Liranum qui eum à peccato excusat, ac quidquid sit de hac re, alij huius Dauid silentij, & prætermissionis in Ammonem correctionis præter sup. adductam, alias adducunt, recentior quidam verecundiam, quasi pudorem passus reprehendere in filio, quod ipse antea cum Bersabea patrarat, sic animum culpa in prælato adimit reprehensionis, eo vel maximè quando pij, quando humiles; nam aliàs, sunt improbi, ac frontosi, qui cum malè viuant tamen acerbitate reprehẽsionis in subditos peccata propria cooperire satagunt, vt eleganter dixit Nazianz. orat. 22. de laudibus Athanasij, *Non desunt*, ait, *aliqui adulterini præsules, qui acerbitate imperij peccata sua tegant.* Rectè ergo possibile extitit, vt ad se Dauid sanctissimus respiciens, vti verè humilis compassionem, non indignationem induens, noluisset arguere in filio, quod in se inuenerat; at licet hoc sanctum, non tamen sanctè, quia pater, quia iudex, quia princeps, ex quibus omnibus tenebatur cum corripere; at si vera est antiquissimi Bachiarij suspicio, vt alibi diximus in epist. de recipiendis lapsis, omnino immunis à peccato sanctissimus redderur Dauid; affirmat enim ideo Ammonem non reprehendisse ob grandem, nimiámque facti pœnitudinem, quam in eo conspexit, vnde ne afflictionem afflicto adderet noluisse ipsius contristare spiritum, *Vnde etiam suspicamur*, ait de pœnitentia agens Ammonis, *Dauidem ei non fuisse commotum, quia cito vidit eum in pœnitentiam rediisse, & id per quod vnius horæ spatio deceptus est, statim cum impatientia odisse; & virtute eius pœnitentia disrupisse eius laqueos.* Ergo aut ex patrono amore, aut ex propria consideratione, aut ex pœnitẽtia denique vera delicti Dauid filium non correxit; quid inde? nonne filij homicida? occidit enim eum Absalon vindicans delictum, quod pater indulserat, vt intelligas similiter, homicidas non patres eos esse prælates, eos esse magistros, qui sic vt Dauid peccatis conniuent subditorum, qui sic indulgentes in magisterio inueniuntur, dum pro magistri, ac patris lenitate Dei seueritatem filij, discipulique experientur, vt dixit cordatè August. in Psal. 50. sic fatus: *Valde inutiliter sentiet filius patris lenitatem, vt iustam postea Dei sentiat seueritatem.*

5. Dauid ex pudore sui peccati Ammon nõ reprehendit.

6. Improbi prælati acerbitate reprehensionis culpã suã cooperire satagunt.

Nazian.

Bachiarij.

August.

7. Prælatorũ incuria reprehensionis ex domo cattrũ facit.

Ex quo facto duo volo vt colligas, primũ, ex prætermissa correctione Dauid non aliud lucratus, quàm domus dissensionem, bellum intestinum præter filij mortem, vt exinde intelligas vnicum medium quietis domus, & præcipuè si religiosorum reprehensio, duráque correctio, sicut totale incendium eius prætermissio; Attende ignem in domo sanctissimi Abrahæ, Genesis 16. n. 5. *Dixítque Sara ad Abraham, iniquè agis contra me, ego dedi ancillam meam in sinũ tuum, quæ videns quod conceperit, despectui me habet, iudicet Dominus inter me, & te.* Mirum vt talia dixerit mulier sanctissima, contra sanctissimum virum, mulier inquam sic in eum fidelis, vt peregrè cum illo proficiscens nunquam eum deseruit, mulier sic obsequens, & amans, vt ne in periculum Abrahæ vita descenderet, negans se vxorem, potius in discrimẽ suam voluit adducere pudicitiam, quàm viri salutem, mulier tãdem, vt diuus obseruat Chrysost. in Genes. hom. 38. vt orbitatem viri consolaretur, ancillam in vxorem dedit, in idem eam passa intrare cubile, vt de filiis marito prouideret, nunc autem talis, ac tanta mulier sic amans, iurgiis tumet, marito insultat, beneficia exprobrat, & Deum tandem iudicem contra illum attestatur, vt vindicet, vt puniat, vt mactet, quem prius suprà vitam, suprà ipsam diligebat animam; vnde tantus ignis? tale incẽdium? tale bellum? tanta discordia? sanè ex reprehensione prætermissa. Insolentem ancillam erga dominam suam, eámque despicientem, & si vidisset Abraham, non tamen correxit, vnde egregiè Chrysost. vbi suprà querimoniam Saræ exponens, sic ait: *Tu autem videns hanc inde fieri temerariam, propter vteri sarcinam, & magno facto inflari, debebas reprimere, & vltisci eius in te iniurias; attamen quasi omnium priorum oblitus me despicis etiam tu.* En vnde bellum, vnde ignis, vnde incendium; non correxit cum debuerat, domus facta est castrum, maritus, & vxor, inimici, serui milites, conuictus, conflictus; at intelligas ad prælatorum, magistrorúmque doctrinam sunt scripta hæc, non Dei domus, sed castra armabunt inferorum, dum non corrigunt, dum insontes non animaduertunt, sicut è contra, quod & effecit Abraham quando in potestatem Saræ petulantem dimisit ancillam, quo peracto, *domum pace replenit*, vt diuus ait Chrysost.

Chrysost.

Secundum autem ex facto Dauid colligendum illud est, quod si Dauid in graue reputatur peccatum filium non reprehendisse, ob quod reus eius mortis, & amor paternus à culpa eum non excusauit fortis aliquando tyrannus, dic mihi quale iudicium subibunt illi prælati, qui cum tali careant tyranno, nec naturales sint patres, ob desidiam negligentiam, timorem, aliúmque priuatum affectum reprehendere non curant? hoc equidé egregiè vt afflolet expendit idem Chrysost. hom. 17. in Matth. super illa verba: *nisi abundauerit iustitia vestra*, vbi cum acriter in iurantes, ac periurantes inueheret, sic vt tandem ediceret se illos nisi corrigerentur, ab Ecclesia arcturum, sic ait: *Nullus aduersum me in hoc loco potens, nullus diues insletur, nec superbum attrahat supercilium, nemo quippe mihi ex his, qui locupletes habentur, ibi cum accusatus fuero patrocinabitur cum mihi pro crimine fuerit, Dei à me lex non cum omni vehementia, constantiáque defensa.* Attende quæ dicit, non ponit crimen in lege Dei sine defensione relicta, sed cum omni vehementia non defensa, vt non tantum substantia, quantum modus sit peccatum, quasi affirmans sic prælatus à salute deturbandus ex hoc, ac qui omnino non defendit; quod sequens sanctus exemplo probat Heli, qui graue subiuit supplicium, non quia non reprehendit, sed quia non grauiter, sic dicens; *Hoc enim, hoc inquam, etiam illum quõdam admirabilem perdidit sacerdotem, Heli dico; cuius cum vita esset irreprehensibilis, tamen quia filios calcantes Dei legem non cum seueritate corripuit, cum illis etiam iure punitus est, & grane subiuit supplicium.* Ergo secundum san-

8. Quam grauiter iudicij prælatis imminet asperè non reprehendentes.

Idem.

Genes. 16. n. 5.

ed by Google

ctum Heli punitus in honore, in filiis, in vita, ſacerdotio priuatus, ab altari exturbatus Dei, fractis ceruicibus peremptus, non quia non correxit, ſed quia non grauitet, nihil illi amor paternus, dilectio genitoris adiuuans, excuſans, quale ergo erit illorum Dei iudicium, qui non parentes, qui non genitores? vnde rectè idem Chryſoſt. ſequens: *Si vero*, ait, *cui certæ neceſſitudinis vinculum, tyrannisque repugnabat tanta natura, cum non eſſet ſeueritate debita in liberos vſus, ſeueriſſimam exactius eſt vltionem, quam nos veniam habere poterimus, qui cum ſimus tyrannide illa liberi, omnia tamẽ adulatione corrumpimus?* veriſſimè, vbi poſtremũ pondero verbum, *adulatione*, ait, *corrumpimus*, malè quidem videtur appoſitum, cum non de adulatione eſſet ſermo, ſed de reprehenſione remiſſa, non efficaci, ardentique; cur ergo adulationis meminit ſanctus? ſanè, quia ſic reprehendere vt non vrat, ſic arguere vt peccatum non tollat, non quidem eſt reprehendere, ſed adulari, & amplius, nam non quælibet eſt adulatio, ſed peſſima, cum vera adulatio quantum eſt ex ſe decipere intendit, & vitium pro virtute palliare, ex quo adulari ex deceptione minuitur peccatum, at qui leniter reprehendit, ſic loquitur, vt tollat deceptionem, manifeſtétque culpã, quo inexcuſabilis ſit peccans, & dum non tollit peccatum, ſed firmat, ex lenitate verè adulatur; ex quo fit, vt non mirum ſi mollities prælatorum quando aut deſinunt corrigere, aut non ſicut par eſt, mortem pariat incorrepti; cùm ſit adulatio, quæ vt diuus ait Hieron. *plus nocet, quàm gladius perſecutoris.*

Idem.

9. Prælatorũ lenis correptio eſt adulatio, & qua ratione.

8. *Hier.*

10. Mollis prælatorũ correptio, eorũ diſſimulatio Deum à populo hic elongat, vt eum deſerat omnino.

At quid mirum Prælatos non corrigentes mortem patere ſubditorum, domúmque bellis replere inteſtinis, cum ſic talis turpis diſſimulatio, peruerſáque mollities Deo ſtomachum ingerat, vt potius à populo abeſſe, ad inimicos auolare, quælibet ſufferre, quàm cũ talibus immorari eligat; mirum, ſed verum, forſitan in Dei Eccleſia tantæ non irrepſiſſent brutales hæreſes, ſi diligentia qua par, ſi acrimonia qua iuſtum prælati in viria irruerent, peccata non diſſimularent. Admirabile ſi pẽdis quæ Dei arca paſſa ſit apud inimicos, quando ab eis capta, 1. Reg. 4. impiæ manus hinc inde eam transferebant, dum nec ipſis ſacerdotibus licitum ipſam tangere, in templum inducta cum Dagone, iuxta illum poſita; tandem ac ſi aliquid mundanum, ac triuiale curioſius inſpecta, demutata, ventilata, cur ergo tanta Deus pati voluit, ſanè ſi principium inquiris, ex ſtomacho Heli filios acriter non reprehendentis, malens inter inimicorum eſſe manus, hoſtiléſque perpeti iniurias, quàm inter eos morari ſacerdotes à patre irreprehenſos, apud quos tunc ſtabat, quando capta, ruina magna facta eſt in populo, duo filij tui mortui ſunt, & arca Dei capta eſt. ibi. n. 17. apud quos. & in quorum manibus illa tunc, ne reprehendas dictum, non meum eſt, ſed Baſilij ſanctiſſimi orat. 1. de peccato, qui eorum hoc Arcæ ludibrium ignauiæ Heli tribuit in filiis corripiendis, audi ipſum. *Heli ſacerdos, etiam ſi vita eius nullum in crimen eſſet vnquam vocata, tamen quod filios ſuos non aſperius obiurgaſſet, tantum ſtomachum monit patientiæ diuinæ, vt circa arcam ſacri Dei teſtamenti ea acciderent quæ ne audita quidem vnquam antea fuerant.* Pende verbum *tantum ſtomachum monit patientia diuina*, & obſtupeſce, dum infinitam Dei eſſe patiẽtiam aſpicis, cui tamẽ ſic non incorreptio, ſed blanda correptio quando acris neceſſaria ſtomachum cauſat, vt torſiones in eo commouens admirabiles ad vomitum prouocet, & nauſeam ſuorum, ſic vt malit inter inimicos, quam inter ſuos morari, potius mala ab illis perpeti, quàm indignè à ſuis coli.

1. Reg. 4.

Ibi. n. 7.

S. Baſil.

11. Tranſit ad inimicos ob ſuorum ſtomachũ.

Hinc merito ſicut culpa talium Deus à ſuis excedit, & extra illos ſe abducit, ſic & iſti prælati negligentes, ac in admonitionibus deſides extra Deum fiunt, ab ipſo extorres, ac extranei; audi Apoſtolum ad Hebr. 12. n. 8. quod *ſi extra diſciplinam eſtis cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filij eſtis*; Quid per diſciplinam? communis opinio Dei caſtigationem, admonitionem intelligit, qua vti pater ſuos caſtigat, cum proprium illud ſit Patrum, quod & ipſi intellexerunt gentiles, Seneca lib. de prouidentia, *Deus*, inquit, *bonos vt ſeueri patres durius educat, vultque eos doloribus, ac damnis colligere robur.* Ergo Pauli ſenſus, ſi extra diſciplinam Dei vos conſtituitis, profecto non filij veri, ſed adulterini, ſed ſpurij eſtis; at ad rem noſtram ſatis Origen. homilia de Helcana, & Phenenna actiuè ly intelligens *diſciplinam* extra cœtum filiorum Dei illos exiſtimat, qui cum populum diſciplinare, filios per correctionem erudire teneantur, negligentia omittant, oſcitãtia corrigere deſinunt; vnde adnotans nomen Heli *extraneum* interpretari, ſic ait: *Heli interpretatur Arabs, ſine extraneus, extraneus quippe à Deo eſt qui non tenet diſciplinam, qui delinquentem filium non caſtigat, non corripit, ſicut & Apoſtolus dicit, quod ſi extra diſciplinam eſtis ergo adulterini, & non filij.* Attendant hoc qui filios erudire tenentur ſpirituales, attendant Eccleſiæ ſanctiſſimæ prælati, nomen amittunt filiorum, ſi extra diſciplinam in prælatione ſe conſtituunt, & licet ipſi vitaſint probatiſſimi, indigni ſe diuino conſpectu repetiuntur, quia immundi, non ex loquacitate, ſed ex taciturnitate.

12. Auolat à prælatis, & à ſe eos ciit.

Ad Hebr. 12. n. 8.

Seneca.

Origen.

13. Vt ſpurios eos habet.

Iſaiæ 6. n. 5.

In maieſtate, ac ſublimitate, in medio ſupremarum videns Iſaias Dominum poteſtatum, quando totus exhilareſcere debuerat, ac animo gliſcere, voce lucubri totus contremiſcens, clamat: *Va mihi quia tacui, quia vir polluens labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis, ego habito, & Regem Dominum exercituum vidi oculis meis*, c. 6. n. 5. quem locum LXX. ſic legunt, *ô miſer ego, quia compunctus ſum*; à quo compunctus? Cyrillus à conſcientia ex diuina illuſtrata viſione, perſpiciens, quod ante ignorabat, malum aduertens, quod prius neſciebat, vt exinde aduertas quàm terribile ſit ante Dei apparere conſpectum, cum immundi ipſi erunt ante illum Angeli. & menſtruatæ omnes noſtræ apparebunt iuſtitiæ, & quod caput immunditiis repletos nos aſpiciemus, qui nunc mundos, ac impollutos. Verè Antonius vt in eius vita, c. 28. *Sæpe*, aiebat, *non poſſe nos intelligere peccata, ſæpe falli in ratione geſtorum, aliud eſſe Dei*

Cyrillus.

14. Lux diuina animæ adueniens illas elucidat maculas, quas prius nonceruebat maculatã ſe aſpiciens, quæ prius mundam.

Digitized by Google

cuncta cernentis iudicium, qui non ex superficie corporum, sed ex mentiũ indicat arcanis. Ergo Propheta sanctissimus totus horrens, ac à propria compunctus, & stimulatus, conscientia occultum, & ignoratum agnoscens ex noua luce peccatum, tanquam supra virum deploratum inclamat, *va mihi*, seu *ô miser ego*; at quale illud peccatum? sic grande, vt in tantæ præsentia maiestatis, in medio tantæ gloriæ miserum constituit Prophetam? Origenes linguæ peccatum affirmat fuisse, verbum aliquod scilicet otiosum, aut aliquid imprudenter dictum; *Adnotemus*, ait, *quia peccata Isaiæ non in factis, sed tantum in sermonibus erãt.* Mirum si hæc vera sententia, vt talia sint venialia quædam, ac otiosa verba quando in conspectu apparent Altissimi vt miserum faciant hominem, miserúmque se proclamet, quid ergo efficient grauia? qualémque induẽt tunc infelices miseriam peccatores? at proprius ad rem nostram Hieron. peccatum Isaiæ taciturnitatem extitisse, quia cum reprehendere acriter Iosiam debuerat Regem ob audaciam præsumpti sacerdotis muneris, non illum reprehenderit vti debebat, immo miseriæ eius conniuens tanquam vnus ipse ex sanguine Regio permisit, & si leprosus in ciuitate curari, cum ex legis præscripto non debebat nisi extra illam, *Isaias* inquit Hieron. in epist. 141. ad Damasum, *quantũ ergo arbitror quia Oziam in templum irruentem non corripuerat, nec iuxta Elia exemplum libera voce impium designarat, labia habebat immunda.* Ergo immundus sanctus Propheta non ex locutione, sed ex taciturnitate, & indignum se diuino iudicauit conspectu, quia tacuit, quia non reprehendit, vt discas sic immundos ex taciturnitate prælatos fieri, ac subditos ex loquacitate.

Origen.

15. Peccatorũ venialium pondus.

S. Hier. 16. Isaias vir immundus & vade.

Ex dictis ergo quantum Prælatis ratione sui reprehensio conueniat, satis liquet, nec minus ob subditorum bonum qui ab ipsis in vitam dirigi debent æternam; non dirigentur autem nisi ad instar Dei eos circumducant, dirigant, ordinent, arguant; at quomodo hoc Deus facit? dico quod mouendo, docendo, custodiendo quasi pupillam oculi sui; audi Moysem, Deuter. 32. n. 10. *Circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui,* quam circumductionem describens Clem. Alex. lib. 1. Pædagog. c. 9. sic ait: *Sexcenta millia peditum, qui coacti erunt in ea, quam habebant cordis duritiam flagellans, miserans, verberans, medens, in miseratione, & disciplina custodit.* Pulchrè, duri erant corde, pertinaces, maledicti vt sic dicam, ducere eos debebat, & custodire, non perdere, vt præstaret, in miseratione. & disciplina conduxit, docens disciplina, miseratione custodiens, non secus ac si sua essent pupilla, timorem incutiendo vt saluaret, non vt perderet, cum vt optimè idem, *eius in incutiendo timore artificium, est fons salutis*, pẽde verbum artificium, non immediate, non casu, non ex tempore incutit supremus noster timorem magister, sed cum artificio, hoc est, *docte eradens corticem*, vt noster inquit Sapiens, & infrà dicemus, quid mirum si sic faciens eum circumduxit, ac feliciter in terram induxit promissionis, fac tu similiter, & felicem efficies discipulũ, perfectum educes vas, in miseratione argue, reseca, pura, & si bonus sit palmes, audi Christum suadẽtem, Ioan. 5. n. 2. *Omnem palmitem non ferentem fructum tollet eum, & qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat*; vbi vt vides purgationem ferenti fructum tribuit, non ferenti abscissionem, vt inde colligas sic necessariam discipulo, prælatóque correctionẽ, vt & si perfecti discipuli, vt perfectiores sint, & discipuli perfectio non sit prælato correctionis excusatio, immo inhibitio; nam vt rectè August. tractatu 80. in Ioan. à medio, tom. 9. *Quis autem est in hac vita sic mundus, vt non sit magis, magisque mundandus? mundat itaque mundos, id est, fructuosos, vt tanto sint fructuosiores, quanto sunt mundiores.* Ergo si discipulo proficere vis, si eius bonum attendere, munda, purga, quoduis leue, quoduis minutum, nil dissimulatum relinquens etiamsi verbum tantum, etiamsi vt sic dicam, ex fragilitate peccatum quantumuis minimum.

17. Prælati ad instar Dei corrigere debent subditos.

Deut. 32. n. 10.

18. Timor Domini cur artificio ingerendus.

Apparens quippe Dominus Abrahæ, Genes. 18. promittẽnsque filium, hoc audiens Sara, n. 11. *Risit post ostium tabernaculi; at Dominus ad Abraham, quare risit Sara?* antequam vltra progrediar, duo adnoto: primum, vique huc viros eos dictos, *apparuerunt ei tres viri, cúmque comedissent dixerunt ad eum*, hoc est viri, post risum autem Satæ, statim dicitur, *dixit autem Dominus ad Abraham*, vnde nunc ex viro factus Deus Dominus, an quia aderat iã peccatum, in quod necessaria animaduersio, ideo personam viri exuens, induit Domini, terrorem incutiens, sontem plectens, & si beneficiis, siue seruitiis affectus, vt tu similiter disceres quomodo cum tuis agendum quãdo delinquunt: nam & si cæteris in temporibus eorum frater, dum tamen culpa adest, præbe te magistrum, dominum, nullam respiciens rationem, nullum seruitium. Secundum, cur cum Sara risisset, non Saram, sed Abrahamũ interrogãt? an quia culpa Saræ erat Abrahami, quasi ideo peccauit ex incredulitate, quia non bene à marito edocta, ac disciplinata; *Sara autem ridendo, & dubitando peccauit*, ait Lippom. in caten. *& tamen Angelus non statim eam increpauit, sed prime eius maritus scisciatus est, cur ipsa risisset, vt profecto innuat virum caput esse mulieris, ad quem vxorem dirigere, & in moribus informare, ac delinquentem corripere pertineat, ita vt culpa coniugis in ipsum penitus redundet*; non equidem discipuli, sed magistri in magno Dei conspectu interrogabuntur, & discipulorum defectus eorum erit peccatum, si vt debuerant non corripuerint, non instituerint; sed pergo, risit Sara, Domino autem de risu interrogante, negauit, *non nisi timore perterrita cui Dominus, non est ita, sed risisti.* In quo loco optimè adnotat Lippom. vbi sup. ex Hebræo non constare cuius hæc sint verba Dominine, an Abrahami? cum in Hebræo non sit aliud, *& dixit, nequaquam, sed risisti*; ô mirus Abrahami zelus, si ipse correxit, vt nec dilutio vxoris, nec eius respectus, nec maiestatis Dei obstaret præsentia, immo nec conuiuij festiuitas, quin illico in sontem non animaduerterit, nõ increparit, non puniret, & si peccatum leue, & ex fragilitate, tantum eius bonũ prospiciebat, sic eam amabat, ad nostrum

19. Correctio amplius cum bonis exercenda.

Angust.

20. Et pro minimis nil prætermittendo.

Genes. 18. n. 11.

21. Prælatus sit vt frater in cæteris, vt Dominus quando culpa adest.

22. Coniugum culpa vt redundet in virum.

Lippom.

Lippom.

& prælatorum hæc scripta exemplum, vt si bonum subditorum diligunt, si eorum profectum nil dissimulent, nil connivent, nil prætereant, quin corrigant, doleant, tollant, sic enim vt noster ait Sapiens, *Vas perficient ad vsum vtile, aptúmque.*

§. II.

De modo corrigendi.

AT si corrigant, doctè tamen efficiant, hoc est cum prudentia, discretione, & modo, primum admonendo, quod si admonitio non sufficit, addatur reprehensio, quod si nec hæc, adiungatur tandem exprobratio: nam vt optimè Alexandrinus vbi sup. c. 8. per admonitionem, reprehẽsionem, & exprobrationem, *tenditur ad salutem, & vitam æternam*, cum vt ipse ait reprehensio sit chirurgia, exprobratio medicamentum, admonitio dicta, quibus homo ad vitam ducitur æternam. *Est autem reprehensio*, ait, *veluti quædam chirurgia affectionum animæ, à veritate autem abscessum sunt affectiones, quæ sectione dimidentem oportet arguere, medicamentorum autem potioni, aut applicationi est simile exprobratio, quæ resolvit affectiones, quæ iam occaluerunt, impudicaque, & libidinosæ vitæ sordes expurgat, fastúsque, ac superbiæ carnis quæ excreuerunt exequatur, sanum, ac verum hominem, restituens; iam vero admonitio, est veluti quædam correctio ægrotantis animæ, quæ sunt sumenda consulens, & quæ non sunt prohibens.* Doctè, ac prudenter, breuibus omnem in correptione explicans, ac complectens prudentiam, à tribus enim vt plurimum prouenit hominum infirmitas, aut ex humorum superabundantia à quibus turgitiones, & talibus chirurgia opus, hoc est sectione, diuisione; aut corpus interius humoribus abũdat, & his necessaria exprobratio, quæ tales humores resoluat, aut tãdem nõ sunt ita prępotentes humores, ac maligni habitus, sed tamẽ mala quædam imbuta attenditur anima dispositione, & tunc non chirurgia, nec exprobratione opus, sed admonitione, quæ leuis, placida, ac dulcis est correctio, suadens sumenda, prohibens nociua; qui vltimus modus sicut est optimus, sic summam apportat, seu reconciliat corrigenti gratiam, cum non exprobret, non secet, sed tamen velut in speculo deformitatem vitij proponit correpturo; at nemo deformis speculo irascitur, si ipsi suæ effigiei exprimat deformitatem, vt elegãter idem affirmat Sanctus ibi c. 9. quia nõ ex malo illud vt sic dicam efficit speculum, sed ex bono. *Quemadmodum*, inquit, *speculum non est malum deformi eo quod ipsum ostendat qualis sit, ita nec is qui reprehendit, ei malè vult, qui laborat animo, nec enim delicta adiungit, sed ea quæ adsunt peccata ostendit.* Pulchra postrema verba, exprobrans, ac secans, ex dolore, ex rubore, videtur quod quodammodo delicta adiungat exaggerando, plectẽdo, vnde non mirum si multoties inuisus exprobretur, at admonitor non adiungit, sed ostendit repræsentat, veluti speculum; hinc contra se, contra proponentem irascitur delinquens, cum ex suo se condemnat iudicio, non admonentis.

Clemens Alex.

23. Quo ordine corrigendum.

Ibi c. 9.

Hinc profecto fit, quod superior, vt rectè subditum dirigat, ac corrigat non vnam, aut alteram, sed multiplicem induere debeat personam, quod breuibus, sed põderosissimis dixit Paulus 1. ad Timoth. c. 4. n. 2. dum illi consulit, *Argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina*; quod est breuibus dicere, argue vt Philosophus, obsecra vt orator, increpa vt iudex, in omni patientia vt mater, in doctrina vt magister. En quantæ personæ; nã profecto sic debet prælatus reprehendere vt conuincat simul; *Nam si absque argumentis*, vt bene Chrysost. in hunc locum, *aliquem increpes temerarius esse videberis, nullúsque te perferet.* Et si obsecres, sed sic vt nõ persuadeas vt orator nihil efficies, & si non increpes vt iudex, malum non tollis, sed confirmas, cum vt rectè sanctus Innocent. distinct. 83. c. error. *Error cui non iratscitur approbatur, & veritas cum non defenditur opprimitur, negligere quippe cum possis deturbare peruersos, nihil est aliud quam fouere*; at si omnia hæc sine amore, sine dilectione, sine patientia, sed ex ira, profecto vt rectè August. in epist. ad Galat. in illud c. 6. n. 1. *Huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, punientis est impetus, non charitas diligentis*, vnde sapientissimè monens sequitur, *dilige, & dic quod vules*, nam aliàs non eris correptor, sed interemptor, & opus tuæ correptionis ante Dei conspectum dignum potius vt silentio obtegatur, quam proclametur, magis tu ex illo virtuperatione, quàm laude dignus.

Chrysost.

S. Innoc.

August.

24. Superior corrigens multiplicẽ induere debet personam. *2. ad Tim. c. 4. n. 2.*

25. Correptio fit semper cum dilectione, corrigens sine illa indignus vt ante Deum appareat. *Iudic. 14. n. 5.*

Cum parentibus descendenti Samsoni in Thamnata, Iudic. 14. n. 5. occurrit ei *catulus leonis fremens, & rugiens, & occurrit ei, irruit autem spiritus Domini in Samsonem, & dilacerauit leonem quasi hœdum in frusta decerperet.* Quam rem sic grandem, sic valentem cum fecisset Scriptura, adnotat quod *patri, & matri noluit indicare*; mirum cum patres essent, cum in eodem itinere, & nõ procul ab eis res, cum ipse victor, cum descenderet ad postulandam mulierem, multum enim ad negotium talis conducere poterat fortitudo; cur ergo indicare noluerit? Abulẽs. quæst. 11. affirmat ideo tacuisse, quia proposuerat aliquod problema proponere de leone vti postea fecit, sed hoc est ex euentibus diuinare; alij, & præcipuè moderni ignorantes causam ad mysticos accurrunt sensus, vti reuerà accurrendum, cum prorsus literalis ignota: nam si aliqua, me iudice, illa, ne ex facto potius temerarius, quàm fortis haberetur, ausus leoni resistere, & non fuga se præripere, eo vel maximè, cum dicatur nil habuisse tunc illum *in manibus* vnde potius timorem, quam gaudium ex facto parentibus esset allaturus, hinc prudenter tacuit; at ad mysticos moderni accurrẽtes sensus, aliqui dicunt, ne si parentes tantas filij suí vires, animósque agnoscerent eum formidarent, ac proinde ab eo reprehendendo etiã si opus esset abstinerent, vnde suas vires occultare voluit, ne paternis increpationibus eximeretur; ad pietatem ergo Samsonis illud referunt; qui si verus optimum illis datur documentum viris alioquin in religionibus magnis, ac grauibus, ne sic suas ostentent partes, sic se magni faciant vt terrori superioribus fiant, sic vt nec contra eos mussitare audeant, Samsones

Abulens.

Mendoza in c. 1. Regum n. 28. annotat. 12. n. 10.

26. Samson cur celauerit patri, & matri occidisse leonem.

27. Religiosi graues vt se circa suos superiores gerere debeant.

Digitized by Google

Samſones facti non contra leones, ſed in ſuperiores. At alij proprius, ne vanam oſtentaret gloriam premens egregium ſilentio factũ, nos ex illo reprehẽdens, qui nec minima ſilere valemus; optima doctrina, ſenſuſque accõmodatus; at ni fallor & alius ad rẽ præſentẽ nõ incõmodus adduci poteſt, exiſtimaſſe prudẽter Samſonẽ non eſſe rem ſic dignam factã, vt parentibus diceretur, cũ ſpiritu Dei imbutus non eo vſus ad vitã, ſed ad leonis mortem, cũ ſic faciliter poſſet eum cicurare, & occidere, meritóque reprehẽſione potius dignus, quàm laude inueniretur, ſi diceret; vt ex hinc diſcãt ſuperiores, diſcant & prælati, ac Eccleſiarum principes, non multũ, nec opus Dei cõſpectu dignũ illos efficere quãdo & ſi ſpiritu Dei repleti, ſic corrigunt, vt occidant leones delinquẽtes, nõ ſaluent, cũ vt ſup. ex Alex dicimus, correptio nõ mortis, *ſed fons debet eſſe ſalutis.*

28. Correctio ſit cum cõſilio, quando grauis.

Hinc conſultum ſemper, vt in correptione, & præcipuè quando grauis, conſiliũ adhibeatur prudentum, vt firma res ſit, ſimul & proficua; ex qua prudentia ductu rationis tantum mori Gẽtiles putabant miſeri, nec fulmina vibrare Iouẽ abſque deorum cõſilio, immo nec ſtabilia, nec certa quæ ſuo tantũ arbitratu de

Seneca. qua re agit Seneca, lib. 2. natural. queſt. à c. 41. vſque ad 43. atque inter alia petit, *Quare id ſolum fulmen quod Iupiter mittit placabile eſt, perniciоſum id quod deliberauit, & quod aliis queq; diis authoribus miſit, quia Iouem, id eſt Regẽ prodeſſe etiã oportet, nocere non niſi cum pluribus viſum eſt.* Egregiè, ſolus ſaluet prælatus, beneficiat vnicus; at ſi correptionis fulmina iacere oporteat, adhibeat ſocios, conuocet conſiliarios, ſic enim illum imitabitur, qui & ſi trinus, tamen quia etiã vnus, quãdo noſtro modo intelligendi ſic reperitur, aut ſic cõcipitur, ſi de correptione agitur, ad pœnam inferendã cõſiliarios adhibet, conſulit, cõſiliúmque matu-

Geneſ.18. n.16. reſcit; tres viri Abrahæ apparuerunt, Gen. 18. iſti enim poſt prandium adnotat Scriptura à n.16. quod cum inde ſurrexiſſent, *Direxerunt oculos contra Sodomam, & quod dixit Dominus, num celare potero Abrahã quæ geſturus ſum?* In qua re adnotandũ cum Chryſoſtomo tres ſimul prandidiſſe, quãdo vero contra Sodomã direxerunt diuiſos vnũ cum Abrahamo remãſiſſe, cur in prandio tres, quando vero faciem contra Sodomã dirigunt duo? ſanè quia quãdo prandium, quando benedictio elargiendi, quando ſemẽ promittendũ, & felix faciendus Abrahã, bene tres, bene tota ſanctiſſima Trinitas ad gratias aſſiſtit, at quãdo de ſupplicio agitur, duo mittuntur miniſtri, ſolo remanẽte

29. Deus antequam puniat conſulit. cum Abrahamo Domino. *Illud etiam*, notandum, ait Gloſſa Græc. apud Lippom. in c. 19. Geneſ. ſuper illa verba: *& venerunt duo Angeli, vbi beneficia explicantur Deus adeſt, vbi vero ſupplicia exercentur Angelos mittit.* Hinc quia ſolus, & de correctione agebatur, ſtatim cõſilium auertit, ſtatim in conſultationem totum

Chryſoſt. tradit negotiũ: *Nam in tabernaculo*, ait Chryſoſt. *& Angeli, & eorũ Dominus per idem tẽpus viſi ſunt, poſtea vero illi quidem vt miniſtri miſſi ſunt ad ſubuerſionem illarum ciuitatum, ipſe autem Dominus manſit, & quaſi amicus amico iuſto communicabat, quæ nam facturus eſſet.* Quod ſi Dominus cuius ſapientia infinita, cuius prudentia in infligẽdis pœnis errare non poteſt, qui non ex ira, aut odio punit, non ſolus diiudicat, ſed *in deorũ medio*, vt Regius ait Pſaltes, Pſal. 82. n. 1. nunquid homo ſolus audebit? *Pſal.81. n.1.*

Vltimo vnũ adiungam, quod vti expertus, vellẽ quam maximè omnibus inſiſtere prælatis, & ſacrarum præcipuè religionum antiſtibus, vbi vt plurimũ, & ferè ſemper correctiones leues, verbis tantum, non verberibus, increpatione, non ſuffocatione, perſuaſionibus, non tremibus, vt non ſic aſſiduè corrigant, nec ſic aſſiduè increpent, vt frontoſum faciãt ſubditũ, & impudẽtem, ſic inſenſibilẽ ex correctionis aſſuetudine, vt amplius non timeat: nam vt rectè Nazianz. orat. 1. Apolog cõſulit, *Nazian.* expeditius ad nonnulla conniuere, quam ſingula proſequi; *Ad nonnulla cõniuere*, ait, *ſatius fuerit; ne alioqui eos nimis crebris obiurgationibus ad deſperationẽ inuitemus, ac diſſoluto pudore quod perſuaſionis pharmacum eſt, ad quodvis facinus audaciores reddamus.* Aurea verba, crebra obiurgatione deſperationem inducit, & meliorẽ ſe euadere animo ſpondit, qui ſemper ſe malum egiſſe ex obiurgatione deprehẽdit, ex deſperatione autem ipſe animus fit frontoſus, vnde timorato pudore abiecto audacior ad facinus redditur delinquẽs, dum pharmacum abeſt perſuaſionis nẽpe pudor. Mirum, Dauid impensè à toto diligebatur Iſraële nemine excepto, *Acceptus erat*, ait Scriptura 1. Reg. 18. n. 5. *in oculis vniuerſi populi, maximéque in conſpectu famulorum Saul*, & tamẽ cum hoc eſſet, corrigens ipſe Saulem, poſtquam vitã ei condonauerat ibi c. 24. n. 10. inter cætera hæc dixit, *quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduerſum te?* quaſi excuſans illum, & quod nõ ex improbitate, & propria maleuolentia illum perſequeretur, ſed ex aliorum inſtantia, ac ſuſurratione, vnde hoc? cũ potius contrarium? ſanè ne frontoſum illũ efficeret, & vt diuus ait Chryſ. hom. de Dauid, *Chryſoſt.* & Saule, *vt illi præberet occaſionem excutiendi malitiam.* Pulchrè, reiiciendo in alteros malitiam, occaſionẽ præbebat correpto vt eã à ſe eiiceret, nã dum in illo reperta ab aliis adhuc non agnoſcebat, timẽs publicationẽ, faciliter ſperabat Saulem eam à ſe eliminaturum, hinc non eam illi improbauit, ne ſi agnoſceretur vt malus promptior fieret ad illud; hinc egregiè Seneca lib. 7. de benef. c. 28. conſulens beneficium ingrato nõ exprobrandum, non contra *Seneca.* illum iraſcendum, ſic ait: *Meliorẽ illum facies ferendo, vtique peiorem explorando, non eſt quod frontẽ eius indures, ſine, ſi quid eſt pudoris reſidui ſeruet ſæpe dubiam verecundiam vox conuicientis clarior rupit, nemo id eſſe quod etiam videtur timet, deprehenſus pudor amittitur.* Quid elegantius? quot verba, tot ſententiæ.

30. Ex aſſiduitate fiunt homines frontoſi.

Enimuero ſi attendes, delictum ex ſe frontoſitatem generat; nam eo quo quis apud ſe verecundiã peccati perdidit, nec peccare erubeſcit, ſuam reclamantem conſcientiam ferẽs, ſuámque recognitionem, faciliter, & alterius etiam ſuſtinebit paſſione eadem preſſus. Vnde veriſſimè Tertul. de veland. virginib. c. 2. *Tertul.* *Delicti*, ait, *durior frons eſt, ab ipſo, & in ipſo delicto impudentiam dicta.* Egregiè, non aliunde, ſeu extranèe delicto impudentia aduenit, ſed ex ipſo prodit, quia in ipſo eſt, ad quod pro-

32. Delictum ex ſe frontoſum eſt.

bandum ſufficit, vt cum homo ſis rationalis, mentiſque compos, non vereris tuam ſcientiam, teque coram apparere; hinc ipſum delictum impudens, dum tecum eſt, & impudentem te efficit, & quod tuam ipſius adduxit, vt parui faceret ſcientiam, de facili, & vt etiam alienam efficiat; hinc conſultius aliquando diſſimulare, quam increpare delictũ.

33. Conſultius aliquando diſſimulare quam improbare delictum.

Ad quod vtique probandum valet exẽplum ſupremi educere magiſtri, qui Iudæ nũquam ſuum exprobrauit delictum, nunquam ſe illius conſcium demonſtrauit, niſi quãdo ipſemet ſe prodit; in qua re illud apparet mirabile, vt cum tam frequenter Chriſtus Iudam admonuerit ſicut Chryſoſt. obſeruat hom. de diuite, & Lazaro poſt Calend. tom. 2. vt Matth. 26. n. 23. *Vnus veſtrum me proditurus eſt.* Ioan. 6. n. 70. *Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt*, & c. 13. *& vos mundi eſtis, ſed non omnes*, alibíque ſæpe; tamen nunquam clarè illum admonuerit, neque ſignauerit, etiã ſi in ſummum vidiſſet reliquos angorẽ diſcipulos, cur hoc? optimè Chryſoſt. ne ex clara redargutione impudentior fieret, *Suſtinuit omnes*, ait Chryſoſt. *in angorem inducere ne vulgaret proditorem, ac manifeſta redargutione redderet etiam impudentiorem.* Quod etiã vt clarè perpendas, & quantum ex reprehenſione imprudentiores, ac frontoſiores aliqui fiant; attende vnde Iudas determinatæ proditionis animum obfirmauerit, & inuenies profecto non ex acri, ſed ex mitiſſima Saluatoris admonitione; cum enim impius, & auarus de effuſione vnguenti ſanctiſſimæ Magdalenæ obmurmuraſſet, Ioan. 12. n. 5. *Quare vnguentum hoc non venit*, &c. & Dominus reſpondiſſet, *ſine illam*, ſic perfidus ex hac blanda obduratus eſt admonitione, vt frontoſior effectus inde traditionem eſt auſpicatus, vt adnotat Tolet. ponderans appoſitè dixiſſe Euangeliſtam Iudam murmuraſſe, qui eum *traditurus erat, vt inſinuaret ex hoc tempore concepiſſe Chriſtum tradere, ſo excitatum, quod occaſionem tantam rapiendi, & lucrandi amiſerit*; ergo excitatus, confirmatus, obduratus, ac frontoſus poſtea factus ex ſuaui Chriſti admonitione, quod inde liquet; nam profecto ſi murmurationi eius morem geſſiſſet, vnguentúmq; conceſſiſſet, non ſic obdureſceret; at quia admonuit, & ſi blande, latenter, inſuper, nec detegendo, in talem ſe impudentiam obtruſit, in talem frontoſitatem, vt traditionem conciperet, determinaret, obſignaret, quod cum ſciret, ſemper tamen Dominus tacuit, nunquam delictum exprobrauit, ne impudentiorem faceret, vt inquit Chryſoſt. vſque dum clarè ad actum ipſe prodiens, tunc cum ipſe ſe prodiiſſet, & non ante ei dixit, *Iuda oſculo filium hominis tradis*, Luc. 22. n. 48. *amice ad quid venisti?* Matth. 26. n. 49. improperans ſimulationem, vt ait Origen. in hunc locum tractatu 35. nã vt ipſe bene obſerua, hoc verbum *amice*, nunquam in Scripturis in bonam acceptum partẽ; ergo ſimulauit Dominus Iudæ peccatum, & ſi corrigere intentauit, nunquã tamen exprobrando, ne impudentior fieret, vt inde exẽplum prælati caperent, quomodo ſubditos corrigere, qua prudentia, quáve circumſpectione, ne dum contimui in reprehenſione, ſic durum ſubditum reddant, vt amplius non doleat; immo ex reprehenſione voluptatem capiat; quod ego ſæpe vidi, ac indoluí: cõcludam cum vna Taciti ſententia, ſic prudenti, ac ſtrictim omnem prudentem gubernandi modum perſtringente, vt mea ſententia à prælato ſi obſeruetur, nil reliquum erit, quod feliciter non regat, quo optimè non ſubditũ corrigat, iuſtitiam cum clementia, ac prudentia obſeruandam conſulens, ſic breuiter omnem normam concludens, ait: *Omnia ſcire oportet, nõ omnia reſequi, parui peccatis veniam, magnis ſeueritatem accommodare, nec pœna ſemper, ſed ſæpius pœnitentia contentus eſſe*; Aurea monita, quibus & prudentiam diſcimus, & modum in correptione, & ſimul clementiam qua ſubditus regendus nil eius tibi lateat, ſed nõ omnia reſequaris, culpans, plectens, ſcientémque te faciens? quid prudẽtius? ſi parua ſint delicta, dimitte, ſic amorem conciliabis, valentior ad obtinendum quod velis quàm timor, vt ait Plinius lib. 9. epiſt. at ſi magna plecte, & durè: *Nã ſine ſeueritate adminiſtrari ciuitas nulla poteſt*, ait Cicero, lib 11. de officiis, tandem ſæpe pœnitentia non ſemper pœna contentus eſſe, eo vel maximè quãdo delictum non pũblicũ, quando communitati non ſatisfaciendum.

35. Gubernãdi egregia monita quibus bene prælati regent.

Chryſoſt. *Mate.* 26. n. 23. *Ioan.* 6. n. 70. *Ioan.* 6. 13. *Chryſoſt.* *Luc.* 22. n. 48. *Matt.* 26. n. 44. *Tolet.* *Tacitus.* *Plinius.* *Cicero.*

34. Chriſtus cur nunquã clarè obiurgauerit Iudam.

At ne cum Ethnico tantum concludamus, quaſi ex ſcripturis nobis deſint, accipe ex illa duo de hoc admirabilia exempla. Quid ſceleſtius Achabo, attamen non pœna, ſed pœnitentia eius Deus contentus, 3. Reg. 21. n. 21. *Nónne vidiſti Achab humiliatũ coram me, quia igitur humiliatus eſt mea cauſa, nõ inducam malum in diebus eius.* Accipe alterum de diſſimulatione quando peccatum occultum, audiſti Dei indignationem in Moyſem terribilem, grãdem, audiſti pœnam, ac ſupplicium quando eũ ad aquas irritauit, Num. 20. n. 12. ſic firmatam, vt nulla prece, nullis lachrymis, nullo expiaretur ſacrificio, audi nunc ſimile ſecundum aliquos Moſis peccatũ quando carnes Deus dixit populo præbiturus ibidẽ, c. 11. n. 21. *Sexcenta millia peditum huius populi ſunt, & tu dicis dabo eis eſum carnium menſe integro, nunquid enim, & bonum multitudo cedetur vt poſſit ſufficere ad cibum?* In quo loco multi ex Hebræis, & etiam aliqui ex noſtris vti Abul. quæſt. 51. tenent Moyſem peccaſſe, non ſecus in aqua contradictionis, venialiter tamen ex cauſa perturbationis, & commotionis, quod etiã affirmat Cornel. ſi ergo ſic peccauit, cur non ſic Deus cõtra illum iratus? cur diſſimulauit? ſanè reſpondet Abulenſis, quia peccatum occultum inter ſe, & Deum, *Moyſes*, ait, *non dixit aliquid nunc coram populo, ſed ſolum ad Deum.* Ideo non penitus; quod etiam & Rabi Aquila clariſſimè affirmat apud Liranum. Ergo & ſi peccatum æquale cum altero, & ſi eiuſdem incredulitatis, eiuſdémque ponderis, tamen diſſimulauit Deus. quia occultũ, vt tu ſimiliter diſceres ſubditorũ occulta peccata diſſimulare, & ſæpe pœnitentia, non pœna contentus vti in hoc caſu ſecundum Abul. quæſt. 48. in quo Deus tantum pœnitentia Moyſis contentus remiſit pœnam. Ergo corrigendum, ſed cum prudentia, eradendus *cortex* vt noſter inquit ſapiens, ſed *docte*, ſic etiam vis vtile efficies Deo gratum, *aut ſi quis*, & c.

36. Deus ſæpe pœnitentia contentus obſique pœna.

3. Reg. 21. n. 22. *Num.* 20. n. 12. *Ibi* c. 11. n. 21. *Abul.* *Cornel.* *Abul.*

37. Occultis peccatis ſæpe veniam præbet, ac cum eis diſſimulat.

Digitized by Google

HOMILIA LVI.

Deus ſublimis artifex, ex lignis curuis, verticibuſque refertis ſtatuas efficit admirabiles.

Ignum curuum verticibus plenum ſculpit diligenter, noſter ait, quod facit artifex ſapiens, vt ſuam oſtendat artem, induſtriã, ſcientiam, ideo non quodlibet aſſumit lignum, nõ rectum, non lucidum, non planum, ſed curuum, plenum cruſtis, nodis, verticibus, quis ſic artifex vt Deus noſter? quis ſic pulchras efformat ſtatuas: at quod mirandum vt illas ex lignis educat curuis, verticibus plenis, ſic vt incentiuum efformandi, manúſque applicandi ipſa ſit curuitas, ipſa indignitas, talis eſt Dei noſtri miſericordia, tale eius artificium, vt ibi ſit eius ſpiritus, ibi imbibatur vt ſic dicam, vbi nulla dignitas, vbi totum difforme.

Geneſ.1. n.2.

1. Deus ibi adeſt vbi nulla dignitas.

Enimuero non parum admirandus modus eſt locutionis ſanctiſſimi Legiſlatoris, Geneſ. 1. n.2. quando de ſpiritu Dei loquens, ſic ait: *Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*; poſt quæ ſequens ait: *& ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, ſeu vt alia litera, *incubabat*, *apſaph* enim verbum, vt notat Lippomanus, *& mouere, & incubare* ſignificat; ergo dicturus Moyſes de incubatione Dei ſpiritus prius præmittit terram eſſe incultam, vacuam, tenebris obtectam, ac proinde viſu indignam, totiuſque aſpectus, vnde alia litera apud Baſilium legit, *terra autẽ erat inuiſibilis, ac inſtructa*; cur hoc? nónne conſultius, priuſquam de Dei ſpiritus incubatione, amore, propenſione, habitatione, omnia enim hæc illa verba ſonant, diceret, terram proponeret ſtructam, ornatam, comptam, Dei dignam ſpiritus. Egregiè Auguſt. lib. 1. de Geneſ. ad literam, ne tu putares neceſſitate te Deum dilexiſſe, & non beneuolentia, *Prius dixerat Moyſes*, ait, *erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & ſtatim addidit, & ſpiritus Domini ferebatur, quoniam cum commemoraretur iam perfecta creatura, ſpiritus Dei in qua eius ſancta beneuolentia, dilectióque intelligitur ſuper ferri dictus eſt, ne faciendo opera ſua per indigentia neceſſitatem, potius quàm per abundantiam beneficentiæ Deus amare putaretur.* Pulchrè, vbi expende vltima, vnde & ſi pulchra Deus prius effeciſſet illi indigentia, neceſſitáſque ad amandum? ſanè ex pulchritudine, quæ ex ſe ad amandum attrahit, impellit. Ergo ſi prius pulchra quàm Deus amaſſet, profectò ex indigentia amor in Deum; at quia prius fœda, incompta, indigna, ideo Dei amor non fuit indigentia, ſed beneficentia, & ideo incubauit, quia inculta, quia vacua, ipſa vacuitas beneficentiæ fundamentum, vt inde peccator intelligas, animúmque reſumas, ſi te incultum, vacuúmque omni videris bono, quia tunc Deus incubabit, quando amplius tu inanis, hoc eſt indignus, & tunc per ſe te, & non per alterum pulchrè efformabit, quando amplius curuus.

Baſil.

2. Cur Moſes terrã dixit eſſe inanẽ, & vacuam, antequam diceret quod ſpiritus Dei ferebatur. *Auguſt.*

3. Deus tunc amplius in peccatorem miſericors, quãdo amplius miſericordia indignus.

Attende quæ dico, tua creſcente infirmitate, ſuus creſcet & amor, & ſi lepra infectũ peccatorum te viderit, ſic accurret vt cruſtas, ſeu maculas per te elimet, non alteri committet, ſibi eliminationis gloriam, ſibi efformationis ſtatuæ aſcribere ſatagens: *Cum ingrederetur quoddam caſtellum*, ait Luc. 17. n. 12. *occurrerũt ei decem viri leproſi, qui leuauerunt vocem dicẽtes: Ieſu præceptor miſerere noſtri, quos vt vidit dixit, ite oſtẽdite vos ſacerdotibus, & factum eſt, dum irent mundati ſunt.* Si mundaturus antequam ad ſacerdotes accederent, quid eos remittere? & ſi remiſit, cur ante mũdauit? Pulchrè Tertul. lib. 4. contra Marcion. c. 35. vt ex obedientia ſanitatem mererentur, ideo remiſit, & quia ipſe elimator per ſe humanarũ macularum, ideo eos vt Deus mũdauit *ſine tactu*, vt ipſe ait, *ſine verbo, tacita poteſtate, & ſola voluntate*, ſibi talem mundationem aſcribere volens, videns, quaſi ipſi competens, vt per ſe eã non per alios efficeret, ſic ad elimandum noſtras eſt propenſus maculas, *Igitur quoniã*, ait Tertul. *ipſe erat authẽticus Pontifex Deipatris, inſpexit illos ſecundum legis arcanum, ſignificans Chriſtum eſſe verum diſceptatorem, & elimatorem humanarum macularum, & ideo illos remediatos, qua ſecundum legem inſſi abire ad ſacerdotes obtulerant.* Egregiè mundauit antequam ad ſacerdotes, pontificéſque peruenirent, quia ipſe non quilibet Pontifex, ſed authenticus, hoc eſt primus, ſublimis, maximus, venerandus, Dei patris; & inſuper mundauit, quia non ſacerdotes, ſed ipſe ſtatuarius eſt diuinus, elimans, corrodens, ac humanas eradẽs maculas per ſe; ideo eo impenſius illud efficit, quo maculæ, quo vertices maiores, quo lignum curuius, nullum excuſans, reiiciens, ex malignitate lignum, vt egregiè Aug. in Enchirid. ſuper illa verba Pauli 1. ad Timoth. 2. *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*, vbi ſic: *hoc eſt omne genus hominum per quaſcumque differentias diſtributũ, Reges, primates, nobiles, ignobiles, ſublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingenioſos, tardi cordis, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, fœminas, infantes, pueros, adoleſcentes, iuuenes, ſenes, in omnibus linguis, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in profeſſionibus omnibus, in voluntatum, ac conſcientiarum varietate innumerabili conſtitutos, & ſi quid aliud differentiarum eſt in hominibus.* En quàm operoſus Deus artifex, quàm ſuæ auidus artis, vt nullum relinquat hominum genus, nullam ſortem, quin nobiles ex eis non efficiat ſtatuas.

Luc.17. n.12.

Tertul. 4.

Magnos peccatores perſe curare vult, vt authẽticus Pontifex.

5. Chriſtus Pontifex authenticus.

Hinc roganti pro ſeruo, pro famulo Centurioni, Matth. 8. nec qualitatem Domini aſpernatus, quia gentilis, nec conditionem famuli, quia ſeruus, illico reſpõdit, *ego veniã, & curabo eum*, n. 8. Attende dignationẽ, verbo poterat, & imperio, præſentiam tamẽ promittit? ſanè quia *paralyticus erat, & malè torquebatur*, altitudo mali ad ſe illum attrahens, non retrahens, quaſi dicas, quia in illo & magnus, & vilis oſtẽdebatur peccator, ideo præſentiam ſuã exhibet, vt totus in elimãdo illum videretur, qui ob id venerat, beneficẽtia prius anteuertẽs, non hominẽ deſpiciens quia ſeruus, quod pulchrè dixit Baſil. Seleuſ. orat. 19. *Ego veniam, qui hominum ſtudio in hominem me indui, qui propter omnes veni, non vnũ deſpiciam, curabo eum, beneficentia preces anteuertens.* Infirmitatem illam non deſpiciens, immo optãs videre, vt curet præſentia, & ſi poſſet potẽ-

Matth.8. n.8.

6. Ad ſeruum Centurionis cur accurrit per ſe.

tia, quia ipſe ſolus ſcit noſtras videre infirmitates vt ſanet, noſtram curuitatem, vt erigat? noſtra cruda, ac rebellis natura potius ad nos illum attrahens, quàm expellens, quæ ſua miſericordia; vnde ideo non iraſcitur quia mali, ideo benefacit quia peccatores, Deum in hoc ſe oſtentans, non hominem.

7. Deus ideo benefacit, quia humanea beneficentia indigni in quo Deum ſe oſtentat. 4. Reg. 1. n. 11.

In deplorato exiſtens Iſraël ſtatu, totúſque in peccatis immerſus, vtpote apud idololatrã Regem Ochozias, quando amplius neceſſitas, ne calamitas vrgebat, tunc Deus Eliam ſubleuauit, tunc ad ſe vocauit, 4. Reg. 1. n. 11. & curru inſtructo igneo per turbinem ad cælum euexit; *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cælum*, vbi cũ Abulenſi hîc quæſt. 24. & Caietano ſentio talem currum, & equites ob ſplendorem dictos igneos, & nubem fuiſſe ſplendidiſſimam ad cælum Eliam ſubleuãtem in medio eius ipſum recipientem, vndequaque obtegentem; vnde Eccleſiaſt 48. n. 13. *Elias qui in turbine tectus eſt*, nubes ſcilicet ad cælum eum vndique tectum ſubleuans, ſi tanta populi afflictio, ſi tam miſerabilis tunc ſtatus, ſi tanta tunc peccata, cur Deus ad cælum auocat Eliam, & cur ſic ſuſtulit, vt vndique cingat? ſanè ob illudmet, homo erat nõ Deus, miſeriarum viſio ad iracundiam eum prouocabat, non beneficentiam, vnde ideo eum ſuſtulit, vndique cinctum ne peccata vidẽs peccatores conſumat. Quod egregiè idem expẽdit Baſilius orat. 11. ſic fatus; *Cum tamen hominum peccata nil minuerentur, Deus Eliam vidẽs iuſto Zelo in impios rurſum inflammatum, igneo curru ex impiorum conſpectu tranſtulit*, ad illum ſic faciens locutus, *procline eſt in peccatum hominũ genus, tibi peccantes cernere grane ſpectaculum, mihi verò, qui ſum Dominus, lex de humanitate ſcripta eſt, me ipſum debitorem dementia conſtitui, tu ergo ſubi diuerſorium à peccato liberum, carne veſtitus cum Angelis conuerſare, ego vero ad homines per Incarnationem veniam, ego in eorum ſalutem curram.* Egregiè, graue homini ſpectaculum peccantes cernere; hinc in vindictam armatur, nõ commiſerationem; at Deo non graue, quia Deus, non homo, quia eius Dominus, tandẽ quia ſub lege clementiæ, clementiæ eſt debitor; hinc quia ſi negotium hominibus relinqueret, perirent peccatores, ideo tanquã pater, tanquã noſter verus Dominus ipſe venit, ipſe accurrit, per ſe ſanans, medẽs, ſuſtinens, ſi ratione expoſcis, quia homo natura malus, quia ex ſe ad malitiam pronus; audi oraculum, *Nequaquam vltra maledicam terra propter homines, ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* Geneſ. 8. n. 21. O magnum beneficentiæ pondus, ô ineffabilis tolerantiæ excellentia, ô vox Dei ſimilibus ſummæ cõſolationis; ergo non vindicauit Deus, & parcet, & non ſolum mihi peccatori, ſed alteri etiam, & terræ non inducet malũ, quia pronus ego in malum ab adoleſcentia mea, quaſi miſericordiæ incentiuum ipſa ſit pronitas ad malum. *Rara miſericordiæ ſpecies*, merito hic exclamat Chryſoſt. *vt ne putemus quod ideo hanc promiſſionem fecerit, quia ipſi iam in melius ſe conuerterint inquit, quia incumbit mens hominis intente in mala opera à iuuentute.*

8. Eliæ currus qualis. *Eccleſiaſt. 48. n. 13.* *Abulenſ. Caiet.* *Baſil. Seleuc.* 9. Cur illum Deus in ignem euexit, & quo tempore. *Chryſoſt.* 10. Dei ingens amor in parcendo vnde elicitur. *Geneſ. 18. n. 21.*

Ex hoc ergo puto, niſi mea me coniectura fallit, infelicem Sodomam, Gomorrhámque excidiſſe, & pœnam illi ad interitum, non ad emendationem extitiſſe, quia & ſi Dominus ad illam deſcendere, maláque eius veluti oculis proſpicere determinaſſet, vt Abrahamo elocutus Geneſ. 18. n. 21. *Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non eſt ita*, tamẽ neſcio quo malo ſuo fato ſiue Abrahami conuerſatione, ſiue alia occaſione non ipſe deſcendit, ſed Angelos miſit; *Conuerterúntque ſe inde, & abierunt Sodomam; Abraham verò adhuc ſtabat coram Domino*, n. 22. Quid ergo mirum ſi cõſumpta, ſi deſtructa, ſi cremata dum oculi eã aſpiciũt creaturæ, non creatoris? *vt per Angelos ad cognoſcenda mala deſcendit*, magnus ait Gregor. 19. moral. c. 23. *mox facinoroſos percutit*; at deſcẽdat ipſe, videat ipſe, & licet magnum malum, & ſi elimat, & ſi punit, tamen ad bonũ, ad melius, ad efformandum, non deſtruendũ, quale maius peccatum, qualis obſtinatior malitia quàm poſt aquarum diluuium, poſt totius generis deletionem humani, ſic ſuperbè in peccato exiſtere, ac perſeuerare, vt quaſi non puniti, nec amplius puniendi ſuperbos induentes, ac ephetõtis ſpiritus, turrim vſque ad cælum pertingentem eleuare, Gen. 11. *Nec pœnis emendatiores facti*, vt ait Chryſ. *neque beneficiis meliores*, at quid Deus? ibi n. 5. *deſcendit, vt videret ciuitatem, & turrim*, quid ergo ex hac viſione? *Venite igitur deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorũ.* Quæ vox vt tenet Gloſſa Græc. apud Lippom. patris extitit ad reliquas perſonas, & non ad Angelos; *Quod dicitur*, ait, *venite deſcendamus, ad filium, & Spiritum ſanctum dixit pater*, neque hoc vllum eſſe inconueniens tenet Auguſt. lib. 16. de Ciuit. Ergo ipſe Dominus per ſe, ipſa Trinitas deſcendit, vidit, proſpexit malũ; quid inde? nunquid iterum mundus deſtructus? immo repletus, beneficentiam pro malo reportantes, non abs re adnotans Scriptura dicens, *Atque ita, diuiſit eos Dominus in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem.* Ergo ex peccato mũdi pulchra inhabitatio, *deſcendit ergo Deus*, ait eadem Gloſſa Græca, *vt illorum linguas confunderet, confundendo humanum genus toto orbe terrarum diſſeminaret*, benedictionem pro maledictione reportant, *Creſcite*, inquit Deus Noe, filiíſque ſuis benedicens, *& multiplicamini, & replete terram*, Geneſ. 9. n. 1. vt ergo ad effectum benedictio hæc duceretur, confudit linguas, ex quo poſtea pro peccato emerita extitit beneficium, ne mireris, Deus deſcenderat per ſe, ipſe viderat, oculi eius inſpexerant non hominis, non Angeli; hinc peccata videns non deleuit, ſed medicatus eſt, & turris illa turris Babel facta eſt ciuitas, ciuitas Regis magni, quo modo? deſcendens Deus, & illi adhærens, illíque copulata.

11. Sodoma deſtructa quia non Deus ad eam, ſed Angeli. *Geneſ. 18. n. 21.* *S. Greg.* 12. Quando Deus deſcendit per ſe videre mala, tunc non ſupplicium, ſed remedium. *Geneſ. 11. n. 5.* *Lippom.* *Auguſt.* *Gloſſa Græca.* *Geneſ. 9. n. 1.*

Mirum, ſed verum, illa turris, illa Babylon, quæ prius contra Deum ſe erigebat, illa quia ad eam Deus deſcendit, facta eſt ciuitas Regis magni, diſperſi ſunt in gentes, qui illam ædificabant, Babylonem, mundum nequitia, peccatis, abominationibus, idololatriis replentes, vſque ad cælum verè pertingentes. at quid? iterum deſcendit Deus, ſed incarna-

13. Ex magnis peccatoribus magnos efficit ſanctos ex ciuitate diaboli ciuitas Dei.

tus, ſed homo factus, & ex Babylonica ciuitate, ex Aquilonari regione illi inhærens facta eſt ciuitas Regis magni; *Fundatur exultatione vniuerſa terræ mons Sion*, lætabundus canit Pſaltes, Pſal. 48. n.2. *latera Aquilonis ciuitas Regis magni*; quid Aquilo cum Sion? quid peccatores cum ſanctis? contrarius ſolet eſſe Aquilo Sion, inquit hic Auguſt. *Sion in meridie, Aquilo cõtra Meridiem*, Aquilo diabolus, Aquilo peccatores; *Quis eſt iſte Aquilo*, ait Chryſoſt. *niſi qui dixit, ponam ſedem meam ad Aquilonem? tenuerat regnum diabolus impiorum, & poſſederat gentes ſeruientes ſimulachris, inhærendo illi Aquilo facti erant.* Quid ergo? deſcendit iterum Deus, & exinde ait ſanctus Pater, *credentes in Chriſtum conglutinati ſunt illi ciuitati, & facta eſt ciuitas Regis magni, quæ fuerat latera Aquilonis.* Ergo ciuitas confuſionis facta eſt vnionis, & viſionis; hinc rectè exclamat Pſaltes quando hoc cogitabat, *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri in monte eius*, cur ſic magnus in ciuitate; cur ſic laudabilis in monte ſancto? ſanè, quia ex lateribus Aquilonis, ex Babylonica ciuitate, Regis fecit ciuitatem magni, ex peſſimis ſcilicet peccatoribus ſanctiſſimos homines. Conſidera hoc in Magdalena, conſidera in publicano, conſidera in latrone, conſidera tandem in Paulo; *Vade Ananiæ*, Actorum 6. n.15. *quoniam vas electionis eſt mihi iſte*; Pende illud *eſt*, non dixit *erit*, ſed *eſt*, ô mirus artifex, ô magnus, ô excelſus, modo perſecutor, blaſphemus, & modo vas electionis eſt, ſeu vt Tigurina *organum electum*; ne mireris, Chriſtus deſcenderat, Chriſtus per ſequentẽ viderat, Chriſtus cum illo locutus fuerat, hinc lignum hoc curuum, verticibus plenum, euaſit in *vas vtile*, vt noſter inquit Sapiens, gratia ſtatuarij illius ſupremi, vnde rectè quærens Chryſoſt. cur electus à Deo Saulus *ſæuus, & ferus?* reſpondet, *vt homo ad cædes compoſitus Chriſtianorum conuerteretur ad cædes errorum*; hinc animus erigendus noſter, nullique de ſalute deſperandum, cum ſic potentem, cũ ſic magnũ, in miſericordia aſpicit Deum, pulchrè Chryſ. hom. 2. in Pſal. 50. ſuper illa verba: *Miſerere mei Deus ſecundũ magnam miſericordiam tuam*, ſic deuotè conſulit: *ſi impius es cogita publicanum, ſi immundus es attende meretricem; ſi homicida es perſpice latronem, ſi iniquus es cogita blaſphemum, conſidera Paulum, habes omnium oſtenſiones; nam quid eſt peccatum tela aranea, quæ vento flante nuſquam comparet*; vas electionis eſt Paulus ex Saulo ſtatim, illico, quis videns è cælo deſcendere Ieſum ad perſecutorem, adhiantem minarum, & cædis contra Eccleſiam, ad blaſphemum, ad lupum rapacem, non crederet deſcendere vt interimeret, vt confoderet, vt diſperderet perſecutorem? quis vt lignum illuc ſic curuum, ſic verticibus plenum non ad ignem deſtinaret æternum; at non ſic, ſed deſcendit, vt ex curuo ligno vas efficeret, & vas electionis, quid vas electionis? Hieron. ad Galat. 1. n.15. *vas prædeſtinationis*, hoc eſt ſummæ gloriæ præ omnibus ſelectæ, & excelſæ; ergo in illo inſtanti ex infimo peccatore, ex magno, ex primo vt ipſe de ſe affirmat, in momẽto ſuprà cæteros Sanctos, ſupra Patriarchas, ſupra Prophetas, par Apoſtolorum apicibus factus eſt Paulus, ſic vt dicat Chryſoſt lib. 1. de prouid. *Nullus Paulo maior eſt, aut etiam æqualis*, mira potentia; S. Gaudentius tract 8. affirmat vas electionis Paulus dictus quaſi *præcipuum, & peculiare Spiritus ſancti organum*, cæleſtẽ edens melodiam, quæ homines ad ſe feros, & barbaros raperet, & ipſos Angelos oblectaret, vnde egregiè Hier. epiſt. 61. ad Pammachium, Paulum vocat Euangelij tubam, leonis rugitum, gentium tonitrua, eloquentiæ flumen; *Vbi*, inquit, *electionis vas, tuba Euangelij, rugitus leonis noſtri, tonitrua gentium, flumen eloquentiæ Chriſtianæ, qui myſterium retro generationibus ignoratum, & profundum diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei magis miratur, quam loquitur.* Attende magnitudinem potentiæ, modo blaſphemus Paulus, modo organum Spiritus ſancti, modo terrens Chriſtianos, modo ad Chriſtum attrahens, & vt ſic dicam, ac alter Amphion non ſolum homines, ſed ipſos lapides; quis non obſtupeſcet? vltimo tandem ex ligno hoc curuo verticibus ſic pleno vis videre quale ex illo vas ſupremus hic efformauit artifex, vt ideo dicat Chryſoſt. hom. 18. in c. 11. ad Roman. vas electionis dictus, quia ab eius magnitudine, formoſitate, pretioſitate, pulchritudine, decore, continuitate ipſemet ſic admiratus Chriſtus; immo ipſemet Deus, ſanctiſſimáque Trinitas de ſua potentia, ſapientiáque quaſi gloriata, nõ ſecus ac ſolent præexcellentes artifices, quando aliquod perficiunt opus, ipſam artem ſuperans, ipſámque eorum quaſi ſcientiam; comparans enim ſanctus pater cælo Paulum probánſque ſuprà cælum ipſum, ſic ait: *Aſtra quidem cum fierent admirabantur Angeli, hunc verò Deus ipſe admiratus eſt dicens: vas electionis iſte mihi eſt.* Egregiè, & nil vltra addendum, vbi adnoto Chryſoſt. non ſolum dixiſſe Chriſtum admiratum, ſed Deum, quid hinc? vt inde colligas qualis ſit Chriſti potẽtia ex peccatoribus ſanctos efformandi, vt in momento, in inſtanti ſic eos reddit, tale efformat vas, vt in ſtuporẽ ipſum adducat Deum, ipſam ſanctiſſimam vt ſic dicam Trinitatem, quæ veluti admirata in Paulo, & quaſi modo noſtro concipiendi, exhilarata, & gliſcens ex admirabili, ac inſtantanea mutatione, à tanta turpitudine ad tantã pulchritudinem, maieſtatem, ac decorem illum euectum conſpiciens, dixerit, *Vas electionis eſt iſte*, hoc eſt ſummi decoris, ſummæ gratiæ, ſũmæ gloriæ; quis ſic artifex, quis ſic potens ac Chriſtus Deus noſter? nemo ergo deſperet, nemo quantumuis peccatoranimũ deprimat, potens eſt Deus in inſtanti ex Saulo curuo ligno vas efficere admirabile, *aureum ob ſapientiam*, vt diuus ait Tho. in præfat. epiſt. 5. Pauli explicans illud Eccleſiaſt. 50. n.10. dictum de Simone magno Pontifice, *Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo, ſolidum ob charitatem, ornatum cæteris omnibus virtutibus.*

Hinc, quia ſic potens, ſic magnus, ſecurus ſemper degit de vita, déque cuiuſlibet peccatoris ſalute, etiam ſi totus in peccatis cõmortuus, totus putridus fœtet, immo multoties, quia ſic aut ſuæ gloriæ, aut peccatoris bono expedit in peccatis eum veteraſcere ſinit, vt quo putridius lignum, eo ſit ſplendidius vas;

A B C D

Auguſt. *Chryſoſt.* *Pſal. 48. n.2.* *S. Gaudent.* *S. Hier.* *Chryſoſt.* *S. Thom. Eccleſiaſt. 50. n.10.* *Hieron.*

14. Nullosquũ. tumuis malus de ſalute deſperet.

14. Paulus vas electionis quid ſignificet.

15. Paulus tale vas vt ipſũ ſit admiſſus Deus.

16. Deus aliquando eũ in peccatis aliquẽ putreſcere ſinit.

mirum vt infirmitate Lazari audita non ſtatim accurrit, ſed vt ait Euangeliſta, Ioan. 11. n. 6. *Tunc manſit in eodem loco duobus diebus*, cur hoc? rectè Alcuinus, *vt mirabilius ſuſcitaret*, & Chryſ. hom. 61. in Ioan. tom. 3. *vt expiraret, & ſepeliretur, & dicant quoniam fœtet*; ergo nõ ſolum mortem expectauit, ſed fœtorem, ſed ſaniem, ſed putorem, cuius myſticam rationẽ ſi quæris infrà inuenies, in illis verbis, ſcilicet, *qui credit in me etiã ſi mortuus fuerit viuet*. vbi Auguſt. ſerm. 67. de tẽpore, ait: *De morte animæ dixit, quæ propter peccatorũ ægritudines euenit illi*. Hinc quia Lazarus, peccatoris figura non ſtatim ac infirmatur Ieſus accurrit, ſed expectat vt quatriduanę ſcat, vt totus fœtidus, ſua fiſus potentia, qui poteſt quod vult, & hoc ſumma facilitate, hinc nõ dixit, Lazarus mortuus, ſed dormit, & verè dormiebat, vt idem inquit Auguſt. tract. 49. in Ioan. *Sed Dominus, hominibus mortuus erat, qui eum ſuſcitare non poterant, nam Dominus tanta facilitate excitabat de ſepulchro, quanta tu excitas dormientem de lecto*. Quis ergo hoc audiens deſperet; bene ergo idem Auguſt. ſerm. illo de tempore, *qui enim in Chriſto*, ait, *tota mente confidit, etiam ſi multis cõmoritur peccatis, fides ſua viuit in æternum*. Mirum dictum, ſed verum; at in quo talis fundatur ſpes? ſanè in potentia ſaluatoris, in ſcientia artificis, qui non ſolum curua ligna, plenáque verticibus reducit in pulchra vaſa, ſed ligna emortua, ſicca, putrida, quod admirabile, quod magnum.

Ioan. 11. n. 6. *Alcuin.* *Chryſoſt.* *Auguſt.* 17. Chriſtus cur ſtatim Lazaro infirmanti nõ accurrit.

Nec hoc mirum ſemel Dei conſiderata magnanimitate, cordiſque altitudine, ex qua quod multitudinem conuertat peccatorum, non tantum magnificat, quantum magnos, & in malitia profundos, pulchrè Rupert. lib. 5. in Geneſ. c. 5. ſuper illa verba, Gen. 12. n. 1. Domini ad Abraham, *Faciam te in Gentem magnã*, adnotat non dixiſſe, *multam*, ſed *magnam*, quia vt ipſe ait, permiſſionis magnitudo non in multitudine numeri, ſed in magnitudine ponderis, ac hominum extitit ſanctitatis; *Nam vere magna gens*, ait, *cuius Dominus Deus eſt, de qua magnos Patriarchas, atque Prophetas, ac diuerſorum meritorum magnos viros habemus*; ſic profectò, de quo Deus gloriatur non tantum de conuerſione exiſtit multorũ, ſed magnorum peccatorum; *Nunquid volet Rhinoceros ſeruire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum?* Iob 39. n. 12. dixit Dominus de ſua erga magnos glorians potentia peccatores, vt vult Hieron. ſic fatus; *Hinc Rhinoceros qui numero ſuperbiæ erat in ſublime eruptus, numquid tibi ſubiicitur, ait Dominus ad Iob, vt per fidem in ſanctitate, & inſtitia ſeruitus obedientiæ colle ſubmittat, & manſuetus effectus, atque humilis ad Dominicum præſepe recurrat, ac verbis Dei, hominiſque aſſumpti ſacris cibariis ſaturetur*. Equos, mulos, tauros ſubiicere cuiuſlibet quidem eſt potentiæ; hinc non magnæ gloriæ, nec eſt quod quiſque equum edomaſſe glorietur, ac Rhinocerontem, ac ferociſſimum; prorſuſque indomabile animal ad præſepe adducere, ligare, iugóque collum ſubiicere, hoc maximum, hoc magnum, indéque merito Deus gloriatur, non ſi quidem quod peccatores quoſlibet conuertat, ſed quod magnos, quod rhinocerontes; hinc per

18. Deus admirabilis in correctione peccatorũ grantiõm. *Rupert.* *Iob c. 39. n. 2.* *Hieron.*

Dauid, Pſal. 67. n. 23. *Ex Baſan*, inquit, *conuertam, conuertam in profundum maris*, non in mare dixit, ſed in profundum; quid per profundum maris? niſi non quoſlibet, ſed perditiſſimos intellexit peccatores; ergo deſcendiſſe quidem gloriatur non tantum ad mare, ſed ad profundum maris, hoc eſt ad perditiſſimos ſaluandos peccatores, audi Auguſt. hîc; *Hoc intelligitur*, ait, *dixiſſe Dominum noſtrum quod ſua miſericordia conuerteretur etiam in profundum maris ad eos quoque liberandos, qui eſſent etiam deſperatiſſimi peccatores*. Pulchrè, deſperatiſſimos dixit, quaſi ligna putrida iam deplorata, & à nulla potentia in artem educenda, tunc tunc quando ſic deſperata ſe ad illa applicat in vaſa educens admirabilia, ſic ea æſtimans, amans, diligens, vt ad illa præcipuè ſemper reſpiciat, his ſemper primum accurrat, blandiatur, ſummiſque proſequatur fauoribus.

Pſal. 67. n. 24. 19. Ad deſperatiſſimos accurrit peccatores.

Admirabile, vt vita functus, è tormentis ereptus, in gloria exiſtens triumphator mortis, infernique primus Magdalenæ apparere voluerit, cur non Ioanni ſi amor penſitandus, cur non Petro ſi dolor? cur non omnibus Apoſtolis ſi fletus? cur non cæteris Mariis ſi diligentia? ſanè, ni fallor cauſam perbellè explicat Marcus, c. 16. n. 9. quia ſuprà cæteros peccatrix fuerat, *Surgens autem mane, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat ſeptem dæmonia*. En ratio, illa primo eum rapuit, ſeu ad ſe attraxit, quæ prima extiterat rebellis, quæ maxima peccatrix; hinc quaſi prima ſua, & de qua amplius quàm de cæteris gloriabatur, primo fauit, quatenus ex hoc ſcirent omnes vt vbi abundauit delictum, ibi & ſuperabundaſſet gratia; *Rectè autem hæc mulier quæ lætitiam Dominicæ reſurrectionis*, ait Beda, *prima renunciauit, à ſeptem dæmonibus curata eſſe memoratur, ne quiſquam dignè pœnitens de amiſſorum venia deſperaret, & vbi abundauit delictum ſuperabundaſſe gratiam demonſtraretur*.

Marc. 16. n. 9. 20. Magdalenę cur primo Chriſtus apparuit. *Beda.*

Hinc peccatores & ſi magnos, & ſi perditiſſimos, diligit, quia ipſius magnæ potentiæ magnæque ſunt vaſa demonſtrantia artis, dum ſic magnus ille artifex, vt in ipſis verticibus in ipſa reponat vaſis pulchritudinem curuitate; quod equidem fit quando præter totum naturæ ordinem ſumma nequitia in ſummam inſerta bonitatem, hæc illam abſorbet, non ab illa abſorbetur quod innaturale eſt, quod omnem ſuperat naturam. Enimuero ſi rectè attendis ea eſt inſerendi ars, vt quod inſeritur ad ſe vim radicis attrahat, ſic vt fructus non radici conformes, ſed ſurculo afferat, vnde ad miraculum eſſet ſi arbor inſerta ad ſe ſurculi vim attraheret, & fructus redderet ſibi proprios, non alienos; hoc ergo miraculum, hoc naturæ admirandum, hoc prodigium à ſæculis abſconditum, ſicut adnotat Auguſt. in Pſal. 72. efficit Dominus noſter dum peccatores ad ſe attrahit: nam & ſi iſti illi inſeruntur, & fructus ſint amariſſimi, ac perditiſſimi, omníque pœna digniſſimi, non ipſi eum, ſed ipſe illos ad ſe conuertit, audi Paulũ ad Rom. 11. n. 24. hoc egregiè prementem, dum gentes arguit, ne aduerſus Iſraëlem gloriarentur, quaſi à gratia exciſi, cum po-

21. Cur magnos præ cæteris diligit peccatores. *Ad Rom. 11. n. 24.* 22. Miraculum in conuerſione peccatoris, quale.

tens esset Deus vt iterum inserercntur, quod excellenti probat sic exemplo: *Nam si in ex naturali excisus es Oleastro, & contra naturam insertus es in bonam olivam, quanto magis ij qui secundum naturam inserentur suæ oliuæ.* Pulchrè, omnes nos Oleastri, oleæ agrestes, infructuosæ, emortuæ, sine vitæ spe, in peccatis toti consumpti, rami inutiles, infructuosi, amari, inserimur tamen in pulchram, formosam, vberem oliuam, & euenit statim miraculum, vt contra totum naturæ ordinem, non fructus surculi, sed oliuæ demus, & non nos oliuam, sed oliua nos ad se attrahat, & vt Apostolus ait: *Non nos radicem, sed radix nos portat.* Hæc est Dei nostri summa omnipotentia, quam admirans Augustinus, vbi suprà in titulo Psal. sic ait: *Oliua solet esse in Oleastro, Oleastrum in oliua nunquam vidimus; nã quisquis fecerit non inueniet baccas, nisi Oleastri, quod enim inseritur hoc crescit, & eius rei fructus invenitur, invenitur non radicis fructus, sed surculi; at hoc ostendit Apostolus omnipotentia sua Deum fecisse, vt Oleaster in radicem oliuæ insereretur, & non baccas silvestres, sed olivam daret.* Egregiè, summæ Dei est omnipotentiæ, contráque totum naturæ ordinem, vt peccator in Christo insertus fructum reddat non peccati, sed sanctitatis; hinc profectò quo maior peccator, eo omnipotentia maior, eo Dei gloria maxima, ex quo fit, vt nullus sic Dei manifestet omnipotentiam, quàm peccator, dum ipsum peccati semen in fructus facit crescere misericordiæ, & ipsi vertices ligni, ipsi ad eius deseruiant pulchritudinem: vnde fit quod penè incredibile videtur, vt respectu Dei bonitatis ipsamet peccata in se semen includant misericordiæ, & non pariant iram, sed beneficentiam, sic vt pro ratione valeat coram Deo, & digna coram illo ea appareat oratio, vt scilicet beneficiat, quia peccauimus, & misericordiam præstet; quia digni iræ, & det beneficentiam, quia dedimus mala: *Quid retribuam Domino.* Regius ait Psaltes, Psal. 116. num. 3. *pro omnibus quæ retribuit mihi?* Retribuit ait, ergo prius nos illi dedimus? *at quis prior dedit ei, vt retribuatur illi?* meritò ait Apostolus ad Rom. 11. n. 35. *cum ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Quid ergo dedimus prius? egregiè Augustinus in hunc Pauli locum peccata dedimus, recipiendo misericordiam, *quæ præcesserant hominis*, ait, *nisi peccata? retribuit ergo Deus bona pro malis, cui homines retribuũt mala pro bonis.* Hinc quando iram, tunc misericordiam præstitit, & semen misericordiæ ipsa nostra extiterunt peccata; audi Abacuc. c. 3. num. 2. *Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.* Cur misericordiæ tunc recordatur? sanè quia sic in se ista omnipotens, vt dum in illa peccata inseruntur, quæ iram merentur fructus pariunt non iræ, sed misericordiæ; quod eleganter expendit Hieron. tom. 4. epist. de viro perfecto epist. 7. circa principium, vbi Dei ponderans in Adamum misericordiam, dum in eodem scilicet puncto quo peccauit, in eodem incarnationem ei promisit vnigeniti præstans misericordiam, quando iram, sic ait: *Pietas creatoris nobis magis est adoranda quod sub ipsa erroris nostri tempestate, non subsistit, maiórque etiam dum exercebatur erupit, dum vbi pœnam merebamur, spes redemptionis ostenditur, & in naufragij aperto discrimine portus salutis aperitur, vt nouo more quæ materia fuerat iracundiæ, esse cœperit origo clementiæ.* Pendo illud, *nouo more se Deum habuisse.* Contra hominis ordinarium genium, dum istt magis in fontes recrudescunt quo ipsi puriores, ac immaculati, *truculentiores in reos qui à reatu puriores.* At contra Deus ideo amplius in impuros misericors, quia ipse purissimus, quod considerans idem Sanctus, vel si quis alius est, sic ait: *Deus autem noster contra omnem spem, contra omnem penè fidem, ex diuitijs misericordiæ suæ in malo bonum natus, in iracundia generans, confirmánsque pietatem, peccandi semen in fructum voluit euadere misericordia, & qui nos propter transgressionem debuisset perdere, propter suam misericordiam reparaturum se esse promisit.* Egregiè semen peccati ex se mortis debebat parere fructum, quis effecit vt misericordiæ? potentia creatoris, benignitas redemptoris, qui ex vase contumeliæ vas efficit honoris, & ex ipsa ligni curuitate rectitudinem elicit statuæ, ex ipsis peccatis ipsam misericordiam, quis ergo Deus sicut Deus noster?

Augustinus.

Abacuc. 3. nu. 2.

Hieron.

24 Peccata in misericordia, inserta semen sunt eius non iræ.

Hinc profecto peccatores magni post Christum natum non solum animum despondere non debemus ad Deum accedendi, immo resumere ex peccatis, sic altè de illo concipientes, eiusque bonitate, vt quo natura pessimi, eo nobis proficuum vt nobiscum ipse gradiatur, firmiter sperantes ex tali Dei congressu misericordiam, non iram, benignitatem non supplicium lucraturi, non nostris equidem, sed Christi, sed huius artificis diuini meritis, Exod. 33. num. 3. *Non enim ascendam tecum, quia populus dure cervicis es.* Dominus Moysi, dum vt educeret populum ad promissionis terram præcepisset, pro ratione assignans, *ne fortè disperdam te in via.* At quid Moyses facie ad faciem videns Deum infrà, cap. 34. num. 9. *Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum, populus enim dure cervicis est, & auferas iniquitates nostras, atque peccata, nosque possideas.* Mirum, vt pro ratione assignet Moses Deo gradiendi cum illis, quam Deus ne graderetur assignauerat, Deus dixerit nolle se cum illis egredi ne fortè disperderet illos, quia duræ cervicis, & Moses quia duræ cervicis, vt auferat iniquitates, & peccata, suósque efficiat pro ratione tantorum beneficiorum ipsam duram assignans cervicem; vnde tanta Moysi confidentia, vnde talis petitio? sanè ni fallor ex eo quod ait Rupert. affirmans in illis verbis, *vt gradiaris nobiscum.* Moysem incarnationem verbi postulasse, *fiducialiter*, ait, *fides Euangelica gaudet subintelligere, cum dicit, vt gradiaris nobiscum, vt Verbum caro fiat.* Egregiè, Deus non incarnatus non gradiatur nobiscum quando peccatores, quia disperdet nos in via, auertat faciem suam à peccatis nostris, quia vt inquit Augustinus *nisi auertis aduertet.* At homo factus, & si ego in peccatis totus, & si totus fœtidus, ac putulentus gradiatur mecum, quia auferet iniquitatem, quia tollet peccata, quia me suum efficiet, ea ratione, quia populus duræ cervicis, quia peccator: nam ideo venit, vt peccatores saluet, & quo maiora peccata eo maior veniæ erit spes, audi Dauid Psalm. 24. num. 11. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim.* Ea ratio, propitiare, quia multum, si-

25 Peccator quo malus eo amplius spiritum resumat post Christum natũ.

Exod 33. num. 3.

Ibi. 34. num. 9.

Rupertus.

Psal. 29. num. 11.

25 Apud Deũ efficax ratio beneficentiæ existere malos, & valida apud eũ vis benefacere quia peccatores. Psal. 116. num. 3.

Ad Rom. 11. nu. 35. Augustin.

nis, sui nominis exaltatio: ergo quo maior dimissio eo maior exaltatio, & quo ceruix dura, eo maior Dei gloria, condonans, remittens, benefaciens, gradiatur ergo nobiscum, & eius nomen exaltetur, & sit ratio propitiationis peccatum esse multum, & vt vas efficiat pulchrum attendat lignum curuum, verticibúsque plenum.

26 Deus cum peccatoribus magnis morosè se agit contra ipsius naturam.

Hinc profecto euenit, vt quia de talibus Deus gaudet, peccatoribus scilicet magnis conuertendis, vnum cum illis veluti contra suam agit naturam, morosè scilicet eos expectare, sedere ad ostium non passim, non cursim: enimverò si ipsius conditionem attendis pro hoc statu vix reperies eum non dico moras, sed morulas cum anima agere, perniciter venit, pernicius auolat, *saliens in montibus, transiliens colles.* Cant. 2. n. 8. tetigit sponsam, sed per foramen, & vix tetigit, ac aufugit moræ sponsæ impatiens: *pessulum ostij mei aperui dilecto meo, at ille declinauerat.* Ibi. cap. 5. num. 6. de qua re pulchrè Bernard. *In disputatione cuiusdam iusti cum Deo.* Hoc declamitans sic ait: *videbatur ille Mariæ optimam partem iam perpetuo adeptum, ac Rachelis pulchritudinem à cœlestis sponsi amplexibus nunquam auellendam, sed ecce subito illi dictum surge, & exi hinc.* Et lib. de interior. Dom. cap. 66. *valde difficile est de visibilibus ad inuisibilia penetrare, & in illis diutius consistere.* Cuius equidem ratio, quia sponsus nunquam sistit, nunquam residet, nunquam recumbit; at quando magni præstolatur aduentum peccatoris, non solum sedet, sed recumbit, quod me iudice adnotandum in conuersione sanctissimæ illius peccatricis, non solum enim accessit, sed discubuit in domo Pharisæi, Luc. 7. num. 37. ad quid discumbere? nunquid superfluè dictum? non equidem; nam vt pulchrè Nyssenus: *Hæc descriptio vtilem intellectum sapit, discubuit scilicet,* ait, *vt impartiatur de iustitia propria.* Egregiè, ideo discumbens, sedens, totus ad moram aptus depingitur, quia impartiri debebat de propria iustitia, tam profusè, tam abundanter, tale ex illo ligno curuo efformare vas intendens, talem statuam, vt nulla in instanti illi deesset perfectio, nulla concinnitas: nam & si verum quod ait August. lib. de vera, & falsa pœnitentia, quod nunquam *Christus aliquem sanauit, quem omnino non liberauit.* Tamen hoc quoad culpam intelligendum, non verò quoad pœnam, cum sic simul aliquem sanare, vt vndequaque perfectus statim erumpat, non nisi paucorum est, & quos Deus non transeunter, sed sedendo iustificat, veluti in Magdalena, quam sic in illo perfecit instanti hic statuarius diuinus, vt non solum peccata illi remisit, quoad culpam, sed quoad pœnam, omnimodam pacem ei tribuens, statuam erigens vndequaque perfectam, vnde illi, Luc. vbi suprà, c. 7. num. 48. *Remittuntur peccata tua, vade in pace.* Quæ verba pendens Hugo Victorinus cap. 64. in annotationibus ad quosdam Psalmos, sic ait: *Christus vt ostenderet mansuetudinem suam, & paruis cordibus daret fiduciam appropinquandi, cito veniam indulsit, pœnam nudam indixit.* Ob id ergo discubuit præter morem, ac sedit, vt ex peccatrice faceret sanctam, illibatam, puram, perfectam, suam illi tribuens sanctitatem, puritatem, quæ sic perfecta esset, quod vas sic pulchrum statim in illius oculis apparuit, vt ex animi lætitia, ac vt sic dicam, ipsius operis stupore exhilaratus, vnum, & admirabile adnotandum, vt statim illico, ipsum laudauerit, in eius præsentia, moræ veluti impatiens; laudauit quippè Dominus noster Ioannem, sed ipso absente, Matth. 11. num. 7. immo eius discipulis, *illis abeuntibus cœpit dicere ad turbas de Ioanne.* At Magdalenam sanctissimam statim illa præsente, vt videre licet, Matth. 26. num. 10. Luc. 7. num. 44. & 10. num. 42. vnde Domino tanta ad laudandum procliuitas? vnde tanta securitas nouæ conuersæ? cur superbiam? cur tumorem non formidat? amice ex vasi perfectione, sic absolutum, ac vndequaque illud perfecerat, sic solidum, sic aureum, vt nil timeat, sic tandem eius pulchritudine delectatus, vt nolit absentiam expectare, nolit mortem, sed statim illico, tanquam esset non in via, sed iam in termino, & plus secura quàm ipsemet Ioannes, felicissima ista peccatrix, sua delectatus opera laudauit, extulit, vt inde videas quantæ efficiat perfectionis suas supremus iste artifex statuas, quantæque sit potentiæ, ac sublimitatis, dum ex lignis sic curuis, ac verticibus plenis vas efformat sic vtile, non vt infelix ille alter statuarius de quo noster agit Sapiens quod ad efformandum idola, *lignum eligit, &c.*

29 Vas effectū sic pulchrū vt statim illatū Deus laudauerit admirans. *Matth. 11. num. 7.*

30 Plus de eius virtute Christus fidit, quam de Baptistæ.

Num. 17. *Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptijs votum faciens inquirit, non erubescit loqui cum illo qui sine anima est.*

Num. 18. *Et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutile vocat.*

Num. 19. *Et pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest, vt de acquirendo, & de operando, & de omni rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

EXposita, ac exprobrata idololatria ex vilitate materiæ, nũc insaniam colentium improbat, qui perinde cum illis tractant, ac si verè sentirent, intelligerent, vnde ait.

Et de substantia sua, Græc. *de possessionibus.*

Votum faciens inquirit, &c. Græc. *orans.* Vnde Lorinus ex hoc motus, sentit, propriè hic non esse sermonem de precatione cum voto, sed tantum de simplici oratione cum desiderio accipiendi, Hugo, & Latini de precatione cum voto intelligunt, quæ sententia mihi magis placet, cum ad preces addendo vota, promiscuéque amplius adorantium stultitia declaratur, vnde Valerius Maximus lib. 1. c. 1. ait: *Veteres cum aliquid exposcendum erat voto, cum commendandum precatione vsos.*

Lorinus. Hugo. Valer. Max.

Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est, &c. Auguſt. epiſt. 49. quæſt. 3 *Hæc verba*, ait, *quo magis aperta sunt, & populariter vera, eo magis incutiunt salubrem pudorem illis, qui talibus simulachris diuinum cum timore cultum exhibẽt, eaque viuentibus similia venerantes, adorantéque contuentur, eisque veluti præsentibus preces allegant, victimas immolant; vota persoluunt, sic*

1 Vota ad impetrãdũ in vsu etiam Gentilium. *Auguſt.*

Ge

Luc. 7. num. 37.

27 Cur Christus in domo Pharisæi dicitur discubuisse.

Auguſt.

28 Magdalena in instanti perfecta, & ei dimissa peccata quoad culpam, & pœnam.

Cant. 2. nu. 8.

Ibi. c. 5. nu. 6. Bernard.

Luc. 7. n. 48.

Hug. à S. Vict.

efficiuntur omnino, vt ea sensu carenti putare non audeant.

Et pro sanitate quidem infirmum, &c. Hoc est impotentem deprecatur, Baruch. 6. *Habet in manu gladium, & securim, se aut à bello, aut à latronibus non liberat.* — *Baruch. 6.*

Et pro vita conservanda mortuum, &c. id est idolum inanimatum.

Inutilem, &c. Græc. *ignauissimum, inexpertissimum.* Vatab. *inopem*, omnia apta, inanime enim cum sit simul & ignauum, & inexpertum, & inops, ac imperitum dici debet. — *Vatab.*

2 Dij vt multiplicabantur apud Gentiles.

Pro itinere, &c. Mirum quod dij Gentilibus erant? nulla erat quippè actio cui suus non esset Deus, pro salute Deus erat cui nomen *salus*, pro febre cui *febris*, pro itinere *iterduca*, pro domo *domiduca*, pro lassitudine *Fessonia*, pro acquirendo, & diuescendo *Pluto*, & dea pecunia, aëri *Æsculanus*, argento *Argentinus*, præerat, itavt meritò admiretur Augustinus lib. 4. de Ciuit. cap. 21. cur non auro, *Aurinus*, vide sanctum de multiplicitate hac lib. 7. de Ciuit. cap. 3. Arnob. etiã lib. 4. contra Gentes, luchrios affirmat fuisse Deos, qui luchris essent præpositi; infirmi certè, ac flamidi dij, vt aliàs diximus. — *Augustinus.* — *Arnob.*

Et de operando, &c Id est, vt inquit Hugo de operatione sua facienda, vel inchoanda, quæ manibus exercetur, vel opificio.

Et de omni rerum euentu, &c. Græc. *de manuum euentu.* Res accipit author pro illis quæ manibus fiunt; de omni ergo re inquirit, supplicat, votum agit, ad vnamquamque actionem Deum peculiarem habens, miser homo, qui Deum verum ignorans, miseriam suam callens, ac necessitatem, non vno Deo contentus Deos multiplicabat, quia in necessitatibus inualidos eos experiebatur, quia vt sequitur author.

Petit ab eo qui in omnibus est inutilis, &c Græc. *ab eo qui est impotentissimus*, vel ignauissimus, imbecillis, infirmus, impotens, & idcirco inutilis; quæ hîc dicenda, dicta sunt in 1. tom. vti de vana spe peccatorum hom. 49. quomodo peccatores nullius sunt considerationis; in quibus homines fidunt hom. 53. quàm secura hominum confidentia in Deo hom. 56. quod mali dum in Deo non confidunt sunt miseri, & cur hom. 67. quomodo tandem falluntur in hominibus sperantes hom. 161.

Lorinus. Lorinus ex tam multiplici deorum numero ad singulas actiones necessitatem educit orationis, qua homo ad cunctas, singulásque res debet vti suas: ego vero admirabilem Dei nostri prouidentiam, sic prouidè miseriæ accurrés humanæ, vt licet ipse ex se solo totaliter illam subleuare posset, tamen non quia impotens, sed quia diligens ad instar amantissimi genitoris, voluit vnicuique nostrum singularem custodis assignare Angelum, qui simul, & singulis nostris præesset actionibus adiuuans, illuminans, dirigens, prospiciens, ducens, vt quod per illam Deorum inanium inefficacitatem dæmon præstare nunquam potuit, præstaret ipse per vnam tantum Angeli custodiam de qua re mox dicemus.

3 Hæreticorum principes idololatris similes.

Et ne occasio excidat placet hic mysticam Hugonis adnectere intelligentiam, qui sic ait: *Mystice autem quidquid de idolis hic dicitur refertur ad principes hereticorum, quia simulachra, id est falsa dogmata sua artifici corde componunt, & venerantur, quæ faciunt, nec sufficiens eis error proprius, sed simplices decipiunt, quæstum putant pietatem, 1. ad Timoth. 6. & demorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis, Marc. 12.* satis aptè.

Vltimo tandem, tangit hic quæstionem Holkoth, an liceat imaginibus vti astrologicis, quæ fiunt certis temporibus, planetis existentibus in quibusdam locis determinatis cœli, de quibus affirmat, temporibus suis quendam à quartana solitum curare, *per imaginem leonis aureã*, secundum certam constellationem factam, quod similiter & de dolore capitis, & in meis ego vidi. — *Holkoth.*

4 An liceat vti imaginibus Astrologicis.

Magnam in hoc tempore de hac re inspexi controuersiam, aliis penitus talia quæ vocant sigilla execrantibus, ac damnantibus; aliis approbantibus, in qua re breuiter dicere quid sentiam opere me facturum spero.

Suppono primum ex Vuimpina lib. de Superstitionibus, cap. pen. & vltimo, triplex esse genus harum imaginum, seu figurarum, primũ, effectum adhibendo suffumigationes, & incantationes, & nomina quinquaginta Angelorum: secundum, characteribus, & sculpturis initiatur barbaris, & peregrinis, in quibus sunt nouem Chaldaiæ, & alia superstitiosa, & vana; tertium verò esse illarum quæ nullam harum rerum continentes superstitionem, figuram tãtum habent cum stellis signi eius, sub quo illam efficiunt, & quam dicunt habere, ab illo signo virtutem: ex his autem tribus generibus primum, & secundum certum est esse diabolica, & sic nil de illis disputandum, vnde quæstio tantummodo intelligi debet de tertio genere, seu specie. — *Vuimpina.*

5 Sunt in triplici genere.

Quod autem sint ipsæ licitæ, & naturales, & nullam tacitam cum dæmone contineant pactionem, defendunt Caietan. 22. quæst. 96. art. 2. Trallianus, Bacconius, Misaldus, & alij permulti cum Ptolomeo. — *1. Sentent. Caietan.* — *Trallian.* — *Baccon.* — *Misald.*

Fundamentum horum nullum aliud est nisi axioma illud Ptolomei: *Vultus huius seculi, vultibus cœlestibus sunt subiecti.* Hinc deducit, quod dum vultus inferior assimilatur vultui superioris, per sympathiam quandam in illam influens, ei suas communicat virtutes; & si Caietano opponatur figuram nullomodo esse principium operationis, respondet esse cõprincipium, & sic peculiarem obtinebit effectum, vt in artificis probatur instrumentis.

Alij è contrario omninò eas damnant, sic Siluestr. verbo superstit. quæst. 10. Ferrarius lib. 4. contra Gentes, cap. 104. & 105. diu. Thom. 2. 2. quæst. 96. art. 2. ad 2. & in corpore, Holxoth hîc, DelRio, disquis. Magic. lib. 1. cap. 4. quæst. 1. & alij. — *2. Sentent. Siluest.* — *Ferrar.* — *S. Thom.* — *Holkoth.* — *Delrius.*

Fundamentum horum vnicum est, quia nulla naturalis adest causa, quæ illos effectus producere possit, cum figura non sit principium alterationis; ergo ex pacto dæmonum: & Caietano respondent negando figuram esse compr incipium alterationis, sed tantum motus localis; vnde ad eas tantum operationes illam cooperari, quæ fiunt per motum localem, & non per alterationem, sic respondet Delrio, vbi sup.

In re autem perdifficili, cum non sit in animo diutius in ea demorari, breuibus quid sentiam simpliciter dicam. — *Authoris opinio.*

Primò enim, inanem, & futilem esse primam opinionem, ac consequenter tales imagines, prorsúsque ad omnem bonum effectum inefficaces, quod his confirmo rationibus.

Sibillan. Prima, quia vt inquit Bartholomeus Sibillanus Peregrinarum quæstionum, Decade 1. cap. 9. figuræ illæ quæ in cœlo comminiscuntur leonis, vrsi, & similia sunt merè fictitiæ, & prorsus rationis enim ad placitum sic eis nomina imposita, vt à cæteris distinguerentur stellis, ergo nulla potest esse sympathia cum illa figura, quam hic componit artifex, immò vt infrà dicemus, cap. 14. num. 17. tractantes de idololatria, non leo ex stellis, sed stellæ ex leone nomen sortitæ sunt, non equidem ex figura, sed ex proprietatibus; sapientes enim antiqui Astrologi, virtutem etiam animalium optimè callentes, dum etiam & sapientissimi Philosophi naturales leonis, verbi gratia proprietates, & effectus in signo illo inuenientes, à posteriori quodammodo philosophantes leonem denominarunt, & astrum illud sit dictum non ex figura, sed ex proprietatibus leonis, quia in cœlo nulla talis figura, & consequenter nulla sympathia.

Nec valet si dicas, natos, v.g. sub signo leonis leoninam præ se ferre figuram, ergo signum, quod etiam talis in cœlo sit figura: nam aliud est dicere natum sub tali Asterismo influentias eius recipere, ac propterea proprietates, & consequenter aliquas indiuiduantes condit ones, quæ naturaliter ad illas recipiendas requiruntur, qualis inter cæteras figuram esse dicimus; aliud ex figura in cœlo, figuram imprimi in embrione, & in homine: nam hoc ridiculum, cum primum sit verum; ergo nulla adest similitudo figuræ, sympathia nulla, nulla connaturalis actio.

Secunda, quia figura stellarum in cœlo non est eadem, quam nunc pingimus, cum ipsa sit merè circularis, & non angularis vt nunc faciunt, ergo non est similis, ergo nullam obtinere potest sympathiam.

Tertia, quia vt rectè inquit Sanctus, vbi sup. diuus scilicet Thomas ad 2. formæ substantiales sortiuntur aliqui effectus ab impressione cœlestium corporum, non verò artificiales, quia hæc omnino pendent à mente artificis, & nullo modo ab influxu cœlesti, vnde axioma illud Ptolomei, de vultibus naturalibus est intelligendum, non artificialibus, ergo omnino corruit totum illud ædificium imaginarij illius effectus, cum fundamentum in quo se eleuabant omnino destruitur.

Quarta, pono in cœlo figuram esse leonis; at certum est non sic effigiatam extare, sicut illam Astronomi effigiant: nam quando in cœlo illa esset, solum stellæ sic dispositæ essent, vt illam efficerent figuram leonis, quod præterquam quod sit difficile, cum hæc ex illis pendeat indiuiduis circunstantiis vt vllomodo à stellis effici possint, leo enim ex ore, ex fronte, ex oculis, ex gestu, ex visu perspicitur, & à cæteris discernitur animalibus, vnde hoc in stellis? at pono, tunc sic peto, si tantum in auro efficias circulos cum illa positione, quam tu dicis efficere stellas figuram leonis, sine figura tamen leonis, efficient effectum necne? si efficient, ergo inanis est figura illa leonis, si non vt mihi confessi sunt, ergo latet anguis in herba, ergo non ex figura, non ex sympathia, ergo ex aliquo alio, vnde futilem, & inanem iudico illam figuram.

Secundo dico, nullo modo condemnandam esse figuram, & censurandam vti malam, pactum implicitum cum dæmone habentem, tum propter authoritatem tantorum doctorum, & præcipuè Caietani excellentissimi ingenii, & de Ecclesia sic benemeriti, tum propter probabilitatem eius rationis, eo vel maximè cum de eius decisione non tractetur, sed tantum de proferendo quilibet quod sentit, cum enim illa vsque huc Ecclesia sanctissima non damnauerit, (quod ego sciam) cur particularis damnet doctor, forsitan nec Caietano sapientior, nec ipso dignior?

Tertio dico, quoad praxim, si aliundè hæ imagines, siue vt vocant figilla non inueniantur prohibita, stando solum in disputatione Metaphysica, sine vllo scrupulo possunt confici, & vti, dummodo (quod omnino puto necessarium, nec quod sine graui peccato potest omitti) expresè illas condens, aut vtens, profiteatur omnino se renuntiare cuilibet pacto implicito, si fortè aliundè in illis sit diaboli, aut conuentioni quomodolibet in illa fortè inclusæ; hoc enim modo nullus potest adesse scrupulus, nec periculum, nisi quod nullius sint virtutis, ac efficacitatis, quod ego omnino credo, de qua re satis.

HOMILIA LVIII.

Angeli custodes Dei summum beneficium, à nobis summopere venerandum.

IN singulis actionibus, in singulis ministeriis cæca Gentilitas suos adhibebat Deos vt vidimus, imparem se rectè misera diiudicans sola sine Deorum adiutorio, licet erraret in medio; qualis ergo Dei nostri beneficentia, qui nostram respiciens infirmitatem, præueniens necessitatem verè Deos per gratiam nobis constituit auxiliares; cuius equidem beneficii magnitudo ex tribus maximè elucet; ex Angelorum primo dignitate, ex hominis secundo necessitate, tertiò tandem ex mirabilibus talis custodiæ effectibus.

§. I.

De Angelorum dignitate.

Bernard. 1 Angelica natura humana nobilior.

QVid de Angelicis spiritibus vilescant vermiculi? Rectè dixit Bernard. serm. 1. de Angelis, cum eorum naturam si expendas, reperies paulo minus à Deo esse: enimverò tanquam certum, indubitatúmque esse debet, vt potè res omnibus theologorum calculis signata, naturam Angelicam secundum se spectatam nobiliorem humana, ac excellentiorem; ob hoc equidem diuus Isidorus, lib. 1. sententiarum, siue de summo bono cap. 10. expressiorem illum diuinæ similitudinis imaginem dixit, adnotans hominem ad Dei similitudinem conditum, Angelum signaculum huius esse similitudinis, ac si dicas hominem singraphum Dei, Angelum sigillú, & eo quo Regis sigillum, amplius

Isidorus. 2 Dei similitudinis est signaculú.

Regis ſigillum amplius eius maieſtatem oſtendit quàm eius ſingrapha eo Angelum potius quàm hominem Dei maieſtatem; *diſtat*, ait, *conditio Angeli à conditione hominis, homo enim ad Dei ſimilitudinem conditus eſt, Archangelus verò qui lapſus eſt ſignaculum Dei ſimilitudinis appellatus eſt, teſtante Domino per Ezechielem, tu ſignaculum ſimilitudinis, quanto enim ſublimior eſt eius natura, tanto plenius extitit ad ſimilitudinem diuinæ veritatis expreſſa.* Quæ poſtrema verba ſumpſit ex Greg. 32. Moral. ca. 18. ex quo multi ſentiunt, ideo Deum gratiam eis non contuliſſe, vt à peccato reſurgerent vti hominibus, quia cum his præſtantiores, nobilioréſque tantominus peccare debuiſſent, quod dixit Auguſt. tract. 110 in Ioann. ad finem, vbi ſic: *Cum nouerimus*, inquit, *bonorum omnium creatorem reparandis Angelis mali nil gratiæ contuliſſe, cur non potius intelligimus quod tanto damnabilior eorum iudicata ſit culpa, quanto erat natura ſublimior? tanto enim minus, quàm nos peccare debuerant, quanto meliores nobis fuerunt.* Pende verba, indigni miſericordia, quia altiorem ſublimioremque conſecuti non debuerant contradatorem exurgere, vt inde de tua ſaluatione timeas, ſi quo plus te accepiſſe reperis, peccaſſe agnoſcis, dum ideo Angelis Deus non pepercit, quia nobis ſublimiores; ſi ergo nobiliores hominibus, & iſti ſic alti vt paulo minus à Deo ſint, qualis dignitas, ſublimitáſque erit Angelorum? de hominibus Regius loquens Pſaltes, Pſalm. 8 num. 5 *Minuiſti eum*, inquit, *paulo minus ab Angelis* In Hebr. eſt, *Malachim*, vt adnotat Hieronym. quod Angelos ſignificat, ſed *Heloim*, quod Deum, vnde ipſe, & Pratenſis legunt: *Minuiſti eum paulo minus à Deo.* Si ergo homo paulo minus à Deo, & Angelus natura, ſubſtantia, ſpiritu homine dignior, altior, quantus erit, quantum Deo proximus; quidvis vt dicam, ſic ex hac conſideratione eleuor, vt propè dicam in ſe Angelum totam Dei hauſiſſe pulchritudinem, ſic vt illud minus à Deo habeat, quod Deus per naturam, ille per gratiam, vnde grauiſſimè Dion. Areopag. de diuinis nominibus, cap. 4. *Imago Dei eſt Angelus*, inquit, *manifeſtatio inuiſibilis lucis, ſpeculum purum, lucidiſſimum, nitidum, inconinquinatum, immaculatum, ſuſcipiens in ſe, ſi fas eſt dicere totam pulchritudinem diuinæ ſpeciei.* Pende ly *totam*, & admirare, non partem, ſed totam; immo ſi locum pſalmi de Chriſto intelligas vt Hieronym. immò Paulus ad Hebræos 2. ipſa dignitas in immenſum creſcit, cum in ſe ſic totam Dei ipſi hauſerint pulchritudinem, decorem, maieſtatem, ſublimitatem vt ipſe filius Dei per naturam, qui homo minus eis eſſet.

Hinc profecto effectum eſt, vt totam mundi creationem ſanctiſſimo enarrante legiſlatore, Geneſ. 1. cœlum, terram, mare, aërem, ignem, Lunam, Solem, ſtellas, arbores, planetas, animalia, tandem hominem, ſolos Angelos præterierit, non alia quippè ratione, niſi ex ipſorum altitudine, maieſtate, dicam quaſi diuinitate, cum ſi ſemel homines eam intellexiſſent, non vltra, ſed ibi ſiſtentes illis, non Deo genua flecterent, quod ſpecialiter pro populo Iſraële factum, affirmat Theodoret. quæſt. 2. in Geneſ ſic fatus: *Qui lege regebantur ſolida, & conſtantis fidei nihil habebant, mox enim poſt plurima, & ineffabilia miracula imaginem vituli Deum deſignauerunt; quod ſi tam facilè ſibi Deos finxerunt è iumentorum ſimulachris, quid non perpetraturi fuiſſent inuiſibilis naturæ notitiam aſſecuti?* Cui accinens Chryſoſt. hom. 2. in Geneſ. ſic ait: *Nihil de inuiſibilibus virtutibus differit, neque dicit, in principio fecit Deus Angelos, vel Archangelos, ſed à ſenſibilibus ad cognoſcendum vniuerſi opificem inducit, vt ex creaturis fabricatorem mundi diſcentes adorarent Creatorem omnium, & non in creaturis ipſis perueneant, & quieſcant.* Nec quidem immeritò: nam vt egregiè diu. Thom. 3. part. quæſt. 25. art. 3 ad 3 perperam, & malitiosè ab aliquibus intellectus, ideo affirmat imaginem Dei in anima adorandam non eſſe cultu latriæ, quia cum ex ſe ipſa digna reperitur cultu, poſſet eſſe erroris occaſio, vt ſcilicet: *Motus adorantis ſiſteret in homine in quantum eſt res quædam, & non ferretur in Deo cuius eſt imago.* Quod ſi hoc in homine, quid in Angelo? ſi pulchritudo animæ viſa, inuidiã vt ſic dicam Dei pulchritudini generaret, quid Angelica? meritò ergo eam Sanctus legiſlator ſiluit, ne occaſionem idololatriæ præberet.

At quid multum vt ille carnalis populus deciperetur ex maieſtate, ex decore, ex Angelorum altitũdine vt pro Deo eos adorarent, ſi ſemel de illis ſcirent, cum Aquila illa ſublimis, grandis, excelſa, & alta penè ex Angelica deceptus maieſtate, decoréque eum adorare vellet, adoratione qua non par, vnde neceſſarium vt illum ipſemet Angelus præmonens diceret, *vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, Deum adora.* Apoc. 19. num. 10. ſcio diu. Ambroſ. Rupert. Ricard. & Greg. hom. 8. in Euangel. hanc Angeli vrbanitatem ad reuerẽtiam referre humanitatis Chriſti, quaſi indignum reputaſſet ab illa adorari humanitate, cuius comparem ipſe adorabat in cœlis, vnde Greg. *Angeli enim*, ait, *poſtquam naturam noſtram ſuprà ſe aſſumptam in Chriſto perſpiciunt proſtratam eam ſibi videre pertimeſcunt.* Scio Damian. ſerm. 1. de excellentia ſancti Ioan. perpulchrè hoc referre ad meritum virginitatis Ioannis ex conuictu, & contubernio Virginis, quaſi ille Virgo, qui Virgini ſanctiſſimæ contubernalis, tali nitebatur puritate, tali prerogatiuæ excellentia, vt ſuperior, non inferior Angelis reperiretur; *noluit adoratorem*, ait, *quem decernebat æqualem, quamuis enim in omnibus ſanctis ſemper ſit Angelicæ munditiæ contubernalis, & cognata virginitas, beatus tamen Ioannes tanto reliquos virgines ſuperat, quanto virginitati Beatæ Mariæ per ſedulitatis, ac perpetuæ cuſtodiæ meritum appropinquat, à qua ſola præceditur, vnde ſicut venerandæ matris Domini virginitas Ioannis virginitatem excedit, ſic ipſe pro glorioſo eius contubernio cæteros à mundi primordio virgines antecellit.* Egregiè, virginalis, vt ſic dicam, Ioannis puritas ex ſanctiſſimæ contubernio ſic ſe extollit vt ſuprà Angelicam ſe eleuans puritatem, non infrà, ſed ſuprà ipſos eum conſtituat, ſcio enim hæc, ſed tamen ſcio Auguſt. lib. 21. contra Fauſt. cap. 11. affirmare Angelum adorationem latriæ Ioanni prohibuiſſe, de qua contra Fauſtum ibi agebat, probans ſanctos non dubiam, ſed illam adorationem recuſare quæ ſoli Deo deberetur: *Ipſi enim ſancti, vel Angeli*, ait, *exhiberi ſibi nolunt, quod vni Deo deberi norunt, apparuit hoc in Paulo, &*

Grego.

Auguſt. 3 Angelorum peccatum grauius ex maioti miſericordia & dignitate, ob quod à Deo delecti.

Pſal. 8. n. 5.

Hieron. Felix Prat 4 Totam Dei hauſerunt pulchritudinem Angeli.

Areopag.

5 Maiores Chriſto qua homo.

6 Ex eorum altitudine ne occaſionem præberent idololatriæ, eorũ creatio prætecta à Moyſe

Theodor.

Chryſoſt.

S. Thom. 7 Quo ſenſu dixerit Thom. imaginem Dei in anima non eſſe adorandam cultu latriæ.

Apocal. 19. n. 10. 8 Angeli maieſtas Ioannem decepit pro Chriſto cum exprimens.

S. Greg. Damian. 9. Cur à Ioãne adorari ſe non permiſerit.

10 Ioannis virginitas, & puritas ex conſortio Virginis quam excelſa.

Auguſt.

Digitized by Google

Barnaba, apparuit & in Angelis ſicut in Apocal. legimus, Angelum ſe adorari prohibentem, ac dicentem adoratori ſuo, conſeruus tuus ſum, ac fratrum tuorum. Quam Auguſtini ſententiam meritò exponunt noſtri Doctores, intelligendam, non quod Ioannes ſanctiſſimus latriam Angelo deferre intendebat, ſed quia ex maieſtate, luce, pulchritudine, gloria, ac ſimilitudine diuinitatis deceptus Chriſtum putaret, quem Angelum cernebat, ſic diuini ſunt, ſic præfulgidi, ſic vt Diu. aiebat Dionyſ. totam in ſe Dei tranſtulerunt pluchritudinem.

11 Ad explicandum animæ ingratis decorè Deus nil aptius inuenit, quàm Angelis eam comparare.

Quod inde amplius elucet, quod pulchritudinem animæ ſummæ Dei ornatæ gratia Deus deſcribere intendens, vt vno verbo eam præ oculis poneret, nil prorſus dignius inuenit, quàm Angelicis eam comparare ſpiritibus, Cant. 1. num. 9. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.* In quo loco pulchrè dubitat Nyſſenus, quomodo, cum non in equis, non in curribus, ſed in aquis Deus debellaſſet Pharaonem, ſponſam in equis Pharaonem debellantibus aſſimilat, acutéque reſpondet per equos Angelos intelligi, quorum maieſtati, quorum decori, quorum tandem fortitudini, ipſius decorem, ipſius maieſtatem, ipſius fortitudinem aſſimilauit: *erat ergo*, ait, *quædam virtus non cadens ſub aſpectum, quæ per miracula quæ fiebant in mari, Ægyptijs afferebat exitium, quam ſcriptura nominauit equos, Angelicum autem exercitum eum eſſe exiſtimauit, de quo dicit Propheta Abach. 3. aſcendes equos tuos, & equitatus eſt tua ſalus.* Quod ſi myſticè pro Sponſa Virginem vis intelligere ſanctiſſimam, vt multi intelligunt, quanta ſit Angelorum pulchritudo, quanta maieſtas inde plus quàm ex reliquis perſpicies, cum nullam ſponſus diuiniorem, ac ſublimiorem vt illam propè diuinam compararet pulchritudinem, quam Angelicam inueniſſet, quapropter rectè Auguſt. lib. 11. de Ciuit. cap. 5. Angelicam naturam naturæ dignitate omnibus à Deo conditis præcellere affirmat, tanquam quid ſublimius, præſtantius, propè diuinum, quod emphaticis verbis declarans Baſil. homil. 1. exam. in illis verbis, *In principio creauit Deus.* Probans antè mundi creationem Angelos creatos, ſic fatur: *Erat ſanè ſtatu quidam mundi generatione ſuperior, abſtractis illis à congregatione materia potentijs, mundo præſtantioribus pro decore accommodatus temporis etiam conditione anterior, æternæ nimirum, & perpes.*

Nyſſenus. *Cant. 1. n. 9.* *Auguſt.* *Baſilius.*

11 Angeli antè mundum creati.

Hinc profectò ex hac altitudine, Angelorúmque maieſtate fit, vt quaſi errorem præcauens ſcriptura nuſquam eos Dei imaginem nominauit, vt Diu. notauit Ambroſ. ſerm. 10 in Pſal. 118. *Angeli*, inquit, *ad miniſterium, homo ad imaginem*, & ſtatim, *eſto*, inquit Angeli ad imaginem, *ſcriptura tamen de homine locuta eſt, quod ſit ad imaginem.* Cuius rationem perbellè aſſignat Theophylact. ad Coloſſenſ. 1. num. 15. in illis verbis, *qui eſt imago Dei inuiſibilis.* Vbi probat veram Dei imaginem, & propriſſimè eſſe Chriſtum, non hominem, neque Angelum, non hominem, quia inuiſibilis, non Angelum, quia non imaginem, cur autem Angelus non dicatur in ſcriptura licet ſit Dei imago, eius altitudinem affert pro ratione, vnde inquit: *Contemplare autem hic accuratam ſcripturæ formam*

Ambroſ. *Ad Coloſſ. 1 n. 15.* *Theophyl.*

13 Ob eam excellentiam nunquam in ſcriptura Dei imaginem vocat.

hominem nominat quidem imaginem Dei, & filium, Angelum autem non ſquam, illic enim Angelica natura altitudo ſtatim ad impietatem homines præcipitaſſet, exiſtimantes eiuſdem eſſe dignitatis Angelum cum Deo, in homine autem tenuitas, & humilitas munit nos, firmatque ne tale quiddam ſuſpicemur. Et quidem ſatis rectè dicitur, cum tanta ſit Angelorum maieſtas, tanta excellentia, tantus eorum ſplendor, vt ſine fidei lumine ſi videantur, ſtatim pro Deo recipiantur, en tibi Nabuchodonoſor Daniel 3. num. 93. *& ſpecies quarti*, ait, *ſimilis filio Dei.* Dei filium ipſum æſtimans Angelum, ſic ex ſpecie, ſic ex ſplendore, ſic ex fulgore illo hebetatus diuino; deducens ſuprà humanam illum eſſe conſtitutionem, dum non ſolum ipſe non comburebatur, ſed ad hoc venerat, ne & ipſi comburerentur pueri, nil illi mali efficere potens natura, quia nil illius egebat.

Dan. 3. n. 93.

14 Si ſine fidei lumine aſpicerentur, vt dii reputarentur.

Hinc & altera eorum ſuprema elucet excellentia, altitudóque ſuprà nos paulominus vt ſic dicam à Deo, nil enim indigent, & quod admirandum, eodem ſaginantur cibo, quo Deus, ipſa gloria, ipſa luce, ipſa Dei maieſtate, ex quo fit, vt ſicut ex recta philoſophia vt eas induat alitus proprietates, quas cibus quo ſuſtentatur, vt in promptu eſt, ſi Angeli cibo paſcuntur diuino, & quo ipſe Deus, quid erunt? quas induent proprietates, niſi deificas? niſi diuinas; accipe ipſiuſmet Angeli ſententiam ad Thobiam, cap. 12. num. 19. *Ego cibo inuiſibili, & potu, quem ab hominibus videri non puto, vtor.* O tali potu, ô tali cibo felices, & feliciores dum non ad menſuram, ſed ad ſaginam habent? quod præclarè adnotauit Auguſtin. in Pſalm. 66. ſuper illa verba: *ſitiuit in te anima mea*, vbi ſic: *Modo Angeli non ſitiunt, quomodo nos? non eſuriunt, quomodo nos? ſed habent ſaginam veritatis, lucis immortalis ſapientiæ, ideo beati ſunt.* Pende cibum, & obſtupeſce ſaginam, luce ſuſtentantur, ac gloria ipſa diuinitatis, non alio vtuntur cibo, quam diuino, non alio ſuſtentantur potu quàm ſuperaltiſſimo diuino ſplendore, & ad hæc ad ſaginam, ad repletionem, ad vltimam ſaturitatem; vnde meritò ſanctiſſimus admiratur pater, quomodo ſic beati exiſtentes, ſic gloria, & dulcedine diuinitatis ſaturati, ad nos attendant, de noſtris curent, vnde ſequitur: *& de tanta beatitudine, quia in illa ſunt ciuitate Hieruſalem cœleſti, vnde nos modo peregrinamur, attendunt nos, & miſerantur noſtri, & iuſſu Domini auxiliantur nobis.* Egregiè; nam propè in admirationem fit, vt talibus nobis exiſtentibus ſic infimis, ſic vltra eorum ſortem, tamen & ſi ipſi in illa ſuprema ſint beatitudine, vltra quam extendi non poteſt, ſupremi, alti, dulcedine toti perfuſi, ac maieſtate circum induti, tamen libenter, & ex animo è cœlo auolant ad nos auxiliandum, protegendum, defendendum, vt ſtatim dicemus.

Auguſt.

15 Deificant-duunt qualitates.

16 Saginantur diuinitate.

Saginantur ergo diuinitate; hinc in diuinos propemodum redacti, ſic altè concipiunt, ſic grandiori præditi ſunt mente, ac altitudinis maieſtate, vt & ſi magnum, & ſi altum quidquid ſit infrà Deum ſpernant, pro nihilóque ducant, amplius ex hoc ad ſimilitudinem Dei conſurgentes, dum ad inſtar eius, non ex his quæ extra, ſed ex his quæ intra ſaginentur, beatificentur;

17 Nullam extra ſe admirantur altitudinem, ſed ad inſtar Dei in ſeipſis gloriantur.

tificentur; vnde ſicut Deus ſuam ipſius non haurit beatitudinem ex his quæ extra illum, ſed ex quæ intra, ſic Angeli ſancti, non ex quæ foris, ſed ex, quæ intra ipſos, eſſentia nempè diuina, eiúſque decore, ac maieſtate, totam extra ſe altitudinem deſpicientes, vili pendentes; quod egregiè ponderauit Auguſt. lib. 9. de Ciuit. c. 21. dum ait: *Angelis bonis omnis temporalium, corporaliúmque rerum ſcientia, qua inſtantur dæmones, vilis eſt, non quod earum ignari ſint, ſed quod illis Dei qua ſanctificantur charitas chara eſt, pro cuius non tantum incorporali, verum etiam incommutabili, & ineffabili pulchritudine cuius ſancto amore inardeſcunt, omnia quæ infrà ſunt, & quod illud eſt non ſunt, ſéque ipſos inter illa contemnunt, vt ex toto quod boni ſunt, eo bono quod boni ſunt perfruantur.* Nil aptius, quid pulchrius, quid ſublimius, quid ipſa Angeli ſubſtantia excellentius, & tamen pro illo ſummo, ac indicibili bono ſic ſe deiiciunt vt pro nihilo ſeipſos ducant; quid ſublimius naturalium omnium ſcientia, quam tanti faciunt non ſolum homines, ſed dæmones, & tamen non hac ſaginantur, ſed ad Dei inſtar eo tamen bono quo boni ſunt, Deo nempè altiſſimo, eſſentia illa diuina, ſic alti, ſic ſublimes ſunt, ſic omni decori maieſtate, ad quorum inſtar aſſurgent homines ſi eadem agent ac illi (vt ſemel hoc dicamus) in Deos euadent, ſi quæ infrà Deum ſpernent, ſi ſeipſos deiiciant, ſi ſcientia non inflentur, ſi tandem totos ſe deiicientes ad vnum illud totum attendant, qui Deus eſt; ad quem ſublimem aſcendendum gradum illa vnica adeſt via, qua ipſi ſublimes gradiuntur Angeli, nempè vt inquit Auguſt. ſic claram Dei ſolius habere claritatem, vt præ illa vilia ſint omnia exteriora; hoc enim modo feliciſſima alteratione tranſiliunt à ſui amore ad Dei charitatem; immo in totalem abſtractionem. Audi Paulum 2. ad Corinth. 5. num. 13. *ſiue enim mente excedimus*, ait, *Deo, ſiue ſobrij ſumus vobis.* Quid eſt mente excedere? omnia iſta carnalia ſic tranſire, vt de illis ſublimibus, quæ viderat effari non poſſe, inquit Auguſt. in Pſal. 103. præ Dei amore, & charitate inſanire, & extra ſe fieri, ac toraliter non ſibi viuere, ſed Deo, inquit Theophylact. *Inſaniebat itaque*, ait, *Paulus amatoria quadam inſania, Deum amans, ac amatoris inſtar illi viuens, nempè ab amato extra ſeipſum raptus, ac totum in Deum tranſlatus.* Hinc quia ſic ſeipſum, & ſimul omnia tranſcenderat, meritò totus in Deum ſe tranſtulerat, vt egregiè ponderauit Sanctus Antiochus ſermone 118. qui eſt de charitate Bibliotech. Patr. tom. 9. ſic fatus: *Quiſquis perfectam in Deum dilectionem ſemel poſſedit, in hac etiam nunc ſic adeſt vita, quaſi non ſit, extorrem enim ſe, ac proindè computat alienum ab iis quæcumque oculis ſubiacent, admirabili conſtantia ad inuiſibilia ſuſpirant, totus enim felici alteratione à ſe tranſiuit in dilectionem Dei, iuxta Pauli ſententiam, ſiue excedimus Deo, &c.* Ergo totus in dilectionem Dei tranſibis, ſi omnia hæc deſeres inferiora, & ad inſtar Angelicæ naturæ ſaginaberis non alio quam diuino cibo ſicut illi, totus in diuinum tranſlatus, ſiue transfuſus, vt ſuper-cæleſtes illi ſanctiſſimi Spiritus.

Hinc ſic alta, ſic ſublimis eorum reperitur natura, vt ad inſtar diuinæ à nobis ſit cognoſcibilis, & non aliter, per gradus nempè ab his inferioribus ad illos ſuperiores aſcendentes, quod præclarè, & altè de illis concipiens Dionyſ. Areopag. c. 1. de cœleſti Hierarch. illud affirmauit ſic dicens: *Non enim mens noſtra ad illam cœleſtium Hierarchiarum materiæ expertem imitationem, contemplationémque excitari, contenderéque poteſt, niſi rerum corporearum ſibi notarum præſidio vtatur.* Pende verbum *non poteſt*, & admirare, quod tali reperiantur ſubſtantiæ altitudine diuini illi ſpiritus decorati, vt in cognitionis modo apud nos in eadem ſint menſura, ac ipſemet Deus; vnde ſicut modus Deum cognoſcendi ſit ab iis inferior bus aſcendendo, & impoſſibile ſit vt per ſeipſum à nobis cognoſcatur, ſic pari modo & modus ſit Angelicæ ſubſtantiæ cognoſcendi, vt aliter ipſi cognoſci non poſſint, vnde vt aliquid altiſſimarum harum ſubſtantiarum rimari poſſimus, conſiderare, & attendere debemus prius ad hæc inferiora, & ex horum pulchro, ſuaui, grandi, magnifico ipſorum pulchritudinem, ſuauitatem, magnitudinem, ac magnificentiam æſtimare, cum quidquid pulchrum, quidquid ſuaue, quidquid grande, aut magnificum illarum pulchritudinis, ac magnificentiæ ſimulachrum ſit, vt idem affirmat Sanctus, vnde proſequens fatur: *Cogitans tum pulchri nitidis, qua videatur, ſpeciei, ac pulchritudinis occultæ, atque reconditæ ſimulachrum quoddam eſſe, tum ſuauem odorem, qui ſub ſenſum cadunt, effigies eſſe eius ſuauitatis, quæ ſola ratione intelligatur, tum lumina hæc corporea luminis incorporei quod datur ſimulachrum.* Immo ſic Sanctus ſtabilis reperitur in hoc affirmando, vt velit ipſam ſanctiſſimam Euchariſtiæ ſumptionem ad ipſam Angelorum diuinam intelligendam ſaginam gradum eſſe, & figuram, vnde ait: *Tum Ieſu communionis diuinæ Euchariſtiæ perceptionem, aliáque omnia quæ naturis illis diuinis diuinitus, nobis verò ſigni quibuſdam tradita ſunt, eſſe deſcriptiones.* Quid præclarius dici potuit? altiſſimum conſidera diuini ſacramenti myſterium, quo animæ ſaginantur, & ad quas ſaginandas illud Chriſtus inſtituit, ſic altè de illis concipiens, vt nullo alio dignas cibo inuenerit, quàm ſeipſo, quàm ſua diuinitate, ac humanitate, & dum hæc perceperis, attendè deſcriptionem hunc eſſe cibi illius, ac ſaginæ diuinæ quo cibãtur, quo arctantur Angeli, vt ex hinc colligas quanta maieſtate illi præditi ſint, dum ad eorum cibum demonſtrandum ipſa diuina neceſſaria fuerit perſona.

Adde, quod ſi locum creationis conſideres non minus altitudinem eius dignitatis inſpicies: nam vt rectè Suarez lib. 5. de Angelis, cap. 4. num. 4. cum locus conferatur ab authore naturæ, ſecundum naturæ, aut gratiæ conditionem, vel dignitatem, qualis illa erit dignitas, quæ non minorem meruerit locum, quàm empyreum vt vult diu. Thom. 1. part. quæſt. 61. art. 4. & ſimul alij cum Magiſtro in 2. diſtinct. 2. enimverò eam profectò Abulenſ. in cap. 13. Geneſ. quæſt. 115. aſſignat creationis terreſtris paradiſi rationem, conuenientiam nempè humanæ naturæ, quatenus diuinæ particeps, & veluti terræ Princeps, ac Rex talis illi locus conueniebat, qualis decens & Regi eſſet, & homini propè diuino;

Auguſt.

18 Solo Deo exactiunter cætera ſpernunt.

19 Homo ad Angelicam maieſtatem qua via aſſurgere poteſt.

2. *Ad Corinth. 5. n. 13.*

Auguſt.

20 Paulus ex charitate quaſi inſaniebat.

Antioch.

21 Charitas quãdo hominem poſſedit, in Deum totum tranſformat & veluti deificat etiam in hac vita.

Dionyſ. Areopagi

22 Angeli ſic alit, vt ad eorum cognitionem ad inſtar Dei cognitionis aſſurgatur.

23 Sanctiſſima Euchariſtia figura Angelorum cibi, per illã quo cibo veſcantur Angeli intelligimus.

Suarez.

S. Thom.

Abulenſ.

24 Angelorum naturæ dignitatem in empyreo creati,

ed by Google

creauerat, ait; *Deus hominem, & beſtias, beſtias quidem infrà dignitatem ſuam, quibus hanc terram poſſidendam dederat, hominem verò diuina cognitionis participem, ac per hoc cuiuſdam diuinæ dignitatis; ideo ſicut natura ſublimior, ita & in loco excellentiore manere debebat.* Et paulòpòſt, cum dixiſſet beſtiis hominem Deum præfeciſſe, ait: *erat igitur homo ſicut Rex ſuper ea quæ Deus creauerat, ſed in regno ſuo habet habitationem longè illuſtriorem habitationibus ſubditorum, debuit ergo dari homini aliquis locus multo excellentior, quàm terra iſta, in qua beſtiæ manſura erant.* Ergo ſecundum Abulenſem rectè quis, & diuinitatem, vt ſic dicam, humanæ naturæ, quatenus particeps erat diuinæ, & regalem poteſtatem colligere poterat ex habitatione terreſtris Paradiſi, & tamen non in illo creatus homo, ſed extra illum, nec indecens hoc diuinus ille iudicauit Plaſma, cuius equidem rei ſi rationem expoſces, illam tibi afferam, quia minor Angelis, non debuit quoad creationis locum illis æquiparari; vnde ſic nunc licet argumentari, ſi ex habitatione Adami in paradiſo, & dignitas, & eius propè diuinitas colligitur, qualis Angelorum erit ſublimitas? qualis diuinitas? dum ad condecenter eos creandos, non Paradiſum terreſtrem, ſed cœleſtem Deus condidit, quanto ergo excedunt homines? quid vis vt dicam? tanto, quanto paradiſus excedit diuinus, ac cœleſtis terreſtrem ac humanum, vnde ſi quid licentius in hac re dicere licet, & nos in ſanctorum Angelorum laudem effundere, dicam ſic nos Angelos anteire, ſic humanæ præſtare naturæ ſi locum creationis inſpiciamus, vt ſicut conueniens fuit Paradiſum terreſtrem creare, quia homo à beſtiis diſtabat, quarum proprius terra locus, ſic pari modo tanta ſublimitate â nobis Angeli ſanctiſſimi ſe erigunt quantum à beſtiis ipſe homo, dum non indecens vt in hac terra crearetur homo quæ beſtiarum; at indecentiſſimum vt ſuperni, altiſſimique illi ſpiritus extra cœlum crearentur empyreum, ex quo fit vt merito aſſerat Suarez de Angelis lib. 3. cap. 2. num. 8. & antè illum cæteri Theologi, quod licet in gradu intellectuali poſſet Deus facere ſpecies perfectiores, non tamen poteſt facere *ſubſtantiam altioris gradus*, quàm ſint Angeli; immò non diſplicet quod idem affirmat author ibidem lib. 6. cap. 4. num. 16. regulariter loquendo Angelorum beatitudinem maiorem eſſe, quàm in ſanctis animabus, ſi vnam tantum ſanctiſſimam excipies virginem, de qua tanquam de ſingulari prærogatiua, ſuper omnes Angelorum choros exaltatam canit Eccleſia, qualis ergo magnitudinis, qualis erunt dignitatis, dum ſic homines excedunt; vnde merito Auguſt. in Pſal. 135. affirmat, ideo nuſquam in ſcripturis apertè Angelos *Deos* vocatos, ſicut homo, ne ob eorum naturæ præſtantiam occaſio daretur idololatriæ: *Si nuſquam*, ait, *in eloquiis diuinis reperitur ſanctos Angelos appellatos Deos, ea mihi cauſa potiſſimum occurrit, ne homines iniſto nomine, miniſterium, vel ſeruitium religionis, qua Græc. latria dicitur ſanctis Angelis exhiberent.* Admirabilis ergo ſuæ dignitatis, impenetrabilis, propemodum quaſi diuinæ.

25 Homo cur in paradiſo repoſitus cœleſti.

Suarez.

Auguſt.

26 Angeli quantum hominem præcellunt.

27 In ſcriptura cur nunquam dii icti.

Quod cum ſit, attende nunc, qualis illa ſit Dei beneficentia, qualis erga nos, noſtráque charitas, vt cum tantæ ſint omnes Angeli excellentiæ, tantæque dignitatis, non vnum, non duo, non millia, ſed omnes, ad noſtrum accommodauerit miniſterium, ad noſtrum profectum, iuxta illud Pauli ad Hebræos 1. nu. 14. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi.* Quod conſiderans Athanaſius ſerm. 3. contra Arrianos antè medium: *Ad miniſterium*, ait, *non vnus, ſed ex omnibus pluues ad manus præſto ſunt, quos Dominus ſi velit amandet; multi enim Archangeli, multi throni, multa Poteſtates, & Dominationes, millies millia, & decies millia, centena millia miniſtrorum aſſiſtunt, & apparent. qui ſe promptos offerunt, vt emittantur.* Ergo non vnum, ſed omnes, non tantum nobis ad miniſtrandum ex infimo Angelorum ordine, ſed ex ſupremis etiam ordinauit, & licet inter Doctores de hoc aliqua controuerſia ſit, an ſcilicet omnes mittantur, & adminiſtrent, tamen bene omnibus perpenſis, quæ dicunt, in omnium ſententia, aliquomodo omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus: nam admiſſa illa diſtinctione de Angelis aſſiſtentibus, & adminiſtrantibus, licet aſſiſtentes ad miniſterium noſtrum foras, & ad extra non mittantur, adminiſtrant tamen nobis cæteros inferiores, aut illuminando, aut eis præcipiendo; quod inductione patet, per nouem Angelorum choros diſcurrendo, eorúmque nomina penſitando, de qua re omnino melliſluus Bernard. videndus lib. 2. de conſideratione, cap. 4. *Angeli* enim dicuntur, qui peculiariter ad hominum cuſtodiam per ſe exercendam deſtinati ſunt, & qui minima nuntiant. *Archangeli* qui regnorum, Regum, & grauiſſimorum negotiorum onus ſuſtinent. *Principatus*, qui omnibus Angelis, & Archangelis præſunt, in his quæ ad ſalutem hominum, tam priuatorum, quàm principum, tam ſingularum perſonarum, quàm communitatum, tum inſtruendo, & illuminando, tum mouendo, & præcipiendo, iuxta diſpoſitionem diuinæ voluntatis ſibi manifeſtatam; *Poteſtates* dicuntur, quia ad illos pertinet ſecundum Dionyſ. & Gregor. ordinare quæ per totam Hierarchiam tertiam agenda ſunt, ita vt executio ad iſtam pertineat, ad Poteſtates autem præcipere, & ordinare quæ agenda ſunt: *Virtutes* dicuntur, quatenus per illa Deus miracula, & ſigna exercet ad hominum gubernationem, & adminiſtrationem; *Dominationes*, ſic nominantur, quatenus ſpirituali & excelſo modo præſunt omnibus inferioribus diuinæ prouidentiæ, & gratiæ inuiſibilibus miniſtris, eiſque dominantur, nullíque in hoc miniſterio ſubſunt. *Throni* autem appellantur, quia Deus inhabitando in illis ſedet, tum vt ſuam maieſtatem oſtendat, tum vt alios ad reuerentiam, & adorationem ſui excitet, vel etiam vt illos gubernet, & iudicet; *Cherubim* appellantur, quatenus mentes illuminant, & tandem *Seraphim* non ſolum vt ſe ardentes, ſed etiam vt alios incendentes: en vt omnes ad nos, noſtráque Deus addixit, ſic vt grauiſſimorum ſit opinio Doctorum ordinem Hierarchicum Angelorum, quod nomen *facer*, ſo-

28 Dei charitas ex Angelorum cuſtodia quanta fuerit. *Ad Heb.* 1. v. 14.

29 Omnes ad ſalutem hominum procurandam deſtinati.

30 Angelorum officia ad ſalutem hominum deſtinata ex quibus cõſtat omnes eſſe adminiſtratores ſpiritus.

31 Poſt diem iudicii ordinem Hierarchicum Angelorum nõ ampliùs futurum.

by Google

nat *Principatus.* Post diem iudicij cessaturum, quatenus post illum administratio cessabit hominum, & horum inferiorum, vt expresse affirmat Suarez de Angelis, lib. 8. cap. 21. num. 10. quod confirmat ex illo Pauli 1. ad Corinth. 15. num. 24. *Deinde enim cum tradiderit.* scilicet Christus: *regnum Deo, & patri, & euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem.* Quæ verba secundum Glosam ordinariam de euacuatione Hierarchiarum cœlestium intelliguntur, sicut & ea intellexit August. lib. 1. de Trinitate, cap. 8. Omnes ergo ad nos destinauit, omnes & si tales, & si tantæ maiestatis, quale ergo hoc erit beneficium? qualis gratiæ tantæ profusio, ac largitas?

Suarez.

August.

§. 2.

De custodia Angelorum necessitate.

AT verò cum omnia Deus ordinatè efficiat, summáque ratione ordinet, ex dictis nostra Angelorum custodiæ necessitas maxime elucet, non enim Deus tales, ac tantos nobis administrasset, nisi summa de illis necessitas nobis non incumberet, quod inde elucebit, si nostros pensitabimus inimicos, contráque quos bellum instruimus, contra diabolum enim, contra homines malos, contra carnem, contra mundum, validos omnes, ac præpotentes inimicos; quid enim diabolo fortius? lege cap. 41. libri Iob, & admiraberis, & vltima pondera verba Spiritus sancti asserentis nullam in terra potestatem inueniri ei comparandam, sic num. 24. *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est, vt nullum timeret.* Mira hæc vltima; nam sensum faciunt causalem, nempè sic à Deo factus, vt nullum timeret, quem sensum recentiores sequuntur; vnde quidam in paraphrasi huius loci, sic ait: *Quippè ita à supremo conditore factus, & compositus est, vt indomitæ fortitudinis, ac audaciæ, quæ à nemine debilitari posset, speciem mortalibus repræsentaret.* Vnde rectè Nicetas, in iisdem verbis, *eas nihil simile,* ait, *tum potestate, tum nequitia.*

Iob 41. n. 24.

32 Diabolus quam fortis & terribilis.

Pineda.

Nicetas.

Enimverò si nomen quod scriptura dæmoni tribuit consideres, eius inspicies fortitudinem, appellat enim eum *Behemoth*, Iob 40. num. 10. quod nomen cum sit plurale; nam *Behemath*, quod est singulare, & bestiam significet, idem prorsus sonat ac *bestias*, quasi per Antonomasiam illum Deus appellet plurali nomine, sicut quando excellentes aliquos nominare solemus, qui licet sit vnus, tamen pluraliter eum dicimus, vt *Ciceones*, *Aristoteles*, *Cæsares*, &c. Sic nempè Deus ad denotandum omnes simul bestias dæmonem esse, omnes illarum ferociam, sæuitiam, fortitudinem, iram, astutias, inflexibilitatem, ac tandem cum homine inimicitias in se vno continere, non *Behemath*, in singulari, sed *Behemoth*, in plurali eum nominauit, cuius dentes ipsa sunt formido, Iob 41. num. 5. *per girum dentium eius formido.* Cuius amplius in homine tenera pars vti cartilago, in illo tota est ferrea, *cartilago illius quasi lamina ferrea*, cuius carnes *scuta fusilia.* Cuius os *ignis*, cuius halitus *flamma*, quæ omnia si sensum mysticum inquires, admirabilem indicant diaboli fortitudinem, potentiam, inflexibilitatem, duritiam, pertinaciam, astutiam, ac tandem suprà homines imperium, &, vt sic dicam, potentiæque altitudinem, quam nos non ignorare vult Dominus, immo præ oculis semper habere, ideo, vt magnus ait Greg. lib. 32. moralium, cap. 19. sic peculiariter eius nobis Deus fortitudinem describit: *vt cognoscamus cum quanto hoste pugnamus*; nos qui terrei, qui fragiles, qui pulvis, *quis namque nos nisi pulvis?* Sanctus ait pater, *quis verò ille nisi omnis ex cœlestibus spiritibus, & quod adhuc maius est summus, vnde quis ergo de propria virtute audeat, quando contra Angelorum principem pulvis pugnat:* Egregiè, natura Angelus, quod est dicere infrà Deum nil fortius, nil valentius, nil terribilius; at nos pulvis, hoc est nil floccidius, nil enervatius, vt sic dicam; vnde ergo resistentia? vnde tanti debellatio hostis? gratias ergo Deo, qui quomodo eum debellemus modum tradidit, & auxilium, sanctissimos nobis assignando Angelos, paris fortitudinis, immo superioris, quorum auxilio vincimus, superamus, dæmonem deijcimus, &, vt sic dicam, suffocamus.

Greg. 34 Constat vt nos eius fortitudinem concipiamus.

35 Virtute Angelorum homines eum superant.

Enimverò contra Pharaonem superbum, pertinacem, rebellem, obstinatum Regem mittens Deus Mosem, sic hic mandatum extimescebat, vt licet consortio dignus factus diuino, licet Deus suum sponderet auxilium, licet quæcumque postulasset obtinuisset, tamen sic timidus, sic pauidus eum agnouit, vt eius miseratus, & socium fratrem ei dedit Aaronem, & insuper se cum illis affuturum promisit, Exod. 4. num. 14. *Ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis.* In qua re illud admiratione dignum, nunquam possibile, vt timorem Sanctus dimitteret Moses, nisi postquam frattem illi adiunxit Deus, licet & signa admirabilia prius ei dederit, licet suum ei ineffabile declarauerit nomen, & tandem licet potentissimum se esse, ac summæ fortitudinis omnino persuaserit, vt videre est in hoc c. Exod. 3. num. 11. *Quid sum ego vt vadam ad Pharaonem?* Deo dixit, se excusans, totus tremefactus ex mandato; at Deus, *ego ero tecum*, quis ergo timeret? nam vt rectè Oleaster hic: *Nullus est inhabilis cum quo Deus est, ad quodcumque munus, etiam si alias talis videatur, nullus habilis ad quicquam sine Deo.* Attamen nec hoc animatus petit de nomine: *Si dixerint mihi quod est nomen eius, quid dicam eis?* num. 13 suum ei pandit admirabile, & omnem adimere timorem, non solum sufficiens, sed sufficientissimum, *Ego sum qui sum.* Nomen totum Dei esse complectens, vt eleganter Bernard. lib. 5. de consideral. *Nihil competentius*, inquit, *æternitati, quæ Deus est, si bonum, si magnum, si sapientem dixeris in hoc verbo instauratur qui est, nempè hoc est ei esse, quod hæc omnia esse si plura dixeris, nihil addidisti, si non dixeris non minuisti.* Et grauiter Hilar. 1. de Trinitate: *admiratus sum*, inquit, *tam absolutam illam de Deo significationem qui est, non enim aliud magis proprium Deo, quàm esse intelligitur, quia ipsum quod est, neque defectionis est aliquando, neque capti.* Quis ergo non animaretur? attamen nec sic,

Exod. 4. num. 14.

Exod. 3. num. 11.

Oleaster. 36 Vbi Deus nullius adest timor, è contrario verò vbi nullus ille.

Bernard. 37 Nomen Dei, qui est, proprium Dei.

Hilarius.

Digitized by Google

vnde infrà amplius timens, c. 4. num. 1. *non credent mihi*, ait; at Deus ad tollendum omnino timorem miraculosè adiecit signa, baculum in serpentem resolutum, & posteà in eandem redactum formam, manum in sinu leprosam, deinde mundatam; in quo loco secundum literalem sensum omnes tunc à Deo potestatem Mosi faciendi miracula agnoscunt, quis ergo ex hoc animatus non existeret? at nil minus, vt se ab onere eximeret, tarditatem obiecit linguæ; at Deus: *Ego ero in ore tuo, docebóque te quid loquaris*, num. 12. nec sic, sed timore totus oppressus, ac animi deiectione, veluti à Pharaonis maiestate, ac potentia obrutus incongruenter clamat: *obsecro*, inquit, *Domine, mitte quem missurus es*, n. 13. quid timidius? quid formidolosius? quod misericors aspiciens Dominus, licet iustissimè iratus, tamen viscerum non oblitus miserationum, fratrem socium addidit, quo facto sic animatum ex tali consortio ipsum reddi sic, vt nil amplius adiiciens, nec obtrectans, quod nec Dei societas, nec ipsum sanctissimum nomen, nec miracula pattandi potestas efficere potuerunt, ipsa Aaronis effecit societas, animum indidens de victoria & si contra Pharaonem certum reddens; vnde nil amplius adiiciens, nec plus moratus *statim*, sequitur scriptura: *Abiit Moses, & reuersus est ad Iethro socerum suum, dixitque ei, vadam & reuertar ad fratres meos.* Cum vigore loquitur, cum efficacia, *vadam, reuertar.* Vnde ergo timido isti sic nunc valens animus? sanè, ex consortio fratris, & quid per Aaronem fratrem nisi sanctissimus Angelus custos, audi Nyssenum in vita Mosis; *Frater enim quodammodo hominis*, ait, *animo Angelus est, qui tunc maximè nobis assistere videtur, cum Pharaoni appropinquamus.* Et infrà huius rationem reddens, & quam aptè ipse Angelum custodem pro Aarone intellexerit sequens addit: *Nam & prior natura Angelica est, ac intellectuali, ac incorporali cum animo conuenire, nec dubitandum auxilio nobis maximè tunc esse cum aduersus incorporales hostes insurgimus.* Egregiè, & rectè Moses ab hoc animatus, nam licet reliqua potentissima, immo & absolutissima, quid maius Deo, suáque altitudine, ac maiestate? attamen eo quod homini sublimiora, eo timidiorem eum reddebant; at quando ei illud adiecit auxilium, quod & si prior natura, attamen conuenientius cum hominis animo, sic illum validum, animatúmque reddidit, vt Ægyptum præoptaret, Pharaonem non timeret, vt exinde intelligas quantum tibi Angelorum sanctissimorum incubuit necessitas. cum moraliter loquendo, & rebus vt nunc, nil sic sibi animum eriget, nil sic contra dæmonem potentem efficiet, quàm Dei simul cum gratia ipsa Angelica societas, ipsa assistentia.

38 Moses quãdo potestatem accepit faciendi miracula.

39 Moses ex fratris consortio animatur, quia Angelum significabat custodem. *Nyssenus.*

Dixi rebus vt nunc, & secundum ordinem diuinæ prouidentiæ; nam licet, vt grauissimè affirmat Areopag. cap. 9. de cœlesti Hierarch. *Vnum sit omnium principium, vna prouidentia, nec putandum Iudæis quidem, quasi fortuito Deum præesse, Angelos autem propriè, aut ex æquo, aut contrariis voluntatibus, vel Deos alumnos imperare alys nationibus.* Tamen sciendum quod licet Deus immediatè, & per se omnia produxit, non tamen per se solum, & immediatè omnia regit, sed inferiores per superiores, & rationales creaturas per intellectuales, vt eleganter idem Sanctus affirmat eodem c. & cum eo sanctus Doctor 3. contra Gentes, cap. 78. & 1. part. quæst. 110 art. 1. cuius equidem ratio, quia consentaneum suæ sanctissimæ iudicauit bonitati, creaturis non solum suum esse, sed etiam virtutem agendi, & communicandi se aliis impertiri; sic enim altissimè se communicabat illis, sic supereminentissimè suam participabant bonitatem, cuius partes, sine vt sic dicam, cuius essentia cum sit, non solitariam existere, sed cum aliis se communicare, ideo semper eos adinuenit communicationis modos, quo maximè communicetur, & qui maximè ad eius similitudinum eleuent creaturas; vnde cum altissimum imitationis illius infinitæ bonitatis genus sit aliis se communicare, præesse, & ad summum principium ducere, cum illóque illa coniungere, quod ipsa semper efficit, ideo & hoc etiam Angelis communicare libuit, & vt sanctus Dionys. vbi sup. ait, non solum respectu hominum, sed ipsorummet Angelorum, quatenus media supremorum illorum spirituum Hierarchia à suprema illustratur, & infima à media, & homines ab hac, vt sic omnes in vnum finem administrationis, nempè cum Deo vnionis simul vniti supereminentissimè diuinam participent bonitatem: vnde eleganter August lib. 3. de Trinitate, ca. 4. affirmat nil hic visibiliter fieri quod per administratorios spiritus ab inuisibili aula non procedat: *Nil enim fit*, ait, *visibiliter, & sensibiliter, quod non de interiori inuisibili, & intelligibili aula summi Imperatoris, aut inbeatur, aut permittatur.* Quod cum sit, & hic sit diuinæ prouidentiæ ordo, inde quanta sanctorum Angelorum tibi incubuit necessitas apparet, dum cum tanta tibi adessent, vt Deo coniungeres obstacula, tanta malignorum spirituum obsistentia, necessarium quippè fuit, vt principium ad quod tu creatus apprehendere posses, illam tibi tutelam adiungere, quæ te regeret, dirigeret, animaret, illustraret, defenderet, obregerétque: timens quippè Iacob fratris occursum cum ad patrem pergeret, obuiam illi Angeli facti sunt Dei, vnde ipse admiratus, ait: *castra Dei sunt hæc*, Genes. 32. num. 2. ergo non tantum in cœlo, sed in terra castra tenet Deus Angelorum, quæ ratio? audi Chrysost. serm. de Ascens. Domini tom. 3. *Nam sicut Imperatoris optimi prouisione vrbes omnes, vniuersa ciuitates, castella singula, manu militari aduersus hostilem muniuntur aduentum, & omnia loca diligenter armantur, ne barbari inuersione deleantur, ita & Deus quoniam barbara, & agresti mente rabientes dæmones ad pacis euersionem vbique versantur, ad tutelam nostram constituit exercitu Angelorum, vt eorum præsentia dæmonum constringatur audacia, & per eos nobis pacis gratia ministretur, ideo merito Angelorum castra videbantur in terra.* Egregiè, adsunt inimici, adsunt amici, illi vt perdant vigilant, isti vt saluent, & sicut ex hominum odio, ac Christi inimicitia, Deíque abominatione, in vnũ dæmones colleãt exaltationẽ sui principis Belsebuth procurant, sic summus Deus ex hominum amore, ac ob Christi exaltationem, omnia gubernat, & quæ huius rei ratio.

Dionys. Areopag.

40 Deus non præsciens immediatè

S. Thom.

41 Deus vt Angelis suã communicauit bonitatem ex custodia hominum.

42 Angelorum custodia non solum ob hominũ bona, sed etiam ob ipsorummet Angelorum. *August.*

43 Angelorum custodiæ necessitas. ex his liquet ex obstaculis infinitis ad prædestinationem accingendam.

Gen. 32. n. 2. Chrysost.

44 Castra eorũ Deus ad protegendum hominem mittit.

Digitized by

nes simul colligat Angelos, castráque eorum in terris, non tantum in cœlo habeat, vt iustum saluet, ac defendat.

At cur castrá Angelorum mittit, cum vnus sufficiens, immo & superabundans? dices quia etiam iuxta Chrysost. castra adsunt dæmonum non vnus tantum ad tentandum, eo vel maximè si vera est sententia Origenis, hom. 5. in Iosue circa finem, & Abbatis Sereni apud Cassianum collati. 7. c. 17. & 31. ad singula vitia singulos deputari à Belsebuth dæmones, *nosse debemus*, ait Serenus, *non omnes dæmones vniuersis hominibus inferre passiones, sed vnicuique vitio certos spiritus inuitare.* Nec ab hac longè est opinione Hieronym. Abach. 5. circa finem: ergo cum singuli singula persuadeant vitia, & hæc innumera, sanè innumeri erunt dæmones qui homini assistant, vnde non mirum, si etiam & innumeri Angeli sanctissimi; at licet non impropriè hoc dicatur, alia mihi subest ratio, sanctorum Angelorum necessitatis, & fortasse prima vrgentior, & grauior, cum si ad cœlorum regnum capessendum, vltimúmque finem apprehendendum sola dæmonum obstaret infestatio, mea sententia, vnus tantum sufficeret Angelus sanctissimus, cum merito culpæ omnes mali, & si supremi infimo ex bonis subditi reperiantur; at quia non solum iter nostrum dæmones impediunt, sed homines mali, ideo vt contra istos iustus fortis inueniatur, ac potens, non vnus sufficit, sed castra sunt necessaria Angelorum, vt potè contrà inimicos acriores, &, vt sic dicam, potentiores, *vos ex patre diabolo estis.* Malis illis annuntiauit Christus Dominus noster, Ioan. 8. n. 42. *& desideria eius vultis perficere.* Quid est desideria eius vultis perficere? cur non dixit operà? pulchrè Chrysost. vt indicaret non quocumque modo, sed magno studio, cupiditaté que diaboli mores eos imitari: vnde non tantum coadiutores cum dæmone contra iustum eius operum volunt mali inuenire, sed desideriorum, sed appetitionum, sed adinuentionum; cui expositioni si vnum addas, quàm difficilius sit hominum bellum, quam dæmonum aperte inspicies, nempè sic crudeliores esse malos iniustos dæmonibus, vt quod ipsi in desiderio tantum habent, ac in voluntate, & per se efficere non possunt, nec vires suppetunt, homines perficiant, consumment; Christũ occidere non potuit dæmon, occidit homo, & cum ipse eum tradere non posset, illud in cor Iudæ immittendo perfecit, vt semel videas, quãdo contra hominem standum non vnum necessarium Angelum, sed Angelorum castra. Hinc Christus ad Petrum Mathei 26. n. 53. *An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum* Mirum vt tantos mitteret, cum & si Christum in dæmonis manibus prospiceret quando suprà montem, pinnaculúmque eum secum transmiserit, nullos misit, reputans solum Christum sufficeturum, ne miteris, bellum erat cum hominibus malis crudelius, ac potentius, quàm si cum ipsis esset dæmonibus, ideo legiones tantus mitteret pater Angelorum, non Angelum, vnde cum Iacob, non cum dæmone, sed cum homine bellum teneret, fratréque metuescere ideo non tantum Angelum, sed castra misit Deus Angelorum; quod eleganter

45 Cur castra cum vnus sufficiens esset Angelus. *Origen. Cassian.*

46 Sin vitiis singuli deputantur dæmones. *Hieron.*

47 Homo crudelior contra iustum, quando peccator quam ipse dæmon. *Ioan. 8. n. 2.* *Chrysost.*

48 Quod dæmon per se efficere non potest, efficit per hominem.

49 Christus cur dixit legiones missurus pater Angelorum cum ipse sufficeret ad se defendendum.

A obseruauit Procopius sic fatus: *Castra apparuerunt Iacobo, ne formidaret Esau fratrem, scilicet cogitando, quod Dominus exercituum ipsum protegat, eiúsque sit adiutor, & auxiliator Deus Iacob.* Vt ergo fratrem non timeret, non quomodolibet se ostendere voluit Deus, sed Deus exercituum, hoc est potentissimus, fortissimus, sic terribilis est homo, sic bellum eius formidabile, vt ne vincatur iustus, necessarium vt in mediis excipiatur Angelorum castris, non tantum vt ab illis defendatur quomodolibet; vnde aptè Hieronym. *Ad fratrem iturus*, ait, *inimicum, Angelorum se comitantium excipitur choris*: cui accinens Chrysost *postquam*, inquit, *cessauit* *Hieron.*
timor Labani, excepit eum timor fratris, propter
hoc misericors Deus animare iustum volens, & *Chrysost.*
B *omnem metum eius discutere, fecit, vt Angelorum videret castra.* Ex quibus intelliges, quantum tibi Angelorum custodiæ necessitas incumbat, dum non solum contra dæmones, sed contra homines bellandum, pugnandúmque tibi est; quod bellum difficilius, cum vt dixi potentiores aliquando reperiuntur homines mali, quàm ipsi ad perdendum dæmones.

Quæ res sic certa reperitur, vt ipsemet dæmon, hoc calleat, nec ei occulta, sicque sæpè de suis diffisus viribus humanas interpellat, nec solus accedere audet, de victoria quasi desperans, ni aduentitias simul aucupet, vt sic dicam, vires, quod in casu primi nostri manifestè apparet parentis; pro qua re adnotandum secundum veriorem sententiam patrum quam sequitur diu. Th. 1. p q. 63. art. 8. & ibi Caiet. cæterique expositores, dæmones non simpliciter suo nutu, & tanquam ab intrinseco tantum moti peccasse, sed ad peccandum eos induxisse suggestione, ac persuasione Luciferum, quæ est expressa sententia Nazianzeni carmine 6. *de substantijs mente præditis*, dicens de Lucifero:

49 Potentior homo ad perdendum aliũ quã ipse dæmon.
C
S. Thom. Caietan.

Nazian.

50 Dæmones ex suasione Luciferi peccarunt.

Haud solus cecidit, verum agmine septus
Ingenti sceleris vnus dux fuit, atque magister,
Nã velut auertit cum missum proditor agmen
Regis ab Imperio, multas sic ille cohortes
Regis ab obsequio magni, cœtúque priorum
Abductos ad se allexit.

D Et clarius eius frater Cæsarius Dialog. 1. longè à principio, vbi sic: *Ad malum versus author ille mali diabolus, secum ad defectionem multos Angelorum trahens, non natura sed voluntate mutatos per ducis suggestionem, qui conuenienter suo facto susceptit appellationem.* Cum quibus consentit Chrysost. in Psal. 1. circa illud: *Domine quis habitabit* Et Cyrillus Hierosolymitan. Catech. 2. tractans illud, Luc. 1. *Videbam Satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem.* Alíque patres Latini, vt Ambros. epist. 33. alias 84. ad Demetriam, Greg. lib 3 Moral. c. 18. aliàs 23. Hieronimus, Isayæ 14. super illa verba: *Tu terram tuam.* Hinc ex Iob 41. nu. 25. appellatur Rex filiorum superborum, *Ipse est Rex super omnes filios superbiæ.* Vbi secundum sensum mysticum de diabolo intelligitur locus, sicut multi sanctissimi intellexerunt patres, de qua re videndus est Pineda in c. 41. Iob in vltima expositione n. 1. & verè Lucifer cæterorum Angelorum dicitus Rex, quatenus eos suggessauit, & suggistione ad se sequendum induxit, cũ vt ait Paul. ad Rom. 6 *cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis*

Cæsarius.

Chrysost. Cyrillus.

Ambros. Gregor. Hieron. Iob. 41. num. 25.

51 Lucifer cæterorum Angelorum dicitur Rex.

Ad Ro-

eius. A Lucifero perſuaſi ipſi obedientiam præſtarunt, ob hoc verè ſerui eius effecti, ipſéque eorum Rex. Potens ergo vnus Lucifer extitit ad lapſum cæterorum Angelorum ingentis multitudinis, vt ait Nazianz. & quod caput, non tantum infimorum, ſed ſublimium, & primorum, ſibi ſupparium, cum ex omnibus ordinibus eos cecidiſſe verior eſt ſententia Theologorum; de qua re videndus diuus Thomas, vbi
S. Thom. Magiſter. ſup. art. 9. ad 3. & magiſter cum Scholaſticis in 2. diſtinct. 6. & 9. quo ſuppoſito, & pro certo ſtabilito, argue nunc quanto ad perditionem hominum impius Lucifer potentiorem ſe æſtimet ipſo homine, dum ad caſum omnium dæmonum, licet ſublimiſſimi eſſent ſpiritus, ſufficientem ſe ſolum æſtimauerit, nec alieno indigere auxilio, attamen ad caſum ipſius hominis, licet vnus, & inferioris ordinis, licet terrea indutus veſte, ac fragili natura non ſit auſus per ſe, & immediatè illum aggredi, reputauerítque vires ſibi non ſufficere, vnde mulieris auxilium prouocans per illam, & cum illa hominem agreſſus vicit, alias non victurus; quod præclare ponderauit Auguſtinus, lib. 14. de Ciuitat. cap. 11. ſic fatus: *Poſteà verò quàm ſuperbus ille Angelus, ac per hoc inuidus, per eandem ſuperbiam à Deo ad ſemetipſum conuerſus, & quodam quaſi tyrannico factus gaudere ſubditis, quàm eſſe ſubditus eligens, de ſpirituali paradiſo cecidit, malè ſuada verſutia in hominis ſenſum ſerpere affectans, cui vtique ſtanti, quoniam ipſe ceciderat inuidebat, colubrum in paradiſo corporali operi ſuo congruum per quem loqueretur elegit, fermocinatúſque eſt fœminæ, à parte ſcilicet inferiore illius humanæ copulæ incipiens, vt gradatim perueniret ad totum.* Adnotandum verbum *gradatim*, non ſtatim, illico, ac veluti vno ſaltu, & immediatè reputauit ſe ad hominis lapſum poſſe peruenire, ſicut in Angelis, ſed gradatim; cuius rationem ſubiungens ſequitur Sanctus: *Non exiſtimans virum facilè credulum, nec errando poſſe decipi, ſed dum alieno cedit errori.* Egregiè, non cecidiſſet Adamus ſi ſolus, & per ſe illum ſuperbus tentaſſet dæmon, ſed cecidit, *dum alieno cedit errori.* Malens cum ſocia errare, quàm ſolus ſtare: ergo ſerpens antiquus inſufficientiam ſuam contra Adamum benè callens, adiutorium aſſumpſit humanum, tanquam ſe fortius, ac valentius; vt exinde tu intelligas, quantum homines ſunt præpotentes mali ad paradiſum occludendum, immo ab illo homines exturbãdi, dum aſpicis per Euam dæmonem effeciſſe, quod per ſe deſperabat, vt exinde aſpicias, quantum de cuſtodia Angelorum tibi incumbat neceſſitas, cum non ſolum tibi, vt cœlorum apprehendas regnum contra dæmones bellandum, ſed contra homines malos, contra humanos diaboli miniſtros, quod bellum acrius, quæ pugna difficilior.

52 Non eſt auſus per ſe ſolum, & immediatè hominem aggredi, &c. *Auguſt.*

53 Carnis bellum quàm acre.

At quid, ſi ad hæc bellum conſideres carnis, bellúmque mundi, nonne omnino dices, ordinaria ſuppoſita prouidentia omnino cuſtodia tibi neceſſaria ſanctiſſimorum Angelorum? ſic vt ſine illa penitus cœlum attingeres; quid terribilius carnis bello? & qualis acrior ſubiectio quàm quod vir mulieri ſubdatur ob carnis concupiſcentiam? vis hoc ſcire, & quantum ſit difficile, non ſolum homini, ſed, vt ſic dicam, ipſi Deo, hominem ad paradiſum ducere ſemel mulieri ſubactum, vt leuius malum duxerit ſub imperium eum ob peccatum derelinquere dæmonis, quàm mulieris, quaſi ſibi facilius noſtro modo intelligendi, eum è poteſtate eripere dæmonis, quàm mulieris; pro qua re adnoto verba illa, Geneſ. 3. num. 16. quæ Deus in pœnam mulieri dixit, nempe *ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Ad quid? cum etiam ſi Eua non peccaſſet ſub viri eſſet poteſtate, tanquam ſexus infirmior, & minoris ingenij naturaliter ac vir, vnde, & quoad directionem, & œconomicam vitam neceſſario ſub viri deberet eſſe poteſtate, quapropter licet non eſſet ſerua, tamen eſſet naturaliter minor, quod multis probat Abulenſis in ca. 13. Geneſ. quæſt. 373. qui infrà quæſt. 375. planè affirmat, fuiſſe tunc imperium hominis in mulierem, modo quo diximus, & mulieres naturaliter viris ſubditas, etiam ſi fœmina non peccaſſet, quod planè affirmat Aug. lib. 11. de Gen ad literam c. 27. qui hæc ipſa exponens verba, ſic ait: *Neque enim ante peccatum aliter fuiſſe decet credere.* Scilicet mulierem non viro ſubditam, *niſi vt vir mulieri dominaretur, & ad eum ipſa ſeruiendo conuerteretur.* Ergo quæ pœna extitit illa poſt peccatum aut cur poſt peccatum ſubiectio mulieris viro pœna, cum anteà non eſſet.

Gen. 3. n. 16.

54 Facilius Deus æſtimauit hominem à manibus eripi diaboli, quàm mulieris. *Abulenſ.*

55 Fœminæ etiam ſi Adæ non peccaſſet viris eſſent ſubditæ.

Aliqui apud eundem Abulenſ Geneſ 3. quæſt. 18. dicunt, quod pœna in eo ſtetit, quia antè peccatum corpus mulieris ita robuſtum fuiſſet ac viri, poſt peccatum verò infirmius, qua ratione vir dominatum accepit in fœminam, vtpotè valentior, meritò reiicitur ab illo, quia naturaliter corpus fœminæ ſemper eſt debilius corpore viri; ipſe verò affirmat ideo ſubiectionem mulieris viro poſt peccatum ceſſiſſe in pœnam quia poſt illud gubernatio œconomica inſtituta; in qua neceſſario mulier à viro dependet, quatenus neceſſaria ei ſint multa quæ à viro accipere debeat: *Nunc autem quia propter peccatum*, ait, *natura noſtra in multas neceſſitates incidit, inter quas eſt principaliter victus, & veſtitus, qua in œconomia acquirantur, & in hac œconomia licet rationabiliter mulier fuit ſubiecta viro tanquàm prudentiori, tamen ex pœna etiam hoc eſt, quia ſi mulier non peccaſſet, non deueniſſet in neceſſitatem iſtam, ſcilicet quod ſub viri poteſtate eſſet, maximè quia mulieres multum premuntur à viris, & aliquando irrationabiliter, quod in pœnam datum eſt.* Audiant hoc mulieres, & dum ſe vident in victu, & veſtitu miſerabiliter ab hominibus tractati, & quod pudet dicere, non pauperibus, ſed diuitibus malo auaritiæ obſtrictis, ne iraſcantur, ſed patienter ferant ſui memores peccati, quo iuſto Dei iudicio veſtibus ſpoliantur, dum ipſæ iuſtitia nudum hominem conſtituerunt. At hæc ſententia illam patitur obiectionem nempè, quod aſſumit falſum, antè peccatum ſcilicet mulierem non fuiſſe ſub viri poteſtate, quoad œconomicam diſpoſitionem; nam licet tunc in illo ſtatu non eſſet ſeruitus preſſe dicta, quæ nunc neceſſaria ad œconomiam, vt ait Ariſt. 1. Politicor. cap. 1. tamen eſſet œconomia, quia eſſent familiæ ſeparatæ, & ordo

56 Mulier poſt peccatum vt viro ſubdita, & quomodo hoc illi in pœnã cum etiam antea erat ſubdita.

57 In peccati pœnam à viris in victu, & veſtitu malè tractantur.

Ariſtotel.

Auguſt. inter vxorem, & virum ad filiorum procreationem. Proprius Auguſt. lib.11. de Gen. ad literam c.27. qui affirmat, ideo poſt peccatum pœnam mulieri extitiſſe viro ſubiectionem, quia quæ prius dilectione, & charitate ſubiiciebatur, poſtea vi pœnali etiamſi nollet: *Sed rectè accipi poteſt*, ait, *hanc ſeruitutem ſignificatam, quæ cuiuſdam conditionis eſt, potius quam dilectionis*, prius ſeruiebat, ſed amore, beneuolentia, vt ſocia non vt ſerua, dominatione vrbana, non deſpotica; at poſtea culpa ſua ſubiicitur, & ſi inuita, obedit, & ſi coacta, perſiſtere in ſeruitute cogitur, & ſi malè acta; vera hæc, ſed aliquid amplius in hac ſententia mihi videre videor, nempe ſubiectionem, & viro ſeruitutem mulieri Deum poſt peccatum imperaſſe, in pœnam eius prælationis, quæ in virum per peccatum obtinuerat, eâ mulierem priuans, ac miſericordia in hominem motus ab ea ipſum liberans, vnde & ſi per peccatum Adam ſeruus effectus diaboli, ac ſub ipſius poteſtate, & ſimiliter mulieris, pientiſſimus Dominus, ſic hoc ſecundum ſuprà primum malum æſtimauit, vt quaſi deſperaret ſaluare poſſe hominem niſi à poteſtate erueret mulieris, vnde etiam ſi peccator eſſet, noluit illud permittere, licet dum peccator ſeruus vt eſſet diaboli non curauit, fidens, potius à diaboli ſeruitute, quàm mulieris eruere poſſe illum, ſi ſemel ſub illius conſtitutus eſſet poteſtate; audi Procopium ſatis ad rem. *Mulier*, ait, *malè imperitans prænaricationis cauſa fuit viro, quæ propter quaſi non rectè imperitaſſet, ex libera, & ingenua alieno iuri ſubiicitur, & ſerua fit, nec permiſit dominium mulieri in virum, ſi quidem primitus perperam imperauit viro.* Egregiè, per peccatum ſeruus effectus Adamus mulieri iuxta illud Pauli ad Rom.6.n.16. *Neſcitis cui exhibetis vos ſeruos ad obediendũ, ſeruiſtis ei cui obediti*; ſub tyrannide eius conſtitutus, quid non egiſſet, dum tantum quando homo liber in illum effecit, conſidera Adamum in illo ſtatu, eius ſanctitatem, iuſtitiam, in Deum amorem, charitatem, adde auxilia gratiæ, illuſtrationes diuinas, gratias, ac prærogatiuas, tales ſiquidem, ac tantas, vt vno Chriſto Domino noſtro excepto, ſanctiſſimáque eius genitrice nullus tantas, nullus ſic altas, ac magnas acceperit, & tamen & ſi ſub mulieris adhuc non eſſet poteſtate, tam potens cum illo extitit, vt dicat Ruperr lib.5. in Geneſ. c.9. *Vt cogendo potius, quam ſeducendo, imperando magis, quam fingendo aliquid, effecit, vt obediret vir ſibi pluſquam Deo.* Quid ergo hæc egiſſet ſi ſub eius poteſtate hominem Deus reliquiſſet? nunquid potuiſſet Deus ordinaria quidem prouidentia ad ſe eum trahere? nunquid & ſi Deum homo ſciſſet non ipſum omninò reliquiſſet? conſidera Salomonem, & obſtupeſce; qua propter optimè Procopius in hunc Geneſis locum, mulierem hæreſum appellat cauſam, aut al enationis ſcilicet à Deo, ſic fatus: *Mulier viro per uaſit, vt comederet veritatem eſcam, ne videlicet ipſa ſola periret, ſicut etiam hodie quidam conſcientes, quæ ſit vera religio, certáque fides, attamen obtemperantes muliebri ſexui veræ fidei non ſunt ſtudioſi, non quod neſciant veritatem, ſed ſimpliciter inducti, ac perſuaſi.* Merito ergo tale dominium ab il-

Procop. 58. Homo per peccatum ſeruus effectus erat mulieris.

Ad Rom. 6.n.16.

Ruperr.

Procop.

59. Mulier hæreſum cauſa.

A la Deus eripuit, hominémque liberum effecit, plus mulieris tyrannidem, quam diaboli timens, ſic præpotens eſt carnis ſenſus, ſic durum eius bellum, ſic grauis eius ſeruitus, vt ſupra ipſos ſe erigat dęmones, vt ſemel videas quantum tibi neceſſaria cuſtodia ſit Angelorum, vt te in tali bello foueant, in tali conflictu adiuuent.

Tandem hoc ex mundi etiam bello licet coniectare, nil anterioribus minus acre; cum ſi bene attendas quid mundus? prorſus inuenies locum eſſe *ſirenarũ*, quibus dum incauti nauigantes auditum præſtabant in naufragiũ incidebant, *humiliaſti nos in loco afflictionis*, Regius aiebat Pſaltes, Pſal.43. n.20. Aquila *in loco Sirenum*, quem locum exponens Ambroſ. aduertit, carnis bellum infirmũm fuiſſe, niſi locus acceſſiſſet, nempe mundus cum illecebris ſuis, fabulam enim interpretans Sirenarum, quæ dum vocis ſuauitate ad littus incautos prouocabant nauigantes, ibi naufragabant, ſic ait: *Earum autem interpretatio hæc eſt, voluptas, vocis, eſt quædam adulatio, ita ergo ſæculi voluptas nos quadam carnali delectatione delectat, vt decipiat; vt ergo illic non littus in vitio erat, ſed canora dulcedo, quæ faciebat aſperitatẽ litoris non cauere, ita non caro in vitio, ſed ea quibus caro eſt ſollicitatur. & fluctuat.* Egregiè, nil poſſet caro, niſi mundus illecebris ſuis accederet: nam vt idem Sanctus infrà, *terrena habitacula præponderant vt ruens deũora Deo frequenter inclinetur ad ſæculum, nec ſe ſubiicere Deo poſſet*, experimur hoc, malo quotidie noſtro, & ingemiſcimus, dum, & ſi quid mundus, quid eius concupiſcentia, quid eius vanitas, quid eius inſtabilitas, optimè callemus, & ad Deũ nos attollere optemus, neſcio qua vi, quove licio, ſic forti, ac præpotẽti à mũdi illecebris retrahimur, vt noſtrum abſorbeat affectũ noſtrã alienet mẽtem; de qua re vide Bern de vita ſolitaria poſt initium; & neſcio an hoc ſit, quia in ea viuimus regione, quæ ſuapte natura deſtituta protectione inuenitur cæleſti, ſub maledicto poſita, vnde aptè hunc locum legit Symmachus. *Afflixiſti nos in loco deſerto*, quod exponens idem Ambroſ. ſic ait; *Ideo affligimur, quia interdum deſtituimur protectione cæleſti, & regio iſta ſub maledicto eſt, vel in lubrico ſæculari.* Ergo, vndique circumdati à dæmonibus, ab hominibus malis, à carnis ſenſu, à mundi illecebris, vnde miſeris ſpes ſalutis? vnde victoriæ præſumptio? niſi nobis Dei gratia de talibus prouidiſſet auxiliaribus, talibus adiutoribus ſic præpotentibus, vt eorum auxilio, & dæmonem ſubiugamus, malos ſuperamus, carnem domamus, mundum ſpernimus, qui ob hoc vndique nos veluti bene munita caſtra circumeunt, ac defendunt; in qua re mira Angelorum cuſtodum fortitudo admiranda, dum & ſi vnus, tamen pro caſtris, pro exercitibus ſupplet, quod eleganter adnotauit Baſilius hom. in Pſal.33.n.8. ſuper illa verba: *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum*, quem ipſe legit *caſtrametabitur*, *conſidera*, ait, *quanta ſit Angelorum natura, quoniam vniuerſo exercitui, & caſtris numeroſæ hominis multitudinis vnus aſſimilatur Angelus, ob magnitudinem ergo eius, qui te cuſtodit, caſtra tibi, munitiſque præſtat Deus, propter vere*

60. Mũdus Sirenarum locus.

Pſal. 43. *n.* 20. *Ambroſ.*

61. Quam acre eius bellum.

62. Mũdus locus à Deo deſertus, & maledictus. *Symmachus.*

63. Vnus Angelus homĩi pro caſtris valet, tanta eius & victus.

Angeli virtutem, veluti circumuallat te vndique securitate, quæ est per illum; quid ergo fortius? quid securius?

64. Homoquãtum se custodire debeamus. In qua re, vt vltimè hoc adiungam, duo nobis adnotanda, primum quanta nobis necessitas incumbat Angelorum custodiæ, cum & si vnus tam præpotens, tamen multoties exercitus illorum ad nos custodiendos Deus mittat, quasi vnus non sufficeret, ex quo admonitum te vult quanta re circumspectione custodire debeas, dum & si vnus sufficeret ad te custodiendum, tamen vt securius te regat, exercitum immittit Deus Angelorum. Et secundum, quantum Deo ob hoc debeas, qui cum omnia inferiora tibi dederit non his contentus & superiora adiecit; vnde deuotè Augustin. in lib. soliloquiorum, tom. 6. Deum de Angelorũ custodia laudans, sic fatur: *Confiteor laudans te, quoniam beneficia tua magna sunt hæc, dans nobis Angelos tuos spiritus in ministerium nostrum, dederas enim quidquid cœli ambitu continetur, & quasi non reputas ea, quæ sub cœlo sunt, nisi adderes ea, quæ sunt super cœlos, laudent te de hoc omnes Angeli tui Domine*; laudent equidẽ, benedicant, ac sũper exaltẽt.

65. Quantas Deo referre gratias pro Angelorum custodia.

§. III.

De Angelorum custodiæ fructu.

EX dictis facile cuiquam erit fructus Angelicæ expendere custodiæ, dum vt diximus eorum cõsilio tartareas debellamus potestates, malos vincimus homines, ipsam carnem subiicimus, mundum superamus; & specialius de hac re agendo, illud amplius patebit, breuiter per actiones discurrendo Angelicæ custodiæ, quas circa nos exercẽt; de quibus doctissimè Suarez de Angelis, lib. 6. c. 19. sex enumerans, ad quas cætera omnia reduci commodè possunt; prima ergo est auertere exteriora pericula tam corporis, quam animæ, ac tollere impedimenta spiritualis profectus, quod faciunt vel auertendo ipsa obiecta, vel agentia extrinseca à quibus malum nobis proueniret, & hoc nescientibus nobis, quod sæpè faciunt, vel immittendo cogitationem per quam ita moueamur, vt imminentis mali occasionem euitemus, vel illam ipsi tollendo; quantum hoc sit beneficium vnus Thobias sit tibi in exemplar, quo nil cogitante, numera quanta recepit, c. 11. *Me duxit*, ait, *& reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus eius fecit, me ipsum à demoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti sumus.* Si singula ponderanda opus esset integrum necessarium, fastidium generaremus, quod non intendimus.

Suarez. 66. Actiones custodiæ Angelorũ quæ. Prima.

Secunda. Ideo ad secundũ munus transeo, quod est animam excitare, & mouere, tum ad operandũ bonum, tum ad cauendum malũ, & præcipuè spirituale, quod imminere præuident, vnde multoties eorum illuminatione, ac interna persuasione peccata præcauemus, quod quantum sit beneficium ille attinget, qui peccato debitam pœnam ponderabit, quod vt ad oculum breuiter agnoscas, vnum tantum tibi proponam argumentum, ex doctrina sancti Thomæ desumptum 1. 2. quæst. 93. art. 6. in corpore, qui determinans omnes creaturas sub lege esse Dei, tam rationales, quam irrationales; Rationales quidem dupliciter, & per cognitionem, & per interiorẽ motiuum, & naturales inclinationes, addit quod tali legi boni perfectè subduntur, quia supra cognitionem naturalem additur eis cognitio fidei, & sapientiæ, & supra motionem ad bonum naturalem motio gratiæ, & Spiritus sancti, at mali quod imperfectè, tum quia per peccatũ eis offuscatur cognitio, tum quia debilitatur inclinatio ad bonum; post quam doctrinam addit, quod alio modo etiam mali perfectè Dei subduntur legi, quatenus totum id quod ipsi deficiunt in actione, supplent in passione, *Sed quantum deficiunt*, inquit, *ex parte actionis, supplent ex parte passionis, prout scilicet in tãtum patiuntur, quod lex æterna dictat de iis, in quantũ deficiunt facere quod legi æternæ conuenit; vnde mali malè agendo quantam in illa actione deficit ex bono, tantũ supplere debent ex pœna, & passione.* Vt grauitatem pœnæ peccati intelligeres, verè nil aliud expendere, nisi hanc sancti doctrinam deberes, recogita quæ fecisti, quanta enormia, sic à lege Dei distantia, vt minor quę inter cælum, terrámque reperiatur, & cum hæc consideraueris, reputa quantum æternæ Dei debeas legi, & inuenies pœnæ pondus peccati immensum; quod cum sit, expende nunc, quantum sanctorum Angelorum custodiæ debeas, quantúmque tibi beneficium præstant, dum te præseruatione peccati à tanto malo liberant, à tanta absoluunt pœna.

S. Thom. 67. Peccati pœnæ grauitas vnde elici euidentissimè potest.

68. Angeli nostros vt flẽt excessus, & peccata.

Hinc quia nostri amici, & impensè nos diligunt, incredibile est quantum quando eos monitionibus spretis in peccata incidimus hoc sentiunt, sic vt si omnis doloris expertes, tamen sancti ad eorum sensum ob hoc exprimendum metaphoricè loquendo eos flere dicant, ac tristari, sic affirmat Basilius hom. 10. in Psal 37. super illa verba: *Amici mei, & proximi mei*, vbi per amicos sanctos Angelos intelligẽs custodes, fleuisse affirmat casum prospicientes Dauid, *Et hi igitur omnes*, ait, *Dauidis amici iuxta peccati ipsius tempus recesserunt aduersantes, non tamen ipsum penitus relinquebant, verum eminus lugentes flebant.* Tanquam à fumo expulsi peccatorum, quod perbellè idem sanctus in Psal. 33. explicat; *Omni namque in Christo credenti*, ait, *Angelus assistit, nisi illum à nobis per improbas actiones profligauerimus, velut enim fumus apes fugat, & fœdus odor, columbas expellit, sic Angelum vita nostra custodem abigit graue olens peccatum*; abigit, hoc est elongat, & licet nos non deserat, vt infrà dicemus, tamen lachrymas exprimit ex fumo; de qua re vide Chrysost. hom. de Ascens. Antonium Abbatem epist. 2. ad finem, Andream Cæsarienſem in Apocalyps. suo, c. 25. & 47. vbi ait, Angelum, *mœrere, & tristari, cum pares detrectamus.* Estque etiam Scripturæ modus loquendi, vnde Isaias, c. 33. n. 9. *Angeli pacis amare flebant*, in quo loco sanctus Hieronym. Angelos sanctissimos intelligit templi Salomonis custodes; ex compassionis ergo affectu, ex charitate, ac nostratum dilectione, sic quando peccamus compatiuntur nostrum prospicientes malum, dolentes pœnas,

Basil. Chrysost. Anton. Abbas. Andreas Cæsar. Isaias 33. n. 7. Hieron.

69. Per peccatum veluti per fumum expellũtur à nobis.

vt ſi ſenſum doloris capere poſſent flerent, vt exinde videas quantum illis debeas, quantúmque te ob hoc, vel maximè à peccatis præcauere tenearis.

Quæ & ſi à te Angelorum non amandent cuſtodiam, vt aliqui non bene autumarunt, affirmantes Angelos peccatores deſerere, quia ipſi Dei gratiam, vti Didymus apud Damaſcenum, lib.1. Parallel.c.7. & clarius Euagrius ibi, qui ſic: *Scientia, ac ſapientiæ opes multos nobis Angelos adiungunt, at vir impius, & flagitioſus etiam ab eo Angelo, qui ipſi à puero datus eſt, diſiungitur*; tamen duo, & mala circa ſanctorum Angelorum cuſtodiam efficiunt, primum, vt ſicut prius à dextris tanquam in loco digniori ſanctiſſimus extabat Angelus, poſt peccatum loco diabolo cædens à ſiniſtris ſe ponit, quod multi ex illo Zachar. loco c.3. n.1. autumant videlicet, *Et oſtendit mihi Dominus Ieſum ſacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini, & ſathan ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei*; accuſans nempe illum de multis, variſque peccatis, in quibus cum reus, ideo ſathan à dextris, tanquam in loco digniori; & colligi poteſt ex Auguſtin. in Pſal.108. ſuper illa verba: *Conſtitue legiſlatorem ſuper eum, & diabolus ſtet à dextris eius*; quæ verba de Iuda intelligens, ſic ait: *Diabolus ſtetit à dextris eius, quando præpoſuit auaritiam ſapientiæ, & pecuniam ſaluti ſuæ, vt eum traderet à quo debuit poſſideri*, & ſanctus Ambr. lib 3. de interpellat, c.11. *Adam*, ait, *dextram ſuam diabolo dedit, quam extendi fecit ad interdicta poma*. Et ſecundum, quod licet cuſtodiam non deſerant, tamen exercitium cuſtodiæ, & actualem operationem interdum remittant, à longè ſtantes, vti expreſſè affirmat Suarez tractatu de Angelis, lib.6. c.17. n.16. ſicque multas locutiones explicat ſanctorũ, qui ob peccata omnino cuſtodiam Angelum deſerere videntur affirmare, vt hinc videas quantum peccando efficias malum, dum & diabolum Angelo ſanctiſſimo præfers, & ſimul ſanctorum Angelorum cuſtodiã impedias, efficiens, vt tua remittant culpa officij ſui exercitium, tua malitia actualem operationem, qua ſemel deſtitutus indicibile prorſus in quæ incides mala, in quæ peccata, *pro certo*, ait Bernard ſerm.7. in Cant. *ſi ſe à nobis boni ſpiritus elongauerint, impetus malignorum quis ſuſtinebit?* hinc in innumera incidimus mala, à quibus ſi qualis debes fueris, te præſeruant, & cuſtodiunt; vnde ſicut ipſi à te quando peccas elongantur, ſic è contra quando bene agis non ſolum approximãntur, ſed in tuorum gratia factorum ſummus ille imperator, ſimul ac pater millia tutelarium mittet qui tibi aſſiſtant, & deffendant, vti graniter affirmat Baſil hom. in Pſal.35. vbi ſic: *Si enim in anima tua, ea quæ ſunt digna Angelica cuſtodia habueris, mens item in te ſibi opulentum fixerit domicilium per multimodam veritatis contemplationem, pérque præclara opera quæ ſecundum virtutem geſſeris tibi adfuerit, neceſſe iam ſit, vt te propter tutores, præſidialéſque cuſtodes qui tibi aſſiſtant, collocet Deus.* Tutores dicit, non tutorem, vnde Zachar.3. n.7. hocidẽ Deus ſacerdoti magno ſi bene ambulet repromittit, *ſi in viis meis ambulaueris, & cuſtodiam meam cuſtodieris, dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic aſſiſtunt.* Ambulantes dixit, numerum ſignificans multitudinis, ſic Deus noſtris ſe ligat operibus, ſic ſe gratum noſtris oſtendit officiis, vt qui prius vno, poſtea ne excidamus aliquando plures, immo exercitum mittit Angelorum; ſed pergo.

Didym. Euagr.

70. Angelus quiante peccatum à dextris ſtabat, poſt peccatum à ſiniſtris.

Zachar. 3.n.1.

Auguſt.

S.Ambr.

Suarez.

71. Per illud cuſtodiæ officium intermittit.

Bernard.

72. Bene operantes multitudinem acquirunt Angelorum ad ſui cuſtodiam.

S.Baſil.

Tertium Angelorum cuſtodiæ munus, & me iudice principalius, coërcere ſcilicet dæmones, ne tam grauiter tentent, néve tot prauas cogitationes immittant, aut occaſiones peccandi offerant; potentiſſimi enim cõtra dæmones cum ſint, ita vt dicat Author Imperf. hom.5. in Matth. non audere dæmonem præſente Angelo hominem tentare, ſic viles illi vnum ex ſanctiſſimis Angelis timent, omne ſunm munus in hoc exercent, vndique tanquam muri vallantes hominem, vt vndique cuſtoditus exiſtat, vt rectè Baſil. vbi ſup. dicens: *Quemadmodum vrbium muri in circuitu vndequaque hoſtium inſultus arcent, ſic etiam Angelus, & à tergo, & à fronte cuſtodit, & neque vnius lateris partes incuſtoditas reliquit.* Quod munus circa eos maximè exercent, qui ipſum diabolum, qui ipſa fugiunt vitia, & qui validè ob hoc ab ipſis impugnantur; pulchrè hoc conſiderat Origenes hom.8. in c.8. Ioſue, quando ſimulans metum fugiebat Regem Hai, quo fugiente, n.19. *Surrexerunt confeſtim ex inſidiis qui latebant, & pergentes ad ciuitatem ceperunt, & ſuccenderunt eam, & egreſſi de vrbe contra ſuos medios hoſtium ferire ceperunt*, n.22. vbi myſticè Orig. fugientes viros ſanctiſſimos vitia fugientes intelligens, per auxiliares, & qui ſuis in auxilium fuerunt capta ciuitate ſanctiſſimos intelligit Angelos, *qui videntes vos*, ait, *infeſtationes dæmonum paſi, inſurgunt aduerſus eos, qui nos infeſtantur, & omnes eos poſt tergum cadentes interimunt*; ac procul abiicientes vt infectari deſinant, cogunt, pro malis ipſi ſanctas cogitationes immittendo, pro impiis pias, pro impuris puriſſimas, quod quantum ſit beneficium ille ſciet, qui malas paſſus eſt cogitationes, malos impulſus, de qua re dicerẽ ni in 1 tom. diciſſem, hom.10. & 18. & 57. *Affectus iacent*, deuotè ait Bernard.2.de conſideratione c.4. *mole corporea pregranati, & luto hærentibus deſideriis, ſola interim arida, & tenuis conſideratio prænolat.* Pende duo vltima, arida de cæleſtibus, & tenuis noſtra eſt conſideratio, vnde ergo ei ſtabilitas; cum enim cogitatio ſit, *animi reſpectus ad euagationem pronus*, vt ait ſanctus Doctor 2.2. quæſt.180.art.3. ad primum, & vt ſic magis ad multa vana, quàm ad vnum ſolidum apta; incredibile prorſus ex hoc ſit quanta ſit cuſtodiæ Angelorum ad hoc neceſſitas, cum vt vides ſuapte natura magis ad dæmonum impulſus, quàm ad diuina reperiatur apta; hinc fructus Angelicæ cuſtodiæ quoad hoc expendere potes, & emolumentum, vnde cum, vt in 1.tom. diximus, ex cogitatione vna noſtra pendeat æternitas aut bonorum ſi bona, aut malorum ſi mala, quanta illud eſt beneficium quod à malis nos præcauet, quantus Angelicæ cuſtodiæ fructus, dum dæmonem reprimit, ne infeſtet.

Tertia ſunctio.

Author. Imperf.

73. Angeli vndique hominem eingunt contra dæmones.

Origenes. Ioſue 8. n.19. & 22.

74. Et præcipuè ſãctos, qui bellum ſuſtinent.

75. Sanctas immittunt cogitationes malas profligantes.

S.Thom.

Quartum tandem, & quintum beneficium, eſt noſtras orationes Deo offerre, ac ſimul

pro nobis ipsis orare, sic vt vnde nostræ non efficaces essent preces, sint ex illorum oratione, precatione; vnde pulchrè August. soliloquiorum, c. 27. *Gemitus nostros*, ait, *atque suspiria referentes ad te, non quidem quia Deus illa ignoret, sed vt impetrent nobis facilem tua benignitatis propitiationem, & referant ad nos desideratam tuæ gratiæ benedictionem.* Hinc & si bona geramus, bonúmque operemur, sanctáque opera efficiamus, attamen vt apud Deũ sufficiẽtia, eúmque propitium reddant, necessaria Angelorum oratio, ipsorúmque prèces, audi Angelum ad Tobiam, c. 12. n. 11. *Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Numerá sancta, & obstupescè, oratio non quælibet, sed cum lachrymis, mortuos sepeliebat non quomodolibet, sed cum vitæ periculo, prandium derelinquebat ieiunus existens, vt charitatem mortuis exhiberet, domum suã mortuorum depositum faciebat, & tamen vt eius oratio talis, ac tanta ante conspectum esset Altissimi, necessaria Angelica oblatio, & cum ea simul eiusdem oratio; vnde optimè Anastat. Nissenus. quæst. 61. in hoc ex Nicephoro Archiepisc. Constantinopolit. sic ait: *Credimus nostras glorificationes per sanctos offerri Angelos, & quod nostras petitiones ad aures Dei adducunt, eúmque reddunt propitiũ propter ea quæ gessimus.* Hæc vltima adnotanda, necessarium vt nos bona geramus ad Deum propitium reddendum, sed nunquid hoc solum sufficiẽs, oblatio necessaria etiam Angelorum, eorúmque orationes, vt non solum nostra grata sit oratio ex se, sed etiam ex offerente ministro, in cuius gratiam, ex cuius meritis, immo multoties ex benevolentia summi imperatoris in illum impetrat nostra oratio, alias non impetratura; quid ni, multoties enim gratiam impetrant aliqui, & si immeriti, in alterius honorem cui se ad deprecandum adiungunt, huius faciem princeps verens, qui deprecãtis respuisset, *Vivit Dominus exercituum*, Elisæus ait ad Regem Israël, ab eo aquam exposcentem, dum hic exercitus opprimebatur, 4. Reg. 3. n. 14. *In cuius conspectu ste, quod si non vultum Iosaphat Regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidẽ te, nec respexissem.* Faciem Iosaphat Propheta erubuit, *nõ denegãdo scilicet*, vt ait Lira, *petitionem suam, cum esset fidelis, & instus.* Certissimè Ioræ Israël Regi denegaturus, quia indignus; sic profecto Deus orationes multoties audit, & si indignorum, respectu Angelorum, quia eas offerunt, qui simul precantur. Vnde rectè Augustin. quæst. 149. in Exod. notat per illa verba: *Sine me vt iratus conteram eos*, c. 11. *admoneri nos*, ait, *vt cum merita nostra nos grauant, ne diligamur à Deo, retinari nos apud Deum illorum meritis posse, quos Deus diligit*; immo etiam si dignorum sit oratio, vt melliflue considerat Bernard. serm. 7. in Cant. super illa verba, Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui*, vbi altitudinem petitionis ponderans, adnotat Sponsam non in præsentia sponti, ausam illud deprecari, sed coram sodalibus tantum, vt eorum adiuuaretur precibus, eorum intercessionibus, sodales autem Angelos esse Dei, *Grandis quippe*, ait, *res petitur, & opus est verecundia comitari precem, commendare petentem.* Attende singula, *itaque per domesticos, & intimos accessus ad intima quæritur, ambitur ad desideratum, quinam illi? credimus Angelos sanctos astare orantibus, offerre Deo preces, & vota hominum.* Funduntur preces, sed aliquando sic altæ, vt verecundia opus, & cum sociis adire petentem, fundantur preces; at aliquando sic sublimes, sic vt sic dicam diuiniores, vt ne ex ausu repulsam patiantur oportet, *commendare petentem*, quid est hoc? bona scilicet de illo dicere, sua recolere seruitia, bona adducere opera, & ad instar illorum, Luc. 7. n. 4. simul deprecari, *quia dignus est vt hoc illi præstes; diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis.*

Ad sextum tandem munus accedo, quod est corrigere, & punire homines sibi commissos, quando secundum ordinem diuinæ fuerit expedient prouidentiæ, vt illos conuertant, vt à malo abducant, vt tandem peccata, & si venialia caueant, vti legitur Beatæ Franciscæ Romanæ ex singulari Dei priuilegio, ac charitate aduenisse, sicut in eius vita, lib. 1. c. 12. per Iulium Orsinum è Societate Iesu, vbi adfertur per colaphos sanctissimi Angeli custodis, sicut ei reuelatum postea extitit, admoneri solitam, & de erroribus commissis, & præcauram de committendis, sic vt semel, quia pudore affecta recusabat aliquas confessario diuinas pandere reuelationes, ab Angelo in facie adeo grauiter percussa, vt in terram deiecta grauissimam confessario dederit admirationem; quod similiter & in aliis legitur Sanctorum. historiis, de qua re videndus est Andreas Cæsariensis in Apoc. 26. c. 47. & c. 21. vbi expresè affirmat Angelos sanctos esse Dei ministros ad huiusmodi pœnas infligendas, tanquam *misericordes, condolentesque medicos*, quanta sit Dei misericordia, quantáque hæc hominis dignitas considerandum.

Pro qua re illam affero sancti Thomæ, & aliorum doctrinam Theologorum in 4. sententiarum distinct. 21. vbi asserit sanctus ibi artic. 1. quæst. 5. animas sanctas Purgatorij, non torqueri à dæmonibus, sed à iustitia diuina. & licet ibi non torqueantur ab Angelis sanctis, tamen ad illum locum deferuntur, vt ab igne diuina eum incendente iustitia puniantur, verba sancti: *Ad quintam quæstionem dicendum, quod sicut post diem iudicij diuina iustitia succendet ignem, quo damnati in perpetuum punientur, ita etiam nunc sola iustitia diuina electi post hanc vitam purgantur non ministerio dæmonum*; cuius rationem reddens in argumento sed contra, quod etiam adducit in corpore: *quia ininstum, vt qui de aliquo triumphauit, ei subsistatur post triumphum*; ex qua doctrina quanta sit Dei beneficentia, quantúsque animarum illarum honor, quando à sanctissimis hic castigantur Angelis licet coniectare, quia per illud datur intelligi tam suas Deus eas æstimare, sic ad vitam æternam prædestinatas, vt nefas ducat dæmonibus tradere per supplicium erudiendas, sed tanquam filias, reginásque nolit eas nisi per seruos suos, familiarésque ac conciues punire, ac simul erudire.

76. Pro nobis efficaciter orant nostras adiuuantes orationes.

Augustin.

Tobiæ 12. n. 11.

77. Deo eas repræsentantes.

Anastas. Nissen.

78. Ob sanctissimos Angelos sæpe exaudimur licet immeriti.

4. Reg. 3. n. 14.

Liran.

79. Oratio Sanctorum nobis necessaria.

Augustin.

Bernard.

80. Sanctis etiã adimperitãdum necessaria, & Angelorũ oratio, & assistentia.

Luc. 7. n. 4.

Sexta functio.

Iulius Orsin.

81. Angeli sanctissimi sæpe animas corrigunt, eas flagellando.

Andreas Cæsar.

S. Thom.

82. Purgatorij animæ non torquentur à dæmonibus.

Digitized by Google

Enimuero ſanctiſſimus Apoſtolus Petrus
Actor.12. n.7. Actor.12. n.7. ab Herode comprehenſus, & vinctus inter milites ſtans profundè dormiebat, cui Angelus adſtans ſic eum percuſſit, vt excitaretur, *& ecce Angelus Domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo, percuſſoque latere Petri excitauit eum dicens : ſurge velociter;* Pondero percuſſum Petrum, nũquid ad eum excitandum non ſufficiebat eum tangere? ſic reperio in antiquis ſolitos Angelos homines
3.Reg.19. n.5. excitare, 3.Reg.19 n.6. dormiebat Elias, & vt eum Angelus excitaret tantum tetigit, *Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi ſurge, comede,* cur ergo Elias tantum tactus, Petrus verò
83. Angelus cur in carcere Petrus exiſtens eũ percuſſit. percuſſus, nũquid aliquid Petrus minus agebat? minimè equidem, ſed eruditione indigebat, ſcilicet tunc, & ſecundum Eccleſiæ ſtatum, non eſſe tempus dormiendi, ſed velociter diſcurrendi per terras, per regna, per orbem, quod non ſic Elias, qui ad comedendum excitabatur; vnde licet Chryſoſt. hom.26. in Acta, tom 5. hoc ad animi ſecuritatem ſanctiſſimi Apoſtoli referat; *Vide Petrum dormientem*, ait, *nequaquam in mentis agone conſtitutum illa nocte qua prodendus erat, vt occideretur, dormiebat, totam cauſam proiecerat in Deum, & ita grauiter dormiebat, vt latus eius percuteret Angelus, & diceret: ſurge velociter?* tamen quia eius opera neceſſaria tunc Eccleſiæ, eius doctrina, eius vita; non erat quippe tempus ſic profundè dormiendi; vnde ſanctiſſimus eum Angelus liberans, ſimúlque inſtruens, non ſolum tetigit, ſed percuſſit, dicens: *Surge velociter.* Pondero ly *velociter*, nunquid aliquid ſanctiſſimus Angelus timebat ſuũ opus
Oecumenius. impediturum? non equidem: nam vt ait Oecumenius, *non trepidantis eſt, ſed ſuadentis, ne cunctetur;* En quod dicebamus, inſtruere eum
84. Petri ſanctiſſimi excellẽtia ſupra Angelicam. intendebat Angelus, ac præmonere tempus non eſſe dormiendi, ſed velociter diſcurrendi, altè prædicandi, non ſomniandi; hinc non ſolum tetigit, ſed percuſſit, vt exinde quia ab
Chryſoſt. Angelo hæc facta recogitans, quanta ſit Petri altitudo intelligas, tanta ſiquidem, vt dicat Chryſoſt. ſerm.8. in epiſt. Pauli ad Epheſ. hoc ponderans factum, quod ſi ſibi optio daretur vtrum Angelus excitans, an Petrus vellet eſſe excitatus, ſeu vtrum Angelus percutiens, an Petrus percuſſus perſonã Petri eligeret, Angelica relicta, *Hic ſi mihi quiſquam dixiſſet, elige vtrum velis, vis eſſe Angelus Petrum ſolutus, an Petrus ſeruatus, Petrus vtique maluiſſem eſſe propter quem & Angelus deſcendit;* & ſecundum, quantum Angelicæ cuſtodiæ debemus ex his, dum quaſi noſtri pædagogi, & inſtruũt illuminando, & aliquando etiam ſi opus plectendo, quod amplius patet, ſi eorum conſideres naturam ad benefaciendum, ſiue ad amorem, voluptatémque ad bonáque præſtandum vnicè non ſolum magis promptam, ſic vt vna illa tantũ ſit ratio, qua ſanctus con-
S.Thom. 85. Angeli in purgatorio non affligũt animas & cur. uincatur Thomas vbi ſup. ad affirmandum ſanctiſſimos Angelos in Purgatorio non affligere animas, quia non eſt credendum, *ſic terribiliter eos torquere poſſe concitos ſuos*, vt exinde videas, quantum illis debeas, dum ob ſalutem tuam, ob bonũ tuum ipſorum naturam veluti ſuperantes contra eam te percutiant, quando ſecundum eam tibi blandiri deſiderarent.

Hinc eorum ſenſus, dum alumnos ſuos audiunt de ſe conquerentes, quaſi aut quia auxilium præbere temorantur, aut quia veluti eos derelinquant, dum opem non ferunt; vnde ſancto Theodoro Martyri, vt refert Furius 7. Februar. ſanctiſſimus aſtans Angelus ipſum confortans ex ante actis tormentis, quia quaſi eum dereliquiſſet ſanctus queſtus inter cætera, ſic ei dixit: *Ecce enim tecum eſt Dominus Deus, & cur dixiſti, receſſiſti à me, conſũma ergo curſum tuæ decertationis, & venies ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, accipiens coronam immortalitatis;* vnde ſi aliquando auxilium retardant, non id ob deſidiam, nec ob paruum affectum, ſed quia vt ſanctus affirmat Ambroſ. in Pſal.37. exponens illa verba, *Qui*
Ambroſ. 87. Cur opem ferre aliquando retardant. *iuxta me erant, de longe ſteterunt.* Imperatoris ſui iuſſum expectãt, qui diutius certare athletam præcepit, vt altius coronetur; *quomodo ergo longe ſtant*, ait ſanctus de Angelis locum intelligens, *Qui in adiutorium ſunt attributi? ſed non illi ſe ſeparant, ſed qui vrgetur tentationibus, putat eos longe abeſſe, quos propius adeſſe deſiderat, & arbitratur diſſimulare, cum illi inuandi temporis nutu ſui imperatoris expectent, qui athletam ſuum, quo glorioſius vinceret, diutius certare præcepit.*

En amice Angelorum fructus cuſtodiæ, cũ qua ſimul tibi appoſuimus, & neceſſitatem, ac eorum dignitatem, quid nunc reſtat, niſi breuiter duo in calce huius diſcurſus tibi ex Bernard. in ſerm.1. ſancti Michaëlis apponere? Primum, vt conſideres, & ea quæ dicta ſunt attendas, & recogites; *Quanta ſollicitudine tibi opus ſit, vt dignum te exhibeas eorum frequentia, & eo modo conuerſeris in conſpectu Angelorum ne forte ſanctos eius offendas obtutus;* nam vt grauiter ſequens addit Sanctus, *Ve enim nobis, ſi quando prouocati peccatis, & negligentiis noſtris indignos nos iudicauerint præſentia, & viſitatione ſua.* Et ſecundum, vt ea exerceas quibus ad te eorum prouoces auxilium, eorumque præſentiam, quæ enumerans idem Bernardus ſic ait: *Sunt enim plurima, quæ eis placent, & quæ in nobis inuenire delectat, vt eſt ſobrietas, caſtitas, paupertas voluntaria, crebri in cælum gemitus, & oratio cum lachrymis, ac cordis intentione, attamen ſuper omnia hæc vnitatem, & pacem à nobis exigunt Angeli pacis.* Ad quod vltimum probandum duas, & validiſſimas affert rationes; Prima, quia pax inter fratres pacem illam repræſentat in cælis, qua ipſi fruuntur, mirẽque delectantur. Hinc propius ad illos accedunt, qui conſimili fruuntur pace in terris, quaſi in cælis habitantes, &
90. Hominibus pacificis maximè delectantur & pulchra huius rei Bernardi ratio. ſi in terris, vnde vt Sanctus ait, ideo ſcilicet ad homines pacificos, & charitatis glutino inter ſe coniunctos facilius illos deſcendere, ac eos protegere; *Quia maximè delectantur in his, quæ formam quandam ciuitatis ſuæ in nobis repræſentant, vt mirentur Hieruſalem nouam in terram;* & ſecunda, quia à ſimili arguentes, ſic concludunt. *Nunc autem qua ratione nobis cohæreant, qui diſſident à ſe ipſis.* Egregiè, Angeli ſunt pacis, pacem affectant, quomodo ergo inter iurgia, diſſentionéſque in cælis,

Furius. 86. Quer. las periculum eorum, qui putant eos illos dereliquiſſe.

Bernard. 88. Salutem noſtram maximè procurare debemus, quia Angeli nos cuſtodiunt.

89. Quibus mediis eos delectabimus.

Digitized by Google

pax ſumma, charitas vnita, vnum omnes cor, vna anima; timebunt ergo hominem litigioſum, non pacificum, iracundum, bilioſum, vt ſicut cum hominibus non cohæret, ſic nec cum ipſis; fugient ergo, & ſe elongabunt; ergo ſi non vt cæci illi de quibus noſter affirmat Sapiens quod in ſingulis actionibus Deos conſulebant falſos *& pro itinere petit*, &c. ſed veros Deos vis in adiutorium habere, mandata obſerua, & inſuper vt tibi conſulit Bernardus, pacem, fraternámque charitatem.

PARAPHRASIS

Digitized by Google

PARAPHRASIS

Num. 1. *Vani autẽ ſunt omnes homines in quibus nõ ſubeſt ſcientia Dei, & de his quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum qui eſt, neque operibus attendentes agnouerunt quis eſſet artifex.*

Vani autem ſunt omnes homines in quibus veri Dei non eſt ſcientia, & de his quæ videntur bona culpabiliter non potuerunt intelligere eum qui ſolus eſt, neque operibus attendentes agnouerunt quis eſſet eorum artifex.

Num. 2. *Sed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aërem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut ſolem & lunam rectorem orbis terrarum Deos putauerunt.*

Num. 3. *Quorum ſi ſpecie delectati Deos putauerunt, ſciant quanto his dominator eorum ſpecioſior eſt, ſpeciei enim generator hæc omnia conſtituit.*

Num. 4. *Aut ſi virtutem & opera eorum mirati ſunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit fortior eſt illis.*

Vt iacet.

Num. 5. *A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator eorum videri.*

Num. 6. *Sed tamen adhuc in his minor eſt querela, & hi enim fortaſſe errant Deum quærentes & volentes inuenire.*

Sed tamen adhuc in his minor eſt querela cum fortaſſe minus errarunt quam alij Deum quærentes, & volentes inuenire, ob deſiderium ſcilicet Deum inueniendi, & adorandi, quod alij non intendebant.

Num. 7. *Etenim cum in operibus illius conuerſentur inquirunt & perſuaſum habent quoniam bona ſunt quæ videntur.*

Et enim cum in operibus illius rationibus Deum requirebant, bona eſſe quæ ab ipſis videbantur, perſuaſum habebant.

Num. 8. *Iterum autem nec his debet ignoſci.*

Ex quo neque eis debet ignoſci.

Num. 9. *Si enim tantum potuerunt ſcire, vt poſſent, æſtimare ſeculum, quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt.*

Nam ſi ſic ſcientia polluerunt vt abdita & ſeculi abſcondita intelligere potuerint, quomodo eius Dominum non facilius inuenerunt, & quod eſſet Deus & vnus non penetrarunt?

Num. 10. *Infelices autẽ ſunt & inter mortuos ſpes illorum eſt qui appellauerunt Deos opera manuum hominum aurum & argentum, artis inuentionem, & ſimilitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ.*

Proinde infelices & mortuæ ſpes illorum ſunt qui appellauerunt Deos opera manuum hominum, &c.

Num. 11. *Aut ſi quis artifex faber de ſylua lignum rectum ſecuerit & huius doctè eradat omnem corticem, & arte*

Aut ſi quis artifex faber de ſylua lignum rectum hoc eſt docile & facile parabile ſecuerit, & huius doctè hoc eſt ſcientificè eradat omnem corticem, & arte ſui vſus diligenter

Digitized by Google

ſua vſus diligenter fabricet vas vtile in conuerſatione vitæ.

Num. 13. *Reliquiis autem eius operis ad præparationem eſſe abutatur.*

Num. 13. *Et reliquum horum quod ad nullos vſus facit lignum curuum & vorticibus plenum ſculpat diligenter per vacuitatem ſuam, vt per ſcientiam ſuæ artis figuret illud & aſsimilet illud imagini hominis.*

Num. 14. *Aut alicui ex animalibus comparet perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius & omnem maculam quæ in illo eſt præliniens.*

Num. 15. *Et faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud confirmat ferro.*

Num. 16. *Ne fortè cadat proſpiciens illi, ſciens quoniam non poteſt adiuuare ſe, imago enim eſt & opus eſt illi adiutorium.*

Num. 17. *Et de ſubſtantia ſua & de filiis ſuis, & de nuptiis votum faciens inquirit, non erubeſcit loqui cum illo qui ſine anima eſt.*

Num. 18. *Et pro ſanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutile vocat.*

Num. 19. *Et pro itinere petit ab eo qui ambulare non poteſt vt de acquirendo & de operando, & de omni rerum euentu petit ab eo qui in omnibus eſt inutilis.*

fabricet vas vtile, hoc eſt domeſticum inſtrumentum in conuerſatione vitæ ad vitæ ſcilicet vſum.

Reliquiis autem eius operis ad præparationem eſſe tanquam reſciſamentis in igne conſumendis abutatur.

Et reliquum horum ſcilicet quod de vaſe, & reſciſamentis ſupereſt quod ad nullos vſus facit, quia ſcilicet lignum eſt curuum & vorticibus plenum, nodis ſcilicet refertum, ſculpat diligenter per vacuitatem ſuam, pro ocio ſcilicet & quando ei tempus vacat per ſcientiam & induſtriam artis qua pollet vt figuret illud & aſſimilet imagini hominis.

Aut alicui ex animalibus comparet perliniens rubrica hoc eſt minio rubroque colore, & rubicundum faciens fuco (ideſt) medicamine ante ſupremum colorem qui in ſtatuis ab artifice ponitur colorem illius, & omnem maculam quæ in illo eſt, perliniens.

Et faciat ei dignam habitationem hoc eſt templum & in pariete ponens illud firmat ferro.

Ne fortè cadat proſpiciens illi, & curam habens ſciens quoniam non poteſt adiuuare ſe, imago enim eſt, &c.

Quod cum faciet tamen de ſubſtantia ſua hoc eſt, de ſuis poſſeſſionibus, & de filiis ſuis, & de nuptiis agendis vouens & orans, inquirit, non ſe confundens loqui cum illo qui ſine anima eſt.

Immo pro ſanitate adipiſcenda infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium ignauiſſimum vocat.

Similiter & pro itinere ſi quo illi eundum petit ab eo qui ambulare non poteſt, ſic etiam de adquirendo ac manibus operando, & tandem de omni rerum euentu orationem fundit coram eo qui in omnibus eſt inutilis.

Digitized by Google

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT XIV.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

REPROBATA eorum inſania, qui idola in ſuis inuocabant neceſſitatibus, pro vt in terra exiſtentes iis indigebant, nunc & illorum reprobat, qui in mari, dum & iſti etiam, & illa inuocabant, qua occaſione de nauis diſſerit emolumento, multa poſtea maledicta in idolum congerens, idololatriæ inſanam aperiens originem, & quanta ex illa mala ſint orta oſtendens, iuxta quæ, hoc caput in quinque diuiditur partes, Prima, diſcurrit de fatuitate nauigantium, idola inuocantium iuxta illud, *iterum alius*. Secunda, de commendatione nauis, iuxta illud, *tu autem pater*. Tertia, de maledictionibus idolorum, iuxta illud, *per manus autem*. Quarta, eorum aperitur origo, iuxta illud, *initium fornicationis*. Quinta tandem, quæ mala ex idololatria proceſſerunt, iuxta illud, *& non ſuffecerat erraſſe*.

Num.1. *Iterum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante ſe fragilius lignum inuocat.*

Num.2. *Illud autem cupiditas acquirendi excogitauit, & artifex ſapientia fabricauit ſua.*

Num.3. *Tua autem pater prouidentia gubernat, quoniam dediſti & in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam.*

Num.4. *Oſtendens quoniã potens es ex omnibus ſaluare, etiam ſi ſine arte aliquis adeat mare.*

Num.5. *Sed vt non eſſent vacua ſapientia tua opera, propter hoc etiam, & exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

SEquitur, idololatrię inſultans, qui nauigaturi nauem fabricantes firmis, ſolidiſque eam connectentes lignis, Deum tamen inuocant ligneum; debilioribus, ac etiam vt ſuprà dixerat, putridis confectum lignis, vnde ait,

Iterum alius nauigare cogitans, &c. Græc. *ad nauigandum paratus.*

Per feros fluctus iter facere incipiens, &c. Græc. *feros pertranſiturus fluctus*, ferocia maris ſatis nota, vnde eius infortunia, Eccleſiaſt. 43. 16. *qui nauigant mare enarrent pericula eius, & audiẽtes auribus noſtris admirabimur*, Pſal. 106. n. 23. *qui deſcendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis, ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.* *Eccleſiaſt.* 43. n. 16. *Pſal.* 106. n. 23.

Ligno portante ſe, &c. Græc. *ferente ſe nauigio.*

Fragilius lignum inuocat, &c. Græc. *Putrius lignum inclamat*, in extruenda enim naui delectus habetur lignorum; at in ædificando idolo vultus, cum vt ſupra dictum, ex ſuperuacaneis illud conſtruebatur lignis nodoſis, curuis, qualis ergo dementia talem facere, talem inuocare Deum, ſicut non minor illorum, qui hæc quæ vocantur terrena nõ à fortiori, validioríque, ſed ab infirmiori petunt, nõ ſcilicet à Deo, ſed ab altero homine ſe impotentiore, de qua veſania dicerem niſi in 1. tom. dixiſſem hom. 161,

Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit, &c. Græc. *cupiditas lucrorum*, Liranus, Char-

Holkoth. thuſ. Holxoth, Bonau. de idolis intelligunt,
Bonau. quæ lucri cauſa ab artificibus fabricabantur,
Hugo. melius ſine dubio Hugo, Ianſen. Vatab. Lori-
Ianſen. nus, & alij de naui illud accipiunt ob cupidi-
Vatab. tatem lucrorũ inuenta, vnde Propertius lib. 3.
Lorin.
Propert.

Ergo ſollicita tu canſa pecunia vita es
Per te immaturum mortis adimus iter,
Natura inſidians pontum ſubſtranit auaris.

1. Nauium inuentor quis primus.

At quid non cupiditas effrænata non intentabit lucrorum, quæ quantum ſit malum, vide in 1. tom. hom. 81.

Tertul. *Clemens* *Alex.* *Mela.* *Dioder.* *Manil.*

At quis nauim prius excogitauerit, multi variè ſcripſerunt, Cretenſes *Neptunum* dicũt, Tertul. de coron. militum, c. 8. *Minervam*, Clemens Alex. lib. 1. Stromatum *Athlantem* in Africa. Pomponius Mela *Phœnicas*, Diodorus Siculus lib. 5. *Danaum*, Manilius lib. 1. *Iaſonem*, cum Argonautis, & alij alios, ſed nullus Noe prior, licet antea ratibus vtebantur, primum, & antiquiſſimum nauigij genus, vt affirmat Iſidorus 1. ethim. c. 1. ex rudibus lignis, & aſſeribus confectum, quod Caudex vocabatur, ad cuius ſimilitudinem poſtea naues confectæ.

Iſidor.

Tua autem pater prouidentia gubernat, &c. Regij, ac Complutenſes habent, *ab initio cuncta gubernat*, aliqui hîc volunt ſenſum eſſe de illa prouidentia, qua Deus ſapientiam naues fabricandi hominibus indidit, quę in mari viã eis præbuit ſecurã, & firmam, vnde argumentum inanitatis idolorum inuocationis, dũ nec ipſa artis nauigandi peritia ſufficeret, niſi Dei adeſſet prouidentia omnia gubernantis, vnde quãto minus fragile, ac putridum lignum. ſic Lorinus: alij melius, ſermonem eſſe de trãſitu maris rubri, ac Iordanis fluuij, & argumẽtum eſſe à maiori ad minus: nam ſi Deus abſque naui, & ratè ſemitã inuenit in mari, ſuos per illud trãſmeare faciens, quãto magis ipſe ſua gubernabit, & gubernat prouidentia naues, ab illo, & nõ ab idolo dependẽtes, ſic Caſtro; Deus enim vt pater omnia gubernans, & prouidens, ipſe non idolum nauigationem inſtituit, qui quando voluit etiã ſine ratibus mare transfretare iuſſit, præbens inter fluctus ſemitam firmiſſimam, oſtendens ſe potẽtiſſimum, etiam ſine arte ſaluare, in quo Dei noſtri infinita elucet potentia, ſimulque animus fideliũ augetur, dũ tunc amplius in Deo quando humana deficiunt media ſperare debent. Quod & ſi ex tẽporalibus hoc ſæpe ſit obuium, ſcilicet Deum tunc adiuuare, auxiliúmque præbere quando res deſperata; tamen in ſpiritualibus hoc maximè aduertendum, ſic vt nunquam peccatori quamuis maximo deſperandum de ſalute, immo nec homini ſpirituali, & ſi millies ſe in peccata incidere videat, ac caput quaſi impoſſibile vt attollat, tunc ſperet quando ipſi deſperatum, excellens ad hoc eſt Iſaiæ locus, c. 59. n. 15. vbi mala, & peccata Hieruſalem enumerans, ſic ea expauit, vt dicat & de remedio ipſum etiam Deum, non ſolum homines deſperare; *Et vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non eſt iudiciũ, & vidit quia non eſt vir, & aporiatus eſt, quia nõ eſt qui occurrat*, hoc eſt, vt diuus ait Hieronymus, obſtupuit, admirãs Deus, & quaſi inops conſilij in re deſperata, anceps hæſit, quia nõ erat qui iræ eius orãdo occurreret, ſic deploratus erat ſpiritualis ſtatus Iudæorum, vt nec vnum Deus inueniret, qui illi obſtare poſſet, ne vindictam ſumeret, *quæſiuit in eis iudicij veritatem*, ait Hieron. *& non reperit, deſideranit aliquem inſtum virum, qui ſibi irato poſſet occurrere, & non inuenit*, ideo quaſi de deſperata re *aporiatus eſt*, id eſt, *egnit*. Aporior enim verbum eſt Græcum ab ἀπορέω, quod eſt *dubitare, egere, animo eſſe anxio, atque perplexo*, Hebr. eſt *iſtomem*, quod eſt priuatum eſſe ab eo, quod aliquis deſiderabat maximè, vnde ſenſus ſic malitiã populi illius auctam, ſic ex omni parte deſperatam plagam, vt peccatis ſemper creſcentibus, nec quidem vnum inter illos reperiebat Deus, qui bonum faceret, & vt ait Haimus, *qui non ſuo indulgeret ingenio delicatis, ac mollibus aſſueſcens*, vnde totus corruptus populus ille, res ad deſperationem venerat, quid ergo? nunquid ob hoc amiſſa ſalus? minime, ſed tunc ſaluatus, quando ab homine deſperatum: nam tunc potentia, miſericordiáque diuina ei conſultum, quando amplius vires deficiebant humanæ; vnde ſequens ait Propheta, *& ſaluauit ſibi brachium ſuum*, ad literã accipiendo pronomen (ſibi) & (ſuum) ſimpliciter & non reciprocè vt rectè Sanchez, hic eſt ſenſus, *ſaluauit*, eũ nempe populũ, *patrono, & vindice deſtitutum brachium eius*, nẽpe Dei, à ſe ſolo liberans, quãdo nullum erat adiumentum alienum, tunc ſanans, quando plaga deſperata, & tunc ſic medens, ſicque ad ſanitatem reſtituens, vt nullum prioris mali remaneret veſtigium, potens ipſe, quod non poteſt homo, vti grauiter Chryſoſt. hom. 80. ad populum, *Nec mihi dicas nimium peccaui, & quomodo poſſum ſaluari, tu non potes, tuus poteſt Dominus, & ita delet peccatum, vt nec eorum remaneat veſtigium*, ſic equidem (ſpiritualibus loquor) aporiamur aliquando noſtris in dies ſemper creſcentibus peccatis, imperfectionibus, ſuccumbimus paſſionibus, & intime nos conſiderantes, quaſi vnam effectos plagam inſpicimus, nil in nobis exiſtẽte quod diuinam ſopiat iuſtitiam, nil quod eius prouocet miſericordiam, nũquid deſperabimus? abſit, immo tunc amplius in ſpẽ ſurgentes noſtris diffiſi meritis, immo vt aliquid audacius dicam, confiſi demeritis ad Deum accurramus, qui tunc brachio ſaluabit ſuo, quod brachium perdiderat noſtrum, & ſemitam in mari inuenimus, etiam ſine naui.

Caſtro.

2. Nunquam de ſalute ſpirituali deſperandum, & ſi innumera adſint peccata, & ſi recidiua.

Iſaiæ 59. n. 15.

Hieron.

Haimus.

3. Deus tunc peccatorẽ ſaluat, quãdo amplius eius ſalus deſperata.

Sanchez.

Chryſoſt.

Quod ſi de bonis hoc ſpiritualibus, quid de temporalibus? tunc ſpera, quando deſperas, & vt hoc de ſalute exemplificemus corporali, qualis amplius deplorata quàm Ezechiæ Regis, 4. Reg. 20. n. 1. *Ægrotauit vſque ad mortem*, immo ex ſentẽtia Altiſſimi ad mortem condemnatus, *diſpone domui tuæ, morieris enim tu, & nõ viues*, ei ex præcepto indixit Domini Iſaias n. 2. qualis vita magis deplorata, fleuit, & illico nondum medium atrij exierat Iſaias, & vitam accepit, *Audiui orationẽ tuam, & vidi lachrymas tuas, & ecce ſanaui te*. Pondero li *ſanaui*, tẽpus præteritum, cum potius futurum conueniebat, cum adhuc non ſanus: nam nun antea ſanatus, quàm ad ipſum maſſã applicaſſet Iſaias ficorum, n. 7. cur ergo *ſanaui?* ni fallor, in præterito ideo, quia tunc, & exinde ſanus, quando de ſalute ipſe deſperauit.

4. Reg. 20. n. 1.

4. Ezechias tunc ſanatus quando de ſalute deſperauit.

bat,& tunc in templum ascendit, quando descendere putabat ad monumentum, *die tertia ascendes in templum Domini*, finis salutis, Dei gloria, animæ bonum, sanus factus Ezechias non sibi, sed Deo, pulchrè Augustin. in Psal.97. super illa verba: *saluauit sibi dextera eius*, adnotat multos salutem acquirere corporalem sibi, non ei, Deo scilicet, quia conualescunt ad sua peccata, non ad Dei obsequium; *Non dixit*, ait, *in orbe terrarum sanauit dextera eius, sed sanauit ei; multi enim sanantur sibi, non ei, ecce quam multi cupiunt sanitatem istam corporalem, & ab illo accipiunt, & ab illo sanantur, & non illi sanantur? accepta sanitate lasciuiunt, qui ægroti casti erant, sanati adulteri sunt, qui cum ægrotarent neminem ladebant, receptis viribus, inuadunt, & opprimunt innocentes*; at non sic Ezechias sanatus, sed Deo, non sibi, & tunc quando amplius de vita desperabat; quod equidem fit, vt à Deo semper pendentes ab eo, non ab homine vitam, salutem, honorem, gloriámque speremus.

Augustin. Psal.97.

5. Multi sani fiunt sibi, & nõ Deo; & qui illi.

6. Addam vnum, sic nempe in Deo, non in homine sperandum, vt sicut tunc amplius nostra erigenda spes quando amplius res deplorata, sic tamen in Deo, sic è contra, tunc prorsus amittenda, quando amplius nostro iudicio in homine confisi res nostræ summã promittunt felicitatem, Exod.7. n.1. dixit Deus ad Moysen, *ecce constituite Deum Pharaonis*; quis hoc audiens non altè, non præclarè, non sublimiter de rebus iudicaret Pharaonis, dum illum ad sublimitatem deificam exaltatum prospiceret, qui ab illo saluatus, qui in eius domo educatus, qui vt filius tractatus, immo adoptatus, cum enim vt dicit Areopag. de diuinis nominibus, viam nominis *Dei* explicans, ideo Græcè Θεὸν *Deum appellari, quod perspiciat cuncta mirabili prouidentia, & bonitate. & circum omnia currat, cunctáque contineat, & seipso replet omnia, atque vniuersa transcendat, qua prouidentia illius vtuntur*; quæ omnia, vt prospicis summam indicant bonitatem, prouidentiam, communicationem, charitatem, amorem; ergo bene Pharaoni regnóque eius prouisum, dum Moses eius filius factus Deus: sanè, si non homo, at quia homo sic abfuit, vt Pharaonem erigeret, quin immo sic eum depressit, vt in profundũ ipsum, eiusque regnũ immerserit? vade nunc frater, & in homine fide, & quando Deum aliquẽ ex tuis, aut amicis, aut cognatis Deum factum vides in illo spera, pessum ibis, cum nostra spes in illa vnica, supremáque Dei debet esse prouidentia, quę quanta sit de nobis, qualis eius fortitudo, magnitudo, & suauitas, vide in 1.to. hom.148.

Areopag.

6. Tunc res nostræ acciũt, quando amplius de homine speramus. *Exod.7. n.11.*

7. Deus cur Græcè Θεὸς dicatur.

Sed vt non essent vacua sapiẽtia tua opera, &c. Finis à Deo in nauis instructione præscribitur, aliqui eum faciunt nauigationis vtilitatẽ, mercium scilicet communicationem, & transportationem, sic Liranus, & Carthus. alij vt Iansen. Osorius ipsamet littora, & maria, quæ nisi nauigarentur, superuacua viderentur; alij vt Lorinus, & Castro ipsammet nãuis instructionem, artémque nauigandi, me iudice, & mortalium vtilitas, & ipsa Dei magnifica opera ascribendi fines, dum per naues, & quæ ad victus necessaria transportantur, & per illas homines infinita Dei assecuti sunt opera, quæ aliàs ignorassent, nisi essent naues, arsque nauigandi, quis enim nouum scisset mundum? quis Insulas? quis terræ magnitudinem, rationésque varias? quis tandem pulchritudinẽ admiratus esset orbis, quæ in eius consistit varietate, ac proportione? ergo verè finis, hominis emolumentum, Deique ipsa opera, ne vacua essent vt noster inquit Sapiens.

8. Nauigationis finis. *Liran. Carthus. Iansen. Osorius. Lorin. Castro.*

Exigno ligni credunt homines animas suas. Græc. *minime ligno vitam permittunt, cur?* non equidem alia ratione, nisi propter artificium, quo nauim vident compactam; ex illo enim spem concipiunt incolumes ti ãsfretãdi, licet non amplius ab illis mors, quã latitudo vnius distet tabulæ; quod dixit Iuuenalis satyra 14.

Iuuenal.

Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem si sit latissima tabula.

Hinc ingens timor, nec etiam viro forti indignus, vt ait Arist.3.Ethic.ad eundem,c.1.

Aristot.

Mysticè authores hoc intelligunt de cruce, sic Hugo, de qua nos suprà hic hom.18. de Christo, qui in oculis hominum exiguum extitit lignum; sic Holxoth, in cuius exiguitate, seu humilitate nostra salus; quia ex illa noster Deus, ex quo omne nostrum bonum, omnes nostræ diuitiæ; omnis nostra exaltatio, *Semetipsum exinaniuit*, ait Paul. ad Philipp.2. n.7. quid inde? *propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen.* Quod nomen? veri scilicet Dei, vt Deus essentialiter haberetur, nõ nuncupatiuè, vnde Ambros. *Nomen super omne nomen, hoc est esse Deũ, nomen enim Dei, sed per naturam, non per solam appellationem super omne nomen est.* Vnde Tertul.de Trinit.c.17. siue Nouatianus, hoc idem nomen (Dei) nomen intelligens, affirmat simul ob suam humilitatem Christum accepisse à Patre tale nomen, & iunctim, *Vt omnium & Deus esset, & Deus ad formam Dei Patris, ex ipso genitus, atque probatus.* Vnde Athanas. lib. de Incarnat. Christi aduersus Apollinar. ad maiestatem, & Christi regnum sublimitatem huius nominis intelligens, sic ait: *Ideo dictum dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt regnaret in cælis, & potestatem haberet iudicij faciendi.* Ergo ex humilitate Christus Dominus noster Deus dictus, & simul Rex nos gubernans, ac regens, ac proinde noster verus Deus, ad Dei sublimitatem qua homo ex humilitate euectus; at quàm dissimili sorte ac Moses ille factus Deus Pharaonis etiam ob humilitatẽ, vt inquit Rupertus in c.7. Exod. loco vbi sup. scilicet, *Faciam te Deum Pharaonis*, vbi sic: *Gloriosa virtutum regina humilitas, quæ in cælum volare consuenit, locuta est in Mose dicente, se incircuncisum esse labiis, & idcirco dignum, ac prosua reuerentia magnificum accepit responsum, vt audiret homo priuatus, regnantis hominis esse Deum.* at ad quid? audi Hilarium 7. de Trinit. *non est data Moysi natura, qua Deus esset, sed data est ei authoritas, & potestas, qua vellet Deus Pharaonem terreret, puniret, & nolentem cogeret.* Ergo Moses Deus factus ad terrorem, ad punitionem, ad coactionem, at Christus ad oppositа, ad vitam dandam, Ioan.10 n.10. *Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant*, vt non terrorem incutiat, nec verba habeat mortis vt Moses, sed vitæ audi Petrum, Ioan.6.n.68. *Domine ad quẽ ibimus? verba vitæ*

Hugo. *Holxoth.* *Ad Philipp.2.n.7.* *Ambros.* *Tertul.*

9. Christus ex humilitate Deus verus & vt sic ab omnibus proclamatus.

Rupert.

10. Moyses ex humilitate factus Deus Pharaonis. *Hilarius.*

11. Ad eius terrorem, & punitionẽ. *Beldus.*

Ioan.10. n.10. *Ioan.6. n.68.*

12. E contra Christus Dominus noster Deus factus ad vitam dandam. *Auguſt.*

æterna habes? vt non virgam conuertat in ſerpentem deuorantem, ſed corpus, & ſanguinem ſuum, in panem, & vinum, non ad peccatores occidendos, ſed ſaluandos, & vt vitam habeant æternam; quem ſenſum ſecundum Auguſt. verba faciunt ſanctiſſimi Petri, qui immediatè poſt illa adducta ſubiungit, nempe *& nos credimus, & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei*; vbi Auguſt. id eſt, *quia ipſa vita æterna tu es, & non das in carne, & ſanguine tuo, niſi quod es*, qui non vt Moſes ob metũ cogant exire ab Ægypto, ſed ob amorem ab eo diuelli ſubditi non poſſint, & vt ſupra patrem, ſupra matrem eum æſtimarent, ac diligerent, quod conſiderauit Chryſoſt. in ſup. adductis Petri verbis, *Domine*, ſcilicet, *ad quẽ ibimus, Hoc autem verbum*, ait, *multæ eſt amicitiæ oſtenſiuum, quia ſcilicet Chriſtus eis honorabilior erat, quam patres, & matres*, tandẽ Deus noſter ex humilitate factus, vt nos Deos faceret, vt patrem ſuum nobis communicaret, vt Dei filios efficeret, nouo dilectionis genere, dum non ſolum nos amauit, ſicut ſeipſum, ſed ſupra ſeipſum, vt ſic dicam, ſui penitus oblitus, noſtri tantum recordatus, ad inſtar cuius charitatis nos prouocat vt inuicẽ diligamus, quando Ioan. 15. n. 34. præcepit, dicens: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos*, in quo nouitas? nunquid non ab initio fraternæ dilectionis præceptum? etenim & antiquitus primum mandatum Deum diligere, ſecundum proximum, huic & fratrẽ, ſic ipſemet Dominus aſſeruit, Matth. 22. n. 38. ſi ergo ſic antiquum, vnde nouum? rectè Iſidorus Peluſiota, lib. 4. epiſt. 40. nouitatem in eo conſiſtere, vt eo modo diligamus inuicem, ſicut ipſe nos dilexit, qui non ſolum nos amauit, ſicut ſe, ſed ſupra ſe, vitam pro nobis tribuens, ſanguinem fundens, & vt nos filios efficeret Dei, diuinam ſuam per humilitatem abſcondens filiationem, humana patiens, vt nobis communicaret diuina, audi ipſum; *Etenim diligere quidem in veteri Teſtamento ſanum eſt, hoc verò ſicut dilexi vos adiecit, eóque nomine mandatum nouum ipſe appellauit; aliud enim eſt diligere proximum ſicut ſeipſum, aliud ſua negligere, vt proximorum commodis conſulat, vt enim ipſe, non ſuam ſublimitatem, ſed hominis vtilitatem ſibi ob oculos propoſuit, ac ſeipſum humilians formam ſerui ſuſcipere minime grauatus eſt, vt ſeruos ad filiorum adoptionem duceret, eodem modo etiam vnumquémque noſtrum non priuatum commodum, ſed proximorum vtilitatem ſpectare iuſſit.* Ergo ſi Chriſtum ſpectes ex humilitate Deus factus noſter, omnino inuenies totum ad noſtram eſſe ſalutem, ad noſtram gloriam, *Detrahens ſibi quod habet*, vt inquit Chryſ. hom 54. in c. 25. Matth. ſuper illa verba: *Quandiu feciſtis vni eorum mihi feciſtis, vt nobis præſtet quod non habemus*; ponderans, & quidem deuotè, fratres ſuos Chriſtum homines nominare non ſolum quãdo in terris, ſed quando in cælis, immo quando totus in maieſtate iudicium exercens, contrarium hominis genio, qui vt ait Sanctus; *Si ex humili generatur, & ad eo præſtante ad aliquam aſcenderit dignitatem, erubeſcit generationem ſuam audire, ac indignatur ſeipſum confiteri quod eſt, vt appareat quod non eſt*, at non ſic Chriſtus, & ſi in cælis, non dedignatur fratrem ſe noſtrum appellare, cuius rationem perbellè idem adducit Sanctus, quia ſi ſtatum, *non voluntatem mutauit*; ergo vt vides ex dictis, ſi ex humilitate ad deitatem Chriſtus euectus, vt noſter eſſet Deus, noſter Dominus, hoc totum ad noſtrũ extitit profectum; hinc omne noſtrum bonum, quia Chriſtus noſter princeps; de qua re vide in 1. tom. hom. 55. ex quo illud elicere potes documentum, quod ſi *homines exiguo ligno credunt animas ſuas*; vt noſter ait Sapiens, *& tranſeunte mare per rates liberati ſunt*, & hoc lignum Chriſtum pro nobis exiguum factum ſignificat, quanto magis illi animam tuã credere debeas, & pro certo ſperare per ipſum te ab hoc mundi pelago liberandum, vt exinde hoc conſiderans, omnem ſpem, omnem fiduciã, omnẽ denique amorẽ in eum reponas.

13. Chriſtus ſupra ſeipsũ nos amauit.

Chryſoſt.

14. Ad qualem charitatem nos prouocat. *Matt. 22. n. 38.* *Iſidor. Peluſiota.*

15. Quomodo eius mãdatum de dilectione nouum dicatur.

Num. 6. *Sed ab initio cum perirent ſuperbi Gigantes, ſpes orbis terrarum ad ratem confugiens remiſit ſeculo ſemen natiuitatis qua manu tua erat gubernata.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

VTilitatem dixerat nauis, ad quid ſcilicet inſtituta, nunc & exemplo eius probat vtilitatem, dum mundo pereunte genus per ipſam ſaluatum eſt humanum, Deo ipſa gubernante, vnde ait:

Hugo.

Sed ab initio, &c. Hugo *parumnab initio*, de prima mundi ætate intelligitur, ab Adam vſque ad Noe.

1. Gigantes aliqui ob ſanctitatem dicti.

Cum perirent ſuperbi Gigantes, &c. Superbos nominauit ad differentiam aliorum, qui ob virtutem, & nimiam vocabantur ſanctitatem Gigantes, Hebr. *,gibbor*, & *nephilim*, fortiti apud antiquas nationes præclara ex eorum virtute nomina, vt diffusè hoc recens Bolduch. de Eccleſia antiqua. lib. 5. c. 8. at iſti de quibus noſter loquitur ſapiens ſuperbi, & homines prorſus terreni cauſa exiterunt diluuij, quod ſignificat author Eccli. c. 16. n. 9. Baruch c. 3. n. 26. Nazianz. orat. 3 Caſſian. collat. 9. & alij; de Gigantum autem nomine, natura, vita, vitiis, corporis mole, & qua ætate vixerunt, vide Auguſt. lib. 15. de ciuit. c. 23. Hieronymum Magium in Miſcellaneis, c. 4. Pined. in c. 26. Iob, digreſſione de Gigantibus, Salianũ anno mundi 104. n. 9. 10. & 11. vbi affirmat Adamum, Euam, Cain, Abel, Seth procerriſſimæ corporis ſtaturæ fuiſſe, quod an verum ſit, otium ad diſcurrendum non ſuppetit, hoc vnum ſcio, rectè Theodoretum diſcurriſſe, qu. 48. in Geneſ. hominibus Deum corpora aſſignaſſes haud maxima, vt ſuperbiam amputaret, & arrogantiam cohiberet, cum præditi corporibus exiguis, non contra ſe modo, ſed contra Deum attollantur, quanto magis, dum corpore fuiſſent grandi.

Ecclſ. c. 16. n. 9. *Baruch 3. n. 26.* *Nazian.* *Caſſian.* *Auguſt.* *Magius.* *Pineda.* *Salian.* *Theodoret.*

2. Deus cur corpora aſſignauit hominibus exigua.

Spes orbis terrarum &c. Noe cum filiis intelligitur, qui ſpes orbis terratũ dicitur, quatenus in ipſo, & per ipſum inundante diluuio propagãdus erat mundus; hic enim ad arcam confugiens *remiſit*, hoc eſt reliquit mundo ſemen natiuitatis, propagationis ſcilicet.

Qua manu tua erat gubernata, &c. Non equidem remis, aut velis, aut aliqua humana induſtria, hac equidem ratione inter diluuiũ ſecurior, quia non ab homine, ſed à Deo rego-

batur, quod ad mores applicando præceptum vtile insinuatur, tunc equidem inter humanæ vitæ tempestates, inter spiritus inundantes diluuij afflictionis aquas nos securos, quando nostram abnegantes volùntatem, non nos, sed Deus nos dirigat, illi nostra derelinquentes, sic enim perfectam libertatem, sic summam acquiremus pacem; audi sanctissimum Dorotheum serm. 1. de obedientia: *Caterum*, ait, *si nos ab hoc sæculo volum*', *& perfecta libertate donari, perdiscamus in primis, & voluntates nostras frangere, & abnegare, & sic paulatim in diuino suffulti præsidio ad eum profectum tandem perueniemus, vt nullius rei terrenæ, & caduca tangamur amore, & beatam illam animi impassibilitatem, ac tranquillitatem possidebimus.* Ponderandum, vnde ex voluntatis nostræ fractione, impassibilitas, & tranquillitas? sanè ex eo quod suprà idem Sanctus dixerat, nempè vt Deus hominem pœnaret, & in summis eum desereret miseriis, ob peccatum emeritis, ad hoc vt vexatio daret ei intellectum, quem felicitas abstulerat, nil aliud egit nisi eum in manibus sui derelinquere consilij, & vt secundum suam se gubernaret voluntatem: *Tunc merita illum pœna multauit*, ait Sanctus, *& traditus est amori proprio, propriæque voluntati, vt ossa eius laboribus attererentur, ac tandem addisceret sibi ipsi non credere, neque seipsum velle docere, atque instituere, sed diuinis obtemperare mandatis.* Ergo sicut quando se homo regit, suáque secundum suum sensum ducit negotia, in infinita incidit mala; sic è contra quando Deo se remittit gubernandum, Dei in omnibus exquirens voluntatem, etiam si in profundo, & per profundum vagetur, vti Noe sanctissimus, dirigetur securè, tranquilléque ad portum perueniet; nos enim nos ducentes, quid aliud appetere possumus, seu quò nos ducere, nisi ad mollia, quæ ad vitam non conducunt; at quando Deo nos committimus, & si perdura, tamen ad vitam, ad sublimitatem nos euehit.

3 Resignationis virtus præclara, & quantum hominis proficua. *S. Doret.*

5 Deo nos resignare, ac committere carnis nostra est exaltatio. *Ioan. 21. nu. 18. Iansen.*

Enimverò, *cum esses iunior*, Dominus dixit nostet sanctissimo Petro Ioan. 21. num. 18. *cingebat te, & ambulabas vbi volebas, cum autem senueris extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis.* Quid est *cingebat te, & ambulabas vbi volebas?* Iansen. hic, id est, *cum esses iunior, & iuxta corporis vires malorum tolerantior mollius habebaris: nam ipse tibi cingulum tuo arbitratu soluebas, aut addebas, ac liber ambulabas, quocumque tibitum esset.* Ergo Petri voluntas, quando seipsum regebat ad mollia ducebat, ac proindè ad profunda; at quando à Deo, vbi ipse nolebat, ad clarificationem duxit crucis, ad principatum regiminis, ad perfectam Christi imitationem. *extendes manus tuas.* Hoc est, vt ait August. tractat. 123. in Ioan. *crucifigeris.* In qua re illud ponderandum, quod si talem Petri glorificationem suæ Deus reliquisset voluntati, & Petrus alteri se cingendum non præberet, nunquam ad eam peruenisset: nam vt idem ait Aug. vbi suprà: *Solutus quippè à corpore esse volebat Petrus cum Christo, sed si fieri posset præter corporis molestiam, vitam concupiscebat æternam.* Hoc autem impossibile; ergo si Petrus se, non Deus illum gubernasset, nunquid ad vitam peruenisset, ad gloriam, ad mortem quam tantopere cupiebat? nil minus; at peruenit, quia alter eum, non ipse se cinxit, quia Deo extendit manus, quia Deus illum, non se ipse regit, cum qui se regunt etiam si ad cœlum euolare videantur, inde illos extrahere potius licebit, quàm amplius attollere; quæ doctrina erat sanctissimorum illorum Patrum, vt in eorum vita lib. 8. num. 108. qui sic altè sentientes pronuntiabant: *Si videris iuuenem voluntate sua ascendentem in cœlum, tene pedem eius, & proijce eum in terram, quia non expedit ei.* Mirum, cur non expediat, cum ad cœlum ascendat? sanè, quia inde cadet, & quo maior ascensus, maior erit & casus, quia & si ascender, non perueniet, en tibi Petrus mori pro Christo ardentissimus, sed voluntate sua, quid inde? miserabiliter cecidit, *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Matth. 24. num. 35. voluntate sua hoc dixit; hinc & eadem peccauit, volabat ad cœlum, inde supremus eum magister detraxit, ne miserius in æternum periret, docens tunc ad cœlum nos ituros, quando non nos ipsos, sed Deus nos gubernabit, mare hoc nos feliciter demensuri, quando Deus, non nos, nauem reget nostram.

Vita SS. Patrum.

7 Nemo ad cœlum est voluntate propria ascendet.

Matth. 24. n. 35.

Hinc etiam magna illa securitas non errandi, dum nostram frangentes volũtatem alteri eam submittimus propter Deum, non nostrum consilium sequentes, sed alienum, quia sic facientes ad abstrusam Dei voluntatis agnitionem perueniemus, quam insequentes securi degemus, securè ambulabimus, cum nullum sic certum Dei oraculum, quàm superiorum responsa, aut spiritualium magistrorum, quando fideliter ad eos accurrentes ipsis nostras derelinquimus voluntates; audi Climacum gradu 30. de discretione sic dicentem: *Quicumque re vera voluntatem Christi addiscere volunt, prius voluntatem studiosè mortificare debent, deinde fide, atque innocua simplicitate erantes, patrúmque, sine fratrum animas, summa cordis humilitate, ac sine cogitationum hæsitatione interrogantes, quæ illi consulunt, tanquam ex Dei ore suscipiant, & si contrariæ suæ intentioni sint, quæ ab illis fuerint dicta, etiam si hi qui interrogantur non valdè spirituales sint.* Notanda sententia, loquetur Deus, & in lingua se reponet etiam non spiritualium, vt te doceat, instruat, ac voluntatem suam pandat, cuius rationem subiungens Sanctus, ait: *Neque enim est iniustus Deus, vt animas decipiat, quæ se per fidem, & innocentium proximi consilio, atque iudicio humiliter submiserint.* Quid? nonne Gentilis Iethro, Exod. 18. num. 19. & per eum Deus Mosem humilem docuit, nec eum decipere finit, & si per Gentilem, in cuius consilio illa sunt notanda verba: *sed audi verba mea, atque consilia, & erit Deus tecum*, quid est *erit Deus tecum*? Abulens. *Prosperaberis*, quod euenit: nam vt idem author: *antè Moses viuebat in labore, nunc autem inuenit is fuit modus, per quem viueret virtuosè, & sine labore.* Et tamen hoc Moses à Gentili accepit, immo quod maius, vt iste ex imperio Dei locutus affirmauerit, nu. 23. *Si hoc feceris implebis imperium Dei, voluit innuere*, ait Abulens. *istam ordinationem esse reuelatam sibi à Deo, & quod Deus præciperet populum sic ordinari.* Ergo dum Moses homini fidit, & Dei est obsecutus, suam relinquens voluntatem, quæ vsque ad illud tempus ac manè, vsque ad vesperam exiterat populum audire,

8 Qui propriã relinquunt voluntatem obedientiæ eam superiorum remittentes, quàm securè degunt.

Climac.

9 Veræ resignationis fructus Dei scire voluntatem.

10 Non declinetur humilis & resignatus, etiam si consulens homo non sit virtutis. *Exod. 18. n. 19.*

Abulens.

4 Hominis supremæ illæ extitit pœna in manibus sui derelinquere consilij.

6 Voluntatis propriæ malum.

Augusti.

ſententiam Dei docere, etiam ſi non ſpiritualis, qui eum docebat, etiam ſi carnalis, ac Gentilis, Deus cum eo extitit, in cunctis proſperatus eſt, & quod caput, Dei eſt aſſecutus imperium, ac voluntatem; vt exinde omnes diſcamus quantum ſit bonum nos non regere, ſed vt Deus nos regat, atque gubernet; hinc Noe vt diximus bene prouiſum, quia nauem Deus gubernabat, non ipſe, Deus regebat, non ipſe.

Hinc notandum, tunc Petrum multitudinem piſcium concluſiſſe copioſiſſimam, quando non verbo ſuo laxauit rete, ſed Chriſti; nam quando ſuo, & ſi per totam noctem laborasſet, nil cœpit, Luc. 5. num. 5. *Per totam noctem laborantes nil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete.* Vbi Hug. Cardinal. *In verbo tuo dicit, non meo.* Quod applicans ad prædicatores proſequitur: *contra illos eſt hic locus, qui fabulas ſuas narrant in prædicatione, vel ſibi aſcribunt, quod legunt, & prædicant*: qui etiam, vt benè idem adnotat, *laxant retia in capturam, ideſt explicant ſcripturas, non in hominum capturam, ſed ranarum, ideſt diuitiarum, vel dignitatum.* Ideo & ſi per totam noctem laborant nil capiunt, ſic & Petrus, quia non in Dei verbo, ſed ſuo, non Dei iuſſu, ſed ſua voluntate, non Deo gubernante, ſed eius imperio laxauit retia, nihil cepit; at quando Deus gubernauit, Deus iuſſit, & ipſe in Dei verbo, non ſuo laxauit rete, non vnam, ſed duas impleuit nauiculas; immo vt benè adnotat idem Hugo, illud mirandum, quod quando voluntate, & diuino iuſſu in altum ducimur, tunc *nauis ſecurior eſt in medio mari, quàm iuxta littus.* Sic ſecurus ſtat homo, ſic potens quando non à ſe, ſed à Deo regitur, quando non ipſe ſe ipſum, ſed Deus illum gubernat.

Luc. 5. n. 5. Hug Car.

11 Prædicatores vani, & infructuoſi qui, & curiales ſint.

12 Dei voluntate ſecurior homo in mari degit, quàm in portu.

Immo ſic in hoc, vt ſic dicam, ſtrenuus eſſe deberet homo ſpiritualis, vt ſi omnino ſecurus à ſubmerſione, vt ſi ſecurus degere in hoc magno vellet pelago, ac ad Chriſtum ſine offenſione peruenire, ſic deberet animatus exiſtere, vt nec Deo, vt ſic dicam, quantum ex ſe, ipſius aperire deberet volitiones, vnde ſic in eius voluntate omnino remiſſus, ac totaliter expoſitus, vt nec petere ab illo, eiuſque anticipare voluntatem deberet, ita vt non Deus concederet nobis bonum, quia petiuimus, ſed tantum quia voluit ipſe, & iuſſit, quod equidem ſanè intelligendum, cum hoc non dicimus, quaſi non ſit petendum à Deo, vt peſſimè aliqui conſulunt, & ineptiſſimè, ſed quod aliquando, & in apice perfectionis, ſi quis forſitan reperitur, & ab hoc ſpiritu particulariter ducatur, tunc conſultius Deo ſic ſe committere, ſic proſùdè, vt nec quod velit, & ſi bonum ſignificet, aut roget, ſed tantum ſuæ ſe permittat voluntati; ad hoc probandum excellens locus eſt ille, Matth. 14. nu. 28. dum Petrus ad Chriſtum, *Domine iube me venire ad te ſuper aquas.* at Dominus *veni, & deſcendens Petrus de naricula ambulabat ſuper aquas, vt veniret ad Ieſum.* At quid? ventus obortus, validus, *mergi cœpit*, coactus clamare, *Domine ſaluum me fac, ſi ob amorem ſolum.* Vt adnotat Chryſoſt. hom. 51. ſuper Matth. tom. 2. *& non propter oſtentationem.* Petiuit vt ſuper aquas ambularet, vt citius ad Ieſum peruenire, cur cunc mergitur, cur fluctuat, cur ventum patitur horrendum? idem Chryſoſt. ob humilitatem, quia vndas calcans quod maius, ventum timuit quod minus, *talis eſt enim*, ait, *natura humana, vt multoties in magnis rectè ſe habens, in minoribus reprehendatur.* Auguſt. ſerm. 13. in hæc verba, *vt hominem ſe recogneſceret.* Ad rem noſtram proprius Hieronymus hic, *vt intelligat ſe non facilitate poſtulationis, ſed potentia Domini conſeruatum.* Fluctuauit ergo, quia non Dominus ex ſe iuſſit vt veniret, vt ſuper aquas ambularet, ſed quia ipſe illud petiit, & ſi ob amorem; fluctuet ergo, & ad ſummam prouehens Dominus Petrum perfectionem intelligat, ſe ſaluatum, non facilitate poſtulationis, non quia illud petiit, & ſi bonum, & ſi perfectum, ſed Dei potentia, ſed Dei voluntate, forſitan non ſic periclitatus, ſi ex ſe Dominum illum vocaſſet, ſic Deo innixa, ac ſubmiſſa noſtra debet eſſe voluntas, ſic ab illo ſolo noſtra gubernata nauis, vt ad inſtar illius Noe, Deus ſolus illam dirigat, ac gubernet.

Matth. 14. n. 28.

Chryſoſt.

14 Petrus cur in mari ſubmergebatur.

Auguſt. Hieron.

13 Reſignationis virtus altiſſima quæ, & quo peruenire debet.

Num. 7. *Benedictum eſt enim lignum per quod ſit iuſtitia.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

DIxerat per lignum ſaluum genus factum humanum, huius occaſione illud affirmat lignum eſſe benedictum, vnde ait.

Benedictum eſt enim lignum, &c. Germanus Conſtantinopolit. orat. de exaltat. crucis apud Gredſerum tom. 2. legit: *Benedicite lignum per quod ſit ſalus.* Chryſoſt. orat. de feſto crucis med. quadrag. *Benedicite lignum per quod ſit iuſtitia.* Cantacuz. vult authorem ad lignum aſpexiſſe crucis, & hunc ſenſum eſſe literalem; quem confirmant Bonauent. & Holkoth, Germanus Conſtantinopolit. vbi ſup. Chryſoſt. ibi. eo vel maximè, cum arca typus fuerit crucis, vt infiniti habent Patres, Auguſt. lib. 15. de Ciuit. cap. 26. Ambroſ. lib. de Arca, & Noe c. 5. Clem. lib. 6. Stromatum, cap. 4. Cyrill. Hieroſolimit. Catecheſ. 13. & alij.

German. Conſtant. Chryſoſt. Cantacuz. Bonau. Holkoth. Germ. Conſtant. Chryſoſt. Auguſt. Ambroſ. Clem. Al. Cyrill. Hieroſol. Hugo. Lorinus. Caſtro. Ianſen.

At, licet ob tantorum Patrum auctoritatem defendi poſſit antecedens opinio, tamen ſenſus literalis ſimplex, & verus eſt de arca, ſic Hugo, Lorinus, Caſtro, quæ benedicta quatenus iuſſu Dei fabricata, & per eam mundus ſaluatus, iuſtitiáque exercita, quatenus pereuntibus iniuſtis, iuſti ſalui facti ſunt, Noe, filiique eius.

Ianſenius adnotat aliquos hunc locum intelligere de ligno patibuli, in quo rei puniuntur, iuſtitia in eo librata vindicatiua, in qua ſalus reipublicæ, maximáque principis virtus; de qua re vide in 1. tom. hom. 102. at literalis ſenſus eſt quem diximus; quæ hic de cruce dicenda, diximus ſuprà hom. 18.

Alij hoc intelligunt de beata Virgine, quatenus ipſa eſt arca benedicta portans in ſe benedictum lignum, hoc eſt Chriſtum, vt vult Hugo, per quem verè totus ſaluatus eſt mundus, vt mox dicemus.

Hugo.

Digitized by Google

HOMILIA LIX.

Maria Virgo Arca benedicta, quia pura absque peccato originali.

ARcam Noe Virginem significari sanctissimam multi autumant, vt refert Lorinus hic, & rationabiliter, cum sicut in arca non solum homines, sed iumenta saluata, sic per Mariam sanctissimam, non solum qui sancti, qui virtutis homines, sed etiam qui peccatores, qui iumenta, Genes. 24. num. 17. aquam petiit seruus Abraham sibi; et nunquid ei tantum præbere contenta Rebecca, & non simul omnibus Camelis? *Quin & Camelis tuis hauriam aquã, donec cuncti bibant.* Hominem ergo, & iumenta saturauit, expleuit, & refectus non solum qui homo, qui Abraham fidelis seruus, sed animalia; sic Maria sanctissima Arca Noe vetissima saluat, reficit, defendit non solum iustos, sed peccatores; pulchrè hoc Bernard. serm. de beata Virgine, qui est primus post quintum de Assumpt. factum hoc considerans Rebeccæ, ex eo subtiliter deducit, non solum Virgines apud Mariam locum habere, sed etiam inquinatos: *Querit Angelus*, ait, *puellam quam præparauit Dominus filio Domini mei, bibit ipse de hydria tua, cognata sibi virtute delectatus*, virginitate nempè, *sed nunquid non etiam iumentis potum tribues, bibit Angelus, quod virum non cognouit, bibant iumenta, quod de humilitate singulariter gloriaris.* Egregiè, non solum Angeli cum Maria, non solum virgines cum sanctissima, non solum Noe sanctissimus, sed & iumenta, sed & Cham peccator, sed & peccatores, qui per eam à salo mundi liberentur, saluentur, non secus ac iumenta in Noe arca; hinc propriissimè lignum ipsa benedictum, & quidem vt proposuimus à conceptione.

Lorinus.

Gen. 24. n. 17.

1 Per Mariam Virginem non solum iusti, sed peccatores saluantur. *Bernard.*

2 Apud illam non solum Virgines, sed inquinati locum habent.

De qua quidem re in primò abundè, vbi diffusè probauimus hunc posse articulum optimè iam definiri, tamen ibi non tam probauimus Virginem sanctissimam sine originali conceptam, quàm supposuimus, & insuper scholasticè quæstionem pertractauimus, vbi secundum vires sustinuimus, ad eum statum quæstionem iam deuenisse, vt sine scrupulo in eius fauorem sententiam proferre, ac de fide illud efficere optimè sanctissimam posse Ecclesiam, nunc alio stylo, aliisque argumentis Virginem sanctissimam puram ab omni macula sustinebimus, ductis argumentis ex rei decentia, sanctissimáque Dei prouidétia, vnde illud astruemus, non tantum ex scripturæ locis, quantum ex coniecturis, ex congruentiis, & ex ipsamet ratione, probantes, cur potius illibata, quàm maculata Dei mater sit concepta; præclarè Augustinus, siue quiuis alius (certè ex sententiis grauis erit author) vt rectè Suarez de vita Christi disputat. 21. sect. 2. §. addendum est, immò diu. Thom. 3. p. quæst. 27. art. 1. pro Augustino librum citatum, qui, lib. de Assumpt. Beatæ Mariæ tom. 9. cap. 2. affirmat, quod & si scriptura nil de Assumptione Beatæ Virginis secundum corpus, animámque simul commemoret, tamen non ob id dicendum secundum corpus etiam non fuisse assumptam, si rationi conuenit Dei matrem non solum secundum animam, sed secundum corpus in cœlum aduolasse: *Quid ergo*, ait, *de Mariæ morte, quid de eius Assumptione dicendum est? vnde diuina scriptura nihil commemorat, nisi quærendum ratione, quod conueniat veritati, fiatque ipsa veritas authoritas, sine qua nec est, nec valet authoritas.* Excellenter dictum, & ad rem nostram translatum aptissimum; demus quod saltem clarè, & manifestè nil scriptura de sanctissima, illibatáque dicat conceptione, nunquid ob id asserendum non fuisse immaculatam? absit, *inquirendum est ratione, quod conueniat veritati.* Et cum ratione inuenerimus, illibationem potius conuenisse, quam maculationem, æstimemus secundum veritatem illibatam, qua veritate secundum rationem semel fundata, ipsamet erit authoritas, ipsamet testimoniis pondus.

Augustin.

Suar.

S. Thom.

3 Ratione sæpè standum & ex ipsa eluenda veritas, & si occulta.

Hinc quippè, prima, & efficax ratio sumitur, quis enim neget è duobus, conceptam sine peccato, aut cum peccato, rationi magis consentaneum apparere matri Dei amplius primum, quàm secundum conuenire? semel supposito, vt diu. ait Ambros. & nos etiam alibi ex illo, lib. 2. de vocat. Gentium, cap. 8. tom. 4. moderationis à se non auertisse Deum potestatem, & si generaliter dixit Adamo omnes cum illo simul in peccatum lapsuros, pœnásque luituros; *Manet enim*, ait Sanctus, *grane iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, in diem sepulturæ in matrem omnium, sed huius asperrimi iugi pondera, non ita in Adæ filios irruerunt, vt diuina iustitia nihil eis sua dimensionis adhiberet, qua defectionem legibus ita defecturæ subiecit, vt ab eis moderationum suarum non auerteret potestatem.* Nil melius, & satis ad rem nostram, omnes peccauerunt in Adam, & non plus vnus, quàm alius, nec ipsum Adæ peccatum plus in vno habuit voluntarij, quàm in altero, nec ampliorem contrahit malitiam in vno, quam in altero; & tamen dissimiles sunt eius effectus in vno, quàm in altero, dissimiles pœnæ, dissimiles labores, vnde hoc? respondet Ambros. quia sic *defectionum legibus defecturæ subiecit, vt ab eis moderationum suarum non auerteret potestatem.* Ergo & si omnes peccarunt, & si omnes inficiuntur, quia generaliter Deus Adamo, eiusque filijs dixit morte morituros, nunquid forte, quia sic generaliter pronuntiauit, potestatem à se suę abdicauit moderationis, excipiens matrem, quia sic decens, sic rationi consentaneum, quia sic cordati efficerent viri.

4 Virgo sine originali, quia sic decuit, & rationi amplius est consentaneum. *Ambros.*

5 Nil contrà hoc officit lex de peccati morte in Adamo, & cur.

Enimverò sic generalis altera extitit illa imprecatio, Genes. 3. num. 19. *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Ac illa de peccati morte, vnde sic omnibus generaliter dictum morituros, & insuper in puluerem, cinerem redacturos, ac omnibus in originale peccatum lapsuros, & tamen si de incineratione agitur, Christus excipitur, immo & secundum communem Ecclesiæ sanctissimæ sensum, & sanctissima eius mater Domina nostra; si de morte, multorum Sanctorum opinio est, non omnes morituros antè diem iudicij, licet immutaturos, sic Chrysost. hom. 42. in 1. ad Corinth. & hom. 7. in 1. ad Thessalonicens. Theodoret. Theophylact. & Oecumenius in 1. ad Corinth. cap. 11. Adde Origenem, Apollinar. August. ob quorum San-

Gen. 3. n. 19.

6 Non omnes morituros antè diem iudicij, quorũ est sententia. *Chrysost. Theodor. Theophyl. Origen. Apollina. August.*

Digitized by Google

ctorum Patrum authoritatem doctiſſimus, ſimul ac modeſtiſſimus Suarez de vita Chriſti diſputat.30.ſect.2. §. *ſed queret.* Contra Catherinum affirmat temerarium eſſe, temerariam hanc iudicare opinionem, *quomodo ergo*, ait, *niſi temere poteſt temerarium dici, quod tanti Patres docuerunt?* Quod appono (vt interim hoc dicam) ad illorum correptionem, animaduerſionémque, qui effrenatè loquentes, ac indecentiſſimæ temeritatis nota temerè Sanctos inurunt, ſed ad rem: ſi ergo à generali illa locutione Chriſtus, eiúſque ſanctiſſima mater excipiuntur communiter, ſi ſermo de incineratione, aliquos ſi de morte, ſecundum aliquorum Sanctorum Patrum doctrinam, quidquid ſit de veritate opinionis, cur ergo ſimiliter & non de generali illa peccati maledictione ſanctiſſima Dei mater non poteſt excipi? cum vt præclarè Auguſt. vbi ſuprà, ſiue quis alter, loquendo de indecentia ſanctiſſimæ virginis incinerationis ait: *quod ſi non Maria congruit, congruit tamen filio quem genuit.* Ratio ſuffragatur, ipſamet decentia illud ſuadet, quod ſic debebat fieri, ergo factum ſecundum Auguſtini regulam.

Suarez.

Auguſt.

Ex quo, & aliud ſumitur argumentum, non quidem minus efficax, ſuppoſita veriſſima Cordubæ doctrina lib. 1. quæſtionum Theologicarum quæſt.49. affirmantis è duobus, an ab incinerationis exemptione, an à peccati originalis labe, ſi Deus optionem virgini dediſſet, hanc ſine dubio antè poſituram; immò vt ſuprà in altero probauimus, & ipſam Dei maternitatem peccato originali poſt poſituram; ſic ergo incinerationem, ſic Matre indignam Deus iudicauit, vt nullo modo eam permittere voluit; quæ opinio iam ſic extra telam reperitur, de corpore ſcilicet Virginis reſurrectione, vt Canus lib.12. de locis cap.11. affirmat, *petulantem eſſe temeritatem illud negare.* Cur ergo negare debemus, aut quæ ratio dictat, vt dum minus æſtimabile Deus Virgini ſanctiſſimæ dederit, negauerit maius, & cum indecentius ſit originale peccatum, quàm incineratio, incinerationem prohibuiſſe, maculam originalem non præcauiſſe, quando hoc cordatus aliquid efficeret? ô bellè, corpus ſuæ matris omninò voluit incorruptum, animam verò corruptam, ac fœdatam, quæ eſt hæc ratio? quale illud iudicium? quod hoc æſtimet: *Si ergo voluit*, aptè arguit Auguſt. vbi ſuprà, *Integrum Maria virginitatis ſeruare pudorem, cur non voluit incorruptam à putredinis ſeruare fœtore?* Sic pari modo, & argue tu, ſi incorruptum voluit corpus à fœtore, cur non animam incorruptam à peccati putrido odore?

Cordub.

Canus.

Auguſt.

7 Mariæ puritas ex incorruptibilitate corporis poſt mortem efficaciſſimè educitur.

Enimverò egregiè idem dixit Auguſt. lib. 3. de libero arbitrio cap.3. ſic omnia perfecta Deũ effeciſſe, vt nil vltra intellectus requirere poſſet maius, quo poſito ſic tandem concludit: *vnde quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, id ſcias feciſſe Deum.* Pulchrè, recogita Solem, Lunam, ſtellas, mare, animalia, elementa, planetas, tandem hominem, quod ſi intimius, verâque diſcuſſeris ratione, nil melius tibi occurret, quod ſi melius pro certo æſtimato illud effeciſſe Deum, vnde pulchrè infrà ſic ait: *Credat ergo anima Deum feciſſe quod vera ratione ab eo faciendum fuiſſet cognouit, etiam ſi hoc in rebus factis non videt.* Cuius rationem præbens ideo credendum affirmat, etiam ſi oculis non inſpiciat, quia in veris illud rationibus proſpicit, quod ſi hoc, dic mihi, ſi Dei matrem conſiderares in peccato conceptam, nonne ſtatim ipſa duce vera ratione tibi occurreret, melius ipſam ſine peccato extitiſſe: ergo ſecundum Auguſt. hoc ſcias feciſſe Deum, dum tu veriſſimè arguis melius illud feciſſe, & ratione arguis vera, & ſi in ſcriptura apertè illud non vides, crede factum, dum in veris rationibus illud idem aſpicis melius fuiſſe. At pulchrè idem Auguſt. in ſerm. illo de Aſſumptione eam probans in anima ſcilicet, & corpore, ex illo Euangelij, Ioan. 12.num.26. *Qui mihi miniſtrat me ſequatur, & vbi ego ſum illic & miniſter meus erit.* Argumentatur, Chriſto miniſtrans, cum Chriſto erit in cœlo, ergo & virgo, qui illi miniſtrauit, poſt quod, ſic ſequitur: *& ſi ibi erit nunquid æquali gratia? & ſi æquali gratia, vbi Dei æqua cenſura?* Pulchrè, ſi Virgo tantum anima, & non corpore nunc in cœlis, ſicut cæteri qui miniſtrarunt Chriſto, & non inæquali gratia, dum plus ipſa ſola, quam cæteri omnes, illi miniſtrauit, *vbi æqua Dei cenſura?* Non plus illi tribuens, quàm cæteris, hoc Auguſtini argumentum ſic diuo Thomæ efficax viſum vt 3. part. quæſt. 27. art. 1. in corpore, ex illo probet Virginem ſanctiſſimam antè nativitatem in ventre matris ſanctificatam; *ſic ergo* ait Sanctus, *rationabiliter argumentatur Auguſt. quod cum corpore ſit aſſumpta in cœlum, quod tamen ſcriptura non tradit, ita etiam rationabiliter argumentari poſſumus quod fuerit ſanctificata in vtero.* At videamus, qua rationabilitate illud ed.cit Sanctus, proſequens enim, ſic ait: *Rationabiliter enim creditur, quod illa quæ genuit vnigenitum à patre plenum gratia, & veritatis pra omnibus aliis, maiora priuilegia gratia acceperit, inuenimus autem quibuſdam aliis hoc priuilegium conceſſum eſſe, vt in vtero ſanctificarentur, vti Hieremiæ, & Ioannis Baptiſtæ, vnde rationabiliter creditur, quod beata Virgo ſanctificata fuerit antequam ex vtero naſceretur.* Egregiè, at nunc ſic arguo ex Auguſtino, ſi non plus virgini tributum quàm Hieremiæ, ac Ioanni, *vbi æqua Dei cenſura?* Et ſecundo, ex diuo Thoma, ſi rationabiliter credendum maiora priuilegia gratiæ illi conceſſa, quæ ipſum genuit fontem gratiarum, quod maius priuilegium habuiſſet quàm Hieremias, ac Ioãnes? profecto nullum, ſi eodem modo, quo ipſi ſanctificata fuiſſet: ergo vt æqua ſit Dei cenſura, vt maius priuilegium ſit virginis, rationabiliter affirmandum, ſanctificationem virginis in præuentione ſtetiſſe, & in emundatione non peccati cõtracti, ſed contrahendi, ni gratia præueniſſet, cum equidem rectè, & amplius emundatio illa dici poteſt, quæ non ſolum mundat labem contractam, ſed præuenit contrahendam, & mundam præſeruat contaminandam; vnde ſanctificatio Virginis in eo ſtetit, non vt mundaret ab illa peccatum contractum, ſed, vt ſic dicam, debitum quod contraxit. Hoc dixerim, quia ſic loca multa ſanctiſſimi Thomæ explicari poſſunt, quando affirmat virginem ſanctificatam, aut à peccato originali mundatam, vt intelligat mundatam à debito culpæ, non à culpa contracta vt infrà.

Ioan.12. num.26.

Auguſt.

S. Thom.

9 Non eſſet Dei æqua cenſura ſi virgo in peccato concepta.

Sed amplius vrgeo, ſtando in ratione congruentiæ, ſiue decentiæ, ad quid peccatum originale virgini tribuere? certè ſi tribuendum

8 Deus ſic perfectè omnia fecit, vt nihil addi poteſt meliùs humana ratio.

Idem. nulla alia potiſſima congruentiæ erit ratio, niſi illa ſanctiſſimi Thomæ, 3.part.quæſt.27. art.2. ad ſecundum, quia nempè non eſſet à Chriſto redempta, quod vt inquit Sanctus : *derogaret dignitati Chriſti, ſecundum quam eſt vniuerſalis omnium Saluator.* Quod expreſſius affirmauit Sanctus in 3. diſtinct. 3. quæſt. 1. art. 1. *Chriſtus enim*, ait, *hoc ſingulariter in humano genere habet, vt redemptione non egeat, quia caput noſtrum eſt, ſed omnibus conuenit redimi per ipſum, hoc autem eſſe non poſſet ſi alia anima inueniretur, quæ nunquam originali macula fuiſſet infecta.* Ergo tota ratio conuenientiæ ad affirmandum conceptam virginem in peccato hæc ſola eſſet, quia nó redempta, quod ſolum Chriſti priuilegium. Dixi totam hanc eſſe rationem conuenientiæ; nam nullam aliam à diuo Thoma inuenio adductam, nec etiam ab aliis, quæ ſi ſubſiſteret, ſine dubio omnes contra illibationem ſtaremus; ſi hæc deficit, cum non ob id, quia aſſeritur ſine peccato Virginem conceptam illam non eſſe redemptam, quia vt iam communiter ex Auguſtino in Pſal. 85. circa illud: *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* Et ex Dionyſ cap.8. de diuinis nominibus circa finem, omnes ſciunt duplex eſſe redimendi genus, vnum erigendo lapſum, alterum præueniendo iam iam lapſurum, ne cadat, ex quibus poſterior opus eſt maioris gratiæ, maioris beneuolentiæ, inſuper & maioris poteſtatis; hinc cum hic altior modus virgini non eſt denegandus, ſimul etiam affirmandum redemptam, ſed altiori modo, ſcilicet ne peccatum incurreret, quod alias ex ſe ſine gratia incurriſſet, quod cum ſit, vnde conuenientia amplius illud affirmandi?

10 Redemptionis duplex modus.

Idem. Enimverò idem Sanctus 3.part.quæſt.15. art. 1. in corpore tractans quæſtionem, *vtrum in Chriſto fuerit peccatum.* Et an decens hunc defectum in anima Chriſtum ſuſcepiſſe, ea ratione mouetur ad firmiter ſtabiliendum nullomodo conueniens illud fuiſſe, dato quod fuiſſet poſſibile, vti non eſt, quia neque ad ſatisfactionem noſtram, neque ad veritatem humanæ naturæ comprobandam, neque vt exemplum nobis præberet virtutis illud erat neceſſarium, ob quæ aliquos Chriſtus defectus aſſumpſit, *Chriſtum*, ait Sanctus, *Suſcepit defectus noſtros, vt pro nobis ſatisfaceret, & vt veritatem humanæ naturæ comprobaret, & vt nobis fieret exemplum virtutis, ſecundum quæ tria manifeſtum eſt, quod defectum peccati aſſumere non debuit.* Quod probans ſequitur: *Primo, quia peccatum nihil operatur ad ſatisfactionem, immo virtutem ſatisfactionis impedit: ſecundo, quia per peccatum non demonſtratur veritas humanæ naturæ, quia peccatum non pertinet ad humanam naturam, cuius Deus eſt cauſa, ſed magis eſt contra naturam, per ſeminationem diaboli introductum: tertio, quia peccando exemplum virtutis præbere non potuit, cum peccatum contrarietur virtuti.* Egregiè, quo ſic ſtabilito, dic nunc quæſo, quæ ratio vrget, vt aſſeratur voluiſſe Deum in anima Virginem ſanctiſſimam hunc defectum aſſumere, & non ab illa ipſam præſeruare? non profecto quia peccatum neceſſarium vt dicatur redempta, ac proindè pro illa Chriſtum ſatisfeciſſe, vt diximus, non quia vt ſic non eſſet filia Adæ. per ſeminalem generationem conceptam, vt aliqui malè autumarunt, non tandem quia amplius ex

11 Chriſtus cur peccatum non aſſumpſit, nec aſſumeret, ſi eſſet poſſibile.

12 Nulla vrget ratio ad aſſerendum in virgine peccatum.

A originali eſſet nobis magiſtra virtutis, quia amplius fomitem participaret peccati, ac proindè virilius reſiſteret, cum in omnium opinione in prima ſanctificatione, aut fomes ligatus, aut extinctus; quod ſecundum, iuxta diu. Thom. vbi ſup. quæſt. 27. art. 3. in corpore poſt Chriſti conceptionem indubitatum relinquitur; cum ergo nulla ratio conuenientiæ ad illud adſit aſſerendum, vt vidimus, & infinitæ ad contrarium; vnde ergo rationabiliter illud affirmatur, & cur, vt ait Auguſtinus, non potius ſic factum dicimus, dum tota ratio illud dicter, ſcilicet ſine peccato eſſe conceptam. *Idem.*

Neque valde vrget carnem eduxiſſe ab Adamo maculatam, ac per ſeminalem generationem infectam: nam illudmet tibi reſpondebo, B quod Tertull. lib. de carne Chriſti contra eos, qui carnem ſimiliter Chriſti eſſe peccatricem affirmabant, ſi verum noſtram illum induiſſe carnem, quo argumento veram Chriſti carnem negare præſumebant, ſic argumentantes: *Si noſtram induit carnem, ergo peccatrix fuit caro Chriſti*, quibus Tertull. perbellè, *noſtram induit*, ait, *ſuam fecit, & ſuam faciens, non peccatricem effecit.* Egregiè, noſtram induit ex ſe peccatricem quidem, ſed quia filius Dei Sanctus, & impollutus, cætera ex contactu tantum ſanctificans, & ſi noſtram induit, tamen dum ſuam facit, non peccatricem effecit, ſic equidem, quid dicis? carnem peccatricem virginem ſanctiſſimam induiſſe, verum, quid inde? ergo ex illa peccatum quia infecta; omnino nego, quia & ſi peccatricem induit, Dei gratia, quia futura Dei mater, dum eius fuit, impeccatricem effecit.

1 Non obſtat immaculationi eduxiſſe carnem ab Adamo maculatam, *Tertull.*

Adde ad hæc, ſic venerabile ſanctos corpus C æſtimaſſe virginis, vt tanquam quid indecens, & prouidentiæ diuinæ indecorum ab illo omne prorſus infirmitatis genus abigunt, vnde Sophronius in 6. Synod. action. 11. corpus virginis ab omni contagione fuiſſe liberum affirmat, quod ſentit Caietan. Opuſc. de Pſal. virginis; de qua re videndus eſt Galatinus, lib. 7. cap. 10. immo aliqui affirmant ipſam non mortuam ex infirmitate, ſed ex iuſſu tantum, & Dei voluntate, non ſecus ac Moſes, quam opinionem vt veriſimiliorem amplectitur Suarez in 3.part.tom.2. diſput.21. ſect. 1. immo ſanctus D Epiphan. hæreſ. 78. propter eius ſanctiſſimi corporis reuerentiam non audet affirmare ipſam eſſe mortuam, deuotè conſiderans ſcripturam ob reuerentiam excellentiſſimi illius vaſis illud reticuiſſe, noluiſſéque apertè illam mortuam edicere, quaſi quid ei indecorum, & ſi verè mortua, *exceſſit*, ait, *ſcriptura mentem humanam, & in ſuſpenſo reliquit propter vas pretioſum, ac excellentiſſimum, vt ne quis in ſuſpectionem veniat carnalium de ipſa rerum.* Si ergo ſic ſancti ſanctiſſimum illud venerantur corpus, vt indignum æſtiment illud aliquando fuiſſe infirmum, ac indecens ex infirmitate obiiſſe, tandem ex Epiphanio ipſum Spiritum ſanctum indecorum æſtimaſſe, & ſi mortuum, mortuum clarè dicere, ne quis, vt inquit Sanctus, ex tali Spiritus ſancti affirmatione peſſimè diſcurrens aliquid de ipſa quia mortua indecens affirmaret; quid ergo de eius ſanctiſſima anima dicendum, qua recta ratione dicetur defectus ſpirituales incurriſſe, originale contraxiſſe, & Deum

14 Virgo nunquam infirma nec ex infirmitate mortua. *Sophron.* *Caietan.* *Galatin.*

Suarez. *Epiphan.*

15 Scriptura cur eius mortem tacet.

rantes, ponderantes matris in filium authoritatem, immò proprietatem, quatenus virgo sanctissima non sicut cæteri Deo Christum offerebat, sed vti rem propriam, filiúmque in quem patriam obtinebat potestatem; dicunt ex vi talis oblationis, & vnionis omnia illa nomina cum Christo participasse, quæ Christo sancti dant patres ob generis redemptionem humani, licet Christus Dominus noster principalis, ac tota causa fuerit nostræ salutis, integrè ipse solus sufficientissimè pro nobis satisfaciendo; vnde affirmant ratione adducta, quod non solum sanctissima virgo dici potest reparatrix, mediatrix, autrix, & causa nostræ salutis, sed etiam *redemptrix*, seu si mauis *corredemptrix*. Christo in adiutorium data modo quo dicto, ad reparationem humanam, ad prædestinatorum salutem, non secus ac Eua Adami, per quam Tertullianus lib. 2. contra Marcion. cap. 4. ipsam virginem adumbratam intelligit, *eadem bonitas*, dicens, *& adiutorium prospexit, ne quid non boni*, supple deficeret Adamo, *non est enim inquit bonum hominem esse solum, sciebat illi sexum Mariæ, & deinceps Ecclesiæ profuturum*. At cur non bonum hominem esse solum? respondet Rupertus, quia sine Eua Dei propositum creandi prædestinatos non perficeretur; *non est bonum*, ait Rupertus: *Hoc est non conducit ad propositum nostrum hominem esse solum, proposuimus enim præscitos, & prædestinatos de primo homine propagare sanctos, imagini, ac similitudini nostræ conformes futuros; ergo vt propositum illud impleatur, faciamus ei adiutorium simile sui, adiutorium inquiam ad multiplicandam prædestinatam progeniem sanctorum*. Ergo vt prædestinati nascerentur, necessarium secundum Rupert. non solum Adamo adiutorium dare, sed adiutorium simile, non dissimile, æqualis imaginis, æqualis dignitatis, non irrationale quoddam animal, vt inquit Chrysostomus, in c.2. Genes. n.18. in hæc verba: *Faciamus ei adiutorium simile sibi*, vbi sanctus, *& vt sciret Adam, quod animal formandũ, æqualis cum ipso dignitatis esset futurum, idcirco dicebat, faciamus illi adiutoriũ simile sibi, vt cum videris statim adduci bestias, & omnia volatilia cœli, ne putes de illis esse dictum; nam licet adiuuent illum in laboribus suis multa irrationabilia animalia, nullum tamen par est rationabili naturæ*. Egregiè, vbi tacitè insinuat Chrysostom. rationem cur postquam dixisset Deus, *non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi*. Non statim ad productionem mulieris deuenit, sed interrupto sermone scriptura de Euæ formatione, ad animalia se conuertit, quæ affirmat Adamo adduxisse, vt nomina eis imponeret, sanè ea ratione, vt non solum ipse Deus, sed ipse homo sciret, nullum ex animalibus adiutorium adesse simile sibi, ob quod signanter scriptura post impositionem nominum animalium statim adiungit; *Ada verò non inueniebatur adiutor similis ei*. Ex quibus verbis non solum Adamo innotuit inter animalia nullum ei adiutorium esse simile, sed etiam quod omnia animalia ad generandum, & procreandum simile haberent adiutorium, masculum scilicet, & fœminam. Hinc si ad procreandum prædestinatos, non Euam, sed aliud animal Deus Adamo coniunxisset, (quid enim hoc repugnaret) verè & ipse Adamo iniuria, & prædestinatis ipsis indignum quoddam esset, quod suauissimæ Dei non deceret prouidentiæ; hinc necessarium adiutorium simile ei adiungere, sic equidem, & parimodo cum sanctissima Virgo ad redemptionem generis humani, ad prædestinatorum electionis executionem secundo nostro Adamo Christo sanctissimo socia sit à Deo adiuncta, ac prædestinata, vt suprà diximus, equidem conuenientissimum, vt quàm simillima ipsi esset in sanctitate, iustitia, puritate, munditia, sic vt quod Christus ex natura, ipsa per gratiam, quod Christus ex se, ipsa per Christum obtineret; nam si dissimilis, & ipsi Christo derogaretur, & prædestinatorũ redemptionis dignitati; his ergo sic suppositis.

Sic nunc arguo, Quid est peccatum originale *habitus dissimilitudinis ad Deum homini ingenitus*. Inquit Dionys. Areopag. de Ecclesiastica Hierarch. c.2, quem *sibi insitum* per baptismum, *exsufflat homo*, inquit Sanctus: ergo si virgo in peccato originali concepta, non similis, sed dissimillima Christo fuisset, quæ cum in adiutorium ei data, certè in hoc peioris conditionis Christus, ac Adamus inueniretur; & secundo ad sacrosanctum redemptionis mysterium, ad sanctissimos gignendos, ac reparandos prædestinatos, ad filios Deo efformandos, & reformandos Christo iustum diiudicatur vt dissimile adiutorium detur, quod ad procreandum corpora tantum, non æquum Deus iudicauit, & cum adiutorium vnum ex animalibus posset Deus Adamo dare, vt filios gigneret, sic hoc indignum, dissonum, inconsonum, ac innaturale iudicauit vti est, vt potius nouam creaturam de nouo condere voluit, quàm illud permittere; & æstimabimus non coram Deo dissonum, indignum, inconsonum apparuisse, ad procreandos prædestinatos, ad regenerandos filios, ad de nouo in gratia creandas animas, adiutorium Christo dare, non simile sibi, sed dissimile, sed animal, sed bestiam, cum talibus iuxta Dauid homo comparetur peccator; & quod inconueniens sit, suprà id quod requirebat peccati lex nouam, vt sic dicam, Deus creaturam per gratiam producere nulla peccati contagione maculatam; quid vis vt dicam? totus excandesco, dum hæc considero, vnde & si scholasticè in 2. tom. hanc propugnaui sententiam, non factus satis, & iterum positiuè illam defendere libuit, & quia ibi pro me sanctissimum adduxi Thomam, quanta ratione illud fecerim, iterum apposità disputare non pigebit, impatientissimè, ne dicam impatienter, fero dum à nobis aliqui sanctum amandare cupiunt, aut parum erga sanctum affecti, pleno ore clamitant sanctum erasse; pro qua re, ad huius sancti gloriam, & honorem, atque ad rei veritatem, vt quale iudicium in hoc de sententia sit faciendum sancti intelligatur medullitus loca ipsius examinãdo, sequentem statui apponere digressionem.

DIGRESSIO III.

Quid senserit Sanctus Doctor de Conceptione Virginis, & quales fuit opiniones.

IN hac re fidelissimè primo loca sancti adducemus, quæ contra sanctissimam videntur illibationem, & quæ à contrariis afferuntur, eáque ponderabimus, an verè cõtra illã stẽt, an vi

20 Dicitur corredemptrix & qua ratione.

in Prom. c.8. vers. 19. n. 222.

Tertull.

21 Adumbrata per Euam vt cum Christo filios generaret salutis.

Rupertus.

22 Eua Adamo data vt prædestinatos generaret, qui vnicus matrimonij finis.

Chrysost. Gen.2.n. 18.

23 Similis ob hoc illi efformata.

Areopagita.

24 Peccatum originale quid.

1 Ordo disputationis.

adducantur, an aliqualem patiantur interpretationem; & secundo loca in quibus pro conceptione sanctissima sterit affirmans illibatam, simul examinando an rectè aliqui illa conantur infringere, & rectè respondeant; tertio tandem adiungam (mea sententia) quid verè, & sine passione de sancti opinione affirmandum, quod & si in 1. tom. insinuauimus, tamen non ibi hanc ex professo prouinciam accepimus.

Et primo antequam ad loca veniam, impatientissimè, ne dicam iniquo fero animo, principem, ac authorem opinionis contra sanctissimam immaculationem sanctum efficere Thomam; nam si de sanctis Patribus loquimur, certè antè sanctissimum Doctorem aliqui illud affirmarunt, si de scholasticis, certè Albertus Magnus in 3. distinct. 3. eius magister planè illud dixit, cur ergo sancto Thomæ, & non eius magistro, potius illam impingemus, & secundo eandem tenuit sanctissimus Bonauent. diui Th. syncronus, cur ergo non Bonauenturæ? nunquid primus diu. Thomas? nunquid solus? & si nec primus, nec solus, cur in hac re principem illum facimus?

Albert. Mag.

2

Iniquè sanctissimus Thomæ dux constituitur contra immaculationē.

Dicent, quia eius schola, illiúsque discipuli tantum illam defendunt, verum, sed nunquid omnes? cathalogum ipsorum fecimus in primo, & nunc addo sic elegantissimè, efficacissimè, ac neruosè hoc nostro tempore vnum ex ipsis in fauorem conceptionis sanctissimæ scripsisse, vt cum per menses omnia reuoluerem modernorum scripta nullo parcens labori, argumenta, solutiones, rationes, discursus, authoritates ponderans, sic vt ex eorum congerie pene obruerem, nil amplius eos dixisse reperi, nil efficacius, nil ad rem substantialius vt sic dicam, quam doctissimus iste, Pater scilicet Vincentius Iustinianus in additionibus vitæ Aloysij Beltrandi Madriti excussis anno Domini 1615. probans summa, ac prudentissima ductus ratione Beltrandum immaculationem, & si ex schola Thomistica tenuisse, ac defendisse, sicut & ipse acerrimè defendit, quas additiones, non equidem furtim, non suppresso nomine, non violenter typis mandauit, sed ex licentia suorum superiorum, præcedente examine, ac censum eiusdem sacratissimæ religionis magistrorum; immo vt ipse affirmat §. 15. in multis eiusdem religionis Ecclesiis, ac monasteriis, & præcipuè Beticæ prouinciæ, cum octauis sacratissimam celebrari conceptionem, & quod in organo eiusdem Ecclesiæ, Monasterij Valentini, vbi ipse residebat, inscriptum efformatis, ac claris literis. *Maria virgo ab omni peccato originali immunis fuit.* Ergo si ex schola Thomistica multi, si principaliores, si sanctiores, si doctiores, quid ad rem, si & aliqui ex illis pia in sanctissimum deuotione (me iudice, in statu præsenti minus ad sanctissimi Doctoris rem) velint illam defendere, tantum quia Sanctus dixit, ergo nec sancto Thomæ potius quàm alteri maculata opinio deferenda, quia aliqui ex eius schola illud defendunt.

Vincent. Iustinian.

Ad loca deuenio, quæ licet communiter ab aliis non amplius, quàm tria adducantur, tamen nulta plura à Magistro Petro de Borgomo in sua tabula aurea in diuum Thomam afferuntur; & sic hæc adducemus nullo penitus intermisso, & non librato.

3

Diui Tho. loca expendantur sigillatim.

1. *Locus.* Primus ergo quem affert est 1. 2. q. 81. ar. 4. cre-

A do erratam citationem, & potius citandus ar. 5. in corpore, cum in 4. art. non tractat Sanctus quæstionem, nisi si miraculosè aliquis nasceretur, & non per seminalem generationem contraheret originale, quod non est ad rem; at art. 5. vbi quærit Sanctus: *Vtrum peccatum primi parentis transeat per originem in omnes homines*, in corpore respondet, *dicendum quod secundum fidem Catholicam firmiter est tenendum, quod omnes homines præter solum Christum ex Adam derivati peccatum originale, ex Adam contrahunt, alioquin non omnes indigerent redemptione, quæ est per Christum, quod est erroneum.* Hunc locum adducit Borgomus contra sanctissimam Conceptionem, non quia clarus sit, nec in terminis illud dicat Sanctus, sed quod argumentatione deduci potest, dum solum Christum ab originali excepterant, ergo arguit Borgomus secundum diu. Thom. dum omnes præter Christum, & cum illis sanctissima virgo etiam.

1. 2. q. 18. ar. 4. in corpore.

Vt autem quàm contra diu. Thom. hic author locum hunc afferat, videatur sic argumentor, diuus Thomas dixit secundum fidem Catholicam firmiter credendum omnes præter Christum incurrisse peccatum, & secundum ipsum in illa generali includitur etiam sanctissima Virgo vt affirmat Borgomus, ergo secundum ipsum contra fidem Catholicam erit affirmare virginem sanctissimam sine peccato originali conceptam; consequentia est euidens ex præmissis, nunc sic prosequor, sed diu. Thom. in aliquibus locis illud affirmauit clarissimè, & quæ nullo modo tergiuersari possunt, vt infrà dicemus, ergo contra fidem diu. Thom. Catholicam: dixi quod illud affirmat clarissimè diu. Th. quod si Borgomus neget, cum illud multi asserant viri doctissimi, fit vt saltem probabile sit diu. Thom. illud affirmasse, ergo saltem probabiliter est diu. Thom. contra fidem sensisse Catholicam, hoc equidem non concedet Borgom. ergo firmiter dicendum sub illa generalitate non intellexisse diu. Thom. personam aliquam ex priuilegio diuino, & tantum intellexisse de debito contrahendi, cum nullus præter Christum, etiam sanctissima Virgo immunis extitit à debito contrahendi peccatum originale, vnde quando Sanctus dixit secundum fidem Catholicam tenendum omnes homines præter Christum originale contrahere, euidentissimè ni hæreticum illum faciamus dicendum sanctum loqui de lege ordinaria, & absoluta, non verò quod asseruit, illud impossibile etiam ex priuilegio, quod autem Sanctus de debito contrahendi illud intellexerit apertè sentit Caietan. in commentario, qui quasi cum Borgomo loquens, ait: *Et hæc bene notabis tu Thomista, ne nimio zelo, non secundum scientiam accensus erronea dicas, quæ erronea non sunt, cum de Beatissima virginis conceptione disputas.*

Caietan.

Immo addo Ly, *secundum fidem Catholicam*, non solum includere debitum, vt ait Caietan. sed etiam, vt diximus, priuilegium, itavt hæresis sit absque Dei speciali priuilegio affirmare aliquem non incurrisse debitum originalis, ob quod à censura absoluuntur, qui dicunt (& si mea sententia falso) ex priuilegio non solum ex actuali incursu, sed ex debito incurrendi originale virginem fuisse immunem, quia tunc verissimè nisi esset ex priuilegio virgo

4

Virgo non fuit immunis à debito contrahendi originale.

sanctissima non fuisset redempta, nec redemptione indiguisset. quod erroneum, nec aliter, neque aliud intelligere voluit Sanctus, meritissimèque generaliter loquendo, illud esse secundum fidem Catholicam affirmauit, quapropter grauissimè deliquit pater Salaçar in doctissimo tractatu de Conceptione, c. 42. pag. 433. quando hunc perstringens locum, nec profundius eum penetrans; affirmat, *non leuiter dix. Thom. errasse.* Supponens sanctum opinionem censuraſſe contra Bullam Sixti quarti, Pij quarti, & Trident. Concil. cum vt suprà diximus, nec per somnium illud Sanctus intendit, immo plusquam Bergomus non bene illud deducit contra sanctum Doctorem, dum æstimat vtriusque fuisse sanctum opinionis; ex quo euidentissimè sequitur scienter sanctum opinionem secutum hæreticam, quod nec Pater Salaçar concederet, & qui illud affirmaret, stolidissimè erraret, ergo nec Sanctus testis falsus, nec illi in vllo tollenda est fides, nec mendacium, nec errorem inquam ingeruit, neque vnquam extitit varius, cum duas simul asserere opiniones non est esse varium, & vt interim hoc dicam non sic honori Mariæ sanctissimæ addicti esse debemus, vt authoritatem, splendorem, ac maiestatem sanctorum Doctorum denigremus, sed Dominum nostrum Iesum Christum imitari debemus, qui vt adnotat elegantissimè Cyrill. Hierosolym. in Ioan. lib. 3. cap. 17. licet Iudæi illi præferrent Moysen, sic suam superioritatem astruebat, vt nil Moysis dignitati derogaret, quia vt ait Sanctus: *Solebat Christus sanctorum virorum gloriam non modo non deprimere, sed etiam confirmare.* Sic parimodo sic nos virginem sanctissimam defendamus, vt semper sancta, tectáque sit sanctorum authoritas, & dignitas, quod proprium Sanctorum, ac religiosorum est virorum, qualem patrem existimo Salaçarum, licet ex feruore deuotionis contra sanctum excesserit, sed ad nostra.

Salaçar 5 Vindicatur D. Thom. ab errore quem malè aliquilli impinguat.

6 Virgo sanctissima quanta modestia defendenda *Cyrill. Hierosol.*

7 Christus quãta modestia suam superioritatem contra Moysen defendit.

Secundo addo, quod Sanctus nullo alio modo intelligi debet, quam quod nos intelligimus, nempè ipsum loqui de lege ordinaria, & de debito, ac reatu culpæ, quod patet clarissimè ex responsione ad primum, argumẽtum erat, mors est pœna consequens originale peccatum, multi nunquam morientur, ergo multi non contrahent originale; ad quod argumentum dupliciter respondet Sanctus, primo negando assumptum; scilicet quod non omnes morientur, & secundo ob authoritatem Hieronymi, quod licet non moriantur, *Est tamen in eis reatus mortis, sed pœna auferetur à Deo.* Ergo secundum sancti doctrinam distinctissimæ res sunt reatus, & pœna, potest tolli pœna, manere reatus, & sub illa generali omnes scilicet ex peccato Adami morituros, optimè dici omnes quoad reatum, non quoad pœnam, siue quoad effectum; sic etiam pari modo quando Sanctus dixit in corpore omnes præter Christum originale contrahere, distinguendum omnes quoad reatum, non quoad pœnam, sine quoad executionem: ergo vt patet malè hîc sancti locus adducitur.

2. *Locus.* 3. part. qu 14. art. 3 ad primum.

Secundus locus est 3. part. quæst 14. art. 3. ad primum, vbi Sanctus sic: *Ad primum dicendum, quod caro virginis concepta fuit in originali peccato.* Arguit ergo ipse, ex hoc ergo & anima etiam maculata, Sol lucet, ergo baculus est in angulo? quid vnum cum altero? caro Virginis concepta in peccato originali, peccato obnoxia, ergo peccatum contraxit, quæ necessaria consequentia? immo vt quàm sine vlla prorsus ratione locus adducatur, inspiciatur, ponderandum argumentum, & titulus quæstionis.

Titulus, & quæstio erat, *vtrum Christus defectus corporales contraxerit.* Et quæstio intelligenda de contractione necessaria, non libera; & secundo de illa contractione quæ nascitur ex debito peccati, non ex peccato actuali, vt clarè ait Sanctus in corpore, dum resoluit Christum non necessario contraxisse defectus corporales, sed liberè, quatenus nullum habebat debitum peccati, vnde ait Sanctus: *Illi propriè dicuntur hos defectus contrahere, qui ex debito peccati hos defectus incurrunt.* Contra hanc sanctissimam doctrinam sic argumentabitur, contrahitur id quod simul cum natura ex origine trahimus, sed Christus simul cum natura humana, quam per suam originem cõtraxit à matre, quæ huiusmodi defectibus subiacebat habuit hos defectus, ergo non libere, sed necessario illos contraxit, respondet Sanctus: *Ad primum dicendum, caro virginis concepta fuit in originali peccato, & ideo hos defectus contraxit, sed caro Christi naturam ex virgine assumpsit absque culpa, sed voluit suscipere pœnam propter opus nostræ redemptionis, & ideo habuit huiusmodi defectus, non contrahendo, sed voluntariè assumendo.* Vbi vt vides primo sanctum loqui de necessitate contrahendi defectus corporales; secundo respondere ad argumentum. distinguendo de virgine, & Christo affirmando virginem non liberè vti Christus, sed ex debito originalis contraxisse illos defectus. quia caro concepta in originali, id est cum debito contrahendi in anima originale; quid ergo hæc cum virginem sanctissimam esse conceptam cum originali, verè enim dixit Arist. quod quidquid recipitur ad modum recipientis recipitur, Bergomus totus contra immaculationem, nil in diuo Thoma aspiciebat, quin maculationem non respiceret, & sic loca affert dissita, dissonantia, nec ad rem vt authoritates confarcinet, contra sancti decorem, ac veritatem, sed ad alia.

8 Christus liberè defectus assumpsit corporales.

Tertius locus est ex eadem 3. part. quæst. 27. art. 1. ad tertium, vbi Sanctus inquit Beatam Virginem sanctificatam in vtero *à peccato originali, quantum ad maculam personalem, non tamen fuit liberata à reatu quo tota natura tenebatur* Ergo inquit Bergomus, Sanctus affirmat peccatum contraxisse; quæ consequentia? dices, quia Sanctus dixit quod sanctificata fuit in vtero à peccato originali; respondeo quod duplex est sanctificatio, præueniens, & subsequens, sanctificata per gratiam præuenientem, non per subsequentem peccatum, & quod Sanctus nullo modo ibi intellexit quod Bergomus illi imputat, patet ex argumẽto cõtrario, quæstio sãcti erat, *Vtrum beata virgo fuerit sãctificata antè natiuitatẽ ex utero?* Cõtra partẽ affirmãtẽ, tertio sic argumentabatur, si mũdata ab originali antè natiuitatẽ ex vtero virgo sãctissima: ergo si antè Christum moreretur, poterat ingredi regnũ cœlorũ, quod ob pecc. orig. obseratũ extabat, hoc ergo nõ poterat esse, quia per passionem Chri-

3. *Locus.* 3. p. q. 27. art. 1. ad tert. in corpore.

sti reserata fuit cœlorum ianua ergo, vbi adnotandum argumentum procedere de emũdatione à peccato contrahendo, & non adhuc cõtracto: nam si de peccato contracto nullum prorsus erat argumentum, cum etiam sancti Patres post emundationem peccati originalis mortui, non erant in regnum cœlorum ante Christum ingressi, quod obuium erat, ergo vt in virgine particularis esset difficultas argumentum erat de emũdatione, seu sanctificatione præueniẽte peccatum; quod cum nullo modo virgo sanctissima incurrisset, videbatur quod si mortua tunc esset, statim ad cœlum euolaret; bene hoc intellexit Sanctus, & acutissimè vim argumenti intelligens respondet, virginem sanctissimam sanctificatam quantum ad maculam personalem, scilicet ne incurreret illam, non tamen fuit libera à reatu; & sic etiam si moreretur, non intraret in regnum cœlorum; vbi secundum instantiam, de sanctificatione præueniente est Sanctus intelligendus, non subsequente, in qua cum concedat esse in vtero sanctificatam, potius pro nobis adducendus, quàm pro contrariis; & sic cõcludit quod quoad hoc scilicet quoad reatum, & pœnam peccati æqualis extitit cæteris sanctis Patribus, qui fuerunt antè Christum, nullum amplius ex priuilegiata illa emundatione sortita, quàm illi, quoad reatum originalis; nil ergo hic Sanctus contra immaculationem.

4. *Locus.* 3.p.art 2. in corp. ad 2. & 4.

Quartus locus est ibid. ar. 2. in corpore, & ad secundum, & quartũ, candide legenti, certissimè pro minus pia opinione videtur hîc diu. stare Thom. vnde contrarij, qui pro se illum adducunt, nil extorquent, nil affingunt; hinc aptè Bergomus pro minus pia eum adducit; attamen non sic clarus est, vt nullo modo suas non patiatur intelligentias, suas probabilitates; immo suas difficultates, sanctum scilicet non intellexisse de facto, sed de iure, non de peccato, sed de peccati debito; quod ni fallor euidẽter probabo

Primò enim, aliqui ex nostris recentioribus non agnoscunt à diuo Th. primum argumentũ, cum eius solutione, sicut nec verba illa in corpore, quæ incipiunt: *& sic quocumque modo*, vsque ad illa inclusiuè, *vt dicitur 1. ad Timoth.* In quibus Sãctus videtur clarius cõtra immaculationẽ stare, probãt multis, vt apud ipsos est videre; at quidquid sit de hac re modò hoc non indigeo medio, ad quod nisi coactè nunquam deueniam, grauissimáque simul ratione; vnde de hoc, modo fides sit apud alios, ni fallor alia constantissima probabo ratione nil contra immaculationem ex hoc art. verè colligi posse.

9 Sanctus Doctor nũquam directè proposuit quæstionem de immaculatione.

Pro qua re primo adnoto, illud met quod in 1. to. dixi, aliud esse quærere: *Vtrũ virgo sanctissima fuit sine peccato cõcepta*, aliud, *an si antè animationem*, aut *antequã conceptio eius finiretur*. Cum prima quæstio sit propria, & substãtialis, secunda verò, & tertia non nisi modalis, de modo scilicet quo modo potuerit sanctificari: nã aliquorum opinio; immo tunc vniuersalis erat fuisse sanctificatã, aut in parẽtibus antequã eam conciperent, aut in ipsa cõmixtione seminum antequã conceptio eius finiretur, animáque infunderetur: Sanctus autẽ Doctor hîc, & in 3. p. dist. 3. q. 1. ar. 1. nunquã primam posuit in titulo quæstionem substãtialẽ, quo 1 equidẽ non sine mysterio ab eo factum nemo neget; quid enim fieri potuit, vt sanctissimus, qui semper minutatim, ac etiam de rebus leuissimis in qualibet materia quæstionem, & articulos ponebat, in re tã graui, & tunc controuersa illam omitteret, & semper de modo inquireret, ac disputaret? vnde in 3. *Vtrum beata virgo fuerit antè sanctificata, quàm conceptio eius finiretur.* Hoc est antè animationẽ; quid ergo causæ vt sic sanctissimus semper proposuerit quæstionẽ, & nõ directè? scilicet, *Vtrũ beata virgo fuerit cõcepta absq; originali.* Loquor autẽ de quæstionib. vbi ex professo Sãctus hãc agitat quæstionẽ; nã vbi apertè, & accessoriè illã tractat, est in quodlib. 6. ar. 9 vt ibi videbimus.

Secundo ergo notandum ex Caiet. hic, quam doctrinam ipse sumpsit ex diu. Thom. in 4 dist. 43. art. 4. ad tertium, quod si sanctissima virgo esset sanctificata antè animationẽ, legitimè sequeretur ipsam non indiguisse redemptione, & salute à peccato facta per Christum: nam & si fœtus egeret sanctificatione, ac proinde fuisset sanctificatus per Christi gratiam, tamen cum antè infusionem animæ rationalis, fœtus non sit homo, sequitur euidenter, quod tunc non dici possit verè virginem sanctificatem, sed fœtum, quia adhuc non extabat; at post sanctificationem fœtus, dum anima corpori infundebatur, etiam erat virgo, mundities, & carentia originalis illi non debebatur ex gratia, sed ex iustitia, cum purgato fœtu non erat amplius debitum, nec necessitas peccati contrahendi, vnde in rigore, & propriè, non poterat dici ratione fœtus sanctificari virginem sanctissimam vt sic, & vt iam homo, redemptam, & redemptione indiguisse, quod satis probat exemplum Pauli à Caietan. adductum de ciuilitate Romana: nam & si parentes Pauli Cæsarea gratia indiguissent ad ciuilitatem Romanam, tamen nunquam dicetur verè eam similiter & Paulum indiguisse, ratio, quia natus ciuis Romanus; sic parimodo inquit Caietan. & si in fœtu redemptione indiguisset virgo, aut in parentibus, tamen si ipsa nata ex fœtu mundo, aut ex parentibus in natura mundis, verè nunquam de illa dici posset quod mundatione indiguisset per gratiam, ac proindè nec redemptione.

Caietan. 10 Si virgo esset sanctificata antè animationem non fuisset redempta.

Hinc factum, & hæc est ratio, quare semper Sanctus sub illis titulis posuerit quæstionem: nam cum tota eius ratio, vnica, singularis, nec vnquam alia ab ipso adducta inuenietur, esset inconueniens, virginem scilicet sanctissimam non esse redemptam, nec indiguisse redemptione à peccato, neque à debito peccati, quod daretur, & euidenter sequeretur, si sanctificata antè animationem ratione facta, quod non sequitur si in peccato dicamus fœtum productum, consummatum, & conceptam ipsam ex peccato, & in peccato, & ex carne peccati, cum debito illud contrahendi; attamen in ipso instanti animationis præseruatam, ordine naturæ non temporis ipsa sanctificatio animationem præcedens, vnde verissimè, ac proprissimè quia in illo tunc verissimè erat, & extabat virgo dicitur redemptam fuisse, ac redemptione indiguisse per Christum, quod equidem bene callens Sanctus, & probabilissimum illud ducens, immo in corde habens, qua erat circa virginem affectus deuotione, & amore, ideo directè nunquam libuit quæstionem ponere, sed tantum modalem, ex qua certissimè sequebatur, quid ipse dicebat, virginem

nempè ſanctiſſimam ſi illud eſſet non indiguiſſe redemptione per Chriſtum.

Ex hoc euidenter me iudice ſequitur, quod in omnibus ſancti loçutionibus, v.g. quod virgo, *contraxit originale peccatum*, quod *ab originali mundata*, quod *niſi contagio originalis anima eius fuiſſet inquinata*, quod *eius ſanctificatio fuerit poſt eius animationem*. Quæ ſunt locutiones rigidiſſimæ, nec alias rigidiores inueniemus, quæ omnes in hoc articulo reperiantur, omnes intelligi debere iuxta articuli propoſitionem, & de maculatione fœtus, & debito contrahendi: nam alias nil Sanctus concluderet, cum non exinde ſi immaculata in ipſo inſtanti infuſionis animæ, non eſſet redempta, vt diximus, vnde quando ait ad ſecundum, & quartum quod virgo, *contraxit originale peccatum*. Intelligendus in fœtu, in embrione antequam animaretur, quatenus ex illo infecto vti ab Adamo infecto per ſeminalem generationem deriuatus, debitum contraxit maculationis, ac vt ſic moralem quandam maculam, quatenus niſi Deus aliundè prouidiſſet, ex illo fœtu concepta priuata naſceretur debita ſanctitate, ex quo quatenus moraliter talis fœtus vt ab anima informatur illam inficit, & maculat, ideo & moraliter etiam ipſe dicitur infectus, maculatus, caro peccati, ex quo moraliter anima inficitur, maculatur, vnde rectè, & in rigore hoc ſenſu poteſt dici in fœtu virginem contraxiſſe originale peccatum, hoc eſt debitum illud contrahendi, ſiue moralem debiti maculam, ac veluti vt ſic dicam originale peccatum in potentia. Egregiè Sãctus in 2. diſt. 31. qu. 1. ar. 1. ad ſecundum affirmat quod licet: *ſemen non eſt actu ſubiectum culpæ, tamen virtute*. Cuius ratio, quia illo modo ſe habet ſemen ad peccatum originale, ſicut ad naturã humanam, vnde ait: quod *ſicut in ſemine non eſt natura humana, niſi in virtute, ita etiam nec originalis culpa, quia per virtutem quæ eſt in ſemine generatio ad naturam humanam terminatur infectam originali peccato*. Ergo virtualiter, quatenus per tale ſemen natura propagatur humana infecta, dicitur ſemen continere originale peccatum, ob quod & eſſe infectum, eſſe maculatum, & ſic poteſt dici, & ſi ſanctiſſima virgo actu non contraxit originale, in virtute contraxiſſe, hoc eſt in ſemine, & propriiſſimè ſanctũ loqui iuxta ſubiectam materiam, quando affirmat peccatum originale contraxiſſe, hoc eſt in virtute, in ſemine, ſic quando ait, *ab originali mundata*, intelligendum ex debito, quod contraxit ex carne peccati, & maculata, ſic pariter quando ait quod *niſi contagio originalis anima eius fuiſſet inquinata*. Hoc eſt contraxiſſet debitum, quod veluti moralis quædam eſt macula, & tandem quando inquit in corpore *eius ſanctificationem fuiſſe poſt eius animationem*. Ly *poſt* negatiuè tantum intelligendum, id eſt non antè animationem, non poſitiuè: nam vt ſic plus concluderet, quàm Sanctus ibi intendebat, cum Sanctus per illum articulum ſolum probare volebat, antè animationem nunquam virginem ſanctificatam, nil determinans ſi in ipſo puncto animationis; aut ſi omnino vis vt poſitiuè intelligatur, dico quod Ly *poſt* non ſignificat inſtans temporis, ſed naturæ, id eſt poſt animationem, quando poſt inſtans naturæ concipitur vt debitrix; at cum debito peccati præſeruata tamen ab illo in eodem inſtanti temporis infuſionis.

At dices quod contrarium videtur dictis quod Sanctus dixit in 3. diſtinct. 3 quæſt. 1. art. 1. ad ſecundam quæſtionem, vbi apertè ait: *neque in ipſo inſtanti infuſionis animæ*. Huic argumento ſuo loco reſpondebimus, nunc tantum quod concludere volo ex dictis, eſt id quod dicebamus, verè, & realiter nullam vim ſanctiſſimo inferendo, eiúſque doctrinæ, immo ſecundum illius principia, & directè, in hoc articulo ſanctum contra ſanctiſſimam conceptionem non ſtare, ſed tantum contra modum, quo tunc temporis illa defendebatur; & ne nouum hoc videatur, ſcilicet ſanctum opinionem piam tenuiſſe, abhorruiſſe tamen modum, & contra hunc ſcripſiſſe, quaſi illud non ſit, aut poſſibile, aut decens, præterquam quod de ſancto præcipuè hoc conſtat, ex eo quod, & alibi pro immaculatione apertè ſtetit, vt infrà probabo, experiẽtia hoc probatur quotidiana, fateor in materia de gratia mordicus me prædeterminationes tenere, ac efficaciam auxilij ex voluntate, & decreto pendere diuino prædeterminante, tamen ſi non alius modus eſſet hoc defendendi præter illum, quem aliqui ponunt, toto me ab ea elongarem cœlo, vnde licet in ſubſtantia, & in re cum illis conuenio, refugio modum; ſic etiam & de ſanctiſſimo diſcurro, opinionem immaculationis tenuiſſe, repudiaſſe modum, quo defendebatur, ac tantũ contra illũ ſtetiſſe.

Quod amplius patet ex reſponſione ad tertiũ, vbi poſtquam Sãctus dixiſſet non eſſe totaliter reprobandam conſuetudinem feſtum celebrandi Conceptionis, licet ipſum Eccleſia non celebraret Romana, addit: *Nec tamẽ per hoc quod feſtum Conceptionis celebratur datur intelligi quod in ſua conceptione fuerit ſanctificata, ſed quia quo tempore ſanctificata fuerit ignoratur, celebratur feſtum ſanctificationis eius potius quam conceptionis in die conceptionis ipſius*. Vbi primò negat per feſtum conceptionis deduci poſſe ipſam in cõceptione (fœtus nempè antequam animaretur) ſic enim directè reſponderetur; quod fuerit ſancta; vnde optimè in bonum ſenſum feſti celebrationem intelligens, & ſecundum quod ipſe intelligebat, ſequitur: *ſed quia quo tempore ſanctificata fuerit ignoratur*. Quis enim verè ſcit quando, & in quo temporis momento infunditur anima? ideo in die conceptionis, non celebratur feſtum conceptionis, quaſi cõceptus Sãctus antequam anima infunderetur, ſed *ſanctificationis*. Pro tunc quando anima per ſanctificationem præſeruaretur, & emundaretur ab omni debito peccatum contrahendi; ex quibus vt vides ſemper ſanctus ſibi cohærens, in omnibus ſuis reſpõſionibus, illud infringit, ſanctificatam ſcilicet virginem ſanctiſſimam antequã conceptio eius finitetur, hoc eſt antè animationem.

Tãdẽ vltimo, & directè reſpõdeo, concedẽdo omnes ſancti locutiones intelligi de ſanctificacatione poſt animationem, de actuali mũdatione, ac proindè de pecc. orig cõtracto, & hoc nõ obſtante dico ſanctũ non eius fuiſſe opinionis, quod ſic probo: nã aliud eſt dicere sãctũ vt ſic & abſolutè tenuiſſe virginẽ sãctiſſimã in peccato cõceptã, aliud ex hypoteſi ſcilicet quod nõ potuit ſanctificari antè animationẽ, nec alius eſſet modus præſeruationẽ eius defẽdẽdi, data ergo

illa hypoteſi nõ potuiſſe ſcilicet Virginem alio modo ſanctificari,& eſſe sãctificatã per emũdationẽ fœtus antè animationẽ,vt tũc tẽporis erat opinio,& ſic affirmabatur,vt expreſsè ait Caietanus hîc, nec alio modo tũc defendebatur, dico quod apertiſſimè Sanctus affirmauit illud eſſe impoſsibile,& ſic fuiſſe conceptam in peccato,& ſanctificatam poſt eius conceptionem; at non ſequitur inde,quod abſolutè teneat Sanctus fuiſſe conceptam in peccato, tum quia bene calluit potuiſſe fieri in ipſo inſtanti infuſionis per præſeruationem,& eſſet ob hoc redempta,tum quia cum alias,vt infrà dicemus, Sanctus apertè affirmauerit conceptam ſine peccato originali,& antè infuſionem animæ nullo modo concedat, ſequitur vt teneat Sanctus potuiſſe fieri in ipſo inſtanti infuſionis.

11 Cur ſanctus vt ſcholaſticus non affirmauerit immaculationem Virginis.

At dices.cur hoc non dixit, ſeu cur hanc non poſuit diſtinctionem, ſeu modum,dico quod noluit ob reuerentiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ:nam cum ex hoc modo infringebatur totaliter ratio eius, ſcilicet quod non eſſet redempta,conſequenter ſaltem admittere debebat, vt probabilem opinionem, eamque affirmare; at quia Eccleſia Romana tunc illam non tenebat, nec pro ea ſtabat,voluit Sanctus illam affirmare vt ſcholaſticus,qui ex rigore determinat, licet vt ſcripturarius eam affirmet, vt inferius probabimus;ergo nullam vim ſancti inferendo verbis,dicimus ex hypotheſi,& ſecũdum quod tunc diſcutiebatur quæſtio, & defendebatur ſanctum affirmaſſe virginem in peccato concepram; negamus omnino abſolutè ſanctum ſic illam tenuiſſe omnino,ſed de hac re iterũ infrà.

5. *Locus.* 3.p.q.11.ar. 2. ad 3.

Quintus locus à Bergomo adductus, eſt ex 3. part.qu.31 art. 1. ad tertium,eſt locus impertinens,& malè adducitur,cum vt ſæpius diximus ſub illa generalitate, qua affirmat Sanctus omnes, qui ex virili ſemine ab Adamo deriuati, peccatum contraxiſſe originis, ſanctiſſimã non includi virginem, quæ ex priuilegio immunis.

6. *Locus.* Ibid.ar.6. ad 2.

Sextus locus eſt ibidem,art.6.ad ſecundum, ſed minus aptè adducitur quàm primus, quid enim eſt Chriſtum per virginem fuiſſe ſecundum carnem ex Dauid originaliter, & non per ſeminalem rationem,virgo autem per ſeminalem rationem, cum eo quod ſanctus intendat virginem conceptam in peccato; fateor impatientiſſimè me hæc perferre,neſcio quid minus redolent ingenuitatis, ac candoris, & neſcio quid nimis addictionis, dum vt inquit ſanctus Auguſt-ſuprà citatus à nobis, c. 1. aliquando ſic addicimur aliquibus expoſitionibus ſcripturæ, vt velimus quod ſcriptura dicat,quod nos dicimus,& non nos dicere quod ipſa dicit, vide ibi hom.vltima;ſic Bergomus vult ſanctum dicere quod ipſe, non ipſe quod ſanctus, ideo extra rem authoritates confarcinat,nobis tempus adimens ad grauiora,ſed patienter pergendum.

7. *Locus.* Ibid.art.7. ad 2.

Septimus locus ibid.art.7.ad ſecundum ſimilis eſt antecedentibus,nil ex illo deduci poteſt, ſaluo reprobationem illius aſſerti, ſiue potius diſſerti, aliquorum aſſerentium modum huius ſanctificationis, nempè quia ex primis noſtris parentibus nondum peccati labe infecti s quædam ab omni contagione pura ſeruata particula fuerit,ex qua immaculata virgo, ic modernus quidam aliquos cum Gabarino, lib. 7.ca.3. ſentire affirmat,quibus putat non leuiter fauere

Veldſqu. ad Philip. c.2. verſ. 7. annota. 8, n. 8. Gabarin.

A Damaſcen.or.1.de Mariæ Natiuitate; quam rẽ dubiam,& incertam merito appellat,ego totam Damaſceni orationem perlegi, nec verbum de hac re reperi,niſi velint huic fabulæ, quod faueãt illa verba: *O beatos Ioachim lumbos.ex quibus prorſus immaculatum ſemen fluxit* Ergo ſemen immaculatũ in Adamo reſeruatum à maledictione,ſiue eius particula,per ſeminum canales refluens tota Trinitate operante miraculosè,ac continuè,per millenas tranſmutationes, ac millenis annis in lumbos Ioachim influxus, ab illo influxit, quæ res magis riſu digna; hæ quippè aſſertiones ſunt, quæ viros grauiſſimos à nobis alienarunt,dum ſic ridicula ab aliquibus ex noſtris effugere viderunt, ſanctiſſimè B Doctor ſanctiſſimus hic, vbi poſtquam affirmaſſet Chriſtum aſſumpſiſſe carnem peccato non infectam, ſicut fuerat caro hominis antè peccatum, quia ſubtiliſſimè præuidit ex dictis ſequi illud,quod nunc iſti de virgine aſſerunt, addit ſapientiſſimè: *Non autem hoc intelligitur ſecundum continuationem puritatis, ita ſcilicet quod illa caro puri hominis conſeruaretur à peccato immunis vſque ad formationẽ corporis Chriſti.* Vnde nec Chriſto illud datũ,cur ergo virgini?

Octauus locus eſt in hac eadem q.ar.8.in corpore,& ad ſecundum,in corpore, nil Sanctus peculiariter habet, niſi illud quod generaliter ſemper aſſerit omnes indiguiſſe redemptione per Chriſtum vt mundarentur ab originali, qui per ſeminalem generationem eſſent procreati, quod nos non negamus, cum virginem aſſerimus redemptione indiguiſſe præſeruatiua vt ſic dicam, non emundatiua.

8. *Locus.* Ibid.ar.8. in corp.

Ad illud ad ſecundum,ex dictis ſuprà,reſpondemus intelligendum ſanctum de conceptione fœtus antequam anima infunderetur; nam tunc verè,& in radice,vt ſuprà diximus peccatũ cõtraxit originale in potentia,id eſt debitum illud contrahendi,nec aliud voluit hic Sanctus indicare,cum quæſtio erat, *vtrum Chriſtus in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.* Pattem tenens negatiuam,ad argumentum,quod fiebat.quia Chriſtus venit ex matre decimata, diſſimilitudinem inter Chriſtum,& virginem aſſignans, ait: *quod quia virgo fuit in originali concepta.* Hoc eſt in D carne, & ex carne peccato obnoxia, & contaminata eo modo quo ſup.diximus: *fuit in Abraham curatione indigens,& non ſicut vulneris medicina.* Vt de Chriſto dixerat in corpore, in quo illud vſque ad admirationem eſt notandum, quàm cohærenter ſemper ſit ſanctiſſimus in dictis,vnica illius ratio, quia ſi virgo antè animationem mundata,non indigeret redemptione, iſto principio ſemper inhærens, omnes ſoluit quæſtiones,obiectionéſque,quod non faceret, ſi ſubſtantialem quæſtionem propoſuiſſet, cum non ſequatur vt ſæpè diximus redemptione virginem ſanctiſſimam non indiguiſſe, ſi præſeruata in ipſo inſtanti conceptionis.

Nonus locus eſt ex 2.diſt.31.q.1.ar.2.per totũ, at nil prorſus educi poteſt ex illo;nã quæſtio eſt: *Vtrũ ſit neceſſe omnes homines naſci in peccato originali.* Et partẽ affirmãtẽ tenẽs ſanctus nõ proindè excludit perſonam non poſſe eſſe aliquam ex priuilegio,quod ſine peccato naſcatur,quod patet, & clarè educi poteſt ex reſponſione ad ſecundum: nam ſicut infert Sanctus, non exinde quod aliqui non moriantur vt aliquorum

9. *Locus.* 2.diſt.31.q. 1.ar.2.

erat opinio vt supra diximus, ob hoc dici posse originale peccatum non contraxisse, quia sufficit ad hoc vt debitum contrahant mortis, licet ab actu moriendi Deus eos liberet, sic parti modo nunc ex doctrina sancti argumentor; quod non exinde quod virgo fuit actu immunis à peccato, sequitur non omnes incurrisse peccatum originale: nam vt veritas illa Apostoli seruetur omnes scilicet peccasse in Adam, sufficit vt omnes debitum contrahant peccandi, cum purè virgo ex illa originetur natura, quæ iustitia debita carebat.

10. *Locus. 3 sent & 3. art. 1. ad 2. q.*

Decimus locus est, ex 3. sentent. distinct. 3. art. 1 ad secundam quæstionem, vbi apertè videtur sanctus stare contra immaculationem, verba eius sunt. *Ad secundam quæstionem dicendum, quod sanctificatio Virginis, non potuit esse decenter ante infusionem animæ, quia gratiæ capax nondum erat, sed nec etiam in ipso instanti infusionis vt scilicet per gratiam tunc sibi infusam conseruaretur ne culpam originalem incurreret, Christus enim hoc singulariter in humano genere habet, vt redemptione non egeat, quia caput nostrum est, sed omnibus conuenit redimi per ipsum, hoc autem esse non posset si alia anima inueniretur, quæ nunquam originalis maculæ fuisset infecta, & ideo nec Beatæ Virgini, nec alicui præter Christum hoc concessum est.* Hæc in diuo Thom. ibi, quapropter optimè contra immaculationem affertur locus à Bergomo.

Hic locus sic clarus est, vt non intimius rem inspiciens, nec ex professo vt modo rem tractans ac libros reuoluens in 1. tom. dixi apertè hîc contra immaculationem sanctum stare, & quia dum in procinctu eram librum impressori tradere ad manum elucidarium patris Baptistæ Pocæ è Societate Iesu, venit, qui hunc locum in dubium an sit diui Thomæ vertit, cum tempus ad intimius inspiciendum non erat, ad illum lectorem remisi, his verbis; *Si tamen verba sunt sancti de qua re videndum est nouus Poca*, aliquis forsitan ex contrariis hunc locum inspiciens, ausu plusquam temerario marginalé notatiunculam adiecit contra Pocam, non solum ineptam, sed viro Christiano indignam, cum qua impressorum iniuria liber in lucem prodiit, quanto animi mei dolore Deus scit, nec correptionis tempus suppetiit: cum liber Parisiis imprimebatur, & iam quando ad manus deuenit, quasi annum transierat ab impressione, anteuertere non potui, vt folium corrigerent; sicque opus hic in Hispania cum illa dimanatum, licet cassa margine, ac strictè Bibliopolæ præceptum, ne cum illa librum diuenderet, quod & factum, sed non sic feliciter, vt aliquibus non interluceret, visum hîc mentionem de ea facere, & simul edicere non esse meam, sed merè impositam, & à viro impositâ patum religioso, minúsque Deum timente, & vt videat quantum profecerit, attendat nunc.

Duo ergo asseueranter, & firmiter verba illa, *sed nec etiam in ipso instanti infusionis*, vsque ad illa exclusiuè, *Christus enim*, non esse diui Thomæ, sicut nec illa tertij argumenti, *vel saltem in ipso instanti infusionis*, vsque ad finem, sed primo in aliqua marginali adnotatiuncula apposita, & postea in textum irrupisse, vt multoties accidit, quod antequam probem.

Pronuncio ex dicendis impostura, falsitatis, aut calumniæ, nihil meæ esse intentionis contrarios sanctissimos homines inuere, absit, cum omnes reuerear, suspiciam, ac vt magistros, doctorésque sanctissimi condiscipulos impensè diligam, vnde & si pronunciem verba non esse sancti, non ob inde sequitur impostura illos effeciss; nam aliud est imponere alicui quod nunquam dixit, aliud addere ad quod dixit aliquid, vel explanando, vel vt dilucidius, quod asseratur intelligatur, & præcipuè in margine, superfluum hoc probare; videatur Pamelius in Tertul. Marius Victorin. in Hieronym. Petrus Nanius in Ambros. Bosius in Ephrem Syrum, Nicetas in N zianzen. Iacobus Billius Pruneus in Damascen. quod autem sæpe quod in margine in textum surrepserit, non est quod dicam, vnum addam quod ipsemét vidi in cantaribus Salomonis, dum è nostris Pater Andreas de Leone, vt Chaldaïcam versionem emendaret, Rabbinorum quédam librum ab alma, regalíque sancti Laurentij Escurialis Bibliotheca accepisset, in eo tota illa farrago, mistura, impostura quæ in textu reperiebatur Chaldaïco, & quam ipse à textu summo demerat labore, Rabbinorum reperit esse expositionem in margine adnotatam, quæ decursu temporis in textum irrepserat, vix quippe est author grauis cuius opera, quando post mortem ipsius iterum sub prælo constituuntur non hoc patiatur, quæ res probatione nô indiget; summa Toleti quam viuens composuit, conferatur cum ea quam post mortem, & quàm verum quod dicimus apparebit. Ergo-ne impostores qui illud fecerunt? absit, ex aliis eius scriptis, ex aliis dictis, ex suismet principiis illud collegerunt, quid mirum si ad eius honorem addiderunt, vel immutarunt? videatur Sanchez de Matrimonio antiquus, cõferatur cum modernis, & planum hoc fiet; ipsius sancti Thomæ antiqua exemplaria conferantur cum nouis, & fiat hoc euidens, impostor ille est qui non addit, sed innouat, qui non declarat, sed purè addit; hinc possibile, vt cum pro indubitato apud contrarios sit sanctum pro minus pia stare, ad maiorem declarationem, & vt nullo modo tergiuersari, aut explicari posset, ipsum non locum tantum de modo, sed de substantia quæstionis, verba illa primo in margine posuisse, deinde in textum irrepsisse, quod quæ me moueant, & quibus rationibus ducor, nunc accipe.

Prima, nam quæstio in hoc loco prorsus eadem quæ in tertia parte nil additum, nil immutatum, sancti verba: *vlterius videtur quod ante animationem sanctificata fuerit*, in 3. *vtrum Beata Virgo fuerit sanctificata ante animationem*. Ergo in vtraque parte eadé est quæstio; at in argumento tertiæ partis nullo modo inueniuntur illa verba; ergo vnum de duobus, aut hîc addita, aut sanctum in 3. part. immutasse opinionem, & quia hîc contra substantiam directè erat immaculationis, ideo hoc relinquens, tantum contra modum in 3. disputauit, elige nunc quod vis, ego primum quidem teneo.

Secunda eſt ipſum ſancti fundamentum, ſi enim quando dixit hic, *neque in ipſo inſtanti conceptionis*, aliud adduxiſſet præter id quod communiter adducit, nempe non indiguiſſe Virginem redemptione, aliquid eſſet quod intelligeretur doctrinam eſſe ſancti, ſed cum nullum aliud adducat, & ex illo vt vidimus illud non ſequitur, & tantum contra modum pugnet, non contra ſubſtantiam immaculationis vt vidimus, vnum certè de duobus, aut quod ſanctus ignorauit quod illud ex illo nõ ſequebatur, aut verba ſuppoſita, vide quod mauis, ego vltimum teneo. Et ſecundo cum alibi ſanctus apertè pro immaculatione ſtetit, vt infrà probabo, apertè ſequitur, aut ipſum contraria locutum, aut hic non ea dixiſſe, quod firmiter credo.

12. Vltimum ſancti opus ſummam & Theologia.

Tertia, pono vt firmum, apud omnes cordatos vltimum ſancti Thomæ opus *ſummam* quam vocant eſſe *Theologiæ*, primum in ſententiarum Magiſtrum, non immorior in hoc, quidquid aliqui autument, nulla prorſus, nec veriſimili ducti ratione, quod ſi locus pateretur illud probarem, Ioan. Varela Ordinis Prædicatorum in ſua chronica c. 6. ſic ait: *Eiſdem ferè diebus ordo noſter maximè decoratus eſt his viris, fratre Vmberto magiſtro ordinis, fratre Hugone Cardinali, fratre Guilelmo Peralta, fratre Vincentio Beluacenſi, fratre Iacobo de Voragine, fratre Alberto magno, & ſancto Thoma, qui omnes eodem tempore florentes, ita vt vix diſcerni poſſit quis alterum præceſſit, adeo vnanimiter ſcripſerunt, vt nec in minimo diſſonare ad inuicem videantur.* Hoc dixerim, vt ſemel videatur quam inſulſum ſit illud argumentum, vltimum opus diu. Thom. eſſe ſententiarios, quia diu poſt Beluacenſem vixit, à quo vt pote iuuenis mutuatus 1. 2. & 2. 2 aſſertum falſum, cum potius Beluacenſis à diu. Thom. de qua re videatur Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, & noui Authores, qui ſapientiſſimè ab hac calumnia, & doctiſſimè ſimul diu. liberant Thom. at non poſſum hîc breuiter vnum non addere, dicunt aliqui diu. Thom. è Beluacenſi illa mutuaſſe, probant quia triginta annis antequam diu. obiiſſet Thom. iam Beluacenſis in lucem prodierat ſpeculum hiſtoriale, antequã vero illud prodiiſſet, iam inquiunt quod publicauerat ſpeculum morale, ſicut ex ipſomet Beluacenſi conſtat, vixit diu. Thom. quinquaginta annos; ergo aiunt, non plus quàm viginti obtinebat, quando iam Beluacenſis ſpeculum morale edidit, ſit vt volunt, modò de hoc non curo, an ſcilicet vera, an falſa ſit hæc ſuppuratio, do illis libenter quod affirmant, Beluacenſem ſcilicet ſpeculum morale produſſe ante naturale, nunc ſic arguo, ſi vnus prælo mandaret opus quod alias impreſſum, quod diuulgatum, quod præ omnibus manibus tritum, & hoc ſub eius nomine, quale de hoc iudicium faceremus? certè vnum de duobus, aut quia inſanus, & deſtitutæ mentis, aut quia verè opus erat ſuum, ſed alter furatus præuertit impreſſionem, & quod non ſuum in publicum emerſit; hoc nonne quotidie videmus, experimur, & dolemus? immo eſt hæc cauſa, vt multoties aliqui opus euulgent quod alias non facerent, ob hoc dixit Maro,

Varela.

Maro.

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honorem.

Terentius affirmat ob hoc ſuas eduxiſſe Comedias, quia alter *pro ſuis eas publicabat*, Plinius Minor lib. 2. in epiſt. ad Octauium, ob eandem cauſam ei conſulit, vt ſua prodat. *Innotuere quidam tui verſus, & inuito te clauſtra fregerunt, hos niſi retrahis in corpus, quandoque vt errones, aliquem cui dicantur inuenient*, opus Petri Nauarri de reſtitutione, nónne totum Patris Vaſquez, ego Vaſquez reſcripta tenebam, contuli, inueni furtum, Pater Ribera in ſua Apocalyp. in prima impreſſione anno 1591. Salmanticæ ſub Petro Laſſo nónne de hoc quæſtus? Tiraquel. de legibus connubialibus in 1. leg. Gloſ. 5. part. 1. hoc deplorat, & hac ratione affirmat aſtrictus, quod illas tunc in lucem dat, vide eum in prolog. ad Lectorem; Doctiſſimi Suarez multa nonne ſcimus quis primus edidit in lucem, & niſi viuorum reſpectus me teneret, digito ſignarem non vnum, ſed multa aliorum opera furtiua, è cathedra legunt, dictant, ſcribunt Magiſtri, ſumma ſatagunt alij diligentia reſcriptos obtinere, adoptant in filios, quos non genuerunt. De magiſtro Ioanne de Aula Apoſtolico viro refertur, librum quendam, dum emeret protuliſſe, *Aquam noſtram pecunia bibimus*, non refero ob rationabiles cauſas authorem, in promptu hoc eſt. Ergo tantum abeſt vt ex illo argumento conuincatur ſanctum à Beluacenſi ſuffuratus, quin totum oppoſitum, *Interdum*, ait ipſemet Beluacenſ. to. 1. c 2. *etiam ea, quæ ipſe, vel à maioribus meis, vel à modernis Doctoribus didici, vel in quorundam ſcriptis* (notanda verba) *notabilia reperi, nomine meo intitulani*; quid candidius? & c. 7. *Audiat me non per modum authoris, ſed exceptoris.* Ergo quæ ſancti excepit, promulgauit, nomine ſuo, antequam diu. Thom. in publicum ſua emitteret, non retardatus à Beluacenſi diuulgatione, quia ſua prodebat, nonaliena.

Terent. *Plinius.*

At dices, cur non dixit. vt modo ſit? breuiter reſpondeo, quia ſanctus, quia charitate inflammatus, *non quærebat quæ ſua ſunt.* Firmum ergo ex hoc remaneat ſanctum non mutuatum à Beluacenſi, opus ſummæ Theologiæ eſſe poſtremum, primum ſancti laborem in ſententiarios extitiſſe.

At nunc meam pende quæſo rationẽ, candidéque iudica, quod ſi feceris non dubito ſaltem te non dicturum non leuiter me illud coniectare; Caiet. enim in Comment. art. 21. quæſt. 27. 3. part § *circa corollaria*, mouet quæſtionem, vnde ſit legitima ſancti conſequentia, quod ſi Virgo non ſanctificata ante animationem; ergo poſt animationem, cum inter ante animationem, & poſt animationem eſt ipſum inſtans infuſionis animæ, vt nos dicimus; ergo nõ bene, ait, quod infert Sanctus, hunc difficillimum nodum ſic ſoluit, ad verbum, eius referam; *Ad hoc dicitur, quod aliud eſt diſcutere materiam hanc abſolute, & aliud in quantum ex hac litera infertur: nam abſolutè loquendo inter iſtas duas poſitiones extremas, ſcilicet quod fuerit ſanctificata, vel ante infuſionem animæ, vel poſt infuſionem animæ, eſt poſitio media quod fuit ſanctificata in inſtanti infuſionis animæ, cuius opinionis author hîc non meminit, quia tempore ſuo non erat adinuenta, omnibus*

Caiet.

communiter tenentibus Beatam Virginem conceptam in peccato originali, & ideo vt videtur reprobantibus ſanctificationem carnis eius ante infuſionem animæ. Hæc fideliter ex Caietan. nunc ex eo arguo ſic, ſi partes ſunt poſt ſententiarios, vt diximus, & non negabunt contrarij, & ſecundum Caietan. quando ſanctus partes reſcripſit, illa opinio nõ erat adinuenta, ſiue ille modus, nẽpe fuiſſe ſanctificatam in inſtanti infuſionis, quomodo illud ponit ſanctus in ſententiariis, quæ tanto tempore partes præceſſerunt? & ſecundo euidenter concluditur quod tempore Caietan. in ſententiariis illud non extabat, ſed poſt illum verba illa irrepſerunt; videant quid reſpondeant: nam mihi non ſubuenit; dicere autem quod Caietan. memoria exceſſit, impoſſibile videtur, cum quando ex profeſſo hæ res tractantur, vti tunc Caiet. libri ſemper ſunt ad manus, loca omnia ponderantur, diſcutiuntur, conferuntur. Ergo ex dictis vnũ de duobus, aut verba non eſſe ſancti, aut ſi mauis quod ſint, dum à partibus ea demit, eum mutaſſe opinionem; ponderans non bene ex illa ſequi quod ipſe aſſumebat, nempe non eſſe Virginem per Chriſtum redemptam, elige quod vis, ego primum.

At dices, & profecto eſt ſummum quod opponere potes; ergo ſi tunc temporis hic modus dicendi non inuentus, ſed tantum Virginem ſanctificatam ante animationem quod ſanctus impugnat ſic valide, & non alius tunc aderat modus, quomodo Virgo ſanctificari potuiſſet; ergo cum illum ſic firmiter reprobet ſanctus, conſequenter, & abſolutè ipſam ſanctificationem, ergo ſemper tenuit non eſſe poſſibile Virginem ſine peccato cõceptam, quia non potuit ante animationem.

Reſpondeo, verum tunc temporis hunc modum apud cæteros non innotuiſſe, vt inquit Caietan. nego quod illum non penetrauit ſanctus, & quod optimè eũ non calluit, nunquid ingenium illud diuinum latere potuit in re tam controuerſa tunc? ſed in reuerentiam Romanæ Eccleſiæ noluit illum nec pandere, nec ventilare, vt ratione aſtrictus quæſtionem ſcriberet, ac determinaret, contra ſenſum, qui tunc putabatur Eccleſiæ Romanæ, vt infrà dicam; quod ſi non, vnde, & qua ratione alibi contrarium dicit apertè, affirmans Virginem ſanctiſſimam ſine peccato conceptam, ſi hunc quem modo non proſpiceret modum, cum ſecundum illum, qui tunc propugnabatur impoſſibile adiudicaret ſanctus.

At dices, ſi ob reuerentiam Romanæ Eccleſiæ illud determinare non ſit auſus, nec prodere, cur illud alibi ſcripſit, vt nos dicimus?

Reſpondeo dupliciter nos ſancti perſonam conſiderare poſſe, aut vt magiſtrum Scholaſticum, preſsè, & in rigore quæſtiones ventilantem, decidentem, aut vt ſcripturæ expoſitorem, & quod aliquid tantum per tranſennam tractet, ſi primo modo, cum ſummæ eſſet authoritatis, & eius opinio ſummæ æſtimationis, noluit contra id quod tunc putabatur Eccleſiam tenere Romanam determinare, & affirmare, attamen quando non ſic, ſed tantum ex dictis, ſuam tamen promebat deuotionem, ac pietatem, & quod vt particularis ſentiebat, non dubitauit illud promere, & ſcribere, hinc vt ſuprà diximus, ob Romanæ Eccleſiæ reuerentiam, nunquam eſt auſus directè ponere quæſtionem, ſciebat enim ipſam pro immaculatione eam reſoluturum, cum argumentum eius quo mouebatur, non militabat ſi de puncto animationi quæſtionem agitabat, ideo ne Romanæ Eccleſiæ iudiciũ, ſenſumque præuerteret, ſemper quæſtionem poſuit de modo, quo potuerat ſanctificari, qui tunc temporis communis, non de ſubſtãtia, vt diximus, ni fallor ſi aliquis è contrariis hæc legerit, vnum pro certo mihi non negabit; quod ſi non æſtimet verum quod dixi, nec illum mouet, ſaltem affirmabit me non leuiter coniectaſſe, ſancti non eſſe verba, ex margine in textum irrepſiſſe; nunc ad alia.

Decimus locus eſt ibidem ex eadem quæſt. art. 2. quæſt. 1. per totam, & quæſt. 2. in corpore, & ad tertium, in toto hoc art. & eius quæſtionibus nil eſt negotij quod faceſſat, niſi reſponſio ad tertium argumentum 2. quæſtionis; nam cætera ſunt generales locutiones, & non faciunt ad rem, verba autem ad tertiam, illud inſinuare videntur, vnde contra immaculationem bene adducuntur à Bergomo; ſunt autem: *Ad tertium dicendum, quod eſſe ſine peccato dicitur eſſe proprium Chriſti, quia ipſe nunquam, nec actuali, nec originali macula infectus eſt. ſed Virgo mater eius fuit quidem peccato originali infecta à quo emundata fuit antequam ex vtero naſceretur, ſed à peccato actuali omnino immunis fuit*; quid clarius? vt autem aperta ſit eius ſolutio. *10. Locus. Ibid. art. 2. q. 5. & q. 2.*

Notandum argumentum eſſe ex Auguſt. tractabatur enim an Virgo eſſet immunis ab omni peccato actuali, quod non eſſet, ſic ex Auguſt. argumentabatur *eſſe ſine peccato, de ſolo Vnigenito in hac vita dici poteſt, ergo de beata Virgine dici non poteſt*, reſpondet ſanctus, quod de ſolo Chriſto dici poteſt eſſe ſine peccato, quatenus nec originale, nec actuale cõtraxit; in quo loco *ly originale* ſecũdum ſuam totam latitudinem ſumendum, quatenus ſcilicet non ſolum includit actu originale, ſed debitum illud contrahendi, vnde in reſponſione eodem modo ſumendum, ex quo ſit, quod quando ſanctus ait, *fuit quidem originali peccato infecta*, intelligendum vti ſuprà diximus in fœtu, & in conceptione antequam animaretur contrahens debitum, quod vt diximus, moralis quædam eſt macula à qua Virgo ſanctiſſima mundata; quod non ſic Chriſtus, qui in ipſa ſua conceptione ſanctiſſimus, & immaculatus, & qui nullum contraxit debitum, & hoc modo dicitur, quod ſolus Chriſtus eſt ſine peccato originali contracto, ac debito contrahendi, & actuali; Virgo autem ſine originali contracto, & actuali, non vero ſine debito contrahendi. *Auguſt.*

Quod ſi hoc non ſatisfacit, attende ſanctum hanc reſponſionem cum eius argumento in 3. part. abſtuliſſe, quando quæſt. 29. art. 4. eandem prorſus retractat quæſtionem; ergo aut mutauit opinionem, aut intelligendus, vt nos dicimus; ego ſecundum eligo.

Vndecimus locus eſt ex 4. ſententiarum *11. Locus.*

4. *ſent.* & 43. *art.* 4. 9. 1. *ad* 3.

diſtinct. 43. art. 4. quæſt. 1. ad tertium, fateor quod ſi Bergomus ſemper in mẽte diſtinctionem habuiſſet de debito contrahendi peccatum originale, & de actuali contractione, hunc locum adduxiſſet nunquam; cum ſic dilucidè ſanctus de hac diſtinctione loquatur, vt ex hoc loco, totum quod ſuprà diximus efficaciter confirmari poteſt.

Quæſtio ergo erat, *vtrum mori, erit terminus à quo reſurrectionis in omnibus?* Tertium argumentum partis negantis ſumptũ ex Auguſt. erat, quod Eccleſia petit in hac vita ſibi omnia debita relaxari, inter illa peccatum originale; ergo aliquando hoc Eccleſiæ Deus præſtabit, aliquos ſine peccato originali naſci, ac per conſequens, ſine debito moriendi, quod eſt per peccatum originale; ergo non morientur; reſpondet ſanctus, & non grauabor eius ad vnguem verba ponere, quia multum ad rem noſtram; *Ad tertium dicendum, quod hoc eſt erroneum dicere, quod aliquis ſine peccato originali concipiatur præter Chriſtum, quia ille qui ſine peccato originali conciperetur, non indigeret redemptione quæ facta eſt per Chriſtum, & ſic Chriſtus non eſſet omnium hominum redemptor, nec poteſt dici quod non hac redemptione indiguerunt, quia præſitum fuit eis vt ſine peccato conciperentur, quia illa gratia facta eſt parentibus, vt in eis vitium naturæ ſanaretur, quo manente ſine originali peccato generare non poſſent, vel ipſi naturæ quæ ſanata eſt.* Ex quibus verbis apertè Caietani doctrina quam ſupra poſuimus confirmatur, ſanctum ſcilicet ſemper conſtantem eſſe, & ipſum ſemper vniformiter loqui, erroneum eſt dare in doctrina ſancti aliquem non concipi in originali, & non eſſe redemptum, intelligendum ante animationem, quia vt ſic naſceretur ſine debito contrahendi originale, nec indigeret redemptione, etiam ſi ex gratia eis præſtitum ne in peccato conciperentur; nam vt ait ſanctus, talis gratia non ipſis, ſed parentibus, aut naturæ eſſet facta, quando ipſi non extabant; ergo quando poſtea eorum anima infundebatur, & iam erant, ex debito, & non ex gratia immaculatio eis debebatur, & vt ſic redemptione non indigerent, quod erroneum; vnde ſequens ſanctus amplius ſe explicans, ſic ait: *Oportet autem ponere quod quilibet perſonaliter*, hoc eſt dum actu eſt, dum actu viuit, dũ eſt homo; nam embrio non eſt homo, *redemptione Chriſti indigeat, non ſolum ratione naturæ, liberari autem à malo, vel à debito abſolui non poteſt niſi qui debitum incurrit, vel in malum dejectus fuit*; Quid clarius? duæ ergo ſecũdum ſanctum ſunt liberationes, ſeu redemptiones per Chriſtum vel à debito incurſo, vel à malo iam contracto; ſi quis ſine vtroque naſceretur certè redemptione non indigeret; vnde ſequens ſanctus ait: *& ita non poſſent omnes fructum Dominicæ redemptionis in ſe ipſis percipere, niſi omnes debitores naſcerentur, & malo ſubiecti*, id eſt, cum ſubiectione ad debitum, vnde non dicit, *vel in malum dejecti*, vt ſuprà; ex quo concludens, ait: *Vnde demiſſio debitorum, & liberatio à malo non poteſt intelligi, quod aliquis ſine debito, vel immunis à malo naſcatur, ſed quia cum debito natus poſtea per gratiam Chriſti liberatur.* Ergo ſecundum ſancti doctrinam ad hoc vt aliquis redemptus dicatur, ſufficit vt cum debito concipiatur, & ſi pœnam, ſiue peccatum poſtea non incurrat; quid ergo ex hac doctrina contra immaculationem colligi poteſt? prorſus nihil, immo tota in eius fauorem, vt patet.

12. *Locus. contr. Gẽtes lib.* 4. *c.* 50. & 82.

Duodecimus locus eſt ex lib. contra Gent. lib. 4. c. 50. & 82. nil penitus ibi de hac re diu. Thom. nec ex illis aliquid colligi poteſt, cum ſolum ibi de neceſſitate originale contrahendi ex Adamo per ſeminalem generationem, doctrinam tradens vniuerſalem, non ob inde excludens priuilegium, vt ibi apertè Ferrarienſis, ideóque locus non eſt ad rem.

13. *Locus. De Malo* 9. 4. *art.* 6. *in corp.* & *art.* 7. *ad* 6.

Decimus tertius locus eſt de Malo, quæſt. 4. art. 6. in corpore, & art. 7. ad ſextum, eiuſdem hæc loca eiuſdem ſunt farinæ, ac ſuperiora; doctrina eſt generalis de contractione peccati originalis, & nil prorſus ad rem; ſolum aduertendum in reſponſione art. 7. ad ſextum, de purgatione ſanctum agere virginis ſecunda, quando ſcilicet Chriſtum concepit, ex qua totaliter fomes ei extinctus, vt habet in 3. part. quæſt. 27. art. 3. ad tertium, vbi ſanctus per purgationem intelligit non ab impuritate culpæ, vel fomitis, ſed ab imaginibus, mentem Virginis vt ſanctus ait, *Magis in vnum colligens, & à multitudine ſuſtollens.*

14. *Locus. Quodlib.* 6. *art.* 7.

Decimus quartus locus eſt ex quodlibeto 6. art. 7. vbi ſanctus quæſtionem ventilat, vtrum liceat celebrare feſtum Conceptionis; cuius eaſdem patitur difficultates, quas ille 3. Hic lopart. quæſt. 27. ar. 2. quapropter omnes illæ reſponſiones huic etiam adaptari poſſunt quo non obſtante, & alias hic adiungemus, pro qua re.

Primo adnoto, quod quando ſanctus hic dicit *an Beata Virgo fuerit concepta cum originali*, quæſtio eſt intelligenda eo modo quo ſemper eam intellexit ſanctus, nempe de prima conceptione fœtus, quia poterat fœtus præſeruari à mundatione, ſeu purificari, & emundari ante animationem, contra quam opinionem conſtantiſſimè ſanctus ſemper diſputat, qua diſtinctione ſuppoſita manifeſtè deducitur, nec hic ſanctum contra cõceptionem ſtare, ſed tantum illum locutum de debito contracto, non de peccato, & conceptione ante animationem, non poſt animationem, & inſuper non quæ ipſe ſentiebat, ſed ſecundum quod tunc in Eccleſia quæſtio erat Romana, hoc ergo ſuppoſito.

Quæſtio erat *vtrum liceret feſtum Conceptionis celebrare*, recolendum quod qui tunc illud celebrabant, æſtimabant Virginem ſanctiſſimam in ipſo inſtanti ſuæ conceptionis ante animationem fuiſſe ſanctificatam, aut in parentibus, aut in ipſa ſeminum commiſtione, vt ſæpe diximus, contra hos ſemper firmiter pugnauit ſanctus affirmans, cum peccato hoc eſt cum debito peccati eſſe Virginem cõceptam, ſempérque hoc firmiſſimè pronuntians, & ſic in corpore eadem ratione vtitur, qua ſemper ſcilicet ſi illud eſſet, Virginem nõ indiguiſſe redemptione per Chriſtum; vnde deuotiſſimè ait, *& ideo non tantum debemus dare matri, quod ſubtrahat aliquid honoris filij, qui eſt ſaluator omnium hominum.* At cum illud non ſequatur, ſi dicatur Virginem contraxiſſe

originale radicaliter quando concepta ante animationem, vt suprà diximus; nam tunc indigebat redemptione, & fuit redempta per præseruationem; ergo quando sanctus ait, quia virgo ex Adam processit per seminalem generationem ideo *concepta fuit in originali peccato*, non aliter intelligendus, quàm supra scilicet de prima conceptione in fœtu; & debito, alioquin, vt sæpe diximus, nil ratio sancti concluderet, vnde ex hoc quod hic sanctus ait nil noui ex illo contra conceptionem sanctissimam inferri potest, quàm quod ex cæteris locis.

Secundo aduertẽdum tunc temporis æstimasse diu. Thom. Virginem sanctissimam in peccato fuisse conceptam sensum esse Romanæ Ecclesiæ, & noua erat quæstio, planum prius, & sine controuersia illud affirmabatur, non cœperat res ventilari; hinc Romana Ecclesia, cum adhuc res non erat discussa, nec ventilata, nouitatem renuit introducere, vti semper prudens, & constans, sed tolerãs opinionem contrariam, nec eam damnans, ipsa tamen secundum consuetudinem nec opinionem est amplexata, nec Conceptionis festum. Hinc sanctus in nullo à sancta Romana Ecclesia discedere cupiens, non equidem ex suo sensu, nec quid ipse apud se sentiret pandens, Ecclesiæ Romanæ se coniungens, dat Virginem in peccato conceptam, & quomodo festum celebrari possit, & in bonum excipi sensum aperit, vnde ait: *Quamuis autem Beata Virgo in originali concepta fuerit, creditur tamen in vtero fuisse sanctificata, ante quàm nata, & ideo circa celebrationem Conceptionis eius diuersa consuetudo Ecclesiarum inolenit; nam Romana Ecclesia, & plurima alia considerantes Conceptionem Virginis in originali peccato fuisse, festum conceptionis non celebrant. Aliqui vero considerantes sanctificationem eius in vtero cuius tempus ignoratur celebrant conceptionem; creditur enim quod cito post conceptionem, & anima infusionem fuerit sanctificata; vnde illa celebritas non est referenda ad conceptionem ratione conceptionis, sed potius ratione sanctificationis; sic ergo non est idea celebranda conceptio predicta, quia fuerit sine peccato originali concepta.* In quibus sancti verbis aduertendum ly *quamuis autem Beata Virgo in originali concepta fuerit*, duplicem opinionem respicere posse, aut sancti, & sic de prima conceptione nondum perfecta accipienda sunt ante animationem secundum quam sanctus semper tenuit Virginem cum peccato, hoc est cum debito peccati fuisse cõceptam, aut opinionem Ecclesiæ Romanæ, & aliarum quæ credebant, vt sanctus affirmat *cito post conceptionem, & anima infusionem fuisse sanctificatam*, vbi aduertendum li *creditur*, quod verbum aperte demonstrat sanctum non ex suâ sententia, sed ex aliorum loqui sensu, & iuxta hoc resoluit quæstionem, scilicet Ecclesiam Romanam non celebrare festum, quia reputabat conceptam Virginem in originali, cæteras illam celebrare, quia cum esset sanctificata Virgo in vtero nesciebant quando, & quia, vt ex Caiet. supra vidimus, tunc temporis hic modus defendendi nostram opinionem nondum erat cognitus, nempe quod fuit præseruata in instanti infusionis animæ, sed tantum tunc defendebatur, aut illud fuisse in parentibus, aut in ipsa conceptione ante animæ infusionem, quod vt omnino absurdum semper refutat sanctus, quia vt sic non esset redempta, ideo explicat quomodo cæteræ Ecclesiæ festum celebrent conceptionis, aut celebrare possunt, affirmans illas illud celebrare non *vt Conceptio vt sic*, id est antequam infunderetur, sed se referendo ad tempus quando sanctificata, quod ignoratur, licet crederetur fuisse paulò post animæ infusionem; est autem cæterarum Ecclesiarum illa esset intentio, quam sanctus affirmat, mihi valde fit perdifficile, nec in hoc sancto possum assentiri, sed quod potius festum celebrabant conceptionis vt conceptionis, id est in primo instanti conceptionis, antequam anima infunderetur, licet deciperentur; at sanctus sibi semper constans, cùm nullo modo illud admittere volebat, ideo ad bonum sensum attrahere illas satagebat.

Ex dictis ergo satis, ni fallor, constat, nil ex sensu proprio sancti hæc contra immaculationem ex hoc libro deduci posse, cum nil plus dicat quàm in superioribus, & ipse totus sit in explicanda ratione quomodo festum celebrari possit; immo quomodo ab Ecclesia tolerari Romana.

Sed si hæc tibi non satisfaciunt, directè vt supra dixi respondeo, ex suppositione sanctificationis ante animationem, qui modus redemptionem Virginis tollebat vere, & realiter sanctum dixisse Virginem conceptam in peccato, quod patet ex ratione, cum non aliam, quàm illam vnicam adducit, nempe non fuisse redemptam, & sic locutiones proprie accipiendo, & nullam explicationem eis addendo, non ob id infertur directè, & propriè vt sic sanctum contra immaculationem extare.

Decimus quintus locus est ex Opusc. 3. c. 214. in hoc capite nil amplius loquitur sanctus, nec nouas alias habet locutiones, quam in 3. parte in sententiariis, & aliis locis, vnde semper est intelligendus, loqui de conceptione imperfecta, inchoata, & ante animæ infusionem, vt sæpe diximus, ob quod superfluum ducimus illa hic repetere; omnia enim aptissimè ad modum loquendi, quo hic sanctus vtitur applicari possunt, nec noua aliqua adest difficultas; immo quod sanctus semper de prima conceptione sit locutus, faciunt illa verba expressa, *Non autem talis sanctificatio præcessit infusionem animæ*, &, sic quando ait; *vnde post infusionem animæ credendum est eam sanctificatam fuisse*, li *post* negatiuè sumendum est, vt sup. diximus, id est non ante infusionem animæ. *15. Locus. Opusc. 3. c. 214.*

Decimus sextus locus est ex Opusc. 4. super salutationem Angelicam; sed dato quod locus non sit corruptus, & quod sic semper extitit, quod omnino à nostris negatur, cum Catherinus in primo tractat. de conceptione Virginis, c. 6. pag. 61. §. *Quinto non monemur*, planè affirmet in hoc opusc. eadem verba sanctum adduxisse in fauorem conceptionis, quæ in sententiariis vt infrà dicemus; immo affirmat Turrecremata non ausum id insi- *16. Opusc. 4. Catherin.*

cari, vnde non sic in antiquis exemplaribus legebatur vt modo, sed dato quod sic, nil contra immaculationem, cum omnia quæ sanctus ibi commodissimè, & propriè de conceptione ante animationem intelligenda, & de debito, vt sæpè diximus.

17. *Locus.* *Psal.* 13. Decimus septimus locus est ex Psal. 13. super illa verba: *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum*, sed vt in reliquis, nil contra immaculationem; nam quando ait sanctus Beatam Virginem habuisse contractum peccatum, aperte de debito peccati contracto intelligit, cum eam apponat Christo, qui ipse solus *; nec contractum peccatum habuit*, ait sanctus, *nec commissum*, hoc est nec debitum contrahendi, nec actu commissum, vnde nil sanctus contra nos.

18. *Locus.* *Psal.* 45. Hæc loca ex Bergomo, vnum aliud ab aliis repetio adductũ, vt nil prorsus intactum relinquamus, est enim ex Psal. 45. super illa verba: *Deus in medio eius non commouebitur*; quæ verba, & alia de Beata Virgine sanctus intelligens, sic ait: *Possunt hæc referri ad Beatam Virginem, quia ipsa est ciuitas, in ipsa habitauit, ipsam fluminis impetus Spiritus sanctus scilicet lætificauit, ipsam sanctificauit in vtero matris suæ postquam formatũ fuit corpus, & creata anima, tunc primo aperuit gloria Domini tabernaculum*; & infrà super illa verba: *Adiuuabit eam Deus mane diluculo*, sic ait: *id est adhuc existente in vtero, & hoc est quod dicit, quod auxiliatus est ei Dominus in ipso ortu matutino.* Quid ex hoc loco contra immaculationem? non video; nam nil negotij facessant illa verba, sanctificata scilicet *postquam creatum est corpus, & creata anima*; nam verè sic fuit sanctificata post scilicet perfectum corpus, & dum anima infundebatur prius in instanti naturæ creata, sed in eodem instanti temporis sanctificata, ne peccatum incurreret.

Immo si coniectare, & arguere licet, potius pro nobis est sanctus, & optimè pro immaculatione hic locus afferri potest, quod credo bene perspexisse Bergomum, vnde illum data opera non adducit: nam quid aliud potest intelligi in vtero Virgini auxiliatus Deus, *in ipso ortu matutino*, nisi in ipso instanti infusionis animæ, tunc enim verè est in vtero ortus maturinus; nam tunc primo incepit esse perfectè, & creatura rationalis; nam si esset auxiliatus post instans infusionis, non equidem diceretur *in ipso ortu matutino*, sed post ortum matutinum in vtero, vnde dicendo sanctus, quod in vtero in ipso ortu matutino, quid aliud insinuare vult, nisi in ipso instanti infusionis animæ per gratiam fuisse præseruatam, vt nos dicimus?

Non credo alia diui Thom. supereſſe loca, ad minus quod ego sciam, & reperire potui; at nunc antequàm ad ea deueniam in quibus manifestè sanctus stat pro immaculatione, placet aliqua prius ex dictis corollaria elicere.

Primum, quod ex adductis satis liquet, quâ ratione, ac prudentia, quantaque simul veritate pater dixerit Iustinianus ex Prædicatorum familia in suis annotationibus ad vitam fratris Aloisij Berrandi annot. vltima, *quod si locus permitteret ex aliis quæ in summa sanctus, ait Doctor, suam in hac re sententiam optimè fo-*

Iustinian.

A *losari posset vt intelligat sanctus, sicut & alia loca intelliguntur scripturæ non de facto, sed de iure*, hoc est de debito peccati, non de ipso peccato, hoc autem ni fallor ex supradictis satis apertè constat, saltem probabiliter, & si non euidenter.

Secundum, & ob quod tantum suscepi laborem stantibus dictis, & quod omnino sanctus animus pia excusari, ac vindicari potest opinione, quod nullus rectè, ac verè dicere potest in hac re sanctum errasse, etiam post definitionem Ecclesiæ; cum optimè omnia sancti loca explicari, ac defendi possunt non esse contra immaculationem, sed contra eius modum, quo tunc asserebatur, & ipsum non locutum de facto, sed de iure; vnde non est B quod aliqui concrepent sanctum erasse, se decepisse, & quasi vexillum contra sancti doctrinam eleuantes ipsam omnibus superiorem ob hoc non esse blacterentur, sanctus non errauit, nil dixit quod sustineri non possit, etiam post definitionem, non contra immaculationem stetit, immo pro illa, errores sunt (parcant mihi, & indulgeant affectui, quando nolint rationi) qui sanctissimæ, & illibatæ sancti doctrinæ errores affingunt.

Ad loca ergo sancti pro immaculata accedens, primus refertur ex Psal. 18. in illud: *In sole posuit tabernaculum suum*, vbi sanctus, *id est corpus suum posuit in sole, id est in Beata Virgine, quæ nullam habuit obscuritatem peccati, iuxta illud Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Si ergo nullam habuit C peccati obscuritatem, ergo per illam vniuersalem negatiuam etiam & originale debet intelligi; at hæc ratio parum aduersarios vrgebit, quia respondent sanctum de peccatis actualibus illud intellexisse, quos efficacius, si in illo persistent conuincere ex hoc quippe loco non possumus.

13. Loca sanctissimi pro immaculatione. 1. *Locus.* *Psal.* 18.

Secundus refertur ex salutatione Angelica ex Catherino vt supra diximus, sed cum non extet, nec aduersarios ab illo satis conuincere possumus. 2. *Locus.*

Tertius est ex Psal. 14. super illa verba: *Qui ingreditur sine macula*, vbi sanctus de macula illud intelligens mortali, non veniali, cum istud in se non habet maculam propriam, nec D quilibet sanctus ab illo est immunis, adiungit; *sed in Christo, & in Virgine Maria nulla omnino macula fuit*, si omnino nulla, & si de Virgine loquitur ac de Christo; ergo nec in Virgine macula originalis, sicut nec in Christo; at respondent aduersarij, apertè ibi sanctum locutum de peccatis actualibus de quibus erat sermo, & sic de istis tantum omnino immunes affirmasse fuisse Christum, & Mariam, non curans tunc de originali, vt pote de quo non erat sermo. 3. *Locus.* *Psal.* 14.

Quartus locus est ex primo sent. distinct. 14. art. 3. ad tertium, hic locus celeber est, & mea sententia, nisi cum pertinacia, & irrationabiliter negari, aut tergiuersari non potest, vt hoc pateat, & quàm sine fundamento, aut rationis vmbra illum eludere procurat Bergomus in sua tabula in Concordant. locorum diui Thom. n. 370. 4. *Locus.* 1. *sent. d.* 14. *art.* 3. *ad* 3.

Notandum quæstionem ibi sanctum agitare de humanitate Christi, *Vtrũ scilicet Deus potuerit*

potuerit facere humanitatem Christi meliorem quàm sit; & partem negantem probat argumentis non solum ad ipsam sanctissimam humanitatẽ spectantibus, quatenus verbo vniebatur, sed etiam ex aliis rebus, quibus probare videbatur, aliqua sic Deum efficere, vt meliora esse non possint, vti de beatitudine creata; quæ cum sit status omnium bonorum cõgregatione perfectus, non videtur quod melius illa Deus efficere possit. Secundo ex puritate Virginis quæ secundum Anselmum, *decuit vt ea puritate niteret, qua maior sub Deo nequit intelligi*. Ergo si in puritate aliqua Virginem antecelleret, æquaretur Deo, quod impossibile; ergo sic pura extitit virgo, vt sub Deo nulla maior puritas; sanctus in corpore partem affirmantem tenens, ad tertium argumẽtum sic respondet: *Dicendũ quod puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquid creatũ inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit, & talis fuit puritas Beatæ Virginis quæ peccato originali, & actuali immunis fuit*; & quia ex hoc videbatur concludere Christum non maiorẽ puritatem, quam virginem obtinuisse, discretissimè subiungit, *fuit tamen sub Deo, in quantum erat in potentia ad peccandum*, vnde ly *sub Deo*, non solum intelligendum vt sic, sed vt etiam includit Christum, qui ratione vnionis impotens erat ad peccandum.

Ex sãcti ergo verbis, nisi vis inferatur, clarè, & manifestè deducitur ipsum sẽsisse ab omni macula originali Virginẽ semper fuisse purã: nam si post iustificationẽ, equidẽ alia sub Deo esset puritas maior, & quę nõ æquaretur Deo, nẽpe puritas ab originali; at argumentũ contrariũ de illa puritate intẽdebat sub Deo, qua nulla maior, possibilis; nã si esset Deo æquaretur; vnde argumenti erat conclusio, *Sed nihil potest Deus facere quod sibi in bonitate, vel puritate æquetur, ergo videtur quod nihil melius beata Virgine facere possit*. Responsio ergo sancti directè de illa puritate debet intelligi, qua sub Deo maior esse non possit: nã si esset Deo æquipararetur; hæc autẽ nulla alia excogitari potest nisi puritas ab omni originali, & actuali peccato omnino priuatiuè, & semper; immo hoc amplius cõfirmat exceptio, quatenus Virgini dat potentiam peccandi, & vt sic Deo non æquatur, sed est sub Deo. Hic sensus est veritimus, ingenuus, nec aliter nisi extorquẽdo potest sanctus intelligi, qui etiam similiter loquitur in eodem sent. lib. dist. 17. q 2. art. 4. de augmento loquens charitatis ad tertium, vbi affirmat in beata Virgine fuisse, *Depurationem ab omni peccato, & ideo peruenit ad summum puritatis; sub Deo tamen in quo non est aliqua potentia deficiendi, quæ est in qualibet creatura quantum in se est*. Quæ verba notanda, nã deficientia, siue potentia ad peccandũ tribuit sanctus Virgini, non quantũ contraxerat peccatum originale, sed secundum se cõsiderata, vt infra contra Bergomum dicemus, qui multipliciter hanc eludere intendit authoritatẽ.

Sentent. lib. 1. distinct 17. quæst. 2. art. 4. ad 3.

Effugiũ. Primo, respondet sanctum loqui de puritate post sanctificationem, immo, si Deo placet, illud ait similiter potest affirmari, de quolibet sanctificato, vel in vtero, vel per baptismum, quia tunc fuit immunis ab omni peccato originali, & actuali; ergo secundum Bergomum, non plus habuit Virgo, quàm Lutherus, & Caluinus, quando baptizati, & de istis æqualiter dici potest, quod ea puritate nituerunt, qua maior sub Deo nequit intelligi, & quod Anselmus, & sanctus nil plus ibi intellexerunt, indignissima solutio. Secundo, vt diximus de ea puritate necessarium vt sanctus intelligatur, qua sub Deo maior esse non possit, esset maior alia, si illud intelligeret de puritate post sanctificationem, vt diximus, ergo nihil concludit. *Præcluditur.*

Secundo, respondet, quod licet dicat immunem fuisse, tamen non ait quod semper: nam sanctus etiam de aliis affirmat, quod aliquando fuerunt sine peccato etiam veniali in hac vita, *sed non semper, nec diu*, nunc peto & si sanctus non apponeret modificationem illam, *sed non semper, nec diu*, quando affirmauit illos fuisse sine peccato veniali, locutio non intelligeretur quod semper, etiam si vniuersale signum non apponeret; ergo pari modo cum nullam adhibuit restrictionem in Virgine, sed tantum in potentia peccandi, signum, quod vniuersaliter intellexit propositionem, scilicet quod semper, quod omni tempore, quod nunquam maculam contraxit. 2. *Effugium.* *Præcluditur.*

Tertio respondet, ibi sanctum non loqui de conceptione passiua Virginis, sed potius de conceptione passiua Christi, & de conceptione actiua, qua Virgo concepit Christum, quæ dum illum concepit fuit omnino mundata, & purissima, & quod de illa loquebatur Anselmus, sed laborat iste in æquiuoco, sanctus in articulo, nec loquebatur de cõceptione passiua Christi, nec de conceptione actiua ipsius Virginis, sed tantum si Deus efficere poterat melioré humanitatem, quàm illa Christi, vnde ly *humanitas*, nõ sumitur restrictiuè ad cõceptionem, sed vniuersaliter, vt sic: nam alias, si tantum ad Christi cõceptionem respexisset sanctus, & determinasset posse, iterum fuisset necessarium inquirere, an meliorem efficere non posset, similiter post multum vitæ tẽporis decursum; cum & si sanctus dixisset posse Deum meliorem humanitatem concipere, nõ inde sequebatur, quod non posset meliorem illam efficere ex decursu temporis; vnde sancti quæstio vniuersaliter, non restrictiuè sumitur, & sic pari modo Virginis puritas indefinitè, vniuersaliter sumenda, vnde resolutio sancti ad id tendit puritatem Virginis per recessum à malo talem esse vt nequeat sub Deo maior reperiri, quia immunis semper extitit ab omni peccato originali, & actuali, nil restringendo, nec ad tempus se coarctando. 3. *Effugium.* *Præcluditur.*

Quarto respondet, quia dum sanctus dat Virgini potentiam ad peccandum, hoc non poterat esse, nisi ratione peccati originalis, *Nisi forte*, ait, *beata Virgo in sua materia consideretur*. Ergo ipsemet se ipsum soluit, & sic sanctus intelligendus, vt supra diximus ex loco sentent. 1. distinct. 17. 4. *Effugium.* *Præcluditur.*

Quinto tandem respondet cæteris supradictis verè insulsius, sanctum ibi exponere authoritatem Anselmi, qui vbique tenuit Virginem sanctissimam in originali conceptam, vt author iste aliquid dicat, si est quod dicit, tale ex illo confici deber argumentum, Anselmus 5. *Effugium.* *Præcluditur.*

tenuit vbique Virginem in peccato conceptã; ergo quãdo dixit docuiſſe vt niteret ea puritate, qua nulla maior ſub Deo, hoc intelligendum de peccatis actualibus, non originalibus; ergo ſanctus exponẽs Anſelmum ſimiliter illud debet intelligere, vt ſcilicet quatenus Virgo fuit ſine peccato actuali, nulla maior puritas erit ſub Deo; at pero & quando ſanctus ait Virginem fuiſſe immunẽ ab omni originali, & actuali, quid intellexit per originale, & ſecundo non fuiſſet facilius reſpõdere, puritatem ſecundum Anſelmum intelligi debere de peccatis actualibus tantum, nõ originali. Ergo quando immunem Virginẽ ſanctus facit etiam ab originali, intellexit ſimul & Anſelmum eam immunem conſtituere ab originali, & non ſicut malè author autumat; Quod autem Anſelmus non ſit contra conceptionem videndi ſunt moderni, qui eum vin-

Ægidius. dicant, & præcipuè Ægidius de Conceptione lib.1.quæſt.4 art.2.§.1. pag.231. nil ergo contra ſanctum adducit Bergomus, nil quod verè, & ſyncerè dici poſſit ſanctum pro negatiua non ſtare, & quod hic locus valde eum torſit, nullum maius argumẽtum, quàm tantas confarcinare ſolutiones, ſignum quod in nulla ſine ſcrupulo ſiſtebat; rationabiliter ergo pro ſe omnes ſanctum trahunt moderni.

3. Locus. Quintus locus eſt ex ex lectione 6. in c.3. epiſt.ad Galat. ſuper illa verba, *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius, non dicit & ſeminibus*, vbi ſic ſanctus: *non inueni mulierem præter virginem Mariam, quæ à peccato originali immunis eſſet.* Quid clarius? aut quo pacto hic locus tergiuerſari poteſt: ſanè aiunt, non ſic legitur modo, cum nunc ſic legatur; *Mulierem ex omnibus non inueni, quæ à peccato omnino immunis eſſet, ad minus originali, vel actuali.* Iam hoc ſcio, ſed amplius antiquis credo exemplaribus, quæ nunc vigẽt, & ſanctiſſimo ſunt præſentata; editio enim Pariſienſ. anno 1529. octoginta & amplius hac noua antiquior locum habet, vt nos dicimus, ſic altera etiam Pariſienſ. in via Iacobæa ſub quatuor elementis anno 1532. & tandem altera Veneta anno 1555. in omnibus enim poſt verba Eccleſiaſtes c.7. additur, *Excipitur puriſſima, & omni laude digniſſima virgo Maria*, immo in editione Veneta additur in margine, *Vide hic eſſe de mẽte ſancti Thomæ nullum habuiſſe peccatũ beatam Virginem.* Antiquis ego credo, noua reſpuo, quia in antiquis *ſcientia, & veritas*, videndi ſunt noui authores, qui latè de hac re, & quis author ſimiliter ea expanxerit, pandant, ſtandum ergo antiquis, quod cum ſit, quid ad authoritatem reſponderi ſyncerè poſſit, ego ſane non proſpicio, vnde clariſſimè hic, & in ſentent. loco ſanctus ſtat pro immaculata conceptione. Ex dictis ergo has conſtantes elicio concluſiones.

Prima, nunquam ſanctum directè, ac propriè contra immaculationem omnino ſtetiſſe, ſed tantum contra modum, quo tunc aſſerebatur Virginem ſanctiſſimam eſſe ſanctificatam, nempe ante animationem.

Secunda, ſanctum data opera noluiſſe nunquam directè quæſtionem diſcutere, ne aut decerneret contra illam, aut contra ſenſum Romanæ Eccleſiæ, quem tunc ipſe iudicabat non ſtare pro immaculatione.

Tertia, ſanctũ pro reuerentia Romanæ Eccleſiæ in hac re ſemper ancipitem fuiſſe, ſic vt ſi ob Virginis affectum, & amorem eam teneret, tamẽ ſemper cum formidine, dum Eccleſiã Romanã non pro ea ſtare tunc cernebat.

Quarta, verè eum pro immaculatione ſenſiſſe; & præcipuè quãdo non vt Scholaſticus, ſed vt ſcripturarius, & ſic ſuum ſenſum pandidiſſe in locis citatis; vnde firmiter, & veriſſimè adduci poteſt pro immaculatione; nullum ex eius doctrina argumentum efficax pro opinione contraria ſic futurum, vt ex eiuſmet doctrina non ſolui poſſit, & in bonum non reduci ſenſum.

Quinta demum, quod ſi aliquando Eccleſia in fauorẽ Conceptionis immaculatæ definitionem protulerit, contra ſancti doctrinam non definituram, nec minimam ab illa notam contracturam, cum veriſſimè, ac propriè, vt diximus, ſanctus pro immaculatione ſtat, & omnia eius loca, de *iure*, vt dicunt, non de *facto*, intelligi poſſunt.

HOMILIA LX.

Maria lignum benedictum, quia mundi ſalus.

VIrginem ſanctiſſimam benedictũ eſſe lignum, & arcam, quia ſine peccato concepta ſupra probauimus, nunc aliter hanc benedictionem expendemus, quia nempe per illam mundi ſalus, non ſecus, ac Noe arca, eleganter Anſelm. to.3. de excellent. Virginis c.4. ad finem reputat, nullum tale prædeſtinationis æternæ ſignum, ac Mariæ deuotionem, & de illa ſæpe cogitationẽ, *Itaque*, ait, *cui ſaltem ita conceſſum fuerit ſæpe dulci ſtudio poſſe cogitare de illa, magnum promerẽde ſalutis indicium eſſe conijcio.* Et merito, etenim illud ſalutis indicium Gedeoni extitit, Iudic.6. n.37. ſi ros in vellere, hoc eſt, vt inquit Bern. hom.2. ſuper *miſſus eſt*, ſi Chriſtus in Maria, quæ Dei vellus virgo gignens, virgo parturiens, *Quid illud Gedeonis vellus ſignificat*, ait, *quod vtique de carne tonſum, ſed ſine vulnere carnis in area ponitur, & nunc quidẽ lana, nunc vero area rore perfunditur, niſi carnẽ aſſumptam de carne Virginis, & abſque detrimento virginitatis.* Ipſa ergo eſt Gedeonis vellus diuino repleta, ac madida rore, ſignum noſtræ ſalutis, dum fœcundata edens nobis ſaluatorẽ vt in ſecundo Gedeonis ſigno ſicca ipſa ex parturitione, Chriſtum nobis profundẽs, totos nos replet rore, totos gratia diuina, qua ſaluamur, erigimur, ad cæleſtia ducimur, rectè ergo Anſelm. ſalutis eſſe indicium affirmat Virginis deuotionẽ. *Sumie tibi librum grandẽ, & ſcribe in eo ſtilo hominis*, Iſaiæ præcepit Dominus, c.8. n.1. quæ verba ſic legit Epiphan. hæreſ.30. *Accipe tibi fruſtum chartæ nouæ magnæ*, vbi per fruſtum chartæ, Virginis vterum intelligẽs, ipſã affirmat fuiſſe librum grandem in quo Dominus ſcripſit, *Caterum*, ait, *per fruſtum, & librũ vterus ſignificatur.* Vterus ergo, ſiue caro Virginis eſt hic liber, at quid Deus in illa ſcripſit? Baſilius Epiſcopus Seleuciæ, *noſtram libertatem*, in ipſa enim liberamur, per ipſam viuimus, per ipſam ſaluamur, vnde ex hac conſideratione idem Anſelm. in orat. quadam, quam refert in Mariali ſuo Didac. Vega in ep. dedicatoria ad

Anſelm. 1. Prædeſtinationis ſignum primæ Virginis deuotio *Iudic.6. n.37. Bern.*

2. Eſt Gedeonis vellus.

Iſaiæ 8. n.1.

3. Eſt liber vitæ quo prædeſtinati ſcribuntur.

Refertur à Daça prolog. 2. n.15.

Virginem motus affirmat prorsus impossibile vt pereat à Virgine respectus, vnde ait: *O beatissima Domina, sicut omnis à te auersus, & à te despectus, necesse est vt intereat, ita omnis ad te cõuersus, & à te respectus, vt pereat est impossibile.*

4. Christus pie credi potest vt à patre acceperit vocem semper audire Mariæ sanctissimæ deprecantis.

Nec equidem mirum: nam cũ mater sit peccatorum, & tota misericordia, sic Christo iudici resistit, dignè nobis aliquando irato, vt in misericordiam flectat, & vt sic dicam velit, nolit suam audiat vocem deprecantis; cũ piè quidem credi possit, inter cætera Christo sanctissimo iuncta præcipuum illud, vt vocem semper audiat matris, nec quippiam quod ab illa petatur durum ei videatur; soluens hæc benedicta duram illam Euæ imprecationem, Genes. 3. n. 16. *sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*, cum è contra vir ille diuinus sub Mariæ sit potestate, in iunctis habens, vt matris semper vocem audiat; enimuero sic Deus Abrahamo, qui durè, quod Sara ei dixerat, acceperat, Genes. 21. n. 12. *Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua, omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius*; quid Sara nisi Maria cuius figuram quando grauidanda fœtu hoc nomen accepit, Gen. 17. n. 15. prius enim *Sarai* dicebatur, hoc est *domina mea*, vel *domina domus meæ*, restrictiuè domina; at post fœtus promissionem non amplius *Sarai*, sed *Sara*, quod *domina* absolutè sonat, non vnius scilicet domus, ac familiæ, sed mũdi, sed orbis, nostram præfigurans dominam, mundi, cælorúmque Reginam, vnde Rupert. Cantic. 4. *Coronaberis*, inquit, *ô Virgo vt in cælis Regina sanctorũ, & in terris Regina sis regnorum*, hæc autem diuina Sara, super cælestium, ac terrestrium regina, sic coram Deo semper veneranda apparuit, vt nefas ducens quod nõ semper audiatur, quod quasi sub seruitute viri prematur, dum sub maledictione nũquam, sed semper benedicta, non sicut Euæ præripitur vt viri vocem audiat, sed è contra viro inhibetur, hoc est Christo sanctissimõ, vt vocem eius in cunctis audiat, & quod nihil durum, nihil asperum iudicet, quidquid ipsa pecierit, quidquid ipsa postulauerit. Egregiè hoc Ambros. de instit. virginis, c. 5. tom. 4. tractans enim quomodo Virgo sanctissima secũda erat Eua, iã non Eua, sed Sara, sic fatur: *Veni Eua iam Sara, de qua dicitur viro, audi Sara vxorem tuam, sis tu licet viro subdita, quia esse te deceat, cito tamen solueris sententiam, vt vir te audire iubeatur*; cuius equidem rei rationem subiungens, sequitur: *si typum Christi illa pariendo mereretur audiri, quantum proficit sexus, qui Christum salua tamen virginitate generauit*; Egregiè, meruit illa audiri, quia typum generauit Christi, & non merebitur qui Christũ ipsum? iunctum est Abrahæ, vt vocẽ vxoris audiat, & quod nil eius vocis asperũ ducat, quia Sara paritura Christi typũ, & Christo principi nõ iniungetur, vt semper vocem audiat matris, & quod nil asperum eius iudicet, quæ illum peperit? iniũgetur certè, eo vel maximè cum hæc nostra *Sara* nõ eiectionem, sed admissionem, non expulsionem, sed receptionẽ filiorum, in domum expetit parentis, *Eiice*, dixit illa, *ancillam & filium eius, non erit hæres filius ancillæ cũ filio meo Isaac*; inuidebat ista Ismaelli hæreditatem, ac cum filio cõmunitatem, ideo expulsionem inhibuit; at quam contrariis Maria pro nobis erat votis, non inuidet nobis hæreditatem, sed procurat, & sic procurat vt hæredes per illam simus Dei, *coheredes Christi*, ad Rom. 8. n. 17.

Ambros. *Rupertus.* *Toletus.* *Ad Rom.* 8. n. 17. *Ioan.* 11. n. 52.

6. Orationum Virginis efficacitas vnde.

En ratio efficacitatis, ac potentiæ orationis Virginis apud Filium, apud Patrem, apud sãctissimã illam Triadem; non orat ista filiorũ expulsionem, sed aggregationẽ, ad quam faciendam Christus venerat, Christus passus, ac mortuus Ioa. 11. n. 52. prophetauit inquit sãctº Euãgelista Caiphas iniquus Põtifex, dũ dixit, *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*, & ratio prophetiæ, *quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantũ pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum*; hoc est, vt rectè Toletus, nõ tantum erat moriturus pro gẽte sua, populo scilicet Iudaico, sed vt filios Dei, ac suos prædestinatos ex Gẽtilitio congregaret in vnum, in vnam scilicet Ecclesiam, in vnam domum, vt sic filios Dei efficeret, suíque cohæredes; ergo quod Christo in votis, quod pater desiderat summus, est non dispergere, sed congregare, non filios è domo amandare, sed retinere, immo à seipsis amandati, iterum congregare; quod cum sit, quid matri denegabit, dum ista non sicut Sara eiectionem, sed congregationem filiorum expostulat, quorum salutem sicut ex rigore iustitiæ filius in cruce promeruit, sicut apud ipsammet crucem ipsa existens & illam congruenter emeruit, facta ipsa sacrificium, & hostia simul cum filio; quod deuotissimè considerauit Arnoldus Carnotens. in tract. de illis verbis Christi in cruce, *Mulier hic est filius tuus*, vbi considerat, non vnum, sed duo ibi fuisse sacrificia, vnum filij, alterũ matris, vnum in altare crucis, alterum cordis, *In tabernaculo illo*, ait, *duo videres altaria, aliud in peccatore Maria, aliud in corpore Christi, Christus carnem, Maria animã immolabat, sine strepitu seipsam mactans in altari interiori, & ligna, & flammas, & latices conferebat*; hinc ex hoc ait: *cooperabatur plurimum secundum modum suum ad propitiandũ Deum*; at qualis hic modus? oratio scilicet eius pro nobis tũc peccatoribus filio oblata, sic vt ob eius reuerẽtiam, respectum, & amorem non potuit nõ exaudiri, quia illud, vt diximus habebat in mãdatis, vnde sequens Arnoldus ait, *Tam enim propria, quam matris vota charitas Christi proferret ad patrẽ, cum quod mater peteret, filius approbaret, pater donaret.* En ordo nostræ salutis, mater petit, filius approbat, pater dat, exclusum à regno se æstimet pro quo Maria non petit, inclusus, & prædestinatus si petat, hinc ipsa salus mundi, hinc prædestinatorum omnium salus, quia nil quod ipsa non petat filius approbat, & omne quod petit exaudit; vnde rectè Carthusianus lib. 2. de laudibus Mariæ, ipsam non viuam, sed vitam appellat, quatenus omnibus præbeat vitam, omniúmque sit vita sic explicans Euæ nomen, quæ vita interpretatur, *Non vitã*, ait, *sed vitã appellauit* Adamus scilicet Euã, *vt constaret Mariam omnibus viuendi causam esse, visa enim est forma cõmune vocabulum, & quidquid vivit per vitam vivit.*

Arnoldus Carnot.

7. Redẽptionẽ vt adiuuit.

8. Initium & nostræ salutis ordo à Mariæ oratione.

Hinc quos Maria recipit, quos in se continet, quos veluti Noe arca in se includit, dicam

9.

latere patri oſtendit latus, & vulnera, Maria Chriſto pectus, & vbera, nec poteſt ob id nullo modo eſſe repulſa. Egregiè, Chriſtus erat, ſed ex vulnere, mater erat, ſed ex vberibus, Chriſtus erat, ſed ex ſanguine, Maria erat, ſed ex lacte, in ſanguine & ſi ex parte Chriſti miſericordiam ſpero, ex parte mea timeo iuſtitiã; ego fudi, quis ſcit ſi ex oſtẽſione illa meorum rememoretur peccatorum, at in lacte, quid poteſt inſpicere Chriſtus niſi dulcedo, niſi beneficium, niſi debitum; hinc & ſi Chriſti ſanguis quoad ſubſtantiã ſalutis efficacius, quàm Mariæ lac, quã Mariæ vbera; tamen quo ad modũ, quo ad ordinem, quo ad efficaciam, in ipſummet, efficacius virginis lac, virginis vbera; hinc ſalus, quæ ab ea dulcius, imuo vt ſic dicam certius. Audi Anſelm. de excel. virginis, c.6. planè affirmantem, aliquando velocius eſſe adiutorium nomine inuocato Marię, quàm eius filij: *Velociárque eſt nonnunquã ſalus memorato nomine eius*, ideſt Mariæ, *quàm inuocato nomine Domini Ieſu filij ſui*, cuius rationem aſſignans, eandem tradit quam Bern. *quia filius eius Dominus eſt, & iudex omnium diſcernens merita ſingulorum, & ſic dum ipſe à quouis ſuo nomine innocatus, non ſtatim exaudit profecto id iuſtè facit*; equidem iuſtè expulſæ, ac reiectæ, Matth. 25. n. 12. fatuæ illæ virgines, & ſi *Domine Domine* inclamaſſent, quia & ſi ad Chriſtum patrem, ſi ad Chriſtum ſponſum inclamarent, tamen ad iudicem, vnde durum recipientes reſponſum illas nec agnouit, ô ſi non *Domine, Domine*, ſed *Domina Domina* inclamaſſent fortè exaudite, fortè nõ expulſæ, vbera filio demõſtraſſet, & negotiũ abſoluiſſet.

Anſelm. 17. Facilius ex aud mur inuocato nomine Mariæ, quã Ieſus, & huius rei ratio.

Matt. 25. n. 12.

18. Mariæ oratio pro peccatoribus efficaciſſima ex vberibus.

Vbera inquã in quibus quando filio ea oſtẽdit, non ſolum efficit vt in illis ſe filiũ aſpiciat, ſed & nos eius vt ſic dicam congermanos, vnde potentiſſima euenit, vt eius apud filium ſit impetratio, dum aſpicit non pro extraneis illã petere, non pro quibuſlibet, ſed pro filiis affectu materno, deſiderio ardenti, cum ipſa nõ tantum lacte Chriſtum aluit, ſed nos etiã peccatores, Geneſ. 21. n. 7. *Quis auditurũ crederet*, ait Sara, *Abrahã, quod Sara lactaret filium, quẽ peperit ei iam ſeni*, in Hebræo eſt *filios*, cuius rationem dicti explicans Lippom. in caten. ait, ideo hoc dixiſſe, vt Dei ingeminaret miſericordiam, filiúmque non eſſe ſuppoſititium, dum ſic lacte abundaret, vt non ſolum filium, ſed filios lactare poſſet, ſi vellet, *& nequis ſuppoſititium accuſet, ecce me fecit vitulam nõagenariam lactare, non ſolum filiũ hunc meum, ſed aliarum ſi vellem.* Sic equidem ſanctiſſima Virgo, ſic noſtra hæc diuina Sara tanta gratia abundat, vt non ſolum ad Chriſtum alendum ſufficit, ſed ad vos etiam extenditur, ſic vt ſicut Chriſtum genuit corpore, ac proinde mater eius corporalis, ſic ex eadem radice & nos genuit ſpiritu, ac per hoc mater noſtra ſpiritualis, audi Auguſt. lib. de virginitate. *Maria*, ait, *non ſolum ſpiritu, verum etiam corpore, & mater eſt, & Virgo, mater quidẽ ſpiritu non capitis noſtri, quod eſt ipſe Saluator, ex quo magis ipſa ſpiritualiter nata eſt, ſed plane mater membrorum eius, quod nos ſumus*; cuius rationem adiungens, ſequitur: *Quia cooperata eſt charitate ſua, vt fideles in Eccleſia naſcerentur, qui illius capitis membra ſunt, corpore vero mater ipſius capitis.* Ergo ſicut corpore Chriſti mãter, ſic ſpiritu noſtra, vnde & lacte nos paſcit gratiæ, ſicut Chriſtum ſui corporis; ergo in illis vberibus, & nos ſumus, & nos etiam in illis aſpicit Chriſtus. Si ergo nos aſpicit, ſi vt filios Mariæ nos concipit, nunquid aliquid ei denegabit pro nobis oranti? Geneſ. 12. n. 13. de Ægyptiis dicitur quia, *Abraham bene vſi ſunt propter Saram, fuerúntque ei oues, & boues*; Dixit enim quod *ſoror eius erat.* Si ergo apud Barbaros ſic potens Saræ fuit affinitas, vt in gratiam ipſius, nõ ſolum bene Abraham vterentur, ſed etiam quod diteſcerent, quod bonis cumularent, nunquid Deus qui miſericors, qui bonus, qui munificus hanc noſtram cum Virgine affinitatem conſiderans, immo in vberibus aſpiciens non ditabit? bona nobis non influet immenſa? quid neceſſe, vt vbera filio oſtenter, dicat tamen quod *ſoror noſtra eſt*, & dæmones nos contremiſcent, Angeli aſſociabunt, Deus miſerebitur, quod deuotè conſiderans Bonauent in ſpeculo virginis c.6. hunc eundem ponderans locum Geneſ. ſic ait: *O Sara noſtra dic obſecra, quod ſoror noſtra ſis, vt propter te bene nobis ſit à Deo, & ob gratiam tui viuant anima noſtra in Deo, dic inquam chariſſima Sara noſtra quod ſis ſoror noſtra, vt propter talem ſororem Ægyptij, id eſt dæmones nos reuereantur, vt etiam propter talem ororem Angeli nobis in acie coniungantur, vt inſuper propter talem ororem Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus noſtri miſereantur.* Hoc tamen ſufficit, dicat quod ſoror noſtra ſit, & ſalui erimus, dicat quod vult noſtram ſalutem, & negotium abſolutum erit, quia nil eſt quod Maria oret, quod non exoret, nil quod ipſa velit, quod Deus nolit, hinc omnium peccatorum vera ſalus, hinc ad inſtar Noe arcæ lignum benedictum per quod vt noſter ait Sapiens facta eſt mundi ſalus, *Benedictum.*

Lippom.

19. Eſt mater noſtra ſpiritualis.

Auguſt.

Bonau.

Num. 8. *Per manus autem quod fit idolum maledictum eſt ipſum, & qui fecit illud, quia ille quidem operatus eſt, illud autem cum eſſet fragile, Deus cognominatus eſt.*

Num. 9. *Similiter autem odio ſunt Deo impius, & impietas eius.*

Num. 10. *Etenim quod factum eſt, cum illo qui fecit tormenta patietur.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

ESt Antitheſis cum ligno benedicto, quod ſupra dixerat, illud benedictum, quia ſaluauit, iſtud maledictum ex quo fit idolum, quia genus perdidit humanum, & quia Deus cognominatus, cum non eſſet, niſi lignum putridum, omnia equidem plana, attamen breuiter tranſcurremus.

Per manus autem quod fit idolum maledictum eſt, & ipſum, &c. Græc. *Manu factum autem maledictum ipſum*, Ambroſ. in Pſal. 118. octon. 8. *Maledictum lignum, quod fit per manum hominum.* Vatab. *Infelix lignum*; at quomodo idolum maledicitur quod inſenſibile, cum iuxta doctrinam ſancti Thom. 2. 2. quæſt. 76. art. 1. benedictio, & maledictio propriè eſt illius creaturæ, quæ capax eſt boni, & mali, vt

Ambroſ.

Vatab.

S. Thom.

Digitized by Google

rationalis, & irrationalis, in ordine tamen ad rationalem propter quam eſt. Idolum autem nihil eſt in ſe, niſi materiale tantum lignum, at hæc quæſtio infrà num.10. reſoluemus.

Et qui fecit illud, &c. Nam maledictus homo *qui facit ſculptile, & conflatilem abominationem Domini*, Deuter.27. n.15. & alibi ſæpe in Scripturis. *Deut. 27. n.15.*

Illud autem cum eſſet fragile, Græc. *corruptibile, Deus nominatus eſt*, Dei titulum præferens, vt Deus adoratus, quid ignominioſius? audiat hoc adulatores, ſimúlque adulati, ambo ſunt maledicti, adulator quia Deum facit, adulatus, quia Deum ſe facere permittit. Hinc dum ſuperbiunt, non exaltantur, ſed dimittuntur, qualis amplior dimiſſio quàm adulatoris? dum vt ad ſuam perueniat ambitionem, hominem ſibi parem Deum facit, ac pro Deo honorat; hinc hominem dæmon æſtimans Chriſtum, adulatorem eum facere intentauit, ſcilicet vt ſe adoraret, magna promittens, ſed cum hac conditione, vt *cadens* adoraret ipſum Matth. 4.n.10. non ſimpliciter adorationem petiit, ſed cum caſu, cum vilitate ſcilicet, cum abiectione, cum deturpatione propria, quod conſiderauit Ambr. in Luc. tract.3. à medio, tom 5. hæc ipſa expendens verba, ſic fatus; *Non ſolum diabolus dixit, ſi adoraueris me, ſed ſi cadens, quia ambitio habet domeſticum periculum, vt dominetur enim aliis prius ſeruit, & curuatur obſequio, vt honore donetur, & dum vult eſſe ſublimior, fit remiſſior.* Nil pulchrius, curuatur adulator obſequio, fit remiſſior, dum vult eſſe ſublimior, miſer Deum ſupra ſe conſtituens hominem ipſo aliquando miſeriorem, nunquid ob hoc dignè à Deo non maledictus, tanquam homo mendax, lætificans Regem *in mendacio ſuo*, Oſee 7. cum idem ſit adulator, ac mendax; nam cum adulatores ſemper potentes ſequantur, fit vt neceſſario mentiantur, cum ſecundum Galen. lib.2. de agnoſcendis, curandíſque animi morbis, veritatis hominis ſignum illud vnum, ſi potentes non ſequatur; nam vt ipſe ait; *Quiſquis enim huiuſcemodi vitam ſibi ipſi ſequendam propoſuit, non ſolum non verax eſſe conſuenit, ſed etiam omnem malitiam habere neceſſario, quippe qui aut pecuniarum, aut principatus, aut gloriæ, aut honorum ſit cupidus, & vel aliquibus horum ſeorſim, vel omnibus ſimul inſidietur.* Sed de hoc malo vide quæ in 1.tom.diximus hom.80.

1 Adulatores maledicti.

2 Sunt animo viles, & adulãdo deprimuntur.

Matt.4. n.10.

3 Diabolus adulatorem Chriſtum facere tentauit.

Oſee 7.

4 Adulatores mendaces.

5 Homo veritatis ille, qui potẽtes non ſequitur.

Similiter autem odio ſunt Deo impius, & impietas eius, &c. Senſus planus, vbi pro impio, idololatra intelligitur, vt impietas idololatria, licet Hugo velit vt intelligatur idolum, hoc eſt ſpiritus præſidens idolo, cauſa impietatis; ſed melior prior ſenſus: nam vt inquit Cantacuz. occurritur quæſtioni, cur ſint execranda ſimulacra; quæ nihil ſentiunt; *nam quemadmodum*, ait, *qui honeſta agunt, quibus artibus ad hæc agenda excitantur, ea quoque celebrantur, vt ſi medicus medicina præclarè vtatur, vel fabrili artificio faber, ita cum aliqui deterioribus rebus addicti ſunt, ea quibus depranati ſunt vna cum ipſis vituperantur.*

Hugo. *Cantac.*

6 Hæreſis Deum facies peccati authorem à ſapiente cõfunditur.

Ex hac authoritate notandum eorum confundi hæreſim, qui Deum authorem faciũt peccati, quomodo author, ſi illud odit, & deteſtatur, non certè ipſe hominem odit, qua homo, ſed qua peccator, malum in ipſo abominans, nõ naturam, quæ non vt condemnaret, ſed vt ſaluaret creauit, vnde perditio ex illa, non ex ipſo, quod egregiè Tertul. lib. de ſpectaculis c.2. vbi ſic: *Nam ſi omnium malignitatem, & ſi tantum malitiam excogitatam Deus exaltor innocentiæ odit, indubitate quæcunque condidit, non in exitium operum conſtat condidiſſe quæ damnat, licet eadem opera per ea quæ condidit adminiſtrentur, quando hæc ſit tota ratio damnationis pernerſæ adminiſtratio conditionis à conditis.* Pulchrè argumentatur, odit Deus abominationes, & peccata; ergo non eſt cauſa peccati, ergo non eſt cauſa vt homo ea faciat, ergo nec hominis damnationis, ergo nec hominem ad damnationem creauit, ſed ipſe ſe homo damnat, dum rectus à Deo conditus, conditis peruersè abutitur. Ceſſent ergo latrare canes, qui foras ab Apoſtolo expelluntur, quia vt noſter inquit ſapiens, Deo odio ſunt impius, & impietas eius. *Tertul.*

7 Deus peccatum odit, non hominem.

Etenim quod factum eſt cum illo qui fecit tormenta patiuntur, &c. Quomodo hoc? cum vt ſuprà diximus idolum nil eſt, aut quid tantum materiale quod nec maledici, nec tormenta pati poſſit, ad cuius ſolutionem.

8 Idola vt maledicta, & ſi inſenſibilia.

Notandum ex Hugo idolum aliquando ſumi pro ligno ſic figurato, aliquando pro dæmone præſidente, aliquando pro compacto ex his, ſecundo modo hic intelligitur, & ſic vt inquit Liranus & dæmon, & homo ipſum adorans ſimul plectentur, non diſplicet Lotino, qui hoc intelligit ſecundum vſum, quo ſæpe ad ignominiam ſontium cum ipſis inſtrumenta eorum appenduntur malitiæ, immo ſæpe ea quibus necti, cum ipſis confodiuntur, quod relatum, & obſeruatum ait à Baronio lib.3 anno 362. & tomo 1. in appendice, & à Marco Velſero lib.7. rerum Auguſtarum pag.138. quod confirmat exemplo Agricolæ martyris reperti ab Ambroſ. cum clauis; Thomæ Apoſtoli lanceæ cuſpide, Virginum Britannicarum Coloniæ cum ſagittis, &c. Vnde ſenſus ad ignominiam idololatrarum effecturum Deum, vt ſimul in ipſis idolis quæ coluerunt tormenta patiantur; vnde illud plus tunc eos torquebit, quod plus hic diligentes adorauerunt; de qua re vide quæ diximus in 1. tom.hom.74. *Hugo.* *Liranus.* *Lorinus.* *Baron.* *Velſero.*

D Num.11. *Propter hoc & in idolis nationum non erit reſpectus, quoniam creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

REprobata idolorum fatuitate ex eorum vilitate, & inutilitate, nunc eorum irremiſſibilis deſtructio prædicitur, ſimúlque deſtructionis cauſa, nempe quia Deum ſuæ in odium adduxerunt creaturæ, vnde ait.

Propter hoc, &c. Hoc eſt propter ſcelus vſurpandi nomen diuinitatis, & idolo tribuendi.

Non erit reſpectus, &c. Græc. affirmatiuè, *& idolis nationum viſitatio erit*, in idem reincidit, cum non erit reſpectus, tantum ſonat, ac ſine vllo reſpectu à viſitatione eximentur. Hugo, *non erit reſpectus miſericordiæ Dei, quia nec ipſi idololatræ, nec ipſi dæmones miſericordiam conſequentur.* Hiere.10. n.14. *Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia, confuſus eſt artifex omnis in ſcul-* *Hugo.* *Hiere.10. n.14.*

illa hypotesi nõ potuisse scilicet Virginem alio modo sanctificari,& esse sãctificatã per emũdationé fœtus antè animationé,vt tũc tẽporis erat opinio,& sic affirmabatur,vt expresse ait Caietanus hîc, nec alio modo tũc defendebatur, dico quod apertissimè Sanctus affirmauit illud esse impossibile,& sic fuisse conceptam in peccato,& sanctificatam post eius conceptionem; at non sequitur inde,quod absolutè teneat Sanctus fuisse conceptam in peccato, tum quia bene calluit potuisse fieri in ipso instanti infusionis per præseruationem,& esset ob hoc redempta,tum quia cum alias,vt infrà dicemus, Sanctus apertè affirmauerit conceptam sine peccato originali,& antè infusionem animæ nullo modo concedat, sequitur vt teneat Sanctus potuisse fieri in ipso instanti infusionis.

11 Cur sanctus vt scholasticus non affirmauerit immaculationem virginis.

At dices,cur hoc non dixit, seu cur hanc non posuit distinctionem, seu modum,dico quod noluit ob reuerentiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ:nam cum ex hoc modo infringebatur totaliter ratio eius, scilicet quod non esset redempta,consequenter saltem admittere debebat, vt probabilem opinionem, eamque affirmare; at quia Ecclesia Romana tunc illam non tenebat, nec pro ea stabat,voluit Sanctus illam affirmare vt scholasticus,qui ex rigore determinat, licet vt scripturarius eam affirmet, vt inferius probabimus;ergo nullam vim sancti inferendo verbis,dicimus ex hypothesi,& secũdum quod tunc discutiebatur quæstio, & defendebatur sanctum affirmasse virginem in peccato conceptam; negamus omnino absolutè sanctum sic illam tenuisse omnino,sed de hac re iterũ infrà.

5. *Locus.* 3.p.q.31.ar. 1. ad 3.

Quintus locus à Bergomo adductus, est ex 3. part.qu.31 art. 1. ad tertium,est locus impertinens,& malè adducitur,cum vt sæpius diximus sub illa generalitate, qua affirmat Sanctus omnes, qui ex virili semine ab Adamo deriuati, peccatum contraxisse originis, sanctissimã non includi virginem, quæ ex priuilegio immunis.

6. *Locus.* Ibid.ar.6. ad 2.

Sextus locus est ibidem,art.6.ad secundum, sed minus aptè adducitur quàm primus, quid enim est Christum per virginem fuisse secundum carnem ex Dauid originaliter, & non per seminalem rationem,virgo autem per seminalem rationem, cum eo quod sanctus intendat virginem conceptam in peccato; fateor impatientissimè me hæc perferre,nescio quid minus redolent ingenuitatis, ac candoris, & nescio quid nimis addictionis, dum vt inquit sanctus August.suprà citatus à nobis, c. 1. aliquando sic addicimur aliquibus expositionibus scripturæ, vt velimus quod scriptura dicat,quod nos dicimus,& non nos dicere quod ipsa dicit, vide ibi hom.vltima;sic Bergomus vult sanctum dicere quod ipse, non ipse quod sanctus, ideo extra rem authoritates confarcinat,nobis tempus adimens ad grauiora,sed patienter pergendum.

7. *Locus.* Ibid.art.7. ad 2.

Septimus locus ibid. art.7.ad secundum similis est antecedentibus,nil ex illo deduci potest, saluo reprobationem illius asserti, siue potius disserti, aliquorum asserentium modum huius sanctificationis, nempè quia ex primis nostris parentibus nondum peccati labe infecti s quædam ab omni contagione pura seruata particula fuerit,ex qua immaculata virgo, sic modernus quidam aliquos cum Gabarino, lib. 7.ca.3. sentire affirmat,quibus putat non leuiter fauere

Veldsqu. ad Philip. c.2. vers. 7. annota. 8. n. 8. Gabarin.

A Damascen.or.1.de Mariæ Natiuitate; quam rẽ dubiam,& incertam merito appellat,ego totam Damasceni orationem perlegi, nec verbum de hac re reperi,nisi velint huic fabulæ, quod faueãt illa verba: *O beatos Ioachim lumbos.ex quibus prorsus immaculatum semen fluxit* Ergo semen immaculatũ in Adamo reseruatum à maledictione,siue eius particula,per seminum canales refluens tota Trinitate operante miraculosè,ac continuè,per millenas transmutationes, ac millenis annis in lumbos Ioachim influxus, ab illo influxit, quæ res magis risu digna; hæ quippè assertiones sunt, quæ viros grauissimos à nobis alienarunt,dum sic ridicula ab aliquibus ex nostris effugere viderunt, sanctissimè B Doctor sanctissimus hic, vbi postquam affirmasset Christum assumpsisse carnem peccato non infectam, sicut fuerat caro hominis antè peccatum, quia subtilissimè præuidit ex dictis sequi illud,quod nunc isti de virgine asserunt, addit sapientissimè: *Non autem hoc intelligitur secundum continuationem puritatis, ita scilicet quod illa caro pueri hominis conseruaretur à peccato immunis vsque ad formationẽ corporis Christi.* Vnde nec Christo illud datũ,cur ergo virgini?

8. *Locus.* Ibid.ar.8. in corp.

Octauus locus est in hac eadem q.ar.8.in corpore,& ad secundum,in corpore, nil Sanctus peculiariter habet, nisi illud quod generaliter C semper asserit omnes indiguisse redemptione per Christum vt mundarentur ab originali, qui per seminalem generationem essent procreati, quod nos non negamus, cum virginem asserimus redemptione indiguisse præseruatiua vt sic dicam, non emundatiua.

Ad illud ad secundum,ex dictis suprà,respondemus intelligendum sanctum de conceptione fœtus antequam anima infunderetur; nam tunc verè,& in radice,vt suprà diximus peccatũ cõtraxit originale in potentia,id est debitum illud contrahendi,nec aliud voluit hîc Sanctus indicare,cum quæstio erat, *vtrum Christus in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.* Partem tenens negatiuam,ad argumentum,quod fiebat,quia Christus venit ex matre decimata, dissimilitudinem inter Christum,& virginem assignans, ait: *quod quia virgo fuit in originali concepta.* Hoc est in D carne, & ex carne peccato obnoxia, & contaminata eo modo quo sup.diximus: *fuit in Abraham curatione indigens,& non sicut vulneris medicina.* Vt de Christo dixerat in corpore, in quo illud vsque ad admirationem est notandum, quàm cohærenter semper sit sanctissimus in dictis,vnica illius ratio, quia si virgo antè animationem mundata,non indigeret redemptione, isto principio semper inhærens, omnes soluit quæstiones,obiectionésque,quod non faceret, si substantialem quæstionem proposuisset, cum non sequatur vt sæpè diximus redemptione virginem sanctissimam non indiguisse, si præseruata in ipso instanti conceptionis.

9. *Locus.* 2.dist.31.q. 1.ar.2.

Nonus locus est ex 2.dist.31.q.1.ar.2.per totũ, at nil prorsus educi potest ex illo;nã quæstio est: *Vtrũ sit necesse omnes homines nasci in peccato originali.* Et partẽ affirmãtẽ tenẽs sanctus nõ proindè excludit personam non posse esse aliquam ex priuilegio,quod sine peccato nascatur,quod patet, & clarè educi potest ex responsione ad secundum: nam sicut infert Sanctus, non exinde quod aliqui non moriantur vt aliquorum

erat opinio vt supra diximus, ob hoc dici posse originale peccatum non contraxisse, quia sufficit ad hoc vt debitum contrahant mortis, licet ab actu moriendi Deus eos liberet, sic pari modo nunc ex doctrina sancti argumentor; quod non exinde quod virgo fuit actu immunis à peccato, sequitur non omnes incurrisse peccatum originale: nam vt veritas illa Apostoli seruetur omnes scilicet peccasse in Adam, sufficit vt omnes debitum contrahant peccandi, cum purè virgo ex illa originetur natura, quæ iustitia debita carebat.

10. *Locus.* 3 *sent.* d. 3. *art.* 1. *ad* 2. *q.*

Decimus locus est, ex 3. sentent. distinct. 3. art. 1 ad secundam quæstionem, vbi apertè videtur sanctus stare contra immaculationem, verba eius sunt. *Ad secundam quæstionem dicendum, quod sanctificatio Virginis, non potuit esse decenter ante infusionem animæ, quia gratiæ capax nondum erat, sed nec etiam in ipso instanti infusionis vt scilicet per gratiam tunc sibi infusam conseruaretur ne culpam originalem incurreret, Christus enim hoc singulariter in humano genere habet, vt redemptione non egeat, quia caput nostrum est, sed omnibus conuenit redimi per ipsum, hoc autem esse non posset si alia anima inueniretur, quæ nunquam originali maculæ fuisset infecta, & ideo nec Beatæ Virgini, nec alicui præter Christum hoc concessum est.* Hæc in diuo Thom. ibi, quapropter optimè contra immaculationem affertur locus à Bergomo.

Hic locus sic clarus est, vt non intimius rem inspiciens, nec ex professo vt modo rem tractans ac libros reuoluens in 1. tom. dixi apertè hîc contra immaculationem sanctum stare, & quia dum in procinctu eram librum impressori tradere ad manum elucidarium patris Baptistæ Pocæ è Societate Iesu, venit, qui hunc locum in dubium an sit diui Thomæ vertit, cum tempus ad intimius inspiciendum non erat, ad illum lectorem remisi, his verbis; *Si tamen verba sunt sancti de qua re videndum est nouus Poca*, aliquis forsitan ex contrariis hunc locum inspiciens, ausu plusquam temerario marginalè notatiunculam adiecit contra Pocam, non solum ineptam, sed viro Christiano indignam, cum qua impressorum iniuria liber in lucem prodiit, quanto animi mei dolore Deus scit, nec correptionis tempus suppetiit: cum liber Parisiis imprimebatur, & iam quando ad manus deuenit, quasi annum transierat ab impressione, anteuertere non potui, vt folium corrigerent; sicque opus hic in Hispania cum illa dimanatum, licet cassa margine, ac strictè Bibliopolæ præceptum, ne cum illa librum diuenderet, quod & factum, sed non sic feliciter, vt aliquibus non interluceret, visum hîc mentionem de eafacere, & simul edicere non esse meam, sed merè imposituram, & à viro impositã parum religioso, minúsque Deum timente, & vt videat quantum profecerit, attendat nunc.

Duo ergo asseuerantes, & firmiter verba illa, *sed nec etiam in ipso instanti infusionis*, vsque ad illa exclusiuè, *Christus enim*, non esse diui Thomæ, sicut nec illa tertij argumenti, *vel saltem in ipso instanti infusionis*, vsque ad finem, sed primo in aliqua marginali adnotatiuncula apposita, & postea in textum irrupisse, vt multoties accidit, quod antequam probem.

Pronuncio ex dicendis impostura, falsitatis, aut calumniæ, nihil meæ esse intentionis contrarios sanctissimos homines inurere, absit, cum omnes reuereat, suspiciam, ac vt magistros, doctoréque sanctissimi condiscipulos impensè diligam, vnde & si pronunciem verba non esse sancti, non ob inde sequitur impostura illos effeciſſe; nam aliud est imponere alicui quod nunquam dixit, aliud addere ad quod dixit aliquid, vel explanando, vel vt dilucidius, quod asseratur intelligatur, & præcipuè in margine, superfluum hoc probare; videatur Pamelius in Tertul. Marius Victorin. in Hieronym. Petrus Nanius in Ambros. Bosius in Ephrem Syrum, Nicetas in Nazianzen. Iacobus Billius Pruneus in Damascen. quod autem sæpe quod in margine in textum surrepserit, non est quod dicam, vnum addam quod ipsemet vidi in cantaribus Salomonis, dum è nostris Peter Andreas de Leone, vt Chaldaïcam versionem emendaret, Rabbinorum quédam librum ab alma, regalique sancti Laurentij Escurialis Bibliotheca accepisset, in eo tota illa farrago, mistura, impostura quæ in textu reperiebatur Chaldaïco, & quam ipse à textu summo demerat labore, Rabbinorum reperit esse expositionem in margine adnotatam, quæ decursu temporis in textum irrepserat, vix quippe est author grauis cuius opera, quando post mortem ipsius iterum sub prælo constituuntur non hoc patiatur, quæ res probatione nó indiget; summa Toleti quam viuens composuit, conferatur cum ea quam post mortem, & quàm verum quod dicimus apparebit. Ergo-ne impostores qui illud fecerunt? absit, ex aliis eius scriptis, ex aliis dictis, ex suismet principiis illud collegerunt, quid mirum si ad eius honorem addiderunt, vel immutarunt? videatur Sanchez de Matrimonio antiquus, cõferatur cum modernis, & planum hoc fiet; ipsius sancti Thomæ antiqua exemplaria conferantur cum nouis, & fiat hoc euidens, impostor ille est qui non addit, sed innouat, qui non declarat, sed purè addit; hinc possibile, vt cum pro indubitato apud contrarios sit sanctum pro minus pia stare, ad maiorem declarationem, & vt nullo modo tergiuersari, aut explicari posset, ipsum non locutum tantum de modo, sed de substantia quæstionis, verba illa primo in margine posuisse, deinde in textum irrepsisse, quod quæ me moueant, & quibus rationibus ducor, nunc accipe.

Prima, nam quæstio in hoc loco prorsus eadem quæ in tertia parte nil additum, nil immutatum, sancti verba: *vlterius videtur quod ante animationem sanctificata fuerit*, in 3. *vtrum Beata Virgo fuerit sanctificata ante animationem*. Ergo in vtra que parte eadé est quæstio; at in argumento tertiæ partis nullo modo inueniuntur illa verba; ergo vnum de duobus, aut hîc addita, aut sanctum in 3. part. immutasse opinionem, & quia hîc contra substantiam directè erat immaculationis, ideo hoc relinquens, tantum contra modum in 3. disputauit, elige nunc quod vis, ego primum quidem teneo.

Secunda est ipsum sancti fundamentum, si enim quando dixit hic, *neque in ipso instanti conceptionis*, aliud adduxisset præter id quod communiter adducit, nempe non indiguisse Virginem redemptione, aliquid esset quod intelligeretur doctrinam esse sancti, sed cum nullum aliud adducat, & ex illo vt vidimus illud non sequitur, & tantum contra modum pugnet, non contra substantiam immaculationis vt vidimus, vnum certè de duobus, aut quod sanctus ignorauit quod illud ex illo nõ sequebatur, aut verba supposita, vide quod mauis, ego vltimum teneo. Et secundo cum alibi sanctus apertè pro immaculatione stetit, vt infrà probabo, apertè sequitur, aut ipsum contraria locutum, aut hic non ea dixisse, quod firmiter credo.

12. Vltimum sancti opus summam & Theologiæ.

Tertia, pono vt firmum, apud omnes cordatos vltimum sancti Thomæ opus *summam* quam vocant esse *Theologiæ*, primum in sententiarum Magistrum, non immorior in hoc, quidquid aliqui autument, nulla prorsus, nec verisimili ducti ratione, quod si locus pateretur illud probarem, Ioan. Varela Ordinis Prædicatorum in sua chronica c. 6. sic ait: *Eisdem ferè diebus ordo noster maximè decoratus est his viris, fratre Vmberto magistro ordinis, fratre Hugone Cardinali, fratre Guielmo Peralta, fratre Vincentio Beluacensi, fratre Iacobo de Voragine, fratre Alberto magno, & sancto Thoma, qui omnes eodem tempore florentes, ita vt vix discerni possit quis alterum præcessit, adeo vnanimiter scripserunt, vt nec in minimo dissonare ad inuicem videantur.* Hoc dixerim, vt semel videatur quam insulsum sit illud argumentum, vltimum opus diu. Thom. esse sententiarios, quia diu post Beluacensem vixit, à quo vt pote iuuenis mutuatus 1. 2. & 2. 2. assertum falsum, cum potius Beluacensis à diu. Thom. de qua re videatur Bellarminus de scriptoribus Ecclesiasticis, & noui Authores, qui sapientissimè ab hac calumnia, & doctissimè simul diu. liberant Thom. at non possum hîc breuiter vnum non addere, dicunt aliqui diu. Thom. è Beluacensi illa mutuasse, probant quia triginta annis antequam diu. obiisset Thom. iam Beluacensis in lucem prodierat speculum historiale, antequã vero illud prodiisset, iam inquiunt quod publicauerat speculum morale, sicut ex ipsomet Beluacensi constat, vixit diu. Thom. quinquaginta annos; ergo aiunt, non plus quàm viginti obtinebat, quando iam Beluacensis speculum morale edidit, sit vt volunt, modò de hoc non curo, an scilicet vera, an falsa sit hæc supputatio, do illis libenter quod affirmant, Beluacensem scilicet speculum morale prodisse ante naturale, nunc sic arguo, si vnus prælo mandaret opus quod alias impressum, quod diuulgatum, quod præ omnibus manibus tritum, & hoc sub eius nomine, quale de hoc iudicium faceremus? certè vnum de duobus, aut quia insanus, & destitutæ mentis, aut quia verè opus erat suum, sed alter furatus præuertit impressionem, & quod non suum in publicum emersit; hoc nonne quotidie videmus, experimur, & dolemus? immo est hæc causa, vt multoties aliqui opus euulgent quod alias non facerent, ob hoc dixit Maro,

Varela.

Maro.

Hos ego versiculos feci, tulit alter honorem.

Terentius affirmat ob hoc suas eduxisse Comedias, quia alter *prosui eas publicabat*, Plinius Minor lib. 2. in epist. ad Octauium, ob eandem causam ei consulit, vt sua prodat. *Innotuere quidam tui versus, & inuito te claustra fregerunt, hos nisi retrahis in corpus, quandoque vt errones, aliquem cui dicantur inuenient*, opus Petri Nauarri de restitutione, nónne totum Patris Vasquez, ego Vasquez rescripta tenebam, contuli, inueni furtum, Pater Ribera in sua Apocalyp. in prima impressione anno 1591. Salmanticæ sub Petro Lasso nónne de hoc quæstus? Tiraquel. de legibus connubialibus in 1. leg. Glos. 5. part. 1. hoc deplorat, & hac ratione affirmat astrictus, quod illas tunc in lucem dat, vide eum in prolog. ad Lectorem; Doctissimi Suarez multa nonne scimus quis primus edidit in lucem, & nisi viuorum respectus me teneret, digito signarem non vnum, sed multa aliorum opera furtiua, è cathedra legunt, dictant, scribunt Magistri, summa satagunt alij diligentia rescriptos obtinere, adoptant in filios, quos non genuerunt. De magistro Ioanne de Aula Apostolico viro refertur, librum quendam, dum emeret protulisse, *Aquam nostram pecunia bibimus*, non refero ob rationabiles causas authorem, *in promptu* hoc est. Ergo tantum abest vt ex illo argumento conuincatur sanctum à Beluacensi suffuratus, quin totum oppositum, *Interdum*, ait ipsemet Beluacens. to. 1. c 2. *etiam ea, quæ ipse, vel à maioribus meis, vel à modernis Doctoribus didici, vel in quorundam scriptis* (notanda verba) *notabilia reperi, nomine meo intitulani*; quid candidius? & c. 7. *Audiat me non per modum authoris, sed exceptoris.* Ergo quæ sancti excepit, promulgauit, nomine suo, antequam diu. Thom. in publicum sua emitteret, non retardatus à Beluacensi diuulgatione, quia sua prodebat, non aliena.

Terent. *Plinius.* *Caiet.*

At dices, cur non dixit. vt modo fit? breuiter respondeo, quia sanctus, quia charitate inflammatus, *non quærebat quæ sua sunt.* Firmum ergo ex hoc remaneat sanctum non mutuatum à Beluacensi, opus summæ Theologiæ esse postremum, primum sancti laborem in sententiarios extitisse.

At nunc meam pende quæso rationé, candidéque iudica, quod si feceris non dubito saltem te non dicturum non leuiter me illud coniectare; Caiet. enim in Comment. art. 21. quæst. 27. 3. part § *circa corollaria*, mouet quæstionem, vnde sit legitima sancti consequentia, quod si Virgo non sanctificata ante animationem; ergo post animationem, cum inter ante animationem, & post animationem est ipsum instans infusionis animæ, vt nos dicimus; ergo nõ bene, ait, quod infert Sanctus, hunc difficillimum nodum sic soluit, ad verbum, eius referam; *Ad hoc dicitur, quod aliud est discutere materiam hanc absolute, & aliud in quantum ex hac litera infertur: nam absolutè loquendo inter istas duas positiones extremas, scilicet quod fuerit sanctificata, vel ante infusionem animæ, vel post infusionem animæ, est ponere media quod fuit sanctificata in instanti infusionis animæ, cuius opinionis author hîc non meminit, quia tempore suo non erat adinuenta, omnibus*

Digitized by Google

communiter tenentibus Beatam Virginem conceptam in peccato originali, & ideo vt videtur reprobantibus ſanctificationem carnis eius ante infuſionem animæ. Hæc fideliter ex Caietan. nunc ex eo arguo ſic, ſi partes ſunt poſt ſententiarios, vt diximus, & non negabunt contrarij, & ſecundum Caietan. quando ſanctus partes reſcripſit, illa opinio nõ erat adinuenta, ſiue ille modus, nẽpe fuiſſe ſanctificatam in inſtanti infuſionis, quomodo illud ponit ſanctus in ſententiariis, quæ tanto tempore partes præceſſerunt? & ſecundo euidenter concluditur quod tempore Caietan. in ſententiariis illud non extabat, ſed poſt illum verba illa irrepſerunt; videant quid reſpondeant: nam mihi non ſubuenit; dicere autem quod Caietan. memoria exceſſit, impoſſibile videtur, cum quando ex profeſſo hæ res tractantur, vti tunc Caiet. libri ſemper ſunt ad manus, loca omnia ponderantur, diſcutiuntur, conferuntur. Ergo ex dictis vnũ de duobus, aut verba non eſſe ſancti, aut ſi mauis quod ſint, dum à partibus ea demit, eum mutaſſe opinionem; ponderans non bene ex illa ſequi quod ipſe aſſumebat, nempe non eſſe Virginem per Chriſtum redemptam, elige quod vis, ego primum.

At dices, & profecto eſt ſummum quod opponere potes; ergo ſi tunc temporis hic modus dicendi non inuentus, ſed tantum Virginem ſanctificatam ante animationem quod ſanctus impugnat ſic valide, & non alius tunc aderat modus, quomodo Virgo ſanctificari potuiſſet; ergo cum illum ſic firmiter reprobet ſanctus, conſequenter, & abſolutè ipſam ſanctificationem, ergo ſemper tenuit non eſſe poſſibile Virginem ſine peccato cõceptam, quia non potuit ante animationem.

Reſpondeo, verum tunc temporis hunc modum apud cæteros non innotuiſſe, vt inquit Caietan. nego quod illum non penetrauit ſanctus, & quod optimè cũ non calluit, nunquid ingenium illud diuinum latere potuit in re tam controuerſa tunc? ſed in reuerentiam Romanæ Eccleſiæ noluit illum nec pandere, nec ventilare, vt ratione aſtrictus quæſtionem ſcriberet, ac determinaret, contra ſenſum, qui tunc putabatur Eccleſiæ Romanæ, vt infrà dicam; quod ſi non, vnde, & qua ratione alibi contrarium dicit apertè, affirmans Virginem ſanctiſſimam ſine peccato conceptam, ti hunc quem modo non proſpiceret modum, cum ſecundum illum, qui tunc propugnabatur impoſſibile adiudicaret ſanctus.

At dices, ſi ob reuerentiam Romanæ Eccleſiæ illud determinare non ſit auſus, nec prodere, cur illud alibi ſcripſit, vt nos dicimus?

Reſpondeo dupliciter nos ſancti perſonam conſiderare poſſe, aut vt magiſtrum Scholaſticum, preſsè, & in rigore quæſtiones ventilantem, decidentem, aut vt ſcripturæ expoſitorem, & quod aliquid tantum per tranſennam tractet, ſi primo modo, cum ſummæ eſſet authoritatis, & eius opinio ſummæ æſtimationis, noluit contra id quod tunc putabatur Eccleſiam tenere Romanam determinare, & affirmare, attamen quando non ſic, ſed tantum ex dictis, ſuam tamen promebat deuotionem, ac pietatem, & quod vt particularis ſentiebat, non dubitauit illud promere, & ſcribere, hinc vt ſuprà diximus, ob Romanæ Eccleſiæ reuerentiam, nunquam eſt auſus directè ponere quæſtionem, ſciebat enim ipſam pro immaculatione eam reſoluturum, cum argumentum eius quo mouebatur, non militabat ſi de puncto animationis quæſtionem agitabat, ideo ne Romanæ Eccleſiæ iudiciũ, ſenſumque præuerteret, ſemper quæſtionem poſuit de modo, quo potuerat ſanctificari, qui tunc temporis communis, non de ſubſtãtia, vt diximus, ni fallor ſi aliquis è contrariis hæc legerit, vnum pro certo mihi non negabit; quod ſi non æſtimet verum quod dixi, nec illum mouet, ſaltem affirmabit me non leuiter coniectaſſe, ſancti non eſſe verba, ex margine in textum irrepſiſſe; nunc ad alia.

Decimus locus eſt ibidem ex eadem quæſt. 10. *Locus.* art. 2. quæſt. 1. per totam, & quæſt. 2. in corpore, & ad tertium, in toto hoc art. & eius quæſtionibus nil eſt negotij quod faceſſat, nũ reſponſio ad tertium argumentum 2. quæſtionis; nam cætera ſunt generales locutiones, & non faciunt ad rem, verba autem ad tertiam, illud inſinuare videntur, vnde contra immaculationem bene adducuntur à Bergomo; ſunt autem: *Ad tertium dicendum, quod eſſe ſine peccato dicitur eſſe proprium Chriſti, quia ipſe nunquam, nec actuali, nec originali macula infectus eſt. ſed Virgo mater eius fuit quidem peccato originali infecta à quo emundata fuit antequam ex vtero naſceretur, ſed à peccato actuali omnino immunis fuit*; quid clarius? vt autem aperta ſit eius ſolutio. *Ibid. art. 2. q. 5. & q. 2.*

Notandum argumentum eſſe ex Auguſt. *Auguſt.* tractabatur enim an Virgo eſſet immunis ab omni peccato actuali, quod non eſſet, ſic ex Auguſt. argumentabatur *eſſe ſine peccato, de ſolo Vnigenito in hac vita dici poteſt, ergo de beata Virgine dici non poteſt*, reſpondet ſanctus, quod de ſolo Chriſto dici poteſt eſſe ſine peccato, quatenus nec originale, nec actuale cõtraxit; in quo loco *ly originale* ſecũdum ſuam totam latitudinem ſumendum, quatenus ſcilicet non ſolum includit actu originale, ſed debitum illud contrahendi, vnde in reſponſione eodem modo ſumendum, ex quo fit, quod quando ſanctus ait, *fuit quidem originali peccato infecta*, intelligendum vti ſuprà diximus in fœtu, & in conceptione antequam animaretur contrahens debitum, quod vt dixmus, moralis quædam eſt macula à qua Virgo ſanctiſſima mundata; quod non ſic Chriſtus, qui in ipſa ſua conceptione ſanctiſſimus, & immaculatus, & qui nullum contraxit debitum, & hoc modo dicitur, quod ſolus Chriſtus eſt ſine peccato originali contracto, ac debito contrahendi, & actuali; Virgo autem ſine originali contracto, & actuali, non vero ſine debito contrahendi.

Quod ſi hoc non ſatisfacit, attende ſanctum hanc reſponſionem cum eius argumento in 3. part. abſtuliſſe, quando quæſt. 29. art. 4. eandem prorſus retractat quæſtionem; ergo aut mutauit opinionem, aut intelligendus, vt nos dicimus; ego ſecundum eligo.

Vndecimus locus eſt ex 4. ſententiarum 11. *Locus.*

Digitized by Google

4. *ſent.* & 43. *art.* 4. 9. 1. *ad* 3. diſtinct. 43. art. 4. quæſt. 1. ad tertium, fateor quod ſi Bergomus ſemper in mẽte diſtinctionem habuiſſet de debito contrahendi peccatum originale, & de actuali contractione, hunc locum adduxiſſet nunquam; cum ſic dilucidè ſanctus de hac diſtinctione loquatur, vt ex hoc loco, totum quod ſuprà diximus efficaciter confirmari poteſt.

Quæſtio ergo erat, *vtrum mori, erit terminus à quo reſurrectionis in omnibus?* Tertium argumentum partis negantis ſumptũ ex Auguſt. erat, quod Eccleſia petit in hac vita ſibi omnia debita relaxari, inter illa peccatum originale; ergo aliquando hoc Eccleſiæ Deus præſtabit, aliquos ſine peccato originali naſci, ac per conſequens, ſine debito moriendi, quod eſt per peccatum originale; ergo non morientur; reſpondet ſanctus, & non grauabor eius ad vnguem verba ponere, quia multum ad rem noſtram; *Ad tertium dicendum, quod hoc eſt erroneum dicere, quod aliquis ſine peccato originali concipiatur præter Chriſtum, quia ille qui ſine peccato originali conciperetur, non indigeret redemptione quæ facta eſt per Chriſtum, & ſic Chriſtus non eſſet omnium hominum redemptor, nec poteſt dici quod non hac redemptione indiguerunt, quia præſtitum fuit eis vt ſine peccato conciperentur, quia illa gratia facta eſt parentibus, vt in eis vitium naturæ ſanaretur, quo manente ſine originali peccato generare non poſſent, vel ipſi naturæ quæ ſanata eſt.* Ex quibus verbis apertè Caietani doctrina quam ſupra poſuimus confirmatur, ſanctum ſcilicet ſemper conſtantem eſſe, & ipſum ſemper vniformiter loqui, erroneum eſt dare in doctrina ſancti aliquem non concipi in originali, & non eſſe redemptum, intelligendum ante animationem, quia vt ſic naſceretur ſine debito contrahendi originale, nec indigeret redemptione, etiam ſi ex gratia eis præſtitum ne in peccato conciperentur; nam vt ait ſanctus, talis gratia non ipſis, ſed parentibus, aut naturæ eſſet facta, quando ipſi non extabant; ergo quando poſtea eorum anima infundebatur, & iam erant, ex debito, & non ex gratia immaculatio eis debebatur, & vt ſic redemptione non indigerent, quod erroneum; vnde ſequens ſanctus amplius ſe explicans, ſic ait: *Oportet autem ponere quod quilibet perſonaliter*, hoc eſt dum actu eſt, dum actu viuit, dũ eſt homo; nam embrio non eſt homo, *redemptione Chriſti indigeat, non ſolum ratione naturæ, liberari autem à malo, vel à debito abſolui non poteſt niſi qui debitum incurrit, vel in malum deiectus fuit*; Quid clarius? duæ ergo ſecũdum ſanctum ſunt liberationes, ſeu redemptiones per Chriſtum vel à debito incurſo, vel à malo iam contracto; ſi quis ſine vtroque naſceretur certè redemptione non indigeret; vnde ſequens ſanctus ait: *& ita non poſſent omnes fructum Dominicæ redemptionis in ſe ipſis percipere, niſi omnes debitores naſcerentur, & malo ſubiecti*, id eſt, cum ſubiectione ad debitum, vnde non dicit, *vel in malum deiecti*, vt ſuprà; ex quo concludens, ait: *Vnde demiſſio debitorum, & liberatio à malo non poteſt intelligi, quod aliquis ſine debito, vel immunis à malo naſcatur, ſed quia cum debito natus poſtea per gratiam Chriſti liberatur.* Ergo ſecundum ſancti doctrinam ad hoc vt aliquis redemptus dicatur, ſufficit vt cum debito concipiatur, & ſi pœnam, ſiue peccatum poſtea non incurrat; quid ergo ex hac doctrina contra immaculationem colligi poteſt? prorſus nihil, immo tota in eius fauorem, vt patet.

12. *Locus contr. Gẽtes lib.* 4. *c.* 50. & 82. Duodecimus locus eſt ex lib. contra Gent. lib. 4. c. 50. & 82. nil penitus ibi de hac re diu. Thom. nec ex illis aliquid colligi poteſt, cum ſolum ibi de neceſſitate originale contrahendi ex Adamo per ſeminalem generationem, doctrinam tradens vniuerſalem, non ob inde excludens priuilegium, vt ibi apertè Ferrarienſis, ideóque locus non eſt ad rem.

13. *Locus. De Malo q.* 4. *art.* 6. *in corp. & art.* 7. *ad* 6. Decimus tertius locus eſt de Malo, quæſt. 4. art. 6. in corpore, & art. 7. ad ſextum, eiuſdem hæc loca eiuſdem ſunt farinæ, ac ſuperiora; doctrina eſt generalis de contractione peccati originalis, & nil prorſus ad rem; ſolum aduertendum in reſponſione art. 7. ad ſextum, de purgatione ſanctum agere virginis ſecunda, quando ſcilicet Chriſtum concepit, ex qua totaliter fomes ei extinctus, vt habet in 3. part. quæſt. 27. art. 3. ad tertium, vbi ſanctus per purgationem intelligit non ab impuritate culpæ, vel fomitis, ſed ab imaginibus, mentem Virginis vt ſanctus ait, *Magis in vnum colligens, & a multitudine ſuſtollens.*

14. *Locus. Quodlib.* 6. *art.* 7. Decimus quartus locus eſt ex quodlibeto 6. art. 7. vbi ſanctus quæſtionem ventilat, vtrum liceat celebrare feſtum Conceptionis; eius eaſdem patitur difficultates, quas ille 3. Hic lo part. quæſt. 27. ar. 2. quapropter omnes illæ reſponſiones huic etiam adaptari poſſunt quo non obſtante, & alias hic adiungemus, pro qua re.

Primo adnoto, quod quando ſanctus hic dicit *an Beata Virgo fuerit concepta cum originali*, quæſtio eſt intelligenda eo modo quo ſemper eam intellexit ſanctus, nempe de prima conceptione fœtus, quia poterat fœtus præſeruari à mundatione, ſeu purificari, & emundari ante animationem, contra quam opinionem conſtantiſſimè ſanctus ſemper diſputat, qua diſtinctione ſuppoſita manifeſtè deducitur, nec hic ſanctum contra cõceptionem ſtare, ſed tantum illum locutum de debito contracto, non de peccato, & conceptione ante animationem, non poſt animationem, & inſuper non quæ ipſe ſentiebat, ſed ſecundum quod tunc in Eccleſia quæſtio agitabat Romana, hoc ergo ſuppoſito.

Quæſtio erat *vtrum liceret feſtum Conceptionis celebrare*, recolendum quod qui tunc illud celebrabant, æſtimabant Virginem ſanctiſſimam in ipſo inſtanti ſuæ conceptionis ante animationem fuiſſe ſanctificatam, aut in parentibus, aut in ipſa ſeminum commiſtione, vt ſæpe diximus, contra hos ſemper firmiter pugnauit ſanctus affirmans, cum peccato hoc eſt cum debito peccati eſſe Virginem cõceptam, ſempérque hoc firmiſſimè pronuntians, & ſic in corpore eadem ratione vtitur, qua ſemper ſcilicet ſi illud eſſet, Virginem nõ indiguiſſe redemptione per Chriſtum; vnde deuotiſſimè ait, *& ideo non tantum debemus dare matri, quod ſubtrahat aliquid honori filij, qui eſt ſaluator omnium hominum.* At cum illud non ſequatur, ſi dicatur Virginem contraxiſſe

originale radicaliter quando concepta ante animationem, vt suprà diximus; nam tunc indigebat redemptione, & fuit redempta per præseruationem; ergo quando sanctus ait, quia virgo ex Adam processit per seminalem generationem ideo *concepta fuit in originali peccato*, non aliter intelligendus, quàm supra scilicet de prima conceptione in fœtu; & debito, alioquin, vt sæpe diximus, nil ratio sancti concluderet, vnde ex hoc quod hic sanctus ait nil noui ex illo contra conceptionem sanctissimam inferri potest, quàm quod ex cæteris locis.

Secundo aduertẽdum tunc temporis æstimasse diu. Thom. Virginem sanctissimam in peccato fuisse conceptam sensum esse Romanæ Ecclesiæ, & noua erat quæstio, planum prius, & sine controuersia illud affirmabatur, non cœperat res ventilari; hinc Romana Ecclesia, cum adhuc res non erat discussa, nec ventilata, nouitatem renuit introducere, vti semper prudens, & constans, sed tolerãs opinionem contrariam, nec eam damnans, ipsa tamen secundum consuetudinem nec opinionem est amplexata, nec Conceptionis festum. Hinc sanctus in nullo à sancta Romana Ecclesia discedere cupiens, non equidem ex suo sensu, nec quid ipse apud se sentiret pandens, Ecclesiæ Romanæ se coniungens, dat Virginem in peccato conceptam, & quomodo festum celebrari possit, & in bonum excipi sensum aperit, vnde ait: *Quamuis autem Beata Virgo in originali concepta fuerit, creditur tamen in vtero fuisse sanctificata, ante quàm nata, & ideo circa celebrationem Conceptionis eius diuersa consuetudo Ecclesiarum inolenit; nam Romana Ecclesia, & plurima alia considerantes Conceptionem Virginis in originali peccato fuisse, festum conceptionis non celebrant. Aliqui vero considerantes sanctificationem eius in vtero cuius tempus ignoratur celebrant conceptionem; creditur enim quod cito post conceptionem, & anima infusionem fuerit sanctificata; vnde illa celebritas non est referenda ad conceptionem ratione conceptionis, sed potius ratione sanctificationis; sic ergo non est ideo celebranda conceptio predicta, quia fuerit sine peccato originali concepta.* In quibus sancti verbis aduertendum ly *quamuis autem Beata Virgo in originali concepta fuerit*, duplicem opinionem respicere posse, aut sancti, & sic de prima conceptione nondum perfecta accipienda sunt ante animationem secundum quam sanctus semper tenuit Virginem cum peccato, hoc est cum debito peccati fuisse cõceptam, aut opinionem Ecclesiæ Romanæ, & aliarum quæ credebant, vt sanctus affirmat *cito post conceptionem, & anima infusionem fuisse sanctificatam*, vbi aduertendum li *creditur*, quod verbum aperte demonstrat sanctum non ex suâ sententia, sed ex aliorum loqui sensu, & iuxta hoc resoluit quæstionem, scilicet Ecclesiam Romanam non celebrare festum, quia reputabat conceptam Virginem in originali, cæteras illam celebrare, quia cum esset sanctificata Virgo in vtero nesciebant quando, & quia, vt ex Caiet. supra vidimus, tunc temporis hic modus defendendi nostram opinionem nondum erat cognitus, nempe quod fuit præseruata in instanti infusionis animæ, sed tantum tunc defendebatur, aut illud fuisse in parentibus, aut in ipsa conceptione ante animæ infusionem, quod vt omnino absurdum semper refutat sanctus, quia vt sic non esset redempta, ideo explicat quomodo cæteræ Ecclesiæ festum celebrent conceptionis, aut celebrare possunt, affirmans illas illud celebrare non *vt Conceptio vt sic*, id est antequam infunderetur, sed se referendo ad tempus quando sanctificata, quod ignoratur, licet crederetur fuisse paulò post animæ infusionem; an autem cæterarum Ecclesiarum illa esset intentio, quam sanctus affirmat, mihi valde fit perdifficile, nec in hoc sancto possum assentiri, sed quod potius festum celebrabant conceptionis vt conceptionis, id est in primo instanti conceptionis, antequam anima infunderetur, licet deciperentur; at sanctus sibi semper constans, cùm nullo modo illud admittere volebat, ideo ad bonum sensum attrahere illas satagebat.

Ex dictis ergo satis, ni fallor, constat, nil ex sensu proprio sancti hæc contra immaculationem ex hoc libro deduci posse, cum nil plus dicat quàm in superioribus, & ipse totus sit in explicanda ratione quomodo festum celebrari possit; immo quomodo ab Ecclesia tolerari Romana.

Sed si hæc tibi non satisfaciunt, directè vt supra dixi respondeo, ex suppositione sanctificationis ante animationem, qui modus redemptionem Virginis tollebat, verè, & realiter sanctum dixisse Virginem conceptam in peccato, quod patet ex ratione, cum non aliam, quàm illam vnicam adducit, nempe non fuisse redemptam, & sic locutiones proprie accipiendo, & nullam explicationem eis addendo, non ob id infertur directè, & propriè vt sic sanctum contra immaculationem extare.

Decimus quintus locus est ex Opusc. 3. c. 214. in hoc capite nil amplius loquitur sanctus, nec nouas alias habet locutiones, quam in 3. parte in sententiariis, & aliis locis, vnde semper est intelligendus, loqui de conceptione imperfecta, inchoata, & ante animæ infusionem, vt sæpe diximus, ob quod superfluum ducimus illa hic repetere; omnia enim aptissimè ad modum loquendi, quo hic sanctus vtitur applicari possunt, nec noua aliqua adest difficultas; immo quod sanctus semper de prima conceptione sit locutus, faciunt illa verba expressa, *Non autem talis sanctificatio præcessit infusionem animæ*, & sic quando ait; *vnde post infusionem animæ credendum est eam sanctificatam fuisse*, li *post* negatiuè sumendum est, vt sup. diximus, id est non ante infusionem animæ. *15. Locus. Opusc. 3. c. 214.*

Decimus sextus locus est ex Opusc. 4. super salutationem Angelicam, sed dato quod locus non sit corruptus, & quod sic semper extitit, quod omnino à nostris negatur, cum Catherinus in primo tractat. de conceptione Virginis, c. 6. pag. 61. §. *Quinto non monemur*, planè affirmet in hoc opusc. eadem verba sanctum adduxisse in fauorem conceptionis, quæ in sententiariis vt infrà dicemus; immo affirmat Turrecremata non ausum id insi- *16. Opusc. 4. Catherin.*

cari, vnde non ſic in antiquis exemplaribus legebatur vt modo, ſed dato quod ſic, nil contra immaculationem, cum omnia quæ ſanctus ibi commodiſſimè, & propriè de conceptione ante animationem intelligenda, & de debito, vt ſæpè diximus.

17. Locus. Pſal. 13. Decimus ſeptimus locus eſt ex Pſal. 13. ſuper illa verba: *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*, ſed vt in reliquis, nil contra immaculationem; nam quando ait ſanctus Beatam Virginem habuiſſe contractum peccatum, aperte de debito peccati contracto intelligit, cum eam apponat Chriſto, qui ipſe ſolus *nec contractum peccatum habuit*, ait ſanctus, *nec commiſſum*, hoc eſt nec debitum contrahendi, nec actu commiſſum, vnde nil ſanctus contra nos.

18. Locus. Pſal. 45. Hæc loca ex Bergomo, vnum aliud ab aliis reperio adductũ, vt nil prorſus intactum relinquamus, eſt enim ex Pſal. 45. ſuper illa verba: *Deus in medio eius non commouebitur*; quæ verba, & alia de Beata Virgine ſanctus intelligens, ſic ait: *Poſſunt hæc referri ad Beatam Virginem, quia ipſa eſt ciuitas, in ipſa habitauit, ipſam fluminis impetus Spiritus ſanctus ſcilicet lætificauit, ipſam ſanctificauit in vtero matris ſuæ poſtquam formatũ fuit corpus, & creata anima, tunc primo operuit gloria Domini tabernaculum*; & infrà ſuper illa verba: *Adiuuabit eam Deus mane diluculo*, ſic ait: *id eſt adhuc exiſtente in vtero, & hoc eſt quod dicit, quod auxiliatus eſt ei Dominus in ipſo ortu matutino.* Quid ex hoc loco contra immaculationem? non video; nam nil negotij faceſſant illa verba, ſanctificata ſcilicet *poſtquam creatum eſt corpus, & creata anima*; nam verè ſic fuit ſanctificata poſt ſcilicet perfectum corpus, & dum anima infundebatur prius in inſtanti naturæ creata, ſed in eodem inſtanti temporis ſanctificata, ne peccatum incurreret.

Immo ſi coniectare, & arguere licet, potius pro nobis eſt ſanctus, & optimè pro immaculatione hic locus afferri poteſt, quod credo bene perſpexiſſe Bergomum, vnde illum data opera non adducit: nam quid aliud poteſt intelligi in vtero Virgini auxiliatus Deus, *in ipſo ortu matutino*, niſi in ipſo inſtanti infuſionis animæ, tunc enim verè eſt in vtero ortus matutinus; nam tunc primo incepit eſſe perfectè, & creatura rationalis; nam ſi eſſet auxiliatus poſt inſtans infuſionis, non equidem diceretur *in ipſo ortu matutino*, ſed poſt ortum matutinum in vtero, vnde dicendo ſanctus, quod in vtero in ipſo ortu matutino, quid aliud inſinuare vult, niſi in ipſo inſtanti infuſionis animæ per gratiam fuiſſe præſeruatam, vt nos dicimus?

Non credo alia diui Thom. ſupereſſe loca, ad minus quod ego ſciam, & reperire potui; at nunc antequàm ad ea deueniam in quibus manifeſtè ſanctus ſtat pro immaculatione, placet aliqua prius ex dictis corollaria elicere.

Primum, quod ex adductis ſatis liquet, quãta ratione, ac prudentia, quantaque ſimul veritate pater dixerit Iuſtinianus ex Prædicatorum familia in ſuis annotationibus ad vitam fratris Aloiſij Bertrandi annot. vltima, *quod ſi locus permitteret ex aliis quæ in ſumma ſanctus, ait Doctor, ſuam in hac re ſententiam optimè ſic gloſari poſſes vt intelligas ſanctum, ſicut & alia loca intelliguntur ſcripturæ non de facto, ſed de iure*, hoc eſt de debito peccati, non de ipſo peccato, hoc autem ni fallor ex ſupradictis ſatis apertè conſtat, ſaltem probabiliter, & ſi non euidenter.

Iuſtinian.

Secundum, & ob quod tantum ſuſcepi laborem ſtantibus dictis, & quod omnino ſanctus animus pia excuſari, ac vindicari poteſt opinione, quod nullus rectè, ac verè dicere poteſt in hac re ſanctum erraſſe, etiam poſt definitionem Eccleſiæ; cum optimè omnia ſancti loca explicari, ac defendi poſſunt non eſſe contra immaculationem, ſed contra eius modum, quo tunc aſſerebatur, & ipſum non locutum de facto, ſed de iure; vnde non eſt quod aliqui concrepent ſanctum erraſſe, ſe decepiſſe, & quaſi vexillum contra ſancti doctrinam eleuantes ipſam omnibus ſuperiorem ob hoc non eſſe blaſterentur, ſanctus non errauit, nil dixit quod ſuſtineri non poſſit, etiam poſt definitionem, non contra immaculationem ſtetit, immo pro illa, errores ſunt (parcant mihi, & indulgeant affectui, quando nolint rationi) qui ſanctiſſimæ, & illibatæ ſancti doctrinæ errores affingunt.

13. Loca ſanctiſſimi pro immaculatione.

Ad loca ergo ſancti pro immaculata accedens, primus refertur ex Pſal. 18. in illud: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, vbi ſanctus, *id eſt corpus ſuum poſuit in ſole, id eſt in Beata Virgine, quæ nullam habuit obſcuritatem peccati, iuxta illud Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Si ergo nullam habuit peccati obſcuritatem, ergo per illam vniuerſalem negatiuam etiam & originale debet intelligi; at hæc ratio parum aduerſarios vrgebit, quia reſpondent ſanctum de peccatis actualibus illud intellexiſſe, quos efficacius, ſi in illo perſiſtent conuincere ex hoc quippe loco non poſſumus. 1. Locus, Pſal. 18.

Secundus refertur ex ſalutatione Angelica ex Catherino vt ſupra diximus, ſed cum non extet, nec aduerſarios ab illo ſatis conuincere poſſumus. 2. Locus.

Tertius eſt ex Pſal. 14. ſuper illa verba: *Qui ingreditur ſine macula*, vbi ſanctus de macula illud intelligens mortali, non veniali, cum iſtud in ſe non habet maculam propriam, nec quilibet ſanctus ab illo eſt immunis, adiungit; *ſed in Chriſto, & in Virgine Maria nulla omnino macula fuit*, ſi omnino nulla, & ſi de Virgine loquitur ac de Chriſto; ergo nec in Virgine macula originalis, ſicut nec in Chriſto; at reſpondent aduerſarij, apertè ibi ſanctum locutum de peccatis actualibus de quibus erat ſermo, & ſic de iſtis tantum omnino immunes affirmaſſe fuiſſe Chriſtum, & Mariam, non curans tunc de originali, vt pote de quo non erat ſermo. 3. Locus. Pſal. 14.

Quartus locus eſt ex primo ſent. diſtinct. 14. art. 3. ad tertium, hic locus celeber eſt, & mea ſententia, niſi cum pertinacia, & irrationabiliter negari, aut tergiuerſari non poteſt, vt hoc pateat, & quàm ſine fundamento, aut rationis vmbra illum eludere procurat Bergomus in ſua tabula in Concordant. locorum diui Thom. n. 370. 4. Locus. 1. ſent. d. 14. art. 3. ad 3.

Notandum quæſtionem ibi ſanctum agitare de humanitate Chriſti, *Verũ ſcilicet Deum potuerit*

potuerit facere humanitatem Christi meliorem quàm sit; & partem negantem probat argumentis non solum ad ipsam sanctissimam humanitatẽ spectantibus, quatenus verbo vniebatur, sed etiam ex aliis rebus, quibus probare videbatur, aliqua sic Deum efficere, vt meliora esse non possint, vti de beatitudine creata; quæ cum sit status omnium bonorum cõgregatione perfectus, non videtur quod melius illa Deus efficere possit. Secundo ex puritate Virginis quæ secundum Anselmum, *decuit vt ea puritate niteret, qua maior sub Deo nequit intelligi*. Ergo si in puritate aliqua Virginem antecelleret, æquaretur Deo, quod impossibile; ergo sic pura extitit virgo, vt sub Deo nulla maior puritas; sanctus in corpore partem affirmantem tenens, ad tertium argumẽtum sic respondet: *Dicendũ quod puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquid creatũ inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit, & talis fuit puritas Beatæ Virginis quæ peccato originali, & actuali immunis fuit*; & quia ex hoc videbatur concludere Christum non maiorẽ puritatem, quam virginem obtinuisse, discretissimè subiungit, *fuit tamen sub Deo, in quantum erat in potentia ad peccandum*, vnde ly *sub Deo*, non solum intelligendum vt sic, sed vt etiam includit Christum, qui ratione vnionis impotens erat ad peccandum.

Ex sãcti ergo verbis, nisi vis inferatur, clarè, & manifestè deducitur ipsum sẽsisse ab omni macula originali Virginẽ semper fuisse purã: nam si post iustificationẽ, equidẽ alia sub Deo esset puritas maior, & quę nõ æquaretur Deo, nẽpe puritas ab originali; at argumentũ contrariũ de illa puritate intẽdebat sub Deo, qua nulla maior, possibilis; nã si esset Deo æquaretur; vnde argumenti erat conclusio, *Sed nihil potest Deus facere quod sibi in bonitate, vel puritate æquetur, ergo videtur quod nihil melius beata Virgine facere possit*. Responsio ergo sancti directè de illa puritate debet intelligi, qua sub Deo maior esse non possit: nã si esset Deo æquipararetur; hæc autẽ nulla alia excogitari potest nisi puritas ab omni originali, & actuali peccato omnino priuatiuè, & semper; immo hoc amplius cõfirmat exceptio, quatenus Virgini dat potentiam peccandi, & vt sic Deo non æquatur, sed est sub Deo. Hic sensus est verissimus, ingenuus, nec aliter nisi extorquẽdo potest sanctus intelligi, qui etiam similiter loquitur in eodem sent. lib. dist. 17. q. 2. art. 4. de augmento loquens charitatis ad tertium, vbi affirmat in beata Virgine fuisse, *Depurationem ab omni peccato, & ideo peruenit ad summum puritatis, sub Deo tamen in quo non est aliqua potentia deficiendi, quæ est in qualibet creatura quantum in se est*. Quæ verba notanda, nã deficientia, siue potentia ad peccandũ tribuit sanctus Virgini, non quantũ contraxerat peccatum originale, sed secundum se cõsiderata, vt infra contra Bergomum dicemus, qui multipliciter hanc eludere intendit authoritatẽ.

Sentent. lib. 1. distinct. 17. quæst. 2. art. 4. ad 3.

Effugiũ.

Primo, respondet sanctum loqui de puritate post sanctificationem, immo, si Deo placet, illud aiit similiter potest affirmari, de quolibet sanctificato, vel in vtero, vel per baptismum, quia tunc fuit immunis ab omni peccato originali, & actuali; ergo secundum Bergomum, non plus habuit Virgo, quàm Lutherus, & Caluinus, quando baptizati, & de istis æqualiter dici potest, quod ea puritate nituerunt, qua maior sub Deo nequit intelligi, & quod Anselmus, & sanctus nil plus ibi intellexerunt, indignissima solutio. Secundo, vt diximus de ea puritate necessarium vt sanctus intelligatur, qua sub Deo maior esse non possit, esset maior alia, si illud intelligeret de puritate post sanctificationem, vt diximus, ergo nihil concludit. *Præcluditur.*

Secundo, respondet, quod licet dicat immunem fuisse, tamen non ait quod semper: nam sanctus etiam de aliis affirmat, quod aliquando fuerunt sine peccato etiam veniali in hac vita, *sed non semper, nec diu*, nunc peto & si sanctus non apponeret modificationem illam, *sed non semper, nec diu*, quando affirmauit illos fuisse sine peccato veniali, locutio non intelligeretur quod semper, etiam si vniuersale signum non apponeret; ergo pari modo cum nullam adhibuit restrictionem in Virgine, sed tantum in potentia peccandi, signum, quod vniuersaliter intellexit propositionem, scilicet quod semper, quod omni tempore, quod nunquam maculam contraxit. 2. *Effugium.* *Præcluditur.*

Tertio respondet, ibi sanctum non loqui de conceptione passiua Virginis, sed potius de conceptione passiua Christi, & de conceptione actiua, qua Virgo concepit Christum, quæ dum illum concepit fuit omnino mundata, & purissima, & quod de illa loquebatur Anselmus, sed laborat iste in æquiuoco, sanctus in articulo, nec loquebatur de eõceptione passiua Christi, nec de conceptione actiua ipsius Virginis, sed tantum si Deus efficere poterat melioré humanitatem, quàm illa Christi, vnde ly *humanitas*, nõ sumitur restrictiuè ad cõceptionem, sed vniuersaliter, vt sic: nam alias, si tantum ad Christi cõceptionem respexisset sanctus, & determinasset posse, iterum fuisset necessarium inquirere, an meliorem efficere non posset, similiter post multum vitæ tẽporis decursum; cum & si sanctus dixisset posse Deum meliorem humanitatem concipere, nõ inde sequebatur, quod non posset meliorem illam efficere ex decursu temporis; vnde sancti quæstio vniuersaliter, non restrictiuè sumitur, & sic pari modo Virginis puritas indefinitè, vniuersaliter sumenda, vnde resolutio sancti ad id tendit puritatem Virginis per recessum à malo talem esse vt nequeat sub Deo maior reperiri, quia immunis semper extitit ab omni peccato originali, & actuali, nil restringendo, nec ad tempus se coarctando. 3. *Effugium.* *Præcluditur.*

Quarto respondet, quia dum sanctus dat Virgini potentiam ad peccandum, hoc non poterat esse, nisi ratione peccati originalis, *Nisi forte*, ait, *beata Virgo in sua materia consideretur*. Ergo ipsemet se ipsum soluit, & sic sanctus intelligendus, vt supra diximus ex loco sentent. 1. distinct. 17. 4. *Effugium.* *Præcluditur.*

Quinto tandem respondet cæteris supradictis verè insultius, sanctum ibi exponere authoritatem Anselmi, qui vbique tenuit Virginem sanctissimam in originali conceptam, vt author iste aliquid dicat, si est quod dicit, tale ex illo confici debet argumentum, Anselmus 5. *Effugium.* *Præcluditur.*

tenuit vbique Virginem in peccato conceptã; ergo quãdo dixit docuiſſe vt niteretur ea puritate, qua nulla maior ſub Deo, hoc intelligendum de peccatis actualibus, non originalibus; ergo ſanctus exponẽs Anſelmum ſimiliter illud debet intelligere, vt ſcilicet quatenus Virgo fuit ſine peccato actuali, nulla maior puritas erit ſub Deo; at peto & quando ſanctus ait Virginem fuiſſe immunẽ ab omni originali, & actuali, quid intellexit per originale, & ſecundo non fuiſſet facilius reſpõdere, puritatem ſecundum Anſelmum intelligi debere de peccatis actualibus tantum, nõ originali. Ergo quando immunem Virginẽ ſanctus facit etiam ab originali, intellexit ſimul & Anſelmum eam immunem conſtituere ab originali, & non ſicut malè author autumat; Quod autem Anſelmus non ſit contra conceptionem videndi ſunt moderni, qui eum vindicant, & præcipuè Ægidius de Conceptione lib. 1. quæſt. 4 art. 2. §. 1. pag. 251. nil ergo contra ſanctum adducit Bergomus, nil quod vetè, & ſyncerè dici poſſit ſanctum pro negatiua non ſtare, & quod hic locus valde eum torſit, nullum maius argumẽtum, quàm tantas confarcinare ſolutiones, ſignum quod in nulla ſine ſcrupulo ſiſtebat; rationabiliter ergo pro ſe omnes ſanctum trahunt moderni.

Ægidius.

5. Locus.

Quintus locus eſt ex ex lectione 6. in c. 3. epiſt. ad Galat. ſuper illa verba, *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius, non dicit & ſeminibus*, vbi ſic ſanctus: *non inueni mulierem præter virginem Mariam, quæ à peccato originali immunis eſſet.* Quid clarius? aut quo pacto hic locus tergiuerſari poteſt: ſanè aiunt, non ſic legitur modo, cum nunc ſic legatur; *Mulierem ex omnibus non inueni, quæ à peccato omnino immunis eſſet, ad minus originali, vel actuali.* Iam hoc ſcio, ſed amplius antiquis credo exemplaribus, quæ nunc vigẽt, & ſanctiſſimo ſunt præſentata; editio enim Pariſienſ. anno 1529. octoginta & amplius hac noua antiquior locum habet, vt nos dicimus, ſic altera etiam Pariſienſ. in via Iacobæa ſub quatuor elementis anno 1552. & tandem altera Veneta anno 1555. in omnibus enim poſt verba Eccleſiaſtes c. 7. additur, *Excipitur puriſſima, & omni laude dignißima virgo Maria*, immo in editione Veneta additur in margine, *Vide hic eſſe de mẽte ſancti Thomæ nullum habuiſſe peccatũ beatam Virginem.* Antiquis ego credo, noua reſpuo, quia in antiquis *ſcientia, & veritas*, videndi ſunt noui authores, qui latè de hac re, & quis author ſimiliter ea expanxerit, pandant, ſtandum ergo antiquis, quod cum ſit, quid ad authoritatem reſponderi ſyncerè poſſit, ego ſane non proſpicio, vnde clariſſimè hic, & in ſentent. loco ſanctus ſtat pro immaculata conceptione. Ex dictis ergo has conſtantes elicio concluſiones.

Prima, nunquam ſanctum directè, ac propriè contra immaculationem omnino ſteriſſe, ſed tantum contra modum, quo tunc aſſerebatur Virginem ſanctiſſimam eſſe ſanctificatam, nempe ante animationem.

Secunda, ſanctum data opera noluiſſe nunquam directè quæſtionem diſcutere, ne aut decerneret contra illam, aut contra ſenſum Romanæ Eccleſiæ, quem tunc ipſe iudicabat non ſtare pro immaculatione.

Tertia, ſanctũ pro reuerentia Romanæ Eccleſiæ in hac re ſemper ancipitem fuiſſe, ſic vt ſi ob Virginis affectum, & amorem eam teneret, tamẽ ſemper cum formidine, dum Eccleſiã Romanã non pro ea ſtare tunc cernebat.

Quarta, verè eum pro immaculatione ſenſiſſe; & præcipuè quãdo non vt Scholaſticus, ſed vt ſcripturarius, & ſic ſuum ſenſum pandidiſſe in locis citatis; vnde firmiter, & veriſſimè adduci poteſt pro immaculatione; nullum ex eius doctrina argumentum efficax pro opinione contraria ſic futurum, vt ex eiuſmet doctrina non ſolui poſſit, & in bonum non reduci ſenſum.

Quinta demum, quod ſi aliquando Eccleſia in fauorẽ Conceptionis immaculatæ definitionem protulerit, contra ſancti doctrinam non definituram, nec minimam ab illa notam contracturam, cum veriſſimè, ac propriè, vt diximus, ſanctus pro immaculatione ſtat, & omnia eius loca, de *iure*, vt dicunt, non de *facto*, intelligi poſſunt.

HOMILIA LX.

Maria lignum benedictum, quia mundi ſalus.

VIrginem ſanctiſſimam benedictũ eſſe lignum, & arcam, quia ſine peccato concepta ſupra probauimus, nunc aliter hanc benedictionem expendemus, quia nempe per illam mundi ſalus, non ſecus, ac Noe arca, eleganter Anſelm. to. 3. de excellent. Virginis c. 4. ad finem reputat, nullum tale prædeſtinationis æternæ ſignum, ac Mariæ deuotionem, & de illa ſæpe cogitationẽ, *Itaque*, ait, *cui ſalutem ita conceſſum fuerit ſæpe dulci ſtudio poſſe cogitare de illa, magnum promerẽde ſalutis indiciũ eſſe conicito.* Et merito, etenim illud ſalutis indicium Gedeoni extitit, Iudic. 6. n. 37. ſi ros in vellere, hoc eſt, vt inquit Bern. hom. 2. ſuper *miſſus eſt*, ſi Chriſtus in Maria, quæ Dei vellus virgo gignens, virgo parturiens, *Quid illud Gedeonis vellus ſignificat*, ait, *quod vtique de carne tonſum, ſed ſine vulnere carnis in area ponitur, & nunc quidẽ lana, nunc vero area rore perfunditur, niſi carnẽ aſſumptam de carne Virginis, & abſque detrimento virginitatis.* Ipſa ergo eſt Gedeonis vellus diuino repleta, an madida rore, ſignum noſtræ ſalutis, dum fœcundata edens nobis ſaluatorẽ vt in ſecundo Gedeonis ſigno ſicca ipſa ex parturitione, Chriſtum nobis profundẽs, totos nos replet rore, totos gratia diuina, qua ſaluamur, erigimur, ad cæleſtia ducimur, rectè ergo Anſelm. ſalutis eſſe indicium affirmat Virginis deuotionẽ. *Sumie tibi librum grandẽ, & ſcribe in eo ſtilo hominis*, Iſaiæ præcepit Dominus, c. 8. n. 1. quæ verba ſic legit Epiphan. hæreſ. 30. *Accipe tibi fruſtum chartæ nouæ magnæ*, vbi per fruſtum chartæ, Virginis vterum intelliges, ipsã affirmat fuiſſe librum grandem in quo Dominus ſcripſit, *Cæterum*, ait, *per fruſtum, & librũ vterus ſignificatur.* Vterus ergo, ſiue caro Virginis eſt hic liber, at quid Deus in illa ſcripſit? Baſilius Epiſcopus Seleuciæ, *noſtram libertatem*, in ipſa enim liberamur, per ipſam viuimus, per ipſam ſaluamur, vnde ex hac conſideratione idem Anſelm. in orat. quadam, quam refert in Mariali ſuo Didac. Vega in ep. dedicatoria ad

Anſelmus.

1. Prædeſtinationis ſignum primæ Virginis deuotio *Iudic. 6. n. 37. Bern.*

2. Eſt Gedeonis vellus.

Iſaiæ 8. n. 1.

3. Eſt liber vitæ, quo prædeſtinati ſcribuntur.

Refertur à Daſia prolog. 2. n. 15.

Virginem motus affirmat prorsus impossibile vt pereat à Virgine respectus, vnde ait : *O beatissima Domina, sicut omnis à te auersus, & à te despectus, necesse est vt intereat, ita omnis ad te cõuersus, & à te respectus, vt pereat est impossibile.*

4. Christus piè credi potest vt à patre acceperit vocem semper audire Mariæ sanctissimæ deprecantis.

Nec equidem mirum: nam cũ mater sit peccatorum, & tota misericordia, sic Christo iudici resistit, dignè nobis aliquando irato, vt in misericordiam flectat, & vt sic dicam velit, nolit suam audiat vocem deprecantis; cũ piè quidem credi possit, inter cætera Christo sanctissimo iniuncta præcipuum illud, vt vocem semper audiat matris, nec quippiam quod ab illa petatur durum ei videatur; soluens hæc benedicta duram illam Euæ imprecationem, Genes.3. n.16. *sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*, cum è contra vir ille diuinus sub Mariæ sit potestate, in iunctis habens, vt matris semper vocem audiat; enimuero sic Deus Abrahamo, qui durè, quod Sara ei dixerat, acceperat, Genes.21.n.12. *Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua, omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius*; quid Sara nisi Maria cuius figuram quando grauidanda fœtu hoc nomen accepit, Gen.17.n.15. prius enim *Sarai* dicebatur, hoc est *domina mea*, vel *domina domus meæ*, restrictiuè domina; at post fœtus promissionem non amplius *Sarai*, sed *Sara*, quod *domina* absolutè sonat, non vnius scilicet domus, ac familiæ, sed mũdi, sed orbis, nostram præfigurans dominam, mundi, cælorúmque Reginam, vnde Rupert. Cantic.4. *Coronaberis*, inquit, *ô Virgo vt in cælis Regina sanctorũ, & in terris Reginasis regnerum*, hæc autem diuina Sara, super cælestium, ac terrestrium regina, sic coram Deo semper veneranda apparuit, vt nefas ducens quod nõ semper audiatur, quod quasi sub seruitute viri prematur, dum sub maledictione nũquam, sed semper benedicta, non sicut Euæ præripitur vt viri vocem audiat, sed è contra viro inhibetur, hoc est Christo sanctissimo, vt vocem eius in cunctis audiat, & quod nihil durum, nihil asperum iudicet, quidquid ipsa pecierit, quidquid ipsa postulauerit. Egregiè hoc Ambros. de instirut. virginis, c.5. tom.4. tractans enim quomodo Virgo sanctissima secũda erat Eua, iã non Eua, sed Sara, sic fatur: *Veni Euæ iam Sara, de qua dicitur viro, audi Sara vxorem tuam, sis tu licet viro subdita, quia esse te decet, cito tamen soluisti sententiam, vt vir te audire iubeatur*; cuius equidem rei rationem subiungens, sequitur: *si typum Christi illa pariendo mereretur audiri, quantum proficit sexus, qui Christum salua tamen virginitate generauit*; Egregiè, meruit illa audiri, quia typum generauit Christi, & non merebitur qui Christũ ipsum? iniunctum est Abrahæ, vt vocẽ vxoris audiat, & quod nil eius vocis asperũ ducat, quia Sara paritura Christi typũ, & Christo principi nõ iniungetur, vt semper vocem audiat matris, & quod nil asperum eius iudicet, quæ illum peperit? iniũgetur certè, eo vel maximè cum hæc nostra *Sara* nõ eiectionem, sed admissionem, non expulsionem, sed receptionẽ filiorum, in domum expetit parentis, *Eiice*, dixit illa, *ancillam & filium eius, non erit hæres filius ancillæ cũ filio meo Isaac*; inuidebat ista Ismaëlt hæreditatem, ac cum filio cõmunitatem, ideo expulsionem inhibuit; at quam contrariis Mariæ pro nobis erat votis, non inuidet nobis hæreditatem, sed procurat, & sic procurat vt hæredes per illam simus Dei, *cohæredes Christi*, ad Rom.8.n.17.

Ad Rom. 8.n.17.

En ratio efficacitatis, ac potentiæ orationis Virginis apud Filium, apud Patrem, apud sãctissimã illam Triadem; non orat ista filiorũ expulsionem, sed aggregationẽ, ad quam faciendam Christus venerat, Christus passus, ac mortuus Ioa.11 n.52. prophetauit inquit sãct⁹ Euãgelista Caiphas iniquus Põtifex, dũ dixit, *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*, & ratio prophetiæ, *quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantũ pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum*; hoc est, vt rectè Toletus, nõ tantum erat moriturus pro gẽte sua, populo scilicet Iudaico, sed vt filios Dei, ac suos prædestinatos ex Gẽtilitio congregaret in vnum, in vnam scilicet Ecclesiam, in vnam domum, vt sic filios Dei efficeret, suíque cohæredes; ergo quod Christo in votis, quod pater desiderat summus, est non dispergere, sed congregare, non filios è domo amandare, sed retinere, immo à seipsis amandati, iterum congregare; quod cum sit, quid matri denegabit, dum ista non sicut Sara eiectionem, sed congregationem filiorum expostulat, quorum salutem sicut ex rigore iustitiæ filius in cruce promeruit, sicut apud ipsammet crucem ipsa existens & illam congruenter emeruit, facta ipsa sacrificium, & hostia simul cum filio; quod deuotissimè considerauit Arnoldus Carnotens. in tract. de illis verbis Christi in cruce, *Mulier hic est filius tuus*, vbi considerat, non vnum, sed duo ibi fuisse sacrificia, vnum filij, alterũ matris, vnum in altare crucis, alterum cordis, *In tabernaculo illo*, ait, *duo videres altaria, aliud in peccatore Maria, aliud in corpore Christi, Christus carnem, Maria animã immolabat, sine strepitu seipsam mactans in altari interiori, & ligna, & flammas, & latices conferebat*; hinc ex hoc ait: *cooperabatur plurimum secundum modum suum ad propitiandũ Deum*; at qualis hic modus? oratio scilicet eius pro nobis tũc peccatoribus filio oblata, sic vt ob eius reuerẽtiam, respectum, & amorem non potuit nõ exaudiri, quia illud, vt diximus habebat in mãdatis, vnde sequens Arnoldus ait, *Tam enim propria, quam matris vota charitas Christi proferret ad patrẽ, cum quod mater peteret, filius approbaret, pater donaret.* En ordo nostræ salutis, mater petit, filius approbat, pater dat, excluſum à regno se æstimet pro quo Maria non petit, incluſus, & prædestinatus si petat, hinc ipsa salus mundi, hinc prædestinatorum omnium salus, quia nil quod ipsa non petat filius approbat, & omne quod petit exaudit; vnde rectè Carthusianus lib. 2. de laudibus Mariæ, ipsam non viuam, sed vitam appellat, quatenus omnibus præbeat vitam, omniúmque sit vita sic explicans *Euæ* nomen, quæ vita interpretatur, *Non vinã*, ait, *sed vitã appellauit Adamus* scilicet Euã, *vt constaret Mariam omnibus viuendi causam esse, visa enim est forma cõmune vocabulum, & quidquid viuit per vitam viuit.*

Toletus

Arnoldus Carnot.

7. Redẽptionẽ vt adiuuit.

8. Initium & nostræ salutis ordo à Mariæ oratione.

Hinc quos Maria recipit, quos in se continet, quos veluti Noe arca in se includit, dicam

9.

Interire quodāmodo non possunt, qui sub Virginis sunt protectione.

audacter, quod quasi in securo positi, velint nolint salutem consequentur, cum sic à Deo custodiuntur, talique præcipua obteguntur protectione, vt veluti vndique gratia sepți, quod foras per peccatum effugiant non habent, hoc equidem ni fallor signatum mihi videre videor, in mystica illa ostij arcæ reclusione, de qua Genes. 7. n. 17. dicitur quod post Noe, filiorum, & animalium ingressum, *inclusit eum Dominus de foris*, ad quid de foris eum Dominus includere? nunquid non poterat ipse per se illud efficere? Ambros. ad firmitatem arcæ illud refert, *Claudenda enim erat*, ait, *& tuto sepienda munimine, ne eam vaga diluuij fluenta penetrarent*; ad rem satis hoc esset, si de ipsa Virgine vera Dei arca sermo esset, à foris quippe non ab alio, quam ipsomet Deo reclusa, vndique septa, & munita, ne originalis vaga in diuinam illam vnquā penetrare possent fluenta; hinc ne rimula quidem in ipsa desiit, sed sua manu occlusit; at quia de hoc nunc non sermo, ad rem nostram proprius Chrysost. vt securum faceret suum seruum, vt sine timore, vt tandem sciret impossibile ad ipsum aquas peruenire diluuij, *In arca illum quasi in carcere includit*, ait sanctus, *vt ne oculis prospiciens metuere incipiat, verisimile enim esset, si vidisset inundationem tot aquarum, maximum futurum fuisse, ne & ipse aquis periret.* Ergo reclusit vt securus existeret, vt sine timore ipso protegente illum, ipso vndique obserante, sic vt & si vt sic dicam ipsemet vellet perire, ac in aquis se suffocare non posset; sic equidem fit, qui in Mariæ reclusi manent arca, qui ab ipsa recepti, sub eius remanent protectione, sic Deus eos protegit, sic vndique sepit, ac protectionis suæ clauibus recludit, vt & si velint, vt sic dicam, perire nōpossint, cum impossibile, vt Maria volente Deus non Anselm. saluet, vt egregiè Anselm. lib. de excellent. virginis, c. 12. sic fatus, *Filium tuum ad concedendum quidquid voles promptissimus erit, & exaudibilis, tantummodo itaque velis salutē nostram, & reuera nequaquam salui esse non poterimus.* Preme vltima, nequaquam saluus esse nō potest, cuius saluté Virgo vult, quia etiam si ipse nolit, plus apud Deum volens poterit Maria, claudet eum Deus à foris, arcebit pericula, remouebit tentationes, compescet dæmones, custodiet vndique, vt veluti reclusus Noe ad ipsum aquæ nō peruenient fluenta; vnde eleganter ad hoc illa ex Hebræo versio sic legens illud, *& inclusit eum Dominus de foris, & claudit Dominus vsque ad ipsum*, vsque ad ipsum quippe, sic eum sepiens, sic protegens, vt eius protectio non solum de foris esset, sed vsque ad ipsum continuare, ac intimè custodiens, quod proprium Mariæ seruorum, & qui sub eius degunt protectione eos Deus custodit vsque ad ipsos exterius, interiusque, sua, & eos omnia muniens, omnia prospiciens, quod cum sit, nunquid hos saluos dices? at ipsa virgo non ob hoc totius mundi salus?

Immo amplius hoc patebit, si semel animum applicueris considerando Mariæ partis esse, non quoslibet saluare peccatores, sed deploratos, sed maximos, sed in peccatis vt sic dicam sepultos, vt ad instar filij non quoslibet possideret hæreditates, sed dissipatas iuxta illud Isaiæ 49. n. 8. *Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas.* Quæ verba secundum Hieronymum, & alios sunt verba patris ad Christum, quibus illi indicat finem ad quem eum constituit, vt scilicet non quaslibet comptas possideret hæreditates, sed dissipatas, direptas, vt vi, & sanguine suo in Paradisum rediret Dei, sic pari modo, & de sanctissima eius dicere possumus genitrice; quæ ei vt supra dicebamus data in adiutorium simile, vt ad hoc præcipuè posita sit, vt ad instar filij, non quaslibet suscitet hæreditates, sed dissipatas, non quoslibet peccatores, sed deploratos, sed pessimos; cum vt sic dicam duplex in illa sit misericordia, prior, & posterior, prior ipsos saluat sanctos, cum vt supra vidimus nemo saluus nisi per ipsam, at posteriore ipsos disperditos, ac deploratos peccatores, semen gratiæ veluti in eis resuscitans, ne commoriantur in æternum, ob hoc specialius à Deo benedicta, hoc equidem mihi videre videor in illa Booz auūculi ad Ruth benedictione, Ruth 3. n. 10. *Benedicta*, inquit, *es à Domino filia, & priorem misericordiam posteriore superasti*, quæ prior misericordia, quæ posterior? optimè Liranus, *priorem misericordiam vocat, quia bene se habuerat ad virum suū viuentem. secundam autē vocat bonum affectum, quem habebat ad suscitandum nomen defuncti per matrimonium, & hæc vocatur maior prima, quia maior misericordia est bene se habere ad aliquem post mortem, quando non potest se iuuare, quàm dum adhuc viuit.* Sapide, adiuuare viuentem equidem misericordia est, sed mortuum, qui nil sibi prodesse potest hæc maior, priorem superans, non magnum quid prima & si magnum, ac maximum secunda, hinc ex hoc plus Ruth benedicta à Domino; quid nonne sic Maria? benedicta equidē quia sanctos saluat, quia à Deo prædestinatos, *peccatores*, ait Rossensis sanctissimus Christi martyr in Psal. 57. *Diuina gratia munere iusti iam effecti virginis Mariæ tutelæ commendantur, vt nimirum eos in suam fidem recipiat, & maternā eorum curam gerat.* Ergo quando hos accipit, non mortui, sed viui extant, hinc & si eos ad salutem conducit, magnáque hæc sit miseridia, tamen non suprema, ac prima, at illa ineffabilis, illa superabundans, quando illi Deus non peccatores conuersos, sed cōuertendos, nō prædestinatos viuos, sed mortuos tribuit, vt eos sua ope, industria, auxilio, oratione, intercessione resuscitet, & saluet, hęc misericordia maxima posteriorem vincens; hinc plus benedicta, quia eos saluat qui si ipsa non esset forent præsciti, & in eius gratiam saluantur; nam & si nostram prædestinationē Christus Dominus noster solus, & vnicus condigne, & efficaciter meruit, & ipsa Dei mater vt aliqui volunt vti eius socia, etiam licet de congruo, tamen in execution postea, aliquos prorsus deploratos non nisi per Virginis merita, & intercessionē, non nisi per eius adiutoriū gratiámque eius. O quàm bene ob hoc illā à Deo factam affirmat Anselm. de excellēt. Virginis c. 1. ob quā causam nullus quamuis desperatus sit peccator animum despondere debeat, quia propter tales ipsa effecta, in gratiā taliū prædestinata Dei mater. *Si igitur*, ait, *ipsa propter*

Genes. 7. n. 17.

Ambros. 10. Cur Deus à foris recluserit Noe.

Chrysost.

Anselm.

11. Maria à Deo prædestinata vt non quoslibet saluet peccatores sed præcipuos, ac deploratos.

Ruth. 3. n. 10.

Liran.

12. In ea duplex misericordia prima, & secunda.

Vide Salazarium de cōcept. c. 21. n. 1. & seqnētibus.

Anselm.

peccatores scilicet propter me, meíq; similes facta est Dei mater, quomodo immanitas peccatorum meorũ cogere poterit desperare veniã eorum, cum tã ineffabile bonũ sit factũ ex ea propter curationem eorum. Hinc, & si ipsa omnium mater, specificè tamen horum, hinc & si omnium salutes post Christum ei ascribantur, præcipuè tamẽ horum, vnde in cælo ni fallor non solũ Christiferi, sed Marianitæ ij dicti, non solũ in fronte *Tau* signum, sed Mariæ circumferentes, vt

13. In cælo esunt Marianitæ.

pote præcipuè ab ea saluati, præcipuéque sui, quid vis vt dicam? Deum ipsum testor, sic aliquando ex hac animum resumo cõsideratione, vt licet me vnum aspiciã ex perditissimis, ac deploratissimis peccatoribus, omniũ præteritorum, existentium, ac futurorum primus (patcat nunc mihi Paulus) nescio quid spei certissimæ in me sentio, Virginem sanctissimã talium matrem considerans, vt quasi felices deploratas meas iudico culpas, quia Dei gratia tale meruerunt patrocinium; in speculo enim magno exẽplorum, verbo *contritio* exẽplo 7. legitur de quadam meretrice, fratris Vltrici prædicationem audiente, ac in instanti mortua, & si cõfessionem petiisset, quam resuscitans Vltricus sic ei affata, *Nescis fratrem Vicli mannuta priorem Rupinentem?* qui ait, *nimi*, at illa, *hac hora qua ego spiritum exhalaui, anima sancti illius è corpore egressa, ad cælum Deo vocante est perducta, cuius meritis clemẽtia Saluatoris omnipotentis triginta, & tres animas de purgatorio liberauit, insuper & triginta, & tres peccatores publicos conuertendos, iustificandósque meritis eiusdem cõdonauit, quorum ego vna sum.* Post quæ accepta absolutione, ac sacratissima communione coram omnibus obdormiuit astantibus; At nunc mecum erige considerationem, & comprehende si potes per Virginem deploratos peccatores saluatos, si enim in gratiam vnius sancti, cuius patriam, & nomen vix scimus, ad festiuum eius in cælum ingressum celebrandum in eius gratiam triginta, & tres peccatores publicos, conuertẽdos, ac saluandos illi Deus dedit, quales, quantos, quàm dicam propemodum infinitos fuæ dabit Matri? quantos in eius præclarissima Assumptione? quantos quando in cælis sanctissimæ eius celebrantur festiuitates; hinc verè hotum dicta mater, hinc plus ex hoc benedicta, quia hac misericordia primam deuincens præcipuè ob illam sicuti altera Ruth Dei mater effici emerita sit, *Notabilis affinitas*, ait Roffensis vbi sup. ex August. *inter Virginem, & peccatores contracta est, illa enim quidquid boni accipit, peccatorum causa accipit* (*erat enim peccatum in causa quod illa Dei mater sit effecta*) *similiter & nos, si quid boni habemus illi acceptũ referre debemus*, egregiè, peccatum fuit in causa vt mater efficeretur Dei, ergo amplius eius ad hoc, peccatum maius, affinitas inter peccatores, & Virginem in eo stat, quia ipsa per peccatores maternitatem accipit, isti ab illa bona, ergo quo maior peccator ampliorem illa affinitas, ac strictior, quia ob istos præcipuè mater effecta, quis ergo desperet? quis ex hoc animum non resumat? verè enim Maria virgo mundi salus, dum extra ipsam salus nulla, & per ipsam omnis.

Speculum exemplar.

Roffensis.

14. Quo maior peccator magis Virgini affinis.

Quid vis vt dicam, nescio quid amplius, seu vt aptius dicam, in nostra salute dulcius habet virgo, quàm Christus Dominus noster; hic enim & si pater, tamen iudex, & si petita concedit, tamen aliquando in principio durius respondet, Luc. 11. n. 19. ad amicum panes petiturus de nocte accessit ille, audi responsum; *Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi*; quis hic amicus? *Deus est*, inquit Theodoret. *qui omnes amat, qui omnes vult salnos fieri*, Christus ergo Deus, ad quid, & si vult dare? tamen quia simul iudex aliquando durius respondet, causatus de tempore, de intempestate, de inconuenientia, ostium clausum, pueri in cubili, non possum surgere, extimescimus hinc, ac, vt inquit Bernard. de verbis Apocalyp. *diuinam in eo reuereretur homines maiestatem*, cuius ratione subiungens, ait: *non solum illi cantatur misericordia, cantatur pariter, & iudicium*; hinc timor; at virgo non solum non causatur si de nocte ad eam accedis, quin imo ipsa de nocte consurgit, recole mulierem illam Salomon. Prouerb. 31. n. 16. Virginis expressa figura, vt communis omnium Patrum sentẽtia, inter cætera autem quæ de illa, hæc habes, quod *de nocte surrexit, dedítque prædam domesticis suis*, LXX. *dedítque escas*, ille amicus de nocte, quia sic erat decẽs certè accubabat; at ista expertecta extabat, ille iustè cum pueris dormiebat, at ista pro puellis inuigilabat, ille vt expergisceretur necessarium amicum ad illum accedere, quia sic èxpediens, hæc semper expergefacta ipsa accurrit, & tandem ille vt daret, rogatus; at hæc rogationem præueniens, & dormientibus tres panes accõmodat, hoc est Dei, sanctissimæque triadis cognitionem, gratiam, salutem, nil asperum, nil iniucundum quis inueniens in ipsa, vnde rectè idem Bernard, vbi sup. *Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas, nihil austerum in ea, nihil terribile, tota suauis est, reuolue diligentius Euangelica historia seriem vniuersam, & si quid fortè increpatorium, si quid durum, si quid denique signum, vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero suspectam habeas, & accedere verearis.* Ex quo egregiè idem colligit quod ideo Genes. 2. n. 18. dictum *non est bonum hominem esse solum*, hoc est, *Christum sine Maria*, & si omnis sufficientia nostra ex illo sit, quia si Maria nõ esset, audeo dicere quod solus Christus remaneret, tũ ratione facta quia simul iudex, quia ignis etiam consumens, tum etiam quia apud sanctissimum genitorem, apud sanctissimum Patrem, & si Christus sanguine suo erat pretiosissimo, Maria tamen apud ipsum lacte, & vberibus, quæ nescio quid dulcius sonant, ne dicam efficacius, vnde & si nobis ipse sufficienter per Christum placatus, vt de facto placaretur non sanguis sufficiebat, sed in lactem conuersus, vt iudicij eius authoritas seueritásque molliretur; hinc fiducialius ad matrem, quàm ad filium accedimus, hinc vt diximus dulcior nostra salus apud matrem, quàm apud filium; hoc equidem aptè Carnotens. in tractat. de laudibus virginis, *secundum accessum*, ait, *iam habet homo ad Deum vbi mediatorem causæ suæ filium habet ante patrem, & ante filium matrem. Christus nudata*

15. Dulcior Maria in nostra saluatione, quàm Christus Deus noster. *Luc. 11. n. 19.* *Theodoret.* *Bernard.* *Genes. 2. n. 8.* 16. Sine Maria solus fuisset Christus in cælo. *Carnotens.*

latere patri oſtendit latus, & vulnera, Maria Chriſto pectus, & vbera, nec poteſt ob id nullo modo eſſe repulſa. Egregiè, Chriſtus erat, ſed ex vulnere, mater erat, ſed ex vberibus, Chriſtus erat, ſed ex ſanguine, Maria erat, ſed ex lacte, in ſanguine & ii ex parte Chriſti miſericordiam ſpero, ex parte mea timeo iuſtitiã; ego fudi, quis ſcit ſi ex oſtẽſione illa meorum rememoretur peccatorum, at in lacte, quid poteſt inſpicere Chriſtus niſi dulcedo, niſi beneficium, niſi debitum; hinc & ſi Chriſti ſanguis quoad ſubſtantiã ſalutis efficacius, quàm Mariæ lac, quã Mariæ vbera; tamen quo ad modũ, quo ad ordinem, quo ad efficaciam, in ipſummet, efficacius virginis lac, virginis vbera; hinc ſalus, quæ ab ea dulcius, immo vt ſic dicam certius. Audi Anſelm. de excel. virginis, c.6. planè affirmantem, aliquando velocius eſſe adiutorium nomine inuocato Marię, quàm eius filij: *Velociúsque eſt nonnunquã ſalus memorato nomine eius*, ideſt Mariæ, *quàm innocato nomine Domini Ieſu filij ſui*, cuius rationem aſſignans, eandem tradit quam Bern. *quia filius eius Dominus eſt, & index omnium diſcernens merita ſingulorum, & ſic dum ipſe à quouis ſuo nomine innocatus, non ſtatim exaudit profectò id iuſtè facit*; equidem iuſtè expulſæ, ac reiectæ, Matth.25.n.12. fatuæ illæ virgines, & ſi *Domine Domine* inclamaſſent, quia & ſi ad Chriſtum patrem, ſi ad Chriſtum ſponſum inclamarent, tamen ad iudicem, vnde durum recipientes reſponſum illas nec agnouit, ô ſi non *Domine, Domine*, ſed *Domina Domina* inclamaſſent fortè exaudirę, fortè nõ expulſæ, vbera filio demõſtraſſet, & negotiũ abſoluiſſet.

Anſelm. 17. Facilius exaudimur inuocato nomine Mariæ, quã Ieſus, & huius rei ratio.

Matt.25. n.12.

18. Vbera inquã in quibus quando filio ea oſtẽdit, non ſolum efficit vt in illis ſe filiũ aſpiciat, ſed & nos eius vt ſic dicam congermanos, vnde potentiſſima euenit, vt eius apud filium ſit impetratio, dum aſpicit non pro extraneis illã petere, non pro quibuſlibet, ſed pro filiis affectu materno, deſiderio ardenti, cum ipſa nõ tantum lacte Chriſtum aluit, ſed nos etiã peccatores, Geneſ.21.n.7. *Quis audituru̇ crederet*, ait Sara, *Abrahã, quod Sara lactaret filium, quẽ peperit ei iam ſeni*, in Hebræo eſt *filios*, cuius rationem dicti explicans Lippom. in caten. ait, ideo hoc dixiſſe, vt Dei ingeminaret miſericordiam, filiúmque non eſſe ſuppoſititium, dum ſic lacte abundaret, vt non ſolum filium, ſed filios lactare poſſet, ſi vellet, *& nequis ſuppoſititium accuſet, ecce me fecit vitulam nõagenariam lactare, non ſolum filiu hunc meum, ſed aliarum ſi vellem.* Sic equidem ſanctiſſima Virgo, ſic noſtra hæc diuina Sara tanta gratia abundat, vt non ſolum ad Chriſtum alendum ſufficit, ſed ad vos etiam extenditur, ſic vt ſicut Chriſtum genuit corpore, ac proinde mater eius corporalis, ſic ex eadem radice & nos genuit ſpiritu, ac per hoc mater noſtra ſpiritualis, audi Auguſt. lib. de virginitate. *Maria*, ait, *non ſolum ſpiritu, verum etiam corpore, & mater eſt, & Virgo, mater quidẽ ſpiritu non capitis noſtri, quod eſt ipſe Saluator, ex quo magis ipſa ſpiritualiter nata eſt, ſed plane mater membrorum eius, quod nos ſumus*; cuius rationem adiungens, ſequitur: *Quia cooperata eſt charitate ſua, vt fideles in Eccleſia naſcerentur, qui illius capitis membra ſunt, corpore vero mater ipſius capitis.* Ergo ſicut corpore Chriſti mater, ſic ſpiritu noſtra, vnde & lacte nos paſcit gratiæ, ſicut Chriſtum ſui corporis; ergo in illis vberibus, & nos ſumus, & nos etiam in illis aſpicit Chriſtus. Si ergo nos aſpicit, ſi vt filios Mariæ nos concipit, nunquid aliquid ei denegabit pro nobis oranti? Geneſ.12. n.13. de Ægyptiis dicitur quia, *Abraham bene vſi ſunt propter Saram, fuerúntque ei oues, & boues*; Dixit enim quod *ſoror eius erat.* Si ergo apud Barbaros ſic potens Saræ fuit affinitas, vt in gratiam ipſius, nõ ſolum bene Abraham vterentur, ſed etiam quod diteſcerent, quod bonis cumularent, nunquid Deus qui miſericors, qui bonus, qui munificus hanc noſtram cum Virgine affinitatem conſiderans, immo in vberibus aſpiciens non ditabit? bona nobis non influet immenſa? quid neceſſe, vt vbera filio oſtentet, dicat tamen quod *ſoror noſtra eſt*, & dæmones nos contremiſcent, Angeli aſſociabunt, Deus miſerebitur, quod deuotè conſiderans Bonauent. in ſpeculo virginis c.6. hunc eundem ponderans locum Geneſ. ſic ait: *O Sara noſtra dic obſecra, quod ſoror noſtra ſis, vt propter te bene nobis ſit à Deo, & ob gratiam tui viuant anima noſtræ in Deo, dic inquam chariſſima Sara noſtra quod ſis ſoror noſtra, vt propter talem ſororem Ægyptij, id eſt dæmones nos reuereantur, vt etiam propter talem ſororem Angeli nobis in acie coniungantur, vt inſuper propter talem ſororem Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus noſtri miſereantur.* Hoc tamen ſufficit, dicat quod ſoror noſtra ſit, & ſalui erimus, dicat quod vult noſtram ſalutem, & negotium abſolutum erit, quia nil eſt quod Maria oret, quod non exoret, nil quod ipſa velit, quod Deus nolit, hinc omnium peccatorum vera ſalus, hinc ad inſtar Noe arcæ lignum benedictum per quod vt noſter ait Sapiens facta eſt mundi ſalus, *Benedictum.*

Bonau.

18. M. træ oratio pro peccatoribus efficaciſſima ex vberibus.

Geneſ.21. n.7.

Lippom.

19. Eſt mater noſtra ſpiritualis.

Auguſt.

Num.8. *Per manus autem quod fit idolum maledictum eſt ipſum, & qui fecit illud, quia ille quidem operatus eſt, illud autem cum eſſet fragile, Deus cognominatus eſt.*

Num.9. *Similiter autem odio ſunt Deo impius, & impietas eius.*

Num.10. *Etenim quod factum eſt, cum illo qui fecit tormenta patietur.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

EST Antitheſis cum ligno benedicto, quod ſupra dixerat, illud benedictum, quia ſaluauit, iſtud maledictum ex quo fit idolum, quia genus perdidit humanum, & quia Deus cognominatus, cum non eſſet, niſi lignum putridum, omnia equidem plana, attamen breuiter tranſcurremus.

Per manus autem quod fit idolum maledictum eſt, & ipſum, &c. Græc. *Manu factum autem maledictum ipſum*, Ambroſ. in Pſal.118. octon. 8. *Maledictum lignum, quod fit per manum hominum.* Vatab. *Infelix lignum*; at quomodo idolum maledicitur quod inſenſibile, cum iuxta doctrinam ſancti Thom. 2. 2. quæſt. 76. art. 1. benedictio, & maledictio propriè eſt illius creaturæ, quæ capax eſt boni, & mali, vt

Ambroſ.

Vatab.

S. Thom.

rationalis, & irrationalis, in ordine tamen ad rationalem propter quam est. Idolum autem nihil est in se, nisi materiale tantum lignum, at hæc quæstio infrà num.10. resoluemus.

Et qui fecit illud, &c. Nam maledictus homo *qui facit sculptile, & conflatilem abominationem Domini*, Deuter.27. n.15. & alibi sæpe in Scripturis.

Deut. 27. n.15.

Illud autem cum esset fragile, Græc. *corruptibile, Deus nominatus est*, Dei titulum præferens, vt Deus adoratus, quid ignominiosius? audiat hoc adulatores, simúlque adulati, ambo sunt maledicti, adulator quia Deum facit, adulatus, quia Deum se facere permittit. Hinc dum superbiunt, non exaltantur, sed dimittuntur, qualis amplior dimissio quàm adulatoria? dum vt ad suam perueniat ambitionem, hominem sibi parem Deum facit, ac pro Deo honorat; hinc hominem dæmon æstimans Christum, adulatorem eum facere intentauit, scilicet vt se adoraret, magna promittens, sed cum hac conditione, vt *cadens* adoraret ipsum Matth. 4. n.10. non simpliciter adorationem petiit, sed cum casu, cum vilitate scilicet, cum abiectione, cum deturpatione propria, quod considerauit Ambr. in Luc. tract.3. à medio, tom 5. hæc ipsa expendens verba, sic fatus; *Non solum diabolus dixit, si adoraueris me, sed si cadens, quia ambitio habet domesticum periculum, vt dominetur enim aliis prius seruit, & curuatur obsequio, vt honore donetur, & dum vult esse sublimior, fit remissior.* Nil pulchrius, curuatur adulator obsequio, fit remissior, dum vult esse sublimior, miser Deum supra se constituens hominem ipso aliquando miseriorem, nunquid ob hoc dignè à Deo non maledictus, tanquam homo mendax, lætificans Regem *in mendacio suis*, Osee 7. cum idem sit adulator, ac mendax; nam cum adulatores semper potentes sequantur, fit vt necessario mentiantur, cum secundum Galen. lib.2. de agnoscendis, curandisque animi morbis, veritatis hominis signum illud vnum, si potentes non sequatur; nam vt ipse ait; *Quisquis enim huiusce modi vitam sibi ipsi sequendam proposuit, non solum non verax esse consuescit, sed etiam omnem malitiam habere necessario, quippe qui aut pecuniarum, aut principatus, aut gloriæ, aut honorum sit cupidus, & vel aliquibus horum seorsim, vel omnibus simul insidietur.* Sed de hoc malo vide quæ in 1. tom. diximus hom.80.

1 Adulatores maledicti.

Matt. 4. n.10.

2 Sunt animo viles, & adulãdo deprimuntur.

3 Diabolus adulatorem Christum facere tentauit.

Osee 7.

4 Adulatores mendaces.

5 Homo veritatis ille, qui potẽtes non sequitur.

Similiter autem odio sunt Deo impius, & impietas eius, &c. Sensus planus, vbi pro impio, idololatra intelligitur, vt impietas idololatria, licet Hugo velit vt intelligatur idolum, hoc est spiritus præsidens idolo, causa impietatis; sed melior prior sensus: nam vt inquit Cantacuz. occurritur quæstioni, cur sint execranda simulacra; quæ nihil sentiunt; *nam quemadmodum*, ait, *qui honesta agunt, quibus artibus ad hæc agenda excitantur, ea quoque celebrantur, vt si medicus medicina præclarè vtatur, vel fabrilis artificio faber, ita cum aliqui deterioribus rebus addicti sunt, ea quibus depravati sunt vna cum ipsis vituperantur.*

Hugo.

Cantac.

6 Hæresis Deum facies peccati authorem à sapiente cõfunditur.

Ex hac authoritate notandum eorum confundi hæresim, qui Deum authorem faciũt peccati, quomodo author, si illud odit, & detestatur, non certè ipse hominem odit, qua homo, sed qua peccator, malum in ipso abominans, nõ naturam, quæ non vt condemnaret, sed vt saluaret creauit, vnde perditio ex illa, non ex ipso, quod egregiè Tertul. lib. de spectaculis c.2. vbi sic: *Nam si omnium malignitatem, & si tantum malitiam excogitatam Deus exactor innocentiæ odit, indubitate quæcunque condidit, non in exitium operum constat condidisse quæ damnat, licet eadem opera per ea quæ condidit administrentur, quando hæc sit tota ratio damnationis peruersæ administratio conditionis à conditis.* Pulchrè argumentatur, odit Deus abominationes, & peccata; ergo non est causa peccati, ergo non est causa vt homo ea faciat, ergo nec hominis damnationis, ergo nec hominem ad damnationem creauit, sed ipse se homo damnat, dum rectus à Deo conditus, conditis peruersè abutitur. Cessent ergo latrare canes, qui foras ab Apostolo expelluntur, quia vt noster inquit sapiens, Deo odio sunt impius, & impietas eius.

Tertul.

7 Deus peccatum odit, non hominem.

Etenim quod factum est cum illo qui fecit tormenta patiuntur, &c. Quomodo hoc? cum vt suprà diximus idolum nil est, aut quid tantum materiale quod nec maledici, nec tormenta pati possit, ad cuius solutionem.

8 Idola vt maledicta, & si intelligibilia.

Notandum ex Hugo idolum aliquando sumi pro ligno sic figurato, aliquando pro dæmone præsidente, aliquando pro compacto ex his, secundo modo hic intelligitur, & sic vt inquit Liranus & dæmon, & homo ipsum adorans simul plectentur, non displicet Lorino, qui hoc intelligit secundum vsum, quo sæpe ad ignominiam sontium cum ipsis instrumenta eorum appenduntur malitiæ, immo sæpe ea quibus necti, cum ipsis confodiuntur, quod relatum, & obseruatum ait à Baronio lib.3 anno 362. & tomo 1. in appendice, & à Marco Velsero lib.7. rerum Augustarum pag.138. quod confirmat exemplo Agricolæ martyris reperti ab Ambros. cum clauis; Thomæ Apostoli lanceæ cuspide, Virginum Britannicarum Coloniæ cum sagittis, &c. Vnde sensus ad ignominiam idololatrarum effecturum Deum, vt simul in ipsis idolis quæ coluerunt tormenta patiantur; vnde illud plus tunc eos torquebit, quod plus hic diligentes adorauerunt; de qua re vide quæ diximus in 1. tom. hom.74.

Hugo.

Liranus.

Lorinus.

Baron. Velser.

D Num.11. *Propter hoc & in idolis nationum non erit respectus, quoniam creatura Dei in odium facta sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

REprobata idolorum fatuitate ex eorum vilitate, & inutilitate, nunc eorum irremissibilis destructio prædicitur, simúlque destructionis causa, nempe quia Deum suæ in odium adduxerunt creaturæ, vnde ait.

Propter hoc, &c. Hoc est propter scelus vsurpandi nomen diuinitatis, & idolo tribuendi.

Non erit respectus, &c. Græc. affirmatiuè, *& idolis nationum visitatio erit*, in idem reincidit, cum non erit respectus, tantum sonat, ac sine vllo respectu à visitatione eximentur. Hugo, *non erit respectus misericordiæ Dei, quia nec ipsi idololatræ, nec ipsi dæmones misericordiam consequentur.* Hiere.10. n.14. *Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est artifex omnis in sculp-*

Hugo.

Hiere.10. n.14.

Digitized by Google

ptili, quoniam falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eis, vana sunt, & opus risu dignum, in tempore visitationis sua peribunt.

Quoniam creatura Dei in odium facta sunt. Græc. *Quoniam in creatura Dei in abominationē facti sunt.* Pulchrum, & verum reddunt Græca sensum, homines nempè in creatura Dei, bona scilicet; auro videlicet, argento, ligno, & quauis alia materia per earum abusum, dum eis diuinitatem conferunt, & plus æquo addicuntur; abominabiles Deo factos per idololatriam, vnde Oseas 9. num. 10. *abominabiles facti sunt sicut ea quæ dilexit, & coluit.* Quem sensum æstimo verissimum, & germanum, & tradit Lorinus, cum verè homo Deo per nimium creaturarum abusum, & affectum abominabilis redditur.

1 Homo fit Deo abominabilis per creaturarum abusum.

Osee 9. n. 10.

Per nimium creaturarum abusum dixi, inter quas ipsemet primus est homo, dum nimius sibi, plus æquo se amans, sua abutens excellentia, suprà se eleuatur, in Deum euadere cupit, hinc ruina, ex hoc Angelus dæmon effectus, audi Iudam Apostolum, num. 6. *Angelos verò qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei vinculis æternis sub caligine reseruauit.* Quid per principatum? Patres suam scilicet originalem excellentiam, statum, gratiam, iustitiam, præeminentiam, & dominium in res omnes corporales, vt quasi principes dominarentur in cœlo, & in terra, vide Cornel. hic; at quomodo non seruauerunt? sanè, quia non acceptis contenti, plus æquo se amantes, bonis abusi sunt. hinc in diabolos redacti, Deo odibiles facti, ô vtinam hoc verum non esset, homines sub caligine reseruãtur, in iudicium magni Dei vinculis æternis, si petis vnde hoc? quia suum non custodierunt principatum, plus appetunt quàm par, sciplis vt sic dicam abuntur, hinc abominabiles Deo fiunt; nam non res, sed abusus rerum hominem efficit malum, culpabilem, vt egregiè Sanctus Doctor 1. part. quæst. 48. artic. 6. in corpore, bonum enim vt ipse ait simpliciter consistit in actu, non in potentia, vltimus actus est operatio, siue rerum vsus, ergo bonum hominis simpliciter consideratur in bona operatione, vel bono vsu rerum, malum ex malo vsu, & ex abusu; at cum vsus bonus, vel malus sit ex voluntate, fit vt ex bono vsu bonus dicatur homo, malus ex malo: en ratio abominationis Dei, in eos qui malè rebus abuntur, sic enim ex malo vsu efficiuntur, sic mali redduntur, vt sic fiant abominabiles, quod nullomodo eos amplius summa illa sanctitas sufferre possit, vnde rectè noster Sapiens hoc improbans affirmat secundum Græcorum sensum, ex malo vsu bonorum Dei, homines Deo facti odibiles.

2 Inter quas primus ipsemet.

Iud. Apo. n. 6.

3 Diabolus ex nimio sui amore se perdidit.

S. Thom.

Alij non hominem, sed ipsas creaturas abominabiles factas per applicationem ad idololatriam intelligunt, sic Castro. Alij ipsum hominem, sed per creaturas factum Deo abominabilem, quatenus ei in tentationem, ac muscipulam fuerunt. Lyranus per creaturas dæmones intelligit per eorum culpam factos in odium Dei. Hugo vel hos, vel idola, vel homines primos, quia Deum oderunt. & viciſſim odio habentur à Deo propter idololatriam, quam suggesserũt hominibus. Idola, quia faciunt, vt qui ea colunt oderint Deum, & viciſſim à Deo odio sunt habiti; homines, quia informantur à diabolo, vt in odium Dei ipsum colant. Holkoth creaturas, ait, opera dæmonum factas esse in odium Dei, quatenus per abusum illæ creatæ in honorem Dei, in eius odium versæ sunt. Cantacuz. creaturas factas affirmat in odium, & abominationem sibi ipsis, quatenus per abusum relicto proprio fine, quo creatori deseruiunt, & ob quem institutæ, idolis deseruire per hominum ignauiam, & dæmonum malitia sint coactæ à qua per Christi potentiam in fine mundi liberabitur iuxta illud Pauli ad Romanos 8. num. 20. Lorinus ex omnibus his vnum sensum confert, omnes boni, sed primus literalis.

Castro.

Lyran.

Hugo.

Holkoth.

Et in tentationem, &c. Græc. *Et in scandala*, hoc est, quo offendant hominum animæ, & pereant.

Et in muscipulam, &c. Græc. *Et in laqueum pedibus insipientium*, ne scilicet malum videant, vnde & decipiantur, cum vt rectè quidam.

Cantacuz.

4 Creaturæ ex sensu dũ vident se alteri, quã creatori deseruire se abhorrent.

Ad Rom. 8. n. 20.

Lorinus.

Quæ nimiis apparent retia vitat auis,

Nemo enim ad malum, vt malum aspiciens operatur, vnde Basil. hom. *Quod non simus affixi rebus temporalibus*; *abscondisse se diabolum*, ait, *velut latro, ac prædo sub creaturis, tanquam sub arboribus, nec enim quis aliter illi consentiret, nemóque respiciens ad malum operatur, sed hoc aliqua circumvestitũ bonitate semper proponitur.* Et Dionys. cap. 4. de diuinis nominibus, *nemo intendens ad malum operatur.* Hinc abscondit laqueos, vt incautos diabolus decipiat.

Ouidius.

Basil.

5 Diabolus vt decipiat malum abscondit.

Dionys.

Ex dictis ergo tria ex creaturarum abusu homines mala incurrunt, secundum nostram sententiam: primum, odium Dei: secundum vt ipsemet creaturæ, quæ illos ad Deum attrahere debebant eis sint in tentationem, & scandala, quibus cadant; & tertium tandem vt sint illi in muscipulam in qua depereant, ex quibus omnibus, si vt par est ea consideraueris, inuenies, omne hominis malũ, totámque eius perditionẽ inde pendere, quia nimis rebus huius addicitur vitæ, nimiúsq; in illis est affectus, immo quod parum, aut nihil contra illum potens esset inimicus, si ipse erga has nimis non esset addictus; Præclarè hoc Basil. vbi suprà, considerans culpa nostra nos diabolum superare, & non nos potentia, sed actu circumuenire, quia & si impotens per Dei misericordiam, nos ipsum ex nostro facimus potentem affectu: *Quoniam*, ait, *maiorem potentiæ illius vim Dominus insolubili lege pressit, nec permisit vt vno impetu genus mortalium à facie terræ deleret, per nostram insipientiam inuidus furtim contra nos victoriam molitur*; quod quomodo efficiat, paulò infrà subdens ait: *Mundanarum oblectationum umbris sese insinuans, inde improuisos nobis perditionis laqueos substernit.* Tolle mundanas oblectationes, tolle in eis nimium affectum, tolle abusum rerum, vnde diabolo in nobis potentia? nostris nos armis oppugnat, nos illum fortem efficimus, & dum res in quibus ille occulitur apprehendimus, cum illis & ipsum ad nos attrahimus, intus eum constituentes, insuper & armatum: en quomodo vt noster ait Sapiẽs, in muscipulam nobis huius mundi res deseruiunt, in quam miserè cadamus, insuper & deperdamur; de inordinata bonorum huius vitæ fruitione, ac abusu vide in 1. tomo hom. 34. de effrenata eorum concupiscentia à qua omne malum, hom. 81. quomodo & quis in eis verè lætatur, quia bene eis vtitur, hom. 136.

6 Omnis hominis perditio ex nimio in creaturas affectu.

Basil.

7 Homo potentem diabolum efficit, cum Christus impotentem eum effecisset.

Num. 12. *Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum, & adinuentio illorum corruptio est vitæ.*

Num. 13. *Neque enim erunt ab initio, neque erunt in perpetuum.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

DE supplicio, ac idololatrarum pœna actũ superius, nunc vsque ad finem capitis cum exprobratione de eius origine disertissimè tractat author, ait ergo.

Initium fornicationis est exquisitio idolorum, &c. Græc. *Excogitatio idolorum*, Lyranus, *fabricatio.* Hugo, *exhibitio cultus diuini* Lorin. Castro per fabricationem idololatriam accipiunt, sic & alij, vnde secundum ipsos hunc facit sensum, ex quo simulachra sunt excogitata, fuit idololatrandi initium; magis placet Hugo, & Holkoth, qui per fornicationem non solum idololatriam, sed omne intelligunt peccatum mortale, iuxta illud Psal. 72. num. 27. *Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.* Et nos alibi fusè probauimus, licet idololatria per antonomasiam fornicatio dicatur, vtpotè homo per fidem peculiari ratione cum Deo desponsatus, vt Hieron. obseruat in cap. 3 Hierem. & ib. Ezechiel. & 3. Nahum, & explicitè dicitur apud Oseam, cap. 2. num. 20. vnde Paul. 2. Corinth. 11. num. 2. affirmat se nos despondisse vni viro, *virginem castam exhibere Christo.* Ob quam rationem, & populus Hebræus virgo appellatur ob vnam veri Dei fidem; & fornicarius, ac meretrix, quãdo à Deo recedebat per idololatriam, quod significatur per mulierem illam fornicariam, & illam adulteram ab Osea Dei mandato acceptas cap. 1. num. 2. iuxta quam acceptionem hic erit sensus, initium, hoc est caput, primum, ac maximum omnium fornicationum, peccatorum scilicet, est exquisitio idolorum, idololatria scilicet, quod verissimum; vnde rectè Tertull. lib. de idololatria cap. 1. *Principale crimen generis humani, summus sæculi reatus, tota causa iudicij idololatria.* Quod & acutissimè probat discurrendo per singula crimina, eaque omnia in vna sola inueniens idololatria.

Lyran. Hugo. Lorinus. Castro. Hugo Holkoth. Psal. 72. num. 27.

Hier. Hier. 3. 18. Ezech. 16.

Ose. 2. 10. 1. Ad Cor. 11. n. 2.

1 Idololatria per antonomasiam fornicatio dicitur.

2 Ipsa omnis scelerũ caput.

Et adinuentio illorum corruptio est vitæ, &c. Hugo, *tam naturalis, quàm spiritualis*, quia *idololatria est radix omnis malitiæ, & corruptionis.* De qua re videndus est Paul. epistola ad Romanos, & ibi expositores.

Placet Lorinus, per corruptionem hic ea significari vitia, quæ magis abhorrent ab humana natura, & quodammodo eam peruertunt, ac corrumpunt, qualia sunt carnis peccata, vnde hæc præcipuè in scriptura corruptio vocantur, Genes. 6. num. 11, *corrupta erat terra, &c. & omnis caro corruperat viam suam*, Apocal. 19. num. 1 *vera, & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua.* Ob quod hæc dicuntur peculiariter Dei sapientiam excludere, de qua re nos in 1. to. hom. 8. in qua re propè ad admirationem est perspicere, quomodo semel homo vera fide destitutus, statim in reprobum det sensum, & sic carnalis efficiatur, vt in bestiam prorsus videatur mutatus, cuius equidem nulla alia proprior

3 Carnis peccata corruptiones sũt naturæ.

Gen. 6. n. 11. Apocal. 19. nu 1.

4 Homo fide destitutus vera statim in reprobũ datsensum.

A ratio, quàm idololatria, siue hæresis, (vt iunctim hoc dicam, cum hæreticorum secundum diu. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 6. grauior sit, quàm ipsorummet Gentilium infidelitas, cum vt rectè Sanctus in corpore, infidelitas habet rationem culpæ, *magis ex hoc quod renititur fidei, quàm ex hoc quod non habeat ea quæ sunt fidei.* Ergo cum hæreticus cõtra fidem habitam renitatur, & recalcitret, authoritati diuinæ amplius oppugnãdo quam idololatra, qui nunquam fidem tenuit, & Iudæus qui tantum in figura, fit vt inquit Sanctus, quod simpliciter loquendo infidelitas hæreticorum sit pessima; hinc iusto Dei iudicio in talis peccati pœnam homines permittuntur post carnem alteram ire efficnatè

S. Thom.

5 Hæretici peiores quã idololatræ.

6 Vt multi in turpitudines ruant.

B tui rationem subiectam habentes: ab antiquis abstineo exemplis idololatrarum, hæreticorum propono, qualis mulus, qualis asinus, vt Lutherus, vt Caluinus post semel fidem sanctam deperditam, qui horum impudica animalium vitia perspicere semel velit, Bolsecum legat de vita Caluini, & historiam paralellam de comparatione Martini Lutheri, cum sancto Martino Turonensi Episcopo; ibi enim inuenies, quod nec virgines, nec vxoratas, nec liberas, nec iuuenes, nec seniles, nec pulchras, nec deformes reliquerunt mulieres, quin immo nec pueros, nec iuuenes, dicam nec senes; at sileamus nos, nolo vt in hac re Catholici loquantur, sed ipsimet. Andreas Musculus in lib. de nouissimo

Bolsecum. Caluinum. Lutherum.

C die, sic de suis canit: *Quod si fateri veritatem volumus, tum hoc de nobis euangelicis testari cogimur, magis quàm nos sectationibus, vsuris, circumuentionibus fraudibusque deditos in toto iam mundo nusquam inueniri.* Et in lib. 1. de prophetia Christi, sic: *Iterum cogor dicere, quia verum est contumaciores homines, in quorum animis omnes omnis virtutis, & honestatis scintillæ sunt extinctæ, & apud quos nihil iam pro peccato habetur, nusquam nec apud Ethnicos, Iudæos, Turcas inueniri, quàm inter euangelicos, apud quos omnino vinculis solutus, ac liber viget diabolus, vtque paucis rem omnem eloquar, eo nostra Lutheranorum res rediit, vt si quis videre cupiat magnam turbam nebulonũ, atheorum, vsurariorum, & deceptorum, ei adeunda sit ciuitas aliqua in qua euangelium* (nouum) *prædicatur ibi caternatim id genus hominum inueniat.* Non equidem sic aliquis ex

Musculus.

D nostris dixisset, multa illorum ignorans; at quia ipse domesticus ea protulit, & verissimè, imò pace ipsius addam ego in hoc eos natos, immo ob hoc euangelicos, confirmet hoc Caluinus in comment. 2. Petr. n. 2. *Vix eorum decimus quisque est*, ait (sanius dixisset si nullus) *qui alio fine euangelio nomen dederit, quàm vt solutius in omnem lasciuiam difflueret.* Vis amplius? adnecte si placet Lutherum in Post illa domestica Senæ impressa concione 2. Dominicæ 1. Aduentus, *Mũdus*, inquit, *ex hac doctrina quotidie redditur deterior, iam homines singuli septenis diabolis obsidentur, cum anteà tantum vnico obsessi fuissent, diabolus iam caternatim in homines ingreditur, vt nunc in tam splendida* (obscena volebat dicere) *Euangelij luce sint auariores, callidiores, iniustiores, crudeliores, protemiores, quàm prius in Papam fuerant.* Ex ipsorum ergo condemnantur ore, Deum testor viuum, & verum semel me ex sacris vnum ex istis ad fidem, conuer-

sum audisse,& tanta,talia, ac sic horrenda dum A in hæresi obscœna patrasse, vt extra me fierem, ac in stuporem adductus practicè persensi, semel fide deperdita Catholica, omnia in reprobum ire sensum,& verè noster ait Sapiēs, quod *adinuentio illorum*, Idolorum scilicet, & simul hæresum,*corruptio est vitæ*. Quod vltimum sine dubio,præcipuè de hæreticis dici potest, perquire eorum adinuentiones, nil aliud reperies nisi vitæ corruptionem; Deum faciunt authorem peccati, nullum peccatum sine Deo instigante, & impellente ab hominibus patrari affirmant, Decalogi præcepta esse impossibilia proclamant, bona opera nullius esse meriti apud Deum,immò vt Caluinus garrit, nil aliud esse nisi sordes,inquinamenta,meram iniquitatem,quid ergo corruptionis remanet, quid putrefactionis hæc,& similia non redolent ? verè ergo,& sensatissimè Hieron. vt hoc concludam lib.1. in cap.3.Hierem.exponens illa verba:*Vade,clama sermones istos contra Aquilonem.* In Aquilone omnes affirmat hæreticos manere, qui calorem fidei amittentes,ideo hæresim inuenerint,vt omnibus se ventris,& gulæ immunditiis ingurgitarent : *Omnis autem hæreticus*, ait,*habitat in Aquilone,& calorem fidei perdidit, & quia se voluptatibus tradidit,recessit à Domino, & dispersit vias suas alienis dogmatibus, & voluptatem secutus est; nulla enim hæresis, nisi propter ventrem,& gulam constituitur, vt seducat mulierculas oneratas peccatis,semper discentes,& nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.*

7 Omnem corrumpūt religionem, & vitam.

Hieron.

8 Hæresim inuenerunt vt licentiosè effrenata viuerent.

Neque erant abinitio,&c. Hoc est antè diluuium; nam post illud cœpit idololatria; neque etiam in perpetuum erit, ex quo in illa non potest esse diuinitas, quæ ex se æternitatem importat.

Num. 14. *Supernacuitas enim hominum hæc aduenit in orbem terrarum, & ideo breuis illorum finis est inuentus.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

ORiginem incipit idololatriæ expandere,& primam causam inani hominum gloriæ tribuit,vt mox videbimus, ait ergo.

Supernacuitas hominum, &c. 70. ex Sixto sic habent : *Supernacua enim ambitione hominum intrauerunt in orbem terrarum, & ideo breuis illorum finis est deliberatus.* Isidorus Clarius : *Inani hominum gloria intrauit.* Fornicatio scilicet, siue idololatria,in orbem terrarum,& ideo breuis illorum finis est inuentus. Vatab. *Neque enim erant abinitio*(idola) *neque in æternum manebunt, quippè hominum ambitione in mundum introducta sunt,& ideo celer interitus est ipsis destinatus.* Hugo *supernacuitas*,id est *otium*,vel *vanitas*.Bonauent.Holkoth *otium*, Carth. *vanitas*.Et veræ sapientiæ defectus,Athanas.in orat. contra idola,*vana gloria,vel ambitione*,ait,*idola ingressa sunt in mundum.* Ergo ambitio prima fuit hominis causa idola confingendi, & consequenter Deum derelinquendi, quale ergo illa malum ?

Isidor. Clar. *Hugo.* *Benauen.* *Holkoth.* *Carthus.* *Athanas.*

1 Ambitio idololatriā inuexit in mundum, & quomodo.

At quomodo ambitio ? nunquid sic aliquis desipuit,vt Deum se credi vellet, cum se hominem perspiceret ? non equidem possibile hoc, ergo quomodo, seu qua via ambitio fuit tanti causa delirij ? explico,homines enim, sanctitatem,sapientiam, & beneficentiam aliquorum reueriti,siue ob gratitudinem, siue ob reuerentiam Dei nomine eos decorarunt, in cœlis collocarunt,aliquo planetarum nomine insigniū eos denominarunt, ac insuper statuas illis erexerunt,& ciuitates dedicauerunt, ex quibus duo,apertè ostendit antiquitus præclaris exhibita viris,Berosus Chaldeus antiquissimus scriptor lib. 3.antiquitat.vbi de Noe, sic ait : *Tunc senissimus omnium pater Noe iam antè doctos* (Scithas, & Armenios) *Theologiam, & sacros ritus cœpit eos erudire,humanam sapientiam, & cætera,docuit, item illos astrorum cursus, & distinxit annum ad cursum solis, & duodecim menses ad motum Lunæ, qua scientia prædicabat illis abinitio,quid in anno,& cardinibus eius futurum contingeret; ob qua illum existimarunt diuinæ naturæ esse participem, ac propterea illum Olibama,& Arga,hoc est cœlum, & Solem cognominauerunt, & illi plures ciuitates dedicauerunt.* Duo ergo pia erga Noe antiqui illi officia exhibuerunt secundum Berosum, primum, cognomen præclarum illi exhibendo, appellando cœlum, & Solem, & inter cœlum, solémque eum reponendo. Secundum verò, ciuitates quàm plures ei consecrandó. Quod etiam confirmat Eusebius de præparat. Euangel.lib.1.c.7. de Sem, Noe primo filio, de quo asserit, quod *postquam hominem exuit ad Saturni stellam adductus est.* Quod autem Dei nomine eos decorabant patet ex illo scripturæ,Genes.6. num. 2. *Videntes filij Dei filias hominum.* Vbi quamplurimi patres volunt Sethi illos fuisse filios, Dei ab antiquitate cognominati ob eximiam sanctitatem,præclaras virtutes,summámque sapientiam, sic Theodoret. quæstione 47. Cassian. collact.8.num.21. Chrysost. hom. 21. in Genes. Augustt.de ciuitat.lib.15.cap.32. Cyrill.lib.3. in Genes.& lib.9.contra Iulianum,Rupert.lib.4. cap.12.& alij quamplurimi:tribus ergo his antiquitus antè statuarum instructionem sancti decorabantur viri,quibus posteà, & alter additus honor,erectio nempè statuarum,vt infrà dicemus, ex quatuor ergo his summus illis honor afferebatur in terris; hoc carnalis perspiciens homo,& si omnino vita, & moribus illis dissimilis,se non perspiciens, nec sua æstimans demerita,cupidus gloriæ, cum secum potentiam haberet,summi cum essent Reges, aut ciuitatis alicuius principes,vt rectè Hugo hic, eam gloriam quam sanctis, & innocentissimis hominibus antiqua tribuebat simplicitas, simpliciter, & sine dolo superbè appetiit,& siue timore populorum, siue purpuratorum assentatione; nam vt inquit idem Hugo : *Hoc vitio infecti sunt ferè omnes,qui curias magnatum sequuntur,* eam est assecutus : ex quo factū, vt licet à principio,non aliam ipsi deitatem appeterent, nec se vltra Deos æstimarent, quàm præcedentes mortui homines, qui simili erant insigniti honore,& simul cum veti Dei adorationem,suam permitterent,vsu posteà temporis in malitia, & peccatis ipsis excrescentibus, iusto Dei iudicio factum vt societatem deitatis cum Deo diaboli instigatu(cuius odio,inuidiáque vt ait Tertull. in lib. de idololatria hæc etiam in mundum inuecta)respuentes, soli vellent adorari, immo orari, vnde impium illud Darij Regis emana-

2 Hominibus præclarisantiquis Dei nomine decorabantur tēpla, & statuæ erigebantur. *Berosus.*

Eusebius.

Theodor. *Cass.* *Chrysost.* *Augustt.* *Cyrill.* *Rupert.*

Hugo.

uit decretum vt nemo per triginta dies aliquid siue ab homine, siue à Deo nisi à se Rege peteret, Daniel 6. num. 8. quod propriè solam, & vnicam erat appetere deitatem, & se vnicum Deum facere, vt volunt ibi omnes expositores, vide Tertull. de idololatria, cap. 15. ex quibus omnibus constat quomodo superuacuitas vt noster inquit Sapiens, hoc est vanitas, superbáque hominum ambitio talem inuenerit idololatriam.

Daniel. 6. num. 8.

Et ideo breuis illorum finis est inuentus. Omnes de idololatriæ interitu, & fine hæc accipiunt verba, & sanè de illa accipienda sunt, Lorinus dupliciter ea intelligit, aut vt dicatur breuiter ad effectum idololatriam homines mandasse, quia citò, & sine consilio illam excogitarunt ex se, suáque inuentione, ac ambitione; secundo (quod etiam est Sa) aut quia merum erat inuẽtum humanum, ideóque citò idola periisse, quod secundum verius; omnia enim velut somnium pereunt figmenta humana, sic vanæ, sic inánes cogitationes sunt hominum, quæ contra Deum, & sine Deo.

Lorinus.

Sa.

HOMILIA LXI.

Ambitio quantum malum.

Superuacuitas hominum. Hoc est ambitio inuenit idola, inuenit idololatriam, tandem ipsa extitit in causa vt Deum homines deserentes ipsas adorarent creaturas, ipsos etiam dæmones, quantum ergo ipsa malum?

At prius definienda ambitio, sciendúmque quid ipsa sit, quàm pulchrè definit Tertull. de habitu muliebri, cap. 9. attendens ambitionem nil aliud esse præter inordinatam concupiscentiam honoris, in nobis ad instar aliarum rerum, quibus caremus, immodice excitata; vnde postquam dixerat concupiscentiam in nobis excitari ex carentia illarum rerum, quas alibi Deus repositas habens illis caremus, in pretio apud nos ex penuria, raritate, *& peregrinitate*, vt ipse ait, statim subdit; *Hæc erit ambitio, vnde & nomen eius interpretandum, quod concupiscentia apud animum ambiente nascatur ad gloriæ votum.* Pulchrè, quarumlibet rerum immoderatus affectus, secundum obiectum circa quod versatur suum sortitur nomen, vnde inordinatus auri affectus, *auaritia*, delitiarum *libido*, honoris verò *ambitio* dicitur, quod vitium tripliciter contingit contra rectam rationis regulam excedere, vt Sanctus ait Doctor 2. 2. quæst. 131. art. 1. in corpore, aut appetendo excellentiam quam non habet, quod est vt ait Sanctus, *appetere honorem suprà suam proportionem*; aut quod honorem sibi cupit, non referendo in Deũ, in quo maximè excedit; nam vt egregiè Sanctus, *illud secundum quod homo excellit, non habet à seipso, sed est quasi quiddam diminutum in eo, & ideo ex hoc non debetur sibi principaliter honor, sed Deo.* Hinc dum Deum excludit, in se tantum sistendo pro Deo se constituit vt infrà dicemus, maximóque Deum priuat honore, tertiò tandem ambitionis vitium excedit, quatenus sic gloriæ cupidus honorem expetit, vt in ipsomet sistat, hanc non referendo gloriam ad bonum alterius, cum vt Sanctus ait Doctor, *illud in quo homo excellit, datur homini à Deo, vt ex eo aliis prosit.* Ex quibus omnibus, quantum sit malum ambitio educes, cum ipsa in se mendacium includat, & falsitatem, dum excellentiam intendit, quam non habet, Deum honore priuat, se ipsum loco Dei constituens, & tandem generis inimica est humani, non aliorum, sed semper proprium exquirens bonum, proptiúmque lucrum.

Tertull.

1 Ambitio quid.

S. Thom.

2 Quot modis ex illa peccatur.

3 Eius malum quantum.

4 Impossibile vt ambitio simul ster cum fide.

Hinc fit, vt impossibile sit, simul hæc duo stare, fidem, & ambitionem, Deum, & hominem ambitiosum, sic inter se repugnantes inueniuntur, ac, vt sic dicam, belligerantes, audi oraculum Ioan. 5. num. 44. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis?* Impossibilitatem, non difficultatem credendi ambitioso dedit, vt exinde videas ambitiosum esse, simul & fidelem moraliter impossibile, sed vnde vis talis est consequentiæ? eo vel maximè cum fides sit in intellectu, ambitio in voluntate, vnde ergo ambitio Iudæis fidem tollebat Christi, sic vt impossibile dicat Dominus eos credere posse? sanè ex eo, quia fidei veritas non est ex illis, quæ aut ex principiis per se notis, aut ex argumentis, & probationibus demõstratiuis deducitur, in qua sine voluntatis ope intellectus assentitur, sed veritas fidei cum non habeatur ex his principiis, sed tantum fundatur in authoritate diuina superiori lumine intellectus illustratus, fit vt eandem necessitatem induat, sicut aliæ veritates, probabiles tamen, quibus cum non necessariò intellectus assentiatur, necessarium vt affectus accedat voluntatis, qui efficit vt intellectus credat, quod alias non crediturus, nec saltem sic facilè; ex quo fit vt ideo facilius credamus, quæ de amico dicuntur, quàm quæ bona de inimico etiam si tantum probabiles sint rationes, quia ad amicum pio fumus inclinati affectu, quod non inimico: sic pari modo cum veritates fidei non sint euidentes, nec demonstratiuis possint probari argumentationibus, immò aliquando videntur inter se repugnare, & si repugnantiam non inuoluant, fit vt necessarius sit ad credendum pius voluntatis affectus, qui si non adsit, vel aliò sit distortus, tantum fidei aliquando repugnat vt penitus credere nolit.

Ioan. 5. n. 44.

5 Quomodo fides non stat cum ambitione.

6 Malus & inordinatus affectus tollit fidẽ. *Nyssenus.*

Ex hac radice, vt interim hoc dicam, euenit, vt aliqui aut fidem amiserint, aut eam recipere noluerunt. Greg. Nyssen. oratione 3. de Resurrectione ideo affirmat aliquos articulum Resurrectionis credere noluisse, ne malarum suarum actionum pœnas extimescerent, *qui sibi*, inquit, *conscij sunt turpissimarum, & fœdissimarum actionum, quibus graues pœnas meriti sunt, odio iudicij tollunt resurrectionem, & pro eo quod cupiunt, & optant varias cogitationes sibi fingunt.* Augustin. lib. 22. de ciuit. cap. 18. nonnullos affirmat æternitatem pœnarum inferni negasse, vt perditissimis suis moribus impunitatem autumarent. Greg. lib. 10. moral. cap. 12. Auaritiam affirmat aliquos retinere, ne ad fidem conuertantur; & tandem Nazianzenus in oratione ad Hemesium, ideo idololatriam affirmat inuectam, & aliquos eam tenaciter retinuisse, vt ex perditissimis hominibus in Deorum numerum assumptis, suos perditissimos honestarent mores, cuius verba: *Stulti idolorum cultores, qui hoc vitiis vestris subsidium excogitastis, vt flagitiosos*

7 Resurrectionem cur aliqui credere noluerunt. *Augustin. Gregor. Naz.*

8 Homines ceteliter ac in Deos adamp[illegible]

mendaces, sicarios, versutos, adulteros, fœdicones vobis Deos fingeretis, nec eo contenti vitiis etiam ipsis sacra constituistis, ex quo illud efficitur, vt non solum impunitum maneat quoduis vitium, sed etiam laudabile, aut honestum habeatur, velut Deo qui id coluit gratum, & iucundum. Ex quibus vt vides fit equidem planum, non solum voluntatem ad fidem conducere, affectúmque eius esse necessarium, sed quod hic multoties fit in causa vt fides aut non amittatur, aut semel amissa excidat.

9 Hæretici vnde fiant.

Ex qua doctrina duo habes, primum, cur, & vnde hæretici, pium enim omnem in Deum, & virtutem cum amiserint affectum, in seipsos totum illum reciprocantes, & in eorum ambitionem, & luxuriam, eam respuunt sanam fidei doctrinam, quæ contra eorum brutalem est affectum; & secundum, ratio elucet Christi Domini nostri dicti, ambitiosi enim illi cum essent, piúmque in Christum nullum possiderent affectum, immo nec in Deum, cum totus voluntatis eorum impetus ad gloriam erat hominum aucupandam, & honorem, licet sufficientissimis ipsos Christus conuicisset argumentis se Deum esse, & id ipsi negare non possent, tamen ex nimio gloriæ affectu, ex honore quem apud homines aucupabantur, dum putabant eum si in Christum crederent deperdituri, ex malitia, & peruicacia, ex diro ambitionis affectu credere noluerunt, immo nec poterant, quem sensum perbelle exprimit August. lib. 5. de ciuit. c. 14. dum sic ait: *Est hoc vitium pia fidei inimicum, vt si maior in corde sit cupiditas gloriæ, quàm Dei timor, vel amor, Dominus dicat, quomodo potestis credere, &c.* Vnde eleganter Lactant. lib. 8. in principio, sic tales contra fidem obstinatos affirmat, sic ad credendum duros, vt si ad fidei probationem solem ipsum in manibus gestaremus non crederent, vnde ait: *Qui amore potentiæ inflammati omne studium suum ad honores acquirendos contulerunt, nec si solem ipsum gestaremus in manibus fidem commodabunt ei doctrinæ, quæ eos iubet omnipotentia, & honore contempto humiles viuere.* Ambitiosi ergo credere non possunt, immo si credunt fidem amittent, quia cum contrarius sit eorum affectus eis quæ fides prædicat, fides docet, eo recalcitrante, sic intellectum aut alligat, aut distorquet, vt si fidem non recepit, non amplius recipiat, & si admisit derelinquat, vt exinde intelligas quantum sit malum ambitio, quantorum origo nefandorum, dum sic præpediat intellectum, ac obnubilet, vt aut non credentem faciat, aut ex credente incredulum constituat.

10 Iudæi ex ambitione in Christũ non crediderunt.

August.

Lactant.

11 Quam difficilis in ambitioso fides.

12 Eua ex ambitione amisit fidẽ.

Hinc sic facilè prima nostra illa parens fidem Deo amisit, quia dum plus æquo honoris cupida existeret, ex nimio gloriæ affectu, plus diabolo placida suadenti, quàm Deo vera adhæsit, Gen. 3. num. 5. *Eritis sicut dij scientes bonum, & malum.* Quibus verbis instillauit in eius animum perfidus serpens auaritiam honoris, vt egregiè Greg. hîc hom. 16. vbi probans gula, vana gloria, & auaritia Euam serpentem tentasse, pro auaritia, honoris affirmat fuisse cupidinem: *Ex gula quippè tentauit*, ait, *cum cibum ligni vetiti obtendit, ex vana gloria cum dixit, eritis sicut dij, ex proiectu auaritiæ, cum addit scientes bonum, & malum; auaritia enim non solum pecuniæ est, sed etiam altitudinis, rectè enim auaritia dicitur, cum supramodum sublimitas ambitur.* Hinc ambitionem dum ebibit, & in altum animum sustulit, impio recalcitrans contra ea quæ Deus dixerat, affectu, misera fidem Dei auersans, diabolo præbuit, faciléque infidelis existens, quia ambitiosa se erexerat; vt ex hinc discas, non solum ambitionis malum, sed timorem, quantóque in periculo verseris, dum ambitione laboras, naufragabitur facilè in te fides, si contra tuam aliquid præcipiat altitudinem. Hinc purpuratorum miseri casus, hinc omnis veræ fidei defectio, cuius equidem rei ratio, quia cum magis gloriam, ab hominibus, quàm à Deo expetant, hinc magis homines, quàm Deum timent, & ne illos contristent, aut ne à gratia, siue gloria quam apud ipsos obtinent excidant, Deum derelinquunt, vt illis obsecundent, fidem respuunt, vt fideles ab illis proclament.

14 Purpurati & Aulici ex ambitione fidẽ amittunt, & huius rei ratio.

Factum considera Pilati Cæsaris purpurati, & obstupesces, Ioan. 19. num. 5. liberaturus Iesum eum produxit foras: *Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis quia nullam in eo inuenio causam.* Innocentem eum iudicans, liberatione dignum æstimans; at illi, *clamauerunt crucifige, crucifige eum*; quibus Pilatus: *accipite eum vos, & crucifigite.* Amplius liberationem ex hoc verbo ergens, vt ait Chrysost. hom. 85. in Ioan. *execrantis*, inquit, *est hoc verbum, & ad rem non concessam eos impellentis*: at quid illi? *nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* Duo isti Pilato obiecerunt, vt occisionem persuaderent, legem, & quod filium se Dei effecisset, primum, vt ait Beda, Pilatus non timuit, secundum timuit: *Non timuit, quia legem audiuit, quia alienigena erat, sed magis timuit, ne filium Dei occideret*; vnde sequens Euangelista, ait: *Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.* En quàm constans isto in filij Dei liberatione, en quàm stabilis pro Iesu dimissione, en quàm timidus ne contra Deũ aliquid faceret, sic firmus, vt post hæc audita cum ad se Iesum aduocasset, ac ei allocutus amplius in proposito persistens, nil Iudæos facies, pro nihilo legem iudicans audito Iesu, *exinde*, ait Euangelista, *quærebat dimittere eum*; quid est *exinde*? August. tractat. 116. in Ioannem tom. 9. *Id est ex hac causa ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditum.* Ergo deliberatè exiit, omnino vt eum dimitteret, innocentem sciens, ac timens ne fortè filium Dei occideret: vidisti hominem iustum, rectum, constantem; Deum timentem; at fine, vt ambitione tangatur, fine, vt aliquid ei contra suum proponatur honorem, æstimationem, & gloriam, videbis vt omnia euanescent; innocens occiditur, filius Dei interimendus traditur, innocentia condemnatur, inique tribunali sistitur, tandem latro dimittitur, incontaminatus crucifigitur; audito enim, *Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris.* Quod fuit dicere, gloriam, honorem, famam, & gradum, ac dignitatem, quam apud Cæsarem obtines deperdes; ac statim: *Cum audisset hos sermones adduxit Iesum foras, & sedit pro tribunali, & tradidit Iesum illis vt crucifigeretur; non sic potens*, vt ait August. *contemnere Cæsarem authorem potestatis sua quemadmodum legem gentis aliena.* Ergo quod timor legis non potuit, quod Iudæorum clamores, vt timorem filium Dei occidendo solueret, vna valuit ambitio,

Ioan. 19. num. 5.

15 Pilatus ambitione Christum crucifixit.

Chrysost.

Beda.

August.

Digitized by Goog

tio,ne poteſtatem perderet, ne authori ſuæ poteſtatis,hoc eſt Cæſari contradiceret,ſic potens, ſic valida apud humana corda eſt appetentia honoris, ſic impotens affectus laudis. Quod tunc Pilato, nunc & ſingulis tu applica purpuratis,& vtinam non ſic,Deum timent, Chriſtiani ſunt,filium Dei tradere reformidant, at ſine, vt eos tangat ambitio,ſiue gradum acquirendi, ſiue ne eum deperdant, & Deum condemnatum videbis, nocentem abſolutum, innocentem crucifixum; quid dico? ipſam fidem deperditam, immo ipſam Dei omnipotentiam, ſummámque iuſtitiam pro nihilo habitam.

6 Ambitioſos ſic Deus abhorret,vt extraordinaria eos mulctet morte. *Numer. 16. n. 29.*

Hinc equidem fit, vt peruicaciam, eruditatem,ac huius paſſionis rebellionem Deus optimè callens,vt eam exterminet,non quocumque vtatur iudicio, ſed ſingulari,non quocumque ſupplicio,ſed vnico,& tandem ambitioſos peccatores ne ordinaria exterminet morte, ſed inconſueta,hoc attendendum in morte *Core Dathan,& Abiron*,Numer.16.n.29.*Si conſueta hominum morte interierint, & viſitauerit eos plaga, qua & cæteri viſitari ſolent,non miſit me Dominus.* Ait populo legiſlator ſanctiſſimus; mirum vt ad tales perdendos nouum inuentet Deus mortis *Abulenſ.* genus,vſque tunc inuiſum,vt affirmat Abulenſ. hîc qu.17.quid ergo iſti amplius quàm Ægyptij, quid amplius quam Sodomitæ, quid amplius quàm cæteræ peccauerunt Gentes,vt nouum ſit neceſſarium genus inuenire mortis,nouum ſupplicium?ne mireris, peccatum erat ambitionis, ſic Deo infauſtum, ſic populo pernitioſum, ſic durum,& peruicax,ac pertinaciter in animo reſidens humano, vt ne, & ſi mortui terram conxaminarent,aërem,cœlum, ac per hoc & viuentium animos, dignum, ne dicam neceſſarium, vt nouum mortis genus iuſtitia reperiens diuina illos peſſundaret, ac obrueret: *Immugiens* *Ambroſ.* *terra*, ait Ambroſ. quam citat Cornel. in hunc locum epiſt. 82. *in medio plebis ſcinditur, aperitur in profundum ſinus, abripiuntur nexij, & ita ab omnibus mundi huius abiegantur elementis, vt nec aërem actu, nec cœlum viſu, nec mare tactu, nec terram contaminarent ſepulchro.* Egregiè, ſi mare præfocaret, ſi cœlum eis vitam adimeret, ſi terra in ſe eos includeret, hæc omnia ambitioſus, & ſi mortuus inficeret, ac proindè & viuentium animos; quid ergo? ſic eos

17 Ambitioſos vitioſos deglutit infernus. terra abſorbeat, vt non in ſe eos continens viui deſcendant in infernum, vt Sanctus ait legiſlator, cur non mortui, ſed viui? cum probabile ſit viuos ad inferna deſcendiſſe? vide an quia ambitioſi, quaſi vt infernus hos deglutiat non neceſſaria mors ſicut in cæteris peccatoribus,ſed vti res propria etiam ſi viuentes eos ad ſe trahere poſſit, vt ex hoc quantum ſit malum hoc diſcas, dum ſic meretur puniri, & ſimul quod viuos eos abſorbet infernus, viuos deglutiat tartarus.

18 Chriſtus ignominioſa morte eligit interimi vt ambitionem ſuffocaret.

At quid hoc magnum, & mirum, ſi cum exemplo Chriſti Domini noſtri conferatur? certè admirari libet, ac prorſus ſtupere, vt etſi cordi eſſet pro hominibus mori, illud tamen genus eligeret mortis quod ignominioſum, quod viliſſimum, talibus indecoratis vt ſic dicam circunſtantiis vallatum, vt ignominioſius nullum aliud, plus dicas,voluit mori, ſed flagellatus, voluit crucifigi, ſed inter latrones, voluit extingui, ſed cum dedecore, & confuſione. Quæ ergo cauſa ſic Deum impulit,vt ſic moreretur? ſanè vnica, vt ait Chry- *Chryſoſt. Ad Heb. 12.n.2.* ſoſt. hom. 28. in cap.12. ad Hebræos, num. 2. ſuper illa verba: *Qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta.* Vt ambitionem exterminaret, vt humanam omnino excluderet gloriam: *Eſto enim*, inquit Chryſoſt. *ſuſtinuit mortem, cur ignominioſe? non propter aliud quàm nos docens vt gloriam, quæ ab hominibus datur, nihili ducamus, erudiens nos, vt aduerſus eam ſimus audaces, & nihili faciamus.* Vah, quàm durum ambitio vitium? quàm horrendum peccatum, quàm, vt ſic dicam inexterminabile, vt ad eum delendum ipſa iuſtitia diuina, & non conſueta morte homines reliquos occidat, & ipſa miſericordia, ignominioſa velit vt Dei filius interimat, vt quando hoc conſideraueris,expaueſcas dum totum totum Deum qua iuſtus, qua miſericors, ad vnum hoc exterminandum vitium aſpexeris, animúmque reſumes totis viribus contra eum bellandi, intelligens, quod quantus quantus es contra illud accingere te oporteat.

19 Ambitio bellum contra Deũ gerit clamoroſum. *Matth. 6. n. 2.*

Nec mirum, nam & ſi cætera contra Deum peccata militent, tamen non ſic, vt quaſi in publico, & acie ſtructa in campum exeant, ac illum ad bellandum prouocent, altè contra illud bellum præſonantia, vt ambitio, Matth. 6. num. 2. *Cum facis eleemoſynam noli tuba canere antè te, ſicut hypocritæ faciunt.* Ergo ambitio tuba canit, cur? reſpondet Chryſolog. *Quia talis eleemoſyna hoſtilis eſt, non ciuilis, non miſericordiæ dedita,* *Chryſol.* *ſed clamori.* Pulchrè, talis eleemoſyna quatenus non miſericordiam redolet, ſed ambitionem, tubam canit, quia hoſtilis eſt, tubam reſonat, quia clamoroſa, ad prælium ipſum excitans Deum, in campum deſcendens apertum, at vnde huic vitio ſic inſolentes auſus? ſanè, vt inquit Chryſoſt. quia non ſi- *Chryſoſt.* cut cætera de malo naſcitur, ſed ex ipſo exurgit bono, ſic ille hom. 15. in oper. imperfec. tom. 2. *Cum omne malum ex malo naſcatur, ſola vana gloria de bono procedit, & ideo non de-* 20 Cur contra Deum frõtoſa. *ſtruitur per bonum, ſed magis nutritur.* Cætera quippè vitia vtpotè ex proſtituta matre,ex cauſa turpi in lucem exire reformidant,ac contra Deum ſummè ſanctum ſtare, ſola ambitio quia de bono procedit, vtpotè ex ingenuo parente ſic ſpiritus erigit, ſic ſuperbos concipit conatus, vt non occultè, ſed palam cum Deo belligeret, publicum cum illo pandens bellum, facie ad faciem ei obſtans; hinc contra illam peculiares Dei conatus, peculiares vires, peculiaria arma, ad doctrinam noſtram, hæc vt quantum ſit hoc vitium pertimeſcentes, contra illud nos armemus, quia ſi Deo ſic apertè gerit bellum, quale contra nos pandit?

21 Filios,& charos interimit, nil deiecturãs, ſic eſt crudelis.

Quid & ſi contra Deum belligerat,nunquid & non contra nos? noſtróſque, contra charos, contra amicos, contra dilectos, contra ipſos filios, qui viſcera, qui anima dicuntur patris, ſic vt contra hos apertè, non ſimulatè inſurgens ipſa contradicente natura ob ambitionem pater ipſe eos mactet, ac perdat, itavt charius illi ſit ambitionis nomen, quàm

patris, & dum illud acquiras, quod ambitio suasit, nil curat quod genitoris, quod nomen deperdat parentis, clamorosa siquidem imprecatio extabat illa sanctissimi Iosuæ, cap. 6. num. 26. contra ciuitatem Iericho, *Maledictus vir, qui,coram Domino,qui suscitauerit, & ædificauerit ciuitatem Iericho, in primogenito suo fundamenta illius iaciat.* Hoc est in morte primogeniti sui moriatur scilicet primogenitus eius statim ac fundamenta iaciat, *& in nouissimo liberorum ponat portas eius.* Hoc est moriatur vltimus eius filius, quando expleta ædificatione portas posuerit ciuitatis, terribilis quippè maledictio, immo patribus horribilis, mors non vnius, sed omnium natorum; quis sic crudelis, vt eam ausu plusquam ferino ad ædificandum se accingeret? & tamen 3. Reg. 16. num. 34. Hiel de Bethel eam ædificauit regnante Achab, vnde scriptura, *in diebus eius*, hoc est Achab: *Ædificauit Hiel de Bethel Iericho.* Ad vnguem sanctissimi Iosuæ imprecationem aspiciens, vnde textus: *In Abiram primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Iosuæ filij Nun.* Ergo & si primogenitum dum fundamenta iaceret mortuum aspexisset, & si vnum post alium, & cæteros filios, istis decedentibus sicut muri sustollebantur, tamen nec ædificare cessauit, nec ædificatum diruere, chariores illi Hiericontini muri, quam ipsi filii; vnde ergo illi talis crudelitas, talis feritas? Abulens. in hunc locum quæst. 23. ad multa illud refert, primò, ad infidelitatem eius, homo enim infidelis licet Israëlita, & si à Deo percuteretur, ex pertinacia tamen credere nolebat; nam vt ipse ait: *Ista est enim conditio infidelium hominum, quod licet videant se percuti à Deo, non credant à Deo fieri, sed alias euenire.* Quod confirmat exemplo Philistinorum, qui licet ob irreuerentiam, & detentionem arcæ terribiliter à Deo affligerentur, tamen plagas à Deo immissas semper dubitabant, 1. Reg. 6. num. 9. percutiuntur sæpè mali, ac terribiliter flagellantur, infideles tamen semper existunt, nec peccare cessant; vnde hoc? quia casu illud non à Deo fieri æstimant, infideles & si Christiani. Secundo illud refert ad impetum Hielis, & passionis excolendi agrum *Iericho*; qui fertilissimus, qui vbertimus, vnde emolumentorum cupiditate effrena ductus, nil curauit filiorum mortem, nil charorum decessum; *motiuum autem Hiel*, ait, *erat magnum, scilicet larga vbertas, & amœnitas territorij Ierichentini.* Vt semel videas quantum auri, & diuitiarum sit cupiditas, vt nec charorum mortem æstimet, nec filiorum curet, contra ipsum sanguinem, contra ipsam insurgens naturam; sed ad rem nostram proprius tertiam addit rationem, nèpè talem Hielis fuisse appetitum dominandi, talem ambitionis passionem, vt & si crederet post amissum primogenitum omnium filiorum mortem, maluit tamen ædificare, quàm filiorum vitam: *Potest dici*, ait, *quod Hiel à principio ædificationis non credidit complendam esse maledictionem Iosuæ, postea tamen videns mori primogenitum credidit complendam esse, tanto in ardore afficiebatur ad ædificandam terram illam, vt ipse esset Dominus eius, quod proponebat illam filiis.* Quod etiam elegantes expressit, Rupert. lib. 1. in Iosuæ, cap. 20. dum factum stupens, ait: *Mira ambitione pertinaciam fulciente, vt ambiendo conditoris nomen, eorum cum affectu perderet genitoris honorem.* Egregiè, sic crudelis, sic effrena est ambitionis passio vt pertinaciam fulgens nec Deo credat, nec eius flagellis, & bellum non solum contra Deum, sed contra chara gerat pignora, & moriantur filii, pereant nati, dummodo acquiratur quod ambitio suasit, sic ipsa in se cæca, sic stolida, vt pro exiguo summum amittat honorem, summum deperdat nomen, qualis maior honor, quàm genitoris. Plato enim dialog. 4. de legibus post deorum immediatè parentum ponit honorem: *Post Deos patres maxima cura habere debet in cultu viuentium parentum quibus fas est, prima, & maxima debita persolvere, omnium quæ antiquissima debitorum.* Immo & Moyses, vt obseruat Iosephus lib. 2. contra Apionem Grammaticum: *Parentum honorem post Deum esse constituit Moyses, & qui non repensat eorum gratia, sed in qualibet parte contristat, præcepit esse lapidandum.* Quale maius nomen quàm patris? tale siquidem, vt ad inuidiam vt sic dicam ipsum summum adducens patrem, nolit eius filius quenquam patrem vocari super terram, Matth. 23. num. 9. *Et patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim pater vester qui in cœlis est* Cuius rei perbellam affert Chrysost. rationem homil. 44. in oper. imperfect. affirmans à carnalibus patribus non initium, sed vitæ tantum transitum nos accepisse, à solo autem Deo initium: *In mundo enim*, ait Sanctus, *quamuis homo hominem generet, tamen vnus est pater qui omnes creauit, non enim initium vitæ habemus ex parentibus, sed transitum vitæ per eos accepimus.* Hinc solus Deus pater vocari dignus, vnde si indulgentia hominibus illud concessit, euidentissimè concluditur, summum in terris hoc esse nomen, quo nullum maius, nullum præclarius, & tamen cæca ambitio sic hominem dementat, sic illum extra se trahit, vt sicut ait Rupert. *Ambiendo conditoris nomen cum effectu perdat genitoris honorem.* Ponderandum si *cum effectu*, ambiunt mali sæpè præclarum aliquod nomen, & vt hoc attingant mira patientes, cum effectu, tamen quem possident amittunt honorem, sæpè hoc audiuimus, immò & sæpè vidimus, misera ambiuit Eua præclarum nomen, deam vocari præsumpsit, attamen ad deitatem aspirans, cum effectu perdidit iustitiæ originalis, ac beatitudinis terrenæ felicissimum statum, Genes. 3. *Celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersam terram.* Genes. 11. num. 4. dixerunt mali illi, vbi in Hebræo vt obseruat Caietan. *Statue forte dispergamur super facies totius terræ.* Ambiebant ergo celebre nomen timentes diuisionem, fieri volebant celebres ex singulari opere antequam diuiderentur, at quid? *Prauitas contra seipsam vaticinauit.* Inquit Lippom. in catena, cum effectu vnionem quam tenebant amiserunt, non celebre, sed crimlois nomen sibi parantes, vt inquit Chrysost. ad doctrinam nostram hæc, miseri sæpè cum effectu felicem amittimus vitam, ambiendo feliciorem, & dum nomen ambimus præclarum, honorem amittimus quem

Iosuæ 6. nu. 26.

3. Reg. 16. n. 34.

Abulens.

27 Homo peccator nunquam credit mala à Deo euenire ne credat, & conuertatur. *1. Reg. 6. n. 9.*

Rupert.

Plato.

28 Nullus maior honor quam esse patrem. *Iosephus.*

Matth. 23. n. 9. Chrysost.

29 Deus solus pater vocari debet, & cur.

Lippom.

Chrysost.

30 Ambitiosi cũ effectu perdunt bona quæ obtinent, dum maiora ambiũt.

Genes. 3. Ibid. c. 11. n. 4.

Digitized by Google

tenemus, ſic contra nos ambitione bellante, ſic nos vt ſic dicam peſſundante, immo dementante.

31 Ambitio vt dementat hominem.

Sanè equidem; nam qualis maior dementia, vt poſt tantos exhãtlatos labores, tantas perpeſſas anguſtias, tantas tranſactas perſecutiones, nil prorſus acquirere, & ad quod habemus nil adiicere; nam ſi in opere te quæris, non Deum, & ambitiosè te Deo præponis, certè exindè nil noui acquires, cum antè opus te ipſum poſſidebas, vnde ex opere nil noui, quod ſit ſolidum, quod ſit ſubſtantiale adeptum te reperies, ſubtiliſſimè hoc ponderat Paſchaſius Rathbertus lib. 4. in cap. 6. Matth. num. 1. ſuper illa verba: *Cauete ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis*, quæ cum illis contra ponit: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.* Mathæi 5. nu. 16. quæ videntur ſibi opponi, dubium deſodans, affirmat, præcepiſſe Dominum coram hominibus lucem noſtram præfulgere, at tamen ad honorem patris, vnde ſtatim ſequitur; *Et glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Inhubuiſſe autem ne noſtram iuſtitiam faciamus coram hominibus, *ne ab eis videamur.* Finem operis hominum viſionem, hoc eſt ambitioſam, ponentes noſtram æſtimationem; in qua re ſubtiliter diſcurrens adnotat, quod qui hoc facit, non Deum finem operis, ſed ſe ipſum proponit, ſeipſum, quem iam obtinet, quem iam poſſidet; quem iam habet, vnde proponendo ſe, non Deum, dum illud ob hunc finem facit nil noui acquirit, quia iam anteà ſe habebat, & ex illo nil amplius, quam futilem, aut vanam illam acquiſiuit viſionem, nil aliud ſubſtantiale, ac ſolidum, vnde ait: *Nihil enim ſtultius quam maiora iuſtitiæ opera, vel minora tantum ideo fieri, vt videantur, ſi autem quod maius eſt, Martyr vis fieri, vel quod minus, calicem aquæ frigidæ tribuere, vt videaris, & laudaris, tu qui agis, te finem tui operis ſtatuiſti, & fortè quod quæſiſti habes; qua de cauſa, nihil videri profuit, quin exindè vanam gloriam incurriſti.* Egregiè, qui finem aliquem operando intendit, profecto non iam poſſidet illum cum extra ſe ſit; inſanus ergo eſt qui pro adipiſcendo quod habet deſudat: ergo inſanus ambitioſus, dum pro ſe apprehendendo, quem finem ſui operis conſtituit laborat, nil inde ſubſtantialis emolumenti carpens præter vanam gloriam, extrinſecam nempè illam viſionem, quo quid dementius? vnde egregiè infrà hoc ponderans Paſchaſius ait: *Dic quæſo quis vnquam agricola, quamuis ruſticus, ideo coluit agrum, & ſeminauit, tantum vt videatur ab his qui tranſeunt? vel quis vnquam niſi ſtultus ſit finem laboris ſui collocat in aſpectu hominum, vt nihil ex eo aliud requiras?* Nullus equidem ruſticus, nullus ſtultus illud prætendit, ſed ambitioſus ſtultis ſtultior, & ruſticis ruſticior.

Paſchaſ. Matth. 6. nu. 1.

Idem c. 5. nu. 16.

32 Poſt ſummos labores nil ambitioſi acquirunt.

33 Ambitioſus monetarius falſus in iudicio reſpuetur.

Hinc quia ſe finem operis ambitioſus conſtituit, ſuam in illo ſculpens, non Dei imaginem, rectè monetarius dici debet, ac pro monetario æſtimari, ſic vt in retributionis die, quando pro adipiſcenda mercede tales repræſentet nummos, pro gloria ignominiam, pro mercede pœnam, pro vita reportet mortem; examinabitur certè tunc opus noſtrum, ſuperſcriptio, & imago inſpicietur ſi æterni ſit Cæſaris, an alterius, & cum huius, non ſolum ipſa repudiabitur, ſed capite tanquam monetarius ipſe offerens plectetur. Pulchrè Philo lib. leg. allegor. virtutem aſſerit à recta ratione examinari an vera, an falſa, non ſecus ac monetam, & ex imagine cognoſci; nam ſi opus ipſam reportat virtutis imaginem legale erit, ſi verò alterius adulterinum: *Studioſos virtutis*, ait, *tanquam nummos examinat recta ratio, vtrum vitium habeant, animæ bona referendo ad res externas, an proba monetæ ſint, conferendo ea in ſola anima.* Qui hanc monetam cudunt, qui nummularij ſunt, ipſi certè ſunt homines, quibus Deus mandauit, vt rectè ait Paulinus epiſt. 4. longè poſt medium, vt bonam monetam cudentes Cæſaris imagine abolita, diuinam in ſe ipſis ſignarent: *Statuens eos*, nempè homines nummularios, *vt ſecundum ſuam formam probabiles Domino cuderent nummos, & abolita de nobis figura Cæſaris viuum Regis æterni numiſma ſignarent.* Hos ergo ad rectæ rationis inſtar, vt aiebat Philo de virtute, examinat in retributione Chriſtus, perquirens quando bona offerrent opera, inſcriptionem, imaginem, ſignum, quod ſi Cæſaris, quod ſi eorum ipſorum, quod ſi ambitionis, cum ipſis monetariis ipſam reſpuens monetam, eos tanquam læſæ mulctabit maieſtatis, eos ignorans, operáque ipſorum, audi oraculum, Matth. 7. num. 22. *Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* En quàm mira, & quàm multa bona, vnde ergo reſpondet: *Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.* Ergo bona illa iniquitates, ergo mira illa, virtutes illas iniquitates? ſanè, cuius ratio, quia vt inquit Chryſoſt. homil. 19. in oper. imperf. licet illa agerent in nomine Chriſti, non tamen in ſpiritu Chriſti, ſed diabolico: *Sed conſidera*, ait, *quia in nomine dicunt non in ſpiritu, prophetant enim in nomine Chriſti, ſed in ſpiritu diabolico.* Bona erant, ſed diaboli imagine ſignata, bona, ſed non præferebant Chriſti, ſed diaboli imaginem, vanam gloriam, ambitionem, lucrum, ſeipſos tandem in illis præferentes; quid ergo mirum ſi ea ſummus reſpuens ſpirituum ponderator, nec eos agnoſcere vult, & tanquam iniquitatis operatores à ſe eos ablegat, & amandat.

Philo.

Paulinus.

Matth. 7. num. 22.

34 Multi bona faciunt in nomine Chriſti, ſed non in ſpiritu Chriſti, ob quod reiecti.

Chryſoſt.

Nec equidem mirum: nam ſi bene attendas talis eſt ambitio, vt inter cætera vitia contra Deum pugnans, ſic eum pungit, vt ad inuidiam, vt ſic dicam, eum impellat ad zelum, ad amaritudinem, videns hominem ſic fatuum vt pro impenſis laboribus, pro factis egregiis ſua ſpernat munera, ac pro æternis ſuis, temporalia, ac vana præſumat, attendátque, ſic vt renunciatis Dei theſauris, eiúſque gloria, humanam, inanémque capiat: *amputatis*, ait Apoſt. Iacobus cap. 4. num. 5. *Quia inaniter ſcriptura dicit, ad inuidiam concupiſcit ſpiritus, qui habitat in vobis.* Vbi per ſpiritum, non humanus, non diabolicus, ſed me iudice cum Caietan.

35 Ambitio ad inuidiam mouet Dei ſpiritum.

Iacob. c. 4. n. 5.

Digitized by Google

Caietan. Spiritus ſanctus debet intelligi, qui dum per A fidem, & baptiſmum habitat in nobis, etiam ſi peccatores, ſic concupiſcit noſtram ſalutem, vt prorſus ad inuidiam deueniat, vnde? quia vt inquit Carthuſ. cum Caietano, & Beda, dans ipſe ſuis ob bona opera maiorem gratiam, hac mali relicta, ad mundanam refugiunt, mundanam ſequuntur, vnde quaſi Dei inuidentiæ, ac zelotypæ rationem veluti exponens Apoſtolus ſequitur, *maiorem autem dat gratiam.* Ergo ambitio non quomodoliber Deum ſtimulat ſicut cætera peccata, ſed ſic durè, ac dirè, vt ad *inuidiam* eum attrahat, ad zeli ardorem, ad, vt ſic dicam noſtro modo loquendi, ſui ipſius corroſionem, dum pro inani gloriola ſe videt ſpretum, ſuáque; & cum duo ſint, qui homini pro laboribus, ſiue operibus bona offerant, hic B non ad quæ Dei, ſed quæ mundi, ad quæ hominum reſpiciat, ſiue, vt ſic dicam, inflammet; qualis ergo Dei putas ob hoc inuidentia, quales effectus æſtimas talem pariturum zelum? certè mortales.

Carthuſ. Caietan. Beda.

Recole eos quos produxit in Cain, cuius rationem ſi petes vna extitit inuidia, huius ortus, *Quia reſpexit Deus ad Abel*, & ad munera eius, ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit, Geneſ. 4. num. 4. quid eſt reſpexit? ſeu quomodo reſpexit? per ignem quippè, per flammam incendens ſacrificium; hoc ſignum beneuolentiæ, ac acceptationis, vnde Theodotion approbante diuo Hieron. in quæſtionibus Geneſ. legit, *& inflammauit Dominus ſuper Abel.* Et non ſuper Cain; hinc fratris inuidentia, hinc mors, & occiſio: pete nunc quid ſit ambitio, & reſpondebit tibi Tertull. de Pallio, cap. 4. quod ardor, quod incendium; *calor*, ait, *eſt omnis affectus, verum cum in affectationem flabellatur, iam de incendio gloriæ ardor eſt.* Pulchrè, omnis affectus calor eſt, ſed gloriæ ardor, quem etiam Cicero Tuſcul. 2. flammam appellauit: *Quid de noſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar*, ait, *quæ flamma eſt, per quam non cucurrerint ij, qui hæc olim punctis ſingulis colligebant.* Ardor ergo flamma, ac incendium eſt ambitio, quæ dum opus noſtrum inflammat, & accendit, Dei gratia derelicta, illud opus nos præeligentes, D ac veluti inflammantes quod laudem præ ſe fert humanam, non diuinam, quid quæſo aliud facimus quàm ad inuidiam Deum ſummum prouocare, non ſecus ac Dei iuſtiſſima inflammatio peſſimum Cain; quod ſi huius inuidentia licet iniuſtiſſima odium peperit, mortem, occiſionem, nunquid & non mortem, non Dei odium Dei parturiet inuidia ob noſtram ambitionem? dum hæc eſt in cauſa vt quæ Dei ſpreta, ad vana, & futilia recurramus, immo ad deliria, qualia fuerunt illorum, qui ob ambitionem vti in commentario diximus, Deotam multitudinem inuenerunt, quam meritò noſter appellauit Sapiens ſuperuacuitatem, dicens: *ſupernacuitas, &c.*

Geneſ. 4. num. 4.

Hieron.

Tertull. 36 Ambitio eſt ardor, & flamma. *Cicero.*

Num. 15. *Acerbo enim luctu dolens pater, cito ſibi rapti filij fecit imaginem, & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra, & ſacrificia.*

Num. 16. *Deinde interueniente tempore conualeſcente iniqua conſuetudine, hic error tanquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio colebantur figmenta.*

Num. 17. *Et hos quos in palam homines honorare non poterant, propter hoc quod longè eſſent, è longinquo figura eorum allata euidentem imaginem Regis quem honorare volebant fecerunt, vt illum qui aberat tanquam præſentem colerent ſua ſollicitudine.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

DE prima idololatriæ cauſa ſuperius dixerat, nunc de alia, de eiuſque incremento, & extenſione, quæ omnia iunctim poſuimus, vt ſimul perſpicerentur; at neceſſarium prius, quia ſic locus requirit, qua poſſumus breuitate, & dilucidatione de principio idololatriæ dicere, de eiúſque primo inuentore, ac inſtitutore, pro qua re.

Notandum vt ſuprà diximus quadrupliciter diſtingui poſſe idololatriæ genus, primo in rerum inanimatarum, vt cœli, elementorum, immo & metallorum, vt infrà dicemus; ſecundò C animatarum, vt animalium, brutorum; tertio ſubdiuidendo hanc, in dæmonum, & hominum, & ſic quatuor fiunt idololatriæ genera.

Tertull.

Secundò etiam recolendum, quod ſuprà diximus, cap. 13. num. 10. ex Tertulliano, & aliis, idololatriam prius incepiſſe abſque imagine, & idolis, ſed tantum ſimpliciter aſtra, Solem, Lunámque adorantes, poſteà verò per imagines, & idola, poſt quæ vt ipſe ait Tertull. vbi ſup. ex illorum nomine tota, & ipſa denominata eſt ſuperſtitio, idololatria.

1 Idololatria quando inceperit.

His ergo ſic ſtatutis duo nunc ſcitu digna remanent, primum de tempore quando inceperint, & ſecundum de earum inuentore.

Clem. Ro. Epiphan. Auguſt.

De tota ergo in vniuerſum loquendo idololatria, probabiliorem iudico opinionem, antè diluuium nullam extitiſſe idololatriam; ſic Clem. Roman. lib. 1. recognition. & lib. 4. ad finem, Epiphan. in præfatione librorum de hæreſibus, ſanctus Auguſt. qui etiam de ciuit. lib. 16. cap. 10. affirmare non audet antè diuiſionem linguarum verum Dei cultum homines dereliquiſſe, Cyrill. Alex. lib. 1. contra Iulian. quem infrà referemus, diu. Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 4. quam etiam opinionem omnes fermè ſequuntur recentiores.

2 Adam & Eua fuerũt idololatræ. *Iuſtin. Clem. Ro. Theophil. Epiphan. Irenæus. Author*

Hoc pro probabiliori ſtatuo opinione, cum alij Patres voluerint iam inde ab initio eam cœpiſſe ab Adamo, & Eua, Iuſtin. Paræneſ. ad Gent. affirmat, *Protoparentes de paradiſo eiectos, quod Deos crederent, qui non eſſent, deorúmque nomen poſteris tradidiſſe.* Quod quid ſimile in Clementi etiam Rom. lib. 2. recognition. inuenitur, & apud Theophylum Antiochen. ad Antiloch. Epiph. hæreſ. 37. quod etiam affirmare videtur Irenæus in orat. parænetica ad Gent. & Author quæſt. veteris, & noui Teſt. apud Auguſt. qu. 81.

Digitized by Google

Ambros. At quis hoc in animum inducere poteſt: vt & ſi illud intentare ſit auſus dæmon, vt iudicat Ambroſ. lib. de Paradiſo cap. 13. quod Adamus in eam ſit lapſus, qui in Dei vnius eſſentiæ, & veritatis cognitione recens adhuc, & feruidus extabat; vnde rectè aliqui, non ſolum illud de Adamo negant, ſed etiam quod diabolus intentarit, vtpotè de re totaliter deſperata, ſic Lorinus hic num. 14. Caſtro, & alij, incredibile prorſus hoc ſit, & à ſumma Dei erga hominem beneuolentia prorſus alienum, neque nomen *Elohim*, plurale, aliquid probat, tum quod vt rectè *Lorinus. Caſtro.* Lorinus pro vno, & verò Deo ponitur, vt ex illis verbis conſtat, *Ecce Adam, quaſi vnus ex nobis factus eſt*, Geneſ. 3. num. 22. & in Geneſis exordio, *In principio creauit Deus.* Vbi Hebraic. *Elohim*, tum etiam quia pluralitatem ſignificare poteſt perſonarum, in vna tamen eſſentia.

Gen. 4. n. 26. Alij ex Hebræis, quorum meminit Hieron. volunt ab Enos filio Seth, Adami nepote incepiſſe, anſam ſumentes ex illis verbis, Geneſ. 4. num. 26. *Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos, iſte cœpit inuocare nomen Domini.* Quæ illi ſic legunt: *Tunc prophanata eſt, aut pollui cœpit inuocatio nominis Domini.* Quia videlicet nomen Domini cœpit accommodari creaturis, & idolis, verum hanc ſententiam reiicit *Hieron.* Hieronym. quæſtionib. Hebraic. in Geneſ. ſuper ea verba; nam verè vult ipſe, cum aliis etiam Hebræis, verbum illud ſignificare *incipere*, & non *prophanare*. Vnde Chaldæus Aquila cum cæteris transferunt, *tunc cœpit inuocari nomen Domini*, Vnde & ſi non negamus ſanctis aliquibus nomen Dei attributum, vt ſuprà diximus, tamen non malo, ſed bono ſenſu, per participationem, & gratiam, non per naturam.

Alij etiam antiquiorem facere volunt idololatriam, tempore nempè Enoch, quem Iudas in ſua Canonic. num. 14. ſeptimum ab Adam facit: *Prophetauit autem & de his ſeptimus ab Adam Enoch.* Qui ſecundum Tertull. lib. de idololatria, c. 4. contra eam dicitur prædicaſſe; at vt ex *Tertull.* verbis Tertulliani conſtat, non dicitur contra eam prædicaſſe, ſed propheraſſe, ſic enim ait: *Anteceſſerat enim hoc prædicens Enoch omnia elementa, omnem mundi ſenſum, quæ cœlo, quæ mari, quæ terra continentur, in idololatriam verſuros dæmones, & ſpiritus deſertorum Angelorum, vt pro Deo aduerſus Dominum conſecrarentur: omnia igitur colit humanus error, præter ipſum omnium conditorem.* Poſt quæ, *denique idem Enoch ſimul & cultores idoli, & fabricatores in comminatione prædamnat.* Ergo omnia illa Enoch prædamnationes ſunt, non ſui temporis damnationes, quod etiam clarius affirmat, cap. 15. dum eorum ritum damnat Chriſtianorum, qui antè fores lucernas ponebant, aut lauros, illis exprobrans, oſtendés tales ritus in deorum oſtiariorum conſecratos honore, quos etiam affirmat ab Enoch prædamnatos, vnde ait: *Hæc igitur abinitio præuidens Spiritus ſanctus etiam oſtia in ſuperſtitionem uentura præcecinit per antiquiſſimum Prophetam Enoch.* Ergo nec ab Adamo Enos, vel Enoch temporibus idololatria incepit, ſed poſt diluuium, vt certum ſupponere debemus.

Hoc ergo ſuppoſito, primo dicendum de tempore, & inuentore principalioris ſeu ſubtilioris idololatriæ, nempè de aſtris, & ſecundo, de craſſiore, de imaginibus ſcilicet, & ſtatuis, ſub quibus aut ipſamet, aut dæmones, aut homines antiqui coluerunt.

Subtilior ergo idololatria ferè authores conſentiunt, quod principium habuerit paulò pòſt diluuium à Zoroaſtro, quem filium Cham aliqui faciunt, qui Magicis, & Aſtrologicis artibus induxit plebem, vt ſe ſcintillas è cœlo retrahentem admiraretur, & igni, opera dæmonum conſumptum in cœlum ſubleuatum putarent, & ſidus viuum, (hoc enim ſonat Zoroaſter) nuncuparunt, & adorare auſi ſunt, de quo ſic habet Chronicon Alexandrinum pag. 8. *Zoroaſter ille nobilis Perſarum Aſtronomus, moriturus precatus eſt vti fulmine ictus interiret: Perſiſque denuntiauit, vbi me inquit, cœleſtis ignis conſumpſerit, crematorum oſſium meorum cineres tollite, & ſeruate, nec regnum à vobis ex hac regione tolletur, quandiu oſſa mea cuſtodieritis, innocato Otione* (quem Nembrothum aliqui faciunt inter numina, & inter ſidera locatum) *à cœleſti flamma depaſtus interiit, Perſæ quod ille imperarat executi reliquias cineris illius, hodieque cuſtodiunt.* Ex quo tanti ignem fecerunt Perſæ, vt eorum Reges equo impoſitum ſibi vellent anteferri, eiuſque cultum vſque ad Theodoſij tempora duraſſe refert Nicephorus lib. hiſt. 14. cap. 19.

3 Principium idololatriæ aſtrorum quo tempore, & à quo incepit.

Chronic. Alex.

4 Zoroaſter primus Aſtrorum cultor.

Niceph.

Materia autem circa quam hæc prima verſabatur idololatria, non ſolum cœleſtis ignis, Sol, & Luna, ſed pene totus erat ſtellarum orbis, & præcipuè Zodiacus, eiúſque ſigna, qui vt inquit Ioan. de ſacro Boſco in ſua Sphæra, ſic dicitur, quia venit à verbo Græco ζάω, quod ſignificat animal, *quia cum diuidatur*, ait, *in duodecim partes æquales, quælibet pars appellatur ſignum, & nomen habet ſpeciale à nomine alicuius, propter proprietatem aliquam conuenientem tam ipſi, quam animali, vel propter diſpoſitionem ſtellarum fixarum in illis partibus ad modum huiuſmodi animalium.* Quod valde notandum ob id quod infrà de ſecunda dicetur idololatria, de eiúſque origine.

5 Materia primæ idololatriæ totus ſtellatũ orbis.

Ioan. de ſacro Boſco.

Cultus autem quem exhibebant, duobus conſtabat modis, primus apertè erigendo altaria, offerendo ſacrificia, cum oculorum, ac manuum ad illa eleuatione, aliiſque ceremoniis; talis fuit cultus Baſil. nempè ſolis, tempore Eliæ Prophetæ, 3. Reg 18. nu. 22. & Hierem. cap. 7. num. 17. vbi ſic: *Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas Regina cœli.* Secundus cultus erat ſecretus, & vt aliqui volunt, fraudulentus, quando ad cœlum aliqui eleuantes oculos, quaſi verum Deum adorantes, non tamen niſi Solem, & Lunam adorabant, quo ſenſu ſecundum aliquos dicebantur, *habere Deos in medio ſui* Hoc eſt in corde ſuo.

6 Eius cultus qui, & quotuplex.

3. Reg. 18 n. 22. Hierem. 7. n. 17.

Quoad ſecundum autem genus idololatriæ per imagines, & ſculpturas, ſimiliter poſt diluuium, paulò pòſt illam primam cœpit, primo per colores, & penicillos, poſteà per imagines, & idola, cuius primum inuentorem Tharem Abrahami patrem facit Epiphanius initio Panarij, vbi ſic: *Idolorum cultum qui per colores, & picturas inductus fuerat ſub Sarug, per induſtriam Thare auctum, ac roboratum eſſe, eo ſtatus ex lito, aliás è deinceps materia confectus, ve*

8 Idololatriæ primum genus ex ſtatuis & picturis à quo inceperit.

Epiphan.

impiè loco Dei collocarentur fingente atque efformante; in huius autem sceleris pœnam filium eius Aaran antè ipsum mortuum esse, cum ad id vsque tempus patres morerentur antè filios. Vult ergo Epiphanius secundum hoc genus idololatriæ per picturas cœpisse, deinde propagatum, & auctum à Thare parentum suorum idola, seu statuas confingendo, & adorando, immo vt aliqui volunt, primum statuam Amram filij sui erexisse, quod huic nostri sapientis loco videtur congruere; ex quo successu temporis factum vt reliqui artifices ex lapide, ligno, argento, & auro statuas iuxta propriam artem construxerint, vnde primi authores huius fuerunt superstitionis Ægyptij, Babylonij, Phryges, ac Phœnices, deinde ad Græcos translata totum statuis repleuerunt mundum, hoc est idolis, infinitis propemodum hominibus in Deos translatis; ex quo etiam alij volunt Ninum Tharæ contemporaneum ansam sumpsisse statuam Belo patri erigendi, & suos ad illam adorandam compulisse, ex quo primum idololatriæ in hoc sensu eum faciunt authorem.

9 Immerito aliqui affirmant primum institutorem fuisse Thare Abrahami patrem.

Hæc Epiphanij sententia ferè ab omnibus reiicitur, immo diuus August. lib. 16. de ciuit. cap. 2. vult, vt cæteris idololatrantibus verus Dei cultus in sola Thare domo remanserit, quod suprà & nos affirmauimus, vnde ait: *Namapud Chaldæos cum iam tunc superstitiones impiæ prænalebant, quem admodum per cæteras Gentes vna Thare domus erat, de qua natus est Abraham, in qua vnius veri Dei cultus, & quantum credibile est, in quam iam sola etiam Hebræa lingua remanserat.* Et paulò infrà: *Proindè sicut per aquarum diluuium vna domus Noe remanserat ad reparandum genus humanum, sic in diluuio multarum superstitionum per vniuersum mundum vna remanserat domus Thare in qua custodita est plantatio ciuitatis Dei.* Neque illud, ob hoc scilicet filium eius antè eius mortem quasi in supplicium obiisse, aliquid habet ponderis: nam constat Lamechum patrem Noe, mortuum antè Mathusalem patrem suum.

August.

10 Ninus primus idololatriæ inuentor per statuas.

Communis ergo sententia Augustini, Damasceni, Theophylacti, in verba illa, Matth. 1. *Iudas genuit Phares, & Zaram de Thamar.* Cantacuz. Apolog. 3. Hieronym. in c. 2. Oseæ, Ninum anno mundi 2000. primum per statuas idololatram fuisse, ac patri suo Belo, quem alij Iouem, aut Saturnum faciunt statuam erexisse, lege sancita, vt qui fontes ad eam confugerent immunes remanerent, sic Greg. in illud Lucæ 11. *In Belzebuth principe dæmoniorum.* Ex quo facilè factum, vt in adorationem eius prorumperent, Deumque eum æstimarent, *Ninus*, ait Hieron. *Instantem peruenit gloriam, vt patrem suum Belum referret in Deum, qui Hebraicè dicitur Bel, & in multis Prophetis, maximèque in Daniele, & iuxta Theodotionem sub idolo Babylonis hoc appellatur nomine, hunc Sidonei, & Phœnices appellant Baphal.* Et generaliter omnes affirmant iuxta nostri sapientis dictum defunctorum memoriam dedisse simulachris occasionem primam; vnde idem Hieronymus vbi sup. paulò post adiiciens, ait: *Didicimus exordium dæmonis, immo hominis in dæmonem confectari; omnia enim idola ex mortuorum errore creuerunt.* Quod confirmant Ægesippus apud Hieron. lib. de viris illustribus, Euseb. in Chronic. Cyrill. lib. 3. contra Iulian. Chrysost. hom. 87. in Matth. Ambros. in c. 1. epist. ad Rom. Cyprian. de idolorum vanitate; immò, vt obseruat Theodoret. in c. 31. Hierem. aliique, Baal esse commune nomen idoli, quatenus flexis vocibus plurima idola ab illo denominata; vnde de illo scribens Greg. vbi sup. *quidam*, ait, *vocauerunt eum Bel, alij Baal, alij Baalim, alij Belsebuth, secundum rationem variarum linguarum.*

Ægesip. Euseb. Chrysost. *Ambros. Cyprian. Theodor.*

Ex dictis ergo Ninum constat primum extitisse huius rei inuentorem, deinde ex eius exemplo cæteri moti Reges vanæ gloriæ cupidine, ex his quæ mortuis deferebantur honoribus, vt suprà diximus, & noster affirmat Sapiens, non amplius filiorum demortuorum, sed suam imperarunt idololatriam, vnde Epiphan. lib. 1. cõtra hæres. *Postea verò*, inquit, *infelices tyranni, aut præstigiatores, qui incãtationibus suis, aut fallacijs totum orbem deceperant, diuinis honoribus consecrarunt, eorúmque monumenta veneratisunt.* Quod clarum extat exemplũ in statua Nabuch. in qua seipsũ adorare præcipiebat. Dan. 3.

Epiphan. *Dan. 3.*

Cæterum adnotandum hanc idololatriã Iconasticam, vt sic dicam, non solum constitisse in hominum statuis, sed etiam animalium; nam, vt suprà diximus num. antecedenti, priore illa idololatria nempè stellarum, licet in principio sub nulla culta imagine, posteà sub imaginibus vti cœpisse, diuersis astris, diuersa imponentes animalium nomina, ac figuras iuxta corũ proprietates, quas similes in aliquibus inuenerant, quasi à posteriori philosophantes. Hinc diuersa Zodiaci signa diuersorum sortita sunt nomina, vt sup. ex sacro Bosco dixim°, Asterismus enim, qui calidus, acris, vehemens, leo est nominatus, ac effigiatus, quia sic leo, sic vrsa, sic taurus, &c. Hinc factum, vt tractu temporis licet doctiores sub illis figuris cœlestia illa adorarent, indocti non plus vltra se eleuantes ipsa adorarent animalia, ac tandem iusto Dei iudicio sic eorum exigentibus peccatis, omnes factum vt in brutalem hanc, & prorsus bestialem inciderent idololatriam, idola conficientes nõ solum hominis effigiem habentia, sed animaliũ, & quadrupedũ.

11 Animalium idololatria vt cœperit.

Occasio autem huius secundæ idololatriæ, nulla prorsus alia videtur, præter illam, quam suprà n. 14. posuimus, & latè probat nouus Boldue de Ecclesia antiqua lib. 2. c. 12. qui licet in hoc satis verus, in cæteris autem, quæ tum illo capite, tum in sequentibus, vbi de Cherubinis aræ, & Labani agit idolis, negatque idola fuisse ac proinde Labanum idololatram, ac de peccato idololatriæ populi in deserto, sicut est nouus in dicendo, ac proinde non solidus, nec firmus, nullâque stipatus authoritate, sic nullo negotio reprobatur, neque recipitur. Noua dicit, quæ potius ramenta videntur Rabinorum, quam Catholicorum, nullus Pater, nec Græcus, nec Latinus adest, contra receptum à Patribus sensum multa explicat de Scripturis, fundatus in vocibus Hebræis, quæ nullo negotio à peritis in illa lingua reiici possunt, vnde ergo ei assensus? licet alias vir pius, & doctus, & qui ob zelum sanctarum imaginum altius earum fundandi cultum, illa suo vt ipsemet affirmat excogitauerit marte. Ascribebantur ergo sanctissimi viri antiquitus inter sidera, & iuxta excellentiam sanctitatis, quam quisque professus fuerat ei astrum assignabant; hinc factum, vt

12 Quæ eius occasio.

Boldue.

d by Google

poſt Iconaſticam inuentam eos effigiãtes, aut ſimul cum ſtatuis etiã ſignum, & aſteriſmum imponerent, aut ſeorſim deſcriberent, tractu verò poſtea temporis vti dictum eſt, diabolo ſtimulante, ſuperbia accendente, homines viui ad ſe adorationem illam trãsferre intenderunt, Deos ſe facientes, quod potentia, & populorum adulatione conſecuti ſunt, vt ſuprà diximus.

Homines ergo, animalia in hac ſecunda adorabantur idololatria, quia omnium illorum erant effigies, adde nunc & dæmones, qui ſtudiosè errori deſeruientes, Deo in pœnam peccatorum illud permittente per illas imagines, oracula prodebant, reſponſa dabant, futura prædicebant, mundum tandem gubernabant impiè, ſordidè, confusè vti dæmones decebat.

Ex dictis ergo conſtat, occaſionem huius ſecundæ idololatriæ, cultum extitiſſe, qui ſanctis deferebatur viris, ac veram, & primam cauſam vt noſter inquit ſapiens hominum ſuperuacuitatem, deinde amorẽ inordinatum filiorum in patres, & è contra, vt hic ſapiens affirmat; materiam autem, circa quam verſabatur fuiſſe homines, animalia, dæmones.

Cultus autem ex templis, ſtatuis, ſacrificiis conſtabat, tanta religione (vah Chriſtianorum pudor) vt ſanctus de Belo dicat Hieronym. ſic: *Quem Græci Belum, Latini Saturnum dicunt, cuius tanta apud veteres religio, vt ei non ſolum humanas hoſtias captiuarum, ignobiliúmque mortalium, ſed & ſuos liberos immolarent.* Immo & huius ſacerdotes in ſemetipſos crudeles, lanceolis, ac cultris ſe confodientes, ſuo proprio delectarentur cruore, quia pro ſuo effuſus Deo: de qua re abundè queritur Dominus noſter Iſaiæ 19. n.4. ſic, *repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum, & edificauerunt excelſa Baalim*, vbi Hieronym. *nulli autem dubium, quin in templo Dei Baal idolum poſuerunt, ſiue in delubro quod erat in valle filij Ennon, vbi & lucus Baal, & ara eius fuit ſuper quã immolauerunt, & incenderunt filios ſuos.*

Hieron. 13. Quanta religione Saturnum antiqui colebant.

Iſaiæ 19. n.4.

Hæc ergo idololatriæ fuerunt initia, & incrementa, hæc inter tanta à ſcriptoribus allata mihi probabiliora viſa, nunc ſigillatim ad verba textus.

Acerbo luctu, &c. Intempeſtiuo, ob præmaturam filij mortem.

Dolens pater, Græc. *attritus, emaciatus*, ob hunc dolorem ſcribit Fulgent. in Mythologia, Syrophanem ob filij mortem præſſum ſimulachrũ feciſſe, Latinè *ſpeciẽ doloris dictum.*

Fulgent.

Cito rapti filij ſibi fecit imaginem, &c. hoc eſt, ob filij, vt diximus præmaturam mortem, vt dolorem aliqualiter lenirer, & quaſi viuens adhuc in imagine filius, ſimul & ipſe conniueret; hinc deorum penatum multitudo, cũ illa ſuperuacua ipſorum deorum inuentio in duo diſtribueretur genera ſecũdum omnium opinionem, in deos ſcilicet publicos, & priuatos, illi publico miniſterio, & religione colebantur, iſti priuata, illi publico dedicabantur decreto, iſti peculiari ita vt cuique ſuos licebat efformare penates, ex illa, qua libebat materia aurea, argentea, lutea, lignea, penates dicti, quia in domorum penetralibus, & penitus inhærent, & phraſi Hebræa *in medio*, hoc eſt in interiori, & penetrali alicuius eſſe dicebantur, vnde illud Geneſ. 35. n. 4. Iacobi Patriarchæ *abiicite deos alienos, qui in medio veſtri ſunt*, qui penates in principio ex amore tum parentum in filios, tum horum in patres ortum habuerunt, ex quorum veneratione variæ poſtea ortæ ſunt religiones, & cultus, ad mortui altitudinem extenſæ, vt ſatis erudite affirmat Gregorius vbi ſup. dicẽs: *Sic paulatim cœperunt religiones, dum primi qui eos nouerant filios ſuos, deinde nepotes, & poſtea omnes poſteros ſuos illo ritu imbuerentur, & hi ſummi Reges ob celebritatem nominis in prouinciis omnibus celebrabantur; priuati vero populi gentis, vel vrbis ſuæ conditores, vel viros fortitudine inſignes, vel mulieres caſtitate mirabiles ſumma veneratione coluerunt, vt Ægyptij Iſidem, Pœni Vraniam, Romani Quirinum, Samos Iunonem, Traxes Liberum, Mauri Iubam, Latini Phaunum, Paphi Venerem, & ſic per varios populos ſacra varia ſuſcepta ſunt, dum homines in ſuos principes grati eſſe cupiunt.* Vnde Cicero vt idem affirmat ſanctus de inſtitutione deorum publicorum loquens, ait: *In quibuſdam ciuitatibus viros optimos eſſe conſecratos honore deorum immortalium, vt homines Reipublicæ cauſa libentius ſe exponerent.* Qui etiam 2. de natura deorum ſuperſtitioſum vocat cultum penatum, & ſuperſtitioſos eos colentes, quaſi homines memoriam colentes ſuperſtitem defunctorum, vel quod ipſi parentibus mortuis ſuperſtites eorum imagines domi colerent, cum è contra religioſi viderentur, qui antiquos, & publicos, vnde Virgilius 8 Æneid.

Geneſ. 35. n. 4.

S. Greg. 16. Varij religionum ritus vnde orti.

Cicero.

Virgil. 17. Labani dij quales.

Vana ſuperſtitio, veterúmque ignara deorum.

Ex dictis, quales dij eſſent Labani, Geneſ. 31. quales Michæ Iudic. 18. facile eſt perſpicere, erant enim penates, quos aut ipſi fecerunt, vt Michas, aut à parentibus acceperant, vt Labanus, qui etiam aut proprios repreſentabant parentes iam vita functos, aut antiquos alios viros inſignes, & in virtute præſtantes, aut etiam ſolis, lunæque, vel alterius aſtri idolum peculiare quod peculiari colebãt cultu; hinc *lararium* vocabatur locus, ſiue oratorium, in quo hi domeſtici dij, & familiares aſſeruabãtur, vnde Lampridius ſcribit Alexandrum Seuerum Imperatorem in larario rem diuinam mane facitaſſe ad effigies deorum, interquos habebat Abrahamum, & Chriſtum, in ſecundo autem larario habebat ſimulachrum Virgilij, & Ciceronis.

Geneſ. 31. Iudic. 18. Boldus lib. 3. c. 9.

18. Lararium quid.

19. Chriſtũ in larario tenuit Seuerus Imperator.

Qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, &c. particula *quaſi* non ſimilitudinem, ſed rei ſignificat veritatem, vt rectè Hugo.

Conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra, & ſacrificia, &c. Græc. *tradidit ſubditis myſteria, & ſacrificia*, Hugo, *incenſum, oblationes, vel victimas animalium*, Bonauent. *laudes præter incenſum*, Carthuſ. *feſta, templa, altaria*, Fulgent. *flores, ædramenta in Domini adulationem.*

Hugo. Bonau. Carthuſ. Fulgent.

Deinde interueniente tempore, &c. Clara omnia, quæ domi primum priuatè, foras deinde, ac in publicum prodiit idololatria, & lex domeſtica ex Regum tyrannide facta eſt publica, immo neceſſaria, & quod primum inanis adinuenit ambitio, poſtmodum tyrannica extorſit potentia.

14. Dij in duplici genere publici, & priuati.

15. Dij penates vnde dicebantur.

itized by Google

Et hos quos in palam homines, &c. Idololatriæ incrementi causam assignat, amor, siue Regum adulatio, hæc effecit, vt qui præsentem adorare non poterant, siue in domo principis vnicam statuam, alias effingerent, vnde & extensa, & vndique simul propagata.

Plinius. Athenagoras. Plinius lib. 35. c. 12. & Athenagoras Apolog. pro Christianis Core Corinthiam primâ obseruant Plasticem inuenisse, quam ideirco *Core Plasticem* vocant, hæc ergo cuiusdam viri cum amore teneretur, illo peregrè abeunte, vmbram ex facie ipsius ad lucernam lineis conscripsit in pariete, huius autem pater eiusdem Dibutades Sironius impressa argilla typum cum cæteris fictilibus induratum igni proposuit.

20. Core Corinthia plastices inuentrix.

Vt illum qui aberat, tanquam præsentem colerent sua sollicitudine, &c. Græc. *vt absentem, tanquam præsentem adularentur studiosè*, hoc est reuerenter, summa humilitate, antiquitus mulierculæ stabant *scholaria dicta*, quæ Reginis currum ascendentibus, vel descendentibus dorsum loco scalæ subiiciebant, ad quod videtur alludere illud Isaiæ 51. n. 23. *incurua-re, vt transeamus.*

21. Mulieres scalaria dictæ quæ.

Num. 18. *Pronexit autem ad horum culturam, & hos, qui ignorabant artificis eximia diligentia.*

Num. 19. *Ille enim volens placere illi, qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret.*

Num. 20. *Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum, qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum æstimauerunt.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis. PEr imagines auctâ idololatriâ iam supra dixerat, nunc & aliam addit causam, artificis nempe diligentiam, qua, vt conductori, seu Regi placeret, summam nauans operam vltra modum pulchram effigians statuam, ad stuporem simplices inducens aliquid diuinitatis in eis, vt ait Hugo inesse concipiebant, de statuariæ, ac picturæ encomio, lege Rhodiginum lib. 9. c. 24. clara sunt omnia, percuram breuiter.

Hugo. Rhodiginus.

Pronexit ad horum culturam, & hos qui ignorabant artificis eximia diligentia, &c. Græc. *in extensionem autem cultus, & ignorantes artificis adhortata est ambitio*, Vatab. exponit pro ambitione affectatam diligentiam, quam artifices siue ob æmulationem, siue ob honorem, siue ob complacentiam in operibus adhibent.

Ille enim volens placere ei, qui se assumpsit, &c. id est Principi, sic Vatab. Iansen. Osorius; alij, vt Hugo, Bonauent. & Sa illi cui operam suam locauerat, qui sensus placet Lorino, & mihi, cum de iis sit sermo, qui Principis imaginem absentis procurabant.

Vatab. Iansen. Osorius. Hugo. Bonan. Sa.

Elaborauit arte sua, &c. Græc. *vi quadam per artem effecit*, hoc est toto elaborauit conatu.

Hugo. *In melius*, &c. Hugo, id est, *pulchrius quàm ipse rex esset, vel melius, quàm aliquis eius artifex*, vterque bonus sensus.

Multitudo autem abducta, &c. Hugo, id est, *seducta*, Græc *multitudo attracta*, vis indicatur obiecti, quo aliquis allectus attrahitur, & quasi vi quadam ducitur. *Idem.*

Per speciem operis, &c. Græc. per gratiam, & venustatem.

Ante tempus, &c. hoc est nuper mortuus.

Deum æstimauerunt, &c. per illam scilicet pulchram imaginem, vt ait Hugo. *Idem.*

HOMILIA LXII.

Inhonestarum imaginum vsus, quàm reprehendus.

IMaginum cultum, idololatriámque amori patrum in filios, horúmque in patres, tandem ambitioni, superbiæque, vt vidimus, noster attribuit Sapiens, prouectum vero, & extensionem in ignorantes extraneos speciei artis, ac pictoris diligentiæ apposuit, dicens, *Pronexit autem ad horum culturam, & hos, qui ignorabant artificis eximia diligentia*, cuius rationem assignâs sequitur: *multitudo hominum abducta per speciem operis, eum, qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum æstimauerunt.* Ergo sic potens apud homines species est imaginis, vt contra ipsosmet sensus belligerans, & si hominem carneum, mortalem vidissent, tamen ex imaginis specie allecti, immo & accepti contra sensum, contra rationem Deum hominem æstimarint. Si ergo sic præpotens contra sensum est imaginis species, qualis erit quando iuxta eum, iuxta appetitum, iuxta carnalis hominis concupiscentiam? occasione ergo huius, placuit hunc hîc inserere discursum contra inhonestarum imaginum vsum, sic profusè ab omnibus retentum, sic indiscriminatim, vt quod pudet dicere, reperitur ille nõ solum apud prophanos, sed apud ecclesiasticos principes, non solum apud mundi sectatores, sed Dei deuotos, & quod pudet dicere, apud aliquos Ecclesiæ cardines, apud Ecclesiarum rectores, apud mundi reformatores. Proh pudor, qualis hæc vecors obscœnitas; nunquid hos homines dices, an animalia? animalia certè si vitam consideres, si obscœnitatem attendes terribili Dei iudicio seruatos, vt scilicet fœde moriantur, fœde tribulentur, sicut fœde viuunt.

1. Inhonestarum imaginum retentores Deus exterminabit.

Mirum aspicies, si ranarum plagam Ægyptiacam diligenter attendas, audi calamitatè Exod. 8. n. 3. *Et ebulliet fluuius ranas, quæ ascendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & super stratum tuum, & in domos seruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum, & ad omnes seruos intrabunt ranæ.* Verè admirandus hîc Dominus, tam distinctè, hîc perstringens plagam, tam minutatim, vt sigillatim loca enarret, in quibus ipsæ penetrandæ, in quibus se immittendæ, quam plagam etiam referens Philo, lib. 1. de vita Moysis sic latam affirmat vt nil prorsus Ægypti, nil domorum remanserit, quo non se irrepserit; *Vix manum extenderat*, Moses nempe ait, *cum rana-*

Exod. 8. n. 3.

Philo.

Digitized by Google

rum tanta vis prorepſit, vt non tantum fora compleret, & loca ſubdialia, verum etiam domos, villaſque & cuncta ædificia, tam ſacra, quàm prophana, tam priuata quam publica, ita vt nec foras progredi poſſent homines, nec intus manere ſertis etiam intimis penetralibus; Cui accinẽs Ioſeph quod victum etiam fœdabãt, affirmãs ait: *quin & domeſticum victum fœdabãt in eſculentis, atque patulentis nunquam non reperta, & in cubilibus quoque paſſim oberrantes, ita vt omnia fœterent, putore ex ranis mortuis exhalante infecta.* Mirum, vt ſic omnia Deus inficere ranis vellet, vt nulla eſſet domus ſine illis, nullum cubiculum, nullum penetrale, nullus tandem non ſolum popularis, ſed Regis intimior locus, qui ranis non ebulliret, ranis non ſpurcaretur; quæ ratio? ſiue quale tantæ vindictæ peccatum? vide, an quia craſſi, ac fœtidi illi ſpurcatam, ac fœtidam ducentes vitam omni luxuriæ genere contaminatam, non vt homines, ſed vt animalia viuentes ad concupiſcentiæ æſtum alendum, ad luxuriam augẽdam, & domos, & cubicula, & penetralia, ſpurcis, ac fœtidis imaginibus repleta obtinebant; enimuero ſanctus pater Niſſenus in vita Moſis, per has ranas *varies malitiæ, corruptioniſque fœtus, qui ex fœtido hominum corde*, vt ipſe ait, ſignificari affirmat, has autẽ ranas, ſiue hos putridorum hominum fœtus, non in vna tantum domus parte, ſed in qualibet inueniri aſſerit, hoc eſt per obſcœnas picturas, per turpes imagines, audi ipſum. *Hæc immunda ranarum multitudo domos eorum qui Ægyptiacè, id eſt vitioſè viuere malunt inhabitat, in menſis eorum abundat, in lectulis aſſidet, in abditis eorum omnibus, atque reconditis rebus inuenitur.* Modúmque explicans ſic ſequitur, *nam & in muris, & in aulis diuerſa ad luxuriam animi pictura, & in vaſis ſculptura impreſſa nequitiam prædicant, quibus cogitatio ad cupiditates ſuas remocatur, vituperoſi ſpectaculi viſione, ad animam vſque paſſionum æſtu perueniente, ne ſcilicet cupiditatum ardor extinguatur, aut retundatur.* Egregiè, in qua ſententia finis harum inhoneſtarum imaginum intrinſecus, & proprius aſſignatur, quod valde notandum ob infrà dicenda; cum non excellentia artis, non primor picturæ, non ſubtilitas delineamentorum, non proprietas expreſſionum membrorum, non curioſitas proportionis affectatur, quod ad peccatum excuſandum obſcœna hominum inuenit ſubtilis obſcœnitas, ſed alimentum luxuriæ, ſed irritamentum laſciuiæ, ne, vt ſanctiſſimus ait pater, *cupiditatum ardor extinguatur, aut retundatur.* Merito ergo ebulliant fœtidorum animalium Ægyptiorum domus, ebulliant cubicula, ebulliant penetralia, conſpurcentur pocula, & edulia luxurioſorum hominum, qui non, vt homines, ſed vt animalia viuentes, vt idem ait ſanctiſſimus pater, talibus imaginibus & domos, & penetralia infecerunt ſua. Quod olim cum Ægyptiis, putas tu quod nunc & cum Chriſtianis Deus non efficiet? putas non cum his, qui ex ſtatu, qui ex officio, qui ad exemplum, tenentur ſanctorum oppletas habere domos imaginibus, & è contrario illas non niſi ſpurcis poſſident, palàm, & publicè ſuam ſpurcitiam, ſuam prædicantes immodeſtiam, cum ſi modeſti, vt idem Niſſenus ait hæc euitarent, dum vt ſanctus affirmat, *Modeſti hominis etiã oculus mundus eſt, & hæc quæ ad luxuriam incitant ſpectacula reſpuit.*

Ioſeph.

2. Ranarũ vis in Ægypto quam multiplex.

Niſſen.

3. Ægyptij cur ranarũ plaga percuſſi.

4. Imaginum inhoneſtarum finis proprius qui.

5. Homo caſtus pudicos habet oculos.

Immo non ſolum ob illas immodeſti prædicantur, ſed vt pace eorum dicam, idololatriam ſapiunt, immo & fœtent, quod clarè apparebit, ſi quid ſit idolum attendes; Origenes enim in c.20. Exod. hom.8. ſuper illa verba, *Non facies tibi ſculptile*, inter imaginem, & idolum hanc ponit differentiam, vt imago ſit rei exiſtentis, idolum verò eius qui nunquam extitit, *Non enim aliqua*, ait, *ex rebus extantibus adſumitur ſpecies, ſed quod ipſa ſibi otioſa mens, & curioſa repererit.* Ergo illud eſt idolũ, quod nihil eſt, nihil verè repreſentat, ſed tantum fictitium, & vanum, ſiue hoc ſit per picturam, ſiue per iconomaſticam, quid ergo ex hoc? illud ſane, cum enim omnes ſimiles prædamnatæ imagines fœdæ, ac turpes earum rerum ſint, quæ nunquam extiterunt, vt Veneris amorum, Iouis obſcœnarum inſaniarũ, Cupidinis fœdorum affectuum, ſit vt nõ imaginibus, ſed idolis tota domus ſcateat, penetralia redundent, ſecretiora loca repleantur, vt prorſus, & in abditis, & apertis, nil laſciuiens oculus videat, quod non ſit idolũ, quod non ſit obſcœnitas, quid ergo oro te amplius faceres ſi gentilis eſſes, ſi idololatra? nonne ob hoc merito idololatriam ſapis? non Chriſtianiſmum? vt rectè ego te potius idololatrã dicam, quàm Chriſtianum. Pulchrè Chryſoſtom. hom.22. in Geneſ. ſuper illa verba, *Noe autem inuenit gratiam coram Domino*, Gen.6. n.8. ex operibus affirmat ſe agnoſcere fidelẽ, non ex verbis; nam poſtquam dixiſſet multos interius infideles eſſe, reſurrectionis articulũ negantes, licet verbis contrarium dicerent, ſic ait; *Sed ego non attendo verba, ſed quæ quotidie fiunt: nam ſi reſurrectionem expectas, & retributionem, quare ita præſentis vitæ gloriæ deditus es? quare dic mihi quotidie cruciãs te pecunias plures quàm arenas ſic colligens.* Cordate quidem, verbis fideles, ſed infideles corde, Inde deducitur, quia opera verbis contra dicunt, & ſi vis ſcire, quare iſti verbis fidem fingunt, quàm operibus deſtruunt; egregiam de ea re tradit Sixtus 39. Papa, ſeu melius quiuis alius, rationem, epiſt. de malis Doctoribus, & operibus fidei, quia facilius eſt fidem fingere, quàm peccata ſimulare: *Adſerere ſe falſo*, ait, *humanis auribus fidelem, etiam infidelis poteſt, quia fides incontemplabilis res eſt, & eius veritatis examinatio in profitentis tantum conſcientia poſita eſt, non in audientis arbitrio, iuſtitiæ vero, id eſt, integræ, & immaculatæ vitæ conuerſationem nemo tam facile, aut fingit, aut prædicat, eo quod probatio eius in promptu ſit.* Ergo & ſi fideles ſe dicunt, operibus autem contradicunt, quod nõ fingant, vnde eis habenda fides? cum ſecundum Sixtum aſſerere ſe fidelem etiam infidelis poteſt, & ſecundum Chryſoſt. non verba, ſed opera attendenda; ô belle domum tuam reperio idolis refertam, & te Gentilem non æſtimem, penetralia tua laſciuiis confarcinata, & caſtum dicam, cubilia tua viros coeuntes, fœminas fœdè proſtitutas, obſcœniſſimè depictas redolent, & ad inſtar gentilium domum tuam pompatam retines, & te Chriſtia-

6. Idololatriã ſapiunt, qui obſcœnis delectantur imaginibus. *Origen.*

7. Inter imaginem, & idolum quæ differentia.

Chryſoſt. Geneſ.6. n.8.

8. Fidelis ex operibus agnoſcitur non ex verbis.

Sixtus PP.

9. Fides facilius fingitur, quàm ſanctitas, & cur.

Tertul. num dicam: *Excludimur enim*, rectè ait Tertul. in Apolog. c. 2. *à nomine Christiano si facimus, quæ faciunt non Christiani*; ergo si tu, quæ gentiles, nonne gentilis? non Christianus? pulchrè idem author ibidem c. 12. exinde probandum sibi affirmat Deos gentilium non esse deos, quod scilicet tales sint; *Cesso iam de istis*, ait, *vt qui sciam me ex ipsa veritate demonstraturum quid non sint, cum ostendero quid sint*; quid vis, dicam? si ostendero, quid sis, demõstrabo; quid non sis, video te lasciuientem, video luxuriantem, video domum tuam lasciuiis redundantem, video non solum opere, ac tactu te velle spurcari, sed visu ex imaginibus, & desiderio in voluntate, talis vita, talis actus, talis conuersatio gentilium est, non Christianorum. Ergo cum tu talis sis, certè concluderis quid non sis, scilicet non Christianus, dignè à nomine exclusus Christiano, dum facis quæ non Christiani.

10. Imaginum lasciuarum retentores peccãt peccato læsæ maiestatis diuinæ.

Hinc merito tales, qui similia in domibus retinent idola, deinonestásque figuras, quatenus inuentiones verè dici possunt diaboli, ac proinde cum eis, & ipsum inibi demorari, merito à Christo Domino nostro prædamnari dicimus, asseuerantérque affirmamus, & tanquam læsæ maiestatis inimicos ab eo haberi, quod hac constanti probo ratione. Antiquitus enim lege cautum, ne quis sub læsæ maiestatis crimen in inuidiam viui Imperatoris demortui prædamnati statuam, aut imaginem secũ ferret, sic Iureconsultus Scæuola in leg. 38. titulo de *iniuriis*, vbi sic: *Senatusconsulto cauetur ne quis imaginem Imperatoris in inuidiam alterius portaret, & qui contra fecerit in vincula publica mittetur*, Decapitandus tanquam maiestatis proditor, ac inimicus, quod declarans Iacobus Rebardus lib. 2. coniectan. sic legem exponit: *Qui in inuidiam noui alicuius Imperatoris imaginem Imperatoris defuncti, etiam post eius memoriam damnatam portare non veretur.* Et merito quidem, cum si prædamnatum colis, non prædamnandum fuisse affirmas, sicut supra de sententia Socratis dicebat Tertul. rescissam, dum illum Atheniẽses adorabant, statuámque erexerant auream, sic equidem, quis dum prædamnatum adorabat Imperatorem; nam viuum Imperatorem tyrannide incusans tanquam intrusum damnabat, ad eius inuidiam mortuum reddi viuũ quodammodo faciẽs, & iterum ad imperium intrudens, quod cum faciebat nonne dignè maiestatem lædebat, vnde maiestatis merito conuincebatur læsæ? ita quidem, quod cum sit dic mihi, qui domos talibus imaginibus replent, quid quæso aliud faciunt nisi prædamnati dæmonis à Christo, atque à patre luminum effigiem, iterum in mundum ad eius inuidiam portare, ac iterum rediuiuum principem mundi diabolum efficere, & in illum iterum eum intrudere. *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras*, Ioan. 12. n. 32. Dominus dixit noster; quid per mundum? malos homines intelligit Augustin. tractatu 52. in Ioan. ante medium tom. 9. in quorum cordibus diabolus intus erat, qui dum per totum sunt dispersi orbem, ideo eorum princeps dicitur, erga quem à te, & consequenter à tuis Deus eiecit, quem principem prædamnauit, tu iterum per tales imagines reducis, tu in domo tua effigiatum habes, & ad inuidiam superni, ac nunc prædominantis regis, imagines tyranni præfers, obscœnissimè ex illis domum tuam ornãs, cubicula tua replens, quid ergo? nonne ob hoc in tremendo illo discussionis die diuinæ maiestatis reperieris læsor, & prædamnaberis, quia in te non Christi, non Dei, non sanctorum imagines, sed idolorum, sed obscœnarum reperientur, non referam antiqua, recentia tibi afferam, quæ nostro tẽpore, quæ nunc acciderunt. Frater enim Ioseph excalceatus à Iesu Maria nuncupatus, in suo de castitate, libro tom. 1. lib. 4. c. 15. & refertur à Losada in tractatu de Purgatorio, affirmat, religioso cuidam sui ordinis iter agenti à viro nobili hospitato, cum noctu oraret, multitudinem dæmonum apparuisse cum incensariis, ex quibus aduocato vno, & in nomine Domini astricto, vt quò, & ad quid irẽt panderet, coactè respondit, ad interius quoddam cubiculum, vbi imago erat lasciua Veneris Aquilam amplexantis, sic lasciuæ, vt causa ad peccandum infinitis esset, vnde ad illam ob hoc venerandam cum incensariis properabant, quo dicto visio euanuit; mane autem cum nobilis ille prædictum fratrem in illudmet introduxisset cubiculum inter cæteras, veneris illi demonstrauit prædictam imaginem; quem nullo prorsus modo ad eam tollendam adducere potuit sanctus frater, quinimmo cum sic durum eum aspiceret ex Dei sententia illi indixit, quod si imaginem non aboleret è viuis eum à Domino abolendum, quod paucis post diebus factum, miserè occisus sine confessione, ac sacramentis sepultus, dignè prædamnatus, quia prædamnati effigiem Imperatoris apud se retinebat.

12. Exemplum horrendum Dei iudicij in imaginẽ retinente profanam. *Losada.*

13. Vt tales imagines Deus detestatur. *Deut.* 12. n. 3.

Enimuero hoc fuit præceptum, quod Dominus sanctus ingressuris Israëlitis promissionis terram præstitit, hoc iudicium de idolis, Deut. 12. n. 3. *Dissipate aras, confringite statuas, idola comminuite, disperdite nomina eorum de locis illis.* Sic zelotes est Deus noster, vt nec nomen inimici derelictum velit. Hinc Machab. 2. c. 12. n. 40. perierunt illi, quia sub tunicis donaria habebant idolorum, *Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donariis idolorum à quibus lex prohibet Iudæos*, cuius causa, non solum detestatio est inimici quem expulit, sed desiderium tui, dum sic te totum concupiscit, vt nil tui derelictum velit, *Et ego*, ait in Ioan. 12. n. 33. *si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum*, vbi pulchrè adnotat Augustin. tract 51. in Ioan. non dixisse *omnes*, *sed omnia*, cuius rationem reddens ait: *quia non omnium est fides*, sed omnia dixit, affirmat sanctus Pater *quantum ad naturæ integritatem*, id est, *spiritum*, *animam*, *& corpus*, *illud scilicet quod intelligimus*, *quod vinimus*, *quod visibiles sumus.* Ergo sic nostri amans est Deus, vt non partem nostram ad se attrahere velit, sed omnia, spiritum, animam, & corpus; quid inde? sanè illud, vt ad inuidiam illum excites, ad zelum, ad rancorem, quando ex vna parte de donariis reperit in te suorum inimicorum, quando eorum nomina in domo tua aspicit, eorum imagines, eorum prostitutas figuras, eorum obscœnos actus, eorum vesanas libi-

Ioan. 12. n. 32.

Augustin.

11. Mũdus homines mali intelligũtur.

Rebard.

Scæuola.

14. Totum hominem concupiscit, & ad se attrahere cupit.

dines.ex altera vero dum videt non totum eſſe ſuum, ſed corpore, ſed anima, ſed ſpiritu diaboli, dum illis delectaris, dum per illas ad libidines prouocaris, quid ergo expectas? nũquid non & mortem, ſimul cum prædamnatis illis Machabæorum militibus.

Ad quid quæſo tales imagines in domibus Chriſtianorum? ad quid in domibus Eccleſiaſticorum? Mirum, vt ſtatim ac Dominus noſter audiuit imaginem numiſmatis, quam ei tentantes Phariſæi obtulerant, Matth.22. n.15. eſſe Cæſaris, illico eam proiiciens dixit, *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Quaſi indignum religioſis illis, ac diuinis manibus, indignum ſanctiſſimis illis oculis, præter Dei imaginem aliam in manibus tenere, aliam proſpicere; Hinc Paul.1. ad Corinth.15.n.49. clamat dicens: *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis, qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes, igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cæleſtis.* In quo loco adnoto primum, non dixiſſe Paulum, igitur ſicut fuimus imago terreni, ſic ſimus imago cæleſtis, quod proprius dicebatur, & ſequebatur ex præmiſſis, dum dixerat, *primus homo de terra*, hoc eſt fuit de terra, ideo terrenus, & conſequenter *qualis terrenus, tales & terreni*, hoc eſt fuerunt, conſequenter autem dicere debebat; ergo ſicut fuimus imago terreni, & non *ſicut portauimus imaginem terreni*, munquid caſu illud dixit Paulus? minime, ſed cum totius literaturæ erat peritiſſimus alluſit ad veterem Romanorum morem, Græcorúmque in veſtibus imaginem geſtandi Imperatorum, Regúmque ſiue reuerentiæ, ſiue adulandi ſtudio; de qua re vide Iacobum Rebardum lib.2. coniectan. vnde Pauli ſenſus, ſicut induimus imaginem terreni, ſic induamus imaginem cæleſtis; quapropter Syriaca ſic legit, *& ſicut induimus imaginem illius, qui ex puluere eſt, ſic induamus imaginem illius, qui è cælo eſt*; vnde Pauli ſenſus, induiſtis actione, conuerſatione, vita imaginem terreni, & expreſſam eam tuliſtis, non ſolum in veſtro corpore, ſed in veſtris, Adamum omnia veſtra redolentes, & cum Adamo ipſum etiã diabolum, dum in domibus, in corpore, in veſtibus imaginem eius referebatis; nunc nõ ſic, ſed actione, conuerſatione, vita, induite imaginem cæleſtis, eámque in corpore, in veſtibus, in domibus, in penetralibus reponite veſtris, ſic vt vbicũque, vos, veſtráque Chriſtum redoleant, Chriſtum ſapiant, non Adamum, non Cæſarem, non denique ipſum diabolum, quem ſenſum præclarè Ioannes expreſſit Geometra doctiſſimus ſcriptor allatus in catenas patrum Græcorum apud Lucam, vbi ſuprà, ſic illucidans Chriſti ſententiam, *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari*, &c. *ſublimiori ſenſu*, ait, *homo vt in Geneſi ſcriptum eſt, factus eſt ad imaginem Dei, poſtea vero propter peccatum, & inobedientiam eiectus de paradiſo, aſſumpſit etiam imaginem terrenam; ſicut autem nummus, aut denarius habet imaginem Imperatorum mundi, ſic qui facit opera reſſoris tenebrarum harum, portat imaginem eius, cuius habet opera, quam præcepit ſalnator eſſe reddendam, ac proiiciendam, aſſumendámque eius imaginem, iuxta quam à principio ad ſimilitudinem Dei conditi ſumus, quibus congruenter Paulus ait, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis, hoc ergo ſignificat, reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Ergo tibi conſulit Paulus, vt non terrenas reportes imagines, non vanas picturas; tibi etiã præcipit Chriſtus, vt neque Cæſaris, & tu cõtra Apoſtoli conſilium, contra Chriſti præceptum, non ſolum terrenas habes, & vanas, ſed libidinoſas, ſed obſcœnas, ſed dehoneſtiſſimas, nonne ex hoc conuinceris talem te eſſe, libidinoſum ſcilicet, obſcœnum, dehoneſtiſſimum? planè, & conſequentia eſt Pauli, quod eſt ſecundum adnotandum in eius ſententia, *qualis terrenus*, ait, *tales & terreni*, vnde conſequentia? ſanè, quia portarunt imaginẽ terreni, quid ergo, portans tu ſimilem terreni imaginem, immo peiorem non eris terrenus? portans imaginem turpem, eáque delectatus non eris turpis? portans libidinoſam non eris libidinoſus? falleris ſi aliud cogitas, aliud repentitas. Certè Seuerus Sulpitius amore ſanctiſſimi magiſtri ſui Paulini æſtuans, impatiẽs abſentiæ, ad illum miſit, vt imaginem ſui ad ſe ob ſolatium vitæ mitteret; at quid illi ſanctus, quod inſaniret reſpondit, epiſt.8. *Seuerè*, ait, *ſeuerè tibi dicam, multa te charitas penè delirum facit*; rationémque addens cur eam non mittat, quia cum adhuc terreni reportabat imaginem Adami, non cæleſtis, inconueniens extabat apud hominem religioſum, apud hominem pium terreni adeſſe imaginem Adami, *Qualem cupis*, ait, *vt mittamus imaginem tibi, terreni hominis, an cæleſtis? pauper ego & dolis, quia adhuc terrena imaginis ſqualore concretus ſum, & plus de primo, quàm de ſecundo Adamo carneis ſenſibus, & terrenis actibus refero.* Ergo inſaniã ſanctiſſimus hic præſul iudicauit imaginem concupiſcere, & ſi magiſtri, & ſi hominis ſancti, & ſi ſanctiſſimi prælulis, tamen quia adhuc terrenus erat homo; quid diceret ſi laſciuam, ſi enormem, ſi fœtidam, ſi Veneris, ſi Iouis, ſi Bacchi, ſi Iunonis? quid dicam ſi ſcortorum, ſi tandem, quod pudet dicere, cynædorum exquireret, & ſummam offerret pecuniarum vim ad eas indagandas, & obtinẽdas; Proh ſanctiſſimæ religionis pudor, proh dolor, vt talia permitti videamus non ſolum in regum curia, non in Imperatorum ſede, ſed in ſacro ſancta, ac omni veneratione digniſſima arce Romana: ſanctas imagines *procaci venuſtate*, nec pingi, nec ornari ſacroſanctum præcipit Tridentinum Concilium, ſeſſione 25. de veneratione, & reliquiis Sanctorum, & omnino ſic ab Epiſcopis permitti vetat, nunquid iſti permittrent prophanas ſic ornari, ac retineri *vllo in loco*, idem mandat Concil. *ne inſolita proponatur imago*, niſi ab Epiſcopo approbata, nunquid iſti approbabunt, vt proponantur obſcœna, lubrica, fœtida, contumelioſa, quas caſtum oculum pudet inſpicere, quarũ ex viſu genæ pudore ſuffunduntur, pace eorum videant, qui tales retinent, videant, qui tales non ſolum permittunt, ſed ſuadent, ſed depingere, aut ſculpere faciunt, ne ſimiles illi beſtiæ ſint, de qua loquitur Ioan. Apocal.12. n.14.

Matt.22. n.15.

15. Chriſtus à ſe Cæſaris imaginem deiecit tanquam quid prophanũ. *1.Corinth. 15.n.49.*

16. Quomodo ſecũdũ Apoſtolũ Chriſtianus portare debet imaginem Chriſti, & quid illud ſit.

Rebard.

Geometra.

17. Qualesquis imagines tenet ſe talem prædicat.

Paulinus.

18. Paulinus ſanctiſſimus Seuerũ reprehendit Sulpitium ſuam expoſtulantem imaginem.

Concil. Trid.

Apoc.12. n.14.

n. 14. *Qua ſeduxit habitantes in terra*, dicens illis, *vt faciant imaginem beſtiæ.*

19. Imagines laſciuas retinere, depingere, emere peccatum eſt mort.

At premamus amplius, & quid in hac re moraliter ſtatuendum aperiamus, reſolutè enim affirmo moraliter loquendo talia depingere, curare vt depingantur, retinere, emere, cum delectatione carnali proſpicere, aliis ad inſpiciendum proponere, peccatum eſſe mortale, & in ſtatu mortali eos manere, qui ea retinent, nec poſſe abſolui niſi à ſe eas proiiciant hanc opinionem pari modo viri huius almæ Complutenſis Vniuerſitatis doctiſſimi à me conſulti tenent, & inter eos præcipuè Pater Petrus de Tappia primæ cathedræ regens digniſſimúſque magiſter, ſacri ordinis Dominicanus, ac ſimul quam plurimi alij magiſtri Salmaticenſis ſcholæ in conſultatione de hac re Madriti excuſa apud Viduam Aloyſij Martines, anno Domini 1632. de qua re nos plura, & accuratiora in noſtro ſpirituali Carillo vbi ex profeſſo de hac re; quæ autem ad hoc ſic determinatè affirmandum me mouent, nunc accipe.

At antequàm ad ea accedam, ſciendum, de quibus ego loquor imaginibus, de illis nempe quæ obſcœnæ totaliter, quæ actus repræſentant obſcœnos, & illicitos, quæ prouocant ad luxuriam, vt ſunt mulieres, ſiue viros omnino nudos repræſentantes, actus obſcœnos exercentes, deorum, dearúmque imagines ſecum coeuntes, fœdéque tractantes, & his ſimilia, quas ſine rubore pudicus non poteſt aſpicere oculus, nec ſine luxuriæ incitamento videri; de iis enim loquor, planéque affirmo eas retinere moraliter loquendo, & vniuerſaliter peccatum eſſe mortale.

20. Prima ratio qua probatur eſſe peccatum mortale.

Prima enim ratio, quia moraliter loquendo videre appoſitè, & data opera mulierē nudam, in omnium ſententia peccatum eſt mortale, loquor extra actum matrimonij, & de viſione extra caſum neceſſitatis; ſic Nauarrus in ſum. c. 16. n. 11. qui licet videre mulierē, & alloqui non æſtimet peccatum graue, tamen nō loquitur de muliere nuda, immo pulchram indutam videre tantum, ſic illud concedit, vt dicat *modo non faciat ea*, ſcilicet viſionem, allocutionem, amplexus, &c. *tali loco, tempore, & modo, quo ſe periculo concipiendi propoſiti mali operis, vel delectationis moroſe exponat*; Nam in hoc caſu peccatum mortale illud æſtimat, cū Nauarro omnes ſimul conſentiunt Doctores, immo Sanchez de matrimonio, lib. 9. de debito coniugali, diſputat. 44. n. 13. ſimiles aſpectus inter coniuges ratione tantum matrimonij excuſat, affirmátque eſſe licitos, ſi ad ſe prouocandū illis vtantur, peccata tamen venialia, ſi tantum ad voluptatem illa efficiant, *Quia*, ait, *matrimonium omnes has delitias excuſat à mortali.* Ergo extra matrimonium ſunt mortalia, & ratio quidem per ſe ſatis patet, quia talis viſio ordinariè loquendo probabile inducit peccandi periculum, & ob hoc illicita, excitat enim motus inordinatos, acuit cōcupiſcentiam, dire flabellat voluntatem, ſic vt excitata flamma ardorem concipiat. Si ergo videre denudatā mulierem eſt peccatum, cur non erit & eius figuram, cum parum, niſi æquè, minus moueat, notum quippe eſt apud Terentium in Eunucho, quantum mouerit adoleſcentem illum pictura Iouis Dianæ ſtuprum inferentis, ita, vt rectiſſimè dixerit Baſil. in orat. 40. Martyr. quod par pictura, ac oratio in commouendis reperitur affectibus; *Nam quæ ſermo hiſtoricus per auditum exhibet, hæc pictura tacens per imitationem oſtendit.* *Baſil.*

21. Pictora quantum mouet affectum *Terent.*

Dices te non moueri, periculo non te exponere, ſed tantum te illa retinere ad curioſitatem artis, bene; ſed primo reſpondeo, quod ſi finem talis picturæ inſpicias, ad quem primo ordinata, profecto, vt ſupra ex Niſſeno diximus, non curioſitas, non primo inuenitur artis, ſed luxuriæ fulcimentum, ſiue incitamentum; hinc tales picturæ ex ſe execrabiles, & damnatæ appellantur in 7. Synodo actione 6. ab Epiphanio, qui reſpondens Gregor. contra ſanctorum Imaginum ritum diſputanti, appellantique contra Chriſti Oeconomiam eſſe *nefandam pictorum artem*, reſpōdet Epiph. & rectè, ex ſe artē pingendi cum ſit vna ex liberalibus diſciplinis non eſſe malam, ex fine autem fieri malam, vnde ait: *Omnes artes liberales, quæ à ſcopo mandatorum Dei declinans interdicta ſunt, quæ vero ſecus agunt, ſed in vſum aliquem vitæ proficiunt, & non ſunt indecore*, ſigna verbum, *non ſunt damnata, nec excluſa*, explicans autem quæ ars picturæ ſit à à ſanctis Patribus damnata, & conſequenter cōtra Chriſti œconomiā inueniatur, atque ſit dicenda, ſic ſequitur, *Picturæ autem artis, ſi in aſpectum turpitudinis quiſpiā vſumſuerit, execrabilis eſt, & damnata, veluti ſi quis effigies meretricias, & ſpectacula, item molles ſaltandi flexus, & equeſtrium certaminum formas, aut ſi quis hiſ ſimile pingat, ſane opus illud turpe, & noxium cenſebitur.* In qua authoritate duo adnotanda; Primum, dē arte pingendi loqui Epiphanium, & cum eo ſimul Concil. & prædamnat illam, quæ ſimiles depingit imagines, eſſéque contra Chriſti œconomiam affirmat, ergo ſimul eas retinere. Secundum autem, adnotanda exempla, damnat enim effigies meretricias, quas pingere ſine dedecore poteſt pictor, quid diceret de indecoris, & denudatis? damnat molles ſaltandi flexus, quid de turpibus actibus? damnat equeſtrium certaminū formas, quid de congreſſibus, ac certaminibus carnalibus; ergo licet te caſu aliquo, & dato (quod non libenter concedimus) non moueant, nec ad luxuriam impellant, tamen ex ſe ſunt illæ malæ, ac prædamnatæ, ac execrabiles, & à ſanctis Patribus omnino prohibitæ, & regula peccati non ex vno ſumitur caſu, ſed ex his quæ ordinariè accidunt, & communiter, cómune quippe eſt, vt ad laſciuiam tales prouocent imagines; ergo parum refert, vt te non moueant, ob quod excuſabilis fias ad eas retinendas. *Effigium præcluditur.* *Synodus 7.* 22. Imagines prophanæ damnatæ à 6. Synodo exeatū, primęvo fine. *Epiph.*

Secundò affirmas, quod te ſimiles non mouent figuræ, libidinem non excitant, & cum ab illis te totum carnem cognoſcam, vis vt credam, quod te non moueant? mirum quod ait Scriptura, Geneſ. 3. n. 7. nempe ſtatim, ac peccauit Adam cognouiſſe ſe eſſe nudum; *Cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos*, vnde talis cognitio? ſanè, ex ardore concupiſcentiæ, quā ex nuditatis viſione contraxerant, *etiam in ipſa pœna*, ait Auguſt. 11. in Geneſ. ad literam, & cum eo cæteri Patres, ac expoſitores, *ſua generoſitatis* 23. Falluntur, & fallunt qui dicunt ſe à talibus imaginibus non prouocari. *Geneſ. 3. n. 7.* *Auguſt.*

24. In Adam motus impudicus ex visione sua malum.

generositatis vindex anima rationalis bestialem motum in membris suæ carnis erubuit, eique incussit pudorem, non solum quia hoc sentiebat, vbi nunquam tale aliquid antea senserat, verum etiam quia ille pudendus motus de præcepti transgressione veniebat. Ergo cognouerunt se nudos ex motu pudendo, & vnde hic? nisi ex nuditatis visione, dum post peccatum, vt ait Theodoretus, *non tanquam simplices infantes,* vt antea, sed *tanquam malitiosi adolescentes se aspiciebant,* vellent nollent carnis experientes rebellionem, ob quam (quod notandum) sic à pudendis abhorret natura denudatis, vt insinuat Aug. lib. 10. de Ciuit. c. 17. & latè Abulens. in c. 13. Gen. quæst. 573. cum in nullo suorum sic experiatur membrorum contra rationem rebellionem, ac contumaciam, nec in nullo sic sui amissi dominij ratio admonetur, ac in motu pudendorum, cum cætera ratio exteriora compescere possit membra, manum videlicet, pedem, oculum, auditum, non mouebuntur quidem interdiu ratione, at pudenda, & si ipsa nolit, & si contradicat, imperante concupiscentia. Ex quo fit, vt pudore suffusa amissionis imperij veluti recordata, ne suam aspiciat ignominiam recuset ea inspicere, abhorreat videre, prudenter tegens, vt ait August. *Quod aduersus damnatam culpam inobedientia, voluntatem libido inobediens monet.* Ex quo factum ait sanctus Pater, *vt omnes gentes ex hoc, quoniam ab illa stirpe procreatæ sunt, vsque adeo tenent insitum pudenda velare, vt quidam Barbari illas corporis partes, nec in balneis nudas habeant, sed cum earum tegumentis lauant, & gymnosophistæ, per opacas India solitudines nudi philosophantes adhibent tamen genitalibus indumenta.* Ex quibus duo certè euidentissimè habes, primo, motum pudendorũ eorúmque lasciuiã præsente occasione, qualis est nuditas nõ esse in voluntatis potestate: & secundo Adamum concupiscentiam, passum, turpémque motum ex turpi visione, ex nuditate mulieris, ô vere nunc admirandum, vt nudæ aspectus mulieris moueat Adamum adhuc non carnalem, non peccato carnis maculatum, non cum infinitis aliis peccatis, non adhuc cum malis habitibus, adhuc in sanctitate recentem ac veluti calidum, & te nõ moueat carnalem, cum infinitis carnalibus peccatis, cum malis habitibus, sine vlla sanctitate, immo sicut vt aliquos vidi penè sine vlla Christianitate; quid vis dicam? deciperis, & decipis. Tandem, dato etiam illo impossibili, scilicet quod te non moueant, nunquid etiam nec alios, qui domi tuæ, qui ad illa accedunt? & si alios, quis eorum periculi causa? nonne tu? qui non retinenda retines, qui turpia non abscõdis, & ab oculis eripis, immo proponis?

Theodoret.

August.

25. Pudenda aspicere vnde à natura insitus pudor.

Secunda ratio.

Secundo, in loco publico petere, aut reddere debitum coniugale in omnium sententia peccatum est mortale, si vno tamen Turre lupinos excipias, hæreticos contrarium asserẽtes, de qua re vide Ledesma de matrimonio, quæst. 46. art. 7. ad primum, & Sanchez lib. 9. de debito coniugali, disput. 15. n. 1. & 2. qui non solum de actu matrimoniali illud affirmat, sed etiam de tactibus, & ratio, *quia ad venerem excitant aspicientes*; quod si hoc peccatum licet actus in substantia bonus; ergo non erit

Ledesma. Sanchez.

26. In publico actus habere obscœnos peccatũ est mortale.

A peccatum publicè exponere in pictura similes actus obscœnos, impudicos, immo quid peius? si loqui turpia cum morosa delectatione est peccatum, nunquid non erit ea inspicere? Pulchrè hoc argumentum prosequitur Tertul. de spectaculis c. 17. *Quod si nobis,* ait, *omnis impudicitia execranda est, cur liceat audire quæ loqui non licet, cum etiam scurrilitatem, & omne vanum verbum iudicatum iri à Deo sciamus? cur æquè liceat videre, quæ facere flagitium est?* cuius rei neruosam afferens rationem, sic prosequitur; *Cur quæ ore prolata communicant homini, caperbiculos, & aures admissa non videantur hominem communicare? cum spiritui appareant aures, & oculi, nec possit mundus præstari, cuius apparitores inquinantur.* Egregiè, aures, B oculi apparent spiritui, hoc est seruiunt, obediunt, per eos videt, per eos audit; si ergo isti inquinati apparitores, nunquid spiritus purus? immo impurissimus.

Tertull.

Tertia ratio.

Vltimo tandem sic argumentor, Deuter. 5. n. 8. strictè Israëlitis præcipitur, vt non faciant sibi sculptile, *Nec similitudinem omnium quæ in cælo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis,* cuius veram, & intrinsecam rationem reddit Epiphan. & cum ipso Synodus 7. action. 6. non equidem quia ex se pictura, aut imago mala, cum infra, & Cherubinos mandauit sculpi, sed vt ipse ait, *Quia Dominus eam gentem dulturus erat in terram promissionis in qua habitabant gentes, quæ adorabant, & colebant damonas, solem, lunã, & astra,* C *reliquasque creaturas.* Et ne occasio eis esset scandali, vtpote gens ad idololatriam prona, & quæ facile si similes ei permitterentur imagines ad adorandum procumberet, ideo tanquam imbecillis illud præcipit, eorum compatiens infirmitati; quod si Dei œconomia illud iudicauit, sic strictè præcipere, vt magnũ esset peccatum imagines solis, aut lunæ efficere Israëli, eius contemplatus, vt diximus, infirmitatem, nunquid putandum non similiter sic strictè etiam tales imagines sic fœdas, ac turpes non intercidere homini plus ad carnalem concupiscentiam prono, quàm populus Israël ad idololatriam? equidem, vnde concludendum, sic tales imagines ratione occa- D sionis peccandi, turpitudinis ex se, dehonestatis, ac totius pudicitiæ exterminij, non secus esse prohibitas, ac idololatriam, quam, vt noster ait sapiens pictura artis accreuit, argumentatus est, vnde ait: *Deinde interueniente,* &c.

Epiphan.

Deut. 5. n. 8.

27. Cur Deus sic strictè præcepit Israëlitis vt imaginem non facerẽt omniũ quæ in cælo sũt.

Num. 21. *Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio; quoniam aut affectui, aut regibus deseruientes homines, incommunicabile nomen, lapidibus, & lignis imposuerunt.*

Commentum literæ.

EPilogus veluti est dictorum, quare scilicet idololatria introducta, aut amor, aut timor eam in mundum inuexerũt, amor nempe filiorum demortuorum, vt supra dixerat, timor, ne iniustè opprimerentur à Regibus, vt infrà dicemus; ait ergo.

Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, &c. Græc. *& hoc fuit vitæ insidiæ,* siue *in insidias,* hoc est ad gignenda alia vitia in cõuictu humano periculosum, nullum equidẽ maius periculum,

Digitized by

& ad perpetranda amplius procliue horrenda peccata, quam Dei veri cultus ignoratio, quàm creaturæ diuinum aſcribere honorem, ſiue ob metum, ſiue ob affectionem.

Lorin. Lorinus putat authorem forte reſpexiſſe in his verbis ad virtutem dæmoniacam, quæ *Paredeon* dicitur, qualem Simon, eiuſdémque farinæ magi habuerunt, vnde mali ſpiritus *Paredri* dicti, quaſi aſſeſſores, vel familiares, quibus multi vti, vt idem Simon teſte Clem. Romano li. 2. Recognitionum, Maximus Tyrius ſerm. 26. & 27. affirmat Socratem ſuum habuiſſe *Paredeon*, Ariſt. de admir. audit. Thaſium, Procorus in Ioan. Apoſtol. cynopum, & alij alios; ex quibus idololatriæ deceptio orta; non iudico hoc neceſſarium, neque quod commodè applicari poſſit, verè enim ad nil aliud author reſpexit, quàm ad duos illos, vt diximus affectus, amoris ſcilicet, & timoris, qui dũ malè ordinati, ac recti, omnis prorſus cauſa fuerunt deceptionis, cum ſi de amoris affectu loquimur, tale ipſe eſt animæ pondus, vt ſecum omne prorſus conſilium, omnem animæ vigorem attrahat, quod pulchrè dixit Claudius Mamertus lib. 2. de ſtatu animæ c. 5. *Anima pondus*, ait, *voluntas eſt eius, quæ propriè magis amor dicitur, pondus autem hoc, hoc eſt animæ amor in id quod diligit, & memoriam, & conſilium ſecum cogit, quia nihil aliud vel meminiſſe, vel cogitare valet niſi cuius amore ferneſcet.* Conſilium cogit, ergo etiam & vim intellectiuam, ac diſcurſiuam, vnde totus ad rem, ſic totum rapit hominem, vt ad quodcumque vult eum impellat, nec equidé quid minus malus timor, quam diu. Ambroſ. lib. 5. in Lucam n. 6. malum appellat interpretem; loquens enim de fortitudinis bono, ait, *Fortitudo animum iuxta, corpuſque confirmat, nec perturbari ſinit timore aliquo, vel dolore, quibus velut pranis interpretibus plerumque percellimur*, vbi pulchrè timorem malum appellat interpretem, falſo præſignans mala, ac veluti augurans, vt exinde perciti ruamus, in omnémque prolabamur turpitudinem, vſque ad ipſius Dei derelictionem, ſed ad textum.

Affectui, &c. Græc. *calamitati, infortunio*, hoc eſt, vt bene Lorinus affectui, qui ex calamitate, & infortunio amiſſi filij oriebatur, vt verſ. 15. vnde Hugo *dilectioni filiorum defunctorum*. Hæc ergo prima fuit cauſa idololatriæ amoris, & dilectionis inordinatus affectus, qui etiã & nunc omnis prorſus peccati.

Ant Regibus deſeruientes, &c. Hugo, *ex timore, vel cupiditate placendi*, ſecunda cauſa timor mali inferendi, Vatab. vult, vt non timor mali, ſed ipſa tyrannorum oppreſſio extiterit cauſa, vnde legit, *aut infortunio, aut tyrannide, ſiue oppreſſione in ſeruitutem redacti*, refellitur & bene à Lorino, quia hic participium, non eſt paſſiuum, vnde non agitur de propria tyrannorum iniqua potentia.

Incommunicabile nomen lapidibus, & lignis impoſuerunt, &c. id eſt nomen *Deus*, quod ſubſtantiuè acceptum incommunicabile eſt; nomen enim *Deus* æquiuocum eſt, & dicitur adoptiuè de ſanctis, vt Pſal. 85. *Ego dixi Dij eſtis*, & alibi ſæpe in Scripturis, vt Exod 7. n. 1. Pſal. 81. n. 16, Ioan. 10. n. 34. immo ipſi iudices dij etiam appellantur per diuinæ poteſtatis participationem, Exodus 22. n. 28. *Diis non detrahes*, hoc eſt Iudicibus, c. 16. n. 8. *ſermo applicabitur ad Deos*, dicitur nuncupatiuè, de idolis vt Pſal. 95. n. 5. *Omnes Dij gentium dæmonia.* Dicitur tandem naturaliter de diuina eſſentia, quo modo eſt incommunicabile, & licet tribus communicetur perſonis, tamen quia hæ vnum ſunt in eſſentia, ideo tale nomẽ naturaliter acceptum, prorſus incommunicabile eſt; vide de hac re Leonem de Caſtro, in Iſaiæ c. 42. n. 8. ſuper illa verba, *gloriam meam alteri non dabo*, & Greg. hom. 8. in Ezech.

Exod. 22. n. 28. *Ibid. c. 16. n. 8.* *Pſal. 95. n. 5.* *Leo de Caſtro. Gregor.*

Num. 22. *Et non ſufficerat erraſſe eos circa Dei ſcientiam, ſed & in magno viuentes inſcientiæ bello, tot, & tam magna mala pacẽ appellabant.*

Commentum litteræ.

DE idololatriæ errore dicto, nunc vſque ad finem capitis de malis ab ea ortis, & quod ex illis mirum, in tantis viuentes peccatis, & contra Deum bellis in pace ſe eſſe autumaſſe.

In magno viuentes inſcientiæ bello, &c. Elegãter inſciẽtiæ bellum vocat magnum; cum nullum maius, quàm ſummi finis ignoratio, quàm cum Deo pugna, quàm partis ſentientis cum ipſa ratione; quæ omnia ex inſcientia vltimi procedunt finis.

Tot, & tam magna mala pacem appellabant. Extremum malum in malis, malum nõ agnoſcere, bellum pacem appellare, & inimicitias cum Deo agentes pacificos ſe æſtimare, quæ maior veſania? *noua bella elegit Dominus*, dicitur Iudic. 5. n. 8. vbi LXX. *elegerunt Deos nouos*, quid dij cum bello? ſanè ex eo, quia eo ipſo, quo peccator vero Deo derelicto, nouoque accito putans pacificè ſub illo degi, bellum cum Deo proclamat, vnde occiditur, & prope dilaniatur? hinc fit, vt, quo ſe delitioſè ſuſtentare autumabat, eo ſe veneno oppleti ſentiat, vnde pulchrè Auguſt. lib 7. quæſtion. in Iudic. in hæc verba, quæ ipſe legit, *Elegerunt vt panem hordeaceum Deos nouos; Dij autem noui*, ait, *quos dicuntur elegiſſe, qui defecerunt à Deo viuo, non poſſunt in alimentis animæ deputari, ſed potius in veneno.* Delitias pacem peccatores dicunt irato cum ipſis Deo, hæ ipſæ erunt eis in venenum, quia, vt ait Iſaias c. 27. n. 1. *Occidet Deus cetum, qui in mari eſt*, hoc eſt vt multi volunt peccatorem, dum in delitiis, & tamen pacem tale nominat peccator bellum; Hinc aliqui hac ducti cæcitate ad pacem acquirendam peccatum, vt medium aſſumũt, de qua re vide in 11. to. hom. 27. vnde in malis ob hoc diligentiſſimi, ibi hom. 31. nunquam in illis ſe defatigantes ibi hom. 94.

Indic. 5. n. 8.

Num. 23. *Aut enim filios ſuos ſacrificantes, aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes.*

Commentum literæ.

BEllum incipit inſcientiæ enumerare, mala ſcilicet idololatriæ, & peccata ex illa ſecuta, vnde ait.

Aut enim filios ſuos ſacrificantes, &c. Primũ malum, filiorũ ſacrificium, de qua re dictum

---

1. Paredeon quid.

2. Amoris affectus, quã præpotens.

3. Sicut & timoris, qui malus dicitur interpres, & cur.

4. Nomen Deus eſt æquiuocum & ſubſtantiuè tamen de Deo dicitur. *Pſal. 85. Ex. 7. n. 1. Pſal. 81. n. 16. Ioan. 10. n. 34.*

Connexio Capitis.

1. Magnum bellum vltimi finis inſcientia.

2. Durum eſt bellum pax ſine ſiue Deo, & cũ illo irato.

3. Omnes delitiæ Deo infeſto ſunt venenum.

Connexio Capitis.

1. Saturni sacra in quibus filij sacrificabãtur vnde orta.

sup.c.12 n.5. Saturnus enim à Ioue filio è regno pulsus, in filiorum odium suis præcepit alios sacrificare, vt patres in filiorum morte eum experirentur dolorem, quem ipse in regni expulsione, iniquum præceptum, turpis vindicta, vide, an eadem prorsus ipsius fuerit ratio dæmonis talia ambientis sacrificia, summam reputans contra Deum vindictam, si ab illo à regno expulsus, & si eius esset pater, ipse filius, vt eius occideret filios, vindicans in filiis quod in Deo summo non poterat patre.

Basil.

2. Diabolus in hominẽ insurgit, quia non potest in Deum.

Quod pulchrè dixit Basil. hom.21. ex paruis, in hominem affirmans diabolum insurgere, quia non potest in Deum, reputans de Deo se vindicare, quando hominem occidit, *Diaboli sunt quasi germina*, ait, *erudelitas, asperitas, & quæcumque verbo veritatis repugnant, hæc omnia sunt diaboli aduersùm nos tela infecta. Oser est hominis, quoniam & aduersus Deum rebellis est, primo odio habuit, deinde & repugnauit omnipotenti, contempsit Dominum, alienatus est à Deo, vbi vidit hominem ad imaginem eius factum, cum non posset in autorem ipsum, quem ante omnes ledere cupit, in eius imaginem suam exercuit malignitatem, velut si quis homo, quando regem inimicum attingere non valet, simulachrum eius caderet, vidi ego iam, partim audiui, res certa est inter animalia hominibus inimicissima, Pardalum quandoque in stadiis hominis oculos prærira innadentem, qui feræ deludere furorem quærunt, hominis imaginem ei in charta ostendunt, illa statim furibunda eam concerpit, atque dilacerat, hoc argumento satis ostendens, quanta sit eius aduersus hominem inimicitia, sic etiã diabolus in Dei imagine, quo sit erga Deum odio ostendit, quando Deum ipsum attingere nequit, sic & contra nos bellum ipsius satis ostendit, Dei esse illum aduersarium, & ante omnia Deum petere.* Nil melius, filiorum ergo sacrificia impius petiit, putans dolorem Deo inferre in morte infantium, quem ipse in expulsione passus est regni, mortéque æterna.

3. Idolorum sacrificia semper in obscuris ob libidinem in eis exercitam.

Tertul.

Obscura sacrificia, &c. Græc. *occulta mysteria*, in lucis, antris, speluncis, cauernis, noctu peracta, ad exercendam licentius libidinem, constuprationem, incestum, qualia Isidis, Cereris, Proserpinæ, Veneris, Priapi, & quæ Eleusina sacra dicebantur, de quibus obscœnis sacrificiis, infandisque in templis sceleribus, præclarè inter cæteros Tertul. in Apol. c.13. vbi sic: *Caterum si adiiciam quæ non minus conscientia omnium recognoscent in templis adulteria componi, inter aras lenocinia retractari, in ipsis plerumque edituum, & sacerdotum tabernaculis, sub iisdem viris, & apicibus, & purpuris, thuro flagrante libidinem expungi; nescio plus ne de vobis Dij vestri quàm de Christianis querantur, ceriè sacrilegi de vestris semper apprehenduntur, Christiani templa, nec interdiu norunt, spoliarent forsitan ea & ipsi, si & ipsi ea adorarent.* Vide Arnobium lib.8. contra gentes, & August. de Ciuit. Dei, lib.6.c.7. Clem. Alexand. lib. exhortat. ad Genes. siue protreptic.

Arnob. August. Clemens Alex.

Hieron.

Talia dic prorsus nunc esse, immo & fuisse hæreticorum conuenticula, cum, vt præclarè affirmat Hieronym. in c.3. Hierem. *Nulla sit hæresis, quæ non propter ventrem, gulámque construatur*, & in c.4. Oseæ, *Difficile esse*, ait, *hæreticum innenire qui diligat castitatem*; hinc de antiquis illis Gnosticis, Simonianis, Nicolaitis, Ebionicis, Corenthianis, notauit Iudas v. 4. *Gratiam Dei nostri transtulisse in luxuriam*, & Paulus 2.ad Timoth.3. n.4. eos appellat *voluptatum amatores, magis quam Dei*; Quod ex nostri temporis turpissimorum hæreticorum dogmatibus satis confirmari liquet: obscœnissimus Lutherus docebat, æquè concubitum necessarium esse, atque edere, bibere, excreare, dormire, mirum cur non dixerit ambulare, respirare, sic turpissimus luxuriam in corde, & præcordiis pollidebat homo, vnde non mirum, eum affirmasse plusquàm præceptum esse omnibus, à quo nullus exemptus, *Crescite, & multiplicamini*, Genes.1.n.22. *vt & si nolit vxor, alia etiam ancilla aduocetur, dimissa Vasthi, Ester accipiatur*; quid fœdius?

4. Hæretici omnes inhonestissimi & fœdissimi.

Iudas n. 4.

2. ad Timoth.c.3. n.4.

5. Lutheri fœda luxuria.

Infanie plenas vigilias habentes, &c. Græc. *Insanas ex aliis legibus, seu ritibus commessationes, seu bacchationes agentes*, vt in sacrificiis Bacchi, & Cibelis matris Deorum, in quorum festiuitate Dij congregati, totam noctem lusibus, ac luxibus vacantes turpiter insaniendo transigebant, de qua re vide Alex. vbi sup. Euseb. lib.11. de præparation. Iulium Firmicum, de errorib. profan. relig.

Clemens Alex. Iul. Firm.

Hinc & si antiquitus sacræ, ac sacrosanctæ semper fuerunt vigiliæ, in quibus ad Deum orandum populus conueniebat, de qua re videndus est Philo, lib. de vita Mosis, Plinius 2. lib.10. epist.97. ad Traian. Tertul. Apolog.c.2. Euseb. lib.3. histor. c.26. Orosius lib.7. c.10. Nicephor. lib.3. c.17. Cyprian. tract. de orat. dominica sub finem, Cyril. Hierosolym. cateches.9. Athanas. Apolog. de fuga sua, & lib. de virginit. Basilius epist.1. & 65. Nazianz. orat. 32. & 2. de Pascha; decrescente tamẽ fidelium deuotione, ac spiritualia in carnalia demutantes, sapienter factum vt laicis nocturni minimè permittantur in Ecclesia conuentus, eo præsertim cum mulieribus commistis. Vnde Concil. Elibertin. c.35. placuit *Prohiberi*, ait, *ne fœmine in cemeteriis pernigilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis scelera latenter commistant.* Quod & similiter vetat Antiiodorens. c.1. & 5. immo Romulus nocturna inhibuit sacra fœminarum cum viris, vt Halicarnas. refert 2. Antiquit. Romæ, & Tull. 2. de legib. & in Græcia Diogen. vt Cicer ibidem, & in Romano rursus imperio toto Constantius Imperator, c. Theodor. de sacrific. Pag. lib.5.

Phile. Plinius. Tertul. Euseb. Oros. Nicepho. Cyprian. Cyrillus.

6. Nocturni conuentus prohibiti ab Ecclesia.

Athan. Basil. Nazianz.

Halicarnas. Cicero.

Num.24. *Neque vitam, neque nuptias mundus iam custodiunt, sed alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contristat.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis.

PRosequitur idololatriæ mala, quæ non solum in obscœnis consistebant, ac impiis sacrificiis, quibus diabolo subdebantur, sed in eorummet iniuriis, ac vexationibus, qui idola venerabantur, cum nec vitam, nec nuptias haberent securas, vt mox dicetur.

Hugo. Lorin.

Neque vitam, &c. Hugo cum cæteris Latinis, *vita honestatem* intelligunt, iuxta illud Paul. ad Rom.1. *Tradidit illos Deus in immunditiam.*

Digitized by Google

Neque nuptias mundas, &c. ſuis ſcilicet abutentibus vxoribus; & eas tanquam pellices habentibus, cum nuptialis torus debeat eſſe immaculatus, *Honorabile*, inquit Paul. ad Hebræ. 13. n. 4. *debet eſſe connubium in omnibus, & thorus immaculatus.* De qua re nos in 1. tom. homilia 64.

Ad Hebr. 13. n. 4.

Per inuidiam occidit, &c. Rectè Lorinus ob zelotypiam, vel, vt vxore alterius potiretur; ebulliunt hiſtoriæ cædibus ob mulieres immodicè adamatas, de qua re vide Tiraquell. in leg. noua connubiali n. 25. & ſequentibus. Bellum decennale ob Elenam omnibus in promptu eſt, Phœcenſium vrbs à Thebanis eſt exciſa ob Thanao raptam à quodam Focenſi, teſtis eſt Duris lib. 2. Cambyſes Ægypto intulit bellum ob Nicerim Apriæ filiam, ſic Eteſias, Cirrha exciſa ob raptum Megiſtonis, Atheneus l. 3. c. 4. Beniamiticæ, & Sichimiticæ cladis nemo eſt Chriſtianorum, qui neſciat, orbis totus ob mulierem combuſtus, Bellum inter cælum, & terram ob illam illatum, denique ipſius Dei ſanguis effuſus, quis eſt qui ignoret? vnde merito Tertul. de habitu muliebri, eam appellat, *Diaboli ianua, arboris illius reſignatrix, diuinæ legis prima deſertrix, ſuaſor illius quem diabolus aggredi non valuit, imaginis Dei corruptrix, & eadem Dei filij cauſa mortis.* De cuius pulchritudinis periculo, & vanitate, vide in 1. tom. hom. 135.

Corth.

Tiraq.

Duris.

Athen.

1. Ob mulieres quanta mala in mundum.

Tertul.

Adulterans contriſtat, &c. Ob adulterium ſcilicet cum vxore patratum, quæ iniuria tam grauis, támque iuſtus dolor, vt dicat Procopius lib. 1. de Bello Gothor. potuiſſe in ipſoſmet legatos animaduerti ob adulterij crimen, quod etiam obſeruat Lorinus. Idololatria ergo ſic homines multitudine malorum premebat, vt non ſolum vitam ab eis, ſed etiam honorem per adulterium tolleret, vt ſemel homines videant, quantum eis ſit malum, quámque amatum ſemel Deum verũ derelinquere.

2. Adulterij causa in ipſos legatos poterat animadverti.

Num. 25. *Et omnia commiſta ſunt, ſanguis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio, & infidelitas, turbatio, & periurij, tumultus bonorũ.*

Num. 26. *Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inconſtãtia, inordinatio mœchiæ, & impudicitiæ.*

Num. 27. *Infandorum enim idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, & initium, & finis.*

Commentum litteræ.

Connectio Capitis.

CConcerũat ſimul idololatrię crimina, quorum aſſerit ipſam extitiſſe & principium, & finem, percurram breuiter cum Hugone.

Lorin.

Omnia commiſta ſunt, &c. Lorinus affirmat ſic verti poſſe, *omnia autem mixte, permixtim, promiſcuè habet ſanguis, & cædes.* Vatab. ſic, *omnia demum occupat ſine diſcrimine ſanguis, & cædes.* Alij legunt *omnes*, & placet Caſtro, quaſi ſenſus ſit, omnes idololatras his implicatos

Caſtro.

Cantac.

vitiis nullo excepto; germanior ſenſus Cantacuz. apud idololatras omnia mala eſſe permiſta, ita, vt indiſcriminatim, & ſine delectu ad ea ipſi currant, nullum prorſus abhorrentes peccatum, nullum infandum, quæ autem illa ſint enarrans ſequitur.

Sanguis, &c. In vulneratione aliorum, non reſpuebant enim proximum vulnerare, & dolore afficí.

Homicidium, &c. cum occidere. *Furtum*, rem alterius ſubtrahendo, *Fictio* ſanctitatis ſcilicet ſimulatio, & hypocriſis, *Corruptio*, hoc eſt virginum defloratio ſecũdum Hugonem, Vatab. autem intelligit de iudiciorum corruptela, cui aſſentit Lorinus, Carthuſ. de fidelitate corrupta, ſenſum Hugonis exiſtimo verum, de impuritate enim, & ſcelerum impurorum idololatrarum hic agit author. *Turbatio* ſeminatio ſcilicet diſcordiarum, & ſchiſmatum, *Periurium* falſum iurando, vel iuramentum tranſgrediendo, *Tumultus bonorum* bonarum ſcilicet rerum perturbatio, & confuſio, vel bonorum hominum vexatio, & in bonos tumultus excitatus.

Hugo. Vatab. Lorin. Carthuſ.

Dei immemoratio, &c. Græc. *gratiæ immemoratio*, ingratitudo ſcilicet erga Dei beneficia accepta, quod fons omnium malorum.

Animarum inquinatio, &c. Hug. *Gaſtrimargiæ, & luxuriæ operationes.* Bonau. internam intelligit libidinem, cum quis mœchatur in corde ſuo.

Hugo. Bonau.

Natiuitatis immutatio, &c. per vitiũ ſcilicet contra naturam, ſecundum omnes, licet Vatab. & Oſorius velint poſſe intelligi partum ſuppoſititium per adulterium incertum.

Vatab. Oſorius.

Nuptiarum inconſtantia, &c. Illicitè vxores permutando ſecundum Hugon.

Hugo.

Inordinatio mœchiæ, & impudicitiæ, &c. In adulterij ſcilicet, vel inceſtus commiſſione; hæc enim omnia permixta in idololatris manebant, ita vt ſine vlla prorſus ſyndereſi ab ipſis perpetrabantur, licet mala ſic nefanda, & atrocia, quia, vt, ſequens ait ſapiens.

Infandorum enim omnis mali cauſa eſt, initiũ & finis. Explicitus ſenſus eſt Carthuſ. idololatriam principium, & finem eſſe peccatorũ, quia ipſa quodammodo vitia gignit, & quorumcũque eſt extremum, & maximum, dum Deo vero derelicto, totaliter homo ad creaturas ſe conuertit, ob quod vitium cum diabolo ſe homo ſubdat, fiátq; ille eius princeps, quod malum ei non ſuadebit, ad quale illum peccatum non impellet? vnde rectè Tertul. eam totã Dei iudicij cauſam eſſe affirmat, ſic enim lib. de idololatria c. 1. *Principale crimen generis humani, ſummus ſeculi reatus, tota cauſa iudicij idololatria*, quod ſequens elegantiſſimè probat, *nam & ſi ſuam ſpeciem*, ait, *tenet vnumquodque delictum, & ſi ſuo quoque nomine indicto deſtinatur, in idololatria tamen crimine expungitur. Omitte titulos, operas recognoſce, idololatræ idem homicida eſt, quæris quem occiderit? ſi quid ad elogij ambitionem facit, non extraneum, nec inimicum, ſed ſe ipſum, quibus inſidiis? erroris ſui, quo telo? offenſa Dei, quot plagis? quotquot idololatriæ.* Nil elegantius, quod & per ſingula diſcurrens crimina, ea omnia, in vna ſola adinuenit idololatria, vide apud ipſum, ob quod merito eam omnium peccatorum initium noſter appellauerit ſapiens, & finem; quæ omnia ſi ad hæreſim, Hæreticóſque tu adaptare velis, optimè quadrant, cum veriſſimè, propriiſſimèque omnium malorum, omniũmque ſcelerum principium, ac finis vna eſt hæreſis. *Cum enim ſemel*, ſanctus

Carthuſ.

1. Idololatria initium, & omniũ peccatorum finis.

Tertul.

2. Simul & Hæreſis.

ait patet Hieronymus lib.4.in c.23. Hierem. ſuper illa verba, *Non mittebam Prophetas; ſe tradiderunt falſi doctores mendaciis, atque periuriis, & mortibus deceptorum, non pedetentim, nec conſiderato gradu, ſed precipites currunt ad interitum, & ſuum, & eorum quos deceperunt.* Quibus applicat illud ad Rom.1. de idololatris ſcilicet: *& ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, & malitia, & fornicatione;* cum æqua vtriuſque ſit ratio: nam ſi idololatra dæmonia colit ſub ſpecie idoli, ſic & hæreticus ſub eadem ſpecie, cum ait Origen. hom.7.in c.16.Ezech. figmenta hæreticorum, quæ ipſi componunt *ſunt idola eorum*; qua propter rectè ſicut idololatria omnium ſcelerum initium reperitur, & finis, ſic & hæreſis, quæ idololatria quædam eſt, eo perniciosior, vt affirmat idem Origenes, quo ſpecie palliata ſanctitatis comparet, veſtita multis coloribus, diis falſis, non vero Deo ſacrificans.

3. Idola hæreticorũ quæ.

Num. 28. *Aut enim cum lætantur inſaniunt, aut certè vaticinantur falſa, aut viuunt iniuſtè, aut peierant cito.*

Num.29. *Dum enim confidunt in idolis, quæ ſine anima ſunt, malè iurantes noceri ſe non ſperant.*

Num.30. *Vtraque ergo illis euenient dignè, quoniam malè ſenſerunt de Deo, attendentes idolis, & iurauerunt iniuſtè in dolo contemnentes iuſtitiam.*

Num.31. *Non enim iuratorum virtus, ſed peccantium pœna perambulat ſemper iniuſtorum prænaricationem.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

ENumeratis idololatriæ vitiis, & ipſam omnium eſſe originem enunciato, nunc quaſi concludendo, ſpeciatim, quomodo falſitas, & iniuſtitia ex illa procedat declarat, alia etiam primo enumerando vitia, & veſanæ lætitiæ, vaticinationis mendacij, vnde ait.

Liran. Carthuſ. Holkoth. Hugo.

Aut enim cum lætantur inſaniunt, &c. Liranus, & Carthuſ. exponunt de arreptitiis, & de energumenis à malo dæmone arreptis, Holxoth dum ſe inter media ſacrificia fœdãt. Hugo dum etiam per homicidium ob iram inſanam; melius Bonauent. de immodico riſu, & de bacchatione in diebus eorũ feſtiuis, quorum vſus ſi verum dicendum mali imitantur Chriſtiani, dum non ad deuotionem ſed ad debacchationem ſiue prorſus ad inſaniam diebus vtuntur feſtiuis, de qua re infrà.

Aut certè vaticinantur falſa, &c. Inſaniendo ſemetipſos lædunt, vaticinando falſa, Deum propriè offendunt, quod ipſius eſt vſurpantes.

Aliqui volunt hîc eſſe ſermonem de falſis Iudæorum vaticiniis, quæ falſi promebant prophetæ, quos apud deorum aras cubuiſſe, vt ſomnia caperent. & venderent ſcribit Iſidorus clarius ſuper illa verba Amos c.2. n.8. *ſuper veſtimentis pignoratis accubuerunt iuxta*

Iſid. Clar. Amos 2. n.8.

omne altare, quos etiam talia factitaſſe apertè ſcribit Iuuenalis ſatyra 6. *Iuuenal.*

Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem
Interpretẽ legũ Solimarum, & magna ſacerdos
Arboris, ac ſummi fida internuntia cæli
Implet & illa manum, ſed parcius ære minuto
Qualiacumque voles Iudæi ſomnia vendunt.

At verior ſententia, authorem nõ ad Iudæos, ſed ad gentiles reſpexiſſe, cum tempore Salomonis nullus extabat ex Iudæis, qui ſic baccharetur, & talia promeret, neque cultus idolorum tunc temporis publicè. nec priuatim apud eos introductus, licet phana eis Salomon ædificaſſet, ſed tantum pro eius mulieribus, vnde certum eſt de gentilibus tantum eum loqui.

B *Viuunt iniuſtè*, &c. Inſaniendo, vt diximus, ſeipſos lædebant, vaticinando falſa, Deum, viuendo, iniuſtè proximum, occidendo, vel in aliquo lædendo, vel illi mentiendo, itaque tota prorſus eorum vita culpabilis ad malum tendebat ſui, Dei, proximorum, hos falſis decipientes promiſſis, iuramentis, quæ temerè, leuiter, cito interponebant, peierando, cuius rei cauſam reddens eam aſſerit, quia iurabant pro diis, à quibus ſupplicium non timebant, quia idola ſine anima, vnde ſequens ait.

Dum enim confidunt in idolis, &c. Licet enim eos deos crederent inquit Bonauentura, non tamen omnipotentiam eis ineſſe, idcirco nullo negotio per eos iurabant. *Bonau.*

C Plinius lib.2. c.7. & lib.19. c.6. cum ſcommate meminit aliquas gentes per cibos fœtidos iuraſſe, qualem autem erant formulæ iuramentorum, & quomodo antiqui iurabant vide Alex.ab Alexand.lib.5.c.10 Socratem in deorum contemptum ſolitum iurare per hircum, & canem affirmat Tertullia. in Apolog. c.14. *Taceo de Philoſophis*, ait, *Socrate contentus, qui in contumeliam deorum quercum, & hircũ, & canem deierabat*; ac per hoc, vt inquit Ioſephus contra Appion. occiſus, *Cuius*, inquit, *rei gratia Socrates mortuus eſt? quia nouas iuramenta inuexit, & quoddam demonium ſignificaſſe ſe referebat, ſerio, ſine ludens, ſicut quidam dicunt*; At vt optimè Tertul. non ob hoc, quia mulctatus, dij non ridiculi, cum eius proſciſſa fuerit ſententia: *Tamen*, ait, *cum pœnitentia ſententiæ Athenienſes criminatores Socratis poſtea afflixerint, & imaginem eius auream in templo collocauerint, reſciſſa damnatio teſtimonium Socratis reddidit*; qui etiam ſatis aptè lib. de idolis eos reprehendit Chriſtianos per deos iurantes, & ſi diis non crederẽt, vnde ſic c.20. *Caterum conſuetudinis vitium eſt mehercule, dicere medius fidius*, cum vt rectè ipſe ait, in principio capitis, *conuerſatio diuinæ diſciplinæ non factis tantum, ſed verbis periclitetur*. Vnde mirum, vt etiam nunc aliqui ex noſtris ea aſſeuerandi forma vtantur, vt ex ſuperſtitione laudem aucupentur eruditionis, cum in lege ſancitum, Exod.23. n.13. talem nec audiẽdam aſſeuerationem ex ore Chriſtiano, *& per nomẽ externorum deorum non inuocabitis, neque audietur veſtro ex ore*. At ad noſtrum, iurabant gentiles facile, leniter, eadémque poſtea facilitate deierabant, non equidem alia ratione, niſi quia, vt noſter inquit Sapiens putabant eos ſine anima, ac per hoc ab eis ſe non puniẽdos.

Plinius. Alex. ab Alex. Tertul. Ioſeph.

1. Antiqua iuramẽta quã putida & in idolorum contemptum.

2. Indignum viro Chriſtiano per deos iurare etiamſi eis non credat.

Attamen affirmat non ob hoc eos pœnas euaſuros duabus de cauſis, & quia neglecto Deo coluerunt idola, & quia iniuſtè, ac fraudulenter iuſiurandi fregerunt religionem.

Lorinus. Caſtro. *Vtraque enim illis*, &c. id eſt ob vtraque peccata, ſic Lorinus, Caſtro *vtraque ſupplicij iuſta cauſa*, nempe, & quia idola coluerunt, & quia peieraruntob vtraque enim peccata à Deo punientur, ſic Deus infandum habet periurium, vt & ſi ob falſos deos, tamen quia iuramentum non cuſtoditum punit, & caſtigat; nam, vt ſcribit Auguſt. *vt ſacrilegus habeatur, qui quos putat veros deos, per eos iurando periurat*, epiſt. 154. immo ſanctus pater Chryſoſt. hom. 12. in Acta Apoſtolorum, explanans factum, & mendacium Ananiæ, & Saphiræ, ponderans illos ſine iuramento mentitos, & tamen ſic punitos, & quid expectare poſſit, qui cum iuramento, adeo auſterè contra peierantes inuadit, vt dicat impoſſibile, vt ſaluentur, *Vidiſtis*, ait, *quid paſſi ſunt ij, qui mentiti? itaque cogitate, quid patiantur etiam ij, qui peierant, cogitate, & deſiſtite; non eſt enim poſſibile quod periurus ſaluetur, ſufficit vnum periurium ad hoc perficiendum, & totam pœnam nobis intentandam.* En quantus contra periuros ſanctus pater, quæ & ſi per exaggerationē dicta, non tamen negandum, quin timenda; qui etiam contra gentiles, tom. 3. mirè exaggerat factum ſanctiſſimi Babilæ Conſtantinopolitani Epiſcopi, Imperatorem periurum ab Eccleſia expellentis, quaſi vile quoddam, ac nullius pretij mancipium, vt exinde videns, periuros quomodo tractandos, quantumque ſit illud peccatum.

3. Periurium quantum Deo infandum.

Auguſt.

Chryſoſt.

4. Quam terribilis Chryſoſtomus contra peierantes.

5. Imperator periurus à S. Babila ab Eccleſia expulſus.

Baſil. Hinc, vt rectè ait Baſil. hom. 3. in Pſal. 14. ſuper illa verba, *qui iurat proximo ſuo, & non decipit*, periurium omnino Dominus volens interdicere, vetuit iurare. Matth. 5. *Dico vobis ne iuretis omnino*, perficiens legem, qui iurare permittebat, quod quaſi ſciſſet Clinias Philoſophus, vt refert idem ſanctus in hom. 14. *quæ ad adoleſcentes quomodo ex doctrinis gentilium proficiant*, potius mulctam trium talentorum ſuſtinere maluit, quàm iurare, vt ex hoc inſpicias quantum iudicij pondus Chriſtianis peierantibus reſeruetur, dum gentilis nō à periurio, ſed à iuramento tanto ſui damno ſe abſtinuit. Hinc periurium & ſi de falſis diis, qui ipſa erant mendacia, etiam durè Deus puniebat, quam tamen animaduerſionem, ne aliquis putaret à falſis proceſſiſſe diis non vero à Deo vero, ideo ſubdens, ait:

6. Chriſtus cur vetuit iurare.

7. Clinias Philoſophus has mulctā potius trium talentorum ſuſtinuit, quàm iurare.

Non enim iuratorum virtus, &c. iuratorum, hoc eſt deorum, pro quibus iurabatur, non vero iurantium, vt libri volunt Complutenſ. & Regij, & expoſitores Latini, qui ſic legunt, *non enim iurantium eſt virtus*, quaſi iurare non procedat ex virtute, ſed ex incredulitate eius, qui non credit, vt vult Holkoth, & alij, cum verè iuramentum actus ſit religionis, quando cum neceſſitate, iudicio, & iuſtitia fit, vnde rectè vertit Vatab. *non enim eorum per quos iuratum eſt potentia.*

8. Iuramentum actus eſt religionis quando debito fit modo.

Holkoth.

Vatab.

Sed peccantium pœna perambulat ſemper iniuſtorum prænaricationem, &c. Vatab. *ſed vltrix peccatorum iuſtitia prauæ factorum pœnas ab iniuſtis ſemper expetit.* Ianſen. *ſed iudicium peccantium vindicabit ſemper tranſgreſſionem iniuſtorum.* Oſorius, *ſed ſceleris pœna eos qui tam ſceleſtum facinus ſuſceperunt inſequentur*; in idem omnes reincidunt lectiones, ſcilicet non idolorum virtutem periurium vindicare, ſed ipſam vltricem pœnam debitam malefactis, quam perambulat prauæ factorum expetens ſupplicium, ne inultum malum aliquod derelinquatur; vnde pœna hîc ſumitur pro vindicta iniquitati improborum debita, ſicque rectè adnotat Lorinus hîc interpretem verbo perambulandi, militarem veluti circumverſationem, & obſidionem, denotare voluiſſe, vt pœnā vitare peccator nequeat, nec poſſit; vnde Cano Deus, Geneſ. 47. *Si male egeris ſtatim in foribus peccatum tuum aderit*, Hebraic. *peccati pœna incubet, & accubabit? vt canis qui ad oſtium cubat*, inquit Oleaſter, *cupiens ingredi.* Vnde ſequens textus ait, *& ſub te erit appetitus tuus*, Hebræis, *ad te erit appetitus eius*, id eſt pœnæ quæ te deſiderat tenere; ſic ſtatim, ac peccator malum operatur ab eo exigitur vindicta, & pœna, vt ad ſtuporem ipſa Dei ſit patientia tandiu, & ſic longanimiter peccatorem ſuſtinens, quæ, vt in 1. tom. diximus hom. 104. in vltimo iudicio Dei erit ſcutum, quo impiorum ora obturabit.

Oſorius.

Lorin.

Geneſ. 47.

Oleaſtre.

9. Peccator peccās ſtatim obnoxius ſit pœnæ ſic vt eā euitare nullo modo poſſit.

HOMILIA LXIII.

Diem feſtum non debitè colere quantum malum.

Vt eum lætantur inſaniunt, noſter ait Sapiens, Sabbata deridens Gentilium, immo eos arguens de ſuis deorum ſuorum ſacris, & ſi talium, ſic obſcœnè ab eis tractari, cuius occaſione placuit, tanquam de re neceſſaria, & his noſtris præcipue temporibus, in cultum indebitum quo dies feſtiui tractant irruere, cum noſtris ſic peccatis exigentibus, neſcio quo malo genio omnium animis inſitum, non tunc orationem, non tunc Dei præcipuam laudem, non tunc ſeceſſum à ſæcularibus, ſed potius Bachanalia licita, conuiuia, commeſſationes, ebrietates.

1. Dies feſtus duplici nomine inſcriptus inſignitur. *Leuit. 19. n. 3. & 30.*

Enimuerō ſi rectè attendas, dies feſtos, ſeu Sabbata duplici nomine inſignitos apud Scripturam inuenies, ſeu, vt melius dicam duplicia eſſe, alia nempe Dei, alia hominis, Leuitic. 19. n. 3. *Sabbata mea cuſtodite*, & infrà n. 30. idem repetit addens, *& ſanctuarium meum metuite*, quaſi ſit idem Sabbatum Domini cuſtodire, ac ſanctuarium, Eccleſiámque Dei metuere, omníque veneratione proſequi, quod notandum, ob quæ infrà dicemus. Alia autem ſunt Sabbata hominis, quæ Deus non ſua appellat Iſaias 1. n. 14. *calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras*, Malach. 2. n. 3. at quod in his diſcrimen? ſanè, illud, quod, quæ Dei diuinè tractantur, quæ hominum humanè, quæ Dei ſanctè, & hinc peccatis quæ hominum in peccatis. Quod notauit Orig. hom. 23. in c. 28. Num. ſuper illa verba, *Oblationem meam*, vbi *adhuc peccata non ſunt*, ait, *dies feſtos meos dicit, vbi autem peccatum eſt, non meos, ſed veſtros dies dicit Dominus.* Quod cum ſit, videat nunc Chriſtianus quæ feſta celebret, dum non in puritate vitæ, ſed in carnalibus delitiis illa obſeruat.

Iſaiæ 1. n. 14.

Malach. 2. n. 3.

2. Quæ hominis feſta, quæ Dei. *Origen.*

Cuius rei ſignum ſi expoſcis euidens tibi ex Tertull. præbeam, ſcilicet quando feſtiuitates tuæ, non Dei, ipſe enim lib. de ſpectaculis, cap. 2. reſpondens illis, qui dicebam licere ſpectacula adire, quia omnia, quæ in ipſis Dei erãt, vtpotè à Deo facta, ac procreata; vnde, *neque alienum videri poſſe.* Vt ipſi dicebant, neque inimicum Dei, *quod de conditione conſtet ipſius.* Eleganter affirmat, & ſi omnia à Deo inſtituta, tamen quatenus à diabolo in malum conuerſa non amplius eſſe Dei, vnde ait: *quid non Dei eſt, quod Deum offendit?* Quaſi dicat, profecto omnia Dei ſunt ab illo deriuata, quibus Deum offendimus; nam, vt ipſe ſuprà dixerat, *Omnes ſpecies malorum, quæ etiam ethnici indubitate & prohibent, & defendunt, ex operibus Dei conſtant.* Ergo omne, quod Deum offendit ex Deo eſt; at ſequitur Doctor magnus: *ſed cum offendit, Dei eſſe deſiit, & cum deſiit offendit.* Nil pulchrius, ſunt feſtiuitates Dei, ab ipſo inſtructæ; at cum Deum offendunt Dei eſſe deſinunt, & cum ſic deſinunt, Deum offendant, ergo dum tu feſtiuitates ſic colis, vt in illis amplius peccatorem te efficis, quàm ſanctum, non Dei ſunt feſtiuitates, ſed tuæ, niſi mauis dicere diaboli.

3 Feſta & ſi à Deo inſtituta vt Dei eſſe deſinunt.

Diaboli dixi, & merito: nam cum eas non Chriſtianè, ſed Gẽtiliter obſeruas, ac colis, profecto diabolo ſicut Gentiles eas conſecras: *Hæc igitur dico, & teſtificor coram Domino*, ait Apoſt. ad Epheſ. 4. num. 17. *Vt iam non ambuletis ſicut & Gentes ambulant.* Quomodo iſti ambulant? *in vanitate ſenſus ſui.* Sequitur, quid eſt hoc? ſanè citharizare, tripudiare, cymbala perſonare, ſcurrilia tandem agere, reſpondet ſanctiſſimus Pater Ephrem, Syrus in Serm. *Quod iudicris rebus abſtinendum ſit Chriſtianis*, vnde ait: *Beatus Apoſtolus Paul. idololatras vocat ludentes; nam*, infrà ſequitur, *quis demonſtrare poterit conuenire Chriſtianis citharizare, aut tripudiare, aut cymbala pulſare, aut tibiis ludere, aut acclamare, aut inebriari, aut tolerare eos, qui eiuſmodi res ſectantur?* Quæ cum audis inſpice ſi tu Chriſtiane in tuis illa agis feſtis, aut agere inſpicis, & cum illa videris dic eos Gentiliter, non Chriſtiane ſanctiſſima colere feſta, & ſabbata ſua, non Dei celebrare; vnde grauiter idem ſanctus Pater Chriſtianos admonens, quomodo feſta celebrare debeant, ſic eos alloquitur, ſerm. de Feſtis diebus, dicens: *Feſtiuitas pulchra eſt, & diuina, pœnitẽtia cũ lachrymis, feſtiuitates Dominicas honorare, ſtudio è cõtrario celebrantes eas non panegyricè, ſed diuinè, non mundanè, ſed ſpiritualiter, ſed Chriſtianorum, quare non portarum frontes coronemus, non choreas ducamus, non forum ex ornemus, non tibijs, ac citharis auditum effeminemus, non mollibus veſtibus induamur, nec cingulis vndique auro radiantibus cingamur, non commeſſationibus, & ebrietatibus dediti ſimus, neque ob cibum, & eſcam opus Dei diſſoluas, aut inſatiabilis ventris gratia circa coquinam occupatus iniuriam diuino myſterio inferas.* Mentiar ſi hæc omnia in feſtis nunc non inueniuntur Chriſtianorum, ob cibum ſæpè, & potum opus Dei diſſoluentes, amplius ad coquinam, quàm ad ſacra occupati; proh pudor! & hæc dices ſabbata eſſe Dei, & non potius Ethnicorum? ſic ſanctus affirmat Greg. Nazianz. orat. in Chriſti Natiuit. qui poſtquam modum præſcripſiſſet, quomodo illa celebranda, ſcilicet, *non oſtentatione*, vt ipſe ait, *ſed diuinè, non mundi ritu, ſed ſuprà mundi ritum, non res noſtras, ſed Domini, non ea quæ infirmitatis ſunt, ſed quæ curationis, non ea quæ creationis, inſtaurationiſque celebrantes.* Poſt quæ, cum quæ non agenda percurriſſet ad ſimilia illis ſanctiſſimi Ephremi, ſic ait: *Verum hæc prophanis, atque Ethnico factui ſolemnitatibuſque relinquamus.* Cuius rationem addens, ſequitur: *Qui cum ijs deorum nomen tribuant, qui ſacrificiorum nidore delectantur, congruenter profecto eos helluando colunt mali vtique malorum dæmonum, & ſiticines, & Sacerdotes, & cultores.* Pulchra ratio, Gentiles colant helluando deorum ſuorum feſta, cum ipſi non ſint eſſentialiter dij, ſed tantum nomine, & nomine ab ipſiſmet cultoribus tributo, vt rectè obſeruat Niceta hic; ergo cum deitatem, ſiue deitatis nomen ab hominibus habeant carnalibus, nidoréque, ac fumo delectentur ob hoc ſacrificiorum, meritò more colant eos humano, & mundano, ſcilicet helluando, commeſſando, ſe inebriando; *at nos*, ſequitur Greg. *à quibus verbum adoratur, verborum deliciis (ſi quid tamen deliciis dandum eſt) indulgeamus, atque ex lege diuina, & narrationibus cum alijs, tum ijs præſertim, quibus præſentis feſti myſteria explicantur, voluptatem capiamus, ita enim commodè, minimèque ab eo à quo conuocati ſumus, aliena delicia noſtræ fuerint.* Pulchrè quidem, & ſumma ſanctè colendi feſtos dies ratio; colant Gentiles helluandõ, & corporaliter deorum feſta, cum ipſi præter nomen nil amplius deitatis poſſideant, colant corporaliter, dum nidore ſacrificiorum ipſi delectentur dæmones; at nos qui verbum colimus patris ſpirituale, ac ſanctum, quod non nidore ſacrificiorum, ſed puris mentibus delectatur, non mundane dies eius feſtos colamus, ſed ſuper mundane, non ſacrificiorum nidore, ſed verborum deliciis, hoc eſt vt ipſemet Sanctus ait pater orat. 2. contra Iulian. *Hymnos ſumentes pro tympanis, pſalmodiam pro turpibus, & flagitioſis cantibus, plauſum gratiarum actiones, & canorum manuum actionem pro plauſibus theatricis.* Egregiè, in quibus verbis, vltima adnoto, vt ſumamus ait gratiarum actionem pro plauſibus theatricis, quid per hoc? ſanè illud, ne feſtus dies in theatris, in circis, in comediis inſumamus.

Tertull.

4 Quando in illis peccatur fiunt diaboli. *Ad Ephe. 4. n. 17.*

5 Admodum Gentilium Chriſtianos ambulare quid ſit.

S. Ephr.

Nazian.

Idem.

Mirum, & mirandum, vt quaſi iam res ſancta nullus ſit dies feſtus, qui comediis non celebretur, qui ſcænicis ludibriis, non, vt ſic dicam, dehoneſtetur, & tamen cum hæc fiant, Deo ſe placere, autumant Chriſtiani. Quod equidem Sanctus conſiderans Salnianus, lib. 6. de gubernat. Dei, meritò admiratus exclamat. *O amentia monſtroſa, Chriſto Circenſes offerimus, & mimos, Chriſto pro beneficiis ſuis theatrorum obſcœna reddimus.* Senſatiſſimè, iuſtúſque dolor, quaſi dicat, vt & dicit, talem nos de Chriſto concipere æſtimationem, vt ideo pro nobis natus, ideo pro nobis paſſus, ideo pro nobis ſepultus, ac tãdem reſuſcitatus, vt pro talibus beneficiis illi theatrorum obſcœna reddamus, dum ea talibus diebus gerimus, talibus diebus ad ea videnda accurrimus, quæ maior veſania, qualis amentia monſtroſior?

Salnian.

Enimverò, ſi, quæ ſentio pandere licet, crucior, quando hæc inſpicio, eo vel maximè, dum attendo ſic Chriſtianorum animis dies feſtos in comediis agere inſitum, vt quaſi ad id ſint, quaſi

8 Pulchra Nazianz. ratio cur Dei feſta ſanctè celebranda.

Niceta.

9 Chriſtianorum amentia in diebus feſtis theatralia celebrãdo, quaſi Chriſto ſint placitura, & actionem agant honeſtam.

6 Feſta quomodo à Chriſtianis celebranda.

7 Mulri Chriſtianorum ad coquinam potius, quã ad Eccleſiã feſta celebrãt.

ad id dies inſtituti Dominici, immo tali obtegunt ſimilem fuco impudicitiam, vt actionem (ſi Deus vult) honeſtent, quaſi peiora deuitet, quaſi mala alia detruncet, quaſi peccata alia intercidat, dicam cum Tertull. cap. 2. de ſpectaculis: *Quàm ſapiens argumentatrix ſibi videtur ignorantia humana, præſertim cum aliquid eiuſmodi de gaudiis, & fructibus ſæculi metuit amittere.* Ergo ne, vt peccata deuites, neceſſario alia facienda, & ſi minora, *cupiditas cupiditate non ſanatur.* Ait Auguſt. lib. 3. contra duas epiſt. Pelag. cap. 4. Ergo, vt occaſionem fugias grandem, te in minorem intrudes? ſanè optimum conſilium; at non à Deo, ſed ab eius *interpolatore.* Vt ait Tertull. diabolo ſcilicet, qui ſicut rerum ſubſtantias, quas Deus homini dedit, vt eum per ipſas honoraret, ſic interpolauit, hoc eſt immutauit, innouauit adulterauit, finxit, vt contra eius cederent honorem, ac famulatum; ſic miſere te etiam, ac ingenium tuum interpolauit, ſiue adulterauit, vt remedium vnius peccati, ipſum æſtimes alterum peccatum. O egregiè, ad vitanda peccata affirmas diebus ad comedias te auolare feſtiuis, & quale maius crimen? Audi Salianum vbi ſuprà. *Alia quippè crimina ſingulas ſibi fermè in nobis vendicant portiones, vt cogitationes ſordida animum, vt impudicitia pectus oculos, vt auditus improbi aures, ita vt cum ex his vnum aliquid erranerit, reliqua poſſunt carere peccatis, in theatris verò nihil horum reatu vacat, quia & concupiſcentijs animus, & auditu aures, & aſpectu oculi polluuntur.* Ad conſcientiam vniuſcuiuſque appello, videat an vera quæ Salianus affert, videat an ſibi aliquando euenit, quod ipſemet affirmat, ſcilicet, *aliquos fortè puros ad ſpectaculum veniſſe, de theatro verò adulteros reuertiſſe.* Quod aliquibus hoc, ego teſtis; ô ſanè prudens conſilium, ad euitanda peccata theatrum, & ſcœnam adire? vbi, vt Minutius ait, *Turpitudo prolixior*, cuius rationem aſſignans, ſequitur: *Nunc enim mimus, vel exponit adulteria, vel monſtrat, nunc enervis eſt hiſtrio, amorem dum fingit, infligit.* Vbi homo, vt affirmat Chryſoſt. hom. de pœnit. captiuus fit meretricis, *ſpectaſti*, ait, *iniquitatem ipſam operatus es, captiuus factus es meretricis*; adnoto illud, *ſpectaſti, iniquitatem ipſam operatus es.* In quibus peculiare ſcœnarum malum indicitur, vt rectè Salianus, vbi ſup. dum ait: *Alia quoque omnia mala agentes polluunt, non videntes, vel audientes.* Quod exemplis probans, ſequitur: *Siquidem & ſi blaſphemum quempiam audias, ſacrilegio non polluaris, quia mente diſſentis, & ſi interemtum latrocinio, non inquinaris actu, quia abhorres animo, ſola ſpectaculorum impuritates ſunt, quæ vnum admodum faciunt, & agentium, & aſpicientium crimen.*

Tertull. 10 Humana ratio quàm argumentatrix ne delectationibus te priuet.

Salianus. 11 In diebus feſtis ad Comœdias accedere iniquum & iniqua Chriſtianorum ratio actionē illam honeſtare.

Minutius.

Chryſoſt.

Salianus. 12 Malum Comœdiarum vnde penſitādū.

Chryſoſt. 15 Futilis illorum ratio ſic non mouen ad

At dices, vti & dicunt, te illa non mouere, concupiſcentiam in te non accendere, ſed tamen ad animum relaxandum ſcœnam adire, vt tempus (ſi Deo placet) non malè teras, vt peiora non efficias, rectè hoc ſi poſſibile, ſi credere dignum, quod, vt mendacij te conuincam, vno tantum, & Chryſoſtomi argumento vtar, ſermone, quod, *periculoſum ſit adire ſpectacula.* tom. 1. qui quaſi hoc præuidens effugium, ſic argumentatur: *Etenim ſi in Eccleſia vbi Pſalmi, vbi diuinorum verborum enarratio, vbi Dei metus, multáque reuerentia, frequenter, ſen latro quiſpiam verſutus clam obrepſit concupiſcentia, quomodo qui deſident in theatro, qui nihil ſani, neque audiunt, neque vident, qui vndique obſidionem patiuntur per aures, per oculos poſſint illam ſuperare concupiſcentiam.* Veriſſimè, carnalis es in Eccleſia, vix te in illa retinere potes, & vis credam in theatro, in ſcœna te ſpiritualem? *ſi mulier*, vt ibi argumentatur idem Chryſoſt. *ſponte, ac fortè in foro obuia, & neglectius culta, ſæpè numero curioſius intuentem cœpit ipſo vultus aſpectu, qui non ſimpliciter, neque fortuito, ſed ſtudio, & hac gratia pergunt illuc, ac totum ibi deſidentes diem in facies fœminarum nobilium defixos habent oculos, vbi ſtibio picti oculi, vbi coloribus tincta gena, vbi totius corporis habitus fucorum impoſtura plenus eſt, qua fronte poterunt dicere, quod eas non viderint ad concupiſcendum?* Mulierem incomptam caſu obuiam, ſæpè concupiſces, & hoc aliquando in ipſa Dei ſacroſancta Eccleſia, vbi ordinariè ſic aduenium, & tu vis, vt credam, in theatro te illas comptas, ſpectatas, reuiſas non concupiſcere? decipis certè, & quod peius deciperis.

Idem. concupiſcentiam in Comœdiis, vt nemo sè confundatur à Diu. Chryſoſt.

Sed iterum arguis, te non ſcœnas infandas, nō comœdias turpes, obſcœnáſque proſpicere, ac impudicas, ſed honeſtas, ſed eruditas, vnde potius ad eruditionem hauriendam accedis, quàm ad concupiſcentiam, hoc dicis, & vis credam? ſit, vt vis, hoc etiam argumentum, & Tertulliano factum, cui acutiſſimè reſpondens, ſic ait: *Sin & doctrinam ſæcularis literatura, vt ſtultitiæ apud Deum deputatam aſpernamur, ſatis præſcribitur nobis, & de illis ſpeciebus ſpectaculorum, qua ſæculari literatura, luſoria*, id eſt comicam, *vel agoſticam.* Id eſt tragicam, *ſcœnam diſpungunt.* Egregiè, ſapientia mundi clamat, Paulus 1. ad Corinth. c. 3. *ſtultitia eſt apud Deum.* Et tu ſtultis vis feſta celebrare eruditionibus, cur non ſeriis, cur non ſanctis? cur non diuinis? crede mihi, prorſus decipieris, & verſutias iſtas non ſapientia diuina adinuenit, ſed humana ignorantia, vt voluptatem defendat, vt peccata excuſet; nam, vt rectiſſimè Chryſoſt. vbi ſuprà quidquid enim illic geritur, non eſt oblectatiō, ſed pernicies, ſed pœna, ſed ſupplicium.

Tertull. 14 Et illa eorum, qui propter eruditionē dicunt accedere à Tertull.

Chryſoſt.

At quia occaſio ſeſe offert, ne clamare deſinam, ne in horrendam non inuehar, neſcio an dicam petulantiam, an turpiſſimam frontoſitatem, placet & hic aduertere, ſic tales theatricas ſcœnas licitas aliquos iudicare, vt ſimul in ſanctiſſimis Dei Eccleſiis, ſacroſanctiſſimis illius tremendæ maieſtatis templis illas peragere præſumant, & ſathanica frontoſitate in circum, in theatrum Dei inuertere templum; ô incurſio nefanda! ô audaciſſimum facinus! ô admirandum, vt Chriſtiani hoc audeant, vt Catholici illud præſumant, vt Prælati illud videant, & tolerent? quantam putas, ex hoc Chriſtus indignationem capiat, quantam iram, quantum furorem? *Si famulus in arculam, vbi herilia veſtimenta pretioſa*, ait Chryſoſt. vbi ſuprà: *aurea-que recondita ſunt, ſeruilem tunicam ſordibus, ac multis pedicu is refertam imponat, age dic mihi, num æquo animo eam contumeliam ferres, at non plagas infligeres, qui ſcelus hoc commiſiſſet?* Planè, at quid hoc? ſacroſanctum altare, vbi ſanctiſſimi Dei filij corpus, vbi arca illa diuina, vbi omnes Dei theſauri, vbi tota ſimul trinitas, vbi cœlum ipſum, mimorū, mimarum, hiſtrionum

13 Comœdias in Eccleſia agere ſcelus horrendum peccatum graue.

Idem.

vidimus promptuarium factum, & tacemus, & non ploramus, & hæc tolerant Principes, tolerant Prælati, & nolunt posteà contra eos Deum irritari, fulmina de cœlo non tuere, fame, peste, gladio non consumi, immo non præfocari?

16 Diuinitùs à Deo puniêtur illud agentes.

Quid putas in causa, Amanum suspensum in ligno, ac præfocatum? Esther 7. nunquid quia manus in omnes Iudæos extendere intentauit? nunquid quia innocentem Mardochæum suspendere voluit? nunquid quia fraudulenter literas Iudæorum occisionis à Rege extulit? nil minus, sed quia indecore antè reginam procumbens, vt eam pro se oraret, ansam Regi obtulit malè suspicandi, vnde & dixit, num. 7. *Etiam Reginam vult opprimere me præsente.* Quod confirmat Athanas. in synopsi dicens: *Rex cum regressus videret Aman genua Regina contingere, suspicatus quod id turpitudinis gratia faceret, insse eum in ligno suspendi.* Ergo suspensus Aman non ob malum, quod intentarat, non quia verè turpitudinem intenderet, sed tantum quia indecenter se habebat ad Reginam, & hoc præsente Rege. Deus sancte quid ad hæc Christiani, coram sanctissimo illo Rege infanda agunt, coram illo prostibulum, vt sic dicam, Ecclesiam Dei constituunt, coram illo mimæ, ac histriones se denudant, visu, bacchanalibus, turpibus dictis, ac moribus, omnia replent commessationibus, & ebrietatibus, ac sponsam Christi Ecclesiam sanctissimam coram ipso, in ipsius oculis violant, ac prophanant, & cum hoc faciant, sacrificium Deo se præstare intendunt, qualis hæc vecors dementia? nunquid digni isti non sunt morte? non sunt suspendio? suspenditur Amã, quia indecenter tantum procubuit ad orãdum, & morte non afficientur, qui indecentissime ad Ecclesiam accedunt ad repræsentandum, ad scænam, ad comœdiam, ad tripudium? homines miserabiles, Diu. ait Basil. hom. 6. in Psal. 28. super illa verba: *Et in templo eius omnes dicent gloriam, relictis ædibus suis ad templum accurrunt, quasi emolumenti quicquam inde laturi, sed nullo corripiuntur diuini iudicij metu; adeo vt sibi arridentes domum orationis in locum vertant effusissimæ loquacitatis.* Quid ex hoc, nisi illud quod sequens ait idem sanctissimus Pater? *Quod enim seminat homo, hoc & metet, si diuina laudis sementem, coronas, honores, laudes in regno cœlorum, si aniles nugas magna incommoda.* Aniles nugas dixit, quid ergo, quando iuueniles obscœnitates?

Esther. 7. num. 7.

Athanas.

Basil.

Enimverò tantam Christus Dominus noster de templo conceperat æstimationem, tantam poscebat in illo sanctitatem, honestatem, decorem, decentiam, vt non solum ab illo vendentes ejecerit, ac ementes, sed specialiter adnotat Marcus c. 11. num. 8. quod *non sinebat, vt quisquam transferret vas per templum.* Quod de vasis, quæ mercandi gratia inferebantur intelligit Beda in hunc locum, quid quæso tam indecens vas per templum transferre? quid tam enorme? vt ob hoc etiam fecisse tales templum illud spelunçam latronum affirmet Dominus? sanè nec indecens, nec malum, vecors æstimaret prudentia, ac cogitatio humana, quæ cum ad suprema, ac ineffabilem Dei excutiat maiestatem, deitatémque, quanta veneratione, quantáque sit tractanda decentia ignorat, at non sit Christus, Deique filius, qui nosci patrem, qui eius callet maiestatem; ideo nec vas per templum transferre sustinuit, quid ergo sustinebit mimos, histriones, gesticulatores, Atellanos, Pantomimos, & qui non vasa mercandi, sed ipsas obscœnas, ac prostitutas mimas ad mercaturam ibi inferunt, ac intrudunt? *Arbitror*, inquit Chrysost. hom. *periculosum esse adire spectacula, multos ex his qui heri nos destituerant, & ad iniquitatis spectacula discesserant, hodie præsentes esse, optaram autem istos, qui sint palam nosse, vt eos à sacris vestibulis arceam.* Attendè Chrysost. sententiam, & obstupesce, ab Ecclesia arcere optat, qui heri in scæna, sic Ecclesiæ sanctitatem præconcipiens, vt indignum ducat hodie in Ecclesiam, sacrúmque templum ingredi, qui heri in circo; quid ergo Chrysost. diceret, si quod hodie fit prospiceret? non scilicet scænam prospectantes in Ecclesiam ingredi, sed ipsos gesticulatores, ipsos comœdos, ipsos Atellanos, non, vt pœnitentiam agant, sed vt peccatum augeant, sed vt peccatores efficiant, & tamen hoc non attendunt Christiani, non attendunt Principes, de illo non erubescunt Prælati: *Domus priscis temporibus Ecclesia erat.* Idem ait Chrysost. hom. 33. in cap. 10. Matth. *Nunc etiam ipsa Ecclesia in domum redacta est, nihil autem in priuata domo carnale loquebatur, nihil nunc in Ecclesia spirituale meditatur, sed huc etiam fori, & iudicij negotia introducitis, ob quæ res acerbè fleo, vt nunquam flendi finem faciam.* O pudor præsulum hodiernorum? qui hæc Chrysost. verba audiunt, flebat sanctissimus, quia Ecclesiam in domum viderat redactam, quomodo plangeret si in circum, & in theatrum flebat, quia ibi negotia introducebantur foranea, quomodo eiularet, si comœdias, si scænas? & tamen nostri hodierni Prælati hæc videntes non plangunt, imminò rident, applaudunt, & quod miserius, siue intolerabilius, assistunt, nunquid hos præsules dices? nunquid, qui talia agunt Christianos? aut putandum impunè abituros, aut Christum in eorum templis permansurum.

Chrysost.

18 Chrysostomus ab Ecclesia arcere volebat, qui heri in circo quid faceret de mimis.

Mare. 11. n. 8.

Beda.

17 Christus quanta reuerentia templum colivoluerit.

Idem.

19 Domus Christianorum antiquitus quanta honestate tractabantur.

Enimverò, si attentè obserues, quod Deum impulit vltimo ad regnum exterminandum Israëlis, ad captiuandum populum, ad desolandam terram, ad funditus Hierusalem eradicandam, non equidem tantum idololatria extitit, quantum abominationes in templo, quantum idola aspicere, non foris, sed in templo, peccabant, idololatrabant peccatores, iniqui, ac mali erant, attamen eos sustinebat Deus, non ab illis discedebat; at quando abominationes has in templum illapsas vidit, statim aduocans Ezechielem, quasi, & veluti vltimæ desolationis rationem reddens, cap. 8. num. 6. illi abominationes quæ in templo fiebant ostendit: *Putásne, vides tu, quid isti faciunt abominationes magnas, quas domus Israël facit hic, vt procul recedam à sanctuario meo: hic*, hoc est in templo, vt Diu. ait Hieron. *quasi dicat*, ait, *ipsime suis sceleribus templo abigunt, & cogunt recedere introducto Baal.* Vnde statim indixit cap. 9. num. 1. *Appropinquauerunt visitationes vrbis.* Scænas, comœdias, fœdásque repræsentationes, similiáque ludribria quod sint foras, quod in Republica malum, sed tolerabile à Deo; at in templo, in Ecclesia pessimum, signum equidem visitationis, signum desolationis, signum vltimæ ruinæ

Exechiel. 8. n. 6.

Hieron.

20 Deus ideò Israëlem deseruit, quando abominationes introduxit in templum.

næ. Idolum zeli in templum ponunt, vt illi abominabiles Israelitæ, opus scilicet diabolicum, & volunt, vt Deus non abscedat, Adonidem plangunt, vt illi, fabulas scilicet repræsentantes, & volunt, vt Deus toleret, picturas deformes in templo apponunt, vt illi, & volunt, vt Deus patienter sustineat, tandem solem adorant rancum ad nasum applicantes, dorsa ad sanctuarium habentes sicuti illi, dum sic mundum in templo colunt, & præsumunt Deum non irritari, fulmina aliquando è cœlo non casura?

Grauiter equidem Basil. vbi sup. super eadem verba Psalmi: *Et in templo eius omnes dicent gloriam, audiant*, ait, *hæc Psalmi verba, & confusi suppudescant ij, qui in templo prolixissima inter serunt colloquia, qui in templo Dei est, non maledicentiam, non vanitatem, ac ne obscœnis rebus plenos sermones pronuntiet.* Cuius rationem reddēs subdit: *assistunt Angeli verba describentes, adest Dominus affectum intrantium considerans.* Pulchra verba, non sunt dicenda inutilia, quia assistunt Angeli describentes: ergo ne erit licitum comœdias recitare, Pœanas canere, versus decantare sæculares, ne quid dicam peius, quid scribent Angeli assistentes, quali eos pudore ex hoc afficiunt talia operantes, Deus stat affectum considerans assistentium, nonne si carnalis, si mundanus, si lasciuus, irascetur, & ad puniendum se accinget? *Basil.* *Astulti & fiorant*, ait Basil. ibidem: *carnis tamen prosperam valetudinem, corporis bona, insuper diuitias, & gloriam quærunt humanam.* Quod si in templo indignum ea iudicat, vt omnino ab eis abstinendum affirmet, quid ergo de scænis diceret? & tamen talis abusus toleratur, tale crimen non aboleatur, & quod peius scienter, non ignoranter: in qua re, vt cum Saluiano concludam peiores nos sumus quam *Barbari*, quia, vt ipse ait, *illos ignorantia legis excusat, nos scientia accusat.* Clamat Trident. sess. 22. Decret. de reformat. vt ab Ecclesiis: *Musicas eas arceant Episcopi, vbi siue organo, siue cantu lasciuum, aut impurum aliquid miscetur, item seculares omnes actiones, vana, atque prophana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores, vt domus Dei verè domus orationis esse videatur, ac dici possit.* Et excusabuntur Prælati ex ignorantia ab Ecclesiis comœdias non arcentes, immò permittentes? vana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores faciunt, vt domus Dei non sit orationis, vt non talis appareat, iudicat Trident. & cum eo Spiritus sanctus, ob quod & illa ab Ecclesiis arcet, & erit orationis domus cum comœdiis, cum scænis? quid vis, dicam? parcant mihi, Gentilitium quid hoc sapit, & hominum in fide nutantium, videant ipsi; at nos ad festos dies redeamus vnde excessimus.

Sanctè ergo colendi sunt, non in ebrietatibus, non in scurrilitatibus, non in commessationibus, vt propemodum fit, cum velim scias, tantum abesse, vt per illas re Deus aspiciat, vt ne eas videat, à te faciem auertat, quod nimis est ponderandum, sanctissimum celebras Pascha, ad diuinissimum accedis festum sanctissimi Sacramenti, vbi Deus, vbi Christus, vt eum honores, vt ab illo accipias, vt te ipse benignissimè respiciat, attende quæ dico, si non, vt debes accedis, si tripudiando, & bacchanalia agendo, si, vt sic dicam, te ingurgitando, sic, vt potius ad coquinam, quam ad Ecclesiam videaris accedere, vt propè solet fieri, dico firmiter quod nec tua, & simul nec te aspiciet, obtulit Cain Deo munera, festum celebrauit, putans ex oblatis se Deo placere, & quod ad eum Deus respiceret, Genes. 4. num. 3. *Factum est vt efferret Cain munera Domino &* quid? *ad Cain, & ad munera eius non aspexit.* Cur non aspexit? profecto, quia munera ingrata, quia non melius, sed quod deterius obtulit, potiora, & meliora sibi reseruans, *obtulit munus Cain.* Ait Ambros. de Cain, & Abel, cap. 6. *Tamen quia non rectè, & iure diuisit culpam incidit.* Quam indiscretam diuisionem perbellè intellexit Aug. 3. super Genes. ad literam, non de muneribus, sed quia, vt ipse ait, *dabat Deo aliquid suum, sibi autem seipsum.* Vti nunc proprie faciunt peccatores in festis celebrandis, dum Deo sua dant in eis impendendo, sibi autem semetipsos in peccatis manentes; at & in hoc sicut mali diuidunt, sic etiam & in oblatis vti Cain, non meliora, sed deteriora, non grata, sed ingrata, qualia sunt, quæ diximus offerentes. Hinc, ne illa aspiciat, & eos simul Deus non aspicit, vnde tantum abest, vt gratiam, ac beneplacitum reportent, vt quo sic dicam, reprobationem; vt grauiter adnotauit Saluianus, vbi sup. sic eloquens contra eos, qui de Deo causabantur, quod eos non aspiceret in tribulationibus, in calamitatibus: *Et cum hæc ita sint*, ait, *qui talia agimus, negligi nos à diuinitate causamur, relinqui nos à Domino nostro dicimus, cum ipsi Dominum derelinquamus, fingamus quod respicere nos Dominus noster velit etiam non merentes, videamus si potest, ecce innumera Christianorum millia in spectaculis quotidie rerum turpium commemorantur, potest ergo Deus respicere, qui tales sunt, an fortè hoc volumus, & hoc dignum putamus, vt cum in circis nos, & in theatris Deus videat, quæ nos aspicimus, aspiciat quoque ipse nobiscum, & turpitudines quas nos cernimus cernat etiam ipse nobiscum? alterum enim fieri necesse est, quia si nos videre dignatur, consequens est, vt etiam illa vbi nos sumus videat, aut si ab illis, quod non est dubium, auertit oculos, etiam à nobis, qui illic sumus pariter auertat.* Attende Saluiani verba, pende, si quæ in festis nunc agunt Christiani adsimilia sunt, & fer iudicium, ac discute, si dum sic celebras festos dies, misericordiam, an potius iram, vt oculos conuertat, an vt à te auertat Deus potius merearis, immò quod te ob indignam festi celebrationem ignis eius te consumat, ac deuoret, vti Nadab, & Abiu, Leuitic. 10. num. 1. ignem offerentes alienum.

In quo loco duo, & maxima consideranda, illos scilicet thuribula sumpsisse, vt Deo ex beneficio, ac ingenti miraculo, quod egerat cremandi scilicet miraculosè holocaustum igne à Domino egresso, ibi cap. 9. num. 24. *Apparuit gloria Domini, & ecce egressus ignis à Domino deuorauit holocaustum.* Quod videntes, statim thuribula arripuerunt, vt gratias Deo, & laudem, & honorem darent, & tamen nec hæc bona voluntas, nec hic zelus à diuina excusauit eos vindicta, quia ignem apposuerunt alienum, hoc est non sacrum, sic de non sacris Deus honorari abhorret, tibi ex hoc insinuans Christiane, quando hæc audis, quod ob dies festos, igne alieno, non Dei, malè à te cultos, licet in Dei honorem cremaberis, mortem, non vitam re-

21 Angelisanctissimi ex comœdiis in templo pudore afficiuntur.

22 Christiani peiores Barbaris Comœdias in Ecclesia permittentes.

23 Tridentinū quæ prohibuit in Ecclesia fieri.

24 Deus non aspicit festa, nec hominem eius qui in eis bacchanalia agit.

25 Caim peccatum in quo stetit.

26 Cur festa vbi Bacchanalia Deo infensa, & homines ea celebrantes. *Saluian.*

Gen. 4. num. 5.

Leuit. 10. num. 1.

27 Indebitè festa celebrans & illicitis pœnam repor-

Digitized by Google

portabis. Secundum notandum ex Abulenſ. Radulpho, & aliis horum peccatum tantum veniale extitiſſe, quod mihi placet, tum ob inaduertẽtiam, tum ob ſtuporem miraculi, ob quod quaſi à mente exceſſerant, tum ob feſtinationem, quæ omni à mortali excuſare poterant, & hoc non obſtante ſic dirè caſtigati, quia igne honorabant Deum alieno; quod cum audis, vide an ſecurus incedis, reputans tecum, quæ agis in feſtis non mortalia, ſed venialia eſſe, & iocos, ſcurrilitates, prandia, repræſentationes quibus eos celebras, & ſi vana, non tamen mortalia; nã ob veniale tantum iſti cremati, vnde non tantum eorum incenſam Deus non aſpexit, ſed, vt ſic dicam, ne eos aſpiceret, cremauit, cum, vt dicebamus, ne talia Deus in feſtis aſpiciat, te etiam aſpicere recuſat.

tabile, non præmium etiamſi illa non ſint mortalia. *Abulenſ. Rodolph.*

28 Peccatum Nadab & Abin veniale.

29 Peccator indigne feſta celebrãs in Dei conſpectu non ſtat.

De qua re audi nunc, & aliam potiſſimam rationem, quia dum tu ſic celebras feſtos dies, & ſi in Eccleſia, & ſi antè ſanctiſſimum, tamen in Dei conſpectu non ſtas peccator exiſtens, & feſtos celebrans, etiamſi totam tuam in eis conſumas rem celebrandis; ſi ergo antè Dei conſpectum non ſtas, quomodo te inſpicere poteſt: *Eiecis me à facie terra.* Deo dixit Caim, Geneſ. 5. num. 14. *Et à facie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus in terra.* Hinc cum ſic iſte conſtitutus eſſet, nunquam legimus amplius ſacrificium Deo obtuliſſe; vnde nec amplius Deum eum reſpexiſſe: nam, vt rectè inquit Origen. hom. 5. in c. 7. Leuitici: *ille in conſpectu Dei offert ſacrificium, qui non exit à cõſpectu Domini, ſicut Caim, & effectus eſt timens, ac tremens.* Si ergo illud eſt à Dei conſpectu exire, quod in peccatis manere, aut illicita perpetrare, dum tu feſta in peccatis totus agis, dum tu infanda in ipſis perpetras, dum tu non dignis ea celebras, nonne profugus à Dei conſpectu manes; vnde ergo te proſpiciet Deus, aut quomodo contra te non iraſcetur, dum per ea quæ in ipſis agis non ſua, ſed tua feſta agis, non illum, ſed te colis, immo & dæmonem, ipſum verò ludibrio habens?

Geneſ. 3. n. 14.

Origenes.

Quid vis dicam? timeo, dum ſic apud Chriſtianos feſta video celebrari, ne talia potius Philiſtinorum, quàm Chriſtianorum ſint: *Principes Philiſtinorum*, ait ſcript. Iudic. 16. num. 23. *Conuenerunt in vnum, vt immolarent hoſtias magnificas Dagon Deo ſuo, & epularentur.* At præcipuum huius feſtus, luſus extitit, ac ignominia Samſonis: *lætantéſque per conuiuia ſumptis epulis præceperunt vt vocaretur Samſon, & antè eos luderet*, num. 25. *granibus in eum inſultantes conuiuijs.* Vt vult Ambroſ. epiſt. 70. immo ob hoc eum cuſtodientes, vt in ſolemnitatibus deorum ſuorum luderet, opprobrióque fieret, vt vult Abulenſ. in hoc eodem c. quæſt. 34. quid ergo? non ſic tu Chriſtiane feſtiuitates tuas celebras; conueniunt hodie Chriſtiani in vnum, ad hoſtias immolandum, ad tauros ſcilicet, altiliáque occidenda, ad commeſſationes, ad ebrietates, & tandem non ad Chriſtum laudandum veriſſimum Samſonem, ſed dum peccata in feſtis accumulantur, ad eum iterum crucifigendum, ludibrióque habendum, nonne hæc dices Philiſtinorum, Gentiliúmque feſta, quæ, vt inquit Nazianz. orat. in Pentecoſt. *iuxta corpus celebrabant, luxu ſcilicet, & commeſſatione.* Contremiſce quæſo te, ne tibi quid adhmile accidat, ac illis, ne Chriſtus dum te ad inſtar Philiſtinorum non Deum laudantium in feſtis, ſed potius diabolum, qui fuit Samſonis ſenſus, vt affirmat Abulenſ. ibi quæſt. 32. occidat, peſſundet, ac ſimul cum tuo feſto conterat, cum ſimilibus in feſtis, ceremoniis, non ſolum non honoratur, ſed ludibrio habetur, & contrarium æſtimare, nimis equidem abſurdum, cum, vt diu. aiebat Hieron. ad Euſtochium de acceptis munuſculis: *Valde abſurdum eſt nimia ſaturitate velle honorare martyrem, quem ſcias Deo placuiſſe ieiunijs.* Vnde grauiter contra tales ſanctus declamat Bernard. ſerm. in natiuitat. ſancti Ioann. ponderans ſanctum illis rebus eos honorare, quas ipſe abhorruerat, *Ioannes*, ait, *innocentiſſimum ſuum corpus ſic caſtigat, ſic extenuat, ſic affligit, vos indui feſtinatis byſſo, & purpura, & ſplendide epulari, hem hic eſt præſentis totus honor diei, hæc Baptiſtæ reuerentia tota, hæc natiuitatis eius prophetata quondam lætitia eſt.*

Hieron.

Bernard.

33 Homo quã ſcrupuloſus quando ſua ſtatuere velit.

Mirum quippè, & admirandum eſt videre, quàm delicata ſcrupuloſitas ſit humana, quando ſua ſtatuere, quando aliena diruere intendit; quam è contrario craſſa, quàm ampla vt quodlibet, quod placet, ſine ſcrupulo agat, attende Ioan. 5. num. 16. Chriſtum perſequebantur, Deum eſſe negabant, peccatorem affirmabant, vis ſcire vnde illud colligebant? quia nempè ſecundum ipſos ſabbathum ſoluebat: *propterea perſequebantur eum Iudæi, quia hæc faciebat in ſabbatho.* Et infrà cap. 9. num. 16. *Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit.* At pete, in quo tota ſolutio conſiſtebat, & inuenies, quod in miraculis, quod in bene operando, quod homines reſuſcitando, ſanando, medendo, & cum hoc eſſet, nec ipſi inficias ire poterant à Deo non eſſe, perſecutione dignum æſtimabãt, & ſacrificium Deo præſtare ſi eum occiderent, Marcus 3. num. 2. *Et obſeruabant eum, ſi in ſabbathis curaret, vt accuſarent illum, quia æſtimabant*, ait Beda, *in ſabbatho etiam à bonis operibus feriandum, cum lex à malis, hoc eſt à peccatis abſtinere iubebat.* At inuidioſa ſcrupuloſitas Phariſæorum, ſic quando contra Deum ſtare deſiderabat, ſabbathi obſeruationem ſubtiliter penſabat, vt nec benefacere in die feſto licere reputabat, & tamen cum hoc ſit, eadem humana ſubtilitas, ac inordinata ſcrupuloſitas, vult vt feſta non ſoluantur per ebrietates, per commeſſationes, per ludibria, per repræſentationes, quaſi hæc mala plus liceant in feſtis agere, quã ipſa bona, merito illos, vt ait Marc. Chriſtus: *Circumſpexit cum ira, contriſtatus ſuper cecitate cordis eorum.* Faxit, vt non cum eadem nunc & Chriſtianos aſpiciat, ſic in diebus cæcos feſtiuis, ſic corde inſenſatos, vt ipſa mala bona dicam, & ipſa peccata, Dei ſacrificia.

Ioan. 5. n. 16.

Ibi. c. 9. nu. 16.

34 Phariſæi per quæ putabant Chriſtum feſta ſoluere.

Iudic. 16. num. 23.

30 Samſon cur ſeruabatur à Philiſtiis.

Ambroſ.

Abulenſ.

31 Feſta quando in eis ludibria, non Chriſtianorum ſunt, ſed Philiſtinorum.

32 Senſus Samſonis, quando ludebat, qui erat.

Admirandum equidem, vt Deus ſic te extra curam velit in die feſto, vt ne tui prouidentia te occupet, miracula fecerit, admirabilia operatus fuerit; hinc ne Iſraëlitæ in cura ſui diſtraherentur ex Manna duplum die ſexta mandabat inferre, miraculo adnotante ſcriptura, non ſcilicet computreſcente Manna, quod non ſic, ſi adſeruabatur reliquis diebus, Exod. 16. num. 24. *Feceruntque ita vt præceperat Moyſes, & non computruit, neque vermis inuentus eſt in eo.* Cur hoc? Audi Lippom. in Caten. *Vt vacationi die Dominico ſeruiatur audiendo verbum Domini, contemplando Dei opera, conſolando proximum, & eran-*

35 Quanta obſeruatione volebat Deus vt feſta celebrarentur antiqua.

de, id demum verus Dei cultus eſt. Quod ſi hoc, erit-ne Dei cultus in peccatis dies feſtos inſumere? Manna non permittebat Deus colligere, & permittet comœdiarum ſollicitudinem, menſarum apparatum, maria, terráſque circumducere, vt carnaliter feſta tu celebres? *Otio autem inerti indulgere*, ait Lippom. vbi ſup. *vacare tamen ab opere, cultus Dei non eſt, multo minus libidinari verbis, vel factis, vt hodie communiter fieri conſueuit.* Quid ergo? nonne mandauit lapidibus obrui, qui ligna in ſabbatho collegerat? Numer. 15. n. 35. peccatum Moyſi, Aaronique ſic leue viſum, vt & ſi præceptum non operari in ſabbatho, dubitarint ob rem ſic leuem an morte plectendus, ſicut præcipiebatur; vnde, vt ait ſcript. *recluſerunt eum in carcerem, neſcientes quid ſuper eo facere deberent.* Et tamen vt moreretur præcepit Dominus: *Morte moriatur homo iſte, obruet eum lapidibus omnis turba extra caſtra.* Quid ex hoc? Audi Iſidorum Clarium, ſic grauiter argumentantem, *legimus*, ait, *hominem qui ligna collegerat in die ſabbathi oblatum Moyſi, iuſſu Domini lapidibus obrutum, quãto ergo magis putandum eſt eos grauiſſimè peccare, qui negotiationibus, ſpectaculis, ludis, aleæ, tripudijs, ſaltationibus, & choreis incumbunt, qui commeſſationibus colloquijs prauis, & impudicis cantilenis diem feſtum conſpurcant?* Et ne antiquata hæc tibi videantur, vnde æſtimes non ſic nũc Deum iraſci, & noua tibi proferam, Rodericus enim Toletan. part. 4. hiſt. Hiſpan. narrat, Ioannem Caſtellæ Regem, Dominica die antè prandium equitationi vacantem, ab equo ceſpitante excuſſum, & obtritum infeliciter occubuiſſe. Cantiprat. de propriet. Apum lib. 2. c. 49. part. 17. de quodam nobili narrat Theutonico diebus feſtis venationem exercente, cuius vxor in pœnam delicti filium ei peperit caput habentem venatici canis, auribus pendentibus, ac porrectis: in vita ſancti Hugonis Lincolnienſis legitur piſtorem panes die Dominico coquentem eos extraxiſſe ſanguinis riuis manantes. Idem Cantiprat. vbi ſup. cap. 46. part. 13. in quadam villa Brabantina narrat mulierem quandam choreas ducentem miraculosè percuſſam, ac extinctam; & inſuper quod horrendum dum ſepulturæ duceretur, taurum, ſeu dæmonem ſub illius figura nigerrimum accurriſſe, feretrum cum corpore deieciſſe, & cornibus membratim diſſipatum, viſceraque hinc inde diſperſæ intolerabilem emiſiſſe fœtorẽ; vt hinc videas eundem prorſus nunc eſſe Deum, ac in lege antiqua, ſicque ob violata feſta exaſperari; ac tunc, vt ex hoc timeas, contremiſcáſque, ſicque ſabbatha ſanctifices, vt hoſtes Chriſtiani nominis ea non irrideant, ſicut noſter Gentilium irriſit Sapiens, dum dixit, *aut cum lætantur inſaniunt.*

Idem.

Numer. 15. nn. 35. 36

Qualem iudicium tulit de eo, qui ea infringebat.

Iſidor Cl.

Roderic. Tolet.

Cantipra. 37

Exempla varia de Deiiudiciis contra dies feſtos prophanantes.

PARAPHRASIS.

Num. 1. *Iterum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante ſe fragilius lignum inuocat.*

Iterum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno hoc eſt, naui portante ſe fragilius lignum hoc eſt idolum & viliori ligno compactum quam nauis inuocat.

Num. 2. *Illud autem cupiditas adquirendi excogitauit, & artifex ſapientia fabricauit ſua.*

Illud autem hoc eſt nauis lignum cupiditas adquirendi excogitauit & artifex ſapientia ſua fabricauit.

Num. 3. *Tua autem Pater prouidentia gubernat quoniam dediſti, & in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam.*

At nec ipſa ſapientia artificis ſufficeret, ad nauem gubernandam niſi Deus adeſſet, qui vti Pater omnia prouidentia ſua gubernat, dat etiam & in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam etiam ſine naui vt ſuis in mari rubro.

Num. 4. *Oſtendens quoniam potens es ex omnibus ſaluare, etiamſi ſine ratè aliquis adeat mare.*

Per hoc oſtendens quoniam potens es ſaluare etiamſi ſine arte aliquis adeat mare.

Num. 5. *Sed vt non eſſent vacua ſapientiæ tuę opera propter hoc etiam, & exiguo ligno credunt homines animas ſuas & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt.*

Sed ideo nauem Deus ſtruxit vt non eſſent vacua opera ſapientiæ ſuæ & incognita quæ tranſmaria ſunt, ob quod eius prouidentia exiguo ligno credunt omnes animas ſuas & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt.

Num. 6. *Sed ab initio cum perirent ſuperni gigantes, ſpes orbis terrarum ad ratem confugiens remiſit ſeculo ſemen natiuitatis quę manu tua erat gubernata.*

Vnde ab initio cum ſuperbi perirent in diluuio gigantes ſpes orbis terrarum, Noe ſcilicet, filiique eius, ad artem arcam ſcilicet confugiens remiſit ſeculo ſemen natiuitatis quo mundus reſtauraretur ipſa arca manu tua gubernata diuina ſcilicet non humana prouidentia.

Benedictum

Digitized by Google

Benedictum eſt enim lignum arca ſcilicet per quod facta eſt iuſtitia, hoc eſt iuſti ſalui facti ſunt.

Vt iacet.

Etenim quod factum eſt hoc eſt idolum in quo dæmon præſidet cum illo qui fecit tormenta patietur.

Propter hóc idololatriam nempè in idolis nationum quoad ſupplicium nullus deiecit reſpectus, quoniam per ipſa creaturæ Dei in abominationem eius deuenerunt & ipſæmet factæ ſunt in animabus hominum tentatio, & in pedibus inſipientium muſcipula ad eos perdendos.

Nam caput omnis peccati fornicationis à Deo eſt exquiſitio idolorum, & adinuentio illorum origo omnis corruptionis.

Vt iacet.

Superuacuitas enim hominum hóc eſt eorum ambitio ſuperbia quæ hæc idola nempè adinuenit in orbem terrarum, & ideo vtpotè hominum inuentiones ac cogitationes ſine Deo breuis illorum finis eſt inuentus.

Acerbo enim luctu hoc eſt intempeſtiuo

Vt iacet.

Vt iacet.

Num. 7. *Benedictum eſt enim lignum per quod fit iuſtitia.*

Num. 8. *Per manus autem quod fit idolum malè dictum eſt ipſum, & qui fecit illud, quia ille quidem operatus eſt, illud autem cum eſſet fragile Deus cognominatus eſt.*

Num. 9. *Similiter autem odio ſunt Deo impius & impietas eius.*

Num. 10. *Etenim quod factum eſt cum illo qui fecit tormenta patietur.*

Num. 11. *Propter hoc & in idolis nationum non erit reſpectus, quoniam creaturę Dei in odium factę ſunt & in tentationem animabus hominum & in muſcipulam pedibus inſipientium.*

Num. 12. *Initium enim fornicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinuentio illorum corruptio eſt vitę.*

Num. 13. *Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum.*

Num. 14. *Superuacuitas enim hominum hęc adinuenit in orbem terrarum, & ideo breuis illorum finis eſt inuentus.*

Num. 15. *Acerbo enim luctu dolens pater cito ſibi rapti filij fecit imaginem, & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat nunc tanquam Deum colere cepit, & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia.*

Num. 16. *Deinde interueniente tempore conualeſcente iniqua conſuetudine, hic error tanquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio colebantur figmenta.*

Num. 17. *Et hos quos in palam homines honorare non poterant propter hoc quod longè eſſent, è longinquo figura eorum allata, euidentem imaginem regis quem honorare volebant fecerunt, vt illum qui aberat tanquam præſentem colerent ſua ſollicitudine.*

Num. 18. *Prouexit autem ad horum culturam, & hos qui ignorabant artificis eximia diligentia.*

Nu. 19. *Ille enim volens plus placere illi qui ſe aſſumpſit elaborauit arte ſua vt ſimilitudinem in melius figuraret.*

Num. 20. *Multitudo autem homi-*

Digitized by Google

num abducta perſpeciem operis eum qui antè tempus tanquam homo honoratus fuerat nunc Deum æſtimauerunt.

Num. 21. *Et hæc fuit vitæ humanę deceptio, quoniam, aut affectui, aut regibus deſeruientes homines incommunicabile nomen lapidibus & lignis impoſuerunt.*

Num. 22. *Et ſuffecerat erraſſe eos circa Deiſcientiam, ſed & in magno viuentes inſcientiæ bello, tot, & tam magna mala pacem appellabant.*

Num. 23. *Aut enim filios ſuos ædificantes, aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes,*

Aut enim filios ſuos ſacrificantes, aut obſcura ſacrificia in lucis & antris, ſeu cauernis facientes, aut inſaniæ baccationes ſcilicet ſeu conuerſationes plenas vigilias habentes.

Num. 24. *Neque vitam, neque nuptias mundas iam cuſtodiunt, ſed alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contriſtat.*

Per inuidiam occidit, hoc eſt zelotypiam, &c.

vt iacet.

Num. 25. *Et omnia commiſta ſunt, ſanguis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio, & infidelitas, turbatio & periurium, tumultus bonorum.*

Et omnia commiſta ſunt, proni, ſcilicet idolatræ ad omnia ſimul & indiſcriminatim peccata videlicet, ſanguis, homicidium, furtum, & fictio, hoc eſt vulneratio, & ſanctitatis ſimulatio, corruptio, infidelitas, turbatio & periurium, tumultus bonorum hoc eſt, virginum violatio, infidelitas, diſcordiarum ſeminatio, & bonorum perſecutio.

Num. 26. *Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inconſtantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ.*

Dei immemoratio, hoc eſt ad eius beneficia ingratis animi, animarum inquinatio, per nefandos conſenſus interiores, natiuitatis immutatio per Sodomiæ vitium, nuptiarum inconſtantia per variationem & vxorum dimiſſionem inordinatio mœchiæ, & impudicitiæ per adulterij & inceſtus commiſſionem.

Num. 27. *Infandorum enim idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, & initium & finis.*

Vt iacet.

Num. 28. *Aut enim cum lætantur inſaniunt, aut certè vaticinantur falſa, aut viuunt iniuſtè, aut peierant cito.*

Aut enim cum lætantur, id eſt dies agunt feſtiuos, inſaniũt de bacchantes in eis nefandeque obſeruantes, aut vaticinantur falſa, aut viuunt iniuſtè homines offendendo ac peierando.

Num. 29. *Dum enim confidunt in idolis quæ ſine anima ſunt, malè iurantes noceriſe non ſperant,*

Vt iacet.

Num. 30. *Vtraque ergo illis euenient digne, quoniam malè ſenſerunt de Deo attendentes idolis, & iurauerunt iniuſtè in dolo contemnentes iuſtitiam.*

Vtraque illis id eſt ob vtraque peccata, & quia idola coluerunt, & quia peierarunt euenięt illis digne ſupplicia, quoniam male ſenſerunt de Deo, & iurauerunt iniuſtè, in dolo contendentes iuſtitiam.

Num. 31. *Non enim iuratorum virtus, ſed peccantium pœna perambulat ſemper iniuſtorum preuaricationem.*

Attamen tales illis pœnæ non euenient ob iuratum, hoc eſt idolorum virtutem qui nihil poſſunt nec valent, ſed quia vltrix peccatorum iuſtitia ſemper peccatorem circumcurſans eius expoſcit pœnam.

Digitized by Google

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT XV.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

PErgit ſapiens in idololatriam, verum Dei cultum ſuadens, in ſingulos in iſto capite inuehens, ſicut in anterioribus in artifices, Deo gratias agens, quod ab idololatria eos liberauerit; vnde caput iſtud in tres diuiditur partes; nam primo, diuinam commendat bonitatem, iuxta illud, *tu autem Deus noſter ſuauis es*, ob quam omnes deberent ei ſeruire; ſecundo, Deo gratias agit de idololatriæ liberatione, iuxta illud, *non enim in errorem*: tertio, idolorum declarat vilitatem, digne ab hominibus contemnendam, iuxta illud, *cuius aſpectus, &c.*

Num. 1. *Tu autem Deus noſter ſuauis, & verus es, patiens, & in miſericordia diſponens omnia.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis. A Dei incipit laudibus, quia ſuprà in idolorum deſierat vituperationem, vt ex collatione mutua melius cognoſcantur, vt rectè Hugo, ait ergo.

Hugo. *Tu autem Deus noſter, &c.* Vnus, non plures, vt illorum ait Hugo, *noſter*, non creatione tantum, ſed cultu, & religione ſincera, vt rectè Lorinus.

Idem. Lorinus. *Suauis, &c.* Hoc eſt benignus, commodus, vtilis, beneficus, non vt idola, per quæ deierabant Gentiles.

Verus, &c. Tum in eſſentia, tum in promiſſis, non ſicut idola, quæ in eſſentia nihil ſunt, & in promiſſis per dæmonum exhibita arte, fallacia, dubia.

Patiens, &c. Græc. *Longanimis*; nam & ſi poteſt punire, tamen non punit.

In miſericordia diſponens omnia, &c. Hoc eſt, gubernans placidè, benigne, parcens ſæpè, raro vindicans. Pulchrè Hugo hæc ſimul ſic connectit: *Suauis in beneficiorum exhibitione, verus in promiſſorum ſolutione; patiens in peccatorum expectatione, miſericors in bonorum, & malorum retributione, malis etiam citra meritum, bonis vltra meritum miſericorditer retribuit.*

Hugo. I Dei optimæ conditiones.

Placet etiam Holxoth, qui ex dictis, quatuor elicit rationes, quare omnes Deo vt Domino inſeruire deberent, inquit enim, quatuor gratiſſimum Dominum aliquem efficere, ſuauitatem ſcilicet in communicatione, veritatem in promiſſionibus, patientiam in expectatione, miſericordiam in generali diſpoſitione, *tu autem Domine ſuauis*. En prima, *verus* ſecunda, *patiens* tertia, quarta demum, *in miſericordia diſponens*. Optimè, dicerem, niſi de omnibus in 1. tom. dixiſſem; nam de ſuauitate diuinæ prouidentiæ, eiuſque miſericordi diſpoſitione abundè hom. 148. de veritate, & quantum principi neceſſaria hom. 4. de Dei patientia in ſuſtinendis peccatoribus, & quomodo ægrè punit, hom. 23. quomodo eius patientia eius erit ſcutum in die iudicij, hom. 104. vide ibi, quia nos ad alia non dicta properamus.

Holkoth. Cur gratiſſimus eſt Dominus cui omnes deſeruire deberent.

Num. 2. *Etenim ſi peccauerimus, tui ſumus, ſcientes magnitudinem tuam: & ſi non peccauerimus, ſcimus quoniam apud te ſumus computati.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis. BOnum eſſe Dominum dixerat, pium, miſericordem, nunc amplius hanc declarat bonitatem, & iuſtiſſimam illi ſubdendi rationem, nempè quia ſiue peccatores, ſiue iuſti ſemper ſub eius ſtabimus dominio, vnde ait.

Digitized by Google

Etenim ſi peccauerimus tui ſumus, ſcientes magnitudinem tuam, &c. Vatab. *Si peccauerimus in te, potentiam tuam nouimus.* Auguſt. lib. de fide, & operibus, ſimiliter legit *potentiam tuam.* Senſus planus, ſi peccauerimus, non ſicut idololatræ putamus effugere poſſe potentiam tuam, ſicut illi ſuorum deorum; quia & ſi peccatores, putamus tamen, & credimus tuo dominio eſſe ſubiectos; ſenſus, vt dixi, planus, & qui ſimul omnium recentiorum.

Vatab. Auguſt.

Cantacuz.

Cantacuz. vult, vt ſenſus ſit de peccatis ex iniuria factis, non ex malitia, aut ex contemptu vt idololatræ in Deos ſuos, non placet, cum verè nil aliud hîc intendat Salomon, quàm probare fideles, & ſi aliquando peccatores, non tamen fidem amittere, & inſuper non peccare, ideo quia Deum impotentem æſtiment, vt idololatræ, vnde Dauid, Pſal. 138. n. 8. *Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum adeſ.*

Pſal. 138. num. 8.

Auguſt. vbi ſup. ſi peccauerimus tui ſumus, quia per pœnitentiam, & vis potes nos ſanare, bonus ſenſus, ſed, vt dixi, germanior eſt primus.

Auguſt.

Et ſi non peccauerimus, ſcimus quoniam apud te ſumus deputati, &c. Vatab. *non peccabimus autem, vt qui nos tibi curæ eſſe ſciamus.* Pulcher ſenſus, tota ratio non peccandi, hæc vnica deberet eſſe, quia Dei ſumus, quia ipſe de nobis curat, quia ipſe noſter princeps, quia tandem æternam ſperamus ſaluationem; *quis enim dignè cogitans,* ait Auguſt. vbi ſup. (qui etiam per præteritum legit, ſcilicet, *non peccauimus autem*) *habitationem apud Deum, in qua omnes prædeſtinatione ſunt deputati, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt, non enitetur ita viuere, vt tali habitationi congruat?* Nil melius? ſed de hac re infrà.

1 Cur homo peccare nõ deberet.

Alij qui Ly *deputati*, non de prædeſtinatione, ſed de populi electione præ cæteris nationibus hoc intelligant, vt Caſtro, alium etiam, & non inferiorem faciunt ſenſum, ſcilicet non *peccauerimus.* Perſuaſi quod ſumus de numero populi Dei, & in cathalogo fidelium aſcripti; veriſſima ratio, cum hoc maximè nos in omni continere deberet peccandi pudore, Chriſtianos ſcilicet nos eſſe, & dei populum, vt mox dicemus.

Caſtro.

HOMILIA LXIV.

Non peccandum quia Chriſtiani.

ET ſi non peccauerimus, ſcimus quoniam apud te ſumus deputati. Noſter ait Sapiens, ſecundum aliquos hîc intelligendus, ſcilicet quod ſi non peccamus illud eſt in cauſa, quia recordamur quod tui ſumus, quod militiæ tuæ aſcripti, quod populus tuus, quod peculium tuum, pulchra equidem, immò efficaciſſima ad non peccandum ratio, nempè quia Chriſtiani, Dei ſerui, Chriſti famuli, ab ipſo edocti, & qui legem ab ipſo, non ab alio, obtinuimus: *Cuſtodi igitur te ipſum, & animam tuam ſolicitè.* Sanctus ille legiſlator populo indixit, Deuter. 4. n. 9. hoc eſt, vt acutè adnotat Abulenſ. quæſt. 4. in hunc locum: *Et ſecundum totum compoſitum, & ſecundum animam.* Diſtinguit enim inter cuſtodire ſeipſum, & animæ cuſtodiam, affirmans cuſtodire ſeipſum eſſe cuſtodire ſubiectum, & ſuppoſitum, quaſi inſtrumentum actionis, cuſtodire verò animam, eſt cuſtodire partem formalem compoſiti, vt principium actionis, vnde ſenſus, cuſtodite vos non ſolum ab actione mala, & ab

Deuter. 4. n. 9. Abulenſ.

2 Vt homo

actu peccati, quod eſt actio ſuppoſiti, ſed etiam à iudicio, & electione faciendi, quod eſt iudicium animæ: ita *vt non ſolum non immolétis idolis, ſed etiam nec talia agere, iudicare debetis facienda, aut eligere vt faciatis.* Quod eſt non ſolum non actu peccare, ſed nec iudicare peccandum, aut eligere peccatum; quod iterum infrà, n. 15. repetit ſanctus legiſlator, *cuſtodite igitur ſolicitè animas veſtras*, quæ verba emphaticè reddunt Hebr. cum Vatab. nempè, *cauete ergo accuratè, quã chara eſt vobis anima veſtra.* At quæ ratio tantæ cuſtodiæ, tantæ à peccato immunitatis? audi n. 7. *Quia non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris, quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat ceremonias, iuſtáque iudicia, & vniuerſam legem, quam ego proponam hodie antè oculos veſtros?* Sũma ratio, vnica, efficaciſſima; non ſolum actu nõ peccare debemus, ſed neque in mentem nobis peccatum venire, quia Chriſtiani ſumus, quia Deus nobiſcum, quia legem ab ipſo accepimus, quia pro nobis homo factus, quia princeps ipſe noſter. Chriſtianus enim ſic cum Deo animatus, ſeu vt verius dicam, ſic in dilectione feruens exiſtere deberet, vt ſe percuſſum non ſolum exiſtimaret, ac veluti à diabolo colaphizatum quando actu peccat, ſed quando in mentem ſubrepit peccatum, etiam ſi reſiſtat, nullúmque præbeat aſſenſum. Quod mea ſententia ſenſus eſt verborum Pauli, quando 2. ad Corinth. c. 12. n. 6. ait: *datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus ſathanæ, qui me colaphizet.* Vbi de ſtimulo carnis, & concupiſcentiæ ſine dubio loquitur, per diaboli malitiam in ipſo excitato, monens ipſum hominem, non Angelum, ac proindè peccabilem, vt ait Hieron. ep. 25. ad Paulam de obitu Bleſillæ; *hic monitor*, dicens: *Paulo datus eſt ad premendam ſuperbiam, vti in curru triumphali, triumphanti datur monitor ſuggerens, hominem te eſſe memento.* Cuius etiam opinionis ſunt Aug. conc. 21. in Pſ. 58 Theophylact. Anſelm. Beda, ſanctus Tho. & alij; at quomodo eum colaphizabat? nunquid tentationi ſuccumbebat Paulus? nunquid ſaltè venialiter decidebat? nil minus, Dei eum protegente gratia, vt rectè Remig. in hunc locum. Vnde ergo eum colaphizabat? ſanè, quia peccatum ſubrepebat in mentem, etiam ſi ipſo inuito, & contradicẽte. Hinc talem ſubreptionem, talem punctionem, & ſi à diabolo, ſic infandam æſtimabat Paulus, vt quaſi rubore totus ſuffectus ad modum qui colaphum recipit, non ictum, non percuſſionem nominauit, ſed colaphũ, reputãs ſe confuſum, pudore affectum, verecundatum, contra Chriſtum, contra Deum, contra ſuum principem à quo tanta, & talia acceperat, ſaltem peccatum concepiſſe, & in mentem peccatum ſubripuiſſe; ſic equidem, ſic quilibet animatus deberet eſſe Chriſtianus, vt non ſolum peccatum erubeſceret, ſed de peccato cogitare, & ſi inuitus, quia Deus eius princeps, quia Deus legem illi dedit, quia Deus eum gubernat, quia vti Moyſes ait, *iudicia illi dedit, & ſacrificia.*

Chriſtianus ſcit cuſtodire debet, & peccatum præcauere.

Vatab.

2 Dei ſeruus quantum præſentire debet quãdo cogitatio tantum peccati ei ſubripit. 2. *ad Cor.* 12. n. 6.

3 Pauli ſtimulus quis.

Hieron.

Auguſt. Theopyl. Anſelm. Beda. S. Thom. Remig.

4 Vt dicebat ſe colaphizari, & in quo ſenſu.

Hinc illemet infrà, n. 32. exclamat dicens: *Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt antè te ex die quo creauit Deus hominem ſuper terram, à ſummo cœlo vſque ad ſummum eius, ſi factà eſt aliquando huiuſmodi res, aut vnquam cognitum eſt, vt audiret populus vocem Dei*

5 Deus amãdus ob præcepta.

loquentiæ de medio ignis, ſicut tu audiſti. Et iuſtè quidē hęc magnus exaggerat legiſlator, ſcilicet gratiſſimum Deo extare illum debere populum, quatenus legem ad vitam, ac præcepta ab illo acceperit æterna: nam vt rectè Auguſt. lib. 2. de ciuitat Dei cap. 4. Gentium dij, & ſi ſacra ab eis expoſcerent, tamen ad bene viuendum nullas vnquam eis leges dederunt: *Dij autem illi*, ait Romanis exprobrans, *à quibus culto ſe prohiberi homines ingratiſſimi conqueruntur, cultores ſuos ad bene viuendum, quare nullis legibus adiuuerunt, vtique dignum erat, vt quomodo iſti illorum ſacra, ita iſti illorum curarent facta.* Solus ergo Deus noſter, quia ſolus hominē amat, ſolus diligit, & ſi ſacrificia ad ſe adorandum ordinabat, etiam præcepta ad ſalutem, vitámque offerentium inſtituebat, ſuum ordinans cultum, eorúmque ſimul ſalutem. Vnde egregiè Chryſoſt. lib. contra Gentes affirmat, & ſi Chriſtus ob miracula ſuſcipiendus, non minus equidem ob præcepta: *Et Chriſtus ipſe, cum admirabilis ſit ob ea quæ edidit miracula, ob ea quæ dedit præcepta, nihilominus, quàm ob miracula iure ab omnibus adorari, & Deus credi debet.* Quod beneficium inde medullitus inſpicies tū Chriſtiane, ſi ad quale barathrum, ad qualem immunditiarum pelagum, ad quales ignominias, peccatorúmque ſordes deuenerunt Gentiles ob talium defectum præceptorum conſideres, de qua re vide Paulum ad Rom. 1.

Auguſt. 6 Dij falſi & ſi ſacrificia poſtulabāt ab hominibus præcepta tamen ad bene viuendum non dabāt, & cur.

Chryſoſt. 7 Chriſtus adorandus, & vt Deus habendus non ſolum ob miracula, ſed ob præcepta.

Ad Ro. 1.

Hinc equidem quantum iudicij pondus nobis Chriſtianis peccantibus imminet, inde colligitur: nam cum talia pātrantes ex eo inexcuſabiles appellat Paulus ibi, num. 21. quatenus & ſi à Deo legem, & præcepta non accepiſſent, tamen eum per creaturas cognouerunt, dum vt ipſe ait: *inuiſibilia eius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, itavt ſint inexcuſabiles.* Nam vt rectè ait Proſper. lib. 2. de vocatione Gentium, cap. 1. qui falsò Ambroſio aſcribitur: *Cœlum, mare, terra, & omnia quæ in eis ſunt, conſono ſpeciei ſuæ, ordinationiſque concentu proteſtabantur gloriam Dei, & prædicatione perpetua maieſtatem ſui loquebantur authoris.* Si ergo iſti in peccatis inexcuſabiles, quia Deum licet per modicam lucem, per tam debile cognouerunt lumen, quales ſunt creaturæ omnes, ob quod & duritiem meruerunt, obſcuritatémque cordis, & in barathra incidere peccatorum, ac tandem in perpetuum condemnari, quid nos, qui legem, qui præcepta, qui claram, non ſolum Dei, vt vnus, ſed vt trinus cognitionem accepimus, & hoc non per homines, non per Angelos, ſed per ipſummet Dei filium, per ipſammet Dei ſummam ſapientiam? *Si ergo iſtos*, grauiter ait Auguſt. epiſt. 105. ad Sixtum Presbyterum: *Inexcuſabiles dicit Apoſtolus qui inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpicere potuerunt, nec obedierunt tamen veritati, ſed impij permanſerunt, inexcuſabiles ſunt, quanto magis inexcuſabiles, qui ex lege eius inſtructi?* Cordate, illi inexcuſabiles, & ſi à Deo per legem non inſtructi, ergo erimus nos excuſabiles, qui tenemus legem, qui habemus præcepta, illi dati in reprobum ſenſum, vt ait Apoſt. quia *euanuerunt in cogitationibus ſuis.* Hoc eſt operibus Deum non coluerunt, ſed poſt vana, & irrita abierunt, & nos ſimiliter in reprobum non prolabemur ſenſum, Deum non obſeruantes, legem eius non cuſtodientes, & tandem quod intime timendum, illi, quia naturale lumen de Deo deſpexerunt, & non vt par eum honorarunt, in horrenda Deus ſinit incidere peccata, qualia ibi numerat Apoſtolus, & nos Chriſtiani qui non lumen naturale, ſed ſupernaturale deſpicimus, in ſimilia, immo & peiora non incidemus?

Auguſt. 8 Chriſtiani ſuprà Gentiles peccātes quantū inexcuſabiles ſint.

Proſper.

Hinc Chriſtianorum peccata omnia grauiſſima, & quæ ſemper notabilem illis apponunt infamiam, quatenus non ex inſcientia, non ex legis ignorantia, ſed ex deliberato affectu, ſed quaſi ex trutina hinc Dei legem, hinc peccatum habentes, peccant repenſantes, & eligentes, quæ ſunt peccata grauia ad barathrum conducentia, à cœlorum regno amandantia: *Chanaam in manu eius ſtatera doloſa.* Ait Oſeas cap. 12. num. 8. *calumniam dilexit.* Quid per ſtateram? Theodoret. prauam intelligit intentionem, Rupertus hypochriſim, ſed ad rem noſtram proprius Ruffinus, ipſam malitiam, ac deliberatum propoſitum peccandi, vnde ait: *Cum ſuſpenſis ab vtraque parte ponderibus nefanda committit, dicitur peccaſſe ſub trutina.* Hinc Chananæi à promiſſionis terra electi, & Deo abominabiles, ſicut eorum genitor Cham, qui patris nuditatem Geneſ. 9. num. 22. conſulto & ex malitia annuntiauit, ac deriſit; his ergo adſimiles ſunt Chriſtiani, quatenus ex malitia peccant, quatenus ſcienter, & licet lingua Chriſtum prædicent, vita dehonorant, vti ſapienter Auguſt. lib. 16. de Ciuit. Dei, cap. 2. ſic eloquens: *Omnes qui Chriſtiano vocabulo gloriantur, & perdite viuunt, non abſurde poſſunt videri filio Noe Cham figurari, paſſionem quippè Chriſti, quæ illius hominis nuditate figurabatur, & annuntiant profitendo, & malè agendo exhonorant.* Ex quo perpetuo ob hoc coram Deo, ac ſimul Gentibus infamantur.

9 Chriſtianorum peccata omnia grauiſſima.

Oſeæ 12. n. 8.

Theodor.

Rupertus.

Ruffin.

Gen. 9. n. 22.

Auguſt. 10 Dum malè viuunt ad ſimiles ſūt Cham maledicto filio Noe, infamiæ ſubiecti.

Nec equidem hoc penſites, ad hanc ſcilicet incurrendam infaniam multa, & magna neceſſaria peccata; nam ſufficit vt ſemel tantum peccet Chriſtianus, & qui Dei obtinet legem, vt ſemper nota inuratur peccati, ac proindè infamiæ; quod adnoto in illo loquendi ſcripturæ modo de Dauid, 3. Reg. 15. n. 5. vbi illum laudans, immo ſic Deo gratum affirmans extitiſſe, quod ad eum reſpiciens, lucernam in Hieruſalem, & ſi nepotibus eius demerentibus non extinxit, tamē peccatorem eum fuiſſe, & peccati nota eum inurit: *Fecit rectum in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus quæ præcepit ei Dominus cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto ſermone Vriæ Bethei.* Ad quid peccati infamia nunc ſic eum inurere? & ſecundo alia peccata ſimul egit adulterando, 2. Reg. 11. n. 4. populum indebitè numerando, 2. Reg. 24. n. 2. iniquam ſentētiam aduerſum Miphiboſeth ferendo, 2. Reg. 16. n. 4 & alia etiā minora, vt adnotat Abul. hic quæſt. 4. qui nodū ſoluit, affirmando cætera comparatione mortis Vriæ, ſic eſſe minora, vt propterea nulla de eis fieret in ſcriptura mentio. & ſi obijcitur adulterium etiam magnum eſſe peccatum. reſpondet in ſermone Vriæ etiam adulterium includi, ſana hæc, ſed amplius quid deſidero, cur ſcilicet ſic maximum illud peccatum, vt laudes commemoraus Dauid, eum præ-

11 Chriſtianus ſufficit vt ſemel peccet ad hoc vt infamis dicatur. *3. Reg. 15. n. 5.*

Abu. 12 Dauid ex dicatur tātum peccaſſe in ſermone Vriæ cum alia etiam admiſerit peccata.

termittere noluit, ac proindè nævum decori eius immittere? sanè ad rem nostram Theodoret. quia *cætera non ex mali animi instituto, sed fortuito, & quodam casu gulnus acceperat, negligentia peccata erant, non malignitatis vt homicidium.* Egregiè, in homicidio peccauit consulto, ex malitia, ex electione, sciens legem, ac veluti vt dicebamus ex trutina; hinc eius nota, ac, vt sic dicam, perpetua infamia, quod similiter & de Christianis tu dic, non quomodolibet dum peccant, sunt peccatores, sed peccatores infamia, & perpetua inusti nota, etiamsi semel peccent, quia tale eorum peccatum semper est ex scientia, ex trutina, ex electione, quia Dei habent legem, nec eam ignorare possunt; vnde & si posteà sancti, Deóque grati, semper tamen peccatores dicétur, & si tantum semel peccarút.

Theodor.

13 Christiani peccantes peiores bestiis. *S. Thom. Gen. 3. n. 14.*

Hinc peccatum ob hoc abhorrere debent, & simul ne peiores sint, quàm bestiæ, quàm pecudes, quod præcipuè de Christianis peccantibus dicitur, pulchrè sanctus Thom. 2.2. quæst 165. art. 2. ad quartum explicans illud, Genes. 3 nu. 14. quod Deus ad serpentem, & per ipsum ad diabolum, scilicet, *Maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ.* Quomodo scilicet hoc possibile, cum pecora non sint diabolo præposita? respondet, pecora illi præponuntur,

14 Diabolus bestiis infestior.

non in potestate, sed in conuersatione naturæ suæ, quia pecora non amiserunt beatitudinem aliquam cælestem, quam nunquam habuerunt, sed in sua natura, quam acceperunt pergunt vitam. Pulchra ratio, præponuntur diabolo bestiæ, ac pecora, quatenus ipse principium in se habuit non amittendi beatitudinem cælestem, & simul Dei visionem acquirendi, ex qua semper perfectè beatus existeret, vnde quia culpa sua illud perdidit, factum est, vt inferior quoad hoc sit quàm pecora, quatenus ista nec amiserunt vllam beatitudinem, quia eam non possidebant, nec spem vlteriorem aliam acquirendi, quatenus nec ipsius principium in se habebant; non sic verò diabolus, quod similiter & de Christianis tu dic, quod scilicet in hoc quando peccant peiores sunt quàm bestiæ, quàm pecora, hoc est quàm Gentiles, quàm qui nunquam fonte baptismatis abluti, quàm qui nunquam sacramentis initiati; nam isti principium culpa sua vitam acquirendi æternam nunquam habuerunt, deficiente in eis fide à qua salutis inchoatio, ac Dei notitia; at Christiani qui fidem tenent, qui sacro abluti fonte, qui sacramentis farcinati, nonne dum vitam amittunt æternam peiores sunt, quàm bestiæ? peiores quàm Gentiles; vnde sensatè Hieronym. lib. 1. in Oseam explicans illa verba, cap. 5. num. 5. *Israël, & Ephraim ruent in iniquitate sua, ruet etiam Iudas cum eis.* Vbi postquam per Israëlem hæreticos interpretatus est, qui omnes ruunt, & per Iudam Christianos, sic ait: *Iudas quoque qui videtur esse in domo Dei, & in Ecclesia, non mente, sed corpore moratur, frustra nomen Ecclesiastici repromittit, quia & ipse cum hæreticis puniendus est.* Et non quomodolibet, sed acrius, vt ipsemet sanctus ait in c. 11. eiusdem prophetæ n. 8. super illa verba: *Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israël, quomodo dabo te sicut Adama ponam te, vt Seboim.* Vbi adnotat Adama, & Seboim duas esse Sodomorum ciuitates à Deo destructas, quo posito ponderat infrà, quod quando contra Iudam Deus minatur, non comparat illum istis ciuitatibus, sed Sodomæ, & Gomorrhæ, caput illarum iuxta illud Isaiæ: *Audite legem Dei principes Sodomorum, audite verbum Domini populus Gomorrha.* Cuius differentiæ rationem assignans, sic ait: *Datur ergo nobis suspicio, quod Sodoma, & Gomorrha principes fuerunt in peccato, & Adama, & Seboim earum exempla sunt scitate, & quod potentes potenter tormenta patientur; vnde & Christiani si ijsdem quibus hæretici sceleribus continentur, nequaquam Adama, & Seboim, quæ inferiores sunt, sed Sodoma, & Gomorrha, quæ maiorum criminum esse dicuntur, cruciatibus subijcinntur.*

Hieron. Oseæ 5. n. 5.

Ibid. c. 11. n. 8.

15 Mali Christiani duplius quam hæretici puniuntur.

Hinc mali Christiani non sicut cæteræ Gentes, quæ Deum ignorant iram Dei merentur, sed sic propriè, & directè eius iræ sunt obiectum, vt quasi eius reconditorium, ac vasa debent æstimari: *aperuit Dominus*, clamat Hierem. c. 50. nu. 26. *thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ.* Quid per thesaurum? Origen. homil. 5. hunc exponens locum Dei Ecclesiam intelligit, sicut per vasa iræ malos Christianos in ea: *Thesaurum Domini ego confidens*, ait, *dicam esse Ecclesiam Dei, & in ipso thesauro sæpè homines latitare qui sunt vasa iræ*, & infrà: *extra thesaurum vasa peccantia non sunt vasa iræ, sed vasis iræ minora sunt, fermè enim sunt ignorantes voluntatem Domini sui.* Egregiè, Gentilis, Turca, seu quiuis alius, qui Dei legem ignorat, qui præcepta non obtinuit, qui Deum ipsum nescit, vasa quidem sunt peccantia, nullius vtilitatis; at Christiani peccantes, qui Deum norunt, qui eius legem, dum eam non obseruant, non solum sunt vasa peccantia, sed iræ, sed maledictionis, sed occisionis.

16 Sunt Dei vera ira amplius, quam Gentiles. *Hierem. 50. n. 26. Orig.*

Hinc, & quanto citius, & durissimè eos castigat, & quo impensius eos amat, eo dure punit, &, vt dixi, quantocitius; mirum si peccatum Sodomorum attendes, erat enim grauissimum, vtpotè contra naturam, erat generalissimum, omnes à minimo vsque ad maximum peccabant, erat tandem diuturnissimum, & tamen vt illud Deus puniret, sic spatiosè se habuit, vt prius descenderit, ambulauerit, comederit, ac veluti ex otio cum Abrahamo sermones commiscuerit, Genes. 18. n. 21. *descendam, videbo.* At verò vix populus in deserto peccauit, vix à via recesserunt, nondum quasi formatus vitulus, & Dominus ad Moysem, Exod. 32. n. 7 *Vade, descende, peccauit populus tuus, dimitte me vt iracatur furor meus, & deleam eos.* Tanta mora, sic spatiosus processus ad puniendum Sodomitas in grauissimo veteratos peccato, & tanta celeritas in punitione populi vix peccantis, vide an hoc sit, quia Sodomitæ sine lege, Israëlitæ cum lege, illi absque Spiritus sancti igne, isti cum eo. Hinc meritò quasi zelo non æstuans placide descendit ad nó suos, ac quam citissime ad suos rebelles, quia vt egregiè dix. ait Paschasius lib. 2. in Math. super illa verba, Ioan. 3. Matth. 3. n. 12. *Baptizabit vos Spiritu sancto, & igne, quasi nos in præsenti Spiritu sancto abluat, & deinceps si qua peccati macula subrepserit per ignem conflationis ad purum exurit.* Adnoto Ly *in præsenti*, quod significat abluit, sed statim peccantibus pœnam infligit, non reseruans in futuro, & quanta illa, factum considera Moysis, & obstupesce, amore sic pro populo æstuabat, vt Deo dixerit, *aut dele me de libro tuo, aut dimitte eis hanc noxam.* Et

17 Citius à Deo puniuntur & durissime.

Genes. 18. n. 21.

Exod. 32. n. 7.

18 Israëlitas cur Deus sic cito, & dure castigauit. *Matth. 3. n. 12.*

Digitized by Google

tamen vno intuitu tria & viginti millia ex eis occidit, quid amplius faceret si inimicus; ne mireris, vicé gerebat Dei, qui quo plus amat, eo acrius castigat, citiúsque; *Aduertendum*, ait Augustinus vt in Glossa, *quantum malum in peccato prospexit Moyses, quod tanta cede credidit expiandum, qui eos sic diligebat, vt pro eis illa verba funderet.*

Augustinus.

19. Christiani cur citius, quàm cæteræ castigantur gentes. *Ioan.15. n.1.*

Cuius equidem punitionis celeritatem, si radicitus examinabis, inuenies certè ipsam esse Christianitatem, vt sic dicam, attende; *Ego sum vitis vera*, ait Dominus in Ioan. c.15. n.1. *& pater meus agricola est*, quid inde? *omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum.* Ergo statim ac non fert fructum, & siccus remanet tollet eum; non sic equidem dicet de reliquis, qui palmites non sunt, qui in vite nó sunt, qui non Christiani, cur ergo cum Christianis hoc? audi egregiam Origenis rationé hom.5. in c.15. Ezechielis super illa verba, *Fili hominis quid fiet de ligno vitis, quia si dimittatur impedit vitem, ne proficco palmite virides, & fructum feraces afferat palmites?* Egregiè, hoc habet siccum in arbore non solum ipsum fructũ non affert, sed impedit ne producantur, siccitate sua ad se humorem arboris attrahens; ergo ne totum simul exiccet arborem, vt palmites possit producere feraces, illico, statim præscindatur siccus ramus, comburatur, proiiciatur foras; en timor Christianorum, en cur peccare non debent, ne statim scilicet excindantur, & in ignem mittantur, quia peccato suo non solum sibi officiunt, sed cæteris, non solum sibi non fructificant, sed ad fructificandum reliquos impediunt, hinc illico, & durius castigantur.

Origen. Ezech.15.

20. Peccare nõ debent, quia Christus crucifixus.

At si iudicium non times, si pœnam non exhorrescis Christiane, & ob eam peccatum relinquere non vis, saltem illud relinque ob beneficia accepta, ob Christum, quem à patre pro te immolatum ex lege quam profiteris firmiter credis, & inspicis; quam rationem si respicis, durior es, quam gentilis, peior quàm idololatra, attende me, Rege Israël cum Rege Moab bellãte, 4. Reg. 3. n.27. cum Rex Moab nequaquam se euadere posse speraret vltimas suas expertus vires, *Arripuit filium suum primogenitum, qui regnaturus erat, pro eo obtulit holocaustum super murum.* Quid hinc? *facta est indignatio magna in Israël, statimque recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam*; sic horrẽdum illis apparuit, vt vult Abulens. in hunc locum quæst. 23. illud spectaculum, in talémque Regem Moab deuenisse miseriam, vt & si idololatræ multi ex ipsis, immo pars magna, & propemodum tota exercitus gens, miseratione tamen commoti, ac pietatis affectu, obsidionem simul cum Rege dimiserũt. Ex quo facto illud adnotandum, iustissimè Regem Israël bellum Regi intulisse Moab, quatenus ei denegarat tributum, quod debebat, cui in auxilium venerant Rex Iuda, & Edon, & tamen cum hoc esset, & merito Rex affligebatur Moab, nullatenus tamen, & si iam plena potiri possent victoria, in talem miseriam, ac spectaculum intuentes, & si Regis Israël amici, contra eum indignati sunt, ac statim ab eo recesserunt; Deus magne! Deus bone! quid ad hæc Christiani *ante quorum oculos*, vt Paulus ad Galatas 3. n.1. *Christus præscriptus est, & crucifixus*, qui & si patrem aspiciũt æternum, filium vnicum, vnigenitum, amatum, dilectum, pro illis, non pro salute sua immolare, sic crudeles sunt, sic immisericordes, sic corde duri, vt peiores quàm Gentiles, peiores quam idololatræ, & peccare non desinunt, ipsum patrem, ipsum filium ostentui habentes, quale hoc erit iudicium ipsorum? quale peccati pondus? qualis tamen talis, ac tanti beneficij ingratitudo? quid vis vt dicam? hoc solum ad tartareas non exturbare sufficit pœnas, Christum scilicet videre crucifixum, & tamen peccare, Christum videre proscriptum, & tamen illi ingratissimos existere, hoc ergo sufficiet, quãdo cætera deessent peccata sic duros, sic rebelles, sic ingrati erga eum esse animi.

Ad Galat. 3. n.1.

Enimuero, si attendes perfidi illius Regis condemnationem, siue si eius potissimam rationem consideres, profecto solam ingratitudinem reperies, Daniel. 5. n.17. *Appensus es in statera, & inuentus es minus habens*; si minus, ergo in altera lãce erat profecto aliquid aliud maius, quale hoc? nisi beneficiorum pondus; audi Bernardum in lib. de diligẽdo Deo, *Meretur*, ait, *amari Deus & ab infideli, quia & si nesciat infidelis, Christum, scit tamen seipsum.* Pulchrè, ignorat Christum, hoc ignorat datum, nunquid seipsum, dum aspicit, quæ accepit? nam vt ipse suprà eleganter dixerat, nempe, *Quod si infidelis hoc latet*, nempe Christum, *Deo tamen in promptu est ingratos confundere super innumeris beneficiis suis, humano nimirum vsui præstitis, & sensu manifestis, nempe quis alius administrat cibum omni vescenti, cernenti lucem, spiranti flatum* Hinc inexcusabilis omnis infidelis, quia vt ipse ait, *Clamat intus ei innata, & non ignota rationi iustitia, quia ex toto illum diligere debet, cui se totum debere non ignorat.* Ergo non à Deo occisus, regno priuatus, in infernum detrusus, Balthasar Rex ob commissa, licet ingentia peccata, non ob superbiam, non ob elationem, sed quia vt ipsi Daniel n.23. *Deum non glorificauit*, gratias illi nõ rependit, gratus non extitit, quod si hoc in homine idololatra, quid in Christiano, ob quem Christus mortuus, qui hoc scit, qui eũ quotidie suspensum videt, credit, & animaduertit? si gentilis inexcusabilis, vt ait Bernard. non in toto corde diligens, nunquid excusabilis Christianus peccans, *Iudans sane*, ait Bernard. *sine Paganus nequaquam talibus aculeis incitatur amoris*, & tamen inexcusabilis est, & tamen de sola accusatur ingratitudine, & tantum de hac sola eius iudicium; quid ergo de Christiano peccante dicendum? *Si sancti*, vt inquit idem Bern. *admirantes, & amplexantes supereminentem scientia charitatem*, Christum nempe crucifixum, *in ipso id, vel tantillum, quod sunt in tanta dilectionis, & dignationis vicem nõ rependere confunduntur.* Qualis peccantium Christianorum erit confusio, sic peccantium, ac si fidem non haberent, ac si Christus coram eorum oculis non esset proscriptus, qualis hæc insensibilitas? qualis, vt sic dicam impudentia?

Daniel. 5. n.27.

Bern.

21. Balthasar Rex condẽnatus in Dei iudicio ob ingratitudinem.

22. Infidelis ex ingratitudine etiã condemnabitur & cur.

23. Christianorum scelus ob quod condemnabuntur ingratitudo.

Enimuero hæc considerans Christianus, quid dicam ab illicitis, prope à licitis se abstinere debet, vt Deo totus vacaret, considerans

24. Christianus non solum ab illicitis,

Vxor à licitis ſe abſtinere debet Chriſtum conſiderans.

Num.12. n.1.

Lira.

Burgenſ.

ſe Chriſtianum, ſe cum Deo conuerſari, *Locutáque eſt Maria, & Aaron contra Moyſen, propter vxorem eius Æthiopiſſam*, inquit Scriptura Numer.c.12. n.1. cur propter vxorem? Lira. & Burgenſ. quia ob colloquium Domini thorum ab illa ſeparauerat, quaſi indignũ reputans cum Deo colloqui, familiaritérque agere,& ſimul cum vxore diuerſari; vnde Cõplutenſ. *quoniam vxorem pulchram, quam duxerat repulit.* Ergo à licitis ſe abſtinuit Moyſes, tantum quia cum Deo loquebatur, plus eſt Deo ſaginari, plus eſt ſacramentis refici, plus eſt Chriſtum in manibus, in ore, in pectore Chriſtianum tenere; quid ergo agere deberet, à qualibus ſe abſtinere? nunquid inhorrendum ob hoc non incidet iudicium?

25. Peccare nõ debet ne dolore pereimat quantum ex ſe Chriſtum.

Adde adhæc & aliam rationem; nam ſi aliquid pietatis, aliquid & decentiæ in ipſo eſſet, à peccatis abſtinere deberet, ne Chriſtum dolore afficeret, ne æſtu, ne, vt ſic dicam, miſerabili pœna; attende quæ dico, qualem tu illam eſſe pœnam æſtimes ſanctorum, qua cruciantur, qua aduruntur, quam pluſquàm ſi omnia ſimul tormenta paterentur perſentiunt, immo & qua ſæpe Deus eos caſtigat, peccata equidem ſunt populi, quæ tollere, & auferre ipſi non poſſunt, & ſimul cum eis viuere, Dei proſpicientes velint, nolint offenſas, hoc eis prolongatum martyrium, hæc ſumma pœna, hoc eis maximũ tormentum. Pulchrè Auguſt. hoc ſuper illa Pſalmi verba Pſal 98. n. 8. vbi loquens Propheta de Moyſe, Aaronéque ait: *Deus tu propitius fuiſti eis, & vltiſcens in omnes adinuentiones eorum*, ſeu vt ipſe legit, *vindicans in omnes affectiones eorum*, vbi exquirit qualis Dei fuit vindicta? nam mors illis, non æſtimat fuiſſe vindictam; *Seni*, ait, *morere, quid eſt, iam peregerat ætates ſuas, nunquid nunquam erat moriturus?* neque pœnam æſtimat, quod non eis permiſſum in terram ingredi promiſſionis, quia quid magnum hoc erat, dum multi perfidi intrauerunt in terram illam? ergo qualis pœna? *Vindictas quotidie*, ait, *patiebantur populos contradicentes, quotidie patiebantur iniquè viuentes, & inter illos viuere cogebantur, quorum vitam quotidie reprehendebant.* Egregiè, da animam in Dei amore feruentem, da amantem, & ſciet quid Auguſt. ait, hæc pœna non eſt quælibet, ſed illa quæ carnes conſumit, iuxta illud Pſal.68.n.10. *Zelus domus tua comedit me*, vnde idem Auguſt. in Ioan. *Zelo domus Dei comeditur*, ait, *qui omnia peruerſa quæ videt cupit emendare, & ſi emẽdare non poteſt tolerat, & gemit.* Hæc pœna eſt illa quæ non ſolum affligit, ſed tabeſcere facit ſanctos, ſic Dauid ea tabeſcebat, dum Pſal.118. *Tabeſcere me fecit Zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici tui*; hæc eſt illa pœna, quæ in lachrymas, fletus, ſingultúſque diſſoluit ſanctos, iuxta illud eiuſdem Pſalmi, *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam*, id eſt vt multi volunt, *propter illos qui non cuſtodierunt legem tuam*, qui profecto zelus, ſeu quæ pœna, ſic propria eſt ſanctorũ, vt ibi dicat Auguſt. ex illa profectum in virtute ſumendum eorum, *Nondum proficit cui parua eſt, tantum te enim torquet iniuſtitia aliena, quantũ receſſeris à tua.* Quod eleganti probat exemplo ſcripturæ, dicens tunc cognita zizania, quando triticum adoleuit, non verò antea; ſic profecto tunc in torméto ſunt peccatores bonis, quando iſti in ſanctitate creſcunt; Hinc Matth.13.n.27. ſtatim ſerui euulſionem eius expoſtularunt *vis imus, & colligamus eam*; at non eis permiſſum ait Auguſt. quia *ex ſententia Domini neceſſe erat parere zizaniis, & conditione ſerui viuere inter zizania, ſeparare iam non potes, tolerare tibi neceſſe eſt, vide quantas plagas in corde patiaris, qui corpore, & corde integro inter malos verſaris.* Peccata ergo tolerare, ea proſpicere, inter peccatores viuere, mederi, ac tollere non poſſe, hoc malum ſanctis, hæc pœna eis intolerabilis, hoc tormentum, hîc, vt ſic dicam, ignis eis nõ quomodolibet, ſed inferni, quod ſi ſic, vide an tu non ſis in cauſa Chriſtiane, vt tali inuratur Chriſtus igne, dum inter nos ipſe viuens in auguſtiſſimo altaris ſacramento cogis illũ peccata tua videre, proſpicere, ac velit nolit quæ ſua eſt miſericordia tolerare? nunquid credis quod zelo non æſtuat? nunquid quod igne non vritur? ſaltem equidem per te non ſtat quin hæc patiatur, Recole ergo quæ illi debes, recole quæ ipſe meretur, recole quod ab ipſo legem, & præcepta accepiſti, recole quia eius & ſeruus, quia eius militiæ nomen dediſti, & quando cætera deficerent, hoc ſit tuum licium vt non pecces, vti noſter ait Sapiens, dum ait, *& ſi non peccauerimus*, &c.

Matt.13. n.27.

26. Sanctorum prolongatum martyrium Dei proſpicere offenſas.

Auguſt. Pſal.98. n.8.

Pſal.68. n.10.

27. Zelus Sanctos conſumens videre peccata & ea mederinõ poſſe.

Ibid.118.

28. Ex pœnæ peccatorũ aliorum quantitate ſumitur perfectionis ſanctorum gradus.

Num.3. *Noſſe enim te conſummata iuſtitia eſt, & ſcire iuſtitiam, & virtutem tuam, radix eſt immortalitatis.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

DIxerat fidem & ſi peccantes, tamen eam ipſos non amittere, cum non ex infidelitate, ſed ex fragilitate peccabant, nunc proſequens, quam magnum ſit fides, & Dei vera cognitio donum explicat, vnde ait:

Noſſe enim te conſummata iuſtitia eſt, &c. verus ſenſus, de notitia hîc ſermonem eſſe fidei, qua Deus hîc cognoſcitur, quam conſummatam affirmat eſſe iuſtitiam, quatenus ſimul cum charitate iunctim ad perfectam ducit conſummationem ſanctitatis, à fide enim inchoatio eſt ſaluris, cui ſi charitas adiungatur, & in opus prodierit immortalitatem parit.

1. Fides vt cõſũmata iuſtitia dicitur.

Alij vt Holxoth, non de cognitione fidei, ſed de clara Dei hoc intelligunt viſione, ſenſus non literalis, quemadmodum & illud Hugonis, quem infrà referemus.

Holkoth.

Alij vt Caſtro, de cognitione Dei voluntatis hoc intelligunt, quæ cum ſit omnis iuſtitiæ regula, ideo ea ſemel cognita omnis ſimul cõpos quis fiet iuſtitiæ, & prior ſenſus verus, & germanus de fide Dei, & eius attributorum, vt diximus, quam conſummatam appellat iuſtitiam, tum ratione ſupra facta, tum quia in radice omnes continet virtutes, quæ Dei notitia eſt ſola in qua homo gloriari debet, iuxta illud Hierem.c.9.n.23. *Non glorietur ſapiẽs in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in diuitiis ſuis, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur ſcire, & noſſe me.*

Caſtro.

2. Dei notitia tota hominis debet eſſe gloriatio.

Hierem. 9.n.25.

Et ſcire iuſtitiam, & virtutem tuam radix eſt

Digitized by Google

immortalitatis, &c. Græc. *& nosse tuam potentiam*, radix est immortalitatis, ingenerando diuinum nobis timorem, quo à peccatis abstinentes omnis corruptionis, & mortis semine, fit vt radix dicatur immortalitatis; *Nam timor Domini initium est sapientiæ*, at non solum timor, sed fides à qua ipse procedit radix etiam dicitur, à qua omnis virtutum procedit pulchritudo, licet ipsa in se non videatur. Quod pulchrè dixit Augustinus ab Holxoth, ducta similitudine ex arbore in qua radix non videtur, at omnis eius pulchritudo à radice, *Sicut in radice arboris*, ait, *nulla prorsus apparet species, & tamen quidquid est in arbore pulchritudinis, vel decoris, totum ex illa procedit, sic ex fidei humilitate, quidquid meriti, quidquid beatitudinis anima susceptura est, ex fidei fundamento procedit.*

3. Timor Dei vt radix est immortalitatis.

Augustinus.

4. Omnis pulchritudo iustitiæ à fide.

Hugo.

At Hugo mysticè hoc intelligens per iustitiam, & virtutem Dei Christum percipiens, qui Dei est virtus, & sapientia, *Factus nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio.* 1. ad Corinth.1. n.31. affirmat eius cognitionem radicem esse immortalitatis, hoc est beatitudinis, quatenus per ipsum ad cognitionem deueniatur patris æterni, in qua beatitudinis consummatio consistit, & perfectio; sensus optimus, mysticus tamen, cum verè tota Christianæ religionis consummatio sit æterni patris visio, & cognitio, ad quam omnis Christi œconomia ordinatur, & refertur, vt mox dicemus.

1. ad Cor. c.1. n.31.

5. Christi cognitio radix immortalitatis.

HOMILIA LXV.

Patris æterni cognitio vita, ipse orandus, illi templa sacranda, particulares preces ascribendæ.

Hugo.

Hæc est enim te consummata iustitia est, de Deo loquens noster ait Sapiens, quam sententiam de Christo intelligens Hugo vti in comment. diximus, radicem immortalitatis cognitionem Christi ideo affirmat, quatenus per eam ad Patris æterni cognitionem manu ducimur, in qua perfecta consistit iustitia, vnde egregiè differens sic fatur. *Radix beatitudinis est fides humanitatis Christi, arbor enim est Christiana religio, cuius est fides radix, fructus vero æterna quies, tres sunt in Trinitate personæ, duas iã cognouimus, iã Filius incarnatus est, quia in terris visus est, Spiritus sanctus super Christum in columbæ specie descendit, de Patre nondũ aliquid vidimus, quẽ videre cõsummata iustitia est, vnde Philippus, Ioan.14.n.8. Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis, quasi dicat, te vidimus, Spiritum sanctum vidimus, restat vt Patrem videamus, & erit nostra iustitia consummata, quæ incepit à Filio, progreditur per Spiritum sanctum, consummabitur in Patre, vnde Ioan.17.n.3. hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Verissimè, vnde licet vti dicimus, sensus sit moralis, non literalis, placet nunc ad Christi gloriam, eiusque sanctissimi genitoris honorem, hunc inferere discursum, quo tria illa Deo fauente pro viribus probabimus, nempe consummatam perfectionem cognitionem esse Patris, ipse præcipuè semper in nostris orationibus deprecandus, & quod caput, templa illi peculiariter dicãda, preces simul, diésque festiui.

Ioan.14. n.8.

Ibid.c.17. n.3.

§. I.

PAtris sanctissimi, ac æterni cognitionem, cultum, reuerentiam esse vitam, & non quamlibet, sed æternam, quo alio maiori hoc probare possumus argumento, quàm ex verbis illis Christi Domini nostri, Ioan. 17. n. 1. qui apertè Patris cognitionem vitam nominauit æternam, accipe verba: *Pater*, ait, *venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam, hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Clara sententia, verba satis aperta; at vt penitius intelligantur, breuiter exponenda, vt ampliorem dicendis lucem afferant.

Ioan.17. n.1.

1. Patris cognitio vita æterna.

Primo ergo supponendum tanquam certũ, Patrem hîc Christum primam appellare personam, ipsum suum ex natura patrem, ex quo, & se Deum simul appellat, quatenus eius filius, ab ipso in æternitate progenitus. Vnde rectè Toletus hîc affirmat, Christum orare vt hominem, loqui vt Deum, opere se esse hominem, verbo se esse Deum ostendens, secundum diuinam naturam filius Dei est, & patrẽ habet Deum, & sic eum appellat patrem; at secundum humanam naturam petit, & orat, & vt efficaciter impetret non *dominum*, sed *patrem* eum appellat, vt eleganter Cyril. lib.1. Thesl.c.6. *Cum*, vt ipse ait, *maius est Deo esse patrem, quàm esse Dominum; nam Dominus respectu creaturæ dicitur, at pater respectu filij, maius autem Deo est filium genuisse, quàm omnes creaturas fecisse respectu quarum Dominus est, & nuncupatur.* Pulchrè, in quo loco adnotæ verba illa, Deum scilicet Dominum respectu ad creaturas tantum dici, patrem vero respectu ad filium; nam ex illis non solum concluditur, quia filium genuit, nomen patris maius esse quam domini, sed etiam quod nomen patris, quod benigniratem sonat ad plus se extendit, quàm domini, seu omnipotentis, vnde plus est patrem Deum appellare quàm omnipotentem; & ratio est euidens, cum si Deum vt omnipotentem consideres, non plus se extendit, nec ampliorem ei tribuis honorem, quàm omnium creaturarum generationem, siue creationem, siue quæ in cælis, siue quæ in terris, vnde non ampliorem de illo accipies cognitionem, quàm Moyses, qui Genes.1.n.1. dixit, *In principio creauit Deus cælum, & terrã*, Dominum eum omnium factibilium tantum cognoscens, at si patrem eum dices, non Mosis cognitionem accipies, sed Christi, qui supra Mosem se eleuans, ampliori de Deo cognitione imbutus, Deum cognouit ex dato, ex nomine paternitatis, ex dilectione, vnde Ioan.3. quasi admiratus dixit, *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitũ daret*, quid maius quàm hominum, Angelorúmque creatio; vnde Chrysost. hom.26. in Ioan. *Non seruum*, ait, *non Angelum, non Archangelum*; quapropter licet effusio Dei per creationẽ, creaturas producens magna, tamen quia non filiũ

Toletus.

2. Deo maior est esse patrẽ quàm Dominum.

Cyril.

Ioan.3.

Chrysost.

3. Nominare Deum patrem maius est, quàm eum dicere omnipotẽtem.

Genes.1. n.1.

profudit, vt ſic dicam, & ſi magna non admirabilis, vt egregiè probat Cyril. Alex. lib. 2. in Ioan. c. 51. affirmans Chriſtum ſi creatura eſſet, vt peſſimi hæretici autumabant, *Admirabilis illa charitas patris, nulla eſſet, cum creaturam pro creaturis non verâ filium dediſſet.* Hinc diu. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu ſancto, c. 5. exinde probat Spiritum ſanctum creata omnia effeciſſe, quia opus attigit Incarnationis, vnde quid Dei omnipotentiæ hic ſpiritus non attingeret, qui tale infinitum attigit; *Accipiant documentum euidens*, ait Ambroſ. *nihil poſſe eſſe, quod negetur Spiritus ſanctus operatus, nec de Angelis, nec de Archangelis, nec de Thronis, nec de Dominationibus poſſe dubitari, quod eius operationi ſubſiſtant, quando quidem ipſum ſecundum carnem Dominus, ſpiritu in Virgine ſuperueniente generatus ſit.* Quod cum ſit, & magna in illa oratione dominus noſter petere ſe accingebat, non dominum, ſed patrem Deum nominauit, nomen non *maieſtatis*, ſed *dilectionis*, nomen amplius, quam omnipotentia extenſum, ad ipſam primam dirigit perſonam orationem, tanquam totius ſanctiſſimæ Trinitatis fontem, atque principium, cuius cognitionem vitam affirmat eſſe æternam, vt dicemus.

Cyril. Alex.

Ambroſ.

4. Spiritus ſãctus Deus, quia opus attigit Incarnationis.

Patrem ergo inuocat, à patre petit, at quid? claritatem, *Clarifica filium tuum*, quid per claritatem? Origen. hom 6. in Exod. ſuper illa verba, *gloriosè magnificatus, ſen glorificatus eſt*, hanc claritatem humanitatis intellexit, vt ſcilicet pater manifeſtaret eum, ſcilicet dona, quæ illi contulerat, & gloriam ſuam, tum per paſſionem, tum per reſurrectionem; conſentit Ambroſ. lib. 4. Exam. c. 4. nec differt Aug. tractat. 104. licet non paſſionem, ſed reſurrectionem, ac Aſcenſionem Chriſti per claritatem intelligat; at proprior ſenſus, & communis eſt, eiuſdem Ambroſ. lib. 4. de fide, c. 3. Baſilij lib. 4. contra Eunom. prope finem, Cyril. lib. 11. c. 14. Hilar. lib. 3. de Trinit. Cyprian. de duplic. Mart. & Euthimij, per claritatem hîc Chriſtum intelligere manifeſtationem, & declarationem nominis ſui apud homines, vt eum vti verum Deum accipiant, & æterni patris filium, in quo eorum conſiſtit ſalus, & vita. Quod pater effecit per ſigna, & portenta in eius paſſione, vt egregiè Hilarius, *Conſpuendus*, ait, *flagellandus, crucifigendus erat, ſed clarificat pater filium, cum ſol de curſu operis defecit, & interitum ſuum cum eo reliqua mundi elementa ſenſerunt, ad onus Domini in cruce pendentis terra intremuit, & cum qui moriturus erat intra ſe conteſtata eſt non capere, proclamat Centurio, verè filius Dei erat iſte, prædicationi conſentit effectus*; immo deotè Euthimius, clarificaſſe patrem filium affirmat, Deúmque illum manifeſtaſſe non ſolum portentis, ſignis, ac miraculis, ſed etiam ipſa paſſione, quatenus mundo filium ſuum non ex neceſſitate, neque ex debito illa ſubiiſſe notum effecit, ſed miſericordia, ac eorum amore, licet indigni, & peccatores, quo totum ad filium attraxit mundum; *Clarifica*, inquit Euthimius, *afflictionibus quas pro mundo perpetiar, nam mihi qui Dominus ſum, gloria eſt pati pro ſeruis, vt hinc hominibus innoteſcat, quo affectus ſim hominum amore, vt accurrant omnes gentes, & me Deum*

Origen.

5. Chriſtus quam claritatem à patre petiit.

Ambroſ. Auguſt.

Ambroſ. Baſil. Cyril. Hilar. Cyprian. Euthim.

Hilar.

Euthim.

esse cognoscant. Ergo claritatem quã Chriſtus petit manifeſtatio erat ſui nominis, vt ſcilicet pro Deo haberetur, ac toti innoteſceret mundo ipſum æterni patris eſſe filium.

At ad quid? attende, *vt filius tuus clarificet te*, en finis, en quomodo totus Chriſtus, quantus, quantus, totus eſt ad clarificationem patris, ad eius manifeſtationem, vt mundo eius diuinitas innoteſcat, vt eius benignitas, vt eius maieſtas, altitudo, immenſitas, potentia, perſona ab omnibus adoretur, ac colatur, vnde idem Euthimius, *Per ſuam gloriam*, patris nempe illud quærit, quaſi dicat ait; *nam credentibus in me gentibus, & tu glorificaberis, ſi quidem credent in te, & glorificabunt te, qui proprio filio tuo pro eis non pepercerit, meáque gloria erit & tua.* In quibus verbis, vt interim hoc dicam, quanta ſingulis incumbit hominibus, ac Chriſtianis præcipuè neceſſitas, vt ſic dicam, diuinum hunc patrem ſpecialiter honorandi, ac venerandi eluceſcit dum Chriſtus Dominus noſter cui voluntati obnixè obtẽperare debemus, totam ſuam paſſionem, immo ſacratiſſimam Incarnationis diſpenſationem ad vnam præferat patris claritatem, manifeſtationémque, vt ſcilicet agnoſcatur, & adoretur, non quomodolibet, non in confuſo, non generaliter, ſed præcipuè, peculiariter, feruenti, deuotóque affectu, vt infrà dicemus.

6. Totus Chriſtus eſt ad patrem clarificandum.

Idem.

Petit ergo Chriſtus ſuam claritatem, & hoc, vt patrẽ clarificet, & manifeſtet; at quantam petit claritatem, quàm magnam, quam amplam? attende, quia ſequens adiungit, *Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne quod dediſti ei det eis vitam æternam*, iuxta poteſtatem quam à patre acceperat claritatem petit, tam amplam, quantum ipſam poteſtatem; at quia hæc in omnem carnem, in totum mundum, ſic per totum hunc clarificari expetit; finis autem tum huius claritatis, tum poteſtatis ſubiungens ait, *vt omne quod dediſti ei*, *omne* pro *omnibus* Hebraïſmus eſt, vt ſcilicet omnibus, quibus ipſe præerat, quibus Dominus, quibus princeps, quibus Rex, quantum ex ſe, vt rectè Chryſoſt. hom. 79. vitam præberet æternam.

7. Chriſtus quantã claritatem expoſcebat à patre.

Chryſoſt.

At qualis hæc? audi nunc; *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Ergo tota Chriſti claritas, tota eius poteſtas quanta, quanta, ad hoc vnum ei collata, immo ab ipſo expetita, vt vitam æternam ſuis daret, quæ cum ſit patris cognitio, euidenter ſequitur, ad hoc ſolum veniſſe Chriſtum, vt cognitionem patris animis ingereret hominum, cum in hac ſola vita, & æterna vita; quis ergo pius, quis fidelis, quis Chriſti ſeruus, quis eius amans patrem hunc diuinum non diliget, non colet, non pro viribus obſequetur, dum in eius cognitione vita ſit, & æterna vita?

8. Totam illã ad patris vnicam dirigebat cognitionem.

Sed quomodo talis cognitio ſit æterna vita? Euthim. formaliter intelligit, quatenus fides Dei, ac patris cognitio cum operibus ad iuncta, ſit vita æterna inchoata. Alij, & melius verba illa in ſenſum intelligũt cauſalem, vt ſcilicet cognitio patris ſit vita æterna, quatenus illa ad vitam æternam peruenitur, & non aliter, cum ad hanc patris cognitionem

Euthim.

Digitized by Google

duo articuli reducantur fidei, veritas ſcilicet diuinitatis vt credatur Deus, & myſterium Incarnationis Chriſti, ſine qua fide nemo vitam conſequitur æternam. Vnde Cyril.lib.11. c.16. *Radicem*, ait, *atque originem æternæ vitæ fidem, & veræ pietatis virtutem eſſe affirmat.* Cognitio ergo cultus, obſequium, amor, feruor, & deuotio in æternum patrem, in Chriſti genitorem eſt vita æterna, quia in radice, in origine vitam includit æternam, hominis beatitudinem, bonorum omnium cumulum, vt ſemel videas quantum tua intereſt talis deuotio patris, talis genitoris.

Cyril. 9. Patris cognitio vt vita eſt æterna.

Et merito quidem, nam cum vitâ æternâ nemo aſſequatur ſine Dei donis, velim ſcias, quod nullum prorſus, nullúmque datum vnquam tibi aduenier niſi ab hoc patre, niſi ab hoc ſanctiſſimo genitore, audi Iacobum, c.1. n.17. qui quaſi hanc in ſanctiſſimum patrem deuotionis neceſſitatem, ſiue cognitionis ad vitam præueniens, ne erres, te admonet, quaſi ab alio quàm ab iſto ſperes ſanctiſſimo aliquod datum, aliquod donum, & ſi minimum, vnde tibi, reliquiſque inclamat, *Nolite errare fratres mei dilectiſſimi, omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Omne inquit, nihil excludens, tam ex naturalibus, quam ex ſupernaturalibus, vt hic affirmat ſanctus doctor, tam quæ ſunt in via, quàm quæ erunt in patria, vnde diſtinguens ſanctus inter donum, & datum, affirmat datum ſignificare quod hîc datur, donum quod in altera, *Dicitur*, ait, *datum eo quod datur in viâ, donum verò quod datur in patria.* Ergo ſiue in hac vita, ſiue in altera aliquid obtines, aliquid poſſides, ſiue ex donis naturalibus, ſiue ſpiritualibus, & gratiæ, ab hoc patre luminũ procedit, ab hoc illa habes, quod ſi aliter reputas falleris, iuxta Apoſt. & deciperis; quantum ergo tibi neceſſaria eius cognitio, quantum eius deuotio, & quam verum ipſam vitam eſſe æternam, dum ſine his datis optimis, ſine his perfectis donis profecto ad illam peruenire vnquam poteris.

Iacob.1. n.17. 10. Omne datũ ſiue in via, ſiue in patria à patre eſt.

S.Thom.

Immo ſi nihil niſi ab eo, & ſi omne ab ipſo, euidenter ſequitur neceſſario ad ipſum eſſe accurrendum in oratione, neceſſario ipſum implorandum, ab ipſo expoſtulandum; nam & ſi ipſe omnia illa conferat ſimul cum Filio, & Spiritu ſancto, tamen quatenus totius Trinitatis principium, & fons, primus prioritate originis à quo Filius, ſimul & Spiritus ſanctus, illi particulariter & principaliter data, donaque tribuuntur, & ipſe principaliter in oratione, ac expreſsè inuocandus, ac ad ipſum ſpecialiter recurrendum: nam vt rectè Tertul in Apolog. *Hoc ab alio orare non poſſum, quàm à quo ſciam me conſecuturum, quoniam ipſe eſt qui ſolus præſtat.* Hinc petentes à Chriſto diſcipuli orationis modum, ac ſcientiam, Luc.11.n.1. *Domine, doce nos orare, ſicut & docuit Ioannes diſcipulos ſuos*, ab inuocatione sũmi incipit parentis, dicens ſic orabitis: *Pater noſter*, primam perſonam intelligens, vti affirmat Cyprianus, Chryſoſt. & Rupert. vnde Cyprianus, *qui fecit viuere, docuit orare, vt dũ oratione quam filius docuit, apud patrem loquimur, facilius audiamur.* Quæ inuocatio tantæ eſt dignitatis, vt merito obſeruat Auguſt. de ſerm. Domini in monte, c.8. talẽ conſidẽtiam ex meritis nobis proueniſſe Chriſti, cum nullum in antiqua lege præceptum inueniatur patrem inuocandi Deum, ſed tantum Dominum, illis vt ſeruis Dominus, nobis verò vt filiis ex meritis Chriſti pater, *Multa quidem dicta ſunt, ait Auguſt. nunquam tamen inuenitur præceptum populo Iſraël, vt dicerent, pater noſter, ſed eſt eis inſinuatus vt Dominus tanquam ſeruis, non tanquam filiis.*

Cyril. 11. Ad ipſum ſpecialiter in creatione accurrendum.

Tertul.

Luc.11. n.1.

Cyprian. Chryſoſt. Rupert.

Auguſt. 12. Inuocatio patris Chriſtianis ex merito Chriſti cũ antiquorũ Deus nunquã pater, ſed Dominus.

Immo ſi aliorum ſequi velimus ſentẽtiam, in prædictis verbis non primam perſonam, ſed totam ſimul Trinitatem inuocari præſumentes, quam ſequuntur recentiores, neſcio quid vehementius mihi videre videor, quo animemur ad Patrem ſanctiſſimum, accurrere ſpecialius, vt exaudiamur; nam ſic diſcurro, cur tantopere Deus, ſanctiſſimáque Trinitas patris nomine blanditur, ſic vt ſummam ducat laudem patrem inuocari? & ſecundo, cur Chriſtus Dominus infinitis aliis nominibus ſanctiſſimam triadem nominare valens, patrem nominauit, equidem & ipſa etiam nos creauit, cur non creatrix noſtra vt diceretur imperauit? ipſa nos regit, cur non gubernatrix? ipſa nos ſaluat, cur non ſaluatrix? ipſa in nobis imperat, cur non domina? ſanè reſpondet Aug vbi ſup. quia nulla laude ſic delectatur, & ideo vt beneuolentiam captemus ad impetrandum illud Chriſtus præcepit; *Cum autem in omni deprecatione beneuolentia conciliãda ſit*, ait Auguſt. *eius quem deprecamur, per laudem illius ad quem deprecatio dirigitur ſolet beneuolentia conciliari, & hoc in orationis principio poni ſolet, Dominus noſter nil aliud docere inſſit, niſi, Pater noſter qui es in cælis.* Rectè quidem hoc, ſed aliquid amplius vellem ſcire, cur ſcilicet tali laude ſic delectatur Deus, vt præ aliis patrem nominari præeligat; quod ſciens Chriſtus illud præceperit, tanquam medium ad impetrandum efficaciſſimum? ſane ni fallor, & mea me coniectura non decipit, ipſum eſt patris nomen, cum enim iſtud ex ſe, & ex primæua ſua ſignificatione ipſum nominet ſanctiſſimum patrem, à quo vt infra ex Apoſtolo dicemus, omnis paternitas denominatur, & ipſo ſic venerabile filio, ſanctóque Spiritui, ſit tale nomen, vt nullo ſic delectentur ob amorem erga ſanctiſſimum genitorem, quàm illo, nullam laudem ſic prætendant, quàm paternitate inſigniri. Ex quo fit vt ob eius reuerentiam nil denegare audeant, nil non aſſequantur, qui illud orant eum inuocando; hinc hoc ſanctiſſimus callens filius, tanquam omnium ſanctiſſimæ triadis ſecretorum intimè conſcius, quo erat deſiderio vt petita obtineremus, illud in oratione noſtra apoſuit nomen, quod ſciebat apud ſanctiſſimam triadem efficacius ad impetrandum, vehementius ad expoſtulandum, vnde rectè idẽ Auguſt. vbi ſup. *Cum homines*, ait, *dicunt Deo, pater noſter, eſt quadam impetrandi præſumptio*, tum quia vt ipſe ait, quid non det filiis petentibus, cum hoc ipſum antea dederit vt filij eſſent? tum, quia ſic venerabile apud ſanctiſſimã Triadem nomen eſt genitoris, vt ob eius reuerentiam nil audeat denegare, nil libentiſſimè non concedere.

13. In creatione Dominica cur Chriſtus ſanctiſſimam triadem Patris nomine inſignuit.

14. Patris nomen quãtæ venerationis apud sãctiſſimam eſt triadẽ. *Idem.*

15. Eſt efficaciſſimum ad impetrãdum.

16. Exilliusveneratione Christus prohibuit vocari patrem super terram, & cur.

Immo vt quanti Deus hoc nomen patris faciat, quantumque apud illum sit augustum, magnopere perpendendum hominibus inhibuisse filium vocari patrem super terrã, Matt. 23.n.9. *Et patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim pater vester, qui in cælis est.* Mirum, vt qui Deos eos non recusat nominare, nec vt nominentur prohibet, Ioan.10.n.34. *Nonne in lege vestra scriptum est, ego dixi Dij estis?* affirmans legitimè deos homines posse nominari; tamen nomen patris sic zelat, vt nequit aliquem patrem in terris vt vocemus, quia vnus est pater, qui in cælis est, cur quæso hoc? sanè quia non sic homines in deitate, ac in paternitate se decipere poterant, nam licet homines deos dicerent, nullus sanæ mentis, & præcipue, quia cum Israëlitis loquebatur, & discipulis, quod dij esse possent per naturam, sed tantum per nuncupationem autumare poterat; at quia hominẽ hominẽ gignere videbant, principiúmque esse vitæ, substãtialiter patrem esse, ac Deum facile errare poterant; Hinc nomen zelat patris, non Dei, vnde rectè Chrysost. hom.41. in oper. imperf tom. 2. vt alibi diximus, *In mundo enim*, ait, *quamuis homo hominem generet, tamen vnus est pater, qui omnes creauit, non enim initium vitæ habuimus ex parentibus, sed transitum vitæ per eos accepimus.* Pulchrè, vita hæc cum mortalis, à parentibus profecto non vitam, sed transitum per eam accepimus, quatenus vt perpetuo viuamus ipsi efficere non possunt; at Deus qui vitæ, & æternæ vitæ perpetuitatem confert, propriissimè principium dici potest vitæ, ac proinde solus pater; hinc Christi, hinc Dei de nomine zelus patris, sic apud ipsum venerandum, sic apud filium, vt ad deitatis consortium nominis nos eleuans, refugit paternitatis, solus appetens dici pater, solus genitor, sic apud ipsum excellens, sic venerabile nomen inuenitur parentis, quid ergo illud audiens non erogabit?

17. Christus efficaciter orans semper ab inuocatione nominis patris incepit.

Hinc hoc optimè sanctissimus Dei filius callens semper ac vt homo creaturus pro se, ac pro aliis patrem inuocauit, patrẽ nominauit, ad vitam Lazarum reducturus, Ioan.11.n.41. primum verbum, *Pater gratias ago tibi quoniã audisti me*? pro se ipso in horto rogans prima erumpentia patrem resonarunt, Matth.26.n.15. *Pater si possibile est, transeat à me calix iste*, sic etiam vt inimicis Deus condonaret, vt contra ipsos crucifixores miteſcerer, vt fulmina non micarẽt, vt terram non perfundaret, vt homines non annihilaret, sic horrendum committentes flagitium, prima vox, *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt*, Luc.23.n.34. quod ideo primum apposuit, quia efficaciter impetrare volebat, *Solent pueri*, ait Bernard. tractat. de passion. *aliquid affectuosius tractare volẽtes, nomen paternum nominare, vt naturalem dilectionem ipsis ad memoriam reducant, per quam facilius petitionis suæ consequantur effectum; sic & Redemptor noster, quamuis sciret se à patre semper audiri, tantum nobis commendans cum quanto effectu pro inimicis orandum nomen posuit charitatis.* Nil melius, patrem nominauit, & sic nominando totam simul illi paternam exposuit dilectionem, quę cum robustior ipsa inueniatur morte, peccatum ipsum Dei filij superans mortis, plus apud patrem inualuit, quam ipsum peccati pondus, misericordiam eruens, quando iudicium debebatur; sic apud summum illud tribunal præpotens ipsa inuenitur inuocatio patris, sic apud ipsum patrem sui rememoratio nominis.

Ex hoc Paulus Christi assecla, vetus eius imitator, pro Ephesiis oraturus, magnaque, ac grandia impetraturus ad patrem recurrit, patrem primitus appellauit, ad Ephes.3.n.14. vnde ait: *huius rei gratia*, scilicet ne deficerent in suis tribulationibus, *flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur.* Vbi secundum Hieron. primam hic Paulus intendit personam, à qua omnium paternitatẽ derivari affirmat, tum quæ in cælis, tum quæ in terris, quatenus ipse pater in cælis vt principium fœcundum, & præpotens primo ad intra generauit, qua generatione præconcepta, ac paternitate ad intra, omnes posteà tres sanctissimæ triadis personæ simul ad extra creaturas producentes, quatenus vnus Deus, & nomẽ acceperunt paternitatis, vnde & si ipse Deus pater dicitur ad extra; hoc ex illo manat principio, tanquam à primo fonte, primo prioritate originis; Hinc Deus pater dicitur, quia ad extra producit, sicut pater ad intra, qui dum æterno filio, Spiritusque sancto totã simul cõmunicauerit essentiam, potentiámque, participes etiam effecit, & fœcunditatis, quam dum ad intra exercere non valuerunt, quia iam infinitum verbum, filiúsque emanauerat à patre, ac proinde totũ quod in ratione geniti possibile vnquã foret, cũ ad intra in ratione genitoris nõ haberent vnde se effunderent, ac proinde, nec nomen patris acquirere, ad extra se effuderunt simul, vt sicut ad intra communicationem obtinebant vnius naturę, ad extra eandem haberent, & nominis, & tota Trinitas pater diceretur ad extra, sicut sola prima persona pater dicebatur ad intra. Hinc omnis paternitas in cælo, & in terra à sanctissimo illo genitore nominatur; vnde egregiè idem Hier. in hunc Pauli locum hoc astruens, ait: *Paternitas in cælo est generatio filij, paternitas in terra est generatio hominum, & animaliũ, quæ omnis à paternitate manat, omnes enim ab eo vim habent generandi vt sint, & nominentur patres*; vnde rectè Damascenus affirmat, *nomen paternitatis ex diuinis ad humanos patres transfatum esse*; vnde rectè argumentatur Cyril. Hierosolymit. cateches.7. de patre, nefas esse gignendi potentiam patri denegare, *qui omnibus vini gignendi impartitur*; Quod cum sit, & vt impetremus nullum nomen aptius, nulla persona conuenientior, quàm patris, vt ex August. sup. diximus, rectè Paulus magna expetere desiderans ad primam in trinitate personam orationem dirigit, ad summum, æternúmque patrem, nos Doctor instruens gentium quomodo orandum, vt efficaciter impetremus, à quo nostræ incipiendæ orationes.

Ad Ephes.3.n.14.

Hieron.

18. Omnis paternitas vt à primo deriuatus persona.

Idem.

Damasc.

§. II.

Templa, preces, ac festini dies Patri dicandi.

Vita ergo est sanctissimi genitoris cognitio, ipse præcipuè in orationibus inuocandus,

Digitized by Google

candus, quid ergo nunc nobis probandum ſupereſt, niſi quod templa illi ſint dicanda, particulares preces, feſtiuíque dies? ſic antiquitus fiebat, in quo admirandum & valde eſt, quomodo nunc talis à mentibus hominũ exceſſerit deuotio, aufugerit particularis cultus, vt ſanctiſſimo iſti genitori, nec templum videamus, nec dies feſtiuos, nec particulares preces, non ſic antiquitus; habebat enim ſua templa ſanctiſſimus genitor (ne aliquis nouũ hoc eſſe commentum effingat) audi Cyrill. Hieroſolymit. catechel. 9. de patre, Biblioth. Patrum, tom. 4. ſic egregiè ſuos animantem; *Adoremus igitur*, ait, *patrem Chriſti, factorem cæli, & terræ, Deum Abraham, Iſaac, & Iacob in cuius honorem primus ex oppoſito nobis hîc templum ædificatum eſt.* Quod ſane non de antiquo intelligit, ante Chriſti aduentum, ne aliquis erret, ſed de ædificato poſt Chriſtum, ſic enim ſonant illa verba *ædificatum eſt*, non in præterito, ſed in præſenti, quod in nota marginali prudenter aduertitur adnotans, *Dei patris templum erat Hieroſolymis*, Cyrillus autem ſic author eſt antiquus, vt pene mille trecenti ſint anni quo exceſſerit, floruit enim ſub Cõſtantio anno à natiuitate Chriſti 365. vt Bellarm. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, en quàm antiqua, quàm in Eccleſia receptum patri ſanctiſſimo templa dicare, peculiariter honorare; vnde admirandum prorſus apparet, quomodo talis cultus nunc in Eccleſia ſanctiſſima non vigeat, quomodo expreſsè ſanctiſſimus non colatur pater, ſicut & cæteri ſancti; reliquæque ſanctiſſimæ triadis perſonæ.

Cyril. Hieroſolym.

19. Templum patris æterni tempore extabat Cyrilli Hieroſolymitani.

Enimuero vſque ad ſtuporem apparet diligenti ſolertia cõſideranti, quàm diligens, quã vt ſic dicã nimia Eccleſia ſit ſanctiſſima in ſuis celebrandis feſtis, ſuos dicandi ſanctis feſtos dies, ac particulares preces; omitto Chriſti feſtiuitates, omitto ſanctiſſimæ genitricis, ſed ſolum conſidero ſic ſingulis appetere feſtum conſecrare, particularéſque preces, vt non cõtenta multis illas conſtituiſſe in ſingulos dies nouas conſtituit, vt nunc videmus, cum ſi attentè conſideres paucis ab hinc annis pluſquam duodecim ad breuiarium ſunt officia accumulata Romanum; at videns impoſſibile tandem ſingulos expreſſe honorari, ſolemnitatem omnium Sanctorum inſtituit, particularémque ritum, vt nemo in cælis ſaltem implicite, non expreſſe coleretur, & particulariter in Eccleſia ſancta Dei.

20. Quam diligens ex Dei Eccleſia in feſtis aſſignãdis cuilibet ſãcto.

Immo vt Cardinalis Quiroga Toletan. Antiſtes in epiſtola ad Clerum Toletanum adnotat tantam curam de ſingulis colendis ſanctis ſanctam matrem tenere Eccleſiam, vt in reformatione Breuiarij quam Pius effecit Quintus animaduertens multos ex ſanctis prætermiſſos; *Quia tamen*, ait Cardinalis, *eos ſuo cultu, ac debita laude fraudare iniuſtũ eſſet, quotparẽtes, ac cæleſtis doctrinæ magiſtros habuimus, permiſit idem Pius Quintus vt ſingulæ Eccleſiæ, quæ ſuos habent proprios Sanctos, proprium etiam illorum, ac peculiare officium habere, & communem Breuiarij Romani ratiõnẽ adiungere poſſent.* Quod idem in altera epiſtola ad eundem Clerum affirmat Cardinalis Sandobal eiuſdẽ Eccleſiæ etiam Archiepiſcopus; quodque hodie nil vſitatius aſpicimus, ſolus ſanctiſſimus pater hoc vſque huc non obtinuit, ſaltẽ ab hinc mille & trecentis annis, qui vt diximus in diuinis ſolus pater, *Hæc magis per ædes erat ſuis feſtiuitatibus venerandus*, vt ſanctus Pater ait Cyril. Hieroſol. catech. 7. qui vt ait Auguſt. lib. 4. de Trinit. c. 20. *Totius diuinitatis, vel ſi melius dicitur deitatis eſt principium*, qui vt Areopag. ait c. 1. de cæleſti hierarch. *diuinitatis eſt fons*, quæ ergo cauſa? quæ ratio? *Si celebramus*, ait Bernard. ſerm. 1. Pent. *ſanctorum ſolemnia, quanto magis eius à quo & ſancti eſſent quodquod fuerunt ſancti*; ob hanc ergo cauſam aliquas hic apponere rationes decreui, efficaciſſimè me iudice probantes, nõ amplius hunc explicitum cultum differre deberi, particulares preces ſanctiſſimo aſcribendæ, templa, ſacella, aráſque, totúſque mundus ſimul ad eius cultum, deuotionem, amorémque incitandus, exẽplum in hoc ſequentes Apoſtolorum: nam vt egregiè obſeruat doctiſſimus pater Ribera in ſua Apoc. c. 1. n. 6. ſuper illa verba *Deo, & patri*, Apoſtoli de patre loquentes, poſtquam Deum dixerunt, nomen patris addunt, quod equidem faciunt nõ ſolũ expoſitionis gratia, ſed vt ipſe ait, *Vt ardentius ametur, & ſanctius adoretur*; hinc Paulus 2. ad Corinth. 1. *Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti*, & 1. ad Cor. 15. *Cum tradiderit regnũ Deo, & patri*, & Ioã. in Apoc. c. 1. *& fecit nos regnum, & ſacerdotes Deo, & patri ſuo*; ob hoc ergo explicitè, ac particulari cultu adorandus, de quâ re accipe rationes.

Cyril. Hieroſol. *Auguſt.* *Areopag.* *Bernard.*

21. Apoſtoli poſt nomẽ Dei ſemper & patris addiderunt, & curillad fecerunt.

Ribera.

2. ad Cor. c. 1. *1. ad Cor. c. 15.* *Apoc. c. 1. n. 6.*

Prima eſt ipſa dignitas perſonæ, in cuius cognitione vt diximus ipſa cõſiſtit vita æterna imo ipſa eſt vita æterna cuius ſplendor ad purũ nec ipſi Angelinæ ſupremæq; poteſtates ſuſtinere poſſunt, vt præclarè Cyril. Hier. vbi ſup. *Credamus igitur*, ait, *in vnũ Deum Patrem imperſcrutabilem, & inenarrabilem, cuius faciẽ Angeli perpetuo vident, vident autẽ vnuſquiſque ſecundum ordinis proprij menſuram, ſplendorem autem purũ paterna viſionis, propriè tamẽ filio, cũ Spiritu ſãcto intueri licet.* & in cuius cognitione tota noſtra cõſiſtit ſufficientia, iuxta illud Philippi ad Chriſtũ, *Domine oſtende nobis patrẽ, & ſufficit nobis*, Ioan. 14. n. 8. ad quem locũ Aug. lib. 1. de Trinit. c. 8. tom. 3. *Illa enim*, ait, *lætitia qua nos adimplebit cum vultu ſuo nil amplius requiretur, quod bene intellexerat Philippus vt diceret, Domine oſtende nobis patrem*, &c. qui ſic auguſtæ eſt maieſtatis, tantæque dignitatis vt faciem eius altiſſimi Spiritus aſpicere non audeãt, iuxta illud Iſaiæ 6. qui Angelos aſpexit Dei faciem velantes ob reuerentiã maieſtatis, in qua viſione ſanctus Athanaſius Irenæus, & Orig. ſolum Deum Patrem Iſaiam vidiſſe affirmant; ob cuius dignitatem, & ſi antiquum templum Deo. ac proinde toti ſanctiſſimæ Trinitati dicatum, tamen Chriſtus non Dei, ſed patris domum nominauit, Ioan. 2. n. 16. *Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Si ergo tantæ eſt dignitatis, ſi ſic à ſanctiſſimis ſpiritibus veneratur, & colitur, ſi Dominus noſter illud vnum quod in mundo tunc Dei extabat templum patri appropriat, cur nunc ſine illo Dei manet Eccleſia, cur Chriſtiani infinitas illi non erigunt?

Ioan. 14. n. 8. *Auguſt.* *Iſaiæ 6.* *Athanaſ.* *Irenæus.* *Origen.* *Ioan. 2. n. 16.*

22. Rationes quibus probatur explicitum cultum patri deberi æterno.

Cyril. Hieroſol.

23. Prima dignitas perſonæ.

24. Secũda grãditudo ei debita ab eus quæ ſempet.

Secunda, ſi rectè attendas, profectò inuenies Eccleſiam ſanctiſſimam obnixè curare ſic Chriſto, ac Deo, gratam ſe profiteri, vt non

ed by Google

solum pro beneficiis communibus, ac particularibus gratiæ, & supernaturalibus festa, ac particulares instituat preces, sed etiam ob singularia, etiam si corporalia sint, & quod mirandum, etiam patticulari exhibita personæ, sic inuenitur Ecclesiæ Toletanæ concessisse vt festum, ac particulares preces institueret pro insigni illo beneficio, quod Dei mater Beato Ildephonso contulit, quando vestem illam induit sacerdotalē; sic pro victoria Nauali particulare festum instituit, sic & Hispaniæ concessit quam (*de las Nauas*) nominā; nec equidem immeritō, cum ab antiqua hoc acceperit Ecclesia, in qua Dei præceptum, vt pro singularibus beneficiis singulares essent & festi dies, sic pro liberatione Ægyptiaca, immo pro fructuum prouentu Deut. 6. præcipuam instituit solemnitatem, *solemnitatem tabernaculorum celebrabitis quando colligetis de area*; in memoriam admirabilis Iudith victoriæ, statim festus est institutus, *dies autem victoriæ huius festiuitatis ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem*, Iudith. 16. de qua re infinita in Scriptura extāt exempla; vnde sanctissima nostra mater edocta Ecclesia ad illius exemplum, ne quid bonum in illa esset, quod sibi non assumeret, ideo semper grata pro beneficiis acceptis Christo, neóque exhibere obnixè pertendit; quod si hoc, cur quæso particulares festi dies, particularésque preces illi non dicentur personæ cui amplius Ecclesia debet sanctissima, & à quo ampliora, & maiora accepit beneficia, quid vis vt dicam? nescio quid redolet hoc minus grati, nescio quid minus decentis, quod vt clarissimè pateat.

25. Pro particularibus beneficiis particularia instituūtur festa & preces. *Deut. 6.*

Iudit. 16.

16. Tertia ratio ex datis amplioribus ab ipso, quā à ceteris personis.

Sit tertia ratio, nostro modo intelligendi, & prout à nobis capi diuina possunt, qui dum iuncti ea nō possumus, diuidimus per partes, audacter affirmo plus nobis sanctissimū genitorē contulisse ratione attributionis, quàm filium, sanctissimúmque Spiritum, cum & si opera ad extra indiuisa sint, & à Deo prout vno emanent, tamē aliqua Patri, aliqua Filio, Spirituíque sancto attribuendo, maiora, minoráque, cum inter se illa sint, ratione attributionis, vt dixi, plus vni, quam alteri debitores inuenimur. Quod cum sit, & nulla in hoc difficultas reperiatur, dico maiora nobis Patrem sanctissimum contulisse, quàm Filium, quam Spiritum sanctum, quod inductione patebit; quid ergo debemus filio? siue quid propriè illi attribuimus? profecto *Redemptionem*, inestimabile beneficium, quid Spiritui sancto? *sanctificationem*, datum immensum; at Patri quid? profecto *creationem*, omnium illorum fundamentum, *de Patre quidem nouæ creationem*, inquit Bernard. serm. 1. Pent. ob quod maius quid; at quid amplius? vnigeniti Incarnationem, hoc prorsus indicibile, affatúque impossibile? *Impossibile namque est*, ait Origenes lib. 1. Periarc. *literis committere, ea quæ ad Saluatoris gloriam pertinent; nam pro certo habere debemus, quod hoc verbum, hanc sapientiam, hanc veritatem nullus alius nisi pater nouerit*; quæ gratia sic prorsus inæstimabilis reperitur, vt non hyperbolica erit locutio si dicamus è duobus, scilicet, Deum nos redemisse à peccatis, sed absque filij Incarnatione, aut non nos redemisse, attamen incarnasse filium, hoc posterius maius esse beneficiū, quā primum ratione dignitatis ad quam humana sublata est natura, quod patet: nam ex nostra iustificatione illa natura non ampliorem acquirit dignitatē quàm adoptionis: at ex verbi incarnatione ad naturalem ascendit Dei filiationem; at quid amplius nobis dedit? ipsum Spiritum sanctum, ipsam personā, cum vera, & certa sit sententia, Spiritum sanctum non ratione donorum in nobis inesse, nec in die Pentecostes ratione illorum descendisse, sed personaliter, sic vt contrarium asserere dicat sanctus Thom. errorem 1. part. quæst. 43. art. 3. ad primum, & equidem rationabiliter, cum communis sit Patrum sententia, sanctus Leo serm. 20. Pent. Ambr. lib. 1. de Spiritu sancto, c. 9. & 5. August. lib. 5. de Trinit. c. 26. & tract. 31. & 74. in Ioan & loca Scripturæ illud manifestè probant, quæ aliter equidem nec intelliguntur, nec intelligi debent, nisi de personali Spiritus sancti assistentia in anima, 1. ad Cor. 6. *Membra vestra sunt templum Spiritus sancti, qui in vobis est*, Ad Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*, Ioan. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum, & inferius; veniemus, & mansionem apud eum faciemus*; quod cum sit euidenter sequitur non solum nos à Patre Filium, sed Spiritum habuisse sanctum, dum Christus Dominus se rogaturum patrem affirmat, vt nobis illum det; Confer nunc quæso beneficia cum beneficiis, gratias cum gratiis, dona cum donis, & reperies quæ à Patre distare ab illis quę Filius, Spirituíque sanctus, sicut cælū à terra, cum quæ filius in ordine sint ad vitam Deo gratuitam, & mundam, quæ Spiritus sanctus ad vitam sanctam; at quæ pater, ad horū fundamentum sine quo vita illa non esset, & insuper ad profusionem non donorum gratiæ, sed ipsarum personarum diuinarum; immo & ratione *circuminsessionis* vt Theologi dicunt, & sui ipsius, vnde filius vitam nobis spiritualem tribuit, Spiritus sanctus sanctificatam. Pater vero ipsum esse, & totam simul sanctissimam Triadem; totum illū Oceanum, totum illum pelagum infinitum, quo maius nec excogitari quidem potest. Quod cum sit, dic mihi nunc, quæ est illa ratio vt filio, Spirituíque sancto particulares dicentur dies festi, particularésque preces, expressūsque cultus; at sanctissimo genitori nullus sit festus, nullæ peculiares preces, nullus specialis cultus, sed tantum implicitus, & vt sic dicam, inuolutus?

29. Et Spiritus sanctus.

S. Thom. *S. Leo.* *S. Ambr.* *S. August.* *1. ad Cor. 6.* *Ad Rom. 5.* *Ioan. 15.*

27. Patri debetur creatio.

Bern.

28. Et Incarnatio. *Origen.*

Quarta ratio, cum certum sit feria quinta in cœna Domini mysterium Ecclesiam sanctissimæ recolere institutionis augustissimi sacramēti Altaris, & simul in quolibet sacrificio gratias de illo speciales Christo agere; peto cur particulare instituit festū, sic vt quasi defectus aliquis in ea, si illo caruisset singulatim præcepit solemnitatem? & equidem verè; nā sic sanctissimæ Iulianæ reuelatum, quādo tali Ecclesia Dei carebat festo. *Crebro vidit, & quasi semper suo aspectui inter orandum ingens mirabile signum, scilicet lunā quasi in suo splendore, cū aliquanta tamē sui orbicularis corporis fractione*

30. Quarta ratio ex festo sanctissimi Sacramēti.

Digitized by Google

tunc didicit diuino responso significari in luna præsentem Ecclesiam, & in eius fractione defectum vnius solemnitatis, quam Deus volebat in Ecclesia celebrari, ad augmentum fidei, accepit proinde præceptum cælitus vt hanc solemnitatem inchoaret. Ioannes Dictemius, & refertur in speculo exemplorum, verbo *festum*, si celebrabatur festum in feria quinta in cœna Domini, vnde defectus? sane, quia, vt inquit sanctus Doctor, & dsi icta feria quinta celebratur, & tam insigne commemoratur beneficium, tamen quia alio distincta Ecclesia tunc, & tota in passione occupata, non sicut par tanti beneficij celebrabat memoriam, cultum, honorem, qua ratione etiam Toletana Ecclesia festum celebrat expectationis, quod idem cum illo Incarnationis, quodque ab Ecclesia sumpsit Græca, quia aliquando in quadragesima occurrens, non sicut par est celebrari potest. Sane egregiæ rationes, vt semper impensius honoretur Christus, ac solemnissimi illi festi dicentur dies, ob beneficium sic insigne, ob datum sic infinitum; at si tibi ego probem maius esse patris datum in Incarnatione filij, quam filij, sacramentum se nobis præbendo, nonne tibi euidenter concludam, potiori ratione festos dies sanctissimo celebrandos esse genitori, & similiter (si fas est dicere) saltem priuatiuè in splendida ista, ac orbiculari sanctissimæ Ecclesiæ luna, aliquam existere fractionem, dum patri sanctissimo, genitori amantissimo, creatori potentissimo, ac benefactori propensissimo nullum dicat festum, nullas particulares preces; quod autem maius sit beneficium Incarnatio, quam augustissimum Sacramentum, ex duobus equidem possumus hoc educere fontibus, aut ab amore, aut à potentia, vtrumuis consideres, Incarnationis datum semper maius inuenies, quod patebit breuiter singula insinuando tantum, non per illa discurrendo.

Dictemius.

32. Incarnationis mysterium maius quam sanctissimi sacramenti.

Ab amore ergo incipiendo, primo, pater equidem filium inimicis præbet, qua nulla maior charitas, at filius sacramentum amicis tantum, vnde gratiæ vitam supponit.

Secundo, pater filium præstat ad captiuos, qui actu captiui, redimendos, at Christus sacramentum, vt hos glorificet iam extra captiuitatem.

Tertio, pater filium dat ad animas resuscitandas, Christus sanctissimum sacramentum ad corpora, cum vnum hoc ex eius prærogatiuis, quid resurrectio cum resurrectione?

Quarto, pater filium præstat, vt pro nobis moriatur; at Christus sacramentum, vt nos glorificet, pondera singula, & differentiam aspicies.

Quinto tandem, pater non solum nobis dedit filium, & pro nobis tantum incarnari voluit, sed vt multorum fert opinio, etiam pro sanctissimis Angelis; at Christus sanctissimum sacramentum pro hominibus tantum; quanto ergo extensior patris charitas, & amor?

At si omnipotentiam inspicias profecto non minoribus eam maiorem reperies rationibus.

Primo enim, in augustissimo sacramento accidentia existunt absque substantiæ subiecto; at in Incarnatione humana natura sine propria hypostasi, quid vnum cum altero?

Secundo, in sacramento accidentia nouum acquirunt modum essendi, scilicet in se, non in altero, at in Incarnatione humanitas nouum modum acquirit essendi diuinum, dum ratione suppositi diuini proprio ipsa humano carens supposito, fit diuina.

Tertio, in sacratissimo sacramento Christi corpus indiuisibiliter existens totum est in toto & totum in qualibet parte; immo totum in quolibet indiuisibili; at in Incarnatione quid includitur in illo sanctissimo corpore? audi August. serm. 7. de Natiuitate; *Immensus capitur, videtur inuisibilis, palpatur impalpabilis, comprehenditur incomprehensibilis, numeratur in sæculo, qui est ante sæcula.* *Augustin.*

Quarto, in sacramento species tantum corpus velant Christi; at in Incarnatione corpus diuinitatē, personámque diuinā, quod maius.

Quinto tandem, in Eucharistia sanctissima modo altissimo, ac penitus indicibili transubstantiatio fit, non se transmutando panis substantia in corpus Christi, sed tantum recedendo deficiens; at in Incarnatione non solum Verbum non se transmutat in carnem, nec hypostasis humana in diuinam euadit, cum nunquam extitit, sed tota humana petente natura, vt introduceretur ad animæ, corporisque Christi coniunctionem summa impedita extitit potentia, suo loco hypostasi introducta diuina, vnde si in sacramento recedit substātia, in Incarnatione modus quidam impeditur substantialissimus; in sacramento nulli vis inhibetur, in Incarnatione toti humanæ naturæ; & tandem in sacramento licet ex speciebus & Christi corpore vnum fit sacramentum, tamen species non vniuntur hypostaticè cum Christo, nec Christo inhibentur, sed per se stant; at in Incarnatione verè Verbum cum natura vnitur humana illā supponitando, verè, ac realiter ex illa vnione resultās Deus homo, & homo Deus, quis talem non expauescit omnipotentiam? vnde grauiter Orig. hom. in Psal. 44. admirans, sic fatur: *Non enim tanta est cæli, & terræ constitutio, & maris, & aëris, maximorum elementorum generatio, & si quid super mundanum* (notandum verbum) *intelligi potest, quanta est circa Incarnationem dispensatio.* *Origen.*

Ex dictis ergo (ni fallor) clarè constat, tum si amorem, tum si omnipotētiam inspicis, maius datum à patre dum nobis filium dedit incarnandum, quàm filij, dum sibi nobis exhibuit sacramentatum. Ergo si Christo festus, preces, cultus exhibentur particulares ob suum donum, cur non etiam patri? cur non supremo, ac sanctissimo Genitori?

31. Quinta ratio ex nomine sumitur, ac dignitate patris, cum vt supra vidimus ab ipso omnis paternitas iuxta Apostolum in cælis, ac in terra nominetur; vndeverè, ac realiter ipse est substantialiter pater, ipse propriissimè pater dicitur; Quod cum sit, quid patri debeatur quis est qui ignoret? certè communis est illa Philosophorum sententia nunquam filium ad æquam patri gratitudinem ascēdere posse, sic vt vltra non debeat; nam vt optimè apud Senecam de beneficiis, lib. 3. c. 8. argumētabatur,

Quinta ratio ex dignitate paternitatis.

33. Filius circà patrem nūquam quod debet explere potest.

Digitized by Google

Quidquid eſt quod dat patri filius, vtique minus eſt, quia hãc ipſam facultatẽ patri debet, ita nunquam beneficio vincitur, cuius beneficium eſt ipſum quod vincitur. Quod cum ſit, & in confeſſo eſt apud omnes; nunc quæro ſi ſanctiſſimus pater verba Malach. c. 1. n. 6. aſſumeret nobiſque diſceptans, ſic diceret, *Filius honorat patrem, & ſeruus dominum ſuum, ſi ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus ad vos ô ſacerdotes?* Quid quæſo ex aduerſo ei reſpondere poſſemus? equidem non video; enimuero honor manifeſtatur in cultu, & hoc explicito, non implicito, vt infra dicemus; hic autem totus verſatur in adoratione explicita, in dedicatione templorum, in oblatione ſacrificiorum, in particularibus hymnis, ac precibus; circumſpiciatur Eccleſia, & ſi aliquid horum ſanctiſſimo offerunt genitori afferant, quod ſi nihil, vbi eſt tanti patris honor, vbi tanti domini timor? equidem ſic vrgens eſt hæc ratio, vt conſiderata tanti patris maieſtate, tanti domini reuerentia, tanti benefactoris beneficij neſcio quo modo omiſſionis ſcrupulo, & grauni excuſare nos poterimus.

Malach. 1. n. 6.

Obiectio. At contra iſtam dices rationem, verum id eſſe explicitum cultum, quoad templa, particulareſque preces patri non adhiberi ſanctiſſimo, attamen implicitè omnia ad ipſum referri, quatenus omnes ad ipſum diriguntur orationes, omnia ſacrificia, & quia filius nequit intelligi ſine patre, ideo omnia Chriſti feſta implicitè etiam ad patrem dirigi, ac conſequenter ipſum ſummè in Eccleſia adorari.

Occluditur. Hanc ſolutionem aliquando ab aliquibus non ſine magno audiui dolore, ne dicam rubore, ob rationem quam infrà adducam, ſi enim & viget, etiam Chriſtus Dominus caput omnium eſt Sanctorum, hincque adorando ipſum vt caput, ſimul etiam & eius membra. Ad quid ergo Sanctorum feſtiuitates? item Chriſtus vnus eſt eſſentialiter cum Spiritu ſancto, quoad diuinitatem, & adorando ipsũ, ſimul & Spiritus adoratur ſanctus, ad quid ergo feſtiuitates Spiritus ſancti? Tertio; in Miſſis quotidianis ſemper memoria recolitur paſſionis, *Hoc facite quotieſcumque facietis in meam commemorationem.* Ad quid ergo paſſionis dies? quod ſi ſic, profecto tollatur ab Eccleſia feſtorum œconomia ſanctorum; at quia ipſa à Spiritu ſancto edocta diuino, ſat vidit quantum differat cultus explicitus ab implicito; non ei ſat fuit implicite Sanctos adorari, ſed voluit explicitè ad maiorem venerationem, ad ampliorem deuotionem, ad ſingularem reuerentiam, ad fidei augmentum, meritorúmque profectum, ad actus exercendos virtutum, ſimiliáque quæ per ſe omnia parent; ergo inſulſa eſt illa ratio diminutáque erga ſanctiſſimum genitorem deuotio, eius qui ea vtitur, ac opponit, quod amplius patebit ex ſequenti ratione.

34. Sexta ratio ex vi cognitionis explicitæ, & differentia ab implicita.

Sexta ergo erit ratio, petita ex ipſa radice cognitionis explicitæ, vel implicitæ, hoc eſt ex vtriuſque differentia, quæ ſic in ſe differũt, vt multorum ſit opinio, & rationabiliter, ad actus intellectus numericos diſtinguendos ſufficiat maior, aut minor cognitio, & verè nulla alia poteſt ſufficiens ratio aſſignari, cum ſiue ab obiecto, ſiue à ratione formali differẽtiam actuum velis ſumere, non ſolum inuenies numericam, ſeu ſpecificam, immo quod maius, nulla prorſus alia ratio aſſignari poteſt, cur actus fidei, ſeu aliarum virtutum infuſarum abſque gratia ſubſtantialiter differant ab actu procedente ex gratia, niſi modus illa efficiẽs efficacior, & perfectior, nam vt rectè Ariſt. lib. 5. Phyſic. c. 38, diſtinctio actuum ſimilis eſt diſtinctioni motuum, motus autem non tantum ex terminis, ſed tamen ex mediis diſtinguitur, vt motus circularis, & rectus ad eundem terminum; qua de re ſatis in materia de gratia; hinc fit vt qualis ſit cognitio, talis ſit actus ab ea procedens, ex clara cognitione actus profecto emicabit efficaciſſimus; at ex obſcura inefficax, molliſque. Hinc cum cognitio implicita ſit obſcura, debilis, implicata, ac veluti in altero tecta ſiue obumbrata, euenit, vt ex ſe actus ex illa ſint inefficaciſſimi, quod adeo verum, vt cum cognitio fidei ſit obſcura, & vt ſic impoſſibile, vt intellectus ex ſe in actum progrederetur aſſenſus, alterum indidit Deus voluntati fidei habitum, qui piæ dicitur affectionis, quo & intellectus credit, efficaciſſimos profert fidei actus, ſic impotẽs cognitio reperitur implicita ad actus formandos efficaces; hoc ergo ſic ſuppoſito.

Ariſtot.

35. Chriſtus ad implicitam ſed explicitam vult patris claritatem.

Peto nunc, cum Chriſtus ad clarificandum patrem venerit, adeo ardenter, vt iam prope paſſionem, ſic pro eius clarificatione, ita efficaciter, & obnixe, vt vix verba prompſit, ac à patre auditus, Ioan. 12. *Pater clarifica nomen tuum, venit ergo vox de cælo dicens, & clarificaui, & iterum clarificabo*; quæ vox extitit patris vt infrà dicam; in quibus verbis adnotant Gregor. 1. moral. 28. diu. Auguſt. quæſt. 52. in Ioan. diu. Chryſoſt. hom. 66. in eundem ſenſum eſſe, & clarificaui illud ex tua vita, & clarificabo ex tua morte, ſic ſibi ſanctiſſimus genitor ad filij gaudium, non ſolum totam mortem, ſed omnem ſimul vitam ſibi appropriãs, *Clarificaui*, ait Auguſtinus, *cum de Virgine natus eſt, cum miracula multa fecit, cum deſcidente Spiritu ſancto in ſpecie columbæ monſtratus eſt, & iterum clarificabo, cum reſurget à mortuis, cum exaltabitur ſuper cælos*; immo acutiſſimè adnotat Chryſoſt. quod cum ex morte Chriſti, non ſolum patris claritas ſed ſimul eius eſſet ventura, ſic quæ patris in votis Chriſto, erat, ipſe penitus ſuæ obliuiſceretur; *Futurum enim erat*, ait Chryſoſt. *vt ad hanc vocem conuerteretur orbis terrarum, & cognoſceret nomen Domini Dei, non ſolum Patris, ſed etiam Filij, ſed tamen interea valdè* notandum, hanc vocem non ob illum, ſed propter alios, quia, *Non propter me venit hæc vox, ſed propter vos*, vt oſtenderet omnibus hoc recens *illa voce non ſibi indicatum, quod iam ab omni æternitate intime cognitum eſſe oportebat.* Hoc ergo, ſic ſtante, & quod ſic efficaciter Chriſtus nobis patris cognitionem optauit, nunc inquiro qualem? confuſam, implicitam, inuolutam, à qua remiſſi, ac floccidi actus, an explicitam, expreſſam, & ex qua feruẽtiſſimi emanarent; ô belle ſuam clarificationem ſiler ait Chryſoſtomus, & putandum eſt in ſua, inuolutam clarificationem exquiſiſſe patris, vitam, & mortem ſuam ſummus ſibi appropriat ge-

S. Greg. S. Aug. S. Chryſ.

36.

nitor, totámque eam ad illius filius conſecrat clarificationem, & putandum, nil aliud Chriſtum petiiſſe, quàm patris cultum implicitum, cognitionem obſcuram, inuolutam, ac ſub velaminibus Chriſti cultus obtectā; quis ſanæ mentis hoc credat? quod ſi explicitam petiit, vt omnes clamant Patres, pudeat nunc Chriſtianos talem non aſpicere in Dei Eccleſia; nullum templum, nullum altare, nullum feſtum, nullas peculiares preces, nullam orationem, nullum ad populum ſermonem; quid Chriſto reſpondebimus? quam rationem adducemus? profecto nullam, niſi ſilentium, pudorémque.

37. Septima ratio Chriſti ſummū beneplacitū.

Septima ratio in beneplacito, ac guſtu fundatur Chriſti Domini noſtri, ſic prægrandi, vt neſciam an maior ex qualibet alia accipiat oblatione, ſeu ſeruitio; quod ſatis patet ex illo ardenti, prægrandi, ac propemodum infinito deſiderio patris clarificationis, ac cultus; cum ſi totam Incarnationis diſpenſationem conſideres: totúmque Chriſti in vita conatum, huius profecto reperies, adorationem ſcilicet patris, eiuſque clarificationem, ſic vt ab inſtanti conceptionis in illud omnes ſuas exerçuerit vires, omnéſque conatus, & nunc etiam exerit, vt tandem omnia patri ſubdat, adeo vt cum hoc effecerit ipſe ſimul cum omnibus illis patri ſe ſubder, ac proſternet, vicem patri reddens, qui omnia ei pariter ſubiecit, vti diu. clamat Apoſt. 1. ad Corinth. 16. n. 26. dicens: *Cum enim omnia ſubiecit pedibus eius*, ſcilicet pater Chriſto; omnia tum viſibilia, quam inuiſibilia, præter ſe ſolum, vnde ſequens Apoſtolus ſubdit, *Cum dicat omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio praeter eum, qui ſubiecit ei omnia, cum autem ſubiecta ei fuerint omnia, tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.* Hoc ergo cum vnice intendat Chriſtus, cum hoc ardenter, cum hoc ſic efficaciter, vt ſcilicet ſuus ſanctiſſimus Genitor ſit omnia in omnibus, ab omnibus adoretur, & glorificetur, quale ob hoc accipiet gaudium? quale ſeruitium? qualem glorificationem? ac ſimul cum illo ſanctiſſimi Dei Angeli, quæ altera poterit eſſe ratio; cum enim ex connexione Eccleſiæ militantis, ac triumphantis indubitatum ſit ſingulas Eccleſiæ militantis feſtiuitates, etiam ſingulari cultu in triumphanti celebrari, vt ex infinitis conſtat reuelationibus; immo vt ait Climacus ad Abbatem paſtorem Bibliotech. Patrum tom. 5. p. 1382. præcipue in his feſtiuitatibus particulares gratias Deum ſuis infundere tum in cælo, tum in terris, *Narrauit mihi quidam*, ait, *diligentium Deum, & amicorum eius, quomodo ſemper quidem, ſed & maxime in annuis, & Regiis ſolemnitatibus*, notandum verbum, *Deus ſuos famulos remuneret donis.* Quale ergo erit gaudium in cælis talis feſtiuitatis? immo neſcio quid ſanctiſſimi Dei Angeli de nobis querimoniæ formare poſsūt; immo quod & forment, dum ibi in cælis nullum ſit patri æterno dicatum feſtum, quia Eccleſia militans illud non obſeruat in terris, ex quo ſummis priuentur fauoribus, ac lætitiis, ampliores ex hoc feſto quàm ex cæteris expectantes. Moueat ergo nos ratio, moueat nos gratitudo, moueat exemplum, moueat ipſa patris dignitas, moueat Chriſtus, moueāt tandē Dei Angeli, ſupremæq; cælorū poteſtates.

1. ad Cor. 15. n. 26.

38. Octaua ratio Angelorum gaudium.

Climac.

§. III.

Reſpondetur obiectionibus quæ fieri poſſunt.

EX dictis ni fallor, euidenter concluditur feſtos, dies, templa, particulares̄que preces patri æterno dicandas; nam cum ex obiecto ſit res ſanctiſſima, nullúmque exter inconueniens, eo vel maximè cum nullum nunc adſit periculum ex cultu patris, aut confundendi perſonas diuinas, aut inæqualitatem filij ſuſpicādi, cum ſic clara ſunt iam omnia vt ipſemet Lutherus, vt affirmat Sāderus hæreſ. 227. ad ignem deſtinauerit quendam affirmantem vnam in diuinis perſonam nempe patris, cur ergo executioni non mandandum, quod vt clariſſimè pateat, libet in medium non ſolum reales, ſed imaginabiles producere, ad hoc vt ex ipſarum ſolutione amplius huius ſanctiſſimi cultus appareat ratio, dignitáſque. *Sanderus.*

39. Prima obiectio nouitas. Occluditur

Primo ergo opponere poſſunt nouitatem, ſane, dato quod ſit nouum, quod negamus; nam vt ſuprà vidimus tempore Cyrilli Hieroſolymitani mille, ac trecentis ab hinc annis templum ſanctiſſimi extabat genitoris; at dato quod ſit nouum, quid inde? nunquid vt aiebat Bernard. *nouella vanitas?* pulchrè Arnob. contra Gentes; *Religionis authoritas*, ait, *non eſt tempore aſtimanda, ſed numine, nec tolere qua die, ſed quid caperis conuenit aſtimare.* Nunquid non veritas, quam propugnamus? & Auguſtini eſt illa vox *veritati non præiudicat antiquitas*; & Clem. Alex. lib. 1. ſtromat. *quæ multo eſt potentior veritas*; contra quam vt rectè Tertul. de velandis virginib. *Nemo præſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinium perſonarum, non priuilegium regionum.* Pulchrè Hieronym. epiſtola 104. iis reſpondens exprobrantibus noua in ſcripturæ tranſlatione ipſum cudere, petit, an ingenium ſit vinum, vt ex nouitate diſcernatur an bonum, an malum; *Nil aſſerunt noua pro veteribus cudere, ita ingenium quaſi vinum probantes*; nam ſi non licitum nouum quia nouum, *quid nunc eſſet vetus*, rectè ait, *aut quid haberet quod legeret, tererétque viritim publicus vſus*; & ſi non licitum nouum, ſed ſemper vetus imitandum. Eleganter Quintilianus lib. 10. inſtit. oratorum c. 2. *Ratibus adhuc nauigaremus, non eſſet pictura, niſi quod lineas modo extremae vmbrae, quam corpora in ſole feciſſent circumſcriberet, ac ſi omnia percenſeas nulla ſit ars qualis inuenta eſt, nec intra initium ſtetit.* Ratibus certè adhuc nauigaremus, nullæ eſſent naues, ac proinde nec Indicum aurum, nec gemma orientalis; vnde ſi hoc iniuſtum, optimè idem remanet, vt tantum nouitatis iniuſtitia noſtrorum ſit temporum, *Niſi forte noſtra potiſſimum tempora damnamus, vt nunc demum nil creſcat; nil enim creſcit ſola imitatione*; nil melius, veritas penſanda eſt non nouitas; nam nouitatis vt ſic obiectio eſt vanitatis, & ſi illud illicitum, nil aliquarum ſanctarum feſtiuitatum nunc in Romana Eccleſia extaret, cum illas à particularibus ſæpe ſit mutuata Eccleſiis: feſtum enim Præſentationis Virginis, ac defunctorum commemorationis,

Bernard. Arnob.

40. Veritati nil præiudicat.

Auguſt. Clemens Alex. Tertul.

Hieron.

Quintil.

41. Eccleſia Romana quot feſta ab aliis accepit Eccleſiis.

è diœceſi ſumpſit ac Eccleſia Leodienſi, ſanctiſſimæ Trinitatis à Gallia, conceptionis ab Eccleſia Græca veriorem opinionem, ac vltimo ab Hiſpania ſanctiſſimi Angeli cuſtodis. Si ergo nil nouum, quia nouum, in Eccleſia Romana, quid antiquitus haberemus? prorſus nihil.

Immo vt hoc addam, cur quæſo diabolo humani generis hoſti licitum ingenia ſuſcitare ad malum nouum indagandum, Deo vero illicitum ad bonum, vt rectè Tertul. vbi ſuprà argumentatur; *Quale eſt enim*, ait, *vt diabolo ſemper operante, & adiiciente quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei aut ceſſauerit, aut proficere deſiterit, cum propterea Paraclitum miſerit Deus, vt quoniam humana mediocritas omnia ſimul capere non poterat, paulatim dirigeretur diſciplina ab illo Vicario Domini Spiritu ſancto.* Nihil pulchrius, *multa habeo vobis dicere*, ſuis dixit Dominus, *ſed non poteſtis portare modo*; ſi nil nouum, quando iſta dicenda? quando portanda? ergo nulla eſt obiectio ſi ex nouitate tantum, hoc dixerim quando nouum hoc, cum vt vidimus, non nouum ſed vetus; ſic vetus vt ex hoc nouum.

Tertul. 42. Nouũ bonum licitũ quia nouũ malũ ſemper excitat diabolus.

Immo ex hoc valida pro nobis inſurgit ratio; nam cum ſanctiſſimæ Eccleſiæ patres, móſque ſit, ſancta, inueterata renouare, antiqua, ac ſimilia vt reuireſcant curare, ac præcipuè in feſtis, vti vltimè Paulus egit Quintus in ſanctiſſimi Franciſci ſtigmatibus, *quam lapſam*, vt ait Breuiarium Romanum, *Paulus Quintus vt corda fidelium in Chriſti crucifixi accenderentur amorem reſtituit*, equidem maior erit ratio, vt ad ſanctiſſimi Chriſti genitoris amorem, obſequium, reuerentiam, cultum, cognitionem ac clarificationem feſtum renouet ſancta Eccleſia ſic antiquum in ea, ac peruetuſtum, dirutum, vt ſic dicam, ſiue negligentia, ſiue omiſſione.

43. Secũda obiectio quia pater nunquam viſus. Occluditur.

Secundo obiici poteſt, quia ſi Eccleſia filio, Spirituique ſancto feſta celebrat, hoc equidem facit, quia ambo myſteria operati ſunt, & viſibiliter; vnde cum nunquam pater viſibiliter apparuerit, nec quomodo figurãdum, nec quando ei feſtum celebrandum ſcimus. Multa continet hæc obiectio ſoluenda, vnde ſingula reſponſione indigent, quam, qua poſſemus breuitate ſubiungemus.

44. Pater vt figurari poteſt.

Primo obiicit Patrem eſſe infigurabilem, ac proinde cum figura populo exhiberi non poſſe, ſane ſi hoc, tollantur & Angelicæ figuræ, quia etiam infigurabiles, & ſine ratione etiam illos figurari Deus in veteri iuſſit lege; quod ſi conueniens ſpiritualia ſub aliquo figurari ſymbolo, cur mihi non patrem ſub ſpecie ſenis venerabilis, vti cum ſanctiſſimus vidit Daniel c. 7. n. 9. *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, veſtimentum eius candidum quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi lana munda.* Vnde Chryſoſt. ſerm. 131. hunc ipſum locum de patre ſanctiſſimo intelligens, ait: *ſic Daniel Deum patrem vidit crine niueo, ſenectute reuerenda, antiquitate terribilem.*

Daniel. 7. n. 9.

Chryſoſt.

45. Vt viſus, & myſteria operatus.

Secundo obiicit nunquam patrem viſum, nunquam deſcendiſſe, nunquam magiſteria operatum, ſane ſi vnus tantum corporis eſſet ſenſus, nempe viſus, procederet oppoſitio; at ſi tam corporalis ſenſus eſt etiam auditus, quis negare poteſt non ſemel, nec bis, ſed ter patrem ſanctiſſimum deſcendiſſe, & eum nos audiſſe, primo in Iordanem, Matth. 3. n. 17. ſecundo in Thabore, Marc. 9. n. 7. tertio tandem quando Chriſtus prope paſſionem, Ioan. 12. n. 28. Ex quibus locis excellenter, vt aſſolet diuus concludit Thom. 3. part. quæſt. 59. art. 8. ad primum, ſic viſibiliter patrem apparuiſſe, ac Spiritum ſanctum. Vnde quamuis indiuiſa ſint ſanctiſſimæ Trinitatis opera ad extra, tamen vocem illam ſanctiſſimo appropriari Genitori, ſicut columbam Spiritui ſancto; vnde Auguſt. ſerm. 63. de verbis Domini: *Vbi Trinitas*, ait, *fecit de cælo columbam, ſed non pertinuit niſi ad ſolum Spiritum ſanctum. Trinitas fecit de cælo vocem, ſed non pertinet niſi ad ſolum patrem.* Et diuus Cyprianus ſerm. de Baptiſmo, *Huncſque*, ait, *Domine ſancte pater non audiuimus te ita loquentem, vt perſonaliter tibi aſſignaretur locutio, quam proferres, hanc vocem à paternitate tua alienam nemo eſt qui ambigat, non eſt qui tibi hoc verbum audeat derogare.* Ergo myſteria etiam pater operatus eſt ſanctiſſimus, ſic etiam ſenſibiliter auditus eſt, ſicut Spiritus ſanctus viſus.

Matth. 3. n. 17. *Marc. 9. n. 7.* *Ioan. 12. n. 28.* *S. Thom.* *Auguſt.* *Cyprian.*

46. Tertia obiectio, quia non adeſt dies vacua? Occluditur *Cæſar Frãcietus.*

Tertio obiicitur, dato quod velit Eccleſia feſtum agere, quando hoc erit? & qualis dies? profecto non videtur.

Sic equidem reſpondeo, Micrologus opponebat contra feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis, vt refert Cæſar Franciotus in obſeruatione myſteriorum totius anni; opponebat enim nullam ſupereſſe Dominicam ſanctiſſimæ dicandam Trinitati, cum omnes ei dicatæ, & hoc non obſtante optimum Eccleſia iudicauit ſanctiſſima peculiaré Trinitati ſanctiſſimæ aſſignare Dominicam, ſic & parimodo, & alteram quod patri ſanctiſſimo dedicet nullum erit profecto inconueniens. Vnde ſicut primam poſt ſanctiſſimum feſtum Pentecoſtes, quando opera videntur gratiæ, & totius Incarnationis œconomia expleta, primam diem Dominicam ad gratias ſanctiſsimæ Triadi agẽdas dicauit, ſic etiam & patri ſanctiſsimo, quia nobis filium ſanctiſsimum dedit ad gratias illi agendas primam diem Dominicam aſsignet Eccleſia poſt octauam Epiphaniæ, quando primum nobis fulgor ille illuxit, quando ſe toti manifeſtauit mundo, quando nos Gentiles filium Dei veniſſe, Patrem ſanctiſsimum nobis illum dediſſe cognouimus; quale ex hoc inconueniens? quale dubium?

Reuertendo ergo vnde diſceſsimus, cum (mea quidem ſententia) nullum ſit inconueniens, & alias opus ex ſuo obiecto bonum, ex rationibus (ni fallor) non ſolum decens, ſed neceſſarium, quid cauſa erit, cur non amplectendum? dicentur ergo ſanctiſsimo huic Genitori templa, ſacrentur ſacella, erigantur altaria, applicentur dies feſtiui, propriæ, ac peculiares preces aſcribantur, vt cum noſſe illum conſummata ſit iuſtitia ſecundum noſtri ſapientis dictum, per preces, per templa, per ſacella, per explicitum & denique cultum incipiamus hic perfici, vt in altera poſtea conſummemur vita per claram, euidentémque cognitionem, vnde dicat noſter Sapiens, *noſſe enim te.*

Non me latet ad coronidem huius diſcurſus officium, ac liturgiam æterni patris neceſſariam inculpaturum forſitam me aliquem, & iuſtè, quia non appoſui; ſciat tamen præ manibus nos illam habere, indicióque plurimorum ſatis approbatam; noluimus tamen, ne colantibus culicem camelum deglutientibus ſcrupulum aliquod inferamus, ſuum aderit tempus; non enim omnia præſtat Deus ſimul.

Num. 4. *Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec vmbrapictura, labor ſine fructu, effigies ſculpta per varios colores.*

Num. 5. *Cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem ſine anima.*

Num. 6. *Malorum amatores digni ſunt, qui ſpem habeant in talibus, & qui faciunt illis, & qui diligunt, & qui colunt.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

AB hoc verſu vſque ad finem capitis, poſt gratias, beneficiſque recognitionem in idololatriam ſcilicet ipſos non incidiſſe, ſicut & cæteras Gentes à pulchritudine inductos imaginum, contra idola inuehit, eorúm que artifices, vnde ait:

Hugo. *Non enim in errorem, &c.* Hugo, *non enim in errorem vt te ignoremus, licet peccauerimus induxit nos hominum malæ artis excogitatio.* Quaſi dicat, gratias agimus, quod & ſi peccatores, tamen ita benignus in nobis exiſtis, vt non permittas nos in fide errare; cum digna peccatis fuiſſet pœna fidem deſerere, in idololatriam incidere: nam ad miraculum vſque videtur malè viuere, bene credere, cum propria peccantium pœna à fide ſit Apoſtaſia; de qua re vide in 1. tom. hom. 28.

Vatab. Ianſen. *Malæ artis excogitatio, &c.* Vatab. *inſidioſum hominis inuentum.* Ianſen. *maligna adinuentio.* In idem reincidunt, mala enim artis excogitatio, quæ eſt idolorum inuentum, dicitur mala, quatenus ducit ad malum, & ſimiliter inuentum dicitur hominum, quia non à Deo, vt bene Holkoth; nam & ſi nihil ſine Deo, tamen non ab illo ea communicata ad eum finem, vt rectè Lorinus

Holkoth. Lorinus. *Nec vmbra pictura, &c.* In aliis libris, & apud Cantacuz. *Adumbrantium labor ſine fructu*, Complutenſ. & Regij *adumbratio picturarum.* Quæ per appoſitionem vocatur labor ſine fructu, *vmbra pictura*, dicitur ob eminentias, & interualla, quæ in pictura cauſat, non verò quod imaginis ſpecies cito tranſeat, vt vult Hugo, & Holkoth, nec ob apparentiam ſolum, vt Carthuſ. quaſi nihil ſit, niſi in ſuperficie.

Cantacuz. Hugo. Holkoth. Carthuſ. *Effigies ſculpta per varios colores, &c.* Græc. *ſpecies maculata coloribus varijs.* Vocat enim maculas notas, quibus pictores ſolent imagines diſtinguere, & illuſtrare; quæ omnia affirmat eos, non decepiſſe, ſicut idololatras.

Cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcentiam, &c. Hoc eſt effrenem libidinem, & cupiditatem colendi idolum, ab eius excitata pulchritudine, ſic omnes Latini, eſtque ſenſus literalis.

A Quidam vt Pineda in cap 40. Iob. 16. n. 4. intelligit de turpi libidine, quam ſuis dæmon cultoribus habitans in idolo excitabat, eáque etiam cauſa idololatriam fornicationem dici; ſubtilis expoſitio, ſed non literalis, prima vera. *Pintus.*

Effigiem ſine anima, &c. Græc. *ſine ſpiritu*, ſeu *reſpiratione.*

Malorum amatores, &c. Vatab. *Malorum amatores ſunt, taléſque ſpes habere digni, talium opifices, amatores, & cultores.* Non ſolum legit, ſed exprimit Vatab. lectio ſenſum; ex peccato enim idolorum fabricationis, & inuentionis, & in eis concupiſcentiæ, & amoris, dignos tales extitiſſe, vt iuſto Dei iudicio in talibus inanibus, & futilibus ſpem reponerent, ſicut & nunc digna peccatorum eſt pœna, vt verò Deo derelicto, carnales ſpem in huius mundi bonis reponant. Complutenſes, & Regij ſic legunt: *Malorum amatores digni ſunt morte.* Quomodo legunt etiam Holkoth, & Hugo, ſed immerito, quod digne reprehendit Lucas Brugenſ. qui ſic hunc explicat locum: *Malitiæ omnis vberrimum fontem amant, & ij qui fieri, colique deſiderant, & ij qui colunt.* Sed prior expoſitio melior, idolorum ſcilicet cultores dignos eſſe, vt in inanibus inanem ſpem reponerent; hinc vt etiam pereant, quia in Deo non eam repoſuerunt; de qua re optimum habemus in ſcripturis exemplum Poſt Babylonicam captiuitatem remanſerant aliqui ex Iudæis, qui reliquiæ Iudæorum dicebantur, quibus Nabuzardam Godoliam præfecit, quem Iſmaël interfecit, vnus ex primatibus Iudæorum, timore perciti ad Ægyptum fugere ſtatuerunt, ſed prius dominum conſulere per Hierem. decreuerunt, cap. 42. quibus ex præcepto Domini reſpondens, vt in terra ſiſterent, in Ægyptum non ingrederentur, bona, ſi manerent, mala ſi vltra progrederentur annuntians, quid bonum, vt iſti reſponderent, audi cap. 43. num. 3. ſic ad Hierem obloquentes, *mendacium loqueris, non miſit te Dominus.* Hinc in Ægyptum aduolantes, tanquam ad fidum contra Regem Babylonis præſidium, omnes ibi interfecti, trucidati, miſerabiliter enecati, totam Ægypti terram Nabuchodonoſor deſtruente; vnde tantum malum? ſanè vt inquit Hieron. in comment. Hierem. ſuper illa verba: *Cum adhuc ſuſtineremus defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum*, quia ſic eorum peccatis exigentibus, *non ad Domini miſericordiam, ſed forinſecus ab alijs auxilium quærebant, ab Ægyptijs, ab Aſſyrijs;* Hinc *factum vt reliquia Iudeorum quæ poſt vaſtationem ſupererant domo captiuos Nabuchodonoſor duxit in Babyloniam.* Supplicium ergo peccatorum ſpes extitit in humanis; de qua re vide in 1. tom. hom. 49. *Pintus.* *Vatab.* *Hierem. 6. 42.* *Ibid. 43. n. 3.*

1 Spes in hominibus ſæpè peccati pœna

Quærunt hic merito Doctores, quàm verè dixerit Salomon, *Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio.* Cum manifeſtum ſit antè Salomonem Iſraëlitas idololatriæ peſtifero morbo laboraſſe. Stephanus Actor. 7. illud apertè affirmat dum eſſent in deſerto, tempore Iudicum hac ipſa de cauſa crebro ſunt à tyrannis oppreſſi; tempore quoque Samuelis ſeruiebant Baalim, & Aſtaroth; triplex ab expoſitoribus affertur ſolutio: Prima Salomonem loqui de publica, & recepta idololatria à toto populo, quam nunquam antè illum extitiſſe ipſi affirmant, ſed hoc eſt falſum, vt pa-

2 Quomodò verum Iſraëlem non idololatraſſe. *Actor. 7.*

tet in adoratione vituli in deſerto. Secunda vt ipſe loquatur de Danidis,ſuique tempore, quo idolum publicè nunquam extitit in Iſraële vſque ad eius ſenectam,antequam hic ſcriptus liber; ſed hoc eſt diuinare. Tertia ergo, & veriſſima ſolutio eſt ipſum loqui de tempore, quo Iſraël extitit apud Ægyptum, in quo primi, & proceres,& maxima pars,quæ totum populum repræſentabat ſemper veri Dei extitit cultor, núquam impuriſſima ſorde fœdantes Aegyptiorum idololatriæ, quod vſque ad miraculũ propemodum videtur; quod probatur: nam ſapiens ex Aegyptiis ſumpſit inſurgendi in idola occaſionem,& ad eoſdem ſermo redit; ergo de illo,& non de alio tempore eſt locutus.

3 Iſraëlitæ in Ægypto vt plurimũ fideles.

Num. 7. *Sed & figulus mollem terram premens laboriosè fingit ad vſus noſtros vnumquodque vas,& de eodem luto fingit quæ immunda ſunt in vſum vaſa,& ſimiliter quæ hic ſunt contraria,horum autem vaſorum quis ſit vſus,iudex eſt figulus.*

Num. 8. *Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto,qui paulo antè de terra factus fuerat, & poſt puſillum reducit ſe vnde acceptus eſt,repetitus animæ debitum quam habebat.*

Commentum litteræ.

Connexio Capitis.

REprobata idololatria ex parte ſpeciei, & formæ,vt numero antecedenti, nunc eam ex parte reprobat materiæ,& efficientis,quatenus materia eſt lutum,efficiens figulus ex terra productus,in terram reducendus,omnia plana.

Eccleſia. 38.n.32. 33. & 34. Ambroſ. Tertull.

Figulus mollem terram premens laboriosè fingit, &c. Figuli labor,& induſtria egregiè ab authore deſcribitur Eccleſiaſtici c.38.nu. 32. 33. & 34. eodem vt ait Ambroſ. lib.6.Examer.c. 9. à Deo (ſi ita loqui fas eſt) formatus homo, ità vt totus Deus in illum intenderet; hinc Tertull carnem reſurrecturam ex Dei opificio in illa rectè argumentatur,lib.de reſurrectione carnis,vnde c.9. ſic ait: *Igitur vt retexam, quam Deus manibus ſuis ad imaginem Dei ſtruxit,quam de ſuo afflatu ad ſimilitudinem ſuæ vivacitatis animauit, quam incolatui,fructui,dominatui totius ſuæ operationis præpoſuit,quam de ſacramentis ſuis,diſciplinisque veſtiuit,cuius mundicias amat, cuius caſtigationes probat, cuius paſſiones ſibi appreciat,haccine, non reſurget totiens Dei? Abſit,abſit,vt Deus manuum ſuarum operam,ingenij ſui curam, afflatus ſui vaginam,molitionis ſuæ reginam, liberalitatis ſuæ heredem, religionis ſuæ Sacerdotem,teſtimonij ſui militem, Chriſti ſui ſororem in æternum deſtinat interitum.* Nil melius,ex quo licet admirari eorum veſaniam, qui quaſi eorum nihil eſſet caro,parumque in ea Deus allaboraſſet, ita pro nihilo eam ducunt, vt ad æterna additam reddunt tormenta,eam in vas reddentes contumeliæ, quam poterant in honoris, de qua re infrà.

1 Carnis noſtræ encomia.

Et cum labore vano Deum fingit, &c. Græc. *malè laborans, Deum vanum fingit,* Vatab *peſſimè locans operam, Deum vanum fingrat.* Quæ maior dementia, laborare, ſed fruſtra, & in vacuum tempus terere? de qua re vide in 1. tom. hom. 82. & quoties hoc euenit, vt ad idolum aliquod A effingendum vſque ad mortem deſudent homines,ſed vane poſteà,ac fruſtatorie, quid non agit pater vt filium Deum faciat? quis non ſeruus, vt Dominum? qualis mater vt filiam; at quid poſteà? vanus eſt labor, dum ob ipſamet peccata,quæ ad magnitudinem conſtituendam filij pater peragit,filius maledicitur,& in perditionem recedit, Geneſ. 9. num. 25. *Maledictus Chanaam ſeruus ſeruorum erit fratrum ſuorum.* Gen. nu. 25. Non iſte peccauit,ſed Cham pater eius verenda patris denudans,ſiue oſtendẽs, cur ergo non ipſe, ſed filius eius maledicitur? ſanè inquit Chryſoſt. in hunc locum, ob maiorem ipſius cruciatum,*quia patribus grauius eſt videre filios ſupplicio affici, quàm ipſi ſibi forent obnoxij.* Chryſoſt. 2 In quo B loco prudentiſſimè aduertit Sanctus quod licet ob peccatum patris Chanaam maledictus, pœnas tamen maledictionis ob propria ſuſtinuit peccata: *nam licet*, ait, *propter patris peccatum tunc maledictioni ſit obnoxius, attamen veriſimile fuit, quod & propter ſua delicta dederit pœnas.* Maledictus,& maledictioni obnoxius ob peccatum parentis,at executio ob ſua, quid inde? horrendum quid, multoties enim non ſolum maledictio filiorum ob peccata parentum damnum importat corporale,ſed ſpirituale, non ſolum pœnas temporales, ſed æternas, dum executio maledictionis fit per peccata filiorum, & permiſſio peccatorum filij fundatur in patris peccato, ob quod filius maledictus; hinc euenit(quod patribus horrendum)vt eamet ob quę C peccarunt vt filium ad diuinitatem,vt ſic dicam, erigerent, vt idolum conſtituerent mundi, eamet prorſus non ſolum temporalem, ſed æternum ei procurent caſum, interitum,exinanitionem,qualis quæſo labor inanior?

Cham peccat & Chã filius maledicitur, & cur.

Ille qui paulo antè de terra factus fuerat, &c. Græc. pro factus,*genitus*,de figulo loquitur, eiuſque amentia,cum & ſi terrenus, & in terram reuerſurus,tamen Deum effingit, & Deum ſe poſſe efficere æſtimat, qualis maior dementia?

Repetitus animæ debitum quam habebat. Mortem animæ debitum appellat, in quod per originale incurrit peccatum; vnde Deus illud repetit ab anima, quando ad mortem hominem vocat.

Vltimo tandem,nolo hic optimum non adijcere corollarium Hugonis,qui ex hoc ſapientis dicto elicit,iuſtiſſime nempè factum, vt lutum adorarent,qui animam deferentes corpus ei antepoſuerunt ſuum: *Iuſto enim*, ait, *Dei iudicio factum eſt,vt qui de terra facti ſunt, quia meliorem ſui partem, id eſt animam ad imaginem Dei factam ad adorandum Deum vitium ſequi noluerint,viliorem ſui partem, id eſt corpus terrenum imitando adorarent Iuteum Deum.* Nil melius, lutum adorent,qui lutum animæ præpoſuerũt, & dum Deum poſt corpus ſuum proiiciunt, & luteum hoc figmentum Deo anteponunt, iuſto Dei iudicio pro Deo illud habeant,& in pœnam illis cedat,quod in delitiis habuerunt; ſubiiciatur ergo impius tyranno,adoret hominem malignum, dum ob hominem ſæpè Deum deſeruit.

3 In pœnam ſæpè corporalia adoramus idola, quia ſpiritualia deſeruimus.

Digitized by Google

HOMILIA LXVI.

Non peccandum ob carnis reuerentiam, quando anima deffet bonum.

Sed & figulus mollem terram premens laboriosè fingit ad vsus nostros vnumquodque vas. Noster ait Sapiens, stultitiam taxans figuli, dum tanto impendio idolum fingit, ac labore, quod nos in litera ad Dei impendium retulimus, quo humanum efformauit corpus, non idololatrarum, sed hominum taxare dementiam intendentes, qui sic peccant, ac si corpus haberent belluinum, ac si nulla industria, nulla arte, nulla diuina efformatum esset prouidentia, quasi ad terrena tantum destinatum, & non potius ad cœlestia. Ambros. Pulchrè Ambros. lib. 6. Exam. cap. 9. pendens duos tantum homines habere, non quatuor pedes, ad instar auium, non quadrupedum, illam huius rei assignat rationem, hominis corpus potius aduolatum natum, quàm ad rependum: *Rectè autem, ait, non plures, sed duo sunt hominum pedes, quaterni enim pedes feris, ac belluis sunt, bini auibus, & ideo vnus de volatilibus est homo, qui alta visupetat, & quodam remigio volitet sublimium cogitationum.* Quod cum sit, nescio quo malo genio, sic vilem de nostro accipimus corpore æstimationem, vt non ad volatum destinatum, sed veluti quadrupes esset ad terram formatum credimus, nullum de eo respectum concipientes, nullam venerationem, cum si iustè rèi æstimanda ac æqua lance ponderanda, ne quidem, & si cæteræ deessent rationes ad non peccandum nostri sufficeret corporis reuerentia, nostræ carnis respectus.

Ambros. — Corpus humanum cur duos habet pedes.

Enimverò ne meum hoc reputes inuentum, & quasi non magnam hanc æstimes rationem, quia mea, eam accipe à sanctissimo Apostolo, 1. ad Corinth. c. 6. qui quatuor affert rationes ab ipsamet corporis præstantia eductas, vt acerrimos ad libidinem reuocaret Corinthios, isti enim, vt inquit Strabo salacissimi ad libidinem, sic deam colebant Venerem, vt plusquam mille ei dicatas habebant meretricias famulas, & non equidem è vilioribus, vnde lib. 8. sic fatur: *Fanum veneris Corinthi ita fuit locuples, vt plures quàm mille habuerit sacrorum famulas meretrices, quas dea viri, mulieréque dedicarunt.* Immo vt author est Suidas verbo *cotbis*, dæmon ipse sub hoc verbo colebatur, *preces effeminatorum, & impudicorum.* Vnde ex Græco prouerbio *Corinthiazin*, idem fuit, ac lasciuiore genio, & libidine vacare. Hos ergo sic effeminatos, sic molles, sic ad lasciuiam proclives non ex iudicio, non ex inferni pœnis, non ex animæ nobilitate, non ex amissione bonorum spiritualium, non denique ex Dei mandatis, ac præceptis, sed ex corporis, ac carnis præstantia reuocat, sic nostrum est præstans corpus, talis nostræ debetur reuerentia carni; proponam ergo tibi eas, ac quanti sint ponderis, qua possum breuitate librabo, vt exinde quantum sit malum peccare intelligas, dum quando cætera deficerent ipsemet carnis decor, illud tibi dissuadere deberet.

1. ad Cor. c. 6. — Strabo. — Psalus ex carnis præstantia Corinthios à peccatis reuocare intendit. — Corinthij quanto cultu Veneri colebant.

Quatuor igitur sanctissimus proponit Apostolus vbi sup. rationes, siue carnis, corporisque excellentias, quarum prima; quia corpus non est nostrum, sed Domini, vnde n. 13. sic ait: *Corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori.* Anselm. & Chrysostomus hunc exprimunt sensum, corpus non adiiciendum fornicationi, nec ipsum ob hoc constitutum, sed vt Domino seruiat, quia ipsius est, quatenus nostra caro ab ipso immediatè efficta, formata, ac sigillata, non secus ac ipse homo; nam vt bene adnotat Tertull. mox citandus, *homo* propriè caro dicitur, quod probat: nam caro: *prior vocabulum hominis nuncupauit*, dum iuxta 70. sic legitur: *Et finxit Deus hominem limum de terra: iam homo*, rectè Tertull. *qui adhuc limus, & insufflauit in faciem eius flatum vitæ, & factus est homo, id est limus in animam viuentem.* Ergo caro homo, & sicut totum hominem ex se, siue per se ipsum Deus finxit, sic & carnem, ob hoc ipso mundo toto dignior; considera, quæso te, totum hunc orbem, pende decorem, maiestatem, pulchritudinem, cœlum, terrámque consideratione inspice attenta, profecto nisi desipias veneratione dignam tantâ æstimabis molem; hinc cæcutientes antiqui pro Deo, & mundi elementa, & ipsam terram, vt de astris taceam, habuerunt, at quid? venerabilior nostra est caro, quod duplici capitè acutissimè probat Tertull. de resurrectione carnis, c. 5. & 6. Primo, quia non solo sermone ficta, sicut & cætera, sed manu, sed consilio, sed Dei opere. Secundo, quia ex contactu illo diuino, quatenus per ipsius manus efformata in ampliorem, quàm mundus se erexit dignitatem; *Omnia*, inquit Tertull. *sermone Dei facta sunt, & sine illo nihil, caro autem, & sermone Dei constitit, & amplius manu, propter prælationem, ne vniuersitati comparetur.* Pulchra ratio, quæ vt nulli scrupulum ingerat, & longè ab illa hæresi dissideat, quæ Deum corporeum æstimabat; sciendum aliquorum esse opinionem ad constituendum hominem Deum formam induisse humanam, sic Oleaster, in illud Genes. *Faciamus hominem.* Et Eugubinus. Hac ergo opinione sic stante mira carnis extitit profecto dignitas, non sicut cætera efficta solo sermone, sed manu, dicente scriptura, *& finxit Deus hominem*, cur hoc? *propter prælationem*, inquit Tertull. *Ne vniuersitati comparetur.* Et ratio eius; *minora enim quæ fiebant, eo cui fiebant, siquidem homini fiebant, cui mox à Deo addicta sunt.* Ergo reliqua famulæ, caro domina, cæterorumque princeps, hinc, *merito*, sequitur Tertull. *vt famula iussu & imperio, & sola vocali potestate vniuersa processerant, contra homo vt Dominus eorum.* Pulchrè, imperio, sólaque voce reguntur famuli, Domini verò non tantum voce, sed tactu, sed opere, sed contactu, sic caro nostra efficta non solum Dei voce, sed manu, non tantum dictum, *faciamus hominem*, sed *finxit Deus hominem.* Ergo ipsa regina, ac omnium princeps; quanta ergo veneratione digna?

excellentiæ à Paulo consideratæ. — Anselm. Chrysost. — 5 Caro nostra sic est Dei, ac ipsa animâ. — 6 Homo propriè caro dicitur. — 7 Eius corpus ipso toto mundo dignius. — Tertull.

At & si magna hæc dignitas, maior tamen ex Dei contactu, maior ex Dei manu, sic, vt quando ex Dei operatione non solum voce effecta, sicut cætera, præstantior inuenitur, vnde veneratione digna, ex contactu tamen non solum venetatione, sed adoratione reperitur, vnde (si sit fas dicere) nostra adoranda caro, quia à Deo tacta, quia aliquando in eius manibus. Pulchrè hoc efficacissimo probat Tertull exemplo: *Phidiæ manus*, ait, *lenem Olimpium ex ebore molitur,*

Oleaster. Eugubin. — 8 Deus formam induit humanam, dum hominem finxit. — 9 Carnis excellentia suprà totũ mundum quia à Deo effecta. — 10 Digna adoratione, quia à Deo tacta. — Tertull.

4 Carnis quatuor

& adoratur, nec iam beſtiæ, (& quidem inſulſiſſimè Deus eſt,) ſed ſummum ſæculi numen, non quia elephantus, ſed quia Phidias tantus, Deus vinus, & Deus verus, quamcumque materiæ vilitatem non de ſua operatione purgaſſet, & ab omni infirmitate ſanaſſet? Egregiè, ebur in Iouem Phidiæ manu tranſlatũ, & ſi vilis materia, vilis animalis adoratur, quia *Phidias tantus*. Quid ergo? nunquid minus limo debetur, quia Dei manu in carnem, ſeu in hominem inſurgit? immo ob hoc non tantum veneratione ipſa digna, ſed adoratione. Hinc ad eam Deus accedens, vt ait idem author totus in illa occupabatur, quaſi ipſam venerans, ſimulque reſpectans: *Recogita totum illi Deum occupatum*, ait Tertull. *Ac debitum manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientia, prouidentia, & ipſa in primis affectione, qua lineamenta ducebat.* Hinc *totiens honoratur, quotiens manus Dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur?* Egregiè, non ſemel honoratur noſtra caro, ſed quoties à Deo tangitur, quod cum non ſemel, hinc infinito digna honore, ac reuerentia; quæ licet non idem genus cum anima ſortiatur, tamen quia nomen cum toto homine communicat, illud meretur, vt in cõſortium admittatur omnium quæ ſummus Deus homini repromiſit, vt rectè idem author, qui dum probaſſet & carnem, hominem etiam dici: *Hoc eo commendarim*, ait, *vti quidquid omnino homini à Deo proſpectum, atque promiſſum eſt, non ſolum animæ, verum & carni ſciat debitum, vt ſi non ex conſortio generis, certè vel ex priuilegio nominis.* Eleganter, recogita quam meretur homo reuerentiam, quẽ reſpectum, qualem honorem; prorſus idem & caro, dum in conſortium ſubleuata eſt nominis, quid ergo? nonne ſacrilegium per tactum ſanctificata diuinum, per manum purgata ſublimem, per adfectionem efficta, ac effigiata deificam contaminare, ac illam fœde tractare, quam tanta Deus circumſpexit affectione, conſilio, ſapientia? nunquid tu vilem eam dices, quam tanti Deus fecit? nunquid ſaltem quia Domini tui eſt, eam non reſpectabis? incipiat quæſo iam tibi caro placere, cuius artifex tantus eſt, & ſi eam non æſtimas, quia tua, reuerentia, quia Domini tui.

11 Caro veneranda quia Dei. *Gen. 39. n. 9.*

Senſatiſſimè Ioſeph procaci fœminæ ſtimulanti reſpondit, Geneſ. 39. n. 6. *Quomodo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Cuius tota ratio, quia & ſi omnia ei Dominus tradider, at non tamen eam quæ vxor eius, *præter te quæ vxor eius es.* Venerabatur mulierem, & ſi veneratione non digna, quia Domini ſui vxor, quia Domini ſui gloria, & ne inglorium herum à quo tanta acceperat, faceret, à peccato ſe abſtinuit: *mulierem nouerat*, inquit Bern. ſerm. 13. ſuper Cant. *gloriam eſſe viri, & iniquum ſibi indicauit, vice contraria inglorium facere eum, qui ſe fecerat glorioſum.* Sic tu quando peccarum ſubrepit reſponde, non poſſe ſcilicet te peccare, ac carnem illam maculare, quæ Domini tui eſt, & ingloriam illam reddere, quæ glorioſa ex contactu Domini effecta eſt; immo inglorium Deum facere, cuius caro tua, ſiue corpus tuum, vt inquit Apoſtolus.

Bernard.

12 Ioſeph venerabatur mulierem, & ſi honore indigna, quia viri vxor.

Addead hæc, & alium ſenſum eorundem Apoſtoli verborum, corpus ſcilicet peccato nõ adiiciendum, quia ad ſeruiendum Domino, hoc eſt Chriſto deſtinatum, qui noſtrum caput; ſic Chryſoſt. ex qua ratione, altera mirabilis noſtrę carnis dignitas elucet, ob quam ſic ipſa veneranda, vt omnino à fœditate intacta, illibatáque ſeruanda à nobis eſſet, dum quia caput eius Chriſtus, ac per conſequens eius ipſa membrũ, vt infrà dicemus, euenit, vt quando ipſa à principio formata, ac efficta tota deſtinaretur ad ſuum caput, ac proindè Deo ſanctificata, ac ſacroſancta, vtpotè Chriſto dicata, verbóque diuino addicta. Quapropter ſi verè æſtimandum non propter nos ipſa ex limo in carnem nobiliorem materiam, ſed propter Chriſtum euaſit, ſic vt quando eam homini Deus aſcripſit, non tantum donum, quantum pignus extitit Chriſti venturi, vt acutiſſimè Tertull. vbi ſup. hoc ipſum expendens, *Quodcumque*, ait, *limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus, quod & limus, & ſermo caro, quod & terra tunc.* Hoc eſt ad quem & limus, & ſermo, & caro, & terra tunc dirigebantur: vnde ſequitur: *Sic enim præfatio patris ad filium, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & fecit hominem Deus, id vtique quod finxit, ad imaginem Dei fecit illum, ſcilicet Chriſti, ita limus ille iam tunc imaginem induens Chriſti futuri in carne, non tãtum Dei opus erat, ſed pignus.* Egregiè, iam tunc ſe nobis Deus adſtrinxit Chriſtum daturus, quãdo carnem contulit, quæ quatenus Chriſti venturi pignus eam prorſus induit ſanctitatem, reuerentiam, ac reſpectum, quam is pro quo pignorabatur; vnde conſiderandum tibi eſt, quãdo eam in re aſpicis non tuam eſſe vt ſic, & ſimpliciter, ſed Chriſti, quæ ſicut prioribus erat pignus temporibus Chriſti venturi, ſic nunc Chriſti iam incarnati; vnde dum eam aſpicis, tangis, verſaris, de Chriſto, de ſanctiſſimo Dei verbo admoneris aduentu, cui ipſa dicata, ac ſacroſancta. Quanta ergo veneratione, quanto digna reſpectu, quantumque erit ſacrilegium contra ipſam peccare?

Chryſoſt.

13 Caro omni digna veneratione, quia ad Chriſto ſeruiendũ deſtinata.

Tertull.

14 Fuit pignus Chriſti venturi.

Secunda Apoſtoli ratio ex ipſa carnis eſt petita reſurrectione, ſic n. 14. *Deus vero, & Dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem eius.* Quid ergo fœdabis tu eam, quæ ad tantam eſt deſtinata gloriam? quæ clara reſurget, ſic lucida vt ſeptempliciter claritatem ſuperet ſolis, tu obſcuram reddes, ac fœdatam? *nimia quoque claritas fulgebit*, ait Laur. Iuſt. lib. de diſciplina, & perfect. Monaſtica, c. 23. *itaut ſolis ſepties trãſcendat ſplenderem.* Quæ impaſſibilis, nullo cibo, & potu indigens, vt Cyrill. affirmat Hieroſol. c. 18. *Reſurget hoc corpus, ſed non tale manebit, verum erit æternum, & non amplius cibis opus habebit, neque ſcalis ad aſcenſum, fiet enim ſpirituale, & ſplendebit vt Sol.* Tu ergo cibis ingurgitabis, ac deformibus actionibus afficies, quæ ſubtilis ſic vt ad modum ſpiritus cuncta penetret, ob quod ſpiritualis dicitur iuxta Apoſtolum, 1. ad Corinth. 15. *ſeminatur corpus animale, ſurget ſpirituale.* Tu craſſam, & ſpiſſam efficies, & tandem quæ agilis, ſic vt in momento infinita tranſcurrat ſpatia, tu pondere grauem reddes peccatorum; qualis hæc deformitas?

15 Veneratione digna, quia reſurrectura glorioſè.

Laur. Inſtin.

Cyrill. Hieroſol.

1. ad Cor. c. 15.

Enimverò grauiter argumentatur Tertull. vbi ſup. cap. 7. ex dignitate animæ, carnis dignitas, ac præeminentia, quaſi indecens Deo viliori materiæ, ſic ſublimem indere formam: *Non es diligentior Deo*, ait, *vti tu quidem ſcythicas, & indicas gemmas, & rubentis maris grana tanden-*

Tertull.

tia, non plumbo, non ære, non ferro, nec argento quoque oblaquees, sed electissimo; & insuper operosissimo descobres auro, vinis item, & vnguentis pretiosissimis quibusque vasculorum prius congruentiam cures, proindè perfecta ferruginis gladijs vaginarum adæquas dignitatem. Deus verò animæ suæ vmbram, spiritus sui auram, oris sui operam vilissimo alicui commiserit capulo, & indigne collocando vtique damnauerit? Quid pulchrius? sublimis res nostra est caro, quia ad portandum animam destinata, quæ animæ Dei vmbra, quæ spiritus sui aura, quæ oris sui opera; rectè argumentatur Tertull. & tantum de anima loquitur non adhuc glorioſa; quid diceret de glorioſa; si ergo Deus sic nostrâ, vt sic dicam, veneratus est animam, vt tale appararet ei receptaculum; dic mihi cur tu ad animam glorioſam vile quantum ex te, vis apparare capulum; immo & peccatis apparas, dum te peccatore existente, & si resurgat, tamen non glorioſa, non lucida, sed opaca, non agilis, sed grauis, non subtilis, sed crassa, & si incorruptibilis, quia non morietur, corruptibilis, quia æternaliter patietur; ob eius ergo reuerentiam, ob eius resurrectionem à peccatis abstine, quando alia tibi deessent incentiua.

16 Quia animam portat.

Quid dicam? ingratissimus es, durus, ac penè inhumanus, sic malam carni tuæ vicem reddens, vt cum sine ea nil gustares, nil olfaceres, nil videres, & tandem omnia per eam nunc possides, sic in ipsam vilis, vt sic dicam existis vt velis non resurgere ipsam ad gloriam, sed ad ignominiam, ad contumeliam: *Quem enim naturæ vsum, quem mundi fructum*, optimè arguit idem Tert. vbi sup. *Quem elementorum saporem non per carnem anima depascitur? per quam omni instrumento sensuum suffulta est, visu, auditu, gustu, odoratu, & tactu, per quam diuina potestate respersa est, nihil non sermone perficiens, vel tacite præmisso, & sermo enim de organo carnis est, artes per carnem, studia, ingenia per carnem, opera, negotia per carnem, officia per carnem, atque adeo totum viuere animæ carnis est, vt non viuere animæ nil aliud sit, quàm à carne deuertere.* Egregiè, omnia per carnem possides, omnibus per illam imperas, & hoc ad instar Dei solo sermone, sola per carnem subministrata voce; si ergo te Deum per ipsam in hac vita Deus constituit, cur tu & deitatem ipsi non procuras, & sociam habere non tormentorum æternorum, sed gaudiorum? non pecces ergo quia caro resurrectura, quia vt inquit Apostolus corpus resurget, & apud te potentior gloria inueniatur resurrectionis, quàm corruptionis appetitus.

17 Nec minus ob quæ nunc nobis deseruit.

Idem Tertull.

Tertia Apostoli ratio, & quidem non minus efficax, quia corpus nostrum, seu caro nostra membrum est Christi, n. 15 *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi, tollam ergo membra Christi, faciam membra meretricis? absit.* Mira ratio, ex qua duo mirabiliter simul expressit Apostolus, & carnis nostræ dignitatem, & peccatum grande, quod in illam admittitur peccando; dignitas quia ratione adhæsionis cũ Christo vnus spiritus fit homo cum Deo, vnde Apostolus, *qui autem adhæret Deo vnus spiritus est.* Peccatum verò, quatenus, qui peccando meretrici adhæret, ex diuino corpore, vt sic dicam, corpus efficit meretricium, putidum, fœtidum, quia vt ait idem Paulus, *Qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur; erunt enim duo in carne vna.* Hæc est summa ratio non peccandi, quia caro nostra non nostra, quia corpus nostrum non nostrum, sed Christi; quanta huius ob hoc dignitas? *Hæc autem dicebat*, ait Chrysost. hîc: *simul & benignitatem ostendens, quod eius sit corpus nostrum, & à maligna potestate nos eripiens*, scilicet peccandi, qua ratione? duplici, prima, quia vt inquit Sanctus, *non corpus nostrum probro afficitur peccando, sed corpus Christi.* Secunda verò, *quia si est alienum corpus, non est in nostra potestate alienum probro, & iniuria afficere, maximè cum sit dominicum.* Nil melius, quod amplius patebit si illa duo consideraverimus, dignitatem scilicet carnis ex Christi coniunctione, indignitatem ex peccato, seu ex Christi separatione.

18 Tertia ratio, quia caro membrum est Christi.

19 Fornicator ex carne sua quæ prius diuino, per fornicationẽ facit eam meretriciã, aputidã. Chrysost.

Quanta ergo nostræ carnis dignitas ex Christi adhæsione quis eam explicet, non dicerem, nisi Apostolus diceret, *qui adhæret Deo*, ait, *vnus spiritus est.* Expende verbum, & obstupesce; dum enim in gratia stamus, in huius status virtute, corpus nostrum fit membrum Christi, tali inhęsione, vt ex illa vnus fiat spiritus noster cum spiritu Christi, & ex carne, vt sic dicam, deificemur, quatenus sicut ex coniunctione carnis inter virum & vxorem, vna fit caro, sic ex coniunctione corporis nostri cum corpore Christi, non non equidem fit vna caro, sed altiori, inimaginabili modo fit vnus spiritus, qua mediãte vnione, ad consortium per gratiam insurgit homo diuinitatis, itavt sicut inquit Bernard. tractat. de vita solitaria ad fratres de monte Dei, siue quiuis alius, *quod Deus est ex natura, homo sit per gratiam.* Et in illo idem prorsus efficiat Spiritus sanctus, quod in summa, æternáque sanctissima Trinitate, quatenus cum inter patrem, filiúmque ipse sit nexus quo vniuntur, ex adhæsione corporis nostri cum Christi corpore, & vnione, ipsemet Spiritus sanctus sic vnit spiritum nostrum cum spiritu Christi vt licet non substantialiter, tamen accidentaliter, hoc est per affectionem, intimámque penetrationem affectuũ, ac voluntatem vnus fiat homo secundùm Apostolum spiritus cum Deo; quod totum admirabiliter expressit idem Bernard. vbi sup. circa finem tractatus, vbi retractans triplicem similitudinem hominis ad Deum de vltima sic ait: *Dicitur autem hæc similitudo Dei vnitas spiritus, non tantum, quia efficit eam, vel affeit ei spiritum hominis Spiritus sanctus, sed quia ipsa est ipse Spiritus sanctus Deus, charitas, cum per eum qui est amor patris, & filij, & vnitas, & suauitas, & bonum, & osculum, & amplexus, & quidquid commune potest esse amborum in summa illa vnitate veritatis, & veritate vnitatis, hoc idem homini fit ad Deum, quod cum substantiali vnitate filio est ad patrem, & patri ad filium, cum in amplexu patris, & filij mediam quodammodo se inuenit hominis beata conscientia, cum modo ineffabili, incogitabilique fieri meretur homo Dei, non Deus, sed tamen quod Deus est ex natura homo ex gratia.* Egregiè, substantialissime vnit Spiritus sanctus patrem, filiúmque in diuinis per amorem, per nexum, per osculum, per amplexus, sic & nos non æquali vnione, sed media, vt inquit Bernard. hoc est accidentali ex qua vnus fit totus homo spiritus cum Deo, quod totum, quia corpus nostrum membrum est Christi; ex quo fit vt quate-

Bernard.

Digitized by Google

nus per gratiam dij efficimur ex cõsortio Chri-
sti, caro iam noſtra non ſit amplius caro homi-
nis vt ſic, ſed hominis deificati, ac propemodum
diuini, & quodammodo ex hac noua hominis
ſpiritualis efformatione noua ſit caro effi-
cta, & efformata ad inſtar Chriſti corporis, *non ex ſan-
guinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex vo-
luntate viri, ſed ex Deo.* Ex ſanctiſſimo ſcilicet
ſpiritu eius, vnde ſicut corpus Chriſti, quia vni-
tum perſonaliter dicitur diuinum, & etiam quia
totum à Spiritu ſancto formatum, compa-
ctum, & effictum ex puriſſimis ſanctiſſimæ vir-
ginis ſanguinibus, ſic etiam, quatenus ſpiritus
noſter per eandem Spiritus ſancti gratiam cum
Deo vnitur, & corpus noſtrum per eiuſdem Spi-
ritus ſancti operam nouiter, vt ſic dicam, effor-
matur, quatenus ad altitudinem aſſurgit corpo-
ris Chriſti, etiam per participationem, & deifi-
cum, & diuinum dici poteſt, quanta ergo huius
dignitas, quanta carnis noſtræ præeminentia ex
tali adhæſione? meritò admiratus, & ſtupidus
hoc Apoſtolus conſiderans exclamat: *tollam
ergo membrum Chriſti, & faciam membrum me-
retricis?*

21 Meretrice nil fœdius. *Eccleſiaſt. 9 n.10. Lyranus. Hugo. Carthuſ. Feſtus.*

Ex dictis quantum contra carnem peccatur,
quando à Chriſto eam abſtrahimus, & præci-
puè per carnalia dilucidè emicat, quid fœtidius
ſcorto? quid abiectius meretrice? *Omnis mu-
lier quæ eſt fornicaria quaſi ſtercus in via concul-
cabitur.* Eccleſiaſt. cap. 4. n. 10. dupliciter hoc
intelligunt authores Lyranus, Hugo, Carthuſ.
meretricem, ſiue ſcortum ſtercum dici, quate-
nus omnibus in via patens ab omnibus concul-
catur, Scortum enim, cum à *corio* deriuetur, ideo
pro meretrice ſumitur, quatenus vt ait Feſtus
omnia ex pelle antiquitus *Scortea* dicebantur, ac
proindè in calceamentis vltima ad ſolum vſque
ab omnibus proculcabantur, ſic meretrices om-
nibus expoſitæ, vti ſtercus ab omnibus concul-
cantur, quid vilius? vnde Iſaias c. 51. n. 23. *Po-
ſuiſti vt terra corpus tuum, & quaſi viam tranſeũ-
tibus.* Vide Ezechiel. c. 16. num. 15. & 24. at effi-
cacius illa verba accipit Ianſenius adeo vilem
mulierem eſſe fornicariam, vt non ampliori di-
gnam æſtimatione, quàm ſtercus, & ſtercum eſ-
ſe; hinc ſic res antiquitus vilis vt in Cionum ci-
uitatibus, vt refert Athan. lib. 33. c. 33. ſcelus erat
illas intueri; immo piaculum eas mirati Sacer-
dotibus etiam poſt pœnitentiam, teſte Philone,
lib. 1. de mundo *meretricem*, ait, *pariter impuram
animo, atque corpore, nec aſpicere quidem licebat
Sacerdoti, etiam ſi quæſtu relicto ad frugem redyt,
eo quod pollutum vitæ inſtitutum ſecuta ſit.* Hinc
apud Ægyptios teſte Diodoro Siculo lib. 2. de
Theban, ait; mulier in adulterio deprehenſa
naſi mutilatione mulctabatur; vnde Oolibæ
meretrici Dominus per Ezechiel. c. 23. *Naſum
tuum, & aures tuas precident*; cuius rationem
affert Hieronym. *quia odorem bonæ fragrantiæ
verterunt in fœtorem.* Huius ergo ſic abiectæ,
huius ſic putidæ, ſic apud ipſas etiam Gentilium
nationes habitæ ex membro Chriſti ſuperni
Dei fit homo membrum, & ex corpore diuino,
fit corpus meretricium, ex qua coniunctione
ſicut vnus ſpiritus cum Deo, ac proinde Deus
fiebat homo, quando corpus ſuum erat Chriſti
membrum, ſic quando meretricis non ſolum
quoad carnem ipſa caro fit vna cum meretrice,
ſed quodammodo ipſa anima; vnde non am-

22 Scortum vnde dicitur. *Iſaiæ 51. n.23. Ezech. 16. nu.15. & 24. Ianſen. Athanaſ. Philon.*

23 Meretrices Sacerdotes intueri etiam poſt pœnitentiam piaculum erat antiquitus. *Diodor. Sicul. Ezech. c. 23. Hieron.*

24 Meretricibus antiquitus naſus præcidebatur, & cur.

25 Quanto dedecore corpus ſuũ afficit fornicator.

plius ſpiritus, ſed caro, ſed ſtercus; *igitur qui
fornicationem operatur*, ait Epiphan. hæreſ. 66.
*caro factus eſt, non ſolum ipſa caro, ſed omnia, &
anima, & alia caro fiunt, adhærens enim ſcorto ca-
ro factus eſt, & cum ſic carnalis caro omnino voca-
tur.* Nil ſapiens niſi carnem, nil cogitans niſi
carnem, tota ad carnalia addicta, nunquid hanc
ſpiritum dices, & non carnem? & inſuper me-
retriceam? hoc eſt fœtidam, putidam, malè ſicut
ſtercus olentem?

Epiph. 26 Fornicator ex carnis peccato totus fit caro, etiam quodammodo quoad ſpiritũ.

Quapropter qui carnaliter peccat, non ſolum
animam turpem facit, ſed ipſam ſuam carnem,
ſummo dedecore afficit; vnde ſenſatiſſimè, ac
grauiſſimè Apoſtolus peculiariter carnales in
corpus ſuum peccare affirmat, dum ait ibidem,
num. 18. *Omne peccatum quodcumque fecerit ho-
mo extra corpus eſt, qui autem fornicatur in corpus
ſuum peccat.* Quatenus vt alibi diximus ex cor-
pore diuino, efficit illud corpus beſtiale, impu-
rum, fœtidum, ac prorſus omni abominatione
dignum, non animæ corpus, ſed cloacam; vnde
rectè Cæſarius hom. 3. *Si bene*, inquit, *& rectè
iudicas incomparabiliter graviorem putorem red-
dunt cogitationes luxuriosæ quam cloacæ.* Quod
cum ſit, & tanto afficias carnem tuam dedeco-
re, ob illam quæſo te à peccatis abſtine, quando
cætera deficerent, ne, vt inquit Apoſt. membrum
Chriſti, membrum facias meretricis.

27 Et eius corpus cloaca.

Cæſarius.

At, vt hoc adiiciam, creſcit tui peccati malí-
tia ex carne, ſi quomodo quando peccas corpus
tuum à Chriſto tollis, & membrum conſtituis
meretricis penſites; non enim putandum quod
dum es fidelis, ſic corpus tuum abſcindis à cor-
pore Chriſti, vt non ſis amplius illius, dum pec-
cas; ſed vt diu, ait Thom. ſecundum *adminiſtra-
tionem* corpus tollis à Chriſto, adeo vt ſicut
Chriſto adminiſtrare debebat, & in eius ſeruí-
tium, ac fauorem, contra ipſum militet, ac ipſum
veluti diſcerpat, & diſſipet, mira malitia,
immo inenarrabilis deformitas, vt proprium
membrum corporis contra ipſummet ſuum in-
ſurgat caput, & inſtrumentum fiat mortis, quod
debebat eſſe vitæ, hoc prodigium profecto ſan-
ctiſſimus Dominus noſter in oſculo proditoris
obſeruauit, adnotauit, *oſculo Iudas*, ait, *filium ho-
minis tradis?* Luc. 23. n. 48. non enim tantum
traditionem penſitauit, quantum quod oſculo
eam perfeciſſet, pietatis, ac charitatis ſignum, in
traditionis, ac mortis, ſiue occiſionis peruertens
indicium, qualis maior deformitas? *velut prodi-
gij genus in proditore condemnans*, ait Ambroſ. lib.
6. Exam. c. 9. *Dixit Iuda, oſculo filium hominis
tradis, hoc eſt charitatis inſigne convertis ad ſignum
proditionis, & infidelitatis indicium? pacis hoc pi-
gnore veteris ad officium crudelitatis?* Egregie,
non tantũ admiratus eſt Dominus traditionem,
quantum inſtrumentum, vt fieret odij, quod
erat amoris, ex peruerſitate diſcipuli; ex mali-
gnitate traditoris. Hoc quippè, ſiue hæc eſt pe-
uerſitas, quam contra ſuam perficit carnem ho-
mo peccator, immò contra Chriſtum, vt ip-
ſummet corpus, quod inſtrumentum debebat
eſſe obſequij, ſit contra Chriſti ſeruitium, & mi-
niſtret meretrici, ac diabolo, qui miniſtrare de-
bebat Chriſto; quàm ergo ipſa noſtra contra nos
ſtruet acculationem caro in illa die, non equi-
dem tantum dæmon, non peccata, non denique
ipſa noſtra in nobis inſultabit tunc conſcientia,
quantum ipſa noſtra caro, ipſum noſtrum cor-
pus,

28 Quorum ſcelus ſit per fornicationem ſeparare ſe hominem à Chriſto *S. Thom.*

29 Quo ſenſu dicatur fornicatium tollere à Chriſto ſuum corpus.

Lucæ 23. n. 48.

Ambroſ.

30 Chriſtus quid in Iudæ oſculo exhorruit.

31 In iudicio contra peccatores ipſa inſurget caro.

gus, vindictam de iniuria expetés, ſupplicium de vilitate ad quam peccator abegit, meretriciam eam efficiens, quæ erat propemodum diuina. Miſerere ergo homo dicam iam non animæ tuæ, ſed carnis tuæ, ſed corporis tui, & de ſine peccare quando non quia animam obtines, quia carnem, quia corpus, quod membrum eſt Chriſti.

52. Quarta dignitatis carnis ratio, quia templũ eſt Spiritus ſancti.

Quarta demum ratio Pauli ſanctiſſimi eſt, quia corpus noſtrum nõ ſolum membrum eſt Chriſti, ſed templum Spiritus ſancti, *An neſcitis*, ait, *quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quẽ habetis à Deo, & non eſtis veſtri?* mira corporis dignitas, admirabilis carnis noſtræ ſublimitas, vt domus ſit non quæcumque, ſed templum, & tẽplum Spiritus ſancti; non equidem amplius de ſuo dixit corpore Dominus noſter dum templum eum appellauit, Ioan.2. n.19. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus readificabo illud, dicebat autem de templo corporis ſui.* In quo loco adnotandũ, hoc reſpondiſſe Dominum Iudæis petentibus ab eo ſignum ſuæ poteſtatis; eiecerat enim à templo vendentes, & emẽtes tanta efficacitate, tantaque authoritate, vt nec mutire aliquis auderet. Huius ergo poteſtatis ſignum ab eo quærunt infidi; *quod ſignum oſtendis nobis quia hac facis?* quibus vt rectè ait Beda in hunc locum, nil aliud, ſeu nullum aliud tradidit ſignum, *Niſi quia ipſum templum ſignificabat templum corporis ſui, quaſi diceret*, inquit Beda, *ſicut inanimatum templum à veſtris commerciis ſceleribúſque mea expio poteſtate, ita & hoc corporis mei templum, cuius illud extat figura veſtris manibus diſſolutũ tertia die reſuſcitabo.* Ex qua authoritate illud certè colligitur poteſtatem Chriſti diuinam, quia tẽplum potuit excitare Spiritus ſancti, & nil ſic illum hominem Deum efformare quàm reſuſcitationem, vt ſic dicam, Spiritus ſancti templi, hoc eſt ſacratiſſimi corporis ſui. Quapropter licet arguere, quod & ſi Chriſtus infinitis aliis ſe reſuſcitauit titulis, præcipue tamen, quia diuinum ſuũ corpus Spiritus ſancti erat tẽplum, indigniſſimum reputans, ac cõtra diuinæ maieſtatis ſacratam authoritatem dirutum derelinquere ſancti Spiritus templum, amoríſque infiniti ſacrarium, ſic præ grandis, ſic præ alta, ſic honorifica res æſtimatur tẽplum eſſe Spiritus ſancti; quanta ergo noſtræ carnis dignitas, noſtríque corporis, vt ad corporis Chriſti dignitatem aſſurgens, templum etiam ſit Spiritus ſancti, & ad corporis inſtar Chriſti in illo habitet, conuiuat, moretur, & depaſcatur; quod cum ſit, quale, quãtúmque erit malum, ac peccatum illud fœdare, maculare, ac ſpelũcam illud efficere latronum, hoc eſt dæmonũ, vt vbi accubare debebat ſpiritus Dei, accubẽt dæmones per luxuriam, per auaritiam, cæteraque vitia; *An non exiſtimas*, ait Chryſ. hom. 18. in locum Pauli adductum, *& cum auaris, & cum omnibus, quos Paulus enumerat diabolum ſimul accumbere, mulieres autem ornatas ad libidinem non cenſes cum eo coire*; Quale hoc erit crimen? qualem de nobis Chriſto ſanctiſſimo exponet caro noſtra querelam, vt creata ad Spiritus ſancti habitationẽ, ad ſummi Dei domicilium, ad ſacrarium ſpiritus diuini, ad thalamum nuptiale ſponſi, ad ſecretum delitiarũ

Ioan.2. n.19.

Beda.

53. Chriſtus corpus ſuũ reſuſcitauit, quia tẽplum erat Spiritus ſãcti.

Chryſoſt.

54. Fornicator cum diabolo accũbit.

A Dei, per nos cubile fiat diaboli, ſpelũca latronum, receptaculum vitiorum, cloaca immunditiarum? *Si quis enim*, ait idem Chryſ. vbi ſup. *priuatam domum ingreſſus, cum eã ſit edificatus, & probro, ac iniuria affecerit, extremũ luet ſupplicium, qui regis templũ, latronis fecerit receptaculũ, cogita quæ mala ſit paſſurus?* equidẽ infinita.

Idem.

Nec hic præteream eiuſdem ſancti digniſſimam ponderationẽ, ſcelus nempe, & grauitatem peccati inde amplius inſurgere, quatenus hoc templum non quomodolibet eſt Spiritus ſancti, ſed vt eſſet, ac vt è domo diaboli in ſacrariũ ſurgeret ſpiritus Domini, ſuo ſanguine ſua morte effecit Chriſtus vi, ac pretio ſimul illud redimens, efficiénſque ſuum; quod etiam adnotat Apoſtolus, dum ait, *& non eſtis veſtri,* B *empti enim eſtis pretio magno; non tu enim*, ait Chryſ. *te feciſti mẽbra, meretricis mẽbra erant antea, & Chriſtus ea fecit membra ſui corporis. de cætero ergo in ea nõ habes poteſtatẽ, carnem noſtrã mercede locauimus diabolo ſano leoni, videns Chriſtus eam eripuit, & liberauit à tetra illa tyrannide; nõ eſt ergo amplius ſui iuris, ſed eius qui liberauit.* Quid inde ex hoc? profecto illud quod cõcludit ſanctus, nempe quod antequã corpus noſtrum tẽplum eſſet Spiritus ſancti, antequã pretioſo ſanguine Chriſti redimeretur mala agere, *grauequidẽ erat, ſed nõ adeo graue, poſt alũ autem, poſt regnum, poſtquã reuerẽda perceperis myſteria, rurſus inquinari quãnã habebis veniã?* nõ enim nullã dicã, ſed perdifficilẽ.

Idem.

55. Quantum ſceleris peccare poſtquã homo factuseſt tẽplum Spiritus ſancti,

56. Quam difficilis eius venia.

Quid ergo concludemus ex his? illud profecto quod ſanctiſſimus Apoſtolus, vt glorificemus, & portemus Deũ in corpore noſtro, *Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Attende locutionem? non enim dixit portate Deũ in anima, quod proprius erat, ſed in corpore, qua ratione? ea ſcilicet, quia cum prius dixerat, *glorificate*, quod actionem exteriorem ſignificat, qua homines Deum glorificãr, dum actionibus bonis, & ſanctis proximorum ad laudandum Deum expergiſcuntur, ideo non animam nominauit, ſed corpus, quaſi diceret ſic viuite, talia in corpore veſtro agite; ſic ſãcte, ac mundè veſtram tractate carnem, vt ex viſu inſurgant cæteri ad Deum laudandũ, non ſecus ac cæleſtiũ orbium viſione ſummus ipſe D laudatur agens inquit Chryſoſt *ita eum glorificant cœli*, ait, *non vocem emittentes, ſed per aſpectum habiti in admirationem, & gloriam referẽtes in opificem*; cum profecto nil ſic Deum laudat, nil ſic extollit, quã virtutum exercitatio, tantum equidem, vt par in Dei laudem, par in eius cognitionem ſancta, ac immaculata conducit vita, ac ipſa miracula, quod egregiè probat idem Chryſ. vbi ſup. ex verbis Nabuchodonoſor ad tres pueros, quando non tantum in Dei agnitionem deuenit, cúmque laudauit ex miraculo, quantum ex virture ſanctorum, vnde dixit Daniel 3. n. 95. *Benedictus Deus eorum, qui miſit Angelũ ſuum, & eruit ſeruos ſuos, & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora ſua ne ſeruirent, & ne adorarent omnem Deum excepto Deo ſuo. Quid dicis ô Rex*, ait Chryſ. *contemptus fuiſti, & admiraris eos, qui te ſunt aſpernati? certè inquit & propter hoc ipſum quod fuit contemptus, & miraculis hanc ſtatuit eſſe cauſam, quare non propter ſignum ſolum tunc fuit Dei gloria, ſed propter iuſtitiam.* Egregiè in Dei

Idem.

58. Cæli vt Deum laudant.

59. Sic Deum ſancta laudat vita ac miracula.

Daniel. 3. n.95.

Chryſoſt.

60. Reges non æstimandi, quando Dei occurrit præceptũ.

cognitionẽ Gentilis iſte deuenit, ac laudauit, non tantũ propter miraculũ, quantũ propter vitæ inſtitutũ, propter puerorum ſanctitatẽ, immo illam æſtimauit causã miraculi, non attulerunt, in cinerem non ſunt redacti, ignis nõ exarſit, cõtra naturam fornax non flãmas, ſed ventum ſpirauit roris, vnde tanta? quia verbum immutauerunt Regis, quia propter Dei gloriam Regem contẽpſerunt, vilem habuerunt, pro nihilo duxerunt; audiant hoc adulatores, ſiue Regum adoratores audiant Politici, omniúmque Regum adminiſtri, diſcant Reges non pauere, quando honor immiſcetur Chriſti, cælum, terram, aquam, ignem, totámque Deus pro eis immutabit naturam, nec mirum, quia Dei intereſt, cum ex vita non ſolum ex miraculis ipſe innoteſcat. Sic ergo in corpore noſtro Deus portandus, ſic caro noſtra à nobis reuerenda, ob illam, quando cætera deeſſent non peccandum; quia Deus ad inſtar figuli vt noſter ait Sapiẽs, laboriosè eam finxit, non ſecus ac ille ex terra Deum ſuum, vnde ait: *ſed & figulus*, &c.

Num.9. *Sed cura eſt illi, non quia laboraturus eſt, nec quoniam breuis illi vita eſt, ſed concertatur aurificibus, & argentariis; ſed & æraries imitatur & gloriam præfert quoniam res ſupernacuas fingit.*

Num.10. *Cinis eſt enim cor eius, & terra ſupernacua ſpes illius, & luto vilior vita eius.*

Num.11. *Quoniam ignoranit qui ſe vinxit, & qui inſpiranit illi animam, qua operatur, & qui inſufflanit ei ſpiritum vitalem.*

Connexio Capitis.

Commentum literæ.

PErgit in reprobationem figuli, qui nihil ducens laborem in materia ſic, vili, cum aurificibus, & argentariis contendit, ac cum eis, qui in ære laborant, vt opere eis præſtet, quando in materia ſuccumbit, vnde ait:

Ianſen.

Sed cura eſt illi, non quia laboraturus eſt. Dupliciter hoc authores intelligunt. Aliqui vt Ianſen. vt nullam curam figulus habeat de labore, qui eum manet poſt hanc vitam, de afflictione, aut ſupplicio, quo afficiendus eſt non multo poſt tempore, nempe poſt vitam ſuam, adeo breuem, cuius breuitatem ſi conſideraſſet in ſe reuerſus, forſitan opus dimiſiſſet; ſenſus moralis, ſed non literalis, licet ex conſideratione breuitatis vitæ, de qua re vide in 1. tomo hom.98. fructus elici poſſet ille; Alij proprius hoc intelligunt de ipſo materiali figuli labore in conficiendo idolo, quo ipſam ſuam decurtat vitam; ſic omnes ferè recentiores, & antiqui.

Sed concertatur, &c. hoc eſt, tota illi concertatio eſt cum aurificibus, & argentariis, ac fabris ærariis, vt eis paria fingat idola, & in arte eos ſuperet, qui ſuperatur in materia, mira dementia, ſicut & nunc eorum, qui ſua non contenti ſorte, dum terram repere commodè poſſent ſi vellent, alas ſumunt ad volandum, vnde miſeri poſtea deiecti, ad ima ruentes præcipitantur.

Gloriam præfert quoniam res ſupernacuas fingit, &c. hoc eſt æſtimat, præfert, quia res adulterinas, & impoſturas fingit, ac ſi eſſent veræ, & ac ſi ex auro, & argento. Ergo pro nihilo ducit laborem, pro nihilo ipſam vitã, vt vnam effingat rem falſam, & faciat, vt ac ſi vera appareat, mira dementia, nec minor eorum, qui vt diuites euadant, vt rem prorſus vanam aucupent, & tempus, & vitam deperdunt, de qua re vide in 1. tomo hom. 71. 81. 82. & 131.

Hugo. 1. Cor hominis vile, quando vilia meditatur.

Cinis eſt cor eius, &c. Hugo, id eſt, *vilis vt cinis, qui deberet eſſe rationalis*, alij pro puluere accipiunt, quod res puluerulentas meditetur, nempe deos ex puluere fictitios, in figulum enim inuehitur.

Terra ſupernacua ſpes illius, &c. Græc. *terra vilior ſpes illius*, ſperat in idolum, quo cum nihil ſit vilior eſt terra; hinc & vilior figuli ſpes, quod amplius declarat dum addit, *& luto vilior vita eius*, quia nẽpe in eo quod minus luto ſperauit, ſubdénſque huius rei causã ſequitur.

Tertul. 2. Dei ignorantia ſumma omniũ delictorũ.

Quoniam ignoranit qui ſe finxit, & inſpiranit illic animam qua operatur, &c. En omniũ malorum cauſa, Dei ignorantia, *hæc eſt ſumma delicti*, ait Tertul. in Apol. c. 17. *Nolentium recognoſcere, quem ignorare non poſſunt.* Nil melius, Deus finxit figulum, & iſte Deum, qui ipſum fingit ignorat, nouos efformans deos, nouum ſui effictorem quærens, ab ipſo, & poſt ipſum efformatus, qualis hæc dementia? & inſuper ignorat quod prorſus ignorari non poteſt ſi attenderet, ſi conſideraret, de quare vide Tertul. ibi.

Animam qua operatur, &c. hoc eſt vegetam, efficacem, quæ non eſt caſſa, ſed agit ſemper aliquid; Aliqui legunt ſic: *qui inſpiranit illi animam, & amat qua operatur*, vbi Hugo, *quaſi dicat ideo luto vilior eſt figulus, quia ignorat Deum qui eum fecit, & amat idola.*

3. Patrum iſtã cauſa in præpoſtero filiorũ amore.

Idola qua ipſe fecit, &c. Ingratus Deo, beneficus in idola, quæ maior vetania? vide an eadẽ ſit hodie patrũ Chriſtianorum, Dei obliti propter filios, filiáſque, & quia hi ab ipſis emanarunt ſic eos diligunt, ac ſi Deus non eſſet, corpus in eis, nõ animam ad Dei factã imaginem amantes; *Regulariter matres*, ait Chryſ. hom. 35. ex imperf. in Matthæum, *Corpus naturum ſuorum amant, animam autem contemnunt, deſiderant enim illos valere in ſeculo iſto, & non curãt quid paſſuri ſunt in alio.* inordinatè amãt, Deum illis poſtponentes, dum contra agere deberent, diligere quidem, ſed ordinatè; Pulchrè hoc Auguſt. lib. de diligendo Deo, tom 9. *Omnia qua in hoc mundo ſunt, diligẽda ſunt*, ait, at quomodo? *vt ſubiecta*, inquit, *diliget, vt famulantia, vt arrham ſponſi, vt munera amici, vt beneficia domini, ſic tamen vt memineris ſemper quod illi debeas, nec iſta propter ſe, ſed iſta propter illum, nec iſta cum illo, ſed iſta propter illũ, & ſuper iſta illum diliges.* Egregiè, nam vt ipſemet ſanctus alibi dixit ſerm. 7. de verbis Domini, *Honorandus eſt pater, ſed obediendum eſt Deo, amandus eſt generator, ſed præponendus eſt creator.* Sic equidé amandi ſunt filij, ſed Deo patri prius obediendum, Deo genitori ipſi poſtponendi, non ſicut figulus iſte, de quo Salomon, quod idola diligens à ſe facta Deum ignorabat, qui illum finxerat, & animam infuderat. Quomodo filij nutriendi, ac corrigendi vide in 1. hom. 36. & 37.

Auguſt. 4. Res huius vitæ vt diligendæ & quo ordine.

Hugo Liran. *Lorin.*

Spiritum vitalem, &c. Hugo, Liranus diſtinguunt animã à ſpiritu hîc, vt hæc ſit quæ corpus adminiſtret, ſpiritus vero qui ſupernis vacet, illa reſpiciat vitam naturalem, hic ſupernaturalem, Lorinus pro eodem accipit ſpiritum ſcilicet, & animam,

parum refert vtrouis modo accipiatur; nam vt inquit Auguſt. *idem eſt anima, & ſpiritus, ſed dicitur anima in quantum corpus animat, id eſt viuificat, ſpiritus in quantum cæleſtia contemplatur*; Hugo addit vtrumque hîc nominari propter myſterium; *nam primus Adam; inquit, factus eſt in animam viuentem, ſecundus vero factus in ſpiritum viuificantem* 1. *ad Cor.* 15. *primo homini data eſt anima viuens, ſecundo ſpiritus viuificans, ille viuere, ille bene viuere nobis donat.*

Auguſt. 5. Quid inter animam, & ſpiritū differt.

1. *ad Cor.* 15.

HOMILIA LXVII.

Hominum veſania neminem ſua ſorte cõtentum.

SEd cura eſt illi, *non quia laboraturus eſt*, de ſtiguli ſtultitia noſter ait ſapiens, *nec quoniam breuis illi eſt vita*, ſed quomodo cum artificibus, & argentariis, ac æratiis in opere concertet, ſua non contentus arte, alienã inuidens, & qui ſine labore, ac ſine propriæ vitæ decuſſione placide ſua ſorte contentus viuere poterat, alienam inuidens. vt ad illam aſſurgat, & labore conſumitur, & vitam deperdit, ad noſtrum documentum hoc, ad hominum exandam veſaniam, dum nemo ſua ſorte contentus, dum alienam videlicet, non ſolum ad iſtam non peruenit, ſed ſuam deperdit, quid ſtultius?

Et vt à primo omniũ ſtultiſſimo exordiar, quid quæſo ex Angelo dæmonium effecit, niſi proprij ſtatus deſpectio, vt ſic dicã, ſiue inquieta ſatisfactio, altiora ſe petens, nõ ſeruãs quæ habebat, audi ſanctiſſimum Apoſtolum Iudam n. 6. *Angelos vero qui non ſeruauerunt principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit*; caſus ergo à cæleſtibus; detruſio in caligine ad magni iudicij diẽ, illa vnica cauſa, non ſeruare principatum, domicilium derelinquere, hoc eſt nõ ſe in habitis acquieuiſſe, nõ ſe ſatisfactum ex quæ habebat ſuperbe autumaſſe, vnde altiora ſe petens, & quæ ſuo non cõueniebant ſtatui miſer, & quæ habebat deperdidit, vnde Hieronym. in verba illa Ezechiel 28. *Perdidiſti ſapientiã tuam in decore tuo, dum plus vis eſſe*, ait, *quàm conditus es, & magis ſapere quàm à Deo acceperas, etiam id perdes quod habebas*; ô mirum, ô magnũ, vt ſic ſuperbia, ſic ambitio cuiuſlibet ſtimulet affectum, vt quantumlibet magnum, altum, ſublimem, ac penè diuinum quis ſtatum poſſideat, non in illo quietum, pacatúmque reddat, ſed furiis, vt ſic dicam paſſionũ agitetur, quæ poſſidet ſpernens, altiora ſe, & impoſſibilia quærat, & dũ ſui ſtatus quiete non fruitur, inquietiſſimè altiora petens vtrumque perdit, miſeréque amittit; en tibi Lucifer, quis ſtatus altior? qualis poſſeſſio maior? quis bonorũ ſiue naturalium, ſiue ſupernaturalium ditior? primus Angelus, primum Dei operum ſignaculum, cæteris omnibus altior, maieſtate, & decore præſtantiſſimus, poſt Deum prima creatura, & tamẽ ſic vecors in ipſa ſua altitudine, vt principatum propriũ faſtidiens neſcio quid altius ſomnians, dũ illud appetit, & quod habebat deperdidit, ad doctrinam noſtram hæc, vt paueſcendo timeamus, nõſque intra ſtatum noſtrum continentes altiora ne quæramus, ſi Lucifero ſimilia experiri non deſideramus.

1. Lucifer ex Angelo dæmõ factus, quia ſua ſorte non contentus.

Iudas 6.

Hieron.

At, vt amplius hæc veſania eluceſcat, quãtúmque ſit malum in habitis non ſe cõtinere, operæpretium erit obiectum cõſiderare, quid infelix expetiuit Lucifer; exinde enim patebit quantum ſit malum immoderantia, quantaq; noſtra inſatiabilitas ambitionis. Quapropter aliqui dicunt nõ ſatis ipſe factus de ſua naturali beatitudine, ſupernaturalem ſic immoderatè appetiiſſe, ac profusè, vt omnino ſuperbiſſime peccaret, quod variis modis explicãt, primo illam volendo ſuis viribus naturalibus abſque gratiæ auxilio, vel ex affectu celerius illam obtinendi quàm ſecundum regulam rationis, ac diuinæ prouidẽtiæ fuiſſet ſtaturum, vel aliquã ſingularitatẽ in illa ſupra ſuas vires ſi cõueniẽtẽ, quę aut in eius intentione vel exercitẽſione cõſiſteret, aut in excluſione aliorũ ab illa, aut ſic ſuperbiſſimus ille ſolus eſſet; de qua re vide Suarez de Angelis, l. 7. c. 11. in quibus omnibus vt vides, niſi prorſus veſaniã nil aliud inſpicies, cum ſi attentè cõſideres, quod illum à pacifico exturbauit ſtatu, nõ quid ſubſtantiale, non quid graue, ſed tantum modum extitit appetendi; appetere enim ſupremã illã gloriã quis dubitat licitum? at cur ſine Dei gratia? vis ſcire cauſam? quia videbatur illi aliquid ſibi deeſſe ſi nõ propriis viribus, hinc ſua ſorte non contentus alienas inuidit vires ſuis propriis ſpretis; vnde & ſi poſſet Dei gratia ad illã peruenire, maluit illa carere, quàm alienis eã acquirere auxiliis, quid vecordius? ne mireris, propriũ hoc ambitioſorum, ſuperborũmque malum, auxilium refugere alienũ, & malunt Deo carere, quàm cum ipſo pacifice quieſcere, quod vt exemplo doceam, quid putas in cauſa mundanos ex ſe ſic impẽsè vindictam quærere, ac iniuriæ ſatisfactionẽ, cum ex iuſtitia poſſent? ſane illudmet quod à beatitudine ipſum exturbauit Luciferum, hic eã noluit, quia non ſuis viribus, ſic iſti nolunt iniuriæ ſatisfactionem, quia non ſuis, ſed iuſtitiæ viribus, & malunt ſempiternam pacem perdere, quàm illam alienis adquirere adiumentis; *ipſe ſibi ad beatam vitã ſufficere voluit*, de Lucifero dixit Auguſt. lib. 22. de Ciuit. c. 1. & quia hoc vidit impoſſibile in rabiem actus, nil ducens poſſeſſum principatum, alienum appetens miſerè decidit; ſic ſui ſimiles decident; nam vt rectè idem Auguſt. de libero arbitrio, c. 2. *Qui placet ſibi ad peruerſè imitandum Deum, vt poteſtate ſua frui velit, tanto fit minor, quanto ſe cupit eſſe maiorem.*

2. Luciferi obiectum in perbiæ quale, & ob quæ ſe perdidit.

Auguſt.

Secundo, moræ impatiens ſuam conſiderãs dignitatem, non ſtatim beatum fieri, ac ſupernaturaliter beatificari indigne ferens inſolẽtiſſime beatitudinem affectauit, vt ait Anſelm. dialog. de caſu diaboli, c. 4. antequam illi eam Deus conferre deſtinauerat, *Voluit igitur*, ait, *aliquid, quod nõ habebat; nec tunc velle debebat, ſicut Eua ſimilis voluit eſſe diis, priuſquam Deus hoc vellet.* Se enim conſiderans, dignitatem, ac ſtatus altitudinem, nõ ex gratia, ſed ex merito reputans ſibi ſupernaturalem beatitudinẽ debitam, non ſolũ iudicauit malũ, ac Deum eſſe iniuſtũ, quod eam ſibi non cõferret, ſed quod

Anſelm.

Suarez. 3. Quam veſanus in illo appetendo.

4. Homines ex ſe vindictam expetẽtes Luciferum imitantur in ſuperbia.

by Google

non ſtatim,ac in momẽto,vnde ob hoc inſtans tantum quod in illo deficiebat ſtatu, in quo non ei collata beatitudo,omnia parui pendens quæ habebat, ac ſi nihil eſſent, ſuperbiſſimè contra Deum ſe erexit, altiora inſolentiſſimè quærens, per impatientiam corruens, vt alio propoſito acutiſſimè dixit Tertull. lib. de patientia c.5.en amice omnium hominum caſus, miſeria, ac vita infelix, triſtantur, dolent, ingemiſcunt, cum beate viuere poſſent in habitis à Deo,quia dum ſe ſuperbe conſiderant, partes,talenta, gratias, virtutes, nobilitatem, & cætera, moræ præmij impatientes tempus Dei miſerationis in arbitrio ſuo ad inſtar diaboli reponere volunt. En vnde ſimiliter omnium ſpiritualium virorum amaritudo, ac vita triſtis, impatienter tolerant, expectantéſque Dei miſerationis tempus; hinc inanimes effecti retro cedentes diabolo ſe mancipant; *Si autem tranſactis quinque diebus non veneris adinterimm*, populo Bethuliæ dixit Ozias, Iudith 7.n.25. *Faciemus hæc verba quæ locuti eſtis*, at quid ſanctiſſima Iudith? *Non eſt iſte ſermo qui miſericordiam promoueat, ſed potius qui iram excitet, & furorem accendat*, cuius rationem aſſignans, ſubdit? *poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei?* cuius equidem malitia in illo ſtat; nam cum potens ſit Deus quando, & quomodo vult auxilium præſtare, quod non ſic homo, ideo quando tempus ei præfigimus, noſtram illi anteponimus voluntatem. non vt ſerui nos agentes,ſed vt Domini, non vt rogantes, ſed vt præcipientes, quod non ſic,hoc eſt non ita malum quando cum hominibus agimus; hinc 1.Reg.11. Nahas Ammonitarum Regi Sabeſitas pari obſidione prementi, dictum fuit: *Concede nobis ſeptem dies, vt mittamus nuncios ad vniuerſos fines Iſraël,& ſi non fuerit, qui defendat nos egrediemur ad te?* & tamen talis temporis præfixio non in malum eis reputata, quia auxilium ab homine non à Deo, nam ille quando vult ſæpe non poteſt; at Deo qui ſemper ac vult, quid aliud eſt tempus ei præfigere, quam ſuperbe in illũ dominari; hæc diabolica eſt actio, ob hoc ſe peſſimus perdidit Lucifer. ob hoc feliciſſimum ſtatum amiſit, libertatem, quam in illo non habebat,affectans immoderate, ac ſuperbe, vnde habitis non contentus, non habita ambiens vtraque amiſit.

Tertio,miſer,& infelix tandem ſe perdidit, quia ſtatum ſuum conſiderans, ſuámque altitudinem,ſupernaturalem appetens,ita ſingulariter eam appetiit, vt non ſolum quoad intentionem immoderatam, extenſionémque illam deſiderauit, ſed etiam quoad ſingularitatem, non ſolum gradus altitudinis, ſed etiã conſortij, ſic vt non ſolum appetiit ſupra cæteros eſſe beatus, ſed noluit vt ſecum cæteri; vnde præuidens hominum ſaluandorum beatitudinem, vt infrà in hom. de Angelis dicemus, indigniſſimè ferens ſecum homines in beatitudine admitti, nil reputans non ſolum præſentem, ſed futurem ſtatum,excluſionem humani generis ambiens vltra ſortem, ſuam miſer diſperdidit quam poſſidebat; en ſtultitia? *Potuit autem contingere*, ait Bernard. ſermone 17. in Cant *plenum ſapientia, & perfe-*

Tertul.

5. Homines carnales vnde fiunt miſeri.

6. Sicut & ſpirituales.

Iudith 7. n.25.

7. Miſerationum Dei tempus non patienter expectare ſpiritualiũ ruinarũ occaſio.

1.Reg.11.

8. Diabolus ſe perdidit quia ſingularitatẽ gloriæ appetiit hominẽ excludendo.

Bern.

A *ctam decore homines præſcire potuiſſe futuros, etiam & profecturos in parem gloriam, & in limore ſuo inuidit, & molitus eſt habere ſubiectos ſocios dedignatus, infirmieres ſunt inquit, inferioréſque natura, non decet eſſe concines, nec æquales in gloria.* Societatem ergo hominum putauit defectum ſtatus ſui, quem poſſidebat, hinc non ſatis factus, nec ſua ſorte contentus, alienam inuidens propriam amiſit: en amice hominum plurimorum perditio, en vnde nullus ſua ſorte contentus; nam dum ſimiliter & in pari alios aſpiciunt, non plus ſe habere dolentes altiora quærunt, & ſingularia, pro quibus anhelant, defatigantur, & moriuntur. Hinc ad inſtar diaboli dum pares reſpuunt, ipſam amittunt, quam habent, ſortem, non B alium ſortientes finem, quàm ipſius diaboli, dum eum imitantur, vt egregiè Greg. lib. 24. moral. c. 4. alias 7. *Quiſquis*, ait, *bonum locum ſe habere ſingulariter gaudet, quiſquis videri ſublimior cæteris quærit, illum imitatur, qui deſpecto bono ſocietatis Angelorum, ſedem ſuam ad Aquilonem ponens, & Altiſſimi ſimilitudinem ſuperbe appetens per iniquum deſiderium, quaſi ad quoddam culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere;*

Mirum equidem, vt cum aliquis nil de ſuo amittat, nil deperdat, ſuum æſtimet bonum ſocij iacturam, vnde hoc, niſi ex Luciferina ſuperbia? niſi ex intimo fratris odio, quo ſemper nos perfidus inſecutus eſt dæmon? C iam inde ab initio malum procurans noſtrũ, adhuc exiſtens ipſe feliciſſimus, quales ergo Deo noſtro gratias referre debemus, dum non ſolum in terra ab hoc infido, ſed etiam in cælis nos defendit, pro nobis contra illum pugnans vbique; quod deuotiſſime conſiderans Bernard. vbi ſup. melliflue fatur: *Quomodo me amas, Deus meus? amor meus? quomodo me amas, vbique recordans mei? vbique zelans ſalutem egeni, & pauperis, non ſolum aduerſus homines ſuperbos, ſed etiam aduerſus ſublimes Angelos? in cælo, & in terra iudicas Domine nocentes me, expugnas impugnantes me, vbique ſubuenis, vbique aſſiſtis, vbique à dexteris es mihi, Domine ne commouear.* Aptiſſime, non ex ſua cum diabolo inimicitia nos Deus noſter defendit, non cum illo eam, quia ſuam inuolare deitatem præſumpſit, contraxit tantum, ſed quia nos à ſua gloria excludere intentauit perfidus, nóſque ab illo eripere; vnde noſtrum zelans bonum, noſtrámque amicitiam, pro noſtra pugnans beatitudine potius Angelum iudicauit, quàm nos amittere, exinde nos amans, nos diligens; exinde vltra Angelicam nos æſtimans naturam; quantum ergo debiti nobis incumbit pondus ad ſalutem, dum quando vt ſaluemur noſtra non intereſſet, ne vana Dei pro nobis contra noſtrũ hoſtem eſſet pugna, ne vani conatus illam totis viribus procurare deberemus. Inſultabit certè perfidus contra Deum noſtrum, noſtram illi obiiciens perditionem, obiiciens vane Angelos propter nos amiſiſſe, dum & nos etiam amittit; ergo quando cætera deeſſent pro pugnatore noſtro non bellabimus obnixè, quando non propter nos, propter ſuam ſaltem gloriam, ſuumque honorem, non ſolum noſtram procurando ſalutem, ſed

9. Superbi cur ſua ſorte nunquam ſunt contenti & vnde eorum ruina.

Greg.

10. Diabolica iniquitas eſt ſocium nobile in fortuna ac ſtatu.

11. Deus ſic nos amauit, ac in principio dilexit, vt maluerit Angelum, quam nos amittere. *Idem Bernard.*

12. Pro nobis in cælo cum Lucifero pugnauit.

13. Non tantum propter nos, quantũ pro Dei honore noſtram debemus procurare ſalutẽ.

fratrum noſtrorum, exinde noſtram auſpicantes ſalutem, vnde miſer iſte ſuam deperdidit, ſolitariam ambiuit, ſociatam nos, ipſe vt nullus ſaluaretur, nos vt omnes, ipſe contra Deum pugnans, nos pro Deo, ipſe ſua ſorte non contentus, nos contra plene ſatisfacti.

At alij peccatum, ſiue peccati obiectum Luciferi non ſupernaturalem conſtituentes beatitudinem; affirmant abſolutè diuinam ipſum appetiiſſe æqualitatem, vnde eſt illa vox Iſaiæ 14. *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo.* Et Ezechiel. 28. *Elevatum eſt cor tuum, & dixiſti Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi, & in corde maris.* Vnde Nazianz. orat. 27. *Indignum, atque intolerandum dicebat, ſe cum diuinus eſſet, non Deum quoque exiſtimari.* Et quia hoc prorſus erat impoſſibile, nec ille ignorare poterat, ob quod nec falli, ideo non efficaci affectu, ſed ſimplici, & conditionato, quatenus ſi eſſet poſſibile illud affectauit, vt multi volunt, ſicque Scoti defendunt opinionem; quid inde? ſanè illud, vt clare væſaniam inſpicias ambitionis, quantumque ſit malum, vt non ſolum efficit vt ſua non contentus ſit quilibet ſorte ob bonum quod non habet apprehenſione poſſibile, ſed ob impoſſibile, ſic in ſe retorta ſe rodit, ſe conſumit, ſic intra ſortem anguſtiatur ambitio, vt ob impoſſibile affligitur, ob impoſſibile conſumitur, malens amittere quod poſſidet, quam ſine illo impoſſibili permanere: en tibi Lucifer, æqualitatem æquiparantiæ cum Deo, vt loquitur Anſelmus de caſu diaboli, cap. 4. bene vidit impoſſibilem, tamen ex ſuperbia, ex ambitione, ex inordinata ſuimet affectione acceptis non contentus, nec Deo gratus, poſſibilem illam vt eſſet affectauit, vt & poſſibile quod habebat ſimul deperderet, quid ſtultius? quod cum admiratus fueris, attende nunc ad homines, qui ſuam deſpiciunt ſortem, alienam inuidentes, inuenies profecto multoties pacifice non viuere, quia non obtinent, quod obtẽtu moraliter impoſſibile; immo aliquando etiã phyſicè, à ſua decepti ambitione apprehendentes illud vt poſſibile, en tibi in exemplum ambitioſi illi, Geneſ. 11. n. 4. *venite*, inquiunt, *faciamus nobis ciuitatem, & turrim cuius culmen pertingat ad cœlum.* Finis, ambitio, *& celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras.* Culmen cœli pertingere apprehenderunt ob ambitionem, eſt ne aliquid impoſſibilius? cur ergo intentarunt? ne mireris, ambitio in terra in qua ſtabant quiete viuere neſcientes, ſua non contenti ſorte cœlum apprehendere ambierunt, hinc & terram, quam poſſidebant, amiſerunt; ad illud impoſſibile aduolare attentarunt, ex ſua decepti phantaſia poſſibile illud æſtimantes; hinc rectè Bernard. ſerm. 6. ſuper *qui habitat*, ambitionem appellauit, *excecatricem cordium.* quatenus neſcit videre impoſſibile, neſcit iudicare factibile, quid hodie vſitatius? quid verius? viuunt, ac ſi non viuerent multi, quia non obtinent impoſſibile, & ſua ſorte non contenti ſtatum amittunt felicem, quia alium apprehendunt feliciorem, apprehẽſione facilem, obtentu moraliter impoſſibilem, quid vanius? nunquid hoc non eſt ſimul cum Lucifero è cœlo ruere, quia etiam ipſe impoſſibile apprehendit?

Iſaiæ 14. Ezech. 28.

Nazian.

16 Diabolus Dei æqualitatem appetiit, & quomodo hoc intelligi debeat.

17 Ambitioſus ad inſtar diaboli ob bonum ſe peſſit impoſſibile.

Anſelm.

18 Ambitio ad impoſſibile ſe extẽdit.

Gen. 11. num. 4.

Bernard.

Tandem vltimo aliqui obiectum Luciferi ſuperbiæ, ac peccati vnionem hypoſtaticam faciunt, quam Chriſto inuidiſſe autumant, ob quod à principio eius extitit aduerſarius, indignans homini ſe ſubdere, caput ipſe non fieri Eccleſiæ, ſubiectos ſibi non eſſe homines, ſed Chriſto, vnde Tertull. lib. de patient. c. 5. *Natales impatientiæ in ipſo diabolo*, ait, *deprehendo, iam nunc cum Dominum Deum vniuerſa opera quæ feciſſet, imagini ſuæ, id eſt homini ſubieciſſe impatienter tulit.* Quem locum multi de Chriſto intelligunt, quatenus diabolus eiinuidit omnia illi Deum ſubieciſſe creata, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris, ergo & ſi grandis, & ſi ſublimis, & ſi altus, & ſi primus omnium creaturarum, ac omnium princeps in maieſtate, decoréque inclytus, potentia fortiſſimus, ſcientia ſapientiſſimus, puleſtitudine admirabilis, tamé quia vnus ſolus ei proponebatur, & quidem non tantum homo, ſed Deus ſimul, ſic omnia quæ poſſidebat faſtidiuit, vt quaſi miſerrimus exiſteret ita indoluit, vt ad altiora tendens, plenus inuidia locum Chriſto præripere intentauit, nil ſuam æſtimãs ſortem, nil ex illa lætus, quid inſanius? omnia infrà Deum ſuprà cæteros plenius poſſidebat, vnũ tantum deerat, & ob hoc vnum, tanta, tam mira, tam magna faſtidiuit, nil reputauit, hinc miſer & illud non acquiſiuit, & ſuum proprium deperdidit, admiraris? & equidem rationabiliter, nec minus admiraberis, ſi ſimilem in hominibus ſtultitiam inſpexeris, infinita poſſident, vnum ſi deficit impatienter ſic viuunt, vt ſua non contenti ſorte, alienam inuideant.

19 Diabolus cecidit vnionem appetens hypoſtaticam eam Chriſto inuidens ſecundum aliquos. *Tertull.*

Rectiſſimè equidem tales oculo comparauit Dauid ſuperbo, cum quibus omnino conſortia inire recuſabat: *Superbo oculo*, ait, *& inſatiabili corde, cum hoc non edebam.* Pſal. 100. num. 7. cur quæſo ſuperbus oculo comparatur? Greg. lib. 16. moral. cap. 11. quia per oculos amplius, quàm per cætera oſtenditur ſuperbia membra; vnde ſuper illa verba, Iob. 22. *Qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſalvabitur*, ſic ait: *Hoc autem rectè dicitur, quia quantum per membrorum myſterium deprehendi poteſt, prima ſuperbiæ oſtenſio eſſe in oculis ſolet.* Aptè hoc, cum & in ipſomet Iob 48. de diabolo dicitur ſuperborum principe, *omne ſublime videt oculus eius.* Et de eius ſequacibus ait Salomon, Prouerb. 30. *Generatio cuius excelſi ſunt oculi.* At ni fallor oculo ſuperbus comparatur ob facilitatem, ſeu, vt ſic dicam teneritudinem, qua diſcomponitur ad inſtar oculi, cum iſte, & ſi pulcher, & ſi ſaniſſimus, & ſi ſubtiliſſimæ, ac acutiſſimæ aciei, tamen & paruus puluis ad plorandum impellit, & minima feſtuca eum ſuffodit, & aër eum lædit, & tandem quæuis minima res cum pungit, ao perdit, ſic vt dicebamus ſuperbi ob inſatiabilitatem, ob tumorem, dicam ob inſaniam, licet ſint ad inſtar Luciferi omnium bonorum refertiſſimi, ſi vnum deficit, moriuntur, dilaniantur, deperduntur, nil æſtimantes quod habent, quod poſſident; hoc conſiderandum in Saule, Rex erat inclitus, ſublimis, omnium primus, immo non hæreditario iure Rex, ſed electione, & non equidem ex inclita, ac præcipua familia, ſed ex minima, ex pauperrima, & tamen cum omnia

Iob. 48.

Prou. 30.

20 Hominum ſtultitia dũ ad inſtar diaboli ob vnum quod eis deficit omnia admittentes.

Pſal. 100. n. 7.

Gregor.

21 Superbia cur oculo comparetur.

Iſraëlis bona poſſideret iuxta Samuëlis dictum, quid infelicem eum reddidit? duo tantum verba, 1. Reg. 18. num. 7. redeunte ipſo ſimul cum Dauid, audiuit mulieres canentes, *Saul percuſſit mille, Dauid decem millia.* Hoc ſolum, hæc tantum verba, quæ nil aliud ſonabant, vt rectè Abulenſ. hic quæſt. 14. niſi honorem, & laudem, nil iniquum contra ipſum Saulem, & tamen quia ſemel vnus in honore illi prælatus, & à mulieribus, licet in cæteris omnibus ei eſſet ſubiectus, nil duxit regnum, nil ſuam æſtimauit ſortem, ſed in amaritudine, liuoréque viuens, ſortem inuidens alienam ad illam præoccupandam totis niſibus anhelans, ſuam miſer deperdidit ſimul cum vita. Hinc rectè Seneca epiſtola 48. ambitionem fugiendam ſuadet tanquam rem tumidam, vanam, ventoſam, & hoc ex ſollicitudine, quam ſecum affert, ne alter antecellat, ne ipſe ſequatur: *Relinque ambitum*, ait, *tumida res eſt, vana, ventoſa, nullum habet terminum, tam ſollicita eſt, ne quempiam ante ſe videat, quàm ne ſe poſt alium.* Quod ſi in magnis minus eſſet malum; at in minimis, & in his quæ nullius ſunt momenti, vt verba, quid vanius? quid miſerius? qualis oculus ſic tener, ac ſuperbi, ambitioſique vita? en amice cur nullus ſua ſorte contentus, quia ſuperbi ſunt oculis, & inſuper *inſatiabili*, vt dicebat Dauid, *corde.*

Hinc tales etiam ſi totum poſſideant mundum, ſemper gementes viuunt, quia replicata ab altitudinis mole phantaſia, mira, & prorſus aërea prætendentes abyſſum prætentionum intra ſe occludentes, ab illo veluti obſtupefacti gemere coguntur, nunquam ſua ſorte contenti, *dedit abyſſus vocem ſuam*, clamat Abacuch. 3. n. 9. *altitudo manus ſuas leuauit.* Quem locum ſatis ad rem noſtram Greg. lib. 9. moral. c. 13. ſic legit: *dedit abyſſus vocem ſuam ab altitudine phantaſiæ ſuæ.* Pulchrè, abyſſus gemuit, hoc eſt vt inquit Greg. *humanus animus immenſa cogitatione caliginoſus.* At vnde gemitus? *ab altitudine phantaſiæ ſuæ.* A ſuperbia ſua, à vanis, phantaſticiſque cogitationibus, ab imaginationibus in animo conceptis aeriis hæ miſerum gemere compellunt, ſicut in nullo quietus, tanquam mare feruens habitis ſpretis, ſua ſorte non contentus, ſemper phantaſtica quærat, realia quæ poſſidet miſerè amittens. O quoties hoc euenit, ô quoties iacturam faciunt poſſeſſorum, propter inania, ac phantaſtica acquirenda; ſi enim quis vt ſua defenderet, bellaret, maria tranſcurreret, terras peragraret, ſomnum amitteret, famem, ſitim, frigora, æſtus, ſoles pateretur, minus equidem hoc malum; at qualis dementia ob noua acquirenda, & ſæpè phantaſtica propriis non factus ſatis, omnia illa perpeti? Perfidus Iulianus orbis Imperator, Germanis domitis, omnibus repletus bonis, omni refertus gloria, nunquid ob hoc quietus, ſuáque ſorte contentus? nil minus, ab altitudine phantaſiæ oppreſſus Perſas opprimere cogitauit, vnde ad eos aduolans miſerrimè ſtatum, imperium, vitam amiſit, quid ſtultius? quem adhoc de quo agimus ſenſatiſſimè deridens Nazianz. orat. 2. in ipſum ſic luculentiſſimè, poſtquam imprudentiſſimam ſubſannaſſet expeditionem, ait: *Nec eodem loco, ac numero ponenda ſunt ea, quæ ad ſunt tueri, atque conſeruare, & eorum quæ non habent aliquid adipiſci, illius enim præcipua, ac primaria ratio cordatis viris habenda eſt, hoc verò ſiquidem tute, facileque liceat ampletendum, ſin autem in contrarium cedat, contemnendum, qui verò aliquid ſpe, atque animo conceptum aſſequatur, fortunarum ſuarum periculo dimicat, in magna ſtultitia verſatur.* Egregium documentum, ad quod ſi ſæpè Reges, ſupremíque Monarchæ attenderent, vt interim hoc dicam; non tantis ſe immiſcerent calamitatibus, non in horrendas ſubditos impingerent anguſtias, non tandem ſua amitterent; at quia ab altitudine phantaſiæ opprimuntur, cupidine dominandi inſatiabili oppreſſi, habitis non contenti ad phantaſtica aduolant, ad non ſua, periculo fortunarum ſuarum dimicantes, nunquid hoc non eſt vt Nazianz. ait, *in magna ſtultitia verſari*? Heri, & hodie hoc malum legimus, vidimus, videmus, manibúſque attrectamus, quélibet ſiue altum, ſiue infimum, ſiue principem, ſiue priuatum ſua ſorte non contentum, nunquid tales ingenuos dices, viróſque principes? ſanè illos ego tales appello, qui hæc infima calcantes ſua contenti ſorte nil aliud quærunt; bene Gerſon. 2. part. ſermone in cœna Domini conſ. 1. *quàm latum imperium*, ait, *nil aliud à Deo magni pendere, nullique alteri rei ſubijci.* Hinc Dauid hos verè beatos appellat Pſal. 83. n. 6. *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te.* Vbi Hieronym. *cuius in te eſt fortitudo.* Vnde pulchrè Auguſt. lib. 1. de ciuitate c. 13. *eſt aliquid humilitatis*, ait, *quod ſurſum faciat cor, & aliquid elationis, quod deorſum faciat cor.* Quod equidem fit, quando magnitudine cordis reliqua infrà Deum ſpernuntur, quo medio, vt egregiè Gregor. humiles Deus in ſublime reponit, ſic lib. 6. moral. cap. 6. ſuper illa verba Iob: *Qui ponit humiles in ſublimi, humiles ponuntur in ſublime*, ait, *quia cum ſe ex humilitate ſubſternunt alta mentis indicio cuncta temporalia tranſcendunt.* Hinc eas calcant, & ſic deſcendendo aſcendunt, è contrario mali aſcendendo deſcendunt, Pſal. 72. *Deieciſti eos dum allenarentur*, ait Dauid, in quo loco Auguſt. *ipſum quippè extolli eos, deici eſt.* Extolluntur ad deiectionem, pluſquam habent expetunt, habitis non contenti, quid inde? deiiciuntur, miſeréque non ſolum habitis priuantur, ſed quod miſerrimum eſt, vt ea quæ ſibi finxerunt acquirant inferioribus ſe ſubdunt, abiectiſſimos quoſque ſuſpiciunt, petunt tandem à viliſſimis, maliſque mediis vtuntur, vt ad concupita aduolent, vt phantaſiam apprehendant

En tibi Adam, & Eua in exemplum, ſua miſeri non contenti ſorte, dum phantaſiam apprehendere ſatagunt, deitatem, ſcientiámque non à Deo, ſed à dæmone, non bonis artibus, ſed malis, non à ſuo ſuperiore, ſed ab inferiore, ſed à peſſimo dæmone illam exquiſierunt, immo à ſeipſis, *Eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum.* Geneſ. 3. nu. 5. inſtillauit in eis perfidus ſuam phantaſiam, independentiam ſcilicet à Deo, vt per ſe ſcirent, quod alias per Deum poſſent, vt infrà dicemus; hinc appetitum ſcientiæ eis infundens vltra ſortem, hanc appetentes, non Deo eam, non à ſpiritu diuino, ſed à dæmone ſuo vſi conſilio, immo à ſe ipſis extendentes

1. Reg. 18. n. 7.

22 Saul ſtultus ob duo ſe perdidit verba, quia ambitioſus.

Seneca.

23 Ambitioſus ſua non contentus ſorte ſemper gemens viuit.

Abacuc. 3. nu. 9.

Greg.

24 A ſua opprimitur phantaſia.

Nazian.

25 Politico-

26 Magnanimi illi qui omnia ſpernunt, & ſuis viuunt contenti.

Gerſon.

Pſal. 83. n. 6.

Hieron.

Auguſt.

Gregor.

Pſal. 72.

Auguſt.

27 Superbi aſcendendo deſcendunt, fiuntque viles.

Geneſ. 3.

Digitized by Google

28. Adam & Eua ideo appetentes scientiam se perdiderunt, quia indebitam eã expetierũt. 3.*Reg.*c.3. *Ambros.*

ad pomum manus exquisierunt, hinc dum vltra sortem indebita quærunt, sua non contenti, & à quo non debebant, habita infeliciter amiserunt. In qua re illud adnotandum scientiam istos appetiisse diuinam, hanc etiã exquisiuit Salomon, 3.Reg. cap.3. vnde ergo hic ea cumulatus, & in statu obfirmatus regio, ac sic eius petitio Deo grata, vt & quæ nõ petierat adiunxerit; Adam autem à suo exturbauerit statu; sane vt inquit Ambros. quia Salomon à Deo eam expetiit, Adam vero eam vsurpare tentauit inuito Deo, & à quo non debebat, vnde de Salomone loquens in Psal. 118.octon.19. *Non vsurpauit vt Adam*, ait, *boni, & mali scire distantiam, sed gratiam eius intelligendo oranit à Domino, quod autem scire diuinum est à Domino vt possis cognoscere promerendum est, si petiisset Adam, vt petiit Salomon nequaquam in illos inextricabiles erroris laqueos incidisset, quibus omnis eius hæreditas stra[illegible]latur.* Egregiè, obtinuit Salomon diuinã scientiam, quia eam petiit, & à quo debebat petiit; at Adam quia iam superbiam imbiberat, non petere, sed vsurpare eam attentauit, ac eã non à Deo, sed à dæmone tanquam à suo consultore acquirere, ambo contra Deum insurgentes omnimodam libertatem appetentes, Dei subiectionem refugientes; hinc vt hoc obtineret, & dæmoni se subiecit, & ineptissimo, & vilissimo est obsecundatus, quod pari modo & omnibus illis eueniet, qui simili phantasia intincti sua non contenti sorte ab illa extranea, & altiora quærunt, infimis subdentur ineptis, incapacissimis demum ipsissimet suis hostibus; en tibi Adam, quid illi deerat in illo felicissimo statu? si bene consideres nihil, vnum tantum, quod impossibile sibi, nempe à Deo independentia, Deo non subdi, hoc impossibile miser vltra sortem appetiit: nam vt rectè August. de Gen. ad liter. c.11. cum lignum in se nec bonum erat, nec malum tangere, siue de illo comedere, restabat vt tantum esset malum, quia prohibitum, cum ergo contra inhibitionem illud comedit, consequenter dominatum Adam spreuit ac esse sub Dei dominatione recusauit vltra sortem dominium expetens sui, quod videbatur illi deesse; *A peccante autem tantum appetitum est*, ait August. *non esse sub dominatione Dei, quando admissum est, à quo debebat sola inflio dominantis dehortari, vt Dei voluntas humanæ præponeretur.* Ergo quod Adam intentauit independentia à Deo extitit, ad hanc obtinendam ad diabolum recurrit, ad arborem, credens diabolo, non solum animatis, sed inanimatis, vt sic dicam, se subdens, quid inde? dum sua non se satisfacit sorte, dum altiora quærit, ad impossibilia quæsita non peruenit, amittens possessa, non se extollens miser, sed cadens, sed ipsum veluti adorans inimicum.

27. Salomon scientiam appetens, cur vt Adã non repulsus.

30. Adam independentiam à Deo appetiit, vt diabolus. *August.*

31. Diabolus vt ad sui adorationem inducat desiderium vltra sortem essendi ei instillat. *Matt.*4. *n.*8.

Enimuero vnum istis persuadere vellem si possibile, ex suo ambitu, ex sua ambitione, nõ extollentiam decerpere, sed casum, sic vt pro certo æstiment hoc vnum cum ipsis diabolum eniti, desiderium scilicet iniicere vltra sortem acquirendi, quod si semel imbiberint, cadent, miseréque illũ adorabunt. Hoc equidẽ mihi videre videor, in superbis illis dæmonis verbis ad Dominum nostrum. Matth.4.n.8. *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*, ostendit primo omnia regna mundi, vanitatẽ, ac pompam demonstrans, qua ratione? *Quasi desiderabilem, & speciosam*, ait Rabanus in Glossa, *verbis ostendens in amorem Christo suggerens venire volebat*; post quæ ea dixit, securus de victoria. si tantum earum amorem Christus semel imbibisset, & vltra statum, quem obtinebat regna, & imperia anhelasset; at non tantum hoc est quod adnoto, sic illud, *si cadens adoraueris me*, promittit regna, promittit imperia, promittit sublimitates, & à casu incipit, suáque adoratione, vnde hoc? sane ex illo quod diximus, miseri isti, si semel vltra sortem concupiscentiam imbiberint, si semel sic eos diabolus deceperit, à casu incipient, ab ipsius adoratione dæmonis, quo nihil miserius? *habet ambitio*, ait Ambros. lib.4. in Lucã in hunc locum, *domesticum periculum; vt enim dominetur aliis, prius seruit, curuatur obsequio, vt honore donetur, & dum vult esse sublimior, fit remissior, vnde aptè subditur si cadens adoraueris me.* Egregiè, à casu incipit ambitio, & dum ascendere præsumit, descendit, viliter seruit ante dominationem, & honorem apprehendens vltra statum, prius curuatur, & quod peius vi, ac violentia si non voluntate. Recole Amanum infelicissimum, Esther 3. adorationem vltra statum experebat Mardochæi, hanc summis experiit viribus, quid inde? à casu incepit? tunc enim ad pedes Mardochæi cecidit, quando ante Regis cubiculum, vt Regi mortem persuaderet æmuli extabat, nunquid casu hoc factum, an diuina disponente prouidentia? vt omnes intelligeremus quod isti, & reliquis etiam euenturum, qui sua non contenti sorte, altiora se quærunt

Rabanus

Ambros.

32. Ambitio sẽper à casu incipit.

Esther 3.

At tandem vltimo, vt hunc concludamus discursum, sic Deo talis ambitio exosa, sic cõtra tales armatur Deus, vt sæpe non ordinaria, sed inconsulta eos extinguit morte, miracula efficiens, ipsam totam concutiens terram? hoc equidem expendo in facto illo superbissimorum Dathan, & Abiron, Numer.16. hi enim ex tribu Leui, in sortem electi sanctorum, & Domini, hac non contenti, ad sacerdotium aduolare tentarunt, sic vt contra Moysen, Aaronémque stantes, à principatu illum, & à sacerdotio fratrem exturbare præsumpserũt, vnde Moysi, Aaronique n.3. *Sufficit vobis*, aiunt, *quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus, cur eleuamini super populum Domini?* Attende primo hæc dicta, ipsi erant, qui ambiebant principatum, ipsi qui sacerdotium, & tamen non dicunt quia nos sancti, nobiscum etiam Dominus, sed multitudinem sanctam, quæ ratio? sane, vt ambitionem celantes propriam, quasi non suam, sed communem causam agerent, quod propria ambitiosorum est techna, zelum inducunt communitatis, feruore animãtur religionis, suum illo palliantes vitium, *Solent ambitiosi*, inquit Oleaster hic, *causam suam peculiarem communem facere, ne de vitio singularitatis notentur, isti non populo, sed ambiebant sibi primatum, sed ne digito monstrentur communem faciunt causam suam, quasi non suam, sed totius populi iniuriam vindicare voluissent.* Verissimè, & quo nil hodie vsitatius, siue mundum inspicias, siue

33. Ambitiosi sua non cõtenti sorte insueta occidit eos Deus morte. *Num.* 16. *n.*3.

34. Ambitiosorum mos zelo communi suam palliare ambitionem.

Oleaster.

clauſtra; at quid Moſes, n.8. *Audite*, ait, *filij Leui, num parum vobis eſt, quod ſeparauit vos Deus ab omni populo, & iunxit ſibi, vt ſeruiretis ei in cultu tabernaculi, & ſtaretis coram frequentia populi, & miniſtraretis ei? idcirco ad ſe fecit accedere te, & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam ſacerdotium vindicetis, & omnis globus tuus ſtet contra Dominum.* Singula ponderanda, vt quanta horum fuerit dementia, ſiue ſuperba ſtultitia attẽdas, ob hoc enim ea illis ſanctiſſimus dixit legiſlator, ob hoc de eorum eos admonuit dignitate, vt bene Oleaſter, *Quia ambitioſi*, ait, *ſolent pro nihilo reputare quæ habent, cuncta quæ ſunt aliorum, ſibi maiora, & meliora videntur licet non ſint, ob id multiplicant elogia.* Ergo conſideranda eſt dignitas ad quam Deus hos euexit poſt ſacerdotium maxima in illo populo, primò ſegregatio à cæteris, ſecundò ad Deum aggregatio, qui tunc immediate illum regebat, vnde vt ſic dicam, principes in regali effecerat domo, tertiò ſeruitium excellens, quod profecto in magnum cedit perſonæ honorem, non illos minimis addixit, ſed maximis, nempe tabernaculi, in quo Deus ipſe reſidebat famulatui, quartò demum honor coram populo; quæ omnia cum attente conſideraueris, quæ ex hac magnitudine, quæ ex hoc ſic ſublimi iſti auxerunt ſtatu ſi requires, inuenies contra Dominum ſtare, pro nihilo habita ducere, vi, ac violẽtia vltra ſortem ſacerdotium extorquere; en conditio humana nunquam ſua ſorte contenta; at quale horum ſupplicium, dignáque pœna? nunquid communis? non equidem, ſed inconſueta, ſed inuſitata, ſed noua; audi ſententiam, n. 29. *Si conſueta hominum morte interierint*, ſanctus ait legiſlator, *& viſitauerit eos plaga, qua & ceteri viſitari ſolent, non miſit me Dominus; ſi autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os ſuum deglutiat eos, deſcenderintque viuentes in infernum, ſcietis quia blaſphemauerint Dominum*; horret equidem natura, totúſque commouetur vt ſic dicam orbis, contra huiuſmodi homines, qui ſuis nunquam contenti, & ſi abundè ſuppetant, ad aliena aduolant inuidentes, per fas, nefáſque, per vim, per impoſturas altum præoccupare ſtatum ſatagentes, quid ergo? noua adſit pœna, nouum efficiat Deus miraculum, mortis nouum inueniat genus, deſciſcat ſe terra, & non mortui ſicut cæteri omnes, ſed viui deſcendant in infernum; ad doctrinam noſtram hæc, vt audientes paueamus, noſtraque contenti ſorte vltra vane progredi non audeamus, ne ſic ſtulti reputemur ac figulus, de quo noſter loquitur ſapiens, qui laborem non curans, vitam non æſtimans, ſua ſorte non contentus, tantum, quo modo cum aurificibus certet recogitat, vnde, ait; *ſed cum eſt illi, &c.*

35. Ambitioſo-rum eſt pro nihilo reputare quæ habent.

Num.12. *Sed æſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & compoſitionem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere vndecunque etiam ex malo acquirere.*

Num.13. *Hic enim ſcit ſe ſuper omnes delinquere, qui ex terra materia fragilia vaſa, & ſculptilia fingit.*

Commentum literæ.

IN reprehenſione figuli perſeuerans, ſicut illum ex materia, qua idolum, illuſerat, ſic nunc ex apprehenſione, & falſa vitæ humanæ æſtimatione, vnde ait: Connexio Capitis.

Æſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram; Liranus, Holkoth luſum ſumunt pro delectatione carnali, & luxu, quaſi dicat ſapiens, ſic ſtupidum eſſe figulum idolorum ſculptorem, vt ad luxum, & delectationem putet hominẽ natum; hi certè non dici poſſunt quod viuãt ſuper terram, ſed quod terra eos deuoret, ac in ſuam conuertat ſubſtantiam, Num.13. n 33. *Terra quã luſtrauimus deuorat habitatores ſuos*, dixerũt exploratores, *populus quem aſpeximus procera ſtatura eſt*, mira coniunctio, ſi terra habitatores deuorat, præ eius magnitudine, gr[illegible]udine, feracitate, quomodo proceræ ſtaturæ eſt populus? ſane quia peccatores, terrena tantum cogitantes, tanquam non ad aliud nati, quam ob terram, rectè & ſi corpore Gigantes, animo pueri, terra eos deuorabat, *Impios quidem*, ait Origenes ſuper illa verba, Exod.15. n.12. *extendiſti manum tuam, & deuorauit eos terra, & hodie deuorat terra, an non tibi videtur terram deuorare illum, qui de terra cogitat, qui ſemper terrenos habet actus, qui de terra loquitur, terram deſiderat, de terra litigat, & omnem ſpem ſuam ponit in terra, qui ad cælum non conſpicit, qui futura non cogitat, ſed ſemper terrena ſuſpirat, talem enim cum videris, dicito quia deuorauit eos terra*; ſic talis figulus inquit Salomon; at Hugo accipit pro deriſione bonorum, quaſi figulo non ſolum ſufficeret idola fingere, ſed etiam luſum, hoc eſt ſuperfluam, vanam, deridendam vitam æſtimabat bonorum, perpetuus quippe malorum mos bonos perſequi, ac contemptui habere; de qua re vide in 1.tom.hom.86. *Liran.* *Holkoth.* 1. Homines carnales à terra deuorantur. *Origen.* *Hugo.*

At verus ſenſus eſt Caſtri, & Lorini, figulum ſcilicet dum totam vitam in effigiandis fictis conſumit imaginibus, verè illum æſtimare humanam vitam nil aliud eſſe niſi puerilem ludum, & nil ſerij habere, non ſecus ac pueri, qui in ædificando caſunculas, & effigiando iunculas totum tempus terunt, ac ſi ad nil aliud eſſent nati; veriſſimus ſenſus, & ad vitam hominum mundanorum, nil proprius, ſic viuunt ac pueri; ac ſi ad nil aliud eſſent geniti, quàm ad ludum, & delectationẽ, vnde tota illorum vita puerilis eſt ludus, in vacuum tempus terentes; de qua re vide in 2.tom. hom.82. in vanis ſe delectantes, in ſuperbia ſcilicet, & diuitiis, ibi hom.97. *Caſtro.* *Lorinus.* 2. Sunt ſenſu pueri.

Holkoth lect.177. multa de ludo tractat, contra cóſque inuehit, qui felicitatem humanam in ludo affirmarunt conſiſtere, vt ait Ariſt.lib.10.Ethicor c.6. treſque conditiones in ludo requirit, honeſtatem, ſimplicitatem, & moderationem, ne nimius ſit; inde Tull. lib.1. de officiis, *Ludo quidem, & ioco vti licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus cæteris; tunc videlicet, cum grauibus, ſeriis, aliiſque rebus ſatisfecerimus*; vide diu. Thom. in 4.ſent. diſtinct.16. quæſt. vltim. art. 1. qui tres ludos diſtinguit, turpem, qui in ſe deformitatem imporrat, vti Gentilium in theatris, & comœdus cum Diis *Holkoth.* *Ariſt.* *Tullius.* 3. Ludus neceſſarius ad vitam eiuſque conditiones. *D. Thom.*

gitized by Google

4. Quod ludus inueniantur ſecundū diuum Thomam.

ſuis; gaudij ſpiritualis, vti Dauid coram arca; Humanæ conſolationis, cuius medietas vocatur (Eutropolia) & virtuoſus ille vocatur ab Ariſt. (Eutropolus) humano conuictui virtus apprime neceſſaria, & tales vocantur, qui eam poſſident ab eodem (εὐτρόπελος) ab (εὖ) quod eſt ſupra, & (τρόπος) quod eſt aptus, quaſi optime aptus ad conuictum humanum.

Converſationem vitæ compoſitam ad lucrum, &c. Græc. *vitam*, ſeu *vivendi modum converſationem lucroſam*, vel *curſum ætatis nundinationem quæſtuoſam*; ſic viuunt, vt prorſus ad nil aliud niſi ad acquirendum, & diteſcendum, & amplius concupiſcendum.; de quo malo vide in 1.tom.hom.81.

Et oportere undecunque etiam ex malo acquirere, &c. Conditio concupiſcentiæ effrenatæ, & in concupiſcentiam diuitiarum inſanientis, quæſtum ſcilicet eſſe faciendum per fas, neſáſque, cum alias non omne lucrum vituperabile, vt docet Plato in Hiparcho, ſed tũc quando *quis ex rebus nihili lucrum captat, denique ex omni re, & unde boni viri quærere non anderent.*

Plato.

5. Lucrum nõ vituperabile quale.

Hugo. *Hic enim ſcit ſe ſuper omnes*, &c. Hugo *quaſi dicat*, inquit, *huiuſmodi homo inexcuſabilis eſt, quia ſcienter errat*; immo vt bene Lorinus cæteris improbius eſt artificibus, cum ob lucrũ, non vt illi qui ex auro, aut argento, vel ære idola conficiunt, res ſolidæ, & quæ ad aliud etiam poſſunt deſeruire vſum, ſed ex argilla, & luto, res fictiles, & viles ad captandum tantum lucrum ea conficit; in qua re auiditas lucri denotatur, & improbatur, ob quam non ignoranter, ſed vt dicebat Hugo ſcienter, atque conſilio peccabat, ob quod non ſolum inexcuſabilis, ſed ad veniam conſequendam inhabilis ſe ſic peccans quodammodo cõſtituit, cum talia peccata ſic ſcientificè patrata ſummopere Deo diſpliceant, Mitũ 2. Reg. 11. n. 27. peccauit Dauid adulterio, peccauit homicidio, & tamen quod Deus ei improbat, quod ei diſplicuit, ſiue de quo amplius ſe iratum oſtendit connubium extitit Berſabeæ, vnde ſi lente ad cætera, ſtatim ac eam in vxorem accepit illico adiecit Scriptura, *& diſplicuit verbum hoc, quod fecerat Dauid coram Domino*, & illum reprehendens Nathan, c. 12. n. 9. non adulterium, ſed matrimonium obiecit, *vxorẽ illius accepiſti in vxorem tibi*, vnde hoc? nunquid malum extitit erubere? & ſi malum, nũquid maius adulterio? ſane inquit Procopius, malum erat, & prohibitum, & amplius Deo diſplicuit ex circunſtantia, quia peccauit non ex paſſione, ſed ex conſilio, ſed ex malitia, nã vt idem inquit Procopius, *adulterium cupiditate victus commiſit, coniugium autem deliberationis aſſenſum habet.* Hinc 3. Regum 15, n. 5. dicitur Dauid, *feciſſe rectum in oculis Domini, excepto ſermone Vriæ*, cur dicitur excepto ſermone, & non peccato Vriæ, ſeu homicidio Vriæ? ſcio phraſim eſſe Scripturæ ſermonẽ ſæpe pro facto accipi; at hic amplius quidpiam ſignificare æſtimo, dici nempe excepto ſermone, & non facto, quia ſi bene attendas totum illud peccatum, ſeu totum illud factum ex conſilio extitit, ex conſilio operatum, ex diſcurſu, ex præuidentia, vt ſic dicam, mulier clam vocata, clam domi reſtituta, vir ſtudiosè accerſitus, ſimulate bene habitus, aſtute domum remiſſus, verſipelle occiſus; totum ergo peccatum in ſermone, in conſilio, in ſcientia; hinc dicatur ſermo, hoc eſt clamoroſum opprobrióque plenum, ac Deo ſummè inuiſum, vti ſunt talia, ob quod & remiſſione difficilia; audi ſententiam Dei, *Ob quod*, ait Nathã ad Dauid n.10. *non recedet gladius de domo tua in ſempiternum*; en quàm expiatu difficile talo peccatum, in ſempiternum ait, & quod notandum, quod cum duo in ſe peccatum contineat culpam ſcilicet, & pœnam, ſic talia expiatu ſunt difficillima, vt ſi culpa deleatur, pœna tamen remaneat in ſempiternum, dixit gladium à domo ſua non receſſurum, & in ſempiternum non receſſit, vſque dum tota deleretur, quod poſt Chriſtum plene completum, occiſis omnibus ex familia Dauid, ac ex præcepto Veſpaſiani Imperatoris enecatis, vt Euſebius hiſtor. Eccleſiaſt. lib.3. c.11. ex Ruffino affirmat, ſed de hoc alibi ſatis dictũ.

Lorin.

6. Peccata ex malitia Deo odibilia, ac dimiſſione difficilia. 1. *Reg.* 11. *n.* 27.

7. Dauid peccatum ſummopere Deo diſplicuit, quia ex malitia. *Ibid.* 12. *n.* 9.

8. Cur eius peccatum nominetur ſermo, & nõ factum.

Num.14. *Omnes enim inſipientes, & infelices ſupra modum animæ ſuperbi ſunt inimici populi tui, & imperantes illi.*

Num.15. *Quoniam omnia idola nationum Deos æſtimauerunt, quibus nec oculorum vſus eſt ad videndum, neque nares ad percipiendum ſpiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, ſed & pedes eorum pigri ad ambulandum.*

Num.16. *Homo enim fecit illos, & qui ſpiritum mutuatus finxit illos, nemo enim ſibi ſimilem homo poterit Deum fingere.*

Num.17. *Cum enim ſit mortalis mortuum fingit manibus iniquis, melior eſt enim ipſe his quos colit, quia ipſe quidem vixit cum eſſet mortalis, illi autem nunquam.*

Commentum literæ.

Connexio Capitis.

EX particulari figuli idololatria ad generalem omnium populorum & præcipuè Ægyptiorum tranſitum facit, contra quam inuehit, eorũmque dementiæ rationem in his verſibus adducens, in quibus omnia clara, breuiter tamen ſingula percurrenda.

Omnes enim, &c. Græc. *autem*, & aptè, cum non reddatur ratio præcedẽtium, ſed in vniuerſum conuertat ſermonem ad gentes idololatras, quæ hoſtili odio populum Dei perſequebantur, Ægyptios, Ammonitas, Moabitas.

Supra modum animæ ſuperbi, &c. Græc. *& infelices ſuper animas infantium*, Hugo explicat, *in detrimentum, & damnationem animæ ſuæ*, Holkoth vltra menſuram propriæ bonitatis; at ſecundum hanc lectionem, ſic debet intelligi, vt ſupra infantium animas hos infelices, quatenus ad ratiocinãdum plus inepti, quàm ipſi infantes, qui & ſi ratione præditi, tamen ob teneritudinem vſu carent; at verus ſenſus eſt Lirani, Carthuſiani, & Bonauent. vt populi Dei inimici dicantur ſuperbi, *ſupra modum animæ*, id eſt pluſquam valeant præſu-

Hugo. *Holkoth.* *Liran.* *Carthuſ.* *Bonau.*

Digitized by Google

1. Superbi pueri sunt, & huius rei ratio.

mentes, non secus ac infantes, qui nil habét vnde gloriari possint, & tamen de se præsumunt, & nullas obtinentes vires, fortissimos se iudicant, sic superbi, vltra animæ vires semper se extendunt, & cõcupiscunt auide, etiam si ad effectus concupiscentiæ vires nõ suppetant, de qua re hom. antecedéti satis diximus.

Quoniam omnia idola nationum, &c. rectè Cantacuz. Ægyptios intelligit supra omnes superstitiosissimas nationes, reliqua quidem aperta sunt.

Imperantes illi, &c. Græc. *potentia opprimentes illum*, nempe Dei populum.

Homo enim fecit illos, &c. Deos nempe.

Qui spiritum mutuatus est, &c. Græc. *qui spiritum accepit mutuo*, redditurus cum qui mutuum dedit reposcet, vnde non solum homo cæterarum non est dominus rerum, sed nec ipsius animæ; cum mutuo eam acceperit, vnde verè huius mundi hospes, non dominus; de qua re vide in 5. tomo hom. 99.

Cum enim sit mortalis, &c. clara sunt omnia, nec aliquid superest, adnotãdum solum, quod Hugo. inquit Hugo idololatram infimiorum luto supra appellasse sapientem, nunc meliorem idolo, illud ob vitia intelligendum, istud ob naturam, *Supra tamen*, ait, *eodem dicitur quod luto vilior est vita illius in quantum vitiis subiecta, & maculata, sed secundum naturam creationis melior est, & dignior.*

HOMILIA LXVIII.

Mali prælati idola.

QVoniam omnia idola nationum Deos æstimauerunt, insipientes, & infelices Ægyptios, & cum ipsis omnes simul gentiles noster appellat Sapiens, ratio, *quia in eis nec oculorum visus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad ambulandum.* Quæ omnia moraliter intelligens Hugo Cardinalis, Hugo Cardin. sic fatur: *Moraliter vero idola sunt prælati quidam, qui viuunt vt bestiæ, & sicut dij adorantur, de quibus verè dici potest, oculos habent, & non videbunt*; immo Spiritus sanctus tales idola appellat, Zachar. 11. n. 17. Zach. 11. n. 17. *O pastor, & idolum derelinquens gregem*, ad cuius sensus nos adaptantes vtpote de re his necessaria temporibus, quomodo malus prælatus sit idolum, Deo fauente demonstrauimus, vt signis in pectis, aliquis an sit Deus, an vero idolum, si ea in se reperit recognoscat, illúdque de se proferet iudicium quod de Deo per gratiam, aut de idolo per peccatum, quia & idem Deus de ipso proferet.

Enimuero quinque noster affert sapiens idoli signa, nempe quod oculos habet, sed non videt, nares, siue os, sed non spirat, neque loquitur, manus, sed non palpat, aures, sed non audit, pedes, sed non ambulat, quod idem Regius dixit Psaltes Psal. 113. ergo si quando videris hæc cuiquam conuenire prælato dic tu Psal. 113. n. 4. idolum esse, non Deum, & præter effigiem, nil aliud illi inesse prælati.

§. I.

Malus prælatus idolum, quia oculos habet, sed non videt.

PRimum ergo idoli signum est oculos habere, at nõ videre, sic prælatus, sic iniquus pastor, oculos habet, & non videt, at si habet, quomodo non videt? optime Hugo *habet oculos ad temporalia videnda, sed non spiritualia, vel æterna, cæci sunt ad spiritualia, videntes ad temporalia vana*, vigilant ad sua, dormiunt ad aliena, Dei præcepta non aspiciunt, suas commoditates acutè intendunt, sibi laborãt, non aliis, oculos tamen apertos habent ad concupiscendum, clausi ad obediendum. Post peccatum, Genes. 3. n. 7. de primis nostris parentibus affirmat Scriptura, quod *aperti sunt oculi amborum*, quæ verba, vt affirmat Aug. apud Lippom. in caten. non allegoricè, sed verè sunt sumenda; cum ergo certum & prius oculos habuisse apertos, & vidisse, Eua enim vidit arborem, Adam animalia, quomodo ergo nunc affirmatur oculos eorum apertos? Chrysost. in hunc locum optime ait, hoc intelligendum, non de corporalibus oculis, sed de sensu mentali; cæci prius errabant mentali sensu, mentali discursu, mentali affectione, Dei præceptum contemnentes, diabolo credentes, ac postea neutraliter eorum aperti sũt oculi; *Ad concupiscendum ad inuicẽ*, ait Augustinus, *aperti sunt oculi amborum*, hoc est, vt inquiũt, Gennad. & Acacius apud Lippom. *concupiscentia nuptialis benedictionis, ac coniunctionis in eis inualuit, & vt ita dicam reuixit à naturali illo torpore, atque stupore.* Ergo post peccatũ primis nostris parentibus ad concupiscẽtiam, ad quæ mundi, ad quæ sua oculi aperti, clausi ad diuina; hinc statim non ad pœnitentiam, non ad conuersionem, non ad quæ diuina sed ad quæ humana se conuerterunt, toti ad se, toti ad sua procuranda; vnde statim *consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata*, sic equidem, sic in paradiso hoc Ecclesiæ sanctissimæ oculos mali pastores obtinent non ad cælestia, sed ad humana, ad sua procuranda, ad ditescendum, ad maioratus bona fundanda, ad domos erigendas, ad suos locupletandos, ad ambitionem fouendam, *Honorati incedere volunt*, ait Bernard. in declamationib. super missus est, *placere student hominibus, delectari, & superbire, & huic seculo per omnia conformari.*

Hugo. 2. Malus prælatus quomodo oculos habet, & non videt. Genes. 3. n. 7. Augustin. Chrysost. 2. Adami Euæque oculi quomodo post peccatum aperti. Gennad. Acacius. 3. Mali prælati oculi habẽt apertos ad temporalia clausos ad spiritualia. Bernard.

Nec equidem hoc mirum; nam cum duo status obtineat Ecclesiasticus, animarum salutem, & corporales commoditates, ad has ipsi inhiant, ob has depereunt, & ministrare volunt, vt comedant, non comedere vt ministrent; ô pudor christianæ Religionis, primũ quod quęritur de dignitate sunt reditus? quãti scilicet pendet, oculi ad hoc aperti, cæci ad animarum lucrum, quid hoc? ordinem non est peruertere rerum? *Si gradus Ecclesiasticos*, declamat Bernard. vbi sup. *equis quærit, aut tenet animo eque intuitu, vt huius vitæ habeat necessaria, euangelizat vt manducet, & peruerso nimis ordine cælestibus terrena mercatur.* Egregiè, si panem, si vestitum, si familiam; si supel-

lectilem, si honorem, si vanitatem, si diuitias, quid vis vt dicam (parcant mihi) si in vita luxuriari desiderant, emant hæc non spiritualibus, sed temporalibus: nam vt idem ait sanctus, *Quàm certè dignum, amplinsque consentaneum rationi, vt pro carnali victu, carnalia magis opera, & negotia exerceret, nec fieret inuersor rerum, aut inhoneraret ministerium spirituale;* at spiritualibus hæc vilia emere, ad hæc tantum oculos habere apertos, nunquid hoc cæcum non est esse ad diuina, & subligacula sibi facere ex ecclesiasticis redditibus, vt turpitudinem suam cooperiant, nati vilissimi, pauperie consumpti, ex infimis patribus, qui vix ex siliquis arctabantur porcorum, ex foliis ficus, ex redditibus ecclesiasticis ditati incedunt vt principes, comedunt vt Reges, vestiunt vt dynastæ, & quasi in croceis essent enutriti, delicatissimè sustẽtantur; quid quæso aliud est hoc, nisi ficus foliis pristinam cooperire paupertatem, & nuditatem antiquam ad superbiam, & fastum erubescere? & oculos apertos habere ad temporalia, cæcos ad spiritualia, ac proinde in Dei Ecclesia idolum esse non Deum?

4. Prælatorum figura Ezechielis animalia. *Ezech.1. v.18.* *Pelusiota.*

Enimuero si in scripturis typum expetis prælatorum, nullum sic aptum inuenies, quã illa Ezechielis animalia, c.1. ac præcipuum in illis, *quod totum corpus oculis plenum*, sacerdotum, ac prælatorum exemplar, vt dixit Peluſiota, epist. 151. *Dei sacerdos*, ait, *quoniam ad Deum appropinquat animalium illorum multis oculis præditorum in morem, omni ex parte oculus esse debet, eorum instar nihil nesciens.* Totus ergo oculus, prælatus totus videns, ante, & retro, sua, & aliena, diuina, & super humana, & inter hæc præcipua, diuinam scilicet volũtatem, *Quis putas*, ait Dominus, *est fidelis seruus, & prudens.* Matth.24.n.45. *quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore.* Fidelitas ergo serui familiæ est dare cibum in tempore, at qualis est cibus? audi Bernard. vbi sup. voluntatem Dei eis indicare, *Quaris forte*, inquit Bernard, *quam escam? meus inquit cibus est vt faciam voluntatem patris mei, quia in hac voluntate vita, quæ quidem nec pasci ipse, nec alios pascere poterit nisi fidelis sit, & prudens.* Ergo quod præcipuum, quod, vt sic dicam vnicum in prælato agnitio est diuinæ voluntatis, nam vt rectè idem, hac cognitione absente totum corruere regimen necesse est, nam vt ipse ait; *quid enim periculi erit, vbi non inuenit pastor pascua, ignorat duæ itineris viam, vicarius nescit voluntatem domini sui*; at quàm secreta, quàm alta, quam abscondita, quam recondita, quam impedita, quam pro hoc statu mille opacata frondibus sit hæc diuina voluntas, quis ignorat? *sacratissima est Dei voluntas*, ait idem, *& occultum omnino consilium eius*; quantis ergo oculis, quanta acie, quantum acumen visus supernaturalis, & alti prælato necessarium vt talis perscrutetur voluntas? quid ergo erit, quando cæcus erit-ne prælatus? & quomodo illam sciet? vt rectè idem ait Bernard. *Qui nec pulsare, nec quærere, nec petere consuenit, qui do-*

5. Toti sint oculi. *Matt.25. v.25.* *Bernard.* 6. Cibus quẽ prælati suis præbere debent est Dei voluntatem illis indicare.

7. Prælati cæci erunt ad subditos, si pr..is oculos non habuerint ad se perspiciendum. *1.Reg.3.. n.2.* *S.Greg.* 8. Heli oculi cur caligauerant.

nec alienarum curam susciperet animarum nunquam suam gessisse curam, sed in vano eam visus est accepisse, belle, Dei videbunt voluntatem, qui sua, qui suorum nunquam viderunt delicta? *oculi eius caligauerunt*, dicitur de Heli, 1. Reg. 3. n. 2. *nec poterat videre lucernam Dei*, vnde caligauerant oculi, ad Dei lucernam? profecto, quia & caligauerant ad filiorum peccata, *in lege, & prophetis non habebat statum luminis, sed lapsum cæcitatis*, ait Greg. hic, ideo eius caligabant oculi, sicut & omnium illorũ prælatorum ait idem sanctus, *qui in arce pastoralis culminis non exquirunt virtutis opera, sed remotioris vitæ blanditiis immerguntur.* Filiorúmque defectus non aspiciebat, eorum scelera nõ prospiciebat, cæcus ad subditos, quid mirum, si cæcus etiã ad diuina, hinc nõ Deus, sed idolum oculos habens, & non videns.

9. Vnde euenit post Christum natum prælatorũ cæcitas illos excutiat.

At illud hodie mirum, quo modo post tantam Christi lucem, post tale exemplum, post iubar illud diuinum cæcutiant prælati? si Heli cæcus, si non videns, profecto non mirum, nondum sol ille iustitiæ, ac prælatorum iubar natus, nõdum Christus in terris, at post Christum cur cæcutiunt? cur non vident? immo ob hoc amice, quod vt perspicias, attende ex Arist. in problemat. sect. 31. problem. 8. & 15. luscioſum illum, qui *obtusis, & mellistuis est oculis*, hi autem in duplici sunt differentia, aliqui enim sunt, qui non vident nisi in magna luce, vnde in vespertina nil videt, sic Varro lib. 8. disciplinar. & diu. Isidor. lib. 10. Alij è contra sunt qui nil vident in multa luce, lædente sensum sensibili, vehementi, vt asserit Festus, lib 10. Seneca lib. 3. de beneficiis, & alij; hoc ergo cum sit, vis scire vnde euenit miraculum istud, vt in media tanta luce prælati cæcutiant? in virtute amice sunt non flauidi, sed flauidissimi, in vitiis fortissimi, ad carnalia vehementes, ad spiritualia prorsus imbelles, quid ergo mirum si ad tantam cæcutiant lucem, & horrendas ex ipsa patiantur luce tenebras? *Magnas*, inquit Greg. 1. Reg. c.3. n.1. super illa verba, *Heli oculi caligauerant, tenebras pastor sustinet, si is qui Ecclesiæ oculus esse per officium nescitur in gratia tantæ lucis visionem no habet*, magnas ait tenebras, & merito, nam non quomodolibet sunt cæci, sed cæci, stolidi, insani, prope dementes, oculos internos, externósque obtusos habẽtes, onera sibi imponentes importabilia, non ex necessitate, sed ex voluntate. Inuitatus ad cœnã magnam ire recusauit vnus ex illis Lucas 14. n.19. si rationem inquiris, respondet: *Iuga boum emi quinque, & eo probare illa, habe me excusatum*; multas in hac responsione arguit Bernard fatuitates, vna quia suppositio in hac vita sine iugo nèminem esse posse, quia *homo natus ad laborem quare*, inquit Bernard. *eligere potius quinque, quam vnum?* vnum est iugum Christi, quinque immo mundi, ac diaboli quingenta millia, qualis stultitia vnum relinquere, & sumere quinque? & talia vt vitiorũ iuga; quod egregie proſequitur Bernard. põderans contrarietatem vitiorum, quæ ob illam in mille cor dispartitur humanum, *Contendunt ambitio*, ait, *& elatio cordis, volare altera iubet, repere monet altera, cùm neutrum profecto sit hominis, quis enim es tu, ait elatio, quis vero ille, vel ille est, vt eis in aliquo cedas, vt reuereris eos, vt aliquatenus eis blandiaris? at bonus sermo bonum inuenit locum, nisi ambitio, & in-*

Luc.14. n.19. *Bern.* 12. Mundanorum stultitia ob vnum Christi iugum recusandum infinita subire diaboli, ac mundi.

10. Luscioſus quis, & quotuplex. *Varro.* *Isidor.* *Festus.* *Seneca.*

11. Mali prælati cæci non quomodolibet, sed stolidi. *S. Greg.*

13. Vitia vt sũ contraria inter se, & eor discerpant humanum.

terdum quoque qui non potest prodesse, potest obesse, vnde dissimula, primum vinum bonum pone, donec veniat hora tua; quid verius? quod & de cæteris prosequitur vitiis. Altera fatuitas vt ad portanda iuga non illi soluunt, sed ipse illis, vnde emisse dicitur iuga. *Arguamus magis*, ait Bernard. *emisse illa, quod extrema demẽtia est, dignus est operarius mercede sua; nam vt mercedem pro opere tribuat inauditum.* Et fatuitas amplius innotescit, si vt quinque iuga emat, & iuga boum, quæ aspera, quæ onerosa, quæ incomportabilia, vnum renuntiat quod gratis ei offertur, & suaue, & insuper quod *Non gratis*, vt ait sanctus, *tribuitur, sed copiosa, his qui tulerint illud remuneratio est.* Pende singula, applica tu ad peccatores, & stultiorem stultitiam nunquam perspicies, nam nos aliò properamus Denique ad rem nostram, illa vltima, ac extrema fatuitas est vt iuga boum sibi emat, ait Bernard. quæ & si boues necessario subeant, quatenus non manducabunt sine illis, & ob quod propria sint eorum, ipsi tamen non sunt necessaria, vt pote non illius, *Ipsis iumentis comparetur stolidior*, ait sanctus, *& bestialior bestiis comprobatur, quod iuga necessitatis earum propria, ipse subeat voluntate; quod enim illis natura est, huic culpa.* Egregiè, stolidior iumentis homo, dum iuga emit non sua, & quæ non ipsi necessaria, facit sibi voluntaria, hæc est maxima stoliditas, quam si malis applicare prælatis, nescio an inter homines alios stolidiores reperies, sic cæci sunt, sic plene oculis luscioſi, vt quod aliis iuga sunt necessaria, ipsis penitus sint voluntaria, non habent vxores, ac proinde nec filios, filiásque, & nescio quo malo genio neporibus sic se onerant, vt amplius pro eis laborent quàm si genuissent, nónne hoc est voluntarie iuga subire non necessaria? quod pater, quod mater pro filiis depereant collocãdis, illis necessarium vtpote naturale; at quod Episcopus nónne stultitia? familiam sustentare grandem, supellectilem habere amplam, stabulúmque equis repletum, pomposam habere domum proprium magnificentiæ est sæcularium; at ecclesiasticæ qualis est illa necessitas? *De altario viuat*, inquit Bern. vbi sup. *non superbiat, non luxurietur; denique non ditetur, non sibi de bonis Ecclesiæ amplapalatia faciat, murans quadrata rotundis, nec loculos inde congreget, nec in vanitate, aut superfluitate dispergatur, non extollat de facultatibus Ecclesiæ consanguineos suos, aut nepotes* (ne filias dixerim) *nuptui tradat*; & rationem subiungens, sic tremendè concludit? *nam patrimonia pauperum, facultates Ecclesiarum, sacrilega eis crudelitate surripitur, quidquid sibi ministri, & dispensatores, non vtique domini, vel possessores, vltra victum accipiunt, & vestitum.* Sacrilegium hoc appellat Bernard. quod vtique in sæcularibus multoties iustitia, quia ratione status necessaria onera, at Episcopo voluntariè, ex quo misera eorum cæcitas stolida, verè idola vacua, ac atua, non dij.

14. Peccatores stulti dum laborant sine mercede immo ipsi eam pendent.

16. Sacrilegiũ est in prælato præter victum, & vestitũ aliquid ad põpam insumere.

Hinc sic in sua recluduntur vanitate, sic verè idola sunt, vt præter vestitum nil aliud possideant Episcopi, immo sic ab Episcopatus officio degeneres, vt an sint Episcopi penitus ex eorum operibus dignosci possunt, 1. Reg. 3. n. 2.

1. Reg. 3. n. 2.

15. Prælatorũ malorum stoliditas vltra vites se in dies onerare, & noua subire onera impẽsè desiderãtes, quæ nũ ipsorũ propria.

A n. 2. sic legitur nunc, *Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur*; vbi non *lucernam*, vt antiquitus, *sed lucerna*, ponitur in recto, per quam ipse Heli intelligitur sacerdos iuxta diu. Greg. hic, ac Isidorum in epist. ad Massanum de lapsu sacerdotis; *Lucerna*, inquit, *Dei fuerat, quando dignitate sacerdotali pollens institiæ claritate fulgebat, extinctam prophetа asserit, dum ob scelera filiorum sacerdotis potestatem, meritorúmque lumen amisit.* Heli ergo lucerna, quod aliqui passiuè intelligunt, id est quod sic erat lucerna, ac taliter extincta, vt diu. aiebat Isidorus, quod nullo modo poterat videri, nec prospici, sic extra pontificis rationem, ac vitam, viuens, vt an esset pontifex dignosci non poterat, *Dignitate fulgens*, B vt diu. ait Gregor. *mentem figens in tenebris vanitatis*; ex quibus fiebat, vt prorsus intus ad diuina cæcutiret, sicut & similiter ei similes pastores, *lucerna Dei videri non potest*, ait idem sanctus, *cum is qui pastorali dignitate eminet, tanta spissitate secularis amoris premitur, vt ad interna claritatis intuitum nulla gratia inspiratione subleuetur.* Amore premuntur carnali, sæcularium obruuntur curis, ad suorum magnificentiam toti intenti, ad sua procuranda occupati, sic misibè intra caliginem sæcularium curarum includuntur, vt verè an sint Episcopi dignosci non possit, cum nil in eis præter sæcularem pompam, sæculares curas, sæculares intentiones dignoscitur; *Modo autem*, plorans aiebat Chrysost. in c. 26. Matth. C hom. 81. super illa verba: *Principes autem sacerdotum accepto argento, in procuratores, dispensatores, caupones redacti Episcopi sunt ob rerum curam, & sollicitudinem*, oculos ad hęc tantum habentes apertos, omnino ad diuina cæcos, hinc miseri idola sunt, non dij in terris.

S. Greg. S. Isidor.

17. Mali prælati curis sæcularibus distracti præter vectitum nil aliud possidẽt Episcopi, & qui sunt tales.

Chrysost.

18. Episcoporũ deplorãdus status tempore Chrysostomi.

Sic miseri ad diuina cæci, sic Deo repugnãtes inueniuntur in illo statu quoad diuina, sic toti propensi ad humana, ad hæc tantum oculos habentes, vt illud. & profecto horrendum in eis fiat, quod si aliquando eis Deus vti velit ad bonum aliquod agendum, necessarium ei, vt & mundano etiam quem possidẽt eos priuet oculo, vt insipientes, & quo ad ua eos cõstituat, sicut cæcutientes etiam quoad hæc tẽporalia errent, & ab errore fiat rectum, quid D miserius? *Isaac amabat Esau*, ait Scriptura, Genes. 25. n. 28. *eo quod de venationibus illius vesceretur, & Rebecca diligebat Iacob*; Hinc factum, vt ex amore ductus Isaac naturali, benedicere Esau præsumeret, omnino Iacob relicto; hoc contra Dei erat prædestinationem, contra diuinum beneplacitum, quid ergo? Deus suauiter omnia disponẽs, sic benedictionem distulit Iacob, vt senectutem expectaret Isaac, in qua naturaliter caligantibus oculis *videre non posset*, Genes. 27. n. 1. vt sic naturalis illa cæcitas ordinationi deseruiret eius, non tantum ex senectute, quantum ex dispensatione ordinata diuina, vt diu. asserit Hieron. epist. 125. ad Damasum, *Fegnito*, inquit, *diuina dispensationis fuisse, vt oculis cæcaretur, & non intelligeret minore esse filium, qui ad benedictionem patris præreptor astiterat*; en rectum ab errore, iam me habes, sic multoties passione erga suos, ergàque sua inueniuntur prælati oppressi,

Genes. 25. n. 28.

19. Eorum illa est miseria vt ad bonũ operandum Deo necessarium, vt eos stolidos & cæcos reddat quoad temporalia.

20. Isaac cur cæcus effectus.

Genes. 27. n. 1.

Hieron.

oppreſſi, ſic carnaliter intenti, & præcipue ſi de electione, ſi de benedictione agatur, vt quod, quem Deus, quem ſapientia elegit æterna, euchatur neceſſarium ordinaria lege, vt eos Deus obcæcet, vt oculos etiam carnalis prouidentiæ eripiat, vt omnino etiam, & quoad hanc cæci fiant, media multoties arripientes contraria, inimicum eligentes reputantes amicum, quid miſerius? Deo ſic repugnantes inueniri, vt quaſi non eius, non directe eis, ſed in obliquo vt ſic dicam ſit neceſſarium vti, certè Saul Regnũ Ionathæ filio ſabilire ſummis tentabat viribus, contra Deique nutum Dauidis electionem inualidare, quid ergo? occidatur omnino Dauid dicebat Saul; at quo medio? 1. Reg. 18. n. 17. *Non ſit manus mea in eum, ſed ſit ſuper eum manus Philiſthinorum*; non videar ego quod occiderim, facinus Regio indignum animo, alij ipſum occidant; at quo medio hoc fiet; dabo ei filiam, ob dotem præputia expetam Philiſtinorum. Tradidit ergo ei Michol, *& non habet Rex neceſſe ſponſalia*, mandauit vt ei diceretur, *niſi tantum centum præputia Philiſtinorum vt fiat vltio de inimicis Regis*; & huius rei intentio, *cogitabat*, inquit Scriptura, *tradere Dauid in manus Philiſtinorum*. n. 25. ô cæcus, & non videns etiam ad ſua, filiam tradit inimico, & ei quem à regno extorbare omnino intendebat, non videns quod tradens filiam, etiamſi ex peſſima illa intentione ius aliquod dabat ei ad regnum, tanquam eius gener, & qui prius nullo inuadere poterat titulo regnum, inuaderet ex iure, inuaderet ex debito, quid ſtultius? Quapropter optime Eucherius in hunc locum Saulis ſtultitiam deridens, *Vnde credimus eſt*, ait, *regio perire voto inde auctus eſt Dauid glorioſo trophæo*; vnde ergo ei ſimiles ſtultitia? à Deo ſane, qui rectum ab errore excutiens. etiam in ſuis eum obcæcauit, quãdo & ipſe in eis quæ ad Deum pertinebant, ſic obcæcat pariter Deus, ſic ſtupidos etiam reddit paſtores illos, qui ſuorum obliuiſcuntur munerum, ad ſe tantum attendentes, inſipiunt etiam ad ſæcularia, etiam ad ſua, famulantur Deo etiam inuiti, cum deberent miſeri libentiſſime, meritóque vtroque orbantur oculo, ac ſic cæci conſtituuntur, vt videntes non videant, idola, non dij.

21. Malis prælatis in obliquo Deus vitur.

1. *Reg.* 18. n. 17.

22. Politicorũ ſtultitia ſagax Deo ſæpe famulatur: & in ſuis ſtultiſſima, vt Dei inſeruiant conſilio.

Eucher.

Sed age iam, demus & aliam cur oculos habentes non vident rationem, nempe quia dormiunt, oſcitantérque ſe habent ad officium; hinc ad idolorum inſtar oculos habent, ſed non vident, cæci fiunt, quia dormiunt, princeps fortiſſimus Iſraël, capitur à Philiſtæis, eruuntur eius oculi, in mola terere cogitur, derelinquitur populus, inimici graſſantur, regnum penè deſolatur Iſraëlis, vnde tantum malum? quia Samſon dormiuit, & dormiuit ſuper genua mulieris, Iudic. 16. n. 19. *Illa dormire eum fecit ſuper genua, & in ſinu ſuo reclinare caput.* En cæcitatis fundamentum Samſonis, dormiuit quando, quia princeps, quia paſtor euigilare debuerat, cæci fiunt paſtores Eccleſiæ, vnde? dormiunt, negligenter ſe habent, oſcitanter gubernant, quid mirum, ſi peſſum omnia vadant, ſi ipſi ex tali ſomno cæcantur, ac prorſus inſenſata fiunt idola? quod equidem tunc præcipue eis hoc timendum, quando (omnia munda mundis) non ſolum dormiunt, ſed in gremio mulieris; dormiuit ſæpe Samſon, in ſomno tribus prioribus vicibus eum etiam ligauit Dalida, vt rectè Abulenſ. hic quæſt. 12. at nunquam tanta ei mala, nunquam oculis orbatus, ac quando in ſinu mulieris, tunc penitus cæcus, tunc penitus ſimilis & reliquis, pudet dicere, ſed quid? *Maluno hoc*, ait Bernard. in ſerm. ſuper illa verba, *ecce nos reliquimus omnia*, loquens de paſtoribus Eccleſiæ, ac cleticis, *in multis etiam multipliciter regnat, qui puritatis author impure corde, & corpore miniſtrantes omnino audent agni immaculati contingere carnes, & intingere in ſanguine Saluatoris manus nefarias, quibus paulò ante carnes, proh dolor! meretricias attrectauerunt.* Videmus, & ingemiſcimus, & videmus vt idem ait ſanctus, *ſed quodammodo non videntes, quippe quibus nec flagellum eſt, nec ille comedens Zelus.* Summos Eccleſiæ præſules aliquos, ſic impure viuere, ſic in impuritate frontoſos, vt filios, filiáſque non erubeſcant confiteri, promoueri, ditare, domos eis erigere, in matrimonium collocare, & patrimonium Petri, & ſanguinem Chriſti in nothis diſpendere, non in gremio ipſi quieſcentes Eccleſiæ, ſed meretricum, ſed pellicarum; *Nemo indigneturnobis*, ait Bernard *aut moleſte accipiat quæ dicuntur, ſi ſanctus eſt, & minime conſcius horum congratulamur ei, doleat & ipſe nobiſcum in pluribus hæc inueniri*; de malis nunc agimus prælatis, ſupponendo aliquos malos, vtinam non extarent, nemo impius, nemo hæreticus ob hoc ſubſannet Dei Eccleſiam; *nam in Eccleſia Chriſti*, vt ait Chryſoſtom. hom. 1. in c. 1. Matth. tom. 2. *inueniuntur quidem Epiſcopi boni, & peccatores, in hæreſibus autem nemo inuenitur omnino rectus, ſed omnes peruerſi, quia in auro quidem inuenitur ſcoria, & ſordes, in ſordibus autem non inuenitur aurum*; Egregie, ac proinde non eſt cur blacterent canes illi impuri, quando nos audiunt hæc dicentes; nam næui iſti potius ſanctam ornant quàm fœdant Eccleſiam, dignoſcuntur vt tales, reprehenduntur vt tales, abominantur vt tales, non admittuntur ab ipſa, non blanditur ipſis, vt illi, ob hoc hæc dicimus, vt ſciant impij talia, & ſi in Dei exiſtant Eccleſia, quia nondum glorioſa triumphans, nondum in patria, quia puluis ei adhæret viæ, in membris putridis, & vtinam ſolum puluis, lutum aliquando, & lutum fœtidum, & quod ſanguine plorandum, hoc aliquando, non in quolibet corporis membro, ſed in oculis, ſed in paſtoribus, non tamen eos tolerat, non annuit, non conſentit, ſed plectit, ſed caſtigat, & merito, dum ſic Dei Eccleſiam negligunt, dum ſic dormientes gubernant.

Abulenſ.

Bernard.

Chryſoſt.

23. Malipræla-ti oculos non habẽt, quia dormiunt in officio.

Iudic. 36. n. 19.

24. Quantum ob hoc Dei Eccleſia detrimentum patiatur.

25. In Dei Eccleſia ſunt aliqui mali prælules, at inter hæreticos omnes nullo excepto.

26. Epiſcopo ſtũ proprium munus vigilantia.

Enimuero, ſi omnibus Chriſtianis dormitare malum, certè in paſtore peſſimum, cum proprium huius ſit euigilare, ſic vt quod honor eſt in muliere, fortitudo in milite, iuſtitia in iudice, ſcientia in magiſtro, vigilantia ſit in Epiſcopo, ac in paſtore; mille poſſideat mulier defectus, inclita ſit tantum ex honore, ſic miles ex fortitudine, ſic iudex ex iuſtitia, ſic magiſter ex ſcientia, ſic etiam Epiſcopus ex vigilantia; hinc quia Deus paſtor, ac princeps non tremendus, non potens, non

ſtatuit, & decreuit eadem ſancta Synodus omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & omnes alios Eccleſiarum prælatos teneri per ſe ipſos, ſi legitimè impediti non fuerunt, ad prædicandum ſanctum Ieſu Chriſti Euangelium; ſi verò contigerit Epiſcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento iuxta formam Generalis Cõcilij viros idoneos aſſumere teneantur. hoc idem prorſus repetit in ſecundo, in quibus locis adnotandum quod illa verba, *ſi legitimè impediti non fuerint*, non ſignificant impedimentum ſcientiæ, vel ignorantiæ, ſed diſtractionis, & aliorum negotiorum occupationis, quod vt clarè perſpiciatur, & euidentiſſimè, quod dicimus appareat, notandum hoc decretum Concilium ſumpſiſſe ex Lateranenſ. ſub Innocent.3. c.10. in quo hæc habentur, poſtquam prædicationis neceſſitatem aſtruiſſet, formalia: *Vnde cum ſæpe contingat, quod Epiſcopi propter occupationes multiplices, vel inualetudines corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias (ne dicamus defectum ſcientiæ, quod in eis reprobandum omnino, nec de cætero tolerandum) per ſeipſos non ſufficiunt miniſtrare populo verbum Dei*, &c. Ergo Lateranenſe impedimentum, non defectum ſcientiæ, aut habilitatis ad prædicationem, ſed diſtractionis negotiorum, aut exteriorum aliorum legitimorum impedimentorum intellexit, à quo cum Tridentinum ſuam ſumpſit ordinationem iuxta illius ſenſum profectò intelligenda, & non aliter; nec hoc dubitandum, cum perpetuus omnium Patrum ſenſus illud ſemper extitit, proprium Epiſcoporum munus plebem verbo alere prædicationis; ſic Bernard. in declamat. ſuper illa verba: *Ecce nos reliquimus omnia; paſcere*, ait, *debet paſtor tripliciter exemplo conuerſationis, verbo prædicationis, fructu orationis*, diu. Anſelm. in epiſt. 1. ad Timoth. c.3. ad illa verba: *Oportet Epiſcopum doctorem eſſe*, ſic fatur: *nihil prodeſt conſcientia virtutum frui, niſi & creditum ſibi populum poſſit inſtruere, & eos qui contradicunt redarguere; innocens ergo abſque ſermone conuerſatio quantum exemplo prodeſt, tantum ſilentio nocet, & latratu canum, & baculo paſtoris luporum rabies deterrenda eſt*; Diuus Auguſtin. epiſt.59. ad Paulin. quærentem, in quo ſecundum Apoſtolum ad Epheſ.4. n. 11. diſtinguebantur paſtores à Doctoribus, ait enim Apoſtol. Eccleſiaſticam Hierarchiam recenſens, *Quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem paſtores, & Doctores*, reſpondet pro eodem accipi: nam eo ipſo quo aliquis ſit paſtor, eſt etiam doctor, *Paſtores, & Doctores*, ait, *eoſdem puto eſſe, ideo cum prædixiſſet paſtores ſubiunxiſſe doctores, vt intelligerent paſtores ad officium ſuum pertinere doctrinam*; quam Auguſt. ſententiam diuus aſſumens Thom. in eundem Pauli locum, ideo paſtores nominaſſe doctores affirmat; *ad oſtendendum quod proprium officium paſtorum Eccleſiæ eſt, docere ea, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores*; & diuus Hieronymus in illum locum ad Galatas 4. n.20. *Vellem autem eſſe apud vos modo, & mutare vocem meam.* Egregie, hanc neceſſitatem prædicationis in Epiſcopo eruit, ex eius efficacitate, cum plus moueat verbum prædicatum,

Conc. Lateran. *Bernard.* *Anſelm.* *Auguſt.* *S. Thom.* *Hieron. ad Galat. 4.n.10.*

34. Verbũ prædicatũ plus mouet quã ſcriptum, hinc in Epiſcopo neceſſitas prædicationis.

A quàm ſcriptum; *Scriptura diuina*, ait, *ædificat lecta, ſed multo plus prodeſt, ſi de literis vertatur in vocẽ, magnã ſiquidem vim habet vox viua, vox de authoris ſui ore reſonans, quæ ea pronũtiatione profertur, atque diſtinguitur, quain hominis ſui corde generata eſt; ſciens itaque Apoſtolus maiorem vim habere ſermonem, cupit vocem ſuam literis apprehenſam in præſentiam cõmutare.* Ad quem modum ſimiliter omnes paſſim loquuntur Patres, quod cum ſit, erige nunc oculos, & Eccleſiæ præſules aſpice, vide an in eis hæc ſit facultas, an hoc hodie diligentia quæritur in illis ſolerti, an quando eliguntur, hoc præcipue deſideratur; quod ſi non reperis in eorum pluribus, quod ſi vides ferè
B omnes canes eſſe mutos non per ſe latrantes, & hoc quia intrinſecè non habent vocem, aut ex defectu ſcientiæ, aut ex praua diſpoſitione, dic cum dolore, & magno clama ad Deum vlulatu *plena eſt terra idolis.*

Quid, immo amplius illachrymare, ſublimé ſcilicet, ac omni veneratione digniſſimam Dei ſacroſanctam Eccleſiam in eum deueniſſe ſtatum, vt non ſic ac decens ſit ſplendida, quod inde, quia in Eccleſiis, non præcipui, non ſublimes in ea reponũtur, ac aſſumuntur, aſſero ſapiẽtes, aſſe. m doctos, attamen ſæculariũ iuriũ, ſiue ciuilium, ſiue canonicorum, hos nunc videmus vt plurimum aſſumptos, his Dei Eccleſias repletas, immo ſi Deo placet, in talem
C tempus ignorantiam, deſipientiámque veniſſe, vt aptiores hos iudicet, quam Theologos, quam in Dei lege, quam in ſacra Scriptura peritiſſimos, ac proinde verbi Dei diſſeminatores? ſciant ergo illos ſublimes, illos ſæcularis literæ oracula, illos Cæſareæ, ac Pontificum iurium omniſcios, in Dei Eccleſia, & iuxta Apoſtoli ſenſum contemptibiles dici; (hanc intellige, quoad ſcientiam loquimur, & ad ſacram reſpectiuè Theologiam, nam alias omni ſumma ſunt veneratione, ac inſpectione tum ex vita, tum ex ipſa digni ſcientia.) Audi Paulum 1.ad Corinth.16.n.4. qui eos reprehendens quatenus de ſæcularibus apud Gentiles, & non apud Chriſtianos, contendebant, poſtquam ſtatuiſſet etiam &
D ad Chriſtianos, fideléſque iudicium de talibus pertinere, quales vero in his conſtituere debeant indicat dicens: *Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in Eccleſia illos conſtituite ad iudicandum.* In quo loco Gregor. vt in Gloſſa hic, *Quaſi dicat*, ait, *qui minoris ſunt meriti in Eccleſia, & nullis magnorum donorum virtutibus pollent, ipſi de terrenis negotiis iudicent, quatenus per quos magna nequeunt bona, minora ſuppleantur, quos contemptibiles nominat, & tamen ſapientes vocat, cum dicit ſic non eſt ſapiens inter vos quiſquam, qui poſſit iudicare inter fratres.* Quem etiam locum moraliter Hugo explicans Cardinal. *Contemptibiles*, ait, *qui non ſunt apti ad prædicandum, & docendum.* Subeant ergo quantum velint, quacumque polleant ciuili doctrina, ſint omni præditi intellectus acumine in Apoſtoli conceptu, in loquela Eccleſiæ, in ſenſu ſanctorum quoad ſcientiam *contemptibiles* ſunt, non ad ampliorem ſubeunt nomenclaturam,

Gregor. *Hugo.*

35. Dei Eccleſia nõ ſplẽdet quia in Eccleſiis prælati, vt plurimum non Theologi.

36. Contemptibiles in Dei Eccleſia qui dicantur.

1.ad Cor. c.6.n.4.

Nec equidem hoc mirum, dum ſæcularia 37.

Episcopotũ munetis indigna res de sæcularibus iudicate.

iudicant, quæ sunt res contemptibiles, vt ait Hugo, ac proinde vt à viris ingenuis, ac summis præditis donis iudicentur, atque in his tempus abipsis teratur. Hinc Dominus noster, Luc.12. n.14. postulanti vt frater diuideret secum hæreditatem respondit, *Homo quis constituit iudicem, ac diuisorem inter vos?* quasi diceret, ad maiora sum natus, ad maiora, altioráque veni repartienda, tractent fabrilia fabri, contemptibilia contemptibiles; *Christum enim testem invoco*, ait Augustinus vt in Glossa super hunc locum Pauli, calamitatem dolens suam, addictum se cernens aliquando ratione officij ad hæc diiudicanda sæcularia. *Quoniam mallem per singulos dies certis horis aliquid manibus operari, & ceteras horas habere liberas ad legendum, & orandum, vel ad agendum aliquid de diuinis literis, quàm tumultuosissimas perplexitates causarum pati de negotijs sæcularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniendo decidendis.* Hinc sapientissime, ac diuino instructus lumine, & si Gentilis stultum appellauit Iethro Moysen, Exod.18. n.18. *Stulto labore consumeris*, quia cum tunc non solum princeps, sed pontifex esset populi, tamen à mane vsque ad vesperam in sæcularium disceptatione rerum distinebatur, quasi suæ partis res indigna, ac contemptibilis, contemptibilibus, & si sapientibus deserenda; vnde infrà consilium Dei ei tradens, *Esto tu*, ait, *populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad Deum, ostendásque populo ceremonias, & ritum colendi, viámque per quam ingredi debeãt, & opus quod facere debeant*; at in cæteris, quæ inferiora, quæ sæcularia, quæ ad lites, quæ ad ius, & iustitiam, *prouide viros de omni plebe potentes, & timentes Deum.* Pulchrè dictum, prouide viros de omni plebe, non simpliciter dixit, prouide viros, sed de omni plebe, quasi & si potentes, & si Deum timentes, & si veraces, & si absque omni auaritia, tamen de plebe, tamen plebei, apti ad minora iudicanda; non maiora, hoc est diuina, & quæ ad Dei cultum pertinebant; nam hæc ad Mosem referre debebant, tanquam ad virum principem, non plebeium, diuinum, non humanum, venerandum, non contemptibilem; cum ad sæcularia iudicanda contemptibilis sufficiat; quod cum sit, & tales nunc in Ecclesia Dei bona parte in cathedralibus constitutos videas, qui nullam supernam possident scientiam, nullam Theologiam, nullam sacræ Scripturæ, sed tantum sæcularia, qui prorsus ad prædicandum inepti reperiuntur, dic mihi, & si alias omni honore, ac reuerentia digni, cum non sic splendidi, nónne & Dei Ecclesiam etiam minus splendidam efficiunt? sic vt in ea non Dij, sed idola muta prospicientes infideles subsannent illam, ac veluti in stuporem adiiciantur, non Deos per gratiam, sed idola in ea cernentes muta, verbum Dei non prædicantes.

Exod.18. n.18.

39. Moyses in quo errabat reprehẽsus à Iethro.

40. Paulus moriturus prædicandi munus sub obtestatione Timotheo iubebat.

2. ad Timoth. c.4. n.1.

Hinc hanc essentialem, ac intrinsecam in Episcopo conditionem, hánque necessariam prædicandi scientiam, considerans iam iam moriturus Paulus, & veluti testamentum condens Timotheo scribens epistola 2. c.4. n.3. hoc primum, hoc maximum illi præcipit, munus scilicet prædicationis, immo exercitium contra, illum Deum summum, eiusque Filium Iesum Christum contestans, nisi prædicationi incubuisset, *Testificor igitur ego coram Deo, & Domino Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos, & mortuos*, hoc est vt inquit Theophylact. *illum qui pœnas exacturus est testem facio, quod neque hoc te celauerim*, quid ergo tam magnũ? quid tam graue illud erit? audi, *Predica verbum*, hoc est prædicationi incumbe cum sis Episcopus, cuius præcipuum munus, vnde ex hoc aptè idem Theophylact. *Terrore concutiamur*, ait, *qui non predicamus*, & merito, cum in præcepto Episcopis hæc insit obligatio, sic vt sub pœna mortis ad illud teneantur per se, & non per alios dum possint, & legitimè non sint impediti, modo quo suprà diximus; pulchrè hoc educit Hugo Cardin. in Psal.88. super illa verba, *Annunciabo veritatem tuam in ore meo*, n.2. vbi ponderans illud *in ore meo*, sic ait: *meo, non alieno, quod est contra Episcopos, qui predicant per vicarium, non sic Paulus, qui dicebat Actor.20. non enim subterfugi quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis*; nam vt paulo infrà, *Mandatum predicationis habet, quicumque officium prælationis accipit*; hinc morientur misere, ac in æternum ni prædicent, quod affirmabat de se Paulus 1.ad Corinth.7. n.17. *Væ enim mihi, si non euangelizauero*, cur væ? sane *quia necessitas mihi incumbit*, euangelizandi scilicet ex dominico præcepto;

Theophylact.

41. Sub pœna mortis tenentur Episcopi per se prædicare non impediti.

Hugo Card. Psal.88. n.2.

1. ad Cor. 9.n.17.

Hinc Exod.28.n.35. tintinnabula in ora vestimenti sacerdota lis poni præcipiuntur, sic strictè, vt si sine eis Pontifex sancta ingredi ausus, moreretur, *Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonitus, quando ingreditur, & egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur*; quam comminationem expauescens, ac admirans Augustin. in quæstionib. super Exod. quæst.119. *A magnum illud esse mysterium*, ait, *vbi tantum obseruationis positum est, vt dictum sit ne moreretur.* Quod mysterium pandens Gregor. sanctissimus in registro, vt apud Lippom. hic, in tintinnabulis necessariam Pontifici prædicationem agnoscit, sine qua existens pœna plectetur mortis, *Præconis*, ait, *quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium ascendit, sacerdos enim si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus.* Pende singula, præco est Episcopus intrinsecè, & ex officio, at si prædicationis nescius, quam vocem dabit, quomodo erit præco. Hinc sequitur Gregor. *Sacerdos ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur, quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine sonitu prædicationis incedit.* Mirum, tintinnabula Deus præcipit, & hoc sub mortis interminatione, Paulus eam extimescit, nisi prædicet, & tamen cum hoc sit, Pontifices eliguntur sine tintinnabulis, sine ad prædicãdum aptitudine, & non timent mortem tum electuri, tum electi? quid vis vt dicam? nescio an hoc, quia supra Deum scire præsumunt, nescio, an quia penitus cæci, & ignorantes, non sic eligentes, vt Deus eligit.

42. Tintinnabula cur posita in veste sacerdotali, & quã strictè præcepta. *Augustin.*

Gregor.

43. Episcopi ex se præcones.

Enimuero vt sanctus obseruat Gregor. vbi sup. ideo in linguarum specie Spiritus sanctus primo apparuit, quia pastores primos Apostolos faciebat; hinc etiam statim, ac in Apostolum, Paulum Dominus elegit, tanquam

44. Deus eligẽs Episcopos statim prædicatores fecit.

Apoſtolatus officio quid intrinſecè, & eſſentialiter annexum, verbum ei indidit prædicationis, vnde Ananiæ dubitanti reſpondet Actor.9. n.15. *Vade quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Iſraël*, vbi vas electionis eum nominat ſecundum Hieronym. epiſtola 103. quatenus eum conſtituit *vas legis, & ſanctarum Scripturarum armarium*, & hoc ad portandum nomen ſuum, *ad confidenter ſcilicet, & conſtanter prædicandum*, vt rectè quidam hîc, in quo loco profecto adnotanda particula illa *vt*; cauſam enim ſignificat finalem conſtitutionis vaſis electionis; ideo ergo vas Paulus electionis, ideo omnibus virtutibus inſtructus, ideo ſic magnus, vt prope noſtro modo intelligendi, ad admirationem conduxerit ipſemet Deus, vt egregiè Chryſoſt. homil.18. in c.11. in epiſt. ad Rom. in parte morali, vt etiam alibi diximus, qui conferens eum cælis, aſtriſque Paulum, ac illis eum præferens, inter cætera ſic ait: *Quoniam aſtra quidem cum fierent admirabantur Angeli, hunc vero Deus ipſe admiratus eſt cum diceret, vas electionis iſte mihi eſt.* Egregie, ſic magnus Paulus à Deo effectus, tale vas, vt ſicut, & ſi opera manuum ſuarum aliquando ipſa ipſimet ſtupeāt artifices, ſic & ſi opus Dei Paulus, tale è Dei manibus fluxit, ſic expolitum, ac adaptatum, ſic appoſitè ornatum, vt veluti de ſe ipſo Deus admiratus tale potuiſſe efficere opus, diceret vas electionis; Quod totum, vt portet nomen meum, quod totum; vt portando patiatur, ſuſtineat, ac infinitas toleret paſsiones, en finis; vnde ſequitur: *Et ego oſtendam illi quanta oporteat pro nomine meo pati.* Ergo vas Paulus ornatum ad loquendum; ergo verè Deus per gratiam, ſic vt audeat ſanctus Proſper de promiſsionibus, & prædicationibus Dei, part.1. c.34. in Paulum confirmare, completum illud quod Deus cum Moſe in figura egit, Exod.4. n.14. quando & fratrem ei ſocium ad opus liberationis Iſraëlis adiunxit, quaſi in Chriſto adimpletum, quando Deus Paulum ei deſtinauit ſocium ad prædicationem, conuerſionémque gentilium, vt non ſolus Chriſtus, ſed cum Paulo gentes cōuerteret, & ad ſummum adduceret Patrem Chriſtus complete ſatis faciendo, Paulus prædicando, quid altius? *Paulum vero electum*, Proſper ait, *qui loqueretur ad populum per Aaron ſignificatum poſſumus intelligere, de quo mediator noſter in Deum, ipſe oſtendit Ananiæ dicens, vas eſt mihi electionis homo iſte, vt ferat nomen meum, coram Regibus, gentibus, & filiis Iſraël; ſic enim Moyſes, & Aaron Hebræo populo prædicantes, vt eos ex Ægypto eruerent firmauerunt, & prædicante vero Paulo, gentibus, ac Iudais ſalutem animarum per Chriſtum fiducialiter promittente ſigna dum faceret, ad agnitionem Dei populum mira celeritate conuertit, ipſóſque Reges ex futuro Dei indicio ernit.* Quid grandius de aliquo alio puro dici poterit homine? vt ſicut non ſolus Moſes populum liberauit, ſed & fratrem adiūxit illi Deus, vt ſuum eſſet os, *ipſe erit os tuum*, ſic noluit vt ſolus eſſet Chriſtus ad completam gentilitatis liberationem, ſed voluit ſocium ei deſtinare Paulum os illum conſtituens Chriſti, per quem Chriſtus loqueretur, per quem populi A conuerterentur. Ergo ſicut Chriſtus ex natura Deus ad ſe cōuertit homines per efficaciam ſanguinis, Paulus per gratiam Deus ad Chriſtum attraxit homines per loquelam, per ſermonem, per prædicationem, hinc ob hoc vas conſtitutus electionis, tolle nunc prædicationem à Paulo, tolle loquelā, nunquid amplius vas electionis, nunquid non vas inane? nunquid non verè idolum non loquens? nunquid non contra eum dignè Chriſtus iraſceretur, cum honorem non ad prædicandum, non ad labores ſuſtinendos accepiſſet, ſed ad ſe augendum, ac honorandum? iam me habes, *Quæ laboris ſunt mandant procuratori*, ait Hugo Cardinalis vbi ſup. de Epiſcopis, *quæ autem ſunt honoris, & deliciarum, & diuitiarum ſibi reſeruant, non ſic Paulus qui dicebat.* Vas cupiunt eſſe aureum, vas electionis, hoc eſt per authoritatem, maieſtatem, decorem, ornatum, præeminētiam, diuitias, reſpectum, inter reliquos electi, hoc ambiunt, hoc cupiunt, hoc ſibi adſumunt; at ad Chriſti nomen portandum, at ad tribulationes ob illud ſuſtinendas, nihil minus, alter ſit qui portet, alter qui prædicet, alter qui delicta reprehendat, quid hoc? nonne eſt Dei Eccleſiam inuertere, & illam mutis replere idolis, qui os habent, ſed non loquentur?

Enimuero non ſemper virga Epiſcopo eſt vtendum, cum niſi coactus ad illam nunquam accedere debet, ob quod congruenter Hugo Cardinal. in c.27. Deuter. adnotat, illos filios Iacobi Moyſen ad maledicendum conſtituiſſe, qui filij concubinarum, qui & ſi vxorum, aut vltimi, aut maledicti, vti Ruben, qui maledictus, & Zabulō, qui vltimus Liæ, *Per quod innuitur*, ait, *quod ignobilium, & infamium perſonarum eſt maledicere, nobilium autem benedicere, vnde Epiſcopus niſi coactus nunquam debet maledicere.* Cum ergo ad Chriſtum reducere populos ſit ſui officij, & non ſemper virga ad id vtēdum, tum quia non hoc paſſim licitum, tum quia ferè parum illa idonea ad animarum conuerſionem, ad capiendos homines dic mihi, ſi verbo prædicationis, ſi verbo deſtituantur ſalutis, quomodo homines capient, quomodo tenebunt? certè leo quibus prædicatores comparantur, ea quidem ratione, quia ſicut leo voce apprehendit animal, quod curſu non poteſt, vt eleganter affirmat Ambr. lib.6. hexam.c.3. *Nam eius voci tātus naturaliter*, ait, *ineſt terror, vt multa animantium quæ per celeritatem poſſent impetum eius euadere rugiētis eius ſonitu, velut quadam vi attonita, atque icta deficiant.* Sic prædicatores fortiſſimi leones voce feriunt, quando non potentia; quid ergo, ſi Epiſcopo vox deficiat, cum non poſſit potentia? vnde homines capiet? vnde eos terrebit? cum multoties vox amplius, quàm virga neceſſaria? quod ſi hoc culpa euenit ſua, vtpote onus aſſumens viribus impar, quale de eo erit iudicium? qualis Dei in illum ira? qualis ſententia? præſcindentur, ac veluti Dagon mutili ante Dei arcam conſtituentur ſine capite, ſine manibus, quia non dij, ſed idola.

Hoc equidem ſi ambitioſi, ac cupidi prætenſores conſiderarent, hoc etiam ſi oſtenderent omnes, omnino ab Epiſcopatus munere abſtinerent, ſic, vt etiam oblatum recuſarent,

Actor.7. n.15.

Hieron.

45. Paulus est vas electionis *Lorin.*

Chryſoſt.

46. In ſtuporē veluti ſanctitate ipſū adduxit Deum.

47. Cur tantum illum Deus efficit.

S.Proſper

48. Paulus Chriſto ſocius in gentium conuerſione.

49. Eſt Chriſti Aaron.

Hugo Card.

50. Male præſumpti de dignitate honorem eligunt profeſſi, laborē alijs tradunt.

Idem. Deut.27.

51. Epiſcopi virga vti nō niſi coacti debent.

52. Moyſes ad maledicendū vltimos Iacobi & ancillarum filios poſuit.

Ambroſ.

53. Prædicatores leonibus comparantur, & cur.

pertimescendo linguæ tu ditatem, ad prædicandum ineptitudinem. Moses equidem à Deo vocatus ad regimen, & prælationem, sic vocatus vt etiam, & si signa accepisset suæ electionis, & si immediate à Deo, tamen se excusauit, tarditatem linguæ obiiciens, imparem se ad prælationem dicens, quia prædicare non valebat, timens iudicium, reformidans onus, dum lingua medicare non valebat; *Obsecro Domine non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum*, Exod. 4. n. 10. *Cauſabatur*, ait Seraphinus Firmianus in epist. post tractat. Prollem, *haud esse aptum vt populum illum regeret, dicens, ex diuina factum se collocutione impeditioris linguæ*; quam excusationem nec superfluam, nec otiosam, nec indignam Deus duxit, immo sic rationabilem, vt omnipotentia vtens, quod ex natura, seu ex accidenti illi deerat, ex suo supplere promisisset; *Perge igitur*, respõdens, *& ego ero in ore tuo, docebóque te quid loquaris*; & tamen linguæ impedimentum, ac tarditas non illi insita à mundanis, non ab inscitia, sed à colloquio diuino, quasi ineptus vt diuina loqueretur se iudicans, ideo omnino ad prælationem inhabilior, audiant hoc Ecclesiæ Dei præsules, audiant, & contremiscant suprema tenentes gubernacula; heri vidimus militē, arma, ensem, lanceam vibrantem, hodie proh pudor, Episcopum, heri bellica loquens, hodie diuina locuturus, tatione status impulsus, vnde ei locutio? vnde scientia? hoc de se sanctus plorabat Ambros. quia coactus ad Episcopatum, licet diuinitus, diuina propinare esse compulsus, quæ nondum ebiberat; vnde sic lib. 1. de officiis, c. 1. *Ego enim de tribunalibus, atque administrationis ciuilis ad sacerdotium raptus, docere vos cœpi, quod ipse non didici*; & tamen vt dixi, diuinitus electus, ac proinde ab alto edoctus simul magister, & discipulus vt ipse ait; at quem Deus non eligit, sed passio humana, sed status ratio, sed fauor, sed caro, & sanguis; at qui non vocatus, sed intrusus, sed qui se ingessit, vbi locutio? vbi scientia? vbi loquela? non mirum ergo si muti, si idola os habentes, sed non loquẽtes, ad iudiciũ reseruari magni Dei.

54. Moses prælatione indignum se iudicauit, quia prædicare non potetat ex tarditate linguæ. *Exod. 4. n. 10.* *Seraph. Firmian.*

55. Episcopis per saltum promotis quale iudicium reseruatum dum prædicare nesciunt.

Ambros.

Vltimo tandem ad calcem huius discursus indagare libet, vnde nam prouenit, seu quo malo fit genio, aut vt verius dicam, quo peccato factum, vt Deus, qui Episcopos vt Doctores in Ecclesia sancta constituit, omnino hac tempestate ab eorum ore verbum abstulerit diuinum, ac sanctissimæ prædicationis, sic vt quasi ad miraculum sit Episcopum prædicare, & res sic appareat insolita, vt tanquam ad noua accurrant populi, admirentur turbæ; immo si Deo placet, quasi contra præsulum sit dignitatem, contra propriam grauitatem, sic hodie de illa decernitur, sic sine scrupulo, conscientięque remorsu illam Episcopi deserant, alienis matribus ad instar principum, dinastarúmque filios alendos tradentes; vndenam hoc? cur Deus summus, sic ab eis verbum abstulit prædicationis? sane, iudicia Dei abyssus multa, hinc illis præcipuè hoc referendo, sensum tamen proferam meum, qui hoc, & sæpe admiratus, & semper admitor, tandem in illam incidi cogitationem, sic Deum præoi dinasse, Episcoporum sic exigentibus peccatis; nam, vt ne vnus (vt sic dicam) malus eum populis annunciet Episcopus, vult, vt ferè omnes eum prædicare desinant, sic à malo persentit prædicari præsule, sic laudem abhorret talis peccatoris, vt ne vnus talis eum annuntiet, vult vt ne simul omnes, Matth. 16. n. 13. percontatus Dominus noster, *Quem dicunt homines esse filium hominis?* cui respondens Petrus, clarè manifestauit ipsum esse Christum, *Tu es Christus filius Dei viui*; quam confessionem sic illi gratam, vt statim beatũ eum prædicauerit; *Beatus es Simon Bariona*; ex quo facto certè illud elucet, nempe ideo Christum illud interrogasse, vt ab omnibus apprehenderetur ipsum Filium Dei esse, vt hoc Apostoli intelligerent, vt hoc gentibus manifestarẽt, nam aliàs cur, & ad quid? attamen si paulò inferius legas inuenies præcepisse Apostolis, ne cui dicerẽt ipsum esse Christum n. 20. *Tunc præcepit Discipulis suis, vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus*, mirum, vt velit sciri, & prohibeat prædicari, immo augetur difficultas, quia vt ait Hieronym. in hunc locũ, tom. 9. quando superius misit Discipulos, eis præcepit vt suum annunciarent aduentum, vnde ergo nunc eis præcipit, vt non eum prædicent, vt eum non annuncient? Hieronym. vbi sup. ait hoc illis præcepisse, ne audientes populi eius maiestatem scandalizarentur postea ab eius humilitate, dum morientem eum, ac in cruce aspicerent; at eadem ratione nunquam prædicare eum antea licitum fuisset, Origen. in hunc ipsum locum, quia inutile esset Christum absque cruce prædicare. Sane, si hoc esset verum, nec etiam antea debuisset; proprius ad rem nostram Maximus Taurinens. epist. 20. ad Therasiam de Circunciſione, quæ inter opera Hieronymi circumfertur, tom. 4. seu 9. quia Iudas inter illos, & vnus proditor, malúsque Apostolus eũ prædicaret, maluit, vt nec omnes, *à nullo se voluit digne celebrari*, ait Maximus, *dum à Iuda proderetur indigne*; sic mali prælati Deus abhorret prædicationem, sic infensam eam habet, vtinam vnus tantum nunc esset inter illos Iudas, vtinã vnus proditor, vtinã tantũ Apostolus, malus rector, vtinam vnum tantum idolum; at quia multa, ne miremur, sic verbum refriguisse ora eorum ore, & os habere, sed non loqui, iudicium Dei est, qui non vult laudari à malis, annuntiari à pessimis, hinc mutos eos efficit, & sunt in Dei Ecclesia non dij, sed idola, quæ os habent, sed non loquentur.

Matt. 16. n. 13.

57. Christus cur inhibuit Apostolis ne dicerent eum esse Christum.

Hieron.

Origen.

Maxim. Taurin.

56. Deus quo iudicio verbum aufert ab Episcopis prædicationis.

§. III.

Malus prælatus idolum, qui manus habet, sed non palpat.

58. Malus prælatus idolũ quando eleemosynas non erogat.

EN tertium idoli signum, habet manus, sed non palpat, habet manus, sed non erogat, accipere potest, nõ dare, proprium idoli, quid ergo? nonne ille prælatus, idolum similiter, qui tantum manus habet ad fructus percipiẽdos, ad pauperes denudandos, ad decimas, prouentúsque exacte eximendos, nullas ad dandum, ad eleemosynas præstandas; quid ergo? & quale eis ex hoc iudicium? cum certum sit ex Episcopatus fructibus necessaria tantum

illis attributa, cætera vero pauperibus; *Ex his autem*, loquitur Canon. 41. Apoſt. *quibus indiget (ſi tamen indiget) ad ſuas neceſſitates, & ad peregrinorum fratrum vſus percipiat, vt nihil eis poſſit omnino deeſſe.* Notanda illa verba, *ſi tamen indiget*, ergo ſi non indiget; & ſecundo *ad ſuas neceſſitates*, ait, non ad ſuperfluitates; nam ad hæc ſumptus Epiſcopatus inſumere ſacrilegium appellat Bernard. in declamationibus, vt ſuprà diximus.

Canon. Apoſt.

59. Neceſſaria tantum illi attributa ex redditibus. *Bernard.*

O verè admirandum, vt prælationes deſiderentur, non ad erogandum, & vt ex pauperе quis fiat diues, vt malo noſtro hoc nunc videmus, & ingemiſcimus ſæculo; Quod cum ſit, peto vnde tali ſpes in regnum introeundi cælorum, quis eum recipiet, cum ipſe potius recipere deberet cæteros, percipe me, ad Apoſtolatus apicem, non diuites Deus, ſed pauperes elegit, pauperes ad Epiſcopatus dignitatem aſſumpſit. *Nonne Deus*, ait Iacobus c. 5. n. 2. *elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe*; Cuius ratio, & mea ſententia, præcipua, vt per illos diuites ad regna introire poſſent cælorum, vnde Luc. 16. n. 9. conſulit eis Dominus, *Vt facerent ſibi amicos de mammona iniquitatis*, cuius finem ſubiungens ait, *vt cum defeceritis recipiant vos in tabernacula*, eorum propria, quia pauperes, *ac ſi apertius dicat*, ait Bernard. vbi ſup. *vnum vobis ſupereſt diuites, vt intrare poſſitis in æterna tabernacula, communicare diuitias veſtras pauperibus, quorum eſt regnum Dei, vt cum venerit hora eorum reminiſcantur, & deficientes vos recipiant in tabernacula ſua, & conſolationem ſuam quam prudenter expectant, dum veſtram ipſi præripitis, miſericorditer communicent deſolatis.* Egregiè, munus proprium Apoſtolorum homines ad æterna dirigere tabernacula, ad cælorum regnum, hoc penè diuitibus occluſum, quid ergo cum vnum ſuperſit eis medium pauperibus erogare; nam talium regnum eſt cælorum, ſint Epiſcopi pauperes, vt eis diuites contribuendo, ſic in ſua æterna tabernacula eos recipere poſſint; *Hinc eſt*, ait Bernard. *quod dotatas, & ditatas videmus Dei Eccleſias à potentibus, & diuitibus huius ſæculi, qui in operibus bonis diuites iuxta Euangelij admonitionem amicos ſibi facere ſtuduerunt de mammona iniquitatis à quibus in æterna tabernacula recipiantur, quid ni ſperarent ab his recipi qui claues videntur habere?* Egregie. ditatæ Dei Eccleſiæ; nam alias diuites non introiſſent in cælorum regnum, & profuderunt diuites, quia pauperes Dei Eccleſias poſſidebant. Tolle ergo ab Epiſcopo paupertatem, diues non erogabit, vnde ei ſalus? & ſecundo ſi Epiſcopus diues, quis eum recipiet, & quale tabernaculum habebit? dices equidem pauperes eum recipient in quibus erogat, ſane ſi erogat, at ſi minime, nonne duplex iudicium ſubibit, & quia non pauper, ac proinde non poſſidet tabernaculum in cælo, vnde nec diuitem ſaluare, nec eum admittere poteſt cuius ſanguinem ab illo Deus requiret, & quia vt diues amiſit ex diuitiis ſaluationem non habens, dum non erogat, qui eum in æterna recipiat tabernacula; at quando non hoc, quale verum, vt inquit Bernard. *Vt ſic ſit populus, ac ſacerdos, ſimiliter vo-*

Iacob. 2. n. 5.

60. Epiſcopi pauperes vt a Deo electi.

Bernard.

61. Eleemoſynæ bonũ & cur pauperes in mundo.

62. Eccleſiæ vnde, & cur factę diuites.

63. Prælati non erogantes duplex ſubibunt iudicium.

Idem.

lunt in hoc ſæculo diuites fieri, ſimiliter, immo abundantius ſuam hic præripiunt conſolationem. ſimiliter amicis egent, & ipſi, vt in alienа ſaltem tabernacula ſuſcipiantur, vtpote propria non habentes. Sane res indigna, vt adiutorio ad cælum ipſi indigeant, qui cæteris adiutorium eſſe deberent.

64. Pauci ſunt illis diuitiæ ambitæ.

At quid hoc mirum? cum Epiſcopus non erogans, ſibi, non pauperibus reſeruans, in vacuum nomen portet Epiſcopi, & exterius Epiſcopali veſtitu inſignitus, intus lupus eſt rapax, intus Iudas traditor, qui nomen tantum Apoſtoli, non facta præferebat, ad cuius inſtar Epiſcopus eſt auarus, ad pauperes durus, his ſuam pallians auaritiam; vnde hi in ſua diœceſi, non ſunt largitionis obiecta, ſed diſſimulationis, ſed Epiſcopalis auaritiæ palliationis, ad inſtar mali illius, ac perfidi diſcipuli, ille enim à Deo electus in Apoſtolum, nomen præferebat Apoſtoli in ore, exteriuſque Apoſtolus etiam inſignia, egenorum curam ſimulans, deperditionem vnguenti ob pauperes deplorans, Ioan. 12. n. 5. *Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis, & datum eſt egenis?* cur pero non dixit, & datum eſt Chriſto, certè ſi conſequenter ad ſuam cupiditatem loqui vellet, qualem intus poſſidebat, vt pandit Apoſtolus dicens: *Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.* Non equidem debebat dicere & datum eſt egenis, ſed eidem Chriſto, vt ſic poſtea ipſe argentum ſibi aſſumere poſſet; ſane amice ea ratione, quia Apoſtolus, & Epiſcopus cum eſſet, cui intrinſecè cura debet eſſe egenorum, vt ſuam palliaret cupiditatem, auaritiámque, curam ſimulauit pauperum, exterius Epiſcopus, intus proditor ſceleſtus, diues in æſtimatione ſui muneris, vilis in ſcelere, quid dicam? erubeſco pandere, hæreo ſcribere, miros video Epiſcopos in ſuis defendendis redditibus, miros vt ſine tributorum onere eos colligant, miros in exactione, miros in excommunicatione; quod ſi ab eis cauſam inquiras, reſpondent, quia patrimonium pauperum, quia neceſſe vendere, & egenis dare, quia ob hoc illa acceperunt; ob quod & ſine tributo eſſe omnino debent, iuxta Conſtant. Imperator. decretum leg. 10. qui exemptionem concedens tributorum, eam quippe aſſignat rationem, cum certum ſit, *Quæſtus, quos ex tabernaculis, atque ergaſteriis colligunt, pauperibus profuturos*, hoc dicunt, hoc proclamant, faxit Deus, vt verum illud, & nõ externe tantum; at dum video ſibi ea reſeruare, parentes diteſcere, ſibi inſumere, timeo ne forinſecus tantum, non ſecus ac Iudas peſſimus illa dicant, intus autem loculos habentes, quæ dantur reportent, pauperes accipientes, ſiue retinentes, non ad elargiendum, ſed ad ſuam auaritiam, ad ſuas cooperiendas effuſiones. *Video Eccleſias veſtras male tractatas*, dixit Bernard. ſeu quiuis alius in ſerm. ad paſtores in Synodo congregatos, *video quaſdam ſemirutas, quaſdam omnino obrutas, video in villis ſolitudinem, in agris ſilentium, & vbique exterminium.* Quæ cauſa, qualis ratio, cum Eccleſia ſit diues, prouentus feraciſſimi, reditus ad quingena, aut centena

65. Quando auari ſimiles ſunt Iudæ proditori.

66. Pauperes illis ſeruiunt ad ſuã palliandam auaritiam. *Ioan. 12. n. 5.*

67. Iudas cur de nummis dixit vt egenis daretur, & non potius Chriſto.

Conſtant. Imper.

Bernard.

millia? mentiar si semel iter agens, cum sacrum facere vellem, sic squalidam, sic despurcatam inueni Ecclesiam, sic sacro sanctum altare vbi corpus Domini, turpe habitum, vt non altare, sed bestiarum præsepe diceres, sic sacerdotalia indumenta manca, diruta, incongrua, ac lacera, vt vix ad integrum sufficerent habitum, vt vsque ad extasim raptus, ad socios conuersus inclamarim, en Episcopi redditus ad ampliorem summã quàm quadraginta millia ascendunt, cum ergo hoc sit, vnde tanta in Ecclesiis pauperies? vnde tantus squallor? sane respondet Bernard. vbi sup. *Quia Episcopi voluntatem propriam adimplere volunt, carnis curam licentius agere, pueris suis, & parentibus cõmodius prouidere, vtentes nemoribus, & agros colentes.* Hoc vltimum adnoto, agros colunt, nemora conserunt, hortos mira varietate, ac non minore plantant luxuria, domos, ac palatia ædificant, Ecclesiæ tamen ruant, decidant, collabantur, pauperes pereant, necessarij sunt redditus ad Episcopi sustentationem, aurum in sellis, & in calcaribus, plus niteant calcaria, quam altaria; vt dixit ille alter in serm. ad Synodum Rhemensem, qui habetur inter opera Bernard. de extero nulla sit cura, & tamẽ redditus exactissimè expostulantur, decimæ aliquando & tyrannicè, quia pauperes alendi, hic color, nunquid nõ ludam hoc imitari est proditorem? nunquid talis verè Episcopus, an sicut idolum nomen tantum præfert, in vacuum manus habens, vacuum nomen Episcopi reportans. Audi grauissimam Gregorij sententiam in Registro lib. 5. epistol. 29. scribens enim Secundino inter cætera admonitionem ei præcipit Mariniani Episcopi, fatus sic: *Fratrem nostrum Marinianum Episcopum verbis quibus vales excita, quia obdormisse eum suspicor; nam venerunt quidam ad me in quibus erant senes mendicantes, qui à me discussi sunt à quibus quid acceperint, & per singula retulerunt quanta eis, & à quibus in itinere data sunt quos dum sollicitè de dicto fratre requirerẽ, quid eis dedisset, responderunt se eum rogasse, sed nil accepisse, dixerunt enim respondit nobis dicens, non habeo quod vobis dare possim.* Attende singula, attende diligentiam sanctissimi pastoris, attende inquisitionem, pondera responsum, & vide si sic hodie multi ex Episcopis pariter respondeant, de me fateor millies hoc ex eis audisse, audi nunc Gregorij sensum; *Miror*, ait, *si qui vestes habet, argentum habet, cellaria habet, quod pauperibus debeat dare non habet, dic ergo ei vt eum loco mutet, & mentem, non sibi credat solam lectionem, & orationem sufficere, vt remotus studeat sedere, & da manu minime sanctificare, quia si hac non habet vacuum Episcopi nomen tenet.* Sanctissime, oret Episcopus, legat, studeat, prædicet, se maceret, vt sic dicam, sanguinem coram deo fundat, in vacuum nomen tenebit Episcopi, si Gregorio credendum, idolum erit, non Deus, manus habens, sed non palpans.

68. Ecclesiis vnde tanta pauperies.

Idem.

Gregor.

69. Episcopo non sufficit si sancte viuat, & eleemosynas non elargiatur.

Huius equidem rei ratio, scilicet Episcopum non largientem in vanum nomen portare Episcopi, inde equidem petenda, ex intrinseca scilicet essentiali, ac innata cum episcopali dignitate, eleemosynas largiendi necessitate, siue ad hoc ex iustitia teneantur, quatenus dominium non acquirunt reddituum ecclesiasticorum, vt multi cum sancto Thom. quodlibet. 6. art. 12. & 2. 2. quæst. 85. art. 7. volunt, siue illud acquirant, sed cum obligatione sub mortali ex præcepto charitatis totum in pauperes elargiendi, præter congruam, ac necessariam sustentationem, vt alij cum Soto lib. 10. de Iust. & iure, quæst. 9. art. 3. habent; de qua re videndus est Corduba lib. 1. quæstio. quæst. 18. de quo nulla prorsus apud Doctores est disceptatio, quod valde notãdum; nam licet aliqui velint talem obligationem non oriri ex iustitia, sed ex charitate, ac proinde non inducere obligationem restitutionis, sed tantum peccati mortalis, & eleemosynã Episcopis, aliisque ecclesiasticis non præceptã ex iure diuino positiuo dispensabili, sed ex ecclesiastico, vt habet Sotus, tamen omnes passim, indiscriminatim, ac concorditer, & vnanimiter in hoc conueniunt sub mortali teneri Episcopum, siue beneficiarum, præter congruam, ac necessariam sui sustentationem pauperibus cætera erogare; nam quoad hoc dispensator rerum est ecclesiasticarum, & sub hac conditione hæc illi demandata, ac data, quam & perpetuus Ecclesiæ Dei sensus per concilia, & Patrum expressus, & communis omniũ Scholasticorum consensus, sic extra telam illam reddidit, ac reddit, vt plane vsque ad stuporem sit hodie cernere Episcopos sic viuere, ac si nulla eis largiendi obligatio extaret, ac si nihil pauperibus deberent, *Quidquid habent clerici pauperum est*, ait Hieron. epist. ad Damas. *& domus illorum omnibus debent esse communes*; diu. August. vt refertur in c. quod autem 23. quæst. 7. *non sunt*, ait, *illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vsurpamus damnabili vsurpatione.* Quod sic tenaciter sanctus affirmat vt in c. decimæ, 16. quæst. 1. affirmet sæculares decimas ex debito debere, & recusantes præstare tot pauperum esse homicidas, quot ex fame perierec ex earum defectu. *Decimæ*, ait, *tributa sunt egentium animarum, & ideo decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare nolunt res alienas inuadunt, & quanti pauperes in locis suis fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum rei ante æterni iudicis tribunal apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis vsibus reseruauit.* Efficax ratio, Deus, & natura non deficiunt in necessariis ordinatione diuina, suprema̅que dispensatione, ac æterna prouidentia, semper necessarium pauperes post peccatum esse in mũdo iuxta illud Matth. 26. n. 11. *Pauperes enim semper habebitis vobiscum.* Necessarium ergo vt Deus illis prouideret, hoc per decimas effecit, hoc per reliquos ecclesiasticos redditus, quorum curam Episcopo demandauit, ergo homicida qui decimas non soluit, ergo homicida Episcopus, qui suis vsibus deseruiens fame, siti, ac frigore pauperem deperire sinit, ergo in vacuum nomẽ portat Episcopi, cum hic pascere, non occidere, non mactare debeat oues, ergo penitus non Deus, sed idolum in Dei domum, qui manus habet extentas ad filios recipiendos, non vt cos alat, sed vt occidat, sed vt cremet.

S. Thom.

Soto.

Corduba.

70. Episcopi sub mortali præter congruam tenentur cætera pauperibus erogare.

71. Decimæ sic stricte debentur vt sint homicidæ, qui eas non dant.

Matt. 26. n. 11.

27. Essentialis ratio cur Episcopi eleemosynas dare debeant.

Audi me, sic Leuitic. c. 18. n. 21. mãdat Deus, *De semine tuo non dabis vt consecretur idolo Mo-*

Leuit. 18. n. 21.

Abul.

73. Sacrificia idoli Moloc qualia.

74. Dæmon quanta promptitudine & lætitia sua horrenda appetebat sacrificia. *Tertul.*

Plutarch.

75. Dei contra homines iudicium terribile non hîc promptè ei obedientes ac dæmoni.

Zachar. 11.n.5.

76. Malipræsati non simpliciter oues, sed occisionis possidentes, & cur. *Hieron. Remig. Hugo. Liranus. Theodoret.*

Cyril. Alex.

77. Deum iniquè benedicunt pro diuitiis.

78. Deus quam liberalis in retribuendo. *S. Ephrē.*

Chrysost.

79. Episcopi sic ab ouibus accipere debent vt eas ditescant, non vt expilent.

loch, de semine, hoc est de filiabus, filiisque tuis, non dabis vt consecrétur idolo Moloch, cur huic præcipue, & non aliis, cum pariter infandum, & pariter prohibitum? sane ob infandam immolationem, siue consecrationem, vt rectè Abulens. hîc quæst.7. hoc enim idolũ à cupro totum intus concauum, per ignem, intus à sacerdotibus immissum sic calefiebat, vt totus igneus fieret; in eius postea manibus pueri sacrificabantur viui, in quibus reponebantur, in illis ab ardore ignis concremati, & exusti, & hoc præsentibus matribus, patribus; *Vt autem*, ait Abulens. *voces puerorum morientium non audirentur, sacerdotes cum tympano, & aliis musicis instrumentis magnos sonos reddebãt.* Quid crudelius? siue quales dæmonis amplior in genus feritas humanum? ô cor ferinum sustinens sic crudeliter eorum filios cremare, qui ob eius reuerentiam chara sua ei pignora offerebant; immo ea lege, vt & si patres astarent, & si filios cremari aspexissent, ne signum quidem doloris ostendere debebant, alias infandum erat sacrificium de honorati ipsi offerentes, *Infantes penes Aphricam*, ait Tertul. in Apolog. c. 9. *Saturno immolabantur palàm, quos equidem ipsi parentes sic offerebant, & libenter exponebant, & infantibus blandiebantur, ne lachrymantes immolarentur*; & Plutarchus de superstitione addit, *quod qui non habebant filios victimas liberorum à pauperibus emebant, & extare matrem sacro rigidam, & absque gemitu; si enim ingemuisset iacturam faciebat honoris, & fily.* Proh pudor, quis sic Deo offert, & à quibus talia Deus vnquam poposcit, immo vt ne fiant mandat, & sub mortis interminationem, sic libenter dæmoni homo præstat, sic eius addictus est obsequio, vt non solum præceptum sufficiat, ne filios ob illum interimant, sed comminatio necessaria mortalis, quale de hoc Dei contra nos erit iudicium, quale examen; pulchrè August quæst.141. in Exod. adnotat, quod & si Aaron rem difficilem petiisset ad idola formanda, facta illico tamen; quod non sic quando Deus simile aliquid præcipit; *Difficilia præcepit*, Aaron scilicet, *vt ab intentione reuocaret*, ait, *factum tamen ipsum difficile, vt esset aurum ad faciendum idolum, propter eos tamen notandum putani, qui conuertantur, si quid tale propter vitam æternam diuinitus fieri, vel æquo animo tolerari iubeatur.* Nil verius, sed ad nostra, Molocho ne filij offerentur interdictum, quia & si eos in manibus recipiebat, hoc equidẽ non ad eos alendos, pascendos, sed cremandos; timeo, ac horreo dicere, sed cur? cum hodie prælati illud non horrent facere? filios accipiunt, non vt pascant, manus extentas habent, at non vt eos amplectantur, foueántque, sed vt mactent, & perdant, non ad impinguandas oues, vt aiebat Bernard. sed ad eas tondendas, excoriandas, nunquid non idolum, qui hoc facit? nunquid non maledictus, qui tali idolo filios dat, talem eligit in prælatum? occidunt, & non plãgunt, cremantur filij in eorum manibus, & non dolent, mentiar si istud non est illud Zachar. 11. n. 5. cui Dominus præcipiens oues suas pascere, sic ait: *Hæc dicit Dominus Deus meus, pasce pecora occisionis, quæ qui possederant occidebant, & non dolebant, & vendebant ea dicentes, Benedictus Dominus, diuites facti sumus.* In qua sententia adnotandum cum Hieronym. Remigio, Hugo, Lirano præceptum impositum Zachariæ pecora pascendi, hoc est Israëlitas, & hos vocari *pecora occisionis*, quia vt ait Theodoret. à pastoribus expilabantur, mactabantur, iugulabantur, occidebantur, sic eorum pontifices eos tractabant; at quod mirandum, & stupendum, vt sic eos tractantes non dolebant, ad instar idoli Moloch, vt diximus, immo ac si magnum à Deo acceptum haberent beneficium pro mactatione, pro ouium occisione, pro sanguine effuso, quia ex illo ditati, Deo gratias agebant dicentes: *Benedictus Deus, diuites facti sumus.* In quo loco Cyril. Alexand. *Fingentes*, ait, *se benedicere Deo, perinde ac si ipsius concessu liceat, & sanguinibus ditescere*; proh dolor, non minus hodie videmus, ex redditibus ecclesiasticis, ex sanguine pauperum, & depilatione gregis Episcoporũ domus ditatas, palatia erecta, maioratus fundatos, parentes excelsè collocatos, & quasi à Deo sibi concessum exsanguinibus ditescere, illum benedicunt, putantes omnia sacrata, omnia in cultum Dei destinata, si post domos parentum refarcinatas auro, argentóque, sacellum condant, Capellanias instituant, & non quidem ad Ecclesiarum magnificentiam, sed suorum, dum & ius, & iura in illis derelinquunt, de pauperibus parentibus in longinquum prouidentibus futuris, de præsentibus sui gregis nil curantes, nunquid hunc pastorem dices, an idolum? manus habens, & non palpans:

At quid dicent? nunquid ab ouibus nec lanam, nec lac licet accipere? sane, *dignus est enim operarius mercede sua* nec hoc nos dicimus, sed illud, vt ea recipiat intentione, eo affectu, vt non se, sed oues ditet, vt si vnum accipit, decem reddat, hoc enim est verè pastorem esse, hoc Christum Dominum imitari, Luc.19.n.17. *Domine*, dixit ille, *mna tua decem mnas acquisiuit*, vnam dedisti, en decem reddo, quid ergo Dominus bonus, quod verus pastor? *eris potestatem habens super decem ciuitates, argentum accipis*, miratus sanctus Ephrem serm. de pœnitent. ait, *& ciuitates donas? talenta dedisti, & ciuitates tradis?* quis hoc vnquam audiuit, vt pro vno mna, vna daretur ciuitas? sane hoc in terrena negotiatione, mirum ait Chrysost. citatus à sancto Thom. in caten. at non in cælesti; nam, *In terrenis enim opibus non conuenit*, ait, *vnum fieri ditem, nisi alter depauperetur, sed in spiritualibus non conuenit quemquam ditari, nisi faciat & alium locupletem.* Aurea verba, mundi principes, egregij tyranni ditentur ex depauperatione subditorum; at pastor Ecclesiæ, at Episcopus, at prælatus non conuenit ditari nisi faciat & alium locupletem; accipiant, sustententur, non peto vt fame pereant, & si hoc in aliquibus casibus iustum, sed secundum indulgentiam dico pascantur, & congrue, & commode, sed non grassentur, sed si vnum accipiunt reddant centuplum; nam alias non patres, non pastores, sed idola, cum horum sit non dare, sed accipere, non vestire, sed spoliare, sed tollere, sed nudum populum constituere.

Hoc equidem in præpropera illa deorũ ex-

Luc.19. n.17.

*Exod.*32. n.3.

postulatione Israëlitici populi satis luculenter apparet, Exod.32.n.3. miseri sine pastore in deserto, vbi horror, vbi penuria, vbi squallor, vti afflictiones, vltra egredi desiderātes Deos exquisierunt conductores, *Fac nobis Deos qui nos præcedant*, Aaroni inhibuerunt, si attentè horum inspicias desiderium, non equidem desiderium extitit, sed fuga mali, deos quærebant, qui eos adiuuarent, qui conducerent, qui à miseria eriperent, sed quid deos habuerunt, qui in ampliorem eos miseriam addicerent, qui miseriores eos constituerent, qui vilissimos, qui nudatos, vnde illico ab ereptione tales inceperunt dij. Hinc eis Aaron, *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque, & filiarum vestrarum auribus. & adferte ad me.* In

80. Malorum prælatorū esse ad instar diaboli oues denudare

Lippom.

quo loco adnotat Lippomanus in Hebræo verbum *Pharak*, quod est *tollere*, significare etiam *confringere, dividere, separare, dissoluere, dilacerare*, & *excutere*; iuxta quas acceptiones alij hunc locum vertunt diuersimode, hoc est dixit eis Aaron: confringite, diuidite, separate, dissoluite, dilacerate, & excutite inaures aureas, quæ omnes locutiones violētiam, vim, impetum, crudelitatem auulsionis significant; dæmon enim non solum tollit, sed vi, sed violentia, sed crudeliter, non blande, non suauiter, quod cum aspexeris, vide an sic, & ad modum dæmoniacæ politiæ illa æstimanda sit gubernatio, quæ potentia freta, sic populum denudat, vt ad denudationem addat violentiam, vim, crudelitatem, absolutum imperium, nulla præuia, aut concomitante vrbanitate, comitate.

81. Dæmoniaca est illa gubernatio politicorum quæ ad instar dæmonis non solum à subdito tollit, sed vi, sed violentia.

82. Humana gubernatio tota in extorsione & vi, diuina vero tota in suauitate fundatur.

Mirum equidem (vt hoc interim dicam) quam tyrannica potentia sit humana, quàm à Dei conditione dissimilis: illa enim si totum quod potest non agit, si per se nō efficit quod intendit, de opere non delectatur, suum æstimans damnum adminiculo vti alterius, & suauitāte, non imperio vltimas rerum attingere resolutiones; hinc sæpe vi agit, dum posset hortatu, directe impugnat, dum suaui posset tergiuersatione; at diuina potentia, sic omnia regit, sic suauiter, vt nec ipsi dæmoni inferat violentiam; immo quod maius, ipsi suum reseruet principatum, sic vt ne cōtra istum operetur, vt ne potentia dicatur, quod eum opprimat mauult imbellem apparere, quam potentem, vnde negotiatione vt sic dicam effectum attingit, quem poterat potentia, Numer. 22.n.12. mittens Balac ad vocandum Baalam, vt populum malediceret, & si malus iste, ac peruersus, apparuit illi Deus dicens, *Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus est*; mirum, nunquid diabolum Deus extimescebat? nunquid maledictionem idololatræ huius formidabat quis maledicere potest quē m ipse benedixerit? sane nullus, cur ergo ire non consulit potius, vt experientia disceret dæmon nil contra ipsum posse, nil contra suā effecturus potentiam? minime, hoc egregie respondet Origen. hom.13. in Numer. quia nō vtitur Deus violentia, non vi ad suos obtinendos fines, neminem à sua exturbat possessione, à suo neminem principatu, ideo cum diabolus princeps sit mundi huius, *Neque ipsum removit à principatu seculi huius*, ait Origen. *& ipsum ante tempus damnat, sic & reliquos dæmones non vult ante tempus à propositi sui intentione violenter abstrahere, & ideo ex initio non eis indulsit invocari per Balaā.* Nil pulchrius, principatum dæmonis quodammodo respectat Deus & si tyrannicum, & si ob peccatum, & si non tributum, sed permissum; attamen quia princeps, & summi non respectabunt gubernatores inferioribus principibus violentiam non adhibere, subditos suos vi non spoliare? quid vis vt dicam apud ipsos inferioris sunt conditionis, quàm dæmon apud Deum? sed ad nostra; ab expoliatione ergo idolum cœpit esse in Deum, accipiendo, non dando, expoliando, non vestiendo, sic vt dicat Scriptura infrà, quod Moyses prope nudatum illum vidit populum; *Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus*, & causam huius denudationis efficientem exprimens, sequitur: *spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis*, quid est propter ignominiam sordis? Lippoman. *idest*, ait, *propter sordidum, & ignominiosum idolum excludendum*, amice, tria tibi ponderāda tantum prælibabo, non tamē prosequar ne molestus sim, immo ne nimius videar, primo, idolum esse non Deum, qui deitatē ab expoliatione aucupatur subditorum, qui lanam ouium vestit, sed eas non pascit, quos attende ne illi sint, de quibus aiebat Dominus, Matth.7 n.15. *Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces*, vestiuntur ab ouibus, victum, & honorē ab illis aucupantur, curam tamen illarum negligunt, intus lupi, non pastores; quibus *væ* illud præparatū Ezechiel.34.n.2. *Væ pastoribus Israel; lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis; qui prabet lac*, ait August. tractatu de pastore, c.2.&3. *victum prabet, qui prabet lanam, honorem prabet, ista sunt duo quæ à populis quæruntur, qui seipsos pascunt*; cur ergo illis *væ*? quia *cum lac sumerent, & lanis se tegerent oues negligebant*; Purpura incedunt splendida, lanis pretiosissimis, vestimenta ouium induunt delicatissima, sic ad nos veniunt adorationem exposcentes, ac seruitium, dicā idololatriam, quia non dij sunt, sed idola.

Idem.

85. Idolum est superior ille qui ab expoliatione principatū aucupatur.

Matth.7. n.15.

Ezec.34. n.2.

August.

Secundo quod adnoto est illud, scriptum dicere, Moysem vidisse populum nudatum, quod eum spoliauerat Aaron, quod nudum constituerat inter hostes, & tamen non reperio ab eis tulisse Aaron, nisi inaures aureas, mirum, quis diceret nudum hominem, aut mulierem inauribus tantum carentem? ob hanc difficultatem variè authores hunc mysticè interpretati sunt locum, August. quæstionib. in Exodum quæst.146. non legit *denudatus*, sed *dissipatus*, quasi ab idololatria dissipatus à vero Dei cultu ille esset populus, sed quomodo dissipatus dicitur inter hostes constitutus non apparet, nisi valde impropriè, Lippo. ly *denudatus*, intelligit pro *manifestatus*, quia ait, *per exteriorem suam idololatriam interior eius impietas, quæ idololatriam ante concepit fuit aperta*, sed vnde constat ante populū, concepisse idololatriam; Alij cum Chaldaïca legunt, non quod vidit Moyses populum denudatum, sed *otiosum*, quasi ab idololatria effeminatus redditus, sed hoc est vim effugere

86. Deus & si minima à prælatis ab ouibus diripiantur intime illud persentit.

87. Moses cur populum denudatum dixit, cum tantum inaures ab eis abstulisset Aaron.

August.

Lippom.

83. Deus nec dæmonem violentia, & potentia, sua expoliat tyrannide.

*Num.*22. 12.

84. Deus cur inhibuit Balaam ne populum malediceret.

Orig.

difficultatis, Caietan. difficultate preſſus æſtimat Aaronem armis populum denudaſſe, ac ſic nudum, & inermem inter hoſtes conſtituiſſe, ſed ſi hoc, vnde Leuitæ enſes aſſumpſerunt poſtea? Oleaſter denudatum populum non rebus, ſed fama autumat, moralis expoſitio potius quam literalis, quid ergo ad tam difficilem dicemus locum? mea ſententia illud, eſſe exaggerationem, qua ſæpe vti ſolet ſcriptura, ex qua datur intelligi quantum Moſes ſanctiſſimus populum illum diligebat, vt denudatum reputaret, ac nudum inter hoſtes, & ſi tãtum inaures Aaron ab eis abſtuliſſet. Sic equidem, ſic ex hoc denotans ſcriptura Deum verum hominum paſtorem, prælatorum auaritiam præſentire, ſic pauperum deſpoliationé, vt etſi vna tantum ſit res, & ſi in minimis deprædentur ſpoliatum dicat populum; eo vel maxime ſi res ad decorem, ornatúmque ſeruiebat, tantum inaures petiit Aaron illius populi Pontifex, & Deus per Moyſem populum deplorat à Pontifice denudatum, expoliatum, nudúmque conſtitutum, quid ergo de illis perſentiet, qui non inaures, ſed aures, qui non aurum, ſed ſanguinem à populis tollunt, nil illis dantes, nil tribuentes?

Oleaſter.

Tertio tandem cauſam adnoto expoliationis ignominiam ſordis, hoc eſt vt ſup. ex Lippom. *ad ſordidum, & ignominioſum idolum conſtituendum*, quod aliqui ex prælatis, quod aliqui ex Eccleſiæ principibus populos expoliẽt ad magnas conſtruendas fabricas, ad domos ampliandas, ad parentes, ſeu nepotes diteſcẽdos, malum equidem, ſed illud intolerandum quod hoc faciunt nõ ad nepotes, ſed ad filios, filiáſque, ad nothos, ad Manferes, dicam cum lachrymis, ad ſcorta, ad adulteras veſtiendas, ornandas, diteſcendas, ad hæc idola conſtituenda, quid quæſo amplius horrendum? *Tradidit in reprobum ſenſum faciunt quæ non conueniunt*, inquit Bernard. ſeu alius in ſerm. ad Epiſcop. in Concil. Rhemenſ. *quæ enim in occulto fiunt ab Epiſcopis turpe eſt dicere, melius eſt ſuper hoc diſſimulare, & ſuperſedere, quàm aliquid vnde ſcandalizantur innocentes, & inexperti dicere*; ſane optimum conſilium, ideo hîc ſiſto, ne pudore aures afficiantur legentium, tantum proclamando, tales qui ſic viuunt, qui ſic veſtiunt, qui ſic gregem deprædantur, qui ſic bona dilapidant Eccleſiæ, qui ſic manus extenſas habent ad deprædandum, non ad dandum, non paſtores, ſed raptores, non deos ſed idola exiſtere.

Lippom.

88. Mali prælati ad ignominiã ſordis vti Aarõ aliquando aues expoliant.

Bernard.

§. IV.

Malus prælatus idolum, quia aures habet, ſed non audit.

QVantum idoli ſignum habere aures, ſed non audire, quod & ſimiliter, & malis contingit prælatis dupliciter, ſurdi ſunt ad paupetum voces, ſurdi ad egenorum neceſſitates, vt ſuprà diximus in tertio ſigno, quatenus nil erogant, nil præſtant, & ſecundo quod eis tremendum, quod horrendum, ſurdi ad Dei inſpirationes, ſurdi ad admonitiones, prorſus duri, & obſtinati corde, dormiunt equidem, & lethaliter.

A Enimuero ſæpius mihi cogitanti vnde eueniat, quod ſic difficulter, ſic raro, ſic ferè nunquam aliquis malus prælatus prædicantem audiat, immo Deum intus inſpirantem, ita vt conuertatur, vt à via mala recedens, ex malo fiat bonus, & ex idolo Deus per gratiam, ſed ordinarie ſic duros eos videmus, ſic inconuertibiles, vt quaſi riſus ſit quod prædicator eis conſulit, quod doctor, eos potius ſubſannent, & derideant, quàm cõuertantur, ea mihi ſubiit cogitatio, quia cum ordinariè horum peccata ſint duo, auaritia, ſeu cupiditas, & ſimul ambitio, vitia potentiſſima, quæ omnino aures obturant, quæ omnino cor durum reddunt; hinc incorrigibiles redduntur, ad quæ vnam ſi addas circunſtantiam, prorſus reperias eos B inemendabiles, aliqualem ſcilicet ſcientiam ſpiritualium, vtinam non ſaperent, facilius conuerterentur, ſicut & ignorantes conuertuntur peccatores; at dum ſapiunt, ſed non ad ſufficientiam, dum ſpiritualibus intincti tantum, non perfecte eruditi, prædicantem audiunt non vt diſcipuli, ſed vt magiſtri: iudicantes doctrinam, ac proinde ſubſannantes reprehenſiones, quaſi reprehenſio ipſis indebita ſapientibus, potius apta inſipientibus, & vetulis, & nihil ſcitis, Amos 7. n.12. contra Ieroboam prophetans impium, contraque eius idola, templaque, tantum non profecit cum Amaſia pontifice idolorum, vt non ſolum apud Ieroboam eum incuſauit rebellionis, & C maleuolentiæ, ſed cum videret nil proficere, quia vt ſanctum Ieroboam Amos venerabatur, tandem ipſummet aggrediens Amos ſic ei inquit, *Qui vides gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi, & in Bethel non adicies vltra vt prophetes*; rationem addens ſubiungit, *quia ſanctificatio Regis eſt, & domus regni eſt*. En tota ratio, ſancti ſumus ſicut & tu, domus noſtra ſic regalis, ac domus Iuda, ſic nos habemus templum, ſicut Hieruſalem, ſic ſum ego ſacerdos, ac Propheta ſicut tu, cur nos, & Regem inquietas? *quaſi diceret*, inquit Hugo Cardin. in epiſt. Paul. ad Rom. 9. ſuper illa verba, *quia in hoc ipſum excitaui te, D nolite facere malam conſcientiam domino Epiſcopo, ſed ite prædicate vetulis, & ruſticis, qui indigent, bene ſcimus quid faciendum ſit, ſatis ſumus prædicati*. Sic equidem ſic, obſtinati ſunt Epiſcopi, rebelles ad admonitiones, prædicatorum ſubſannant, quia intus repleti ſuperbia, ex ſcientiæ tinctura ſpiritualis, putant ſe omnia ſcire, bene omnia callere, vbi peccatum, videre; hinc ſecurè peccant, vnde obſtinantur, *Cum ab authore relinquimur*, magn. ait Gregor. lib. 9. moral. c. 34. *nec ipſa nullatenus deſtitutionis noſtræ damna ſentimus, quo enim nos longè conditor deſerit, eo mens noſtra inſenſibiliter obdureſcit, ac miſerando modo ſit quotidie tãto ſecurior, quanto peior*; vltima adnotanda, in dies ex illa ſcientia ſecuriores redduntur, & in dies peiores fiunt, vnde ergo eis Dei excitatio, vnde efficax introibit admonitio? immo ſuadentem deridebunt, & cum doctrinæ, ac prædicatorum ſint illuſores, profecto non attendẽt, cum à Spiritu exaratum ſit ſancto, *qui autem illuſor eſt, non audit cum arguitur*; Prouer. 13. n.1. Hinc miſere, ac repentine pereunt, cum etiam ſcriptũ ſit, *viro qui corripientem dura cer-*

89. Mali prælati cur duri ſemper et ferè de ac inconuertibiles.

Amos 7. n.12.

90. Homines aliqualem, ſed non perfectã ſcientiam ſpiritualiũ poſſidentes quã difficile cõuertantur.

Hugo Card.

S. Greg.

Prou. 13. n.1.

nice contemnit repentinus ei superueniet exitus, ibi,c.27.n.1.

Iob.c.29. n.1.

Hinc diminuta illa scientia, quam de Deo habent, cum non ad pium excitandum eorum deseruiat affectum, seruit ad vanitatem, ad inflationem, vnde ex illa parua potius obtenebrantur, quàm illuminãtur luce, audi Paulum de antiquis differentem Philosophis ad Rom. 1. n. 21. *cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt*; quid ergo ex hac diminuta Philosophorum cognitione, qua Deum non glorificabant quid ex hoc diminuto lumine? cæcitas amice, non illuminatio, vnde subdens Apostolus inquit, *Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor eorum*, vbi Aug. *quod illuminante Dei gratia inuenerant, obcecante superbia perdiderunt, relapsi à superna luce in tenebras suas.* Pulchrè, per Dei gratiam illuminati, dum hanc lucem per superbiam repudiarunt, intellectum non captiuantes, recurrentes ad suas cogitationes, ad naturale lumen, in tenebras inciderunt horrendas; non audiunt admonentem prælati, si causam inquiris, quia Deum cognoscunt, sed non vt Deum glorificant, doctrinam sapiunt, sed non vt ea est colunt; hinc recurrentes ad vanas suas cogitationes, vanos discursus, politicas rationes, morales congruentias, Status consilia, dispensationes legum, consuetudines toleratas, euanescunt, & à superna luce in tenebras suas relabentes, sic cor obscuratur eorum, vt nulla eum penetret lux, sic obduratur, vt nulla eum emolliscat admonitio; hinc & si aures habent non audiunt, idola sunt, nõ dij.

Augustin.

Ad quæ, si radicem huius attendas surditatis, cupiditatem scilicet auri, auaritiámque, Deus bone, quomodo Deum audient suadentem largitionem? enimuero pete radicem obdurationis Pharaonis, vnam inuenies auaritiam, lucrum nempe ex retentione populi, Exod. 3. n. 18. *Dices ad Pharaonem*, mandat Moysi, *Dominus Deus Hebræorum vocauit nos, ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro.* Pende circunstantias petitionis, & nobiliores non inuenies, mandat vt dicat, Deum eorum eos vocasse, vti eorum Dominus, cui obedire tenebantur ex iure, mandat vt dicat, vocatos, ne præsumeret ex se audere, mandat vt dimissio non sit amplius, quàm trium dierum, vt facilius concedat inquit Lippom. hîc, & tandem vt dicat, quod hoc est ad sacrificandum, ad ipsum Deum honorandum, ipsum eorum Dominum, post quod facile erat ipsum intelligere redituros, quis non concederet, aut quis non putaret ipsum auditurum & obtemperaturum? equidẽ nullus cordatus; at Dominus qui auari, ac cupidi bene cor callet, sequitur dicens, *Ego scio quod non dimittet vos Rex Ægypti, vt eatis nisi per manum validam*; vbi adnotandum quod aliqui apud Lippom. ly *nisi*, vertunt, *neque*, vt sensus sit, neque si viderit manum validam, manum Dei potentem, miracula stupenda, & confessus fuerit digitũ Dei esse, vnde tanta surditas? vnde somnus tam profundus? profecto ab auaritia, à cupiditate, lucrum enim ex populi seruitute, ambitio ex eius dominatu sic cor eius tenebant, vt videns non videret, audiens non audiret, & si grandia, & si mirabilia, quod patet; nam vix egressus est finibus Israël, Exod. 14. n. 5. & spẽ reditus eorum amitteret, ad genium rediens, sic à lucro obcæcatos, vt currus iungens eos persequeretur, quos antea ad egrediendum cõpulerat, *Et nunciatum est Regi Ægyptiorum quid fugisset populus, immutatum est cor Pharaonis, & seruorum eius super populo, & dixerunt, quid voluimus facere, vt dimitteremus Israël ne seruiret nobis?* Abulens. *reprehendebant se fecisse magnam stultitiam dimittendo Hebræos, quia valde viles eis erant.* Mirum, tot miracula, & prodigia, tot calamitates, tot mortes, tot pericula mortis, tot Dei admonitiones, tot illustrationes, cum vellet, nollet, ex pœnis Deũ vindicem esse cognouit in cælis, & tamen non audiat, ne miteris, auaritia sic eum temulentum reddebat vt penitus audiendo non audiret: nam vt rectè Chrysost. hom. 13. in epist. ad Roman. comparans ebrietati auaritiam, hanc illam excedere affirmat, quia post vinum digestum ad sensus homo redit, cum ab auaritia oppressus minquam, *Qui à vinolentia possidetur*, ait, *transacta nocte ad sobrietatem redire potest; auarus autem continenter ebrius est, & interdiu, & nocte, & euigilans, & dormiens.* Si ergo euigilans dormit, si interdiu, & nocte, vnde illi Dei excitatio? vnde in cor prædicantis admonitio? vnde cum tali prælati ordinariè hac laborent peste, tali consopiantur ebrietate, quid mirum si stupidi, si obdurati vt Pharao, si incorrigibiles sint, & si admoneantur, & aures tanquam idola habentes non audiãt? nec Dei verbum in cor eorum descendat?

Exod. 14. n.5.

Abulens.

Chrysost.

Dixi nec Dei verbum, non diaboli, cũ hanc adnoto differentiam inter locutionem Dei, & diaboli ad auaros, vt si eis diabolus loquitur à corde incipit, ad linguam postea desinens; at si Deus, à lingua, quia à corde incipere non potest, sic obstinatum, sic rebelle Deo tale est cor. Enimuero duos auaros in Scriptura inter cæteros adnotatos inuenio, Iudam, Balaam, Iudam quia pecunia vendit Christum, Balaam qui ob eandem causam maledicere cupiebat Dei populum, attamen hos duos in illa reperio differentia, vt Iudæ loquens diabolus verbum eius non in lingua, sed in cor posuit, & ex corde resultauit locutio, Ioan. 13. n. 2. *Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudæ*, qui in corde, illico os eius aperuit, vt inquit Origen, hom. 3. in Exod. *Vide*, ait, *quid scriptum est de Iuda, quomodo refertur, quia introiit in illum sathanas, ipse ergo aperuit os eius, vt loqueretur cum principibus, & Pharisæis.* Necessarium ergo erat diabolo, adhoc vt Iudæ os aperiret, prius vt cor eius possideret, *nam ex abundantia cordis os loquitur*; at quære nunc Numer. 23. n. 5. quomodo Deus effecit cum Balaam, vt recta loqueretur, vt sua promeret verba, nunquid ea in corde reposuit hominis? nil minus, *Dominus autem posuit verbum in ore eius*, ait Scriptura, cur non in corde? aptè idem Origenes hom. 14. in Iudic. *quia adhuc erat, ait, in corde eius mercedis cupiditas.* Hinc eius verbum non in corde, sed in ore, quid inde? vt & si perfidus iste Deum videret, seu Angelum, admonitorem audiret, voluntatem Dei calleret, futura cerneret, populum benedictum sciret, tamen sic ab auaritia pressus detinebatur,

Ioan. 13. n.2.

Origen.

Num. 23. n.5.

Origen.

91. Prælatorũ diminuta exemplis scientia potius eos obdurauit.

Ad Rom. 1. n. 21.

92. Obdurãtur ob auaritiã.

Exod. 3. n. 18.

96. Pharaonis obduratio ex auaritia.

Lippom.

94. Auaritia ebrios reddit homines.

95. Dei loquela & spiratio diuersimodè incipit cum auaro, ac quæ est diaboli.

96. Auaris Dei verbum nũquam in corde, sed in lingua tantum.

nebatur, vt nunquam Dei verbum in cor eius transcenderet, nunquam corde audiret, sed auribus miser obturatus, vt aurum exciperet, post tanta, & consilium contra Dei populum ad eum delendum dedit, semper surdus, semper obturatas habens aures; mirum vt homo iste, nec Deum, nec asinam audiret, dum primus ob maiestatem, secunda ob horrorem aurem eius aperire debuerant. Ne mireris, auaritia cor eius possederat, obdurantur prælati etsi Deum audiant, etsi monitores, etsi vulgum omnem, quem vt iumentum loquentem, arguentem, ac propè ipsos maledicentem audiant, vnde tale mirũ? Amice, auaritia laborant, auari sunt; hinc altè dormientes *ad nullius dominicæ comminationis tonitruum expergiscuntur*, ait Bernardus, seu quinis alius in serm. ad Concil. Rhemens. *vt vel sanum ipsorum periculum expauescant, inde est quod non parcunt suis, quia non parcunt sibi, perimentes pariter, & pereuntes.* Verissimè, non audiunt Deũ propter se, & ad sui saluationem, ob hoc nec ipsi subditos audiunt, dum clamant, sicque pereunt, & perimũt, omnino surdi aures habentes ad instar idoli, sed non audiẽtes.

97. Prælati auari obsurdescunt sicut Balaam nullam Dei vocem audientes.

Bernard.

Nec equidem hoc mirum; Nam cum auaritia sit idolorum seruitus, iuxta Apost. ad Coloss. 3. num. 5. eo ipso, quo quis Deo derelicto hoc sibi constituit idolum, iusto Dei iudicio euenit vt aures amittat, surdúsque efficiatur, Exod. 32. num. 2. ad idololatriam populo declinante, statim inaures amiserunt, ab eis iusto Dei iudicio eas Aarone abstrahente, *tollite inaures, &c.* quale in hoc mysterium, nisi quod statim ac homo in auaritiam declinat, illico Dei voces amittit, quæ sunt aurium ornamenta, ait Tertul. aduersus Gnosticos cap. 3. *Aaron*, ait, *iubet inaures fœminarum suarum in ignem conferri, amissuri enim erant in iudicium sibi vera ornamenta auriũ, Dei voces.* Egregiè, ad vocem, & cultum idolorum vero Deo derelicto perfidi se conuerterunt, amittant in pœnam Dei voces, & ad eas obdurentur. Quod cum sit, & auaritia etiam sit idolorum seruitus, cum hæc in cor introierit Episcopi, quid mirum si statim & Dei voces amittat, & eis surdus fiat.

ad Coloss. 3. num. 5.

Exod. 32.

98. Hoc eis euenit quia auaritiam colunt, quæ est idolorũ seruitus.

99. Facilius indurantur mali prælati, quam sæculares.

Imò nescio quid horrendum in auaritia prælati mihi videre videor; expendo enim, quod ad hominem sæcularem, principémque huius sæculi indurandum multa requisiuit Deus peccata; ad principem ecclesiasticum vnum tantum, auaritiam; audiant hoc prælati, & contremiscant, audiant, & horreant, ad surditatem diuinorum, ad duritiam cordis, ad tantum malum, ad iudicium Dei sic horrendum, vt cæteri deueniant peccatores multa necessaria peccata, multa vt committant horrenda, multo, longóque Deo etiam vt obsistant tempore. Enimuerò quod Pharao obdurauit, non vnum extitit peccatum, sed multa superbia, ac Dei ignorantia, Exod. 5. num. 2. *Quis est dominus, nescio dominum, & Israëlem non dimittam*, crudelitas in occisione infantium, iniustitia in oppressione Israëlitarum, tandem obstinata resistentia, & Dei mandatis reluctatio, magna omnia, & horrenda; at in Iuda vna tantum auaritia hoc efficit; imò hæc obstinatiorem eum reddidit; cum plus Deus beneficia illi quàm Pharaoni conferens, obstinatior semper euasit ex illis; quid vt eum conuerteret non effecit dominus, eius pedes lauit, eum admonuit, traditionem illi pandit, tandem & miracula addidit; nónne miraculũ ad terram eum proijcere cum cæteris in horto? nónne aurem Malchi sanatam aspexit, tanta siquidem in eum dominus, vt conuerteretur effecit, vt meritò Hieron. super illud *filius quidem hominis vadit*, tom. 9. ad miratus dixerit, quod nutriebatur huius perfidi impudentia ex domini patientia, *Iudas autem*, ait, *nec primò, nec secundò correptus, à proditione retrahit pedem, sed patientia Domini nutrit impudentiam suam*; Et tamen in toto Euangelij canone aliud Iudæ peccatum præter vnam auaritiam me non legisse memini, & ob hanc solam in tantam deuenit obstinationem, in tantam cordis duritiam; sic Deus Apostoli, sic prælati persensit auaritiam, vt quod multa simul in principe peccata effecerunt sæculari, vnum tamen efficiat in spirituali, auaritiæ, ad illorum documentum, pauorémque, vt Dei iudicia extimescentes suprà cætera hoc effugiant peccatum, ni velint obdurari, ni ad instar idoli aures habere, & non audire.

100. Iudas ex vno obstinatus peccato.

101. Christus quanta fecerit vt Iudam conuerteret. *Hieron.*

102. Dei patientia obstinatorũ hominum nutrit impudentiam.

Imò facilius ipsi obdurantur ob hoc, quàm sæculares licet auari, & sicut facilius durescunt, sic difficilius ad sensum redeunt, sic vt quæsi ad miraculum eorum reputari possit conuersio. Enimuerò si filij prodigi parabolam consideres attentè, Luc. 15. quod dicimus, euidentissime inspicies; hic enim peccator, cum sua mala petita portione, *abiit in regionem longinquam*, hoc est, vt ait Chrysost. hom. de patre, & duobus filijs tom. 1. *Non locorum translatione, sed mentis declinatione à se recedens*, & vt inquit Ambros. libr. 7. in Luc. in cap. de patre, & duobus filijs tom. 5. *Nec regionibus, sed moribus separatus*, & dissipata substantia in villam mittitur, hoc est vt inquit Beda in Lucam hic cap. 65. *Substantia mundialis cupiditate subingatur*, vbi fame, squallore, ac miserijs pressus, summáque paupertate extimulatus, ad se rediit, & ad patrem, non ante *quàm laboribus astrictus*, vt inquit Nissenus apud caten. Diui Thomæ, *dum mercenarius fit, & eodem cum porcis pabulo pascitur.* Ergo voces quibus iste ad patrem rediit, imò quibus ad se, afflictiones extiterunt; & si eas attendis, nullas alias inuenies, nisi paupertates, nisi miserias, nisi omnium rerum defectiones, non vestitum, non ornatum, non cibum, non domum, non lectum, non tandem panem habebat; his ergo paupertatibus pressus, his defectionibus in se reuersus, ad patrem rediit, tolle has, da substantiam non dissipatam, da luxum priorem, vnde sensus illi, & vnde paternas audire poterat admonitiones, cum in regionem abiisset longinquam; sic profectò misere extitisset, sic semper durus, sic nunquam ad patrem rediisset, sic tandem propè ad miraculum si regressus esset: iam metenes: in regionem longinquam abeunt Episcopi, abeunt spirituales potestates per auaritiam, per luxum, per temporales prætensiones, omnino vt aiebat Beda *cupiditati mundiali subingati*, cum eisdem sæcularibus communicantes, ijsdem prorsus vescentes cibis; imò quod peius cupientes saturari, & ad saturitatem nunquam peruenientes, iusto Dei iudicio factum, *vt nemo illis det.* Videas Episcopos, videas prælatos in curia Romana,

103. Auari prælati conuersio quasi miraculum. *Luc. 15.*

Chrysost.

Ambros.

Beda.

104. Filius prodigus vt conuersus. *Nissenus.*

105. Mali prælati vt abeant in regionem longinquam. *Beda.*

siue regali, suis desertis ouibus sacculos euacuare diuitiarum, suam non tantum portionem, sed patris, sed subditorũ, sed ouium, quas non dedit illis pater, sed abstraxerunt, sed furati sunt; imò quod horrendum, ac sanguineis plorandum lachrymis, tanquam si non essent pastores, si non oues possiderent, si absque cura, nouas ambire, magistratus prætendere sæculares, legationes Ecclesiasticas honorificas, ac sub Ecclesiæ Dei prætexto seruitio miserabiliter suum deserere pastoricium, & multoties videas hos fame peremptos, cupientes de siliquis his saturari, & ad saturitatem non peruenire, quia nemo illis iusto Dei dat iudicio. Sunt ergo in regione longinqua, longè à Deo astant, vnum vt ad se reducantur ad prodigi instar remedium paupertas; at vnde hæc illis? si ex substantia viuunt pauperum, si ex Ecclesiasticis reditibus, si moraliter loquendo potius mundus deerit, quàm quod ipsis desit? en difficultas conuersionis, en vt sic dicam moralis impossibilitas, en vnde æterna illis obduratio, sunt ex vna parte in regione longinqua, vnde vix voces ad eos perueniunt diuinæ; ex altera deficit medium, quo efficaciter ordinariè reducuntur cæteri, vnde ergo illis reductio? hinc miserabiliter pereunt, hinc talibus non Dei paradisus, sed infernus populatur. Audiant hoc, & contremiscant, audiant, & horreant, plorent super se ac si super demortuos, sentiant quod si aliter non viuant, quod si aures apertas non obtineant, non dij in Dei Ecclesia, sed idola sunt, aures habentes, sed non intelligentes.

106. Ex ambitione fiunt surdi ad Dei monita.

Nec minus surdi prælati redduntur ex ambitione, quàm ab auaritia, cum propria sit illius pœna surditas, siue Dei verbi non perceptio, vnde Prædicatoris, seu Dei admonentis lingua ita sit eis ignota, vt quasi non propria potius ex illa confundantur, hinc que amplius à Deo seperentur, ac disiungantur. Enimuerò si attendas vnde linguarum confusio, & vnde gentium dispersio, ab vna inuenies turris Babel ædificatione, ab hominum ambitione, ab altitudine cogitationum; hinc non audire vnumquemque proximi, imò nec Dei vocem Genes. 11. num 4. *Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim cuius culmen pertingat ad cælum*; finis autem, *& celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras.* Ergo ambitio confudit linguas, ambitio perturbauit auditum; Pulchrè Augustinus lib. 16. de ciuit. c. 4. conuenientiam huius attendens pœnæ, astruit, vt quia hominis imperium ex lingua, meritò in lingua punitus, quia Dei erat imperio rebellis, vt non audiretur homo imperans, sicut nec homo Deum audiebat imperantem. *Nam quia dominatio imperantis in lingua est*, ait Augustinus, *ibi damnata est superbia, vt non intelligeretur iubens homini, qui nolnit intelligere, vt obediret Deo iubenti.* Regnum scinditur, subditi principi non obediunt, sanctiones non custodiuntur, præceptorum timor nullus, prælati omnino non audiuntur, vnde tanta confusio? puniuntur in lingua vbi dominatio imperantis, non à subditis intelliguntur, quia ipsi Deum intelligere nolunt. Sed ad nostra proprius Rupert. *Confusione linguarum plectuntur*, ait, *quoniam peruersa via tendunt ad cælum, vera via abscondatur ab eis, qua veraciter itur ad cælum.* Terribilis sententia, ad cælum superbiendo putabant isti ascendere, occludatur illis in pœnam vera via qua illac itur, occludantur aures, non intelligant amplius voces proximorum, dispergantur, & sit ipsa ambitio occasio descensus, quæ assumebatur vt ascensionis instrumentum; nimietatem timeo si loquor, sed quid timeo, si palàm, & omnibus quod loquimur peruium, non Dei hodie aliqui prælati turrim ædificant, sed Babel, ambitionis, ostentationis, sui nominis celebrationis, sic viuunt, sic prætendunt, dicam sic fabricant, ac construunt, in his sacros impendunt sumptus, in his sacras decimas, in his ouium lanam, & sanguinem, & quod insolentius, hac via pertingere ad cælum autumant, quid ergo? confundantur, Dei & proximi linguam non audiant, obstinati fiant, & diuino rebelles lumini, & sic vltimò moriantur, habentes aures, & non audientes.

110. In pœnam suam ambitionis mali prælati obsurdescunt.

Tandem vt hinc concludamus discursum, ideo mali dicuntur prælati aures habere, & non audire, quatenus peccata dissimulant potentum, eorum connuentes delictis, audiunt, sed tacent, audiunt, sed audire dissimulant. Hoc quippe erat peccatum illud de quo maximè sanctus Propheta dolebat Isaias cap. 6. nu. 5. dum dicebat, *Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum*, quæ hæc pollutio? Sanè secundùm Hieron. epist. 141. ad Damas. dissimulatio cum peccato Oziæ Regis in templum irruentis, *Isaias*, inquit Hieronym. *quantum ego arbitror, quia Oziam in templum irruentem non corripuerat, nec iuxta Elie exemplum libera voce impium designarat, labia habebat immunda.* Mirum hoc hodie in prælatis, mirum quod tolerant, quod non audire se fingunt, mirum quod potentibus contra Dei permittunt Ecclesiam, mirum quæ, & quanta ab eis sufferunt patienter, tolerantia hæc est, vt voluntatem Dei faciatis; petit ab eis Bern. seu quiuis alius in serm. ad pastores in synodo congregatos, qui licet non sit Bernardi, negari tamen non potest eius esse sententias, cum si benè sermo attendatur, collectio quædam Bernardi est sententiarum, quæ sparsim in eius inueniuntur operibus; *Non vtique*, respondet, *sed vt vestram voluntatem faciatis, vt carnis vestra licentius curam geratis, vt pueris vestris, & parentibus commodius prouideatis, & villas tyrannorum in pace eorum inhabitetis, vtentes nemoribus, & agros colentes, propter hoc palpatis principes, quia ad velle eorum loquimini, ad velle eorum ligatis, & solutis. ipsi sunt semi Episcopi, semi Archidiaconi; imò vt verum fatear, sed cum pace omnium, ipsi sunt suprà Episcopos, suprà Archidiaconos, suprà Presbyteros.* Nil plus dixisset Bernard si faciem hodie intuitus esset Ecclesiæ. In qua sententia vltima considera, mentéque per orbem discurre Christianum, & si suprà Episcopos, suprà que locum sanctum abominationem non videris desolationis, mentiar ego, quod totum ex dissimulatione prouenit Prælatorum, ex conniuentia eorum imprudentissima, prudentia humana, non diuina, quædam suprà Dei mandatum discurrere vult, in laqueos se inijcit, in inextricabiles nodos, in difficultates, ac inimicitias sempiternas.

111. Aures non habent, quia potentum peccata audire dissimulant.

112. Isaiæ peccatum, peccatum Regis non increpasse.

Isaias 6. num. 5.

Hieron.

Bernard.

113. Mali prælati cur peccata dissimulant potentum.

Enimuerò in præceptis posuerat Deus Israëli, simul ad vnum omnes Chananeitas, omnésque

107. Lingua prædicatorum eis barbara potius ab ea confunduntur.

Genes 11. num. 4.

Augustin.

108. Cur Deus in ædificatione turris Babel linguas confudit.

109. Principes & prælati mali obedientiam amittunt subditorum, quia ipsi Deo non obediunt.

Rupert.

114. Diſſimulatio Prælatorum cum Principum peccatis eſt occaſio vt iſti eis non ſubdantur, & Eccleſiæ ſint inimici.

Paleſtinas gentes, néve cum eis fœdera iungerent, néve amicitias vllas, ſed ad vnum omnes gladio interimerent, quod per ipſos ſe facturum ſæpiùs eis promiſit; Vnde Deuteron. 10. num. 16. de his ciuitatibus *quæ dabuntur tibi nullum omnino permittes viuere*, ſtrictè præcipiendo inhibuit eis Deus; Deſtinauerat enim ſic Chananæorum, ac reliquarum gentium illius terræ exigentibus peccatis omnino eas delere, ac in eorum locum Iſraëlitas conſtituere; vnde eis in Exod. 34. num. 12. *Cane*, ait, *ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam, ſed aras eorum deſtrue, confringe ſtatuas, lucóſque ſuccinde.* Hoc Dei præceptum, hoc Dei conſilium; at quid humana prudentia, plus ipſa ſapida, quàm diuina, melius reputauit tributarios eos efficere, quàm omnino delere iuxta illud Ethnici.

Exod. 34. num. 12.

115. Politica prudentia inimicos inuincibiles facit.

Horatius.

Vendere cum poſſis captiuum, occidere noli;

Iudic. 1. num. 28.

Hinc Iudicum 1. num. 28. *Poſtquam autem*, dicitur, *confortatus eſt Iſraël, fecit eos tributarios, & delere voluit*; Ob concupiſcentiam ergo tributorum, ob auaritiam, ob lucrum, vt rectè Abulenſ. hîc quæſt. 26. contra manifeſtum Dei præceptum delere eos noluerunt, reputantes melius quàm delere, hinc eorum poſtea ruina, hinc deſtructio, ac totalis perditio; imò quod ponderandum, impoſſibilitas amplius eas gentes ſubiugandi, ac delendi, vt Angelus, ſiue Propheta, vt vult Montanus ad ipſos ibid. cap. 2. eorum exprobrãs cõtumaciam apertè ex Dei mandato induxit num. 3. *Quamobrem*, ob hanc ſcilicet cauſam, quia nempe delere noluiſtis has gentes, ſed fœdera cum eis coniungere, *Volui delere eos à facie veſtra, vt habeatis hoſtes, & dij eorum ſint vobis in ruinam.* Peccata potentum prælati diſſimulant, principes, dynaſtas ſufferunt indigniſſimè, & quaſi diuina eſſent præcepta, eorum obtemperant voluntatibus; zelus Dei domus non comedit eos, ſed ipſi potius eum eo-

Abulenſ.

116. Iſrael vnde Chananæos non potuit ſubiugare. *Montanus.*

Chryſoſt.

Gregor.

117. Diſſimulatio prudens prælato neceſſaria:

medunt, in ſuam illum reducentes ſubſtantiam, conniuentes, diſſimulantes, fingentes ſe non audire, ad humanam omnia gubernantes regulam, quid poſtea miſeri lamentantur? quid potentiam incuſant? quid mirantur, ſi gentes non delent, ſi principes eis nõ ſubijciuntur, ſi obedientia eis denegatur, ſi tandem contra eos inſurgunt, iudicium Dei eſt, vt habeant hoſtes, & ipſimet quos veluti Deos faciunt, ſint eis in ruinam, duplo digni, quàm cæteri ſupplicio ob hanc diſſimulationem, vt benè Chryſoſt. homil. 37. in c. 23. Matth. explicans illa verba: *Dicunt enim, & non faciunt, in corrigendis alijs; qui paſtoris fungitur dignitate dum clandicat, propter dignitatem quam gerit, maiori dignus eſt ſupplicio*, adnoto verbum illud *clandicat*, quod propriè, non directè ambulare, non in iniquitatem irrumpere clare, non alte loqui, ſed diſſimulatione, ſed prudentia vti humana, ſed tergiuerſatione, vt ſic dicam, prudentiali, quæ non ob zelum procedit diuinum, ſed humanum.

Attende quæ dico, diſſimulare peccata expectando correptionis tempus, fingere non ea ſcire, vt melius poſtea corrigat, illa ob Dei zelum tolerare, ſanè egregium eſt opus. *Sciendum quoque eſt*, Magnus ait Greg. Paſt. part. 2. c. 10. *quod aliquando ſubiectorum vitia prudenter diſſimulanda ſunt, ſed quin diſſimulantur indicanda, aliquando & apertè cognita, maturè toleranda, aliquando verò ſubtiliter, & occultè perſcrutanda, aliquando leniter arguenda, aliquando autem vehementer increpanda.* Ergo prudentem ex Dei zelo, ac animarum ſalute procedentem diſſimulationem hîc non reprehendimus, ſed tantum illam, quæ pallium induens diuini zeli, ſubſtantialiter, & in ſe timor eſt humanus ab ambitione, à proprio profectus commodo. Hanc diſſimulationem, ſiue hanc tergiuerſationem malam dicimus, hanc totius Eccleſiæ ſanctiſſimæ ruinam, hanc originem prorſus idololatriæ, ac fidei amiſſionis. Enimuerò ſi intimius conſideres cur in idololatriam actualem, & vituli adorationem populus illapſus Iſraël, vnam tantum inuenies Aaronis pontificis diſſimulationem, ſiue prudentem tergiuerſationem Exod. 31. num. 3. Metu enim amiſſionis pontificatus, vt ex Caietano, & alijs ſæpè aſtruimus, metu mortis, vt Interlin. contra iniquitatem non liberè, & audacter, vt pontificem decebat, irrupit, ac reſtitit, ſed populi, ac principum faciem extimeſcens, prudentia, ac tergiuerſatione vſus humana, petendo inaures filiorum, vxorum, filiarúmque, rem difficilem, vt ait Auguſt. quæſt. 141. in Exodum, prudenter putauit, aut populum receſſurum ob rem ſic arduam, aut prius Moyſem rediturum quàm vitulus eſſet efformatus, *Non abſurdè*, ait Auguſt. *intelligitur Aaronem difficilia præcipere voluiſſe, vt hoc modo eos ab illa intentione reuocaret*; Et Diodorus vt in caten. Lippom. *Aaron*, ait, *vt tempus in vituli formatione contereret, donec Moyſes ipſe de monte deſcenderet, qui omnem illam inſaniam, ac impetum refrenaret, inaures aureas poſtulauit, vitulum ipſum opere fuſorio conflante.* Quis non diceret prudenter in hoc ſe geſsiſſe Aaronem? ſiue quis tunc ad prudentiam reſpiciens humanam, non illud conſilium approbaſſet? impoſſibile totum populum refrenare, impoſſibile ei obſiſtere, impoſſibile potentes coercere, quid ergo? *tempus tempori detur*, vt aiunt, remoueatur idololatria tergiuerſatione dum impetu non poſſumus; at quis ei hanc indicauit impotentiam? ſeu vnde hic impotentiæ conceptus? ſanè à timore proprij mali, à pontificatus ambitione; hinc timidus diſſimulans rigorem, cum ſubditorum, cum principum, ac potentum pace nullum ab eis ſibi coniectans odium ad correptionem populi peruenire præſumpſit; at quantum ſe in hoc decepit, ipſa declarat actualis idololatria; nam nec populus ob difficiliora ſe continuit, nec Moyſes ante, ſed poſt vituli aduenit non ſolum formationem, ſed erectionem; non quæ legi, non quæ audiui loquor, ſed quæ vidi, quæ manibus attrectaui, quæ experientia didici, ex hac radice miſerrimus nunc ſtatus prouenit Eccleſiæ, ex ipſa ſuperbiunt principes, rebellantur dynaſtæ, Eccleſiam Dei non dominam, ſed ſeruam iudicant, conniuent prælati ſummi cum eis, conniuent Pontifices, & dum humana prudentia attingere finem præſumunt diuinum, eum amittunt, & tergiuerſatione vtentes in tergiuerſationes eorum incidunt peſſimas; Audi ſanctiſſimi Pontificis oraculum, qui vt expertus loquebatur. Gregor. ſanctiſſim. in Paſtor. part. 3. cap. 13. *Admonendi ſunt Prælati*, ait, *nedum nimis humanam pacem deſiderant praui hominum mores æquaquam redarguant, & conſentiendo peruerſis ab antheris ſui ſe pace*

118. Mala autem in Prælato cauſa amiſſionis religionis, totiuſque Eccleſiæ ruinæ. *Exod. 32. num. 3.*

Auguſt.

119. Aaron prudenti humana vſus diſſimulatione populum perdidit. *Diodorus.*

120. A Prælatorum diſſimulatione miſer Eccleſiæ ſtatus, & Principum ſuperbia.

S. Greg.

diſiungãt, ne dum humana feris iurgia metuunt, interni fœderis diſciſſione feriantur. Iurgia metuum Pontifices, pacem humanam deſiderant, ob hoc prauа diſſimulant, audire nolunt potentum peccata, interni fœderis diſciſſione ferientur, & Dei iuſto iudicio ipſammet pacem amittent, & dum ſubterfugere inimicitias diſſimulando prætendunt, in ipſas recident rixas, in ipſa odia; idola prorſus in Dei Eccleſia, aures habentes, ſed non audientes.

§. V.

Malus prælatus idolum, quia pedes habet, ſed non ambulat.

AD vltimum iam deuenimus idoli ſignum, *Pedes habet, ſed non ambulat;* Hug. Cardinal. hîc, hoc ad illos extendit prælatos, qui equitant, qui pedeſter non ambulant, qui currus ad currus iungunt, equos ad equos, qui ſic pompose quo ad hoc procedunt, vt non ſolum currus, equites, ſed fercula, ſed ſedilia geſtatoria ſimul adiungunt, vt propè ad admirationem ſit eos per ciuitates ſic ambulantes proſpicere, vt neſcias an talis vanitas ad venerationem te, an prorſus ad riſum excitet; meam confiteor leuitatem, ſæpè riſi. Audiamus Hugonem, *Pedes eorum*, ait, *pigri ad ambulandum, vnde oportet eos equitare, & tamen non equitaſſe Chriſtum, ſed tantum ſemel vt ita dixerim aſinaſſe legimus, & quid accidit ei? in eadem ſeptimana legitur crucifixus. Legitur Oza percuſſus à Domino*, 2. *Regum* 6. *quia Arcam quam propriis humeris ferre debebat, impoſuerat bubus. Deuteron.* 17. *Præcipitur Principi ſeculari ne currus, aut equos ſibi multiplicet, quid ergo Epiſcopus? ideo Malachias Epiſcopus, & legatus, imitator Domini, & Apoſtolorum pedes ibat; nec hoc dico, vt modo ſimiliter faciant Epiſcopi, mallem tamen quod ſic facerent, quàm quod equos contra legem ſibi multiplicarent.* Hæc Hugo, qui Cardinalis, cui multa addere poſſemus, ſi & aliquam emendationis ſpem conciperemus; at quia omnino deſperamus, ne in vacuum tempus, oleúmque teramus, ad alium me adduco ſenſum, nempe ideo Epiſcopos malos habere pedes ad inſtar idoli, ſed non ambulare, quia ex pigritia, ex ignauia, ex ſenſualitate, per ſe gregem non viſitant, per ſe oues non diſcutiunt, per ſe oculatim eas non vident; ô facinus infandum! ô conſuetudo peſtilens! ô ordo prælationis inuerſus, honores ab omnibus expetunt, lautitiam, voluptatem; quæ autem oneris ſunt, & laboris reſpuunt; itaque cum duo ſint in quolibet ſtatu, conſidera quemlibet, militis, agricolæ, negotiatoris, ac reliquorum, labores; & voluptas, & nullus hanc percipiat ſine illa, ſola Epiſcopalis induſtria, ac ſolertia, ne dicam craſſa vecordia effecit, vt iam Epiſcopatus officium totum ſit voluptatis, non laboris: Audi Bernard. hoc contra tales declamantem; *Habent enim*, ait, *ſingula quoque genera hominum laboris aliquid, aliquid voluptatis; ſed aduertere eſt prudentiæ aliquorum, & mirari quemadmodum nonnè inter hæc artificio diſcernentes, & ab inuicem ſequeſtrantes termi-*

Hugon. Cardin. 121. Mali prælati equis abũdant pompose incedentes.

122. Infandum facinus per ſe Epiſcopos non viſitare.

Bernard. 123. Quæ honoris ſunt eligunt, quæ oneris refugiunt, hinc ad terrena pœnis addicuntur.

quod delectant eligunt, & amplectuntur, quod moleſtum eſt fugiunt, & declinant, cum militibus nempe ſuperbia faſtum, amplam familiam, nobiles apparatus, equorum phaleras, accipitres, aleas, & ſimilia quaque frequentant, cautè omnino lorica pondus, & inſomnes in caſtris noctes, incertáque diſcrimina præliorum declinant. Cerne aliquos ex noſtris nunc Epiſcopis, & quàm verè Bernard. illud dicat, experimento diſces, oneris eſt lites audire, audiat alter, oneris eſt ordines conferre, conferat alter, oneris verbum Dei diſſeminare, diſſeminet alter, oneris eſt tandem viſitare, viſitet alter; quid ergo iſti tales in iudicio expectant niſi id quod ſanctus concludit Bernardus? Vt quia cum cæteris ordinibus in labore non fuerunt, extra hos in iudicio inueniantur, & ſortiantur locum, *Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.*

At primò ſtatuamus huius rei neceſſitatem; nam quod per ſeipſum teneatur Epiſcopus viſitare niſi legitimè impeditus, pro certo ſtatuendum, cum hoc & Pontificia iura, & ſacra Concilia decernant, & præcipuè Trident. ſeſſ. 24. in Decreto de reformat. cap. 3. vbi ſic: *Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Epiſcopi propriam diœceſim per ſe ipſos, aut ſi legitimè impediti fuerint, per ſuum generalem Vicarium, aut Viſitatorem, ſi quotannis totam propter eius latitudinem viſitare non poterunt, ſaltem maiorem eius partem, ita tamen vt totam biennio per ſe, vel viſitatores ſuos compleantur, viſitare non prætermittant.* Quod mandatum ex his quæ infrà docet idem Concil. in viſitatione agendis, quam ſit graue, & quomodo ſub mortali obliget, ſatis apparet; vnde ſic ait: *Viſitationum autem omnium iſtarum præcipuus ſit ſcopus, ſanam, orthodoxámque doctrinam expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum exhortationibus, & adminiſtrationibus ad religionem, pacem, innocentiámque accendere, cætera prout locus, tempus, & occaſio feret, ex viſitantium prudentia ad fidelium fructum conſtituere.* Pende ſingula, & nil niſi proprium Epiſcoporum munus inſpicies, ſic vt ægrè, & impropriè ab altero fieri poterunt; nam authoritatiné fidem introducere orthodoxam, hæreticam extirpare, quis ſic efficiet, vt ipſemet Epiſcopus per ſe; bonos mores tueri, prauos corrigere non tantum iudicialiter, quantum poteſtatiuè, quis ſicut Epiſcopus? pacem immittere, inimicitias extinguere, innocentiam fouere, niſi Epiſcopalis interueniat authoritas aut ægrè, aut nõ ſine hinc diœceſes cõſumptas, ac perditas videmus, inſpicimus, quid ergo? ſi talis omiſſio non erit peccatũ, qualis erit? Hinc in c. Relata 10. quæſt. 1. talé viſitationis negligẽtiam infamiam nuncupat; Ibi enim ex Concilio 4. Toletan. narrat, quod cum populi querebantur de Epiſcopis, & quod non viſitarent, & quod, hoc non obſtante, exigebant manſiones, affirmat, quod *hæc duplex infamia ſanctæ Synodo fuit horrori*; duplex infamia & non viſitare, & ſumptus viſitationis recipere: ſic & etiam nunc infamia ſumptus, honores, diuitias, luxus, cómoditates in ſe, in ſua perſona, in parentum, ac cõſanguineorum rẽcipere, & non per ſe, ſed per alios gregem viſitare, gregi prouidere.

124. Epiſcopus per ſeipſum tenetur viſitare. *Concil. Trident.*

125. Efficax huius rei ratio.

Concil. Toletan.

At dicent, quod Concilium affirmat, *nisi aliter legitimè impediti fuerint*, & idem dico, si legitimum est impedimentum; at difficultas est in iudicio huius legitimi impedimenti, cũ ambitio, superbia, dominandi appetitus multa legitimauit, quæ prorsus illegitima; in iure enim in c. Episcopum 10. quæst. 1. legitimum impedimentum dicitur infirmitas, & consequenter occupationes aliæ, quæ prudenti iudicio examinatæ, sic rationabiles æstimari debent, ac si Episcopus esset infirmus, vnde ait: *Episcopum per cunctas dioeceses, parrochiásque suas per singulos annos ire oportet; quod si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiverit.* Ergo cum primò languorem posuit, quando addidit alias occupationes, eas æstimauit, quæ languori æquipararent, & insuper de occupationibus intellexit Episcopalibus, non sæcularibus: ergo in curia regali, aut Pontificia manere prætendendo, ambiendo, negotiando, munera, honoréque sollicitando, legitimum non erit impedimentum; ergo extra diœcesim viuere, magistratu detentus, aut alio officio, siue legatione procurata, ambita, sollicitata, quando & mille sint, quod illud efficere possint, iudicas tu quod legitimè occuparis? *Si ergo Episcopi*, ait Hug. Cardin. in epist. 1. ad Corinth. cap. 6. super illa verba: *Secularia ergo iudicia, debent propria negotia rerum temporalium per alios procurare, cum tantum ad eos pertineat; quid erit de Episcopis aliquibus, qui & causas Regum, & Principum terminare volunt?* Quid clarius? Sed audi Athanas. Constantinopolit. Dei veri seruum, & qui vt Nicephorus, Gregor. in historia narrat Romana lib. 6. c. 11. 12. & 13. Episcopatui cessit, *Spiritualem ipsius rigorem ceteris non ferentibus*; hic enim sanctissimus præsul ad Imperatorem scribens, epist. 7. de residentia Episcoporum necessaria, talia sanctissimè promit; *Si verum est*, inquiens, *quod dici solet, qui gregem pastore priuat, vtrique periculum creare, profectò graue supplicium manet eum, qui pastorem arcet ab ouib.* Audiant hoc Principes, audiant supremæ potestates tum sæculares, tum spirituales, & paueant, audiant, & contremiscant, graue supplicium manere affirmat eis, graue quidem, & horrendum, cum sine pastore oues relinquant, nescio quibus vanis prætextis, vanisque causationibus; hinc & ad ipsosmet pastores sermonem conuertens, de sua admonens eos obligatione, sequens idem pastor sanctus ait: *Debéque qui pastor est vsque ad sanguinem pro grege Christi non relinquendo labores perferre, nisi cum opus fuerit in Synodo singulis annis ad agendum de rebus necessarijs paulisper abesse, quibus conclusis celeriter redeundum illis sit, si credit se redditurum rationem summo pastori Christo; & si dignus est nomine pastoris.* Vsque ad sanguinem ait pastori incumbendum ne gregem relinquat; Quid de illis, qui vsque ad sanguinem desudant, vt eum relinquant? vt ei non adsistant? legitimum reponit impedimentum synodale, non magistrale, non sæculare; imò de sæculari addens sic sequitur: *Nisi forsè etiam propter necessitatem, ad vtilitatem animarum pertinentem, ab Imperatore, aut Patriarcha statim rediturus vocetur.* Necessitatem exposcit spiritualem, & insuper celerem reditum; nil plus dixisset, si instantia vidisset tempora; in quibus & Episcopi aduocantur, non ob animarum necessitatem, nec ad paruum, sed ad perenne tempus, sic ipsi miseri, sic fatui, sic sensuales, sic dicam corporales, vt pereant, vt decidant, vt moriantur, si ad suas redire dioeceses cogantur. O quàm sanctè concludit idem Athanas. sic: *Quod si aliter Episcopis, aut Imperatori videatur, sine quid secus fiat, minimè ipse sequar, neque assentiar vllo modo, neque enim rationem habebit Deus causationum nostrarum*; Hæc vltima adnota, & extremisce, causationes sunt impedimenta, quæ nunc prætexunt Episcopi suæ, non Dei, hinc de illis Deus rationem non habebit, ideo nec talia tu dicas legitima impedimenta, ne per se Episcopus visitet, sed per alium; & quando hæc vides, tales non deosin Dei Ecclesia, sed putida dicas idola, dum non ambulant, dum non visitant, quia extra dioecesim se reperiunt, grege derelicto; Audi non me, sed Hieron. in illud Zachar. 11. num. 13. *O pastor, & idolum. Tam sceleratus est pastor*, ait, *vt non idolorum cultor, sed ipse idolum nominetur, dum vult ab omnibus adorari, qui dereliquit gregem à bestijs deuorandum, quem dominus tantopere custodiebat.* Quid clarius?

Ex præcepto ergo debent Episcopi visitare per se, nec minus ex ipsius ductu rationis, cum vt diximus sæpè, per seipsos efficere ardua possunt facilè, quod non per alios; imò attendere deberent, quod cum ipsi ordinati à Deo sint, quædam insignia, ac difficilia, quædam grandia, quædam insignes diaboli victoriæ sic ipsis reseruatæ, vt non alteri, vnde etsi nesciant, possibile, vt id in eorum visitatione sit repositum, in eorum cura, ac vigilantia. Profecti enim filij Isai ad bellum cum Saüle 1. Reg. 17. num. 17. domi manente Dauide, iam præordinatus, & à Deo vnctus Rex, sic ei grandeuus pater Isai imposuit, *Accipe fratribus tuis ephipolentam, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & visitabis eos si rectè agant, & cum quibus ordinati sunt, disce.* Mirum hoc, vt ad exercitum filium iam ordinatum Regem pater mittat, & velit vt ipse per se efficiat, quod per alium seruum commodissimè effici poterat, inuisere scilicet fratres, alimenta illis præbere, de incolumitate scisciari; quid ergo hoc magnum, vt necesse sit filium ipsum mittere, & filium in Regem præordinatum periculo exponere mortis? Sanè ob hoc ipsum, quia præordinatus Rex, vt scilicet ex tunc disceret, quod quando Rex facturus, non scilicet domi sterture, sed perambulare, ac per se fratres visitare, de eis per se inquirere, eis per se, non per alios succurrere; hinc equidem euenit, vt quando postea Rex huius recordatus doctrinæ, non otiosè residebat, sed perambulabat, regnum, vniuersámque suam perlustrans per se domum, vt eleganter obseruat Titelman. in Psalm. 100. super illa verba numer. 3. *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus mea*; Quæ ad cæteros extendens præsides, & præcipuè Episcopos, sic ait:

C. Episc. 10. quæst. 1.

116. Legitimum impedimentum à visitatione Episcopum excusans, quale.

127. Episcoporum impropriũ & graue eis erit iudicium negotia tractare sæcularia, in curia viuere principum. *Athan. Constant. Niceph. Gregor.*

128. Principibus graue immineat iudicium dum Episcopos à suis ouibus abstrahunt.

129. Episcopis vsque ad sanguinem resistere incumbit ne oues deceãant.

130. Quæ causæ debent esse vt Episcopus ab ouibus suis possit abesse.

Hieron. Zachar. 11. num. 13.

131. Episcopus gregem derelinquens, idolum.

132. Tenetur per se visitare quia possibile vt Deus difficiliora remedio digna ei reseruata habeat & non alteri. *1. Reg. 17. num. 17.*

133. Dauid à patre cur missus ad fratres & periculo expositus.

Titelman. Psal. 100. num. 3.

134. Episcopi semper ad instar Dauid circuire diœcesim debent, non in domo otiosos manere.

Oportet namque eum qui præsidet, siue regno, siue communitati, siue domui, aut cuilibet tandem congregationi, non in aliquo angulo domus desidere, non in abscondito cubilis semper latere conclusum, nec molli strato otiosum stertere, non ad epiparam mensam in conaculo amœno accubantem delitiari, cutémque sic in deliciis curare, sed in medio sibi credita domus ambulare, tanquam qui sit rationem redditurus de omnibus quæ in domo illa sibi credita agnntur; & infrà ponderans ly, *in medio*, applicánsque illud ad communicationem generalem, quam omnibus pauperibus, ac diuitibus debet Episcopus exercere, sic ait: *Pulchrè dictum est: Perambulabam in medio domus meæ, eum enim qui præest in medio domus oportet ambulare, omnium enim gerat curam necesse est, & diligenter permiendum est illi ne vlla vsquam omis* B *pereat vel ex hac parte, vel ex illa, vt æquè propinquus, & æquè expositus sit omnibus absque personarum acceptione, non solum curet diuites, sed pauperes, cum æquè diuitis, & ignobilis anima requiretur ab eo.* Hinc ergo elucet secundùm hunc authorem & Dauid diligentia in suo regno, & ratio quare Isai potius illum, quàm seruum ad filios miserit inuisendos.

135. Et omnibus esse communes.

136. Occulta & prægrandi Dei prouidentia missus Dauid à patre ad exercitum & qualis.

Sana hæc; Sed aliud quid mihi videre videor in hac visitatione occultius quidem, sed sacratius, & ad rem nostram proprius, scilicet non casu illud, sed diuina factum dispensatione, vt Dauid, non seruus mitteretur, quatenus in illa visitatione, & si exterius nil aliud prospiciebatur quàm filiorum visitatio, tamen sub illam occultius, & exactissima Dei prouidentia illud C continebatur, quod Dauidi vt principi, vt gubernatori, vt Regi soli conueniebat, & per alium exerceri non decebat, victoria scilicet Israëlis, depressio Philistinorum, Dei summi honoris custodia, ipsius inuriarum vindicta, & tandem superbissimi Goliath mors, & interemptio. En quanta grandia, ac mirabilia ex visitatione, quæ sic commodè iudicium æstimabat humanum per seruum, ac per Dauidem fieri potuissent, cum tamen non sic; Vnde rectissimè Abulens. quæst. 14. in hunc locum, hanc missionem ad Dei occultam refert prouidentiam, *Deus enim*, ait, *monerat Isai ad mittendum eum, eo quòd volebat illi hac vice dare triumphum, & si alius fuisset missus, non haberet opportunitatem Dauid veniendi in castra, & pugnandi cum Goliath.* Sic equidem sic, in visitatione Episcoporum videtur, quod per alios æquè benè possunt aliqua efficere, videtur quod non multum interest an ipsi per se, quod equidem sic & in missione Dauid prudentia posset iudicare humana, & nullam ibi prouidentiam agnoscere diuinam; at non sic, quia sub illa visitatione, occulta illa stabant magnalia per Dauid iam in Regem electum, non per alium efficienda; sic equidem, putant quippe Episcopi æquè benè per alios suas posse visitari diœceses, putant defacili benè illis prouisum si hominem eligant prudentem, doctum, peritum, sanctum; sanè hoc quando aliàs ipsi non possunt; at quando possunt, legitimèque, ac vera causa non sunt impediti, vnde talis securitas? infinita, & ordinariâ quædam grandia sic ipsis reseruata, vt nullo prorsus modo per alium quamuis sanctum, quamuis pium, quamuis doctum ad finem perducentur; imò sæpè rixæ, discordiæ, contentiones sic insurgent, vt in peius status ruat episcopalis, in peius animarum, in peius ipsimet abusus, cum & authoritas, & respectus, & resolutio, & efficacia, quæ solæ in Episcopis, deficiant in Vicario.

Abulens.

137. Episcopi tenentur visitare, quia impossibile vt aliqua efficiant per alios, quia eis reseruata exemplo Dauid ostenditur.

At quando non esset hoc, vt scilicet etiam illa per Vicarium effici possent, ipsamet certè episcopalis cura hoc ex se, & intrinsecè exigit, cum profecto ad curam pertineat episcopalem non solũ vt dæmon expellatur, sed vt ne audeat tentare, ne audeat irrumpere, custodiã peruigilem attendens, solertiam non serui, sed domini, sed patrisfamilias. Quis fur, quis inimicus, quis perfidus esset audax homo, & si millies domum quemquam circumiret, in illam irrumpere, si vigilantes, si etiam & intus ipsummet dominum circum stantem videret domum, nunquid non trepidaret? *Aduersarius noster*, clamat Petrus cap. 5. *diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* Clamat Dauid Psalm. 11. *In circuitu impij ambulant*, quid est circum ire diabolum? quid eius satellites? profectò attendere si aliquo modo in domum irrumpere, in gregem intrare possint, vt mactent, vt perdant, vt deuorent, & vide si potius adsit medium, vt non intrent, vt extimescant, quàm pastorem cernere etiam circum euntem, etiam vigilantem, *Diabolus, & qui ex parte eius sunt*, rectissimè ait Titelman. vbi sup. *in circuitu gregis circumambulant, vt noceant; bonus autem pastor in medio gregis, & domus perambulat, vt ex omni parte circumeuntes aduersarios repellat, & nullibi illis quantum quidem in ipso fuerit nocendi concedat aditum.* Ex qua negligentia affirmat ipse Ecclesias ruì, animásque deperdi, *Proculdubio*, ait, *non ita multa passim anima deperirent, quot nunc cernimus ante oculos maximo perdi numero, dum ex omni parte circuiens hostis ad nocendum semper inuigilat; bona autem pars eorum quorum erat lupis obsistere, somnum grauem in cubilium penetralibus dormiunt, nihil minus, quàm de commissa sibi domo solliciti.* Nil magis verus. Circuit diabolus per se, circuit per suos; & licet Angelus, qui nec somno indiget, nec cibo, qui indicibili præditus est solertia, diligentia, acumine, velocitate, scientia, potestate, tamen quasi solus non sufficeret, adiungit socios, aduocat impios; & reputabit prælatus, qui homo, qui carneus, D quod sine circuitu, sine visitatione erit sufficiens, ex cubiculo, ex lecto, tantum per suos? Decipitur hoc tecogitans, & huius falsæ fundamentum imaginationis inde, quia non sic ipse ardet ad bonum subditorum, ac diabolus ad malum, nec sic oues ipse diligit, ac diabolus odit; hinc ipse frigescit, ille calescit, hinc ipse otio stertit, ille circuit quem deuoret, hinc diabolus ambulat, ipse vti idolum pedes habet, sed non ambulat.

138. Episcopalis cura intrinsecè petit visitationẽ, & huius ratio.

Petr. 1. c. 5.

Psal. 11.

Titelman.

139. Ex negligẽtia visitationis Episcoporum Ecclesia Dei in infelici manet statu.

240. Vnde Prælatis tanta visitationis negligentia?

Mirum equidem hoc, & prorsus admirandum, vt reputet prælatus benè ouibus prouisum, si non per se, sed per alios visitet; imò tantum, & tectum visitationis onus, si per alium efficiat quod per se, non attendens; quod nisi casu, nisi ex accidenti, nisi quia ipse non possit, nunquam talis dignus, nunquam aptus; cuius ratio, quia etsi subeat

141. Efficax ratio cur per se teneantur Episcopi visitare.

142. Visitator etsi optimus, semper mercenarius.

electus visitare quantum voluerit, sit omni talento præditus, non amplius erit quàm mercenarius; mercenario autem relinquendo oues, quid aliud expectat, nisi earum mortem, vendicationem, immo & diaboli deprædationem earum; quod autem semper electus sit mercenarius ratio euidens: nam inter verum pastorem & mercenarium nullam aliam Dominus posuit noster differentiam, quam *cuius non sunt oues propria*, Ioan. 10. nu. 12. hinc, *videt lupum venientem, & fugit*, en earum mors; at cur fugit? *quia non pertinet ad eum de ouibus*; hoc notandum. Est visitator, est à prælato electus, est ad illud munus ordinatus, & non pertinet ad eum de ouibus; quid hoc? sanè amice, quantum capio, quantum sentio, illud, quia cum in visitatione duo sint, lucrum, & ouium curatio, illud isti mercenarij primò, & principaliter intendunt; de secundò parum, aut nihil, sic vt quasi pactum habeant cum tentatore ipsas animas, ipsum lucrum ex visitatione, sic eas peragunt, cuius signum; nam quando eas pertendunt, illas inhiant, ad illas se intrudunt, eas procurant, mentiar, si nunquam ab ore eorum aliud nisi census, nisi prouentus, nisi reditus; de salute autem, aut cura animarum vix verbulum; hoc autem quid est nisi pecunijs inhiare, animas diabolo derelinquere; non sic Paulus, *Ecce tertiò hoc paratus sum venire ad vos*, ait 2. ad Corinth. c. 13. *& non ero grauis vobis, non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos.* Et ratio, *nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs*, non ero grauis, ait, & ratio, quia vos quæro, non vestra. Ergo si illorum requireret, nonne esset grauissimus; & secundò, si illorum requireret bona scilicet corporalia, animas cui relinqueret requirendas; nonne diabolo? Duo gregem circumeunt diabolus, pastor, vnusquisq; de gregibus præsumit, si pastor lanam tantum quærit, nonne diabolo sanguinem relinquit? si lucrum de ouibus mercenarius qui circuit, nonne animas diabolo relinquit? *Nota*, ait Hugo Cardinal. in hunc Pauli locum, *quod prælati fecerunt fœdus cum morte, id est cum diabolo, & pactum cum inferno, tale scilicet, quod diabolus habeat animas, & ipsi pecunias.* Si de prælatis hoc qui verè pastores, quid de mercenarijs? lucrum quærunt, & putandum quod animas lucrabuntur; ob lucrum visitationem procurant; nam dicere quod ob zelum animarum, ob laborem, ob profectum proximi, ob Dei amorem, propè ridiculum; & cùm hoc sit, & bene prælati illud calleant, putant tamen satisfeciſſe si non per se, sed per alios visitent. ô iudicium Dei in ipsis horrendum! ob hoc, ô horribile quod subeunt onus! tot condemnationes subibunt, quot animæ ex hoc peribunt.

Ioan. 10. n. 12.

143. Quomodo ad eum non pertinet de ouibus.

Hugo Cardin.

146. Mali prælati quod fœdus cũ diabolo faciunt.

147. Quam difficilis vitiosum reformatio.

Quid enim, tam facile putant reformationis negotium, tam facilè peccatorum deletionẽ, tam facilè malum exturbare; sic vt stertentibus ipsis in lectulis, ac delicate in domibus viuentibus, sufficiat alios mittere, cum ad vnum tantum peccatum tollendum necessarium duxerit per se Deum nostro modo loquendi descendere? Immò post illud examinatum, ac probatum, vt sic dicam, & socios Angelos aduocare, quasi solus non sufficeret. Genes. 11. n. 5. Superbam cleuantes turrim filij Adam, ac infausta pertingere cælum superbia aurumantes, nominis celebratione inflãmati inquit Scriptura, quod *descendit Dominus vt videret ciuitatem, & turrim, quam ædificabant filij Adam*, quid est descendit? audi Augustinum hic, *Quasi dicat*, ait, *exactè, serio, lente, & maturè inspexit, & consideranit hanc turrim, aque superbiam hanc hominum ædificantium insanam, & intolerandam, vt eam impediret, ac puniret, perinde ac si è cælo in terram Sennaar descendisset, vti faceret homo, vel Angelus index.* Ergo ad vnum tantum peccatum tollendum, ad vnam turrim, & ciuitatem reformandam, tantum Deus considerationis apposuit pondus, vt quasi è cælo descendisse videretur, cùm posset equidem è cælo, cùm posset per Angelos illud efficere; quid ergo? nunquid Deo necessarius descensus ad vnum tantum impediendum peccatum? quid illis, qui infinita, quid illis qui aliquando quasi propè modum regna reformare tenentur, nunquid sufficiet non per se illud efficere; non descendere, non ipsos videre, ac palpare; sed sufficiet per alios absentibus ipsis, cùm nec Deus ipse, vt sic dicam, hoc reputaret sufficiens?

Genes. 11. n. 5.

Augustin.

148. Deus nostro modo intelligendi descendit ad vnam peccatum tollendum, & Episcopi putant reformare posse mundum otio stertentes.

Attende ad dicenda: infrà sequens Scriptura sic ait, quod post visam turrim Deus dixit; *Venite igitur, descendamus, & confundamus linguam eorum.* Duæ hic difficultates, Prima, si iam priùs descendit, cur nunc ait *descendamus*, quasi non descendisset? placet Cornel. priùs Deum dici descendisse quasi inchoatiuè ad videndum tantum, sicut restatur Moses, *descendit vt videret*; at postea perfectè, & continuatè ad operandum, & efficiendum; Secunda verò est ad quos Deus loquitur, *venite descendamus, & confundamus*, breuiter Augustinus cum aliis patribus affirmat sermonem esse ad Angelos; at cur non dixit, venite, & descendentes confundite? optimè idem Sanctus, *quia ostendere voluit ita se operari per ministros suos, vt sint etiam ipsi cooperatores Dei*; quasi dicat Sanctus, sic dixit vt non intelligeretur per solos sanctos Angelos illud efficere voluisse, sed ipsum cùm ipsis: ergo ad vnum peccatum delendum, ad vnam superbiam confundendam, Deus magnus, & omnipotens, & administris vtitur, & insuper ipse cum eis, non in cælo ipse sedendo, & Angelos mittendo, sed ipse cùm Angelis descendit, vt peccatum vitaret vnum, vnam reformaret ciuitatem. Ergo-ne & Episcopo satis erit, si visitatores mittet, & ipse non cum eis. Deus nostro modo intelligendi, dum de reformatione agitur, Angelis non fidit, sed per se cum illis vult adesse, & Episcopus hominibus fidet? Pulcrè Oleaster hic, *Docet locus iste*, ait, *operarios esse videndos; nam vt plurimum mercenarij ad oculum seruiunt.* Mercenarij sunt visitatores, vt diximus; quid ergo longè ab oculis agent prælatorum? occident, mactabunt, perdent, ô vtinam non sic, tales quippè Hug. Cardinal. in 2. ad Corinth. c. 11. n. 12. super illa verba vt *amputem occasionem*, vbi Paulus affirmat sine onere seipsum seruasse eis, & deinceps se seruaturum, protestans hoc ideo ipsum facere, *vt amputet occasionem eorum, qui volunt occasionem*; appellat locustas, campos, tritica, ac segetes destruentes, consumentes, vbi afferens illud Naum. c. vltim. n. 17. *Custodes tui quasi locusta locustarum*, sic ait: *locusta volantes hinc, & illinc diuersa consummunt, sunt magni Episcopi prælati, Ar-*

Augustin.

149. Ad quos Deus locutus dum dixit venite descendamus.

Oleaster. Hugo Cardinal. 1. ad Cor. 11. n. 12.

150. Visitatores locustæ populorũ. Naum. c. vlt. n. 17

chidiaconi, ſed & locuſta locuſtarum totum illud conſumunt ſuprà quòd reſident, iſti ſunt ſacerdotes, Archipresbyteri, & hi omnino nil relinquunt conſumendum. Locuſta eſt prælatus exactiones, decimas, fructus rigidè exigens; at locuſta locuſtarum eius viſitator rigidiſſimè exigens, expilans, eo licentius, quo ipſe vecors, ſiue negligentior. A

151. Ioſephi diligentia expenditur in regui gubernatione.

Tandem ſanctiſſimus princeps Ioſeph hunc claudat diſcurſum, exemplóque ſuo, quid prælato faciendum moneat; iſte enim Sanctus, & ſi in Principis, ac Regis gratia nouus, cuius latus deſerere periculoſum, & ſi è carcere nuper eductus, ac proinde labore, ac inedia conſumptus, & defatigatus, & ſi tunc vxorem duxerat, tamen nec timor noui ſtatus, nec proprij corporis debilitas, nec tandem nouæ vxoris blanditiæ cùm ipſo efficere potuerant, vt in Ægypti Pro-regem electus, non ſtatim ad regnum viſitandum procederet; vnde ſignanter adnotat ſcriptura, Geneſ. 45. n. 8. quòd ſtatim ac in gubernatorem electus *egreſſus circuiuit omnem terram Ægypti*; & tamen ſi attendas, cura non erat animarum, ſed corporum, & prouidentia non diuini, ſed humani cibi, & reſeruatio, ſeu diſtributio non altiſſimi, ſed humani tritici, ad hoc enim egreſſus, vt campos proſpiceret ſeminandos, vt leges ſtatueret ſeminationis, vt reconditionis iuſſiones, vt horrea erigeret, vt tandem incolumitati prouideret corporum, omnéſque ſua lætificaret præſentia, vt egregiè hic Chryſoſt. ſic illud ſui muneris eſſe æſtimans, & dignè, vt non per alios, ſed per ſe omninò iudicaret faciendum. Proh pudor! & prælati, qui animas curare debent, qui non temporali, ſed ſpirituali paſcere tenentur populos cibo, qui non communicare triticum, ſed ſacramenta, ſed Chriſti corpus, qui non à fame corporali, ſed à ſpirituali, immo qui à dæmone, infernique poteſtatibus populos defendere tenentur; putabunt ſatis factum, benéque conſcientiæ prouiſum, ſine vllo eſſe ſcrupulo, ſi domi reſidentes, non per ſe, ſed per alios illud procurent; *Quid ego infelix*, ſenſatiſſimè ait Bernard. ſerm. 3. de Aduentu, *quò me vertam ſi tantum theſaurum, ſi pretioſum depoſitum iſtud, quod ſibi Chriſtus ſanguine proprio pretioſius iudicauit, contigerit negligentius cuſtodiri?* Quid animabus pretioſius eſſe poteſt, dum ad eas redimendas pretioſiores Deus iudicauit, quàm proprij filij ſanguinem. Quale ergo iudicium erit illius, qui hunc theſaurum poſtquam voluntariè (attende verbum) cuſtodiendum ſuſceperit, negligentius cuſtodit dormitando, domi manendo, conniuando, honores, non onera ſubeundo. Adde ad hæc cum eodem ſancto, periculum huius theſauri, ſtat enim in vaſis fictilibus, *Si ſtillantem Chriſti ſanguinem*, ait Sanctus, *in cruce collegiſſem, eſſetque repoſitum penes me in vaſe vitreo, quod & portari ſæpius oporteret, quid animi habiturus eſſem in diſcrimine tanto?* & certè id ſeruandum accepit prælatus, id cuſtodiendum, id procurandum, id vſque ad beatitudinem conducendum, licet in tanto verſetur periculo, inter tot, ac tantos ſit hoſtes, licet in vaſis ſit vitreis, ac fragilibus, reputat miſer, quod poſſit, quòd munus expleat, quòd nihil timere debeat, ſi non per ſe illud cuſtodiat, ſed per alium, non per ſe viſitet, ſed per alium; ſi hæc ſtulta non eſt vecordia, qualis erit? *Tempus faciendi Domine*, ait Dauid Pſal. 118. n. 126. Cur? quia *diſſipauerunt legem tuam*, vbi Ambroſ. *Non iubendi, ſed faciendi*, inquit, *quia non legatus, neque nuncius, ſed Dominus ſaluaturus erat populum ſuum.* Diſſipantur greges, lex Dei in millia frangitur, Eccleſiæ deſtruuntur, Sacramenta vilipenduntur, vitia efferueſcunt, peccata augentur, ſanguis ſanguinem tangit, omnia in peſſum ruunt, & prælatus non facit, ſed iubet, & prælatus non vadit, ſed mandat, & prælatus domi ſtat, domi reſidet, & ad inſtar idoli pedes habet, ſed non ambulat; quid vis vt dicam, ea prorſus ſunt irriſione ob hoc digni, qua noſter deridet Sapiens idola, appellans inſipientes ea colentes, dicens: *Omnes enim inſipientes.* B

Geneſ. 41. n. 8.

Chryſoſt.

C

D

Pſal. 118. n. 126.

Ambroſ. 155. Prælatorũ tempus eſt faciendi nõ iubendi.

HOMILIA LXIX.

Mali Prælati cur idola?

OMnia nationum idola, Deos à Gentilibus æſtimata, Deos non eſſe, eorum infamiam deridens Sapiens pro certò aſſumit, quod ſecundum Hugonem ad indignos, maloſque prælatos nos applicantes idola eſſe diximus; nunc inquirendum vnde mali prælati idola? ſciemus ſi vnde ea in Gentilitio; *homo enim fecit illa*, noſter ait Sapiens; en argumenti ſumma, ea tota ratio, homo, non Deus eos conſtituit; cùm dico hominem, intellige humanum, intellige peccatorem, intellige tandem qui paſſionem reſpicit, non meritum, vnde vt plurimum tales electiones indignæ, quia indignis; hinc ſcandala, hinc Eccleſiarum euerſiones, cuius radix, quia homo eligendo indignum, non confert dignitatem licet det honorem, Deus enim ſolus hoc efficit, cum honore ſufficientiam conferens, vt egregiè Chryſoſt. ſuper illa verba Pauli ad Coloſſenſ. 5. n. 12. *Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine*, vbi Chryſoſt. *magnum eſt effatum, talia ſunt, quæ data ſunt, vt non ſolùm dederit, ſed etiam fortes fecerit ad accipiendum.* Quòd exẽplo explicans, ſequitur: *Vt ſi quiſpiam Rex faſtus fuerit, poteſt eus velit dare dignitatem, ſed non eum reddere aptum. & idoneum ad gerendum magiſtratum; hoc ergo hic dicit, quòd non ſolùm eis dederit honorem, ſed etiam fortes fecerit ad accipiendum; duplex ergo hic honor, quod etiam dono aptos fecerit, & idoneos.* Egregiè, duplici Deus Apoſtolos eligendo inſignuit honore, ſtatus nempè altitudine, & ad illum dignitate, alias ex ſe indigni; hinc ſemper ſancta, ſemper Dei reuerenda electio; at non ſic homines, vnde dum non ex recta eligunt ratione, ſed ex paſſione, cum dignos efficere non poſſint, ſic poſt electionem, ac antea indigni remanent electi; quòd ſatis exemplo figuli confirmatur, quòd noſter adducit Sapiens: efformare benè figulus idolum poterat, oculos fingere, aures adaptare, os ſculpere, naſum protendere, manus apponere, in Deum proponere; at nunquid ad dignitatem deitatis perueniebat? nil minus, vnde? quia vt ipſe ait, *nemo enim ſibi ſimilem homo poterit Deum effingere*, ſtatum ei non poterat conferre, ac proindè nec animam, vnde nec

Hugo.

1. Homo eligẽs non confert dignitatem, etſi honorem, nam hoc ſolius Dei. *Chryſoſt. ad Coloſſ. 5. 12.*

2. Deus eligẽdo duplicem cõfert honorem.

152. Quantum iudicium Epiſcopi ſubeunt nõ viſitando per ſe, ex animarum pretioſitate expenditur.

hominem ſibi ſimilem, quanto minùs Deum efficere, ergo ſemper lutum, & ſi in Deum erectum, & ſi ad hominis inſtar effigiatum, ſic equidem ſic homo indignum eligens non vt Deus, ſed vt homo indignus ſemper remanebit, ac proinde idolum, effigiem habens deitatis, ſubſtantiam nullam, veritatem nullam, pontifex veſtitu, tamen non animo, non virtute.

3. Deceptio male eligentium putantes honore efficere dignos, quos ipſi elegerunt.

Hinc cùm illos ipſi conſtituant, non Deus, ex ſuperbia, ac dominatu decepti virtutem, majeſtatem, ac diuinitatem in illis ſimul ineſſe autumant, & vt tales hominibus illos proponunt reliquis, adorationem, cultúmque inhibentes diuinum, neſcientes vecordes, quòd fallantur, & quod non Deum, ſed animal, ſed iumentum proponunt, ſicut elegerunt; hoc conſidero in erectione illa vituli, Exod. 32. quam inſipiens effecit populus n.5. *Surge*, dixerunt Aaroni, *fac nobis Deos, qui nos præcedant*; quod cum iſte effeciſſet, vitulúſque ex illa electione erupiſſet, ſtatim electores proclamantes dixerunt: *Hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti*; mirum, & maximum, vt tales ſibi perſuadere illud poſſent, vitulus non erat quando ab Ægypto liberati, quando mare tranſierunt, vnde ergo iſte Deus, qui eos eduxit? Caietan. & Lippoman. ad eorum ſtultitiam, vecordiámque hoc referunt, vnde Lippoman. in Caten. *Vidiſti inſaniorem inſipientiam, audiſti vnquam verba magis hominum ſenſu carentium, ac ſtupida mentis indicia; velle quod homo quiſpiam Deum faciat, & in animum ſibi induxere, vt credant hos Deos fabricandos eduxiſſe ipſos de terra Ægypti, cum eo tempore quo liberati ſunt, Dij ipſi non formati eſſent?* Vetè inſenſati, verè ſtupidi ex hoc, & non minus ex altero, nempè velle hominem Deum facere, ac ab eo illud petere; vide, quæſo, an non ſimili ſtultitia, ſimilique vecordia hi laborent, qui à principe, qui à potente indignum, ac reprobum poſtulant in Deum, qui cogunt vt ipſe Deum conſtituat, ipſe Deos, non Deus faciat, ipſe eligat, non Deus: & ſecundò attende quod qui ob petitionem, importunitatem, officium, ſiue quoduis aliud Deum aliquem conſtituunt, non ad merita, ſed ad interceſſiones reſpicientes, non Deum faciũt, ſed iumentum, ſed animal, omni prorſus vituperio dignum; At & ſi grauis eſt hæc ſententia, quia tantorum authorum, tamen dura mihi videtur; quî enim fieri potuit, vt contra experientiam phyſicam, palpabilem, euidentem illud reputarent? Quapropter magis ad ſenſum accedo Abulenſ. hic quæſt. 12. qui exiſtimat, non vitulum illum æſtimaſſe eos eduxiſſe ex Ægypto, ſed virtutem diuinam in illo exiſtentem, quæ eos eduxerat, ac proinde conſequenter vitulum illum Deum eſſe, *Neceſſario intelligebant*, ait Abulenſ. *virtutem illam Dei latere in illo aureo vitulo, & ſic verum erat, quod ille vitulus quem colebant, qui à parte nobiliori, ſcilicet virtute diuina intrinſeca denominabatur Deus, erat Deus, qui eos de terra Ægypti eduxerat.* Ergo ſtultorum horum deceptio in eo profectò ſtetit, vt putarent in eo titulo ab eis electo, expoſtulato, ac effícto virtutem ineſſe deificam, & ſufficere vt ab eis electus, & ſi vitulus, & ſi animal, & ſi iumentum, vt ſtatim virtus in illo diuina, ſtatim Deus, ſtatim adoratione dignus, ô inſania, ô dementia, ſic fuit, ac antea, metallum, aurum, & ex auro vitulus, non plus, ad ignem reſeruatus, ad cineres, cauſa mortis, deſtructionis, ac totius Reipublicæ ruinæ: proponunt nobis Deos, adorationem expoſcunt, & quia ipſi eos efformant, habitúmque infundunt tantum, reputant ſimul virtutem in eis eſſe diuinam, maieſtatem, diuinitatem, vecordes vituli ſunt, non dij, animalia, non pontifices, idola, non Deus.

4. Stultitia populi Iſrael quanta, reputans vitulum eduxiſſe eum ab Ægypto. *Caietan. Lippom.*

5. Electio illa prorſus ſtulta, quãdo ab homine poſtulatur vt ipſe Deos faciat non Deus.

Idola ſunt, & non quomodolibet, ſed quæ lanienent, quæ filios deuorent, non alant, expolient, non veſtiant, rapiant, non præbeant; nam cùm ordinariè principum electiones (& præcipuè ſi ſæculares) circa eos reuoluantur, qui ambiunt, *qui modis meris*, vt inquit Bernard. *ac inauditis*, ad præfecturas aduolant, ad Epiſcoparus honores, eos deſerentes qui volunt, qui recuſant, fit profecto, vt quia tales ſua in dignitate quærãt, nõ aliena, non ſint arbores ſuccidæ, ſed aridæ, nõ fructuoſæ, ſed ſpinoſæ, pungentes, vlcerantes, expoliantes. Elegerunt Sichimitæ in Regem Abimelech, ſi quæris merita, nulla inuenies, niſi carnem, & ſanguinem, ac hominis indigniſſimi ſollicitudinem, Iudic. 9. n. 3. *Locutique ſunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuerſos ſermones iſtos, & inclinauerunt cor eorum poſt Abimelech dicentes, frater noſter eſt.* En ſumma rationis, *Frater eſt*, eligatur, & ſi ſpinoſus, derelinquantur cæteri Gedeonis filij, & ſi digniſſimi, vnus eligatur illegitimus, quia ſollicitat. Decantata eſt equidem Parabola illa quam ob hoc Ioathan filius Gedeonis legitimus ad viros dixit Siochemitas, *Fuerunt ligna*, ait, *vt vngerent ſibi Regem, dixeruntque oliuæ, impera nobis, quæ reſpondit, nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua dij vtuntur, & homines, & venire, vt inter ligna promouear? Dixeruntque ligna ad arborem ficus, veni, & ſuper nos regnum accipe; quæ reſpondit eis, nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructúſque ſuauiſſimos, & ire, vt inter cætera ligna promoueari Locutáque ſunt ligna ad vitem, veni, & impera nobis, quæ reſpondit, nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum, & homines, & inter cætera ligna promoueri? Dixerúntque omnia ligna ad Rhamnum, veni, & impera ſuper nos, quæ reſpondit eis, ſi verè me Regem vobis conſtituitis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite; ſi autem non vultis, egrediatur ignis de Rhamno, & deuoret cedros Libani.* Hæc equidem fuit parabola in qua duo, & ſatis ad rem notanda: Primùm, ligna iuiſſe ad oliuam, cæteráſque arbores fructuoſas, vt regnarent, quibus ſe excuſantibus, ad Rhamnum ſtatim deuenſſe, à qua ignis exarſit deuorator: in qua re adnoto nullam vim, nullam induſtriam, nullam coarctionem oliuæ, ſicui, & viti ligna intuliſſe, nec plus eis dixiſſe quam Rhamno, ſed vix illas ſuas adhibuiſſe excuſationes, ac ad Rhamnum ſe conuerterunt, quid ex hoc? illud nempè amice, quod nunc videmus, palpamus, ac ingemiſcimus, viros pingues in ſanctitate, refertiſſimas talentis ad dignitates non cogi, non premi, immò nec quæri, vnde quia iſti in reconditis habitantes prælationem refugiunt, ſtatim ad Rhamnos, ad inutiles ſe conuertunt. Quid ergo mirum, ſi ignis ex eis, non liquor exurgit, qui deuoret, non ſuſtentet? non ſic antiquitus, refugientibus dabatur potestatis honor;

6. Electiones principum ſæcularium vt plurimũ non digno, & cur. *Bernard.*

7. Eligunt ex catue & ſanguine. *Iudic. 9. n.3.*

8. Huius temporis miſera conditio dignos ad officia non requiri, nõ cogi.

recuſantibus vis inferebatur, vnde, vt ſanctiſſimus refert Clemens, epiſt. ad Iacobum fratrem Domini, Petrus ſanctiſſimus ipſi Pontificatum recuſanti, obtrectanti, atque roganti. *Pro hoc*, ait, *non me roganeris, hoc enim fieri ſtatutum eſt mihi, & eo magis quo te excuſas*, cuius rationem ſubiungens, addit: *quia hac cathedra eum, qui cupit eam, & audaller expetit non requirit.* Benedictus etiam Pontifex cum ſe electum intelligeret, vt refert Fulgoſ. lib. 4. c. 1. clam ab vrbe refugit, ſed magno labore, ac maiore vi ad Pontificatum euectus, eam oſtendit repugnantiam, vt dicat Fulgoſ. *Haud minus in hoc laboratum, quàm his temporibus plerique ſoleant, qui ad ſacerdotij apicem anhelant malis artibus viam ſtruere?* Quid dicam de ſanctiſſimo Greg. qui vt refert Marulus lib. 5. c. 5. ab vrbe refugiens, cum exitum omnem diligenti ſeptum cuſtodia videret, dolio ſe condi, & aſportari fecit; ſic ſupremæ impatiens dignitatis erat; at impatientior populus, deſiderio eius plùs ardens, tali eum requiſiuit conatu, vt votis eius Deus annuens, per lucidam nubem loco incumbens prodent latentem; Idem c. 6. de Oddo Cluniacenſ. Cœnobij monacho refert à Beone Abbate proximè diſceſſuro ſuffectus, cum fugam pararet, à fratribus comprehenſus, non ſolùm Abbatis compellente iuſſione, verum etiam Epiſcoporum vrgentibus cenſuris, regimen tandem ſubire coactus: ſic antiquitus, ſic compellebantur ſancti, ſic premebantur oliuæ iſtæ ſpecioſiſſimæ; quid ergo mirum, ſi tunc vberes Dei Eccleſia referebat fructus, cum non illicò ad Rhamnum properabant electores?

Clemens.

9. Romana cathedra non requirit expetentem.

Fulgoſ.

10. Pontifices qui violenter electi.

Marulus

Nec equidem hoc mirum, cum ſic ſuos etiam Deus cogat, & ſi alij mille ei ſuppeterent ſi vellent ſufficientiſſimi. Expende quæ egit cum Moyſe Exod 3. & 4. quantam vim ei intulit, vſque ad iram prorſus n. 14. *Iratus Dominus in Moyſen*, ait; quæ cùm Hieremia? quæ cum Iſaia? quæ tandem cum Iona? ſic vt quaſi non potens, vt quaſi de lapidibus efficere non poſſet Abrahæ filios, eos cogebat, premebat, immò & demulcebat, alloquendo, proquittendo; dando, excuſationes tandem præcludendo, nonne hoc ad exemplum noſtrum; nonne hæc Dei gubernatio principum eſt inſtructio; vt ſciant quomodo ſancti, quomodo digni, ad dignitates euehendi, & aduocandi; quod ſi nolint, quomodo & cogendi? ô vilis noſtrorum temporum tempeſtas, ô peruerſus intentionis ordo! non coguntur digni, quia non premunt, vt benè, & glorioſè regatur, animo enim ſic ſunt abiecto, ſic parum ſuum curant honorem, vt non vituperium perſentiant ſi benè non regatur, ſed ſufficiat tantum eis, vt regatur; & ſecundò digni non coguntur, quia non cathedram, non officium, ſed perſonam prouidere deſiderant, quid ergo mirum, ſi inuerſa intentione, cætera inuertantur?

11. Deus dignos etiam cogit ad cathedras ſuſcipiendas. *Exod. 3. n. 4.*

Secundò, adnoto rationem cur ſe excuſant, cur refugiunt, oliua-ne ſuam deſeret pinguedinem, ficus dulcedinem, vitis vinum? Lira in Gloſa morali per pinguedinem, Spiritus ſancti vbertatem intelligit, per dulcedinem ſcripturarum ſtudioſitatem, per vinum humilitatem, quid ergo? ſequitur-ne quod ad regimen aſſumpti iſta deperdant? Sanè reſpondet Abulenſ. hic quæſt. 29. *Nam cum homo*, ait, *manet vt perſona priuata, poteſt conari ad proficiendum in bonis ſuis, & poteſt exornare mores ſuos, conſiderando quantum quotidie proficiat, & quantum deficiat: cum vero ad ſtatum regiminis extollitur, tanta alienarum curarum mole premitur, quod ad ſe ipſum vix redire poteſt, cum tota ſollicitudo, quæ iam pridem erga ſe impendebatur, nunc ad exteros exhibenda ſit.* Quod quam verum ſit, & quomodo hoc ſancti lugeant, lege Gregor. lib. 7. epiſtol. epiſt. 127. ad Leandrum, & lib. 1. epiſt. 7. ad Anaſtaſium, vnde grauiter Adrianus 3. vt in margine apud Abulenſ. hîc refertur, ſcribens amico iam Pontifex dicebat; *Dignus eſt miſeria, qui pro tanta pugnat miſeria.* Lege Damian. Opuſcul. 19. c. 5. & vix à lachrimis te cohibebis; quod & ſi verum de ſpiritualibus, non minus equidem de temporalibus, vt infrà dicemus: refugiunt ergo principatum ne ſeipſos euacuent; quod ſi inquiris cur hodie non ſic, immò potius illud procurant, ambiunt, & non requiſitè ſe intrudunt, ſcias illud eſſe in cauſa, quia non æſtimant ſe daturos, ſed accepturos, non profundere, ſed infundi, non miniſtrare, ſed miniſtrari.

Lira.

Abulenſ.

12. Superiorē cathedram refugiunt ſancti, periculum timētes euacuationis rerum ſpiritualiū, quæ illam ſequitur.

Tertiò tandem adnoto, ad Rhamnum ſtatim iuiſſe, hoc eſt ad Abimelech, licet ſpinoſam, licet arborem indignam, & ſi quæras rationem, quia *frater noſter, & caro eſt*: mirum, vt ſic caro, ſanguiſque potens cum humano ſit animo, vt remanentibus legitimis, ac probatiſſimis Gedeonis filiis, Gedeonis inquam illius, qui eos à duriſſima Madianitarum liberauerat ſeruitute, qui ſic iuſtè, ac placidè eos gubernauerat, vt his omnibus ſpretis, ad vnum illegitimum, pauperem, deiectum, & cui vt ad regimen aſcenderet, neceſſarium nummos appendere ex ſacrario, templum ſpoliantes & ſi falſi Dei, n. 4. *Dederunque illi ſeptuaginta pondo argenti, de phano Baal Cerith*; & inſuper quòd permitterent ſeptuaginta viros probos, iuſtoſque, vna die, ac ſuper vnum trucidari lapidem, vt ſuum regem ſtatuerent hominem improbiſſimum, ac ſceleſtiſſimum; quid ergo non efficiet caro, & ſanguis in electione, dum tantum potuit cum iſtis? quantáque elector circumſpectione, quantóque timore ad ſuorum, ſuarumque electionem procedere debet? dum ſic caro decipit, dum ſic ſanguis vrget, ô quantum talem ſerui timent Dei electionem! Certè narrat Surius in vita ſancti Boniti Auernenſ. Epiſcopi Ianuar. 15. quod cum admirabiliter Eccleſiam per quindecim annorum ſpatium gubernaſſet, prælationi renuntiauit, ea ſola ratione, quia ipſam ei auitus frater ceſſerat ex conſenſu ſcilicet Eccleſiæ: *Timens*, inquit Surius, *ne propter ſacerdotium à germano delatum, grane quandoque à Domino iudicium experiretur*: At cum caro, & ſanguis Abimelech elegerunt, qualis effectus? Deus bone, quid mali non effecit; profecto non ceſſauit donec ſic Sichimam deſtrueret, vt dicat Scriptura ibi n. 45. *quod ſal in ea diſpergeret*; en amice fructus hominis electionis, en finis idoli creationis, deſtructio non ſolùm Reipublicæ, ſed quod notandum, ipſiuſmet eligentis.

Surius.

13. In electione quàm timenda ſacro, & ſanguis, quàm omnipotēs ſolet eſſe.

14. Bonitus Auernenſis Epiſcopus dignitati renūciauit, quia à fratre eum acceperat.

Nec equidem hoc mirandum; nam qui Deo infidi, quid mirum vt etiam cum hominibus? peccatorem eligis, hominem Deo inuiſum, ei perfidum, & eligis ob tua commoda, reputans habiturum amicum, & fidum, deciperis, eadem

15. Peccator Deo infidus, erit etiā hominibus.

Google

tecum ac cum Deo aget, sic infidelis, sic infidus, audi scripturam vbi sup c.8.n.34. *Postquam autem mortuus est Gedeon*, ait, *auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt cum Baalim, percusserunt-que cum Baal fœdus vt esset eis in Deum, nec recordati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum, nec fecerunt misericordiam cum Ierobael Gedeon iuxta omnia bona, quæ fecerat Israeli.* Dei obliti sunt, statim & Gedeonis, Abimelech Deo infidus, statim & Sichimitis, Deo ingrati, & similiter homini. Pessimus Caim sibi fructus reseruauit, parum de Deo curans, nunquid statim & curam non abiecit fratris, Genesis 4 n.10. *Nunquid custos fratris mei sum ego?* iuraram hunc pessimum in fratrem peccaturum, dum prius in Deum peccauerat; Pulchrè Ambros. lib. de Cain. & Abel. c.7. hoc expendens, sic fatur: *Impietas*, ait, *mater est delictorum, & qui graviora peccauerit, in cætera facilè prolabitur; quomodo enim potest ab humanis temperare, qui diuina violauit, & hominibus bonus esse, qui Deum læsit?* Egregiè, argumentum est à maiori ad minus affirmatiuum, diuina violant, ergo & humana, Deo sunt infideles, ergo & hominibus; hoc argumento consolatus est Deus Samuelem, 1. Reg. 8. n. 8. *Sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis, sic faciunt etiam tibi,* vnde discipulis Math. 10. n. 25. *Si patrem familias Belzebuth vocauerunt, quanto magis domesticos eius?* cuius rationem perpulchrè adducit Tertull. de bono martyrij c.8. *Cum magister, & dominus ipse*, ait, *perpessus sit persecutionem, & traditionem, & occisionem, multo magis & serui, & discipuli eundem expendere debebant, ne quasi superiores exempti de iniquitate videantur.* Nil melius. Si peccator Deo esset infidus, & non homini, profecto homo supra Deum constitueretur, quasi ideo ad hominem infidelitas attingere non posset, quia Deo altior; at cum hoc non sit, sed Deo inferior multò sit homo, quid mirum, immo necessarium vt sic dicam, quòd si Deo infidus, sit etiam homini; eat nunc perfida stultitia humana, consulant politici rationem status tantum in electione habendam, amici assumendi, familiares, beneficiis religati, ac proprio pane sustentati, & si indigni, ignis à Rhamno exiet eos cõsumens, ac vastans, hos ampliùs experientur inimicos, quàm si ipsi crearent inimici, nec mirum, cum causa tantæ sint ruinæ, indignos eligendo, deos creando, vero Deo infidi, sicut vt plurimum electiones solent esse sæcularium.

Num. 8. n.34.

16. Indignum eligeos ob amicitias spem, & fructus, iusto Dei iudicio contrarium euenit.

17. Caim infidus fratri, quia infidus Deo.

Ambros.

1. Reg. 8. n. 8.

Math. 10 n.25.

Tertull.

18. Electiones sæcularium cur, vt plurimum indignæ.

Nec insolitum hoc videri debet, nos asserere, electiones scilicet sæcularium vt plurimum indignas; nam cum ferè semper hæ ob particulare commodum, & caro, & sanguis, in eis locum habeant, non iustitia, corruat profecto ipsa necessarium est vt plurimum electio, quòd cum vides, ipsam etiam & Ecclesiasticam dic corruisse hierarchiam. *Præterea*, Sanctus ait Gregor. lib. 4. Epistolar. epist. 55. ad Ioan. Episcop. *peruenit ad nos quod in illis partibus, nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perueniat; quod sicut est flens dico, gemens denuntio, quia cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit.* Grauissime, ac sensatissime; at quid sacerdotalem ordinem minus caderemus sententia, non ex recta intentione, non ex pura, non ex Dei zelo, sed ob proprium illud conferre commodum, dicam, & cum lachrimis, nullam video hodie electionem nisi ob commodum; cathedras, Ecclesias expetunt, adducitur dignitas ex seruitio, adducitur ex sanguine, adducitur ex alienis laboribus, adducitur ex prauis bene meritis, confertur in remunerationem; & quia ærarium deficit fisci, remunerantur ex sanguine Christi, nunquid quando hæc vides, non dices intus ordinem sacerdotalem cecidisse? quid ergo restat, nisi quod sanctissimus Greg. ait, quod foras diu stare non possit?

S. Gregor.

19. Electiones indignæ, quum non dantur ex meritis, sed in remunerationem.

Quid, si talis collatio non est simoniaca, qualis erit? donum Dei remunerationem efficis seruitiorum, & quod nummis debebas, supples Ecclesiastica dignitate, & non erit hæc simonia; & hoc operando non totam Dei destruis Ecclesiam? profecto si sanguine, si nobilitate, si sæcularibus seruitiis dignus quis ad Episcopatum, dignus sit ad Ecclesiasticas dignitates *supernacanea est*, grauissimè affirmat Tharasius Patriarcha Constantinopolit. epist. ad Adrian. Papam: *honesta vitæ institutio, & inpuritas, & veritate conuersatio, supernacaneus diuinus Paulus dicens oportere Episcopum esse à reprehensione alienum*: & quidem hoc rationabiliter; nam si seruitia sufficiunt, ad quid vitæ, & scientiæ merita, sufficiet militia, sufficiet seruitium; quod si dignitates dantur ob remunerationem, ergo persona attenditur, non officium, quo quid iniquius? & similiter seruitio per Spiritum sanctum facto, nonne ipse sanctissimus poneret subhasta Spiritus? Pulchrè idem author vbi suprà tolerantiorem affirmat fuisse Macedonianam hæresim, quam simonianam, cuius ratio: *Nam illi*, ait, *Spiritum sanctum creaturam, & seruum Patris, & filij negati sunt; simoniaci ipsum seruum suum faciunt, & vendunt, omnis enim Dominus id quod habet vendit*; hinc vilissimos videmus ad sacerdotium euectos. De nouissimis populis sacerdotes cõstituit Ieroboam, ait Scriptura, 3. Reg. 13. n. 33. cuius equidem ratio: *Quicumque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum*; *implebat manum suam*, inquit Lira, *dando ei maius pretium*, non dicit nummos, sed pretium, non dicit Gregor. aureos, sed commodi vtilitatem, commodum autem non solùm est ex nummis sed ex seruitio, sed ex obsequio, sed ex labore, vt euanescat Politicorum insana versutia, quasi non sit actio simoniaca, quia non recipitur aurum; cum ergo vt vides, ordinariè loquendo sæcularium electiones tale commodum respiciãs, cum ferè caro, & sanguis semper in eis, vnde ipsæ non malæ, non indignæ? Quòd cum sit, en ratio vnde idola constituantur, eriganturque in Dei Ecclesia, quia opera manuum hominum sunt, non Dei, homo ea, non Deus effecit; hinc Dei Ecclesiæ destructio, hinc pessimæ in summa cathedra electiones. Siluester enim secundus homo indignissimus ad Pontificatum ascendit per Othonis 3. Imperatoris opera; & Leo homo laicus similiter ad Pontificatum intrusus per Othonem primum; quæ considerans sanctissimus vir Cardinal. Baronius anno 999. sic grauiter fatur: *Ista à Deo indigna pati coacta est Romana Ecclesia, cum per principes sæculi, electiones Romanorum Pontificum facta sunt.* Quod de summa Baronius, dic tu similiter de

Tharasius

20. Est simoniaca collatio.

21. Spiritus sanctus subhasta ponitur.

3. Reg. 13. n.33.

22. Simonia non solum est ab auro, sed è cæteris commodis.

23. Dei Ecclesia indigna passa quando per principes eligebantur Romani Pontifices.

Baronius.

infimis, ac mediis.

24. Electionis diuinę, vel humanæ quale euidens signũ.

Et vt tandem concludam, signúmque tibi præbeam, quando electio Dei, quando hominum, quando ob hoc idolum, quando Deus in terris, cùm Dei tantùm sit Deos constituere per gratiam, accipe à posteriori euidens signũ, cum post electionem videris abelecto Deum tantum respici, bonum solùm modo Ecclesiasticum, & Reipublicæ, dic electionem Dei, & si tibi non appareat: cum verò econtra non tantum Deum, sed temporale commodum, non bonum Reipublicæ, sed priuatum, non merita, sed lucra, & tandem non Deum, sed homines respicere electum, & si in sanctuario tales videas, dic hominum fuisse electionem, non Dei, ac proinde permissam, non factam ab illo. Quatuor quippè in templo Dei reperio Cherubinos, duos per Mosem effictos, duos per Salomonem; primos Dei iussu, Exod. 25. n. 19. secundos non Dei iussu, sed ab ipsomet Salomone; hæc autem inter illos intercedebat differentia, quod primi respiciebãt tantũ sanctuariũ; vnde licèt se mutuo aspiciebãt, facies tamẽ sẽper ad sanctuariũ erant intentæ, *respiciãtq; se mutuo versis vultibus in propitiatorium*; at Salomonis, vt testatur Ribera de templo lib. 2. c. 6. facies non ad propitiatorium, sed ad portam habebant sanctuarij, siue ad domum exteriorem; & ratio est euidens, nam cum alis suis arcam cum Cherubinis Mosaicis cooperiebant, & has extensas ad Meridiem, & Septentrionem, sic vt vterque paries ab ipsis tangebatur, fiebat vt terga haberent ad Occidentem, facies ad Orientem, hoc est ad templi portam; quale ergo in hoc mysterium? sanè mea sententia illud, quia primi tanquam à Deo electi, ad sanctuarium tantum respiciebant, quia eorum electio ad illud solum prospectabat, ob quod & ipsi ad nil aliud intendebant, *& vultus eorum non sunt*, ait Augustinus quæst. 105. in Exodum, *nisi in propitiatorium, quia cuicunque profectui ad multitudinem scientiæ spes non erit, nisi in Dei misericordia.* Nec à quo habebant, scientia nempè, profectum sperabant, vide quomodo ab alienist & sic quomodo alia nisi solùm Deum intendere poterant; hinc sic eos Moses sanctissimus constituit, quia eius intentio illa tantum, vt sanctuarium respicerent, & sic ipse in eos efformando nullam aliam obtinuit intentionem, nullum alium respectum, ob quod Dei omninò electio; at Salomonis, & si arcam protegebant, tamen facies templi portam, per quam oblationes, per quam munera ingrediebantur, hinc non solùm Deum, sed munera attendebant; sanè sanctum, at non sic diuinum, vt priores, qui toti in Deum, & ob Deum, vnde humani, & ab homine efficti: sic pari modo cum tu simile quid in electione aspicies, quando electus non tantum Deũ, sed cõmoda, sed emolumenta, sed carnem respicit, & sanguinem, dic electionem non esse deificam, sed humanam, ab homine effictam, non à Deo, & si in sanctuario, & ad sanctuarium. Audi Bernard. in Serm. super illa verba. *Ecce nos reliquimus omnia, vniuersos*, ait, *in ordinibus Ecclesiasticis, cæterisque ad sanctuarium pertinentibus honorẽ quærentes proprium, aut diuitias, seu corporis voluptates, postremò quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi manifestè prorsus, & indubitanter non sa-*

25. Cherubini quatuor in Dei templo, duo à Mose, duo à Salomone. *Exod.* 25. n. 19.

26. Quæ inter illos differentia. *Ribera.*

Augus.

Bernard.

qua à Deo est charitas, sed aliena à Deo cupiditas introducit. Quod si sic, da Dei Ecclesiam destructam, da tandem idolis plenam, qui non vident, non audiunt, non odorantur, non sapiunt, vt noster inquit sapiens, cuius ratio, quia *homo effecit.*

Num 18. *Sed & animalia miserrima colunt; insensata enim comparata his, illis sunt deteriora.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

PErgit in exprobratione Ægyptiorum idolatriæ, probans eos inter cæteras esse miserrimas gentes, dum & si alia etiam animalia adorarent, ipsi ea quæ cum illis comparata deteriora inuenientur, cum inter ea musca erat, vermis, aliaque de putri materia nata, *natura quadam peccata*, vt ait Cantacuz. *quàm per se instituta opera*: quę proinde nec Deus initio creauit cum aliis, neque vt cætera bona, & pulchra nominauit, neq; sua illis benedictione impertita crescere, ac multiplicari præceperit: vnde ait:

Cantacuz.

Animalia miserrima colunt, &c. Græc. *odio odiosissima, infectissima*: nam non solùm, quæ diximus animalia, colebant, vilissima scilicet, sed etiam infectissima, vt crocodilos, feles, serpentes, ibides, & similes bestias hominibus noxias.

Insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. Vatab. *vt quæ aliis comparata deteriora sunt propter hanc dementiam*: vbi pro ly *his*, intelligit Vatab. idola, homines mortuos representantia, inter Deos collaros, quæ collata cum his animalibus, quæ adorabantur ab Ægyptiis, meliora eis inueniebantur, quatenus homines representabant, licet ipsa opera essent mortua, vnde sensus secundùm ipsum erit; insensata, hoc est animalia mente, & ratione carentia ab Ægyptiis adorata, aliis idolis gentium comparata, quæ figulus efformat deteriora inueniuntur. Bonauent. è contra per insensata intelligit statuas, seu idola, quæ cum animalibus comparata affirmat esse deteriora. Hug. de hominibus intelligens inquit esse sensum, quod insensata comparata his, figulo nempe, & hominibus, illis sunt deteriora; verus sensus est Cantacuz. Osorij, Sa, Lorini, Castri, & aliorum, vt comparatio sit inter animalia ratione carentia, inter quæ deteriora colebantur ab Ægyptiis, noxiora, viliora; vnde sensus, insensata enim comparata his, animalibus scilicet ab Ægyptiis, adoratis, hæc illis sunt, & inueniuntur deteriora, cum cætera animalia, & si ratione careant, quod & esse insensatum, tamen quia benigna, ac vtilia, magis cum mente consonant humana; atque ab Ægyptiis adorantur, dum ferina, & crudelia, peiora inter cætera inueniuntur animalia.

Bonauent. *Hug.* *Cãtacuz.* *Osorius.* *Sa.* *Lorinus.* *Castro.*

Num. 19. *Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona poterit conspicere, effugerunt autem Dei laudem & benedictionem eius.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

PErgit contra Ægyptiorum idololatriam, & sicut dixerat eos miserrima colere animalia, sic nunc eos improbat, quia non solùm miserrima, sed aspectu horrida, vnde verè esset admirandum,

admirandum, cur in tantam dementiam deuenerint illa adorare, quæ ex ſolo aſpectu horrorem, immo & nauſeam incuterent, vt mox dicemus.

Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibus bona poteſt conſpicere, &c. Græc. *Neque quatenus deſiderare*, vel *nec quatenus deſiderentur quod*, vel quaſi, *in cõſpectu animalium pulchra ſint*. Vatab. *Quaq; ne animalibus quidem tam videntur pulchra vt deſiderio eorũ tangantur, qua Deo deniq; probatore careãt, & fautore*. Optima expoſitio: vt mox videbimus aliorũ ſententiis priùs expreſſis.

Liranus. Carthuſ. Liranus enim, & Carthuſ. aiunt, homines idololatras ſignificari, qui & ſi nil boni, vel pulchri in talibus deprehendere poterant animalibus, tamen ea adorarunt, vnde meritò ob hoc Dei benedictionis, & gratię donum perdiderũt.

Hugo. Bonauẽt. Holkoth. Hugo, Bonauent. Holkoth. ſententiam interpretãtur de rebus ab idololatris pro Deo habitis, omni prorſus boni proſpiciendi facultate priuatis, quia cũ eſſent res mortuæ, nullum proſpicere bonum poterant, & ſuis prænũciare cultoribus.

Bonauẽt. Carthuſ. Idem Bonauent. & Carthuſ. de ipſis intelligunt etiam animalibus Sapientis verba, quæ dum ratione carent, nulla vera honeſta bona proſpicere poſſunt.

Vatab. Cãtacuz. Lorinus. Caſtro. Omnes ſunt ſenſus tolerabiles, attamen verus, & germanus, & ad textum Græcũ proprius accedens eſt Vatab. & Cantacuz. Lorini, & Caſtri, talia eſſe animalia ab Ægyptiis adorata, vt ſi ad cætera referantur, nec inter illa comparere poſſint, ſic putrida, ſic horrida extabant, vt mirũ eſſet quid in eis repererunt, quod ad adorãdum impelleret. Vnde elegantiſſimè hoc exprimens noſter interpres, ait: *ſed nec aſpectu*, hoc eſt ex aſpectu *aliquis*, homo nempè *ex his animalibus bona poteſt proſpicere*; hoc eſt poteſt bonum aliquod quod ad ea adoranda impellat, ex eorum cognoſcere aſpectu, veluti ex muſca, aut ex verme, qualis enim horum eſt aſpectus vt ad adorandum alliciat; merito ergo deſpiciendi, qui talia coluerunt.

1. Ægyptiorum idololatria ex putridiſſimis animalibus.

Lorinus. Caſtro. Cãtacuz. *Effugerunt autem Dei laudem, & benedictionẽ eius*, &c. Græca *effugit*, ex quo fit vt ſuppoſitum nõ poſſit eſſe homines idololatras, ſed animalia, vt bene Lorinus, & Caſtro, quia Græcis neutrũ plurale eleganter iungitur ſingulari verbo, vnde ſenſus eſt Cantacuz, talia ſcilicet animalia eſſe, quæ ab Ægyptiis colebantur, quæ dum è putri orta materia, nec laudem, nec Dei benedictionẽ ſicut animalia in principio obtinuerunt, vt ſuprà etiam diximus, immo maledictionem, vti quando Deus ſerpenti maledixit.

Lorinus. Lorinus nouam quãdam expoſitionem affert, quæ & ſi ſingularis optima mihi videtur, accipit ly *effugere*, pro effugare, vt c.1. n.5. *Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum*, vnde ait, ſenſum eſſe poſſe, laudem & benedictionem vero Deo debitam demptam eſſe à turpibus, & vilibus animalibus, hęc expoſitio non exiſtimo, quod multum à ſenſu diſſonet literali, & ſimul pium valde inuoluit, dum quaſi admirans concludit Sapiens Dei cultum, & venerationem effugatam non à rebus formoſiſſimis, nõ à creaturis excellẽtibus, non à ſpiritibus ſuperioribus, ſed à viliſſimis, deformibúſq; animalibus, quid ampliùs mirandũ?

Duabus rationibus ſuam probat Lorinus ſententiam, prima, quia nõ propriè effugere laudẽ, & benedictionem dicuntur, qui non laudantur, vel non benedicuntur, vnde & ſi quæ ex putri materia animalia non fuerũt benedicta, non inde ſequitur, quod ipſa Dei effugerunt laudem, quaſi eam detrectarent, ac repugnarẽt. Deinde, eſtque ſecunda ratio, quia animalia quæ generantur ex putri materia, & quæ non ex tabe, aut corruptione mortuorum animalium, multorum eſt ſententia authorum probabile eſſe in mundi primordio etiã à Deo protuleta, ſic Aug. lib. 5. de Gen. ad lit. c. 14. D. Thom. 1. part. qu. 72. Ambroſ. hom. 7. & 5. in Examer, Tertul. lib. 1. cõtra Marcionem, & alij quos ipſe affert. Ergo etiam hæc benedicta; vnde ceſſat omninò ratio ob quã cęteri mouebãtur ad aſſerẽdũ animalia intelligi putrida, quatenus à Deo non fuerũt benedicta.

1. Animalia ex putri materia à principio, à Deo etiam creata.

Auguſt. S. Thom. Ambroſ. Tertull.

HOMILIA LXX.

Dei querimonia de hominibus pro vilibus eum derelinquentibus.

MIſerum derelinquere Deum ſummũ bonum, ſummam perfectionẽ, infinitã pulchritudinem, quis dubitet? & ſi res ſint præ grandes, ſi propè modum immenſæ; at pro vilibus, profecto miſerrimum, quod homines, quod dæmones antiqui vero Deo derelicto adorarent, quod aſtra, quod ſolem, quod lunam, malum, at peſſimũ quod animalia, & talia vt noſter inquit Sapiens ſic horrida, quod nec ex *aſpectu* poſſet quis delectari, & quod talia Dei ab hominibus effugarent laudẽ, ac benedictionem, hoc ſtupendum, hoc admirandũ, hæc Dei ſummi de hominibus querela; audi Domini ſenſum per Hierem. c. 2. n. 5. cui inhibet, non quidem vt verba, ſed vt clamorem promat, *vade, & clama in auribus Hieruſalem*, quid clamabit? *quid inuenerunt in me patres veſtri iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatẽ, & vani facti ſunt?* Pende illud poſt vanitatẽ, non pro re ſubſtantiali, non pro ſolida, ſed pro re vana, pro re turpi, pro nihilo Deum mutauerunt. Sanctus Hieronim. Theodoret. Hugo. & S. Thom. pro vanitate idola hic intelligunt; Sanctus Thom. etiam quodlibet peccatum, quod dicitur vanitas. *Primò*, ait Sanctus, *quia phantaſticum eſt in eligendo; ſecundò, quia tranſitorium eſt in permanendo; tertiò, quia fallax eſt in expectando; quartò, quia infructuoſum eſt in conſequendo*. Pende ſingula, & obſtupeſces pro quibus Deus derelinquitur, pro phantaſtico, pro eo quod non eſt, pro eo quod imaginatur eſſe, pro bono fictitio, Geneſ. 3. n. 6. *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum*; vnde ex viſu guſtus bonitas? hìc equidem ex palato; hinc rectè ab Ambroſ. infirma iudicij appellatur, lib. de paradiſ. c. 13, *infirma author iudicij, quæ de eo quod non guſtauerat iudicabat*. Ergo dum ex viſu bonitatem apprehendit, & non ex palato, illa bonitas non quid extirit reale, ſed fictitium, ſed imaginatiuum, & tamen pro hoc vano, pro hoc fictitio, pro hòc non reali, ſed apprehenſo bono, ac pro hoc nihilo Deum dereliquit, Deum commutauit, qualis hæc deformitas? qualiſque vetа Dei querela? quod homines, quod peccatores Deum derelinquant pro magnis, pro rebus ſolidis, pro regnis, pro imperijs, pro ingentibus lucris, malum; at quod

Hieremiæ 2. n. 5.

1. Dei ſenſus dum pro vanis relinquitur.

Hieron. Hugo. Theodor. S. Thom.

2. Peccatum eſt quid vanum, & phantaſticum.

Geneſ. 3. n. 6.

Ambroſ.

3. Ens Deum reliquit pro bono imaginario tantum.

hoc pro phantaſticis, pro fictilibus, pro tantùm bono apprehenſio imaginaria, hoc ſtupendum, & admirandum.

4. Hominum miſeria Deum relinquentes pro bono ſictitio pro quo & vitam deperdunt. *Ezech.* 16 *n.* 33.

Immò quod ampliùs ſtupendum, vt non ſolùm Deum derelinquant pro bono iſto apprehenſo, nil interim patiendo, ſed vitam, ſanguinem, ipſaque bona conſumendo ſequuntur non ſolùm vanitatem, ſed vident quod vani fiunt, & tamen peccare non deſiſtunt, Deum pro vanis illis relinquentes, qualis hæc impudentia? Ezech. 16. n. 33. *Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dediſti mercedem omnibus amatoribus tuis*; de populo ſuo queritur Deus: quem locum exponens Origenes Homil. 1. in hoc c. *Congregat mercedes*, ait, *qui peccando ſit dives, gloriam in ſæcularibus comparat, peccando feliciter in mundo agit, quando peccando iſta naſcuntur, dantur mercedes meretrici; quando verò fornicatur, & non agit proſperè in ſæcularibus rebus, ſed per hoc quod peccauit infeliciter vivit in ſæculo meretrix eſt, non congregans mercedem.* Quod exemplificans de Chriſtianis, ſeu religioſis, ſic ſequitur: *Tribuit adultera mercedes de rebus viri ſui, quia Deus anima ſponſus dedit illi inſtitiam, caſtitatem, charitatem, & cætera bona: quando verò voluerit anima diabolum ſequi, accipit bona viri ſui, quæ multo tempore cum labore quæſierat, & dat ea amatoribus ſuis.* Quod Gentiles, amice, quod Barbari, quod Mauri Deum commutent, quod derelinquant, quod pro fictitiis, pro falſis, pro phantaſticis eum offendant, & vitam ob hoc inſuper inſumant, malum, ſed non horrendum; at quod Chriſtiani, quod qui Deum agnoſcunt, quod tãdem religioſi, hoc prorſus horrendum; quod iſti dæmoni bona Dei profligant, quod peccent non lucrando, ſed dando, quod millia patiantur infortunia, & tamen Deum derelinquant, hoc eſt illud ob quod Deus apud Hieremiam vbi ſup. cælum, terrámq; ad ſtupeſcẽdum aduocat, n. 12. *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer; duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontẽ aquæ vivæ, & foderũt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Pende illud *populus meus*, non tantum populum dixit, ſed meum, qui me agnoſcit, qui meis tenetur beneficiis, qui maieſtatem, potentiam, virtutem, bonorum abundantiam meam callet, & tamen me dereliquit, nonne his inſimulat Chriſtianos verbis? at propter quid illum deſerunt, *ob ciſternas, ciſternas diſſipatas*, pende reduplicationem? cur non ſimpliciter dixit *ob ciſternas diſſipatas*, ſed reduplicauit, priùs abſolutè ponens ciſternas? ſanè ob id quod dicimus, malum eſſet ſi pro ciſternis aquas continentibus Deum derelinquerent, malum ſi pro mercede, quam pro peccato acciperent, at eum ſine mercede derelinquere, ac pro ciſternis diſſolutis, diſſipatis, pro vanis, pro phantaſticis, & ob iſta laborare, ac fodere vſque ad mortem, vſque ad conſummationem, obſtupeſcant ſuper hoc cæli, & portæ eius deſolentur.

5. Homines Chriſtiani diabolo dũ ſeruiunt dant illi nõ accipiunt ab illo mercedem.

Hierem. 6. Quam horrẽdum hoc ſit malum.

7. Chriſtianorum miſeria Deum relinquere pro rebus quæ ei cauſa erãt mortis, & extremi laboris.

Immo querimonia creſcit, dum non ſolùm Deum commutant pro viliſſimis, non ſolùm eum derelinquunt peccando, & inſumendo, ſed etiam illum commutant pro viliſſimis quæ ab eis & vitam, & ſanguinem, & requiem auferent, qui nudos ſpiritualium, & temporalium eos derelinquunt: *Seruietis diis alienis*, A ait illis Deus per Hierem. c. 16. n. 13. *die, ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.* En fructus die noctúq; ſeruire, & poſtea nullam habere requiem, nullum ab eis tribui ſolatium: *Quidquid peccauimus, quidquid malorum operum die, ac nocte facimus, imperium eſt dæmonum*, ait Hieronim. hîc, *qui nunquam nobis dant requiem, ſed ſemper impellunt delictis augere delicta, & cumulum facere peccatorum*: ô mirum! ô magnum! ô Dei ſenſatiſſima querela, vt hoc verum ſit, vt ſic experientia conſtet, vt nemo ſit peccator, ſit mundanus, qui inficias ire poſſit, & tamen libenter, promptóque animo ad vana hæc, ad idola iſta currunt adorandum, quaſi nil laborarent, quinimmo ipſum laborem requiem dicant, & ipſa tormenta oblectamenta, quid hoc niſi ferina quædam beſtialitas, ne ſtoliditatem dicam Aſininam, *Iſachar Aſinus fortis*, de eo prophetauit Iacob pater, Geneſ. 49. n. 6. Hieronimus *Aſinus oſſeus*, hoc eſt totus fortis, totus robuſtus, princeps fratrum in robore; at ad quid tantum robur? *Accubans inter duos terminos, vidit requiem quod eſſet bona, & terram quod optima, & ſupposuit humeros ſuos ad portandum, factuſque eſt tributis ſeruiens.* Pende ſingula, & verè hunc non hominem, ſed iumentum dices: primò vidit requiem quod eſſet bona, de illo dicitur; ſi diceret expertus requiem, profectò non eſſet Aſinus, ſed ex viſu percipiens requiem, & non ex experientia, & ex viſus tantum perceptione, ac ex apprehenſione tantum phantaſtica ſic libenter, & ex animo moueri, vt totam illam ſuam impenderet fortitudinem, totúmque conſumeret robur ad portandum, & tributis ſeruiendum, & hoc libenter, verè non homo, ſed aſinus, & inſuper quod portare, quod tributa pendere appellet requiem, qualis ſtultitia maior, quale amplius ingenium rudet? rectè Caietan. hûc: *Aſſimilatur*, ait, *Aſino oſſeo; Aſino quidem propter ruditatem ingenij, contenti laborioſa ſeruitutis ſtatu, Oſſeo autem propter magnitudinem roboris corporei ad ſuſtinendum.* Quid? nonne ſic hodie videmus, palpamus, ingemiſcimus; robuſtiſſimos quóſque videmus peccatores, quos rectè accubantes inter duos terminos appellare potes, quatenus ſic viuunt, vt nec Chriſtianos, quia gentiliter viuunt, nec Gentiles, quia vero Deo credunt, eos iudicare potes, iſtos enim videas die, noctíque laborare ob res vanas, phantaſticas, fictitiáſque, ob bonum non reale, ſed tantum apprehenſum, vt diximus, & tamen ob vanum hoc totam ſuam conſumunt fortitudinem, & inſuper *eſſe ſub ſenſibus requiem dicunt*, & ipſum labotem, ipſam requiem, Deum verum derelinquentes, Deum ſummum pro his commutantes, qualis hæc Dei erit querimonia? Queritur de Gentilibus, irridet Sapiens illos, quia in Deos aſſumebant illa animalia, quæ nec ex aſpectu allicere eos poterant, & quod hæc Dei effugarent laudem, & quod his Deum commutarent; & non queretur Deus videns Chriſtianos ipſum derelinquere, non propter delitias, ſed propter labores, qui ex aſpectu tantum horridiſſimi, & quod non mundi, ac diaboli delitiæ, ſed labores ſuos ab ipſo abſtrahunt?

Hierem. 16. *n.* 13.

Hieron.

8. In hoc prorſus ſtolida vt iumenta. *Geneſ.* 49. *n.* 6. *Hieron.*

Caietan.

gitized by Google

9. Deus aliquando per ſolas internas inſpirationes nil efficeret niſi externa adiungeret mala.

Immo quod admirandum, vt ſi caſu aliquem ex his Deus ad ſe aduocat, ſi è poteſtate eripere velit dæmonis, ſi à domo ſeruitutis, ſi vt eleuet laboret, & ſi millies aduocet, & ſi clamet, & ſi intus veluti impellat, ſi nulla adiungat externa, niſi ſæcularium timorem rerum, niſi practicam, vt ſic dicam, malorum experientiam, nil efficiet, Geneſ. 31. n. 30. Conſidera quæſo Iacobi labores in Labani domo, quem figuram ſuſtinere mundi, ac diaboli omnes ferè conſentiunt expoſitores, *die, nocteque æſtu vrebar, & gelu*, tremens Labano ipſe dixit, *fugiebatque ſomnus ab oculis meis*, pende hoc verbum, ſic acriter vigilabat, ſic indefeſsè, vt nec propè illum ſomnus aduentare auderet, ſed quaſi exterrefactus fugeret, *captum à beſtia non oſtendi tibi, ego damnum omne reddebam*; mira ſeruitus, vt nec quæ caſu peribant, quæ violenter non penderet, *quidquid furto peribat à me, exigebas*, grandis ſecuritas, vt nec quæ furto relaxaret, at quale ob tantos exhantlatos præmium labores? prorſus nihil, vnde illi exprobrans dixit, *quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ*? vidiſti vitam miſerabiliorem, labores duriores, ingratitudinem maiorem? & tamen vt è domo Labani Deus Iacob euocaret, vt ab illa exiret, vt in domum rediret patris, priùs omnia hæc, & poſtea mandatum eius quaſi ex ſe impotens, neceſſarium vt metus præiſſet Labani, filiorumque, vt timor amiſſionis rerum, vt periculum vitæ, audi Scripturam Geneſ. 31. n. 1. *Poſtquam autem audiuit verba filiorum Labani dicentium, tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris noſtri, & de illius facultate ditatus factus eſt inclitus, anima vertit quoque faciem Labani, quod non eſſet erga ſe ſicut heri, & nudius tertius, maximè dicente ſibi Domino, reuertere in terram patrum tuorum.* Adnoto ly *maximè*, quaſi poſt omnia illa, & non ante, quaſi ſi priùs fuiſſet mandatum, & ſi iuſtus, & ſi ſanctus, & ſi talia in domo patiebatur Labani, nil cum illo Deus effeciſſet, nil ab illo obtinuiſſet; ſic homo mundo eſt addictus, ſic peccator diabolo, ſic difficillimè Deum ſequitur, ſic malè & ſi ad domum patris eum auocet, miſeram non vult deſerere vitam, feliciſſimam amplecti, ſic tandem egrè mundum, ac vilia pro Deo commutat, ſic facilè pro diabolo Deum.

10. Iacob & ſi duriſſimè à Labano tractabatur tamen ab eius domo diſcedere nolebat, in hoc peccatoris figura.

Geneſ. 31. n. 30.

Geneſ. 31. n. 1.

Immo quod ampliùs, nam non ſic equidem eſt ipſa admiranda commutatio, quantum frontoſitas, audacia, & facilitas quæ talem operantur commutationem; hæc enim ſi in ſcelerata illa populi Iſrael petitione animaduertens prorſus ad ſtuporem adduceris, Geneſ. 32. n. 1. *Videns autem populus quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, congregatus aduerſus Aaron ait, fac nobis Deos, qui nos præcedant*; vt talis petitionis frontoſitatem, ac perfricatæ mentis vim penetres, attende, quando hæc petierunt, & in quibus tunc, tunc Dei ſummi verſabantur beneficijs; Primò enim petierunt Deos, Deumque pro vitulo commutare intentarunt, qui in ſummitate montis Sinay, in ſpecie nubis, ac caliginis actu exiſtebat, videntibus, ac proſpicientibus ipſis, ergo in eius facie, in eius præſentia, ante eius oculos eum commutarunt, ac minus vitulo æſtimarunt, qualis hæc frontoſitas! Secundò tunc Deum ſummum commutarunt, ac pro falſis dereliquerunt diis, quando actu eos paſcebat manna è cælo defluente; Tertiò tandem tunc ipſum dereliquerunt, quando vt rectè Abulenſ. in hunc locum quæſt. 9. in eorum medio colúna extabat nubis per diem, & ignis per noctem. Attende ſingula & vecordiã, inſaniã, frontoſitatem obſtupeſces, quod quando vt par eſt ſatis admiratus fueris, mentis aciem nunc ad malos reuolue Chriſtianos, & perpende quanto nunc ipſi frontoſiores, quantum inuerecundiores; peccant coram Dei multoties oculis, peccant coram tremendo illo Dei Angelo, ſub nube ſpecierum ſacramentalium velato, quid iniquius? & quaſi domos nõ haberent ad luxuriandũ, in ipſa Dei domo, in ipſis eius oculis animas proſtituunt, Deum ipſum derelinquentes, pro viliſſimis commutantes: proh dolor! proh pudor! Chriſtianorumque confuſio, vt domum Dei lupanar efficiant, & quaſi non Deus, ſed ligneum eſſet idolum, ſic effrenatè, ac frontosè eum offendunt, & commutant, nonne melius iſtis, ſi Deum non agnoſcerent? Grauiter equidem Rupert. adnotat Exod. c. 33. ſuper illa verba Dei ad Moyſen, *Aſcende de loco iſto tu, & populus tuus*, ex miſericordia appellaſſe illum populum Moſis, non ſuum, quia dum ſic viuebat, potius illi erat non vocari Dei populum, nec Deum eſſe ſuum, quia ſi ſuus, & ſic viuebat, certiſſimè eos erat diſperſurus, occiſurus, *Ac ſi dicat*, ait Rupertus, *quoniam populus dura cervicis es, non tibi expedit, vt me Deum tuum nomines, vt culturam meam profiteari, vt leges meas hainles, ad præmaricandum tam pronus, & facilis, leuius enim multo eſt Deum neſcire, quam cognitum irritare.*

Abulenſ.

Rupert.

11. Peccator quanta frõtoſitate Deum deſerit.

12. Templa Dei violare quam horrendum peccatum.

13. Chriſtianis leuius eſſet Deũ neſcire, quam eũ ſcientes malè viuere.

Quid vis vt dicam? peiores in hac re ipſis Gentilibus ſunt Chriſtiani, peiores ipſis idololatris, grauiórque Dei de ipſis, quàm de illis querela. Mirum, & magnum; vt quia manus, pedéſque, ac Dagonis caput ſuperlimen à Deo opprobriosè erectum 1. Reg 5. n. 4. *Caput autem Dagon, & duæ palmæ manus eius abſciſſæ erant ſuper limen*, quia tantum limen tetigerant, & ſi mutila membra, tanta veneratione poſthac limen illud veneratum & cultum, vt nullus ex ſacerdotibus, nullus ex populo vltra calcare illud auderet, ſed tranſilirent, vt in templum intrarent; *propter hanc cauſam*, ait Scriptura, *non calcant ſacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius ſuper limen Dagon vſque in hodiernam diem.* En reuerentia ex tactu tantum mutilorum membrorum ſimulari Dei, ex memoria tantum Dei mutili, qui præteriit; & inſuper quod notandum, hoc non vno, vel altero die, ſed vſque in perpetuum, vſque dum templum extitit illud, quid ad hęc Chriſtiani, quid ad hæc nos miſeri ſacerdotes, quid ad hæc qui non ſolùm ad nefanda limen calcant templorum, ſed ipſa altaria, pudet dicere, horret mens, languet manus, proſtituuntur in Dei altaribus mulieres quaſi in cubilibus, fiunt templa lenonum officina, & ante Dei oculos illa admittuntur, quorum ante proprios puderet, & ſi gens eſſet vilis, & ſi infamis; At pergo, & frontoſitatem Chriſtianorum ex illo etiam colligo, quia Deum commutant pro viliſſimis, & ſi cibo alantur diuino, ſi manna illo ſuauiſſimo, auguſtiſſimóque ſacramento, mentiar ſi millies in ſacris non audiui confeſſionibus horrenda eodem prorſus

14. Peiores ſũt ipſis idololatris quando mali. 1. *Reg.* 5. n. 4.

15. Obſcena conſultatio aliquos ſpiritualium reputatorũ magiſtrorum.

die, immò eodem manè, quo ad sãctiſſimum acceſſerant ſacramentum; immò quod infandum, quod horrendum, ad tãtam dementiam aliquos deueniſſe reputatos ſpirituales magiſtros, vt illud cõſulãt, ad SS. ſacramẽtum ſcilicet accedere, ore adhuc putidiſſimo meretricio odore exhalãte; nam ſufficit, aiunt, vt ſacramentum præcedat pœnitentiæ, cum non plùs Apoſtolus, non plùs concilium requirat Trident; ô turpis, & vecors inſania, *vapulatione*, vt aliò dixit Bern. *potius digna, quàm confutatione*; audent cõſulere, vt cum eodem Bernardo dicam in Serm. ſuper illa verba: *Ecce nos reliquimus omnia, agni immaculati contingere carnes, & intingere in ſanguine ſalnatoris manus nefarias, quibus paulo ante carnes, proh dolor! meretricias attrectauerunt.* Qualis de iſtis Dei erit querela? tandem peccant, columna exiſtente inter eos, diuina ſcilicet luce veræ fidei Catholicæ, quod ſacrilegium augmentat; nam vt diximus, ſi Gentiles, ſi qui Deũ non agnoſcũt, Deum pro viliſſimis cõmutarent, minus equidẽ eſſet malum, & ſi malum; nam vt egregiè idem Bernard. vt alibi diximus in lib. de diligẽdo Deo, Gentiles etiam Deum amare tenentur, quia *& ſi Gentilis neſciat Chriſtum, ſcit tamen ſeipſum, proinde inexcuſabilis eſt: nam clamat intus ei innata, & nõ ignota rationi iuſtitia, quia ex toto illũ diligere debet, cui ſe totum debere non ignorat; at nequaquam*, vt infrà ait Sanctus, *talibus aculeis incitatur amoris, quales Chriſtianus in Eccleſia experitur*: Ideò quod illa Chriſtiani operentur, peſſimum, quod ſcilicet, quia fidem tenent, quia Deum ſciunt, quia columnam vident ardentem, Deus bone, Deus ſancte, quale de hoc erit iudicium; qualis iuſta querela?

Bernard.

16. Hominum malitia Deum deſerentium fiat, vt eum Deum deſerant pro viliſſimis, viliſſima eſſe ſcientium.

Immo augetur eius ratio ex obiecti agnitione viliſſimi, vt noſter ait Sapiens; Deum commutant pro viliſſimis, quæ viliſſima eſſe ſciunt: immo amplius conſiderandum, quod ob hoc viliſſima Deus conſtituit, ne fortitan à pulchritudine deciperentur. Ad tentandum primam noſtram accedens diabolus parentem, formam aſſumpſit ſerpentis; mirum ſi eius attendes aſtutiam, cum facilè ex horrido poterat mulier colligere aſpectu doloſum eſſe quod promebat, & colloquium fugere aſperum dum ſerpentis? Vnde ergo talem aſſumpſit formam inconuenientem aſtutus? optimè Liranus in c. 3. Geneſ. ſuper illa verba n. 1. *Sed & ſerpens erat callidior*, illud non ad voluntatem dæmonis, ſed ad Dei refert imperium dæmonem cogentis, vt aſſumeret formam, ne faciliùs deciperet, & vt faciliùs Eua deceptionem recuſaret: *Quod autem ad hoc ſerpentem intrauit*, ait, *non fuit ex demonis electione, ſed magis ex diuina diſpenſatione, quæ non permiſit hominem tentari per diabolum in ſpecie gratioſa, & nobili per quam poſſet facilius decipi, ſed magis in ſpecie horribili, in qua fallacia demonis citius poterat deprehendi.* Creuit ergo ex hoc primi hominis peccatum, creuit vecordia, creuit Dei iuſtiſſima querela, dum diabolo credidit non in forma Angeli, ſed ſerpentis; En amice, multorum Dei iuſtiſſima lamentatio, pro abiectis eum deſerunt plerumque, & vt plurimũ viliſſimis, inſuper & horridiſſimis. Queſo te propter quæ ſæpe Deum carnales commutãt, ſi attendas, obſtupeſces, multi beſtiales cum animalibus coherent, multi cum fœminis turpiliſſimis, multi cum fœtidiſſimis; Deum atteſtor in cuius ſcribo præſentia, multoties mulierculas audiſſe obſcœna confitentes, ac ob eas viros depereuntes, quarum habitus tantum peſtem generare poſſet mortalem, ſic peſtilens vt propè me ad capitis vertiginem deflecteret, ſic vt vltra progredi non poſſem; mentiar ſi verum non aſſero, vnum ex iſtis, & equidem non ex plebe, ſed ex magnatibus, ſed ex opulentiſſimis mihi narraſſe, aliquando cum fœminis laſciuiſſe ſic putridis, ac malè olentibus, vt in ipſomet actu nares obturaret, ne putridum oleret odorem; & tamen peccare non deſiſtebat, & tamen propter illas Deus deſerebatur, Deus commutabatur, horrendum dæmonẽ in ſerpẽtina forma amplectebatur, deoſculabatur, qualis putas de hoc Dei ſenſus, qualis querimonia?

Geneſ. 3. n. 1. Liranus.

17. Diabolus ad decipiẽdum Euam inſtrumentũ ſumpſit ſerpentẽ ex Dei imperio & cur.

18. Deus quam hominem æſtimet, & homo è cõtra quam parum Deum. *Exod. 33. n. 1.*

Quæ profecto amplius augmentatur, ſi eius de nobis æſtimationem penſitas, ſi noſtram de illo vilipenſionem vt ſic dicam: ô res omni digna admiratione! ô naturæ prodigium, vt Deus ſic æſtimet hominem, homo ſic Deum vilipendat? audi me Exod. 33. n. 1. Deum iratum repperio ob populi peccatum, cum populo ampliùs egredi recuſantem; attamen dum ipſe ampliùs graditi nollet, tanti eos feciſſe, vt non aliquod animal, non alium hominem, ſed pro ſe Angelum, ſummum ſpirituum, ſupra totam naturam perfectiſſimum humanam, vt præiret promiſit, *mittam præcurſorem tui Angelum, non enim aſcendam tecum.* Ergo & ſi indignatus, & ſi iratus, & ſi offenſus, talem de homine concipiebat æſtimationem, vt pro ſe non alium hominem, vt dixi, non animal vt ipſi merebantur, ſed Angelum commutaret, Angelicam mitteret ſublimem poteſtatem, ſic alte, ſic digne hominem æſtimans, vt quaſi indignum non inferiorem decreuerit creaturam; at homo pro quibus Deum commutat; pro quibus Iſraëlitæ, pro vitulo, pro iumento, pro ineptiſſimo animali, ac quid ampliùs horrendum? meritò dejecti, meritò conſumpti: *Fecerunt vitulum in Oreb*, clamat Dauid Pſalm. 105. n. 19. *& adorauerunt ſculptile, & mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum*; at quid illa *comedentis fœnum*? Sat enim fuerat dixiſſe vitulum; intelligitur enim hunc fœnum comedere, ſanè Auguſt. reſpondit hîc illud additum, vt intelligeretur, ideò iuſto Dei iudicio vitulum hos adoraſſe fœnum comedentem, vt ſimul eſſet prophetia, quod dum ſic ſuam commutabant gloriam, *ab illo erant comedendi, à quo comedantur, qui ſapiunt ſecundum carnem.*

Pſal. 105. n. 19.

Auguſt.

19. Supra Angelos Deus homines æſtimauit.

Immo vt confundamur, vt rubore ſuffundamur, ſic Deus homines æſtimat, vt nec pro Angelis illos commutare voluit, vt ſup. ex Bernard. Homil. 68. diximus, potiùs æſtimans Angelos quàm nos perdere, pluris nos quàm ipſos faciens Angelos. Nolebat Lucifer nos ſecum in gloria, & ex ſuperbia, ac faſtu ſic ſingularitatẽ appetebat, vt in illa aut ipſe, aut nos; at quid Deus ex tunc pro nobis belligerans potiores nos, quàm ipſos fecit Angelos, quã ipſum Luciferũ, & ſi primus, & ſi *Dei ſignaculum*, qualis hæc Dei de hominibus æſtimatio? at homo pro quibus Deum commutauit, pende factum primorum parentum, & obſtupeſces, Eua pro pomo, Adamus non equidẽ pro Eua, vt eã ſcilicet adipiſceretur,

vt eam obtineret, vt ne eam deperderet, quod equidem si malum, aliquid tamen haberet soliditatis, sed ne eam contristaret, ne mœstam aspiceret, ne *delitias suas contristaret*, vt ait August. lib. 12. de Gen. ad literam: *Vxorem igitur*, ait, *quæ tam sedulla mãducauerat, delitias suas noluit Adam contristare.* Ergo non pro Eua Deum commutauit, sed pro Euæ dolore, pro Euæ passione, & non peccauit vt idem inquit Sanctus, *Carnis concupiscentia, sed amicabilis benevolentia, qua sæpè Deus offenditur, ne offendatur amicus.* Quid ad hæc dicemus? Angelicis choris pluris nos Deus facit, pro summis spiritibus nos Deus commutare non vult, & nos illum pro vilibus, pro animalibus, & non solum pro creatuis, sed pro earum passionibus eum commutamus, ac derelinquimus. nonne cælum obstupescet ob hoc, & portæ eius desolabuntur?

Idem.

10. Filium nobis dedit, vt nobis seruiret.

Sed amplius quid dicam, vt quanti nos Deus faciat innotescat, quantáque sit deformitas non sic eum nos æstimare, vt iustum, æquumque iudicauerit, filium suum vnigenitum, æqualem, non solum pro nobis dare, vt nos redimeret, vitam suam pro nostra commutando, sed quod prorsus indicibile, quia nos ei seruimus, vt ipse suus nobis vicem talionis reddens filius, non solùm in terris, sed in cælis seruiat, quid mirabilius?

Luc.12.n.3. Luc.12.n.3. *Sint lumbi vestri præcincti*, ait Dominus noster, *& lucerna ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs.* Loquitur hic profecto Dominus seruis, seruitium inhibens, lumborum præcinctionem, lucernarum in manibus detentionem, vigilanter tandem expectare Dominum venturum, ac patienter sustinere; at huc seruitio quam reddit vicem? audi nunc: *Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciens illos discumbere, & transiens ministrabit illis*; *transiens* ait, quis? Dominus, *ministrabit* inquit, quis? ipsemet Deus, *discumbent* qui homines; serui illi, ergo Deus seruiet, homines discumbent, & pro humana diuinam exhibebit seruitutem, diuinam commutationem; meritò

Chrysol. exclamat Chrysologus Serm. 24. *Expauenda conuersio seruitutis, quia parumper seruus astitit in Domini sui expectatione succinctus, vt talionem redderet dissimulat se in ipsa diuinitate diuinitas.* Pulchra hæc postrema, dum in terris in ipsa humanitate seruiens ipsa se dissimulauit diuinitas; at in cælis etiam seruiens non in humanitate, sed in sua diuinitate ipsamet se dissimulat diuinitas, scilicet non recumbens, sed ministrans, non famulata, sed famulans, non obsecuta, sed seruiens, talionis vicem reddens, diuina pro humanis tribuens, Deum pro homine, qualis hæc commutatio? hæc equidem est illa diuina Dei in cælis humilitas, quæ ibi sic animas, supremosque inflammat spiritus, vt extrà se eos præ admiratione rapiat, ac extollat, vt diu. ait

S. Thom. Thom. Opuscul. 63. c. 2. §. 3. *Est ibi aliud*, ait, *inflammans animam ad amandum Deum, scilicet diuina humilitas, nam Deus omnipotens singulis Angelis, sanctisq; animabus in tantum se subijcit, quasi sit seruus emptitius singulorum, quilibet vero ipsorum sit Deus suus, ad hoc intuens transiens ministrabit illis dicens? Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes*, Psal. 81. Quid ad hæc sapientia humana; prorsus obstupescet, ac Deo talem exprobrabit commutationem; vt pro seruo filium commutet, quod erat illud Dauid Psal. 88. n. 50. *Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui*, hoc est vt quidã Græcus author apud Agelliũ intelligit *mortem, & sanguinem Christi tui pro redemptione datum.* Hinc Paul. 1. ad Corinth. c. 1. n. 23. *Prædicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* O admirabilis conuersio, ô commutatio indicibilis! ô tandem iudicium super filios Adæ horrendum, vt sic illos Deus æstimet, sic honorificet, vt commutando commutans eos, pro se ipso, pro sua maiestate, pro sua diuinitate illud faciat, & homines Deum commutando commutantes illum non solum pro hominibus, creaturísque rationalibus commutent, sed pro irrationalibus, pro vilibus, pro horridis, pro serpentibus, pro muribus, & tandem pro allis, cepisque, qualis hæc Dei nostri querela, qualis sensus, vt talia ipsius effugent laudem, ipsius gloriam, & hoc, vt dixi, non apud Gentiles, non apud Paganos, sed apud Christianos; quod est dicere apud suos dilectos, & amicos, quid amplius horrendum?

Psalm.88 n.50.

1. ad Cor. c.1.n.23.

Concludam, cælum, terrámque obtestando, quod durum, quod acre, quod terribile de hac Deus sumet iniuria contra Christianos iudiciũ, dum ob hanc, quam de Deo ipsi faciunt commutationem amplius à Turcis, à Gentilibus, à Paganis irridetur, ac blasphematur, amplius hoc persentit opprobrium, quam reliqua omnia, nam dum audiunt talia pro nobis Deum fecisse, talémque commutationem, vt pro seruo Dominum, pro inimicis filium commutaret, nósque vident sic talem vilipendere commutationem, Deum exprobrãt, irrident, & subsannant, & hæc est exprobratio secundum Incognitum quam ab inimicis affirmat Dauid quod laturus erat Deus: *Præuidebat Psalmista*, ait hic author, *quod infideles Christiani abiicerent commutationem Christi, sciliter qualiter Christus commutatus est, quia crucifixus, quia mortuus est.* Ex qua abiectione, ex qua tanti Dei beneficij vilipensione, infidi Deum exprobrãt, quasi insipientem, Deũ subsannant, quasi insanientem, Deum vilipendunt, quasi ignorantem, talia pro talibus fecisse, qui ea abiiciunt, conculcant, ac fœdant, & ac si nihil pro illis Deus effecisset, nil commutasset, sic viuunt, sic peccant, sic Deum commutant, sic passim, sic libenter, sic oscitanter, sic facilè, vt non amplius efficerent, si non Deus verus, si non summus, sed si falsus, sed si ligneus esset, quod quippè erit Dei iudicium contra tales; horrendum, vt scienter, non ignoranter pro talibus Deum commutantes, efficiant, vt talia vti nostet. ait Sapiens, Dei effugent laudem, & gloriam, *effugerent*, &c.

Incognitus.

23. Christiani quorum iudicii pondus supra se ponunt eũ pro vilibus Deum cõmutant.

24. Gentilium exprobratio in Deum qualis, & vnde.

11. Filius nobis dedit, vt nobis seruiret.

12. Dei humilitas in cælis quanta, qualis.

13. In cælis ipsa se dissimulat Dei diuinitas propter hominem.

PARAPHRASIS.

Num.1. *Tu autem Deus noſter ſuauis & verus es, patiens, & miſericordia diſponens omnia.*

vt iacet.

Num. 2. *Et enim ſi peccauerimus, tui ſumus, ſcientes magnitudinem tuam; ſi non peccauerimus ſcimus quoniam apud te ſumus computati.*

Vnde ſi peccauerimus, non tamen deſerimus eſſe tuos quatenus fidem tuam non amittimus, confitemur enim, & ſi peccamus, te potentem eſſe ad puniendum, & ſi non peccauerimus, ſcimus tuos in prædeſtinationem nos futuros.

Num.3. *Noſce enim te conſummata iuſtitia eſt, ſcire iuſtitiam, & virtutem tuam radix eſt immortalitatis.*

Fides enim tua cum charitate coniuncta conſummata iuſtitia eſt, & potentiam ſcire radix eſt immortalitatis.

Nu. 4. *Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ labor ſine fructu effigies ſculpta per varios colores.*

Non enim in errorem, vt te deſereremus & ſi peccatores digni vt nos deſereres, induxit nos malæ artis excogitatio; idolum nempe, nec vmbra picturæ (hoc eſt) per picturam effectum, labor ſine fructu ſculpta per varios colores.

Num.5. *Cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem ſine anima.*

Cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcentiam, affectu nempe adorandi, & diligit mortuæ imaginis effigiem ſine anima.

Num. 6. *Malorum amatores digni ſunt qui ſpem habeant in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt & qui colunt.*

Et iuſte quidem, nam qui talia diligunt digni ſunt, vt ſpem ponant in talibus, ſicut & qui ea faciunt, & qui colunt.

Nu. 7. *Sed & figulus malam terram premens, laboriosè fingit ad vſus noſtros vnumquodque vas, & de eodem luto fingit quæ immunda ſunt in vſum vaſa, & ſimiliter quæ his ſunt contraria; horum autem vaſorum, quis ſit vſus, iudex eſt figulus.*

vt iacet.

Num. 8. *Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto, qui paulo ante de terra factus fuerat & poſt puſillum reducit ſe vnde acceptus eſt repetitus animæ debitum, quam habebat.*

Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto, quo ipſemet figulus paulo ante de terra factus fuerat, & qui poſt puſillum reducet ſe in eãdem terram, vnde acceptus fuerat, repetens Deus animæ debitum, quod per originale contraxit, mortem nempe corporis.

Num. 9. *Sed cura eſt illi, non quia laboraturus & neque quoniam breuis illi vita eſt, ſed concertatur aurificibus, & argentarijs, ſed & ærarios imitatur, & gloriam præfert, quoniam res ſupervacuas fingit.*

Sic quippe amens in ſuo opere vt illi tantum ſit curæ, non quia laboraturus ſic vt per laborem ſuam decurtet vitam, ſed quomodò concertatur cum aurificibus & argentariis & ærarios imitatur forma ſuperans eorum materiam, vnde pro gloria æſtimat ſuperuacaneis rebus res effingere formoſiores quam argentarii aurificéſque.

Num. 10. *Cinis eſt enim cor eius, & terra ſupervacua ſpes illius & luto vilior vita eius.*

Non aſpiciens nec conſiderans, quia ex hoc dum in talibus ſpem ponit, quæ nihil ſunt, cinis ſit cor eius & terra ſuperuacua ſpes illius & luto vilior vita eius.

Digitized by Google

Cum ineptè idolum fingens, ignorat eum qui eum fingit; Deum nempè qui inſpirauit illi animámque operatur & qui inſufflauit ei ſpiritum vitalem.

Num. 11. *Quoniam ignorauit qui ſe finxit, & qui inſpirauit illi animam quæ operatur, & qui inſufflauit ei ſpiritum vitalem.*

Imò ſic viuit vt ad nil aliud æſtimet hominem natum quàm ad luſum & vitam ſolum ad lucrum, ex quo fit vt determinet vndecumque etiamſi ex malo viuere.

Num. 12. *Sed æſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & compoſitionem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere, vndecumque etiam ex malo adquirere.*

Iſte enim non quidem ex ignorantia, ſed ex malitia peccat, ſciens ſuprà omnes reliquos idolorum artifices ſe delinquere, cum iſti etſi lucrum querant, tamen, ex idolis aureis & argenteis, at ipſe ex luto qui nihil valet.

At non ſolum ipſe incipiens ſed & cæteri omnes idololatræ & Ægyptij præcipuè ſuprà vires animæ ſuperbi, dum Deos facere præſumunt, ipſi non dij, ſed homines qui inimici ſunt tui populi ac ei dominati.

Num. 13. *Hic enim ſcit ſe ſuper omnes delinquere qui ex terræ materiæ fragilia vaſa ſculptilia fingit.*

Num. 14. *Omnes enim inſipientes & ſuprà modum animæ ſuperbi, ſunt inimici populi tui & imperantes illi.*

Inſipientes ſunt omnia idola nationum, ipſi Ægyptij amplectentes Deóſque æſtimantes quibus oculorum viſus eſt.

Num. 15. *Quoniam omnia idola nationum Deos æſtimauerunt quibus neque oculorum viſus eſt ad videndum, neque nares ad percipiendum ſpiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, ſed & pedes eorum pigri ad ambulandum.*

Nec mirum talia eſſe, homo enim fecit illos, homo inquam qui à ſe ſpiritum non habet, ſed illum à Deo mutuatus eſt, & qui non ſolum Deum efficere non poteſt, ſed neque ſimilem Deum.

Num. 16. *Homo enim fecit illos & qui ſpiritum mutuatus eſt fingit illos, nemo enim ſibi ſimilem homo poterit Deum fingere.*

Vt iacet.

Num. 17. *Cum enim ſit mortalis mortuum fingit manibus iniquis, melior eſt enim ipſe his quos colit, quia ipſe quidem vixit cum eſſet mortalis, illi autem nunquam.*

Sed inſuper animalia miſerrima colunt & non equidem præcipuè, ſed deteriora, vnde ſi ab ipſis adorata cum cæteris conferas, deteriora profectò inuenies.

Num. 18. *Sed & animalia miſerrima colunt, inſenſata enim comparata his illis ſunt deteriora.*

Sic enim deſpecta, ſic ſunt deformia, vt ex ipſo aſpectu appareant horrida, vnde nec bonum ex illo concipere poſſunt vllum, hinc ipſa tanquam ex putri effecta ac reſultata materia quando cætera creata, vtpotè non tunc cum illis deus ea non laudauit & benedixit.

Num. 19. *Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibus bona poteſt concipere; effugerunt autem Dei laudem, & benedictionem eius.*

Digitized by Google

cbidiaconi, ſed & locuſtæ locuſtarum totum illud conſumunt ſuprà quòd reſident, iſti ſunt ſacerdotes, Archipresbyteri, & hi omnino nil relinquunt conſumendum. Locuſta eſt prælatus exactiones, decimas, fructus rigidè exigens; at locuſta locuſtarum eius viſitator rigidiſſimè exigens, expilans, eo licentius, quo ipſe vetors, ſiue negligentior. A

151. Ioſephi diligentia expenditur in regni gubernatione.

Tandem ſanctiſſimus princeps Ioſeph hunc claudat diſcurſum, exemplóque ſuo, quid prælato faciendum moneat; iſte enim Sanctus, & ſi in Principis, ac Regis grata nouus, cuius latus deſerere periculoſum, & ſi è carcere nuper eductus, ac proinde labore, ac inedia conſumptus, & defatigatus, & ſi tunc vxorem duxerat, tamen nec timor noui ſtatus, nec proprij corporis debilitas, nec tandem nouæ vxoris blanditiæ cùm ipſo efficere potuerant, vt in Ægypti Pro-regem electus, non ſtatim ad regnum viſitandum procederet; vnde ſignanter adnotat ſcriptura, Geneſ. 45. n. 8. quòd ſtatim ac in gubernatorem electus *egreſſus circuiuit omnem terram Ægypti*; & tamen ſi attendas, cura non erat animarum, ſed corporum, & prouidentia non diuini, ſed humani cibi, & teſeruatio, ſeu diſtributio non altiſſimi, ſed humani tritici, ad hoc enim egreſſus, vt campos proſpiceret ſeminandos, vt leges ſtatueret ſeminationis, vt reconditionis iuſſiones, vt horrea erigeret, vt tandem incolumitati prouideret corporum, omnéſque ſua lætificaret præſentia, vt egregiè hic Chryſoſt. ſic illud ſui muneris eſſe æſtimans, & dignè, vt non per alios, ſed per ſe omninò iudicaret faciendum. Proh pudor! & prælati, qui animas curare debent, qui non temporali, ſed ſpirituali paſcere tenentur populos cibo, qui non communicare triticum, ſed ſacramenta, ſed Chriſti corpus, qui non à fame corporali, ſed à ſpirituali, immo qui à dæmone, infernique poteſtatibus populos defendere tenentur; putabunt ſatis factum, benéque conſcientiæ prouiſum, ſine vllo eſſe ſcrupulo, ſi domi reſidentes, non per ſe, ſed per alios illud procurent; *Quid ego infelix*, ſenſatiſſimè ait Bernard. ſerm. 3. de Aduentu, *quò me vertam ſi tantum theſaurum, ſi pretioſum depoſitum iſtud, quod ſibi Chriſtus ſanguine proprio pretioſius iudicauit, contigerit negligentius cuſtodiri?* Quid animabus pretioſius eſſe poteſt, dum ad eas redimendas pretioſiores Deus iudicauit, quàm proprij filij ſanguinem. Quale ergo iudicium erit illius, qui hunc theſaurum poſtquam voluntariè (attende verbum) cuſtodiendum ſuſceperit, negligentius cuſtodit dormitando, domi manendo, conuiuando, honores, non onera ſubeundo. Adde ad hæc cum eodem ſancto, periculum huius theſauri, ſtat enim in vaſis fictilibus, *Si ſtillantem Chriſti ſanguinem*, ait Sanctus, *in cruce collegiſſem, eſſetque repoſitum penes me in vaſe vitreo, quod & portari ſæpius oporteret, quid animi habiturus eſſem in diſcrimine tanto?* & certè id ſeruandum accepit prælatus, id cuſtodiendum, id procurandum, id vſque ad beatitudinem conducendum, licet in tanto verſetur periculo, inter tot, ac tantos ſit hoſtes, licet in vaſis ſit vitreis, ac fragilibus, reputat miſer, quod poſſit, quòd impunis expleat, quòd nihil timere debeat, ſi non per ſe illud cuſtodiat, ſed per alium, non per ſe viſitet, ſed per alium; ſi hæc ſtulta non eſt vecordia, qualis erit? *Tempus faciendi Domine*, ait Dauid Pſal. 118. n. 126. Cur? quia *diſſipauerunt legem tuam*, vbi Ambroſ. *Non inbendi, ſed faciendi*, inquit, *quia non legatus, neque nuncius, ſed Dominus ſaluaturus erat populum ſuum.* Diſſipantur greges, lex Dei in millia frangitur, Eccleſiæ deſtruuntur, Sacramenta vilipenduntur, vitia efferueſcunt, peccata augentur, ſanguis ſanguinem tangit, omnia in peſſum ruunt, & prælatus non facit, ſed iubet, & prælatus non vadit, ſed mandat, & prælatus domi ſtat, domi reſidet, & ad inſtar idoli pedes habet, ſed non ambulat; quid vis vt dicam, ea prorſus ſunt irriſione ob hoc digni, qua noſter deridet Sapiens idola, appellans inſipientes ea colentes, dicens: *Omnes enim inſipientes.* B C D

Pſal. 118. n. 126.

Ambroſ.

155. Prælatorũ tempus eſt faciendi nõ iubendi.

Bernard. 152. Quantum iudicium Epiſcopi ſubeunt nõ viſitando per ſe, ex animarum pretioſitate expenditur.

HOMILIA LXIX.

Mali Prælati cur idola?

OMnia nationum idola, Deos à Gentilibus æſtimata, Deos non eſſe, eorum infamiam dicens Sapiens pro certò aſſumit, quod ſecundum Hugonem ad indignos, malóſque prælatos nos applicantes idola eſſe diximus; nunc inquirendum vnde mali prælati idola? ſciemus ſi vnde ea in Gentilitio; *homo enim fecit illa*, noſter ait Sapiens; en argumenti ſumma, en tota ratio, homo, non Deus eos conſtituit; cùm dico hominem, intellige humanum, intellige peccatorem, intellige tandem qui paſſionem reſpicit, non meritum, vnde vt plurimum tales electiones indignæ, quia indignis; hinc ſcandala, hinc Eccleſiarum euerſiones, cuius radix, quia homo eligendo indignum, non confert dignitatem licet det honorem, Deus enim ſolus hoc efficit, cum honore ſufficientiam conferens, vt egregiè Chryſoſt. ſuper illa verba Pauli ad Coloſſenſ. 5. n. 12. *Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine*, vbi Chryſoſt. *magnum eſt effatus, talia ſunt, quæ data ſunt, vt non ſolùm dederit, ſed etiam fortes fecerit ad accipiendum.* Quòd exẽplo explicans, ſequitur: *Vt ſi quiſpiam Rex factus fuerit, poteſt cui velit dare dignitatem, ſed non eum reddere aptum. & idoneum ad gerendum magiſtratum; hoc ergo hic dicit, quòd non ſolùm ei dederit honorem, ſed etiam fortes fecerit ad accipiendum; duplex ergo hic honor, quod etiam dono aptos fecerit, & idoneos.* Egregiè, duplici Deus Apoſtolos eligendo inſigniuit honore, ſtatus nempè altitudine, & ad illum dignitate, aliàs ex ſe indigni; hinc ſemper ſancta, ſemper Dei reuerenda electio; at non ſic homines, vnde dum non ex recta eligunt ratione, ſed ex paſſione, cum dignos efficere non poſſint, ſic poſt electionem, ac antea indigni remanent electi; quòd ſatis exemplo figuli confirmatur, quòd noſter adducit Sapiens: efformare benè figulus idolum poterat, oculos fingere, aures adaptare, os ſculpere, naſum protendere, manus apponere, in Deum proponere; at nunquid ad dignitatem deitatis perueniebat? nil minus, vnde? quia vt ipſe ait, *nemo enim ſibi ſimilem homo poterit Deum effingere*, ſtatum ei non poterat conferre, ac proindè nec animam, vnde nec

Hugo.

1. Homo eligẽs non confert dignitatem, etſi honorem, nam hoc ſolius Dei. *Chryſoſt. ad Coloſſ. 5. 12.*

2. Deus eligẽdo duplicem cõfert honorem.

hominem ſibi ſimilem, quanto minùs Deum efficere, ergo ſemper lutum, & ſi in Deum erectum, & ſi ad hominis inſtar effigiatum, ſic equidem ſic homo indignum eligens non vt Deus, ſed vt homo indignus ſemper remanebit, ac proinde idolum, effigiem habens deitatis, ſubſtantiam nullam, veritatem nullam, pontifex veſtitu, tamen non animo, non virtute. A

3. Deceptio male eligẽtium putantes honore efficere dignos, quos ipſi elegerunt.

Hinc cùm illos ipſi conſtituant, non Deus, ex ſuperbia, ac dominatu decepti virtutem, majeſtatem, ac diuinitatem in illis ſimul ineſſe autumant, & vt tales hominibus illos proponunt reliquis, adorationem, cultúmque inhibentes diuinum, neſcientes vecordes, quòd fallantur, & quod non Deum, ſed animal, ſed iumentum proponunt, ſicut elegerunt; hoc conſidero in erectione illa vituli, Exod. 32. quam inſipiens effecit populus n.5. *Surge*, dixerunt Aaroni, *fac nobis Deos, qui nos præcedant*; quod cum iſte effeciſſet, vitulúſque ex illa electione erupiſſet, ſtatim electores proclamantes dixerunt: *Hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerant de terra Ægypti*; mirum, & maximum, vt tales ſibi perſuadere illud poſſent, vitulus non erat quando ab Ægypto liberati, quando mare tranſierunt, vnde ergo iſte Deus, qui eos eduxit? Caietan. & Lippoman. ad eorum ſtultitiam, vecordiámque hoc referunt, vnde Lippoman. in Caten. *Vidiſti inſaniorem inſipientiam, audiſti vnquam verba magis hominum ſenſu carentium, ac ſtupida mentis indicia; velle quod homo quiſpiam Deum faciat, & in animum ſibi inducere, vt credant hos Deos fabricandos eduxiſſe ipſos de terra Ægypti, cum eo tempore quo liberati ſunt, Dij ipſi non formati eſſent?* Verè inſenſati, verè ſtupidi ex hoc, & non minus ex altero, nempè velle hominem Deum facere, ac ab eo illud petere; vide, quæſo, an non ſimili ſtultitia, ſimilíque vecordia hi laborent, qui à principe, qui à potente indignum, ac reprobum poſtulant in Deum, qui cogunt vt ipſe Deum conſtituat, ipſe Deos, non Deus faciat, ipſe eligat, non Deus: & ſecundò attende quod qui ob petitionem, importunitatem, officium, ſiue quoduis aliud Deum aliquem conſtituunt, non ad merita, ſed ad interceſſiones reſpicientes, non Deum faciũt, ſed iumentum, ſed animal, omni prorſus vituperio dignum; At & ſi grauis eſt hæc ſententia, quia tantorum authorum, tamen dura mihi videtur, qui enim fieri potuit, vt contra experientiam phyſicam, palpabilem, euidentem illud reputarent? Quapropter magis ad ſenſum accedo Abulenſ. hic quæſt. 12. qui exiſtimat, non vitulum illum æſtimaſſe eos eduxiſſe ex Ægypto, ſed virtutem diuinam in illo exiſtentem, quæ eos eduxerat, ac proinde conſequenter vitulum illum Deum eſſe, *Neceſſario intelligebant*, ait Abulenſ. *virtutem illius Dei latere in illo aureo vitulo, & tũc verum erat, quod ille vitulus quem colebant, qui à parte nobiliori, ſcilicet virtute diuina intrinſeca denominabatur Deus, erat Deus, qui eos de terra Ægypti eduxerat.* Ergo ſtultorum horum deceptio in eo profecto ſtetit, vt putarent in eo titulo ab eis electo, expoſtulato, ac efficto virtutem ineſſe deificam, & ſufficere vt ab eis electus, & ſi vitulus, & ſi animal, & ſi iumentum, vt ſtatim virtus in illo diuina, ſtatim Deus, ſtatim adoratione dignus, ô inſania, ô dementia, ſic fuit, ac antea, metallum, aurum, & ex auro vitulus, non plus, ad ignem reſeruatus, ad cineres, cauſa mortis, deſtructionis, ac totius Reipublicæ ruinæ: proponunt nobis Deos, adorationem expoſcunt, & quia ipſi eos efformant, habitúmque infundunt tantum, reputant ſimul virtutem in eis eſſe diuinam, maieſtatem, diuinitatem, vecordes vituli ſunt, non dij, animalia, non pontifices, idola, non Deus.

Exod. 32. n.1.

4. Stultitia populi Iſrael quanta, reputans vitulum eduxiſſe eum ab Ægypto. *Caietan. Lippom.*

5. Electio illa prorſus ſtulta, quãdo ab homine poſtulatur vt ipſe Deos faciat non Deus.

Abulenſ.

B

C

D

Idola ſunt, & non quomodolibet, ſed quæ lancinent, quæ filios deuorent, non alant, expolient, non veſtiant; rapiant, non præbeant; nam cùm ordinatiè principum electiones (& præcipuè ſi ſæculares) circa eos reuoluantur, qui ambiunt, *qui modis mitis*, vt inquit Bernard. *ac inauditis*, ad præfecturas aduolant, ad Epiſcopatus honores, eos deſerentes qui volunt, qui recuſant, fit profecto, vt quia tales ſua in dignitate quærãt, nõ aliena, non ſint arbores ſuccidæ, ſed aridæ, nõ fructuoſæ, ſed ſpinoſæ, pungentes, vlcerantes, expoliantes. Elegerunt Sichimitæ in Regem Abimelech, ſi quæris merita, nulla inuenies, niſi carnem, & ſanguinem, ac hominis indigniſſimi ſollicitudinem, Iudic. 9. n. 3. *Locutique ſunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuerſos ſermones iſtos, & inclinauerunt cor eorum poſt Abimelech dicentes, frater noſter eſt.* En ſumma rationis, *Frater eſt*, eligatur, & ſi ſpinoſus, derelinquantur cæteri Gedeonis filij, & ſi digniſſimi, vnus eligatur illegitimus, quia ſollicitat. Decantata eſt equidem Parabola illa quam ob hoc Ioathan filius Gedeonis legitimus ad viros dixit Sichemitas, *Fuerunt ligna*, ait, *vt vngerent ſibi Regem, dixeruntque olivæ, impera nobis, quæ reſpondit, nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua dij vtuntur, & homines, & venire, vt inter ligna promoueãr? Dixeruntque ligna ad arborem ficum, veni, & ſuper nos regnum accipe; quæ reſpondit eis, nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructúſque ſuauiſſimos, & ire, vt inter cætera ligna promoueãr? Locutáque ſunt ligna ad vitem, veni, & impera nobis, quæ reſpondit, nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum, & homines, & inter cætera ligna promoueri? Dixeruntque omnia ligna ad Rhamnum, veni, & impera ſuper nos, quæ reſpondit eis, ſi verè me Regem vobis conſtituitis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite; ſi autem non vultis, egrediatur ignis de Rhamno, & deuoret cedros Libani.* Hæc equidem fuit parabola in qua duo, & ſatis ad rem notanda: Primùm, ligna iuiſſe ad oliuam, cæteráſque arbores fructuoſas, vt regnarent, quibus ſe excuſantibus, ad Rhamnum ſtatim deuenſſe, à qua ignis exarſit deuorator: in qua re adnoto nullam vim, nullam induſtriam, nullam coarctionem oliuæ, ficui, & viti ligna intuliſſe, nec plus eis dixiſſe quam Rhamno, ſed vix illas ſuas adhibuiſſe excuſationes, ac ad Rhamnum ſe conuerterunt, quid ex hoc? illud nempè amice, quod nunc videmus, palpamus, ac ingemiſcimus, viros pingues in ſanctitate, refertiſſimas talentis ad dignitates non cogi, non premi, immò nec quæri, vnde quia iſti in reconditis habitantes prælationem refugiunt, ſtatim ad Rhamnos, ad inutiles ſe conuertunt. Quid ergo mirum, ſi ignis ex eis, non liquor exurgit, qui deuoret, non ſuſtentet? non ſic antiquitus, refugientibus dabatur poteſtatis honor;

6. Electiones principum ſæculariũ vt plurimũ non digne, & cur. *Bernard.*

7. Eligunt ex carne & ſanguine. *Iudic. 9. n.3.*

8. Huius temporis miſera conditio dignos ad officia non requiri, nõ cogi.

recuſantibus vis inferebatur, vnde, vt ſanctiſſimus refert Clemens, epiſt. ad Iacobum fratrem Domini, Petrus ſanctiſſimus ipſi Pontificatum recuſanti, obtrectanti, atque roganti. *Pro hoc*, ait, *non me roganeris, hoc enim fieri ſtatutum eſt mihi, & eo magis quo te excuſas*, cuius rationem ſubiungens, addit: *quia hæc cathedra cum, qui cupit eam, & audaller expetit non requirit.* Benedictus etiam Pontifex cum ſe electum intelligeret, vt refert Fulgoſ. lib. 4. c. 1. clam ab vrbe refugit, ſed magno labore, ac maiore vi ad Pontificatum euectus, eam oſtendit repugnantiam, vt dicat Fulgoſ. *Haud minus in hoc laboratum, quàm his temporibus plerique ſoleant, qui ad ſacerdotij apicem anhelant malis artibus viam ſtruere?* Quid dicam de ſanctiſſimo Greg. qui vt refert Marulus lib. 5. c. 5. ab vrbe refugiens, cum exitum omnem diligenti ſeptum cuſtodia videret, dolio ſe condi, & aſportari fecit; ſic ſuprema impatiens dignitatis erat; at impatientior populus, deſiderio eius plùs ardens, tali eum requiſiuit conatu, vt votis eius Deus annuens, per lucidam nubem loco incumbens proderit latentem; Idem c. 6. de Oddo Cluniacenſ. Cœnobij monacho refert à Beone Abbate proximè diſceſſuro ſuffectus, cum fugam pararet, à fratribus comprehenſus, non ſolùm Abbatis compellente iuſſione, verum etiam Epiſcoporum vrgentibus cenſuris, regimen tandem ſubire coactus: ſic antiquitus, ſic compellebantur ſancti, ſic premebantur oliuæ iſtæ ſpecioſiſſimæ; quid ergo mirum, ſi tunc vberes Dei Eccleſia referebat fructus, cum non illicò ad Rhamnum properabant electores?

Clement.

9. Romana cathedra non requirit expetentem.

Fulgoſ.

10. Pontifices qui violenter electi.

Marulus

Nec equidem hoc mirum, cum ſic ſuos etiam Deus cogat, & ſi alij mille ei ſuppeterent ſi vellent ſufficientiſſimi. Expende quæ egit cum Moyſe Exod 3. & 4. quantam vim ei intulit, vſque ad iram prorſus n. 14. *Iratus Dominus in Moyſen*, ait; quæ cùm Hieremia? quæ cum Iſaia? quæ tandem cum Iona? ſic vt quaſi non potens, vt quaſi de lapidibus efficere non poſſet Abrahæ filios, eos cogebat, premebat, immò & demulcebat, alloquendo, proquirendo, dando, excuſationes tandem præcludendo, nonne hoc ad exemplum noſtrum; nonne hæc Dei gubernatio principum eſt inſtructio; vt ſciant quomodo ſancti, quomodo digni, ad dignitates euehendi, & aduocandi; quod ſi nolint, quomodo & cogendi? ô vilis noſtrorum temporum tempeſtas, ô peruerſus intentionis ordo! non coguntur digni, quia non premunt, vt benè, & gloriosè regatur, animo enim ſic ſunt abiecto, ſic parum ſuum curant honorem, vt non vituperium perſentiant ſi benè non regatur, ſed ſufficiat tantum eis, vt regatur; & ſecundò digni non coguntur, quia non cathedram, non officium, ſed perſonam prouidere deſiderant, quid ergo mirum, ſi inuerſa intentione, cætera inuertantur?

11. Deus dignos etiam cogit ad cathedras ſuſcipiendas. *Exod. 3. n. 4.*

Secundò, adnoto rationem cur ſe excuſant, cur refugiunt, oliua-ne ſuam deſeret pinguedinem, ficus dulcedinem, vitis vinum? Lira in Gloſa morali per pinguedinem, Spiritus ſancti vbertatem intelligit, per dulcedinem ſcripturarum ſtudioſitatem, per vinum humilitatem, quid ergo? ſequitur-ne quod ad regimen aſſumpti iſta deperdant? Sanè reſpondit Abulenſ. hic quæſt. 29. *Nam cum homo*, ait, *manet vt perſona*

Lira.

Abulenſ.

priuata, poteſt conari ad proficiendum in bonis ſuis, & poteſt exornare mores ſuos, conſiderando quantum quotidie proficiat, & quantum deficiat: cum vero ad ſtatum regiminis extollitur, tanta alienarum curarum mole premitur, quod ad ſe ipſum vix redire poteſt, cum tota ſollicitudo, quæ iam pridem erga ſe impendebatur, nunc ad exteros exhibenda ſit. Quod quam verum ſit, & quomodo hoc ſancti lugeant, lege Gregor. lib. 7. epiſtol. epiſt. 127. ad Leandrum, & lib. 1. epiſt. 7. ad Anaſtaſium, vnde grauiter Adrianus 3. vt in margine apud Abulenſ. hîc refertur, ſcribens amico iam Pontifex dicebat; *Dignus eſt miſeria, qui pro tanta pugnat miſeria.* Lege Damian. Opuſcul. 19. c. 5. & vix à lachrimis te cohibebis; quod & ſi verum de ſpiritualibus, non minus equidem de temporalibus, vt infrà dicemus: refugiunt ergo principatum ne ſeipſos euacuent; quod ſi inquiris cur hodie non ſic, immò potius illud procurant, ambiunt, & non requiſiti ſe intrudunt, ſcias illud eſſe in cauſa, quia non æſtimant ſe daturos, ſed accepturos, non profundere, ſed infundi, non miniſtrare, ſed miniſtrari.

12. Superiorē cathedram refugiunt ſancti, periculum timētes euacuationis rerum ſpiritualiū, quæ illam ſequitur.

Tertiò tandem adnoto, ad Rhamnum ſtatim iuiſſe, hoc eſt ad Abimelech, licet ſpinoſam, licet arborem indignam, & ſi quæras rationem, quia *frater noſter, & caro eſt*: mirum, vt ſic caro, ſanguiſque potens cum humano ſit animo, vt remanentibus legitimis, ac probatiſſimis Gedeonis filiis, Gedeonis inquam illius, qui eos à duriſſima Madianitarum liberauerat ſeruitute, qui ſic iuſtè, ac placidè eos gubernauerat, vt his omnibus ſpretis, ad vnum illegitimum, pauperem, deiectum, & cui vt ad regimen aſcenderet, neceſſarium nummos appendere ex ſacrario, templum ſpoliantes & ſi falſi Dei, n. 4. *Dederuntque illi ſeptuaginta pondo argenti, de phano Baal Cerith*, & inſuper quòd permitterent ſeptuaginta viros probos, iuſtóſque, vna die, ac ſuper vnum trucidari lapidem, vt ſuum regem ſtaruerent hominem improbiſſimum, ac ſceleſtiſſimum; quid ergo non efficiet caro, & ſanguis in electione, dum tantum potuit cum iſtis? quantáque electoꝝ circumſpectione, quantóque timore ad ſuorum, ſuarumque electionem procedere debet? dum ſic caro decipit, dum ſic ſanguis vrget, ô quantum talem ſerui timent Dei electionem! Certè narrat Surius in vita ſancti Boniti Auernenſ. Epiſcopi Ianuar. 15. quod cum admirabiliter Eccleſiam per quindecim annorum ſpatium gubernaſſet, prælationi renuntiauit, ea ſola ratione, quia ipſam ei auitus frater ceſſerat ex conſenſu ſcilicet Eccleſiæ: *Timens*, inquit Surius, *ne propter ſacerdotium à germano delatum, graue quandoque à Domino iudicium experiretur*: At cum caro, & ſanguis Abimelech elegerunt, qualis effectus? Deus bone, quid mali non effecit; profecto non ceſſauit donec ſic Sichimam deſtrueret, vt dicat Scriptura ibi n. 45. *quod ſal in ea diſpergeret*; en amice fructus hominis electionis, en finis idoli creationis, deſtructio non ſolùm Reipublicæ, ſed quod notandum, ipſiuſmet eligentis.

13. In electione quàm timenda caro, & ſanguis, quàm omnipotēs ſolet eſſe.

Surius.

14. Bonitus Auernenſis Epiſcopus dignitati renūciauit, quia à fratre eum acceperat.

Nec equidem hoc mirandum; nam qui Deo infidi, quid mirum vt etiam cum hominibus? peccatorem eligis, hominem Deo inuiſum, ei perfidum, & eligis ob tua commoda, reputans habiturum amicum, & fidum, deciperis, eadem

15. Peccator Deo infidus, erit etiā hominibus.

tecum ac cum Deo aget, sic infidelis, sic infidus, audi scripturam vbi sup c.8.n.34. *Postquam autem mortuus est Gedeon*, ait, *auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt cum Baalim, percusserunt-que cum Baal fœdus vt esset eis in Deum, nec recordati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum, nec fecerunt misericordiam cum Ierobael Gedeon iuxta omnia bona, quæ fecerat Israeli.* Dei obliti sunt, statim & Gedeonis, Abimelech Deo infidus, statim & Sichimitis, Deo ingrati, & similiter homini. Pessimus Caim sibi fructus reseruauit, parum de Deo curans, nunquid statim & curam non abiecit fratris, Genesis 4 n.10. *Nunquid custos fratris mei sum ego?* intraram hunc pessimum in fratrem peccaturum, dum prius in Deum peccauerat; Pulchrè Ambros. lib. de Cain. & Abel. c.7. hoc expendens, sic fatur: *Impietas*, ait, *mater est delictorum, & qui grauiora peccauerit, in cætera facilè prolabitur; quomodo enim potest ab humanis temperare, qui diuina violauit, & hominibus bonus esse, qui Deum læsit?* Egregiè, argumentum est à maiori ad minus affirmatiuum, diuina violant, ergo & humana, Deo sunt infideles, ergo & hominibus; hoc argumento consolatus est Deus Samuelem, 1.Reg.8.n.8. *Sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis, sic faciunt etiam tibi,* vnde discipulis Math.10.n.25. *Si patrem familias Belzebuth vocauerunt, quanto magis domesticos eius?* cuius rationem perpulchrè adducit Tertull. de bono martyrij c.8. *Cum magister, & dominus ipse*, ait, *perpessus sit persecutionem, & traditionem, & occisionem, multo magis & serui, & discipuli eandem expendere debebant, ne quasi superiores exempti de iniquitate viderentur.* Nil melius. Si peccator Deo esset infidus, & non homini, profectò homo supra Deum constitueretur, quasi ideo ad hominem infidelitas attingere non posset, quia Deo altior; at cum hoc non sit, sed Deo inferior multò sit homo, quid mirum, immo necessarium vt sic dicam, quòd si Deo infidus, sit etiam homini; eat nunc perfida stultitia humana, consulant politici rationem status tantum in electione habendam, amici assumendi, familiares, beneficijs religati, ac proprio pane sustentati, & si indigni, ignis à Rhamno exiet eos cõsumens, ac vastans, hos amplius experientur inimicos, quàm si ipsi crearent inimici, nec mirum, cum causa tantæ sint ruinæ, indignos eligendo, deos creando, vero Deo infidi, sicut vt plurimum electiones solent esse sæcularium.

Num. 8. n.34.

16. Indignum eligens ob amicitias spem, & fructus, iusto Dei iudicio contrarium euenit.

17. Caim infidus fratri, quia infidus Deo.

Ambros.

18. Electiones sæcularium cur, vt plurimum indignæ.

Nec insolitum hoc videri debet, nos asserere, electiones scilicet sæcularium vt plurimum indignas; nam cum ferè semper hæ ob particulare commodum, & caro, & sanguis, in eis locum habeant, non iustitia, corruat profectò ipsa necessarium est vt plurimum electio, quòd cum vides, ipsam etiam & Ecclesiasticam dic corruisse hierarchiam. *Præterea*, Sanctus ait Gregor. lib. 4. Epistolar. epist. 55. ad Ioan. Episcop. *peruenit ad nos quod in illis partibus, nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perueniat; quod si ita est flens dico, gemens denuntio, quia cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit.* Grauissimè, ac sensatissimè; at quid sacerdotalem ordinem intus caderet mea sententia, non ex recta intentione, non ex pura, non ex Dei zelo, sed ob proprium illud conferè commodum, dicam, & cum lachrimis, nullam video hodie electionem nisi ob commodum; cathedras, Ecclesias expetunt, adducitur dignitas ex seruitio, adducitur ex sanguine, adducitur ex alienis laboribus, adducitur ex proauis bene meritis, confertur in remunerationem; & quia erarium deficit fisci, remunerantur ex sanguine Christi, nunquid quando hæc videa, non dices intus ordinem sacerdotalem cecidisse? quid ergo restat, nisi quod sanctissimus Greg. ait, quod foras diu stare non possit.

S. Greger.

Sacrum ordinem sine commodi datione peruenire, rarissimum.

19. Electiones indignæ, quum non dantur ex meritis, sed in remunerationem.

Quid, si talis collatio non est simoniaca, qualis erit? donum Dei remunerationem efficis seruitiorum, & quod nummis debebas, supples Ecclesiastica dignitate, & non erit hæc simonia; & hoc operando non totam Dei destruis Ecclesiam? profectò si sanguine, si nobilitate, si sæcularibus seruitijs dignus quis ad Episcopatum, dignus sit ad Ecclesiasticas dignitates *supernacanea est*, grauissimè affirmat Tharasius Patriarcha Constantinopolit. epist. ad Adrian. Papam: *honesta vita institutio, & inpuritate, & veritate conuersatio, supernacaneus diuinus Paulus decens oportere Episcopum esse à reprehensione alienum*: & quidem hoc rationabiliter; nam si seruitia sufficiunt, ad quid vitæ, & scientiæ merita, sufficiet militia, sufficiet seruitium; quod si dignitates dantur ob remunerationem, ergo persona attenditur, non officium, quo quid iniquius? & similiter seruitio per Spiritum sanctum satisfit, nonne ipse sanctissimus ponitur subhasta Spiritus? Pulchrè idem author vbi suprà tolerantiorem affirmat fuisse Macedonianam hæresim, quam simonianam, cuius ratio: *Nam illi*, ait, *Spiritum sanctum creaturam, & seruum Patris, & filij nuncupati sunt; simoniaci ipsum seruum suum faciunt, & vendunt, omnis enim Dominus id quod habet vendit*; hinc vilissimos videmus ad sacerdotium euectos. De notissimis populis sacerdotes cõstituit Ieroboam, ait Scriptura, 3.Reg.13.n.33. cuius equidem ratio: *Quicumque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum*; *implebat manum suam*, inquit Lira, *dando ei maius pretium*, non dicit nummos, sed pretium, non dicit Gregor. aureos, sed commodi vtilitatem, commodum autem non solùm est ex nummis sed ex seruitio, sed ex obsequio, sed ex labore, vt euanescat Politicorum insana versutia, quasi non sit actio simoniaca, quia non recipitur aurum; cum ergo vt vides, ordinariè loquendo sæcularium electiones tale commodum respiciãt, cum ferè caro, & sanguis semper in eis, vnde ipsæ non malæ, non indignæ? Quòd cum sit, en ratio vnde idola constituantur, eriganturque in Dei Ecclesia, quia opera manuum hominum sunt, non Dei, homo ea, non Deus effecit; hinc Dei Ecclesiæ destructio, hinc pessimæ in summa cathedra electiones. Siluester enim secundus homo indignissimus ad Pontificatum ascendit per Othonis 3. Imperatoris opera; & Leo homo laicus similiter ad Pontificatum intrusus per Othonem primum; quæ considerans sanctissimus vir Cardinal. Baronius anno 999. sic grauiter fatur: *Ista à Deo indigna pati coacta est Romana Ecclesia, cum per principes sæculi, electiones Romanorum Pontificum facta sunt.* Quod de summa Baronius, dic tu similiter de

20. Est simoniaca collatio.

Tharasius

21. Spiritus sanctus subhasta ponitur.

22. Simonia non solum est absurda, sed è cæteris commodis.

23. Dei Ecclesia indigna passa quando per principes eligebantur Romani Pontifices.

Baronius.

1. Reg. 8. n. 8.

Math. 10 n.25.

Tertull.

3. Reg. 13. n.33.

infimis, ac mediis.

24. Electionis diuinæ, vel humanæ quale cuideus signũ.

Et vt tandem concludam, signúmque tibi præbeam, quando electio Dei, quando hominum, quando ob hoc idolum, quando Deus in terris, cùm Dei tantum sit Deos constituere per gratiam, accipe à posteriori euidens signũ, cum post electionem videris ab electo Deum tantum respici, bonum solùm modo Ecclesiasticum, & Reipublicæ, dic electionem Dei, & si tibi non appareat: cum verò econtra non tantum Deum, sed temporale commodum, non bonum Reipublicæ, sed priuatum, non merita, sed lucra, & tandem non Deum, sed homines respicere electum, & si in sanctuario tales videas, dic hominum fuisse electionem, non Dei, ac proinde permissam, non factam ab illo. Quatuor quippè in templo Dei reperio Cherubinos, duos per Mosem effictos, duos per Salomonem; primos Dei iussu, Exod. 25. n. 19. secundos non Dei iussu, sed ab ipsomet Salomone; hæc autem inter illos intercedebat differentia, quod primi respiciebãt tantũ sanctuariũ; vnde licèt se mutuo aspiciebãt, facies tamẽ sẽper ad sanctuariũ erant intentæ, *respiciãtq; se mutuo versi vultibus in propitiatorium*; at Salomonis, vt testatur Ribera de templo lib. 1. c. 6. facies non ad propitiatorium, sed ad portam habebant sanctuarij, siue ad domum exteriorem; & ratio est euidens, nam cum alis suis arcam cum Cherubinis Mosaicis cooperiebant, & has extensas ad Meridiem, & Septentrionem, sic vt vterque paries ab ipsis tangebatur, fiebat vt terga haberent ad Occidentem, facies ad Orientem, hoc est ad templi portam; quale ergo in hoc mysterium? sanè mea sententia illud, quia primi tanquam à Deo electi, ad sanctuarium tantum respiciebant, quia eorum electio ad illud solum prospectabat, ob quod & ipsi ad nil aliud intendebant, *& vultus eorum non sunt*, ait Auguſt. quæſt. 105. in Exodum, *nisi in propitiatorium, quia cuicunque profectui ad multitudinem scientia spes non erit, nisi in Dei misericordia.* Nec à quo habebant, scientia nempè, profectum sperabant, vide quomodo ab alienis? & sic quomodo alia nisi solùm Deum intendere poterant; hinc sic eos Moles sanctissimus constituit, quia eius intentio illa tantum, vt sanctuarium respicerent, & sic ipse in eos efformando nullam aliam obtinuit intentionem, nullum alium respectum, ob quod Dei omninò electio; at Salomonis, & si arcam protegebant, tamen facies templi portam, per quam oblationes, per quam munera ingrediebantur, hinc non solùm Deum, sed munera attendebant; sanè sanctum, at non sic diuinum, vt priores, qui toti in Deum, & ob Deum, vnde humani, & ab homine effecti: sic pari modo cum tu simile quid in electione aspicies, quando electus non tantum Deũ, sed cõmoda, sed emolumenta, sed carnem respicit, & sanguinem, dic electionem non esse deificam, sed humanam, ab homine effictam, non à Deo, & si in sanctuario, & ad sanctuarium. Audi Bernard. in Serm. super illa verba. *Ecce nos reliquimus omnia*, vniuersos, ait, *in ordinibus Ecclesiasticis, caterisque ad sanctuarium pertinentibus honorẽ quarentes proprium, aut diuitias, seu corporis voluptates, postremò quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi manifestè prorsus, & indubitanter non ea quæ à Deo est charitas, sed aliena à Deo cupiditas introducit.* Quod si sic, da Dei Ecclesiam destructam, da tandem idolis plenam, qui non vident, non audiunt, non odorantur, non sapiunt, vt noster inquit sapiens, cuius ratio, quia *homo effecit.*

25. Cherubini quatuor in Dei templo, duo à Mose, duo à Salomone. *Exod.* 25. n. 19.

26. Quæ inter illos differentia. *Ribera.*

Auguſt.

Bernard.

Num 18. *Sed & animalia miserrima colunt; insensata enim comparata his, illis sunt deteriora.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

PErgit in exprobratione Ægyptiorum idolatriæ, probans eos inter cæteras esse miserrimas gentes, dum & si alia etiam animalia adorarent, ipsi ea quæ cum illis comparata deteriora inueniebantur, cum inter ea musca erat, vermis, aliaque de putri materia nata, *natura quadam peccata*, vt ait Cantacuz. *quàm per se instituta opera*: quę proinde nec Deus initio creauit cum aliis, neque vt cætera bona, & pulchra nominauit, neq; sua illis benedictione impertita crescere, ac multiplicari præceperit: vnde ait:

Cãtacuz.

Animalia miserrima colunt, &c. Græc. *odio odiosissima, infectissima*: nam non solùm, quæ diximus animalia, colebant, vilissima scilicet, sed etiam infectissima, vt crocodilos, feles, serpentes, ibides, & similes bestias hominibus noxias.

Insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. Vatab. *vt quæ aliis comparata deteriora sunt propter hanc dementiam*: vbi pro ly *his*, intelligit Vatab. idola, homines mortuos representantia, inter Deos collatos, quæ collata cum his animalibus, quæ adorabantur ab Ægyptiis, meliora eis inueniebantur, quatenus homines representabant, licet ipsa opera essent mortua, vnde sensus secundùm ipsum erit; insensata, hoc est animalia mente, & ratione carentia ab Ægyptiis adorata, aliis idolis gentium comparata, quæ figulus efformat deteriora inueniuntur. Bonauent. è contra per insensata intelligit statuas, seu idola, quæ cum animalibus comparata affirmat esse deteriora. Hug. de hominibus intelligens inquit esse sensum, quod insensata comparata his, figulo nempe, & hominibus, illis sunt deteriora; verus sensus est Cantacuz. Oserij, Sa, Lorini, Castri, & aliorum, vt comparatio sit inter animalia ratione carentia, inter quæ deteriora colebantur ab Ægyptiis, noxiora, viliora; vnde sensus, insensata enim comparata his, animalibus scilicet ab Ægyptiis, adoratis, hæc illis sunt, & inueniuntur deteriora, cum cætera animalia, & si ratione careant, quod & esse insensatum, tamen quia benigna, ac vtilia, magis cum mente consonant humana; at quę ab Ægyptiis adorantur, dum ferina, & crudelia, peiora inter cætera inueniuntur animalia.

Bonauẽt. *Hugo.* *Cãtacuz.* *Oseriꝰ.* *Sa.* *Lorinus.* *Castro.*

Num. 19. *Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere, effugerunt autem Dei laudem & benedictionem eius.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

PErgit contra Ægyptiorum idololatriam, & sicut dixerat eos miserrima colere animalia, sic nunc eos improbat, quia non solùm miserrima, sed aspectu horrida, vnde verè esset admirandum,

Digitized by Google

admirandum, cur in tantam dementiam deuenerint illa adorare, quæ ex ſolo aſpectu horrorem, immo & nauſeam incuterent, vt mox dicemus.

Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibus bona poteſt conſpicere, &c. Græc. *Neque quatenus deſiderare*, vel *nec quatenus deſiderentur quod*, vel quaſi, *in cõſpectu animalium pulchra ſint*. Vatab. *Quaq; ne animalibus quidem tam videntur pulchra vt deſiderio eorũ tangantur, quæ Deo deniq; probatore careãt, & fautore*. Optima expoſitio vt mox videbimus aliorũ ſententiis priùs expreſſis.

Liranus. Carthuſ. Liranus enim, & Carthuſ. aiunt, homines idololatras ſignificari, qui & ſi nil boni, vel pulchri in talibus deprehendere poterant animalibus, tamen ea adorarunt, vnde meritò ob hoc Dei benedictionis, & gratię donum perdiderũt.

Hugo. Bonauẽt. Holkoth. Hugo, Bonauent. Holkoth. ſententiam interpretãtur de rebus ab idololatris pro Deo habitis, omni prorſus boni proſpiciendi facultate priuatis, quia cũ eſſent res mortuæ, nullum proſpicere bonum poterant, & ſuis prænũciare cultoribus.

Bonauẽt. Carthuſ. Idem Bonauent. & Carthuſ. de ipſis intelligunt etiam animalibus Sapientis verba, quæ dum ratione carent, nulla vera honeſta bona proſpicere poſſunt.

Vatab. Cãtacuz. Lorinus. Caſtro. Omnes ſunt ſenſus tolerabiles, attamen verus, & germanus, & ad textum Græcũ proprius accedens eſt Vatab. & Cantacuz. Lorini, & Caſtri, talia eſſe animalia ab Ægyptiis adorata, vt ſi ad cætera referantur, nec inter illa comparetę poſſint, ſic putrida, ſic horrida extabant, vt mirũ eſſet quid in eis repererunt, quod ad adorãdum impelleret. Vnde elegantiſſimè hoc exprimens noſter interpres, ait: *ſed nec aſpectu*, hoc eſt ex aſpectu *aliquis*, homo nempè *ex his animalibus bona poteſt proſpicere*; hoc eſt poteſt bonum aliquod quod ad ea adoranda impellat, ex eorum cognoſcere aſpectu, veluti ex muſca, aut ex verme, qualis enim horum eſt aſpectus vt ad adorandum alliciat; merito ergo deſpiciendi, qui talia coluerunt.

Lorinus. Caſtro. Cãtacuz. *Effugerunt autem Dei laudem, & benedictionẽ eius*, &c. Græca *effugit*, ex quo fit vt ſuppoſitum nõ poſſit eſſe homines idololatras, ſed animalia, vt bene Lorinus, & Caſtro, quia Græcis neutrũ plurale eleganter iungitur ſingulari verbo, vnde ſenſus eſt Cantacuz, talia ſcilicet animalia eſſe, quæ ab Ægyptiis colebantur, quæ dum è putri orta materia, nec laudem, nec Dei benedictionẽ ſicut animalia in principio obtinuerunt, vt ſuprà etiam diximus, immo maledictionem, vti quando Deus ſerpenti maledixit.

Lorinus. Lorinus nouam quãdam expoſitionem affert, quæ & ſi ſingularis optima mihi videtur, accipit ly *effugere*, pro effugare, vt c.1.n.5. *Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum*, vnde ait, ſenſum eſſe poſſe, laudem & benedictionem vero Deo debitam deemptam eſſe à turpibus, & vilibus animalibus, hęc expoſitio non exiſtimo, quod multum à ſenſu diſſonet literali, & ſimul pium valde inuoluit, dum quaſi admirans concludit Sapiens Dei cultum, & venerationem effugatam non à rebus formoſiſſimis, nõ à creaturis excellẽtibus, non à ſpiritibus ſuperioribus, ſed à viliſſimis, deformibuſq; animalibus, quid ampliùs mirandũ?

Duabus rationibus ſuam probat Lorinus ſententiam, prima, quia nõ propriè effugere laudẽ, & benedictionem dicuntur, qui non laudantur, vel non benedicuntur, vnde & ſi quæ ex putri materia animalia non fuerũt benedicta, non inde ſequitur, quod ipſa Dei effugerunt laudem, quaſi eam detrectarent, ac repugnarẽt. Deinde, eſtque ſecunda ratio, quia animalia quæ generantur ex putri materia, & quæ non ex tabe, aut corruptione mortuorum animalium, multorum eſt ſententia authorum probabile eſſe in mundi primordio etiã à Deo producta, ſic Aug. lib. 3. de Gen. ad lit. c. 14. D. Thom. 1. part. qu. 72. Ambroſ. hom. 7. & 5. in Examet, Tertul. lib. 1. cõtra Marcionem, & alij quos ipſe affert. Ergo etiam hæc benedicta; vnde ceſſat omninò ratio ob quã cęteri mouebãtur ad aſſerẽdũ animalia intelligi putrida, quatenus à Deo non fuerũt benedicta.

1. Animalia ex putri materia à principio, à Deo etiam creata.

Auguſt. S. Thom. Ambroſ. Tertull.

HOMILIA LXX.

Dei querimonia de hominibus pro vilibus eum derelinquentibus.

Miſerum derelinquere Deum ſummũ bonum, ſummam perfectionẽ, infinitã pulchritudinem, quis dubitet? & ſi res ſint præ grandes, ſi propè modum immenſæ; at pro vilibus, profecto miſerrimum, quod homines, quod dæmones antiqui vero Deo derelicto adorarent, quod aſtra, quod ſolem, quod lunam, malum, at peſſimũ quod animalia, & talia vt noſter inquit Sapiens ſic horrida, quod nec ex *aſpectu* poſſet quis delectari, & quod talia Dei ab hominibus effugarent laudẽ, ac benedictionem, hoc ſtupendum, hoc admirandũ, hæc Dei ſummi de hominibus querela; audi Domini ſenſum per Hierem. c.2.n.5. cui inhibet, non quidem vt verba, ſed vt clamorem promat, *vade, & clama in auribus Hieruſalem*, quid clamabit? *quid inuenerunt in me patres veſtri iniquitatẽ, quia elongarunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatẽ, & vani facti ſunt?* Pende illud poſt vanitatẽ, non pro re ſubſtantiali, non pro ſolida, ſed pro re vana, pro re turpi, pro nihilo Deum mutauerunt. Sanctus Hieronim. Theodoret. Hugo. & S. Thom. pro vanitate idola hic intelligunt, Sanctus Thom. etiam quodlibet peccatum, quod dicitur vanitas. *Primò*, ait Sanctus, *quia phantaſticum eſt in eligendo; ſecundò, quia tranſitorium eſt in permanendo; tertiò, quia fallax eſt in expectando; quartò, quia infructuoſum eſt in conſequendo*. Pende ſingula, & obſtupeſces pro quibus Deus derelinquitur, pro phantaſtico, pro eo quod non eſt, pro eo quod imaginatur eſſe, pro bono fictitio, Geneſ. 3. n. 6. *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum*; vnde ex viſu guſtus bonitas? hîc equidem ex palato; hinc rectè ab Ambroſ. infirma iudicij appellatur, lib. de paradiſ. c. 13, *infirma author iudicij, quæ de eo quod non guſtauerat iudicabat*. Ergo dum ex viſu bonitatem apprehendit, & non ex palato, illa bonitas non quid extitit reale, ſed fictitium, ſed imaginatiuum, & tamen pro hoc vano, pro hoc fictitio, pro hoc non reali, ſed apprehenſo bono, ac pro hoc nihilo Deum dereliquit, Deum commutauit, qualis hæc deformitas? qualiſque vera Dei querela? quod homines, quod peccatores Deum derelinquant pro magnis, pro rebus ſolidis, pro regnis, pro imperijs, pro ingentibus lucris, malum; at quod

Hieronẽ 2.n.5.

1. Dei ſenſus dum pro vanis relinquitur.

Hieron. Hugo. Theodor. S. Thom.

1. Peccatum eſt quid vanum, & phantaſticum.

Geneſ. 3. n.6.

Ambroſ. 3. Eos Deum reliquit pro bono imaginario tantum.

hoc pro phantaſticis, pro fictilibus, pro tantùm bono apprehenſo imaginario, hoc ſtupendum, & admirandum.

4. Hominum miſeria Deum relinquere pro bono ſictitio pro quo & vitam deperdant. *Ezech.* 16 *n.* 33.

Immò quod ampliùs ſtupendum, vt non ſolùm Deum derelinquant pro bono iſto apprehenſo, nil interim patiendo, ſed vitam, ſanguinem, ipſáque bona conſumendo ſequuntur non ſolùm vanitatem, ſed vident quod vani fiunt, & tamen peccare non deſiſtunt, Deum pro vanis illis relinquentes, qualis hæc impudentia? Ezech. 16. n. 33. *Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dediſti mercedem omnibus amatoribus tuis*; de populo ſuo queritur Deus: quem locum exponens Origenes Homil. 1. in hoc c. *Congregat mercedes*, ait, *qui peccando ſit dives, gloriam in ſæcularibus comparat, peccando feliciter in mundo agit, quando peccando iſta naſcuntur, dantur mercedes meretrici; quando verò fornicatur, & non agit proſperè in ſæcularibus rebus, ſed per hoc quod peccauit infeliciter vivit in ſæculo meretrix eſt, non congregans mercedem.* Quod exemplificans de Chriſtianis, ſeu religioſis, ſic ſequitur: *Tribuit adultera mercedes de rebus viri ſui, quia Deus animæ ſponſus dedit illi inſtitiam, caſtitatem, charitatem, & cætera bona: quando verò voluerit anima diabolum ſequi, accipit bona viri ſui, quæ multo tempore cum labore quæſierat, & dat ea amatoribus ſuis.* Quod Gentiles, amice, quod Barbari, quod Mauri Deum commutent, quod derelinquant, quod pro fictitiis, pro falſis, pro phantaſticis eum offendant, & vitam ob hoc inſuper inſumant, malum, ſed non horrendum; at quod Chriſtiani, quod qui Deum agnoſcunt, quod tãdem religioſi, hoc prorſus horrendum; quod iſti dæmoni bona Dei profligant, quod peccent non lucrando, ſed dando, quod millia patiantur infortunia, & tamen Deum derelinquant, hoc eſt illud ob quod Deus apud Hieremiam vbi ſup. cælum, terrámq; ad ſtupeſcẽdum aduocat, n. 12. *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer; duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontẽ aquæ vivæ, & foderũt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Pende illud *populus meus*, non tantum populum dixit, ſed meum, qui me agnoſcit, qui meis tenetur beneficiis, qui maieſtatem, potentiam, virtutem, bonorum abundantiam meam callet, & tamen me dereliquit, nonne his inſimulat Chriſtianos verbis? at propter quid illum deſerunt, *ob ciſternas, ciſternas diſſipatas*, pende reduplicationem? cur non ſimpliciter dixit *ob ciſternas diſſipatas*, ſed reduplicauit, priùs abſolutè ponens ciſternas? ſanè ob id quod dicimus, malum eſſet ſi pro ciſternis aquas continentibus Deum derelinquerent, malum ſi pro mercede, quam pro peccato acciperent, at eum ſine mercede derelinquere, ac pro ciſternis diſſolutis, diſſipatis, pro vanis, pro phantaſticis, & ob iſta laborare, ac fodere vſque ad mortem, vſque ad conſummationem, obſtupeſcant ſuper hoc cæli, & portæ eius deſolentur.

5. Homines Chriſtiani diabolo dũ ſeruiunt dant illi nõ accipiunt ab illo mercedem.

Hierem. 6. Quam horrẽdum hoc ſit malum.

7. Chriſtianorum miſeria Deum relinquere pro rebus quæ ei cauſa erãt mortis, & extremi laboris.

Immo querimonia creſcit, dum non ſolùm Deum commutant pro viliſſimis, non ſolùm eum derelinquunt peccando, & inſumendo, ſed etiam illum commutant pro viliſſimis quæ ab eis & vitam, & ſanguinem, & requiem auferent, qui nudos ſpiritualium, & temporalium eos derelinquunt: *Seruietis diis alienis*, A ait illis Deus per Hierem. c. 16. n. 13. *die, ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.* En fructus die noctúq; ſeruire, & poſtea nullam habere requiem, nullum ab eis tribui ſolatium: *Quidquid peccauimus, quidquid malorum operum die, ac nocte facimus, imperium eſt dæmonum*, ait Hieronim. hîc, *qui nunquam nobis dant requiem, ſed ſemper impellunt delictis augere delicta, & cumulum facere peccatorum*: ô mirum! ô magnum! ô Dei ſenſatiſſima querela, vt hoc verum ſit, vt ſic experientia conſtet, vt nemo ſit peccator, ſit mundanus, qui inficias ire poſſit, & tamen libenter, promptóque animo ad vana hæc, ad idola iſta currunt adorandum, quaſi nil laborarent, quinimmo ipſum laborem requiem dicant, & ipſa tormenta oblectamenta, quid hoc niſi ferina quædam beſtia- B litas, ne ſtoliditatem dicam Aſininam, *Iſachar Aſinus fortis*, de eo prophetauit Iacob pater, Geneſ. 49. n. 6. Hieronimus *Aſinus eſſens*, hoc eſt totus fortis, totus robuſtus, princeps fratrum in robore; at ad quid tantum robur? *Accubans inter duos terminos, vidit requiem quod eſſet bona, & terram quod optima, & ſupoſuit humeros ſuos ad portandum, factuſque eſt tributis ſeruiens.* Pende ſingula, & verè hunc non hominem, ſed iumentum dices: primò vidit requiem quod eſſet bona, de illo dicitur; ſi diceret expertus requiem, profectò non eſſet Aſinus, ſed ex viſu percipiens requiem, & non ex experientia, & ex viſus tantum perceptione, ac ex apprehenſione tantum phantaſtica ſic libenter, & ex animo moueri, vt totam illam ſuam impenderet fortitudinem, C totúmque conſumeret robur ad portandum, & tributis ſeruiendum, & hoc libenter, verè non homo, ſed aſinus, & inſuper quod portare, quod tributa pendere appellet requiem, qualis ſtultitia maior, quale amplius ingenium rude? rectè Caietan. hîc: *Aſſimilatur*, ait, *Aſino oſſeo; Aſino quidem propter ruditatem ingenij, contenti laborioſæ ſeruitutis ſtatu; Oſſeo autem propter magnitudinem roboris corporei ad ſuſtinendum.* Quid? nonne ſic hodie videmus, palpamus, ingemiſcimus; robuſtiſſimos quóſque videmus peccatores, quos rectè accubantes inter duos terminos appellare potes, quatenus ſic viuunt, vt nec Chriſtianos, qdia gentiliter viuunt, nec Gentiles, quia vero Deo credunt, eos iudicare potes, iſtos enim videas die, noctúque laborare ob res vanas, phantaſticas, fictitiáſque, ob bonum non reale, ſed tantum apprehenſum, vt diximus, & tamen ob vanum hoc totam ſuam conſumunt fortitudinem, & inſuper *eſſe ſub ſenſibus requiem dicunt*, & ipſum labotem, ipſam requiem, Deum verum derelinquentes, Deum ſummum pro his commutantes, qualis hæc Dei erit querimonia? Queritur de Gentilibus, irridet Sapiens illos, quia in Deos aſſumebant illa animalia, quæ nec ex aſpectu allicere eos poterant, & quod hæc Dei effugarent laudem, & quod his Deum commutarent; & non queretur Deus videns Chriſtianos ipſum derelinquere, non propter delitias, ſed propter labores, qui ex aſpectu tantum horridiſſimi, & quod non mundi, ac diaboli delitiæ, ſed labores ſuos ab ipſo abſtrahunt?

Hieron.

8. In hoc prorſus ſtolida vt iumenta. *Geneſ.* 49. *n.* 6. *Hieron.*

Caietan.

9. Deus aliquando per ſolas internas inſpirationes nil efficeret niſi externa adiungeret mala.

Immo quod admirandum, vt ſi caſu aliquem ex his Deus ad ſe aduocat, ſi è poteſtate eripere velit dæmonis, ſi à domo ſeruitutis, ſi vt eleuet laboret, & ſi millies adnocet, & ſi clamet, & ſi intus veluti impellat, ſi nulla adiungat externa, niſi ſæcularium timorem rerum, niſi practicam, vt ſic dicam, malorum experientiam, nil efficiet, Geneſ. 31. n. 30. Conſidera quæſo Iacobi labores in Labani domo, quem figuram ſuſtinere mundi, ac diaboli omnes ferè conſentiunt expoſitores, *die, noctuque æſtu vrebar, & gelu*, tremens Labano ipſe dixit, *fugiebatque ſomnus ab oculis meis*, pende hoc verbum, ſic acriter vigilabat, ſic indefeſsè, vt nec propè illum ſomnus aduentare auderet, ſed quaſi exterrefactus fugeret, *captum à beſtia non oſtendi tibi, ego damnum omne reddebam*; mira ſeruitus, vt nec quæ caſu peribant, quæ violenter, non penderet, *quidquid furto peribat à me, exigebas*, grandis ſecuritas, vt nec quæ furto relaxaret, at quale ob tantos exhantlatos præmium labores? prorſus nihil, vnde illi exprobrans dixit, *quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ?* vidiſti vitam miſerabiliorem, labores duriores, ingratitudinem maiorem? & tamen vt è domo Labani Deus Iacob euocaret, vt ab illa exiret, vt in domum rediret patris, priùs omnia hæc, & poſtea mandatum eius quaſi ex ſe imporens, neceſſarium vt metus præiſſet Labani, filiorumque, vt timor amiſſionis rerum, vt periculum vitæ, audi Scripturam Geneſ. 31. n. 1. *Poſtquam autem audiuit verba filiorum Labani dicentium, tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris noſtri, & de illius facultate ditatus factus eſt inclitus, anima vertit quoque faciem Labani, quod non eſſet erga ſe ſicut heri, & nudius tertius, maximè dicente ſibi Domino, reuertere in terram patrum tuorum.* Adnoto ly *maximè*, quaſi poſt omnia illa, & non ante, quaſi ſi priùs fuiſſet mandatum, & ſi iuſtus, & ſi ſanctus, & ſi talia in domo patiebatur Labani, nil cum illo Deus effeciſſet, nil ab illo obtinuiſſet; ſic homo mundo eſt addictus, ſic peccator diabolo, ſic difficillimè Deum ſequitur, ſic malè & ſi ad domum patris eum auocet, miſeram non vult deſerere vitam, feliciſſimam amplecti, ſic tandem egrè mundum, ac vilia pro Deo commutat, ſic facilè pro diabolo Deum.

10. Iacob & ſi duriſſimè à Labano tractabatur tamen ab eius domo diſcedere nolebat, in hoc peccatoris figura.

Geneſ. 31. n. 30.

Geneſ. 31. n. 1.

Immo quod ampliùs, nam non ſic equidem eſt ipſa admiranda commutatio, quantum frontoſitas, audacia, & facilitas quæ talem operantur commutationem; hæc enim ſi in ſcelerata illa populi Iſrael petitione animaduertens prorſus ad ſtuporem adduceris, Geneſ. 32. n. 1. *Videns autem populus quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, congregatus aduerſus Aaron ait, ſurge fac nobis Deos, qui nos precedant*; vt talis petitionis frontoſitatem, ac perfricatæ mentis vim penetres, attende, quando hæc petierunt, & in quibus tunc, tunc Dei ſummi verſabantur beneficijs; Primò enim petierunt Deos, Deumque pro vitulo commutare intentarunt, qui in ſummitate montis Sinay, in ſpecie nubis, ac caliginis actu exiſtebat, videntibus, ac proſpicientibus ipſis, ergo in eius facie, in eius præſentia, ante eius oculos eum commutarunt, ac minus vitulo æſtimarunt, qualis hæc frontoſitas! Secundò tunc Deum ſummum commutarunt, ac pro falſis dereliquerunt diis, quando actu eos paſcebat manna è cælo defluente; Tertiò tandem tunc ipſum dereliquerunt, quando vt rectè Abulenſ. in hunc locum quæſt. 9. in eorum medio colũna extabat nubis per diem, & ignis per noctem. Attende ſingula & vecordiã, inſaniã, frontoſitatem obſtupeſces, quod quando vt par eſt ſatis admiratus fueris, mentis aciem nunc ad malos reuolue Chriſtianos, & perpende quanto nunc ipſi frontoſiores, quantum inuerecundiores; peccant coram Dei multoties oculis, peccant coram tremendo illo Dei Angelo, ſub nube ſpecierum ſacramentalium velato, quid iniquius? & quaſi domos nõ haberent ad luxuriandũ, in ipſa Dei domo, in ipſis eius oculis animas proſtituunt, Deum ipſum derelinquentes, pro viliſſimis commutantes: proh dolor! proh pudor! Chriſtianorumque confuſio, vt domum Dei lupanar efficiant, & quaſi non Deus, ſed ligneum eſſet idolum, ſic effrenatè, ac frontosè eum offendunt, & commutant, nonne melius iſtis, ſi Deum non agnoſcerent? Grauiter equidem Rupert. adnotat Exod. c. 33. ſuper illa verba Dei ad Moyſen, *Aſcende de loco iſto tu, & populus tuus*, ex miſericordia appellaſſe illum populum Moſis, non ſuum, quia dum ſic viuebat, potius illi erat non vocari Dei populum, nec Deum eſſe ſuum, quia ſi ſuus, & ſic viuebat, certiſſimè eos erat diſperſurus, occiſurus, *Ac ſi dicat*, ait Rupertus, *quoniam populus dura cervicis es, non tibi expedit, vt me Deum tuum nomines, vt culturam meam profitearis, vt leges meas bainles, ad proximandum tam pronus, & facilis, leuius enim multo eſt Deum neſcire, quam cognitum irritare.*

Abulenſ.

12. Templa Dei violare quam horrendum peccatum.

Rupert.

13. Chriſtianis leuius eſſet Deũ neſcire, quam eũ ſcientes malè viuere.

11. Peccator quanta frõtoſitate Deum deſerit.

Quid vis vt dicam? peiores in hac re ipſis Gentilibus ſunt Chriſtiani, peiores ipſis idololatris, grauiórque Dei de ipſis, quàm de illis querela. Mirum, & magnum; vt quia manus, pedéſque, ac Dagonis caput ſuperlimen à Deo opprobriosè erectum 1. Reg 5. n. 4. *Caput autem Dagon, & duæ palmæ manus eius abſciſſæ erant ſuper limen*, quia tantum limen tetigerant, & ſi mutila membra, tanta veneratione poſthac limen illud veneratum & cultum, vt nullus ex ſacerdotibus, nullus ex populo vltra calcare illud auderet, ſed tranſilirent, vt in templum intrarent; *propter hanc cauſam*, ait Scriptura, *non calcant ſacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius ſuper limen Dagon vſque in hodiernam diem.* En reuerentia ex tactu tantum mutilorum membrorum ſimulati Dei, ex memoria tantum Dei mutili, qui præteriit; & inſuper quod notandum, hoc non vno, vel altero die, ſed vſque in perpetuum, vſque dum templum extitit illud, quid ad hęc Chriſtiani, quid ad hæc nos miſeri ſacerdotes, quid ad hæc qui non ſolùm ad nefanda limen calcant templorum, ſed ipſa altaria, pudet dicere, horret mens, languet manus, proſtituuntur in Dei altaribus mulieres quaſi in cubilibus, fiunt templa lenonum officina, & ante Dei oculos illa admittuntur, quorum ante proprios puderet, & ſi gens eſſet vilis, & ſi infamis; At pergo, & frontoſitatem Chriſtianorum ex illo etiam colligo, quia Deum commutant pro viliſſimis, & ſi cibo alantur diuino, ſi manna illo ſuauiſſimo, auguſtiſſimóque ſacramento, mentiar ſi millies in ſacris non audiui confeſſionibus horrenda eodem prorſus

14. Peiores ſũt ipſis idololatris quando mali.

1. Reg. 5. n. 4.

15. Obſcena conſultatio aliquos ſpiritualium reputatorũ magiſtrorum.

die, immò eodem manè, quo ad sãctiſſimum acceſſerant ſacramentum; immò quod infandum, quod horrendum, ad tãtam dementiam aliquos deueniſſe reputatos ſpirituales magiſtros, vt illud cõſulãt, ad SS. ſacramẽtum ſcilicet accedere, ore adhuc putidiſſimo meretricio odore exhalãte; nam ſufficit, aiunt, vt ſacramentum præcedat pœnitentiæ, cum non plùs Apoſtolus, non plùs concilium requirat Trident; ô turpis, & vecors infania, *vapulatione*, vt aliò dixit Bern. *potiùs digna, quàm confutatione*; audent cõſulere, vt cum eodem Bernardo dicam in Serm. ſuper illa verba: *Ecce nos reliquimus omnia, agni immaculati contingere carnes, & intingere in ſanguine ſalnatoris manus nefarias, quibus paulo ante carnes, proh dolor! meretricias attrectauerunt.* Qualis de iſtis Dei erit querela? tandem peccant, columna exiſtente inter eos, diuina ſcilicet luce veræ fidei Catholicæ, quod ſacrilegium augmentat; nam vt diximus, ſi Gentiles, ſi qui Deũ non agnoſcũt, Deum pro viliſſimis cõmutarent, minus equidẽ eſſet malum, & ſi malum; nam vt egregiè idem Bernard. vt alibi diximus in lib. de diligẽdo Deo, Gentiles etiam Deum amare tenentur, quia *& ſi Gentilis neſcias Chriſtum, ſcit tamen ſeipſum, proinde inexcuſabilis eſt: nam clamat intus ei innata, & nõ ignota rationi iuſtitia, quia ex toto illũ diligere debet, cui ſe totum debere non ignorat; ac nequaquam*, vt infrà ait Sanctus, *talibus aculeis incitatur amoris, quales Chriſtianus in Eccleſia experitur*: Ideò quod illa Chriſtiani operentur, peſſimum, quod ſcilicet, quia fidem tenent, quia Deum ſciunt, quia columnam vident ardentem, Deus bone, Deus ſancte, quale de hoc erit iudicium; qualis iuſta querela?

Bernard.

16. Hominum malitia Deum deſerentium ſtat, vt eum Deum deſerant pro viliſſimis, viliſſima eſſe ſcientium.

Immo augetur eius ratio ex obiecti agnitione viliſſimi, vt noſter ait Sapiens; Deum commutant pro viliſſimis, quæ viliſſima eſſe ſciunt: immo amplius conſiderandum, quod ob hoc viliſſima Deus conſtituit, ne forſitan à pulchritudine deciperentur. Ad tentandum primam noſtram accedens diabolus parentem, formam aſſumpſit ſerpentis; mirum ſi eius attendes aſtutiam, cum facilè ex horrido poterat mulier colligere aſpectu doloſum eſſe quod proiiebat, & colloquium fugere aſperum dum ſerpentis? Vnde ergo talem aſſumpſit formam inconuenientem aſturus? optimè Liranus in c. 3. Geneſ. ſuper illa verba n. 1. *Sed & ſerpens erat callidior*, illud non ad voluntatem dæmonis, ſed ad Dei refert imperium dæmonem cogentis, vt aſſumeret formam, ne faciliùs deciperet, & vt faciliùs Eua deceptionem recuſaret: *Quod autem ad hoc ſerpentem intrauit*, ait, *non fuit ex demonis electione, ſed magis ex diuina diſpenſatione, quæ non permiſit hominem tentari per diabolum in ſpecie gratioſa, & nobili per quam poſſet facilius decipi, ſed magis in ſpecie horribili, in qua fallacia dæmonis citius poterat deprehendi.* Creuit ergo ex hoc primi hominis peccatum, creuit vecordia, creuit Dei iuſtiſſima querela, dum diabolo credidit non in forma Angeli, ſed ſerpentis; En amice, multorum Dei iuſtiſſima lamentatio, pro abiectis eum deſerunt plerumque, & vt plurimũ viliſſimis, inſuper & horridiſſimis. Quæſo te propter quæ ſæpe Deum carnales commutãt, ſi attendas, obſtupeſces, multi beſtiales cum animalibus coherent, multi cum fœminis turpiſſimis, multi cum fœtidiſſimis; Deum atteſtor in cuius ſcribo præſentia, multoties mulierculas audiſſe obſcœna confitentes, ac ob eas viros depereuntes, quarum habitus tantum peſtem generare poſſet mortalem, ſic peſtilens vt propè me ad capitis vertiginem deflecteret, ſic vt vltra progredi non poſſem; mentiar ſi verum non aſſero, vnum ex iſtis, & equidem non ex plebe, ſed ex magnatibus, ſed ex opulentiſſimis mihi narraſſe, aliquando cum fœminis laſciuiſſe ſic putridis, ac malè olentibus, vt in ipſomet actu nares obturaret, ne putridum oleret odorem; & tamen peccare non deſiſtebat, & tamen propter illas Deus deſerebatur, Deus commutabatur, horrendum dæmonẽ in ſerpẽtina forma amplectebatur, deoſculabatur, qualis putas de hoc Dei ſenſus, qualis querimonia?

Geneſ. 3. n. 1.

Liranus.

17. Diabolus ad decipiẽdum Euam inſtrumentũ ſumpſit ſerpentẽ ex Dei impetio & cur.

Quæ profecto amplius augmentatur, ſi eius de nobis æſtimationem penſitas, ſi noſtram de illo vilipenſionem vt ſic dicam: ô res omni digna admiratione! ô naturæ prodigium, vt deus ſic æſtimet hominem, homo ſic Deum vilipendat? audi me Exod. 33. n. 1. Deum iratum reperio ob populi peccatum, cum populo ampliùs egredi recuſantem; attamen dum ipſe ampliùs gradiri nollet, tanti eos feciſſe, vt non aliquod animal, non alium hominem, ſed pro ſe Angelum, ſummum ſpiritum, ſupra totam naturam perfectiſſimum humanam, vt præiret promiſit, *mittam præcurſorem tui Angelum, non enim aſcendam tecum.* Ergo & ſi indignatus, & ſi iratus, & ſi offenſus, talem de homine concipiebat æſtimationem, vt pro ſe non alium hominem, vt dixi, non animal vt ipſi merebantur, ſed Angelum commutaret, Angelicam mitteret ſublimem poteſtatem, ſic alte, ſic digne hominem æſtimans, vt quaſi indignum non inferiorem decreuerit creaturam; at homo pro quibus Deum commutat; pro quibus Iſraëlitæ, pro vitulo, pro iumento, pro ineptiſſimo animali, ac quid ampliùs horrendum? meritò deiecti, meritò conſumpti: *Fecerunt vitulum in Oreb*, clamat Dauid Pſalm. 105. n. 19. *& adorauerunt ſculptile, & mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum*; at quid illa *comedentis fœnum*? Sat enim fuerat dixiſſe vitulum; intelligitur enim hunc fœnum comedere, ſanè Auguſt. reſpondit hîc illud additum, vt intelligeretur, ideò iuſto Dei iudicio vitulum hos adoraſſe fœnum comedentem, vt ſimul eſſet prophetia, quod dum ſic ſuam commutabant gloriam, *ab illo erant comedendi, à quo comeduntur, qui ſapiunt ſecundum carnem.*

18. Deus quam hominem æſtimet, & homo è cõtra quam parum Deum. *Exod. 33. n. 1.*

Pſal. 105. n. 19.

Auguſt.

19. Supra Angelos Deus homines æſtimauit.

Immo vt confundamur, vt rubore ſuffundamur, ſic Deus homines æſtimat, vt nec pro Angelis illos commutare voluit, vt ſup. ex Bernard. Homil. 68. diximus, potiùs æſtimans Angelos quàm nos perdere, pluris nos quàm ipſos faciens Angelos. Nolebat Lucifer nos ſecum in gloria, & ex ſuperbia, ac faſtu ſic ſingularitatẽ appetebat, vt in illa aut ipſe, aut nos; at quid deus ex tunc pro nobis belligerans potiores nos, quàm ipſos fecit Angelos, quã ipſum Luciferũ, & ſi primus, & ſi *Dei ſignaculum*, qualis hæc dei de hominibus æſtimatio? at homo pro quibus deum commutauit, pende factum primorum parentum, & obſtupeſces, Eua pro pomo, Adamus non equidẽ pro Eua, vt eã ſcilicet adipiſceretur,

Digitized by Google

vt eam obtineret, vt ne eam deperderet, quod equidem si malum, aliquid tamen haberet soliditatis, sed ne eam contristaret, ne mœstam aspiceret, ne *delitias suas contristaret*, vt ait August. lib. 12. de Gen. ad literam: *Vxorem igitur*, ait, *quæ iam sedulitate mãducauerat, delitias suas noluit Adam contristare*. Ergo non pro Eua Deum commutauit, sed pro Euæ dolore, pro Euæ passione, & non peccauit vt idem inquit Sanctus, *Carnis concupiscentia, sed amicabilis benuolentia, qua sæpè Deus offenditur, ne offendatur amicus*. Quid ad hæc dicemus? Angelicis choris pluris nos Deus facit, pro summis spiritibus nos Deus commutare non vult, & nos illum pro vilibus, pro animalibus, & non solum pro creatuis, sed pro earum passionibus eum commutamus, ac derelinquimus, nonne cælum obstupescet ob hoc, & portæ eius desolabuntur?

Idem.

20. Filium nobis dedit, vt nobis seruiret.

Sed amplius quid dicam, vt quanti nos Deus faciat innotescat, quantáque sit deformitas non sic eum nos æstimare, vt iustum, æquumque iudicauerit, filium suum vnigenitum, æqualem, non solum pro nobis dare, vt nos redimeret, vitam suam pro nostra commutando, sed quod prorsus indicibile, quia nos ei seruimus, vt ipse suus nobis vicem talionis reddens filius, non solùm in terris, sed in cęlis seruiat, quid mirabilius? Luc.12.n. 3. Luc.12.n.3. *Sint lumbi vestri præcincti*, ait Dominus noster, *& lucerna ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs*. Loquitur hic profecto Dominus seruis, seruitium inhibens, lumborum præcinctionem, lucernarum in manibus detentionem, vigilanter tandem expectare Dominum venturum, ac patienter sustinere; at huic seruitio quam reddit vicem? audi nunc: *Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciens illos discumbere, & transiens ministrabit illis*; *transiens* ait, quis? Dominus, *ministrabit* inquit, quis? ipsemet Deus, *discumbente* qui homines; serui illi, ergo Deus seruiet, homines discumbent, & pro humana diuinam exhibebit seruitutem, diuinam commutationem; meritò exclamat Chrysologus Serm. 24. *Expauenda conuersio seruitutis, quia parumper seruus astitit in Domini sui expectatione succinctus, vt talionem redderet dissimulat se in ipsa diuinitate diuinitas*. Pulchra hæc postrema, dum in terris in ipsa humanitate seruiens ipsa se dissimulauit diuinitas; at in cælis etiam seruiens non in humanitate, sed in sua diuinitate ipsamet se dissimulat diuinitas, scilicet non recumbens, sed ministrans, non famulata, sed famulans, non obsecuta, sed seruiens, talionis vicem reddens, diuina pro humanis tribuens, Deum pro homine, qualis hæc commutatio? hæc equidem est illa diuina Dei in cælis humilitas, quæ ibi sic animas, supremosque inflammat spiritus, vt extrà se eos præ admiratione rapiat, ac extollat, vt diu. ait Thom. Opuscul. 63. c. 2. §. 3. *Est ibi aliud*, ait, *inflammans animam ad amandum Deum, scilicet diuina humilitas, nam Deus omnipotens singulis Angelis, sanctisq; animabus in tantum se subijcit, quasi sit seruus emptitius singulorum, quilibet vero ipsorum sit Deus suus, ad hoc intuens transiẽs ministrabit illis dicens? Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes*, Psal. 81. Quid ad hæc sapientia humana; prorsus obstupescet, ac Deo talem exprobrabit commutationem; vt pro seruo filium commutet, quod erat illud Dauid Psal. 88. n. 50. *Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui*, hoc est vt quidã Græcus author apud Agellũ intelligit *mortem, & sanguinem Christi tui pro redemptione datum*. Hinc Paul. 1. ad Corinth. c. 1. n. 23. *Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam*. O admirabilis conuersio, ô commutatio indicibilis! ô tandem iudicium super filios Adæ horrendum, vt sic illos Deus æstimet, sic honorificet, vt commutando commutans eos, pro se ipso, pro sua maiestate, pro sua diuinitate illud faciat, & homines Deum commutando commutantes illum non solum pro hominibus, creaturisque rationalibus commutent, sed pro irrationalibus, pro vilibus, pro horridis, pro serpentibus, pro muribus, & tandem pro allis, cepisque, qualis hæc Dei nostri querela, qualis sensus, vt talia ipsius effugent laudem, ipsius gloriam, & hoc, vt dixi, non apud Gentiles, non apud Paganos, sed apud Christianos; quod est dicere apud suos dilectos, & amicos, quid amplius horrendum?

Psalm.88 n.50.

1. ad Cor. c.1.n.23.

21. Christiani quantum iudicii ponendus supra se ponunt eũ pro vilibus Deum cõmutant.

Concludam, cælum, terrámque obtestando, quod durum, quod acre, quod terribile de hac Deus sumet iniuria contra Christianos iudiciũ, dum ob hanc, quam de Deo ipsi faciunt commutationem amplius à Turcis, à Gentilibus, à Paganis irridetur, ac blasphematur, amplius hoc persentit opprobrium, quam reliqua omnia, nam dum audiunt talia pro nobis Deum fecisse, talémque commutationem, vt pro seruo Dominum, pro inimicis filium commutaret, nósque vident sic talem vilipendere commutationem, Deum exprobrãt, irrident, & subsannant, & hæc est exprobratio secundum Incognitum quam ab inimicis affirmat Dauid quod laturus erat Deus: *Præsidebat Psalmista*, ait hic author, *quod infideles Christiani abiicerent commutationem Christi, sciliter qualiter Christus commutatus est, quia crucifixus, quia mortuus est*. Ex qua abiectione, ex qua tanti Dei beneficij vilipensione, infidi Deum exprobrãt, quasi insipientem, Deũ subsannant, quasi insanientem, Deum vilipendunt, quasi ignorantem, talia pro talibus fecisse, qui ea abiiciunt, conculcant, ac fœdant, & ac si nihil pro illis Deus effecisset, nil commutasset, sic viuunt, sic peccant, sic Deum commutant, sic passim, sic libenter, sic oscitanter, sic facilè, vt non amplius efficerent, si non Deus verus, si non summus, sed si falsus, sed si ligneus esset, quod quippè erit Dei iudicium contra tales; horrendum, vt scienter, non ignoranter pro talibus Deum commutantes, efficiant, vt talia vti nostet ait Sapiens, Dei effugent laudem, & gloriam, *effugerent*, &c.

Incogniti-tus.

24. Gentilium exprobratio in Deum qualis, & vnde.

Chrysol.

21. In cælis ipsa se dissimulat Dei diuinitas propter hominem.

S. Thom.

22. Dei humilitas in cælis quanta, qualis.

ed by Google

Cum ineptè idolum fingens, ignorat eum qui eum fingit; Deum nempè qui inſpirauit illi animámque operatur & qui inſufflauit ei ſpiritum vitalem.

Num. 11. *Quoniam ignorauit qui ſe finxit, & qui inſpirauit illi animam quæ operatur, & qui inſufflauit ei ſpiritum vitalem.*

Imò ſic viuit vt ad nil aliud æſtimet hominem natum quàm ad luſum & vitam ſolum ad lucrum, ex quo ſit vt determinet vndecumque etiamſi ex malo viuere.

Num. 12. *Sed æſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & compoſitionem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere, vndecumque etiam ex malo adquirere.*

Iſte enim non quidem ex ignorantia, ſed ex malitia peccat, ſciens ſuprà omnes reliquos idolorum artifices ſe delinquere, cum iſti etſi lucrum quęrant, tamen, ex idolis aureis & argenteis, at ipſe ex luto qui nihil valet.

Num. 13. *Hic enim ſcit ſe ſuper omnes delinquere qui ex terræ materia fragilia vaſa ſculptilia fingit.*

At non ſolum ipſe incipiens ſed & cæteri omnes idololatræ & Ægyptij præcipuè ſuprà vires animæ ſuperbi, dum Deos facere præſumunt, ipſi non dij, ſed homines qui inimici ſunt tui populi ac ei dominati.

Num. 14. *Omnes enim inſipientes & ſuprà modum animæ ſuperbi, ſunt inimici populi tui & imperantes illi.*

Inſipientes ſunt omnia idola nationum, ipſi Ægyptij amplectentes Deóſque ęſtimantes quibus oculorum viſus eſt.

Num. 15. *Quoniam omnia idola nationum Deos æſtimauerunt quibus neque oculorum viſus eſt ad videndum, neque nares ad percipiendum ſpiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, ſed & pedes eorum pigri ad ambulandum.*

Nec mirum talia eſſe, homo enim fecit illos, homo inquam qui à ſe ſpiritum non habet, ſed illum à Deo mutuatus eſt, & qui non ſolum deum efficere non poteſt, ſed neque ſimilem deum.

Num. 16. *Homo enim fecit illos & qui ſpiritum mutuatus eſt fingit illos, nemo enim ſibi ſimilem homo poterit Deum fingere.*

Vt iacet.

Num. 17. *Cum enim ſit mortalis mortuum fingit manibus iniquis, melior eſt enim ipſe his quos colit, quia ipſe quidem vixit cum eſſet mortalis, illi autem nunquam.*

Sed inſuper animalia miſerrima colunt & non equidem præcipuè, ſed deteriora, vnde ſi ab ipſis adorata cum cæteris conferas, deteriora profectò inuenies.

Num. 18. *Sed & animalia miſerrima colunt, inſenſata enim comparata his illis ſunt deteriora.*

Sic enim deſpecta, ſic ſunt deformia, vt ex ipſo aſpectu appareant horrida, vnde nec bonum ex illo concipere poſſunt vllum, hinc ipſa tanquam ex putri effecta ac reſultata materia quando cætera creata, vtpotè non tunc cum illis deus ea non laudauit & benedixit.

Num. 19. *Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibus bona poteſt concipere; effugerunt autem Dei laudem, & benedictionem eius.*

Digitized by Google

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT XVI.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

REprobata idololatria, quæ per illam Ægyptij paſſi, enarrat, ſimúlque quomodo Hebræi eſcam à Deo acceperunt, caſtigati tamen aliquantulum morſu ſerpentum; proſequitur deinde modum ſalutis per ſerpentem æneum, dum impij morte ſunt cõſumpti per locuſtas, muſcas, ignémque grandini miſtum; dum è contrà iuſti accepto manna ſatiati ſunt, & confortati: Vnde totum hoc caput generatim in duas diuiditur partes; Prima, de Ægyptiorum tractat ſupplicijs iuxta illud, *Propter hæc, & per his ſimilia*; Secunda verò de Hebræorum beneficijs iuxta illud, *Pro quibus tormentis*; & hoc permixtim agit, non ſolum in hoc capite, ſed vſque ad finem libri; vt ex oppoſitione ſuppliciorum, beneficiorúmque, clarius, quantùm vera, à falſa diſtaret religio perciperetur; quantóque Deus fideles ab idololatris ſecerneret delectu, vnde ait:

Num. 1. *Propter hæc, & his ſimilia paſſi ſunt dignè tormenta, & per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

AD Ægyptios redit ſermo, quos digna paſſos ab his affirmat animalibus, quæ volnerunt, de qua re dictum ſatis cap. 11. & 12.

Propter hæc, &c. *Propter hoc autem ſimiliter ſunt puniti dignè, vel merito*, ait Græca, propter ſcelus nempe idololatriæ, & colendi A beſtias paſſi ſunt his ſimilia ſupplicia, cum beſtias vltrices ſenſerunt, beſtias coluerunt, per beſtias ſunt puniti, vt ſup. diximus in c. 11. & 12.

Num. 2. *Pro quibus tormentis bene diſpoſuiſti populum tuum, quibus dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui nouum ſaporem eſcam parans eis ortygometram.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

VT altius Ægyptiorum elucerent tormenta, beneficia ſimul apponit Dei populo

exhibita, dum etsi incommoda Israëlitæ patiebantur, qualia Ægyptij, diuerso tamen euentu: nam in illis isti perierunt, dum è contrà à Deo illi mirabiliter adiuti reuixerunt; edendi enim fastidium passi sunt Ægyptij, quando escæ infectæ à ranis, quibus abundabant, Exod. 8. nu. 13. imò & aquæ ipsæ sanie ranarum vitiatæ ibidem, sed isti in sua labe factati esurie, dum è cõtrà Hebræi licet ad modicum esurierunt, tamen statim, illicóque recreati coturnicum sufficientia, vt mox videbimus; ex quo satis apparet, quàm differens sit iustorum, iniquorumque sors in laboribus sustinendis, dum isti ad supplicium, illi verò ad Dei ostendendam protectionem sub qua degunt, eos sustineant, de qua re vide in 1. tom. homilia 46. In hoc ergo versu de beneficio coturnicum loquitur sapiens, sicut & infrà cap. 19. num. 11. & 12. At hic ni fallor de prima coturnicum saturitate, cap. verò 19. de secunda: nam bis Deus populo coturnices præstitit (quicquid dicat Lorinus hic contra Abulens.) 1. Exod. cap. 16. num. 13. paulò post ab exitu ex Ægypto simul cum manna, 2. in Numer. cap. 11. num. 31. quando populus manna fastidiens, pluit illis Deus sicut puluerem carnes; de qua re loquitur Psalm. 104. & 105. cuius etiam opinionis est Salianus ad annum mundi 2544. num. 279. ait ergo:

Exod. 8. num. 13.

1. Coturnices bis à Deo populo præstitæ.

Salianus.

Pro quibus tormentis benè disposuisti, &c. Græc. *beneficio affecisti*, Hug. *loco quorum tormentorum*, Ægyptijs nempe illatorum, benè disposuisti, hoc est beneficijs affeciisti populum tuum.

Hugo.

Quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui nouum saporem. Græc. *Quibus in concupiscentia appetitus, nouum, suis peregrinum gustum, vel saporem, escam præparasti ortigometram*, Vatabl. *Cum auida ipsius appetentia cibum noui saporis paraniſti coturnicum, siue ortigometram*; sensus est, auidè appetentibus cibum præparasti ortigometram, siue coturnicum, noui, & ab ipsis antea non gustati saporis, in qua re

Adnotandum bis populum desiderio carnium flagrasse; Primò, parum post Ægypti profectionem, Exod. 16. quando vix mense expleto, mansione octaua, quando deficiente ei farina murmurauit dicens, *Vtinam mortui essemus per manum Domini in Ægypto, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate; cur eduxisti nos in desertum istud vt occideres omnem multitudinem fame?* Secundò, Numer. 16. mansione decimatertia, quando *vulgus quippe promiscuum quod ascenderat cum eis flagrauit desiderio sedens, & flens, inductis sibi pariter filijs Israël ait, quis dabit nobis ad vescendum carnes?* Sed magna in vtrisque extitit differentia; nam in prima necessitas causa extitit murmurationis; in secunda verò tantum desiderium, & inordinatus appetitus, *Non multum deinde defluxit temporis*, inquit Philo, *cum deficientibus cibarijs fame tentabantur, quasi per vices prementibus eis necessarijs, graues enim domina sitis, & fames, suo quoque tempore vrgebant, vt altera cessante, succederet altera*; Secundò, in prima ipsi murmurauerunt filij Israël primi; in secunda verò vulgus promiscuus ex alienigenis, qui eis in Ægypti exitu se coniunxerant, cuius filij adiunxerunt Israël; Tertiò demum in

Exod. 16. num. 3.

2. Bis populus carnes appetijt & qualis differentia inter vtrasque vices.

Num. 16.

Philo.

prima nullo modo castigati, & à Deo puniti; at in secunda, igne, aut alio supplicio magna eorum pars consumpta, ita vt vocaretur locus ille *sepulchra concupiscentiæ*, de qua re in Psalmis sup. relatis, & nos infrà cap. 19. Deo duce; cur ergo hic non puniti? Origenes, quia prima erat murmuratio, *Si non desinimus murmurantes, si non cessamus à querelis nostris, quas frequenter habemus aduersus Deum, obseruemus ne simile offensionis occurramus exemplum; etenim cum de cali intemperie, de infœcunditate fructuum, de raritate imbrium, de prosperitatibus aliorum, & de aliorum improsperitate causamur, hoc est aduersus Deum murmur attollere; sed hæc initia habentibus ignoscitur, in eos vero qui non desinunt, graniter vindicatur. Mittuntur namque in eos serpentes, id est, immundis spiritibus tradantur, venenatisque demonibus, qui eos morsibus occultis, ac latentibus perimant, atque internis, & intra cordis penetralia conclusis cogitationibus absumant.* Egregiè, non puniit, quia inceperunt, non reiterarunt peccatum; de qua re vide in 1. tom. hom. 7. & 11.

3. Cur in primo desiderio carnium populus non punitur.

Origen.

Cyrillus lib. 3. super Ioan. c. 34. quia nuper ab Ægypto egressi faciliter à terrenis poterant carnis superari concupiscentijs, nondum pane corroborati cælesti; ac magnæ extitit insolentiæ signum post cibum degustatum cælestem, hunc fastidire, & ad cibos suspirare Ægyptiacos; *Quod autem quamuis terrenis viderit cupiditatibus superatos*, ait, *non puniit statim tamen ab initio, hæc (vt mihi quidem videtur) causa est; nam quoniam nuper ab Ægypto effugerant, panémque cælestem, qui cor hominis corroborat, adhuc non receperant, facilius poterant in cupiditates carnis incidere, propterea & venia digni visi sunt; postea vero quam Domino fruebantur, vt scribitur, tunc iure quoniam corporalia spiritualibus præposuerunt, acerba dederunt supplicia, & ad supplicia insignem calamitatis memoriam reliquerunt.* Hoc vltimum adnotandum; viri enim spirituales, & qui semel manna illud degustarunt cæleste, dum hoc fastidientes, ad cepas, & allia aduolant Ægypti, non solum supplicia dant, sed æternam relinquent execrabilis supplicij memoriam; castigantur, ac horrendè puniuntur, sed ita vt ad exemplum sint aliorum; Numer. 16. recole Chore supplicium, vir ex stirpe Leui, sacerdos, Deo consecratus, & vnctus, peccauit pessimè contra Sanctum obmurmurans Moysen; & quia vir in ordine sancto, sic Deus eum cum cæteris castigauit, vt Dei esse flagellum illud Moysis protulerit signum, consueta scilicet hominum morte non interemptum, sed inuisitata, & inuisa, Num. 28. *In hoc scietis quod Dominus miserit me, vt facerem vniuersa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim, si consueta hominum morte interierint, & visitauerit eos plaga, qua & cæteri solent, non misit me Dominus, sin autem nouam rem.* In quo loco Abul. qu. 17. ideo affirmat hæc Moysen dixisse ad magnitudinē tum huius peccati, tum supplicij exprimendam; cum autem nullus simili morte reperiatur occisus, vt scilicet terra dehiscente viuus sit absorptus, *Specialiter*, ait, *volebat Moyses signare alterum speciale in istis viris, scilicet quod etiam non infligeretur eis talis pœna, qualis infligi solet aliis hominibus pro peccato; nam isti absorpti sunt à terra; ante hos autem*

Cyrill.

4. Spirituales viri, ad sæcularia reuertentes desideria, horrendè castigantur.

Num. 16. num. 28.

Abulens.

nemo fuerat abſorptus, vt patet inquirendo omnes hiſtorias. Singulariter ergo conſumpti, quia viri Deo ſacri, & aliquando ſpirituales, & illo ſupplicio ſunt affecti, vt in exemplum aliorum exiſtentibus, ſic eos putridos extitiſſe in peccato oſtenderet, vt ne aërem & elementa ſua contaminarent morte, viui deſcenderent in infernum; quod eleganter adnotauit Ambroſ. epiſt. 82. horum deſcribens inuſitatam mortem, ſic: *Immugiens terra in medio plebis ſcinditur, aperitur in profundum ſinus, abripiuntur noxij, & ita ab omnibus mundi huius ablegantur elementis, vt nec aërem hauſtu, nec cælum viſu, nec mare tactu, nec terram contaminarent ſepulchro.*

Ambroſ.

Vera equidem omnia iſta. Sed aliam mihi etiam videre videor cauſam, Deum nempe hos non caſtigaſſe, quia pro neceſſarijs poſtularunt in neceſſitate conſtituti, vnde eorum murmuratio, non tantum murmur, quantum ad Deum extitit petitio, & expoſtulatio, cum imperfectorum, quales tunc iſti, ſit murmurando, & querulando petere, ſecus autem virorum iam in virtute perfectorum, vt egregiè adnotauit Cyrillus vbi ſupr. dum afferens rationem, quare Deus cibum illis non conceſſerit antequam eum poſtularent, ait, vt gratiſſimum amplius videretur beneficium, & ſibi obijciens populi non fuiſſe petitionem, ſed murmurationem ſic reſpondet: *Verum modeſta per orationem petitio perfectorum eſt, cui exæquatur imbecillium, ac imperfectorum obiurgatio, & murmuratio, nec moleſtè vllo modo ſalnator tulit: Nam quemadmodum ploratu neceſſaria ſibi alimenta infantes flagitant, & hoc modo mater ad fouendos filios ſuos prouocatur, ſic conqueſtuoſus, obiurgationiſque plenus clamor ad Deum petitionis (ſi ab infirmis adhuc, & ab infantilibus in habitu virtutis ſit) locum retinet.* Egregiè, expoſtulatio ergo potius fuit, quàm murmuratio, neceſſarius appetitus, quàm ſuperflua concupiſcentia; hinc locum non habuit ſupplicium, & quia neceſſaria in extremis conſtituti petierunt, addidit Deus & ſuperabundantia, panem poſtularunt, addit & carnes, vt videas quàm liberalis ſit Deus neceſſarijs contento, de qua re infrà.

5. Murmuratio imperfectorum & ad Deum querelæ & eorum oratio, ſecus perfectorum. *Cyrillus.*

Rupert. 6. Ortigometra quid.

Ortigometram. Rupertus breuibus, quidquid longa diſputatione aliqui proferunt, de ortigometra quid ſit, ſic concludit: *Pro coturnice plerique ortigometram legunt; alij autem pro ortigometra coturnices interpretantur; alij autem ortigometras duces coturnicum eſſe affirmant, ab Ortigia, in qua abũdant inſula nominatas.* Ergo ortigometra hîc, aut eſt coturnix ipſa, vt volunt plerique moderni, Lorinus hîc, Lippoman. in caten. in Exod. c. 16. & alij; aut dux coturnicum, coturnice aliquanto maior, ac nigrior, & in ſapore delicatior, qua duce coturnices aduolant, vt refert Plinius lib. 10. hiſt. natural. c. 23. ſic Caſtro, qui probabilem hanc dat ſententiam; At Vliſſes Aldrouandus, qui ortigometram à coturnice diſtinguit, & alij, vt inquit Petrus Nannius in hoc c. ſapientiæ, relatus à Cornelio à lapide in c. 11. numer. Eſt coturnix maior, craſſior, & delicatior, quod ego ſatis credo veriſimile, miraculoſæ cum eſſent, ad diuinæ maieſtatis decentiam equidem ſpectabant, vt & ſi intra coturnicum genus, tamen excellentiores eſſent, & maiores, quod probat Nannius ex Parelcon, quod adiungitur, vnde ſic ait: *Video illud Parelcon μέγεθος adiungi quibuſdam animalibus quando grandiora in eo genere deſignantur, vt echinometra, eſt echinus grandior, & ſpinoſior, de quo Plin. lib. 9. cap. 21. leonimetra eſt leo grandior, de quo Geſnerus in leone, ſic ortigometra eſt coturnix maior.* Nec obſtat, quod ſit poſitum in ſingulari ortigometra, & non in plurali ortigometræ, vt aut Cornelius; nam, vt benè Lorinus, numerus ſingularis multitudinem quoque; ac cumulum deſignat; Quapropter optimè Philo lib. 1. de vita Moyſis, & ſi in deſerto, lociſque horridis, ac incultis cibis paſtos delicatioribus affirmat Hebræos: *Ne delicatioribus quidem cibis*, ait, *diu carnerunt, quales habentur in regionibus habitatis, & felicibus Deo proferente ſuas opes in ſolitudine; veſpertinis enim horis coturnicum nubes aduolabat à mari, tota caſtra inumbrans, terra* 7. Hebræi de licatè in deſerto paſti. *eam propinquè, vt facilè præberet ancupium, has capiendo, coquendoque, vt cuique libebat, fruebatur carnibus optimis, ne deſiderarent obſonia*; vt ſemel videas circa ſuos non ſolum Deum prouidum, ſed opimum, &, vt ſic dicam delicatum, & hoc non in ciuitatibus, & regionibus habitatis, ſed in deſerto, vbi ſqualor, vbi penuria, vbi omnium carentia; ad hoc, ne tu putes locis Deum aſtrictum ad te ſuauiſſimè alendum, & deſerta fugias famem, aut ſitim timens.

Lorinus. Philo.

Marc. 8. num. 7.

HOMILIA LXXI.

Deus liberaliſſimus neceſſarijs carenti, ac patienter ſuſtinenti.

ET ſi murmurantibus Deus prouidit liberaliter, vt in commentario diximus, tamen, quia neceſſaria defecerant, quia in deſerto, quia ſine vlla humana ſpe, quia tandem in virtute noui, ideo non Deus murmurationem, ſed neceſſitatem aſpiciens, ſic liberaliter prouidit, vt ad panem carnes adiungens, non quaſlibet dederit, ſed delicatas, vt noſter ait Sapiens, *Ortigometras* ſcilicet; quid ergo Deus faciet, quando quis neceſſarijs carens, patienter ſuſtinet, patienter Deum ipſum ſuffert; profectò vſque ad ſummum replebit, ſaturabit, vſque ad defectionem, vſque ad ſuperabundantia; Marc. 8. num. 7. ſic Dominus noſter turbas illas repleuit, *vt manducarent & ſaturarentur*, & inſuper, *ſuſtulerunt quæ ſuperauerant de fragmentis ſeptem ſportas*, mira copia, affluens, & diffluens liberalitas; vis tantæ miſericordiæ vnicam rationem? attende ad ſuperius dicta Num. 1. *Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduò ſuſtinent me, nec habent quod manducent, & ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via, quidam enim ex eis de longè venerunt.* Dei ergo patiens ſuſtinentia, neceſſariorum defectio, imbecillitas humanarum virium, ſic ad miſericordiam ſummum illum prouoçauerunt principem, vt affluenter, vt ſuperabundanter contribueret, vt liberaliſſimè daret. Quid ergo ex hoc? ſanè illud, vt deſperet diuina, qui humanis abundat; Nam, vt rectè Bernard. ſerm. 3. de Aſcenſ. *Impleri viſitationibus Domini nõ poteſt anima, quæ diſtractionibus ſubiacet*: Nam aliter diſcurrere profectò ſtupidiſſimæ mentis eſt indicium, vnde potius iſti, qui inter mundum, cælumque, veluti inter duos

1. Deus liberaliſſimus vbi neceſſaria deficiunt, & ipſe patienter ſuſtinetur.

Bernard.

terminos existentes, vtrisque frui reputant potius stolidorum iumentorum, quàm rationabilium nomina merentur, Genes. 49. num. 14. Isacharum Asinum fortem Iacob appellauit, *Isachar Asinus fortis*; vnde illi talis appellatio? quia *brutus, luxuriosus, nulla ratione domitus*, ait Interlin. ergo per istum benè illi designantur, qui in mundo delicati, qui abundantes, qui rebus sæcularibus efferuntur, qui tandem mundi rebus addicti laborant, ob illas onera portantes, & si Christiani, ac proinde & cælum expectantes, vnde medij veluti inter duos accubantes terminos, non secus, ac de Isachar prophetauit Iacob, sic pro istis laborant, ac illis affluunt, vt etiam ad sempiterna sperent; Audi prophetiam; *Isachar Asinus fortis accubans inter duos terminos, vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, factúsque est tributis seruiens.* Sors enim huius, vt ait Lyra. cum cæteris expositoribus ex vna parte ad mare terminabatur Mediterraneum, ex altera ad Iordanem fluuium; hinc inter duos istos terminos sistens sic laborauit, sic seruiuit, sic humeros ad terrena portanda suppossuit, vt & mare, & Iordanem simul capere posse speraret, merito iumentum dictus, merito Asinus; *De hoc*, ait Gaietan. *ea dicuntur, quæ quadrant Asino osseo, cui assimilatur propter ruditatem ingenij contenti laboriosa seruitutis statu*, suspicans ex tali labore, & mare, & Iordanem simul apprehendere, meritò animal rude, & iumentum sicut & illi Christiani, qui mari, hoc est mundo, & Iordane, hoc est Deo simul frui sperant, qui Deo contra Domini sententam, & Mammonæ seruire simul autumant; nam hoc impossibile est, vt ait Hieron. lib. 1. in cap. 6. Matth. tom. 9. super illa verba, *Non potestis Deo seruire, & Mammonæ*; *audiat*, ait, *hoc anarus, audiat qui censetur vocabulo Christianus, non posse se simul diuitijs, Christóque seruire*, & August. lib. de Agone Christiano tom. 3. *Nequitia est*, ait, *mundum istum diligere, & ea quæ ab eo cuncta, & transeunt pro magno habere, & ea concupiscere, & pro his laborare, vt acquirantur, & lætari cum abundauerint, & timere ne pereant, & tristari cum pereunt; nam talis vita non potest puram illam, & sinceram, & incommutabilem videre veritatem, & inhærere illi.*

Genes. 49. num. 14.

1. Mundo & Deo frui simul putare summæ est demeniæ.

Lyra.

Hieron.

August.

Hinc antiquitus ad hoc denotandum, si aliquem exaltare Deus, & euehere destinabat adhuc hîc in huius vitæ bonis, prius denudabat illum proprijs, quæ possidebat, vt postea alia diuinitus daret; Ad regnum euecturus Dauid, non prius illud ei contulit, quàm omnibus nudum, spoliatúmque se vidisset, quapropter timore tandem percitus Saül 1. Reg. 17. num. 1. profugus habitauit apud Philistinos, gentem exosam, & inimicam, vnde solum vertens, nec tantillum terræ in Israël ei permissum; at parum hoc; quinimmò ibi etiam existens cap. 1. Amalechitæ, & vxores, & filios, totámque surripuerunt suppellectilem, sic, vt pauper omnino, nudúsque remanserit, & insuper ad cumulum miseriarum expetitus ad lapidandum, ibid. num. 6. *Et contristatus est Dauid valde*, captiuitate nempe vxorum, filiorúmque, ac Sigelet exustione, *volebant enim eum populus lapidare*; en ad quantam, qualemve miseriam, quam eleganter describens Chrysost. lib. 3. de prouid. tom. 5. sic ait; *Dum re-*

3. Dei, mos prius spoliare huius vitæ bonis, & postea vestire.

1. Reg. 17. num. 1.

Ibid. c. 3. num. 6.

Chrysost.

mertens, repentè audiuit vxores, ac liberos in seruitutem ab hostibus adductos, hausitque oculis ignem summum, sanguinem, cadauera, atque antequam istos lugeret, captiúsq; fleret, irruunt ad eum feris omnibus immanius habitatores ciuitatis, quærentes singuli casuum suorum consolationem ex illius capite; quid miserius, aut quando Dauid Rex desperatior? at quid? tunc tunc, quando ad summum iam malorum peruenerat, quando desperata res, quando omnibus spoliatus ad regnum acquirendum necessarijs, tunc num. 7. confortatus est in Domino suo, tunc percussit Amalechitas, tunc & vxores, & omnia recuperauit sua, tunc demum factus Rex; nam *post duos dies* ab istis, vt affirmat scriptura 2. Reg. 1. num. 1. mortuus est Saül, & Dauid in Regem euectus: ad nostram doctrinam hæc, vt sciamus tunc nobiscum Deum liberalissimum, quando necessaria deficient, quando propter eius amorem, & patriam, & parentes, & rem, immò & ipsam deseremus vitam.

2. Reg. 1. num. 1.

Quod quidem non minus in magna, amplâque illa Iacob elucet ditatione; quis quæso benedictionem patris Isaac audiens, in qua, & in rore cæli, & in pinguedine terræ ditissimum illum propheram, ac dominum fratrum cõstituit, non iudicaret ab augmentatione Deum inceperum? At non sic, sed à pauperrate, sed ab exilio, sed à nuditate, sed à labore, sed tandem à durissima, longáq; sustinentia; quod obseruans Chrysost. morem hunc Dei affirmat, quando aliquem subleuare vult, *Quod fit*, ait, *vt dum iusti per omnia fulgidiores reddantur, abundantiam virtutis Dei manifestam nobis omnibus fieri efficiant.* Immò nescio quid mihi videre videor mysterij, in hac Iacobi ditatione, vt scilicet etsi iustorum propria sint bona huius vitæ, cum impij eorum potius latrones, vt in c. 27. Genes. num. 28. super illa verba benedictionis Isaac ad Iacob, *Det tibi Deus de rore cæli*, obseruat eleganter Lippom. adnotans appositè non casu ly *tibi* in scriptura exaratum, *Ipsum rerum*, ait, *temporalium hæreditario quasi iure prebet filijs, & amicis, impij verò fures apud Deum habentur donorum Dei, ceu serui infideles Domino rationem duram reddituri bonorum malè sumptorum: det ergo inquis Dominus Deus tibi, qui edulia attulisti, qui à me oleum accepisti, cuius vestimenta talem, ac tantum spirant odorem copiosum frumentum*; Ergo boni hæreditario quodam iure hæc etiam temporalia percipiunt; At licet hoc, cum tamen hæc eis ex benedictione Isaac, ex Dei manu, ex rore cæli, vt hoc eis constet, & etiam experimento discant, non à terra, non ab hominibus, non à fortuna, non à casu, non ab habitis eas, sed à Deo obtinere, ideo necessarium prius eos denudare, & vt sic postea diuinitus vestiri inueniantur, quod non sic in peccatoribus; nam cum à terra ditentur, & non à cæli rore, ideo nõ à paupertate, & denudatione incipiunt ditescere, tanquam quos permittente, non dante Deo terra ditat, terra sustentat; hinc vsus talium eis, non ad gloriam, non ad magnificentiam, sed ad ventris deseruit ingluiem, ad lasciuias, ad deformia, quod attendendum in diuerso benedicendi modo, quem Isaac diuinitus inspiratus, ac rectus Iacob benedicendo, & Esaü retinuit; à rore cæli quidé incepit in Iacob, *det tibi de rore cæli*, &c. At à pinguedine terræ, quando Esau *in pingue-*

4. Cor illud faciat.

5. Peccatores non sunt domini, sed latrones rerum huius vitæ. Genes. 27. num. 28. Lippom.

6. Peccatoribus res huius vitæ concedunturnõ ad gloriam, sed vt animalia ad ventris repletionem.

ed by Google

dine terræ, &c. Hinc quia Deus Iacob, terra Esaü, bona Iacob ad gloriam, & magnificentiam, Esau autem ad ventris repletionem; quod acutissimè obseruauit Rupertus ponderans benedictionem Esaü, etiam si in ea & ros cæli nominetur, & terræ pinguedo, differentissimam à rore cæli, & terræ pinguedine Iacob, nam ista ad alta, ad sublimia, ad spiritualia, ad magnalia; illa verò ad implenionem tantum ventris, vtpotè homo plus animale, quàm rationale. *Hæc autem pinguedo terræ*, ait Rupertus, *& hic ros cæli, ab illo differt, qui suprà in benedictione Iacob scriptus est, ille namque talis est, quem consequitur seruitium populorũ, & adoratio tribuum, incurnatio fratrum, & benedictio cunctorum; hanc autem terrenã tantummodo consequuntur, & ipsa est tempora lis saturitas ventris.* Nil melius, ex quo vnum, & notandum cunctis debet elucere signum, quando à Deo, quando à diabolo, quando à rore cæli, quando à pinguedine terræ diteſcunt, suarum scilicet rerum vsus, siue abusus, videas quosdam sic sanctè, sic splendidè, sic iustè res expendere suas, vt statim Deum illis benedixisse dicas; at è contra alios sic obscenè, & perditè, vt quasi animalibus hæc eis parata æstimes; quid ergo? nunquid tales è rore cæli ditatos dicestan potius à pinguedine terræ? in eorum quippe malum, non bonum, tanquam fures, non tanquam filij vti Iacob, quem, vt Deus ditaret, quem vt exaltaret, prius spoliauit, prius denudauit, prius patientia, ac sustinentia vestiuit, quæ dum exercuit, qua dum Deum sustinuit, quantum Deum eum ditauerit quis æstimet nudus exiuit, cum baculo tantum, sic pauper, vt auunculo seruire coactus, sic in paupertate probatus, & tandiu exercitatus, vt vsque ad stuporem sit; quod equidem notandum, cum per annos quatuordecim sic in extrema extitit paupertate, vt licet auunculi gener, licet cum filiabus matrimonio astrictus, ita nudus extabat, ac quando primo domum ingressus, immò cum maiori necessitate, cum & vxores, & filios sustentare tenebatur, sic anguſtia pressus, sic auaritia, ac auunculi tyrannide, vt cogeretur licentiam petere ad hoc, vt ipse ait, *aliquando domui sua prouideret*, Genes. 30. num. 30. en quanta sustinentia; at post talem probationem, quàm liberaliter Deus cum illo, greges, armenta, famulos propè modum tribuit infinitos, aurum, argentum absque pondere, filios, filiásque; quid tandem, etiam filijs & regna tribuit, & imperia, en quàm Deus libetalis patienter ipsum sustinenti.

Rupertus.

7. Bona huius vitæ quod signum quãdo a Deo dantur, quãdo à diabolo Deo permittente.

Genes 30. num. 30.

Nec equidem hoc mirum, vt ad diteſcendum aliquem prius Deus antiquarum rerum expostulet necessitatem: nam cum, & si in substantia eædem sint res, quæ dantur, tamen principium differens, & formalitas diuersa; vnde cum quæ, à Deo dentur, quasi diuina, & sua reputari possint, euenit, vt sit impossibile, vt semel par vtrisque cor inueniatur humanum, *pallium*, hoc est humanum cor, *breue est*, ait Isaias cap. 28. num. 10. & vtrimque *operire non potest*. Vnde rectissime Chrysost. hom. 1. in Ioan. *Neque enim*, inquit, *vnius anima multis sufficere potest cupiditatibus, sed ab alia alia opprimitur, & diuisa fit imbecillior*; Hinc difficultas diuitibus in regnũ ingrediendi cælorum, talis equidem, vt eorum

8. Deus cor à paupertate incipit, quãdo vult aliquem diteſcere.

Isaiæ 28. num. 20.

Chrysost.

9. Cor humanum impar ad duo, ad quæ Dei & quæ mundi.

salus Dei sit reseruata omnipotentiæ; hoc enim illa Saluatoris nostri sonant verba de difficultate diuitum ad cælorum regnum ingressum loquens Matth. 19. num. 19. *Apud homines impossibile hoc est, sed non apud Deum, omnia enim possibilia sunt apud Deum.* Dixerat enim facilius camelum per foramen acus introiturum, quàm diuitem in regnum cælorum, vbi secundùm Origen. Hilar. Chrysost. & Hieron. per camelum non nauticus funis, sed ipsum animal intelligitur; quod equidem sic Apostoli intellexerunt, vnde magis admirantes dixerunt, *& quis potest saluus fieri?* quasi impossibile illud iudicantes, quibus Dominus respondit, quæ diximus; ex quibus profectò verbis illud elucet, sic difficilè diuitem in cælorum ingredi regnum, vt eadem necessaria ad hoc Dei omnipotentia, ac si per acus foramen camelum introire mãdaret, cuius radix, quia ex se, vt diximus sic incapax cor inuenitur humanum, vt duo simul capere non possit, diuina scilicet, & humana, vt prorsus quasi iudicetur impossibile, & soli Deo reseruatum.

Matt. 19. num. 19.

Origen. Hilarius. Chrysost. Hieron.

Hinc obseruandum, vt ordinariè loquendo tantum hoc verum, vt quia Deus determinauerat ad se Leuitas ascribere, sic omnia eis abstulerit, vt nullam prorsus, nec quantamlibet in terra promissionis partem eis habere permiserit, quasi ad duo simul essent insufficientes portanda, nempe ad quæ Dei, & ad quæ mundi; vnde hoc eis mandans, testatum etiam esse voluit in ipsamet ipsorum consecratione, dum sic Numer. 8. Moysi, *Tolle Leuitas è medio filiorum Israël, & purificabis eos iuxta hunc ritum, aspergentur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ*, Num. 8. mira ceremonia, vt qui Deo consecretur, necessarium, vt pilos radat, & omnes, & totius carnis; si manum dixisset, vt mundiores essent, non tantum esset mirum; at quod totius carnis, profectò mysterium latet, & magnum, quod exponit August. in Psalm. 51. in illis verbis, *sicut nouacula acuta fecisti dolum*, vbi cum dixisset iustos omnia bona contemnere præsentia, etiam & vitam; quapropter nil eis malos inferre posse doloris, dat pro ratione, quia bona hæc illis non secus sunt ac carnis pili, qui sine dolore decurtantur; *Quid facient sanctis malæ?* ait August. *capillos radunt; nam isti capilli superflua rerum temporalium significant; quia enim sine sensu præciduntur, illi qui Deo adhærent, sic habent ista terrena tanquam capillos.* En mysterium, capillos radant necesse eis, qui Deo consecrantur, hoc est, vt omnia deserant hæc terrena, immò & de eis cogitatus, vt magnus ait Gregor. lib. 5. Moral. cap. 14. *Leuita quippe assumptus vocatur*, inquit, *oportet ergo Leuitas omnes pilos carnis radere, quia is, qui in obsequijs diuinis assumitur, debet ante Dei oculos à cunctis carnis cogitationibus mundus apparere*; cogitationum denuditatem petit ab assumptis sibi Deus, quanto ergo amplius & terrenarum; quod equidem inde, quia ad duo simul cor est impar humanum.

Num. 8. num. 8.

August.

S. Greg.

10. Leuitæ omnibus terrenis spoliabantur ex Dei mandato, & cur.

11. Pili, eorum in consecratione radebantur, & qualem hoc mysterium.

12. Sanctis res huius mundi sunt veluti capilli, & cur.

Hinc sic hoc difficile, vt scilicet ad duo simul homo sufficere possit, Deo scilicet & mundo, & de Deo simul cogitare, ac de mundo, vt nec ipsis hoc concessum sanctis; quin sæpè numero euenit, vt diteſcentibus, penè Dei, ac eius domus obliuiscan-

13. Deo & mũdo seruire ac simul reminiſci nec sanctis concessum.

obliuiſcantur; quatuordecim annis Ioſeph moratus in Ægypto, ſi attendes, aut inquires quando domus oblitus patris, reperies, quando diuus effectus; Geneſ. 41. num. 51. poſtquam primus effectus Ægypti, poſtquam ſecundus à Pharaone, poſtquam ditatus, ac nobiliter matrimonio coniunctus, primum filium *Manaſſen* nuncupauit, hoc eſt *oblitio*, vt Diu. ait Hieronymus dicens: *Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei*; quod expendens Oleaſter, *ſolent homines poſt quam filios habent*, ait, *non curare parentes, neque patriam; quandiu domum non habent, patriæ domus memores eſſe ſolent.* Non habens domum, non focum, pauper exiſtens Ioſeph, patriæ domus recordabatur; at ditatus ſtatim obliuiſcitur, vnde hoc? Sanè quia ad duo cor non ſufficit humanum, & ſi ſancti, nec ſimul Deum capere poteſt, & mundum; vnde ſi mundi plenus, Dei obliuiſcitur, ſi proſpera ſuccedunt & Chriſti immemor fit, Geneſ. 40. num. 23. *Succedentibus proſperis prepoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui*; Signanter adnotat ſcriptura, mirum, & eo vel maximè quia rogatus à Ioſeph, ne obliuiſceretur, rectè Lippom. *Sic ſolet fœlicitas*, ait, *oblitionem inducere miſerorum, ſic charitas frigeſcit, dum beneficia exiguntur, ſic miſerorum nulla cura ſit in principum oculis*; Intrante fœlicitate tollitur memoria miſeri, quia ad fœlicitatem, & amici miſeriam ſimul non valet cor humanum, ſic nec etiam ad Dei ſimul obſequium, & Chriſti memoriam; ergo merito, vt ſua Deus det, prius mundi tollenda, & vt turbas ſaturet, neceſſe vt prius *nihil habeant, quod manducent, & vt ortigometram det*, vt in neceſſitate ſint filij Iſraël extrema.

Geneſ. 41. num. 51.

Hieron.

Oleaſter.

Geneſ. 40. num. 18.

Immò, vt amplius quid dicam, non ſolum illud efficit, quia cor noſtrum impar ad duo portanda, ſed ob ipſoſmet ſuos amicos; immò ob ſuammet æſtimationem, reputationémque, ne iterum à diabolo, quod ſemel, audiat, attende. Dei amicus patientiſſimus erat Iob; talis equidem, vt de illo gloriatus ipſimet eum appoſuerit diabolo, vt ſi poſſibile aliquid contra illum effutiret, cum non eſſet, Iob. 1. num. 8. *Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?* Pende illud, *quod non ſit ſimilis*, ex quibus Origenes ſuper illud, *ſic faciebat Iob cunctis diebus*, probat ſupra omnes in ſanctitate excelluiſſe Patriarchas, *Magnus*, inquit, *erat Abraham in fide, ſed excellit illum Iob in tolerantia: magnus erat Iacob in cordis munditia, ſed non fuit minor illo Iob in miſericordia; aduerſus cæteros omnes priores, & nouiſſimos, non ſuccubuit in virtutum ſtudijs, omnia enim quæ fecerunt ſancti, fecit etiam Iob; quod autem ſuſtinuit cum gratiarum actionibus, hoc nihilominus nullus alius ſuſtinuit*; Quod etſi verum, tamen illa peculiaris erat Iobi excellentia, vt rectè quidam adnotat hîc, *cum tantis opibus tantam coniungere pietatem*; & ſanè rationabiliter hoc aſſeritur; nam non fruſtrà ante Dei commendationem, ante Iobi ſanctitatis cum diabolo diſceptationem, ſic minutatim eius amplitudo rerum, earumque magnificentia deſcribitur, quaſi quid innuens ſingulare, vnicum, extraordinarium præ cæteris, ſimul opes, ac ſanctitatem, pietatem, munditiam, Deique timorem poſſidere; Hinc quaſi de re vnica, ac extraordinaria gloriabatur Deus; at quid diabolus, profectò nullum cum reperiſſet in Iob vitium, nec verè aliquid contra illum apponere poſſet, quando non ipſum, Dei ſuggillauit perfidus gloriationem, & dum in Iobum inuehere malignus non potuit, in Deum blaſphemauit dicens, *Numquid Iob fruſtra timet Deum, nónne tu vallaſti eum, ac domum eius, &c.* quæ verba, & ſi Iobi non ſanam intentionem ſugillant, cum actu profectò hæc non ſana intentio minimè extaret (nam aliàs verè culpabilis eſſet ſanctus, ſi ob quæ dæmon, Deum timeret) ideò directè contra Dei de Iobi amicitia gloriationem procedunt, illam exprobrando, ſiue ſubſannãdo; vnde Chryſoſt. homil. 3. in Iob tom. 1. *Hic autem*, ait, nempe dæmon, *circumſtans Deo dicit, non gratis colit te, obiecit iumenta, vt eius vituperet modum, & quo eius verſutia imbecillem oſtendat virtutem, tu ei dediſti abundantiam, ſi nudetur, hypocriſis apparebit.* Hinc, vt pro ſe, ac pro amico Deus ſtaret, ſic in diaboli manu, quæ Iobi poſuit, vt fineret omnia deſtrui, cremari, perdere, quod equidem & pro ſe, & pro amico præſtitit; vt omnibus innoteſceret non fruſtra ipſum Iob laudaſſe, non venè amicitiam eius extuliſſe; vnde eleganter idem Chryſoſtom. iuxta 70. verſionem verba illa cap. 40. num. 3. *Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me, vt tu iuſtificeris?* quæ Septuag. legunt, *Ne repellas iudicium meum, putas autem me aliter tibi reſpondiſſe, quæ vt appareas iuſtus*, ſic ait: *Non quod te condemnem hæc loquor, verum vt iuſtum eſſe palàm doceam; neque aliam ob rem mihi conſtitutum eſſe, vt illa tibi acciderent, niſi vt cunctis mortalibus tua iuſtitia promulgaretur, tibi quidem ornamento, & gloriæ, orbi autem terræ eſſet emolumento.* Ergo ex dictis illud concluditur euidens, ſic & ſi falſam timuiſſe, ſeu exhorruiſſe Deum diaboli exprobrationem de amico diuite, vt omnino vellet experimentum eius fieri in paupertate, in nuditate, in rebus, in filijs, in propria demum pelle, vt poſtea quando duplo maius eum ditaret, vt ditauit, nullam obiectionem, nullum, vel minimum falſæ amicitiæ poſſet perfidus obijcere ſignum, ad ordinem veluti redigens, quod extra eum fecerat; ditare namque amicum ante expoliationem, diuitem facere, ante paupertatem, conferre, ante neceſſitatem, ante ſuſtinentiam, ante patientiam.

Chryſoſt.

Idem. Iob. 40. num. 3.

At poſt illam, quàm liberalis, quàm munificus, quis enarret, fide tantum credenda ſunt, Pſalm. 36. num. 3. *Spera in Domino, & fac bonitatem, & paſceris in diuitijs eius*, ſanctus Hieron. *paſcere fide*; nam tales erunt diuitiæ, vt fide tantum credendæ, non humano æſtimandę iudicio, & infra n. 5. *Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet*, quid faciet? ait idem Hieron. *Profectò educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem*; id eſt, *in pleno ſplendore gratiæ ſuæ, cum reuelat coram Angelis ſuis*; faciet id, quod non hîc, ſed in altera vita comprehendi poteſt; quia *nec oculus vidit, nec auris audiuit quæ præparauit*

Pſal. 36. num. 3. Hieron.

16. Poſt ſuſtinentiã paupertatis quantum Deus ditet homines etiam in hac vita.

14. Suos Deus denudat ad ſuam tuendam reputationem æſtimationémque. *Iob. 1. num. 8.*

Origenes.

15. Iob perfectiſſimus in ſanctitate, & in quo.

Vineda.

Digitized by Google

Deus diligentibus se; benè hoc, sed in hac vita quid faciet? replebit vsque ad saturitatem, vsque ad super abundantiam. Recole panum miraculum Marc.8.num.8.& obstupesces, *Manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas.* Cur voluit, vt fragmenta panum, & non panes integrè supereſſent? Chryſoſt.hom.50.ante medium in Matth. *Vt ostenderet*, ait, *quoniam illi panes, neque quantum reliquiæ erant*, panes ſeptem implere ſportas non poterant, impleuerunt fragmenta, quæ ſuperauerant, vt intelligas poſt ſuſtinentiam, ac paupertatem patienter latam, te Deum ſic ditaturum, vt fragmenta domus tuæ potiora, præſtantiora, abundantiora, quàm integra diuitum bona, quàm amplæ magnatum diuitiæ, & ſic te implebit, vt contra expectationem, vltrà poſtulationem.

Marc.8. num.8.

Chryſoſt.

17. Chriſtus cur voluit vt fragmenta panum, & non panes ſupereſſent integri.

Quid immò, ſic Deus ſuis in neceſſitate liberaliſſimus, vt in eorum gratiam, quia inter peccatores neceſſitates videt, & hos etiam ditet, prouideat, vltrà expectationem, vltrà deſiderium? Siti morientibus tribus regibus Iuda, Edom, & Iſraël cum exercitibus ſuis 4. Reg. 3. num.18. aquam tantum à Domino petebant; at quid Deus per Elizæum? *Parumque est hoc in conspectu Domini, insuper tradet etiam Moab in manus vestras;* At quomodo trader? vſque ad necem, vſque ad deſolationem, vſque ad annihilationem; *& percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem urbem electam, & vniuersum lignum fructiferum succidetis, cunctosque fontes aquarum obturabitis, & omne agrum egregium sperietis lapidibus.* En quanta iam extinctis à languore ſitis, ſic deſperati, vt quaſi de acta re ab Eliſeo Rex peteret Iſraël: *Quare congregauit Dominus tres Reges hos, vt traderet eos in manus Moab?* Et in ſuper tanta Regibus idololatris, ac inimicis; ne mireris, Deus erat, qui dabat, & dabat ob amicum, qui patienter eum ſuſtinebat; nam licet duo impij Reges, Ioram nempe, & Rex Edom, tantum ſanctus erat Ioſaphat inter illos, ob quem Deus miraculum operatus iuxta illud Eliſei ad Regem Iſraël, *Vinit Dominus in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat Regem Iuda erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem.* Quod pulchrè adnotat Chryſoſt.hom.53.in Acta Apoſtolor. tom.4.ſuper illa verba, quæ Angelus Paulo in mari periclitanti dixit: *Donauit tibi Deus omnes, qui tecũ nauigant; quod dictum est Paulo*, ait, *donauit tibi eos, tantundem est, ac si diceret, digni quidẽ erant, qui perirent, veruntamen in tui gratiam hoc fit:* Nam vt ipſemet hom.24.in Geneſ. ait, *Consuetudo enim misericordiæ Dei est, honorem hunc dare seruis suis, vt propter eos saluentur & alij.* Ergo miraculum ob Ioſaphat, ob amicum neceſſitatem, anguſtiamque patientem, & neceſſarijs carentem; quid ergo mirum, ſi tanta, ac talia Deus ſuperabundantia adijceret, etiam inimicis?

Chryſoſt.

18. Peccatores Deus ditat ob iuſtos pauperes inter eos.

4.Reg.3. num.18.

Immò vt tandem concludam, ſic proprium eſt Dei, vt quando poſt rerum defectionem dat, largiter, ac ſuperabundanter det, ſic effluat, & affluat, ſic vt ſuperſit vltra vota, vltra expectationem, vt ſuam gloriam, ſuamque notitiam non reponat tantum in neceſſarijs dando, & neceſſitatis prouidentiæ tantum, vt ſic dicam, ſed in illo ſuperfluo, ſuperabundanti, in illa vt dicam ſuper plenitudine ciente Ægypti farina in ore filij Iſraël constitutis, fame iam ingraueſcente, murmurant contra Moyſen, Aaronémque, quaſi poſtulatum ad moriendum ipſi, non Deus, eduxiſſem. *Cur eduxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame?* Duo ergo lamentabantur, ſiue de duobus murmurabant, de eductione quaſi non Dei, & de fame quam patiebantur; ad quæ Deus reſpiciens, & prouidere ſimul intendens, ſic Moyſes, & Aaron populo dixerunt, *Vespere scietis quod Dominus eduxerit vos de Ægypto, & mane videbitis gloriam Domini*, quomodo primum ſcierunt, eos nempe Deũ, non Moyſen eduxiſſe? Sanè ad panem addendo carnes, ad neceſſaria addendo ſuperabundantiam vltrà votum, vltrà expectationem Num. 13. *Factum est ergo vespere, & ascendens coturnix cooperuit castra, mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum*, ipſi tantum panem, & Deus carnes, ipſi murmurarunt non credentes Deum eduxiſſe eos ab Ægypto, & Deus vt credant ſuperflua adiecit, in hoc ſuperabundanti, in hoc effluenti, ſuam reponens gloriam, ſuam cognitionem, *Querula voce*, ait Caietanus, *eductionem de Ægypto interserant in Moysen, & Aaron, & propterea directi ad hoc respondent, quod hora vespertina cognoscent experimento quod Dominus eduxerit eos de Ægypto*, carnes ſcilicet addendo ad panem quem petierant: ad doctrinam noſtram hæc, vt in neceſſitatibus non deſperemus noſtris, ſed patienter ſuſtineamus, in illo firmiter ſperantes, qui abundanter ſuorum prouidet neceſſitatibus, immò & delicatè, vt iſtis quibus noſter affirmat Sapiens, quod Deus non quaſlibet præſtitit carnes, ſed ſelectas, *ortygometras*, nempe, dicens, *pro quibus tormentis, &c.*

Caietan.

19. Deus dum pauperi prouidet, non in neceſſarijs, ſed in ſuperfluis dando ſuam reponit gloriam.

Num. 3. *Vt illi quidem concupiscentes escam propterea quæ illis ostensa, & missa sunt, etiam à necessaria concupiscentia auerterentur: his autem in breui inopes facti nouam gustauerunt escam.*

Num. 4. *Oportebat enim illis sine excusatione quidem supernenire interitum exercentibus tyrannidem: his autem tantum ostendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur.*

Commentum literæ.

TOtus cum ſit Sapiens, vt diximus in beneficijs populo exhibitis enarrandis, ea de cauſa cum etiam iſte in deſerto ſæpè à Deo fuerit afflictus, quaſi oppoſitionem præueniens, ſiue calumniam, ex differenti puniendi modo, & punitionis euentu, quàm diſpar vtrorumque ſors fuerit in iſtis, & ſequentibus demonſtrat verſibus, vnde ait.

Connexio capitis.

Vt illi, &c. Confert Ægyptios cum Hebræis, & cibos illorum cum cibis his immiſſis è cælo in ſolitudine, vt mox dicemus.

Cantacuſ. Liranus. Carthuſ. Ianſenius. Lorinus. Sa. Caſtro. Hugo. Bonauent. Holkoth.

Propter ea quæ illis ostensa, & missa sunt, &c. Græc. *propter ostensam immissorum*, ſupple eſcam, ſine dubio verus ſenſus eſt, quem tradit Cantac. Liran. Carthuſ. Ianſen. Sa, Lorin. & Caſtro, intelligẽdos hic eſſe Ægyptios nõ Hebræos, vt volunt Hugo, Bonauent. Holkoth, cum

Digitized by Google

contra ponat Ægyptiorum famem ſapiens illi, quam Hebræi deficiente Ægypti farina paſſi fuerant, affirmátque illos, & ſi voraces, & inglutios, tamen à neceſſaria eſca abſtinuiſſe propter infectionem animalculorum immundorum, quæ omnia putredine, & ſanie inficiebant comeſtilia, vt affirmat Ioſephus lib. 2. Antiquit. c. 2. *Quia & domeſticum cibum fœdabant*, ait, *in eſculentis, atque potulentis nuſquam non reperta, & in cubilibus quoque paſſim oberrantes, ita vt omnia fœterent, putore è ranis mortuis exhalante infecta*; quo etiam ſupplicio affectos conſtat ex cap. 8. Exod. num. 3. vbi ſic comminatur Moyſes, *Et ebulliet fluuius ranas, quæ aſcendent, & ingredientur domum tuam, & in reliquias ciborum tuorum*; quæ fames ſic eos attenuauit, vt illa conſumerentur, ad eorum defectionem, vt rectè Lorinus immiſſis animalibus fœtidis; ſicut è contra ad famem Hebræorum ſaturandam egregijs, excellentiſque ſaporis, vnde quaſi contraponens ſequitur Sapiens.

Ioſephus. Exod. 8. num. 3.

Hi autem breui inopes facti nouam guſtauerunt eſcam, &c. Græc. *Hi vero ad breue penuriæ affecti, peregrinum participarunt ſaporem*, coturnices nempe noui ſaporis, & guſtus, vt diximus; cur autem potius coturnices immiſſæ, quàm alterius generis animal? quærit Abulenſ. Numer. 11. quæſt. 79. & 80. & reſpondet, propter earum multitudinem, pinguedinem, ac optimum ſaporem; inopiæ Deus ſuorum dum prouideret, de optimis prouidit, & inſuper in breui, vnde adnotanda particula illa *breui* tempore ſcilicet, ex qua elucet Dei ſeruis tribulationes non longo, ſed breui durare tempore, de qua re nos abundè in 4. tom. homil. 50.

Abulenſ.

1. Hebræi cur breui caſtigati, Ægyptij vero perenniter. *Holkoth.*

Oportebat enim ſine excuſatione ſuperuenire interitum, &c. Græc. *ineuitabiliter ſuperuenire indigentiam*; Vatabl. *ineuitabilem penuriam*, ratio eſt cur breui tempore ſiuerit Deus Hebræos famem tolerare, illam ſic abunde poſtea recreando; è contra vero Ægyptios in illa perire ſinendo, quia nempe, vt benè Holkoth, obſtinatè & malitioſè multo tempore peccarunt, tyrannicè populum Dei ſubijciendo; at contra Hebræi ex fragilitate, & non ex obſtinatione; quapropter neceſſarium fuit, vt ineuitabiliter illi caſtigarentur, iſti è contra miſericordiam conſequerentur.

His autem tantum oſtendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur. Græc. *cruciabantur*, ex fame enim quam paſſi ſunt, & ex proprio diſcebant cruciatu, qualis Ægyptiorum extiterat, vt inde magnitudinem expenderent beneficij, tum cibi collati, tum pœnæ Ægyptijs ob illos inflictæ; quapropter ſummum Dei eſt beneficium quando ex pœna alijs collata hominẽ ad eam deuenire facit cognitionem, à quali ipſe erutus, ſi Dei non fuiſſet miſericordia præuentus; quapropter verè noſtra ſunt beneficia aliorum tormenta, de qua re infrà cap. 18.

Interim placet hîc vnum adnotare, quàm ſcilicet ſupereminens Euangelij ſtatus, legis ſit ſtatui, dum ſic magni facit hoc ſapiens beneficium, quod ſæpè non ob publicam populi vnius, ſed ob paucorum neceſſitatem Deus ſummus in ſtatu Euangelico præſtitit; in vita enim ſancti Columbani ſimile quid legitur miraculum, vt apud Surium tom. 6. *Verſante*, ait, *beato Columbano cum ſuis apud vrbem Brigantinam, dura egeſtatis tempus incidit, cumque iam triduana inedia laborarent, tanta animum copia eis oblata eſt, quanta Iſraëlitarum caſtra coturnicibus aduolantibus operuit, ita vt omnem locum illum aues implerent: Intellexit autem vir ſanctus ob ſuam, ſuorumque neceſſitatem has clapes exhiberi; capiebantur aues vt inſſerat pater; nec illa pennigera inſtructa volatu ſe ſubducebant, ſed triduo manſit illud manna animum; quarto deinde die quidam Pontifex ex vicinis vrbibus frumenti copiam diuino inſtinctu Beato Columbano tranſmiſit; mox igitur vt aduenit frumentum, aues illa Deo iubente omnes auolarunt.* En miraculum ſimile, & quod maius nullo obmurmurante, ſiue expoſcente; in quo veteri illi ſupereminet, ac ſe eleuat, dum non querela, ſed patientia à Deo illud extorſit, ideo excellentius, nobiliúſque.

2. Miraculum coturnicum Deus multoties etiam effecit in ſtatu Euangelico cum fuit.

Num. 5. *Etenim cum illis ſupernenit ſana beſtiarum ira, morſibus peruerſorum colubrorum exterminabantur.*

Num. 6. *Sed non in perpetuum ira tua permanſit, ſed ad correptionem in breui turbati ſunt, ſignum habentes ſalutis, ad commemorationem mandati legis tuæ.*

Num. 7. *Qui enim conuerſus eſt, non per hoc quod videbat ſanabatur, ſed per te omnium Saluatorem.*

Num. 8. *In hoc autem oſtendiſti inimicis noſtris quia tu es, qui liberas ab omni malo.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

ALio confirmat exemplo Ægyptiorum, Hebræorúq; in punitione diſparitatem, dum illi ad exterminationem, iſti ad correptionem fuerint puniti, ob hoc populi per ignitos ſerpentes punitionem adducit, dum itineris pertæſus laboris, ac manna abhorrens Numer. 21. num. 6. Deus ad illum puniendum ignitos immiſit ſerpentes, hoc eſt parvulos, & veloces ad modum ſcintillarum, vt infra dicemus, qui tactu venenoſo inflámantes, tumorémque, & ruborem in carne cauſantes occidebant, quibus percuſſi ad Moyſen confugientes, ſerpentem illis Deus æneum tribuit, quem aſpicientes ſanabantur, de quibus omnibus dicemus breuiter ſenſum elucidando literalem.

Num. 21. num. 6.

Morſibus perverſorum colubrorum exterminabantur, in Græca legitur cum coniunctione, *morſibuſque tortuoſorum*, hoc eſt noxiorum, & ignitorum corrumperentur ſerpentum; hiſtoria hæc, vt diximus, habetur Num. 21. n. 6. vbi propter populi murmurationem itineris laborem faſtidientis, miſit in eos Dominus *ignitos ſerpentes*, ſic dicti, aut quia erant colore igneo, vel quia ſcintillas mittebant ardentes, per aëra volitantes, vt aliqui volunt apud Comeſtorem, & Liranum, vel quia morſibus calefaciebant, ita vt ab eis inflammati tumore rubeo relicto inextinguibilis ſitis ardore conſumi viderentur; Quod colligitur ex Deuter. 8. num. 15. vbi ſic: *Ductor fuit Dominus*, ait Moyſes, *in ſolitudine magna, atque terribili; in qua erat*

Ibid.

1. Serpentes in deſerto cur dicti igniti.

Deut. 8. num. 15.

Digitized by Google

ſerpens flatu adurens, & ſcorpio, ac dipſas; Hebraïcè dicuntur *Nechaſim, Seraphin*, hoc eſt, vt volunt Hebraïzantes, ſerpentes igniti, vel incendentes, ſic Diu. Hieron. Iſaias 6. à verbo *Saraph*, quod ſignificat incendere, vnde nomen *Seraphin*, hoc eſt incendentes; Plinius has vocat *Preſteres*, qui Græcè idem ſunt, ac Hebraïcè *Seraphin*, vt diximus.

Hieron.

Cauſa autem huius pœnæ tædium extitit, vt diximus, populi laboris, ac itineris, dum iam annus inchoatus quadrageſimus ab Ægypti exitu, in manſione eſſent trigeſima ſexta, vt vult Hieronymus, in quibus, vt ipſe inquit, *Aaron mortuo murmurant contra Deum, & Moyſen, manna faſtidiunt, à ſerpentibus vulnerantur, & in typum Saluatoris, qui verum antiquumque ſerpentem in patibulo triumphauit, diaboli venena ſuperantur.* Murmurationis, A ſiue tædij cauſæ duæ afferuntur ab Abulenſ. in cap. 21. Numer. prima, timor diutius peregrinandi; ſecunda ipſemet labor, *Cœperunt moleſtè ferre labores*, ait, *propter duo; primo, quia eis occaſio magni itineris apparebat, cum debentes introire directè per Cadesbarne, inceperunt circuire per magna terrarum ſpatia verſus Orientem, & timebant, quod ſicut quando reuerſi ſunt de Cadesbarne; prima vice contra mare rubrum ambulauerunt triginta & octo annis vagi, ita nunc diffidebant ſe intraturos in terram Chanaam timentes maiorem vagationem; ſecundò quia labores continui itinerando erant eis, & laxabantur, maximè quia erant eis paruuli, & fœminæ non potentes itinerare, ideo ponuntur duo, iter ſcilicet, & labor.* Ergo deceptus ab imaginatione populus iam ingreſſioni proximus, & in ianuis, vt ſic dicam, tot per peſſos labores præteritos deſpiciens, in murmurationem prolabens palmam in ipſo perdidit ſummo: ad doctrinam noſtram hæc, longitudine deceptiuitæ, tunc iter faſtidiamus virtutis, quando morti proximi, & longam prætexentem annorum ſeriem, amittamus coronam, quia de tolerantia deſperauimus laborum, vnde rectè Philo lib. 5. de vita Moyſis, *Qui fugit laborem*, inquit, *fugit felicitatem, qui fortiter, patienterque difficultatem tolerat, ad beatitudinem properat, à labore enim felicitas prouenit, qua propter perdurandum eſt.* Quod vt fiat, conſilium capeſſendum Pauli ad Hebræos 12. n. 3. vt ſcilicet, *Recogitemini enim qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes*; Non ſecus ac D iſti, dum in ſerpentem defigunt obtutum, vt infrà dicemus.

Idem.

Abulenſ.

2. Peccatorum deceptio virtutem faſtidientiũ ob falſam imaginationem longioris vitæ, ſæpè cum propè ſint morti.

Philo.

ad Hebr. 12. n. 3.

Ob duas ergo dictas cauſas murmurarunt; ſed quid? *deeſt panis*, inquiunt, *non ſunt aqua, anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo*; ob quam murmurationem ignitos Deus in eos immiſit ſerpentes, cur pero ſi murmuratio rationabilis? nam, vt inquit Abulenſ. vbi ſup. quæſt. 6. *Manna non ſolum prouocabat faſtidium, ſed nauſeam veram ſicut mel, & oleum prouocant in plurimum; Manna autem ex ſapore ſuo materiali ſimilabatur melli, & oleo, ideo prouocare poterat nauſeam.* Adde vſum quadraginta annorum, quis non faſtidiret? vnde rectè concludit Abulenſ. *Quod rationabiliter potuerũt Iſraëlita nauſeare ſuper manna*; cur ergo Deus eos ſic acriter puniuerit merito quæri poteſt? reſpondet

Abulenſ.

3. Manna causabat nauſeam verè ex ſe, & quibus,

ergo ex mente aliorum idem author, quod etſi ex ſe manna ad nauſeam prouocaret, tamen hoc cum peccatoribus exercebat, non cum iuſtis, vnde *quia*, vt ipſe inquit, *potuiſſet ſapor ille conuerti eis ad bonum ſi ipſi præuaricati non fuiſſent, erat in eis vituperabilis, quod nauſearent ſuper Manna, quia ex eorum culpa hoc accidebat.* Ergo etſi ex ſe manna cibus erat, qui prouocare poſſet ad nauſeam, ex qua parte rationabilis videbatur querela, irrationabilis tamen, quia eorum culpa illud euenicbat, cum ex diſpenſatione fiebat diuina, vt boni leuitatem illam non perciperent, nauſeamq; non experirentur, ideo rectè in murmurantes ignitos immiſit ſerpentes, eos adurentes, incendentes; En tibi tepidorum præcluſa murmuratio Religioſorum, cauſantur de regulari obſeruantia, chorum abhorrent, orationem fugiunt, ieiunia ſtomachantur, recluſionem lamentantur, nauſeant ad omnia, leuiſſima iudicant, arida ſit ex ipſis anima ipſorum, vnde hoc? culpa quippe eorum, quia ſine Dei charitate amore, ac feruore ea tolerant, ideo ex Angelis fiunt dæmones, & monaſteria tartara; *Hec itaque*, ſanctus ait Hieron. in regulis Monachorum ad Paul. & Euſtochium tom. 9. de charitate loquens, *ſola reddit hominem Deo viuentem, hec religioſos, hec monachos facit, ſine hac monaſteria ſunt tartara, habitatores ſunt dæmones; cum hec vere ſunt Paradiſus in terris, & in eis degentes ſunt Angeli.* En ratio cur manna diuinum regularis obſeruantiæ plurimos ad nauſeam prouocat, quia cum panis ſit Angelorum, à dæmonibus minimè edi, ſeu dæmonibus ſapere non poteſt; ô mirum! ô magnum! idem panis, qui aliquibus inſtrumentum eſt angelicum ad Angelos eſficiendos, aliquibus eorum culpa inſtrumentum reperitur ad dæmones eos efficiendos, ſeu dæmonibus eos tradendos, Ioan. 13. num. 27. *Et poſt buccellam introiuit in eum ſathanas*, non ante, ſed poſt buccellam introiuit, cuius ea eſt ratio, quia cum ei ad emendationem ipſam porrigeret Chriſtus, dum ad pertinaciam ea vtitur, diuiſus totaliter à Chriſto, Apoſtolorúmque choro, eadem buccella, quæ ei ad vitam, & cum Chriſto vnionem; ad mortem, & à Chriſto diſiunctionem deſeruit, quod rectè conſiderauit Theophilact. in ipſo loco Ioan. *Dominus quidem*, ait, *dedit buccellam Iudæ, ſi fortè recogitaret amicitiam menſæ, & panis, & à proditione deſiſteret; Iudas eum neque ſic emendaretur, tunc planè factus eſt ſatana, & traditus ei inemendabilis: igitur quando vnus diſcipulorum videbatur. & ex ſancto illo choro non habebat tantum acceſſum ad illum ſatanas; vbi autem illum dimiſit Dominus, & ſeparauit ab aliis diſcipulis, traductio eo per panem* (notandum verbum) *tunc inuaſit eum vt à Domino derelictum, & à diuino choro ſeparatum.* Ergo panis idem, quem Dominus ad emendationem porrexerat, non ad emendationem, ſed ad traductionem, & in derelictionem ſub dæmonis poteſtate deſeruit: ſic eadem religioſa obſeruantia, idem manna diuinum aliquibus ſapor fit ad vitam, aliquibus ad mortem, aliqui ex illo ſaginantur, aliqui ad illum nauſeant, culpa eorum non ſecus, ac iſti, vnde meritò per ignitos caſtigati ſerpentes.

4. Religioſorum tepiditas, vnde & cur de obſeruantijs cauſantur.

Hieron.

Sed placet iterum murmurationem examinare, vt amplius eius propalata malitia iuſtior Dei appareat percuſſio, *deeſt panis*, inquiunt, *non*

5. Peccatoribus eadem quæ ſunt inſtrumenta ad vitam, fiunt eis ad mortem.

Theophil.

Salianus. Deut.10. num.7. Caietan.

sunt aquæ, vbi defectio panis, cum manna adesset: vbi defectio aquæ, cũ tunc, vt rectè Salianus in *Ierabatha* essent, qui locus Deut.10.n.7. vocatur *terra aquarum, atque torrentium?* optimè Caiet. deficiebant ait, dixerũt qualitatẽ panis, adde & aquæ; panis ad sufficientiã aderat, imò & ad abundantiam; similiter secundum Salian. & aquæ; at quia non ad gustum, non ad appetitum, non ad gulam, queruntur de insufficientia panis, & aquæ; *Mentiuntur*, ait Caietanus, *astribuendo mortem penuriæ panis, & aquæ, quoniam Deus vtriusque defectum supplenerat, & propterea defectum panis inuertunt in qualitatem panis, accusantes eius lenitatem, in quo apparet eorum cæcitas, cum lenitas in pane sit valde desiderabilis, & vituperando panem eis à Deo datum, eum valde laudant.* Mira ergo impudentia, abundat panis, superabundant aquæ; at quia

6. Religiosorum fœda murmuratio de paupertate in quo consistit.

non ad appetitum, nec sensualitatem inordinatam propriam, Deo refundere culpam satagunt, de defectione queritantes panis, de penuria aquarum, quasi iustè, non iniustè obmurmurarent; en tibi quasi digito malitia ostensa religiosorum de cibo, de potu obmurmurantium, quasi eis deficiat, quasi ad saturitatem non abundet, cum si verè res expendatur, qualitas in religione, non quantitas deficiat; At quia feruor sancti defecit Spiritus dum medicè, nõ religiosè viuere desiderant, quasi non adesset panis, non adesset aqua, obmurmurant, cælũmque clamoribus

Bernard.

implent; Audi Bernard. serm.30.in Cantic. *Legumina*, inquit, *ventosa sunt, caseus stomachum gravat, pisces de stagno, aut de lutosa aqua meæ penitus complexioni non congruunt, puta te quæso Monachum esse, non medicum, nec de complexione iudicandum, sed de professione;* At dices, Paulum etiam Timotheo præcepisse, vt vino vteretur propter stomachum, ergo etiam & religioso concessum viro, vt cibos secernens salutares eligat, Audi eiusdem responsionem sancti, *Frustra*, ait, *quidam sibi blandiuntur de exemplo Pauli hortantis discipulum non bibere aquam, sed modico vino vti propter stomachum, & frequentes suas infirmitates; qui attendere debent, primum quidem Apostolum sibi ipsi rem istiusmodi non persuadere, sed neque discipulum æquè exposcere sibi; deinde non monacho hoc intimari, sed Episcopo, cuius vita tenera adhuc, & nascenti Ecclesiæ per necessaria esset? Timotheus hic erat, da mihi alterum Timotheum, & ego cibo eum, si vis etiam auro, & poto balsamo.* Nil melius, in quibus primo adnoto illa, *sed neque discipulum æquè exposcere sibi*, quasi motiuum Apostoli cum discipulo dispensandi, eius erat abstinentia, ac, vt sic dicam, vinum bibendi renitentia, quasi alias non dispensaturus, hoc ad exemplum Prælatorum, vt cum illis sint faciles ad dispensandum qui obtrectant, qui dispensationem refugiunt, rigidi cum illis qui eam ambiunt, & procurant; secundò adnoto dispensasse cum Episcopo cuius vita necessaria, & cum Episcopo sanctissimo, ac singulari, ergo vnus fuit Timotheus; nunc omnes in religione, & quod pudet, vix in ea nati, immo quod horrendum, valetudinarios volunt cibos, regulares respuentes, sed ad hos inhiant, si aliquando appetitus stimulet, & saginantur nociuis, non alia dicam nocuos ratione, nisi quia regulares, de leuitate causantes, cum quod egregium ipsorum sit esse leues,

7. Prælati religionum cum quibus dispensare debent de regulari observantia.

vt inquit Caietan. quapropter non ex eorum qualitas, sed ipsorum est in causa ingluuies, vt noxij æstimentur, vnde non secus, ac isti, de penuria, & defectione querulantur panis, & aquę, cum de sua deberent imperfectione: meritò ergo serpentibus puniũtur ignitis, hoc est inquietè amarulentia, inuidia, nausea, insapore, infirmitatibus tandem, non secus ac isti, qui ob consimilem puniti murmurationem, à serpentibus exterminati sunt, non ab alijs animalibus, quia, vt inquit Abulensis vbi supr. quæst. 8. iustum fuit Dei iudicium, vt qui de insapore cibi murmurauerant, per illa punirentur animalia, quæ terram absque vllo comedunt sapore, *Causa autem*, ait, *quare serpentes missi sunt, fuit magna conuenientia culpæ istorum ad panem, vt sicut isti vili pendebant, & fastidiebant manna, quod habebat omnis saporis delectamentum, ita punirentur per serpentes, quibus omnia quæ comedunt terra videntur in sapore, terram comedentes.*

8. Panis, & manna Israël.

Abulens.

9. Cur serpentibus puniti ignitis filij Israël de manna murmurantes.

At quæres, si de nouo creati isti serpentes, an aliunde adducti, an in ipsa extabant terra? omnes amplectitur modos Abulens. nec Lorino displicet, qui etiam addit probabile quemadmodum ad illudendum Euam serpentis figuram diabolum, sic nunc serpentum induisse vt cruciarer; non credo; vera enim fuerunt animalia, non dæmonia, nec vllus, quem viderim illud asseruit; cum Tertul. lib. aduersus Iudæos cap.21. à quo fortè illud sumpsit, non nisi figuratè loquatur. Rabbi Salomon affirmat, non solum à serpentibus percussos, sed etiam quod pectora, & iumenta eos mordebant; non placet Lorino, admittit illud Abulens. difficile illud æstimo, cum de eo mentionem non faciat scriptura.

Idem. Lorinus.

10. Qui fuerint serpentes an veri.

Tertul.

Sed non in perpetuum ira tua permansit, sed ad correptionem, &c. Græc. *ad admonitionem, ad breue sunt afflicti serpentum morsibus*; En finis, Dei in percussione suorum correptio, admonitio, ob id, vt rectè adnotat Abulens. & si ipsi peterent, vt Deus serpentes tolleret, non tulit, sed permittendo morsus remedium tantùm, ne morerentur præstitit; *Deus autem abstulit mortem*, ait, *sed non percussionem, prius enim Israelitæ mordebantur, & peribant, postea autem ablata est mors, quia posito serpente æneo quicumque illum intuerentur, sanabantur, & tamen adhuc serpentes mordebant*, & hoc, *quia si subito ab eis fuisset ablata plaga, facilitas venia delinquendi præberet incentiuum.* Ergo tribulationem non eripuisse, sed auxilium, ne in ea succumberent præstasse, amplioris amoris, & beneuolentiæ exstitit signum, de qua re vide in 1. tom. homil. 41. ne etiam alia deest ratio, cur scilicet animalia non consumpserit, quia etsi à morte liberati per Christi cruce, & mortem, & consequenter à morsibus; remanet tamen in nobis concupiscentiæ fomes perpetuum, & nouum rursus indicens bellum; Vide Macharium Chrisocephalum Theslalonicensis Episcopum oram de exaltatione crucis apud Graecos.

Abulens.

11. Deus cur non abstulit serpentes, sed in medelam adhibuit.

Signum habentes salutis, &c. Græc. *symbolum salutis*, de serpente æneo loquitur, qui rectè symbolum dicitur salutis, tum quia non ipse, sed Deus conferebat salutem; vnde ipse symbolum tantum sanitatis, tum quia non tantum

gitized by Google

12. Serpens in deſerto figura Chriſti Domini noſtri. *Ioan. 3. num. 14. & 15.*

corporalis modo ſalutis, verum & ſymbolum ſpiritualis à peccati veneno, quod ſerpens Euæ, hæc Adamo, hic poſteris impreſſerat, verè in hoc ſymbolum extitit, & figura, à quo omnis noſtra ſalus, vt infrà.

Quod autem Chriſti fuerit figura in cruce pendentis, ipſemet hoc explicuit, Ioan. 3. num. 14. & 15. & cum eo ferè omnes patres; de qua re videndus eſt Gretſerus 1. de cruce cap. 45. qui innumeros affert; ſolum hic duo adnoto.

Tertul.

Primum, egregiè Tertul. cap. 10. aduerſus Iudæos adnotare poſt interdictam à Moyſe, immò à Deo, omnis rei ſimilitudinem, ab ipſo effectus ſerpens ex ipſomet Dei mandato, ad quem aſpicientes ſanabantur, & hoc non equidem alia ratione; niſi quia ſimilitudinem exprimebat Chriſti, ex cuius virtute ſalus illa proueniebat, verba eius: *Idem rurſus Moyſes poſt interdictam omnis rei ſimilitudinem, cur æneum ſerpentem ligno impoſitum, pendentis habitu in ſpectaculum Iſraëli ſalutare propoſuit, eo tempore quo à ſerpentibus poſt idololatriam exterminabantur? niſi quod hic Dominicam crucem intentabat, qua ſerpens diabolus publicabatur, & laſo cuique ab huiuſmodi colubris, id eſt Angelis eius, à delictorum peccantia ad Chriſti crucis ſacramenta intento ſalus efficiebatur.* Ergo intendens in ſerpentem, & ex illo ad eius ſacramentum, quod erat Chriſtus, ſalus conſequebatur, etiam ſi ante illum genua flecteret, etiamſi adoraret, vt prototypum Chriſti, etiam ſi alias omnis interdicta eſſet imago, & ſimilitudo; quid ad hæc ſternaciſſimi muli, contra ſanctiſſimas recalcitrantes imagines? Deus per ſerpentem non equidem Chriſti expreſſam imaginem, ſed per analogiam quandam ipſum ſignificantem dat ſalutem, & præcipit inſpectionem, & conſequenter orationem per illum ad eius prototypum; & per ſanctiſſimam imaginem crucifixi, expreſſam eius figuram non conferet dona, & gratias; O inſenſati, & verè ſtolidi homines, & vt eos vocat Germanus Conſtantinopolitanus oratione Dominicæ primæ Quadrageſimæ in Bibliotheca Patrum tom. 12. pag. 1188. in hac re, *Antichriſti diſcipuli, Iudaque proditores condiſcipuli*, in cuius confuſionem narrat Iuſtin. in Tripho. & Apolog. 2. Moyſem formam crucis ex ære feciſſe, ac fixiſſe in tabernaculo, & populo dixiſſe, ſi figuram hanc reſpexeritis, & credideritis, eius vi ſalui eritis.

13. Hæretici Iconomaſtici vt confundantur à ſerpente æneo ex ordine Dei à Moſe confecto.

Nicetas.

Secundum eſt, Nicetam in orat. 2. Nazianz. de Pæſcha ex mente Nazianz. aſſirmare, ipſum ſentire ſerpentem non typum, ſed antitypum Chriſti, quatenus accipitur pro diabolo, quomodo etiam loquitur Andreas Hieroſolymitan. orat. 1. & 2. de exaltat. crucis, atque æris rubigine indicari peccatum.

Andr. Hieroſol.

14. Cur ſerpens ex ære.

Cur autem potius in ære, quàm in alio voluerit Deus conflari metallo ſerpens, plurimæ à variis adducuntur cauſæ; prima, quod æris color colorem exhuberet ſerpentum ignitorum, vnde quod Latinè, *Fac ſerpentem æreum*; Hebraicè, *Fac ſerpentem igneum*, ſic Oleaſter, & Abulenſ. vbi ſuprà poſt quæſt. 8. quia materia erat ductilis, & non magni ſumptus. Auguſt. ſerm. 101. de temp. propter durationem, & vt in nobis perſeueraret iugiter memoria Chriſti paſſionis, & propter Chriſti crucis clantatem, ſine ſorde, & tinctura; Rabbi Dauid Kimchi, vt tanto

Oleaſter. Abulenſ. Auguſt.

Rabbi Kimchi.

maius miraculum appareret, exiſtimat enim ex medicinæ peritis quos allegat, ictum à ſerpente, æs aſpicientem illicò mori, vnde voluiſſe Deum ex re noxia ſanitatem afferre, ſicut maſſa ficuum Ezechiam curauit, & ligno amaro aquarum amaritiem; hanc rationem irridet Maldonat. in cap. 3. Ioan. ſed immeritò, cum (mea ſententia) nulla noſtrorum inimicorum reprobanda eſſet, vel tenuiter probabilis ratio, quę ad noſtra confirmanda, aut Dei gloriam, & potentiam prædicandam vel leuiter conduceret; ipſe autem, & duas alias myſticas affert rationes, nempe vt conceptio Chriſti de Spiritu ſancto ſignificaretur, quemadmodum ſerpens ille non naturali conflatus, ſed ignis lege, & vt eius duritiem contra vim peccatorum ſignificaretur, vide Toletum in Ioannem cap. 3.

Maldon.

Vltimo tandem inquires, cur præceptum in altum tolli? reſpondeo ex Abulenſ. vbi ſuprà quæſt. 21. primò, propter conuenientiam ſtatus Iudæorum, & vt ſignarentur ea quæ in nouo peragenda erant teſtamento, vnde ſic ait: *Finis autem prior ſcilicet conuenientia ad ſtatum Iudaicum, erat vt Iudæi ſanitatem à Deo ſuſceptam cognoſcerent manifeſtiſſimè eſſe à Deo, & quia opportunius per ſenſibilia, quàm per ſpiritualia mouerentur* (notent hoc Iconomaſtici) *decuit aliquod ſignum corporale dari; ſecundus vero, vt ſignarentur ea quæ tempore Meſſiæ in nouo & perfecto teſtamento euentura erant.*

15. Cur in aſtum tollebatur ſerpens. *Abulenſ.*

Ad commemorationem mandati legis tuæ, Græc. *ad reminiſcentiam*, poteſt ly *ad commemorationem* coniungi, vt benè Caſtro vel cum illis verbis *in breui turbati ſunt*, hoc eſt flagellati, vt Dei legis recordarentur, & in poſterum diligentius ſeruarent, vel cum illis verbis *ſignum habentes ſalutis*, vt ſcilicet admonerentur, quod ſicut niſi in ſerpentem inſpicerent, nullam conſequebantur ſalutem, ſic niſi in legem operando ea quæ ipſa præcipit; optimus ſenſus, & poſterior aptior, eo vel maximè, quia confundi ex illo poſſunt impij illi nebulones, qui aſſerunt opera non eſſe neceſſaria ad ſalutem, ſolam ſufficere fidem; O ſtolidi, ad morſus medendos colubrum, ad vitandam mortem, non fidem tantum in ſerpentem, ſed inſpectionem iuſſit Deus, opus aliquod noſtrum & ſi leue; mordebatur quis, inficiebatur, non ſola fide, non actu tantum interno, ſed externo, oculorum extollentia ſi propè, greſſu, metu, curſu ſi longè, ſanabatur; & tu impie, non morſus, ſed confoſſus, ſauciatus, plagatus, non ab vno, ſed ab infinitis ſerpentibus, vis ſola fide ſanari, inſanis.

Caſtro.

16. Opera neceſſaria, non ſola fides ſufficit.

Hunc ſerpentem dicuntur Hebræi poſtea, quaſi vexillum in itinere circumtuliſſe contra eadem pericula, &, vt inquit Abulenſis vbi ſup. attulerunt illum trans Iordanem in terrā Chanaam, ac duraſſe vſque ad tempora Ezechiæ Regis, qui cauſam præbere idololatrandi ſtultis, & ignauis aſpiciēs, illum confregit, combuſſit, proiecitque in torrentem Cedron 4. Reg. 18. in qua re, vt notat marginator Abulenſis, falſo gloriantur Mediolanenſes habere illum in Eccleſia ſancti Ambroſij, vel crucifixum ex illo ære conflctum, vt ait Carolus Sigonius de regno Italiæ anno 974. omnino enim deſtructus, & in torrentem extitit proiectus.

Abulenſ.

17. Serpens omnino deſtructus, falſum Mediolanenſes illum tenere. 4. *Reg.* 18.

Carolus Sigonius.

Cătacuz. Vatab. Oſorius. Sa. Lorinus. Hugo.

Qui enim conuerſus eſt, &c. Cantacuz. Varab. Oſorius, Sa, & Lorin. de conuerſione, conie&úque oculorum intelligunt, verus ſenſus: alij de reſipiſcentia, & pœnitentia, vt Hugo, & ſi non negandum aliquos ad pœnitentiam conuerſos, tamen prior ſenſus eſt literalis. A

18. Nulla virtus inhærens erat ſerpenti, nec naturalis, nec ſupernaturalis.

Non per hoc quod videbat ſanabatur, ſed per te omnium redemptorem, &c. Nec naturalis, nec ſupernaturalis inhærens erat virtus in ſerpente, ſed tantum moralis, vt optimè affirmant contra Abulenſ. recentiores, qui multis & ſi probet vim naturalem non habuiſſe, de ſupernaturali inhærenti affirmat, ad eius námque aſpectum ex virtute meritorum Chriſti cuius ille erat figura, Deus ſalutem concedebat, ſicut & modo ſpiritualem in Chriſtum tendentes contrito corde crucifixum, de qua re infrà.

Tertull.

Tandem ſuperſedeo de hæreſi dicere Ophitarum, qui vt Tertull. de præſcriptionib. c. 47. *Serpentem magnificabant in tantum, vt illum etiam ipſi Chriſto præferrent*; immo, vt ex Ireneo lib. 1. c. 36. ipſam ſophiam, & Dei ſapientiam; ſerpentem (ſi Deo placet) factam; ô humani ingenij imbecillitas, ſemel ſi à Deo relinquatur, quo decidit, vt in animal ipſum conuertat ſummum factorem, animal ipſum, ac brutum talia cogitans, B

Ireneus.

19. Ophitarũ hæreſis mira craſſities.

In hac autem oſtendiſti, &c. Græc *perſuaſiſti*, recte Holkoth affirmat in his verbis finem Dei in pœnis infligendis demonſtrari, eius nempè gloriam, apud inimicos enim etiam glorificatus, quando viderunt populum ob peccata percuſſum, & ſimul ob miſericordiam ſanatum. Lorinus educit nil efficacius ad populos inſtruendos, & ad Dei cultum obſeruandum pœnis à Deo inflictis; verum, niſi pertinacia obſiſtat hominis, vt de Ægyptiis, ac Chananeis ſatis apparet.

Holkoth.

Inimicis noſtris, &c. Ægyptiis, qui has res ſciuerunt.

Qui liberat ab omni malo, &c. pœna ſcilicet, & ſi etiam Deus à ſpirituali; at nunc de corporali eſt ſermo.

HOMILIA LXXII.

Chriſtum crucifixum meditatus, malorum noſtrorum non ſolum remedium, ſed ipſius diuinitatis contemplationis fons, & oſtium.

CONturbati, noſter ait Sapiens de perèmptis à ſerpentibus, *ſignum habuerunt ſalutis*, ſerpentem nempè æneum; in quem aſpicientes ſanabantur. Qui cum Chriſti ſit figura, vt concors omnium patrum fert ſententia, vnde Tertull. tanquam de re clara lib. de idololatria c. 5. *Effigies*, ait, *enei ſerpentis ſuſpenſi figuram deſignauit dominica Crucis; qua à ſerpentibus, id eſt Angelis diaboli nos erat liberatura, dum per ſemetipſum diabolum, id eſt ſerpentem interfectum ſuſpendit.* Clarè indicat crucifixi meditationum, ac dolorum eius recogitationem, noſtrorum eſſe medelam criminum, noſtrorumq; morborum, immo & omnium fontem bonorum

Tertull.

Duo dico, Chriſtum nempè crucifixum meditatum noſtrorum eſſe medelam malorum, non ſecus ac ſerpens ille, in quem pereuſſi ſanabantur aſpicientes; ſed inſuper addo ipſum eſſe omnium bonorum fontem, quatenus per ipſum ſummam illam, quæ in hac vita haberi poteſt diuinitatis contemplationem acquirimus, in qua huius vitæ beatitudinem verè dici poteſt conſiſtere; de primo res clara, & apud authores in promptu; de ſecundo loqui intendo, vt pote de re ſatis his temporibus neceſſaria; immo vnicè, vt infrà, & ex dicendis apparebit. C

Dico ergo ſic huius ſanctiſſimi ſerpentis inſpectionem nobis neceſſariam, ſic Chriſti crucifixi meditationem ad diuinitatis contemplationem vnicam viam, non ſecus ac ſerpens ille, vt in commentario diximus, qui poſt perculſis datam ſalutem, pro vexillo Hebræis extitit ad promiſſionis terræ ingreſſum, vt qui ſine illo incipit, & qui non ab illo, ſiue qui non per hanc viam tranſit, & ſic per ſaltum ad diuinitatis puram D prætendit venire contemplationem, tranſiliens murũ planè ſtolidus, planè inſipiens eſt. *Ad hoc autem* ſapientiſſimè, ac ſcientificè ſimul diuus ait Bernard. Serm. 3. de Aſcenſ. *carnem propoſuit*, Chriſtus nempè Apoſtolis, *vt omnem cogitatum eorum ab humanis rebus ad carnem ſuam, qua & mirabilia dicebat, & mirabilia faciebat adunaret, & ſic de carne tranſferret ad ſpiritum, quia Spiritus eſt Deus.* Admirabilis doctrina, immo ſic vera, vt tota Catholica dici poſſit, ad eo, vt alia ab illa extranea meritò ſuſpecta reputetur; nam pro certo ſtatuimus omne contemplationis oſtium, immo & bonum in Chriſti crucifixi conſiſtere meditatione; *non te pigeat videre ſerpentem in patibulo pendentem.* Diu. ait Bernard. *ſi vis videre Regem in ſolio reſidentem.*

1. Qui contemplationem ſine præuia crucifixi meditatione attingere præſumit ſtultus.

O Immo neſcio quid Chriſtus crucifixus meditatus in ſe continet, vt ipſemet Chriſtus in gloria fulgens non totaliter ſatiet, niſi ſimul & crucifixus rememoretur, vnde & ſi Chriſtus omne ſit bonum, tamen huius boni complementum, vt ſic dicam, eius ſit meditatio mortis, eius in patibulo ſuſpenſionis. Petenti enim Moyſi ſuam faciem reſpondit Exod. 33. n. 19. *Ego oſtendam omne bonum tibi*, in quo loco Tertull. lib. 4. contra Marcion. Nazianz. orat. 2. de Theologia, Origen. in locum Exod. Hom. 12. & Hom. 7 in Numer. Bernard. Serm. 61. in Cant. Auguſt. lib. 2. de Trinitat. c. 17. affirmant in his verbis ſimbolicè promiſſam Moyſi viſionem humanitatis Chriſti in transfiguratione in monte; tum enim in gloria refulgentem videns Chriſtum, & ex illa gloria etiam ipſe refulgens, vt ait Lucas c. 9. n. 29. totum vidit bonum Dei; ſed illud animaduerte, quod ſic illud vidit bonũm, ſic illam maieſtatem, illum ſplendorem, illum fulgorem, vt ſimul & mortem, & crucem, & paſſionem eius in mente haberet, in ore retineret, per linguam, vocémque exprimeret, vnde hic: *Et dicebãt exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalem*, quid per exceſſum, niſi, vt ait Ambroſ. & eum eo omnes, exitum per crucem, per mortem eius? ergo in tanta gloria, in tanta maieſtate, in tanto ſplendore neceſſaria exceſſus, ac mortis rememoratio, vt illud ſummum bonum ſaperet, vt illa refulgentiſſima maieſtas omnino delectaret, & ſimul diſcipuli animarentur ad amorem, ad crucis Chriſti reuerentiam, ac deuotionem, vnde Chryſoſt. Hom. 58. in Matth. *Elias & Moyſen apparuiſſe ex Dei præcepto*, ideo af-

2. Chriſtus non ſatiat & ſi glorioſus nõ meditatus crucifixus.

Exod. 33. n 19. Tertull. Nazianz. Origen. Bernard. Auguſt. Luc. 9. n. 29.

Ambroſ.

Chryſoſt.

firmat, *vt eis gloriam ostenderet, & tam Petrum, quam reliquos, qui passionem formidabant consolarentur, & ad sublimiora erigerent; non enim tacebant, sed loquebantur de gloria, quam completurus erat in Hierusalem, id est de cruce, & passione, sic enim illam appellabant.* Pende illud, *& ad sublimiora erigerent.* Ergo vltra illum splendorem, vltra illum fulgorem, vltra illam maiestatem, quam Petrus, quam reliqui aspiciebant discipuli, aliquid aliud erat sublimius; sane secundum Chrysost. & quale? Crucifixio, mors, Christus crucifixus, hoc erat sublimius illud, ad quod euehere intendebat Christus Apostolos, vt intelligas amice, crucifixi meditationem, sic altam, sic præclaram, sic sublimem, vt secundum excessum dicam, & per hyperbolem ipsos quasi excedat diuinitatis radios, immo quod nec isti sapiunt quodammodo nisi simul cum Christo crucifixo? Quid ad hæc insipientes illi, qui Christi crucifixi meditationem obstaculum faciunt ad diuinitatis contemplationem; ô mirum, Moyses, & Elias nolunt sine Christi morte, sine Christi crucifixi meditatione inter radios reperiri diuinitatis; inter fulgores, ac splendores Christi gloriæ, & isti toti in peccatis nati Christum crucifixum fastidiunt, quasi radios illos diuinos impedientem, retardantem.

3. Dei sublimius est Christus crucifixus.

Immo tantum hoc abest, quod mea sententia ipse fulgor maiestatis, ipse diuinitatis purissimæ splendor, quando sine hac crucifixi meditatione, non ad lucem, sed ad tenebras, non ad sapientiam, sed ad insipientiam, non ad acumen, sed ad torporem nostra culpa deseruiat, Luc vbi sup. n. 32. *Euigilantes*, ait de Apostolis in transfiguratione, *viderunt maiestatem eius*; at quid illis ex hac visione, ex hoc fulgore, ex hoc diuinitatis splendore? nam sic, *præceptor bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula*, &c. vis horum verborum censuram, *nesciens quid diceret*, ait Euangelista. Ergo ex illa maiestate, ex illo iubare, ex illo splendore ignorantiam attraxit Petrus, hebetationem, insciitiam; at peto cur non similem Moyses, & Elias? cur non vt Petrus hebetabantur? sanè amice ni fallor, quia *loquebantur de excessu*, quia de passione, quia de cruce: Hinc illi radij eis causa illustrationis, perspicacitatis, ac amplioris maiestatis; at Petro, qui nihil de passione, qui nil de cruce, qui ad diuinitatem assurgebat, & non per Christi sanguinem, non per crucifixi meditationem, illi radij diuini, illi summi fulgores illum potius hebetabant, quàm acuebant.

4. Diuinitatis radij sine præuia, ac socia Christi passione potius hebetant præsumentem.

Luc. sup. n. 32.

5. Huius rei ratio.

Cuius equidem rei ratio, ni fallor ea, ordo nempe cognitionis diuinæ; nam sicut mens, & intellectus noster, impar prorsus in patria ad Deum summum intuendum, nisi à lumine gloriæ confortetur, ac in actu primo constituatur, vt Theologi volunt, Deum videndi, sic vt per illud sit potens, per illud videat, per illud non obcæcatur, non destruatur, non à maiestate gloriæ obruatur, sic pari modo & hic in via ad diuinitatis radios hic pertingendos, ad fulgores diuinæ maiestatis, & essentiæ diuinæ, prout capaces sumus in via, & quantum per fidem eos capere possumus, sic etiam impar noster reperitur intellectus, vt nisi hoc nostrum lumen gloriæ, hic noster Christus crucifixus, hæc sanctissima de illo meditatio prius nos corroboret, confortet, ac subleuet ictibus maiestatis, vt ait Greg. lib. 6. Moral. c. 17. necemur, obfuscemur, obnubilemur, *& quia discipuli carnales erant*, ait Bernard. vbi sup. Serm. 5. de Ascens. *& Deus spiritus est, nec bene conuenit spiritui, & carni, vmbra corporis sui temperauit se eis, vt obiectu vmbræ carnis viderent verbum in carne, solem in nube, lumen in tecto, cereum in laterna.* Pulchrè, loquebatur Bernard. de cognitione essentiæ diuinæ, quam antiqui ex creaturis rimari poterant, & ex lumine in illis diuino, quod in eis ineft, affirmans iam post Christum natum non amplius aucupandam deitatis notitiam ex creaturis, sed ex Christo, ex sanctissima illa humanitate, ex sanctissima illius vita, ac morte, quæ via compendiosa vt infrà ex August. dicemus, ideo, vt hîc ad summos illos deueniamus splendores, immo, ne ab illis necemur, immo vt eos sustinere possimus, opus nobis, ad intuendum diuinitatis solem nubes, ad essentiæ diuinæ lumen tecta, ad cereum diuinissima puritatis laterna,, vt per hanc vmbram hic viuere, ac intelligere possimus, vnde eleganter sequens Bernard. ait: *Spiritus oris nostri Christus Dominus, cui diximus, in vmbra tua viuemus inter gentes*, Thren. 4. *in vmbra inquit tua inter gentes, non inter Angelos, vbi purissimum lumen purissimis oculis intuebimur.* Quid pulchrius? immo quid verius? dum hic sumus, dum non inter Angelos, sed inter gentes, vmbra hac egemus, non secus, ac illi in patria lumine gloriæ, ad purissimum illud lumen capessendum, vnde quod illis lumen, nobis hic vmbra hæc diuinissima præstat, vt Deus sicut in cælo glorificatur per lumen, sic in templo sancto suo in Ecclesia sancta sua glorificetur per nebulam, *& eius gloria*, vt ait Salomon 3. Reg. c. 8. n. 12. *sit habitare in nebula.*

Bernard.

3. Reg. 8. n. 12.

7. Diuinitatē attingere non præuia Christi mediatione nec Virgini concessum; *Bernard.*

Immo, vt semel omnes desperent, vt omnis præcludatur audacia, nec ipsi Virgini, nec Aquilæ huic sublimi sanctissimæ concessum oculos ad diuinitatem figere sine hac vmbra, sine hac carne, sine hac crucifixi nebula tunc tunc mox futura; vnde Angelus ad eam, *& virtus Altissimi obumbrabit tibi*, quæ virtus? Christum incarnandum affirmat Bernard. vbi sup. *Vnde*, ait, *& virtus altissimi obumbrauit virgini, ne nimio splendore perstrictus, diuinitatis fulgur, etiam singularis Aquilæ [illegible] non posset.* Nihil excellentius; quod vt clarius eluceſcat, suppono pium, probabileque esse virginem in sanctissima filij conceptione ad claram essentiæ diuinæ visionem eleuatam, vt latè hoc ex Antonino, aliisque probat Suarez de vita Christi disputat. 19. sect. 4. Quod cum sit, en vis rationis Bernardi; præter lumen gloriæ tunc virgini necessarium, cum iam non beata, sed adhuc viatrix, vt simul non à tanto lumine obrueretur, vt pote adhuc in carne, necessaria illi sublimissimæ Aquilæ, etiam hæc vmbra, hæc altissimi virtus, hic Christus incarnandus, moriturus, crucifigendus, vt tales sustinere posset splēdores, taléque diuinitatis radios; hinc ad Moysem, *non videbit me homo, & viuet*, Exod. 33. Quæ propositio, cum sit multorum opinio Dei essentiam Moysem vidisse, sic August. epist. 112. c. 12. & 13. Ambros. 1. Exam. c. 2. Liran. Abulens. Beda, Hugo, cum S. Thom. 2. 2. quæst. 134. profectò intelligenda, vt sine hac vmbra diuina, si-

Suarez.

Exod. 33.
August.
Ambros.
Liranus.
Abulens.
Beda.
Hugo.
S. Thom.

6. Christus crucifixus in hac vita nostrum lumen gloriæ ad radios inspiciendos diuinitatis.

ne Christo humanato, sine eius passionis meditatione, vnde si ad eam peruenit, per posteriora Dei extitit, *posteriora mea videbis*; in quibus, vt ait Comestor in historia Ecclesiastica, *in occipite quadam erant ligatura*; Christi profecto passione, cõprehensionem, mortẽ significãtes; ergo Christus crucifixus via ad diuinitatem, immo quasi lumen gloriæ in hac vita ad illam, ergo corpus illud diuinum, humanitas illa sanctissima est instrumentum quo ad diuinitatem peruenitur, quod & si corpus, quod & si nubes, quod & si tenebrosum ad instar illius nubis est, de qua scriptum Exod. 14. n. 26. quod *erat tenebrosa illuminans noctem*, per quam Christum intelligit Rupert. *Iudeis scandalum, gentibus stultitia, sed Dei vocatis*, vt ait Apostolus 1. ad Corinth. c. 1. n. 25. *Dei virtus, & sapientia.*

Comestor.

Exod. 14. n. 26.

Rupert. 1. ad Cor. c. 1. n. 25.

8. Christi humanitas media inter res corporeas, & spirituales, radios diuinitatis non obnubilat, sed clarificat.

Hinc deceptio elucet illorum, qui de sanctissima Christi humanitate, de eiúsque sanctissima passione, ad modum aliarum rerum corporearum infimarum philosophantes, sicut istæ, sic reputant sanctissimam illam humanitatem purissimos radios impedire diuinitatis, falluntur planè: nam, vt suprà aiebat Bernard. ideo diuinitas se in corpore Christi obumbrauit, vt videri possit, vt percipi, vt sustineri, vnde inter res corporeas, ac spirituales, sic mediat humanitas illa sanctissima, vt licèt non sit purus spiritus, non sic est caro, vt spiritum impediat, non sic est corporea, vt spirituale diuinitatis lumen obscuret, sed potius illustret, clarificet, Ezech. 1. n. 4. in admirabili illa visione ventum, nubem, ignem, splendorem vidit, at in medio ignis *quasi speciem electri*, quod cum teste Plinio lib. 33. c. 4. sit metallum conflatum ex auro, & quinta argenti parte, & duas habeat excellentissimas proprietates, prima; *ad lucernarum lumina clarius argento splendere*, secunda, venena deprehendere, *quod est natiuum*, ait, *& venena deprehendit; namque discurrunt in calicibus arcu celestibus similes cum igneo stridore, & gemina ratione prædicunt*, rectè per illud Christus Dominus noster significatur, vt Sanctus ait Greg. in Ezech. Hom. 2. *Cum humanitas*, inquit, *ad maiestatis gloriam excrenit, diuinitas à sui fulgoris potentia humanis se oculis temperauit, & quasi electrum in igne est Deus factus homo in persecutione.* Nil elegantius, Christus non aurum tantum, non argentum tantum, sed aurum, & argentum, ex diuinitate, & humanitate conflatus, non ad instar cæterarum rerum in lumine resplendere non potest, sed ad lucernarum lumina, ad diuinitatis splendores, ad radios purissimos deitatis amplius splendet, immo eos amplius splendescere faciens, sic animabus contemplatiuis necessarius, vt si sine illo diuinitas apprehendatur, si sine tali electro superna, pura, subtilis, ac quomodocumque appellare velint deitatis purissima notitia, venena, quæ immixta subesse possunt minimè discernantur, vnde & mille tales subiiciantur necesse deceptionibus, phantasiis, illusionibus, imperfectionibus; ergo sanctissima illa humanitas, sanctissimus Christus splendet in igne, & eo amplius, quo persecutus, quo afflictus, quo mortuus: nam vt ait Greg. electrum in igne, *est Deus factus homo in persecutione*: hinc in igne diuinitatis, semper diuinum hoc electrum, semper Christus crucifixus, non ad instar alia-

Ezech. 1. n. 4.

S. Gregor.

A

B

C

D

rum rerum radios diuinitatis obnubilans, sed obtemperans, vt percipi possint, vt sustineri, vt frui? Hinc ipse solus pastor bonus, cuius singularis bonitas in eo consistit, vt, quæ oues sub eo accumbunt, & per ipsum intrant, non solum saluabit, sed ingredietur, *& ingredietur pascua inueniens*, Ioan. 10. n. 9. quid est ingredietur, & egredietur, semper pascua inueniens mea sententia illud; nam in cæteris rebus sint, quantum velis optimæ, quando in earum tantum consideratione sistimus, pasculum non inuenimus diuinitatis; at in Christo summo pastore, siue intus eum ingrediamur ad suam diuinitatem, siue extra egrediamur ad suam humanitatem ingrediendo, & egrediendo, semper diuinitatis pabulum inueniemus.

9. Christus verus pastor in eo pascua diuinitatis & intra & extra.

Ioan. 10. n. 9.

Immo sciendum humanitatis Christi, seu sanctissimi crucifixi meditatio sic omnibus semper necessaria, vt in quacumque altissima contemplatione cuiuscumque status semper inuenietur, adeo vt limpidissimas diuinitatis aquas desperet quis ab alio, quam ab hoc fonte haurire, sed nec bibere, seu, vt sic dicam combibere sine hac diuinissima, quæ eis scatet petra. *Omnes eundem potum spiritualem biberunt*, ait Paulus 1. ad Corinth. c. 10. n. 4. de antiquis Hebræis in deserto (*bibebant autem de spirituali consequente eos petra*) cur consequente eos petra? *aqua* debebat dicere; nam cum allusionem faciat ad locum Numer. 20. n. 20. in quo aquarum miraculum ex petra describitur, non apparet, quomodo talis eos secuta sit petra; cum illud, quod Hebræi, & Chaldeus in illum locum Numeri affirmant, illam scilicet petram, ex qua aqua miraculosè Hebræos per desertum secutam, vsque dum intrarent in Chanaam, eisque aquam dedisse, prorsus incredibile, vnde vera sententia est illorum, vt apud Cornel. hic per petram, non petram, sed aquas de petra effluentes intelligi, quæ semper per desertum vsque dum in terram introierunt promissionis, Hebræos sunt secutæ; qui sensus mea sententia literalis; neque obstat, quod ait Cornel. quia antequã ad terram introissent promissionis, aquæ penuria iterum laborarunt, vt sequenti c. n. 18. videtur innuere Scriptura: nam licèt non essent tunc ingressi in terram promissionis trans Iordanem, tamen extra desertum erant in terra Chanaam, quam destruxerant, vt ibi dicitur. Ergo consequente eos aqua debebat Paulus dicere, non petra? sanè si illæ aquæ non semper ex illa petra, & petra illa non significaret Christum, vt ait Paulus, *petra autem erat Christus*, qui semper cum eis, vt rectè, & acutè Ambros in hunc Pauli locum, *sequenti tamen petra*, ait, *dicta est, quæ intelligitur Christus, vbi enim deficiebat humanum eis suffragium aderat Christus, ideo sequebatur, vbi defeciisset, ille subueniret, nec enim petra aquam dedit, sed Christus.* Rectè ergo Paulus, consequente eos petra dixit, non aqua, & si aqua ex petra eos sequebatur, quia cum illæ aquæ spirituales, id est symbolicæ figuratiuæ sanguinis, ac Christi diuinitatis, non poterant epotari sine Christo, qui semper eis aderat, ipse eas præbens, ipse eas tribuens, en amice, quod dicebamus, in hac vita, dum in hoc sumus deserto impossibile aquas illas diuinitatis, quæ nobis ab hoc emanant fonte, ab hac fœcundissima petra, ebibere sine Christo, siue eius media-

10. Nulla contemplatio sine illo.

1. ad Cor. c. 10. n. 4.

Num. 20. n. 20.

11. Aqua in deserto quæ ex petra semel fluxit per illum semper est secuta Hebræos.

Cornel.

Num. 21. n. 18.

Ambros.

Digitized by Google

tione, ſine crucifixi apprehenſione; nam ſi attendis, ideo aquæ ſcaturierunt, quià petra illa bis in myſterium crucis virga percuſſa; ergo *Bernard.* emanarunt à petra, ſed percuſſa, à Chriſto, ſed crucifixo; *à cuius guſtu*, vt notanter ait Bernard. de amore Dei c. 19. *quanto diutius abſtinemus, tanto ſenſus interiores magis deficiunt, vel infirmantur in actibus ſuis circa æterna.* Notanda verba hæc poſtrema, ex deficientia meditationis Crucifixi, à priuatione dulciſsimi illius guſtus, & ſi ſenſus interiores, hoc eſt intellectus, ac voluntas circa diuina, ac puriſsima Dei eſſentialia, & æterna non deficiant; infirmantur ſanè in actibus ſuis, quia nec intellectus ad illud ſummum verum, nec voluntas ad illud ſummum bonum, ſine hoc collyrio paſſionis Chriſti, ſine hac virtute confortatiua, vt ſic dicam, valenter, ac efficaciter aſſurgere poterunt, ac intimè cum diuinis illis vniri radiis ſummæ, ac imperceptibilis diuinitatis.

12. Mater eſſit diuinitatis cõtẽplatio, vbi languet paſſionis meditatio.

Exod. 33. n. 22. Hinc Exod. 33. n. 22. vt poſteriora Dei Moſes videret, quæ diuinitatis inſpectio ſignificatur, aut clara, vt multi patres volunt, ſicut ſuprà diximus, aut obſcura, & quantum in hac vita licet, vt alij cum Lippom. quæ opinio mihi placet, cum hoc modo verè non faciem Moſes, ſed poſteriora Dei vidit, hoc eſt illam viſionem, quã quis haberet, ſi à tergo hominem cognoſceret; nam, vt ſic, benè hominem eſſe vidit; at quis, & qualis penitus ignorat? Vnde in altiſſima hac de deitatis contemplatione, ſic illam aſpexit Moſes deitatis gloriam, vt ex illa veluti à poſteriori firmiſsimè intellexerit Deum tranſire, Deum eſſe; at intuitiuè, & ex facie quaſi à priori aſpicere non valuit: ad hanc ergo viſionem, neceſſarium illi, vt non ſolum ſtaret ſuprà petram, ſed poneretur in foramine petræ. *Cumque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea donec tranſeam, tollamq; manum meam, & videbis poſteriora mea.* Ad cuius loci myſticam intelligentiam ſciendum, primo, quid ſit illud ſtare ſupra petram, quod Dominus Moyſi dixit, vt ex illo poſtea intelligamus conſequenter, quid ſit in foramine petræ. *Eſt locus apud me*, ait Dominus ad Moyſen, *& ſtabis ſupra* petram, in qua petra? Nyſſenus, vt *Nyſſenus.* apud Lippom. in Chriſto; nam petra Chriſtus, in qua ſicut non ſtat: *Qui*, vt ait Sanctus, *cadacus, & inſtabilis cogitationibus eſt, non fixus in bono, nec permanens, ſed mobilis, atque fluctuans, cogitationibus variis oppreſſus, & conquaſſatus, ſic è contra ſtat, qui à face profundi retractos pedes in hoc poſuerit lapide, nempè Chriſto, qui quanto firmior, ac nobilior in bono fuerit, tanto velocius volat hac ſtabilitate quaſi pennis elevatus.* Ergo ſupra petram ſtat, qui Chriſtum imitatur, qui ob Chriſtum ab omnibus ſe abſtinet, qui non inſtabiles cogitationes nutrit, ſed vnitas in Chriſto. Si ergo petra Chriſtus, quale *Interlin.* eius foramen? planè eius paſſio, eius mors, eius crucifixio ait Interlineal, vnde inquit, *in foramine petræ ponam te, hoc eſt in paſſione Chriſti ſolidabo te.* Nil elegantius ad rem noſtram. Dico ergo ad ſummam contemplationem, ad apicem viſionis diuinæ, ad limpidiſsimos diuinitatis radios ſuſtinendos Moyſi, & cuilibet neceſſaria Chriſti perfecta imitatio, & in ſuper in paſſione Chriſti ſtabilis, diuturna fixa inhabitatio, ac in illis diuinis foraminibus perpetua, vt ſic dicam

13. Moſes vt vidit diuinitatem in hac vita. *Lippom.*

14. Qui ſtant in petra quæ eſt Chriſtus.

15. Petræ foramen in quo Moſes poſitus vt diuinitatis radios hic modo quo poſſet aſpiceret, Chriſti ſignificat paſſionem.

conſeſſio, ex hac quippè ſoliditatem mens accipiens humana dextera protecta diuina in hac vita ſecurè, & intrepide, quantum fas eſt, & licet, Dei poſteriora videre poterit, altiſsima rimari, diuiniſsima perfrui, ſemper tamen in petra ſtans, ſemper in cauerna morans huius diuiniſsimæ petræ, Chriſti nempè crucifixi, ac pro nobis, Deique gloria ſuſpenſi; ſed ad noſtra.

16. Ad contẽplationem duo neceſſaria.

Chriſtus ergo crucifixus, eiuſque ſanctiſſima meditatio, vti diximus, non ſolum eſt via ad ſummam contemplationem, in qua omne noſtrum bonum in hac vita, ſed etiam ſemper adeſt cum illa, quaſi impoſsibile, vt ſine illo ſapere poſsit. Audi nunc & aliud, vt etiam impoſsibile ſit animæ noſtræ eſſentiam diuinitatis repleri rore, ſuper cæleſti conſolatione, ſine hac viuifica Chriſti meditatione, ſine hac Chriſti morte, ſine, vt ſic dicam exiccatione, cum ideo nos in ſpiritu ſuccidi, quia ipſe in cruce aridus. Iudic. 6. n. 37. ad certum ſignum ſuperandi Madian, duo ſanctiſsimus Gedeon à Deo expetiit, primum; vt poſito vellere in area *vt ros eſſet in ſolo vellere, ſiccitas autem in terra*; ſecundum verò, è conuerſo, *vt ſolum vellus ſiccum eſſet, & omnis terra rore madens*; quid per vellus, niſi ſecundum Bernard. Ser. 2. ſuper *Miſſus eſt*, Chriſtus Dominus noſter in vtero virginis incarnatus, in quo omnis fons Spiritus ſancti? *Quid illud*, inquit Bernard. *Gedeonis vellus ſignificat, quod vtique de carne tonſum, ſed ſine vulnere carnis, in area ponitur, & nunc quidem ſana, nunc area rore perfunditur, niſi carnem aſſumptam de carne virginis, & abſque detrimento virginitatis, cui vtique diſtillantibus cælis tota ſe infundit plenitudo diuinitatis.* Ergo bene Chriſtus vellus rore madens, ac quando ſic, terra quippè ſicca, exuſta, penitus cremata, totáque gentilitas tunc arida, tota peccatorum igne conſumpta? Vnde eleganter Ambr. lib. 6. de viduis: *Sanctus Gedeon*, ait, *myſtici certaminis præliator, futura capiens inſigne victoriæ ſpirituale ſacramentum, vigere mentis agonis pluuiam illam rorem eſſe verbi diuini, qua primò quidem pluit in vellus, cum terra omnis perpetuis ficcitatibus æſtuaret, ſecundò vero indicio vniuerſam terram imbre ſuo madefecit, cum ficcitas eſſet in vellere.* Ergo quando vellus rore madens, quando ſolum ipſum perfuſum, quando Chriſtus adhuc non crucifixus, tota terra ſicca, exuſta, igne cremata inferni; at vero quando diuinum hoc vellus ſiccum, quando ipſum igne paſsionis exuſtum, quando in cruce ſuſpenſum, & crematum, tunc tota terra madida, tunc cæleſti pinguis rore, tunc ſtillicidiis diuinitatis affluens, & effluens; quid hinc? illud amice, vt intelligas, videas, ac propè modum palpes, totam totam diuinitatis gratiam, totum diuinitatis rorem, quo animæ ſanctæ madefiunt, ac excreſcunt, à Chriſto crucifixo, ab hoc ſicco vellere. Quapropter quæ illum familiarem habent, quæ per hanc Chriſti crucifixi viam incedunt ad diuinitatis terminum pertingendum, non largo, ſed compendioſo vtuntur itinere; vt egregiè Auguſt. lib. 9. de Ciuit. c. 15. *Beatus*, inquit, *ac beatificus Deus particeps humanitatis noſtræ, compendium prabuit participanda diuinitatis ſuæ.* Pulchrè compendium; nam prius ad diuinitatem pertingendam per longa creaturarum itinera am-

17. Sine Chriſti crucifixi meditatione animatorem repleri non poteſt diuinitatis. *Iudic. 6. n. 37.*

Bernard.

Ambroſ.

18. Gedeonis vellus Chriſtum ſignificat incarnatum, ac per illum crucifixum totam madidam terram.

Auguſt.

19. Chriſtus meditatus compendiũ ad diuinitatem pertingendam.

bulandum, per lata legalia præcepta, siue tempus naturæ, siue tempus aspicias gratiæ; at post Christum crucifixum, post hanc viam non mortuam, sed viuam, compendio ad diuinitatem peruenitur saltu, in instanti, vt sic dicam.

Nec hoc mirandum: nam vti diximus, non quælibet Christus via ad diuinitatem, sed viua, cæteræ mortuæ; at Christus, eiusque crux viua; audi Paul. ad Hebr. 10. n. 19. *Habentes fiduciam fratres in introitu sanctorum, in sanguine Christi, quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id est carnem suam.* De antiqua via loquebatur Paulus, nempè de lege, quam ad diuinitatem pertingendam, & salutem, mortuam appellabat, quia nec gratiam dabat, nec vitos reddebat homines; hinc de via Christi postea loquens viuam eam appellat, quatenus & vitam tribuit, & gloriam, & beatitudinem, & altissimæ diuinitatis adoptionem, quam viam viuentem non alio profecto medio nobis aperuit, ac demonstrauit quam *per carnem suam*, in qua re vt egregiè idem Augustinus lib. 10. de Ciuitat. c. 28. *Gratia Dei non potuit nobis altius commodari*, verba eius, *quàm vt ipse vnus Dei filius in se incommutabiliter manens, indueret hominem, vt spem dilectionis suæ daret hominibus hoc medio, quo ab hominibus ad illum veniretur.* Pulchrè, Christus in se diuinus, altissimus, infinitus, impertingibilis in sua maiestate, sic consideratus, quis non desperaret ipsum pertingere; quid ergo eius summa bonitas, spem posuit non in re altera perdifficili, sed humana, sed in carne sua homo factus, sic, vt eodem prorsus gressu, quo ad ipsum hominem accedimus, ad diuina accedamus, & attingendo ipsum humanum, simul attingamus vt Deum; quid compendiosius? aut qualis via magis viuens, quàm Christus? ergo quando per Christum crucifixum ad diuinitatis contemplationem erigi volumus, non necessarium, sicut quando per alias creaturas, aut negatiuè, aut positiuè per eas ascendere eas relinquendo, vt Areopagita affirmat, quia cum simul non sint Deus, illam superintelligibilem apprehendere, seu attingere non possunt diuinitatem, ideo necessarium aut eas negare, aut aliquid addere ostendendo, quod non sint Deus, ac proinde in illis non sistendo, qui Deum quærit; at non sic in Christo, qui simul Deus, qui simul diuinus: nam eodem gressu, quo ad illum, vt hominem properamus, sicut ait Augustinus accedimus etiam vt Deum, & eodem actu, quo ipsum, vt hominem diligimus, diligimus vt Deum; sic vt in actu amoris Christi, ac cæterarum creaturarum hæc interueniat differentia, vt dum eas amo, necessarium ad hoc, vt purè reflectam, affirmémque non propter se, sed propter Deum me illas diligere, quia cum intrinsecè Deum non contineant personaliter, non directè, & ex se in Deum, meus diligendo eas fertur amor: at dum Christum diligo, cum essentialiter, ac personaliter sit Deus homo, dilectio, quæ in illum fertur, sic simul in Deum tendit, vt si velim, vt non tendat, necessarium, vt reflectam, & distinguam illum à diuinitate separando; hinc, vt ex eius amore, siue contemplatione, vt ad diuinitatem assurgam, non necessarium aliquid ei denegare, quia verè Deus est, nec aliquid superponere, quia Deus est, cui nihil addi potest, ex quo fit, vt rectissimè Augustinus meditationem passionis, ac Christi crucifixi ad diuinitatis contemplationem dixit *compendium*, hoc est non solum via breuis, sed ipsa breuitas.

Tandem concludam affirmando, sic verum, sic indubitatum Christi crucifixi meditationem, ac sanctissimæ eius humanitatis deuotam, ac accuratam inspectionem, viam esse ad contemplationem, ad purissimæ diuinitatis vnionem, vt summus Deus omnium magistrorum spiritualium exemplar, cum instruere homines vellet in hac vita, ac eos ad diuinitatis vnionem assurgere, licet ex se solo posset, noluit, sed vt illud ordinatè, ac modo efficeret humano, ad hoc Christum sanctissimum destinauit, vt per ipsum ad suam homines traheret diuinitatem; attende quæ sum dicturus, Ezech 34. n. 15. *Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus.* In quo loco, vt manifestè apparet, Deus pater summus Dominus per se promittit ouium suarum magisterium, quod per se eas pascet, per se ad se eas attrahet, ac in diuinissimo suæ essentiæ sinu recumbere faciet; at paulò infrà eodem c. n. 23. sic ait: *Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas seruum meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem; ego autem Dominus ero eis in Deum, & seruus meus Dauid princeps in medio earum.* Mirum, vt sic citò curam abiiciat Deus ouium suarum? *Nõne ipse*, admiratus Augustinus lib. de ouibus c. 11. to. 9. ait: *in superiore lectione dixerat, ego pascam? modo excitat pastorem vnum ille, qui pascit, an fortè intrà tam paruum interuallum lectionis tedio affectus est pascendo, & excitauit pastorem, cui commendaret curam ouium, vt ipse esset securus.* Quod si non sic, cur excitat Pastorem? sanè respondet idem Augustinus hoc esset si pastor excitatus, qui pascet, non esset Christus simul Deus & homo, vnde non ob id, quia Christus pascit, Deus curam ouium amisit; nam Christus pascet, vt homo Deus, & vt homo pastor; at Deus pascet vt Deus; cur ergo excitatur pastor? Augustinus per excitationem hanc resurrectionem intelligens; ideo ipsum excitasse ait, *vt excitata forma serui, quam posuit ad dexteram suam, sic latè pasceret, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum.* Quid hoc? quantum capio, quantum sapio illud, vt quia per se gubernans Deus, sine humanitate, difficulter hominem ad se attraxisset, sibique, vt genuflecteret libenter minimè suauiter effecisset, excitauit pastorem, qui simul Deus, vt licet inuisibiliter ipse etiã pasceret vt Deus, pasceret diuinus hic pastor etiã vt homo, vt per visibilem suam humanitatem, ad inuisibilem ascenderent homines pascendam diuinitatem, & hoc suauissimè videndo, palpando, visibilem sequendo, ac agnoscendo pastorem, quod non sic priùs, quando inuisibilis Deus, inuisibiliter gubernabat? Vnde Ioan 10. n. 11. *Ego sum pastor bonus*, ait, *& cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ*; prius etiam bonus pastor erat Deus, suas cognoscebat oues; at istæ ex facie profecto eum non cognoscebant; hinc ad ipsam diuinitatem difficulter perueniebant; at post hunc diuinissimum pastorem excitatum, & ipse agnoscit oues, & ipsæ illum, & per ipsum visibilem inuisibilem Deum; ex qua sanissima Augustini doctrina illud elucet, quod proposuimus, modum scilicet ad

ad Hebr. 10. n. 19. 20.

Est via viua nõ mortua ad diuinitatem.

Augustinus.

21. Immediatè per illum attingitur.

22. Deos & si potest per se immediatè ad diuinitatis cõtemplationẽ animas eleuare, non vult nisi per Christum, & cur.

Ezech. 34 n. 15.

Augustinus.

Ioan. 10. n. 11.

diuinitatem ſuam homines eleuandi, quod Deus ſummus obſeruat excitationem eſſe, ſiue propoſitionem vitæ huius diuiniſſimi paſtoris, & ideo illum excitaſſe, vt non per ſe, & ſi poſſet immediatè, ſed per illum ſibi omne genu flectatur; ex quo euidenter concluditur verum, ſolidum, conſtans, ac diuinum magiſterium illud tantum eſſe, animas ad diuinitatis contemplationem per Chriſtum aſſurgere, per ſanctiſſimi crucifixi meditationem, ad quam ſemper aſpicientes, & in illam ſe transformantes *de claritate in claritatem*, ad ſummum tandem perueniant, nempè de claritate humana, ad claritatem diuinam, non ſolum ſuas ſanantes plagas ad inſtar inſpectionis in ſerpentem Iſraëlitarum, ſed animas ſplendoribus replentes diuinis in hunc aſpicientes diuinum ſerpentem; quem vt noſter affirmat Sapiens, qui aſpiciebant *ſanabantur*, vidi infrà Hom. 96. vbi ex profeſſo iterum de hac re.

Num. 9. *Illos enim locuſtarum, & muſcarum occiderunt morſus, & non eſt inuenta ſanitas animæ illorum, quia digni erant ab huiuſmodi exterminari.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

PErgit Sapiens declarando punitionis inter Ægyptios, Iſraëlitaſque diſcrimen; vnde ait.

Exod. 8. n. 21. & 24.

Illos enim, &c. de plaga agit locuſtarum, & muſcarum de quibus in Exod. vbi capite 8. n. 21. de plaga muſcarum ſic: *Quod ſi non dimiſeris* (populum ſcilicet) *ecce ego immittam in te, & in ſeruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muſcarum, & implebuntur domus Ægyptiorum muſcis diuerſi generis, & vniuerſa terra in qua fuerint*, & paulo infrà n. 24. *Et venit muſca graniſſima in domo Pharaonis, & ſeruorum eius, & in omnem terram Ægypti, corruptáque eſt terra ab huiuſmodi muſcis.*

Hæc fuit quarta Ægypti plaga, paulò pòſt, aut ſi mauis cum aliquibus, cum anteriori Ciniphum continuata, de qua primò quærendum,

1. Muſca qua Ægyptus percuſſus quod genus alii.

quod genus animalis fuerit: nam vox Hebræa *garob*, quod Latinus interpres vertit *muſcas, omnis generis, & diuerſi generis, & muſcam graniſſimam*, propriè, vt Hebraïzantes volunt ſignificat miſturam animalium præcisè; hinc factum, vt quia aliud nomen non declaratur, diuerſi ſcripturarum interpretes varia intelligerent, & diuerſa animalia.

Pſal. 77. & 104. *Ioſephus.*

Septuaginta in Exodum vbi ſup. & Pſal. 77. & 104. verterunt *Cinomiam*, id eſt caninam muſcam, quæ pertinaciùs inhæret, acriúſque mordet; Ioſephus non muſcam, ſed aliquod aliud animal grandius, ſic enim ait lib. 1. Antiquitat. *Varias, & multiformes beſtiolarum ſpecies immiſit, quales nemo ante eam diem vſquam viderat, tanta copia, vt tota regio impleretur hoc malo, præ quarum item frequentia, & homines plurimi extinguebantur, & terra coli nullo pacto poterat, & qui preſentaneum exitium euadebant, infecti tamen eorum veneno à mortibus corripiebantur.* Dauid Kimchi in ſuis radicibus Hebræam vocem *Naboh* interpretatur *ex multis ſpeciebus animalium*, Vatab. *varii generis inſecta*, Pagninus, *Omne genus ferarum*, Rab. Salomon, *turbam ſerpentum, & ſcorpionum, atque aliorum venenatorum animalium.* Rabi Sepharadi, & Aben Eſra, *inuerſionum leonum, parderum, ac luporum.* En quam variè nomen illud varij intellexerint interpretes, vnuſquiſque ſuo ſenſu abundans; quid ageremus (vt interim hoc dicam) niſi noſtri miſeratus Deus vnam nobis certam, & infallibilem dediſſet verſionem, vulgatam nempè, qua ſancta ædificaretur Sion, cum ex variis illis potius turris conſurgat Babel; hoc, & ſi ſemper incommodum Eccleſiæ extitit Dei, tamen poſt obſcænorum, ac impudicorum Hæreticorum verſiones pernicioſiſſimum, ita vt ipſimet cæci, & allucinantes illud proſpexerint, & ſtomachati fint, vnde Lutherus in commentario de nouiſſimis Dauidis verbis, in præfatione ſic ait: *Omnino melius eſſet omiſſo ſtudio Hebraica lingua ſimpliciter retinere illam hactenus receptam, & vſitatam verſionem Biblierum, quam tot nouas verſiones cumulari, quibus nihil proficitur, niſi quod diſſimilitudo, & diſcrepantia lectionum memoriam legentiũ turbat, & ſtudium remoratur, ac multis in locis interiorem, quam fuerat dimittit.* Et in lib. Prophetiarum ſuarum (ſi Deus vult) à Georgio Vvaldero, Hallenſi prædicante ſelectus: *Tam multa*, inquit, *noſtro tempore ſunt verſiones Biblierum, vt paulatim tam multa futura ſint Biblia, quam multi ſcioli in Hebraica lingua magiſtros eſſe profitebuntur.* Quod & veriſimum; nam ſuo tempore, ſeu paulò pòſt præter ſuam, & vernaculas, quæ plurimæ, ſeptem prodierunt verſiones: Prima, Sebaſtiani Munderi, anno 1534. Secunda, Oecolampadij, anno 1535. Tertia, Leonis Iudæ, & Theodori Biliandri, quam Leo ex Iudæo Zicinlanus factus inchoauit, Bibliander adiuuantibus Conrado Pelicano, & Petro Cholino perfecit anno 1544. & vocatur Tigurina, eo quod Tiguri edita ſit: Quarta, Caſtalionis anno 1556. Baſileæ: Quinta, Iunij, & Tremelij Geneuæ edita anno 1590. & poſtea Nanouiæ 1602. Sexta, Theodori Beſæ Reginæ Angliæ dedicata: Septima, Geneuenſis. En quantę intra paucorum curricula annorum, omnes inter ſe diſcrepantes, & diſſidentes, & quod amplius ab ipſiſmet laceratæ merito canibus, qui inter ſe rabidi, & contra ſemetipſos concertãtes, vnus aduerſus alterum erectus, verſionem deſtruit, corrumpit, lacerat, ac centenis replet ſcommatibus. Lutheri verſionem carpunt Tigurini, Oſſiandrini, Buccerus, Munſterus, ac tandem ipſemet Lutherus, eo quod, vt ipſe ait, Rabinorum Gloſis nimium credidiſſet; ſic Cochlæus in actis Lutheri, Lindanus in Dubitantio, & alij; ergo illa verſio, in cuius honorem quando perfecta, feſtum tranſlationis inſtitutum, ſic pro recta, ſancta, & fideli habita, poſtea ab omnibus reprobata, ipſimet Luthero diſplicuit, & merito; nam ſupra mille, & non exigui errores in ipſa deprehenſi; at quomodo ſus ille in volutabro immerſus margaritas ſanctarum non conculcaret ſcripturarum? cum, vt inquit Cicero de natura deorum, ſus nil habeat præter eſcam, animámque pro ſale. *Sus vero quid habet præter eſcam? cui quidem ne putreſceret animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chriſippus.* Ob hoc perfecta trãſlatione verueces mactati, iucunde, ac hilariter decantati verſus ex Virgilio *Dulces exuuiæ*, & demum ab ipſo Luthero

Rabi Salomon. *Rabi Sepharadi.*

2. Vulgata verſio S. Scripturæ quantum Dei beneficium.

3. Hæreticorum verſiones Bibliæ quam variæ & ſtultæ.

Cochlæus. *Lindanus* *Cicero.*

Luthero immane quoddam vitrum in quo totus Catechiſmus depictus, & deſcriptus videbatur exhauſtus; de qua re legendus Grethſerus, & alij; ſic etiam verſionem Bezæ damnat Caſtalio, viciſſim Caſtalionis Beza vocans eam *impiam; à Sancti Spiritus ſententia prorſus diſerepantem*: Tigurini perſtringunt verſionem Munſteri, & Tigurinam ipſe Lutherus. En qualis confuſio? nunquid non dicis turrim Babel hos ædificare, & vt vnus ex ſuis merito dixit, plurima non tam conuertant, *quam pernertant*? ſic Beda in c. 10. Actuum Apoſtol. ſed ad noſtra.

Grethſer.

Variæ ergo intelligentiæ illius verbi anſam dederunt, vt varij variè de muſca ſentirent, quale ſcilicet animal fuerit; ſed antequam ſententiam meam proferam.

Primò omnino deſerendus eſt Caietan. qui putauit congeriem fuiſſe, ſeu mixturam paruorum animalium, quæ terris, & rebus Ægyptiorum tam domeſticis, quam externis nocuerint, non autem perſonis ipſorum, cum pro certo ſtabiliendum cum Abulenſ. in c. 8. Exod. omnibuſque recentioribus hanc plagam perſonis tantum deſtinatam, non rebus, ita vt dicat Abulenſ quod vbi non eſſent perſonæ, non erant muſcæ, vnde in illis verbis, *& vniuerſa terra in qua fuerint*, ſic ait: *Ex hoc patet quod muſca iſtæ non erant in campis, & ſolitudine vbi nullus de Ægyptijs morabatur, aut negotiabatur, ſed ſolum in locis illis vbi erant Aegyptij, quos poſſent affligere.* Non bene ergo Caietanus, & manifeſtè aduerſatur Scripturæ, vbi apertè affirmat homines extinctos ex hac muſcarum plaga, quod patet ex loco Exod. vbi ſup. vbi apertè Scriptura dicit Deum Pharaoni, eiuſque ſeruis omne immiſſurum genus muſcarum.

Abulenſ.

Quale ergo fuit illud animal? cum Diu. Hieronim. epiſt. ad Iuniam, & Fratellam Epiſt. 135. & recentioribus ſentio, Pererio, Lorino hic, Cornel. in Exod. Saliano ad annum mundi 2543. n. 174. *Canomiam* fuiſſe, hoc eſt muſcam communem, omne ſcilicet genus muſcarum, non excluſa *cinomia*, hoc eſt muſca Canina; immo tanquam à principaliori omne illud genus denominatum, vt rectè Perer. Diuerſas autem eſſe muſcarum ſpecies tradit Abulenſ. quaſdam communes, alias virides, & fœtentes, quaſdam valdè craſſas, & ſonantes, nonnullas ex mortuis aquis generatas, alias quæ iumenta maximè inuadunt, quaſdam item morſu venenatas, quales affirmat fuiſſe iſtas; de quibus ſic ſcribit Philo lib. 1. de vita Moyſis: *Superſunt*, ait, *tria genera plagarum inflicta ab ipſo Deo ſine vllo humano miniſterio; primum fuit per animal omnium audaciſſimum cinomiam, cui veram appellationem impoſuerunt periti nominum, vt erant ſapientiſſimi, compoſitam videlicet è duobus impudentiſſimis animantibus muſca, & cane, altera vincente omnes volucres temeritate, altera omnes terreſtres quadrupedes, accurrunt enim intrepide, & ſiquis arceat non cedunt pertinaciter, donec ſatientur carnibus, & ſanguine; at cinomia particeps amborum audacia, & mordax, & inſidioſum animal eſt; nam è longinquo in teli morem, magno impetu adnolat, infixaque cui haret pertinaciter, tunc vero diris exagitata multo erant moleſtiores, vltra natiuam ſitim ſanguinis, armata diuinitus ad vltionem contra homines impios.*

Hieron. Pererius. Lorinus. Cornel. Salianus.

Philo.

Infinita ergo muſcarum omnis generis examina, quaſi falanges, cyniphibus adiunctæ, ac armatæ, crudeliſſimæ, infelices non tantum punèturis, quantum morſibus infeſtarunt, vt mox dicemus.

4. Quam grauis muſcarum plaga.

Quam moleſta autem fuerit hæc plaga, ſatis patet ex verbis Scripturæ affirmantis hanc muſcam fuiſſe grauiſſimam, ipſæ enim ſatis ex ſe graues ſunt, cum non ſolum ſingulatim hominibus, ſed vniuerſaliter populis perniciem attulerunt; audi Plinium lib. 10. c. 28. *Innocant & Aegyptij Ibes ſuas contra ſerpentium aduentum, & Elei Myiagron Deum muſcarum multitudine peſtilentiam afferente, quæ protinus interemit, qua lætatum eſt illi die*, & lib. 16. c. 6. *Nullum*, ait, *animal minus docile quam muſca exiſtimatur, minoriſue intellectus, eo mirabilius Olimpia ſacro certamine nubes earum immolato tauro Deo, quem Myiodem vocant extra territorium id abire.* Dijs ergo opitularibus contra earum moleſtiam vtebantur infelices illi antiqui: Hinc & ſi à Iudæis Dæmon, Beelſebuth vocatus, quaſi muſcarum Deus, ea ratione, qua Hieronym ſuper c. 10. Matth. illud affirmat propter eius ſcilicet immunditiem. *Beelſebuth Idolum eſt Accaron*, ait, *ſic vocatum in 4. Regum volumine, quaſi dicas Idolum muſcæ: Principem autem dæmoniorum ex ſpurciſſimi animalis vocabulo appellabant Iudæi, quod muſca dicitur propter immunditiem, qua exterminat ſuauitatem olei*: Tamen aliqui aſſirmant, quia pro Deo illis eſſet ad peſtem euertendam muſcarum, licet alij hoc velint, quia Idolum illud multo ſanguine fœdatum, muſcis ſemper inueniebatur refertum. Graues ergo ex ſe ſunt muſcæ, quid ergo quando grauiſſimæ? &, vt inquit Abulenſ. vbi ſup in tanta multitudine: *Vt vbicumque eſſent Aegyptij, aut quocumque fugerent, perſequerentur eos muſcæ, & operirent vultum eorum, & totam corporis partem nudam, vt nec ipſa etiam, quæ veſte contecta erant illeſa manerent, ſed aliquo caſu muſca illud penetrantes abſcondita ipſa aut affligerent, aut fœdarent.* Qualis ergo hæc plaga, & quam omnino grauis?

Plinius.

Hieron.

3. Beelſebuth cur vocatus Dæmõ, & quid illud ſignificet nomen.

Abulenſ.

6. Cur inflicta talis plaga, ob quod ſcilicet peccatum.

At cur inflicta? & quod notandum immediatè ab ipſo Deo, ſine vllo ſigno externo, eleuatione ſcilicet virgæ, aut Moyſis manu, vt obſeruat Caiet. in Exod. *Nec per Moyſem*, ait, *nec per Aaronem per quem facta ſunt tres prima plaga, nec mediante virga, aut ſigno aliquo ſenſibili fecit Deus hoc miraculum*, vt ſonat textus: optimè Abulenſis ſic: *Et inflicta fuit iſta plaga correſpondenter ad afflictionem, qua preſſerant Aegyptij Hebræos in variis operibus terræ vilibus, ſicut muſca ſunt viles, purgando ſcilicet faces de plateis ciuitatum, ducendo extra ciuitates, purgando etiam vicos, faciendo foſſata magna in circuitu ciuitatum ad maiorem valli fortitudinem, & ne aqua inundationis Niliacæ aliquo caſu intrarent in vrbes.* Ego viliſſimis puniuit Deus ſuperbos animalibus tyrannos, quia ad viliſſima gentem coercuit ingenuam; vt par delicto eſſet pœna; ô extimeſcenda Dei iuſtitia, dum ad puniendum non ſolum ſubſtantiam penſitat, peccatique pondus, ſed modum, ita vt ex pœna, non ſolum ponderi, ſed modo etiam reſpon-

Caietan.

7. Deus peccata puniẽs non ſolum attendit vt pœna ſubſtantiæ correſpondeat peccati, ſed cuã modo.

2. *Reg.* 1. n. 8. deat: belligerat Saul cum Philistæis, occiditur, sed non ab illis; at ab Amalechita sciente ipso esse Amalechitam, 2. Reg. 1. n. 8. cur non à Philistæis? sanè, vt peccata ipsius ad pondus punirentur, & quoad modum, & quo ad substantiam, quia Deo inobediens Regi pepercerat Amalechi; Amalechita sit qui eum occidat, non Philistæus. Peccat Aman, sed antequam occidatur tanquam seruus, & præco ante Mardocheum incedat, honorem, & victoriam proclamans; cur non illico suspenditur? sanè, vt pœna modo correspondaret, vt sic illuderetur necessarium; superbus, quia genua non flectebat Mardocheus, suspendium illi parat, suspendatur ipse, sed antea incuruetur, & dignè prosternatur, qui indignè prosternationem quærebat.

8. Musca carnis edomitæ symbolum. *Lucianus. Leo Bapt. Aldourã. Treses. Biseiolas. Galenus. Ioan. à S. Gemin.*

Infectissima ergo plaga Ægyptij puniti muscarum, quæ, & si tales, non est tamen cur aliquis earum non susceperit patrocinium, vt Lucianus, & apud Leonem Baptistam Albertum encomium extat muscæ; vide Aldourandum in opere de insectis lib. 3. c. 1. & Treses in historia n. 385. & Biseiolam ib. subcisiua hora c. vlt. atque de vario ad medicinam vsu, vide Galen. lib. de oculis, lib. de composit. medic. secundum loca. Vnde licet ipsa nunquam bonæ rei symbolum, vt infrà dicemus, tamen quia mortua, & attrita pernicioso aranearum morsu remedium est, ideo piè Ioannes à sancto Geminiano 5. de exemplis, & similit. c. 28. denotat *carnem domitam afflictationibus, dolore, & pœnitentia turpium actionum mederi peccatis ipsis, quæ dum viuunt in anima diabolum quodammodo pascunt.*

9. Quid mysticè plaga significat muscarum. *Bernard.*

Mystica autem plagæ huius significatio multiplex à sanctis traditur Doctoribus. Bernard. Serm. 44. in Cantic. ad concupiscentias eas applicat, quæ sordidæ, & pungentes in nobis decorem naturæ fœdantes, mentem curis, & sollicitudinibus lacerant, socialis gratiæ suauitatem exterminant, de cuius malo vide in 1. tom. Hom. 81. Secundò idem Serm. de triplici custodia manus, linguæ, cordis, pro verbis otiosis, quod idem Petrus Blesensis, Sanctus August. Serm. 87. & Origenes per cynomiam accipiunt sectam cynicorum ob publicum, & inuerecundum libidinis vsum, Hugo, & Sanctus Greg. in c. 28. Iob, per muscas intelligunt cogitationes carnales, quæ animam fœdant: *Cogitationes superfluæ*, ait Greg *quæ assiduè in anima cogitante carnalia & nascuntur, & deficiunt, eamque suauitatem qua vnusquisque intrinsecus per Spiritum vnctus est, perdunt, quoniam integritate eius perfrui non permittunt; Aegyptus ergo muscis percutitur, quia corda eorum, qui terrenam vitam diligunt, dum suorum desideriorum inquietudinibus feruntur, turbis cogitationum carnalium ad ima depressa sunt, vt ad quietis intima desiderium non leuentur.* Nil verius, de quo etiam malo vide in 1. tom. Homil. 10. Alij pro muscis accipiunt hæreticos, qui initio piè blandiuntur, sed deinde ringunt, & mordent vt canes; Isidorus maledicos, sordidos, & audaces affirmat significari; tandem Pererius, forensem eloquentiam causi dicorum, & litigantium, qui tanquam canes se inuicem mordent, & lacerant; & hæc de plaga muscarum.

Petr. Blesens. August. Origenes. S. Greg.

Isidorus.

Altera de qua hic mentionem noster agit Sapiens, est locustarum, de qua Exod. 10. n. 4. *Sin autem resistis, & non vis dimittere eum, ecce ego inducam cras locustam in fines tuos, quæ operiat superficiem terræ, ne quidquam eius appareat, sed comedatur quod residuum fuerat grandini, corrodent enim omnia ligna, quæ germinant in agris, & implebunt domos tuas, & seruorum tuorum, & omnium Aegyptiorum, quantam non viderunt patres tui, & aui, ex quo orti sunt super terram vsque in præsentem diem*, &c. & n. 13. de earum productione sic legitur: *Et Dominus induxit ventum vrentem tota die illa, & nocte, & mane facto, ventus vrens leuauit locustas*, &c.

Exod. 10. n. 4. 10. Plaga locustarum.

Hæc octaua est Ægypti plaga locustarum, siue bruchi, & æruginis; nam Dauid Psal. 77. n. 46. & 104. n. 34 modo locustam iungit æruginis, modo brucho, qui est eius species non minus dira prioribus, nisi maiorem dixeris, sic æstimauit eam Pharao, vt infrà dicemus appellans eam mortem, n. 17. *Rogate Dominum Deum vestrum, vt auferat à me mortem istam;* de qua est quæstio qualis fuerit ille ventus, qui eas leuauit, & an de nouo productæ fuerint in ipsa Ægypto; Abulens. textum secutus Hebræum, qui pro vento vrente, habet *ventum Orientalem*, & Paraphrastem Chaldæum cum aliis recentioribus ventum hunc Orientalem faciunt, puta Eurum qui à mari rubro excitatus locustas diuinitus productas in Ægyptum effuderit: duo ergo hæc asserit opinio, & ventum fuisse Orientalem, & locustam diuinitus extra Ægyptum esse productam, & ab ipso inibi introductam.

11. Quis ventus locustas excitauit, & an extra Ægyptum. *Abulens.*

Secunda verior est Philonis, & 70. Austrum fuisse calidum, & humidum, & ad hæc imperfecta generanda animalia aptissimum, & specialiter de locustis affirmat Diu. Hieronym. apud Ioelem 2. cum Philone, quam plurimi censent recentiores, Lippom. in Catena in Exod. qui hoc extra telam esse affirmat, Perer. in Exod. c. 10. Cornel. ibidem, Salianus ad annum mundi 2544. n. 30. & alij; at audiamus Philonem: *Moses iubente Deo*, ait, *virgam extendit in aerem, mexque Auster incubuit violentissimus, per totam diem, noctemque inualescens, malum vel per se valde noxium; est enim ventus aridus, & feruidus inuehens dolorem capitis, & grauedinem, languorisque tedium, præsertim in Aegypto, regione ad Austrum opposita; & exposita soli vt in qua cum primum hic ventus monetur, æstu exurat omnia; tunc vero intulit etiam locustarum agmina in stirpium perniciem quæ indesinenter affluentes assumpserunt quidquid post tempestates superiores superfuerat, vt in amplissima regione nil relinqueretur viride.* Duo ergo affirmat Philo, Austrum scilicet fuisse non Orientem, in quo à prima non dissentit opinione; & locustas productas extra Ægyptum, in quo cum prima conuenit, & cum eo omnes simul alij.

Philo.

Hieron.

Pererius. Cornel. Salianus.

Neque multum facit, quod in Hebræo habetur pro vento vrente *ventum Orientalem*; nam vt bene Cornel. Auster ventus, etiam aliquando Orientalis dici potest, & hoc quando mundus in duas tantum partes diuiditur, Orien-

talem ſcilicet, & Occidentalem, tum Meridies, & Auſter Orienti, Septentrio, & Aquilo Occidenti annumeratur.

Abulenſ. Duo ergo mira, & admiranda in hac re acciderunt, vt notat Abulenſ. primò, tam latè, & diffusè inſurrexiſſe hunc aërem, vt totam penitus terram occuparet Ægypti; ſecundò, vt tantam tam breui generaret tempore locuſtam, cum ſpatio vix vnius noctis, ac paucis diei horis illud perfecerit opus.

12. Quam moleſta locuſtarũ plaga. *Plinius.* Quam moleſta fuerit hæc plaga, ex illo apparebit, quod de locuſtis ſcribit Plinius lib. 11. c. 29. ſic: *Mori matres cum pepererint certum eſt, vermiculo ſtatim intra fauces innaſcente, qui eas ſtrãgulat, eodẽq; tẽpore mares obeunt; non naſcuntur niſi in planis, & rimoſis locis. In India ternũm pedum longitudinis eſſe dicuntur, cruribus, & feminibus ſerrarum vſum prabere cum inaruerint. Eſt & alius earum obitus, gregatim ſublata vento in mari, vel ſtagna decidunt, longinquaque maria tranſeunt, continuata plurimum dierum fame, quam propter ex terra pabula petere ſciunt; Deorum ira peſtis hæc eſſe intelligitur, namque & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum ſtridore, vt alia alites credantur, ſolemque obumbrant, ſollicitè ſuſpectantibus populis ne ſuas operiant terras, ſufficiuntque vires, & tanquam parum ſit maria tranſiſſe, immenſos tractus permeant, diraque meſſes contegunt nube, multa contactu adurentes, omnia vero morſu erodentes, & fores quoque tectorum: Italiam, & Africam maximè infeſtant; ſæpe populo ad Sybillina coacto remedia confugere inopiæ metu. In Cirinaica regione lex etiam eſt, ter anno debellandi eas, primo ova obterendo, deinde fœtum, poſtremo adultas, deſertoris pœna in eum, qui ceſſauerit: & in Lemno inſula certa menſura præfinita eſt, quam ſinguli enecatarum ad Magiſtratus referant. Graculos quoque ad id colunt aduerſo volatu occurrentes earum exitio: necare & in Syria militari imperio cogunntur, tot orbis partibus vagatur hoc malum: Parthis tamen hæc in cibo grata.* En quam infeſtæ ex ſe, quantum poſtea quando à Deo productæ irato, à quo ſic innumeræ, vt pro illo quod nos legimus *aſcenderunt ſuper vniuerſam terram Ægypti, & operuerunt vniuerſam ſuperficiem terræ*, legat Paraphraſtes Chaldæus, *& operuit ſplendorem ſolis, vt non poſſet peruenire ad terram, & obſcurata eſt terra*; quidquid viride, quidquid pomiferum, quidquid ligneum in arboribus corrodentes, in ipſas etiam ſe introducentes radices.

Abulenſ. 13. Ægyptiis præmatureſcerunt fructus ad eorum amplius dolorem. Immo nec hominibus parcentes; nam, vt inquit Abulenſis, *Fuerunt enim locuſtæ in domibus in magna copia, vt ipſos Ægyptios aut morderent, aut impetu ſuo, vt aſſolet percuterent impetendo vultus eorum, vt eos inquietos redderent, nec comedere ſinerent, pro labentes ſuper cibos, & omnia replentes, atque deturpantes, vt etiam ab Ægyptijs progredientibus pre multitudine conculcata in ſaniem verterentur, & horrida valdè eſſent.*

Salianus. At dices, hoc euenit mente Martio, vbi fructus? vbi flores? Abulenſ. reſpondet hoc terræ caliditati tribuendum, rectè; ſed placet etiam Salian. vbi ſup. n. 32. ad maiorem afflictionem illo anno præpropera temperie ſolito maturius ſpem anni profudiſſe, vt eo fruſtrati Ægyptij tanto acriori gemitu lamentarentur; quod confirmatur ex Ioſepho, qui ſic: *Si quid intactum grando reliquit, nubes locuſtarum ſupervenientes ita aſſumpſerunt, vt fructuum colligendorum ſpes Ægyptijs omnibus omnino ſit adempta.* Quod equidem ideo adnoto, vt perſpiciatur, attentéque conſideretur, an hoc quod ſæpè in noſtris vidimus, immo & videmus temporibus, flores ſcilicet hyberno tempore prorumpere, folliculos tempeſtiuè apparere, arbores in ipſa media luxuriari hyeme, ſegetes quaſi ſpicare, & tandem delitias in ipſa apparere bruma, an iudicium Dei hoc ſit irati, cum quando hæc aut matureſcere, aut in fructus erumpere deberent, tunc repentina grando, & nix, horridáque glacies omnia arefacit, & conſumit, vt inde maior noſtra ſit calamitas, maiórque ex apprehenſione fructuum dolor. *Ioſephus.* 14. Præmatureſcere ſegetes aliquãdo Dei ſuppliciũ.

En quibus militibus ad ſummas Deus ſuperbum illum, ac potentiſſimum reduxit Regem anguſtias, vt humilis, & illis preſſius adnocaret Moyſen deprecans locuſtarum, immo propriæ mortis auerſionem, *rogate Dominum Deum veſtrum, vt auferat à me mortem iſtam.* Vnde egregiè Rupert. lib. 1. Commen. in Exod. c. 38. *Ecce*, inquit, *quales inſtruxit acies, quibus ex ordinibus ſua caſtra complenit Deus pugnando pro Iſrael in Ægyptios, rana, ſciniphes, muſca, atque locuſta, fuerunt caſtrorum eius acies, & ex huiuſmodi cohortibus totas contra fortes Ægyptios compoſuit legiones, ſinguli milites ſecundum ſe breues quidem, & infirmi, verum pro exercitibus Pharaonis ſatis valentes fuerunt duce imperio Dei.* Nil melius, imperet Deus, & contra leones ſtabunt culices, contra fortes imbecilli, hi vincent, & debellabunt, & Gigantes ipſos ad deditionem impellent. *Quamobrem feſtinus Pharao*, ſequitur Rupertus, *tanquam ad deditionem vocauit Moyſen, & Aaron duces tanti exercitus, atque primates Imperatoris Dei, rogate, inquit, Dominum, vt auferat mortem hanc à me, hoc veluti dedititius dixit.* Nil melius, dedititius extitit Rex, ſed à quibus coactus? non ab exercitu, non à Gigantibus, non à ſe fortioribus, ſed à locuſtis, attamen à Deo directis, per imperium Dei ſubleuatis, & erectis; confunditur ex hoc ſapientia illa, quæ dicitur humana, confunduntur politici Chriſtiani, qui humano metientes omnia conſilio in arduis deſperant, róbur fidei amittentes, quia media non aſpiciunt grandia, cum hæreticis, Deóque inimicis fœdera iungunt, à bello cum ipſis ſe abſtinent, oppugnare eos non audent, quia infirmiores, quia pauciores? ô fatui, Deum pro ſe habere amicum, non inimicum ſatagent, peccata è medio tollant, quo facto intrepidè contra Dei inſurgant inimicos, quia mandante ipſo ſuperbientium ceruicem culicibus calcabit, non militibus, vt egregiè idem Rupertus, adnotans ſimilia animalia Deum appellare fortitudem ſuam, non equidem reſpectu ſublimium poteſtatum, ſed hominum ſuperborum. *Attamen à locuſta*, ait, *victus eſt fortis Rex, proinde ſatis eleganter cum dixiſſet quodam loco Deus per Prophetam, reddam vobis annos, quos comedit locuſta, bruchus, & eruca, continuo adiunxit, fortitudo mea magna, quam miſi in vos, fortitudo in-* *Rupert.* 15. Deus omnipotens quibus militibus ſuperbos debellat reges. *Ioelis 1.* 16. Principes Deum amicum habere ſatagant, & inimicos nõ timeãt.

quit mea magna locuſta, bruchus, & eruca non ſanè reſpectu ſupernarum virtutum, & fortitudinum cæleſtium, ſed infirmorum comparatione hominum in ſua infirmitate ſuperbientium, qui cervicem erigunt contra Deum, quam pulci ſubiciunt. Fortitudinem ergo ſuam appellat Deus locuſtam; hinc rectè Lippomanus in Caten. in Exod. conſiderat locuſtam Deum deputaſſe in publicum, & generale ſupplicium regionum: *Quo ſupplicio*, ait, *non ſolum manifeſtauit, & illuſtrauit nomen ſuum in terra Ægypti, ſed etiam deputauit locuſtas in publicum, & generale ſupplicium regionum, quo Deus reuelat iram ſuam, & inobedientiam hominum punit, vt à peccatis reſpiſcant*; quod confirmat Deuteronom. cap. 28.

Lippom.

17. Quid myſticè ſignificet locuſtarũ plaga.

Tandem, vt quid myſticè hæc ſignificet apud patres plaga, dicamus, Origenes eam ad detrahentes, & inconſtantes applicat homines, qui mandato Dei repugnantes, nunquàm firmiter eo adhærent: *Quare*, ait, *hoc genus plagæ aut detrahentis, aut ſemper à ſe diſcordantis hominis inconſtantiam deſignari; locuſta enim cum Regem non habeat, ſicut Scriptura dicit, vna acie ordinatum ducit exercitum: homines vero cum à Deo rationabiles facti ſint, neque ſemetipſos regere potuerunt, neque Dei Regis patienter moderamina pertulerunt.* Quæ omnia applicari viro ſpirituali inconſtanti, & in ſuis ſemper mobili determinationibus optimè poſſunt; reperiuntur enim aliqui alioquin religioſi viri, ſic in ſuis inconſtantes propoſitis, exercitiis, vita, ordine, guſtu, nunc vnum, nunc aliud quærentes, vt non ſecus ac locuſta eos videas de vno in aliud propè modum ſaltare, quod enim aliud hoc eſt, niſi, vt inquit Origenes, *Dei impatienter moderamina pertulere?*

Origen.

Auguſt. Auguſt. Serm. 87. de tempore applicat ad falſos teſtes: *Locuſta*, inquit, *eſt animal dentes nocens; quid autem vult falſus teſtis, niſi mordere nocendo, & conſumere mentiendo?*

Rupert. Rupert. lib. 1. in Exod. c. 38. ad falſos teſtes, & Hæreticos egregiè applicat: *Sicut locuſta proprium*, ait, *non habent volatum, ſed vento in perniciem Ægyptiorum ſublatæ, & impulſæ ſunt; ſic omnes falſi teſtes, ſive in foro, ſive in Eccleſiaſtico Concilio, contra ſanguinem proximi, ſive contra fidem Chriſti falſa de Scripturis teſtimonia proferentes, volare ſe putant pennis ſcientiæ, ſed procul dubio per inane tolluntur vento diabolicæ ſuperbiæ, ad ſubverſionem audientium, ad perditionem ſibi conſentientium.* Eodémque modo hunc locum exponunt Beda, & Anſelm. cuius rei conuenientiam latè tractat Barrada in Itiner. lib. 2. c. 17.

Beda. *Anſelm.* *Barrada.*

S. Gregor. Gregor. lib. 1. c. 20. ſuper illa verba Iob c. 39. *Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas?* quinque res ait deſignare locuſtam, Iudaïcum populum. Gentes ad Chriſtum conuerſas, reſurrectionem Chriſti, prædicatorum vitam, & adulantium linguas; vide apud ipſum.

Abulenſ. Demum cui Ægyptiorum peccato hæc correſpondit plaga? rectè Abulenſ. in Exod. Exactioni iniquæ, qua Ægyptij Iſraëlitas corroſerant, ad quod peccatum puniendum talem Deus iuſtiſſimus vindex Pharaoni, Ægyptiiſq; inſlixit pœnam, vt mortem, ſicut diximus eam appellarint, immo ſuprà mortem æſtimarent. *Vocat mortem*, ait Abulenſ. *maiori eam nomine appellans, quam cæteras, quia ex ea magis ſe ſenſit afflictum, cum videret triticum, & far in quibus totus cibi ad ſequentem annum ſpes erat, locuſta rodente fuiſſe conſumpta; affligebatur etiam in ſe ipſo impetu locuſtarum ad oculos, & vultum, omneſque partes corporis undas; videbat enim multitudinem earum innumeram, non ſinentium homines quieſcere, aut cibos ſumere, nec ſaltem ora aperire, quando mox cum oris hiatu quod quod poterant mergerentur. Erat ergo hoc Ægyptiis vinens, & manens mors, & morte ipſa vera atrocius, ac ſi permanſiſſet, in breui veram mortem introduxerunt; correſpondebat iſta plaga locuſtarum vniuerſæ corrodentium afflictioni dura, quam exercebant Ægyptij in Hebræos, vitam eorum ducentes ad amaritudinem, illa enim Hebræorum corda, quaſi atrox locuſta rodebat.* Tria ergo conſideranda in Abulenſis ſententia exactioni duræ correſpondiſſe, primum omnium fructuum corroſionem, prouentuumque amiſſionem; ſecundum hominum, & ipſiuſmet Regis ex ipſis locuſtis afflictionem, & plagas, dum & carnes etiam ipſorum corroderent, vnde non tantum ſua, ſed eos deuaſtabant; tertium tandem angorem, & ex huius plagæ apprehenſione afflictionem, ſuprà mortem eam æſtimantes. Videant ergo, ſibique proſpiciant Reges, Regumque amici onera populis imponentes, conſulentes, adiuuantes, arbitriumque præſtantes, calculum præbentes, rem, fructus, prouentuſque amittent, diros patientur corporis cruciatus, vitam experientur mortem; idem Deus nunc, qui tunc, amplius Chriſtianus populus ſuus, quàm Iudaicus ille, niſi quod plus nunc offenditur, cum non ab idololatris, non ab impijs, ſed à Chriſtianis, religioſiſque populum ſic tractari proſpiciat ſuum.

18. Cui peccato Ægyptiorum plaga correſponderit locuſtarũ.

19. Principum & politicorum eſt admonitio locuſtarum plaga ne populos grauent.

Hæc de locuſtis Ægyptiorum flagellũ, quod inexcuſabile extitit Ægyptiis, vt noſter affirmat Sapiens, cum & ſi ignem, vt infrà dicemus ad muſcas, & locuſtas applicarent ad eas comburendas, contra naturam ignis non ardebat, & intactas eas relinquebat, vt n. 18. nunc quam differens in flagellando ſuos Deus ſe oſtentabat ſubdens ait.

Num. 10. *Filios autem tuos nec draconum venenatorum vicerunt dentes, miſericordia enim tua adueniens ſanabat illos.*

Num. 11. *In memoria enim ſermonum tuorum examinabantur, & velociter ſanabantur, ne in altum incidentes obliuionem non poſſent tuo vti adiutorio.*

Num. 12. *Etenim neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus Domine ſermo, qui ſanat omnia.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

LEpido ſe vertit ſapore noſter Sapiens, poſtquam pœnas enarrauit impiorum, ad ſuo-

rum, quæ à Deo illatæ, non ſicut Ægyptiis in exterminium, ſed ad correptionem, admirabiliter ab illis liberati, perfectiſſimam tum animæ, tum corporis percepерunt ſalutem; ait ergo:

Lorinus. *Filioſ autem tuos*, &c. non tantùm creatione, neque adoptione, vt bene Lorinus t ſed profeſ-
Holkoth. ſione veræ religionis, & inchoatione iuſtitiæ per pœnitentiam, hos omnino, vt inquit Holkoth, oportebat caſtigare, vt ad pœnitentiam adduceret: filij quomodo à patribus nutriendi, & caſtigandi vide in 1. tom. Hom. 36. & 37. at ſi
Hugo. filios fideles peccantes ſic Deus caſtigat, quid faciet cum infidelibus, cum hæreticis? verè Hugo, *Flagella bonorum*, ait, *ſigna ſunt æternæ damnationis malorum, qui ad exemplum eorum non*
Idem. *corriguntur malitia ſua.*

Nec draconum venenatorum, &c. Hugo, *pulchra anthiteſis, illi occiſi, iſti inulti ſunt. illi à* B *muſcis, & locuſtis interfecti ſunt, iſti etiam nec à draconibus ſunt victi, illi ſolis morſibus occubuerunt, iſti nec venenis, nec dentibus vinci potuerunt*; & non quorumlibet, ſed draconum, de quibus quæſtio, an venenum habeant; Iſidorus lib. 12. Ethimolog. c. 4. negat, cuius hæc ſunt
Iſidorus. verba. *Draco maior cunctorum ſerpentum, ſiue omnium animantium ſuper terram, hunc Graci*
1. Dracones an venenũ habeant. *dracontam vocant, vnde & derivatum eſt in Latinum, vt draco diceretur, qui ſæpe à ſpeluncis abſtractus fertur in eremo, concitaturque propter eum aer; eſt autem criſtatus, ore parvo, & arctis ſiſtulis per quas trahit ſpiritus, & linguam exerit: vim autem non in dentibus, ſed in cauda habet; verbere potius, quam ictu nocet, innoxius eſt enim à venenis, & omnino huic ad mortem faciendam venena non erant neceſſaria, quia ſi* C *quem alligauerit, occidit; vnde nec elephans tutus eſt ſui corporis magnitudine; nam circa ſemitas deliteſcunt per quas elephantes ſolite gradiuntur, crura eorum nodis illigat, ac ſuffocatos peri-*
Holkoth. *mit.* Immo, vt affirmat Holkoth lect. 278. mercatores quibuſdam carminibus reddere illos ſic
2. Vt domeſticentur. domeſticos, & manſuetos, vt ſuper eos inſidentes freno regant, ducentéſque in Ethiopiam illic eos vendant; contrarium tenet Solinus de
Solinus. mirabilibus mundi, qui affirmat non in dentibus, ſed in cauda habere venenum, ſic c. 43.
Ariſt. Ariſt. lib. de proprietatibus elementorum, relatus ab Holkoth; Ælianus lib. de animalibus,
Ælianus. *Lorinus.* immo & noſter Sapiens, cui & optimè Lorin. omnino credendum, licet ipſe affirmet nomen Draconis poſſe accipi genericè, & ſic per illud poſſe ſignificari aſpides, alioſque venenatos ſerpentes; probatque authoritate Alberti lib. 25. animalium; ego autem certiſſimè credo ipſos venenũ habere, aerémque illo inficere, flatu occidere, quod tam multis conſtat hiſtoriarum documentis, vt ſuperfluum ſit ea producere, vide Perer. lib. 1. in Geneſ. in ope-
Pererius. re 5. diei, qui mira, & varia de illis; Holkoth
Holkoth. affirmat carnes eorum veſci ab Æthiopis, ſic-
Pſalm. 73. n. 14. que literaliter intelligit illud Pſalm. 73. n. 14. *Dediſti eum eſcam populis Æthiopum*, vide apud ipſum.

Miſericordia autem tua adueniens ſanabat illos, &c. Græc. *miſericordia enim tua ex aduerſo aduenit, & ſananit illos*, interebantur mortem, iam eos deuaſtabat, amplius vrgens omnes interficere intentabat, oppoſuit ſe miſericordia, vicit, debellauit, & ſi peccata obſtabant.

In memoria enim ſermonum tuorum examinabantur, &c. dat pœnæ inflictæ rationem, affirmans, ideo afflictos ne Dei obliuiſcerentur, præceptorumque eius: ergo laborum fructus Dei memoria, ac præceptorum obſeruatio, de qua re infra dicemus.

Aliqui codices ly *in memoria*, vnam faciunt dictionem ita vt ſignificet ideo Iſraëlitas afflictos, quia Dei inmemores, eiuſque præceptorum; admittit eam Hugo, Holkoth, Carthuſ. ſed, vt bene Lorinus, eſt praua lectio, melius, vt nunc *in memoria*, hoc eſt ob memoriam, vt eſſent memores, ne obliuiſcerentur, ideo per afflictionem, & cruciatus examinabantur; obliuiſcerentur inquit ſermonum tuorum.

Hugo. *Holkoth.* *Carthuſ.* *Lorinus.* *Hugo.*

Hugo, licet noſtram admittat lectionem, tamen aliam non refutat, quæ legit *ſeruorum tuorum*, explicans de Abraham, Iſaac & Iacob, quaſi quia horum obliti, Deus eos puniuit, & vt recordarentur afflicti, ac in gratiam ipſorum ſanati, vnde ſic ait: *in memoriam enim ſeruorum, vel ſermonum tuorum exterminabantur quidam illorum impœnitentes, & eſt vna diſtio inmemoria, id eſt pro eo quod erant inmemores ſermonum tuorum, vel ſermonum tuorum, exterminabantur, & velociter ſanabantur, id eſt cum affligebantur, cito ſanabantur propter memoriam ſeruorum tuorum.* Si Græca illud admitterent, optimus eſſet locus contra impios nouatores ſanctorum interceſſionem amandantes, dum Deus eorum obliuioſos caſtigat, & eorum interceſſionibus ſanat; ſed quidquid ſit Hugo eam recipit, licet Lorino dupliceat.

Examinabantur, &c. Græc. *Extimulabantur*, antiqui *exterminabantur*, noſtra melior, & Græc. examinabantur ſerpentium morſibus, & extimulabantur, tum, vt aduerterent an ſine Dei memoria beneficiorum viuerent, & ſimul vt viuerent.

Ne in altam incidentes obliuionem, &c. Variè à diuerſis hæc intelliguntur verba, & ly *obliuionem* ad varia referunt; alij, vt Holkoth, & Hugo pro obliuione intelligunt *deſperationem*, id eſt ne à malis afflicti in deſperationem inciderent, dum ſe à Deo adiuuari deſperarent; alij pro Dei immemoria, id eſt ne in altam incidentes Dei obliuionem, hoc eſt omnino Dei obliti, indigni Dei efficerentur adiu- D
Holkoth. *Hugo.* *Idem.* *Lorinus.*
torio, ſic Hugo, Lorinus, & alij. Tertiò tandem alij pro Dei obliuione mortem intelligunt, vt Lorinus, ne ſcilicet morti traditi beneficio, & beneficiis Dei non poſſent vti; verus ſenſus eſt de Dei obliuione, eiuſque beneficiorum, immo & proximæ ſalutis, vt rectè Caſtro, citò ſanabantur ait Sapiens, hoc eſt, vt infrà, non paulatim, non medicaminibus, ſed extempore, in ictu oculi, quorum tam ſubitæ ſalutis cauſam reddens addit, ne *in altam incidentes obliuionem*, hoc eſt, ne ſi medicaminibus, & per temporis moram curati, non Deo, ſed arti ſalutem tribuentes in altam Dei inciderent obliuionem.

Non poſſent tuo vti adiutorio, &c. Græc. *immobiles fierent, vel irretrahibiles tuo beneficio*, Vatab. *Beneficio tuo retrahi non poſſent*; ſenſus

primus, afflixisti scilicet eos, ne tui immemores in pœnam talis obliuionis irretrahibiles fierent, A tuo beneficio, hoc est à mortis liberatione, quia non merendo illud ad se non attraherent, nec tu illud præstasses, dum tui obliuiscebantur. Secundus, ne si in obliuionem tui prolaberentur, nec præteritis, nec etiam futuris aliis beneficiis ad bonam frugem reuocari possent. Tertius, ne ipsi Dei obliti, & vicissim à Deo obliti mortem experientes, nullum deinceps Dei auxilium experiri possent. Quartus est Cantacuz. ne immemores non possent cogitare de tuis muneribus, vnde secundum ipsum non posse Dei vti auxilio, erit non posse de illo cogitare, illudue æstimare; omnes sensus tolerabiles: germanus mea sententia est, quem tradit Castro, hæc verba continere rationem subitæ, ac instantaneæ salutis, dum Deus non solùm eos seruauit, sed in momento, nunc huius rei rationem B reddens ait: Deum ideo in momento eos sanasse, vt ob instantaneam salutem in recordationem Dei reducerentur, ne si medicaminibus, & tractu temporis fuissent sani, Deo illud non tribuentes beneficium, sed suæ industriæ, aut naturalibus causis, in eadem Dei persisterent obliuione, à qua omne eorum malum, de qua re vide in 1. tom. Homil. 100. ob hoc sequens ait:

Cantacuz.

3. Herba illa quæ dracontea vel serpentina dicta quàm salutifera.

Etenim neque verba, &c. Herbas ad venena sananda multiplicem vim habere, medicorum, ac naturalium historicorum confirmatissima est sententia; inter illas celebris dracontea, vel serpentina, sic dicta, quod squamis non secus ac serpens inducitur, vt in hac solitudine in nostro vidi horto; huius enim radice, vt ait Holkoth, C qui manus per fricuerit, indemnes serpentes tangere potest, immunis ab illis; folia attrita vulneribus recentibus impolita lenimentum afferùt, illius semine fugari serpentes, & ab illis percussis in potu ebibito prodesse dicitur; vide Ruellium lib. 2. de natura stirp. c. 96. Castorem in herbario Italico, Andream Mathiolum in Dioscoridem lib. 2. c. 160. & alios quos citat hic Lorinus.

Ruellius. Castor. Andr. Mathiol. Lorinus.

Neque malagma, &c. fomentum est, licet pro emplastro accipi possit lato vocabulo, vide de hac re Lorinum hic.

Idem.

Sed tuus sermo Domine, qui sanat omnia, &c. sermo hic non accipitur principaliter pro iussione, & imperio, vt vult Lorinus, sed primo peculiariter pro eo verbo, quo imperauit fieri serpentem, & eleuari, vt vult Hugo; ex quo deduci potest similitudinariè, Deum solo sermone, & iussu posse sanare, dum solo iussu, & imperio læsos à serpentibus sanauit, dum nulla vis ad eos sanandos, vt suprà diximus erat in serpente: *Hoc est contra multos*, ait Hugo, *qui cum infirmantur, prius ad medicum, quam ad Christum accurrunt, præponentes consilium medici corporalis verbo Dei, quod est medicina spiritualis.*

Idem. Hugo. Idem.

4. Ad medicos non statim accurendum, sed prius ad Christum.

Mysticè idem pro sermone filium accipit Dei, id est, *Filius*, ait, *qui nobis locutus est per patrem per quem omnia facta sunt, cuius potestas est vbique, qui omnia quæcunque voluit fecit, ipse & corpora curat, & animas à spiritualibus bestijs saluat*; quem nobis patrem præstare summum eius extitit bonitatis argumentum; de qua re vide in 1. tom. Hom. 144. Holkoth pro sermone, verbum intelligit prædicationis, qui omnes sanat mortales animæ infirmitates, etiam si non instanti, sed per tempus: *Et sicut medicina*, ait, *non subito sanitatis effectum inducit, sed per processum temporis, & cum mora: ita verbum audiens aliquoties auditorem subito non conuertit, sed cum forte in anima eius quieuit per viginti annos, tunc primo incipit operari.* Mirum, vt post viginti semen Dei, hoc est verbum eius fructificet annos; vnde efficax inde desumitur argumentum, quanto pollere Christiani deberent studio Dei verbum audiendi, dum possibile, vt post viginti in fructus erumpat annos; quomodo autem illud audiendum vide in 1. tom. Hom. 154.

5. Dei sermo auditus aliquâ lo post viginti fructificat annos.

HOMILIA LXXIII.

Tribulationis fructus Dei cognitio, & amor.

NOn vt inimicos, sed vt amicos, sed vt filios noster inquit Sapiens, quod populum suum Deus per dolores, ac tribulationes exercebat, ac examinabat, vt sui non essent immemores, vt præceptis obedientes? Pulchrè hoc Chrysostom. lib. 5. de prouidentia Dei ad Stagiritum monachum arreptitium tom. 5. cum in sua afflictione animans, hoc à pœnis Adamo inflictis eruit, probans illas non odij, sed amoris extitisse signa, cum ab horrendis illum liberarunt post peccatum malis: *Si pollicente diabolo*, ait, *æquales illos Deo se ostensurum, post prauaricationis reatum in eodem honore perstitissent, tria profecto incurrissent suprema scelera; primò enim Deum malenolum, & iniustum, seductorem, & mendacem existimarent; secundò vero seductorem, parentem, beneficum, ac amicum putauissent; postremò, peccare immortaliter, & absque vllo fine perstitissent.* Ergo eiectio à paradiso, mors, dolores, afflictiones, labores, sudores, spinæ, ac tribuli, non ad pœnam tantum, quantum ad præseruationem à peccatis, quantum ad veri Dei æstimationem tenderunt, ne immemor Adamus veri Dei, diabolum pro Deo assumeret; vnde sicut per delitias Dei oblitus præceptum eius violauit, per labores, & ærumnas eum cognosceret, & Dei omnipotentia plus per tribulationes eluceret, quam per fauores eluxerat.

Chrysost.

1. Deus misericors in pœnis Adamo infligendis.

Hinc 2. ad Corinth. 12. n. 7. cum Paulus ter Dominum rogasset, hoc est *sæpe*, vt cum Chrysost. volunt omnes pro suæ stimulo carnis, responsum accepit, *sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur*, vbi pro virtute, vt omnes volunt expositores, non humana, sed diuina intelligitur virtus, hoc est, vt rectè Cornel. hîc, *potentia, ac fortitudo mea quam sanctis communico, & inde in infirmitate perficitur.* Glorioſior euadens ex infirmitatibus, hoc est ex tribulationibus (hoc enim sonat verbum infirmitas) quàm ex cæteris rebus. Ergo si Deus tribulationes immittit, si cruciatus, si dolores, non vt hominem affligant, sed vt amplius suæ cognitionis lumen in ipsummet hominem infundant, immo quodammodo ampliorem, quam ex secundis rebus lætitiam; quod valdè ponderandum; non enim hic Dominus noster, hîc princeps noster ad modum aliorum est, qui lætis tantum iucunditatem causant, tristibus tristitiam; nam sic potens, sic magnus, sic admirabi-

2. ad Cor. 12. n. 7.

Cornel.

2. Eius virtus amplius in tribulationibus elucet.

3. Non lætis vt homines sed tristibus consolator.

lis Deus noſter eſt, vt ipſis triſtibus, ipſiſmet doloribus lætitiam pariat, ſic vt idem prorſus enſis qui prius feriendo animam occidebat, poſtea ferire non deſinens non occidat, ſed viuificet, ſed iucundet. En Paulus à tentationibus carnis ſic afflictus, vt anguſtia, ac timore preſſus penè deficiebat, vnde ad orationem procidens ſine interuallo Deum expoſtulabat pro remedio, reputans illud, tentatione carere, ad modum hominis diſcurrens; at quid Deus negans petitum, immo & tentationes augens, ſic eum hilarem poſt hæc reddit, ſic animatum, vt gloria eadem prorſus eſſent illi tentationes, quæ prius mortes, quę priùs anguſtiæ, vnde totus gloria, & lætitia veluti gliſcens ſequens, ait: *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti*; non ſolum gloriatur, ſed libenter, quid eſt libenter, niſi ex animo, ex voluptate? *Cum autem à Deo audiuit*, ait Chryſoſt. *hoc fieri minimè oportere*, ſcilicet vt à tentationibus liberaretur, *non modo hoc nomine triſtitia affectus non eſt, quod voti ſui compos minimè extitiſſet, ſed etiam voluptatem capit*; ſic profectò animatus, vt dicta non ſatis arbitratus totus lætitia exuberans, ſequitur: *quam ob rem mihi placeo in infirmitatibus meis, in contumelijs, in perſecutionibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs.* Ponderа illud *mihi placeo*, magnum quid enim ſignificat, quod profectò non aliter exponere poſſimus, niſi exemplum ſumendo à trito more, quo inter nos vtimur, quando aliquid alicui, vel gratiæ, vel dignitatis acceſſit, ſtatim enim gratulabundi amici accedunt, congratulantes, proſpera, & fauſta annuntiantes, quod Hiſpanè dicitur (*dalle el parabien*) ſic nunc Paulus ſanctiſſimus, ille inquam Paulus, qui prius ab infirmitatibus, ſic deſtinebatur, vt Dominum rogaret enixè, ac obnixè, vt vellet eas à ſe eliminare, poſt Dei vocé auditam, poſt eius ſanctiſſimam voluntatem non ſolum ex illis amplius non triſtis, non ſolum, vt recedant non amplius petit, non ſolum libenter eas ſuſtinet, & glorianter, ſed ſibi congratulatur, ſibi complacet, ſibimet fauſta annuntiat, tanquam de re grandi, de bona fortuna, de maximo honore, nil de illis diminuens Deus, immo, vt Chryſoſtomus hîc, potius augens, quis Deus ſicut Deus noſter? pereant reliquarum gentium Dij, pereant, pereant peccatores de terra, qui talem Dominum non recognoſcunt, pereant. *Ora vt tollat à nobis ſerpentes*, Moyſi dixerunt iſti, Numer. 21. n. 7. dum morſibus eorum perirent; at quid Deus Moyſi, *fac ſerpentem æneum*, qualis hæc medicina? augere ſerpentes, vt ſerpentibus medeatur? ſanè non humana, ſed diuina; non enim Deo neceſſarium, vt auferat ſerpentes, vt morſibus eorum medeatur, ſed vt augeat, non vt tribulationes tollat, ſed vt augmentet, quando ſe Deum oſtendere vult, quando cognoſci, qui finis eius in tribulationibus.

4. Paulus vt à Deo conſolatus in tribulationibus & ſi in illis *Chryſoſt.*

5. Deus augendo tribulationes, tribulationes tollit. *Num.* 21. n. 7.

Chryſoſt. 6. Finis Dei in tribulationibus eius gloria.

Quod equidem eleganter deducit Chryſoſt. in hunc Pauli locum, cum vnam Paulus adducat ſuæ rationem tentationis, alteram Deus, Paulus remedium contra extollentiam, *& ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus*; at Deus *vt virtus ſua*, potentia ſcilicet, ac magnitudo, perficeretur, illuſtraretur: *Vides quemadmodum*, ait Chryſoſt. *ipſe aliam cauſam afferat, aliam Deus ipſe ne extollar; at Deus iſtud idcirco ſe permittere, vt potentiam ſuam oſtendat.* Ex qua doctrina illud profectò elucet multoties nos petere, neſcientes quid petamus, & ſi ſana, & ſi deuota intentione, vnde cum nobis illud non conceditur, non ideo quia aut nobis non conuenit, aut quia non bonum ſæpe illud euenit, ſed quia magis ad Dei gloriam ipſa expedit negatio; en tibi Paulus in exemplum, petebat timens caſum, petebat liberationem à periculo, petebat ex amore, ex dilectione, ne amantem offenderet; at, vt inquit Chryſoſtom. *Non ſolum ſuperuacaneam rem poſtulabat, ſed etiam quæ Dei potentiæ, ac gloriæ tenebras offundebat*; quid ex hoc? illud profectò tribulationes non noſtrum deſpondere, ſed erigere animum debere, cum earum fructus Dei ſæpe ſit gloria, Deique manifeſtatio.

7. Oratio nõ ſemper exauditur, quia & ſi bona petitio, non tamẽ illa, ſed negatio ad Dei facit gloriam.

Immo non ſolum noſtræ hoc efficiunt, ſed aliorum inferuntur ſæpe alijs, vt noſtræ ſint doctrinæ, & ex illis amplius Deum extimeſcamus; immo ob hoc ſæpe citò non moriuntur peccatores, ſed ad carnificinam deſtinantur etiam in hoc ſæculo, vt boni edocti Deum timeant, Geneſ. 4. n. 15. non ſolum Deus morte fratricidam non mulctauit peſſimum, ſed potius vitam eius cuſtodiens, *poſuit in eo ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum*, quale hoc ſignum? Eucherius, tremor, & gemitus continuus, & perpetuus; at cur? audi Chryſoſt. *Nam Cain vitæ productio poſteritati vtilis erat, & id quod ſolus nullo præſente operatus erat, hoc diſcerent omnes, qui gementem, ac trementem viderent, quaſi clamantem omnibus, & dicentem, nullus talia audeat, qualia ego, vt ne in talem pœnam incidat?* Reſeruatio ergo vitæ Cain, & ſi morte dignißimus corporali, cæterùm extitit aliorum vitæ ſpiritualis, & cauſa Dei timoris in ſuis, ac eius manifeſtationis ipſius ſupplicia, vt dum trementem peccatorem cernerent, ipſi ſummum timerent Deum, hinc ſemper, vt vides, ſiue noſtræ, ſiue aliorum tribulationes ſplendorem Dei afferunt, maieſtatem, ac gloriam.

8. Tribulationes aliorũ Deus ſæpè permittit ad bonorũ inſtructionem. *Geneſ.* 4. n. 15.

Eucher. Chryſoſt.

9. Cain ſeruatus ad aliorum inſtructionem.

Hinc ratio profectò cur diabolum à principio poſt hominum deceptionem non ſic compeſcuit, vt non amplius tentaret, immo, vt videtur, & ampliorem tentandi licentiam permiſit, vnde ad ſerpentem, & per ipſum ad diabolum *inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius*, Geneſ. 3. n. 15. inſidiari permittit, exercere inimicitias, & quaſi par pari inferri bellum, cum antea prorſus non par, ſed ſuppar, cur hoc? ſanè reſpondet Chryſoſt lib. 1. de Prouident. *pro ſumma in nos cura factum eſt*, & vt amplius dæmon ipſe torqueretur, & Dei ſimul clareſceret bonitas ac omnipotentia: nam, vt rectè Sanctus ait, ſi intimè noſtrum perſentiet dæmon profectum, quando eius ipſe cauſa non eſt, quid quando ipſemet proficiendi nobis materiam præbet dum ab ipſo variè tentati gratia Dei ſuperiores euadimus, *Illo etiam inuito, ac renitente*, ait Chryſoſtom, *quod eſt profectò mirabile, & in quo diuinæ bonitatis magnitudo perſpicitur, ſi velimus plura commoda per illum, per illiuſque nequitiam conſequemur.* Ergo ad ſuam gloriam, ſuæque manifeſtationem bonitatis, ac potentiæ non ſolum Deus tribulationes infundit, ſed earum fontem non extinxit, immo auxit, dæmo-

10. Deus cur diabolum poſt peccatum non cõpeſcuit.

Geneſ. 3. n. 15.

nis nempè potentiam; quam quod valdè aduer-
tendum, vt prorsus sua emicaret maiestas, non
contra fortem, sed contra debilè opposuit; hinc
non posuit inimicitias inter diabolum, & vi-
rum, sed inter illum & mulierem, vt quo sexus
imbecillior, eo victoria quæ ex Dei gratia, glo-
riosior, eo Dei potètia amplius præclarior, quasi
diceret ait Caiet. *Noli putare ex eo quod superasti mulierem, te habiturum dominium super vniuersas mulieres; nam quamuis mulier ipsa imbecillis sit, ego tamen ponam inter mulierem, & inter te odium inimicitia, vt habeat te non in Dominũ, sed in inimicum, vt non parcat tibi, sed hostem te sentiat, vt hostem caueat, vt odio te prosequatur.* Quod etiam egregiè ponderans Chrysost. sic ait: quasi Deus dicat, *Tantum enim illi robur concedam, vt continuo immineat capiti tuo te autem faciam sub pedibus eius iacere.* Ergo si diabolum, siue si diabolo potentiam
B
inidiandi auxit, si tentandi permisit, si tribula-
tiones per eum immittendas, si percussiones, ac
laudos morsus, ad suam ampliorem gloriam am-
pliorémque manifestationem, & etiam ad te
erigendum, vt non credas animo inimico, sed
amico tribulationes suas ipsum permittere, ip-
sum eas inhibere.

Immò sæpè non solum ob hoc, sed, vt animum
inclinet ad quod iubet obseruandum, obtem-
perãdum, sic aliquando impœnitens, sic eor du-
rum est hominis, vt nisi tribulatione terrefieret,
nisi percuteretur, ad se non rediret, præceptum
non obseruaret, eo vel maximè si durum. Quis
quæso inimico parceret, aut diligeret, & si Deus
illud præcipiat, nisi sæpè timor adesset mortis,
C
immo & mortes, & flagella, &. tribulationes
diræ? *Oderantque filios Israel Ægyptij, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terra operibus premebantur.* Exod. 1. n. 13. Pende sin-
gula, & mains non inuenies odium, ad affli-
ctionem ex odio illusionem addebant, ad il-
lusionem amaritudinem, ad amaritudinem
opera duriſſima, ad operum duritiem vilita-
tem, seruitutem; quale maius odium? Vis nunc
audire mirabile, conuertit Deus istorum corda
ad gratiam, ad amorem, ad beneuolentiam
Exod. 12. n. 13. *Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptijs, vt commodarẽt eis.* Quid
est dedit gratiam? Lippom. in Caten. *hoc est reddidit illis populum suum gratum*; sic, vt non sic
prius eum odio haberent, ac postea diligerent,
D
amarent, ac ita propendetent, vt per libentissi-
mè eis aurum, argentum, margaritas, vestémque
plurimam accommodarent; & hoc sic abundan-
ter, vt se necessarijs spoliarent, denudarent, mi-
rum, vt talia corda, sic dura ad talem Deus mol-
liem reduceret, vis scire remedium, quod pror-
sus est admirabile, per mortem primogenito-
rum illud effecit, secundùm Philonem, & Lip-
pomanum, post primogenitorum mortem illa
petierunt, post eorum occisionem talem habue-
runt gratiam, *Post primogenitorum internecionem*, ait Philo, *Hebræi expulsi generosi, ac nobilis generis suis in mentem venit, atque ob id præclarum facinus gnaue liberos decet ausi sunt, multam prædam*; Clarius Lippom *Ægyptiorum admirabilis erat gratia, & fauor subitaneus, ob mortis timorem, Domine eam incutiente ad Israelitas, vt ablatio rerum pretiosarum ad præceptum Domini mirabilior appareat circa suos fideles.* Quid
A
mirabilius? vt vnde amplius odium, ampliorque
indignatio, inde Deus dilectionẽ eliceret, amo-
rem, gratiam, & ideo talem immitteret eis tribu-
lationem, vt corda emollescerent, vt mansuefie-
rent. Ad doctrinam nostram hæc, vt non ingra-
ti, sed gratissimi in nostris simus tribulationi-
bus, dum sæpè per eas filiorum corda erga pa-
trem illum summum accipimus, quæ antea
erant inimicorum, & durissima obseruamus
præcepta, quia tribulamur.

Imò nisi Deus aliquando nobis terribilis, nisi
voce grandi super nos tonaret, quis à peccato
resurgeret, quis peccasse erubesceret, imò quis
ad peccatum patratum attenderet? Genes. 3. n. 7.
peccauit Adam, & licet mandatum transgressus,
illud obseruo, quod cum nullã ex peccato sen-
B
sisset pœnam, sic illius oblitus extabat, sic etiam
Dei immemor, vt totus ad se, nil aliud curabat
nisi sua, nuditatem scilicet, quam sentiebat, coo-
perire, vnde statim *sibi perizomata consuerunt ex ficu postquam spoliatos se*, ait Ambros. *viderunt, quærere mundana & manu facta ceperunt, quibus nuda sua mentis operirent, delectationes delectationibus, & mundi huius vmbratiles voluptates velut folia foliis assumentes, quibus obumbratent genitale secretum*; at tunc in se reuersi, tunc
Deum iudicem timuerunt, se tunc peccasse ani-
maduerterũt, quando terribilem audierunt vo-
cem, quam vocem? non profectò illã *Adam vbi es*, vt rectè Abulens. in hoc cap. quæst. 597. &
ex eo Perer. Nam ante hanc ex altera tremefa-
ctus se absconderat, at quæ illa? *Ingens, ac terri-*
C
ficus sonitus, ac fragor, ait Peter. ex Procopio,
se representans formidabilem, & terribilem ira tumentem, ruentemque, & suo ingressu concutientem terram, ipsasque paradisi arbores pressis vestigijs tremefacientem. Ergo quando terribi-
lis Deus, quando montes concutiens, quando
fragorem, strepitum, terram, arboréque com-
mouens, scindens, euellens, tunc Adam in se re-
uersus, tunc timuit, tunc Deum supremũ agno-
uit esse vindicem. quod expendens Chrysost. lib. 1. de prouid. egregiè hoc lucrum Dei irati
pendens ex hoc Adami timore, sic ait: *Nonne illæ lacrymæ, illa confessio delicti, illa viri ad mulierẽ, mulierisque ad serpentem studiosa causa traditio, illa inquam omnia metuentium sunt, atque trementium, Deique authoritatem agnoscentiũ; qui enim æqualitatem Dei prius meditatus fuerat, ipse iam ita contrahebatur humiliter, vt pœnam, cruciatumque tremens metueret, ac peccatum confiteretur suum.* Ergo tribulatio illa, ac
D
fragor, terræmotus, ac tempestas non animi ini-
mici, sed vt sic dicam propensi, non ad destru-
ctionem, sed ad emendationem peccatoris, vt ex
hinc videas, tribulationes omnes ad tuum Deũ
ordinare profectum, vt timum in te gignat timo-
rem, subiectionem, reuerentiam, & cognitionem.

Imò sic noster defessus est animus, sic quando
tribulatus peccati immemor, vt quasi post pec-
catum nil turpe, nil pœnitentia dignum, sic ope-
ratus, sic lætanter post ac ante ipsum bibat, come-
dat, & horeasque dicat, non ante peccatum reco-
gnoscens, quàm post pœnam, post afflictionem,
Genes. 37. n. 23. Impij Ioseph fratres fratricidium
tum voluntate, tum quantum ex se opere com-
plentes, odio pleni, & sanguine, crudelitate, ac

11. Cur eum Eua oppo-sum & non Adamo.

Caietan.

Chrysost.

12. Tribulationes sæpè immittit vt eor emolliat

Exod. 1. num. 13.

13. Quo medio corda mollit Ægyptiorum in Hebræos.

Ibid. 12. num. 13. Lippom.

Philo.

Lippom.

14. Per tribulationes excitat peccatores. *Genes. 3. num. 7.*

15. Adam post peccatum totus ad se Dei oblitus. *Ambros.*

16. Excitatus per Dei terrores. *Abulens.*

Perer.

Chrysost.

17. Peccator peccati malitiam non ante cognoscit, quàm tribuletur. *Genes. 37. num. 13.*

prorſus ferina beſtialitate, innocentem, ſanctũ, iuſtum, & in lacum miſerunt, vt periret, & tandem vendiderunt, non ei cõpatientes, ſed emolumenti gratia, quod notandum, vnde Iudas illis, *Quid nobis prodeſt ſi occiderimus fratrem noſtrum, & celauerimus ſanguinem ipſius, melius eſt vt venundetur Iſmaëlitis*? Num. 26. Ergo ſi non occiderũt, ſiue ſi in ciſterna perire non permiſerunt, non compaſſio, ſed auaritia extitit in cauſa, ſic animi erant damnati, vt ne malum agerent, non obiectum eis proponendum virtutis, ſed vitij, vt vnum euitarent altero peccatum. Peccarunt ergo grauiſſimè; lege Scripturam ſi talis peccati vnam tantum memoriam apud eos inuenies mentiar ego; immò poſt tale, tantúmq; facinus, comeſtionem, luxum, delitias reperio eorum; nam poſt denudationem Ioſeph, poſt dura verba, & verbera, vt vult Ioſeph, poſt in ciſternam immiſſionem ait Scriptura, quod *ſederunt vt comederent panem*, maiorem-ne vnquam vidiſti ſecuritatem, aut peccati obliuionem? quinimmò ſic ipſi alacres, ac poſt tantum patratum ſcelus animati, vt ad patris deliniendum dolorem conuenirent, *Congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolorem patris, noluit conſolationem accipere*; vnde meritò Rupert. talem admiratus frontoſitatem, ſic ait: *Qua ergo fronte congregati aderant, quo inſtrumento ad leniendum patris dolorem, quis enim dolorem eius mitigare poterat? niſi quem medullitus dolor ipſe mordebat; at illi non in veritate plorare, vel fideliter contriſtari poterant, quippe qui pro remedio triſtitiæ ſuæ, pro lenimento torquentis inuidiæ fratrem abegerant.* Ergo ad leniendum dolorem venerunt non dolentes, non illa dirimentes, quaſi nihil egiſſent, quod profectò & vſque ad mortẽ ſic vixiſſent, niſi tribulatio eis oculos aperiret, quos clauſerat culpa, & dolor exprimeret lachrymas, quẽ malitia non potuit, tunc perfidiam recognoſcentes, quando in carcere, quãdo ligati, quando iniuria affecti, quando aſperrimè tractati Gen. 42. num. 22. Vnde inter ſe, quando aſperè cum eis loquebatur Ioſeph, *Merito hæc patimur*, aiunt, *quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes angoſtias animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus, idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio.* Pende ſingula, nunc peccatũ recolunt, nunc fratrem appellant, quem prius nec tali nomine inſignire volebant, ſed ſomniatorem appellabant, vt adnotat Chryſoſt. nunc dolorem eius aduertunt, nunc ſuam pertinaciã, ac crudelitatem, nunc ſuam ſurditatẽ, nunc dolent, ac intimè peccatum abhorrent, nunc tandem poſt quindecim annos, & non antea; vnde tantum bonum, tanta pœnitentia? profectò ex tribulatione, ex anguſtia, ex afflictione; *Cum de ſumma ſalutis periculum immineret*, ait Chryſoſt. *tunc tandem confitentur quæ fecerant.* Tunc non ante, quia talis effectus proprius tribulationis, oculos aperire, quos culpa clauſerat, immò tunc Deum exprobrantem audire, ac timere.

18. Ioſephi fratrum durities & in peccato pertinacia quanta.

Rupertus.

Genes. 42. num. 22.

Chryſoſt.

19. Tribulationis proprium oculos aperire.

Hoc quippe adnoto in illis Rubeni verbis ad fratres, non ſine myſterio in ſcriptura appoſitis, *E quibus vnus*, ait Ruben, *nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audiſtis me? Ecce ſanguis eius exquiritur*; Exprobrantis verba ſunt, qui prius conſuluerat, & non fuit auditus, & tunc illum audiunt exprobrantem, quem noluerant ſuadentem; *Audaciter Ruben*, ait Lippoman. in catena, *criminatur, & accuſat fratres alios, quia non conſenſerat in fratrem necandum, erat natu maior, quem cum nolniſſent audire dehortantem, nunc ferre coguntur improperantem flagitium.* Duo hic ponderanda, primum, vt videas attendas, & contremiſcas ne dum hîc fratẽ tuum maiorem, primogenitum, ac principem Chriſtum Ieſum non audis peccata tibi dehortantem, non audias poſtea in iudicio tua improperantem flagitia, & ſecundum quod ad rem noſtram, tribulationem effeciſſe vt patienter, libenter, ac cum animo contrito nunc fratrem iſti audirent maiorem, quem prius, quando non tribulati, reſpuerunt, ac contempſerunt, & nunc illum, vt primogenitum reuereri, quem prius pro nihilo duxerant: fructus hi tribulationis Dei practicam notitiam parere, reuerentiam eius augere, ſub eius ſe maieſtate creaturam humiliari.

Lippom.

20. Peccator caueat ne dum hic non audit Chriſtum hortantem non audiat in iudicio exprobrantem.

Immò talis eſt tribulationis excellentia apud Deum, vt hoc interim dicam, ſicq; cum illo potens, vt non ſolum tribulati cor aſpiciat, ſed etiã verba attendat, verba illa inquam, quæ ex tẽpore anguſtia preſſus afflictus promit, ad quæ ipſe non attendit, nec ſimul putat Deum attẽdere, & audire, quia non ad illum, ſed aliquando inter amicos, inter notos effunduntur; en tibi exemplum in Ioſeph fratribus, loquebantur inter ſe ex anguſtia, querebantur de tyrannide, de iniuſtitia, dolebant ex incidenti de peccato; non putantes illos audire Ioſeph, quod notanter aduertit ſcriptura vbi ſup. *Neſciebant autem quod intelligeret Ioſeph eo quòd per interpretem loqueretur ad eos.* Pulchrè Lippoman. eam ex hoc colligit moralitatem, cautè ſcilicet ſemper loquendum, & præcipuè in aulis principum; *Hîc docemur inpunè in fabula vereri & ſilvas habere aures. ſumma cura frenare linguam, omnia tuta timere, quem rerum conſcientia redarguit, tacendum in aulis principum de omni periculoſo actu.* Sana hæc, ſed ad noſtrum inſtitutum docemur ex dictis, ſæpè noſtra Deum audire verba, quando in tribulatione, quæ cauſa, aut ex dolore dicimus, reputantes ipſum nos non audire, immò ſic audit, vt ad compaſſionis affectum eum inducant, ita vt ſi poſſibile, illi non ſecus ac Ioſeph ploraret nobiſcũ, ac noſtra fleret, *Auertit ſe paruper, & flenit*, de Ioſeph ait Scriptura, cur ſe auertit? in promptu, ne agnoſceretur, *quia adhuc tempus non erat cognitionis*, ait Abulenſ. hîc; Vide quæſo nec hæc ſimiliter ſit cauſa, cur aliquando in tribulatione videmur à Deo deſtitui, quod à nobis ſe auertit, quod nos non reſpicit, quod noſtra non dolet, nondum præfinitum adeſt tempus, nondum eſt hora conueniens; Amor eſt, non odium, immò amor vehemens, qui lachrimas excitet, qui cor percutiat, ſic noſtra curans, vt quia nobis tribulatio expedit, potius ſibi vim inferre, quam noſtrum præterire vult commodum; hinc ex tribulatione amplius Dei charitas, amplius eius eluceſcit amor.

21. Deus verba tribulatorum audit etiam quæ caſu proferuntur.

Abulenſ.

22. Cur in tribulatione nos aliquando videtur quod deſerat.

Hinc profectò ſaniſſimum eſt Chryſoſtomi ſanctiſſimi conſilium, in tribulationibus nunquam curiosè rimari, nũquam cauſam cur Deus eas immittit exquirere; immò omnino in manibus Dei nos reponentes ſatis nobis eſſe, vt patiamur, vt tribulemur, certi de eius amore, de eiuſque ſecuri beneuolentia, *Sicut enim lutum*, ait Sanctus lib. 1. de prouid. *quocunque manus ſe*

Chryſoſt.

23. Tribulationis cauſa nunquam ſciſcitanda optimum ex Chryſoſt. conſilium.

formantis duxerit ſequitur, ita hominem quæ cumque Deus inſſerit ea ſequi, & quæ ille intulerit, grato animo perferre conuenit, nihil omnino reluctãdo, vel curiosè addiſcere quærendo. In quo loco deuotiſſimè ponderans ſanctiſſimos etiam homines vti Iob, Hieremias, Dauid ſæpè tribulationum cauſam à Deo exquiſiſſe, vnde Iob 21. *Vt quid impij viuunt, diuitiſque veteraſcunt,* Dauid Pſ.72. *Paulò minus effuſi ſunt greſſus mei, quia zelani ſuper iniquos pacem peccatorum videns,* Hierem.12. *Quid eſt quod via peccatorum proſperatur;* & tamen inquit Sanctus, *De his nullum reſponſum retulerunt, vt poſterioribus ſæculis futuros homines docerent etiam ipſos ab interrogatione abſtinere*; Deus eſt qui cruciat, ſufficit, amor eſt non odium. Deus, qui ſerpentes immittit, curatio eſt, non inimicitia, vt ipſius eſſent memores, vt noſter ait Sapiẽs, *In memoria enim*, &c

Iob. 21.

Pſal. 72.

Hier. 12.

B

Num.13. *Tu es enim Domine, qui vitæ, & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis, & reducis.*

Num.14. *Homo autem occidit quidem per malitiam, & cum exierit ſpiritus non reuertetur, nec reuocabit animam, quæ recepta eſt.*

Num. 15. *Sed tuam manum effugere impoſſibile eſt.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

DIxerat ſolo Deum omnia ſanare ſermone, nunc illud optima probat ratione, quia nempe Dominus eſt abſolutus vitæ, mortiſque, vt mox dicemus.

Vitæ, &c. Corporalis, & naturalis, eam dando, & conſeruando; myſticè poteſt etiam accipi pro vita gratiæ, & gloriæ, vt eam accipiunt Hugo, & Holkoth.

Hugo. Holkoth.

C

Mortis, &c. Non ſolum corporalis, ſed etiam ſpiritualis, & inferni quæ dicitur ſecunda, omnium enim eſt Dominus; cum hoc tamen diſcrimine, vt corporalẽ in pœnam, ſicut & inferni infligat; peccati vero permittit tantum, vnde cum mors pœna extitit peccati, rectè ſequitur, vt ſup. in 1. tom. diximus, Deum cauſam non extitiſſe mortis, ſed primi peccatum parentis, quod in omnes transfuſum, & cuiuſque voluntariũ, omnium ideo etiam originauit mortem; at quomodo in quolibet paruulo voluntarium? res in ſe difficilis, & explicatu, ac intelligentia amplius; quam perlibenter ſi locus permitteret, diſcuterem; ſolum hic vnum inſinuabo, non difficilè eſſe intelligere in paruulo propriũ voluntariũ, ſupponendo ex peccato primi parentis omnem gratiam illos amiſiſſe, & ex meritis Chriſti tum ſufficientem, tum efficacem eis redditam; tamen quoad hoc Deũ præordinaſſe nullam niſi tantũ ſufficientem præbere; vnde ſi in inſtanti infuſionis animæ paruulus interrogaretur, an potius vellet Deo obedire, an cum Adamo pomum comedere, ſine dubio cum gratia tãtum inſufficiẽte eligeret potius comedere, ac Dei mandatum tranſgredi; Quapropter verè, & realiter, & in Adamo tũc, quatenus eius caput, & nũc propriè quantum ex ſe voluntariè conſentit, licet per accidens ex defectu organizationis, ſeu debilitatis organorum corporalium, actus ille voluntarius non proditin effectum; ex quo fit, vt licet originale ſit cuilibet voluntarium, non tamen perſonale, ſed de hoc ſatis.

1. Peccatum originale in paruulis quomodo voluntarium.

D

Deus ergo author eſt vitæ, & mortis, vt noſter ait Sapiens, in qua re benè admonet Cantacuſ. hæc duo ſimul iunctim in ſolo Deo reperiri, nempe Dominum eſſe vitæ, & mortis; nam homo benè author eſſe poteſt mortis, vt infrà, non autem vitæ. *Cantacuſ.*

Deducis ad portas mortis, & reducis, &c. Græc. *ad portas inferni*, Chaldaïca, *Deſcendere facit ad infernum: etiam futurus ad educere faciendum ad vitas ſæculi*; per portas inferni, ſiue mortis, vltimæ intelliguntur infirmitates, vltimáque pericula, à quibus certiſſimè prouentura mors, niſi Deus ſua qua poſſet potentia eam non auerteret, ſic omnes interpretes: ſimilia habet verba mater Samuëlis in Cantic.1.Reg.2.n.6. *Dominus mortificat, & vinificat, deducit ad inferos, & reducit.* Item Tobias 13.n.2. *Tu flagellas, & ſaluas, deducis ad inferos, & reducis*, Hugo per has portas intelligit timorẽ, & amorem, *vel porta mortis ſunt*, ait, *timor malè humilians, aut amor malè inflãmans, ad has portas deducit Dominus permiſſiuè ſed reducit poteſtatiuè*; Nil melius, nulla proprior mortis pœna, & quæ animũ mortaliter angat, vitámque deſperet æternam, quàm ſeruilis timor, quo quis aut bonũ aggredi, aut malũ non patrare timet, neq; ſimilis porta, quàm amor, & concupiſcentia malè inflammans; tamen non deſperandum, quia Deus Dominus eſt mortis, & vitæ, ad portas adducit inferi, & reducit. *1. Reg.* 2. *num.* 6. *Tob.* 13. *num.* 2. *Hugo.*

2. Mortis ac inferni portæ timor, & amor.

Homo antẽ occidit quidem per malitiam; Multi codices habent *animam ſuam*, vt Hugo, vnde interpretantur de malitia peccati, qua ſe homo occidit, ſed non à Deo occiditur, cũ non ſit peccati cauſa, Cantacuſ. & Vatabl. explicant de eo qui alium occidit, Ianſen. etiam de eo, qui ſeipſum; verus, & germanus eſt de morte corporali ſenſus: ſed quia vt benè Cantacuſ. ratus eſt qui iuſtè, ac honeſti zelo alium occidat, vt Phinees fornicatorem, Samuël Agag, Mathathias idolorum ſacrificatores, ſed paſſim quando priuatim illud homines faciunt, ſemper ex malitia prouenit, ideo interpres malitiam poſuit. *Idem.* *Cantacuſ.* *Vatabl.* *Ianſenius.*

Cum exierit ſpiritus, nõ reuertetur, &c. Ianſen. mallet ſic legi, *Egreſſum autem ſpiritum non faciet redire*; nempe *homo*; at rectè noſter interpres ad ipſum retulit verba ſpiritum egreſſum; qui ſemel corpore exutus ad illud non amplius reuerteretur ex ſe, niſi diuina iuſſus virtute. *Ianſenius.*

Nec reuocabit animam, &c. Médum eſt, *reuelabit* vt in margine Gloſæ, vel *reuolabit*, vt Hugo, Cantacuſ. legit *reſoluit*, ſicut & Vatabl. quaſi qui quempiam occiderit, poſt mortem in animã non amplius poteſtatem obtinet eam reſoluendi, perdendi, deſtruendi, vti Dominus dixit noſter, Mat.10.n.28. At cum noſtro legendũ interprete, vt optimè Lorinus, cum verbum etiã Græcum ἀναλύω ſignificet reuocare, reuerti; vnde literalis ſenſus nõ eſſe in poteſtate occidẽtis, ſicut Dei reuocare animã, ſemel è corpore egreſſam. *Gloſſa.* *Hugo.* *Cantacuſ.* *Vatabl.* *Matt.* 10. *num.* 28.

Animam quæ recepta eſt, &c. Græc. *Aſſumpta eſt*, hac è vita recedens, non vt Vatabl. *ſublimis abiens*, recipitur anima poſt egreſſionem in tabernacula, quæ modò tria aut cœlum, aut infernus, aut purgatorium, quidquid peſſimi dicant nouatores; at antequam Chriſtus cælũ aperiret, pro cælo ſinus erat Abrahę: quomodo animę deducantur ad illa loca an per ſe, an deductæ in cælum ab Angelis, in infernum à dæmonibus? certum exiſtimo ab Angelis in cælum deduci, à dæmonibus in infernum; immò & etiam à bonis

3. Animæ poſt mortem quomodo deducantur ad deſtinata loca.

gitized by Google

Angelis ad purgatorium; hoc autem non veluti in humeris portando, vt rectè Lorinus, sed deducendo; nam etiam anima separata per se secundùm locum moueri potest.

Sed tuam manum effugere, &c. Sensus est planus, ideo scilicet Deum esse dominum vitæ, & mortis, quia quod non potest homicida, etiam post mortem anima eius effugere non potest manum, vnde rectè Dauid Psal.138. n.6. *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? si ascendero in cælum tu illic es.*

Psal.138. num.6.

Num.16. *Negantes enim te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt, nouis aquis, & grandinibus, & pluuijs persecutionem passi, & per ignem consumpti.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

DOminum esse vitæ, & mortis Deum, & ad portas conducere mortis, indéque reuocare suprà dixerat, nunc in hoc, & in sequentibus, Ægyptiorum, Israëlitarúmque probat exéplo, istis benefaciens, illos puniens, vnde ait:

Negantes te nosse impij, &c. Hoc est Ægyptij, quorum Rex, vt habetur, Exod.5.num.7. missis à Domino Moysen, & Aaron, vt populum dimitteret, respondit: *Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum, & Israël non dimittam.*

Exod.5. num.7.

Flagellati sunt, &c. Plagis nempe, quibus quasi flagellis cæsi, & verberati Ægyptij; adnotat Lorinus, & si Gallus, deriuationem nominis flagelli Hispanam (*açote*) à nomine deuenisse Hebraïco (*schot*) quo Hebræi flagellum à circumeundo vocant, at quid (*schot*) cum (*açote?*)

Nouis aquis, &c. Græc. *Peregrinis pluuijs*, raræ pluuiæ in Ægypto; immò nullæ, vt produnt Iosephus lib.2.antiquit. Philo lib.1.de vita Mosis, Plinius lib.2.c.50. & Deut.c.11.n.10. vbi sic: *Terra enim ad quam ingrederis possidendam non est sicut terra Ægypti de qua existi; vbi iacto semine, in hortorum more aquæ ducuntur irriguæ, sed monstruosa est, & campestris de cælo expectans pluuias.* Sed verior est illa sententia, quæ affirmat in Ægypto rarò pluere, negat autem nunquam, sic Abulensis, Perer. in c.9. Exod. disput. 51. Cornel. ibid. & recentiores, satisque patet ex scripturæ verbis, asserentibus talem grandinẽ, & pluuiam futuram, qualis nunquam antea extitit; Ergo fuit aliquando; *& pluam cras in hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægypto à die, qua fundata est vsque ad presens tempus;* An autem simul cum grandine etiam adfuit pluuia in Ægypti plaga, infra discutiemus; peregrinum enim non solum nouum dicitur, sed quod ex suo genere valde eximium, & admirabile, vt mox dicemus.

Iosephus. Philon. Plinius. Deut.11. num.10.

1. In Ægypto an pluat aliquando.

Et grandinibus, & pluuijs persecutionem passi sunt, &c. Græc. additur, inexculabiliter, seu ineuitabiliter; *Et per ignem consumpti*, &c. Alij *consũmati*, hęc est septima Ægypti plaga, quę Exod. 9. describitur num.23. *Extenditque Moyses virgã in cælum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram, pluitque Dominus grandinem super terram Ægypti, & grando, & ignis mixta pariter ferebantur, tantaque fuit magnitudinis, quanta antea nunquam apparuit in vniuersa terra Ægypti ex quo gens illa condita est, & percussit grando in omni terra Ægypti cuncta quæ fecerunt in agris, ab homine vsque ad iumenta, cunctamque herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit; tantum in terra Gessen vbi erant filij Israël grando non cecidit.* En quot mirabilia? quam plagam describens Philo lib. 1. de vita Moysis, sic ait: *Ægyptus hyemẽ nescit, hyemalesque tempestates: hæc circa brumam irroratur paruis, rarisque pluuijs in locis dumtaxat maritimis, supra Memphim autem regiam nullam omnino sentit; tunc igitur repente aër nouam sumpsit faciem, vt hybernis regionibus consueta tempestates simul ingruerent, imbres dico, & grandines, & procellas, & turbines, & collisiones nubium, & continua fulgura, & tonitrua specie prodigiosa. Grando enim intermixta ignibus, nec ipsa quiescebat, nec extinguebat fulmina, sed vtraque eodem deferebantur impetu, nec solum inclementia cæli contristabat incolas, verum etiam rei nouitas, credebant enim nec falsò abirato Deo mutari omnia, tempestatibus insolitis arbusta, & segetes vastantibus, simulque perimentibus non paucis animalibus, partim frigore assumptis, partim elisis grandine ruente in morem lapidum, nonnullis etiam ictis fulmine, ex quibus si qua supererant, combusta circumferebant vulnera ad terrorem videntium*; Nil elegantius, ex quibus constat omnia in Ægyptum elementa sæuisse, aërem per tonitrua, aquam per pluuiam, & grandinem, ignem per fulgura, vt non solum per ea ad veri Dei cognitionem flecterentur, sed, vt egregiè Theodoretus, vt simul ipsum esse vnum, & solum Deum omnibus dominantem, non sicut eorum flaccidi dij, quibus tãquam ad multa insufficientes diuersa applicabant officia, ipse enim num.21. hanc ponit quęstionem, cur Deus grandinem illaturus, ante denuntiauit Ægyptijs, vt pecora demum congregarentur, cui sic respondet: *Dominus cum sit humanissimus, misericordia temperat supplicia, alioquin etiam nouerat esse quosdam venia dignos, & timentes Deum, vt scriptura narrat; grandinem vero, & fulmina immisit illis, ostendens quod ipse sit Dominus omnium elementorum; etenim tam Ægyptij, quàm Græci existimabant quosdam deos esse cælestes, alios terrenos, alios subterraneos, & alios in montes, alios in agros imperium habere; Quapropter Syrus dicebat, Deum montium esse Deum Israël, & non Deum conuallium, quocirca merito Deus omnium, non solum per fluuium, & terram, sed per aërem, & aquam, & fulmina cælitus missa castigauit Ægyptios, docens omnium se rerum creatorem, & dominum esse.* Ergo per hanc septimam plagam terribiliter pertinaces puniebantur, non tantum vno, sed diuersis instrumentis, vt mox dicemus resoluta prius quæstione.

Philo.

3. Quam ætatem.

4. Cur Deus eã immisit.

Theodor.

5. An in illa pluuia etiam.

An in hac plaga pluuia etiam sæuiebat, an tantum grando, & quod dicitur in scriptura de pluuia metaphoricè, siue per catachresim, debeat intelligi sicut Gen.19. n. 24. dicitur pluisse sulphur, & ignem, Exod.16. n. 4. *panem & carnes*, & Iosue 10.n.11. lapides. Aliqui negant pluuiam cecidisse, sic Perer. vbi sup. & Abulens. in cap.9. Exod. Alij è contrà veram agnoscunt pluuiam, vti idem Abulens. à veritate conuictus; nam eodem c. infra sic ait: *Posset tamen dici, & satis verè quod pluuia mixta erat, sed magnitudo lapidum grãdinis tãta erat, quod gutta aquæ modicũ*

2. De plaga grandinis. *Exod.9.*

Genes.19. num.14. Exod.16. num.4. Iosue 10. num.11. Perer. Abulens.

de eius duritie adimebant; Lorinus hîc, Cornel. in Exodum, & alij, & manifestè constat ex Scriptura eodem Exod. c. n. 33. & 34. vbi sic: *Cessauerunt tonitrua, & grando, nec vltra stillauit pluuia super terram*; vbi pluuia non potest intelligi de grandine, vt quidam vult; nam impropriè de grandinali pluuia diceretur stillare; & rursum, *Videns autem Pharao quod cessasset pluuia, & grando, & tonitrua*: Quid clarius? immò apertè hoc ex nostro hîc constat Sapiente, affirmante à pluuijs etiam Ægyptios persecutionem passos; & infra Num. 17. & 19. vt ibi dicemus, hoc ergo pro certo stabilito.

Lorinus. Cornelius.

6. Quanto mala simul secum grandinis plaga ferebat flagella.

Attende nunc quantis simul loris hoc Dei strictum erat flagellum, vt cum nec illo videris conuersum esse Pharaonem, quanta sit humani cordis merito admirari possis duritia.

Primò enim, erant tonitrua horrenda, vnde scriptura, *Dominus dedit tonitrua*, Nu. 13. à quibus territus Pharao hoc primũ petijt, *vt cessent tonitrua Dei*, hoc est magna, ingentia à quibus horribiliter terrefiebat, & merito, vnde Chaldæus interpretatur, *voces execrandas*, Onchelos, *tonitrua maledictionis à facie Domini*, obscurato enim æthere, ac nubibus, quasi luctuoso cooperto panno, ingentes emittens extristitia voces, sic tonabat, vt aures non ferirentur, sed obsurdescerent.

Secundò, ad tonitrua adiungebantur fulgura, repentinęq; illustrationes, sic magnæ, ac extẽsæ, vt oculos perstringentes, cor tremefacerent, dũ simul cum sono emicabant, sic Philo vbi sup. qui disertè meminit coruscationum, & fulgurum.

7. Fulgur & fulmen in quo distinguuntur.

Tertiò ad fulgura adiungebantur fulmina, è nubibus emissa, quæ terram circulantes comburendo, liquando, diuidendo, diruendo omnia deuastabant, ac incendebant; fulmen enim à fulgore distinguitur; nam propriè fulgur ostenditur tantum in terris, sed euanescit in aëre, fulmen vero per terram discurrit, quod distinguit Cicero lib. 2. de diuinit. quando dixit; *Ione fulgurante comitia populi haberi non posse*, & rursum, *Comitiorum solum vitium esse fulmen*; vbi fulgur à fulmine distinguit, cum fulgur, & si ignis paruus, tamen, qui cito euanescit, fulmen vero ignis magnus, vnde Hieron. vbi nos legimus Exod. vbi sup. & discurrentia fulgura, potuit & discurrentia fulmina; hæc, siue hic ignis sic actiuus, sic terribilis, ac efficax pariter cum grãdine mixtus ferebatur, ita vt cui grando parcebat, ignis consumebat, & iumentis à grandine oppressis, campi ab igne adurebantur; vnde Dauid Psal. 77. n. 23. 24. & 48. *Tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni*; alij, *ignitis iaculis*; alij *carbonibus*, aut *prunis ignis*, & alibi Psalm. 104. n. 32. *Posuit pluuias eorum grandinem, ignem cõburentem in terra ipsorum*, omnia deuastantem, ac comburentem; vnde meritò hæc fulmina, trifida, seu trisulca ab Ouidio appellantur lib. 2. Metamorph.

Cicero. *Hieron.* *Psal. 77. num. 23. 24. & 48.* *Ibid. 104. num. 32.* *Ouidius.*

Ille pater, rectorque Deum, cui dextra trisulcis
Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem.

Quartò, erat grando tantæ calamitatis effectiua, vt & si tonitrua, fulgura, & fulmina essent qualia iam diximus, eam tamen obscurabant, tũ ob magnitudinem, tum ob stragem ingentem, vnde Dauid vbi suprà, *Et occidit in grandine vineas eorum*, & moros (hoc est siluestres sicus, quibus abundat Ægyptus) *in pruina*, Hieron. *in frigore*; alij *in lapide glaciato*, qui lapis, siue grando sic omnia deuastabat, vt infra dicemus, vt simul ob inusitatam, & ingentem magnitudinem ex aspectu quasi ad deliquiũ animos redigeret.

Quintò, adde ex Philone vbi suprà imbres violentos.

Sextò, procellas *ventorum*, vt ipse ait, *simul irruentium, sibique obstrepentium impetus*, hęc certa, quod si verum illud Arrapani apud Eusebium lib. 9. de præparat. c. 4. & hiatus intercessisse terræ, septem veluti loris hoc circumstrictũ horribilibus inuenies flagellum. *Rege autem adhuc dementato*, ait, *Mosen grandinem, & terremotus noctu excitasse, vt qui terræ hiatus effugerent, grandine interirent, & qui vitarent grandinem, terræ hiatibus absorberentur.* En quàm terribilis plaga, quantáque vna simul continebat, tonitrua, fulgura, fulmina, grandines, imbres, procellas, & si vis terræ hiatus, & tamen ad Deũ cor non reduxit humanum; ô summa, & indicibilis durities! ô vt sic dicam, mira eius imbecillitas auxilio semel efficaci destituta diuino! dum talia, ac tanta eum non reduxerunt, dum tales Dei voces eũm non emollierunt, cuius rei causam reddens Lippoman. in caten. ad c. 9. Exod. ad multa iniusta eam reducit perpetrata, & ad iam reprobum sensum, vnde ait: *Cur obsecrote ad tot prodigia non fuerunt territi, neque moti Ægyptij? an quia dati erant in reprobum sensum, ob multa iniustè in Hebræos perpetrata? an quia adeo scelus, & malitia eorum inualuerat, vt veluti corpus ab agritudine valde oppressum susciperent detrimentum ab omnibus, quæ alijs auxilium, & fauorem præstare solent?* Ex quibus satis equidem apparet quàm firmum sit efficaciam gratiæ non extrinsecis tribuere circunstanti;s, non loco, & tempori, non modo, & ordini vocationis, sed infallibili Dei decreto, & voluntati, vt alibi diximus, quæ non solum, vt Diu. ait Thom. 1. part. quæst. 19. art. 8. in corpore, est efficacissima, vt fiant, quæ vult, sed etiam eo modo, quo vult, hoc est, vt liberè operetur causa libera, necessario necessaria, vnde ait: *Cum igitur voluntas diuina sit efficacissima, non solum sequitur, quod fiant ea quæ Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult; vult autem quædam Deus fieri necessario, quædam contingenter, vt sit ordo in rebus ad complementum vniuersi*; quid clarius? En tibi Pharao in exemplum, si locum, si tempus, si circunstantias considereres, si modum, si ordinem, prorsus impossibile apparet pertinacem potuisse tantis, ac tam miris existere voluntatem signis, si ipsa ex se extrinsecis tantum commota cõditionibus sufficientem in efficacem valuisset reducere gratiã; at pertinax extitit, quia & si sufficienter adiutus, non tamen efficaciter, illa gratia priuatus qua se conuertisset, si obtinuisset, non autem obtinuit, quia indignum se ea præbuit, quia tandem Deus noluit, nulli ob hoc iniuriam faciens, nulli vim applicans quando confert, quia sic eam voluntati adaptat, vt nullam vim ei inferendo suauiter disponat ad consentiendum.

Eusebius.

8. Cordis humani duritia quanta auxilio destituta diuino. *Lippom.*

9. Gratiæ efficacitas vera ex Dei decreto. *S. Thom.*

Nec hoc mirum, cum vt infra dicemus, arte homines faciant non solum Deus, vt ignis contra naturam in qua amplius ardeat, oleo è contra extinguatur, nullam ex hoc igni violentiam inferentes, cur etiam Deo hoc nõ dabimus? gratiam scilicet suam ita voluntati contemperare,

vt illæsa

vt illęſa eius libertate, ducat eam ad illa quæ vult, ad quæ ab æterno determinauit efficaciter, infallibiliter, efficaciam non ab extrinſecis, vt diximus, mendicans rebus, ſed à ſuamet eam veluti petens voluntate efficacillima ad omnia, quæ vult, quæ iubet, ſed de his hactenus.

10. Plagæ grandinis effectus.

At qui huius cladis effectus breuiter tres; Primum, cædes hominum, ac iumentorum in agris repertorum; Secundum, perditionem omnium campi herbarum, *Cunctam herbam agri percuſſit grando*, ait Scriptura, quod intellige de iam natis, & non de his quæ in ſemine, vt apertè tradit Moyſes dicens, *Linum, & hordeum læſum eſt, eo quod hordeum eſſet virens, & linum iam folliculos germinaret, triticum autem, & far non ſunt læſa, quia ſerotina erant.* Læta quidem fuiſſent, ſi, vt quidam ait, obruta in ſeminibus; Tertium omnium lignorum cõfractionem per fulminum ictus, ita vt nec vna ſupereſſet arbor, nec vnum arbuſtum, tam ex domeſticis, quàm ex ſilueſtribus; ex quo factum, vt non ſolum horti horridam præſe ferrent ſpeciem, ſed campi, ſed montes, ſed valles, ſed colles, dum herbis conſumptis, exciſſiſque arboribus montes veluti depilata crania, campique vti in corpore deſiccata caro horrendam ex ſe emittentes ſpeciem flebilem repræſentarent figuram, en quæ malat

Sed nunc videamus, quanta in his mirabilia, & præter naturæ curſum? multa equidem,

11. Quæ in illa mirabilia.

Primò, quod in Ægypto hæc facta, vbi rara, vt diximus, & modica eſt pluuia, tonitru, grando.

Secundò, quia grando non ſolum magnitudine, ſed multitudine naturæ poſſibilitatem excedebat; cadebat enim ſic magna ad inſtar pluuiæ, quomodo hoc naturaliter fieri poteſt, & tam breui tempore.

Tertiò, grando intermixta erat ignibus, vnde illud quod nos legimus, *& grãdo, & ignis mixta pariter ferebantur*, In Hebræo ſecundùm Caietan. ſic legitur, *& fuit grando, & ignis apprehenſus inter grandinem*; In qua re ipſe agnoſcit miraculum, dum ignis violento motu ad terram deſcendit; *Et hinc apparet quod violento motu*, ait, *deſcendebat ignis cum grandine ad terram; ad ſignificandam enim violentiam motus ignis deorſum, dicitur quod ignis fuit apprehenſus, ſeu captus inter grandines*; vnde alij legunt, *Et fuit grando, atque ignis intra grandinem receptus, graniſſima quidem*; Chaldæus, *Fuitque grando, & ignis diſcurrens in medio grandinis nimis validus*; Septuag. *Erat autem grando & ignis ardens in grandine, at grando multa valde*; In quo quidem conſiſtebat miraculum, cum & ſi ignis tam violentus, non tamen liquefaciebat grandinem, & ſi grando ſic magna, non tamen extinguebat ignem, vnde rectè quidam hanc grandinem appellat igneam, & ignis grandinans, typumque eum ignis conſtituit infernalis.

Caietan.

quartò tandem, quia terra Geſſen ſola immunis ab hac erat plaga, aut quia, vt aliqui volunt, omnino eam non tetigit, aut quia vt vult Abulenſ. & ſi inibi caderet grando, tonitruáque, audirentur, & ignis proſpiceretur, tamen omnia hæc contra Ægyptios, non Hebræos. Quod ſi ſic, amplius erat mirandum.

Abulenſ.

At cui Ægyptiorum peccato hæc plaga reſpondit? Abulenſis tyrannidem, qua Hebræos vrgebant, vt ſtipulas colligerent, flagellis, ac iniurijs eos vexantes, vt penſum ſoluerent etiam ſine paleis; *Iſta plaga cadent omnes ſegetes virentes deſtruxit, & arbores germinantes, redigens ſegetes ad ſiccam, confractamque ſtipulam, vt correſpondeat afflictioni, quam Hebræis Ægypty intulerunt, cogentes eis ſtipulas colligere per vniverſam Ægyptum, Laterum numerum non minuentes.* Quàm iuſtus Deus, peccato flagellum adaptans, vocibus veluti tonitribus eos affligebant, adſint tonitrua, vt terrefacti obſtupeſcant, igne laboris immenſi eos adurebant, ſit ignis eos cõſumens, & tandem diſpergantur velut grandines per Ægyptum ad colligendas paleas, cadat grando omnia eorum quæ denaſtet; audiant Reges, & contremiſcant, impoſſibilia ſuis onera imponentes, qui potentia abutentes ſubditis ob onera reclamantibus, ſicut Iſraëlitæ ad Pharaonem, non illa leuant, ſed augent, ſed ad duplum grauant, tonabit Deus ſuper illos ſermone deſuper grandi, aduret calamitatis igne, tandem bellis, infortuniis ſuper eos grandinabit; immo quia quæ ſubditorum furantur, intus in anima punientur; ad ignem adapti æternum. *Ergo qui ſuo iudicio*, inquit Auguſt. in lib. de conuenient. præceptorum decalogi, & plagarum Ægypti myſticè ad furtum hanc applicans plagam, *foriſecus furantur, iuſto iudicio Dei intrinſecus grandinantur, quia ſcilicet reatu mortis æternæ in anima ferimntur.* Vbi notandum illud *ſuo iudicio*, quaſi principes indigetans, qui ſuo tantum arbitratu, voluntate, & imperio, nullis ſeruatis legibus, ac conſtitutionibus, nulla populorum aduocatione facta, ſecundum patrię, regnorumque ſtatum populos grauant, tributaque imponunt; quod equidem ſæpè non tantum eorum culpa, quantum imperitorum conſulentium, ſuadentium; immo (ſi Deus vult) ex ſcripturis illud confirmantium, vt nuper apud quendam vidi, qui ad probandum principem contradicentibus populis ob cauſam publicam poſſe tributa imponere, aſſumit Ioſephi exemplum, ex cuius conſilio Pharao nullo populi expectato conſenſu totum aſſumpſit triticum ex ſeptem fertilitatis annis collectum, approbante Deo Ioſephi conſilium, vt ipſe inquit, qui ſi ſic ſcripturas reuoluiſſet, vt ſuos Bartolos, & Baldos, & licet audacter in meſſem alienã manus extẽdere præſumpſiſſet appoſitè licet & conſiderate, non vero ex tempore, expoſitorum ex authoritate intellexiſſet, illud non tributum, ſed emptionem fuiſſe regiam, non totius tritici, ſed iuxta Ioſephi conſilium quintæ tantum partis; Audiat ſi velit Abulenſem in illum locum, qui quæſt. 2. ſuper illa verba, *Omne frumentum ſub regis poteſtate condatur*, Geneſ. 41. ſic ait: *loquitur quantum ad quintam partem frugum, de reliquis autem partibus viuerent, & ſererent agricolæ Ægypty; non enim poſſet intelligi, quod Rex acciperet omne frumentum, quia tunc nihil remaneret populis ad cibum, & dicebat hoc Ioſeph, ne permitterentur agricolæ in illis ſeptem annis fertilibus aliquid vendere alienigenis, quod ipſi valde volebant, quia non egebant tantis frugibus, & egebant pecunijs, ad cæteras rerum commutationes; ſed Rex mandabat vt quinta pars daretur ei pro conuenienti pretio ſecundùm tempus vbertatis, & cogerentur ad vendendam, etiamſi nollent, ipſi tamen valde volebant, quia reliquæ partes eis abunda-*

12. Cui Ægyptiorũ peccato grandinis plaga reſpondit.

13. Principes per eam admonentur ne populos grauent. *Auguſt.*

Ceballos in arte reali documento 20.

14. Ioſephi emit non tulit, triticum à populis, vt malè aliqui præſumpſerunt.

Abulenſ.

bant; deinde si quispiam vellet de reſiduis partibus aliquid vendere, emebat illud præpoſitus Regis, ita quod nullum frumentum vendebatur extraneis, & ſic condebatur, id eſt, cuſtodiebatur in poteſtate Regis omne frumentum vendibile. Vbi in his vectigal? Immo valde notandum, quod etſi iuſtè Rex ne extraneis triticum daretur mandaſſet, tamen, ne hoc appareret; immo & eſſet violentum, præter quintam partem, quæ neceſſario vendere ſibi tenebantur, ſi & de reliquis aliquid etiam vellent, præpoſitos ſtatuit, vt eam emerent, ne vis, aut coactio aliqua adeſſet iniuſta, dum nec extraneis vendere, nec ipſe Rex emere voluiſſet; quam Abulenſis ſententiam omnes ſequuntur recentiores.

A

At non ſit Abulenſis, qui illud dicat, nonne hoc ipſa naturalis perſuadet ratio? bellè, ex tributo ad ſubleuandum populum, ob publicam B cauſam nullo eius expectato conſenſu tollit triticum gratis, nullo ſoluto pretio, & quãdo poſtea illa adeſt neceſſitas ob quam impoſitum non detur, ſed vendatur triticum, ita vt omnes ex tritici emptione ſerui fiant Regis, dicente ſcriptura Exod. 47. num. 20. *Emit igitur Ioſeph omnem terram Ægypti vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis*; qualis hæc fuiſſet iuſtitia? vt ob bonum publicum imponeretur vectigal, & illud poſtea non ad bonum publicum, ſed ad priuatum Regis ſcilicet conſumeretur; qualis hæc Ioſephi ſanctitas, qualis recta intentio? aut quomodo Deus huiuſcemodi approbare potuiſſet conſilium? emit ergo, non tulit, ſua coaceruauit pecunia triticum, non gratis accepit, nec vi abſtulit; hinc & vendere illud poſtea potuit, & ſibi terram iuſtiſſimè ſubijcere; nã, vt rectè Lyra alioquin niſi emiſſet, *rectè & cum iuſtitia vendere non potuiſſet*;

Exod. 47. num. 20.

C

Lyra.

15. An princeps renitentibus populis poſſit tributa imponere.

At inquit, ſi cauſa eſt publica, ſi neceſſitas vrgeat, ſi aliunde Reipublicæ prouideri non poſſit, nunquid non iuſtè, renitentibus populis etiam poterit princeps tributa imponere? nolo nunc ex profeſſo hanc diſcutere quæſtionem, cum tempus non ſupperat, ſed breuibus meam accipe ſententiam, quæ in his conſiſtit.

Primò vbi lex, aut conſuetudo viget requiri populorum conſenſum ad tributa, tuta conſciẽtia nullo modo poſſe principem illa imponere, & votum omnino populorum eſſe deciſiuum, nec conuocationem eſſe ad exponendam tantũ neceſſitatem, ſed ad ferendum calculum iudicata neceſſitate, cuius iudicium an vera, an fictitia apud comitia reſidet; Quapropter non ſolum D conuocantur, vt malè author, & omnes ſimilis farinæ homines, vt tantum vnde, aut quomodo imponi debeant, ſed etiam ſi talis ſit neceſſitas iudicent, & expendant.

Secundò, ſi iudicata neceſſitate, & vera illa exiſtente, nullóque tergiuerſari poſſet modo, nec aliunde ei ſuccurrere, tunc in hoc caſu, ſi comitia diſſentirent, malitia, & protetuia ducti procuratores, tunc ſumma quam tenet princeps vti poteſt poteſtate, & tributa imponere, & in hoc caſu omnes loquuntur doctores, nullóque modo extra illum, vnde cum hoc raro, aut nũquam accidat (quis enim credat vera neceſſitate ſtante, calculum quempiam recuſaturum?) ideo iniuſta, innaturalis, contra Deum, & Rempublicam eſt generalis reſolutio illa ſuperuacanea eſſe ad vectigal imponendum comitiorum conuocationem.

Tertiò dico, grauiter Deum offendere, grauiſſimèque ſuam onerare conſcientiam, multis, ac diris ſe ſubijcere Dei iudicijs, non ſecus, ac Pharao, & Ægyptus, qui de hac re ſcribens, vt principi aduletur tales, ſimiléſque in medium profert opiniones, ob damna, ob iniurias, ob populorum afflictiones, ob anſam, quam principibus populos grauandi præbet, & tandem ob peccata, quæ ex illis ſequuntur, ipſi viderint.

Num. 17. *Quod enim mirabile erat, in aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat, vindex eſt enim orbis inſtorum.*

Num. 18. *Quodam enim tempore manſuetabantur ignis, ne comburerentur, quæ ad impios miſſa erant animalia; ſed vt ipſi videntes ſcirent, quoniam Dei iudicio patiuntur perſecutionem.*

Num. 19. *Et quodam tempore in aqua ſupra virtutem ignis exardeſcebat vndique, vt iniquæ terræ nationem exterminarent.*

Commentum literæ.

ADmirabilem in grandinis plaga ignis vim conſiderat, dum vt ſuprà diximus cum grandine mixtus, ſimul etiam, & cum aqua amplius valebat, amplius vrebat, vnde ait; Connexio capitis.

Quod enim erat mirabile, &c. Græca, *Res mirabiliſſima*, omnium opinionem vincens. C

In aqua quæ omnia extinguit plus ignis valebat, &c. Eadem quaſi, tradit infrà c. 19. num. 9. & 20. ignes aliquos in aqua exardeſcere, aqua accendi, oleo extingui pluſquam notum eſt; & præcipuè artificiatos, marinos à Græcis vocatis, nec eſt cur in hac re immoremur; videndus eſt Maiolus in canicularibus diebus colloquio 22. qui late de hac re, vide Aug. l. 21. de ciuit. c. 4. qui admiratur, quomodo ſal aqua feruefcat, oleo miteſcat, qui etiam c. 5. de ſale narrat Agregimino, quod igne liquatur aqua, induretur in illa crepitans, vt etiam ante illum ſcripſit Plin. lib. 31. cap. 7. & Solinus cap. 10. lege Plinium lib. 2. c. 106. qui plura aquarum tradit exempla ignem nutrientium, vt exinde, vt ſuprà diximus, accipias non obſtupeſcere, neque, vt ſic dicam horreſcere, quando audis cum gratiæ efficacitate à ſolo Dei decreto mutuata, omnino à ſufficienti diſtincta libertatem conſiſtere arbitrij in nullo vnquam ſus læſa, quia idem Deus qui igni, aut ſali nullam inferens vim, in aqua vt arderent effecit; idem prorſus eſt, qui cum libertate arbitrij ita ſuam efficacem accommodauit gratiam in ſancta cogitatione conſiſtentem, ſuauiſſimóque voluntatis impulſu (vt alibi diximus) vt liberè, & ſi infallibiliter, conſentiat, & ad opus exeat.

1. Ignis eſt qui oleo extinguitur aqua accenditur. *Maiolus. Auguſt.*

Plinius, Solinus.

2. Dei potentiæ eſt vt & ſi efficacitas gratiæ ab illo ſolo dependeat, in nullo tamen libertatem lædat arbitrij.

Vindex eſt enim orbis inſtorum, &c. Hoc eſt; vindictam exercens pro iuſtis ab impijs oppreſſis, vel, vt etiam ait Hugo, præceptorum Dei ab impijs contractos.

Quodam enim tempore manſuetabantur, &c. Lyranus de ſerpentibus interpretatur ignitis, à quibus percuſſi Hebræi, reſpicientes in æneum; *Lyranus.*

non comburebantur, dura interpretatio, dum impios facit Hebræos; Hugo, Bonauent. Holkoth, de igne quo iumenta in domibus incluſa Ægyptiorum non ſunt combuſta; hoc non multum eſſet. Holxoth item de pueris in fornace Babylonis non aduſtis; extraneus ſenſus: verus ergo & germanus eſt de igne, quem Ægyptij applicabant ad comburendum animalia à Deo immiſſa, ranas ſcilicet & muſcas, ciniphes, quæ contra ſuam ignis non comburebat naturam, vt eò euidentiùs plagam illam à Deo eſſe cognoſcerent, ſic Ianſen. Carthuſ. Salianus, ad annum mundi, 2543. n.177. Lorinus & alij; quod euidenter exprimit ipſemet Sapiens, dum ſequens, ait.

Hugo. Bonauen. Holkoth.

3. Ignis miraculum non comburens animalia à Deo in Ægyptios immiſſa.

Ianſen. Carthuſ. Salian. Lorinus.

Sed vt ipſi videntes, ſcirent, quoniam Dei iudicio patiuntur perſecutionem, &c. *Sic patebat*, ait Cantacuz. *ignis miraculum cernentibus, animalia Dei iudicio impelli & agitari, non præſtigiis, ac ſcientia rerum apparentium*; Lorinus multa hîc affert, & ſatis quidem eruditè, de Salamandra, an verè viuat in igne, igneque ſuſtentetur; an etiam aliquod in igne generetur animal; an chameleon aëre, vt dicunt, alatur, ſicut ex ſola terra talpa; qui tandem poſt multa à variis hinc inde adducta, falſa illa eſſe exiſtimat, igne ſcilicet ſalamandram ſuſtentari, aëre chameleonem, terrâ talpam, cuius ſententiam veriſſimam iudico, ſicut & eius rationem, mixta ſcilicet ex mixtis, non ex puris ali alimentis.

Cantac.

4. Salamandra & Chameleon an ſint, & quo ſuſtentantur.

Et quodam tempore in aqua ſupra virtutem ignis exardeſcebat, &c. hoc nihil aliud eſt, niſi repetitio eorum quæ dicta ſunt, n.17. ad maiorem expreſſionem, vt inquit Lyranus: ad Sodomitas hoc applicat Holxoth, ſed vt diximus, ſenſus eſt extraneus.

Lyra. Holkoth.

Vt iniquæ terræ nationem exterminarent, &c. Græc. *Vt iniqua terra genimina, aut germina terrumperet*, Caſtro vult vt germinum tantùm damnum hîc intelligatur, cum grandinis plaga ad illa immiſſa fuerit conſumenda, non homines, ſequutus in hac re Ianſenium; verum quia germinum, & plantarum conſumptio, ad hominum dirigitur exterminationem, rectè non ſolùm plantæ, & germina, ſed etiam vt noſter ait interpres, & homines poſſunt intelligi; ſic Hugo, Lorinus, & alij.

Caſtro.

Hugo. Lorinus.

Num.20. *Pro quibus Angelorum eſca nutriniſti populum tuum, & paratum panem de cælo præſtiteſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem.*

Num.21. *Subſtantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes oſtendebat: & deſerviens vnius cuiuſque voluntati ad quod quiſque volebat, conuertebatur.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis. BEneficium Hebræorum ſupplicio opponit Ægyptiorum, dum iſti ob peccata frugum penitùs interemptione, cœlo contra ipſos, aëre, ac igne iratis; è contra verò Hebræi beneficio mannæ affecti, cœlo, aëre, ac ipſis ſupremis poteſtatibus in eorum fauorem conſpirantibus;

Mannæ proprium nomen & ſignificatio. de manna ergo Angelorum pane eſt Sapientis ſermo, de quo priùs antequam ad textum accedamus, aliqua examinanda & reſoluenda, vt clarior tantæ euadat rei notitia.

DISPVTATIO VIII.
de Manna.

PRimò enim ſtabiliendum, vt benè Lorinus, & alij contra Hebraïzantes, proprium eius nomen eſſe *Manhu*, eiuſque veram, germanamque ſignificationem eſſe, *quid eſt hoc*, ſic 70. Chaldaïca, noſter vulgatus, cui omnino ſtandum, Philo, Ioſephus, Origenes, Theodoretus, Cyrillus, lib. 3. in Ioan c.34. & paſſim omnes; vnde longè à vera abeſt ſignificatione Vatabl. qui *Man* vertit *donum*, vnde ait: *Cùm enim Hebræi proprium illi nomen indere non poſſent, genericum Man, id eſt, donum illi indiderunt, quaſi dicant Manhu, id eſt, hoc eſt ingens, & cæleſte donum nobis à Deo promiſſum.* Similiter ab illa ſe elongat Oleaſter, qui *Man* vertit *numeroſum*, à radice *Manna*, quæ ſignificat numerare, Daniel, 5.n.25. *Mane, Tekel, Phares*; quaſi quia magno numero, & copia inſtar niuis decidebat, ideò manna vocarum: ineptiſſimè Caluinus, qui *Man* vertit *paratum*.

Lorinus. Philon. Ioſephus. Origenes. Theodor. Cyrill.

Vatabl.

Oleaſter.

Concludendum ergo cum noſtro interprete, Exod. 16. *Manhu*, non aliud ſignificare, quàm *quid eſt hoc*; quod latè probat Abulenſis ibi, quæſt. 6. paulò ante finem: & apertè ex ipſa colligitur Scriptura, quæ aſſerit, populum penitùs ignoraſſe quid illud eſſet, n.25. *Ignorabat enim quid eſſet*: Vnde Philo, lib. 1. de vita Moſis eleganter hoc exprimens, ſic ait: *Quo ſpectaculo ſtupefacti, ſciſcitabantur ex duce, quænam eſſet hæc nunquam ante viſa pluuia, aut in quem vſum demiſſa? tunc ille diuinitus hoc oraculum reddidit. Mortalibus data ſunt arua campeſtria ſulcis proſcindenda, vt ſementem agricolis reddant cum fœnore prouentus annui, quantum ſatis eſt, ad rerum victui neceſſariarum copiam; at Deo non vna pars, ſed totus mundus ſubditur cuius portione pro poteſtate vertit in vſus quos vult: nunc ſic illi viſum eſt, vt alimentis aer, non aqua ſubſeruiat, quandoquidem terra quoque ſolet producere pluuiam. Ægyptius fluuius quot annis arua inundans, & irrigans, quid aliud eſt, quàm terreſtris pluuia?* Ignorabat ergo populus, quid eſſet, ideò percontabantur, *Manhu*, id eſt, *quid eſt hoc.*

Abulenſ.

Philo.

Poſt hoc nomen, etiam vocatum eſt *panis*, non quia verè panis, ſed, vt inquit Abulenſis, quæſt. 6. in cap. 16. Exod. quia nutriebat vt panis, vel quia erat fundamentum omnium aliorum ciborum; vel tandem tertiò, quia ex ipſo panes compingebantur. Eodem modo panis vocatur Angelorum, vt Pſal.77.n.24. quatenus ab Angelis formatus in terram decidebat, vel quia adeò delicatus, vt ſi Angeli veſcerétur, eo veſcendum illis foret; vide de hac re Vieg. Apoc.com.3.ſect.4. ſolùm Cantacuzeni hîc addam rationem, quia ſcilicet *ſicut Angeli cogitationibus, excelſiſque circa Deum contemplationibus ſine labore paſcuntur, ita Hebræi abſque vllo vſitato labore paratis epulis è cælo delabentibus veſcebantur.* Quod ſi ad ſenſum applicare volueris ſpiritualem, ſolam die contemplationem paſſiuam, manna eſſe cæleſte & diui-

Abulenſ.

2. Cur dictum Panis Angelorum. *Pſal. 77. n.24. Viegas. Cantac.*

Digitized by Google

& congelatum, locum qui erat extra caſtra, & circa illa, & in ſolitudine, Exod.16. nu.14. hoc eſt, vt inquit Abulenſ. in locis circa caſtra, quæ reſpectu eorum dici poterant ſolitudines, quia alta, ſaxoſa & ſola, copiam, quia operiebat ſuperficiem terræ magna latitudine & profunditate; vnde Chaldæus Paraphraſtes ait, *concretum fuiſſe inſtar pruinæ ſuper terram*, & Philo, *acernatim iacuiſſe*; quid ergo aliud reſtat, niſi forma, color, ſapor?

Exod. 16. num. 14.

9. Man quâ forma.

Forma ergo erat ſicut coriandri granum, hoc eſt minuta grana; ſic Exod.16. nu.14. & n. 11. 7. *apparuit in ſolitudine minutum*; color autem albus, nam grana erant alba ſicut triticum, aut oriſa amoto furfure pro tunſione pili, aut alia quauis ratione, qua grana nudentur, ſicut ligna decorticantur; vnde Exod. vbi ſup. *apparuit in ſolitudine minutum & quaſi pilo tuſum*, id eſt, vt inquit Abulenſ. vbi ſupr. *percuſſum baculo, quia pilus ſignificat percuſſorium ligneum, quo triticum percutitur ad decorticandum, quaſi dicat, talis coloris erat manna, qualis triticum, quando decorticatum eſt pluribus percuſſionibus; nam triticum tunc albi coloris eſt, cum ante flauum habuerit*; vnde 70. pro *pilo tuſum* vertunt *album*, Chaldæus *quaſi decorticatum*; albę quidem ſunt ſacramenti ſpecies, ſed vnde? an ex tunſionibus illis preſſuris Chriſti, ideò Chriſtus albus, & corpus eius glorioſum inter cætera, quia mortuus, quia in cruce; ſed de hoc aliàs, in num. 11. pro albo ſtat *color bdellium*, id eſt, gemmæ albæ, & collucentis inſtar niuis, aut pruinæ, vnde 70. *ſimile criſtallo*, quaſi albiſatus vt criſtallus. Sapor demùm, quaſi *ſimilas cum melle*, Exod. 16. n.3. vel vt Num.11. n.8. *quaſi panis eleati*; vnde Philo, lib. de Profugis, *quid eſt hoc melle dulcius, nive candidius?*

Abulenſ.

Philo.

10. An eiuſdem fuerit naturæ cum manna Neapolitano.

Sed quæres an eiuſdem fuerit naturæ cum manna noſtro, quod nunc cadit, & præcipuè in ditiſſimo, ac opulentiſſimo Neapolitano Regno, in ea parte quæ Calabria nunc dicitur, quæ olim magna Græcia; dixi de hoc; nam de Polona, quod affert Cornel. cùm & folliculos habeat, & adueniente ſole non liqueſcat, ſed grana decidant, quæ in folliculis incluſa, dum illa à ſole liquefiant, certum eſt cum hoc manna non conuenire; at non ſic in Neapolitano, in quo omnes ſimiles videmus proprietates, figuram, colorem, ſaporem, & qualitatem, ad ſolis enim radium, niſi in aurora colligatur, ſtatim liqueſcit, ſicut & hoc, ideo de illo præcipuè poteſt eſſe quæſtio.

Idem.

Philo negare videtur ſcribens in hæc verba: *Poſtridie diluculo roris multum circum caſtra decidit, paulatim ninis in morem, diſſimilis huic vulgari, & penè quotidiano, quippe qui nec aqua erat, nec grando, nec nix, nec glacies, quod genus nubes inuehunt hybernis tempeſtatibus, ſed in milij ſpeciem minutus, candidiſſimuſque, vt acernatim extra tabernacula iaceret mirando ſpectaculo*. At contrarium omnes affirmant recentiores, Lorinus hic, Salianus ad annum mundi, 2544. n. 285. Cornel. & alij, ſecuti Ambroſ. in c.16 Exod. quibus aſſentior; cùm omnes in eo incidere qualitates perſpicimus, vt dixi; & licèt noſtrum non illico indureſcat, ſicut illud, conſiderandum, quod durities miraculosè accidebat Iſraëlitarum manna, vt optimè Salianus: accedit, quia vt refert Ciſtella in cap.16. Exod.

Ciſtella.

principio manna Iſraëlitis deſervit ad purgationem, purgando in eis cacochymiam ex eſu cucumerum, peponum, porrorum, ceparum, alliorum in Ægypto contractam, quod non improbat Lorinus, quæ omnia admirabiliter noſtro conueniunt manna Neapolitano; an ſic & cæteris, & an droſomele, ſeu æromele, quem ſcripſit Galenus lib. 3. de aliena facultate, cap. 39. de melle, in Libano decidere, & eſt mel roſcidum, & aëreum, ſit eiuſdem naturæ cum manna hoc, non ſatis mihi compertum eſt. Vide de manna purgatiuo Andream Cæſalpinum, lib. 2. de plantis, cap. 13. & Leuinum Somnium, lib. de herbis, & plantis ex Bibliis, cap. 3. & Mathiolum in lib. quæſtionum Dioſcoridis, cap. 70. & deinceps. Vnum tantum ex Abulenſ. quæſt 7. vbi ſup. addam, Hebræorum manna virtutem habuiſſe corpora ab infirmitatibus conſeruandi, ne aliqua infirmitate tabefierent, *niſi ſpecialiter*, ait, *Deus aliquem vellet occidere, quia tunc manna non conferebat ei virtutem*. Quod ſi verum, admirabiliter diuino conuenit cum Sacramento, hoc enim non ſolùm gratiam auget, & incrementa virtutibus præſtat, ſed etiam ſanitatem præſeruat ſpiritualem, & ne aliquis infirmetur, omnipotenter corroborat, de qua re infrà; ſed de nomine, ac natura mannæ ſatis, nunc eius vſum, & proprietates.

Andreas Cæſalp. Leuin. Somn. Mathiol. Abulenſ.

11. Eius vſus. *Num. 11. nu. 8.*

Quoad vſum, ſic Num. 11. n. 8. deſcribitur à Moſe: *Circuibat populus & colligens illud frangebat molâ, ſine terebbâ in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas, ſaporis quaſi panis oleati*; Quod explicans Philo lib.1. de vita Moyſis, ſic ait, *Vſus verò eius erat huiuſmodi, prima luce collectum molebant, aut terebant; deinde elixo quaſi placentis veſcebantur ſuauiſſimè abſque piſtoris opera*. Caiet. in Exod. vbi ſup. putat vſum mannæ non ſolùm fuiſſe aſſum, ſed etiam elixum, quatenus, vt inquit Salianus, vbi ſup. num.190. quod coquebatur in olla, in qua propriè cibi elixantur, cum in furnis aſſentur; *Ex iſtis granis*, ait Caietan. *conficiebatur panis, tam aſſus, quàm elixus, quemadmodum fit panis ex tritico vtroque modo cocto*. Sa obſeruat in lib. Num. quod etſi non fractum, neque coctum, poterat etiam comedi, quod credo, ſed ſatis tunc eſſet inſulſum, Bellarminus, tom. 2. lib.2. ca.17. obſeruat manna non ſolùm homines, ſed iumenta veſci; placet Saliano, & confirmat, quia domeſtica animalia participant micas, & fruſtula de menſa dominorum; ſecundò, quia cùm neque fœnum haberent, neque auenam, vel hordeum, oportebat armenta etiam manna veſci, cùm aquam miraculo elicitam iumenta quoque bibebant; vellem hoc, aut aliqua graui Hebræorum traditione probari, aut ſanctorum antiquorum Patrum aliqua authoritate, vel ſaltem alicuius antiqui illius temporis ſynchroni, maximè in re tam graui, & qua nulla Sanctiſſimi Altaris Sacramenti expreſſior in Scripturis inuenitur figura; Quapropter abhorrent aures audire iumenta illo cibo veſci, etiam ob iumenta ab Angelis parari, cùm de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, cuius manna figura, Sanctus proclamet Thomas, *Non eſſe mittendum canibus*, neque argumenta, ſiue coniecturæ aliquid concludunt, cùm aliud ſit caſu, aut negligentia, aliquid de menſa prolapſum à domeſticis

Caiet. *Sa.* *Bellarm.* *Salian.*

12. An animalibus etiam ſeruiebat.

edi animalibus, aliud illud in cibum parari illorum; vnde licèt aliquid ederent, non ob illud dicendum, manna cibum fuiſſe etiam iumentorum; & ad ſecundam coniecturam facilis eſt reſponſio, cùm etſi neque fœnum, auenam, vel hordeum haberent, erat abundè herba, quâ & armenta, & animalia ſuſtentari poterant eorum: neque exemplum de aqua aliquid efficit, nam & aqua ſimpliciter erat neceſſaria cùm loco ipſius non adeſſet aliud quippiam; ſecundò, quia eſt elementum, quo & ipſa ſuſtentantur animalia; vnde meritò & propter ipſa etiam factum exiſtimari poteſt; ſecus autem manna; Tertiò, quia etſi miraculosè exhibita, tamen nec illam præ ſe fert figuram, nec æſtimationem, nec modus tribuendi, & efficiendi miraculum aliquid dicit diſſonum, ſi dicamus ob animalia, ne perirent operatum; at ſi affirmemus manna ob animalia etiam ab Angelis quotidie compactum, ab ipſis tantâ circunſtantiâ compoſitum, tantâ reuerentiâ dimiſſum, & qui eorum panis dicitur: ad hæc accidit optimâ coniecturâ, nam ſi communis omnium eſt ſententia, ideo in caſtris manna non pluiſſe, ne conculcaretur; dandumne ergo erat animalibus, quæ facilè illud conculcare poſſent? Secundò expreſsè illud videtur contra ſcripturam, cum ipſa apertè dicat, & vnuſquiſque de eo tollat quantùm ſibi ſufficiat, & non ampliùs; *Hic eſt ſermo*, Exod. vbi ſup. ait Moyſes, *quem præcepit Dominus, colligat vnuſquiſque ex eo quantùm ſufficit ad veſcendum, Gomor per ſingula capita iuxta numerum animarum veſtrarum qua habitant in tabernaculo, ſic tolletis.* Animarum dixit, ne locus eſſet per capita iumenta etiam intelligere, & quantùm ſufficit ad veſcendum, non ad proijciendum, non ad erogandum, ita vt miraculosè, qui plus accepiſſet, non plus inueniebat quàm Gomor menſuram, vt infrà dicemus; ergo propter homines tantùm, & ad eorum cibum deſtinabatur mãna, & non iumentorum. Quartò, ad quid Deus mandabat, ne ſeruaretur vſque manè & ſeruatum putreſcebat, ſi etiam ex eo animalia ſuſtentarentur, poterat reſiduum reſeruari in animalium vſum, niſi dicas voluiſſe Deum, vt recenti etiam animalia reficerentur cibo, quod ridiculum; Quintò tandem cùm certum ſit, & indubitatum, vnum tantùm Gomor quatuor ad ſummum libras continentem ſingulis contigiſſe, vt infrà dicemus, & quod ex eo ſupererat animalibus erat diſtribuendum ad eorum cibum, vt apertè confitetur Salianus vbi ſup. n. 305. & non ex alia mannæ quantitate, quia cuilibet non erat licitum ampliùs ſumere; ſequitur euidenter ex hac poſitione impoſſibile illud eſſe, probatur: nam ſi in vna domo, v.g. eſſent triginta, aut quadraginta, aut minus, aut plus, & ex Gomor ſupereſſent duæ tantùm libræ, reliquis in vnum proprium conſumptis, ſi capita eſſent triginta, quod reliquum, ſeu ſuperfluum ſexaginta eſſent libræ. Pone dominium familiæ habere quinquaginta oues, quid interet tantos; pone ſi vitulos, aut vaccas, pone cætera iumenta inferiora & domeſtica, vnde ex manna eis victum: niſi dicas miraculosè multiplicari, quod prorſus fictitium, & ſine vlla ratione affirmatum.

Dices, ergo non erat licitum fruſtulum tor-

A tæ eijcere canibus, aut gallinis, & animalibus ſimilibus domeſticis, de quibus tantùm loquitur Bellarminus (licèt ad armenta poſteà extenderit Salianus) hoc profectò videtur inconueniens, immò moraliter impoſsibile.

Reſpondeo, aliud eſt quærere hoc quod ſupponit argumentum, aliud an ex inſtituto, & voluntate Dei, vt vult Bellarminus; primum facilè concedimus, quod etiam ſufficit ad id quod loco citato intendit Bellarminus; at ſecundum nullo modo ob rationes factas, ob quas conſtat dicendum nullo modo ex eo ex inſtituto animalia veſci, neque animalium cibum fuiſſe, & ſi illud dicat Bellarm. Cardinal. alioquin ſanctiſsimus & doctiſsimus, optimuſque de Eccleſia Sancta meritus, ob cuius auctoritatem
B omni æſtimatione dignam, hæc ſic prolixè dixi, ne aliquis facilè credat & ſine graui fundamento me eius contradixiſſe ſententiæ.

Ad vſum etiam pertinet eius diſtributio, quæ ex præcepto Domini erat Gomor per ſingula capita, vt iam ſuprà ex Exodo retulimus, in qua re multa ſcitu digna euenerunt. 13. Eius diſtributio.

Primò ergo ſupponendum tanquam certum ex verbis ſup. allatis, colligi Domini præceptum, vt non ampliùs de manna colligerẽt quàm menſuram Gomor, qui quatuor libras mannæ continebat, vt vult Cornel. inquit enim ſic: *Præcepit Dominus, colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum.* Ergo non ampliùs debebant ſumere; & menſuram poſteà aſſignans, *in Gomor per ſingula capita.* Præceptum
C ergo erat, vt non ampliùs, quàm vnum aſſumerent Gomor. 14. Gomor quot libras continebat. *Cornel.*

Hoc præceptum violarunt ſumentes plus, minuſque, ſed nouo miraculo domum reuertentes, & qui plus acceperat non inuenit ampliùs quàm vnum Gomor, & qui minus etiam plenum Gomor, qui eſt verus ſenſus illorum verborum Scripturæ, verſic. 5. & 22. nempe & menſi ſunt ad menſuram Gomor; *Nec qui plus collegerat habuit ampliùs, nec qui minùs paranerat reperit minùs*, ſic Abulenſis, & plerique moderni, licèt Dionyſ. Carthuſ. & Sa, putent ex Hebræis conſtitutos præfectos, qui collectum à quolibet manna metirentur, & ad menſuram Gomor omnia æquarent quos refellit Cornel. cùm ex Scriptura nullo modo illud elici poſsit. 15. Miraculum in eius collectione. *Abulenſ. Carthuſ.*

Ex quo facto vnum ſequitur admirabile, & ſuprà omnem humanum captum, per quadraginta ſcilicet annorum curricula, Deum quotidie ter hominum milliones aluiſſe, ſingulis mẽſuratam attribuendo menſuram, vt ſic dicam, vnum ſcilicet Gomor, illud potentiæ nutritiuæ ſic accommodans, & adaptans, vt paruulis, ſenibus, & mulieribus, ac debilibus, infirmiſque non abundaret, iuuenibus, viris robuſtis, helluonibus, edacibus, non deficeret, hoc eſt, ſic omnes ad æqualitatem ſuſtentaret, vireſque præberet, vt iuxta quorumlibet exigentiam plus, minúſque roboris tribueret, ita vt ex æquo ſicut ipſum ratione ſaporis ad cuiuſque voluntatem ſapiebat, ſic etiam quo ad ſubſtantiam ſapori vis nutritiua correſponderet, ita vt, qui vaccinæ carnis ſaporem appetebat, vt caro nutriret manna, vaccinaque dura; qui verò ſaporem vitulinæ, aut agninæ, ſeu gallinaceæ ſimiliter ad modum harum nutriret, quod propè pluſquàm mirandum videtur, quam opinio- 16. Et in nutritione.

Digitized by Google

nem veriſſimam iudico, tum quia grauiſſimi eam tradunt Doctores, vt Niſſen. Lyra. Abulenſis, Oleaſter, Caietan. Vatabl. Chryſoſtom. Theophilact. Anſelm. in 2. ad Corinth c. 8. n. 15. & plerique moderni, tum quia excellentiſſimè hoc ſanctiſſimo Euchariſtiæ quadrat Sacramento, quod cùm vnum ſit, & æqualiter ab omnibus accipiatur, nec plus, nec minùs quiſque recipiat, ſed totum Chriſti corpus; tamen quoad gratiæ fulcimentum, & ſuſtentationem, ſic vnicuique contemperatur, vt iuxta vniuſcuiuſque temperamentum, diſpoſitionem ſcilicet nutriat, gratiamque communicet.

Niſſenus. Lyra. Abulenſ. Oleaſter. Caiet. Vatabl. Chryſ. Theoph. Anſelm.

De modo autem quomodo hoc fiebat, an, vt aliqui volunt per tranſubſtantiationem, ſi Deo placet, vt in Sacramento Altaris conuertendo ſe manna realiter in ſubſtantiam piſcis, aut carnis, dum piſcem, aut carnem ad voluntatem vniuſcuiuſque ſapiebat, & ſic in ſtomacho correſponſiuè ad carnem, aut piſcem nutriebat, vti Valentia, tom. 4. diſp. 6. quæſt. 3. punct. 2. §. 4. Claudius Saieneſt, de Euchariſt. repetit. 7. c. 3. Thomas Boſſius, lib. 13. de notis Eccleſiæ, c. vltim. Nicolaus Villagagnon, lib. 3. contra Caluin. cap. 52. aut per rarefactionem aut condenſationem ab Angelo factam vt alij, ſuperuacaneum & inſolens iudico hæc & ſimilia diſcutere, vt alibi diximus, & primam refutant opinionem, Caſtro, Lorinus, & vti noua merito explodenda, cùm nullo fulciatur fundamento, neque antiquorum authoritate; *Quædam enim fidei tantùm donanda ſunt*, vt inquit Nazianz. orat. 3. de pace.

Valent. Saieneſt. Boſſius. Villagag. Caſtro. Lorinus. Nazian.

Cauſæ autem quare Deus ſingulis idem præſcripſerit Gomor, ita vt ſicut ait Apoſtol. 2. ad Corinth. c. 8. n. 25. *Qui multùm non abundauit, & qui modicùm non minorauit*, variæ à multis afferuntur, omnes optimæ, Chryſoſt. & Theophilact. in Epiſt. ad Corinth. vbi ſup. vt auaritiam, gulam, nimiamque cibi, & rerum terrenarum curam cohiberet, Cornel. duas etiam optimas affert, prima, vt doceret quantum bonum in communitate ſit æqualitas in cibo, veſtitu, labore; ſecunda vt quiſque intelligat à Deo ſibi paratus cibus, etiam ſi filiis & familia oneratus labore ſuo non videat, quomodo ſuſtentanda, vnde Ippom. ſic: *Hoc miraculo teſtatus eſt Deus, ſuam cuique ſufficientem menſuram victus à Domino paratam eſſe, etiam ſi ex laboribus ſuis minùs conſequi poſſe videatur; & ſi enim alij magnas opes poſſident, alij paupertate laborent, tamen quoad fructum panis quotidiani attinet, non minùs conſequitur pauper è ſuo pane, quàm dines è ſuo. Suſtentatur huius, ſuſtentatur & illius vita, ac vtplurimùm maiori ſalute, & pauper edit cibarium panem maiori voluptate, quàm dines phaſianum; quod igitur attinet ad fructum panis quotidiani qui eſt ſuſtentatio vitæ, & iucunditas, non minùs conſequitur pauper è ſuo modico, quàm dines è ſua abundantia*; Vnde rectè Chryſoſt. hom. 40. in 1. ad Corinth. *Auarus*, inquit, *dines à paupere tantùm differt curis, neglectu Dei, corporis inquinatione, & animi perditione; nam ventrem vterque æquè ſatiant.* nil meliùs.

ad Corint. 8. nu. 25. Chryſoſt. Theoph.

17. Quare Deus ſingulis Iſraelitis vnũ aſſignauerit Gomor manne, nec plus, nec minùs.

Chryſoſt.

18. Deus ſingulis de victu ſemper prouidet quotidiano, vnde firma fides in eo ſpectandum.

19. Auarus dines in quo à paupere differt.

Secundum præceptum circa mannæ vſum fuit, vt nemo ex eo relinqueret vſque manè, Exod. vbi ſup. *Dixitque Moyſes ad eos, nullus relinquat ex eo mani*, quod anteà ſibi à Domino fuerat imperatum, illis nempè verbis; *Egrediatur populus, & colligant quæ ſufficiant per ſingulos dies, vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea*; hoc eſt, vt probem vtrum mihi obediat non plus colligendo ſibi, quàm in diem vnum ſufficiat, quod factum vt ait Vatabl. vt quotidie eius reminiſcerentur, dum quotidie eos paſcebat, *Voluit dare illis cibos*, ait, *non per ſingulos menſes, ſed per ſingulos dies, vt nullus tranſiret dies, in quo Dei erga ſe beneficium non ſentirent, atque ob id Dei memores ſemper eſſent.*

19. præceperit vt per ſingulos dies Man colligeretur.

Vatabl.

At violatum a prouidis & Dei prouidentiæ non fidentibus, ſed ſine vtilitate, cùm ſtatim computruit, & vermibus ſcatuit, vnde elegantèr Philo ſic ait: *Miranda ſanè res, etſi nihil acceſſiſſet noui præter ea, acceſſit tamen quod magis mireris, afferebantur certatim vaſa immentis & humeris hominum, vt & in futurum ſufficeret, commeatus; ſed non erat opus reponere; ex quo Deus decreuerat ſemper recentia bona ſuggerere, vrgenti neceſſitate abundè ſatisfactum eſt. cunctis ſuauiter veſcentibus, quidquid ſeruatum eſt in craſtinum totum periit, ita corruptum, vt fœteret, ſcatereteque vermiculis; abiectis igitur his reliquiis, inueniebant cibos alios, cum rore matutino quotidie deplumentes.*

Philo.

In qua re placet adnotare vnum, ne plus debito aliqui ex hac aucupentur authoritate, reſeruationem in craſtinum fuiſſe à Deo prohibitam, ratio quia, vt inquit Philo, *Deus decreuerat, ſemper recentia dona ſuggerere*: ex qua re duo neceſſariò conſequuntur, illud Deum non præceperum, ſi ſtatuiſſet recentia quotidie non dare, & ſecundum ſummæ vecordiæ fuiſſe, ac ineptiæ, ſi non præcipiente Deo, tantùm ſibi quiſque tuliſſet, quantùm illa ſola ipſi ſufficeret die, nihil prudenter de craſtino curans; ſic enim magnus ille pater Eliſeus oleum præbens viduæ, 4. Reg. 4. nu. 8. non iuſſit totum illud vna die effundi, ſed in dies reſeruari, & viuere ex illo; ſummæque fuiſſet oſcitantiæ viduæ, ſi ſemel illo potiretur exhauriretque, nihil de craſtino cogitans, hoc enim non eſt de Dei fidere prouidentia, ſed Deum tentare, prudenterque eius non vti beneuolentia; ergo non eſt cur ex hoc arguat loco infœlix, procaxque hæreticus contra Eccleſiam ſanctam, Deique miniſtros oſcitanter carpens, quia reditus poſſident, quia de craſtino curant, cùm neque de eo præceptum habeant, neque illis Deus in dies recentia promiſit dona, vnde ſi aliter facerent (dummodò exceſſus non ſit in modo) potiùs reprehendendi, quàm laudandi.

20. Prouida & iuſta bonorum reſeruatio, licita eſt & honeſta.

4. Reg. 4. nu. 8.

Quomodo ex hoc loco ſuperfluã hominum prouidentiam carpent ſancti, vide Chryſoſt. in 1. ad Corinth. c. 15. hom. 40. Rupertum, & alios quamplurimos.

Tertium præceptum erat, vt manè colligerent; nam ſole incaleſcente liquefiebat; *Cùmque incaluiſſet ſol, liquefiebat*, Exod. vbi ſupr. nouo accedente miraculo, quia à ſole liquefiebat, ab igne verò obdurabatur, quod ideò factum, *vt notum omnibus eſſet, quoniam oportet prænenire ſolem ad benedictionem tuam*, inquit noſter Sapiens, infr. n. 28. & nos etiam alibi diximus, Caietan. ſimile dat in ouo, *Sicut enim omne*, inquit, *quamdiu eſt in gallina, tenerum habet corticem, qui ſtatim genito ouo exſiccatur, & fit durus; ita grana illa manna in loco in quo*

22. Manna cur colligebatur manè.

formata erant, obnoxia erant liquefactioni, segregata autem durescebant adeò, vt non essent amplius liquescentis naturæ. Itaque, sicuti sustinebant posteà ignem, sustinuissent etiam Solem, si fuissent æternum exposita Soli. Mirum hoc vltimum si verum.

22. Die sexta duplo inferebant & non putrefcebat.

Quartum præceptum circa vsum mannæ fuit, vt feria sexta duplum colligerent in honorem diei septimi, hoc est Sabbathi, *die sexto parent quod inferant*, scilicet in sua tabernacula, *& sic duplum quam colligere solebant per singulos dies.* Circa quod contra Caietan. obserua istos non casu collegisse duo Gomor, sed ex intentione iuxta præceptum; & secundo, quod præceptum de nihil in Sabbatho faciendo non solùm extendebatur ad opera seruilia, sed etiam ad ipsam ciborum præparationem; vnde die sexta parandi erant cibi, ob quod *Parasceue* dicta; quapropter manna die sexta coquebatur, & præparabatur; sic Abulens. Hug. à S. Victore, Lyran. & alij recentiores.

Abulens. Hug. à S. Victore. Lyran.

Philo obseruat ex hoc præcepto, siue miraculo didicisse Hebræos Mundum absolutum die Sabbathi, dum ad eius sanctificationem die sexta, duplum pluebat manna; & nos quia iuxta Origen. hom. 7. in Exod. August. serm. 251. de tempore, Ambros. 1. ad Corinth. c. 10. manna pluit die Dominico, quo etiam affirmat Synodus Cæsarien. apud Bedam, Epist. de celebrat. Paschæ, Hebræos mare rubrum transisse, rectè quanta sit veneratione dignus elicere etiam possumus, dum simul panis ille cælestis & manna diuinum quod die Veneris in cruce fuit affus, die Dominico resurgens, suis se præbuit, etsi non manducandum, saltem videndum, palpandum.

Origen. August. Ambros.

23. De proprietatibus Mannæ.

De vsu, ad proprietates transeo mannæ, hæ duæ materiales, sapor, & mollities, siue tactus; spiritualis autem vna, significatio & symbolum.

De secunda materiali parum dicendum, ex supradictis enim patet natura sua fuisse molle, ac flaccidum, niuis instar, vel pruinæ, ideóque solis calori non resistebat; quod autem illico duresceret, quod igni resisteret, quod etiam in longa seruatum fuit absque putrefactione sæcula, quod etiam statim transacta putresceret die, omnia hæc à diuina accipiebat virtute, non naturali; sic Abulens. & cum eo omnes, vnde quando in arca reseruatum sic obduruit, sic album, & viuidi durauit coloris, ac si recens esset, & tanquam crystallum ex glacie congelatum, illibatè, & frigus, & calorem, & solem, & omnes cæli intemperies, ac iniurias plurimis sæculis pertulit; quod si ad Christi corpus tu adaptare vis, excellentem exinde eripies analogiam, dum diuinum illud corpus reperies, quod quasi putrefactum in cruce semel exstitit; in hoc tamen diuino manna inclusum semper viuidum, ac recens, tanquam lucidum crystallum contra omnes diabolicos hæreticorum incursus, violentias, vim, borealesque blasphemias illæsum, intactum, illibatum reperitur.

Abulens.

24. Manna in Arca reseruatum sanctissimi Sacramenti est figura.

25. Sapor in Manna supernaturalis, an omnibus esset communis.

Maior ergo difficultas reperitur in prima, sapore scilicet, nam cùm in manna duo tantùm essent sapores, naturalis, & supernaturalis, quæstio est inter Doctores, an supernaturalis communis esset omnibus, tam iustis, quàm iniustis.

Dixi in manna duos tantùm esse sapores, & non tres, vt aliqui volunt, cùm addant tertium aduentitium, & hunc afferunt fuisse, quem habuerunt impij; sic Dionys. in c. 16. Exod. & placet Saliano ad annum mundi, 2544. n. 311. afferque pro illa sententia Abulens. in Exod. 16. qu. 13. qui attentè consideratus nil fauet, non enim ait nouum mannæ saporem Deum ad impios castigandos dedisse, insipidum nempe, & furfuraceum & sustulisse bonum, & mellifluum, sed tantùm, vt in pœnam idem sapor malis displiceret, quando bonos summoperè delectabat; verba eius, *Iste tamen adhuc naturalis sapor in pœnam videbatur malus malis, vt displiceret, & magis videretur eis sapor alliorum, porrorum, cepparum, atque peponum appetendus.* Ergo secun- Abulens. non nouus erat in manna sapor, sed idem prorsus; at malis in pœnam insipidus, bonis verò sapidissimus.

Dionys. Salian. Abulens.

26. Sapor aduentitius nunquam in manna.

Duo ergo erant sapores, naturalis, quem Moses illis exprimit verbis, *gustusque eius quasi similis cum melle*, coctæ scilicet, vnde alij *sapor eius instar placentæ mellitæ*, vel *simile frixæ in melle*, non erat equidem sapor vt mel, sed ad instar mellis; vnde Seuerus Sulpitius in Historia sacra, lib. 1. *cuius sapor*, ait, *melli proximus*; nam vt sic, cùm acredinem dulcedinis mellis non haberet, non poterat ex se nauseam generare, Moses autem in Num. 11. n. 8. aliquid addit huic sapori, dum ait, ex manna factas tortulas saporis, *quasi panis oleati*, quapropter manna coctũ sapiebat aut ad panem melle delibutũ aut oleatum, aut ex vtroque compactum, vt hodie videmus, qui sapor iucundissimus esse solet, nullumque prorsus generans fastidium.

27. Naturalis qualis.

Sen. Sulp.

Num. 11. n. 8.

Secundus autem sapor fuit supernaturalis, & quem noster hic indicat Sapiens, nempè omnium simul saporum ad voluntatem comedentis; de qua re est difficultas, an communiter hoc fiebat miraculum, tam bonis, quàm malis, an tantùm iustis, & sanctis hoc eueniebat.

26. Saporem supernaturalem communem esse omnibus prima sententia affirmans.

Lorinus hìc mordicus defendit hoc beneficium commune omnibus fuisse; affert pro se Hugonem à sancto Victore, in cap. 16. Exod. sed peculiariter nil dicit Hugo, cùm tantùm ibi hæc habeat verba; *Aly etiam dicunt quod sapiebat vnicuique quod magis appetebat*; Holkoth sed potiùs me iudice in contrariam propendet partem; nam verba eius sunt: *de secundo, videlicet congruentia beneficij fuit ista, vt Deus suam essentialem suauitatem communicaret figuraliter creaturæ; sicut enim illud alimentum vnicuique sapiebat secundum propriam voluntatẽ, ita Deus omnibus sibi seruientibus tantùm tribuet de dulcedine, quantùm meruerunt per gratiã, & liberi arbitrij voluntatem; vnde subdit: substantiam tuã & dulcedinẽ tuã, quam in filios habes, id est quam filiis præparasti, & paratam habent ostendisti, & deseruiens vnius cuiusque voluntati, scilicet de bonis, ad quod quisque volebat conuertebatur non natura propria, sed operatione diuina; malis verò murmurantibus, tale delectamentum non perstitit, immò vertebatur eis in tadium*: quid clarius? vnde, quæ posteà addit non suam, sed aliorum refert sententiam, licèt eam non impugnet; citat etiam Hieronym. in Psalm. 147. qui illud affert ex Iudæorum sententia, quam non reiicit, verum: sed hoc non est argumentum illius Hieron. fuisse sententiæ, eo vel maximè, dum de quæstion. non disputat, & aliorum opinio ad id, quod tunc intendebat multum

Hieron.

Hug. à S. Victore. Holkoth.

conducebat, quod erat Dei ſermonem vniuerſa ſapere, multa enim dum literalem Scripturæ A ſenſum non explicamus, ſed moraliter loquimur, admittimus, quæ li verum, & germanum literę ſenſum exponeremus, procul dubio reiceremus; quod ſimiliter dicendum de Cæſario Arelatenſi Homil. 7. de Paſcha, vt orator loquitur, non autem vt Scripturæ expoſitor. Af-
Nazianz fert etiam Nazianzenum orat. de compoſ. diſſer. rati; hanc orationem in meo inuenire non potui, Salianus verò in ſcholiis n. 24. nec verbum affirmat dicere Nazianz. Affert Chryſoſt.
Chryſoſt. tractat. *quod nemo leditur niſi à ſeipſo*; ſed eum corrigit Salianus vbi ſup. affirmans malam Lorinus nactus lectionem atteſtans, non dixiſſe Chryſoſt. *Manna cibum quotidie nouum, pro deſiderio veſcentium ſubminiſtraſſe*, ſicut in antiquis eſt, vti in meo, ſed potius, *eius enim natura erat Manna, noua, recenſque nuſquam ipſis negotium faceſſens, neque labore conficiens*, Lorinum ſequitur Cornel. in Exod.

Rationibus etiam eam probat, Prima, quia non obſtat hic filios appellaſſe Sapientem quibus illud conferebatur beneficium, cum generali vocabulo omnes tunc Iſraëlitas ſic vocabantur, vnde non ad ſolos reſtringendum eſt miraculum iuſtos. Secunda, quia cætera beneficia omnibus erant communia, vti aqua, coturnices, &c. Tertia, quia eo miraculo omnes erant alliciendi ad non concupiſcendas Ægypti ollas; Quarta, quia ſi aliquis peccator ea caruiſſet gratia, deprehenſum eius fuiſſet peccatum; tandem, quod ſi propter murmur illa priuati, cur ob murmur datum manna?

Hæc Lorinus, cuius libenter amplecterer ſen- C
27. Secunda ſententia negans ve- tentiam, ſi grauiſſimorum antiquorum authoritas non obſtaret, ſi ratio, & condecentia contrarium non ſuaderet.

Secunda opinio eſt hoc priuilegium iuſtorum tantum fuiſſe; immo & me iudice non quorumlibet, ſed præcipuorum, quod cum peculiare eſſet donum ipſis collatum, ſilentio ob humilitatem premebant; ex quo factum, vt communiter ignorabatur, & niſi Spiritus Sanctus ſapienti illud reuelaſſet vſque huc ignotum extitiſſet.

Ad hoc affirmandum ducor, quia impoſſibile prorſus apparet Moyſen illius non meminiſſe, cum ſpeciatim de ſapore ageret mannæ, quando contra populi murmurationem pro Deo ſtabat, probans ex ſapore nullam iuſtam contra Deum populum querimoniam pertenD dere potuiſſe, cum ſapor eius, ait, erat, quaſi
Num. 11. n. 9. *panis oleati*, Numer. 11. n. 9. hoc eſt duleis, & optimi ſaporis, vt ſuprà diximus, quapropter, vt infrà n. 11. illi *intolerabilis res viſa eſt*; ſi ergo omnem ſaporem omnibus præſtabat, quodo illud reticuiſſet, dum contra iniquam populi murmurationem inſurgebat, illam intolerabilem indicans ſolum ex ſapore panis oleati; ergo ſignum tale miraculum fuiſſe occultum, & ſelectis tantum Dei ſeruis, & non omnibus commune illud præſtitum.

Adde ſecreti conuenientiam, ne ad inuidiam, & deſiderium populus ille carnalis excitaretur, & ad naturalis mannæ faſtidium ſaporis, ad murmurationem de Deo, quia non omnibus illud præbebat, vnde iuſtè ſilentio illud preſſum non ſolum à recipientibus ob humilitatem, ſed etiam à Moſe rationibus dictis; veriſſimè ergo hoc beneficium iuſtis tantum præſtitum, & non alijs; huius ſententiæ eſt Diuus Auguſt. lib. *Auguſt.* 2. de Retractat. c. 20. vbi ſic: *Fidelibus potuiſſe prouenire vt manna cuique ſecundum propriam voluntatem in ore ſaperet, non illis aduerſus Deum murmuratoribus, qui profecto alias eſcas non deſiderarent, ſi hoc eis ſaperet manna quod vellent.* Origenes Homil. 7. in Exod. Theodo- *Origen.* ret. apud Lippom. in Catena, Abulenſ. in Exod. *Theodor.* 16. quæſt. 13. Liranus ibi, & Nume. c. 11. Lippom. *Abulenſ.* in Exodum vbi ſuprà, Carthuſ. in Exod. Adria- *Liranus.* nus Linus in flagello Iudæorum lib. 8. in 3. Iu- *Lippom.* dæorum oppoſit. de ſacrificiis c. 19. & alij recen- *Carthuſ.* tiores, & præcipuè Viegas in Apocalyp. & Sa- *Adrian.* lianus vbi ſup. *Viegas.*

Vrgentiſſimæ etiam hoc probant rationes; *Salianus.* prima illa Auguſt. nam aliàs non murmuraſſent, ſi omnem ſaporem guſtaſſent; dicere autem nauſeam prouenille à viſu, quia ſemper idem videbant manna, ob olfactu, quatenus ob eundem odorem, prorſus inane eſt, cum eodem pari modo dicere poſſemus in nauſeam panem deuenire poſſe quotidianum, quia & eundem ſemper ſaporem obtinet, eundémque odorem, non enim ſolo manna veſcebantur Hebræi, vt communis fert ſententia; ſic Abulenſ. in Exod. *Abulenſ.* 16. quæſt. 12. Pererius Exod. 13. Diſput 7. Ma- *Pererius.* ſius in Ioſue c. 1. n. 11. Cornel. à Lapide in c. 2. *Maſius.* Deuter. n. 6. Lorinus hic, & alij; ergo ſicut pa- *Cornel.* nis nunquam faſtidit ob colorem, & odorem, *Lorinus.* ſeu formam, ſic nec etiam manna.

Immo adde faſtidium, ſi bene Scriptura perpendatur, non legitimè illis prouenille, ſed malitioſè, non faſtidiebant, quia ſapor mannæ naturaliter illud ingenerabat, cum ſic ac panis quotidianus attemperatus erat, vt nullo modo faſtidium ingereret, ſed guloſi, & ingluuiones faſtidium prætenderunt, ex deſiderio variorum ſaporum, quos in manna non percipiebant, & conſequenter variorum ciborum, vnde aiunt: *Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, cepe, & alia, anima noſtra arida eſt, nil aliud reſpiciũt oculi noſtri niſi Man.* Perquire in his verbis faſtidium de mannæ ſapore, & non inuenies, ſed tantum de carentia aliorum ſaporum; nam ſi omnes ſapores percipiebant, quomodo anima arida? ſi ſaporem accipiebant piſcium, peponum, &c. quomodo illorum recordabantur, quaſi illis omnibus priuati? ergo faſtidiebant manna non ex ſapore, ſed ex deſiderio aliorum ſaporum, & ex guſtu, quem ex illis percipere deſiderabant.

Secunda ratio eſt illa, quam ſupra inſinuauimus: ſi hoc beneficium erat commune, & illud referre valde conducebat ad iniuſtitiam murmurationis declarandam, quod illic intendebat Moyſes, cur illud tacuit? cur non dixit? certè, quia rarum quid erat, & ſolis Dei ſelectis communicatum amicis, vnde & ſecretum, & non conuenens vllo modo quod diceretur rationibus ſup. allatis.

Tertia optima eſt illa Saliani, petita ex conſuetudine Dei populum illum gubernandi, non enim tam blande illum gubernabat, nec tam dulciter ſe cum illis habebat, patiens item, ac

ſufferens, vt peccantes ſtatim non puniret, quin immo & blandiretur, vt optimè probat Salianus Scripturæ exemplis, quæ paſſim obuia; quomodo ergo credendum Deum illum, qui tunc, quia ſic expediebat in virga ducebat populum illum ferrea, non ſolum malos & impios non caſtigaſſe, ſed etiam dulciter, ac miraculosè pauiſſe, panem illis adaptans, omnes habentem ſapores, ſatis quippè illis ex miſericordia prouiſum panem, qui ipſa indigni erant vita. A

Quarta demum ſumitur ex analogia, quam manna cum ſanctiſſimo tenet altaris Sacramento, quod non equidem peccatoribus, ſed iuſtis, & ſanctis omnem ſapit dulcedinem, immo hoc non quibus libet, ſed ſelectis, & qui dignè eum recipiunt, vt mox dicemus.

Ad rationes autem facilè reſpondetur. Ad primum concedimus ex nomine filiorum illud euidenter non concludi, ſed dicimus, quod aliunde, vt probauimus. B

Ad ſecundum negamus paritatem mannæ cum cæteris beneficiis, quia & ſi cætera communia, vrgentiſſimæ adſunt rationes, quare illa communia debebant eſſe, vt aqua ex petra, quia ſimpliciter neceſſaria; lumen columnæ, quia omnibus illuminare debebat; coturnices, quia in pœnam datæ malorum: at hoc ſingulare miraculum, & beneficium in manna non neceſſe erat, cum particularis in manna eſſet ſapor ſufficiens ad guſtum, & delectationem quotidianam, & ordinariam; adde, quod cætera expreſſe colligitur ex Scriptura fuiſſe communia, non autem hoc manna, immo totum oppoſitum, vt vidimus.

Ad tertium dicimus quod niſi ingluuionum malitia non obſtaret, naturalis ſufficiens erat ſapor mannæ, vt omnia ciborum Ægyptiorum odiſſent oblectamenta. C

Ad quartum negatur ex illo potuiſſe comprehendi peccatorem, cum vt diximus, illud beneficium fuiſſe occultum, ſecretum, & ſolis iuſtis ſanctioribus communicatum, & non ob murmurationes illos priuatos, quia ſingulare erat beneficium ſolis, quibus Deus volebat communicatum, & hæc de materiali mannæ qualitate.

De ſpirituali autem, & analogica ad ſanctiſſimum Sacramentum, infra abundè ex patribus illam probabimus, & diſſeremus.

28. Qualis fuit Dei præceptum de reſeruatione mannæ.

Tandem quæres de præcepto reſeruationis mannæ, quod datum Moyſi in Exod vbi ſup. n. 31. *Imple Gomor ex eo, & conſtodiatur in futuras retro generationes:* Dixitque Moyſes ad Aaron; *Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum poteſt capere Gomor, & repone coram Domino, &c. poſuitque illud Aaron in tabernaculo reſeruandum.* In quibus verbis petes in quo vaſe poſitum, Paul. ad Hebr. affirmat fuiſſe aureum, ſic ad Hebræos c 9. n. 4. Iterum petes, ſi adhuc non ſtabat tabernaculum, quomodo in tabernaculo repoſitum? Abulenſ. Dioniſ. Vatab. Sa, affirmant dictum per anticipationem, melius Comeſtor in hiſtoria Sacra, & ex eo alij, tunc fuiſſe paruum tabernaculum, vt clarè ex Exodo patet, & ibi pro tunc repoſitum manna, à quo tranſlatum, quando Dei iuſſu magnum fabricatum. D

ad Hebr. 9. n. 4. Abulenſ. Dioniſ. Vatab. Sa. Comeſtor.

29. Quæ miracula interfuere beneficio;

Iterum petes, quot miracula in hoc eximio interfuere beneficio; multa equidem? Primum, quod omnes non plus mannæ habebant, quam vnum Gomor, ſiue qui plus, ſiue qui minus collegiſſet. cui a Deo mensura generunt, & quanta.

Secundum, quod reſeruatum in craſtinum, contra naturam putreſcebat.

Tertium, quod ad ſolem liquefiebat, ad ignem verò indurabatur.

Quartum, quod feria ſexta duplicatum cadebat, ita vt duo implerentur Gomor, & reſeruabatur abſque putrefactione; ſimiliter quilibet apud ſe duo Gomor inueniens nec plus, nec minus.

Quintum, quod iuſtis omnem obtinebat ſaporis ſuauitatem, & ad quod quiſque volebat, ſe conuertebat.

Sextum tandem, quod tam Vere, quam Autumno, tam in Æſtate, quam Hyeme cadebat, & hoc per annos quadraginta, vſque dum in terram ingreſſi poſſeſſionis fructus deguſtauerunt eius, quid mirabilius?

His ergo ſic de manna prælibatis nunc ad Sapientis textum, qui hoc Dei expendens in populum beneficium, ſic ait:

Pro quibus, &c. Græc *quorum vice*, ac loco, nempe pluuiæ igneæ, grandineæ, vnde quod iniquis ignis, grando, ſuis manna: ſic in iudicio malorum maledictiones, iuſtis benedictiones, ignis, nix damnatis in inferno, manna in cœlo iuſtis præparatum.

Nutriuiſti, &c. tanquam infantibus lac præbens, portans eos in verbo virtutis ſuæ, buccella, vt rectè Lorinus, ſiue bolo, ac turunda præmanſa, aut macerata, & conciſa, intincta, in os ingeſta pauens. *Lorinus.*

Angelorum eſca, &c Cur ſic manna dictum ſupra docuimus, Holkoth latè hîc proſequitur Sacerdotes eſſe Angelos, & cur ſic vocari, vnde præcipuè eorum talis dicitur panis, ex quo qualis ipſorum debet eſſe ſanctitas, facilè percipitur, de qua re infrà. *Holkoth.*

Paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, &c Cur de cœlo ſup dictum, ſine labore equidem, quia non agricolæ opera, & ſudore vultus, ſed Angelorum prouidentia de cœlo cadens, & quamuis moli, & conteri neceſſe, vt comederetur, tamen ſimpliciter ſi vellent etiam comedi poterat, vt rectè Lorinus contra Eugubinum.

Omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem, Græc. *ad omnem voluptatem valentem, & ad omnem congruum guſtum*; dupliciter intelligi poteſt: primò, vt natutalis mannæ ſapor talis eſſet, quod omnes voluptates, omnéſque cæterorum ciborum guſtus vinceret, ac ſuperaret, quam expoſitionem probat, & meritò Caſtro; ſecundò, vt virtute divina, vt mox ſe explicat ſupernaturaliter omnium contineret ſaporem, vnde ſequens ait: *Caſtro.*

Subſtantia enim tua, &c. Græc. *hypoſtaſis tua*, Victor Vticenſis lib. de fide Catholica, Fulgentius contra Arrianos pro ſubſtantia ipſum Dei filium intelligunt, ſed figuratè loquuntur. Alij natura ipſa Dei, ac vis eius præſentiſſima mannæ omne delectamentum ei tribuens. Hugo cum recentioribus ipſum manna, quod ſubſtantia Dei dicitur, quatenus quid ſolidum erat, ſubſiſtens, veſcentes non deludens, ſuſtentans, & ſi non panis, vt intelligerent, vt ait Moyſes, *quod non in ſolo pane viuit homo,* *Victor. Fulgent. Hugo.*

30. Manna cur ſubſtantia dicta.

sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Et deseruiens vnius cuiusque voluntati, &c. Græc. *subseruiens desiderio eius, qui offerebatur*, seu, *oblati autem desiderio, aut cupiditati deseruiens*, oblati passiuè sumitur, hoc est homini cui præstabatur; quod explicat Varab. *Sic apparuit sumentis cuiusquam subseruiens.*

Ad quod quisque volebat conuertebatur, &c. Græca, *transtemperabatur*, per nouos scilicet sapores, eadem manente substantia, vt supra contra aliquos transubstantiationem hic agnoscentes, quam opinionem ex professo non impugnamus, quia ad rem superuacaneam, superuacaneum ducimus.

31. Impugnatur in mãna transubstantiatio.

Solum addam, quod si illud inuenerunt, vt ex eo transubstantiationem diuini probarent sacramenti, nil prorsus efficiunt: nam aut talis transubstantiatio fit nulla prorsus remanente materia mannę, sed noua accedente, piscis v.g. prorsus illa priori desinente, & euanescente, vt nunc in sacramento, aut non euanescente materia, sed tantum destructa forma mannæ substantiali, & noua piscis introducta, vt fit in generationibus; primum enim asserere, non superuacaneum sed indignum iudico vt asseratur, cum non certè æquali currere debent passu, figura, & figuratum, & nescio quid redoleret indecens, vt tam magnum, tam præclarum opus alteri, quàm Christi corpori attribuatur, vel ipsius imperio, & quod Deus vellet solum ob gustum nullo spiritualis fructus intuitu, tale omnium miraculorum maximum operari, & ad nihilum tantam materiæ primæ substantiam redigere, eo vel maximè si vera est opinio asserentium generale fuisse miraculum.

Adde, quod tunc verè non sustentarentur, nec manducarent manna, sed piscem, sed carnem, sub speciebus, seu accidentibus mannæ; at Sapiens vult, quod miraculum stet, vt remanente manna, & se manna cibantes plures illud obtineret sapores. Adiunge quod si species mannæ remanerent, in quo subiecto inhærerent? dicere quod in quantitate, & quod hæc nouum acquirebat essendi modum, vt nunc in sacramento: planè fictitium, eo vel maximè, quod non indiuisibiliter ibi substantia esset carnis, cum, vt sic alere non posset, nec sustentare; ergo in hac deberent inhærere; hoc impossibile; nam aliqua accidentia mannæ omnino cum substantia repugnant carnis, v. g. leuitas mannæ cum grauitate carnis, odor cum odore carnis; at si hæc dicas, quod destruebantur, nouis superuenientibus, nihil ad rem cum transubstantiatione sacramenti.

Si secundo modo, non solum nihil cum transubstantiatione sacramenti, quia tunc esset pura generatio, & non transubstantiatio; quin immo periculosum illud asserere, cum facilis posset esse transitus ad impiam Lutheri opinionem simul etiam cum substantia panis corpus coëxistere Christi, vnde prorsus superuacaneam duco opinionem, & omnino explodendam.

Tractatus de sanctissimo altaris Sacramento.

De augustissimo altaris Mysterio, quod nobis manna offert, *consummatio, ac perfectio sacramentorum omnium*, vt Diu. ait Areopag. c. 3. de Ecclesiastica Hierarch. *quod omne bonum, quod omne Dei pulchrum*, vt ait Zachar. Propheta, impossibile prorsus, vt cursim de eo differamus, Maiestas, Altitudo, Diuinitas eius ad illud nos impellunt, vt quanta cura, quanta deuotione, ac reuerentia nobis possibili de eo eloquamur; hinc non discursum, sed discursus coagmentare intendens, ideo sub tractatus nomine eos proponere decreui, in quo hoc procedemus ordine; Primò enim de Analogia mannæ ad ipsum differemus, iuxta Sanctorum Patrum doctrinam; Secundò de eius maiestate, altitudine, amore, & cæteris, quæ in eo elucent; Tertiò, de eius gratijs, & donis in animabus iustis; Quartò tandem de eius vsu, & susceptione.

Dion. Areopag. *Zachar. Propheta.*

HOMILIA LXXIV.

Paragraphus primus.

De Analogia Mannæ ad Sanctissimum Sacramentum.

Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt, Ioan. 6. n. 1. Sanctissimus dixit Dominus noster, ad hoc manna de quo disputauimus alludens, cum si totam reuoluamus Scripturam, si Prophetas, si Psalmos, si cæteros libros, nullam clariorem, nullam vt sic dicam propriorẽ huius diuinissimi sacramenti inuenies, quam manna figuram; quod profecto illud est argumentum maximum per Analogiam illud ad se appropriasse Christum Dominum nostrum, & quod valdè ponderandum, ad suam probandam diuinitatem. Attende ad dicta; Nullum profecto maius Iudæis Christus Dominus noster præbuit suæ diuinitatis argumentum, quam illis ostendere panem, quem ipse erat præstiturus in dignitate, maiestate, celsitudine, panem illum à Mose præstitum *manna* nempè longè superare, ac excellere, Ioan. 6. post admirandum illud miraculum quinque panum, & duorum piscium, cum fidem diuinitatis ab eis Christus poscceret n. 17. *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis, hunc enim pater signauit Deus*, hoc est diuinitate sua signauit, ac constituit Deum, suam illi vniens diuinitatem, vt ait August. tractatu 25 in Ioan. Hinc quia Deus cibum præstare potest vitalem, & æternum, in quo loco occasionem adnota huius Domini dicti, post saturitatem enim, cum Dominus fugisset in montem, quia venturi erant, vt raperent eum, & facerent Regem, cum turba eum non inuenisset: *Ascenderunt in naviculas, & venerunt in Capharnaum quærentes Iesum*. quem cum inuenissent, ex admiratione, & lætitia ab eo postulantes, quomodo illuc appulerat, sic eis respondit: *Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia ex panibus manducastis, & saturati estis.* Hoc est me quæritis non ob meam potentiam, per quam ad mei cognitionem peruenire potestis, sed quia manducastis, & iterum manducare, ac exaturari vultis; vnde rectè Augustin. *Non quæritis me propter me, sed propter vos*, post quæ subiunxit, *operamini cibum*, &c. hoc est

Ioan. 6. n. 1.

Ibi. n. 17.

August.

Idem.

2. Diuinitatis Christi maximum argumentũ Eucharistię Sacramentum.

Digitized by Google

formantis duxerit ſequitur, ita hominem quæcunque Deus inſſerit ea ſequi, & quæ ille intulerit, grato animo perferre conuenit, nihil omnino reluctãdo, vel curiosè addiſcere quærendo. In quo loco deuotiſſimè ponderans ſanctiſſimos etiam homines vti Iob, Hieremias, Dauid ſæpè tribulationum cauſam à Deo exquiſiſſe, vnde Iob 21. *Vt quid impij viuunt, diuitijſque veteraſcunt*, Dauid Pſ.72. *Paulò minus effuſi ſunt greſſus mei, quia zelani ſuper iniquos pacem peccatorum videns*, Hierem.12. *Quid eſt quod via peccatorum proſperatur*; & tamen inquit Sanctus, *De his nullum reſponſum retulerunt, vt poſterioribus ſæculis futuros homines docerent etiam ipſos ab interrogatione abſtinere*; Deus eſt qui cruciat, ſufficit, amor eſt non odium. Deus, qui ſerpentes immittit, curatio eſt, non inimicitia, vt ipſius eſſent memores, vt noſter ait Sapiés, *In memoria enim*, &c

Iob. 21.

Pſal. 72.

Hier. 12.

Num.13. *Tu es enim Domine, qui vitæ, & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis, & reducis.*

Num.14. *Homo autem occidit quidem per malitiam, & cum exierit ſpiritus non reuertetur, nec reuocabit animam, quæ recepta eſt.*

Num. 15. *Sed tuam manum effugere impoſſibile eſt.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

DIxerat ſolo Deum omnia ſanare ſermone, nunc illud optima probat ratione, quia nempe Dominus eſt abſolutus vitæ, mortiſque, vt mox dicemus.

Vitæ, &c. Corporalis, & naturalis, eam dando, & conſeruando; myſticè poteſt etiam accipi pro vita gratiæ, & gloriæ, vt eam accipiunt Hugo, & Holkoth.

Hugo. Holkoth.

Mortis, &c. Non ſolum corporalis, ſed etiam ſpiritualis, & inferni quæ dicitur ſecunda, omnium enim eſt Dominus; cum hoc tamen diſcrimine, vt corporalẽ in pœnam, ſicut & inferni infligat; peccati vero permittit tantum, vnde cum mors pœna extitit peccati, rectè ſequitur, vt ſup. in 1. tom. diximus, Deum cauſam non extitiſſe mortis, ſed primi peccatum parentis, quod in omnes transfuſum, & cuiuſque voluntariũ, omnium ideo etiam originauit mortem; at quomodo in quolibet paruulo voluntarium? res in ſe difficilis, & explicatu, ac intelligentia amplius; quam perlibenter ſi locus permitteret, diſcuterem; ſolum hic vnum inſinuabo, non difficilè eſſe intelligere in paruulo propriũ voluntariũ, ſupponendo ex peccato primi parentis omnem gratiam illos amiſiſſe, & ex meritis Chriſti tum ſufficientem, tum efficacem eis redditam; tamen quoad hoc Deũ præordinaſſe nullam niſi tantũ ſufficientem præbere; vnde ſi in inſtanti infuſionis animæ paruulus interrogaretur, an potius vellet Deo obedire, an cum Adamo pomum comędere, ſine dubio cum gratia tãtum inſufficiẽte eligeret potius comedere, ac Dei mandatum tranſgredi; Quapropter verè, & realiter, & in Adamo tũc, quatenus eius caput, & nũc propriè quantum ex ſe voluntariè conſentit, licet per accidens ex defectu organizationis, ſeu debilitatis organorum corporalium, actus ille voluntarius non prodiit in effectum; ex quo fit, vt licet originale ſit cuilibet voluntarium, non tamen perſonale, ſed de hoc ſatis.

1. Peccatum originale in paruulis quomodo voluntarium.

Deus ergo author eſt vitæ, & mortis, vt noſter ait Sapiens, in qua re benè admonet Cantacuſ. hæc duo ſimul iunctim in ſolo Deo reperiri, nempe Dominum eſſe vitæ, & mortis; nam homo benè author eſſe poteſt mortis, vt infrà, non autem vitæ.

Cantacuſ.

Deducis ad portas mortis, & reducis, &c. Græc. *ad portas inferni*, Chaldæica, *Deſcendere facis ad infernum: etiam futurus ad educere faciendum ad vitas ſæculi*; per portas inferni, ſiue mortis, vltimæ intelliguntur infirmitates, vltimáque pericula, à quibus certiſſimè prouentura mors, niſi Deus ſua qua poſſet potentia eam non auerteret, ſic omnes interpretes: ſimilia habet verba mater Samuëlis in Cantic.1.Reg.2.n.6. *Dominus mortificat, & vinificat, deducit ad inferos, & reducit.* Item Tobias 13.n.2. *Tu flagellas, & ſaluas, deducis ad inferos, & reducis*, Hugo per has portas intelligit timorẽ, & amorem, *vel porta mortis ſunt*, ait, *timor malè humilians, aut amor malè inflãmans, ad has portas deducit Dominus permiſſiuè, ſed reducit poteſtatiuè*; Nil melius, nulla proprior mortis pœna, & quæ animũ mortaliter angat, vitámque deſperet æternam, quàm ſeruilis timor, quo quis aut bonũ aggredi, aut malũ non patrare timet, neq; ſimilis porta, quàm amor, & concupiſcentia malè inflammans; tamen non deſperandum, quia Deus Dominus eſt mortis, & vitæ, ad portas adducit inferi, & reducit.

1. *Reg.*2. *num.*6. *Tob.*13. *num.* 1. *Hugo.*

2. Mortis ac inferni portæ timor, & amor.

Homo antẽ occidit quidem per malitiam; Multi codices habent *animam ſuam*, vt Hugo, vnde interpretantur de malitia peccati, qua ſe homo occidit, ſed non à Deo occiditur, cũ non ſit peccati cauſa, Cantacuſ. & Vatabl. explicant de eo qui alium occidit, Ianſen. etiam de eo, qui ſeipſum; verus, & germanus eſt de morte corporali ſenſus: ſed quia vt benè Cantacuſ. rarus eſt qui iuſtè, ac honeſti zelo alium occidat, vt Phinees fornicatorem, Samuël Agag, Mathathias idolorum ſacrificatores, ſed paſſim quando priuatim illud homines faciunt, ſemper ex malitia prouenit, ideo interpres malitiam poſuit.

Idem.

Cantacuſ. Vatabl. Ianſenius.

Cum exierit ſpiritus, nõ reuertetur, &c. Ianſen. malleſticlegi, *Egreſſum autem ſpiritum non faciet redire*; nempe *homo*; at rectè noſter interpres ad ipſum retulit verba ſpiritum egreſſum; qui ſemel corpore exutus ad illud non amplius reuerteretur ex ſe, niſi diuina iuſſus virtute.

Ianſenius.

Nec reuocabit animam, &c. Mẽdum eſt, *reuelabit* vt in margine Gloſæ, vel *reuolabit*, vt Hugo, Cantacuſ. legit *reſoluit*, ſicut & Vatabl. quaſi qui quempiam occiderit, poſt mortem in animã non amplius poteſtatem obtinet eam reſoluendi, perdendi, deſtruendi, vti Dominus dixit noſter, Mat.10.n.28. At cum noſtro legendũ interprete, vt optimè Lorinus, cum verbum etiã Græcum ἀναλύσῃ ſignificet reuocare, reuerti; vnde literalis ſenſus nõ eſſe in poteſtate occidẽtis, ſicut Dei reuocare animã, ſemel è corpore egreſſam.

*Gloſſa. Hugo. Cantacuſ. Vatabl. Matt.*10. *num.*28.

Animam quæ recepta eſt, &c. Græc. *Aſſumpta eſt*, hac è vita recedens, non vt Vatabl. *ſublimis abiens*, recipitur anima poſt egreſſionem in tabernacula, quæ modò tria aut cœlum, aut infernus, aut purgatorium, quidquid peſſimi dicant nouatores; at antequam Chriſtus cælũ aperiret, pro cælo ſinus erat Abrahę: quomodo animę deducantur ad illa loca an per ſe, an deductæ in cælum ab Angelis, in infernum à dæmonibus? certum exiſtimo ab Angelis in cælum deduci, à dæmonibus in infernum; immò & etiam à bonis

3. Animæ poſt mortem quomodo deducantur ad deſtinata loca.

Digitized by Google

Angelis ad purgatorium; hoc autem non veluti in humeris portando, vt rectè Lorinus, sed deducendo; nam etiam anima separata per se secundùm locum moueri potest.

Sed tuam manum effugere, &c. Sensus est planus, ideo scilicet Deum esse dominum vitæ, & mortis, quia quod non potest homicida, etiam post mortem anima eius effugere non potest manum, vnde rectè Dauid Psal. 138. n. 6. *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? si ascendero in cælum tu illic es.*

Psal. 138. num. 6.

Num. 16. *Negantes enim te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt, nouis aquis, & grandinibus, & pluuijs persecutionem passi, & per ignem consumpti.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

DOminum esse vitæ, & mortis Deum, & ad portas conducere mortis, indéque reuocare suprà dixerat, nunc in hoc, & in sequentibus, Ægyptiorum, Israëlitarúmque probat exémplo, istis benefaciens, illos puniens, vnde ait: *Negantes te nosse impij, &c.* Hoc est Ægyptij, quorum Rex, vt habetur, Exod. 5. num. 7. missis à Domino Moysen, & Aaron, vt populum dimitteret, respondit: *Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israël? nescio Dominum, & Israël non dimittam.*

Exod. 5. num. 7.

Flagellati sunt, &c. Plagis nempe, quibus quasi flagellis cæsi, & verberati Ægyptij, adnotat Lorinus, & si Gallus, deriuationem nominis flagelli Hispanam (*açote*) à nomine deuenisse Hebraïco (*schot*) quo Hebræi flagellum à circumeundo vocant, at quid (*schot*) cum (*açote?*)

Nouis aquis, &c. Græc. *Peregrinis pluuijs*, raræ pluuiæ in Ægypto; immò nullæ, vt produnt Iosephus lib. 2. antiquit. Philo lib. 1. de vita Mosis, Plinius lib. 2. c. 50. & Deut. c. 11. n. 10. vbi sic: *Terra enim ad quam ingrederis possidendam non est sicut terra Ægypti de qua existi; vbi iacto semine, in hortorum more aqua ducuntur irrigua, sed monstruosa est, & campestris de cælo expectans pluuias.* Sed verior est illa sententia, quæ affirmat in Ægypto rarò pluere, negat autem nunquam, sic Abulensis, Perer. in c. 9. Exod. disput. 51. Cornel. ibid. & recentiores, satisque patet ex scripturæ verbis, asserentibus talem grandiné, & pluuiam futuram, qualis nunquam antea extitit; Ergo fuit aliquando; *& pluam cras in hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægypto à die, qua fundata est vsque ad præsens tempus*; An autem simul cum grandine etiam adfuit pluuia in Ægypti plaga, infra discutiemus; peregrinum enim non solum nouum dicitur, sed quod ex suo genere valde eximium, & admirabile, vt mox dicemus.

Iosephus. Philon. Plinius. Deut. 11. num. 10.

1. In Ægypto an pluat aliquando.

Et grandinibus, & pluuijs persecutionem passi sunt, &c. Græc. additur, inexcusabiliter, seu ineuitabiliter; *Et per ignem consumpti*, &c. Alij *consũmati*, hęc est septima Ægypti plaga, quę Exod. 9. describitur num. 23. *Extenditque Moyses virgã in cælum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram, pluitque Dominus grandinem super terram Ægypti, & grando, & ignis mixta pariter ferebantur, tantaque fuit magnitudinis, quanta antea nunquam apparuit in vniuersa terra Ægypti ex quo gens illa condita est, & percussit grando in omni terra Ægypti cuncta qua fecerunt in agris, ab homine vsque ad iumenta, cunctasque herbas agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit; tantum in terra Gessen vbi erant filij Israël grando non cecidit.* En quot mirabilia? quam plagam describens Philo lib. 1. de vita Moysis, sic ait: *Ægyptus hyemẽ nescit, hyemalesque tempestates: hæc circa brumam irroratur paruis, rariſque pluuijs in locis dumtaxat maritimis; supra Memphim autem regiam nullam omnino sentit; tunc igitur repente aër nouam sumpsit faciem, vt hybernis regionibus consueta tempestates simul ingruerent, imbres dico, & grandines, & procellas, & turbines, & collisiones nubium, & continua fulgura, & tonitrua specie prodigiosa. Grando enim intermixta ignibus, nec ipsa quiescebat, nec extinguebat fulmina, sed vtraque eodem deferebantur impetu, nec solum inclementia cæli contristabat incolas, verum etiam rei nouitas; credebant enim nec falso abirato Deo mutari omnia, tempestatibus insolitis arbusta, & segetes vastantibus, simulque perimentibus non paucis animalibus, partim frigore assumptis, partim elisis grandine ruente in morem lapidum, nonnullis etiam ictis fulmine, ex quibus si qua superarant, combusta circumferebant vulnera ad terrorem videntium*; Nil elegantius, ex quibus constat omnia in Ægyptum elementa sæuisse, aërem per tonitrua, aquam per pluuiam, & grandinem, ignem per fulgura, vt non solum per ea ad veri Dei cognitionem flecterentur, sed, vt egregiè Theodoretus, vt simul ipsum esse vnum, & solum Deum omnibus dominantem, non sicut eorum placidi dij, quibus tãquam ad multa insufficientes diuersa applicabant officia, ipse enim num. 21. hanc ponit quęstionem, cur Deus grandinem illaturus, ante denuntiauit Ægyptijs, vt pecora demum congregarentur, cui sic respondet: *Dominus cum sit humanissimus, misericordia temperat supplicia, alioquin etiam nouerat esse quosdam venia dignos, & timentes Deum, vt scriptura narrat; grandinem vero, & fulmina immisit illis, ostendens quod ipse sit Dominus omnium elementorum; etenim tam Ægyptij, quàm Græci existimabant quosdam deos esse cælestes, alios terrenos, alios subterraneos, & alios in montes, alios in agros imperium habere; Quapropter Syrus dicebat, Deum montium esse Deum Israël, & non Deum conuallium, quocirca merito Deus omnium, non solum per fluuium, & terram, sed per aërem, & aquam, & fulmina cælitus missa castigauit Ægyptios, docens omnium se rerum creatorem, & dominum esse.* Ergo per hanc septimam plagam terribiliter pertinaces puniebantur, non tantum vno, sed diuersis instrumentis, vt mox dicemus resoluta prius quæstione.

2. De plaga grandinis. *Exod. 9.*

Philo.

3. Quam sæua.

4. Cur Deus ea immisit.

Theodor.

An in hac plaga pluuia etiam sæuiebat, an tantum grando, & quod dicitur in scriptura de pluuia metaphoricè, siue per catachresim, debeat intelligi sicut Gen. 19. n. 24. dicitur pluisse sulphur, & ignem, Exod. 16. n. 4. *panem & carnes*, & Iosue 10. n. 11. lapides. Aliqui negant pluuiam cecidisse, sic Perer. vbi sup. & Abulens. in cap. 9. Exod. Alij è contrà veram agnoscunt pluuiam, vti idem Abulens. à veritate conuictus; nam eodem c. infra sic ait: *Posset tamen dici, & satis verè quod pluuia mixta erat, sed magnitudo lapidum grãdinis tãta erat, quod gutta aquæ medicũ*

5. An in illa pluuia etiam.

Genes. 19. num. 14. Exod. 16. num. 4. Iosue 10. num. 11. Perer. Abulens.

de eius duritie adimebant; Lorinus hîc, Cornel. in Exodum, & alij, & manifestè constat ex Scriptura eodem Exod. c. n. 33. & 34. vbi sic: *Cessauerunt tonitrua, & grando, nec vltra stillauit pluuia super terram*; vbi pluuia non potest intelligi de grandine, vt quidam vult; nam impropriè de grandinali pluuia diceretur stillare; & rursum, *Videns autem Pharao quod cessasset pluuia, & grando, & tonitrua*: Quid clarius? immò apertè hoc ex nostro hîc constat Sapiente, affirmante à pluuijs etiam Ægyptios persecutionem passos; & infra Num. 17. & 19. vt ibi dicemus, hoc ergo pro certo stabilito.

Lorinus. Cornelius.

6. Quanto mala simul secum grandinis plaga fetebat flagella.

Attende nunc quantis simul loris hoc Dei strictum erat flagellum, vt cum nec illo videris conuersum esse Pharaonem, quanta sit humani cordis merito admirari possis duritia.

Primò enim, erant tonitrua horrenda, vnde scriptura, *Dominus dedit tonitrua*, Nu. 13. à quibus territus Pharao hoc primũ petijt, *vt cessent tonitrua Dei*, hoc est magna, ingentia à quibus horribiliter terrefiebat, & merito, vnde Chaldæus interpretatur, *voces execrandas*, Onchelos, *tonitrua maledictionis à facie Domini*, obscurato enim æthere, ac nubibus, quasi luctuoso cooperto panno, ingentes emittens ex tristitia voces, sic tonabat, vt aures non ferirentur, sed obsurdescerent.

Secundò, ad tonitrua adiungebantur fulgura, repentinęq; illustrationes, sic magnæ, ac extẽsæ, vt oculos perstringentes, cor treme facerent, dũ simul cum sono emicabant, sic Philo vbi sup. qui disertè meminit coruscationum, & fulgurum.

7. Fulgur & fulmen in quo distinguuntur.

Tertiò ad fulgura ad iungebantur fulmina, è nubibus emissa, quæ terram circulantes comburendo, liquando, diuidendo, diruendo omnia deuastabant, ac incendebant; fulmen enim à fulgore distinguitur; nam propriè fulgur ostenditur tantum in terris, sed euanescit in aëre, fulmen vero per terram discurrit, quod distinguit Cicero lib. 2. de diuinit. quando dixit; *Ioue fulgurante comitia populi haberi non posse*, & rursum, *Comitiorum solum vitium esse fulmen*; vbi fulgur à fulmine distinguit, cum fulgur, & si ignis paruus, tamen, qui cito euanescit, fulmen vero ignis magnus, vnde Hieron. vbi nos legimus Exod. vbi sup. & discurrentia fulgura, posuit & discurrentia fulmina; hæc, siue hic ignis sic actiuus, sic terribilis, ac efficax pariter cum grãdine mixtus ferebatur, ita vt cui grando parcebat, ignis consumebat, & iumentis à grandine oppressis, campi ab igne adurebantur; vnde Dauid Psal. 77. n. 23. 24. & 48. *Tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni*; alij, *ignitis iaculis*; alij *carbonibus*, aut *prunis ignis*, & alibi Psalm. 104. n. 32. *Posuit pluuias eorum grandinem, ignem cõburentem in terra ipsorum*, omnia deuastantem, ac comburentem; vnde meritò hæc fulmina, trifida, seu trisulca ab Ouidio appellantur lib. 2. Metamorph.

Cicero. Hieron. Psal. 77. num. 23. 24. & 48. Ibid. 104. num. 32. Ouidius.

Ille pater, rectorque Deum, cui dextra trisulcis
Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem.

Quartò, erat grando tantæ calamitatis effectiua, vt & si tonitrua, fulgura, & fulmina essent qualia iam diximus, eam tamen obscurabant, tũ ob magnitudinem, tum ob stragem ingentem, vnde Dauid vbi suprà, *Et occidit in grandine vineas eorum*, & moros (hoc est siluestres ficus, quibus abundat Ægyptus) *in pruina*, Hieron. *in frigore*; alij *in lapide glaciato*, qui lapis, siue grando sic omnia deuastabat, vt infra dicemus, vt simul ob inusitatam, & ingentem magnitudinem ex aspectu quasi ad deliquiũ animos redigeret.

Quintò, adde ex Philone vbi suprà imbres violentos.

Sextò, procellas *ventorum*, vt ipse ait, *simul irruentium, sibique obstrepentium impetus*, hęc certa, quod si verum illud Artapani apud Eusebium lib. 9. de præparat. c. 4. & hiatus intercessisse terræ, septem veluti loris hoc circumstrictũ horribilibus inuenies flagellum. *Rege autem adhuc dementato*, ait, *Mosen grandinem, & terremotus noctu excitasse, vt qui terræ hiatus effugerent, grandine interirent, & qui vitarent grandinem, terræ hiatibus absorberentur*. En quàm terribilis plaga, quantáque vna simul continebat, tonitrua, fulgura, fulmina, grandines, imbres, procellas, & si vis terræ hiatus, & tamen ad Deũ cor non reduxit humanum; ô summa, & indicibilis durities! ô vt sic dicam, mira eius imbecillitas auxilio semel efficaci destitura diuino! dum talia, ac tanta eum non reduxerunt, dum tales Dei voces eum non emollierunt, cuius rei causam reddens Lippoman. in caten. ad c. 9. Exod. ad multa iniusta eam reducit perpetrata, & ad iam reprobum sensum, vnde ait: *Cur obsecrote ad tot prodigia non fuerunt territi, neque moti Ægyptij? an quia dati erant in reprobum sensum, ob multa iniustè in Hebraos perpetrata? an quia adeo scelus, & malitia eorum inualuerat, vt veluti corpus ab agritudine valde oppressum susciperent detrimentum ab omnibus, quæ alijs auxilium, & fauorem præstare solent*? Ex quibus satis equidem apparet quàm firmum sit efficaciam gratiæ non extrinsecis tribuere circunstantijs, non loco, & tempori, non modo, & ordini vocationis, sed infallibili Dei decreto, & voluntati, vt alibi diximus, quæ non solum, vt Diu. ait Thom. 1. part. quæst. 19. art. 8. in corpore, est efficacissima, vt fiant, quæ vult, sed etiam eo modo, quo vult, hoc est, vt liberè operetur causa libera, necessario necessaria, vnde ait: *Cum igitur voluntas diuina sit efficacissima, non solum sequitur, quod fiant ea quæ Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult; vult autem quedam Deus fieri necessario, quedam contingenter, vt sit ordo in rebus ad complementum vniuersi*; quid clarius? En tibi Pharao in exemplum, si locum, si tempus, si circunstantias consideres, si modum, si ordinem, prorsus impossibile apparet pertinacem potuisse tantis, ac tam miris existere voluntatem signis, si ipsa ex se extrinsecis tantum commota cõditionibus sufficientem in efficacem valuisset reducere gratiã; at pertinax extitit, quia & si sufficienter adiutus, non tamen efficaciter, illa gratia priuatus qua se conuertisset, si obtinuisset, non autem obtinuit, quia indignum se ea præbuit, quia tandem Deus noluit, nulli ob hoc iniuriam faciens, nulli vim applicans quando confert, quia sic eam voluntati adaptat, vt nullam vim ei inferendo suauiter disponat ad consentiendum.

Eusebius.

8. Cordis humani duritia quanta auxilio destituta diuino. *Lippom.*

9. Gratiæ efficacitas vera ex Dei decreto. *S. Thom.*

Nec hoc mirum, cum vt infra dicemus, arte homines faciant non solum Deus, vt ignis contra naturam in qua amplius ardeat, oleo è contra extinguatur, nullam ex hoc igni violentiam inferentes, cur etiam Deo hoc nõ dabimus? gratiam scilicet suam ita voluntati contemperare,

vt illæsa

vt illęsa eius libertate, ducat eam ad illa quæ vult, ad quæ ab æterno determinauit efficaciter, infallibiliter, efficaciam non ab extrinsecis, vt diximus, mendicans rebus, sed à suamet eam veluti petens voluntate efficacissima ad omnia, quæ vult, quæ iubet, sed de his hactenus.

10. Plagæ grandinis effectus.

Ar qui huius cladis effectus? breuiter tres; Primum, cædes hominum, ac iumentorum in agris repertorum; Secundum, perditionem omnium campi herbarum, *Cunctam herbam agri percussit grando*, ait Scriptura, quod intellige de iam natis, & non de his quæ in semine, vt apertè tradit Moyses dicens, *Linum, & hordeum læsum est, eo quod hordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret, triticum autem, & far non sunt læsa, quia serotina erant.* Læta quidem fuissent, si, vt quidam ait, obruta in seminibus; Tertium omnium lignorum cõfractionem per fulminum ictus, ita vt nec vna supereſſet arbor, nec vnum arbustum, tam ex domesticis, quàm ex siluestribus; ex quo factum, vt non solum horti horridam præse ferrent speciem, sed campi, sed montes, sed valles, sed colles, dum herbis consumptis, excisisque arboribus montes veluti depilata crania, campique vti in corpore desiccata caro horrendam ex se emittentes speciem flebilem repræsentarent figuram, en quæ malat

Sed nunc videamus, quanta in his mirabilia, & præter naturæ cursum? multa equidem,

11. Quæ in illa mirabilia.

Primò, quod in Ægypto hæc facta, vbi tam rara, vt diximus, & modica est pluuia, tonitru, grando.

Secundò, quia grando non solum magnitudine, sed multitudine naturæ possibilitatem excedebat; cadebat enim sic magna ad instar pluuiæ, quomodo hoc naturaliter fieri potest, & tam breui tempore.

Tertiò, grando intermixta erat ignibus, vnde illud quod nos legimus, *& grãdo, & ignis mixta pariter ferebantur*, In Hebræo secundùm Caietan. sic legitur, *& fuit grando, & ignis apprehensus inter grandinem*; In qua re ipse agnoscit miraculum, dum ignis violento motu ad terram descendit; *Et hinc apparet quod violento motu*, ait, *descendebat ignis cum grandine ad terram; ad significandam enim violentiam motus ignis deorsum, dicitur quod ignis fuit apprehensus, seu captus inter grandines*; vnde alij legunt, *Et fuit grando, atque ignis intra grandinem receptus, grauissima quidem*; Chaldæus, *Fuitque grando, & ignis discurrens in medio grandinis nimis validus*; Septuag. *Erat autem grando & ignis ardens in grandine, at grando multa valde*; In quo quidem consistebat miraculum, cum & si ignis tam violentus, non tamen liquefaciebat grandinem, & si grando sic magna, non tamen extinguebat ignem, vnde rectè quidam hanc grandinem appellat igneam, & ignis grandinans, typumque eum ignis constituit infernalis.

Caietan.

quartò tandem, quia terra Gessen sola immunis ab hac erat plaga, aut quia, vt aliqui volunt, omnino eam non tetigit, aut quia vt vult Abulens. & si inibi caderet grando, tonitruáque, audirentur, & ignis prospiceretur, tamen omnia hæc contra Ægyptios, non Hebræos. Quod si sic, amplius erat mirandum.

Abulens.

At cui Ægyptiorum peccato hæc plaga respondit? Abulensis tyrannidem, qua Hebræos vrgebant, vt stipulas colligerent, flagellis, ac iniurijs eos vexantes, vt pensum soluerent etiam sine paleis; *Ista plaga cadens omnes segetes virentes destruxit, & arbores germinantes, redigens segetes ad siccam, confractamque stipulam, vt correspondeat afflictioni, quam Hebræis Ægypty intulerunt, cogentes eis stipulas colligere per vniuersam Ægyptum, laterum numerum non minuentes.* Quàm iustus Deus, peccato flagellum adaptans, vocibus veluti tonitribus eos affligebant, adsint tonitrua, vt terrefacti obstupescant, igne laboris immensi eos adurebant, sit ignis eos cõsumens, & tandem dispergantur velut grandines per Ægyptum ad colligendas paleas, cadat grando omnia eorum quæ deuastet; audiant Reges, & contremiscant, impossibilia suis onera imponentes, qui potentia abutentes subditis ob onera reclamantibus, sicut Israëlitæ ad Pharaonem, non illa leuant, sed augent, sed ad duplum grauant, tonabit Deus super illos sermone desuper grandi, aduret calamitatis igne, tandem bellis, infortuniis super eos grandinabit; immo quia quæ subditorum furantur, intus in anima punientur; ad ignem adapti æternum. *Ergo qui suo iudicio*, inquit Augustin. in lib. de conuenient. præceptorum decalogi, & plagarum Ægypti mysticè ad furtum hanc applicans plagam, *foris secus furantur, iusto iudicio Dei intrinsecus grandinantur, quia scilicet reatu mortis æternæ in anima feriuntur.* Vbi notandum illud *suo iudicio*, quasi principes indigetans, qui suo tantum arbitratu, voluntate, & imperio, nullis seruatis legibus, ac constitutionibus, nulla populorum aduocatione facta, secundum patrię, regnorumque statum populos grauant, tributaque imponunt; quod equidem sæpè non tantum eorum culpa, quantum imperitorum consulentium, suadentium; immo (si Deus vult) ex scripturis illud confirmantium, vt nuper apud quendam vidi, qui ad probandum principem contradicentibus populis ob causam publicam posse tributa imponere, assumit Iosephi exemplum, ex cuius consilio Pharao nullo populi expectato consensu totum assumpsit triticum ex septem fertilitatis annis collectum, approbante Deo Iosephi consilium, vt ipse inquit, qui si sic scripturas reuoluisset, vt suos Bartolos, & Baldos, & licet audacter in messem alienã manus extẽdere præsumpsisset appositè licet & considerate, non vero ex tempore, expositorum ex authoritate intellexisset, illud non tributum, sed emptionem fuisse regiam, non totius tritici, sed iuxta Iosephi consilium quintæ tantum partis; Audiat si velit Abulensem in illum locum, qui quæst. 2. super illa verba, *Omne frumentum sub regis potestate condatur*, Genes. 41. sic ait: *loquitur quantum ad quintam partem frugum, de reliquis autem partibus vinerent, & ferrent agricolæ Ægypty; non enim posset intelligi, quod Rex acciperet omne frumentum, quia tunc nihil remaneret populis ad cibum, & dicebat hoc Ioseph, ne permitterentur agricolæ in illis septem annis fertilibus aliquid vendere alienigenis, quod ipsi valde volebant, quia non egebant tantis frugibus, & egebant pecuniis, ad cæteras rerum commutationes; sed Rex mandabat vt quinta pars daretur ei pro conuenienti pretio secundùm tempus vbertatis, & cogerentur ad vendendam, etiamsi nollent, ipsi tamen valde volebant, quia reliquæ partes eis abunda-*

Idem.

12. Cui Ægyptiorũ peccato grandinis plaga respondit.

13. Principes per eam admonentur ne populos grauent. *Augustin.*

Ceballos in arte reali decumento 20.

14. Ioseph emit non tulit, triticum à populis, vt malè aliqui præsumpserunt.

Abulens.

bant; deinde si quispiam vellet de reſiduis partibus aliquid vendere, emebat illud præpoſitus Regis, ita A *quod nullum frumentum vendebatur extraneis, & ſic vendebatur, id eſt, cuſtodiebatur in poteſtate Regis omne frumentum vendibile.* Vbi in his vectigal? Immo valde notandum, quod etſi iuſtè Rex ne extraneis triticum daretur mandaſſet, tamen, ne hoc appareret; immo & eſſet violentum, præter quintam partem, quæ neceſſario vendere ſibi tenebantur, ſi & de reliquis aliquid etiam vellent, præpoſitos ſtatuit, vt eam emerent, ne vis, aut coactio aliqua adeſſet iniuſta, dum nec extraneis vendere, nec ipſe Rex emere voluiſſet; quam Abulenſis ſententiam omnes ſequuntur recentiores.

At non ſit Abulenſis, qui illud dicat, nonne hoc ipſa naturalis perſuadet ratio; ô bellè, ex tributo ad ſubleuandum populum, ob publicam B cauſam nullo eius expectato conſenſu tollit triticum gratis, nullo ſoluto pretio, & quãdo poſtea illa adeſt neceſſitas ob quam impoſitum non detur, ſed vendatur triticum, ita vt omnes ex tritici emptione ſerui fiant Regis, dicente ſcriptura Exod. 47. num. 20. *Emit igitur Ioſeph omnem terram Ægypti vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis;* qualis hæc fuiſſet iuſtitia? vt ob bonum publicum imponeretur vectigal, & illud poſtea non ad bonum publicum, ſed ad priuatum Regis ſcilicet conſumeretur; qualis hæc Ioſephi ſanctitas, qualis recta intentio? aut quomodo Deus huiuſcemodi approbare potuiſſet conſilium? emit ergo, non tulit, ſua coaceruauit pecunia triticum, non gratis accepit, nec vi abſtulit; hinc & vendere illud poſtea potuit, & ſibi terram iuſtiſſimè ſubijcere; nã, C vt rectè Lyra. alioquin niſi emiſſet, *rectè & cum iuſtitia vendere non potuiſſet*;

Exod. 47. num. 20.

Lyra.

15. An princeps renitentibus populis poſſit tributa imponere.

At inquit, ſi cauſa eſt publica, ſi neceſſitas vrgeat, ſi aliunde Reipublicæ prouideri non poſſit, nunquid non iuſtè, renitentibus populis etiam poterit princeps tributa imponere? nolo nunc ex profeſſo hanc diſcutere quæſtionem, cum tempus non ſuppetat, ſed breuibus meam accipe ſententiam, quæ in his conſiſtit.

Primò vbi lex, aut conſuetudo viget requiri populorum conſenſum ad tributa, tuta conſciẽtia nullo modo poſſe principem illa imponere, & votum omnino populorum eſſe deciſiuum, nec conuocationem eſſe ad exponendam tantũ neceſſitatem, ſed ad ferendum calculum iudicata neceſſitate, cuius iudicium an vera, an fictitia apud comitia reſidet; Quapropter non ſolum D conuocantur, vt malè author, & omnes ſimilis farinæ homines, vt tantum vnde, aut quomodo imponi debeant, ſed etiam ſi talis ſit neceſſitas iudicent, & expendant.

Secundò, ſi iudicata neceſſitate, & vera illa exiſtente, nullóque tergiuerſari poſſet modo, nec aliunde ei ſuccurrere, tunc in hoc caſu, ſi comitia diſſentirent, malitia, & proteruia ducti procuratores, tunc ſumma quam tenet princeps vti poteſt poteſtate, & tributa imponere, & in hoc caſu omnes loquuntur doctores, nullóque modo extra illum, vnde cum hoc raro, aut núquam accidat (quis enim credat vera neceſſitate ſtante, calculum quempiam recuſaturum?) ideo iniuſta, innaturalis, contra Deum, & Rempublicam eſt generalis reſolutio illa ſuperuacaneam eſſe ad vectigal imponendum comitiorum conuocationem.

Tertiò dico, grauiter Deum offendere, grauiſſiméque ſuam onerare conſcientiam, multis, ac diris ſe ſubijcere Dei iudicijs, non ſecus, ac Pharao, & Ægyptus, qui de hac re ſcribens, vt principi aduletur tales, ſimiléſque in medium profert opiniones, ob damna, ob iniurias, ob populorum afflictiones, ob anſam, quam principibus populos grauandi præbet, & tandem ob peccata, quæ ex illis ſequuntur, ipſi viderint.

Num. 17. *Quod enim mirabile erat, in aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat, vindex eſt enim orbis iuſtorum.*

Num. 18. *Quodam enim tempore manſuetabantur ignis, ne comburerentur, quæ ad impios miſſa erant animalia; ſed vt ipſi videntes ſcirent, quoniam Dei iudicio patiuntur perſecutionem.*

Num. 19. *Et quodam tempore in aqua ſupra virtutem ignis exardeſcebat vndique, vt iniqua terræ nationem exterminarent.*

Commentum literæ.

ADmirabilem in grandinis plaga ignis vim conſiderat, dum vt ſuprà diximus cum grandine mixtus, ſimul etiam, & cum aqua amplius valebat, amplius vrebat, vnde ait; Connexio capitis.

Quod enim erat mirabile, &c. Græca, *Res mirabiliſſima*, omnium opinionem vincens.

In aqua quæ omnia extinguit plus ignis valebat, &c. Eadem quaſi, tradit infrà c. 19. num. 9. & 20. ignes aliquos in aqua exardeſcere, aqua accendi, oleo extingui pluſquam notum eſt; & præcipuè artificiatos, marinos à Græcis vocatis, nec eſt cur in hac re immoremur; videndus eſt Maiolus in canicularibus diebus colloquio 22. qui late de hac re, vide Aug. l. 21. de ciuit. c. 4. qui admiratur, quomodo ſal aqua ferueſcat, oleo miteſcat, qui etiam c. 5. de ſale narrat Agregimino, quod igne liquatur aqua, induretur in illa crepitans, vt etiam ante illum ſcripſit Plin. lib. 31. cap. 7. & Solinus cap. 10. lege Plinium lib. 2. c. 106. qui plura aquarum tradit exempla ignem nutrientium, vt exinde, vt ſuprà diximus, accipias non obſtupeſcere, neque, vt ſic dicam horreſcere, quando audis cum gratiæ efficacitate à ſolo Dei decreto mutuata, omnino à ſufficienti diſtincta libertatem conſiſtere arbitrij in nullo penitus læſa, quia idem Deus qui igni, aut ſali nullam inferens vim, in aqua vt arderent effecit; idem prorſus eſt, qui cum libertate arbitrij ita ſuam efficacem accommodauit gratiam in ſancta cogitatione conſiſtentem, ſuauiſſimóque voluntatis impulſu (vt alibi diximus) vt liberè, & ſi infallibiliter, conſentiat, & ad opus exeat. 2. Dei potentiæ eſt vt & ſi efficacitas gratiæ ab illo ſolo dependeat, in nullo tamen libertatem lædat arbitrij.

1. Ignis eſt qui oleo extinguitur aqua accenditur. *Maiolus. Auguſt.*

Plinius, Solinus.

Vindex eſt enim orbis iuſtorum, &c. Hoc eſt; vindictam exercens pro iuſtis ab impijs oppreſſis, vel, vt etiam ait Hugo, præceptorum Dei ab impijs confractos.

Quodam enim tempore manſuetabatur, &c. Lyranus de ſerpentibus interpretatur ignitis, à quibus percuſſi Hebræi, reſpicientes in æneum; *Lyranus.*

non comburebantur, dura interpretatio, dum impios facit Hebræos; Hugo, Bonauent. Holkoth, de igne quo iumenta in domibus incluſa Ægyptiorum non ſunt combuſta; hoc non multum eſſet. Holxoth item de pueris in fornace Babylonis non aduſtis; extraneus ſenſus: verus ergo & germanus eſt de igne, quem Ægyptij applicabant ad comburendum animalia à Deo immiſſa, ranas ſcilicet & muſcas, ciniphes, quæ contra ſuam ignis non comburebat naturam, vt eò euidentiùs plagam illam à Deo eſſe cognoſcerent, ſic Ianſen. Carthuſ. Salianus, ad annum mundi, 2543. n.177. Lorinus & alij; quod euidenter exprimit ipſemet Sapiens, dum ſequens, ait.

Hugo. Bonauen. Holkoth.

3. Ignis miraculum non comburens animalia à Deo in Ægyptios immiſſa.

Ianſen. Carthuſ. Salian. Lorinus.

Sed vt ipſi videntes, ſcirent, quoniam Dei iudicio patiuntur perſecutionem, &c. *Sic patebat*, ait Cantacuz. *ignis miraculum cernentibus, animalia Dei iudicio impelli & agitari, non præſtigiis, ac ſcientia rerum apparentium*; Lorinus multa hîc affert, & ſatis quidem eruditè, de Salamandra, an verè viuat in igne, igneque ſuſtentetur; an etiam aliquod in igne generetur animal; an chameleon aëre, vt dicunt, alatur, ſicut ex ſola terra talpa; qui tandem poſt multa à variis hinc inde addu&ta, falſa illa eſſe exiſtimat, igne ſcilicet ſalamandram ſuſtentari, aëre chameleonem, terrâ talpam, cuius ſententiam veriſſimam iudico, ſicut & eius rationem, mixta ſcilicet ex mixtis, non ex puris ali alimentis.

Cantac.

4. Salamandra & Chameleon an ſint, & quo ſuſtententur.

Et quodam tempore in aqua ſupra virtutem ignis exardeſcebat, &c. hoc nihil aliud eſt, niſi repetitio eorum quæ dicta ſunt, n.17. ad maiorem expreſſionem, vt inquit Lyranus: ad Sodomitas hoc applicat Holxoth, ſed vt diximus, ſenſus eſt extraneus.

Lyra. Holkoth.

Vt iniquæ terræ nationem exterminarent, &c. Græc. *Vt iniqua terræ genimina, aut germina erramperet*, Caſtro vult vt germinum tantùm damnum hîc intelligatur, cum grandinis plaga ad illa immiſſa fuerit conſumenda, non homines, ſequutus in hac re Ianſenium; verum quia germinum, & plantarum conſumptio, ad hominum dirigitur exterminationem, rectè non ſolùm plantæ, & germina, ſed etiam vt noſter ait interpres, & homines poſſunt intelligi; ſic Hugo, Lorinus, & alij.

Caſtro.

Hugo. Lorinus.

Num.20. *Pro quibus Angelorum eſca nutriniſti populum tuum, & paratum panem de cælo præſtiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem.*

Num.21. *Subſtantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes oſtendebat: & deſerviens vnius cuiuſque voluntati ad quod quiſque volebat, conuertebatur.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis. BEneficium Hebræorum ſupplicio opponit Ægyptiorum, dum iſti ob peccata frugum pitiri interemptione, cœlo contra ipſos, aëre, ac igne iratis; è contra verò Hebræi beneficio mannæ affecti, cœlo, aëre, ac ipſis ſupremis poteſtatibus in eorum fauorem conſpirantibus;

Mannæ proprium nomen & ſignificatio. de manna ergo Angelorum pane eſt Sapientis ſermo, de quo priùs antequam ad textum accedamus, aliqua examinanda & reſoluenda, vt clarior tantæ euadat rei notitia.

DISPVTATIO VIII.
de Manna.

PRimò enim ſtabiliendum, vt benè Lorinus, & alij contra Hebraïzantes, proprium eius nomen eſſe *Manhu*, eiuſque veram, germanamque ſignificationem eſſe, *quid eſt hoc*, ſic 70. Chaldaica, noſter vulgatus, cui omnino ſtandum, Philo, Ioſephus, Origenes, Theodoretus, Cyrillus, lib. 3. in Ioan. c.34. & paſſim omnes; vnde longè à vera abeſt ſignificatione Vatabl. qui *Man* vertit *donum*, vnde ait: *Cùm enim Hebræi proprium illi nomen indere non poſſent, genericum Man, id eſt, donum illi indiderunt, quaſi dicant Manhu, id eſt, hoc eſt ingens, & cæleſte donum nobis à Deo promiſſum.* Similiter ab illa ſe elongat Oleaſter, qui *Man* vertit *numeroſum*, à radice *Manna*, quæ ſignificat numerare, Daniel, 5. n. 25. *Mane, Tekel, Phares*; quaſi quia magno numero, & copia inſtar niuis decluebat, ideò manna vocarum: ineptiſſimè Caluinus, qui *Man* vertit *paratum*.

Lorinus. Philon. Ioſephus. Origenes. Theodor. Cyrill.

Vatabl.

Oleaſter.

Concludendum ergo cum noſtro interprete, Exod. 16. *Manhu*, non aliud ſignificare, quàm *quid eſt hoc*; quod latè probat Abulenſis ibi, quæſt. 6. paulò ante finem: & apertè ex ipſa colligitur Scriptura, quæ aſſerit, populum penitùs ignoraſſe quid illud eſſet, n.25. *Ignorabat enim quid eſſet*: Vnde Philo, lib. 1. de vita Moſis eleganter hoc exprimens, ſic ait: *Quo ſpectaculo ſtupefacti, ſciſcitabantur ex duce, quænam eſſet hæc nunquam ante viſa pluuia, aut in quem vſum demiſſa? tunc ille diuinitus hoc oraculum reddidit. Mortalibus data ſunt arua campeſtria ſulcis proſcindenda, vt ſementem agricolis reddant cum fœnore prouentus annui, quantum ſatis eſt, ad rerum victui neceſſariarum copiam; at Deo non vna pars, ſed totus mundus ſubditur cuius portione pro poteſtate vertit in vſum quos vult: nunc ſic illi viſum eſt, vt alimentis aer, non aqua ſubſerviat, quandoquidem terra quoque ſolet producere pluuiam. Ægyptius fluuius quot annis arua inundans, & irrigans, quid aliud eſt, quàm terreſtris pluuia?* Ignorabat ergo populus, quid eſſet, ideò percontabantur, *Manhu*, id eſt, *quid eſt hoc*.

Abulenſ.

Philo.

Poſt hoc nomen, etiam vocatum eſt *panis*, non quia verè panis, ſed, vt inquit Abulenſis, quæſt. 6. in cap. 16. Exod. quia nutriebat vt panis, vel quia erat fundamentum omnium aliorum ciborum; vel tandem tertiò, quia ex ipſo panes compingebantur. Eodem modo panis vocatur Angelorum, vt Pſal. 77. n. 24. quatenus ab Angelis formatus in terram decidebat, vel quia adeò delicatus, vt ſi Angeli veſcerẽtur, eo veſcendum illis foret; vide de hac re Vieg. Apoc. com. 3. ſect. 4. ſolùm Cantacuzeni hîc addam rationem, quia ſcilicet *ſicut Angeli cogitationibus, excelſiſque circa Deum contemplationibus ſine labore paſcuntur, ita Hebræi abſque vllo vſitato labore paratis epulis è cælo delabentibus veſcebantur.* Quod ſi ad ſenſum applicare volueris ſpiritualem, ſolam dic contemplationem paſſiuam, manna eſſe cæleſte & diui-

Abulenſ.

1. Cur dictum Panis Angelorum. *Pſal. 77. n.24. Viegas. Cantac.*

& congelatum, locum qui erat extra caſtra, & circa illa, & in ſolitudine, Exod.16. nu.14. hoc eſt, vt inquit Abulenſ. in locis circa caſtra, quæ reſpectu eorum dici poterant ſolitudines, quia alta, ſaxoſa & ſola, copiam, quia operiebat ſuperficiem terræ magna latitudine & profunditate; vnde Chaldæus Paraphraſtes ait, *coacervatum fuiſſe inſtar pruinæ ſuper terram*, & Philo, *acervatim iacuiſſe*; quid ergo aliud reſtat, niſi forma, color, ſapor?

Exod. 16. *num.* 14.

9. Man quâ formâ.

Forma ergo erat ſicut coriandri granum, hoc eſt minuta grana; ſic Exod.16. nu.14. & n. 11. 7. *apparuit in ſolitudine minutum*; color autem albus, nam grana erant alba ſicut triticum, aut oriſa amoto furfure pro tunſione pili, aut alia quauis ratione, qua grana nudentur, ſicut ligna decorticantur; vnde Exod. vbi ſup. *apparuit in ſolitudine minutum & quaſi pilo tuſum*, id eſt, vt inquit Abulenſ. vbi ſupr. *percuſſum baculo, quia pilus ſignificat percuſſorium ligneum, quo triticum percutitur ad decorticandum, quaſi dicat, talis coloris erat manna, qualis triticum, quando decorticatum eſt pluribus percuſſionibus; nam triticum tunc albi coloris eſt, cum ante flauum habuerit*; vnde 70. pro *pilo tuſum* vertunt *album*, Chaldæus *quaſi decorticatum*; albę quidem ſunt ſacramenti ſpecies, ſed vnde? an ex tunſionibus illis preſſuris Chriſti, ideò Chriſtus albus, & corpus eius glorioſum inter cætera, quia mortuus, quia in cruce; ſed de hoc aliàs, in num. 11. pro albo ſtat *color bdellium*, id eſt, gemmæ albæ, & collucentis inſtar niuis, aut pruinæ, vnde 70. *ſimile criſtallo*, quaſi albiſatus vt criſtallus. Sapor demùm, quaſi *ſimilat cum melle*, Exod. 16. n.3. vel vt Num.11. n.8. *quaſi panis oleati*; vnde Philo, lib. de Profugis, *quid eſt hoc melle dulcius, nive candidius?*

Exod. 16. *n.*14.

Abulenſ.

Philo.

10. An eiuſdem fuerit naturæ cum manna Neapolitano.

Sed quæres an eiuſdem fuerit naturæ cum manna noſtro, quod nunc cadit, & præcipuè in ditiſſimo, ac opulentiſſimo Neapolitano Regno, in ea parte quæ Calabria nunc dicitur, quæ olim magna Græcia; dixi de hoc; nam de Polona, quod affert Cornel. cùm & folliculos habeat, & adueniente ſole non liqueſcat, ſed grana decidant, quæ in folliculis incluſa, dum illa à ſole liqueſiant, certum eſt cum hoc manna non conuenire; at non ſic in Neapolitano, in quo omnes ſimiles videmus proprietates, figuram, colorem, ſaporem, & qualitatem, ad ſolis enim radium, niſi in aurora colligatur, ſtatim liqueſcit, ſicut & hoc, ideo de illo præcipuè poteſt eſſe quæſtio.

Idem.

Philo negare videtur ſcribens in hæc verba: *Poſtridie diluculo roris multum circum caſtra decidit, paulatim ninis in morem, diſſimilis huic vulgari, & penè quotidiano, quippe qui nec aqua erat, nec grando, nec nix, nec glacies, quod genus nubes inuehunt hybernis tempeſtatibus, ſed in milij ſpeciem minutus, candidiſſimuſque, vt acervatim extra tabernacula iaceret mirando ſpectaculo*. At contrarium omnes affirmant recentiores, Lorinus hic, Salianus ad annum mundi, 2544. n. 285. Cornel. & alij, ſecuti Ambroſ. in c.16 Exod. quibus aſſentior; cùm omnes in eo incidere qualitates perſpicimus, vt dixi; & licèt noſtrum non illico indureſcat, ſicut illud, conſiderandum, quod durities miraculosè accidebat Iſraëlitarum manna, vt optimè Salianus: accedit, quia vt refert Ciſtella in cap.16. Exod.

Ciſtella.

A principio manna Iſraëlitis deſervit ad purgationem, purgando in eis cacochymiam ex eſu cucumerum, peponum, porrorum, ceparum, alliorum in Ægypto contractam, quod non improbat Lorinus, quæ omnia admirabiliter noſtro conueniunt manna Neapolitano; an ſic & cæteris, & an droſomele, ſeu æromele, quem ſcripſit Galenus lib. 3. de aliena facultate, cap. 39. de melle, in Libano decidere, & eſt mel roſcidum, & aëreum, ſit eiuſdem naturæ cum manna hoc, non ſatis mihi compertum eſt. Vide de manna purgatiuo Andream Cæſalpinum, lib. 2. de plantis, cap. 13. & Leuinum Somnium, lib. de herbis, & plantis ex Bibliis, cap. 3. & Mathiolum in lib. quæſtionum Dioſcoridis, cap. 70. & deinceps. Vnum tantum ex Abulenſ. quæſt 7. B vbi ſup. addam, Hebræorum manna virtutem habuiſſe corpora ab infirmitatibus conſeruandi, ne aliqua infirmitate tabefierent, *niſi ſpecialiter*, ait, *Deus aliquem vellet occidere, quia tunc manna non conferebat ei virtutem*. Quod ſi verum, admirabiliter diuino conuenit cum Sacramento, hoc enim non ſolùm gratiam auget, & incrementa virtutibus præſtat, ſed etiam ſanitatem præſeruat ſpiritualem, & ne aliquis infirmetur, omnipotenter corroborat, de qua re infrà; ſed de nomine, ac natura mannæ ſatis, nunc eius vſum, & proprietates.

Andreas Cæſalp. *Leuin.* *Somn.* *Mathiol.* *Abulenſ.*

11. Eius vſus. *Num.* 11. *nu.* 8.

Quoad vſum, ſic Num. 11. n. 8. deſcribitur à Moſe: *Circuibat populus & colligens illud frangebat molâ, ſine terebbâ in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas, ſaporis quaſi panis oleati*; Quod explicans Philo lib.1. de vita C Moyſis, ſic ait, *Vſus verò eius erat huiuſmodi, prima luce collectum molebant, aut terebant; deinde elixo quaſi placentis veſcebantur ſuauiſſimè abſque piſtoris opera*. Caiet. in Exod. vbi ſup. putat vſum mannæ non ſolùm fuiſſe aſſum, ſed etiam elixum, quatenus, vt inquit Salianus, vbi ſup. num. 190. quod coquebatur in olla, in qua propriè cibi elixantur, cum in furnis aſſentur; *Ex iſtis granis*, ait Caietan. *conficiebatur panis, tam aſſus, quàm elixus, quemadmodum fit panis ex tritico vtroque modo coctus*. Sa obſeruat in lib. Num. quod etſi non fractum, neque coctum, poterat etiam comedi, quod credo, ſed ſatis tunc eſſet inſulſum, Bellarminus, tom. 2. lib. 2. ca. 17. obſeruat manna non ſolùm homines, ſed iumenta veſci; placet Saliano, & confirmat, quia D domeſtica animalia participant micas, & fruſtula de menſa dominorum; ſecundò, quia cùm neque fœnum haberent, neque auenam, vel hordeum, oportebat armenta etiam manna veſci, cùm aquam miraculo elicitam iumenta quoque bibebant; vellem hoc, aut aliqua graui Hebræorum traditione probari, aut ſanctorum antiquorum Patrum aliqua authoritate, vel ſaltem alicuius antiqui illius temporis ſynchroni, maximè in re tam graui, & qua nulla Sanctiſſimi Altaris Sacramenti expreſſior in Scripturis inuenitur figura; Quapropter abhorrent aures audire iumenta illo cibo veſci, etiam ob iumenta ab Angelis parari, cùm de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, cuius manna figura, Sanctus proclamet Thomas, *Non eſſe mittendum canibus*, neque argumenta, ſiue coniecturæ aliquid concludunt, cùm aliud ſit caſu, aut negligentia, aliquid de menſa prolapſum à domeſticis

Philo. *Caiet.* *Sa.* *Bellarm.* *Salian.*

12. An animalibus etiam ſeruiebat.

edi animalibus, aliud illud in cibum parari illorum; vnde licèt aliquid ederent, non ob illud dicendum, manna cibum fuisse etiam iumentorum; & ad secundam coniecturam facilis est responsio, cùm etsi neque fœnum, aucnam, vel hordeum haberent, erat abundè herba, quâ & armenta, & animalia sustentari poterant eorum: neque exemplum de aqua aliquid efficit, nam & aqua simpliciter erat necessaria cùm loco ipsius non adesset aliud quippiam; secundò, quia est elementum, quo & ipsa sustentantur animalia; vnde meritò & propter ipsa etiam factum existimari potest; secus autem manna; Tertiò, quia etsi miraculosè exhibita, tamen nec illam præ se fert figuram, nec æstimationem, nec modus tribuendi, & efficiendi miraculum aliquid dicit dissonum, si dicamus ob animalia, ne perirent operatum; at si affirmemus manna ob animalia etiam ab Angelis quotidie compactum, ab ipsis tantâ circunstantiâ compositum, tantâ reuerentiâ dimissum, & qui eorum panis dicitur: ad hæc accidit optimâ coniecturâ, nam si communis omnium est sententia, ideo in castris manna non pluisse, ne conculcaretur; dandumne ergo erat animalibus, quæ facilè illud conculcare possent? Secundò expresè illud videtur contra scripturam, cum ipsa apertè dicat, & vnusquisque de eo tollat quantùm sibi sufficiat, & non ampliùs; *Hic est sermo*, Exod. vbi sup. ait Moyses, *quem præcepit Dominus, colligat vnusquisque ex eo quantùm sufficit ad vescendum, Gomor per singula capita iuxta numerum animarum vestrarum quæ habitant in tabernaculo, sic tolletis.* Animarum dixit, ne locus esset per capita iumenta etiam intelligere, & quantùm sufficit ad vescendum, non ad proijciendum, non ad erogandum, ita vt miraculosè, qui plus accepisset, non plus inueniebat quàm Gomor mensuram, vt infrà dicemus; ergo propter homines tantùm, & ad eorum cibum destinabatur mãna, & non iumentorum. Quartò, ad quid Deus mandabat, ne seruaretur vsque manè & seruatum putrescebat, si etiam ex eo animalia sustentarentur, poterat residuum reseruari in animalium vsum, nisi dicas voluisse Deum, vt recenti etiam animalia reficerentur cibo, quod ridiculum; Quintò tandem cùm certum sit, & indubitatum, vnum tantùm Gomor quatuor ad summum libras continentem singulis contigisse, vt infrà dicemus, & quod ex eo supererat animalibus erat distribuendum ad eorum cibum, vt apertè confitetur Salianus vbi sup. n. 305. & non ex alia mannæ quantitate, quia cuilibet non erat licitum ampliùs sumere; sequitur euidenter ex hac positione impossibile illud esse, probatur: nam si in vna domo, v.g. essent triginta, aut quadraginta, aut minus, aut plus, & ex Gomor superessent duæ tantùm libræ, reliquis in vnum proprium consumptis, si capita essent triginta, quod reliquum, seu superfluum sexaginta essent libræ. Pone dominium familiæ habere quinquaginta oues, quid inter tantos; pone si vitulos, aut vaccas, pone cætera iumenta inferiora & domestica, vnde ex manna eis victum: nisi dicas miraculosè multiplicari, quod prorsus fictitium, & sine vlla ratione affirmatum.

Dices, ergo non erat licitum frustulum tortæ eijcere canibus, aut gallinis, & animalibus similibus domesticis, de quibus tantùm loquitur Bellarminus (licèt ad armenta posteà extenderit Salianus) hoc profectò videtur inconueniens, immò moraliter impossibile.

Respondeo, aliud est quærere hoc quod supponit argumentum, aliud an ex instituto, & voluntate Dei, vt vult Bellarminus; primum facilè concedimus, quod etiam sufficit ad id quod loco citato intendit Bellarminus; at secundum nullo modo ob rationes factas, ob quas constat dicendum nullo modo ex eo ex instituto animalia vesci, neque animalium cibum fuisse, & si illud dicat Bellarm. Cardinal. alioquin sanctissimus & doctissimus, optimusque de Ecclesia Sancta meritus, ob cuius auctoritatem omni æstimatione dignam, hæc sic prolixè dixi, ne aliquis facilè credat & sine graui fundamento me eius contradixisse sententiæ.

13. Eius distributio.

Ad vsum etiam pertinet eius distributio, quæ ex præcepto Domini erat Gomor per singula capita, vt iam suprà ex Exodo retulimus, in qua re multa scitu digna euenerunt.

14. Gomor quot libras continebat.

Primò ergo supponendum tanquam certum ex verbis sup. allatis, colligi Domini præceptum, vt non ampliùs de manna colligeret quàm mensuram Gomor, qui quatuor libras mannæ continebat, vt vult Cornel. inquit enim sic: *Præcepit Dominus, colligat vnusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum.* Ergo non ampliùs debebant sumere; & mensuram posteà assignans, *in Gomor per singula capita.* Præceptum ergo erat, vt non ampliùs, quàm vnum assumerent Gomor. *Cornel.*

15. Miraculum in eius collectione.

Hoc præceptum violarunt sumentes plus, minusque, sed nouo miraculo domum reuertentes, & qui plus acceperat non inuenit ampliùs quàm vnum Gomor, & qui minus etiam plenum Gomor, qui est verus sensus illorum verborum Scripturæ, versic. 5. & 22. nempe & mensi sunt ad mensuram Gomor; *Nec qui plus collegerat habuit ampliùs, nec qui minùs paranerat reperit minùs*, sic Abulensis, & plerique moderni, licèt Dionys. Carthus. & Sa, putent ex Hebræis constitutos præfectos, qui collectum à quolibet manna metirentur, & ad mensuram Gomor omnia æquarent quos refellit Cornel. cùm ex Scriptura nullo modo illud elici possit. *Abulens. Carthus.*

16. Et in natione.

Ex quo facto vnum sequitur admirabile, & suprà omnem humanum captum, per quadraginta scilicet annorum curricula, Deum quotidie ter hominum milliones aluisse, singulis mẽsuratam attribuendo mensuram, vt sic dicam, vnum scilicet Gomor, illud potentiæ nutritiuæ sic accommodans, & adaptans, vt paruulis, senibus, & mulieribus, ac debilibus, infirmisque non abundaret, iuuenibus, viris robustis, helluonibus, edacibus, non deficeret, hoc est, sic omnes ad æqualitatem sustentaret, viresque præberet, vt iuxta quorumlibet exigentiam plus, minúsque roboris tribueret, ita vt ex æquo sicut ipsum ratione saporis ad cuiusque voluntatem sapiebat, sic etiam quo ad substantiam sapori vis nutritiua corresponderet, ita vt, qui vaccinæ carnis saporem appetebat, vt caro nutriret manna, vaccinaque dura; qui verò saporem vitulinæ, aut agninæ, seu gallinaceæ similiter ad modum harum nutriret, quod propè plusquàm mirandum videtur, quam opinio-

nem veriſſimam iudico, tum quia grauiſſimi eam tradunt Doctores, vt Niſſen. Lyra. Abulenſis, Oleaſter, Caietan. Vatabl. Chryſoſtom. Theophilact. Anſelm. in 2. ad Corinth. c. 8. n. 15. & plerique moderni, tum quia excellentiſſimè hoc ſanctiſſimo Euchariſtiæ quadrat Sacramento, quod cùm vnum ſit, & æqualiter ab omnibus accipiatur, nec plus, nec minùs quiſque recipiat, ſed totum Chriſti corpus; tamen quoad gratiæ fulcimentum, & ſuſtentationem, ſic vnicuique contemperatur, vt iuxta vniuſcuiuſque temperamentum, diſpoſitionem ſcilicet nutriat, gratiamque communicet.

Niſſenus. Lyra. Abulenſ. Oleaſter. Caiet. Vatabl. Chryſ. Theoph. Anſelm.

De modo autem quomodo hoc fiebat, an, vt aliqui volunt per tranſubſtantiationem, ſi Deo placet, vt in Sacramento Altaris conuertendo ſe manna realiter in ſubſtantiam piſcis, aut carnis, dum piſcem, aut carnem ad voluntatem vniuſcuiuſque ſapiebat, & ſic in ſtomacho correſponſiuè ad carnem, aut piſcem nutriebat, vti Valentiæ, tom. 4. diſp. 6. quæſt. 3. punct. 2. §. 4. Claudius Saieneſt. de Euchariſt. repetit. 7. c. 3. Thomas Boſſius, lib. 13. de notis Eccleſiæ, c. vltim. Nicolaus Villagagnon, lib. 3. contra Caluin. cap. 52. aut per rarefactionem aut condenſationem ab Angelo factam vt alij, ſuperuacaneum & inſolens iudico hæc & ſimilia diſcutere, vt alibi diximus, & primam refutant opinionem, Caſtro, Lorinus, & vti noua merito explodenda, cùm nullo fulciatur fundamento, neque antiquorum authoritate; *Quædam enim fidei tantùm donanda ſunt*, vt inquit Nazianz. orat. 3. de pace.

Valent. Saieneſt. Boſſius. Villagag. Caſtro. Lorinus. Nazian.

Cauſæ autem quare Deus ſingulis idem præſcripſerit Gomor, ita vt ſicut ait Apoſtol. 2. ad Corinth. c. 8. n. 25. *Qui multùm non abundauit, & qui modicùm non minorauit*, variæ à multis afferuntur, omnes optimæ, Chryſoſt. & Theophilact. in Epiſt. ad Corinth. vbi ſup. vt auaritiam, gulam, nimiamque cibi, & rerum terrenarum curam cohiberet. Cornel. duas etiam optimas affert, prima, vt doceret quantum bonum in communitate ſit æqualitas in cibo, veſtitu, labore; ſecunda vt quiſque intelligat à Deo ſibi paratus cibus, etiam ſi filiis & familia oneratus labore ſuo non videat, quomodo ſuſtentanda, vnde Lippom. ſic: *Hoc miraculo teſtatus eſt Deus, ſuam cuique ſufficientem menſuram victus à Domino paratam eſſe, etiam ſi ex laboribus ſuis minùs conſequi poſſe videatur; & ſi enim alij magnas opes poſſidens, alij paupertate laborent, tamen quoad fructum panis quotidiani attinet, non minùs conſequitur pauper è ſuo pane, quàm diues è ſuo. Suſtentatur huius, ſuſtentatur & illius vita, ac vtplurimùm maiori ſalute, & pauper edit cibarium panem maiori voluptate, quàm diues phaſianum; quod igitur attinet ad fructum panis quotidiani qui eſt ſuſtentatio vitæ, & iucunditas, non minùs conſequitur pauper è ſuo modico, quàm diues è ſua abundantia*; Vnde rectè Chryſoſt. hom. 40. in 1. ad Corinth. *Auarus*, inquit, *diues à paupere tantùm differt curis, neglectu Dei, corporis inquinatione, & animi perditione; nam ventrem vterque æquè ſatiant.* nil meliùs.

ad Corint. 8. nu. 25. Chryſoſt. Theoph.

17. Quare deus ſingulis Iſraelitis vnũ aſſignauerit Gomor manoq; nec plus, nec minùs.

18. Deus ſingulis de victu ſemper prouidet quotidiano, vnde firma fides in eo ſpectandum.

Chryſoſt.

19. Auarus dicet in quo à paupere differt.

Setundum præceptum circa mannæ vſum fuit, vt nemo ex eo relinqueret vſque manè, Exod. vbi ſup. *Dixitque Moyſes ad eos, nullus relinquat ex eo mane*, quod anteà ſibi à Domino fuerat imperatum, illis nempè verbis; *Egrediatur populus, & colligant quæ ſufficiant per ſingulos dies, vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea*; hoc eſt, vt probem vtrum mihi obediat non plus colligendo ſibi, quàm in diem vnum ſufficiat, quod factum vt ait Vatabl. vt quotidie eius reminiſcerentur, dum quotidie eos paſcebat, *Voluit dare illis cibos*, ait, *non per ſingulos menſes, ſed per ſingulos dies, vt nullus tranſiret dies, in quo Dei erga ſe beneficium non ſentirent, atque ob id Dei memores ſemper eſſent.*

19. Deus cur præceperit vt per ſingulos dies Man colligeretur.

Vatabl.

At violatum a prouidis & Dei prouidentiæ non fidentibus, ſed ſine vtilitate, cùm ſtatim computruit, & vermibus ſcatuit, vnde elegantèr Philo ſic ait: *Miranda ſanè res, etſi nihil acceſſiſſet noui præter ea, acceſſit tamen quod magis mireris, afferebantur certatim vaſa immentis & humeris hominum, vt & in futurum ſufficeret, commeatus; ſed non erat opus reponere; ex quo Deus decreuerat ſemper recentia bona ſuggerere, vrgenti neceſſitate abundè ſatisfactum eſt, cunctis ſuauiter veſcentibus, quidquid ſeruatum eſt in craſtinum totum periit, ita corruptum, vt fœteret, ſcateretque vermiculis; abiectis igitur his reliquiis, inueniebant cibos alios, cum rore matutino quotidie depluente.*

Philo.

In qua re placet adnotare vnum, ne plus debito aliqui ex hac aucupentur authoritate, reſeruationem in craſtinum fuiſſe à Deo prohibitam, ratio quia, vt inquit Philo, *Deus decreuerat, ſemper recentia dona ſuggerere*: ex qua re duo neceſſariò conſequuntur, illud Deum non præcepturum, ſi ſtatuiſſet recentia quotidie non dare, & ſecundum ſummæ vecordiæ fuiſſe, ac ineptiæ, ſi non præcipiente Deo, tantùm ſibi quiſque tuliſſet, quantùm illa ſola ipſi ſufficeret die, nihil prudenter de craſtino curans; ſic enim magnus ille pater Eliſeus oleum præbens viduæ, 4. Reg. 4. nu. 8. non iuſſit totum illud vna die effundi, ſed in dies reſeruari, & viuere ex illo; ſummæque fuiſſet oſcitantiæ viduæ, ſi ſemel illo potiretur exhauiretque, nihil de craſtino cogitans, hoc enim non eſt de Dei fidere prouidentia, ſed Deum tentare, prudenterque eius non vti beneuolentia; ergo non eſt cur ex hoc arguat loco infœlix, procaxque hæreticus contra Eccleſiam ſanctam, Deique miniſtros oſcitanter carpens, quia reditus poſſident, quia de craſtino curant, cùm neque de eo præceptum habeant, neque illis Deus in dies recentia promiſit dona, vnde ſi aliter facerent (dummodò exceſſus non ſit in modo) potiùs reprehendendi, quàm laudandi.

21. Prouida & iuſta bonorum reſeruatio, licita eſt & honeſta.

4. *Reg.* 4. *nu.* 8.

Quomodo ex hoc loco ſuperſtuã hominum prouidentiam carpent ſancti, vide Chryſoſt. in 1. ad Corinth. c. 15. hom. 40. Rupertum, & alios quamplurimos.

Tertium præceptum erat, vt manè colligerent; nam ſole incaleſcente liquefiebat; *Cùmque incaluiſſet ſol, liquefiebat*, Exod. vbi ſupr. nouo accedente miraculo, quia à ſole liquefiebat, ab igne verò obdurabatur, quod ideò factum, *vt notum omnibus eſſet, quoniam oportet prænenire ſolem ad benedictionem tuam*, inquit noſter Sapiens, infr. n. 28. & nos etiam alibi diximus, Caietan. ſimile dat in ouo, *Sicut enim eorum*, inquit, *quamdiu eſt in gallina, tenerum habet corticem, qui ſtatim genito ouo exſiccatur, & fit durus; ita grana illa manna in loco in quo*

22. Manna cur colligebatur manè.

formata erant, obnoxia erant liquefactioni, segregata autem durescebant adeò, vt non essent amplius liquescentis naturæ. Itaque, sicuti sustinebant posteà ignem, sustinuissent etiam Solem, si fuissent iterum exposita Soli. Mirum hoc vltimum si verum.

21. Die sexta duplo inferebant & non putrescebat.

Quartum præceptum circa vsum mannæ fuit, vt feria sexta duplum colligerent in honorem diei septimi, hoc est Sabbathi, *die sexto parent quod inferant*, scilicet in sua tabernacula, *& sic duplum quam colligere solebant per singulos dies.* Circa quod contra Caietan. obserua istos non casu collegisse duo Gomor, sed ex intentione iuxta præceptum; & secundo, quod præceptum de nihil in Sabbatho faciendo non solùm extendebatur ad opera seruilia, sed etiam ad ipsam ciborum præparationem; vnde die sexta parandi erant cibi, ob quod *Parascene* dicta; quapropter manna die sexta coquebatur, & præparabatur; sic Abulens. Hug. à S. Victore, Lyran. & alij recentiores.

Abulens. Hug. à S. Victore. Lyran.

Philo obseruat ex hoc præcepto, siue miraculo didicisse Hebræos Mundum absolutum die Sabbathi, dum ad eius sanctificationem die sexta, duplum pluebat manna; & nos quia iuxta Origen. hom. 7. in Exod. August. serm. 251. de tempore, Ambros. 1. ad Corinth. c. 10. manna pluit die Dominico, quo etiam affirmat Synodus Cæsarien. apud Bedam, Epist. de celebrat. Paschæ, Hebræos mare rubrum transisse, rectè quanta sit veneratione dignus elicere etiam possumus, dum simul panis ille cælestis & manna diuinum quod die Veneris in cruce fuit affus, die Dominico resurgens, suis se præbuit, etsi non manducandum, saltem videndum, palpandum.

Origen. August. Ambros.

23. De proprietatibus Mannæ.

De vsu, ad proprietates transeo mannæ, hæ duæ materiales, sapor, & mollities, siue tactus; spiritualis autem vna, significatio & symbolum.

De secunda materiali parum dicendum, ex supradictis enim patet natura sua fuisse molle, ac flaccidum, niuis instar, vel pruinæ, ideóque solis calori non resistebat; quod autem illico durescceret, quod igni resisteret, quod etiam in longa seruatum fuit absque putrefactione sæcula, quod etiam statim transacta putresceret die, omnia hæc à diuina accipiebat virtute, non naturali; sic Abulens. & cum eo omnes, vnde quando in arca reseruatum sic obduruit, sic album, & viuidi durauit coloris, ac si recens esset, & tanquam cristallum ex glacie congelatum, illibatè, & frigus, & calorem, & solem, & omnes cæli intemperies, ac iniurias plurimis sæculis pertulit; quod si ad Christi corpus tu adaptare vis, excellentem exinde eripies analogiam, dum diuinum illud corpus reperies, quod quasi putrefactum in cruce semel exiit; in hoc tamen diuino manna inclusum semper viuidum, ac recens, tanquam lucidum cristallum contra omnes diabolicos hæreticorum incursus, violentias, vim, borealesque blasphemias illæsum, intactum, illibatum reperitur.

Abulens.

24. Manna in Arca reseruatum sanctissimi Sacramenti est figura.

25. Sapor in Manna supernaturalis, an omnibus esset communis.

Maior ergo difficultas reperitur in prima, sapore scilicet, nam cùm in manna duo tantùm essent sapores, naturalis, & supernaturalis, quæstio est inter Doctores, an supernaturalis communis esset omnibus, tam iustis, quàm iniustis.

Dixi in manna duos tantùm esse sapores, & non tres, vt aliqui volunt, cùm addant tertium aduentitium, & hunc afferunt fuisse, quem habuerunt impij; sic Dionys. in c. 16. Exod. & placet Saliano ad annum mundi, 2544. n. 311. afferque pro illa sententia Abulens. in Exod. 16. qu. 13. qui attentè consideratus nil fauet, non enim ait nouum mannæ saporem Deum ad impios castigandos dedisse, insipidum nempe, & furfuraceum & sustulisse bonum, & mellifluum, sed tantùm, vt in pœnam idem sapor malis displiceret, quando bonos summoperè delectabat; verba eius, *Iste tamen adhuc naturalis sapor in pœnam videbatur malus malis, vt displiceret, & magis videretur eis sapor alliorum, porrorum, cepparum, atque peponum appetendus.* Ergo secun- Abulens. non nouus erat in manna sapor, sed idem prorsus; at malis in pœnam insipidus, bonis verò sapidissimus.

Dionys. Salian. Abulens.

26. Sapor aduenitius nunquam in manna.

Duo ergo erant sapores, naturalis, quem Moses illis exprimit verbis, *gustusque eius quasi similis cum melle*, coctæ scilicet, vnde alij *sapor eius instar placentæ mellitæ*, vel *simile frixæ in melle*, non erat equidem sapor vt mel, sed ad instar mellis; vnde Seuerus Sulpitius in Historia sacra, lib. 1. *cuius sapor*, ait, *melli proximus*; nam vt sic, cùm acredinem dulcedinis mellis non haberet, non poterat ex se nauseam generare, Moses autem in Num. 11. n. 8. aliquid addit huic sapori, dum ait, ex manna factas tortulas saporis, *quasi panis oleati*, quapropter manna coctũ sapiebat aut ad panem melle delibutũ aut oleatum, aut ex vtroque compactum, vt hodie videmus, qui sapor iucundissimus esse solet, nullumque prorsus generans fastidium.

27. Naturalis qualis.

Sen. Sulp.

Num. 11. n. 8.

Secundus autem sapor fuit supernaturalis, & quem noster hic indicat Sapiens, nempè omnium simul saporum ad voluntatem comedentis; de qua re est difficultas, an communiter hoc fiebat miraculum, tam bonis, quàm malis, an tantùm iustis, & sanctis hoc eueniebat.

26. Saporem supernaturalem communem esse omnibus prima sententia affirmans.

Lorinus hic mordicus deffendit hoc beneficium commune omnibus fuisse; affert pro se Hugonem à sancto Victore, in cap. 16. Exod. sed peculiariter nil dicit Hugo, cùm tantùm ibi hæc habeat verba; *Alij etiam dicunt quod sapiebat vnicuique quod magis appetebat*; Holkoth sed potiùs me iudice in contrariam propendet partem; nam verba eius sunt: *de secundo, videlicet congruentia beneficij fuit ista, vt Deus suam essentialem suauitatem communicaret figuraliter creaturæ; sicut enim illud alimentum vnicuique sapiebat secundum propriam voluntatẽ, ita Deus omnibus sibi seruientibus tantùm tribuet de dulcedine, quantùm meruerunt per gratiã, & liberi arbitrij voluntatem; vnde subdit; substantiam tuã & dulcedinẽ tuã, quam in filios habes, id est quam filiis præparasti, & paratam habent ostendisti, & deserviens vnius cuiusque voluntati, scilicet de bonis, ad quod quisque volebat conuertebatur non natura propria, sed operatione diuina; malis verò murmurantibus, tale delectamentum non perstitit, immò vertebatur eis in tædium*: quid clarius? vnde, quæ posteà addit non suam, sed aliorum refert sententiam, licèt eam non impugnet; citat etiam Hieronym. in Psalm. 147. qui illud affert ex Iudæorum sententia, quam non reiicit, verum: sed hoc non est argumentum illius Hieron. fuisse sententiæ, eo vel maximè, dum de quæstion. non disputat, & aliorum opinio ad id, quod tunc intendebat multum

Hug. à S. Victore. Holkoth.

Hieron.

conducebat, quod erat Dei ſermonem vniuerſa ſapere, multa enim dum literalem Scripturæ ſenſum non explicamus, ſed moraliter loquimur, admittimus, quæ ſi verum, & germanum literę ſenſum exponeremus, procul dubio reiiceremus; quod ſimiliter dicendum de Cæſario Arelatenſi Homil. 7. de Paſcha, vt orator loquitur, non autem vt Scripturæ expoſitor. Affert etiam Nazianzenum orat. de compoſ. differ. rati; hanc orationem in meo inuenire non potui, Salianus verò in ſcholiis n. 24. nec verbum affirmat dicere Nazianz. Affert Chryſoſt. tractat. *quod nemo laditur niſi à ſeipſo*; ſed eum corrigit Salianus vbi ſup. affirmans malam Lorinus nactus lectionem atteſtans, non dixiſſe Chryſoſt. *Manna cibum quotidie nouum, pro deſiderio veſcentium ſubminiſtraſſe*, ſicut in antiquis eſt, vti in meo, ſed potius, *eius enim natura erat Manna, noua, recenſque nuſquam ipſis negotium faceſcens, neque labore conficiens*, Lorinum ſequitur Cornel. in Exod.

Nazianz.

Chryſoſt.

Rationibus etiam eam probat, Prima, quia non obſtat hic filios appellaſſe Sapientem quibus illud conferebatur beneficium, cum generali vocabulo omnes tunc Iſraëlitas ſic vocabantur, vnde non ad ſolos reſtringendum eſt miraculum iuſtos. Secunda, quia cætera beneficia omnibus erant communia, vti aqua, coturnices, &c. Tertia, quia eo miraculo omnes erant alliciendi ad non concupiſcendas Ægypti ollas; Quarta, quia ſi aliquis peccator ea caruiſſet gratia, deprehenſum eius fuiſſet peccatum; tandem, quod ſi propter murmur illa priuati, cur ob murmur datum manna?

Hæc Lorinus, cuius libenter amplecterer ſententiam, ſi grauiſſimorum antiquorum authoritas non obſtaret, ſi ratio, & condecentia contrarium non ſuaderet.

27. Secunda ſententia negans veriorem.

Secunda opinio eſt hoc priuilegium iuſtorum tantum fuiſſe; immo & me iudice non quorumlibet, ſed præcipuorum, quod cum peculiare eſſet donum ipſis collatum, ſilentio ob humilitatem premebant; ex quo factum, vt communiter ignorabatur, & niſi Spiritus Sanctus ſapienti illud reuelaſſet vſque huc ignotum extitiſſet.

Ad hoc affirmandum ducor, quia impoſſibile prorſus apparet Moyſen illius non meminiſſe, cum ſpeciatim de ſapore ageret mannæ, quando contra populi murmurationem pro Deo ſtabat, probans ex ſapore nullam iuſtam contra Deum populum querimoniam pertendere potuiſſe, cum ſapor eius, ait, erat, quaſi *panis oleati*, Numer. 11. n. 9. hoc eſt dulcis, & optimi ſaporis, vt ſuprà diximus, quapropter, vt infrà n. 11. illi *intolerabilis res viſa eſt*; ſi ergo omnem ſaporem omnibus præſtabat, quomodo illud reticuiſſet, dum contra iniquam populi murmurationem inſurgebat, illam intolerabilem iudicans ſolum ex ſapore panis oleati; ergo ſignum tale miraculum fuiſſe occultum, & ſelectis tantum Dei ſeruis, & non omnibus commune illud præſtitum.

Num. 11. n. 9.

Adde ſecreti conuenientiam, ne ad inuidiam, & deſiderium populus ille carnalis excitaretur, & ad naturalis mannæ faſtidium ſaporis, ad murmurationem de Deo, quia non omnibus illud præbebat, vnde iuſtè ſilentio illud preſſum non ſolum à recipientibus ob humilitatem, ſed etiam à Moſe rationibus dictis; veriſſimè ergo hoc beneficium iuſtis tantum præſtitum, & non aliis; huius ſententiæ eſt Diuus Auguſt. lib. 2. de Retractat. c. 20. vbi ſic: *Fidelibus potuiſſe prouenire vt manna cuique ſecundum propriam voluntatem in ore ſaperet, non illis aduerſus Deum murmuratoribus, qui profectò alias eſcas non deſiderarent, ſi hoc eis ſaperet manna quod vellent.* Origenes Homil. 7. in Exod. Theodoret. apud Lippom. in Catena, Abulenſ. in Exod. 16. quæſt. 13. Liranus ibi, & Nume. c. 11. Lippom. in Exodum vbi ſuprà, Carthuſ. in Exod. Adrianus Linus in flagello Iudæorum lib. 8. in 3. Iudæorum oppoſit. de ſacrificiis c. 19. & alij recentiores, & præcipuè Viegas in Apocalyp. & Salianus vbi ſup.

Auguſt. *Origen.* *Theodor.* *Abulenſ.* *Liranus.* *Lippom.* *Carthuſ.* *Adrian.* *Viegas.* *Salianus.*

Vrgentiſſimæ etiam hoc probant rationes; prima illa Auguſt. nam aliàs non murmuraſſent, ſi omnem ſaporem guſtaſſent; dicere autem nauſeam proueniſſe à viſu, quia ſemper idem videbant manna, ob olfactu, quatenus ob eundem odorem, prorſus inane eſt, cum eodem pari modo dicere poſſemus in nauſeam panem deuenire poſſe quotidianum, quia & eundem ſemper ſaporem obtinet, eundémque odorem, non enim ſolo manna veſcebantur Hebræi, vt communis fert ſententia; ſic Abulenſ. in Exod. 16. quæſt. 12. Pererius Exod. 13. Diſput. 7. Maſius in Ioſue c. 1. n. 11. Cornel. à Lapide in c. 2. Deuter. n. 6. Lorinus hic, & alij; ergo ſicut panis nunquam faſtidit ob colorem, & odorem, ſeu formam, ſic nec etiam manna.

Abulenſ. *Pererius.* *Maſius.* *Cornel.* *Lorinus.*

Immo adde faſtidium, ſi bene Scriptura perpendatur, non legitimè illis proueniſſe, ſed malitiosè, non faſtidiebant, quia ſapor mannæ naturaliter illud ingenerabat, cum ſic ac panis quotidianus attemperatus erat, vt nullo modo faſtidium ingereret, ſed guloſi, & ingluuiones faſtidium prætenderunt, ex deſiderio variorum ſaporum, quos in manna non percipiebant, & conſequenter variorum ciborum, vnde aiunt: *Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, cepe, & allia, anima noſtra arida eſt, nil aliud reſpiciũt oculi noſtri niſi Man.* Perquire in his verbis faſtidium de mannæ ſapore, & non inuenies, ſed tantum de carentia aliorum ſaporum; nam ſi omnes ſapores percipiebant, quomodo anima arida? ſi ſaporem accipiebant piſcium, peponum, &c. quomodo illorum recordabantur, quaſi illis omnibus priuati? ergo faſtidiebant manna non ex ſapore, ſed ex deſiderio aliorum ſaporum, & ex guſtu, quem ex illis percipere deſiderabant.

Secunda ratio eſt illa, quam ſupra inſinuauimus: ſi hoc beneficium erat commune, & illud referre valde conducebat ad iniuſtitiam murmurationis declarandam, quod illic intendebat Moyſes, cur illud tacuit? cur non dixit? certè, quia rarum quid erat, & ſolis Dei ſelectis communicatum amicis, vnde & ſecretum, & non conueniens vllo modo quod diceretur rationibus ſup. allatis.

Tertia optima eſt illa Saliani, petita ex conſuetudine Dei populum illum gubernandi, non enim tam blande illum gubernabat, nec tam dulciter ſe cum illis habebat, patiens item, ac

Digitized by Google

sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Et deseruiens vnius cuiusque voluntati, &c. Græc. *subseruiens desiderio eius, qui offerebatur*, seu, *oblati autem desiderio, aut cupiditati deseruiens*, oblati passiuè sumitur, hoc est homini cui præstabatur; quod explicat Vatab. *Sic appetitui sumentis cuiusquam subseruiens.*

Ad quod quisque volebat conuertebatur, &c. Græca, *transtemperabatur*, per nouos scilicet sapores, eadem manente substantia, vt supra contra aliquos transubstantiationem hic agnoscentes, quam opinionem ex professo non impugnamus, quia ad rem superuacaneam, superuacaneum ducimus.

31. Impugnatur in mãna transubstantiatio.

Solum addam, quod si illud inuenerunt, vt ex eo transubstantiationem diuini probarent sacramenti, nil prorsus efficiunt: nam aut talis transubstantiatio fit nulla prorsus remanente materia mannę, sed noua accedente, piscis v.g. prorsus illa priori desinente, & euanescente, vt nunc in sacramento, aut non euanescente materia, sed tantum destructa forma mannæ substantiali, & noua piscis introducta, vt fit in generationibus; primum enim asserere, non superuacaneum sed indignum iudico vt asseratur, cum non certè æquali currere debent passu, figura, & figuratum, & nescio quid redolet indecens, vt tam magnum, tam præclarum opus alteri, quàm Christi corpori attribuatur, vel ipsius imperio, & quod Deus vellet solum ob gustum nullo spiritualis fructus intuitu, tale omnium miraculorum maximum operari, & ad nihilum tantam materiæ primæ substantiam redigere, eo vel maximè si vera est opinio asserentium generale fuisse miraculum.

Adde, quod tunc verè non sustentarentur, nec manducarent manna, sed piscem, sed carnem, sub speciebus, seu accidentibus mannæ; at Sapiens vult, quod miraculum stet, vt remanente manna, & se manna cibantes plures illud obtineret sapores. Adiunge quod si species mannæ remanerent, in quo subiecto inhærerent? dicere quod in quantitate, & quod hæc nouum acquirebat essendi modum, vt nunc in sacramento: planè fictitium, eo vel maximè, quod non indiuisibiliter ibi substantia esset carnis, cum, vt sic alere non posset, nec sustentare; ergo in hac deberent inhærere; hoc impossibile; nam aliqua accidentia mannæ omnino cum substantia repugnant carnis, v. g. leuitas mannæ cum grauitate carnis, odor cum odore carnis; at si hæc dicas, quod destruebantur, nouis superuenientibus, nihil ad rem cum transubstantiatione sacramenti.

Si secundo modo, non solum nihil cum transubstantiatione sacramenti, quia tunc esset pura generatio, & non transubstantiatio; quin immo periculosum illud asserere, cum facilis posset esse transitus ad impiam Lutheri opinionem simul etiam cum substantia panis corpus coëxistere Christi, vnde prorsus superuacaneam duco opinionem, & omnino explodendam.

Tractatus de sanctissimo altaris Sacramento.

De augustissimo altaris Mysterio, quod nobis manna offert, *consummatio, ac perfectio sacramentorum omnium*, vt Diu. ait Areopag. c. 3. de Ecclesiastica Hierarch. *quod omne bonum, quod omne Dei pulchrum*, vt ait Zachar. Propheta, impossibile prorsus, vt cursim de eo differamus, Maiestas, Altitudo, Diuinitas eius ad illud nos impellunt, vt quanta cura, quanta deuotione, ac reuerentia nobis possibili de eo eloquamur; hinc non discursum, sed discursus coagmentare intendens, ideo sub tractatus nomine eos proponere decreui, in quo hoc procedemus ordine; Primò enim de Analogia mannæ ad ipsum differemus, iuxta Sanctorum Patrum doctrinam; Secundò de eius maiestate, altitudine, amore, & cæteris, quæ in eo elucent; Tertiò, de eius gratijs, & donis in animabus iustis; Quartò tandem de eius vsu, & susceptione.

Zachar. Propheta.

HOMILIA LXXIV.

Paragraphus primus.

De Analogia Manna ad Sanctissimum Sacramentum.

Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt, Ioan. 6. n. 1. Sanctissimus dixit Dominus noster, ad hoc manna de quo disputauimus alludens, cum si totam reuoluamus Scripturam, si Prophetas, si Psalmos, si cæteros libros, nullam clariorem, nullam vt sic dicam proprioré huius diuinissimi sacramenti inuenies, quam manna figuram; quod profecto illud est argumentum maximum per Analogiam illud ad se appropriasse Christum Dominum nostrum, & quod valdè ponderandum, ad suam probandam diuinitatem. Attende ad dicta; Nullum profecto maius Iudæis Christus Dominus noster præbuit suæ diuinitatis argumentum, quam illis ostendere panem, quem ipse erat præstiturus in dignitate, maiestate, celsitudine, panem illum à Mose præstitum *manna* nempè longè superare, ac excellere, Ioan. 6. post admirandum illud miraculum quinque panum, & duorum piscium, cum fidem diuinitatis ab eis Christus poscceret n. 17. *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis, hunc enim pater signauit Deus*, hoc est diuinitate sua signauit, ac constituit Deum, suam illi vniens diuinitatem, vt ait August. tractatu 25. in Ioan. Hinc quia Deus cibum præstare potest vitalem, & æternum, in quo loco occasionem adnota huius Domini dicti, post saturitatem enim, cum Dominus fugisset in montem, quia venturi erant, vt raperent eum, & facerent Regem, cum turba eum non inuenisset: *Ascenderunt in nauiculas, & venerunt in Capharnaum quærentes Iesum*, quem cum inuenissent, ex admiratione, & lætitia ab eo postulantes, quomodo illuc appulerat, sic eis respondit: *Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia ex panibus manducastis, & saturati estis.* Hoc est me quæritis non ob meam potentiam, per quam ad mei cognitionem peruenire potestis, sed quia manducastis, & iterum manducare, ac exaturari vultis; vnde rectè Augustin. *Non quæritis me propter me, sed propter vos*, post quæ subiunxit, *operamini cibum*, &c. hoc est

Ioan. 6. n. 1.

Ibi. n. 17.

August.

Idem.

1. Diuinitatis Christi maximum argumentũ Eucharistię Sacramentum.

Dion. Areopag.

Digitized by Google

ſtudium, & curam impendere, non cibo, qui perit, ſed qui vitam in ſe continet æternam, quem ego dabo vobis à patre ſignatus Deus, in quem credere debetis; quod cum audiſſent, reſponderunt: *Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus, & credamus tibi, quid operaris?* Mirum, cum paulo ante, tantúmque eis dederat ſignum, cum eos & ſi quinque millia quinque tantum panibus, & duobus piſcibus vſque ad defectionem ſaturaſſet, vnde ergo nunc, quaſi nullum ſuæ diuinitatis dediſſet ſignum, illud petunt, immo quaſi nihil operatus dicunt, *quid operaris*? Sanè, vt rectè exponit Toletus, illud dixerunt, quia fidem diuinitatis ab illis expetebat Chriſtus, quaſi dicerent, ad tale, tantumq; expetendum, miraculum quod feciſti, inſufficiens eſt; nam & ſi Moſes patres noſtros manna è cælo per quadraginta annos ſuſtentauit, tamen vt Deum eum recognoſcerent nunquam expoſtulauit, vnde ſequentes dicunt, *Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: panem de cælo dedit eis manducare*, hoc eſt Moſes, & tamen, vt Deus non eſt adoratus; ad quos ſuam Dominus atteſtans diuinitatem, & ſuprà Moſem ſe conſtituens, potentiſſimum eis Deitatis ſuæ præbens ſignum, duo reſpondit; primum, Moſem non dediſſe illis panem cæleſtem, *non Moyſes dedit vobis panem de cælo*; dum manna non in cælo, ſed in aëris tantum regione formatum; & ſecundum, quod pater daturus erat illis panem de cælo verum, *ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum*; quem explicans, ſequitur: *Ego ſum panis vitæ*; ex quibus duo certiſſima habe; primum, verum ſuæ diuinitatis ſignum, ac præcipuum hoc diuiniſſimum Chriſtum dixiſſe ſacramentum, quatenus eſt verus panis, quatenus de cælo deſcendit, quatenus à Patre miſſus, quatenus dat vitam mundo, quatenus, qui eum manducat nunquam moritur; & ſecundum intelexiſſe manna in deſerto figuram extitiſſe huius ſanctiſſimi panis, illudque ipſum ſignificaſſe, dum panem illud vocat ad alluſionem panis, quem ſignificabat, vnde inferius ait: *Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt: hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur*; vbi adnotandus eſt articulus *hic eſt panis*, quaſi dicat, *ego ſum panis ille*, quem manna præfigurabat; quod etiam intelligens Paulus 1. ad Corinth. 10. n. 4. manna ſpiritualem cibum nominauit, *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt*; hoc eſt myſticam, ſiue typicam, hoc diuiniſſimum præſignans ſacramentum.

Toletus.

2. ad Cor. 10. n. 4.

2. Patres qui mannæ figuram dixerunt eſſe ſanctiſſimi. *Iſidorus. Rupert.*

Quod equidem ſic in promptu eſt apud ſanctiſſimos Patres, vt ſuperfluum ducam illud ex eis hic colligere: *Manna vtique Chriſtus eſt, qui tanquam panis viuus de cælo deſcendit*, ait Iſidorus, hoc eſt *manna indeficiens, quod vt manducaret homo, caro factum eſt, quo etiam qui veſcuntur ſpiritualiter viuunt*: Rupertus. *Ros qui cum manna deſcendit Spiritum Sanctum ſignificat, per cuius ſanctificationem ad innocationem ſacerdotis conficitur corpus Chriſti*; Ambroſ. c. 3. de Sacramentis latè hoc proſequitur, Bernard. in Sermonib. paruis de manna loquens, *Huius facti myſterium*, ait, *in Euangelio Ioannis conuenienter aperitur, vbi Dominus ait, Amen dico vobis niſi manducaueritis carnem*, &c. Intelli- *Interlin.*
A neal. *Manna eſt ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, quod Aaron ponit in tabernaculo reſeruandum, id eſt ſancti Domini ſacerdotes in Eccleſia in æternam paſſionis Dominicæ memoriam.* Cyrill. lib 3. in Ioan. c. 34. ſuper illa verba *Cyrill.* Moſis ad Aaron: *Sume vas aureum, & mitte ibi manna, Conſidera*, ait, *ore diligentius, quid in hac vltima particula reconditum eſt; nam quoniam verum manna illo ſenſibus figuratus eſt, Chriſtus neceſſario nunc docet, qua gloria, & virtute plenus eſt, qui Chriſtum in ſe ipſo recondit*, ad quorum inſtar & reliqui Patres, ſic vt tanquam de re clara ſuperuacaneum duco plures addere.

Ad Analogiam autem deuenientes multas equidem, & perpulchras tum ex Sanctis Patribus, tum ex aliis inueniemus.

B Primo ergo Nyſſenus de vita Moſis quatuor *Nyſſenus.* affert, & perpulchras; Prima, quia manna non ante datum, quam poſt Ægypti exitum, poſt aquas amaras in dulcorem verſas per lignum, poſt farinæ Ægyptiæ defectionem; ſic verus hic panis non ſumendus niſi poſt Baptiſma, poſt peccatorum omnium purgationem, poſt crucis iugem meditationem; Secunda, quia & ſi è cælo plueret, tamen corporea, ſicut & Chriſtus, & ſi diuinus tamen corporeus, & verum eius corpus in hoc ſacramẽto; Tertia, quia manna non per arationem, non per ſationem, ſic Chriſtus ex virgine homo factus ſtat in hoc Sacramento; Quarta tandem, quia Man omnibus ſe accommodabat; ſic Chriſtus in ſacramento: audiamus ipſum, *Illud prætermittendum nullo pacto eſt, quod poſt quam mare tranſierunt*
C *Iſraelitæ, poſt quam amaritudo aquarum ſitienti virtute ligni in dulcedinem conuerſa eſt, poſtquam delitioſè apud fontes, & palmas fuerunt, tunc qua ab Ægypto viatica, & cibos ſibi ſumpſerunt, penitus eos defecerunt, tunc omni nutrimento quod Ægypto ferebant aſſumpto deſuper ſibi deſtuit cibus varius ſimul, & ſimplex, ſimplex viſu; varius ad ſingulorum cupiditates ſe vertens: quid igitur diſcimus hinc, quod oporteat videlicet fide, baptiſmate, labore, omni virtute, omni Euangelica doctrina mundos, puroſque noſtros animos facere, ita vt omnino alienigenum mores, & Ægyptiaca vita, vitiorum ſcilicet omnium turba nos deficiat, & demum deputato, defecatoque animo cæleſtem cibum eſſe ſuſcipiendum, quem nulla nobis ſatio agriculturæ artibus*
D *produxit, ſed panis eſt abſque ſemine, abſque ſatione, abſque humano alio opere nobis paratus, ſic deſuper deſtuens in terris inuenitur, panis enim qui de cælo deſcendit, qui verus cibus eſt, qui ænigmaticè hac hiſteria ſignificatur, non incorporea quædam res eſt; huius corporis panem, non aratio, non ſatio, non agricolarum opus effecit, ſed terra intacta permanſit, & tamen panis plena fuit, quo fameſcentes myſterium virginis perdocti facilè ſaturantur; is igitur admirabilis ſine agricultura panis varietate qualitatis, ad ſuſcipientium habitudinem virtutem ſuam commutat; nam cum ſit panis ignorat labefieri, ſic in carnem verti nouit olus imitari, quidquid denique aſſumenti conueniens, & expetitum ſit in id commutatur, perfectis enim caro, infirmis cibus, infantibus lac.* Nil pulchrius, quæ verba ponderarem, niſi infrà in alijs homilijs facturus,

Analogiæ quatuor, mannæ ex Niſſeno.

facturus, dum de præparatione ad hoc diuiniſſimum Sacramentum verba faciam, nunc autem ſolum de analogiis tantum eſt in animo diſſerere.

5. Quinta autem & etiam excellens analogia in ipſomet Nyſſeno habetur, qui acutè conſiderauit in Ægypto ante hunc panem Deum ſolum pro populo bellaſſe, ac poſt datum manna non Deum ſolum, ſed populum contra Amalech, & viciſſe; quid hoc ait Nyſſenus niſi *quouſque homo imbecillis eſt in fide perniciosa tyranni ſeruitute oppreſſus, non ipſe ſe ab hoſte tuetur, nec enim poteſt, cum vero in libertatem iam vendicatus homo ſit, cum ligno amara in dulcedinem aqua verſa refocillatus fuerit, cum fontium, & palmarum amœnitate requieuerit, cum lapidis myſterio ſitim expulerit, cum denique cæleſti cibo fuerit vſus, tunc non per alium fugat hoſtem, ſed ipſe pro ſeipſo manus cum aduerſario conſerit, duce vſus non Moyſe Dei cultore, ſed ipſo Deo.* Nil elegantius, & ad frequentiam ſuadendi huius diuiniſſimi Sacramenti nil vrgentius vt infrà.

Idem.

4. Sanctiſsimum ſuſceptum quantum afferat robur.

6. Sexta Analogia à nomine ſumitur; nam manna *panis eſt dictus Angelorum*, Pſalm. 77. n. 24. hoc eſt miniſterio Angelorum compactus; at Sanctiſſimum Sacramentum miniſterio ſacerdotum, tanto altius illo, quanto hoc diuinum Sacramentum non Angelos habet effectores, ſed adoratores; vt ſanctus Nilus Chryſoſtomi diſcipulus ſcribens ad Anaſtaſium Epiſcopum, affirmat ex Chryſoſtomo ſæpius audiſſe: *Qui ſæpe*, ait, *in ſacrificio Miſſæ Angelos à cælo lapſos videbat candidiſſimis ſtolis indutos, nudatoque aſpectu intentos, vultu demiſſo, alas, & magna reuerentia circunſtantes indiuiſibili quiete, ac ſilentio.* Dionyſ. Areopag. lib. de cæleſti hierarch. aliam etiam affert rationem cur ſcilicet Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum panis dicatur Angelorum: *Quia*, inquit, *participatio Chriſti, qua nobis ſymbolicè*, hoc eſt in Sacramento Euchariſtiæ *traditur Angelis datur ſuper naturam huius mundi*; hoc eſt ſine ſymbolis, ex quo quanta erga nos Chriſti elucet charitas in huius Sanctiſſimi Sacramenti inſtitutione, infrà latius ex hac eadem Dionyſij authoritate expendemus.

6. Cur Sanctiſsimum panis dicatur Angelorum. *S. Nilus.*

6. Angeli vt aſtant coràm Sanctiſsimo.

7. Septima eſt, quia manna de nocte inuiſibiliter deſcendebat de cælo, vnde cum per noctem ſtatus huius vitæ, in quo per fidem ambulamus intelligatur, rectè hoc Sacramentum ſignificatur, dum etſi inuiſibilis in eo Chriſtus, tamen creditur ibi ineſſe firmius ex fide, quam ſi oculis cerneretur.

8. Octaua, Manna circa caſtra tantum Hebræorum deſcendebat, ibique erat vbi morabantur Hebræi: ſic hoc Sanctiſſimum Sacramentum in Eccleſia tantum Catholica, & ſancta inuenitur, non alibi, nec extra illam.

9. Nona, Manna non deſcendebat in ſabatho, per quod æterna requies figurabatur; ſic & hoc Sanctiſſimum Sacramentum in hac vita tantum comeditur, & editur, non in altera; nam ibi clarè, non vt nunc ſymbolicè, vt infrà dicemus.

10. Decima, Manna enim ſolis radium ſuſtinere non poterat, ſed liquefiebat, ad ignem tantum indurabatur: ſic equidem ſi curioſis argumentationibus, ſi lumine naturali quis hoc percipere intendat Sacramentum, prorſus euaneſcit; at ſi amoris igne, feruentique charitate, ſolidatur, & nutrit, quam rem latiùs infrà proſequemur.

11. Vndecima, Manna ſapiebat ad quod quiſque cuperet, vt in Commentario diximus, quod intelligendum de iuſtis; in qua re animaduertendum hanc analogiam non incurrere cum illa, quam ex Nyſſeno ſup. adduximus; nam ibi Nyſſenus non tractat de differentia ſaporis, ſed de differentia ſuſtentationis: nam aliquos ſuſtentat, vt ipſe ait ſicut caro, quia grandes, aliquos ſicut olus, quia non tales, aliquos ſicut lac, quia pueri; at nunc ad ſapores analogiam ducimus, dum manna iuſtis omnes ſapores reddebat ad eorum voluntatem, quod proprium eſt huius Sanctiſſimi Sacramenti, vt infrà dicemus, ſapere ad quod quiſque deſiderat; de qua re audi pro nunc elegans de hac re Cæſarij Arelatenſis dictum Homil. 5 de Paſcha. *Illud legis manna*, ait, *cælitus illapſa per multimodas ſuauitates naturæ meritum, & generationis excedebat intuitum, & cum creaturam ſuam diſpenſatio largitoris multiplici diuerſitate condiret, præbebat guſtus quod ignorabat aſpectus, intra propripientis deſiderium eſca illius notitia & dignitas naſcebatur; quod igitur illic auiditas faciebat, hic fides faciat; quod ſi in corpore cibus ſapiat, in pectore Deus credulitate proficiat*; quid pulchrius? ſed de hac re infrà.

11. 7. Sanctiſsimum vt ſapit ad quod quiſq; vult.

Cæſar. Arelatenſ.

12. Duodecima, Manna illud inter cætera, vt diximus, in ſe continebat admirabile, vt non plus inueniebat, qui plus collegerat, quam qui minus, ſicque omnes eandem poſſidebant menſuram; quod Rupertus eleganter lib. 3. in Exodum c. 19. ad Sanctiſſimum accommodat Sacramentum, in quo nec plus, nec minus accipit, qui plures, quam qui vnam hoſtiæ particulam ſumit; *Hoc*, inquit, *pro virtute cibi, & ſpiritualis potus, id eſt corporis, & ſanguinis Chriſti ſciendum, & firmiter tenendum eſt, quod non pro quantitate portionis quam quiſque ore percipit ſecundum viſibilem ſpeciem panis, & vini alius plus, alius minus conſequitur de gratia vinificantis ſpiritus, ſed æqualiter omnes.* Quod etiam dixit Cæſarius Arelatenſis vbi ſup. dum ait: *Benedictio huius Sacramenti ſcit diſtribui, neſcit diſtributione conſumi*; nec minus eleganter hoc infertur ex illo Philonis lib. 2. allegoriarum, aduertens ex rei ruſticæ peritis Coriandri ſemen ſic eſſe viuificum, vt qualibet eius minuta pars germinet, ac producat; quod etſi ipſe ad Dei verbum pulchrè aptet, quodlibet ſcilicet, etſi diminutum viuificum eſſe: *Aiunt*, inquit, *rei ruſticæ periti, etiam ſi ſemè hoc concidatur minutiſsimè, ſingulas portiunculas, & micas ſatas germinare, non ſecus quam Coriandrum ſolidum: huiuſmodi eſt etiam ſermo Dei, qui vel integer inuari poteſt, vel quacumque ſui particula*; tamen aptiſſimè ad Sanctiſſimum applicari poteſt; nam de manna eius ſymbolum quaſi ſemen *Coriandri* dicitur extitiſſe; ad hoc quippè ſignificandum, ſic totum Chriſtum in qualibet hoſtiæ non ſolum parte, ſed indiuiſibili exiſtere, vt tantum ſumat vnus, quantum mille, & tantum qui integram, quantum qui hoſtiam indiuiſibilem; in quo loco, vt interim hoc dicam, ne è memoria

Rupert.

Cæſarius.

Philonis.

8. Symbolum excellens Sanctiſsimi eſt ſemen Coriandri, &c.

Digitized by Google

excidat, non ſolum admirabilis Chriſti modus exiſtendi in Sacramento elucet, ſed eius in nos infinita charitas, non ſolum ardens, ſed infinitus amor, dum ſe nobis communicare determinans, eum modum exiſtendi elegit, ac per conſequens ſe communicandi, vt propemodum infinitus eſſet, & infinite ſe communicaret; cum enim conſtans Philoſophorum ſit ſententia in quantitate eſſe indiuiſibilia, & hæc affirmant infinita, ſequitur profecto ex hac opinione, cum Chriſtus totus in quolibet ſit hoſtiæ indiuiſibili, indiuiſibili modo, & hæc in continuo infinita, quod quando per ſpecies ſacramentales nobis ſe communicat, dat, vnit, ac præbet, infinite etiam ſe præbere, ac effundere, quod profecto non aliunde hoc, niſi ex infinito illo amore, quo infinite ſi poſſibile ſe nobis communicare deſiderat, ſic cum illo omnipotens, ſic fortis, vt ad inuſitata, ad exquiſita, ad non ſolum ſuper humana, ſed ſuper cæleſtia illum adducat efficienda, & conſummanda. Quid vis dicam, quando hæc conſidero, quando hæc huius amoris mirabilia, ſic ad ſtuporem ducor eius magnitudinis, vt profecto concludam, niſi ſimul Deus eſſet, & vt modo nos diligit, ſine hypoſtaſi diligeret diuina ſic, vt efficere non poſſet, quod effecit, ac efficit nullum illo miſerabiliorem hominem, nullum amplius pœnatum, afflictumque; ſed de hoc iterum.

9. Infinitus Chriſti amor in Sanctiſſimo vnde erui poteſt.

13. Decima tertia, manna decentiſſimè reponebatur, ac ab Angelis tractabatur, præcedebat aër, vt diximus, terram mundans, priùs cadebat ros, ſuper illud reponebatur, & ſi velis cum aliquibus, & alius etiam cadebat ros illud cooperiens, vt ſummam totum indicaret decentiam, ac puritatem; nonne dum hæc audis, & puritatem conſcientiæ, qua Sanctiſſimum eſt recipiendum, & ſimul exteriorem in Eccleſijs, ac altaribus inſinuatam, & adumbratam aſpicies?

14. Decima quarta, Manna colligebatur quotidie, & quotidie populus ad illud colligendum exibat, vt myſterium ſignificaret Sanctiſſimum quotidie ſumendum ſi poſſibile, ob hoc Luc. 11. appellatur *panis quotidianus*, qui & Matth. 6. dicitur *ſuper ſubſtantialis*, quaſi pandens Lucas, qui poſt Mattheum ſcripſit, ſe ideò eum appellare *quotidianum*, quia quotidie tunc ſumebatur, & quia quotidie ſumendus? Vnde Ambroſ. lib. 5. de Sacramentis c. 4. ideo Latinum interpretem Lucæ hunc panem *quotidianum* appellaſſe affirmat, quia Græci aduenientem diem appellant ἐπιούσιον, vnde *panis* ἐπιούσιος, idem eſt, ac *panis quotidianus*, quotidie adueniens. Quod autem panis quotidianus de Euchariſtia ſit intelligendus apertè ſentiunt Tertull. lib. de oratione Dominica; Cyprianus in expoſitione eiuſdem orationis, & lib. 4. Epiſtolar. epiſt. 6. Hieronym. contra Pelagianos, Auguſt. lib. 2. de Serm. Domini in monte c. 12. Chromatius in Matth. c. 6. Chryſolog. Serm. 68. Rabanus lib. 1. de inſtitut. Sacerdotum c. 3. Ambroſ. lib. 5. de Sacramentis c. 4. & alij plurimi.

Luc. 11. *Matt. 6.* *Ambroſ.* *Tertull.* *Cyprian.* *Hieron.* *Auguſt.* *Chromat.* *Chryſolo.* *Rabanus.* *Ambroſ.*

10. Euchariſtia panis quotidianus dicitur, & cur.

15. Decima quinta, manna infidelibus, ac auaris, ſeu cupidis in vermes conuertebatur; ſic hoc Sanctiſſimum Sacramentum peccatoribus iudicium, ac vermes parit conſcientiæ, de qua re infrà.

16. Decima ſexta, manna, vt ederetur frangebatur mola, vt in Commentario diximus, & apparebat album poſt fractionem, quaſi eſſet pilo tuſum; ſic equidem Chriſtus Dominus noſter pati voluit, crucifigi, tundi, vt albus in hoc Sacramento appareret, & incruentum eſſet ſacrificium, & ſimul tradens tibi formam eum manducandi, vt ſcilicet priùs per Sanctiſſimæ Paſſionis eius memoriam eum in te veluti frangas, vt dulciſſimè poſtea ipſum ſapias? Vnde Cyprianus tractatu de Cœna Domini: *Vides*, ait, *quomodo hi qui Chriſti commemorant paſſiones intra ſacra officia, quaſi per canales quoſdam, de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & ſuper omnes delicias lachrymis nectareis anima delectetur*, ſed de hoc infrà. *Cyprian.*

HOMILIA LXXV.

De magnitudine huius Sacramenti ex Dei potentia, ac miraculis in illo.

Paragraphus ſecundus.

De amoris maieſtate, altitudine, ac potentia, cæteriſque bonis in Sanctiſſimo relucentibus.

Patres veſtri manducauerunt Manna in deſerto, & mortui ſunt: qui manducat hunc panem viuet. Enimuero panis ille è cælo populo præſtitus, *Man* vocabatur, vt diximus; quod ſi inquiras, quid ſignificet, omnes vna hebraizantes affirmabunt quod, *quid eſt hoc*, vt in Commentario diximus, præ magnitudine illius ſubſtantiam ignorantes, immo & modum omnipotentem, ob quod illud impoſuerunt nomen, quod ſemper admirationem, ſtuporémque præſe fert: ſic equidem in Sanctiſſimo verè, ſi Dei potentiam, ſi miracula in illo conſideres, rectè ad ſtuporem adductus *Man* illud appellabis, clamans, & exclamans *quid eſt hoc*? cum in nullo Dei opere ſic Deus admirabilis, ſic natura ipſa ad obediendum prompta, vt in hoc.

Enimuero amore, ac ardentiſſima in Deum affectione eleuatus, ac propè modum totus ignitus ex operum Dei conſideratione Propheta Rex Pſal. 110. ad Dei laudem prorumpens ex corde, & præcordiis, ſic inclamat: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo*; & quia ſolus renuebat clamare, iam impatiens, ſed coram omnibus addidit, *in conſilio iuſtorum, & congregatione*, duo requirit, iuſtorum concilium, & quia hoc ex paucis, addidit *congregationem*, quod eſt dicere omnium pene creaturarum, hominum, mulierum, virorum, infantium, ſapientium, & ignorantium, ſiue ſimplicium; vnde in Hebræo *collaudabo Dominum ex toto corde, tum priuatim apud ſanctos, tum pro concione*; at quæ ratio huius tanti affectus, tanti ardoris, tantæ aduocationis? ſanè operum Dei admirabilium conſideratio, vnde ſequens clamat: *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius*, vnde magna? ſanè, quia *exquiſita in omnes voluntates eius*; in hoc quippè tota conſiſtit magnitudinis ratio, ſi quid illa verba ſonant ſemel agnoſcamus. *Pſal.* 110. n. 1.

1. Dei opera vnde dicãtur magna

Incognit. 2. Dei potentia in operando quã magna.

Quapropter Incognitus ſubtiliter hoc conſiderans affirmat ideò omnia opera Dei magna, A quia exquiſita, hoc eſt facta per ſolam eius voluntatem, ſicut omnia alta, & magna quæcumque conſiderare velis, non amplius Deus in illis elaborauit, quam velle ea facere, cum in illo idẽ ſit velle, & poſſe; vult, poteſt, efficit, *Dixit, & facta ſunt: potentia ſua eſt voluntas ſua*, ait Incognitus, *& voluntas eſt potentia, & ideo ſic lens eſt Deo magna opera facere velle, ac & illa facere*; hinc exquiſita in omnes voluntates eius, hoc eſt ſecundum imperium voluntatis eius, vnde ſequens: *Si ergo conſideras Dei operum magnitudinem, quod totum mundum ex nihilo creauit, quod cælos incorruptibiles fecit, & in ſuo motu infatigabiles, quod in homine naturam ſpiritualem, & corporalem ſic continuxit, vt nullatenus ab inuicem ſeparari velit, & cætera; ſi autem horum omnium cauſam effectricem requiras, certè nulla alia cadit reſponſio, niſi quia voluit.* Egregiè, ex operum magnitudine, amplitudine, multiplicitate, altitudine magna elucet Dei potentia, & ad illum confitendum nos impellit, dum etſi talia, & tanta non ampliùs ad illa efficienda tempus conſumpſit quam velle.

S. Greger. 3. Infinitam eſſe eluceat dum omnia opera, etſi contraria ſuam facit vt operentur voluntatem.

Sanctus Greg. lib. 6. Moral. c. 61. ab ipſomet Incognito relatus, moralem alium eruens ſenſum, egregiè exponit, ideo magna opera Domini, quia omnia, etſi à peccatore aſſumantur aliquando, vt Dei obſiſtant voluntati, eadem obſiſtentia ei obſecundantur; hinc omnia parua, & magna exquiſita, hoc eſt effecta ad omnes volitates eius, velit, nolit homo: *Iuſtus namque, & miſericors Deus*, ait Greg *facta mortalium diſponens alia concedit propitius, alia permittit iratus, ſicque illa quæ permittit, ſic toleratur, vt etiam hæc in ſuæ voluntatis vſum conuertat, vnde mirè modo ſit, vt quod ſine voluntate Dei ſit, ei contrariũ non ſit, quia dum in bonum vſum mala facta vertuntur, eius voluntati militant, etiam quæ eius voluntati repugnant.* Optimè quidem, erige conſiderationem ad præterita, præſentia ac futura, malitiam pende hominum, immo diaboli, in creaturarum vſu contra Deum militantes, eis vti inſtrumento contra ipſum vtentes creatorem, & dum proſpicis non ſolum illas contra ipſum non militare, ſed tunc, tunc ampliùs obſecundare, exclama, *magna opera Domini, exquiſita* in omnes voluntates eius.

Anaſtaſ.

Anaſtaſius vt apud Agellium in eius eſt ſententia, vt dicat, ideo omnia Dei opera eſſe magna, quia ſecundum omnes eius voluntates ſic extant perfecta, vt in eis nil ſuperſit, nil deficiat, *ſingula eius opera exquiſita ſunt, neque ſuperfluũ quidquam habent, neque mancum.* Pulchrè, ſingula conſidera alta, & infinita, conſule ſingulos Philoſophos, qui ſapientia inflati ſuprà aſtra ſe extulerunt, ac veluti Dij ad ſpeculandum naturæ mirabilia ſe intruſerunt, nullum vnquam audacem inuenies, etſi in mille prolapſi errores, qui naturam, aut mancam, aut ſuperfluam dixerit, quid mirabilius in Dei operibus? vnde verè ex hoc magna eius opera.

4. Sanctiſsimum vt magnum Dei dicitur opus.

At licet hæc omnia vera, & iuxta has omnes acceptiones rectè diſcurrere circa Sanctiſſimum poſſemus, dum etſi magnum, etſi altum, etſi ſuprà omnem ſit naturam, non amplius in illo efficiendo Deus elaborauit, quam dicendo, quam volendo iuxta Incognitum, dum etſi àliqui eo abutantur, aut contra ipſum per hæreſes militando, aut malè ſuſcipiendo, omnia in eius ampliorem cedunt gloriam, & ſic exquiſitum dici poſſit ſecundum Gregorium, in omnes eius voluntates, ac proinde magnum, & demum, etſi ſic opus perfectum, completum, ac vndequaque abſolutum, vt nil in eo ſuperfluum, nil mancum quod deſiderari poſſit, ac proinde iuxta Anaſtaſium, magnum opus omni confeſſione dignum, & in omnes Dei exquiſitum voluntates; tamen vnam in animo nunc eſt ſequi opinionem, ſiue expoſitionem Sanctiſſimi Chryſoſtomi.

Ipſe enim in hoc Pſal. tom. 1. ideo æſtimat omnia Dei opera eſſe magna, & ideo ad ſtuporem Pſaltem rapuiſſe, quia omnia ſic ſunt ad omnes voluntates Dei prompta, & exquiſita, hoc eſt obuia, parata, & expedita, vt non ſolum ad naturalia, ſed ad ſupernaturalia, non ſolum ad quæ ſecundum earum naturam, ſed etiam ad quæ contra, aut ſuprà eam ſemper inueniantur exquiſita, prompta, parata, ſine vlla repugnantia. *Hoc mihi videtur dicere*, ait Chryſoſt. *de creaturis, hoc eſt prodigia, miracula, quæ ſæpè perficit hominum genus adminiſtrans, quæ ſunt exquiſita in omnes voluntates eius, hoc eſt præparata, perfecta, abſoluta, ſufficientia ad eius faciendas voluntates, qua nec claudicant, nec manca ſunt ad ſuſſa eius peragenda, ita vt non ſolum agant ad quã conſtituta ſunt, ſed etiam ſi inſerit contraria*; Nil egregius, ideo omnia Dei opera magna, & ad ſtuporem ducentia non tantum, quia ad quæ ordinata efficiunt, & obtemperant, ſed etiam ad inordinata, & contraria, vnde ſequens Sanctus ait: *Iuſſit mari, & non ſolum non inundauit, quod eſt eius proprium officium, ſed ſtratis ſuis fluctibus, vel petra firmius, & ſtabilius traiecit populum Iudæorum; fornax non ſolum non ardebat, ſed rorem etiam præbebat ſibilantem; fera non ſolum non deuorabant, ſed Danieli erant loco ſatellitum; cetus non ſolum non deuorauit, ſed etiam ſaluum conſeruauit depoſitum; terra non ſolum tulit, ſed etiam mari vehementius inundauit, quando aperta eſt, & deuorauit Dathan, & Abiron.* Hoc quippè magnum in eis, hoc admirabile, ſic exquiſita ad omnes Dei voluntates reperiri, vt non ſit neceſſe, vt Deus eas requirãt, ſed iam ex ſe ſint exquiſita, prompta, parata ad omne altum ſupernaturale, contrarium efficiendum; hinc rectè Paſchaſius Natberth, de corpore, & ſanguine Domini c. 1. pulchrè affirmat, quod ſicut velle Dei eſt ipſum ſuum eſſe, ſic naturæ eſſe eſt ipſum Dei obſequium: *Sicut velle Dei eius profectò eſt eſſe*, ait, *ita quoque eſſe naturæ eſt quidquid eam rurſus Dei virtus eſſe decreuerit*; hinc & ob hoc Dei in eis elucet omnipotentia, ac magnificentia, ob hoc rectè Deus ex toto animo, ex toto corde confitendus, admirandus non ſolum in concilio iuſtorum, ac coram Sanctis, electiſque, ſed coram omni populo, coram tota eius Eccleſia non tantum militante, ſed triumphante.

Chryſoſt.

5. Naturæ eſſe, eſt Dei obſequiũ.

6. Sanctiſsimum omnium miraculorum, quæ vnquã Deus edidit maximum inductione ex aliis probarat.

Quod ſi ſic, & hæc magnitudinis Dei operum eſt ratio, conſidera quæſo, ſi aliud maius inuenies quam Sanctiſſimum, vbi tota inuertitur natura, vbi toti contradicitur rationi, vbi totus peſſundatur diſcurſus; quid Dei omnipotentiã

cælorum prædicat machina? quid ſolare inbar? quid lunæ ſplendor? quid ſtellæ? quid mare? quid terra? quid orbis tandem totus, quid prodigia cætera? quid miracula? in hoc omnia reconduntur, hoc eſt omnium illorum memoriale? Vnde in eodem Pſalm. infra rectè canit Pſaltes: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* Vnde egregiè Diu. Tho. Opuſc. 59. c. 1. *In præparatione*, ait, *& in diſpoſitione, & ordinatione iſtius benedicti panis, Deus tot, & tanta mirabilia incluſit, quæ in ipſo videtur, quaſi omnium mirabilium, quæ ab initio mundi memoriam renouaſſe, & idcirco Propheta dicit, memoriam fecit*, &c. Quod vt clarius conſtet recolamus aliqua Dei antiqua miracula, & non ex infimis, ſed ex maximis, aſpiciemus enim ſole clarius energiam, ex illis huius Sanctiſſimi, & quantum ſe ſupra illa eleuet.

S. Thom.

Profectò magnum extitit ſtupendum in puncto, ac in inſtanti in ſtatuam ſalis ob retrorſum aſpectum, mulierem cõuertere Loth, Geneſ. 19. n. 26. *Reſpicienſque vxor poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis*; at quid hoc cum admirabili tranſſubſtantiatione huius Sanctiſſimi, ibi certè nil aliud interfuit niſi in inſtanti noua forma eadem remanente materia, vnde non maius miraculum, quam inſtantanea tranſmutatio, & quod per tempus natura, in inſtanti efficeret Deus; at hic in Sanctiſſimo non noua inducitur forma, non eadem remanet materia, ſed ſecundum fidem Catholicam, tota ſubſtantia panis conuertitur in ſubſtantiam carnis, tota ſubſtantia vini in ſubſtantiam ſanguinis, nil de priori remanente, nil exiſtente, quid mirabilius?

Geneſ. 19. n. 26.

7. Chriſtus Deus in nullo ſic cognoſcitur ac in trãſubſtãtiatione.

Hinc ex nullo ſic Deus cognoſcitur, ex nullo altero, & ſi quod cumque admirabile, Chriſtus Deus eſſe aperitur, quam in hac diuiniſſima transſubſtantiatione; cum ſolius potentiæ ſit diuinæ illam efficere, ſolius creatoris, non creaturæ; ex quo fit, vt ſtoliditatis ſimul, ac imperitiæ nota Dominus noſter dæmonem ad ſe agnoſcendum, tentantémque inuſſit, dum Matth. 4 n. 3. ad eum accedens ait: *Si Filius Dei es, die vt lapides iſti panes fiant*: Signum propoſuit reputans ex illo Deum cognoſcere, vnde Hilar. canon. 3. in Matth. *Eam ergo*, ait, *in tentando conditionem operis propoſuit, per quam in Deo ex mutatione lapidum in panes virtutem poteſtatis agnoſceret, vt in homine oblectamento cibi patientiam eſurientis illuderet*, At quid Dominus ſtultitiæ eum damnans, ac inſipientiæ reſpondit; *non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Quæ reſponſio mea ſententia ad duo tendit, primò ad ſignificandam impertinentiam miraculi, cum & ibi herbæ adeſſent, quibus ſe ſuſtentare poſſet, vnde ſuperfluũ miracula quærere, dũ neceſſaria ad ſuſtentationem adſunt; alterum ad eum taxandum imperitiæ, ac inſcientiæ, dum non ex eo, quod lapides in panes conuerteret, inde te Deum eſſe poſſet cognoſcere, cum etiam Moſes virgam proiiciens, & ſi virtute diuina ſtatim in colubrum vertit, vnde non ob hoc Deus, & veluti hoc ſtupendum, quod in Sacramento accidit indigetans, quaſi ad illud diabolum remittens affirmare videtur, tunc nempè Deum eſſe aliquem cognoſci poſſe, quando non tranſmutando lapides in panes comeſtibiles eos reddit eadem remanente materia, ſed tunc quando hæc non remanet totaliter pereunte aliáque tranſmiſſa, ſeu tranſubſtantiata, quod inde hoc colligo: nam teſtimonium Chriſti ſumptum eſt ex Deuter. c. 8. n. 3. in quo Moſes de miraculo agit mannæ, probans per illud verum Deum eſſe ſe declarare apud eos intendiſſe; nam ſolius Dei poteſtatis erat non pane, ſed manna populum tantum cibare; *Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & patres tui, vt oſtenderet tibi, quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Dei*: Ergo ad manna memoriam reducere intellexit Chriſtus dæmonem, quæ dum per varios ſapores ſecundum aliquos tranſſubſtantiabatur, rectè Deus ex illo cognoſcebatur; at per conuerſionem tantum lapidum in panes minimè, hinc ſtultus, quia non illam exquiſiuit tranſmutationem, per quam verè Deus cognoſcitur, per quam vera potentia diſcernitur diuina, ex quo fit, vt ſic ſuprà omnia ad ſimilia ſe erigat hoc Sanctiſſimum ex *tranſubſtantiatione* miracula, vt verè ex illa Deus cognoſcatur Chriſtus, verè omnipotens.

Deuter. 8. n. 3.

8. Chriſtus in tentatione imperitiæ dæmonem taxauit, quia verum deitatis ſignum non petiit, quod erat tranſubſtantiatio.

Hilarius.

Secundò, mirum magnum fateor illud extitit, quando de vtero virginis erumpens corpuſculum illud Sanctiſſimum, ſic prodiit ex illa genitus, vt ſigilla remanerent intacta, porta illa diuiniſſima ſemper clauſa, vnde tanquam de re ſoli Deo principi reſeruata de ea loquitur Ezechiel c. 44. n. 2. *Porta hæc clauſa erit, non aperietur, vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa principi.* Quem locum communiter Patres de intemerata matris Sanctiſſimę virginitate exponunt; ſic Auguſt. Serm. 2. de Natiuitate, Bernardus Hom. 2. ſuper *Miſſus eſt*, Hieronim. in ipſum Ezechielis locum; Ambroſ. lib. de Inſtitut. Virginitat. c. 8. Epiph. Serm. de Laudib. Virginis, Cyprianus in Expoſit. Symboli, Chryſoſt. Hom. de Ioanne Bapt. tom. 3. & alij paſſim; vnde rectè adnotat Galatinus lib. 7. de arcan. fidei c. 14. ter dictum portam hanc clauſam, deſignans *ante partum, in partu, poſt partum*, Virginem Sanctiſſimam ſemper clauſam, intactamque permanſiſſe, cuius ratio, *quia princeps ipſe ſedebit in ea*, quia Deus ex ea, & homo Deus prodiit; vnde & ſi quantus vt homo illæſis ſigillis pertranſut, quia Deus homo, ſanè ſtupendum hoc; at confer cum Sanctiſſimo, & maius in illo reperies, miraculum enim in natiuitate ſolum ſtetit in penetratione quantitatis, ita vt totum illud corpuſculum ſic eniteretur, vt nil de eius quantitate amittens infractis ſigillis egrederetur; at hic non ſe penetrat quantitas cum quantitate, ſed ſecundum fidem Catholicam ſub parua hoſtia, immo ſub quolibet hoſtiæ indiuiſibili totum Chriſti corpus ita integrum, ita perfectum exiſtit, ſicut fuit in cruce, ſicut extitit in reſurrectione; quid grandius? quid mirabilius? quis hoc efficeret, niſi Deus eſſet?

9. Maria porta clauſa ex virginitate.

Ezech. 44 n. 2.

Auguſt. Bernard. Hieron. Epiphan. Cyprian. Chryſoſt. Galatin.

Tertiò, fateor quidem magnum illud extitiſſe miraculum, quãdo populi ſui miſeratus Deus ad liberandum ſe accingens Moyſi in flamma apparuit ignis, in medio rubi rubum non comburens, Exod. 3. n. 2. *Et videbat quod rubus ardebat, & non comburebatur*, reputans Moſes verè accidentia ignis ſubiectiuè in materia rubi

Exod. 3. n. 2.

extare, ac proinde admirabatur quomodo non comburebatur, ignem videns, effectum non A aſpiciens; ſanè admirandum, ſed quid cum Sanctiſſimo, quando ſecundum fidem tenemus, quod & ſi albedinem in hoſtia, quod ſi odorem, quod ſi ſaporem panis accidentia præſe ferant, nil tamen corpus Chriſti afficiunt, ſic vt aut album, aut odoriferum, aut ſapidum illud efficiant: in rubo, vt volunt Doctores verus ille ignis licet non ſubiectabatur in rubo, tamen, vt rectè Cornelius, in aliena ſuſtentabatur, & propria materia, Angeli virtute, Angelica poteſtate; at hîc accidentia non in aliena ſolum, ſed nec in propria ſuſtentantur, ſiue inhærent, cum nec in Chriſti ſubſtantia, quæ tunc actu ſub eis exiſtit, nec in panis, quę iam pertranſiit, & euanuit, ampliùs inſunt, quid miraculum cum miraculo?

Quartò, verum magnum miraculum illud B de manna, vt diximus, extitit, quando nec minus habebat, qui minus collegiſſet, nec plus, qui magis, ſed omnes ad menſuram Gomor,

Exod. 16. Exod. 6. *Et collegerunt alij plus, alij minus, & menſi ſunt ad menſuram Gomor, nec qui plus collegerat, habuit ampliùs, nec qui minus paranerat, reperit minus*; Sed quid hoc cum Sanctiſſimo? ibi enim illud fiebat, aut per rarefactionem, aut per conſtipationem, at hîc quid ait fides Catholica, & ſi infinitum hoſtiæ conſecrarétur, & ſi, vt dicam, panis infinitus aceruus, ſi vini infinita dolia; aut ſi è contra minutiſſimi panis particula, quantumuis minima, gutta quælibet vini, nec grandior ob primum, aut extenſior eſſet Chriſtus, nec diminutior ob ſecundum, ſed ſemper idem, ſemper, vt modò eſt in C cælo, quid admirabilius?

3. Reg. 19. n. 7. Quintò, magnum quippe extitit miraculum quando 3. Reg. 19. n. 7. timidè Iezabelem fugiens Elias, ab Angelo confortatus, cibum in figuram huius Sacramenti ſumens, ſic ab illo extitit animatus, vt *in fortitudine cibi illius ambularet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Horeb*? Sanè magnum, ſed à cibi ſubſtantia & ſi diuinitus, & confortatus ad vitam ſuſtentandam humanam; at hîc audi miraculum, audi ſtupendum; duo enim concurrunt mirabilia contra naturæ vſum, videlicet, vt accidentia, & ſi ſine ſubiecto verè corpus nutriant, ac confortent, & corpus verum ſub illis exiſtens, nutriat, & reficiat, non corpus, ſed ſpiritum, quid grandius? quale huic ſimile Dei opus; pone vnum magnum comedere pa- D nem conſecratum, grandem ebibere calicem vini, ſic ſuſtentaretur, ſic alimentaretur, ac ſi ſubſtantia inibi eſſet panis, & vini, cum eadem prorſus albedo quæ nunc, & ſi ſine ſua ſubſtantia viſum diſgregat, ac alterat, eadem ſimul cum aliis diuina virtute alteraret, & nutriret, quale ſimile prodigium? at non hoc ſufficit, ſed corpus illud diuinum ſub illis contentum talem in ſe vim, virtutémque obtinet, vt non corpus, ſed animam ſic reficiat, ſic ſuſtentet, ſic animet, vt ad montem peruenire poſſit Horeb, montem Dei paradiſum altiſſimi: *Corpus autem Chriſti*,

S. Thom. Diu. ait Thom. Opuſcul. 59. c. 6. *propter excellentiam ſanctitatis, & puritatis, & propter vnitatem diuinitatis, ita eſt ſpirituale, quod in ipſo perfectiſſimè concurrunt, & conueniunt ratio cibi propter corporalitatem, & ratio ſpiritus propter ſanctitatem, & puritatem, & vnitatem diuinitatem*, vnde Bernard. *Corpus Chriſti*, ait, *agrotis eſt medicina, peregrinantibus dieta, debiles confortat, valentes delectat, languores ſanat, ſanitatem ſeruat, ſit homo manſuetior, ad correptionem patientior, ad laborem fortior, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelam, promptior ad obedientiam, deuotior ad gratiarum actionem*; quid mirabilius? *Bernard.*

Sextò, magnum ſanè confiteor illud extitiſſe miraculum, quando Deus per ſeruum ſuum *3. Reg. 17.* Eliam 3. Reg. 17. n. 14. ſic hydriam farinæ, ac le- *n. 14.* cithum olei ſuſtentauit, vt ad annos viduæ ſufficerent, quæ ex ſe nec per diem eſſent ſatis: *Non habeo panem*, dixit mulier Prophetæ petenti, *niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecitho, en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur*. En quam parum totum, vt vix ad vnam ſufficeret comeſtionem; at quid Propheta? *Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael, hydria farinæ non deficiet, nec lecithus olei minuetur vſque in diem in quo daturus eſt Dominus pluuiam ſuper faciem terræ*; mirum hoc, & magnum; at quid hoc cum Sanctiſſimo? à principio naſcentis Eccleſiæ vſque ad finem mundi ſuſtentabuntur fideles Chriſti corpore, illo ob hoc nec aucto, nec diminuto: farina, ac oleum augmentabatur, dum effundebatur; at hîc nec creſcit, nec augmentatur, & ſi in dies ſumitur, & comeditur; ſic etiam magnum ipſiuſmet Chriſti extitit miraculum, quando ex paruis panibus tot ſaturauit millia, ſed ibi panes augmentabantur, & virtute diuina creſcebant; at in Sanctiſſimo nec augetur, nec creſcit corpus, nec per ſuſceptionem diminuitur, ſic omnipotentia ordinante diuina, quid admirabilius?

Deuenio tandem ad maximum, ad præcipuum Dei opus in antiquis factum, de quo & ipſemet quaſi admiratus approbat Eccleſiaſtic. c. *Eccleſiaſt. 46. n. 5.* 46. n. 5. Stabilitas nempè ſolis, ac lunæ in cæli medio hominis voci, *obediente Deo*, vt ait Scriptura Ioſue 10. n. 4. quod opus admirans Si- *Ioſue 10.* drach ſic ait exclamans in Ioſue commendatio- *n. 14.* nem, *quam*, hoc eſt *quantam gloriam adeptus eſt in tollendo manus ſuas! an non in iracundia eius impeditus eſt ſol, & vna dies facta eſt quaſi duæ*? immo augetur miraculum ſi illud intelligere velimus, vt Areopag. intelligi poſſe autu- *Areopag.* mat epiſt. 7. ad Polycarpum, ſcilicet non cum *10.* ſole ſimul omnes cõſtitiſſe orbes, ſed tantum eos *Solis miraculum à Ioſue vt factum ſecũdum Dionyſium.* ſub ſole, mouentibus ſe ſole ſuperioribus, ex quo fiebat, vt ſi ſolem continentes orbes mouerentur, ipſe per ſe immobilis exiſteret? Vnde Apollophanem quendam magnum Philoſophum reprehendens, & ad fidem adducere procurans, hoc ei miraculum obiicit, Deum ſummum ex eo probans authorem eſſe naturę, ac ad nutũ ea vti ſicut vult, ſicut iubet: *Cur igitur*, ait Dionyſ. *non colis eum, quem ex hoc quoq; verè omnium Deũ eſſe cognouimus propter potentiam, quæ omnium cauſa eſt, nec verbis exprimi poteſt? cum ab eo ſol, & luna vi, ſtatuque naturæ ſuperiore vna cum reliquis cælis ſuperioribus, & ſtellis omnino immobiles efficiuntur, atq; toto die in iiſdem punctis inſiſtunt omnia, aut quod maius eſt, quando omnibus, quæ & præſtantiora ſunt, & continent, ita in orbem motis, ea quæ illorum complexu*

continebantur, non vna in orbem; circumque ferebantur, verè hoc ſecundum maius, & admirabile, cum in ſe infinitas ſecundum humanam inuoluat rationem difficultates; at hòc quid, ſi cum hoc Sanctiſſimo comparemus? quando & ſimul ad Patrem iturus, corpus illud ſanctiſſimum ſimul immobile, vt ſic dicam, ſe promiſit vſque ad ſæculi conſumationem, ſic, vt ſimul in cælo exiſtente, verè, realiter; ac proprijſſimè idem prorſus corpus in ſacramento exiſtat, miraculum adeò grande, vt adhuc ex noſtris ſic terreat, vt & ſi confiteantur idem corpus Chriſti & in cælo prout eſt & in terra ſacramentaliter exiſtere, refugiant tamen concederè illud poſſibile, immo omnino repugnantiam inuoluere, vt ſimul corpus idem circunſcriptuè in duobus exiſtat locis, vnde ob hoc rectiſſimè *S. Thom.* Diuus Thom. Opuſc. 59. c 8. inter mirabilia huius ſanctiſſimi hoc æſtimat admirabilius, *inter omnia admirabilia*, ait, *quæ ſunt in iſto ſanctiſſimo Sacramento, iſtud videtur mirabilius, & difficilius ad intellectum*; vnde infrà rectè concludit, *in ſcriptura, vel natura*, nunquam aliquid reperiri poſſe ſimile; ſic hoc eſt admirandum, ſic ſtupendum; ſol quippè iuſſu Domini ſteterit, ſic orante Ioſue, at quandiu vix vna die; at Chriſti corpus vſque ad ſæculi conſummationem: ibi ex duobus vna dies eſt effecta; at hic ex Chriſti corpore, & ſpeciebus vnum ſacramentum: ibi & ſi mouerentur orbes ſolem continentes ſole immoto; hic quotidie videmus, & credimus motis ſpeciebus, ac circumlatis, & cum eis ipſum Chriſti corpus tantum in cælo immobile ipſum permanere, & ibi, vt ſic dicam, non vnum, ſed æternum efficere diem, quale miraculum amplius ſtupendum? quale Dei potentiæ amplius ſpecimen? Profectò hoc tale, & tantum eſt, vt rectè Diu. Thom. eum appellauerit maximum.

11. Chriſtus experimentaliter maximè ex hoc ſanctiſſimo ſe Deum eſſe cognouit

Hinc profectò eſt, vt ſic Dei potentia in hoc ſanctiſſimo vnicè eluceat; vt & ſi ex cæteris eius miraculis ſe Chriſtum experimentaliter Deum cognoſcere poterat, non ſic tamen, ac quando hoc inſtituit ſacramentum, ac quando hominibus poteſtatem dedit eum ſimiliter conficiendi; tunc enim experimentaliter ſe Deum ſenſit, tunc omnipotentem, ac infinitum pluſquam in retroactis, ac in cæteris omnibus admirabilis? Carnes populo appetente, manna faſtidiente diuinum Numer 11. in murmurationem, & fletus prorumpente, ſic Moyſi intolerabilis res viſa *Num. 11.* eſt, vt faſtidio preſſus de pondere cum Domino quereretur, quaſi ſuprà vires, ſuprà facultates ipſum oneraſſet? *Cur afflixiſti ſeruum tuum? quare non inueni gratiam coram te? & cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum; & defer in terram, pro qua iuraſti patribus eorum? vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? flent coram me dicentes: da nobis carnes vt comedamus, non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi; ſin aliter tibi videtur obſecro, vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.* Singula ſi ponderes verba, grauitatem Moyſis querelæ ſimul expendes, ac iuſtitiam, totum populi pondus ſuper ipſum ſolum, populi tantæ, ac propemodum infinitæ multitudinis, populi, quem ipſe non cõceperat, aut genuerat, populi quem gubernare tenebatur non quomodolibet, ſed, vt nutrix, cuius cura maxima, populi tandem in deſerto vbi omnium rerum penuria: merito ergo illi videbatur quod de Deo quærere poſſet, & ab eo exonerationem poſtulare? at quid Deus, petitioni annuens, ſic ei præcepit: *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris.* Mirum hoc, vt cum Moſes inſufficientem ſe ad tantum onus dediſſet, & Deus petitionem admiſiſſet, iubeatque ſenes ad gubernandum aduocare, tamen non aliunde ſpiritum gubernationis eis infundat, ſed de eodem Moyſis velit eis cõmunicare, vnde hoc? Sanè, vt Moſi manifeſtum eſſet, non ſuprà vires eum ipſum oneraſſe, nec quando ei præcepit populum illum portare, ſic grauaſſe, vt vires ad illum non portandum non haberet, quod equidem tunc Moſes cognouit, ac experimentaliter tetigit, quando de ſpiritu ſuo ſeptuaginta vidit repletos. Pulchrè hoc animaduertit Theodoretus quæſt 18. *Theodor.* in Numer. vbi ſic: *Ex his verbis didicit legislator ſe gratiam adminiſtrationis ſufficientem accepiſſe, propterea dixit, auferam de ſpiritu tuo, non quod aliena virtute, vel gratia indigeret, hoc dixit, ſed vt illum doceret, quod accepiſſet gratiam ad vſum ſufficientem.* Egregiè, Moſes querebatur de onere, cauſabatur de inſufficientia virium, infirmitati Deus compatiens, ac proinde petitionem admittens, tamen pro ſe reſpondens, ſic annuit, vt ſimul iuſtitiam ſuam defenderet, ſeruo oſtendens non ſupra vires illum grauaſſe, quod equidem non ante, ſed tunc agnouit quando ſpiritum proprium in ſeptuaginta partitum aſpexit: ſic equidem ſic tunc profecto Chriſtus Dominus noſter ſe Deum experimentaliter cognouit, & ſi aliunde ſciret, tunc omnipotentem, tunc ſupra omnem naturam, quando hoc ſanctiſſimum inſtituens ſacramentum, in quo vt vidimus, tota commouetur natura, totus inuertitur ordo rerum, omnis obnubilatur humana ratio; & ſimul quod non ſolum ipſe, ſed ſua potentia de ſpiritu ſuo, cæteros replens ſuos miniſtros, propè ad diuinam eos eleuans potentiam ſecum voluit, vt etiam & totam commouerent naturam, totum inuerterent rerum ordinem, totámque humanam obnubilarent rationem.

12. Deus cur de ſpiritu Moſis ſeptuaginta repleuit.

Hinc, vt tandem hunc concludam diſcurſum, ſic præclarum eſt hoc Dei opus, ſic magnum, ſic altum, vt non ſolum ob ipſum, vt diximus experimentaliter ſe Chriſtum Deum eſſe cognouerit, ſed ipſimet Apoſtoli ob hoc præcipuè eum adorarint, ac in Deum cognouerint. Somnium fratribus ſanctiſſimus puer enarrans Ioſeph. Geneſ. 37. n. 9. ſic ait: *Vidi per ſomnium quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas vndecim adorare me*: quod ſomnium notandum ſubſecutum ad alterum; primum námque extitit: *putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, veſtroſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum*; ad cuius rei ſignificatæ conſtantiam demonſtrandam, & ſecundum illud ſomniauit, addens non ſolum ſtellarum adorationem ſiue manipulorum, ſed ſolis, & lunæ, hoc eſt patris, & matris, vt ſa-

Geneſ. 37. n. 9. Apoſtoli Chriſtum Deum experimentaliter cognouerunt præcipuè ex hoc ſacramento.

pientissimè coniectauit Iacob, quando illum reprehendens dixit, *quid sibi vult hoc somnium, num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?* quod profectò secundum somnium non diuersum à primo, significat, vt rectè Rupert. *Duo quidem*, ait, *somnia fuerunt, sed pro vno habenda sunt, & alterum quidem è terra, vel agro, alterum verò somnium fuit è cælo, quia videlicet adoranda à fratribus suis felicitas non de terra tantum, sed & de cælo, non solum ex hominibus, sed etiam ex Deo, immo ex Deo primam, & maximam laudem erat habitura.* Adorationem ergo Iosephi præferebant somnia; at quo medio hæc adimpleta? sanè per frumentum, & triticum, tunc profectò incuruati fratres, vt patet ex Genes. 42. & sequentibus, adorarunt, ac in principem eum cognouerunt, sic equidem sic, ex transactis miraculis sanè Deum Apostoli cognouerunt; at tunc maximè pro Deo confessi sunt, quando hoc diuinissimum frumentum, hoc diuinum triticum se daturum pandens omnibus abhorrentibus, & scandalizatis retrocedentibus, ipsi soli in fide permanentes, fidem non amiserunt, sed auxerunt. Ioan. 6. n. 51. de hoc sacramento verba faciens Christus inquit. *Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum, & panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita*; at quid Iudæi hoc audientes? *Litigabant ad inuicem dicentes: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Immo quid multi ex discipulis eius? *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* immo n. 67. *multi ex illis abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant*; sic vt tantum duodecim remanentibus ad illos etiam dixerit Dominus, *nunquid & vos vultis abire?* ad quid tunc Petrus ex persona omnium Apostolorum, vt vult Cyrill. lib. 4. c. 28. & Chrysost. Homil. 46. fide aucta, & cum illis, simul Deum ex ipsismet sanctissimi Christi verbis de hoc diuinissimo sacramento ipsum recognoscens plusquam ex cæteris omnibus, sic respondit: *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes*; ac si diceret, rectè ait Toletus, *illi abierunt, quia verba tua eis sunt intolerabilia, & dura visa*, scilicet quæ de corpore, quæ de sanguine tuo dixisti; *at nobis non sic visa sunt, sed verba vitæ æternæ*; ob quod, *& nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei.* Pende ly *credimus*, cur non *credidimus*? sicut dixit, & *cognouimus*? cum sic credidit antea, ac cognouit, cur ergo non cognoscimus, ait, sed cognouimus, & cur non credidimus, sed *credimus*? sanè, quia & si prius crediderat, ac cognouerat, & confessus fuerat Christum Dei filium; tamen sic altior, sic sublimior, sic actus fidei super humanus, ac cæteris super eminentior erat in credendo hoc diuinum mysterium, vt quasi tunc de nouo inciperet credere, tunc de nouo illum Dei esse filium cognoscere asseruit, vt exinde intelligas ab Apostolis plus ex hoc diuinissimo Christum cognitum Deum sacramento, quam ex omnibus reliquis eius operibus, & ampliorem fidem tunc illis necessariam, vt ad Christi diuinitatem assurgerent? Vnde apte Petrus Christo respondens, prius actum expressit fidei, quam cognitionis, dans intelligi, ex ampliori fide tunc Christum cognouisse, quatenus mysterium quod dixerat, credebat; vnde eleganter, ac simul subtiliter Augustt tract. 27. in Ioan. à medio tom. 9. hæc ipsa verba Petri ponderans, animaduertit non dixisse Petrum *cognouimus, & credimus*, sed prius credimus, & postea cognouimus, quia ad hoc sublime Christi sacramentum cognoscendum, siue ad Christum in illo, prius fide incedendum vt adsit cognitio: nam aliàs potius ignorantia; *Credimus enim*, ait Augustt. *vt cognoscceremus; nam si prius cognoscere, deinde credere vellemus, nec cognoscceremus, nec credere valeremus.* Tota ex fide huius sacramenti constante cognitione, sic altum, sic profundum suprà cætera reperitur.

Vltimò, pro huius discursus coronide placet adnotare, tam magnum, tam altum diuinæ omnipotentiæ specimen illud esse, vt ob hoc in vltimo suorum à Christo reseruatum miraculorum factum, & institutum, non tantum ad suorum consolationem, quantum ad suæ sanctissimæ matris adiuuandam solitudinem; immo ob ipsam præcipuè nobis datum, sic, vt sicut per sanctissimam Virginem eum habuimus incarnatum, parimodo & per eam habeamus eundem, & sacramentatum: quapropter decebat, vt in reuerentiam tantæ matris *miraculorum maximum*, in vltimo reseruaretur ob ipsam agendum, per eius preces instituendum; hoc equidem mihi videre videor in prefato Iosephi somnio, in quo vnum reperio intellectu perdifficile; dum enim patri narrasset somnium cæleste, stellas scilicet vndecim, solem, lunámque se adorare, sic ei pater: *quid sibi hæc volunt somnia; nunquid ego, & mater tua adorabimus te super terram?* facessit negotium, quia tunc Rachel mortua, vnde ergo Iosephum adoratura? res difficilis, & quæ in varias distraxit patres sententias; ob quod Caietan. æstimat probabilem eorum opinionem affirmantium Rachelem tunc viuere; sed hoc est effugere vim difficultatis, cum reuera, vt latè probat Lira, tunc mortua esset, & Benjamin natus. Gennadius affirmat in potentia Rachelem viuere, & si non actu, quatenus vxor extitisset Iacobi cum quo vna caro; *Rachel si non re, potentia in persona Iacob continebatur*; subtilis expositio, sed non realis: nam Iacob, quando illud dixit, non illud intendebat, sed aliquid verè, & realiter dicere. Abulens. existimat de Bala eius nutrice illud asseruisse Iacob? sed hoc quid magnum, seu quid mirum, aut quale inconueniens, etiam si hæc Iosephum fuisset adoratura? Rupertus reputat intellexisse Liam, quæ adhuc viuebat, sed hæc non legitur Iosephum adorasse; proprius mea sententia Liranus; affirmat enim verè Rachelem adorasse Iosephum, non tantum in se, sed in prole sua, scilicet in Benjamino, quando iste simul cum fratribus ante Ioseph prostratus eum adorauit: *Dicendum*, ait Lira. *quod ipsa in se non adorauerit, sed in prole sua, scilicet in ipso Beniamino*; tunc enim, & eum adorauit, tunc pro fratribus intercessit, tunc & frumentum pro eis obtinuit, & tunc ad misericordiam eum conuertit; vnde Genes. 43. n. 30. tunc legitur commotus, non quando fratres vidisset cæteros, sed quando Benjamin. *Attollens autem Ioseph oculos vidit Beniamin fratrem suum vterinum, festinauitque quia commota fuerant viscera eius, & erumpebant lachryma, & introiens*

14. Sanctissimum ob Virginem præcipuè institutum, ac per eius preces.

15. Iosephus quomodo à matre adoratus, & si non extabat.

formata erant, obnoxia erant liquefactioni, ſegregata autem durefcebant adeò, vt non eſſent ampliùs liquefcentis natura. Itaque, ſicuti ſuſtinebant poſteà ignem, ſuſtinuiſſent etiam Solem, ſi fuiſſent iterum expoſita Soli. Mirum hoc vltimum ſi verum.

22. Die ſexta duplo inferebant & non putrefcebat.

Quartum præceptum circa vſum mannæ fuit, vt feria ſexta duplum colligerent in honorem diei ſeptimi, hoc eſt Sabbathi, *die ſexto parent quod inferant*, ſcilicet in ſua tabernacula, *& ſic duplum quam colligere ſolebant per ſingulos dies.* Circa quod contra Caietan. obſerua iſtos non caſu collegiſſe duo Gomor, ſed ex intentione iuxta præceptum; & ſecundo, quod præceptum de nihil in Sabbatho faciendo non ſolùm extendebatur ad opera ſeruilia, ſed etiam ad ipſam ciborum præparationem; vnde die ſexta parandi erant cibi, ob quod *Paraſceue* dicta; quapropter manna die ſexta coquebatur, & præparabatur; ſic Abulenſ. Hug. à S. Victore, Lyran. & alij recentiores.

Abulenſ. *Hug. à S. Victore.* *Lyran.*

Philo obſeruat ex hoc præcepto, ſiue miraculo didiciſſe Hebræos Mundum abſolutum die Sabbathi, dum ad eius ſanctificationem die ſexta, duplum pluebat manna; & nos quia iuxta Origen. hom. 7. in Exod. Auguſt. ſerm. 251. de tempore, Ambroſ. 1. ad Corinth. c. 10. manna pluit die Dominico, quo etiam affirmat Synodus Cæſarienſ. apud Bedam, Epiſt. de celebrat. Paſchæ, Hebræos mare rubrum tranſiiſſe, rectè quanta ſit veneratione dignus elicere etiam poſſimus, dum ſimul panis ille cæleſtis & manna diuinum quod die Veneris in cruce fuit affus, die Dominico reſurgens, ſuis ſe præbuit, etſi non manducandum, ſaltem videndum, palpandum.

Origen. *Auguſt.* *Ambroſ.*

23. De proprietatibus Mannæ.

De vſu, ad proprietates tranſeo mannæ, hæ duæ materiales, ſapor, & mollities, ſiue tactus; ſpiritualis autem vna, ſignificatio & ſymbolum.

De ſecunda materiali parum dicendum, ex ſupradictis enim patet natura ſua fuiſſe molle, ac flaccidum, niuis inſtar, vel pruinæ, ideóque ſolis calori non reſiſtebat; quod autem illico durefceret, quod igni reſiſteret, quod etiam in longa ſeruatum fuit abſque putrefactione ſæcula, quod etiam ſtatim tranſacta putrefceret die, omnia hæc à diuina accipiebat virtute, non naturali; ſic Abulenſ. & cum eo omnes, vnde quando in arca reſeruatum ſic obduruit, ſic album, & viuidi durauit coloris, ac ſi recens eſſet, & tanquam criſtallum ex glacie congelatum, illibatè, & frigus, & calorem, & ſolem, & omnes cæli intemperies, ac iniurias plurimis ſæculis pertulit; quod ſi ad Chriſti corpus tu adaptare vis, excellentem exinde eripies analogiam, dum diuinum illud corpus reperies, quod quaſi putrefactum in cruce ſemel exiit; in hoc tamen diuino manna incluſum ſemper viuidum, ac recens, tanquam lucidum criſtallum contra omnes diabolicos hæreticorum incurſus, violentias, vim, borealeſque blaſphemias illæſum, intactum, illibatum reperitur.

Abulenſ.

24. Manna in Arca reſeruatum ſanctiſſimi Sacramenti eſt figura.

25. Sapor in Manna ſupernaturalis, an omnibus eſſet communis.

Maior ergo difficultas reperitur in prima, ſapore ſcilicet, nam cùm in manna duo tantùm eſſent ſapores, naturalis, & ſupernaturalis, quæſtio eſt inter Doctores, an ſupernaturalis communis eſſet omnibus, tam iuſtis, quàm iniuſtis.

Dixi in manna duos tantùm eſſe ſapores, & non tres, vt aliqui volunt, cùm addant tertium aduentitium, & hunc aſſerunt fuiſſe, quem habuerunt impij; ſic Dionyſ. in c. 16. Exod. & placet Saliano ad annum mundi, 2544. n. 311. aſſertque pro illa ſententia Abulenſ. in Exod. 16. qu. 13. qui attentè conſideratus nil fauet, non enim ait nouum mannæ ſaporem Deum ad impios caſtigandos dediſſe, inſipidum nempe, & furfuraceum & ſuſtuliſſe bonum, & melliſluum, ſed tantùm, vt in pœnam idem ſapor malis diſpliceret, quando bonos ſummoperè delectabat; verba eius, *Iſte tamen adhuc naturalis ſapor in pœnam videbatur malis malis, vt diſpliceret, & magis videretur eis ſapor alliorum, porrorum, cepparum, atque peponum appetendus.* Ergo ſecun- Abulenſ. non nouus erat in manna ſapor, ſed idem prorſus; at malis in pœnam inſipidus, bonis verò ſapidiſſimus.

Dionyſ. *Salian.* *Abulenſ.*

26. Sapor aduentitius nunquam in manna.

Duo ergo erant ſapores, naturalis, quem Moſes illis exprimit verbis, *guſtuſque eius quaſi ſimilis cum melle*, coctæ ſcilicet, vnde alij *ſapor eius inſtar placentæ mellitæ*, vel *ſimile frixæ in melle*, non erat equidem ſapor vt mel, ſed ad inſtar mellis; vnde Seuerus Sulpitius in Hiſtoria ſacra, lib. 1. *cuius ſapor*, ait, *melli proximus*; nam vt ſic, cùm acredinem dulcedinis mellis non haberet, non poterat ex ſe nauſeam generare, Moſes autem in Num. 11. n. 8. aliquid addit huic ſapori, dum ait, ex manna factas tortulas ſaporis, *quaſi panis oleati*, quapropter manna coctũ ſapiebat aut ad panem melle delibutũ aut oleatum, aut ex vtroque compactum, vt hodie videmus, qui ſapor iucundiſſimus eſſe ſolet, nullumque prorſus generans faſtidium.

27. Naturalis qualis.

Sen. Sulp.

Num. 11. n. 8.

Secundus autem ſapor fuit ſupernaturalis, & quem noſter hic indicat Sapiens, nempè omnium ſimul ſaporum ad voluntatem comedentis; de qua re eſt difficultas, an commùniter hoc fiebat miraculum, tam bonis, quàm malis, an tantùm iuſtis, & ſanctis hoc eueniebat.

26. Saporem ſupernaturalem communem eſſe omnibus prima ſententia affirmant.

Lorinus hìc mordicus deffendit hoc beneficium commune omnibus fuiſſe; affert pro ſe Hugonem à ſancto Victore, in cap. 16. Exod. ſed peculiariter nil dicit Hugo, cùm tantùm ibi hæc habeat verba; *Alij etiam dicunt quod ſapiebat vnicuique quod magis appetebat*; Holkoth ſed potiùs me iudice in contrariam propendet partem; nam verba eius ſunt: *de ſecundo, videlicet congruentia beneficij fuit iſta, vt Deus ſuam eſſentialem ſuauitatem communicaret figuraliter creaturæ; ſicut enim illud alimentum vnicuique ſapiebat ſecundum propriam voluntatẽ, ita Deus omnibus ſibi ſeruientibus tantùm tribuet de dulcedine, quantùm meruerunt per gratiã, & liberi arbitrij voluntatem; vnde ſubdit: ſubſtantiam tuã & dulcedinẽ tuã, quam in filios habes, id eſt quam filiis præparaſti, & paratam habent oſtendiſti, & deſeruiens vnuſcuiuſque voluntati, ſcilicet de bonis, ad quod quiſque volebat conuertebatur non natura propria, ſed operatione diuina; malis verò murmurantibus, tale delectamentum non perfluit, immò vertebatur eis in tedium*: quid clarius? vnde, quæ poſteà addit non ſuam, ſed aliorum refert ſententiam, licèt eam non impugnet; citat etiam Hieronym. in Pſalm. 147. qui illud affert ex Iudæorum ſententia, quam non reiicit, verum: ſed hoc non eſt argumentum illius Hieron. fuiſſe ſententiæ, eo vel maximè, dum de quæſtion. non diſputat, & aliorum opinio ad id, quod tunc intendebat multum

Hug. à S. Victore. *Holkoth.*

Hieron.

conducebat, quod erat Dei ſermonem vniuerſa ſapere, multa enim dum literalem Scripturæ A ſenſum non explicamus, ſed moraliter loquimur, admittimus, quæ ſi verum, & germanum literę ſenſum exponeremus, procul dubio reiiceremus; quod ſimiliter dicendum de Cæſario Arelatenſi Homil. 7. de Paſcha, vt orator loquitur, non autem vt Scripturæ expoſitor. Af-
Nazianz. fert etiam Nazianzenum orat. de compoſ. diſſer. rati; hanc orationem in meo inuenire non potui, Salianus verò in ſcholiis n. 24. nec verbum affirmat dicere Nazianz. Affert Chryſoſt.
Chryſoſt. tractat. *quod nemo laditur niſi à ſeipſo*; ſed eum corrigit Salianus vbi ſup. affirmans malam Lorinus nactus lectionem atteſtans, non dixiſſe Chryſoſt. *Manna cibum quotidie nouum, pro deſiderio veſcentium ſubminiſtraſſe*, ſicut in antiquis eſt, vti in meo, ſed potius, *eius enim natura erat Manna, noua, recenſque nuſquam ipſis negotium faceſcens, neque labore conficiens*, Lorinum ſequitur Cornel. in Exod.

Rationibus etiam eam probat, Prima, quia non obſtat hic filios appellaſſe Sapientem quibus illud conferebatur beneficium, cum generali vocabulo omnes tunc Iſraëlitas ſic vocabantur, vnde non ad ſolos reſtringendum eſt miraculum iuſtos. Secunda, quia cætera beneficia omnibus erant communia, vti aqua, coturnices, &c. Tertia, quia eo miraculo omnes erant alliciendi ad non concupiſcendas Ægypti ollas; Quarta, quia ſi aliquis peccator ea caruiſſet gratia, deprehenſum eius fuiſſet peccatum; tandem, quod ſi propter murmur illa priuati, cur ob murmur datum manna?

Hæc Lorinus, cuius libenter amplecterer ſen- C
27. Secunda ſententia negans ve-
tentiam, ſi grauiſſimorum antiquorum authoritas non obſtaret, ſi ratio, & condecentia contrarium non ſuaderet.

Secunda opinio eſt hoc priuilegium iuſtorum tantum fuiſſe; immo & me iudice non quorumlibet, ſed præcipuorum, quod cum peculiare eſſet donum ipſis collatum, ſilentio ob humilitatem premebant; ex quo factum, vt communiter ignorabatur, & niſi Spiritus Sanctus ſapienti illud reuelaſſet vſque huc ignotum extitiſſet.

Ad hoc affirmandum ducor, quia impoſſibile prorſus apparet Moyſen illius non meminiſſe, cum ſpeciatim de ſapore ageret mannæ, quando contra populi murmurationem pro Deo ſtabat, probans ex ſapore nullam iuſtam contra Deum populum querimoniam pertendere potuiſſe, cum ſapor eius, ait, erat, quaſi D
Num. 11. n. 9. *panis oleati*, Numer. 11. n. 9. hoc eſt dulcis, & optimi ſaporis, vt ſuprà diximus, quapropter, vt infrà n. 11. illi *intolerabilis res viſa eſt*; ſi ergo omnem ſaporem omnibus præſtabat, quomodo illud reticuiſſet, dum contra iniquam populi murmurationem inſurgebat, illam intolerabilem iudicans ſolum ex ſapore panis oleati; ergo ſignum tale miraculum fuiſſe occultum, & ſelectis tantum Dei ſeruis, & non omnibus commune illud præſtitum.

Adde ſecreti conuenientiam, ne ad inuidiam, & deſiderium populus ille carnalis excitaretur, & ad naturalis mannæ faſtidium ſaporis, ad murmurationem de Deo, quia non omnibus illud præbebat, vnde iuſtè ſilentio illud preſſum non ſolum à recipientibus ob humilitatem, ſed etiam à Moſe rationibus dictis; veriſſimè ergo hoc beneficium iuſtis tantum præſtitum, & non aliis; huius ſententiæ eſt Diuus Auguſt. lib. *Auguſt.* 2. de Retractat. c. 20. vbi ſic: *Fidelibus potuiſſe prouenire vt manna cuique ſecundum propriam voluntatem in ore ſaperet, non illis aduerſus Deum murmuratoribus, qui profecto alias eſcas non deſiderarent, ſi hoc eis ſaperet manna quod vellent.* Origenes Homil. 7. in Exod. Theodo- *Origen.*
ret. apud Lippom. in Catena, Abulenſ. in Exod. *Theodor.*
16. quæſt. 13. Liranus ibi, & Nume. c. 11. Lippom. *Abulenſ.*
in Exodum vbi ſuprà, Carthuſ. in Exod. Adria- *Liranus.*
nus Linus in flagello Iudæorum lib. 8. in 3. Iu- *Lippom.*
dæorum oppoſit. de ſacrificiis c. 19. & alij recen- *Carthuſ.*
tiores, & præcipuè Viegas in Apocalyp. & Sa- *Adrian.*
lianus vbi ſup. *Viegas.*

Vrgentiſſimæ etiam hoc probant rationes; *Salianus.*
prima illa Auguſt. nam aliàs non murmuraſſent, ſi omnem ſaporem guſtaſſent; dicere autem nauſeam proueniſſe à viſu, quia ſemper idem videbant manna, ob olfactu, quatenus ob eundem odorem, prorſus inane eſt, cum eodem pari modo dicere poſſemus in nauſeam panem deuenire poſſe quotidianum, quia & eundem ſemper ſaporem obtinet, eundémque odorem, non enim ſolo manna veſcebantur Hebræi, vt communis fert ſententia; ſic Abulenſ. in Exod. *Abulenſ.*
16. quæſt. 12. Pererius Exod. 13. Diſput 7. Ma- *Pererius.*
ſius in Ioſue c. 1. n. 11. Cornel. à Lapide in c. 2. *Maſius.*
Deuter. n. 6. Lorinus huc, & alij; ergo ſicut pa- *Cornel.*
nis nunquam faſtidit ob colorem, & odorem, *Lorinus.*
ſeu formam, ſic nec etiam manna.

Immo adde faſtidium, ſi bene Scriptura perpendatur, non legitimè illis proueniſſe, ſed malitiosè, non faſtidiebant, quia ſapor mannæ naturaliter illud ingenerabat, cum ſic ac panis quotidianus attemperatus erat, vt nullo modo faſtidium ingereret, ſed guloſi, & ingluuiones faſtidium prætenderunt, ex deſiderio variorum ſaporum, quos in manna non percipiebant, & conſequenter variorum ciborum, vnde aiunt: *Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, cepe, & allia, anima noſtra arida eſt, nil aliud reſpiciũt oculi noſtri niſi Man.* Perquire in his verbis faſtidium de mannæ ſapore, & non inuenies, ſed tantum de carentia aliorum ſaporum; nam ſi omnes ſapores percipiebant, quomodo anima arida? ſi ſaporem accipiebant piſcium, peponum, &c. quomodo illorum recordabantur, quaſi illis omnibus priuati? ergo faſtidiebant manna non ex ſapore, ſed ex deſiderio aliorum ſaporum, & ex guſtu, quem ex illis percipere deſiderabant.

Secunda ratio eſt illa, quam ſupra inſinuauimus: ſi hoc beneficium erat commune, & illud referre valde conducebat ad iniuſtitiam murmurationis declarandam, quod illic intendebat Moyſes, cur illud tacuit? cur non dixit? certè, quia rarum quid erat, & ſolis Dei ſelectis communicatum amicis, vnde & ſecretum, & non conueniens vllo modo quod diceretur rationibus ſup. allatis.

Tertia optima eſt illa Saliani, petita ex conſuetudine Dei populum illum gubernandi, non enim tam blande illum gubernabat, nec tam dulciter ſe cum illis habebat, patiens item, ac

sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Et deseruiens vnius cuiusque voluntati, &c. Græc. *subseruiens desiderio eius, qui offerebatur*, seu, *oblati autem desiderio, aut cupiditati deseruiens*, oblati passiuè sumitur, hoc est homini cui præstabatur; quod explicat Varab. *Sic appetitui sumentis cuiusquam subseruiens.*

Ad quod quisque volebat conuertebatur, &c. Græca, *transtemperabatur*, per nouos scilicet sapores, eadem manente substantia, vt supra contra aliquos transubstantiationem hic agnoscentes, quam opinionem ex professo non impugnamus, quia ad rem superuacaneam, superuacaneum ducimus.

31. Impugnatur in mãna transubstantiatio.

Solum addam, quod si illud inuenerunt, vt ex eo transubstantiationem diuini probarent sacramenti, nil prorsus efficiunt: nam aut talis transubstantiatio fit nulla prorsus remanente materia mannę, sed noua accedente, piscis v.g. prorsus illa priori desinente, & euanescente, vt nunc in sacramento, aut non euanescente materia, sed tantum destructa forma mannæ substantiali, & noua piscis introducta, vt fit in generationibus; primum enim asserere, non superuacaneum sed indignum iudico vt asseratur, cum non certè æquali currere debent passu, figura, & figuratum, & nescio quid redoleat indecens, vt tam magnum, tam præclarum opus alteri, quàm Christi corpori attribuatur, vel ipsius imperio, & quod Deus vellet solum ob gustum nullo spiritualis fructus intuitu, tale omnium miraculorum maximum operari, & ad nihilum tantam materiæ primæ substantiam redigere, eo vel maximè si vera est opinio asserentium generale fuisse miraculum.

Adde, quod tunc verè non sustentarentur, nec manducarent manna, sed piscem, sed carnem, sub speciebus, seu accidentibus mannæ; at Sapiens vult, quod miraculum stet, vt remanente manna, & se manna cibantes plures illud obtineret sapores. Adiunge quod si species mannæ remanerent, in quo subiecto inhærerent? dicere quod in quantitate, & quod hæc nouum acquirebat essendi modum, vt nunc in sacramento: planè fictitium, eo vel maximè, quod non indiuisibiliter ibi substantia esset carnis, cum, vt sic alere non posset, nec sustentare; ergo in hac deberent inhærere; hoc impossibile; nam aliqua accidentia mannæ omnino cum substantia repugnant carnis, v. g. leuitas mannæ cum grauitate carnis, odor cum odore carnis; at si hæc dicas, quod destruebantur, nouis superuenientibus, nihil ad rem cum transubstantiatione sacramenti.

Si secundo modo, non solum nihil cum transubstantiatione sacramenti, quia tunc esset pura generatio, & non transubstantiatio; quin immo periculosum illud asserere, cum facilis posset esse transitus ad impiam Lutheri opinionem simul etiam cum substantia panis corpus coëxistere Christi, vnde prorsus superuacaneam duco opinionem, & omnino explodendam.

Tractatus de sanctissimo altaris Sacramento.

De augustissimo altaris Mysterio, quod nobis manna offert, *consummatio, ac perfectio sacramentorum omnium*, vt Diu. ait Areopag. c. 3. de Ecclesiastica Hierarch. *quod omne bonum, quod omne Dei pulchrum*, vt ait Zachar. Propheta, impossibile prorsus, vt cursim de eo differamus, Maiestas, Altitudo, Diuinitas eius ad illud nos impellunt, vt quanta cura, quanta deuotione, ac reuerentia nobis possibili de eo eloquamur; hinc non discursum, sed discursus coagmentare intendens, ideo sub tractatus nomine eos proponere decreui, in quo hoc procedemus ordine; Primò enim de Analogia mannæ ad ipsum differemus, iuxta Sanctorum Patrum doctrinam; Secundò de eius maiestate, altitudine, amore, & cæteris, quæ in eo elucent; Tertiò, de eius gratijs, & donis in animabus iustis; Quartò tandem de eius vsu, & susceptione.

Dion. Areopag. *Zachar. Propheta.*

HOMILIA LXXIV.

Paragraphus primus.

De Analogia Manna ad Sanctissimum Sacramentum.

Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt, Ioan. 6. n. 1. Sanctissimus dixit Dominus noster, ad hoc manna de quo disputauimus alludens, cum si totam reuoluamus Scripturam, si Prophetas, si Psalmos, si cæteros libros, nullam clariorem, nullam vt sic dicam proprioré huius diuinissimi sacramenti inuenies, quam manna figuram; quod profecto illud est argumentum maximum per Analogiam illud ad se appropriasse Christum Dominum nostrum, & quod valdè ponderandum, ad suam probandam diuinitatem. Attende ad dicta; Nullum profecto maius Iudæis Christus Dominus noster præbuit suæ diuinitatis argumentum, quam illis ostendere panem, quem ipse erat præstiturus in dignitate, maiestate, celsitudine, panem illum à Mose præstitum *manna* nempè longè superare, ac excellere, Ioan. 6. post admirandum illud miraculum quinque panum, & duorum piscium, cum fidem diuinitatis ab eis Christus poscceret n. 17. *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis, hunc enim pater signauit Deus*, hoc est diuinitate sua signauit, ac constituit Deum, suam illi vniens diuinitatem, vt ait August. tractatu 25. in Ioan. Hinc quia Deus cibum præstare potest vitalem, & æternum, in quo loco occasionem adnota huius Domini dicti, post saturitatem enim, cum Dominus fugisset in montem, quia venturi erant, vt raperent eum, & facerent Regem, cum turba eum non inuenisset: *Ascenderunt in nauiculas, & venerunt in Capharnaum quærentes Iesum*. quem cum inuenissent, ex admiratione, & lætitia ab eo postulantes, quomodo illuc appulerat, sic eis respondit: *Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia ex panibus manducastis, & saturati estis.* Hoc est me quæritis non ob meam potentiam, per quam ad mei cognitionem peruenire potestis, sed quia manducastis, & iterum manducare, ac exaturari vultis; vnde rectè Augustin. *Non quæritis me propter me, sed propter ves*, post quæ subiunxit, *operamini cibum*, &c. hoc est

Ioan. 6. n. 1.

1. Diuinitatis Christi maximum argumentũ Eucharistię Sacramentum.

Ibi. n. 17.

August.

Idem.

Digitized by Google

facturus, dum de præparatione ad hoc diuiniſſimum Sacramentum verba faciam, nunc autem ſolum de analogiis tantum eſt in animo diſſerere.

5. Quinta autem & etiam excellens analogia in ipſomet Nyſſeno habetur, qui acutè conſideratit in Ægypto ante hunc panem Deum ſolum pro populo bellaſſe, ac poſt datum manna non Deum ſolum, ſed populum contra Amalech, & viciſſe; quid hoc ait Nyſſenus niſi *quouſque homo imbecillis eſt in fide perniciosa tyrannidis ſeruitute oppreſſus, non ipſe ſe ab hoſte tuetur, nec enim poteſt, cum vero in libertatem iam vendicatus homo ſit, cum ligno amara in dulcedinem aquæ verſa refocillatus fuerit, cum fontium, & palmarum amœnitate requieuerit, cum lapidis myſterio ſitim expulerit, cum denique cæleſti cibo fuerit vſus, tunc non per alium fugat hoſtem, ſed ipſe pro ſeipſo manus cum aduerſario conſerit, duce vſus non Moyſe Dei cultore, ſed ipſo Deo.* Nil elegantius, & ad frequentiam ſuadendi huius diuiniſſimi Sacramenti nil vrgentius vt infrà.

Idem.

4. Sanctiſsimum ſuſceptum quantum afferat robur.

6. Sexta Analogia à nomine ſumitur; nam manna *panis eſt dictus Angelorum*, Pſalm. 77. n. 24. hoc eſt miniſterio Angelorum compactus; at Sanctiſſimum Sacramentum miniſterio ſacerdotum, tanto altius illo, quanto hoc diuinum Sacramentum non Angelos habet effectores, ſed adoratores; vt ſanctus Nilus Chryſoſtomi diſcipulus ſcribens ad Anaſtaſium Epiſcopum, affirmat ex Chryſoſtomo ſæpius audiſſe: *Qui ſæpe*, ait, *in ſacrificio Miſſæ Angelos è cælo lapſos videbat candidiſſimis ſtolis indutos, nudatoque aſpectu intentos, vultu demiſſo, alas, & magna reuerentia circunſtantes indicibili quiete, ac ſilentio.* Dionyſ. Areopag. lib. de cæleſti hierarch. aliam etiam affert rationem cur ſcilicet Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum panis dicatur Angelorum: *Quia*, inquit, *participatio Chriſti, quæ nobis ſymbolicè*, hoc eſt in Sacramento Euchariſtiæ *traditur Angelis datur ſuper naturam huius mundi*; hoc eſt ſine ſymbolis, ex quo quanta erga nos Chriſti elucet charitas in huius Sanctiſſimi Sacramenti inſtitutione, infrà latius ex hac eadem Dionyſij authoritate expendemus.

6. Angeli vt aſtant coràm Sanctiſsimo.

7. Septima eſt, quia manna de nocte inuiſibiliter deſcendebat de cælo, vnde cum per noctem ſtatus huius vitæ, in quo per fidem ambulamus intelligatur, rectè hoc Sacramentum ſignificatur, dum etſi inuiſibilis in eo Chriſtus, tamen creditur ibi ineſſe firmius ex fide, quam ſi oculis cerneretur.

8 Octaua, Manna circa caſtra tantum Hebræorum deſcendebat, ibique erat vbi morabantur Hebræi: ſic hoc Sanctiſſimum Sacramentum in Eccleſia tantum Catholica, & ſancta inuenitur, non alibi, nec extra illam.

9. Nona, Manna non deſcendebat in ſabatho, per quod æterna requies figurabatur; ſic & hoc Sanctiſſimum Sacramentum in hac vita tantum comeditur, & editur, non in altera; nam ibi clarè, non vt nunc ſymbolicè, vt infrà dicemus.

10. Decima, Manna enim ſolis radium ſuſtinere non poterat, ſed liquefiebat, ad ignem tantum indurabatur: ſic equidem ſi curioſis argumentationibus, ſi lumine naturali quis hoc percipere intendat Sacramentum, prorſus euaneſcit; at ſi amoris igne, feruentique charitate, ſolidatur, & nutrit, quam rem latiùs infrà proſequemur.

11. Vndecima, Manna ſapiebat ad quod quiſque cuperet, vt in Commentario diximus, quod intelligendum de iuſtis; in qua re animaduertendum hanc analogiam non incurrere cum illa, quam ex Nyſſeno ſup. adduximus; nam ibi Nyſſenus non tractat de differentia ſaporis, ſed de differentia ſuſtentationis: nam aliquos ſuſtentat, vt ipſe ait ſicut caro, quia grandes, aliquos ſicut olus, quia non tales, aliquos ſicut lac, quia pueri; at nunc ad ſapores analogiam ducimus, dum manna iuſtis omnes ſapores reddebat ad eorum voluntatem, quod proprium eſt huius Sanctiſſimi Sacramenti, vt infrà dicemus, ſapere ad quod quiſque deſiderat; de qua re audi pro nunc elegans de hac re Cæſarij Arelatenſis dictum Homil. 5 de Paſcha. *Illud legis manna*, ait, *cælitus illapſa per multimodas ſuauitates naturæ meritum, & generationis excedebat intuitum, & cum creaturam ſuam diſpenſatio largitoris multiplici diuerſitate condiret, præbebat guſtus quod ignorabat aſpectus, intra proripientis deſiderium eſcæ illius nouitas & dignitas naſcebatur; quod igitur illic auiditas faciebat, hic fides faciat; quod ſi in corpore cibus ſapiat, in pectore Deus creduli tate proficiat;* quid pulchrius? ſed de hac re infrà.

11. 7. Sanctiſsimum vt ſapiat ad quod quiſq; vult.

Cæſar. Arelatenſ.

12. Duodecima, Manna illud inter cætera, vt diximus, in ſe continebat admirabile, vt non plus inueniebat, qui plus collegerat, quam qui minus, ſicque omnes eandem poſſidebant menſuram; quod Rupertus eleganter lib. 3. in Exodum c. 19. ad Sanctiſſimum accommodat Sacramentum, in quo nec plus, nec minus accipit, qui plures, quam qui vnam hoſtiæ particulam ſumit; *Hoc*, inquit, *pro virtute cibi, & ſpiritualis potus, id eſt corporis, & ſanguinis Chriſti ſciendum, & firmiter tenendum eſt, quod non pro quantitate portionis quam quiſque ore percipit ſecundum viſibilem ſpeciem panis, & vini alius plus, alius minus conſequitur de gratia vinificantis ſpiritus, ſed æqualiter omnes.*

Rupert.

Cæſarius.

Quod etiam dixit Cæſarius Arelatenſis vbi ſup. dum ait: *Benedictio huius Sacramenti facit diſtribui, neſcit diſtributione conſumi*; nec minus eleganter hoc infertur ex illo Philonis lib. 2. allegoriarum, aduertens ex rei ruſticæ peritis Coriandri ſemen ſic eſſe viuificum, vt qualibet eius minuta pars germinet, ac producat; quod etſi ipſe ad Dei verbum pulchrè aptet, quodlibet ſcilicet, etſi diminutum viuificum eſſe: *Aiunt*, inquit, *rei ruſticæ periti, etiam ſi ſemè hoc concidatur minutiſsimè, ſingula pertinacias, & micas ſatas germinare, non ſecus quam Coriandrum ſolidum: huiuſmodi eſt etiam ſermo Dei, qui vel integer iuuare poteſt, vel quacumque ſui particula*; tamen aptiſſimè ad Sanctiſſimum applicari poteſt; nam de manna eius ſymbolum quaſi ſemen *Coriandri* dicitur extitiſſe; ad hoc quippè ſignificandum, ſic totum Chriſtum in qualibet hoſtiæ non ſolum parte, ſed indiuiſibili exiſtere, vt tantum ſumat vnus, quantum mille, & tantum qui integram, quantum qui hoſtiam indiuiſibilem; in quo loco, vt interim hoc dicam, ne è memoria

Philonis.

8. Symbolum excellens Sanctiſsimi eſt ſemen Coriandri, &c.

gitized by Google

excidat, non ſolum admirabilis Chriſti modus exiſtendi in Sacramento elucet, ſed eius in nos infinita charitas, non ſolum ardens, ſed infinitus amor, dum ſe nobis communicare determinans, eum modum exiſtendi elegit, ac per conſequens ſe communicandi, vt propemodum infinitus eſſet, & infinite ſe communicaret; cum enim conſtans Philoſophorum ſit ſententia in quantitate eſſe indiuiſibilia, & hæc affirmant infinita, ſequitur profecto ex hac opinione, cum Chriſtus totus in quolibet ſit hoſtiæ indiuiſibili, indiuiſibili modo, & hæc in continuo infinita, quod quando per ſpecies ſacramentales nobis ſe communicat, dat, vnit, ac præbet, infinite etiam ſe præbere, ac effundere, quod profecto non aliunde hoc, niſi ex infinito illo amore, quo infinite ſi poſſibile ſe nobis communicare deſiderat, ſic cum illo omnipotens, ſic fortis, vt ad inuſitata, ad exquiſita, ad non ſolum ſuper humana, ſed ſuper cæleſtia illum adducat efficienda, & conſummanda. Quid vis dicam, quando hæc conſidero, quando hæc huius amoris mirabilia, ſic ad ſtuporem ducor eius magnitudinis, vt profecto concludam, niſi ſimul Deus eſſet, & vt modo nos diligit, ſine hypoſtaſi diligeret diuina ſic, vt efficere non poſſet, quod effecit, ac efficit nullum illo miſerabiliorem hominem, nullum amplius pœnatum, afflictúmque; ſed de hoc iterum.

9. Infinitus Chriſti amor in Sanctiſſimo vnde erui poteſt.

13. Decima tertia, manna decentiſſimè reponebatur, ac ab Angelis tractabatur, præcedebat aër, vt diximus, terram mundans, priùs cadebat ros, ſuper illud reponebatur, & ſi velis cum aliquibus, & alius etiam cadebat ros illud cooperiens, vt ſummam totum indicaret decentiam, ac puritatem; nonne dum hæc audis, & puritatem conſcientiæ, qua Sanctiſſimum eſt recipiendum, & ſimul exteriorem in Eccleſijs, ac altaribus inſinuatam, & adumbratam aſpicies?

14. Decima quarta, Manna colligebatur quotidie, & quotidie populus ad illud colligendum exibat, vt myſterium ſignificaret Sanctiſſimum quotidie ſumendum ſi poſſibile, ob hoc Luc. 11. appellatur *panis quotidianus*, qui & Matth. 6. dicitur *ſuper ſubſtantialis*, quaſi pandens Lucas, qui poſt Mattheum ſcripſit, ſe ideò eum appellare *quotidianum*, quia quotidie tunc ſumebatur, & quia quotidie ſumendus? Vnde Ambroſ. lib. 5. de Sacramentis c. 4. ideo Latinum interpretem Lucæ hunc panem *quotidianum* appellaſſe affirmat, quia Græci aduenientem diem appellant ἐπιούσιον, vnde *panis* ἐπιούσιος, idem eſt, ac *panis quotidianus*, quotidie aduenies. Quod autem panis quotidianus de Euchariſtia ſit intelligendus apertè ſentiunt Tertull. lib. de oratione Dominica; Cyprianus in expoſitione eiuſdem orationis, & lib. 4. Epiſtolar. epiſt. 6. Hieronym. contra Pelagianos, Auguſt. lib. 2. de Serm. Domini in monte c. 12. Chromatius in Matth. c. 6. Chryſolog. Serm. 68. Rabanus lib. 1. de inſtitut. Sacerdotum c. 3. Ambroſ. lib. 5. de Sacramentis c. 4. & alij plurimi.

Luc. 11. *Matt. 6.* *Ambroſ.* *Tertull.* *Cyprian.* *Hieron.* *Auguſt.* *Chromat.* *Chryſolo.* *Rabanus.* *Ambroſ.*

10. Euchariſtia panis quotidianus dicitur, & eſt.

15. Decima quinta, manna infidelibus, ac auaris, ſeu cupidis in vermes conuertebatur; ſic hoc Sanctiſſimum Sacramentum peccatoribus iudicium, ac vermes parit conſcientiæ, de qua re infrà.

16. Decima ſexta, manna, vt ederetur frangebatur mola, vt in Commentario diximus, & apparebat album poſt fractionem, quaſi eſſet pilo tuſum; ſic equidem Chriſtus Dominus noſter pati voluit, crucifigi, tundi, vt albus in hoc Sacramento appareret, & incruentum eſſet ſacrificium, & ſimul tradens tibi formam eum manducandi, vt ſcilicet priùs per Sanctiſſimæ Paſſionis eius memoriam eum in te veluti frangas, vt dulciſſimè poſtea ipſum ſapias? Vnde Cyprianus tractatu de Cœna Domini: *Vide*, ait, *quomodo hi qui Chriſti commemorant paſſiones intra ſacra officia, quaſi per canales quoſdam, de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & ſuper omnes delicias lachrymis nectareis anima delectetur*, ſed de hoc infrà. *Cyprian.*

HOMILIA LXXV.

De magnitudine huius Sacramenti ex Dei potentia, ac miraculis in illo.

Paragraphus ſecundus.

De amoris maieſtate, altitudine, ac potentia, cæteriſque bonis in Sanctiſſimo relucentibus.

PAtres veſtri manducauerunt Manna in deſerto, & mortui ſunt: qui manducat hunc panem viuet. Enimuero panis ille è cælo populo præſtitus, *Man* vocabatur, vt diximus; quod ſi inquiras, quid ſignificet, omnes vna hebraizantes affirmabunt quod, *quid eſt hoc*, vt in Commentario diximus, præ magnitudine illius ſubſtantiam ignorantes, immo & modum omnipotentem, ob quod illud impoſuerunt nomen, quod ſemper admirationem, ſtuporémque præſe fert: ſic equidem in Sanctiſſimo verè, ſi Dei potentiam, ſi miracula in illo conſideres, rectè ad ſtuporem adductus *Man* illud appellabis, clamans, & exclamans *quid eſt hoc*? cum in nullo Dei opere ſic Deus admirabilis, ſic natura ipſa ad obediendum prompta, vt in hoc.

Enimuero amore, ac ardentiſſima in Deum affectione eleuatus, ac propè modum totus ignitus ex operum Dei conſideratione Propheta Rex Pſal. 110 ad Dei laudem prorumpens ex corde, & præcordiis, ſic inclamat: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo*; & quia ſolus renuebat clamare, iam impatiens, ſed coram omnibus addidit, *in conſilio iuſtorum, & congregatione*, duo requirit, iuſtorum concilium, & quia hoc ex paucis, addidit *congregationem*, quod eſt dicere omnium pene creaturarum, hominum, mulierum, virorum, infantium, ſapientium, & ignorantium, ſiue ſimplicium; vnde in Hebræo *collaudabo Dominum ex toto corde, tum priuatim apud ſanctos, tum pro concione*; at quæ ratio huius tanti affectus, tanti ardoris, tantæ aduocationis? ſanè operum Dei admirabilium conſideratio, vnde ſequens clamat: *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius*, vnde magna? ſanè, quia *exquiſita in omnes voluntates eius*; in hoc quippè tota conſiſtit magnitudinis ratio, ſi quid illa verba ſonant ſemel agnoſcamus. *Pſal. 110. n. 1.*

1. Dei opera vnde dicãtur magna

Incognit. 2. Dei potentia in operando quàm magna.

Quapropter Incognitus ſubtiliter hoc conſiderans affirmat ideò omnia opera Dei magna, A quia exquiſita, hoc eſt facta per ſolam eius voluntatem, ſicut omnia alta, & magna quæcumque conſiderare velis, non ampliùs Deus in illis elaborauit, quam velle ea facere, cum in illo idē ſit velle, & poſſe; vult, poteſt, efficit, *Dixit, & facta ſunt: potentia ſua eſt voluntas ſua*, ait Incognitus, *& voluntas eſt potentia, & ideo ſic bonum eſt Deo magna opera facere velle, ac & illa facere*; hinc exquiſita in omnes voluntates eius, hoc eſt ſecundum imperium voluntatis eius, vnde ſequens: *Si ergo conſideras Dei operum magnitudinem, quod totum mundum ex nihilo creauit, quod cælos incorruptibiles fecit, & in ſuo motu infatigabiles, quod in homine naturam ſpiritualem, & corporalem ſic coniunxit, vt nullatenus ab inuicem ſeparari velit, & cætera; ſi autem horum omnium cauſam effectricem requiras, certè nulla alia cadit reſponſio, niſi quia voluit.* Egregiè, ex operum magnitudine, amplitudine, multiplicitate, altitudine magna elucet Dei potentia, & ad illum confitendum nos impellit, dum etſi talia, & tanta non ampliùs ad illa efficienda tempus conſumpſit quam velle.

S. Greg. 3. Infinitam eſſe elucet dum omnia opera, etſi contraria ſuam faciit vt operentur voluntatem.

Sanctus Greg. lib. 6. Moral. c. 61. ab ipſomet Incognito relatus, moralem alium eruens ſenſum, egregiè exponit, ideo magna opera Domini, quia omnia, etſi à peccatore aſſumantur aliquando, vt Dei obſiſtant voluntati, eadem obſiſtentia ei obſecundantur; hinc omnia parua, & magna exquiſita, hoc eſt effecta ad omnes voluntates eius, velit, nolit homo? *Iuſtus namque, & miſericors Deus*, ait Greg *facta mortalium diſponens alia concedit propitius, alia permittit iratus, ſicque illa quæ permittit, ſic tolerat, vt etiam hæc in ſuæ voluntatis vſum conuertat, vnde mire modo ſit, vt quod ſine voluntate Dei fit, ei contrariū non ſit, quia dum in bonum vſum mala facta vertuntur, eius voluntati militant, etiam qua eius voluntati repugnant.* Optimè quidem, erige conſiderationem ad præterita, præſentia ac futura, malitiam pende hominum, immo diaboli, in creaturarum vſu contra Deum militantes, eis vti inſtrumento contra ipſum vtentes creatorem, & dum proſpicis non ſolum illas contra ipſum non militare, ſed tunc, tunc ampliùs obſecundare, exclama, *magna opera Domini, exquiſita* in omnes voluntates eius.

Anaſtaſ. Anaſtaſius vt apud Agellium in eius eſt ſententia, vt dicat, ideo omnia Dei opera eſſe magna, quia ſecundum omnes eius voluntates ſic extant perfecta, vt in eis nil ſuperſit, nil deficiat, *ſingula eius opera exquiſita ſunt, neque ſuperfluū quidquam habent, neque mancum.* Pulchrè, ſingula conſidera alta, & infinita, conſule ſingulos Philoſophos, qui ſapientia inflati ſuprà aſtra ſe extuleruut, ac veluti Dij ad ſpeculandum naturæ mirabilia ſe intruſerunt, nullum vnquam audacem inuenies, etſi in mille prolapſi errores, qui naturam, aut mancam, aut ſuperfluam dixerit, quid mirabilius in Dei operibus? vnde verè ex hoc magna eius opera.

4. Sanctiſsimum vt magnum Dei dicitur opus.

At licet hæc omnia vera, & iuxta has omnes acceptiones rectè diſcurrere circa Sanctiſſimum poſſemus, dum etſi magnum, etſi altum, etſi ſuprà omnem ſit naturam, non amplius in illo efficiendo Deus elaborauit; quam dicendo, quam volendo iuxta Incognitum, dum etſi aliqui eo abutantur, aut contra ipſum per hæreſes militando, aut malè ſuſcipiendo, omnia in eius ampliorem cedunt gloriam, & ſic exquiſitum dici poſſit ſecundum Gregorium, in omnes eius voluntates, ac proinde magnum, & demum, etſi ſic opus perfectum, completum, ac vndequaque abſolutum, vt nil in eo ſuperfluum, nil mancum quod deſiderari poſſit, ac proinde iuxta Anaſtaſium, magnum opus omni confeſſione dignum, & in omnes Dei exquiſitum voluntates; tamen vnam in animo nunc eſt ſequi opinionem, ſiue expoſitionem Sanctiſſimi Chryſoſtomi.

Chryſoſt. Ipſe enim in hoc Pſal. tom. 1. ideo æſtimat omnia Dei opera eſſe magna, & ideo ad ſtuporem Pſaltem rapuiſſe, quia omnia ſic ſunt ad omnes voluntates Dei prompta, & exquiſita, hoc eſt obuia, parata, & expedita, vt non ſolum ad naturalia, ſed ad ſupernaturalia, non ſolum ad quæ ſecundum earum naturam, ſed etiam ad quæ contra, aut ſuprà eam ſemper inueniantur exquiſita, prompta, parata, ſine vlla repugnantia. *Hoc mihi videtur dicere*, ait Chryſoſt. *de creaturis, hoc eſt prodigia, miracula, quæ ſæpè perficit hominum genus adminiſtrans, quæ ſunt exquiſita in omnes voluntates eius, hoc eſt præparata, perfecta, abſoluta, ſufficientia ad eius faciendas voluntates, quæ nec claudicant, nec manca ſunt ad iuſſa eius peragenda, ita vt non ſolum agant ad quæ conſtituta ſunt, ſed etiam ſi inferat contraria*; Nil egregius, ideo omnia Dei opera magna, & ad ſtuporem ducentia non tantum, quia ad quæ ordinata efficiunt, & obtemperant, ſed etiam ad inordinata, & contraria, vnde ſequens Sanctus ait: *Iuſſit mari, & non ſolum non inundauit, quod eſt eius proprium officium, ſed ſtratis ſuis fluctibus, vel petra firmius, & ſtabilius traiecit populum Iudæorum; fornax non ſolum non arebat, ſed rorem etiam præbebat ſibilantem; fera non ſolum non deuorabant, ſed Danieli erant loco ſatellitum; cetus non ſolum non deuoranit, ſed etiam ſalnum conſeruauit depoſitum; terra non ſolum tulit, ſed etiam mari vehementius inundauit, quando aperta eſt, & deuoranit Dathan, & Abiron.* Hoc quippè magnum in eis, hoc admirabile, ſic exquiſita ad omnes Dei voluntates reperiri, vt non ſit neceſſe, vt Deus eas requirat, ſed iam ex ſe ſint exquiſita, prompta, parata ad omne altum ſupernaturale, contrarium efficiendum; hinc rectè Paſchaſius Natberth, de corpore, & ſanguine Domini c. 1. pulchrè affirmat, quod ſicut velle Dei eſt ipſum ſuum eſſe, ſic naturæ eſſe eſt ipſum Dei obſequium: *Sicut velle Dei eius profectò eſt eſſe*, ait, *ita quoque eſſe natura eſt quidquid eam rurſus Dei virtus eſſe decreuerit*; hinc & ob hoc Dei in eis elucet omnipotentia, ac magnificentia, ob hoc rectè Deus ex toto animo, ex toto corde confitendus, admirandus non ſolum in concilio iuſtorum, ac coram Sanctis, electiſque, ſed coram omni populo, coram tota eius Eccleſia non tantum militante, ſed triumphante.

5. Naturæ eſſe, eſt Dei obſequiū.

6. Sanctiſsimum omnium miraculorum, quæ vnquā Deus edidit maximum inductione ex aliis probatur.

Quod ſi ſic, & hæc magnitudinis Dei operum eſt ratio, conſidera quæſo, ſi aliud maius inuenies quam Sanctiſsimum, vbi tota inuertitur natura, vbi toti contradicitur rationi, vbi totus peſſundatur diſcurſus; quid Dei omnipotentiā

cælorum prædicat machina? quid ſolare iubar? quid lunæ ſplendor? quid ſtellæ? quid mare? quid terra? quid orbis tandem totus, quid prodigia cætera? quid miracula? in hoc omnia reconduntur, hoc eſt omnium illorum memoriale? Vnde in eodem Pſalm. infra rectè canit Pſaltes: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* Vnde egregiè Diu. Tho. Opuſc. 59. c. 1. *In præparatione*, ait, *& in diſpoſitione, & ordinatione iſtius benedicti panis, Deus tot, & tanta mirabilia incluſit, quæ in ipſo videntur, quaſi omnium mirabilium, quæ ab initio mundi memoriam renouaſſe, & ideireo Propheta dicit, memoriam fecit*, &c. Quod vt clarius conſtet recolamus aliqua Dei antiqua miracula, & non ex infimis, ſed ex maximis, aſpiciemus enim ſole clarius energiam, ex illis huius Sanctiſſimi, & quantum ſe ſupra illa eleuet.

S. Thom.

A

Profecto magnum extitit ſtupendum in puncto, ac in inſtanti in ſtatuam ſalis ob retrorſum aſpectum, mulierem cõuertere Loth, Geneſ. 19. n. 26. *Reſpicienſque uxor poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis*; at quid hoc cum admirabili tranſſubſtantiatione huius Sanctiſſimi, ibi certè nil aliud interfuit niſi in inſtanti noua forma eadem remanente materia, vnde non maius miraculum, quam inſtantanea tranſmutatio, & quod per tempus natura, in inſtanti efficeret Deus; at hic in Sanctiſſimo non noua inducitur forma, non eadem remanet materia, ſed ſecundum fidem Catholicam, tota ſubſtantia panis conuertitur in ſubſtantiam carnis, tota ſubſtantia vini in ſubſtantiam ſanguinis, nil de priori remanente, nil exiſtente, quid mirabilius?

Geneſ. 19. n. 26.

7. Chriſtus Deus in nullo ſic cognoſcitur ac in trãſubſtãtiatione.

Hinc ex nullo ſic Deus cognoſcitur, ex nullo altero, & ſi quod cumque admirabile, Chriſtus Deus eſſe aperitur, quam in hac diuiniſſima tranſubſtantiatione; cum ſolius potentiæ ſit diuinæ illam efficere, ſolius creatoris, non creaturæ; ex quo fit, vt ſtoliditatis ſimul, ac imperitiæ nota Dominus noſter dæmonem ad ſe agnoſcendum, tentantémque inuſſit, dum Matth. 4 n. 3. ad eum accedens ait: *Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant*: Signum propoſuit reputans ex illo Deum cognoſcere, vnde Hilar. canon. 3. in Matth. *Eam ergo*, ait, *in tentando conditionem operis propoſuit, per quam in Deo ex mutatione lapidum in panes virtutem poteſtatis agnoſceret, vt in homine oblectamento cibi patientiam eſurientis illuderet*, At quid Dominus ſtultitiæ eum damnans, ac inſipientiæ reſpondit; *non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Quæ reſponſio mea ſententia ad duo tendit, primò ad ſignificandam impertinentiam miraculi, cum & ibi herbæ adeſſent, quibus ſe ſuſtentare poſſet, vnde ſuperfluũ miracula quærere, dũ neceſſaria ad ſuſtentationem adſunt; alterum ad eum taxandum imperitiæ, ac inſcientiæ, dum non ex eo, quod lapides in panes conuerteret, inde ſe Deum eſſe poſſet cognoſcere, cum etiam Moſes virgam proiiciens, & ſi virtute diuina ſtatim in colubrum vertit, vnde non ob hoc Deus, & veluti hoc ſtupendum, quõd in Sacramento accidit indigetans, quaſi ad illud diabolum remittens affirmare videtur, tunc nempè Deum eſſe aliquem cognoſci poſſe, quando non tranſmutando lapides in panes comeſtibiles eos reddit eadem remanente materia, ſed tunc quando hæc non remanet totaliter pereunte aliáque tranſmiſſa, ſeu tranſubſtantiata, quod inde hoc colligo: nam teſtimonium Chriſti ſumptum eſt ex Deuter. c. 8. n. 3. in quo Moſes de miraculo agit mannæ, probans per illud verum Deum eſſe ſe declarare apud eos intendiſſe; nam ſolius Dei poteſtatis erat non pane, ſed manna populum tantum cibare; *Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & patres tui, vt oſtenderet tibi, quod non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Dei*: Ergo ad manna memoriam reducere intellexit Chriſtus dæmonem, quæ dum per varios ſapores ſecundum aliquos tranſſubſtantiabatur, rectè Deus ex illo cognoſcebatur; at per conuerſionem tantum lapidum in panes minimè, hinc ſtultus, quia non illam exquiſiuit tranſmutationem, per quam verè Deus cognoſcitur, per quam vera potentia diſcernitur diuina, ex quo fit, vt ſic ſuprà omnia ad ſimilia ſe erigat hoc Sanctiſſimum ex *tranſubſtantiatione* miracula, vt verè ex illa Deus cognoſcatur Chriſtus, verè omnipotens.

Deuter. 8. n. 3.

B

8. Chriſtus in tentatione imperitiæ dæmonem taxauit, quia verum deitatis ſignum non petiit, quod erat tranſubſtantiatio.

Hilarius.

Secundò, mirum magnum fateor illud extitit, quando de vtero virginis erumpens corpuſculum illud Sanctiſſimum, ſic prodiit ex illa genitus, vt ſigilla remanerent intacta, porta illa diuiniſſima ſemper clauſa, vnde tanquam de re ſoli Deo principi reſeruata de ea loquitur Ezechiel c. 44. n. 2. *Porta hæc clauſa erit, non aperietur, vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa principi.* Quem locum communiter Patres de intemerata matris Sanctiſſimę virginitate exponunt; ſic Auguſt. Serm. 2. de Natiuitate, Bernardus Hom. 2. ſuper *Miſſus eſt*, Hieronim. in ipſum Ezechielis locum; Ambroſ. lib. de Inſtitut. Virginitat. c. 8. Epiph. Serm. de Laudib. Virginis, Cyprianus in Expoſit. Symboli, Chryſoſt. Hom. de Ioanne Bapt. tom. 3. & alij paſſim; vnde rectè adnotat Galatinus lib. 7. de arcan. fidei c. 14. ter dictum portam hanc clauſam, deſignans *ante partum, in partu, poſt partum*, Virginem Sanctiſſimam ſemper clauſam, intactamque permanſiſſe, cuius ratio, *quia princeps ipſe ſedebit in ea*, quia Deus ex ea, & homo Deus prodiit; vnde & ſi quantus vt homo illæſis ſigillis pertranſiit, quia Deus homo, ſanè ſtupendum hoc; at confer cum Sanctiſſimo, & maius in illo reperies, miraculum enim in natiuitate ſolum ſtetit in penetratione quantitatis, ita vt totum illud corpuſculum ſic eniteretur, vt nil de eius quantitate amittens infractis ſigillis egrederetur; at hic non ſe penetrat quantitas cum quantitate, ſed ſecundum fidem Catholicam ſub parua hoſtia, immo ſub quolibet hoſtiæ indiuiſibili totum Chriſti corpus ita integrum, ita perfectum exiſtit, ſicut fuit in cruce, ſicut extitit in reſurrectione; quid grandius? quid mirabilius? quis hoc efficeret, niſi Deus eſſet?

9. Maria porta clauſa ex virginitate.

Ezech. 44 n. 2.

Auguſt. Bernard. Hieron. Epiphan. Cyprian. Chryſoſt. Galatin.

C

Tertiò, fateor quidem magnum illud extitiſſe miraculum, quãdo populi ſui miſeratus Deus ad liberandum ſe accingens Moyſi in flamma apparuit ignis, in medio rubi rubum non comburens, Exod. 3. n. 2. *Et videbat quod rubus arderet, & non combureretur*, reputans Moſes verè accidentia ignis ſubiectiuè in materia rubi

Exod. 3. n. 2.

D

extare, ac proinde admirabatur quomodo non comburebatur, ignem videns, effectum non A aſpiciens; ſanè admirandum, ſed quid cum Sanctiſſimo, quando ſecundum fidem tenemus, quod & ſi albedinem in hoſtia, quod ſi odorem, quod ſi ſaporem panis accidentia præſe ferant, nil tamen corpus Chriſti afficiunt, ſic vt aut album, aut odoriferum, aut ſapidum illud efficiant: in rubo, vt volunt Doctores verus ille ignis licet non ſubiectabatur in rubo, tamen, vt rectè Cornelius, in aliena ſuſtentabatur, & propria materia, Angeli virtute, Angelica poteſtate; at hic accidentia non in aliena ſolum, ſed nec in propria ſuſtentantur, ſiue inhærent, cum nec in Chriſti ſubſtantia, quæ tunc actu ſub eis exiſtit, nec in panis, quę iam pertranſiit, & euanuit, ampliùs inſunt, quid miraculum cum miraculo?

Quartò, verum magnum miraculum illud B de manna, vt diximus, extitit, quando nec minus habebat, qui minus collegiſſet, nec plus, qui magis, ſed omnes ad menſuram Gomor, *Exod. 16.* Exod. 6. *Et collegerunt alij plus, alij minus, & menſi ſunt ad menſuram Gomor, nec qui plus collegerat, habuit ampliùs, nec qui minus paraverat, reperit minus*; Sed quid hoc cum Sanctiſſimo? ibi enim illud fiebat, aut per rarefactionem, aut per conſtipationem, at hic quid ait fides Catholica, & ſi infinitum hoſtiæ conſecrarétur, & ſi, vt dicam, panis infinitus aceruus, ſi vini infinita dolia; aut ſi è contra minutiſſimi panis particula, quantumuis minima, gutta quælibet vini, nec grandior ob primum, aut extenſior eſſet Chriſtus, nec diminutior ob ſecundum, ſed ſemper idem, ſemper, vt modò eſt in C cælo, quid admirabilius?

3. Reg. 19. n. 7. Quintò, magnum quippe extitit miraculum quando 3. Reg. 19. n. 7. timidè Iezabelem fugiens Elias, ab Angelo confortatus, cibum in figuram huius Sacramenti ſumens, ſic ab illo extitit animatus, vt *in fortitudine cibi illius ambularet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Horeb*? Sanè magnum, ſed à cibi ſubſtantia & ſi diuinitus, & confortatus ad vitam ſuſtentandam humanam; at hic audi miraculum, audi ſtupendum; duo enim concurrunt mirabilia contra naturæ vſum, videlicet, vt accidentia, & ſi ſine ſubiecto verè corpus nutriant, ac confortent, & corpus verum ſub illis exiſtens, nutriat, & reficiat, non corpus, ſed ſpiritum, quid grandius? quale huic ſimile Dei opus; pone vnum magnum comedere pa- D nem conſecratum, grandem ebibere calicem vini, ſic ſuſtentaretur, ſic alimentaretur, ac ſi ſubſtantia inibi eſſet panis, & vini, cum eadem prorſus albedo quæ nunc, & ſi ſine ſua ſubſtantia viſum diſgregat, ac alterat, eadem ſimul cum aliis diuina virtute alteraret, & nutriret, quale ſimile prodigium? at non hoc ſufficit, ſed corpus illud diuinum ſub illis contentum talem in ſe vim, virtutémque obtinet, vt non corpus, ſed animam ſic reficiat, ſic ſuſtentet, ſic animet, vt ad montem peruenire poſſit Horeb, montem Dei paradiſum altiſſim: *Corpus autem Chriſti*, *S. Thom.* Diu. ait Thom. Opuſcul. 59. c. 6. *propter excellentiam ſanctitatis, & puritatis, & propter vnitatem diuinitatis, ita eſt ſpirituale, quod in ipſo perfectiſſimè concurrunt, & conueniunt ratio cibi propter corporalitatem, & ratio ſpiritus propter ſanctitatem, & puritatem, & vnitam diuinitatem*, vnde Bernard. *Corpus Chriſti*, ait, *agrotis eſt medicina, peregrinantibus dieta, debiles confortat, valentes delectat, languores ſanat, ſanitatem ſeruat, fit homo manſuetior, ad correptionem patientior, ad laborem fortior, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelam, promptior ad obedientiam, deuotior ad gratiarum actionem*; quid mirabilius? *Bernard.*

Sextò, magnum ſanè confiteor illud extitiſſe miraculum, quando Deus per ſeruum ſuum *3. Reg. 17. n. 14.* Eliam 3. Reg. 17. n. 14. ſic hydriam farinæ, ac lecithum olei ſuſtentauit, vt ad annos viduæ ſufficerent, quæ ex ſe nec per diem eſſent ſatis: *Non habeo panem*, dixit mulier Propheta petenti, *niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecitho, en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur*. En quam parum totum, vt vix ad vnam ſufficeret comeſtionem; at quid Propheta? *Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael, hydria farinæ non deficiet, nec lecithus olei minuetur vſque in diem in qua daturus eſt Dominus pluuiam ſuper faciem terræ*; mirum hoc, & magnum; at quid hoc cum Sanctiſſimo? à principio naſcentis Eccleſiæ vſque ad finem mundi ſuſtentabuntur fideles Chriſti corpore, illo ob hoc nec auctо, nec diminuto: farina, ac oleum augmentabatur, dum effundebatur; at hic nec creſcit, nec augmentatur, & ſi in dies ſumitur, & comeditur; ſic etiam magnum ipſiuſmet Chriſti extitit miraculum, quando ex paruis panibus tot ſaturauit millia, ſed ibi panes augmentabantur, & virtute diuina creſcebant; at in Sanctiſſimo nec augetur, nec creſcit corpus, nec per ſuſceptionem diminuitur, ſic omnipotentia ordinante diuina, quid admirabilius?

Deuenio tandem ad maximum, ad præcipuum Dei opus in antiquis factum, de quo & ipſemet quaſi admiratus approbat Eccleſiaſtic. c. *Eccleſiaſt. 46. n. 5.* 46. n. 5. Stabilitas nempè ſolis, ac lunæ in cæli medio hominis voci, *obediente Deo*, vt ait Scriptura Ioſue 10. n. 4. quod opus admirans Si- *Ioſue 10. n. 14.* drach ſic ait exclamans in Ioſue commendationem, *quam*, hoc eſt *quantam gloriam adeptus eſt in tollendo manus ſuas! an non in iracundia eius impeditus eſt ſol, & una dies facta eſt quaſi duæ*? immo augetur miraculum ſi illud intelligere velimus, vt Areopag. intelligi poſſe autumat epiſt. 7. ad Polycarpum, ſcilicet non cum *Areopag. 10.* ſole ſimul omnes cõſtituſſe orbes, ſed tantum eos ſub ſole, mouentibus ſe ſole ſuperioribus, ex quo fiebat, vt ſi ſolem continentes orbes mouerentur, ipſe per ſe immobilis exiſteret? Vnde Apollophanem quendam magnum Philoſophum reprehendens, & ad fidem adducere procurans, hoc ei miraculum obiicit, Deum ſummum ex eo probans authorem eſſe naturę, ac ad nutũ ea vti licut vult, ſicut iubet: *Cur igitur*, ait Dionyſ. *non colis eum, quem ex hoc quoq; verè omnium Deũ eſſe cognouimus propter potentiam, quæ omnium cauſa eſt, nec verbis exprimi poteſt? cum ab eo ſol, & luna vi, ſtatuque naturæ ſuperiore una cum reliquis cæli ſuperioribus, & ſtellis omnino immobiles efficiuntur, atq; toto die in iiſdem punctis inſiſtunt omnia, aut quod maius eſt, quando omnibus, quæ & præſtantiora ſunt, & continent, ita in orbem motis, ea quæ illorum complexu* Sol is miraculum à Ioſue vt factum ſecũdum Dionyſium.

continebantur, non vna in orbem; circumque ferebantur, verè hoc ſecundum maius, & admirabile, cum in ſe infinitas ſecundum humanam inuoluat rationem difficultates; at hoc quid, ſi cum hoc Sanctiſſimo comparemus? quando & ſimul ad Patrem iturus, corpus illud ſanctiſſimum ſimul immobile, vt ſic dicam, ſe promiſit vſque ad ſæculi conſumationem, ſic, vt ſimul in cælo exiſtente, verè, realiter; ac proprijſſimè idem prorſus corpus in ſacramento exiſtat, miraculum adeò grande, vt adhuc ex noſtris ſic terreat, vt & ſi confiteantur idem corpus Chriſti & in cælo prout eſt & in terra ſacramentaliter exiſtere, refugiant tamen concedere illud poſſibile, immo omnino repugnantiam inuoluere, vt ſimul corpus idem circunſcriptiuè in duobus exiſtat locis, vnde ob hoc rectiſſimè *S. Thom.* Diuus Thom. Opuſc. 59. c 8. inter mirabilia huius ſanctiſſimi hoc æſtimat admirabilius, *inter omnia admirabilia*, ait, *quæ ſunt in iſto ſanctiſſimo Sacramento, iſtud videtur mirabilius, & difficilius ad intellectum*; vnde infrà rectè concludit, *in ſcriptura, vel natura*, nunquam aliud reperiri poſſe ſimile; ſic hoc eſt admirandum, ſic ſtupendum; ſol quippè iuſſu Domini ſteterit, ſic orante Ioſue: at quandiu vix vna die; at Chriſti corpus vſque ad ſæculi conſummationem: ibi ex duobus vna dies eſt effecta; at hic ex Chriſti corpore, & ſpeciebus vnum ſacramentum: ibi & ſi mouerentur orbes ſolem continentes ſole immoto; hic quotidie videmus, & credimus motis ſpeciebus, ac circumlatis, & cum eis ipſum Chriſti corpus tantum in cælo immobile ipſum permanere, & ibi, vt ſic dicam, non vnum, ſed æternum efficere diem, quale miraculum amplius ſtupendum? quale Dei potentiæ ampliùs ſpecimen? Profecto hoc tale, & tantum eſt, vt rectè Diu. Thom. eum appellauerit maximum.

11. Chriſtus experimentaliter maximè ex hoc ſanctiſſimo ſe Deum eſſe cognoſcit

Hinc profectò eſt, vt ſic Dei potentia in hoc ſanctiſſimo vnicè eluceat; vt & ſi ex cæteris eius miraculis ſe Chriſtum experimentaliter Deum cognoſcere poterat, non ſic tamen, ac quando hoc inſtituit ſacramentum, ac quando hominibus poteſtatem dedit eum ſimiliter conficiendi; tunc enim experimentaliter ſe Deum ſenſit, tunc omnipotentem, ac infinitum pluſquam in retroactis, ac in cæteris omnibus admirabilis? Carnes populo appetente, manna faſtidiente diuinum Numer. 11. in murmurationem, & fletus prorumpente, ſic Moyſi intolerabilis res viſa eſt, vt faſtidio preſſus de pondere cum Domino quereretur, quaſi ſuprà vires, ſuprà facultates ipſum oneraſſet? *Cur afflixiſti ſeruum tuum? quare non inueni gratiam coram te? & cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum; & defer in terram, pro qua iuraſti patribus eorum? vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? flent coram me dicentes: da nobis carnes vt comedamus, non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi; ſin aliter tibi videtur obſecro, vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.* Singula ſi ponderes verba, grauitatem Moyſis querelæ ſimul expendes, ac iuſtitiam, totum populi pondus ſuper ipſum ſolum, populi tantæ, ac propemodum infinitæ multitudinis, populi, quem ipſe non cõceperat, aut genuerat, populi quem gubernare tenebatur non quomodolibet, ſed, vt nutrix, cuius cura maxima, populi tandem in deſerto vbi omnium rerum penuria: merito ergo illi videbatur quod de Deo quærere poſſet, & ab eo exonerationem poſtulare? at quid Deus, petitioni annuens, ſic ei præcepit: *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris.* Mirum hoc, vt cum Moſes inſufficientem ſe ad tantum onus dediſſet, & Deus petitionem admiſiſſet, iubeatque ſenes ad gubernandum aduocare, tamen non aliunde ſpiritum gubernationis eis infundat, ſed de eodem Moyſis velit eis cõmunicare, vnde hoc? Sanè, vt Moſi manifeſtum eſſet, non ſuprà vires eum ipſum oneraſſe, nec quando ei præcepit populum illum portare, ſic grauaſſe, vt vires ad illum non portandum non haberet, quod equidem tunc Moſes cognouit, ac experimentaliter tetigit, quando de ſpiritu ſuo ſeptuaginta vidit repletos. Pulchrè hoc animaduertit Theodoretus quæſt. 18. *Theodor.* in Numer. vbi ſic: *Ex his verbis didicit legislator ſe gratiam adminiſtrationis ſufficientem accepiſſe, propterea dixit, auferam de ſpiritu tuo, non quod aliena virtute, vel gratia indigeret, hoc dixit, ſed vt illum doceret, quod accepiſſet gratiam ad vſum ſufficientem.* Egregiè, Moſes querebatur de onere, cauſabatur de inſufficientia virium, infirmitati Deus compatiens, ac proinde petitionem admittens, tamen pro ſe reſpondens, ſic annuit, vt ſimul iuſtitiam ſuam defenderet, ſeruo oſtendens non ſupra vires illum grauaſſe, quod equidem non ante, ſed tunc agnouit quando ſpiritum proprium in ſeptuaginta partitum aſpexit: ſic equidem ſic tunc profectò Chriſtus Dominus noſter ſe Deum experimentaliter cognouit, & ſi aliunde ſciret, tunc omnipotentem, tunc ſupra omnem naturam, quando hoc ſanctiſſimum inſtituens ſacramentum, in quo vt vidimus, tota commouetur natura, totus inuertitur ordo rerum, omnis obnubilatur humana ratio; & ſimul quod non ſolum ipſe, ſed ſua potentia de ſpiritu ſuo, cæteros replens ſuos miniſtros, propè ad diuinam eos eleuans potentiam ſecum voluit, vt etiam & totam commouerent naturam, totum inuerterent rerum ordinem, totámque humanam obnubilarent rationem.

12. Deus cur de ſpiritu Moſis ſeptuaginta repleuit.

Hinc, vt tandem hunc concludam diſcurſum, ſic præclarum eſt hoc Dei opus, ſic magnum, ſic altum, vt non ſolum ob ipſum, vt diximus experimentaliter ſe Chriſtum Deum eſſe cognouerit, ſed ipſimet Apoſtoli ob hoc præcipuè cum adorarint, ac in Deum cognouerint. Somnium fratribus ſanctiſſimus puer enarrans Ioſeph. Geneſ. 37. n. 9. ſic ait: *Vidi per ſomnium quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas vndecim adorare me*: quod ſomnium notandum ſubſecutum ad alterum; primum námque extitit: *putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, veſtroſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum*; ad cuius rei ſignificatæ conſtantiam demonſtrandam, & ſecundum illud ſomniauit, addens non ſolum ſtellarum adorationem ſiue manipulorum, ſed ſolis, & lunæ, hoc eſt patris, & matris, vt ſa-

Geneſ. 37. n. 9. Apoſtoli Chriſtum Deum experimentaliter cognouerunt præcipuè ex hoc ſacramento.

pientissimè coniectauit Iacob, quando illum reprehendens dixit, *quid sibi vult hoc somnium, num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?* quod profecto secundum somnium non diuersum à primo, significat, vt rectè Rupert. *Duo quidem*, ait, *somnia fuerunt, sed pro vno habenda sunt, & alterum quidem è terra, vel agro, alterum verò somnium fuit è cælo, quia videlicet adoranda à fratribus suis felicitas non de terra tantum, sed & de cælo, non solum ex hominibus, sed etiam ex Deo, immo ex Deo primam, & maximam laudem erat habitura.* Adorationem ergo Ioſephi præferebant somnia; at quo medio hæc adimpleta? sanè per frumentum, & triticum, tunc profecto incuruati fratres, vt patet ex Genes. 42. & sequentibus, adorarunt, ac in principem eum cognouerunt, sic equidem sic, ex transactis miraculis sanè Deum Apostoli cognouerunt; at tunc maximè pro Deo confessi sunt, quando hoc diuinissimum frumentum, hoc diuinum triticum se daturum pandens omnibus abhorrentibus, & scandalizatis retrocedentibus, ipsi soli in fide permanentes, fidem non amiserunt, sed auxerunt. Ioan. 6 n. 51. de hoc sacramento verba faciens Christus inquit. *Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum, & panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita*; at quid Iudæi hoc audientes? *Litigabant ad inuicem dicentes: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Immo quid multis ex discipulis eius? *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* immo n. 67. *multi ex illis abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant*; sic vt tantum duodecim remanentibus ad illos etiam dixerit Dominus, *nunquid & vos vultis abire?* ad quid tunc Petrus ex persona omnium Apostolorum, vt vult Cyrill lib. 4. c. 28. & Chrysost. Homil. 46. fide aucta, & cum illis, simul Deum ex ipsismet sanctissimi Christi verbis de hoc diuinissimo sacramento ipsum recognoscens plusquam ex cæteris omnibus, sic respondit: *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes*; ac si diceret, rectè ait Toletus, *illi abierunt, quia verba tua eis sunt intolerabilia, & dura visa*, scilicet quæ de corpore, quæ de sanguine tuo dixisti; *at nobis non sic visa sunt, sed verba vitæ æternæ*; ob quod, *& nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei.* Pende ly *credimus*, cur non *credidimus*? sicut dixit, & *cognouimus*? cum sic credidit antea, ac cognouit, cur ergo non cognoscimus, ait, sed cognouimus, & cur non credidimus, sed *credimus*? sanè, quia & si prius crediderat, ac cognouerat, & confessus fuerat Christum Dei filium; tamen sic altior, sic sublimior, sic actus fidei super humanus, ac cæteris super eminentior erat in credendo hoc diuinum mysterium, vt quasi tunc de nouo inciperet credere, tunc de nouo illum Dei esse filium cognoscere asserit, vt exinde intelligas ab Apostolis plus ex hoc diuinissimo Christum cognitum Deum sacramento, quam ex omnibus reliquis eius operibus, & ampliorem fidem tunc illis necessariam, vt ad Christi diuinitatem assurgerent? Vnde apte Petrus Christo respondens, prius actum expressit fidei, quam cognitionis, dans intelligi, ex ampliori fide tunc Christum cognouisse, quatenus mysterium quod dixerat, credebat; vnde eleganter, ac simul subtiliter Augustt tract. 27. in Ioan. à medio tom 9. hæc ipsa verba Petri ponderans, animaduertit non dixisse Petrum *cognouimus, & credimus*, sed prius credimus, & postea cognouimus, quia ad hoc sublime Christi sacramentum cognoscendum, siue ad Christum in illo, prius fide incedendum vt adsit cognitio: nam aliàs potius ignorantia; *Credimus enim*, ait Augustt. *vt cognoscceremus; nam si prius cognoscere, deinde credere vellemus, nec cognoscceremus, nec credere valeremus.* Tota ex fide huius sacramenti constante cognitione, sic altum, sic profundum suprà cætera reperitur. *Augustt.*

Vltimò, pro huius discursus coronide placet adnotare, tam magnum, tam altum diuinæ omnipotentiæ specimen illud esse, vt ob hoc in vltimo suorum à Christo reseruatum miraculorum factum, & institutum, non tantum ad suorum consolationem, quantum ad suæ sanctissimæ matris adiuuandam solitudinem; immo ob ipsam præcipuè nobis datum, sic, vt sicut per sanctissimam Virginem eum habuimus incarnatum, parimodo & per eam habeamus eundem, & sacramentatum: quapropter decebat, vt in reuerentiam tantæ matris *miraculorum maximum*, in vltimo reseruaretur ob ipsam agendum, per eius preces instituendum; hoc equidem mihi videre videor in prefato Ioſephi somnio, in quo vnum reperio intellectu perdifficile; dum enim patri narrasset somnium cæleste, stellas scilicet vndecim, solem, lunámque se adorare, sic ei patet: *quid sibi hæc volunt somnia; nunquid ego, & mater tua adorabimus te super terram?* facessit negotium, quia tunc Rachel mortua, vnde ergo Ioſephum adoratura? res difficilis, & quæ in varias distraxit patres sententias; ob quod Caietan. æstimat probabilem eorum opinionem affirmantium Rachelem tunc viuere; sed hoc est effugere vim difficultatis, cum reuera, vt latè probat Lira, tunc mortua esset, & Benjamin natus. Gennadius affirmat in potentia Rachelem viuere, & si non actu, quatenus vxor extitisset Iacobi cum quo vna caro; *Rachel si non re, potentia in persona Iacob continebatur*: subtilis expositio, sed non realis: nam Iacob, quando illud dixit, non illud intendebat, sed aliquid verè, & realiter dicere. Abulens. existimat de Bala eius nutrice illud asseruisse Iacob? sed hoc quid magnum, seu quid mirum, aut quale inconueniens, etiam si hæc Ioſephum fuisset adoratura? Rupertus reputat intellexisse Liam, quæ adhuc viuebat, sed hæc non legitur Ioſephum adorasse; proprius mea sententia Liranus; affirmat enim verè Rachelem adorasse Ioſephum, non tantum in se, sed in prole sua, scilicet in Benjamino, quando iste simul cum fratribus ante Ioſeph prostratus eum adorauit: *Dicendum*, ait Lira. *quod ipsa in se non adorauerit, sed in prole sua, scilicet in ipso Beniamino*; tunc enim, & eum adorauit, tunc pro fratribus interceſſit, tunc & frumentum pro eis obtinuit, & tunc ad misericordiam eum conuertit; vnde Genes. 43. n. 30. tunc legitur commotus, non quando fratres viditſet cæteros, sed quando Benjamin. *Attollens autem Ioſeph oculos vidit Beniamin fratrem suum vterinum, festinauitque quia commota fuerant viscera eius, & erumpebant lachryme, & introiens*

Genes. 37. n. 10.

Gennad.

Abulens.

Rupert.

Liranus.

Genes. 43. n. 30.

14. Sanctissimum ob Virginem præcipuè institutum, ac per eius preces.

15. Ioſephus quomodo à matre adoratus, & si non exstabat.

Rupert.

Ioan. 6. n. 51.

Cyrill. Chrysost.

Toletus.

cubiculum fleuit. Ergo ſi benignè eis locutus, ſi eorum miſeratus ſic frumentum dedit Beniamino, immo & matri totum debitum, quæ dum in *Bethleem* ſepulta, domus interpretata *panis*, rectè exinde & ſi mortua panem poſtulare pro cæteris à filio videbatur, quid ex hoc? Sanè quod dicebamus ſi hunc panem reſpicis, ſi hoc darum maximum, ſi Chriſtum Deum omnipotentem miracula operantem inaudita, ſi totam reuoluentem, ac immutantem naturam, crede firmiter hoc ad matris inſtantiam, ob matris reſpectum, ad matris ſolamen, ad genitricis preces, quæ, vt inquit Auguſt. ſerm. 82. de tempore, ipſum adorauit, quam adorationem ſignificare voluit in myſterio Iacob; *Quod dicitur*, ait, *nunquid ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram; hoc in illo Ioſeph impleri non potuit, quia iam mater ipſius de hac luce migrauerat; in noſtro autem vero Ioſeph, id eſt Domino Ieſu Chriſto ſomnij illius ſacramenta completa ſunt, quando ſancta Maria veluti Luna, & Beatus Ioſeph veluti Sol cum vndecim ſtellis, id eſt beatis Apoſtolis incuruati ſunt, & proſtrati ante eum.* Ergo ex dictis magnum hoc ſacramentum ex miraculis, magnum ex diuinæ omnipotentiæ manifeſtatione, magnum tandem ex ſanctiſſimæ genitricis interceſſione, ac proinde verè Manna diuinum, verè panis Angelorum, *Panem Angelorum, &c.*

Auguſt.

HOMILIA LXXVI.

De magnitudine ſanctiſſimi Sacramenti ex fide.

Ioan. 6. num. 64. *Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt, & vita*, Ioan. 6. num. 64. turbis dixit Dominus noſter, pro ſtupore, ac admiratione quæ de corpore ſuo dixerat non credentibus, vnde illis: *Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt*, ratio, *quia non eis datum à patre*; Profectò huius ſanctiſſimi magnitudinem præcedenti elicimus diſcurſu ex potentia, nunc ex fidei altitudine ad illud credendum neceſſaria, cum etſi ad omnia ſupernaturalia fides neceſſaria ſit myſteria, in iſto tamen ob huius celſitudinem præcipuè, ac maximè; vnde rectè à D. Thom. hoc diuiniſſimum ſacramentum Dei ſecretum appellatur, ſic opuſc. 58. c. 1. *Res ſecreta eſt altaris ſacramentum, quaſi ſacrum ſecretum, cuius cauſa non infidelibus, ſed fidelibus eſt reuelanda.* Hinc in primitiua Eccleſia vltimum, quod pandebatur myſterium, hoc erat ſacramentum, ſic horrendum infidelibus viſum, vt Chriſtianis illud criminabantur, quaſi infantum comeſtores, & occiſores; vnde Tertul. in Apolog. cap. 7. *Dicimur*, ait, *ſceleratiſſimi de ſacramento infanticidij, & pabulo inde*; & Saluian. lib. 4. de gubernat. affirmat apud Gentiles noſtram incuſatam religionem, quaſi à facinore infanticidij proditam. *Siquidem etiam initia ipſa noſtræ religionis non niſi à duobus maximis facinoribus oriri arbitrabantur, primum ſcilicet homicidio, deinde quod homicidio eſt grauius, inceſtu*; Et Euſeb. lib. 4. c. 7. *Nefaria quædam opinio de nobis excitata omni ratione alieniſſima, quod ſcelerato quodam alimenti genere vti non veremur*; ſic ſupra humanam omnino æſtimabatur rationem, vt incredibile prorſus videbatur; qua propter & in conuerſis robuſtiorem, ac validiorem exigebat fidem.

S. Thom. 1. Sanctiſſimũ ſacramẽtum ſecretũ anti quitus non pandebatur niſi robuſtioribus in fide. *Tertul.* *Saluian.* *Euſebius.*

Vnde ſic altum, ac ſublime eſt ad credendum, vt etſi quodlibet fidei myſterium ſit recõditum, ſiue obſcurum, tamen iſtud non ſolum ſit quid reconditum, ſed in penitioribus fidei arcanis incluſum, ac, vt ſic dicam veluti inter obſcura fidei obſcuriſſimum; quod inde probatur: nam Chriſtus Dominus noſter ad hoc declarandum, ſcilicet ſacramentum hoc eſſe vnum ex myſterijs fidei maximè reconditum, per antonomaſiam, & per excellentiam illud appellauit *Myſterium fidei*, vt in calicis conſecratione vtitur Eccleſia; quæ verba licet non inueniantur in Euangeliſtis, tamen, vt rectiſſimè D. Thom. in 3. part. quæſt. 78. art. 3. & alij ſcholaſtici à Suares adducti in eodem articulo diſput. 60. ſect. 3. prolata ab ipſo Domino nulli dubium eſſe debet; quæ verba idem ſanctus Doct. attendens, grauiter ex illis excellentiam huius ſanctiſſimi eruens, ſic opuſc. 59. ait: *quamuis omnia ſacramenta Eccleſiæ virtutem habent, & effectum per fidem paſſionis Chriſti, & ex fide, & per fidem proſint fidelibus ad ſalutem; hoc tamen ſpecialiter, & ſpecialiſſimè dicitur ſacramentum fidei, vnde in canone vocatur myſterium fidei, quia tot, & tanta ſunt ibi ſuprà, & præter rationem, & etiam contra rationem naturalem, quæ niſi per fidem tenerentur, & crederentur, nunquam intelligerentur.* Egregiè, quidem profectò inde conſtabit, ſi definitionem fidei iuxta Hieron. Theodoret. & Theophilact. ab Apoſtolo traditam, ad Hebræos 11. n. 1. conſideremus; ait enim Apoſtolus, *fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium*; adnoto ly *argumentum non apparentium*; quid per *argumentum*? S. Thom. *Aſſenſus quo adhæreſcimus veritati*, Græc. eſt; *Elenchus, demonſtratio, conuictio.* ſic legit Auguſt. lib. 13. de Trinit. c. 1. & Chryſoſt. in hunc Pauli locum, ergo fides eſt argumentum, hoc eſt demõſtratio, qua plus credimus rebus non apparentibus, quàm ijs quæ oculis cernimus, *Papa*, rectè exclamat Chryſoſt. *quale iſtud eſt, quod talem facit rerum euidentiam, qualis eſt dum res ipſæ palam proponuntur.* Verè enim dum Deo atteſtanti credimus, ſic certi de non viſis reddimur, vt potius de viſis addubitemus; quod mirabile eſt, & verè magnum Dei, ac ſublime donum in omnibus creditis, quæ non apparent, vt myſterium trinitatis, vt reſurrectio corporum, vt gloria paradiſi, & cætera ad ſimilia non apparentia; at credere non id quod non apparet, ſed contra id quod apparet nonne maius eſt? nonne ſublimius? nonne non ſolum fides, ſed recondtum fidei; hoc certè in ſanctiſſimo interuenit, non ſolum credo firmiter corpus Chriſti eſſe ſub ſpeciebus, quod non apparet, ſed credo firmiter panem, quem oculi vident non eſſe panem; quo quid altius? quo quid ſublimius?

2. Eſt inter fidei myſteria obſcuriſſimum. *S. Thom.* *Suarez.* *Hieron.* *Theodor.* *Theophil. ad Hebr.* 11. num. 1. *S. Thom.* *Auguſt.* *Chryſoſt.*

Hinc ex hoc ſuprà antiquos Patriarchas noſtra nos reponit fides huius ſanctiſſimi, ſuprâque ipſum Abrahamum, qui *pater dicitur credentium*, vt exinde quilibet attendat, quantum ex hoc ſanctiſſimo Chriſto debeat; dum per illud ſupra Patriarchas eum conſtituit: enimuerò vſque ad cælum Paulus ſanctiſſimus fidem extollit Abrahæ, qui Deo promittenti

3. Sanctiſſimi fides nos ſuprà conſtituit Patriarchas.

filium credidit, & ſi mortuam vuluam ſciret Saræ, ipſumque ad generandum inhabilem, ad Romanos 4. num. 18. *Qui contra ad Rom. 4. num. 18. ſpem in ſpem credidit, vt fieret pater multarum gentium ſecundùm quod dictum eſt ei, ſic erit ſemen tuum, & non eſt infirmatus ex fide, nec conſideranit corpus ſuum emortuum, cum iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Sare*; at quid hoc cum Sanctiſſimi fide? mortuam ſciebat Saræ vuluam Abrahamus, & quod credidit fuit illam Deum poſſe exuſcitare, viuificare, & fœcundam reddere; at licet hic magnus fidei actus, attamen maior vtique fuiſſet, ſi permanente mortua Saræ vulua ex ea ſic emortua filios gigneret, ijſdem prorſus diſpoſitionibus ſterilitatis in vulua remanentibus, hoc quippe eſſet maximum; Hinc dicimus, & in confeſſo eſt apud omnes, fidem virginis ſanctiſſimæ, qua credidit ſe parituram, maiorem fuiſſe, quàm Abrahami, quia credidit parituram virgine exiſtente, abſque humana ope; quod prorſus naturaliter repugnat; ſic equidem in Abrahamo illud fuiſſet maximum, ſi credidiſſet ſterilitate permanente Saram parituram; at hoc maximum eſt quod inter cætera nos in Sacramento credimus, altiſſiméque concipimus, nempe emortua, vt ſic dicam, & annihilata ſubſtantia, alterare, alimentare, generare, quid mirabilius? quid creditu difficilius? ô admirabilis fidei actus! ô immenſum ex Sanctiſſimo in nobis Dei collatum beneficium, vt quotidie, vt in omnibus horis, immo inſtantibus eam nobis ſublimiorem tribuat fidem, quam Abrahæ non conceſſit, & actus ille ſublimis fidei, quem ſemel Abrahæ contulit, parumque durans, voluit, vt continuo in nobis per totam in eſſet vitam; quales ex hoc Deo gratias reddere deberemus, qui ad talem, ac tantam nos miſeros euexit dignitatem, præſtantiam, ac altitudinem fidei, talémque altiſſimum ac Dei conceptum voluit nos viliſſimos concipere, vt quia ipſe dixit non *in ſpe contra ſpem*, vt Abrahamus, ſed in natura exiſtentes contra naturam credamus, ſic firmiter vt potiores ſimus, quàm ſi oculis eam cerneremus; ô miſerabiles hæretici tanta indigni fide, ſic animo demiſſi, ſic altitudine concipiendi de Deo altiſſime priuati, ſic in conceptu ſui, ac æſtimatione viles, vt dum poſſent Deum credere non ſolum potentem ſupra naturam, ſed contra naturam, ac ob hoc ſpecialiter in illo, & de illo gloriari, ſic ſunt hebetes, vt nolint Deum ſic ſublimem, ſic altum, omnipotentiam diuinam palmo ſuæ metientes rationis, dicam ſtoliditatis; vnde quando non quia fides illud dictet, ſaltem ob ſuperbiã, cum ſuperbiſſimi ſint, hoc Sanctiſſimum credere deberent, ne vt ſic dicam minus potentem Deum adorarent, quàm Catholici Chriſtiani; ſed ad noſtra.

4. Hæreticorũ miſeria Sãctiſſimum non credentes Euchariſtiæ Sacramentum.

Suprà altiſſimos illos antiquos actus fidei huius ſanctiſſimi nos reponit, ſic in ſe ſublime illud eſt, ſic altum; vnde rectè colligere poſſumus ex hoc ſanctiſſimo duplicem nos ſpiritum, duplicatam poſſidere gratiam, antiquis illis ſublimioribus, Reg. 4. cap. 2. ex melote in manibus Eliſei, qui fuerat Eliæ, quo Iordanem diuiſit, acceperunt diſcipuli ſpiritum Eliæ in Eliſeo acquieuiſſe num. 15. *Videntes autem filij Prophetarum*, ſcilicet Eliſeum diuiſiſſe Iordanis aquas per pallium Eliæ, *dixerunt, requieuit ſpiritus Elie ſuprà Eliſeum*; immo non tantum ſpiritum, ſed duplicem, vt ipſe ab Elia petiit; quid ergo ex hoc in figura? Sanè id quod dicebamus, duplicem fidei nos ſpiritum obtinuiſſe ab antiquis illis, quia pallium Eliæ in noſtris manibus, quia Sacramentum Chriſti; Audi Chryſoſtom. homil. 2. ad populum Antiochen. *Tanquam maximam hæreditatem*, ait, *melotem Eliæ Eliſeus ſuſcepit rapto in curru igneo magiſtro illius, hæreditas omni auro preciosior, & erat duplex Elias ille, & erat ſurſum Elias, & erat deorſum Elias, ille multo magis nos ſacro myſterio imbuti recipimus, Elias nempe pallium diſcipulo reliquit, filius autem Dei aſcendens ſuam nobis carnem dimiſit.* Egregiè, ex pallio dimiſſo licuit arguere duplicem ſpiritum, hoc eſt *duplo maiorem*, vt vult Caietan. & Theodoret. quæſt. 7. cum Procopio, accepiſſe Eliſeum; ſic & nos, quia tale pallium, tale ſacramentum nobis in cælum Chriſtus abiens reliquit, profectò duplicem fidei ſpiritum obtinemus ab illis antiquis, ab illis ſublimioribus.

5. Chriſtiani catholici quantum ſupra cæteros antiquos Patriarchas ſe ex hoc eleuant Sacramento. *Chryſoſt.*

Reg. 4. c. 2. num. 15.

Caietan. Theodor. Procop.

Immo neſcio quid mihi in hoc Eliæ facto redolet, ex hoc ſanctiſſimo nempe, & ex eius fide plus nobis Chriſtum contuliſſe, quàm ſanctis Dei Angelis in cælo, ac plus nobis reliquiſſe terram deſerens, quàm illis cõtuliſſe cælum ſubiens; cum pondero Eliam cum ſimplici ſpiritu in cælum aduolaſſe, cum duplici in terra remanſiſſe apud Eliſeum, hinc plus in terris dimiſiſſe quàm in cælis admiſit; ſic notanter Ambroſius ſerm. 89. *Elias*, inquit, *cum ſimplicem ſanctitatis ipſe haberet ſpiritum, Eliſeo duplicem dereliquit; mirum ergo in modum plus Elias gratiæ dimiſit in terras, quam ipſe portauit in cælos.* Applica diſcurſum, & vide an prorſus verum quod dico, plus nobis gratię Chriſtus dereliquit in hoc Sanctiſſimo, terram derelinquens, quàm in cælos reportauit ad ipſos ſubiens, cum in hoc ſanctiſſimo non ſolum vti in cælo ipſe reſidet, ſed miraculosè, ſed miro, & admirando modo, ſed ſub fidei admirabilibus myſterijs; hinc plus gratiæ dimiſit in terris, quàm aduexit in cælos, vt hinc videas, quantum illi debeas ex hoc, quantumq; ad firmiter credendum te animare debeas, dum ex fidei magnitudine non ſolum ſuprà Patriarchas, ſed, vt ſic dicam, ſuprà Angelos te reperis conſtitutum, vt ex hinc quanta ex fide huius ſanctiſſimi ſit magnitudo ſimiliter perpendas.

6. Quantum ſuprà ipſos Angelos.

Ambroſ.

Hinc non curiosè ad illud accedendum, ſed fide plena, vt vitam ex illo, non mortem hauriat. Eua enim, ſi rectè attendas, ideo mortem ſubijt, quia curioſius, quàm par erat diſcutere voluit lignum, præcepto non credens, potius oculis exhibens fidem, Geneſ. 3. num. 6. *Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile*; Pendo non ſimpliciter ſcripturam dixiſſe vidiſſe lignum, ſed vidiſſe quod bonum, quod pulchrum, quod delectabile, non equidem hoc ſine myſterio, vt optimè adnotat Rupertus in Geneſ. lib. 3. cap. 9. nam aduertit quod ex hoc ſcripturæ dicendi modo colligitur, *Quod vidit, id eſt conſideranit, diligenter intuita eſt, curioſius*

7. Fide non curioſitate ad Sacramẽtum accedendum. *Geneſ. 3. num. 6.*

Rupertus.

8. Eua vnde ſe perdidit.

attendit, & index eorum quæ audierat ipsa esse voluit. Egregiè, inter Deum, ac diabolum ipsa superba, ac arrogans iudicem se constituit, non secus ac nunc hæretici: Deus dixerat *in quacumque hora comederis, morieris*; serpens *nequaquam moriemini*; quid illa? experimentum proprium sumere voluit, ipsam per se de re iudicare, sensibus proprijs ad iudicium accersitis; hinc cum ex illis nil nisi pulchrum, nil nisi bonum, nil nisi delectabile eruisset pro diabolo stans, contra Deum sententiam tulit, mortem hauriens, non vitam: sic profectò in hoc Sanctissimo nisi fide tantum accedas, nil sensibus remittens; nam si curiosius inquires, si tangere, si palpare, si diiudicare, venenum hauries, non mel; nam, vt egregiè Augustinus in Psalm. 9. in ea verba, *Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion*, rectè, inquit, *portæ mortis sunt corporales sensus, & oculi, qui aperti sunt homini cum de ligno vitæ gustaret, à quibus exaltantur ij, quibus dicitur, vt quærant non quæ videntur, sed quæ non videntur, & portæ sunt filiæ Sion Sacramenta.* Ergo si sensibus fidis, portas ingredieris mortis, si fidei, vitæ, si perscrutaris, quid Deo cum pane, quia Deo cum vino, quod, vt declamat Arnobius lib. 2. aduersus gentes, *Veneri res est proxima, nervos omnes debilitat, virtutum, verecundiæ, pudoris, & castitatis inimica, quod in insanias ac furores mentes sæpè præcipitauit excitas, ipsosque illos Deos maledictis compulit exauthorare dormientibus*; Certè si hæc consideres, si tua ratione diiudicas, si quid tibi sensus demonstrent attendes, absonum diiudicabis, ratio in contrarium; at si fide, inuenies totum pulchrum, totum Dei bonum esse, *frumentum electorum, & vinum germinans virgines*, Zachar. 9. num. 17. Pende ly *vinum germinans virgines*, quid ratio humana? iam tibi Arnobius eam declarauit, germinans venerem, castitatis inimicum, luxuriæ incitamentum, adulteriorum omnium, ac stuprorum fomentum, confer cum fide hæc, & vide quàm distantia; illa enim tibi prædicat hoc vinum generare, immo germinare, hoc est *fructificare, procreare, propagare virgines*, sic multi legunt illud germinare; immo quod succulentas, & vegetatas reddit virgines in virginitatis flore, vnde Tigurina vertit, succulentas, & vegetes reddens virgines; immo eas vngens, & in virginitatem consecrans, vnde Arabicus *vngens instar vnguenti virgines*, immo in virginitate sic hilares eas reddens, vt cantare præ lætitia eas faciat. Vnde Pagninus *Cantare faciens virgines*, quid amplius castius de vino dici potest, vnde quid amplius cum ratione oppositum humana? Hinc si fide non accedis perbis; hinc necessarium, vt intus oculus humanus, & si per lucidus moriatur, sepultetur, vt fides fructificet, vt confessionem pariat.

August. Psal. 9. — Arnob. — Zachar. 9. num. 17.

8. Fide ad Sanctissimam sic accedendum vt ratio moriatur humana.

Enimuerò duas Iacob obtinuit vxores, Liam, & Rachelem; at Lia lippis oculis, Rachel pulchro, ac venusto aspectu; multas per has duas mulieres sanctissimi Patres intelligunt allegorias: per Liam enim Philo de migratione Abrahæ intelligit *affectionem*, Richard. à S. Victor. de duodecim Patriarch. c. 14. disciplinam virtutis, Ambros. epist. 4. *Vitam actiuam*, August. contra Faustum lib. 22. c. 52. & 53. *Opera pœnitentiæ*, Beda tandem 5. Genes. 29. *Vitam præsentem laboriosam*; in qua quatenus dicitur ipsa quod lippa erat oculis, per fidem ambulamus videntes per speculum; at per Rachelem Ambros. epist. 18. *Synagogam*, Hieronymus aduersus Iouinian. *vitam contemplatiuam*, idem ibidem, *vitam cælestem*, Hilar. in Matth. canon. 1. *Matres innocentum*, tandem Richardus à S. Victor. vbi sup. cap. 73. *ipsam humanam rationem*; Ergo Lia fides, Rachel humana ratio, quatenus omnia discutit, penetrat, tentat, coniungit, resoluit, oculos habens apertos, nitidos, perspicaces, pulchra semper sapientibus huius mundi visa, ac prædilecta; at vnum in illa mysterium reperio, in Bethleem mortua, Genes. 35. num. 19. *Mortua est Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephratam, hoc est in Bethleem*: quale in hoc mysterium? sanè illud, vt quia Bethleem *domus panis* interpretatur, ibi necessarium fuit Rachelem emori, vbi domus erat panis, in figura hoc præsignans Sacramentum, ad quod dum humana deuenit ratio, non solum se submittere, sed emori debet, vt sic in Ecclesia sancta viuat, ac requiescat; Audi Paschasium lib. 2. in Matth. *Rachel figuram gerens Ecclesiæ in Bethleem sepulta legitur, vt in eodem loco plena requies eius signetur, vbi Christus panis viuus, qui de cælo descendit, quotidie ex ortu nouo sine defectu versatur.* Egregiè in Bethleem Rachel, hoc est ratio humana sepelitur, quæ dum ibi emoritur, ibi plenam acquirit requiem; quia cum domus sit panis, in figura hoc Sanctissimum præsignans, rationis humanæ mors apud illud non mors, sed vita, non labor, sed requies.

Beda. — Ambros. — Hieron. — Hilar. — Richard. — Genes. 35. num. 19. — Paschas.

Hinc sanctissimus Petrus epist. 1. c. 1. num. 7. vitam hanc ex tali fide in hoc Sanctissimum repromittens, talemq; fidem simul extollens prædicat, dicitque: *Modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus, vt probatio vestra fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem in reuelatione Iesu Christi, quem cum non videritis, diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis.* Hæc vltima pondero, extollit meritum tribulationis, exaltat constantiam fidei ex illis, prædicat hanc pretiosiorem auro, & veluti indigetans de quo fidei actu illud intelligat, pandit de eo, qui Christum diligit, & si non ipsum videat, & in ipsum credit, & si non perspiciat actu, hoc est in hoc diuinissimo Sacramento, ideo apposuit *in quem nunc quoque*, hoc est in hac vita & si illum credatis nobiscum esse, tamen cum hoc non cernatis, in ipsum creditis, firme tenentes in Sacramento vobiscum esse; sic hunc intellexit locum S. Thom. opusc. de Sacramento c. 15. vbi sic: *Propter huius fidei magnum meritum dicitur 1. Petri, credentes in Christum quem non videtis exultabitis lætitia inenarrabili.* Ergo hic fidei actus sic sublimis inuenitur secundùm Apostolum, vt qui eum firmiter tenet, fructum percipiat vitæ, & vitæ æternæ, salutem scilicet animarum; vnde sequens ait: *Credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestræ salutem animarum.*

C — Pet. epist. 1. c. 1. n. 7.

9. Fidei actus quo Christum credimus in Sanctissimo vitam promeretur æternam.

Immo sic altus, sic præclarus est Christi modus existendi in hoc Sacramento, vt ipsimet Angeli quasi sibi non satisfaciente Christi præsentia

10. Angeli desiderant Christum videre in Sanctissimo.

in cælo, veluti quid altius, quid deſiderabilius, quid, vt ſic dicam, auguſtius, appetant, deſiderent, anhelent ipſum in hoc Sacramento proſpicere, hoc quippe ſonant ſecundùm aliquorũ opinionem verba ſanctiſſimi Petri, *In quem*, ſcilicet, *deſiderant Angeli proſpicere*, infrà eodem cap. num. 12. quæ non de Spiritu ſancto intelligi ſolum, ſed etiam de Chriſto in ſanctiſſimo Sacramento multis probat Salmeron. & Turrian. tract. 2. de Euchariſtia c. 16. 17. & 18. qui ſenſus literalis, & etiam intentus à ſanctiſſimo Apoſtolo eſſe poteſt, ſi ly *in quem* legatur cum Lira. *in qua*, hoc eſt myſteria, & Chriſti paſſiones, & glorias de quibus ante locutus Apoſtolus, quam lectionem omnes ferè Græci Patres ſequuntur, ſic eum locum legit Ireneus lib. 4. c. 67. Ephrẽ Sirus ſerm. de Arm. ſpirit. Didimus, & alij, de qua re videndus eſt Lorinus in illummet locum; vnde in lithurgia ſancti Iacobi, *Taceant*, dicitur, *omnes mortales, ſtent cum metu, ac tremore; Rex enim Regum Chriſtus exit, vt macletur, & detur in cibum fidelibus, cum vero chori Angelorum antecedunt.* Nec equidem hoc mirum: nam ſi vt Sophronius affirmat, oratione prima in Chriſti natiuitate, iuſti, & Propheræ, & Angeli locũ natiuitatis Chriſti videre deſiderant, vbi diuinus tantum natus Saluator, quanto magis ipſum in hoc Sacramento ſub ſpeciebus illis diuinis, modo in illo ſuperhumano, ac prorſus diuino exiſtente; hinc fit, vt quia nos ſemper in terris tali fruimur præſentia Chriſti, neſcio an dicam ex viuo fidei actu, quo illam credimus, inuidiam Angelis excitemus, beatiores illis ex fide; Thoma tangente dixit Dominus noſter: *Beati qui non viderunt, & crediderunt*, Ioan. 20. num. 29. Angeli vident, & credunt; at nos non videmus, & credimus, ergo beatiores nos illis in hoc, vt exinde videas quanta ſit ex fide huius Sanctiſſimi maieſtas, dum ad talem, ac tantam homines ſublimat terrenos.

Petr. 1. num. 12. *Salmeron. Turrian.* *Irenæus.* *S. Ephr.* *Didimus.* *Lorinus.* *Sophron.* *Ioan. 20. num. 29.*

Hinc non quælibet in hoc Sacramento adhibenda eſt fides, ſed plena, vt D. ait Thom. opuſc. de Sacramento c. 15. ſic illud Pauli intendens ad Hebr. 10. num. 22. *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, hoc eſt*, ait Sanctus, *plena fide credentes, quæ non videmus*; nam alias ſi non toto corde, ſi non plena, ſed diminuta fide, talia in hoc ſanctiſſimo pro nobis effecit Chriſtus, vt prorſus inſaniã dicas, aut ipſum, vt ſic dicam, inſanire. 1. Reg. 21. fugiens Dauid Saül ad Regem peruenit Achis, quem cum Satrapæ vidiſſent Philiſtinorum eum cognoſcentes, *Nunquid*, dixerunt ad eum, *non iſte eſt Rex terræ Dauid*, &c. quorum dicta expaueſcens Dauid, ſibique timens inſanum ſe fingens, *Immutauit os ſuum coram Achis, & collabebatur inter manus eorũ*; Quæ verba legit Auguſt. vt in Gloſa, *& ferebatur in manibus ſuis*, quem ſic videns Achis inſanum reputauit, inſanire dixit, *& ait Achis ad ſeruos ſuos, vidiſtis hominem inſanum?* Ergo inſanus reputatus Dauid, quia collabebatur inter manus ſeruorum Achis, ſeu vt legit Auguſt. ferebatur in manibus ſuis, quæ huius rei figura ſanè reſpondet Auguſt. Chriſti in Sacramento: *Quomodo intelligitur*, ait Sanctus, *in ipſo Dauid ſecundum literam non inuenimus, in Chriſto autem inuenimus, ferebatur enim Chriſtus in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum ait, Hoc eſt Corpus meum; Ferebat enim illud corpus in manibus ſuis*; at quid? profectò ab aliquibus quando de hoc Sacramento ſermonem faciebat, inſanus reputabatur, ait Sanctus: *Quaſi inſanus reputatus eſt Dauid qui dixit Achis, Arreptitium hunc mihi adduxiſtis, & Chriſtus dicens; Niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum; quaſi inſanire videbatur.* Hinc apud Ioan. 6. multi ex eius diſcipulis dixerunt: *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* immo multi ex illis abierunt retro, *& iam non cum illo ambulabant*; & quod mirum, vt ſecundum Auguſt. in pſalm. 38. Epiphan. lib. 1. tom. 1. c. vltim. & lib. 2. tom. 2. c. 51. Euthim. aliquoſque, hoc ex numero fuerunt 70. vnde & ſi in Chriſtum Dominum credidiſſent, ſi ipſum ſequebantur, vt Dei filium, tamen dum de hoc Sanctiſſimo verba locutus, illa inſana, ac veluti inſanum eum iudicarunt; vis ſcire cauſam; quia non plena fide, quia non mortua, ac penitus extincta acceſſerunt ratione, ſed cum illa; hinc dicebant lutigantes, hoc eſt diſputantes, arguentes, diſſerentes, rationem inueſtigantes, *Quomodo poteſt hic carnem ſuam dare ad manducandum?* credebant, ſed cum diſcurſu, ac ratione; hinc non plenè, hinc inquirebant *quomodo*; Dauid inſanus reputatus; at à quo? ab Achis, quid Achis? Rabanus, vt in Gloſa, *interpretatur quomodo eſt*, ab iſtis Chriſtus profectò inſanire reputatur; qui ſunt Achis, qui ratione metiri, inueſtigare, diſcutere, inquirere hoc volunt, quomodo eſt hoc Sacramentum; at in Dei, ſeu fidei ſchola quomodo iſti reputantur? profectò ſtulti, ignorantes, audi Auguſt. vbi ſup. *Sed Regi Achis videbatur, id eſt ſtultis, & ignorantibus*, ſic profectò hæretici credere videntur in Chriſtum dicunt ſe credere, Euangelio reputant ſe credere, ſed quomodo? ſenſu ſuo, viua, non mortua ratione, diſcutiũt, trutinãt, arguunt, ſyllogizant cum fide, hinc & fidem amittunt, hinc durus iſtis hic ſermo, hinc à Ieſu recedunt, & cum illo ambulare nolunt; hinc *Achis*, hoc eſt ſtulti, & inſipientes, ac ignorantes à quibus, non ſecus ac *ab Achis*, Chriſtus ſe ſeducit, & fugit. Pulchrè Paſchaſius Ratbert. lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 1. actum fidei huius Sacramenti comparat actui illorum, qui Chriſto crediderunt, vt Deo & ſi in cruce; vnde educit, quod ſi prius in ipſum non credidiſſent, diuinam in ipsũ non habuiſſent fidem. *Si vidiſſet quis Chriſtum in cruce*, ait, *in ſpecie ſerui, quomodo Deum illum intelligeret, niſi per fidem prius credidiſſet? ita & in hoc corpore, vbi ſpecies alia monſtratur, quomodo carnem Chriſti videat, niſi per fidem veracius credat?* Ergo hinc elucet quo fidei actu ad altitudinem huius Sanctiſſimi accedendum, illo nempe qui dicatur plenus, omnino mortua ratione, & vt diximus in domo hac panis penè Rachele extincta; nam vt rectè idem Paſchaſ. vbi ſup in hoc Sacramento, *Si naturæ ordo requiritur ſuccumbit ratio, & tamen manet extra rationẽ facti veritas, quia dubietas meritis, licet bona vita ſit qui accipit, excludit ne ad huius Sacramenti intelligentiam pertingat.* Ergo totum negotium fide conſtat, ſic in ſe altum eſt hoc myſterium, ſic magnum ex fide.

Auguſt. *Rabanus.* *Auguſt.* *Paſchaſ.*

Concludam tandem ſic Chriſtum Dominum noſtrum in hoc Sacramento delectari, ſic in illo exiſtere delitias reputare, vt plus ſe in illo adorari, ac tangere per fidem delectetur, quàm

S. Thom. 11. Ad Sanctiſſimum accedendum non ſolum cum fide vt ſic, ſed plena ad hoc vt credatur.

12. Hæretici cur Sanctiſſimo non credunt.

13. Chriſtus plus delectatur per fidem in Sacramento proſpici, quam in cælo clarè.

clarè in corpore glorioſo, ac diuino exiſtente. Hoc quippe colligo ex difficillimis illis verbis ad Magdalenam ſanctiſſimam Domini noſtri Ioan. [illegible]num. 17. quando hæc ad pedes accurrens audiuit: *Noli me tangere; nondum enim aſcendi ad patrem meum. Reconditus huius ſermonis eſt ſenſus*, ait Cyrill. lib. 12. in Ioan. c. 50. *latétque in eo non parum myſterium*, & verè quidem eum obſcurum illum reddat, ratio quare nolit, vt eũ tangat, *Nondum enim*, ait, *aſcendi ad patrem meum*; Ergo rectè argumentatur Auguſt. vt ait Maldonat. poſt Aſcenſionem me tanges; quod ſi ſic, profectò mea ſententia ad aliũ ipſam remittere voluit contactum, auguſtiorem, penitiorem, ſecretiorem, ac ipſimet iucundiorem, ſcilicet ſacramentalem in hoc diuiniſſimo Sacramẽto; Vnde ſenſus *Noli me tangere*, quia glorioſum iam poſſideo corpus, & nondum aſcendi ad patrem meũ; tanges poſtea, quando iam aſcenderim, & tũc iucundius, delectabilius, mihiq; gratius in Sacramento exiſtenti, ac in viſcera tua intranti; nã profectò poſt Aſcẽſionem nullus alius corporis Chriſti contactus remanſit, niſi per ſacramentales ſpecies, quãdo ſanctiſſima hęc peccatrix Spiritu ſancto plena, amans, & amata per arcanum ſecretum, ineffabilem, diuinumq; contactum intra ſe, nõ extra ſe illud diuiniſſimũ corpus tetigit, vti animabus puris, ac in Dei amore totaliter delibutis euenire ſolet aliquorũ eſt ſententia; hinc hoc idem pandẽs Cyril. vbi ſup. ideo affirmat Magdalenam à tactu prohibitam, quia nondum Spiritus ſanctus datus, vnde remiſſa ad altiorem conta[illegible] audiamus illum diſcurrentẽ, cuius ſententiã ex toto illo c. verbis eius licet nõ continuis [illegible] eliciemus; ait ergo: *Inter multas, variaſque Saluatoris aduentus cauſas, illa præcipua fuit, quam ipſe voce ſua declarauit nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores, propterea ante paſſionẽ, reſurrectionemq; ſuam cum probis ſimul, atq; improbis verſabatur; quod faciebat vt omnes ſanctificaret, idcirco cum in domum Phariſæi diuertiſſet, peccatricem fœminã lachrymis pedes eius lauantẽ, & crinibus aſpergentẽ ſuis aſpernatus non eſt; at poſt reſurrectionem ſuam non facile id vnicuique cõcedit. Sed puris, & circumciſis, quare oportet non incircumciſos ſed mũdos homines, ſpiritales, circumciſoſque ſanctiſſimũ Domini corpus tangere: Circumciſio enim cordis in ſpiritu fit, quam nullus vnquam habet, niſi Spiritus in eo ſanctus fide, atque baptiſmo habitauerit; quia ergo nõdum Spiritum miſerat, ideo à tactu ſuo Mariam prohibet dicens: nondum enim aſcendi ad patrem meum, id eſt nondum pater meus Spiritum ſanctum miſit ad vos.* Ergo ſecundùm Cyril. prohibita à cõtactu Magdalena Chriſti, quia nondũ Spiritus ſanctus miſſus, ad illum poſtea admittẽda, quãdo ad patrẽ iam Chriſtus, Spiritus miſſus ſanctus, tunc profectò non aliter illud niſi per realem Sacramenti ſumptionem. Ergo ad hunc diuiniſſimum contactũ Chriſtus Magdalenam attraxit ſecundùm Cyrillũ, quod amplius ex illo patet; nam inde eluit ideo cathecumenos ante myſteria ab Eccleſia excludi; *quia nondum locupletati ſunt Spiritu ſancto*, ob quod à tactu, & communione Chriſti corporis prohibentur: nã, vt inquit Cyrill. *Qui baptiſmum receperũt, quia Spiritus ſanctus habitare in illis creditur, à tactu, & communione ſalutaris Chriſti corporis non prohibentur.* Ergo prohibitio Chriſti ſui tactus ſanctiſſimæ amatrici facta, non reprehenſio, non amoris, ac dilectionis minus ardentis ſignum, ſed eiuſdem exitit exceſſus, & ardor, illam ad ſublimem, ad altum, ad reconditum, ad imperceptibilem ſenſibus extollens tactum, quo de humanis ad diuina eam ſubleuabat; & ideo licet corpore iam eſſet glorioſus, ac corporaliter viſus tactum recuſauit, quantum, quo ſe dum in vita tangere permittebat, altioré iam appetens, vtpotè & ſibi amplius delectabilem, ſacramentalem ſcilicet, & per veram fidem; vt exinde videas quantæ maieſtatis ſit hoc Sacramentum apud Deum, dum plus in eo appetit diligi, amari, tangi, frui, quàm in ſeipſo, & ſi glorioſo; nec equidem hoc mirum, cum altera diuinior ex contactu ſacramentali, accedat cum Chriſto vnio, quã ex corporali, de qua re infrà.

Ioan. 20. num. 17.

Auguſt. Maldon.

14. Magdalenã cur Chriſtus prohibuit ne eum poſt reſurrectionem tangeret.

Thom. à Ieſu exalceat. lib. 4. de orat. diu. c. 27.

Cyrill.

HOMILIA LXXVIII.

De magnitudine Sanctiſſimi ex amore.

Caro mea verè eſt cibus, & Sanguis meus verè eſt potus. Magnum ingredimur campum, altum, profundum, Oceanum audemus attingere immenſum, *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius*; verè exclamat Chryſoſt. homil. 83. in Matth. quis Dei amorem in hoc Sanctiſſimo, immo quis amoris in illo potentias attingere valebit, quando, vt affirmat Dauid omniũ ſuorum in illo memoriã fecit mirabilium, quæ vnquam operatus, quæ vnquam qua Deus omnipotens attigit, *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe*, ſi omnium mirabilium ſummam in vnum redegit mirabile, ex quo ſumma eius eluceret potentia, eur miſericordem, & miſerantem eum appellat, & non potius omnipotentem, ac omnipotentiſſimum? ſanè quia illam memoriam non in opere aliquo adſimili præteritæ potentiæ Dei, vt ſic cõſtituit, ſed in potentia Dei amantis, ac præ amore ſe euiſcerantis; vnde theſaurus linguæ ſanctæ ly, *Miſericors, & miſerator Dominus*, legit, *miſericors, & euiſcerans ſe Dominus*; In qua re non magnitudo potentiæ, vt ſic, ſed potentiæ amoris, dilectionis, ac æterni ignis in Chriſti pectore ardentis elucet; Hinc rectè non omnipotentem, ſed miſericordem eum appellat, quatenus omnipotentia amoris ſe euiſcerauit dans nobis talem eſcam, talem potum, omnia antiqua potentiæ monumenta ſuperans, vt rectè Titelman. hîc, dum quaſi diceret Dauid, ait: *Multa quidem ſunt & ſtupenda beneficia tua Domine, quæ olim exhibuiſti in rerum creatione, & gubernatione, ac populi eductione, verum omnia priora ſuperat, quando omnium mirabilium ſuorum velut memoriale nobis veniens in carne dediſti ipſum, nempe corpus tuum in eſcam, & ſanguinem in potum.*

Chryſoſt.

Pſal. 110. num. 4.

Titelman.

1. Sanctiſsimũ eſt ſumma Dei potentia amantis ac ſe euiſcerantis.

Immo quod prorſus mirabile, ſi tempus cõſideres talis euiſcerationis, cum propè paſſionem, cum propè occiſionem, cum propè horribilem capturam, quãdo quęrebatur ad mortẽ, ad crucem, ad tormenta, tunc amplius amore deperiẽs ſe euiſceranit, corpus, animam, ſanguinem ſuum præbens, Razias quidem è Iudæorum gente Machab. 2. cap. 14. num. 37. expetitus ad mortem ob patrias

2. Chriſti amor expenditur ex tempore quo Sanctiſſimum inſtituit.

Machab. 2. cap. 14. num. 37.

ob patrias leges, ob amorem ſuorum Dei inſtinctu, vt vult Lyranus, Victor. & alij, non ſolum ſe occidit, *ſed ſtans ſupra quandam petram complexus inteſtina ſua vtriſque manibus, proiecit ſuper turbas inuocans dominatorem vitæ, ac ſpiritus, vt hæc iterum illi redderet.* Quod facinus antequam Scriptura diceret, virum illum præmittit *amatorem virtutis, & qui pro affectu Pater Iudæorum appellabatur*, vt ſic amplius affectum eius commendaret, amorem in patriam extolleret, ſanè magnum facinus; at quid ſi illud rectè expendes, non voluntarium, non ex amore, non ex complacentia, non ex deſiderio, non ſi aliter mortem effugere potuiſſet, ſe euiſcerasſet; at Chriſtus in Sacramento amore æſtuans, amore deperiens, liber ad mortem, tunc tunc quando ad illam quærebatur, quãdo ſciebat conſilia, præparationes, æſtus, inuidiam, liuorem, tunc quando hæc, quaſi omnium oblitus, ſe euiſcerans non ſolum viſcera, ſed ipſam ſuam dedit animam, illam per corpus, per ſanguinẽ ſuum nobis præbens, vt ſic non ſolum eius carne, ſed ipſa paſcamur anima, ſaginemur ſpiritu.

Lyranus. Victoria. Serrarius

3. Non ſolum ſua carne voluit nos paſcere ſed anima.

Attende quæ dico, ſic Chriſtus noſtri amans, ſic pro nobis æſtuat, vt præ amoris altitudine non ſolum nos carne ſua voluerit paſci, ſed anima, ob quod non ſolum in pane ſe dereliquit paſcendum, ſed in vino bibendum ſanguinis expreſſa figura; dans nobis per hoc intelligere, quod non tantum voluit ſua nos paſcere carne, quantum ex vi amoris ſuo ſpiritu, ſuaq; anima. Mirum ſi attendes tam rigidam, tamque ſeueram Dei punitionem, in Leuitico contra eos, qui ſanguine ſaginarentur cap. 17. nu. 10. *Homo quilibet de domo Iſraël, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos, ſi comederit ſanguinem, obſirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eam de populo ſuo.* Terribilis commi-

Leuitic. 17. n. 10.

4. Sanguinis eſus vt prohibitus & cur.

nario, & non niſi in magnis exceſſibus à Deo repetita; nam *obſirmare faciem* eſt iraſci vehementer, ac firmiter, fixeque faciem conuertere in illum, cuius efficaciter, & firmiter vindictam ſumere velis; vnde contra Hieruſalem iratus Deus Hieremias 21. n. 10. *poſui*, ait, *faciem meam*, hoc eſt ſtatui, obſirmaui, *ſuper ciuitatem hanc in malum, & non in bonum*, Ezechiel. 4. n. 3. *obſirmabis faciem tuam ad eam*, id eſt contra ciuitatem, omnino ad deſtructionem; qua locutione profecto inſigne Dei declaratur odium; ac ſimul peccati magnitudo, qua motus firmiter pœnã ſumere ſtatuebat. Ergo quod tot grandia efficiebant peccata, vnum tantum cauſabat, eius nempe ſanguinis, ſic toties prohibitus, vt Geneſ. 9. n. 4. & in iſto lib. c. 7. n 16. quę ratio; quia *anima carnis in ſanguine eſt*, pro ratione Dei Spiritu edoctus ſanctus pandit Legiſlator: nam, vt rectè Philo. de victim. *Animam quodammodo vidimus libare in ſanguine;* En ratio, quia cum vita animalis ob ſpiritus à sãguine præcipuè pendeat, & ſine illo ſuſtentari nõ poſſit, ſicut nec ipſa hominis vita, quodammodo, qui ſanguine paſcitur, anima paſci videtur. Hinc prohibitio tam ſeuera, animarum noſtrarum paſtus ſic Deus auidus, vt nec ſymbolicè vellet, quod alter illa paſceretur; at quod ego hinc colligo, eſt; quod dicebamus; nam dũ anima in ſanguine eſt, & in ſanguine anima libatur ſecundum Philonem, quid aliud eſt ſanguinem

Hiere. 21. nu. 10.

Exechiel. 4. nu. 3.

Geneſ. 9. nu. 4.

Philon.

nobis ad bibendum Deum dare non ſatis viſa carne, ſed expreſſius ſanguinem propinare? niſi id quod dicebamus, ſic amore æſtuare, ſic pro nobis deperire, vt quia anima in ſanguine, voluerit non ſolum carne, ſed ipſa ſua nos paſcere anima, ſuo nos ſpiritu, vt ob hoc totos nos ad ſe attraheret, ſicut totum ſe nobis dabat, carne ſua noſtram purificans, ſanguine animam: nam anima in ſanguine, vt rectè Paſchaſius de corpore, & ſanguine Domini c. 11. *Totus homo redimitur*, ait Paſchaſi *caro quidem carne paſcitur ſpiritualiter, anima vero Chriſti ſanguine reparatur, omnis namque anima teſte ſcriptura in ſanguine eſt*, Ergo ſicut caro noſtra viuificatur ex carne Chriſti, ſic anima noſtra ex sãguine Chriſti, vnde, quia anima in ſanguine, in ſacra perceptione per carnem caro noſtra Chriſto vnitur, ac per ſanguinem ipſa noſtra anima ex duabus iam non duæ, ſed vna, vt ſic dicam effecta, ac conglutinata cum anima Chriſti; vah quantus amor, quantaque dilectio? vnde rectè Chryſoſt. Hom. 45. in Ioan. tom. 3. exclamat dicẽs: *Cum amorem ſuum Deus indicare veller, per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit.* Pendo illud *cum amorem ſuum nobis indicare veller*, quantus ille erit, cum indicatio ſit talis, & tanta? ô infinitus Dei amor in hominem! ô prorſus Oceanum infinitè profundum, indicare vult amorem, & indicatio eſt ſuam præbere carnem, ſuum præbere ſanguinem, qualis ille, quando plene ſe dabit, dum indicatio tanta?

Chryſoſt.

5. Chriſtus ſacramentum inſtituit, vt totos nos adſe attraheret. *Paſchaſ.*

6. In Sacramento non quolibet ſaginamur Chriſti ſanguine, ſed cordis. *Paſchaſ.*

Immo quod amplius expendo, non quolibet nos voluit ſaginare, ſeu ſaginat sãguine, ſed cordis, ſic, vt quo potamur ſanguine, non venarum ſit, ſed viſcerum, ſed præcordiorum, ſed tandem ipſiuſmet cordis: ob hoc (mea ſententia) in myſterio voluerunt Apoſtoli ſanctiſſimi, vt rectè ait Paſchaſi, aquam vino miſceri, ad denotandum aqua illa, quæ ſimul cum ſanguine de latere fluxit Chriſti, per quam cum nos ibi ſignificamur, vt idem ait, profecto datur intelligi eo ſanguine nos epotari in quo vnitos nos tenebat, *omnes in ſe eleuauit*, ait Paſchaſi. *dum cauſas omnium in cruce pertulit, ideirco Eccleſia, quæ in illo ſimul fuit, iure de latere dicitur emanaſſe, qua bene per aquam, ſicut Cyprianus ſanctiſſimus ait, deſignatur, & ideo rectè promiſſum eſt, quia ſimul cum ſanguine fluxit, vt hoc in myſterio veri ſanguinis admiſceatur, quatenus & nos in illo ſimus, vt per hoc ſalutis Sacramentum diuinis obtutibus illico vniti myſticè offeramur.* Pendo illud *ſimul Eccleſiã tunc in Chriſto extitiſſe*; quod cum ſit, & ille ſanguis non alius niſi ex corde, nec aliunde fluxit, concluditur, vt inde ſimul & aqua? hinc & Eccleſia in corde, & de corde potabatur; at quando in corde? vide an quando ei hoc præbuit Sacramentum, nam tunc profecto virtute eius cum illo vnita, & in corde Chriſti tranſlata, cum ipſo crucem ſubijt in corde, vt inde emundata per ſanguinem cordis ſimul flueret, ſimul paſceretur. Rectè ergo exclamat Paſchaſius *Exultent fideles dum ſe intelligunt ad tantam vnitatem Chriſti ſociatos per gratiam, & ad tantam flagrantiam charitatis euectos.*

7. Aqua cui miſcetur in calice.

8. Eccleſia in corde Chriſti cum illo in crucem ſubijt.

Hoc vltimum adnoto, non ſolum ſcilicet nos per hoc ſacramentum ad charitatem, ſed ad flagrantiam Dei charitatis euectos, qua-

9. In Sacramento eſt Chriſti charitas, non quælibet, ſed flagrãs.

lis eſt hæc profecto ſic nos amare, ſic nos diligere, vt totos nos abſorbere velit, non ſolum ſpiritum, ſed carnem, non ſolum animam, ſed corpus; hinc vere ipſe Deus, vere Pater noſter: profecto ignis flagrans ille dicitur, qui omnia abſumit, nil relinquit, non ſolum arida cremat, ſed viridia, non ſolum ligna, ſed aquam lambit, 3. Reg. 18. nu. 38. ignis à Deo immiſſus per quem à populo, vt Deus confeſſus & recognitus non ſolum, vt petijt, ſeu vt Elias promiſerat votauit holocauſtum, *ſed ligna, & lapides pulueremque quoque, & aquam, quæ erat in aquæductu lambens, quod cum vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait: Dominus, ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Certè non ſic clamaſſet, nec ſic obſtupuiſſet, niſi & aquam cerneret lambi; nam talis ignis profecto eſſe niſi à Deo viuo poterat, nec eſſet ſimul flagrans, niſi & aquam lamberet; quid ex hoc? illud profecto, amorem in hoc Sanctiſſimo Dei non quemlibet eſſe, ſed ardentem, dum non ſolum holocauſtum deuorat, ſed aquam, non ſolum ſpiritum aſſumit, ſed carnem noſtram.

10. Ex Sanctiſſimo plus Deus cognitus noſter, quàm ex cæteris, & cur.

Hinc amplius ex hoc ſacramento Deus cognitus, & proclamatus noſter, quàm in cæteris; nam ſi in cæteris ſpiritus exultat, caro gemit, ſi vnda baptiſmi purificat ſpiritum, caro ex rigiditate plorat; ſi pœnitentia maculas abſtergit, corpus plangit; at in hoc Sanctiſſimo & caro, & ſpiritus exultant, & exultant in Deo viuo, vt rectè adnotauit Paſchaſius vbi ſupra cap. 2. hoc eſt non ad modum cæterarum rerum huius mundi, in quibus carnales exultant, ſed ſicut Angeli; *ipſe enim* Chriſtus nempe in Sacramento, ait Paſchaſi. *liberat ab omni ignorantia, & remouet à carnalibus huius vitæ illecebris, neque ſinit terrenum aliquid, aut vile ibidem ſuſpicari, ſed myſtica, & ſpiritualia in his ſapere, ita vt noſtri corporis ſenſus ad ea interius ſanctificandi auidius transferantur, ſi quomodo dicere poſſit præeminentior pars hominis, cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Quid caro cum Deo, quid caro cum Spiritu? nunquid non iurauerat Deus non permanſurum eius ſpiritum amplius in homine, quia caro erat, Geneſ. 6. nu. 3. *non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt*; vnde nunc & carnem quærit? ſane quia in hoc Sacramento non quælibet Dei eſt charitas, ſed flagrans, aquam etiam lambens, hoc eſt & carnem ſibi vniens, quia caro noſtra eſt. Audi quid ad Abraham Geneſ. 21. nu. 13. *ſed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia ſemen tuum eſt*; dulcis ratio, quære Iſmaëlis meritum, quære Dei emolumentum, vt in gentem magnam illum conſtituat, nullum prorſus inuenies, filius ancillæ, aſperæ, ac auſteræ, ſiue ferocis conditionis, vt Angelus matri prædixit, vir bellator, & ſanguinis, vnde ergo ei bonum tantum? ſane quia flagrans Dei charitas erga Abrahamum, & Iſmaëlem dilexit, *quia ſemen illius*, En ratio, ſic noſtri Deus eſt amans, vt quia caro ſemen ſpiritus noſtri eſt, vt ſic dicam, ſeu ſocia eius, tamen licet ſerua, licet peccatrix, quia noſtra eam diligit, eam ſibi per hoc Sacramentum vniens, ſic totos nos ad ſe attraxit,

11. Ex virtute huius Sacramenti non ſolum ſpiritus ſed caro exultant in Deũ viuum.

Geneſ. 6. nu. 3.

Ibid. 21. nu. 13.

vt quia caro, caro noſtra etiam ad ſe eam aſſumpſerit, vt non ſolum ſpiritus, ſed caro in Deum exultaret viuum, & quia Spiritus dixerat non amplius ſe in homine permanſurum quia caro, amore æſtuans ex profundo infinitæ ſapientiæ modum inuenit, quo Spiritus, ſententiam inuertens permaneret in homine, quia caro in æternum.

12. Efficit vt Deus velit in homine eſſe quia caro ſumus.

Enimuero ſi rationem indagas illius ſententiæ, nempe *non permanebit Spiritus meus in homine quia caro eſt*, eam inuenies, quia hic carni ſe iunxerat peccatrici, *videntes*, ait ibi ſcriptura, *Filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant*; quid per filios Dei? communis expoſitio Sethi filij, qui iuſti, ſic Auguſt. in quæſtionib. ſuper. Geneſ. cum alijs, quid per filias hominum? Caini, ſic Eucherius, *quæ pravis moribus terrigenarum ſocietate amata ſunt à filijs Dei propter pulchritudinem corporis.* Ergo filiorum Dei coniunctio cum carne peccatrice ſic Deo extitit inuiſa, vt iuraret non in æternum ſe cum homine permanſurum, quia caro; quid ergo flagrans Dei charitas, quo hoc inuerteret modum inuenit, carnis alterius ſcilicet coniunctionem cum qua Filij Dei coniuncti, ſic ex tali diligerentur à Deo coniunctione, vt vellet in ipſis permanere, non ſolum quia ſpiritus, ſed quia caro, audi Dei ſententiam Ioan. 6. nu. 55. *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam*, vnde æternam? ſane quia *in me manet, & ego in eo*, Si ergo æternaliter viuet, ergo æternaliter in ipſo manebit licet caro; at vnde tantum bonum; quia in hoc Sanctiſſimo carni vnitur Chriſti, quia ex hac vnione hominis caro ex humana tranſit in diuinam. Audi Cyrill. lib. 12. in Ioan. c. 3. *Myſtica benedictionis virtus cum in nobis ſit, corporaliter quoque facit communione carnis Chriſti, Chriſtum in nobis habitare, non habitudine ſolum, quæ per charitatem intelligitur, verum & participatione naturali; nam quemadmodum ſi quis igne liquefactam ceram, alij ceræ ſimiliter liquefactæ ita miſcuerit, vt vnum quid ex vtriſque factum videatur, ſic communicatione corporis, & ſanguinis Chriſti ipſe in nobis eſt, & nos in ipſo.* Ergo per hoc Sacramentum ſecundum Cyrill. caro noſtra cum Chriſti carne miſcetur, & manens ipſe in nobis ſecundum carnem, noſtram ſic ad ſe attrahit, vt per communicationem eius ex humana fiat diuina, &, vt ſic à Deo præ dilecta, amata, immo & concupita, vnde totus homo ex huius Sanctiſſimi virtute à Deo diligitur, & concupiſcitur, non ſolum, qua ſpiritus, ſed qua caro, & illa iudicij ſententia, *nõ permanebit Spiritus meus in homine, quia caro eſt*, ex virtute huius Sanctiſſimi ſic inuertitur, vt velit adhuc Deus in homine permanere, quia caro eſt, & hoc non per tempus, ſed æternaliter, quid mirabilius? ne mireris, flagrans charitas eſt, amor immenſus.

Auguſt.

Eucherius

Ioannis 6. nu. 55.

Cyrill.

13. Caro hominis virtute Sanctiſſimi fit diuina, ex humana.

14. Pares homines Angelis efficit.

Qui ex eo magis elucet, ſi inter cæteras inſtitutionis eius cauſas hanc conſideres, deſiderium ſcilicet nos homines etiam nunc, & in hac vita pares Angelis efficere, amor eius in nos non ſuſtinẽs Angelicam paritatem dilatare, noſque minores Angelis cernere; hunc

propè mortem iturus ad patrem *in finem dilexit suos*, dum pares illos Angelis effecit, in cibo, & potu, quo illi sustentantur; nam vt rectè Dionys. de cælesti Hierarch. cap. 1. *Participatio Christi, quæ nobis symbolicè*, hoc est in Sacramento altaris, *confertur, Angelis datur super naturam huius mundi*, videlicet sine symbolis. Hinc quia iam iturus ad patrem, & in cælum subiturus, vbi plene, clare, ac perfectè eo Angeli fruituri erant sanctissimi, ac pane hoc cælesti saginandi, intime, profundeque ex amore nostri, quasi hoc Angelis pro nobis inuidens, æstuansque pro nostra dignitate, illum adinuenit modum, quo panem Angelorum manducans homo eadem prorsus satietate repleretur, & licet per speciem eadem vnione frueretur, vt non minori sustentaretur, ac viueret cibo homo, quàm ipsi Angeli, quàm ipsæ supremæ potestates. Hoc equidem symbolicè in manna figuratum obseruo, nam cum frumentario posset Deus pane homines illos cibare, noluit nisi manna, quod panis vocatur per Prophetam Angelorum, Psal. 77. *Panem Angelorum manducauit homo*, non quod verè talis cibus Angelis congrueret, quia materialis, sed quia præfigurabat hunc nostrum spiritualem, quo illi in cælo vescuntur, ideo manna, & non alio demissiori voluit eos sustentare cibo, vt præsignaret per aduentum Christi, ac per flagrantissimum eiusdem amorem, nostram cũ Angelis futuram paritatem, futuram condignitatem, *Paschas.* *Dauid cecinit in Prouerbijs*, ait Pascha. vbi sup. cap. 5. *panem Angelorum manducauit homo; at esca illa licet de cælo venerit, & potus, qui corporeus erat Angelis non congruebat, sed ille vtique panis, & potus, qui per hæc præsagiebatur. Christus ergo cibus est Angelorum, & sacramentum hoc verè caro ipsius, & sanguis, quam spiritualiter manducat, & bibit homo, quia totum spirituale est, & diuinum in eo quod percipit homo.* Nil melius, vnde viuunt Angeli; viuit per hoc Sanctissimum homo, Angeli clarè, homo per speciem, & licet homo mortalis, tamen diuinus, Angelis ex nunc par, quia cibo sustentatur diuino, nil substantialiter inferius illis pastus, quia nil minus quam illos nos Christus dilexit, & nescio an plus, cum talia, ac tanta pro nobis dignatus est effici.

Areopag.

Psal. 77.

15. Est nobilis Dei liberalitas & cur

Immo amoris magnitudo inde amplius crescit, si in eius institutione infinitam eius scientiam consideres, qua perfectè futuras circa Sanctissimum indignitates, ac horrenda præuidebat peccata, quibus non obstantibus, sic eius ardens extitit amor, vt potius indicauerit illa omnia vsque ad diem perfecti iudicij, quàm vnione priuari suorum, quam suos in hoc mundo deserere; vnde rectè hoc diu. admirans Thom. opusc. 58. cap. 5. copiosam Dei, ac nobilem bonitatem hunc talem amorem appellat, vnde ait: *copiosa bonitas, & benignitas, & liberalitas nobilitatis Dei, quæ inimicis & multis contra eum peccantibus tot bona facit, maxim è cum tales corpus eius sumere permittit, vt tanta eos liberalitate conuertat.* Adnoto illud hoc Sanctissimum copiosum esse liberalitatem nobilitatis Dei; nam quod peccata dimittat, quod mundum redimat, quod sanguinem fundat, quod superabunde gratiam præstet, quod tandem gloriam ipsam, omnia infinitam Dei prædicant liberalitatem; at quod corpus, sanguinem, spiritum, animam peccantibus, & indignis det, seu dari permittat, sciens conculcandum, nec tanta, & horrenda præuidens se ab institutione Sanctissimi abstineat, hoc non solum diuinam præsignat liberalitatem, sed nobilem, non solum flagrantem amorem, sed præclarum, altum, nobilem.

S. Thom.

16. Amor Christi flagrans in hoc sacramento extenta eorum, quæ contra ipsũ futura astruitur.

Enimuero semel tantum, seu bis, se à diabolo permisit attrectari, quando in deserto Matth. 4. num. 6. *Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem*, & iterum in montem excelsum, quod sic horrendum aliquibus visum sanctis, vt nullo modo illud concedere voluerint, sic Cyprian. serm. de tentat. vbi sic: *Sed quod corporaliter cum diabolus tulerit videtur inconueniens, quod humeris eius saluator insederit, & pro vehiculo vsus sit, quem præcipitatorem sciebat; vel ei se ferendum commiserit cuius insidias agnoscebat.* Cuius similiter sunt opinionis, Anselmus Matth. 4. Origenes Hom 31. in Lucam; at quid hoc si cum facto, seu huius sanctissimi institutione conferas, ibi enim semel, hic vsque ad diem iudicij, ibi à diabolo, hic à membris eius, ibi incognitus, & tanquam purus homo, hic vt Deus habitus, quod prorsus horrendum; qualis ergo ille amor extitit, qui talia præscient, vóluit tamen ob suorum charitatem potius illa sustinere, quàm suos deserere?

Cyprian.

Matth. 4 nu. 6.

Origenes.

Anselm.

Immo amplius hic notandum, rationem scilicet sanctissimi Doctoris opuscul. 59. cap. 7 in fine, quare scilicet illud permiserit, poterat enim determinare suam respiciens dignitatem vt non consecraretur nisi à dignis, vt non tangeretur nisi à iustis; at quia ex hoc non certe eius colligebatur in sanctissimo Sacramento præsentia, qua erat in suos charitate inflammatus, potius voluit illa perferre, quàm de sua præsentia suos dubitare; *in hoc enim*, ait sanctus, *summa dignationis diuinæ pietatis, & fidei nostræ certitudo, & veritas demonstratur, quia si non posset vere consecrari, siue tangi, nisi à iustis hominibus, nunquam possemus in hoc mundo scire, quando esset veraciter corpus Christi, sicut de aliquo homine in hoc mundo non possemus scire certitudinaliter, quis esset iustus, vel iniustus.*

S. Thom. 17. Cur Christus voluit & cõsecrati suscipi etiã ab indignis.

18. Ob Christi præsentiam in sacramento mũdus nunc non perit.

Hinc, & illud elucet admirabile, prorsusque stupendum, vt quod semel ardentissimæ charitatis signum in cruce Christus præbuit pro inimicis orans, tunc tunc eum crucifigentibus, hoc quotidie præstat cum indignè eum sumentibus, Angelis astantibus inhibens vindictam, apud patrem orans, nec fulgura ignemq; de cælo emittat, ac diluuium totum dissipans mundum? *Arcum meũ ponam in nubibus*, semel Noé repromisit Gen. 9. n. 3. *& erit sign ũ foederis inter me & inter terram*; quid inde? *& non erũt vltra aquæ diluuij dissipantis terram*, quid per arcum? Rupert. *Christus Dei Filius*, cur ergo putas in eius crucifixione patrem igneo non pessum dedisse mundum diluuio? ea de causa, quia arcus in nubibus, Christus iam ex institutione in sacramẽto sub illis diuinis speciebus, & cur nunc similiter ob indignã susceptionẽ non absorbetur mundus hac eadẽ de causa,

Genes. 9. nu. 3.

Rupert.

19. Quod semel Christus in cruce effecit orans pro inimicis nunc quotidie in sanctissimo

cur Angeli ſanctiſſimi non illico perimunt indigne tractantes; quia Chriſtus erat. Egregie hoc Paſchaſ. vbi ſup. c.8. dignam ſuadens ſumptionem, ac ab indigna exterrens, ſic proloquitur: *verumtamen quia ſæpe grauius peccantibus diuina patientia, licet præſumant, indigne parcit ad tempus, & expectat ad pœnitentiam, non ideo ſecuritas ſubrepat, quia theſaurizat ſibi contemptor iram in die iræ, & peccata in Deum magis accumulat, certus ſit enim, quia vltores Angeli nec ſemel indigne communicanti parcerent, niſi benitas Chriſti gladium ſuſpenderet, & remoueret interdum momentaneam mortem; vnde Chriſto totum debemus aſcribere, qui ſuas etiam iniurias libenter remittit, & pro delinquẽtibus in ſe ſicut prius in cruce fecerat, etiam ſe Patri offerendo idoneus exorator intercedit,* egregie, non nos interimunt Angeli, quia Chriſtus & ſi offenſus, indigneq; habitus eos cõprimit, & pater nõ nos peſsũdat, quia ſicut in cruce, ſic in ſacramento pro nobis orat, pro nobis intercedit, qualis maior charitas; qualis maior amor?

Paſchaſ.

20. Quia ipſe in Sacramẽto pro nobis erat Angeli malè ſumentes non interficiunt.

Hinc amor Chriſti in ſacramento, non quilibet, ſed amor eſt incãtator, & Chriſtus in illo incantator Eccleſiæ, qui ſuo amore, ſuaq; charitate, ſuoq; opere ad ſe nos allicit, attrahit, ligat decantando, ac, vt ſic dicam præ amore dementando, Oſeas 11. n. 4. *in funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis*, vbi alia litera legit *in liciis Adæ*, in quo aduertendũ *licia* eſſe quædã ligamina amatoria, vt rectè ex antiquis tradit Delrio de Magia lib. 3. part. 1. qu. 3. ſect. 2. cũ aliquibus nodis, per quæ amantes certis verbis prolatis dũ fiebant, ad amorẽ impellebãtur obſtringebanturque. Talibus ergo funibus amatoriis promittit Deus ad ſe filios allicere Adæ, quod nomen non generis, ſed propriũ Adæ volunt, vt ſit Ruffinus, & Dionyſ. qui ſimul æſtimãt ab Adæ felicitate ſimilitudinẽ peti, vnde ſenſus ſecũdũ illos talis eſt, ſic populos trahã fideles, ac ad me attraxi Adã, ſic populũ tractaui in deſerto, ſicut Adã in paradiſo, in quo paratas habuit epulas ſine vllo ſuo labore abũdantes, ſalutares, dulces; ſic in deſerto populus ſuauiſſimũ cibũ è cæleſti rore. Ergo funiculi Adæ, philtra erũt amatoria, quibus Deus ad ſe homines trahere decreuit; at quæ iſta, ea dicã, quibus hominem ad ſe attraxit dæmõ, hic cibo, & Deus altero cibo, ille mortis eſu, Deus hoc ſacramẽto, hoc philtro diuino. Audi Rupert. in hoc ipſo Oſeæ loco. *In funiculis Adæ attraxit nos, vt pote factus filius Adæ, in quo mire modo ſibi nos colligauit, & traxit ad ſe in funiculis charitatis, curãs eos per funiculorũ eorundẽ attritionẽ, in eo maximè intendens, quod veniẽs in hũc mundũ peccatũ gulæ, per quod primus homo periit, corrigeret in electis ſuis, informando illos ad operãdum cibum, qui non perit, ad mãducandum, & bibendum ſacramentum corporis, & ſãguinis ſui.* Egregie, ligatus Adam per gulã, ad mortẽ addictus per eſum, incãtatus a philtro mortis per dæmonẽ, & liciis ductus amatoriis, ſed dementatis, quid Deus, incãtare ſimiliter & appetens hominem, ijſdẽq; liciis ad ſe eum atrahere, philtrum inuenit hoc diuinum, & poculum poculo apponens, eſum eſui, pomũ pomo, buccellã buccellæ, ſic hominem ad ſe attraxit, vt incãtaret, verus ipſe Eccleſiæ incãtator, vt præclare Ambr. lib. 4. hexam. c. 8. in fine: *habet Eccleſia, ait, incãtatorem ſuũ Dominũ Ieſum, per quem Magorum incantantium carmina, & ſerpentum venena euacuauit.* Egregie, ſerpẽtis venenũ ebibit Adã à dæmone per illud incãtatus medio philtro mortali, medio pomi eſu; quid ergo Deus amore hominis æſtuãs, cũ nõ virgis, cũ non ſcorpionibus, cũ non plagis, cũ non terrore ad ſe attrahere decreuiſſet hominẽ, philtrũ philtro oppoſuit, incantũ, vt ſic dicã, incãto, talẽ homini præſtãs cibũ, tali licio circumdato, vt venenũ antiqui euacuans ſerpẽtis hominẽ ad ſe ſic attrahat, vt vnum fiat cum illo, *in ipſo manẽs, & ipſe cum eo*, quid præſtantius?

Rupertus.

Ambroſ.

Ex quo facto illud profectò elucet, iam inde ab initio, ſic Deũ dilexiſſe hominẽ, vt quia cibũ guſtauerat mortis, ei cibũ præparauerit vitæ, & lignum vitæ ab eo eripuiſſe, non ei vitam inuidens æternam, ſed æternam in peccato vitam, illi alterum præparans, qui æternam conferens vitam faceret eam diuinam, Geneſ. 3. n. 22. *nunc ergo ne forte mittat manum ſuã, & ſumat etiam de ligno vitæ, & viuat in æternum emiſit.* Pendet ly *ne forte*, anxiantis ſpiritus eſt verbum, ergone anxius extabat Deus, ne homo viueret in æternum? ſanè quia in peccatis eſſet in æternũ, ob quod & in extrema in æternum miſeria; hinc rectè Chryſoſtom. in hunc locum, *magis prouidentiæ, ait, quàm indignationis fuit illa electio, curam enim agens protoplaſti, ejus ipſum è paradiſo præcepit*; qualis hæc cura erat; *ne ſcilicet peccaret perpetuo*; & ſic vitæ lignum, quod in paradiſo Deus conſtituerat ad immortalem vitam præſtandam feliciſſimam, peccato hominis immortalem præſtaret infeliciſſimam, hinc prohibitio; at quid? ergo-ne homo moriturus in æternum? nunquid hoc Dei permittet in hominem charitas; quid ergo; alterũ conſtituit in Eccleſiæ diuino paradiſo vitæ lignũ, quo guſtato ſimiliter vitam præbet, non tantũ æternã, ſed diuinã, hoc ſcilicet ſanctiſſimum Sacramentũ; *Conſtat igitur*, ait Paſcha. vbi ſupra c. 1. *quod ſicut in paradiſo lignum vitæ fuit, ex quo ingis ſubſiſteret ſtatus hominis, & immortalitas, ita promiſſũ eſt in Eccleſia hoc myſteriũ ſalutis; nã in iſto communionis ſacramẽto viſibili diuina virtus ad immortalitatẽ ſua inuiſibili potẽtia, quaſi ex fructu ligni paradiſi nos, & guſtu ſapiẽtiæ ſuſtentat, & virtute, quatenus per hos immortales in anima quandiu ex hoc digne ſumimus, demũ in melius tranſpoſiti, ad immortalia feramur.*

Paſchaſ.

23. Deus ex amore lignum prohibuit homini vitæ vt altero cibaret, qui vitam præberet illi æternam. *Geneſ. 3. nu. 22.*

Chryſoſt.

Immo ex hoc amplius eius elucet amor, ſi attendamus non ſolũ hoc Sanctiſſimũ inſtituiſſe, vt ad vitam nos conduceret immortalem ſed vt condigne ſuſtentaremur, noſtram, vt ſic dicam, etiam in hac vita prouidẽs dignitatem, ac diuinũ ad quẽm ſua gratia accedebamus ſtatũ, ipſe enim adhoc quippe caro factus, vt carnem ad deitatem ſubleuaret, ac noſtrã in ſe per myſteriũ incarnationis vniret, vt mẽbra facti eius, quatenus cũ ipſo ſimul deificaremur, quid ergo? hãc noſtram proſpiciens dignitatem, hunc noſtrum ſtatum; noluit nos infimis paſci cibis, infimo ſaginari potu; ſed quia ſtatus diuinus, diuino etiã prouidit, vt ſaginaremur cibo, tanquam gẽs regia, ac regale ſacerdocium. Vah quanta noſtri cura eſt Deo! *Ad hoc ergo Verbum caro factum eſt*, ait Paſchaſ. ex Hilario, *vt per Deum Verbum carnem factum, caro proficeret in Deum Verbum, & dignatione ſua habitaret in nobis*;

24. Noſtræ prouidens dignitati diuino volunt vt alere-mur cibo, a linſtar illius.

Idem.

quid ergo ex hoc ſanè illud reſpondet Paſcha. *quod ſi manet in nobis, & nos mẽbra corporis eius manemus in illo, vnde inſtum, quia in illo ſumus, vt ex eo viuamus, & ideò carne verbi paſcimur, & potamur ſanguine*,. Egregiè, diuina facti eramus dignatione Chriſti membra per sãguinem redemptoris, cum illo copulati, & in vnum myſticum coadunati corpus, quid ergo hic noſter princeps noſtri amans? noluit vt alio ab ipſo qui noſtrũ caput, paſceremur cibo, ipſe ſiquidẽ immediatè diuino, & nos voluit, vt mediatè etiam diuino: ipſe quia Deus & ſicut Deus ex ſe, nos ex illo, & quia corporales eramus, & ad diuinitatis ſatietatem pertingere non valebamus, hoc effecit per carnem ſuam, quæ quatenus Verbo vnita diuino, ac per hoc deifica, dũ nos paſcit corporaliter, ſuſtentat ſpiritualiter, & ad inſtar Chriſti diuino, ſpirituali, deifico nos ſuſtentat cibo, quaſi iam non hominis, ſed dij, non carnales, ſed ſpirituales, etiam & in hac nos efficiens vita diuinos, qualis ſimilis charitas, qualis ſimilis amor?

25. Hoc Sacramentum vnicum & Chriſti noſcumamicitiæ ſignum. *Ioan.* 15. nu. 15.

Concludam vnico hoc argumento, quo luce clarius apparebit, nullum Dei in nos ſic certum amicitiæ ſignum, ac hoc diuiniſſimum Sacramentum; enimuero illud intimæ dilectionis ſignum ſuis Dominus dedit noſter Ioah. 15. nu. 15. communicationem nempe ſecretorum; *iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit, quid faciat Dominus eius; vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à Patre meo nota feci vobis.* in quibus verbis adnotandum prius illis dixiſſe, *vos amici mei eſtis ſi feceritis, quæ præcipio vobis*, ſi præcipit, cur nominat amicos; nam præceptum eſt Domini ad ſeruum, ergo cum dicat ſi feceritis *quæ præcipio*, non amicos, ſed ſeruos eos nominare debuiſſet; ſ. nè ſic debebat dicere, ſed Dei dignatio hoc non ſuſtinet: nam, vt rectè Auguſt. apud caten. diui. Thom. ibi Dei amicitia probatur, vbi in humanis ſeruitus, vnde ſicut ex obedientia in humanis aliquis ſeruus dicitur, ex benignitate diuina in diuinis amicus; *magna dignatio*, ait Auguſt. *cum ſeruus eſſe bonus non poſſit, ſi præcepta Domini ſui non fecerit, hinc amicos ſuos voluit intelligi, vnde boni ſerui poſſunt probari*. hinc, vt ſignum certiſſimum eis præberet, quod & ſi eis præcepiſſet, & ipſi obedirent, non loco eos ſeruorum, ſed amicorum habiturus, ſequitur, *iam non dicam vos ſeruos*, & ratio, *quia omnia quæ audiui à Patre meo nota feci vobis*, quia ſecreta vobis communicaui, quod non niſi cum amicis; nam, vt rectè Greg. Moral. 17. c. 8. *amicus quaſi animæ cuſtos dicitur*, & proprium amicitiæ cor pandere; hinc ſagax illa mulier Sanſonis Iudic. 16. nu. 15. *quomodo dicis quod amas me, cũ animus tuus non ſit mecũ*; acute, nõ dixit ſecretũ, ſed animũ, quaſi impoſſibile, vt vbi nõ cõmunicatur ſecretũ cõmunicetur animus; hinc ſi amor verus, ſi vere amicũ diligimus, & vt talẽ habemus, ſtatim ſecretum aperimus; ergo Apoſtoli non ſerui, ſed amici, quia omnia quæ à Patre Chriſtus audiuit eis communicauit; quod cum ſit, ſic nunc argumentor, ſi verborum communicatio tanti ſignum eſt amoris, tantæ ſignum amicitiæ, vt ex ſeruis faciat amicos, communicatio non verborum, ſed rerum, non ſecretorum, ſed corporis, ſed animæ, ſed ſpiritus, quale amoris, quale charitatis erit ſignum? egregie hoc Chryſoſt. Hom. 7. in 1. ad Corinth. ſic fatur; *Chryſoſt.* *irreprehenſibilem vitam amplectamur, cum ipſe nobis immenſa dilectionis argumentum præbuerit, vt ſcilicet ſua nobiſcum arcana communicaret, inquit, iam non dicam vos ſeruos, quod ſi vel hoc ſolum amicitiæ coniectura eſt, cum verba tantum credimus, ſi nõ modo verborum myſteria credere, verum eadem reipſa nobis elargiri apparuerit, quantum hoc dilectionis erit argumentum?* Nil melius, ſi communicatio verborum amicitiam cauſat, rerum quid erit; ſi ſignum amoris verba, res quale erunt; & tales poſtea; verè ergo quidam Euchariſtiam, *Sacramentum* appellauit *amoris*, quatenus in ſe omne Dei bonum, omne Dei continens pulchrum iuxta illud Zachar. 9. ſic bono voluntatem, ſic pulchro intellectum alliciens, vt ad ſe totum attrahens hominem, totamque abſorbens animam, viuifica, ac diuina vi efficiat, vt totus homo ſit in illo, & totus ipſe in homine, vt mox dicemus, complete nuptias in ſecreto animæ conſũmans; nam, vt rectè ſanctus Ephrem, *eſt anima noſtra ſponſa immortalis ſponſi; at nuptiarum copula diuina ſunt Sacramenta*, ſaginans animas, dum ſub hoc ſacramento carnem ſuam dat ad manducandum, *caro mea, &c.* *Zachar. 9* *S. Ephr.*

28. Sacramenta diuina ſunt copula nuptiarum agni.

HOMILIA LXXVIII.

De magnitudine Sanctiſſimi ex vnione.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo, Ioan. 6. hæc eſt altera huius Sanctiſſimi, ac diuiniſſimæ mannæ excellentia, vnio ineffabilis inter Deum, hominemque, virtute illius, ad tantam hominem euehens excellentiam, vt vnus fiat cũ Deo, per gratiã huius Sanctiſſimi, ſicut ipſe per naturam, & eodem modo homines vnirentur cum Deo in terris, ſicut Angeli in cælo, iſti ipſum Verbum ſpiritualiter manducantes, homines corporaliter; & quia hoc videbatur impoſſibile, modũ inuenit poſſibilem potentia extra ordinaria, & diuina, audi Augu. in Pſal. 32. cõc. 1. *Reſpice*, ait, *altitudinem Chriſti, In principio erat Verbum, ecce cibus ſempiternus, ſed manducant Angeli, manducant ſempiterna virtutes, manducant cæleſtes ſpiritus, & manducant, & ſaginantur, & integrum manet, quod eos ſatiat, & lætificat; quis autem homo poſſet ad illum cibum? quomodo ergo de ſe ipſa panis nos ſapientia diuina; quia Verbum caro factum eſt, videte humilitatem, quia panem Angelorum manducauit homo.* Acutè, Deus verbum, quid altius? at Deum verbum altiſſimum manducãt Angeli, quia altiſſimi ſpiritus, ſublimes, excelſi, toti ſpirituales; at quomodo poterat illam manducare homo, qui corporalis; humiliauit ſe altitudo diuina factus homo; nec hoc ei ſuffecit, ſed inſuper ſe exinaniuit, vt manducare poſſet illam homo, quomodo exinaniuit, indiuiſibilem ſe efficiẽs, indiuiſibilem totã ſuam quantitatem cõſtituens, præſentiã quantitatiuam, circumſcriptiuam, quam nũc in cælo, in hoc ſacramento, amittens, ſic ſe ob hominum

Ioan. 6.

Auguſt.

1. Chriſtus in Sacramento ſe exinaniuit vt nobiſcum viueret.

Obedientia mãdatorum Dei homines eius nõ ſeruos, ſed amicos facit. *Auguſt.*

S. Greg.

Iudic. 16. nu. 15.

27. Amicitiæ proprium ſecreta cõmunicare.

Digitized by Google

amorem, vt cum illis coniungeretur, ac vniretur, euacuans, seipsum exinaniens, vt in indiuisibili se constitueret; vnde Paul. ad Philipp. 2. n. 7. Christum se exinaniisse affirmat, *qui semetipsum exinanivit*, quam exinanitionem de modo, quo in hoc est sanctissimo, vt nos eũ pascere possemus, deuote intelligit Dionys. Alexand. Epistol. contra Paul. Samosat. dicens: *Haec est exinanitio Dei facta ad vsum nostrum, vt possimus capere eum, hoc enim mysterium pertimescendum dicit sanctus Apostolus, quod seipsum exinanivit*; ergo vt se nobis vniret, & ipse nobiscum non solum caro fieri voluit, sed se exinanire, euacuare, in punctum redigere.

Ad Philipp. 2. n. 8.

Dionys. Alexand.

2. Suscepit in illo Patris charitatem.

Hinc educitur, Christum in hoc Sacramento charitatem Patris in nos quodam modo superasse, vnde & si ipse admirãs illam, in stuporem quasi raptu proruperit dicens: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*, Ioan. 3. n. 16. vnde Chrysost. Ho. 26. in Ioan. tom 3. *dicendo*, ait, *Sic Deus dilexit mundũ, multam indicat amoris intensionem*, & Hilar. lib. 6. de Trinit. inter medium, & finem, *pretiosa sunt quae commendant Patris charitatem, ingentia ingentibus aestimantur*; multo magis nos, seu vt melius dicam & ipsemet Pater nostro modo intelligendi & admirari potest, sic mundum filium suum dilexisse, vt vltra eius esset charitatẽ, vltraque amorem; primo, quia & si ipse filium dedit carnem factum, tamen non exinanitum: & secundo, quod si ipse dedit filium, tamen rogatus, stimulatus, immo, vt volũt aliqui Theologi, & putarur diu. Thom. sententia 3. part. qu. 2. art. 11. quem sequuntur Caietan, recentioresque Thomistæ in illum art. etiam attractus ex merito de congruo, vnde sanctus: *ex congruo tamen meruerunt sancti Patres Incarnationem desiderando, & petendo; congruum enim erat, vt Deus eos exaudiret, qui ei obediebant*; at hoc Sanctissimum quis à Christo petijt, quis postulauit, quis vnquam illud praemeditatus? certè in Euangelio ego nil aliud reperio, nisi quod ex tempore nemine de eo cogitante; *accipiens panem in manibus, dixit, accipite, & manducate, hoc est Corpus meum*, Matth. c. 26. n. 26. Ergo ex sola liberalitate, ac perfectissima misericordia, quae teste August. lib. 50. Homiliar. Hom. 29. tunc est perfecta quando indigenti succurrit non rogata, vnde ait, *perfecta misericordia est, vt ante occurras esurienti cibus, quàm roget mendicus*; hinc recte Plinius laudat Trajanum in Panegir. dum in annonae charitate large populo distribuit non rogatus, *ciuibus tu alimenta daturus, hoc maximum praestitisti ne rogarent.* Egregie, plus praestitit dum à supplicatione absoluit, quam dum dedit, sic magnum, sic praeclarum, sic in infinitum praeponderat beneficiũ non rogatum, sic equidem alimentum nobis praestitit, & diuinũ Christus Dominus noster, & si non rogatus; vnde & si excelsum donum Pater dedit ipsum incarnando, excelsissimum Christus se sacramentando, solo amore stimulante, sola erga nos charitate, nostram secum vnionem desiderans, nobiscum se vnire appetens, taliter, vt non minor suus erga nos quam Patris inueniretur amor; vnde etsi Pater amans nobis Verbum in Incarnatione dedit, in carne quantum, ipse seipsum in Sacramento ex amore, punctum, vt sic dicam, hoc est exinanitum, & indiuisibile.

Ioannis 3. n. 16. Chrysost.

Hilarius.

S. Thom.

3. Misericordia perfecta quae.

Matth. c. 26. n. 26.

August.

Plinius.

Immo sicut in hoc Patri inferior videri noluit, sic nec in nostra sanctificatione Spiritui sãcto, vnde quasi ei vnionem nostram cum Deo per ipsius dona inuidens, illam sic in hoc Sacraméto praeuenire voluit, vt quod postea Spiritus sanctus per dona, ipse per carnem efficeret suam, se nobis tribuẽs, se nobis incorporans, ac in diuinum transterens consortium; quapropter attendẽdum in illo admirabili sermone in nocte coenae ad Discipulos post sacrosanctam communionem, diuinumque hoc mysterium; inter caetera, quae à Patre sanctissimus pro nobis expostulauit filius, vnitatem inter ipsos, Deumque extitisse; vnde ait Ioan. 17. n. 21. *Non pro eis autem rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnũ sint. sicut tu Pater in me, & ego in te, & vt ipsi in nobis vnum sint.* In quibus verbis vt rectè Toletus illam vnionem petit, quae fit per spem, fidem, & charitatem ratione donorum Spiritus sancti, & ratione ipsiusmet Spiritus sancti, in quo, & per quem vniuntur cum Deo, & in quo vnum fiunt cum illo; nam, vt rectè ipse ex Cyrill. lib. 11. c. 26 *Omnes in Christum credẽtes Spiritum sanctum vnum, & eundem participant, & in ipso vniuntur, & per ipsum in Deo dicuntur esse, non quidem diuinitatem ipsã in se recipientes, sed per gratiam, fidem, & charitatem participantes, & quia in eis est vnus, & idem, quodammodo quantum ad animas in vnica re indiuidua vnum sunt nempe Spiritu sancto.* Ex quo, vt rectè Cyrill. *multum simules sunt in vnitate Patri, & Filio, qui vna substantia sunt vnum*; quãuis non omnino sit paritas, quia illa natura eadem est in Patre, & in Filio naturaliter; at Spiritus sanctus est idem in fidelibus per participationem gratiae, & donorum. Ergo in his verbis illam vnitatem nobis Christus à Patre postulauit, qua medio Spiritu sancto vnum cum Deo in ratione donorum efficeremur, & quasi in Deos transformaremur, & ideo petijt, quia ab aeterno sic decretum vidit, nempe sanctificationem animarum, & vnitatem, seu participationem diuinitatis, per Spiritum sanctum efficiendam: Hinc hoc praeuidens, quasi illud inuidens, sic nostri extitit amans, sic nostrae vnionis cupidus, vt opus Spiritus sancti praeueniẽs, hoc diuinissimum instituerit Sacramentum, quo mediante, ipsam suam nobis conferens diuinitatem, ac per consequens & Patris, & Spiritus sancti, non solum ratione donorum, sed ratione veae, realis, ac substantialis sumptionis, & cibationis ipsius, ratione eius sanctissimae carnis, cum qua in eius sũptione vnimur, voluit similiter, & nos Deo arctissime coniungere, vt per hanc communicationem carnis, ac eius sanguinis vnum efficeremur cum ipso, ac per consequens & cum Patre, Spirituque sancto, vnde post dicta addidit, hoc ipsum indigetans, *Et ego claritatem, quam dedisti mihi dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus*; quid per claritatem? Cyrill. vbi sup. & Hilarius lib. 8. de Trinit. *Ipsam Diuinitatem*, quam Discipulis in institutione huius sanctissimi communicauit, qua mediante non solum ipsos secundum animam sed etiam secundùm corpus vnum secũ effecit vnde rectè Toletus, *Postquam rogauit Patrem*, ait, *vt credentium*

4. Charitas & sanctificatio in Sacramento non minus, quã Spiritus sancti.

Ioan. 17. nn. 21.

Toletus.

Cyrill.

Cyrill. Hilar.

Toletus.

Digitized by Google

tes vnum faceret & inter ſe, & in Patre & Filio, qua vnio per Spiritum ſanctum efficienda erat, addidit ſe dediſſe eis tam claritatem, quam à patre accepit, hoc eſt diuinitatem, quam nobis contulit in Sacramento, quod tunc quando hæc loquebatur iam inſtituerat, diſcipuloſque communicauerat, quo maximè vniuntur inter ſe, & in Deo quantum ad realem quandam, & corporalem vnionem. In quo myſterio illud ponderandum, vnionem Spiritus Sancti in anima cum Deo futuram tantum, qua Chriſtus Dominus noſter, non factus ſatis, neque ſuſtinens etiam illam nobis ipſum non cõferre, vltra progrediens, quia nobiſcum, vt ait Apoſtolus communicauerat *in carne & ſanguine*, plus vltrà ſe extendens ex ardenti in nos affectione [illegible] nos appetit totos, vt quantos quantos voluit[illegible]s Deo vnire non ſolùm ſecundùm animam, ſed etiam ſecundùm corpus, vt non ſolùm in ſpiritu, ſed etiam ſecundùm carnem deificaremur, vniremur, transformaremur, totos nos veluti ebibens, & ſecundùm carnem, & ſecundùm ſpiritum.

5. Chriſtus in Sacramento extenſiùs nos Deo vnit quàm Spiritus S.

In quo facto illud admirabile ponderandum, ex hoc myſterio diuiniſſimo Patrem ſanctiſſimum, Spiritumque ſanctum ſic ad plenum ſatisfactos, vt ampliùs quod requirerent non haberent: certè ſi ſanctificatio eſſet tantùm ſecundùm ſpiritum, & vnio tantùm ſecundùm ſpiritum, ratione donorum Spiritus Sancti, aliquid Deo remanebat in homine deſiderandum, corpus nempe, quid ergo Chriſtus, vt hoc non deeſſet, & ſimul totaliter, & omnino Patri redderet, quod ipſi dederat, & nil in homine cum Patre non vnitum remaneret, hoc diuiniſſimum inſtituit Sacrametum per illud nobis ſuam propriam communicans ſubſtantiam, ob quod, vt conuenienter illud efficere poſſet, ſub forma cibi, ac potus inſtituit; nam cùm duplex ſit modus ſubſtantiam communicandi, aut per generationem, aut per nutritionem, cùm ipſe per æternã à Patre illam acceperiſſet generationem, per modum nutritionis voluit illam nobis communicare, & quia ipſe per generationem ſpiritualem illam accepit, & nos quia corporei, & carnei, erat impoſſibile, vt per talem generationem eam acciperemus, modum inuenit, quo corporeo modo ſe nobis communicans, diuinitatem ſimul communicaret, qua & ad ſe ſimul cum ſpiritu noſtro, & carnem ſimul aſſumeret, & vniret, vt toti & omnimodè in Deum tranſlati, ſic perfectè deſiderium Patris, affectuſque compleretur Spiritus Sancti, vt omnino pleni exiſterent; quod deuotiſſimè dixit Dionyſ. Alexandr. epiſt. contra Paul. Samoſat. vbi, vt ſup. dicebamus ex ipſo, hoc Sanctiſſimum Chriſti exinanitionem appellans, ſic ait: *Hæc eſt exinanitio dextera excelſi, qua non mutationem ipſius ſignificat, abſit hoc, ſed per exinanitionem eius, quam nobis donauit, qui ſeipſum exinaniuit, Spiritus Sanctus ſuper omnem carnem ſe effundens manet plenus.* Egregiè, ac diuinè, ſi ſpiritus ſe effunderet ſuper omnem carnem, vt ſpiritus vniret, non maneret plenus, non factus ſatis, non omnino expletus, quia caro non vnita; at reperiens virtute huius Sacramenti etiam carnem vnitam, vniens & ipſe ſpiritum, cuius erant propriæ partes, remanſit omnino plenus, nil vltra appetens, nil vltra deſiderans, vt ex hinc

6. Eſt complementum totus deſiderij Spiritus S. ſine quo plenus ipſe Spiritus nõ exiſteret.

Dionyſ. Alexand.

intelligas huius altitudinem Sãctiſſimi, eiuſque maieſtatem, vt non ſolum vltimum humanæ naturæ ſit complementum, ſed deſiderij diuini, ſed Patris & Spiritus Sancti, ſic, vt dicatur Spiritus Sanctus plenus ex illo, non plenus ſine illo.

Immo amplius dico, quod nec ipſemet Dominus noſter, & ſi ſanguinem pro nobis fudiſſet, & ſi redemiſſet, & ſi ſanctificaſſet, remaneret abſque hoc ſanctiſſimo plenus & ſatisfactus; nam non intimè vnitus; quod & ipſemet Dionyſ. affirmat dum ſequens ait: *Et ſanguis ſanctus, ac vinificus effuſus ex profundo latere diuino manet ſtem plenus, quia ſeipſum exinaniuit Ieſus Chriſtus*; Egregiè, exinaniendo ſe in hoc ſacramento ſanguis ille diuinus manſit plenus; nam alias ſi illum effunderet recogitandũ non ſe manere vnitum cum homine, aliquid vacuitatis deſiderium Chriſti obtinuiſſet, ac non proinde omnino fuiſſet plenum; at quando ſe ſanguinem fundere vidit, & ſimul conſiderauit, quod & ſi illum fundebat, remanebat tamen cum ſuis vnitus, plenus extitit per omnia conſummatus; hinc amplius in hoc ſacramento exinanitus, quàm in cruce, nam hîc fractus, in cruce tamen non niſi integer; vnde adnotandum, quod etſi in cruce totum effuderit ſanguinem, tamen frangere ſe non permiſit, vnde in figura iam inde hoc præceptum, Exod. 12. n. 46. in agno Paſchali, vbi mãdabatur, quod os non contringerent ex eo, *Os non comminuetis ex eo*, in quo illud mirum, vt ſimul ibi præcipiebatur, n. 9. *caput cum pedibus eius, & inteſtinis vorabitis*, ſi caput cum pedibus vorandum, quod totum os, & os non comminuendum, quomodo vorandum? Lyra. quem omnes ſequuntur, cùm verbum *devorabitis* in Hebræo non ſit, ex eorum ſenſu affirmat verba cum antecedentibus coniungenda ſic, *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aquâ, ſed tantùm aſſum igni, caput cum pedibus eius & inteſtinis*; & hoc, quia in aſſatione, nec pedes, nec caput propter ſiccitatem aſſantur, nec inteſtina propter tenuitatem, & mollitiem; vnde ne ſimiliter facerent illud eis ſignanter Deus præcepit; quapropter in Hebræo eſt, *Caput eius ſuper crura eius, & ſuper inteſtinum eius*, hoc eſt, vt inquit Oleaſter, *quia debebat caput in medio cum pedibus, & inteſtinis aſſari, ita quod omnia hæc ſimul aſſanda erant in ventre, aut ventre coniuncta ipſius*; quaſi in orbem, & circulum redactus agnus aſſaretur; quapropter verbum illud *vorabitis* additum eſt interprete mouente Spiritu Sancto; quæ ratio? ſanè Dionyſ. reſpondet Alexand. vbi ſup. vt denotaret veriſſimè agnum illum figuram extiriſſe huius ſanctiſſimi, vnde licet præceptum illis, tantùm vt omnia aſſarentur, tamen quia nos, & caput & pedes ſanctiſſimi agni eramus deuoraturi in hoc ſcilicet ſacramento, diuinitatem ſcilicet eiuſque humanitatem, ideò addita à Spiritu Sancto voratio, *iubebantur*, ait Dionyſ *agni carnes aſſas igni, & caput cum pedibus, & inteſtinis feſtinanter comedere, verum illi non poterant caput cum pedibus edere, quomodo enim caput agni cũ pedibus edere in Paſcha poterant, cùm lex Iudæis iuberet non frangere os ex eo: ac illis quidem prohibebatur hoc propter crudelitatem, & duritiem cordis, ſiquidem non permittebatur illis, vel totum*

7. Hæc ipſemet Chriſtus etiam ſi nos redemiſſet.

8. Chriſtus ampliùs exinanitus in Sacramẽto quàm in cruce. *Exod. 12. n. 46.*

9. Agnus Paſchalis quomodo deuorabatur, dum os ex eo non erat comminuẽdum.

10. Quomodo aſſabatur.

animal comedere; verumtamen qui se exinanivit Christus Iesus habens in seipso caput Patrem; caput enim Christi Deus fecit potentiam in brachio suo, vt ipsi capiant altissimum. Egregiè, illis prohibitum, ne frangerent os, ob crudelitatem ipsorum, & ideò totum animal edere non poterant, quid ergo Christus vt totum agnum nos

11. Nos propriè deuoramus agnũ non Iudæi, & vt facere possemus, quid fecit Christus Sacramentum instituens.

comedere, immò & deuorare possemus, quia in Cruce non erat frangendus, ac proinde nec à nobis totus comedi poterat, quodammodo, & saltem quoad speciem se priùs fregit in pane, licèt totus in toto & totus in qualibet parte, Matth. 24 n. 26. *Accepit panem, benedixit ac fregit*, quod nos similiter facimus, vnde Paul. *Et panis, quem frangimus nonne participatio corporis Domini est:* 1. ad Corinth. 10. n. 16. vt se sic frangendo totũ ipsum cum capite & pedibus ac intestinis vorare possemus, hoc est, diuinitatem, animam, carnem, præcordia, ac cor, sic, vt veluti in circulo redactus, vt propè nunc in hostia videmus, totus igne assus amoris, deuorare eum possemus, ac intimè cum illo vniri; hinc amplius in hoc Sacramento exinanitus quàm in Cruce, cum in hac integer, in Sacramento verò quoad speciem externam confractus; quod signanter adnotauit Chrysost. hom. 24. in 1. ad Corinth. super illa verba Pauli superius adducta, vbi sic: *Sed quare addit, quem frangimus: hoc in Eucharistia videre licet, in cruce autem minimè, sed omnino contra, os enim eius, inquit, non conteretur, sed quod in cruce passus non est, id in oblatione patitur, & propter te frangi sustinet, vt omnes satiet.* Egregiè, vbi vltima adnotanda verba, frangitur propter nos, vt nos satiet, vt nobiscum se vniat, vt vnum nobiscum intrinsecè fiat, crucem quippe sustinuit, sanguinem ibi effudit, non, vt secum nos vniret, sed vt redimeret, ideo ibi non necessaria fractio; at non illi satis, si tantùm redimeremur, nisi & simul vniremur, quia ad redemptionem necessaria consistentia, ac fortitudo; sit in cruce fortitudo, os non comminuatur vt amplius pari, ac sustinere possit; at quia vt vniri se posset, necessaria nostro modo intelligendi fractio, ampliorque exinanitio, frangatur externè, vt totus in hominem illabi possit, vt sic totus ipse & sanus, & inuisus, vt sic dicam, noster sit, & propter nos, tunc sanus quando decuit, tunc fractus quando oportuit, & dum ad vnionem pertingat, impossibilia exerceantur.

Chrysost.

12. Christus totus fractus & sanus est noster, & cur in Sacrificio diuiditur hostia.

13. Christus si simul Deus non esset, & sic nos amaret vt modo & non posset quod fecit efficere, miserrimus omnium esset hominũ.

Ex quo vnum infero, & mea sententia certissimum, vt sæpè alibi dixi, quod si sanctissimus genitor Christo amorem, charitatemque hominũ infudisset, charitatem, inquam, quam habuit, & nunc habet, ac non simul potentiam diuinam, vt sicut Deus operari posset, nullus homo Christo infelicior, nullus sic pœnatus, nulli similis vnquam effecta violentia, cuius rei ratio, quia proprius amoris effectus cùm sit vnio, immò egressio amantis ad amatum, & eo violentior est hic effectus, quo amor, cùm verò infinitus esset Christi, profectò infinita esset violentia, infinita passio, si iuxta amoris incendium, non esset communicatio, Cantic. 5. n. 6. *Pessulum*, ait sponsa, *ostij mei aperui dilecto meo*; in qua re adnotandum, sponsam priùs etsi inuitata, ac euocata noluisse aperire, *aperi mihi soror mea sponsa*; at illa, *expoliaui me tunica mea*; at quid sponsus, cùm desidiam sponsæ percepisset; *misit manum per foramen*, quo tactu contremiscens sponsa, ac veluti amore ardens tota contremuit, ac exiliens, pessulum aperuit; vbi notandum ad litteralem huius loci intelligentiam, per foramen fenestellam quandam debere intelligi, quæ ordinariè in portis, & præcipuè agrestibus reperiri solet; per hanc sponsus remorationis sponsæ impatiens manum misit, vt pessulum aperiret, ad quam diligentiam, siue contactum, sic venter sponsæ, hoc est, præcordia, ac cor exarserunt, vt statim exiliens aperiret; vnde Theodotion, vt refert Theodoret. apud Agell. ly *venter meus contremuit*, vertit, *venter meus calefactus est*, præ amore scilicet, ac præ dilectione; quid inde? pessulum aperiens, cùm sponsus iam declinauerat, atque transierat, præ amore æstuans prorupit, *anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est*, 70. legunt ex originali, *egressa est*, quid vnum cum altero? quid *egressa est*, cùm *liquefacta est*? sanè multum, cùm si semel liquidum, statim egressum; attende, *liquidum*, aiunt Philosophi, *est quod difficile proprio termino, facilè alieno terminatur*; cùm enim in se consistentiam, ac proprium non habeant liquida terminum, alienum accipiunt, & figuram, vnde currens aqua non sistit nisi dum vas reperit, quo terminata vasis figuram recipit; Hinc fit, vt si non currere, sed sistere videremus aquas nullo extrinseco termino, miraculum proclamaremus, vti in aquis extitit Iordanis transeunte Israële, Iosue 3. vim Deo aquis inferente ne currerent, ac in modum montis erectæ ex se sisterent, quod cùm sit, en ratio & versionum admirabilis conuenientia, *anima mea liquefacta est*, ait sponsa, quid inde? profectò si liquida, statim egredi necesse, statim currere, non proprio, sed alieno sistere termino; hinc *egressa est*, quia vti liquefacta non amplius in se consistere poterat, sed currere & in amato terminari; hinc pessuli apertio, hinc è cubili accelerata resurrectio, hinc per plateas cursus, & incursus, liquefacta erat, iam amplius in se consistere non poterat, *si ardere ex desiderio anima cœperit amantis*; Greg. ait Hom. 25. in Euang. *ad sequendum quem diligit liquefacta per ignem amoris currit*, Ergo si detineretur, summa illi inferretur vis, ac proinde summa passio, intolerabilis tristitia; en quod dicebamus, qualis spiritus amplius nostri amans quam Christus Dominus noster, ex quo quis sic liquefactus: audi ipsum per Dauid, Psal 21. n. 16. *factum est cor meum sicut cera liquescens in medio ventris mei*; Hieronym. *sicut cera liquefacta*, Pagnin. *fuit cor meum sicut cera, liquefecit se in medio viscerum meorum*. Si ergo liquefactus, ergo impossibile vt non egrederetur, vt non curreret termino alieno terminandus; quod si non posset, quod si impediretur, nonne infinitè liquefactus, infinitè pateretur, infinitamque simul vim, ac proinde omnium esset ob hoc hominum miserrimus. Hinc vt quia infinitè nos amabat, & infinitè simul erat liquefactus, infinitè se communicare voluit, non sistens, donec sic nostro termino, se, vt sic dicam terminans, vt se in nobis labens, & nos in se trãsferens ipse figuram acciperet nostram, & nos suam, sic vt virtute huius sanctissimi dum dignè eum accipimus non amplius simus quod nos, sed quod ipse; audi Nissen. hom. 8. in Ec-

Cantic. 5. n. 6.

14. Amoris effectus egressio animæ ad amatum.

Theodor.

S. Greg.

Psalm. 21. n. 16. Hieron. Pagnin.

15. Christus in Sacramento amore liquefactus nostram recipit figurã totus ad nos terminatus.

cleſiaſt. *Propterea nobis ſeipſum comedendum proponit is, qui ſemper eſt, vt cum ipſum in nobiſipſis acceperimus, illud fiamus, quod ille eſt*, quid mirabilius?

16. Amor Chriſti ſe præbens in Sacramento vltra incarnationis amorem, & cur.

Hinc ex prædicta Niſſeni authoritate, illud maximum elucet, vltra incarnationis charitatem, vltra illum flagrantiſſimum amorem, hoc extitiſſe Sacramentum; nam ſi benè attendas, in Incarnatione, & ſi Chriſtus vnitus, tamen non cum ſingulis naturæ humanæ indiuiduis, ſed cum ipſa tantùm in communi natura, quatenus eam aſſùmens, quia & nos ſimiliter humani, ac carnei, in illa videbamur communicare cum illo quatenus de noſtra aſſumpſerat; vnde Paul. ad Hebr. 2. n. 14. in hunc ſenſum, cur Chriſtus homines redemerit, rationem aſſignans, ait; *quia pueri communicauerunt carni, & ſanguini*, id eſt, quia homines, ideò *& ipſe ſimiliter participauit iiſdem, vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium*. Ergo tunc nobis vnitus, quando carnem aſſumpſit; at tunc profectò non cum ſingulis humanæ naturæ indiuiduis, quid ergo ardens eius amor? angebatur, quia non cum ſingulis, ſic omnes aſtringens, vt pro ſingulis deperiret; modum ergo inuenit, quo non tantùm cum natura ipſa humana in communi, ſed cum eius indiuiduis; ob quod hoc admirabile inſtituit Sacramentum, in cuius virtute cum Petro, & Franciſco ſpecialiter fiat vnus, ob quod non ſolùm eſt homo ſed etiam dici poteſt quod ſit Petrus, quod ſit Franciſcus, ex quo fit vt licèt vnus, & impartitus in ſe, quoad vnionem multiplex & partitus eſſe voluit, vt ſic totum ſe communicaret ſingulis, quod ni fallor, in figura agni præcepit Paſchalis, Exod. 12. præcipiebatur enim, vt in qualibet domo agnus eſſet, & præcipiebatur ſimiliter, vt in qualibet diuideretur in ſingulis, & ſinguli comederent, n. 3. *tollat vnuſquiſque agnum per familiam & domos ſuas*; ergo in ſingulis domibus agnus; at in comeſtione poſteà diuidebatur in ſingulis, ſic vt totum edere præceptum, adeo vt dicat lex; *ſin autem minor eſt numerus vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnum, aſſumet vicinum ſuum, qui iunctus eſt domui ſuæ, iuxta numerum animarum, quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni*. Ergo vnus agnus in ſingulis domibus, non diuiſus in ſingulis, ac proinde vt ſic non ſingulis communicatus, & vt ſic dicam, incorporatus; at tunc hoc, quando diuiſus comedebatur deuorabatur, tunc non genericè, ſed indiuiduè cum ſingulis vnitus, ne dicam tranſſubſtantiatus; ſic profectò Chriſtus, dum incarnatus vnus non in ſingulis, ſed cum omnibus iunctim; at poſteà quando eſus in Sacramento, non tantum vnus cum omnibus, ſed cum ſingulis, eius ardens amor non vniuerſalem ſuſtinens vnionem, ſed particularem, ſed indiuidualem ambiens, ac perſtringens; Audi Cyrill. Alexand. lib. 11 in Ioan. cap. 11 qui myſticè diuiſionem Chriſti veſtimentorum in quatuor partes explicans, dum per quatuor illas partes, mundi partes intelligit, affirmat, ideo veſtimenta in quatuor partes diuiſa, quia caro Chriſti per illa præfigurata in ſingulis partibiliter per Sacramentum erat futura, impartibiliter ſemper ipſe manés, ac proinde veſtimenta diuiſa, tunica remanente indiuiſa; *In quatuor partes*, ait, *veſtimenta diuiſa ſunt. & tunica ſolùm indiuiſa remanſit, quod myſticè cuiuſdam rei ſignum fuiſſe dixerim; nam quatuor orbis partes ad ſalutem redacta indumentum Verbi, id eſt, carnem eius impartibiliter inter ſe partita ſunt, in ſingulis enim partibiliter tranſiens vnigenitus, & animam, atque corpus eorum per carnem ſuam ſanctificans, impartibiliter, atque integrè in omnibus eſt*. Egregiè, impartibiliter quatuor mundi partes verbum acceperunt per Incarnationem; at partibiliter quando per Sacramentum animam, corpuſque ſingulorum ſanctificans ad ſe attraxit, ac vniuit; *Cuius myſterij vim*, ſequens ait Cyril. *legis quoque figura obumbrat, agnum quoque tempore congruo accipere iubebat, non per ſingula capita vnum, ſed per ſingulas domos, atque familias, & ſic partibiliter quantum ad ſingula vnius familiæ capita, impartibiliter quoniam in vna domo, atque familia vnus in omnibus agnus inueniebatur*. Egregiè, impartibiliter agnus, dum domum vnius familiæ ingrediebatur, communicabatur cum familia; at quia indiuiſus, & impartitus, genericè, non indiuiduè communicabatur; at dum partiebatur, cum ſingulis illius domus communicabatur, vniebatur; ſic equidem agnus iſte diuinus, dum in incarnatione noſtram intrauit domum, nobiſcum communicauit in carne & ſanguine, ſed impartibiliter & in communi; at non his contentus quando ad Sacrificium dicendus, aſſandus, torrendus, tunc partibiliter ſe communicans cum ſingulis indiuiduis vnum fieri voluit, ad ſingulos deſcendens, cum ſingulis intimè ſe vniens, ſic, vt nón ampliùs nos eſſemus, ſed, vt Niſſenus dicebat, *fieremus quod ille eſt*.

17. In Sacramento cum ſingulis vnitur indiuiduis non in communi tantum, vt in incarnatione.

18. Agnus Paſchalis figura talis vnionis.

Exod. 12. *num.* 3.

Cyrill. Alexand.

Hinc ex hac doctrina & ille Chriſti amor elucet, illaque magna charitas, vt quia, vt diximus, optimè ſciret, quod ſi omnipotens non eſſet, & ſimul ſic amaſſet, miſerrimus omnium extitiſſet, ac in anguſtia ſumma, quia ad intimã peruenire non poſſet amati vnionem, animabus ſanctis compatiens, quas ſimili [illegible]tu ſciebat liquefaciendas ne diriſſimè pari eas proſpiceret, earum deſiderio; ſic etiam per hoc diuiniſſimum prouidit Sacramentum, vt etiam ipſæ virtute eius in ipſum totæ transfunderentur, ac per amorem, charitatemque, vt ſic dicam transſubſtantiarentur; hinc de hoc Sacramento loquens, non dixit ſolum ipſum in nobis manſurum, ſed nos etiam in illo, *in me manet & ego in eo*, quod altiſſimum huius cibi miraculum eſt, cùm cibus ordinarius licèt ipſe ſit in homine, non tamen homo in illo, & licèt panis in ſubſtantiam conuertatur hominis, non tamen homo in panem; at in hoc cibo non ſic, & Chriſtus in homine, & homo in Chriſto. Vnde Auguſt. *cibus grandium ſum*, in perſona ait Chriſti, *creſce & manducabis me, & mutaberis in me*. lib. 7. Confeſſ. c. 10. ob quod acutiſſimè ſimul ac deuotiſſimè adnotat Algerus, lib. de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti, c. 8. ideò Chriſtum non permiſiſſe cum corpore ſimul eius, panis exiſtere ſubſtantiam, ne duæ ſimul ſubſtantificæ exiſtentes res in nutritione deciperemur, putantes nos carnaliter, non diuinè nutriri; *Hanc autem panis & vini ſubſtantiam*, ait, *ideo Chriſtus in ſuo Sacramento manere non voluit, ne ſi duæ ſubſtantiæ veritates, panis ſcilicet communis noſter, & ipſe vinus & verus panis in eodem Sacramento eſſent, errorem gignerent*

19. Chriſtus Sacramentum inſtituit, amori animarum ſanctarum cõpatiens.

20. Cibi Sacramentalis miraculum grande, quale *Auguſt. Algerus.*

21. Chriſtus cur noluit vt cum diuiniſſimo corpore ſubſtantia eſſet panis.

veritatis, dum ibi esset & verus panis, quia vita aeterna & panis communis suo modo verus, quia temporalis vitæ substantia. Ergo solus ipse ibi panis vivus & efficax vitam tribuens diuinam, ideo communem expulit, vt omnes intelligerent non ad modum ordinarij cibi illum esse, sed diuini, nempe in se virtutem continens, vt non solùm se transformet in sumentem, sed hunc in ipsum, amori amantis compatiens, qui si hoc non esset, deperiret, & nisi hoc cibo sustentaretur, langueiceret. *Quos amamus*, inquit Chrysost. hom. 25. in c. 18. 1. ad Corinth. *nonnunquam morsibus petimus*, sic explicans verba illa sermonum Iob, *quis det de carnibus eius, vt saturemur?* ardenter amabant cum illo se vnire, & ad se eum transmittere desiderabant, ideò & ipsum manducare, ac morsibus petere cupiebant; at quid? hoc impossibile prorsus; hinc amor in desiderio totus, vnde & totus in pœnis, quid ergo Christus nostri amans, hoc impossibile, possibile efficiens, sic hoc instituit Sacramentum, vt morsibus, vt sic dicam, eum appetentes, deglutientes, deuorantes, sic in nobis ipsum transunderemus, vt & nos in illum; Vnde sequens Chrysostomus ait, affirmans quod Iobi famulis negatum, nobis concessum, vnde inquit, *Quod Christus fecit, vt maiori nos charitate astringeret, & vt suum in nos ostenderet desiderium, non se tantum videre permittens desiderantibus, sed tangi & manducari, & desiderio sui omnes impleri.* Omnino ex hoc frater noster effectus, molens actiuè se solum vnire, sed etiam passiuè, vt sic dicam, ac non secus si compares essemus, æqualem concessit transformationem, vt ipse in nobis, & nos in illo, in hoc Euangelium sublimans ab antiquo statum, vt quod in illo in desiderio tantùm, in isto in re & effectu.

Chrys

22. Vnio cum Deo quæ in antiquis erat in desiderio Christus per hoc Sacramentum effecit in re.

Hinc in antiquis tantùm amor in signis sistebat non vltra progrediens, & si magnus dilectus, vnde Abraham dilectissimo, Genes. 17. n. 11. *circuncidimini*, ait, *carnem præputij vestri, vt sit signum fœderis inter me & te*, signum ait. ergo fœdus in signo, non quod & tunc non fœdus cum Abrahamo non egerit Deus, sed non illud amantium verissimum, in illo tamen prænotatum scilicet, quod nos per Sacramentum contrahimus; Audi Paulum ad Rom. 4. n. 11. *& signũ*, ait, *accepit circumcisionis signaculum institiæ fidei*; illius iustitiæ, ac sanctitatis, quæ ex fide incipiens in hoc Sacramento consumitur ac perficitur, vnde tunc amor totus in desiderio, totus in pœna: *anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid*, ait Scriptura, *& dilexit eum Ionathas quasi animam suam*; sanè magna dilectio, hinc necessaria transformatio, alias non verus amor, vnde addens sequitur: *spoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid & reliqua vestimenta sua, vsque ad gladiũ & arcum suum & vsque ad baltheum.* 1. Reg. 18. n. 4. Ergo Dauid Ionathas, sanè, sed in vestitu tantùm: hinc transformatio extrinseca, non intrinseca; hinc amor languens, ac deperiens ob hoc equidem, amore nostri Christus sanctissimus ardens, ne amantes deperirent, illis compatiens talem instituit cibum, vt ad arctissimam ac ineffabiliter intrinsecam cum illo animæ sanctæ venirent vnionem, transformationem; audi Patres, & obstupesce.

Genes. 17. n. 11.

ad Rom. 4. n. 11.

1. Reg. 18. n. 4.

Hilarius enim sic multus est ad hanc vnionem affirmandam, vt velit *naturalem* eam esse, & inter Christũ, ac recipientem quandam vnionem non solum affectiuã, sed effectiuã intercedere, hoc est, naturalem; vnde contra Arrianos disputans, qui vnitatem substantialem inter Patrem & Filium negabant, arguentes ex hoc Sacramento, probantes, quod quando Christus dixit, *Ego & Pater vnum sumus*, non significasse vnionem substantialem & naturalem, sed tantùm affectiuam & voluntatum; quod similiter de hoc Sacramento Christus dixit vnum cum illo fieri recipientem, & tamen hoc intelligi non poterat nisi de vnione per affectus; quibus Hilarius respondens, probare contendit inter recipientem, & hoc Sacramentum, non solùm vnionem interuenire affectiuam, sed effectiuam sic eloquens: *Eos nunc, qui inter Patrem & Filium voluntatis ingerunt vnitatem, interrogo vtrum ne per naturæ veritatem hodie Christus in nobis sit, an per concordiam voluntatis: si enim vere Verbum caro factum est, & nos verè Verbum carnem cibo Dominico sumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis existimandus est, qui & naturam nostram iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub Sacramento nobis communicandæ carnis admiscuit? ita enim omnes vnum sumus, quia & in Christo Pater est, & Christus in nobis: quisquis ergo naturaliter Patrem in Christo negabit, neget priùs naturaliter, vel se in Christo, vel Christum sibi ineſſe, quia in Christo Pater, & Christus in nobis vnum in his esse nos facimus.* Ergo concludit *quomodo voluntatis vnitas asseritur, cùm naturalis per Sacramentum proprietas perfectè Sacramentum sit vnitatis*; En quàm arcta vult Hilarius vt inter Christum, ac recipientem intercedat per hoc Sacramentum vnitas, vt velit naturalem illam dici, ac proinde realem, ac Physicam, sicut multi Hilarium intelligunt, de qua re infrà latè differendum.

23. Vnio Sacramentalis cum Deo quam arcta ex Patribus probatur. *Hilar.*

At audi Cyrill. li. 4. in Ioan. c. 17 qui non minùs quam Hilarius; *sicut enim si quis*, ait, *liquefactæ cerę aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totam immiscerat necesse est: sic qui carnem, & sanguinem Domini recipit cum ipso ita coniungatur vt in ipso Christus, & ipse in Christo inueniatur*; quid amplius dici potest, vide eundem lib. 10. in Ioan. c. 13.

Cyrill.

Sed attende nunc ad Chrysost. hom. 46. in Ioan. post medium, qui differens ad quem finem nobis hoc Sanctissimum præstitum, sic ait: *Vt autem non solùm per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem conuertamur quod per fidem efficitur, quam nobis largitus est, cùm enim suum in nobis amorem indicare vellet, per corpus suum se nobis immiscuit & in vnum nobis redegit, vt corpus cum capite vniretur, hoc enim amantium maximè est*; quod idem repetit hom. 61. ad populum Antiochen. & hom. 15. ad eundem populum egregiè, ac deuotissimè sic ait: *Manduca me dixi, bibe me, te sursum habeo, & deorsum tibi connector, non satis est tibi, quod tui primitias sursum habeo, hoc non tuum satiat desiderium, & deorsum rursus descendo, nec simpliciter tibi commisceor, sed connector, manducor, paulatim attenuor, vt magna fiat commistio, temperies, & vnio, nam quæ vniuntur in propriis remanent terminis: ego verò tecum contexor, nolo deinceps*

Chrysost.

Digitized by Google

esse quidquam internalli vnum vtrumque esse velit. Quid præclarius?

Paschas. Audi Paschas. Ratbert. lib.5. de corpore & sanguine Domini, c.19. *Totus enim homo*, ait, *qui ex duabus constat substantiis redimitur, & ideò carne simul Christi, & sanguine saginatur; denique non sicut quidam volunt, anima sola hoc mysterio pascitur, quia non sola redimitur morte Christi, & salvatur, verum etiam & caro nostra per hoc ad immortalitatem & incorruptionem reparatur, caro quidem carni spiritualiter conmiscerata, transformatur, vt & Christi substantia in nostra carne inueniatur, sicut & ipse nostram in suam constat assumpsisse deitatem*, quid pulchrius? in quibus illa adnotanda *caro*, scilicet, *carni spiritaliter conmiscerata transformatur*; in quibus ardens Dei amor in nos videtur vnum quodammodo impossibile efficere, vt scilicet quantitas cum quantitate, corpus cum corpore, viscera penetrentur cum visceribus, sic ardens Christi in nobis extitit amor; ex quibus verbis sic eleuatur Paschas. vt sensatissimè asserat, nullam talem alibi orandi, ac impetrandi nos inuenire posse spem salutarem, ac quando in nobis hoc Sacramentum tenemus; vnde sequens ait: *Vnde orantes*, cum Propheta dicimus Psalm.88. n.48. *Memorare mea substantia, numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum? qua igitur maior securitas hominis, quàm ad suam substantiam orare, & eam in Deo venerari, atque per vnitatem personæ fidentes dicere, Deus mea substantia, numquid vanè?* &c. Pulchrè si vnum quid tunc tunc nobiscum efficitur Christus, & virtute huius Sacramenti, in vnam coalescimus personam, & iam non sumus duæ, sed moraliter vna caro: ergo dum fit, ad Christum orando, ad nos ipsos oramus, quia Christus tunc nostra persona; quanta ergo ex hoc fiducia dignè accedit recipientibus?

24. Optimum tẽpus orandi, ac impetrandi, est post Sanctissimi sũptionem.

Psal. 88. n.48.

Nissenus. Sed attende ad Nissen. orat. Catech. c.37. qui hanc vnionem fermenti cum massa comparans, sic ait: *Sicut parum fermenti sibi assimilat totam conspersionem, ita corpus à Deo vificum affectum, cùm fuerit intra nostrum totum ad se transmutat & transfert*, quid intimius?

Leo Papa. Audi Leonem Pap. epist. 23. & habetur de consecratione distinct. 2. c. *in quibus, In illa*, inquit, *mystica distributione spiritualis alimonia, hoc sumitur, vt accipientes virtutem cælestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus.*

Augst. Audi Augustin. in c. *Christus passus*, de conser. distinct. 2. *Humana*, inquit, *caro, qua erat peccato obnoxia, & ideò mortua, carni eius mundæ vnita, & incorporata, vnumque cum illo effecta, vivit de spiritu eius, sicut vivit corpus de spiritu suo*; quid ampliùs dici potest?

Ex quibus omnibus, si in vnum ea colliges, profectò aspicies arctiorem vnionem alibi non reperiri, quàm in hoc diuinissimo Sacramento, cùm si vniones possibiles respicias, semper maiorem hanc inuenies; nam si vnionem liquorum attendes quæ maxima, siue aquæ cum vino, siue ceræ liquefactæ cum altera, vt inquiebat Cyrill. maior hæc, dum quodam modo vsque ad transubstantiationem perueniat, vt aiebat Paschas; si ferméti cum massa, amplior hæc, dum vsque ad spiritum pertingit, & diuinum illapsum & non solum in carne manet: si illam inter virum & vxorem, quæ maxima omnium profectò, maior hæc, cùm totus Christus in nobis, & nos in illo, quod non fic inter virum & vxorem; vnde rectè Paschas. vbi sup. cap. 10. *Dum nos rectè*, ait, *hunc panem cum melle comedimus* (hoc est fide viua) *& vinum calicis lacte potamus, tunc & ipse ea in nobis sumere testatur, quia per hæc nos in sumum corpus transit, & vnum in illo efficimur*, quid arctius?

Paschas.

25. Christus ob vnionem Sacramentalẽ prestiùs nos, quàm Angelos amat.

Hinc ob talem vnionem profectò euenit, vt etiam à Christo prestiùs, vt sic dicam, diligamur, quàm ipsi Angeli, immò & quod nos prestiùs etiam illum amemus. Enumerò vix Adamus mulierem prospexit, quam illico ex Dei sententia pronunciauit: *Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ*; quæ verba vt rectè Abulens. in c.1. Genes. quæst. 28. non Adami, sed Dei esse, ab Adamo tamen prolata affirmat: ergo Deus dixit hominem propter vxorem, patrem, matremque derelicturum; quam sententiam omnes non tantùm secundùm cohabitationem intelligunt, sed & amorem, vnde vir non solùm patrem relinquit in domum transeundo mulieris, sed etiam plus amando vxorem, quàm ipsum patrem, quàm ipsam matrem; quod quidem secundùm ordinem naturæ est, vt excellenter dicens exponit Thomas, lectione 10. in c.5. ad Ephes. super illa verba, *Propter hoc relinquet home*, &c. vbi Sanctus sic: *triplex coniunctio viri ad mulierem designatur; prima per affectum dilectionis, quia est tantus affectus vtriusque, vt patres relinquant, quod naturale est, quia appetitus naturalis est concors debitæ actioni, constat autem quod omnibus agentibus superioribus inest appetitus, vt propinent & communicent inferioribus, & ideo amor naturalis inest eis versus inferiora, & quia homo respectu matris & patris est inferior, non superior, ideo ad vxorem cuius est superior, & ad [illegible] naturaliter plus afficitur, quàm ad parentes* Egregiè, plus afficitur homo ad vxorem, quia respectu huius superior est; at si inquiras vnde superioritas? sanè quia mulier ex viro, non è contra. Ergo in illo fundata, quod Adamus pronunciauit, nempè, *hæc os ex ossibus meis, caro de carne mea*, Ergo radix amplioris dilectionis inter virum, vxoremque, quia caro de carne, os ex ossibus, ob quod intrinsecè vir caput, ac superior mulieris, ex quo naturaliter plus afficitur quàm ad patré, quàm ad matré. En ratio eius quod dicebamus: non nego caput Angelorũ esse Christum, at isti non ex carne & ex ossibus eius sicut nos. Sacramẽtum hoc magnũ est, ait Paul. *ego dico in Christo & Ecclesia*; quod Sacramentum de Eucharistia præcipuè intelligit S. Doctor hîc inter alia Sacramenta, quæ etiam intelligentia aliorum multorum est. Ergo de Sacramento Eucharistiæ in spiritu prophetans Adam ob illud præcipuè ipse caput nostrum, sic nos diligit, sic nos amat, vt relinquat patrem, hoc est, vt ait S. Doctor, *in quantum missus in mundum incarnatus est*, relinquat matré, scilicet *Synagogã*, vt idem S. ad hoc; vt Ecclesiæ suæ, & nobis adhæreat & vniatur. Ex qua verissima doctrina hæc certissima inferuntur corollaria; primũ, quod si ob hoc patré reliquit, ergo & Angelos ampliori equidem ratione; secundum, quod etsi caput Angelorũ non sic, vt nostrum, quia illa non ex illo, at nos ex illo

Abulens.

26. Homo cùr naturaliter plus diligat vxorem, quàm patrem & matrem.

S. Thom.

27. Christi ós & caro sumus virtute huius Sacramenti.

in virtute huius Sacramenti caro, & os illius, proinde arctiori vinculo eius, & conſequenter amplius amati, ac dilecti; Tertium, quod ſi patrem reliquit per incarnationem, & matrem, vt adhæreret ſponſæ, & animabus fidelium, quod fit per hoc Sacramentum, euenit profectò, vt finis Incarnationis hoc extitit Sanctiſſimum, vltimum ſcilicet, ac perfectiſſimum, quaſi ideo incarnatus, ideo hic à ſublimi deſcenſus gloria, vt hoc inſtitueret ſanctiſſimum, quo nobiſcum copularetur, vniretur; qua propter omnium ex hoc Chriſti operum, immo & totius œconomiæ ſanctiſſimæ Incarnationis hoc Sanctiſſimum veluti coronis eſt eius, ſummaque perfectio, & complemẽtum. Quartum tandem, ob hoc ſanctiſſimum præcipuè, ac maximè nos teneri ad illud amandum, ac diligendum, cum ex ipſo caro, & os ipſius ſumus; vnde rectè ait Chryſoſt. Hom. 95. in Ioan. ab hac menſa *tanquam leones igneum ſpirantes*, exurrecturos nos affirmat, quia vt ipſe ait, ob hoc nobis Chriſtus coniunctus, vnde in eius perſona ſequens inquit: *veſter ego Pater eſſe volui, & communicaui carnem propter vos, & ſanguinem, & per quæ vobis coniunctus ſum, ea vobis rurſum exhibui.* Pulchre, quaſi non ſatis prima eſſet communicatio, ſecundam adijcere voluit, vt nos inflammaret, ac accenderet, ex quo fit amplius, vt quodammodo dicere liceat, primam aſſimilationem per incarnationem ad ſubſtantiam tendiſſe redemptionis, vt ſcilicet nos per illam, ſuamque ſacratiſſimam paſſionem redimeremur, ac in Dei adoptaremur filios; at ſecundam non tantum ad ſubſtantiam, quantum, vt poſt adoptatos noſtrum aucuparetur amorem, abſorberet affectum, animam tranquillando, ac delitijs replendo ineffabilibus; quod equidem præclare ſanctus affirmat Pater Macharius Hom. 4. vbi retractans illam ſcilic[illegible]Dei miſericordiam, ad ſalutem, nempe ad amorem animarum aucupandum, in varijs ſe aſſimilaſſe antiquitus figuris, ac trãsformaſſe, tandem ſic ait: *Deus enim in qualibet ſe tranſmutat in gratiam fidelium, & eo dignatum animarum, ſicque ſpiritus Domini in re quietem, exultationem, & delitias inenarrabiles, dimittaſque diuinitatis vere immenſas; ſeipſum enim formas Dominus in eſcam, vt inenarrabili modo tranquillet, & impleat animam lætitia ſpirituali; ait enim, ego ſum panis viuus.*

28. Sacramentum Euchariſtiæ præcipuus finis Incarnationis & totius diſpenſationis eius coronis.

30. Deus in illa vt noſtrum aucupetur amorem. *S. Macharius.*

Hinc propriè vt ſic dicam, ex hoc Sacramento in cælis, & in terris Deus, non ſicut Angelis Dominus, ſed vere Deus noſter dicitur, ac peculiariter, vnde & ſi Dominus Angelorum, tamen noſtri non ſolum Dominus, ſed Deus; vtrex illo pleno ore amplius quàm Angeli vocare dominum Deum noſtrum poſſumus; Audi Iacob Geneſ. 28. nu. 20. *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſuſque fuero proſpere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum.* Premo poſtrema, *erit mihi*, ait, *Dominus in Deum*, ergo ante illi Dominus, ſed non Deus? ſanè reſpondet, quia vt ait Philo nomen, *Dominus* regiæ eſt potentiæ, *Deus* beneficæ, ſic lib. de inſomnijs, ſed luculentius lib. de plantat. Noé: *iam ha ve-*

31. Ex Sanctiſſimo Deus non ſolus dominus vt Angelorũ, ſed peculiarius Deus noſter dicitur. *Geneſ. 28. nu. 20.*

Philo.

res, ait, *Deus ſcilicet æternus idem valet, ac ſi dicat, non qui aliquando largitur, aliquando non, ſed ſemper, & continuè, qui ſine intermiſſione benefacit, qui dona donis cumulando continuat, cuius gratia inter ſe coniunctæ, ac vnitæ ſemper in orbem redeunt; hoc ille meditatus Iacob poſtulauit in fine precum ſacratiſſimarum dicens: & erit mihi in Deum, ac ſi dicat, iam non herili poteſtate libera erga me vtetur, ſed benefica, propitia, & vndequaque ſalutari potentia, ſublato dominationis metu, & animæ deuinctæ beneficijs mutuam gratiam conciliantibus.* Ergo prius Iacob Deus, Dominus, Rex herilem in ipſum exercens poteſtatem; at poſt panem non tam Dominus, quam Deus, hoc eſt beneficus, liberalis, Pater; quod ſi hoc panis communis præſtitus, quid hic diuinus ſuperſubſtantialis, ad quem, vt Paſchaſ. ait lib. de corpore, & ſanguine Domini c. 21. reſpexit Iacob; *hunc itaque*, ait, *cibum Patriarcha Iacob eſuriebat dicens, ſi fuerit, &c.* Ergo cum illum Angeli non manducent, cum nos tamen vere illorum Deus *Dominus*, noſtri vero, & *Dominus Deus.*

Paſchaſ.

29. Euchariſtia quantum animos inflammare debet fidelium.

Hinc nos pluſquam Angeli peculiariter eius ſerui, hinc ex hoc Sacramento eius dedititij. Sciphum aureum reponi iuſſit Ioſeph in ſacco Benjamin; condicio erat, vt apud quem inueniretur, ſeruus remaneret, apud Benjamin inuento ſic fratres eius ad Ioſeph Geneſ. 44. nu. 16: *Ecce omnes ſerui ſumus Domini mei, & nos, & apud quem inuentus eſt ſciphus:* quaſi ſeruitutem, vt ſic dicam, inuidentes; at quid Ioſeph? *abſit à me, vt agam ſic, qui furatus eſt ſciphum, ipſe ſit ſeruus meus, vos autem abite liberi, ad patrem veſtrum.* Abſit, ait, quaſi notam refugiens noxæ, ſi pro ſeruis haberet apud quos ſciphus non extaret, quid ſciphus in frumento? nonne Chriſtus in Sacramento? qui parri ſapientia, quæ per ſciphum deſignatur, qui nobis eam elocutus, vnde interlineal. vbi nos legimus *ſciphum argenteum*, ipſa, *ſplendorem diuini eloquij*, qui medio Sacramento à nobis tangitur, & per quod loqui ad ipſum fiduciam habemus, vt diu. ait Thom. opuſcul. 61. grad. 7. & 8. amoris diuini, vbi totam hanc Ioſephi hiſtoriam ſic applicat, *Cum ſenſeris taſtu, qui cognoſcit de proximo*, de vnione loquitur ſacramentali, vt aliqui volunt, *& in coniunctione maxima labia illa Ieſu, labia illa diſtillantia myrrham, illa pollutæ olim animæ tuæ labia non abominari, ſed mirabiliter ipſis imprimi, ineffabiliter oſculari, quaſi oblita innexionis exploratores eſtis, oblita comminationis per ſalutem Pharaonis non exibitis, deinde & quaſi oblita inſſionis, non indicem, vel magnum pretendere metuendum, ſed ſponſum amantem teneriter, & tenerrimè reamandum, tunc audet illa, quæ loquitur, oſculetur me oſculo oris ſui, nam poſt illa, & fratres auſi ſunt loqui ad eum.* Sciphus ergo in frumento, Chriſtus in Sacramento? at quis ſeruus proprius Ioſeph? profectò in cuius ſacco inuenitur, vellent etiam & cæteri fratres; at non admittit Ioſeph, quinimmo refugit ſolum ſeruum dicens, qui ſciphum furatus, & apud quem inuentus, nos ergo nos ſerui Chriſti, nos Chriſti dedititij (ſalua pace ſit Angelorum) apud quos eius ſciphus, apud quod eius corpus, eius ſanguis.

51. Ex hoc Sacramento plusquam Angeli Dei ſumus ſerui. *Geneſ. 44 nu. 16.*

S. Thom.

Thom. à Ieſu de erat. diui. lib. 4. c. 18

Hinc

33. Per ſanctiſſimum Sacramentum vt Chriſti ſerui ſignamur.

Hinc tandem, vt concludam, vt tales ab ipſo per hoc Sacramentum ſignati, & vt ſic dicam ſigillati, ſic vt ex tali impreſſione vt particulares ſerui habiti, immo & à patre recogniti, quatenus ſigillum Chriſti, imaginémque eius in corpore, animáque referimus, Ioan.6. num.27. ad ſumptionem ſacramentalem animans Chriſtus illis nempe verbis; *Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis;* Summam huius rei rationem adducens, ſic ſequitur: *Hunc enim pater ſignauit Deus;* in quibus verbis ly *hunc* ad ipſum eſt referendum Chriſtum, vt Chryſoſt. & alij, & ſatis ex Græca apparet conſtructione, qui à patre, vt vult Hilarius lib.8. de Trinitat. extitit ſignatus, quando æternaliter ab ipſo genitus lumen accepit æterni vultus, expreſſam in ſe præferens patris imaginem, *Signaculorum autem natura eſt*, ait Hilarius, *vt omnem impreſſæ in ſe ſpeciei explicent formam, & nihil minus ex eo in ſe habeant, vnde ſignentur, & dum totum accipiunt, quod imprimitur, totum ex ſe præferunt quidquid impreſſum eſt*; Et paulò poſt, *Vnigenitus vero Deus & per Sacramentum ſalutis noſtræ hominis filius, volens proprietatis nobis paternæ in ſe ſignare ſpeciem, ſignatum ſe à Deo ait.* Egregiè, ideo ſignatum ſe dixit, quia ſignum deitatis quod in ſe naturaliter à patre habebat, per gratiam in nobis imprimere decreuerat, ac deitatis ſigillo nos ſeruos ſignare; at quo medio? profectò per cibum, qui vitam æternam erat operaturus, vnde ſequens Hilarius diuiniſſime ait: *Signatum ſe à Deo ait, & hoc ideo, quia vita æterna eſcam filius eſſet daturus*; Egregiè, ſignatum ſe dixit, vt ſignaret, & quia medium erat hoc Sacramentum, ideo, vt deitatis nota ſignaremur ad illud manducandum nos animat, quo ſic ſignamur, ac vt ſic dicam ſigillamur, vt non amplius nos, ſed ipſe, videamur. Vnde Algerus lib. 1. de Corpore, & Sanguine Domini cap.3. *Commendauit nobis*, ait, *in iſto Sacramento corpus, & ſanguinem ſuum, quod etiam fecit nos ipſos: nam & nos corpus ipſius facti ſumus, & miſericordia ipſius, quod accipimus, nos ſumus.* Grandis locutio, corpus, & ſanguinem ſuum fecit nos ipſos, quid inde? Ergo ſequitur, *Corpus Chriſti ſumus, & Chriſtus ſumus, ita etiam, vt in altari eodem Sacramento ſignemur.* Quid præclarius? dum communicamus ſignamur, dum Sacramentum accipimus imprimimur, non alio ſigillo quàm diuinitatis; hinc à Deo peculiariter recognin, vt ſerui, vt emptitij, vt tandem ſui, quo ſigno ſpem equidem concipere certam debemus vitæ, & vitæ æternæ, dum manducando Chriſti carnem ſic ſignamur, vt ipſe, qua Deus homo, qui in nobis ſic vnitur, vt æternum & nos ipſo, & ipſe in nobis, *Qui manducat, &c.*

Joan. 6. num.27.

Chryſoſt. Hilar.

34. Chriſtus vt ſignatus Deus, & vt nos deitatis nota ſignat.

Algerus.

DIGRESSIO IV.

De vnione ſacramentali, vtrùm per ſuſceptionem Sacramenti fiat aliqua vnio realis naturalis phyſica, vel effectiua inter Corpus Chriſti, & corpus ſuſcipientis.

QVia in præcedenti diſcurſu, multa de Chriſti vnione cum ſuſcipientibus diximus, multoſque patres adduximus, qui eam naturalem vocant, ac realem, ex quibus locutionibus anſam aliqui ſumpſerunt moderni, vt affirmarent inter corpus Chriſti, & ſuſcipientis talem fieri vnionem, ne aliquis in numerum talium me adducat ſicut etiam ad penitius rem examinandam, & vt omnino talis intelligatur vnio, operæ pretium me facturum duxi, hanc proponere quæſtionem, & quid probabilius mihi videatur ſimul aperire, in qua re.

1. Quæſtio eſt noua non antiqua, & cur.

Primò aduertendum ab antiquis ſcholaſticis ex profeſſo nunquam hoc diſputatum, neque in controuerſia poſitum, neſcio an quia vti fictitium quid, & imaginarium, aut non cogitarunt, aut riſerunt, quapropter paucis ab hinc annis diſputari ceptum eſt, tum quia multi moderni, vt rectè Suarez de Sacramento Euchariſtiæ diſputat. 64. ſect.3. multi viri pij, ac Catholici in odium hæreticorum Chriſti præſentiam in hoc Sacramento negantium, vt omnino contra eos ſtarent, in alteram partem declinantes, non ſolum præſentiam, ſed ex illa fieri etiam vnionem cum corpore ſuſcipientis, vt mox dicemus, affirmarunt; tum quia multi viri pij ex deuotione, & affectu in hoc Sacramentum plus æquo tranſilientes illud imaginarunt, ac affirmarunt, inter quos vnus extitit Cardinal. Mendoça, vt Vaſquez affirmat in tractatu de Sacramento diſput. 204. cap. 1. cuius authoritate moti nonnulli, immo & ipſemet Vaſquez pro viribus illud defendere conati ſunt, ſed mea ſententia infeliciter.

Suarez.

Vaſquez.

Prima ergo ſententia eſt affirmantium, inter corpus Chriſti, & ſuſcipientis vnionem fieri, illamque vocant realem, naturalem, ſubſtantialem, atque interdum corporalem, qua mediante vna caro cum carne Chriſti, ſicut vnus ſpiritus fieri dicamur. Citantur pro hac ſententia Roſſenſ. contra Oecolampadium lib.4. cap. 21. & 23. Stephanus Epiſcopus Vuintonienſis, Regula 3. Noſſius in cõfeſſion. Cath[illegible]lic. c.42. Michaël Epiſcop. Meſpurgenſ. in ſ[illegible] Catech. concion. 69. Federic. Nauſea de officio Miſſæ lib.2. c.4. Clictouæus lib.2. contra Oecolampad. c.12. & 18 Georgius Vicelſius lib. de Euchariſt c.6. Neſſelan. lib. de preſent. Corporis, & Sanguinis Chriſti, rat. 4. Ruard. Tapper art. 3. §. *Optimè hic reſpondet.* fol.267. Ioannes Grapper. tom.1. de Euchariſt. Theologi Concilij Moguntini titul. de Sacrament. Euchariſt. 2. *de effectu*, Ianſen. in concordant. Euangelij c.59. in illa verba, *Qui manducat meam carnem*; Turrian. lib.1. de Euchariſt. c.8. & 9. Claudius Saienet. repet. 5. de Euchariſt. c.1 & 2. Cardinal Alanus lib.1. de Sacrament. Euchariſt. c.18 Vvaldenſ. tom.2 qui eſt de Sacrament. c.58. & 95. Turris-cremata in canone, *in Chriſto pater*, de conſecrat diſtinct. 2. qui allegat Albertum magnum; Bellarm. lib.1. de Euchariſt. c.10. & lib 2. c.12. Toletus Ioan.6. annotat.29. & c.17. annot.13. Vaſquez vbi ſup. At ex his excipe Ianſen. qui nil minus, ſolum ſenſum affert patrum dico verba; nil ipſe, nec vnum de hac re; excipe Toletum, qui nil amplius affirmat, quàm quod nos infrà; excipe etiã Bellarmin. qui nil aliud in illis locis quàm contra hæreticos ex patribus veram Chriſti præſentiam educere loca patrum expendens, & defendẽs; at ex profeſſo nihil de hac re, & mea ſentẽtia

Prima ſententia affirmans.

Roſſenſis. Stephan. Noſſius. Michael. Nauſea. Clicton. Vicelſ. Neſſelan. Ruardus. Grapper. Synoniēſ. Ianſenius. Turrian. Claudius. Alanus. Vvaldenſ. Turris cremata. Bellarm. Toletus.

etiam excipiendus est ipsemet Vasquez, qui, vt infrà videbimus, post multas, infinitasque subtilitates, distinctiones, præcisiones, authoritates, nullum intactum relinquens lapidem, tandem in calce disputationis concludit hanc vnionem esse *moralem*, & *mysticam*, vt infrà videbimus.

Fundamentum huius opinionis vnum inest, & singulare aliquorum sanctorum patrum locutiones, qui hanc sacramentalem vnionem, naturalem, realem, substantialem appellant, vti sup. eos in homilia adduximus, sic Chrysost. homil. 88. in Matth. & homil. 45. in Ioan. & homil. 55. ad populum, & hom. 60. & 61. Cyrill. Alexand. lib. 4. in Ioan. cap. 17. Fusius lib. 10. c. 13. & lib. 11. c. 26. & 27. Ireneus lib. 5. contra hæreses cap. 2. & lib. 4. cap. 34. Nissen. orat. Cateches. cap. 37. Damascen. lib. 4. cap. 14. Leo Pap. epist. 23. Augustin. in cap. *Christus passus*, de consecrat. distinct. 2. & lib. 7. Confess. cap. 10. Tandem omnibus clarius Hilarius de Trinitate lib. 8. cuius verba sicut & reliquorum sup. in homil. retulimus, præter authoritatem Patrum nullum pro eis hi authores afferunt argumentum, vti re vera afferre non possunt, sed tantum toti sunt in explicando modum, quo id fit, & soluendo rationes contrariorum; quod si semel modum refellemus, & simul sanctorum explicemus locutiones, prorsus eliciemus inaniter eos laborasse; at antequam modum, quo aliqui illud defendunt explicemus, operæ pretium erit vnum solidum præmittere fundamentum.

Chrysost. *Cyrillus.* *Ireneus.* *Nissenus.* *Damasc.* *Leo Pap.* *August.* *Hilar.*

2. In definitionibus rerum semper antiquis standum & nouas non confingere. *Vasquez.*

Stabiliendum ergo est semel, quod quando similes discutiuntur res, siue locutiones, semper standum est definitionibus, & acceptationibus antiquorum Philosophorum, & in materia peritorum, & nouas acceptationes non inuenire, si semel veritatem stabilire solide velimus: Nam, vt rectissimè Vasquez 1. part. disput. 84. cap. 4. num. 19. de ira Dei, an sit in illo, & disput. 85. num. 14. de [illegible]tia commutatiua an verè reperiatur in D[illegible], quæstionem affirmat semper intelligendam, vt communiter à Philosophis, & in ea arte peritis definiri solet; nam, vt rectè ait ipse, *si liceret nouas confingere definitiones plura Deo tribueremus, quàm tribuimus*; sic nunc in proposito, quando quærimus vtrum in perceptione Sanctissimi inter eius carnem, & nostram aliqua sit vnio realis, physica, naturalis, accipienda est vnio realis physica, & naturalis, vti accipiunt eam Philosophi, & vti semper accepta est ab omnibus & est in vsu; nam alias vniones fingere, & eas appellare illis nominibus, præterquàm quod gratis dicitur, & sine vllo fundamento, tota machina argumentorum contra hæreticos destrueretur, si semel illis hoc concederemus, appellare scilicet nouiter res aliquas, nouasque definitiones fingere; quapropter cum Nestorius duas in Christo naturas, duaque suppositа distincta affirmaret, & inter illas vnionem accidentalem quadruplicem, vt refert Lorca de Incarnat. disput. 12. num. 6. Prima, quia verbum habitauit in homine tanquam in templo; Secunda, per vnionem voluntatis, & affectus; Tertia, per operationem quatenus homine illo Deus vsus ad miracula operanda; Quarta, per participationem quandam honoris, & dignitatis, profectò si has illi licuisset substantiales, physicas, reales dicere, quas nos ad illum conuincendum rationes efficaces haberemus? cum quamlibet vnionem physicam, realem, ac naturalem, quam illi ex antiquis adduceremus ad catholicam veritatem probandam, semper ille modo suo intelligere posset, si semel illud liceret; quapropter in rebus similibus semper cautissimè procedendum, & ab antiquis nec latum discedendum vnguem, quo supposito, vti certo stabiliendum nunc breuiter, quid, aut quomodo vnio physica, realis, & naturalis, à Philosophis accipitur.

Lorca.

Dico ergo ex Arist. 5. Metaphys. c. 7. vnionem formalem, intrinsecâ, & per se esse illam in qua duo extrema ita vniuntur physicè, vt propriè, & realiter componant vnum, quæ extrema si sunt substantiæ alia erit vnio substantialis, & modus ille substantialis, vt materiæ, & formæ, animæ, & corporis; si vero vnio erit inter subiectum, & accidens, erit accidentalis; de qua re latè, ac doctissime noster Pater Generalis Raphael Auersa in sua Metaphys. quæst. 5. de entis vnitate sect. 5. præter hanc communem, quæ realis, physica, & naturalis dicitur; Suarez in 3. part. disput. 47. sect. 3. dat aliam, quam ipse vocat *effectiuam*, scilicet quando duo ita sunt sibi intimè præsentia, vt ex efficientia quam habet vnum circa alterum non possint separari, licet non constituant vnum per se; ac si dicamus inquit Suarez ferrum esse realiter coniunctum magneti, non solum propinquitate locali, sed vnione effectiua, quia magnes effectiuè illud trahit, & continet ne à se separetur; at licet hæc sit vnio, tamen non verè, & propriè vnio substantialis strictè dici potest, quia nõ ordinatur ad componendũ vnum substantiale; vnde vnio propriè, ac presse sumpta illa dicitur, *Quæ est compositio, & ratio formalis ex qua resultat totum in ratione totius.* Hoc ergo sic stabilito ad modos, quibus aliqui hoc defendunt accedentes.

Aristot. 3. Vnio substantialis & physica, quid sit. *Auersa.* *Suarez.*

Primus sit Thomæ à Iesu Carmelitæ excalceati in lib. de orat. infusa, vir alioquin doctus, & pius, & qui egregiè de illa si quem viderim, scribit; hic enim author lib. 4. à cap. 16. & deinceps, hanc vnionem realem asserens, hæc de illa affirmat. *Thom. à Iesu.*

Primum, ordinariè, & communiter illam non dari omnibus, & singulis dignè hoc Sacramentum recipientibus, sic cap. 27. Primus modus dicendi.

Secundum, vnionem, quæ non solum per affectum, sed per effectum sit, & realem coniunctionem cum Christo aliquando, sed rariſſime purissimis mentibus contingere.

Tertium, hanc vnionem fieri per arcanum quendam contactum, quo *corpus Christi*, verba eius ex cap 30. *immediatè non solum, attingitur ab horum spiritu, sed & eorum caro sentit ineffabili contactu Christi præsentiam, qui quamuis in Sacramento sit intangibilis, & imperceptibilis, diuina tamen virtute fit vt & tangat, & tangatur, & immediatè percipiatur non solum à purissimis, ac purgatissimis mentibus, sed etiam ab eorum carne*, hæc est eius sententia fideliter addncta.

Hæc quippe sententia quoad primum, est noua, & inaudita huc vsque, & à nemine vnquã asserta; Secundò supponit vnũ, quod aliqui etiã per Dei potentiam concedere nolunt puranes Refellitur.

Digitized by Google

manifeſtam in ſe inuoluere repugnantiam, nempe Chriſtum prout in Sacramento, & ſub ſpeciebus poſſe agere, & pati, quod omnino negant
Richard. Richard. in 4. diſtinct. 10. art. 5. quæſt. 2.
Paludan. Paludan. quæſt. 4. art. 1. concion. 5.
Capreolus. Capreolus quæſt. 4. art. 5. ad ſextum,
Deça. Deça Hiſpalenſ. quæſt. 1. articul. 3. ad ſextum, & plurimi ex recentioribus;
Okam. & licet Okam,
Maior. & Maior affirment naturaliter Chriſtum poſſe videri ac pati, & agere, tamen eorum ſententia à nemine recipitur, vnde nunc ſola controuerſia in ſcholis tota verſatur, an ſaltem per Dei potentiam, & miraculosè illud fieri poſſit, quod aliqui non repugnare affirmant,
Vaſquez. de qua re videndus eſt Vaſquez, de Sacrament.
Suarez. Euchariſtiæ, diſputat. 191. & Suarez diſput. 52. alijque de hac re diſputantes; qua propter ſi hoc daretur, profectò eſſet per miraculum, & modo inuſitato, quod concedit author, dum aſſerit diuina virtute illud fieri, ergo quod poſſibile tantum, & vt poſſibile ab omnibus aſſeritur, nulluſque ſit, qui de facto illud concedat, ſaltem quoad paſſionem, & reactionem; nam licet
Alexand. Alexander concedat Virgini ſanctiſſimæ conceſſum, vt oculo corporeo videret Chriſtum in Sacramento per Dei potentiam, piumque illud dici poſſe, ſic 4. part. quæſt. 10. membr. 7. art. 3. §. 8. verſiculo *conſequenter quæritur*, tamen de actione, & paſſione vbi neceſſario prærequiritur alteratio, & immutatio, vti in ſenſu tactus corporalis, & qui non fit per ſpecies intentionales ſicut viſio, vſque modo, quod de facto illud Deus ſit operatum inauditum, & inſolitum, quod ſanè dum ſine vlla authoritate aſſeritur, dum ſine vlla experientia, dum ſine vlla neceſſitate graui, & vrgenti, qua facilitate dicitur, ea reijcitur.

Secundò, dato quod fiat, peto erit-ne vltrà, quàm vnio tactus, quæ tantum eſt ſecundùm propinquitatem, ergo non erit vnio illa realis, qua duo fiunt vnum, quam ſancti dicunt effectum huius Sacramenti. Ergo hic modus non eſt ad rem, cum non cauſet illam vnionem.

Tertiò peto, an talis vnio ſit cum tota carne hominis recipientis, an cum ea tantum parte, quam ſpecies tangunt ſacramentales; non primum, cum ad vniendum neceſſarius ſit contactus, ergo ſecundum, ergo non tota noſtra caro cum carne Chriſti vniretur, ſed tantum ea pars, quam illa tangeret; at hoc non eſt illud, quod patres dicunt, nec huius Sacramenti effectus; nam ſancti, quando loquuntur de hac vnione prout Sacramenti effectus, de vnione noſtra totali cum carne Chriſti illud aſſerunt.

Quartò, ſecundum Philoſophos, vt ſup. conſtituimus, vnio realis phyſica, ſeu naturalis, eſt quando duo coniunguntur ſic, vt vnum reſultet tertium, quod tertium peto ex hac vnione contactus reſultat? ſi vnio ſpiritus iam non eſt amplius vnio carnis; ſi ſic vt ex carne Chriſti, & noſtra fiat vnum quid, hoc eſt ridiculum, ergo ad quid tale miraculum, ne dicam portentum?

Quintò, ſi aliquibus animabus iuſtis, ac ſelectis hoc conceditur, cum nunquam in Eccleſia Dei iſtæ deficiant, ergo continuè, & ſemper nunc cum vna, cum altera nunc hoc concedendum. Ergo continuè Chriſtus aget, & repatietur in Sacramento; quid acerbius?

Sextò, cur ſicut illi licuit hoc concedere animabus ſelectis, & alteri etiam non erit licitum illud dare, & non ſelectis, ſed in gratia tantum, & hoc, vt Deus ad ſelectionem illas attrahat? ex quo ſicut peccatis noſtris, nunc de oratione myſtica, & vnitiua aſſeritur communem ſcilicet eſſe, etiam non purgatis; ſic & communem etiam & hunc modum eſſe vnionis aſſereretur, licet non percipiatur: nam maior difficultas (mea ſententia) eſt hoc ſemel de facto concedere, quàm ſemel conceſſo ad plures extendere.

Septimò, quam efficientiam peto efficiet hic contactus carnis Chriſti in carne recipientis? nunquid ad ſe ſic attrahet, vt magnes ferrum imprimendo illi qualitatem aliquam ad hoc, vt dicatur ſaltem eſſe vnionem effectiuam; at hoc ridiculum profectò, & ridet Suarez vbi ſup. diſput. 64. ſectione 1. cum aliud miraculum ſupponi etiam debeat, nempe in contactu illo, & ex illo talem qualitatem emanare, vt præter tactum attrahat carnem, ſic vt ab illo ſeparari non poſſit, qui contactus cum ſit carnis tantum, & non mixti, prorſus ab illo alienæ ſunt ſimiles qualitates; ergo nullam efficientiam habebit; ergo nec vnio erit effectiua. *Suarez.*

Immo, quod multum in hoc authore eſt adnotandum, vt ca. 30. dicat, prorſus ſibi imperceptibilem vnionem illam realem, quam ponunt recentiores inter Chriſti carnem, & recipientes, quam nec aſſerunt miraculoſam, nec impoſſibilem, vt quæ medijs ſpeciebus optimè concipi poteſt, & percipiat ſuam, & tactum illum phyſicum realem, inter Chriſti carnem, & ſuſcipientis, qui infinitas inuoluit difficultates, & implicantias, ne dicam impoſſibilitates; vnde ſine vlla aliqua neceſſitate graui, nec vlla graui authoritate ad diuinam recurrendum omnipotentiam, & hoc nec vt locutiones patrum defendamus, cum nemo ex illis tam [illegible] omniauit, quapropter nil prorſus ad rem omn[illegible] multitudo authoritatum, patrum, & authorũ quos adducit, vt facilè legenti apparebit; nam omnes loquuntur de vnione affectiua, non reali, & phyſica; ſed tantum omnis hæc machina adducitur, vt aliquando affectus, ſiue ſenſus aliquorũ, ſiue aliquarum piarum mulierum defendamus, non attendentes, quod ex hac opinione, & tanti viri authoritate (quod me impulit vt ſic ex profeſſo, vltra rationes quę me conuincunt hanc prouinciam ſumerem) aliquis indoctus, indiſcretus mulierum aliquarum delira, ſomnia, & infirmæ mentis figmenta, cum graui ſcandalo, ac ſummæ Chriſti maieſtatis decentiæ, ac reuerentiæ iniuria approbet; qua propter omnino hoc exploſo modo ad alium tranſeamus; ex cuius confutatione amplius prædictus refutabitur, cum omnes, quæ contra eum fient rationes, contra hunc prædictum etiam militabunt.

Secundus ergo modus eſt aliquorum recentiorum, vt affirmat Suarez de Sacramento Euchariſtiæ, diſputat. 54. ſect. 1. qui affirmant per hoc Sacramentum effici in corpore aliquas qualitates, per quas corpus Chriſti dicatur vniri corpori noſtro, vnde ſicut hoc Sacramentum in anima efficit gratiam, per quam ſpiritus vnitur cum ſpiritu Chriſti, ſic corpus Chriſti efficit in corpore noſtro illas qualitates per quas

Secundus modus. *Idem.*

caro noſtra carni vnitur Chriſti; vnde ſicut gratia dicitur ſemen gloriæ æternæ, quatenus ad gloriam perducit animam, ſic hæ qualitates dicuntur in ſe ſemen continere immortalitatis corporis, quatenus virtute huius Sacramenti corpora reſurgent, & hoc modo patrum locutiones explicant, ac defendunt; ſic pro hac ſententia aſſeruntur ab aliquibus Clictouæus, Noſſius, Ruardus, Roſſenſis, & Gropperus moderni authores, ſed dum Vaſquez vbi ſup. affirmet apertè hos non locutos de tali qualitate à carne Chriſti in carnẽ noſtram deriuata, neſcio an conſultum eos pro illa adducere, non ſunt præ manibus, ideo de eis iudicium ferre nõ poſſum, ſed quidquid ſit, aliquorum recentiorum, & ſi non typis eam euulgarunt, erit hic ſenſus.

Clicton. *Noſſius.* *Ruardus.* *Roſſenſis.* *Gropperus.*

Hanc opinionem, *nouam temeritatem* appellat Suarez, cum quia nullus antiquus de ea mentionem fecerit, nec tales ſomniauit qualitates, tum quia nullo probabili fundamento fingi poſſunt, cum nulla de eis extet promiſſio, nulla patrum authoritas, nulla in Eccleſia vel leuis ſuſpicio, nulla demum vtilitas, vt mox dicemus, ſed tantum aſſeritur, quia imaginatur poſſibilis, quod prorſus graui indignum Theologo: nam vt rectè grauiſſimus hic author, & noſtri ſæculi decus, *Poſſibilitas non eſt ſatis, vt affirmemus abſque fundamento de facto conferri, quia non omnia quæ ſupernaturaliter, & miraculosè in homine fieri poſſunt per hoc Sacramentum fiunt;* Verba aurea; nam alias ſi illud liceret infinita poſſemus fingere, neque pro ſufficienti fundamento poteſt afferri, vt patrum locutiones defendantur; nam præterquam quod infiniti alij adſunt modi, non equidem ita eos explicare debemus, vt alias maiores inuoluamus difficultates, ac perplexitates, vnde poſtea difficilius ſit noſtram tueri ſententiam, quàm patrum, & maiori nos indigeamus explicatione, quàm illi, vnde vt ſemel [illegible]icta tueamur, cælum ſit neceſſe, ac terram commouere, qua propter non dicam cautè, ſed cautiſſimè in nouis debemus eſſe aſſerendis, & non omne quia poſſibile, vt rectè doctiſſimus Suarez, aſſerimus de facto fieri, ſine graui, ac vrgentiſſima ratione, & neceſſitate, vt in præſenti, quæ nulla, quod ſic explico.

Refellitur.

Certæ hæ qualitates in corpore ſupponuntur, clarum hoc, cum ponantur ad vnionem carnis noſtræ cum carne Chriſti, & vt per illas corpus reſurgat, nunc peto, in vita ad quid deſeruiunt; dices, vt vnum quid fiat caro noſtra cum carne Chriſti, ergo neceſſario, & ex vi huius aſſerti, hæ erunt veluti diſpoſitiones noſtram diſponentes carnem, veluti phyſicę alię diſpoſitiones, vt introductæ neceſſario reſultet vnio inter carnem noſtram, & Chriſti, & ex vtraque per commixtionem vera, realis, ac phyſica fiat compoſitio, & reſultet vnum quid, quod ridiculum, & inſanum figmentum: nam aliàs ad quid? non ad opera virtutum, vt rectè Suarez, quia non ſunt operatiuę, non ad pulchritudinem corporis, neque ornatum, quia non videntur, neque percipiuntur, ergo ad quid? Dices ad ſemen reſurrectionis corporis, ſanè, ſed corrupto corpore in quo ſubiecto manebunt; profectò in cadauere, in vermibus, immo in animalibus, immo in ſtercoribus, vel in alia quacumque re, quæ ex illa generetur materia, quid amplius inanius? quod quidem eſt differentia harum à gratia: nam hæc ſemper manet in anima, & ideo pignus dicitur vitæ æternæ. Quapropter verè futiles ſunt tales qualitates.

Tertius modus dicendi, & patres explicandi, eſt Vaſquez vbi ſup. qui c. 4. illius diſputationis hæc affert, & ſic ſuam exponit opinionem.

Vaſquez.

Primò enim affirmat non fieri hanc vnionem per phyſicam, & realem mixtionem cum carne Chriſti, ſic, vt caro Chriſti per omnem partem corporis noſtri diffundatur: nam hoc eſſet figmentum; vnde quando Cyrill. exemplum adduxit ceræ liquefactæ, affirmat illud adduxiſſe Cyrillum ad probandum tantum veram mixtionem corporis noſtri cum corpore Chriſti, non vero diffuſionem.

Tertius modus.

Secundò affirmat ex carne noſtra & Chriſti non fieri vnam carnem ſecundum rem, aut phyſica vnione, ſicut è duabus ceris, aut aquis per continuationem fit vna, neque per conuerſionem vnius in alteram, ſicut in nutritione, ſed alio modo.

Hic autem modus affirmat eſſe per affectum charitatis, quatenus conſummatur, & perficitur in ſumptione, dum per eam Chriſtus eſt intra corpus noſtrum, & vt ſic ex hac conſummatione charitatis fieri dicitur vna caro non ſecus ac in matrimonio carnali vir, & vxor dicuntur vna caro, cum amor vim habet non ſolum amantes vniendi ſecundum localem præſentiam, ſed etiam aliquando ſecundùm realem vnionem, & intimitatem, ex quo fiunt vnum ſicut in matrimonio, & hoc modo fieri noſtram carnem vnam cum carne Chriſti, & hoc patres voluiſſe intelligere, ac per hoc hanc vnionem vocari phyſicam, realem, naturalem, ſicut & vnio inter virum, & vxorem.

Item affirmat etiam vtiaciter, quod & ſi hoc verum, tamen hanc vnionem non fieri niſi cum dignè ſumentibus, non indignè, quod vt defendat in infinitas ſe inuoluit difficultates, vt mox infrà videbimus.

Hæc opinio ſubtilis eſt, ſed mea ſententia parum, aut nihil concludit; nam peto eſt, ne hæc vnio phyſica, realis, vera ex qua fiat vnum, an non? non primum; nam ipſemet hoc expreſsè negauit, & verè eſſet figmentum; ſi non, quid ergo erit? dicet, vt dicit, & affirmat *moralem*, & *myſticam*; vnde in fine cap. 5. reſpondens obiectioni quæ fiebat impoſſibile eſſe talem vnionem durare corruptis ſpeciebus, affirmans durare, aſſignanſque rationem differentiæ inter vnionem realem phyſicam, quæ non durat inter abſentes, & diſtractos, & iſtam ſacramentalem, ſic ait: *Nihilominus hæc realis, naturalis, & ſubſtantialis vnio permanere poteſt inter carnem noſtram, & carnem Chriſti, quia vt ſupr. in hoc cap. notauimus, non dicitur realis, naturalis, ſubſtantialis, quia ſit vna res, vna natura, aut vna ſubſtantia, ſed quia ex contactu carnis Chriſti ſecundùm rem, & ſecundùm naturam, & ſubſtantiam illius fieri dicitur noſtra caro vna cum illa, vnione tamen quadam myſtica, & morali, vt explicatum eſt, ſicut enim inter coniuges fieri diximus.* Si non eſt amplius quàm vnio moralis, & myſtica, ad quid tantus conatus, cum nullus ſit, qui eam neget? quæſtio, & quod patres dixerunt, & quò in bonum ſenſum debent reduci,

Explodimus.

fuit inter Chriſti carnem,& noſtram per hoc Sacramentum eſſe realem,phyſicam,ac naturalem vnionem,& hanc nos affirmamus non aliter accipiendam , quàm ſecundum Philoſophorum ſenſum vt diximus;nam myſticę,& morali vnioni adaptare nomen vnionis phyſicæ, & appellare eam phyſicam,realem, naturalem,eſt nouiter fingere, nouamque vnionem phyſicam inuenire , & vim omnem argumentorum eneruare contra hæreticos, vt ſuprà diximus.

Reſpondet eſſe vnionem mediam, inter vnionem phyſicam , & myſticam , quatenus per hoc Sacramentum non ſecus fit vna caro , ac in matrimonio vir,& mulier , quod patet in ſcriptura Matth.19. Marc.10.ad Epheſ.5. quod extitit ratio vltima, & efficax , qua ductus illud affirmauit : nam cum in proprio ſenſu verba ſint accipienda ſcripturæ , dum illa affirmat vnam carnem fieri virum,& vxorem. Ergo ſimiliter dum ſumptio huius Sacramenti ſit veluti conſúmatio matrimonij ſpiritualis verè , & realiter poteſt dici , quod caro Chriſti , & recipientis fiunt vna caro : nam ſicut eſt certum virum , & vxorem non fieri vnam carnem phyſicè , & tamen vna caro dicitur à Deo , ſic pariter in hoc Sacramento.

Matt.19. Marc.10. ad Epheſ.5.

Hæc ratio vnam , mea ſententia patitur acceptionem , & pace tanti viri intolerabilem, nempe ex matrimonio virum , & vxorem fieri vnam carnem non phyſicè , cum in omni rigore phyſicè, quando matrimonium eſt conſummatum , & non ante fiant vna caro inſeparabiliter, & tunc hoc non inter ſe : nam inter ſe tantum eſt vnio moralis reſultans ex phyſica vnione, & commixtione ſeminis,in quibus phyſicè, & realiter vniuntur , ex qua vnione reſultat compoſitum, ſic vt nunquam vir , & vxor dicantur vna caro,niſi fiat talis ſeminum commixtio; Ex quo principio ſanctiſſima Eccleſia iudicauit tunc tantum eſſe matrimonium indiſſolubile quando conſummatum,& hoc per emiſſionem ſeminis ita,& taliter,vt realiſſimè teneat Sanchez de Matrimonio lib. 2. diſput. 21. non dicatur matrimonium conſummatum,etiam ſi ſponſus vas fœminæ penetret, ſi non effundat ſemen,quod latiſſimè probat rationibus,& authoritatibus,& ego manifeſtiſſimè probarem , niſi breuitas me adſtringeret; ergo verè,realiter , phyſicè in matrimonio conſúmato vir , & vxor ſunt vnum in ſeminibus , & moraliter poſtea vnum inter ſe, vt rectè Suarez loco citato , quo ſuppoſito , vt certum,tota corruit fabrica patris Vaſquez,cum prorſus non ſit ſimile, & ideo vir doctiſſimus,ac acutiſſimus, qui niſi mea me coniectura fallit,illud defendit ex animi gratitudine erga magiſtrum , potius , quàm quod ille ſic ſentiret, cuius ratio , quia cum ipſe ſit tenaciſſimus proprietatis rerum ſemper aſſertor,vt ex eius operibus manifeſtè conſtat , impoſſibile certè apparet , vt in hoc ad defendendam vnionem realem,phyſicam, & naturalem ad modos recurrat improprios, & tandem ad moralem , & myſticam , affirmans poſſe dici naturalem , & hoc contra ipſius ſtatutum,vt ſuprà in primo fundamento poſuimus.

Sanchez.

Secundò,dato,quod ipſe ait, & vera ſit analogia inter matrimonium , & ſumptionem ſacramentalem , quatenus ex conſúmatione fiunt coniuges vna caro , euidentiſſimè ſequitur illud quod ratione conuictus affirmabat Neſtellanus , nempe inter peccatorem , & indignè ſumentem hoc Sacramentum , etiam fieri realem vnionem , ac per hoc vnam eſſe carnem cum Chriſti carne , quod tantum abhorret , & merito Vaſquez,nec ipſe vllo modo ſoluit argumentum; nam cum inter fornicarium , & fornicariam,per copulam fiat etiam vna caro,ſic pari modo ſi exemplum valeret,deberet etiam inter peccatorem , & Chriſtum recipientem , inquit quod non ſic: nam copula inter fornicarios ideo facit vnam carnem , quia procedit ex amore; at vnio inter ſumentem , & Chriſtum quando eſt peccator,nunquam procedit ex charitate, ideo nunquam fiunt vna caro ; & quia ſagaciſſimus doctor benè vidit inſtantiam de coniunctione coniugum , etiam ſine mutuo amore , qua fiunt vna caro,reſpondet in cõſummatione matrimonij ideo tunc coniuges fieri vnam carnem , quia ex primo conſenſu præceſſit amor , qui non diſſoluitur per diſſenſum , & odium ſuperueniens, & ſic dum conſummatur in virtute illius primi amoris,ideo fiunt vna caro, & ſi actu,& in præſentia non ſit amor, quod non ſic in Sacramento,cum nunquam adeſt amor , & qui præceſſit abſcinditur.

Mirum in hoc eſt pater Vaſquez , & admiror talia ſibi perſuaſiſſe ; ô quantum poteſt pia aliqua affectio , gratitudiniſque amor in viro nobili,& religioſo! Ergo conſenſus in matrimonium ſeparari non poteſt ab actu amoris , & dilectionis; ergo non poterit,vnum conſentire ad matrimonium odio , & deſiderio vindictæ , vt ſcilicet occidat vxorem poſtea vti de facto vidimus , vt mihi quidam confeſſus eſt , qui vxorem occidit,attamen conſenſiſſe in matrimonium,verèque volu[illegible] conſummare animo illam occidendi; vt de[illegible]cidit. Ergo fictitium eſt ad vnitatem ca[illegible]ruere præ dilectionẽ; Adde,quod ſi illu[illegible]erum, & vera Vaſquez doctrina , equidem etiam ſi cõſummaretur matrimonium , coniuges non fierent vna caro , ſi non interueniat amor ; quod ſi non vna caro,ergo diſſolubile, cum tota ratio indiſſolubilitatis matrimonij ſit illos per commixtionem ſeminum vnam effectos carnem ; quod ſi amor prærequiritur , vt eſſentialis conditio, certè cum is abeſſe poſſit, quod ipſa experientia conſtat, cum illa deficiat,verè matrimonium conſummatum ſine amore , & mutua affectione dirimi poſſet , quis hoc vnquam audiuit? aut quis hoc affirmare audebit , & ex hac metaphyſica in quale baratrum nos iniiciemus , cum ſemper ex hac radice matrimonium conſummatum diſſolui poſſet , nec vllum eſſet firmum?

Ex dictis firmum remanet vnionem realem phyſicam inter ſponſum , & ſponſam interuenire,ac verè,& realiter inter ſe , hoc eſt in ſeminibus fieri vnum;quod cum ſit, & ex coniunctione Chriſti cum ſumente hoc non interueniat, quia nec caro cum carne commiſcetur , nec vnum quid reſultat , euenit , vt nullo modo ſi propriè loqui velimus inter carnem Chriſti , & ſumentis aliqua intercedat vnio phyſica ; qua propter aliter exponendi ſunt ſancti , vt mox dicemus.

Digitized by Google

Vera ſententia.

Vera ergo ſententia, immo veriſſima ſtando in rigore vnionis phyſicæ, ac naturalis, eſt illa, quæ affirmat, nullam prorſus, ac penitus interuenire inter carnem Chriſti, & recipientis realem, ac phyſicam, ſed tantum vnionem affectuum, & charitatis, ex qua reſultat, vt in corpus ſuſcipientis diffundantur gratiæ ſpirituales, quibus & caro refræna tur, & fomes moderatur, & paſſiones mitigantur, præcipuè carnales, ſic vt homo fiat ex hoc membrum Chriſti, & myſticè, ac moraliter membrum de membro; & quia hoc non quomodolibet fit, ſcilicet aut per habitus infuſos, ſeu gratiæ, vt ſic, ſed per realem, phyſicam ſumptionem carnis Chriſti in nobis, ideo ob reuerentiam ſanctorum Patrum dictorum, talis vnio fundamentaliter dici poteſt naturalis, realis, & quodammodo phyſica, quatenus per ſpecies ſacramentales caro noſtra vnitur carni Chriſti eo modo quo poſſibile eſt, ſcilicet tantum per contactum, per ſpecies ſacramentales, vnde dicitur realis, ac naturalis quatenus diſtinguitur contra fictitium, & chymericum, phyſica quatenus in ſe phyſicè recipit Chriſtum fontem, originémque ſpiritualis vnionis; huius opinionis eſt Suarez vbi ſup. diſput. 64. ſect. 3. & ante ipſum eam tenuit Toletus in Ioan. 6. annotat. 29. & à fortiori omnes illi hanc opinionem tenent, qui affirmant hoc Sacramentum nil in corpore efficere, ſed ſolum in anima; ſic Turris cremata in cap. *Chriſte pater*, de conſecrat. diſtinct. 2. Petrus Martines in epiſt. Iudæ loco 23. & ſumitur ex Diuo Thom. 3. part. quæſt. 79. artic. 1. ad tertium, dum ait hoc Sacramentum non operari in corpus, niſi quatenus effectus gratiæ in corpus redundant, immo & hodie apud cordatos, recentioréſque Theologos communis, & explorata eſt.

Suarez. Tolet. Turris-cremata. Petrus Martines. S. Thom.

Hæc ſententia probatur ex patribus, primo Cyprian. ſer. de Cœna Domini vbi ait: *Fidei noſtræ infirmitas docetur viſibilibus ſacramentis ineſſe vitæ æternæ effectum, & non tam corporali, quàm ſpirituali tranſitione Chriſto nos vniri*, & inferius, *non vſque ad conſubſtantialitatem Chriſti, ſed vſque ad ſocietatem germaniſſimam eius hæc vnitas perueniſſet*, & inferius, *noſtra, & ipſius coniunctio, nec miſcet perſonas, neque vnit ſubſtantias, ſed affectus conſociat, & confœderat voluntates.* Quid clarius? neque quod Vaſquez reſpondet, ſcilicet Cyprianum tantum negare vnionem phyſicam, non verò myſticam, & moralem, aliquid eneruat: nam hoc eſt quod nos contendimus, ſic licet inter carnem Chriſti, & ſuſcipientis nullam prorſus verè interuenire vnionem phyſicam, naturalem, ac realem, niſi moralem, & myſticam modo quo ſuprà expoſuimus.

Cyprian.

Secundò, Damaſcen. lib. 4. cap. 14. vbi ſic: *Ex voluntate quippe coniunctio hæc exiſtit, non autem citra animi noſtri ſententiam, omnes enim vt Apoſtoli verbis vtar, vnum corpus ſumus, quoniam ex vno pane participamus*; vbi, vt vides totam vnitatem ex voluntate, & in voluntate & amore fieri ſentit Damaſcenus.

Damaſc.

Tertiò, Cyrillus Catech. 4. myſtag: *Sumpto corpore, & ſanguine Chriſti effici nos comparticeps corporis, & ſanguinis eius, & ſic Chriſtophori erimus, cum eius corpus, & ſanguinem in membra noſtra receperimus, atque ita vt beatus Petrus dicit, diuinæ naturæ conſortes efficiamur*; vbi Cyrill. ex ſumptione corporis Chriſti nullam aliam vnionem aſſignat niſi ſpiritualem, & diuinam.

Cyrillus.

Ratione autem vnica, ac ſingulari hæc probatur ſententia, quia illud prorſus impoſſibile, dico moraliter loquendo & de phyſica, ac propria vnione; neque vnquam aliquis ſic demens extitit, vt hoc affirmaret, vnde tota controuerſia, vt rectè Suarez, tantum eſt de voce, non de re ipſa; quod etiam nos contendimus impropriè ſic vocari; vnde ſi aliqui illud æſtimarunt, prorſus ſunt decepti, ſicuti & deceptus Cardinal. Mendoça, qui, vt refert Suarez vbi ſup. dicitur aſſeruiſſe Chriſtum ſacramentaliter manducatum, non ſolum fieri realiter præſentem in loco, quem ſacramentaliter ſpecies ſacramentales occupant, ſed quodammodò diffundi per totum corpus hominis, & toti illi, & omnibus partibus eius realiter vniri, ſeſéque commiſceri, quam opinionem *pluſquam temerariam* appellat, & meritiſſimè Suarez; quod ſi verum illud dixiſſe, & inſuper typis mandaſſe, quid de eius ſcientia in reliquis iudicium ferri poſſit, educere facilè erit.

Tandem euidenter noſtra ſententia concluditur, cum vt ſuprà diximus, nullum genus vnionis hic imaginari poteſt, non formale per modum compoſitionis, cum vnum quid compoſitum non efficiat; non effectiuè, cum Sacramentum nil influat in carnem, & illud quod influit ratione gratiæ, quam confert, pertinens ad diminutionem fomitis, vt rectè Suarez, non datur in vſu, ſed tempore oportuno, quia non datur per modum habitus, ſed auxilij. Ergo cum neque cauſet vnionem formalem, neque effectiuam, profecto nulla alia remanet.

Concludo tandem inaniſſimum, & infructuoſiſſimum eſſe, talem vnionem aſſerere, quia nullus ex ea ſpecialis fructus, non ſpiritualis vt patet, non ad reſurrectionem corporis, vt ſuprà euidenter probauimus, non ad effectus aliquos ſpirituales, etiam in ipſa carne deriuandos, cum aliunde illi proueniant ex gratia; Ergo ad quid eam aſſerere?

Secundò, nec aliquid deſeruit ad hæreticos confutandos, quin prorſus ad duriores illos conſtituendos, cum ex re tam improbabili aſſerta, miſeri, & infelices etiam adducent ſimiliter & reliqua eſſe, licet alia adſint fundamenta; & durius illis proponitur hoc myſterium, vnde potius retardantur, & verè, neſcio quàm conſultum hoc fiat, cum hoc ſacratiſſimum myſterium ob ſuam altitudinem, ac maieſtatem, ob tenuitatem noſtri ingenij tales ac tantas in ſe obuoluat difficultates, vt in nullo tanta ſit neceſſitas fidei, ob quod per antonomaſiam *myſterium* vocetur *fidei*, ob quid ergo nouas addere difficultates, nouóſque nodos, cum ad illos nulla nos cogat authoritas diuina, nulla ſanctiſſimæ eius Eccleſiæ, nullus Scholaſticorum, aut Patrum conſenſus, cum ſi aliquis illo modo loquendi vſus ſit, piè aliter exponi poſſit?

Vltimò non ſolum inutilis talis eſt opinio, ſed etiam dedecet maieſtatem, grauitatem,

Digitized by Google

altitudinem, ac decorem Christi Domini nostri, quod me impulit de hac re prolixius scribere; nam etsi os, & caro ipse nostra ob suam humilitatem, ac benignitatem, nos serui, nos vilissimi, nos abiectissimi, nisi magno Scripturæ fundamento, verborumque ipsius, non sic audacter arrogare nobis debemus æqualitatem, vt quasi vni ad dexteram consedeamus excelsi: nam disturbabimur. Sufficiet ergo nobis, quod vltra dignitatem ad consortium diuinæ sinus euocati naturæ secundum spiritum, quod vnictum illo ex affectu, absque eo quod indecenter & vnionem prætendamus carnis physicam, quod horridum quid sonat: nam non Spiritus, sed carnis talis sapit cogitatio, & verba Domini nostri *Spiritus, & vita sunt*, non caro: nam, vt ipse testatur Ioan. 6. n. 64. *Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quidquam*; at de his satis.

Ioan. 6. n. 64.

§. III.

De gratijs, & donis.

Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus. Enumerò si talis, ac tantus Christi extitit amor in huius institutione Sanctissimi, vt infinitus, vt immensus, sic, vt imperceptibilis propè, ac incomprehensibilis dicatur, quales ex illo, siue eius erunt effectus? qualia dona? nonne etiam incomprehensibilia? vnde rectè Nyssenus in c. 3. Eccle. Homil. 8. *Caro si quidem Verbi, dit, quæ in cibo inest, non vnã aliquam gratiam habet, quin potius dulcis efficitur gustantibus, appetenda capientibus, & diligentibus amabilis*: quod equidem dixit, supponendo vnum, scilicet quod qui Christi, non suam amat carnem. *Qui ergo hanc amat carnem, non est amicus suæ carnis, & qui in hunc sanguinem est affectus, mundus erit à sensibili sanguine.* Quod ideò adnotarim, vt dum de donis ac gratijs huius discurremus Sanctissimi, ab illis se expediat, qui alterius est amator carnis, alterius sanguinis, vt infrà. Infinita ergo sunt dona, infinita charismata, quæ vt ordine procedamus, ad tria possunt reduci genera; primum, ad gratias habituales, vt sic dicam; secundum, ad actualia, specialissimaque auxilia; tertium, ad gratias quas corpori confert.

Nyssenus.

HOMILIA LXXIX.

De gratijs habitualibus.

QVoad gratias primi generis, Primo certum est, hoc diuinissimum Sacramentum per se, & ex propria institutione conferre gratiæ augmentum, vt magis ac magis hominem cum Christo vniat, vt cõmunis est opinio apud Theologos cum S. Thom. 3. part. quæst. 79. quæ etiam est de fide; in qua re illud ad huius magnitudinem gratiæ est ponderandum, ipsum per se institutum, vt nos confirmet, roboret, vitéque augeat, non ad resistendum diabolo, cæterisque Dei inimicis, sed ad vniendum nos cum Christo, vnumque cum illo nos efficiendo: nam etsi etiam illum effectum conferat per accidens, tamen effectus proprius illius est augere ad vnionem cum Christo, confortare ad vnitatem, & ad sic viuendum, vt *Christophori* dicamur, vt ait Cyril. Hierosolym. catech. 4. Vnde egregiè Diu. Thom. vbi sup. art. 1. ad primum, soluens obiectionem, nempè non esse proprium huius Sacramenti augere gratiam, cum hoc pertineat ad Sacramentum *Confirmationis*, respondet, hoc sacramentum augere gratiam, illámque perficere. *Aliter tamen quam per Sacramentum Confirmationis, in quo augetur, & perficitur gratia ad resistendum contra exteriores impugnationes inimicorum Christi; at per hoc Sacramentum augetur gratia, & perficitur spiritualis vita ad hoc quod homo in seipso perfectus existat per coniunctionem ad Deum.* Ex quo illud admirabile elucet, plus nobis Christum in hoc Sacramento contulisse, quam in cruce, quam in ipsa eius morte, ac proinde altius in hoc Sacramento de nobis concepisse, quam in cruce; nam in illa principaliter nostram spectauit redemptionem, & à potestate ereptionem diaboli; in hoc autem diuino Sacramento primò & per se nostram vnionem, immo diuinitatem, vt propè ex ipsius communicatione Dij efficiamur, diuini, in eius quodammodo diuinitatem transsubstantiati, vt sic dicam, & hic est sensus verus, ac proprius horum verborum: *Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Mira consequentia, profecto cum ex præmissa illa, scilicet *caro mea verè est cibus*, &c. sequatur consequentia; certè non sic debebat elici, sed ad cibum, & potum se referens, debebat dicere, in carne mea manebit, & ego in illa, sicuti cibus manet in nobis, cum intra nos est, & nos in illo quando in nobis ipsum transmutamus. Sanè hoc esset, si iste cibus diuinus ad m[illegible] esset ordinarij, qui sic in nobis manet, vt c[illegible]n à nobis accipiat, eum nos in nos tra[illegible]us; at non sic diuinus iste cibus, sed sic ma[illegible]obis, vt non nos illum in nos, sed ipse in se ipsum nos transferat, diuinos nos efficiens, in diuinitatem suam, vt sic dicam nos quodammodo transsubstantians. Egregiè hoc Nyssenus Homil. 8. in Ecclesiast. sic dicens: *Propterea*, attende causalem, *nobis seipsum comedendum proponit is qui semper est, vt cum ipsum in nobis ipsis ceperimus, illud fiamus, quod ille est.* Egregiè, ideò se hic dereliquit in cibo, & potu, non, vt ipse fieret quod sumus, cum hoc iam inde ex conceptione habuit, sed vt fiamus, quod ipse est, diuini vt ille, hinc non dixit, in carne mea manebit, sed *in me, suppositum indicans diuinum*, vt rectè Toletus in hæc verba. Ergo per hoc Sacramentum non an redemptionem vocamur, sed ad vnionem, & ad consortium, ne dicam diuinitatis consessum; vnde eius finis, ac præcipuus scopus est nos confortare non ad quemlibet finem, sed altissimum, sed diuinissimum, ad vnionem scilicet diuinitatis, sic, vt quod ex se impar natura, sufficiens inueniatur per illud.

S. Thom.

Nyssenus.

Toletus.

Hinc cum ob hoc sit institutum, non sicut ordinarius cibus grauat ad somnum, sed excitat ad vigilantiam, roborat ad fortitudinem, sic, vt non desistant dignè accipientes donec Deum apprehendant; hoc equidem adnoto in comestione illa Eliæ Iezabelem fugientis, 3. Reg. 19. bis enim comedit: *Respexit, & ecce ad caput* 3. *Reg.* 19.

1. Gratiæ sacramentalis proprius effectus.

2. In quo differat à gratia Confirmationis.

3. Per virtutẽ huius Sacramenti vt ad diuinitatem assurgimus, & quanta gratia.

4. Roborat, & fortitudinẽ præbet vt Deum apprehendamus.

ſuum ſubcinericium panis, & vas aquæ; comedit ergo, & bibit; at quid ex hoc cibo? ſomnus, *& rurſum obdormiuit*, cur? quia non amplius quàm naturalis, & ad vires tantum confortandas humanas præſtitus; Vnde Hieronym. epiſt. 22. ad Euſtoch. de cuſtodia virginitatis, hoc adnotans ad parſimoniam ciborum illud referens, adnotat lautiori cibo potuiſſe Deum Eliam confortare, ſed noluiſſe: *Reſpexit*, ait, *& ecce ad caput ſuum ſubcinericium panis, & vas aquæ, renuit non poterat ei Deus conditum merum mittere, & electos cibos, & carnes*? at iterum experrectus etiam ſecundò comedit, ſed quid ex hac ſecunda comeſtione? excitatio, fortitudo, & progreſſus vſque ad montem Dei, vſque ad viſionem Dei; *Qui cum ſurrexiſſet, comedit, & ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montem Dei Horeb.* Vnde hoc? ſanè quia hic figura extitit huius Sanctiſſimi, vt affirmat Paſchaſ. Ratb. lib. de corpore, & ſanguine, c. 10. per quem, & ex cuius fortitudine ſic fortes euadimus, vt vſque ad montem altum, montem peruenſamus vnitatis cum Deo. *Hoc potu, & cibo Eliæ de manu Angeli paſtus*, ait Paſchaſ. *quadraginta diebus per quos præſens ſæculum ſignatur, vſque ad montem Dei dicitur peruenisse, ex quo patenter innuitur, quod cibus iſte Euchariſtiæ corporis, & ſanguinis Domini manibus Angelicis defertur, & refertur per quem noſtra infirmitas relenatur.*

Hieron.

Paſchaſ.

5. Angeli Sanctiſſimi Sacerdotibus quodammodo inuident eorum geſtientes præripere officium.

Hinc, quia ad talem, tantamque nos ſublieuat dignitatem cibus iſte diuinus, ſic nobis Angeli Sanctiſſimi æmulantur, ſic Sanctiſſimam hanc comeſtionem venerantur, vt quia de ea ipſi comedere non poſſunt, ſaltem procurant nobis illam tribuere, ac nos per ſe communicare, quaſi noſtrum, qui Sacerdotes, inuidentes officium, ea qu[illegible]nos ſunt beneuolentia deſiderantes, [illegible]m per ipſos ad talem tantamque per[illegible]s ſublimitatem. Ob quod obſeruo il[illegible] quod obſeruauit Abulenſ. in prædictum locum quæſt. 6. nempè prima vice, etſi excitatus Elias ab Angelo, non illum vidiſſe, nec cum eo allocutum, ſed tantum in ſomnis; at in ſecunda, quia talis cibus, ſeu talis comeſtio hanc ſacratiſſimam præfigurabat, non in ſomnis, ſed in vigilia, & cum Angelo locutus, immo & ab eius accepit manu cibum; hinc ſignanter adnoto dixiſſe Paſchaſ. de hac ſecunda vice Eliam per manus Angeli paſtum. *Hoc cibo, & potu Eliæ de manu Angeli paſtus*, denotans hoc quod dicebamus, nempè quia hæc ſecunda comeſtio figuram huius gerebat cibi, quatenus in eius virtute peruenire deberemus vſq; ad montem Dei, vſque ad montem diuinitatis, vſque ad diuinæ vnionis ſublimitatem; noluit Angelus ſanctiſſimus ob eius reuerentiam, vt ex ſe illud Elias ſumeret, ſed ipſum miniſtrare, præſtare, ac in os eius immittere, officium Sacerdotum præuidens, & æmulans; vt ex hinc intelligas quanta ſit huius cibi dignitas ex hoc tantum fructu, gratiæ nempè accretione, & augmento. Ob quod ſæpè patres ad hunc effectum denotandum carnem Chriſti viuificatricem appellant; ſic Cyrill. lib. 4. in Ioan. c. 13. & 14. dicens: *Viuificatiuum Dei verbum vniens ſeipſum propriæ carni, fecit ipſam viuificatiuam, decebat enim cum noſtris quodammodo viuiri corporibus per ſacram eius carnem, & pretioſum ſanguinem.* Et hoc quidem, vt accreſcentes ad vnitiuam perueniremus ſocietatem, vnde idem in Conc. Epheſ. in eius epiſt. ad Neſtorium: *Ad myſticam benedictionem*, ait, *accreſcimus, & ſanctificamur*, hoc eſt ſanctificando accreſcimus, quia nutrimur vt ait Baſil. Serm. 1. de Baptiſm. c. 13. *Qui per baptiſmum regeneratus eſt, participatione diuinorum myſteriorum deinceps nutriri debet.* Vnde rectè Chryſoſtom. lib. 4. in Ioan. c. 6. quaſi lactentes ad huius Sacramenti mammillas confugere debere affirmat, vt lactemur: *Maiori*, inquit, *deſiderio, quaſi lactentes ſpueri gratiam Spiritus ſugamus, vnus ſit nobis dolor, vna triſtitia; ſi hoc alimento ſpirituali primemur.*

Cyrill.

6. Caro Chriſti in Sacramento eſt viuificatrix, & qua ratione.

Baſil.

Chryſoſt.

Secundus autem huius diuiniſſimi effectus Sacramenti eſt per accidens etiam primam gratiam conferre, ac peccatum delere mortale, quæ ſententia eſt Diui Thom. in 3. part. quæſt. 79. & 80. art. 4. ad tertium, & in 4. diſtinct. 9. quæſt. 1. art. 3. quæſtiuncul. 1. & diſtinct. 12. quæſt. 1. art 3. multorumque recentiorum, tum Thomiſtarum, tum aliorum, quæ ſententia ſanè intelligenda; tunc ſcilicet peccatum mortale remittere, quando de illo ſpecialiter quis veram, ac ſupernaturalem habet attritionem, ex quo exiſtimet quis ſe verè contritum, ac in gratia accedere, ac proinde inuincibili de ſuo ſtatu ignorantia ſe puriſſimè accedere reputat, vt egregiè de hac re Suarez de Sacramento Euchariſt. diſputat. 63. ſect. 2. quam Diui Thomæ opinionem libentiſſimè præter tanti Doctoris authoritatem ideo ſequor: nam aliàs difficillimè Sanctorum defenderemus patrum locutiones; & etiam quia multum ad reuerentiam, honorem, decorémque huius conducit Sanctiſſimi, cum aliàs ſi hoc nõ eſſet, equidem ſæpè inuincibiliter daretur canibus, premerent eum animalia, dedecore afficeretur corpus illud Sanctiſſimum. Hinc etſi materialiter impuri, ſi ſine culpa cum reuerentia putantes nos purè accedere, mundabimur? Sanguine premimur peccatorum, infinita erogauimus, vt mundaremur, putantes nos mundatos fide accedimus, nunquid non ſalutem accipiemus?

7. Cõfert Sacramẽtum per accidẽs primam gratiam.

S. Thom.

Suarez.

Enimuero Marc. 5. n. 21. mulier illa profluuio ſanguinis abundans multa à medicis perpeſſa, cum nil profuiſſet, etſi omnia erogaſſet, clàm tamen, ac fidenter tetro veſtimentum eius attingens, nunquid ſtatim non ſanata? immo illico? *Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius*, quid ergo? hæc ſanata, etſi immundam ſe ſciebat? nunquid non ſanabitur, qui immundum ſe neſciens, mundum ſe præſumit, ac per hoc deuote, & fidenter accedit? Audi Cyprianum *In huius præſentia*, inquit in Serm. de Cœna Domini, *non ſupernacanea mendicant lachryma veniam, nec unquam patitur contriti cordis holocauſtũ repulſam; quoties te in conſpectu Domini video ſuſpirantem, Spiritum ſanctum non dubito aſpirantem, cum intueor flentem, ſenſio ignoſcentem*; tetigit illa bona fide veſtimenta tantum, & ſalua facta eſt, & nos minimè, dum verum eius corpus, quod tactu viuificat? *Panis hic*, ait idem Cyprian. *per ſpeciem, & Sacramentum res tactu ſanctificat, fide illuminat, veritate Chriſto conformat.*

Marc. 5. n. 21.

Cyprian.

Hinc, etsi cum peccatis accedimus ignoratis, sufficit, vt lapis iste diuinus super expressa A cadat, vt etiam & reliqua destruat; confessus es multa, ex ignorantia inuincibili relicta sunt aliqua defectu aliquo similiter inuincibili, effectum non accepisti absolutionis, reputas te contritum, quid ergo? accede, nam dum super infima cadit hic diuinus lapis destruet & grandia, *Abscissus est lapis*, ait Daniel ad Regem c. 2. n. 34. *de monte sine manibus, percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos*, quid iste lapis? Christus in Sacramento ait Diu. Thom. Opusc. 58. c. 20. qui in illo sine manibus, sed tantum verbo, quid ergo? percussit pedes ebsque comminuit; at nunquid tantum pedes? immo & totam illam molem, *Tunc*, signa verbum, *contrita sunt pariter ferrum*, testa, *as*, *argentum*, *& aurum*, *& redacta quasi in famillam æstiui areæ*, contriuit pedes, quia in illis cecidit, sed quia lapis erat diuinus diuinam in se continens efficacitatem, cum pedibus omnia simul contriuit; sic equidem hoc Sanctissimum, etsi ex se, vt infrà dicemus leuia dimittit peccata, tamen per accidens & grandia? Vnde Damascen. lib. 4. c. 14. *Sis qui Sacramentum hoc per fidem dignè susciperunt*, ait, *in peccatorum remissionem, & vitam æternam, animique, & corporis præsidium cedit, omne incommodum propulsat, eamque vim habet, vt omnem spurcitiam abstergat, neque in quibus summus peccatis confiderat, sed ægrotos curat, collisos reintegrat, & sicut pastor bonus ab omni nos erigit casu.* Pende illud, *neque in quibus summus peccatis confiderat*, sic Christus regiò in illo existit corde, sic grandi, vt dummodo ignoranter, ad peccata etsi grandia non attendat, hinc etsi ægrotos nos sanat, etsi collisos redintegrat, etsi deiectos erigit, quid præclarius?

Daniel. 2. n. 34.

Damasc.

B

C

3 Tertius effectus peccata venialia tollere ex opere operato.

Tertius huius Sanctissimi effectus, est ex opere operato peccata venialia præterita; & quæ habitualiter sunt in nobis tollere, hominémque purgare, est Diu. Tho. cum magistro sententia. in 3. part. quæst. 79. art. 8. & communis, dixi quæ habitualiter hoc est præterita, nã actualia, seu quæ actu committuntur, & affectu in actu sunt volita, non tolluntur, vt rectè Suarez in Comment. illius articuli; at præterita aufert, vt sic ex omni parte debellentur inimici, ac totaliter pessundentur; vt ex hinc videas qualis quantúsque sit huius diuinissimi cibi fructus.

9. Dealbantur ob hoc fideles.

Pſal. 67. n. 51.

Dum discernit, hoc est dissipat, atque dispergit, *Cælestis*, nempè Deus, *Reges*, hoc est peccata grandia in cruce, Rex ait Propheta Psal. 67. n. 15. *Super eam*, hoc est Dei hæreditatem, *nive dealbabuntur in Selmon*, reliqua minora, & leuia etiam tollentur, sic vt quasi niue dealbati omni macula detersa existant fideles per *Selmon*, per corpus scilicet Christi in Sacramento, Diu. ait Thom. Opusc. 58. c. 20. *Selmon*, ait, *mõs Dei est, & interpretatur umbra, & corpus Christi significat, quia sicut fit de luce, & corpore, ita in corpore Christi est lumen diuinitatis, & caro humanitatis, in hoc monte umbroso super niuem dealbabuntur fideles, quia virtute corporis Christi incomparabiliter à macula peccatorum emundantur.*

D

10. Et omnino purgantur.

Enimuerò licet Sanctus Isaias, tamen in Dei præsentia sic exterritus manfit sua considerans peccata, etsi leuia, vt suprà se plangens, velut quasi super mortuum, væ sibi annuntiauerit c. 6. n. 5. *Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis*, quid tantum peccatum pollutio labiorum? sanè multum etsi veniale; nam Dei seruis leuia magna videntur peccata, quid ergo? vnde mundatus? ex calculo, quem forcipe tulit Angelus ab altari; quid carbo iste diuinus, ignitus, purificans, abstergens, mundissimum Prophetam reddens, nisi hoc diuinissimum Sacramentum? Audi Iustin. quæst. 44. sic hunc elucidantem locum, *Visione quidem ea quæ Isaiæ ostensa est, Christi mysterium enuntiabatur, qui in sede gloriæ sedet eíque sancta carnis sua peccata impiorum, scelestorumq; hominum expiat, carbo enim quem Propheta vidit immundis suis labijs adhærentem ad iniquitatem, peccatorumq; expiationẽ habebat Dominicæ carnis figuram quæ conscientiam eorum, qui ipsam edunt ab omni scelere expiat?* Vnde rectè Paschas. citatus à Diu. Thom. Opusc. 58. c. 25. *Licet omnia*, ait, *peccata in baptismo sint donata, infirmitas tamen peccati, id est fomes in carne remanet, & quia ex hoc, quod quotidie labimur, saltem in venialibus, ideo Christus pro nobis quotidie immolatur, vt qui semel moriendo mortem demicit, quotidie delictorum per hæc sacramenta relaxet.*

Isaiæ 6. n. 5.

11. Calculus Isaiæ diuinum hoc præsignabat Sacramentum. *Iustinus.*

Hinc quando dignè accedimus sic mundamur, vt omnino sanctificati inimicos nostros pessundemus, ac virtute huius Sanctissimi sanditus exterminentur, quasi Leones, vt Diu. aiebat Chrysost. ex illa mensa recedentes. Iudic. 7. n. 13. Timidus Gedeon contra Madian iussu Domini de nocte ad exercitum accedens inimicorum, vt audiret, quid inimici loquebantur, vt exinde animosior efficeretur, talia per sensit; *Cũ venisset Gedeon narrabat aliquis ſomnium proximo ſuo, & in hunc modum referebat, quod videbat, videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeaceo volui, & in castra Madian descendere: cumque perueniſſet ad tabernaculũ percuſſit illud, atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit, reſpondit ei qui loquebatur, non eſt hic aliud niſi gladius Gedeonis, tradidit ei Dominus Madian, & omnia caſtra eius*; Mira interpretatio; quid panis cum gladio? immo mira visio, si deletionem figurare, ac totalem Madian destructionem, cur panis de cælo voluitur, & non gladius? sanè hoc si de pane non figurato loqueretur; at quia panis ille Christi figuram gerebat Madian superaturus, ac funditus deleturus, vt Sanctus affirmat Greg. Moral. lib. 30. c. 16. explicans illum locum Isaiæ 6. *Ingum aneris eius*, ideò figurã victoriæ non in gladio, sed in pane demõstratã; vt inde intelligas, inquit Auguſt. lib. 1. ad Ianuarium, *quod Sacramento corporis Domini ſubiugatus eſt mundus*; nec minus diabolus, dum omnia per illud tolluntur peccata, ac penitus absorbentur.

Iudic. 7. n. 13.

12. Est panis Gedeonis, quo pessundantur inimici.

S. Gregor.

Auguſt.

At ne ocasio elabatur, siue è memoria excidat, placet etiam ex hoc loco duas tibi eluere tropologias: panis è cælo voluitur funditus delẽs Madian; cur non potius gladius? vide, an quia iam eum habebat Gedeon in manibus, quo inimicos debellare, & ipse debebat. quid inde? sanè illud, verum quippe Sacramentum venialia dimittere, diabolicas debellare potestates, dæmones enervare, vitia pessundare; at vide, quod non solitariè, sed secum gladium simul habens, simul

13. Nostra cooperatio necessaria ad emundationem & puritatem sacramentalem.

cooperãte,simul in virtutibus te exercente:nam alias nil prorsus inde auferes; immo iudicium tu,non dæmon ex illo,subrubis. Audi tremendam de hac re Basilij sententiam lib. 3. de Baptism. c. 3.& audi,non solum tu,qui legis,sed qui consulis impuris quotidianam communionem, eo prætextu, quia sine conscientia accedunt mortalium,attende Sanctorum doctrinam, & dum contra tuam eam reperis, dic tuam stultam, & resipisce. *Non enim*,ait Basilius,*terribile tantum iudicium habet, qui in carnis, & spiritus inquinamento ad sancta accedit indignè, sed & qui otiosè,& inutiliter edens,& bibens, in eo quod nõ per memoriam eius,qui pro nobis mortuus est, & resurrexit,custodit illud Apostoli,charitas Christi urget nos.* Audisti par iudicium inquinaro,& negligenti affirmat Basilius futurum, ratio quia *charitas Dei non urget illum.* Sensatissimè equidem, pende Dei charitatem in hoc Sanctissimo, & dum te illa inspexeris non vrgeri, vt dignè viuas,vt opera exerceas virtutum,sed aspicis prout,ad illud diuinissimum te accedere, nullis stipatum meritis, time iudicium, non confide in præmio, quia vt Sanctus ait, *iudicium habebit segnitiei*,quod excellentissimo probat exemplo, cum ponderat non solum Deum iudicium præparasse verbo proferenti otioso, sed durius talentum abscõdenti;*nec eos innoxios esse sinit, qui verbum aliquod otiosum proferunt,sed vehementius otiositatis iudicium declarat in eo, qui talentum acceptum in otio,& segnitie integrum seruauerat.* Egregiè, illo iudicium subiuit, quia positiuè otiosè peccauit, iste quia negatiuè, ille ob otiositatem,iste ob segnitiem, quid ergo? quomodo accedendum, vt fructum capiamus? armati profecto vti Gedeon, operando, bene viuendo,& nos vitam Domini nostri in corpore nostro repræsent[illegible] Audi Basilium, *Oportet igitur accedentem ad corpus, & ad sanguinem Domini,non prius eorum esse à quouis inquinamento carnis & spiritus, ne indicium edat,& bibat,sed ostendere in vita memoriam eius, qui pro nobis mortuus est,in eo quod mortificatus est peccato,& mundo, ac sibi ipsi,& Deo viuat.* Attende vltima,peccato,mundo,tandem sibi ipsi mortificatus esse debet accedens, ac Deo viuere tantum, nisi iudicium subire velit secundum Basil. quis non trepidabit?sed de hac re iterum infrà.

Secundum quod adnotandum est, panem occidisse,panem solo coequasse tabernaculum, panem funditus consumpsisse exercitum, mirum, cum panis potius symbolum deberet esse vitæ,lætitiæ,ac abundantiæ,vnde ergo illi mors? sanè hoc tibi perspicuum fiet,si obserues vbi cecidit, sanè in castra Madian, in tabernaculum Regis, quid hoc? in gente scilicet inimica,in peccatoribus indignis, quid ergo mirum si occidit,si perdidit, si deleuit, non sic quando in castra cecidit amica saturauit, repleuit, saginauit; at nunc quando in exercitu inimico ad iudicium descendit, non ad alimentum, quid ergo? illud, quod Apostolus inquit *iudicium sibi manducat, & bibit*; nam vt rectè Cyprianus Serm. de Cœna Domini, talis sumptio iniuria est, non deuotio, *Tu si templum Spiritus sancti violas*, ait, *si intra te sacrarium Dei deturbas,& fœdas, si cum calice Christi de calice dæmoniorum communicas, contumelia est, non religio, iniuria, non deuotio*: quod cum sit, quid mirum si deleuit, etsi panis, cum inter inimicos cecidit,non amicos, ad quos dum dignè peruenit,funditus peccata delet, solo coæquat tabernaculum Madian, hoc est inimici potentiam, peccata,etsi venialia destruens.

Basilius.

14. Impuè accedit secũdum Basilium,& iudicium suo modo comedit, qui cum venialibus nõ retractatis accedit.

15. Omissionis peccata etsi venialia durissimè à Deo castigãtur.

Idem.

16. Sacramentum etsi panis,gladius est indignè fomentibus.

Cyprian.

HOMILIA LXXX.

De gratiis actualibus Sanctissimi.

DE gratiis actualibus disserturi, prima illa se offert vtilis, & prope modum necessaria, illud scilicet auxilium quod Sacramentum etiam ex opere operato confert ad peccata vitanda, & tentationes superandas, sic Diu. Tho. vbi sup. quæst. 79. art. 3. ad primum, & art. 4. vbi allegat Innocent. III. lib. 4. de sacro mysterio altaris c. 44. ante medium; quod etiam satis, supérque Concilium significat Trident. sess. 13. c. 2. illis verbis: *Sumi autem voluit hoc Sacramentum tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit, qui manducat me, & ipse viuet propter me, & tanquam Antidotum qua liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur.* Quam admirabilis hic fructus, quis dignè explicare illud potest? considera peccatum, eiusque malitiam, considera in peccatum reincidentiam quam grande sit malum; de qua re nos abundè in 1. tom. & dum videris hoc Sanctissimum ab illa te præseruare, & ab illis exulta, & ad illud sumendum accendere, nam si stas illi debes, qui intra te, cuius Spiritus intrò corpus tuum.

S. Thom.

Trident.

1. Sacramenti fructus auxilia præbere ad non reincidendum in peccata.

Enimuerò in admirabili illa Ezech. visione c. 1. n. 76. super firmamentum, & in throno hominem vidit ex electro, & igne intrinsecus, & extrinsecus totum refulgentem, *& super similitudinem throni quasi aspectus hominis desuper, & vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis, intrinsecus eius per circuitum.* En quam terribilis homo iste totus ignis intra, & extra, quis ille? satis patet ex omnibus patribus Christus Dominus noster igne diuinitatis totus refulgens intrinsecus, & extrinsecus, sic Gregor hic Homil. 2. vnde Athanas. de Incarnat. Verbi hanc Christi diuinitatem in corpore, ac Christi anima refulgentem perbelle explicans affirmat verbum diuinum sursum, deorsum suæ diuinitatis radios in Incarnatione explicuisse, superiorem namque partem humanitatis animam nempè, & inferiorem, hoc est carnem, ita illuminans, vt statim appareret, & peculiari modo ibi inesse diuinitatem; at quid? hic homo sursum ignis, inferiùs ignis, totus diuinus, totus ardens, totus proinde terribilis, qualis eius effectus sic ab Ezechiele visus? timor, stupor, tremor, tandem casus, c. 2. n. 1. *Hæc visio similitudinis gloriæ Domini, & vidi, & cecidi in faciem meam.* Mirum, cum etsi totus ignis ille homo, tamen sub pedibus iris erat pacis symbolum, *velut aspectus arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ.* Si ergo arcus pacis symbolum, vnde ei timor tantus? sanè quia, etsi Christus in nube, ac proinde in iride, hoc est in Sacramento; nam iris in pedibus Christi *splenderem* signi-

Ezech. 1. n. 76.

S. Greg. Athanas.

Christus terribilis etiam in Sacramento, quando non sumitur.

ſicat *Sacramentum*, vt rectè ex patribus Cornel; Vnde ſpecialiter altaris, in quo veluti in *Cornel.* iride ſub ſpeciebus illis continetur diuinis, tamen quia non intra nos, ſed extra nos, dum eum non ſumimus, cadimus, deficimus, erecti ſtare non poſſumus; quid ergo, vt ſtemus, vt erigamur? intra nos illud immittere, carnem, ſpiritumque Chriſti in nobis incorporare, inde noſtra fortitudo. En tibi Ezechiel, qui prius langueſcens, nunc fortis ſtat ſupra pedes ſuos; quod ſi inquiras vnde? ſanè à Spiritu in eius animam, in eius corpus ingreſſo, *& ingreſſus eſt in me Spiritus, & ſtatuit me ſupra pedes meos*, vbi ſecundum Theodoretum per Spiritum *Theodor.* *diuina virtus*, & mea ſententia ille idem homo qui totus ignitus, qui *Dei virtus* à Paulo dicitur, hic qui prius ſic terribilis, vt ad languorem adduceret, poſtea in iride eſus, ſiue epotatus, ac in animam immiſſus fortes, adamantinos conſtituit homines contra tentationes, contra peccata, dum alias infirmi inuenimur; Audi Cyprian. de Cœna Domini *Cyprian.* egregiè de hac re: *Vt manifeſtum eſt eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Euchariſtiam in re communicationis accipiunt, ita contra timendum eſt, & orandum, ne dum quis abſtemius ſeparetur à Chriſti corpore, & procul remaneat à ſalute, comminante ipſo, & dicente, niſi manducaueritis carnem.*

3. Sacramenti in frequentia infirmos conſtituit homines.

Hinc idem Sanctus, licet Africanum determinaſſet Concilium relapſis Euchariſtiam non ſubminiſtrandam niſi in caſu neceſſitatis, infirmitatis ſcilicet, inſtante poſtea noua perſecutione, & his dandam cenſet, ne iterum in tormentis deficerent, & vt ſe ad martyrium præpararent, fortificarent, viréſque ex illa ad C reſiſtendum aſſumerent, *At nunc non infirmis*, ait, *ſed fortibus pax neceſſaria eſt, nec morientibus, ſed viuentibus communicatio danda eſt, vt quos excitamus, & hortamur ad prælium non inermes, & nudos relinquamus, ſed protectione ſanguinis, & corporis Chriſti muniamus.* Et infrà huius rei rationem reddens, ait: *Quia idoneus eſſe non poteſt ad martyrium, qui ab Eccleſia non armatur ad prælium, & mens deficit, quam non recepta Euchariſtia erigit, & accendit*, quid? nonne martyrium prolongata vitæ confeſſio? ſanè Tren. 4. n. 7. *Candidiores Nazarei eius nine, nitidiores lacte rubicundiores ebore antiquo*: Vbi ſermo de religioſis hominibus Deo conſecratis, quales Nazarei, hi ergo candidi, ac nitidi per confeſſionem ſanctam, per vitæ puritatem, at nunquid D non etiam martyres? vnde & rubicundi? ſanè, nam & ſi niuei, & ſi lactei, tamen rubicundi, vt antiquum ebur, qui etſi albus, diuturnitate tamen fit rubicundus; hinc confeſſorum vita diuturnitate martyrium; quid ergo? ne deficiant pax neceſſaria, hoc eſt Euchariſtia, ac illis, quia vt ait Cyprianus, *idoneus non erit ad martyrium, qui non armatur ad prælium.*

4. Neceſſaria eius frequentia ad labores ſuſtinendos virtutis. *Tren. 4. n. 7.*

5. Religioſi ſunt etiam martyres, & religio prolongatū martyrium.

Hinc proprium huius Sanctiſſimi æſtus extinguere carnis, paſſiones moderari libidinoſas, ardores infrigidare libidinis, Exod. 16. n. 15. *Mane*, ait, *ros quoque iacuit per circuitum caſtrorum*; ſuper quem, vt diximus deſcendebat Man. Ergo Manna ros, & ros ſuper terram eam ab æſtu ſolis, quem prius paſſ[illegible], refrigerans, alleuians, confortans, quid

6. Æſtus Sanctiſſimum moderatur carnis *Exod. 16. n. 15.*

hoc? niſi figura, ait Gloſſa, huius Sanctiſſimi: *Panis cæleſtis*, ait, *in ſimilitudinem roris, & pruina ſuper apparebat, quia corpus Chriſti à feruore peccatorum refrigerat*; nam *cum dilectum Dominum ſuſcipimus*, Diu. ait Thom. *S. Thom.* vbi ſup. *amaritudinem paſſionis eius pia mente recognoſcamus, & ſic vermes malarum cogitationum à nobis repellimus.* Inde profecto Da- *Daniel. 1. n. 15.* niel, ac eius ſocij caſti, quia non cibo veſcebantur regio, ſed ſpirituali, ac veluti diuino, Daniel 1. n. 15. *Apparuerunt vultus eorum meliores præ omnibus pueris, qui veſcebantur cibo regio,* *Gloſſa.* vnde Gloſa, *Vultus eorum quos panis ſatiabat, qui de cælo deſcendit, apparuerunt meliores, decore ſcilicet caſtitatis.*

7. Es Sanctiſſimo confortamur ſic vt aliorū duces efficimur ad inimicos debellādos. *1. Reg. 30. n. 11.*

Immo ſic fortes efficimur ex hoc Sanctiſſimo, vt non ſolum nos noſtros debellemus inimicos, ſed etiam & aliorum duces nos faciamus, ad illos etiam exterminandos opes, auxilium præſtantes, illóſque dirigentes. Enimuero, 1. Reg. 30. vir ille Ægyptius, qui fame, ad inedia moriebatur ad Dauid eductus pane confortatus, ſic fortis, ſic validus ex pane euaſit, vt ipſe dux eſſet, ipſe anteſignanus ad exteros Dauid inimicos debellandos, occidendos, n. 11. *Dederunt ei panem, vt comederet, & biberet aquam, & reſurſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt*, cuius ratio, *quia non comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus.* Non equidem mirum, ſi ſic extabat languidus, dum panem non comederat; at ſine eum panem comedere, & ſtatim eum anteſignanum ipſiuſmet Dauidis aſpicies ad inimicos debellandos; *potes me ducere ad cuneum iſtum*, ab illo ex petit Dauid, ad inimicos ſcilicet; at quid ille, qui prius languebat? *Ego ducam te ad cuneum iſtum*; & eduxit, ex quo Dauid & eos percuſſit, ſic vt fugatus deleret, occideret, interimeret; qui[illegible]e Ægyptius ad Dauid adductus, ſic ex pa[illegible]dus, vt dux eius fieret? *Peccator*, Diu. a[illegible] Opuſcul. *S. Thom.* 58. c. 20. *quem prædicatores adduc[illegible]t ad Chriſtum per conuerſionem, qui pane Domini confortatus, fit dux exercitus Chriſti ad debellandos inimicos.*

8. Conſolamur ſic vt tribulationes libentiſſimè patiamur. *Idem.*

Nec ſolum gratiam præſtat ad debellandos inimicos, ad tentationes vincendas, fortificans, animans, viréſque præſtans, ſed etiam tanquam proprium illius animi excitat deuotionem, charitatis feruorem accendit, cum ſpiritus, cum animi ſuauitate, ac dulcedine, ſic Diu. Thom. vbi ſup. art. 1. ad ſecundum, & communiter omnes; quod quam dulcis hic ſit fructus, animæ experiuntur ſanctæ, ab hoc manna diuino, eiuſque dulcedine ſic refertæ, vt prorſus extrà ſe fiant, talem dulcedinem in ſe experientes, vt nec amplius patiantur, nec tribulentur, vi, ac virtute huius Sanctiſſimi, ipſæ tribulationes conſolationes effectæ, *paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me*, Regius ait Pſal- *Pſal. 22. n. 5.* tes Pſal 22. n. 5. quem locum de Euchariſtia intellexerunt Cyprian. epiſt. 63. Ambroſ. lib. de *Cyprian. Ambroſ.* Elia, & ieiunio, Paſchaſ. lib. de corpore, & *Paſchaſ.* ſanguine Domini c. 10. ſed quid? nunquid menſa oppugnantur inimici, at debellantur? profecto ſi carnalis minimè, ac ſi Sacramentalis omnino; hæc eſt enim inter vtrãque differentia, vt prima ſic triſte relinquit poſtea, ac an-

1. *Reg.* 1. n. 9. tea, 1. Reg. 1. n. 9. afflicta ex ſterilitate, ac ſociæ opprobriis Anna ſic amaro extabat animo, vt comedere nollet, *flebat, & non capiebat cibum*, ad quam accedens vir eius Elcana triſtem venire intendens ad epulas inuitauit, & ad prandium, at quid? nunquid inde læta? immo amplius triſtis; *Surrexit autem Anna poſt quam comederat, & biberat in Silo, & cum eſſet amaro animo orauit ad Dominum*, prius triſtis, poſtea amara, ergo prandium non eripuit triſtitiam, ſed addidit amaritudinem, ne mireris, cibus mundierat, prandium carnale; at accedat hæc menſa diuina, ſeu animæ accedant ad illam ſanctæ, Deus bone, quomodo omnis labor in refrigerium, omnis vertitur triſtitia in gaudium. Audi Chryſoſt. in eodem Pſalmi loco, *Chryſoſt.* *Qui ſunt*, inquit, *qui nos tribulant? ſuggeſtiones inimici, cupiditates, delectationes, ſæculi honores, ſed cum venimus ad menſam potentis, tribulationes efficiuntur conſolationes.* Egregiè, vbi pondero illud *cum venimus ad menſam potentis*; ideo namque hæc menſa nos conſolatur, ideo in tripudia vertit planctus, ideo contra inimicos erigimur, quia menſa eſt *potentis illius*, qui ſolus potens, qui ſolus efficere poteſt quidquid vult, hinc etſi ipſe conſolatur, non eſt qui contriſtet, nec adeſſe inimicus poteſt, qui debellet.

9. Dulcedo Sanctiſſimi inexplicabilis à recipientibus ipſum.

Immo tanto cõſolatione fruuntur, talé in ſe experiuntur dulcedinem, vt etſi in illo tunc quando intra ſe ſponſus eam deguſtantes, ibi in animarum intimo nominent, nomenque illi indant, quaſi eius cognoſcentes eſſentiam ſiue quidditatem, tamen experrectæ poſtea, nec eam nominare valent, nec edicere, ſic præ dulcedine abſorptæ, immo abſumptæ. Apocal. 5. n. 17. *Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit niſi qui accipit.* Pergami Antiſtes ſcribi mandauit Dominus, Auguſt. Rupertus, Primaſius, Auſbertus cum Hugone Cardinali, vnanimiter per manna abſconditum Sanctiſſimum intelligunt Sacramentum, ſicut etiam per calculum candidum Chriſtum ſub eo contentum, ſed difficultas eſt, quid per illud nomen nouum? Auguſt. notitiam intelligit Filij Dei, quam in baptiſmo accipit quis, quod nemo ſcit, niſi qui accipit, nimirum ex diuina reuelatione; bene hoc, ſi ſolus ipſe illud ſciret nomen, illamque notitiam; at quod Chriſtianus in baptiſmo filium Dei ſciat, quis eſt qui ignoret? Beda nomenclaturam filiorum Dei, vt ſcilicet, quod *Filij Dei nominemur, & ſimus*, eandem patitur inſtantiam, quam Auguſtini ſententia. Richardus *diuinam notitiam in patria*, bene, ſed tunc etiam iſta erit communis; Hugo Cardinalis nouam quandam appellationem beatorum in cælo, ſcilicet, quod ſicut nunc Chriſtiani dicimur, ſic tunc leſuani, hoc eſt ſaluati; frigeſcit, præterquam quod eſt diuinare, Rupertus perfectam, ſeu nobilem quandam appellationem, quam in patria beati poſſidebunt; ſed hanc etiam omnes ſcient, Ambroſ. Auſbert. *Chriſtiani* appellationem; ſed eandem patitur difficultatem: mea ſententia melius omnibus Bernardus lib. de conuerſione ad Clericos c. 21. qui per hoc nomen nouum dulcedinem interpretatur contemplationis,

Apocal. 5. n. 17.

10. Quid nomen nouũ in calculo ſcriptum Ioannes in Apocalyſi dandum Vincenti dixit.

Auguſt. *Beda.* *Rupert.* *Primaſ.* *Auſbert.* *Hugo.* *Auguſt.* *Beda.* *Ricardus.* *Hugo. Cardin.* *Rupert.* *Ambroſ.* *Auſbert.* *Barrada.*

quam nemo ſcit, niſi qui accipit, quia inquit, *non illud eruditio, ſed vnctio docet, nec ſcientia, ſed conſcientia comprehendit.* Egregiè; dulcedo enim contemplationis Chriſti in Sacramento, & ad quid ſapiat, nemo nouit, niſi qui accipit, cuius equidem ratio attendenda: nam cum ſit manna, & hoc ad quod quiſque volebat ſe conuertebat, fiebat, vt vnum nomen ſortiri non poſſet; hinc ſemper illi infixum *Manna*, quod interpretatur, *quid eſt hoc?* ſic equidem cum dulcedo Chriſti in Sacramento talis ſit, ac ſic admirabilis, vt ad quod quiſque velit ſapiat, fit vt licet accipiens nomen ſciat ſecundum quod ipſi ſapuit, tamen alter illud neſciat, quia ſecundum eius exigentiam alter deguſtauit; hinc ſolus ſcit qui accipit, hinc aliqui, quia conſolatione indigent, & accipiunt, *conſolatorem meum* illum appellabunt, alter qui miſeriæ ſubleuatione, *ſubleuatorem meum*, alter qui fortitudine *fortitudinem meam*, alter qui amico *amicum meum*, alter qui fratre, ſponſo, Rege, Deo, Saluatore, fratrem, ſponſum, Regem, Deum, Saluatorem nominabunt. Hinc ex tali inebriatæ dulcedine ſic extrà ſe fiunt, vt quando poſtea ad ſe redeunt, nec illud nomen, quod in receptione acceperunt aliis edicere poſſint; quod peculiariter adnoto: *Nemo ſcit*, ait, *niſi qui accipit*, cur quilibet neſcit? nonne reuelare ei poteſt, qui accipit? minimè; nam dulcedo illa *ſentiri poteſt, edici non poteſt*, ſic ineffabilis eſt, ſic vltra humanum captum, *panis iſte Angelorum*, ait Cyprian. Serm. de Cœna Domini, *omne delectamentum habens virtute mirifica, omnibus, qui dignè, & deuote ſumunt, ſecundum ſuum deſiderium ſapit, & amplius, quàm manna illud eremi implet, & ſatiat edentium appetitus, & omnium carnalium ſaporum irritamenta, & omnium exuperat dulcedinum voluptates*; Si ergo omnium dulcedinem exuperat voluptatum, ergo ipſius vltra humanum captum dulcedo; hinc cum extra ſenſus ſit carnis, nec ſimiles poteſt percipere ſenſus humanus, ſit profecto, vt verba exprimentia non inueniat, quia debilis imaginatio eam non apprehendit.

Cyprian.

11. Perfectiſſimam de inimicis Sanctiſſimum præbet victoriam & hoc cum ſuauitate, quod eius proprium.

Hinc ex hac dulcedine ſic interiores ipſarum oculi, ac vires illuminantur, reficiuntur, ſubleuantur, vigorantur, vt penitus inimicos debellantes perfectiſſimam de illis reportent victoriam, quod equidem proprium eſt huius Sanctiſſimi. Attende ad quæ dico, ſupra diximus inter huius effectus Sacramenti illum, victoriam eſt de inimicis præſtare, viréſque confortare, nunc ad hæc peculiarem addo modum: nam ſic illam præſtat, vt ſit cum ſuauitate, cum dulcedine, non ex vi mortificationis, aut patientiæ, ſeu tolerantiæ, ſed ex vi amoris, delectationis, immenſæque ſuauitatis, qua armatæ animæ ſanctæ penitus inimicos peſſundant. Enimuero illa animarum ſanctarum horribilia ſunt prælia dæmonum, quando non ſolum exterius afflictæ tormenta patiuntur, ſed quando interius obtenebratæ peſſum omnia ire præſumunt, ſic vt tenebris offuſcata mente, animum deſpondeant, vires langueſcant, ac tædio affectæ veluti ſuccumbant, quarum profecto remedium ſingulare

12. Animarum ſanctarum magna tribulatio quæ.

hoc

hoc est Sanctissimum, *Extenditque*, ait Scriptura, 1.Reg.14.n.27. *Ionathas summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis & convertit manum suam ad os suum & illuminati sunt oculi eius.* Vnde illuminati? nunquid cæci aut oculis orbus erat Ionathas? minimè; sed vt Abulens. cum Hugone & Caietan. dicuntur illuminati, quia ex fame ac inedia obtenebrati, ac penitus quasi obcæcati, vt ex inedia accidere solet, & quotidie prospicimus; in qua re illud in primis adnoto, ad talem latitudinem, siue obtenebrationem Ionatham, populumque aduenisse ex Saulis adiuramento, qui sub prætextu inimicorum debellationis imprudentissimè populum adiurauerat, ne quis vsque ad vesperum ausus fuisset comedere, n. 24. *adiurauit autem Saul populum, dicens: maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperam.* ineptissimè, quasi sine pane victoria existere posset de inimicis. Vnde rectè Chrysost. hom.14. ad populum, diabolum affirmat huius coniurationis authorem, vt scilicet populus deficeret, & Ionathas interimeretur, vt tandem inimici effugerent, vti & factum, *nisi filij morte*, inquit, *Regis dexteram polluerent*, diabolus scilicet, *fecisse se nihil magnum arbitraretur*; nam ex tali inedia, & populus defecit, & persequi non potuit inimicos, & isti effugerunt, & periisset Ionathas, nisi populus illum liberasset; en quanta mala? velim vt ea obserues, & dum abstemium à Sacramento te reperis, & ad annum tantùm communicare, non mireris, etsi obtenebrescis, etsi inimicos non vincis, & tandem si occideris, ac in mille cadis scelera: & è contra animæ sanctæ, quæ dignè illud frequenter sumunt, illuminantur ex hoc diuino melle, quod corpus Domini significat, vt diu. ait Thom. opusc. 57. c. 1. *Mel corpus Christi dulce significat, hoc bonum est, quia tenebras mentis illuminat, vnde Ionathas, vidisti quoniam illuminati sunt oculi mei*; & illuminantur melle, hoc est non alia amariori medicina, sed dulcedine, sed suauitate. Vnde egregiè Cyprian. sermon. in cœna Domini, per hoc Sacramentũ affirmat, totam Dei dulcedinem in nobis *eliquari*, quod est tanquam pretiosissimo vnguento infundi, quo toti impleti, referti, suffusi, infusi, & amore etiam liquamur, deficimus. *Esus igitur carnis huius*, ait Cyprian. *quædam auiditas est; & quoddam desiderium manendi in ipso per quod sic imprimimus & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, vt hæreat palato nostro, & visceribus sapor dilectionis infusus, penetrans, & imbuens omnes animæ, corporisque recessus.* Hinc aperiuntur oculi, qui prius clausi, dum per liquatæ dulcedinem charitatis amari & amare, diligi & diligere præsentimus, quo experimento tenebris fugatis in Dei claritatem excæci non secus ac Ionathas, ex tali dulcedine fortes effecti inimicos pessundamus, obterimus; quod cum media dulcedine fiat, sequitur illud Dei nostri euidentissimum in nobis amoris signum, ex hoc Sanctissimo contra inimicos scilicet non ferreis nos armasse armis, quibus grauati defatigemur, sed delitiis, sic vt ex tali dato coniicere possumus nostras Deum non solùm necessitates prouidisse, sed delicias: quod eleganter Ethnicus dixit Seneca, libro quarto de beneficiis, capite quinto, Deorum amorem ac beneficentiam simul expendens. *Neque enim*, ait, *necessitatibus tantum nostris prouisum est, vsque ad delicias amamur*; O si de Deo vero hoc dixisset, quanto verius? immo vtinicè.

1. *Reg.* 14. n. 27. *Abulens. Hugo. Caiet.*

Chrys.

S. Thom.

Cyprian.

Seneca.

Hinc si quando frigiditate anima languescit, & veluti mortua sine spiritali iacet sensu; hunc Deum in Sacramento per illam exinanitum, vt suprà diximus in se recipiens, & veluti partem parti adaptans reuiuiscit, & lætabunda germinans in nouum exurgit feruorem, nouamque vitam; sic equidem diuinus ille Vates, vt puerum reuiuificaret, 4. Reg. 4. num. 34. incubans super eum, *posuit os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super eum.* Ex quo caro illa, quæ exanimis frigida remanserat, calefacta ex tali incuruatione ad vitam resurgit, quam incuruationem, factumque Prophetæ ad hoc Sacramentum Sanctus adaptans Thomas, opuscul. 58. sic hominem per illud viuificari, ac puerum per Eliseum affirmat, nec immeritò; cùm non minùs Christus pro nobis hîc exinanitur, vt sic dicam, ac Eliseus ibi, partem sui corporis per species parti nostræ coniungens, sic vt quodammodo oculos oculis, manus manibus, cor cordi adaptans ex eius calefacti calore in nouos resurgamus homines. Audi Paulum ad Philippenses, 2. num. septimo, de Domino nostro, *Exinaniuit semetipsum*, ait, *factus obediens vsque ad mortem*; quam exinanitionem de Sacramento altaris intelligit Dionysius Alexandrinus, vt suprà diximus, dum de vnione huius Sanctissimi ageremus, ad quæ hæc eiusdem addenda verba, scilicet, *Exinaniri vocat Apostolus, vt ante dixi, capi à nobis mysterium vitæ per [illegible] incontaminatas & incorruptibiles [illegible], vt possimus qui sumus fideles eius capere [illegible] fieri mansio eius, & accipere eum totum.* [illegible]us ergo in Sacramento se exinaniuit, sic se [illegible]pso adaptans, vt se veluti incuruans nobis sic iungitur, vt singulos nostros artus singulis suis foueat, ac calefaciat; ex quo accensi, toti in feruorem, amoremque imus diuinum, etsi prius frigidi, ac veluti emortui.

ad Philip. 2. n. 7.

Dionys. Alexand.

Chrysol.

S. Thom.

Hinc delectationes illæ diuinæ in hoc Sanctissimo, cùm non diuisum, sed totus in illo possidetur Christus, non per partes, vnde non quomodolibet diuina suauitas, sed in suo fonte gustatur vnita, non diuisa; quod notandum in huius Sacramenti delitiis, seu bonis; nam quando extra illud bona Deus confert, sic confert, vt diuisa in singulis, partem tamen vnusquisque secundum eius capiat captum; at hic non sic, sed in singulis totus Christus, non diuisus, ex quo amantis desiderium omnino expletum, verè cánit, *Dilectus meus mihi & ego illi*, hoc est, & totus meus, & ego totus suus. Enimuerò rectè dubitat Chrysologus, sermone 160. quid causæ sit, quod distribuens Christus panes, vt turbas repleret, sic illas saturauit, vt panes multiplicaret, ac in frusta decidens *furtiuo incremento*, vt ipse ait, ad quinque millia sufficerent; at verò in Cana Galilææ deficiente vino, non illud multiplicauit, sed in vnum aqua collecta in vinum

13. Abstemij à Sanctissimo, in quã mala incidunt.

14. Tota Dei dulcedo in Sanctissimo liquatur.

15. Per Sanctissimũ Deus homini de diabolo prouidit victoriam per arma dulcedinis.

16. Deus per Sanctissimum docuit non solum ipsum hominem amare, sed in deliciis eum habere

17. Per Sanctissimum refouentur homines ad deuotionem, & quomodo hoc fiat per Christum.

4. *Reg.* 4. n. 34.

18. Tota in illo Dei dulcedo hauritur & non per partes.

19. Christus cur cibans turbas panẽ multiplicauit potum tribuens in Cana Galilææ, vinum non multiplicauit.

transmutauit; *nam qui panes quinque*, verba eius, *fragmento profano & furtiua incremento ad quinque millia hominum tetendit & dilatauit saginam, potuit augmentis succrescentibus ad nuptiarum festa vini ampliare & perpetuare mensuras*; potuit sanè, quis neget? cur ergo non fecit, *quia aqua in sanguinis erat conuertenda mysterium*, respondet Chrysologus, *vt mera penuria de vase corporis sui Christus vinentibus propinaret*. Egregiè, ibi diuidantur panes, ac fracta succrescant diuisa, vt capiat quisque, non totum sed partem, iuxta mensuram ætatis, iuxta recipientis captum, quia etsi bona, at extra sacramentum: at in Cana non diuidatur poculum, nec per partes succrescat, quia mysterium sanguinis, in quo non per partes, sed totus Christus epotatur, totus ebibitur, non diuisus, sed integer, delitias amoris non per partes effundens, sed integras, non vnum tantum, sed omnes delectans sensus, eos inebrians, ac dulcedine veluti obruës; sic, vt ex eius gustu amarus sapiat omnis extra sapor, quia, vt diu. ait Bernardus epist. 114. huic dulcedini *omnis alia comparata amara est, omne decorum fœdum, omne pestremo quodcumque aliud delectare possit, molestum.*

Bernard.

20. In Sanctissimo delitiæ non quælibet, sed lacteæ.

Immò non quælibet in hoc Sacramento inueniuntur delitiæ, sed illæ, quibus maiores esse non possunt, nempe lacteæ, dum & Christus nos in illo tanquam mater lactat & vicissim lactatur, in quo quanta sit delectatio animæ experiuntur sanctæ, *sicut modo geniti infantes*, ait Petrus, 1. cano. c. 2. n. 2. *rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem*: quid per lac? Cyrill. Alexand. hom. de cœna Domini, & lotione pedum, Gaudent. Brixiens. tract. 2. de Pascha, & alij à Lorino relati in hunc locum, Sacram[illegible] intendunt Eucharistiæ, quomodo [illegible]fantes, hoc est recenter baptizati [illegible]antur, ex antiqua Ecclesiæ praxi, q[illegible]atis illico Eucharistiam administra[illegible]ebat, vt rectè Lorinus hic, qui verè lac dicitur, quatenus alit, nutrit, immo & peculiarem augendi obtinet vim, vt Clemens affirmat Alex. lib. 1. Pædag. c. 6. Ergo etsi in creatione, Deus *pater*, in Incarnatione, & morte *Redemptor*, in Eucharistia tamen *nutrix* mater lactans, in quo peculiaris eius elucet amor. cùm non sicut cæteræ matres alijs filios lactandos præbeat, sed ipse per se & portare & parere, & lactare voluit; quod signanter adnotauit Chrysostomus, hom. 1. in Psalm. 50. locutus de matre nobili, ac locuplete, *Cùm genuerauerit*, inquit, *filium, statim eum tradit foris & pietatis insignia abscondit superbia, erubescit fieri nutrix, qua facta est mater; Christus autem non ita ipse nutritor & mater est, ideo & pro cibo propria nos carne pascit, & pro potu suum sanguinem nobis propinauit.* Ex hoc quantæ delitiæ? illa sunt, quæ gustans aiebat, *meliora sunt vbera tua vino*, Cantic. 1. nu. 1. quid ais? nunquid mulier sponsus, quia vbera nominas? sanè, inquit Anastasius Sinaita, lib. 9. Exam. paulò ante finem; *& genitor*, ait, *& vir sua sponsa & Ecclesia est.* Ergo vbera habet vt mater: at quæ sunt ista? audi tres patres in catena apud Theodoretum, *per vbera illa admiranda & vino præstantiora cogita illos ineffabiles altaris fontes ex quibus omnes nos pietatis alumni nutrimur.* Quod etiã dixit Ambros. lib. 5. de Sacramentis, c. 2. Ergo vbera habet Christus, quæ Sacramenta sunt, eius caro qua saginamur, sanguine, quo inebriamur, & hæc sponsæ super vinum sapiunt, hoc est *super omnes delectationes humanas*, vt Philo inquit Carpathius, his fouentur, arctantur, saginantur animæ sanctæ, sic vt præ dulcedine penitus deficiant, ac corruant.

Petrus. 1. can. c. 2. n. 2.
Cyrill. Alexand.
Brixiens.
Lorinus.
Clem. Al.
21. Christus in Sacramento nutrix.
Chrysost.
22. Eius vbera hoc Sanctissimum.
Cantic. 1. n. 1.
Anast. Sina.
Catena.
Ambros.
Philo Carpath.

Nec solum hoc, sed vicissim ipsæ lactant, vnde desiderium illud sponsæ impletur, sponsum vbera lugentem videre, Cantic. 8. n. 1. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris & deosculer te, & iam nemo me despiciat*? quæ verba Apponius intelligit mysticè de Synagoga Christum appetente videre foris, hoc est extra typicas figuras agni Paschalis, sed in Sacramento corporis sui, in quo vnita & lactaretur, & lactaret & osculata osculareturetur. *Assumpta persona Iudaica plebis*, ait, *dicta anima Redemptoris optat, vt eam foras extra literam in mysterio agni & claudentem vastaterem, Ægypti inueniat, & corporis eius Sacramentum suo corpori coniungendum & sanguinem eius suo sanguini deosculetur.* In quo, quàm miræ delitiæ, dicant experti: tales quippe vt verissimè cum illis Paradisi comparari possint, vna tantum differentia, quia illæ æternæ, istæ in hac vita momentaneæ. Enimuerò in locutione sponsi per se, non per alios, Paradisi delitias in hac vita verissimè posuit Augustinus lib. 9. confession. c. 10. qui vt expertus loquens, & de eo gradu contemplationis differens, in quo sponsus per se loquitur sponsæ, seu Christus animæ, sic ait: *si cui sileat tumultus carnis, sileant phantasiæ terræ & aquarum & aëris, sileant & Poli & ipsa sibi anima sileat & transeat se, non se cogitando, sileant somnia & imaginaria reuelationes, omnis lingua & omne signum & quidquid transeundo fit, si cui sileat omnino, loquatur per se solum qui fecit ea, non per ea, sed per seipsum, vt audiamus verbum eius, non per linguam carnis, neque per vocem Angeli, neque per sonitum nubis, neque per enigma similitudinis, sed ipsum, quem in his amamus, ipsum sine his audiamus, si continuetur hoc, & subtrahantur alia visiones longè imparis generis & hac vna rapiat & absorbeat & recondat in interiora gaudia, spectatorem suum, talis erit sempiterna vita, quale fuit hoc momentum intelligentiæ cui suspiraumus, nonne hoc est, intra in gaudium Domini tui?* Egregiè & verissimè, non plus, neque ex alio fonte infinitam illam hauriunt Sancti in cœlo dulcedinem, quam quod non mediatè per ænigmata, per visiones, per creaturas corporales, per summos tandem Angelos cum Deo colloquuntur, sed per se, & immediatè, sic, vt ipsæ audiant, & audiantur, intelligant, & intelligantur; in hoc quippe gaudium est cæleste, in hoc superdiuina voluptas, quod cùm in Sacramento fiat, quando non per Angelos sponsus, non per creaturas, sed ipse per se in centro animæ, vt sancta aiebat Brigitta, in sacrario illo diuino totus ex se, & per se lucidus, splendoribus amictus diuinitatis cum sponsa

August.

ipſe incluſus non ſolum loquitur & audit, ſed lactat & lactatur, vbera præſtat & accipit, quales hîc delitiæ, quales ex hoc fonte dulcedines? verè *eius emiſſiones paradiſus*, Cantic. 8. n. 13. quid per emiſſiones? Origenes hom. 2. ex quatuor in Cantic. *dona ſponſæ ad ſponſum*, Ambr. de Iſaac & anima, c. 5. munera ſponſi ad ſponſam, *laudat etiam*, ait, *munera animæ, quæ miſſa ſunt à ſponſo, quibus ditata veniebat.* Ergo dona ſponſæ, dona ſponſi emiſſiones ſunt illæ; ſed adnota effectum *Paradiſus*, paradiſum ſcilicet efficientes, ſic equidem ſic, ſciunt hoc animæ ſanctæ, ſciunt dona illa, quæ in Sacramento accipiunt & referunt, gratias illas, delectationes, illas emiſſiones eſſe non quaſlibet, ſed *paradiſi*, paradiſum efficientes, in quo cum ſponſo ſimul incluſæ & delectant, & delectantur & fruitionem tribuunt, & fruuntur, & amant, & amantur, & tandem lactant & lactantur; experire & intelliges; nam hæc non ſcientia, ſed conſcientia docet, non ſapientia, ſed experientia.

Cantic. 8. n. 13.

Origen. Ambroſ.

HOMILIA LXXXI.

De gratiis corporis.

1. Sanctiſſimum peccati fomitem moderatur, & in appetitu bonos excitat affectus. *S. Thom.*

NOn ſolum animabus noſtris, ſed etiam corporibus noſtris in ordine ad illas, earumque ſaluationem in hoc Sanctiſſimo nobis Deus prouidit, ob quod certa & indubitata eſt ſententia, hoc Sanctiſſimum in corpore aliquos bonos effectus habere ex ſe, & ex opere operato, moderando ſcilicet peccati fomitem, & bonos in appetitu excitando affectus, vt promptius, iucundiuſque homo virtutem operetur, expeditior fiat in mandatis exequendis, vnde ſuauius, ac leuius onus portare poſſit, fiatque illi ex huius Sanctiſſimi virtute iugum Dei ſuaue & onus eius leue; quæ ſententia eſt diu. Thom. quæſt. 79. art. 1. ad tertium, vbi ſoluens argumentum, corpus ſcilicet quatenus non eſt ſubiectum gratiæ, non participare gratiam ex hoc ſanctiſſimo, ſic ait: *Et licet corpus non ſit immediatum ſubiectum gratiæ, ex animo tamen redundat effectum gratiæ in corpus, dum in præſenti membra noſtra exhibemus arma iuſtitiæ Deo, ad Rom. 6. & in futuro corpus ſortietur incorruptionem & gloriam animæ.* Ergo ſecundùm Sanctum prompta illa exhibitio, qua mẽbra noſtra iuſtitiæ exhibemus, per illa iuſtitiam & virtutem adipiſcendo huic Sanctiſſimo debemus, & ab illo recognoſcenda. Quod etiam confirmat Sanctus, art. 6. ad tertium, & opuſc. 58. c. 11. & 59. cæterique ſcholaſtici cum illo; hinc Cyrill. catech. 4. miſtag. *animam*, inquit de hoc Sanctiſſimo *& corpus ſanctificat*; Damaſcenus, *cedit in animæ & corporis præſidium*, ſic lib. 4. c. 14. & infrà, *corpus & ſanguis Chriſti eſt ad animæ & corporis noſtri incolumitatem tendens*; immo Chryſoſtomus, hom. 4. in Math. ſpecialiter hoc aſſerit de paſſione iræ, vbi ſic:

Cyrill. Damaſc. Chryſ.

2. Ira præcipuè mitigat.

quenam modo ab hac tam noxia peſte liberabimur? ira nempe, reſponder. *Si illam vtique potionem bibamus, qua omnes intra nos vermes, ſerpenteſque mortificat: & quodnam inquies, iſtud eſt poculum, quod tam vim habeat; pretioſus ſcilicet Chriſti ſanguis, ſi cum fiducia ſumatur.* Cyrillus item libr. 3. in Ioann. capit. 37. & libr. 4. capit. 17. *Sedat*, ait, *cùm in nobis manet ſentientem membrorum noſtrorum legem, pietatem corroborat, perturbationem animæ extinguit.* Vide Cyprianum, ſerm. in cœna Dom. Bernard. de eadem cœna, Ambroſ. ſerm. 15. in pſalm. 118. vnde ex hoc apertè in catech. Pij Quinti affirmatur *hoc Sacramentum ſenſum libidinis cohibere*; immo pia allquorum ſententia eſt aliquando etiam corpori robur præſtare ad opera virtutis exercenda neceſſarium, ſi ſic animæ ſaluti expediens erit. Sic Laurent. Iuſtin. ſerm. de Euchariſtia apud me, pag. 719. vbi fructus mannæ comparans cum hoc Sanctiſſimo, ſic ait: *illis*, Iudæis nempè, *eſca per quam ſuſtentarentur corpora, iſtis panis vita, nedum ad roborandum corporalem valetudinem, verumetiam ad multimodum animarum profectum* Eſt etiam Claudij rep. 6. c. 10. hos autem effectus hoc cauſat Sanctiſſimum, ſiue indirectè, quia augendo charitatem concupiſcentia minuitur, vt vult diu. Thom. ſiue directè per actionem aliquam circa ipſum corpus, vt alij, quod fit aut ex redundantia charitatis ex propria inſtitutione intenta, tales producendo affectus in voluntate, vt in appetitu redundet moderatio concupiſcentiæ & omnis terrenæ voluptatis; aut per propriam actionem circa imaginationem & appetitum, qua ſic excitentur phantaſmata & humores, vt fomitem reprimant, ſiue per alterationem temperamenti corporalis ad proportionem illud reducens, vt ſpiritus non eleuet concupiſcentiæ; ſiue quod certius & mea ſententia certiſſimum, per auxilia ſpecialia, & extrinſecam Dei prouidentiam hoc fiat, per quæ in he[illegible]antur ſancti affectus & cogitation[illegible]aſiones extrinſecè malæ & off[illegible] & tandem dæmones coërcentur i[illegible]dium augeant; vnde veriſimu[illegible]peramentum, phyſicè, vel moralite[illegible]tium moderari & magis aptum ad operand[illegible]reddi virtutem, euitandumque malum: quod quantum ſit bonum, quàmque vtile, qui fomitis bellum ſciunt experiuntur; quod, vt tibi ob oculos proponam, ad hoc vt quantum Deo debeas, ex hoc euidenter inſpicias, diligenter attende.

Cyprian. Bernard. Ambroſ.

3. Corporis præſtat robur ad opera virtutis exercenda. *Laur. Iuſt.*

Claudian.

Suarez.

Scito ergo animam noſtram ſimul eſſe rationalem, & ſenſitiuam, vnde ſicut ratione diſcurrit, ac per ſpecies apprehendit intelligibiles, ſic etiam gradu ſenſitiuo ſentit per ſenſus externos, ac corporalia organa obiecta ex ipſis apprehendens carnalia; hæc autem, quæ in ſtatu gratiæ per has duas operationes, vnitæ vna, vt ſic dicam, per iuſtitiam inueniebarur originalem, quæ partem eius inferiorem, nempe ſenſitiuam rationali ſubiectabat, poſt peccatum ſic inter ſe inordinati hi duo gradus eiuſdem animæ facti ſunt, vt propè duas non vnam animam in homine dixeris, cùm ſenſitiua pars ſemper rebellis contra rationalem recalcitret, & eo vel maximè, immo amplius quando anima in gratia exiſtit, ſic Deo iuſto ſuo permittente iudicio, iuſta ſua ſententia; hinc factum, vt non vnus iam ſit homo, ſed duplex moraliter, & duplex dicatur, variſque nominibus appellatus, ſcilicet verus & nouus, interior & exterior,

Digitized by Google

ſpiritualis & carnalis, mens & caro, ſuperior & inferior, quomodo eum vocat Paul. multis in locis, non quod reuera duo ſint realiter, ſed duo moraliter & duo inimici, contrarij, diſſidentes, nunquam inter ſe pacem, aut concordiam habentes; hinc bella, hinc luctæ, hinc incendia, hinc mortes, hinc ſanctorum gemitus.

4. Homo interior qui & exterior & vnde ſic dicatur.

Horum autem hominum ſic diſtributorum, ſi quid quilibet ſit apprehendere velis, dico quod homo interior, eſt mens rationalis gratia, charitate, ac ſpiritu Dei imbuta, cuius lex eſt lex diuina, cuius dictamen eius obſeruantia, cuius vitalis actus eſt Dei amor ac dilectio, hac viuit, augetur, ſuſtentatur.

5. Appetitus ſenſitiuus radicaliter eſt in anima, formaliter in cerebro. *S. Thom.*

At è contra homo exterior eſt illa pars ſenſitiua animæ in qua radicaliter ineſt concupiſcentia, appetituſque ſenſitiuus vitiatus & corruptus & fomes ipſe peccati; formaliter autem talis concupiſcentia & fomes in organo eſt exteriori, ſiue cerebro; quo mediante ipſa concupiſcentia radicalis animæ operatur, & à qua ipſa etiam mouetur & attrahitur. Quapropter rectè Diu. Thom. 1.2. quæſt. 75. art. 2. affirmat quod *ſicut ex indicio rationis voluntas mouetur ad aliquid ſecundum rationem, ita etiam ex apprehenſione ſenſus appetitus ſenſitiuus in aliquid inclinatur.* Hinc eſſentia, vt ſic dicam, huius cõcupiſcentiæ radicalis, eſt ipſamet formalis intrinſeca eius lex vitioſa, nempe inclinatio, vel dictamen concupiſcibile contra Dei legem; huius operatio vitalis eſt concupiſcere carnalia, delectabilia, ſenſualia, etiam contra Dei legem, contraque præcepta.

6. Inclinatio vitioſa fomitis eſt peccati lex.

7. Bellum cõcupiſcentiæ & fomitis acre, continuum, terribile, & vnde hoc proueniat.

Ex hac ergo doctrina, quæ clara & communis, illud elucet certiſſimum, quod licet vna ſit anima, quæ ratio[illegible]licitur & ſenſitiua, tamen ex diue[illegible]ndi, ſic inter ſe videntur diu[illegible] appareant, cum rationalis p[illegible] per diſcurſus & rationes ſpec[illegible]ibiles moueat voluntatem ad ſ[illegible]terna; at ſenſitiua per ſpecies ab a[illegible]ſu acceptas, diſcurrat circa inferiora, quam appetitus ipſe exterior totus carnalis, ſenſualis, ac naturalis per ſpecies ſuas etiam mouet ad carnalia & delectabilia, qui cùm ex peccato totus inueniatur corruptus, fœdatus, eneruatus ad quodlibet bonum ſpirituale & altum, totus ad carnalia deditus, inuolutus, aſtrictus & alligatus, renitens ſemper contra rationis imperium, ac peccati culpa potentior effectus, violenter, ac impetuosè nos incitans ad malum, fouens carnis concupiſcentiam, fit vt inſuperabile ſit ipſius bellum, durum, crudum, perpetuum, acre vſque ad deliquium animæ & ſpiritus, ſic vt ipſos gemere faciat ſanctos, ipſos ſummos Eccleſiæ Principes; Audi Paulum graphicè hanc deſcribentem pugnam, Epiſtol. ad Roman. cap. 7. à num. 14. *Lex ſpiritualis eſt*, ait, *ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.* In quo loco animaduertendum cum Auguſt. lib. 1. Retract. c. 23. Greg. lib. 19. moral. c. 6 Hieronym. lib. 2. contra Pelagian. Anſelm. Primaſ. diu. Thom. & aliis, Paulum hîc non perſonam induere peccatoris, ſed propriam, quatenus ipſe iam iuſtificatus, attamen bellum in ſe experiens fomitis, ac concupiſcentiæ, ob quod affirmat ſe carnalem eſſe, hoc eſt ad carnis vitia inclinatum & venundatum ſub peccato, originali ſcilicet, eiuſque effectibus, concupiſcentia ſcilicet carnali, at fomite; ex quo fiebat bellum ſic crudum, vt ſequens Apoſtolus inquit, *quod enim operor non intelligo*, hoc eſt, vt inquit Auguſt. lib. 1. contra duas epiſtolas Pelagian. c. 11. *per rationem & voluntatem non approbo opera, & motus concupiſcentiæ meæ*, ſed quid etſi repugnans, nunquid non operabatur? audi quid ſequitur: *non enim quod volo bonum hoc ago, ſed quod nolo malum hoc facio*; hoc eſt, vt ait Auguſt. etiam ſi ratio repugnet, etiam ſi nolo & diſſentio, tamen naturaliter aliquando, me ſic rapit & ſubreptitiè attrahit concupiſcentia, vt non agam quod volo bonum, ab illo me retardando & agam quod nolo malum, quid crudus? quod ſi hoc in Paulo, quid in cæteris? trahimur, attrahimur, impellimur, propulſamur etiam nolentes & inuiti; quinimmo ſi hoc quando mali, & in peccatis, minus eſſet, immo quando iuſtificati, quid, immo quando ſancti; en tibi Paulus, ſic ab hac pugna infeſtatus, dilaceratus, conſummatus & percuſſus, vt etſi Apoſtolus, etſi Dei amicus, etſi vſque ad tertium euectus cælum, etſi in gratia confirmatus, infelicem tamen ſe dicat ob illam, vnde exclamans perſonat; *infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* hoc eſt de affectu hoc peccandi, de corpore hoc cum mortali concupiſcentia; quæ ad malum ſemper nos impellit, & à bono efficaciſſimè nos retardat; audi Auguſt lib. 8. confeſſionum, c. 11. & ſerm. 45. de tempore, tom. 10. graphicè hanc pugnam deſcribentem, eorum, qui à ſtatu peccati ad ſtatum gratiæ tranſire cupientes, quomodo illos concupiſcentia retardat, impedit, obſiſtit, vnde ait: *dicebam apud me intus, ecce modo fiat, modo fiat, & cum verbo iam ibam in placitum, iampene faciebam & non faciebam, nec relabebar tamen in priſtina, ſed de proximo ſtabam & reſpiciebam, & item conabar & paulominus ibi eram, & paulominus iamjam attingebam, & tenebam, & non ibi eram, nec attingebam, nec tenebam, heſitans mori morti, & vitæ vinere.* En pugna, en vis, en bellum crudum, velle, & non velle, velle, & ad volitum peruenire non poſſe, mortem euitare deſiderans, & non illam euadere, cuius ratio, quia *plus*, inquit Sanctus, *in me valebat deterius inolitum, quam melius inſolitum, punctumque ipſum temporis, quo alius futurus eram, quanto propius admouebatur, tanto ampliorem incutiebat horrorem, ſed non recutiebat retro, nec auertebat, ſed ſuſpendebat.* qualis mors ſimilis? quod cum ſit, & tale bellum ineuitabile prorſus, in hac vita, & vſque ad mortem duret, vt præclarè idem Auguſtinus, lib. de continentia, tom. 4. qui egregiè totam hanc Apoſtoli luctam deſcribit, quale erit bonum, qualis gratia virtute Sanctiſſimi concupiſcentiam hanc mortificare, fomitem infrænare, ardores temperare, tandem inimicos tales, ac tantos debilitare, ac reprimere? prorſus equidem infinita.

ad Rom. 7. 14. Auguſtin. Gregor. Hieron. Anſelm. Primaſ. S. Thom.

Auguſt.

Auguſtin.

8. Sanctiſsimo ſpeciali titulo gratia debetur reſurrectionis.

Tandem vltimo, vt vltimam huic manum imponamus diſcurſui & omnimoda gloriæ tũ animæ, tum corporis huic Sanctiſſimo aſcribatur, ſciẽdum ob illud ſpeciali titulo reſurrectionem corpori deberi, ac proinde ipſius gloriam, eiuſque glorioſas, ac prope diuinas dotes; ſic ſãctus

Doctor, 3. part. quæſt. 79. art. 5. ad tertium. Dixi ſpeciali titulo; nam etſi alias gloria corporis debetur gratiæ & gloriæ animæ, tamen vt rectiſſimè Suarez, in 3. part. tract. de Sacrament. Eucharist. diſp. 64. ſect. 2. talis gloria corporis ſpecialiter dabitur ob hoc Sanctiſſimum, ratione ſpecialis coniunctionis, quod virtute huius Sacramenti habuit hic cum carne noſtra Chriſti caro; quod vt ipſe ait decentiſſimum extitit, & diuinæ prouidentiæ digniſſimum, vt in reuerentiam viuificæ carnis Chriſti, quæ inſtrumentum erit corporis reſurrectionis, daretur titulus ſpecialis reiurrecturis, qui illam ſacratiſſimam carnem communicarunt, quo ſpecialiter glorioſa eorum corpora euaderent ratione communionis, & participationis, qua in hac vita cum illa glorioſa communicarunt; quod equidem mea ſententia in magnum cedet communicantium honorem & gloriam; hinc ſpecialiter Chriſtus Dominus noſter, Ioan. 6. de hac reſurrectione mentionem facit, tanquam de particulari priuilegio, dicens: *Qui manducat hunc panem viuet in æternum, & qui manducat me, viuet propter me*; quod autem hoc intelligatur non ſolum de vita animæ. ſed corporis, ſequitur: *& qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* Hinc Patres paſſim hoc aſſeruerunt, ob quod Concil. Niſſen. hoc Sacramentum appellat, *ſymbolum reſurrectionis*, Ignatius, epiſt. 14. ad Epheſ. *pharmacum immortalitatis*, Cyrill. lib. 4. c. 16. *cibum nutrientem ad immortalitatem & vitam æternam*; immo pulchrè Chryſoſt. ob hoc ait corpora defunctorum coli à ſanctis Angelis, ſic lib. 6. de Sacerdot. *anima*, ait, *quæ in fine hoc Sacramentum accipiunt recta ab Angelis in cælum deduci, corpora verò ſatellitum more ſtipantibus Angelis cuſtodiri in vitam æternam.* Et Irenæus ad probandam futuram reſurrectionem, ex vſu huius Sacramenti argumentum deſumit, ſic lib. 4. contra hæreſes, cap. 34.

Suarez. *Ioan. 6.* *Concil. Nicen.* *Ignatius.* *Cyrill.* *Chryſoſt.* *Ireneus.*

9. Eius gratiæ ſpirituales quantæ.

Ex dictis ergo, quantæ tibi ex hoc vno euenere gratiæ Sacramento? numera illas, relinquo dignitatem, præſtantiam, ac maieſtatem quam ex illo accipis, dum cum illo vniris, & carne & ſanguine Dei filij ſuſtentaris, ſed pende tantum fructus gratiæ: primo, auget habitualem: ſecundo, per accidens aliquando & primam tibi infundit: tertio, peccata venialia habitualia dimittit: quarto, auxilia præſtat diuina ad tentationes, & peccata vitanda, ſuperanda: quinto, paſſiones moderatur: ſexto, animæ excitat deuotionem, feruorem, ac amorem; ſeptimo, conſolationes parit deificas; octauo, fomitem moderatur, concupiſcentiamque malam, dæmones coërcendo, humores ipſos moderando; tandem etiam corpus glorioſum reddit; dic, oro te, quid pro te amplius Chriſtus efficere potuit? nonne quando illud inſtituit totus ad te extitit, & totum ſe profudit in tui bonum, non ſolum de anima, ſed de corpore tuo curans. quales illi ob hoc gratiæ: quàm gratus ex hoc illi exiſtere debes: certè & ſi pro te mortuus non eſſet, ob hoc ſolum vitam, ſanguinem, honorem, res. filios, filias, te, tua, illi deberes, cum pro te illa operatus ſit Chriſtus, quæ nec tibi, nec vlli vnquam hominum, immo Angelorum in mentem venire potuerunt; quod ſanctiſſimus conſiderans Laurent. Iuſtin. ſerm. de Euchariſt. rectè exclamat: *O ineffabilis dignatio conditoris! O ſtupor indicibilis charitatis! Quis non contremiſcat? quis non cum exultatione miretur, ſub accidentibus modici panis & vini fideles Deum & hominem manducare, & ſumere? ſanè nunquam auſus fuiſſet homo talia petere, ſed neque cogitare, quoniam hoc miſericordiæ opus omnium mortalium ſupereminet dignitatem.* Primo illa, *nunquam hominem auſum fuiſſe talia petere, neque cogitare*, quod veriſſimè dictum, quis audax vt Deo diceret, præbe te mihi in cibum, te mihi in potum, mirum; honoratum ſuper omnes Regis amicos affirmat Danielem Scriptura, cap. 14. n. 1. quod ſi cauſam inquiris, quia *erat comma Regis*; at non ex carnibus ipſius Regis alebatur, quod ſi aleretur, qualis ille eſſet honor? certè ſummus, equidem infinitus; talem profecto honorem nunc nos habemus, ſic honorati ſumus, quia non tanto Dei ſupremi Regis conuiuæ, ſed ipſummet, vt ſic dicam, conuiuantes, manducantes, quid vis dicam? ſuprà omnes amicos eius nos Deus ob hoc honorauit, ſupra Angelos, ſupra Archangelos, ſupra tandem cæteras cæli poteſtates; audi alium ſic magnificentem conſimilem honorem, Aman ſcilicet, qui cùm diuitias, Regis amicitiam, potentiam ſuis enarraſſet, tanquam omnium coronidem addidit; *Et poſt hac Regina quoque Eſther nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege præter me, apud quam etiam cras cum Rege pranditurus ſum.* Eſther, 5. n. 10. Pende vltima, tanquam magnum dixit cum Rege, cum Regina conuiuaſſe; at tanquam maximum quod iterum, quod cras eſſet pranditurus; quid ergo? quale, quantum eſt illud Domini noſtri, qui non ſemel, ſed quotidie cum illo efficit vt prandeamus, vt conuiuamus, & inſuper non alia nobis apponens fercula, niſi ſuum ſanguinem, ſuam carnem, *O vere ineffabilis dignatio conditoris, ô ſtuper indicibilis charitatis!* quantum ergo pondus ſuper nos iniiciemus, niſi huic tanto erimus beneficio grati: *pugnabit contra nos orbis terrarum*, ait Sapiens hîc & ratio, quia illo abuſi gratis non fuimus, quid ergo, quando non terrarum orbe, ſed verbi Dei carne, verbi Dei ſanguine abutentes, ingrati ſumus, nullam rependentes gratiam, nullum ſeruitium: non profecto contra nos tunc terrarum orbis, ſed ipſe ſtabit Deus, ipſe Chriſtus, *Cæterum*, ait Laurent. Iuſtinian. vbi ſupr. *ſi creaturis malè vtendo damnabiliter delinquunt, quid quæſo arbitrandum eſt, quando proprium repellunt authorem; præmeditetur itaque peccator, & malus, quid in iudicio ſuo ſit reſponſurus factori, habebit enim contra ſe creaturarum ſpirituales voces, habebit Angelorum, atque Archangelorum miniſteria, illum accuſabunt Dæmonia, arguent ſcelera, damnabit conſcientia, Chriſtique iudicabit humanitas.* Immo & ipſa cum illis ſimul accuſabit, inſtabit, arguet quia malè conuiuata, peſſimè epota; ſed de hoc iterum.

Laurent. Iuſtin. 10. Sanctiſſimi beneficium quàm immenſum omnem ſuperans ratiocinem.

Daniel. 14. n. 1.

11. Ex illo ſuprà omnes erigimur Angelos. *Eſter.* 5. n. 10.

12. Ingratitudo ad illud quanti ponderis.

Laurent. Iuſtin.

§. IIII.

De vſu Sacramenti.

DIximus de myſterio ſecundùm ſe, de eius affectibus, gratiis, ac donis, quid ergo reſtat, niſi vt de vſu tandem aliqua dicamus, de quo triplex nobis erit tractatio; Primò, de bono vt eum apprehendamus: ſecundò, de malo, vt refugiamus: tertiò, de eius frequentia, vt tandem animemur; de neceſſariis autem ad bonũ vſum, ſi ſigillatim differendum, in immenſum creſceret opus, quod refugimus; ideò ad preſiè requiſita illa reſtringentes mea ſententia ad tria vniuerſim reducere poſſumus; primò, ad puritatem; ſecundò, ad præparationem; tertiò, ad gratiarum actionem.

HOMILIA LXXXII.

De puritate ad Sanctiſſimi vſum.

ENimuerò, nulla alia efficaciora erunt ad puritatem neceſſariam inueſtigandam verba, quàm illa Apoſtoli ſanctiſſimi, *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat*, 1. ad Corinth. 11. n. 28. quid eſt probet? *ſe præparet, ſe examinet, purget*, Diu. ait Thomas, opuſc. 58. c. 15. *nam valdè inſtans eſt*, ſequitur, *vt ad tam dignum, & venerandum cibum, ſcilicet ad ipſum dominum omnium, non incuratè & indeuotè, ſed competenti modo præparati accedamus*; & præparatio congrua illa profectò, vt ad ſummam puritatem puri accedamus, immò puriſſimi, tanquam aurum mundum. Enimuerò Dominus Moyſi præcepit, vt aſſeruaret Man in futuras generationes, Exod. 16. n. 32. at Moſes illud aſſeruaturus ſic Aaron indixit: *Sume vas vnum, & mitte ibi Man, & repone coram Domino*; ad quid vnum? nonne ſufficiebat dicere vas? myſterium agnoſcit Diu. Thom. vbi ſupr. intelligens pro ly *vnum*, ſingulare, aureum, pretioſum quale Man decebat, *Vas vnum*, ait, *quaſi ſingulariter & excellenter mundum*, quod vas Apoſt. ad Hebræos, 9. n. 4. *vrnam auream* appellat: nam, vt idem ait Sanctus, *decet cor quaſi aurum eſſe puriſſimum per magnam munditiem, quod capere debet cæleſtem panem*. Egregiè, nam quia hoc repreſentabat manna Sacramentum, tale debuit præparare vas, & tanta munditia reſeruari à Moyſe, quod peculiariter adnoto; obſeruo enim à Deo tantum Moyſi præceptum, vt ſeruaret Man; at in quo vaſe, & in quali materia, eius reliquit arbitrio, qui rectè iudicans, & deuotè, ſic æſtimauit ſeruandum, vt vas eſſet vnum, hoc eſt, ſingulare, mundiſſimũ, aureum, excelſum; quale ergo noſtrum deberet eſſe vas, noſtrumque cor, quod non Man, ſed ipſum recipit verum Dei corpus, verum Dei ſanguinẽ; vnde rectè Cyrill. lib 3. ſuper Ioan. cap. 34 hoc conſiderans exclamat: *O profunditatem diuitiarum ſapientiæ, & cognitionis Dei; nam quoniam verum Manna illo ſenſibili figuratus eſt Chriſtus, neceſſario nunc docet, qua gloria, & virtute plenus eſt, qui Chriſtum in ſe ipſo recondit.*

Enimuerò ſi attendas, quando Deus populo panem illum præbuit cæleſtem, inuenies, quod poſt Ægypti exitum, poſt mare tranſactum, poſt aquas amaras in dulcedinem redactas, poſt cibos Ægyptiacos cõſumptos, & non ante; quod equidem omnia illud tibi vnum prædicant, vt rectè Niſſenus de vita Moyſis, quali munditia, quali decore, quali puritate te præparare debes ad hoc diuiniſſimum Man ſuſcipiendum. *Illud autem prætermittendum nullo pacto eſt*, ait Niſſenus, *quod poſtquam mare tranſierunt Iſraelitæ, poſtquam amaritudo aquarum ſitienti virtute ligni in dulcedinem conuerſa eſt, poſtquam delitiſſent apud fontes & palmas fuerunt, tunc quando, quæ ab Ægypto viatica, & cibos ſumpſerunt, penitus defecerunt, tunc omni nutrimento, quod ab Ægypto ferebant abſumpto deſuper ſibi deſtinis cibus; quid igitur hinc diſcimus? quod oporteat ſcilicet fide, baptiſmate, labore, omni virtute, omni Euangelica doctrina mundos, puroſque noſtros animos facere, ita vt omnino alienigeni mores, & Ægyptiaca vitia deficiant, & demùm depurato, defæcatoque animo cæleſtem cibum eſſe ſuſcipiendum.* Pende ſingula Niſſeni dogmata, & quanta tibi neceſſaria ſit puritas, ediſces; per fidem ergo te debes purificare, illa ſcilicet quæ charitate formata eſt, quæ dolore, quæ lachrymis, quæ amore & labore, & non ſolùm quolibet, ſed omni labore pœnitentiarum ſcilicet, & demùm perfectione non ſolùm Euangelicæ, ſed omnis Euangelicæ doctrinæ.

At quod adnoto eſt, ante quàm Deus Manna populo illo præberet, non ſolùm voluiſſe, vt ex Ægypto egreſſus mare pertranſiret, ac in Mara peruenirent, ſed quod ibi acciperet præcepta, & iudicia, vnde Scriptura, Exod. 15. n. 26. *ibi*, hoc eſt in Mara, *conſtituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum.* Mirum hoc, cùm paulò poſt daturus eſſet per ſe præcepta, atque iudicia; ad quid ergo tanta ſollicitudo, tanta præuentio? ſanè mea ſententia, vt mundi inuenirentur ad Manna percipiendum: nam, vt affirmat Rabbi Salomon, quod non improbat, ſed admittit Lyra. inter cætera tunc duo illis dedit legis præcepta, obſeruationem ſcilicet Sabbathi, & de vacca rufa, *de cuius cineribus commixtis aquæ, fiebant aquæ luſtrationis, per quam purgabantur immundi.* Ergo præuidens Deus futurum cibum Manna, ſic de munditia populi totali, & omnimoda ſollicitus extitit, vt præueniret præcepta munditiæ, vt ſanciret remedia immunditiæ, per aquam ſcilicet luſtrationis, quæ noſtræ correſpondet aquæ benedictæ, per quam venialia remittuntur, vt inde videas quantam Deus ad manna recipiendum munditiem expetebat, vt non mireris, quando à te munditiem expetimus, non ſolum mortalium, ſed venialium, vt infrà; nam ſi in Manna, quæ figura tantum, quid putamus in acceptione huius Sanctiſſimi requiſiturus, qualem munditiem, qualem puritatem?

Hinc etſi omnibus hoc Sanctiſſimum dedit, etſi pro omnibus illud inſtituit, tamen audeo dicere, quod præcipuè, & principaliter pro mundis, hoc eſt, pro in munditie, & caſtitate excellentibus, Apoc. 2. n. 17. *Vincenti*, ait Dominus, *dabo Manna abſconditum*, vbi per Manna, vt ſuprà adnotauimus, ſecundùm opinionem Auguſtini, Bedæ, ac Ruperti hoc Sanctiſſimum intelligitur, quod vincenti promittit ſe daturum; at quid per *vincenti*? rectiſſimè, ac

1. Præparatio congrua ad Sanctiſſimũ, ſumma puritas.

1. ad Cor. 11. n. 28. *S. Thom.*

Exod. 16. n. 32.

S. Thom.

ad Heb. 9. n. 4.

Cyrill.

Niſſenus.

2. Quam præparationem ad Sanctiſſimum requirebat Niſſenus, quamve puritatẽ.

Exod. 15. n. 26.

3. Ad Man recipiendum quanta mũditie voluit Deus vt populus polleret.

Lyran.

4. Pro mundis præcipuè Sanctiſſimũ inſtitutum.

Apoc. 2. n. 17.

Auguſt. *Beda.*

Rupertus. faris ad rem noſtram Rupert. caſto, puro, illibato, qui ſenſus literalis eſt, cùm aduerſarij, quos vincere deberet eſſent impuriſſimi Nicolaitæ, vnde Rupert. *Vincenti dabo Manna abſconditum; nam in iſto gradu vincere eſt doctrinam Balaam, id eſt, fornicationes primum in ſemetipſo per virtutem continentiæ, deinde in aliis per ſcientiam deſtruere; qui autem hoc modo vincit, ille Sacramentum corporis & ſanguinis Domini dignè percipit; ſicut è contrario ille qui vinere negligit, accedens ad hoc Sacramentum, iudicium ſibi manducat & bibit.* Egregiè, in quibus verbis illud ponderandum, talem munditiem præ ſe ferre debere, qui hoc Sanctiſſimum ſumit, vt non ſolum ipſe ſit mundus in ſe, ſed vt munditiem etiam aliis communicet, ſic mundus, vt ex viſu, ex geſtu, ex actu, ex vita, ex loquela puritatem, ac munditiem præ ſe ferens, tales de ſe emittat radios, vt etiam alios, vt ſic dicam purificet, ſic vt non ſolum ipſe ſecundùm Rupertum mundus ſit, ſed etiam & alios mundos faciat.

5. Quæ mundities neceſſaria recipientibus.

6. Mundities & puritas ad Sanctiſſimum recipiendum longæua debet eſſe. 1. *ad Corinth. 11. n.31. Auguſt.*

Immò ſic mundus à ſordibus quis debet exiſtere hoc Sanctiſſimum accipiens, vt non ſufficiat temporanea quælibet mundities, ſed neceſſaria ſit diuturna, longæua, ac veluti ſeneſcens ad hoc vt dignè accedat, & vt à Domino tanquam indignus non iudicetur. Hinc Paulus ſanctiſſimus, 1. ad Corint. 11. n. 31. hanc aſſignat cauſam mortis, ac infirmitatis multorum, impuritatem ſcilicet, qua ad hoc Sanctiſſimum accedebant, & hanc non peccaminoſam intelligit Auguſt. à Diu. Thom relatus opuſcul. 58. c. 16. ſed indecentem, quatenus ſtatim poſt pœnitentiam peractam ad Sanctiſſimum accedere audebant, quæ certè tremenda, ac formidanda eſt Auguſtini ſententia, vnde ſic ait ſuper illa verba, *Quod ſi noſmetipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur; ab ipſa mente pœnitentis talis ſententia proferatur, vt ſe indignum iudicet participatione corporis & ſanguinis Domini, vt ad tempus per Eccleſiaſticam diſciplinam à Sacramento cæleſtis panis ſeparetur; indignè enim accipit, ſi tunc accipit quando debet agere pœnitentiam, id eſt, quando incipit, ergo ſe priùs iudicet, vt à ſe iudicatus non iudicetur à Domino.* Pendè verbum illud, *indignè* non ſolum indignè accipit, qui impurus accedit, ſed qui recens mundatus, & quando pœnitentiam agere incipit: O ex hac doctrina in homines illos tremendum Dei iudicium, qui noctu cum meretrice, manè ad altare accedũt, reputantes dignè, quia confeſſi. Scio quid Doctores dicant, ſcio non aliam dignitatem requiri preſsè, quàm mortalis carentiam; ſcio in aliquo caſu, & neceſſitate vrgente illud licitum, ſed tamen ſcio indigniſſimè accedere, hoc eſt, *indecentiſſimè*, qui vix lepra excuſſa, cum recenti fœtore, vt ſic dicam, ad Sanctiſſimam, ac puriſſimam illam accedit carnem; attende me.

7. Indecentiſſimè accedit, qui ſtatim poſt peractam confeſſionẽ mortalium nulla aſtante neceſſitate. *Num. 12. n.13.*

Murmurantem, ac obloquentem Mariam Moſis ſororem, Num. 12. leprâ Dominus percuſſit, quod cum vidiſſet Aaron eius frater, qui ſimul cum ea murmurauerat, Moſem rogauit, vt ſalutem illius à Domino expoſtularet, vnde eius miſertus Moſes, n.13. *Clamauit ad Dominum dicens: Deus, obſecro, ſana eam*; at quid Dominus? *Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius, penne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? ſeparetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea reuocabitur.* Mirum certe, parcit, & miſeretur, ſic vt miraculosè eam ſanet, quod notat Cornel. & rectè, obſeruans ob hoc ceremonias Legis in emundatione leproſorum cum Maria non eſſe obſeruatas, quia eius ſanitas miraculoſa, quæ eas ſupplebat, & tamen vult vt maneat extra caſtra, etſi peccatum dimiſiſſet, quæ huius rei ratio? ſane ne cito & illico poſt peccatum etiam dimiſſum ingrederetur tabernaculum, ob quam cauſam, vt adnotat Oleaſter, Aaron eius frater, qui pariter murmurauerat non leprâ percuſſus; quia *oportebat*, ait, *tanquam ſummus Sacerdos præſto eſſe ad tabernaculi miniſteria, ad quæ non poterat leproſus accedere.* Ergo tanti Deus illud fecit tabernaculum, figuram tantum huius veri & diuini, vt etſi in gratiam Moſis peccatum dimiſiſſet, ac proinde iram, voluerit tamen impollutam illam, ac ſegregatam manere poſt indulgentiam, per ſeptem dies ob tabernaculi reuerentiam; & putabit quis reuerenter ad Dei ſummum verum tabernaculum accedere, ad diuinum & tremendum Dei altare, & corpus tangere, ac ſumere verbi Dei, manibus adhuc putredine ſcaturientibus, ore adhuc putridum, exhalante odorem; immo amplius ad rem noſtram hoc faciet, ſi cauſam murmurationis Mariæ contra Moſen obſerues, *propter vxorem enim*, ait, *Æthiopiſſam*; quid hoc? Hebræi cum quibus ſentit Lyran. Caietan. & Oleaſter affirmant murmuraſſe Mariam contra Moſen, eo quod ob reuerentiã ſermonis Domini, cum quo familiariter ſæpè loquebatur, ſeparauerat ſe à conſortio vxoris, quod durè accipiens Maria pro illa ſtans contra fratrem murmurauit, affirmans, quod etſi ſecum etiam Dominus allocutus, non tamen ob id ſe à viro ſuo diſiunxiſſet; ergo cauſa murmurationis continentia extitit Moſis, ſummáque eius puritas. Meritò ergo indignatur Dominus, meritò lepra percuſſa ſordida, dum ipſa ſordes vnde fratrem excipere, inde detrahere præſumpſit, hinc meritiſſimè à tabernaculo expulſa, ſiue retardata, quia etſi peccatum murmurationis, tamen murmurationis obſcœnæ, vt ſic dicã, & indecẽtis, vt hinc diſcas, quanta maiori ratione abſtinere te aliquantulum debeas ab hoc Sanctiſſimo, ſi impurus fuiſti, dum per ſeptẽ dies & Mariam Dominus ſeparauit, quia murmurauit impurè, & ſimul accipies quanta puritate accedere debeas, dum ſecundùm Auguſtinum, non recens, ſed ſeneſcens requiritur. Sed de hac re iterum.

8. Maria Moſis ſoror, etſi mundata à lepra, eur non permiſſa vt in caſtra rediret. *Oleaſter.*

9. Cur lepra percuſſa.

Cornel.

Liranus. Caiet. Oleaſt.

Hinc & ex hac conſideratione ſcilicet Sanctiſſimi præſtantia educo, quod illa puritas eſſet neceſſaria, quæ nunquam contaminata, ſemper intacta, ac impolluta extitiſſet; at quia hoc moraliter impoſſibile, ſaltem ſic ad Sanctiſſimum accedere debemus, vt quaſi noui, nouum omnino obtineamus cor; nouam omnino vitam, ſic antiqua deperdita, vt quaſi noui infantes nil ſapiamus vetus, nil rancidum; quod profectò ex illomet loco Apocal. paulo ante citato colligo, ſcilicet, *Vincenti dabo Mannæ abſconditum*, per quod manna, vt ſuprà diximus, hoc admirabile denotatur Sacramentum; at quid ſimul cum illo audi, *& dabo calculum candidum, & in calculo nomen nouum*: Hieronym. in epiſt. 83. ad Oceanum, quæ incipit

10. Ad Sanctiſſimum illa puritas requireretur quæ nunquam eſſet contaminata.

Apoc. 2. v. 17.

Hieron.

11. Cor nouũ ad illud recipiendum neceſſarium.

nunquam fili, legit *calcaneum nouum*, hoc eſt, ait, *cor nouum, & ſpiritum nouum*, indigetans ex hoc illum dignum ad manna hoc diuinum ſuſcipiendum, qui tanta puritate niteat, quod quaſi recens natus, homo ſit nouus, nouum cor, noua viſcera, nouam poſſidens vitam, vt ex hoc quaſi vitæ veteri mortuus, de nouo reſurgens, & veluti renaſcens, ex hac parte appareat impeccabilis, & quod nunquam peccauit, cum aliter indignus profecto ad accipiendum hoc Sanctiſſimum per quod peccata omnia venialia dimittuntur, vt ſuprà diximus, accedat, eoque magis ille erit indignus, qui non tantum accedit ad ſumendum, ſed miniſtrandum, ſed conficiendum.

12. Immo multo magis ad illud miniſtrandum. *Num.* 19. *n.* 1.

Mirum vnum in Scriptura inuenio, & valdè notandum, ſacrificium ſcilicet vaccæ rufæ non Aaroni Deum commiſiſſe, ſed Eleazaro eius filio, licet quatenus ſummus ipſe Sacerdos cætera omnia conficeret ſacrificia; at hoc non ipſi iniungitur, ſed eius filio, Num. 19. n. 3. *Præcipe filiis Iſrael*, Moyſi Aaronique mandat Dominus, *vt adducant ad te vaccam rufam, tradatiſque eam Eleazaro Sacerdoti*; mirum, vt non Aaroni, quæ ergo cauſa? ſane illa; nam huius vaccæ cineres in aqua repoſitæ, quæ aqua dicebatur luſtrationis, ad lauandas maculas legales, & veluti irregularitates deſeruiebant, vt Lyranus hìc cum cæteris, ad hoc vt puriſſime & abſque vlla macula homo Sanctuarium ingredi poſſet, quæ aqua tunc præ foribus reponebatur tabernaculi, ſicut nunc in noſtris Eccleſiis aqua benedicta ad detergendas maculas peccati venialis, bene hoc; at cur non Aaroni demãdatur ſacrificium? ſane reſpondet Lyra. quia *peccauerat in conflatione vituli, Eleazarus autem eius filius non peccauerat*, en cauſa, quia etſi tunc iuſtus, aliquando peccator, etſi tunc purus, aliquando impurus; ad ſacrificandum autem illud ſacrificium, quod puriſſimũ, puriſſimos reddẽs homines, vtpote ab omni prorſus leui macula liberi, eligatur ille, qui ſemper purus, nunquam peccauit, deferatur etſi ſummus Sacerdos, qui aliquando peccauit, tibi ex hoc præbens frater documentum, vt ſi poſſibile, ad ſumendum hoc Sacramentum, aut illud conficiendum ea puritate enitere deberes, vt ſemper extitiſſes purus, nunquam impurus; quod ſi moraliter æſtimas impoſſibile, ſaltẽ ſic accedas, vt diximus, quod homo ſis nouus, quaſi modo genitus, vt ſic etiã ex hac parte ſemper purus dici poſſis.

Lyrã.

13. Vaccæ rufę ſacrificiũ cur Eleazaro & non Aaroni demandatur.

14. Non inſolens nec quid magnum ſupremam in Sãctiſſimo expoſcere puritatem. *Eſther.* 2. *n.* 1.

Nec hoc equidem miraberis & quaſi quid inſolens dicas nos à te expoſcere, ſiue, vt melius aſſeram Deum ipſum, talem ſcilicet puritatem, talem decorem & quod non quomodolibet velit, vt pulcher, ſed pulcherrimus ad hoc Sanctiſſimum accedas, cum homines ipſi hoc expoſtulent, etſi Dei reſpectu viliſſimi. Attende quæ ſum dicturus; Aſſuerus Rex Vaſthi indignatus Reginæ Eſther; 1. cum eam è palatio expuliſſet, ſedata ira, homo alioquin carnalis vltra ſe ab illa cohibere non poterat, quod equidem ſonant verba illa c. 2. n. 1. *his ita geſtis*, nempe expulſa iam Regina & ad ciuitates reſcriptum iuxta conſiliantium placitum; *Poſtquam Regis Aſſueri indignatio deferbuerat, recordatus eſt Vaſthi, & quæ feciſſet, vel quæ paſſa eſſet*; recordatus, vt eam quippe reduceret, quod ſeruĩ eius præſentientes, indignum illud reputantes, *clamum clauo pellere* enitentes, vt ait Hieronymus ad Ruſticum, amorem ſcilicet amore, libidinem libidine, ſpecioſiſſimæ, ſuaderunt Regi, vt ex omnibus eius Prouinciis quærerentur puellæ, vt ex his quæ amplius illi placita, in Reginam aſſumeretur; quod cum placuiſſet ipſi, & ex omnibus eius Prouinciis formoſiſſimę adducerentur, inter cęteras vna extitit Eſther, de cuius pulchritudine talia Scriptura promit, c. 1. n. 7. *pulchra nimis & decora facie*, & infr. n. 15. *Erat enim formoſa valdè & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratioſa & amabilis videbatur*. Quod ſi ponderas Spiritum ſanctum loqui, elicies admirabilis prorſus, ac præter, ne dicam, ſupra naturam, pulchritudinis, extitiſſe. Ergo talis ad Aſſuerum adducta, hominem delitiarum, ac laſciuientem, cum eam vidiſſet, ſic ait Scriptura: *placuit ei, & inuenit gratiam in conſpectu illius*; at quid ex hoc? *& præcepit Eunucho, vt acceleraret mundum muliebre, & traderet ei partes ſuas*, mirum & admirandum, mulier accita ad thalamum indicibilis pulchritudinis, homo tamen ſenſualis, ac carnalis, etſi in concu; iſcentiam eius exarſit, etſi ei placuit, etſi totam eius arripuit gratiam, tamen noluit cum ea vniri, antequam mundum expleretur muliebre, quod non vno, ſed duodecim protrahebatur menſibus, malens ardores ſuſtinere libidinis quàm cum vndequaque non perfecta, ac odoroſiſſima conungi, etſi pulchra, etſi amata, etſi prædilecta; vah humani cordis audacia! ne dicam ſtolida præſumptio, dum reputat, etſi per confeſſionem expiatum, dignè ad altiſſimam cum Deo coniunctionem, ad thalamum illum diuinum, ad vnionem illam Deificam peruenire ſtatim, nondum fœtido peccatorum malè olentium odore relicto, & quod non ipſe Deus hoc etiam requirat: dum putidus homo illud experiebatur, *menſis duodecimus verrebatur*, ait Scriptura, antequam ſcilicet ad thalamum euocarentur, quod tempus ſic expendebatur, *vt ſex menſibus oleo vngerentur myrrhino & aliis ſex quibuſdam pigmentis & aromatibus vterentur*. Oleũ adhibebatur ad totum corpus vngendum interius, quod ſi cauſam inquiris, reſpondet Lyra. *quia eo vnguento fœtores detergebantur, qui naturaliter illis fœminis inerant*, Perſis ſcilicet & vltramontanis ex calore aëris & corporum intemperie, vt erudite late probat Sanchez in hunc locum; quod adnoto, vt ſimiliter attendas, quod etſi per confeſsionem pulchra per gratiam effecta ſit anima, tamen ex malis habitibus, qui remanent ex inordinata natura, ex defectibus habitualibus, ex actibus peccaminoſis, etſi non mortalibus, ſic malè olet, vt niſi diu per myrrhinum vnguentum, hoc eſt per pœnitentiam, lachrymarumque flumen te non abluas, certe etſi non lethalem, incongruum tamen ac moleſtum emittas odorem; ob quod etiam quoad hanc partem indignè vt ex Auguſtin. diximus accedis, quia non ea qua decet puritate.

Hieron.

Eſther. 1. *n.* 7. *ibi. n.* 15.

15. Quantapuritate & odore nitere debebant Aſſuero quę eligebantur in mulieres

Lyra.

Sanchez.

16. Impudentia eorum, qui ſtatim peractacõfeſsionepuritatem peccatorũ ad Sanctiſſimum audent accedere.

Hinc etiam timere debes, ne dum ſic oles, ſeu dum non eleganter oles, licet maledictionem non reportes, benedictionem tamen non accipias, & iuſto Dei iudicio, quia indecenter accedis, in peiora poſtea ruas quàm anteà; profecto ſi attendas qui benedictionem & non maledictionem Iacob reportaret, ſagax mater

17. Quanto timore cum venialibus ad Sanctiſſimum accedendum.

Geneſ.27. n.15. Rebecca, Geneſ. 27. n. 15. non ſolùm pelliculis eum texit hœdorum, vt ſimilitudinem fratris exprimeret, ſed *veſtimentis Eſau valde bonis, quæ apud ſe habebat induit eum*; quæ res ſuperflua primo apparet aſpectu, cum pater Iſaac non ſolùm ſenex, ſed etiam cæcus tunc, *ſenuit autem Iſaac & caligauerunt oculi eius*; ergo ad quid veſtium elegantia? ſane ex odore quem retinebant, vt ex illo allectus pater filium benediceret; quod ſubtiliter adnotauit Lippom. in catena, dicens: *benedictionis itaque occaſionem accepit pius pater ex odore veſtis*; ergo licet ſimilitudinem Eſau per manus, & per colli cutē expreſſerat Iacob ob quod non maledictus, tamen ad benedictionem illa non ſuffecerunt, neceſſarius odor veſtimentorum, quo pater exhilaratus *ſtatim*, ait Scriptura, vt eum perſenſit, *benedixit*, certè negare non poſſum te ſine peccati grauis macula accedentem ex Sacramento maledictionem non reportaturum, quia eſſentialiter illa tantum puritas requiritur; ſed timeo ne benedictione illa careas, ac fructu, qua animæ gaudent veſtimentis indutæ fragrantibus, quod inde coniicio, quia non ſolū ex vſu Sacramēti perfectior nō euadis, ſed tua culpa imperfectior & non ad anteriora, ſed ad poſteriora accedis, ex vſu omnia faciens, nil vltra progrediens, non diues in abundantia frumenti, ſicut Iacob, ſed pauperior ex ipſa effectus, quia impurè accedis.

Lippom.

18. Impurè cū peccatis venialibus ſcienter accedens qua benedictione caret, & quod ſic accedat, quale ſignum.

Quod ni fallor eleganti tibi probabo ſimilitudine. Enimuero diu. Dionyſ. Areopag. de Eccleſiaſt hierarch c.3. ſacram communionem ſpir. tualem quandam appellat inſitionem; nam nos arbores Chriſtus ſurculus benedictus in nobis per hoc Sanctiſſimum inſertus, qui ſic ad ſe ſua virtute, ac efficacitate nos attrahit, vt licet ſylueſtres in plantas euadamus cæleſtes: & è contra Chriſtus in illo etiam arbor, cui nos inſerimur ſua virtute & efficacitate, non nos illum, ſed ille nos attrahit, quod eſt miraculum illud de Oleaſtro in bonam oliuam inſerto, ſic à Diuo Paulo proclamatum ad Rom. 11. n. 24. audiamus Dionyſ. *Per hanc*, inquit, *beneficam clementiam ad participationem ſui, ſuorumque bonorum incitat genus humanum. Si igitur ipſius Sacratiſſimæ ingeramur vitæ, ipſam quantum fas eſt æſtimando, veraciter conſortes Dei, diuinorumque participes efficiemur.* Ergo inſerimur & inſeritur Chriſtus in nobis & nos in Chriſto in hoc Sanctiſſimo: ex quo fit, vt verè eius ſumptio *inſitio* dici poſſit, immo & debeat, qua Chriſtus in nobis diuinus inſeritur ſurculus: at nunc attende, quid opus, vt ſurculus in inſitione inſertus fructificet, ac arborem ſylueſtrem in amœnam reducat: profectò vt antiqui rami, antiquæ frondes, ac rudes quondam ſtolones decurtentur, nudo remanente trunco; nam alioquin etſi illa remaneant, non ſolùm in meliorem ſe non rediget arbor formam, ſed in antiqua amplius ſeneſcens, ipſum euacuabit ſurculum, in ſe illum extinguens, ac deſiccans; en tibi ratio, cur etſi cum vita accedis ad hoc Sanctiſſimum, etſi arbor es vitalis, tamen ſi cum frondibus, fructibus, ramiſque veteribus, ſi cum vitiis, ac venialibus habitualibus & inueteratis, nil decurtans, ac præcidens ex arbore, ſurculum ſuffocas, non accipis, præfocas non recipis, impedis, euacuas, non alimentas hinc & ex hac radice nullus ex Sacramēto fructus, etſi quotidie accipis, quia non purè, quia arbor accedis frondoſa cum pomis, ac fructibus veteribus, qui dū totā tuam hauriunt virtutē, ſurculum deſiccant.

Dionyſ. Areopag.

19. Sanctiſſimū inſitio quædam, & Chriſtus ſurculus in eo.

Enimuero ad Dei ſuſcipiendum verbum, talem arborem ſanctus requirebat Iacobus, c.1. n 21. vt ſine frondibus extaret, ſine veteribus ramis, *Abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.* Quid per immunditiam? quid per malitiam? Beda cum aliis per immunditiam peccata corporis intelligit; per malitiam animi; Hugo omnia peccata exterioris conuerſationis; Feruardenſ. omnem impuritatem & intemperantiam: Hugo item per abundantem malitiam prauitatem cordis ſoli Deo notam: Richelius peccatum ex conſuetudine & ex malitia, vt opponitur; peccato ex fragilitate: Feruardenſius, peccatum ex impudentia. Ergo ex horum ſententia, ad hoc, vt Dei verbum in nobis inſertum fructificet, talem Iacobus puritatem requirit, vt omnia peccata exteriora occulta, & ex malitia deponantur, ſic vt omnibus penitus decurtatis ramis, ſolus truncus viuens remaneat, quod & Chriſti ſententiæ congruit, qui affirmat ſemen ſuffocatum à ſpinis & fructum ideò non reddidiſſe, quia *ſpinæ ſuffocauerunt illud*; quod ſi hoc, quæ neceſſaria erit decurtatio ad hoc vt non Dei verbum ore prolatum, ſed ipſummet ſubſtantificum, ipſamet Dei perſona in nobis inſerta fructificare poſſit & non præfocetur? *Vult Chriſtus Dominus*, ait Areopagita vbi ſupr. *vt nos illi tanquam membra corpori congruamus, & per vita ſincera, ac diuinæ ſimilitudinem compaginemur, ne corrumpentibus mortificati vitiis ad diuina & ſanctiſſima membra incongrui efficiamur.* Pende ſingula, dum communicamur ad inſitionem, ad compaginationem vocamur, vnum è duobus, aut tu ſurculus, aut Chriſtus, elige quod vis, ſi Chriſtus, iam vidiſti quid opus, vt in te fructificet; ſi tu in Chriſto & tanquam Oleaſter in bonam oliuam vis inſeri, vt illud miraculum contra naturam fiat, de quo Apoſtolus loquitur ad Rom. 11. n. 24. aduerte quod ſic debeas excindi, vt ex Oleaſtro tantùm ſurculus remaneat, qui inſeri poſſit; ergo antiquis decurtatis ſtolonibus, antiquis exciſis ramis, ac frondibus in nouam erectus arborem, ſic purus, ſic illibatus apparere, ſiue accedere debes, vt vndequaquè fulgidus, dignus inueniaris.

Iacobus, 1. n. 21.

Beda. Hugo. Fernard. Richel.

Areopag.

ad Rom. 11. n. 24.

Immò, vt quanta tibi neceſſaria ſit puritas, quanta pulchritudo, ad hoc vt placere poſſis, ad hoc vt diuinos oculos in te, vt ſic dicam conuertas, velim ſcias, poſtquam omnia feceris, poſtquam infinitam adhibueris diligentiam, poſtquam tandem te omnimode compoſueris, niſi Deus addat ad illa, niſi conferat ex ſe ſplendorem, te parum, aut nihil effeciſſe; Mirum ſi quanta ſanctiſſima Iudith effecerit conſideres, vt capere poſſet Holophernem, c. 10 n. 3. *Lauit corpus ſuum, vnxit ſe myrrho opt. mo, diſcriminauit crinem, impoſuit mitram capiti, induit ſe veſtimento incunditatis, induitque ſandalia, aſſumpſit dextraliola & lilia & inaures, & annulos, & tandem omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe.* En quanta; nil ergo præteriit ad ornatum ad decorem, ad gratiam; quod ſi pulchritudinem

20. Ad dignè accedendū non noſtra etſi magna ſuffieit diligentia, ſed de ſuo addere debet *Iudith.* 10 n 3.

poſtea conſideres, de hac ait Scriptura, c.8.n.7. fuiſſe *elegantem nimis*, certè ſufficientem eam dixeris ad cuiuſcumque capiendos oculos; at non ſic; nam præſciens Deus fortaſſis, quod tali, ac tam admirabili non caperetur pulchritudine Holophernes, etſi alioquin laſcivus homo, forſitan quia contra gentes illas iratus & offenſus, ideo Deus ſanctiſſimus affirmat Scriptura, quod & *contulit ſplendorem* & tamen homo ille & homo carnalis, quid ergo? numquid minus Deus ſanctiſſimus? infinitis eum tenes iniuriis offenſum: vix decorem induiſti gratiæ, vix veſtem dimiſiſti pullam peccatorum, ac per ſacram te illa exuiſti confeſſionem & reputas ob hoc te dignum: cùm etſi infinitis aliis ſplendidioribus te decorabis ornamentis, nec dum ad illos aptus eris capiendos oculos, niſi tibi Deus ſupernè ſplendorem contulerit, augebit; hoc, ni fallor, adnotauit Beda ſuper illud Exod. 29. n.4. quando ad inſtitutionem Aaronis, filiorumque Deus mandauit Moyſi, vt patrem cum filiis lauaret. *Cumque lauaueris patrem cum filiis*, vbi Beda *notandum quod conſecraturos eos Moyſes, primo lauit aqua & ſic habitum illis ſacri gradus imponit, quia nimirum neceſſe eſt, vt qui ad officium altaris promouendus eſt, maioribus ſe ſolito lachrymarum fluentis abluat, vt quo mundior ad gradum accipiendum acceſſerit, eo perfectiùs acceptum conſumet.* Maioribus ſolito lachrymis vt ſe abluat, affirmat Beda neceſſarium ei qui ſacras veſtes indueretur, cùm ipſæ ex ſe non eſſent ſufficientes, niſi & Deus lachrymarum fontes adiiceret: ſic quippe, polleas quantumuis virtutibus niſi tibi Deus ſplendorem conferat, non dico quod iudicium ſumes, ſed quod oculos illos non attrahes diuinos, non fluenta amoris, non incendia ardoris.

Exod. 29. n.4. Beda.

11. Ad dignè accedendũ ſic & Deus noſtri amore capiatur fluenta ſupt neceſſaria lachrymarum, non lachrymæ tantùm.

HOMILIA LXXXIII.

De præparatione.

1. Proxima ad Sanctiſſimum præparatio, oratio ac meditatio.

PVritas etſi prærequiratur, ob quod & præparatio etiam dici poſſit, tamen quia ſemper illa, ideo tanquam præparatio remota de ea priùs diſſeruimus, nunc de proxima, quam vnicam facimus, orationem ſcilicet, ſeu meditationem, *guttur tuum*, inquit ſponſus de ſponſa, Cantic.7.n.9. *ſicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque, ac dentibus illius ad ruminandum*; quid per guttur? Philo Carpathius, hoc Sacramentale corpus, hoc Sacramentale vinum, de quo ſponſus aſſerit dignum ad potandum dilectæ, hoc eſt animæ dignè eum accipienti, vnde Philo, *vt oſtenderet ſolis rectis corde hanc latiſſimam eſcam, cæleſtem panem, ſuperſubſtantialemque & ſalutarem potum eſſe datum.* Benè hoc, ſed vnde ruminatio: nunquid homines ruminant? & dato quod ruminarent, vnde ruminatur vinum: ſanè & vinum ruminatur; quod equidem tunc fit, quando non ſtatim ſorbetur, ſed ad capiendum ſaporem in os reuoluitur antequam ſorbeatur, quale in hoc myſterium? illud reſpondet Philo, ſcilicet *cæleſtem eſcam cogitationum labiis, & meditationum dentibus tractandam eſſe.* Veriſſimè, non deglutiendum hoc Sacramentum, ſed prius ruminandum oratione, attentaque meditatione, & Paſſionis præcipuè, ſine qua non ſolùm indeuotè quis, ſed etiam indecenter accedet.

Mortuo quidem Domino & in ſepulchro iacente, ad corpus eius iterum videndum, tangendum, tractandum, etſi mortuum, non piæ illæ mulieres auſæ, quin prius paraſſent aromata; *Et reuertentes*, ait Luc.c.23. n.55. *paranerunt aromata & vnguenta*; quibus paratis, c 24. n.1. *venerunt ad monumentum portantes quæ paranerant aromata*; quid aromata niſi orationes feruentes? audi ſanctum Thom. opuſc. 58. c. 15. *Acceſſuris ad corpus Domini prælibanda eſt orationis deuotio, vt quod fortè minùs parati ſumus per ieiunium & confeſſiones, ſuppleat ſpiritualium aromatum, id eſt orationum oblatio; hinc Maria Magdalena & aliæ deuotæ portabant aromata, dum quærebant corpus Domini.* Et tamen corpus quærebant hominis ſecundùm ipſas mortui, non viui: immo nec diuini, ſic in fide erant debiles & infirmæ: quid ergo faciendum? corpus illud quærimus Dei viui & non profectò ad attrectandum tantum illud, ſed ad deglutiendum & intra nos reponendum, qualia aromata afferre debemus? quales orationes?

Luc. 23. num. 55.

S. Thom.

2. Timendus acceſſus ad Sanctiſſimũ ſine oratione ac meditatione præuia.

Quid? certè ex negligentia hac & ex tali impræparatione timendum & valde, vt non ex illa petra diuina fluenta exhauriamus benedictionis, ſed potius pœnæ, ſed potius ſupplicij: mirum ſi attendes ſupplicium quod Dominus iratus contra Moſem illi inflixit, ſic vt irremiſſibile prorſus extiterit, Num.20. noluit vt ipſe introduceret populum illum ad promiſſionis terram, immo vt nec ipſe ingrederetur, quod tunc temporis ſupplicium erat maximum, maximis ſolitum adhiberi peccatis, vnde populo murmuranti, ac diffidenti, nolentique vltra progredi, ſed in Ægyptum reuerti, nen aliam Deus inflixit pœnam, quam in terram promiſſionis priuationem ingreſſus, ibi c. 14. nu. 22. quid ergo tantum peccauit Moſes? Aliqui dicunt eo quòd bis percuſſerit petram, cùm non deberet niſi ſemel: alij quod non percuſſerit eam petram, quam Dominus ei oſtendit, ſed quam populus petiit: ſic Rabini: alij quia ambiguè protulerit verba; vnde Pſalm. 105. n. 34. *diſtinxit in labiis ſuis*: alij aliquam differentiam in Moſe agnoſcunt: alij vt Abulenſ. Theodoret. Oleaſter & Lyran. affirmant peccaſſe, quia locuti ſunt ad populum & non ad petram, ſicut eis Dominus mandauerat, *loquimini ad petram & ipſa dabit aquas*: alij demum vt apud Oleaſt. quia *non ſunt locuti ad petram vt Dominus mandauerat, ſed eam percuſſerunt ſine allocutione*; iam me habes, ſine allocutione petram percutere, ſine oratione ad Chriſtum in Sacramento accedere, vide ne ſit potius percuſſio, quam obedientia, vnde etſi aquis fluat gratiæ, tamen offenſus, ac tecum remaneat iratus, quia non es locutus, non oratione, meditatione, ſupplicatione acceſſiſti.

Ibid. 14. n. 22.

3. Moſis peccatum in quo ſtetit.

Abulenſ. Theodor. Oleaſt. Liranus.

4. Per Sanctiſſimum ſine oratione præuia nõ perfectè debellantur inimici.

Hinc velim, vt pro certo vnum ſtatuas quod etſi hoc Sanctiſſimum, vt ſuprà diximus, virtutem tibi præſtet inimicos debellandi, ac vincendi, tamen non hoc perfectè ſine oratione præuia, non ſine ad Deum exclamatione, petitione, obſecratione; hinc merito ſtultitiæ, ac

Digitized by Goc

insipientiæ Saulem arguunt, qui dum ad Philistæos debellandos se accingebat, orationem intermisit: immo interdixit, 1. Reg. 14. cùm enim tumultus magnus in castris exortus esset Philistinorum, Saul ne inconsulto Deo rem aggrederetur vocat Achiam Sacerdotem, num. 18. atq; ad ipsum, *Applica arcam Dei*, quod idem valet, ac ora, & consule Dominum, quid faciendum; at cùm extensas Sacerdos haberet manus ad orandum & consulendum percrebrescente tumultu ne occasio elaberetur; immo, vt benè adnotat Lyra. *sollicitus pro filio absente, quia volebat statim filio suo succurrere*, pluris hoc faciens, quàm ipsum Dei responsum, ineptissimè orationem Sacerdoti interdixit, dicens: *contrahe manum tuam*, hoc est orare desine; at quid ex hoc? nec vsque ad internecionem persecutus est inimicos, nec vltra responsum impetrare potuit; & quod caput, sic stolidus factus, vt ineptissimum ieiunium inhibente, populus à Deo defatigatus sit, vt penè fame enecatus, etsi Dei arca in illo exercitu: *pessima lamentatione fœdatum est palma illius decus*, ait Iosephus, *volens enim funditus interimere Palæstinos maledixit Hebræis.* Egregiè, & quod sæpè expetimus, orationem refugimus vt ad negotia filiorum, amicorum, immo ad propria accurramus, quasi occasio elabatur, quasi negotium intereat, & sæpè dum inimicos delere, nostros destruimus amicos; immo & nostra; sed ad rem, ineptissimè interdixit orationem, ex qua ineptia inimicos non deleuit, etsi arca in exercitu, quam data opera secum adduxerat, vt rectè adnotat Sanchez hîc, vt peream inimicos debellaret, vt ex hoc intelligas, quod licet hoc Sanctissimum intra te contineas, licet tecum habeas, ad ipsumque accedis; vt tuos debelles inimicos, si hoc sine oratione, sine feruenti, ac deuota meditatione, nil proficies; immo deficies: nam etsi intra te Deum recipias & ipsum comedis, tamen scito quod vt tecum ipse etiam conuiuat, ac non obiter tecum inhabitet, necessarium. vt prius adores, ores, eum concupiscas, fleas, suspires.

1. *Reg.* 14. n. 18.

5. Saul stultus orationem intermittēs vt inimicos persequeretur.

Iosephus.

6. Orationem intermittentes, vt ad negotia occurramus propria quàm stultum. Sanchez.

7. Vt Christus in Sanctissimo nobiscum conuiuat necessaria oratio, adoratio.

Genes. 18. n. 2.

Enimuero, Genes. 18 Deum in forma humana Abrahamo apparente & tanquam peregrino vltra pertransiente, vt ad se eum aduocaret Abrahàm, & vt secum comederet priùs adorauit, n. 2. *Apparuerunt ei tres viri, quos cum vidisset cucurrit & adorauit in terram.* Post quæ eos ad prandium vocauit, inuitauit. Mira equidem diligentia, eo vel maximè, cùm tunc, quando hoc Abraham verè putauerit esse homines peregrinos; quod apertè affirmat Paul. ad Hebræos, 13. n. 2. *Latuerunt quidem Angeli hospitio accepti*; quod cùm sit, quid ergo tantus conatus, tantum desiderium, tanta oratio, vt peregrini domum intrarent? quin potius è contra ipsi illud præstare debuerant, vt est in vsu: sanè, quia etsi peregrini, & vt tales ab Abrahamo reputati, tamen Angeli Dominum repræsentantes, vnde ad nostram doctrinam & secreta Abrahamum, non solum ad receptionem, sed ad adorationem impulerunt: docemur quidem ex hoc quod vt nobiscum Deus conuiuat, ad hoc vt non obiter, sed quietè & per tempus nobiscum sit, oratio præmittenda, adoratio, suspiria, desideria, lachrymæ, vt in nobis, ficut Sanctus ait Thom. opusc. 58. c. 15. hunc eundem referens locum Abrahami, illud Iobi compleatur, scilicet *antequam comedam suspiro*; nam velim scias, quod hîc panis inter cætera nomina & panis desiderabilis nominatur, hoc est quod desiderio prius, fame, appetitu insatiabili desiderandus, sic vocatur in figura apud Daniel. c. 10. n. 3. *trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi*, vbi Theodoret. orat. 10. in Daniel. per panem hunc desiderabilem panem azimum huius figuram sacramenti intellexit; ergo cum in se desiderabilis sit desiderio comedendus, accipiendus, non secus ac paruuli matrum papillas, vt ait Chrysostom. hom 60. ad populum, *nonne videtis quanta promptitudine paruuli papillas rapiunt, & quanto impetu labia vberibus infigunt? accedamus nos quoque cum tanta ad hanc mensam.* Quod equidem necessarium, vt eius suauitas gustetur & vt sapiat, cum hoc maximè ex desiderio, quo accedimus proueniat. Psalm. 80. n. 17. affirmat Psaltes mel de petra eduxisse Dominum, *& de petra melle saturauit eos*; vnde hoc? cum aqua non mel fluxit: Egregiè idem Chrysost. hom. 2. ad populum Antioch. tom. 3. ex siti & ex aquæ desiderio quo tenebantur, aqua, non aqua, sed mel sapuit, *nusquam in Scriptura*, ait, *lectum est, quod mel de petra Moses eduxerit, sed vbique fluuios & aquas, & rigida fluenta; quid igitur tandem est quod dicitur, nisi quod postquam sitientes, & indigentia fatigati frigidioribus aquis inciderunt, ex potu voluptatem asserere volens mel aquam appellauit.* Sapienter, desiderium efficit dulce, quia appetitum excitat; si vis ergo vt petra illa diuina Sacramentalis tibi melle scateat, desidera, appete, non tantùm ambula, sed ad illam aduola.

S. Thom.

Daniel. 10. n. 3.

Theodor.

Chrysost. 8.

Ad Sanctissimum desiderio accedendum, vt dulcedo eius gustetur.

Psalm. 80 n. 17.

9. Cur dicat Dauid mel de petra fluxisse, cùm non nisi aqua.

Hinc Sancti rectissimè accedentium ad hoc Sacramentum conditionem requirunt Aquilarum, quæ vt scholiastes Hieronym. epist. 61. ad Pammachium, *triduo prænolare dicuntur vbi cadauera sunt futura*; sic cadauerum amore, sic desiderio tenentur, vt etsi in præruptis habitent, etsi in montibus, inde contemplantes à longè escam se præcipites demittant, vnde Iob, 39. & 33. *inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt, & vbicumque cadaver fuerit statim adest.* Quod Sancti, vt dixi; attendentes, tale asserunt debere nostrum esse desiderium, affectum, amorem, propensionem ad corpus Christi comedendum. Vnde Ambrosius libro octauo in Lucam, capite decimo-septimo, *Est corpus*, inquit, *de quo dictum est, caro mea verè est cibus, circa hoc corpus vere Aquilæ sunt quæ alis circumuolant spiritualibus*; & Chrysostomus, hom. 24. in primam ad Corinth. non immerito affirmat Aquilas debere esse, qui ad Christi corpus accedunt, *quia oportet*, inquit, *eum, qui ad hoc corpus accedit, esse sublimem & cum terra nihil habere commune, assiduè volare & ad solem iustitiæ aspicere.* Egregiè, assiduè volare ait, quod profectò fit per orationem, per contemplationem; nam sic, vt diximus, Deus noster erit conuiua, Deus & nobiscum prandebit.

10. Ad Sanctissimum desiderio aduolandum, vt Christus nobis conuiuat.

Iob, 33. & 39.

Ambros.

Chrysost.

11. Immò vt & Angeli.

Immò non ſolum Deus, ſed & Angeli nobiſcum conuiuent, quando ſic accedimus ad Sacramentum, vt prius ſcilicet perfectiſſimum ſit per orationem, per lachrymas cor noſtrum Deo holocauſtum recuſantes illud ſin aliter ad panem accedimus: nam tunc, vt ſic dicam, quaſi non eſſet talis panis Dei, ſed noſter, recuſant illum nobiſcum edere; hoc ni fallor adumbratum allegoricè inuenio in reſponſione Angeli ad Manue, Iudic. 13. n. 16. iſte enim reputans Angelum hominem ſanctum, qui de filio naſcituro eum admoniuiſſet ſacrificium Deo offerre, ſic deſiderabat, vt poſteà ex illo ſimul cum viro ſanctiſſimo veſceretur; *Obſecro te, vt acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris*, hoc eſt, vt ait Auguſt. qu. 53. in Iudic. *Facere hœdum non ſolet dici, niſi cum ſacrificium fit, vnde tanquam hominem inuitauit, ſcilicet vt hoc cum illo epularetur, quod ſacrificium feciſſet*; at quid Angelus? *ſi me cogis, non comedam panes tuos*; vnde tanta Angelo comedendi reſiſtentia? nonne cum Abrahamo, vt paulò ante vidimus, comedit? cur nunc cum Manue recuſat? ſane mea ſententia, quia ipſum Manue non adorauit, vt Abraham, nō prius in præceps ruit. Hinc cum eo comedere recuſauit, ob quod & ſpecialiter *panes ſuos* illud vocauit ſacrificium, non Dei, quia oratio ad illum non præceſſerat, quia non humilis adoratio, quæ ratio ab Abul. ſatis indicatur in hunc locum q. 18. ipſe enim reputans ſimpliciter Manue Angelum vt hominē inuitaſſe, non ad ſacrificium, ſed ad prandium, inquirit cur noluit Angelus comedere cum Manue, ſicut cum Abrahamo & reſpondet, *vt incitaret illum ad offerendum, propterea dixit, ſi me cogis non comedam panes tuos.* Ergo quia non orauerat, quia Dee ſui cordis per orationis ignē nō obtulerat holocauſtum, ideo cum illo comedere recuſauit, paneſq; illos noluit, quos præcedente adoratione in Abrahamo admiſit, vt inde intelligas ſine oratione præcedenti, ſine feruenti meditatione, nec Angeli te in hoc aſſociabunt Sacramento, nec tecum de cibo illo inuiſibili comedent, quem tu viſibiliter accipis, quia non ſic eos in reuerentia aſſociaris, in feruore, in oratione, ac meditatione.

Iudic. 13. n. 16.

Auguſtin.

12. Angelus conuiuium Manue recuſauit, quia oratio non præceſſerat.

Abulenſ.

At ſi hoc de qualibet dici poſſit præuia oratione, obſecrationeque, præcipuè mea ſententia de illa, quæ circa ſanctiſſimam Chriſti paſſionem verſatur, cùm propriè & per ſe hæc requiratur; cùm vt ex illis Domini verbis, Luc. 22. n. 19. *Hoc facite in meam commemorationem*, videtur ſic cordi Chriſto paſſionis ſuæ memoriam apud nos extitiſſe, vt non alius eius memoriale præbere voluerit, quàm ſeipſum, *Finitis Paſcha veteris ſolemnis*, ait Beda, *tranſiit ad nouum, quod in ſuæ redemptionis memoriam Eccleſiā frequentare deſiderat*: vnde rectè Baſil. *diſce*, ait, *quopacto decet edere corpus Chriſti, in memoriam ſcilicet obedientiæ Chriſti vſque ad mortem.* Quod planè illæ ſignificabant agreſtes lactucæ, quibus agnus comedere Paſchalis præcipiebatur, Exod. 12. n. 8. Vnde Laurent. Iuſtinian. ſerm. de Euchariſt. deuotè deſcribens modum dignè hoc Sacramentum accipiendi, ſic ait: *Carnis & ſpiritus ſui renes iuxta Domini ſanctionem, continentiæ cingulo complectantur, deſideriis cæleſtibus, ac pio deuotionis affectu anima ſua pedes, vt calceati ſint, muniant, Dominicam paſſionem, quæ in ſacramento hoc myſticè celebratur memoriter teneant, ſic quippe azimos panes cum lactucis agreſtibus manducabunt.*

13. Paſſionis meditatio præcipuè præmittēda ante Sanctiſſimum. *Luc. 22. n. 19.*

Beda.

Baſil.

Hinc Deus egredientibus filijs Iſraël ex Ægypto, non ſolum agnum comedere, ſed poſtes, & domus ſuperliminare ſanguine eius intingi iuſſit Exod. 12. num. 7. in qua re optimè Theodoretus inquirit, quinam finis huius ceremoniæ, cùm ſi vt Angelus percutiens ex ſanguine diſcerneret domum ſeruatam, & Hebræorum eſſe ſuperuacaneum videtur, cum natura illa incorporea his non indigeret ad diſcernendum adminiculis; at reſpondet, hoc factum, *vt illi hoc ſigno docerentur, quanta erga illos eſſet Dei cura & prouidentia, vtque nos qui immaculatum agnum ſacrificium Deo offerimus, hæc antea in figura ſcripta fuiſſe intelligeremus.* Egregiè, ex illo facto, quod figura illius actionis, quam nos facere debemus, edocemur, vt in hoc myſterio illud ſemper præ oculis habeamus, Dei ſcilicet curam, prouidentiamque de nobis, dum non nos hircorum, aut vitulorum ſanguine, ſed proprio voluit redimere; hinc, & ſemper in immolatione, aut huius ſanctiſſimi agni receptione eius ſanguinem in poſtibus, ac in liminaribus habere debemus, hoc eſt in oculis, in memoria, & in operatione, vt diu. ait Greg. à ſancto Thom relatus opuſcul. 53. qui ſic: *ſanguis agni ſuper vtrumq; poſtem ponitur, quando non ſolum ore corporis, ſed etiam ore mentis hauritur, & ad imitationem intenta mēte cogitatur.* Quod dū non facimus, ſed in hoc negligentes ſic accedimus, ac ſi pro nobis Chriſtus non occiſus, non tractus; vnde nullam de hac re mentionem facientes, firmiter pronuntio, ſic nos Chriſtum ſumpturos, ac ſi Deus non eſſet, vnde nec ipſius hau riemus cognitionem ampliorem, quàm ſi purus eſſet homo, nec vt Deum eum recognoſcemus.

Exod. 12. n. 7.

Theodor.

14. Cur Deus voluit vt poſtes Hebræorum agni ſanguine intingerentur.

S. Greg.

15. Qui una præuia paſſionis meditatione Sanctiſſimum ſumit Chriſtum attingit, ac ſi purus eſſet homo.

Hoc quippe mihi videre videor in illo Luc. 24. num. 30. dum non antea diſcipuli Domini, qui in Emaus progrediebantur eum cognouerunt, quàm panem eis Chriſtus frāgeret, qui panis extitit Euchariſticus vti paſſim patres. Auguſt. de conſenſu Euangelij c. 25. Beda, Strabus, Chryſoſt. aut quiuis alius Hom. 9. ex variis in Matth. Theophilactus, & alij, & optimè probat Maldonatus in hunc locum; ergo tunc miraculosè Chriſtum cognouerunt, quando hoc Sacramētum acceperunt; ſed quod adnoto eſt, illos dum factum referrēt, non dixiſſe eum cognouiſſe, quando ſacramentum acceperunt, ſed quando illud fregit, *ipſi narrabant, quæ geſta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.* Quid per hoc; ſanè illud quod Bernardus ait Hom. de duobus diſcipulis euntibus in Emaus, ſcilicet quod tunc cognouerunt, quando eius ſunt recordati virtute huius ſacramēti, humilitatis, exinanitionis, paſſionis, *in fractione virtutem humilitatis intellige*, ait, *per quam ſeipſum fregit, diminuit, & exinaniuit ipſe etiam qui panis eſt vitæ.* Ergo ante hanc memoriam ipſum vt hominem tantum habuerunt, non vt Deum cognouerunt; at poſt illam, vt Deum habuerunt, apertique ſunt oculi eorum. Vt ex hinc diſcas, quod dicebamus, multos,

Luc. 24. n. 30.

Auguſtin.

Beda.

Strabo.

Chryſoſt.

Theophil.

Maldon.

Bernard.

16. Panis quem Chriſtus diſcipulis Emaus præbuit, Sacramentum extitit Euchariſtiæ.

multos fructum huius Sanctiſſimi non percipere, eumque intra ſe non vt Deum, ſed quaſi purus eſſet homo nihil operans accipere, quia eius non conſiderant fractionem, exinanitionem, paſſionem; quid? immo nec imitantur, vt rectè hic idem Bernard. auream illam pronuntians ſententiam, nempè *ſi vis ipſum cognoſcere, ſicut ſe fregit, ita te frange, quia qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare*; Ex hoc radix, vt nil in ſacra communione fructificemus, & ſic poſt panem acceptum, ac antea deſides manemus, quia nec opere, nec meditatione illum frangimus, operamur, ſed integrum deglutimus, vnde ad malum, non ad bonum amplius noſtri aperientur oculi.

17. Vt Chriſtū cognoſcamus nos frangere prius debemus.

Enimverò infelix Eua tunc oculos aperuit, quando tulit de fructu, & comedit, Geneſ. 3. ſed attende cum Bernard. vbi ſup. quod ideo in malum eius aperti oculi, quia fructum non fregit, ſed integrum ſumpſit, *tulit de fructu eius, & comedit*, n. 6. *te cognoſcat*, ait Bernard. *in panis fractione, qui ab initio voluit integrum attentare, vel aterectare.* Vnde ad malum eius aperti oculi, quia malum quod in illo non frangendo deglutiuit; ſic nunc non aperientur oculi, ſed claudentur, quia non frangendo hunc panem, bonum quod in illo non vident, non aſpiciunt, hinc hoc Sanctiſſimum nihil illis proficuum, nil ad vitam.

18. Panis Euchariſticus prius frangendus ne ſuffocet. *Geneſ. 3. n. 6.*

Hinc ex hac radice potius deſeruit ad mortem, cum inde infirmantur ex hoc Sacramento, quia non Deum, vt ſic dicam, pro illis mortuum in illo accipiunt, ſed tantum vt viuum; vnde quid mirum ſi eum iudicem habeant, non aduocatum, qui peccata non diſſimulans potius flagellet, quam remuneret. 3. Reg. 17. n. 2. *Vivit Dominus*, ait Elias, *Deus Iſrael in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, vel pluuia, niſi iuxta oris mei verba*; quid eſt *vivit Dominus*, nili iurare per Deum viuentem; dicerem ego, nec pluuiam, nec rorem futurum, ſiccitate, & fame populos perituros, cum per Deum viuentem iuraſſet, quod aptè adnotauit Baſilius Seleucienſ. orat. 11. ponderans ideo Deum viuentem nominaſſe, vt eius timor, & rigor populos illos ad ſe reduceret, immo & puniret, qui malè ab illo abierunt, *Quod Iudæi in Idolorum veneracionem inclinarunt, quod authore vitæ relicto dæmonibus ſe dediderunt, proprijs edocti calamitatibus viuentem Deum agnoſcant; & condiſcant per quæ mortem appetant.* Ergo non mirum ſi calamitatibus afflicti, quia Deum habuerunt viuum; at iuret Elias per Deum mortuum, ſeu obtineat populus Deum mortuum, crucifixum, ac ſepultum, & vide ſi impoſſibile, vt non ſit pluuia, vel ros, immo & tunc magis, quando ampliora peccata: nam tunc hoc Sacramentum, tunc ros hic diuinus inſtitutus, quando amplius peccata vigebant; quod ſi rationem expendis, ſane, quia tunc, tunc moriturus, paſſurus. Ergo qui paſſione Chriſti imbutus, qui eius ſanguine conſperſus, qui cum ipſo ſimul commortuus eum recipit, impoſſibile, vt etſi peccator in malum ei cedat, quia Deum recipit, vt ſic dicam mortuum, non viuentem, aduocatum, non iudicem, rogantem pro illo, non contra illum; ô quam bene hoc Iſaias 2. n. 10. *Abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini.* Ergo etſi Deus iratus, eſt locus aliquis in quo abſconſis ira ad nos non perueniet Dei, & qualis iſte, cum contrarium dicat Dauid Pſal. 138. *Quo à facie tua fugiam?* Sane inquit Bernard. Serm. 62. in Cantica, ipſa Dei palmo, ipſum corpus perforatum, *Etſi intelligamus*, ait, *foſſam humum illam, qua ait, foderunt manus meas, & pedes meos, non erit ambigendum de ſalute in ea citius adipiſcenda anima vulnerata, quæ in ea demorabitur.* Egregiè, vbique penetrat Dei ira, vbique Deus viuus; at ſi tu in foſſa humo te abſconderis, ſi tu Chriſti vulneribus, iram effugies, immo virtute huius corporis miſericordiam conſequeris; at ſi accedis erectus, & in hac foſſa ſuffoſſus, & ad Deum viuum, non mortuum, time iudicium, formida iudicem.

Iſaiæ. 2. n. 10. *Pſal. 138.*

Immo ex hoc, quia ſine hac conſideratione Sanctiſſimæ paſſionis hoc accipiunt Sacramentum, ideo frigidi ad illud, & ſine vllo eius deſiderio ſiti, ac fame, res ſic neceſſaria ad dignam eius ſumptionem, cum niſi ex paſſione, feruentique eius meditatione fames Chriſti non habetur. *Convertentur ad veſperam, & famem patientur, vt canes*, Rex ait Propheta Pſalm. 58 n. 7. recole Auguſtin. hîc per veſperam Dominicæ Paſſionis intellexiſſe prædicationem, meditationem, memoriam; quid ergo ex hac meditatione? fames Chriſti, & fames canina, hoc eſt vehemens, magna, inextinguibilis, de qua ait Seneca quod *deglutito fruſtulo ſtatim ad alium intenduntur*; ſic ex hac Chriſti Paſſione ita animæ benedictæ in eius incenduntur ſiti, vt vix hodie accipiant, ac diem præſtolantur ſequentem. Audi ſponſam Cantic. 2. n. 3. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*, quis fructus? Audi Ambroſ. in Pſal. 118. Sermone 5. *Quis fructus eius dulcis, niſi prædicatio Dominicæ Paſſionis? ergo vbi guſtat fructum ſuauitatis impatiens ad perfectiora feſtinat, dicens: introducite me in domum viri, conſtituite me in dilectionem, confirmate me vnguentis, ſtipate me malis.* Egregiè; per meditationem enim guſtata paſſione, ſic animæ ſanctæ ad perfectionem, ac ſponſi ſitim accenduntur, vt tanquam canes famelici, ac ſitibundi ad ſponſum accurrant, vt in hoc Sacramento eius lingant vulnera, lambant ſanguinem, non ſecus ac illi canes vulnera lambebant Lazari., cui ſimilem facit Chriſtum, idem Ambroſ. lib. 8. in Luc. Nec equidem hoc mirum, nam, cum, vt ſuprà diximus, per receptionem huius Sacramenti animæ Chriſtum induant, & ex duobus indumentis, vt ſic dicam fiant vnum; quo anima in Chriſto, & Chriſtus in anima includitur; fit hoc equidem nullo alio medio niſi Paſſione, cuius virtute animas ad ſe ſic trahit Chriſtus, vt cum ipſo veluti conſutæ, impoſſibile quod vbi ipſe, non illæ.

19. Immo ne mortem adducat.

3. *Reg. 17. n. 2.*

Baſil. Seleuc.

20. In Euchariſtia Deum non viuum vt ſic, ſed pro nobis mortuum ſumere debemus, ſi vitam hauſire deſideramus.

21. Fames Sanctiſſimi nō habetur ex defectu meditationis paſſionis. *Pſal. 58. n. 7.*

Seneca.

22. Ex illa animæ fame ſcunt. *Cantic. 2. n. 3.* *Ambroſ.*

Pulchrè hoc confirmatur ex illa Paſchaſij doctrina lib. 9. in Matth. ſuper illa verba c. 19. *Facilius eſt camelum per foramen acus introire, quam divitem in regnum cælorum intrare*; vbi per acum Chriſtum in Paſſione perforatum intelligens, per fila animas illam meditantes, ac per eius vulnera intrantes, concludit quod ſicut fila ſemper vbi acus penetrat, ſic animæ ſemper vbi Chriſtus, quæ in eius

23. Chriſtus per Paſſionis meditationem animas ſecum conſuit. *Paſchaſ. Matth. 19.*

Digitized

viuunt foraminibus, & ex cuius inſuper virtute vnum quid cum illo efficimus, audiamus ipſum, A *Acus namque*, ait, *geminam formam habet, priorem acutiſſimam, per quam cuncta perforat, ac penetrat, & aliam vero retro, qua perforata eſt, & poſt ſe fila trahit, vnde nec immerito per acum ipſe Chriſtus intelligitur perforatus in paſſione, per quod vtique foramen omnia ad ſe, & poſt ſe trahit, cuius diuinitas penetrat omnia, & pertingit omnia, cuius humanitas quia paſſa eſt, trahit poſt ſe omnia, quo vulnere vulnera noſtra omnia conſuere, à quo conſuta eſt immortalitatis tunica, quæ olim conſciſſa erat per Adam, ipſa eſt acus qua caro, & ſpiritus conſuuntur in vnum, vt vlterius ſeparari nequeãt.* Egregiè quidem, Chriſtum induunt in hoc Sacramento animæ ſanctæ, & viciſſim ille induitur, vnus nobis cum factus commutata veſte, immo conſuta, facta ex vtraque vna; at quomodo hoc fit? acu certè mediante, perforata, in cuius foramine, hoc eſt paſſionibus, ſiue plagis illa ſanctarum animarum exiſtentis ſit vna veſtis, penetrantes vbi Chriſtus penetrat, exiſtentes vbi ipſe exiſtit, virtute huius acus perforatæ, vſque ad diuinitatem eius in hoc Sanctiſſimo penetrantes, ſic vt ad tantam cum eo deueniant familiaritatem, vt ſuum eum faciant, non communem; peculiarem, non vniuerſalem Dominum.

Ioan. 10. n. 25.

Enimuerò reſurrectionem Chriſti credere refugiebat Thom. Ioan. 20. n. 25. vnde ait: *Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam;* In qua re adnotandum illud quod Toletus, & rectè, diſcipulos Thomæ dixiſſe vidiſſe Dominũ, ac eius vulnera; nam ſupra cum eis apparuiſſet affirmat Euangeliſta *oſtendiſſe eis latus, & manus*; at quid Thomas incredulus, & pertinax, quaſi leuitatis eos arguens, dum ex ſolo viſu credidiſſent, affirmat ſe non crediturum, niſi ſimul tangat, palpet, immo digitos, ac manum in vulnera mittat, quid inde? apparuit iterum Dominus, & ad Thomã: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, affer manum tuam, & mitte in latus meum.* Ex quo penetranti tactu illud, vt exclamaret Thomas: *Dominus meus, & Deus meus*; duo adnoto; primum, per foramina ad deitatem penetraſſe; & ſecundo, non dixiſſe tantum Dominum, & Deum, vt cæteri diſcipuli, qui illi dixerunt *vidimus Dominum*, ſed pronuntiauit, ac exclamauit, *Dominus meus, & Deus meus*, non communis, ſed peculiaris, ſed meus, vnde tanta fiducia? ſeu vnde ſic communem Dominum ſuum tantum efficit? ſanè amice, quia non ſolum vidit vt reliqui, ſed attrectauit, ſed tetigit, ſed in vulnera ſe immiſit; hinc in Chriſtum transformatus, & Chriſtus totus ſuus.

Toletus 24. Paſſionis meditatio Chriſtum peculiarem meditantis facit Dominum.

Bernard. 25. Et anima Dei peculiaris nulliuſque alterius.

Cantic. 2.

Audi Bernard. Ser. 61. in Cant. *Dominus meus*, inquit, *& Deus meus, vnde hoc reportatum oraculum niſi ex foraminibus?* Hinc totus Thomæ Chriſtus, & è conuerſo totus Thomas Chriſti; quia ex foraminum habitatione hæc transformatio; vnde ſicut Thomas in illis habitans Deũ nominauit ſuum, ſic Deus animam in illis & ſuam dicit Cãtic. 2. *Surge amica mea, ſoror mea, columba mea*, quid, non eſt alterius? forſitan non habet hæc patrem, & matrem? ſane de matre illa ipſa Scriptura dixerat, in domum matris ſuæ ſponſum introductura; vnde ergo nunc ſolius ſponſi *amica mea*? ſane quia *in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ*, habitabat; hîc tota ſponſi, ſicut ſponſus totus ſuus. Audi Greg. in ipſum Canticorum locum, *Bene columba in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ eſſe dicitur, quia dum in cruce recordatione, dum ipſa vulnera ad memoriam reducit, quaſi columba in foraminibus ſimplex anima in vulneribus nutrimentum, quo conualeſcat inuenit.* Egregiè, nutrimentum inuenit in foraminibus exiſtens, anima iam non duplex, ſed ſimplex, hoc eſt verius, & ſolius ſponſi, quia hoc Sacramento paſta, ſic eum ſumit vt nutriatur, ſic ſumit, vt transformetur, ſic ſumit vt virtute foraminum tota in Chriſtum, & Chriſtus totus in illam tranſeat; ſic memoria potens eſt feruida paſſionis, ſic effectiua amoris in hoc Sacramento.

B Immo mea ſententia, ſic neceſſaria eſt paſſionis Chriſti in hoc Sacramento meditatio, vt niſi per illam, ſeu ſine illa, frumentum hoc diuinum, ac electorum, parum, ſiue nihil in te fructificabit; huc reuoco ſententiam illam Domini noſtri Ioan. 12. 14. ſub iure iurando ab illo pronunciatã, nempè, *Amen dico vobis niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Vbi adnotandum, quod non dixit cadens in terram non mortuum putreſcere, ſed manere profecto integrum, ac ſanum, ſed abſque fructu; ac per mortẽ fructificare; Hinc ego pariter colligo, quod etſi in te diuinum hoc granum cadat, ſed abſque morte, aut paſſione, profecto etſi non marceſcet, ſed integrum maneat, tamen parum, aut nihil fructificabit; nam vt fructificet, & in fructus vitæ emergat æternæ, mors, paſſio neceſſaria: nam alioquin, dic mihi cur ante mortem, & propè illam hoc inſtituit Sacramentum? nonne aptius poſt reſurrectionem? quando iam vt Deus impaſſibilis, ſicuti in hoc Sacramento exiſtit, ſic tunc illud inſtitueret, congruenter ad ſtatum reſpiciens præſentem quem tunc tenebat impaſſibilem, cur ergo ante paſſionem? ſanè ad rem præſentem optimè Paſchaſ. de corpore, & ſanguine Domini c. 18. vbi quærit: *Quare ante paſſionem corpus ſuum diſcipulis dederit*, reſpondet, vt in illo per mortem multum fructum afferret, quaſi ſi in illo abſque morte, etſi viuens parum, aut nihil. *Ob hoc ergo*, ait Paſchaſ. *granum frumenti cecidit, vt multum fructum afferret; ſi enim hoc ille conceſſit ſeminibus, multo magis id ſibi præſtitit, vt & ipſum maneat incorruptum, & deinceps multam alimoniam immortalitatis præbet ex ſua fructificatione credẽtibus.* Cecidit corpus Chriſti in Sacramento certè incorruptibiliter, immo in illo impaſſibiliter, ac ſi ſic & ipſum ſemper, equidẽ non multũ fructum, vt ſic dicã, afferret, quid ergo? ſit incorruptibilis; at moriatur, patiatur vt ſic & in Sacraméto incorruptus multã alimoniã immortalitatis præbeat, vt exinde intelligas fructus Sacramenti, non niſi ex paſſionis, ac ſanguinis Chriſti virtute, cum etſi poſſet vt Deus illos cõferre abſq; paſſionis medio, noluit, tibi documẽta præſtans, quod ſimiliter, etſi tu illos percipere vis, viam regiã, meditationẽ extare paſſionis, attentionem ad illa quæ ipſe pro te pertulit, pro te paſſus eſt.

Ioan. 12. n. 24. 26. Sine paſſionis præuia meditatione parum Sacramentum fructificabit.

Paſchaſ.

D

Digitized by Google

HOMILIA LXXXIV.

De gratiarum actione.

PVritatem ante ſumptionem Sanctiſſimi neceſſariam diximus, ſimul & orationem, paſſioniſque meditationem; reſtat ergo nunc gratiarum actio poſt illam, ſic debita vt impius ſit, qui eam prætereat, ſic eſſentialis, vt quaſi huic Sacramento propria, ac ſpecialis eius, ſit ipſum ab illa denominatum *Euchariſtia*, hoc eſt *bona gratia*; non tantum mea ſententia actiuè, vt ſic dicam, quaſi bonam conferat gratiam, vt confert, ſed etiam paſſiuè, quatenus ex iure, ex debito bona illi debeatur gratia, vnde qui negligens in hoc, ac deſes merito impius dici poſſit. Greg. enim Thaumaturg. in orat. *Charisteria* ad Origin. quæ habetur 3 tom. Bibliotec. Patrum, impium certè nominat, immo inſanum hominem beneficiis ingratum, ingratum inquam, non quia malum reddat, ſed quia gratias non rependat, & ad rependendum deſes reperitur. *Enim*, ait, *qui beneficio affectus ſit, ſi aliter non poteſt, ſaltem verbis gratias rependere non conari, aut mente capti, aut immemoris eſt, aut ſi ſenſum, & memoriam conſernat inerſque eſt, & ingratus, & impius:* à qua actione nec magnum, nec paruum affirmat excuſari, cum nulli gratus poteſt deficere affectus, verbaque ſaltim grata; quod ſi in omnibus hoc beneficiis, etſi minimis, quid de hoc, quod prorſus infinitum; quales ergo Deo ex illo debentur gratiæ? qualis animi gratitudo? certè infinita.

1. Euchariſtia vnde dicta.

Thaumaturg.

2. Ingratus Sacramentali beneficio impius.

Hinc talis ex illa menſa, diuinoque conuiuio quis recedere debet, ſic conſtans, animóque reſolutus, vt pro gratia vitam offerat, ſanguinem, ipſum cor, ipſaſque medullas ſic animatus, vt gemat, vt ploret, vt triſtetur, quia gratias rependere non poteſt, nempe non perire, non vitam fundere, non ſanguinem conuiuæ ſuo prælibare, *Quando ſederis, vt comedas cum principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam*, ait Salomon Prouerb. 23. n. 1. *& ſtatue cultrum gutturi tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam*; quem locum ſic 70. extulerunt, *Si ſederis manducare ad menſam potentis, ſapienter intellige ea, quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam, ſciens quod oporteat te talia præparare.* Locus difficilis, quem difficiliorem verſio reddit 70. quem nunc non eſt in animo explanare, ſed tantum ex illo, quæ ad meum faciunt eruere inſtitutum, & in primis de Euchariſtia hunc locum intelligunt Chryſoſt. Homil in Pſal. 116. vt mox videbimus, & Auguſt. Tract. 84 in Ioan. qui patres mirificè ad id quod intendimus faciunt, ſi prius locum intelligemus; quod vt fiat.

3. Quam gratus ex illo conuiuio quis recedere debet.

Prou. 23. n. 1.

Chryſoſt. Auguſt.

Adnoto ex Alexand. in Genialibus olim in vſu ab Imperatoribus, conuiuia exhibita militaria ante pugnæ congreſſum; in quibus ſic duces amore illo, vt charitate deuinciebantur, vt ad mortem, vt ad extrema ſe animarent pericula, immo vt aliqui volunt, etiam iuramento ſe ad illam aſtringerent; ex qua obſeruatione intelligi poteſt locus iſte Iſaiæ 21. n. 5. *Pone menſam, contemplare in ſpecula comedentes, & bibentes ſurgite principes, arripite clypeum.* Quæ verba vt melior opinio fert, ſunt Balthaſaris ad ſuos principes cum quibus conuiuabatur, illa ipſa nocte, qua occiſus, vt ſcilicet audito Medorum ingreſſu, eos tanquam conuiuas animet ad prælium, ſuique cuſtodiam; hinc Dauid Pſal. 22. n. 7. *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.* Cur menſam vt contra hoſtes reſiſteret? nonne melius arma dixiſſet? ſanè ex hac conſuetudine conuiuium indicat militare, quo milites animabantur, vt per illud vitam, ſanguinem, viſcera pro ſuo effunderent Imperatore; en nunc ſenſus Salomonis; dicit ergo *quando ſederis, vt comedas cum Principe*, in conuiuio ſcilicet militari, ad quod fortes, & ſtrenui aduocantur, *diligenter attende*, ſeu vt 70. *ſapienter intellige quæ appoſita ſunt tibi*; hoc eſt penetra cauſam, finem, circunſtantias omnes conuiuij, tandem ipſas dapes, quibus conſideratis, *ſtatue cultrum gutturi tuo*, hoc eſt ſic te ipſum erige, ac anima, ſic vires exere amoris erga principem tuum te ad conuiuium inuitantem, vt iugulum ſtatuas pro illo ſufferre, vt pro gratia ſit vitam in periculis exponere, ſanguinem profundere, viſcera diſrumpere, ac potius cultrũ inimicorũ intra viſcera admittere, quam pedem referre, quam Imperatorem deſerere; iam me habes, en tibi quod ſuademus, en gratias quas conuiuę tuo referre debes, ſeruenter conſiderãs, quæ tibi apponit, quas epulas, quæ fercula, quæ ſi attente conſideraueris, inuenies pro gratis te illi debere vitam, ſanguinem, cor, præcordia pro illo fundere, ſicut pro te ille fudit, hæc illi pro gratiarum actione proferre, hæc illi libare, ſicut ipſe tibi. Egregiè hoc Chryſoſt. duobus verbis expreſſit vbi ſupra, qui cum 70. hunc locũ legés, qui vt diximus, pro *pone cultrum gutturi tuo*, legunt, *ſciens quod talia te oportet præparare, Quid eſt*, ait, *talia te oportet præparare, niſi corpus, & ſanguinem quod accipis*? Egregiè, hæc principi noſtro, dum in hoc militari ſumus conuiuio ſimul cum ipſo, in quo & nos ipſum, & ipſe nos comedit, vbi manducamus, & remãducamur, vt excellenter Diu. Tho. opuſculo de Sacramento altaris c. 10. obſeruauit de dignè ſumentibus hoc Sanctiſſimum; nam qui indignè, manducant, ſed non remanducantur; at verò dignè, remanducantur, vnde Sanctus: *Tertiò circa hunc modum conſideranda eſt ratio remanducationis dignè manducantium, de qua remanducatione dicitur, quod tales manducant, & manducantur, & huius ratio eſt, quia dum corpus Domini dignè à fidelibus manducatur, non ipſum, vt alij cibi in manducantem conuertitur, ſed è converſo illud verè manducans in illud ſpiritualiter mutatur.* Hinc ad modum aliorum conuiuiorum, vbi & inuitans etiam manducat, in hoc Sanctiſſimo conuiuamur, quod conuiuium dignè militare dicitur, dum tunc inſtitutum, & apparatum, quando in nocte cœnæ princeps noſter ad bellum procedere debebat; hinc vt exercitus ſui principes animaret, tunc ad illud eos aduocauit, vt ad menſam eius ſedentes, diligenterq; epulas contemplantes appoſitas, cultrũ gutturi ſuo ſtatuerent, ſic inde armati, vt potius vitam, ſanguinem traderent, quam principem deſerere ſuum; hinc voces illæ omnium potius mortẽ ſubiturus, potius ferrũ, cultros, carceres, macheras

Alexãd.

4. Conuiuia militaria quę ab Imperatoribus antiquitus.

Iſaia 21. n. 5.

Pſal. 22. n. 7.

Chryſoſt.

S. Thom.

5. Qui dignè ſumit Sacramentum manducat & manducatur, ſecus autem, qui indignè.

Digitized by Google

ac machinas, quam ipſum derelicturos conuiuam; hinc non mirum vt ſic animati incederent, talémque rependerent gratiam; fac tu ſimiliter, has repende, profunde vitam, quod ſi tyrannus non adeſt, ſis ipſe tu tibi tyrannus, plora, geme, contritione, amore, teipſum macta; quod ſi nec hoc, ſaltem illud deſidera, & dum occaſio ſe offeret, propone vitam rependere pro illo, qui in illo conuiuio pro te rependit; nam hoc genus quoddam martyrij eſt, vt infrà ex Chryſoſt. dicemus. nec hoc tibi ſufficiat, ſed ſicut ille, ſic tu pro fratribus ſtatue vitam ponere; hoc tibi conſulit deuotiſſimè Auguſt vbi ſup. hunc exponens locum: *Nam quæ menſa eſt potentiæ*, ait, *niſi vnde ſumitur corpus, & ſanguis eius, qui animam ſuam poſuit pro nobis? & quid eſt ad eam ſedere, niſi humiliter accedere? & quid eſt conſiderare, & intelligere quæ apponuntur tibi, niſi dignè tantam gratiam cogitare? & quid eſt ſic mittere manum, vt ſcias quia talia, niſi quia ſicut Chriſtus pro nobis animam ſuam poſuit, ſic & nos debemus pro fratribus animas ponere?*

Auguſt.

At premere libet verba illa, *diligenter attende quæ appoſita ſunt tibi*, ſeu vt Originalis, *conſiderando conſiderabis quæ ad faciem tuam*, quibus attentam, accuratámque admonet conſiderationem, ſtudiúmque ad fercula, nunquid hoc ſine myſterio? aut hanc deſiderant diligentiam ad condimentum, vt acrior excipiatur delectatio? abſit, quid ergo? illud, vt ſcilicet ſymbola attendat ferculorum, & quid illa ſignificent attentiſſimè penetret, ſciens quod admouere debeat manum ad eorum ſignificata in obſequium conuiuantis vſque ad vitam, vſque ad ſanguinem; pro cuius intelligentia

Adnoto, apud antiquos in conuiuijs myſticè aliquando cibos apponi ſolitos, vt conuiuam aliquem ex ipſis honeſtarent præ cæteris, paſſim hoc apud exteros; Vnde Athenæus lib 1. Aiaci affirmat in conuiuijs tergum bouis appoſitum, eius fortitudinem ſuprà cæteros ſignificantem, ſine ſupremum quod ſuſtinebat onus. *Sunt*, inquit Athenæus, *in conuiuijs ſui præſtantiſſimis viris honores, Aiaci honoris cauſa terga boum, quæ ipſi dudum appoſuere.* Et rurſus poſt ſuperatum ab Aiace Hectorem ſic ait: *Aiacem igitur poſt certamen cum Hectore ſuſceptum, boum tergoribus Agamemnon honorarie ſcilicet præmio donat; quin & Menelaus dum filiorum ſuorum nuptias celebrat, Telemacho bouis terga inſſit apponi*; quod profecto non ad delicias, quis non videt? ſed ad honorem, & earum ſignificatum ſpectat; apud noſtros autem clarius 1. Reg. 9. ſic Samuel ad Saul præbens illi armum. *Ecce comede, quia de induſtria ſeruatum eſt tibi*, cur de induſtria? quia futurus Rex, cuius rei ſymbolum armus. Ioſeph Benjamino *pectuſculum* dediſſe affirmat Philo in Ioſeph, prænotans præ cæteris in ipſum dilectionem, amorémque; immo ex Leuitic. 7. ex victimis *pectuſculum* ſacerdotibus cedebat tanquam à Deo prædilectis; hoc ergo ſic ſuppoſito, en tibi ad rem noſtram præclara in hoc Sacramento gratiarum actio, à Salomone tibi inſinuata, dum tibi ſic ait: *Quando ſederis, vt comedas cum principe*, vti in hoc Sacramento *diligenter attende quæ appoſita ſunt tibi*, hoc eſt cuius rei illa ſint ſymbola, quæ intrinſecè præferant, quid myſticè ſignificent, *& ſtatue cultrum gutturi tuo*, & vſque ad mortem propone illa principi tuo reddere, ſciens vt 70. aiunt, *quod talia te oportet præparare*, hoc eſt ſimiliter, proportionaliter, ſicut tibi tuus præparauit princeps; quid ergo? quomodo hoc facies, attende.

Athenæus.

6. Antiquitus in cõuiuiis cibi myſticè aliquid deſignantes apponebantur.

1. Reg. 9.

Philo.

Lenit. 7.

7. Optimè gratiarum actiones poſt Sanctiſſimi ſumptionẽ expendunt.

Panem vides, & vinum ſeparatim ſtare, cuius rei hoc ſymbolum, niſi Chriſti mortis, ac paſſionis; recepiſti illum intra te, offer illi in gratiarum actionem tuam vitam, vt diximus, tuum ſanguinem, etſi mors non adeſt, martyrium religionis, ſi religioſus, martyrium perfectionis, vitæque ſpiritualis, martyrium tribulationis, ac perſecutionis, ſic vt animo reſoluto, ardentique vſque ad mortem decernas præliari pro virtute, pro perfectione, pro Deo tuo adipiſcendo: nam ſic etiam martyr eris. Audi Chryſoſt. in Pſal. 95. *Martyrium*, inquit, *fratres non eventu tantum æſtimatur, ſed animi etiam propoſito; non cum martyr decollatur tunc fit martyr, ſed ex quo propoſitum oſtendit profitendi martyr eſt, etiam ſi non patiatur quæ martyres ſolent.* Vide eundem in Pſal. 127. qui martyrium affert patientiæ, & tolerantiæ, quam patientiæ æmulationem in Sacramento illam Diu. poſcit Thom. vbi ſup., vt veluti ſicut Chriſtus impaſſibiliter eſt in Sacramento, vt inquit Cyprian. Serm. de Cœna Domini: *Diſtribuitur*, ait, *non dimembratur, incorporatur, non iniuriatur, cum infirmis habitans, non infirmatur*; ſic & illud ſumens Diu. ait Thom. talem imitari debet ex patientia impaſſibilitatem, vnde ait: *Chriſtus in Euchariſtia à nullo externo agente pati poteſt, non ab igne, non à gladio; tu ergo cum non poſſis eſſe impaſſibilis, eſto ſaltem cum quadam impaſſibilitate patiens.* Ad ſimile etiam eſt martyrium, vt ait Chryſoſt. in Pſal. 95. honeſtatis, & caſtitatis, vbi pulchra illa, *Exercitatio probitatis eſt ſine ſanguine martyrium, vnde qui ſine ſanguine patiuntur, proindice, & tribunali ipſa eſt conſcientia, in quo iuſtitiam tueri, & à Deo nunquam deficere martyres facit.* Lege eundem Homil. 3 in prima ad Theſſalonicen. in illis verbis, *præſens quoque tempus habet coronas*; vbi pulchrè de martyrio infirmitatum, & ad ſimilia habet, 2. ad Corinth. Homil. 50. Cui adiunge Auguſt. Serm. 46. de Sanctis, qui pulchrè affirmat, martyres etiam eſſe, qui bella ſuſtinent caſtitatis, vbi illa, *Non ſolum occaſu*, morte ſcilicet vti martyres, *ſed etiam contemptu carnis perueniatur ad coronam, abſque iniuria Sanctorum in perſecutionibus defunctorum dicere liceat, carnem affixiſſe, libidinem ſuperaſſe, auaritiæ reſtitiſſe, de mundo triumphaſſe, pars magna martyrij eſt.* Egregiè, & premendum præcipuè in propoſito martyrij, continentiæ, ac puritatis, ſic etenim animati ex hoc diuiniſſimo recedere debemus Sacramento, vt etſi ad cætera iugulum priùs ſuſtinere, quam vitia illa committere, propoſitum habere debeamus; quoad caſtitatem vero, non ſolum iugulum, ſed mille pati etiam tormenta; quod ſimiliter, & hoc modo etiam in cæteris, quæ in hoc diuino ferculo elucent enigmata efficere debes, vt pares referas gratias, tanto, talique principe, niſi mortem inde aliter faciens potius ſubire, quam vitam deſideres; quod profecto ſonant illa vltima verba,

8 Confeſſores vt martyres eſſe poſſunt. *Chryſoſt.*

9. Ex Euchariſtiæ ſũptione, vt ex patientia impaſſibiles fieri debeant homines.

ſi tamen habes in poteſtate animam tuam, hoc eſt attende quod talia rependere debeas, tales gratias, niſi velis animam perdere; nam poſt tale beneficium, ſic pro Deo animam retinere debemus, quaſi non noſtram, nec propriam.

10. Poſt Euchariſtiæ ſumptionem vita non amplius debet eſſe noſtra, ſed Chriſti.

Hoc equidem velim attendas, quod te ſic ex hoc beneficio debitorem iudico, vt non ſolum parum ſit & ipſam profundere vitam, ſed poſt hoc beneficium tale, tantúmque acceptum, illam debes non amplius vt propriam tenere, ſed vti pignoratam; petenti enim Alexandro ab adoleſcentibus illis Gordianis quos interimere iuſſerat, ecquid illi præſtarent ſi vitam donaſſet? reſponderunt, vt refert Curtius lib. 7. *vitam*, & quod de hoc aſſertis pignus replicauit ipſe? at illi *eandem reddituros quandocunque repetiſſet*. Ergo vitam pro vita ſic præſtiterunt, vt ex gratitudine non iam amplius vti propriam, ſed vti pignoratam habuerunt. Proh pudor Chriſtianorum! proh pudor Religioſorum! illum in hoc Sacramento recipimus, qui vitam pro nobis, illum, qui ſuam amiſit, vt noſtram nobis redderet, illum, per quem viuimus, & non morimur, & tamen non ſicut Gentiles illi, vitam pro pignore habemus, ſed ſic propriam poſt, ac ſicut ante Sacramenti ſuſceptionem, ſic viuentes ac antea, toti noſtri, cum quia Chriſtus totum ſe nobis in illo dederit, totos nos illi dare deberemus, *Dominum indiuiſum, & integrum corpus ſuum obtulit mihi*, ait Bonauent. *male ergo diuidor, & vel minima mei parte illum defraudo*, quale hoc iudicium? certè ex hoc quia minus ſemper inuenimur habentes, timeo vt non durum reportemus iudicium.

Curtius.

Bonauēt.

11. Iudicium durum fiet eum eo, qui Deo non ſe totum conſecrat poſt Sanctiſſimi beneficium acceptum. *Daniel. 5. n. 26.*

Enimuero in illa Balthaſaris ſententia Daniel. 5. n. 26. *Mane, Thecel, Phares*, quæ interpretata à Daniele hunc faciebat ſenſum (*Mane*) *numeranit Deus regnum tuum, & complenit illud* (*Thecel*) *appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens* (*Phares*) *diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis, ac Perſis.* Illud adnotò, ſcilicet *inuentus minus habens*; nam quale in alterius oneris lance pondus? non profectò mea ſententia peccatorum, cum hic Gentilis, qui cum nulla prorſus ſatisfactoria opera efficere poterat, non erat cur ex altera parte peccata reponere deberent, vt quaſi ipſe, etſi non ad pondus aliquid ſaltem rependiſſet, vnde non ait, inuentus es nil habens, ſed minus habens, aliqua habebat, ſed non ad pondus; quid ergo? mea ſententia non peccata in vna repoſita lance, ſed beneficia, & in altera ſuprema eius ingratitudo, & tantis beneficijs, quæ ipſi, quæ patri præſtiterat Deus, gratias non retuliſſe pares, immo pro gratijs peccata, ſic præclare illi, ac intrepide indicens Daniel, cauſam indigetans ſententiæ, *ô Rex*, ait, *Deus altiſſimus regnum, & magnificentiam dedit Nabuchodonoſor patri ſuo; quando autem elenatum eſt cor eius, depoſitus eſt ſolio regni ſui: tu quoque filius eius Balthaſar non humiliaſti cor tuum, cum ſcires hæc omnia, ſed aduerſus Dominum cœli elenatus es*, Ergo pondus illius iudicij ſic accelerati, vt eadem nocte occiſus, ſic terribile, vt penitus regnum ab illo, domóque ſua ablatum, prima exitit, ac præcipua cauſa ingratitudo; cuius actum ſi perpendis inue-

12. Balthaſar Rex propter ingratitudinem condemnatus.

nies vaſorum ſanctorum, quæ è templo abſtulerat Nabuchodonoſor eius pater prophanationem. *Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur vaſa aurea, & argentea, quæ aſportauerat Nabuchodonoſor de templo, quod fuit in Hieruſalem, vt biberet in eis Rex.* Quod ſi hoc, quid, aut qualis illa erit ingratitudo poſt ſuſceptum hoc diuiniſſimum, vas omnis ſapientiæ, ac ſcientiæ Dei, è cælo, & è templo ſancto diuinæ maieſtatis ad nos aſportatum ingratiſſimè prophanare, nullâſque ei gratias reddere: quid vis dicam? vide, & time, ne par tibi iudicium referatur, vt quia inueniris *minus habens*, regnum tuum diuidatur, hoc eſt corpus, animaque tuam, corpus ſcilicet accipiendo panem, animam accipiendo diabolum, vti dixit de Iuda Auguſt. ſuper illa verba Ioan. 13. Tractat. 62 *Et poſt buccellam intrauit in eum Sathanas*, vbi ipſe, *homini ingrato intrauit panis in ventrem, hoſtis in mentem.* Miſera ingratorum conditio, dum eodem actu, quo Chriſtum in corpus recipiunt, eodem in animam diabolum!

13. Ingrati pœna indignè Sãctiſſimum recipiens.

Ioan. 13.

Immo ſic tremendum huic tanto beneficio non debitas referre gratias, vt ſi quando ex illo ex ingratitudine non accendimur in amorem, timendum ne in amplius Chriſti odium, & vnde in illum ex virtute huius Sacramenti nos immittere, ab illo tanquam igne adacti expellamur. Hoc adnoto in Iuda illo peſſimo Ioan. 13. n. 30. de quo ſignanter dixit Apoſtolus, quod *cum accepiſſet buccellam, exiuit continuo*; Pendo vltimum *continuo exiuit*, quaſi vi, ac impulſu adactus; at quali? credo ignis Sacramenti; nam hæc vis eſt panis inimico præſtiti, aut enim incendit ad amorem, aut vrit ad iudicium; Audi Salomon. Prouerb. 25. n. 21. *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitierit da ei aquam bibere; prunas enim congregabis ſuper caput eius*; quem locum expreſſit Paulus ad Rom. 12. n. 20. cum hac tamen differentia, vt quando Paulus dixit *ciba illum*, in Græco eſt verbum emphaſim habens, & quidem magnam, quod ſignificat indulgenter paſcere, & veluti minutatim fracto pane, ſiue bolos in os ingerere, ſicut matres parulis, aues pullis in os ingerunt, vt rectè Cornel. hic. Vnde ex hoc non ſolum beneficium ſuadet Apoſtolus, ſed amorem, ſed beneuolentiam, vt ſcilicet ſic ei præſtes vt mater filiis; quod ſi ad conuiuia hoc referas, propriè partes illas ſignificat quas amicis, & familiaribus in beneuolentiæ argumentum damus; nam apud antiquos vſitatum in conuiuiis inciſas ex ſibi propoſitis ferculis partes aliquando etiam admorſas, & præguſtatas offerre; quod & nunc videmus inter feruidos vti amantes; hinc Apuleius lib. 8. *Parteſque ſurreptas clanculis, & præguſtatas offerebat hilaris*, Et Suetonius in Calig. *Quæ epulatione equiti Romano contra ſe hilarius, auidiuſque veſcenti partes ſuas miſit*, & Lamprid. de Alexand. Seuer. paſſim, *Semper*, inquit, *de manu ſua miniſtris concinis, & panem, & partes, aut olerum, aut carnis, aut leguminum dabat.* Ex quibus omnibus conſtat Paulum, Salomonémque de illo cibo, ſeu de illo pane loqui, qui ab amantibus præſtatur, qui ex proprio ore decerpitur, qui partitur in fruſta ob charitatem, qui tandem inter conuiuas

14. Sanctiſſimum illum quem non accendit ad amorem, expellit ad odium. *Ibi. c. 13. n. 30.*

Prouerb. 25. n. 21.

15. Inimicus quomodò cibandus.

Apuleius.

Suetonius

ed by Google

amiciſſimos communicatur, de quo affirmat &rectè, carbones igneos cumulare ſuper inimici caput; at quid per carbones? Origen. Chryſoſtom. Theophylact Theodoret. & penè omnes Græci patres in Paulum, iram intelligunt Dei magnam, feruentem, ardentemque vnde imperf. Homil. 11. in Matth. *Congerere*, ait, *carbones ignis ſuper eum, quid eſt aliud niſi eum magis reum facere apud Deum*? Et Origen. *In quantum inimicis noſtris ledentibus, non ſolum vicem non reddimus, ſed & bona præſtamus, in tantum pœnas eorum in Dei iudicio cumulamus.* Ex dictis ergo ſecundum horum patrum ſententiam panis ille ſecundum Salomonem inimico præſtitus, ignis eſt Dei ingratum incendens, æſtuans, vrens, ac prætocans. Quod cum ſit, en cur Iudas continuò exiit poſt buccellam acceptam; rememora panem, quem illi Chriſtus dedit, rememora potum, rememora fuiſſe panem fractum, panem intinctum, panem amicis, ac prædilectis præſtare ſolitum, & dum continuò audis illum poſt acceptum panem exiiſſe, ne mireris, quia carbones ignis congeſſit Chriſti amor in caput eius, ſic, vt quia ingratus vnde debebat æſtu amoris comburi, extitit iracundiæ. Audi Rupert. lib. 11. in Ioan. *Denique*, ait, *eiſi carbonibus non eſt attactus pœnitentiæ, ſed ex beneficio peior factus, attamen combuſtus eſt ardore iracundiæ, ſiquidem poſt buccellam introiuit hoſtis.* Quod cum audis, cum percipis, time, ſi poſt panem acceptum, ignem in te non percipis amoris, non ſentis gratitudinis; nam panis iſte diuinus ignis eſt, aut gratitudinem accendens, aut vindictam, aut ſecum recipientem amplius vniens, aut continuò expellens; quod ponderandum, non ſolum expellit, ſed continuò, ſtatim, illico; quod videre eſt in aliquibus, qui ac ſi diabolum, non Chriſtum accepiſſent, ſic poſt acceptam ſacro ſanctam ſinaxim ad vitia priora accurrunt, vt nec momentum interſit, ſalaciores facti ex ſumptione; vnde tantum incendium? amicè ex pane fracto, ex mica illa amica, quæ ingratos vrit, ſtimulat, angit, quod ne eueniat, ſic accipe, vt omnino gratus debitas referas gratias.

16. Carbones qui ex pane præſtito in caput inimici ingerentur, qui ſint. *Origenes. Chryſoſt. Theophyl. Theodor.*

17. Iudas cur poſt buccellam continuo exiuit. *Rupert.*

At quæ illæ dices? enimuero ſi vti ratio poſtulat agendum eſſet, non ſolum æquales deberent eſſe, ſed maiores, cum vt Diu adnotat Ambroſ. lib. 1. de officijs c. 31. & 32. illum ipſum exponens locum quem ſupra nos adduximus ex Proue. 25. ideo Salomon conuiuāti præcipit, vt diligenter dapes conſideret, quia ex gratitudine ei incumbit non tantum æquales, ſed ſuperiores apparare, cum ſi pares referat victus, nos victor in beneficio exiſtet, *Menſura*, inquit, *vberiore reddendum arbitror; etenim ſuperiorem non eſſe in reddendo beneficio, eſt minorem eſſe*; cuius rationem reddens, ſubdit: *quoniam qui prior contulit, tempore ſuperior eſt, humanitate prior.* Acutè; ſi æquale reddis profecto te ipſe vicit & tempore, & humanitate; ergo vt tempus, vt humanitatem ſuperes, maiora præſtare debes, potiora; quod ſi hoc, ergo, vt debitas tu Deo pro acceptis referas gratias, maiora offerre debes? ſed vnde hoc poſſibile? equidem impoſſibile; at ſaltem in gratiarum actione intellige hoc ipſum, maiora ſcilicet te ex gratitudine debere, ad id teneri, & quia illud impoſſibile, aſtringi ad poſſibile, totum ſcilicet quod potes, quod vales, & totum illud præbere efficaciter, fortiterque, quale illud?

Ambroſ. 18. Ex gratitudine non ſolū æquales, ſed maiores ſemper rependere debemus gratias.

Primò, laudem, & gloriam poſt diuinum corpus acceptum, *Quid retribuam Domino*, ait Pſaltes Regius Pſal. 115. n. 3. & 4. *pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* Duo pendo, primò, non dixiſſe calicem ſalutarem, aut ſalutis, ſed ſalutaris, quid ſalutaris? ſanè calicem quem primus ipſe Chriſtus bibit, qui noſtra ſalus, recipientem reportare, hoc eſt, eundem calicem paſſionis, & ſanguinis effuſionis ſi occaſio occurrerit, libenter ob eius amorem ebibere, ac proprio ſanguine in votis habere ſanguinem epotatum recompenſare; *Sane*, inquit Titelman. in hunc locum, *dignam retributionem, aut plenam compenſationem minimè inuenio; verumtamen ad qualemcunque gratiarum actionem ecce calicem amaritudinum, atque paſſionum, quem prior bibiſti Domine, pro tuo amore acceptare, atque bibere paratus ſum.* Vnde Hieronym. ad Euſtochium epiſt. 22. *Hæc eſt ſola*, inquit, *digna retributio cum ſanguis compenſatur, & redempti cruore Chriſti pro redemptore libenter occumbimus*; at quid? nunquid hæc digna fortaſſe erit retributio? minimè, *Azaria frater*, dixit iunior Tobias ad Angelum c. 9. n. 2. *ſi meipſum tradam tibi ſeruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ*? Prouidentiæ dixit, quid ergo ſi Azarias pro illo ſanguinem fudiſſet? quid ſi ſe in manibus tradidiſſet diaboli, vt eum ab illo liberaret? quid ſi carnes ſuas illi dediſſet ad conuiuium, vti pro nobis Dominus fecit noſter, qui ſanguinem fudit, qui in deſerto manibus ſe tradidit inimici, qui nobis ſe dat in cibum? quid ergo erimus nos? quid noſter ſanguis, etſi totum effunderemus? vnde egregiè Euſebius Emiſſen. Hom. 3. ad Monachos: *Toties licet animæ, & corporis viribus deſudemus, toties obedientiæ viribus exerceamus, nihil tamen condignum pro cæleſtibus præmiis compenſare, & offerre præualebimus.* Quid ergo? qualis condigna gratiarum actio; profecto in Dei laudem exurgere, ipſum laudare, ac benedicere: & eſt ſecundum quod pendo in verbis Dauid; nam poſt quam dixiſſet, *Calicem ſalutaris accipiam*, præuidens inſufficientiam, addit: *& nomen Domini invocabo*; vt quod factis non poterat, laudibus exploret; fac tu ſimiliter, cane, lauda, in gloriam, & Domini benedictionem poſt acceptum Sacramentum totum te transfer, vt in te impleatur proprius huius effectus Sacramenti, ſcilicet *germinare virgines*, Zachar. 9. n. 17. hoc vt aliqui ex Hebræo *cantare faciens virgines.*

Pſal. 115. *n.* 3. *&* 4.

19. Poſt Sanctiſſimi ſūptionē in gratiarum actionem laus, & gloria Deo tribuenda.

Titelmā.

20. Poſt Sanctiſſimi ſūptionē ſanguinem ipſum effundere paratos nos eſſe conuenit. *Hieron.*

Tobiæ 9. *n.* 2.

Euſeb. Emiſſen.

Zachar. 9. *n.* 17.

Tandem vt concludam, tibique vnam oſtendam viam, qua ſummo Deo, patrique omnium, ipſique demum Chriſto dignas poſſis referre gratias, dignas inquam, ſic, vt nil minus habeas, & omnino Dei expleas deſiderium; accipe hoc fidele documentum; poſt ſacram ſumptionem recole te intra te ipſum, ibique inueniens hunc pretioſum, omnique dignum reuerentia theſaurum, ac profundiſſima qua maxima poteris humilitate, ipſum roga, vt ipſe ſibimet tua ſit gratiarum actio, ipſe patri pro dato tanto eas pro te reddat, ipſe pro te efficiat, quod

21. Summa & condecens poſt Sanctiſſimi ſumptionem gratiarum actio quæ.

Digitize

tu non vales, quod tu non potes, quod equidem ingens erit gratiarum actio, nec aliqua alia sufficiens; quod documentum accipe etiam ex Sanctissimo Thaumaturgo in oratione Paneg. & Charisteria ad Orig. vbi de gratiarum actione Deo debita, ac digna, talia sic verè, & deuote promit; *Sed nos laudationes quidem, & hymnos in omnium Regem & moderaterem, perennem fontem omnium bonorum, ei qui & in hoc ipso infirmitatem nostram sanat.* Attende rationem, *& quod deest explere solus potest relinquamus, præsidi inquam animarum nostrarum, ac saluatori; nam ipsi soli pro se ipso, & pro omnibus priuatim, & vniuerse facilè est assiduas, atque perpetuas gratias agere.* Egregiè, ex quo saluator noster, ex quo mediator, ac princeps, tenetur nostras supplere infirmitates; inter præcipuas, imparilitas ad gratias condignè agendas, ergo supplere eam debet, faciet si rogatus, cum ipse totus dignas rependere possit, cuius omnes rationes perbellè perstringens Thaumaturg. sic sequitur: *Quia cum sit ipsa veritas, & ipsa patris, & sapientia, & potestas in ipso, & cum ipso coniunctus, nullum est periculum, ne vel obliuionem, vel insipientiam, aut pra imbecillitate aliqua ac si quis ab eo seiunctus assequi laudationis modum nequeat, aut nolens patrem sua laudatione destituat, cum ei soli sit in promptu perfectissimè omnes congruentium illi laudum numeros adimplere.* Egregiè quidem, solus Christus, qui Dei verbum, qui sapientia Patris, qui vnus cum illo, qui æqualis, qui non diuisus, qui omnipotens, potens per se, & ex se dignas Patri, ac sibi gratias referre pro datis, ac pro acceptis; nam vt optimè ipsemet Thaumaturgus, non solum [illegible] Pater concluſit laudationem per Filium, sed etiam ipsam eiusdem Filij: nam ait: *Vnum secum faciens per ipsum tantũ, nõ sese ipse circum ambiens*, id est non ad se, & in se solum gratias includens, *sed aquali vsquequaque cum sua virtute quodammodo honoret, & honoretur.* Vnde concludens hoc tantum esse Christi, scilicet dignas Deo Patri rependere pro nobis gratias, nostrum autem per illum, sic prosequitur; *Quod quidem primus, solusque ex omnibus fortitus est vnigenitus eius, qui in ipso est Deus verbum, reliqui autem omnes ita duntaxat grati, & pij esse possumus, si in eo solo pro omnibus in nos à Patre profluentibus bonis, omnem digne gratiarum actionis ratum offeramus, vnam pietatis viam hanc esse confitentes, si omnem memoriam per ipsum conditori, atque authori omnium dedicemus.* Nil melius, immo nil verius, Christus solus pares Patri gratias referre potest, immo & ipse solus sibi; hinc dum intra teipsum possides, tanquam tibi proprium vrge, roga, obsecra, in clama, ac ob hoc plora, & geme, vt ipse pro te gratias referat, ipse pro te supplear.

Thaumaturg.

22. Christus solus dignas Patri gratias referre potest.

HOMILIA LXXXV.

De *enormitate mali vsus Sanctissimi.*

IVdicium sibi manducat, & bibit. De bono diſſeruimus vſu, de debita gratiarum actione, quid ergo? & aliqua addenda de malo vt præcaueatur, vt horreſcat Chriſtianus, ad quod efficiendum nulla aptiora, quam relata Apoſtoli verba; Enimuerò qui illa, dum audit, non obſtupeſcit malè accedens, dic quod cor poſſidet lapideum, dic quod animal, dic quod canis, vnde Bernard. Serm. in Cœna Domini, *Canes sunt*, ait, *qui irreuerenter accedunt, & ideo iudicati abscedunt*, quomodo iudicati? ſanè, quia intra ſe non ſaluatorem, ſed iudicem accipiunt, ipſas ſpecies ſacramentales pro tribunali, ac throno habens, inde ſtatim iudicium pronuntians imparatis. Attende quæ dico, imparatis affirmo, hoc eſt qui ſic viuunt, ac ſi eſſent gentiles, ac ſi non Chriſtiani, ſic viuunt, vt probabile ex eorum vita ſit, quod indignè accedant, ſic viuunt, ac ſi eſſent Pagani, nullum recepturi Sacramentum, hi quippè iudicium ſubibunt. Ezechiel. 9 n. 3. Sex viri apparuerunt, vnuſquiſque vas interfectionis habens in manu, ac in medio eorum alter veſtitus lineis, habens *atramentarium ſcriptoris ad renes ſuos*, inde mouens ſe gloria Domini, acceſſit ad limen domus, quando prius ſuper Cherubin ſtabat, & viro illo lineis veſtito, qui atramentarium habebat ſcriptoris, per quem Chriſtus ſignificatur, vt ait Paſchaſ. Ratbert. lib. de corpore, & ſanguine Domini c. 8. qui cum atramentario deſcribitur circa altare, quaſi præſignans bonos, & malos ad Sacramentum accedentes, ſic à ſumma illa maieſtate ei præcipitur: *Tranſi per mediam ciuitatem in medio Hieruſalem, & ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius*; quod cum inhibuiſſet, reliquis ſex alloquens, ſic præcipit, *Tranſite per ciuitatem ſequentes eum, & percutite, non parcat oculus veſter, neque miſereamini, ſenem & adoleſcentulum, & virginem, & mulieres interficite vſque ad internecionem; omnem autem ſuper quem videritis Thau ne occidatis, & à ſanctuario meo incipite.* Terribilis ſententia; in qua illud adnoto, quod cum hæc viſio ſecundum Paſchaſ. figura ſit malorum ſacerdotum, indignéque adminiſtrantium, ac recipientium, cum quo & multi alij ſentiunt Patres, illos mandat occidi, qui adhuc in ciuitate, non in templo: nam qui in templo non mirum, quia cum peccatis acceſſerunt, at qui in ciuitate cur? ſane amicè, quia acceſſuri, & tamen ſic viuebant, vt probabile quod indignè accederent; hinc illi ſoli ſeruati qui *Thau* ſignati, hoc eſt, vt inquit Paſchaſ. *Qui mortificationem Ieſu in corpore ſuo circumferentes, non ſolum ſua, ſed aliorum delicta quoque lugent*; Ergo, vt dicebamus, reliqui, qui ſic viuunt ac ſi eſſent Gentiles, abſque vllo Sacramento, & quaſi nunquam ad illud eſſent acceſſuri, bibentes, conuiuantes, luxuriantes, ob quod non ſignati accedunt, iudicium ebibunt, percutientur dirè, ac maximè, quia imparati, quia immundi.

Bernard. 1. Indignè ſumentes iudicem intra ſe accipiunt eos condemnatem.

Ezech. 9. n. 3.

Paſchaſ.

2. Malis Chriſtianis vſo de mortes.

Hinc, vt aiebat Paul. 1. ad Corinth. 11. n. 30. *Ideo inter vos multi infirmi, & dormiunt multi.* Notanda cauſalis, *ideo*, vnde ſic? ob malam ſcilicet Sacramenti ſumptionem, quia indignè; at qualis indignitas illa? ſuprà dixerat ante ſumptionem conuiuari, inebriari, opipare bibere, ac comedere, quod totum illis includitur verbis: *Conuenientibus vobis in vnum iam non est Dominicam Cœnam manducare, vnuſquiſque enim ſuam Cœnam præſumit ad manducandum, & bibendum.* In quibus mos ille antiquus refer-

tur, quando ante ſi naxim, vt Chriſtum imitarentur & publicam cœnam faciebant; de qua re vide Cornel. hîc; hanc ergo indignitatem reprehendit Apoſtolus, pleno ſcilicet ventre ſic ad Sacramentum accedere, ac ſi communis eſſet cibus, non illud diiudicans, & ſecernens Corpus Domini ſub illo contentum, quid inde? ob hoc *multi infirmi*, ait Apoſtolus, languoribus, & doloribus ſcilicet oppreſſi viuunt, *& dormiunt multi*, præmaturè morientes, cuius ratio, quia ſic accedunt ad hunc panem, ac ſi eſſet communis, ſine præparatione, ſine diſceptatione, ſtomacho pleni, vinum, immo luxuriem eructantes, quid ergo mirum, ſi infirmentur, ſi occidantur, ſi iudicium capiant; ac à quibus, ab Angelis aſſiſtentibus, ait Paſchaſ. *Dormiunt*, ait, *non ſomno pacis, ſed ſomno mortis, quia miniſterio eorum, qui ad hoc poſiti ſunt Angelorum perimuntur*; Ad quid hæc? ad illud frater, quod ſi peſtem graſſari, ſi infirmitates pervagari, ſi mortes præmaturas nunc aſpicis, crede, vt ait Paſchaſ. *Quod nunquã in populo Chriſti tantum crebreſcerent*, niſi hoc eſſet peccatum, niſi hoc iudicium; nam alias vt rectè idem, non inferior eſſet Eccleſia noſtra, Iudæorum in qua nullus antiquitus, & in deſerto infirmus; ſed corpore infirmamur, quia malè corpus Chriſti accipimus; quod impoſſibile vt non eueniat cum ſigno hoc Deus firmauerit ſuo, & iuramento, vt ſic dicam.

Paſchaſ.

3. Indignè & malè ſuſcipientibus iuramento Deus firmauit peſsimè morituros, niſi reſipiſcant.

Leuit. 22. num. 1.

Mirum, ſi quàm ſtrictè Deus filijs Aaron præceperit attendes, Leuit. 22. num. 1. vt de ſanctificaris, hoc eſt de ijs, quæ ſibi offerebant filij Iſraël immunde ne comederent, quod certè non alia pœna, quàm mortis plectebantur, & ſic ſtrictè mandat, vt ſuo nomine firmet, nempe *ego Dominus*, quod in rebus magnis adhibere ſolebat, *loquere ad Aaron, & filios eius, vt caueant ab his, quæ conſecrata ſunt filiorum Iſraël, & non contaminent nomen ſanctificatorum mihi, quæ ipſi offerunt, ego Dominus*; vnde tam ſtricta prohibitio? ſic ſtricta, vt nomine ſuo ſignaret, denotans infallibiliter exterminaturum comedentem immundè; an quia ad hanc menſam reſpiciebat, & hæc oblata, vbi ipſemet eſt, vbi ipſe adeſt, vbi ipſemet Dominus? Sanè reſpondet idem Paſchaſius, *Ne putes*, ait, *legiſlatorem Deum de his tantum quæ in lege ſacrificabantur iſta ſanxiſſe, præſertim cum illa tantum nihil aliud fuere, quam vmbra futurorum, vnde terribilius eſt ad ea immundum accedere, vbi ſacerdos eſt ille?* Egregiè, occiditur infallibiliter qui ad ſanctificata indignè, quale iudicium? ſiue qualis mors? qui indignè, & contaminatè, ac immundè, non ſanctificata comedit, ſed ipſum ſanctificantem, & ſanctificatum, ipſum Dominum, ac Deum; hinc ob hoc ibi ait, *Ego Dominus*, vt tibi timorem inferret, quia ipſe Dominus hîc, *ac ſi potenter dicat*, ait Paſchaſ. *ego Dominus* ſcrutans corda, & renes, *ſanctificans dignè accipientes, animam perdens malè accipientium.*

4. Nec fidendum ſi non ſtatim punit, nam tandem faciet.

Neque confidas ſtatim ſuprà te iram non venire, ac poſt malam acceptam ſinaxim non ignem ſuprà te deſcendere diuinum: nam velim ſcias, ſic firmam apud Deum de hoc peccato vindictam, vt tandem tandem deſcendat, caſtigans, mactans, perdens; quis enim ad crudelitatem illam Saülis, ad immanitatem illam, non obſtupeſcet, quando, quia Achimelech, panes dedit Dauid 1. Reg. 21. non ſolum eum occidit, ſed

1. Reg. 21.

filios, ſed nepotes, ſed mulieres, ſed domum tandem, & ipſam ciuitatem ſacerdotum in qua ipſe habitabat 1. Reg. 22. immo & boues, & aſinos, vt nemo ex eis ſuperſtes eſſet, *Trucidauit in die illa octoginta quinque viros veſtitos Ephod lineo, Nobe autem ſacerdotum ciuitatem percuſſit in ore gladij viros, & mulieres, parvulos, & lactentes, bouemque, & aſinum, & omnem in ore gladij*; En qualis machæra; quod ſi quæras cauſam, equidem diſces, quia panes Dauid, quia gladiũ, quia pro eo conſuluit Dominum; hæc peccata quidem illis imputauit Saül, vnde reputabat pro Dauid Dei ſacerdotes ſtare, vnde ad ſuos, *Conuertimini, & interficite ſacerdotes Domini: nam manus eorum cum Dauid*, durus, & dirus tyrannus ſic crudeliter Dei occidens ſacerdotes; meritò dices; at & ſi hoc verum, velim ſcias iuſto Dei iudicio factum, & ad illud malitia, ac perfidia vſus Saülis; nam, vt obſeruauit Ioſephus de antiquitat. Bibl. lib. 2. c. 14. *Ipſi aliquando contaminauerunt ſancta*; quod ſi expetis tempus, attende, & recole, iſtos ſucceſſores, ac pronepotes extitiſſe Heli, & filiorum eius, illorum, qui ſic fœde ſancta contaminarunt, qui, vt de eis conqueſtus Deus plus corpora ſua, quàm ipſi fecerunt Deum; vnde hoc obſeruans Ioſephus: *Hæc ſiquidem contigerunt*, ait, *ſicut Deus ſacerdoti Heli prophetauit, propter iniquitatem duorum filiorum eius, dicẽs, prolem eius radicitus euellendam.* En Dei iudicium ob ſancta violata; & iudicium ſic durum, vt non ſolum ad filios, filiaſque: ſed vſque ad animalia, ſed vſque ad inſenſata eorum peruenerit, & tamen & ſi illa ſancta, non amplius quàm vmbra, quid ergo Deus efficiet, quando vera ſancta maculantur, immo quando ipſum; quid miraris in popu[illegible] chriſtiano peſtem graſſari, bella incendi, inimicos inſultare, famem recrudeſcere, & inter aurum, argentumque inopia conſumi? attende quomodo Sacramenta tractantur, & mirari deſine.

Ioſephus.

1. Reg. 22. 5. Saül cur occidit ſacerdotes.

At amplius quid in hoc facto adnotare libet cum Chryſoſt. vt in Gloſa in hunc locum, Saülem occidiſſe ſacerdotes, tantamque machætam in illos exercuiſſe, ciuitatem deſtruxiſſe eorum, & nullum muſſitaſſe, nec os aperuiſſe quando *Ionatham filium Saülis*, ait Chryſoſt. *eripere oportebat, omnes communiter aſſentantes eripuerunt* (alludit enim ad hiſtoriam ſuperioris cap. 14. quando Saül Ionathan filium ſuum ob guſtatum mel interficere volebat, & populus eum liberauit) *quando autem volebat occidere tot ſacerdotes, ne vocem quidem emiſerunt, nec eos defendernnt*, Mirum equidem, quod ad ſocordiam illius populi reducit Chryſoſt. Sacerdotum vicem non dolentis, pro qua re non leues pœnas dediſſe affirmat, ob quod tale elicit documentum, quod ſcilicet *Si aliquando*, verba eius, *factum fuerit aliquid nefarium, nemo ſit iners, & ignauus, ſed igne ardentior, nec minus doleat, quàm hi quibus fit iniuria, & ita plurima mala ſiſtentur.* Sana hæc, & digna; at aliquid aliud mihi videre videor omnes ſiluiſſe, oſque compreſſiſſe, quia Heli ad reprehendendum filios malè ſancta tractantes, ſocors, & veluti mutus extitit, 1. Reg. 3. num 13. *Predixi ei quod iudicaturus eſſem domum eius, eo quod malè nouerat agere filios ſuos, & non corripuerit eos.* Hinc iuſto Dei iudicio factum, vt quia tunc Heli princeps, & ſacerdos os non habuit ad ſic

Chryſoſt. 6. Cur populus eos non defendit.

1. Reg. 3. num. 13.

filios increpandos, vt eos à malitia compeſceret, non ſit qui durum, ac tyrannum Regem à cęde ſacerdotum filiorum eius compeſcat; attendant hoc Eccleſiarum principes, attendant Antiſtites; Dei Eccleſia deuaſtatur, ſacerdotes ſub iugo ducuntur ſeruitutis; immo enecantur, inſultant tyranni, non eſt qui muſſitet, qui obſiſtat; attendant ne talis Dei iuſti iudicij ſit occaſio eorum ſilentium, dum ſancta conculcare aſpicientes, tacent, & diſſimulant, quia concubinarij potentes, quia adulteri Dynaſtæ; hinc vtriſque dura Dei erit ſententia,

7. Nullum maius peccatum quam indigna Sanctiſsimi perceptio, & huius ratio.

Nec equidem hoc mirum, ſic nempe terribilem ſe Deum oſtendere contra indignè ſuum ſacratiſſimum corpus ſumentes, cum illud ſtatuendum, nullum peccatum ſic Deum dehoneſtare, nullum tali iniuria eum ſic afficere; vt in peccato, & indignè tale ſuſcipere Sacramẽtum, eo vel maximè ſi peccata ſunt immunditię; cuius equidem rei ratio illa, quia quantum ex parte peccatoris, niſi aliunde Deus, ſiue Chriſtus eſſet impaſſibilis, ex fœdo cum tali corpore contactu Deus ipſe conſpurcaretur, fœdaretur; *polluimus itaque panem*, id eſt corpus Chriſti, ait Nicolaus Papa ad quendam Imperatorem, vt in decreto 2. part. c. 1. quæſt. 1. *quando indignè accedimus ad altare, & ſordidis manibus ſanguinem bibimus*; Pende illud *polluimus*, quomodo polluimus? ſanè, quia ſi liquor diuinus in ſe non eſſet incorruptibilis, quantum ex parte noſtra, dum in vas putridum ac malè olens immittimus, computreſceret, quod rectè conſideratum ſumma quędam impietas eſt. Audi Clem. Alexand. lib. 2. Pędagog. cap. 10. *Plato quoque in Philebo*, ait, *qui fuerat barbara diſcipulus Philoſophiæ, impios eos vocauit, qui Deum in ſe ipſis habitantem corrumpunt, & quod in ſe eſt vitiorum ſuorum contumelijs polluunt*; quod vltimum ponderandum; quantum quippe in ſe eſt polluunt; nam purus à puro deſiderat attrectari, impurum refugiens, Narrat Gregor. Turonenſ. lib. 1. Mirac. cap. 86. Diaconum quendam pixidem in qua Sanctiſſimum ad altare ferentem, ſtatim è manibus eius elapſam, *Ferri in aëra, & ſic ad ipſam aram accedens quam nunquam manus diaconi potuit aſſequi*; cuius rei rationem ſubiungens ſic proſequitur, *Quod non alia credimus actum de cauſa, niſi quia pollutus erat in conſcientia, ſæpius enim ab eodem adulteria ferebantur admiſſa.*

Nicolaus Papa.

Clemens Alexand.

Gregor. Turonenſ. Exemplum.

Mirum inter leges à Moſe præſcriptas illi populo vna, illa Leuitic. 18. num. 19. *Ad mulierem quæ patitur menſtrua non accedes*, quod cum hoc filios procreare non impediat, quaſi ſupervacaneum videtur, cum etiam modeſtè, ac decenter illud fieri poſſet; quæ ergo ratio? optimè idem Alexand. vbi ſup. ad decentiam illud affirmat factum hominis futuri; *Non enim purgamento corporis id quod eſt maximè genitale ſeminis, & quod mox homo futurum eſt, polluere eſt conſentaneum, nec ſordido materiæ profluuio, & quæ expurgantur inquinamentis inundare, & obruere.* Sic Deus hominem reſpectat futurum adhuc, & non exiſtentem, vt ſi ſperma fœtidum, noluerit in maculoſo incidere loco; quid ergo putamus perſentiet, quando non hominem futurum, ſed factum, non hominem purum, ſed Deum in ſentinam iniecimus peccatorum, in cloacam ſpurcitiarum; hinc meritò, horrendæ mortes, Dei iudicio; ô equidem magnum! Deſcenſurus Dominus in monte Sinai Exod. 19. n. 13. ſic ſtrictè interdixit montis aſcenſum, vt nec tactum eius permiſerit homini, & beſtiæ. *Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur, ſine immentum fuerit, ſiue homo*, & hoc ante tres dies, quàm Dominus deſcenderet; inſuper & cum Moſes eos ſanctificaſſet, ac luſtraſſet, lauiſſentque omnes veſtimenta, tandem etiam vſum interdixit coniugij, *Ne appropinquetis vxoribus veſtris*, quò tandem tanta præuentio? res clara; *in die enim tertio deſcendet Dominus coram omni plebe*, ait Scriptura, *ſuper montem Sinai*, tanta ergo præuentio, tanta ſanctificatio, tam terribilis comminatio, vt nec monte tangere deberent, quia Dominus deſcenſurus in illo; quid ergo qui immundus accedit vt beſtia, non ad montem in quem Dominus deſcendit, ſed ad ipſum Dominum intra ſe recipiendum? nonne iſte lapidibus obruetur? iaculis confodietur?

A *Exod. 19. num. 13.*

9. Quantam præparationem iuſſit deſcenſurus in Sina.

B

Sed age, quæ ſanctificatio ibi requirebatur? ſanè ab vxoribus abſtinentia? rectè putat Rupert. hîc, *Ergo-ne accedere ad vxores res eſt illicita?* quod ſi non illicita, cur præcipitur? eo reſpondet Rupert. nam ſanctitas non conſiſtit ab illicitis, ſed à licitis præcauere, *Quid enim eſt ſanctificari, niſi abſtinere*, ait, *à licitis? nam qui abſtinet ſe ſummodo ab illicitis, pœnam quidem euaſit peccati, ſed gloriam nondum eſt aſſecutus ſanctitatis, vnde & Dominus Luc. 17. cum feceritis hæc omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, quia ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus.* Ergo ad Deum tantum audiendum illa abſtinentia, ſeu illa ſanctitas requirebatur, quæ non ſolum ab illicitis, ſed à licitis hominem purificaret; quid ergo quando Deus non videtur, ſed manducatur: nunc equidem pendo iuſtum Dei iudicium in morte Ozæ 2. Reg. 6. num. 7. quando interfectus ſuſtentare volens arcam cadentem, quod mirum videtur, vt ob famulatum interimeretur, ſic vt terrefactus Dauid, timuerit ad ſe reducere arcam; nunc dico quod Dei iuſtum accipio iudicium, cum ſecundùm Magiſtrum hiſtoriæ lib. 2. Reg. c. 9. Hugon. Cardinal. in c. 11. Actorum, Dionyſ. Carthuſ. tom. 1. in tractat. de ſacerdotib. curatis, art. 59. & alios, ipſe poſt acceſſum ad vxorem quamuis licitum ad arcam acceſſerit, ac eam tangere præſumpſerit, merito ergo occiſus, quia non ea qua par erat ſanctificatione acceſſit; tibi hoc in exemplum, vt timeas, ac reformides non pari ad hoc Sanctiſſimum accedere ſanctificatione, & pro certo teneas mortem, dum non ſolum non ſanctificatus, ſed impurus accedis.

10. Sanctitas conſiſtit in licitorum priuatione. *Rupertus.*

11. Ad dignè Sanctiſſimũ ſumendum à licitis etiã abſtinendum.

2. *Reg. 6. num. 7.*

12. Oza cur occiſus. *Magiſter hiſt. Hugo Cardin. Carthuſ.*

C

D

Leuit. 18. num. 19.

8. Deus cur interdixit ad menſtruatam non accedere.

At pendo circunſtantiam occiſionis eius hominis, aut beſtiæ, qui monte attingere audebat. *Manus*, ait, *non tangent eum, ſed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis*; cur manus non tangent? optimè Rupertus, *quia abiectus, ſeu pollutus, & immundus*; Mirum vt ſic contra talem Dominus excandeſcat, vt veluti leproſus, & immũdus, voluerit ne manus eũ tãgerent, quaſi fœdarentur à contactu; qualem ergo æſtimationem de eo habebit, qui non ad montem, ſed ad ipſum Dei corpus immundus audet accedere? quid vis dicam? ipſimet Angeli non audebunt eum tangere, ne fœdentur, ſed à longè occidẽt,

13. Angeli ſe auertunt indignati ab indignè Sanctiſſimum recipiente.

ac perdent. *Porro ſi à Domino imperatum eſt Moyſi*, Laurent. ait Iuſtinian. ſerm. de Euchariſt: *vt beſtia quæ montem tangeret, obrueretur lapidibus, diuinum valebit euitare iudicium, quicumque beſtialiter degens, ad ſpiritualem Dei montem, Chriſtum nempe Dominum minimè formidabit accedere?* quo dicto paulò poſt de indignatione Angelorum in eos, qui indignè accedunt eloquens, ſic proſequitur: *Indignantur qui ſine ſui probatione cum ariditate cordis Dei ſui audent Sacramenta contingere, equidem à talium ſe auertunt conſortio, ipſorumque orationes deſpiciunt;*

14. Peccant vt Philiſtæi ob quod & ſimiliter caſtigantur *Bonauent.*

Nec hoc certè mirum, cum qui ſic indignè, ac maculatè hoc Sacramentum accipiunt, perinde faciunt ac illi antiqui Philiſtæi, in quos ſic animaduertit Deus arcam introducentes in templum Dagon, libidinis ſymbolum; vnde Bonauent. in Pſalm. 28. num. 1. ex hoc facto malos arguens ſacerdotes, ſic ait: *Philiſtæi poſuerunt arcam Domini iuxta idolum Veneris Dagonem: ſic mali ſacerdotes, quando ponunt filium Virginis iuxta filium Veneris in altari.* Sed in hoc facto, illud pendo, arcam non ſolum in templo Dagonis ſtetiſſe, vt ſuprà diximus, ſed iuxta Baſil. orat. 3 de peccato in plura: *Arcam*, ait, *impiæ manus hinc & hinc transferebant, & pro locis ſacris in fanis idolorum reponebant.* A qua ſententia non longè ſunt Theodoret. & Procopius, & tamen in nullo eorum ſic excanduit, ac dum eâ cum Dagone exulerunt, quæ ratio? illa, quia vt ſuprà diximus, Dagon ſimulachrum erat libidinis; hinc à medio, & infrà piſcis obſcœnitatis ſymbolum; de qua re vide Pierium lib. 31. hinc obſcœnitatem abhorrens tunc excăduit, quando vt ſic dicam fœdari timuit; time obſcœne quando hoc audis; nam dum ſic Deum intra te recipis, talis ſumptio contumelia eſt, non religio, iniuria, non deuotio, vt ait Cyprian. ſerm. de cœna Domini, dicens: *Tu ſi templum Spiritus violas, ſi intra te ſacrarium Dei deturbas, & fœdas, ſi cum calice Chriſti de calice dæmoniorum communicas, contumelia eſt, non religio, iniuria, non deuotio, idolorum ſeruitus, & horrenda abominatio, velle ſimul Baal famulari, & Chriſto.*

Baſil. *Theodor.* *Procopius.* *Pierius.* *Cyprian.*

15. Obſcœni quantum timere debent malam Sanctiſsimi acceptionẽ.

16. Chriſtus quantum obſcœnos abhorreat, dum ob hoc noluit coin Herode loqui, & cum Pilato.

Hinc adnoto ſic tales Chriſtum abhorrere, vt quaſi extraneos, nec verbum cum illis; mirum ſi quanta cum Pilato Gentili ſit locutus attendes; at vero nec verbum cum Herode, & ſi Iudæus, & ſi hic, vt teſtatur Euangeliſta *multis eum interrogaſſet*, quæ cauſat dices, quia hic ex curioſitate; *putabat enim ſe aliquod ſignum videre*, Luc. 23. num. 9. verum, ſed vide, an quia hic laſciuus, & adulter, ac proinde maculatus, & fœdus homo; hinc meritò, nec verbum cum illo, eo indignum ipſum reputans; quanto ergo amplius, qui ſuum ſanctiſſimum corpus, quod in Baal templum, hoc eſt libidinis introducitur ab impuris. Meritò ergo tunc ſcanduit, & ſecundo etiam tunc ſcandunt, & non ante; nam & ſi in alijs fanis, tamen illud obiter, non quaſi continuè inibi futura; at in templo Dagon ſic introduxerunt, vt perpetuo inibi ineſſet; merito ergo Deus hic indignatus, dum propriam domum, domum diaboli illi aſcripſerunt, ô tremendum ſuprà cæteros malis ſacerdotibus iudicium! in quibus quaſi propria domo Deus reſidere debet, & ipſi eam diaboli conſtituunt; quid amplius horrendum? certè & ſi mali Chriſtiani indignè aliquando percipiunt Sacramentum, cum illi non ſint Deo dicati, & ius ad illud non habeant conficiendum, & ſi peruersè, tamen quia per tranſennam inibi conſtituitur Deus, minorem merentur iracundiam; at Sacerdotes, qui quotidiè celebrant, qui ius ad Chriſti habent corpus conficiendum, in quibus ex propoſito ſtat Deus, indignè accipere, quid aliud eſt, quàm fanum diaboli perpetuo Deo aſſignare, & ſimul velle, vt Deus, & Dagon cohabitent?

17. Sacerdotibus indignè ſumentibus quantum ſupra cæteros iudicium ſupereſt.

18. Eiiciuntur à Dei facie illico.

Hinc iſti illico eijciuntur, ſtatim deturbantur, ac pereunt; hoc quippe adnoto in Iuda illo peſſimo; pondero enim verba illa Ioan. 13. num 30. *cum ergo accepiſſet illam buccellam exiuit continuo*, cur continuo? nunquid Dei patientia laſſa illum ſuſtinendo? ſanè; at quæ ratio? quia iam Sacerdos, & vt talis Sacramentum accepit miſer; hinc ſtatim eiectus, cum antea & ſi peccaſſet, tamen quia non Sacerdos diu illum Chriſtus ſuſtinuit; at poſtquam peccauit vt Sacerdos, poſt quam primus indignè ſumere auſit, illico expulſus, & eiectus, ac condemnatus. Egregiè hoc Paſchaſ. de corpore, & ſanguine Domini cap. 8. *Iudas*, ait, *donec buccellam acciperet, quamuis mente fancins, interdum tamen à Domini bonitate leniter, crebroque, nunc cum alijs, nunc ſolus monetur, ſed poſtquam indignus myſtica præſumpſit, ingreſſus enim diabolus, & qui prius nutabat, cum accepit, continuo foras exiuit.* Certè prius indignus; nam *fur erat, & latro*; at quando non ſolum indignus Apoſtolus, ſed Sacerdos, tunc continuè expulſus, eiectus, ac diabolo permiſſus.

19. Iudas tunc eiectus quãdo factus ſacerdos indignè ſumpſit Euchàriſtiam. *Paſchaſ.*

Immo ob hoc diſſectus, ac diſcerptus, Actor. 1. num. 15. de Iuda ait Petrus, quod *ſuſpenſus crepuit medius*, in quo miraculum accidit, cum qui ſuſpenduntur, non crepant; cur ergo Iudas crepuit? ſequor veriorem opinionem cum Cornelio hic, Iudam laqueo ſe ſuſpendiſſe, ac præfocaſſe, & diuina factum ordinatione, vt ſimul creparet, ne anima per fauces illas horrendas exiret, quibus Dominum vendiderat, ſed per inteſtina, ac interiora fœtida; at quale in hoc iudicij myſterium? ſanè ni fallor, quia ſacerdos, qui dum ſors Domini vocatur, cum illo fœdus pangit; vſus autem pangendi apud Hebræos fœdus erat animalia partiri, diſſecare, ac per medium eorum fœderantes tranſire, voce præconis clamante, ſic *Deus diſiungat, qui fœdus diſrumpit*, vt ait Theodoret. ſuper illud Geneſ. 15. num. 7. 8. & 9. de ſacrificio Abrahæ, quando cum illo fœdus pangens Deus, iuſſit, vt animalia diſſecaret per quæ ipſemet Dominus in figura clibani, & lampadis tranſiuit, *Quondam*, ait Theodoret. *hoc ritu iurare, & fœdera mos erat, quin etiam cum Deus fœdus iniret cum Abraham iuſſit arietem pertranſire; item fecit Clibanum fumantem, & lampadem ardentem per medium ambarum pertionum, hunc in modum paciſcens cum Abraham, iuxta morem qui tunc vigebat.* Hinc Sacerdos dicebatur *facialis*, quia ſaxo, vel ſilice feriebant porcum, vel porcam ſimiliter à Deo ferire precatus cum, qui fœdus violaſſet; vnde Virgil. Æneid. 8.

20. Immo ob hoc crepatus ſicut & cæteri mali crepabunt ſacerdotes.

Actor. 1. num. 15.

Et cæſa iungebant fœdera porca;

Theodor.

Quod cum ſit, en iudicij Dei myſterium, Iudas Sacerdos in conſecratione fœdus cum Deo iniuit, ob hoc Chriſtus panem frangens diſtribuit, ambo ibi iurarunt amicitiam, ſodalitatem; quid

21. Sacerdos cur fœcialis dicebatur.

ergo mirum si ſuſpenſus crepuit, dum fœdora rupit, ſicut & crepabunt, qui ſimiliter rumpent.

22. Sacerdos diffamatus, & publicus peccator indignè miniſtrans, vix à ſupplicio liberatur æterno.

Quod amplius timendum, ac formidandum, quando ſacerdotis peccatum eſt publicum, publicum dico, hoc eſt ſcandaloſum, & hoc equidem ſiue à multis, ſiue à paucis ſciatur; nam tunc niſi aliunde Dei infinita intercedat miſericordia, certiſſimum eorum eſt iudicium, ac quaſi certiſſima perditio, quod in hoc Iudæ facto apertè licet videre: nam tunc ait Euangeliſta diabolum in eum introiſſe, tunc continuò foras exiiſſe, quando panem intinctum à Domino accepit, *Et cum intinxiſſet panem, dedit Iudæ Simonis Iſcariotæ, & poſt buccellam introiuit in eum Sathanas*, & infrà, *cum ergo accepiſſet ille buccellam exiuit continuo.* In qua re ad notandum cum Bernard. ſerm. in Cœna Domini, & ſcholaſticis, hunc panem intinctum non fuiſſe Sacramentum; quod rectè probat multis Suarez de Sacram. Euchariſt diſput. 41. ſect. 3. ſicut & illi Chriſtum porrexiſſe poſt Sacramenti inſtitutionem, ac ſumptionem; cauſa autem cur illi talem dederit panem? ſanè, vt ſecreto traditorem Ioanni manifeſtaret, qui prius occultus apud omnes extabat; *Erat ergo recumbens*, ait Ioan. *vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, huic*, qui ipſemet erat, innuit Petrus, vt ſciſcitaretur quis traditor, quod fecit dicens, *Domine quis eſt?* at Ieſus, *ille eſt cui ego intinctum panem porrexero*, quo intincto Iudæ tradidit, quo ſumpto ſtatim in eum diabolus, ac continuò à Ieſu extorris exiuit; Ergo etſi prius malè, quia tamen occultus ſuſtinebatur, at poſtquam proditus, poſtquam cum ſcandalo licet vnius diſcipuli apprehenſus, vt malus Sacerdos indignè myſteria accipiens, ſtatim, illico excluſus, eiectus, deturbatus, in poteſtarem diaboli derelictus; quod ſignanter animaduertit Bernard. vbi ſup. ponderans in aperto diabolum tunc inuaſiſſe Iudam, quando iam non occultus malus miniſter, *Tunc introiuit*, ait Bernardus, *vt plenius poſſideret, in quem iam intrauerat, tunc introiuit, vt deciperet, & à conſortio Apoſtolorum extraheret, vt eo iam non in occulto, ſed manifeſtè vtens libera poteſtate, in barathro perditionis macta ret, ac perderet.* Egregiè, intret in occultum malſi Sacerdotem diabolus, quando ipſe occultus, & licet à diabolo poſſideatur, tamen non omnino exturbetur, at quando publicus publicè eum poſſideat, publicè eum accipiat, fiat eius punitio non ſecreta, ſed clamoroſa, quod notandum in iudicio Dei cum Dagone vbi ſup. ipſe truncus in templo; at manus, & caput eius in ſuperliminari domus num. 4. *Caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limen, porro Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo.* Caput, & manus abſcinduntur, quia per quæ quis peccat, per ea torquetur; manibus indignè ſacerdotes Dei tractant ſacrarium, abſcindantur, caput indignè ſuſcipit corpus illud diuinum, detruncetur; ſed qua ſceleſtiſſime, ac petulanter publicè parem Dagon cum Deo facere attentarunt, ac ſimul cum Dagone conſtituere, ſupplicium ſit clamoroſum, abſcindantur, ſic, vt ſuper limen reponantur, vt omnibus iudicium in proſpectu ſit, & publicus indignus ſacerdos, publicè etiam ſuſpendatur, detruncetur, *Vt quod de traditore fecit*, ait Bernard. *hoc de conſimilibus facere non deſiſtat*, Nam vt grauiter Concil. ait Colonienſ. part. 2. cap. 9. talibus inſtat interitus, & perditio non dormitat. *Certè*, inquit, *graniter dolemus, atque inhorreſcimus, vbi videmus paſſim tantis myſterijs indignos, ac conductitios illos ſacerdotes, publicis etiam, ac manifeſtis criminibus contaminatos, ſeſe, idque irreuerenter, & interdum magis lucelli, ac ſtipis, quàm Dei cauſa ſacris ingerere, quorum inſtat interitus, & perditio non dormitat.* In quibus verbis illud expendo *conductitios ſacerdotes*, proh pudortiam ſacrum mercimonium factum, & ſi non merces, iam non miſſa, ſic friguit charitas, ſic Chriſtus, vt ſic dicam, viluit; immo quibus lachrymis eorum ſacerdotum deflenda leuitas, qui ſic animo abiecti inueniuntur, vt mulierculis, ac matronis quaſi ſerui addicti, vt panem lucrentur, vt laterones eis deſeruiunt, quod idem deflens Concil. ſic ait ibid. cap. 27. *Magna eorum leuitas eſt, in magnam cleri ignominiam redundans, qui ſe laicis, atque adeo delicatis fœminis, ventris cauſa in capellanos, atque ante ambulones venditant, qui enim debebant eſſe gregis duces, vt deiguntur in candam, & proh nefas, ſordidiſſimis quibuſque negocijs alligantur.*

Concil. Colonienſ.

25. Sacerdotum hodierno rũ ſicut, & antiquorum miſera ac vilis conditio.

26. Ambulones eſſe mulierum & laterones quàm indignum.

Nec hoc mirandum, ſcilicet contra ſimiles ſic Deum excandeſcere, malos ſcilicet ſacerdotes: nam mea ſententia, quia ipſi mali, ſæpè in cauſa ſunt, vt contaminentur ſancta, vt polluantur Dei myſteria, vaſaque illa diuina, iudiciumque horribile Dei in malè ſumentes cadat: equidem Balthaſar Rex Daniel. 5. num. 2. ſacra vaſa templi prophanauit, ob quod occiſus, & diſſectus, ſed quæro vnde ei talis auſus? ſanè, quia ſacrilege, ac impiè illa Nabuchodonoſor è templo aſportans in Babylonem in ſuam immiſit Gazam; hinc filio peſſimus auſus, ac infandus, dum patrem aſpexit ſic frontoſè, ac intrepide è templi ſacrario vaſa in ſuum immiſiſſe theſaurum; vnde ſignanter ſcriptura non dixit, præcepit, vt aſſerrentur vaſa templi, ſed *quæ aſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de templo, quod fuit in Hieruſalem*; quaſi ſi ſacrilegus pater, magis ſacrilegus filius, & vaſa non eſſent, niſi pater aſportaſſet; iam me habes, è ſacrario Dei, è templo Paradiſi, è throno diuinitatis à ſacerdotibus nunc in terram hanc, in iſtam vitam, in hanc Babylonem, vt ſic dicam, Chriſtus aſportatur, vas illud diuinum vbi omnes Dei theſauri; at quia ipſi non vt decet, ſed ſacrilege, quaſi alteri Nabuchodonoſores, eum è cœlo abſtrahunt, & quodammodo diuellunt, ac diſtrahunt; hinc fit, vt tali exemplo moti filij diuina hæc vaſa corrumpant, obſcœne, ac fœde ea tractent, ac ſumant; ſic potens malorum eſt exemplum ſacerdotum, vt quod ipſi faciunt, populus operari non abhorreat, ipſi malè ſacrificant, & populus inde peſſime accipit; hinc Geneſ. 19. num. 15. Angeli ad Loth, *Noli reſpicere poſt tergum*, vbi Caietan. ex Hebræo legit, *non facies reſpicere poſt te*, quaſi impoſſibile, vt ipſo reſpiciente poſt tergum, cæteri etiam non reſpicerent; immò obſeruo non prius eius vxorem poſt tergum reſpexiſſe, quàm ipſe in Segor introiſſet. *Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Loth ingreſſus eſt Segor*; poſt quæ ponit euerſionem vrbium, & poſt hanc reſpectionem vxoris Loth, *reſpicienſque vxor eius poſt ſe.* Ergo prius intrauit Loth in

27. Mali Sacerdotes in cauſa vt indignè Sanctiſſimus recipiatur. *Daniel. 5. num. 2.*

28. Malorum Sacerdotum exemplum quàm efficax. *Geneſ. 19. num. 15.*

24. Sacerdos publicè peccans & diffamatus, publicè etiam punietur. *Bernard.*

Bernard. 23. Panis intinctus quem Chriſtus Iudæ porrexit non fuit Sanctiſſimum. *Suarez.* *Ioan. 13. 24.*

Segor antequam vxor eius, ſtatimque Dominus pluere cœpit ignem, vnde vxor Loth ex rumore forſitan ſe mouit, vt retro aſpiceret; quid ex hoc? illud, vt non ſolum maiorum exemplum efficax ad bonum agendum, vel malum, ſed ipſo deficiente ad malum ſubditi ruunt, quanto ergo amplius quando ex eo impelluntur? vnde rectè Innocent Pap. III. ſerm. 1. in conſecratione Pontificis, *Si caput*, id eſt ſacerdos, *fuerit infirmum, totum corpus*, id eſt populus, *languidum erit*; Quod cum ſit, nonne tales terribile Dei iudicium ſubibunt. *Balthaſar Rex ille Perſarum*, ait Hieron. in epiſt. ad Suſannam lapſam inuectus in ſtupratorem quendam Dei miniſtrum, *qui quia in vaſis dominicis, quæ fuerant de templo ab Hieruſalem à patre eius ſublata, bibere cum ſuis amicis, & concubinis vſurpauit; ipſa nocte Angeli manu percuſſus, morte crudeli punitus eſt, quid de te arbitraris perdite pariter, & proditor, qui vas rationabile conſecratum Chriſto, ſanctificatum Spiritui ſancto temeraria impietatis ſacrilegio polluiſti?* quod ſi hoc Hieronymus contra illum, qui non ipſum Dei corpus, ſed quod tantum Deo conſecratum, quid dicet contra illos, qui non ſolum Dei contaminant corpus, ſed in cauſa ſunt, vt contaminetur?

Hieron.

29. Indignè ſumens vitæ vſus eſt corporis Chriſti. *1. ad Cor. c. 11. Prouer. 23. num. 1.*

Dirè ergo punientur indignè recipientes, nec mirum, cum vt Apoſtolus ait 1. ad Corinth. c. 11. *Reus ſunt corporis, & ſanguinis Domini*, Quomodo rei? Sanè, quia dum in peccato illud ſanctiſſimũ accipiunt corpus peccatum illud veluti culter in gutture, dum Sacramentum per illud illud tranſit, Chriſtum quantum ex ſe, perfodit, ſcindit, iugulat; ſic multi locum illum Salomonis Prouerb. 23. num. 1. intelligunt, *Cum ſederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo.* Quem cum multis patribus de Sacramento ſuprà expoſuimus homil. antecedenti, vnde hunc dicunt facere ſenſum, diligenter attende, vt dignè eum ſumas; nam alias *ſtatue*, hoc eſt, *ſtatuem puta*, cultrum gutturi tuo, quo Chriſtum iugules, ac mactes deglutiendo; quod cum ſit, & qui iugulatur ipſe ſit Deus, ipſe ſit Dominus, quam ſpem veniæ concipere poſſunt tales? *Non eſt enim bona fama filij, quam audio de vobis*, dixit Heli ad ſuos, volenſque eos à peccato coërcere hanc ſubdit rationem 1. Reg. 2. num. 25. *ſi peccauerit vir in virum placari ei poteſt Deus, ſi autem peccauerit in Deum, quis orabit pro eo?* Quem locum dilucide perſtringens Paſchaſ. lib. de Corpore & Sanguine Domini, cap. 8. ſic ait: *Id eſt, quem apud Deum pro ſe intercedentem inuenerit, qui Deum totius creaturæ contemnens, in eius iniuriam ad ſanctificata, immo nunc ad corpus & ſanguinem ipſius indignus accedit.* Egregiè, qui pro nobis apud patrem intercedit Chriſtus eſt Ieſus, ipſe reconciliatio noſtra, per ipſum ſpem habemus vitæ; ſi ergo ipſum iugulamus malè accipiendo, quis pro nobis apud Deum intercedet? *Ipſum Ieſum*, ait rectiſſime Origenes homil. 10. in Hierem. *qui rogabat pariter, & præſtabat ea, quæ erant in pacem perdidit anima peccatrix, quis poteſt vltra rogare conuerſus ad ea, quæ ſunt in pacem tibi?* prorſus nemo.

1. Reg. 2. num. 25. Paſchaſ.

30. Quam difficilis talium venia.

Origen.

31. Angeli ſanctiſſimi pro indignè ſumentibus orationem intermittent.

Hinc ob tale peccatum ſic Angeli ſanctiſſimi contra indignè ſumentem indignantur, & excandeſcunt, vt orationem intermittant, immo quod horrendum eſt, ſic Deus illis inhibet, adeo ex tali ſtimulatur ſacrilegio, Hierem. 7. num. 16. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumes pro eis laudem, & orationem, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te.* Cuius tantæ iræ rationem ſi petis, ea; peccatis grauati ad templum accedere Domini; *Furari, occidere, adulterari, libare Baalim, & ire poſt Deos alienos, & veniſtis, & ſteriſtis coram me in domo hac, in qua inuocatum eſt nomen meum, liberati ſumus eo quod fecerimus omnes abominationes iſtas.* Pende Domini querelam, & mentiar, ſi non maior nunc; malè viuunt homines, ſic viuunt, ac ſi gentiles, furantur, occidunt, luxuriantur, ac ſi non eſſent Chriſtiani, & tamen reputant ſat eis, ſi ſinaxim frequentent, ſi quotidie ad Sacramentum accedant, & totam æſtimant ſanctitatem ad vlum frequentare myſteria; quid turpius? at quod pendo, illud eſt, nam ſi orationem interdicit, quia templum violatur, quid faciet, quando ſacroſanctum eius corpus; quando ſacroſanctam eius vt ſic dicam diuinitatem? quid faciet quando non ſolum violatur eius templum, ſed vt diximus eius filius occiditur; necatur? nunquid & Angelis etiam orationem non interdicet? qui ex ſe ob tale ſcelus orare intermittunt; *Angeli*, inquit Origen. vbi ſup. de Hieruſalem dominum occidente, *qui ſemper auxiliabantur ei, deſeruerunt eam, & dixerunt, multis facinoribus oppreſſa eſt, Ieſum interfecit, & in Dominum noſtrum miſit manus, quamdiu minora peccauit, potuimus rogare pro ea, potuimus obſecrare Dominum, potuimus parcere ei, ſuper iſta quis parcat?* Ergo pro Hieruſalem orare intermiſerunt, quia ſacrilegam in Dominum manum miſit; nunquid minus, qui indignè corpus accipit Domini? nonne quantum ex ſe Dominum iugulat, Chriſtum occidit, ac veluti cultro ſuffodit?

Hier. 7. num. 16.

Origen.

32. Indigna ſanctiſſimi frequentia ad quantam iram Deus accendit.

33. Chriſtum vt contaminat malè ſumens.

Immo, quod prorſus intolerabile, ipſum Ieſum ſanctiſſimum, ac mundiſſimum hominem, ſic profanat, vt niſi aliunde contaminari non poſſet, ex tali indigna contaminaretur ſumptione, ſic vt non ſolum apud homines, ſed apud Deum immundus reputaretur; quod equidem hoc cõſtanti apparebit diſcurſu; equidem veriſſimum quod omnes ſancti de hoc Sacramento affirmant, & nos ſuprà multis, in illo non ſolum nos Chriſtum manducare, ſed viciſſim nos ab illo, quod elegantiſſime proſequitur Bernard. ſuper illa verba Cantic. 2. num 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia*; vbi in Hebræo eſt actiuè *qui paſcit*; ergo paſcit, & paſcitur, paſcit nos, & paſcitur à nobis; *Mandor cum arguor*, ait Bernard. *glutior cum inſtituor, de coquor cum immutor, digerer cum transformor, vnior cum confermor*; Egregiè, quæ omnia effectus ſunt huius diuiniſſimi Sacramenti, per illud enim in Chriſtum vnimur, transformamur, immutamur, inſtituimur. Vnde rectè ſequens Bernard. ait: *Et manducat nos, & manducatur à nobis, quo arctius illi aſtringamur.* Cibus ergo Chriſti homo, illum in Sacramento recipiens, quatenus virtute illius in Chriſtum tranſmutatur; quid inde? illud, vt nefas ſit Chriſto cibos manducare veritos, ac immundos, niſi immundus velit reputari, qui cibi apud legem veriti, ac immundi? audi Leuit. 7. num. 26. *Sanguinem omnis animalis non ſumes in cibo*

Bernard. Cant. 2. num. 16.

34. In Sanctiſſimo Chriſtus manducatur & manducat.

Leuit. 7. num. 26.

Digitized by Google

in cibo tam de auibus, quàm pecoribus, omnis anima quæ ederit ſanguinem peribit de populis ſuis, quod præceptum renouarũt Apoſtoli Act. 15. n. 28. Ergo eſus carnis cum ſanguine, tanquã quid immundum, omnino, ac ſtrictiſſime prohibebatur, ſic vt maculatus in anima ex peccato, qui illum edebat, quod ſi ſic, quid homo peccator, niſi animal immundum, à diabolo præfocatum cum ſanguine peccatorum? Ergo ne talis cibus erit Chriſti? aut Chriſtus eum manducabit? ac quaſi præuaricator diuini præcepti exiſtẽs carnes tanget, & deglutiet noſtro modo intelligendi corruptas, immundas, & cum ſanguine? Nonne hoc eſt indignè de Chriſto præſumere? ac veluti hominem illum concipere immundũ non diſcernens inter cibum, & cibum? mentiar ſi hoc non eſt illud Pauli 1. ad Cor. c. 11. nu. 27. reum eſſe talem corporis Domini, *Quicunque*, ait, *manducauerit panem hunc, vel biberit calicẽ Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini.* Vnde reus? ſanè, quia quatenus ſine ſui probatione accedit immundus, & ſanguine madens peccatorum, quãtum eſt ex parte ſui, Chriſtum violat, commaculat, & immundum reddit; *Faucibus exhalantibus*, ait Cyprian. in ſerm. de lapſis, *ſceleſ ſuum, & contagia funeſta redolentibus Domini corpus inuadunt, vnde vis infertur corpori, & ſanguini Domini.* Qualis vis? illa, vt vt velit, nolit in eius os cibus ille immittitur, qui ipſum alias ex ſe fœdaret, immo occideret, cibus immundus venenatus, *Buccella dominica venenum fuit Iudæ*, ait Aug. tract. 26. in Ioan. hinc ab illa diſſectus crepuit medius, & tamen buccella erat diuina ex ſe, venenum facta ex malitia recipientis; pone nunc Chriſtum non Deum, ſed hominem, & vice verſa Iudam manducantem ex illo animal immunditiſſimum, aſpidem venenatum, nonne enecaretur Chriſtus? ſanè, hoc ergo eſt reum eſſe eius corporis, eius ſanguinis, quia quantum ex parte peccatoris illud diuiniſſimum corpus commaculat, inficit, occidit, & vt aiebat Ambroſ. de Iuda lib. 1. de Virginitate, *communium amicitia veneno malitiæ miſcet.*

Act. 15. num. 28.

1. Cor. 11. num. 28.

Cyprian. 35. Indignè ſumens vim Chriſto infert, & qualis illa.

Auguſt.

Ambroſ. 36. Tale ſacrilegium præ admiratione Chriſtum extra ſe rapit.

Hinc & ſi alia peccata lachrymas à Chriſto expungunt, hoc ſacrilegium non lachrymas, ſed præ admiratione, ſtupore, ac rei enormitate conturbat, exagitat, ac veluti extra ſe præ admiratione rapit; ob quod adnoto bis Chriſtum ſe in ſpiritu turbaſſe, quod eſt intra ſe commotum eſſe, ac doluiſſe, vehementerque ſimul obſtupuiſſe. Primum, quando Lazarum reſuſcitauit, dum ſorores eius plorantes inſpexit; *Ieſus ergo vt vidit eam plorantem*, ſcilicet *Mariam, & Iudæos, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum*, Ioan. 11. num. 34. Secundò, poſtquam Iudæ corpus, ſanguinemque ſuum diſtribuit, Ioan. 13. num. 21. *Cum hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit, quia vnus ex vobis tradet me*; vtrobique ergo legitur ſe conturbaſſe; at cum hac differentia; nam in prima ſic ſe conturbauit, vt lachrymas fuderit, in ſecunda nullæ lachrymæ, quæ ratio? ſanè mea ſententia, quia in prima ſe conturbauit, ob compaſſionem, affectumque erga Martham, & Mariam, ac fratrem mortuum, peccatoris figuram; at in ſecunda ob ſcelus ſacrilegij illius peccatoris, ſtupens, admirans, ac veluti extra ſe abiens præ doloris magnitudine, qui quando magnus, & excedens, lachrymas eripit, totum in dolorem, & admiratiouem hominem abſtrahens, Creſus enim, ni malè recordor, ad mortem aſpiciens ductos filios vxoremque ſiccis aſpexit oculis; at quando amicum, illachrymatus eſt, de cauſa ſciſcitatus, reſpondit, quia ad priores obſtupuit dolore, ad amicum per compaſſionem ſe commouit; ſic quippe Chriſtus hîc non eſt lachrymatus, ſed turbatus præ doloris, præ admirationis magnitudine: nam, vt rectè ait Toletus hîc, *Videas ſemel, atque iterum Iudam ſua impia cogitationis tacitè admonitum nihil profuiſſe, ſed potius in ſua pertinacia confirmatum hærere; contriſtatus eſt, dum eius perditionem conſideranit*; Admonuit quippe tum verbis, tum quod amplius, facto, ſuum illi præbens corpus, ſuum ſanguinem; quod cum nec hoc, ſic præ admiratione, ac dolore extra ſe, vt ſic dicã, abijt, vt totus in turbationem actus, dolenter proteſtatus ſit; vt ex hinc intelligas, quantum hoc ſit peccatum, vt præ eius magnitudine ad ſtuporem, & extaſim veluti ipſum attrahat Chriſtum.

Toletus.

Ioan. 11. num. 34. Ibid. c. 13. num. 21.

Hinc tales, qui ſic indignè, ac in peccato cõmunicant, ſic obiectum ſunt totius diuinæ iuſtitiæ, ac ipſiuſmet Chriſti, vt totaliter in eos ſcandeſcens, totus ſit ad eos caſtigandos, puniendos, ita vt abeo non ob aliud quærantur, quàm vt occidantur, non ſecus ac prædamnati homines fugitiui, qui non ob aliud quæruntur, quàm ad mortem; ſic Propheta Rex Pſalm. 68. num. 23. *Fiat*, ait, *menſa eorum coram ipſis in laqueum, in retributiones, & in ſcandalum*; vbi de menſa Sacramentali ſermonem eſſe multorum eſt ſententia cum Agellio hîc; in qua ſententia illud verbum pendo, ſcilicet *retributiones*, quomodo laqueum intelligo, ſicut & quomodo ſcandalum, laqueum, vt velut hamo capiantur; ſcandalum, vt quod illis Sacramentum dignè acceptum fuiſſet à peccatis præſeruatio, quia malè, ſit ſcandalum, ſit veluti ad noua peccata permittenda incentiuum, quatenus iuſto Dei iudicio in manus dantur inimici, ſicut Iudas, cui etſi iam miſiſſet in cor diabolus vt Dominum traderet, tamen poſt hoc Sanctiſſimum indigne ſumptum, ſtatim in manus traditus inimici, ſtatim in eum diabolus ingreſſus foras exijt. Vnde egregiè Chryſoſt. homil. 27. in 1 ad Corinth. *Spiritualis hiccibus*, ait, *ſi aliquem inuenit malitia inquinatum, magis eum perdit, non ſua natura, ſed accipientis vitio*; *tales ſunt ſocij Iudæ proditoris in quem poſt buccellam introiit in eum Sathanas*; tremendum quippe, ac formidabile iudicium; at quamuis hoc ſatis intelligo, quid ly *retributiones* ſignificet, non ſatis percipio, varij varia dicunt, Ianſenius, vt iacet illud intelligit, ſcilicet pro condigna retributione, vt ſcilicet ſicut ipſi malè egerunt, ſic condignè à Deo retribuatur illis; verũ, ſed aliquid aliud acri° dicit, vt verè ſonat verbũ; cum Ianſen. concordat Titelm. alij, mea ſententia proprius ad rem. Agellius, qui emphaticè verbum intelligens affirmat, ſignificare impios malè ſanctiſſimum ſumentes capi à Deo in laqueum, non ſicut cæteri peccatores, qui multoties capiuntur ad conuerſionem, ſed ſacramentarios iſtos, vt ſic di-

37. Malè ſumens obiectum ſit omnis diuinæ iuſtitiæ ad mactationem requiſitum.

Pſal. 68. num. 23.

Agellius.

Chryſoſt.

Ianſenius.

Titelmann. Agellius.

38. Sanctiſſimũ vt indignè ſumentibus ſit ſcandalum.

eam, à Deo capi *in retributiones*, ſcilicet *non ob aliud, niſi vt occidantur.* Egregiè quidem, ſic Deus cum illis iraſcitur, ſic ſe offenſum præſentit, vt ad capiendum eos ſe accingés, non eorum in captura conuerſionem, ſed interitum, ſed mortem, ſed retributionem intendit; hinc veluti *Auguſt.* Iudas præfocati intereunt, quia, vt Auguſt. ait tractatu 26. in Ioann. *Buccella dominica venenum fuit Iudæ*, quo crepuit medius, illaqueatus, & à Deo captus ad perditionem, ad mortẽ.

39. Iudicium ſubibit non ſolum qui cum peccato, ſed qui oſcitanter ad Sanctiſſimum accedit.

Immo ſic tremendum indignè ad hoc accedere Sacramentum, vt non ſolum iudicium ſubibit, qui cum peccato, ſed etiam qui oſcitanter, qui ex vſu, qui cum venialibus habitualibus, qui cum obſcœnis, ac impuris cogitationibus, qui diſtractè, ac ſine vlla interiori recollectione; in quo probet ſe quiſpiam, & qualem ſe inuenerit, ſic de ſe iudicium, aut augurium, vt ſic dicã, B ferat, Gen. 40. Peccarunt duo Pharaonis Eunuchi, alter piſtor, alter pincerna, ambo ſomniarunt, ſed piſtor ſic: *Vidi quod tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum, & in vno caniſtro quod erat excelſius, portare me omnes cibos, qui fiunt arte piſtoria, aueſque comedere ex eo*; cuius interpretationem adijciens Ioſeph ait: *tria caniſtra tres adhuc dies ſunt poſt quos auferet Pharao caput tuum*; quid allegoricè hæc prætexunt: Rupert. Dei prædeſtinationem, & præſcientiam, dũ etſi ambo peccarunt, vnus abſoluitur, alter condemnatur. Item Chriſtus inter duos latrones, Lippom. in pincerna reſtituto Gentilem populum, in piſtore occiſo Iudaïcum, in caniſtro ſuperiori legem Moſaïcam, item Prophetias, & *Adagiographa*, vt ipſe ait; cui expoſitioni inhærẽdo non abs re erit per ſupremum caniſtrũ hoc C ſanctiſſimum intelligere Sacramentum: Nam ſi Lippom. Prophetias, & legem, ergo & figuras, & vmbras, ergo & illas, quæ hunc denotabãt panem, eo vel maximè, quia ſub illis verbis *omnes cibos qui fiunt arte piſtoria*, ſecundum Cornel. intelliguntur *placentæ, artocreæ, carnium que paſtæ*; quæ propriè hoc videntur indigetare Sacramẽtum; quod cum ſit, pondero, quod, qui portabat ſuſpenſus, cuius præſagium volucres extiterunt comedentes; at quæ ſunt iſtæ aues? cogitationes importunæ, ac peruerſę, ait Greg. Moral. 16. c. 19. & 20. *Quid enim per aues*, ait, *niſi peruerſas cogitationes accipimus, ſæpe enim corda inſtorum ſubortæ cogitationes polluunt, terrenarum rerum delectationes tangunt.* Aues enim cibaria, ac panes ſanctos, ſanctaſque carnes in caniſtro edentes, ſunt impuræ cogitationes, laſciuæ, ſuperfluæ, ar- D rogãtes, ambitioſę, in quibus totus homo carnalis immerſus ad hoc Sacramentum accedit, ſine præparatione, ſine reſpectu, à cæteris cibis ſacrũ illud corpus non ſecernens; quid ergo? ſiue quale iudiciũ de ſe talis ferat, quando hoc viderit, ſi ſtandum coniecturis, ſi cum Ioſeph augurandũ profecto mortis, & ſuſpendij, cũ ſic irreuerẽter, cũ ſic, vt ſic dicã, obſcœne corpus recipit Chriſti, quod non anima, ſed ipſæ impuræ mandunt cogitationes. *Ad diuina myſteria negligenter accedens*, ait Chryſoſt. *ſupplicium intolerabile meretur, & ſi ſemel in anno hoc quis audeat, ignis ſpiritualis plena eſt ipſa menſa, & quemadmodum fontes naturaliter ſcaturiunt aquam, ſic hæc mẽſa flammam quãdam ineffabilem fouet; cauo igitur accedens cum ſtipula, ligno, & fœno, ne mains efficias incendium, & animum, qui ſit eius particeps exuras.* Admirabilis, & veriſſima ſentẽtia, in qua A multa ponderãda percurram breuiter. Primum, pondero ly *negligenter*, flãmam exuſturam non malè accipientẽ, ſed negligenter affirmat Chryſoſt. quid ergo quando malè; Secundò, hoc etſi ſemel in anno, quid quãdo quotidie? Tertiò, neceſſario ab hoc Sacraméto flammã exire, aut iudicij, aut amoris; ergo ſi hunc ſecundum in te nõ reſpicis aut attẽdis effectũ, time primũ, Quartò tandem exuſturũ hoc Sacramentum, qui cũ fœno, ſtipula, aut ligni s accedit, quæ omnia non mortalia ſignificãt, ſed venialia; quid ergo quãdo cum mortalibus? ô iudicium terribile etiam cum ſpiritualibus quotidie communicantibus, ſed negligenter, ſed ex vſu, ſed cum nullo cogitationũ delectu; quid ergo? nunquid non ſimul & iſti iudiciũ manducant? Vide Greg. in 1. Reg. lib. 2. c. 1. ſuper illa verba, *repleti prius pro panibus ſe locauerunt*, vt infrà dicemus, qui affirmat, illud Apoſtoli *probet autem, &c.* etiam de venialibus intelligi: nam, vt ipſe ait, *& ſi minima ſunt peccata quæ congerit, paulatim anima repletur, atque ei merito auferunt fructum internæ ſaturitatis.* Certè Chryſoſt hom 60. ad populũ *Chryſoſt.* Antioch. non de malè, ſed de minus dignè communicantibus illam ponderoſam edidit ſententiam, iam diu ſcilicet quod à nobis Chriſtus abſtuliſſet Sacramenta ſi non ſe, ſed nos attẽderet. *Si Chriſtus*, ait, *nos attenderet, & non infinitam ſuam bonitatẽ, iam à nobis abſtuliſſet diuina Sacramenta*; cuius rationem ſubiungens addit; *dignos enim nos hac pœna efficimus, & indignos ipſis Sacramentis, dum ea ſuſcipientes minus dignè, & illa, & Chriſtum traducimus, & quantum in nobis eſt fama, & honore priuamus.* Non indignè, C ſed minus dignè ait, ne dum ſine graui peccato accedis, nil de reliquo curans, reputes ſuprà te Dei iudicium non caſurum; & equidem attendenda inſuper Chryſoſtomi ratio, ſcilicet ex tali minus digna sũptione nos ipſa Sacraméta, ipsũ traducere Chriſtũ, ac fama, & honore priuare. Enimuerò ſi vitam Gentilis quis aliquorum obſeruaret Chriſtianorũ, & poſtea in Eccleſia eos cerneret diuina ſuſcipere Sacramenta, audiretq; inſuper illud Dei eſſe corpus, Deiq; ſanguinem, quid de Chriſto diceret talibus illùm propinare, talibus illud præparare? certè eius ignorans infinitam bonitatem, amorẽque, aut neſciũ ipsũ, aut non Deum diceret; nonne quæſo hoc eſt fama, honoréque ipſum priuare? vnde non mirum ſi contra tales ſic Chriſtus ſcandeat.

45. Indignè ſumit ex Sanctorum ſententia, qui oſcitanter accedit.

Imò quod prorſus formidabile, eius ſanctiſſima Mater, quæ licet peccatorum, quæ licet adnocata, quæ licet ad omnia peccata affectus demonſtret matris, pro illis apud filium intercedens, obſecrans, ac veluti vim afferens, tamen in peccato ſacrilegij, quod committitur indignè hoc Sacramentum recipiendo, neſcio quomodo ſe ſic exaſperet, vt quaſi non mater, ſed vermis viſcera talium corrodens, eos ſimul cum filio iudicet, ac peſſundet. Exod. 16. num. 20. ſcitum eſt illud ſcaturiſſe manna vermes, quia cõtra Dei præceptum collectum, ac proinde reſeruatum; at quid manna? Ambroſ. in Pſal. 21. cum *Ambroſ.* per manna Chriſtum primo intellexiſſet, addit demum ſic: *Quin potius ipſam Mariam manna dixerim, quia eſt ſubtilis, & ſplendida, ſuauis, & virgo, qua veluti cælitus veniens cunctis Eccleſiarum populis cibum dulcierem*

47. Sanctiſſima Virgo contra indignè ſumentes etiam ſcandet eos diiudicans, corrodens. *Exod. 16. num. 20.*

48. Eſt manna cæleſte.

40. Caniſtrum piſtoris Pharaonis Sanctiſſimum indigetabat.

41. Oſcitanter cum impuris cogitationibus ad Sanctiſſimum accedens, quale de eo iudicium ferri poteſt.

44. Sanctiſſimum flamma eſt vtens oſcitanter eum accipiens.

Rupertus. *Lippom.* *Cornelius.* *Gregor.* *Chryſoſt.*

melle defluxit, manna ergo Maria? ſanè; at vnde vermibus ſcatet, & in vermem ſe vertit corrodẽtem? vide an quando filius accipitur etiam manna diuinum, contra Dei ſtatutũ, contra Dei præceptum, & ordinationem, impurè, indignè, vnde tunc ipſa non mater, ſed vermis viſcera, ac conſcientias corrodens, mactans, occidẽs, dum malè ſumentem filium quantum in ſe eſt occidere intentantem aſpicit: certè Ioannes Apoc. 4. n. 5. ex Dei throno vidit procedere *fulgura, voces & tonitrua*, quẽ Mariam præfigurare apertè ſent. Bern. ſer. de B. Maria, myſteria grandia cæteris propinantem Apoſtolis poſt Chriſti aſcenſionẽ, & inter illa mea ſententia non tãtum iudicium, quantũ iudicia malè ſumentib⁹ ſeruata, quibus ipſa & ſi pia, tamen ex horrendo metu infando fulgura voces ac tonitrua mittit, eorũ in viſceribus facta vermis; niſi malis dicere, quod vermis ſit viſcera Dei corrodens, ſtimulans, inflammãs, ſollicitans ad talem ſacrilegum occidendũ, perdendum, mactandũ; Recolè Eſterem inter epulas occiſionem, internecionemque Amano procurantem, intentantem, & tanquam vermis viſcera Regis corrodentem ipſum, ad miſerũ occidendum, ad ſuſpendendũ impellentem, & dum cauſam aſpicis, quia Mardocheum patruum occidere intentabat, ne mireris, ſi Maria ſimiliter contra peruerſum apud Deum ſatagat ſacrilegum, ſuſpendiũ illi, ac altero Iudæ procurans, & armãs; time ergo tale peccatum, time formidabile iudicium: nam verum quod Apoſtolus ait, *Iudicium ſibi, &c.*

HOMILIA LXXXVI.

De frequentia Sanctiſſimi.

ENimuerò vt extremam manum his noſtris de Sanctiſſimo diſcurſibus imponamus, operæpretium erit aliqua de eius differere frequentia, an ſcilicet conſultum quotidie illud ſumere, an conſultius raro, quæue tandem ordinatia conſulenda.

1. Conſultius frequentius communicare.

Primò ergo, tanquam certiſſimum ſtatuo, generaliter loquendo, & vt ſic, conſultius eſſe frequentius, quàm rarius cõmunicare, & magis ad frequentiam, quàm ad raritatem confeſſarium propenſum eſſe debere; hæc eſt expreſſa ſententia S. Thom. 3. part. qu. 80. art. 10. & in 4. qu. 3. diſtinct. 12. art. 1. quæſtiunc. 2. Vbi Bonauent. Richard, Paludan. Gabriel, cæterique Theologi communiter, quorum ſentẽtia ferè eſt omnium patrum; vnde Ambroſ. lib 5. de Sacram. cap. 4. ait: *Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis? quotidie accipe, vt quotidie tibi proſit, ſic vive, vt quotidie mereari accipere.* Ad quam rẽ egregia eſt ſententia, ac aurea Cyrill. Alexand. in Ioan. lib. 3. c. 37. cuius verba, poſtquam enim dixiſſet corpus Chriſti in Sacramento ratione vnionis vitã tribuere immortalẽ, ſic addit: *Quæ cum ita ſe habeant, ſciant baptizati homines, & diuinæ gratiæ participes facti, ſi rarius in Eccleſia proficiſcantur, & longo temporum ſpatio propter ſimulatam religionem myſticè communicare Chriſto recuſẽt, ab æterna ſe vita procul repellere, quippe recuſatio eiuſmodi, quamuis ex religione proficiſci videatur, & ſcandalum facit, & laqueos inſtruit, quare oportet omnibus viribus à peccato mundari, & rectè viuendi iactis fundamẽtis magna cum fiducia ad ſumendam vitam cõcurrere.*

S. Thom. Bonauent. Richard. Paludan. Gabriel. Ambroſ. Cyrill. Alexand.

Egregiè quidem; in qua ſententia ponderãdum, Cyrill. ſimulatam religionem appellare abſtinẽtiam à cõmunione, cuius equidem ratio, quia cũ re vera ipſi malèviuere appetant, liberéq; in peccatis graſſari, religionem ſimulant, quia horrẽt, & meritò frequenter communicare, & peccare, vnde quia peccatũ relinquere detrectant, ne etiã peccatores ex infrequentia publicentur, religionem ſimulant, quapropter egregiè Cyrill. ſequẽs addit: *Variæ ſunt diaboli, multiplicesque ad decipiendum inſidiæ; nam primum ad viuendũ turpiter inducit, deinde cum malis onerati fuerint, tunc abhorrere à Chriſti gloria ſuadet, qua poſſent à turpitudine voluptatis, quaſi ab ebrietate reuocari.* Nil verius, præuidet peſſimus inſidiator, quod ſi frequenter accedamus, & ſi peccatorum habitib⁹ onuſti, non tamen cum actualibus, virtute huius Sanctiſſimi cõti a habitus effici poſſimus fortes, & ab ebrietate vitioſa reuocari, ſimulat religionem, vt amplius inreligioſum, amplius hominem maculatũ conſtituat, ac tandem ex tali infrequentia damnet, ac cõdemnet; eſt ne aliquid aliud hodie frequentius? vidi hoc ſæpè, & ploraui, aſtutiamque ſerpentis agnoſcens, qui ſemper contra Deum militans, ordinemq; peruertens, ac ſanctiſſimis illius legibus obſiſtens, ſicut illi reſtitit, ac homini ſuaſit in paradiſo, vt contra Dei præceptũ ederet, vitam illi ex tali eſu promittens diuinam; ſic nunc quãdo Deus hũc panem quotidianum inſtituit, vt quotidie ſumeretur, mortem interminat ſi edatur, vtrobique mendax, vtrobique perfidus; nam ſicut ibi vitam eripuit, & mortem induxit ex eſu, ſic nunc ex huius diuiniſſimi abſtinentia cibi: nam ferè ob hoc damnantur homines, quia inedia cõſumpti ſpirituali deficiunt in via, de longè enim veniunt nempe de peccato, & grãdis eis reſtat via, nempe ad æternam; ideo merito timens Chriſtus quod *ſi dimiſerit eos ieiunos deficient in via*, Marc. 8. num. 3 cibum eis prouidit, quem dum homines diaboli aſtutia non edunt, certo depereunt, quod optimè inimicus callens, religionem, ac reuerentiam ſimulans, abſtemios ab illo homines facit, ac proinde perituros.

2. Diaboli aſtutia, qua homines à frequentia abſtrahit Sacramentali.

Marc. 8. num. 3.

3. Venialia nõ debent nos à Sanctiſſimi frequentia retrahere, & quo ſenſu hoc acipiendũ. *Cyrillus.*

Nec valet ſi dicas, quod licet à mortalibus te abſtineas, tamen quia venialibus onerato te ſentis, ideo ob reuerentiam te abſtinendum iudicas; nam vt rectè Cyrill. vbi ſup. lib. 4. cap. 17. *Quando dignus eris? nam ſi peccando* (venialiter ſcilicet) *indignus es, & peccare non deſinis, quis enim delicta intelligit? expers omnino eris vitifice huius ſanctificationis.* Egregiè, ſine venialibus exiſtere non poſſumus, quæ obrepunt ſaltem, & ad reliqua, ex genere quæ dicuntur, virtute huius Sacramenti, & mundamur, & contra ea fortes efficimur. Si ergo ſemper peccas, & eo magis, quo abſtemius, quando eris dignus? vnde egregiè Bernard. ſerm. 1. de Cœna Domini conſulit non eſſe huiuſmodi frequentiam omittendam ob ſola venialia: nam hæc aut per contritionem, aut per confeſſionem diluta non indignum conſtituunt hominem ad frequenter communicandum; ob quod acutè adnotat, non ob id, quia nõ totaliter mundi Apoſtoli ſanctiſſimi eos cõmunicare Dominus deſtitit, ſed prius cum eorũ pedes lauaſſet, per quod Sacramentum intelligit Sanctus confeſſionis, ſtatim eos communicauit,

Bernard.

4. Sanctissimi fructus duo admirabiles ex frequentia.

Quia, vt ipse rectissimè ait: *duo in hoc Sacramẽto operantur, sensum minuit in minimis, & in grauioribus peccatis tollit omnino consensum.* Expende singula, & quã necessaria sit frequẽtia attendes; valide tẽtaris, malis oppressus habitibus efficacissimè impugnaris, vt ad vomitũ redeas, sic te præmunit hoc diuinum Sacramentũ, vt à peccatis omnino tollat consensũ, vt vnde prius nullo negotio vt iumentũ ducebaris ad cõsentiẽdũ, postea vt rationis capax obsistas, ac resistas; sic pariter & hoc præstat in minimis, immo & aliquid amplius: nam sic motus compescit, vt sensum minuat, leuiorque fiat tentatio, vnde Bernard. *Si quis vestrum non tam sæpe modo, non tam acerbos sentit iracundiæ motus, inuidiæ, Iniuriæ, aut cæterorum huiusmodi, gratias agat corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & gaudeat, quod pessimum vitium accedat ad sanitatem.*

5. Mos antiquus quotidie cõmunicandi. *S. Thom.* *Suarez.* *Chrysost.*

Hinc nascens Ecclesia sic necessariam hanc frequentiam æstimabat, vt aliqui æstiment, quod quotidiana esset, immo ex consuetudine pro aliquo tempore in præcepto, vt scilicet fideles quotidie in Missa cõmunicarent, vt Diu. Thom. vbi sup. art. 10. ad quintum; de quare videndus est Suarez in eo art. disp. 69. sect. 3. de cuius intermissa consuetudine se Chrysost. queritans Hom 61. ad populum, sic ait: *O consuetudinem, ô præsumptionem, sacrificium frustra quotidianũ, in cassum assistimus altari, nullus qui cõmunicet, omnis qui mysteriorũ participatione non fruitur, impudens, & procax est, si adstat*; vnde Trident. in votis hoc habens sess. 22. c. 6. sic ait: *Optat sancta Synodus, vt in singulis Missis fideles astantes cõmunicarent*; Et certè rationabile votum, cum sacrosancta sciat, & bene calleat Ecclesia nullo modo hostes omnino vsq; ad internecionẽ suos debellaturos sanctos, nisi hoc sumant frequẽter Sacramẽtum, simulq; capiãt nil sic diabolum intendere, ac frequentiã eius interdicere, cuius figura Saul ille extitit imprudẽtissimus, dum ineptissimè duo simul contrariè iungere præsumpsit, nempè vsque ad internecionẽ hostes consumere. & simul abstinentiam cibi, & ieiunium; vnde diris simè imprecans, 1. Reg. 14 n. 24. *Maledictus vir qui comederit panem vsque ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis*; ex quo populus defatigatus, ac fame peremptus, nec inimicos vndequaq; persequi, nec vsque ad internecionem potuit consumere. Quapropter rectè filius eius Ionathas, factumq; abhorrens ait n. 29. *Turbauit pater meus terram*; Vnde multis Lyra. probat Saulem peccasse in hoc iuramento, & Chrysost Hom. 14. ad populum iuramentũ illud opus fuisse diaboli affirmat, vt inimici non consumerentur, &, quod caput, vt Ionathas interficeretur; *Excogitauit*, ait, *sceleratus ille*, nẽpe diabolus, *profanierem moliri eadem, & nisi filij mortem Regis dexterã pollueret, fecisse se nil magnum arbitrabatur*; iurarem ego præceptum hoc à diabolo emanasse tantorum cauſam malorũ, quod equidem fecit, vt inimici non debellati omnino supererent, ad iterum insurgendum, ad iterum occidendum, cum si bene attendas Saul occisus ab iisdem Philistinis, quos nunc ex iuramento ieiunij omnino delere non potuit; sic profecto, sic, optimè hoc callet perfidus inimicus, ideo suos iureiurando astringit, ne comedant, ne mel illud diuinũ attingant, vt ait Greg. Moral. 15. c. 9. scit enim vsque ad internecionem numquam inimicos consumpturos, nisi huius diuinissimi cibi virtute, ideo nunc magnitudinem, maiestatem, altitudinemque impius exaggerans, sic homines terret, vt ab hoc Sacraméto ableget, peccata, etsi quotidiana exaggerans, & nos miseri illum attẽdimus, & non potius Christum ad illud accipiendum, frequentandum nos inuitãtem, peccata in quibus sumus ex vi amoris non considerantem, vt deuotissimè, & verè ait Cyrill. vbi sup. in Ioan. lib. 4. c. 17. *Sedarenim*, ait, *cum in nobis manet Christus, sanientem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, nec in quibus sumus peccatis considerat*; dulce verbum hoc postremum; sic nostri amans est Christus, sic nobiscum incorporari, vt sic dicam, desiderat, vt quia iustitia eius diuina peccata considerans, nostra etsi leuia exturbare illum poterat, ea non consideret, non attendat, vt sic quasi oblita non appareant, non apparentia secum nos vniat, secum nos attrahat; vnde benignissimè, ac simul ardentissimè sanctissimæ Geltrudi quærenti, ac exposcenti, cur deuotissimæ cuidam permiserit à cõmunione in illa die abstinentiam, respondit; *& quæ mea culpa, cum illa sic immodice ante se suam fatuerit vilitatem, vt considerare meam nequierit pietatem, affectum, paternumque amorem, quo indignos dignos constituo*, lib. 3. c. 10.

Cyrill.

7. Christus ex amore peccata in quibus sumus non considerat, quãdoea leuia.

S. Geltrud.

Hinc mea sentẽtia, qui hoc diuinissimũ nõ frequẽtant Sacramentũ ferè Christiani dici nõ debẽt, quia inde hoc insigne Catholici nomẽ accipiũt, quod obseruauit Ambros. Ausbert. in illud Apocal. 21. c. 19. *Vincenti dabo mãna absconditũ, & dabo illi calculum candidũ, & in calculo nomẽ nouum scriptum.* Vbi dum per manna, & calculũ Christũ intelligat in Sacramento, per nomen nouum, nomẽ Christiani, de quo nomine, vt ipse ait, *per Isaiam Prophetam idem Dominus Ecclesiæ prædixerat, Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit, à Christo enim Christiani vocãtur, nomen pridem inauditum*; at quãdo hoc? vide an postquã Christiani hoc diuinissimum acceperũt Sacramentũ, ob quod excellẽtissimè addubitat Hilarius Cõcion. 30. in Math. super illa verba, *Ite in ciuitatẽ ad quendã, & dicite ei, magister dicit, apud te facio Pascha*, Math. 16. n. 18. vbi obseruat Hilar. illũ non nominasse Christũ, cum certè debuisset, vt quò ituri scirẽt Apostoli, & ad quem locuturi, & licet talia illis signa præstitisset, vt ex illis optimè scire possent, vnde eos dirigebat, vt patet ex Marc. 14. n. 13. & 14. *ite* in ciuitatẽ, *& occurret vobis homo*, & Luc. 22 n. 10. *Ecce introeuntibus vobis ciuitatem*, tamen nõ mysterio vacat eum noluisse nominare, quod perstringens Hilarius affirmat, ideo quia nondũ Sacramẽtum institutũ, ac proinde nõ dignũ Christiano nomine, quo insigniri oportet, qui ad Sacramẽtũ accedit, *Hominẽ enim*, ait, *cũ quo celebraturus esset Pascha nõ nominat, nondũ enim Christiani nominis honor credentibus erat præstitus, qui verè sunt Deũ mentis, ac fidei oculis cõtuentes, vt cũ eo Pascha Domini Apostolos præparare sciremus, cui in tẽpore Domini nouum nomen esset addendũ.* Ergo dignus nomine Christiano qui Sacramentũ accipit, indignus qui recusat? nã qui Sacramẽtũ accipit, Deũ, secũdũ Hilar. mẽte, ac fidei oculis cõtuetur, ac proinde merito Christianus dicitur cũ quo Pascha Dominus mãducat, cui sui corporis Sacramẽtũ prẽbẽs nomen imponit nouum, hoc est Christianum;

Hilarius. *Matth.* 16. n. 18. *Marc.* 14 n. 13. & 14 *Luc.* 22. n. 10.

8. Sãctissimũ non frequentantes Christiani dici non debent. *Ambros.* *Ausbert.*

9. Ex Sanctissimo homines nomine dignantur Christiano

6. Ad perfectissimè inimicos debellandos, frequentia necessaria Sanctissimi.

Concil. Trident.

1. *Reg.* 14. n. 24.

Lyra. *Chrysost.*

S. Gregor.

Digitized by Google

Ergo qui Sacramentum non accipit, qui ſemel tantum in anno, quod quaſi eſt non accipere, vnde Chriſtiani nomen meretur?

10. Frequentia conſulenda vt à peccatis præſeruemur. *Cyprian.*

Enimuerò tantum nunc diluuiũ excreuit peccatorum, vt ſicut tunc in primitiua Eccleſia ob martyrij periculum neceſſarium eſſet frequentiſſime hoc Sacramentũ accipere; nam vt aiebat Cyprian ep.54. *Non eſt idoneus ad martyrium, qui ab Eccleſia nõ armatur ad prælium, quia mẽs deficit, quam recepta Euchariſtia non erigit, & accendit.* Sic nunc ob ſimile quaſi periculum, ne ſcilicet à diluuio abſorbeamur peccatorum, malorumque, quotidie ſi fas eſſet communicare deberemus, ad cuius equidem confirmationẽ pondero, Dominum poſt diluuium carnes concediſſe comedendas Gen.9.n.3. *Omne quod mouetur, & vimit erit vobis in cibum, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia*; quod prius prohibitum ſecundùm Liranũ, Toſtat. & Carthuſ. in c.1. Gen. n vltim. licet contrariũ teneant Caietan. in hunc locum Geneſ. & Victoria relection. de temperãtia, & Dominicus Sotus lib.5. de iuſtitia q.1.ar.1. ſed veriſſima eſt ſententia, quod ſi non carnium eſus prohibitus, tamen ab eo viros abſtinuiſſe ſanctiſſimos, cum Deus verè non carnes, ſed herbas primis conceſſerit parentibus, ſic Chryſoſt. Theodor. & Pereira, vnde aſſirmãt poſt diluuiũ ob malignitatẽ terræ tã peccato, quàm diluuio, ac ſalſedine maris inductam, & cõſequenter ob vires imbecilliores tum hominum, tum plantarũ ſanctis hominibus carnes indulſiſſe: ſic equidẽ, & è fortiori mea ſententia nunc dicendum, potius hoc Sacramentũ nunc neceſſarium quàm in Eccleſia primitiua quando feruor aderat ſpiritus: nam ſic eneruatæ ſunt ſpirituales hominũ vires, ſic terra infœcunda omnium virtutum, ſic peccatorum diluuium debiles ac ſine ſubſtantia nos tenet, vt verendũ ne dum à carnibus his abſtinemus ſanctiſſimis, procul remaneamus à ſalute. Vnde rectè Cyprian. in expoſitione Dominica, ſic ait: *Vt manifeſtum eſt eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Euchariſtiam iure communionis accipiunt, ita contra timendum eſt, & orandum, ne dum quis abſtemius ſeparatur à Chriſti corpore, procul remaneat à ſalute. comminante ipſo, & dicente, niſi manducaueritis.*

Geneſ.9. num.3. *Liranus.* *Toſtat.* *Carthuſ.* *Caietan.* *Victor.* *Sotus.* *Chryſoſt.* *Theodor.* *Pereir.* *Cyprian.*

11. Carnes Deus poſt diluuiũ cur indulſit.

12. Noua conuerſio, & recens à peccatis pœnitentia non ſufficit, vt quis non ſanctiſſimum frequentet.

Immo nec eſt quod quis dicat nuper ſe à peccatis euaſiſſe, nuper ad Deum conuerſum, ſanguinémq; peccatorũ adhuc ebullire, vt ſi nouã incipiens vitam, ac verè ad Deũ omnino ſe conuertat, ſtatuens veteré deſerere peccatorũ fæcẽ, non debeat hoc ſanctiſſimum frequentare Sacramentũ, cum velim ſcias pro peccatis nil te ſic Deo dignam aliquam ſatisfactionem retribuere poſſe, quàm frequenter hoc ſanctiſſimũ accipere Corpus, hunc ſanctiſſimũ Calicis Sanguinẽ; audi non me, ſed ſanctiſſimum Dei Spiritum ex Pſalmis hoc tibi promentem Pſal.115.n.3. *Quid retribuam Domino*, ait, *pro omnibus quæ retribuit mihi? calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* In quo loco, illud primum pondero, non dixiſſe Pſaltem, quid retribuã pro illis quę Deus tribuit, ſed pro illis quę *retribuit*, quaſi prius aliquid ipſe Deus dederit; Pulchrè Baſil. hom.5. in Martyr. Iulian. hoc ad Dei magnificẽtiam, & amorem refert, ſic ſcilicet gratas habere ipſum noſtras gratias, vt quaſi nil prius tulerit, beneficij loco illas recẽſeat; *Magnificus*, inquit, *dator bandquaquã dictus eſt tribuiſſe, ſed retribuiſſe, ac ſiis non cepiſſet prior in nos gratiam conferre, ſed reſolueret acceptam his, qui priores contuliſſent; quam enim pro accepta gratia rependis gratiarum actionem in numerum refert, & habet beneficij loco.* Sic gratias ardenter accipit, vt quaſi oblitus quæ contulit, non vt retributa, ſed vt tributa noſtra accipiat; at ad rem meam cõgruentiſſime Auguſt. in hunc locũ affirmans, verè nos prius Deo aliquid dediſſe, pro quo & ipſe nobis retribuit, & illa expẽdens, affirmat eſſe peccata, nos hæc prius Deo dedimus, pro quibus ille retribuens innumera contulit beneficia, innumera dona, *Non ait*, Auguſt. inquit, *pro omnibus, quæ tribuit mihi, ſed quæ retribuit, quæ igitur præceſſerant hominis, vt omnium donorum Dei non attributio, ſed retributio vocari poſſit, quæ præceſſerant hominis, niſi peccata? retribuit ergo Deus bona pro malis, cui homines tribuunt mala pro bonis.* Ergo peccata ſua tũc expẽdebat Dauid quæ prius Deo tribuerat, ſimúlq; beneficia pro eis accepta, ex cuius rei cõſideratione præ ſtupõre, ac extaſi tãtæ immẽſæ bonitatis, quaſi neſcius petit, quod ipſe pro talibus retributis bonis pro malis, Domino tribueret, nilque propè aliud inueniẽs, ſolum vnum reperit, nempe talicẽ ſalutaris pro illo accipere, vnde ait *calicem, &c.* at quid per calicẽ? Baſil. hom.17. in hunc Pſal. martyrium non ſolũ corporis, ſed animæ pertentionẽ ad perfectionẽ, *Hoc eſt*, ait, *fiſienter, & cupide contendo ad perfectionẽ per martyrium animæ nimirũ, corporiſque, requiẽ ducens, non dolores, quæ pro pietate certaturus tolerabat ſupplicia*; Egregiè, non equidẽ noſtra, ſed nos totos Deo debemus, quando quæ pro noſtris nobis Deus cõtulit peccata recogitamus: nam, vt idẽ ait ſanctus, hoc ideo Dauid dixit, quia cætera omnia magnifici adeo benefactoris dignitate longè inferiora exiſtimabat; Aug tract.5. in 1. Canon. Ioan. tom. 9. ſubtiliter per calicẽ ſaluaris, charitatẽ intelligit, & dilectionem inimicorum in qua noſtra eſt ſalus; *Dauid intendebat*, ait, *quanta ſibi eſſent præſtita à Domino, & quærens quid retribueret, non inueniebat; at quid inuenit vt retribueret? calicẽ inquit ſalutarem; accipere autem calicẽ ſalutarẽ, & inuocare nomẽ Domini eſt, ſatiari charitate, & ita ſatiari, vt non ſolum non oderis fratrẽ, ſed paratus ſis mori pro fratre*; Egregiè dictum: Nam ſicut nobis Deus bona pro malis contulit, quæ alia nobis illi rependere, vt paria ſint, niſi pro illo ſimiliter, bona pro malis referre, & dilectionem præſtare, cui odiũ deberemus; vera omnia iſta, ſed mea ſententia, cum ſanctiſſima mater noſtra Eccleſia illud de calice intelligat ſacramentali, ac de potu ſanguinis Chriſti, vt in Miſſa, quando poſt Sanctiſsimum acceptum, ſtatim pro gratiarum actione mandat, vt dicamus prædicta verba; veriſſime pro calice ſanctiſſimam intelligere poſſumus, & debemus cõmunionem corporis, & ſanguinis Domini, qui rectiſſime, vt ponderat Mendoça in cap.6. 1. Reg. num.21. annot.24. ſect 2. ſalutaris dicitur in Sacramento, quatenus non vnam, ſed multiplicem nobis confert ſalutem, vnde Hebraïcè pro *calicem ſalutaris*, eſt *calicem ſalutarium*, ſiue *ſalutum*. En quod dicebamus, non te ab hac frequentia tua retardare debent peccata, cum pendis nil aliud te Domino tribuiſſe, quia ad illa æterna beneficia, quæ in te ea condonanda Dominus retribuit, nullum aptius medium, quàm hoc ſanctiſſimum accipere, hunc pretioſiſſimum calicem.

Pſal.115. num.3. *Baſil.*

13. Deus ſic cupit ſus noſtræ gratitudinis, vt gratias quas pro acceptis retulimus beneficij loco numeret.

Auguſt.

14. Homo quæ prius Deo dat ſunt peccata, pro quibus bona Deus tribuit.

15. Calix ſalutaris quem dixit Deus accepturus, quid. *Baſilius.*

16. Martyrium religionis & perfectionis libenter ſuſtinendũ ob gratitudinem Deo debitam. *Auguſt.*

17. Satietas charitatis dilectio eſt inimicorũ.

Mendoça.

At veriſſima hæc, & profectò extra telam, re

18. Qualis frequentia consulenda.

ſcilicet ſic abſolutè conſiderata melius eſſe frequenter quàm raro communicare; at qualis illa A debet eſſe frequentia? quanta ſcilicet, ſi quotidie, ſi ter in hebdomada, ſi bis, aut quater, & quibus conſulenda hoc opus, hic labor; *Quando ſederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita ſunt ante faciem tuam*, ait Salomon Prouerb 23. num. 1. *& ſtatue cultrum gutturi tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam*; Quæ vltima verba cum prima de Sacramento multi accipiant patres, vt alibi diximus, aptè aliqui de diſcretione, & tẽperantia, qua ad hoc Sacramentũ accipiendũ accedere debemus, meritò ſentiunt, vt ſcilicet ſubtili penſemus indagine, ac veluti cultro ſubtiliſſime conſiderationis penſando recogitemus quando, & quantum comedere debemus, nec indiſcretè manum apponentes, in gurgitéque nos ſatiantes, plus quàm parcomedentes, non nutritionem, ſed indigeſtionem hauriamus: nam, vt rectè Chryſoſt. hom. 28. 1. ad Cor. c. 11. ſuper illa verba; *Probet autem ſeipſum homo*, inquit, *ſi febre laboremus ſenſibili, non communicaremus mensæ, ne perderemur, longè magis homo tangere vetatus eſt, abſurdis cupiditatibus impedito, quæ febribus graviores ſunt.* Egregiè, ex quibus verbis licet colligere neſcio an dicam frontoſitatem, vel inconſiderationem eorum, earumque qui heri toti in peccatis, qui nunc febre laborant cupiditatum, pretenſionum, ambitionis, occupationum, negotiorum, curarum, ac toti prorſus ſe inueniunt in mundi ſollicitudinibus, quia tamen, quotidie non peccant grauiter, ſic ſe dignos æſtimant, vt quotidie hoc tremendum nõ vereantur accipere Sacramentum, cum illud certum, ad talem frequentiam, & vt quotidie de cibo hoc Regio alamur, non quomodolibet iuſti, ſed ſancti eſſe debeamus.

Prou. 23. num. 1.

Salazar in hunc locum Prouerb. n. 20.

Chryſoſt.

19. Ad quotidianam cõmunionem ſanctitas requiritur.

Enimuerò Nabuchodonoſor Rex Daniel. 1. n. 5. pueris illis ſuis ex Hebræorum ſemine, quod in palatium introducere iuſſerat, annonam ex cibo menſæ regiæ conſtituit per ſingulos dies. *Et conſtituit Rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino vnde biberat ipſe*; vbi ponderandum ly *per ſingulos dies*, ſufficiebat quidem dicere conſtituiſſe annonam; at quia non hoc tantum intẽdebat Scriptura, ſed quandam ſingularem erga hos prouidentiam regalem; nempe vt penitus illa eis præſtarẽtur quæ ſibi, in nullo ab eo ipſi quo ad hoc diſcreti, eodem ſcilicet pane, eodemq; vino ac ipſe cibati, quaſi hanc ad amuſſim diuinam indigetans menſam in qua eodem D diſcipuli cibati pane. quo ipſemet Chriſtus, ob hoc non ſcripturæ ſufficit dicere annonam, ſed addidit *per ſingulos dies*, curã, ſolicitudinẽ, amorem, ac benignitatem erga eos demonſtrans; at valde expendendum, quas conditiones requirebat in illis, qui ſic quotidie de cibo edere deberẽt regio, *Et ait Rex*, inquit Scriptura, *Aſphenez præpoſito eunuchorum, vt introduceret de filijs Iſraël, & de ſemine Regio, & tyrannorum pueros, in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in palatio Regis, vt doceret eos literas, & linguã Chaldeorũ* En quãta, & qualia, quamq; egregia, quæ, ſi moraliter intelligere, ac ad rem de qua agimus accõmodare vellemus, integrum profecto neceſſariũ opus nam percurrendo breuiter, qui quotidie ad hãc diuiniſſimã accedere præſumit menſam, primo

Daniel. 1. num. 5.

20. Quæ conditiones neceſſariæ ad quotidianã frequentationem.

ſemen in ſe habere debet Regium, magnum ſcilicet, ac altũ animũ, propè modumq; Regalem, quæ mundi etſi alta, & ſi grandia ſperneté; ſecundò, nullam habere peccatorum maculã; tertiò, virtutum forma, ac gratia totũ ſplendeſcere, ac decorare; quartò, ſapientiã per diuinorũ contemplationem poſſidere, ſcientiã per ſanctas, ac pias meditationes, doctrinam per moralem, ac practicam omniũ virtutum exercitationem, & tandẽ vltimo tali fortitudine pæditus per habitus virtutũ heroicarũ, vt dignus ęſtimetur continuè in palatio habitare regali, ſic adoptatus vt dignus inueniatur ad literas, linguamq; intelligere diuinã, hoc eſt Spiritus ſancti afflationes, inſtinctus, motiones, loquelas, adeo vt totus in diuina tranſlatus, propè modum non homo, ſed Angelus ſit, non ſolum bonus, ſed ſanctus, quod excellentiſſime põderauit Chryſ. hom. 17. in ep. ad Heb. ponderans moré illum antiquũ, quando B ad communionem accedentes fideles, clamabat Diaconus eos aduocans *Sancta ſanctis, ac ſi diceret*, ait Chryſoſt. *ſi quis non eſt sãctus, nõ accedat, non ſimpliciter dicit à peccatis mũdus, ſed ſanctus, ſanctos enim nõ mundatio à peccatis tantũ facit, ſed etiam præſentia ſpiritus, & bonorum operum opulentia*; quid clarius? & hunc eundẽ locũ, quẽ nos Danielis perſtringens, ſequitur; *Si enim Rex Babylonis ex captiuitate eligens iuuenes, honeſtos forma, & decoros facie elegit, multo magis, & nos adſtantes menſæ regali honeſtos ſpecie animæ eſſe oportet, ornatum habẽtes aureum, ſtolam mũdam, calceamenta regalia, vultum animæ formoſum.* Nil melius, ſi enim tales ſumus accedamus quotidie; nam ob hoc talem Deus conſtituit menſã, C hoc ſuum eſt deſiderium ſi vt peregrini hic deficimus, ſi ex eius abſentia triſtes, ſi de illo tantũ noſtra eſt cura cũ animo accedamus, imò ſic ipſe hoc expetit, vt ſi ſacerdos deeſſet, ipſe è cælis adueniret nos communicans; quod adnoto in illis duobus ſanctiſſimis diſcipulis Emmaüs properantibus Luc. 24. qui dũ peregrini, ac triſtes, de ipſo cõfabulabantur, eis ſe adiungẽs, ſic eorũ habitu, conuerſatione, triſtitia, ſermonibus ſibi complacuit, vt quia hoc Sacramento digni, cum nullus adeſſet ſacerdos, ipſe per ſe eos cõmunicauerit, corpuſq; ſuum tribuerit, vt multorũ patrum eſt ſententia, Hieron. Beda, Strabo, ac Chryſoſt. vti efficaciter probat Maldon. in hoc Marc. cap. at ſi non ſic, ſed è contrario non ſolum nõ ſancti, ſed nec vix boni, toti in rerũ mundi curis immerſi, ne quid peius dicam, qualis hæc impudentia?

21. Sanctum quid conſtituit.

Chryſoſt.

22. Chriſtus per ſe Sanctis communicaret, & alias Sacerdos non adeſſet.

Luc. 24.

Hieron. Beda. Strabo. Chryſoſt. Maldon.

Imò vt pace ſpiritualium magiſtrorum, ac cõfeſſariorum dicam, neſcio an potius ipſorum hæc ſit culpa cõſulentium, quàm recipientiũ, ob quod adnoto ſcripturam dixiſſe Regem curã ſelectionis puerorũ *Aſphenez mandaſſe Præpoſito Eunuchorum*, nõ equidẽ cuilibet, ſed præpoſito, cui ſcilicet ex officio incũberet, vt illi ſoli eligerentur ad quotidie de cibo veſcendũ Regio, qui apti, & omnino idonei, vt ſi aliter in eius caput redũdaret vecordia, malaq; electio, indignos, ad menſæ regalis dignitatem quotidie admittens, *Non parua vobis imminet vltio*, aiebat Chryſoſt. hom. 85. in Matt. ſacerdotibus, *ſi quempiam culpæ conſcium huius menſæ participem eſſe concedatis, ſanguis eius de manibus veſtris exquiretur, ſiue quis dux militiæ ſit, ſiue præfectus, ſiue princeps diademate coronatus, indignè autẽ accedens prohibe, maiorem illo poteſtatẽ habes*; Quod proportionaliter & illis dicitur etiã ſacerdotib⁹, qui hoc

23. Sacerdotum magnũ esse indicium illud, quotidianam cõmunionem indignis præbere.

Chryſoſt.

ſacratiſſimum Sacramentum audent quotidie illis præbere, qui indigni reperiuntur, vt quotidie communicent.

24. Oza ſacerdos occiſus quia ignorauit quod ignorare non debebat circa Arcæ veneratione. 1. *Reg.* 6. *n.* 8. *Theodor.*

Mirum quod ſic ſeuere Dominus Ozam ſacerdotem percuſſerit, vt morte eum mulctaret, quia plauſtro ferendam arcam commiſerit, vt Theodoret. vult. in 2. Reg. quæſt. 20. attamen è contra, etſi Philiſtim etiam in plauſtro eam impoſuerint, nullo modo puniti reperiũtur, 1. Reg. c. 6. n. 8. *Tolletiſque arcam Domini, & ponetis in plauſtro*, quæ huius cauſa differentiæ? ſane illa, quam ipſemet tradit Theodoretus, nempè Ozę, quia ſacerdoti ex officio incubuiſſe ſcire cui arcam ponenda, & tradenda, quod non alienigenis; hinc merito percuſſus, & occiſus, *Quia cum Deus*, inquit, *iuſſiſſet, vt ſacerdotes arcam ſuis humeris ferrent, præter legem eam tulit in plauſtro; hoc autem cum fecerit, quod ea ſic emiſſa ab alienigenis nemini nocuit, ſed oportebat conſiderare, quod neque legem norant, neque aderant ſacerdotes, qui conuenienter legi eam portarent*; Nil aptius ad rem noſtram, quod ſæculares illud æſtument, atque conſulant reputantes dignè quotidie Sacramentum ſuſcipere, negotijs ſæcularibus diſtentus, ac implicatus, qui non ſacerdos, qui nec vitam degit ſpiritualem, qui totus in mundo, qui habitibus plenus ſordidis, certè hoc minus malum; at quod hoc Dei miniſtri, magiſtrique ſpirituales, qui vix heri aliqua è peccata ſurrexit, & hodie tantum quia ſuſpirat, quia illachrimatur, etſi tota in mundo, in delicijs, in malis habitibus, ſine vllo perfectionis deſiderio, ac ſtrictioris vitæ, primum præceptum, vt quotidie communicet, res equidem fœda, pœna digna, mea ſententia, grauiſſima.

25. Quotidie Sacramentum miniſtrare in domibus particularibus, & ibi quotidianũ exercere cõmunionem quam fœdum.

At quid, ſeu quale poſt modum illud, quando non ſolum quotidie communicare, ſed quod turpe eſt dicere, vt etſi in domibus, etſi in cubilibus, dicam quod vidi, quod audiui, etſi in ſtratis, eburneiſque lectulis, permittunt, vt ſic ſacroſanctum illud corpus ſuſcipiant, & quaſi non corpus eſſet Dei, ſed cuiuſlibet ipſimet adminiſtratores ſacroſanctam illam arcam in domum audent collocare Dagonis, collocare dixi; nam ſi ſemel, aut bis, & quaſi per tranſennam vt ſic dicam ex occaſione, ex neceſſitate, ex cauſa graui, minus hoc malum, & tolerabilis res, at quotidie, nonne hoc eſt ſacrarium Dei extra Eccleſiam, & in domo collocare Dagonis? qualis ergo ex hoc ira ſupra ipſos Dei; immo audeo dicere, & ſuper ipſos communicantes, ob hoc equidem adnoto illud, quod ſupra alio diſtentus dixi, arcam Philiſtinos etiam in aliis Phanis introduxiſſe, vt ſentit Baſil. orat. 3. de peccato, *Theodor. Procopius*

Baſil.

Arcam, inquit, *impiæ manus hinc, & hinc transferebant, & pro locis ſacris in fanis idolorum reponebant*, cum quo conſentit Theodoret. & Procop. attamen nunquam percuſſi; niſi quando in templum Dagonis, quæ huius cauſa? ſane quia in aliis templis per tranſennam, & ex neceſſitate, cum enim eam ducebant in Azotum, neceſſarium, vt dum iter agerent in aliquo reponerent loco, nullus illis aptior videbatur, quam Phanum Deorum ſuorum; hinc non percuſſi, nec ipſi, nec eorum Dij; at quando ex profeſſo, & vt quotidie in templo extaret Dagonis, tunc percuſſi, tunc occiſi, & ipſi, & eorum Deus.

Dixi arcam introducere hos in Dagonis templum; nollem vt calumniæ hoc meum pateat dictum, quaſi tales Gentiles faciam, non Chriſtianos, abſit, bene tamen ſuperbos, irreuerentes, ac quaſi dij adoratos, & quod flendum à Dei ſacerdotibus, à miniſtris Eccleſiæ, apud quos tales, quia alti, quia magni, quia potentes, quia principes veluti diuinitatem pollideret, abiecte, ac miſere adorant, omnia munda mundis; quid enim Dagon? cuius figura? equidem hominis, & piſcis, ſic Hieronym. Beda, Rabanus, aliique apud Mendozam hîc; cur piſcis, quia vt rectè idem author ex Cicerone, ac Scriptura, Siri diuinitatem piſcibus attribuebant; inde ab eorum eſu ſe abſtinebant, iuxta illud Ouidij 2. Faſtor.

26. Cur illud ſacerdotes faciant. *Hieron. Beda. Rabanus. Mẽdoza. Ouidius.*

Inde nefas ducunt genus hoc imponere menſis
Ne violent timidi piſcibus ora Siri.

Ergo Philiſtiim ideo arcam in domum Dagonis introduxerunt, vt quotidie apud eum diuerſaretur, quia etſi piſcis, etſi animal, tamen Deum reputabant, vt Deum adorabant, hinc multorum eſt ſententia, non ad arcam dehonorandam, ſed ſummopere colendam in domum introduxerunt Dagonis, at ipſi occiſi, & Dagon truncatus, tacebo-ne, an loquar? at ſi taceam lapides loquentur, Deus quotidie in domum introducitur idolorum, & hoc à Dei ſacerdotibus; ſi petis rationem, quia etſi piſces, etſi animalia, etſi tori in aquis ſubmerſi mundi cupiditatum, pretenſionum, negotiorum, nè quid peius dicam, tamen vt Dij habentur, & æſtimantur, reputantes non iniuriam ob hoc, ſed arcæ Sanctiſſimæ honorem afferre, non contumeliam, ſed reuerentiam, quid infeliciùs?

27. Vxorati à frequentia Sanctiſſimi non arcendi. *Nazianz.*

At his relictis, ſtabilimus pro certo frequentiam bonis, ſanctis, & qui totaliter Deo ſunt conſecrati concedendam, nec ab hac amandamus regula coniugatos, dummodo ſic viuant, Nonna ſanctiſſima mater Gregorij Nazianz. qui poſtquam admirabilem ſuæ matris reuerentiam erga Sanctiſſimum expreſſiſſet, dum *Veneranda menſa*, ait, *nunquam terga obuerterit, neque in diuinum panimentum expuerit*; atque eius frequentiam enarraſſet, qualem ob hoc vitam degeret exprimens, ſic ait: Rem enim ſuam domeſticam induſtria ſua ita auxit, quaſi pietatem colere neſciret; Deo autem, ac diuinis rebus ita ſe addixit, tanquam à rerum domeſticarum procuratione plurimum abeſſet, nec ab alterutro horum impedita eſt, quominus alterum impleret, tota in domeſticis, & tota in diuinis, ſic viuant coniugati, non diuiſi, ac partiti, & frequenter communicent, immo ſæpiſſime:

28. S Thomæ opinio de frequentiâ Sanctiſſimi omnino ſequenda. *S. Thom.*

At quoties, ſiue quæ frequentia vt plurimum conſulenda? breuiter tibi Sanctiſſimi Thomæ proponam ſententiam, ſic auream, ſic prudentem, vt vltra non ſit tibi inquirendum, neque mea ſententia quod alios conſulas authores, Sanctus enim 3. part. quæſt 80. art. 10. petens *Vtrum licet quotidie hoc Sacramentum ſumere*, in Corpore ſic reſoluit: *Dicendum quod circa hoc Sacramentum duo poſſunt conſiderari, vnum quidem ex parte ipſius Sacramenti, cuius virtus eſt hominibus ſalutaris, & ideo vtile eſt quotidie illud ſumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat; alio modo poteſt conſiderari ex parte ſumentis in quo requiritur, vt cum magna deuo-*

tione, & reuerentia ad hoc Sacramentum accedat, & ideo ſi aliquis ſe quotidie ad hoc paratum A *inueniat, laudabile eſt, quod quotidie ſumat, ſed quia multoties in pluribus hominum, multa impedimenta huius deuotionis occurrunt propter corporis indiſpoſitionem, vel animæ, non eſt vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere, ſed quotieſcumque ſe ad illud homo inuenerit præparatum.* Quid prudentius? ſi virtus Sacramenti conſideretur, ſi hominis neceſſitas, verè quotidie eſſet ſumendum, at ſi deuotio, & reuerentia requiſita, ſi hæc quotidie adſit, quotidie recipiatur; at quia *in pluribus hominum*, quod notandum, ex corporum indiſpoſitione, vel animæ, multa impedimenta occurrunt, quæ aut reuerentiam, aut deuotionem minuunt, ſiue auferunt, non eſt vtile ait Sanctus quotidie illud ſumere. In quibus verbis illud ponderandum inter deuotionis, & reue- B rentiæ impedimenta, corporis poſuiſſe, cum potius hoc contrarium deberet eſſe; tunc etiam videtur quod deuotius accedimus quando infirmamur, ſanè hoc quando viri infirmitas Sancti; at quando non Sancti, non perfecti, vnde deuotio? & ſecundò vide an Sanctus non intendat communionem excludere, quæ domi fit, quæ in ſtratis, vt dicebamus, cauſando corporis infirmitatem, ſiue aliud corporale impedimentum: nam ſecundum Sancti ſententiam ob reuerentiam tutius tunc abſtinere, quæ quando adeſt, ſimul cum deuotione, conſultius frequenter accedere: nam vt aiebat Ambroſ. de Sacramentis lib. 4. c. 6. *Si quotieſcumque effunditur ſanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo ſemper accipere, qui ſemper* C *pecco, debeo ſemper habere medicinam*; attamen hoc cum addito Auguſt. Ser. 28. de verbis Domini, ſcilicet *ſic viue, vt quotidie merearis accipere.*

DISPVTATIO IX.

Vtrum ad quotidianam Communionem ſufficiens ſit puritas tantum à peccatis mortalibus, & ſanius ſit conſilium vt ſic illam conſulere.

Ioan. Sãctius.

HAnc quæſtionem hîc non adducerem ex profeſſo; niſi perniciem, quam doctrina adduxit tradita à quodam neoterico Ioanne Sanctio in libro ſuarum diſputationum ſelectarum diſputat. 22. & deinceps, vidiſſem, homines enim multominus illo docti, eam ex Latino in vulgari tranſcribentes idiomate ſic ea mundum (vt ſic dicam) replerunt, vt nulla ſit vetula, nullus tam proſtitutæ vitæ, qui eam ignoret, ac proinde audax factus indecentiſſimè ad ſacroſanctum hoc audeat accedere myſterium; & licet tales vulgares libellos ſacroſancta Generalis Hiſpaniarum Inquiſitio meritiſſimè prohibuerit, & expreſſe in nouo ex purgatorio prohibiti inueniantur, tamen, quia vnde iſte eam hauſit adhuc præ manibus verſatur, ad honorem, & Sanctiſſimi decentiam meæ partis eſſe iudicaui, breuiùs quid ſentiam de illa dicere, & meum in hoc pandere ſenſum, eo vel maximè ne ex ſupradictis, quæ adduxi de frequentia huius Sanctiſſimi in eorum numero aliquis me haberi putet, ſed primò eius afferam ſententiam.

1. Opinio Sanctij.

Opinio ergo Ioan. Sanctij dicta diſputat. 22. n. 7. eſt, non aliam requiri diſpoſitionem præter nullius criminis mortalis conſcientiam, ad communicandum quotidie, aut quod ob inanem gloriam non ſuſcipiatur Euchariſtia, aut tempore ſuſceptionis non aliud inſtet præceptũ implendum, quod frangi neceſſe ſit ob aſſumptam occupationem Euchariſtiæ ſuſcipiendæ; aut quod nullus prauus finis intercedat, quæ obſtacula cum non adſint, iuxta ſalubrius conſilium quis aget quotidie communicans, & n. 9. ampliat hoc, affirmans, ſanius conſilium communicare quotidie etiam cum diſtractione culpabili, & etiam *ſi aliud peccatum veniale ibi committat*, hæc in ſumma eius eſt ſententia fideliter relata eiuſdem prorſus verbis.

Probat illam authoritate, & ratione, authoritate Concilij Tridentini, & aliorum Conciliorum, item patrum Sanctiſſimorum, & ſcholaſticorum; tandem, vt diximus, ratione, quorum aliqua, quæ magis ad rem faciunt infra afferemus, dixi aliqua; nam omnia recenſere, pro nunc impoſſibile; ſed præmittendum primò in quo ſenſu eius intelligenda ſententia, ſiue ipſamet quæſtio.

2. Quo ſenſu quæſtio intelligenda.

Primò ergo, nullo modo quæſtio intelligenda ſimpliciter, ſcilicet an melius ſit quotidie communicare, an verò ex reuerentia raro, & non ita frequenter ſuppoſitis debitis circunſtantiis, cum nemo ſit mediocris literaturæ, qui illud neget, neque vnquam in controuerſia ſit poſitum, cum omnes conueniant (ſaltem quos ego viderim, & ſciam) melius, conſultius frequentiſſimè communicare ex charitate, quam ex reuerentia raro, vnde extra telam author belligerat reducendo quæſtionem ad frequentiam Sanctiſſimi, vt ſuam poſtea tueatur; ex quo fit vt tota eius ratio, & totum eius corruat fundamentum, cum aliud ſit dicere, vtrum conſultius ſit debitis ſuppoſitis circunſtantiis frequenter, an raro communicare; an ad quotidianam Communionem conſulendam ſufficiens ſit puritas tantum à peccatis mortalibus eo modo, quo ipſe intelligit, vt mox dicemus.

Secundò, nec quæſtio ſimiliter eſt intelligenda, an ſimpliciter loquendo; neceſſariò præter mundiciam peccati mortalis alia diſpoſitio prærequiratur, ſic, vt ex eius carentia communio reddatur peccaminoſa grauiter, & iudicium quis manducet, cum ſimiliter nec leuis tincturæ D theologus illud vnquam aſſeruit, nec vnquam Sancti in eo locuti ſunt ſenſu.

Tertiò, nec quæſtio ſimiliter intelligenda eſt de caſu extraordinario, quando prudens, & cordatus confeſſor illud iudicauerit ſingulariter, & cum aliquibus; aut quia ex circunſtantijs aliquibus videt in præcautionem peccatorum grauium illud neceſſarium, aut ad experientiam ſumendam, aut quando tentationum violentia quis præoccupatur, & ſimilia: nam nullus eſt qui hoc neget, & omnes prorſus Doctores hoc ad prudentem remittunt diſcretionem confeſſariorum.

Quæſtio ergo intelligenda, vt ipſe intelligit de peccatore habituato in peccatis mortalibus, qui actu per habitum, & ſi non actu in illis, qui nullum de venialibus curat remedium, & habi-

Digitized by Google

tualiter eſt in illis, nec virtualiter illis contradicit, vt poteſunt prorſus omnes carnales homines, ſæculareſque, qui vitam non agentes ſpiritualem ſat putant mortalia præcauere, qui noctu fornicatur, & mane confitetur, vt planè ipſe affirmat diſputat. 23. n. 30. qui ob pollutionem voluntariam, vt ipſe ait, aut fornicationem eſt diſtractus, qui ad perfectionem nec anhelat, nec de ea curat, qui nullam orationem mentalem agnoſcit, qui totus in negotiis ſæcularibus eſt diſtractus, tandem, qui præter quotidianam Communionem nil amplius habet hominis ſpiritualis, vt peccatis noſtris hodie plurimam eorum, qui ſpirituales dicuntur hominum partem proſpicimus, & hoc non in aliquo ſingulari caſu, nec cum aliquibus, ſed regulariter, & cum omnibus ſolutis, & non ſolutis, diſtractis, & non diſtractis, ſic vt indiſcriminatim quilibet, & quod amplius ex ſe ſuo iudicio, immo (ſi Deus vult) & contra illud proprij confeſſoris, poteſt, immo conſultius erit, vt quotidie communicet, ſemper ac ſe ſine conſcientia reperit peccati mortalis, ita vt in eius ſententia immediatè poſt quodlibet peccatum fornicationis, adulterij, ſacrilegij, aut ſodomiæ, ſiue beſtialitatis, dummodo quis confiteatur conſultiùs erit, illico ad Sanctiſſimum accedere, & hoc non viribus ſpiritualibus, ſed purè carnalibus, ſic vt quidam eius diſcipulus hac doctrina imbutus, militi diſtractiſſimo, qui ei confeſſus generaliter & non pauca, nec parua peccata, pro pœnitentia impoſuerit, vt Sanctiſſimum per octo continuos acciperet dies, ab ipſomet cum riſu accepta, poſtquam ad genium rediens cum ioco illud referebat, quam ſententiam ſic latè refertam ſi omnia quæ ipſe affirmat à dicta diſputatione 22. vſque ad 43. etſi mauis vſque ad 42. in vnum colligas, aſpicies nos illi nil imponere, immo ex ea diminuere.

Hanc ſententiam (pace eius, & omnium qui eam ſequuntur) non exiſtimo ſententiam, ſed puram temeritatem, itaque meo iudicio omnino temerariam eam iudico, ſcandaloſam, piarumque aurium offenſiuam. Singula probabo, ſi prius meum explicem ſenſum.

3. Duplex dignitas poteſt cõſiderari in ordine ad receptionem Sãctiſſimi.

Suppono ergo duplicem nos poſſe dignitatem ad ſuſcipiendum Sanctiſſimum conſiderare, vnam negatiuam, vt ſic dicam, alteram poſitiuam; negatiuam quæ tantum peccata neget mortalia; poſitiuam quæ non ſolum mortalia, ſed venialia, addatque virtutum actus, & ſimiliter, vt ait Sanctus Doctor 3. part. quæſt. 80. art. 7. impedimẽta ad Sanctiſſimi receptionem duplicia eſſe poſſunt, aut neceſſaria; cum quibus communicare ſit peccatum mortale; aut ex congruentia, cum quibus indecens: primi generis ſunt peccata mortalia; ſecundi venialia, quibus ſuppoſitis.

4. Authoris cenſura aliarũ opinionis.

Dico affirmare ad quotidianam ſumptionem Sanctiſſimi conſultiùs eſſe illam conſulere, ac præcipere reputando ſufficientem condignitatem ad hoc, ſolam carentiam mortalium, etiam ſi adſint venialia ex genere, & habitualiter, & etiam ſi concomitanter committantur, vt pote notabilis diſtractio, negligentia, aut irreuerentia, & inſuper conſulere illud generatim, omnibus, & ſingulis, ſine delectu, & prudentiali motiuo, diſpenſando cum aliquibus, de quo non loquimur, ſed tantum de eo quod diximus, quæ propriè eſt opinio authoris, vt ex infinitis, quæ ille adduxit manifeſtum ſit, dico hanc opinionem vt ſic eſſe temerariam, ſcandaloſam, piarumque aurium offenſiuam, quæ omnia conſtabunt ſi ſemel probauero illam eſſe contra ſenſum Scripturæ, Conciliorum, Patrum, Scholaſticorum, & contra ipſam rationem; mecum ſic ſentit Pater Salazar. in libro quem vulgari idiomate ſcripſit de frequentia ſacræ Communionis cap. 7. n. 1. licet nolit in ſenſu, quo dixi authorem locutum, & ſimul, qui eam defendunt, ſed ad quid? cum tam clara ſint, quæ affirmat, vt prorſus nullam patiantur interpretationem, cum non ſolum illud affirmet, ſed totis viribus ſatagit obiectiones ſoluere eiuſdem Salazaris, licet infeliciſſimè; ſed ad ſingula.

Primum, quod ſit contra ſcripturæ ſenſum, manifeſtè probatur ex prima ad Corinth. c. 11. n. 27. ex illis verbis, *Itaque quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini.* In quo loco, ſemper ac ego probauero indignitatem ex ſenſu patrum, Apoſtolum non ſolum intellexiſſe mortalium, ſed etiam venialium, proportionaliter tamen, apertè tibi demonſtrabo illam opinionem contra ſenſum eſſe Scripturæ; pro qua re *1. ad Cor. 11. n. 27.*

Adnoto in illo capite, vt ex Chryſoſt. Theophylacto, cæteriſque Pauli expoſitoribus patet, duo Paulum Corinthiis improbare; primum, indecentiam ſcilicet fœminarum in Eccleſia, quæ aperto capite, & ſine velamine in Eccleſia ſtabãt; & ſecundum, indecentẽ ſumptionẽ Euchariſtiæ, dum ad eam diſcordes, & intemperanter et accedebant, vnde n. 20. ait: *Conuenientibus autem vobis in vnum*, hoc eſt in Eccleſiam, *iam non eſt Dominicam Cœnam manducare*; quorum verborum ſenſus verus eſt ille Anſelmi, Chryſoſt. & Theophylacti, nempè quando conuenitis ad vos communicandum, ſacratiſſimamque ſumendam Euchariſtiam, ſic conuenitis, vt potius ſit non ad Domini Cœnam, ſed ad veſtram manducandam, ſic vos intemperanter, ſic indecenter geritis, quod vt plenius ſciatur. *Chryſoſt. Theophyl.* *Anſelm. Chryſoſt. Theophyl.*

Adnotandum ex Sozomeno lib. 7. hiſtor. c. 29. à quo Cornel. cæterique, antiqui Chriſtiani tempore Apoſtoli, & deinceps per multa ſæcula, cum vſque ad illa Sozomeni, qui vixit anno Domini 440. perdurauit mos, quod idẽ indicat Concil. Carthaginenſ. 3. c. 29. ad imitationem Chriſti, qui in inſtitutione Sãctiſſimi prius Cœnam fecit vſualem, & communem, ante Sanctiſſimi ſumptionem communem etiam Cœnam omnibus Chriſtianis inſtituebant tam pauperibus, quam diuitibus, idque ad mutuæ, & Chriſtianæ charitatis ſymbolum, qui mos, etſi Sanctiſſimus in principio, & ſanctiſſimi ſimul vterentur Chriſtiani, paret ſcilicet, ſobriè, decenter, modeſtè, ac totus in ordine ad charitatem, & pauperum refrigerium, ob quod & *Agape* nuncupabatur tale conuiuium, quod eſt *Charitas*; multiplicatis Chriſtianis, & creſcente Eccleſia, & hominibus diuitibus ad fidem conuerſis, traductus eſt in abuſum, in crapulam, in luxum, immo & in proprietatem, ſic vt pauperes excluderentur, quem abuſum reprehendens Apoſtolus, vt pote Sanctiſſimæ, & Dei Eccleſiæ indecentiſſimum, ſequens ait: *Nunquid domos nõ habetis ad manducandum, & bibendum, aut* *Sozomen. Cornel.*

5. Antiquorũ Chriſtianorum mos Euchariſtiam ſumendi.

Eccleſiam Dei confunditis, & confunditis eos, qui non habent? Hoc eſt pauperes, & inopes; poſt quæ de inſtitutione Sanctiſſimi tractans, vt ad indecentiam, quam in illud exercebant, deueniret, ait: *Ego enim accepi à Domino*, &c. poſt quæ addit: *itaque quicumque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini*; ſi quæ prius reprehenderat Paulus attendes, reperies, ipſum indignitatem intelligere, luxum, & crapulam, ante Sanctiſſimi ſumptionem, quam ſi verè, & ſincere expendere velimus, etſi in aliquibus poterat eſſe peccatum graue, tamen vt plurimum non niſi veniale: nam aliàs, & cœnæ, & conuiuia quæ nunc fiunt in feſtis Sanctiſſimi lautiſſima, & qui in illis conuiuantur, omnes peccabunt mortaliter; tolle ebrietatem ab illis, ego non video vnde peccatum mortale communiter? ergo ſecundum verum, germanum, & literalem ſenſum Apoſtoli, ly *indignitas*, etſi extendatur ad peccata mortalia, quatenus aliqui ipſorum ex ebrietate illud committebant, tamen vt plurimum, & in plurimis non erat niſi peccatum veniale tum ex inordinata commeſtione, tum maximè ex indecentia Sanctiſſimi, qui erat finis, & motiuum reprehenſionis Apoſtoli, ob quod ſequens ait: *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.*

At quid per *probet*? Sanchez ait; an ſit in ſtatu peccati mortalis, vnde probatio ſecundum Apoſtolũ vult, vt tantum intelligatur de peccatis mortalibus, & non de venialibus; ad quod probandum adducit Concilium Tridentinum, cuius authoritate putat ſe contra omnes ſtare; ſed de Concilio infrà, vbi probabimus ipſum non verum aſſecutum Concilij ſenſum: nunc ex patribus probabimus, non ſolum probationem intelexiſſe Apoſtolum mortalium, ſed etiam venialium.

6. Apoſtolus quando dixit probet ſeipſum homo an de ſolis mortalibus illud intellexit.

Chryſoſt. Primò Chryſoſt. in hunc locum probationem intelligit, vt ſcilicet probet ſeipſum homo an ex vſu, & conſuetudine accedit, an ex deuotione, & ex feruore charitatis; profectò ex vſu, & conſuetudine accedere non eſt niſi peccatum veniale, audiamus Chryſoſt. *Probet autem ſeipſum homo, non ſicut nos facimus, qui tempore magis accedimus, quam ſtudio animi, non enim eo ſpectamus, vt accedamus parati, & malis noſtris expiatis, & pleni compunctione, ſed in diebus feſtis, & quando omnes accedunt; ſed non ſic inſſit Paulus, ſed vnum nouit tempus aditus, & communionis puritatem conſcientiæ* & ne aliquis putet puritatem conſcientiæ carentiam ſolam peccati mortalis intelexiſſe Chryſoſt. audi ipſum, qui paulo poſt ſe explicans ait: *Nefas eſt enim hanc menſam tangere cum malis cupiditatibus; quando autem dico prauas cupiditates, & corporum dico cupiditates, & pecuniarum, & iræ, & odij, & accepta iniuria recordationis, & omnes, vt ſemel dicam, prauas*; Et quia adhuc locus relinquebatur per has cupiditates mortales intelligere, ſequens ait: *Et oportet eum qui accedit his omnibus exhauſtis ita illud mundum tangere ſacrificium, & neque ſegniter, & miſere affectum*, ſigna verba, *neceſſe habere propter diem feſtum accedere, neque rurſus compunctum, & paratum prohiberi, propterea quod non ſit dies feſtus.* Ergo ſecundum Chryſoſt. probatio vult vt ſit non ſolum de peccatis actualibus, ſed de malis habitibus, & an ex conſuetudine accedat, an abſque ſegnitie, an quia dies eſt feſtus, & omnes accedunt, cum tunc cuilibet dies erit feſtus quando erit paratus, vnde ſi quotidie paratus, quotidie accedat; at quæ ſecundum Chryſoſt. hæc præparatio ſic feſtiua, vt quotidie debeat accedere? & qui talis dies feſtus? audi ipſum; *Dies enim feſtus eſt bonorum operum oſtenſio, & pietas animæ, & vita rectè inſtituta, etſi hæc habeas poteris ſemper feſtum agere, & ſemper accedere.* Quid clariùs? ex quibus omnibus ex Chryſoſt. hæc educes; primò, ſecundum ipſum Paulum per probationem non ſolum intellexiſſe eam tantum quæ eſt mortalium, ſed venialium; ſecundò, contra Sanchez diſput. 24. indignè accedere, qui ex conſuetudine accedit ad communicandum, quod abſque ratione illud negat, etſi Deus vult, ex Diuo Thoma educere procurat ſuam falſam opinionem, vt infrà; & tertiò tandem, contra eundem qualis debeat eſſe vita eorum, qui quotidie cõmunicare debeant, habere ſcilicet ſecundum Chryſoſt. bonorum operum oſtenſionem, non malorum, vt vult nouus iſte author, pietatem animæ, & inſuper vitam bene inſtituram, non laſciuientem, & petulantem; Cyprianus item *Cyprian.* de lapſis *indignitatem* etiam de peccatis intelligit venialibus, cuius grauiſſima verba infrà commodiùs referemus, quem etiam pro hac noſtra opinione adducit Cornel. in hunc Pauli *Cornel.* locum n. 185.

Sed audi Sanctiſſimum Greg. in c. 2. lib. 1. *S. Gregor.* Reg. ſuper illa verba: *Repleti prius pro panibus ſe locauerunt, & famelici ſaturati ſunt*, in ſecunda expoſitione; vbi hæc intelligens de Sacramento altaris, & de malis ſacerdotibus, quaſi præcauens ne quis eum intelligeret de peccatis tantum mortalibus, ſic ait: *Et quia ſine peccato electi etiam viri eſſe non poſſunt, quid reſtat niſi vt à peccatis quibus eos humana fragilitas maculare non deſinit, emundari quotidie conentur; nam qui quotidie non exhaurit, quod delinquit, etſi minima ſunt peccata quæ congerit, paulatim anima repletur, atque ei merito anferunt fructum interna ſaturitatis, hac repletione*, ſigna verbum, *nos emundare Paulus inſinuans*, ait, *probet ſeipſum homo*; quid clariùs? vbi habes indignitatem intelligere Sanctum illam, quæ eſt peccatorum venialium, & ſimul per probationem, quam ſubſequitur Apoſtolus, non ſolum intelligi debere probationem mortalium, ſed venialium, & hunc eſſe Sanctorum ſenſum, immo & ſanctiſſimi Concilij Tridentini, vt infrà dicemus, quem malè intellexit Author, & intelligunt cum illo contrarij. Ad Diu. Gregor. adnecte Auguſtinum, relatum à Diu. Thom. Opuſc. 58. c. 16. quem nos ſuprà adduximus, Homil. 82. n. 6. cuius tremenda verba & ſenſum ibi videre poteris.

Sanctus Thom. item de peccatis venialibus etiam locum interpretatur Apoſtoli, vnde explicans quot modis aliquis indignè ſumit hoc Sanctiſſimum, ſic ait: *Secundo, ex hoc quod aliquis non deuota mente accedit ad Euchariſtiam, qua quidem indeuotio quandoque eſt veniale, puta cum aliquis diſtracta mente ad ſecularia negotia, accedit ad hoc Sacramentum habitualiter retinens debitam reueren-* *S. Thom.*

Digitized by Google

tiam ad ipsum. Quid clariùs? ergo secundum Diu. Thomam, alioſque patres ſenſus Apoſtoli non ſolum eſt de indignitate mortali, ſed etiam veniali, & indignus etiam dicetur, qui cum venialibus habitualibus, & ex genere vt dicunt, & cum vecordia, ac ſegnitie accedit; ex quo fit vt probatio Apoſtoli quando ſubdit, *probet autem ſeipſum homo*, non ſolum intelligenda de peccatis mortalibus, ſed venialibus, à quibus quantum fieri poteſt, mundus quis accedere debet ad ſacratiſſimam Communionem; ſed cum hoc diſcrimine, vt probatio mortalium ſupponat regulariter ſacramentalem confeſſionem, quando copia adeſt confeſſariorum; venialium verò lachrymas, & orationem: & vt videas hoc non meum eſſe commentum, ſed Sanctiſſimi Thomæ, & Sanctorum, audi quid ipſe ſequens addit: *Tertio modo dicitur aliquis indignus ex eo quod cum voluntate peccandi accedit ad Euchariſtiam, quæ tamen tollitur per pœnitentiam, per contritionem quidem, & per confeſſionem, & ſatisfactionem in neceſſitate quidem, puta quando aliquis copiam confeſſionis habere non poteſt, ſufficit contritio; regulariter autem debet confeſſio præcedere cum aliqua ſatisfactione, vnde lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus c. 53. dicitur, communicaturus ſatisfaciat lachrymis, & orationibus, & confidens de Domino mundus accedat ad Euchariſtiam, intrepidus, & ſecurus, ſed hoc de illo dico, quem capitalia peccata, & mortalia non grauant*, attende ſingula: *nam quem mortalia crimina poſt baptiſmum commiſſa premunt, hortor prius publica pœnitentia, hoc eſt Sacramentali ſatisfacere, & ita ſacerdotis iudicio reconciliatum communioni ſociari, ſi non vult ad condemnationem Euchariſtiam ſumere.* Ergo dogma eſt Eccleſiaſticum, vt non ſolum quis purus mortalium accedat, ſed venialium, & hæc quod expientur per lachrymas, & orationem; Ergo ſecundum dogma Eccleſiaſticum à Diu. Thom. receptum ante Euchariſtiæ ſumptionem de venialibus debemus nos probare, examinare, diſcutere ad hoc, vt non indignè ſecundum Apoſtoli ſenſum accedamus; ex quo fit, vt probatio ſecundum Apoſtolum non ſolum intelligenda ſit de mortalibus, ſed de venialibus.

Bonauit. Ad Diuum Thomam adnecte Bonauent. Opuſculor. tom. 1. de præparatione ad Miſſam c. 5. cuius verba ſic clara, vt nullam patiantur tergiuerſationem; *Tertiò proba te ipſum*, ait, *ex quanta charitate, & quali feruore accedis; non ſolum enim mortalia vitanda ſunt, ſed etiam venialia, per negligentiam, & etiam multiplicata, & etiam per inconſiderationem, & per diſtractionem diſſoluta vitæ, & malæ conſuetudinis.* Quæ verba ponderanda; nam non ſolum Sanctus vult, vt mundus quis accedat à venialibus ex genere, vt dicunt, ſed etiam ex ſubreptione quoad fieri poteſt, cuius rationem reddens ſubdit: *Nam licet non occidant animam, tamen reddunt hominem tepidum, grauem, & obnubilatum, & indiſpoſitum, & ineptum ad celebrandum*; Quid clarius contra Sanchez? quapropter concludens, ſequitur: *Ideo caue ne nimis tepidus, & inordinatus accedas, & inconſideratus, quia indignè ſumis ſi non accedis reuerenter, circumſpecte, & conſiderate, vnde Apoſtol. iudicium ſibi manducat, & bibit*; & quale hoc intelligat Apoſtoli iudicium, Bonauent. ſequens explicat, *quod aperte inſinuat*, Apoſtol. nempè, cum ſubdit dicens, *ideo inter vos multi imbecilles, ſcilicet per fidei inconſtantiam, & infirmi, id eſt grani peccato ſanciati, & dormiunt multi, ſcilicet per torporem, & deſidiam.* O terribilis Bonauent. explicatio, Sanctiſſimi verborum Apoſtoli! ergo ſecundum Apoſtol. in ſenſu Bonauent qui indignè accedit, hoc eſt cum peccatis venialibus habitualibus, & ex genere nullo delectu, nulla deuotione, nulla circumſpectione, *iudicium manducat*, non quia nouum committat peccatum, ſed quia iuſto Dei iudicio in pœnam talis irreuerentis ſumptionis meretur forſitan in fide vacillare, in gratia incidere peccata, & dormire per deſidiam, & torporem, ſic vt ignis ille diuinus, qui ex ſe potens eſt dignè acceptus totum te inflammare; ob indignam ſumptionem, obque tua demerita, non ſit reſpectu tui ignis, ſed nix, ſed gelu, dum iuſto Dei iudicio frigidior poſt, ac ante ſumptionem eris, & in dies non te ardentiorem, ſed tepidiorem inuenies, quod experientia & videmus, & palpamus: vade nunc & contra Bonauent. aude muſitare, illoque derelicto, neſcio quem ſequi nullo probabili fundamento, nulla cordata ratione.

7. Indignæ ſumptionis cum peccatis ſcilicet venialibus habitualibus terribiles effectus mali.

Immo amplius quid dico, quod etſi ſenſus ſit literalis, probationem ibi intelligẽdam de mortalibus, tamen æque literalis immo potior eſt, vt intelligatur de venialibus, pro qua re.

Supponoex Diu. Thom. 1. part quæſt. 1. art. 10. & quæſt. 4. de potentia art. 1. & in 2 diſtinct. 12. art. 2, ad ſeptimum, Caſtro lib. 1. contra hæreſes, Abulenſ. in c. 13. Math. quæſt. 18 & aliis, ac communiter, vnum Sacræ Scripturæ locum plures poſſe habere ſenſus literales, quo ſuppoſito dico, quod etſi literalis ſenſus verborum Apoſtoli ſit, vt probatio intelligatur de mortalibus æque literalis, immo potior vt de venialibus, quod apertiſſimè colligitur tum ex peccato quod reprehendit, quod erat immoderantia conuiuiorum, quæ vt plurimum non erat niſi peccatum veniale, tum ex pœna, quam affert, quæ tota eſt temporalis, non æterna, vnde ait: *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* In quo loco Hugo Cardinal. *Oſtendit pœnam indigne ſumentis, infirmi febribus, & aliis morbis, imbecilles languoribus, & dormiunt, id eſt moriuntur, vnde in Paſchali tempore ſolent accedere peſtes, propter quod cantatur tunc in hymno, ab omni mortis impetu tuum defende populum.* In quibus Hugonis verbis duo habes; primum, omnes pœnas eſſe corporales; & ſecundum, ipſum etiam intelligere indignitatem venialem, dum affirmat peſtes accedere in Paſchate, quando omnes communicant, & quidem poſt confeſſionem, vnde præſumuntur abſque peccato mortali; & quaſi opinionem huius authoris, & reliquorum qui eum ſequuntur præuidiſſet, probat illud exemplo Oxæ, qui mortuum affirmat ſecundum multorum opinionem, quia arcam auſus eſt attingere, dum cum vxore concubuerat eadem nocte, qui actus ad ſummum quando excedit modum, peccatum eſt veniale, poſt quæ ſic ait: *Quid ergo de eis, qui non arcam, ſed corpus Domini*

S. Thom. Caſtro. Abulenſ.

8. Apoſtoli ſenſus potior de venialibus, & ſi etiam de mortalibus

Hugo. Cardin.

9. Peſtes in Paſchate, cur ſoleant accidere.

non ſolum vident indignè, ſed ſumunt, & tractant, & conficiunt, poſt quam nocte eadem concubuerunt non cum vxoribus, ſed cum fornicariis. Certè noſter author diceret, quod cælum verſus aduolarent; at ego potius cum Hugone exiſtimo vt infernũ deorſum dire in pœnis cruciandi Purgatorij.

10. Indignum mortali dicit.

At videamus, quid Sanchez cum reliquis aduerſarijs reſpondeat: dicit ergo dicta diſputat. 22 n.39. nullo modo verba Apoſtoli intelligenda, niſi de indignitate mortali tantum, & ſimul quod ſic illa intellexit Concil. Trident. ſeſſ.13.c. 7. vnde affirmat, ſi Deus vult; temeritatem eſſe ad indignitatem venialem verba extendere Apoſtoli, cum nullus Sanctorum, neque Scholaſticorum ſic Apoſtolum intellexit, in quo, vt ex ſupradictis patribus, quos adduximus patet ipſum nullum vidiſſe, & ſic ei parcendum, quatenus minus in illis verſatus; ſed attendamus, quomodo ſuum probat aſſertum.

Primò ait, quia licet ipſe inficias in peccato veniali communicantem dignè ſumere; tamen hoc elici non ex ſenſu Apoſtoli, ſed ex principiis Theologicis; & quod non ſit ex ſenſu Apoſtoli probat, quia Paulus affirmat ideo iudicium manducare, qui indignè ſumit, quatenus qui ſic, non *diiudicat corpus Domini*, ſed commune illud cum cæteris facit; at qui ſine mortalibus accedit, dum purus ab illis ſatagit accedere, equidem corpus Domini diiudicat; nam communem panem non dubitat cum peccatis mortalibus edere, ſicut dubitat, & recuſat corpus Domini; ergo diiudicat, & ſic non facit contra Apoſtoli ſenſum.

Si hic author legiſſet Diu. Thom. in hunc Pauli locum, ſi Gloſam, alioſque authores, intellexiſſet duplicem eſſe indignitatem, venialem vnam, mortalem alteram, *quadam indenotio*, ait Sanctus Doctor, *eſt peccatum mortale, quæ ſcilicet cum contemptu huius Sacramenti*; quædam venialis, vt ſuprà dixerat, immo ipſemet ſic fateri cogitur, dum admittit indignè accedere, qui cũ veniali; ſi ergo duplex eſt indignitas, cur non duplex erit corporis Domini diiudicatio; & intelligere Apoſtolum, & illum non diiudicare corpus Domini, qui cũ mortali accedit, & illũ, qui cum veniali, diuerſimode tamen, vnde illud eruit? aut hanc negatiuam qua authoritate fulcit? certè nulla, ideoque & nullius inſtantia eſt conſiderationis, neque exemplum; nam etſi à pane communi diiudicat, tamen ea diiudicatione, quæ neceſſaria niſi velit cum peccato communicare, non tamen ea, quam conſulebat Apoſtolus, & quam Sancti intelligunt.

At venio ad Tridentinum, ad quod antequam reſpondeam, nolo ex ipſomet illum ingulare; qua propter.

11. Probatur contra Tridentinum ex Concilio eſſe ſupradictam opinionem. *Concil. Trident.*

Sit ſecundum argumentum, contra Sanctiſſimum Concilium eius eſſe opinionem. Candidum ſupplico lectorem, vt æqua lance rationum momenta penſitans, quantum hic author (alioquin pius) in hoc aſſerto cæcutierit, & plenè delirauit attendat; verba Concilij, quæ affert ſunt ex Seſſ.13.c.7. cuius titulus: *De præparatione qua adhibenda eſt, vt dignè quis Sacram Euchariſtiam percipiat.* Primum ergo, quod hic pondero eſt, qualis iudicij eſt homo ille, qui dum aſpicit ſacrum Concilium agere de præparatione digna ad Euchariſtiam velit, vt tantum illam reſtringat ad peccatorum mortalium munditiem, & quod nullo modo aliter verba intelligenda ſint Apoſtoli; nonne hoc merum eſt delirium? & vt quam longè ſit à Concilij mente, addam Concil. verba, quæ talia: *Si non decet ad ſacras vllas functiones quempiam accedere, niſi ſancte, certè quo magis ſanctitas, & diuinitas huius Sacramenti vire Chriſtiano comperta eſt, eo diligentius cauere debet, ne abſque magna reuerentia, & ſanctitate ad id percipiendum accedat, præſertim cum illa plena formidinis verba apud Apoſtolum legamus, qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Dic mihi quæſo, qui magnam quærit in accipiente reuerentiam, qui ſanctitatem, qui admonet, vt quo magis dignitatem quis callet huius Sacramenti, eo ampliùs caueat non, vt non dignè accedat, ſed ne ſine magna reuerentia, ac ſanctitate, eſt ne poſſibile, vt quis autumet Concilium in his nil aliud petere niſi mortalium carentiam? ergo cum hoc nemo dicat cordatus, & ſine temeritate dici non poſſit, veriſſimè aſſerendum quod Concilium in his verbis illam puritatem petat, quæ ſit ſumma, hoc eſt non ſolum mortalium, ſed venialium: nam hæc in omnium Doctorum ſententia eſt ſancte ſancta accipere; at videamus ſequentia quæ animaduertit author, ſequitur ergo Concilium: *Quare communicare volenti renocandum eſt in memoriam eius præceptum, probet ſeipſum homo; Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramentali confeſſione ad Sacram Euchariſtiam accedere debeat.* Ex quibus verbis tale author conficit argumentum, Concilium declarat, immunem fore à formidandis verbis Pauli eum, qui cum mundicia à peccato mortali accedit, & è contra incidere in ea edentem cum mortali; ergo Concilium ſolum verba Pauli reſtringit ad edẽtem cum peccato mortali, aliàs verum non eſſet, quod Concilium dicit illum ſolum iudicium manducare, qui cum mortali manducat.

Sed primò vellem hic author, nobis diceret vnde talem ſumpſit Concilij intelligentiam, ſi aliqua adeſt Sanctorum Cardinalium declaratio; nam nec verbum ego in illo reperio, Concilium ſcilicet affirmare illum ſolum iudicium manducare, qui cum peccato accedit mortali; ſed tantum quod Concilium affirmat, eſt, qualis probatio neceſſaria ante ſumptionem, quod eius erat intentum, & quod nouus iſte author non eſt aſſecutus, vnde neſcio an ignoranter, an malitiosè prætermiſerit illa verba Concilij, *quantumuis ſibi contritus*, ex quibus conſtat, quid tunc intendebat Concilium; pro cuius intelligentia.

12. Vera Concilij Tridentini mens Pauli loci: probet autem ſe ipſum homo.

Notandum ante Concilium multorum fuiſſe opinionem ad dignam ſumptionem Sacramẽti ſufficere contritionem cum voto Sacramentalis confeſſionis, & ſufficientem per contritionẽ eſſe probationem; hanc opinionem refutans Concilium à Spiritu Sancto illuſtratum, ex ipſomet Pauli loco eruit Sacramentalem confeſſionem, declarans de fide eſſe, quando adeſt copia confeſſionis non ſufficere probationem

per

Digitized by Google

per contritionis actum, sed necessariam esse confessionem sacramentalem, vnde ait: *Probet autem seipsum homo, Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius peccati mortalis quantumuis sibi contritus videatur.* Quæ verba acutus noster Doctor reliquit; nam exillis se iugulat, cum manifestissime appareat, nõ esse Concilij intentum probationem Apostoli restringere ad mortalia tantum, sed postquam affirmauit cum magna reuerentia, ac sanctitate debere quempiam accedere, ad maiorem restrictionem, & non relaxationem, vt male author declarauit, per probationem, non solum Apostolum intellexisse eam, quæ fit per contritionis actum, sed quæ per Sacramentalem confessionem, vt sic omnimode sanctissimè, & cum omni reuerentia quis accederet, vnde ergo quæso illud quod elicit author?

Ex dictis duo clarissimè elucent, primum, authorem nõ assecutum mentẽ Concilij, & Concilium probationem non ad solam mortalium restrinxisse; & secundum, manifestissime suam opinionem contra sanctissimum esse Concilium, dum sic indigne, ac pollutè vult, vt quis ad Sacramentum accedat, in quo est equidem ipse admirabilis, vt ex veritate conuictus confiteatur talem indigne accedere; *& quamuis*, ait, *non inficiamur indigne Eucharistiam sumere illum, qui delinquit venialiter*; tamen audet indiscriminatim talem sumptionem consulere, prope dicam, tunc quando hæc scripsit Christi maiestatis, ac altitudinis penitus oblitus; in quo certè, vt verum fatear nescio an sanctissimo Concilio iniuriam intulerit dum vult, vt tantum omnimodam illam dicat præparationem, quæ tantum consistat in munditie peccati mortalis, cum nemo cordatus illud affirmauerit, quantominus sacrosanctum, ac Oecumenicum Concilium.

Sed accedamus ad alia, vt clare prospiciatur contra Concilia talem esse opinionem, Cabilonens. Concilium, quod habetur 3. tom. Conciliorum, sub Carolo-Magno celebratum; quasi hanc opinionem prorsus deludens de perceptione sanctissimi sic c. 46. mandat: *In perceptione corporis, & sanguinis Domini magna discretio habenda est; cauendum est enim ne si nimiũ in longum differatur ad perniciem animæ pertineat dicente Domino, nisi manducaueritis, &c. si verò indiscretè*, signa verba, *accipiatur timendum est illud, quod ait Apostolus, qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit: iuxta eiusdem ergo Apostoli documentum probare se debet homo, & sic de pane illo manducare, & de Calice bibere, vt videlicet abstinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificãs corpus, animamque suam præparet se ad percipiendũ tantum sacramentum exemplo Danid, qui nisi se fassus fuisset abstinuisse ab opere coniugali ab heri, & nudius tertius panes propositionis nequaquam à Sacerdote accepisset*; Quid amplius cõtra aduersariorum opinionem; ex quibus verbis Concilij, non solũ contra authorem habes moduni præparationis, sed intelligentiam verborũ Apostoli, scilicet per probationem non solum actus intellexisse Apostolum pœnitentiæ, sed etiã bonorũ operũ, puritatem scilicet animæ, & corporis, & abstinentiam per aliquot dies ab operibus carnis; quid diceret Concilium si intellexisset aliquem eius esse opinionis, vt immediate post formicationem, siue adulterium consultius esse diceret post Sacramentalem cõfessionem statim communicare: credo equidem quod ipsum anathematizasset; huc refero omnia illa Concilia, quæ vt vult Enrriquez lib. 8. de Eucharistia c. 51. facultatem dabant confessario sacram interdicere communionem fornicario, & qui carnis esset pollutus peccato, quod olim etiam in præcepto, sic Concil. Carthagin. 3. c. 31. & 4. c. 76. & 77. & habetur c. *sufficit*, & c. *quamuis* de pœnitentia distinct. 2. Concil. Laodicens. c. 2. Turonens. sub Carolo c. 21. quę omnia ad summam decentiam, ac puritatem in vsu huius Sanctissimi necessariam respicientia, sic mira sunt in hoc, vt vsque ad stuporem sit illa legere; adducerem, ponderarem, vt quàm aperte authoris pugnet contra Concilia opinio prospiceretur; at prolixitatem timeo.

Enrriquez.

Accedat vltimo Concil. Eliberinum tom. 1. Concil. quod, vt pote Hispanicum vltimo loco Hispanico authori remisimus, vt saltem ex patriæ reuerentia mutet opinionem, & si non possit, quia defunctus, nomine eius ipsius discipuli, & nolint in hac re temeritate vti, qua nota potius ipsos inurere possumus; & temeritatem rogare vt abiciant, quam quod nobis dicant, vt eam relinquamus, vt turpiter ausus est horum aliquis dicere homo nullius literaturæ. Audiamus ergo Concilium, & videamus in eius Canonibus, si sic facilè post pœnitentiam vsum præbebat Sanctissimi huius ac diuinissimi Sacramenti, Cano. 1. in idololatriam relapso, nec in art. mortis concedit communionem, quid seuerius? Canon. 3. flaminibus si post pœnitentiam fuerint mœchati, *vlterius eis non dandam esse communionem*; Canon. 5. fœminæ qui sic flagellauerit ancillam, vt ex flagellis obierit, cum in dubium sit an casu, an voluntate illud fecerit, *si voluntate, post septem annos, si casu, per quinque annorum tempora acta legitima pœnitentia ad communionem admittatur.* Quid ad hæc noui isti spirituales; numquid Concilio prudentiores? sanè dicent, quod sic probo: nam idem Concilium mandat, *vt omnis homo ante Sacram Communionem à propria vxore abstinere debeat tres aut quatuor, aut septem dies*; & ipsi huic Concilio respondent, illud tantum esse consilium, non præceptum; ergo in ratione consilij sanius suum reputant, quam vnius Concilij; mentiar si non supercilium hoc hæreticorum: Iolum adiungam hoc Concilium peractum tempore Constantini, & Syluestri circa tempora Nicenæ Synodi quod est dicere circa tempora primitiuæ Ecclesiæ, in quibus quotidiana vigebat communio, & tamen hoc non obstante Concilium illud prætipit, præuidens indignitatem ex illa copula, quid nunc egisset quando quotidiana non est in vsu; ex quo illud horum eluitur argumentum sumptum ex consuetudine primitiuæ Ecclesiæ, in qua quotidie omnes hoc Sanctissimum sumebant, quod an verum sit & quomodo illa consuetudo intelligenda nunc non est in animo disputare; videatur Salazarius vbi supra cap. 4. qui doctissime de hac re; sed dato, quod sit illud, da illam in coniugatis; in negotiatoribus, & similibus sanctitatem antiquam & dabo &

Concil. Eliber.

Concilium Cabilen.

nunc tibi quotidie illud esse licitum, indiscriminatim, & omnibus sicut tunc Ecclesia similiter iudicabat, quæ animaduertens in dies charitatem refrigescere, coniugatos intemperanter se iam coniungere ad luxuriæ salacitatem, non ad procreationem filiorum, dignitati, ac Sanctissimi reuerentiæ accurate prouidens, statim coniugaris abstinentiam constituit; at isti Concilio prudentiores, illud negant, sanius suum esse reputantes consilium, quid audacius? cætera, quæ hic author adducit, vt hoc Concilium, & sanctorum authoritates effugiat, probando post copulam coniugalem consultius esse communicare, data opera non adduco, nam non est in animo singula, quæ per totas illas disputationes affirmat refequi, volumen quippe esset necessarium; solum affirmo eiusdem esse farinæ, & multa eãdem induere temeritatem, nulliusque prorsus considerationis existere, & ijsdem principiis hic allatis nullo negocio solui posse; argumentum autem aliud quod ex Trident. assumit infra commodius refellemus, probato contra Sanctorum Patrum eius etiam esse opinionem.

13. Probatur contra Patres esse superiorem tentatiam.

Si quæ sanctissimi Patres contra hãc improbabilissimam dicunt opinionem afferre vellem, sine dubio opus integrum perficerem, si ea ponderare nullus esset eius finis; non hoc intendimus, sed tantum aliqua percurram breuiter, tum reliqua, tum alios patres, quos passim, & omnes obuiam habebit lector, illi relinquendo, sicut illum etiam remittimus ad præcedentes nostros, & subsequentes discursus, vbi multos adduximus, & prope omnes nemine excepto adducere possemus; nam contra hanc sententiam omnes illi patres adduci possunt, qui de reuerentia huius tractant Sanctissimi, contra quam directè pugnant noui isti authores; sed ad Patres.

August. Primus Diu. sit August. relatus. à Diu. Thom. opusc. 58. c. 16. super illa verba Apostoli: *quod si nos metipsos iudicaremus*, quem nos sup. adduximus Ho. 83. vbi inter alia *indigne enim accipit*, ait Aug. *si tunc accipit, quando debet agere pœnitentiam, id est quãdo incipit, ergo se prius iudicet, vt à se iudicatus non iudicetur*, quid ad hæc, qui faucibus adhuc iniquitatem redolentibus illud consulunt?

Nissenus. Nissenus de vita Mosis, *Oportet fide, Baptismate, labore, omni virtute, omni Euangelica doctrina mundos, purosque nostros animos facere, ita vt omnino alienigeni mores, & Ægyptiaca vitia deficiant*, signa singula, *& demum depurato, defæcatóque animo cælestem cibum esse suscipiendum*; quid ad hæc, qui non depurato, defæcatóque, sed sanie venialium, malorumque habituum indiscriminatim illud consulit?

Basil. Basilius de Baptismo c. 2. super illa verba Leuitic. 21. vbi Dominus præcepit, quod ex semine Aaron, *habens in se ipso maculam non accedat ad offerendum Deo dona*, sic ait: *quid per maculam intelligat ipse*, nempe Moyses, *exponit, nempe quod esse debeat absque vllo aliene, & superfluo in corpore membro, nec vnius alicuius membrorum suorum, vel parte tantus læsus, aut vitiatus, etiam si tantum non sit vitium, vt ab incessu non impediat, dummodo saltem deformitatem inducat, aut corporis integritatem ledat, Dominus dicit, templo maior est hic; instruit nos tanto scelestiorem, & impium magis esse eum, qui cum impurus corpus Domini administrare audet; at maculam, & vitium iam in nouo Testamento non referre oportet ad corpus, sed ad iustificationes Euangelicæ pietatis, quando videlicet præceptum Dei vel non plene, vel mutile, vel non ita fit, vt Deo placere possit, & quasi tuber, vel lepra humani sensus illi infigitur*; Quot verba, tot põderationes; solum aduerto maculosum dici, qui corporis integritatem lædit, etiam si incessum non impediat; quod si veniale consideres, ad verbum contra istorum sententiam scriptum Basilij inuenies, gradiũtur, quia in gratia ex pœnitentia, sed maculosi sunt, quia præcepta Dei *nec plena*, sed mutile, vt ait sanctus, obseruant, & eorum sanitas *tuberosa est, & lepra humani sensus*, hoc est imperfectionum infecta.

Origen. Origenes Hom. 23. in Leuiti. super illa verba, *Et erunt panes in commemorationem propositi ante Dominum; sancta enim sanctorum sunt*, sic ait: *Neque enim conuenit vt sancta verba anima nõ sancta suscipiat, sed cum purificauerit se ab omni inquinamento carnis, & morũ, tunc locus sanctus effectus capiat panem illum, qui decælo descendit; vnde simili modo etiam tibi lex ista proponitur, vt cum acceperis panem mysticum, in loco mũdo mãduces eum, hoc est ne anima contaminata, & peccatis polluta Dominici Corporis Sacramenta percipias; Sancta enim Sanctorum sunt, vides quomodo non dixit sancta tantummodò, sed Sancta Sanctorum, vt si diceret, cibus iste sanctus non est cõmunis omnium, nec cuiuscunq; indigni, sed sãctorum.* Sanctitatis munditiam ad manducandũ requirit Origenes, non illam peccatorum communem, quam noster supponit nouus author, quid ergo? non huius doctrina Origeni, & cæteris aduersabitur?

S. Isidor. Sanctus Isidorus lib. 1. de Ecclesiastico officio c. 18 contra similis farinæ homines disputans, quasi huius authoris præuidens opinionẽ, sic ait: *Dicunt aliqui, nisi aliquo intercedente peccato Eucharistiam quotidie accipiẽdam, quod quidem benedicunt, si hoc cũ religione, & deuotione, & humilitate suscipiunt, nec confidendo de iustitia superbiæ præsumptione id faciant.* Ergo contra authorem sanctus non carentiam exigit mortalium, sed deuotionem, sed humilitatem, sed religionem.

Effugium præcluditur.

At huic authoritati respondet, Isidorum tantum intelligere peccati mortalis carentiam; & quãdo inquit, quod religiosè debet sumi, intelligit pro fine religioso, non quidẽ vano; & quãdo dixit *cum deuotione, & humilitate*, quod intelligi debet negatiuè; quasi dicat, *nõ inhumilis, non indeuotus*; nã ait, quod necesse est, vt sic intelligatur sãctus vt cõstans sibi sit, qui ad quotidianã cõmunionẽ exhortatur in illo capite, vnde pro se illũ adducẽs affert hæc Isidori verba: *Cæterum si talia sint peccata, quæ mortuũ remoueant ab altari, prius agenda est pœnitentia, ac sic deinceps hoc salutiferum medicamentum suscipiendũ; qui enim mãducat, & bibit indigne, iudiciũ sibi mãducat, & bibit, hoc est enim indigne accipere si eo tempore quis accipiat, quo debet agere pœnitentiam.* Ergo ait, sanctus nil aliud exigit ad quotidianã cõmunionem quàm mortalis carẽtiam, cũ solum tempore status peccati lethalis adsit obligatio præmittendi pœnitentiam.

Google

Hæc ſic per extenſum adduxi, vt ex huius loci confutatione, reliqua huius authoris conijciantur; non eſt enim mihi, vt dixi in animo omnia eius reſequi, nec etiam eludere eius argumenta, ac reſponſiones, quis erit finis; eo vel maximè in libro alterius materiæ, vti hic noſter; ſed ex hoc vno diſces qualem reliqua mereantur fidem.

Primò, ipſe ait: *deinde Iſidorus exhortans ad quotidianam communionem, &c.* Nil minus, immò totum oppoſitum: nam reſpondet illis, qui iam conſulebant, vnde ait: *dicunt aliqui*, & ſecundo ſi exhortatur Iſidorus ad quotidianam communionem, cur in eodem c. prohibet coniugatis ne quotidie ſumant Sacramentum. *Coniugatis autem abſtinendũ eſt cõitu, pluribus diebus orationi debent vacare, & ſic deinde eſt ad Chriſti Corpus accedere.* Quid ad hæc noſter homo qui fornicariis illud concedit, & infra poſt adductum exemplum Dauid, qui vt panes comederet propoſitionis affirmauit, ab heri, & nudius tertius à coniugibus ſe cõtinuiſſe, addit: *Quapropter eligendi ſunt aliquot dies, quibus prius homo continentius viuat, quo ad tantum Sacramentum dignius accedere poſſit.* Eſt ergo hoc quotidianam cõſulere cõmunionem mœchis, adulteris, ac maſculorum cõcubitoribus vt vult iſte nouus author; dũmodo confeſſio præcedat ſacramentalis: ſi piæ hoc non abhorrent aures, quid abhorrebunt; eſt ne hoc pro ſe ſanctos adducere, & illos intelligere? ô belle, vt meretrici putidæ, ac fœtidæ ſtatim poſt peractam confeſſionem detur ſacramentum, quãdo dixit Iſidorus *cum deuotione, & humilitate* intelligatur negatiue, & quale abſurdum ex illo ſancti recolligitur dicto, vt ſit neceſſarium illud exponere, & ad meliorem ſenſum adducere, vt ſcandaloſa, abſurda, & turpis eius defẽdatur opinio. parcant mihi, qui hæc legerint, ſi modeſtiã prætergredior, Deus ſcit quod mallem non eſſe natum, quàm in hæc miſera incidiſſe tempora, in quibus ſic abiectiſſime video de Domini noſtri Corpore, de ſacrario ſanctiſſimæ Trinitatis, de obiecto omnis militiæ Angelorum concipi, vt ſit qui audeat affirmare, & typis extudere, nebulonibus, proſtitutis, fornicariis, adulteris quotidie conſultius illud dare, dummodo Sacramentalis præmiſſa ſit confeſſio, quis hoc patienter ſuſtinebit ſine imprecatione? parcat illis Deus.

14. Apud antiquos ſanctos quid ſit agere pœnitentiam.

Secundò, vbi ex authoritate illa Iſidori illud eruit; bene proſpicitur nil verſatum illum in locutione ſanctorum: nam in eorum loquela tẽpus pœnitentiæ, & pœnitentiam agere, non ſupponit tantum Sacramẽtalem cõfeſſionem, vt infra ex Cypriano fiet manifeſtum, & infinitis poſſem probare ſanctorum locutionibus, ſed per agere pœnitentiam intelligunt *exomologeſim*, hoc eſt tempus pœnitentiæ quod antiquitus durabat per annos, vnde ibidem Iſidorus; *qui enim peccare quieuit, communicare non deſinat*; quieuit, dixit, hoc eſt habitum intermiſit peccandi & non tantum actum, vt vult noſter homo, vnde ſignanter ſanctus dixit, quod indigne ſumit; *ſi eo tẽpore quis accipit, quo debet agere pœnitentiam*; id eſt quando illacrymari, quãdo ieiunare, quãdo orare, & hoc intellexit quando dixit *prius agenda eſt pœnitẽtia*; vnde ſicut prius à quotidiana excluſit qui indeuote, ſic nunc, qui poſt mortalia ſtatim audet, vt nouatus noſter ait poſt Sacramentalem confeſſionem ad Sacramentum aduolare ſine timore, ſine reuerentia, & hoc ſine aliqua notabili cauſa, ſed indiſcriminatim.

Ex huius loci confutatione tam aperta, & quæ nullo modo tergiuerſari poteſt, cognoſci poſſunt & cętera huius authoris, ob quod affirmo omnia prorſus pura eſſe figmenta, nec ſanctum adducere, qui pro illo, & omnes quos adducit nil ad rem de qua tractamus, ſed omnes contra illum, probarem niſi tædium non timetem, & extra meum eſſet inſtitutum.

Vltimò adduco Cyprianum, qui ſic terribilis & contra huius ſententiam, vt neſciam, qui Cyprianum legerit an ad eam peierandam ſe abſtinere poſſit, & vt Cyprianus intelligatur. *Cyprian.*

Supponendum ipſum ſcribere contra lapſos, ſcilicet eos, qui in perſecutione, quæ prius mota, & tunc ſedata, aliqui apoſtatarunt idololatrarunt; iſti enim ad Eccleſiam reuertentes poſt perſecutionem de peccato dolentes, & contriti ante peractum, & expletum pœnitẽtiæ tempus ſtatim ad communionem Sanctiſſimi admitti poſtulabant, quæ tunc temporis quotidiana, ob quod impatienter ſuſtinebant non admitti, quia ex hoc notabantur; & cum alias ipſi iam errorem recognouerant, ac cum Eccleſia reconciliati, non videbatur ratio cur ad ſanctam ſynaxim admitti non deberẽt, ob quod & Cypriano de hoc reſcriptum, & ipſe ſuum in libro de lapſis pandit ſenſum, cuius nunc accipe grauiſſima verba:

Emerſit enim fratres dilectiſſimi, nouum genus cladis, & quaſi parum perſecutionis procella ſæuierit, acceſſit ad cumulum ſub miſericordiæ titulum malum fallens, & blanda pernicies. Pende ſingula, ſub miſericordiæ titulum; ſic nunc iſti ſub frequentia Sacramenti deuotionem, ſub remedii animarum titulum, ſub augendæ pietatis deuotione malum ſuadent fallax, & blandam perniciem; ſic enim talis eorum frequentia Sacramenti appellari poteſt, non ſecus ac Cyprianus eam, quam illi lapſi prætendebant, vnde ſequens ait: *Contra Euangelij vigorem, contra Domini, ac Dei legem, temeritate quorundam*, ſigna verbum, *temeritate laxatur incautis communicatio, irrita, & falſa pax periculoſa dantibus, & nil accipientibus profutura.* Mentiar ſi non cum iſtis loquitur Cyprianus, pacem, quam dant, & illis eſt periculoſa, & accipientibus, patum, aut nil proficit, vt infra probabo; ſequitur Cyprianus: *Non quærunt ſanitatis patientiam, nec curant de ſatisfactione medicinam.* Quid pulchrius? non dixit non quærunt ſanitatem, ſed ſanitatis patientiam, veluti & cum iſtis loquens, qui & ſi ad quotidianam communionem ſanitatem quærant, non tamen ſanitatis patientiam; & ſi medicinam, tamen non veram, non ſolidam de vera ac ſolida, & diuturna ſatisfactione. *Pœnitentia*, ſequitur Cyprianus, hoc eſt tempus, & pœnitentiæ patientia, ſiue expectatio, quæ tunc temporis per annos durabat, *de pectoribus excuſſa eſt, grauiſſimi, extremique delicti memoria ſublata eſt, aperiuntur*

Digitized by Google

morientium vulnera, & plaga lethalis altis, & profundis viſceribus infixa diſſimulato dolore contegitur, à diaboli aris reuertentes, ad ſanctum Domini ſordidis, & infectis nidore manibus accedunt, mortiferos idolorum cibos adhuc pene ructantes exhalantibus etiam nunc ſcelus ſuum faucibus, & contagia funeſta redolentibus Domini corpus inuadunt. Recole quæ diximus de lapſis pœnitentibus hoc dicere Cyprianum, & inuehi non contra eos, qui actu idololatrabant, & qui actu in peccato, ſed qui iam idololatrarunt, & ad Eccleſiam recurrerunt pœnitentiam poſtulantes, ac corde contrito dolentes, tamen infrunitè ad communionem admitti poſtulantes, & cum hæc attenderis, vide ſi aptius contra hos, qui quotidianam conſulunt opinionem dicere potuit Cyprianus, dum eam adhuc infectis manibus ex fornicatione, adhuc exhalante gutture obſcœnorum oſculorum, eam ſtatim poſt pœnitentiam conſulunt; quid quæſo eſt hoc, niſi nouum Sanctiſſimo bellum indicere hæreticorum crudelius; cum iſti illud negent, illi non negando dehoneſtãr; dicent forte Cyprianum de peccato agere idololatriæ; benè, ſed peto, dum iſti tantum munditiem à peccatis mortalibus expetant; & mũditiem recentem, ſic vt ſtatim quis communicare debeat, & nullum exceptuent peccatum, ergo ſecundum ipſos, ſi quis idololatrauerit, etiam ſufficiet, vt ad pœnitentiam accedens abſoluatur, & ſic quotidie ſtatim communicet: nam eorum propoſitio generalis eſt, ergo directè contra Cyprianum pugnant, & plus contra Dominum delinquunt, quam ipſi hæretici; audi Cyprianum, qui poſt Apoſtoli ſententiam adductam, nempè, *qui manducat indigne*, indignitatem non mortalem, vt ſupra diximus, ſed venialem, hoc eſt irreuerentiam, indeuotionem, audaciam horum intelligens, ſic ait: *ſpretis his omnibus, atque contemptis vis infertur corpori eius, & ſanguini, & plus modo in Dominum manibus, atque ore delinquunt, quàm cum Dominum neganerunt, ante expiata delicta, ante exomologeſim factam criminis, ante purgatam conſcientiam ſacrificio, & manu ſacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini, & minantis, pacem putant eſſe, quam quidem verbis fallacibus venditant, non eſt pax illa, ſed bellum.* Quid clarius; in quibus Cypriani verbis attende ly *ante purgatam conſcientiam ſacrificio, & manu ſacerdotis*, indicere ſacramentalem confeſſionem, quæ tunc temporis non ſupponebatur neceſſaria niſi in voto, tempore ſcilicet congruo, reputantes contritionem ſufficere, quod negat Cyprianus, ſufficientem talibus eſſe condignitatem contritionem, & à mortalibus munditiem tantum; vnde cum nullus eos abſoluere vellet, & ad communionem admittere, ideo dirè conquerebantur, contra quos inuehitur Cyprianus; hoc dixerim, ne aliquis ex verbis Cypriani penſitet illum inuehere, quaſi reputans illos adhuc in peccato, & cum peccatis velle communicare, vt modo diceremus, ſi ante confeſſionem ſacramentalem, quis accedere auderet; quo intellecto, vide an durius quid contra hos dicere potuerit Cyprianus, & ex dictis an contra ipſum noui iſti ſpirituales pugnent. Enimuero ſi vellem omnes ſanctos paſſim obuios adducere tædium cau-*

A

B

C

D

ſarem, ſufficit, vt mihi credat lector nullum prorſus eſſe, qui non contrarium dicat, & veriſſimè horum nouatorum opinionem contra omnem eſſe ſanctorum ſenſum.

Venio ad Scholaſticos, & ducat hoc agmen Diuus Thomas 3. part. quæſt. 80. art. 10. in corpore, titulus, *vtrum liceat quotidie ſacramentum accipere*, reſolutio, quod ſi ex parte ſacramenti, vtile eſt quotidie illud ſumere; at ſi ex parte ſumentis, *in quo requiritur*, ait ſanctus, *vt cum magna deuotione, & reuerentia ad hoc ſacramentum accedas, ideo ſi aliquis ſe quotidie ad hoc paratum inuenerit, laudabile eſt quod quotidie ſumat; ſed quia multoties in pluribus hominibus multa impedimenta huius deuotionis occurrũt propter corporis indiſpoſitionẽ, vel animæ, non eſt vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc ſacramentũ accedere, ſed quotieſcũq; ſe ad illud homo inuenerit præparatũ*; Ex hac ſancti doctrina duo habes excellẽtia; primũ quod abſolutè loquẽdo melius eſt quotidie ſacramentũ ſumere, ſi virtus attendatur ſacramenti, quod amplius confirmat ſanctus in reſponſione ad tertium: ſecundum verò diſcretio, moderantia, iudicium quod adhibendum in hac re ob reuerentiam, & deuotionem, quã tantum ſumendum ſacramentum; ob hoc quando illa deficiunt vtilius à communione abſtinere; vnde ſanctus frequentiam quotidianam prudenti remittit diſcretioni, non eam diſſuadendo, nec eam conſulendo, quam prudentiſſimam, ac ſanctiſſimam reſolutionem omnes prorſus ſecuti ſunt Scholaſtici, qui poſt illum ſcripſerunt, vt Petrus de Soto Lect. 9. de Euchariſtia, Ledeſma 1. part. ſummæ c. 14. con. 4. Sotus in 4. diſtinct. 12. art. 10. conc. 3. Caietan. in ſumma, verbo communio, Durand. in 4. diſtinct. 12. quæſt. 5. n. 67. Diu. Anton. 3. part. titul. 14. cap. 12. §. 5. Bonauent. lib. de profect. ſpirituali c. 77. Egidius de ſacramentis, quæſt. 80. Vaſquez tract. de Euchariſt. diſput. 214. c. 3 nu 27. Suarez tom. 3. in 3 part. diſput. 69. ſect. 4. Emanuel Rodriguez in Sum. c 65. Medina in ſum. c. 42. in fine. Vega in ſum. 1. c. 6?. caſu 2. Tabiena verbo cõmunicare, Sylueſter verbo Euchariſt 3. Nauarrus in Summ. c. 21. Orbellis in 4. diſtinct. 12. quæſt. 2. §. 1. Aſtenſ. in ſumm. 1. part. lib. 4. titul. 17. art. 5 quæſt. 2 Ragucius in lucerna Parochorum, de Euchariſt. quæſtio 74. folio 213. Angelus verbo Euchariſtia, Enriquez lib. 8. c. 33. Nuno de Euchariſt. quæſt. 80. art. 8. conc 10. Egidius de ſacram. quæſt 80. Reginald. 2. tom. prax. lib. 29. n. 69. Eſtius in 4. diſtinct. 12. §. 10. Palatius in 4. diſtinct 9. diſputat. 11. collect. 18. Valentia tom 4. diſput. 6. quæſt. 8. puncto 4. Chaues in ſumma ex doctrina Victoriæ edita de Euchariſt n. 85. Villalobos in ſumma tract. 7. difficult. 41. Nider in 3. præcepto, c 12. n. 12. Ioan. de la Cruz de Euchariſt. dubio 6. con. 2. Bonacin de Sacrament. diſput 4. quæſt. 4. punct. 2. n. 16. Ludouic. à S. Ioanne 1. part. ſumm. tract. de Euchariſt. quæſt. 7. art. 12. folio 178. Filiucius 1. tom. tract. 4. c. 7. n. 199 Poſſeuin de officio curator c. 8. nu. 10. Antonius de Liter. in ſumma ſum. 1. part. c. 22. n. 5. Arboled. pract. ſacrament. fol. 364. de ſacrament. Euchariſt. not. 16. Petrus de Ochaga tract. 2. de Euchariſt. quæſt. 16. nu. 4. vltimo addo Nicolaum de Plob. in ſumm. tract. de Eu-

S. Thom.

15. Probatur prædictam opinionem eſſe contra ſcholaſticos.

Petrus de Soto. Ledeſma. Sotus. Caietan Durand. Diu. Antonin. S. Bonauent. Egidius. Vaſquez. Suarez. Medina. Vega. Tabiena. Syluester. Nauarr. Orbellis. Ragucius. Angelus. Enrriquez. Nuno. Reginal. Eſtius. Palatius. Valentia. Chaues. Victoria. Villalobes Nider. Ioan. de la Cruz. Bonacin. Ludouic. Filiucius. Poſſenius. Anton. Arboled. Ochaga. Plob.

chariſt. *de ſecundis circa hoc Sacramentum ex parte ſumentium ante 4. cautel*; non quod æſtimem maiorem hunc præ cæteris authoritatem habere, ſed vt eius addam cenſuram; ait enim *errorem ſapere, & vulpinam calliditatem, aſſerere, & conſulere virginibus, & viduis deuote viuentibus quotidianam Euchariſtiæ ſumptionem.* Sanè ego non auderem talem præbere cenſuram, virginibus ſcilicet, & viduis deuote viuentibus, quotidie Sacramentum ſumentibus hoc ex vulpina calliditate facere, aut eſſe errorem illud conſulere; in quare mea ſententia valde exceſſit Plobus, & immerito tales ea inuexit, ſed bene, qui quotidianam communionem ſuadent, ac tribuunt non deuote viuẽtibus, ſed obſcœne, & hoc paſſim, indiſcriminatim ſine ſelectu, aut graui iudicio, diterem errorem eſſe, & vulpinam ſapere calliditatem; ad hos tantos Doctores adnecte omnes illos grauiſſimos Patres, qui vt refert Enriquez lib. 8. de Euchariſt. c. 51. habent fornicarium, aut ſpontaneum pollutum non debere intra diem naturalem viginti quatuor horarum communicare, vt ſunt Diu. Greg. Dionyſ. Areopag. Clemens Greg. Turonenſ. aliique infiniti, quos idem citat Enrriquez, & conſulto prætereo ne prolixus ſim, ita vt contra communem ſit contrarium affirmare, quod cum aſpexeris, & videris omnes prorſus Scholaſticos, omnes Patres contra allatam ſtare opinionem dum etiam Concilia, & ipſam ſacram Scripturam, vide an ſine ratione temerariam diximus hanc opinionem; quod amplius infra ex rationibus patebit, ſi quid Sanchez primo reſpondet eluemus.

Enrriquez.

Gregor. Areopag. Clem. Gregor. Turon.

16. Reſpondetur, & diuus vindicatur Thomas.

Ipſe enim, vt ſuam roboret opinionem, primo eam ab authoritate confirmat multorum Doctorum, quos nunc in animo non eſt examinare, an quod ipſe ait aſſumens, ſed ſolum cum vno tantum hoc efficere, quem impropriſſime, ne dicam ineptiſſime pro ſe adducit, Diuum nempe Thom. vt ex hoc vno, & de reliquis iudicium feratur, cum & ſi eos non examinauerim, audeo tamen dicere nullum prorſus pro illo, cum ex verbis eorum, quæ ipſe refert, nil ex illis amplius colligi poteſt, quàm Sanctiſſimi frequentiam timorato, & qui ſuæ conſcientiæ cuſtodiam adhibet; Quapropter immerito pro ſe illos adducit; at Diuu. Thom. dico quod ineptiſſimè.

Reſpondet ergo Diu. Thom. pro ſe ſtare, quia quando dixit abſtinere ſe debere propter indiſpoſitionem animæ, hoc intellexit de peccato mortali, ſi verbum de mortali ſanctus, mentiar ego. Ergo voluntariè illud ipſe addit, ſicut de ſuo, & in cæteris. Secundò, ſanctus ait quod requiritur in ſumente, *vt cum magna deuotione, & reuerentia ad Sacramentum accedat*; ergo nec peccatum ſomniauit mortale. Tertiò, articulus quæſtionis erat, *vtrum liceat quotidie Sacramentum ſumere*; & ſanctus reſpondet licere, ſi cum magna deuotione, & reuerentia, non alias. Ergo cum quæſtio non eſſet de ſumptione vt ſic, ad quam requiritur tantum mundities peccati mortalis, ſed de quotidiana ſumptione ſi *magna deuotio, & reuerentia*, aliud aliquid ſonant præter peccati mortalis carentiam, quis hoc non videt.

Sed amice, quid diſputamus? ſic deſipit homo iſte, vt audeat dicere, tunc hominem accedere cum magna reuerentia, quando ſine peccato mortali, & cum recto fine; ſi hoc aliquis dixit Sanctorum, ſi ex communi vſu illud ſic intelligitur, ſi cordatus quis illud reputat, loquendo vt dico communiter, & indiſcriminatim, valeat quod dicit; at ſi nullus vnquam pro magna reuerentia, & deuotione carentiam tantum peccati intellexit mortalis, ſi nullus Sanctorum illud protulit, quid nouarus iſte audet nouas, & putidas in Eccleſiam Dei inferre intelligentias, vt mulierculæ decipiantur peccatis oneratæ, & aliquibus vſus Sacramenti fiat emolumentum, & frequentia conſulatur panis diuini, vt ex deuotione mulierculariorum terrenum ipſi lucrentur?

Reſpondet ſecundo, de peccato mortali neceſſario eſſe Diu. Thomam intelligendum: nam cum dixit non vtile eſſe accipere quotidie Sacramentum niſi cum magna reuerentia, ſequeretur eſſe nociuum, quod ipſe putat blaſphemiam: nam vult ſemper ac Sacramentum ſine peccato mortali recipitur, ſit proficuum; non aduerrens homo minus cautus, quod & ſi quatenus recipitur in gratia ex opere peccato confert aliquem fructum ex alio capite, quatenus ex parte ſumentis indigne acceditur, & ſine deuotione, & reuerentia in infinitum homo decreſcit, vt mox probabimus, ſic vt lucrum nullius ſit reſpectu detrimenti conſiderationis, ex qua parte vere nocina dici poteſt, & inutilis, vt ait ſanctus, talis ſumptio, & frequentia.

Tandem vltimò frigidius, & ineptius reſpondet, quod ſi quis velit, vt omnino Diuu. Thom. intelligatur de vera reuerentia, & deuotione, hoc eſt de cautiore vita, tunc argumentatiue ſanctus intelligendus, ſic vt dicat, quod ſi cum magna deuotione quis accipere debet quotidie communicans Sacramentum, quanto magis erit inutile, & nociuum illud cum peccato mortali ſumere? ſed vnde illud iſte colligit, penitus ignoro, cum ſanctus affirmatiuè, clare, ſine tergiuerſatione affirmet inutile eſſe propter indiſpoſitionem corporis, & animæ aliquando quotidie Sacramentum ſumere, quia tales indiſpoſitiones impediunt magnam deuotionem; & non argumentatur ad hoc, vt quotidianam quis ſumat commmnionem ſufficere vt ſit ſine peccato mortali aut ſine peccato mortali quis exiſtere debeat, vt ad hoc inutiliter non accipiat Sacramentum; ſed quid immorer? videatur D. Thom in hac quæ. art. 7. vbi diſputat *an nocturna pollutio impedire debeat à ſumptione huius Sacramenti*, & ex his quæ ſanctus ibi affirmat, colligetur quàm immerito pro ſe hic ſanctum adduxit, & præcipuè in reſponſione ad quartum, vbi propriè contra illum ſtare videtur, vt infra.

Ex dictis reſponſionibus, interpretationibus, & effugiis poteſt lector intelligere cæteras eius allegationes Sanctorum, & eorum intelligentias eiuſdem prorſus eſſe farinæ; nobis autem ſufficiat ex doctrina Scripturæ, Conciliorum, Patrum, & Scholaſticorum contra quam hæc huius authoris opinio pugnat, probaſſe illam eſſe temerariam, vt pote contra communem omnium Doctorum ſententiam; quod autem ſcandaloſam, piarumque aurium offenſiuam ex rationibus mox conſtabit.

Digitized by Google

18. Qualis frequentia conſulenda.

ſcilicet ſic abſolutè conſiderata melius eſſe frequenter quàm raro communicare; at qualis illa debet eſſe frequentia? quanta ſcilicet, ſi quotidie, ſi ter in hebdomada, ſi bis, aut quater, & quibus conſulenda hoc opus, hic labor; *Quando ſederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita ſunt ante faciem tuam*, ait Salomon Prouerb 23. num. 1. *& statue cultrum gutturi tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam*; Quæ vltima verba cum prima de Sacramento multi accipiant patres, vt alibi diximus, aptè aliqui de diſcretione, & tẽperantia, qua ad hoc Sacramentũ accipiendũ accedere debemus, meritò ſentiunt, vt ſcilicet ſubtili penſemus indagine, ac veluti cultro ſubtiliſſime conſiderationis penſando recogitemus quando, & quantum comedere debemus, nec indiſcretè manum apponentes, ingurgitéque nos ſatiantes, plus quàm par comedentes, non nutritionem, ſed indigeſtionem hauriamus: nam, vt rectè Chryſoſt. hom. 28. 1. ad Cor. c. 11. ſuper illa verba; *Probet autem ſeipſum homo*, inquit, *ſi febre laboremus ſenſibili, non communicaremus mensa, ne perderemur, longè magis homo tangere nefas eſt, abſurdis cupiditatibus impedito, qui febribus graviores ſunt.* Egregiè, ex quibus verbis licet colligere neſcio an dicam frontoſitatem, vel inconſiderationem eorum, earumque qui heri toti in peccatis, qui nunc febre laborant cupiditatum, pretenſionum, ambitionis, occupationum, negotiorum, curarum, ac toti prorſus ſe inueniunt in mundi ſollicitudinibus, quia tamen, quotidie non peccant grauiter, ſic ſe dignos æſtimant, vt quotidie hoc tremendum nõ vereantur accipere Sacramentum, cum illud certum, ad talem frequentiam, & vt quotidie de cibo hoc Regio alamur, non quomodolibet iuſti, ſed ſancti eſſe debeamus.

Prou. 23. num. 1.

Salazar in hunc locum Prouerb. n. 20.

Chryſoſt.

19. Ad quotidianam cõmunionem ſanctitas requiritur.

Enimuerò Nabuchodonoſor Rex Daniel. 1. nis. pueris illis ſuis ex Hebræorum ſemine, quod in palatium introducere iuſſerat, annonam ex cibo menſæ regiæ conſtituit per ſingulos dies. *Et conſtituit Rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino vnde biberat ipſe*; vbi ponderandum ly *per ſingulos dies*, ſufficiebat quidem dicere conſtituiſſe annonam; at quia non hoc tantum intẽdebat Scriptura, ſed quandam ſingularem erga hos prouidentiam regalem; nempe vt penitus illa eis præſtarẽtur quæ ſibi, in nullo ab eo ipſi quo ad hoc diſcreti, eodem ſcilicet pane, eodemq; vino ac ipſe cibati, quaſi hanc ad amuſſim diuinam indigetans menſam in qua eodem diſcipuli cibati pane. quo ipſemet Chriſtus, ob hoc non ſcripturæ ſufficit dicere annonam, ſed addidit *per ſingulos dies*, curã, ſolicitudinẽ, amorem, ac benignitatem erga eos demonſtrans; at valde expendendum, quas conditiones requirebat in illis, qui ſic quotidie de cibo edere deberẽt regio, *Et ait Rex*, inquit Scriptura, *Aſphenez præpoſito eunnchorum, vt introduceret de filijs Iſraël, & de ſemine Regio, & tyrannorum pueros, in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in palatio Regis, vt doceret eos literas, & linguã Chaldæorũ* En quãta, & qualia, quamq; egregia, quæ, ſi moraliter intelligere, ac ad rem de qua agimus accõmodare vellemus, integrum profecto neceſſariũ opus nam percurrendo breuiter, qui quotidie ad hãc diuiniſſimã accedere præſumit menſam, primo

Daniel. 1. num. 5.

20. Quæ conditiones neceſſariæ ad quotidianã frequentationem.

ſemen in ſe habere debet Regium, magnum ſcilicet, ac altũ animũ, propè modumq; Regalem, quæ mundi etſi alta, & ſi grandia ſperneritẽ; ſecundò, nullam habere peccatorum maculã; tertiò, virtutum forma, ac gratia totũ ſplendeſcere, ac decorare; quartò, ſapientiã per diuinorũ contemplationem poſſidere, ſcientiã per ſanctas, ac pias meditationes, doctrinam per moralem, ac practicam omniũ virtutum exercitationem, & tandẽ vltimo tali fortitudine præditus per habitus virtutũ heroïcarũ, vt dignus eſtimetur continuè in palatio habitare regali, ſic adoptatus vt dignus inueniatur ad literas, linguamq; intelligere diuinã, hoc eſt Spiritus ſancti afflationes, inſtinctus, motiones, loquelas, adeo vt totus in diuina tranſlatus, propè modum non homo, ſed Angelus ſit, non ſolum bonus, ſed ſanctus, quod excellentiſſime põderauit Chryſ. hom. 17. in ep. ad Heb. ponderans morẽ illum antiquũ, quando ad communionem accedentes fideles, clamabat Diaconus eos aduocans *Sancta ſanctis, ac ſi diceret*, ait Chryſoſt. *ſi quis non eſt ſanctus, nõ accedat, non ſimpliciter dicit à peccatis mũdus, ſed ſanctus, ſanctos enim nõ mundatio à peccatis tantũ facit, ſed etiam præſentia ſpiritus, & bonorum operum opulentia*; quid clarius? & hunc eundẽ locũ, quẽ nos Danielis perſtringens, ſequitur; *Si enim Rex Babylonis ex captiuitate eligens iuuenes, honeſtos forma, & decoros facie elegit, multo magis, & nos adſtantes menſæ regali honeſtos ſpecie animæ eſſe oportet, ornatum habẽtes aureum, ſtolam mũdam, calceamenta regalia, vultum anima formoſum.* Nil melius, ſi enim tales ſumus accedamus quotidie; nam ob hoc talem Deus conſtituit menſã, hoc ſuum eſt deſiderium ſi vt peregrini hic deficimus, ſi ex eius abſentia triſtes, ſi de illo tantũ noſtra eſt cura cũ animo accedamus, imò ſic ipſe hoc expetit, vt ſi ſacerdos deeſſet, ipſe è cælis adueniret nos communicans; quod adnoto in illis duobus ſanctiſſimis diſcipulis Emmaüs properantibus Luc. 24. qui dũ peregrini, ac triſtes, de ipſo cõfabulabantur, eis ſe adiungẽs, ſic eorũ habitu, conuerſatione, triſtitia, ſermonibus ſibi complacuit, vt quia hoc Sacramento digni, cum nullus adeſſet ſacerdos, ipſe per ſe eos cõmunicauerit, corpuſq; ſuum tribuerit, vt multorũ patrum eſt ſententia, Hieron. Beda, Strabo, ac Chryſoſt. vti efficaciter probat Maldon. in hoc Marc. cap. at ſi non ſic, ſed è contrario non ſolum nõ ſancti, ſed nec vix boni, toti in rerũ mundi curis immerſi, ne quid peius dicam, qualis hæc impudentia?

Chryſoſt.

21. Sanctum quid conſtituit.

22. Chriſtus per ſe Sanctis communicaret, ſi alias Sacerdos non adeſſet. *Luc. 24.*

Hieron. Beda. Strabo. Chryſoſt. Maldon.

Imò vt pace ſpiritualium magiſtrorum, ac cõfeſſariorum dicam, neſcio an potius ipſorum hæc ſit culpa cõſulentium, quàm recipientiũ, ob quod adnoto ſcripturam dixiſſe Regem curã ſelectionis puerorũ *Aſphenez mandaſſe Præpoſito Eunuchorum*, nõ equidẽ cuilibet, ſed prepoſito, cui ſcilicet ex officio incũberet, vt illi ſoli eligerentur ad quotidie de cibo veſcendũ Regio, qui apti, & omnino idonei, vt ſi aliter in eius caput redũdaret vecordia, malaq; electio, indignos, ad menſæ regalis dignitatem quotidie admittens, *Non parua vobis imminet vltio*, aiebat Chryſoſt. hom. 85. in Matt. ſacerdotibus, *ſi quempiam culpæ conſcium huius menſæ participem eſſe concedatis, ſanguis eius de manibus veſtris exquiretur, ſiue quis dux militiæ ſit, ſiue præfectus, ſiue princeps diademate coronatus, indignè antè accedens prohibe, maiorem illo poteſtatẽ habes*; Quod proportionaliter & illis dicitur etiã ſacerdotib⁹, qui hos

23. Sacerdotum magnũ exit indicium illud, quotidianam cõmunionem indignis præbere.

Chryſoſt.

ſacratiſſimum Sacramentum audent quotidie illis præbere, qui indigni reperiuntur, vt quotidie communicent.

24. Oza ſacerdos occiſus quia ignorauit quod ignorare non debebat circa Arcæ venerationem. 1. *Reg.* 6. n. 8. *Theodor.*

Mirum quod ſic ſeuere Dominus Ozam ſacerdotem percuſſerit, vt morte eum mulctaret, quia plauſtro ferendam arcam commiſerit, vt Theodoret. vult. in 2. Reg. quæſt. 20. attamen è contra, etſi Philiſtim etiam in plauſtro eam impoſuerint, nullo modo puniti reperiũtur, 1. Reg. c. 6. n. 8. *Tolletiſque arcam Domini, & ponetis in plauſtro*, quæ huius cauſa differentiæ? ſane illa, quam ipſemet tradit Theodoretus, nempè Ozę, quia ſacerdoti ex officio incubuiſſe ſcire cui arcam imponenda, & tradenda, quod non alienigenis; hinc merito percuſſus, & occiſus, *Quia cum Deus*, inquit, *inſiſſet, vt ſacerdotes arcam ſuis humeris ferrent, præter legem eam tulit in plauſtro; hoc autem eum fefellit, quod ea ſic emiſſa ab alienigenis nemmi nocuit, ſed oportebat conſiderare, quod neque legem norant, neque aderant ſacerdotes, qui conuenienter legi eam portarent*; Nil aptius ad rem noſtram, quod ſæculares illud æſtument, atque conſulant reputantes dignè quotidie Sacramentum ſuſcipere, negotijs ſæcularibus diſtentus, ac implicatus, qui non ſacerdos, qui nec vitam degit ſpiritualem, qui totus in mundo, qui habitibus plenus ſordidis, certè hoc minus malum; at quod hoc Dei miniſtri, magiſtrique ſpirituales, qui vix heri aliqua à peccata ſurrexit, & hodie tantum quia ſuſpirat, quia illachrimatur, etſi tota in mundo, in delicijs, in malis habitibus, ſine vllo perfectionis deſiderio, ac ſtrictioris vitæ, primum præceptum, vt quotidie communicet, res equidem fœda, pœna digna, mea ſententia, grauiſſima.

25. Quotidie Sacramentum miniſtrare in domibus particularibus, & ibi quotidianũ exercere cõmunionem quam fœdum.

At quid, ſeu quale poſt modum illud, quando non ſolum quotidie communicare, ſed quod turpe eſt dicere, vt etſi in domibus, etſi in cubilibus, dicam quod vidi, quod audiui, etſi in ſtratis, eburneiſque lectulis, permittunt, vt ſic ſacroſanctum illud corpus ſuſcipiant, & quaſi non corpus eſſet Dei, ſed cuiuſlibet ipſimet adminiſtratores ſacroſanctam illam arcam in domum audent collocare Dagonis, collocare dixi; nam ſi ſemel, aut bis, & quaſi per tranſennam vt ſic dicam ex occaſione, ex neceſſitate, ex cauſa graui, minus hoc malum, & tolerabilis res, at quotidie, nonne hoc eſt ſacrarium Dei extra Eccleſiam, & in domo collocare Dagonis? qualis ergo ex hoc ira ſupra ipſos Dei; immo audeo dicere, & ſuper ipſos communicantes; ob hoc equidem adnoto illud, quod ſupra alio diſtentus dixi, arcam Philiſtinos etiam in aliis Phanis introduxiſſe, vt ſentit Baſil. orat. 3. de peccato, *Arcam*, inquit, *impiæ manus hinc, & hinc transferebant, & pro locis ſacris in fanis idolorum reponebant*, cum quo conſentit Theodoret. & Procop. attamen nunquam percuſſi; niſi quando in templum Dagonis, quæ huius cauſa? ſane quia in aliis templis per tranſennam, & ex neceſſitate; cum enim eam ducebant in Azotum, neceſſarium, vt dum iter agerent in aliquo reponerent loco, nullus illis aptior videbatur; quam Phanum Deorum ſuorum; hinc non percuſſi, nec ipſi, nec eorum Dij; at quando ex profeſſo, & vt quotidie in templo extaret Dagonis, tunc percuſſi, tunc occiſi, & ipſi, & eorum Deus.

Baſil. Theodor. Procopius

Dixi arcam introducere hos in Dagonis templum; nollem vt calumniæ hoc meum pateat dictum, quaſi tales Gentiles faciam, non Chriſtianos, abſit, bene tamen ſuperbos, irreuerentes, ac quaſi dijs adoratos, & quod flendum à Dei ſacerdotibus, à miniſtris Eccleſiæ, apud quos tales, quia alti, quia magni, quia potentes, quia principes veluti diuinitatem poſſiderent, abiecte, ac miſere adorant, omnia munda inundis; quid enim Dagon? cuius figura? equidem hominis, & piſcis, ſic Hieronym. Beda, Rabanus, alijque apud Mendozam hîc; cur piſcis, quia vt rectè idem author ex Cicerone, ac Scriptura, Siri diuinitatem piſcibus attribuebant; inde ab eorum eſu ſe abſtinebant, iuxta illud Ouidij 2. Faſtor.

26. Cur illos ſacerdotes facilius. *Hieron. Beda. Rabanus. Mẽdoza. Ouidius.*

Inde nefas ducunt genus hoc imponere menſis
Ne violent timidi piſcibus ora Siri.

Ergo Philiſtiim ideo arcam in domum Dagonis introduxerunt, vt quotidie apud eum diuerſaretur. quia etſi piſcis, etſi animal, tamen Deum reputabant, vt Deum adorabant, hinc multorum eſt ſententia, non ad arcam dehonorandam, ſed ſummopere colendam in domum introduxerunt Dagonis, at ipſi occiſi, & Dagon truncatus, tacebo-ne, an loquar? at ſi taceam lapides loquentur, Deus quotidie in domum introducitur idolorum, & hoc à Dei ſacerdotibus; ſi petis rationem, quia etſi piſces, etſi animalia, etſi toti in aquis ſubmerſi mundi cupiditatum, pretenſionum, negotiorum, ne quid peius dicam, tamen vt Dij habentur, & æſtimantur, reputantes non iniuriam ob hoc, ſed arcæ Sanctiſſimæ honorem afferre, non contumeliam, ſed reuerentiam, quid infeliciùs?

27. Vxorati à frequentia Sanctiſſimi non arcendi. *Nazianz.*

At his relictis, ſtabilimus pro certo frequentiam bonis, ſanctis, & qui totaliter Deo ſunt conſecrati concedendam, nec ab hac amandamus regula coniugatos, dummodo ſic viuant, Nonna ſanctiſſima mater Gregorij Nazianz. qui poſtquam admirabilem ſuæ matris reuerentiam erga Sanctiſſimum expreſſiſſet, dum *Veneranda menſæ*, ait, *nunquam terga obuerterit, neque in diuinum pauimentum expuerit*; atque eius frequentiam enarraſſet, qualem ob hoc vitam degeret exprimens, ſic ait: Rem enim ſuam domeſticam induſtria ſua ita auxit, quaſi pietatem colere neſciret; Deo autem, ac diuinis rebus ita ſe addixit, tanquam à rerum domeſticarum procuratione plurimum abeſſet, nec ab alterutro horum impedita eſt, quominus alterum impleret, tota in domeſticis, & tota in diuinis, ſic viuant coniugati, non diuiſi, ac partiti, & frequenter communicent, immo ſæpiſſime.

S. Thom.

28. S Thomæ opinio de frequentia Sanctiſſimi omnino ſequenda.

At quoties, ſine quæ frequentia vt plurimum conſulenda? breuiter tibi Sanctiſſimi Thomæ proponam ſententiam, ſic auream, ſic prudentem, vt vltra non ſit tibi inquirendum, neque mea ſententia quod alios conſulas authores, Sanctus enim 3. part. quæſt 80. art. 10. petens *Vtrum licet quotidie hoc Sacramentum ſumere*, in Corpore ſic reſoluit: *Dicendum quod circa hoc Sacramentum duo poſſunt conſiderari, vnum quidem ex parte ipſius Sacramenti, cuius virtus eſt hominibus ſalutaris, & ideo vtile eſt quotidie illud ſumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat; alio modo poteſt conſiderari ex parte ſumentis in quo requiritur, vt cum magna deue-*

tione, & reuerentia ad hoc Sacramentum accedat, & ideo ſi aliquis ſe quotidie ad hoc paratum A *inueniat, laudabile eſt, quod quotidie ſumat, ſed quia multoties in pluribus hominum, multa impedimenta huius deuotionis occurrunt propter corporis indiſpoſitionem, vel animæ, non eſt vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere, ſed quotieſcumque ſe ad illud homo inuenerit præparatum.* Quid prudentius? ſi virtus Sacramenti conſideretur, ſi hominis neceſſitas, verè quotidie eſſet ſumendum, at ſi deuotio, & reuerentia requiſita, ſi hæc quotidie adſit, quotidie recipiatur; at quia *in pluribus hominum*, quod notandum, ex corporum indiſpoſitione, vel animæ, multa impedimenta occurrunt, quæ aut reuerentiam, aut deuotionem minuunt, ſiue auferunt, non eſt vtile ait Sanctus quotidie illud ſumere. In quibus verbis B illud ponderandum inter deuotionis, & reuerentiæ impedimenta, corporis poſuiſſe, cum potius hoc contrarium deberet eſſe; tunc etiam videtur quod deuotius accedimus quando infirmamur, ſanè hoc quando viri infirmitas Sancti; at quando non Sancti, non perfecti, vnde deuotio? & ſecundò vide an Sanctus non intendat communionem excludere, quæ domi fit, quæ in ſtratis, vt dicebamus, cauſando corporis infirmitatem, ſiue aliud corporale impedimentum: nam ſecundum Sancti ſententiam ob reuerentiam tutius tunc abſtinere, quæ quando adeſt, ſimul cum deuotione, conſultius frequenter accedere: nam vt aiebat Ambroſ. de Sacramentis lib. 4. c. 6. *Si quotieſcumque effunditur ſanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo ſemper accipere, qui ſemper* C *pecco, debeo ſemper habere medicinam*; attamen hoc cum addito Auguſt. Ser. 28. de verbis Domini, ſcilicet *ſic vive, vt quotidie merearis accipere.*

DISPVTATIO IX.

Vtrum ad quotidianam Communionem ſufficiens ſit puritas tantum à peccatis mortalibus, & ſanius ſit conſilium vt ſic illam conſulere.

HAnc quæſtionem hîc non adducerem ex profeſſo; niſi perniciem, quam doctrina adduxit tradita à quodam neoterico Ioanne Sanctio in libro ſuarum diſputationum ſelectarum diſputat. 22. & deinceps, vidiſſem, homines enim multominus illo docti, eam ex Latino in vulgari tranſcribentes idiomate ſic ea mundum (vt ſic dicam) replerunt, vt nulla ſit vetula, nullus tam proſtitutæ vitæ, qui eam ignoret, ac proinde audax factus indecentiſſimè ad ſacroſanctum hoc audeat accedere myſterium; & licet tales vulgares libellos ſacroſancta Generalis Hiſpaniarum Inquiſitio meritiſſimè prohibuerit, & expreſſe in nouo ex purgatorio prohibiti inueniantur, tamen, quia vnde iſte eam hauſit adhuc præ manibus verſatur, ad honorem, & Sanctiſſimi decentiam meæ partis eſſe iudicaui, breuiùs quid ſentiam de illa dicere, & meum in hoc pandere ſenſum, eo vel maximè ne ex ſupradictis, quæ adduxi de frequentia huius Sanctiſſimi in eorum numero aliquis me haberi putet, ſed primò eius afferam ſententiam.

Ioan. Sanctius. D

1. Opinio Sanctij.

Opinio ergo Ioan. Sanctij dicta diſputat. 22. n. 7. eſt, non aliam requiri diſpoſitionem præter nullius criminis mortalis conſcientiam, ad communicandum quotidie, aut quod ob inanem gloriam non ſuſcipiatur Euchariſtia, aut tempore ſuſceptionis non aliud inſtet præceptũ implendum, quod frangi neceſſe ſit ob aſſumptam occupationem Euchariſtiæ ſuſcipiendæ; aut quod nullus prauus finis intercedat, quæ obſtacula cum non adſint, iuxta ſalubrius conſilium quis aget quotidie communicans, & n. 9. ampliat hoc, affirmans, ſanius conſilium communicare quotidie etiam cum diſtractione culpabili, & etiam *ſi aliud peccatum veniale ibi committat*, hæc in ſumma eius eſt ſententia fideliter relata eiuſdem prorſus verbis.

Probat illam authoritate, & ratione, authoritate Concilij Tridentini, & aliorum Conciliorum, item patrum Sanctiſſimorum, & ſcholaſticorum; tandem, vt diximus, ratione, quorum aliqua, quæ magis ad rem faciunt infra afferemus, dixi aliqua; nam omnia recenſere, pro nunc impoſſibile; ſed præmittendum primò in quo ſenſu eius intelligenda ſententia, ſiue ipſamet quæſtio.

2. Quo ſenſu quæſtio intelligenda.

Primò ergo, nullo modo quæſtio intelligenda ſimpliciter, ſcilicet an melius ſit quotidie communicare, an verò ex reuerentia raro, & non ita frequenter ſuppoſitis debitis circunſtantiis, cum nemo ſit mediocris literaturæ, qui illud neget, neque vnquam in controuerſia ſit poſitum, cum omnes conueniant (ſaltem quos ego viderim, & ſciam) melius, conſultius frequentiſſimè communicare ex charitate, quam ex reuerentia raro, vnde extra telam author belligerat reducendo quæſtionem ad frequentiam Sanctiſſimi, vt ſuam poſtea tueatur; ex quo fit vt tota eius ratio, & totum eius corruat fundamentum, cum aliud ſit dicere, vtrum conſultius ſit debitis ſuppoſitis circunſtantiis frequenter, an raro communicare; an ad quotidianam Communionem conſulendam ſufficiens ſit puritas tantum à peccatis mortalibus eo modo, quo ipſe intelligit, vt mox dicemus.

Secundò, nec quæſtio ſimiliter eſt intelligenda, an ſimpliciter loquendo; neceſſariò præter munditiam peccati mortalis alia diſpoſitio prærequiratur, ſic, vt ex eius carentia communio reddatur peccaminoſa graviter, & iudicium quis manducet, cum ſimiliter nec leuis tinctura theologus illud vnquam aſſeruit, nec vnquam Sancti in eo locuti ſunt ſenſu.

Tertiò, nec quæſtio ſimiliter intelligenda eſt de caſu extraordinario, quando prudens, & cordatus confeſſor illud iudicauerit ſingulariter, & cum aliquibus; aut quia ex circunſtantijs aliquibus videt in præcautionem peccatorum grauium illud neceſſarium, aut ad experientiam ſumendam, aut quando tentationum violentia quis præoccupatur, & ſimilia: nam nullus eſt qui hoc neget, & omnes prorſus Doctores hoc ad prudentem remittunt diſcretionem confeſſariorum.

Quæſtio ergo intelligenda, vt ipſe intelligit de peccatore habituato in peccatis mortalibus, qui actu per habitum, & ſi non actu in illis, qui nullum de venialibus curat remedium, & habi-

Digitized by Google

tualiter eſt in illis, nec virtualiter illis contradicit, vt pote ſunt prorſus omnes carnales homines, ſæculareſque, qui vitam non agentes ſpiritualem ſat putant mortalia præcauere, qui noctu fornicatur, & mane confitetur, vt planè ipſe affirmat diſputat. 23. n. 30. qui ob pollutionem voluntariam, vt ipſe ait, aut fornicationem eſt diſtractus, qui ad perfectionem nec anhelat, nec de ea curat, qui nullam orationem mentalem agnoſcit, qui totus in negotiis ſæcularibus eſt diſtractus, tandem, qui præter quotidianam Communionem nil amplius habet hominis ſpiritualis, vt peccatis noſtris hodie plurimam eorum, qui ſpirituales dicuntur hominum partem proſpicimus, & hoc non in aliquo ſingulari caſu, nec cum aliquibus, ſed regulariter, & cum omnibus ſolutis, & non ſolutis, diſtractis, & non diſtractis, ſic vt indiſcriminatim quilibet, & quod amplius ex ſe ſuo iudicio, immo (ſi Deus vult) & contra illud proprij confeſſoris, poteſt, immo conſultius erit, vt quotidie communicet, ſemper ac ſe ſine conſcientia reperit peccati mortalis, ita vt in eius ſententia immediatè poſt quodlibet peccatum fornicationis, adulterij, ſacrilegij, aut ſodomiæ, ſiue beſtialitatis, dummodo quis confitearur conſultiùs erit, illico ad Sanctiſſimum accedere, & hoc non viribus ſpiritualibus, ſed purè carnalibus, ſic vt quidam eius diſcipulus hac doctrina imbutus, militi diſtractiſſimo, qui ei confeſſus generaliter & non pauca, nec parua peccata, pro pœnitentia impoſuerit, vt Sanctiſſimum per octo continuos acciperet dies, ab ipſomet cum riſu accepta, poſtquam ad genium rediens cum ioco illud referebat, quam ſententiam ſic latè refertam ſi omnia quæ ipſe affirmat à dicta diſputatione 22. vſque ad 53. etſi mauis vſque ad 42. in vnum colligas, aſpicies nos illi nil imponere, immo ex ea diminuere.

Hanc ſententiam (pace eius, & omnium qui eam ſequuntur) non exiſtimo ſententiam, ſed puram temeritatem, itaque meo iudicio omnino temerariam eam iudico, ſcandaloſam, piarumque aurium offenſiuam. Singula probabo, ſi prius meum explicem ſenſum.

3. Duplex dignitas poteſt cõſiderari in ordine ad receptionem Sãctiſſimi.

Suppono ergo duplicem nos poſſe dignitatem ad ſuſcipiendum Sanctiſſimum conſiderare, vnam negatiuam, vt ſic dicam, alteram poſitiuam; negatiuam quæ tantum peccata neget mortalia; poſitiuam quæ non ſolum mortalia, ſed venialia, addatque virtutum actus, & ſimiliter, vt ait Sanctus Doctor 3. part. quæſt. 80. art. 7. impedimẽta ad Sanctiſſimi receptionem duplicia eſſe poſſunt, aut neceſſaria; cum quibus communicare ſit peccatum mortale; aut ex congruentia, cum quibus indecens: primi generis ſunt peccata mortalia; ſecundi venialia, quibus ſuppoſitis.

4. Authoris cenſura aliarum opinionis.

Dico affirmare ad quotidianam ſumptionem Sanctiſſimi conſultiùs eſſe illam conſulere, ac præcipere reputando ſufficientem condignitatem ad hoc, ſolam carentiam mortalium, etiam ſi adſint venialia ex genere, & habitualiter, & etiam ſi concomitanter committantur, vt pote notabilis diſtractio, negligentia, aut irreuerentia, & inſuper conſulere illud generatim, omnibus, & ſingulis, ſine delectu, & prudentiali motiuo, diſpenſando cum aliquibus, de quo non loquimur, ſed tantum de eo quod diximus, quæ propriè eſt opinio authoris, vt ex infinitis, quæ ille adducit manifeſtum fit, dico hanc opinionem vt ſic eſſe temerariam, ſcandaloſam, piarumque aurium offenſiuam, quæ omnia conſtabunt ſi ſemel probauero illam eſſe contra ſenſum Scripturæ, Conciliorum, Patrum, Scholaſticorum, & contra ipſam rationem; mecum ſic ſentit Pater Salatar. in libro quem vulgari idiomate ſcripſit de frequentia ſacræ Communionis cap. 7. n. 1. licet nolit in ſenſu, quo dixi authorem locutum, & ſimul, qui eam deffendunt, ſed ad quid? cum tam clara ſint, quæ affirmat, vt prorſus nullam patiantur interpretationem, cum non ſolum illud affirmet, ſed totis viribus ſatagit obiectiones ſoluere eiuſdem Salazaris, licet infeliciſſimè; ſed ad ſingula.

Primum, quod ſit contra ſcripturæ ſenſum, manifeſtè probatur ex prima ad Corinth. c. 11. n. 27. ex illis verbis, *Itaque quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini.* In quo loco, ſemper ac ego probauero indignitatem ex ſenſu patrum, Apoſtolum non ſolum intellexiſſe mortalium, ſed etiam venialium, proportionaliter tamen, apertè tibi demonſtrabo illam opinionem contra ſenſum eſſe Scripturæ; pro qua re *1. ad Cor. 11. n. 27.*

Adnoto in illo capite, vt ex Chryſoſt. Theophylacto, cæteriſque Pauli expoſitoribus patet, duo Paulum Corinthiis improbare; primum, indecentiam ſcilicet fœminarum in Eccleſia, quæ aperto capite, & ſine velamine in Eccleſia ſtabãt; & ſecundum, indecentẽ ſumptionẽ Euchariſtiæ, dum ad eam diſcordes, & intemperanter accedebant, vnde n. 20. ait: *Conuenientibus autem vobis in vnum*, hoc eſt in Eccleſiam, *iam non eſt Dominicam Cœnam manducare*; quorum verborum ſenſus verus eſt ille Anſelmi, Chryſoſt. & Theophylacti, nempè quando conuenitis ad vos communicandum, ſacratiſſimamque ſumendam Euchariſtiam, ſic conuenitis, vt potius ſit non ad Domini Cœnam, ſed ad veſtram manducandam, ſic vos intemperanter, ſic indecenter geritis, quod vt plenius ſciatur. *Chryſoſt. Theophyl.* *Anſelm. Chryſoſt. Theophyl.*

Adnotandum ex Sozomeno lib. 7. hiſtor. c. 29. à quo Cornel. exterique, antiqui Chriſtiani tempore Apoſtoli, & deinceps per multa ſæcula, cum vſque ad illa Sozomeni, qui vixit anno Domini 440. perdurauit mos, quod idẽ indicat Concil. Carthaginenſ. 3. c. 29. ad imitationem Chriſti, qui in inſtitutione Sãctiſſimi prius Cœnam fecit vſualem, & communem, ante Sanctiſſimi ſumptionem communem etiam Cœnam omnibus Chriſtianis inſtituebant tam pauperibus, quam diuitibus, idque ad mutuæ, & Chriſtianæ charitatis ſymbolum, qui mos, etſi Sanctiſſimus in principio, & ſanctiſſimi ſimul vterentur Chriſtiani, paret ſcilicet, ſobriè, decenter, modeſtè, ac totus in ordine ad charitatem, & pauperum refrigerium, ob quod & *Agapè* nuncupabatur tale conuiuium, quod eſt *Charitas*; multiplicatis Chriſtianis, & creſcente Eccleſia, & hominibus diuitibus ad fidem conuerſis, traductus eſt in abuſum, in crapulam, in luxum, immo & in proprietatem, ſic vt pauperes excluderentur, quem abuſum reprehendens Apoſtolus, vt pote Sanctiſſimæ, & Dei Eccleſiæ indecentiſſimum, ſequens ait: *Nunquid domos nõ habetis ad manducandum, & bibendum, aut* *Sozomen. Cornel.*

5. Antiquorũ Chriſtianorum mos Euchariſtiam ſumendi.

Eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Hoc eſt pauperes, & inopes; poſt quæ de inſtitutione Sanctiſſimi tractans, vt ad indecentiam, quam in illud exercebant, deueniret, ait: *Ego enim accepi à Domino*, &c. poſt quæ addit: *itaque quicumque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini*; ſi quæ prius reprehenderat Paulus attendes, reperies, ipſum indignitatem intelligere, luxum, & crapulam, ante Sanctiſſimi ſumptionem, quam ſi verè, & ſincere expendere velimus, etſi in aliquibus poterat eſſe peccatum graue, tamen vt plurimum non niſi veniale: nam aliàs, & cœnæ, & conuiuia quæ nunc fiunt in feſtis Sanctiſſimi lautiſſima, & qui in illis conuiuantur, omnes peccabunt mortaliter; tolle ebrietatem ab illis, ego non video vnde peccatum mortale communiter? ergo ſecundum verum, germanum, & literalem ſenſum Apoſtoli, ly *indignitas*, etſi extendatur ad peccata mortalia, quatenus aliqui ipſorum ex ebrietate illud committebant, tamen vt plurimum, & in plurimis non erat niſi peccatum veniale tum ex inordinata commeſtione, tum maximè ex indecentia Sanctiſſimi, qui erat finis, & motiuum reprehenſionis Apoſtoli, ob quod ſequens ait: *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.*

A

At quid per *probet*? Sanchez ait; an ſit in ſtatu peccati mortalis, vnde probatio ſecundum Apoſtolũ vult, vt tantum intelligatur de peccatis mortalibus, & non de venialibus; ad quod probandum adducit Concilium Tridentinum, cuius authoritate putat ſe contra omnes ſtare; ſed de Concilio infrà, vbi probabimus ipſum non verum aſſecutum Concilij ſenſum: nunc ex patribus probabimus, non ſolum probationem intellexiſſe Apoſtolum mortalium, ſed etiam venialium.

6. Apoſtolus quando dixit probet ſeipſum homo an de ſolis mortalibus illud intellexit.

Chryſoſt. Primò Chryſoſt. in hunc locum probationem intelligit, vt ſcilicet probet ſeipſum homo an ex vſu, & conſuetudine accedit, an ex deuotione, & ex feruore charitatis; profecto ex vſu, & conſuetudine accedere non eſt niſi peccatum veniale, audiamus Chryſoſt. *Probet autem ſeipſum homo, non ſicut nos facimus, qui tempore moti magis accedimus, quam ſtudio animi, non enim eo ſpectamus, vt accedamus parati, & malis noſtris expiatis, & pleni compunctione, ſed in diebus feſtis, & quando omnes accedunt; ſed non ſic iuſſit Paulus, ſed vnum nouit tempus aditus, & communionis puritatem conſcientiæ* & ne aliquis putet puritatem conſcientiæ carentiam ſolam peccati mortalis intellexiſſe Chryſoſt. audi ipſum, qui paulo poſt ſe explicans ait: *Nefas eſt enim hanc menſam tangere cum malis cupiditatibus; quando autem dico pranas cupiditates, & corporum dico cupiditates, & pecuniarum, & iræ, & odij, & acceptæ iniuriæ recordationis, & omnes, vt ſemel dicam, pranas*; Et quia adhuc locus relinquebatur per has cupiditates mortales intelligere, ſequens ait: *Et oportet enim qui accedit his omnibus exhauſtis ita illud mundum tangere ſacrificium, & neque ſegniter, & miſere affectum*, ſigna verba, *neceſſe habere propter diem feſtum accedere, neque rurſus compunctum, & paratum prohiberi, propterea quod non ſit dies feſtus.* Ergo ſecundum Chryſoſt. probatio vult vt ſit non ſolum de peccatis actualibus, ſed de malis habitibus, & an ex conſuetudine accedat, an abſque ſegnitie, an quia dies eſt feſtus, & omnes accedunt, cum tunc cuilibet dies erit feſtus quando erit paratus, vnde ſi quotidie paratus, quotidie accedat; at quæ ſecundum Chryſoſt. hæc præparatio ſic feſtiua, vt quotidie debeat accedere? & qui talis dies feſtus? audi ipſum; *Dies enim feſtus eſt bonorum operum oſtenſio, & pietas animæ, & vita rectè inſtituta, etſi hæc habeas poteris ſemper feſtum agere, & ſemper accedere.* Quid clariùs? ex quibus omnibus ex Chryſoſt. hæc educes; primò, ſecundum ipſum Paulum per probationem non ſolum intellexiſſe eam tantum quæ eſt mortalium, ſed venialium; ſecundò, contra Sanchez diſput. 24. indignè accedere, qui ex conſuetudine accedit ad communicandum, quod abſque B ratione illud negat, etſi Deus vult, ex Diuo Thoma educere procurat ſuam falſam opinionem, vt infrà; & tertiò tandem, contra eundem qualis debeat eſſe vita eorum, qui quotidie cõmunicare debeant, habere ſcilicet ſecundum Chryſoſt. bonorum operum oſtenſionem, non malorum, vt vult nouus iſte author, pietatem animæ, & inſuper vitam bene inſtituram, non laſciuientem, & petulantem; Cyprianus item *Cyprian.* de lapſis *indignitatem* etiam de peccatis intelligit venialibus, cuius grauiſſima verba infrà commodiùs referemus, quem etiam pro hac noſtra opinione adducit Comel. in hunc Pauli *Cornel.* locum n. 185.

Sed audi Sanctiſſimum Greg. in c. 2. lib. 1. *S. Gregor.* Reg. ſuper illa verba: *Repleti prius pro panibus ſe locauerunt, & famelici ſaturati ſunt*, in ſecunda expoſitione; vbi hæc intelligens de Sacramento altaris, & de malis ſacerdotibus, quaſi præcauens ne quis eum intelligeret de peccatis tantum mortalibus, ſic ait: *Et quia ſine peccato electi etiam viri eſſe non poſſunt, quid reſtat niſi vt à peccatis quibus eos humana fragilitas maculare non deſinit, euacuari quotidie conentur; nam qui quotidie non exhaurit, quod delinquit, etſi minima ſunt peccata quæ congerit, paulatim anima repletur, atque ei merito auferunt fructum interna ſaturitatis, hac repletione*, ſigna verbum, *nos euacuare Paulus inſinuans*, ait, *probet ſeipſum homo*; quid clariùs? vbi habes indignitatem intelligere Sanctum illam, quæ eſt peccatorum venialium, & ſimul per probationem, quam ſubſequitur Apoſtolus, non ſolum intelligi debere probationem mortalium, ſed venialium, & hunc eſſe Sanctorum ſenſum, immo & ſanctiſſimi Concilij Tridentini, vt infrà dicemus, quem malè intellexit Author, & intelligunt cum illo contrarij. Ad Diu. Gregor. adnecte Auguſtinum, relatum à Diu. Thom. Opuſc. 58. c. 16. quem nos ſuprà adduximus, Homil. 82. n. 6. cuius tremenda verba & ſenſum ibi videre poteris.

C

D

Sanctus Thom. item de peccatis venialibus etiam locum interpretatur Apoſtoli, vnde explicans quot modis aliquis indignè ſumit hoc Sanctiſſimum, ſic ait: *Secundo, ex hoc quod aliquis non deuota mente accedit ad Euchariſtiam, quæ quidem indeuotio quandoque eſt veniale, puta cum aliquis diſtracta mente ad ſecularia negotia, accedit ad hoc Sacramentum habitualiter retinens debitam reuerem-* *S. Thom.*

Digitize

tiam ad ipſum. Quid clariùs? ergo ſecundum Diu. Thomam, alioſque patres ſenſus Apoſtoli A non ſolum eſt de indignitate mortali, ſed etiam veniali, & indignus etiam dicetur, qui cum venialibus habitualibus, & ex genere vt dicunt, & cum vecordia, ac ſegnitie accedit; ex quo fit vt probatio Apoſtoli quando ſubdit, *probet autem ſeipſum homo*, non ſolum intelligenda de peccatis mortalibus, ſed venialibus, à quibus quantum fieri poteſt, mundus quis accedere debet ad ſacratiſſimam Communionem; ſed cum hoc diſcrimine, vt probatio mortalium ſupponat regulariter ſacramentalem confeſſionem, quando copia adeſt confeſſariorum; venialium verò lachrymas, & orationem: & vt videas hoc non meum eſſe commentum, ſed Sanctiſſimi Thomæ, & Sanctorum, audi quid ipſe ſequens addit: *Tertio* B *modo dicitur aliquis indignus ex eo quod cum voluntate peccandi accedit ad Euchariſtiam, quæ tamen tollitur per pœnitentiam, per contritionem quidem, & per confeſſionem, & ſatisfactionem in neceſſitate quidem, puta quando aliquis copiam confeſſionis habere non poteſt, ſufficit contritio; regulariter autem debet confeſſio præcedere cum aliqua ſatisfactione, vnde lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus c. 53. dicitur, communicaturus ſatisfaciat lachrymis, & orationibus, & confidens de Domino mundus accedat ad Euchariſtiam, intrepidus, & ſecurus, ſed hoc de illo dico, quem capitalia peccata, & mortalia non grauant*, attende ſingula: *nam quem mortalia crimina poſt baptiſmum commiſſa premunt, hortor prius publica pœnitentia, hoc eſt Sacramentali ſatisfacere, & ita* C *ſacerdotis iudicio reconciliatum communioni ſociari, ſi non vult ad condemnationem Euchariſtiam ſumere.* Ergo dogma eſt Eccleſiaſticum, vt non ſolum quis purus mortalium accedat, ſed venialium, & hæc quod expientur per lachrymas, & orationem; Ergo ſecundum dogma Eccleſiaſticum à Diu. Thom. receptum ante Euchariſtiæ ſumptionem de venialibus debemus nos probare, examinare, diſcutere ad hoc, vt non indignè ſecundum Apoſtoli ſenſum accedamus; ex quo fit, vt probatio ſecundum Apoſtolum non ſolum intelligenda ſit de mortalibus, ſed de venialibus.

Bonauēt. Ad Diuum Thomam adnecte Bonauent. Opuſculor. tom. 1. de præparatione ad Miſſam c. 5. cuius verba ſic clara, vt nullam patiantur tergiuerſationem; *Tertiò proba te ipſum*, ait, *ex quanta charitate, & quali feruore accedis; non ſolum enim mortalia vitanda ſunt, ſed etiam venialia, per negligentiam, & otium multiplicata, & etiam per inconſiderationem, & per diſtractionem diſſoluta vita, & male conſuetudinis.* Quæ verba ponderanda; nam non ſolum Sanctus vult, vt mundus quis accedat à venialibus ex genere, vt dicunt, ſed etiam ex ſubreptione quoad fieri poteſt, cuius rationem reddens ſubdit: *Nam licet non occidant animam, tamen reddunt hominem tepidum, grauem, & obnubilatum, & indiſpoſitum, & ineptum ad celebrandum*; Quid clarius contra Sanchez? quapropter concludens, ſequitur: *Ideo caue ne nimis tepidus, & inordinatus accedas, & inconſideratus, quia indignè ſumis ſi non accedis reuerenter, circumſpecte, & conſiderate, vnde Apoſtol. iudicium ſibi manducat, & bibit*; & quale hoc intelligat Apoſtoli iudicium, Bonauent. ſequens explicat, *quod aperiùs inſinuat*, Apoſtol. nempè, cum ſubdit dicens, *ideo inter vos multi imbecilles, ſcilicet per fidei inconſtantiam, & infirmi, id eſt grani peccato ſauciati, & dormiunt multi, ſcilicet per torporem, & deſidiam.* O terribilis Bonauent. explicatio, Sanctiſſimi verborum Apoſtoli! ergo ſecundum Apoſtol. in ſenſu Bonauent qui indignè accedit, hoc eſt cum peccatis venialibus habitualibus, & ex genere nullo delectu, nulla deuotione, nulla circumſpectione, *iudicium manducat*, non quia nouum committat peccatum, ſed quia iuſto Dei iudicio in pœnam talis irreuerentis ſumptionis meretur forſitan in fide vacillare, in gratia incidere peccata, & dormire per deſidiam, & torporem, ſic vt ignis ille diuinus, qui ex ſe potens eſt dignè acceptus totum te inflammare; ob indignam ſumptionem, obque tua demerita, non ſit reſpectu tui ignis, ſed nix, ſed gelu, dum iuſto Dei iudicio frigidior poſt, ac ante ſumptionem eris, & in dies non te ardentiorem, ſed tepidiorem inuenies, quod experientia & videmus, & palpamus: vade nunc & contra Bonauent. aude muſſitare, illoque derelicto, neſcio quem ſequi nullo probabili fundamento, nulla cordata ratione.

7. Indignæ ſumptionis cum peccatis ſcilicet venialibus terribiles effectus mali.

Immo ampliùs quid dico, quod etſi ſenſus ſit literalis, probationem ibi intelligēdam de mortalibus, tamen æque literalis immo potior eſt, vt intelligatur de venialibus, pro qua re.

Supponoex Diu. Thom. 1-part quæſt. 1. art. 10. & quæſt. 4. de potentia art. 1. & in 2. diſtinct. 12. art. 2. ad ſeptimum, Caſtro lib. 1. contra hæreſes, Abulenſ. in c. 13. Math. quæſt. 18 & aliis, ac communiter, vnum Sacræ Scripturæ locum plures poſſe habere ſenſus literales, quo ſuppoſito dico, quod etſi literalis ſenſus verborum Apoſtoli ſit, vt probatio intelligatur de mortalibus æque literalis, immo potior vt de venialibus, quod apertiſſimè colligitur tum ex peccato quod reprehendit, quod erat immoderantia conuiuiorum, quæ vt plurimum non erat niſi peccatum veniale, tum ex pœna, quam affert, quæ tota eſt temporalis, non æterna, vnde ait: *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* In quo loco Hugo Cardinal. *Oſtendit pœnam indigrè ſumentis, infirmi febribus, & aliis morbis, imbecilles languoribus, &* D *dormiunt, id eſt moriuntur, vnde in Paſchali tempore ſolent accedere peſtes, propter quod cantatur tunc in hymno, ab omni mortis impetu tuum defende populum.* In quibus Hugonis verbis duo habes; primum, omnes pœnas eſſe corporales; & ſecundum, ipſum etiam intelligere indignitatem venialem, dum affirmat peſtes accedere in Paſchate, quando omnes communicant, & quidem poſt confeſſionem, vnde præſumuntur abſque peccato mortali; & quaſi opinionem huius authoris, & reliquorum qui eum ſequuntur præuidiſſet, probat illud exemplo Oza, qui mortuum affirmat ſecundum multorum opinionem, quia arcam auſus eſt attingere, dum cum vxore concubuerat eadem nocte, qui actus ad ſummum quando excedit modum, peccatum eſt veniale, poſt quæ ſic ait: *Quid ergo de eis, qui non arcam, ſed corpus Domini*

S. Thom. Caſtro. Abulenſ.

8. Apoſtoli ſenſus potior de venialibus, & ſi etiam de mortalibus

Hugo. Cardin.

9. Peſtes in Paſchate, cur ſoleant accidere.

non ſolum vident indignè, ſed ſumunt, & tractant, & conficiunt, poſt quam nocte eadem concubuerunt non cum vxoribus, ſed cum fornicariis. Certè noſter author diceret, quod cælum verſus aduolarent; at ego potius cum Hugone exiſtimo vt infernũ deorſum dire in pœnis cruciandi Purgatorij.

At videamus, quid Sanchez cum reliquis aduerſarijs reſpondeat: dicit ergo dicta diſputat. 22 n. 39. nullo modo verba Apoſtoli intelligenda, niſi de indignitate mortali tantum, & ſimul quod ſic illa intellexit Concil. Trident. ſeſſ. 13. c. 7. vnde affirmat, ſi Deus vult; temeritatem eſſe ad indignitatem venialem verba extendere Apoſtoli, cum nullus Sanctorum, neque Scholaſticorum ſic Apoſtolum intellexit, in quo, vt ex ſupradictis patribus, quos adduximus patet ipſum nullum vidiſſe, & ſic ei parcendum, quatenus minus in illis verſatus; ſed attendamus, quomodo ſuum probat aſſertum.

10. Diligentia in excidi-

Primò ait, quia licet ipſe inficias in peccato veniali communicantem dignè ſumere; tamen hoc elici non ex ſenſu Apoſtoli, ſed ex principiis Theologicis; & quod non ſit ex ſenſu Apoſtoli probat, quia Paulus affirmat ideo iudicium manducare, qui indignè ſumit, quatenus qui ſic, non *diiudicat corpus Domini*, ſed commune illud cum cæteris facit; at qui ſine mortalibus accedit, dum purus ab illis ſatagit accedere, equidem corpus Domini diiudicat; nam communem panem non dubitat cum peccatis mortalibus edere, ſicut dubitat, & recuſat corpus Domini; ergo diiudicat, & ſic non facit contra Apoſtoli ſenſum.

Si hic author legiſſet Diu. Thom. in hunc Pauli locum, ſi Gloſam, alioſque authores, intellexiſſet duplicem eſſe indignitatem, venialem vnam, mortalem alteram, *quadam indenotio*, ait Sanctus Doctor, *eſt peccatum mortale, quæ ſcilicet cum contemptu huius Sacramenti*; quædam venialis, vt ſuprà dixerat, immo ipſemet ſic fateri cogitur, dum admittit indignè accedere, qui cũ veniali; ſi ergo duplex eſt indignitas, cur non duplex erit corporis Domini diiudicatio; & intelligere Apoſtolum, & illum non diiudicare corpus Domini, qui cũ mortali accedit, & illũ, qui cum veniali, diuerſimode tamen, vnde illud eruit? aut hanc negatiuam qua authoritate fulcit? certè nulla, ideoque & nullius inſtantia eſt conſiderationis, neque exemplum; nam etſi à pane communi diiudicat, tamen ea diiudicatione, quæ neceſſaria niſi velit cum peccato communicare, non tamen ea, quam conſulebat Apoſtolus, & quam Sancti intelligunt.

At venio ad Tridentinum, ad quod antequam reſpondeam, nolo ex ipſomet illum ingulare; qua propter.

11. Probatur contra Tridentinum ex Concilio eſſe ſupradictam opinionem. *Concil. Trident.*

Sit ſecundum argumentum, contra Sanctiſſimum Concilium eius eſſe opinionem. Candidum ſupplico lectorem, vt æqua lance rationum momenta penſitans, quantum hic author (alioquin pius) in hoc aſſerto cæcutierit, & plenè delirauit attendat; verba Concilij, quæ affert ſunt ex Seſſ. 13. c. 7. cuius titulus: *De præparatione qua adhibenda eſt, vt dignè quis Sacram Euchariſtiam percipiat.* Primum ergo, quod hic pondero eſt, qualis iudicij eſt homo ille, qui dum aſpicit ſacrum Concilium agere de præparatione digna ad Euchariſtiam velit, vt tantum illam reſtringat ad peccatorum mortalium munditiem, & quod nullo modo aliter verba intelligenda ſint Apoſtoli; nonne hoc merum eſt delirium? & vt quam longè ſit à Concilij mente, addam Concil. verba, quæ talia: *Si non decet ad ſacras vllas functiones quempiam accedere, niſi ſancte, certè quo magis ſanctitas, & diuinitas huius Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt, eo diligentius cauere debet, ne abſque magna reuerentia, & ſanctitate ad id percipiendum accedat, præſertim cum illa plena formidinis verba apud Apoſtolum legamus, qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Dic mihi quæſo, qui magnam quærit in accipiente reuerentiam, qui ſanctitatem, qui admonet, vt quo magis dignitatem quis callet huius Sacramenti, eo ampliùs caueat non, vt non dignè accedat, ſed ne ſine magna reuerentia, ac ſanctitate, eſt ne poſſibile, vt quis autumet Concilium in his nil aliud petere niſi mortalium carentiam? ergo cum hoc nemo dicat cordatus, & ſine temeritate dici non poſſit, veriſſimè aſſerendum quod Concilium in his verbis illam puritatem petat, quæ ſit ſumma, hoc eſt non ſolum mortalium, ſed venialium: nam hæc in omnium Doctorum ſententia eſt ſancte ſancta accipere; at videamus ſequentia quæ animaduertit author, ſequitur ergo Concilium: *Quare communicare volenti remouendum eſt in memoriam eius præceptum, probet ſeipſum homo; Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramentali confeſſione ad Sacram Euchariſtiam accedere debeat.* Ex quibus verbis tale author conficit argumentum, Concilium declarat, immunem fore à formidandis verbis Pauli eum, qui cum mundicia à peccato mortali accedit, & è contra incidere in ea edentem cum mortali; ergo Concilium ſolum verba Pauli reſtringit ad edẽtem cum peccato mortali, aliàs verum non eſſet, quod Concilium dicit illum ſolum iudicium manducare, qui cum mortali manducat.

Sed primò vellem hic author, nobis diceret vnde talem ſumpſit Concilij intelligentiam, ſi aliqua adeſt Sanctorum Cardinalium declaratio; nam nec verbum ego in illo reperio, Concilium ſcilicet affirmare illum ſolum iudicium manducare, qui cum peccato accedit mortali; ſed tantum quod Concilium affirmat, eſt, qualis probatio neceſſaria ante ſumptionem, quod eius erat intentum, & quod nouus iſte author non eſt aſſecutus, vnde neſcio an ignoranter, an malitioſè prætermiſerit illa verba Concilij, *quantumuis ſibi contritus*, ex quibus conſtat, quid tunc intendebat Concilium; pro cuius intelligentia.

12. Vera Concilij Tridentini mens Pauli loci: probet autem ſe ipſum homo.

Notandum ante Concilium multorum fuiſſe opinionem ad dignam ſumptionem Sacraméti ſufficere contritionem cum voto Sacramentalis confeſſionis, & ſufficientem per contritionẽ eſſe probationem; hanc opinionem refutans Concilium à Spiritu Sancto illuſtratum, ex ipſomet Pauli loco eruit Sacramentalem confeſſionem, declarans de fide eſſe, quando adeſt copia confeſſionis non ſufficere probationem

per

per contritionis actum, sed necessariam esse confessionem sacramentalem, vnde ait: *Probet autem seipsum homo, Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius peccati mortalis quantumuis sibi contritus videatur.* Quæ verba acutus noster Doctor reliquit; nam exillis se iugulat, cum manifestissime appareat, nõ esse Concilij intentum probationem Apostoli restringere ad mortalia tantum, sed postquam affirmauit cum magna reuerentia, ac sanctitate debere quempiam accedere, ad maiorem restrictionem, & non relaxationem, vt male author declarauit, per probationem, non solum Apostolum intellexisse eam, quæ fit per contritionis actum, sed quæ per Sacramentalem confessionem, vt sic omnimode sanctissimè, & cum omni reuerentia quis accederet, vnde ergo quæso illud quod elicit author?

Ex dictis duo clarissimè elucent, primum, authorem nõ assecutum mentẽ Concilij, & Concilium probationem non ad solam mortalium restrinxisse; & secundum, manifestissime suam opinionem contra sanctissimum esse Concilium, dum sic indigne, ac pollutè vult, vt quis ad Sacramentum accedat, in quo est equidem ipse admirabilis, vt ex veritate conuictus confiteatur talem indigne accedere; *& quamuis*, ait, *non inficiamur indigne Eucharistiam sumere illum, qui delinquit venialiter*; tamen audet indiscriminatim talem sumptionem consulere, prope dicam, tunc quando hæc scripsit Christi maiestatis, ac altitudinis penitus oblitus; in quo certè, vt verum fatear nescio an sanctissimo Concilio iniuriam intulerit dum vult, vt tantum omnimodam illam dicat præparationem, quæ tantum consistat in munditie peccati mortalis, cum nemo cordatus illud affirmauerit, quantominus sacrosanctum, ac Oecumenicum Concilium.

Sed accedamus ad alia, vt clare prospiciatur contra Concilia talem esse opinionem, Cabilonens. Concilium, quod habetur 3. tom. Concilium, sub Carolo-Magno celebratum; quasi hanc opinionem prorsus deludens de perceptione sanctissimi sic c. 46. mandat: *In perceptione corporis, & sanguinis Domini magna discretio habenda est; cauendum est enim ne si nimiũ in longum differatur ad perniciem animæ pertineat dicente Domino, nisi manducaueritis, &c. si verò indiscretè*, signa verba, *accipiatur timendum est illud, quod ait Apostolus, qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit: iuxta eiusdem ergo Apostoli documentum probare se debet homo, & sic de pane illo manducare, & de Calice bibere, vt videlicet abstinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificãs corpus, animamque suam præparet se ad percipiendũ tantum sacramentum exemplo Danid, qui nisi se fassus fuisset abstinuisse ab opere coniugali ab hesterni, & nudius tertius panes propositionis nequaquam à Sacerdote accepisset*; Quid amplius cõtra aduersariorum opinionem; ex quibus verbis Concilij, non solũ contra authorem habes modum præparationis, sed intelligentiam verborũ Apostoli, scilicet per probationem non solum actus intellexisse Apostolum pœnitentiæ, sed etiã bonorũ operũ, puritatem scilicet animæ, & corporis, & abstinentiam per aliquot dies ab operibus carnis; quid diceret Concilium si intellexisset aliquem eius esse opinionis, vt immediate post formicationem, siue adulterium consultius esse diceret post Sacramentalem cõfessionem statim communicare? credo equidem quod ipsum anathematizasset; huc refero omnia illa Concilia, quæ vt vult Enrriquez lib. 8. de Eucharistia c. 51. facultatem dabant confessario sacram interdicere communionem fornicario, & qui carnis esset pollutus peccato, quod olim etiam in præcepto, sic Concil. Carthagin. 3. c. 31. & 4. c. 96. & 97. & habetur c. *sufficit*, & c. *quamuis* de pœnitentia distinct. 2. Concil. Laodicens. c. 2. Turonens. sub Carolo c. 21. quę omnia ad summam decentiam, ac puritatem in vsu huius Sanctissimi necessariam respicientia, sic mira sunt in hoc, vt vsque ad stuporem sit illa legere; adducerem, ponderarem, vt quàm aperte authoris pugnet contra Concilia opinio prospiceretur; at prolixitatem timeo.

Enrriquez.

Accedat vltimo Concil. Eliberinum tom. 1. Concil. quod, vt pote Hispanicum vltimo loco Hispanico authori remisimus, vt saltem ex patriæ reuerentia mutet opinionem, & si non possit, quia defunctus, nomine eius ipsius discipuli, & nolint in hac re temeritate vti, qua nota potius ipsos inurere possumus, & temeritatem rogare vt abiciant, quam quod nobis dicant, vt eam relinquamus, vt turpiter ausus est horum aliquis dicere homo nullius literaturæ. Audiamus ergo Concilium, & videamus in eius Canonibus, si sic facilè post pœnitentiam vsum præbebat Sanctissimi huius ac diuinissimi Sacramenti, Cano. 1. in idololatriam relapso, nec in art. mortis concedit communionem, quid feuerius? Canon. 3. flaminibus si post pœnitentiam fuerint mœchati, *vlterius eis non dandam esse communionem*; Canon. 5. fœminæ qui sic flagellauerit ancillam, vt ex flagellis obierit, cum in dubium sit an casu, an voluntate illud fecerit, *si voluntate, post septem annos, si casu, per quinque annorum tempora acta legitima pœnitentia ad communionem admittatur.* Quid ad hæc noui isti spirituales; numquid Concilio prudentiores? sanè dicent, quod sic probo: nam idem Concilium mandat, *vt omnis homo ante Sacram Communionem à propria vxore abstinere debeat tres aut quatuor, aut septem dies*; & ipsi huic Concilio respondent, illud tantum esse consilium, non præceptum; ergo in ratione consilij sanius suum reputant, quàm vnius Concilij; mentiar si non supercilium hoc hæreticorum: solum adiungam hoc Concilium peractum tempore Constantini, & Syluestri circa tempora Nicenæ Synodi quod est dicere circa tempora primitiuæ Ecclesiæ, in quibus quotidiana vigebat communio, & tamen hoc non obstante Concilium illud præcipit, præuidens indignitatem ex illa copula, quid nunc egisset quando quotidiana non est in vsu; ex quo illud horum eluitur argumentum sumptum ex consuetudine primitiuæ Ecclesiæ, in qua quotidie omnes hoc Sanctissimum sumebant, quod an verum sit & quomodo illa consuetudo intelligenda nunc non est in animo disputare; videatur Salazarius vbi supra cap. 4. qui doctissime de hac re; sed dato, quod sit illud, da illam in coniugatis; in negotiatoribus, & similibus sanctitatem antiquam & dabo &

Concil. Eliber.

Concilium Cabilon.

nunc tibi quotidie illud esse licitum, indiscriminatim, & omnibus sicut tunc Ecclesia similiter iudicabat, quæ animaduertens in dies charitatem refrigescere, coniugatos intemperanter se iam coniungere ad luxuriæ salacitatem, non ad procreationem filiorum, dignitati, ac Sanctissimi reuerentiæ accurate prouidens, statim coniugatis abstinentiam constituit; at isti Concilio prudentiores, illud negant, famius suum esse reputantes consilium, quid audacius? cætera, quæ hic author adducit, vt hoc Concilium, & sanctorum authoritates effugiat, probando post copulam coniugalem consultius esse communicare, data opera non adduco, nam non est in animo singula, quæ per totas illas disputationes affirmat resequi, volumen quippe esset necessarium; solum affirmo eiusdem esse farinæ, & multa eãdem induere temeritatem, nulliusque prorsus considerationis existere, & ijsdem principiis hic allatis nullo negocio solui posse; argumentum autem aliud quod ex Trident. assumit infra commodius refellemus, probato contra Sanctorum Patrum eius etiam esse opinionem.

13. Probatur contra Patres esse superiorem sententiam.

Si quæ sanctissimi Patres contra hãc improbabilissimam dicunt opinionem afferre vellem, sine dubio opus integrum perficerem, si ea ponderare nullus esset eius finis; non hoc intendimus, sed tantum aliqua percurram breuiter, tum reliqua, tum alios patres, quos passim, & omnes obuiam habebit lector, illi relinquendo, sicut illum etiam remittimus ad præcedentes nostros, & subsequentes discursus, vbi multos adduximus, & prope omnes nemine excepto adducere possemus; nam contra hanc sententiam omnes illi patres adduci possunt, qui de reuerentia huius tractant Sanctissimi, contra quam directè pugnant noui isti authores; sed ad Patres.

August. Primus Diu. sit August. relatus. à Diu. Thom. opusc. 58. c. 16. super illa verba Apostoli: *quod si nos metipsos iudicaremus*, quem nos sup. adduximus Ho. 83. vbi inter alia *indigne enim accipit*, ait Aug. *si tunc accipit, quando debet agere pœnitentiam, id est quãdo incipit, ergo se prius iudicet, vt à se iudicatus non iudicetur*, quid ad hæc, qui faucibus adhuc iniquitatem redolentibus illud consulunt?

Nissenus. Nissenus de vita Mosis, *Oportet fide, Baptismate, labore, omni virtute, omni Euangelica doctrina mundos, puros que nostros animos facere, ita vt omnino alienigeni mores, & Ægyptiaca vitia deficiant*, signa singula, *& demum depurato, defæcatóque animo cælestem cibum esse suscipiendum*; quid ad hæc, qui non depurato, defæcatóque, sed sanie venialium, malorumque habituum indiscriminatim illud consulit?

Basil. Basilius de Baptismo c. 2. super illa verba Leuitic. 11. vbi Dominus præcepit, quod ex semine Aaron, *habens in se ipso maculam non accedat ad offerendum Deo dona*, sic ait: *quid per maculam intelligat ipse*, nempe Moyses, *exponit, nempe quod esse debeat absque vllo alieno, & superfluo in corpore membro, nec vnius alicuius membrorum suorum, vel parte tantus læsus, aut vitiatus, etiam si tantum non sit vitium, vt ab incessu non impediat, dummodo saltem deformitatem inducat, aut corporis integritatem ledat, Dominus dicit, templo maior est hic; instruit nos tanto sceleftiorem, & impium magis esse eum, qui cum imparus corpus Domini administrare audet; at maculam, & vitium iam in nouo Testamento non referre oportet ad corpus, sed ad iustificationes Euangelicæ pietatis, quando videlicet præceptum Dei vel non plene, vel mutile, vel non ita sit, vt Deo placere possit, & quasi tuber, vel lepra humani sensus illi infigitur*; Quot verba, tot põderationes; solum aduerto maculosum dici, qui corporis integritatem lædit, etiam si incessum non impediat; quod si veniale consideres, ad verbum contra istorum sententiam scriptum Basilij inuenies, gradiũtur, quia in gratia ex pœnitentia, sed maculosi sunt, quia præcepta Dei *necplena*, sed mutile, vt ait sanctus, obseruant, & eorum sanitas *tuberosa est, & lepra humani sensus*, hoc est imperfectionum infecta.

Origen. Origenes Hom. 13. in Leuit. super illa verba, *Et erunt panes in commemorationem propositi ante Dominum; sancta enim sanctorum sunt*, sic ait: *Neque enim conuenit vt sancta verba anima nõ sancta suscipiat, sed cum purificauerit se ab omni inquinamento carnis, & morũ, tunc locus sanctus effectus capiat panem illum, qui de cælo descendit; vnde similis modo etiam tibi lex ista proponitur, vt cum acceperis panem mysticum, in loco mũdo mãduces eum, hoc est ne anima contaminata, & peccatis polluta Dominici Corporis Sacramenta percipias; Sancta enim Sanctorum sunt, vides quomodo non dixit sancta tantummodò, sed Sancta Sanctorum, vt si diceret, cibus iste sanctus non est cõmunis omnium, nec cuiuscunq; indigni, sed sãctorum.* Sanctitatis munditiam ad manducandũ requirit Origenes, non illam peccatorum communem, quam noster supponit nouus author, quid ergo? non huius doctrina Origeni, & cæteris aduersabitur?

S. Isidor. Sanctus Isidorus lib. 1. de Ecclesiastico officio c. 18 contra similis farinæ homines disputans, quasi huius authoris præuidens opinionẽ, sic ait: *Dicunt aliqui, nisi aliquo intercedente peccato Eucharistiam quotidie accipiẽdam, quod quidem benedicunt, si hoc cũ religione, & deuotione, & humilitate suscipiunt, nec confidendo de iustitia superbiæ præsumptione id faciant.* Ergo contra authorem sanctus non carentiam exigit mortalium, sed deuotionem, sed humilitatem, sed religionem.

Effugium præcluditur.

At huic authoritati respondet, Isidorum tantum intelligere peccati mortalis carentiam; & quãdo inquit, quod religiosè debet sumi, intelligit pro fine religioso, non quidẽ vano; & quãdo dixit *cum deuotione, & humilitate*, quod intelligi debet negatiuè; quasi dicat, *nõ inhumilis, non indeuotus*; ná ait, quod necesse est, vt sic intelligatur sãctus vt cõstans sibi sit, qui ad quotidianã cõmunionẽ exhortatur in illo capite, vnde pro se illũ adducẽs affert hæc Isidori verba: *Cæterum si talia sint peccata, qua mortuũ remoueant ab altari, prius agenda est pœnitentia, ac sic deinceps hoc salutiferum medicamentum suscipiendũ; qui enim mãducat, & bibit indigne, iudiciũ sibi mãducat, & bibit, hoc est enim indigne accipere si eo tempore quis accipiat, quo debet agere pœnitentiam.* Ergo ait, sanctus nil aliud exigit ad quotidianã cõmunionem quàm mortalis carẽtiam, cũ solum tempore status peccati lethalis adsit obligatio præmittendi pœnitentiam.

Hæc hic per extenſum adduxi, vt ex huius loci confutatione, reliqua huius authoris conijciantur; non eſt enim mihi, vt dixi in animo omnia eius refequi, nec etiam eludere eius argumenta, ac reſponſiones, quis erit finis; eo vel maximè in libro alterius materiæ, vti hic noſter; ſed ex hoc vno diſces qualem reliqua mereantur fidem.

Primò, ipſe ait: *deinde Iſidorus exhortans ad quotidianam communionem, &c.* Nil minus, immò totum oppoſitum: nam reſpondet illis, qui iam conſulebant, vnde ait: *dicunt aliqui*, & ſecundo ſi exhortatur Iſidorus ad quotidianam communionem, cur in eodem c. prohibet coniugatis ne quotidie ſumant Sacramentum. *Coniugatis autem abſtinendũ eſt coitu, pluribus diebus orationi debent vacare, & ſic deinde eſt ad Chriſti Corpus accedere.* Quid ad hæc noſter homo qui fornicariis illud concedit, & infra poſt adductum exemplum Dauid, qui vt panes comederet propoſitionis affirmauit, ab heri, & nudius tertius à coniugibus ſe cõtinuiſſe, addit: *Quapropter eligendi ſunt aliquot dies, quibus prius homo continentius viuat, quo ad tantum Sacramentum digniùs accedere poſſit.* Eſt ergo hoc quotidianam cõſulere cõmunionem mœchis, adulteris, ac maſculorum cõcubitoribus vt vult iſte nouus author dũmodo confeſſio præcedat ſacramentalis: ſi piæ hoc non abhorrent aures, quid abhorrebunt; eſt ne hoc pro ſe ſanctos adducere, & illos intelligere? ô belle, vt meretrici putidæ, ac fœtidæ ſtatim poſt peractam confeſſionem detur ſacramentum, quãdo dixit Iſidorus *cum deuotione, & humilitate* intelligatur negatiue, & quale abſurdum ex illo ſancti recolligitur dicto, vt ſit neceſſarium illud exponere, & ad meliorem ſenſum adducere, vt ſcandaloſa, abſurda, & turpis eius defẽdatur opinio. parcant mihi, qui hæc legerint, ſi modeſtiã prætergredior, Deus ſcit quod mallem non eſſe natum, quàm in hæc miſera incidiſſe tempora, in quibus ſic abiectiſſime video de Domini noſtri Corpore, de ſacrario ſanctiſſimæ Trinitatis, de obiecto omnis militiæ Angelorum concipi, vt ſit qui audeat affirmare, & typis excudere, nebulonibus, proſtitutis, fornicariis, adulteris quotidie conſultius illud dare, dummodo Sacramentalis præmiſſa ſit confeſſio, quis hoc patienter ſuſtinebit ſine imprecatione? parcat illis Deus.

14. Apud antiquos ſanctos quid ſit agere pœnitentiam.

Secundò, vbi ex authoritate illa Iſidori illud erum; bene proſpicitur nil verſatum illum in locutione ſanctorum: nam in eorum loquela tẽpus pœnitentiæ, & pœnitentiam agere, non ſupponit tantum Sacramentalem cõfeſſionem, vt infra ex Cypriano fiet manifeſtum, & infinitis poſſem probare ſanctorum locutionibus, ſed per agere pœnitentiam intelligunt *exomologeſim*, hoc eſt tempus pœnitentiæ quod antiquitus durabat per annos, vnde ibidem Iſidorus; *qui enim peccare quieuit, communicare non deſinat*; quieuit, dixit, hoc eſt habitum intermiſit peccandi & non tantum actum, vt vult noſter homo, vnde ſignanter ſanctus dixit, quod indigne ſumit; *ſi eo tẽpore quis accipit, quo debet agere pœnitentiam*; id eſt quando illacrymari, quãdo ieiunare, quãdo orare, & hoc intellexit quando dixit *prius agenda eſt pœnitẽtia*; vnde ſicut prius à quotidiana excluſit qui indeuote, ſic nunc, qui poſt mortalia ſtatim audet, vt nouatus noſter ait poſt Sacramentalem confeſſionem ad Sacramentum aduolare ſine timore, ſine reuerentia, & hoc ſine aliqua notabili cauſa, ſed indiſcriminatim.

Ex huius loci confutatione tam aperta, & quæ nullo modo tergiuerſari poteſt, cognoſci poſſunt & cętera huius authoris, ob quod affirmo omnia prorſus pura eſſe figmenta, nec ſanctum adducere, qui pro illo, & omnes quos adducit nil ad rem de qua tractamus, ſed omnes contra illum, probarem niſi tædium non timerem, & extra meum eſſet inſtitutum.

Vltimò adduco Cyprianum, qui ſic terribilis & contra huius ſententiam, vt neſciam, qui Cyprianum legerit an ad eam peierandam ſe abſtinere poſſit, & vt Cyprianus intelligatur. *Cyprian.*

Supponendum ipſum ſcribere contra lapſos, ſcilicet eos, qui in perſecutione, quæ prius mota, & tunc ſedata, aliqui apoſtatarunt idololatrarunt; iſti enim ad Eccleſiam reuertentes poſt perſecutionem de peccato dolentes, & contriti ante peractum, & expletum pœnitẽtiæ tempus ſtatim ad communionem Sanctiſſimi admitti poſtulabant, quæ tunc temporis quotidiana, ob quod impatienter ſuſtinebant non admitti, quia ex hoc notabantur; & cum alias ipſi iam errorem recognouerant, ac cum Eccleſia reconciliati, non videbatur ratio cur ad ſanctam ſynaxim admitti non deberẽt, ob quod & Cypriano de hoc reſcriptum, & ipſe ſuum in libro de lapſis pandit ſenſum, cuius nunc accipe grauiſſima verba:

Emerſit enim fratres dilectiſſimi, nouum genus cladis, & quaſi parum perſecutionis procella ſeuierit, acceſſit ad cumulum ſub miſericordiæ titulum malum fallens, & blanda pernicies. Pende ſingula, ſub miſericordiæ titulum; ſic nunc iſti ſub frequentia Sacramenti deuotionem, ſub remedii animarum titulum, ſub augendæ pietatis deuotione malum ſuadent fallax, & blandam perniciem; ſic enim talis eorum frequentia Sacramenti appellari poteſt, non ſecus ac Cyprianus eam, quam illi lapſi prætendebant, vnde ſequens ait: *Contra Euangelij vigorem, contra Domini, ac Dei legem, temeritate quorundam*, ſigna verbum, *temeritate laxatur incautis communicatio, irrita, & falſa pax periculoſa dantibus, & nil accipientibus profutura.* Mentiar ſi non cum iſtis loquitur Cyprianus, pacem, quam dant, & illis eſt periculoſa, & accipientibus, patum, aut nil proficit, vt infra probabo; ſequitur Cyprianus: *Non quærunt ſanitatis patientiam, nec curant de ſatisfactione medicinam.* Quid pulchrius? non dixit non quærunt ſanitatem, ſed ſanitatis patientiam, veluti & cum iſtis loquens, qui & ſi ad quotidianam communionem ſanitatem quærant, non tamen ſanitatis patientiam; & ſi medicinam, tamen non veram, non ſolidam de vera ac ſolida, & diuturna ſatisfactione. *Pœnitentia*, ſequitur Cyprianus, hoc eſt tempus, & pœnitentiæ patientia, ſiue expectatio, quæ tunc temporis per annos durabat, *de pectoribus excuſſa eſt, grauiſſimi, extremique delicti memoria ſublata eſt, aperiuntur*

chariſt. *de ſeruandis circa hoc Sacramentum ex parte ſumentium ante 4. cantel*; non quod æſtimem maiorem hunc præ cæteris authoritatem habere, ſed vt eius addam cenſuram; ait enim *errorem ſapere, & vulpinam calliditatem, aſſerere, & conſulere virginibus, & viduis deuote viuentibus quotidianam Euchariſtiæ ſumptionem*. Sanè ego non auderem talem præbere cenſuram, virginibus ſcilicet, & viduis deuote viuentibus, quotidie Sacramentum ſumentibus hoc ex vulpina calliditate facere, aut eſſe errorem illud conſulere; in quare mea ſententia valde exceſſit Plobus, & immerito tales ea inuexit, ſed bene, qui quotidianam communionem ſuadent, ac tribuunt non deuote viuẽtibus, ſed obſcœne, & hoc paſſim, indiſcriminatim ſine ſelectu, aut graui iudicio, dicerem errorem eſſe, & vulpinam ſapere calliditatem; ad hos tantos Doctores adnecte omnes illos grauiſſimos Patres, qui vt refert Enrriquez lib. 8. de Euchariſt. c. 51. habent fornicarium, aut ſpontaneum pollutum non debere intra diem naturalem viginti quatuor horarum communicare, vt ſunt Diu. Greg. Dionyſ. Areopag. Clemens Greg. Turonenſ. aliique infiniti, quos idem citat Enrriquez, & conſulto prætereo ne prolixus ſim, ita vt contra communem ſit contrarium affirmare, quod cum aſpexeris, & videris omnes prorſus Scholaſticos, omnes Patres contra allatam ſtare opinionem dum etiam Concilia, & ipſam ſacram Scripturam, vide an ſine ratione temerariam diximus hanc opinionem; quod amplius infra ex rationibus patebit, ſi quid Sanchez primo reſpondet eluemus.

Enrriquez.

Greg. Areopag. Clem. Greg. Turon.

16. Reſpondetur, & diuus vindicatur Thomas.

Ipſe enim, vt ſuam roboret opinionem, primo eam ab authoritate confirmat multorum Doctorum, quos nunc in animo non eſt examinare, an quod ipſe ait aſſimeret, ſed ſolum cum vno tantum hoc efficere, quem improprijſſime, ne dicam ineptiſſime pro ſe adducit, Diuum nempe Thom. vt ex hoc vno, & de reliquis iudicium feratur, cum & ſi eos non examinauerim, audeo tamen dicere nullum prorſus pro illo, cum ex verbis eorum, quæ ipſe refert, nil ex illis amplius colligi poteſt, quàm Sanctiſſimi frequentiam timorato, & qui ſuæ conſcientiæ cuſtodiam adhibet; Quapropter immerito pro ſe illos adducit; at Diuu. Thom, dico quod ineptiſſimè.

Reſpondet ergo Diu. Thom. pro ſe ſtare, quia quando dixit abſtinere ſe debere propter indiſpoſitionem animæ, hoc intellexit de peccato mortali, ſi verbum de mortali ſanctus, mentiar ego. Ergo voluntariè illud ipſe addit, ſicut de ſuo, & in cæteris. Secundò, ſanctus ait quod requiritur in ſumente, *vt cum magna deuotione, & reuerentia ad Sacramentum accedat*; ergo nec peccatum ſomniauit mortale. Tertiò, articulus quæſtionis erat, *vtrum liceat quotidie Sacramentum ſumere*; & ſanctus reſpondet licere, ſi cum magna deuotione, & reuerentia, non alias. Ergo cum quæſtio non eſſet de ſumptione vt ſic, ad quam requiritur tantum mundities peccati mortalis, ſed de quotidiana ſumptione ſi *magna deuotio, & reuerentia*, aliud aliquid ſonant præter peccati mortalis carentiam, quis hoc non videt.

Sed amice, quid diſputamus? ſic deſipit homo iſte, vt audeat dicere, tunc hominem accedere cum magna reuerentia, quando ſine peccato mortali, & cum recto ſine; ſi hoc aliquis dixit Sanctorum, ſi ex communi vſu illud ſic intelligitur, ſi cordatus quis illud reputat, loquendo vt dico communiter, & indiſcriminatim, valeat quod dicit; at ſi nullus vnquam pro magna reuerentia, & deuotione carentiam tantum peccati intellexit mortalis, ſi nullus Sanctorum illud protulit, quid nouatus iſte audet nouas, & putidas in Eccleſiam Dei inferre intelligentias, vt mulierculæ decipiantur peccatis oneratæ, & aliquibus vſus Sacramenti fiat emolumentum, & frequentia conſulatur panis diuini, vt ex deuotione mulierculæ terrenum ipſi lucrentur?

Reſpondet ſecundo, de peccato mortali neceſſario eſſe Diu. Thomam intelligendum: nam cum dixit non vtile eſſe accipere quotidie Sacramentum niſi cum magna reuerentia, ſequeretur eſſe nociuum, quod ipſe putat blaſphemiam: nam vult ſemper ac Sacramentum ſine peccato mortali recipitur, ſit proficuum; non aduertens homo minus cautus, quod & ſi quatenus recipitur in gratia ex opere peccato confert aliquem fructum ex alio capite, quatenus ex parte ſumentis indigne acceditur, & ſine deuotione, & reuerentia in infinitum homo decreſcit, vt mox probabimus, ſic vt lucrum nullius ſit reſpectu detrimenti conſiderationis, ex qua parte vere nociua dici poteſt, & inutilis, vt ait ſanctus, talis ſumptio, & frequentia.

Tandem vltimò frigidius, & ineptius reſpondet, quod ſi quis velit, vt omnino Diuu. Thom. intelligatur de vera reuerentia, & deuotione, hoc eſt de cautiore vita, tunc argumentatiue ſanctus intelligendus, ſic vt dicat, quod ſi cum magna deuotione quis accipere debet quotidie communicans Sacramentum, quanto magis erit inutile, & nociuum illud cum peccato mortali ſumere? ſed vnde illud iſte colligit, penitus ignoro, cum ſanctus affirmatiuè, clare, ſine tergiuerſatione affirmet inutile eſſe propter indiſpoſitionem corporis, & animæ aliquando quotidie Sacramentum ſumere, quia tales indiſpoſitiones impediunt magnam deuotionem; & non argumentatur ad hoc, vt quotidianam quis ſumat communionem ſufficere vt ſit ſine peccato mortali aut ſine peccato mortali quis exiſtere debeat, vt ad hoc inutiliter non accipiat Sacramentum; ſed quid immoror? videatur D. Thom in hac quæ. art. 7. vbi diſputat *an nocturna pollutio impedire debeat à ſumptione huius Sacramenti*, & ex his quæ ſanctus ibi affirmat, colligetur quàm immerito pro ſe hic ſanctum adduxit, & præcipuè in reſponſione ad quartum, vbi propriè contra illum itare videtur, vt infra.

Ex dictis reſponſionibus, interpretationibus, & effugiis poteſt lector intelligere cæteras eius allegationes Sanctorum, & eorum intelligentias eiuſdem prorſus eſſe farinæ; nobis autem ſufficiat ex doctrina Scripturæ, Conciliorum, Patrum, & Scholaſticorum contra quam hæc huius authoris opinio pugnat, probaſſe illam eſſe temerariam, vt pote contra communem omnium Doctorum ſententiam; quod autem ſcandaloſam, piarumque aurium offenſiuam ex rationibus mox conſtabit.

Digitized by Google

17. Rationibus prædicta impugnatur ſententia.

Sit prima ſumpta ex grauitate peccati venialis, illius dico, quod ex genere dicitur, & quòd ex malitia, & nõ ex ſurreptione prouenit, quod proprium illorum, qui ad perfectionem nõ aſpirant, nec de ea tractãt; nam & ſuam illud habet maculam; multorum eſt opinio non tolli, niſi per contritionis actum, quæ omnia multã eius inuunt grauitatẽ; de qua re vide Azor. inſtitut. Moral. lib. 4. c. 8. & ſequentibus; & quod tam diris purgatur pœnis, vt ſunt purgatorii ignes; Quos ſi attendis, nullũ huius vitæ illis cõparari poteſt tormentum; vnde ſancti omnes illorum carentiã tantopere ſuadent, vt late alibi diximus; quæ omnia licet eius malitiã, ac deformitatẽ, & grauitatem dicant, vnũ ſolũ põderare libet, ſcilicet quod eſt diſpoſitio ad mortale, & quod iuxta illud Apocalypſis, ad vomitum prouocet Deum, ſed *quia tepidus es, incipiam te euomere*; quid terribilius? ex quo licet inferre ſecũdum hanc conſiderationem, maiorem eſſe peccati venialis pœnam quàm mortalis; cum huius ſint inferni ignes; venialis autem ipſum peccatũ mortale dirior pœna ratione obiecti, & malitiæ, & damni, dum pœna inferni, mortalis effectus eſt damnũ hominis, pœna autem venialis, quãdo ex illo permittitur mortale, non ſolũ eſt dãnũ hominis, ſed obiectiuè ipſius Dei, vnde habet malitiam obiectiuè infinitam, & damnũ ratione æternitatis durationis etiam infinitum; quanta ergo erit illa deformitas, quam ſic Deus ſtomacharur, vt ad vomitũ prouocetur, & hominem permittat in talem incurrere pœnam, vt illum per peccatum euomat mortale; ex quo fit, vt quando quis audet conſulere, & affirmat conſultius eſſe tantum ſine peccato mortali accedere, etiam ſi infinita adſint venialia, etiamſi illa ſint habitualia, & neq; virtualiter tetractata, quod valde notandũ: nam cũ ex D. Thom. 3. part. quæſt. 87. art. 1. ad tollendum peccatum veniale ſufficiat virtualis pœnitẽtia, quã declarat, *puta cũ aliquis hoc modo fertur ſecũdũ affectũ in Deũ, & res diuinas, vt quidquid ſibi occurreret, quod vũ ab hoc motu retardaret, diſpliceret ei, & doleret ſe cõmiſiſſe etiamſi de illo actu non cogitaret*; quæ virtualis diſplicentia certiſſimè nõ ineſt niſi viris ſpiritualibus, & ad perfectionẽ tẽdentibus: nam carnales ſat putant factum, ſi à mortalibus ſe abſtineãt; vnde prorſus tales carnales ſunt; ex quo fit, vt dicere cõſultius eſſe ſacram quotidianam conſulere communionem, etiam cum peccatis venialibus habitualibus, tãtum eſt, quantũ eam hominibus conſulere carnalibus; quid amplius horrẽdum? qui ergo hoc cõſulunt; & ſimul quod etiã ſi actu in receptione cõmittuntur, pro ratione affirmãtes, quia anima in gratia eſt vas aureũ, cũ virtutibus, cum donis Spiritus ſancti infuſis, viua, & Dei imago, Dei filia, hæres regni, &c. nil aliud faciunt, niſi pretioſiſſimum liquorem Deo propinare in vaſe quidẽ aureo, ſed immũdo, ſed maculato, ſed pharmacopolæ, quod licet aureum, ad ſtomachum prouocet, ad nauſeam, ad vomitum; en opinio quam iſti defendunt.

Azor.

S. Thom.

Secundò ſic argumentor, Iſti dicunt non eſſe contra conſilium communicare, etiam ſi concomitanter cõmittatur peccatum veniale in ipſa ſuſceptione ſacramenti, & ſupponat recipiens ſe illud commiſſurum, quod aduertendum & ſimul conſulens illis etiam ſupponat, quod vere affirmat Author diſputat. 12. n. 9. à quo & aliis eiuſdem farinæ, vt v. g. ſi cum irreuerentia tali accedat, vt peccet venialiter. Ergo ſi nõ accederet, non peccaret venialiter, ſed tantum priuaretur fructu illo ſpirituali ex opere operato ſacramenti, ſanè, tum ſic argumentor. De fide eſt ob ſalutem totius mundi ſpiritualem data opera vnum non eſſe committendum peccatum veniale, & contra fidem ageret qui illud conſuleret; negent hoc ſi poſſunt: ergo qui cõſulit ſumendum eſſe ſacramentum, etiam ſi cõcomitanter peccet quis venialiter, cõtra fidem conſulit etiam ſi illud conſulat ob fructum inde prouenientem; en quò ducant nouæ opiniones hominis imprudenter illas promentis; quid reſpondeant ego non video: nam argumentum ex eorum procedit principiis: nam licet non ipſi conſulant peccatum, tamen conſulunt, quod & ſi intercedat, quod ſi concomitetur, quod ſi probabiliter quis diſtractus ſic accedit vt peccet, & hoc volũtariè, dũmodo non ob finem malum accedat, conſultius eſſe communicare ex fructu Sãctiſſimi inde prouenientẽ. Ergo in ratione conſilij potius æſtimarunt fructum ſpiritualem, quam peccatum veniale; hoc ergo conſilium, hoc iudicium eſt contrà fidei principia, hoc dico eſt peruerſum cõſilium; vt inde videas quantum iſte cæcutiat, quantum & cæteri qui illum ſequuntur, ex quo dicto

Tertium inſurgit argumentum, Si pro ſalute totius mundi vnum non eſt committendum peccatum veniale, licet pro illa ſit mortuus ipſemet Dei Filius, quale, quantũque erit illius onus; quantũ malũ, quantũ in ſe habet pondus; & ea præcipuè quæ ex genere, quæ ex malitia, quæ ex habitu, quæ licet non turpem efficiant animam tollendo charitatem, tamen ſuo modo eam dehoneſtant. Pulchre ſanctus Doctor 3. part. q. 87. ar. 2. ad tertium, quo probabatur habitũ gratiæ neceſſarium ad remiſſionem venialium, quia hæc & ſuam obtinebant maculam, quod ipſe negauit, ſimpliciter & vt ſic peccatum veniale obtinere maculam, ſed cum addito, ſcilicet maculam venialem, ſic reſpondet: *Dicendum quod ſicut in corpore contingit eſſe maculam dupliciter, vno modo per priuationem eius quod requiritur ad decorem, puta debiti coloris, aut debitæ proportionis membrorum, alio modo per ſuperinductionem alicuius impedientis decorem, puta luti, aut pulueris; ita etiam anima inducitur macula, vno modo per priuationem decoris gratiæ per peccatum mortale, alio modo per inclinationem affectus inordinatam ad aliquid temporale, & hoc fit per peccatum veniale.* Ergo licet peccatum veniale non priuet ſuo animam decõre, tamen, decori illi ſuperinducit puluerem, ſuperinducit lutum, vnde & ſi, vt diximus, vas ſit aureum, tamen eſt vas puluere, ac luto ſuperinductum, & non luto quomodolibet, ſed quod ad vomitum, ad nauſeam prouocet Deum ſummum, ita vt permittat peccati mortalis caſum; quod ſi omnia hæc faciunt venialia, ea præcipua mea ſententia, quæ circa vſum committuntur Sanctiſſimi, ob quod Paulus dicebat, multos eſſe infirmos, debiles & dormire, hoc eſt interire ob malum vſum, qui vt ſupra probauimus, in pleriſq; non erat niſi veniale tantum. Ergo poſſibile ex prin-

S. Thom.

tipiis adductis, vt ſic Deus ſtomachetur ex continuo, & indigno huius Sanctiſſimi vſu, vt ob peccatum, & peccata venialia concomitantia, vt illi dicunt, ex defectu irreuerentiæ, & deuotionis, permittat in pœnam lapſum in peccatum mortale, permittat duritiam cordis, permittat extremam tepiditatem, permittat tandem finalem impœnitentiam, quid ni, ſi veniale eſt diſpoſitio ad mortale; aut ne nimij videamur, ſi ſtatus venialis, & venialia habitualia diſpoſitiones ſunt ad mortalia, cur illa hoc efficere potius non debent, quæ circa vſum huius Sanctiſſimi efficiuntur ſacramenti? vade nunc, & affirma conſultius eſſe cum peccatis habitualibus venialibus quotidie hoc ſacramẽtum accipere, quia ex opere operato aliqualis confertur gratia, cum poſſibile ſit ex tali ſocordi, ac obſcœna ſumptione, vt in æternum pereat, & tu qui conſulis, & qui conſilium accipit.

Dixi obſcœnam ſumptionem, & merito? nam pudet referre quæ iſti dicunt, horret manus, refugiunt aures audire; affirmant quod ſi noctu quis ſit fornicatus, ſi voluntariè pollutus, immo ſi tunc tunc, & ſi actualiter ex fornicatione, aut actu venereo diſtractus, tamen peracta confeſſione intrepide accedat; qualis opinio amplius ſcandaloſa, & piarum aurium offenſiua ob quod;

Sit quantum argumentum contra hanc obſcœnam opinionem. Sic equidem pugnat peccatum obſcœnum contra reuerentiam, & Sanctiſſimi dignitatem, vt potius ad ſuſceptionem illius ſit admittendus hæreticus contritus, & confeſſus, ac Eccleſiæ reconciliatus, quàm fornicatus, & obſcœnus. Ergo turpe conſilium eſt illud, prorſuſque inſipiens, & ſcandaloſum, piarumque aurium offenſiuum, qui indiſcriminatim conſulit fornicarijs, mœchis, adulteris, pollutis, & mollibus, poſt peractam ſacramentalem confeſſionem, illico ad ſacramentum accedere; maiorem huius argumenti probo ex antiqua Eccleſię conſuetudine, immo ex antiquo Patrum iudicio.

Olim enim Eccleſia ex traditione Apoſtolica potius à communione arcebat fornicarium, quam hæreticum; ad verbum referam quæ Climac. habet gradu 15. *Vir quidam ſcientiſſimus*, ait *problema terribile quæſiuit ex me, quod inquiens peccatum omnibus grauius eſt, homicidio, Chriſtique negatione exceptis? cumque illi reſpondiſſem in hæreſim labi; & quonam inquit modo Catholica Eccleſia hæreticos quidem, cum hæreſim priorem toto animo repudianerint, atque anathematiſauerint, ſuſcipit ad ſanctorum myſteriorum communionem vt idoneos ei admittit, eum vero qui in fornicationem lapſus fuerit, confitentem, atque peccatum ipſum omnino deſerentem introrſus ſuſcipiens, per annos aliquot eum à venerandis, immaculatiſque myſteriis ex traditione Apoſtolica ſeparari permittit? hac ergo ambiguitate ſtupui, ambiguumque illud permanſit ambiguum.* Immo grauiſſimi authores, vt refert Enriquez lib. 8. de Euchariſtia c. 51. affirmant, olim hoc in præcepto fuiſſe, quod præceptum ex conſuetudine tantum eſt nunc derogatum; immo vt ipſe ex infinitis Conciliis, patribus, ac authoribus probat, ex periculo tantum reincidentiæ in peccatũ fornicationis Patres ſolitos à communione arcere, & quod vſque ad ſtuporem, tantum; *propter fucum, & ornatum capilli adulterini.* Quos equidem patres referrem, & ponderarem, niſi finem affectarem. Ergo in ſenſu Eccleſiæ, ac patrum, quoad vſum huius ſacramenti licet peccatum hæreſis in infinitum maius ſit quàm fornicationis, tamen maiorem inconuenientiam inuenerunt quoad receptionem in fornicario, quàm in hæretico reſpectu reuerentiæ, ac munditiei debitæ ad receptionem huius Sanctiſſimi; nec mirum: nam tales carnis vitium in mente diſtractiones imprimit, vt pene brutum reddat hominem, & ſic tanquam animali ſit tunc proijcere hoc diuiniſſimum Sacramentum: nam vt ait Climacus vbi ſup. *Libidinis Spiritus eſt immundus, inuerecundus, impudicus, immanis, atrox, qui in morem furoris facit vt patiens vratur, Deum non timet, aterni ſupplicij memoriam nihil æſtimat, orationem execratur, mortuorum reliquias, ac ſi lapides reſpicit inanimates, atque in ipſa nefaria actionis conſummatione infelicem hominem mentis inopem, ac totius rationis expertem facit, ingique concupiſcentia inebriat.* Quod totum quid aliud eſt, niſi animal hominem conſtituere? ob quod merito Sanctiſſimi Patres, ſic hoc Sanctiſſimum talibus abhorrebant præ cæteris peccatoribus præbere; quod ſi hic eſt ſenſus Eccleſiæ, ſi Patrum, ſi tale eius iudicium, nonne ineptiſſimè, ac ſtolidiſſimè, immo & ſcandaloſè conſulit; qui fornicariis, licet contritis, & confeſſis indiſcriminatim illud affirmat ſumendum?

Dixi ſcandaloſè: nam, vt benè Enriquez vbi ſup. ex doctrina Patrum, quale maius ſcandalum, vt quis celebret, aut Sacramentum ſumat coram conſciis peccati carnalis, quæ doctrina notanda: nam iugulatur ex illa argumentum illud ſumptum ex ædificatione, dum affirmant ex frequentia Sanctiſſimi populum potius ædificari, quam ſcandalizari; equidem, quando ſumentis talis eſt vita, vt ex frequenti ſumptione ædificationem generet; at quando minimè, quale maius ſcandalum?

Poſſem infinita adducere, & ingens conficere volumen ſi omnia reſequerer, ſed vt quàm contraria ſit præcipuè Diuo Thomæ eorum ſententia, quamque immerito pro ſe illum adducant, vnum ſolum placet addere ſanctiſſimi Doctoris, quod propriè, & directè contra illos pugnat: nam cum tota eorum ratio Concilij ſit, quia anima eſt in gratia, & quia peccatũ veniale non impedit Sacramenti fructũ, ſi reperiamus hanc rationẽ Diu eneruare Thomam explicite dicemus contrà illos ſtare, quod equidem euidentiſſimè probatur ex 3 part. quæ. 80. art. 7. ad 4. vbi quærebatur an nocturna pollutio impediret à ſumptione Sanctiſſimi? & in Corpore reſpõdiſſet ex neceſſitate non impedire, benètamẽ ex congruentia, quod eſt dicere ex conſilio; vbi aduertendũ, quod ſãctus loquebatur de pollutione nõ mortali, ſed veniali; cõtra hãc ergo aſſertionẽ argumentabatur, vt modo author noſter, eiuſq; ſequaces, quia erat peccatũ veniale veniale non impedit fructũ, & dato quod eſſet mortale, *poteſt cõtingere, quod de mane pœnitet, & peccatũ ſuũ cõfiteatur*, vt modo iſti dicũt, audi nunc ſanctum: *ad quartum dicendum quod*

Climac.

18. Eccleſia antiquitus potius hæreticum contritum & reconciliatum ad Sanctiſſimi ſuſceptionẽ admittebat quam fornicarium.

Enriquez.

S. Thom.

S. Thom.

& ceteri per contritionem, & confeßionem auferatur reatus culpæ, non tamen auferatur corporalis immunditia, & diſtractio mentis ex pollutione conſecuta. Quid clarius contra illos? concedit ſanctus culpam auferri mortalem, ac negat proinde cõſultius accedere cum veniali, & illa diſtractione. Ergo directè contra illos pugnat, & cõtra ſanctum conſulunt, quãdo indiſcriminatim illud aſſerũt, quid ad hæc reſpondere poſſint nõ video, niſi vt affirment ſanius eſſe eorum, quã ſanctiſſimi Doctoris conſilium? nec mirum, cũ noſter author talia diſputat. 22. nu. 18. auſus ſit dicere; *fateor quidem plurimos eſſe doctores pro contraria ſententia, ſed iudicet quiſque num plus ſit tribuendum rationi eundẽti, quàm illis.* En ſupercilium hominis, de quo vix ſcimus quid ſapiat, quem ſi ex ſcriptis liceret iudicium ferre, dicerem nullius eſſe acuminis, ſed breuiter, videamus rationem euidentem.

Nullam prorſus affert, niſi vnam decantatã, quia ſecundum omnium doctrinam perfectior actus eſt ob amorem communicare, quàm abſtinere ob reuerentiam, quæ ratio cum militet in quæſtione abſoluta, vt diximus, an ſcilicet ſit melius abſtinere ob reuerentiam, an ob charitatem accedere, quod vltro omnes concedunt, nil euidentia illa facit ad rem.

At in quo tota vis eius rationis conſiſtit, & putat euidentiam efficere, duo ſunt loca Concilij Tridentini, primum ex ſeſſ. 13. c. 7. vbi ſecundum ipſum Concilium Trident. nullam aliam expetit diſpoſitionem, niſi mortalium carentiam; ſed ipſum non intellexiſſe Concil. nec eius mentem eſſe aſſecutum ſupra, quando Cõcilium adduximus probando eius ſententiam eſſe contra Concilia, ſatis demonſtrauimus, nũc ſupereſt, vt ad ſecundum reſpondeamus.

Tridenti. Eſt enim locus ex ſeſſ. 22. c. 6. vbi ſic Concilium: *Optaret quidem ſacroſancta Synodus, in ſingulis Miſſis fideles aſtãtes non ſolum ſpiritualis affectu, ſed Sacramentali etiam communicarent.* Ergo mens Concilij eſt ait, vt quotidie laici communicent, dummodo ſint ſine peccato mortali; nec obſtat quod dicat Concilium *optaret*, nam æquiualet, ac ſi diceret optat de præſenti, cum non ex eo quod quis Pater diceret, optarem filium meum virtutibus eſſe inſtructũ, non inde ſequitur, quod non optet; quod amplius confirmat ex declaratione quadam Cardinalium vt infra dicemus, ex quo educit quod qui dicebant ob id dicere Concilium *optaret*, & non *optat*, quia moraliter illud incõueniens prœuidebat, vt ſine magna deuotione quis accederet, non eſſe illos aſſecutos Concilij mentem.

At quam extra illam ipſe abijt, attende nunc: ſecundũ ergo, quod in illo capite nec ſomniauit Concilium de frequentia tractare Sacramẽti, an expediẽs ſcilicet, an melius eſſet quotidie communicare, ſicut nec illud ſuadere, ſed cum hæreſis eſſet ſuborta nouatorum dicentium Miſſas priuatas eſſe inutiles, dum ſolus Sacerdos in ipſis communicaret, & menſa illa alioquin erat communis, hanc hæreſim Concilium damnare intendens in illo capite, primo illa verba profert, poſt quæ ſic proſequitur: *nec tamen ſi id non ſemper fiat, propterea Miſſas illas in quibus ſolus Sacerdos Sacramentaliter communicat vt priuatas, & illicitas damnat, ſed probat, atque adeo commendat, ſiquidem illa quoque Miſſæ communes conferri debent partim* A *quod in eis populus ſpiritualitèr communicet, partim quod à publico Dei miniſtro.* Ex qua doctrina canonem formauit ſacrum vbi anathematizat, *ſi quis dixerit Miſſas in quibus ſolus ſacerdos ſacramentaliter communicat, illicitas eſſe, ideoque abrogandas.* Ergo vt vides occaſionaliter illa verba Tridentinum dixit, & data opera dixit *optaret*, & non *optat*, quatenus præſentem ſtatum Eccleſiæ conſiderans, moraliter perſpiciens impoſſibile, vt ſicut antiquitus cum digna accederent, quotidie nunc fideles reuerentia, ideo ſanctiſſimè dixit quod illud *optaret*, & non *optat*: neque exemplum quod adducit aliquid valet; nam verè pater ille non optat, quia impoſſibile apprehendens filium poſſeſſurum virtutes, ideo inquit optarem, non opto, in quo ipſe penitus deceptus eſt, non diſtinguens obiectum temporis optatiui, ac præſentis; nam tempus præſens ſupponit obiectum poſſibile, optatiuum verò impoſſibile in actu, conditionaliter tamen poſſibile, vnde ly *optaret ſancta Synodus*, facit hunc ſenſum, ſi poſſibile eſſet, vt cum magna reuerentia quotidie fideles communicarent, optarem hoc; at quia illud impoſſibile, ideo illud non opto. En legitima Concilij mẽs, ex qua nil prorſus ad rem authoris; immo ſic longe eſt ſacro-ſanctum Concilium, vt quotidianam præcipiat communionem, immo quod actu ab omnibus præſumat digne ſumi poſſe, vt ſanctis monialibus, & quæ in clauſtro, quæq; vitam perfectiſſimam degunt, velit vt admoneantur in conſtitutionibus addere, vt ſaltem C *ſingulis menſibus* communionem ſumant, ſic ſeſſ. 25. c. 10. O mirum, & magnum, vt frequentiam conſulens Concilium, non quibuſlibet, ſed ſanctis monialibus, non audet, niſi ſemel in menſe, & ſint hodie, qui non monialibus ſanctis, ſed obſcœnis, impudicis, ac proſtitutæ vitæ gentibus quotidianam conſulent & velint vt hoc ſit contilium ſanius, dicam ego iniquius, ac ſtultius.

Sed vrget: nam inquit quod ſacra rituum Congregatio declarauit, vt habetur 4. volum. deciſi. Rotæ obſtare Conciliũ mandato Epiſcopo præcipienti, vt quis non communicet quotidie, vnde deciſio; *Obſtat Concilium Tridentinum Epiſcopo volenti præſcribere certa tempora, vt dies Dominicos, quartam, & ſextam feriam* D *quibus tantum liceat viris laicis coniugatis, negotiatoribus, & mulieribus etiam non coniugatis ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumere etiam ob irreuerentiam, quam poteſt quotidiana huius ſacramenti ſumptio in ſua Diœceſi parere, quia antiquis temporibus per, alla conſecratione omnes qui aſtabant ſumebant Euchariſtiam, & ideo licitum eſt quotidie Euchariſtiam ſumere, c. quotidie de conſecrat. deſtinct. 1.* & ſi reſpondetur, quod Epiſcopus ille reprehenſus, quia præcepit, reſpondet Author duo declaraſſe decretum illud, primum, male Epiſcopum præcepiſſe, & ſecundum, *quod quotidie communicandum fidelibus*, verba eius, quæ ſi conſideraſſet eſſe contra declarationis mentem nunquam poſuiſſet: nam aliud eſt quod ſit quotidie communicandum, aliud quod quilibet poteſt quotidie communicare, ſi vt ſanctus ait Doctor, quotidie paratus inuenitur, ex quo tota vis eneruatur declarationis in eius fauorem, quod vt amplius intelligatur,

19. Effugium præcluditur ex deciſio Rotæ. *Deciſio Rotæ.*

Supponendum, ex vi, & fine inſtitutionis Chriſti omnibus, & ſingulis digne diſpoſitis ius competere ad accipiendum hoc ſanctiſſimũ, ſic vt ſi quotidie dign' ſit, diſpoſitus digne, quotidie habet ius ad illud accipiendum, quod ius ſingulis vt ſingulis cõperit, & non tantum generaliter, & communiter, ex quo fit, vt contra peculiare ius fiat, ſi in communi prohibeatur quotidiana Sanctiſſimi ſumptio, & priuilegiũ ſpeciale non debet per generalem prohibitionem tolli, eo vel præcipuè, quando prohibitio eſt inferioris, non ſuperioris concedentis; à Chriſto, ab Eccleſia habet quilibet paratus, vt poſſit communicare; vnde ergo iuſtitia illius Epiſcopi generaliter contrarium præcipientis; & mihi ius particulare adimentis, quod à ſuperiore ipſius accepi, vnde illi hæc poteſtas, aut facultas? Quapropter ſenſatiſſime, & doctiſſime decreuit ſacra Congregatio contra Concilium præceptum ſtare illius Epiſcopi, quatenus mens Concilii fuit neminem paratum arcere à quotidiana communione, dum ſic erat in antiquis, quando omnes parati inueniebantur, ſic coniugati, ac ſoluti, ſic negotiatores, & liberi à negotiationibus; & optimè addidit, nec licitum Epiſcopo illud, etiam ſi illud faciat ob irreuerentiam erga Sanctiſſimum: nam cur alterius irreuerentia mihi nocere debet, & meum tollere ius peculiare, & ſpeciale quòd habeo? qui ſenſus eſt legitimus, ac verus illius declarationis; & dicere, quod eius intentio eſt vt determinet quod quotidie ſit communicandum; eſt affingere, & proprio marte illud dicere ſine fundamento, ſine ratione, & authores interpretari, & facere, vt alio propoſito dixit Alexandrinus ni fallor, *vt dicant quod nos dicimus, & non nos dicere quod ipſi dicunt.*

Ex dictis ergo vt concludam, ſatis probatum manet, hanc propoſitionem, conſultius eſſe quotidie communicare generatim abſque diſcrimine nullo delectu, etiam cum peccatis habitualibus venialibus, etiam concomitantibus, etiam ſi cum habitibus mortalibus, nulla contra eos facta reſiſtentia, nulla diuturna præmiſſa purgatione, ſicut ſunt qui in vſu habent fornicationem, adulterium, tantum pro ſumma deuotione & reuerentia æſtimando carentiam actualium mortalium, & hoc indiſcriminatim, ſemper, nullo delectu, ac exceptione, nullaque prudenti diſcuſſione, eſſe opinionem contra Scripturam, contra Concilia, Patres, ſcholaſticos, ac ipſam rationem; quapropter eſſe temerariam, & quatenus etiam includit peccata obſcœna, & turpia, hoc eſt ſtatum turpem, & obſcœnum, eſſe ſcandaloſam, piarumque aurium offenſiuam. Sic in Domino ſentio, nec aliter ſentire poſſum, & ſi vnus ex illis ſim, qui nec parcus, nec vnquam ſtrictus in Sanctiſſimum præbendo extiti, nec vllam in hoc generalem cogito poſſe aſſignari regulam, quod ſatis indicant quæ de huius ſanctiſſimi frequentia adduxi, & adducam; ac ſic demiſsè de vſu huius ſanctiſſimi cogitare, ſic, vt ſic dicam, impudice (licet ſana alias ſit eorum mens, & zelum habeant ſalutis animarum, quod omnino credo, & affirmo) certè amplius ſufferre non valui, eo vel maximè, dum quæ latino idiomate exibant, vulgari, & communi in medium proferre quidam eſt auſus, quem merito Sanctiſſima generalis Inquiſitio compeſcens prohibuit, vt ſupra dixi.

Ex reprobatione autem ſuperioris opinionis ſatis liquet pars affirmatiua, ſcilicet ſanius, & melius eſſe illud conſilium, ac iuxta ſacram Scripturam, Concilia, patres, & rationes ob reuerentiam ſanctiſſimi aliquando abſtinere, quàm ad illud ſumendum accedere, & quod prudentiſſime hoc pater inhibebit ſpiritualis, aliquando iuxta exigentiam, & temporis occaſionem; ac proinde quod impudentiſſime, ac frontoſiſſime pœnitens aget contra patris ſpiritualis conſilium, obedientiamque ad ſacram accedere ſinaxim, & opinionem illam, quæ aſſerit melius eſſe contra obedientiam confeſſarij ad communionem accedere, ſic eſſe temerariam, ac præcedentem; immo ampliori ratione; probarem ſingula, niſi alio me aduocarent; ſcripſit de hac re ſenſatiſſime, ac doctiſſime pater Salazar, vt dixi, ad quem librum remitto lectorem, nam me alio nunc aduocant.

Num. 22. *Nix autem, & glacies ſuſtinebant vim ignis, & non tabeſcebant, vt ſcirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine, & pluuia coruſcans.*

Num. 23. *Hic autem iterum vt mitiuentur iſti, etiam ſua virtutis oblitus eſt.*

Num. 24. *Creatura enim tibi factori deſeruiens exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos, & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt.*

Commentum literæ.

AD antitheſim redit Ægyptiorum ſupplitiorum, cum Iſraëlitarum beneficiis, vt exinde quàm dulcis Deus cum ſuis, quàm terribilis cum inimicis, omnibus innoteſcat; quod nunc probat ex varia ignis efficientia; hic enim decidens cum grandine, vt ſup. num. 16. diximus, grandinem non afficiebat in malorum pœnam, ſed ſimul vim ſuam exerens, arbuſta & ſegetes eorum comburebat; at manna admotus illud non liquefaciebat cum naturaliter illud deberet, vt ſup. diximus: ergo in pœnam Ægyptiorum non agebat in grandinem, in beneficium vero Hebræorum vim ſuam cohibebat in manna; quid mirabilius; vnde ait:

Iánſen. 1. Glacies in quo à grãdine differt.

Nix, & glacies, &c. Ianſen. rectè aduertit per niuem, & glaciem grandinem intelligi; differt autem glacies à grandine, quia illa in terra, grando vero in aëre fit, conueniunt, quia vterque ex qua, quæ congelatur, vnde Lucret. lib. 6 glaciem vocat *duramen aquarum, & moram, qua fluuios paſſim refrenat euntes.* Lotinus hic tractat de modo, quo cryſtallum obdureſcat, & ex aqua materia, ſi ex niue, & aqua, an è ſucco lapideſcente perſpicuo, quem frigiditas ſub terris, vel inter gelidas rupium venas congelidet, nil reſoluit, remittit lectorem ad Agricolam lib. 6. de foſſilibus, breuiter,

Lucret. Lorinus. Agricol. 2. Chriſtallũ quid & vnde obdureſcat & ex quamateria.

quod experientia conſtat, vanum alios perquirere modos in locis gelidis, ac frigidiſſimis non ſub terra, nec inter rupium venas, ſed ſuper terram, extra venas cryſtallum cum ipſiſmet (vt ego vidi) herbis congelarum inuenitur. Ergo ex niue, & frigore, & non ex humore, aut ſucco lapidis: ſed de hac re ſatis.

Hic autem, &c. Alij codices *Hoc*, ſed melius hic, cum referatur ad ignem, vnde reſtituta gemina lectione, non eſt quod alios perquiramus ſenſus.

Etiam ſuæ virtutis oblitus eſt, &c. Contra Ægyptios nempe, non liquefaciendo glaciem, in beneficium Hebræorum non liquando, immo obdurando manna, vt ſup. diximus.

Creatura enim tua tibi deſeruiens, &c. En ratio omnium mirabilium obedientia creaturæ ad creatorem, eiuſque in eum obſequium; quomodo autem omnes creaturæ potentiam obedientialem actiuam, & paſſiuam habeant reſpectu ſui creatoris, videndus eſt doctiſſimus Pater Franciſcus Xuarez 3. part. 1. diſputat. 31.

Xuarez.

Exardeſcit in tormentum, &c. Alij *excandeſcit*, ad ignem refertur, qui virtute diuina, & potentia obedientiali contra impios exarſit, dum in fauorem ſe remiſit iuſtorum; planus ſenſus; quo modo autem creatura acriter contra impios in die exardeſcet iudicij, vide in 1. tom. Hom. 105.

Num. 25. *Propter hoc, & tunc in omnia transfigurata omnium nutrici gratia tua deſeruiebat ad voluntatem eorum, qui à te deſiderabant.*

Num. 26. *Vt ſcirent filij tui, quos dilexiſti Domine, quoniam non natiuitatis fructus paſcunt homines, ſed ſermo tuus hos, qui in te crediderint, conſeruat.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

DIxerat creaturam ſuo in omnibus deſeruire creatori, tum ad impios caſtigandos, tum ad iuſtos beneficandos, nunc ſpecialiter hoc de manna exemplificat, quatenus iuſtis, & Dei ſelectioribus ſeruis in omnes transfiguratum ſapores, ad eorum deſeruiebat guſtum, & voluntatem, vnde ait.

In omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tua deſeruiebat, &c. De manna agit diuerſos in ſe ſapores continente, vt diximus, Auguſt. lib. 3. de Trinitat. c. 1. ſic legit. *Propter hoc, & tunc in omnia ſe transfigurans, omnium nutrici gratiæ tua deſeruiebat.*

Auguſt.

Deigratia nutrix.

Dei gratiam nutricem appellat, quatenus generali vocabulo omne Dei beneficium gratia appellatur, quæ quatenus hominem conſeruat, ac ei benefacit, cibum & alimenta præſtans, nutrix dicitur, cuius benignitate plena eſt terra, vnde Dauid Pſal. 144. num. 16. *aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione*; Alij legunt; *omnia alma tua benignitati*, pro *altrici tua benignitati*,

Pſa. 144. nu. 16.

Vatabl. Burgenſ. Auguſt.

Ad voluntatem eorum, qui à te deſiderabant, &c. Ex Græco alij *ad indigentium voluntatem*, ſic Vatab. & Burgenſ. Auguſt. 3. de Trinitat. c. 1. legit. *ad voluntatem eorum, qui te deſiderabant*; Pulchra lectio, iſti Deum tantum deſiderabant, cibi penitus obliti, & Deus non ſolum cibum, ſed omnes eis continentem præſtitit ſapores; ad doctrinam eorum, qui Deo fidere, omnium obliuiſci debent, ſi Deus de illis curam non quamlibet, ſed ſuperiorem habere deſiderant; de qua re vide quæ diximus in 1. tom. Hom. 148.

2. Deus vt paſcit, qui omnium obliti eum tantum reſpiciunt.

Antiqui, vt Holkoth, & Hugo legunt, ſed male, *qui à te deſiderati ſunt*, id eſt quos deſideraſti, & amaſti; at licet non ſic verti debet, tamen verum continet ſenſum, dum miraculum illud, mannæ variorum ſcilicet ſaporum, non generaliter Deus, ſed ad voluntarem eorum, quos amabat effigiebat, vt late ſup. verſ. 11.

Holkoth. Hugo.

Filij tui, &c. Auguſt. de ſerm. Domini in monte cap. 4. Theophilactus in Epiſt. ad Rom. c. 8. Patrem Deum vſurpare proprium aiunt eſſe noui Teſtamenti, in veteri autem haud ita fuiſſe in vſu; immo, vt fieret præceptum non eſſe, vt modo, dum ex inſtitutione Chriſti omnes tenemur dicere *Pater noſter*: contra ſentit Lorinus ex illo Hierem. c. 3. num. 4. *Ergo ſaltem à modo voca me Pater meus*, bene, ſed nil ex hoc contra Auguſt. cum nunc ex præcepto tenemur omnes Deum Patrem aduocare, nota tamen communi, non ſingulari, *Pater ſcilicet noſter*: nam nulli licet dicere *Pater meus, qui es in cælis*, in oratione Dominica; at in antiqua lege non præceptum vt notatione communi Deus Pater diceretur, ſed tantum permiſſum, vt vel communi, vel ſingulari poſſet dici vti hîc, ergo quando Pater communi, vt Deus dicitur non in antiquo, ſed in nouo præcipitur teſtamento, ſingulareque eius extitit priuilegium.

Auguſtin. Theophil. Lorinus.

3. Deus præter cõmunem dici in nouo tantũ Teſtamento præceptum.

Non natiuitatis fructus paſcunt homines, &c. Græc. *non generationes fructuum*, naturales ſcilicet, & quæ via naſcuntur ordinaria.

Sed ſermo tuus, &c. Græc. *verbum tuum*, non ſecunda Trinitatis perſona, ſed iuſſio, & Dei intelligitur imperium; vnde Moyſes Deuter. 8. n. 3. *afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & Patres tui, vt oſtenderet tibi, quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei.* Quæ verba vſurpauit Chriſtus Matth. 4. nu. 4. & Luc. 4. nu. 4. quæ hîc tractanda de Dei prouidentia, eiuſque potentia, magnitudine, ac ſuauitate in 1. tom. abunde dictum Hom. 148.

Deut. 8. nu. 3. Matth. 4. nu. 4. Luc. 4. n. 4.

Num. 27. *Quod enim ab igne non poterat exterminari, ab exiguo radio ſolis calefactum tabeſcebat.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

ALiud in Manna mirandum adnotat, ad ignem indurationem ſcilicet, ad ſolem liquefactionem, ſic omnes.

Cantacuz. intelligit de grandine, quę contra ignem dura, tamen ſi Deus induciarum tempus daret, ad ſolem liquefiebat; improprius ſenſus, verus eſt de Manna, vnde Chaldæus Paraphraſtes, *& quod manebat ex eo ſuper faciem agri, cũ incalniſſet, ſed ligneſiebat.* Caietan.

Cantacuz. Caiet.

Digitized by Google

affirmat, vt sup. num. 21. vidimus, manna collectum, neque ad solem liquefieri, sed semper durum permanere, sed tantum quod in campo remanebat, quapropter in eo liquabile extra eum durum esset, non secus ac ouum intra gallinam, & extra, intra tenellum, extra durum. Abulens. in Exod. 16. quæst. 8. & 11. contrarium sentit; vtrumque possibile, incertum tamen.

Abulens.

Num. 28. *Vt notum omnibus esset quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.*

Num. 29. *Ingrati enim spes, tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua supernacua.*

Commentum literæ.

DIxerat ab exiguo solis radio manna colliquefieri, & si ad ignem potius duresceret; nunc huius rei admirabile documentum elucidans, rationem subdit, cur factum, vt scilicet homines solliciti essent tum ad Deum benedicendum, tum ad gratias ipsius recipiendas, vt mox, dicemus.

Oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, &c. Græc. *ad bonam gratiam tuam*, seu *ad Eucharistiam tuam*, quæ bona gratia etiam dicitur, aut accipiendam, aut reddendam, Cantacuz. Vatab. Iansen. Clarius, Osorius accipiunt pro gratiarum actione Deo reddenda, vnde ad benedictionem tuam, hoc est ad te benedicendum. Alij, vt Holkoth, Hug. & alij, pro manna benedictionem Dei accipiendam ante solis ortum intelligunt; primus sensus magis literalis, cum hîc agat de fructu, seu de documento, quod eligere debemus; cur ante solis ortum manna colligendum, vt scilicet mature, & præpropere surgamus ad Deum benedicendum, præueniendo solem. De malo negligétiæ in Dei seruitio in 1. tom. diximus Hom. 58. de matura conuersione, Hom. 117. quomodo tempestiue sapientiæ diuinæ occurrendum Hom. 119. hîc nunc de tempore quo orandum, & sol præueniendus, ad Deum laudandum; de qua re infra.

Cantacuz. Vatabl. Iansen. Clarius. Osorius. Holkoth. Hugo.

Et ad ortum lucis, &c. Non locum significat, in quo Deus orandus, orientem scilicet, sed tempus, vt communiter omnes; mature enim Deum adire debemus, primo crepusculo, ante solis ortum, vti Dauid Psal. 87. n. 14. *Mane oratio mea præueniet te.*

Ps. 87. nu. 14.

Te adorare, &c. Græc. *occurrere, obuiam prodire*, sic antiqui ad fores adibant principis, ad templa Deorum primo mane, vt gratias referrent; de quare infra.

Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet, &c. Si quis Dei beneficiis ingratus, spe cõfisus, manna non sic cito resoluendum, in lecto iacens post solis ortum ad illud colligendũ surgebat, vana erat eius spes. sine alimẽto se inueniebat, digna ingrati animi punitio; sic nunc sapiẽs metaphorice loquens, ad instar ait huius negligentis erit ingrati spes, tabescet sicut hybernalis glacies, sicut manna diuinum, ad solis exiguum radium; de qua re infra.

HOMILIA LXXXVII.

Deus laudandus ante solis ortum.

MAgnum miraculm, factũm stupendum, vt vna, eademque substantia ad ignis calorem durescerẽt, ad solis radium liquescerẽt, vnum manna si tantisper expectaret, si tantillum illud sol tangeret, iam ad nihilum reducebatur; dum è contra, & si in fornace, ac magno incendio, obdurescebat, cuius tanti miraculi causam si exposces, profecto nullam inuenies aliam, nisi morale tibi documentum, quanta sollicitudine scilicet statim Deo gratiæ reddendæ, quomodo solem ad ipsum magnificandum præuenire debeas, vt ex hinc efficax colligas argumentum matutinas preces, orationemque antelucanam sic Deo cordi, vt ad illam docendam portenta faciat, mira operetur, *Dic mihi qua fronte*, ait Chrysost. de orando Deo, *solem intueberis, nisi prius adores eum, qui lumen illud dulcissimum oculis tuis immittit?* Pulchra ratio; beneficium præstolamur lucis illius, illius lucis à qua omne nostrum in hac vita bonum, sine qua nullum nobis gaudium; nonne ergo ratio postulat, vt tale, tantumque præueniendo beneficium gratias antelucanas demus, orationemq; profundamus?

Chrysost.

Enimuerò vnum certum, sic Deum ad nos audiendum promptum, paratumque, vt nullum sit tempus, quo non præsto sit, quo nos non audiat; hinc Regius Psaltes, tanquam expertus Psalm. 4. num. 1. ait: *Cum inuocarem exaudiuit me Deus*, pendo illud *cum inuocarem*, quid est cum? sanè illico, omni tempore, in quacumque hora, nulla mora, nullo impediente, quod elegantissimè expendit Chrysost. in hunc locum tom. 1. *Non adsistit miles, ait, qui expellat, non satelles qui tempus interrumpat, non est qui dicat, non est nunc tempus accedendi, veni postea; sed quando veneris stat audiens, etiam si tempore prandij, etiam si tempore cœnæ, etiamsi nocte intempestâ, etiamsi in foro, etiamsi in via, etiamsi in cubili, etiamsi intus in magistratu fueris, nihil vetat, quo minus tuam petitionem audiat, si rite vocauerit.* Pende singula, & aspice, quàm inexcusabilis homo Christianus non orans, cum nullum tempus, immo nullum exercitium ab oratione illum impedire poterit, non forum, non magistratus, non infirmitas, cum & in foro, & in magistratu, & in cubili Deus omni tempore adest, & vt inquit sanctus: *neque enim opus est ianitoribus qui te introducant, neque dispensatoribus, procuratoribus, custodibus, aut amicis.* Pulchre hoc postremum, & si nos inimici, ad orandum sic Deus nobis præsto, vt amicis nec indigeamus, Matth. 15. num. 22. Profecto inimica erat Chananea illa, & tamen exaudita, immo quod notandum, tunc exaudita, quando per se accessit, ac per se, & non per Apostolos expostulauit, *dimitte eam quia clamat post nos*; discipuli ad Dominum; at quid ille? *non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus*

Ps. 4. n. 1.

Chrysost.

1. Deus semper paratus ad orationem audiendam.

2. Homo Christianus quàm inexcusabilis si non oret.

Matth. 15. nu. 22.

Conuersio capitis. Etsi peccator, & Dei inimicus.

Digitized by Google

Iſrael; Quod cum ipſa intelleriſſet, per ſe accedens, dixit: *Domine adiuua me*; at Dominus, *non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus*; cui illa, *etiam Domine*; *nam & catelli edunt de micis.* Quid ergo inde? *ô mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.* In quo loco duo adnoto, primum, Apoſtolos Domino non replicaſſe, neque cõtra rationem arguiſſe, ſanè amice, quia non ſuum, ſed alienum negotium agebant, vt tibi argumentum, ſiue doctrina ſit, non ſic aliorum orationibus fidere, & ſi ſancti, ac Dei amici; vt tu nil facias, nec per te ipſum accedas: nam & ſi ipſi pro te orent, tamen multoties difficultates non vincent, inſtantias non ſoluent; & ſecundo, tunc hæc exaudita, quando per ſe acceſſit, cuius equidem ratio, Chriſtum ſcilicet ſic noſtrarum gratiarum, ac voluntatis cupidum, vt bipartitam eam non ſufferat, ſed haurire velit totam. Hinc vult vt aliquando non per alios, ſed per nos ipſos, & ſi inimici exaudiamur, vt non aliis, ſed ſibi nos debeamus; quod ponderans Chryſoſt. vbi ſup. ſic ait: *Non ita enim per alios placamus orantes, ſicut per nos ipſos, cum enim noſtram expetat amicitiam, omnia etiam facit, vt nos ei confidamus, quando viderit hoc nos per nos ipſos facientes, tunc maximè annuit; ita etiam fecit in Chananea, non annuit, cum Petrus, & Iacobus accederent; cum ea autem permaneret, quod petebatur dedit protinus.* Nil melius, & ſi inimici, per nos audit, quia noſtram expetit amicitiam, & eo amplius hoc ſi amici, quia ei non alteri vult vt cõfidamus, ideo ſemper nos audit, ſemperque præſto eſt nobis, nullum diſtinguens tempus, nullam ſignatam habens horam, licet quæ illi amplius in animo ſit ante lucana.

4. Aliorum orationibus ſic fidendũ vt ſimul & nos oremus.

5. Deus cur vult vt ipſũ per nos ipſos oremus. *Chryſoſt.*

Enimuero cum Pharao Moyſen deprecaretur, vt Deum rogaret pro ranis, Exod. 8. nu. 9. reſpondit Moyſes *conſtitue mihi quando deprecer pro te*, multa hic petit Abulenſ. quæſt. 5. cur ſcilicet in poteſtatem Pharaonis tempus poſuit precum Moyſes, quaſi apud Gentilem, Dei veluti coarctans voluntatem, immo miſerationis tempus, quod acerbe apud Deum, vt patet ex illo Iudith, quando præbyteros reprehendens, dixit: *& poſuiſtis tempus miſerationis Domini in arbitrium veſtrum*, c. 8. nu. 10. at prudentiſſimè reſpondit, illud Moyſen feciſſe, non vt Dominum tentaret, ſed vt à mente Pharaonis ſuperſtitionem tolleret, ne ſcilicet putaret *aliquam virtutem ineſſe tempori ad preces exaudiendas, vel Deum promptiorem ad exaudiendum vno tempore, quàm altero indicaret.* Egregiè; nam, vt ſupra ex Chryſoſt. dicebamus, ſemper Deus, & in quocumque tempore promptus.

Exod. 8. nu. 9. *Abulenſ.*

Iudith. 8. nu. 10.

4. Moſes cur tempus orandi in poteſtate poſuit Pharaonis.

At licet hoc verum, & extra telam, tamen etiam certum matutinum, & ante lucanum tẽpus eſſe Deo acceptiſſimum, & ad exaudiendum propriſſimum; hinc pondero quod cum illud Moyſi in poteſtate poſuiſſet Pharaonis, hic aut ex ipſo rationis dictamine, aut ex apprehenſione conſuetudinis Deum ante lucem orandi, cum potuiſſet dicere vt modo, & in inſtanti, eo vel maximè, quia plaga premebatur horribili, reſpondit homo gentilis *crastinum*: nam & ſi verum huic rei, & alias ſuppetere rationes myſticas, & literales, tamen hæc propriſſima; A nam ex conſuetudine ſummo mane, ſiue Deum veros eius cultores, ſicut Deos ſuos Gẽtiles adorare ſolitos; hinc illud Maronis de ſuo Æneа lib. 11. Æneidos.

Vota Deum primo victor ſolvebat Eoo;

Vnde legitur apud Exod. ſup. c. 7. n. 15. quod ad Moyſen Dominus, *vade ad Pharaonem mane, ecce enim egredietur ad aquas*, vbi Abulenſ. affirmat Pharaonem iuſſe mane ad potandum aquis cultum aliquem, vel vt alij, ad adorãdum *Apontanum* Deum; intellexit ergo Gentilis homo matutinam propriã Dei eſſe adorationem, ac tunc maximè ad exaudiẽdum promptiorem, quatenus tunc proprius, verius, ſiue efficacius, ac expeditius ab homine colitur, vnde vt infallibiliter, ac certa eſſet exauditio *crastinum* dixit, hoc B eſt ſummo mane.

5. Cur Pharaõ dixit crastinum & non modo. *Exod. 7. n. 15.* *Abulenſ.*

Atque ni fallor hãc de cauſa non timuit Elias 3. Reg. 18. nu. 15. Prophetis Baal tempus matutinum concedere ad ſacrificandum, ampliore que eos proſequi honore, quàm ſeipſum, verique Dei cultum, vt rectè dubitat Abulenſ. quæſt. 26. nam & ſi hoc fecit, vt ait Theodoret. quæſt. 56. *Ne pudore affecti miniſtri mendacij dicerent agrè ferre Baal, quod non primus accepit munus*; ac proinde vt excuſationem ab eis præriperet, tamen etiam veriſſimum, quod idem Abulenſ. ait, vt ſcilicet amplius miraculum patefieret ex vanitate orationis, eorumque ſacrificij, eum in nullo exaudiri; quod non minus equidem patefactum ex ipſomet tempore: nam ſi Baal verus eſſet Deus cum populus ſciret matutinas preces amplius à vero Deo exaudiri, mortuum Deum illum æſtimarunt, qui à mane vſque ad veſperam præſtolatus, *non fuit vox, nec qui reſponderet.*

3. Reg. 18. nu. 25.

6. Elias cur Prophetis Baal tẽpus conceſſit matutinũ.

Hinc hanc Dei propenſionem bene callens Regius pſaltes Pſal. 5. n. 3. vt exaudiretur, mane orabat, quia mane exaudiebatur, *quoniam*, ait, *ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meã*; ad quid illud *mane*, nũnquid nõ ſufficiebat dicere, orabo, & exaudies? minime: nam ideo addidit mane, quia mane ad orandum ipſe ſurgebat, qua diligentia Deus ad præſtandum mouebatur, quem locum perſtringens Chryſoſt. in hunc Pſal. tom. 1. pulchrè adnotat tempus matutinum Prophetam obſeruaſſe ad orãdum, vt ſolem præueniret, & vt doceret prima Deo reddenda eſſe vota, vnde ait: *Vides vehemens ſtudium, à principio diei hoc ago, audiant, qui poſt innumerabilia opera tandem veniunt ad orationem; at non ſic Dauid, ſed ab initio diei dabat Deo primitias, oportet enim inquit ad gratias tibi agendas ſolem prævenire, & ante ortum lucis te interpellare.* Solide dictum, in quo & rationes ſimul habes, cur adeo Deo matutinæ cordi ſint preces; quia primitiæ illi debentur ex iure, vnde contra fas, contraque ius alteri illas præſtare; hinc lugenda, vt interim hoc dicam Chriſtianorum, immo religioſorum aliquorũ inuerſio, qui aliis diſtenti exercitiis alioquin bonis, vti ſtudio, lectionibus, magiſteriis, actiuæque vitæ exercitiis, ſic orationem, ac quotidianum officij penſum exoluunt, vt ordinem inuertentes vltimas ei partes aſcribant, ſic vltimas, vt tunc expiret penſum, quando vltimum diei inſtans, proh pudor! vt prior ſit ad Deũ laudandum creatura inſenſibilis, quàm rationalis homo, quod pulchra aſtruit ſimilitudine Chryſoſt.

Pſ. 5. n. 3.

Chryſoſt.

7. Dauid vt exaudiretur manicabat ad orandũ.

8. Matutina oratio cur Deo cordi & ſic eam expoſcit.

9. Religioſorum turpis negligentia in penſo ſoluendo.

Digitized by Google

Chryſoſt. ſic: *Tu autem in Imperatore quidem minime patiaris eum, qui eſt inferior ante te adorare, nunc autem ſole oriente ipſe dormis, & cedit primo loco creatura, nec omnem creaturam præuenis, quæ propter te facta eſt, ſed cum ſurgis manus, & faciem lauas, animam autem immundam negligis.* Pulchrè, accurrunt Principes, at primi ſint ad adorandum Regem, honoris reputant noxam ſi alter præuenit inferior, ſic hoc moleſtè ferunt, vt ſæpe inde bella, inde mortes, ſolum hoc ad Dei adorationem deficit præueniendam, parum curant, etſi anima eos præueniant, quid hoc? niſi quod plus terrenum Regē, quam cæleſtem æſtimant; at illud ampliùs in Chryſoſt. obſerua, exemplum ſcilicet in operibus neceſſariis poſuiſſe, ad eorum præcludendas excuſationes, qui ſub prætextu neceſſitatis officij, aut occupationis illud agere affirmant, cum ſi ardens in eis eſſet amor Dei, ſi feruens charitas, ſi prima Dei æſtimatio, frigidæ non valerent ſimiles excuſationes; quis Dauide ampliùs occupatus? quis ampliùs eo negotiis diſtentus? quis neceſſariis magis addictus? & tamen ſemper primitias diei Deo conſecrabat, mane, de nocte, ſurgens, orans, ſolem ipſum ad laudandum Deū prævenies; faceſſant ſimiles ergo excuſationes, & pallio neceſſitatis tepiditatem animi obumbrare nolint, quæ dum adeſt, ſic Deo infenſa, ſic ex illa Deus offenditur, vt velut in anguſto poſitus ad benefaciendum coarctetur, & reſtringatur; hincque nec orationes exaudit.

10. Tepiditas in Dei ſeruitio Deum coarctat ad benefaciendum.

Manifeſtè hoc, ni fallor ex illo Zachar. 11. n. 8. *Et contracta eſt*, ait, *anima mea in eis*, quid eſt cōtracta eſt? ex Hebræo liquet ſenſus, Dei animū ſcilicet ad benefaciendum promptum, atque profuſum, contraxiſſe ſe, & veluti coactum liberalitatem compreſſiſſe, & veluti nauſeaſſe in eis; vnde vt apud Cornel. aliqui legunt, *nauſeat in eis*; at vnde tanta Dei liberalitatis, effuſioniſque coarctatio? Sane *quia anima eorum variauit in me*, quid variauit? multi, multa, primò aliqui *variauit*, hoc eſt nunc obedientes fuerunt, nunc inobedientes, nunc me, nunc ſuas coluerunt cupiditates, varij in Dei ſeruitio inconſtantes, quo eorum perſtringitur ſpiritualium, ſiue Chriſtianorum vita, qui ſemper varij, nunc ſancti, nunc peccatores, ex quorum varietate nauſeat Deus, ac ſtomachatur, 70. legunt, *anima eorum rugiebant ſuper me*, quid eſt rugire? niſi de tædio vitæ ſpiritualis, de ſenſuum, ac libidinis, peccatorumque ac paſſionum mortificatione contra Deum rugire, ac obmurmurare? quaſi impoſſibilia præcipiat: ſic hæretici, ſic mali Chriſtiani, ſic perfidi religioſi; quid ergo mirum ſi ad eos Deus nauſeat? Aquila *anima eorum immaturauit in me*, hoc eſt pira, & poma immatura, ſtiptica, pontica, & acerba retulit; hi perſtringuntur, qui Deo ſpiritualia exercitia referunt immatura, cruda, ex vſu, ſine deuotionis ſucco, ſacrum, penſum, orationem alio diſtenti exercentes feſtinanter, curſim, ac veluti per tranſennam; quid ergo? nunquid liberaliter cum illis Deus? ipſi tempus coarctant, & quaſi vane inſumeretur, non currunt, ſed volant, vt penſum ſoluant, & Deus miſericordiam, animumque coarctat, nullam eis tribuens gratiam, nullum deuotionis liquorem; ob quod rectè admonet Cyprianus in oratione Dominica ſub principio, orationem verecundiæ, & diſciplinæ plenam eſſe debere, ac proinde, *non paſſim ventilare preces noſtras inconditis vocibus, nec petitionem commendandam moleſtè Deo, tumultuoſa loquacitate iactare.* Quod cum aliter fit, non mirum ſi ſine deuotionis lacte in ſpiritualibus exercitiis nauſeant, vndé & alij legunt *anima eorum nauſeat in me*; at illa verſio ad noſtra proprius, quæ legit *anima eorum tedio affecta eſt in me*, ſic vt tepide ſe habens, ac floccide potius dormiret, quam in Dei vigilet ſeruitio; hinc adorationem, exercitiaque ſpiritualia dormitans, etſi vocata, ac perſuaſa è cubili ſurgere recuſat, ac negligit, ſic, vt prius ſol in mundo, quam ipſa in Eccleſiā; quid ergo mirum ſi ad talium orationem poſtea Deus ſe coarctet, anguſtet, & nil concedat, & annuat? nam, vt rectè Chryſoſt. Serm. de Natiuitat. Domini ex variis in Lucam, *Nec enim ſponſus invenitur*, ait, *à dormientibus, neque ſe coniunget niſi vigilantibus.* *Chryſoſt.*

11. Inconſtantes in Dei ſeruitio Deus ſtomachatur.

12. Cur etiam hæreticos. *Aquila.*

13. Homines Chriſtiani, ac religioſi qui curſim orationes fundunt, & penſum ſoluunt ad nauſeam Deum prouocare.

Cornel.

Hinc non ſolum non exaudita illa, ſed à ſponſo elongata, qui dormiens ad tactum ſponſi non illico exurgens laxata, & tepida excuſationis adhibuit, quaſi digito illas demonſtrans perſonas, illos clauſtrales ſic ſomno immerſos, vt etſi aut à cimbalis, aut fratribus excitentur ad matutinas aduocati preces, excuſationes allegant, infirmitates prætexentes, laſſitudines cauſantes, tepiditatem, inertiam, ſomnolentiam pallio neceſſitatis operientes: ego dormio, dixit negligens ſponſa, & *cor meum vigilat*, quem ſomnum nunc cum Nyſſeno Hom. 11. placet in malam partem accipere, qui affirmat hæc verba eorum ſomnum ſignificare, qui in perfectionis itinere dormientes vana, ludibria, & inania ſomniant oſcitanter in Dei via ſe habentes; nam vt ipſe ait, qui ad perfectionem aſpirant, *Oportet eſſe ſomno potentiores, & mente perpetuo vigilare, veluti quandam animarum deceptricem, & veritatis inſidiatricem expellentes ex oculis dormitationem.* Egregiè; nam oculorum ſomnus, & præcipue matutinus verè eſt animæ deceptor, ac veluti veritatis inſidiator, dum efficit, vt neceſſitates effingantur, & ipſa anima vanis ſe decipiat excuſationibus, neceſſitatem reputans ipſam tepiditatem, veras rationes ipſas negligentiæ excuſationes, ſiue diaboli ſuggeſtiones, vt inquit Climac. grad. 18. *Obſervemus diligentius*, ait, *& inveniemus cum inſonuerit ſignum ſpiritualis tubæ viſibiliter quidem convenire inimicos, atque hos quidem cum experrecti fuerimus aſtare lecto, noſque vt iterum decumbemus lectulo hortari, expecta inquiunt, dum compleantur ſpirituales hymni, ſicque demum in Eccleſia proficiſceris.* Profecto, vt expertus loquebatur Sanctus, cum nil verius; ſed audi dormitantem ſponſam, quæ etſi vocata, etſi inclamata, etſi perſuaſa, tamen negligens, torporem excuſans, impoſſibilitates prætexens, reſpondit: *Expoliani tunica mea, quomodo induar illam? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Surgere nolebat deſes, & ne vitium confiteretur, excuſationes prætexit, quaſi ſponſus ea quæ non deberet ſuaſiſſet, vt optimè adnotat Theodoretus, *Atqui hoc illi ſponſus non præcepit*, ait, *neque enim vult, vt depoſitum veterem hominem iterū ſumat, aut ſanctis manibus ſuis ablutos coinquinet pedes, ſed vt ſine labore, ac inquinatione aperiat ſibi, vel animum, vel oculorum fores, quo aut per cognitionem, aut per auditū ingreſſus, in ani-*

14. Religioſorum tepiditas ad matutinas preces taxatur.

15. Somni matutini mala.

Climac.

16. Diaboli aſtant ne ſolerter religioſus ad matutinas accurrat preces.

Nyſſenus.

Theodor.

mabus sanctificatis inhabitet; at quidnè efficaciter tamen postea vocata, violenter, vt sic dicam, & A fortiter, *Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus*, hoc est cor, *intremuit ad tactum illius*, etsi surrexit, dilectum tamen non inuenit, aberat, aufugerat, vnde nec respondit inclamatus; ad doctrinam nostram hæc, vt ne miremur si desides, si somno dediti, si pigritantes in oratione simus, si Deus nos non audiat, etsi inclamatus, si absit, si se elongat, attendamus quia solertia antelucamur ad orationem, si sponte, an vi, si amore, aut timore si imus, an trahimur, & iuxta quod inspexerimus iudicium feramus: nam etsi tempestiuum Deo acceptum nostrum sacrificium, tamen velim scias, quod non nisi etiam ex animo, & libenter.

17. Sacrificium vt Deo sit acceptum debet ex animo & libenter fieri.

Hoc equidem adnoto in illo admirabili B Abrahami sacrificio, Genes. 22. n. 2. præcipitur filium sacrificare, profecto res non nimium delectabilis, &, vt adnotat Lippom. in catena, hoc præceptum de nocte habuit; at ille quasi non ad filium immolandum, & perdendum, sed veluti ad alterum recipiendum, illico nulla interposita mora, *de nocte consurgens, strauit asinum*, ac per se, non per alios cæcidit ligna, *cumque concidisset ligna*; quod perstringens Ambros. ait: *Discimus apparatum sacrificij, & ministerij munus ipsi nobis vendicare, non delegare alijs*; at cur ea cæcidit? nunquid in montibus defutura ad quos ipse missus? non equidem, sed sic ex amore lubens ad sacrificium, ad filium immolandum ibat, vt dubitet defutura, & vt securus accedat necessitatem præuenit possibilem, siue impossibilem, vnde C Lippom. *Concidit ligna, nequid impediret obedientiam in incerto loco lignorum defectus*; vah quantus ardor, confer hunc feruorem cum sponsæ tepore, quem supra adnotauimus, & in speculo aspicies, quod amor ardens excusationes præuenit. tepor negligens requirit absconditas, illa causauit pedum immunditiem, tunicæ resumptionem, ne de noctu surgeret, tepida nolebat manicare; iste verò è contra, non solum de nocte surgit, sed & cæcidit ligna, ne iusto retardatus impedimento à sacrificio cessaret, quid per hoc? sane illud, frigescimus, ideo non operamur, quia non diligimus, ideo difficilia negligimus, & sæpe ad orationem non manicamus excusationes prætexentes, quia nolumus, non quia non possumus; Abraham senex, annis onustus, diues, ac seruorum Dominus, vt adnotat Ambros. vbi sup. tamen ipse per se cædit ligna, effœtas exerens vires amor, non ad sacrificium properans tristis, sed hilaris, vt egregiè adnotat Zenon. Veronens. Serm. 5 de Abraham; *Propter in Deum excellentem charitatem*, ait, *non contristat frontem deuotissimus Abraham, sed exultat, & gaudet de filio hostiam parans festinam, vnde ait, de nocte*, &c. Non solum ergo sacrificium obtulit, sed lætus, & insuper non diem expectauit ad sacrificandum, sed mane, sed diluculo, sed de nocte ad obediendum ipsum præueniens solem, ipsum diluculũ, vt hinc nos doceamur quomodo ad orationem, quomodo Deo sacrificandum surgere debemus, nõ solum diluculo, sed lætanter, libẽter.

Ambros. 18. Abrahami audens obedientia expenditur in concisione lignorum. Lippom. Zenon.

Immo sic matutinum sacrificiũ Deo acceptũ, sic diluculum exposcit, vt illud zelet iratus, si alteri concedimus; quod sentit Isaias c. 5. n. 11. *Va qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam*, cur hoc sic Deus præsentit? declarat mysterium Ambros. lib. de Elia, & ieiunio c. 15 *Non immerito*, dicens, *va illis, qui mane ebrietatis potum requirunt, quos conuenichat Deo laudes referre, preuenire lucem, & vacare orationi.* Ergo Dei sensus secundum Ambros. quia dum alteri mane damus, primitias illi ex iure debitas præripimus, ipsique alterum præferimus; & ne reputare forsitan posses minimum hoc quid esse, aut parum referre, attende ex hac præpostera inertia fructus, *Propterea*, sequitur Propheta, *captiuus ductus est populus meus, nobiles eius interierunt fame, multitudo eius siti aruit, propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vlle termino*; Terribilis, & horrenda sententia; quod si causalem ponderes, prorsus intolerabilis: ergo ne in peccatis, & ad peccata captiuamur, fame rerum spiritualium peribimus, siti diuinæ gratiæ arescemus, tandem multitudo infinita sic perit, vt necessarium infernus dilatet os, extendat sinus; ac interminabilis fiat, quia Deo non manicamus, sed luxuriæ, sed ebrietati, sed peccatis, sed tandem comportationi; amice pro Deo, quando hæc legis, abstine si illud operaris; geme si aliquando operatus, etsi ex officio potes, dum præsentem Ecclesiæ statum cernis, quando in multis prouinciis prius venter, quam Deus adorari solet, inclama, ingemisce, argue, obsecra, dum hodie propè decurso die surgunt, in medio existente sole, & ante lucem in ipsis cubilibus, ipsisque stratis crapulantur comportantes, solem præuenientes ad luxum, non ad adorationem, primitias diabolo, siue ventri, non Deo tribuentes, post corpus suum eum habẽtes; quod equidem grauissimum, vt sensate ait Ambros. in Psal 118. Serm. 19. super illa verba: *Preuenerunt oculi mei ad te deluculo, graue est si te otiosum in stratis radius solis orientis inuerecundo pudore conueniat, & lux clara feriat oculos, somnolento adhuc tempore depressos, an nescis homo quod primitiæ tui cordis, ac vocis quotidie Deo debeant?* In quibus vltimis verbis diuinæ indignationis causam capies, tanti scilicet furoris rationem, eã nempe, quia primitiæ alteri tribuuntur; & vt D. aiebat Basil. vt in Glosa in hunc Isaiæ locũ, *Qui mane possent, quidnis de Deo edoceri, isti confestim, vt è somno à se excusso surrexerũt confectabantur siceram*; cuius tãtæ cõpotationis libidinis causam si requires, inuenies, *quia*, vt inquit Lyra. *ebrij precedenti vespere, ideo mane sunt sitibũdi; illos*, vt aiebat Basil. vbi sup *destituens dies, non ebrietas*, dormiunt ebrij, expergiscuntur sitibũdi, vinum anhelant iterum compotantes vsque ad vesperam, quasi ad luxuriam, & ebrietatem nati, quid ergo mirum si ob hoc Deus iratscatur, si diluculum zelat, si matutinũ vult vt præoccupemus ad orandũ tempus, parsimoniæ illud indicium est vespertinæ, siue documentum, vt exinde intelligas, ideo sic ad matutinam Deũ premere orationem, quia dum præbetur, & totum simul diem ordinat vsque ad vesperam; Vnde eleganter Ambros. *Cum te meditantem verba diuina dies inuenerit, & tam gratus opus orandi, & psallendi delectauerit tuam mentem, iterum dices ad Dominũ Iesum, exitus matutini, & vespere delectabis*; bene quidem, ex delectatione spi-

Isaiæ 5. n. 11.

10. Dei sensus dum ad alia prius manicamus. *Ambros.*

Isaiæ.

21. Quanta mala eueniunt dum primas Deo non damus diei.

22. Pessima illarum prouinciarum consuetudo maxatur qui prius comedunt & bibunt, quã orant.

Ambros.

Basil.

Lyra.

23 Cur Deus tãtum matutinam appetit orationem.

Ambros.

19. Tepidorum excusationes perstringuntur & vnde emanant aperitur.

rituali antelucana veſpertina proceſſit, & ideo veſpere delectabis in Deo, qui mane ſolem in eius laudibus præueniſti, & ſanctiſſime diem claudis, quia ſancte incepiſti.

24. Sic oũ appetit vt benedictionem in ea impertiẽda teſeruet.

Hinc etſi cum ipſo in oratione per diem, immo & per noctem luctemur, vt ſic dicam, tamen benedictionem non tribuit niſi mane exoratus; quod pondero in lucta Iacobi cum Angelo, Geneſ. 32. n 4. *Ecce vir luctabatur cum eo vſq; mane*, per totã ſcilicet noctẽ; at benedictio quando? profecto mane; *dimitte me, iam enim aſcẽdit aurora, nõ dimittã te, niſi benedixeris mihi*, & paulò poſt, *& benedixit ei in eodem loco*, quæ verba, cũ ad priorem benedictionẽ referãtur, vt rectè Interlineal. ſuperflua videntur, niſi myſteriũ agnoſcas in tẽpore, quaſi tunc Deum benedixiſſe Iacobum, quando mane, quia tẽpus benedictionis diuinę ipſum diluculum. Egregiè Ambroſ. vbi ſup. ad rem, *Si hunc ſolem præueneris antequam ſurgat, inuenies Chriſtum illuminantem, & ipſe prius in tui cordis illuceſcet arcano*; illuceſcet, quia lucifer, & tunc quando tu ipſum præuenire autumas, quaſi præuentionem extimens, & ne præueniatur, præuenit.

Geneſ. 32. n. 4.

Interlin.

25. Matutina oratio propriè eſt Angelica.

Adde ad hæc, & aliam huius rei rationem, meo ſenſu efficaciſſimam, quare ſcilicet ſic Deo cordi matutina, ac antelucana oratio, quia ſcilicet illa propria eſt Angelorum, ſummorumque ſpirituum, vnde ad altitudinem nos euehere deſiderans Deus Angelicam, & ſimul à nobis cum ipſis collaudari vti par eſt, matutinas à nobis, non veſpertinas expoſcit preces; quod autem matutina laus ſit Angelorum propria manifeſtiſſimè patet ex illo Iob. 38 n. 7. dum ſtellas matutinas appellat Angelos ex præuia laudatione, ac in Deum ipſorum laudatione; *Cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & inbilarent omnes Filij Dei*; in quo loco Hieronymus, Greg. & Beda, aliique per aſtra ipſoſmet Angelos intelligunt, qui matutinæ ſtellæ dicuntur, quia ſtatim à principio illico, moxque creati, primum, quod præſtiterunt Dei extitit laudatio: nam Scripturæ mos eſt, vt quod quã citiſſimè factũ, mane dicatur factum, aut diluculo, ita vt nullum tẽpus, aut negotium illam occupationẽ, aut tẽpus anteuertat, Geneſ. 19. n. 15. *Cum eſſet mane cogerunt eum Angeli*, hoc eſt primum quod fecerunt fuit extrahere Loth. 28. n. 18. *Surgens ergo Iacob mane tulit lapidem*, hoc eſt primum, quod geſſit, & alibi ſæpe hoc. Ergo ſtellæ matutinæ rectiſſimè dicuntur Angeli, quatenus ſicut iſtæ ſic dicantur, quia ſolem præueniunt, & ante ſolem videntur, & vt ſic hominem incitant ad Deum laudandum præueniendo ſolem; ſic Angeli nulla interpoſita mora, nullum aliud negotiũ ſtatim à ſua creatione, primum factũ oratio, laudatio, ſacrificium iubilationis extitit diuinæ, hinc rectiſſimè ſtellæ dicuntur, & aſtra matutina; immo ſic etiam quatenus & nos ad Deum cum ipſis laudandum ſimul expergiſcantur, vt deuotiſſimè aſſerit Greg. hic lib. 28 c. 27. ponderans non tantum dictum, *cum me laudarent aſtra matutina*, ſed *cum me laudarent ſimul*, hoc eſt cum hominibus eorum opera expergefactis; vnde, *Ideo matutina aſtra memorantur*, ait, *quia ſæpe ad exhortandum homines miſſi ſunt, & diem venturum mane nunciant, ab humanis cordibus præſentes vitæ tenebras fugant*; Cum ergo Angeli matutina aſtra ob Dei matutinam laudem dicantur, quid mirum ſi Deus, immo ſi ipſimet ſic matutinam expoſcant orationem, vt ſocios habeant ad laudandum, & Deus vt Angelicæ pares nos conſtituat naturæ per antelucanam orationem? nam ſi, vt Chryſoſt. ait in Pſal. 4. tom. 1. oratio homines Angelos facit, quia à vinculis corporis homo ſoluitur, curamque deſpicit victus; *Homo enim qui cum Deo loqui didicit*, ait, *vt par eſt eum qui cũ Deo loquitur, erit deinceps Angelus, ita liberatur anima à vinculis corporis, ita ei ratio in altũ tollitur, ita è terris migrans in cœlis habitat, ita de victu curam omnem abiicit, & quæ ad victum pertinẽt deſpicit, ita apud ipſum thronum ſiſtitur, etiam ſi ſit pauper, ſi famulus, ſi priuatus, ſi indoctus.* Profecto cum inter corporis curas maxima ea, quæ ad ſomnum pertinet, cum temporis maximam partem in eo homines inſumunt carnales, certè quanto minus ſomno dediti, quanto amplius vigilamus, tanto viciniores naturæ efficimur Angelicæ, qui nunquam dormiunt, *Sæpe noctu è lecto ſurgendum eſt*, ait Clem. Alex. 2. Pædag. c. 9. *Deuſque laudandus, beati enim qui in ipſum vigilarunt, ſeipſos aſſimilantes Angelis, quos nos*, Græc. *Egrixorelas*, id eſt, *vigilantes vocamus.* Ergo antelucamur ſaltem, vt Angeli ſimus, quando bene ob Dei cultum illud non deberemus, qui ſemper apud Sanctos, apud effectos Dei cultores matutinos extitit, in hoc partes illi antiqui ſummoperè prementes.

Chryſoſt. 28. Oratio homines Angelos conſtituit, & præcipuè matutina.

Hinc in primitiua noſtrã Eccleſia ſemper cœtus antelucani, quia tunc feruor vigebat maximus, vnde, vt refert Euſeb. lib. 3. Hiſtor. cap. 17. ex Tertul. lib. Apolog. cap. 2. Scribens ad Traianum, Plinius ſecundus ſe non aliud crimen affirmat in Chriſtianis reperiſſe, niſi ante lucanos cœtus ad Chriſtum, ad Deum laudandum, *His quæ referendo*, ait, *illud pariter adiecit, ſe non aliquando in illis comperiſſe, quod vel quidquam impietatis, vel quidquam contra leges omnino molirentur: præterquam quod primo diluculo ſomno excitati Chriſtum vt Deum hymnis celebrarent.* Vnde extat Apoſtolica conſtitutio apud Clem. Rom. lib 8. cap. 34. *precationes facite manè*, Vnde Athanaſ de virginit. *oriens Sol*, conſulit, *videat librum in manibus tuis*, quod non ſolum religioſis, ſed toti tunc inhibebatur Chriſtiano populo, cuius mos, vt Baſilius refert, erat antelucano tempore Eccleſiam adire; ſic enim epiſt. 63. *De nocte ſiquidem populus conſurgens antelucano tempore domum orationis petit, in quo labore, ac tribulatione, & lachrymis indeſinentibus facta ad Deum confeſſione, tandem ab oratione ſurgentes, ad pſalmodiam inſtituuntur.* Cuius vſus, antelucanæ ſcilicet orationis rationem perbellam aſſignat Cyprianus vbi ſuprà; nam cum affirmaſſet iam inde à Daniele oratum hora tertia, ſexta, & nona, affirmat nobis antelucana, & matutina derelicta, vt Dominicæ Reſurrectionis Sacramentum celebremus, noſtrum proprium, & recentis Eccleſiæ; vbi ſub finem tractatus, ſic ait: *Sed & nobis fratres præter horas antiquitus obſeruatas, orandi nunc, & ſpatia, & Sacramenta creuerunt; nam & mane orandum eſt, vt Reſurrectio Domini matutina oratione celebretur.* Apriſſime, ex quo validum ad mane orandum, ſolemque præueniendum conficitur argumentum, licet & alijs horis quis

Euſeb. 29. Oratio antelucana ſemper in Eccleſia.

Baſil.

Cyprian. 30. Cur antelucana oratio propria Eccleſiæ Chriſtianę.

26. Angeli cur dicantur aſtra matutina.

Hieron. Gregor. Beda.

Geneſ. 19. n. 15.

27. Angelorum officium hominem expergiſcere, vt matutinè Deum laudet.

Iob 37. n. 7.

intelligatur, gregis princeps ferox, & qui eum ducit, quatenus Dominum recognoſcens quotide officio ſuo fungitur, ducens, & reducens gregem admirario creſcit. Aſinus ſimiliter recognoſcens præſepe vbi paſcitur, ob illud libenter etiam Dominum, ac labores grate ſuſtinet; ſolus homo Deum non recognoſcit, & eius obliuiſcitur, & quod mirum, magnumque, tam cito, conſidera quæ Deus in Ægypto ob filios Iſrael operatus, quæ magnalia, quæ prodigia, quæ grandia, conſidera tandem vltimum, eductionem per mare rubrum, demerſionem Pharaonis cum omni exercitu ſuo, attende eorum ex hoc recognitionem, & laudem, vnde Dauid Pſal. 105. n. 12. *Landauerunt laudem eius*, hoc eſt innumeris præconiis celebrarunt, ipſi, mulieresque eorum cum infantibus, & paruulis præcedente Maria Moſis ſorore cum tympanis, & lætitiæ inſtrumentis Deo ſolemniter, ac gratiſſimè cantantes, quis ergo diceret non ſic in horum cordibus illa beneficia infixa, vt veluti connaturalia potius ipſum deficeret cor, quam eorum memoria; at attende ſtolidiores bobus, craſſiores aſinis, *Cito fecerunt*, ſequitur Pſaltes, *obliti ſunt operum eius, & non ſuſtinuerunt conſilium eius*. Pendet ly *cito fecerunt*, Græca enim, vt rectè adnotat Agellius eſt, *acceleranerunt*, quod non tam breuitatem temporis, quam præcipitantiam ſignificat, cum ſine conſilio, ſine conſideratione in perturbationes pronus aliquis fertur, ex præteriti beneficij obliuione, & ex præſentis mali deſperatione; quod vtrumque populus ille ſtolidus præſtitit, non ampliùs quam poſt tres dies à patrato in mari rubro miraculo: nam cum Moſes eum per deſertum duxiſſet, Exod. 15. n. 22. *Tulit Moſes*, ait textus, *Iſrael de mari rubro, ambulauerunque tribus diebus, & non inueniebant aquam*. Ex cuius penuria præteritorum omnium obliti, ac ſi non eſſent præterita, pluſquam ſtolida, ac inſenſata animalia ad murmurationem deſperantes protinus accurrerunt, vnde Scriptura, *& murmuranit populus contra Moyſem, dicens: quid bibemus?* vbi ſubtiliter ingratitudinem agnouit Rupertus: nam profectò dicere in penuria, quid bibemus? ſiue aquam expoſtulare non malum; at peccatum, & ingratitudo extitit murmurando expoſtulare, *Non quia dixit*, ait Rupertus, *ſed quia murmurando dixit, quid bibemus, rectè arguitur*; præteritorum oblitus omnium, Deo factori ſuo ingratus, parumper ſuſtinere negligens, *conſilium eius ſuſtinere* retractans, vt ait Pſaltes, vnde de remedio deſperans ad murmurationem accurrit, in quo hi Chriſtiani perſtringuntur, hi fideles, qui quaſi non mirabilia, quaſi non ſanguinem ſuum pro eis Deus fudiſſet, ſic omnium Dei beneficiorum obliti, quando in amaritudines incidunt, quando in rerum penuria, quaſi eos Deus ſuccurrere impotens, nec parum ſuſtinere, ſed illico ad murmurationem, & quod ampliùs dolendum ad peccata accurrunt, pro fruſtulo panis animam vendentes, nunquid hos non ſtolidiores animalibus dices?

Hinc mea ſententia in vltimo mortis articulo, quod vnice hominibus opponetur, quod ad tartara eos detrudet, per quod condemnabuntur vna erit ingratitudo, hoc pondero in ſententia illa contra Balthaſarum à Daniele expreſſa, c. 5. n. 25. *Mane, Thecel, Phares*, Thecel, hoc eſt *appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens*; vbi per ſtateram Dei rectiſſimum iudicium omnes expoſitores intelligunt, ſed quod pondero eſt illud *minus habens*, quid ergo in altera lance? communis expoſitio peccata, quæ dum contra bona opponitur, hæc inuenta ſunt minoris, illa maioris ponderis; bene hoc, & recta ſententia; ſed attendo in homine Gentili profectò nulla opera potuiſſe eſſe bona, quæ ſatisfactionem mererentur peccatorum; ad hanc autem neceſſaria eſt gratia, qua Gentilis homo caret; ergo etſi bona moralia peragat, tamen quoad ſatisfactionem peccatorum nihil ſunt. Ergo ſuperfluum vt in lance aut peccata appenderentur, aut bona, cum nulla in homine Gentili, ſiue peccatore bona eſſe poſſunt, etſi pœnalia, quæ pro peccatorum pœnis ſatisfaciant, vt veriſſima, ac communis habet ſententia Theologorum, & poſt Tridentinum; vt rectè infert Suarez de pœnitent. tom. 4. diſputat. 37. ſect. 2. contrarium probabiliter minimè defendi poſſit. Ergo aliquid aliud in vna ex lancibus poſitum, contra quod in altera minus fuit quod adiectum, & mea ſententia nil, niſi beneficiorum pondus, quod illi Deus, quod parti detulerat; vnde ſapienter Daniel antequam Scripturam legeret, & Regi exararet beneficia à Deo patri, & illi præſtita obiecit, dicens n. 18. *O Rex, Deus altiſſimus regnum, & magnificentiam, gloriam, & honorem dedit Nabuchodonoſor patri tuo, &c. & propter magnificentiam, quam dederat ei, omnes populi, tribus, & lingua tremebant, & metuebant eum*. Quibus dictis ſtatim adiecit pœnas illi à Deo illatas, quando ipſum non recognoſcens in ſuperbiam ſe extulit, & ad filium conuerſus adiecit, *Tu quoque filius eius Balthaſar, non humiliaſti cor tuum, cum ſcires hæc omnia, ſed aduerſus dominatorem cæli elenatus es*; vnde concludens, ait: *Porro Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes vias tuas non glorificaſti*; Hinc ergo appenſus, dinumeratus, inuentus minus habens; ergo beneficia, gratiæ, regna, & imperia certè non peccata in vna poſita lance, cui cum nulla ex altera correſponderet gratitudo, ſed ſumma ingratitudo, rectè inuentus minus habens, ob quod & mortuus, & occiſus, & regnum eius diuiſum, & nulla alia illi tunc facta imputatio, quam vna ingratitudo, dignè regno priuatus vt illi prophetauit Daniel, dum ab illo nō animi gratitudinem, ſed extollentiam auxit; vnde Greg. lib. 9. Moral. c. 1. *Qui de acceptis extollitur*, ait, *cuncta quæ acceperat amittit*, perfidus hic ex acceptis non ſe humiliauit, ſed extulit, hinc & quę habuit amiſit, & dum ingratus in morte reperitur, vt ingratus in infernum detruditur; vt ex hinc diſcas quātum hoc ſit vitium, quamue tremendum ingratum Deo exiſtere, dum vt ſic dicam totum tuum ex illa pendet iudicium; ob quod rectè Bernard. ſerm. 51. in Cantic. de ingratitudine loquens affirmat, quod *inimica eſt anima, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio, ventus vrens, ficcans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ.*

18. Homo quā cito beneficiorū obliuiſcitur.

91. Populi Iſraelis mira ingratitudo.

Agellius.

Exod. 15. n. 22.

Rupert.

20. Chriſtianorum ingratitudo perſtringitur Deum non ſuſtinentes patienter in tribulationibus, & ob murmurantes.

21. Ingratitudo vnice hominiis morte opponetur à Deo.

Daniel. 5. n. 25.

22. Balthaſar Rex vnde inuentus minus habēs, & quod illud minus

Suarez.

Gregor.

Bernard.

Vnde qui gratus, etsi Gentilis, plus sperare, plus de eius salute, quam de quolibet præsumi potest ingrato Christiano; hoc tibi manifestè probabo ex facto illo quem Lucas narrat c. 17. n. 11. quando decem leprosi Christo occurrentes, & ab eo mundati, vnus tamen ex eis, *vt vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens*; adnotans Euangelista hunc fuisse Samaritanum; *& hic erat Samaritanus*, nouem Israelitæ ingrati, vnus Samaritanus alienigena gratus, quid illi designarunt? quid iste? sane Anselmus in hunc locum per illos reprobi, per istum electi: *Vnus iste*, ait, *designat vnum in bene perseuerantes affectum eorum, qui postquam penitendo veniam adepti sunt, permanent in humilitate, & gratiarum actione, quia quod dicitur vnus intelligendum est, non in diuersis fortè voluntatibus varians, sed in Deo placendi voluntate perdurans.* Ergo etsi Gentilis hic, quia gratus electus, seu vt egregiè infra idem Anselmus, ideo signum præbuit electi, quia gratus, *Decem*, dixit Dominus, *mundati sunt, & nouem vbi sunt? non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena*, cur hic rediit, cur gratias dedit, cur non ingratus? *Quia non inuenitur*, respondet Anselmus, *qui post acceptam veniam recordetur diuinæ pietatis, & ei gratias deuoto corde referens, perseueret in bonis actibus, nisi qui non sit ex filijs terrenæ Babyloniæ, sed ex filijs Hierusalem cælestis.* Notanda sententia, speret prædestinationem gratus, etsi Gentilis, desperet ingratus, etsi Christianus, quia ad Dei dona gratum esse non est filiorum Babyloniæ, sed Hierusalem cælestis, vnde omen prædestinationis exhibitio est gratitudinis.

Luc. 17. *n.* 11.

25. Gratus Gentilis plus sperare de salute potest, quam ingratus Christianus. *Anselm.*

24. Gratitudo prædestinationis omen.

Ad cuius rei ampliorem confirmationem adnoto, talem apud Deum gratitudinem possidere gradum, vt quando obfirmata illa in animo, ac propè gratum eum aspicit Deus, sic in eius amore perstringitur, vt amplius non vertiet, vnde perseueranter, ac firmiter amans, tandem gloria coronat, & honore. Ad cuius confirmationem pondero illud Genes. 29. admirabilem scilicet Dei prouidentiam, ac sapientiam vt ait Chrysost. erga dispensationem vxorum Iacob, dum aspiciens Liam despectam, quia non formosa, Rachelem dilectam quia pulchra, *aperuit vulnam Liæ, sorore sterili permanente*, vbi Chrysost. *Vide omnipotentis Dei sapientiam, quoniam illa pulchritudine sua conciliarat sibi gratiam viri, qua altera priuata fuit, odio haberi visa est, hanc ideneam fecit partui, illam vero inutilem, vmbo hac sua misericordia dispensans, vt & hac per liberos, qui ex ea nascebantur solatium haberet, in sui amorem virum alliciens, & illa non propter pulchritudinem, & formositatem aduersus sororem insurgeret.* Despiciebat ergo Iacob Liam, quia non pulchra, quid ergo, vt ad amorem eius eum pelliceret? aperiatur vxoris despectæ vulua, claudatur dilectæ, vt sic vellet nollet Iacob amaret fœdam, diligeret turpem. Hinc primum Rubem pariens filium Lia, sic ait: *Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus*; Dilexit ergo, quia peperit ei filium: bene, sed nunquid perseuerans, ac stabilis in dilectione Iacob? minimè; hinc & secundum adiecit Deus, quem vocans mater, *Simeon*, ait, *quoniam audiuit me Dominus habere contemptui, dedit etiam istum mihi*; bene, at nunquid etiam secura? nec sic omnino eam diligebat Iacob; hinc & tertium addens Dominus, vocauit eum *Leui*, ait, *nunc quoque copulabitur mihi maritus meus*; at nec sic de amoris stabilitate ipsa fidens, nec Deus ipse in stabilitate firmum prospiciens Iacobum & quartum addidit, nempe *Iudam*; postquam signanter adnotat Scriptura, quod *cessauit parere*, cur hoc adnotat? eo vel maximè, quia post etiam alios peperit; Vnde bene Lippom. addit; *non omnino, sed aliquantum temporis: nam postea filios duos, vnamque filiam peperit*, mea sententia, peperit Lia, vt diligeretur firmata dilectione, ac signata, sic vt eam diligere non amplius desisteret Iacob cessauit parere; sed adnoto filii nomen, quid Iuda? Hieronym. vt apud Lippoman. in Caten. *Confessio, quod his*, addit Sanctus, *pro gratiarum actione, ac pro laude accipitur.* Bene quidem, tunc cessauit parere, quando amor firmatus mariti, & tunc obfirmatus, quando ipsa grata: nam si bene attendis in prioribus filiorum nominibus nil aliud respexit nisi se, *Amabit me vir meus, quoniam audiuit me Dominus habere contemptui, nunc quoque copulabitur mihi maritus meus*; in quibus omnibus vt vides, nulla in virum gratiarum actio, nulla gratitudo, non illum, sed se respiciens. Hinc non mirum si non firmatus amor; at quando fui oblita in laudem, & viri gloriam grata se erexit, tunc & totum viri hausit amorem, & hoc firmiter, cum ante gratitudinem nulla in viro amoris firmitas. En quod dicebamus, prædestinationem obsignat gratitudo, quia obsignat, ac firmum Dei reddit amorem; etsi lippa Lia, & peccatores nos, & tunc obfirmatur amor, quando grati, quia coronides perfectionis affectus est gratitudinis, vt excellenter obseruauit Philo lib. de Plantat. Noë, hunc idé ponderans locum, *Quamobrem natura*, ait, *quæ cum peperit*, Iudam scilicet, hoc est gratiarum actionem, *dicitur desitisse parere, quando non habebat quo se verteret, iam ad perfectionis progressa terminum: nam inter omnia recte facta, nullum est præstantior, quàm hymnus in Deum.*

Hieron.

26. Perfectionis coronides gratitudo. *Philo.*

Hinc vndequaque perfectus Deus, sic ex gratitudinis perfectione delectatur, vt quasi ex ea sola, vnicaque eius pendeat perfectio, sic vult gratus apparere, vt potius quam munificus, vnde etsi quod illi damus suum sit, etsi nil illi aliud retribuere possimus, nisi gratiarũ actionem, ipsammet gratitudinem pro acceptis tanquam beneficium accipiens, quando nouis postea concedit dona, non vt dator, sed vt retributor vult prædicari, Psal. 115. n. 3. *Quid retribuam Domine pro omnibus quæ retribuit mihi?* Pendo ly *retribuit*, non dixit tribuit, cum iure potius Deus tribuat, quam retribuat, cur ergò retributor vult appellari, & non tributor? mea sententia ea ratione qua diximus, nempe retributione, & gratitudine Deum delectari, quod quia summam gratitudinem æstimat perfectionem, potius vult gratum prædicari, quam munificum; Audi hoc ex Basilio, egregiè orat. in

27. Deus amplius nomẽ affectat grati, quam munifici.

Psal. 115. *n.* 3.

ligendo Deo, *etsi nesciant Christum, sciunt seipsos*; vnde & consequenter beneficiaque à Deo accipiunt; vnde & in istis etiam Deo displicet; at summopere intus qui fideles sunt, qui Christum sciunt; cuius ratio tum ex ipso vitio, tum ex summa Dei ad benefaciendum propensione sumitur, speciatim in Christianos, fideleſque, dum ob ingratitudinem viæ præcluduntur gratiæ, & accessum ad illam non habent, vbi ingratitudo viget.

2. Dei sensus de ea quia suam retardat beneficentiam. *Luc.* 19. n. 20.

Ex hac quippè radice, mea sententia seruus ille damnatus, & expoliatus, Luc. 19. n. 20. qui in sudario reposita mna austeritatem Domini timens ex ea non lucratus, beneficentiam enim, largitatem, ac magnificentiam Domini impediuit, ac retardauit. Hinc meritò in ipsum iratus tanquam ingratum, pigrum, & desidem expulit, & expoliauit, *auferte ab illo mna*, duobus enim primis, eorum mna cum decem acquisisset, decem contulit ciuitates, *Eris potestatem habens super decem ciuitates*; En quanta liberalitas; sic etiá, & qui ex vna quinque, & alias quinq; præstitit ciuitates; at ad tertiũ, quãdo ex eo nihil se lucratũ aspexit, vnde & nec illi benefacere, quasi ex reclusa; & secta liberalitate indolens, *nequam* illum appellans condemnauit; vt ex hinc discamus quantum ingratitudo Dei excitat sensum, ad benefaciendum illum retardans, vt & data auferat, & nudum è regno exturbet hominem; sed propriùs ad rem, hic excutiatum se putabat, quia tantum reddebat, quantum acceperat; & secundo quia austerum Dominum recognoscens animaduertit quod tollebat, vbi non posuerat, metebat, vbi non seminauerat, *Timui enim te quod homo austerus es, tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti*; hinc satis sibi reputauit tantum seruans depositum, nullum fructum gratitudinis reddens; at à Domino ex ipsomet argumento conuictus, ex ipsaque ratione: nam si metebat vbi non seminabat, quanto magis vbi seminauerat, quid inde? illud quod Augustin. de quæstionib. Euangelij lib. 2. c. 46. à medio tom. 4. scilicet, quod si ex Gentili Deus metere vult, & iste inexcusabilis, quanto magis à Christianis? *Apud Dominum*, ait Augustin *etiam illi inexcusabiles sunt, quibus lex data non est, quia per creaturam poterant cognoscere creatorem, quanto magis qui audito Euangelio non obedierunt?* Si in Gentiles ingratos sic excandescit, quid in Christianos, qui non tantum corporalia accipiunt, sed spiritualia beneficia: nam vt rectè Chrysostomus hic rationem huius retundens, ait: *In sensibilibus diuitiis debitores solùs obseruationis obnoxij sunt, quantum enim recipiunt, tantum eos reddere necesse est, & nil plus ab eis quæritur; in diuinis autem eloquiis non solùm ad custodiam obligamur, sed etiam multiplicare monemur.*

3. Cur condemnauit, qui sine lucro reddidit mna?

Augustin.

4. Christianorum iudicium ex ingratitudine supra Gentiles quam magnum.

5. Deus quam seuerus & strictus in gratitudine requirenda.

Et ne aliquis de hoc dubitet, & vt simul quam tenax sit Deus, vt quod sibi debetur ex beneficio accepto retribuatur, vnum adnotandum in Scriptura, sic quoad hoc minutum, vt ipsi huc referas, nimium videatur, ex summo illo beneficio, quod Deus populo præstitit primogenitos Ægyptiorum occidendo in gratitudinis signum sibi omne primogenitum consecrari, ac dedicari voluit, Exod. 13. n. 2. *Sanctifica mihi omne primogenitum*. Ergo primogenita, quæ ex Ægypto exierant ante gratitudinis, simul ac præcepti Dei erant, loco horum sibi Deus tribum appropriauit Leui, vnde in Num. c. 3. n. 12. *Ego tuli Leuitas à filijs Israel pro omni primogenito, qui aperit vulvam*; ac hoc sic exactè Deus requisiuit, sic quod sibi ex gratitudine debitum remisit, vt nec vnum gratis ex primogenitis sibi ob illud beneficium debitis reddere voluerit; vnde præcipiens Moysi, vt primogenita filiorum Israel recenseret, & simul summum filiorum Leui, cum illa hanc excederet in ducentis septuaginta tribus nu. 46. voluit vt pretio ea redimerent; *In pretio autem ducentorum septuaginta trium, qui excedebant numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Israel, accipies quinque sicla per singula capita ad mensuram sanctuarij*; En quam minutus, vt sic dicam, Deus, nunquid Deus auarus? immo prodigus, vt rectè hic obseruat Oleaster, dum primogenita tantum requirat, cum posset omnes populos. *Neque prætereundum est*, ait, *quam parum cupidus nostrarum rerum sit Deus noster, qui sola sibi debita primogenita voluit offerri*; vt quid ergo sic strictus? ne mireris, talia primogenita pretium erant gratitudinis Deo debitæ, ideo sic austerus, sic tenax, ne qui reliqui sæculares putarent, quia primogenita supererant, nil eis Deo deberi: nam, vt rectè ex hoc facto adnotat idem Oleaster, ideo sic Deus tenax, ne forte reputarent homines sæculares se immunes à Dei ministerio, & gratitudine, *Arbitrantur seculares*, ait, *se immunes à ministerio Dei sui, quasi ipsi expertes sint numerorum Dei, licet enim Dominus illorum voluerit personas, voluit tamen eos ex suis offerre, vt scilicet scirent se teneri ad ministeria Dei.* Ab omnibus requirit, ab omnibus vult, & qui personam dare non possunt, sciant se teneri ad fructus, ad filios, ad rem præstandam, quia dum omnes recipiunt, omnes grati esse debent.

Num. 3. n. 12.

Oleaster.

6. Sæculares Dei ministerio etiã sunt obnoxij.

7. Gratitudo ex minimis etiam debetur beneficiis. *Ioan.* 6. n. 12.

Neque hoc de magnis tantum, ac sublimioribus beneficiis, sed ſcito, quod etiam de minimis, & quæ videntur veluti ex tempore excidere. Ioan 6. n. 12. saturatis turbis præcepit Dominus Apostolis vt fragmenta colligerent, *colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant*; mirum, nunquid post profusionem illam Dei, aut Christi exiccata potentia, vt velit non perire, ac colligere fragmenta? minimè, sed documentum tibi præstitit, ait Bernard. Serm. 51. in Cantic. *Vt nulla dona Dei debita gratiarum actione fraudes, non grandia, non mediocria, non pusilla, ideo iubemur colligere fragmenta, ne pereant, id est nec minima Dei beneficia obliuisci; nam perit quod datur ingrato.* Pulchrè hoc vltimum, perit quod datur ingrato, vnde perit? quia ob ingratitudinem beneficium fit ei maleficium, & sua culpa quod datur ad salutem deseruit ad perditionem; Audi Dauidem Psal. 67. n. 10. *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ*, seu vt in Hebræo *pluuiam liberalitatum*; in quo loco, vt adnotat Iansen. sermo est de manna, quod verè pluuia dicitur liberalitatum, quia quot grana, tot Dei liberalitates; at quid ex hac sic profusa Dei beneficentia? audi, *& infirmata est*, quid infirmata est? sane vt volunt expositores sterilescere cœpit, & emaciari, vnde emaciari? equidem ex beneficiorum obliuione, vt rectè quidam: *Nam om-*

Bernard.

8. Christus cor saturatis turbis mandauit fragmenta colligere.

9. Ex ingratitudine beneficium fit maleficium. *Psal.* 67. n. 10. *Iansenius*

Digitized by Google

ſanctum Iulittarum Martyr. hunc eundem Pſalmi locum perſtringens, *Quam enim*, ait, *pro accepta gratia rependis gratiarum actionem, in numerum refert, & habet beneficij loco*; cur hoc? cum non ſit beneficium? nam beneficare eſt, quod non debes præſtare; at ex beneficio accepto gratias agere non eſt non debitum, ſed debita ſoluere? ſane reſpondet Baſil. ex deſiderio gratitudinis, & gratum prædicari, *Ideo magnificus dator*, ait Sanctus, *haud quaquam dictus eſt tribuiſſe, ſed retribuiſſe, ac ſi is non acceptiſſet prior in nos gratiam conferre, ſed reſolueret, & acceptam hic, qui priores contuliſſent*; ſic gratitudinis cupidus, ſic Deus ipſe ambit gratus æſtimari vt fingat beneficium quando non eſt, vt dicatur retribuere, dum non niſi tribuat, & dum modo gratus æſtimetur vult beneficari, cum ipſe ſolus ſit, qui beneficium præſtet; quorſum omnia hæc? ſane, quia ſi gratitudo hominem prædeſtinat, Dei amorem firmat, vltimo hominem perficit, virtutis eſt coronides, & vt ſic dicam, Deum quoad nos in eſſe conſtituit Dei, cum ingratitudo eius ſit oppoſitum; nonne etiam oppoſitos gignet effectus. Ergo ingratitudo hominem damnat, Dei amorem perdit, in perfectione mancum conſtituit, non virtutis, ſed vitiorum eſt coronides, & tantum hominem, non Deum, ſed belluam conſtituit.

Baſil.

28. Ingratitudo hominé belluam conſtituit.

Hominem belluam conſtituere ingratitudinem dixi, & meritò: nam cum ſi recte gratitudo expendatur nil aliud ſit, quàm beneficio beneficium gratificare, cum vt ſup. iuxta Baſilij ſententiam, gratitudo apud Deum beneficium eſt Ergo & apud viros magnanimos, ac cordatos. Hinc cum nulla res ſic ad deitatem extollat ac beneficentia, ac proinde gratitudo, ſic nil ita hominem à deitate elongat, ac in belluam reddit, quam parcitas, ac ingratitudo. Attende, Gentilitas illa antiqua, etſi cæca, tamen ſic Dei beneficentiam æſtimauit, vt beneficos in Deos ſublimaret; hinc Lactant. lib. 1. diuinar. inſtitut. c. 11. ex Cicerone obſeruat Iouem, Iunonemque à iuuando eſſe dictos, quinimmo ex beneficentia diuinitatem illis adſcriptam, & c. 15. illam Ciceron. refert ſententiam, nempe *ſuſcepit autem vita hominum, conſuetudoque communis, vt beneficiis excellentes viros in cælum fama, ac voluntate tollerent.* quod pulchrè dixit Plinius lib. 2. hiſtor. c. 7. beneficentiam Veſpaſiani laudans. *Deus eſt*, ait, *mortali iuuare mortalem, & hac ad æternam gloriam via, hac proceres ierē Romani, hac nunc cæleſti paſſu cum liberis ſuis vadit Maximus ani rector Veſpaſianus Auguſtus, hic eſt vetuſtiſſimus referendi benemerentibus gratiam mos, vt tales numinibus aſcribantur.* Egregiè, vbi pondero illud *Deus eſt, mortali iuuare mortalem*, quid hoc? ſane illud, homo mortalis dum alterum mortalem iuuat, ac beneſacit, ſic ſupra illum ſe extollit, vt Deus illius fiat, & in Deum ſe efferat, quid ex hoc? ſane illud, vt cum Deus gratitudinem loco beneficij æſtimet, & conſequenter à quolibet ſic æſtimari debeat; hinc ſumme gratus, ſumme eſt beneficus, ac proinde non ad quamlibet, ſed ad ſummam euehendus ſit gratus diuinitatem, ad ſummam Dei altiſſimi ſimilitudinem; hinc à contrario ingrati ad omnino-

Lactant.

29. Benefici Dij reputantur.

Plinius.

30. Gratus, ex gratitudine fit Deus.

dam Dei diſſimilitudinem potius beſtiis ſimiles, quam Deo, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, dum hominem formare intendebat Deus pronuntiauit, Geneſ. 1. n. 26. at in quo talis ſimilitudo? Audi Gloſam ordinariam; *Id eſt vt ſit propenſiſſimus ad benefaciendum omnibus veluti Deus, quod animalia bruta non habent, vnde impij homines, & inhumani hoc modo non ſunt ad imaginem, & ſimilitudinem Dei.* Rectiſſimè, animalia ſunt ingrati, quatenus beneficium pro beneficio rependere neſciunt, & ſimilitudinem Dei amittentes brutalem induunt.

Geneſ. 1. n. 26.

31. In quo ingratitudo hominem belluam conſtituit.

Hinc, ex hoc diſcurſu quantum malum ſit ingratitudo clarè perſpicitur, cum à ſumma dignitate qualis ſimilitudo eſt Dei, ad infimam deiicit hominem vilitatem qualis eſt ſimilem eſſe beſtiis, *ſicut vacca laſciviens declinauit Iſrael*, ait Oſeas c. 4. n. 6. cur Iſraël vacca laſciuiens? ſane quia bonis omnibus paſtus, ad modum vaccæ viridis effectus paſcuis contra Deum recalcitrauit; vnde Chaldæus Paraphraſtes, *ſicut bos qui ſaginatur, & recalcitrat, ſic rebellat propter multitudinem bonorum Iſrael.* Ergo ex filio dilecto, ex oculi pupilla, ex Deo in terris, quando *incraſſatus*, gratias referre debebat, *recalcitrauit*, ex ingratitudine in beſtiam laſciuientem redactus, vnde ſi propriè loqui velimus, venenum eſt ingratitudo, quo ſic Dei bona, ac dona inficiuntur, vt ſumma bona, ſumma fiant mala, quod elegantiſſimè dixit Bernard. Serm. 84. in Cantic. ſuper illa verba, *in lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea.* Vbi ponderans Dei deſiderium ſummum in hac vita eſſe bonum homini conferre, ſummam quam recipere poteſt homo gratiam, aduertit, quod ſi hanc gratiam non ad Dei gloriam, ſed ad ſuam ingratus conuerterit homo, ex ſummo hoc bono ſummum efficiet ingratitudo malum, vnde aduertens, quod etſi ipſa quærat Deum anima, ſemper tamen in quærendo ab illo præuenta, quod ſemper præ oculis ipſa habere debet, ne ingrata exiſtens magnum bonum, magnum efficiat malum, vnde eloquens ſic ait: *Omnis anima quærens Deum ne magnum bonum in magnum ſibi deterqueat malum, noueris ſe præuentam in illo, & ante quæſitam, quam quærentem, ſic enim de magnis bonis mala oriri non minima ſolent, cum falli eximij de bonis Domini, vtimur donis tanquam non datis, nec damus gloriam Deo, vnde qui maximi videbantur pro accepta gratia, pro non rehubita minimi reputantur apud Deum.* Egregiè, qui maximi ex acceptis, apud Deum minimi ex ingratitudine fiunt, abiecti, nullius pretij, vnde qui prius fortes, & eximij, poſtea imbecilles, ac propè modum mortui, & enecati; quid apud Deum glorioſius Sanſone? quid fortius? quid ſic in pretio, ligatus ab amicis, vt in manus traderetur Philiſtiſiorum, Iudic. 15. n. 13. cum iam in præſentia eſſet inimicorum ait Scriptura, *quod cum Philiſtiim vociferantes occurriſſent ei*, vt eum ſcilicet interficerent, *irruit Spiritus Domini in eum, & ſicut ſolent ad ardorem ignis ligna conſumi, ita vincula, quibus ligatus erat, diſſipata ſunt, & ſoluta.* In quantum apud Deum æſtimatus Sanſon, quaſi de

Bernard.

32. Ingratitudo venerā bona inficiens.

33. Infimum, & nullius pretij conſtituit hominē apud Deum.

Iudic. 15. n. 13.

34. Samſon ſiti propè enecatus ob ingratitudinẽ

ſalute eius timidus, è cælo lapſus rupit vincula, ne ligatus interficeretur; quinimmo, ea illi præſtitit vires, vt in vna aſini mandibula mille interficeret viros; at quid? immediatè ſic ſiti preſſus, vt propè ad mortem, ſic illa exuſtus, vt enecaretur; quid ergo? tãti apud Deum diſpendij cauſa, vt homo ille ſic miraculosè ſeruatus, vita illa ſic miraculosè defenſa, ac in pretio apud Deum habita, nunc ſic vili æſtimetur, vt ſiti enecetur, & vt ipſe ait, in manus tradatur incircumciſorum? *En ſiti morior, incidamque in manus incircumciſorum.* Myſterium agnouit Ambroſ. lib. 3. Epiſtolar. epiſt. 23. ad Vigilium, quia dum ex victoria Deo gratias dare, ac illi eam referre, ſibi ingratus aſcripſit ſuperbe canens, *In maxilla aſini deleni eos, & percuſſi mille viros: vtinam quam fortis in hoſtem*, ait Sanctus, *tam moderatus in victoria fuiſſet, verum inſolens rerum ſecundarum animus, qui debuit euentum pugnæ diuino fauori, & præſidio deferre, ſibi arrogauit dicens: in maxilla aſini deleni mille viros, nec aram ſtatuit Deo, nec hoſtiam immolauit, ſed negligens ſacrificij, aſſumptor gloriæ, vt triumphum ſuum perpetuo conſecraret nomine, vocauit locum maxillæ interfectionem.* Quid dilucidius, & ad rem? pretioſiſſimus in Dei oculis Sanſon ex gratiis, at dũ ex ingratitudine venenata, viliſſimus efficitur, & ex ſummo bono ſummum elicitum malum, triumphator ex gratia, ſeruus fiebat ex ingratitudine, niſi ſtatim ſe recognoſcens quod ſibi prius, Deo aſcriberet, vnde ſtatim exclamauit: *Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc maximam; iactantiam victoriæ*, vt ait Sanctus, *inuocationis precibus emendans*, & vnde prius ſuperbus ad nominis ſui æternitatem nomen loco impoſuerat *elenatio maxillæ*. Dei beneficium ingratus ſibi aſcribens, poſtea humilis, Deo gratias referens vt nunquam eius ſeneſceret gloria, & tanti miraculi præſtantia, & nomen aliud impoſuit Deo magnificum, nempe *fons innocentiæ de maxilla*; *reconcilians humilitas*, vt ait Ambroſ. *offenſam quam arrogantia cito incurrit*; vt exinde homo ingratus intelligas, quod bene in alijs exiſtere potes apud Deum, bene vſque ad tertium eleuari cælum, bene vt Adamus in Dei exiſtere digito, quod inde extrahet te Deus, & qui prius per eius gratias eximius apud illum apparebas, poſtea vt ait Bernard. *minimus*, nullius que pretij.

Ambroſ.

35. Hominum ſpiritualiũ caſus ex ingratitudine

En tibi amice, radix hominum ſpiritualiũ caſus, ac exciſionis à gratia, ingratitudo donorum Dei, vnde ſpiritualium legum tabulæ ſic in pretio habitæ aliquando abſcinduntur ex peccatis rediuiuis, quia ingrati dona non recognoſcentes Dei eleuamur, & tãquam beſtiæ recalcitramus; *Reuerſus eſt Moyſes de monte*, ait Scriptura, Exod. 32. n. 15. *portans duas tabulas teſtimonij in manu ſua ſcriptas ex vtraque parte, & factas opere Dei.* Duo hic animaduertenda; primum, has tabulas eſſe Decalogi, & Decalogum in eis ſcriptum; & ſecundum, non opere illas cõpactas humano, ſed diuino, quod eſt dicere, ſic beneuolum Deum tunc in illum populum, vt nullo labore fluenta acciperet diuina, & præparationem cordis veri deſiderij à Deo ſic temperari, vt prius gratias acciperent factas, quàm somniarent faciendas; at quid? confractæ ad radices montis, vnde tanta legis præruptio? amice ab vna ſola ingratitudine; *cumque appropinquaſſet ad caſtra*, ait Scriptura de Moſe, *vidit vitulum, & choros, iratuſq; valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis*; Mirum, vt ſic peccatum zelatet Moyſes, vt legem frãgeret; nonne ſufficiens peccatores trucidare, vt fecit, quid lex, quid tabulæ peccarunt? cur ergo tabulas frangit? *quia indicauit indignos, quibus præcepta Dei legerentur*, ait Interlineal. ante legem ingrati, certè & ingratiſſimi, poſt legem iure æſtimauit, pereant ſine lege, qui ſine lege peccarunt, quid ex hoc? nil pretioſius in hac vita, quam mandatorum Dei cuſtodia, nil diuinius quam lex in corde digito Dei exarata, vt multis euenit ſpiritualibus, vnde fractio? ex ingratitudine, vnde Caiet. *In penam populi, vt pote indigni beneficio diuinarum tabularum cõfregi earum* at in quo ingratitudo? ſane, quia dum per leges datas, dũ per tabulas opere Dei factas hymnos, & laudes Deo canere deberent, vitulo cantarunt; hinc adnotat ſubtiliter Ambroſ. vt alibi diximus in Prolog. in Pſal. ſecundas tabulas non fractas, quia ad eas gratus Moſes, gratus populus hymnum Deo ipſemet Moſes canit. Audi Ambroſ. *Denique legis tabula priuſquam cantico firmarentur per indignationem Moyſis fracta; & cõminuta ſunt, vbi vero tali ſignaculo conſecrata ſunt, humana locum ira non habuit, quia ſanctificatio eam ſacra ſuauitatis excluſit.* Humanam iram fregit grantudo, nunquid non diuinam? immo potius, hinc grati, etſi peccatores, viuent, quando ingrati, etſi iuſti peribunt, iuſto Dei iudicio à grata excidentes.

A

B

Exod. 32. n. 15.

Interlin.

Caietan.

Ambroſ.

36. Moſes cur tabulas fregit legis.

Quinimmo talis ingratitudo, vt non ſolum vitam perdat æternam, non ſolum animam, quatenus à gratia excidit, ſed etiam temporalem, ſicut etſi in annos plurimos Deus peccatorem ſuſtinuerit, bonis ditarit plurimis, tamen ingratitudine accedente, quaſi Dei victa patientia, vt pote de re iam deſperata vitam ipſam decurtat temporalem, Luc. 12. n. 19. *Stulte*, illi auariſſimo dictum, *hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem paraſti cuius erunt?* Pendo ly *hac nocte*, in quo obſeruo. diuitem hunc peccatorem dici Deum cuſtodiſſe, immo bonis plurimis ditaſſe, vt ſuam Deus, vti Diuus affirmat Baſil. Homil. 6. in hunc locum, longanimitatem probaram faceret, vnde Baſil. *Non falluri quidẽ ex vbertate fructuum aliquid boni, vt magis diuina longanimitas pateat, quæ vſque ad malos ſuã benignitatem offendit, pluens ſuper iuſtos, & iniuſtos*; at quid ille ex hac fructuum vbertate? ſupinitas in bono, immo infidelitas, reputans, quia non puniebatur Deum mala non videre, vnde Ambroſ. in hunc ipſum locum ſuper illa verba: *Anima mea habes multa bona poſita; ſupinabatur*, inquit, *ſæcularium abundantia rerum temulẽtus, quia in manibus ei ad voluptatẽ omnia ſuppetebãt, & conſcius impietatis ſuæ cuius pœna ſequeſtrabatur, putabat quod Deus impiorũ ſcelera nõ videret.* Egregiè, ex pœna ſequeſtrata, ac dilata, dũ ſuccreſcẽtibus peccatis impij nõ puniũtur, ad illã deueniũt ſtoliditatẽ vt Dei patientiã dicerent inſcientiam, & ideo Deum non punire, nõ quia tolerat, ſed quia non videt; bene quidẽ ſtolidus hic, peccator infidelis, tamen à Deo toleratus, immo & ditatus; Quod cum ſit, quid amplius nunc peccauit, vt ſic citò in illum ſententia probata? quid, conſumeret illa bona, & vt

C

D

Luc. 12. n. 19.

Baſil.

37. Ingratitudo vitam decurtat temporalem.

38. Peccatorũ ſtoliditas Dei patientiam tepentiũ inſcientiam,

Digitized by Google

sic pinguior ad infernum postea descenderet, vt mos sæpe Dei: sane amice ideo illico è vita demptus, ac ipsa decurtata, quia vt Diuus obseruat Basilius vbi sup. ad esse peruenit ingrati, ideoque illico è vita excussus, illico ei sententia inhibita, *stulte hac nocte*, non eras, non post annos, ac fructus consumptos, sed hac nocte, quasi ingratus, indignus, vt ampliùs viuat, dum ad cumulum ingratitudo accessit peccatorum, vnde hanc hominis ingratitudinem Basilius pensitans sic ait: *Quæ vero sunt, quæ hic homo factori recompensat, non meminit communis natura, nec arbitratus est oportere quod superfluit dispensari egentibus, horrea crepabant; anarus autem animus nequaquam implebatur*; ideo paulò infrà subdit Sanctus, *Audi conueniens tibi stultitiæ nomen, quod tibi nullus imposuit hominum, sed Deus, hac nocte*, &c. Terribilis sententia, non homo, sed Deus, nomen illi imposuit stultitiæ, quia ingratus non reliquis, sed sibi Deus puniendum immediatè reliquit; hinc talium iudicium terribile, & efficax non solum animam, sed vitam ipsam decurtans temporalem; cuius equidem causa, quia dum ex beneficiis acceptis ampliùs reddere debere nt, steriliores ex illis efficiuntur, ideo in ampliùs, acrius, acceleratiúsque Dei incidunt iudicium.

Basil.

39. Deus per se ingratos punire vult, & cur cæteris acrius puniuntur peccatoribus.

Hoc equidem agnosco mysterium in ficulnea, sic terribiliter à Domino maledicta, ac statim exiccata Matth. 21. n. 19. *Esuriit videns ficu arborem venit ad eam, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum, & ait illi; nunquam ex te fructus nascantur in æternum, & arefacta est continuo ficulnea*; Terribilis sententia, eo vel maximè si quod Marcus ait c. 12. n. 13. aduerteris, nempe, *non esse tempus ficorum*, si non tempus cur maledicta? ad suã demonstrandam potentiam, ait Theophylact. discipulis ostendere volens, *vt si vellet, eos qui eum crucifixuri erant in momento posset exterminare*; Beda vt ostenderet per illam populum maledictum Iudæorum, qui folia tantum reddebant pro fructu non ficus, verba legis, & non opera; sane hæc, sed si non tempus ficorum, cur maledicta, ac in momento arefacta? mea sententia, quia ex extraordinarijs beneficiis acceptis, præcoquere debebat fructus, & tempus ipsum anticipare à natura constitutum, vnde merito maledicta, etsi tempus non esset ficorum; hinc foliis tantum non contentus, cum ob esuriem ea comedere etiam posset, hinc ficum maledixit, & non aliam arborem, quia pinguissima, vt egregiè adnotat Chrysost. Homil. 68 in Matth. *Ideo*, ait Sanctus, *non in alia planta, sed in omnium humidissima hoc miraculum fecit, vt hinc omnis hoc miraculum appareat*. Humidissima ergo cum esset, hoc est suprà cæteras impinguatas arbores, debebat Domino, etsi non tempus esset præcoquere fructus, nec illi tantum folia præparare: nam vt idem Sanctus adnotat, & si folia virtutes significent, *tamen à perfectis non solum exigit vt virtutes obseruent, sed suprà mandata fructificent*. Ergo maledicta, quia suprà cæteras receperat arbores, & beneficijs impinguata, fructus maturasse debuerat; hinc nec folia sufficientia illi, & maledictioni apta, etsi non tempus cæteris arboribus fructuum, quia ingrata veniente Domino, vt prouentus reperet gratiarum nullos dedit, esuriem nõ extinxit. En amice quod dicebamus, ingratorum spiritualium ex tempore fit iudicium ab ipso Domino, puniuntur durissimè, quia dum plus accipiunt, plus debent, & eorum iudicium crescit, quo beneficium.

Math. 21. n. 19.

Marc. 12 n. 13.

Theophyl.

Beda.

40. Ficulnea cur à Christo maledicta.

Chrysost.

Hinc ingrato Dei beneficia exhibita non sunt illi ad vitam, sed ad mortem, sed ignis præsagia, quis enim non obstupescet ingentia illa beneficia populo exhibita Israëlitico ab exitu Ægypti, vsque ad promissionis terræ ingressum, sicco vestigio altum tranimeare, per diem columna nubis, ignis per noctem deduci, manna saturari, aqua miraculosa epotari; at quid? hæc tam grandia, tam magna, ob ingratitudinem ignis eis consumens, ac æstuans; *Ereptus es ab Ægypto*, ingratitudinem taxans Hebræorum ait Zeno. Veronens. Serm. 2. in Exod. tom. 3. Bibliot. Patrum, *Non tua euasisti virtute, columna nubis te perduxit per diem, vt ostenderet cæcum, ignis columna per noctem, vt admoneret aruinum, Angelus præuius tua castra præmonit, vt etiam præsenti Deo probaueris ingratus.* Egregiè, columna ignis erat illuminans noctem, en beneficium ingens, quis non admiratur, quis beatum talem non prædicaret populum? at quia ingratus præmuntia eadem erat columna cremationis, ac mortis, idémque beneficium quod ad vitam ex se consideratum deseruiebat, vitio ingratitudinis fiebat ad mortem, & vnde Deus amans inueniebatur in conferendo, Deus iudex reperiebatur in exposcendo; hinc etsi Angelus de cælo missus Dei præfigurans personam castra promouebat ad conflictum, tuba simul erat ad iudicium, vt inde condemnarentur amplius ingrati ad Dei præsentiam; vnde ampliùs exaltarentur ingrati, & tandem sic culpa eorum beneficia eis in malum reuoluebantur, vt ex ingratitudine ad nil prorsus aliud eis profuisse viderentur, quam vt amplius eorum cruciaretur memoria in inferno, vnde sequens idem Sanctus ait: *Ad hoc sane in eremo aquam de petra bibisti, manna de cælo gustasti, vt cum esses ad ægestatem post modum deuolutus præteritorum bonorum recordatione acrius torquereris.* En quod dicebamus, tale quippe est vitium ingratitudinis, vt quasi venenum ipsa inficiens beneficia, præsagia sint mortis, quæ deberent vitæ, & Deum iudicem constituat cremantem, qui venerat beneficus ad elargiendum.

Zeno. Veronens.

41. Ingrato beneficia ignis præsagium, & mortis.

Hinc equidem fit, vt interim hoc dicam, vt quo animæ sanctæ vberiora Spiritus Sancti accipiunt dona, eo exterrefiant, semper in animo periculum reuoluentes ingratitudinis, cum vt rectissimè Abbas Cellens. lib. de paribus c. 7. sine timore de Dei exultare donis, beatorum, non viatorum tantum sit status, *Secure namque gaudere*, ait, *de munere, cui ipsum nihil posse perdere datum est in cælesti remuneratione; periculose autem resultat de dono, cui maior accrescit sollicitudo cum dono.* Hinc obseruo Spiritum Sanctum super Christum in specie descendisse columbæ Matth. 3. n 16. at in Apostolos sub ignis symbolo, quæ differentiæ ratio? sane Greg. Hom. 30 in Euangel. quia Christus pietate nostra sufferre debebat; at nos quia peccatores, vt pœnitentia cremaremus, quæ commiseramus delicta ab ipso pietate tolerata.

Abbas Cellens.

42. Sancti ob timorem ingratitudinis Dei ex timescũt beneficia.

Math. 3. n. 16.

S. Greg.

Digitized by Google

43. Spiritus Sanctus cur in columbę ſpecie ſuper Chriſtum, in igne verò ſuper Apoſtolos.

In columba apparere debet, ait magnus Pater, *quia non veniebat, vt peccatores per zelum percuteret, ſed adhuc per manſuetudinem toleraret, ſuper diſcipulos in igne debuit Spiritus Sanctus demonſtrari, vt hos qui erant ſimpliciter homines, per zelum percuteret, eoſque contra ſemetipſos ſpiritualis feruor accenderet, & peccata quibus Deus per manſuetudinem parceret, ipſi in ſe per pœnitentiam punirent*; Sanum hoc, ſed vide, an etiam ideo ſicut columba in Chriſto, quia ſecurus de gratitudine, in igne vero in diſcipulis tanquam de hominibus ingratitudinem timens, ac proinde iudicio terrens, niſi gratias rependant.

Chryſoſt. Vnde excellentiſſimè Chryſoſt. Homil. 1 in acta hoc idem obſeruans ſuper illa verba, *Expectate promiſſionem patris*, ſic ait: *rursum nunc venit in ſpecie columbæ, nunc in ſpecie ignis, cur ita? videlicet illic præſeferebat manſuetudinem, hic vero etiam vindictæ ſeueritatem, tempeſtiue ſane commonefecit iudicij, cum enim oportebat iam peccata concedere, atque abire, plurima opus erat manſuetudine; rursus poſtquam adepti ſumus donum, iam inſtat iudicij, & examinationis tempus.* Nil aptius, adepto dono inſtat iudicium, non ſecus ac de peccato aſſeritur, vnde Dominus ad Caim, Geneſ. 4. n. 7. *Nonne ſi male ſtatim in foribus peccatum aderit*; expetens nempe paratum in foribus iudicium; ſic equidem & beneficium ſtatim & ipſum in foribus adeſt expetens contra ingratos vindictam, quia poſt acceptum donum inſtat illico iudicij, & examinis tempus; hinc quia ſecurus de gratitudine Spiritus Sanctus in Chriſto, non in forma iudicij, hoc eſt ignis apparuit, ſed columbæ, manſuetudinem exprimens, dum in igne in diſcipulis gratitudinem veluti admonens, ac ab ingratitudine exterrens; vt hinc diſcas amice illud quod dicebamus, Sanctis, ac Dei electis plus timoris, quam ſecuritatis dona, ac Dei beneficia inhibere: nam dum donum penſant, gratitudinis pondus æſtimant, cum ſcriptum ſciant hoc idem quod noſter affirmat Sapiens, nempe ingrati ſpem tabeſcere, & tanquam aquam deperire, nil de Deo ingratum præſumere debere, vnde noſter dicat Sapiens, *ingrati enim ſpes*, &c.

Geneſ. 4. n. 7.

44. Beneficium qui accipit, timeat iudicium.

PARAPHRASIS.

Num. 1. *Propter hæc & his ſimilia paſsi ſunt dignè tormenta, & per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt.*

Propter hæc ergo animalia ab eis indigniſſimè culta, & his ſimilia paſſi ſunt per eamet digna tormenta, vnde per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt.

Num. 2. *Pro quibus tormentis bene diſpoſuiſti populum tuum quibus dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui nouum ſaporem eſcam parans eis ortygometram.*

At pro tormentis Ægyptijs allatis è contra bene diſpoſuiſti, & affeciſti populum tuum, quo deſiderio carnium efflagrante & concupiſcente eſcam noui, & delicati ſaporis præparaſti ortygometram, coturnicum ſcilicet principem, & ducem.

Num 3. *Vt illi quidem concupiſcentes eſcam propterea quæ illis oſtenſa & miſſa ſunt etiam à neceſſaria concupiſcentia auerterentur, hi autem in breui inopes facti nouam guſtauerunt eſcam.*

Et hoc cum tanta differentia, vt illi ſcilicet Ægyptii concupiſcentes eſcam, non ſecus ac Hebræi ob neceſſitatem, non aliam eis præbuiſti quam animalium putridorum ſic, vt etiam ſi neceſſitate premerentur à concupiſcentia auerterentur edere de illis non præſumentes; at tui breuiter fame afflicti nouam, & delicatam guſtauerunt eſcam.

Num. 4. *Oportebat enim illis ſine excuſatione quidem ſuperuenire interitum, exercentibus tyrannidem, his autem tantum oſtendere, quemadmodum inimici eorum exterminabantur.*

Cuius equidem differentiæ ratio, quia ob tyrãnidem ab Ægyptiis exercitam perpetuam perpetuus neceſſe erat vt illis ſuperueniret interitus ac fames; at verò cum populus tuus tantum ex fragilitate peccarat conueniens erat, vt breui afflligeretur; vt hinc diſcerent quemadmodum inimici eorum exterminabantur, non ſcilicet ad tempus, ſed perpetuo.

Num. 5. *Etenim cum illis ſuperuenit ſæua beſtiarum ira morſibus peruerſorum colubrorum exterminabantur.*

Etenim cum illis ſcilicet Hebræis ob murmurationem ſuperuenit ſæua beſtiarum, id eſt, ſerpentum ira morſibus eorum exterminabantur.

Num. 6. *Sed non in perpetuum ira tua permanſit, ſed ad correptionem in breui turbati ſunt ſignum habentes ſalutis ad commemorationem mandati legis tuæ.*

At non in perpetuum ira tua permanſit, ſed tantum ad correptionem breui turbati ſunt ac puniti ad ſalutem accipientes ſignum ſerpentem æneum, vt etiam ex illo attenderent tuæ obſeruantiæ legis, & mandatorũ recordationem.

Num. 7.

Digitized by Google

Textus.

Num. 7. *Qui enim conuerſus eſt non per hoc quod videbat ſanabatur, ſed per te omnium ſaluatorem.*

Num. 8. *Hoc autem oſtendiſti inimicis noſtris, quia tu es qui liberas ab omni malo.*

Num. 9. *Illos enim locuſtarum & muſcarum occiderunt morſus, & non eſt inuenta ſanitas animæ illorum quia digni erant ab huiuſmodi exterminari.*

Num. 10. *Filios autem tuos nec draconum venenatorum fixerunt dentes, miſericordia enim tua adueniens ſanabat illos.*

Num. 11. *In memoria enim ſermonum tuorum examinabantur, & velociter ſanabantur ne in altam incidentes obliuionem non poſſent tuo vti adiutorio.*

Num. 12. *Etenim neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus Domine ſermo qui ſanat omnia.*

Num. 13. *Tu es enim Domine qui vitæ & mortis habes poteſtatem & deducis ad portas mortis & reducis.*

Num. 14. *Homo autem occidit per malitiam: & cum exierit ſpiritus non reuertetur, nec reuocabit animam quæ recepta eſt.*

Num. 15. *Sed tuam manum effugere impoßibile eſt.*

Num. 16. *Negantes enim noſſe impij, per fortitudinem brachij tui flagellati ſunt nouis aquis & grandinibus & pluuijs perſecutionem paßi & per ignem conſumpti.*

Num. 17. *Quod enim mirabile erat in aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat, vindex eſt enim orbis iuſtorum.*

Num. 18. *Quodam enim tempore manſuetabatur ignis ne comburerentur quæ ad impios miſſa erant animalia, ſed vt ipſi videntes ſcirent quoniam Dei iudicio patiuntur perſecutionem.*

Num. 19. *Et quodam tempore in aqua ſuprà virtutem ignis exardeſcebat vndique vt iniquè terræ nationem exterminarent.*

Paraphraſis.

Nam qui ſanabantur, non profectò illa ſanitas per ſerpentem erat illum, ſed per te ſaluatorem.

Ex quo facto dum illos caſtigabas & ſimul ſanabas, etiam inimicis noſtris oſtendiſti quia tu es qui liberas ab omni malo.

Vt iacet.

At econtrà filios tuos nec draconum hoc eſt ſerpentum venenatorum fixerunt dentes eos occidendo, nam miſericordia tua adueniens in momento ſanabat eos.

Vnde ſi percutiebantur, non quippe erat ad interimendum eos, ſed vt tui, ſermonumque tuorum ac præceptorum recordarentur, hincque ob id ex tempore etiam ſanabantur ne non tibi ſuam adſcribentes ſalutem, ſed alijs medijs, tui obliti tuum non mererentur adiutorium ac per hoc in æternum perirent.

Hinc neque herba eos, neque malagma, hoc eſt emplaſtrum eos ſanauit, ſed imperium tuum quo ſerpentem confici iuſſiſti, & quo omnia ſanantur.

Nam tu es ſolus Dominus qui vitæ & mortis habes poteſtatem ſæpè hominem per infirmitates, ſiue alia pericula ad portas reducis mortis & inde educis.

Non ſic autem homo, ipſe enim benè occidere poteſt, at reuiuiſcere nunquam, nam cum animâ exiuit, non poterit amplius illam reuocare à loco quo ſemel recepta eſt.

At non ſic ſecundum tuam potentiam, nam etiam poſt mortem in animâ imperium habes, & vt libet eam aut detinere aut etiam reuocare.

Negantes enim noſſe impij, hoc eſt Ægyptij per fortitudinem tuam flagellati ſunt nouis aquis & grandinibus & pluuijs perſecutionem paſſi, & ſimul per ignem miraculosè cum aqua adurens eoſque comburens.

Nam quod mirabile prorſus erat, ignis, & ſi cum aqua ferebatur, non ſolum non extinguebatur, ſed amplius incendebatur totus orbis commotus in vindictam iuſtorum.

Immo quodam tempore illemet ignis tam potens qui ab aqua extingui non valebat, ſic aliquando manſuetabatur vimque vrendi non habebat, vt & ſi ab Ægyptijs applicabatur ad animalia vrenda quæ ipſos perſequebantur, ea non vrebat, quod profecto fiebat, vt videntes ſcirent quoniam Dei iudicio patiebantur perſecutionem.

Cum econtrario, vt ſupradictum eſt, quodam tempore cum ad eorum internecionem eſſet neceſſarium ſupra virtutem, ignis in aqua exardeſcebat.

Digitized by Google

Textus.

Num. 20. *Pro quibus Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum & paratum panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore omne delectamentum in ſe habentem & omnis ſaporis ſuauitatem.*

Num. 21. *Subſtantia enim tua dulcedinem tuam quam in filios habes oſtendebat & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati ad quod quiſque volebat conuertebatur.*

Num. 22. *Nix autem & glacies ſubſtinebant vim ignis & non tabeſcebant, vt ſcirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine & pluuia coruſcans.*

Num. 23. *Hic autem iterum vt nutrirentur iuſti, etiam ſuæ virtutis oblitus eſt.*

Num. 24. *Creatura enim tibi factori deſeruiens exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos, & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt.*

Num. 25. *Propter hoc & tunc in omnia transfigurata omniũ nutrici gratiæ tuæ deſeruiebat, ad voluntatem eorum qui ad te deſiderabant.*

Num. 26. *Vt ſcirent filij tui quos dilexiſti Domine, quoniam non natiuitatis fructus paſcunt homines ſed ſermo tuus hos, qui in te crediderint conſeruat.*

Num. 27. *Quod enim ab igne non poterat exterminari, ab exiguo radio ſolis calefactum tabeſcebat.*

Num. 28. *Vt notum omnibus eſſet quoniam oportet præuenire ſolem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.*

Num. 29. *Ingrati enim ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet & diſperiet tanquam aqua ſuperuacua.*

Paraphraſis.

At pluuia ignea & grandinalis inimicis tuis præſtita, angelorum eſca nutriuiſti populum tuum & paratum panem præſtitiſti illis ſine eorũ labore angelicis manibus compactum, omne delectamentum in ſe habentem & omnis ſapotis ſuauitatem.

Subſtantia enim tua hoc eſt magna quod ad ſuſtentandum populum tuum præbebas dulcedinem tuam quam in filios habebas oſtendebat, nam electis tantum tuis voluntatibus deſeruiens, ad quemcumque ſaporem quiſque eorum volebat conuertebatur.

Nix autem & glacies quæ contra Ægyptios ſuſtinebant vim ignis, & ex illo non tabeſcebant vt omnes ſcirent ad hoc factum præter ignis naturam, vt fructus inimicorum exterminaret ignis ardens in grandine & pluuia coruſcans.

Hic autem idem ignis ſuæ virtutis oblitus & dum manna non liquefiebat, & hoc quidem vt iuſti nutrirentur.

Quod equidem totum, nam quælibet creatura ſuo deſeruit creatori: vnde exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos, & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt.

Ob hanc etiam cauſam, & in deſerto ſimiliter manna quod eſt gratia tua omnium vere nutrix ſeruiebat, ad voluntatem eorum ſe tranſmutans ſecundum differentias ſaporum quos tui à te expoſcebant.

Vt filij tui quos dilexiſti Domine, ſcirent quoniam non ſolum terræ fructus paſcunt homines, ſed imperium tuum ſufficit vt conſeruet qui in te crediderint.

Quod enim ab igne non poterat exterminari manna ſcilicet, ab exiguo radio ſolis calefactum tabeſcebat.

Vt iacet.

Vt iacet.

Digitized by Google

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT XVII.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

DEI iudicia in puniendis Ægyptijs, velut repetendo declarat, vt ex illis beneficia in populum magis eluceant; vnde in hoc cap. de plaga agit tenebrarum tam externarum, quàm internarum Ægyptiorum, de mirabilique Dei erga ſuos prouidentia, dum tenebreſcentibus Ægyptijs, in præclara Hebræi verſabantur luce; Vnde hoc caput in tres diuiditur principales partes; in prima, exteriores deſcribuntur tenebræ, iuxta illud, *vinculis tenebrarum*; in ſecunda, interiores, iuxta illud, *cum ſit timida nequitia*; in tertia vero, populi beneficium, iuxta illud, *omnis enim orbis terrarum.*

Num.1. *Magna ſunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indiſciplinata anima errauerunt.*

Commentum literæ.

Connexio capitis. SVpra capite præcedenti, contra ingratos inuectus fuerat, ſpem ipſorum velut hybernalem perituram glaciem affirmans, nunc, quibus affecti ſint ſupplicijs docet, in eos exclamans, Deique iuditia admirans, quæ dum Ægyptij indiſciplinati, & duri cognoſcere noluerunt, erraruut, & perierunt multipliciter afflicti, & præcipuè tenebrarum plaga, de qua in hoc cap. vnde ait:

Hugo. 1. Dei ſecreta ſodicia quę. *Magna ſunt iudicia tua Domine, &c.* Hugo *Quibus omnia iudicas occultè, vel apertè, quibus hos eligis, illos reprobas, quibus iſterum pœnas differs, & illorum acceleras, quibus innocentes hic affligis, & peſtilentes exaltari, & florere perpetis, quod omnino hominibus eſt ignotum.* Hinc nunquam ex his contra Deum murmurandum; de

Holkoth. quare vide in 1. tom. homil. 20. Holkoth de rigore, & rectitudine diuini hæc accipit iudicij, dum non fallitur, flectique nequit, & latiſſimè patet, de quare vide etiam in 1 tom. hom 5.

Et inenarrabilia verba tua, &c. *Verba tua* non eſt in Græco, additum ab interprete, ſed vt inquit Ianſen. non impertinenter; nam iudicia ſunt Dei arcana conſilia, verba, ipſa opera, ſic Hugo: nam hîc *verbum* pro opere accipitur, quæ inenarrabilia ſunt, hoc eſt perfectè enarrari, & inueſtigari non poſſunt, quia, vt inquit Hugo, *cauſa factorum inueſtigari non poſſunt*; qui etiam obſeruat, aliquando non verbis, ſed factis nobiſcum loqui Deum, vnde verba Domini non tantum auſibus, ſed oculis percipiuntur, ſicut etiam & de factis hominum dicitur; Vnde Iſaias 39. num. 3. *Non fuerit verbum in domo ſua, quod non oſtenderet eis*; at nos alibi ex Philone hoc ipſum pondetauimus, verba ſcilicet Dei non ſolum audiri, ſed percipi, quia non in vacuo tantum ſono, ſed in opere etiam conſiſtunt, operatur enim, quod pronuntiant, nō ſic hominū. Inenarrabiliaergo Dei ſunt verba, hoc eſt opera.

Ianſen. *Hugo.* *Iſaias 39. num. 3.*

Digitized by Google

Propter hoc indiſciplinata anima errauerunt, &c. Agit de Ægyptijs, qui, & ſi mirabilia Dei opera perſpicerent, tamen ad liberandum populum non ſe adduxerunt, vel quia ignorarunt cauſam illorum eſſe Deum, vel quia putarunt ſe Deo opponi poſſe, vnde ait *propter hoc*, quia ſcilicet iudicia Dei, quæ ſunt inenarrabilia putarũt ſe comprehendiſſe, & eis obſiſtere potuiſſe: animæ enim indiſciplinatæ, & imperitæ, iudiciorũ Dei non expertæ, nec illis aſſuetæ, in errorem inductæ ſunt, ſe Deo putãtes obſiſtere poſſe; quod durum, & perquam difficile, vt mox dicemus.

HOMILIA LXXXIX.

Iudicia Dei non formidare, ei obſiſtere duriſſimum, intempeſtiuæ mortis ac reprobationis ſignum.

PROPTER hoc indiſciplinata anima errauerunt, noſter ait Sapiens, cuius ratio, quia dum Dei iudicia magna, dum facta inenarrabilia aſpexerunt, non molliebantur, ſed obdurabantur, vnde à Deo deſerti, eo ſecuriores in peccatis exiſtebãt, quo deberent timidiores. *Cum ab authore relinquimur*, Magnus ait pater Greg. lib. 9. Moral. c. 34. *nec ipſa nullatenus deſtitutionis noſtræ damna ſentimus, quo enim nos longè conditor deſerit, eo mens noſtra inſenſibilius obdureſcit, ac miſerande modo ſit quotidie tanto ſecurior, quanto peior, cumque vnde ſit lapſa non meminit, quanto lugenda ſit neſcit.* Preme vltima, & dum peccatorem aſpicis eo ſecuriorem, quo peiorem, & in medio Dei terribilium ſic ſtertentem, vt & ſi terra cremetur, ſi abyſſus det voces, ſi cælum obdureſcat, ſi ſtellæ cadant, ſi ſol obtenebretur, ipſe tamen ſecurus ſtertat, ſecurè dormiat, dic talem à Deo derelictum, & non hominum iam, ſed ſaxum ad Dei iudicium reſeruatum æternum.

S. Greg.

1. Peccator quo fit ſecurior eo fit peior.

2. De iudicia non expaueſcens fit lapideus. *Geneſ. 19. num. 26.*

Enimuerò ſi iudicium mulieris Loth expendes, admiraberis, cur in ſtatuam ſalis verſa Geneſ. 19. nu. 26. quale illud peccatum, quod tale meruit iudicium? ſanè dices, quia inobediens præcepto nimis incredula non putauit multum ſi retro reſpiceret; vera hęc, de qua re ſatis abundè ſuprà diximus c. 10. n. 7. in ſenſu literali, ad quem locum te remittentes, illud nos elicimus, quod nunc ad noſtra, nempe vxorem Loth gentilem, & ſimul peccatricem, vt ibi ex Philone, Hieronym. & Auguſt. probauimus, quæ dum retro reſpexit tale dum Dei iudicium cerneret, non ſolum non expauit, non tremuit, non doluit, ſed ex libertate gaudens læta reſpiceret ardentes, ſecundum Procopij ſententiam, qui rationem reddens, cur Angeli illud impoſuerunt præceptum, ſcilicet ne retro reſpicerent, ſic ait: *Nouerat Angelus illos fortaſſis gauiſuros cernentes calamitatem Sodomorum; lætari autem calamitatibus, & miſerijs aliorum, eſto interdum iudicetur iuſtum, non tamen humanum reor.* Ergo ſecundùm hunc Doctorem, & ſi peccatrix, & ſi ipſa vitijs immerſa nefandis, ſic dura ad Dei extabat iudicia, vt quo illa atrociora, ipſa ſecurior, meritò in ſtatuam, in petram, in lapidem conuerſa, corporis, animæque ſubiens ruinam, dum ſic intrepida ad iudicia extitit horrenda. En quod dicebamus, peccator dei iudicia vidēs, & non perhorreſcens, ad illam duritiem peruenit, vt cor in lapidem, ſenſus in ſaxa, intellectus in petram conuertantur, ſic vt prorſus inſenſibiles, non ſint amplius homines, ſed ſaxa, ceruicem ſic induratam obtinẽtes, vt tanquam de re acta, Deus non cogitet amplius, niſi de eius ruina.

3. Vxor Loth in ſtatuam mutata quia Dei iudicia non expauit. *Philon. Hieron. Auguſt. Procop.*

Peccante populo, ac idololatrante ſic Deus ad Moyſem Exod. 32. n. 9. *Cerno quod populus iſte dura ceruicis ſit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Pendo verba illa, *dura ceruicis*, quæ iuxta Lippomanum ſonant, *populus incorrigibilis, valdè indomitus, & durus corde*; at in quo cordis duritia, cũ hoc primum eorum fuerit peccatum? ſane ſi poſt multas inobedientias, ſi poſt multas ſpiritui Sancto obſiſtentias hoc dixiſſet, non equidem eſſet mirum. Quapropter rationabiliter glorioſus Protomartyr Stephanus duros eos ceruice appellauit, ex ante actis enim Deo obſiſtentius merito ſic appellabantur. Quod appoſite adnotauit Chryſoſt. Hom. 1 aduerſus Iudæos ſuper eadem beati Stephani verba Actorum 7 *Vos ſemper Spiritui Sancto reſtitiſtis*, vbi Chryſoſt. *Iudæi ſemper fecerunt quæ Deo placita aduerſata ſunt, etenim cũ volebat eos ieiunare, tunc ingraſſabantur, dilatabãturque: rurſus vbi nõ volebat eos ieiunare, mordicus tenebant ieiunium; cum vellet victimas ſibi offerre, ad ſimulachra properabant, vnde ideo Stephanus dicebat ad illos: vos ſemper*, &c. Bene quidé poſt hæc homines dicuntur reſiſtentes, ac infractæ ceruicis, ſeu cordis duri; at poſt primũ peccatum, vide Deus duritiem vălit: ſane amice, ex prodigijs, ex iudicijs, ex miraculis contra Ægyptũ operatis illud Deus eduxit, digne æſtimans populum talẽ duriſſimũ, ac lapideum poſſidere cor, dum poſt tanta eius prodigia, dũ poſt tanta iudicia, & ſic recentia, tam citò viam deſeruiſſe, ad idololatriã accurriſſe, & inſuper poſt tale, tantumque peccatum ad ebrietates, ac cõmeſſationes, ad ludos, ad tympana, quid durius? qui ſenſus rectè expẽditur à Caietan qui in hæc verba, *Cerno quod populus iſte dura ceruicis ſit*, ſic ait: *poteſt intelligi de viſione viſitationis, vt Deus dicat ſe viſitaſſe populum iſtum tanta multitudine beneficiorum, cum tot manifeſtis miraculis, & ipſe ſeſe offert dura ceruicis, hoc eſt inflexibilem ad obediendum mihi, ad agnoſcendũ me benefactorẽ.* Acutè: duritiem ceruicis non ex factis multis malis collegit Deus, ſed ex miraculis multis, & ex prodigijs, ac iudicijs admirabilibus ante actis, vnde dignißime reputauit, quod etſi primum eſſet peccatum, tamen duriſſimi ſignum cordis, dum poſt tanta iudicia ad illa non attẽdens in peccatum prolapſus eſt. Quod cum ſit, vide an non duriſſima Chriſtianorum corda? an non duriſſimum cum eis iudicium, an non iam non amplius cogitet Deus niſi de eius ruina, ſicut de illo populo, dum tanta, tamque mira quotidie Dei vident iudicia, mortes, peſtes, famem, bella, regnorũ deciſiones, peremptiones, immo cum ante ſe magnũ illud Dei proſpiciunt ob peccata indicium, nempe Chriſtum crucifixum, & tamen peccare non deſinunt, & in peccata ſæpè recidunt, nil extimeſcentes, nil addubitãtes, quinimmo ex peccatis ſecuriores; forſitã quia ſæpè confitentur, & ſemper relabũtur, putantes ex hoc ad non ſaxeum deuenire cor. Sanè ſæpè laudaui, & nunc laudo, poſt peccatum ſtatim pœnitentiam, vnde & ſi millies peccatur,

Exod. 32. num. 9.

Lippom.

4. Cur ex primo tantum peccato populus Iſraël durę dicatur eſſe ceruicis.

Chryſoſt.

Caietan.

5. Chriſtiani peccantes duri ſunt corde, & cur.

Digitized by Google

Alexand. 6. Sæpè peccata confiteri & relabi quam periculosum.

etiam quod millies illico ad pœnitẽtiam accurratur, sed nunc casu incidens cum Alexand. Stromat. 2. terribilem hanc inuenu eius sententiam, *Continuæ*, ait, *ac se vicissim excipientes propter peccata pœnitentia, nil differunt ab ijs qui omnino non crediderunt.* Audi tu, qui sæpè in peccatum relaberis post pœnitentiam, & extremisce, tanquam Gentilis condemnaberis, quia etsi ille pœnitentiam non egit, quia non credidit, tu sic eam peregisti, ac si non credidisses, dum si verè crederes post pœnitentiam, post sanguinem Dei in te effusum, post tanta iudicia quæ quotidie vides, aspicis, manibusque attrectas, iterum certè in peccatum si tibi cor carneum, & non saxeum non relabereris; hinc quia corde durus, ipsamet Dei opera, ipsa bona tua, vt sic dicam, ignis sunt ad te comburendum, accendendum.

7. Homo durus & impœnitens bona etiam quæ facit, sic vitiata proceduntaliquãdo, vt ad pœnam ei deseruiant. *Ambros.*

Attende quæ dico, homo durus, & qui Dei aspiciens iudicia non expauescit, eo miseriatum deuenit, vt bona quæ facit, iusto Dei iudicio talibus procedant sua culpa vitiata circunstantijs, vt ipsa non ad præmium ei, sed ad pœnam, non ad refrigerium, sed ad ignem deseruiant. Hoc equidem in durissimo illo Caïn corde, obstinatóque perpendo; hic enim peccator etiam ante sacrificium, vt volunt multi. Vnde quia malus, irreligiosusque, rectè obseruat Ambros. lib. de Caïn & Abel c. 7. & 10. in duobus peccasse, & quia post multos dies obtulit sacrificiũ, & quia non de primitijs, sed de secundis sibi primitias reseruans. *Genes. 4. num. 3.* *Factum est autem*, ait Scriptura, *post multos dies, vt offerret Caïn de fructibus terræ munera Domino*, de fructibus, ait Ambros. *non de primitijs*, & hoc post multos dies, cuius rationẽ assignans eodem c. 7. ait: *Quia negligentibus irrepit oblivio impetratorum, aut tumidis, & elatis arrogare eventus sibi, & bonum quod agit, vel quod à Deo consequitur, propijs virtutibus vendicare*: Ergo ante sacrificium ingratus pessimus iste homicida, Deique obliuiosus, insuper superbus, se, non Deum recognoscens, ac proinde pro Deo se habens, sibi primitias, non Deo offerebat, vt exinde videas, quibus gradibus ad duritiam hic peruenerit cordis. Vnde & si à Deo admonitus, aduocatus, animatus nihil proficiens amplius obduratus fratrem occidit; primum pẽdo vnde huic tanta obduratio? vide an quia Dei terribile iudicium in patre sciens ob peccatum patratum, peccasse tamen non destitit tumore, superbia, ingratitudine, Deique summi obliuione, vt diximus. Hinc nil cum eo Dei admonitio profuit, quod reprobi signum, vt acutè animaduertit August. lib. 15. de ciuit. cap. 1. *In electis*, ait, *Spiritus sanctus operatur intrinsecus vt valeat aliquid medicina qua adhibetur extrinsecus, facit autem hoc Deus à vasis misericordiæ, ira vasa discernens, dispensatione qua ipse nouit multum occulta, sed tamen iusta; sic quando locutus est ad Caïn quid ei profuit? nonne conceptum ftelus in necando fratrem etiam per verbum diuinæ admonitionis implenit?* Quid inde ex hoc? Sanè amice id quod dicebamus Caïm reprobus ad admonitionem amplius obsurdus factus, ex iudicijs ex Dei spretis, quæ in patre scierat, immo ex his quæ videbat, dum ante oculos adhuc Romphea illa ante paradisum extabat patrem arcens, quam ipsemet perspiciebat, immo & ipsum paradisum ad quem non poterat per peccatũ patris accedere, quo non obstãte durus, & rebellis in peccata relapsus, ipsum sacrificium placationis sua culpa exitit indignationis, & ipsæ fruges oblatæ fomentum quo se ipsum cremaret, vt exinde videas quãtum sit malum Dei iudicia non extimescere, impauidum ad illa obtimere cor, magis semper obsurdescere; psa quidem bona tua te incendent, te amplius culpa tua cremabunt, & fomentum erunt ignis, quæ debuerant gloriæ. Audi Chrysol. ser. 109. *Caïn perfidus, ingratus Pontifex cum ipso suo malè partitur cum authore, se, suosque posteros & à vita, & ab humano genere peraimisit. gestans sibi stipulã, fomentum sibi per quod exureretur inuenit.* Egregiè, stipulæ, ac segetes oblatæ, dũ non ex primis; & malis vitatæ circunstãtijs, obstinato, ac duro, Deique iudicio parui pendenti, non gratiæ incentiua, sed fomentũ peccatori extiterunt incẽdij; vt exinde durus homo, ac peccator contremiscas, dum te imperterrite peccare aspicis, ipsa bona, quę agis, ipsum scilicet sacrum quod oscitanter, & malè audis, ipsum pensum, aut rosariũ quod distractissime soluis, non tibi vt arbitraris fomentum erit gloriæ, sed ignis, sed incendij, stipulæ erunt ad te cremandum, cum ea sic agis, vt potius ad vomitum, quam Deum prouocent ad misericordiam, cum si ex se bona, cum alias etsi te iuuarent licet in peccatis, ob quod nunquam deserenda, tamen ex hinc, ex modo, ex pessimis circunstantijs sic inueniuntur, vt non emolumenta, sed stipulæ sint ad te comburendum.

Chrysol.

9. Peccatores aliqui se à Deo abscõdunt, aliqui seelongant, & quæ inter vtrosque differentia.

Hinc tales peccatores sic duri, ac ad Dei iudicia imperterriti, omnino Domini timorem amittentes, sic se à Deo elongant, vt quasi sic sic dicere licet, extra Deum fiant, extra suam faciem, siuũ extra conspectum: nam hæc inter cæteras, inter vnos, alteroſque inuenitur peccatores differentia; nam aliqui, qui peccant cum timore, ac remorsu, sic peccant, vt se à Deo abscondant, sic Deum fugiunt, vt timeant; at alij qui imperterriti, frontem, ac ceruicem ad Dei iudicia duram possidentes non se à Deo abscondunt, sed elongant, ac ex impœnitentia quantum est ex se extra Deum fiunt; hinc primi, & si absconsi à Deo quæruntur, secundi derelinquuntur. Peccauit Adam; at quid Deum audiens, timens abscondit se, Genes. 3. num. 10. *Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me*; at peccauit Caïn pariter, & à Domino consimiliter vocatus, sed nunquam se abscondit, immo fugit, & elongauit; *Egressusque Caïn à facie Domini habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Edem*, Gen. 4. n. 16. cur Adam se abscondit, Caïn vero fit profugus? Sanè inquit Origenes hom. 11. in c. 16. Hieron. super illa verba: *Quia oculi mei super omnes vias eorum*, quia Adam & si peccauit, non tamen in peccato durus, & iam pauidus; at Caïn durissimus; hinc Adam se abscondit, Caïn se elongauit. *Vernm Adam quamuis peccauit*, ait Origenes, *tamen non vsquequo ad perfectam malitiam mens eius corruit, & ideo abscõsus est à facie Dei; Caïn autem impijssimus fratricida, cum peccauit egressus est à facie Dei: nam si ad malorum comparationẽ venias, melius est abscondi à facie Dei, quam fugere eum.* Cuius rationem reddens subiungit: *in alio quippe conscientia vulnus inflictum tenebras, & secreta perquirens lenire oculos non patitur ad cælũ; in alio autem desperatione, nota contumacia negligit De-*

Genes. 3. num. 10.

Ibid. c. 4. num. 16.

Origen.

8. Caïn obduratus quia Dei iudicia non expauit. *August.*

minum. Egregiè, signum timoris absconsio, contumaciæ elongatio, contumax peccator sic Deum non timet, vt ab ipso elongatus, quasi extra Deum fiat nec amplius illum persentiens, nec iudicia eius extimescens, surdus ad inspirationes, cæcus ad iudicia. A

10. Hominis prædamnati signum Dei iudicia etiam in altero non expauescere sed in malitia perdurare.

Hinc profectò nullum maius obstinari animi signum, immo præsciti, ac condemnati, quàm Dei iudicium aspicere, & si in altero, & tamen in malitia perseuerare, ac obdurescere; hinc adnoto ex se signa præscientiæ, ac æternę condemnationis malum dedisse latronem, nec mirum illum non saluatum; in se enim, & quod maius in Christo terribile Dei iudicium videns, sic inde melior non effectus, vt quasi non ipse in cruce in Christum insultaret, Luc. 23. num. 39. *Vnus autem de ijs qui pendebat latronibus blasphemabat eum dicens, si tu es Christus saluum fac temetipsum, & nos.* Mirum vt talia promeret, & ipse à Deo percussus; hinc obduratus, hinc condemnatus; Quod sapientissime obseruauit alter bonus, vnde eum reprehendens, ait: *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es.* In quo loco egregiè Chrysost. homil. de bono latrone tom. 3. *Vidisti*, ait, *philosophiam latronis, vidisti prudentiam, vidisti magistrum, non times inquit, nunquid & tu in cruce non es? hinc cum illum lacessis iniurijs, tibi supplicium præparas.* Nil melius, iudicia Dei in altero nõ extimescere, immo illi insultare eadem agens, quid aliud hoc faciẽs peccator agit, nisi supplicium sibi præparare; videre hoc est sæpè in peccatoribus, subsannant aliquos, aut quia honore priuatos, aut quia morte mulctatos, ipsi peiores peccatores, quàm illi non se emendantes, sed in peccatis magis obdurescentes, securiores ex alienis iudicijs. B

Luc. 23. num. 39.

11. Latro malus condemnatus, quia durus ad Dei iudicia.

Chrysost.

12. Homines obstinati, tunc moriũtur quando Dei iudicia aspiciunt.

Quid ergo mirum, si ad iudicium reseruantur æternũ? ex tempore morientes, quando minus de morte pensitant, & tunc morientes, quando ad Dei iudicia aspicienda oculos aperiunt, Deumque extimescunt, tunc absorbentur, mactantur, pessundantur, vt sic dicam. C

Attende quæ dico, & contremisce, sunt aliqui sic per totam ad Dei iudicia obstinati vitam, vt tanquam impassibiles, vt sic dicam, nunquam Deum percutiẽtem agnoscant, nunquam ipsum flagellantem attendant, sed mala diuersis attribuentes generibus causarum, aut tempori, aut infortunio, aut casui Dei iudicia ascribẽtes, meliora sperantes in dies, nunquam Deum recognoscunt flagellantem; hinc sic Deũ hac pertinacia cogunt, vt tandem ad extremum eos deleat, & tunc illum recognoscunt, quando vltima adest ruina. Enimuerò plusquam terribile illud apparet Dei iudiciũ in Pharaone, quando sic eũ præfocare voluit, vt simul cum illo & Ægyptum totam, quid contra illum prius non effecerat? qualem non immiserat plagam? ignes, grandines, sanguinem, animalia, segetum, herbarumq; crematio nem, arbustorumq; euulsionem; tenebras, tandem omniũ primogenitorum mortem? quid amplius miseris ex malis deficiebat? Iam Israël extra Ægyptum, ad quid nunc permittere, vt insequatur, ad hoc, vt omnino, ac funditus omnes pereant; immo data opera Moysi mãdat, vt reuertatur, ponatque contra mare exercitum; nam inquit Exod. 14. n. 2. *Dicturus est Pharao, coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum, & indurabo cor eius, & persequentur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius.* Quod equidem factum ex submersione, quid? nonne ex ante actis satis glorificatus? potentiáq; eius satis manifestata? minimè; Audi rationem sequentem, & admirare causam; *Scientque Ægyptij*, ait, *quia ego sum Dominus*; Ergo adhuc nesciebant Dominum esse Deum, licet omnia anteacta viderãt? Sanè, sic stolidum hominis est cor, sic durum peccatoris, vt si magna, alta, mirabilia Dei supra se viderit iudicia, non illa Dei æstimat, sed casu, aut fortunæ tribuit, Deum supremum iudicem recognoscere nolens; hoc autẽ impossibile vt Deus dissimulet; Vnde rectè Rupert. hîc *Quasi altus dicat*, ait, *non licebit Ægyptijs nescire quia ego sum Dominus.* Rectissime, licet egressus sit Israël, licet ipsum dimiserint, licet tandem mandato obedierint, tamen, quod ego Dominus non adhuc agnoscunt; hoc autem non licet, necessarium velint, nolint me Deum, me supremum agnoscant Dominũ; at quando hoc? amice, quando iam res acta, iudicium consummatũ, quando mergebantur in profundum. *Ecce*, ait Scriptura, *respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis interfecit exercitum eorũ, & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum.* Et tunc dixerunt: *Fugiamus Israëlem; Dominus enim pugnat pro eis contra nos*, seu vt Chaldaïca, *quia hæc est potentia Domini, qua pugnabat pro eis in Ægypto.* ô benè, nunc cognoscitis hanc potentiam esse illam, nunc Dominũ agnoscitis, quando in profundum ferimini; meritò ergo submersi, ac præfocati peribitis: nam nunc vestra cognitio non ad pœnitentiam vobis, sed ad pœnam, sed ad tormentum. En quod dicebamus Dei iudicia, ac flagella non extimescere illud, & intolerabile parit malum, vt tunc timeantur, quando iudicium conclusum, & tunc Deum perfidi agnoscant, quando eos condemnat. D

Exod. 14. num. 2.

Rupert.

Hinc ex tempore occiduntur, quia desperata emendatione non est amplius quod sustineantur. Attende ad dicenda. Duas fici arbores in Euangelio reperio, vnam Luc. 13 num. 6. alteram Matth. 21. num. 19. sed cum hac differentia, vt prima & si tribus annis terram occupasset nullum præbens fructum, tamen à Domino vineæ tolerata; altera vero dum ad eam Dominus accessit, illico nullum in ea inueniens maledixit, sic vt dicat Euangelista, *Et arefacta est continuo ficulnea*; quæ ratio differentiæ? profectò mea sententia illa, quia de prima spem habuit Dominus vineæ fructuum ex promissione cultoris, vnde hic ad Dominum; *Dimitte illam, & hoc anno vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora.* Ergo spem fructuum concepit. Quapropter rectè Athanas. quæst. 35. *Multi enim demum resipuere, qui per afflictiones fossi, & per tentationes recepto stercore fructiferi facti protulerunt virtutem.* Benè hoc; at quæ erunt afflictiones, siue documenta? Sanè mea sententia Dei iudicia, quod inde colligo, quia hanc adiunxit parabolam Dominus ad factum illud Pilati, quando Galilæos occidit, *Miscens sanguinem cum sacrificijs eorum.* Quod cum audisset Dominus referentibus dixit: *Putatis quod hi Galilæi præomnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt; non dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis omnes simul peribitis*; Quod similiter pronuntiauit de illis super quos turris

13. Obstinati cut ex tempore occidũtur.

Luc. 13. num. 6.

Matt. 21. num. 19.

14. Christus cum vnam fici arborem maledixit alteram siccauit.

Athanas.

ceciderat Siloë. Ergo dum poſtea ſimilitudinem arboris adiecit fici, illam pœnitentiam intellexit, quæ ex Dei iudicijs proficiſcitur, dum corda ab illis emolliuntur, quam profecto omnino deſperauit in altera; nam cum ex omnium ſententia patrum, vt alibi diximus, ficus illa obdurata præſignabat Iudæorum corda, præſciens Chriſtus, quod & ſi iam iam terribile illud viſuri eſſent dei iudicium, nempe eius crucifixionem, & mortem, non proinde melius ex illo efficiẽdos, iam amplius in malo obſtinati in peius ſemper abituri, ideo eam maledixit, *Nunc vero*, ait Hilarius conc. 21. *vbi in contumaces formam ſeueritatis conſtituebat*, nempe Iudæos, *futuri ſpeciem damno arboris indicauit*; præſciebat ex futuro dei iudicio, ex ſuamet crucifixione, ex ſpectaculo illo horrendo amplius illos obdurandos; quaſi de re deſperata, ex tempore maledicens illico exſiccata, ac perempta, vt inde videas quantum ſit malum dei non expaueſcere iudicium, dum talem ſubitaneam importat ruinam.

Hilar.

Sed pondero illud, maledicta à Chriſto arbor, & prænotatum non eſſe ficorum tempus, cur ergo maledicta? Certè Chryſoſt. hom. 24. ex varijs Matth. locis tom. 2. duas & optimas de hac re tradit rationes, ad mores aptas; prima, vt inde doceamur, quia ſi neceſſitas maledicitur, quando non tempus fructuum, quid quando præterijt tempus? *Igitur*, ait, *ſi tanta vis eſt, vt neceſſitati debita imponantur, id eſt, vt alieno tẽpore fructus de arbore exigantur, quanta vis eſſe poterit, ſi voluntas non exhibeat quod debetur? de ore tuo te iudico ſerue nequam*, ait illi Dominus Luc. 19. num. 22. *Sciebas quod ego homo auſterus ſum, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminaui, & quare non dediſti pecuniam meam ad vſuram?* Si vbi non ſemino meto, vbi ſemino nonne amplius metam? ſi quando non eſt tempus fructuum, fructus dominus exigit, quid quando tempus eſt maturum? audiant hoc religioſi, & contremiſcant, à ſecularibus, ab vxoratis, à varijs negotijs diſtentis, occupatis, implicitis fructus Dominus requirit, & ſi tempus videtur non eſſe fructuum; quid ergo à religioſis, & ſi illi ſub maledicto ſunt? nunquid iſti benedicti? terribilis comminatio, *Nũquam ex te fructus naſcantur in æternum*, videas clauſtrales arbores ſiccas, ſic vt per annos, annoſq; plurimos nullum propè modum reddant fructum, ſed in dies peiores exiſtant, quæ tanti cauſa mali? mea ſententia, quia negligentes pluſquam ipſi ſæculares, fructum quando debuerant non dederunt, nil ſuprà vitam ſe erigentes mundanorum; *Niſi abundauerit*, ait dominus noſter, *iuſtitia veſtra pluſquam Phariſæorum, & Scribarum, non intrabitis in regnum cælorum*, Matth. 5. nu. 20. at qualis horum iuſtitia, ſeu vita? Audi Epiphan. hæreſ 16. tantæ quippe affirmat eos fuiſſe continentiæ, vt ne noctu forſitan in ſomnis aliqua eis accideret defluxio, *frequenter orantes, aſſeres ſibi parabant dodranis*, id eſt vnius palmi, *tantum latitudine, & in haſe ad veſperam locabant, vt ſi qui dormiſſet, in pauimentum decideret, & rurſus excitaretur ad orationem, per hoc quod vigilantem vitam haberet, quantum eius fieri poſſet; alij lapillos ex aquis collectos ſibi ipſis ſuſternebãt, alij ſpinas proſtrato habebant ie-*

Chryſoſt.

15. Cur eam maledixit & ſi tempus non eſſet ficorum.

Luc. 19. num. 22.

16. Religioſi quantum timere debẽt, dum dignos non faciunt fructus.

17. Vnde eis prouenit arbores eſſe ſteriles.

Matth. 5. num. 20.

iunabant bis in ſabatho, decimabant decimationes, dabant primitias, ſacrificia, & vota exactiſſime exſoluebant. En qualis vita! & tamen ſi noſtra non vltra illam, non intrabimus in regnum cælorum, arbores erimus ſiccæ ad ignem deſtinatæ æternum; væ nobis niſi reſipuerimus.

Chryſoſt.

Altera Chryſoſtomi ratio: nam & ſi tempus quærere fructus, ordinariè tunc, quando ad iudicium dominus venerit, vt bona retribuat; mala autem caſtiget, tameu in domini eſt poteſtate hoc præuertere tempus, & ante tempus fructus poſtulare; *Tempus*, ait Chryſoſt. *exigendorum de homine fructuum, eſt quando Dominus iudicium celebrabit, tamen quia nonnunquam ante tempus iudicij Dominus conſueuit antevertere iudicium, vt nunc de nobis exigat, quod iudicij tempore exacturus eſt, monet nos debere eſſe paratos, ne ſubito ſine fructu inuentes exemplo iſtius arboris maledicat.* Extimeſcenda ſententia, non eſt qui ſe iactet, quia puer, quia adoleſcens, quia ſanguis adhuc feruidus, tempus expectans ſenectutis, quaſi huius ſit Deo proprios referre fructus, & ordinariè Deum à ſenibus illos amplius exigere; præuertere Deus ſolet tempus, ait Chryſoſt. quia tempori non eſt alligatus, & vacuum te inueniens, ac ſterilem, etiam ſi tempus non ſit ficorum poſſibile vt maledicat, fructuſque ex te non naſcantur in æternum. Sana omnia hæc, ſed fateor quod non acquieſco; vellem enim iuſtitiam quandam inuenire, cur iuſtiſſime hæc arbor maledicta, & ſi tempus non eſſet ficorum? vnam ſuprà adduximus, quia ſcilicet beneficijs impinguata præcoquere debebat ficus; accipe nunc alteram, quia ad illam eſuriens acceſſit Chriſtus, qui die heſterna, vt narrat Euangeliſta, terribile illud exercuerat iudicium, vendentes ſcilicet, ementeſque è templo eijciens, *Ac menſas nummulariorum, ac cathedras vendentium columbas euertens.* Quibus viſis nihil melius Phariſæi effecti, immo peiores, illi inſultarunt; hinc licet ſi alter eſuiſſet homo, qui talia non egiſſet, ſufficiens eſſet ratio *tempus non eſſe fructuum*; at quia Ieſus erat qui talia peregerat, talia miracula, talia iudicia, & ſi ordinariè tempus non erat, tamen ex iudicijs extraordinarijs ſufficiens, & præmaturum profecto erat tempus, vnde iuſtiſſime in illius arboris ſymbolo illi maledicuntur, qui innumera Dei videntes iudicia, innumera miracula tempus procraſtinant pœnitentiæ, iuuentutem, imbecillitatem, occaſiones prætexentes, quaſi adhuc non tempus ficorum; hinc non mirum, ſi ex tempore maledicantur ſubito, repentine.

18. Deus præuertere ſolet tempus iudicij ob quod ſemper vigilandum.

Miraberis iudicium Balthaſaris Regis, ſic illico poſt ſententiam executum, *Eadem nocte*, ait Scriptura, *interfectus eſt Balthaſar Rex Chaldæus*, Daniel. 2. num. 30. Eadem nocte ſcilicet, quando ei lecta ſententia: profecto non ſic cum Rege patre, cur ergo iudicium ſic cum filio accelerarum; attende, quæ ei Daniel, & myſterium inuenies; antequam enim ſententiam ei legeret profecto iudicium patris primo ante eius oculos poſuit. *Quando autem elevatum eſt cor eius, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria eius ablata eſt, & à filijs hominum abiectus eſt, ſed & cor eius cum beſtijs poſitum eſt, & cum onagris erat habitatio eius, fœnum quoque*

Dan. 5. num. 30.

19. Deus ex tẽpore Balthazarem regem occidit quia eius iudicia in patrem non timuit.

vt bos comedebat, & rore cœli corpus eius infectum est, Num.10. En quale iudicium cum patre ob superbiam? quod certè videns filius resipuere debebat; at quidtimmo peior effectus, vnde Daniel, *Tu quoque filius eius Balthasar non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia*; hinc meritò ex tempore occisus, eadem nocte, nullo interposito tempore, nulla pœnitentia expectata, cum, vt rectè Theodoret. *Balthazar iste*, ait, *summum patris supplicium suspicatus nihil inde percipit vtilitatis, iure itaque iustus iudex illum nulla venia dignum censuit*; Immo ob hoc affirmat Deum Nabuchodonosori per pœnitentiam erudito regnum restituisse, *Quia alterum impietatis pœnas luisse non conspexerat.* En quod dicebamus, hoc periculum subeunt ad Dei iudicia imperterriti, & qui non franguntur, ex tempore occidi, ac subita interimi morte, indigni pœnitentiæ tempore, qui tempus despexerunt iudicij.

Theodor. 20. Nabuchodonosori tempus Deus concessit pœnitentiæ, quia in altero eius non prosperis iudicia.

Hinc obserno tunc vltimam adesse ruinam, tunc peccatorem extinctum iri, & à diuina cremandum iustitia, quando vltimum Dei super se non expauescit iudicium; ob hoc adnoto descendisse Dominum ad Sodomitas illos incendendos pessimos, Genes. 18. num. 21. *Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere complenerint, an non est ita, vt sciam.* In quo loco grauiter adnotat Chrysost. super illa verba: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est*; hos non solum in summam deuenisse malitiam, sed insuper omni prorsus destitutos fuisse virtute; *Quod clamor Sodomorum*, ait, *multiplicatus est, illud opinor significare, quod cum indicibili iniquitate illa, etiam omni virtute priuati sint*; Hoc adnotarim, vt scias quàm proximi iudicio extremo illi sint peccatores, qui sic iniquitatibus, pectatisque abundant, vt simul omni reperiantur priuati virtute, omni bona actione, penitus corrupti, ac vitiati: nam sicut de illis non est desperandum, qui aliquibus pollent virtutibus, & si in peccatis toti, tamen nescio quid sani, siue lucis in eis respicitur, vt prognosticum sit salutis; sic omnino ferè de illis desperandum, qui sic in peccatis immersi, sic toti contaminati reperiuntur, vt nil in eis sanum, ita vt non solum peccatis abundent, sed etiam omni destituti sint virtute, sicut pessimi erant illi Sodomitæ, ac Gomorrheitæ. Descendit ergo Dominus, vt videret, vidit, immo manibus, vt dicitur, iniquitatem tetigit, cur ergo non statim deleuit? dices, quia eripiendus erat Loth; Sanè, sed simul adnoto tale iudicium vltimo in eos exercuisse, vt si aliquid Dei timoris in illis, resipiscere possent. Hinc dum illud præmisit; expertusque nullam emendationem illico incendit, cremauit, in puluerem redegit; at quale hoc iudicium? *Cæcitas à minimo vsque ad maximum*, Genes 19. num. 19. ô mirum, se cæcitate percussos aspexerunt, immo vt sentit Chrysost. *Etiam & viribus corporis destituti sunt, vt qui prius ianuam conterere nitebantur, & multum minabantur iusto, statim steterunt laxatis membris*; & tamen ex hoc iudicio, & sic terribili non solum non emendati, sed peiores effecti: nam vt ex Hebræo habetur, vbi nos legimus, *Percusserunt à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent*, ipsi legunt, *& laborauerunt, sine fessi sunt ad inueniendum ostium.* Ergo post tale, tantumque Dei iudicium non solum non meliores, sed peiores effecti, in sua semper remanentes impietate, meritò deleti. Vnde non ante hoc, quàm vltimum in eis Dei exercitum iudicium; vt inde quod dicebamus colligas, vltimam peccatoris adesse ruinam, quando vltimum in eo Dei exercetur iudicium, & ipse ad illud durus, vnde & si crematur, tamen non coquitur, quod est pessimus ille peccatoris status, ad quem cum deuenit quasi de acta re propè desperandum, iuxta illud Osex 7 num.8. de Ephraim, *Factus est Ephraim*, ait, *subcinericius panis, qui non reuertatur*, hoc est ex vna parte Dei iudicijs, ac flagellis crematus, ex altera crudus, quia non ad illa reuertatur, vt vndequaque concoquatur, quod adnotauit Ruffinus sic: *Cum vires illius frequens percussisset afflictio, nihilominus in impietatis studijs permanebat, vt simul crudus, quia indomitus, & exustus appelletur, qui tabe se gemebat afflictum.* Quod cum tu aspexeris, dic propè Dei esse iudicium, in quo perbelle aliqui significatum intendunt in prædictis verbis contra Ephraim: nam panis subcinericius non in fornace coquitur, sed in cinere, ideo vt illico, ac statim comedatur. Vnde Syrus vertit. *Ephraim factus est placenta parnuli, decocta est, comesta est*; parnuli enim placentam mox vt coctam comedunt; sic equidem, qui Dei non timent iudicia, cremantur, sed non coquuntur, qui in dies peiores fiunt, ad vltimum non properant iudicium, sed sunt in illo, & eo miserabilius, quo hoc ignorant, nec pensirant, vnde sequens Propheta ait: *Comederunt alieni robur eius, & ipse nescinit, & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit.* En miseria, totus in flagellis, & suam non aduertit perditionem, iam senex, & canus, à Deo exustus, totusque crematus, & tamen & si senex, canusque ignorat iudicium, immo & suam perditionem, quid ergo? nonne propè est perditio? mors, interemptio?

21. Peccator tunc occiditur quando vltimũ Dei non expauescit iudicium. *Genes.* 18. *num.* 21. *Chrysost.*

22. Peccatores deplorati qui.

Genes. 19. *num.* 19.

23. Obstinati cremantur à Dei iudicijs, sed non coquuntur. *Oseæ* 7. *num.* 8.

Ruffinus.

24. Quibus Dei iudicium est propè.

Sanè ex Dei præcepto Elias omnes occidit Baal Prophetas, 3. Reg. 18. num. 40. *Apprehendite Prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ab eis*; At cur Deus sic seuerè illud præcepit, vt nulla pœnitentia data, nec vnum voluerit superstitem, sed simul omnes vna die occidi, eo vel maximè, cum nullum inter Eliam, Prophetasq; de occisione pactum interessisset? sanè Abulens. hic quæst. 35. ideo factum affirmat, quia digni erant morte ob idololatriam: secundò, quia populum seducebant; verum, sed non poterat Deus aliquantulum cum eis dissimulare, sic vt proposita pœnitentia, postea si non resipiscerent ad vnum occiderentur? Minimè equidem: nam ex vltimo iudicio in eis exercito, obstinati; iustum equidem erat non amplius eos expectare, impij, ac scelesti, populorum deceptores tanto tempore, à Deo tolerati, & si nullam sui Dei audirent vocem, vt ait Scriptura, & nullus *qui eis responderet*, in pertinacia insistentes, *Clamabant voce magna*; at parũ hoc, sed adnotat Scriptura quod *incidebãt*

3. *Reg.* 18. *num.* 40.

Abulens.

25. Elias cur occidit omnes Baal Prophetas nullum eis præbens tempus.

ſe iuxta ritum ſuum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine; hoc eſt vt adnotat Abulenſ. quæſt. 27. *Vſquequo videretur eſſe corpus ſuum opertum ſanguine.* Sed antequam ad rem veniam, placet primo adnotare ly *iuxta ritum ſuum.* Ergo mos in deorum ſacrificijs ſanguinem fundere; ſanè ſic in ſacrificijs *Berecinthiæ*, quæ vocabatur *Bona Dea*, de qua Auguſt lib. 2. de ciuitat. & Ouidius in Faſtis, & Seneca in tragœdijs; ſic in Saturni ſacrificijs, vt Boccatius de genealogia Deorum, ſic in ſacrificijs Dianæ in regione *Ethaurica*; offerebantur enim illi extranei in regionem apportantes, quem vſum abſtulit Oreſtes rapiens Ephigeniam ſororem, & ipſammet deam; de qua re videndus Ouidius in Faſtis, & Paulus Oroſius lib. 5. de Ormeſta-mundi, iuxta quem ritum ſacerdotes ſe incidebant Baal, vt ignem à Deo acciperent, ſic vt toti, ſicut ait Abulenſ. operirentur ſanguine, ô mirum! ô magnum à quo talia expoſcit Deus, vt non ignem quemlibet, ſed diuinum, ſed Spiritus ſancti, ſed ipſum Deum acquirat, obtineatque, & tamen omnes de difficultate cauſamur impetrationis, & illico defatigati orare deſiſtimus; iſti etſi à manè vſque ad meridiem non auditi, & ſi ab Elia illuſi clamate, tamen non ceſſabant, immo voce maiori, & ad clamorem ſanguinem addebant, inciſiones, dolores; at nos miſeri, qui exaudiri volumus, & non clamantes, & nos non incidentes, vah pudor Chriſtianorum! Sed ad noſtra, meritò dico iſti ad vnum occiſi, nulla prorſus expectata pœnitentia, nulla temporis mora, dum ſic obſtinati in malo, vt etſi Dei iudicium ſuper ſe, nempe ſe ipſos toros ſanguine perfuſos vidiſſent, & ſi nullam audirent vocem, immo & ſi miraculum illud magnum, ignem de cælo cadentem, tamen in peccatis, in idololatria perſeuerabant.

26. In deorum ſacrificijs mos ſanguinem fundere. *Auguſt. Ouidius. Seneca. Boccatius.*

Ouidius. Oroſius.

27. Chriſtianorum oratio tam incorſidentia taxatur.

Hinc qui tales, qui ex aliorum periculis non cauti, qui ex Dei iudicijs in altero non proficiunt, ſed peiores fiunt, non ſolum, vt ſup. diximus ex tempore occidi merentur, ſed etiam, vt infinitum amplius quam illi caſtigentur, ſic, vt reduplicatis iudicijs conterantur, quod notandum in illis verbis Lamech, dum Caim occidit, Geneſ. 4. num. 24. *Septuplum vltio dabitur de Caïm, de Lamech vero ſeptuagies ſepties*; præcauere enim iſte ſui occiſionem voluit, & ne occideretur, ſicut ipſe Caïm; vnde cum Deus dixiſſet: *Omnis qui occiderit Caïm ſeptuplum punietur.* & ipſe cum occidiſſet, terrere reliquos volens ne ipſum occiderent affirmauit, de ſe vero non ſeptuplum puniturus, ſed ſeptuagies ſepties interemptor. Ex quo ſimul habes, vt interim hoc dicam, quàm crudelis ſit homo in ſui vindictã, quàm iniuſtus arbitrator; Deus pro morte Caïm ſeptuplum decernit punitionem; at iſte de ſua ſeptuagies ſepties, quod propè ſonat infinitam. Vt inde videant homines quàm ſibi, & mundo periculoſum iudices ſe propriarum iniuriarum conſtituere, ſed ad inſtitutũ; hic enim ſic iudicauit, vt ſicut ipſe dignus caſtigatione ſeptupla, quia ex Caïm ſupplicio non profecit, Dei illud non extimuit iudicium, ſic rectè etiã perpendit, quod pari modo in infinitum maius mereretur iudicium ille, qui nec tali ſimiliter profiteret exemplo, vt inde colligas, quod dicebamus, Dei iudicia in fratre non extimeſcentem, aptum ſe efficere, vt omnia in ipſum recidant; quod pulchrè obſeruauit Euthimius in cap. 23. Matth. licet intelligat ly *pro Lamech ſeptuagies ſepties* de ſe ipſo locutum, quaſi quia Caïm occidiſſet, in ipſum Deum vindicaturum ſeptuagies ſepties, vnde ſic: *Qui enim peccatorum nouit pœnas, & nihilominus eos imitatur, vens eſt vt ab eo exigantur omnium ſupplicia, hoc eſt vt pro vnoquoque pœnam luat, quod exemplo eius ſeſe non refrenauerit, Caïm ſeptem ſupplicijs dignus fuerat, Lamech ſeptuagies ſepties, eo quod ſeſe non refrenaſſet exemplo.* Vt ex hinc intelligas, quàm verum ſit quod noſter ait Sapiens, *Indiſciplinata anima*, hoc eſt duræ, ac obſtinatæ, qualiter Ægyptij ſemper errare, quia ſemper ex Dei iudicijs peiores fiunt, ac obſtinatiores, venenũ ex pharmaco eruentes, dum deberent medicinam, vnde noſter dicat Sapiens *Propter hoc, &c.*

Euthim.

28. Qui aliorum iudicia non timet durius, quàm illi punietur. *Geneſ. 4. num. 24.*

29. Homo quàm excedens in ſui vindicta.

Num. 2. *Dum enim perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ, vinculis tenebrarum, & longa noctis compedibus, incluſi ſub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ latuerunt.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

PLagam aggreditur tenebrarum, vt quam ignoranter Ægyptij peccarunt, ſiue errarunt populum deſinendo, vt ſuprà dixerat appareat, dum vinculis tenebrarum ipſi detenti, qui iniuſtè Iſraëlitas detinebant, de qua plaga prius tractandum, vt facilius poſtea ſequentia pateant.

DISPVTATIO X.

De plaga tenebrarum.

Exod. 10.

HÆc autem eſt Ægyptiorum nona plaga, quam Moſes in Exod. c 10. ſic ſcribit, Deo imperante eſſe ſecutam, *Extende manum tuam in cælum, & ſint tenebræ ſuper terram Ægypti, tam denſæ vt palpari queant.* Prõptus ad obedientiã Moſes, *Extendit manum in cælum, & facta ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Ægypti tribus diebus, nemo vidit fratrem ſuũ; vbicumque autem habitabant filij Iſraël lux erat.* Septuag. autem ad tenebras addũt caliginem, turbinem, vnde ſic legunt: *Extendit autem Moyſes manum in cælum, & facta ſunt tenebræ, caligo, turbo ſuper omnem terram Ægypti tres dies, & nemo vidit fratrẽ ſuum tribus diebus, & nemo ſurrexit de cubili ſuo tribus diebus, omnibus autem filijs Iſraël lux erat in omnibus in quibus erant.* Ex iis quatuor eliciuntur, quibus quàm horrenda fuerit hæc plaga oſtenditur; Primò, denſitas tenebrarum, quæ palpari poterant; Secundò, duratio, dũ non per horas, ſed per tres durarunt cõtinuos dies; Tertiò, earum extenſio, quæ per totã Ægyptũ; Quartò, effectus earũ, dum non ſolum viſu, ſed etiã motu priuarétur Ægyptij, quibus ſi addas, & alia duo, quæ in hoc noſtri ſapientis enarrãtur libro, prorſus intolerabiles eas facies, viſiones ſcil. ſonos, & ſpectra; infr. enim n. 4. *Perſonæ triſtes illis apparentes*, ait, *panorẽ illis præſtabant*, quę iſtę ibi dicemus, ſonos autẽ ibidẽ, *neq; enim quæ continebat illis ſpelunca ſine timore cuſtodiebat, quoniã ſonitꝰ deſcẽdẽs perturbabat illos*;

1. Quanta terribilia in plaga tenebrarum.

Digitized by Google

En quanta in vna plaga triſtitia, horribilis obſcuritas, viſus priuatio, in illa immobilitas, trium dierum duratio, ſpectra horribilia, ſoni tremendi, quanta miſeria? meritò authores omnium maximam hanc faciunt, de qua ſic Philo lib. 1. de vita Moſis, *Philo.* *Sereno die repente effuſæ ſunt tenebræ, ſine ob defectum ſolis maiorem ſolito, ſine continuis, denſiſque nubibus cælum ſubtexentibus, & nimia conſtipatione interceptis radijs, vt dies nihil differret a nocturna caligine, qua per triduum continuata, videbatur vna perpetua nox longiſſima. Tunc aiunt Ægyptios non eſſe auſos è cubili ſurgere, aut ſi neceſſitates naturales vrgerent, more cæcorum palpando parietes egrè potuiſſe progredi: nam ignis quo vtimur quotidie vel aëre turbato extinguebatur, vel vincebatur à craſſiſſimis tenebris, ita vt ſalnis oculis, ſummè neceſſarium videndi ſenſum cæu exoculati requirerent; hoc autem adempto ferè cæterorum ſenſuũ nullus vſus erat; nam nec loqui, nec audire, nec cibis frui licebat, ſed per ſilentium fame cruciabantur, nulli vacantes ſenſui, præſenti malo prægranante, donec Moſe Deum exorante, lux tenebris ſucceſſit, & nocti dies ſereniſſima.* Ergo ſecundum Philonem non ſolum per tres priuati extiterunt viſu dies, ſed loquela, auditu, guſtu, tanquã ſtatuæ prorſus immobiles effecti, fame, timore, horrore penitus exhauſti, quod quomodo intelligendum infrà dicemus. De quibus in Sicilia aliquid ſimile eueniſſe ob Æthnęorum ignium eruptionem aliqui ex Cicerone lib. 2. de *Cicero.* natura Deorum tradunt, vbi ſic: *Nos tenebras cogitemus tantas, quanta quondam eruptione Æthnaorum ignium finitimas regiones obſcuraſſe dicuntur, vt per biduum nemo hominem homo agnoſceret; cum autem tertia die ſol luxiſſet, tunc vt renixiſſe ſibi viderentur.* At licet hoc ſit, reſpectu Ægyptiacarum non tenebras, ſed luces eas iudico; quid enim hæc ſunt cum illis? prorſus nihil, vt ſatis diſcurrenti parebit, de quibus

2. Tenebræ quomodo factæ. Primo quæritur, quomodo factæ ſint tenebræ illæ, ſi per ſubſtractionem luminis, aut per denſitatem nubium, aut alio modo.

Prorſus ab his, & ſimilibus libenter abſtinerem quęſtionibus ſic ſuperuacaneas eas iudico, inutiléſque, à Chryſoſt. admonitus, qui in Pſal. 115. tom. 1. de hoc quaſi loquens, ſic ait: *Quando ergo eſt aliquid magnum, & quod cogitationem, & rationem ſuperat, oportet eam* (fidem nempe) 3. Fide credenda non ratione indaganda Dei opera admiranda. *aſſumere, & non conſequentia humana res examinare, admirabilia enim Dei opera, ſunt his omnibus ſuperiora, qui enim contendit rationibus res eius inuenire, nequaquam eum gloria afficit, vt qui rationum ſuarum humilitati velit ineffabilia eius œconomia conſilia ſubijcere*; Ex numero enim illarum has exiſtimo, quas omnino reſecandas præclarus indicat Theologus Nazian- *Nazianz.* zenus Orat. 3. de pace, cuius præclaram libet hic adnectere ſententiam, contra illos enim inuectus, qui de re conuenientes, de vna ſcilicet ſimplici diuina eſſentia in tribus perſonis conſiſtente, tamen diuerſas, & varias excitabant impertinentes quæſtiones, quos obiurgans monet ſemel de ſubſtantia rei rectè ſtatuto, cæteris conſentiendum, vnde ſic ait: 4. Quæſtiones inutiles reſecandę circa res fidei. *Hoc quippe fixo, & conſtituto, vera ſcilicet de Trinitate doctrina, cæteris quoque in rebus conſentiemus: ſaltem qui eandem Trinitatem colimus, atque eiuſdem pene doctrinæ, & corporis ſumus, ac ſupernacaneos, & inutiles quæſtionum hac tempeſtate exortarum ſtoloneſ, & diuerticula, velut morbum quendam communem excidemus, ac de medio tollemus.* Nil melius, nilque amplius ſi in hanc incidiſſet tempora dixiſſet, in quibus ſic quæſtionum ſuperuacanei ſtolones creuerunt, vt penitus ipſam quaſi obſcurent veritatem, vt alibi etiam diximus; ad rem ergo abſtinerem, ſi omnes, ſi multi, ſi ſaltem vnus, at quia nullus malo cum eis errare, quàm mecum vna ſolus ſentire; breuiter ergo quid alij, quid ego.

Prima ergo ſententia eſt Abulenſ. Caietan. *Abulenſ.* Carthuſ. Lippomani, Iſtella, Holkoth, illas te- *Caietan.* nebras proueniſſe, ex ſubſtractione luminis, & *Carthuſ.* ſimul ex vaporum craſſitie. Interlineal. ex ſola *Lippom.* luminis priuatione, Burgenſ. Pererius, Cornel. *Iſtella.* Lorinus, ex ſola caliginis impenetrabili denſi- *Interlin.* tate, Philo in ambiguo eſt, vt vidimus, en quàm *Burgenſ.* diuerſa diuerſi, vnuſquiſque in ſuo ſenſu abun- *Perer.* dans; vnde nunc veritas patebit? at ſi iudicium *Cornelius.* afferre de eis debeo, Pererij opinionẽ iudico ve- *Lorinus.* riſſimã, non equidem tenebras illas cauſatas ex *Philo.* defectu, ſeu ſuſpenſione luminis ſolis, aut ſtellarum, ſed ex craſſitie caliginis, & nebulæ, ſic ex aëre conſtipatæ, vt palpari poſſet.

Ducor in hanc ſententiam ex verbis apertis ſcripturę infrà in hoc cap. num. 5. vbi ſic: *Et ignis quidem nullum poterat illis lumen præbere, nec ſiderum limpida flamma illuminare poterant illam noctem horrendam.* Ergo ſecundum planum ſcripturæ ſenſum non poterant, non quia lumen non continerent, ſed quia horribilem illam craſſitiem vincere non poterant, quod magnum horribilitatis tenebrarum fuit argumentum, & ideo ad illam declarandam à Sapiente poſitum.

Verum hæc ſententia non placet Salian. ad *Salianus.* annum mundi 2544. num. 43. Primò, quia ponit nubes in Ægypto præter Ægypti morem; Secundò, quia cum Ægyptij ſimul permiſti viuerent cum Hebræis, millies has tenebras interſcindere oportet; Tertiò, quia nubes cum diſtantes à terra ſolares radij, etiam ad Ægyptos perueniſſent, quando ad Hebræos; Quartò, quia ſi non nubes, ſed caligo ſuper terram tenebras cauſaſſet, neceſſario vt milliesinterumperentur; & ſimul quod ſecundario ſaltem lux ſolis dum Hebręos illuminaret etiam Ægyptios circum vicinos, ergo non ex denſitate caliginis, ſed ex priuatione luminis tenebræ ortæ. Hæc Salianus, à quo vellem ſcire, ſi per ſubſtractionem tantum luminis, & non per denſiſſimam caliginem tenebrę, quomodo palpabiles vt inquit Scriptura; ſubſtractio enim cum ſit priuatio pura, palpabilis non eſt, niſi ad metaphoram confugiamus, contra communem Authorum ſenſum, immo contra & ipſius eruditiſſimi, & doctiſſimi virij en in quas anguſtias nos reducimus, quando circa Dei opera rara, & miranda cęco vt ſic dicam noſtro philoſophamur lumine, cum circa illa diſcurrentes infinitis intrudamur ſæpè difficultatibus, immo quod vni planum, alteri impoſſibile, ne dicam durum, vt in his quę affirmat Salianus experimento conſtabit.

Ipſe enim pro inconuenienti æſtimat præter morem Ægyptum nubibus tectum, ego nullum apprehendo inconueniens, quid mos? quando Deus vult?

Secundò ipſe abhorret ab interciſione caligi-

nis, ego non ſolum non abhorreo, ſed in ipſa interciſione Dei admiror omnipotentiam, & A gaudeo, & dum video tenebras tantum effundi in Ægyptios cum Hebræis cohærentes, iſti plena perfuſi luce inter eos, Dei omnipotentiam in benefaciendo, & puniendo admiror, & ſic nullo eius reſoluo negotio rationes.

Ad primam ergo, nullum illud eſſe inconueniens, vt diximus, ſimiliter ad ſecundam; ad tertiam, quod etiam ſi nubes fuiſſent altæ, non inde ſequitur radios ſolares ad Ægyptios peruenire poſſe eo diſponente Deo modo nubes, vt illos impedirent: ad quartam dico Ægyptios ſic tenebris obſcuratos, & ſuffuſos, vt nullo modo radij ſolares ad illos peruenire potuerint ob denſitatem caliginis, & craſſitiei, vnde & ſi mixti inter Hebræos, tamen ob caliginem diſcreti, ſic vt nullo modo participes fierent B lucis.

Immo amplius quid dicam, ſic tenebras in totã ſe Ægypti terram effudiſſe, & ſic vbicumque erant Hebrei, illas non extitiſſe, & in ſumma hos verſatos luce, vt ſi obtigiſſet eos è domo diſcedere, & per viam incidere vbi eſſet illa caligo, in ipſamet Hebræi illuminabantur, quando nullum erat Ægyptijs lumen; ducor ad hoc affirmandum authoritate Septuag. nam vbi nos legimus, *Vbicumque autem habitabant filij Iſraël lux erat*, ipſi legunt, *omnibus autem filiis Iſraël lux erat in omnibus, in quibus erant.* Quod ex- *Abulenſ.* plicans Abulenſ. ſic ait: *Filij Iſraël erant in terra Geſſen, & quia in hac erant Ægyptij admixti Hebræis, erat caligo, & radiorum luminarium priuatio; in ipſis autem locis in quibus erant filij Iſraël, dato quod vnus Hebræus apud vnum Æ-* C *gyptium maneret, erant radij ſolares, & lux, quia Deus vtitur rebus omnibus ad nutum ſuum, cum omnia ei ſubſint in potentia obedituua.* Ergo ſecundum opinionem Abulenſis; ſi ſic ſtarent duo iunctim vnus Hebræus, alter Ægyptius, Sol radios habebat efficaces ad illuminandum Hebræum, non vero ad illuminandum Ægyptium; quod ſimiliter diſerte ſentit & ipſe Salianus infrà num. 55. & Lorinus infrà num. 5. Ergo ſimiliter ſecundum noſtram ſententiam, ſi Hebræus ad aliquid mouebatur vbi in tenebris conſiſtebat Ægyptius, in ipſiſmet tenebris perfundebatur luce, quod non Ægyptius, vnde repugnantia Deo volente, & imperante; Quapropter (me iudice) in his, & ſimilibus Dei actionibus, non naturalis, ſed ſupernaturalis eſt adhibendus diſcurſus, & quæ nobis impoſſibilia, Deo poſſibi- D lia, quæ inconuenientia conuenientiſſima dicenda.

Ianſenij ſententia explodituꝛ. Ianſenius. Lorinus. Pererius.

Ianſen. vult has tenebras factas non in aëre, verum in oculis Ægyptiorum in morem cæcitatis, vel *aoraſia*, qua Sodomitæ percuſſi, & milites Regis Syriæ, & aſſentitur Lorin. Meritò hanc ſententiam Perer. in Exodum appellat commentum, quomodo palpabiles, ſi in oculis tantum Ægyptiorum? & quomodo verum quod ſcriptura affirmat tenebras fuiſſe in tota terra Ægypti? neque ſimile aliquid valet: nam in locis adductis ſcriptura ait homines fuiſſe cæcitate percuſſos, quod non hîc.

5. Quomodo tenebræ illæ palpabiles. Philo.

Sed quæres quomodo iſtæ tenebræ dicantur palpabiles, priuatio enim palpari non poteſt? Philo ait: *Quia propter magnitudinem obſcuritatis cogebantur homines more cæcorum palpando parietes ingredi.* Ab effectu ergo intelligit illas fuiſſe palpabiles; Gloſſa affirmat eſſe dictum per *Gloſſa.* hyperbolem; melius Perer. Lorinus, recentiores *Perer.* ſic dictæ, ob denſitatem vaporum, ſic craſſi, vt *Lorinus.* manu palpari poſſent.

Secundò quæritur, quomodo intelligatur illud Scripturæ *Nemo vidit fratrem ſuum*, ſi ignes, ſi tædas accendere poterant ſecundùm aliquos, ergo & videre; Caietan. ob hoc apertè *Caietan.* faretur hyperbolicam eſſe locutionem, exiſtimans ſolis tantum lumine fuiſſe Ægyptios priuatos, & non artificialis; ab omnibus reijcitur, & merito, cum apertè pugnet cum noſtro hic ſapiente, qui infrà ſic ait; *Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere.*

6. Quomodò nemo vidit fratrem. *Philo.*

Veriſſima ergo eſt ſententia Philonis, à craſſitudine, & humiditate tenebrarum vim ignis, & cuiuſcumque artificialis luminis fuiſſe ſuperatam, ita vt nec accendi, nec ardere poſſet; immo addit Abulenſ. iuxta Septuag. lectionem, vt ſuprà diximus, etiam lumina extincta ex vi turbinis, & venti. Ergo verè, & realiter in illis tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum, hoc eſt proximum, penitus omni priuatus lumine; res certè horribilis. At quæres quomodo intelligendum illud, in hoc ſcilicet triduo neminem ſe mouiſſe de loco ſuo? Gloſſa, quia non migrauerint ex vno loco *Gloſſa.* in alium; ferè idem Philo: alij quia ex domicilijs, *Philo.* vel ex domibus ſuis non exibant; Caietan quod *Caietan.* non mouebantur beneficio luminis cæleſtis, be- *Burgenſ.* nè tamen luminis artificiati; ſed falſa eſt opinio, Burgenſ. tantam fuiſſe tenebrarum craſſitiem, vt ad modum lapidis eos tenuiſſe incluſos, ita vt motum impediret progreſſiuum; ergo etiam reſpirationem & ſic omnes eſſent mortui.

7. Quomodò nemo ſe mouit de loco, & quæ cauſa.

Vera ſententia eſt Abulenſ. Lirani, & recen- *Abulenſ.* tiorum omnium, verè ſe de loco non mouiſſe *Liranus.* ob pauorem, & ingentem metum ab ipſiſmet tenebris, à ſpectris, & viſionibus, à ſonitu horribili, & turbine cauſarum; immo, vt ait Abulenſ. omnium rerum ob hoc penitus obliti.

Hoc autem ſic intellige, vt in eodem loco des eis membrorum metum, reſpirationem, fletum, gemitum, voces; nam infrà cap. 18. affirmat noſter Sapiens ab Hebræis voces auditas Ægyptiorum gementium, & dolentium.

Ex dictis ſi intimius inueſtigetur, viua inſpicietur tenebrarum inferni horrendarum imago, qualeque miſeris ipſæmet tenebræ afferent tormentum, dum in illis ligati, vinculiſque ſtricti æternis immobiles iacebunt omni priuati lumine, omni deſtituti luce, ſolo ex tempore vibrante igne, vt fratris cognitio augere, non minuere poſſit dolorem; quæ atra nox ſempiterna non aquea, vel roranti concreta materia, ſed ſulfurea, piſceaque ſic viſum obtundet, vt peſtilenti repleat olfactum fœtore, ibique miſeri in æternum gementes non ad cælum, ſed ad ipſa voluentes tartara oculos, atrum ignem, fumumque ſpirantia, horribilia repreſentantia ſpectra, non ſpem, ſed deſperationem, non refrigerium, ſed maiorem inde eruent dolorem, cruciatum.

8. Infelici tenebræ ex Ægyptiorum tenebris eliciuntur & quam horribiles.

At petes cui peccato hæc pœna reſpondet? *Abulenſ.* Abulenſ. cordis cæcitati Ægyptiorum, qui talia videntes Dei mirabilia obſtinari perſiſtebant; *Fuerat iſta plaga inflicta*, ait, *conformiter ad obdurationem Ægyptiorum, mentiſque cæcitatem: nam ſicut ipſi tanta videntes diuina ſigna non*

9. Cui Ægyptiorum peccato reſponderunt.

respexerunt, sed obdurato animo restiterunt, ita Deus eis inconsuetam tenebram dedit, vt apertis oculis nihil cernerent. Notandum illud *inconsuetam tenebram*, ad conuersionem eorum suprà naturæ ordinem Deus fuet: at operatus, terram, cælum, aërem, mouens, obdurati peiores in dies fiebant, adsit supplicium, & castigentur non assuetis, sed inconsuetis supplicijs, & fiant miracula ad punitionem, non secus ac facta ad conuersionem; qui legit intelligat, videat quæ accepit, quæ Deus operatus vt resipiscerent, & si magna, & miraculosa, attendat, & contremiscat, ne eadem magna, & mira dum non resipiscit, non ad conuersionem, sed ad punitionem horribiliter conuertat, nullam de Deo querimoniam prætexere valens, sed de ipso tantum, dum ipse ad puniendum Deum inflexit, non Deus ad punitionem se ipsum animauit, vt egregiè Nissenus in caten. apud Lippom. super illa verba, *Vbicumque habitabant filij Israël lux erat; qui autem benè vixit*, ait, *huic non tenebræ, non vermes, non gehenna, non ignis, non aliud vllum, & nomine, & re terribile imminet, sicut ipsa quoque testatur historia; nam cum in eodem simul Hebræi cum Ægyptijs essent loco, cruciabantur Ægyptij, Hebræis nihil sentientibus, quare manifestum est nil harum pœnarum absque nostra electione, ac voluntate posse consistere.*

10. Deus obstinate rebelles insuetis castigabuntur supplicijs.

Nissenus.

At licet hæc vera sit causa, quam Abulensis tradit, tamen verior altera', quam hic noster Sapiens, tyrannidis scilicet Ægyptiorum in Hebræos, detentióque violenta, qua in carceribus, ac ergastulis eos inclusos veluti vilia decipiebant mancipia, vnde ait:

Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctæ vinculis tenebrarum, & longa noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt, quasi diceret, ideo tenebris percussi, quia sicut ipsi Dei sanctum populum in vinculis tyrannicè premebant, sic Deus vinculis tenebrarum eos ligauit, & sub ipsorummet tectis, ac in carceribus inclusi, tanquam serui fugitiui à Dei dominante prouidentia miserrimè in ipsis iacuerunt, vt mox dicemus literæ exponentes sensum.

Dum enim persuasum habent, &c. Græc. *Cum enim* putassent; causa redditur cur tenebræ immissæ, vt suprà diximus.

Dominari, &c. tyrannicè opprimendo, &c.

Vinculis tenebrarum, & longa noctis impediti, Græc. *Vincti tenebrarum, & longa compediti noctis*, Lucifer *vincti tenebrarum catenis, & longa nocte compediti*, eleganter tenebris vinculorum nomen attributum: nam non secus, ac quis in vinculis tentus se mouere non potest, sic qui in tenebris, & præcipuè Ægyptij, qui, vt diximus per triduum se loco non mouerunt.

Exod.10. num.24. Caietan.

11. Dubium quomodo Pharao in tenebris existens vocare potuit Moysen. *Abulens. Liranus.*

At dices, & quomodo dicitur Pharaonem misisse ad vocandum Mosem, sic enim apud Exodum num.24. *Vocauit Pharao Mosem, & Aaron, & dixit eis*, si enim nullus loco suo motus, quomodo misit ad vocandum?

Caietan. facilè hunc soluit nodum, dum tenet progredi potuisse, & per lumen facium incedere inter tenebras potuisse, sed eius opinio merito ab omnibus reijcitur.

Dicendum ergo cum Abulens. Liran. & recentioribus post tenebras eos aduocasse timore alterius mali, cuius indicium est illum non rogasse Moysem, vt alias fecit, vt Deum oraret, & auferret plagam, ergo oratione spontanea Moysis plaga sublata, & tunc illum aduocauit Pharao timore percussus vlterioris mali.

Longa noctis, &c. Per tres dies nempe, noctésque, quod mirabile in Ægypto, vbi ad summum quindecim nox non constat horis; hoc notandum: nam alibi apud Hyperboreos per semestrem ab æquinoctio vernali ad autumnalem durat, totidémque etiam dies; de qua re videndus Maiolus colloq. pag.1417. Olaus magnus in historia septentrionali, Plinius lib. 2. cap.7. & 75. & lib.4.cap.12. & 16. Mela lib. 3.cap.2. & 5. & alij. Obseruat Philo lib. de vita Mosis tenebras inceptas proximè post noctem, cum debebat illucescere; nam ait Ægyptios non ausos è cubili surgere, quod placet.

Maiolus. Olaus magn. Plinius. Mela.

Inclusi sub tectis, &c. Hi scilicet, qui sub illis erant, nam infrà num. 16. qui in agro etiam ibi immobiles extiterunt.

Fugitiui perpetuæ prouidentiæ, &c. Græc. *Exules à perpetua prouidentia*, duplicem' authores asserunt sensum; Primus, hos fugitiuos diuinæ dici prouidentiæ, quatenus eam non credentes, & præcipuè, quam de populo Deus habebat, per quam eos liberare destinauerat, ab ea inclusi iacuerunt, vt eam experti resipiscerent, sic Hugo, Lorinus, à quibus non recedit Cantacuz. dum ait: fugitiuos prouidentiæ perpetuæ esse, qui contemnunt præcepta Dei, sempiternam habentis rerum omnium prouidentiam: nam inclusiuè Dei præcepta contemnens etiam Dei negat prouidentiam, reputans supplicium Deum peccatis non parauisse; Secundus sensus est eorum, qui hos fugitiuos à diuina faciunt prouidentia, quatenus illos ea priuauerit luce, quæ omnibus est communis, sic Castro, Iansen. & placet Lorino; prior sensus verus, & literalis.

12. Qui diuinæ dicantur fugitiui prouidentiæ.

Iacuerunt, &c. Prava erat editio illa, qua vti Hugo, Bonan. Holkoth, Liran. Carthus. nempe *placuerunt*, cum nec ad sensum facit, nec textui correspondet Græco; vt hinc elucear, quàm iustè sancta Dei Ecclesia super vulgatam inuigilans eam ad priorem suum restituens nitorem, & puritatem emendauerit, & expurgauerit, infinitisque propè modum Bibliopolarum iniuria irreptis mendis sublatis, vt nil ex aduerso possit canina hæreticorum rabies oblatrare, ac garrire.

Hugo. Bonauent. Holkoth. Lyranus. Carthus.

13. Vulgatæ emendatio quã necessaria.

HOMILIA XC.

Principes potentia opprimentes subditos, cur se, suaque perdent.

ET si mystologiam harum tenebrarum infrà adijciemus, placuit primo tanquam ad rem natam omnibus necessaria temporibus (nisi velis proprijssime ad ista quando omnia potentia geruntur) ad instructionem principum, superborumque heroum hunc inferere discursum, quo ante eorum oculos in quales se injciunt difficultates potentia vtentes inseremus, dum etsi opprimere ipsi bene possint, ac pauperes spoliare, deprædari, contra ius, fasq; bona eorũ eripere, priuilegia, immunitates, & quod durius, non tantum vi, armisque, quantũ negotiatione, præuentione, legumque bellicis instrumentis, vt sic

Digitized by

vt ſic dicam, ac pro militibus ipſis legum peritis vtentibus, tamen ſciant tantum abeſſe, vt ex hoc regna lucrentur, quinimmo ea perdent, ſua, ſeque ſimul, cuius rei illa vnica ratio, quam hîc noſter attigit ſapiens, nempe talia facientes extorres ſe à diuina exhibere prouidentia, nudos conſtitui diuina protectione, ac proinde tenebris offuſcari, in meridie palpare, cum certo certius principes Deum non promereri iuſtitia, qua aliena rapiunt, ſed qua ſua tribuunt; duplex enim cum ſit iuſtitia, altera humana, altera diuina, ſic enim ſciendum iſtas inter ſe diſſidere, vt qui humanam ſtatuit, diuinam expellat, ac proinde ſicut diuina ad ſe Deum aduocat, ſic humana arcet. Audi Paulum ad Rom. 10. num. 3. *ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quarentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.* Ergo duplex ex hoc iuſtitia colligitur, Dei vna, altera hominis; at quæ eſt illa Dei? Audi Zenon. Veronenſ. ſerm. de iuſtitia, *qua laborat diſpendio ſua non ſolum facultatis, ſed etiam ſi opus ſit & ſalutis, aliis magis prodeſſe, quàm ſibi*; at homini? *qua ſuis tantum commodis attendit, licet alienis incommodis procurari non poſſit.* Ex duobus iſtis, quæ illa Deum promerens? ſane reſpondet paulo infra idem ſanctus, prima: nam ſecunda non iuſtitia, ſed auaritia dicenda; & ſic *hac homines poſſidet, illa Deum.* Hinc rectiſſimè concludit idem ſanctus, quod dum contra Dei iuſtitiam homines ſuam voluerunt ſtatuere, tota in aliena eripienda cõſtituta vtramque perdiderunt; primam Dei, dum ſtultam eam reputant ſua elargiendo, ſuam, dũ non iuſtitia, ſed iniuſtitia, vnde ſanctus, *ſed cum de futuro nihil opinantes, præſentis tamen vitæ commoda inſpiciunt, falſamque aduerſus veram pro vera defendunt; ſic vtramque mediis è manibus oculis patentibus perdiderunt.* Ergo principum iuſtitia; qua Deum promerentur illa quæ efficit, vt ſua tribuant etiam & vitam; at illa qua per ſapientiam inaugurãtur humanam, quæ tota in alienis rapiendis conſumitur, non iuſtitia ſed iniuſtitia, Dei iuſtitiam deſtruens, ac proinde à ſe Deum arcens; Deo autem à ſe elõgato quid erunt? profecto & ſi armis ſtipati inermes, ſi militibus cincti ſoli, hinc tinidi & abiecti.

1. Principes qua iuſtitia Deum ad ſe attrahant.

2. Iuſtitia duplex humana, diuina & inter ſe quàm contrariç. *Ad Rom. 10. num. 3.*

Zenon. Veronen.

3. Iuſtitia diuina eſt quæ aliis magis prodeſt, quàm ſibi; humana è contra.

4. Principes ſine Deo inermes & ſi militibus cincti.

Ex mandato Regis Abimelech, Geneſ. 26. n. 16. ab illo recedente Iſaac, *receda à nobis quoniam potentior factus es nobis valde*, tandem ipſe Rex egreſſum illum eſt proſecutus, *de Geraris venit Abimelech, & Odiozath amicus illius, & Phicol dux militum.* In quo loco Hieronymus pro Odiozath nõ vnum tantum hominem intelligit, ſed aulicorum comitatum, vnde in Hebræo habetur *collegium amicorum eius*, & 70. vertunt *Paranymphus Regis Abimelech*, qui apud Perſas, vt adnotat Cornelius, ſecundus à Rege, vocabaturq; *Sarenas* cuius erat Regem coronare, ac cohorti Regiæ ex ſelectiſſimis, fideliſſimis, regiſque amiciſſimis, puta Dynaſtis cum illo enutritis præeſſe. Ergo magna ſtipatus Rex aulicorum Principum, ac magnatũ caterua, & inſuper ipſo militiæ principe, duce ſtrenuo, ac præpotenti, venit ad Iſaac hominem ſolum, peregrinum, & imbellem, è regione amandarum, & in quem quilibet, & ſi vilis audebat paſtor; at ad quid? audi ipſum. *Sis iuramentum inter nos, & ineamus fœdus, vt non facias nobis quidquã mali, ſicut & nos nihil tuorũ attigimus, nec fecimus, quod te laderet, ſed cum pace dimiſimus.* Mirum, vt talia Rex ab homine exquirat priuato, ipſe comitatus, iſte ſolus, ipſe Rex, iſte priuatus, & non ſolum amicitiam petat, ſed malum timeat, & ſic timeat, vt iuramento firmare velit vt illi nõ inferat malum, quæ huius rei ratio? audi illos, *vidimus tecum eſſe Dominum, & idcirco nos diximus ſis iuramentum.* Timor ergo quia non cum illis Dominus, ſed cum Iſaac; vnde licet ipſe Rex, ipſe militibus ſtiparus, ipſe aulicorũ cinctus frequentia, tamen quia ſine Deo vnum tremebat peregrinũ ſolum, & deſolatum, quod maius argumentũ, præpotẽtem. Monarcham, infirmum, ac imbecillem ſine Deo? *Qui pridem abegerant*, Diuus ait Chryſoſt. hîc, *nunc veniunt ad peregrinum, & non ſolum ſatisfaciũt, & excuſant, ſed peccatorum veniam petunt, & prædicant iuſtum, & indicant vnde ſuus metus; quid enim fortius eo qui ſecum habet Deum?* Sed pendo vnde iſte Deum cum Iſaac, & nõ ſecum adeſſe cognouit? vnde ei tãtus timor? amice ex tyrannide, ex oppreſſione, ex iniuſtitia contra ſanctum exercita, ex potentia, ſicut Deum ſecũ non eſſe timebãt, ſic cum è contra, cum Iſaac ex patientia, ex mãſuetudine, ex tolerantia eius ſũma; quid amplius tyrannicum, quàm puteos illi eripere per ſummam vim, & iniuſtitiã, ex quibus vita armentorum pendebat, omniaq; ſuorũ bonorum? *ob hoc*, ait ſcriptura, *inuidentes ei Paleſtini omnes puteos obſtruxerunt, & impleuerunt humo*, quod ipſis conniuentibus fecerunt, vt rectè adnotat Cornel. Secundo quid inſolentius, vt ſine culpa, aut occaſione hominem diuitem mulieribus, filiis, familia, armentis grauatum exire compulſum; & vt videas Regum tyrannidem in imbelles, ac ſubditos, cum hæc omnia feciſſet, tamen audet, & dicit, nolumus, vt ſtatuas nobis pactum, *vt non facias nobis quidquam mali, ſicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod raderet, ſed cum pace dimiſimus auctum benedictione Domini.* Nihil mali illi attuliſſe affirmat? *Vide*, rectè ait Chryſoſt. *quomodo pugnantia inter ſe pro mentis angore, & turbatione loquuntur*; tanta cum intuliſſet Rex ille mala, nil tamen mali affirmat audenter, ne dicam impudenter intuliſſe: ne mireris amice, genium eſt Regum, principum, ac potentum, ſpoliare, deprædari pauperem, palliata iuſtitia, fucato colore, bona, rem, vitam, honorem adimere, & tamen nil mali tibi induxiſſe reputare, ô crudum ingenium! ô violenta natura! ſed vt rectè Chryſoſt. & ſi ſolemniter mentiuntur, tamen intus à conſcientia compelluntur, vnde timent, & ad iuſtum properant, ſed vnde timor? cum vt rectè idem ſanctus, *iuſtum non petit rationem, neque poſtulat, neque arguit*, at egregie reſpondet, *ſupernam enim timuerunt pœnam, ſciernnt enim quod licet ipſe propter humanitatem ſuam non vlciſceretur quæ fecerant, ſed is qui tantam eius curam agebat repetiturus eſſet rationem eorum, quæ in iuſtum facta ſunt, ea propter placant iuſtum & componi cum eo ſtudent.* En quod dicebamus, bene potentia principes opprimere poſſunt pauperem, ſed ſciant eo ipſo à ſe Deum arcere, & extorres ſe à diuina conſtituere pro-

5. Abimelec vnde intellexit Deum non eſſe ſecum ſed cũ Iſaac.

6. Regum ac principum quam durũ ingenium contra pauperem.

Hieron.

Cornel.

Chryſoſt.

Cornel.

Chryſoſt.

uidentia, ſic vt ſtatim non Deum beneuolum, ſed iratum, ſed vlciſcentem in ſe experiantur, quo & vitam, & regna perdent, niſi pœnitentia vti iſte, & ſi Gentilis emendentur.

S. Gregor.

Hinc rectiſſimè, ac grauiter magnus Pater Greg. Reges admonet, conſulitque vt ſemper ſibi minus licere, quàm poſſint, reputent, vnde in regiſtro lib. 5. Epiſt. epiſt. 6. Childebertum Frãcorum Regẽ, poſtquã fidem illius laudaſſet, grauia illa adũs verba, nempe *eſſe Reges, quia ſunt & alij, non mirum eſt, ſed eſſe Catholicum, quod alij merentur hoc ſatis eſt*; ac in rege tres aſſeruiſſet neceſſarias virtutes, *benignitatem* erga ſubditos, *iudicium*, *rerumque malarum diſcuſſionem*, tertiam *moderationem*, *ſine benignitatem*, ſic tandem ait, *tunc enim vere Regi Regum, id eſt omnipotenti Domino amplius placebitis, ſi poteſtatem veſtram reſtringentes, minus vobis credideritis licere, quàm poteſtis.* Egregiè, in quibus illud adnotãdum, in nullo ſic Deo omnipotenti Reges morem gerere, ac in potentiæ ſuæ reſtrictione; cuius ratio, quia in nullo ſic Deo ſimiles, cum ſi Dei totam attendas œconomiam, diſpenſationemque qua mundum regit, orbemque moderatur, profecto non potentiam, ſed prouidentiam admiraberis, ſic gubernat, ac ſi non potens, ſic omnia ad finem conſtitutum dirigens, vt ſolum prouidus videatur, conſtitutum. Populum Hebræorum, ab Abrahamo deſcendentium in Ægyptum peregrinari, inibique per longa immorari tempora, nunquid per potentiam hoc? nil minus, niſi prouidentia, fames aduocatur, vir præmittitur ex ſemine Hebræorum Pſal. 104. num. 17. *miſit ante eos virum: in ſeruũ venundatus eſt Ioſeph*; hic ex famis occaſione ex Paleſtina aduocat Patrem, Geneſ. 45. n. 9. *feſtinate, & aſcendite ad Patrem meum, & dicetis ei; hæc mandat filius tuus Ioſeph, deſcende ad me, ne moreris*; nunquid hoc non potuit Deus in momento? ſanè, ſed noluit, quia non potẽtia, ſed gubernat prouidentia, quod ipſemet conſideranit Ioſeph fratres animans vbi ſup. *Nolite pauere pro ſalute veſtra, miſit me Deus ante vos in Ægyptum; non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum*, in quo loco excellenter Ambroſ. lib. de Ioſeph. c. 12. *quàm pia fraternitas*, ait, *quàm dulcis germanitas, vt etiam parricidiale exoſculetur ad miſſum, dicis, diuina illud prouidẽtia fuiſſe; non impietatis humanæ, quandoquidem non ab hominibus oblatus ad mortem, ſed à Domino miſſus ſit ad vitam*; quod etiam, & in hoc ipſo Ioſephi facto ſatis, ſuperque conſiderare licet, ſupra fratres hic futurus ex Dei voluntate, ipſos eum adoraturos decretum, nunquid hoc armis, militibus, exercitibus, miraculis? nil minus, ſed ſic ſuauiter, vt fere caſu omnia dices; at ſic omnia ad finem conſtitutum apta, vt prudentius nihil, venditur, non occiditur, & dum de occiſione agitatur, mercatores aſſiſtunt, hi nõ aliò dirigunt, niſi ad Ægyptum, emunt puerum, vendunt non alijs, quàm in domo Regia. Principi iuueni imponitur, in vincula detruditur, ſomniant vincti, ſit vinctus interpres, tãdem futurorum præſagium in ſomnis Regi indicatur ſummo, nullus reperitur interpres, ad aulam aduocatur, fit Pharaonis pater, totius Ægypti Princeps, neceſſitate fratres premuntur, ad Ægyptũ aduolant, & pro pane deprecantes fratrem, neſcientes adorant, attendiſti vllam in hac re Dei potentiam? certè nullam, niſi tantum ſummam prouidẽtiam, quod & in ſingulis fere eius operibus cõſiderare licet, vt vere dicere poſſis, non ſic Deum ſua delectari potentia, nec hic laudari, quàm prouidentia, ſuos gubernans. vnde rectè Seneca Epiſt. 31. *Deus ille maximus*, ait, *potentiſſimuſque ipſe vehit omnia.* Egregiè, vehit, non abſtrahit, non impellit, hoc eſt ſuauiter gubernat, non violenter; hinc rectiſſimè Greg. in nullo ſic Principes Deo placere, quàm in potentiæ moderamine: nam vt benè Plutarch. lib. de doctrina principum, *offenditur*, ait, *Deus ijs, qui tonitrua, fulmina, radiorum inuolationes imitantur; delectatur autem ijs, qui ſuam animũ virtutem, ſemet in honeſtate, ac in humanitate volunt ſimiles.*

Seneca.

Principes violentos Deus abhorret. delectatur manſuetis. *Plutarch.*

Hinc merito ſtultiſſimi conſiliarij illi, ac adminiſtri, qui è contrario Principi nil aliud anteponunt, quàm potentiam, in nihilo cuigilãt, niſi ſubditorum omnia illi attribuere; ô quam inſipientiæ vox illa, ac plenè rudium, *omnia eſſe principis, hunc Dominum eſſe bonorum omnium: qui habent Reges*, ait Abulenſ. 3. Reg. c. 12. qu. 4. *non habent eum in Dominum propriè loquendo, ſed in rectorem, qui poſſunt eſt ad procurandas vtilitates ſubditorum*; at iſti è contra, ſic Principi prouident, vt omnino ſubditos derelinquant; merito ſtultos dixeris, neſcientes quid dicant, audi me; In lucem, ſolemque ſe transfiguraturus Dominus Marc. 9. nu. 2. diſcipulos in montem duxit excelſum, vbi illico Petrus, *Rabbi bonum eſt nos hic eſſe, faciamus tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Elia vnum.* In quo loco, quod primũ adnoto, eſt in monte celſum Dominum ſubijſſe, ad quid? vide, an quia proximus paſſioni vt ad regnum inauguraretur, & vt Regem diſcipuli eum recognoſcerent; vnde Hieronym. in Matth. c. 17. in illis verbis: *duxit illos in montem excelſum, Duci in montana*, ait, *par regni eſt*; Ergo ad inaugurationem regiam ibi ductus, & vt Rex oſtentaretur, ſanè; at quid ipſe ibi, ſeu de quo ei ſermo; *& loquebantur de exceſſu*, hoc eſt de morte, ait Luc. c. 9. n. 31. Ergo vix Chriſtus ſe Regem inſinuat, ac de ſanguine pro ſubditis profundendo cogitat, loquitur, retractat, totus in bonum ſubditorum profuſus; at vix Petrus eum Regem vidit, vt illico clamauerit: *faciamus hic tria tabernacula, vnum tibi, &c.* Totus in bonum Regis, amicorum, & ſui; Pende ſi reliquorum fratrum, ſi tandem orbis cuius ipſe paſtor deſtinatus; nil minus, ad vnum Regis, amicorumque eius intentus emolumentum; ô benè, rectè neſcientia inſignitus ab Euangeliſta, dum ait, *neſciens quid diceret*, hoc amice aulicorum genius eſt, hoc adminiſtrorum Regis, totum Regi dare, de cæteris non curare, quorum ſic efficax, ſic terribilis ſuaſio eſt, vt audeam dicere prope admirandum ſi non ſuadeant, quorum ſuaſiones quaſi & ipſimet Deo timendæ. Attende ad quæ dicam. Pondero cum Ieſu transfigurato, ac in Regio habitu Deum ordinaſſe Moyſem ſimul, Eliamque aſſiſtere, quæ ratio? Damaſcenus multa tradit, primo, *vt vnus oſtenderetur Dominus noui, & veteris* teſtamenti; ſecundo, *vt qui transfigurabatur, viuorum, ac mortuorum Dominus eroderetur*: tertio, *vt videntes conſeruorum gloriam mirarentur plus*

Damaſc.

7. Principes ſemper minus ſe poſſe penſitent, & minus licere.

8. Regem eſſe non multum, maximum eſſe Catholicum.

9. Principes in nullo ſic Deo placent ac in ſuæ potentiæ reſtrictione.

9. Deus non potentia ſed prouidentia gubernat. *Pſ. 104. n. 17.*

Geneſ. 45. nu. 9.

Ambroſ.

11. Conſiliarij principum ſtultiſſimi qui ſint.

Marc. 9. nu. 2.

12. Dominus ſe transfigurauros cur in montem excelſum abijt. *Hieron.*

Luc. 9. n. 31.

13. Aulicorum ſuaſiones apud Regem de eius vtilitate quam efficaces.

14. In Christi trãsfiguratione cur Moses, & Elias.

Dominicum descensum, zelarent eos qui prius laborauerant, videntes amenitatem futurorum bonorum magis fortificarentur in agonibus, sic Chrysost lib. 3. c. 24. Ho. 57. in Matth. to. 2. *vt discerneretur inter Dominum, & famulos, vt pateat eum non esse aduersarium Dei, & legis transgressorem*; Sana omnia hæc, & tantorum sanctorum digna; sed vnam addam satis nunc ad rem eiusdem Chrysost. vbi sup. nempe Moysem, & Eliam destinasse Deum patrem ad consortium filij dum in Regem inauguratur, *vt eos discipuli imitarẽtur in regimine populi, vt fierent mites sicut Moyses, & zelantes sicut Elias*; adde & simul vt apprehenderent, quæ Christo deberent conferre, ob quod voluit, vt intelligerent de quo loquebantur; quid ergo ex hoc? mea sententia illud, scilicet Deum summum, ac Patrem omnipotentem insipientiam Petri præcognitam habens, dum totus futurus in bonum Regis, & amicorum, licet Christus esset Deus, qui decipi non posset, tamen nostro modo concipiendi pro filio zelasse, ac contra admonitionem, consiliumque terrestrium amicorum opponere voluisse cælestium, quasi timens, ne isti si adessent soli forsitan, & ipsum persuasissent Christum sibi tantum consulere, cæteros derelinquere; en quàm Principi præiudiciales tales amici; en quàm Deo molesti, ac infensi; Petrus & si orbis pastor, tamen de eo non curat, Christo, & amicis omnia restringere volebat; at vt insipiens loquitur: *nam deerat etiam*, ait Damascen. vt in caten. Diui. Thom. *non solum perstringere fructum incarnationis ad opus existentium in monte, sed diffundi in omnes credentes, quod per crucem, & passionem erat cõsummandũ.* Ad huius profecto instar (mi lector) omnes regum amici, hoc vnicum illi suadent suum bonum, hoc vnum attendunt omnes spoliare, Regem ditare, & hoc potenter, violenter, acceleranter.

Damasc.

15. Aulici quãta acceleratione pauperem expoliant ob Regale lucrum.

Exod. 12. *nu.* 30.

Lyppom.

Accelerantet dixi, & merito, cum mirum sit, & prope ad stuporem quanta festinatione, quantaq; accelerantia quando de lucro agitur regali pauper deprędatur, & expoliatur, *surrexitque*, ait Scriptura Exod. 12. nu. 30. *Pharao de nocte, & omnes serui eius, vocatisque Moysi, & Aaron nocte, surgite ait, egredimini, vrgebantque Ægyptij populum de terra exire velociter.* In quo loco per Ægyptios intelligit Lyppom. in caten. nobiles, & Principes ipsumque populum Ægypti prementes, vt filios Israel ad proficiscendum compellerent: considera quæso quanta isti prius cum suo moliti sunt rege vt populum non dimitterent, quanta perpessi, quàm semper duri, ac Deo rebelles, vnde ergo nunc tanta festinatio, ac sic diligens negotiatio? sane dices ex timore, *omnes enim*, dixerunt, *moriemur*, bene, sed alia mihi supperit ratio, & verior: nam dum vt abirent à Rege eis permissum, addidit Rex, *& abeuntes benedicite mihi*; negotium ergo tractabatur regale, benedicendus Rex; hinc vtiantur Principes, Dynastæ, ministri omnes vrgeant, premant, ipsosque populos compellant contra pauperes vt egrediantur, sic vt nec fermentari eis sit locus, exeant ieiuni, ac pene enecti, quia de benedictione agitur Regis: sic equidem, sic, vrgentur, expilantur subditi in Regis emolumentum, ac hoc non paulatim, sed acceleranter, festinanter, immo non semel, sed per annos, immo per sęcula, imponuntur onera ex occasione, exiguntur crudeliter, nunquid erit aliquando alleuiatio? nil minus. *Quintam partem Regi debetis*; dixit Ioseph Ægyptiis à quibus totam emerat terram, Genes. 47. num. 24. permittens illis reliquas quatuor, quo dicto adnotat Moyses *quod ex eo tempore, vsque in præsentem diem in vniuersa terra Ægypti Regibus quinta pars soluitur, & factum est quasi in legem*, quando vt adnotat Abulens. hic quæst. 2. plusquam ducenti ac viginti transiissent anni, vnde ergo tanta tributi, ac pensi perseuerantia? sane respondet Abulens. quia regale; quod si populare fuisset aliquod priuilegium, iam diu videremus abolitum, *in hoc patet*, ait Abulens. *magna solertia Regum circa subditos in recipiendis redditibus, quia in tantis temporum circulationibus, & variis quasi mutatis mundi euentibus nunquam illa iura aboleri potuerunt, licet hoc satis Ægyptus desideraret; si autem hoc fuisset aliquod priuilegium in fauorem communitatum, vel populorum, sine aliqua lex iuste populos dirigens, iam à multis temporibus abolita, & oblitioni data fuisset.* Forsitan non sic, videmus, palpamus communitatem omne ius, omneque priuilegium ex nata occasione soluitur, solum regale permanet, & hoc violenter exactũ, ac festinanter, vnde hoc? sanè quia sic genius Regum, sic ministrorum, sic principum, qui omnes ad vnum illud tendunt, regale scilicet prouentum. & quod mirum, & mirandum, omnia sub legis prætextu, sub iustitiæ colore, hinc pace eorum amplius iniqui, immo ob hoc in sede sunt iniquitatis.

16. Onus semel impositum, nunquam dimittitur.

Gene. 47. *nu.* 24.

Abulens.

17. Sub prætextu iustitiæ iniustitiam exercere proprium illorum est, qui non solum sunt iniqui, sed in cathedra sedent iniquitatis.

Ps. 93. *nu.* 20.

Incognitus.

Enimuero pauperem spoliare, populum grauare violenter, ac potenter, malum, sed quando sub iustitiæ, ac legum colore pessimum, & tunc vere dici potest, quod Princeps, siue eius ministri non solum sunt iniqui, sed iniquitatum magistri, in cathedra sedentes iniquitatis; audi non me, sed Regium psaltem Psal. 93. n. 20. qui pro Deo stans, sic ait, *Nunquid adhaeret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in precepto?* quæ verba varie ab authoribus exponuntur. Incognitus hoc refert ad sensuales illos homines, qui sub prætextu laboris in Dei lege, virtutem non sequuntur, qui sedes ob id iniquitatis dicuntur, vnde ait: *multi videntes quòd Deus flagellat hic suos, & reprobos exaltat, refutãt adhaerere Deo, & isti sunt sedes iniquitatis, qui plus diligunt gloriam mundi quàm Dei, ideo ne laborent, adhaerere Deo nolunt*, vnde sensus *nunquid adhaerere tibi sedes iniquitatis*, hoc est iniustus, & carnalis? minimè quidem, cuius rei ratio, *quia fingis laborem in precepto* id est *das precepta carni laboriosa*; Alij vt apud eundem, hoc referunt ad populum murmurantem cõtra Deum, qui eos ad terram ducebat promissionis exteriti ab exploratoribus, qui cõtra Dei imperium fingentes laborem, in præcepto vltra progredi nolebant, quæ historia habetur num. 14. vnde sensus *nunquid adhaeret tibi sedes iniquitatis*, hoc est populus tibi contradicens. qui ad terram ingredi non vult; *in precepto fingentes, sed falso laborem*, quod equidem & tunc, & modo fit, canfantur de Dei obsequio, virtutem sequi renuũt,

18. Carnales homines vt sedes dicuntur iniquitatis.

19. Vt mali religiosi.

Digitized by Google

laborem prætexentes, non equidem qualis eſt in præcepto, ſed qualem ipſi ei affingunt, quod vide an hoc amplius quam reliquis viris competat religioſis. Agellius magis ad litteram, pro ſede iniquitatis Reges, ac Principes intelligens impios, iniuſtoſque Dei populum opprimentes, ſic hæc verba intelligit, nempe ſenſum eſſe Dauid pro Deo ſupplicans ne tales adiuuaret, quaſi in diſcrimen exiſtimatio, iuſtitiaque eius ventura, ſi tales qui ſedes ſunt iniquitatis, qui fingunt laborem in præcepto, hoc eſt qui *populum iniquis vexant legibus*, ei adhærere videant, tanquam eorum fautori; at proprius ad rem præſentem Campenſis hoc intelligit de illis regibus, qui ſub prætextu legis, & iuſtitiæ populum iniquis vexant grauaminibus, & tributis, iuſtitiam prætexentes, ac æquitatem, qui veriſſime ſedes dicuntur iniquitatis, vnde ſic ſenſum horum explicat verborum, *nunquid commune tibi quidquam erit cum ſolio, & poteſtate tyranni, qui ſtruit calumniam inſontibus, idque ſuo more, & tanta calliditate, vt legitime illud facere videatur?* Qui ſenſus ſi ex Hebræo hauriatur fonte legitimus videtur: nam ſi ex Hebræo, *num tibi quidquam eſt cum ſolio ſceleratis, qui afflictionem fingit prætextu legis*, quaſi dicat nihil, ac prorſus impoſſibile, vt tales cum Deo coniungantur; quod equidem adnotandum, cum mea ſententia & cum iniquis principibus, qui potentia vtentes aperte populum grauant, ac diuexant, vt pote Pharao Dei populum, impoſſibile vt Deus illis adhæreat, tamen difficilius, vt cum illis qui non aperte, ſed ſub iuſtitiæ prætextu, ac vt dicebamus, non ferreis armis, ſed legalibus armati populum diuexant, depauperant, ſpoliant, audumque conſtituunt.

Agellius.

Campenſ.

20. Principes qui in cathedra ſedent iniquitatis, qui ſint.

Dicunt hoc totum in obſequium Dei fieri, vt ſarta, tectaque ſit Catholica religio, vt ad arma ſuppetant ſumptus, vt Turcas, vt Piratas, vt Hæreticos diſperdant, vt ſua tueantur, tandem vt regna cuſtodiantur, eo vel maximè dum Regij non ſuppetunt ſumptus, dum ærarium fiſci exhauſtum, dum in magna Princeps conſtitutus neceſſitate, quæ eſt quotidiana miniſtrorum cantilena, vt ſic dicam; veriſſime, vnde edico, ac pronuncio non ſolum rem, ſed ſanguinem, ſed vitâ, ſed filios, filiaſq; principii in extrema neceſſitate populũ debere; ſed aduertãt vt extrema ſit neceſſitas, quæ profecto definitur, quando nec ſuppetit, nec aliunde ſuppetere poteſt, ô equidem extrema illa neceſſitas, quando ſub prætextu illius pauper deprædatur, quia princeps in extremis, & ſimul hæc dicentes theſauri in bonum ipſorum expenduntur regij, qui vt ait Saluianus lib. 5. de gubernat. Dei, *exactionis publica nomen, in quæſtus proprii emolumenta verterunt, & indictiones tributarias prædas ſuas eſſe fecerunt.* In extrema affirmant principem neceſſitate, bene; ſed vnde tanti in domo principis ſuppetunt ſumptus, vnde ſic largæ, ac profuſæ gratiæ, vnde gratificationes ſic copioſæ, ac abundæ, vnde ad exceſſus ſic intolerabiles tam copioſe omnia ſuppetunt? ergo neceſſitas extrema tunc adeſt, quando bellandum, & ad belli ſumptus, nulla quando ad luxus; ne dicas neceſſarios eos, & Regia dignos maieſtate, ob quod & iuſtiſſima tributa. Mirum quod Iſraëlitæ ad Roboamum Regem 3. Reg. 13. num. 4. *Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis, tu ergo remitte paululum de imperio patris tui duriſſimo, & de iugo duriſſimo, quod impoſuit nobis*, quod iugũ duriſſimũ omnes de vectigalibus, & tributis accipiunt, at ad quam ſummã hæc aſcendebant? Pineda de rebus Salomonis lib. 4. c. 24. ex Abulenſ. eam facit ſexcentorum ſexaginta ſex talẽtorum auri, quæ ſũma ferè duodecim noſtrates efficit milliones, quod conſiderata regni Iſraëlitici paruitate prorſus apparet ſtupendum, & tamen nec Salomon bella, nec extraneos ſumptus, nec exercitus curauit; & cum hoc profecto, nec tunc hæc eadem forſitan defuiſſet ratio neceſſitatis, ſcilicet Regis, & ſane erat potiſſima: nam peccatis ſic ſuis exigentibus ad vltimum vitæ, & ipſas diuitias amiſit, vt idem affirmat author lib. 6. c. 19. num. 8. & ſi Hebræis credendum, in ſummam deuenit paupertatem; at vnde hoc? ſanè, ex luxu, ex immoderatis ſumptibus in fœminas, ex auaritia, & tandem dicam, ex mala adminiſtrorum adminiſtratione, omnia inter ſe abſumentes: conſumentes, & tamen nunquam grauandi populum vltra vires ratio defecit, nunquam iuſtitia, ſed ſimulata, ob quod non tantum Salomon, eiuſque miniſtri iniqui, ſed in ſede ſedentes iniquitatis, à quibus elõgabatur Deus eos deſerẽs, abhorrens, fugiens; hinc regnorum deſolatio, cum propria talium pœna ſit diuinę prouidentiæ deſertio.

21. Extremæ neceſſitatis titulum quã ſallo miniſtri præſumunt principum vt grauent populum.

Saluian.

3. *Reg.* 13. *nu.* 4.

22. Salomon quam dure populum tractauit ſub prætextu extremæ neceſſitatis.

Pineda.

Hoc equidem mihi videre videor in pœna illa perfidi, ac auariſſimi tyranni Iſraelis Regis Achab, dum perfide potentia, ac calumnia pauperẽ deprædatus, & vt deprædaretur occidit, & quod peius, poſt occiſionem ſimulato luctu, ac triſtitia ne notam incurreret, obtegere procurauit; vnde iuxta 70. lectionem ſic illud 3. Reg. 21. num. 16. videlicet, *quod cum audiſſet Achab, &c.* legitur: *& factum eſt cum audiſſet Achab, quia mortuus eſt Naboth, concidit veſtimenta ſua, & cooperuit ſe cilicio*; Quod pendens Ambroſ. lib. de Nabuth. c. 11. ſic prudenter diſcurrit, *iraſcuntur diuites, & calumniantur, vt noceant, ſi non obtinuerint quod deſideranerint; cum autem calumniati nocuerint, dolere ſe ſimulant, triſtes tamen, & tanquam mœſti, non corde, ſed vultu in poſſeſſionis direptæ locum prodeunt.* Egregiè, in quibus illud pondero, quod diuites iraſcuntur, & calumniantur ad nocendum: nam nullo eos lædente, nec quidem irritante iniurias fingunt, lites inuentant, oppreſſos ſe, ac à paupere expoliatos proclamant. Victor exiſtens Nabuchodonoſor contra Arphaſatem Regem in ſuperbiam elatus *miſit*, ait Scriptura Iudith. 1. num. 7. *ad omnes gentes nuntios, vt ſibi pacifice ſubderentur, Dominumque recognoſcerent, qua cum omnes vno animo contradicerent, tunc indignatus aduerſus omnem terram illam, iuravit per thronum, & regnum ſuum, quod defenderet ſe de omnibus regionibus his.* Primum quod pendo, vnde huic tantus tumor? ſanè à fælicitate, hæc hominis trutina, qualis ſit penitus pandit, *felicitas*, ait Tacitus lib. 3. hiſtoriar, *in malo ingenio auaritiam, ſuperbiam, ceteraque occulta mala pandit.* Hinc ſuperbia intumeſcens, alios deſpiciens iniuriæ occaſionem

23. Deus principes iniuſte populos grauantes, expoliãtes, deſerit, tanquam propria eorum pœna.

3. *Reg.* 22. *nu.* 15.

Ambroſ.

24. Principes vt pauperẽ expolient iniurias fingunt.

Iudith. 1 *n.* 7.

Tacitus.

25. Vt ad ſummam deueniunt tyrãnidem.

Digitized by Google

quærit, en gradus quibus principes ad ſummam deueniunt tyrannidem, en radix vnde ad mala procedunt, *felicitas, dominatus, potentia*; at quid ex felicitate illi, conſilium ipſemet pandit c. 2. num. 2. *vocauitque omnes maiores natu, &c. & habuit cum eis myſterium conſilij ſui, dixitque cogitationem ſuam in eo eſſe, vt omnem terrã ſuo ſubiugaret imperio.*

26. Eorum genius qualis.

Quid ex hoc? ſanè illud, genium adnotare principum, hoc vnum ſemper illis in corde, præcordiiſque omnes ſubdere, deprędari, ſpoliare, ad hoc tendere, vt ſua omnia ſint, & dicantur, & nos miſeri, ac infelices, nos inquã qui religioſi, qui Dei præcones, his aſſentimur, adiuuamus dictis, vocibus, ac factis opitulamur, vah pudor talium! ſed ad noſtra; hoc ergo eius erat conſilij myſterium terram ſibi ſubdere omnem; pende rationem, iuſtitiam, ius, prorſus inuenies vllum; quid ergo homines liberi? iugum recuſantes, ſua, ſeque dare voluerunt, quia non debebant; at quid hic Rex, *tyrannus*, inquit, *quod ſe defenderet*, defenderet? quis eum laceſſiuit? quis iniuriam intulit? quis vim? quis bona eripuit? vt talia promat? vt defenſionem auſpicetur? amice ne miteris, *irascuntur* vt ait Ambroſ. *potentes, & calumniantur, vt noceant, ſi non obtinuerint, quod deſiderauerint.* Vnde tuum Principi non dare iam crimen eſt, allegare iuſtitiam impietas, defendere pauperem rebellio, rempublicam tueri læſæ maieſtatis crimen. En Achab vineam Nabuthæ petiit, & quia non dedit, quaſi iniuria ſaucius in lectum decidit, & quia hæreditatem patrum recuſauit dare, ob hoc non ſolum Regem, ſed Deum maledixit; quæ alia eſt principum impoſtura, ſiue adminiſtratorum, dum petenti Regi non obſecundare, non ſolum clamant humanam læſam maieſtatem, ſed ſi Deus vult, diuinam; hinc quaſi Deo factum ſacrificium pauperes deprædantur, ac occidunt, potentiaque ſpoliant, vt perfidus iſte; at quid? attende pœnam, eo ipſo quod ſic potenter pauperem deprædatus eſt, ipſe deprędatus; vnde Elias ad eum, *occidiſti inſuper, & poſſediſti*; nota emphaticam locutionem, *inſuper & poſſediſti*, ſi occidit, vt poſſideret ad quid *inſuper*, quaſi nouum quid eſſet? ſane ſic dictum ad atrocitatem duri cordis exaggerãdam, malum fuit ad poſſidendum occidere, ſed poſt delictum conſummatũ, poſt mortem iniuſtam, poſt innocentem ſanguinem effuſum nil moueri, ſed tanquam nil factum inique, poſſidere pacifice, delectabiliter, hoc peſſimum, hoc ad vindictam Deus armat; iam me habes, ſanguinem ebibunt principes pauperum, lætitia extolluntur, quando ſiue vi, ſiue ambitu noua imponunt onera, noua tributa, occidunt, inſuper & poſſident. Audiant Dei ſententiam ad Achabum, & contremiſcant, *in hoc loco in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum*, priuatus vita, regno, ac honore, iuſtum Dei iudicium. & emeritum, ac pendo, quo medio Deus vſus, accipe, eum derelinquendo, & ſicuti ipſe deceptorię deprędatus, ſic deceptorię ad moriendum impellatur; *quis decipiet Achab Regem Iſrael*, ait ſcriptura vbi ſup. c. 22. num. 20. quod Dominus ad ſpiritus malos inter quos vnus, *egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore prophetarum eius*; cui Dominus, *egredere, & fac ita*, hoc eſt ſicut dixiſti, vt deceptione moriatur, qui deceptione occidit, ac qui pauperem ſpoliauit, Dei prouidentia, ac conſilio ſpoliatus exiſtat, & permittat decipi, qui data opera decepit. Eleganter Auguſt. lib. 83. quæſtion. quæſt. 53. *legimus*, ait, *deceptum Regem falſo vaticinio pſeudoprophetarum, & ita legimus, vt non ſine diuino iudicio factum inueniamus, quoniam dignus erat ille ſic decipi, & hoc per Angelum erroris, qui ſibi ultro tales partes imponi cum lætitia poſtulauit.* Egregiè: decipitur Achab, ſed non ſine Dei iudicio, quia ipſe per iudicium occidit, & inſtrumentum eius occiſionis ſit deceptio, quia decipiendo alienum eripuit, & medium ſit Angelus erroris, dum ad deprædãdum pauperem conſiliarrici vſus deceptrice, & diuina deſeratur protectione, vt decipiatur, ſicuti ipſe pauperem deſeruit, vt occideretur, ac deprædaretur: digna, ac propria principum pœna, vt diximus, Dei deſeri prouidentia, eo ipſo quo pauperes deprimunt.

Auguſt.

Sed pendo anſam, vnde ad mortem hic peſſimus alienorum violentus deprædator, bellum equidem cum Rege Syriæ Benadad, cum illo equidem Benadad cui ipſe & vitam donauit, ac regnum, 3. Reg. 20. num. 31. at qualis belli cauſa? audi ibi c. 22. num. 2. *dixitque Rex Iſrael ad ſeruos ſuos? ignoratis quod noſtra ſit Ramoth Galaad; & negligimus tollere eam de manu Regis Syriæ*; erat enim Ramoth Galaad ciuitas Sacerdotalis, & refugij, vt habetur Deuter. 4. & Ioſuæ 20. vnde tanquam ad regnum pertinens Iſraelis recuperare eam præſumebat à manibus Syriæ Regum, qui eam vi abſtulerant, & armis. O mirum, & admirandum Dei iudicium! ô ordinata Dei iuſtitia! ex peccato deprædationis violentæ occidendus Achab, ſed anſa occiſionis ſit iuſtum ſua recuperandi deſiderium, & moriatur perfidus, dum vult recuperare ſua, qui regnans impie abſtulit aliena, & non aliunde aſſumatur gladius occiſionis, niſi ex propriis, vt ſicut conſiderauit Chryſoſt. in Pſal. 3. ſuper illa verba Natham ad Dauid 2. Reg. 12. num. 9. *Quamobrem non recedet gladius de domo tua; vnde eſt fons peccati illinc ſit plaga delicti*: & per quæ quis peccat, per hæc & torqueatur. Audiant hoc principes, & contremiſcant, audiant tyranni & expaueſcant cũ illis loquũntur hæc; miramur reges perire ob ſua recuperanda, regna deſtrui, prouincias deſolari, hinc peſſum omnia ruere, & non ſolum ſua non re acquirere, ſed quæ poſſident amittere; quid ſtupent, quid Dei iudicium incuſant, cur quod rebelles, quod infidos, quod malos, quod perfidos Deus adiuuat, cauſantur? Pendant quæ ipſi potentia à pauperibus auferunt, quæ à ſuis, quæ ab alienis, & minari deſinent, quia Deus iuſtus vindex, pater orphanorum, & viduarum iudex ijſdem flagellis eos opprimit, quibus ipſi pauperes. Aſſa Rex Iudæ 2 Paralyp. 16. impie Naman Propheram in neruum miſit, dum deberet in Regiam, compedibus ligatus quod amicitia ſibi ligatum retinere debebat, dum ſanctus Dei ex Dei mandato, vt ad pœnitentiã

3. *Reg.* 20. *n.* 31. *ibi. c.* 11. *n.* 2.

28. Achab regnum perdidit ſua noleus recuperare, & quale in hoc Dei iudicium.

Chryſoſt.

27. Achab rex deceptorię occiſus quia deceptorię occidit ad regum exemplar.

29. Regna & Reges percunt ob ſua recuperanda; quia aliena ruerunt.

2. *Paralyp.*

Ibi. c. 18. nu. 20.

Digitized by Google

eum adduceret in quo peccauerat ei pandit; at iſte & ſi alias princeps iuſtus, ac fidelis iuxta illud 3. Reg. 15. num. 14. *Cor Aſſa perfectum erat cum Domino omnibus diebus ſuis.* Impatientia victus reprehenſionis ſanctiſſimum, in neruum miſit prophetam; at quid Deus? & ipſum in neruum coniecit infirmitatis, & non equidem alia, non febre, non capitis dolore, ſed podagra; *Ægrotauit Aſſa dolore pedum vehementiſſimo*, vt qui iniuſtiſſime compeditum ſanctum tenuit Prophetam, compeditus ipſe exiſteret dolore, afflictione, infirmitate, ex qua tandem periit. *Aſſa*, ait Lyra. *reprehenſus à propheta non ſe correxit, ſed magis peccatum aggrauauit, prophetam incarcerãdo. propter quod à Domino punitus fuit in perſona propria, & in populo ſuo;* Pharao aquis præfocauit innocentes, & aquis ipſe poſtea præfocatus, vt egregiè adnotat Theodoretus in Exod. quæſt. 25. *tradidit*, ait, *iuſtiſſimus iudex exitio aquarum Pharaonem cum toto exercitu, quia per aquam interemerat infantes Hebræorum.* Iuſte oppreſſus per aquã, qui per aquã innocentes occiderat; vt ex hoc diſcant principes, ſtatim ac potentia pauperes opprimunt, Deũ contra ſe victorẽ, immo oppugnatorem, & contradictorem.

3. Reg. 15. nu. 14.

Theodo.

Mirum equidem, ſi quod impij Iudæi contra Chriſtum ad Pilatum, vt eum occideret, dixerunt, conſideres, Ioan. 19. n. 10. nempe, *ſi hunc dimittis non es amicus Cæſaris*, rationem addentes; *omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari.* Primo enim, falſum eſt quod aſſumunt: nã cum ſub Cæſare tunc regna, & Reges, vti tunc Herodes, non inde ſequebatur quod omnis qui ſe Regem faciebat Cæſari contradiceret; poterat enim regnũ ambire ſupponendo ſe Cæſari, ac proinde non ei contra ire. Secundo, vt rectè Chryſo. Ho. 83. in Ioan. to. 3. vnde hoc probare poterãt? *à purpura, à diademate, à curru, à militibus, nonne ſolus ſemper cum duodecim diſcipulis incedebat per omnia vilia tranſiens, & cibum, & ſtolam, & habitationem?* Ergo vnde Regem eum autumant, & Regem Cæſari contradicentem? ſanè amice, quia Chriſtus non tantum homo, ſed homo Deus, & Rex non ad inſtar hominum, ſed Dei, quod eſt omnibus benefacere, ſuaque largiri abunde; vnde eleganter ſanctus Leo ſerm. 10. de paſſione, *non in totum*, ait, *videtur inanis Iudæorum obiectio, diſcute diligenter præſes quid de Domini operibus notum ſit, quid de poteſtate compertum, cæcis viſum, claudis greſſum, ſurdis auditum, mutis præſtat eloquium, febres abegit, dolores reſoluit, mortuos reſuſcitauit, magnum prorſus Regem iſta demonſtrant.* Egregiè; hinc ſtatim, quia talis, Cæſari inimicus; attende qui ſunt Reges? prædones, ſic illud Iob c. 12. n. 9. magnus interpretatur Greg. ſcilicet *abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum*, vbi per prædones Reges, qui vt ſanctus loquitur *eo magis contra Deum elauantur, cum magis ab eius largitate contra meritum ditantur*; qui ſic ſunt prædones aliena diripientes, vti ipſos ſuos abhorreant ſubditos videre, alloqui, ac in conſpectum admittere, timidi ne petant, ac erogare aſtringantur: profecto & ſapientes, & Reges amici erant illius ſanctiſſimi Iob, qui ad conſolandum ipſum aduentarunt, quibus ipſe c. 6. num. 21. *nunc veniſtis, & modo videntes plagam meam timetis*: Quid timebant? ſcio aliquos intelligere *Deum*, ex plaga quam in amico intuebantur, vnde Gloſſa, *quaſi diceret*, ait, *ego Deum, & ante aduerſa timui, vos qui ex amore Deum non timetis, ex ſolo verbere formidatis.* Sed ad rem præſentem melius Lyra. *ne aliquid ab illis pro ſublenatione aliquid repeteret.* Quod ſanè congruit ſequentibus: nam ſtatim adiungit, *numquid dixi, afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi?* Ergo timor erat ne aliquid illi tenerentur erogare, ne aliquid ab illis miſer repeteret; talis eſt Regum genius, talis ipſorum natura, ſic ſunt ſuorum tenaces, ſic alienorum rapaces, quid ergo mirum ſi Chriſtus Rex Cæſari contradicat, quia Cæſar prædo, quia tyrannus, quia ad inſtar aliorum Regum, & ſic contradicit, vt maledicat, vt exterminet, vt ſteriles fructuum reddat; mentiar ſi non ex talibus maledixit quando ficulneam Marc. 13. num. 11. quæ continuo arefacta, cum nullum ſic Regum ſymbolum ac illa, quod ſapienter conſiderauit Montanus, ad illud Iudic. 9. n. 10. quando arbores illi vt in Regem eligerent, accurrerunt; quid ficulnea cum Rege? rectè Montanus, *quia nulla ex omnium plantarum genere auaritiæ ſtudium aptius refert, quàm ficus; cuius ad exugendum vndique humorem, & frequentiſſima radices, & nonnulle adeo longa, vt ad puteos, ad fontes, ac paludes longo internallo diſtantes pertineant; adeo enim ſagaces, vt intra domos loca quærere, ſubire, atque obtinere didicerint; in quibus lagenã, hydriã, cæteraque aqualia vaſa ſtatuuntur, ibique ſoleant diutius hærere.* Pende ſingula, & principum deſcriptum morem apertè inſpicies: non vnam, ſed mille millium extendunt radices; ad quæ prope, ad quæ longe, aurum, argentum neſcio quo olfactus acumine ſic intimius odorantur, vt non dicam è domibus, ac penetralibus, ſed ab ipſo terræ eripiant centro, omnia rimantur, & penetrant, & tandem ſic cuilibet pauperis domui ſe iungunt vt parietem fodientes ad inſtar ficus tandem tandem ad terram eam deijciant, ac proſternant. Quid Chriſto Regi amplius contrarium? aut quibus ipſe magis contrarius? benè equidem illi dixerunt Chriſtum Regem, & Cæſari contradicturum, immo & maledicturum.

Ibi. c. 6. nu. 21.

33. Chriſtus maledicens ficulneam Regem maledixit auaros.

Marc. 13. nu. 11.

Monta.

34. Regũ ſymbolum ficulnea & cur.

Hinc equidem infertur, quam etronee Regum miniſtri recogitant, quam ſtulte, dum in Regis obſequium reputant omnia illi præſtare humana, diuinaque, & tunc ſummum Principi præſtitiſſe ſeruitium, quando illi dicarunt tum temporalia, tum ſpiritualia, ſæculares, ſcilicet Eccleſiaſticaſque opes: O inſipientes, vecordeſque, dum non attendunt tunc tunc contra ipſam Regis vitam, authoritatem, honorem ipſos agere, quando omnia ſimul ei retribuunt; audiant quæ ſum allaturus; & contremiſcant; in ſacra enim Scriptura reperio, quod triumphantibus de victoria Saulis Philiſtinis, eoque occiſo caput eius tanquam nobilius ſpolium in templo poſuerunt Dagonis 1. Paralyp. 10. nu. 10. *Et caput affixerunt in templo Dagonis.* Nec te moueat quod in 1. Reg. 31. num. 10. dicitur in muro *Bethſam*: nam vt docet author

35. Regum miniſtri quã etronee diſcurrunt dũ omnia diuina humanaque Regi ſubdere intentant.

1. Paralyp. 10. nu. 10.

30. Iudæi cur dixerunt Chriſtum Regem ſe facere & Cæſari cõtradicere. Chryſoſt.

S. Leo.

31. Chriſtus quales cõditiones ſuſtinebat.

Iob. 12. n. 9.

32. Reges prædones.

32. Suos abhorrent videre ſubditos ne aliquid ab eis petãt

traditionum in lib. 1. Paralip. domus Dagon dicebatur *Bethſam*, id eſt, *domus dormientis*, & licet hoc fecerint, nõ ob inde reperio Deum contra eos iratum, licet vnctus eſſet Saul Dei, Chriſtus Domini, Princeps ſui populi, atque ab ipſo electus; nam licet mortem emeritus ob peccata, tamen quod poſt mortem ſic peſſimi idololatræ contra eum inſultarent, ac tale ſpolium indigniſſimo cõſecrarent idolo in Dei cõtemptum; equidem mirum quod ſic Deus patiens; cum & ſi permittat ſæpe peccatores occidi, tamen inſultare, aut modum excedere, diriſſime caſtigare ſolet; hinc apud Iſaiam c. 10. nu. 5. contra Aſſur, hoc eſt Senacherib indignatur, licet ab ipſo ad caſtigandos Iudæos miſſus, *va Aſſur virga furoris mei, ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mãdabo illi vt auferat ſpolia, & eripiat prædam, & ponat illum in conculcatione, quaſi lutum platearum*: ſi ergo ipſe eum miſit vt talia patraret, cur indignatur, & *va illi*, ſanè, quia vt ſequitur, *ipſe aurum nõ ſic arbitrabitur, & cor eius non ſic exiſtimauit*; ſcilicet vt ego miſerim, & tantum ad puniendum, ſed non mihi, ſed ſibi, ſuiſque Idolis victoriam tribuens, non tantum ſupplicia, ſed internecionem intentauit, vnde ait: *ſed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem*; ſic ſimiliter apud Zachar. c. 1. nu. 15. *Ira magna ego iraſcar ſuper Gentes opulentas, quia ego iratus ſum parum, ipſi vero adiuuerũt in malum.* Vide 2. Paralip. c. 18. Quod cum ſit, & talia in Regem Saul impij illi effecerint ludibria, vt non ſolum ipſum cadauer per ciuitates, villaſq; circumducerent, ad ſummum eius, populique Dei opprobrium, ſed etiam caput in ludibrium exponerent in templo Dagon, tamen nullo modo Deum iratum hîc reperio, vt tunc aſpicio ira efferueſcentem quando arcam in eodem introduxerunt templo, tunc & Dagon truncauit, ſcidit, ac in mille diſſecuit partes; quæ ratio? alij alias afferent, ego vnam hãc, quia cum quod primo Deo ſuo cõſecrarunt tẽporale quid erat, & ſi malum, tamen patienter Deus ſuſtinuit; at quando arcam quæ res ſacra, quæ ſpiritualis, quæ Deo dicata, immo ipſemet Deus in ea reſidens, tunc impatiens tanquam ad ſummum deuenti malum, ſummumque ſcelus, dum non ſolũ prophana, ſed ſacra Deo ſuo conſecrabant, tunc & Deus truncatus, exciſus diſſectus ipſorum. *Arcã*, magnus inquit Baſil. in Pſal. 77. nu. 61. *Philiſtæi nacti, Dagon Deo ſuo, velut ſpolium quoddam obtulerunt.* Sed quid eis ex hoc? audi Theodoretum quæſt. in hunc locum, *Alienigenæ cum poſt victoriam Arcã deſpexiſſent, & velut mancipia ſuis dedicaſſent idolis, Dei didicere virtutẽ, Deum enim ſuũ inuenerunt contritum.* En fructus talis dedicationis, quem ſimiliter & illi experiẽtur Principes, qui adminiſtrorũ blãdimentis demolliti omnia ſua arbitrantur, vnde non tantum ſua, quantũ horum culpa nõ diutius in regimine perdurabũt, *allegatur*, ait Ambroſ. lib. 2. Epiſtolar. Epiſt. 14. *Imperatori licere omnia, ipſius eſſe vniuerſa*; attende quæ dicuntur, quæ tunc allegabantur ab aulicis, quæſtio erat, ſiue Imperatoris Arriani imperium, vt Baſilicam vnam ſaltem Arianis traderet ſanctus Epiſcopus, quo recusãte, in fauorem Imperialis iuris allegabatur, omnia Imperatoris eſſe; quod cum accolis, & ſimilia nũc ab Aulicis etiã obſtrepere, admirare quod ſimilia dicant, cum ſint Catholici; at quid Ambroſ. sãctus. *Noli te granare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina ſunt, Imperiale aliquod ius habere, noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus*, hoc vltimum pendo, *ſi vis diutius imperare eſto Deo ſubditus*, tuis tantum contentus, Deo ſua derelicta: nam aliter nõ diutius, ſed ad momentum imperabis, cito ab imperio exturbaberis, deijcieris. En quod Imperatori, ac Principi adminiſtri procurant, dum diuina, humanaque ei ſubdere contendunt, vt ſcilicet nõ diutius regnet, ſed ab Imperio exturbetur, ac veluti Dagon in millies diſſecetur. Immo vt à Deo in ludibrium populorũ exponatur; quod ponderandum in Dagonis ſupplicio, ac delectione, amputatur enim caput, vbi conſilia, amputantur manus, vbi auaritia, ſed hæc cum illo ſuper limen ponuntur; *Caput autem Dagonis, & duæ palmæ manus abſciſſæ erant ſuper limen*; ad ludibrium, ad opprobrium, vt ex hoc illi Principes arguantur, qui dum totum eorum myſterium conſilij in pauperibus eſt expoliandis, dum eorum manus in accipiẽdo, ac deprędando, ſciant præſcindendum illud à ſupremo Deo *v*indice, abſcindendæ illæ, & in ludibrium exponendæ, vt cum vita, ac regno ſimul & honorem perdant.

Sed pendo vlterius in hoc facto ibi caput, ibi manus ſuſpenſas Dagonis, vbi eius ſerui caput poſuerunt Saulis, & ibi ſui ludibrij reportaſſe pœnas, vbi obtinuerat honorem, ſicut vbi Deus præuidit obtenturus honorem (nam caſus Saulis longè poſt ab hoc euenit facto) vt exinde principum addiſcant Miniſtri, quod benè ipſi omnia præbere Regi, pauperes ſpoliare, deprędari, ac veluti in triumphum, in palatio reponere pauperum exuuias; at ſciãt quod ibi, in eodemq; loco iudicium exercetur principis, & ibi ludibrij pœnas luet, vbi ſumpſit auaritiæ præmia; *eadem nocte*, ait Scriptura, *interfectus eſt Balthaſar Rex Chaldæus*, Daniel 5. nu. 30. at vbi occiſus? Xenophon, in eodem palatio vbi laute eadem nocte conuiuatus, vbi vaſa prophanauerat ſacra, vt ibi exerceretur iudicium, vbi peccatum; in quo illud mirum, & adnotãdum tunc Chaldæorum Monarchiam interiiſſe, quando ſacra direpta; ac prophanata, quod grauiter equidem adnotat Cornel. hîc, vt quãtum ſit ſacrilegij peccatũ expendatur; at vt ego vt quantum timere debeant principes, debeãt miniſtri, quando ad ſacra aduolant, quãdo impudentiſſime, & hæc aſſerunt eſſe regalia, quãdo ad ſumptus vaſa diripiũtur ſacra prophanos, cõtremiſcant quando hæc fecerint, ſciantq; iudicium prope eſſe in ianuis, & ſacra direpta prælibationem excidij, omenq; perditionis, cũ pro certo ſtabiliendum, tunc Regem diu in regno, diu in vita, felicitateque permanſurũ, quãdo à ſuis non aufert, ſed tribuit, ſed donat, omenq; vitæ eiuſq; proſperitatis cæteris largum eſſeque profuſum, quod vno tantum ſcripturæ loco probabo, ne longior ſim.

Ægrotanti Ezechiæ 4. Reg. 20. cum Deus ſalutem ex ore Prophetæ promiſiſſet, ipſeque expetiiſſet ſignum, ſuæque vitæ proſperum aliquod omen, data ei electione an vellet vt ſol per decem retro verteretur lineas, an vero vt ad occaſum properans decem cref-

36. Deus vt ita ſcitur contra vindictã exercentes etiã ex eius mãdato.

Iſaias 10. nu. 5.

Zachar. 1. nu. 15.

Baſil. Theodor.

37. Deus ita ſcitur deſtruẽdo principes illos qui diuina humanaque ſua eſſe volunt.

38. Ex tempore ab impetio & regno eos exturbabit, & cũ dedecore.

Daniel. 5. nu. 30. Xenopho.

Cornel.

39. Excidij imperij vnica cauſa quando ſacra prophanãtur.

40. Reges in regno aliquãdiũ quãdo profuſi. *4. Reg. 20. nu. 10.*

ceret, primum sapiens expoſcit, *Rex non hoc volo vt fiat*, ſcilicet vt aſcendat vmbra, *ſed revertatur retrorſum decem gradibus* n. 10. vt longior profecto eſſet dies, vt lucis beneficium conferret mundo, non auferret; hinc rectiſſimè ſuâ auſpicatus ſalutem augmẽtans, & legitime tum dies ſuos Deum augmentaturum, quãdo ſuis ipſe, & tunc profuſum cũ illo Deum, quando ipſe cum ſuis, quod expendens Nazianz. orat. in funere patris eleganter ait: *Deus ſimul Regem gratia, & miraculo ornat, & diei augmento, dierum augmentum confirmat.* Egregie, augmentaturus Regi dies Deus, profecto inconſonum, vt Rex ab eo non diei ſuis augmentum expoſceret, ſed breuitatem. Ergo dum multiplicationem ipſe appetit ſuorum dierum, à Deo expoſcat ſimul eam ſuis, intendatque omen ſuæ vitæ, beneficium, ac gratiam eſſe in ſubditos, vt inde ſciant Reges tunc longiſſime victuros, quando præbent, non quando auferunt, & tunc celeriter defecturos, quando potentia ſuos opprimunt, non ſecus ac miſeri iſti Ægyptij, de quibus noſter loquitur Sapiens, qui dum perſuaſum habebant potentia opprimere poſſe pauperes, ipſi oppreſſi in tenebras inciderunt horrendas, *dum enim perſuaſum habent, &c.*

Nazian.

HOMILIA XCI.

Myſtologia tenebrarum Ægypti, & prana conſuetudinis malum.

DVm enim perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ, noſter ait ſapiens: in tenebras inciderunt horrendas; Myſtologiam harum tenebrarum multi, & graues authores multiplicem afferunt, Auguſt. ſeu melius Rabanus vt in gloſa ordinaria, pro his tenebris concupiſcentiam intelligunt vxoris alienæ, rationem, ac totum hominem offuſcantem, vnde Rabanus, *nonum præceptum, non concupiſces vxorem proximi tui, noua plaga, denſa tenebra, eſt enim quædam mœchia etiam in appetendo vxorem alienam, quando cuiuis non ſufficit ſua, etiam alienam tentare, vere denſæ ſunt tenebræ, nihil enim tam dolet patiens, nihil tam nolit pati faciens, qui hoc facit vere cæcatur furore horribili* cui ſimiliter accinit Proſper, vt apud Lyppom. in caten. dicerem, niſi abunde dixiſſem in 1. tom. de hoc malo Hom. 60. Rupert. in c. 10. Exod. illas applicat, & extendit etiam ad concupiſcentiam rerum, quæ omnino hominem obtenebreſcit, de qua nos etiam in 1. tom. Hom. 81. Orig. mentis Pharaonis tenebras, cæterorumque Ægyptiorum ex illis oſtendere autumat, ac proinde *obſtinata mentis cæcitatem*, Strabus *arcanum diuini indicii, quo iuſtos miſericorditer ſalvat, impios iuſte condemnat*, Origen. item per illas obſcuriſſimas, atque impenetrabiles diuinæ prouidentiæ rationes, *de quibus dictum*, ait, *poſuit tenebras latibulum ſuum, quas illi, qui audaciter, & temere perſcrutari cupiunt, alia ex alijs afferentes, in craſſas, & palpabiles eorum tenebras deuoluti ſunt.* In quas mea ſententia illi incidunt, ac inciderunt, qui de arcano prædeſtinationis, ac electionis ſecreto multa rimari auſi ſunt, & audent, modos, rationes, cauſas inquirentes, diſcutientes, argumentantes, iuſtitiam indagare cupientes, cur Deus aliquos ſaluet, aliquos condemnet, cur aliquibus gratiam præſtet efficacem, cum aliis neget, & ſimilia de gratia exquirentes ſubtiliter, ne dicam imprudenter, intellectum captiuare in obſequium fidei recuſantes, ob quod *obſcuratum inſipiens cor eorum* ad Rom. 7. & dum maieſtatem illam altiſſimam ſcrutari auſi ſunt, ab ipſamet gloria fuerunt oppreſſi, Prouerb. 25. Aliqui has intelligunt, & applicant ad peccatorem in nocte huius ſæculi fruſtra laborantem, de quare nos in 1. tom. Hom. 94. Hugo eas intelligit de pœnis inferni, & diuino lumine cuius ille incapax: de quibus Bernard. ſerm. 16. in Cantic. *paueo gehennam, contremiſco à dentibus beſtiæ infernalis, horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum, & vaporem, & ſulphur, & ſpiritum procellarum; horreo tenebras exteriores, quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt præueniam fletibus fletum, & ſtridorem dentium?* Toletus de tenebris eas idololatriæ intelligit ante Chriſti aduentum; alij apud Lorinum hic de obſtinatis, rebellibuſque lumini diuino, quibus non beneficiorum prodeſt ignis, non inferni, non ſidera concionum, non inſpirationum lucernæ.

Vltimo tandem Lyppom. in caten. de vitioſis excæcationibus ex mala conſuetudine, quibus homines, preſſi in tenebras incidunt horrendas, quæ myſtologia, cum vtilior amplius cæteris arridet, quid enim mali peſſima non ſecum adducit conſuetudo? quod dum miſeri non aduertunt peccatores, ex interioribus mentis tenebris in hac vita, ad exteriores Inferni incidunt in altera: Sed audiamus Lyppom. *Per denſiſſimas quoque atque palpabiles tenebras deſignatur eorum, qui vitioſis conſuetudinibus preſſi ſunt deteſtabiles, & apertiſſima excæcationes interiores, qui nullam increpationem ſuſcipiunt, nulli informationi acquieſcunt, nulla compunctione emolliuntur, nec à ſua pranitate flectuntur; immo in via perditionis quaſi immobiliter ſtant, infeliciter obdurati.* O equidem ingentia conſuetudinis prauæ mala! frontoſum reddit hominem ad increpationes, rebellem ad ſana conſilia, durum ad compunctionem, tandem immobilem in malo.

Frontoſum dixi quod mala reddit conſuetudo hominem; nam ex illa ad eum homo miſerum deuenit ſtatum, vt mala non amplius mala, neque vitia vitia, ſed virtutes reputet, ipſamque iniuſtitiam ſummam iuſtitiam: hoc equidem adnoto in peccato filiorum Heli, de quibus affirmat Scriptura quod eſſent *filij Belial, neſcientes Dominum, neque officium ſacerdotum ad populum* 1. Reg. 1. nu. 12. & 13. Hoc ſecundum pendo, quod Dominum neſcirent, quia eũ non obſeruabant, peccatoreſque erant: bene quidem; at quod cum eſſent ſacerdotes officium ignorarent ſacerdotum, difficille apparet. Breuiter reſpondeo, quod ſicut practicè Dominum neſciebant

Auguſt. Rabanus.

1. Adulterium per tenebras Ægyptiorum recte ſignificatur.

Rupert.

Origen.

Strab.

Origen.

2. Prædeſtinationis ſecreta rimari audere non clareſcentibus ſed tenebris offuſcabitur obſcuriſſimis.

Ad Rom. 7.

Prouer. 25

Hugo.

Toletus.

Lippom.

3. Mala conſuetudo Ægypti & tenebræ, & cur.

4. Hominem reddit frõtoſum, & in quo.

5. Facit vt peccatum nõ amplius reputetur peccatum.

Digitized by Google

quia eum non colebant, licet ſpeculatiue eum ſcirent; ſic etiam licet theoreticum officium ſcirent Sacerdotis, tamen practice illud ignorabant: at difficultas in quo, ſeu quomodo ignorabant, pro qua re.

6. Deus quomodo neſcitur & ignoratur à Chriſtianis & præcipuè à religioſis viris.

Sciendum, in ſacrificio hoſtiæ pacificæ, in quo populares cum ſacerdotibus communicabant, tres partes diſtinguebantur. *Adeps*, qui Deo primum offerebatur, ac adolebatur. *Armus, & pectuſculum*, quod ſacerdotibus, reliquæ vero partes in vſum cedebant offerentium: at quid filij Heli? ex petulantia, ac laſciuia nouam introduxerunt conſuetudinem, vt inquit Vatab.. *conſuetudo recens à ſacerdotibus cum populo talis erat*, vt ſcilicet veniente ſacerdotis puero ttidentem in cacabum immittente tolleret quidquid vellet ante adipis oblationem, & vltra illud quod ei debebatur; hanc ergo conſuetudinem peſſimam peſſimi introduxerunt ſacerdotes illi, ſed quid? procedente tempore talis conſuetudo in legem deuenit, ſic vt iam lex eſſet, & iuſtificatio, ſiue opus iuſtum, ac ſanctificatum, vt contra Dei præceptum, ac mandatum eo modo veniret puer ſacerdotis: vnde eleganter hoc 70. lectio exprimit, dum legit *& iuſtificatio ſacerdotis*, hoc eſt lex *ab vniuerſo populo ſacrificante*, ſcilicet talis erat, *veniebat puer ſacerdotis*. Vnde Iſidorus Clarius *ius fecerant ſacerdotes erga populum, quod quicunque immolaſſent victimam, &c.* Ergo quod prius conſuetudo, poſt modum lex, & quod prius remordente conſcientia, vt peccatum patrabatur ex conſuetudine, dum fit lex, non iam vt peccatum, ſed vt opus iuſtum perficitur. Ex quo ſumma illa euenit frontoſitas, vt peccatum non peccatum appareat, immo contra redarguentem ſcandalizentur, moroſum, ſcrupuloſum, audacem eum iudicantes, redarguentes.

Vatabl.

Iſidor. Clar.

7. Ex praua conſuetudine reprehenſiones prælatorũ, prædicatorum admonitiones vilescunt.

Quid iniquius? quid grauius? quid amplius inhoneſtum, quàm ſodomiæ peccatum? ipſum naturamet abhorrente, & à quo, vt ſic dicam, & ipſi dæmones faciem auertunt, amplius quàm cætera à Domino puniendum, *aliter punitur is*, ſanctus ait Anaſtaſ. Sinaita in ſuis quæſt. quæſt. 8. *qui ſecundũ naturã vitiat naturam, & aliter, & acerbe pluſquam quoduis peccatum punituris, qui præter naturã id agit, quod ſodomitis attulit interitum, quod nec rationis quidem expertia faciunt animalia.* Quod cum ſit, audi ſodomitas ad ſanctiſſimum Loth. Geneſ. 19. nu. 5. *vbi ſunt viri, qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoſcamus eos*, qui cum eis factum reprehendiſſet, ſic illi, *recede illuc, ingreſſus es vt adnena, nunquid vt iudices?* in quo loco, quod primum adnoto, hæc verba non ſolum pueros, non ſolum iuuenes, ſed ſenes dixiſſe, quia vt ait Scriptura *vallauerunt domum à puero vſque ad ſenem omnis populus ſimul*, ſi ſenes, ergo & populi iudices; nam talium antiquitus erat iudicium, vt conſtat ex illo Danielis c. 13. vnde duo diſtantia inquit Scriptura illos dixiſſe, primum, recede illuc, ſecundum, *ingreſſus es vt aduena, nunquid vt iudices?* prima verba populi, ſecunda ſenum, hoc eſt iudicum; at quid iſti reprehendunt? profecto ſanctiſſimi Loth iudicium, vnde? ſanè amicæ, quia inueterata conſuetudo peccandi ab adoleſcentia vſque ad ſenectutem ipſum peccatũ legem fecerat iuſtitiæ, & quaſi contra legem ſanctiſſimus præciperet ei obiurgant, quid horribilius? Audi Auguſt. ſerm. 44. de verbis Domini, *tanta*, inquit, *ibi nefandæ turpitudinis conſuetudo erat, vt iam nequitia eſſet iuſtitia. & prohibitor potius reprehenderetur, quam factor.* Egregiè, nequitia iam erat iuſtitia, ſeu vt Tertul. canit lib. carminum de Sodomo c. 2.

Auguſt.

Effera luxuries illic inimica pudoris
Inſtar legis erat.

Et ſenes iudices, qui iura dicebant, ſic ex conſuetudine iam cæci, vt ſummum ius, ſummum dicerent ſcelus; ô magna conſuetudinis vis! & 10. Ad malum patrandum etiam ſeniles vigoreſcit annos. inſuper adnotandum, non ſolum hoc iudices, ſed iudices ſenes effœtos, vt prope ad ſtuporem ſit frigidos artus ſic ad turpitudinem incaleſcere; at tanta eſt vis conſuetudinis, vt ipſum igneſcat gelu, & quod à recẽtibus imbuitur temporibus, ſic inoleſcit, vt poſt centum non deferatur annos. *Ego certe vidi viros*, ſanctus Anaſtaſius Sinaita ait vbi ſup. *centum annos natos imbecilles, & toto fere tremente corpore, qui tamen non potuerunt abſtinere à peccato corporali propter diuturnam conſuetudinem; ita omnibus malis eſt grauior, & omnium malorum peſſima conſuetudo.* In cuius ſancti authoritate illud pendo, & valde tremendum, ipſum loqui non de ea conſuetudine, quæ eſt abſque pœnitentia, hoc eſt de ea ſic continuata, vt nulla intermiſſa ſit confeſſio, ſed de ea, quæ interpolata pœnitentia in homine reperitur, qualis illorum, illarum, quæque ſæpe confitentes, ſæpe etiam ad vomitũ redeunt, qui & ſi in ſtatu ſint peccati, tamen aliquando conteruntur, & confitentur, ſed ſtatim ad genium redeunt. Vnde ſanctus hoc admonens, ſcilicet poſt pœnitentiam cauendum ne in peccatum iterum reincidamus, ſic grauiter ait. *Vnde oportet poſt pœnitentiam ſeruare etiam lachrymas peccatis, & non rurſus polluere animam, & corpus: eſt enim malum aſſuefacere ſe.* Quod pulchro firmans exemplo, ſic ſequitur: *vt quis ſæpius lauans veſtimentum corporis, & rurſus illud inquinet, quod enim ſæpe lauatur, & conteritur, marcidum fit, & inutile, & cum de cætero ſenio affectum fuerit, & inueteratum, ne lauari quidem poſſe poteſt.* Egregiè, & nil amplius verius, & ſi libere quid dicendum, nil ad viros ſpirituales, nil ad religioſos proprius; attendant ad quæ faciunt, ad quæ operantur peccata, nec ſibi de iteratis Sacramentis blandiantur: nam ſi conſuetudo inoleſcit, ex iteratis lotionibus eorum culpæ non vireſcent, ſed marceſcent, vnde decurrente tempore ad ſenium deuecti, conſuetudine premente in legem redacta natura, nec lauari poterunt, quia tandem nolunt frontoſi, ac ab ipſamet obſtinati effecti cõſuetudine damna ſuæ deſolationis neſciẽtes, vt egregiè D. ait Greg. lib. 9. Moral. c. 14. *Cum ab authore relinquimur*, inquit, *nec ipſa vllatenus deſtitutionis noſtræ damna ſentimus, quo enim hoſt longe conditor deſerit, eo mens noſtra inſenſibilius obdureſcit, miſerando modo ſit quotidie tanto ſecurior quanto peior.* Vnde natura noſtra, quæ ex ſe medicabilis, ex conſuetudi-

Anaſt. Sinaite.

8. Peccatum ſodomiti cum grauiſſimo cur ponitum. *Geneſ.* 19. nu. 6.

9. Conſuetudo ſummũ ſcelus ſummum iudicat ius quãdo mala.

11. Etiam ſi intermittatur pœnitentia quam ſit efficax ad perdendũ.

12. Hominum ſpiritualiũ ac religioſorum ſacramenta frequentãtium quãtum eis imminet ex mala conſuetudine periculum. *S. Gregor.*

Digitized by Google

ne prorsus immedicabilis redditur; Audi Ambros. in Psal. 1. num. 1. super illa verba, *& in Cathedra pestilentiæ non sedit*, vbi per sessionem consuetudinē peccādi intelligens, sic ait: *An ignoramus quod tantā vim habet inueterata cōsuetudo peccādi, vt excludat naturam, quæ cū sit medicabilis ad salutem, tamen corroborata tempore, passionibus immedicabilis inuenitur.*

Ambros.

13. Natura humana ex consuetudine fit immedicabilis.

Hinc difficillime peccatis assueti, & consuetudine praua ad senium vsque peccantes saluantur, cum nescio quid inueterata apud Deum obtinent peccata, vt difficillime expientur; hinc Bachiarius Sanctissimus in Epistola de recipiendis lapsis adnotat nunquam in sacrificiis pecora senio confecta iugulare; *aspice enim*, ad fratrem lapsum ait suadens non diu in peccato immorari, *quod nusquam in sacrificiis pecora senio confecta iugulantur, sed vbique aut agnus, aut vitulus, aut hircus, aut hœdus immolatur.* Quod equidem verissimum, vnde fere semper de sacrificio agni quādo præcipitur, additur *anniculus*, vt Exod. 12. nu. 5. 29. & 38. Leuitic. 9. num. 3. 12. & 16. & alibi semper, quid hoc? *nisi tenera*, ait Bachiar. *adhuc, & parua, vel modica peccata.* Hæc sunt, quæ facilè ad iugulum Deus admittit, & in sacrificium; nam inueterata, ac consuetudine iam effera, & si etiam ad pœnitentiam admittat, tamen vt quasi irregularis casus solius Christi potentiæ reseruatur, cum vt rectè obseruat idem, *in vno tantum loco Eliam euem legimus obtulisse, sed hoc semel tantum; quod vni licuit saluatori, qui inueterata totius populi peccata iugulauit.*

14. Difficile saluantur mala consuetudine assueti.

Bachiar.

Exod. 12. nu. 5. 29. & 38. Leuitic. 9. nu. 3. 12. & 16.

15. Soli Christi potentiæ reseruantur tanquam casus irregulares.

16. Difficillime curantur.

Ex quo equidem euenit, vt & curatu fint talia difficillima, sic vt igne sit opus, vstione, cremationē; *& volauit ad me*, ait Isaias c. 6. nu. 6. *vnus de Seraphin, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meū.* Vbi per calculum, carbonē ignitum passim omnes intelligunt, quem ex altari Seraphim accepit ad labia mundanda prophetæ, quæ polluta; sed cur ignis necessarius hic cum Hierem. c. 1. nu. 9. tantum manus, & contactus, *misit*, inquit, *Dominus manum suam, & tetigit os meum*, Sanè vt Diu. ait Hieronym. in hunc Hierem. locum, quia in Isaia de eius peccatis agebatur, quæ licet leuia, tamen ex consuetudine inoleuerant, vnde exustione opus; at vero in Hierem cum non de peccatis ageretur, sed de prophetiæ tantum inauguratione, ideo manus, tactus solum sufficit, immo & abundauit, dum ad inueterata peccata eradicanda ignis necessarius, & ignis diuinus; *quia Isaias solida, ac perfectæ ætatis erat*, ait Hieronym. *& ipse simpliciter confitetur, quod immunda labia habeat, & habitet in medio populi polluta labia habentis, mittitur vnus de Seraphim, qui non manu, sed forcipe, & carbone tangat os eius, & iniquitates eius auferat, & mundet peccata; hic autem ipsius Dei manus mittitur non vt peccata auferat, quæ per puritiam multa non fecerat, sed vt loquendi gratiam tribuat.* In quo loco illud pendo, Isaiæ peccata tantum leuia fuisse, aut superfluæ locutionis, vt vult Origen. in illum Isaiæ locum Hom. 5. aut quod alias non se reprehenderit, vt vult Nazianz. in Apolog. ad patrem, aut taciturnitatis, dum ob metum, vel tædium peccata populi increpare desierit, vt vult Hieronym. Cyrill. Haimus, & præcipuè peccatum illud Regis Oziæ, dum thimiama, & thus in Dei templo adolere præsumpserit, percussus in pœnam à Deo lepra, quem Isaias, siue ex metu, siue quia ex sanguine Regio, non reprehendit; vnde quia contra Regem, qui sacros ausus violare carbones non inualuit, carbone necessarium, vt ipse purgaretur ignito; quidquid autem hoc sit, illud constans, talia peccata leuia fuisse ac venialia, & tamen quia inueterata, ac ex consuetudine iam inoleta, ignis necessarius, quid ergo quando non leuia, sed grandia? certe non ignis sufficit, sed Martyrium necessarium, sic vt peccata talia ex consuetudine non nisi Martyrio expientur, siue tollantur.

Isaias 6. nu. 6.

Hier. 1. nu. 9.

Hieron.

17. Peccata Isaiæ quæ erant.

Origen.

Nazian.

Hieron. Cyrill. Haim.

18. Venialia ex consuetudine expiatu difficillima.

19. Mortalia ex consuetudine non nisi Martyrio expiantur.

Hoc autem obseruo in peccato Sansonis ex consuetudine iam sic inoleto, vt iam amplius se à mulieribus continere non posset, dum vix adultus, ac in libidinem effrenus, Iudic. 14. num. 3. & si ipse ex sanguine Hebræus, cui illicitum cum extraneis nubere, vix Philisteam vidit, ac appetiit? sic durè, & obstinatè, vt & renitentibus parentibus pro summa ratione suam solam proderet sensualitatem, vnde oppugnantibus parentibus, ac dicentibus, *nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, quia vis vxorem accipere de Philistiim, qui sunt incircumcisi?* Respondit: *hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis.* Vnde ex hac propensione, ex consuetudine peccatum in naturam redactum; vix meretricem aliam aspexit Iudic. 16. num. 1. ac cum ea concubuit, tandem nec his satis, ad Dalidam deuenit, impotens ad lasciuiam, quia assuetus; hinc iusto Dei iudicio apud illam soluit pœnas iam grandæuus, cui puer suos consecrauerat actus; nam vt adnotat Ferrar. in c. 19. Iudic. quæst. 23. templum vbi corruit, *Veneris* erat. Peccata ergo erant ex consuetudine; at quomodo expiata? profecto non nisi martyrio, vt eleganter adnotat Bachiar. vbi sup. *Nazaræus ille*, ait, *ex repromissione natus, cum in perniciem sui mulieris blandimenta vicissent, post modum in fine obitus sui sub Martyrij passione maiorem inimicorum exercitum prostrauit, quàm ante quando Nazaræus.* Ergo Martyrium necessarium, sanguinis effusio, vt talia deleantur peccata; quinimmo grauissimè idem obseruat sanctus, similiter, non aliter quàm Martyrio peccata filiorum Heli, domusque eius expiata, quæ supra ex consuetudine, & in consuetudinem transisse peruersa, sic vt quasi legitima patrarentur, affirmauimus; adnotat enim sanctus, quod cum domum Heli consumpturam affirmasset, immo & iurasset Dominus 1. Reg. 2. n. 27. ob filiorum, eiusque simul peccatum, hoc tamē tunc executū, quando Saul omnes Sacerdotes interfecit ob Dauid, quod genus extit Martyrij; *sicut enim*, ait sanctus, *illa Sacerdotalis familia de Heli cognatione descendens, cui iuranerat Dominus, vt nullus ante faciē eius assisteret eo quod grauibus peccatis Dominū provocasset, nonne omnis illa agnatio à Saule pro Dauide refertur occisa? & quid est hoc, nisi forma Martyrij, vt quos grani peccati cri-*

Bachiar.

Iudith. 14. nu. 3.

Iudith. 16. nu. 1.

Ferra.

1. Reg. nu. 27.

tum inoleuerat, mori pro Christo illam liberaret. Egregie; grauia ex consuetudine in illa familia inoleuerunt peccata, hinc expiatu difficillima; adsit occasio Martyrij, vt sanguine purgétur, quæ aliter vix purgari possunt: nam vt rectè Diu. ait Cyrill. Hierosolymit. Cathec. 1. de pœnitent. malum radicitus enecandum, antequam ex consuetudine flores, fructusque pariat, nam aliter potius ignis excitatur, quàm præcisio, *priusquam floreat, radicitus erue manum, ne si ab initio neglexeris, postea ne quidquã incidas, & ignem magis excites, leuis admodum inceptãsem tempestiue cura, ne cum vexacatus fueris, tum demum frustra medii quæras.* Vnde sapienter consulit Hieronym. ad Eustoch. Epist. 22. *nequitia, ne Zizania crescant, elidatur in semine.*

Cyrill. Hierosol. 20. Mala ex cõ suetudine dum tolerari curãtur ignem excitant inextinguibilem.

Hieron.

21. Pulchrè dictum, *ne Zizania crescant*, in semine elidenda malitia, nam ea crescente, ex cõsuetudine peccata, quæ ex illa, non quamlibet possident magnitudinem, sed prægrandem, sic vt ex ea non quilibet filij, sed gigantes. Genes. 6. nu. 2. *videntes Filij Dei filias hominum quod essent pulchra, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant*; quid tantum hoc malum? sanè prægrande, dum non ex honesto fine matrimonij, sed ex luxurie, vxores, non vxorem, eligebant mille, eas repudiantes, si non placebãt, abutentes si libebat vsu, ac ipsam naturam peruertentes, *commiscebantur maribus*, ait Berosus Chaldæus, *filiabus sororibus masculis, & brutis, nihilque erat sceleris, quod non admiserẽt*; at quantum hoc durauit temporis? Ioseph. lib. 1. antiquit. putat hoc malum à septima post Adamum generatione incepisse, vnde ait: *hoc modo percepta generationes perseueranerunt vnum Deum colentes, omnium rerum Dominũ, semperq; virtutis respectum habentes; procedẽte deinde tempore à patriis institutis degenerarunt, neq; humana iura seruãtes, neq; Deo consultes honores persoluẽtes, & qui prius certatim virtutem exercuerant, postea duplo maiori studio malitiã consectabantur, atque ita Deũ infensum sibi reddiderũt.* Caietan. reputat hoc incepisse ab eo tempore quo Caim Abelum interfecit, anno circiter centesimo, & trigesimo ab orbe condito; quod si hoc verum, plusquam mille, & quingentis cõsuetudo talis perseuerauit annis, vt prope ad admirationem sit, vt rectè adnotat Perer. in hunc locum Dei admirabili patientia, ac longanimitas, qui tandiu tantam morum peruersitatem, ac vitiorum colluuiem sustinuerit.

Perer.

Berosus.

Ioseph.

Caiet.

Pererius.

Sed antequam vlterius pergam, ne occasio excidat, forsitan non alibi obuentura, nolo hîc dignissimam illam prætetire obseruantiam Pererij in hunc locum, hoc malum inde incepisse, quando homines multiplicati super terram, vnde Moyses, *cumque cepissent homines multiplicari super terram*, vt inde homines fieri peiores cœperint, quando deberent meliores, & in multiplicatione hominum non virtutes, sed flagitia multiplicari, quod ipse in singulis euenire Republicis prudenter obseruans, sic ait: *licet hoc animaduertere in multis quondam florentissimis ciuitatibus publicis, atque imperijs, quin etiam piorum hominum congregationibus prudenter ordinatis, & diu sanctitatis laude nitentibus;* Quod me pungit, hoc est postremum, quod ploratu dignum illud est, sanctissimas aspicere congregationes multiplicatione peiores factas, non meliores; de externis ipse multas, & prudentes rationes affert, de religiosis nullas, illas tu consule apud illum, has hîc, si tibi placet, quas tamen insinuabo, ne morosus videar, tu non cursim lege, sed cogitabunde; nullam enim afferam nisi ex experientiæ medullitio.

23. Religiosorum superabundans numerus sacrarum reipublicarũ vnica ruina.

Quæ ergo huius rei causa, vt semper apud nos verum sit illud sanctissimum *Isaiæ* vaticinium, *multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam*; breuiter, an quia virtus vnita fortior? an quia in multiplicatione non fit delectus recipiendorum? an quia non omnes vocati, & apti? an quia charitas inter multos frigescit? an quia facilis inter multos æmulatio, superbia, inuidia? an quia superiores minus fiunt cum multis, quàm cum paucis, vnde cura decrescente eneruatur obseruantia? an quia ex multitudine fere semper peiores, non meliores in superiores eliguntur? an quia necessaria ad victũ, & vestitum deficiant, ex quo & ipsa obseruantia, vnde pessum ruit paupertas? an quia castitas faciliot inter paucos, quàm inter multos retinetur? an quia facilius domus, ac curarum secularium abstractio custoditur inter paucos, quàm inter multos? an quia tandem in multiplicatione non tantum Dei finis attenditur, salus scilicet animarum, quantum proprius; & sæpe in religionibus recipiuntur, non quia recipientibus prodest, sed quia religioni? & dum hæc ad instar aliarum sit grandium, dummodo non minus sit, quàm cæteræ, dummodo dicatur per orbem vagari, per suggestus, per cathedras, per confessionarios, per studia, per publicos actus, recipiantur sine delectu, sine discretione, sine prudentia, & si humano iudicio impossibilis sustentatio, morentur in domo centum, & si alere non possit triginta, contra canones', contra Sacrosanctum Dei Tridentinum Concil. sess. 25. c 5. plus homines in hoc sapere præsumentes, quàm ipse Dei Spiritus sanctus. O mirum, ô magnum, ô res vsque ad stuporem admirabilis! Deus summus, omnipotens, prouidentissimus, diues, qui solus potens, & magnus, totum gubernans mundum, qui sic inuenitur prouidus, vt & auiculis abunde tribuat, tamen quasi impotens, quasi insufficiens sic mandat, sic apertè per Spiritum præcipit sanctum, vt deinde in Dei Ecclesia, *in domibus religiosorum ille tantum numerus constituatur, qui commode, aut ex redditibus, aut ex consuetis eleemosinis sustentari possit*, & ne putes nouum quid sacrum mandasse Concilium, cum velim scias iam inde in aliis sacris Conciliis simul prouisum; sic in Concilio Arelatensi 4. sub Leone III. ann. 813. can. 8. Turonensi tertio sub eodem can. 31. Mogumtiaco sub eodem can. 19. Rhemensi primo sub eodem can. 27. in Oxoniensi sub Henrico III. ann. 1222. can. 54. & per generalia Concilia idem stabilitum inuenitur, vt Lateranensis proximi sub Innocent. III. can. 64. de quo etiam extat constitutio Bonifacij VIII. qui anno 1294. ad sedem assumptus eadem statuit, & habetur cap. vnic. de statu regularium in 6. §. sanè; & in Concilio Senonensi anno 1528. sub Clemente VII. in decretis morum cap. 28. ex quibus apparet non semel

Trident.

22. Peccata ante diluuium eiusque cau à quàm grauia & quãtum durarit tempo ris.

nec bis illud Spiritum monuiſſe ſanctum ſed per annorum curricula, & tamen homo ſuperbus, ne dicam inſipiens, ac vecors, plus ſapere præſumens alio ſpiritu imbutus eos alere præſumit, quos nec commode poteſt, nouos intentans modos eleemoſynas procurandi, exquiſitas inuentiones, peregrinas doctrinas tali ſollicitudine, vt Deum tetror viuum, & verum, quod potiores dico, in hoc ſæculares ipſos, quàm nos, dum ad eam noſtris ſic exigentibus peccatis miſerabilem deuenimus conditionem ex tali monſtruoſa, portentoſáque multiplicatione, vt quia multorum refriguit charitas à mane vſque ad veſperam toti, & omnes ad ſuſtentationem procurandam ſimus, vt iam non ſolum ſpiritualia exercitia non eo fine, nec ſicut decet fiant, ſed aliquando ex multitudine religioſorum ad victum procurandum occupata intermittantur, aut indigniſſime fiãt, per loca, per villas, per campos, per vrbes vagantes, vt victum quærant quotidie, fereque ſemper, ſic vt dum ad clauſtra redeunt iam ex conuerſatione, ex victu, ex tempore ſæculares effecti, vt ſæculares ne dicam peius in illis viuant; quod ſi tanti mali cauſam inquiras, vt ſuſtentationi prouideatur, reſpondent, ob quod neceſſarium malum; quid amplius diceret adultera, quæ ob neceſſitatem adulteratur? & quæ huius neceſſitatis origo, ſicut cauſa? nonne ipſorum ambitio, ne dicam imprudentiam. Cõcludo ne nimius ſim, hoc vnum tantum addens, ſic mihi perſuaſum, ac firmiter in animo hærere hanc vnam omnium in Eccleſia Dei religionum vltimam extitiſſe, ac exiſtere ruinam, vt ſi poſſem facultatem recipiendi ſine licentia Epiſcopi à religionibus auferrem vltra eum numerum, quem ſanctiſſimum requirit Concilium, vnde habito reſpectu ad commodam religioſorum ſuſtentationem aut ex redditibus, aut ex conſuetis eleemoſynis, ſemel ſtabilito in vnaquaque domo religioſorum numero, nullum poſtea recipere eis amplius abſque Epiſcopi licentia, & facultas adeſſet, qui conſideratis omnibus, ac prudenter talentis recipiendi excuſſis, emolumentóque ipſius congregationis facultatem præberet, niſi talis recipiendus eſſet, vt ſecum emolumentum afferret ſuſtentationis; ſed ad noſtra.

Peccata ergo erant hominum illorum ex conſuetudine iam inueterata, quid inde? niſi grandia vnde ſtatim ſequitur poſt dicta ſcriptura: *& gigantes erant ſuper terram in diebus illis.* Quid moraliter gigantes? niſi peccata grandia? *mox enim vt cœperunt Filij Dei filias hominum*, ait Bachiarius, vbi ſup, *nati ſunt gigantes, hoc eſt enormia, & vltra naturam peccamina*; ſed pendo Scripturæ locutionem, *Gigantes*, ait, *erant ſuper terram in diebus illis, poſtquam enim ingreſſi ſunt Filii Dei ad filias hominum, illaque genuerunt, iſti ſunt viri potentes à ſæculo famoſi*; quis ſenſus ex iſtis? equidem difficilis: ſed mea ſententia litteralis ille, ante malitiam, conſuetudinemque malam gigantes etiam extitiſſe, hoc eſt viros proceres, ſtaturaque magna, vt ſentit Auguſt. lib. 15. de ciuitat. c. 23. ſed tunc & ſi gigantes, tamen religioſi, pijque; at poſt lapſum, peruerſamque conſuetudinem tales natos ex illa gigantes in malitia, in actu, in peccatis, in enormitatibus, vt in talibus potentes eſſent, ac famoſi. Quod equidem ſentit Philo libro de gigantib. hæc eadem retractans verba, & Ioſephus lib. 1. antiquit, vbi ſic: *Multi Angeli Dei cũ mulieribus congreſſi, pregeniem procrearunt inſolentem, & fiducia roboris omne ius, & fas contemnentem, quorum facinora non abſimilia iis, quæ de gigantibus Graci commemorant, poſteritati ſunt tradita.* Ergo prius quidem erant gigantes, ſed ſancti, at quando iſti ſic ſancti in peruerſam dederunt conſuetudinem, non quælibet ex illis peccata, ſed gigantea, ſed magna, ſed ferocia, ſic vt ad pœnitudinem creationis ipſum reducerent Deum; ex quo duo ſimul elicere potes; primo peccata Filiorum Dei, hoc eſt ſpiritualium, qui gigantes, ac proceres in virtute, ſanctitateque, omnia eſſe prægrandia, immenſæque molis, quorum omnium origo ſcelerum, quia dum filias vident hominũ, quãdo non ſibi in vxores, quia non poſſunt, eligunt in concubinas; hinc mõſtra hinc Eccleſiæ ruina; hinc Dei ſtomachus, ac ſuper Iſrael tædium; & ſecundo peccata ex conſuetudine omnia eſſe grandia, hoc eſt vt ait Bachiarius, *enormia & vltra naturam peccaminoſa.*

Philo. *Ioſephus.*

14. Peccata ſpiritualium virorum omnia vt plurimum grandia.

Hinc talia difficillima curatu, quia & ſi per confeſſionem, vt cætera expientur, tamen quia ex conſuetudine radices intus altas fixerunt repullulant, & ipſamet conſuetudo quaſi funis in hominis retorta pedibus, ſic eum ſtringit, & ligat, vt & ſi poſt pœnitentiam, tamen vt inſtrumentum adeſt dæmonis, vt ad ſe eum attrahat, quod eleganter ſignificauit Baldad Subites Iob amicus c. 18. num. 8. de impio loquens; *immiſit enim in rete*, ait, *pedes ſuos, & in maculis eius ambulat*, hoc eſt peccatis ſe irretiuit, non ſemel, nec bis, ſed frequenter ambulans in illis, quid inde? *tenebitur planta eius laqueo*, Lyra. ex Anſelmo, hoc eſt *conſuetudine mala*, qua circũligatus facile ad ſe eum iterum attrahet inimicus; hinc tales quando ſic peccatis labuntur, vt grauiter peccare incipiant, non in illa incidunt per tranſennam, ſed animo iterãdi, ſeu ſe diu delectandi, vt pote qui amorem, reciprocamque incipiunt malam correſpondentiam, quaſi ex tunc iam in peccatis aſſueti, ſic difficile curantur, vt diabolo reſeruentur ad pompam, quando cito non occidantur; quod ſimiliter & illis accidet, qui ſic, vt ſup. diximus, in peccatis aſſueſcunt, vt facillime poſt confeſſionem ad vomitum redeuntes, quaſi pœnitentiam non egiſſent, de vno in aliud incurrunt peccatum. Vnde in continua reperiuntur conſuetudine peccandi; ad quid iſti reſeruantur? profecto ad diaboli pompam, vt peccatis ſaginati crudeliter poſtea occidantur; hoc enim mihi videre videor in turpiſſimo, inceſtuoſoque Ammon, dum ſic turpis, ac vecors, vt poſt talem perpetratam luxuriam, qua ſe, fratres, domumque deturpauerat patris, quaſi nil egiſſet, ad luxuriam temulentiam adiecit, totus in conſuetudine peccandi immerſus; quid ergo & ſi non ſtatim à Dauide occiſus, tamen ſaginatus ad pompam, vt poſtea crudeliter ab Abſalone interimeretur 2. Reg. 13. ſic equidem, ſic, ſine fræno peccantes, & peccata peccatis adiicientes, & ſic incipientes peccare, vt ex animo perſeuerantiam ſpondeant, ſic de illis, ac de Ammone credendum

15. Difficillima curatu peccata ex cõſuetudine & eur.

Iob. 18. c. 8.

Lyra.

16. Peccantes ex conſuetudine reſeruantur ad diaboli pompam.

Auguſt.

2. Reg. 13.

credendum, dum ſic in concupiſcentia ſororis ardebat; reſeruantur, amice, ad diaboli pompam, vt ab illo occidantur, ſicuti Ammon ab Abſalone; Quod conſiderauit rectiſſimè idem Bachiarius vbi ſup. dicens: *Qui verò captus in rete vitiorum, & patienter inimicis ſuis hoc eſt venatoribus acquieuit, donec etiam reeludatur in camea, & ibi longo temporis ſpatio ſaginetur ad pompam: tunc maxime principalibus ſaculi* (dæmonibus videlicet) *cum occiſus fuerit placiturus eſt.*

27. Dauid cur non interfecit Ammõ ob inceſtum cum ad id teneretur.

Sed pendo, cur à Dauide non interemptus Ammon, eo vel maximè, cum teneretur eum ex iuſtitia interficere, vt ſentit Abulenſ. in hunc locum contra Lyran. quæſt. 9. Scriptura apertè cauſam affert, ſummam patris in filium dilectionem num. 21. *Cum audiſſet Dauid Rex verba hæc nolnit contriſtare ſpiritum Ammonis filij ſui; quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei*; Quid ex hac patris indulgentia? profecto dira filij mors, vt rectè obſeruat Abulenſ. vbi ſup. quæſt 10. *Ob hoc autem videtur, quod Deus tradiderit Ammon occidendum per manus Abſalonis, quia Dauid nolnit eum inſti: occidere*; vt remiſſiorem Regis iuſtitiam crudelis emendaret frater, & ſic duos filios ſuſtineret remiſſus Rex iniquos, dum ſi iuſtitiam exercuiſſet non niſi vnum, ex intermiſſa iuſtitia peccata non extinguens, ſed augens, & dum vnam domus ſuę diſſimulare vult iniuriam, cogatur ſuſtinere duas, inceſtum, fratricidium; Audiant hoc principes in iuſtitia remiſſi ſiue ob ſanguinem, ſiue ob amicitiam; diſſimulatione enim non extinguuntur, ſed augentur peccata, & ſimul delinquentis non abſoluitur, ſed differtur pœna, eo durior, quo à potentiori, quo à ſummo, rectóque iudice deo. Sanchez hîc pro ratione affert ipſum Dauidis prius peccatum, quaſi timeret corrigere in filio, quod ipſe prius patrauerat pater, quia vt ipſe ait, *Sicut conſcientia ſecuritas libertatẽ, ſic remorſus timiditatem parit*; Poſſibilis hęc ratio, & ad mores proficua: nam videtur aliquos non vt Dauid iam pœnitentes, ſed in peccatis actu totos immerſos, ſic in peccantes ſeueriores, liberos, ac immites, vt quaſi puniſſimi ſic ſæuiũt, non ſecus ac ferociſſimi leones, non animaduertentes illud quod D. Hieron. ait epiſt. 16. ad Principiam. *Erubeſcit quamuis præclara doctrina, quem propria conſcientia reprehendit.* Sed iam ſcio vnde illis talis tremor; acerbitate, namque imperij reprehenſionis, ac notationis peccata ſua tegere volunt, quaſi innocentes dum ſic aſpere reprehendunt; *Non deſunt aliqui adulteri-ni præſules*, prudentiſſimè ait Nazianz. orat. 21. de laudibus Athanaſij, *qui acerbitate imperij peccata ſua tegant*, non ſic Dauid, qui in peccatorem filium non exarſit, ſe conſiderans, ſuaque malefacta, ex illis non deterioratus, ſed melioratus, dum ſicut quando peccator totus in iram, ac furorem contra vnius tantum ouis latronem; vnde ad Nathan, *Vinis Dominus, quia filius mortis eſt, qui huiuſmodi rem fecerit*, 2. Reg. 12. num. 6. Non ſe conſiderans, quia homicida vxorem abſtulerat alienam, ſic poſt peccatum pœnitens ſeipſum ante oculos ſemper obuerſans, neque filium reprehendere præſumpſit, & ſi fratricidam; at Bachiarius vbi ſup. huius rei illam affert rationem, quia ſcilicet contritum, ac facti pœnitentem filium vidit pater; ita vt ſi ſuper dolorem dolorem adderet, timuit, ne triſtitia ſpiritum filij obrueret, quod ſanè indicare videtur Scriptura, dum ait: *Nolnit contriſtare ſpiritum filij ſui*, alias ex ſe contriſtatum, vt benè adnotat Lyra; nam ex facto, & ex turpitudine illius ſic dolebat Ammon, vt infirmus iaceret: *Nolnit*, inquit Lyra *pro tunc, quia erat debilis, & infirmus, & dolens de facto.* Vnde rectè Bachiarius pœnitentiam monacho illi lapſo perſuadens ad quem ſcribebat, ſic ait: *Imitare illum Ammon Danidis filium, qui cum in ſororis ſui ſtuprũ illicita flamma calniſſet, poſt modũ eam magis exoſus eſt, quam amauerat ante, & pro hoc facto occiſus eſt à fratre, quia agnita culpa erroris non manſit in crimine, vnde etiam ſuſpicamur Danidem ei non fuiſſe commotum, quia cito vidit eum in pœnitentiam rediiſſe.* Pende ſingula, non interfecit eum Dauid, quia cito ad pœnitentiam reddijt; ſed cur poſtea ab Abſalone occiſus? ſiue cur Deus in pœnitentem illud permiſit? Sanè, amice, quia ad genium recurrens cito poſt pœnitentiam ad peccata redijt, vnde nec apud fratrem inebriare ſe timuit, ob id rectè idem Bachiarius eidem lapſo conſulens ſequitur: *Vnde etiam ſi manſipulam fornicationis enaſeris, non te ebrietatis laqueis credas, per quos animos irati Abſalonis incurras, quia luxuriæ, atque ebrietati quædam ſibi in vitiorum natiuitate germanitas eſt.* En amice, quod dicebamus, conſuetudo peccandi ſic ex ſe difficilis eſt curatu, ſic Deo inimica, & offenſa, vt & ſi per pœnitentiam aliquando peccata tollantur, tamen ea remanente, & non penitus abſciſſa, non è laqueo per pœnitentiam eripiuntur, ſed rete conſuetudinis remanente, ac in fouea malæ aſſuetudinis retenti non ad gloriam, ſed ad pompam reſeruantur inimici, vt occidantur, non ſecus ac Ammon reſeruatus, non ad vitam, ſed ad mortem, ſed ad Abſalonis triumphum.

Lyra.

31. Ammon occiſus ex reincidentia peccati ex mala conſuetudine.

Abulenſ. 28. Qualis ei ob illud ſub ſeuera pœna ad exemplũ principium in iuſtitia remiſſorũ.

Sanchez. 29. Peccatorum frontoſitas dum ſeuere alios reprehendunt ſe non conſiderantes.

Hieron.

Nazianz. 30. Dauid vt profecit ex peccato peracto, in humilitate.

2. *Reg.* 12. *num.* 6.

Immo pendo Abſalonis ſilentium in hac re; *Porro non eſt locutus Abſalon*, ait Scriptura vbi ſup. num. 22. *ad Ammon nec malum, nec bonum*, vnde tantum ſilentium? in retam graui? ſuſtine pauliſper donec rationem expendam, cur etiam & ſilentium indixit ſorori, cui eiulanti, & clamanti dixit: *Nunquid Ammon frater tuus concubuit tecum?* Quod cum reſciſcet illico adiecit, *ſed & nunc, tace ſoror, frater tuus eſt*; Primum quod pendo eſt, vnde Abſaloni ſuſpicio concubitus fratris? Res ſic horrenda, & exorbitans, vt nec in mentem deuenire poſſit humanam: nam & ſi aſperſam cinere ſororem, diſruptamque in ea talarem tunicam, atque plorantem videret, certè aliæ, aliæq; ſupereſſe poterant cauſæ, aut alicuius infortunij, aut alicuius alterius mortis, & aliæ ſimiles; vnde ergo hic tale, tantumq; potuit ſuſpicare facinus, ſorore tacente? Sanè, quia vt rectè ait quidã *ex ſuo genio, & natura ad libidinẽ prona, quam nõ facilè ab omni cõcrebat intemperãtia coniecturã capiebat, vt de fratris ingenio indicaret.* En omniũ temerariorũ origo iudiciorum; ſuſpicamur mala, quia mali, & horrẽda, quia talia patrauimus, & dũ nos iniquos, etiã peſſimos alios iudicamus; at qua ratione ſororẽ ad ſilentium adduxit Abſalon in re tam graui? Sanè illa;

Sanchez. 32. Iudiciorum temerariorum origo vnde.

Digitized by Google

frater tuus eſt, potiſſima, ac vnica equidem ratio, quare tacenda omnino fratris peccata, quia frater eſt eo vel maximè ſi religioſorum ſunt, aut Eccleſiaſticorum, nec mihi dicas quia publica iam, & parum refert, cum & ſi publica, tamen tanta tibi fratris æſtimatio facienda, vt non ſolum non loqui, ſed ſummo teneri deberes deſiderio, vt non eſſent publica, immo vt ſic alto premerentur ſilentio, vt nullus amplius de eis eſſet ſermo; die mihi qualis res amplius ſonora, magis publica, quam Saülis interfectio? dum in prælio, in campo, in die coram exercitu, & tamen ſanctus Dauid, 2. Reg. 1. n. 20. de ea ſic eiulans, ait: *Nolite annunciare in Geth, neque annuncietis in compitis Aſcalonis, ne fortè lætentur filiæ Philiſtiim, ne exultent filiæ incircunciſorum.* Si res tam publica, vnde hoc præcipit Dauid? Pulchre Abulenſ hîc quæſt. 14. affirmat, hoc nõ dixiſſe Dauid, *Iubens, vel conſulens, ſed ſolum ex affectione, quaſi diceret, ô vtinam nunquam annunciaretur calamitas noſtra in Geth.* Exemplũ tibi præſtans ex hoc, ſimul & doctrinam, vt & ſi publicus ſit fratris lapſus, ſilentio tamẽ premas, eo vel maximè quis ſcit ſi aliqui inter illos ſint neſcientes; ob hoc equidem acutè idem obſeruat Abulenſ. non dixiſſe Dauid, ne fortè lætentur Philiſtiim, ſed *filiæ Philiſtiim*: nam cum iſtæ non in prælio fortaſſe illud ignorabant, vt inde diſcas æſtimationem fratris, famam, ac honorem ſic apud te pretioſam æſtimandam, vt ſufficiens ſilentij ratio ſit, ne vnus tantum ſciat, quod omnes, & ne apud vnum nouiter infametur, & ſi apud omnes; hinc rectiſſime Abſalon ad ſororem: *Tace, quia frater tuus.*

At cur ipſe tacuit? cur nec bonum, nec malum dixit? Sanè non ex amore, ſed *ex odio*, vt ait Scriptura, & perfidus frater ſic tacuit, vt biennium expectaret, ad hoc vt ſecurius interficeret, & vt præteriti peccati frater oblitus ſecurè ſibi ſe permitteret, vt rectè obſeruat hic Abulenſis quæſt. 15. hinc occiſus ex tempore temulentus, & ſine voce; vt hinc diſcas dæmonis æſtus, qui ad tempus tacet, & ſi pœnitentem aſpiciat peccatorem; vnde non illico poſt pœnitentiam illum tentat, ac premit, ſed ſinit, non equidem ex amore, ſed ex odio, vt ſecurius poſtea ex antiqua conſuetudine ad peccata iterum retrahens occidat, ac interimat ex tempore, & ſine vlla pœnitentiæ voce, quæ propria peccatorum aſſuetorum mors, Luc. 12. num. 20. *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, hæc quæ congregaſti cuius erunt?* Pendo de morte, & morte intempeſtiua, Chriſti eſſe ſermonem, vnde ſuperius dixerat; *Cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt*; poſt quæ, vt rectè admonet Theophilact. ad illud probandum parabolam hanc ſubdidit; Ergo huic mors prænunciata, & equidem tempeſtiua, illa ſcilicet nocte, audiſti aliquam huius pœnitentię vocem? profecto nullam, vnde? Sanè quia auaritię aſſuetus nil amplius cogitare poterat, nil amplius eloqui, niſi de lucro; nam vt idem ait Baſil. hom. 6. in hunc locum, *Auarus non meminit communis naturæ*; vnde ſapientiſſime conſulit Bachiarius vbi ſup. poſt lapſum ſtatim nos debere reſurgere, ne à conſuetudine oppreſſi mala, pœnitentiæ in nobis extinguatur ſcintilla; vnde non ſecus ac huius intempeſtiua nobis intimetur ſententia, vnde fratri lapſo conſulens, ſic ait: *An forſitan ſuggeſſerat tibi ille ſapientior omnibus beſtijs, & conſiliator antiquus, quia poſſis iſtam pœnitẽtiam, quam ſuademus tibi in ſenectute tua agere, ſed tunc extingnas Euangelicam ſcintillam humore vitiorum, quæ de illo totius libri igne procedit vbi ait: Stulte hac nocte.* Egregiè, vbi adnotanda illa, conſuetudinem humorem appellare vitiorum, ſcintillam admonitionem Euangelij, inſpirationes, mortis tandem timorem; ducta enim ſimilitudo eſt à candela accenſa cuius flammam nondum ardentem, ſed recentem, ſi ceræ ſuperfluit humor, extinguit, non accendit, ſic vt nec fumigans quidem remanens, totus ex tempore, ac in momento ignis extinguitur; ſic equidem ſic aſſueti in malo peccatores, dum ſcintillam obtinent ſanctarum inſpirationum, humore prauæ conſuetudinis ſic extinguntur, ac pereunt, vt ex tempore ſit ſine voce, non ſecus ac ſtultus iſte, de quo loquitur Euangelium; ob hoc equidem ad tempus vti alter Abſalon cuius figuram gerit dæmon, vt ait Lyra. in ſenſu morali ſilet, vt altius poſtea feriat, & repentè interimat, qui diu in malis viuere non curauit, cum certo certius, nullum diabolum vincere, niſi in bonis aſſuetum, & malè de victoria alicuius augurandum, ſi in virtute non continuus.

Hoc equidem pendo in prudenti illa obiectione Saülis ad Dauid, quando iſte interempturum ſe gigantem ſpondebat, 1. Reg. 17. n. 33. *Non vales reſiſtere Philiſtæo iſti, nec pugnare aduerſus eum, quia puer es; hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua.* Pendo in quo vim poſuit Saül rationis, non equidem in viribus gigantis præſtantioribus, ſed in conſuetudine bellandi, vnde non dixit, tu autem puer es; hic autẽ vir fortis, ac robuſtus, ſed *vir bellator ab adoleſcentia ſua*, conſuetudinem exprimens bellandi, vires negligens, quia ad vincendum fortior illa, quàm iſtæ; vnde conſequenter impoſſibilitatem victoriæ, non equidem ponderauit ex Dauid pueritia, ſed ex non conſuetudine bellandi; tunc illum contra Philiſtæum præliari permiſit, quando aſſuetudinem intellexit cum feris Dauid dimicandi, prudenter æſtimans facilè hominem victurũ, qui beſtias erat aſſuetus; Vnde illico ipſe ad Dauid, *Vade, & Dominus tecum ſit*; ſic equidem pari modo cum Iacob Deus prælliaturus illud militiæ genus cum illo elegit, quo præuidebat Iacob ſuperaturus, ad hoc enim veniebat, non vt vinceret, ſed vt vinceretur, Gen. 32. nu. 25. *Ecce vir luctabatur cum eo vſque ad mane*, cur hoc potius, quàm alterius militiæ genus elegit? Alij alias afferent rationes, ſed mea ſententia illa potiſſima, quia in lucta aſſuetus Iacob non ſolum in iuuentute, ſed etiam antequam naſceretur, dum adhuc in vtero matris cũ fratre luctabatur Gen. 25. n. 22. *Sed collidebantur paruuli in vtero eius*, vt inde ſcias certiſſimum quod aſſerimus, illũ de diabolo omnino victoriã relaturum, qui aſſuetus, cum conſuetudo niſi conſuetudine non vincitur, non ſuperatur.

Mirum vt potens Moſes cõpendioſori via populum ducere in promiſſionis terrã, vtpotè triũ dierum ſpatio, noluerit niſi per quadraginta annos, aut ſi mauis potens illum Deus efficere in momento noluit niſi per tẽpus, & tẽpora, quæ ratio? alibi multas adduximus, nunc accipe vnã, & ſenſatiſſimam D. Petri Apoſtolorũ principis relatã à Clemente Romano 1. Recogn. apud me

93. Peccata fratrum & maximè religioſorum ſilentio ſunt premenda etiam ſi publica, & cur.

2. *Reg.* 1. *num.* 20.

Abulenſ.

Lyra.

37. Ad vincendum dæmonem conſuetudo neceſſaria bona.

1. *Reg.* 17. *num.* 33.

34. Dæmon poſt peractã pœnitentiã non illico tentat, & cur.

Luc. 12. *num.* 20.

Theophyl.

35. Peccatis aſſuetus in morte nil aliud cogitabit niſi de eis.

Baſil.

Bachiar.

36. Cur poſt lapſum ſtatim pœnitentia agenda ratio efficax.

Geneſ. 32. *num.* 25.

38. Deus cur ad prælliandum cum Iacob luctam potius elegit.

Ibid. c. 25. *num.* 22.

39. Conſuetudo conſuetudine ſuperatur.

Clem. Roman.

40. Deus cum per quadraginta duxit populum per desertum annos.

pag. 10. *Iter breuissimum*, ait, *quod fert de Ægypto ad Iudæam relinquens* (Moses scilicet) *per longos eremi plebem ducit anfractus, vt quadraginta annorum exercitijs mala quæ eis ex Ægyptiorum moribus vsu longi temporis inoleuerant, in nouationem mutata consuetudinis aboleret.* Pende singula, quia ne longius sim ea desero, & dum aspicis Deum ipsum consuetudine bona, malam eripere, intellige illud esse medium vnicum, vt excellenter etiam dixit Chrysost. homil. 26. ad populum Antiochen. *Consuetude*, ait, *res difficilis est, vix abstrahi potest, vnde cum sit tanta eius violentia quando mala, eam in alteram transferenda est consuetudinem*; nam alias vix à peccatis immunes, ad antiquum redire virtutis iter poterimus; sicut è contra, si malæ consuetudini viriliter bonam opposuerimus, tales Dei gratia euadere nobis possibile, vt splendidiores quàm antea in viros euadamus virtutis, vt si prius, verbi gratia, carnales ex mala consuetudine, ex bona non solum casti, sed virgines, vt sic dicam, euadamus. Dauid enim mœchantem inuenio iuuenem; at senescentem sic castum, vt quasi virgo cum virgine dormiens non cognosceret eam 3. Reg. 1. Quale in hoc mysterium? Illud quod elegantissime pendit Bachiar. vbi sup. quia longa, & assueta castitas imitatrix est virginitatis, audi illum. *Dauid cum in adolescentia sua cum adultera deprehensus sit, in senectute cum virgine inuenitur, vt intelligamus, quod post peccatum longa castitas imitatrix est virginitatis.* Egregiè, & inde animum resumere potes, si te in malam incursum consuetudinem aspexeris euadendi, si bonam oppones, & diuino lumini non amplius te rebellem ex mala ostendes consuetudine, vt pessimi isti Ægyptij: nam alias sic durus, sic eris rebellis, vt isti, de quibus noster affirmat Sapiens tenebris obruti, quia contra Dei mandatum ex consuetudine peccandi rebelles, cæcutientes populum dimittere nolebant, vnde ait, *dum enim persuasum habent, &c.*

41. Bonæ consuetudinis vis quanta, quando malæ opponitur.

3. *Reg.* 1. *Bachiar.*

42. Castitas longæua virginitatis est iuppar.

Num. 3. *Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso oblitionis velamento dispersi sunt, pauentes horrende, & in admiratione nimia perturbati.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

TEnebrarum vnam suprà assignauerat caussam, oppressionem scilicet Hebræorum tyrannicam, qua eos impiè detinebant; nunc alteram, occulta scilicet, & eorum impia peccata, ex iniquo sensu nata, Deum scilicet occulta non videre, quæ de nocte fiunt non perspicere, testem nostrarum actionum occultarum non esse, contra quos in 1. tom. disputauimus homilia 12. & 17. Dignè ergo tenebris multati, qui horribiliter in tenebris peccarunt.

Et dum putant se latere, &c. Græc. *Latere enim putantes*, causam alteram cur tenebras sint passi explicat, vt diximus.

In obscuris peccatis, &c. Hoc est occultis, de nocte, & in secreto perpetratis; Cantacuz. de sacrificijs intelligit in tenebris dæmoniorum, quæ cap. 13. num. 23. vocata *obscura sacrificia*, turpia, & abominabilia, vnde Paulus ad Ephes. 5. num. 12. *quæ in occulto fiunt ab eis turpe est dicere*; quibus væ illud conuenit Isaiæ cap. 29. num. 16. *Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt quis videt nos? & quis nouit nos?*

Cantacuz. ad Ephes. 5. n. 12.

Isaias 29. num. 16.

1. Obscura peccata quæ.

Tenebroso oblitionis velamento dispersi sunt, &c. Iansen. intelligit de obfuscatione mentis, ob quam quid agerent prorsus nescirent, vel de reiectione à diuina memoria. Cantacuzen. de immemoria Dei in tanta vexatione, dum sic turbati extabant. vt Dei non reminiscerentur; planus, & literalis sensus est eorum, qui pro *tenebricoso oblitionis velamento*, ipsas intelligentes tenebras, vnum earum aiunt quod affirmat Sapiens malum, nempe dispersionem: Nam sic inter se, vt diximus, per tenebras Ægyptij extiterunt diuisi, vt non solum qui alias dispersi, sed quos inuenit coniunctos, & simul vno in lecto, dispersit, ita vt se inuicem videre vllatenus possent, ac si longè essent dissiti, horribiliter enim in tenebris detenti, spectris, ac visionibus territi, sic extra se erant, vt nec secum alloqui licet vna essent, nec tangi potuerunt, immo nec tactum percipientes, vnde dispersionem hic cum Castro intelligendam iudico, hoc est totalem diuisionem commercij, allocutionis, confabulationis, vnde ait:

Iansen.

Cantacuz.

2. Ægyptiorũ tenebræ cõiunctos diuidebat.

Castro.

Pauentes horrende, &c. Ex quo fiebat, vt inquit Abulensis Exod. 10. post quæst. 7. vt nec tantillum se mouerent, credentes statim se morituros, & grauiora subituros pericula, vnde totaliter memoriam amittentes, vbi cibi, vbi amici, vbi quæuis alia essent penitus obliuiscerentur. Quapropter immobiles veluti statuæ euaserunt, quod mirum videri non debet, ex timore enim aliquando fit, vt sic immobilis aliquis fiat, vt prorsus à duro non distinguatur lapide.

Abulens.

Cum admiratione nimia perturbati, &c. Effectum loco causæ substituit, admirationem causarunt spectra, phantasmata; hæc sic eos perturbarunt, vt vbi, aut vnde essent prorsus nescirent, obstupefacti, & extra se præ timore acti; cognosco hominem qui ex visione spectri vno tantum oculi ictu visi, sic immobilis permansit, vt ex vno non se mouit loco spatio amplius octo horarum, prorsus sui oblitus, & extra se factus, quid ergo quando hæc non vno videbant oculorum intuitu, sed permanenter, diuque? Hugo adnotat differentiam inter turbationem, & perturbationem: Nam iusti turbantur, sed non perturbantur, confirmat ex Bernard. qui sic: *Propter peccatum meum, grande turbatur conscientia mea, sed non perturbabitur, recordabor enim vulnerum Domini*; Moralis cogitatio.

3. Iustus turbatur, sed non perturbatur.

Num. 4. *Neque enim quæ continebat eos spelunca sine timore custodiebat, quoniam sonitus descendens perturbabat illos, & personæ tristes illis apparentes, pauorem illis præstabant.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

RAtiones pœnæ suprà enarrauit, nunc eius contra humanas industrias ineuitabilitatẽ, cum neque locus, neque ignis, neque ars eis proficere potuit magica, vt infra dicemus.

Neq; enim quæ continebat eos spelunca, &c. dubiũ inter Doctores, quid per spelunca quæ propriè latebra, penetrale, intimus est locus, latibulũ ob hoc dicta; & ratio difficultatis, quia cũ scriptura dicat immobiles extitisse Ægyptios, sequitur

Digitized by Google

nullo modo illas ad ſpelunoas effugiſſe, vt tenebras vitarent.

Bonauent. Bonauent. propriè intelligit ſpeluncam, locũ nempe abſconditum, ad quem vt grandinem, & ignem Ægyptij eu tarent ſeſe abdiderant; non *Lorinus.* placet Lorino, ratione in dubitationé adducta, nec mihi placeret, ſi vniuerſaliter de omnibus intelligẽdum eſſet; at quia poſſibile aliquos etiã tenebras in illis inuenille incluſas, ſiue ob rationem Bonauent. ſiue caſu aliquo, ideo ad vim tenebrarum amplificandam, & demonſtrandam exponit Sapiens, nec hos inibi fuiſſe ſecuros; Quapropter probabilis eſt Bonauent. opinio, *Caſtro.* quam ſequitur Caſtro, & me iudice etiã Hugo. *Hugo.* Cæteri omnes pro ſpelunca ipſas intelligunt tenebras, quæ ſic vndique miſeros cingebant, ac decludebant, vt in obſcuro immobiles permanentes, non ſecus ac in horrida extabant ſpelun- B *Liranus.* ca, ſic Lyranus, Lorinus, & recentiores; primus *Lorinus.* ſenſus magis mihi placet, ſi cum ſecundo iungatur; vnde veram intelligit Sapiens ſpeluncam, & ſimul ipſas tenebras.

Quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos. Græca, *Sonitus autem perturbantes eos circumſtrepebant*, ratio timoris in ſpeluncis, & tenebris, horribiles ſoni ex turbine, nimbo tonitrui inſtar excitati.

Perſonæ triſtes apparentes, panorem illis præſtabant, &c. Græc. *Larua truci aſpectu triſtes offerebantur*, *Cantacuz.* Cantacuz. triſtitiam non laruis dat, ſed perſonis, quibus illa oſtendebantur terriculamenta, vt eſſent ipſi demiſſis vultibus, & caligine, ac tenebris, ſtrepituq; perturbati illos non auderent attollere, ac defigere in obtutum earum; laborat Lorinus, vt hunc adaptet verbis *Lorinus.* ſenſum; ego non valeo, planus, & germanus eſt, & communis omnium qui hũc intelligunt locũ de laruis, ſpectris, dæmonibus ipſis apparẽtibus Ægyptijs; Inclinat Lorin. etiam de animabus ex præteritis plagis defunctis, à dæmonibus aduocatis ad intenſiorem timorem, & errorem; poſſibile, ſi aliqua fulciretur authoritate.

1. Animæ defunctorum à dæmonibus aduocatæ ad timorem concutiendum.

Liranus. Lyranus vult in ſomnis hæc Ægyptijs appa- *Carthuſ.* ruiſſe, Carthuſ. Holxoth, Bonauent. in imagi- *Holxoth.* natione, Abulenſ. Exod. 10 à quo Pererius, in vi- *Bonauent.* gilia, & in oculis etiam externis; Hoc vltimum *Abulenſ.* ſequor, nec obſtat illos fuiſſe omni luce priua- *Perer.* tos, cum vt infrà dicemus, ignem viderunt, ſed non ad ſolamem, quin potius ad ampliorem afflictionem.

De laruis, lemuribus, genijs, laribus, phantaſmatibus tractari hîc poſſet, ſi otium eſſet, & alia potius non intenderemus grauiora; videndus de hac re Del-Rio in diſquiſitionib. magicis, qui doctiſſime, & eruditiſſime de hoc loquitur, & Tiræus de apparitionibus, & dæmoniacis; Placet Lorinus, qui ideo hos ſimilibus laruis, & ſpectris iudicat punitos, quia veri Dei adorationem reſpuentes, dæmonibus, laruis, & ſpectris nefanda obtulerunt ſacrificia.

A

HOMILIA XCII.

Peccatorum occultorum pœna.

PRIMA,

Animi tenebræ, ſtupiditas, malaque non præſagire.

ET dum putant ſe latere in obſcuris peccatis, de mœris illis noſter ait Sapiens, peccantibus liberè, quia occulta putabant ſua mala, dum nocte ea patrabant, quid inde? condigna quidẽ ſecuta pœna, tenebrę horribiles, vt ipſamet nox, quam ad ſolatium ſumpſerunt, eſſet ad pœnã, ad tormentũ, & tenebris cruciarentur, qui à tenebris allecti effrænè peccarunt, vt inde intelligãt omnes, impoſſibile Dei effugere iudicium, nec B vllum inde per peccatorem ſolamen auſpicari poſſe, quia peccatum occultũ: nam etſi in tenebris illud apud homines, in meridie apud Deũ, & tenebris percutiet eum mentis horrẽdis, in horrenda permittens incidere mala tum culpæ, tum pœnæ, quod proprium talium eſt peccatorum.

Enimuero antiquorum error fuit deum noſtra neſcire, vnde Regius Pſaltes Pſal. 72. n. 11. *Dixerunt, quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?* imò & interrogatione in affirmationem tranſierũt, vnde Pſal. 93. n. 7. *Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob*; vt videas quàm plena periculis res, ſemel in rebus fi- C dei dubitationem admittere, cum inde facilis ſit tranſitus ad affirmationem; primo iſti de Dei prouidentia, ac ſcientia dubitarũt; at ſtatim inde affirmarũt, dicentes non eſſe ſciẽtiam in excelſo; hinc & ſi generaliter hoc, tamen ad modum hominis de deo concipientes, ſpecialius hoc de peccatis in nocte, ac in occulto factis affirmarũt, vnde apud Iſaiam c. 29. n. 15. & 16. *Væ qui profundi eſtis cordis, vt à Domino abſcondatis conſilium*; nota emphaticam locutionem, tales profundos appellat corde, hoc eſt cogitationibus altis, magnificis, ſubtiliſſimis, cogitantes, ac recogitãtes, quomodo ſuum conſilium, actum, ac patratum à Domino abſcondere poſſent, & poſt multa cogitata, diſcuſſa, ac examinata inuenerunt, ſi nocte patrarentur, quaſi Deus non videret quæ nocte, quæ in ſilẽtio, ac in occulto, vnde ſequens ait: *Quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos?* Hinc rectiſſime Cyrill. *Cyrill.* Hieroſolim. catechet. 4. ideo affirmat quod ne- *Hieroſol.* gato Deo vero alij ſolem, alij lunam aſſerebãt, vt D ſi per diem malè aut ſi per noctem, ſine Deo vi- 2. Alij ſoli, alij lunæ diuinitatem tribuunt, & cur. dente eſſent, ac ſciente; *Cum itaq; aberrauerint quidã*, ait, *ab vno Deo, diuerſimode multi ſentiebant, ac alij quidem ſolem ponebant, vt occidente ſole, noctis tempore ſine Deo eſſent; alij vero lunã, vt in die Deum non haberent.* Suam in hoc ponentes verſutiam, ſiue vt inquiebat vates, cordis profunditatem; hinc ad talem, tantamq; vecordiã profundiſſimæ tenebræ ſecutæ; vnde clamat Paulus, & dicit: *Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum*, ad Rom. 1. n. 21. quaſi propria talium pœna ſit mẽtis cæcitas. Audi Paul. 2. ad Cor. c. 4. nu. 4. *Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti.* In quo loco Chryſoſt. Anſel. Theodor. Beda, per Deũ huius ſeculi Deum verũ intelligunt; at cur excæcauit? quia vt rectiſſime Archelaus Epiſcop.

Pſal. 72. num. 11. *Pſal. 93. num. 7.*

1. Periculoſa res in rebus fidei dubitationem ſemel admittere.

Iſaiæ 29. num. 15. & 16.

2. Cor. 4. num. 4. *Chryſoſt.* *Anſelm.* *Theodor.* *Beda.*

Digitized by Google

apud Dio. Cyrill. Hieroſolymit. Catechef. 6. *Vbi ſpontanea pranitas, ibi & impedimentum gratiæ.* Infideles erant ſponte peccantes, in occulto quaſi non adeſſet Deus videns, merito in pœnam excæcati. Vnde ob id Paul. ſupr. num. 2. ſuam contra iſtos ſtatuens iuſtitiam, ac diuerſi modam viuendi normam, ait, *ſed abdicamus occulta dedecoris*, quaſi diceret, nos ſecundùm Euangelium viuentes, ſic Deum viuentem credimus, vt occulta apud homines dedecora etiam vitamus, credentes Deum nos videre; at ipſi non ſic non occulta euitant, quia Deum non videntem, ac cæcum credunt; hinc merito à Deo ſæculi authore excæcati in pœnam, ſic fatui mẽte, vt dum occultè ſit dedecus nil aliud curant; hinc ſicut ipſi veluti à Deo oculos eripiunt, ne videat, ſic illis Deus infatuos reddit, vt nec culpam ſuam quam ſecreto, & in nocte patrarunt, occultare, aut defendere ſciant.

3. Infideles iuſtè in pœnam excæcati.

Enimuerò ſic Chriſtianus, ſic ſapiens animatus deberet eſſe homo, vt quando nullus eſſet Deus videns, nullus homo, immo quando nec præmium, nec pœna, peccatum, infandumque nullo modo ob ſuam tantum deberet admittere turpitudinem; hinc aurea illa Senecæ, & ſi Gentilis vox, *Etiam ſi ſcirem homines ignoraturos, & Deum ignoſciturum, tamen peccare nollem ob peccati turpitudinem*; Quod elegantiſſime dixit Ambroſ. lib. 2. Officior. cap. 3. ad annulum alludens Gygis, quo ipſe omnes videns, & à nemine viſus ſtuprum cum Regina committens, Regem occidens in Lydiæ euaſit principem; de qua re Herodotus lib. 1. & Cicero 3. de Officijs; *Da hunc annulum ſapienti*, ait Ambroſ. *vt beneficio eius poſſit latere, cum deliquerit, non minus fugiet peccatorum contagium, quàm ſi non poſſit latere*; Cuius rationem perbelle addens ſequitur; *Non enim latebra ſapienti ſpes eſt impunitatis, ſed innocentia.* Pulchrè, latebra ſapientis innocentia; at cum quantumuis peccatum occultum committat in innocentia ſe abſcondere non poteſt; ideo & ſi occultiſſime nunquam peccat, ob quod verè ſapiens; at ſtultus, ſit occultum, & liberè peccetur; hinc non tantum Deus illum, ſed ipſe ſe obcæcat, vt rectè Archelaus Epiſcop. vbi ſup. ponderans cur Chriſtus dixerit, *Propterea in parabolis loquar, vt videntes non videant*, Matth. 13. num. 13. *Non quod edidiſſet illos volebat ne viderent, ſed quod oculos ſuos ipſi obſtruxerunt.* Hinc penitus cæci, quia Deum videntem non timent, nec poſtea iuſto eius iudicio ipſum crimen occultare ſciũt.

Seneca.

Ambroſ.

Herodot. Cicero.

4. Peccatum & ſi ſecretũ deteſtabile.

Archelaus. Matth. 13. num. 13.

5. Peccator ſuæ cæcitatis cauſa.

Hoc equidem pondero in vecordibus illis Suſannæ ſenibus Daniel. 13. n. 20. *Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt, & nos in concupiſcentia tui ſumus, quamobrem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum.* Pende dicta, & intelliges hos ad peccandum prõnos, quia Deum videntem non conſiderabant; concupiſcentia enim ſic eos dementarat, immo obcæcarat, vt euertentes ſenſum ſuum, *Declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum*, hoc eſt Deum ipſũ, vt vult Maldonatus, qui nomine cæli ſæpè in ſcripturis appellatur Matth. 21. num. 15. *Baptiſmus Ioannis vnde erat? è cælo*, hoc eſt à Deo, Luc. 15. n. 21. *Pater peccaui in cælum & coram te*, hoc eſt in Deũ, & alibi ſæpè; dum ergo Deum aſpicientẽ non timuerunt, ſecreto ſibi in concupiſcẽtiam exarſerunt, ſic vecordes poſtea in conſtruẽda fuerunt calumnia, vt ex ore ſuo conuincerentur, ſic ſtolidi, vt ſi iudicium apud multitudinem fuiſſet, ex ipſamet ſtropha falſum conuincere poterant, vnde rectè à Daniele fatui appellati num. 48. *Sic fatui filij Iſraël non iudicantes, neq; quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiã Iſraël;* Sic enim dixerunt, *Cum deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis, & clauſit oſtia pomarij, & dimiſit à ſe puellas, venitque ad eam adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit cum ea: porro nos cum eſſemus in angulo pomarij videntes iniquitatẽ cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter miſceri, & illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis oſtijs exiluit.* Si in pomario deambulabant, ergo nõ in angulo, ergo ex ſonitu, ex ſtrepitu, ex deambulatione ipſi prius ab adoleſcente abſcondito viſi. Secundò, ſi cucurrerunt, quomodo viderunt eos pariter commiſceri; certè ex leuiſſimo ſonitu, & vix ipſi pedẽ amouiſſent, ac cõmiſcentes ſe dereliquiſſent; Tertiò, ſi iuuenis illis fortior, cur eos non occidit; cur Suſannam non liberauit? En quo modo mentiti in caput ſuum, ipſimet ſe prodiderunt, ab ipſamet ſua obcæcati malitia; ſed vlteriùs interrogati ſub qua arbore viderint eos *colloquentes ſibi*, vnus reſpondit, *ſub ſchino*, alter *ſub pino*, in quo loco placet primum adnotare modum loquẽdi Danielis, ſic à ſenibus diuerſum illi, *venit adoleſcens, & concubuit cum ea, & vidimus eos pariter commiſceri*; At Daniel vbi viderint colloquẽtes, ait: vnde concubitus colloquium? Sanè ex modeſtia Daniel virgo illa vſus loquela quæ puriſſimo decebat, ſenes impuriſſimi, quę impuriſſimis; vt inde diſcas iudiciũ ferre de hominib⁹, ſic ſunt vt loquũtur, & dic impuriſſimos, ac obſcœniſſimos, & ſi religioſos, ſi impurè loquantur; & ſi ipſi ſciebant falſum dixiſſe, cur reſponderunt? cũ nec notare arborẽ, nec illam aſpicere tenerẽtur; & ſecundò, ſi ex condicto ſimul ſtrophẽ ordiri, cur hoc non aduerterunt, interrogationem præuenientes? Sanè amice, quia vt dicebat Archelaus Epiſcop. *vbi ſpontanea pranitas ibi impedimentum gratiæ*; ac proinde à Deo derelicti, dũ ipſum videntem non timuerunt, eos ſic ſtolidos reddidit, vt ſemet proderent, imò quod ex ſuomet ore ſententiam contra ſe mortis pronunciarent; quod valdè notandum in hoc facto.

6. Deum præſentem non conſiderare cauſa peccati. Maldon.

7. Peccator ſui ipſius proditor.

Attende ad quæ ſum dicturus: ſic Deus hos obcæcauit, vt non ſolum peccatum proderent, ſed etiam ſententiam, vt inde videas quam parũ fidendũ in occultatione peccati: nam dũ nullus adſit iudex qui iudicet, cõdignamq; promat pœnam, iuſto Dei iudicio fit, vt ipſimet contra ſe eam delinquentes dicant: de arbore ergo interroganti Danieli, vnus reſpondit *ſub ſchino*, alter *ſub pino*, quibus Daniel elegãti paronomaſia ludens ex eorum ore pandens ſentẽtiam primo dixit: *Ecce Angelus Domini accepta ſententia ab eo ſcindet te medium.* Secundò: *Manet enim Angelus Domini vt ſecet te mediũ, & interficiat te*, vnde hoc Daniel? ſeu vnde talem promiſit ſentẽtiam? Sanè ex eorum ore; primus ergo dixit *ſub ſchino*, quam arborem latini nominant *lentiſcũ*, quæ Græc. dicitur *ſchinos*, cui nomini habet agnominationem verbum Græcum *ſchiſo*, quod apud Latinos idem ſonat quod *dirumpo*, & *quaſi ferra feco*, vt optimè Perer. in hunc locum; Secundus verò dixit *ſub pino*, hoc eſt ſecundum

8. Caſtitatis obſeruator caſta vtitur loquela, è contra impuri.

9. Peccator contra ſe dicit mortis ſententiam. Pererius.

Latinos *ilex*, ad quod nomen agnominatio verbi Græci eſt *prio*. quod ſignificat *ſcindere, diuidere*, ergo illas hi arbores nominarunt mentiendo, quæ non ſolum ex mendacio eos conuicerunt, ſed etiam ſententiam genuſque mortis hi protulerunt; ipſi ex ſe eam contra ſe indicentes, proferentes; vt inde videas peccata occulta non ſolum ſe pandere, & ad illam hominem ſtultitiam adducere, vt ſe occultare neſciat, ſed etiam, vt contra ſe ſententiam dicat, ſcribat.

Quod etiam in Saüle conſidero; auaritia enim contra Deum peccans, dum demoliri pretioſa quæque Amalech contra Dei præceptum noluit, peccatum pallio diuini cultus diſſimulauit, 1. Reg. 15. num. 19. Vnde feſtinus Samuëli accurrens dixit: *Benedictus Domino, implaui verbum Domini*; immo eidem illum reprehendenti, quia vocem non audiſſet Domini, reſpondit: *Immo audiui vocem Domini, & ambulaui in via per quam me miſit Dominus, & adduxi Agag Regem Amalech, & Amalech interfeci; tulit autem de preda populus oues, & boues, primitias eorum, quæ caſa ſunt vt immolet Domino Deo ſuo in Galgelis.* At nunc vide quàm ſtupidus iſte in ſuo occultando peccato, vt verè dicas, propriam occultorum peccatorum pœnam, vecordiam, animique cæcitatem, *Implaui verbum Domini*; at ſi illud impleuit quod erat demoliri vniuerſa Amalech, interficere à viro vſque ad mulierem, bouem, ouem, camelum, & aſinum, Num. 3. & volebat quod hoc Samuël intelligeret, cur Samuëli in illo loco occurrit, vt vocem audire poſſet gregum, armentorumque, vnde ad ipſum Samuël, *Et quæ eſt hæc vox gregum, quæ reſonat in auribus meis?* Vecors! ſi abſcondere auaritiam, ſi Samuëlem decipere vis, occultaras greges, & nõ ſic illas tenuiſſes, vt ex eorum balatu mendaciũ illico aſpicere poſſet Propheta ſanctiſſimus, cur ergo illud non egit? cur ſic vecors? Sanè amice, quia propria occultorum peccatorum pœna, vecordia, ipſumque ex mendacio propalare peccatum. Secundò, dato quod oues palliare poſſet ſub ratione ſacrificij Deo ex primitijs, [illegible] ipſe aiebat offerendi, cur regem viuum appr[illegible]hendit? nunquid Deo erat ſacrificandus? & ſi [illegible]uum, cur ipſemet Samuël illum indicauit? quam adhæc excuſatio? hinc profecto conuictus cum ſuam palàm agnouiſſet auaritiam factam, planè tandem faſſus ſe peccaſſe, Num. 24. *Dixitque Saül ad Samuëlem, peccaui, quia prænaricatus ſum ſermonem Domini.* Hinc conuictus iam pridem perfidus iſte contra ſe ſententiam ſcripſerat, dum contra proprium filium mortis protulit, quia contra iuſiurandum parum de melle ſumpſerat, Ibid. cap. 14. num. 44. *Morte morieris Ionatha*, vbi adnota peccatorum genium, dũ in alios rigidiſſimi, in ſe mitiſſimi, peccata aliorum, & ſi minima, apud eos grandia, ſua nullius conſiderationis. Moriatur Ionathas, quia contra iuſiurandum patris parum guſtauit mellis ſer[illegible] ipſe qui contra Dei præceptum Amalech [illegible] deſtruxit; ô belle! Moriatur ergo perfidus diſſimulator, & quod amplius per manus Amalechitæ, dum còntra Dei præceptum non de melle, ſed de anathemate ſumpſit, maius in infinitum, quam filij peccatum, vti rectè obſeruauit Theodoret. quæſt. 34. *Idem quidem*, ait, *dum anathemate ſanxiſſet, vt nemo ſumeret cibum, aut potum, illum quidem, qui ex ignorantia decretum erat tranſgreſſus, voluit interimere; cum* A *Deus autem vniuerſorum Amalech ſubiiciſſet anathemate, non panca, aut parua aliqua, ſed plurima accepit ex anathemate, non fuit ergo parvum, ſed maximum peccatum.*

Quod ſimiliter in facto illo Dauidis conſiderare licet, quàm ſtultè ſcilicet ſe geſſit, & ſi alioquin vir prudens, vt ſuum occultaret peccatum, cum nullus ſic eum proderit. Primo enim ad requirendam Berſabeam non vnum miſit, ſed multos, 2. Reg. 11. num. 4. *Miſſit itaque nuntios tulit eam.* Vnde rectè quidam in hoc cæcitatem ex libidine obſeruat Dauidis, *Iam incipit*, ait, *Dauid oſtendere quemadmodum libido, quæ vitium eſt præceps omnino, & cæcum, illum expetterato pudore, atque prudentia cæcum reddiderit, &* B *excordem, quãdoquidem non dubitat animi vulnus tam fœdum, atque olidum nuntijs aperire*; Quod etiam breuibus dixit Chryſoſt. hom. 1. in Pſalm. 50. tom. 1. ponderans quod ſi Propheta eſſet Dauid, tamen concupiſcentia obcæcatus, *Rex putabat poſſe latere, nam & ſi Propheta, tamen concupiſcentia obcæcauerat eum*; Secundò, vt peccatum occultet, virũ vocat ea intentione vt cum vxore dormiens conceptus filius non ex Dauide, ſed ex marito habeatur; ſanè prudens conſilium, ſed cur Vriæ cibos miſit regios num. 8. *Et egreſſus eſt Vrias de domo Regis, & ſecutus eſt eum cibus regius*; ô bene, gregario militi cibos mittere regales, vnde illi tanta dignitas? nonne ex hoc amplius ipſe, quàm omnes ſuum propalabat peccatum, cum ex hoc facto, vt rectè adnotat Abulenſ. Vrias homo factus celebris. Tertiò, ſi occultare peccatum tantopere C deſiderabat, cur videns quod deſcendere in domum ſuam vir nolebat, non eum apud ſe retinens diu, ſic in aliquo officio occuparet, vt deſperato redditu in domum ſuam iret; ſed omnino cæcus, & in hoc vecors eum illico dimiſit, & inſuper coram ſe comedere iubens, eum inebriauit, non quotidiano mero, ſed vt adnotat Abulenſ. in hunc locum quæſt. 15. confecto ad inebriãdum, quo manifeſtè ſe rex prodebat, finemque ſimul, quem intendebat; tandem ſi literas miſit, cur per manus Vriæ? nonne facile vt eas videret? vnde tanta viro prudenti vecordia? Sanè amice, quia peccator, & peccator occultus ab eo iuſto Dei iudicio obcæcatus, quia talium propria pœna vecordia, & inſuper vt ipſimet contra ſe ſententiam ſcribant mortis, vti Dauid, qui iurans definiuit: *Viuit Dominus quoniam filius mortis eſt, qui fecerit hoc*, cui illico Nathan, D *Tu es ille vir*, Num. 7. 2. *Reg.* 12.

Hinc ſic miſeri peccatores ob talia peccata obcæcantur, vt ſecreti ſecuritate fiſi ſtolidiores ipſis fiant animalibus: nam iſta futurum interitum præſagientia ſe occultant, & ante tempus ruinam præuenientia, ſe præmuniunt; ſolus homo peccator cæcus, & vecors nil mali præſagit, nil timet, in ſecuritate malus; Mirum, quod Saluator de generatione illa peſſima diluuio deleta, pronunciauit, ſcilicet quod eo adueniente ſtabant ipſi edentes, & bibentes, Matth. 24. num. 37. *Sicut autem in diebus Noë, ita erit & aduentus filij hominis, ſicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vſque in eum diem quo intrauit Noë in Arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes.* In quo loco Matt. 24. num. 37.

1. *Reg.* 15. num. 19.

10. Peccator, ſtupidus in ſuo occultando peccato.

11. Peccator rigidus in alios, in ſe mitis.

Theodor.

12. Neſcitinialtus ſua occultare peccata; & ſi hoc ſtudeat.

Abulenſ.

Sanchez.

Chryſoſt.

d by Google

Chryſoſt. 1. ad Theſſ. cap. 5. n. 3.

13. Diſcat peccator ex animalibus ſuam præſagire ruinam.

veſaniam, ac inſenſibilitatem eorum peccatorum, qui in diebus fuerant Noë, taxauit, vt optimè Chryſoſt. homil. 78. in Matth. dilucidans enim locum illum Paul. 1. ad Theſſalonicenſ. cap. 5. nu. 3. *Cum dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus*; adnotans non dixiſſe Apoſtolum, cum fuerit pax, ſed cum dixerint, ſic ait: *Inſenſibilitatem eorum oſtendit, ſicut illorum, qui fuerant in diebus Noë, quando mala laſciniebant; non autem iuſta*; At vnde eorum inſenſibilitas? nunquid præſagire debebant diluuium? Sanè reſpondet Chryſoſt. quia Arcam fabricari videntes futurorum malorum præſagium, ipſi contemnebant; *Cum enim Arca fabricaretur praiacebat quidem in medio futura predicens mala; mali autem non credentes, ac ſi nullum fuiſſet futurum malum laſciniebant.* En inſipientia, ac vecordia ex peccatis, mentiſque obcæcatio, quam ſi conſideres pluſquam bellinam inuenies, quomodo? quia futurum diluuium præſagientia animalia ad Arcam occurrerunt, vt ſaluarentur, quod homines rationales neglexerunt, peiores in hoc animalibus; quod pulchrè adnotauit Diu. Alcinus de diluuio fatus.

Tantum decreta futuri
Vis valet, occultus brutis in ſenſibus ardet
Terror, & expellan agitat formidine mentem:
Aſt homines, quos ſors certi diſcriminis vrget,
Vicina nec morte pauent.

Egregiè, Arca futuri diluuij præſagium, animalia terret, homines vero peccatores minimè; vnde tanta ſtoliditas? Sanè amice, à peccatis, quæ ſic cor obcæcant, vt peius ſint quàm ipſa animalia, nil mali præſagiens.

1. Reg. 17. num. 41.

14. Homo malus animali peior.

Quæ ſtoliditas, inſipientiáque clarè in ſuperbiſſimo illo adnotatur gigante, 1. Reg. 17. n. 43. cui & ſi in peccatis totus natus, idololatra, ac peſſimus Dei blaſphemator, ac exprobrator ſic ſecurè ad prælium deſcendebat, vt animali peior, nil mali præſagiret; audi quid Dauid adoleſcenti oblatret, *Nunquid ego canis ſum, quod tu venis ad me cum baculo?* Socors, & totus à peccatis obcæcatus, nunquid non peior quàm canis? dum ſi canis equidem mortem ex baculo vel lapide præſagiret, atque ſe muniret fugiendo; at ipſe pluſquam canis ſtolidus, nil mali futuri præſagiens, ſecurus blatterat, *Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & beſtijs terræ*, quid inde ex hoc? miſere occiſus; Vnde egregiè Chryſoſt. hom. de Dauid, & Goliath, tom. 1. *Si canis fuiſſes nunquam dimicantem*, ait, *contra te Dominum prouocaſſes, ſed vt canis interitum futurum, & dignum ſupplicio metuiſſes, peior es cane, qui nec virgam metuis, nec lapidem quo moriturus es extimeſcis.* Egregiè, animalibus certè in hoc peior eſt homo; nam illa ex quodam naturali inſtinctu mala præſagiunt; hinc timent, ac non audent vt canis, ſi lapidem, ſi virgam cernat; ſolus homo ſtolidus, qui etſi contra ſe Deſi inimicum habeat, ſi contra ſe lapides, ſi virgam videat, nil mali præſagit, immo ridet, peccata non intermittens, quinimmo augens, immo de præſagio ridens, quæ maior vecordia?

Enimuero ſicut Dominus noſter eam virorum in diebus Noë apud Matth. taxauit, vt ſup. diximus, ſic apud Lucam & Sodomitarum cap. 17. num. 28. *Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth, edebant, & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & edificabant, qua die autem exijt Loth à Sodomis pluit ignem, & ſulphur de cælo, & omnes perdidit.* In quo loco excellens equidem eſt illa Bedæ adnotatio, Dominum nefandum peccatum Sodomorum prætermiſiſſe, tamen leuia commemoraſſe, & ſi de diluuio agebat igneo; quæ ratio? Sanè reſpondet, *Vt intelligas illicita quali pœna feriantur, ſi licita immoderatius acta igne, & ſulphure puniuntur.* Sed ad noſtra, iſti peccatores de inſenſibilitate etiam taxantur, quia præſagire etiam malum poterant, ſi vellent; vnde? ex cæcitate, immo ex circuitu quo inuenire domus oſtium ſatagebant: nam dum ſic circuibant, intendere profectò debebãt illos non ad finẽ conſummationis, vt inquit Bernard, ſed cõſumptionis accedere, appellat enim Bernard. Deum finẽ conſummantem, non conſumentem, tractatu de diligendo Deo, vnde elucidans illud Pſalm. 11. num 9. *In circuitu impij ambulant*, ſic ait: *ambulant naturaliter appetentes, vnde ſiniant appetitum, & inſipienter reſpicientes, vnde propinquent fini; finis dico non conſumptionis, ſed conſummationis; quamobrem non beato fine cõſummari, ſed cõſumi vacuo labore accelerant.* Egregiè, impij enim in circuitu carnalium deſideriorum ambulantes, dum ad eorum finem accedere ſatagunt, illum finem attingunt, qui eos conſumat, vrat, trucidet, necet, non qui conſeruet, beatumque faciat. Vnde rectiſſimè Auguſt. tract. 55. in Ioan. quomodo finis legis ſit Chriſtus, declarans, ait: *Finis perficiens, non interficiens, finis quouſque eamus, non vbi perueniamus.* In circuitu ergo impij dum ambulant obſcœna poſt deſideria, certè præſagire debent, ad finem eos tendere conſumptionis; at quia omnino vecordes ex peccato fiunt, non ſolum illud non præſagiunt, ſed præſagientes rident. En tibi Sodomitæ peſſimi domum Loth vallantes à primo vſque ad maximum cæcitate percuſſi in circuitu domus perambulantes, nec oſtium tamen inuenire potentes, ex hac cæcitate, ex hoc circuitu ſic ſtupidi vt ex illo nil mali penſitarent, nil infortunij autumarent, immo Loth ſanctiſſimũ præſagientem eis irriſerunt, Geneſ. 19 num. 14. *Egreſſus itaque Loth locutus eſt ad generos ſuos, qui acceperi erant filias eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco iſto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc, & viſus eſt eis quaſi ludens loqui?* Cur ſic? ſeu cur Deus ſic inſanire eos permiſit, vt ſanctiſſimo non crederent? Sanè reſpõdet Chryſoſt. *Quia è malo illo erant fermento*; Vnde ſic eorum exigentibus peccatis iuſto Dei iudicio, cui credere debuerant, eum ſubſannarunt; vt ex hoc intelligas pœnam eſſe peccatorum prædicanti, ac admonenti non credere, nullumque ſignum maius futuræ perditionis, quàm prædicatorem deridere, admonentemque ſubſannare.

Luc. 17. num. 28.

15. Leuia Deus peccata cõmemorat, prætermittit grauia & cur.

Beda.

Bernard.

Pſal. 11. num. 9.

16. Peccator vacuo labore finem appetit conſumptionis.

Auguſt.

Geneſ. 19. num. 14.

Chryſoſt.

17. Maxima peccatoris pœna prædicanti ac admonenti non credere.

Hinc ex hac parte, hoc eſt ex hac cordis ſtupiditate, dum malè agentes homines peccatores nil mali timent, peiores ſunt ex hoc quam ipſi dæmones; iſti enim ex malis quæ agunt futurum iudicium timent, immo quod mirandum, ſic ad præſentiam Ieſu extimeſcunt, vt delicta patrata repẽſando accelerationem pœnæ reformidant futuræ, præſagientes malum; non ſic autem homo: nam etſi in peccatis totus, nam etſi in

Digitized by Google

ceret, primum sapiens expoſcit, *Rex non hoc vole vt fiat*, ſcilicet vt aſcendat vmbra, *ſed reuertatur retrorſum decem gradibus* n. 10. vt longior profecto eſſet dies, vt lucis beneficium conferret mundo, non auferret; hinc rectiſſimè ſuã auſpicatus ſalutem augmẽtans, & legitime tum dies ſuos Deum augmentaturum, quãdo ſuis ipſe, & tunc profuſum cũ illo Deum, quando ipſe cum ſuis, quod expendens Nazianz. orat. in funere patris eleganter ait: *Deus ſimul Regem gratia, & miraculo ornat, & diei augmento, dierum augmentum confirmat.* Egregie, augmentaturus Regi dies Deus, profecto inconſonum, vt Rex ab eo non diei ſuis augmentum expoſceret, ſed breuitatem. Ergo dum multiplicationem ipſe appetit ſuorum dierum, à Deo expoſcat ſimul eam ſuis, intendatque omen ſuæ vitæ, beneficium, ac gratiam eſſe in ſubditos, vt inde ſciant Reges tunc longiſſime victuros, quando præbent, non quando auferunt, & tunc celeriter defecturos, quando potentia ſuos opprimunt, non ſecus ac miſeri iſti Ægyptij, de quibus noſter loquitur Sapiens, qui dum perſuaſum habebant potentia opprimere poſſe paupe-res, ipſi oppreſſi in tenebras inciderunt horrendas, *dum enim perſuaſum habent, &c.*

Nazian.

HOMILIA XCI.

Myſtologia tenebrarum Ægypti, & prauæ conſuetudinis malum.

DVm enim perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ, noſter ait ſapiens: in tenebras inciderunt horrendas; Myſtologiam harum tenebrarum multi, & graues authores multiplicem afferunt, Auguſt. ſeu melius Rabanus vt in gloſa ordinaria, pro his tenebris concupiſcentiam intelligunt vxoris alienæ, rationem, ac totum hominem offuſcantem, vnde Rabanus, *nonum præceptum, non concupiſces vxorem proximi tui, nona plaga, denſa tenebra, eſt enim quædam mœchia etiam in appetendo vxorem alienam, quando cuiuis non ſufficit ſua, etiam alienam tentare, vere denſæ ſunt tenebræ, nihil enim tam dolet patiens, nihil tam nolit pati faciens, qui hoc facit vere cæcatur furore horribili* cui ſimiliter accinit Proſper, vt apud Lyppom. in caten. dicerem, niſi abunde dixiſſem in 1. tom. de hoc malo Hom. 60. Rupert. in c. 10. Exod. illas applicat, & extendit etiam ad concupiſcentiam rerum, quæ omnino hominem obtenebreſcit, de qua nos etiam in 1. tom. Hom. 81. Orig. mentis Pharaonis tenebras, cæterorumque Ægyptiorum ex illis oſtendere autumat, ac proinde *obſtinatæ mentis cæcitatem*, Strabus *arcanum diuini iudicii, quo iuſtos miſericorditer ſalnat, impios iuſte condemnat*, Origen. item per illas obſcuriſſimas, atque impenetrabiles diuinæ prouidentiæ rationes, *de quibus dictum*, ait, *poſuit tenebras latibulum ſuum, quas illi, qui audaciter, & temere perſcrutari cupiunt, alia ex alijs afferentes, in craſſas, & palpabiles earum tenebras deuoluti ſunt.* In quas mea ſententia illi incidunt, ac inciderunt, qui de arcano prædeſtinationis, ac electionis ſecreto multa rimari auſi ſunt, & audent, modos, rationes, cauſas inquirentes, diſcutientes, argumentantes, iuſtitiam indagare cupientes, cur Deus aliquos ſaluet, aliquos condemnet, cur aliquibus gratiam præſtet efficacem, cum aliis neget, & ſimilia de gratia exquirentes ſubtiliter, ne dicam imprudenter, intellectum captiuare in obſequium fidei recuſantes, ob quod *obſcuratum inſipiens cor eorum* ad Rom. 7. & dum maieſtatem illam altiſſimam ſcrutari auſi ſunt, ab ipſamet gloria fuerunt oppreſſi, Prouerb. 25. Aliqui has intelligunt, & applicant ad peccatorem in nocte huius ſæculi fruſtra laborantem, de quare nos in 1. tom. Hom. 94. Hugo eas intelligit de pœnis inferni, & diuino lumine cuius ille incapax: de quibus Bernard. ſerm. 16. in Cantic. *paueo gehennam, contremiſco à dentibus beſtiæ infernalis, horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum, & vaporem, & ſulphur, & ſpiritum procellarum; horreo tenebras exteriores, quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt praueniam fletibus fletum, & ſtridorem dentium?* Toletus de tenebris eas idololatriæ intelligit ante Chriſti aduentum; alij apud Lorinum hîc de obſtinatis, rebellibuſque lumini diuino, quibus non beneficiorum prodeſt ignis, non inferni, non ſidera concionum, non inſpirationum lucernæ.

Vltimo tandem Lyppom. in caten. de vitioſis excæcationibus ex mala conſuetudine, quibus homines, preſſi in tenebras incidunt horrendas, quæ myſtologia, cum vtilior amplius cæteris arridet, quid enim mali peſſima non ſecum adducit conſuetudo? quod dum miſeri non aduertunt peccatores, ex interioribus mentis tenebris in hac vita, ad exteriores Inferni incidunt in altera: Sed audiamus Lyppom. *Per denſiſſimas quoque atque palpabiles tenebras deſignatur eorum, qui vitioſis conſuetudinibus preſſi ſunt deteſtabiles, & apertiſſima excæcationes interiores, qui nullam increpationem, ſuſcipiunt, nulli informationi acquieſcunt, nulla compunctione emolliuntur, nec à ſua pranitate flectuntur; immo in via perditionis quaſi immobiliter ſtant, infeliciter obdurati.* O equidem ingentia conſuetudinis prauæ mala! frontoſum reddit hominem ad increpationes, rebellem ad ſana conſilia, durum ad compunctionem, tandem immobilem in malo.

Frontoſum dixi quod mala reddit conſuetudo hominem; nam ex illa ad eum homo miſerum deuenit ſtatum, vt mala non amplius mala, neque vitia vitia, ſed virtutes reputet, ipſamque iniuſtitiam ſummam iuſtitiam: hoc equidem adnoto in peccato filiorum Heli, de quibus affirmat Scriptura quod eſſent *filij Belial, neſcientes Dominum, neque officium ſacerdotum ad populum* 1. Reg. 1. nu. 12. & 13. Hoc ſecundum pendo, quod Dominum neſcirent, quia eũ non obſeruabant, peccatoreſque erant: bene quidem; at quod cum eſſent ſacerdotes officium ignorarent ſacerdotum, difficille apparet. Breuiter reſpondeo, quod ſicut practicè Dominum neſciebant

Auguſt. Rabanus.

1. Adulterium per tenebras Ægyptiorum recte ſignificatur.

Rupert.

Origen.

Strab.

Origen.

A

B

C

D

2. Prædeſtinationis ſecreta rimari audere non clareſcet intus ſed tenebris offuſcabitur obſcuriſſimis.

Ad Rom. 7.

Prouer. 25

Hugo.

Toletus.

Lippom.

3. Mala conſuetudo Ægypti & tenebræ, & cur.

4. Hominem reddit frõtoſum, & in quo.

5. Facit vt peccatum nõ amplius reputetur peccatum.

tized by Google

quia eum non colebant, licet ſpeculatiue eum ſcirent; ſic etiam licet theoreticum officium ſcirent Sacerdotis, tamen practice illud ignorabant: at difficultas in quo, ſeu quomodo ignorabant, pro qua re.

6. Deus quomodo neſcitur & ignoratur à Chriſtianis & præcipuè à religioſis vitijs.

Sciendum, in ſacrificio hoſtiæ pacificæ, in quo populares cum ſacerdotibus communicabant, tres partes diſtinguebantur. *Adeps*, qui Deo primum offerebatur, ac adolebatur. *Armus, & pectuſculum*, quod ſacerdotibus, reliquæ vero partes in vſum cedebant offerentium: at quid filij Heli? ex petulantia, ac laſciuia nouam introduxerunt conſuetudinem, vt inquit Vatab.. *conſuetudo recens à ſacerdotibus cum populo talis erat*, vt ſcilicet veniente ſacerdotis puero tridentem in cacabum immittente tolleret quidquid vellet ante adipis oblationem, & vltra illud quod ei debebatur; hanc ergo conſuetudinem peſſimam peſſimi introduxerunt ſacerdotes illi, ſed quid? procedente tempore talis conſuetudo in legem deuenit, ſic vt iam lex eſſet, & iuſtificatio, ſiue opus iuſtum, ac ſanctificatum, vt contra Dei præceptum, ac mandatum eo modo veniret puer ſacerdotis: vnde eleganter hoc 70. lectio exprimit, dum legit *& iuſtificatio ſacerdotis*, hoc eſt lex *ab vniuerſo populo ſacrificante*, ſcilicet talis erat, *veniebat puer ſacerdotis*. Vnde Iſidorus Clarius *ius fecerant ſacerdotes ergo populum, quod quicunque immolaſſent victimam, &c.* Ergo quod prius conſuetudo, poſtmodum lex, & quod prius remordente conſcientia, vt peccatum patrabatur ex conſuetudine, dum fit lex, non iam vt peccatum, ſed vt opus iuſtum perficitur. Ex quo ſumma illa euenit frontoſitas, vt peccatum non peccatum appareat, immo contra redarguentem ſcandalizentur, moroſum, ſcrupuloſum, audacem eum iudicantes, redarguentes.

Vatabl.

Iſidor. Clar.

7. Ex prana conſuetudine reprehenſiones prælatorũ, prædicatorum admonitiones vilescunt.

Quid iniquius? quid grauius? quid amplius inhoneſtum, quàm ſodomiæ peccatum? ipſum naturam et abhorrente, & à quo, vt ſic dicam, & ipſi dæmones faciem auertunt, amplius quàm cætera à Domino puniendum, *aliter punitur is*, ſanctus ait Anaſtaſ. Sinaita in ſuis quæſt. quæſt. 8. *qui ſecundũ naturã vtitur natura, & aliter, & acerbe pluſquam quoduis peccatum punituris, qui præter naturã id agit, quod ſodomitis attulit imeritum, quod nec rationis quidem expertia faciunt animalia.* Quod cum ſit, audi ſodomitas ad ſanctiſſimum Loth. Geneſ. 19. nu. 5. *vbi ſunt viri, qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoſcamus eos*, qui cum eis factum reprehendiſſet, ſic illi, *recede illuc, ingreſſus es vt adnena, nunquid vt iudices?* in quo loco, quod primum adnoto, hæc verba non ſolum pueros, non ſolum iuuenes, ſed ſenes dixiſſe, quia vt ait Scriptura *vallauerunt domum à puero vſque ad ſenem omnis populus ſimul*, ſi ſenes, ergo & populi iudices; nam talium antiquitus erat iudicium, vt conſtat ex illo Danielis c. 13. vnde duo diſtantia inquit Scriptura illos dixiſſe, primum, recede illuc, ſecundum, *ingreſſus es vt aduena, nunquid vt iudices?* prima verba populi, ſecunda ſenum, hoc eſt iudicum; at quid iſti reprehendunt? profecto ſanctiſſimi Loth iudicium, vnde? ſanè amice, quia inueterata conſuetudo peccandi ab adoleſcentia vſque ad ſenectutem ipſum peccatũ legem fecerat iuſtitiæ, & quaſi contra legem ſanctiſſimus præciperet ei obiurgant, quid horribilius? Audi Auguſt. ſerm. 44. de verbis Domini, *tanta*, inquit, *ibi nefanda turpitudinis conſuetudo erat, vt iam nequitia eſſet iuſtitia. & prohibitor potius reprehenderetur, quam factor.* Egregiè, nequitia iam erat iuſtitia, ſeu vt Tertul. canit lib. carminum de Sodomo c. 2.

Anaſt. Sinait.

8. Peccatum ſodomiti cum grauiſſime cur punitum. *Geneſ. 19. nu. 6.*

Auguſt.

Effera luxuries illis inimica pudoris
Inſtar legis erat.

Et ſenes iudices, qui iura dicebant, ſic ex conſuetudine iam cæci, vt ſummum ius, ſummum dicerent ſcelus; ô magna conſuetudinis vis! & inſuper adnotandum, non ſolum hoc iudices, ſed iudices ſenes effœtos, vt prope ad ſtuporem ſit frigidos artus ſic ad turpitudinem incaleſcere; at tanta eſt vis conſuetudinis, vt ipſum igneſcat gelu, & quod à recẽtibus imbuitur temporibus, ſic inoleſcit, vt poſt centum non deſerarur annos. *Ego certe vidi viros*, ſanctus Anaſtaſius Sinaita ait vbi ſup. *centum annos natos imbecilles, & tuo fere tremente corpore, qui tamen non potuerunt abſtinere à peccato corporali propter diuturnam conſuetudinem; ita omnibus malis eſt grauior, & omnium malorum peſſima conſuetudo.* In cuius ſancti authoritate illud pendo, & valde tremendum, ipſum loqui non de ea conſuetudine, quæ eſt abſque pœnitentia, hoc eſt de ea ſic continuata, vt nulla intermiſſa ſit confeſſio, ſed de ea, quæ interpolata pœnitentia in homine reperitur, qualis illorum, illarum, quæque ſæpe confitentes, ſæpe etiam ad vomitũ redeunt, qui & ſi in ſtatu ſint peccati, tamen aliquando conteruntur, & confitentur, ſed ſtatim ad genium redeunt. Vnde ſanctus hoc admonens, ſcilicet poſt pœnitentiam cauendum ne in peccatum iterum reincidamus, ſic grauiter ait. *Vnde oportet poſt pœnitentiam ſeruare etiam lachrymas peccatis, & non rurſus polluere animam, & corpus: eſt enim malum aſſuefacere ſe.* Quod pulchro firmans exemplo, ſic ſequitur: *vt quis ſæpius lauans veſtimentum corporis, & rurſus illud inquinet, quod enim ſæpe lauatur, & conteritur, marcidum fit, & inutile, & cum de catero ſenio affectum fuerit, & inueteratum, ne lauari quidem poterit poteſt.* Egregiè, & nil amplius verius, & ſi libere quid dicendum, nil ad viros ſpirituales, nil ad religioſos proprius; attendant ad quæ faciunt, ad quæ operantur peccata, nec ſibi de iteratis Sacramentis blandiantur: nam ſi conſuetudo inoleſcit, ex iteratis lotionibus eorum culpæ non vireſcent, ſed marceſcent, vnde decurrente tempore ad ſenium deuecti, conſuetudine premente in legem redacta natura, nec lauari poterunt, quia tandem nolunt frontoſi, ac ab ipſamet obſtinati effecti cõſuetudine damna ſuæ deſolationis neſciẽtes, vt egregiè D. ait Greg. lib. 9. Moral. c. 14. *Cum ab authore relinquimur*, inquit, *nec ipſa vllatenus deſtitutionis noſtra damna ſentimus, quo enim hoſt longe conditor deſerit, eo mens noſtra inſenſibilius obdureſcit, miſerando modo ſit quotidie tanto ſecurior quanto peior.* Vnde natura noſtra, quæ ex ſe medicabilis, ex conſuetudi-

10. Ad malum patrandum etiam ſeniles vigoreſcit annos.

Anaſt. Sinait.

11. Etiam ſi intermittatur pœnitentia quam ſit efficax ad perdendũ.

9. Conſuetudo ſummũ ſcelus ſummum iudicat ius quãdo mala.

12. Hominum ſpiritualiũ ac religioſorum ſacramenta frequentãtium quãtum eis imminet ex mala conſuetudine periculum. *S. Gregor.*

Digitized by Google

ne prorſus immedicabilis redditur; Audi Ambroſ. in Pſal. 1. num. 1. ſuper illa verba, *& in Cathedra peſtilentiæ non ſedit*, vbi per ſeſſionem conſuetudinē peccādi intelligens, ſic ait: *An ignoramus quod tantā vim habet inueterata cōſuetudo peccādi, vt excludat naturam, quæ cū ſit medicabilis ad ſalutem, tamen corroborata tempore, paſſionibus immedicabilis inuenitur.*

Ambroſ.

15. Natura humana ex conſuetudine fit immedicabilis.

Hinc difficillime peccatis aſſueti, & conſuetudine praua ad ſenium vſque peccantes ſaluantur, cum neſcio quid inueterata apud Deum obtinent peccata, vt difficillime expientur; hinc Bachiarius Sanctiſſimus in Epiſtola de recipiendis lapſis adnotat nunquam in ſacrificiis pecora ſenio confecta iugulare; *aſpice enim*, ad fratrem lapſum ait ſuadens non diu in peccato immorari, *quod nuſquam in ſacrificiis pecora ſenio confecta iugulantur, ſed vbique aut agnus, aut vitulus, aut hircus, aut hædus immolatur.* Quod equidem veriſſimum, vnde fere ſemper de ſacrificio agni quādo præcipitur, additur *anniculus*, vt Exod. 12. nu. 5. 29. & 38. Leuitic. 9. num. 3. 12. & 16. & alibi ſemper, quid hoc? *niſi tenera*, ait Bachiar. *ad hunc, & parua, vel modica peccata.* Hæc ſunt, quæ facilè ad iugulum Deus admittit, & in ſacrificium; nam inueterata, ac conſuetudine iam effera, & ſi etiam ad pœnitentiam admittat, tamen vt quaſi irregularis caſus ſolius Chriſti potentiæ reſeruatur, cum vt rectè obſeruat idem, *in vno tantum loco Eliam ouem legimus obtuliſſe, ſed hoc ſemel tantum; quod vni licuit ſaluatori, qui inueterata totius populi peccata iugulauit.*

Exod. 12. *n.* 5. 29. *&* 38. *Leuiti.* 9. *nu.* 3. 12. *&* 16.

15. Soli Chriſti potentiæ reſeruantur tanquam caſus irregulares.

16. Difficillime curantur. *Iſaiæ* 6. *nu.* 6.

Ex quo equidem euenit, vt & curatu ſint talia difficillima, ſic vt igne ſit opus, vſtione, crematione; *& volauit ad me*, ait Iſaias c. 6. nu. 6. *vnus de Seraphin, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meū.* Vbi per calculum, carbonē ignitum paſſim omnes intelligunt, quem ex altari Seraphim accepit ad labia mundanda prophetæ, quæ polluta; ſed cur ignis neceſſarius hīc cum Hierem. c. 1. nu. 9. tantum manus, & contactus, *miſit*, inquit, *Dominus manum ſuam, & tetigit os meum*, Sanè vt Diu. ait Hieronym. in hunc Hierem. locum, quia in Iſaia de eius peccatis agebatur, quæ licet leuia, tamen ex conſuetudine inoleuerant, vnde exuſtione opus; at vero in Hierem. cum non de peccatis ageretur, ſed de prophetiæ tantum inauguratione, ideo manus, tactus ſolum ſuffecit, immo & abundauit, dum ad inueterata peccata eradicanda ignis neceſſarius, & ignis diuinus; *quia Iſaias ſolida, ac perfecta ætatis erat*, ait Hieronym. *& ipſe ſimpliciter confitetur, quod immunda labia habeat, & habitet in medio populi polluta labia habentis, mittitur vnus de Seraphim, qui non manu, ſed forcipe, & carbone tangat os eius, & iniquitates eius auferat, & mundet peccata; hic autem ipſius Dei manus mittitur non vt peccata auferat, quæ per puericiam multa non fecerat, ſed vt loquendi gratiam tribuat.* In quo loco illud pendo, Iſaiæ peccata tantum leuia fuiſſe, aut ſuperfluæ locutionis, vt vult Origen. in illum Iſaiæ locum Hom. 5. aut quod alias non ſe reprehenderit, vt vult Nazianz. in Apolog. ad patrem, aut taciturnitatis, dum ob metum, vel tædium peccata populi increpare deſierit, vt vult Hieronym. Cyrill. Haimus, & præcipuè peccatum illud Regis Oziæ, dum thimiama, & thus in Dei templo adolere præſumpſerit, percuſſus in pœnam à Deo lepra, quem Iſaias, ſiue ex metu, ſiue quia ex ſanguine Regio, non reprehendit; vnde quia contra Regem, qui ſacros auſus violare carbones non inualuit, carbone neceſſarium, vt ipſe purgaretur ignito; quidquid autem hoc ſit, illud conſtans, talia peccata leuia fuiſſe ac venialia, & tamen quia inueterata, ac ex conſuetudine iam inoleta, ignis neceſſarius, quid ergo quando non leuia, ſed grandia? certe non ignis ſufficit, ſed Martyrium neceſſarium, ſic vt peccata talia ex conſuetudine non niſi Martyrio expientur, ſiue tollantur.

Iſaiæ 6. *nu.* 6. *Hiere.* 1. *nu.* 9. *Hieron.* *Origen.* *Nazian.* *Hieron. Cyrill. Haim.*

18. Venialia ex conſuetudine expiatu difficillima.

19. Mortalia ex conſuetudine non niſi Martyrio expiantur.

Hoc autem obſeruo in peccato Sanſonis ex conſuetudine iam ſic inoleto, vt iam amplius ſe à mulieribus continere non poſſet, dum vix adultus, ac in libidinem effrenus, Iudic. 14. num. 3. & ſi ipſe ex ſanguine Hebræus, cui illicitum cum extraneis nubere, vix Philiſteam vidit, ac appetiit? ſic durè, & obſtinatè, vt & renitentibus parentibus pro ſumma ratione ſuam ſolam proderet ſenſualitatem, vnde oppugnantibus parentibus, ac dicentibus, *nunquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, quia vis vxorem accipere de Philiſtiim, qui ſunt incircumciſi?* Reſpondit: *hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis.* Vnde ex hac propenſione, ex conſuetudine peccatum in naturam redactum; vix meretricem aliam aſpexit Iudic. 16. num. 1. ac cum ea concubuit, tandem nec his ſatis, ad Dalidam deuenit, impotens ad laſciuiam, quia aſſuetus; hinc iuſto Dei iudicio apud illam ſoluit pœnas iam grandæuus, cui puer ſuos conſecrauerat actus; nam vt adnotat Ferrar. in c. 19. Iudic. quæſt. 23. templum vbi corruit, *Veneris* erat. Peccata ergo erant ex conſuetudine; at quomodo expiata? profecto non niſi martyrio, vt eleganter adnotat Bachiar. vbi ſup. *Nazarans ille*, ait, *ex repromiſſione natus, cum in perniciem ſui mulieris blandimenta viciſſent, poſt modum in fine obitus ſui ſub Martyrij paſſione maiorem inimicorum exercitum proſtrauit, quàm ante quando Nazarans.* Ergo Martyrium neceſſarium, ſanguinis effuſio, vt talia deleantur peccata; quinimmo grauiſſimè idem obſeruat ſanctus, ſimiliter, non aliter quàm Martyrio peccata filiorum Heli, domuſque eius expiata, quæ ſupra ex conſuetudine, & in conſuetudinem tranſiſſe peruerſa, ſic vt quaſi legitima patrarentur, affirmauimus; adnotat enim ſanctus, quod cum domum Heli conſumpturam affirmaſſet, immo & iuraſſet Dominus 1. Reg. 2. n. 27. ob filiorum, eiuſque ſimul peccatum, hoc tamē tunc executū, quando Saul omnes Sacerdotes interfecit ob Dauid, quod genus extit Martyrij; *ſicut enim*, ait ſanctus, *illa Sacerdotalis familia de Heli cognatione deſcendens, cui iurauerat Dominus, vt nullus ante faciē eius aſſiſteret eo quod grauibus peccatis Dominū prouocaſſet, nonne omnis illa agnatio à Saule pro Dauide refertur occiſa? & quid eſt hoc, niſi forma Martyrij, vt quos grani peccati cri-*

Bachiar. *Iudith.* 14 *nu.* 3. *Iudith.* 16 *nu.* 1. *Ferra.* *Bachiar.* 1. *Reg. nu.* 27.

17. Peccata Iſaiæ quæ erant.

non inoleuerat, mors pro Christo illum liberaret. Egregie; grauia ex consuetudine in illa familia inoleuerunt peccata, hinc expiatu difficillima; adsit occasio Martyrij, vt sanguine purgẽtur, quæ aliter vix purgari possunt: nam vt rectè Diu. ait Cyrill. Hierosolymit. Cathec. 2. de pœnitent. malum radicitus enecandum, antequam ex consuetudine flores, fructusque pariat, nam aliter potius ignis excitatur, quàm præcisio, *priusquam floreat, radicitus erue malum, ne si ab initio neglexeris, postea ne quidquã incidas, & ignem magis excites, lappis nidorum inceptãrum tempestiue cura, ne cum vxcaecatus fueris, tum demum frustra medium quæras.* Vnde sapienter consulit Hieronym. ad Eustoch. Epist. 22. *nequitia, ne Zizania crescant, elidatur in semine.*

Cyrill. Hierosol.

20. Mala ex cõsuetudine dum resequi curãtur ignem excitant inextinguibilem.

Hieron.

Pulchrè dictum, *ne Zizania crescant*, in semine elidenda malitia, nam ea crescente, ex cõsuetudine peccata, quæ ex illa, non quamlibet possident magnitudinem, sed prægrandem, sic vt ex ea non quilibet filij, sed gigantes. Genes. 6. nu. 2. *videntes Filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant*; quid tantum hoc malum? sanè prægrande, dum non ex honesto fine matrimonij, sed ex luxurie, vxores, non vxorem, eligebant mille, eas repudiantes, si non placebãt, abutentes si libebat vlu, ac ipsam naturam peruertentes, *commiscebantur maribus*, ait Berosus Chaldæus, *filiabus sororibus masculis, & brutis, nihilque erat sceleris, quod non admitterẽt*; at quantum hoc durauit tempori? Ioseph. lib. 1. antiquit. putat hoc malum à septima post Adamum generatione incepisse, vnde ait: *hoc modo percepta generationes perseueranerunt vnum Deum colentes, omnium rerum Dominũ, sempergi; virtutis respectum habentes; procedẽte deinde tempore à patriis institutis degenerarunt, neq; humana iura seruãtes, neq; Deo consultos honores persolnẽtes, & qui prius certatim virtutem exercuerant, postea duplo maiori studio malitiã consectabantur, atque ita Deũ infensum sibi reddiderũt.* Caietan. reputat hoc incepisse ab eo tempore quo Caim Abelum interfecit, anno circiter centesimo, & trigesimo ab orbe condito; quod si hoc verum, plusquam mille, & quingentis cõsuetudo talis perseuerauit annis, vt prope ad admirationem sit, vt rectè adnotat Perer. in hunc locum Dei admirabili patientia, ac longanimitas, qui tandiu tantam morum peruersitatem, ac vitiorum colluuiem sustinuerit.

Beroſus.

Ioſephus.

Caiet.

Pererius.

21. Peccata ex consuetudine non quælibet, sed grandia.

Genes. 6. nu. 2.

22. Peccata ante diluuium eiusque cau à quàm gratia & quãtum durarũt temporis.

Sed antequam vlterius pergam, ne occasio excidat, forsitan non alibi obuentura, nolo hîc dignissimam illam præterire obseruantiam Pererij in hunc locum, hoc malum inde incepisse, quando homines multiplicati super terram, vnde Moyses, *cumque cepissent homines multiplicari super terram*, vt inde homines fieri peiores cœperint, quando deberent meliores, & in multiplicatione hominum non virtutes, sed flagitia multiplicari, quod ipse in singulis euenire Republicis prudenter obseruans, sic ait: *licet hoc animaduertere in multis quondam florentissimis ciuitatibus publicis, atque imperijs, quin etiam piorum hominum congregationibus prudenter ordinatis, & diu sanctitatis laude ornatis;* Quod me pungit, hoc est postremum, quod ploratu dignum illud est, sanctissimas aspicere congregationes multiplicatione peiores factas, non meliores; de externis ipse multas, & prudentes rationes affert, de religiosis nullas, illas tu consule apud illum, has hîc, si tibi placet, quas tamen insinuabo, ne morosus videar, tu non cursim lege, sed cogitabunde; nullam enim afferam nisi ex experientiæ medullitio.

23. Religiosorum superabundans numerus sacrarum reipublicarũ vnica ruina.

Quæ ergo huius rei causa, vt semper apud nos verum sit illud sanctissimum Isaiæ vaticinium, *multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam*; breuiter, an quia virtus vnita fortior? an quia in multiplicatione non fit delectus recipiendorum? an quia non omnes vocati, & apti? an quia charitas inter multos frigescit? an quia facilis inter multos æmulatio, superbia, inuidia? an quia superiores minus fiunt cum multis, quàm cum paucis, vnde cura decrescente eneruatur obseruantia? an quia ex multitudine fere semper peiores, non meliores in superiores eligunturan quia necessaria ad victũ, & vestitum deficiant, ex quo & ipsa obseruantia, vnde pessum ruit paupertas? an quia castitas facilior inter paucos, quàm inter multos retinetur? an quia facilius domus, ac curarum secularium abstractio custoditur inter paucos, quàm inter multos? an quia tandem in multiplicatione non tantum Dei finis attenditur, salus scilicet animarum, quantum proprius; & sæpe in religionibus recipiuntur, non quia recipientibus prodest, sed quia religioni? & dum hæc ad instar aliarum sit grandium, dummodo non minus sit, quàm cæteræ, dummodo dicatur per orbem vagari, per suggestus, per cathedras, per confessionarios, per studia, per publicos actus, recipiantur sine delectu, sine discretione, sine prudentia, & si humano iudicio impossibilis sustentatio, morentur in domo centum, & si alere non possit triginta, contra canones, contra Sacrosanctum Dei Tridentinum Concil. sess. 25. c 5. plus homines in hoc sapere præsumentes, quàm ipse Dei Spiritus sanctus. O mirum, ô magnum, ô res vsque ad stuporem admirabilis! Deus summus, omnipotens, prouidentissimus, diues, qui solus potens, & magnus, totum gubernans mundum, qui sic inuenitur prouidus, vt & auiculis abunde tribuat, tamen quasi impotens, quasi insufficiens sic mandat, sic apertè per Spiritum præcipit sanctum, vt deinde in Dei Ecclesia, *in domibus religiosorum ille tantum numerus constituatur, qui commode, aut ex redditibus, aut ex consuetis eleemosinis sustentari possit*, & ne putes nouum quid factum mandasse Concilium, cum velim scias iam inde in aliis sacris Conciliis simul prouisum; sic in Concilio Arelatensi 4. sub Leone III. ann. 813. can. 8. Turonensi tertio sub eodem can. 31. Mogutiaco sub eodem can. 19. Rhemensi primo sub eodem can. 27. in Oxoniensi sub Henrico III. ann. 1221. can. 54. & per generalia Concilia idem stabilitum inuenitur, vt Lateranensis proximi sub Innocent. III. can. 64. de quo etiam extat constitutio Bonifacij VIII. qui anno 1294. ad sedem assumptus eadem statuit, & habetur cap. vnic. de statu regularium in 6. §. sanè; & in Concilio Senonensi anno 1528. sub Clemente VII. in decretis morum cap. 28. ex quibus apparet non semel

Trident.

nec bis illud Spiritum monuiſſe ſanctum ſed per annorum curricula, & tamen homo ſuperbus, ne dicam inſipiens, ac vecors, plus ſapere præſumens alio ſpiritu imbutus eos alere præſumit, quos nec commode poteſt, nouos intentans modos eleemoſynas procurandi, exquiſitas inuentiones, peregrinas doctrinas tali ſollicitudine, vt Deum tentor viuum, & verum, quod potiores dico, in hoc ſæculares ipſos, quàm nos, dum ad eam noſtris ſic exigentibus peccatis miſerabilem deuenimus conditionem ex tali monſtruoſa, portentoſaque multiplicatione, vt quia multorum refriguit charitas à mane vſque ad veſperam toti, & omnes ad ſuſtentationem procurandam ſimus, vt iam non ſolum ſpiritualia exercitia non eo fine, nec ſicut decet fiant, ſed aliquando ex multitudine religioſorum ad victum procurandum occupata intermittantur, aut indigniſſime fiãt, per loca, per villas, per campos, per vrbes vagantes, vt victum quærant quotidie, fereque ſemper, ſic vt dum ad clauſtra redeunt iam ex conuerſatione, ex victu, ex tempore ſæculares effecti, vt ſæculares ne dicam peius in illis viuant; quod ſi tanti mali cauſam inquiras, vt ſuſtentationi prouideatur, reſpondent, ob quod neceſſarium malum; quid amplius diceret adultera, quæ ob neceſſitatem adulteratur? & quæ huius neceſſitatis origo, ſicut cauſa? nonne ipſorum ambitio, ne dicam imprudentiam. Cõcludo ne nimius ſim, hoc vnum tantum addens, ſic mihi perſuaſum, ac firmiter in animo hærere hanc vnam omnium in Eccleſia Dei religionum vltimam extitiſſe, ac exiſtere ruinam, vt ſi poſſem facultatem recipiendi ſine licentia Epiſcopi à religionibus auferrem vltra eum numerum, quem ſanctiſſimum requirit Concilium, vnde habito reſpectu ad commodam religioſorum ſuſtentationem aut ex redditibus, aut ex conſuetis eleemoſynis, ſemel ſtabilito in vnaquaque domo religioſorum numero, nullum poſtea recipere eis amplius abſque Epiſcopi licentia, & facultas adeſſet, qui conſideratis omnibus, ac prudenter talentis recipiendi excuſſis, emolumentóque ipſius congregationis facultatem præberet, niſi talis recipiendus eſſet, vt ſecum emolumentum afferret ſuſtentationis; ſed ad noſtra.

Peccata ergo erant hominum illorum ex conſuetudine iam inueterata, quid inde? niſi grandia vnde ſtatim ſequitur poſt dicta ſcriptura: *& gigantes erant ſuper terram in diebus illis*. Quid moraliter gigantes? niſi peccata grandia? *mox enim vt cœperunt Filij Dei filias hominum*, ait Bachiarius, vbi ſup, *nati ſunt gigantes, hoc eſt enormia, & vltra naturam peccamina*; ſed pendo Scripturæ locutionem, *Gigantes*, ait, *erant ſuper terram in diebus illis, poſtquam enim ingreſſi ſunt Filii Dei ad filias hominum, illaque genuerunt, iſti ſunt viri potentes à ſæculo famoſi*; quis ſenſus ex iſtis? equidem difficilis: ſed mea ſententia litteralis ille, ante malitiam, conſuetudinemque malam gigantes etiam extitiſſe, hoc eſt viros proceres, ſtaturaque magna, vt ſentit Auguſt. lib. 15. de ciuitat. c. 23. ſed tunc & ſi gigantes, tamen religioſi, pijque; at poſt lapſum, peruerſamque conſuetudinem tales natos ex illa gigantes in malitia, in actu, in peccatis, in enormitatibus, vt in talibus potentes eſſent, ac famoſi. Quod equidem ſentit Philo libro de gigantib. hæc eadem retractans verba, & Ioſephus lib. 1. antiquit, vbi ſic: *Multi Angeli Dei cũ mulieribus congreſſi, progeniem procrearunt inſolentem, & fiducia roboris omne ius, & fas contemnentem, quorum facinora non abſimilia iis, quæ de gigantibus Graci commemorant, poſteritati ſunt tradita.* Ergo prius quidem erant gigantes, ſed ſancti, at quando iſti ſic ſancti in peruerſam dederunt conſuetudinem, non quælibet ex illis peccata, ſed gigantea, ſed magna, ſed ferocia, ſic vt ad pœnitudinem creationis ipſum reducerent Deum; ex quo duo ſimul elicere potes; primo peccata Filiorum Dei, hoc eſt ſpiritualium, qui gigantes, ac proceres in virtute, ſanctitateque, omnia eſſe prægrandia, immenſæque molis, quorum omnium origo ſcelerum, quia dum filias vident hominũ, quãdo non ſibi in vxores, quia non poſſunt, eligunt in concubinas; hinc mõſtra hinc Eccleſiæ ruina; hinc Dei ſtomachus, ac ſuper Iſrael tædium; & ſecundo peccata ex conſuetudine omnia eſſe grandia, hoc eſt vt ait Bachiarius, *enormia & vltra naturam peccaminoſa.*

Philo. Ioſephus.

24. Peccata ſpiritualium virorum omnia vt plurimum grandia.

Hinc talia difficillima curatu, quia & ſi per confeſſionem, vt cætera expientur, tamen quia ex conſuetudine radices intus altas fixerunt repullulant, & ipſamet conſuetudo quaſi funis in hominis retorta pedibus, ſic eum ſtringit, & ligat, vt & ſi poſt pœnitentiam, tamen vt inſtrumentum adeſt dæmonis, vt ad ſe eum attrahat, quod eleganter ſignificauit Baldad Subites Iob amicus c. 18. num. 8. de impio loquens; *immiſit enim in rete*, ait, *pedes ſuos, & in maculis eius ambulat*, hoc eſt peccatis ſe irretiuit, non ſemel, nec bis, ſed frequenter ambulans in illis, quid inde? *tenebitur planta eius laqueo*, Lyra. ex Anſelmo, hoc eſt *conſuetudine mala*, qua circũligatus facile ad ſe eum iterum attrahet inimicus; hinc tales quando ſic peccatis labuntur, vt grauiter peccare incipiant, non in illa incidunt per tranſennam, ſed animo iterãdi, ſeu ſe diu delectandi, vt pote qui amorem, reciprocamque incipiunt malam correſpondentiam, quaſi ex tunc iam in peccatis aſſueti, ſic difficile curantur, vt diabolo reſeruentur ad pompam, quando cito non occidantur; quod ſimiliter & illis accidet, qui ſic, vt ſup. diximus, in peccatis aſſueſcunt, vt facillime poſt confeſſionem ad vomitum redeuntes, quaſi pœnitentiam non egiſſent, de vno in aliud incurrunt peccatum. Vnde in continua reperiuntur conſuetudine peccandi; ad quid iſti reſeruantur? profecto ad diaboli pompam, vt peccatis ſaginati crudeliter poſtea occidantur; hoc enim mihi videre videor in turpiſſimo, inceſtuoſoque Ammon, dum ſic turpis, ac vecors, vt poſt talem perpetratam luxuriam, qua ſe, fratres, domumque deturpauerat patris, quaſi nil egiſſet, ad luxuriam temulentiam adiecit, totus in conſuetudine peccandi immerſus; quid ergo & ſi non ſtatim à Dauide occiſus, tamen ſaginatus ad pompam, vt poſtea crudeliter ab Abſalone interimeretur 2. Reg. 13. ſic equidem, ſic, ſine fræno peccantes, & peccata peccatis adiicientes, & ſic incipientes peccare, vt ex animo perſeuerantiam ſpondeant, ſic de illis, ac de Ammone credendum

25. Difficillima curatu peccata ex cõſuetudine &c.

Iob. 18. c. 8.

Lyra.

26. Peccantes ex conſuetudine reſeruantur ad diaboli pompam.

Auguſt.

1. Reg. 13.

ed by Google

credendum, dum ſic in concupiſcentia ſororis ardebat; reſeruantur, amice, ad diaboli pompam, vt ab illo occidantur, ſicuti Ammon ab Abſalone; Quod conſiderauit rectiſſimè idem Bachiarius vbi ſup. dicens: *Qui verò captus in rete vitiorum, & patienter inimicis ſuis hoc eſt venatoribus acquieuit, donec etiam recludatur in cauea, & ibi longo temporis ſpatio ſaginetur ad pompam tunc maximè principalibus ſaculi* (dæmonibus videlicet) *cum occiſus fuerit placiturus eſt.*

17. Dauid cur non interfecit Ammõ ob inceſtum eum ad id teneretur.

Sed pendo, cur à Dauide non interemptus Ammon, eo vel maximè, cum teneretur eum ex iuſtitia interficere, vt ſentit Abulenſ. in hunc locum contra Lyran. quæſt. 9. Scriptura apertè cauſam affert, ſummam patris in filium dilectionem num. 21. *Cum audiſſet Dauid Rex verba hæc noluit contriſtare ſpiritum Ammonis filij ſui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei*; Quid ex hac patris indulgentia? profecto dira filij mors, vt rectè obſeruat Abulenſ. vbi ſup. quæſt 10. *Ob hoc autem videtur, quod Deus tradiderit Ammon occidendum per manus Abſalonis, quia Dauid noluit eum iuſtè occidere*; vt remiſſiorem Regis iuſtitiam crudelis emendaret frater, & ſic duos filios ſuſtineret remiſſus Rex iniquos, dum ſi iuſtitiam exercuiſſet non niſi vnum, ex intermiſſa iuſtitia peccata non extinguens, ſed augens, & dum vnam domus ſuę diſſimulare vult iniuriam, cogatur ſuſtinere duas, inceſtum, fratricidium; Audiant hoc principes in iuſtitia remiſſi ſiue ob ſanguinem, ſiue ob amicitiam; diſſimulatione enim non extinguuntur, ſed augentur peccata, & ſimul delinquentis non abſoluitur, ſed differtur pœna, eo durior, quo à potentiori, quo à ſummo, rectóque iudice deo. Sanchez hîc pro ratione affert ipſum Dauidis prius peccatum, quaſi timeret corrigere in filio, quod ipſe prius patrauerat pater, quia vt ipſe ait, *Sicut conſcientiæ ſecuritas libertatẽ, ſic remorſus timiditatem parit*; Poſſibilis hęc ratio, & ad mores proficua: nam videtur aliquos non vt Dauid iam pœnitentes, ſed in peccatis actu totos immerſos, ſic in peccantes ſeueriores, liberos, ac immites, vt quaſi puriſſimi ſic ſæuiũt, non ſecus ac ferociſſimi leones, non animaduertentes illud quod D. Hieron. ait epiſt. 16. ad Principiam. *Erubeſcit quamuis præclara doctrina, quem propria conſcientia reprehendit.* Sed iam ſcio vnde illis talis tremor; acerbitate namque imperij reprehenſionis, ac notationis peccata ſua tegere volunt, quaſi innocentes dum ſic aſpere reprehendunt; *Non deſunt aliqui adulterini præſules*, prudentiſſimè ait Nazianz. orat. 21. de laudibus Athanaſij, *qui acerbitate imperij peccata ſua tegant*, non ſic Dauid, qui in peccatorem filium non exarſit, ſe conſiderans, ſuaque malefacta, ex illis non deterioratus, ſed melioratus, dum ſicut quando peccator totus in iram, ac furorem contra vnius tantum ouis latronem; vnde ad Nathan, *Vivit Dominus, quia filius mortis eſt, qui huiuſmodi rem fecerit*, 2. Reg. 12. num. 6. Non ſe conſiderans, quia homicida vxorem abſtulerat alienam, ſic poſt peccatum pœnitens ſeipſum ante oculos ſemper obuerſans, neque filium reprehendere præſumpſit, & ſi fratricidam; at Bachiarius vbi ſup. huius rei illam affert rationem, quia ſcilicet contritum, ac facti pœnitentem filium vidit pater; ita vt ſi ſuper dolorem dolorem adderet, timuit, ne triſtitia ſpiritum filij obrueret, quod ſanè indicare videtur Scriptura, dum ait: *Noluit contriſtare ſpiritum filij ſui*, alias ex ſe contriſtatum, vt benè adnotat Lyra; nam ex facto, & ex turpitudine illius ſic dolebat Ammon, vt infirmus iaceret: *Noluit*, inquit Lyra, *pro tunc, quia erat debilis, & infirmus, & dolens de facto.* Vnde rectè Bachiarius pœnitentiam monacho illi lapſo perſuadens ad quem ſcribebat, ſic ait: *Imitare illum Ammon Danidis filium, qui cum in ſororis ſui ſtuprũ illicita flamma caluiſſet, poſt modũ eam magis exoſus eſt, quam amauerat ante, & pro hoc facto occiſus eſt à fratre, quia agnita culpa erroris non manſit in crimine, vnde etiam ſuſpicamur Danidem ei non fuiſſe commotum, quia cito vidit eum in pœnitentiam rediiſſe.* Pende ſingula, non interfecit eum Dauid, quia cito ad pœnitentiam reddit; ſed cur poſtea ab Abſalone occiſus? ſiue cur Deus in pœniteritem illud permiſit? Sanè, amice, quia ad genium recurrens cito poſt pœnitentiam ad peccata redijt, vnde nec apud fratrem inebriare ſe timuit, ob id rectè idem Bachiarius eidem lapſo conſulens ſequitur: *Vnde etiam ſi nouſcipulam fornicationis enaſerit, non te ebrietatis laqueis credas, per quos animos irati Abſalonis incurras, quia luxuria, atque ebrietati quædam ſibi in vitiorum natiuitate germanitas eſt.* En amice, quod dicebamus, conſuetudo peccandi ſic ex ſe difficilis eſt curatu, ſic Deo inimica, & offenſa, vt & ſi per pœnitentiam aliquando peccata tollantur, tamen ea remanente, & non penitus abſciſſa, non è laqueo per pœnitentiam eripiuntur, ſed rete conſuetudinis remanente, ac in fouea malæ aſſuetudinis retenti non ad gloriam, ſed ad pompam reſeruantur inimici, vt occidantur, non ſecus ac Ammon reſeruatus, non ad vitam, ſed ad mortem, ſed ad Abſalonis triumphum.

Lyra.

31. Ammon occiſus ex reincidentia peccati ex mala conſuetudine.

Immo pendo Abſalonis ſilentium in hac re; *Porro non eſt locutus Abſalon*, ait Scriptura vbi ſup. num. 22. *ad Ammon nec malum, nec bonum*, vnde tantum ſilentium? in retam graui? ſuſtine pauliſper donec rationem expendam, cur etiam & ſilentium indixit ſorori, cui eiulanti, & clamanti dixit: *Nunquid Ammon frater tuus concubuit tecum?* Quod cum reſciſcet illico adiecit, *ſed & nunc, tace ſoror, frater tuus eſt*; Primum quod pendo eſt, vnde Abſaloni ſuſpicio concubitus frateris? Res ſic horrenda, & exorbitans, vt nec in mentem deuenire poſſit humanam: nam & ſi aſperſam cinere ſororem, diſruptamque in ea talarem tunicam, atque plorantem videret, certè aliæ, aliæq; ſupereſſe poterant cauſæ, aut alicuius infortunij, aut alicuius alterius mortis, & aliæ ſimiles; vnde ergo hic tale, tantumq; potuit ſuſpicare facinus, ſorore tacente? Sanè, quia vt rectè ait quidã *ex ſuo genio, & natura ad libidinẽ prona, quam nõ facilè ab omni coërcebat intemperãtia coniecturã capiebat, vt de fratris ingenio indicaret.* En omniũ temerariorũ origo iudiciorum; ſuſpicamur mala, quia mali, & horrẽda, quia talia patrauimus, & dũ nos iniquos, etiã peſſimos alios iudicamus; at qua ratione ſororẽ ad ſilentium adduxit Abſalon in re tam graui? Sanè illa;

Abulenſ. 18. Qualis ei ob illud ſub ſeuera pœna ad exemplũ principium in iuſtitia remiſſorũ.

Sanchez. 19. Peccatorum frontoſitas dum ſeuere alios reprehendunt ſe non conſiderantes.

Hieron.

Nazianz. 30. Dauid vt profecit ex peccato patrato, in humilitate.

2. Reg. 12. num. 6.

Sanchez. 32. Iudiciorum temerariorum origo vnde.

33. Peccata fratrum & maximè religiosorum silentio sunt premenda etiam si publica, & cur.

frater tuus est, potissima, ac vnica equidem ratio, quare tacenda omnino fratris peccata, quia frater est eo vel maximè si religiosorum sunt, aut Ecclesiasticorum, nec mihi dicas quia publica iam, & parum refert, cum & si publica, tamen tanta tibi fratris æstimatio facienda, vt non solum non loquí, sed summo teneri deberes desiderio, vt non essent publica, immo vt sic alto premerentur silentio, vt nullus amplius de eis esset sermo; dic mihi qualis res amplius sonora, magis publica, quam Saülis interfectio? dum in prælio, in campo, in die coram exercitu, & tamen sanctus Dauid, 2. Reg. 1. n. 20. de ea sic eiulans, ait: *Nolite annunciare in Geth, neque annuncietis in compitis Ascalonis, ne forte lætentur filiæ Philistiim, ne exultent filiæ incircuncisorum.* Si res tam publica, vnde hoc præcipit Dauid? Pulchre Abulensis hîc quæst. 14. affirmat, hoc nõ dixisse Dauid, *Iubens, vel consulens, sed solum ex affectione, quasi diceret, ô vtinam nunquam annunciaretur calamitas nostra in Geth.* Exemplũ tibi præstans ex hoc, simul & doctrinam, vt & si publicus sit fratris lapsus, silentio tamẽ premas, eo vel maximè quis scit si aliqui inter illos sint nescientes; ob hoc equidem acutè idem obseruat Abulens. non dixisse Dauid, ne fortè lætentur Philistiim, sed *filiæ Philistiim*: nam cum istæ non in prælio fortasse illud ignorabant, vt inde discas æstimationem fratris, famam, ac honorem sic apud te pretiosam æstimandam, vt sufficiens silentij ratio sit, ne vnus tantum sciat, quod omnes, & ne apud vnum nouiter infametur, & si apud omnes; hinc rectissime Absalon ad sororem: *Tace, quia frater tuus.*

2. *Reg.* 1. *num.* 20.

Abulens.

34. Dæmon post peractã pœnitentiã non illico tentat, & cur.

At cur ipse tacuit? cur nec bonum, nec malum dixit? Sanè non ex amore, sed *ex odio*, vt ait Scriptura, & perfidus frater sic tacuit, vt biennium expectaret, ad hoc vt securius interficeret, & vt præteriti peccati frater oblitus securè sibi se permitteret, vt rectè obseruat hic Abulensis quæst. 15. hinc occisus ex tempore temulentus, & sine voce; vt hinc discas dæmonis astus, qui ad tempus tacet, & si pœnitentem aspiciat peccatorem; vnde non illico post pœnitentiam illum tentat, ac premit, sed finit, non equidem ex amore, sed ex odio, vt securius postea ex antiqua consuetudine ad peccata iterum retrahens occidat, ac interimat ex tempore, & sine vlla pœnitentiæ voce, quæ propria peccatorum assuetorum mors, Luc. 12. num. 20. *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, hæc quæ congregasti cuius erunt?* Pendo de morte, & morte intempestiua, Christi esse sermonem, vnde superius dixerat; *Cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est*; post quæ, vt rectè admonet Theophilact. ad illud probandum parabolam hanc subdidit; Ergo huic mors prænunciata, & equidem tempestiua, illa scilicet nocte, audisti aliquam huius pœnitentię vocem? profecto nullam, vnde? Sanè quia auaritię assuetus nil amplius cogitare poterat, nil amplius eloqui, nisi de lucro; nam vt idem ait Basil. hom. 6. in hunc locum, *Auarus non meminit communis naturæ*; vnde sapientissime consulit Bachiarius vbi sup. post lapsum statim nos debere resurgere, ne à consuetudine oppressi mala, pœnitentiæ in nobis extinguatur scintilla; vnde non secus ac huius intempestiua nobis intimetur sententia, vnde fratri lapso consulens, sic ait: *An forsitan suggesserat tibi ille sapientior omnibus bestijs, & consiliator antiquus, quia possis istam pœnitẽtiam, quam suademus tibi in senectute tua agere, sed tunc extinguas Euangelicam scintillam humore vitiorum, quæ de illo totius libri igne procedit vbi ait: Stulte hac nocte.* Egregiè, vbi adnotanda illa, consuetudinem humorem appellare vitiorum, scintillam admonitionem Euangelij, inspirationes, mortis tandem timorem; ducta enim similitudo est à candela accensa cuius flammam nondum ardentem, sed recentem, si ceræ superfluit humor, extinguit, non accendit, sic vt nec fumigans quidem remanens, totus ex tempore, ac in momento ignis extinguitur; sic equidem sic assueti in malo peccatores, dum scintillam obtinent sanctarum inspirationum, humore prauæ consuetudinis sic extinguntur, ac pereunt, vt ex tempore sit sine voce, non secus ac stultus iste, de quo loquitur Euangelium; ob hoc equidem ad tempus vti alter Absalon cuius figuram gerit dæmon, vt ait Lyra. in sensu morali silet, vt altius postea feriat, & repentè interimat, qui diu in malis viuere non curauit, cum certo certius, nullum diabolum vincere, nisi in bonis assuetum, & malè de victoria alicuius augurandum, si in virtute non continuus.

Luc. 12. *num.* 20.

Theophyl.

35. Peccatis assuetus in morte nil aliud cogitabit nisi de eis.

Basil.

Bachiar.

36. Cur post lapsum statim pœnitentia agenda ratio efficax.

Lyra.

37. Ad vincendum dæmonem consuetudo necessaria bona.

Hoc equidem pendo in prudenti illa obiectione Saülis ad Danid, quando iste interemptum se gigantem spondebat, 1. Reg. 17. n. 33. *Non vales resistere Philistæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es; hic autem vir bellator est ab adolescentia sua.* Pendo in quo vim posuit Saül rationis, non equidem in viribus gigantis præstantioribus, sed in consuetudine bellandi, vnde non dixit, tu autem puer es; hic autẽ vir fortis, ac robustus, sed *vir bellator ab adolescentia sua*, consuetudinem exprimens bellandi, vires negligens, quia ad vincendum fortior illa, quàm istæ; vnde consequenter impossibilitatem victoriæ, non equidem ponderauit ex Dauid pueritia, sed ex non consuetudine bellandi; tunc illum contra Philistæum præliari permisit, quando assuetudinem intellexit cum feris Dauid dimicandi, prudenter æstimans facilè hominem victurũ, qui bestias erat assuetus; Vnde illico ipse ad Dauid, *Vade, & Dominus tecum sit*; sic equidem pari modo cum Iacob Deus prœliaturus illud militiæ genus cum illo elegit, quo præuidebat Iacob superaturus, ad hoc enim veniebat, non vt vinceret, sed vt vinceretur, Gen. 32. nu. 25. *Ecce vir luctabatur cum eo vsque ad mane*, cur hoc potius, quàm alterius militiæ genus elegit? Alij alias afferent rationes, sed mea sententia illa potissima, quia in lucta assuetus Iacob non solum in iuuentute, sed etiam antequam nasceretur, dum adhuc in vtero matris cũ fratre luctabatur Gen. 25. n. 22. *Sed collidebantur paruuli in vtero eius*, vt inde scias certissimum quod asserimus, illũ de diabolo omnino victoriã relaturum, qui assuetus, cum consuetudo nisi consuetudine non vincitur, non superatur.

1. *Reg.* 17. *num.* 33.

Genes. 32. *num.* 25.

38. Deus cur ad præliandum cum Iacob luctam potius elegit.

Ibid. c. 25. *num.* 22.

Mirum vt potens Moses cõpendiosori via populum ducere in promissionis terrã, vtpotè triũ dierum spatio, noluerit nisi per quadraginta annos, aut si mauis potens illum Deus efficere in momento noluit nisi per tẽpus, & tẽpora, quæ ratio alibi multas adduximus, nunc accipe vnã, & sensatissimam D. Petri Apostolorũ principis relatã à Clemente Romano 1. Recogn. apud nuc

39. Consuetudo consuetudine superatur.

Clem. Roman.

40. Deus cum per quadraginta duxit populum per desertum annos.

pag. 10. *Iter breuissimum*, ait, *quod fert de Ægypto ad Iudæam relinquens* (Moses scilicet) *per longos eremi plebem ducit anfractus, vt quadraginta annorum exercitijs mala quæ eis ex Ægyptiorum moribus vsu longi temporis inoleuerant, in nouationem mutata consuetudinis aboleret.* Pende singula, quia ne longius sim ea defero, & dum aspicis Deum ipsum consuetudine bona, malam eripere, intellige illud esse medium vnicum, vt excellenter etiam dixit Chrysost. homil. 26. ad populum Antiochen. *Consuetude*, ait, *res difficilis est, vix abstrahi potest, vnde cum sit tanta eius violentia quando mala, eam in alteram transferenda est consuetudinem*; nam alias vix à peccatis immunes, ad antiquum redire virtutis iter poterimus; sicut è contra, si malæ consuetudini viriliter bonam opposuerimus, tales Dei gratia euadere nobis possibile, vt splendidiores quàm antea in viros euadamus virtutis, vt si prius, verbi gratia, carnales ex mala consuetudine, ex bona non solum casti, sed virgines, vt sic dicam, euadamus. Dauid enim mœchantem inuenio iuuenem; at senescentem sic castum, vt quasi virgo cum virgine dormiens non cognosceret eam 3. Reg. 1. Quale in hoc mysterium? Illud quod elegantissime pendit Bachiar. vbi sup. quia longa, & assueta castitas imitatrix est virginitatis, audi illum. *Dauid cum in adolescentia sua cum adultera deprehensus sit, in senectute cum virgine inuenitur, vt intelligamus, quod post peccatum longa castitas imitatrix est virginitatis.* Egregiè, & inde animum resumere potes, si te in malam incursum consuetudinem aspexeris euadendi, si bonam oppones, & diuino lumini non amplius te rebellem ex mala ostendes consuetudine, vt pessimi isti Ægyptij: nam alias sic durus, sic eris rebellis, vt isti, de quibus noster affirmat Sapiens tenebris obruti, quia contra Dei mandatum ex consuetudine peccandi rebelles, cæcutientes populum dimittere nolebant, vnde ait, *dum enim persuasum habent, &c.*

41. Bonæ consuetudinis vis quanta, quando malæ opponitur.

3. *Reg.* 1. *Bachiar.*

42. Castitas longæua virginitatis est imparis.

Num. 3. *Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt, pauentes horrende, & in admiratione nimia perturbati.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

TEnebrarum vnam supra assignauerat causam, oppressionem scilicet Hebræorum tyrannicam, qua eos impiè detinebant; nunc alteram, occulta scilicet, & eorum impia peccata, ex iniquo sensu nata, Deum scilicet occulta non videre, quæ de nocte fiunt non perspicere, testem nostrarum actionum occultarum non esse, contra quos in 1. tom. disputauimus homilia 12. & 17. Dignè ergo tenebris multati, qui horribiliter in tenebris peccarunt.

Et dum putant se latere, &c. Græc. *Latere enim putantes*, causam alteram cur tenebras sint passi explicat, vt diximus.

In obscuris peccatis, &c. Hoc est occultis, de nocte, & in secreto perpetratis; Cantacuz. de sacrificijs intelligit in tenebris dæmoniorum, quæ cap. 13. num. 23. vocata *obscura sacrificia*, turpia, & abominabilia, vnde Paulus ad Ephes. 5. num. 12. *quæ in occulto fiunt ab eis turpe est dicere*; quibus væ illud conuenit Isaiæ cap. 29. num. 16. *Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt quis videt nos? & quis nouit nos?*

Cantacuz. ad Ephes. 5. n. 12. Isaias 29. num. 16.

1. Obscura peccata quę.

Tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt, &c. Iansen. intelligit de obfuscatione mentis, ob quam quid agerent prorsus nescirent, vel de reiectione à diuina memoria. Cantacuzen. de immemoria Dei in tanta vexatione, dum sic turbati extabant. vt Dei non reminiscerentur; planus, & literalis sensus est eorum, qui pro *tenebricoso oblivionis velamento*, ipsas intelligentes tenebras, vnum earum aiunt quod affirmat Sapiens malum, nempe dispersionem: Nam sic inter se, vt diximus, per tenebras Ægyptij extiterunt diuisi, vt non solum qui alias dispersi, sed quos inuenit coniunctos, & simul vno in lecto, dispersit, ita vt se inuicem videre vllatenus possent, ac si longè essent dissiti, horribiliter enim in tenebris detenti, spectris, ac visionibus territi, sic extra se erant, vt nec secum alloqui licet vna essent, nec tangi potuerunt, immo nec tactum percipientes, vnde dispersionem hic cum Castro intelligendam iudico, hoc est totalem diuisionem commercij, allocutionis, confabulationis, vnde ait:

Iansen. Cantacuz.

2. Ægyptiorũ tenebræ cõiunctos diuidebat.

Castro.

Pauentes horrende, &c. Ex quo fiebat, vt inquit Abulensis Exod. 10. post quæst. 7. vt nec tantillum se mouerent, credentes statim se morituros, & grauiora subituros pericula, vnde totaliter memoriam amittentes, vbi cibi, vbi amici, vbi quæuis alia essent penitus obliuiscerentur. Quapropter immobiles veluti statuæ euaserint, quod mirum videri non debet, ex timore enim aliquando fit, vt sic immobilis aliquis fiat, vt prorsus à duro non distinguatur lapide.

Abulens.

Cum admiratione nimia perturbati, &c. Effectum loco causæ substituit, admirationem causarum spectra, phantasmata; hæc sic eos perturbarunt, vt vbi, aut vnde essent prorsus nescirent, obstupefacti, & extra se præ timore acti; cognosco hominem qui ex visione spectri vno tantum oculi ictu visi, sic immobilis permansit, vt ex vno non se mouit loco spatio amplius octo horarum, prorsus sui oblitus, & extra se factus, quid ergo quando hæc non vno videbant oculorum intuitu, sed permanenter, diuque? Hugo adnotat differentiam inter turbationem, & perturbationem: Nam iusti turbantur, sed non perturbantur, confirmat ex Bernard. qui sic: *Propter peccatum meum, grande turbatur conscientia mea, sed non perturbabitur, recordabor enim vulnerum Domini*; Moralis cogitatio.

3. Iustus turbatur, sed non perturbatur.

Num. 4. *Neque enim quæ continebat eos spelunca sine timore custodiebat, quoniam sonitus descendens perturbabat illos, & persona tristes illis apparentes, panorem illis præstabant.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

RAtiones pœnæ suprà enarrauit, nunc eius contra humanas industrias ineuitabilitatẽ, cum neque locus, neque ignis, neque ars eis proficere potuit magica, vt infra dicemus.

Neq; enim quæ continebat eos spelunca, &c. dubiũ inter Doctores, quid per spelunca quæ propriè latebra, penetrale, intimus est locus, latibulũ ob hoc dicta; & ratio difficultatis, quia cũ scriptura dicat immobiles extitisse Ægyptios, sequitur

Digitized by Google

nullo modo illas ad ſpeluncas effugiſſe, vt tenebras vitarent.

Bonauent. Bonauent. propriè intelligit ſpeluncam, locũ nempe abſconditum, ad quem vt grandinem, & ignem Ægyptij euitarent ſeſe abdiderant; non

Lorinus. placet Lorino, ratione in dubitationẽ adducta, nec mihi placeret, ſi vniuerſaliter de omnibus intelligẽdum eſſet; at quia poſſibile aliquos etiã tenebras in illis inueniſſe incluſas, ſiue ob rationem Bonauent. ſiue caſu aliquo, ideo ad vim tenebrarum amplificandam, & demonſtrandam exponit Sapiens, nec hos inibi fuiſſe ſecuros; Quapropter probabilis eſt Bonauent. opinio,

Caſtro. quam ſequitur Caſtro, & me iudice etiã Hugo.

Hugo. Cæteri omnes pro ſpelunca ipſas intelligunt tenebras, quæ ſic vndique miſeros cingebant, ac decludebant, vt in obſcuro immobiles permanentes, non ſecus ac in horrida extabant ſpelun-

Liranus. ca, ſic Lyranus, Lorinus, & recentiores; primus

Lorinus. ſenſus magis mihi placet, ſi cum ſecundo iungatur; vnde veram intelligit Sapiens ſpeluncam, & ſimul ipſas tenebras.

Quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos. Græca, *Sonitus autem perturbantes eos circumſtrepebant*, ratio timoris in ſpeluncis, & tenebris, horribiles ſoni ex turbine, nimbo tonitrui inſtar excitati.

Perſona triſtes apparentes, pauorem illis præſtabant, &c. Græc. *Larua truci aſpectu triſtes of-*

Cantacuz. *ferebantur*, Cantacuz. triſtitiam non laruis dat, ſed perſonis, quibus illa oſtendebantur terriculamenta, vt eſſent ipſi demiſſis vultibus, & caligine, ac tenebris, ſtrepituq; perturbati illos non auderent attollere, ac defigere in obtutum earum; laborat Lorinus, vt hunc adaptet verbis

Lorinus. ſenſum; ego non valeo, planus, & germanus eſt, & communis omnium qui hîc intelligunt locũ de laruis, ſpectris, dæmonibus ipſis apparẽtibus Ægyptijs; Inclinat Lorin. etiam de animabus ex præteritis plagis defunctis, à dæmonibus aduocatis ad intenſiorem timorem, & errorem; poſſibile, ſi aliqua fulciretur authoritate.

1. Animæ defunctorum à dæmonibus aduocatæ ad timorem concutiendum.

Liranus. Lyranus vult in ſomnis hæc Ægyptijs apparuiſſe, Carthuſ. Holkoth, Bonauent. in imagi-

Carthuſ. *Holkoth.* *Bonauent.* natione, Abulenſ. Exod. 10 à quo Pererius, in vi-

Abulenſ. *Perer.* gilia, & in oculis etiam externis; Hoc vltimum ſequor, nec obſtat illos fuiſſe omni luce priuatos, cum vt infrà dicemus, ignem viderunt, ſed non ad ſolamen, quin potius ad ampliorem afflictionem.

De laruis, lemuribus, genijs, laribus, phantaſmatibus tractari hîc poſſet, ſi otium eſſet, & alia potius non intenderemus grauiora; videndus de hac re Del-Rio in diſquiſitionib. magicis, qui doctiſſime, & eruditiſſime de hoc loquitur, & Tiræus de apparitionibus, & dæmoniacis; Placet Lorinus, qui ideo hos ſimilibus laruis, & ſpectris iudicat punitos, quia veri Dei adorationem reſpuentes, dæmonibus, laruis, & ſpectris nefanda obtulerunt ſacrificia.

HOMILIA XCII.

Peccatorum occultorum pœna.

PRIMA,

Animi tenebræ, ſtupiditas, malaque non præſagire.

ET dum putant ſe latere in obſcuris peccatis, de miſeris illis noſter ait Sapiens, peccantibus liberè, quia occulta putabant ſua mala, dum nocte ea patrabant, quid inde? condigna quidẽ ſecuta pœna, tenebræ horribiles, vt ipſamet nox, quam ad ſolatium ſumpſerunt, eſſet ad pœnã, ad tormentũ, & tenebris cruciarentur, qui à tenebris allecti effrænè peccarunt, vt inde intelligãt omnes, impoſſibile Dei effugere iudicium, nec vllum inde per peccatorem ſolamen auſpicari poſſe, quia peccatum occultũ: nam etſi in tenebris illud apud homines, in meridie apud Deũ, & tenebris percutiet eum mentis horrẽdis, in horrenda permittens incidere mala tum culpæ, tum pœnæ, quod proprium talium eſt peccatorum.

Enimuero antiquorum error fuit deum noſtra neſcire, vnde Regius Pſaltes Pſal. 72. n. 11. *Dixerunt, quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?* imò & interrogatione in affirmationem tranſierũt, vnde Pſal. 93. n. 7. *Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob*; vt videas quàm plena periculis res, ſemel in rebus fidei dubitationem admittere, cum inde facilis ſit tranſitus ad affirmationem; primo iſti de Dei prouidentia, ac ſcientia dubitarũt; at ſtatim inde affirmarũt, dicentes non eſſe ſciẽtiam in excelſo; hinc & ſi generaliter hoc, tamen ad modum hominis de deo concipientes, ſpecialius hoc de peccatis in nocte, ac in occulto factis affirmarũt, vnde apud Iſaiam c. 29. n. 15. & 16. *Va qui profundi eſtis cordis, vt à Domino abſcondatis conſilium*; nota emphaticam locutionem, tales profundos appellat corde, hoc eſt cogitationibus altis, magnificis, ſubtiliſſimis, cogitantes, ac recogitãtes, quomodo ſuum conſilium, actum, ac patratum à Domino abſcondere poſſent, & poſt multa cogitata, diſcuſſa, ac examinata inuenerunt, ſi nocte patrarentur, quaſi Deus non videret quæ nocte, quæ in ſilẽtio ac in occulto, vnde ſequens ait: *Quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos?* Hinc rectiſſime Cyrill. Hieroſolim. catechet. 4. ideo affirmat quod negato Deo vero alij ſolem, alij lunam aſſerebãt, vt ſi per diem malè aut ſi per noctem, ſine Deo videnti eſſent, ac ſciente; *Cum itaq; aberrauerint quidã*, ait, *ab vno Deo, diuerſimode multi ſentiebant, ac alij quidem ſolem ponebant, vt occidente ſole, nocti is tempore ſine Deo eſſent; alij verò lunã, vt in die Deum non haberent.* Suam in hoc ponentes verſutiam, ſiue vt inquiebat vates, cordis profunditatem; hinc ad talem, tantamq; vecordiã profundiſſimæ tenebræ ſecutæ; vnde clamat Paulus, & dicit: *Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum*, ad Rom. 1. n. 21. quaſi propria talium pœna ſit mẽtis cæcitas. Audi Paul. 2. ad Cor. c. 4. nu. 4. *Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti.* In quo loco Chryſoſt. Anſel. Theodor. Beda, per Deũ huius ſeculi Deum verũ intelligunt; at cur excæcauit? quia vt rectiſſime Archelaus Epiſcop.

Pſal. 72. num. 11. *Pſal. 93. num. 7.*

1. Periculoſa res in rebus fidei dubitationem ſemel admittere.

Iſaiæ 29. num. 15. & 16.

Cyrill. Hieroſol.

2. Alij ſoli, alij lunæ diuinitatem tribuunt, & cur.

ad Rom. 1. num. 21.

2. Cor. 4. num. 4. *Chryſoſt.* *Anſelm.* *Theodor.* *Beda.*

apud Dio. Cyrill. Hieroſolymit. Catechef. 6. *Vbi ſpontanea pranitas, ibi & impedimentum gratiæ.* Infideles erant ſponte peccantes, in occulto quaſi non adeſſet Deus videns, merito in pœnam excæcati. Vnde ob id Paul. ſupr. num. 2. ſuam contra iſtos ſtatuens iuſtitiam, ac diuerſi modam viuendi normam, ait, *ſed abdicamus occulta dedecoris*, quaſi diceret, nos ſecundùm Euangelium viuentes, ſic Deum viuentem credimus, vt occulta apud homines dedecora etiam vitamus, credentes Deum nos videre; at ipſi non ſic non occulta euitant, quia Deum non videntem, ac cæcum credunt; hinc merito à Deo ſæculi authore excæcati in pœnam, ſic fatui mẽte, vt dum occultè ſit dedecus nil aliud curant; hinc ſicut ipſi veluti à Deo oculos eripiunt, ne videat, ſic illis Deus infatuos reddit, vt nec culpam ſuam quam ſecreto, & in nocte patrarunt, occultare, aut defendere ſciant.

3. Infideles iuſtè in pœnam excæcati.

Enimuerò ſic Chriſtianus, ſic ſapiens animatus deberet eſſe homo, vt quando nullus eſſet Deus videns, nullus homo, immo quando nec præmium, nec pœna, peccatum, infandumque nullo modo ob ſuam tantum deberet admittere turpitudinem; hinc aurea illa Senecæ, & ſi Gentilis vox, *Etiam ſi ſcirem homines ignoraturos, & Deum ignoſciturum, tamen peccare nollem ob peccati turpitudinem*; Quod elegantiſſime dixit Ambroſ. lib. 2. Officior. cap. 3. ad annulum alludens Gygis, quo ipſe omnes videns, & à nemine viſus ſtuprum cum Regina committens, Regem occidens in Lydiæ euaſit principem; de qua re Herodotus lib. 1. & Cicero 3. de Officijs; *Da hunc annulum ſapienti*, ait Ambroſ. *vt beneficio eius poſſit latere, cum deliquerit, non minus fugiet peccatorum contagium, quàm ſi non poſſit latere*; Cuius rationem perbelle addens ſequitur; *Non enim latebra ſapienti ſpes eſt impunitatis, ſed innocentia.* Pulchrè, latebra ſapientis innocentia; at cum quantumuis peccatum occultum committat in innocentia ſe abſcondere non poteſt; ideo & ſi occultiſſime nunquam peccat, ob quod verè ſapiens; at ſtultus, ſit occultum, & liberè peccetur; hinc non tantum Deus illum, ſed ipſe ſe obcæcat, vt rectè Archelaus Epiſcop. vbi ſup. ponderans cur Chriſtus dixerit, *Propterea in parabolis loquar, vt videntes non videant*, Matth. 13. num. 13. *Non quod odiſſet illos volebat ne viderent, ſed quod oculos ſuos ipſi obſtruxerunt.* Hinc penitus cæci, quia Deum videntem non timent, nec poſtea iuſto eius iudicio ipſum crimen occultare ſciũt.

Seneca. *Ambroſ.* *Herodot.* *Cicero.* 4. Peccatum & ſi ſecretũ deteſtabile. *Archelaus.* *Matth. 13. num. 13.*

Hoc equidem pondero in vecordibus illis Suſannæ ſenibus Daniel. 13. n. 20. *Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt, & nos in concupiſcentia tui ſumus, quamobrem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum.* Pende dicta, & intelliges hos ad peccandum pronos, quia Deum videntem non conſiderabant; concupiſcentia enim ſic eos dementarat, immo obcæcarat, vt euertentes ſenſum ſuum, *Declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum*, hoc eſt Deum ipſũ, vt vult Maldonatus, qui nomine cæli ſæpè in ſcripturis appellatur Matth. 21. num. 15. *Baptiſmus Ioannis vnde erat? è cælo*, hoc eſt à Deo, Luc. 15. n. 21. *Pater peccaui in cælum & coram te*, hoc eſt in Deũ, & alibi ſæpè; dum ergo Deum aſpicientẽ non timuerunt, ſecreto ſibi in concupiſcẽtiam exarſerunt, ſic vecordes poſtea in conſtruẽda fuerunt calumnia, vt ex ore ſuo conuincerentur, ſic ſtolidi, vt ſi iudicium apud multitudinem fuiſſet, ex ipſamet ſtropha falſum conuincere poterant, vnde rectè à Daniele fatui appellati num. 48. *Sic fatui filij Iſraël non iudicantes, neq; quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiã Iſraël;* Sic enim dixerunt, *Cum deambularemus in pomario ſoli, ingreſſus eſt hac cum duabus puellis, & clauſit oſtia pomarij, & dimiſit à ſe puellas, venitque ad eam adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit cum ea: porro nos cum eſſemus in angulo pomarij videntes iniquitatẽ cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter miſceri, & illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis oſtijs exiluit.* Si in pomario deambulabant, ergo nõ in angulo, ergo ex ſonitu, ex ſtrepitu, ex deambulatione ipſi prius ab adoleſcente abſcondito viſi. Secundò, ſi cucurrerunt, quomodo viderunt eos pariter commiſceri? certè ex leuiſſimo ſonitu, & vix ipſi pedẽ amoniſſent, ac cõmiſcentes ſe dereliquiſſent; Terriò, ſi iuuenis illis fortior, cur eos non occidit? cur Suſannam non liberauit? En quo modo mentiti in caput ſuum, ipſimet ſe prodiderunt, ab ipſamet ſua obcæcati malitia; ſed vlteriùs interrogati ſub qua arbore viderint eos *colloquentes ſibi*, vnus reſpondit, *ſub ſchino*, alter *ſub pino*, in quo loco placet primum adnotare modum loquẽdi Danielis, ſic à ſenibus diuerſum: illi, *venit adoleſcens, & concubuit cum ea, & vidimus eos pariter commiſceri*; At Daniel vbi viderint colloquẽtes, ait: vnde concubitus colloquium? Sanè ex modeſtia Daniel virgo illa vſus loquela quæ puriſſimo decebat, ſenes impuriſſimi, quę impuriſſimis; vt inde diſcas iudiciũ ferre de hominib⁹, ſic ſunt vt loquũtur, & dic impuriſſimos, ac obſcœniſſimos, & ſi religioſos, ſi impurè loquantur; & ſi ipſi ſciebant falſum dixiſſe, cur reſponderunt? cũ nec notare arborẽ, nec illam aſpicere tenerẽtur; & ſecundò, ſi ex condicto ſimul ſtrophé ordiri, cur hoc non aduerterunt, interrogationem præuenientes? Sanè amice, quia vt dicebat Archelaus Epiſcop. *vbi ſpontanea pranitas ibi impedimentum gratiæ*; ac proinde à Deo derelicti, dũ ipſum videntem non timuerunt, eos ſic ſtolidos reddidit, vt ſemet proderent, imò quod ex ſuomet ore ſententiam contra ſe mortis pronunciarent; quod valdè notandum in hoc facto.

5. Peccator ſuæ cæcitatis cauſa.

7. Peccator ſui ipſius proditor.

Attende ad quæ ſum dicturus: ſic Deus hos obcæcauit, vt non ſolum peccatum proderent, ſed etiam ſententiam, vt inde videas quam parũ fidendũ in occultatione peccati: nam dũ nullus adſit iudex qui iudicet, cõdignamq; promat pœnam, iuſto Dei iudicio fit, vt ipſimet contra ſe eam delinquentes dicant: de arbore ergo interroganti Danieli, vnus reſpondit *ſub ſchino*, alter *ſub pino*, quibus Daniel elegãti paronomaſia ludens ex eorum ore pandens ſentẽtiam primo dixit: *Ecce Angelus Domini accepta ſententia ab eo ſcindet ſe medium.* Secundò: *Manet enim Angelus Domini vt ſecet te mediũ, & interficiat te*, vnde hoc Daniel? ſeu vnde talem promiſit ſentẽtiam? Sanè ex eorum ore; primus ergo dixit *ſub ſchino*, quam arborem latini nominant *lentiſcũ*, quæ Græc. dicitur *ſchinos*, cui nomini habet agnominationem verbum Græcum *ſchiſo*, quod apud Latinos idem ſonat quod *dirumpo, & quaſi ferra ſeco*, vt optimè Perer. in hunc locum; Secundus verò dixit *ſub pino*, hoc eſt ſecundum

6. Deum præſentem non conſiderare cauſa peccati. *Maldon.*

8. Caſtitatis obſeruator caſta vtitur loquela, è contra impuri.

9. Peccator contra ſe dicit mortis ſententiam. *Pererius.*

vesaniam, ac insensibilitatem eorum peccatorum, qui in diebus fuerant Noë, taxauit, vt optimè Chrysost. homil. 78. in Matth. dilucidans enim locum illum Paul. 1. ad Thessalonicens. cap. 5. nu. 3. *Cum dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus*; adnotans non dixisse Apostolum, cum fuerit pax, sed cum dixerint, sic ait: *Insensibilitatem eorum ostendit, sicut illorum, qui fuerant in diebus Noë, quando mali lasciuiebant; non autem iusti*; At vnde eorum insensibilitas? nunquid præsagire debebant diluuium? Sanè respondet Chrysost. quia Arcam fabricari videntes futurorum malorum præsagium, ipsi contemnebant; *Cum enim Arca fabricaretur praiacebat quidem in medio futura predicens mala; mali autem non credentes, ac si nullum fuisset futurum malum lasciuiebant.* En insipientia, ac vecordia ex peccatis, mentisque obcæcatio, quam si conlideres plusquam bellinam inuenies, quomodo? quia futurum diluuium præsagientia animalia ad Arcam occurrerunt, vt saluarentur, quod homines rationales neglexerunt, peiores in hoc animalibus; quod pulchrè adnotauit Diu. Alcinus de diluuio latus.

Chrysost. 1. ad Thess. cap. 5. n. 3.

13. Discat peccator ex animalibus suam præsagire ruinam.

Tantum decreta futuri
Vis valet, occultus brutis in sensibus ardet
Terror, & expectans agitat formidine mentem:
Ast homines, quos fors certi discriminis vrget,
Vicina nec morte pauent.

Egregiè, Arca futuri diluuij præsagium, animalia terret, homines vero peccatores minimè; vnde tanta stoliditas? Sanè amice, à peccatis, quæ sic cor obcæcant, vt peius sint quàm ipsa animalia, nil mali præsagiens.

Quæ stoliditas, insipientiáque clarè in superbissimo illo adnotatur gigante, 1. Reg. 17. n. 43. cui & si in peccatis totus natus, idololatra, ac pessimus Dei blasphemator, ac exprobrator sic securè ad prælium descendebat, vt animali peior, nil mali præsagiret; audi quid Dauid adolescenti oblatret, *Nunquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo*? Socors, & totus à peccatis obcæcatus, nunquid non peior quàm canis? dum si canis equidem mortem ex baculo vel lapide præsagiret, atque se muniret fugiendo; at ipse pluspquam canis stolidus, nil mali futuri præsagiens, securus blatterat, *Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & bestijs terræ*, quid inde ex hoc? misere occisus; Vnde egregiè Chrysost. hom. de Dauid, & Goliath, tom. 1. *Si canis fuisses nunquam dimicantem*, ait, *contra te Dominum prouocasses, sed vt canis interitum futurum, & dignum supplicium metuisses, peior es cane, qui nec virgam metuis, nec lapidem quo moriturus es extimescis.* Egregiè, animalibus certè in hoc peior est homo; nam illa ex quodam naturali instinctu mala præsagiunt; hinc timent, ac non audent vt canis, si lapidem, si virgam cernat; solus homo stolidus, qui etsi contra se Dei inimicum habeat, si contra se lapides, si virgam videat, nil mal. præsagit, immo ridet, peccata non intermittens, quinimmo augens, immo de præsagio ridens, quæ maior vecordia?

1. Reg. 17. num. 43.

14. Homo malus animali peior.

Chrysost.

Enimuero sicut Dominus noster eam virorum in diebus Noë apud Matth. taxauit, vt sup. diximus, sic apud Lucam & Sodomitarum cap. 17. num. 28. *Similiter sicut factum est in diebus Loth, edebant, & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & edificabant, qua die autem exijt Loth à Sodomis pluit ignem, & sulphur de cælo, & omnes perdidit.* In quo loco excellens equidem est illa Bedæ adnotatio, Dominum nefandum peccatum Sodomorum prætermisisse, tamen leuia commemorasse, & si de diluuio agebat igneo; quæ ratio? Sanè respondet, *Vt intelligas illicita qualipœna feriantur, si licita immoderatius acta igne, & sulphure puniuntur.* Sed ad nostra, isti peccatores de insensibilitate etiam taxantur, quia præsagire etiam malum poterant, si vellent; vnde? ex cæcitate, immo ex circuitu quo inuenire domus ostium satagebant: nam dum sic circuibant, intendere profecto debebãt illos non ad finẽ consummationis, vt inquit Bernard, sed cõsumptionis accedere, appellat enim Bernard. Deum finẽ consummantem, non consumentem, tractatu de diligendo Deo, vnde elucidans illud Psalm. 11. num 9. *In circuitu impij ambulant*, sic ait: *ambulant naturaliter appetentes, vnde finiant appetitum, & insipienter respuentes, vnde propinquent fini; fini dico non consumptionis, sed consummationis; quamobrem non beato fine cõsummari, sed cõsumi vacuo labore accelerant.* Egregiè, impij enim in circuitu carnalium desideriorum ambulantes, dum ad eorum finem accedere satagunt, illum finem attingunt, qui eos consumat, vrat, trucidet, necet, non qui conseruet, beatumque faciat. Vnde rectissime August. tract. 55. in Ioan. quomodo finis legis sit Christus, declarans, ait: *Finis perficiens, non interficiens, finis quousque eamus, non vbi perramus.* In circuitu ergo impij dum ambulant obscœna post desideria, certè præsagire debent, ad finem eos tendere consumptionis; at quia omnino vecordes ex peccato fiunt, non solum illud non præsagiunt, sed præsagientes rident. En tibi Sodomitæ pessimi domum Loth vallantes à primo vsque ad maximum cæcitate percussi in circuitu domus perambulantes, nec ostium tamen inuenire potentes, ex hac cæcitate, ex hoc circuitu sic stupidi vt ex illo nil mali pensitarent, nil infortunij autumarent, immo Loth sanctissimũ præsagientem eis irrisserunt, Genes. 19 num. 14. *Egressus itaque Loth locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc, & visus est eis quasi ludens loqui?* Cur sic? seu cur Deus sic insanire eos permisit, vt sanctissimo non crederent? Sanè respõdet Chrysost. *Quia è malo illo erant fermento*; Vnde sic eorum exigentibus peccatis iusto Dei iudicio, cui credere debuerant, eum subsannarunt; vt ex hoc intelligas pœnam esse peccatorum prædicanti, ac admonenti non credere, nullumque signum maius futuræ perditionis, quàm prædicatorem deridere, admonentemque subsannare.

Luc. 17. num. 28.

15. Leuia Deus peccata cõmemorat, prætermittit grauia & cur.

Beda.

Bernard.

Psal. 11. num. 9.

16. Peccator vacuo labore finem appetit consumptionis.

August.

Genes. 19. num. 14.

Chrysost.

17. Maxima peccatoris pœna prædicanti ac admonenti non credere.

Hinc ex hac parte, hoc est ex hac cordis stupiditate, dum malè agentes homines peccatores nil mali timent, peiores sunt ex hoc quam ipsi dæmones; isti enim ex malis quæ agunt futurum iudicium timent, immo quod mirandum, sic ad præsentiam Iesu extimescunt, vt delicta patrata repẽsando accelerationem pœnæ reformidant futuræ, præsagientes malum; non sic autem homo: nam etsi in peccatis totus, nam etsi in

Christi præsentia, ac coram augustissimo altaris Sacramento sic securus degit, vt nullum præsagiens malum, nō solum peccare non desinit, sed quod horribilius, & coram illo sanctissimo peccata coagmentat, peior in hoc ipsis dæmonibus

Matth. 8. num. 29. Matth. 8. n. 29. *Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei?* clamauerunt dæmones, *veniſti huc ante tempus torquere nos?* quomodo ante tempus? & quam pœnam illis tunc Dominus inferebat? Auguſt.

Auguſt. de ciuit. pœnam affirmat *proditionem eorū*, hoc est eorum infirmitatem, impossibilitatem, debilitatem, quo fiebat, vt eorum cognitio spernerentur, nec tanti reputarentur. Hieronym. in hunc

Hieron. locum tom. 9. ipsam Saluatoris præsentiam illis

18. Impius nil mali timens peior diabolo. fuisse pœnā æstimat; melius Chryſost. hom. 29. in Matth. pœnā ante tempus affirmat intellexisse dæmones proditionem in abyssum illis reseruatam, ac in die vltimi iudicij constitutam; cum enim se excusare non poterant non peccasse, quia in sua præsentia malè eos agere Christus inuenerat, ex malis actis, ex Christi præsentia, sic timuerunt, vt malum præsagirent detrusionis

Luc. 8. num. 31. in abyssum; Vnde Luc. cap. 8. num. 31. *Et rogabant illum*, ait, *ne imperaret illis, vt in abyssum*

Chryſost. *irent.* Vnde egregiè Chryſost. *Non autem poterant dicere se non peccasse, quia eos Christus inuenerat malè operantes, & futuram Dei puni entes, vnde æstimabant propter superabundantiam malorum, quæ fecerant, quod non expectaret in eis tempus extremæ punitionis, quæ erit in die iudicij.* Ex peccatis etgo dæmones, & præcipuè ex his, quæ in Christi præsentia malum præsagiunt, malum timent, solus homo dæmonibus ipsis vecors, & stolidus, totus in peccatis obrutus, & immersus nil timet, nil mali autumat, & si quod horrendum, aliquando in Christi præsentia illa committat; quid miramur amice, homines interire ex tempore, in iuuentute, vix pubescentibus annis ad iudicium vocati, Sacerdotes, prælatos, principes florentibus annis interire; attendant ad mala, quæ operantur, ad peccata in quibus immerguntur, & præcipuè ad ea, quæ in Ecclesiis, quæ coram Sanctissimo impudentissime agunt, & mirari desinant, si ante tempus eos Christus torqueat, cum frontosè ipsi sine delectu temporis, ac loci peccent, in hoc ipsis dæmonibus vecordes, qui vt præclarè diu.

Basil. Seleuc. Basil. Seleucien. orat. 23. & si malitia quasi infinita, tamen flagitia, quæ ab ipsis patrata non sic eos dementant, vt pœnam non reformident futuram. *Norunt ex his*, ait, *quæ perpetiuntur se tormentis obnoxios, neque tantum apud eos morum potuit improbitas, vt illata ob flagitia pœna oblitionem in ducat.*

20. Dæmones & si mali ob peccata pœnam reformidant. Hinc sic obcæcantur peccatores, vt & si Christiani, & si præsentem ipsum dominum habeant, eum non cognoscant, non videant. Mirum & admirandum quod infelicissimo euenit Iudæ in horto, cum & si discipulus Domini, & si cum illo tanto tempore conuersatus, si tandem tunc tunc cum illo cœnatus, tamen ad præsentiam Iesu in horto constitutus non eum cognouit, vt sentit Cyrill. lib. 11. cap. 33. & Chryſost. ho-

Cyrill. Chryſoſt. Ioan. 18. Euthim. mil. 82. in Ioan. super illa verba cap. 18. *Iesus autem sciens omnia, &c. processit, & dixit eis: quem queritis?* quæ verba putat Euthimius apud Matth. cap. 26. dixisse Dominum antequam Iudas eū osculatus fuisset, vnde ex hoc vt affirmat

Toletus. rectè Toletus probabilis sit sententia Cyrilli, & Chryſost. Ergo pessimus discipulus, & si ad præsentiam staret Christi, satis, superque alias ipsi notam, tamen non eum cognouit, sic vt necessaria interrogatio Domini ab eo, & sucijs exposturans quem quærerent; vnde talis discipulo cæcitas, ac stupiditas? Sanè, quia cor eius diabolus iam possidebat, sic tenebris obuolutum, caligineque obsessum, vt ante ipsam cæcutiret lucem, vt ipsum non videret præsens lumen. *Reprobi*, Magnus ait Gregorius lib. 2. Reg. cap. 11. *corda*

Gregor. *sua non habent, quia ea diabolus possidet, vnde & de proditore dicitur, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes; si enim Iudas cor suum, & non diabolus possideret, ipse potius in eo bonum, quàm diabolus malum poneret.* Egregiè, ideo Iudas Dominum non cognouit, quia vecors cor ipse suum non, sed diabolus possidebat, hinc tenebris obuolutum ipsam non videbat lucem, ipsum non cognoscebat Christum: sic equidem, sic mali, ac peccatores, eo peccata sua eos trahunt, vt penitus Dominum non cognoscant, etsi præsentem habeant videntem, inspicientem, & tamen peccant, vnde talis cæcitas? amice, ex cordis tenebris, ex peccatorum pœna, quæ sic eos obcæcat, vt & si deum præsentem habeant, tamen eum non agnoscunt, non vident. Hinc audaces facti contra eum turpiter peccant.

21. Iudas in horto sic tenebris obuolutur vt Christum non cognoscat.

Immo, vt interim hoc dicam, & si aliquando oculi ad cognoscendum eis aperiuntur, hoc equidem non ad Deum adorandum, non ad Christum glorificandum, sed tradendum, sed occidendum. En tibi Iudas post Domini interrogationem, aperti eius oculi, & ipsum cognouit dominum; at ad quid? ad tradendum, ad proditorie osculandum, vt inde videas ad quid peccatores deueniunt, semel tenebris obscurato corde peccatorum, vt sic frontosi fiant, quod & si Dominum recognoscant, tamen eum non adorent, sed tradant, sed ausu temerario prodant. En tibi origo charissime, vnde mali Christiani nefando ausu sacrilege communicant, in peccato Sanctissimum accipientes, in Ecclesijs tanquam in lupanaribus peccantes, extra sic peccant, ac si Deus non esset, Deum & si præsentem non cognoscentes, quid ergo ex hoc? vt quando postea in Ecclesia eum cognoscunt, vident, palpant, actuque presentem cernunt, ex malo habitu, maloque vsu sic eum cognoscunt, vt non ad adorandum, sed ad eum tradendum, occidendum accedant, miserabiliores ex Sacramento facti, quàm antea sine illo; vnde tantum malum ex peccatis, quorum prima pœna vt diximus, mentis cæcitas, sicut & ab illa cæci extiterunt miseri Ægyptij, dum vecorditer, vt noster inquit Sapiens, inter noctis tenebras peccata sua latere posse autumabant, *Et dum putant, &c.*

22. Peccatorum pœna est Ecclesiam, ac diuina petere vt pereamus.

19. Peccata in Dei præsentia & in Ecclesiis patrata, celeré vocant destructionem & ruinam.

HOMILIA XCIII.

Secunda, Peccatorum occultorum pœna pauor.

TEnebras, caliginem, ſtupiditatem, vecordiam primam occultorum peccatorũ pœnam diximus, nunc ſecundam Pauorem, & non quemlibet, ſed horrendum, vt noſter affirmat Sapiens, vnde ait: *Pauentes horrendè*; at quid pauebant mali illi, ſi in ſpelunca abſconditi, & quaſi ſepti tenebras illas, vt videbatur, effugerant horrendas? rectè Chryſoſt. homil. 20. in Geneſ. ſeipſos, quia mali, & peccatores, cum hoc habeat peccatum, ſemel enim in anima admiſſum, & ſi occultum, non è foras timores mendicat, quia intus mordet, intus ſtimulat, & ſi iudex non adſit pœnas taxans, pœnas infligens, ipſemet ſui conſcius delicti eas numerat, penſitat, timet. En tibi Lamech Geneſ 4. nu. 23. Cain caſu occidit, & hoc in campo ſolus, quem nemo aſpexerat teſtis, nemo oculatus homo, & tamen clamat: *Audite vocem meam, auſcultate ſermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum.* Mirum, vt ſuum propalaret hic peccatum, ſic timens, ſic pauens, vt quaſi de re acta carnificem ſui extimeſcens, vt terrorem cæteris incuteret, ne eum occiderent dixerit; *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuagies ſepties.* Quæ verba eum faciunt ſenſum, vt ſæpè alibi diximus, ſeptuplum ſcilicet puniturus, qui Cain occidiſſet; at qui ipſum ſeptuagies ſepties, ſic timidus extabat, ſic ſui pauens tearus. Vnde ergo illi tantus pauor, vt talia promere, talia dicere impellebat? Sanè ex ipſomet peccato, ipſe ſibi tãtum conſcius delicti, ſe ipſum ſic timebat, vt intrà ſeſe retinere præ formidine non valens foras prorupit; Vnde Chryſoſt. *Peccator*, inquit, *habens acrem illum accuſatorem conſcientiam nunquam ſic in ſolitudine verſatur, quin ſuſpiciones timeat, vmbras tremiſcat, & eos, qui conſcij ſunt, & qui non ſunt*; cui rei cauſam ſi à Chryſoſtomo petas, infrà tibi reſpondet, quia poſt facinus peccator *Iudex ſui ſit, & accuſator.* Egregiè, poſt facinus ipſe iudex, ipſe accuſator; hinc ſeipſum pauens, dum effugere non poteſt iudicium extimeſcit, vnde non tantum ante facinus prius ſecurus, quantum poſt illud pauidus.

Attende hoc in primo illo noſtro parente, vocem Dei deambulantis *ad auram poſt meridiem*, audiens totus tremefactus clamat, *vocem tuam audiui in paradiſo, & timui, eo quod nudus eſſem, & abſcondi me*, Geneſ. 3. num. 10. Pendo multa, primo, timorem ex nuditate, nunquid non antea nudus cum Deo non alloquutus? Sanè, vnde ergo nunc ex nuditate timor? equidem amice, quia nunc peccator, antea iuſtus, nunc ipſe ſui iudex, & accuſator nuditatem vt pœnam aſpexit non antea, vnde ſicut prius ſecurus ante facinus, poſt illud pauidus; hinc rectè exclamat Proſper. lib. 2. de vita ſolitaria, *O quantum ſecuritatis habent, qui ſibi bene conſcij ſunt, & quantum perturbatos humiliat perpetratio pudenda peccati, ſicut primi noſtri parentes, qui ſe abſconderunt à facie Domini, de ſua turpitudine, non de nuditate confuſi; ante peccatum enim nudi erant, & non erubeſcebant, quia nihil contra voluntatem Dei vnde confunderentur, admiſerunt.* Egregiè, prius, quia nihil mali admiſerant, nuditatem non timebant, ac poſt malum fit eis tormentum, quod prius ſolatium, vt mox dicam.

Secundò, pondero modum Scripturæ loquentis, *Et cum audiſſent*, ait, *vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi*; Si in medio ligni, ſi abſconſus, ſi arborum ſilua tectus, cur ad primam Dei vocem reſpondit? nunquid conſultus tacere, ſilere? Sanè ſi poſſet; at non eum ſua ſinit conſcientia, cum vt rectè Chryſoſtom. hic, *Mox vt intrauit peccatum, tumultuatim ſimul eos inuaſit: nam conſcientia index incorruptus, cum aduerſus hominem inſurgit clara voce clamat, & accuſat.* Reſpondit ergo & ſi abſconſus, & ſilere non potuit, non quia reſpondere voluit, ſed quia compulſus, aſtrictus vellet, nollet, à ſuo carnifice, à ſua conſcientia totus tremefactus.

At ſi Deus in paradiſo, ſi ipſemet in amœniſſimo loco, ſi Deus ad auram poſt meridiem ambulat, placide loquens, cur timet? cur ſe abſcondit? quid aura? profectò *lenior ventorum flatus*, vnde Virgilius lib. 4. Æneïdos.

Dulcis compoſitis ſpirabat crinibus aura.

aliquando etiam accipitur pro ſplendore, vnde Ouidius 3. de triſtibus,

Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit,

aliquando pro afflatu, & fauore, ſic idem.

Iam quoque nunc nimium gaudens popularibus auris;

immo aliquando per tranſlationem pro venuſtate, & illecebris, ac quaſi quodam philtro, quo animi alliciuntur, ſic Horat. 2. car. Ode 9.

Te ſuis matres metuunt iuuentis,
Te ſenes parci, miſeræque nuper virgines nuptæ,
Tua ne retardet aura maritos.

Ergo ſi aura ventus lenior, ſi amicabilis ſplendor, ſi fauor, tandem ſi philtrum, quo amantes alliciuntur, cur timet Adam ad auram Deum deambulantem? eo vel maximè, cum ſententia ſit Theodoreti, præſentiam Domini non aliter Adamum ſenſiſſe, quàm per ipſam auram, & Serapion Epiſcop. apud Lippom. in caten. affirmat non aliter tunc Dominum apparuiſſe, quàm antea vti ſolebat, *Sonitum ſenſerunt, & à conſuetudine, & à modo quo Deus apparebat illum ſenſerunt.* Ergo ſuauiter, placide, benigne, affabiliter, totus amabilis, ac ſplendor Deus veniebat, ſicut prius, vnde ergo ei nunc tantus timor? amice, à peccato tantum malum, ſic hominis carnifex, vt ſicut dicebamus, quod prius delectamentum, poſtea tormentum, & ipſi fauores, ſunt poſtea tortores; quid Deo Adamo ante peccatum dulcius, qualis vox amicior? delectabilior? at poſt peccatum nil amplius infenſius, nil amplius alienius; Vnde rectè Lippom. in caten. in hunc locum, *Vide*, ait, *quomodo per peccatum animus alienatur, & confunditur, & timet, & à Domino fugere nititur.* O miſera peccatoris ſors! ô peccatum ingens malum! nec in paradiſo homo per illud ſecurus, vnde ſi daretur

1. Peccator ſuiipſius accuſator & iudex.

Geneſ. 4. num. 23.

Chryſoſt.

Chryſoſt.

3. Malus vel nolit ſuum non poteſt tacere peccatum.

Virgilius.

Ouidius.

Horatius.

Theodor.

4. Adamo ante peccatum vox amica, poſt peccatum terribilis.

Geneſ. 3. num. 10.

2. Adam ante peccatum nuditatem non erubeſcit.

Proſper.

Lippom.

Digitized by Google

potſibile hominem ad cælum ipſum cum illo aduolare, Deumque clarè videre, ipſi Dei fauores, eſſent tortores, ipſi amores, torpores, ſic animum turbat, excutit, dilaniat, confundit.

Hinc vox illa Dei, quæ ante peccatum vox Adamo dulcis, vox amica, & articulata, poſt peccatum tonitruum, vnde ſicut prius animum liquefaciebat, dulcorabat, ac plenè beatificabat, poſtea terrebat, ac penè exanimabat, cum ſicut iuſtis vox Dei, vox amica, ac articulata, ſic peccatoribus inarticulata, immo tonitruum; ſic enim habes Ioann. 12. num. 28. vox patris fiebat ſupra Chriſtum, patris eſſe cognouit Ioan. *Venit vox de cælo*, ſenſum intellexit; audiuit enim dicentem patrem, *& clarificaui, & clarificabo*; at quid turba peccatorum? *dicebat tonitruum eſſe factum; fideles audiunt*, ait Ambroſ. apud Lippomanum in caten. *impij non intelligunt*, non vox illis, ſed tonitruum; ſic Adamo ante peccatum vox Dei vox dulcis, poſt peccatum tonitruum, ſic eum terrens, vt ſe abſconderet, vt timeret, & ſi in paradiſo.

Ioan. 12. num. 28.
Ambroſ.

5. Vox patris placida, iniuſtis inarticulata a cotonitruum ſonat.

Et ne occaſio excidat, & noſtrum ex dictis eliciamus profectum, quem in omnibus, & ſingulis vellem, vt ſemper meus eliceret lector, hoc ſolum ex tanto labore præmium expeto, hoc tantum emolumentum, has tantummodo gratias, hoc dixerim: nam ſæpè ne moroſus ſim non ad mores applico doctrinas, & ſi vellem, expleat ipſe hoc meum deſiderium, vt ſic profectus eius ſit hic labor meus. Ne occaſio ergo excidat, attende quæſo Adami factum in religioſorum praxi, quid illis dulcius Deo, quando in eius amore feruentes, quando in eius gratia? quid ſuauius religionis laboribus, obſeruantijs, pœnitentijs, vigilijs, mortificationibus? *Computreſcet iugum à facie olei*, ait Iſaias cap. 10. num. 27. quale iugum religioni adſimile? at tale iugum, & ſi graue, tamen vt rectè Bernard. ſerm. de dedicat. templi pendens cruces in dedicationibus oleo deliniri, ſic oleo gratiæ, conſolationis, ac dulcoris delinitur, vt non ſit amplius graue, ſed lene, ſed ſuaue, *Verè Crux noſtra*, ait Sanctus, *innuncta eſt, vnde amatitudo noſtra dulciſſima*; Hinc qui amant, non ſolum difficultatem oneris non percipiunt, ſed de ipſo difficultatis nomine erubeſcunt; Vnde Auguſt. tract. de laudibus charitatis, *Solus amor eſt*, ait, *qui nomen difficultatis erubeſcit*; Nam vt Bernard. ſerm. 85. in Cantic. *Vbi amor eſt, non eſt labor, ſed ſapor*; hinc omnia ſapiunt, delectantur, ac vox Dei mandatorum illis dulcis, ſuauis, ſonora, articulata, non ſecus ac Adamo ante peccatum; at ſine, vt frigeſcant, vt Deo derelicto ſe abſcondant in medio ligni paradiſi, hoc eſt curarum, ſollicitudinum, corporearum delectatiuncularum; quid illis vox Dei tunc, quid religionis obſeruantiæ, quid ipſa religio? amice, non paradiſus, ſed infernus. Audi Bernard. ſerm. 3. de Aſcenſ. *Sunt multi*, inquit, *inter nos, qui de vno pane comedunt, nobiſcum dormiunt, nobiſcum laborant, miſeri, & miſerabiles, vtpote ſocij tribulationis, conſolationis non item.* Quid inde ex hoc? audi ipſum; *Huiuſmodi autem, ſi ita diu permanſerint ſub onere, aut opprimuntur, & ſuccumbunt, aut quodammodo in inferno ſunt*; Nil verius, cuius tanti mali cauſam, ſi à Bernardo ſciſcitaris reſpondebit: *Quia amant in carne ſua terrenas conſolatiuncolas, ſine in verbo, ſine in ſigno, ſine in facto, ſine in aliquo alio, & ſi hæc interrumpunt aliquando, non tamen penitus rumpunt.* Quid verius? Pende ſingula, & verba Bernardi non verba, ſed prophetiam inuenies; at ad noſtra.

Iſaiæ 10. num. 27.
Bernard.

6. Cur in dedicatione templorum oleo deliniuntur cruces.
Auguſt.
Bernard.

Idem.

7. Amoris defectus aſperam facit legis obſeruantiam.

Adamus ergo ante peccatum vocem Dei percipiebat vt amicam, poſt peccatum vt inimicam; hinc totus tremefiebat intus, & foris; cum hoc inter iuſtum, peccatoremque differat: nam iuſtus & ſi foras incendium, intus totus refrigerium; vt hinc videas quantum peccatum terrorem incutiat, & quod ſolum timorem ipſum afferat, ſic vt ſi non eſſet, nulla profecto mala eſſet fortuna. Quod equidem excellenter dixit Gentilis Plutarch. in lib. cui titulus, *an vitium ſufficiat ad infelicitatem*, affirmans tyrannos vt alios infelices reddant multis indigere adminiculis; at peccatum, ſeu improbitas ipſa ſola, & ſi ipſa non eſſet, nullum adeſſet malum, *Iam alij tyranni, ait, dum efferato animo ſtudent, quos cruciarint infelices reddere, carnifices in id alunt negotij, & tortores, cauteria, atque id genus alia tormenta fabricant; atqui improbitas nullis machinis, nulla apparatu, ſed ſola præſentia animum, atque adeo totum hominem labefactat, ac dejicit, denique mœrore, luctu, angore, & pœnitudine prorſus implet.* Egregiè, non externis auxiliaribus indiget iniquitas ad torquendum, ſed ſufficit præſentia ſola; cuius ratio, quia intus manet, non foris; Hinc rectè idem paulò poſt concludens affirmat. *Vnde perſuaſum habemus fortunam non niſi improbitatis auxilio infelicitatis eſſe effectricem.* Ergo ſic peccatum torquet, ſic triſtitiam ingerit, ſic cremat, vt totum hominem abſorbens intus, foriſque conſumat, quod non ſic quando à tyrannis, ſeu à mala iuſti torquentur fortuna. Tres illi conſtantiſſimi ſint tibi pueri in exemplum Daniel. 3. nu. 50. immiſſi tunc à perfido in fornacem, benè iſte mandare potuit, vt ſeptuplum amplius fornax incenderetur, quàm ſuccendi conſueuerat; benè vt flamma in altum erumpens cælum ipſum attingeret, & mutato colore æſtuantibus globis rubeſceret; at non potuit infelix, vt iuſti, ac ſancti intus cremarentur; Nam vt egregiè Zeno Veronenſ. Epiſcop ſerm. 5. de tribus pueris tem. 3. Bibliothecæ patrum, *Opacitas intus, foras incendium erat*, pulchrè, nullo intus aſſiſtente peccato in tribus illis ſanctiſſimis, immo tore Spiritus ſancti repletis, & ſi foras in flammis, intus in opacitate, vnde vox illa Paul. 2. ad Cor. 7. num. 4. *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.* Vnde gaudium tale in tribulationibus tantis? Amice, quia *Opacitas intus, foras incendium*; Hinc pluuia roſcidi intus cæleſti flammæ forenſes eos non attingunt; at non ſic impij, intus, foriſque conſumuntur, pabulum proprium tribulationum ignis facti; cum quaſi ex iure tribulatio hos quærat, ſanctos refugiat, quod conſiderandum in iſto trium puerorum miraculo: nam vt ait Scriptura, cum miniſtri Regis ſuccendere fornacem non deſiſterent, ſic vt *effunderetur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem, illa erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis*; Pondero ly

Plutarc.

8. Aerius peccatum torquet impiũ, quam carnifex.

9. Ex peccato mala fortuna.

Dan. 3. num. 50.

Zeno Veronenſ. 4

2. Cor. 7. num. 4.

Digitized by Google

10. Ignis proprium pabulum peccator, non iustus.

erupit, hoc est foras prodijt, intus existere recusans, pabulum proprium quærens, alienum refugiens, iustos horrens, peccatores vrens: nam iuxta Theodoret. flamma, quæ super fornacem extendebatur cubitis quadraginta nouem, postea non tantum se in altum erigebat, quantum excurrebat ad latus, sic vt terram lambens impetu foras prorupta occidit quos reperit peccatores. Quod confirmans Euthim. in expositione Cantici trium puerorum, ait: *Cum effusa esset flamma per terram, & repertos ibi Chaldæos incenderet, signa huius flammæ impressa in terra in quam effusa est, ad totidem cubitos commensurata sunt.* Ergo erupit non vt natura sua cælum peteret, sed contra naturam terram lamberet auida peccatorum, cupida iniquorum, refugiens Sanctos. *Fugiunt ignes iustos*, ait August. serm. 240. de tempore, *damnant hostes, & absolunt ignes, Chaldæi adijciunt, & pœna defendunt, homines sæuiunt, & supplicia venerantur, ac persequentes puniunt.* Egregiè venerantur supplicia iustos, quia materiam supplicij non inueniunt, lambunt ignes, & recedunt, quia culpam non odorantur, ac foras crumpens dum peccatores reperit, propriam agnoscens materiam, vrit, vt verum sit quod sanctissimus ait Zenon, quod intus opacitas, foris incendium extitit.

August. 11. Ignis & supplicia iustos venerantur.

Immo sic proprium creaturarum malos torqueri, vt si quando eos sustinent non affligentes, non absorbentes, turgent, tument; En tibi Ionas in exemplum, contra Dei mandatum rebellis, ad mare confugit, dormit ipse securus, sed mare turget, tumet, ad cælum vsque iratus, insurgit; vnde mari tanta indignatio? Sanè, quia peccatorem sustinebat fugitiuum; hinc quia non absorbebat, sed portabat, tumebat; *Facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur contem.* cap 1. num. 4. cur facta? Audi Claudianum Mamertum in carmine contra Pod- vanos:

12. Indignatur mare dum sustinet peccatorem. *Ionas* 1. num. 4. *Mamertus.*

Omnipotentis enim Domini natura rebellem,
Cognoscens timuit, per se quasi conscia tutum
Ferre reum, & ventis fugitiuum vincxit, & vndis.

13. Cur Ionas colligit causam se esse tempestatis. *Hieron.*

Acutè, immo & verè: Nam ipsemet Ionas hoc calluit, vnde eius nautis consilium; *Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis; scio enim quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos*; At vnde hoc calluit; benè Hieronym. *Conscius erat fugæ, & peccati, quo Domini præcepta neglexerat, & tempestatem ignorantibus contra se sentire cernebat, ideo descendit ad interiora nauis, & tristis absconditur, ne quasi Dei vindices fluctus aduersum se videret intumescere.* Adnota hæc postrema, fugiebat Ionas Deum, eius præcepto rebellis, vt contra Deum staret mari vrebatur pro instrumento; at quid mare? offensam sentiret, & iniuriam, vt contra Deum militare cogeretur, quod inseruire cupiebat; hinc iratus pro Deo vindex intumebat, impatiens vitæ, quã non absorbebat; sic creaturæ impatientes sunt, quando peccatorem non statim occidunt.

Hinc equidem fit, vt peccator nullo prorsus absque timore reperiri possit modo; nam etsi nullus adsit homo, qui eũ occidat, ad sunt creaturæ, adsunt elementa, adsunt bestiæ Dei vindices, Gen. 4. nu. 14. *Eijcis me hodie à facie terræ*, pessimus Deo dixit ille homicida, *& à facie tua abscondar, omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.* In quo vis huius sequelæ, eijcis me, à facie tua abscondar, occidar; poterat sanè ei, ci; at non occidi, immo quem timebat? cum nullus tunc homo aderat præter parentes? *à quo timebat occidi.* ait Ambros. in hunc locum, *qui solos parentes habebat in terris?* Pende primo, quid absconsio illa à facie Domini, & vim rectæ consequentiæ intelliges. *Absconsio à facie Dei, est priuari diuina cura, & à Deo derelinqui*, ait Caietanus. Peccator ergo à Deo derelictus, & iam non sub cura diuina, sed sua, merito mortem timet, & si homo non adsit carnifex; nam adsunt bestiæ, adsũt elementa ei mortem appetentia, *Petuit*, ait Ambros. *& incursus bestiarum timere, qui legis diuinæ iura violauerat, nec præsumere de subiectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi:* Quod eleganter differens Procop. sic fatur: *Accedebat metus virtutum cælestium, quas nefandi sceleris vltrices sanas fore præsagiebat animus; præterea timebat insidias ex mundi partibus, quæ quamuis admodum vtiles sint mortalibus, & in hunc finem sint structæ, attamen malos ledere norunt; metuebat insuper insidias ferarum, & reptilium, quæ Deus ad vindictam impiorum creauit.* Egregiè, malus sibi derelictus, & iam nõ sub Dei protectione, non est cur amplius securitatẽ expectet, aut incolumitatem speret; nam etsi homines desint, adsunt bestiæ, & si hæc non audeant, audebunt elementa peste, ac fame euã perimentia; vobis principibus hæc, qui nullũ timetis in terris, qui impunè peccaris, qui milite vallati homines non timetis, semel vobis dimissi, & à Dei cura à mandati, contra vos elementa stabunt Dei vindices, peribitis infelices, quia innocentes peremistis, oppressistis: nam verum sic pauidum, sic trementem post peccatum peccatorem extare debere, vt terram, cælum, elementa, feraſque ipsas extimescere debet.

Genes. 4. num. 14.

Ambros.

Caietan. 14. Bestiæ Dei vindices in peccatores. *Procop.*

Immo addo peccatorem esse, & excruciari malum, & à feris disrumpi, sic debitum, vt non fieri propè admiraculum non solum ciuiles, sed barbaræ æstiment gentes, vt videas cum quanto peccatori viuendum timore. A dira cum euasisset sanctissimus Paulus tempestate, Act. 28 nu. 3. ac Melitum appulisset, vipera eum inuadens momordit, quid Barbari? *Vtique*, dixerunt, *homicida est homo hic, qui cum euaserit de mari, vltio non sinit eum viuere.* Vide barbarorum sensum, sic insitum naturæ est hominibus malis periculum à creaturis, vt quia mare Paulum non absorbuerit peccatorem secundùm illorum sensũ, putarunt iusta vindicta à bestia laceratũ; at quãdo viperam excussam in igne à Paulo, nilq; mali inferentem aspexerunt, sic obstupuerunt, vt miraculum acclamantes Deum eum fecerunt, *Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se dicebant eum esse Deum.* Quasi si non Deus, & peccator impossibile illud, vti verè: nam ideo vipera, & si dentem infixit, non occidit, immo ipsa occisa, quia corpus inuasit impollutum; gratia dirum, non culpa tenerum, vt rectè Oecumenius à Theodoreto mutuatus. *Vipera*, inquit, *cum in manum*

15. Ab animalibus peccatores non offendi est miraculum. *Act.* 28. *num.* 3.

16. Vipera Paulum non offendit, & cur. *Oecumen.*

Apoſtoli dentem inieciſſet, & nullam peccati in eo laxitatem, ac molitiem inuenisſet, ſtatim reſiliit, & in ignem ſe proiecit, quaſi pœnam de ſe exegerit, quod nihil ad ſe pertinens corpus inuaſiſſet; nos verò beſtias timemus, propterea quod armatura virtutis muniti minime ſumus. Egregiè, nil tenerum in Paulo, nil laxum ex peccato video, viperam excuſſit, immo ipſa ſe, ac in ignem proiecit, quia non ſuum inuaſit; hinc retuſa cremata periit; at ſine, vt alium momordiſſet non iuſtum, ſed peccatorem, illico certè occidiſſet, & quia non occidit, etiam barbaræ Deum illum reputarunt gentes, ſic animo inſitum hominum peccatorem morte dignum, & contra illum beſtias, ac elementa bellare, ſic quod ſi non occidant propè ad miraculum.

Hinc valde quippè errant, qui à felicitate eorum moti, à diuitijs, à luxu, ab honore, à magnitudine quam poſſident, veluti in deliciarum paradiſo eos exiſtere reputantes illis ſe adiungunt, adnectunt, quaſi à malis ſecuri, vnde tractu temporis ſtultitiæ luentes pœnas experimento diſcunt nil infelicius quàm cum peccatore morari, nihil amplius timendum. Vnde ſic horrendum eſt peccatum, vt pauefcere non ſolum faciat ipſos peccatores, ſed & illos, qui eis ſe adnectunt. Optionem præſtans Abrahamus Loth, quam vellet regionem eligeret, ipſe ait, Geneſ. 13. num. 10. quod *elenatis oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, qua vniuerſa irrigabatur, ſicut paradiſus Domini, & ſicut Ægyptus venientibus in Segor.* Quod cum aſpexiſſet amœnitate, ac delitijs delectatus terræ, *Elegit regionem circa Iordanem, & receſſit ab Oriente*, reputans non ad terrenam, vt ſic dicam, ſed ad cæleſtem ſe regionem tranſire, ac veluti in paradiſo commoraturum; ad quid? Signanter paulò infra adnotat Scriptura, quod *homines Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis.* Ergo etſi hoc ſciret Loth, tamen terræ naturam ſpectans, feracitatem, amœnitatem, ſpecioſitatem, irrigationem ſic peccatoribus ſe aſſociauit, vt beatum futurum ſe iudicanit, ſicut & beatos illos talem inhabitantes terram, *Vides Loth*, ait Chryſoſt. hîc, *tantum ſpectantem terræ naturam, & non aduertentem inhabitantium malitiam*; At quid? *Paulò poſt erubuit*, ait Sanctus, *quàm indignè electionem ſumpſiſſet*: Nam vix ibi, ac cum cæteris captiuus factus, & paulò poſt, omnia quæ habebat amittens, vix ſolus, pauper, ac deſtitutus ſaluatus, exemplum omnibus præbens, ac doctrinam minimè tutum cum peccatoribus habitare, & eorum paradiſum facilè in infernum tranſire, & peccatum non ſolum ipſis peccantibus formidandum, ſed ſocijs, & qui illis ſe adiungunt.

Geneſ. 13. num. 10.

17. Peccatorum ſocietas etiã iuſtis eſt valde periculoſa.

Chryſoſt.

18. Cur Loth elegit regionẽ circa Iordanem.

At vt ad noſtram doctrinã amplius hæc Lothi vecordia nobis proſit, placet expendere motiuum, cur Loth illam elegit regionem Oriente relicto, & niſi mea me fallit coniectura, multitudo extitit pecorum, armentorumque, quibus tantum abundabat, vt ſimul cum patruo viuere non poſſet. Vnde Scriptura vbi ſup. *Sed & Loth, qui erat cum Abraham fuerunt greges eorum, & armenta, & tabernacula, nec poterat eos capere terra, ſic vt facta ſit rixa inter paſtores gregum Abraham, & Loth* Quid ergo? data optione cum terrã Iordanis vidiſſet irriguam, & ad ouium, armẽtorumq; paſcua optima, ſua ductus ratione, proprioq; amore conſultũ ſibi æſtimauit ſi relicto Oriente, patruique ſocietate Sodomorũ campeſtria eligeret. Sed quid ex hac prudenti electione ſecundùm humanã rationẽ? Sanè tractu temporis, & pecora ipſa, & armẽta, & omnia ſimul eius bona cremata, ipſamq; domus, ita vt vix ſolus, & propè nudus à ruina eriperetur, ex tunc quãdo elegit ad pœnam deſtinatus, vt rectè obſeruauit Lippom. dicens: *Incuſilior ad auuntulum ignorans elegit ob irreuerentiam, & priuatum amorem puniendus ſuo tẽpore.* Quid ex hoc? duo, Primum, cur putas amice, nos religioſos ſolitudinẽ fugere, deſerta abhorrere, inter pauperes viuere recuſare, omnes ad regiam accurrere, ad principum aulas? Caudas amice, habemus gregũ; armenta poſſidemus immẽſa; hinc regiam paradiſum reputantes ad illam accurrimus, beate nos inter peccatores viuere autumãtes. Secundũ autem, vt videant, & attendant, qui ſtatus ratione ducti, qui priuato amore, qui propria concupiſcentia eligunt non quod iuſtũ, nõ quod ſecundùm diuinã regulam, ſed illud quod ſenſualis, ac carnalis ratio ſuggerit, nõ equidem ſolũ in rebus proficient, ſed ſe perdẽt, deſtruent, illaſque ſernant non ad augmentũ, ſed ad incendium. En tibi Loth in exemplũ, ſi cordatus fuiſſet, ſi ſe ſecundum rectam rationis regulam, non vero carnalem dirigeret, & ſi circa Iordanem regio ſicut paradiſus, tamen quia homines peſſimi, ac peccatores non eligere, ſed refugere eam debebat; at quia pecudes amabat, armenta diligebat illud ſequutus eſt conſilium, quod armenta ſuggerebant, non quod vera, recta, ac pia ratio; hinc & ſe, & ſua ſimul perdidit; ô doctrina Chriſtianis principibus optimè neceſſaria; vnde autumas tu, quod regna deſolentur, quod conſumantur, quod principes & ſe, & ſua ſimul conſumunt, ac cremant, & quod mirabile, nullo aſſiſtente hoſte, nullo ciuili bello? amice, ex hac radice, eligunt non quod ſuperior, ac diuina dictat ratio, ſed quod carnalis, ſenſualis, ac merè politica, ratione tantum naturali ducti, nulla ſuperna, nulla ex pio fidei affectu mendicata; hinc dum ſibi, & regno prouiſum æſtimant, & ſe, & regnum ad incendium reſeruant, vti Loth, qui malè eligẽs, dum ſecurus inter peccatores ſe eſſe repuraſſet, ſtolide eligens, nunquam ſic pauidus: nam vt dicebamus peccatum non ſoli peccatori timor, ſed ſocijs, & qui cum eo habitant.

19. Religioſi ſenſus ratione ducti principum aulas petũt.

Enimuero ſi rectè expẽdas, ſic ſemper peccator eſt pauidus, ſic ſemper corde tremulus, vt ſic dicam, & ſi aliter foras appareat, vt in ipſis delicijs ſemper cum anxietate viuat; cuius equidem ratio ipſa eſt peccatoris natura, qui etſi ſimul totũ obtineat mundum, vix ſi minimum quid ei deſit, hoc minimum ſic illum perturbat, vt totus in anxietate viuat, totus in tormentis; hoc equidem in infeliciſſimo illo conſidero diuite, Luc. 12. nu. 19. *Hominis cuiuſdam diuitis*, ait Saluator, *vberes fructus ager tulit*, qualis auaro maior lætitia? quale ſimile gaudium, quàm feraces ex agro capere fructus? quis non inuideret? quis beatum illum non æſtimaret, lætum, iucundumque? Sane; at non ſic, ſed inter tantam vbertatem anxietudo, mœſtitia, timor; *O anguſtia ex ſatietate nata*, ait Greg. lib. 15. Moral c. 13. *dicẽs enim quid faciam? profectò indicat, quia veterum ſuorum effectibus*

Luc. 12. num. 19.

20. Regnorum eſt deſtructio rationes mere politicæ illa gubernare.

21. Peccator ipsis delitiis ac vbertate premitur.

affectibus pressus, sub quodam rerum fasce laborabat. Pulchrè, pressus extabat iste non ex A rebus contra votum, sed ex illis, quæ ad votum, ex adeptis, ex votorum effectibus, vnde semper peccator, miser, sine vota deperdat, siue consequatur; at attende posteriora, *quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos*; attende posteriora, *hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam.* Ergo horrea hic habebat, sed quia non sic grandia, vt totam illam fructuum congeriem capere possent, ob hoc solum quod ei deficiebāt angebatur, tremebat, & quasi consilio priuatus, ac stupidus clamabat dicens quid faciam? O misera peccatoris sors! ô humanarum rerum fallacia! tanti fructus lætum hunc non fecerunt, sed miserum, non ex inopia, sed ex abundantia, & licet horrea possideret, tamen quia non sic grandia, vt totaliter fructus caperent, sed necesse vt foras aliquid remaneret, hoc parum, hoc aliquid sic stupidum eum reddidit, vt tanquam sano consilio homo, inquirat quid sibi faciendum, vnde hoc? sane amice, ex illo quia auarus, quia peccator, qui dum talis impossibile, vt sine timore, anxietatéque viuat, *Satiato diuitijs*, ait Ambros. lib. de Nabuth. c. 6. *non est qui finat eum dormire, excitat eum cupiditas, sterilitas prouentuum perturbat, solicitat abundantia, nec ipse quidem Deus eum dormire permittit.*

Ambros.

22. Errat peccator dum quietem in creatis quærit.

Sed attende, post congregatos fructus, quæ stultus iste animæ suæ dicit, & rationem aspicies, siue fundamentum peccatorum deceptionis, vnde scilicet fallantur, quietem, beatitudinémque prosequentes, sic intimè, vt nullum intactum relinquant lapidem, & tamen nunquam ad eam perueniunt: nam ea profecto est, quia C non in Deo, sed in bonis illam inuenire autumant; attende huius verba. *Dicam animæ meæ, anima multa habes bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* Pendo verbum *requiesce*, quid est requiesce? Athanas. scilicet *à labore*, hoc est noli amplius laborare, vnde hoc? sane quia iam quietem inuenisti; at in quibus? profecto in bonis huius vitæ, merito stultus, cum non in Deo: nam etsi bona plurima adeptus, quæ ei lautam mensam, copiosum vinum propinare poterant, sic vt crassissime epularetur, nunquid hæc largos ei causare poterant annos? vnde Cyrill. *O dimes, fructus quidem habes in horreis, sed annos plurimos vnde poteris obtinere?* Hinc miser deceptus: nam ad epulas tantum attendens non D vltra discurrens, quia eæ præstare illam poterant quietem sibi promisit, non reparans annos, vitamque illa minimè concedere posse, sic & similiter omnes decipiuntur; incertæ enim cum sint prouidentiæ nostræ ad vnum respicientes commodum, infinita nobis se occultantia incommoda ab illo vno decepti imaginamur quietem, sed non acquirimus, quo nil in hac vita communius, anhelant, vt adipiscantur officia, honores, dignitates, post adeptionis ipsorum votorum effectibus, vt magnus aiebat Greg. cremantur, immo disrumpuntur, iusto equidem Dei iudicio, quia peccatores cum peccatis, quorum in hac vita nulla est requies, sed continua turbatio, sicut propria nota, seu proprium peccatoris signum sit timor, perturbatio, stupor.

Athanas.

Cyrill.

23. Diues bona potest ampliare, sed non vitam.

Hoc adnoto in persona perfidi illius fratricidæ, Cain nempe; *posuit*, ait Scriptura, Genes. 4. n. 15. *Dominus Cain signum*, quale? Eucherius in Caten. Lippom. æstimat, & dignè *pauorem*, ergo signum peccatoris pauor, sic vt sine pauore nulla ei vita, *quicumque inuenerit me, occidit me*, ait perfidus iste ad Deum; at quid Deus: nequaquam, & cum interminationem mortis, & vitam tribuere peccatori voluisset, illud elegit medium, quod peccatoris vitæ proprium, pauorem nempe, sic peccatoris propriū est pauor. Vnde egregiè Chrysost. de peccatore adultero loquēs sic ait: *Omnia panet, metuitq; qui talis est, vmbras, parietes, ipsos lapides, tanquam vocē emittentes, omnia obseruat, omnes habet suspectos famulos, vicinos, amicos, hostes, eos qui norunt, eos qui nihil norunt.*

Genes. 4. n. 15.

Eucher.

24. Proprie pauor peccatore competit.

Chrysost.

Immo sic pauidus viuit, vt veluti inter terram, B cælumque suspensus vita eius pendeat, ibi flagellatus, ibi dirissime tortus Deuter. 18. n. 66. *Dabit tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, animam consumptam mœrore*, cōtra peccatores Israelitas pronunciauit Dominus; at nunquid sic pauent in terra? minimè, sed vti inter cælum terramq; suspensi, vnde sequens, *& erit vita tua, quasi pendens ante te*, quid est pendens ante te, nisi quasi inter cælum, terramque suspensa, timoris fune præfocata, vt ibi à verberibus conscientiæ verberata, & à mille pœnarū tormentis desideret mortem, & non videat? plus tormenti illi talis vita, quam præpropera mors; hoc enim mihi videre videor in morte infelicissimi illius parricidæ Absalonis, 2. Reg. 18. pessimus peccator, ac turpissimus parricida ad mortem Dei iusto iudicio destinatus, cur in bello sagitta non permisit transfigi, gladio obtruncari, equorum pedibus non conculcari, vt statim sine voce vti infamis periret, sed voluit, vt suspensus prius diu inter cælum, terramque penderet? sane amice, vt vita eius ante oculos ipsius suspenderetur, vt prius à timore, à peccatis, à conscientia flagellaretur, plus in hoc punitus, quam si telis, quam si gladiis occideretur; *Non statim de medio sublatus est*, ait Chrysost. in Psal. 7. *sed tanquam in iudicio prius suspensus est, & ligno affixus, & Deo è superis ferente sententiam longo tempore pependit, à conscientia deinceps flagellatus*; sic ab illa pauidus, sic stupidus, vt nullam emittere posset vocem, nullam petere veniæ indulgentiam, nullum misericordiæ ad Ioab proclamare verbum, quod vsque ad stuporem in hoc adnotare libet, *Iacto*, sed diruptus sine voce, sine gemitu, sine loquela, vnde quæso in tali periculo tale silentium? sane à conscientiæ verberatione, à peccatorum suffocatione, quæ sic stupidum, attonitumque eum reddiderunt, vt nullam emittere posset vocem, vnde rectè Chrysost. Serm. de hac re tom. 1. *Perdidit*, ait, *Absalon scelestissimus mentem, perdidit sensum, amisit consilium insectatus patrem.*

Deuter. 28. n. 66.

25. Peccator inter cælū terramque suspensus timore præmitur. 2. *Reg.* 18.

Chrysost.

26. Cōscientiæ malum durius cruciat quam quæuis alia pœna.

Immo vt tandem concludam, hunc stuporem, hunc terrorē non solum grauia causant peccata, sed etiam leuia, quando à Deo corriguntur, sic vt nimio terrore animæ perterritæ, etsi sanctæ, quasi extra se fiant, vt videas quid recogitandū de magnis, quando leuia sic obstupescunt peccata, *Reuertēs veniā ad te vita cuncta*, ait Domi-

frater tuus eſt, potiſſima, ac vnica equidem ratio, quare tacenda omnino fratris peccata, quia frater eſt eo vel maximè ſi religioſorum ſint, aut Eccleſiaſticorum, nec mihi dicas quia publica iam, & parum refert, cum & ſi publica, tamen tanta tibi fratris æſtimatio facienda, vt non ſolum non loqui, ſed ſummo teneri deberes deſiderio, vt non eſſent publica, immo vt ſic alto premerentur ſilentio, vt nullus amplius de eis eſſet ſermo; dic mihi qualis res amplius ſonora, magis publica, quam Saülis interfectio? dum in prælio, in campo, in die coram exercitu, & tamen ſanctus Dauid, 2. Reg. 1. n. 20. de ea ſic eiulans, ait: *Nolite annunciare in Geth, neque annuncietis in compitis Aſcalonis, ne forte lætentur filiæ Philiſtiim, ne exultent filiæ incircumciſorum.* Si res tam publica, vnde hoc præcipit Dauid? Pulchre Abulenſ hîc quæſt. 14. affirmat, hoc nõ dixiſſe Dauid, *Iubens, vel conſulens, ſed ſolum ex affectione, quaſi diceret, ô vtinam nunquam annunciaretur calamitas noſtra in Geth.* Exemplũ tibi præſtans ex hoc, ſimul & doctrinam, vt & ſi publicus ſit fratris lapſus, ſilentio tamẽ premas, eo vel maximè quis ſcit ſi aliqui inter illos ſint neſcientes; ob hoc equidem acutè idem obſeruat Abulenſ. non dixiſſe Dauid, ne fortè lætentur Philiſtiim, ſed *filiæ Philiſtiim*: nam cum iſtæ non in prælio fortaſſe illud ignorabant, vt inde diſcas æſtimationem fratris, famam, ac honorem ſic apud te pretioſam æſtimandam, vt ſufficiens ſilentij ratio ſit, ne vnus tantum ſciat, quod omnes, & ne apud vnum nouiter infametur, & ſi apud omnes; hinc rectiſſime Abſalon ad ſororem: *Tace, quia frater tuus.*

Ac cur ipſe tacuit? cur nec bonum, nec malum dixit? Sanè non ex amore, ſed *ex odio*, vt ait Scriptura, & perfidus frater ſic tacuit, vt biennium expectaret, ad hoc vt ſecurius interficeret, & vt præteriti peccati frater oblitus ſecurè ſibi ſe permitteret, vt rectè obſeruat hic Abulenſis quæſt. 13. hinc occiſus ex tempore temulentus, & ſine voce; vt hinc diſcas dæmonis aſtus, qui ad tempus tacet, & ſi pœnitentem aſpiciat peccatorem; vnde non illico poſt pœnitentiam illum tentat, ac premit, ſed ſinit, non equidem ex amore, ſed ex odio, vt ſecurius poſtea ex antiqua conſuetudine ad peccata iterum retrahens occidat, ac interimat ex tempore, & ſine vlla pœnitentiæ voce, quæ propria peccatorum aſſuetorum mors, Luc. 12. num. 20. *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, hæc quæ congregaſti cuius erunt?* Pendo de morte, & morte intempeſtiua, Chriſti eſſe ſermonem, vnde ſuperius dixerat; *Cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt*; poſt quæ, vt rectè admonet Theophilact. ad illud probandum parabolam hanc ſubdidit; Ergo huic mors prænunciata, & equidem tempeſtiua, illa ſcilicet nocte, audiſti aliquam huius pœnitentię vocem? profecto nullam, vnde? Sanè quia auaritię aſſuetus nil amplius cogitare poterat, nil amplius eloqui, niſi de lucro; nam vt idem ait Baſil. hom. 6. in hunc locum, *Auarus non meminit communis naturæ*; vnde ſapientiſſime conſulit Bachiarius vbi ſup. poſt lapſum ſtatim nos debere reſurgere, ne à conſuetudine oppreſſi mala, pœnitentiæ in nobis extinguatur ſcintilla; vnde non ſecus ac huius intempeſtiua nobis intimetur ſententia, vnde fratri lapſo conſulens, ſic ait: *An forſitan ſuggeſſerat tibi ille ſapientior omnibus beſtijs, & conſiliator antiquus, quia poſſit iſtam pœnitẽtiam, quam ſuademus tibi in ſenectute tua agere, ſed tunc extinguas Euangelicam ſcintillam humore vitiorum, quæ de illo totius libri igne procedit vbi ait: Stulte hac nocte.* Egregiè, vbi adnotanda illa, conſuetudinem humorem appellare vitiorum, ſcintillam admonitionem Euangelij, inſpirationes, mortis tandem timorem; ducta enim ſimilitudo eſt à candela accenſa cuius flammam nondum ardentem, ſed recentem, ſi ceræ ſuperfluit humor, extinguit, non accendit, ſic vt nec fumigans quidem remanens, totus ex tempore, ac in momento ignis extinguitur; ſic equidem ſic aſſueti in malo peccatores, dum ſcintillam obtinent ſanctarum inſpirationum, humore prauæ conſuetudinis ſic extinguntur, ac pereunt, vt ex tempore ſit ſine voce, non ſecus ac ſtultus iſte, de quo loquitur Euangelium; ob hoc equidem ad tempus vti alter Abſalon cuius figuram gerit dæmon, vt ait Lyra. in ſenſu morali ſilet, vt altius poſtea feriat, & repentè interimat, qui diu in malis viuere non curauit, cum certo certius, nullum diabolum vincere, niſi in bonis aſſuetum, & malè de victoria alicuius augurandum, ſi in virtute non continuus.

Hoc equidem pendo in prudenti illa obiectione Saülis ad Dauid, quando iſte interemprurum ſe gigantem ſpondebat, 1. Reg. 17. n. 33. *Non vales reſiſtere Philiſtæo iſti, nec pugnare aduerſus eum, quia puer es; hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua.* Pendo in quo vim poſuit Saül rationis, non equidem in viribus gigantis præſtantioribus, ſed in conſuetudine bellandi, vnde non dixit, tu autem puer es; hic autẽ vir fortis, ac robuſtus, ſed *vir bellator ab adoleſcentia ſua*, conſuetudinem exprimens bellandi, vires negligens, quia ad vincendum fortior illa, quàm iſtæ; vnde conſequenter impoſſibilitatem victoriæ, non equidem ponderauit ex Dauid pueritia, ſed ex non conſuetudine bellandi; tunc illum contra Philiſtæum præliari permiſit, quando aſſuetudinem intellexit cum feris Dauid dimicandi, prudenter æſtimans facilè hominem victurũ, qui beſtias erat aſſuetus; Vnde illico ipſe ad Dauid, *Vade, & Dominus tecum ſit*; ſic equidem pari modo cum Iacob Deus pręliaturus illud militiæ genus cum illo elegit, quo præuidebat Iacob ſuperaturus, ad hoc enim veniebat, non vt vinceret, ſed vt vinceretur, Gen. 32. nu. 25. *Ecce vir luctabatur cum eo vſque ad mane*, cur hoc potius, quàm alterius militiæ genus elegit? Alij alias afferent rationes, ſed mea ſententia illa potiſſima, quia in lucta aſſuetus Iacob non ſolum in iuuentute, ſed etiam antequam naſceretur, dum adhuc in vtero matris cũ fratre luctabatur Gen. 25. n. 22. *Sed collidebantur paruuli in vtero eius*, vt inde ſcias certiſſimum quod aſſerimus, illũ de diabolo omnino victoriã relaturum, qui aſſuetus, cum conſuetudo niſi conſuetudine non vincitur, non ſuperatur.

Mirum vt potens Moſes cõpendioſori via populum ducere in promiſſionis terrã, vtpotè triũ dierum ſpatio, noluerit niſi per quadraginta annos, aut ſi mauis potens illum Deus efficere in momento noluit niſi per tẽpus, & tẽpora, quæ ratio? alibi multas adduximus, nunc accipe vnã, & ſenſatiſſimam D. Petri Apoſtolorũ principis relatã à Clemente Romano 1. Recogn. apud me

93. Peccata fratrum & maximè religioſorum ſilentio ſunt premenda etiam ſi publica, & cur.

2. Reg. 1. num. 20.

Abulenſ.

54. Dæmon poſt peractã pœnitentiã non illico tentat, & cur.

Luc. 12. num. 20.

Theophyl.

35. Peccatis aſſuetus in morte nil aliud cogitabit niſi de eis.

Baſil.

Bachiar.

36. Cur poſt lapſum ſtatim pœnitentia agenda ratio efficax.

C

D

37. Ad vincendum dæmonem conſuetudo neceſſaria bona.

Lyra.

1. Reg. 17. num. 33.

38. Deus cur ad prælandum cum Iacob luctam potius elegit.

Geneſ. 32. num. 25.

Ibid. c. 25. num. 22.

39. Conſuetudo conſuetudine ſuperatur.

Clem. Roman.

pag. 10. *Iter breuiſſimum*, ait, *quod fere de Ægypto ad Indæam relinquens* (Moſes ſcilicet) *per longos eremi plebem ducit anfractus, vt quadraginta annorum exercitijs mala quæ eis ex Ægyptiorum moribus vſu longi temporis inoleuerant, in nouationem mutata conſuetudinis aboleret.* Pende ſingula, quia ne longius ſim ea deſeto, & dum aſpicis Deum ipſum conſuetudine bona, malam eripere, intellige illud eſſe medium vnicum, vt excellenter etiam dixit Chryſoſt. homil. 26. ad populum Antiochen. *Conſuetudo*, ait, *res difficilis eſt, vix abſtrahi poteſt, vnde cum ſit tanta eius violentia quando mala, eam in aliteram transferenda eſt conſuetudinem*; nam alias vix à peccatis immunes, ad antiquum redire virtutis iter poterimus; ſicut è contra, ſi malæ conſuetudini viriliter bonam oppoſuerimus, tales Dei gratia euadere nobis poſſibile, vt ſplendidiores quàm antea in viros euadamus virtutis, vt ſi prius, verbi gratia, carnales ex mala conſuetudine, ex bona non ſolum caſti, ſed virgines, vt ſic dicam, euadamus. Dauid enim mœchantem inuenio iuuenem; at ſeneſcentem ſic caſtum, vt quaſi virgo cum virgine dormiens non cognoſceret eam 3. Reg. 1. Quale in hoc myſterium? Illud quod elegantiſſime pendit Bachiar. vbi ſup. quia longa, & aſſueta caſtitas imitatrix eſt virginitatis, audi illum. *Dauid cum in adoleſcentia ſua cum adultera deprehenſus ſit, in ſenectute cum virgine inuenitur, vt intelligamus, quod poſt peccatum longa caſtitas imitatrix eſt virginitatis.* Egregiè, & inde animum reſumere potes, ſi te in malam incurſum conſuetudinem aſpexeris euadendi, ſi bonam oppones, & diuino lumini non amplius te rebellem ex mala oſtendes conſuetudine, vt peſſimi iſti Ægyptij: nam alias ſic durus, ſic eris rebellis, vt iſti, de quibus noſter affirmat Sapiens tenebris obruti, quia contra Dei mandatum ex conſuetudine peccandi rebelles, cæcutientes populum dimittere nolebant, vnde ait, *dum enim perſuaſum habent*, &c.

40. Deus cum per quadraginta duxit populum per deſertum annos.

41. Bonæ conſuetudinis vis quanta, quando malæ opponitur.

3. *Reg.* 1. *Bachiar.*

42. Caſtitas longæua virginitatis eſt ſuppar.

Num. 3. *Et dum putant ſe latere in obſcuris peccatis, tenebroſo obliuionis velamento diſperſi ſunt, pauentes horrende, & in admiratione nimia perturbati.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

TEnebrarum vnam ſupra aſſignauerat cauſam, oppreſſionem ſcilicet Hebræorum tyrannicam, qua eos impiè detinebant; nunc alteram, occulta ſcilicet, & eorum impia peccata, ex iniquo ſenſu nata, Deum ſcilicet occulta non videre, quæ de nocte fiunt non perſpicere, teſtem noſtrarum actionum occultarum non eſſe, contra quos in 1. tom. diſputauimus homilia 12. & 17. Dignè ergo tenebris multati, qui horribiliter in tenebris peccarunt.

Et dum putant ſe latere, &c. Græc. *Latere enim putantes*, cauſam alteram cur tenebras ſint paſſi explicat, vt diximus.

In obſcuris peccatis, &c. Hoc eſt occultis, de nocte, & in ſecreto perpetratis; Cantacuz. de ſacrificijs intelligit in tenebris dæmoniorum, quæ cap. 13. num. 23. vocata *obſcura ſacrificia*, turpia, & abominabilia, vnde Paulus ad Epheſ. 5. num. 12. *quæ in occulto fiunt ab eis turpe eſt dicere*; quibus væ illud conuenit Iſaiæ cap. 29. num. 16. *Væ qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt quis videt nos? & quis nouit nos?*

Cantacuz. ad Epheſ. 5. n. 12.

Iſaiæ 29. num. 16.

1. Obſcura peccata quæ.

Tenebroſo obliuionis velamento diſperſi ſunt, &c. Ianſen. intelligit de obfuſcatione mentis, ob quam quid agerent prorſus neſcirent, vel de reiectione à diuina memoria. Cantacuzen. de immemoria Dei in tanta vexatione, dum ſic turbati extabant. vt Dei non reminiſcerentur; planus, & literalis ſenſus eſt eorum, qui pro *tenebricoſo obliuionis velamento*, ipſas intelligentes tenebras, vnum earum aiunt quod affirmat Sapiens malum, nempe diſperſionem: Nam ſic inter ſe, vt diximus, per tenebras Ægypti exiterunt diuiſi, vt non ſolum qui alias diſperſi, ſed quos inuenit coniunctos, & ſimul vno in lecto, diſperſit, ita vt ſe inuicem videre vllatenus poſſent, ac ſi longè eſſent diſſiti, horribiliter enim in tenebris detenti, ſpectris, ac viſionibus territi, ſic extra ſe erant, vt nec ſecum alloqui licet vna eſſent, nec tangi potuerunt, immo nec tactum percipientes, vnde diſperſionem hîc cum Caſtro intelligendam iudico, hoc eſt totalem diuiſionem commercij, allocutionis, confabulationis, vnde ait:

Ianſen. Cantacuz.

2. Ægyptiorũ tenebræ cõiunctos diuidebat.

Castro.

Pauentes horrende, &c. Ex quo fiebat, vt inquit Abulenſis Exod. 10. poſt quæſt 7. vt nec tantillum ſe mouerent, credentes ſtatim ſe morituros, & grauiora ſubituros pericula, vnde totaliter memoriam amittentes. vbi cibi, vbi amici, vbi quæuis alia eſſent penitus obliuiſcerentur. Quapropter immobiles veluti ſtatuæ euaſerunt, quod mirum videri non debet, ex timore enim aliquando fit, vt ſic immobilis aliquis fiat, vt prorſus à duro non diſtinguatur lapide.

Abulenſ.

Cum admiratione nimia perturbati, &c. Effectum loco cauſæ ſubſtituit, admirationem cauſarunt ſpectra, phantaſmata; hæc ſic eos perturbarunt, vt vbi, aut vnde eſſent prorſus neſcirent, obſtupefacti, & extra ſe præ timore acti; cognoſco hominem qui ex viſione ſpectri vno tantum oculi ictu viſi, ſic immobilis permanſit, vt ex vno non ſe mouit loco ſpatio amplius octo horarum, prorſus ſui oblitus, & extra ſe factus, quid ergo quando hæc non vno videbant oculorum intuitu, ſed permanenter, diuque? Hugo adnotat differentiam inter turbationem, & perturbationem: Nam iuſti turbantur, ſed non perturbantur, confirmat ex Bernard. qui ſic: *Propter peccatum meum grande turbatur conſcientia mea, ſed non perturbabitur, recordabor enim vulnerum Domini*; Moralis cogitatio.

3. Iuſtus turbatur, ſed non perturbatur.

Num. 4. *Neque enim quæ continebat eos ſpelunca ſine timore cuſtodiebat, quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos, & perſonæ triſtes illis apparentes, pauorem illis præſtabant.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

RAtiones pœnæ ſuprà enarrauit, nunc eius contra humanas induſtrias ineuitabilitatẽ, cum neque locus, neque ignis, neque ars eis proficere potuit magica, vt infra dicemus.

Neq; enim quæ continebat eos ſpelunca, &c. Dubiũ inter Doctores, quid per ſpeluncã quæ propriè latebra, penetrale, intimus eſt locus, latibulũ ob hoc dicta; & ratio difficultatis, quia cũ ſcriptura dicat immobiles extitiſſe Ægyptios, ſequitur

nullo modo illas ad ſpeluncas effugiſſe, vt tenebras vitarent.

Bonauent. Bonauent. propriè intelligit ſpeluncam, locũ nempe abſconditum, ad quem vt grandinem, & ignem Ægyptij euitarent ſeſe abdiderant; non *Lorinus.* placet Lorino, ratione in dubitationẽ adducta, nec mihi placeret, ſi vniuerſaliter de omnibus intelligẽdum eſſet; at quia poſſibile aliquos etiã tenebras in illis inueniſſe incluſas, ſiue ob rationem Bonauent. ſiue caſu aliquo, ideo ad vim tenebrarum amplificandam, & demonſtrandam exponit Sapiens, nec hos imbi fuiſſe ſecuros; Quapropter probabilis eſt Bonauent. opinio, *Caſtro.* quam ſequitur Caſtro, & me iudice etiã Hugo. *Hugo.* Cæteri omnes pro ſpelunca ipſas intelligunt tenebras, quæ ſic vndique miſeros cingebant, ac decludebant, vt in obſcuro immobiles permanentes, non ſecus ac in horrida extabant ſpelun- B *Liranus.* ca, ſic Lyranus, Lorinus, & recentiores; primus *Lorinus.* ſenſus magis mihi placet, ſi cum ſecundo iungatur; vnde veram intelligit Sapiens ſpeluncam, & ſimul ipſas tenebras.

Quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos. Græca, *Sonitus autem perturbantes eos circumſtrepebant*, ratio timoris in ſpeluncis, & tenebris, horribiles ſoni ex turbine, nimbo tonitrui inſtar excitati.

Perſonæ triſtes apparentes, pauorem illis præſtabant, &c. Græc. *Larua truci aſpectu triſtes of-* *Cantacuz.* *ferebantur*, Cantacuz. triſtitiam non laruis dat, ſed perſonis, quibus illa oſtendebantur terriculamenta, vt eſſent ipſi demiſſis vultibus, & caligine, ac tenebris, ſtrepituq; perturbari illos non auderent attollere, ac defigere in obtutum ea- *Lorinus.* rum; laborat Lorinus, vt hunc adaptet verbis ſenſum; ego non valeo, planus, & germanus eſt, & communis omnium qui hũc intelligunt locũ de laruis, ſpectris, dæmonibus ipſis apparẽtibus Ægyptijs; Inclinat Lorin. etiam de animabus ex præteritis plagis defunctis, à dæmonibus aduocatis ad intenſiorem timorem, & errorem; poſſibile, ſi aliqua fulciretur authoritate.

1. Animæ defunctorum à dæmonibus aduocatæ ad timorem concutiendum.

Lyranus vult in ſomnis hæc Ægyptijs apparuiſſe, Carthuſ. Holkoth, Bonauent. in imagi- *Liranus.* *Carthuſ.* *Holkoth.* *Bonauent.* natione, Abulenſ. Exod. 10 à quo Pererius, in vi- *Abulenſ.* *Perer.* gilia, & in oculis etiam externis; Hoc vltimum ſequor, nec obſtat illos fuiſſe omni luce priuatos, cum vt infrà dicemus, ignem viderunt, ſed non ad ſolamen, quin potius ad ampliorem afflictionem.

De laruis, lemuribus, genijs, laribus, phantaſmatibus tractari hîc poſſet, ſi otium eſſet, & alia potius non intenderemus grauiora; videndus de hac re Del-Rio in diſquiſitiomb. magicis, qui doctiſſime, & eruditiſſime de hoc loquitur, & Tiræus de apparitionibus, & dæmoniacis; Placet Lorinus, qui ideo hos ſimilibus laruis, & ſpectris iudicat punitos, quia veri Dei adorationem reſpuentes, dæmonibus, laruis, & ſpectris nefanda obtulerunt ſacrificia.

A

HOMILIA XCII.

Peccatorum occultorum pœna.

PRIMA,

Animi tenebræ, ſtupiditas, malaque non præſagire.

ET dum putant ſe latere in obſcuris peccatis, de miſeris illis noſter ait Sapiens, peccantibus liberè, quia occulta putabant ſua mala, dum nocte ea patrabant, quid inde? condigna quidẽ ſecuta pœna, tenebrę horribiles, vt ipſamet nox, quam ad ſolatium ſumpſerunt, eſſet ad pœnã, ad tormentũ, & tenebris cruciarentur, qui à tenebris allecti effrænè peccarunt, vt inde intelligãt omnes, impoſſibile Dei effugere iudicium, nec vllum inde per peccatorem ſolamen auſpicari poſſe, quia peccatum occultũ: nam etſi in tenebris illud apud homines, in meridie apud Deũ, & tenebris percutiet eum mentis horrẽdis, in horrenda permittens incidere mala tum culpæ, tum pœnæ, quod proprium talium eſt peccatorum.

Enimuero antiquorum error fuit Deum noſtra neſcire, vnde Regius Pſaltes Pſal. 72. n. 11. *Dixe-* *Pſal. 72. num. 11.* *runt, quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?* imò & interrogatione in affirmationem tranſierũt, vnde Pſal. 93. n. 7. *Et dixerunt, non videbit* *Pſal. 93. num. 7.* *Dominus, nec intelliget Deus Iacob*; vt videas quàm plena periculis res, ſemel in rebus fi- 1. Periculoſa res in rebus fidei dubitationem ſemel admittere. dei dubitationem admittere, cum inde facilis ſit tranſitus ad affirmationem; primo iſti de Dei prouidentia, ac ſcientia dubitarũt; at ſtatim inde affirmarũt, dicentes non eſſe ſciẽtiam in excelſo; C hinc & ſi generaliter hoc, tamen ad modum hominis de Deo concipientes, ſpecialius hoc de peccatis in nocte, ac in occulto factis affirmarũt, vnde apud Iſaiam c. 29. n. 15. & 16. *Væ qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſi-* *Iſaiæ 29. num. 15. & 16.* *lium*; nota emphaticam locutionem, tales profundos appellat corde, hoc eſt cogitationibus altis, magnificis, ſubtiliſſimis, cogitantes, ac recogitãtes, quomodo ſuum conſilium, actum, ac patratum à Domino abſcondere poſſent, & poſt multa cogitata, diſcuſſa, ac examinata inuenerunt, ſi nocte patrarentur, quaſi Deus non videret quæ nocte, quæ in ſilẽtio, ac in occulto, vnde ſequens ait: *Quorum ſunt in tenebris opera, &* *dicunt, quis videt nos?* Hinc rectiſſime Cyrill. *Cyrill.* Hieroſolim. catechet. 4. ideo affirmat quod ne- *Hieroſol.* gato Deo vero alij ſolem, alij lunam aſſerebãt, vt 2. D ſi per diem malè aut ſi per noctem, ſine Deo vi- Alij ſoli, alij lunæ diuinitatem tribuunt, & cet. dente eſſent, ac ſciente; *Cum itaq; aberrauerint* *quidã*, ait, *ab vno Deo, diuerſimode multi ſentiebant, ac alij quidem ſolem putabant, vt occidente* *ſole, noctis tempore ſine Deo eſſent; alij vero lunã,* *vt in die Deum non haberent.* Suam in hoc ponentes verſutiam, ſiue vt inquiebat vates, cordis *ad Rom. 1. num. 21.* profunditatem; hinc ad talem, tantamq; vecordiã profunditiſſimæ tenebræ ſecutæ; vnde clamat Paulus, & dicit: *Euanuerunt in cogitationibus* *ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum*, ad Rom. 1. n. 21. quaſi propria talium pœna ſit mẽtis cæcitas. Audi Paul. 2. ad Cor. c. 4. nu. 4. *Deus* *2. Cor. 4. num. 4.* *huius ſæculi excæcauit mentes infidelium, vt non* *fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti.* *Chryſoſt.* In quo loco Chryſoſt. Anſel. Theodor. Beda, per *Anſelm.* *Theodor.* Deũ huius ſeculi Deum verũ intelligunt; at cur *Beda.* excæcauit? quia vt rectiſſime Archelaus Epiſcop.

Digitized by Google

apud Dio. Cyrill. Hierosolymit. Cateches. 6. *Vbi spontanea pranitas, ibi & impedimentum gratiæ.*

3. Infideles iustè in pœnam excæcati.

Infideles erant spontanee peccantes, in occulto quasi non adesset Deus videns, merito in pœnam excæcati. Vnde ob id Paul. supr. num. 2. suam contra istos statuens iustitiam, ac diuersi modam viuendi normam, ait, *sed abdicamus occulta dedecoris*, quasi diceret, nos secundùm Euangelium viuentes, sic Deum viuentem credimus, vt occulta apud homines dedecora etiam vitamus, credentes Deum nos videre; at ipsi non sic non occulta euitant, quia Deum non videntem, ac cæcum credunt; hinc merito à Deo sæculi authore excæcati in pœnam, sic fatui mẽte, vt dum occultè sit dedecus nil aliud curant; hinc sicut ipsi veluti à Deo oculos eripiunt, ne videat, sic illis Deus infatuos reddit, vt nec culpam suam quam secreto, & in nocte patrarunt, occultare, aut defendere sciant.

Enimuerò sic Christianus, sic sapiens animatus deberet esse homo, vt quando nullus esset Deus videns, nullus homo, immo quando nec præmium, nec pœna, peccatum, infandumque nullo modo ob suam tantum deberet admittere turpitudinem; hinc aurea illa Senecæ, & si Gentilis vox, *Etiam si scirem homines ignoraturos, & Deum ignoscisturum, tamen peccare nollem ob peccati turpitudinem;* Quod elegantissime dixit Ambros. lib. 2. Officior. cap. 3. ad annulum alludens Gygis, quo ipse omnes videns, & à nemine visus stuprum cum Regina committens, Regem occidens in Lydiæ euasit principem; de qua re Herodotus lib. 1. & Cicero 3. de Officijs; *Da hunc annulum sapienti, ait Ambros. vt beneficio eius possit latere, cum deliquerit, non minus fugiet peccatorum contagium, quàm si non possit latere*; Cuius rationem perbelle addens sequitur; *Non enim latebra sapienti spes est impunitatis, sed innocentiæ* Pulchrè, latebra sapientis innocentia; at cum quantumuis peccatum occultum committat in innocentia se abscondere non potest; ideo & si occultissime nunquam peccat, ob quod verè sapiens; at stultus, sit occultum, & liberè peccetur; hinc non tantum Deus illum, sed ipse se obcæcat, vt rectè Archelaus Episcop. vbi sup. ponderans cur Christus dixerit, *Propterea in parabolis loquar, vt videntes non videant*, Matth. 13. num. 13. *Non quod odisset illos volebat ne viderent, sed quod oculos suos ipsi obstruxerunt.* Hinc penitus cæci, quia Deum videntem non timent, nec postea iusto eius iudicio ipsum crimen occultare sciũt.

Seneca.

Ambros.

Herodot.

Cicero.

4. Peccatum & si secretũ detestabile.

Archelaus. Matth. 13. num. 13.

5. Peccator suæ cæcitatis causa.

Hoc equidem pondero in vecordibus illis Susannæ senibus Daniel. 13. n. 20. *Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscentia tui sumus, quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscum.* Pende dicta, & intelliges hos ad peccandum pronos, quia Deum videntem non considerabant; concupiscentia enim sic eos dementarat, immo obcæcarat, vt euertentes sensum suum, *Declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum*, hoc est Deum ipsũ, vt vult Maldonatus, qui nomine cæli sæpè in scripturis appellatur Matth. 21. num. 15. *Baptismus Ioannis vnde erat è cælo*, hoc est à Deo, Luc. 15. n. 21. *Pater peccaui in cælum & coram te*, hoc est in Deũ, & alibi sæpè; dum ergo Deum aspicientẽ non timuerunt, secreto fili in concupiscẽtiam exarserunt, sic vecordes postea in constituẽda fuerunt calumnia, vt ex ore suo conuincerentur, sic stolidi, vt si iudicium apud multitudinem fuisset, ex ipsamet strophа falsum conuincere poterant, vnde rectè à Daniele fatui appellati num. 48. *Sic fatui filij Israël non iudicantes, neq; quod verum est cognoscentes, condemnastis filiã Israël;* Sic enim dixerunt, *Cum deambularemus in pomario soli, ingressus est hac cum duabus puellis, & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas, venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea: porro nos cum essemus in angulo pomarij videntes iniquitatẽ cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter misceri, & illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis ostijs exiluit.* Si in pomario deambulabant, ergo nõ in angulo, ergo ex sonitu, ex strepitu, ex deambulatione ipsi prius ab adolescente abscondito visi. Secundò, si cucurrerunt, quomodo viderunt eos pariter commiscere? certè ex leuissimo sonitu, & vix ipsi pedẽ amouissent, ac cõmiscentes se dereliquissent: Tertiò, si iuuenis illis fortior, cur eos non occidit; cur Susannam non liberauit? En quo modo mentiti in caput suum, ipsimet se prodiderunt, ab ipsãmet sua obcæcati malitia; sed vlterius interrogati sub qua arbore viderint eos *colloquentes sibi*, vnus respondit, *sub schino*, alter *sub pino*, in quo loco placet primum adnotare modum loquẽdi Danielis, sic à senibus diuersum: illi, *venit adolescens, & concubuit cum ea; & vidimus eos pariter commiscere*; At Daniel vbi viderint colioquẽtes, ait: vnde concubitus colloquium? Sanè ex modestia Daniel virgo illa vsus loquela quæ purissimo decebat, senes impurissimi, quę impurissimis; vt inde discas iudiciũ ferre de hominib⁹, sic sunt vt loquũtur, & dic impurissimos, ac obscœnissimos, & si religiosos, si impurè loquantur; & si ipsi sciebant falsum dixisse, cur responderunt? cũ nec notare arborẽ, nec illam aspicere tenerẽtur; & secundò, si ex condicto simul strophẽ ordiri, cur hoc non aduerterunt, interrogationem præuenientes? Sanè amice, quia vt dicebat Archelaus Episcop. *vbi spontanea pranitas ibi impedimentum gratiæ*; ac proinde à Deo derelicti, dũ ipsum videntem non timuerunt, eos sic stolidos reddidit, vt semet proderent, imò quod ex suomet ore sententiam contra se mortis pronunciarent; quod valdè notandum in hoc facto.

6. Deum præsentem non considerare causa peccati. *Maldon.*

7. Peccator sui ipsius proditor.

8. Castitatis obseruator casta vtitur loquela, è contra impuri.

Attende ad quæ sum dicturus: sic Deus hos obcæcauit, vt non solum peccatum proderent, sed etiam sententiam, vt inde videas quam parũ fidendũ in occultatione peccati: nam dũ nullus adsit iudex qui iudicet, cõdignamq; promat pœnam, iusto Dei iudicio fit, vt ipsimet contra se eam delinquentes dicant: de arbore ergo interroganti danieli, vnus respondit *sub schino*, alter *sub pino*, quibus Daniel elegãti paronomasia ludens ex eorum ore pandens sentẽtiam primo dixit: *Ecce Angelus Domini accepta sententia ab eo scindet te medium.* Secundò: *Manet enim Angelus Domini vt secet te mediũ, & interficiat te*, vnde hoc Daniel? seu vnde talem promit[illegible] sentẽtiam? Sanè ex eorum ore; primus ergo dixit *sub schino*, quam arborem latini nominant *lentiscũ*, quæ Græc. dicitur *schinos*, cui nomini habet agnominationem verbum Græcum *schizo* quod apud Latinos idem sonat quod *dirumpo, & quasi serra seco*, vt optimè Perer. in hunc locum; Secundus vero dixit *sub pino*, hoc est secundum

9. Peccator contra se dicit mortis sententiam. *Pererius.*

Chryſoſt. 1. ad Theſſ. cap. 5. n. 3.

13. Diſcat peccator ex animalibus ſuam præſagire ruinam.

veſaniam, ac inſenſibilitatem eorum peccatorum, qui in diebus fuerant Noë, taxauit, vt optimè Chryſoſt. homil. 78. in Matth. dilucidans enim locum illum Paul. 1. ad Theſſalonicenſ. cap. 5. nu. 3. *Cum dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus*; adnotans non dixiſſe Apoſtolum, cum fuerit pax, ſed cum dixerint, ſic ait: *Inſenſibilitatem eorum oſtendit, ſicut illorum, qui fuerant in diebus Noë, quando mali laſciniebant; non autem inſti*; At vnde eorum inſenſibilitas? nunquid præſagire debebant diluuium? Sanè reſpondet Chryſoſt. quia Arcam fabricari videntes futurorum malorum præſagium, ipſi contemnebant; *Cum enim Arca fabricaretur praiacebat quidem in medio futura predicens mala; mali autem non credentes, ac ſi nullum fuiſſet futurum malum laſciniebant.* En inſipientia, ac vecordia ex peccatis, mentiſque obcæcatio, quam ſi conſideres pluſquam belluinam inuenies, quomodo? quia futurum diluuium præſagientia animalia ad Arcam occurrerunt, vt ſaluarentur, quod homines rationales neglexerunt, peiores in hoc animalibus; quod pulchrè adnotauit Diu. Alcinus de diluuio fatus.

Tantum decreta futuri
Vis valet, occultus brutis in ſenſibus ardet
Terror, & expectans agitat formidine mentem:
Aſt homines, quos ſors certi diſcriminis vrget,
Vicina nec morte pauent.

Egregiè, Arca futuri diluuij præſagium, animalia terret, homines vero peccatores minimè; vnde tanta ſtoliditas? Sanè amice, à peccatis, quæ ſic cor obcæcant, vt peius ſint quàm ipſa animalia, nil mali præſagiens.

1. Reg. 17. num. 41.

14. Homo malus animali peior.

Quæ ſtoliditas, inſipientiáque clarè in ſuperbiſſimo illo adnotatur gigante, 1. Reg. 17. n. 43. cui & ſi in peccatis totus natus, idololatra, ac peſſimus Dei blaſphemator, ac exprobrator ſic ſecurè ad prælium deſcendebat, vt animali peior, nil mali præſagiret; audi quid Dauid adoleſcenti oblatret, *Nunquid ego canis ſum, quod tu venis ad me cum baculo?* Socors, & totus à peccatis obcæcatus, nunquid non peior quàm canis? dum ſi canis equidem mortem ex baculo vel lapide præſagiret, atque ſe muniret fugiendo, at ipſe pluſquam canis ſtolidus, nil mali futuri præſagiens, ſecurus blatterat, *Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & beſtijs terræ*, quid inde ex hoc? miſere occiſus; Vnde egregiè Chryſoſt. hom. de Dauid, & Goliath, tom. 1. *Si canis fuiſſes nunquam dimicantem*, ait, *contra te Dominum prouocaſſes, ſed vt canis interitum futurum, & dignum ſupplicium metuiſſes, peior es cane, qui nec virgam metuis, nec lapidem quo moriturus es extimeſcis.* Egregiè, animalibus certè in hoc peior eſt homo; nam illa ex quodam naturali inſtinctu mala præſagiunt; hinc timent, ac non audent vt canis, ſi lapidem, ſi virgam cernat; ſolus homo ſtolidus, qui etſi contra ſe Deſi inimicum habeat, ſi contra ſe lapides, ſi virgam videat, nil mali præſagit, immo ridet, peccata non intermittens, quinimmo augens, immo de præſagio ridens, quæ maior vecordia?

Chryſoſt.

Enimuero ſicut Dominus noſter eam virorum in diebus Noë apud Matth. taxauit, vt ſup. diximus, ſic apud Lucam & Sodomitarum cap. 17. num. 28. *Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth, edebant, & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & edificabant, qua die autem exijt Loth à Sodomis pluit ignem, & ſulphur de cælo, & omnes perdidit.* In quo loco excellens equidem eſt illa Bedæ adnotatio, Dominum nefandum peccatum Sodomorum prætermiſiſſe, tamen leuia commemoraſſe, & ſi de diluuio agebat igneo; quæ ratio? Sanè reſpondet, *Vt intelligas illicita quali pœna feriantur, ſi licita immoderatius acta igne, & ſulphure puniuntur.* Sed ad noſtra, iſti peccatores de inſenſibilitate etiam taxantur, quia præſagire etiam malum poterant, ſi vellent; vnde? ex cæcitate, immo ex circuitu quo inuenire domus oſtium ſatagebant: nam dum ſic circuibant, intendere profectò debebãt illos non ad finẽ conſummationis, vt inquit Bernard, ſed cõſumptionis accedere, appellat enim Bernard. Deum finẽ conſummantem, non conſumentem, tractatu de diligendo Deo, vnde elucidans illud Pſalm. 11. num 9. *In circuitu impij ambulant*, ſic ait: *ambulant naturaliter appetentes, vnde finiant appetitum, & inſipienter reſpicientes, vnde propinquent fini; fini dico non conſumptionis, ſed conſummationis; quamobrem non beato fine cõſummari, ſed cõſumi vacuo labore accelerant.* Egregiè, impij enim in circuitu carnalium deſideriorum ambulantes, dum ad eorum finem accedere ſatagunt, illum finem attingunt, qui eos conſumat, vrat, trucidet, necet, non qui conſeruet, beatumque faciat. Vnde rectiſſimè Auguſt. tract. 55. in Ioan. quomodo finis legis ſit Chriſtus, declarans, ait: *Finis perficiens, non interficiens, finis quæſque eamus, non vbi pereamus.* In circuitu ergo impij dum ambulant obſcœna poſt deſideria, certè præſagire debent, ad finem eos tendere conſumptionis; at quia omnino vecordes ex peccato fiunt, non ſolum illud non præſagiunt, ſed præſagientes rident. En tibi Sodomitæ peſſimi domum Loth vallantes à primo vſque ad maximum cæcitate percuſſi in circuitu domus perambulantes, nec oſtium tamen inuenire potentes, ex hac cæcitate, ex hoc circuitu ſic ſtupidi vt ex illo nil mali penſitarent, nil infortunij autumarent, immo Loth ſanctiſſimũ præſagientem eis irriſerunt, Geneſ. 19 num. 14. *Egreſſus itaque Loth locutus eſt ad generos ſuos, qui acceperi erant filias eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco iſto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc, & viſus eſt eis quaſi ludens loqui?* Cur ſic? ſeu cur Deus ſic inſanire eos permiſit, vt ſanctiſſimo non crederent? Sanè reſpõdet Chryſoſt. *Quia? malo illo erant fermento*; Vnde ſic eorum exigentibus peccatis iuſto Dei iudicio, cui credere debuerant, eum ſubſannarunt; vt ex hoc intelligas pœnam eſſe peccatorum prædicanti, ac admonenti non credere, nullumque ſignum maius futuræ perditionis, quàm prædicatorem deridere, admonentemque ſubſannare.

Luc. 17. num. 28.

15. Leuia Deus peccata cõmemorat, prætermittit grauia & cur.

Beda.

Bernard.

Pſal. 11. num. 9.

16. Peccator vacuo labore finem appetit conſumptionis.

Auguſt.

Geneſ. 19. num. 14.

Chryſoſt.

17. Maximæ peccatoris pœna prædicanti ac admonenti non credere.

Hinc ex hac parte, hoc eſt ex hac cordis ſtupiditate, dum malè agentes homines peccatores nil mali timent, peiores ſunt ex hoc quam ipſi dæmones; iſti enim ex malis quæ agunt futurum iudicium timent, immo quod mirandum, ſic ad præſentiam Ieſu extimeſcunt, vt delicta patrata repẽſando accelerationem pœnæ reformidant futuræ, præſagientes malum; non ſic autem homo: nam etſi in peccatis totus. nam etſi in

HOMILIA XCIII.

Secunda, Peccatorum occultorum pœna pauor.

TEnebras, caliginem, ſtupiditatem, vecordiam primam occultorum peccatorũ pœnam diximus, nunc ſecundam Pauorem, & non quemlibet, ſed horrendum, vt noſter affirmat Sapiens, vnde ait: *Pauentes horrendi*; at quid pauebant mali illi, ſi in ſpelunca abſconditi, & quaſi ſepti tenebras illas, vt videbatur, effugerant horrendas? rectè Chryſoſt. homil. 20. in Geneſ. ſeipſos, quia mali, & peccatores, cum hoc habeat peccatum, ſemel enim in anima admiſſum, & ſi occultum, non è foras timores mendicat, quia intus mordet, intus ſtimulat, & ſi iudex non adſit pœnas taxans, pœnas infligens, ipſemet ſui conſcius delicti eas numerat, penſitat, timet. En tibi Lamech Geneſ 4. nu. 23. Cain caſu occidit, & hoc in campo ſolus, quem nemo aſpexerat teſtis, nemo oculatus homo, & tamen clamat: *Audite vocem meam, auſcultate ſermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum.* Mirum, vt ſuum propalaret hic peccatum, ſic timens, ſic pauens, vt quaſi de re acta carnificem ſui extimeſcens, vt terrorem cæteris incuteret, ne eum occiderent dixerit; *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuagies ſepties.* Quæ verba eum faciunt ſenſum, vt ſæpè alibi diximus, ſeptuplum ſcilicet puniturus, qui Cain occidiſſet; at qui ipſum ſeptuagies ſepties, ſic timidus extabat, ſic ſui pauens reatus. Vnde ergo illi tantus pauor, vt talia promere, talia dicere impellebat? Sanè ex ipſomet peccato, ipſe ſibi tãtum conſcius delicti, ſe ipſum ſic timebat, vt intra ſeſe retinere præ formidine non valens foras prorupit; Vnde Chryſoſt. *Peccator*, inquit, *habens acrem illum accuſatorem conſcientiam nunquam ſic in ſolitudine verſatur, quin ſuſpiciones timeat, vmbras tremiſcat, & eos, qui conſcij ſunt, & qui non ſunt*; cui rei cauſam ſi à Chryſoſtomo petas, infrà tibi reſpondet, quia poſt facinus peccator *Index ſui ſit, & accuſator.* Egregiè, poſt facinus ipſe iudex, ipſe accuſator; hinc ſeipſum pauens, dum effugere non poteſt iudicium extimeſcit, vnde non tantum ante facinus prius ſecurus, quantum poſt illud pauidus.

Geneſ. 4. num. 23.

1. Peccator ſuiipſius accuſator & iudex.

Chryſoſt.

Attende hoc in primo illo noſtro parente, vocem Dei deambulantis *ad auram poſt meridiem*, audiens totus tremefactus clamat, *vocem tuam audiui in paradiſo, & timui, eo quod nudus eſſem, & abſcondi me*, Geneſ. 3. num. 10. Pendo multa, primo, timorem ex nuditate, nunquid non antea nudus cum Deo non alloquutus? Sanè, vnde ergo nunc ex nuditate timor? equidem amice, quia nunc peccator, antea iuſtus, nunc ipſe ſui iudex, & accuſator nuditatem vt pœnam aſpexit non antea, vnde ſicut prius ſecurus ante facinus, poſt illud pauidus; hinc rectè exclamat Proſper. lib. 2. de vita ſolitaria, *O quantum ſecuritatis habent, qui ſibi bene conſcij ſunt, & quantum perturbatos humiliat perpetratio pudenda peccati, ſicut primi noſtri parentes, qui ſe abſconderunt à facie Domini, de ſua turpitudine, non de nuditate confuſi; ante peccatum enim nudi erant, & non erubeſcebant, quia nihil contra voluntatem Dei vnde confunderentur, admiſerunt.* Egregiè, prius, quia nihil mali admiſerant, nuditatem non timebant, ac poſt malum hit eis tormentum, quod prius ſolatium, vt mox dicam.

Geneſ. 3. num. 10.

1. Adam ante peccatum nuditatem non erubeſcit.

Proſper.

Secundò, pondero modum Scripturæ loquentis, *Et cum audiſſent*, ait, *vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi*; Si in medio ligni, ſi abſconſus, ſi arborum ſilua tectus, cur ad primam Dei vocem reſpondit? nunquid conſultus tacere, ſilere? Sanè ſi poſſet; at non eum ſua ſinit conſcientia, cum vt rectè Chryſoſtom. hic, *Mox vt intranit peccatum, tumultuatio ſimul eos inuaſit: nam conſcientia index incorruptus, cum aduerſus hominem inſurgit clara voce clamat, & accuſat.* Reſpondit ergo & ſi abſconſus, & ſilere non potuit, non quia reſpondere voluit, ſed quia compulſus, aſtrictus vellet, nollet, à ſuo carnifice, à ſua conſcientia totus tremefactus.

Chryſoſt.

3. Malus vel nolit ſuum non poteſt tacere peccatum.

At ſi Deus in paradiſo, ſi ipſemet in amœniſſimo loco, ſi Deus ad auram poſt meridiem ambulat, placide loquens, cur timet? cur ſe abſcondit? quid aura? profectò *lenior ventorum flatus*, vnde Virgilius lib. 4. Æneidos.

Virgilius.

Dulcis compoſitis ſpirabat crinibus aura,

aliquando etiam accipitur pro ſplendore, vnde Ouidius 3. de triſtibus,

Ouidius.

Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit,

aliquando pro afflatu, & fauore, ſic idem.

Iam quoque nunc nimium gaudens popularibus auris;

immo aliquando per tranſlationem pro venuſtate, & illecebris, ac quaſi quodam philtro, quo animi alliciuntur, ſic Horat. 2. car. Ode 9.

Horatius.

Te ſuis matres metuunt iuuentis,
Te ſenes parui, miſeraque nuper virgines nuptæ,
Tua ne retardet aura maritos.

Ergo ſi aura ventus lenior, ſi amicabilis ſplendor, ſi fauor, tandem ſi philtrum, quo amantes alliciuntur, cur timet Adam ad auram Deum deambulantem? eo vel maximè, cum ſententia ſit Theodoreti, præſentiam Domini non aliter Adamum ſenſiſſe, quàm per ipſam auram, & Serapion Epiſcop. apud Lippom. in caten. affirmat non aliter tunc Dominum apparuiſſe, quàm antea vti ſolebat, *Sonitum ſenſerunt, & à conſuetudine, & à modo quo Deus apparebat illum ſenſerunt.* Ergo ſuauiter, placide, benigne, affabiliter, totus amabilis, ac ſplendor Deus veniebat, ſicut prius, vnde ergo ei nunc tantus timor? amice, à peccato tantum malum, ſic hominis carnifex, vt ſicut dicebamus, quod prius delectamentum, poſtea tormentum, & ipſi fauores, ſunt poſtea tortores; quid Deo Adamo ante peccatum dulcius, qualis vox amicior? delectabilior? at poſt peccatum nil amplius infenſius, nil amplius alienius; Vnde rectè Lippom. in caten. in hunc locum, *Vide*, ait, *quomodo per peccatum animus alienatur, & confunditur, & timet, & à Domino fugere nititur.* O miſera peccatoris ſors! ô peccatum ingens malum! nec in paradiſo homo per illud ſecurus, vnde ſi daretur

Theodor.

Lippom.

4. Adamo antè peccatum deuox amica, poſt peccatum terribilis.

Digitized by Google

possibile hominem ad cælum ipsum cum illo aduolare, Deumque clarè videre, ipsi Dei fauores, essent tortores, ipsi amores, torpores, sic animum turbat, excutit, dilaniat, confundit.

Hinc vox illa Dei, quæ ante peccatum vox Adamo dulcis, vox amica, & articulata, post peccatum tonitruum, vnde sicut prius animum liquefaciebat, dulcorabat, ac plenè beatificabat, postea terrebat, ac penè exanimabat, cum sicut iustis vox Dei, vox amica, ac articulata, sic peccatoribus inarticulata, immo tonitruum; sic enim habes Ioann. 12. num. 28. vox patris fiebat supra Christum, patris esse cognouit Ioan. *Venit vox de cælo*, sensum intellexit; audiuit enim dicentem patrem, *& clarificaui, & clarificabo*; at quid turba peccatorum? *dicebat tonitruum esse factum; fideles audiunt*, ait Ambros. apud Lippomanum in caten. *impij non intelligunt*, non vox illis, sed tonitruum; sic Adamo ante peccatum vox Dei vox dulcis, post peccatum tonitruum, sic eum terrens, vt se absconderet, vt timeret, & si in paradiso.

Ioan. 12. num. 28.
Ambros.

5. Vox patris placida, iniustis inarticulata ac tonitruum sonat.

Et ne occasio excidat, & nostrum ex dictis eliciamus profectum, quem in omnibus, & singulis vellem, vt semper meus eliceret lector, hoc solum ex tanto labore præmium expeto, hoc tantum emolumentum, has tantummodo gratias, hoc dixerim: nam sæpè ne morosus sim non ad mores applico doctrinas, & si vellem, expleat ipse hoc meum desiderium, vt sic profectus eius sit hic labor meus. Ne occasio ergo excidat, attende quæso Adami factum in religiosorum praxi, quid illis dulcius Deo, quando in eius amore feruentes, quando in eius gratia? quid suauius religionis laboribus, obseruantijs, pœnitentijs, vigilijs, mortificationibus? *Comprimet sese ingum à facie olei*, ait Isaias cap. 10. num. 27. quale iugum religioni adsimile? at tale iugum, & si graue, tamen vt rectè Bernard. serm. de dedicat. templi, pendens cruces in dedicationibus oleo deliniri, sic oleo gratiæ, consolationis, ac dulcoris delinitur, vt non sit amplius graue, sed lene, sed suaue, *Verè Crux nostra*, ait Sanctus, *innncta est, vnde amaritudo nostra dulcissima*; Hinc qui amant, non solum difficultatem oneris non percipiunt, sed de ipso difficultatis nomine erubescunt; Vnde August. tract. de laudibus charitatis, *Solus amor est*, ait, *qui nomen difficultatis erubescit*; Nam vt Bernard. serm. 85. in Cantic. *Vbi amor est, non est labor, sed sapor*; hinc omnia sapiunt, delectantur, ac vox Dei mandatorum illis dulcis, suauis, sonora, articulata, non secus ac Adamo ante peccatum; at sine, vt frigescant, vt Deo derelicto se abscondant in medio ligni paradisi, hoc est curarum, sollicitudinum, corporearum delectatiuncularum; quid illis vox Dei tunc, quid religionis obseruantiæ, quid ipsa religio? amice, non paradisus, sed infernus. Audi Bernard. serm. 3. de Ascens. *Sunt multi*, inquit, *inter nos, qui de vno pane comedunt, nobiscum dormiunt, nobiscum laborant, miseri, & miserabiles, vtpote socij tribulationis, consolationis non item.* Quid inde ex hoc? audi ipsum; *Huiusmodi autem, si ita diu permanserint sub onere, aut opprimuntur, & succumbunt, aut quodammodo in inferno sunt*; Nil verius, cuius tanti mali causam, si à Bernardo scisciteris respondebit: *Quia amant in carne sua terrenas consolatiunculas, siue in verbo, siue in signo, siue in facto, siue in aliquo alio, & si hæc interrumpunt aliquando, non tamen penitus rumpunt.* Quid verius? Pende singula, & verba Bernardi non verba, sed prophetiam inuenies; at ad nostra.

Isaiæ 10. num. 27.
Bernard.

6. Cur in dedicatione templorum oleo deliniuntur cruces.

August.
Bernard.

Idem.

7. Amoris defectus aspernam facit legis obseruantiam.

Adamus ergo ante peccatum vocem Dei percipiebat vt amicam, post peccatum vt inimicam; hinc totus tremefiebat intus, & foris; cum hoc inter iustum, peccatoremque differat: nam iustus & si foras incendium, intus totus refrigerium; vt hinc videas quantum peccatum terrorem incutiat, & quod solum timorem ipsum afferat, sic vt si non esset, nulla profecto mala esset fortuna. Quod equidem excellenter dixit Gentilis Plutarch. in lib. cui titulus, *an vitium sufficiat ad infelicitatem*, affirmans tyrannos vt alios infelices reddant multis indigere adminiculis; at peccatum, seu improbitas ipsa sola, & si ipsa non esset, nullum adesset malum, *Iam alij tyranni*, ait, *dum efferato animo student, quos cruciarint infelices reddere, carnifices in id alunt negotij, & tortores, cauteria, atque id genus alia tormenta fabricant; atqui improbitas nullis machinis, nullo apparatu, sed sola præsentia animum, atque adeo totum hominem labefactat, ac deijcit, denique mœrore, luctu, angore, & pœnitudine prorsus implet.* Egregiè, non externis auxiliaribus indiget iniquitas ad torquendum, sed sufficit præsentia sola; cuius ratio, quia intus manet, non foris; Hinc rectè idem paulò post concludens affirmat. *Vnde persuasum habemus fortunam non nisi improbitatis auxilio infelicitatis esse effectricem.* Ergo sic peccatum torquet, sic tristitiam ingerit, sic cremat, vt totum hominem absorbens intus, foris que consumat, quod non sic quando à tyrannis, seu à mala insti. torquentur fortuna. Tres illi constantissimi sint tibi pueri in exemplum Daniel. 3. nu. 50. immittuntur à perfido in fornacem, benè iste mandare potuit, vt septuplum amplius fornax incenderetur, quàm succendi consueuerat; benè vt flamma in altum erumpens cælum ipsum attingeret, & mutato colore æstuantibus globis rubesceret; at non potuit infelix, vt iusti, ac sancti intus cremarentur; Nam vt egregiè Zeno Veronens. Episcop serm. 5. de tribus pueris tom. 3. Bibliothecæ patrum, *Opacitas intus, foras incendium erat*, pulchrè, nullo intus assistente peccato in tribus illis sanctissimis, immo tore Spiritus sancti repletis, & si foras in flammis, intus in opacitate, vnde vox illa Paul. 2. ad Cor. 7. num. 4. *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.* Vnde gaudium tale in tribulationibus tantis? Amice, quia *Opacitas intus, foras incendium*; Hinc pluuia roscidi intus cælesti flammæ forenses eos non attingunt; at non sic impij, intus, foris que consumuntur, pabulum proprium tribulationum ignis facti; cum quasi ex iure tribulatio hos quærat, sanctos refugiat, quod considerandum in isto trium puerorum miraculo: nam vt ait Scriptura, cum ministri Regis succendere fornacem non desisterent, sic vt *effunderetur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem, illa erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis*; Pondero ly

Plutarc. 8. Acrius peccatum torquet impiũ, quam carnifex.

9. Ex peccato mala fortuna.

Dan. 3. num. 50.

Zeno Veronens.

2. Cor. 7. num. 4.

Google

10. Ignis proprium pabulum peccator, non iustus.

erupit, hoc est foras prodijt, intus existere recusans, pabulum proprium quęrens, alienum refugiens, iustos horrens, peccatores vrens: nam iuxta Theodoret. flamma, quæ super fornacem extendebatur cubitis quadraginta nouem, postea non tantum se in altum erigebat, quantum excurrebat ad latus, sic vt terram lambens impetu foras prorupta occidit quos reperit peccatores. Quod confirmans Euthim. in expositione Cantici trium puerorum, ait: *Cum effusa esset flamma per terram, & repertos ibi Chaldæos incenderet, signa huius flammæ impressa in terra in quam effusa est, ad totidem cubitos commensurata sunt.* Ergo erupit non vt natura sua cælum peteret, sed contra naturam terram lamberet auida peccatorum, cupida iniquorum, refugiens Sanctos. *Fugiunt ignes iustos*, ait August. serm. 240. de tempore, *damnant bestes, & absolumnt ignes, Chaldæi adyciunt, & pœna defendunt, homines sentiunt, & supplicia venerantur, ac persequentes puniunt.* Egregiè venerantur supplicia iustos, quia materiam supplicij non inueniunt, lambunt ignes, & recedunt, quia culpam non odorantur, ac foras erumpens dum peccatores reperit, propriam agnoscens materiam, vrit, vt verum sit quod sanctissimus ait Zenon, quod intus opacitas, foris incendium extitit.

August. 11. Ignis & supplicia iustos venerantur.

Immo sic proprium creaturarum malos torqueri, vt si quando eos sustinerit non affligentes, non absorbentes, turgent, tument; En tibi Ionas in exemplum, contra Dei mandatum rebellis, ad mare confugit, dormit ipse securus, sed mare turget, tumet, ad cælum vsque iratus, insurgit; vnde mari tanta indignatio? Sanè, quia peccatorem sustinebat fugitiuum; hinc quia non absorbebat, sed portabat, tumebat; *Facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri.* cap. 1. num. 4. cur facta? Audi Claudianum Mamertum in carmine contra Pecc- vanos:

12. Indignatur mare dum sustinet peccatorem. *Ionas* 1. num. 4. *Mamertus.*

Omnipotentis enim Domini natura rebellem,
Cognoscens timuit, per se quasi conscia tutum
Ferre reum, & ventis fugitiuum spernere, & vndis.

13. Cur Ionas colligit causam se esse tempestatis. *Hieron.*

Acutè, immo & verè: Nam ipsemet Ionas hoc calluit, vnde eius nautis consilium; *Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis; scio enim quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos*; At vnde hoc calluit, benè Hieronym. *Conscius erat fugæ, & peccati, quo Domini præcepta neglexerat, & tempestatem ignorantibus contra se sentire cernebat, ideo descendit ad interiora nauis, & tristis absconditur, ne quasi Dei vindex fluctus aduersum se videret intumescere.* Adnota hæc postrema, fugiebat Ionas Deum, eius præcepto rebellis, vt contra Deum staret mari vrebatur pro instrumento; at quid mare offensam sentiret, & iniuriam, vt contra Deum militare cogeretur, quod inseruire cupiebat; hinc iratus pro Deo vindex intumebat, impatiens vitæ, quæ non absorbebat; sic creaturæ impatientes sunt; quando peccatorem non statim occidunt.

Hinc equidem fit, vt peccator nullo prorsus absque timore reperiri possit modo; nam etsi nullus adsit homo, qui eũ occidat, ad sunt creaturæ, adsunt elementa, adsunt bestiæ Dei vindices, Gen. 4. nu. 14. *Eycis me hodie à facie terræ,* pessimus Deo dixit ille homicida, *& à facie tua abscondar, omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.* In quo vis huius sequelæ, eijcis me, à facie tua abscondar, occidar; poterat sanè ei, ci; at non occidi, immo quem timebat? cum nullus tunc homo aderat præter parentes? *à quo timebat occidi.* ait Ambros. in hunc locum, *qui soles parentes habebat in terris?* Pende primo, quid absconsio illa à facie Domini, & vim rectæ consequentiæ intelliges. *Absconsio à facie Dei, est priuari diuina cura, & à Deo derelinqui*, ait Caietanus. Peccator ergo à Deo derelictus, & iam non sub cura diuina, sed sua, merito mortem timet, & si homo non adsit carnifex; nam adsunt bestiæ, adsũt elementa ei mortem appetentia, *Potuit*, ait Ambros. *& incursus bestiarum timere, qui legis diuinæ iura violauerat, nec præsumere de subiectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi:* Quod eleganter differens Procop. sic fatur: *Accedebat metus virtutum cælestium, quas nefandi sceleris vltrices sanas fore præsagiebat animus; præterea timebat insidias ex mundi partibus, quæ quamuis admodum vtiles sint mortalibus, & in hunc finem sint structæ, attamen malos ledere norunt; metuebat insuper insidias ferarum, & reptilium, quæ Deus ad vindictam impiorum creauit.* Egregiè, malus sibi derelictus, & iam nõ sub Dei protectione, non est cur amplius securitatẽ expectet, aut incolumitatem speret: nam etsi homines desint, adsunt bestiæ, & si hæc non audeant, audebunt elementa peste, ac fame cuiusperimentia; vobis principibus hæc, qui nullũ timetis in terris, qui impunè peccatis, qui milite vallati homines non timetis, semel vobis dimissi, & à Dei cura à mandati, contra vos elementa stabunt Dei vindices, peribitis infelices, quia innocentes peremistis, oppressistis: nam verum sic pauidum, sic trementem post peccatum peccatorem extare debere, vt terram, cælum, elementa, feraſque ipsas extimescere debet.

Genes. 4. num. 14.

Ambros.

Caietan. 14. Bestiæ Dei vindices in peccatores. *Procop.*

Immo addo peccatorem esse, & excruciari malum, & à feris disrumpi, sic debitum, vt non fieri propè admiraculum non solum ciuiles, sed barbaræ æstiment gentes, vt videas cum quanto peccatori vigendum timore. A dira cum euasisset sanctissimus Paulus tempestate, Act. 28 nu. 3. ac Melitum appulisset, vipera eum inuadens momordit, quid Barbari? *Vtique*, dixerunt, *homicida est homo hic, qui cum euaserit de mari, vltio non sinit eum viuere.* Vide barbarorum sensum, sic insitum naturæ est hominibus malis periculum à creaturis, vt quia mare Paulum non absorbuerit peccatorem secundùm illorum sensũ, putarunt iusta vindicta à bestia lacerarũ; at quãdo viperam excussam in igne à Paulo, nilq; mali inferentem aspexerunt, sic obstupuerunt, vt miraculum acclamantes Deum eum fecerunt, *Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se dicebant eum esse Deum.* Quasi si non Deus, & peccator impossibile illud, vti verè: nam ideo vipera, & si dentem infixit, non occidit, immo ipsa occisa, quia corpus inuasit impollutum; gratia dirum, non culpa tenerum, vt rectè Oecumenius à Theodoreto mutuatus. *Vipera*, inquit, *cum in manum*

15. Ab animalibus peccatores non offendi est miraculum. *Act.* 28. *num.* 3.

16. Vipera Paulum non offendit, & cur. *Oecumen.*

21. Peccator ipsis delitiis ac vbertate premitur.

affectibus pressus, sub quodam rerum fasce laborabat. Pulchrè, pressus extabat iste non ex A rebus contra votum, sed ex illis, quæ ad votum, ex adeptis, ex votorum effectibus, vnde semper peccator, miser, sine vota deperdat, siue consequatur; at attende posteriora, *quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos*; attende posteriora, *hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam.* Ergo horrea hic habebat, sed quia non sic grandia, vt totam illam fructuum congeriem capere possent, ob hoc solum quod ei deficiebãt angebatur, tremebat, & quasi consilio priuatus, ac stupidus clamabat dicens quid faciam? O misera peccatoris sors! ô humanarum rerum fallacia! tanti fructus lætum hunc non fecerunt, sed miserum, non ex inopia, sed ex abundantia, & licet horrea possideret, tamen quia non sic grandia, vt totaliter fructus caperent, sed necesse vt foras aliquid remaneret, hoc parum, hoc aliquid sic stupidum eum reddidit, vt tanquam sano consilio homo, inquirat quid sibi faciendum, vnde hoc? sane amice, ex illo quia auarus, quia peccator, qui dum talis impossibile, vt sine timore, anxietatéque viuat, *Satiato desiderio*, ait Ambros. lib. de Nabuth. c. 6. *non est qui sinat eum dormire, excitat eum cupiditas, sterilitas prouentuum perturbat, solicitat abundantia, nec ipse quidem Deus eum dormire permittit.*

Ambros.

22. Erras peccator dum quietem in creatis quæris.

Sed attende, post congregatos fructus, quæ stultus iste animæ suæ dicit, & rationem aspicies, siue fundamentum peccatorum deceptionis, vnde scilicet fallantur, quietem, beatitudinémque prosequentes, sic intimè, vt nullum intactum relinquant lapidem, & tamen nunquam ad eam perueniunt: nam ea profectò est, quia C non in Deo, sed in bonis illam inuenire autumant; attende huius verba. *Dicam animæ meæ, anima multa habes bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* Pendo verbum *requiesce*, quid est requiesce? Athanas. scilicet *à labore*, hoc est noli amplius laborare, vnde hoc? sane quia iam quietem inuenisti; at in quibus? profectò in bonis huius vitæ, merito stultus, cum non in Deo: nam etsi bona plurima adeptus, quæ ei lautam mensam, copiosum vinum propinare poterant, sic vt crassissime epularetur, nunquid hæc largos ei causare poterant annos? vnde Cyrill. *O dimes, fructus quidem habes in horreis, sed annos plurimos vnde poteris obtinere?* Hinc miser deceptus: nam ad epulas tantum attendens non D vltra discurrens, quia eæ præstare illam poterant quietem sibi promisit, non reparans annos, vitamque illa minimè concedere posse, sic & similiter omnes decipiuntur; incertæ enim cum sint prouidentiæ nostræ ad vnum respicientes commodum, infinita nobis se occultantia incommoda ab illo vno decepti imaginamur quietem, sed non acquirimus, quo nil in hac vita communius, anhelant, vt adipiscantur officia, honores, dignitates, post adeptionis ipsorum votorum effectibus, vt magnus aiebat Greg. cremantur, immo disrumpuntur, iusto equidem Dei iudicio, quia peccatores cum peccatis, quorum in hac vita nulla est requies, sed continua turbatio, sicut propria nota, seu proprium peccatoris signum sit timor, perturbatio, stupor.

Athanas.

Cyrill.

23. Dives bona potest ampliare, sed non vitam.

Hoc adnoto in persona perfidi illius fratricidæ, Cain nempe; *posuit*, ait Scriptura, Genes. 4. n. 15. *Dominus Cain signum*, quale? Eucherius in Caten. Lippom. æstimat, & dignè *pauorem*, ergo signum peccatoris pauor, sic vt sine pauore nulla ei vita, *quicumque inuenerit me, occidit me*, ait perfidus iste ad Deum; at quid Deus? nequaquam, & cum interminationem mortis, & vitam tribuere peccatori voluisset, illud elegit medium, quod peccatoris vitæ proprium, pauorem nempe, sic peccatoris propriũ est pauor. Vnde egregiè Chrysost. de peccatore adultero loquês sic ait: *Omnia panet, metuitq; qui talis est, vmbras, parietes, ipsos lapides, tanquam vocẽ emittentes, omnia obseruat, omnes habet suspectos famulos, vicinos, amicos, hostes, eos qui norunt, eos qui nihil norunt.*

Genes. 4. n. 15.

Eucher.

24. Proprie pauor peccatore competit.

Chrysost.

Immo sic pauidus viuit, vt veluti inter terram, B cælumque suspensus vita eius pendeat, ibi flagellatus, ibi dirissime tortus Deuter. 28. n. 66. *Dabit tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, animam consumptam mœrore*, cõtra peccatores Israelitas pronunciauit Dominus; at nunquid sic pauent in terra? minimè, sed vti inter cælum terramq; suspensi, vnde sequens, *& erit vita tua, quasi pendens ante te*, quid est pendens ante te, nisi quasi inter cælum, terramque suspensa, timoris fune præfocata, vt ibi à verberibus conscientiæ verberata, & à mille pœnarũ tormentis desideret mortem, & non videat? plus tormenti illi talis vita, quam præpropera mors; hoc enim mihi videre videor in morte infelicissimi illius parricidæ Absalonis, 2. Reg. 18. pessimus peccator, ac turpissimus parricida ad mortem Dei iusto iudicio destinatus, cur in bello sagitta non permisit transfigi, gladio obtruncari, equorum pedibus non conculcari, vt statim sine voce vti infamis periret, sed voluit, vt suspensus prius diu inter cælum, terramque penderet? sane amice, vt vita eius ante oculos ipsius suspenderetur, vt prius à timore, à peccatis, à conscientia flagellaretur, plus in hoc punitus, quam si telis, quam si gladiis occiderent; *Non statim de medio sublatus est*, ait Chrysost. in Psal. 7. *sed tanquam in iudicio primus suspensus est, & ligno affixus, & Deo è superis ferente sententiam longo tempore pependit, à conscientia deinceps flagellatus*; sic ab illa pauidus, sic stupidus, vt nullam emittere posset vocem, nullam petere veniæ indulgentiam, nullum misericordiæ ad Ioab proclamare verbum, quod vsque ad stuporem in hoc adnotare libet, *facto*, sed diruptus sine voce, sine gemitu, sine loquela, vnde quæso in tali periculo tale silentium? sane à conscientiæ verberatione, à peccatorum suffocatione, quæ sic stupidum, attonitumque eum reddiderunt, vt nullam emittere posset vocem, vnde recte Chrysost. Serm. de hac re tom. 1. *Perdidit*, ait, *Absalon scelestissimus mentem, perdidit sensum, amisit consilium insectatus patrem.*

Dauter. 28. n. 66.

25. Peccator inter cælũ terramque suspensus timore præmitur. 2. *Reg.* 18.

Immo vt tandem concludam, hunc stuporem, hunc terrorẽ non solum grauia causant peccata, sed etiam leuia, quando à Deo corriguntur, sic vt nimio terrore animæ perterritæ, etsi sanctæ, quasi extra se fiant, vt videas quid recogitandũ de magnis, quando leuia sic obstupescunt peccata, *Reuertĕs veniã ad te vita eorum te*, ait Domi-

Chrysost.

26. Cõscientiæ malum durius cruciat quam quæuis alia pœna.

Geneſ. 18. n. 10. nus ad Abraham, Geneſ. 18. num. 10. *Et habebit filium Sara vxor tua*; quod audiens iſta *riſit occultè*, quaſi riſus, etſi peccaminoſus ex in-
Caietan. fidelitate, ſiue incredulitate, vt vult Caietan. & alij, tamen peccatum leue, ab ipſamet excuſatum Scriptura, addens riſus rationem; *Erant autem*, ait, *ambo ſenes, prouectæque ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria*; & tamen animaduerſum à Domino expoſtulans dixit, *quare riſit Sara*? quæ ex hoc ſic animo perturbata extitit,

27. Etiam leue peccatum pauorem cauſat. vt mentita negauerit ſe riſiſſe, *negauit Sara dicens, non riſi timore perterrita*; ſi peccatum leue, cur tantum perterrita? ſane ex ipſamet culpa, etſi leuis, aſpiciens non leuem, ſed ſeriolam
Lippom. meruiſſe à Domino correptionem, de qua loquens Lippom. *Terribilis*, ait, *non lenis fuit, ſed admodum ſerioſa, terribiliſque correptio Domini ad Saram, pro qua vehementer territa præ anguſtia feminarum more mentitur.* Ergo etſi peccatum leue, obſtupeſcit tamen, mentem, acrotum tremefacit cor. Deus ſanctiſſime, qualem ſtuporem, qualem horrorem, qualem timorem peccata cauſabunt grandia, quando à Domino interrogabuntur? ſeu quando efficiet vt intra ſeipſum velit nolit recolligens ſe peccator ſuam aſpiciet conſcientiam, quid dicam? tunc etſi viuens in Inferno tamen erit. Audi
Ambroſ. Ambroſ. lib. 1. officiorum c. 12. de turbine malæ loquens conſcientiæ, *Ipſa*, ait, *quæ videntur etiam dum viuunt impiorum requies in inferno eſt*; *viuentes enim in inferna deſcendunt*; hinc ſemper pauidi, ex ipſo foliorum ru-
Leuit. 26. n. 37. more iuxta illud Leuit. 26. n. 37. *Terrebit eos ſonitus folij volantis, & ita fugient quaſi gladium*; vt inde videas quam bene noſter dixerit

28. Mala conſcientia Inferno eſt ſimilis. Sapiens de iis Ægyptiis, quod licet in ſpeluncis abditi, tamen *ſonitus deſcendens perturbabat illos*, &c.

HOMILIA XCIV.

Tertia Peccatorum occultorum pœna ineuitabilitas.

MAlis vndique circundatis Ægyptiis ex grandinibus, tonitruis, ignibus, tenebris ad ſpeluncas refugientes, vt euaderent in illis ſe abdebant; at nunquid effugiebant? *Neque enim quæ continebat eos ſpelunca*, ait noſter Sapiens, *ſine timore cuſtodiebat, quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos, & perſonæ triſtes illis apparentes, pauorem illis præſtabant.* En ineuitabilitas pœnarum, fugiet peccator quocúque velit: nam aut Deus non erit in cælo, aut ſi eſt nõ effugiet pœnas; *Eſt enim Deus intelligibilis quædam æquitas inconuertibilis, atq; indeclinabilis*, Gerardus Zetphan. *Nõ minus pœna malorũ, quam gloria bonorum, certũ igitur eſto, quod reddet tibi ſecundum opera tua, nec relinquet aliquod malum in te impunitum.* Pendo
Gerardus Zetphan.

1. Iuſta ad peccati grauitatem Deus punit. verbum illud *intelligibilis æquitas*, cur non dixit rectiſſima, iuſtiſſima, ſed intelligibilis? ſane, ad demonſtrandam æquitatem Dei eſſe ſubtiliſſimam, appuratiſſimam, ſic vt nõ ſolum caſtiget, delictumque puniat vt ſic, ſed ad pondus, ſic vt iuxta delicti menſuram, quantitatem, qualitatẽ, addat & iuſtitiam, ita vt quod mirabile, potius iudicauit, vt vnigenitus eius filius moreretur, quam hominem ſine debita dimittere pœna, ſic vt non tantum Deus incarnatus, & mortuus, vt homo ſolueret, ſed vt ad pondus ſolueret tum ex ſuis, tum ex Dei pœnis, vnde valebit dicere Deum morti tradidiſſe vnigenitum dilectiſſimum, non tantum ad ſatisfaciendum pro ſubſtantia delicti, quantum pro condigna ſatisfactione, quod vt expendas,

Attende pœnas Adamo inflictas, & obſtupeſces; iuſtitia priuauit eum originali, mortalem effecit, terram maledixit, vt ei non fructus maturos, ſed tribulos generaret, ac ſpinas, panem cum ſudore, labore, æſtu, ac ærumna comparandum indixit, filios multiplicauit, ac ærumnas, tandem à paradiſo eiecit, quid amplius homo ſuſtinere poſſet, ergo ſi aliud nõ addidiſſet, ſane peccatum inultum non remanſiſſet; at etſi verum, tamen quia non ad pondus iuſtitiæ ſatisfactum diuinæ, quia malitiam habet peccatum infinitam, ſic inconuertibilis, ac indeclinabilis, intelligibilis eſt illa æquitas diuina, vt maluit mori, quam ad pondus non punire peccatum, vnde ſequens idem Sanctus vbi ſup. hoc adnotans:

2. Maluit Chriſtus mori quam ad pondus non punire peccatum. *Cogita*, inquit, *quod tantum Deo peccatum diſplicuit, quod potius ipſe voluit moriens ſatisfacere pro peccato Adæ, quam ipſum ſecundum ſuam iuſtitiam dimittere impunitum.* Pende vltima, tantis grauatus Adam pœnis, ſi Deus non moreretur ſecundum Dei iuſtitiam dimiſſus eſſet impunitus? ſane quia non ad pondus eſſet ſatisfactum, quod impoſſibile niſi Deus ſatisfaceret, Deus moreretur; ex quo facto illud primò elucet quod velim vt admodum notes, tũc Deum ampliùs iuſtum, tunc ſeueriorem, quando ampliùs miſericordem: nam cum nullum ſit peccatum quod non ad pondus caſtiget, ſic vt homo peccans, aut ipſe impeccabilis ſoluat, vnde quãdo homini pœnas parcit, ipſe eas luit, & ſic ſemper ineuitabiliter peccatum pœnas ſuffert; nam aut homo, aut Deus homo iniquitatem portat; & ſecundo non tantum Deum mortuum, vt diuinæ iuſtitiæ quomodolibet eſſet ſatisfactum, nam vt ſic & ad aliqualem ſatisfactionem ſufficientes adeſſent pœnæ homini imponendæ, ſed ideo voluit mori, vt ad pondus, & ad æqualitatem iuſtitiæ ſatisfieret diuinæ, malens ipſum è cælo deſcendere, ac dire pati, quam quod omnimodè ſolutum non eſſet, ſic tenax eſt non ſolũ iuſtitiæ, ſed æqualitatis, non ſolũ in infligendo pœnas, ſed æquales, vnde etſi de miſericordia ſibi peccator blandiatur, timeat iuſtitiã, dũ aſpicit quod nõ ſolũ dire Deus caſtigat, ſed ad pondus, quia ſic eius æquitas, ſic eius requirit iuſtitia.

3. In maiori miſericordia magis elucet Dei iuſtitia. Imo & ipſa hoc dictat ratio humana, non ſolũm ſcilicet ineuitabiliter peccatum pœnas luiturum, ſed ad pondus, ſic vt ipſimet peccatores hoc conſiderantes æqua librantes lance delictum ſibi ipſis pœnas taxant ad æqualitatem; Geneſ. 4. n. 23. *Audite me vxores Lamech, occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorẽ meum, ſeptuplũ vltio dabitur de Caim, de Lamech ſeptuagies ſepties*, vox hæc, vox ſint pœnitentis, ac dolentis de peccato ſecundum Chryſoſt. Hom 20. in Gen. quid inde? vt ipſe ſibi nõ ſolũ pœnã, ſed iuſtã imponeret; *Hic in peccata Caim inciderat*, ait Chryſ. *ſed animo expẽdens quod negatio grauiorẽ ipſi paraſſet pœnam, vocatis mulieribus ſuis nullo reprehendente, vel arguente ipſa ſua lingua cõfeſſionem peccatorũ facit*

Geneſ. 4. n. 23.

Chryſoſt.

4. Diſcant peccatores pœnas ad criminum æqualitatẽ taxare. *Euthim.*

& conferens quæ à ſe facta erant cum his quæ à Cain pœnam ſibi ipſi definit. Attende poſtrema, A non ſolum ſibi ipſi pœnas inflixit, ſed cum iudicio conferens primo ſuum Cainni delicto, expendenſque ſuum grauius, quia vt inquit Euthim. in c. 13. Math. *Qui peccatorum nouit pœnas, & nihilominus eos imitatur, rens eſt vt ab eo exigantur omnia ſupplicia, hoc eſt pro vnoquoq; pœnã luat, quod exemplo eius ſeſe non refrenauerit, Cain ſeptem ſupplicijs dignus fuerat, Lamech vero ſeptuagies ſepties, eo quod ſe non refrenaſſet exemplo.* Ergo Lamech non ſolum doluit de peccato, ſed arbitrans pœnam rationis tantum lumine ductus ad Cain proſpiciens peccatum, ſic ſuum ponderoſius rẽperit, vt ſupra Cain ſeptuagies ſepties ſe dignum pœnis inuenerit, ô pudor hodiernorum pœnitentium, magna, ac horrenda perpetrant, vincunt ſe in peccatis peccatores, onuſti ad iudicium ſacramentale accedunt infinitis, ac horrendis malis, & tamen non ſolum pœnas iuere volunt, ſed confeſſores incuſant, quia rigidi, quia aſperi, quia intractabiles, ſi aliquales eis præter pauculas orationes pœnales inſligunt pœnas, & quod admirandum, Lamech ex iuſtitia cum Caimo exercita peccatum conferens, reperiens ſuum grauius intellexit ſupra Cain ſeptuagies ſepties ſe dignè puniendum, & Chriſtiani Chriſtum innocentiſſimum expendentes, Deique iuſtitiam in illo non pro ſuis, ſed pro noſtris culpis, non inde arguunt ampliori illos dignos pœna, ſed minori, ſic vt quod Chriſtus ſanguine luit, ipſi condignam æſtimant pœnam ſi verbis, nunquid ſic Dei iuſtitiæ reputant ſatisfactum? decipiuntur, & tunc aſpicient, quando iudicans iuſtitias ad iudicium C veniens, hæc iudicabit dire, terribiliter: nam pro certo ſtandum ineuitabiles peccatorum eſſe pœnas.

Immo ſic ineuitabiles peccatorum ſunt pœnæ, vt eo ipſo quo reputat peccator eas declinare, aut fugere, eo ſe ſignum ad omnes Dei conſtituit vindicatiuas ſagittas, audi Regium Pſaltem Pſal. 20. n. 12. *Quoniam*, ait, *pones eos dorſum, in reliquiis tuis præparabis vultum eorum*, quid per reliquias? chorda, & nerui arcus quibus ſagittæ eiiciuntur, ſic dicta, quia cum iacitur ſagitta, chorda prius intenta relinquitur, & relaxatur, vnde in Hebræo, *in chordis, ac neruis arcus tui præparabis aduerſus vultum eorum*; at quid præparabit? Campenſis, ſagittas, vnde ipſe legit, *quare ſepones eos ab aliis, & facies eorum tanquam ſcopum ſagittis tuis aſſidue petes.* Pones eos dorſum ait ergo Propheta, hoc eſt vt ait Incognitus *in fugam*, putantes effugere iram poſſe inimicorum, vitam ſaluare, pœnas declinare; at quid tunc? ſignum fiunt omnium diuinarum ſagittarum, omnium pœnarum Deo eos conſumente quando homines effugerunt. Auxilium Ioſue præſtans Gabaonitis c. 10. contra quinque Chananæorum Reges, eumque ab Iſraele in fugam verſi occiderentur, ait Scriptura n. 11. *Quod cum eſſent in deſcenſum Bethhoren, Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cælo vſque ad Azeca, & mortui ſunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percuſſerant filij Iſrael.* Si lapidibus occidendi, cur non in principio certaminis, cur in deſcenſu Bethhoræ? ſane, quia vt inquit Abulenſ. in hunc locum quæſt. 7. *Iudei tota nocte ambulauerunt de Galgalis venientes ad vrbem Gabaan ſuper hoſtes, vnde feſſi erant: Chananæi autem qui ante hoc quieti erant, veleociores erant ad fugam, & effugiſſent manus Iudæorum; vt non fugerent, Deus plurimos lapidibus occidit, alios autem conturbauit, ita vt non fugerent velociter ſicut prius, vt metu cadentium lapidum tranſire non auderent, & ſic maneret ſpatium ad comprehendendũ, & occidendos eos.* Qualis ſæuior iuſtitiæ miniſter, qualis apparitor durius ſæuiret, aſpectauit deſcenſum Bethhoren, quia in planitie graſſari contra eos poterat Iſrael, expectauit aſcenſum vrbis Bethhoren, quia non ſic velociter currere poterant; at quando vidit eos in deſcenſu Bethhoren verſus Azecam fugientes per procliuia non currentes, ſed volantes, ſuoſque B iam defatigatos, reputans certiſſimè iſtos mortem euaſuros, ac hominum manus, ac proinde peccatorum pœnas euaſuros, vt omnino intacta, & illæſa diuina remaneret iuſtitia, ac ad pondus ſatisfacta, ipſe per ſe occidit, mactauit, oppreſſit, ac veluti ſolertiſſimus iuſtitiæ miniſter ſic eos occluſit, vndequaque lapidibus circumdans, vt veluti in carcere ibi dilaniatentur; ſic ineuitabilis eſt delicti pœna, ſic Dei ſit ſignum homo peccator ſagittis, quando hominum effugit.

Abulenſ.

6. Fugiens peccator hominum furorẽ, Dei non deſinet incurrere.

Immo, quod tremendum, ſic aliquando indelebiliter pœna committatur culpam, vt prorſus illa irremiſſibilis fiat, ita vt nec in hac vita, neque in altera remittatur; plana hæc eſt veritas, vnde peccare time: nam licet ſemper in hac vita culpa expiari poſſit, non tamen ſemper pœna, hæc eſt expreſſa Diu. Thom. ſententia 2. 2. quæſtione 14. art. 3. in Corpore, loquentis de peccato Spiritus Sancti irremiſſibili, affirmat aliqua eſſe peccata, quæ *quantum ex ſe habent meritum, vt non remittantur tum quoad culpam, tum quoad pœnam.* Quoad pœnam autem illa ſunt quæ commiſſa ex certa malitia nullam excuſationem habent ex ſe, qua inducere Deum poſſint ad remittendum; hinc ex Athanaſ. refert Sanctus, quod Iudæis contra Moyſen murmurantibus ob defectum panis, & aquæ, remiſit Dominus, quia habebant excuſationem ex infirmitate carnis; at quando contra Deum murmurarunt beneficia Dei Idolo attribuentes, dicentes; *Hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti*, & temporaliter eos Deus puniuit occiſis viginti millibus, & quia à Moſe aſtrictus pepercit, non omnino eos delens, pœnam reſeruauit in futuro, dicens: *Ego autem in die vltionis viſitabo hoc peccatum eorum*, Exod. 32. n. 34. O tremendum, ac formidandum Dei iudicium! viginti tria millia occiſa fuere ob peccatum illud, non condonatum fratribus, parentibus, nec amicis, quin omnes gladio peritẽt, & tamen non ad pondus ſatisfactum, vnde etſi ad vnum omnes non delet, etſi parcit quoad culpam, tamen quo ad pœnam non vult, ſed affirmat ſe illud peccatum viſitaturum in die vltionis. Pondero verbum *viſitabo*, quid eſt viſitare? Abulenſ. in hunc locum quæſt. 46. accipit prouidere, *viſitare dicitur venire ad videndum aliquem*, ergo ſecundum hunc ſenſum, etſi viginti millia occiſa, ſic

S. Thom.

7. Nõ ſemper in hac vita peccatorũ pœna deberi poteſt.

8. Remittit Dominus Hebræis cõtra Moyſen murmurãtibus, & non contra ipſum.

Abulenſ.

parum hoc ante Dei oculos, vt quasi non visa illa iustitia, neque peccatum illud, promittit se visitaturum in die vltionis; quis te non expauescat Deus Israel?

Atquid per diem vltionis? aliqui captiuitatem intelligunt Babylonicam, aliqui excidium Hierosolymæ, aliqui omnes calamitates illius populi, vt Rabi Salomon; aliqui tandem vt Abulensis, & moderni pestem paulò pòst inflictam antequam è loco discederent; mouentur, quia immediatè post subdit Moses: *Percussit ergo Dominus populum pro peccato vituli quem fecerat Aaron*: si dicere liceat, quod sentio, nulla mihi ex his arridet opinionibus; non prima, quia captiuitas Babylonica expresse sua habuit peccata, ob quæ inflicta, vt rectè Abulens. & ob eandem rationem nec secunda; non tertia, quia est purum diuinare, nec video qua ratione illam Moses tacuisset. Mea sententia pro die visitationis cum Lyra. & dies intelligitur iudicij, & insuper dies mortis particularis vniuscuiusque, cum non insolens in Scripturis dies vocari visitationis dies mortis, sic Numer. 16. n. 29. *Si consueta hominum morte interierint, & visitauerit*, hoc est occiderit, *eos plaga, qua & cæteri visitari*, hoc est occidi, *solent*, Iudith. 19 n.20. *Vae genti insurgenti super genus meum, Dominus enim omnipotens vindicabit in eu, in die iudicy*, hoc est, *mortis*, vt multi, *visitabit illos*, & vt bene adnotat Serarius intelligendo diem mortis pro die iudicij, pœnas omnes illas quas sancta mulier sequens numerat, scilicet, *dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum*, &c. Intelligenda vulnera, & morbos, qui homines velut adurunt, & inflammant, ipsaque mors dirissima, ac crudelissima, mille afflicta infirmitatibus, ac pœnis. Sensus ergo Domini erit ad Moysem; vade, & educ populum istum; nam quoad peccati pœnam ego eam infligam, & in die mortis cuiuslibet qui peccauit, & insuper in die vltimi iudicij; nec facit aliquid quod obiicit Abulensis dum ait: in illa die iam omnes pœnas esse inflictas; nam etsi pœnæ substantiales, non tamen accidentales; ex quo infertur, sic magnum illud extitisse peccatum, sic aliqua Deum sanctissimum odio habere, vt vsque ad extremum illorum reseruet pœnam, vnde non satisfacta eius iustitia de pœnis Inferni ab aliquibus ob illud idololatriæ peccatum latis, & in æternum luendis, in die iudicij particularem reseruat pœnam; at quæ? sane mea sententia, particularis exprobratio, ac eius turpitudinis obiectio, præcipua reprehensio supra ipsas Inferni pœnas extimescenda; & insuper quod occisi, & interempti non qualibet infirmitate, sed per vlcera, carbunculos, phlegmonem, herpetem, erisipelas eos inflammantes, vrentes, ac viuos edentes, vt ex hoc non mireris, si aliquando videris talia patientes: nam talia possibile patrasse, vt & hic, & in futurum nullo sacrificio, ac pœnitentia vult Deus vt eorum expietur pœna; immo hoc possibile etiam si aliàs Sancti post patratum peccatum, & Dei amicissimi; quid Moyse Deo charior? & tamen pœna eius peccati nullo modo deleri potuit; quid Dauide amicius? & tamen etsi culpam dimisit adulterij, pœnam noluit, vt ex hinc videas, aspicias, ac certo intelligas inuitabilem in se peccatum continere pœnam,

9. Quid per diem visitationis Domini intelligendum.

10. Peccato idolatriæ particularis seruatur pœna in iudicio.

nulloque modo peccatorem eam effugere posse, & sæpe non solum in altera, sed in hac inuitabiliter vita puniri quamuis occultet ipse peccatum, quamuis suffocet, vt sic dicam.

Enimuero si causam inquires cur Pharao, qui sic intense peremptionem optabat totius generis Iacob, non iussit pueros occidi, sed in flumen mergi, nonne consultiùs semel gladio occidere? nam certè vt sic forsitan Moses non eductus ab aquis, nec nutritus, ac ad sui perditionem in domo sua educatus? sane respondet Lyra. in Exod. 8. n.6. *vt cum minori tumultu, & strepitu pueri extinguerentur*, optabat tyrannus mortem, sed cupiebat secretum: nam sua ipsum verberans ob nefandum conscientia peccatum strangulare, seu suffocare illud volebat, reputans quia occultum fortè impunitum; at quid? fluuius in sanguinem versus bibentibus exitium intulit, & non bibentibus; nam & ipse Pharao ex visione, horrore, fastidio etiam pœnatus, vnde author mirabilium Scripturæ lib. 1. c. 18. *Hæc vindicta*, inquit, *Ægyptiis cum Rege conuenienter euenerat, vt qui Dei populi infantes in flumen iactare præceperat, eiusdem fluminis aqua in sanguinem versa exitium bibentibus inferret, & non bibentibus pœnam præstaret*; & nec hoc satis diuinæ iustitiæ, sed quia forsitan non ex illa multum punitus Pharao visione, vt omnino impunitum tale non remaneret peccatum in speciali, voluit vt idem flumen ranas scaturiret, ac ebulliret, *qua ascendentes ingrederentur domum suam, & cubiculum lectuli sui, & super stratum suum*, Exod. 8. num. 3. vt simul ex loquacitate eius propalarent peccatum, & ex infectione punirent, sic inuitabili pœna, vt eam expendens, siue edicens Moses affirmat inter cætera, quod non solum ingressura erant domum, cubiculum, furnos suos, sed *reliquias ciborum tuorum* hoc est, vt aliqui vertunt apud Lippom. *in farinam tuam aquis consperſam*. O inuitabilis Dei vindicta, quia possibile vt aliqua esset aqua extra flumen in vasis reseruata, qua conspersa farina panis effici poterat, vt hoc carerent subsidio, & omnino inuitabile esset supplicium, fiebat, vt non sic cito aqua conspergebatur farina, ac ex ea ebullirent ranæ. Vt inde videas quam inuitabilis sit pœna peccati, vt nec locum deserat, nec penetrale.

11. Cur Pharao pueros Hebræorum non gladio, sed aqua occidi imperat. *Lyra.*

12. Inuitabilis est pœna peccati.

Hinc fit, vt quo Deum effugere vult peccator, eo se amplius implicet, & ibi inueniat sui delicti pœnam, vbi sperat auxilium. En tibi Ionas in exemplum, c. 1. n. 3. *Surrexit Ionas vt fugeret in Tharsis, & inuenit nauem, & dedit naulum, & descendit in ea, vt iret cum eis in Tharsis à facie Domini.* En quantum Deus siluit, quis non diceret penitentiæ pœnam effugisse Ionam, permittitur resistenti vita, vt fugâ arripiat, vt ad mare properet, quinimmo & nauis reperitur præparata ad votum, nummi insuper sufficientes, tandem ascensus nauim fugit, sed quid? nonne secum peccatum? ergo & pœna. *Nauis*, ait Chrysost. Hom. de Iona, *Prophetæ corpore grauabatur, non corporis magnitudine, sed peccati*; hinc turbatur cælum, obscuratur sol, nubes protenduntur densæ, nimbi resonant horrendi, fremit mare, ad cælum extolluntur fluctus, spumant horridæ vndæ; si tantæ

Ionæ 1. n. 3.

Chrysost.

Digiti

motionis cauſam inquiris, vna ad peccatorem mulctandum, qui dum ſupplicium effugere ſatagit, in ipſum incidit. *Hebraus ego ſum*, nautis dixit in tormentis fugitiuus, *& Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare, & aridam.* In quo loco ſapienter Hieronym. *Si autem ipſe fecit mare, & aridam, cur aridam relinquens arbitraris te conditorem maris in mari poſſe vitare?* Egregiè, amice, aut ſemel Deum nega, aut ſi credis ipſum creatorem cæli, terræ, ac maris, tene firmiter impoſſibile pœnam peccati te euaſurum quocumque iegis.

Hieron. 13. Peccator repugnãtia loquitur.

Immo quacumque diligentia adhibita ſiue à te, ſiue à tuis, peccaſti? à pœna te nec pater, nec mater liberare poterunt; immo velint nolint pœnas lues; Attende quanta cura attendit Dauid mitiſſimus, vt puer non occideretur Abſalon, 2. Reg. 18. n. 4. *Præcepit Rex Ioab, Abiſai, & Ethai*, profecto totius exercitus principibus, ne aliquis eorum illud ignoraret, *ſeruate mihi puerum Abſalon*; at nec hac contentus diligentia, ſic præcipiebat illis, vt ſimul mandatum totus intelligeret exercitus, ne forſitan gregarius aliquis miles illud ignorans puerum occideret, vnde ſignanter Scriptura, *& omnis populus audiebat præcipientem Regem cunctis principibus pro Abſalon.* Sic quippè ſtrictè, vt etſi particularis quidam miles, tamen contra faciem principis exercitus Ioab mortem præcipientis pueri, auderet ſtare, & dicere: *Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium Regis, audientibus enim nobis præcepit Rex tibi*, &c. & quid? nunquid euaſit? arbor inuenta eſt, quæ quia ſine ſenſu præceptum non audiuit, vnde pro Deo vindex, eiuſque miniſtra puerum appendens ad occidendum, veluti ipſum principem Ioab impulit, puerumque occidit, vnde etſi cautum puerum æſtimaſſet Dauid, qua hominibus præcepit, tamen quia arborem eum refugit occiſus, ſic dire ſemper comitatur culpa peccatum. Vnde egregiè Chryſoſtomus Hom. de Abſalon. tom. 1. ponderans ab exercitu Abſalon non occiſus, dum in prælio, ſic luculenter ait: *Non enim exercitus, quos cernis, quos conſpicis, aut tuus furor contra patrem armauit, aut patris neceſſitas prouocauit, contra te exerent gladios, vibrabunt enſes, lanceas torquebunt: nam te fugientem arbor excipiet, rami interiment, ligna ſuſpendent, quæ nec patrem vt tibi parcatur admiſit, & inſſa Dei inſtanter implere contendet.* Nil proprius, ſatagat parricida exercitibus ſe munire, armiſque ſtipari, procuret genitor ipſum ſaluare, interdicatur pœna, ac omnibus audientibus non mors, ſed ſalus præcipiatur peccatoris contra Dei imperium, occiderur tamen, & ineuitabilis eũ comitabitur pœna delicti, quia ſi animata inhibita, aderunt inanimata inſtanter, vt ait Sanctus Dei iuſſa implere contendentia.

2. *Reg.* 18. *n.* 4.

14. Abſalon ſingulari patris diligentia non poteſt mortem vitare.

Chryſoſt.

15. Armantur inanimata vt peccatorẽ puniant.

Neque fidendum, quia Deus diſſimulat, quia iam anni præterierunt, quia obliuum videtur peccatum: nam duo tibi vt veriſſima ſtatuo; Primum, & ſi millena tranſierint annorum curricula, ſemper tandem, tandem Deum ſe vlturum, iuſtitiæ ſatisfacturum, ſic vt quodammodo nec ab hac exempta ſint lege ipſa irrationalia; ceſſantibus enim diluuij aquis, Genes. 8. n. 6. ait Scriptura, *quod aperiens Noe feneſtram arcæ dimiſit corunum*, ſane, vt rediens aliquod felix reportaret inter tot calamitates prænuntium; at quid vorax animal? *Egrediebatur*, ait Scriptura, *& non reuertebatur*, quia morticinijs ſe ingurgitans miſeriæ incluſorum obliuiſcebatur; ſane animal ingratum, etſi culpæ capax fuiſſet peccaminoſum; at nunquid etſi irrationale non deleuit, vt ſic dicam maculam, non ſoluit pœnam? ſane, etſi poſt millenos annos: nam voraci præcipitur, vt ſuſtentet Eliam, & licet cibus in ore, illum tangere non auderet. *Corui quoque*, ait Scriptura, 3. Reg. 17. num. 6. *deferebant ei panem, & carnes mane, ſimiliter panem, & carnes veſperi*, cur corui? nonne elegantius accipiter? nonne regalius Aquila? minimè, ſed coruus vt diligentia ac abſtinentia noua, culpam deleret antiquam, *tempore ſiccitatis*, Diu. ait Auguſtinus lib. 2. de mirabilibus ſacræ Scripturæ, *In ſpelunca torrentis Carith ſe abſcondit Elias, vbi à cornu paſcebatur, vt culpam quam in diluuio commiſerat, purgare amis illa videretur, dum vt fidelis miniſter efficitur Eliæ, qui negligens, & fallax erat antea Noe.* Ad doctrinam noſtram hæc eliciunt ex Scripturis Sancti, diuino Spiritu, afflatu ſupernaturali, ne inſolens tibi videatur culpam delere animal dicere Auguſt. ſed ideo Spiritus Dei ſanctiſſimus voluit, vt ex illo facto talem eliceret Sanctus doctrinam, vt tu edocereris certiſſimè poſt culpam luiturus pœnam, etſi centeni, aut milleni decurrant anni, ne Dei ſufferentiam obliuionem dicas, aut iniuriam penſites, patientia eſt non obliuio; & ſecundum quod velim ſcias, illud eſt, magna, & grandia ſæpe Deum diſſimulare peccata, tandem tractu temporis in paruis, ac minimis illa punire. Multorum opinio eſt peccaſſe Moyſem grauiter, quando Numer. 11. n. 21. pronuntienti Deo carnium ſaturationem dixerit: *Sexcenta millia peditum huius populi ſunt, & tu dicis, dabo eis eſum carnium menſe integro*; & tamen à Deo non punitus, punitus tamen, quando ad aquas contradictionis diſtinxit tantum in labiis ſuis, ac leuiter peccauit: cuius rei rationem dat Abulenſ. in Numeris loco citato quæſt. 48. *Quia accidit quod homine committente aliquod graue peccatum Deus non puniat ipſum, & poſtea cum commiſerit paruum peccatum, punit ipſum.* Oza certè vita mulctatus, quia arcam tenuit caſuram, 2. Regum 6. temerarius extitit, ſed non peccauit grauiter, vt multi volunt, quid ergo? cur punitus? ſane reſpondet Auguſt. vbi ſup. *Quoniam ſæpe euenit, vt minores culpa præcedentium peccatorum vindictam incutiant.* Vnde ſemper tibi timendum, neque impunitum te fore æſtimes, aut quia tempora præceſſerunt, aut quia iam te magna parrare facinora non aſpicis, adſunt leuia in quibus pondus adiectum antiquorum, nunc lues pœnas, quas tunc miſericordia diſtulit diuina.

Genes. 8. *n.* 6.

16. Ab ipſis animalibus exigitur pœna peccati.

3. *Reg.* 17. *n.* 6.

Auguſt. 17. Cur coruus ex auibus panem Eliæ deferat.

Quod ſi hoc, quando antiquum dimiſſum peccatum, quid quando & noua cõmittuntur illo perſeuerante? forſitan quia peccator impunitum ſe aſpicit, & in nullo læſum, reputet, & pœnam euaſiſſe, plane decipitur, cum velim

18. Aliquando Deus diſſimulat peccata gratia punit leuia.

Num. 11. *n.* 21

1. *Reg.* 6.

Auguſt.

Digitized by Google

ſcias peccata ſtatim, ac commiſſa veluti nuncios ad Deum currere vindictam expoſtulantes, quos apud ſe Deus retinens, ſua qua pollet miſericordia non remittit; at ſi diu in peccatis impœnitens homo ea remittit, ſed cum mortis ſententia, & ſi multa præceſſerunt tempora. Hoc equidem conſidero, & expendo in verbis illis Danielis c. 13. n. 52. ad improbos ſenes: nam ad primum ſic: *Inueterate dierum malorum nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius*; quid eſt nunc venerunt? ergo alibi ierunt? ſane; at quo? ad Dei equidem præſentiam vindictam expoſcentia, vnde Lyra. *Nunc oſtendentur per pœnam tibi inferendam.* Ergo quando prius peccabat, ſtatim peccatum ad Deum accurrebat vindictam expoſtulans, detinebatur pœnitentiam attendens Deus; at cum in dies augebantur, ea ad requirendum remiſit peccatorem. Sane cum mortis ſententia, quem inuenientes ſciderunt, diſruperunt, ac mactarunt, vnde Daniel: *Ecce enim Angelus Dei acceptæ ſententiæ, ſcindet te medium*; bene iſti peccare prius impune poterant opprimentes pauperem, iniuſta iudicia patrantes, mulieres ſollicitantes, vſque ad ſenectutem tolerati, impune ſemper; at nunquid ob id pœnam euaſerunt? immo tunc eam luerunt, quando amplius Dei obliti, ſecretò ſiſi ſanctiſſimam ad peccandum ſollicitarunt mulierem.

Daniel. 13 n. 52.

19. Peccatum ſtatim ad Deum accurrit vindictam expoſtulans.

Secreto ſiſi, dixi, & meritò: nam ex illo impunitatem præſumpſerunt; hinc Cyprian. lib. de bono pudicitiæ, miram Ioſephi, ac Suſannæ continentiam laudans, illos extollit, quia ad peccandum nec ſecretum incitauit, *non vlla latebrarum, & ſine vllo conſcio, quæ nota quibuſdam putatur occaſio*, ſcilicet emollire eos potuit, *quæ maxima vis eſt admittendi ſceleris, cum deliberationibus occurrit impunitas.* Ergo à ſecreto impunitatem ſperabant, & quia diu impune etiam tunc etſi in ſenectute pro certo æſtimabant; at tunc dire puniti: nam non quomodolibet occiſi, ſed cum dedecore, & tunc, quando minus illud timebant, vt videas quam certum ineuitabiliter pœnam comitari peccatum.

20. Male peccatores ex ſecreto impunitatem præſumũt.

At vnde iſti ex ſecreto impunitatem præſumebant? ſane, amice, ob duo: Primum, quia non vbique Dominum præſentem, non vbique illum adeſſe, ac proſpicere cenſebant, *oſtia pomarij clauſa ſunt, nemo nos videt*; ô inſenſati Deus ne vos non videbit? cuius templum totus eſt hic mundus, à cuius oculis nemo ſe abſcondere poteſt? quod & Gentiles ipſi hoc cognouerunt, ſic Silius ad Scipionem, vt refert Patricius Senenſ. lib. 1. de regno titul. 10. *Iuſtitiæ cultor*, ait, *quæcumque capeſſet, teſtes factorum ſuorum ſtare arbitratur Deos*; & Minutius Felix in Octauio, *In ſolem intende, cælo affixus, ſed terris omnibus ſparſus eſt, pariter præſens vbique intereſt, nuſquam enim eius claritudo violatur, quanto magis Deus author eminm à quo nullum poteſt eſſe ſecretum, intereſt tenebris, intereſt cogitationibus noſtris, nec nobis de noſtra frequentia blandiamur, multi nobis videmur, ſed Deo admodum panci ſumus, nos gentes, nationeſque diſtinguimus, Deo vna domus eſt mundus hic totus, Reges tamen regni ſui per officia miniſtrorum vniuerſa nouere; Deo inuiſtis non eſt opus, non ſolum oculis eius, ſed in ſinu viuimus.* Quot verba, tot ſententiæ, ſecretum quis ſperare poteſt aut à tenebris, aut à frequentia, inter multos occultus, aut à ſolitudine; nullum horum à Deo refugit, non tenebræ, quia intereſt tenebris, non multitudo, quia ſingulos agnouit, non tandem ſolitudo, quia indiciis opus non habet, quia non tantum in oculis, ſed in ſinu eius viuimus; hoc non conſiderarunt illi ſenes, ideo peccarunt; & ſecundum, quia ſicut Deum non præſentem, ſic & diſſitum, & longè ab eis apprehenderunt; vnde & peccare auſi ſunt, & inſuper impunè.

Patricius.

Minutius

21. Non ſolitudo, nõ multitudo, non tenebræ peccatorẽ à Deo effugere faciũt.

Sed adnoto quomodo hoc iſti qui Iudæi, qui verum Deum agnoſcebant, qui vbique præſentem, qui aſtantem, ſic peccarunt, ac ſi Gentiles eſſent non mirarer; at Iudæi, mirum; amice, vis ſcire fundamentum? quia cum peccatores longè à Deo aberant; hinc quia longè ab illo, etſi præſentem eum æſtimaſſent, tamen contra eum peccare paſſione cæci non dubitarunt; cur in profundum deſcendunt Chriſtiani peccatorum, etſi Deum vbique adeſſe credunt? ſi cauſam quæris, quia non propè, ſed à Deo longè per peccatum diſtant, hinc miſerrimè Deum negãt; Mirum vt Petrus Apoſtolus Sanctiſſimus auſus ſit ſic cito Chriſtum negare, & inſuper non ſemel, aut bis, ſed ter, & quod amplius ipſo præſente, audiente, proſpiciente, cur non timuit præſentiam? cur non horruit aſpectum? ſane reſpondeo, quia in horto, quando Dominum abduxerunt ipſe non iuxta Dominum, non ad eius latus, *ſed ſequebatur ipſum à longè*, Matth. 26. n. 58. Hinc etſi corpore eum haberet præſentem, quia tamen animo elongatus peccare non timuit, *neque enim negare potuiſſet*, ait Remig. in Caten. Diu. Thom. *ſi Domino proximus adhæſiſſet.* En cauſa, à longè ſequuntur Chriſtum homines Chriſtiani, vita, moribus, conuerſatione diſſiti, quid mirum, ſi etſi præſentem credant, ad inſtar Petri cum operibus negent, indemnè ſe peccare autumantes, quia illico pœna eos non ſequitur, aut quia in Eccleſia Dei morantur, quam ex Dei templo, ſpeluncam faciunt latronum; ſed nunquid ob hoc ſecuri? miſeri ad inſtar horum Ægyptiorum perimentur, qui iram Dei fugientes in ſpeluncis ſe adebant, ſed ibi vt noſter ait Sapiens, *Sonitus deſcendens perturbabat illos.*

21. Longè peccator animo à Deo elongatus.

Matth. 26 *n.* 58.

Remig.

Num. 5. *Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec ſiderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.*

Commentum literæ.

Connexio litt.

IN ſpeluncis ſe abdebant, vt horrorem effugerent tenebrarum Ægyptij, vt numero antecedenti ex Sapientis ſententia diximus; nunc addit quod & lumen in oculis ipſorum oblatum ex igne terrifico apparens vt infrà dicemus, (ſic hoc intelligo) & non pro lumine ignis artificiati, ſeu communis, quod accendere ex facibus, lento bitumine, naphta, pice, vel adipe procurabant, nil eis ad videndum proficiebat.

Dixi, hoc non eſſe intelligendum de lumine communi, quod incendere Ægyptij intenta-

ed by Google

bant, vt communiter recentiores, ſed de lumine ignis ex impreſſionibus generati, qui illis apparebat, vt infrà dicemus: nam cum in omnium ſententia, & ex apertis Scripturæ verbis conſtat, quod nemo ſe loco mouit ſuo, quomodo ergo lumen accendere poterant? de lumine ergo ignis horrifici illis apparentis intelligendum, quod videtur etiam ſignificare Hugo, dum ait: *Nullus ignis quantumcunque magnus, vel clarus poterat illas tenebras effugare.* Non ergo de artificiali videtur loqui, qui ſi fuiſſet, non eſſet magnus, & clarus, ſed de illo qui apparebat, qui etſi ex ſe clarus, & magnus, tamen Ægyptijs obſcurus, dum terrorem, non animum cauſabat, vnde ait:

Hugo.

Ignis nulla vis poterat illis lucere, &c. Græca, *nulla violenta facultas, efficaciorque prænalebat ad lucendum*; attende ad ly *violenta*, ergo non communis.

Nec ſiderum limpida flamma, &c. hoc eſt illuſtres, fulgentes.

Illuminare poterant, &c. illuſtrare, clarè facere noctem illam horrendam, odioſam, inuiſam, aſpectu terribilem.

Lorinus.

1. Iulianus Ægyptius nulla ſiderũ luce, nulla face accenſa clarè legit.

Adnotat Lorinus ex pract. ſpirituali c. 51. in meo autem lib 1. in floribus de voluntaria paupertate c. 2. Iuliano Ægyptio Anachoretæ cõmunicaſſe Deum per ſeptuaginta annorum curricula cæleſte lumen in noctibus nulla face accenſa, nulla ſiderum luce, ita vt clarè legere poterat; vt hinc diſcas non odio in Ægyptios Deum tenebras immiſiſſe, ſed ob eorum peccata, & non homines Deum abhorrere, ſed ſcelera. Iulianus Ægyptius erat; at quia iuſtus non lumine eum priuauit, ſed ſic diffuſe ei illud præſtitit, vt quia omnibus ſe eius priuauerat amore, non per vnum, aut duos, ſed per ſeptuaginta miraculosè illuminauit annos; dum è contra luminis priuatione iſtos mulctauit, qui ſic terrenarum erant ambitioſi rerum, vt ſuis non contenti, impiè ad aliena aſpirabant, res, vitaſque arripientes Hebræorum.

Plinius. Olaus.

2. Prodigia de hominibus nocte de die clare videntibus.

Plinius. Solinus. Gellius. Iſidorus.

De hominibus in nocte, ac in die clarè videntibus multa multi dicunt, Plinius lib. 11. c. 37. de Tyberio narrat expergefactum modico tempore omnia vidiſſe, ac ſi in luce. Olaus magnus lib. 2. hiſt. Sept. c. 14. de nonnullis Aquilonaribus habitualiter illud narrat, ſed fides ſit apud ipſum. Albanos clauſa pupilla nocte clarius, quam die cernere affirmant multi, Plin. lib. 7. c. 2. Solinus c. 19 Gellius lib. 9. c. 4. Iſidorus lib. 9. Ethimolog. c. 2.

Hæc miranda, & præter naturæ ordinem, ſicut vt miſeri Ægyptij, etſi lumen perſpicerent, non aliud ex eo haurirent, niſi dolorem, horrorem, dum illius vſus non ad alia ſe extendebat, vt mox dicemus.

Num. 6. *Apparebat autem illis ſubitaneus ignis timore plenus, & timore perculſi, illius quæ non videbatur faciei, æſtimabant deteriora eſſe, quæ videbantur.*

Commentum literæ.

Connexio litt.

IGnem Ægyptijs non effulgere ſuprà dixerat, nunc reddit cauſam Sapiens, quia non ſufficiebat ad res diſtinguendas cum voluptate, ſed ad perſtringendos tantum oculos, vt ex viſu laruis, aut ex ipſo ſolius luminis aſpectu terrerentur, vt mox dicemus.

Apparebat autem illis ſubitaneus ignis. Græc. *Apparebat autem illis ſpontanea Pyra*, in tenebris namque illis conſtituris, ſubito ex tempore, ac ex improuiſo raptim per tranſennam magno impulſu, apparebat terrificus ignis globus, oculos non ad diſcernendum, ſed ad perſtringendos accenſus, vt in repentinis ſolet accidere fulgoribus, qui ignis duos in illis effectus operabatur triſtes, laruas illas ſcilicet perſpicere horrendas, & hoc per tranſitum ſecundum aliquos, vnde maiorem illis incutiebat timorem: nam dum quæ, & quales illæ eſſent non perſpicerent plenè, tranſacto fulgore conceptum illarum metum ex imaginatione augebant, timentes illas vltra quam eſſent timendæ, vt infrà dicemus ex ſententia aliquorum. Secundus autem triſtis effectus erat perculſio timoris ex ipſomet igne, qui in pyram veluti eleuatus, aut in diformem, & magnam molem horrende ſe in oculos immittens, potius illos obcæcabat, quam illuminabat, timore, & pauore plenos relinquens, vnde ſubdens ait:

Et timore perculſi illius quæ non videbatur faciei æſtimabant deteriora eſſe quæ videbantur. Multipliciter hoc ab authoribus intelligitur. Primò Hugo meminit huius lectionis: *& timore perculſi illius, quæ videbatur faciei æſtimabant deteriora eſſe quæ non videbantur*; tollit enim hæc lectio negationem in principio, & eam in vltimo ponit, quæ hunc facit ſenſum: timore percuſſi laruarum apparentium, quæ videbantur, maiorem concipiebant timorem expectatione, & formidine earum, quæ non videbantur, & ſibi ingruere metuebant. *Hugo.*

Secundus ſenſus eſt Vatab. qui ſic legit: *Attoniti verò quæ cernebantur, illa non apparente facie peiora iudicabant*; laruæ enim quæ in obſcuro eis apparebant, & quas per imaginationem videbant, dum poſtea lumen aſpicerent, & per illud ipſas, tunc peiores has eſſe iudicabant, quam priùs conceperant. *Vatab.*

Alij affirmant in ipſo igne ſic apparitiones interluxiſſe, vt perfectè non perſpicerentur, vnde confuſi maius hoc malum æſtimabant, quam ſi clarè illas vidiſſent, vnde ſic litera debet conſtrui; & timore percuſſi illius, quæ plene non videbatur faciei, has ſic ſubobſcuras viſiones peiores æſtimabant illis, quæ clarè perſpiciebantur.

Cantacuz. alium addit ſenſum, ſcilicet quod etſi ex laruis quæ non videbantur, Ægyptij timorem concepiſſent, tamen ampliorem ex illis, quas per ignem viderant, vnde maluiſſe eos ignem abeſſe, quam adeſſe, & lumine priuari, quam illo frui, dum tantum eis incutiebat timorem, & horrorem. *Cãtacuz.*

Senſus omnes boni, Lorino placet ille Cantacuz. mihi vero Vatabli; in obſcuro enim horrendè in imaginatione, & apprehenſione ſe dæmones obſtentabant, quapropter ex illa toti contremiſcebant; at accedente ignis lumine ſic horrendè illimet dæmones illis apparebant, vt quaſi nil eſſet, quod priùs conceperant, æſtimabant, vnde literæ conſtructio, *& timore perculſi illius, quæ non videbatur faciei*, oculis ſcilicet corporis, ſed tantum in imaginatione ap-

Digitized by Google

Non attingit imaginatio ad pœnas Inferni ponderandas.

prehenſæ, *æſtimabant deteriora eſſe quæ videbantur*; poſtea ſcilicet quando per lumen ea ipſa oculis cernebant corporeis, verus ſenſus, & qui ad pœnas inferni ponderandas valdè conducit, dum etſi multum hic per imaginationem apprehendantur, nihil tamen erunt, quando reuera cernentur, immo experientur. Hinc diſces, quod ſicut de paradiſi gloria, quam ſuis ad remunerationem inſtruxit Deus, *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit*, eius magnitudo, & maieſtas, vt Paul. inquit; ſic & inferni pœnæ, quas ad ſuos Deus puniendos fabricauit inimicos, nec oculus vnquam tale vidit, nec auris audiuit, nec ſimile quid in cor hominis vnquam aſcendit.

A

HOMILIA XCV.

B

Inferni ignis quam horribilis.

PRofundi ingredimur campum horrendum, timēdum, vſque huc mihi imperuium, cum neſcio quo genio per quinquaginta & amplius annos, nec peccare deſtiti inferni timore, nec Deo me obſtrinxi Orci infandi pœnis, ipſa Dei bonitas, amor, maieſtas, magnificentia, largitas, beneficentia, quid tandem? ipſemet ſic me aſtrinxit, vt inferni oblitus ac ſi non eſſet, nunquam ad illum animum, conſiderationem, diſcurſum, imaginationem applicare valui; nunc tui amore amice, qui forſitan his moueris, aut vt alios moueas, hoc ingrediор profundum, *vbi*, vt Diuus ait magnus Greg. in illud Iob. 10. n. 21. *vmbra mortis mors eſt ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, quia & mors vimit, & finis ſemper incipit, & deficere defectus neſcit.* Aliqui enim ex his mouentur, immo Deus ipſe mouet ad infernum eos deducens, & reducens per viuam imaginationem, vt idem ait Greg. in 1. Reg. ſuper illa verba, *Deducit ad inferos, & reducit. Deum ad inferos ducere, eſt peccatorum corda æternorum cruciatuum conſideratione terrere: reducere eſt territas pœnitentiæ mentes ſpe vitæ indeficientis attollere; tunc quippe peccare definimus, cum futura tormenta formidamus.* Et quod talis conſideratio ſatis ad non peccandum iuuet, luculenter docet Chryſoſt. Hom. 10 in c. 5. epiſt. 2. Paul. ad Corinth. tom. 4. *Si ignem*, ait, *concupiſcentiæ habueris, oppone inferni ignem, & ſtatim euaneſcet: ſi volueris quid abſurdum loqui, cogita ſtridorem dentium: ſi aliquid rapere, cogita iudicem dicentem: ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores: ſi delitiari, audi diuitem dicentem, quia crucior in hac flamma.* Ergo vtiliſſima eſt talium conſideratio; ſed vt ordine procedamus, cum in ſumma duæ ibi ſint pœnæ, ſenſus ſcilicet, & damni, de prima hîc, poſtea vero de ſecunda.

Gregor.

1. Inferni cōſideratio valida ad non peccandum.

Chryſoſt.

2. Eius ignis quam terribilis.

At de ſenſuum pœnis quam accipiemus? nam ſi de ſingulis; proceſſus erit infinitus. Sane non potero aliam, niſi ignem, ne vltra mei Sapientis fines egrediar, qui ſic dilucidè in igne Ægyptijs apparente, inferni ſimul indigetauit, vt nil expreſſiùs, dum etſi ignis, tamen obſcurus, etſi ad videndum inſtrumentum, tamen ad terrorem, tandem illos timore, horrore, quid ni & cremationc interficiens ſi non mortaliter, vitaliter, quod proprium inferni ignis. *Erit*, inquit Auguſt. lib. de Spiritu, & anima tom. 3. *in igne inferni obſcuritas, in obſcuritate pauor, in combuſtione dolor*, quid ad inferendum dolorem deficit in illo, cum vnum quod aliqualiter conſolationem afferre poterat, nempè ſplendor, hoc carebit? nam ſic cremabit, vt non luceat, *Vox Domini intercidentis flammam ignis*. ait Regius Pſaltes Pſal. 28. n. 7. vbi Baſil. Hom. 5. de igne Inferni hoc intelligens, Dominum aſſerit illum intercidere, quatenus ab eo lucem ab vſtione ſeparat; *flamma combuſſit*, ait Gregor. in illa verba Iob. 10. *Vbi nullus ordo*, lib. 9 Moral. c. 38. *ſed nequaquam tenebras diſcutit*; vt ex hoc ampliùs crucientur, cum recolent ſic Deo ipſos inuiſos, vt ſicut ſuis quod in igne malum aufert, quod bonum relinquit; ſic è contrario illis aufert bonum, relinquit malum. Duo ſunt in igne, ſplendor lucens, lætificans; ardor vrens, triſtitiam ingerens, bonis ignis lucet, non ardet; malis ardet, non lucet. Pende ignem in Babylonis fornace, vbi ſanctiſſimi pueri Daniel. 3. n. 50. ibi ignis lucens, ſed non vrens, *Et non tetigit omnino ignis, neque contriſtauit, nec quidquam moleſtiæ intulit*, nulla contra Sanctos pueros vi relicta vrendi, immo hæc ad eorum ſeruitium, dum vincula vſlit, veſtimenta non combuſſit, famulans, non torquens; at in prædamnatis ſic eos vrit, vt non luceat, corpus flamma perſtringens, ſed oculos non lætificans, quale hoc illis tormentum, ſua Deo famulante creatura? *Tres pueri in caminum proiecti ſunt*, magnus ait Greg. vbi ſup. *ligatis manibus, & pedibus, quos Rex illæſos deambulantes vidit, ignis veſtimenta non attigit, & vincula incendit, Sanctiſque viris ad inferēdum tormentum flamma fugit, & ad ſolutionem vinculorum exarſit; at in reprobis flamma combuſit, ſed nequaquam tenebras diſcutit, vnde ſicut electis ignis ardere nouit ad ſolatium, ad ſupplicium tamen neſcit, ita è diuerſo gehenna flamma reprobis nequaquam lucet ad conſolationis gratiam, ſed comburit ad doloris augmentum.* quid durius?

Auguſt.

3. Non lucebit.

Gregor.

Daniel. 3. n. 50.

Gregor.

4. In illo dānari ſe mouere non poterunt nec clamare.

Sed dum comburuntur forſitan ad ſolamen ſaltare poterunt, excurrere, clamare? nil minus, cum ſic eos tenebræ, & ignis ipſe per illas obligabunt, vt nec loco ſe mouere, nec mutire ad ſubleuamen præ ſtupore poterunt. Quapropter hæc conſiderans, hancque ignis inferni alligationem, ea mihi venit imaginatio, vt cum Inferni ignis ſit in materia duriſſima incluſus, veluti in lapide, ſic corpora miſera occludet damnatorum, vt quodlibet in vno ſit veluti furniculo, quam ſtrictiſſimè incluſum, ſic vt vndequaque ſeptum, & ad miſeras applicatus ignis carnes, eas vrat, coquat immobiliter corpore exiſtente, nec ſe mouēte; nō ſecus corpus in illo furniculo exiſtēs, ac in matrice corpus infantis, totū obuolutum, & in modum pilæ redactum. O miſerrima poſitio, in qua æternaliter ſtabūt, in qua æternaliter ardebunt, in qua ſimul nec mutire poterunt. *Impij in tenebris conticeſcent*; Anna dixit Samuēlis mater, 1. Reg. 2. n. 9. quid eſt conticeſcere in tenebris? aliqui vt apud Mendozam in hunc Regis locum pro ſilentio illud accipiunt; Mendozæ non arridet, quia in Inferno inquit, *ſtridor erit dentium*, non placet, erit enim clamor, erit ſilentium: nam ſicut ignis ardebit ſine luce, ſic lucebit vt affligat, ſicut infrà

1. Reg. 2. n. 9.

Digitized by Google

dicemus, ſic omnis vox damnatorum, quæ ad ſolamen non audietur, non erumpet; at illa tantum, quæ eos contriſtabit, vnde verè nec ſolamen inter illos flammarum globos obtinebunt, ardebunt, ſed ſine voce, ad miſeros inſtar Ægyptios, vt inquit Philo de vita Moſis lib. 1. qui in tenebris inuoluti horrendis, *Neque loqui*, ait, *nec audire, nec cibis frui licebat, ſed per ſilentium fame cruciabantur, nulli vacantes ſenſui, præſente malo pregrauante*; at in Inferno per ſilentium non fame, ſed igne cruciabuntur, nullam valentes vocem emittere conſolationis, nullam doloroſam, ad ſubleuamen, ad reſpirationem.

Philo.

Mẽdoza. Mendoza ſilentium non accipit, ſed immobilitatem, cum inſolens in Scripturis non ſit pro tacere immobilitatem intelligere, quod ſatis erudite probat, vt ex Exod. 14. n. 19. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*, hoc eſt quieſcetis, 2. Reg. 19. n. 10. *vſquequo ſilebis, & non reducitis Regem*, hoc eſt vſquequo vacatis? Ergo impij in Inferno, ſic in medijs flammis ex tenebris colligati exiſtent, per ipſummet ignem, vt multorum eſt ſententia, & ſine dubio probabilior, vt immobiles tanquam lapides vrentur, cremabuntur, non ſecus ac de impijs Ægyptijs hîc noſter ait Sapiens n. 2. *Vinculis tenebrarum compediti*, & infrà n. 15. *Cuſtodiebantur in carcere ſine ferro reclusi*. Ergo cremabuntur dire, ac potenter, & vt nullum eis adſit refrigerium, immobiliter, ſine voce ſemetipſos diſrumpendo.

5. Pudor in damnatis ſilere eos in tormentis faciet.

At amplior erit cruciatus ſi ly *cõticeſcent* pro cauſa accipias talis ſilentij; in tantis ergo flammis, in ardoribus ſic ſempiternis, cur conticeſcent, cur ſilebunt? præ pudore amice, ac confuſione, cum in Scripturis ſæpe ſilentium pro pudore accipitur Oſeæ 4. n. 5. & 6. *Nolle tacere feci matrem tuam, contenit populus meus*, Chaldaïca, *pudore obruam Synagogam veſtram*, quod ſilentium inter pœnas ipſas ſumma miſeria, cum præ pudore, ac ſtupore ſic intercludentur fauces, vt nec vox vna, immo nec oculi lachrymam vnam erumpere poſſint; *cum miſerrimum ſit flere*, ait Seneca lib. 1. Controuerſ. *quam infelix ſum, cui nec hoc quidem licet*; de qua re vide quæ diximus in 1. tom. Hom. 68. nunc oro te, vt ſimul hæc colligens, atque viua recogitans imaginationis apprehenſione, quid durius excogitari poteſt in crematione ad tormentum, quod in hoc non reperiatur igne? cremabuntur, at ſine luce, & in obſcuro; cremabuntur, at ſine voce, crepando; cremabuntur tandem confuſione, ac dedecore pleni, ſic vt in ipſis flammis externis internæ adiungentur, vnde Inferni ignis ſic foris cremabit, vt ſimul & alium interius excitet ignem confuſionis, ac doloris, carnem vrens, mentem cremans, ac ſpiritum; quid horribilius?

Oſeæ. 4. n. 5.

Seneca.

6. In Inferni igne qualis erit lux & ad quid.

Sed nunquid omnino abſque luce erit talis ignis? minimè, ſed lucebit non ad ſolatium, ſed ad pœnam. Sic magn. Greg. lib. 15. Moral. c. 8. ſuper illa verba Iob. c. 10. *Vbi nullus ordo, quamuis ignis*, ait, *illic ad conſolationem non lucet, tamen vt magis torqueat, ad aliquid lucet*, ergo lucebit, ſed ad quid? ad maius tormentum, quale? ad conſortes videndum damnationis ſuæ, & hoc non vt ex conſortio aliqualem conſolationem capiant, vt ſit hic, ſed vt maiorem dolorem, maius tormentum: *Nam ſequaces quoque ſuos*, ſequitur Greg. *ſecum in tormento reprobi flamma illuſtrante viſuri ſunt, quorum amore deliquerunt, in augmentum ſuæ damnationis. Rogo te pater*, diues ille Abrahamo Luc. 16. n. 27. *vt mittas Lazarum in domum patris mei; habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.* Qualis hæc charitas, nunquid in Inferno amor, vbi ſempiternum erit odium? non equidem; ergo vnde iſti tanta de fratribus cura? myſteriũ agnouit Greg. non fratres, ſed ſe amabat, ſuum ex viſione ipſorum in tormentis tormentum pertimeſcebat, ideo ne illuc venirent, ſatagebat. *Purpuratus diues*, ait Sanctus, *ac doloris ſui cumulum propinquorum abſentium meminit, vnde conſtat, quia eos ad augmentum ſupplicij pauloſ poſt potuit etiam præſentes videre.* Non charitas ergo eum mouit, ſed timor, nolebat eos in Infernum deſcendere, quia ſuæ pœnæ augmentum ex illorum viſione præſagiebat; quæ viſio ſic eos torquebit, vt vſque ad ſaniem vſque ad maciem eos affliget. Audi Iſaiam c. 66. n. 24. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vſque ad ſatietatem omni carni.* Quid eſt vſque ad ſatietatem omni carni? Aliqui de damnatis hoc intelligentes reſpectu beatorum oculis, & in verbo *ſatietas*, viſionem cum voluptate, ſic locum intelligunt, vt ſenſus ſit beatos vitiros damnatos, eorumq; tormenta inſpecturos cum ingenti gaudio, vſque ad ſatietatem, vnde ad eorum pœnam & illa accedet in tantis ignibus non commiſereri, quod extremæ ſortis eſt indicium, vnde rectè Ouidius in ſuo Archilo dico carmine in Ibin hanc miſeriam prudentiſſime extremo loco poſuit.

Luc. 16. n. 27.

7. Diues cur petiit Abrahamo vt mitteret ad ſuos, ne ad inferna deſcenderent.

8. Damnati quantum doloris capient ex viſione aliorum.

Iſaiæ. 66 n. 24.

9. Beati cum lætia vidét damnatos in tormentis quod ipſis ſummus erit dolor.

Ouidius.

Siſque miſer ſemper, nec ſis miſerabilis vlli,
Gaudeat aduerſis fœmina virque tuis.
Accedat lachrymis odium, dignuſque puteris
Vt mala cum tuleris plurima, plura feras.

Alij vero ly *ſatietas* intelligentes pro nauſea, faſtidio, ſtomacho, affirmant corpora damnatorum in igne ſic putrida, ac tabida futura, ſordida, ac turpia, vt eorum viſio vſque ad vomitum, vſque ad nauſeam, vſque ad extremum erit faſtidium; quam intelligentiam tranſlatio fauet Tigurina, quæ ita legit, *& erunt faſtidia omni carni*; nullam prorſus ex his dualbus reiicio expoſitionibus, ſed eas amplector, ad meumque valdè faciunt ſenſum, vnum tantum addendo damnatos inſultari in eorum ignibus nõ ſolum à beatis, ſed à dæmonibus, ſed à ſeipſis inter ſe; ſic vt in terribili illa exuſtione, ac miſeria non ſolum crepent, quia à beatis viſi inſultabuntur ab eis, ſed quia viſi à dæmonibus, viſi ab ipſiſmet, & non aliunde viſi, niſi per ſcintillas ex igne illo obſcuro exhalantes; quod addo vt ſcias, quomodo horribiliter etiam luceat ignis ille, non flammeſcit iucundus, ſed ſcintillat horribiliter; quod notauit Innocent. lib. 3. de contempt. mundi c. 4. *Horribilis ibi viſio dæmonum, qui videbuntur in excuſſione ſcintillarum de igne aſcendentium*, ne dum lucere illum intelligis, aliquam accipias conſolationem, lucebit, ſed horribiliter, ex tempore, & ſubitaneè horrendè ſcintillabit, tantum lumen præbens, quantum ad monſtra, ad prædãnatos, ad diabolos ſufficiat videndum, ad lar-

10. Inferni ignis horribiliter ſcintillando luceſcet.

Innocent.

Digitized by Google

uas, ad ſpectra, ad viſiones horrendas, moxque obtenebreſcet; hinc ignis alias lucidus ad dele- A
ctationem, damnatis ex vna parte erit obſcu-
rus, & ex altera lucet, non ad ſolamen, non
ad delectamentum, ſed vt diximus, ex conſor-
tio pœnarum ampliùs eorum excreſcet dolor,
Chryſoſt. amplior cruciatus. *Putas autem*, ait Chryſo-
ſtomus Hom. 44 in c. 12. Matth. *conſolationem tibi inde futuram, ſi vna cum diabolo puniaris? minimè certè, nec credas, ſi cum aliis puniaris, conſolari tepoſſe.* cuius ratione adiungens ait: *Non enim patientur intùs dolor, vt quaſi otioſi de cæteris cogitent, ac inde conſolentur.* Egregiè, ſic immenſius ille ignis cruciabit, ſic intenſiſſimè, vt alios videndo, quod ſocij ſint pœnarum, non attendent, ſed tantum ex illorum putrida viſione, & tormento, ad ſuum reflectent, ſic vt ſicut in cælo ex charitate beatorum inter ſe, ex viſione alterius gloriæ ſuam B
augeat quilibet, & alienam propriam ducat, ſic in Inferno quilibet ex odio, & ſui dolore alienũ ſupplicium ſpectando, ſuum faciat, qualis ignis ſic? qualem inferet talis ignis cruciatum? Pende ſi potes.

11. Semper timorem incutiet.

Ardebit ergo corpora magnus ille ignis ſine luce, lucebit ad terrorem, in tenebris cremabuntur; at non ſimpliciter, ſed vt inquit Auguſt. *in obſcuritate pauor. Apparebat autem illic*, noſter ait Sapiens, *ſubitus ignis timore plenus*: nam obſcurus ille ignis denſiſſimè in ſe, aliquãdo vt diximus, & ex tempore, ac ſubitaneè horrendè ſic ſcintillabit, vt toti horreſcent miſeri, ac præ pauore deficient; hoc equidem malum erit extremum. *In huius vitæ tormentis*, magnus ait Greg. *timor dolorem habet, dolor timorem non habet, quia nequaquam mentem metu cruciat, cum pati iam cœperat, quod metuebat.* Erudite, timeo malum antequam veniat; at poſtquam venerit, etſi adſit dolor, tamen non eius timor; at ſemper timere, & ſemper dolere, certè maximum erit malum, hoc maximum in Inferno, in illo igne cremabuntur actu, & in ipſa crematione timore diſſoluentur. *Infernum verò*, ſequitur Greg. *& vmbra mortis obſcurat, & ſempiternus horror inhabitat, quia eius ignibus traditi, & in ſupplicijs dolorem ſentiunt, & in doloris anguſtia pulſante ſemper pauore feriuntur; vt & quod timent tolerent, & rurſum quod tolerant ſine ceſſatione pertimeſcãt.* Egregiè, & vltima notanda verba; rationem enim continent pauoris, ſic miſeri exurũtur, vt nunquam in illis antiquetur, vt ſic dicam D
ignis, ſed ſemper tanquam de nouo adueniens nouum afferat dolorem. Vnde ſicut beati ſemper cantare canticum nouum dicũtur, etſi antiquum, quia nunquam illis gaudium illud veteraſcet, ſed tanquam de nouo ſemper emergens nouam affert lætitiam, nouum tubilum, vnde faſtidium quod ex conſuetudine nunquam generat, ſic è contra miſeris, ardebunt æternaliter, ſed ſemper tanquam de nouo, tanquam tunc incipientes, nunquam in illis veteraſcens ardor, nunquam ſeneſcens, ac præ conſuetudine miteſcens, cuius cauſam infrà addemus, ſed ſic poſt millena, & millena æſtuabunt tempora, ac quando inceperunt, vnde ſemper, vt magnus ait pater, *& quod timent tolerant*, & quaſi quid nouum venturum, *quod tolerant pertimeſcunt, quia*, ſequitur Sanctus, *dolor dilaniat, & pa-*

12. Et pauoré.

uor angustiat. Premo hoc vltimum; magnum enim quid inſinuat in illo igne tormentum; non ſolum per dolorem dilaniat, ſed per pauorem angustiat.

13. Quam terribilis eſt paſſio pauor, & quã terribilis in damnatis, & cur.

Enimuero talis paſſio eſt pauor, vt vehemens quaſi extra ſe hominem anguſtiando rapiat, ſuique oblitus ſtatus totus ſit in miſeriis Hoc in pauore fratrum expendes Ioſeph, Geneſ 45 qui ſic ad verba eius expauerunt, *vt non poſſent reſpondere ei verbum nimio terrore perterriti*; ſic totum eorum cor anguſtians, vt nec verba Ioſeph eos animans, ſubleuans, immo præcipiens ne pauerent ad reſumendum animum eis ſufficerent, nec lachrymæ, ac planctus, quod *Chryſoſt.* notauit Chryſoſt. dicens: *Denique poſt tantum colloquium, & lachrymas, & conſolationem, & conſilium quod eis dedit Ioſeph, vix poſt eum eo loqui fratres.* Vnde tantus ſtupor? ex pauore, quem conceperant, malum timentes futurum, dum offenſæ recordabantur: Si ergo tãtum adduxit ſtuporem pauor, vt nec colloquũ, nec lachrymæ, nec animus fratris amicus eos ſubleuare potuit, quid fuiſſet ſi non lachrymas Ioſeph, non verba, non animum amicum, ſed minas, ſed verba ignem ſpirantia adduxiſſet? profecto in pauore enecati; Deus bone qualis tunc erit pauor in cordibus damnatorum, tormentum? dum cremabuntur, & inter flammarum vortices ipſemet ignis pauorem incutiet, dum ex dolore quem infert, memoriam ſuſcitabit delictorum, Deumque iuſtum præſentem ſtatuet, non conſolantem, non plangentem, non lenientem, ſed trucem, reprehendentem, arguentem, diiudicantem, timorem, pauorem C
inferentem. Quid vis vt dicam? maius hic pauor, quam ipſa ignis exuſtio erit tormentum. Pulchrè Greg. vbi ſup. obſeruat infernum & terram dici, & lacum, Iob. 10. *Antequam vadã,* *Iob. 10.*
& non reuertar ad terram tenebroſam. Ezech. *Ezech. 16*
16. *Pertæſerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcenderunt in lacum, hoc eſt in infernum*; ac *Gregor.*
cur terra, cur lacus? *Terra*, inquit Sanctus, *quia ſuſceptos ſtabiles tenet; & lacus dicitur, quia quos ſemel ceperit ſemper fluctuantes, & trepidos tormentis circumfluentibus abſorbet.* Enratio, in æternum cruciabit, illic infernus per ignem ſtabiliter, fortiter, vt mox dicemus, & ſimul tanquam ſi non adeſſet ignis, & de nouo eſſet venturus, ſic trepidos, ac pauentes illos reddet, vt præ ſtupore, mente excedent, plus ex panore, quam ex exuſtione tormentum capientes.

14. Damnati pauor ampliùs eos torquebit quã ignis.

Enimuerò Regi Balthaſari non ampliùs apparuerunt, quam articuli manus ſcribentis, non ipſe ſcribens, Daniel. 5. & tamen ait n. 6. *Quod facies Regis immutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſe invicem collidebantur.* Mirum, cum in conuiuio, cum inter optimates, cum in domo propria, cum militibus circumdatus, vnde ergo tantus pauor, ex duobus tantum digitis? ſane quia digiti illi à Deo miſſi, Deo inquam irato, vnde ſignanter Daniel ſcripturam Regi interpretans ait n. 24. *Idcirco miſſus eſt ab eo*, hoc eſt à Deo irato, *articulus manus.* In quo loco allegantet adnotat Theodoret. Quod non dictum ipſe Deus ſcripſit, ſed quod miſit ad ſcribendum, *vt ipſius arguendo factum ſolis digitis percuteret, & tamen*

Daniel. 5. n. 6. & 24

Theodor.

Digitized by Google

metu compleret. Ergo etsi Rex, etsi in regno, etsi in domo, etsi inter optimates, militesque, etsi tandem inter delitias, sic eum duo obstupuerunt digiti, & quatuor literæ, cuius sensum ignorabat (poterant sane non malum, sed bonum apportare, recluderéque nuntium) vt totus tremeret, & genu ad genu collideret, compagésque eius renum soluerentur. Deus sanctissime, quid faciet stupor, ac metus ignis æterni in damnatis, dum non in regno, sed in Inferno, non inter optimates, ducésque, sed inter diabolicos spiritus Dei viuentes ministros, dum non inter delitias, sed inter flammarum vortices, non digiti, non manus, sed Dei trucis iustitia astabit eos condemnans, improbans, reprehendens, vrens per ignem, qualis pauor, qualis ex igne erit tunc tremor? dum talis pauoris, talis tremoris simul cum ardore ipse ignis erit causa, instrumentumque.

15. Ignis Inferni dolor quantus.

Erit ergo in horrifico illo igne obscuritas, secundum August. in obscuritate pauor, quid amplius restat? vltimum, *in combustione dolor*, hoc penè indicibile tum si combustionem consideres, tum si dolorem; *huius pœna*, ait August. Serm. 181. de tempore, qui nunc est in Appendic. 59. c. 18. *Et ignis illius potentiam, nulla vox exponere, nullus poterit sermo explicare.* Ob quod Fulgent. de fide ad Petrum, *interminabilia*, ait peccatores, *in gehenna tolerare ab igne supplicia*, vnde communiter Patres de igne Purgatorij loquentes, qui secundum aliquos remissior est, quàm Inferni, asserunt, quod grauiorem causabit dolorem, quam huius vitæ omnes afflictiones; clarè hoc Anselm. 1. ad Corint. 3. *Sciendum enim est*, ait, *quod grauior est ille ignis, quam quidquid homo pati potest in hac vita.* Idem habet August. lib. de vera, & falsa pœnitentia, Hilar. in Psal. 118. super illa verba, *concupiuit anima mea*, Bernard. Serm. de obitu Numberti, Greg. in Psal. 37. *Domine ne in furore tuo*, hæc exponens verba, & alij communiter, cum quibus concordant Scholastici, Sanctus Thom. in 4. sent. distinct. 21. quæst. 1. art. 1. quæst. 3. quem sequuntur Palud. ibi quæst. 1. art. 1. Conc. 4. Richard. distinct. 20. art. 2. quæst. 1. Sotus distinct. 13. art. 3. Conc. 2. qui omnes etsi de igne purgatorij loquuntur, à fortiori illud de igne asserunt Inferni, cuius rei excellentissimam affert Diu. Thomas rationem, dum ait: *Dolor non est læsio, sed læsionis sensus, ergo tanto aliquis magis dolet de aliquo læsiuo, quanto magis est sensitiuum, vnde læsiones, quæ fiunt in locis maximè sensibilibus, sunt maximũ dolorem causantes; at quia totus sensus corporis est anima, ideo si in ipsum animã aliquod læsiuum agat, de necessitate oportet, quod maximè affligatur.* Excellentissimè, in quibus breuibus verbis tota includitur ratio indicibilis doloris ignis Inferni: nam ipse non tantum cremat corpora, vt nunc ignis hic corporeus, & per corpora mediatè animas, vt nunc species imprimendo tristitiæ, & afflictionis, sed immediatè per se, realiter, ac physicè læsiuum agens in anima ipsa, à qua omnis sensus; quale autem sit hoc læsiuum, & quomodo causetur ab igne corporeo Inferni, ita vt puros cremet spiritus, *miris, & veris modis*, vt ait August. non est meum nunc disputare; solum affero, quod si omnes simul huius nostri ignis crematione adunentur, & in vnum congerantur, nil respectu illius terribilis erunt ignis, sic cremabit, sic infelicia corpora, ac animas exuret damnatorum immediatè vt dixi per se physicè, ac realiter, vt totus ardor huius nostri ignis, non amplius sit quàm vna stilla ardoris respectu immensi Oceani ignis Inferni.

16. Purgatorij ignis acriorem causabit dolorem quam omnes huius vitæ afflictiones.

Anselm.

August. *Hilarius.* *Bernard.* *Greg.* *S. Thom.* *Paludan.* *Richard.* *Sotus.*

17. Pulchra ratio S. Thomæ, cur ignis Inferni supra omnes afflictiones huius vitæ summum causet dolorem.

Enimuerò per Ezechielem Dominus c. 10. n. 46. contra Hierusalem indignatus, sic Prophetæ mandat: *Stilla ad Africum, & propheta ad saltum agri meridiani, & dices: Ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te omne lignũ viride, & omne lignum aridum, non extinguetur flamma succensionis.* Pende singula, etsi maiorem ignem vsque intellexisti, dum non solum siccum, sed viride consumet, & insuper non non aliquid, sed omne, & tandem quod nullis aquis, nullis fluentibus poterat extingui, qualis ergo, ac quantus erat ille ignis? profectò dices immensus, sane, sed cum hoc ait Dominus Prophetæ vt stillet, ergo tanti ignis vaticinium, non erat amplius, ac si vnam vaticinaretur ignis stillam, vnam guttam? sane; nam vt adnotat Hugo in hunc locum respectu eius quod facturus Deus, quid Propheta dicere, & imaginari poterat, non erat amplius quam vna stilla. *Signanter*, inquit, *dicitur stilla, quasi dicat, quidquid ostenderis, & dixeris ipsi, non est nisi modica stilla comminationis mea respectu eius quod faciam.* Ergo totus ille ignis consumens montes, arboréque, prophetatus, ac imaginatus respectu realis futuri, & in facto non erat amplius quam vna stilla, sic ignis verus ignem superaturus erat propheratum. Nunc erige mecum considerationem, & quantus sit Inferni ignis attende. Enimuerò, etsi mira, & grandia, prorsusque horribilia narrentur de pœna ignis Inferni, tamen omnia explicantur per comparationem ad nostrum hunc ignem; vnde quanta sit illa vstio, ex huius penitamus vstione, cum nullum aliud nobis suppetat aptius mediũ, etsic ignem imaginamur Sodomæ, qui in momento eam consumpsit; ignem Babylonicæ fornacis, qui per quadraginta cubitos se erigebat, & ex hoc obstupescimus, & tamen cum hoc sit, verum est, quod in facto omnis hic ignis, quem imaginamur, pensitamus, ac obstupescimus, respectu quod verè, & realiter ignis erit Inferni, non est amplius quam gutta vna, sicut omnis ille ignis ab Ezechiele propheratus montes, arbores, terramque totam comburens respectu eius, qui futurus in facto, non erat amplius quam vna stilla; qualis ergo, qualis erit illius ignis ardor? Vnde egregiè idem Hugo, *Et dicit stilla*, ait, *quia quidquid dicitur in præsenti de pœna Inferni contra illos, qui amant voluptatem, & prosperitatem, non est nisi parua stilla respectu eius quod erit.* Ergo amice, Sodomæ ignis stilla, ignis ille, qui egressus à Domino in momento filios occidit Aaraonis, Leuit. 10. n. 20. stilla ignis, qui in ictu oculi extremam castrorum Dei partem vsit, stilla, Numer 11. & tandem incendium illud, quod in momento quatuordecim millia extinxit, cremauit, vsit, ibidem c. 16. non amplius quam stilla; ignis tandem ille immensus, qui in iudicio totum cremabit mundum, qui vsque ad cælos perueniet, qui ipsos vret, & dissoluet qui terram, qui montes, qui aquas tandem consumet maris, & in illis

Ezech. 20 n. 46.

18. Omnis huius mundi ignis, & omnis alius qui imaginari poterit respectu Inferni ignis vna erit stilla. *Hugo.*

Leuit. 10. n. 20. *Num. 11.* *Ibid. 16.*

ardebit, vna erit ſtilla, ſi cum eo inferni compares: nam hunc imaginamur, ille imaginatione apprehendi non poteſt. Deus bone qualis ille erit; quam terribilis?

19. Corpora damnatorũ ex combuſtione erunt ignea.

Talis quippè, ſic viuax, ſic effectiuus, ſic mordax, vt corpora damnatorum, ipſorumq; animas, quia conſumere non poteſt, ſic eas vret, ſic accendet, inflammabit, vt quodammodo eueniant ignis, & ſint ignea, ſic vt ſi eas aſpiceres, ignes, non animas, non corpora diceres; *Praparata eſt ab heri tophet*, id eſt gehenna ait Iſaias c. 30. n. 33. *à Rege praparata profunda, & dilatata nutrimenta eius ignis, & ligna multa, flatus Domini ſicut torrens fulguris ſuccendens eum.* Multa adnoto; primum, cur infernus dicitur *tophet*, quid tophet? ſane vallis, vt ait Cornel. filiorum Ennon iuxta Hieruſalem, vbi Iudæi filios cremabant Idolo Moloch, & ne eiulatu eorum mouerentur, pulſabant tympana, quæ *toph* dicebantur; inde tophet, & à poſſeſſoribus dicebatur gehenna. Vnde ob ſimilem crudelitatem, & incendium infernus gehenna, & tophet dicitur; quid inde? illud amice, quod ſupra adnotabamus, ob hoc præcipuè damnatis horribilis infernus, ipſiuſque pœna, quia dum ipſi cremantur, ſancti in cælo tympana pulſant, cantant, tripudiant, & hoc de eorum pœnis, & hoc vt alibi adnotauimus, non extranei, ſed ipſi parentes, ipſæ matres, ipſique patres.

Iſaiæ 30. n. 33.

20. Tophet quid, & cur infernus gehenna dicatur.

21. Cur eius nutrimentum ignis dicatur.

Secundò pondero, nutrimenta inferni ignis, & ligna, quomodo ignis inferni nutrimentum? nunquid igne paſcitur infernus? minimè, ergo vnde ignis nutrimentum? ſane per catachreſim, quatenus per ignem omne genus nutrimenti intelligitur, ſicut & per ligna, vt rectè Cornel. hic, vnde ignis nutrimentum, quia homines eius pabulum in illo, ſic exuſti, ſic cremati, vt in ſpiritu eius proſpiciens propheta non homines, ſed ignes dixit.

Cornel.

22. Inferni ignis admirabilis natura, & quomodo æterna ipſe corpora efficiet damnatorum. *Tertull.*

Tertiò pendo ly *ab heri*, quid hoc? communiter omnes æternitatem huius ignis intelligũt, & damnatorum in illo, ô terribile auditu, cremantur diriſſime, ſic vt in ignem propemodum euadant, & hoc ab heri, hoc eſt æternaliter, non eos igne conſumente, ſed vitam ſubminiſtrante, vt amplius & de nouo ardeant. *Non enim abſumit, cum exurit*, ait Tertull. in Apolog. c. 48. *ſed dum erogat, reparat*; cuius rationem ſupra perbelle adduxerat, quia ſcilicet ex ipſa eius natura habet, *diuinam ſubminiſtrationem incorruptibilitatis*, hoc eſt talis à Deo emanaſſe naturæ ignem illum, vt ſimul de paſcendo quantum depaſceret, tantum reſarciret ſemper cremando, ſemper materiam cremationis conſeruando. Vnde Lactant. lib. 7. c. 21. *Quantum è corporibus abſumit, tantum reponit, ac ſibi ipſe æternum pabulum ſubminiſtrabit.* Pende hoc, ipſe deuorat, ipſe ſibi cibum ſubminiſtrat ex ipſis carnibus, quas depaſcit, non eas conſumendo. Quod exemplis demonſtrans Tertull. vbi ſup. ſequens ait: *Manent montes ſemper ardentes, & qui de cælo tangitur ſalutis eſt, vt nullo iam igni decinereſcat, & hoc erit teſtimonium ignis æterni, hoc exemplum ingis indicij pœnam nutrientis.* Pulchrè, & illa pendo verba, *qui de cælo tangitur ſalutis eſt, vt nullo iam igni decinereſcat*; alludit enim ad morem antiquum in quo illicitum cremati corpora à fulgure tacta cæleſti. Vnde Plin. lib. 2. c. 54. *Hominem*, ait, *ita exanimatum cremari fas non eſt*, & Artemidorus lib 2. c. 8. *Fulguriti non transferuntur in alium locum, ſed vbicumque fulmine occupati, ibi & ſepeliuntur*; putabantur enim iſti ideo à fulmine occiſi, quia in Deum periuri, vnde tali pœna æſtimabantur digni, ob quod incineratione indigni, ſed vt in ſuo ſtercore manentes vermibus deputarentur æternis. Vnde Lucianus in Timone. *Itaque eorum, qui peierare aggrediũtur, citius quiſpiam extinctum Ellichnum formidauerit, quam fulminis iſtius omnium domitoris flammam.* Pœna ergo periurij erat flammis non abſumi, non decinerari, ſed à Deo fulminari, hoc exemplum eſt æterni ignis à Deo in corpora immiſſi damnatorum, qui Deo non ſolum iniurij, ſed ſi Chriſtiani etiam periurij ea pœna ſunt digni, vt nunquam per ignem incinerentur, ſed æternaliter permanentes, æternaliter pabulum fiant ignis æterni. Pulchrè Caſſiodorus in Pſal. *abſumet, vt ſeruet, ſeruabit, vt cruciet, dabiturque miſeris vita immortalis, & pœna ſeruatrix.* Ob quod Sapiens ignis vocatur eleganter à Minutio ſic de illo fatus: *Illic ſapiens ignis membra vrit, & reficit, carpit, & nutrit, ſicut ignes fulminum corpora tangunt, nec abſumunt, ſicut ignes Ætnæ, & Veſuuy flagrant, nec erogantur, in pœnale illud incendium non damnis ardentium paſcitur, ſed inexeſa corporum laceratione nutritur.* Admirabile quid in hoc dicto, ſicut & in cæteris aſpicio, & neſcio quid horrendum in hoc igne mihi videre videor, dum enim Tertullianus ait hunc ignem *incorruptibilitatem* ſubminiſtrare, dum Lactant. quod tantum *reponit*, quantum *abſumit*, dum Caſſiodor. quod *abſumit*, vt *ſeruet*, dum tandem Minutius antiquiſſimus ſcriptor, & Tertulliani Synchronus quod *carpit, & nutrit*, in eam ſum ductus imaginationem, in illud ſecretum, vt talis ſit inferni ignis, quod illi damnati infeliciſſimi perennitatem debeant corporum, ac immortalitatem, dum vt Dei inſtrumentum talem conſecutus ſit virtutem, vt ſimul corrodat, carpat, vrat, ſeruet, & veſtione atrociter, dire, crudeliter deuoret, & ſimul deuoratum in inſtanti poſt reficiat, ad iterum deuorandum, ſic vt diuina potentia, & qualitatem imprimat corruptiuam, ac corroſiuam, & ſimul in ſe virtutem habeat reparatiuam; non ſecus ac calor hominis, qui ſimul in humidum agit radicale illud deſtruendo, & alimentum, conuertendo in ſubſtantiam alitis: ſic pari modo ignis hic, & abſumat, & ſimul poſtea reficiat, vt iterum deſtruat, comedat carnes, & ipſas iterum ad deuorandum reparet; quid dirius excogitari poteſt, ſi ſic vt patres iſti affirmant, ignis ille cruciat, quod ſi verum in quo nullam inuenio repugnantiam, quam veriſſimè ab Iſaia ignis nutrimentum dictus ſit inferni aſpicies, dum reparando carnes damnatorum, ne conſumantur, quodammodo nutrimentum eorum dici poteſt. Vnde infeliciſſimi non ſolum vruntur, ſed nutriuntur igne, ex quo quid aliud de illis concipi poteſt, niſi id quod dicebamus, ſic eos ignem hunc torquere, vt in ignem euadant, non proprium ſubſtantiam amittendo, ſed ſic alterando, vt ad inſtar candentis ferri, candentia portent corpora? quid dirius?

Plinius.

Artemid.

Lucianus.

25. Blaſphemię pœna antiquus.

Caſſiodor.

Minutius

24. A fulgure tacti antiquitus non incinerabãtur, & cur.

26. Quomodo propriè ignis nutrimentum poteſt dici inferni.

Nec

27. In igne inferni vsque ad vltionis atrocitas.

Nec hoc mirum, cum non homines, non veſti, non tandem dæmones eum ſuccendant, ſed Dei flatus, vis, omnipotentia, quod eſt vltimum in verbis Iſaiæ omni obſeruatione dignum, *Flatus Domini*, ait, *ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam*. Pende ſingula, flatus ait, hoc eſt ventus procelloſus, turbidus, magnus, violentus, qui ſic eam incendit, ſicut torrens aliquis ſulphuris in ea immiſſus, qualis ergo erit huius ignis vis, cum à tali flatu incendatur: admirans admirando ait Scriptura, Daniel. 3. num. 22. quod fornax vbi immiſſi tres pueri, *ſuccenſa erat nimis*, & nu. 47. quod *effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem*, ſi alimentum talis incendij conſideres, non aliud reperies, quam *naphta*, *ſtuppam*, *picem*, *malleola*, fomenta ignis; verum, ſed quid cum ſulphuris torrente, fac vt in illam immiſſa ſit fornacem, non ſtuppa, ſed torrens ſulphuris, & ad torrentem adiunge Dei flatum, ac ſpiritum, non quemlibet, ſed vehementem, procelloſum, turbidum, montes ipſos, arboreſque euellens, qualis erit flamma? qualis vſtio? qualis ardor? nunc profecto intelligo admirabile illud Gregorij dictum, ſic damnatos in inferno torqueri, vt non ſic, vt hic iuxta vires, ſed ſupra vires, hic iuxta vires, quia eorum non intendit Deus deſperationem, interitum, mortem, rabiem tandem; at ibi vti inimici, ac omnino deplorati ſupra vires, ſupra, vt ſic dicam, ipſam naturam, quia vult eorum rabiem, interitum, deſperationem, tanquam flagellum, condignumque ſupplicium, *Supplicia in ſe demerſos*, ait Gregor. vbi ſup. *& vltra vires cruciant, & in eis vita ſubſidium extinguendo ſeruant, qui & ad finem per tormenta properat, & ſine fine deficiens durat, mors perimit, & non extinguit, dolor cruciat, & pauorem non fugat, flamma comburit, ſed nequaquam tenebras diſcutit.* En quomodo exuruntur vltra vires, ſupra naturam, non ignis eos exurens, ſed ignis torrens. Pende hoc, & animaduerte, quod ſicut nil Deo dulciùs quando amicus, ſic nil eo terribilius, ac amarius quando inimicus, *torrente voluptatis*, vt Regius air Pſaltes potat amicos; at torrente ignis, flammarum, ac ſulphuris inimicos. Hinc non admirare, quando mira, & admiranda de igne in Sanctis reperis inferni, cum ſi materiam reſpicis torrens eſt ſulphuris, ſi vim exuſtiuam, non aliud quam ipſe Dei flatus, vis, omnipotentia ipſum ignem incendens, exufflans, ac vires, efficaciamque ad vrendum præbens; quid ergo non doloris, quid non anguſtiæ, quid non miſeriæ talis cauſabit ignis?

Daniel. 3. n. 22. & 47.

28. Damnati quo ſenſu dicantur ſupra vires torqueri.

29. Deo nil dulcius quãdo amicus, nil amarius quando inimicus.

30. In inferno ob ignis dolorem omnes inſaniunt.

Hinc in inferno nullum prorſus eſt iudicium, nulla ratio, quia omnes ab igne dementantur, nil ſcientes, & veluti inſani diſcurrentes. *Pater Abraham*, dives ille clamauit in inferno, Luc. 16. n. 24. *miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Qualis erat illa flamma? iam modo audiſti, quam immenſa, quam indicibilis. Quod cum ſit, miſer iſte ad eam moderandam, non Oceanum, non flumen, non omnem aquarum congeriem petit, ſed guttam, vnde tanta ineptitudo? ſcio aliquos dicere quia ex vilitate animi, ſcio alios quia ex miſeria, tuam recogitans miſeram conditionem, quia auarus non erogabat, ſic & de Lazaro reputans; ſana hæc, ſed mea ſententia, quia flamma eum dementauerat, ſic vt neſciens loqueretur; *Dum damnatur quiſq;* magnus ait Greg. vbi ſup. *foris flamma ſuccenditur, intus excitatis igne deuoratur, atque in dolore poſitus interius, exteriuſque confunditur.* Philippus Pariſienſis Cãcellarius Theologus, & Doctor inſignis dum viueret ob opinionẽ pluralitatis beneficiorum quam tenuerat, inter cætera eius peccata iuſtiſſime condemnatus, Guilielmo Pariſienſ. Epiſcop. apparens, inter cætera ab eo petiit, *Eſt-ne finitus mundus?* Cui Epiſcopus, *miror te literatiſſimum quendam virum hoc quærere, cum me adhuc vinum cernas, & omnes nos adhuc mori neceſſe ſit antequam mundus finiatur*, Cui ille, *nõ mireris*, inquit, *quia meo ſcientia, nec opus, nec ratio eſt ad inferos venienti.* In ſpeculo exemplorum, verſicul. Beneficiũ, exemplo 1. vt videas ex hoc quam ſaniſſimè à Gregorio dictum damnatos in inferno interius, exteriuſque ſic confundi, vt demententur, & hoc profecto, vt diximus, ab igne.

32. Diues cur guttã aquæ petiit. *Gregor.*

Exemplum

Speculum exemplor.

At, etſi ſic terribiliter vrit, etſi æternus æternaliter, nunquid ſemper eadem intenſione, an aliquando remiſſius, aliquando ardentius? nec hoc miſeris illis erit refrigerium, talis enim eſt ignis ille naturæ, vt ſemper in eodem gradu exiſtens, eadem ſemper intenſione cremet, vrat; quod elegantter expreſſit apud Iob c. 20. n. 26, Sophar, dum de impio in inferno vrẽdo ſic ait: *Deuorabit eum ignis, qui non ſuccenditur, affligetur relictus in tabernaculo ſuo.* Singula ponderãda, impius ait deuoraturus ab igne, qui non ſuccenditur, ſeu vt in Hebræo, *qui non ſufflatur*, quæ particularis conditio profecto eſt inferni ignis, ad differentiam huius noſtri, qui vt accendatur neceſſaria exufflatio, illum à materia excutiens, vnde cum hæc non ſemper æqualis, ſed intermiſſa, ideo & flamma huius noſtri ignis, ac ardor, conſequenter non ſemper idem, ſed nunc maior, nunc minor, ad flatus intenſionem; at non ſic inferni ignis, qui non à flatu hominis, non ab aere ſuccenditur molli, ſed per ſe ſemper vi diuina ſuccenſus nunquam ob hoc vim intermittit vſtionis, ſed ſemper æqualiter vrens, æqualiter intenſiſſime exurit, & cruciat. *Ignis gehennæ*, ait Innocent. Papa lib. 3. de miſeria humanæ conditionis, c. 6. *nec lignis nutritur, nec flatu ſuccenditur, ſed à Deo creatus eſt inextinguibilis ab origine mundi; ſcriptum eſt enim, deuorabit eum ignis, qui non ſuccenditur.* O infelix damnatorum conditio, ô dira mors vitalis! incenduntur, deuorantur, exuruntur ab igne æternaliter, & ſine vnquam remiſſione, ſic vt ſemper, & æternaliter in eodem gradu intenſionis vret, quo à primo incepit inſtanti; quid ex hoc? illud quod ſequitur; *affligetur relictus in tabernaculo ſuo*; ex hac equidem pœna, ex hoc tormento ſic perenniter, ac dire eos concremante, tale in corpus tanquam ignis, ac tormenti materia inſurget eorum faſtidium, horror, abominatio, vt quia illud interimere non poterunt, peribunt, vnde ad ignis combuſtionem ſeipſos comburent rabie, & deuorationi ignis & ſuam addent dentibus, morſibus ſeipſos dilaniãtes, diuellẽtes,

31. Inferni ignis eadẽ ſemper vret intẽſione, & vnde.

Iob. 10. n. 26.

Innocent. Papa.

33. Damnati ex ignis dolore ſe dilaniabunt.

occidentes si possent, vt non sic quando in vita è corpore non exire, ac carnem non relinquere appetierunt, ac tunc extra eam esse æstuant, & anhelant, sed non poterunt; Quod in his verbis considerauit Greg. sic fatus: *Iniqui tabernaculum caro est, quia ipsam latus inhabitat, etsi fieri possibile optat, vt eam nunquam relinquat, quam videlicet carnem, cum in resurrectione receperit, cum ea gehennæ igni traditus ardebit, tunc ab ea educi appetit, tunc eius tormenta euadere si valeat quærit, tunc incipit velle vitare quod amauit; sed quia eandem carnem Deo prepositi, iudicante Deo agitur, vt ex ea amplius in igne crucietur, hic eam relinquere non vult, & tamen ab ea abstrahitur, illic eam relinquere appetit, & tamen in ea propter supplicia seruatur*; quid miserius?

Greger.

34. Ignis inferni voracitas & insatiabilitas.

Concludam, & vno verbo tibi acrimdinem huius ignis immensam ob oculos proponam; vis amice, eius ardendi quanta sit vis scire, perpende insatietatem, sic multitudinem illam immensam exurit, vt semper amplius appetat, & quasi nil exederet, iemunisque existeret amplius quærit. *Tria sunt insaturabilia*, ait Salomon Prouerb. 30. n. 16. *& quartum quod nunquam dicit sufficit, infernus, & os vulvæ, & terra quæ non saturatur aqua, ignis vero nunquam dicit sufficit*; quem locum Beda, & Caietan. de igne intelligunt gehennali, sicut pro inferno idem Beda, Hugo, Liranus ipsum diabolum continens pro contento; pende insatietatem diaboli animarum, quæ immensa, quæ prorsus in imaginabilis, de qua nos sæpe alibi, & cum illam perpenderis intellige maiorem esse ignis inferni; Certè 3. Reg. 18. n. 38. vt se Dominum Deus ostenderet, vt falsos cæteros Deos, vt populum ad se adorandum impelleret, vt ad Prophetas Baal occidendos demulceret, illum ignem emisit de cælo, qui non solum *vorauit holocaustum, sed ligna, & lapides, pulueremq; quoque, & aquam, quæ erat in aqueductu lamberet.* Vah ignis vorax, vt contra naturam aquam lambat, certè extreme esurientium talis est vorago, qui ex fame, & putrescentia, immo infanda comedunt; sic huiusce modi ignis, non solum ligna eius proprius pastus, sed aqua, & infensa, sic vorax, sic famelicus; quid dicam? non absimilis, immo & multo plus auiditas est inferni ignis, si posset & ipsos ad se vellet attrahere beatos sicut ille ignis aquam, sic inexplebilis est, sic deuorandi auidus, nil ducit ligna, nil pulueres, nil damnatorum fœculenta corpora, cælum ardere vellet ac si posset olympum; qualis ergo ex hoc eius erit vstio? qualis ardendi vis? propè indicibilis, inexplicabilis, ô tormentum verè ineffabile, dum ardet indicibiliter sine luce, lucet ad terrorem, ardet ligando, cremat præfocando, vrit terrendo, exurit confundendo, vorat reparando, cremat dementando, & hoc perenniter, semper eadem vi, ac efficacitate, non à qualibet, sed à potentia exuflatus diuina; qualis eius erit ardor? qualis exustio prorsus erit inimaginabilis.

Prouerb. 30. n. 18.

Beda. Caietan. Hugo. Liranus.

3. Reg. 18. n. 38.

35. Est putidissimus itaut ob hoc solũ sufficiens esset ad occidendum.

Sed ne aliquid demum intactum in illo relinquamus, & ne aliquid reputes ei ad tormentum deesse, scias cum hoc, & ad hæc sic horrendè putidissimum esse, ac fœtidissimum, sic vt ex hoc solum, quando vim non haberet, vstiuam corpora interficeret damnatorum; cum sic eos ex malo illo, ac tetro afficiat odore, vt nisi Deus nollet ipsos interire à fœtore consumerentur, fœtidissima illorum reddens corpora. Est enim ignis sulphureus, sic ex putidissima materia constipatus, vt tetrissimum sulphureum fœtorem emittat; hinc pluens Dominus super Sodomam ad ignem sulphurem adiunxit, Genes. 19. n. 24. *Igitur Dominus pluit super Sodomam sulphurem, & ignem à Domino*; cuius causam explicans Abulens. ait: addidisse Dominum sulphurem ob fœtorem ad fœtidissimum vitium puniendum; hinc Baldad apud Iob. de impio in inferno c. 18. n. 15. *Aspergatur*, ait, *in tabernaculo eius sulphur*; cur sulphur? nonne sufficiebat ignis? minimè, quia ad ignem necessarius fœtor, vt fœtentia puniat peccata, quod obseruauit Greg. in hunc locum; *Quid aliud est sulphur*, ait Sanctus, *nisi fomentum ignis? veruntamen sic ignem nutrit, vt fœtorem grauissimum exhalet*; qui ideo in excidium Sodomæ immissus affirmat Sanctus eadem ratione qua Abulens. *Vt in ipsa qualitate vitiosis notaretur macula criminis*; *sulphur quippe fœtorem habet, ignis ardorem*, sic illi & libidine ardebant, & peccati qualitate fœtebant; hinc vt ad miseros excruciandos nulla mala in illo igne deficiat qualitas ad vstionem fœtor adiungitur, & fœtor sulphureus, qui grauissimus, vt ait Gregor, sic vt ipsos terreat hinc etiam dæmones; in energumenis enim sæpe obseruaui magna cum admiratione odorem sulphuris sic extimescere dæmonem, vt è lingua ad pedum digitos refugiens, inde eodem odore astrictus iterum refugiat ad linguam; & tamen odor erat huius sulphuris mitissimi, respectu eius qui inferni, qualis ergo erit fœtor, dum sic ipsum extimescere facit dæmonem?

36. Cur sulphureus ignis erit inferni.

Genes. 19. n. 24.

Iob. 18. n. 15.

Greger.

37. Per illum omnes cruciantur dãnatorum sensus.

Ex dictis illud eruo, mea sententia, solo igne omnia sensus tormenta in inferno consummari, dum si attendas per illum solum omnes sensus cruciantur, tactus per vstionem, gustus per salsedinem sulphuris, odoratus per eiusdem fœtorem, visus per tenebras, & illo mediante per horrendas laruas, auditus tandem ob eius stridorem, & horrendam ebullitionem; ex quo infero verissimam illam esse sententiam animas in purgatorio purgari, & pati ibi sine administratione dæmonum, ita vt neque eos videant, sola detentione in igne, qui omnia simul tormenta ad quinque sensus punienda sufficienter exercet, immo ad ipsam concurrit tristitiam, quæ ex pœna damni sentitur, vt Dei instrumentum, vt aliqui volunt ex recentioribus. Vnde quam sit Deus timeadus solus, vt Isaias consulit, c. 8. n. 12. & noster præcipit Saluator Math. 10. n. 28. ex dictis manifestè apparet, dum sic terribiliter cruciat, interimit, ac post mortem peccata punit in æternum.

38. Animæ in purgatorio ex solo igne torquentur absque administratione dæmonum.

Arrubal. de Angelis, disput. 81. c. 3.

Tandem vltimum tibi amice propono horrendum; velim enim scias, totum quod diximus figuram esse, ac prope figmentum respectu eius qui erit; cum qualis ille sit ignis, & quomodo vrat, qualemque dolorem inferat, prorsus in hac vita impenetrabile; quod cũ asperseris non solum time, sed pende quantum Christo debeas, dum ob eius merita nunc in illo non ardes, dum eius gratia spem ha-

bes euadendi: time ergo, & simul dilige talem, tantumque benefactorem; & ex dictis quanta Ægyptiorum illorum fuerit plaga aduertere potes, dum ad instar inferni in horribilibus illis tenebris, vt noster ait Sapiens, *subitanens ignis apparebat.*

HOMILIA XCVI.

De pœna damni Inferni.

ENimuerò miseris illis Ægyptijs, vt noster ait Sapiens, ignis apparebat horrificus eos terrens, & crucians; at hoc in horrendis existentibus tenebris; vnde sicut ignis ille symbolum ignis extitit Inferni, sic tenebræ illius cæcitatis, quam ibi ex priuatione patiuntur infelices summæ claritatis, ac essentiæ diuinæ, quam pœnam *damni* per Antonomasiã rectè dixerunt Theologi, cum vt bene Suarez de Angelis lib. 8. c. 4. n. 8. etsi cæteræ pœnæ etiam damnum inferunt, ex quo etiam damna dici possint, tamen respectu huius damni pro nihilo reputantur; cuius equidem ratio in eo consistit: nam cum dæmon, & cæteri damnati non sint priuati intelligentia naturali, quod est de fide; nam alias nec dolorem, nec tristitiam sentirent, cũ malum non perciperent, neque mali disconuenientiam, fit vt eo maiorem apprehendant disconuenientiam, & eo maius æstiment malum, quo maius bonum apprehendunt, & simul quo priuantur. Vnde cũ intelligentia naturali optimè sciunt Deũ summum esse bonũ, ac proinde eius visionem, ac fruitionem; hinc priuationẽ huius boni summũ æstimant malum super omnia mala, ac proinde summè de hoc tristantur, summumq; percipiũt dolorem: & licet Deum abhorreant, ac quãtum ex hac parte ipsum videre non appeterent, tamen quia talis priuatio eis in pœnam datur, mirabili modo fit ex Dei omnipotentia efficacissima impellente illos ad summi illius boni apprehensionẽ, vt amore sui, non Dei, quatenus se illo vident priuari, intensissime, ac propè modum infinite hanc sentiant priuationem, hoc malum super omnia mala, ac proinde infinite super omnia tristentur, & verè per Antonomasiam hæc tantum pœna dicatur damni.

Suarez. 1. Priuatio Dei visionis, cur pœna damni dicatur, & quare hæc omnium in inferno maxima.

Ferrarius

Secundò adnotandum cum Ferrariensi lib. 3. contra Gentes c. 144. animam, & quemlibet alium spiritum intrinsecè, & per se dicere ordinẽ ad vltimum finem; habent enim innatum appetitum naturalem ad illum radicaliter, vt ipse ait, qua potentia, & habilitate naturali non priuantur per peccatum dæmones, & animæ, quantũ ex sua radice, sed priuantur, & inordinantur ab vltimo fine per peccatum mortale, vt obstaculum, & per subtractionem influxus diuini; vnde quia tale obstaculum in damnatis semper erit, & influxus diuinus stabiliter, & in æternum eis non concederetur, fit vt nunquam talis innatus ordo, & inclinatio ad beatitudinem in actu exiet secundo; hinc fit vt per illam innatam potentiam, habilitatem, & ordinem, quem ad vltimum dicunt finem velint nolint, adiuncta efficaci apprehensione eius bonitatis, excellentiæ, ac beatitudinis, quam ipsi consequerentur, si eum apprehenderent, semper radicaliter, intensissime per naturale pondus ad ipsum apprehendendum ducantur, & attrahantur, & tamen semper defectu auxilij diuini, & Dei voluntatis nolentis nunquam ad illum perueniant; ex quo fit vt intensissime, & suprà quam dici possit de hoc tristentur, malumque hoc apprehendant supra omnia mala, hocq; damnum supra omnia æstiment damna, ac proinde ex hoc in maximum Dei odium exurgant, vt pote impedientis illis vltimi finis consecutionem. Quam iustissimam Dei sententiam ex inordinatione voluntatis, & malitia, ac ex sui amore peruersam, iniustissimamque dicent, vnde in iram, in furorem, in rabiem, talem, tantamque ex hoc insurgent, vt si possibile esset, sic ab hac pœna cruciantur, vt cæteras non sentirent, dum certum minorem dolorem à maiori absorberi, & nisi Deus iusto suo iudicio, ac omnipotentia illud non permitteret, sine dubio & dolor exustionis, alijque innumeri ab hoc cruciatu, rabie, ac spiritus dilaniatione ob priuationẽ talis, ac tanti boni iniustissime, vt peruersè cogitant absorberentur; Hinc rectissimè sancti hanc pœnam supra omnem dicunt pœnã. Vnde Chrysost. Hom. 13. in epist. ad Philipp. super illa verba, *Saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostri configuratum corpori claritatis suæ.* de hac transformatione loquens, & de pœna damnatorum ex illius priuatione sic ait: *tantum mihi malum videtur de tãta gloria cecidisse, vt gehennã pro nihilo habeã pro hoc damno, ac ruina.*

Chrysost.

Hinc tam superior est hæc pœna, ac illa sensus, vt hæc ex illa sequatur, & non prius infligatur, quam illa, vt pote dignitate, vt sic dicam, maior, ac proinde cruciatu. Quapropter in tremendæ illa sententia Domini nostri Math. 25. n. 41. contra iniustos, quando eos æternaliter condemnabit, animaduerto, non prius illos ad ignem destinaturus æternum, quam à sua repulerit præsentia, quasi nulla ignis æternus esset pœna, nisi priuatio suæ præcessisset præsentiæ, vnde sic illis dicet; *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & Angelis eius*; prius discessum imperat, quod est eos sua priuari præsentia vt primum, & maximum, postea pœnam inflixit ignis; quapropter in conclusione postea tanquam de vnico, ac maximo solum de pœna hic fecit mentionem, sic concludens: *& ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam*; quid est vita æterna? *summum bonum nostrum*, ait August. lib. 19. de ciuitat. c. 11. Ergo cum vita æterna bonorũ sit cõprehensio, ac fruitio summi boni, supplicium æternum ad quod mali ibũt, erit priuatio cõsecutionis huius boni; quod excellenter expendens Diu. Ephrẽ de pœnitent. in illũ Pauli locum ad Rom. 2. n 5. *Thesaurizas tibi irã in die iræ*, põderans nõ dixisse Apostolũ in diebus iræ, sed in die iræ, sic ait: *Nõ dies multi, sed vnus, sanctis vna dies est æterna lucis fruitio, & peccatoribus vna nox æterna custodia, & carcer, ideo Iesus dicebat, ibunt hi in vitã æternã, iniqui autẽ in supplicium æternũ.* Egregiè, vna dies in Sanctis, hoc est in vnũ tota eorum beatitudo colligitur, nempe in diuina visione, ac fruitione: è cõtra vero malis vna nox est, vna tribulatio in qua oẽs includũtur tali visione priuati; quapropter bene hoc callens Dñs noster non ignis æternivoluit reminisci, sed supplicij æterni, hoc est priuationis æternæ vitæ, fruitionis

Aug.

ad Rom. 2. n. 5. S. Ephrẽ

2. Pœna damni vt origo sensus pœnæ.

Math. 25. n. 41.

nempe sui ipsius, tanquam primum, & maximum inferni malum, & in quo cætera includuntur mala.

3. Cur Christus in iudicio damnatis dicet, ite maledicti, & quantum eos abhorreat.

Immo quia inter Deum, & malos perpetua in illa die stabilita inimicitia est, perpetuum odium, sic eos Deus abhorret, vt quia in illa die maxima hac pœna videntur priuari, quatenus sua dignantur præsentia, quasi impatiens, vt ad momentum in ea sint, immo quod reputentur esse, tanquam indignum maiestatis suæ æstimans homines, Angelosque reputari ipsum sua malos dignari præsentia: adnoto quod imperatiuè eis dicet *discedite*, cur non simpliciter maledicet, cur non iubet, vt in ignem mittantur æternum, absque eo quod discessum prius imperet? acute Origenes tractat. 34. in Matth. *vt qui modo vel videntur esse ante eum, postea nec videantur.* Quid est videntur esse? nunquid realiter non erant? sane inquit Origenes, *quia longe ab eo sunt, etsi videantur ei assistere qui non faciunt mandata eius, propterea hoc audiunt, discedite.* Egregiè, longe erant ab animo iudicis, longe à corde, longe à præsentia voluntaria, sed videbantur esse, quatenus astabant. Hinc eos abhorrens, & indignum reputans, vt putaretur illos suæ admittere præsentiæ, tantaque pœna, & ad momentum priuari, illos à se elicit dicens: *ite maledicti.*

Origenes.

4. Hoc suum nomen vult vt inter illos sit.

Quinimmo sic tenax est Deus in hac infligenda pœna, vt pote maxima, vt non solum diuina eos priuet præsentia, sed etiam nomine, sic vt non solum nolit in substantia sua abipsis videri, sed nec inter ipsos nominari. Hinc adnoto quod ad regnum suos vocans dixit, *venite benedicti patris mei*; at quando malos ad inferna destinat, *ite maledicti in ignem æternum*, cur non dixit maledicti patris mei? Origenes vbi sup. hoc refert, quia benedictionis author est pater, maledictionis vnusquisque sibi: *Nam benedictionis*, ait, *quidem ministrator est pater, maledictionis autem vnusquisque sibi, qui maledictione digna est operatus*, bene quidem hoc, sed dixerim ego ex odio illorum noluisse eis patrem nominare, sic eos abhorrens, vt non solum sua eos vult priuare visione, sed nomine, sic vt nec maledicendo vult inter eos nominari, tanquam eo nomine indigni, ac tali summa digni pœna.

5. Cur eis dicet, ite maledicti, & non adiungit, Patris mei.

6. Ex visione malorum in damnatis pœna augebitur damni.

Quæ pœna ex eo augebitur, fietque magna, ac prorsus indicibilis, quod non solum summum bonum non vident, quod eis summam afferre posset lætitiam, sed summa vident mala summam eis afferentia tristitiam; itaque perspicacissimi inueniuntur ad monstra videndum horrenda, ineptissimi ad pulchritudinem illam aspiciendam immensam, Psal. 57. n. 8. *Supercecidit ignis*, ait, *& non viderunt solem*, Regius ait Psaltes de impiis loquens, vbi ad litteram Lippom. deigne intelligit inferni, qui vt diximus Hom. antecedenti splendet ad tormentum, obtenebrescit ad pœnam. *Ignis enim*, ait Greg. lib. 15. Moral. c. 8. *Super impios cadit, sed sol igne cadente non cernitur, quia illos quos gehenna flamma deuorat à visione veri luminis cæcat*; at ad tale, tantumque bonum; dum obcæcat oculos tum mentis, tum corporis ad vitanda mala aperit. *Pœna cæcitatis intus obscurabit*, Augustin. ait lib. de Spiritu, & anima tom.

Psal. 57. n. 8.

Lippom.

Gregor.

Augustin.

3. *Videbunt tamen illa terrima monstra dæmoniorum, & larvales facies eorum, videbunt etiam tormenta inferni, & in tormentis sequaces suos, quatenus illorum interitus eos in augmento damnationis sua affligat; Deum autem non videbunt, quod est omnium miseriarum miserius.* Verissimè, miseria miseriarum Deum in perpetuum non videre, & insuper omnia simul mala perspicere, quanta erit hæc miseria?

7. Dei præsentia terribilis in inferno, & cur.

Enumerò talis est Dei hæc carentia, talis præsentiæ amicæ priuatio; dico amicum, quia etsi semper Deum non videbunt, clarè tamen præsentiam eius intelligent, omnipotentissime eos crucians, torrens, vt quando in summis essent deliciis, ob hoc solum in summa existerent miseria: hoc expendo in primo nostro parente Adamo, quietsi in medio ligni paradisi, inter virentia prata, inter nemora obumbrantia, inter fructiferas arbores, inter aromatica gramina, inter vocum melodiam, ac odorum fragrantiam, tamen totus tremit, ac conturbatur post peccatum peractum; *vocem tuam audiui in paradiso, & timui, & abscondi me*, Genesis 3. n. 10. vnde tantus inter tantas delitias timor? immo & cum tota sua delitia, vxore nempè? sane amice, quia post peccatum Deus aberat, & sine Deo omnis est afflictio delitia, omne gaudium dolor; *absente Deo vere in corde suo*, Arnoldus ait Abbas Bonævallis in tract. de operibus sex dierum, *misellus pauebat, & conturbabatur, & non tam in amaritudine pœnitentiæ, quam in stupore mentis, & rationis extasi tabescebat.* Egregiè, & ad nostrum apte institutum, omnes illæ delitiæ nil proficiebant, quia Deus absens; & insuper tabescebat, non ob pœnitentiam, sed ob stuporem, & rationis extasim. Ergo nulla delitia sine Dei præsentia, sic altissimum ipsa est bonum, sic strenuum eius priuatio malum; quid ergo Dei absentia aget in damnatis, quia eius priuatio visionis, dum non miseri inter delitias, sed inter flammeos manebunt vortices ignis, & damnum Dei præsentiæ persentient non in amaritudine pœnitentiæ, sed in stupore mentis? & rationis extasi, certè prorsus ob hoc disrumpentur.

8. Eius absentia omnium bonorum priuatio.

Genes. 3. n. 10.

Arnold.

9. Inuidia vt torquebit damnatos ex Dei visione qua sanctos frui videbunt, & cur.

Qui dolor augebitur ex inuidia, ex qua prorsus intolerabilis fiet: nam dum aspicient felicissimè sanctos degere ex Dei fruitione, ipsos miserrime ex illius priuatione, prorsus marcescent, & ex illo maximè, quia recolent se dignos illa pœna effecisse, dum hic suas non cum Deo, sed cum creaturis delitias habere voluisse; hinc inuidia tabescent, quando cum Deo, & ex illa Dei visione sanctos epulari viderint. Turgens, ac tumens filius illius patris senior, Luc. 15. n. 28. *Nolebat introire*, inuidia corrosus, ac discerptus, si causam petis, quia frater iunior cum patre epulabatur, *apprepinquans domum audiuit symphoniam, & chorum*, miser inuidia nunc tabescit videns cum patre fratrem epulantem, quando ipse non cum patre, sed cum amicis suas reponebat delitias, vnde de patre conquerens dixit: *nunquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer*, Insane, ergo merces tua non erit cum patre, sed cum amicis epulari, sic parui faciem æstimas patris? merito frater tuus admissus, tu exclusus, cum nulla delitia sine patre, quod acutè consideravit Hieronym. epist. 146. in illis verbis patris-familias, *adducite*

Luc. 15. n. 28.

Hieron. *vitulum ſaginatum & occidite, & manducemus, & epulemur. Manducemus*, ait Hieron. A *dixit, & epulemur, non manducate*, & epulamini; cuius ratione addens, quia ſine patre celebrante nulla poteſt eſſe iucunditas. vnde ineptum reprehendens filium, ſic ait: *Erras, die potius vt tecum epularer, aut poteſt eſſe tibi aliqua iucunditas ſine patre celebrante tecum conuiuium?* Sic profectò, ſic miſeri, quando ſe videbunt in illa die in æternũ excluſos, ac Dei præſentia priuatos, recolant ſe non ſolum voluiſſe delitias cum patrẽ Deo, ſed ſi cum illo eas non æſtimaſſe, cum neſcio quo malo genio, niſi peccatum adſit homines delitiari non ſe reputant; hinc cum in tempore ipſi cum Deo epulari conſueuerunt, in æternum Deus non vult cum eis, à ſua eos amandans præſentia, ſua priuans viſione; ex quo tabeſcent, ac præ dolore peribunt, non equidem mortaliter, ſed vitaliter.

10. Sine Deo nulla delitia.

11. Verũ gaudium in Deo ſolo.

Nec equidem hoc mirum: nam talis eſt Dei præſentia, vt ſicut illa ſola ſufficit ad beandum, ſic ſola eius priuatio ad miſerum aliquem efficiendum: nam ſi hoc res miſeræ efficiunt creatæ, quid omnium efficiet creator? Redeuntibus enim ab Ægypto filijs Iacob, Geneſ. 45. nu. 27. narrantibuſque ei, quod filius eius viueret Ioſeph, præ ſtupore, ac extaſi non credens; attamen *videns plauſtra, & vniuerſa*, quæ miſerat, iam experientia accipiens vera eſſe, quæ narrabantur, ait Scriptura, quod *reuixit ſpiritus eius, & ait, ſufficit mihi, ſi adhuc filius meus viuit, vadam, & videbo illum antequam moriar.* Multa pondero in his verbis; primò ly *ſufficit mihi ſi adhuc filius meus viuit*; quid hoc, & ad quid? ſane ne putaretur plauſtra, cæteraque ad vitam cum reuocaſſe, ſed tantum filij vitam, ſpemque eum videndi, quaſi diceret ait Chryſoſt. *Nunc iuuenis ille erexit mentem, & fugauit ſenectutis infirmitatem, & roborauit rationem, quod etſi colloqui contingat perfectam lætitiam aſſecutus moriar.* Ergo non plauſtra, non dona, non theſauri, non gloria, non lætitia fratrum ſenem lætificarunt ſanctiſſimum, ſed ipſe filius, ipſa ſpes eum videndi; at vnde hoc? ſane, quia eius abſentia eum non viuum, ſed in vita mortuum tenebat, quod ſecundo adnoto; vnde ſignanter Scriptura ait quod *reuixit ſpiritus eius*, in Græco eſt ait Origenes, *quod non tam reſuſcitare*, ſignificat, quam *reigmire*, quod dici ſolet cum forte in aliqua materia ignis eo vſque deficit, vt extingui videatur, nouiſque fomentis reaccenditur, vt in lampade, *Tale igitur aliquid & in Iacob*, ait Origenes, *videtur hic ſermo, quod donec longe fuit ab Ioſeph, & non ei nunciatum de vita eius, velut defecerat in eo ſpiritus eius, & lumen quod in ipſo fuit fomentis deficientibus iam fuerat obſcuratum.* Ergo viuens monebatur Iacob ob abſentiam dilecti filij, & reſuſcitatur, ſeu igneſcit non ex plauſtris, aut rebus cæteris, ſed tantum ex ſpe eum videndi: ſic abſentia eſt alicuius terribilis aliquando, ſic præſentia viuifica; quod ſi hoc de puro homine, quid de Deo dicendum, in quo ſolum verum reperitur gaudium? *Illud verum ſolum eſt gaudium*, ait Bernard. epiſt. 104. *quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, cui comparata omnis alia iucunditas mœror eſt, omnis ſuauitas dolor eſt, omne dulce amarum, omne poſſeſſum quodcumque delectare poſſit, moleſtum*, veriſſimè, & expertis ſatis notum; hinc Magdalenæ ſanctiſſimæ ipſimet Angeli moleſtiſſimi, vt alibi diximus, vnde nec cum eis colloquium miſcuit, ſed factum *conuerſa eſt retrorſum*, Ioan. 20. n. 13. cur hoc? *quia oneroſi tunc mihi omnes conſolatores*, ait Origenes, *grauant me, non conſolantur; ego enim quæro creatorem, & ideo grauis eſt mihi ad videndum omnis creatura.* Ergo abſente Deo ipſa gaudia ſunt mœrores, quid ergo erunt ipſi mœrores? O infeliciſſima damnatorum ſors, ob hanc ſolum pœnam, cum ex illa & ipſæ cæteræ duplicantur, vrantur, & vitricem perſentiunt, ſed amplius intime, quia ſine Deo in flammis; hinc & pœna ipſa ſenſus augetur, & amplius ignis vrit, æſtuat, accendit, quia longè miſeri ſunt à Deo. Ex quo quam aptiſſimè cecinit Sanctus hanc damni pœnam in infinitum pœnam excedere ſenſus, dum duo, & extrema mala efficit; primo, ex ſe reſpectu priuationis Dei diuiſſime affligere, & ſecundo quod eius reſpectu intenſiſſime in cæteris pœnis augetur dolor, & hoc equidem ſine vlla prorſus ſpe.

Ioan. 20. n. 13. Origenes. 13. Magdalena ſanctiſſima cur cum Angelis colloqui noluit.

12. Sola præſentiæ Dei priuatio miſerum reddit hominem.

Geneſ. 45. n. 27.

Conſidera quæſo quæ fecit, quæ dixit Tobiæ iunioris mater c. 10. n. 4. flebat ait Scriptura, *irremediabilibus lacrymis*. Pende verbum *irremediabilibus lacrymis*, cur irremediabilibus? non aderant diuitiæ, non ſerui, non famuli, non denique, & ipſe vir, etſi cæcus, cum iſte pro mille erat mulier[illegible] Audi Elcanam quid ad Annam flentem, *Anna cur fles? nunquid non ego melior tibi ſum quam decem filij?* 1. Reg. 1. n. 8. hoc eſt dum me habes amantem, & ſuperſtes tibi ſum, quid de filijs anguſtiaris? cum ergo Anna & virum, & domum, & diuitias haberet, vnde irremediabilibus lachrymis flebat? ſane ex his, quæ inferius ſubiungit, quia *omnia in te vno ſolo habentes, te non debuimus dimittere à nobis*; at in quo omnia in filio habebant? equidem in guſtu, in delectatione, quam ex eius aſpectu, viſione, ac præſentia colligebant, vnde ſuprà c. 5. vix diſceſſit Tobias, ac mater incipiens flere viro aiebat nu. 14. *Nunquam fuiſſet ipſa pecunia, pro qua miſiſti eum; ſufficiebat enim nobis paupertas noſtra, vt diuitias computaremus hoc, quod videbamus filium noſtrum.* Ergo ſic potens eſt vnius filij abſentia, quia ad eam ipſa per ſe fefert, cum ponderis amoris natura, vt nulla adſit in rerum natura res ad conſolandum præpotens, quid ergo faciet Dei abſentia, eiuſque in æternum facies priuatio? ad quam vt diximus ipſo naturæ pondere ducuntur damnati, tanquam ad ſuum principium, nunquid non præ lachrymis, præ dolore non ſemper deficient?

Tobiæ 10 n. 4. 1. Reg. 1. n. 8.

Enimuero quis præter Deum in miſeris aliquem conſolari poteſt? ſi rectè res expendatur prorſus vllus, Luc. 7. n. 12. appropinquante Domino portæ ciuitatis Naim; *Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ, & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa*; quam videns Dominus, *dixit illi, noli flere*, duo hic pondero; primum dixiſſe Euangeliſtam turbam multam fuiſſe cum illa; ad quid? inquit Beda, *vt multi eſſent tanti miraculi teſtes*; at ſi ob hoc teſtes requirebantur? ſane *turba*

Luc. n. 12. Beda.

copiosa, vt Euangelista ait cum Iesu ibi conuenerat, *& ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa.* Ergo cur signanter, & turbam ciuitatis adnotauit Euangelista? mea sententia aliquid aliud præter miraculi testes insinuare voluit, & vide an quia irremediabilibus lachrymis dum fleret vidua vnicum suum, *nec haberet*, vt inquit Nyssenus, *in quem aspectum dirigeret vice defuncti*, nullus inter tantam hominum multitudinem, etsi inter eos parentes, etsi cognati, etsi amici, inuentus, qui eam consolaretur, qui lachrymas abstergeret, quia Iesus Deus, & homo verus absens; at quando iste præsens, quod secundum adnoto, primum quod inducit est, *noli flere*; nutum cum nec verbum de filij resurrectione, si enim causam adiunxisset non multum certe inhibitio esset a lachrymis, sed viduæ, sed mœstæ, sed desolatæ, sed deploratæ, tantum inhibere lachrymas rationem non adiungens, cur hoc; recte Iansen. in concordant. Euangelijc. 40. quia Iesus aderat, quia Deus aduentarat, *Cuius occursu*, ait, *& obtutu semper felix est, & faustus*; quod multis exemplis probans vltimo addit. *ob hoc fere illi, qua consolatorem non habuit*, pende verbum, *consolatorem efficacem præbuit, & verbis, & re opitulans.* Egregiè, inter tantam hominum, ac mulierum turbam, sola hæc extabat absque consolatore, quia nullus re, & verbis eam consolari poterat, solus Iesus poterat, qua Deus; hinc dum adest sufficit, cessent lachrymæ, non amplius querendum: nam ipso præsente omne bonum adest, cum vt rectè Ambros. lib. de fuga sæculi c. 6. *Ille est bonum, quod penetrat omnia, & omnes in ipso viuimus, atque ex ipso pendemus.* Ergo si ipse vita quomodo ante ipsum stare mors poterat; rectè ergo præsente Deo nullæ debent esse lachrymæ, sicut absente illo illarum Oceanum, etsi alias amici adsint consolantes, si fratres, si propinqui, si ciues, atquid ergo erit, quando nec isti adsint nisi ad tormentum? non consolantes, sed affligentes, vti in damnatis, ad quorum mortem æternam, æternaque tormenta, & hanc adiunctam mortem æternam, & hanc adiunctam semper habebunt pœnam, absentiam scilicet ipsius vitæ, ipsius boni.

Nyssenus.

Iansen.

14. Solus Christus est qui veram afferre potest lætitiã.

Ambros.

Hinc sicut ipsa Dei visio tantum summa est satietas, immo & ebrietas, si eius priuatio quid erit nisi summa fames, indicibilis penuria? Exod. 24. num. 9. Moysi præcepit Deus, vt ipse, Aaron, Nadab, & Abin cum septuaginta de senioribus, in montem ad Dominum adorandum ascenderent, quibus ascensis, *Viderunt Deum Israel*, ait Scriptura, *nec super eos, qui procul recesserant misit manum suam, viderunt que Deum, & comederunt, & biberunt.* Duo hic elucido, primum, quid illud, *nec super eos, qui procul recesserant misit manum suam*, quierant isti? si de populo, an de ipsismet septuaginta; sane de istis vt affirmat Caietan. & rectè: nam licet Dominus omnibus præceperat vt subirent, tamen n. 2. *Solus Moyses ascendet ad Dominum*, cæteri autem adorarent procul. Si ergo isti, & nulla erat inobedientia, cur signanter ait Scriptura in eos non misisse Dominum manum, cum in sensu Scripturæ sum mittere manum vt ait Caietan. & reliqui omnes, metaphoricè significat, *percutere*, seu *affligere*, quid ergo? nunquid quia obedientes eum aspicientes debebat eos occidere? Aliqui dicunt ideo Scripturam illud adnotasse, vt significaret non mortuos etiam si Dominum vidissent, cum Scriptura, *non me videbit homo, & viuet.* Sanum hoc, & verum, sed ad meum institutum amplius facit Interlineal. sensus, quæ promittere manum intelligit *abscondere*, vnde sensus, *non se abscondit ab eis*, iunge nunc duas has locutionis acceptiones, & admirabilem ad nostram rem aspicies sensum, ponere Deum manum est interficere, & simul se abscondere, quid ergo ex hoc? illud, tantum scilicet sonare, amice, Deum ab aliquo se abscondere, quantum illum occidere, ac perdere, vt inde scias mortuos omnes esse præclamnatos, quia & Deus eos pœna sensus plectit, validam imponens eis manum, & pœna damni amplius eam infligens, dum se abscondit ab eis.

Exod. 24. n. 9.

Caietan.

Caietan.

Secundò pendo, ly *comederunt & biberunt*, quid est hoc? nũquid adnotatu dignum, locum orationis in locum conuersum computationis? minimè equidem; ergo ad quid illud sic præcise adnotat Scriptura? Aliqui apud Lippom. affirmant, ideo illud adnotasse Scripturam, vt affectu comprobaret non fuisse interemptos & si Dominum vidissent; nam postea ederunt, & biberunt; sed obstat particula coniunctionis, cum dicat, *& comederunt, & biberunt*, quasi quod simul, & in eodem loco. Caietan. nil aliud significare autumat, quam declarare visionem mane fuisse, ac post meridiem ipsos redditos ad castra ad comedendum; tenuis intelligentia, Lippomanus duas affert satis ad rem nostram; Primam, Scripturam illud adnotasse, vt differentiam declararet plenitudinis spiritus Mosis à reliquis: Moses enim quia superius ascendit, quia intimius Dei obtinuit præsentiam (mandauerat enim Deus, vt solus ascenderet, & cæteri à longe starent) non opus habuit amplius comedere; sed per quadraginta dies ieiunus permansit, sola Dei præsentia satiatus, at cæteri qui à longe comederunt, & biberunt, quia non sic dulcedine illa perfusi, *Viderunt quidem*, ait Lippom. *sed hac visione non fuerunt ita spiritu Dei satiati, vt postea non comederint, & biberunt, non habuerintque opus corporali refectione; à Moses quadraginta diebus, & noctibus sine cibo perstitit.* Egregiè, & adnotanda interpretatio, vt aspicias quàm Dei præsentia, ac spiritu diminuti inueniantur hodie nostri, dum festus celebrant, in quibus vix sacrũ vix vnum audiunt sermonem, & statim tãquam ex iure ad compotationem aduolant, ad comestionem, quid dico ad voracitatem, ad ebrietatem, nunquid hoc Dei spiritu plenos dicest? secundum autem adducit Lippoman. interpretationem, mysticè scilicet illud dixisse Scripturam, & verè illos non comedisse, sed sic ex Dei visu, ac præsentia exatiatos, ac si opiparè comedissent, & bibissent. *Sic ergo Deus se illis videndum præbuit*, ait Lippom. *vt gaudium maximum ex eius visione perceperint, quod spirituales delitias fortassis per edere, & bibere circumloquitur, sicut & Christus Dominus, ego vobis dispono, vt edatis, & bibatis su-*

Lippom.

Lippom.

16. Vbi Dei præsentia ibi summa satietas, nec cibis amplius opus;

Digitized

per mensam meam in regno meo; quod amplius Chaldaica editio insinuat, dum ait: *& quasi sunt in sacrificiis suis, quasi comedissent, & bibissent.* Ergo tota saturitas, tota abundantia, tota repletio Dei est visio, Dei fruitio, quid ergo? non ne tota fames, tota penuria, tota egestas ejus privatio? sane.

Hinc sicut Deum videns, & in domo Dei residens omnem possidet saturitatem, sic quando eo privatur, & ex domo Dei fit diaboli, vti prædamnati, totus fit dolor, totus anxietas, totus mœstitia. Dormiens Iacob Genes. 28. n. 19. cum Deum vidisset in somnis experrectus loco, qui *Luza* dicebatur, nomen imposuit Bethel, *appellavitque nomen urbis Bethel, quæ prius Luza dicebatur.* Bethel autem *domus Dei* interpretatur. Si autem in hac Dei domo, quæ Iacob evenerint indagas, reperies quod tota satietas, tota plenitudo, tota abundantia, *terram in qua dormis tibi dabo, eritque semen tuum quasi pulvis terræ, dilataberis ad Orientem, & Occidentem, Septentrionem, & Meridiem, benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ, ero custos tuus quocumque perrexeris.* En quanta ob visionem; mea ergo domus Dei, dum tanta bona in ea? hinc rectissimè Iacob hoc videns, & locum appellavit Bethel, & simul vovens sic ait: *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum.* Quid hoc? nunquid non ante Dominus illi in Deum? sane, quid ergo nunc vovit? optimè Lippom. sic Deo se deinceps daturum, et præter Deum de nullo curaturum, sic ad eum solum attendens, vt ad solum eum aspiciens pro victu, pro vestitu, pro alimentis, pro cibo, pro satietate illum solum haberet; *votum hic accipitur scilicet quod se totum Deo donasset, & commisit, dicunt.* Ergo videns Deum Iacob simul & omnia habuit, & locus ille Bethel ei, hoc est domus Dei; Dei, qui tota eius satietas, plenitudo, ac sufficientia: at hic idem locus cursu temporis non Bethel amplius, sed *Bethaven* dictus, vt apud Ozeam c. 4. n. 15. *ne ascenderitis in Bethaven*, hoc est *Bethel*, vt volunt Sanctus Cyrill. Hieronym. Theodoret. & alij passim; cur ergo Bethel Bethauen? sane quia ibi Ieroboam ex domo Dei eum fecerat domum Idoli; hinc non amplius *Bethel* quæ *domus Dei*, sed *Bethaven*, quæ *domus iniquitatis*, vt vertit Theodotion, quæ domus *nihili*, vt vertit Symmachus, quæ *domus doloris*, vt vertunt 70. En quod dicebamus, præsente Deo, & dum Deus in anima habitat, hæcque domus Dei est, omnis in illa satietas, omnis plenitudo, non secus ac Iacob qui ex Dei præsentia dilatatus, impinguatus, omnibusque bonis refertus; at absit Deus, & ex domo Dei fiat anima diaboli domus, vt in inferno, quid erit nisi vna iniquitas, vnum nihil, domus tandem doloris, sic eam circundabunt, sic torquebunt; ex quo non tibi insolitum videri debet, quando à Sanctis dictum audies pœnam damni in inferno supra omnem esse sensus pœnam.

Hinc equidem fit, vt impossibile pœna ignis vt prædamnati cruciarentur, nisi hæc præcederet pœna, cum uleo vruntur dirulinè, quia Deus ab illis abest, cui absente Deo statim ignis statim sulphur in animam deplorata; hoc equidem mihi videre videor in apparitione illa sanctissimæ Abrahami, quando in figura Angelorum Deus illi apparens tres vidit & vnum adoravit, Genes. 18. n. 1. *Cumque elevasset oculos apparuerunt ei tres viri*; & currens dixit: *Domine si inveni gratiam.* Ergo Deus cum Abrahamo; at quando Sodomam, istimet non amplius tres, sed duo c. 19. n. 1. *Venerunt duo Angeli Sodomam vespere*, cur Abrahamo tres, cur Sodomæ duo? sane, quia tres mysterium significabant Trinitatis, ac proinde ipsemet Deus; at duo non nisi Angeli; Vnde Sodomam non Deus nostro modo intelligendi, sed Angeli adiuvenunt, quid inde? illud pessimum signum, quomodo hoc? nunquid Angelorum visitatio malum erit præsagium? sane amice; nam ipsi Angeli, ipsæ sublimes potestates, etiam si ad benefaciendum veniant respectu Dei mali dici possunt, Exod. 33. n. 1. Dominus ad Moysen, *Vade ascende de loco isto tu, & populus tuus, & mittam præcursorem tui Angelum, vt eiciam Chananæum, & introeas in terram fluentem lacte, & melle.* Quid illustrius promitti potuit? quid amplius proficuum? quis præ lætitia, ac gaudio non exultaret? Angelus mittitur præcursor, debellatio spondetur hostium, terra tandem lacte, melleque fluens, quis non exultaret; at audi quæ sequuntur: *Audiensque populus hunc sermonem pessimum, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo.* Mirum, pessimus erat sermo, Angeli præcursoris nullio, hostium debellatio, terra optima, & optima? sane, cur ergo? quia etsi Angelum dabat, etsi omnia illa, tamen ipse non erat cum eis ascensurus; *non enim ascendam tecum*, & Deo absente ipsi Angeli, ipsæ divitiæ, ipsa bona pessimi fiunt sermones: nam vt optimè Rabanus hic, *nil habet boni, qui creatoris sui carebit gratia, atque præsentia*; sic equidem, etsi duo Angeli Sodomam, malum erat prælagium, quia absenserat Deus, quod & eventus probavit, dum illico Deo absente ignis, & sulphur de cælo. Ties ergo cum Abrahamo, quia Deus illi apparebat, quid inde? omne statum bonum in domo Abrahami, omnis risus, nam tunc promissio Isaac, *qui risus* dicitur; at Sodomam non tres, sed duo mittuntur, quia vt inquit Glosa Græca, vbi *beneficia Dei explicantur Deus ait*, *vbi supplicia Angeli mittuntur.* Hinc statim ignis e cælo, sulphur, perpetuaque desolatio, quia Deus aberat; quod cum sit, qualis erit prædamnatis damni pœna, dum sic in æternum Deo privantur, eritque ab eis absens, vt non vice Dei Angeli, sed ipsi cum eis in æternum erunt dæmones tortores? Deus bone quale hoc eis erit tormentum, quando in æternum se viderint non solum Dei præsentia privatos, sed pro Deo dæmones habere socios?

Adde vltimo hanc damni pœnam vere esse mortalem, non autem illam sensus: nam secundum rectam rationem, seu æstimationem, quâ velint nolint in pœnam tunc habebunt damnati, damnum quod verè damnum non corporale, sed spirituale erit, & hoc mortem, non illud debet afferre. Enimuero, etsi filios occisos, ac proinde domum veluti extinctam in prælio audiret Heli Sacerdos, 1. Reg. 4. n. 18. Imperterri-

damnaretur in interno nulla alia esset pœna.

Genes. 18. n. 1.

20. Cur duo Angeli Sodomam, & tres Abrahamo.

Exod. 33. n. 1.

21. Dei comparatione etiam Angeli aduersum despiciendum.

Rabanus.

22. Pœna in inferno mortalis est damni pœna.

Genes. 28. n. 19.

17. Vbi Deus adest ibi & eius domus omni referta copia, vbi abest ex domo Dei abundanti fit miseriarum domus.

18. Iacob quid vouerit, quando dixit, erit mihi Dominus in Deum.

Lippom.

Cyrill. Hieron. Theodor.

19. Non pœna

1. *Reg.* 4. n. 18. tus manſit, immobiliſque quaſi lapis; at quando tantum arcam perſentus capturam; *cadens de ſella, deorſum fractis ceruicibus mortuus eſt*; plus dammi hoc ſpirituale, quam totum ſuum corporale eſtimans, vt rectè Theodoretus quæſt. 12. *Cumque*, inquit, *filiorum ſuorum cognouiſſet cædem, non pusillo, & abiecto animo ad tulit pater; cum autem accepiſſet arcam captam fuiſſe ab hoſtibus, è ſella quidem cecidit, ingenti autem animi mœrore affectus vitæ finem accepit.* Et merito quidem: nam quid damni poteſt contingere ſi ſalua ſint ſpiritualia, ſi nobiſcum Deus? at ſi Deus offenſus, & abſens, quid non moleſtiæ, quid non extremarum pœnarum? vnde rectè Chryſoſt. Hom. 1. in 2. ad Corinth. *Nil aliud*, inquit, *tam moleſtum eſt, quam Deum habere offenſum, id ſi abſit, non afflictio, non inſidiæ, non alia res vlla moleſtiam afferre poteſt rectè ſapienti*; Cum Heli rectè ſapiebat, rectéque res penſitabat; hinc factum, vt audita filiorum morte impertertitus manſerit; at quando capta arca, quia Deus aberat, quia Deus ad inimicos diuerterat, quia Deus captus vt ſic dicam; ac proinde extremum illi populo ſpirituale damnum, ſic illud perſenſit, vt præ dolore defecerit: ſic equidem ſic, etſi in ardentibus cremabuntur ignibus damnati, etſi in perpetuis extentur flammis, quia malum hoc, malum corporale dolebunt, ſed pro nihilo illud reputabunt præ ſpirituali, carentia nempe facici diuinæ; quam dignam æſtimationem, vt dixi, non ad ſolamen, ſed ad pœnam tunc habebunt vtaciſſimam, ſic Deo ad eorum tormentum concurrente, vt quia eam in hoc mundo voluerunt habere ad vitam conſequendam, obtineant in inferno ad mortem patiendam æternam, ad quam deſtinabuntur vt animalia, & coram altiſſimo Deo veluti pecudes, quæ nunquam ad finem deſtinata eſſent æternum: nam dum libenter, & voluntariè hic vt pecudes vixerunt, ſummum bonum non aduertentes, & ab illo auerſi iuſto Dei iudicio tanquam pecudes in morte æternaliter à Dei facie extruſi ibi recondentur dicente Propheta Regio, *ſicut oues in inferno poſiti ſunt*, Pſal. 48. n. 15. vbi oues pro vilitate dicuntur, non pro manſuetudine; vnde Chryſoſt. in hunc locum, *Mors igitur peccatoris*, ait, *vilis eſt, & contemnenda, ſicut bruta vixerunt, ſic bruta pereunt.* Quod non parum eorum augebit pœnam, aſpicientes deorſum ſemper, & non faciem eis Deus oſtenſurus, quia eos non vt homines, ſed vt pecudes, ſed vt viliſſima reputat animalia.

Pſal. 48. n. 15. Chryſoſt.

Chryſoſt.

24. Damnati in inferno vt animalia reputabuntur.

Ex dictis in hoc, & altero ſuperiori diſcurſu eluere equidem, ni fallor, potes amicè, quam grauiſſimæ ſint inferni pœnæ, dum ſi ſenſus reſpicis, ex ſola ignis conſideratione immenſæ ille, ligat, præfocat, obcæcat, vrit, comedit, dilaniat, fœtet, occidit, & hoc æternaliter; ſi autem damni, cum maior hæc ſit, immo ideo vt diximus ignis pœna eſt, quia damni præceſſit, dum hæc ſit ſpiritualis, dum maiori priuat bono, dum maius infligit damnum, dum randem vt talis apprehenditur, vt ſola æſtimetur pœna, ſit equidem ex hoc, vt miro modo in immenſum illæ in æſtimatione excreſcant, ita vt expaueas ſic dire peccatum cruciari. Quod cùm verum ſit, addam tamen vnum ad peccati grauita-

tem penſandam, vt etſi inferni pœnæ videantur diriſſimæ, vt re vera ſunt, tamen ſcias non vltra, ſed citra condignum Deum peccatum punire; ô ineffabile peccati pondus, dum ſic diriſſime punitur, & tamen Catholico confitendum hoc non vltra, ſed citra condignum; *Omnis*, inquit Propheta Daniel. c. 9. n. 11. *Iſrael præuaricati ſunt legem tuam, & declinauerunt ne audirent vocem tuam, & ſtillauit ſuper eos maledictio, & deteſtatio.* Adnota verbum *ſtillauit*, qui eſt, niſi non ſicut merebamur nos caſtigauit? *Decet*, inquit Greg. Nazianz orat. 15 in plagam grandinis, *quomodo ira peccatis proportione reſpondeat, tamen ſi alioqui omnibus demerita pœna atrocitate aliquid detrahat, atque iram mera cum benignitate temperet*; Quod etſi in peccato mortali eſt admirandum, tamen pluſquam ſtupendum in veniali, cum eodem prorſus igne plectatur infernali, eademque damni pœna, dempta tantum æternitate, vt communiter Doctores; quis enim non ſtupeſceret, ac præadmiratione non deficeret, ſi Regem ſciret beneuoliſſimum, ſuorumque amantiſſimum ſubditorum, immo & pro ipſis depereuntem, ſic vt vitam ipſam pro eis dediſſet, & tamen aſpiceret, pro ſolo indebito aliquo aſpectu, aut immoderato riſu eos dilaniare, diſſecare, ſuſpendere, excoriare, ac veluti paleas triturare, ferreaque carpenta ſuper eos ducere, & tandem igne cremare, & omnibus his pœnis non diſiunctim, nec in diuerſis, ſed ſimul, & ſingulos plectere, tantum ob immoderatum riſum, aut verbum inane, quis hoc videns non præſtupore deficeret, eo vel maximè, cum nec crudelem, nec impium, nec iniuſtum, nec non amantem Regem dicere poſſet, ſed iuſtiſſimum? immo quis non extra ſe heret ſi ad hæc, dum ſic admiratus extaret, accederet aliquis, vt diceret, has obſtupefcis pœnas, ob leue illud delictum, ſcias ſic miſericordem principem, ſic beneuolum, ac ſuorum eſſe amantem, vt adhuc non puniat iuxta, ſed citra condignum, nec illæ pœnæ adhuc grauitatem æquent illius culpæ: quid ad hæc intellectus humanus, nonne deficit hæc audiens? & tamen nec problema eſt, nec exaggeratio, nec fictio, ſed ipſa veritas, quod libet ſcilicet peccatum veniale igne purgatorij punitum, qui in ſe illas inclusit pœnas non vltra, ſed citra puniti condignum. *Calix in manu Domini*, ait Pſalt es, Pſalm. 74. num. 9. *vini meri, plenus mixto, veruntamen fex eius non eſt exinanita*, plenus eſt, ſed non exinanitur: nam licet plenam Dei peccata mereantur iram, tamen ſua, qua pollet miſericordia eam non totaliter euacuat. *Ad terrendum plenus*, ait Ambroſ. *ad ferendum non eſt exinanitus. calicem enim ira exinanire non nouit.* Quod cum ſit, qualis, & quanta erit peccati culpa, dum ad condignum nec inferni, nec purgatorij pœna plectitur, vt hinc & peccatum abhorrere diſcas, & ſimul ne Ægyptiorum ſupplicia miradicas; nam citra infelices condignum puniti, etſi in tenebris ignis apparebat illis horrificus, vt noſter ait Sapiens dicens: *Apparebat autem ignis*; &c.

25. Peccati grauitas, & pondus inde maximè elucet.

Daniel. 9 n. 11.

Nazianz. 26. Deus ſemper punit citra condignum.

Pſal. 74 n. 9.

Ambroſ.

Digitized b

Num. 7. *Et Magica artis appositi erant derisui, & sapientiæ gloriæ correptio cum contumelia.*

Num. 8. *Illi enim qui promittebant timores, & perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore langebant.*

Num. 9. *Nam etsi nihil illos ex monstris conturbabat, tanquam animalium, & serpentium sibilatione commoti, tremendi pereant, & aërem, quem nulla ratione quis effugere posset, negantes se videre.*

Commentum literæ.

Connexio cæpitis.

PVlchrè author ad Magos orationem conuertit, peculiariter horum in hac plaga reminiscens, qui dum Ægyptios animauerant promittentes contra Mosem auxilium, contra Deum remedium, etsi in tertio defeciſſent signo in sua semper pertinacia insistentes, nunc tenebris inclusi horrendis, nec sibi, nec alijs auxilium, iuuamenque præstare poterant, vnde ait:

Cătacuz. *Et Magicæ artis appositi erant derisui*, &c. Ex varia intelligentia verbi illius *appositi* variæ ortę sunt sententiæ, Cantacuz. illud intelligit pro *oppositi*, sentitque etsi in tertio defecerant Magi signo, etsi cum cæteris flagellati, perstitisse tamen in sua malitia, ac artis magicæ oppositum vim contra diuinam, tamen delusi, dum eadem passi, quæ cæteri.

Alij ly *appositi* coniungentes cum ly *derisui*, intelligunt, Deum illis illusisse per tenebras, sicut ipsi alios illuserant, dum per laruas, & spectra, & illusiones, quas in tenebris patiebantur, illudebantur eadem ipsi horribiliter patientes, quæ ad aliorum effecerant deceptionem.

Ianſen. Vatab. Alij vt Ianſen. & Vatab. volunt vim verbi Græci τατάκειτο, idem esse quod *posita erant*, vel *iacebant artis magicæ ludibria*, vt sit sensus, illæ Magorum illusiones, quæ derisu dici meritò possunt, quibus illudebant Ægyptios contra Mosem, iam nec quidquam poterant, quia iam appositi, hoc est inutiles iacebant; inter has hæc vltima mihi placet, cum multum eum sequentibus cohæreat verbis: nam dum non amplius Magicæ artis derisui valerent, secuta est correptio cum contumelia illius gloriæ, quam ex arte illa petebant Magica, vnde sequens ait:

Et sapientiæ gloriæ correptio cum contumelia.

Complut. Reg. Sixtian. Complutenſ. & Regia habet hic: *Et in prudentia iactantiæ correptio contumeliosa*, Sixtiana, *& iactantiæ de sapientia erat correptio cum contumelia*. Ianſ. pro *de sapientia*, ponit *de prudentia*,

Clarius. Clarius, *& arrogantis iactantiæ correptio cum contumelia*, omnes in eundem reincidunt sensum, Magos sic licet redargutos cum magnò opprobrio ob sapientiam artis Magicæ, de qua gloriabantur, dum vanam illam esse, & impotentem omnes cernerent, immo ipsimet, ob quod merito ab omnibus cum contumelia redarguti, & conuicti, cuius rationem adiiciens ait:

Illi enim qui promittebant timores, & perturbationes expellere cum derisu pleni timore langebant. Græc. *ridiculo timore laborabant*, planus sensus de Magis qui coram Pharaone, vt refert Philo. lib. 1. de vita Mosis, similia se facturos sponderunt, timorem ob hoc diuinæ ab eis auferentes iustitiæ, vnde ad primum signum virgæ in colubrum versæ, fugientibus Ægyptijs talia eos dixisse affirmat Philo, *quid vos terret? nec nos sumus rudes talium artium, & nos talia patrare possumus*; immo Iosephus lib. 2. Antiquitat. c. 5. vel 13, affirmat Pharaonem Moysi exprobrasse, addens se etiam Sacerdotes habere, qui similia patrare possent; hoc ergo affirmat nunc Sapiens cum derisu languere, dum quasi pueros perterriculamenta, laruas scilicet, spectra, & monstra eos Deus irridebat, & per tenebras in carcere inclusos horrendè detinebat. *Philo.* *Iosephus.*

De Iamne, & Mambre Magorum principibus secundum Paul. 2. ad Timoth. c. 3. n. 8. supra diximus, & quare in tertio defecerunt signo, vnde verò Paul. illud hauserit, illos scilicet sic nominari, an ex traditione, vt vult Chrysost. Theodoret. Theophylact. vel diuinitus, an ex libro aliquo apochrypho, vt vult Origen, tractat. 35. in Math. super illa verba: *Et impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam*, Math. 27. incertum aliqui faciunt; ego autem nunquam adducar ab Apochryphis aliqua Apostolos recepisse, neque Euangelistas, vnde quando Mathæus pro Zacharia Hieremiam vocat in adducto loco, nullo modo illud accepit ab aliquo Apochrypho, sed aut Hieremiam illud dixisse à traditione habuit, vel vt rectè Maldon. ipsum non adduxisse Hieremiam, sed simpliciter dixisse *per Prophetam*, aliquem postea in margine apposuisse Hieremiam, patillatimque in textum irrupisse, quod sæpe factum euidentissimè constat, & præcipuè in paraphrasi Chaldaica in lib. Canticorum, in quo Glosę Rabinorum in ipsum textum irrepserunt, vt euidentissimè probauit ex nostris Pater Andreas de Leone, in elaboratissima Paraphrasis Chaldaicæ correptione manu scripta, typis iam ex ordine sanctissimi mandanda; primò, rationibus, deinde quod propè ad miraculum, inuento Rabinorum Glosarum libro in Bibliotheca sancti Laurentij Realis, vbi prorius ad litteram, quæ priùs pater extra textum adduxerat tanquam Rabinorum Glosæ, ibi extra textum vt Glosas adnotatas inuenit, & quod sic Mathæi Euangelio euenit optima est Maldonati coniectura in Euangelio Syriaco non legi *Hieremiam*, & August. lib. 3. de consens. Euangelij dicat in multis Latinis etiam Codicibus lectum non fuisse. *Ad Tim. 3. n. 8.* *Chrysost.* *Theodor.* *Theophyl.* *Origen.* 1. Vnde Paulus nomina Iannes & Mambre accepit. *Maldon.* 2. Chaldaica Paraphrasis vt mendosa, & quare. *Andreas de Leon.* *Augus.*

Languebant ergo pleni timore Magi; at quia etsi laruæ, ac spectra noua, & inusitata eis effigie apparentes terrefacere eos poterant, tamen quia ad illa propter Magicam assueti non sic terrefiebant, vti quando Balaam ariolus dæmones videre, aut audire solitus loquentem Asinam nec timuit, nec expauit Numer. 22. ideo ad spectra addidit Deus animalium transitum, serpentium sibilationem; ex quibus dum ipsi in tenebris inclusi detinebantur, sic commouebantur, vt quasi perirent, ideo addens Sapiens ait: *Num. 22.*

Nam etsi nihil illos ex monstris conturbabat, &c. Hugo illud *perturbabat*, intelligit pro *la-* *Hugo.*

Digitized

debat, vnde sic, id est *ledebat corporaliter mordendo, transitu animalium, & serpentium sibilatione commoti tremebundi peribant*, omnes autem reliqui expositores volunt, vt propriè intelligatur verbum perturbati; vnde sensus, quod etsi nihil Magi ex monstris apparentibus in tenebris turbabantur, tanquàm ad illa assueti, tamen pene à transitu animalium, & sibilatione serpentum extinguebantur. A

Et aerem quem nulla ratione quis effugere posset, negantes se videre. nullum inueni sensum horum, qui mihi arrideret verborum, cum ad quid hæc adiunxerit author, prorsus nesciam, dicam quid alij afferunt.

Hugo. Hugo, ex timore scilicet sic præpediti, vt etiam aërem sine quo nullus viuere potest negabant se videre; at quomodo videre illū poterant si in tenebris? ergo quid mirum si negabant? neque quid magnum? B

Castro. Castro, quod sic timore extabant stupidi, vt neq; ipsum aspicere desiderabant aërem, quem nulla poterant euitare ratione; sed vnde eis tunc aëris aspectus, vt inde eius horrorem inferre possimus?

Lorinus. Lorinus, dum erant in tenebris omnino negabant se aërem videre, & similiter quando subitaneus incidebat ignis: nam tunc solam vaporum videbant densitatem, sed ad quid hoc negabant, nisi cum Hugone dicas, *ne timidi apparerent, ob hoc non posse videre ob nimiam obscuritatem?* sed ad quid hoc? cæteri omnes similia habent.

Si in re dubia diuinare aliquid noui licet, dicerem, ideo à sapiente hoc adductum, vt amplius Magos confunderet, ex re communi, C & vsitata: nam sicut priùs confusi in tertio signo scniphum, cum animalculum conficere non potuissent, dum maiora effecerunt, coacti confiteri digitum illum esse Dei, sic nunc à tenebris confusi, dum nullo modo illas illustrare per adiutum lumen, & sic aërem videre communem potuissent, valebant: Quapropter confusi, ne cæteros deciperent, dicerentque se non in tenebris, sed in luce fuisse, à Dei virtute coactos explicite confiteri se aërem communem, & sine quo nullus viuere potest, cum reliquis nullo modo vidisse; si alicui hoc non placet, inueniat aliud.

HOMILIA XCVII.

Superbiæ pœna confusio.

COntra impij Pharaonis Magos noster exclamescens Sapiens ad illos præcipuè sermonem conuertens affirmat eos peculiariter insultasse, dum superbi, ac vani ad gloriam, honoremque occupandum illos expellere, timores simul ac Dei perturbationes ex hominum animis contrà Deum belligerantes promittebant; at quid contra omnipotentem vana proficit superbia? en ipsi præ cæteris confusi, dum ex sibilatione serpentium commoti, miseri ad confitendum sunt adacti, magnaque voce proclamare se amplius in tenebris iacere, lumen cæli non aspicere, impotentes ad videndum, & timore non tantum frigescere, sed perire, vt inde videas, superbiæque aspicias fructus, confusionem nempe, & quod superbi eo quo in altū se extollunt, eo se deprimunt, ac confundunt, sic vt prorsus in bestias commutentur, & quod maius, vt bestiæ à Deo aspiciantur.

1. Superbi quo in altū se extollunt eo deprimuntur, & in bestias commutātur.

Hoc equidem mihi videre videor in illis Psalris Regij verbis Psal. 137. n. 5. nempe *magnus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit*; quid est alta à longe cognoscit? Basilius ad præscientiam illud referens ait: *à longe cognoscit, id est alta non modo cognoscit, sed ex multo interstitio antequam fiant agnoscit*; Augustinus vero in hunc eundem locum ad superbiam illud referens affirmat alta, hoc est superba non ignorare Deum; sed ne aliquis putet coniuncta illa Deo, ideo dixit Psaltes à longe illa cognoscere; *Excelsa posuit pro superbis, & cum ait à longe excelsa cognoscit, ostendit eum humilia de proximo attendere, & excelsa à longe cognoscit, ne se superbia Deo coniunctam putet.* Egregiè, hoc enim sibi præstat superbus vt à longe videatur, non vt non videatur; & ideo à longe Deus dicitur superbum aspicere, vt ad modum hominum se habens, qui dum à longe aliquid aspiciunt non sicuti est illud apparet, sed si magnum paruum, & sæpe homo est, & belluam putant; sic Deus alta ad modum cognoscit humanum, vnde superbos vt bestias reputat; hoc attendendum in superbo illo Rege Nabuchodonosore, qui licet à Deo per somniū admonitus, Daniel 4. licet ab ipso Daniele, tamen in sua persistens superbia altissima imaginabatur, Deum recognoscere nolens. *In sententia vigilum decretum est*, in somnis audiuit, in bestiam scilicet conuertendum, *donec cognoscant viuentes, quoniam dominatur excelsus in regno hominum, & cuicumque voluerit dabit illud, & humillimum hominum constituit super eum.* Quæ ad ipsum dici & si credidisset, tamen quia statim vltio eum non comprehendit diuina, in aula ambulans, sic tremens loquebatur: *Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Pende singula, & tumorem aspicies, *ego ædificaui*, non Deus, *in robore fortitudinis meæ*, quam ex me, non ex Deo possideo, *in gloria decoris mei*, ad me gloriandum, decorandum, non Deum, ergo seipsum finem vltimum insanus iste constituebat, ac proinde Deum se faciebat; Quid ergo ex hac superbia? D *Cumque adhuc sermo in ore esset Regis, vox de cælo ruit, tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eycient te, fœnum quasi bos comedes*, vti dictum, sic factum, *ab hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum est, donec capilli eius in similitudinem Aquilæ crescerent, & vngues eius quasi anium.* Vt quia, sicut magnus ait Greg. lib. 5. Moral. c. 9. *Elocutione cogitationis se super homines extulit, ipsum quem communem cum hominibus habuit sensum hominis amisit*, à longe equidem hunc Deus aspexit; nam etsi homo, belluam duxit, ac proinde tanquam non homo ab hominibus eiectus, vt videas in qualem superbia confusionem hominem adducat, dum in belluam eum commutans, tanquam belluam inter homines constituit, se, mis im-

2. Deus cur dicatur alta à longe cognoscere.

Daniel. 4 n. 14.

Greg.

Digitized by Google

Richard. Victorin. butus moribus, ferinis actionibus, *Vox ruit,* ait Richard. Victorin. lib. 2. de eruditione hominum part. 1. c. 41. *cum adhuc ferme esset in ore, sub ipso scilicet adhuc gloriandi tempore, tibi dicitur Nabuchodonosor, tibi tam inaniter glorianti, ab hominibus eiicient te, ab hominibus eiectus ad bestias, & feras descendit, qui rationales mores deserens cum bestialiter viventibus fit ad omnem carnalitatem resolutus, & cum feraliter agentibus, ad omnem crudelitatem effrenatus.* Quod huic superbo semel, quotidie superbis hodie euenit, viuunt Principes, viuunt Reges vt bestiæ, sic carnaliter, ac sic ad luxum, & luxuriam essent nati, vt verè eos non homines, sed bestias dicas, vnde hoc? amice, quia superbi, à longe eos Deus aspicit, vt bestias iudicat, immo & immutat; nec minus & spiritualibus euenit viris, sedent enim in virtutis Regia; at quia superbiunt, se adorant, non Deum, sua fortitudine non Dei illuc peruenisse reputãtes, à longe eos Deus aspiciens in belluas mutat, in mores ferinos, *Nonnulli sunt*, magnus ait Greg. in 1. Reg c. 3. super illa verba, *crevit autẽ Samuel, qui dum virtutibus crescunt, elatione corruunt, hi nimirum crescere videntur, sed tamen cum eis Dominus non est, quia à se alta sentiendo eiicitur*, ac proinde etiã ab illo eiicitur, ac abominãtur.

3. Hominum spiritualiũ ruina à superbia.

4. Superbos vt Deus abominatur nec pro vilissimis fungẽdis recipere vult officiis, nec pro vilissimis seruis, *non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam*, ait ex persona Dei Regius Psaltes Psal. 100. n. 8. quid est qui facit superbiam? rectè Agellius, *qui superbiam facit non errore ductus, & ignorantia, sed per arrogantiam*; ergo tales affirmat in medio domus suæ nõ permansuros, quid hoc? quid est in medio domus permanere? idem author affirmat nil aliud nisi, *nõ erit inter domesticos meos, in nullo munere domus meæ*, vnde videtur quod medium domus pro loco accipiat honoratiori, ac eminentiori, Titelmanus, *Non habitabit in medio domus meæ*, hoc est ait, *non erit in domo mea*, nulla harum mihi arridet interpretationum, cum aliquid amplius æstimo efficacius, seu acerbius voluisse Dauid contra superbum explicare; pro qua re adnoto antiquitus in domibus seruum aliquem fuisse ad officia vilissima destinatum, qui *Mediastinus* dicebatur, quasi quis in medio existens domus omnibus expositus mandatis, omnibus vilissimis obsequiis. *Mancipium abiectus est*, ait Budæus, *quod vilissima, & sordidissima ministeria obire domi cogitur, qualia sunt domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & huiusmodi alia facere, ob hoc ita dictum quod in media domo ad imperia omnium motusque soleat excubare.* En sensus Dauid, qui facit superbiam, ait, non habitabit in medio domus meæ, hoc est nec ad vilissima quæque facienda, nec vt abiectissimum mancipium illum permittam in domo mea, sic tales superbos abhorreo, sic eos odio habeo, nec equidem minus Deus, sic equidem superbos abhortet, vt prorsus abominabiles ei sint, vnde Christus Dominus Pharisæis superbis, Luc. 16. n. 16. *Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum, ob arrogantiam, & ambitum humani favoris*, ait hic Theophylactus; hinc prorsus à sua eliminat domo, nullum prorsus seruitium; nullum etsi minimum eorum sacrificium acceptans; *omnis oblatio quæ offertur Domino*, ait lex Leuit. 2. n. 11. *absque fermento fiet*, quid hoc? audi Philonem lib. de victimas offerentibus, *Propter tumiditatem*, ait, *quam afficit, atque figurate præcepto nequis elatus altare accedat tumidus fastu, atque arrogantia.*

Titelmã.

5. Seruus Mediastinus qui dicebatur.

Budæus.

Luc. 16. n. 16.

Theophyl.

Leuit. 2. n. 11.

Philon.

6. Deus cur fermentum ab oblatione excludebat.

Nec equidem hoc mirum, cum vt diximus, si verè, ac rectè pensites superbos non homines, sed animalia; hinc penitus à Deo excluduntur, tanquam inepti ad omne prorsus seruitium, etsi vilissimum, ad quod demonstrandum mea sententia optimus est Geneseos locus eiiciens enim Deus à paradiso Adamum, tunicas ei adaptauit pelliceas, *fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos*, Genes. 3 n. 11. ad quid tunicas pelliceas? non profecto ad arcendum frigus, cum intemperies adhuc non erat, non ad nuditatem, cum ficus folia satis eam cooperiebant, ad quid ergo? sanè si mea me coniectura non fallit, vt intelligeret suæ è paradiso expulsionis rationem, dum ideo ab eo ipsum expellebat, quia iam non homo, sed animal prorsus ad omnem eius culturam ineptum, ita vt nec ad vilissima quæque ibi amplius deseruire poterat, ad quæ satis Nyssenus de vita Mosis huic dubio respondens sic ait: *vt foris pelle bellnina vterentur, qui intus bellnina cupiditate animum deformarunt, & qui aspirarant ad diuinam naturam superbiendo, intelligerent se peccando degenerasse in bellninam.*

7. Superbi animalia. *Genes. 3. n. 11.*

8. Deus cur Adamo tunicas fecit pelliceas. *Nyssenus.*

Ex quo fit, vt quia superbi in bestialem transformantur naturam, sine iudicio, sine ratione, non terram repere, sed cælum scandere, ac sublimia attingere præsumentes, semper eorum casus importet confusionem, quia non sicut cæteri deiiciuntur peccatores, sed præcipitantur. Vnde eorum casus non est deiectio, sed præcipitatio. Hoc in perfido illo adnoto Aman, de quo signanter ait Scriptura, Esther 3. num. 1. exaltatum ab Assuero; *Post hæc Assuerus exaltauit Aman, sic vt poneret solium eius super omnes principes quos habebat*; immo amplius vt adorationem præcipiens, *omnes flectebant genua, & adorabant Aman*; ex quo amplius ipse se erigens, sic intumuit, vt semper maiora appeteret, profecto in sui ruinam: nam vt Petrus ait Blesensis epist. ad Guilielmum Abbatem, *Superbia natione cælestis est, semper in altum nititur, vt grauius cadat*, sic miser iste super colla volitans hominum, amplius se semper erigens à mente superbiæ non eiectus, sed præcipitatus, dum in trabe alligatus, inde allisus, fune suspensus interiit. Quod eleganter de diabolo dixit Diu. Gaudent. tractat. 12. dum ait: *Non in planis, neque humilibus habitat diabolus, vbi pulsus ad alium locum credatur absque casu suo transire potuisse, sed cum de sublimitate cælesti expellitur, vtique deorsum præcipitatur*, Egregiè, præcipitatur, non eiicitur diabolus, quia non in planis, neque in humilibus habitat, sic profecto superbi non eiiciuntur, sed præcipitantur, quia semper in altis ambulant, semper in magnis, hinc semper eorum casus confusionem, ac ignominiam importat, ex alto cadentes, & insuper ignominiosè.

9. Superborũ casus non deiectio, sed præcipitatio.

Esther. 3. n. 1.

10. Superbia natione cœlestis.

Petrus Blesens.

S. Gaudẽt.

Hoc equidem pondero in casu Dagonis, quem pro Deo miseri colebant Philistini,

Superbi nō solum cadunt, sed ignominiosè.

1. Reg. 5. n. 5. ad consessum arcæ indecentissime sublimatus, sic ab illo Deus eum præcipitauit, vt simul ignominiosè, *porro Dagon solus truncus remansérat in loco suo*, 1. Reg. 5. n. 5. cur truncus in loco? nonne melius totum præcipitare, vt nil illius remaneret? minimè: nam sic eum præcipitare voluit, vt simul ignominiosè; nam truncus ex se proprie ad inuenustatem, & ignominiam pertinet, cum in arbore sit sine ramis, in animali sine membris, vnde quando rem inuenustam repræsentare volumus truncum dicimus, vnde Tullius Pisonem *stipitem*, & truncum appellauit ad ignominiam, sic equidem, qui superbus consessum cum arca appetiit, ab illa altitudine non solum præcipitatus, sed ignominiosè, vt eius deformitas ab omnibus conspiceretur sicut magnus ait Greg. *Quia à cunctis*, inquit, *fidelibus eius deformitas vbique conspicitur, truncus Dagon in loco suo remansisse memoratur.* Sed vlterius pendo non solum ob hoc truncum remansisse, vt scilicet cum ignominia præcipitaretur, sed non totum delectum, vt simul aliquid remaneret eius, ad ampliorem ignominiam, ampliorémque confusionem; nam sæpe Deus non omnino superbos destruit, non in nihilum redigit, vt ex eo quod eis remanet ampliùs crucientur, & ipsemet locus honoris, sit eis ignominiæ, dum in illo non ampliùs homines, sed vt sic dicam trunci remanent, in loco nempe altiori, sed cum ignominia.

Tullius.

12. Cur aliquando eos Deus omnino non destruit.

Iratus Deus cum Heli, cum generationem eius è sacerdotio ex turbare decreuisset, 1. Reg. 2. n. 30. *Loquens locutus sum vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum, nunc autem dicit Dominus absit hoc à me*, quasi piaculum iam ampliùs vt sacerdotio fungeretur, sic loquitur, vt videas quam terribile sit peccatum, dum dona Dei sempiterna facit temporanea, & sic Deum adigit, ac, vt sic dicam violentat, vt cogat, quod sempiternum dixit abscindat, & piaculum æstimet, quod priùs misericordiam summam, expulit ergo suam à sacerdotio generationem, sed sic vt non omnino, *verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo*, cur hoc? aliqui vt iustitiam cum misericordia more suo Deus misceret; alij vt Diu. Gregor. in posteriori comment. huius loci, ne boni cum malis punirentur, quod colligit ex illis verbis, *Non auferam virum, viri sunt*, inquit, *qui arduæ rigidæ conuersationis arce fulgescunt, quasi ergo dicat, idcirco eos ab altari meo non aufero, quia viri sunt; nam pro merito conuersationis seruatur eis fortitudo, & celsitudo potestatis.* Optimè, & documentum summis ex hoc præstatur gubernatoribus, vt peccatum puniant, non personam, & zelo iustitiæ, non ex odio vindictæ; hinc ille principum mos corrigitur, qui sic aliquando in personam sæuiunt amicorum, vt totam destruant progeniem, amicos, inimicos, bonos, malos. Assuerus enim non solum Amanum occidit, sed filios, sed vxorem, sed amicos; quid isti? nonne rectè consuluerunt, seu prædixerunt admonendo Amanum. *Si de semine Iudæorum est Mardochæus antequam cadere copisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius*, Esther, 6. n. 13. cur ergo occisi? amice, quia homo, non Deus, ille sic punit, vt bonos non discernat à malis, quia personam, non vitium odit; at Deus qui vitium, hoc dum non adest, diligit filium si innocens, castigat patrem si peccator; nolo & aliam eiusdem Diui Gregorij rationem deserere, quia nempe, etsi Heli maiori dignus supplicio ob negligentem filiorum correptionem, tamen quia in sua persona bonus, vitamque duxerat indemnem, præclareque se in Dei seruitio gesserat ad eius merita, præteritaque Deus respiciens seruitia sic castigauit, vt ad antiqua respiciens obsequia puniret cum decore, ac vt sic dicam respectu, non totum supplicium quod merebatur infundens, sed ex parte condonans; *Cum magni viri cadunt*, ait Gregor. lib. 5. in c. 14. Reg. n. 14. super illa verba, *Ergo-ne Ionathas morietur? communi iudicio tradendi non sunt, quia priora opera promerentur, vt posteriorum grauitas leuigetur, hinc est quod Heli vita propria iustus, sed austeritate pastorali remissus à viro Dei audiuit, pars magna domus tuæ morietur, verumtamen non auferam penitus ex te virum, &c. vt Sacra Scriptura monstraret, & pro dissolutione percussum, & pro præterita cōuersatione respectum.* Egregiè, & doctrina valde notanda præcipuè religiosis, respublicis, quæ sæpe, aut nimio zelo, aut diminuto respectu, ne aliquid peius dicam, sic magnos castigant viros, dum cadunt, vt nullus sit ad præterita respectus, nullus ad venerandos canos honor, sæpe non Deo, sed sibi satisfacientes.

13. Peccatum Dei dona sempiterna in hac vita temporanea effecit.

S. Greg.

14. Boni cum malis nunquam puniri debent.

15. Principibus illud sic documentum quorum mos bonos cum malis miscere,

Esther. 6. n. 13.

16. Supplicium & pœnę viris magnis ac bene meritis vt infligenda.

Greger.

At licet omnes istæ excellentes sint rationes, tamen germana, & literalis, quam sequuntur Liranus, Abulensis, Caietanus, & moderni, illud scilicet non ad pœnam diminuendam, sed augendam factum, quod patet ex sequentibus, *vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua*; Vnde rectè Isidorus Clarius, *In mœrorem*, inquit, *animi tui, & in consumptionem oculorum in infimis permissi sunt officijs, qui prius summam tenebant arcem*; Sic equidem, sic Dagon superbus, ac in ipso omnes simul superbi à Deo sic ignominiosè deiiciuntur, & præcipitantur, vt tamen aliquid eorum remaneat, sed vt truncus, ad maiorem ignominiam, ad maiorem confusionem, vt locus excelsus non sit ampliùs ad honorem, sed ad vituperium. Viuat Amasias Rex Iuda, & sit Rex, etiam si victus à Ioas, etiamsi spoliatus thesauris, etiam si muri dirupti Hierusalem, & non omnino excidat, sed sit veluti truncus, & viuat in regno sine honore, sine decore 1. Paralipom. c. 25. viuat per superbã elationem Ozias, dum contra ius, contra legem sacrificare præsumpsit, & viuat Rex, & non omnino cadat, attamen leprosus, & à templo eiectus, & extra Regiam domum *plenus lepra* maneat vsque ad diem mortis suæ, vt etsi Rex, tamen truncus, omni honore spoliatus, vt eadem dignitas, quæ priùs ad honorem, post superbiam seruiat ad contumeliam, ad confusionem.

Liranus. Abulens. Caietan.

Isidorus Clarius.

17. Superbi in honoribus manent aliquando ad ampliorem ignominiã.

1. *Paral.* c. 25.

Quinimmo talis est ex se superbia, vt quando bene superbum Deus non præcipitet, ac confundat, ipse semet destruit, ipse semet deijcit; vnde rectissimè superbus oculo comparatur iuxta illud Dauid Psal. 100. n. 5. *Superbo oculo, & insatiabili corde cum hoc non edebam*; hic enim sic omnibus expositus est informiis, vt

Psal. 100. n. 5.

quælibet

quælibet eum molestet res, ventus vrit, puluis obcæcat, lux percutit, tenebræ obscurant, palea sauciat, ipsemet tandem flatus verberat, sic superbi, ac dum in altum politi per colla volitant hominum, sic ex se delicati sunt, vt quælibet res eos offendat, dejiciat, destruat confundat, vnum tantum verbum miseros eos consternit, exemplo tibi superbus sit Saül, qui erat minimus ex minima tribus Beniamin, factus Rex omnia bona possidebat Israëlis, vnum tantum verbum sic eum deiecit, vt penitus amentem redderet, 1. Reg. 18. n. 7. *Percussit Saul mille, & Dauid decem millia*, præcinerunt non equidem vir, sed mulieres Israëlis, & hoc ex lætitia, ex exultatione, dixerim ne statuto cõsilio aliquis reputet illas sic præcinisse & tamen verbum hoc solũ, sic enim prolatum, tantum eum deiecit, vt propè amens fieret, vnde turgens, *Ac iratus nimis*, dixit, *dederunt Dauid decem millia, & mihi mille, quid ei superest nisi solum regnum?* Sed antequam vltra progrediar ad huius dicti indagandam rationẽ, perpendo, quàm demens sit superbia, vt cum sit eximie arrogans, omnesque despiciat, tamen gloriam ex ipsismet quos despicit aucupetur, sæpè mecum hoc recogitans mihi, dum admiratus perspexi quanta grauitate, quanta altitudine, quanta despicientia Reges, summosq; principes pauperẽs, hominemq; aspiciunt plebeium, & tamẽ hos ipsos Reges in festis aspexi exire publicis magnis sumptibus, magnoq; corporis labore, vt hos ipsos, quos despiciunt delectent, & abillismet vanã aucupẽtur gloriã, faustaq; accipiat populi, nil ipsis iucundius quàm multitudinis acclamationes, illius inquã multitudinis, quã sic despectam ipsi habent, quid hoc? nonne dementia: nisi cum Chrysost. velis appellare hom. 66. in c. 20. Matth. enigma; *Adeo expers rationis est arrogãtia*, ait Chrysost. *vt enigmati simillima sit, quos enim despicit, ab his hominibus gloriam, quasi debitum fingitat.* Nil melius, en tibi Saül Rex, qui sic pauperes despiciebat, vt Dauid & si per tempus in domo sua exiterat, vbi sup. c. 16. num. 22. tamen eum non cognoscebat, cap. 17. n. 55. vnde, nisi quia pauper tamen sic auidus erat gloriæ, vt quia quam expetebat ex ipsismet, quos despiciebat non obtinuit, alteri eam dantes irascatur, ac sic demens fiat ex vno tantum verbo mulierum chorizantium, vt veluti amens dicat, *Quid ei superest nisi solum regnum?*

Hoc pondero, vnde ei talis cogitatio: nam si benè aduerti, non sic cum despexerunt, quin mille in ea victoria in eis non dederint, sed prætulerunt Dauid in decem millia, cum occidisset Gigantem, vnde & sua laus ei, licet immerito: nam si subtiliter res examinatur, nil enim ipse effecit, immo sic timuit, vt eius in totum exercitũ refundebatur timor. Si ergo & ipse laudatus, vnde à regno eum exturbaturi non equidem mulieres, seu populus ipsum deiecit, vt vides, sed ipse per superbiam sepsũ nullo impellente: superbus erum cum esset, ac totus superbiæ spiritu imbutus, sic alte de se præsumebat, sic altissimas de se conceperat imaginationes, vt nullum ampliore præter se dignum honore æstimabat, hinc dũ mulieres, siue populus ampliorem Dauid honorem dedisset à superbis suis ipse cadens cogitationibus, sic timuit, sic animum despondit, vt & cum honore amissum etiam reputaret regnum, *reputans*, vt ait Abulens. hic quæst. 15. licet vanissime, *quod cum esset tantus fauor populi erga Dauid, posset Dauid facile conciliare sibi animos omnium popularium ad hoc quod eligerent eum Regem, ipsumque deponerent.* Ex qua doctrina, non solum habes superbum nullo impellente suimet esse ruinam; suimet confusionem, sed etiam quod semper, ac continuè præcipitantur, ruinoseque ruunt, nam aut exterius cadunt, aut interius, hoc est à suis vanis cogitationibus, cum proprius sit sic superborum casus, vnde Dauid eis imprecans, Psal. 5. n. 11. *Decidant*, ait, *à cogitationibus suis*, immo non tantum decidunt ex se, sed à Deo impelluntur, ac præcipitantur, vnde sequitur: *Secundum multitudinem iniquitatum eorum expelle eos*, quod quasi insigne dei opus, insigneq; Dei potentiæ numus cum extulit Virgo sanctissima, dum ait: *Dispersit superbos mente cordis sui*, hoc est, vt aliqui volunt, eos detrusit, impulit, deiecit ex inani, ac superba eorum æstimatione; hinc in continua fiunt confusione, aut quia ab externa expelluntur gloria, aut quia ab interna se macerantes, ac rodentes, non secus ac inuidus Saül.

Nec hoc mirum; nam hoc ex se habet superbia, vt non secus ac inuidia, ipsa sic peccatum, & timul peccati pœna, cum eo ipso quo quis superbit, eo Deũ impelit ad eum subiugandum ac sub iugo ducendum, quod si quale sit re appetis, dico ipsam superbiam, audi Regum vatem ipsis imprecantem, *Constitue*, ait, *Domine legislatorem super eos.* Felix Prat. *Pone Domine iugum ipsis, vt sciant gentes quia homines sunt*; Adnoto verbum *gentes*, cur non vt sciant ipsi? Sanè quia prorsus amentes, ad iudicium vt reducantur difficile, ne dicã impossibile, etiam si sub iugo premantur. Sapor enim Rex, vt Iulius refert Capitol. c. 24. sic se efferebat, *vt se regem regum, siderum artificem, lunæ ac solis fratrem diceret*, quæ maior vesania, vnde ergo huic iudiciũ, & si sub iugo? hinc tanquam deploratos relinquens ad gentes se conuertens, vtpotè res facilior, hæc petit vt sciant ex iugo eos esse homines, non deos; at quale illud? mea sententia ipsa superbia, audi ipsummet Psaltem, Psal. 72. num. 5. *In labore*, ait, *hominum non sunt, & cum ipsis non flagellabuntur*, quid inde? ideo *tenuit eos superbia*; Felix *oneravit eos superbia*; oneraut dixit, & merito: nam nullum grauius iugum cum ipsa eos sic diuexet, oneret, grauet, vt penitus disrumpantur. Quod pulchrè adnotarunt Tertull. in Apolog. cap. 46. in Licurgo, dum superbus, quia eius legem Lacedemones emendarunt, media contum, & crepare voluit. *Licurgus*, ait, *à primo carteresim optauit, quod leges eius Lacones emendassent.* En qualem iugum superbia, mallem dicere urgulũ.

Nam superbo tunc suspendium præparatum, quando amplius elatus, immo tunc, quando iam iam bellum Deo ipse inferre satagit, sagittas non contra homines, sed contra Deum dirigens; pulchrè hoc Iob (ni fallor) insinuat cap. 24. num. 24. dum de ibis loquens, ait: *Elevati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur.* Hoc pondero, non dixit sicut spicas, sed *sicut summitates spicarum*, quæ profectò non aliæ nisi aristæ, quas veluti sagittas cælum verbis spica videtur emittere, quibus vndequaque sepia, ipso Olympo bellum videtur inferre; at tunc tunc

18. Superbi ex se extorbantur, dejiciũtur, & cur.

1. Reg. 18. num. 7.

19. Superbia quam dementis honorem aucupans ex ipsis, quos despicit.

Chrysost.

1. Reg 16. num. 22. Ibid. c. 17. Psal. 55.

Abulens.

Pfal. 5. num. 12.

20. Superbi semper aut exterius aut interius per miserè cadunt.

21. Superbia est peccatum & timul peccati pœna.

Pfal. 5. num. 5. Felix Prat.

Iul. Capitol.

Pfal. 72. num. 5.

Tertull.

22. Superbus tunc deiectus quando amplius elatus.

Pfal. 24. num. 24.

conterantur, quando ad maturitatem segetes deflectantur, sic superbi aristis similes, tunc prorsus conterentur, quando amplius contra cælum velut aristæ eleuantur: Nam vt benè Gregor. lib. 16. Moral. cap. 15. *Superborum*, ait, *carnalis gloria, dum nitet cadit, dum apud se extollitur repentino interruptis fine terminatur.* Pulchrè hoc vltimum, tunc interrumpuntur, quando amplius extolluntur, imò quando inter se superbi vnici (aliàs dissiti) ad vltimum electorum procedunt excessum: Nam vt eleganter idem Gregorius lib. 17. cap. 16. ideo superbi aristis comparantur, quia licet ex eadem natura omnes, sicut aristæ ex spica, tamen inter se per inuidiam semper sunt dissiti, non secus ac spicæ aristæ; *Hæ conuncta in spica prodeunt*, ait Sanctus, *sed crescendo paulisper à se rigidæ & hirsutæ distinguntur*, vnde sic sequitur Sanctus, *Superbi naturæ sibi communione coniuncti sunt, sed contra se vicissim crescendo diuiduntur, alius quippe alium despicit, & alter in alterum inuidiæ facibus ignescit, sed bonorum vitæ vnanimiter affligunt, aduersum se quidem diuisi sunt, sed tamen concorditer grana deorsum premunt*; At tunc tunc exarmentur, tunc confringentur, & tunc quamam ad iudicij maturitatem decollantur: hoc quippe animaduerto in superbo illo Holopherne, sic superbus, vt vix audito quod ad defensionem filij se præparassent Israël, *de furore nimio exarsit in iracundia magna*, Iudith. 5. num. 2. Immo audiens Achior Dei potentiam prædicantem, contra ipsum indignatus solum Nabuchodonosorem deum affirmauit vniuersæ se esse terræ, sic securus de victoria, vt ipsum ad inimicos remiserit Achior, vt simul cum illis interiret, *Quando percusserimus eos*, air cap. 6. num. 3. *fient hominem vnum; tunc & ipse cum illis gladio Assyriorum interibis*, sic suis vallatus aristis, sic etiam istæ erectæ ad populum Dei internecionem, vt in vltimam elati superbiam talem de eis despectum conceperint, vt veluti mures eos æstimarent. *Intrate, & excitate illum*, cubicularij dixerunt, *quoniam egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium*, Cap. 14. num. 12. En quàm elatæ aristæ, en quàm in altum erectæ, nunquidnon ipsi empyreo bellum indicere videbantur, sic illi Hebræos coarctauerant, vt pene enecati, timore sic obstupefacti, vt velut mures in cauernis, ipsi è contra Gigantes, & ipse superbus, sic erectus, sic altus, vestotus fulgens auro, gemmisque iamiam se præcepisse, se cælum inuolasse præsumerent; at quid tunc *repentino interruptus fine*, vt aut Gregorius, & ad superbiæ maturitatem peruentus, sicut arista contractus, sicut spica decollatus ad confusionem ipse, ad confusionem per ipsum suus reseruatus Rex: nam truncus eius in sanguine iacens inultus, exclamauit fortiter *Vagao* Eunuchus, *Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor.* Pende verbum *confusionem*, non dixit illusit, non decepit, non virtutem occidit Nabuchodonosor, sed fecit confusionem, vt intelligas propriam superbiæ effectum esse confusionem, hominemque despicabilem iecisse ipsa despicabilis, & Deum sic armare, vt omnes vires congerat ad superbiam decipiendam, contemptibilemque reddendam, vnde non tantum Holophernem decollauit, vt populum liberaret, quantum vt suam contemneret superbiam, plus contra istam se armans, quam in populi tui defensionem, quod signanter venerabilis explicuit Iudith dum Achiori cap. 13. num. 27. *Ecce caput Holophernis, qui in conspectu superbiæ suæ num. 25. Deum Israël contempsit.* Pende sententiam, ipse Deum contempsit per superbiam, & Deus in superbiæ contemptum ipsum decollauit.

Immo tale Deus contra superbiam olim concipit, vt antequam superbum acredat, iusto tuo vult iudicio, vt prius in languoribus sit magnis, in confusionibus intimis, vt non sic quandoque humilis excelsus, & honoratus; at quàm superbus despectus, & ignominiosus; quis in mundo Ioa honoratior, dum Deo subiectus regnum gubernauit Israëlis; nullus enim ex antiquis tale nomen religionis, ac pietatis, ac ipse acquisiuit; delubra diruendo, templum instaurando, sacrificia offerendo, omnia egregiè gubernando, ac proinde subditos in omni habuit obedientia; at quid mortuo summo Iodada sacerdote, quem nutrierat, 2. Paralipom. 24. num. 17. *Ingressi principes Iuda ipsum adorauerunt*: Hebræi in Seder olam affirmant verè hos illum adorasse, ac ipsum pro Deo se voluisse haberi; hinc tali lenitus adulatione eis acquiescens, *Templum dereliquit, lucis, & sculptilibus seruiuit*; sic in superbiam elatus, vt Zachariam sanctissimum Iodadæ filium non sustinens reprehendentem occiderit; at quid ipse occisus: Sanè à seruis suis, sed nunquid illico nequaquam, sed prius in vilissimas iniectus angustias ab Nazaële Rege Syriæ oppressus, & vt illum à se auerteret, totam ipse hausit Hierusalem cum Dei templo, ac Regia domo omnes prorsus Nazaël thesauros tribuens, 4. Reg. 12. num. 18. *Tulit omnia sanctificata, quæ consecrauerant Iosaphat, & Ioram, & Ochosias, & quæ ipse obtulerat; & vniuersum argentum quod inueniri potuit in thesauris templi Domini, & in palatio Regis, misitque Nazaëli Regi Syriæ.* Sed quid: nunquid hoc sufficit? Audi Dei sententiam, & obstupesces, 2. Paralip. c. 24. non solum Assyrij, & si pauci inuitum eius debellauerunt exercitum, sed in ipsum signanter aduertit scriptura quod *ignominiosa exercuere iudicia, & abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis.* Pendo ly *ignominiosa iudicia*: Hebræi dicunt hæc fuisse filiorum mortes ante eius oculos; non placet Lyran. & meritò; nã filios reliquit, sed iudicia eius fuerunt plagæ, nam vt affirmat Abulens. 4. Reg. c. 12. qu. est. 19. Syrij cæperunt Ioas, qui ab Hierusalem exijt pugnaturus eum eis, & ipsum ignominiosè tractarunt; sic vt licet se redimisset argento, & auro, aeper hoc non ociosus, & Hierusalem reuersus, tamen sic malè habitus, vt vsque ad mortem in languoribus esset magnis, sic Deo superbiam percutiente, vt ficùtait Cassianus lib. 12. c. 11. *Qui tumida elatione cordis inflatus exuit turpissima confusione vestitur, & deludendus.* Ergo occidúntur superbi, sed non statim: nam prius hic, & in hoc mundo vbi se extulerit, vult Deus vt pœnã luant ignominiæ, ac cõfusionis, vt videas quàm sit certa tela semper superbiam confusione parere, & ignominiam.

Hinc non quomodolibet eorum cælus, sed fœculentus, malè oler, semper fœret, cum proprius superbiæ effectus sit, semel in animam

Gregor. 25. Inter se, discordes, solum ad sanctorum depressiones vnus.

Iudith 5. num. 2.

Ibid. c. 6. num. 3.

Ibid. c. 14. num. 12.

24. Deus ad cõfundendos superbos se armat.

25. Superbi ante mortem in afflictionibus, & defectionibus inclusum magnis.

Abulens.

2. Paral. 24. n. 17.

Cassianus

4. Reg. 12. num. 18.

26. Superbus cælum fœtulentus, &

immissa hominem cadauer efficere, sic vt viuens mortuus sit, ac proinde fœtulentus, hoc equidé considero in verbis illis Isaiæ cap. 14. nu. 11. contra Babyloniorum Regem loquentis, qui superbus, & tumidus in gloria, ac potentia regni confisus super altitudinem nubium volitare pensitabat, ad quem Isaias, *Detracta est ad inferos*, ait, *superbia tua, concidit cadauer tuum*. Pendo ly *cadauer*, cur non corpus quod conuenientius? Aliqui iuxta Septuag. qui pro cadauere *lætitiam* legunt, mysterium referunt ad breuitatem huius mundi lætitiæ, quæ antea mortua, quàm viua, ac proinde ante cadauer, quam corpus vitium. Vnde Greg. lib. 16. Moral. c. 15. *Iniquorum potentia*, ait, *fœni floribus comparatur, quia nimirum carnalis gloria dum nitet cadit*; Benè quidem, sed stando in vulgatæ lectione profundiorem eruo sensum, cadauer nempe dixisse, non corpus; nam de casu superbi loquebatur, qui non corpus viuum, sed per superbiam cadauer fœtulentum in ipsa vita per superbiam emortuum, effectumq; putridum; *deuoret pulchritudinem cutis eius*, dixit ille apud Iob c. 18. n. 13. de impio loquens superbo, *consumet brachia illius primogenita mors*; quid primogenita mors? Pulchrè Greg. lib. 14. Mor. c. 8. ipsa superbia: nam si peccatú mors, ait, non incongruè *primogenita mors superbia valet intelligi*; quę rectè primogenita dicitur, cũ prima sit quæ in vita corpus corrumpit, ac cadauer efficit, antequàm altera occidat, cum semel animam possidens pulchritudinem omnem virtutis in homine deuorat, ac brachia illius, hoc est vt interpretatur Gregor. opera consumit, totum hominem euacuans, & veluti mortuũ reddens, vnde quando postea cadit, nõ excidit tanquam corpus viuens, sed tanquam cadauer mortuum putridum, ac proinde eius casus, vt diximus sunt putridi, ac fœtulenti.

Isaiæ 14. num. 11.

27. Superbia hominem cadauer efficit.

28. Mundi lętitia cadauer. *S. Greg.*

Iob. 18. num. 13.

Hinc quando superba Maria soror Mosis contra fratrem murmurare auxit, Num. 12. fratri se comparare audens, quia superba, sic excidit, vt casus esset fœtulentus, lepra enim infecta, ita acri vt ad momentum mẽdias eius consumpserit carnes, *Ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra*, Aaron Moysi dixit, vt omnes simul scirent non alia pœna superbia plectenda, quàm lepra, quæ putrida, quia peccatum putridum; at quod animaduerto in hoc casu illud est, superbiam sic pœnam superbi, vt contra quos se erigit exaltat, sicut in quibus est humiliat, & cõfundit. En tibi Maria superba, & vana, tota tumida, fratrem despiciens ait, *Num per solum Moysem locutus est Dominus?* at etsi ipsa superba fratrem despexit, & contra fratrem tumida insurrexit, adnotandum nunquam Moses sic à Deo laudatus, nunquam sic laudibus prosecutus nominauit eum fidelissimum *in omni domo sua*, quod non sicut cæteris per enigmata, & somnia, *sed os ad os ei loquebatur*, & vltimo tanquam rem execrandam detractionem tali, tantoque viro reprehendit, ipsamque infecit lepra. Ergo Mariæ superbia ei confusionem, fratri vero exaltationem importauit, vt intelligas, superbiam sic superbum humiliare, vt simul ad maiorem eius pœnam humilem exaltet, ac in cælum extollat. *Nunquam inuenimus*, ait Origenes homil. 7. in lib. Numer. tom. 1. *tantas laudes Deum dixisse de Moyse famulo suo, quantas nunc dici videmus, quando ab hominibus ei derogatum est,*

Num. 12.

19. Superbia deprimit in quo est, exaltat contra quos se erigit.

Origen.

A *videte quid sibi pœnæ intulerint obtrectatores, quidvero illi cui obtrectauerint, quæ fuerunt laudis? sibi turpitudinem, illi splendorem, sibi lepram, illi gloriam, sibi opprobrium, illi magnificentiam quæsierunt.* Nil Origeni addendum, vt pro certo scias fructus superbiæ confusionem, sicut & superbis extitit Pharaonis Magis, qui vt noster affirmat Sapiens, sic confitebantur in tenebris esse, ac cæteri, ad eorummet confusionem, vnde ait. *Nam etsi nihil, &c.*

Num. 10. *Cum sit enim timida nequitia dat testimonium condemnationis; semper enim præsumit sæua perturbata conscientia.*

Num. 11. *Nihil enim est timor, nisi proditio cogitationis auxiliorum.*

F Num. 12. *Et dum ab intus minor est expectatio, maiorem comptat inscientiam eius causæ de qua tormentum præstat.*

Commentum litteræ.

SVpra impios timidos extasse, ac præ timore quasi è vita excidisse dixerat sapiens, nunc eiusdem timoris causam, & rationes affert, malum scilicet conscientiam. Connexio capitis.

Cum sit timida nequitia, &c. Conscia enim sibi delictorum, dum pudet, timet: nam vt benè Socrates apud Platonem in Eutiphron. *Non rectè dicitur vbi timor, ibi pudor, sed vbi pudor, ibi & timor*; Hinc, quia semper sceletum onusta pudibunda secum incedit, ideo semper timida inuenitur, cuius furias, flammas, faces affirmat Cicero 1. & 2. de finib. & orat. pro Roscio, *Esse frandem, facinus, scelus, audaciam, errorẽ, malas cogitationes, amentias animi*, quot peccata, tot flammæ, tot furiæ, tot etiam timores, tot diri accusatores ante propriam conscientiam, *domesticum, & verũ tribunal*, vt magnus ait Nazianz. orat. in plagam grandinis, quodque vnũ solũ ante oculos sẽper habere debemus, si rectũ vitæ iter tenere desideramus, vt egregiè idẽ author oratione de cathedræ Constantinop. affectatione, vbi cordate differens propter hominũ æstimationem nec mala fugienda, nec bona facienda, sed tantum propter proprium conscientiæ iudiciũ ineuitabile, sic ait: *Nec enim tibi magis, quàm mihi ipsi vivo, atque in omnibus rebus rationem, Deique iustificationes in consilium adhibeo, à quibus & plerumque nullo accusante convincor, & multis condemnantibus absolvor; atque hoc vnum tribunal intestinum, atque in nobis ipsis fixum tale est, vt nemo illud effugere possit, quodque vnum ob oculos propositum habere debemus, vt rectum vitæ iter teneamus.* Nil melius; hinc dum à peccato vulnerata, & si foras gaudium, intus tamen dolor, & dolor maximus, cui nullus similis, vnde proclamat Ambros. in Mich. Prophet. sic: *Nullus enim maior est dolor, quàm is, qui peccati mucrone vulnerat conscientiam, neque vllum grauius est onus, quàm peccatorum sarcina, & pondus vitiorum deprimit animam, & curuat vsque ad terram, ne se erigere possit.* Pulchrè, curuat vsque ad terram, similitudo ducta ab animalibus, quæ dum supra vires onerantur, curuantur, decidunt, ita vt se amplius erigere nõ possint, Isaias 46. n. 2. *Onera*

B

C

D

1. Mala conscientia dum pudet timet. *Socrates.*

2. Eius flammæ quæ. *Nazianz.*

3. Propter eius timorẽ malum non faciendum.

Ambros.

4. Peccati pondus vsque ad terram animam curuat.

Isaias 46. num. 2. Oleaſter.

veſtra grani pondere vſque ad laſſitudinem contabuerunt, & contrita ſunt ſimul; vbi Oleaſter, *Fuerunt ſimulachra eorum beſtijs, & iumentis* (ſupple impoſita) *quæ à vobis granata ſunt, onerata onere ad laſſitudinem.* Loquitur enim de Ægyptiorum ſimulachris à Perſis confractis, in iumentis poſtea impoſitis, ſic ipſa grauia, & põderoſa, vt ipſa incuruarentur iumenta vſque ad laſſitudinem, vſque ad defectionem: ſic equidẽ peccatorum ſarcina curuat vſque ad laſſitudinẽ, deprimit vſque ad defectionem, ex quo quid mirum ſi ſic viribus deſtituta, malaq; preſſa conſcientia inter peccatorum faces, turbines, nimbos, ignes, vortices timeat, & contremiſcat? vnde optimè Seneca epiſt. 97. *Tuta,* inquit, *ſcelera eſſe poſſunt, ſecura non poſſunt, ipſas nequitia tenebras timet, proprium eſt nocentium trepidare.*

Seneca.

5. Peccata tuta eſſe poſſunt, ſi non ſecuta.

Dat teſtimonium condemnationis, &c. Græc. B *Dat teſtimonium condemnata*, Græci alij codices, *Proprio teſtimonio condemnata*, alij vetuſti enarratores, *Data eſt in omnium condemnationẽ*, in alijs, *Dat teſtimonium in condemnationem*, omnes in idem reincidunt, & cum ſenſu conſentiunt vulgatæ, cui nunc ſtandum, qui duos poteſt facere ſenſus, & quod conſcientia futuræ pœnæ ſibi ipſi intimat ſententiam, & quod approbet intimatam vt meritam, vtrumque verũ, & quod in re cuilibet eueniet poſt mortem, in ipſo enim inſtanti animæ à corporis egreſſione ipſamet ſibi anima ſui conſcia delicti intimabit ſententiam, & à Deo intimata approbabit, quia vt inquit Hierem, c. 2. n. 19. *Arguet illam malitia ſua, & auerſio ſua increpabit eam, abyſſus innocat abyſſum*, ait Dauid Pſal. 41. n. 8. non malè modernus quidam ex iudicio propriæ condemnationis ad æterni iudicis ſententiam peccator properat, hinc rectè ille, qui aſſeruit mox patrato ſcelere debitæ proferre pœnam conſcientiam culpæ, neminem indemnatum relinquentem.

Hierem. 2. num. 19. Pſal. 41. num. 8.

Prima eſt hæc vltio quod ſe,
Iudice nemo nocens abſolvitur.

Iuuenal. ſatyr. 13.

Semper enim præſumit ſæua perturbata conſcientia, &c. Præſumit, Græca, *aſſumit*, ſibi repræſentat, alij *Præoccupat*, *anticipat*, *præſagit*, *antenertit*, animoque ante capit, ac cogitatione informat grauia mala, malitia ſcilicet, & peccatum commiſſum perturbata conſcientia, vbi in ablatiuo caſu intelligitur conſcientia, quare verus, & germanus ſenſus, *Semper malitia ſuffocatur mala coacta, cõſtricta, compreſſa, & quaſi ſuffocata à conſcientia*; Recole Caïn Geneſ. 4. n. 14. qualia ſua præſagiebat mala nequitia vndique eius compreſſa cõſcientia, coarctata, ſtricta: expende timorem, & fugam Adami, Geneſ. 3. n. 8. *Facinoroſa conſcientia*, inquit Plutarch. de tranquil. animi, *inſtar eſt in anima vlceris in corpore, vtpote quæ pœnitentiam relinquat lancinantem ingiter, perneilentemq; animam*; & in lib. de ſera numinis vindicta, *Malitia*, inquit, *coinquinatum, aſſidnoque ipſam torquentem, ac affligentem geſtat dolorẽ: Quemadmodũ enim flagitioſus quiſque vltimo affligendus ſupplicio, corpore ſuo propriam fert crucẽ, ita improbitas ex ſe ipſa ſupplicium ſibi ſtruit*, Vide Ambr. l. 2. de Caïn, & Abel.

Geneſ. 4. num. 14.

Ibid. c. 3. num. 8.

Plutarch. 6. Conſcientia facinoroſa vlcus animæ.

Nihil eſt timor, niſi proditio cogitationis auxiliorum, &c. Græc. *Nihil enim eſt timor, niſi proditio auxiliorum à ratiocinatione proficiſcentium defectio*, hoc eſt abiectio conſiliorum, mediorũque, quæ cogitatio ſuppeditat, communem reddit rationem timoris iniquorum, deſperationem nempe auxiliorum, amittunt enim omnes prorſus auxiliorum cogitationes, vnde deſperant, notandum verbum Græcum *ἀφορία* eſſe defectionem, ac deſtitutionem earum rerum, quarũ ſpe, & fiducia animus bonorum etiam in aduerſis ſuſtentatur; quæ fiducia, cum deſit improbis metuunt omnia malè ſibi conſci.

A

Optimè adnotat Caſtro quod cum vulgatus dicit, *Proditio cogitationis auxiliorum*, genitiuus cogitationis non regi à nomine *proditio*, ſed ab altero genitiuo *auxiliorum*: nam metus nil aliud eſt, quàm proditio, hoc eſt vt diximus, deſtitutio, defectio, deſperatio auxiliorum à cogitatione oſtenſorum; Quapropter verè omni prorſus deſtituti conſilio inueniuntur ob metum iniqui, vnde ſcitè illud Terentij in Eunuch.

7. Metus effectus proprius auxiliorum deſperatio.

Primus metus adimit conſilium *Terẽtius.*

Hugo & ſi nobiſcum conueniat accipiens proditionem conſiliorum, pro deſtitutione, tamen etiam illud accipit pro manifeſtare, ſicut & Liranus, vnde ait: *Timor eſt proditio, id eſt manifeſtatio cogitationis auxiliorum, id eſt, auxiliorum cogitationis, id eſt ſuſpiriorum, ſingultuũ, & pallo-ris, & terroris, & huiuſmodi, quæ ſunt auxilia ad deprehendendum cogitationes timidæ conſcientiæ, quia in vultu hominis legitur ſincera voluntas, & heu quàm difficile eſt crimen non prodere vultu.* Primus ſenſus verus, & germanus.

Hugo. Liranus.

Et dum ab intus minor eſt expectatio, maiorem computat inſcientiam eius cauſæ, de qua tormentum præſtat, &c. Si pro *inſcientia*, cum Hugone legeremus *potentiam* facilis eſſet huius intelligentia verſus, cum planum eſſet quod Hugo, qui ſic. *Et dum ab intro minus eſt expectatio* (*auxiliorum nempe*) *maiorem computat potentiã eius cauſæ de qua tormentum timoris præſtat*, id eſt præſtans eſt; Vnde eſſet ſenſus, iniquos do auxilijs omnino deſperantes, eo quo deſperant, eo potentiam cauſæ eos affligentes timere, cuius cauſæ timor omni præſtat alio timore. Holkoth, qui non *inſcientiam*, ſed *pœnam* legit facilitèr etiam ſe explicat, iniquos ſcilicet auxilij deſperatos à cognitione ſuorum peccatorũ, hanc maiorem, vtpote cauſam ſuorum tormẽtorum ſibi pœnam æſtimare, quàm ipſamet tormenta, quatenus illis exiſtẽtibus maiora expectant; at quia cum vulgata legendũ firmiter, planè ſenſus mihi redditur obſcuriſſimus, afferã quid alij dicant.

Hugo.

Primus, Caſtro exiſtimat ſenſum eſſe maiorem cruciatum præbere ignorantiam cauſæ cur quis cruciatur, quam deſperationem euadendi malũ quod timet, vnde ſic ait: *Vulgati lectio hunc præbet ſenſum, dum minus expectatur ratio euadendi malum quod timetur, maior exiſtimatur cauſa ignorata præſentis quod cruciat mali*; at quomodo hoc cum antecedentibus quæ dixerat ſapiens conueniat, non video.

Idem.

Hoc ipſemet non contentus alium addit ex Græca lectione, nempe metum mali venturi, ſupple ſciti, minorem eſſe, quam malum ignoratum, quod reipſa venturum eſt, & magis cruciat, quàm res ipſa, vel cauſa præſens cruciamenti, hoc totum verum; ſed ſi ad Ægyptios ſapientis ſententia referenda, iſti & ſciebant cauſam ſui mali, & afflictionis, & actu patiebantur malum, vnde de futuro malo nullum concipiebant timorem, cum iam præſens eſſet.

Tertiò, nec hoc contentus alium adhibet, quẽ

veriorem affirmat, nempe dum expectatio ſpei euadendi à malo venturo minor eſt, homo qui timet, maiorem putat ignorantiam, hoc eſt maius ſuſpicatur malum ignoratum, quod futurum eſt, cauſa quæ actu ipſum cruciat, addiditque hanc ſententiam addiduſſe ſapientem ad declarandam præcedentem; mihi è contra videtur, ſcilicet ad implicandam, ignoro penitus quid ex hoc eruat Caſtro, vel intelligat, nec quomodo hæc ſit declaratio prioris ſententiæ.

Lorinus. Lorinus affirmat ſenſum eſſe, animum ſcilicet malè ſibi conſcium, dum ſe videt auxilio deſtitutum, ea quæ in ſe ventura ſunt mala longè maiora, quàm prius exiſtimauerat ominari, timetque grauiora quàm actu patitur ſubiturus ſupplicia, confer hæc cum verbis vulgati, & vide ſi conueniant, ego prorſus ignoro.

Clarius. Clarius alium addit ſenſum, quem & ex illo affert ipſemet Lorinus, priori fortitan non factus ſatis, qui ſic: *Vbi in interiori cogitatione minus cogitatur aliquod malum, fieri tunc ignorationem eius cauſæ, qua tormentum præbet, hoc eſt magis prodi ignorantiam, vndenam proueniat malum, quod expertus ſit aliquis, & continuo abijt, ac ne rediret timetur, qualia ſpectra quæ ſubinde veniunt, abeunt, redeunt.* Hæc ſententia ſupponit aliquem paſſum fuiſſe malum, ignoraſſe cauſam, malum abijſſe, timere reditum; totum eſt ad ſenſum proprium, non ſapientis.

Quid inter hæc ſentiendum prorſus ignoro? niſi à diuinando dicam, quod ſi poteſt dari Ægyptios cauſam ignoraſſe mali, ſeu quod verius puto ſapientem non ad Ægyptios reſpexiſſe, quando hæc dixit, ſed tantum ad ipſam timoris eſſentiam, de qua tractabat; primus Caſtri ſenſus eſt me iudice legitimus, nempe timentem, dum omnino deſperat mali exitum, & cauſam ignorat eius, amplius ex hac ignorantia cruciari, quam ex ipſo quod patitur malo, vnde ſic litera debet conſtrui, *Et dum ab intus minor eſt expectatio*, auxilij nempe, ita vt omnino quis deſperet euaſurus malum, quod timet, ſeu quod patitur. *Maiorem computat inſcientiam eius cauſæ*, nempe afflictionis, de qua tormentum præſtat, id eſt ob quam tormentum ſoluit; hoc equidem in ſe conſideratum veriſſimum eſt, multoties enim, amplius cruciat ignorare cruciatus cauſam, quàm ipſemet cruciatus, cum ſcire pœnæ dignitatem, neſcio quid conſolationis, neſcio quid affert quietis; at terribiliter cruciari à potente, & cauſam penitus ignorare, nil ſibi homo conſcius mors eſt, & animę intimior dolor; hinc ſuis Deus, quando eos cruciat, vt hunc extremum adimat timorem eos præuenit, tribulationeſque dicit, ſic Paulus Act. 20. num. 23. *Proteſtabatur ſpiritus quod vincula, & tribulationes Hieroſolymis illum manerent*, & rurſum cap. 9. num. 16. *Ego oſtendam illi quanta oporteat illum pro nomine meo pati*, notandum illud *pro nomine meo*, exhibuit cauſam tribulationis, vt ignorantiam tolleret cauſæ, ne plus exilla, quam ex ipſa cruciaretur paſſione. Quæ hic dicenda de malæ timore conſcientiæ, de eiuſque tormento diximus in 1. tom. homil. 88. quomodo autem peccatum comitatur pauor, diximus ſuprà homil. 89.

Act. 20. num. 23. Ibid. c. 9. num. 16.

Num. 13. *Illi autem qui impotentem verè noctem, & ab infimis, & ab altiſſimis inferis ſuperuenientem eundem ſomnum dormientes.*

Num. 14. *Aliquando monſtrorum exagitabantur timore, aliquando anima deficiebant traductione; ſubitaneus enim illis, & inſperatus timor ſupervenerat.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

DE diritate plagæ cum dictum, nunc de eius vniuerſitate, & quomodo omnes ſimul nemine excepto attingebat Ægyptios, quod vſque ad finem proſequitur capitis; verè terribilis, & ſuprà reliquas debuit hæc eſſe plaga, dum in ea totum abſumit Sapiens caput, quod non in cæteris; in his ergo verſibus nunc generaliter affirmat ſomnum diris, & feris in omnibus fuiſſe corruptum viſionibus, noctémque illam ſimilem prorſus inferni nocti extitiſſe, vnde ait:

Illi autem qui impotentem verè noctem, &c. ab antiquis variè hoc legebatur; Alij *qui potentem verè noctem*; Alij *qui in potente illa nocte*; Alij vt Holkoth, Bonauent. Liran. Carthuſ. *qui in potentem venere noctem*, quaſi in idem reincidunt, vocatur nox impotens tum quia reddebat Ægyptios impotentes, vt Hugo, tum quia vitari non poterat, nec illuſtrari, vt Cătacuz. tum quia ab impotentis Plutonis receſſibus, vt Lorinus, tum etiam quia à nimia eius potentia, qua omnes ineuitabiliter opprimebat ſic poterat appellari, ſic Caſtro; Vnde infernus ipſe impotens dicitur, hoc eſt nimis potens, impotens ſcilicet ad non cruciandum.

Holkoth. Bonauent. Liranus. Carthuſ. Hugo. Cantacuz. Lorinus. Caſtro.

Et ab infimis, & ab altiſſimis inferis ſuperuenientem, &c. Græca, *Et ex impotentis inferni ſpeluncis ſupernenientem*; Hugo per infima, & alta, peccata ſentit deſperationis, & præſumptionis, vel per infimas fumoſitates terræ de ſubtus venientes, per altiſſima defectus luminis deſuper exiſtentis, ſic etiam Holkoth, primus ſenſus moralis, ſecundus ferri poteſt; literalis tamen eſt Lorini, infimum ſcilicet, & altiſſimum eſſe ſynonima, nilque aliud ſignificare niſi profundiſſimũ; vnde ſenſus, ſic illam fuiſſe noctem, vt à profundiſſimis diceres veniſſe inferis.

Hugo. Holkoth. Lorinus.

Mira exaggeratio tenebrarum, vt ortæ dicantur ex ipſis inferni tenebris, de quibus nos ſuprà, vbi vt rectè Lorinus, dum ab inferno eas ſuperuenientes facit, tacite innuit tenebrarum proprius locus infernus, vnde ille,

Virgil. Æneid. 6.

Vmbrarum hic locus eſt, inquit, noctiſque ſopore.

Eundem ſomnum dormientes, &c. Hugo per ſomnum noctem intelligit, vel ipſas tenebras omnibus communes Ægyptijs; verius illi qui de ſomno intelligunt, à quo ſe Ægyptij à tenebris inuitati continere nõ poterant, tam in pacate illũ ferre nõ poſſe ob id quod ſtatim ſubdit, nẽpe:

Aliquando monſtrorum exagitabantur timore, &c. Græca, *Partim monſtris exagitabantur phantaſmatum*; En cauſa, cur quiete dormire non poterant; ab horribilibus enim inquietabantur viſionibus, de quibus ſuprà nu. 4. ſed etiam alia erat, & peior cauſa, quam ſubdens ſequitur:

Aliquando anima deficiebant traductione, &c. Græca, *Aliquãdo anime diſſoluebantur defectione*, Hugo, cæteriq; veteſti Latini, per animæ traductionẽ, vel mortem intelligunt, vel in infernũ traductionem, vel infamiam, quaſi in illam per

Hugo. Carthuſ. Bonauent.

nimium redacti timorem; verus sensus est Car-
Carthus. thus. per traductionem intelligi vitium debilita-
tionem, vel deliquium vt alij, vel timorem iam
Bonauent. iam imminentis mortis, vt Bonauent. Ergo om-
nino erant infelices, siue dormientes, siue vi-
gilantes, cum dormientes horribilibus crucia-
bantur visionibus, vigilantes animi deliquio,
defectione vitium, instantis mortis apprehensio-
ne: En quam infelix est peccator, siue dormiat,
siue vigilet; de qua re nos in 1. tom. hom. 59. En
quam terribilis Deus, quando vt inimicus pu-
nit, de qua re vide sup. hom. 51.

Subitaneus enim illis, & insperatus timor superuenerat, &c. Græca, *inexpectatus, & impromissus*, ex tempore enim se tenebris obuolui circumspexerunt, nil tale sperantes.

Num. 15. *Deinde si quispiam ex illis decidisset,* B
custodiebatur in carcere sine ferro
reclusus.

Num. 16. *Si enim rusticus quis erat, aut pastor,*
aut agri laborum operarius praeoccupatus
esset, ineffugibilem sustinebat
necessitatem.

Num. 17. *Vna enim catena tenebrarum omnes*
erant colligati, sine spiritus sibilans, aut inter
spissos arborum ramos anium sonus suauis, aut
vis aquae decurrentis nimium.

Num. 18. *Aut sonus validus praecipitatarum*
petrarum, aut ludentium animalium cursus
inuisus, aut mugientium valida bestiarum
vox, aut resonans de altissimis echo, deficientes
faciebant illos pra timore.

Commentum literæ.

Connexio capitis. QVanta communis omnium fuerit miseria, quámque extensa in carcere reclusio tene-
brarum exemplis' operosorum confirmat homi-
num, vt inde quisquam generalem prorsus om-
nium fuisse reclusionem, tormentum, pœnam
præsumat, ait ergo.

Deinde si quispiam ex illis decidisset, &c. Græca, *Quicumque tandem erat ibi decidens,*
Liranus. Liranus pro decisione intelligit casum in fo-
Hugo. ueam, seu terram, sicut etiam & Hugo, & alij;
Lorinus. verus sensus est Lorini, & Castri intelligi angu-
Castro. stias, & timores, in quos insperate ceciderant,
immobiles in loco, in quo tenebræ eos com-
prehenderant permanentes, vt mox subdit
dicens:

Custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. Græca, *Custodiebatur in inferratum carcerem*
inclusus, defectione ex timore profecta; non ex-
ternis indiget Deus adminiculis, vt aliquis re-
cludatur, sufficit vt velit, quæ eius est omnipo-
tentia, ideo vnice timendus.

Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri
laborum operarius praeoccupatus esset. Vt genera-
les probet fuisse in omnes tenebras, operosorum
adhibet exempla, vt diximus, & primo rusticos
ponit, hoc est agricolas terram colentes, rure ha-
bitantes; quàm sint hi laudabiles, ac eorum ars,
Aristot. agricultura scilicet, vide Arist. 1. Oecon. cap. 2.
Eccles. 5. num. 8. hinc Salomon Eccles. 5. num. 8. quasi quod ma-
gnum regi dat, quod imperet *fermenti*, hoc est
vt multi volunt *agricolis*, cum ipsa terræ cultu-
A ra non nisi à seruis exerceatur; Vnde operari, &
agrum colere seruire est, Genes. 3. num 12. & 23. *Genes. 3. num. 12. & 23.*
Leuit. 25. num. 40. & alijs locis, vbi de arando, *Leuit. 25. num. 40.*
& colendo terram sermo est, nomen serui, & ser-
uitutis ad agricolas, & colonos refertur in sacro
sermone; ait ergo Salomon, *Est insuper vniuersæ*
terræ Rex imperat fermenti; Quæ verba expli-
cans paraphrastes Chaldæus sic ait: *Laudabi-*
lior est terra cultura super omnia, quoniam in
tempore quo filij regni, & Rex habitat in vrbibus
à facie illorum, si ille Rex non habet frumentum
ad comedendum sit seruus subiectus viro agricol-
æ; immo apud Costum sic legitur, *Omnino verò*
omnes agriculturæ dignitate antenerit; si autem
regni incolæ defecerint, & Rex oppido inclusus
illis deditionem fecerit, cum iam commeatus, &
frumentum deest homini agricolæ venundabitur,
& huius seruitutem subire cogetur. Quid præ-
clarius de agricultura dici potuit? Hinc verè di-
uitiæ quæ ex agris, & summum bonum agello
esse contentum, vnde Fonteius. *1. Agriculturæ quàm laudabilis, reliquæ digna.*

Hoc summum dat terra homini si pinguis *Fonteius.*
Agellus,
In victum tibi qui possit satis esse colenti
Contigerit bonitate Dei, & nil amplius optas,
Tu planè Rex, & Regibus felicior ipsis;

Vnde Campensis in hunc Salomonis locum sic *Campensis.*
habet: *Summum quod terra homini præstare po-*
test, est Agellus aliquis, qui colenti eum satis esse
possit vt ex eo vivat, & cui ille contingit, & eo
contentus est, is planè Rex est; Sed de agricultu-
ra satis.

Rusticos ergo primo ponit noster Sapiens, *Varro.*
C deinde pastores, quorum ars non agriculturæ *2. Pastoritia ars præclara.*
inferior, quinimmo superior, sic Varro lib. 2. de
re rustica cap. 1. affirmans, *Summum gradum na-*
turalem fuisse, cum alerentur homines ijs, quæ
terra nullo imperante, & nullis sarcia vulne-
ribus, aut pulsata rastris vltro prouenaret; ex
hac vita postea ad secundum homines gradum
esse progressos, pastoritiam videlicet vitam, vt
qui prius ex arboribus, virgultisque glandem,
arbutum, poma, & mora decerpsissent metus
causa, eandem deinde vtilitatem à syluestris ani-
mantibus captis, & manuefactis peterent; tertio
demum gradu à vita pastorali ad agricolationem
homines transisse. Vide Philonem in vita
Mosis de pastoritiæ artis laude; post hos agri la-
borum operarios ponit, placet Castro, qui per
hos ligni in syluis cæsores intelligit; Græcè enim
D est, *aut in deserto operarius laborum*, vt nemi-
nem prorsus ex hoc tenebras videatur effugisse,
non agricolam, non pastorem, non denique ete-
mi cultorem, & qui illic ligna cędebat; mirum,
& maximum, si benè perpendas, sic omnes
in Hebræorum tyrannidem consenserant, vt
neminem innocentem, neminem quem non
castigaret iustitia inuenerat diuina, sic Regum,
sic procerum peccata populos ad se attrahunt,
vt ipsis peccantibus nemo ex populo immunis
reperiatur.

Ineffugibilem sustinebat necessitatem, &c.
Græc. *inexstabilem.* Parcarum, quæ sunt in-
exorabiles, matrem fingunt necessitatem, sic
Plato lib. 10. de Republic & in Acro Corintho *Plato.*
sacellum necessitatis, & violentiæ fuisse refert *Pausan.*
Pausanias in Corinthiacis, Trismegistus in As-
clepio indiuiduè copulabat fatum cum necessi-

Digitized by Google

tate, quam ab illo non distinguebant, teste Plutarch. lib. 2. de placit. Philosoph. Democritus, Parmenides, & Epicurus, vnde dictum Simonidis, *Necessitati ne dij quidem repugnant*; hæc ex Lorino, vide reliqua apud ipsum. *Plutarc.*

Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati, &c. In superioribus sæpè dictum, tenebras catenas dictas, quatenus immobiles reddebant Ægyptios, non secus ac si catena stringerentur ferrea, in qua non secus extabant, ac si moribundi, ac spiritu veluti deficientes, ob quæcumquè sine suauia, siue terribilia, quorum exemplum subdens ait:

Sine spiritus sibilans, &c. Flatus, non venti, sed auræ leuis.

Auium sonus suauis, &c. Verè ex Ægypto dimissi Hebræi, quo maximè tempore auium concentus, inter quos luscinia se extollit, & præcipuè vbi montes, vbi limpidæ resonant aquæ, vide Plin. lib. 10 Aristot. de hist. animalium cap. 49. Vlissem Aldrouandum lib. 18. Ornithologiæ cap. 2 & Lorinum hîc. *Plinius. Aristot. Vlisses.*

Vis aquæ decurrentis nimium, &c. Græca, *Rithmus, & concentus aquæ euntis vi, currentis impetu, & violente*, de strepitu accipitur vehementiore aquarum; *sonitum* vertit Vatabl. aquam nimium dixit interpres decurrentem; nam vt rectè Lorinus nec sonitus edi violenter, atque ad numerum potest nisi copiosè fluat aqua. cuius cursus obseruatus à Etisibio teste Plin. lib. 7. cap. 37. ex illo varium sonum hidraulicum inuenit, sic sonorum, modulatumque, vt non aërem, & aquam, sed hominè elicere diceres, testis ego, qui apud Estensium horros Tiburtinos, & Pontificum in Quirinalibus sæpè audiui; quod ad vnitatem animæ probandam, dum & si in multis membris, vna tamen eleganter describens Tertul. de anima cap. 14. sic] ait: *Spectа portentissimam Archimedis munificentiam, organum hidraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia sonorum, tot commercia modorum, tot acies sibiarum, & vna moles erunt omnia, sic & spiritus qui illis de tormento aquæ anhelat, non ideo separabitur in partes, quia per partes administratur, substantia quidem solidus, opera vero diuisus.* Quid elegantius? at hidrauli sono Delphinos mulceri affirmat Plin. lib. 9. cap 1. *Delphinus non tantum hominis amicum animal*, ait, *verum musica arte mulcetur, symphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli sono.* Vis ergo aquæ, & sonus inde editus potius concentum exprimebat ad delectationem magis quàm ad terrorem, & tamen non inde gustum hi miseri, sed animi carpebant deliquium, vt videas etiam suauia insulsa peccatoribus, & amara. *Plinius.* 3. Hidrauliū quis inuenit. *Tertul.* 4. Animæ vnitas ex Hidraulio ex Tertulliano probatur. *Plinius.* 5. Ab eius sono Delphini mulcentur.

Sonus validus præcipitatarum petrarum, &c. Leuibus, vt diximus grauiores admiscet author sonos, qualis rupium defractarum ab altis excisarum montibus, quæ dum præcipites ruunt, reboant horribiliter.

Ludentium animalium cursus inuisus, &c. Græca, *Lasciuientium, & saltantium animalium cursus visum fugiens*, non solum, quando quis in tenebris, sed etiam si in die ob nimiam celeritatem.

Mugientium valida bestiarum vox, &c. *Rugientium sanissimarum bestiarum vox*, Iansen. *vlulantium*, vti luporum, leonum, similiumque animalium.

Resonans de altissimis echo, &c. Græca, *contra replicata ex cauitate montium echo.* Vbi cum Lorino notandum, altissimum hîc accipi pro profundissimo, cum ad echum formandum non altissimus mons, sed profunda requiratur concauitas, à qua repercussa voce vltimos reddat sonos, vnde rectè Euodius echum appellat *Imitatricē sermonis, vocis fœcem, verbi caudam*, vide Arist. lib. 2. de anima Comment 8. vbi de formatione echi, & quid sit, affirmat enim esse iterationem soni, conseruando figuram suam, & fit ab aëre percusso, & sonante cum reflexione ad aliquod obstaculum maximè concauum; optimumque est exemplum in aqua, de lapillo in ipsa iniecto: nam si lapillus proijciatur in aquā fiunt multę circulationes, & minor circulus pellendo causat maiorem, & ille alium, & sic deinceps donec deficiat virtus primi pellentis; at si circulationibus occurrat aliquod obstaculum non deficiente primi pellentis virtute repercutiuntur, & fiunt circulationes versus locum, vbi prima percussio facta extitit à lapide; sic in echo vox multiplicata per aërem concauum inueniens, dum vltra procedere non potest virtute adhuc primi mouentis, seu loquentis non deficiente repercussa eadem prorsus figura ad loquentem reuertitur. *Euodius lib. 4. 6. Echus quid, & quomodo fiat.*

Deficientes faciebant illos pra timore, &c. Græca, *dissoluebant illos deterrentia.*

Hi septem soni applicantur ab Hugone septem capitalibus vitijs; *Septem tangit*, ait, *per quæ significantur septem vitia capitalia: spiritus sibilans, est inanis gloria; animæ sonus accedia, quæ sæpè anes, id est religiosos infestat; vis aquæ decurrentis nimium est luxuria; sonus validus petrarum ira; cursus ludentium animalium inuidia; mugientium valida vox gula; resonans echo anaritia.* Bonauent. autem per hos septem sonos, septem alia intellexit, quæ ad peccatum concurrunt, diaboli suggestionem, occultam cogitationis delectationem, consensum in perpetratione peccati, exteriorem operationem eius, prauam consuetudinem, apertam de illo gloriationem, delectabilem peccati recordationem, vide apud ipsum. *Hugo.* *Bonauent.*

Num. 19. *Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur.*

Num. 20. *Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ supernumerarij illis erat, ipsi ergo sibi erant graviores tenebris.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

Dixerat generales fuisse in omnes Ægyptios tenebras, nunc quomodo speciales illorum, toto existente in luce præter ipsos mundo, vnde ait:

Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, &c. Extra Ægyptum scilicet, & in Ægypto, vbi habitabant Hebræi, vt suprà diximus.

Et non impeditis operibus cōtinebatur, &c. Hoc

Digitized by Google

eſt occupabatur: nam illuceſcente ſole quilibet ad opus exibat ſuum.

Solis autem illis ſuperpoſita erat grauis nox, Græca, *ſuper extenſa*, ſeu vmbraculum, velumve.

Imago tenebrarum, quæ ſupernentura illis erat, Græc. *Imago quæ illis erant ſuperuentura tenebrarum*, quarum tenebrarũ exteriores iſtæ tenebræ eſſent imagines quæritur? Aliqui internarum cum grauiores patiebantur tenebræ interius timore perculſi, quàm erant externæ; alij peccatorum quibus obſtricti tenebantur; alij inferorum ad quas deſtinabantur, quorum ſentẽtia verior; hinc tria paſſos genera tenebrarum

Lorinus. Ægyptios affirmat Lorinus, quod deſumpſit ex

1. Ægyptij quot genera paſſi ſunt tenebrarũ. Holkoth, materiale, ſpirituale, gehennale; materiales tenebræ fuerunt in aëre; ſpirituales in mẽte, quæ peccata; gehennales ad quas properabant cuius illæ figuræ, quæ tunc patiebantur infelices, dum de tenebris ad tenebras ambulabant, non quidem temporales, ſed æternas; ob quatuor affirmat Holkoth peccatum tenebris aſſimilari, ob deceptionem, obſtupefactionem, languorem, torporem, quæ omnia tenebris conueniunt Ægyptijs. Vide apud ipſum; tenebras ergo nunc imaginem tenebrarum inferni appellauit noſter Sapiens, quia vt inquit Hugo,

2. Peccatum tenebris cur aſſimiletur.

Hugo. *præſagium erant futuræ damnationis.*

Idem. *Ipſi ergo ſibi erant graniores tenebris.* Hugo, *Ipſi erant ſibi cauſa ſpiritualium tenebrarum, quæ graniores ſunt*, Caſtro ob peccata, & culpas ſibi ipſis erant grauiores, quàm ex tenebris, ſic etiam Lorinus, qui ſenſus verus; nam nullum peccatori ſic graue onus, quàm ipſe ſibi, vt mox dicemus.

HOMILIA XCVIII.

Peccator ſibiipſi onus graue.

ENimuero ſi quæ de tenebris illis Ægyptiorum protulerit Sapiens attente conſideraueris, dum eas appellat horrendas, denſiſſimas, terribiles, earum quæ in abyſſo imagines, ignibus, monſtris, laruis, ſpectris, ſerpentum ſibilis, animalium rugitibus, montium decidentium fragoribus, nimbis, ventis, ac Vulcanis intermixtas, ſic vt ex earum perpeſſione, non ſolum obſtupeſcerent, ſed præ timore ſiccarentur homines, verè totus horreſces; at amplius mea ſententia, ex vltimis eius verbis, dum affirmat Ægyptios peccatores *grauiores ſibi illis eſſe tenebris.* Mirum, & admirandum argumentum, vnicum propè, & ad probãdum indicibile peccati onus, quo peccatores grauantur ſingulare; ergo ne plus ſibi onus peccator, quàm tenebræ illæ, quã monſtra illa, quàm ignes, quàm montium ruina? plus amice: nam hæc omnia extra illum ſunt; at peccati onus intus; hinc ipſe ſibi plus onus, quàm tenebræ illæ, ob quod tanquam vltimum malorum omnium peccatori Deus hoc minatur ſupplicium, nempe ipſi non aliud extrinſecum ſtatuere, ſed ſemetipſum tanquam onus importabile. vnde per Regium vatem Pſal. 49. num 21. *Exiſtimaſti iniquè, quod ero tui ſimilis, arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Pendo vnde huic talis cogitatio Deum ſcilicet ſibi eſſe ſimilem? Sanè, quia ad peccata ſua, ſceleraque inſani-

1. Peccatori onus importabile ſe ante ſe proſpicere. *Pſal. 49. num. 21.*

ta tacentem illum vidit; *Hec feciſti, & tacui? tacui per ſummam bonitatem, ac patientiam*, ait Chryſoſt. in hunc locum; at quid iniquius per illam? nihilo melior effectus reputauit quod per approbationem, illis delectatus, *Tu autem*, ait Chryſoſt. *non ſolum non mutatus es, nec pudore ſuffuſus, ſed me etiam, qui longa patientia vſus ſum, exiſtimaſti non hæc ferrem propter patientiam, ſed propterea quod nollem hæc caſtigare, & quod ea, quæ à te ſic aut non agi è ferrem*; Quid ergo Deus ob infandam talem cogitationẽ, *arguam*, inquit, hoc eſt rationes opponam, quibus iure te conuincam; at quæ iſtæ? *ſtatuam contra faciem tuam*, duplicem hæc verba patiuntur ſenſum, & ambo ad rem noſtram ſatis?

2. Vnde cogitat Deum ſibi eſſe ſimilem. *Chryſoſt.*

Primus eſt *ſtatuam*, hoc eſt me ipſum ex aduerſo ponam; ſtatuere enim in ſacris libris pene forenſe eſt verbum, quatenus qui alterum in iudicio accuſabat ex aduerſo ſtare, aut ſedere ſolebat, vnde 3. Reg. 21. iubet Ieſabel, vt ſedere faciant accuſatores aduerſus Naboth, vt cum falſi criminis accuſarent; vnde Iob cap. 33. *Si potes reſpondere mihi, & aduerſus faciem meam conſiſte*, hoc eſt te oppone, & è contra ſta; ſic nunc Deus ad opprimẽdum ad conuincendum peccatorem, immo ad eum diſrumpendum; vt ſic dicam, contra illum ſe per acutiſſimam apprehenſionem ſtatuet, vt ex aduerſo tanquam in ſpeculo illo limpidiſſimo, ſuam cernens peccator fœditatem, turpitudinem, obſcenitatem, deformitatem onere ſuæ malitiæ oppreſſus crepet; & ſecundo etiam, vt ex ſplendoribus illis diuinis apprehenſis ſuæ oppoſitis obſcuritati amplius crucietur: Deus enim hominis ſpeculum eſt limpidiſſimum, lucentiſſimum, ſic homines repreſentat, quales iſti in ſe, elegantes ſi elegantes, turpiſſimos ſi turpes, non mutat ſpeculum effigiem, illam tibi referet quam tu oppones, ſic Deus diuinum, ac ſummum ſpeculum te repreſentabit tibi oppoſitus, non qualis ipſe in ſe, ſed qualis tu in illo; quod pulchrè dixit Agapetus diaconus ad Imperatorem Iuſtinianum in orat. parænet. num. 23. tom. 6. Biblioth. patrum ſuadens illi, vt talem ſe erga ſubditos præberet, qualem erga ſe Deum vellet; *Talem te præſta tuos erga famulos, qualem optas erga te Deum eſſe, prout enim audimus audiemur, & vt reſpicimus reſpiciemur à diuino, cunctaque obtenente aſpectu*, cuius rationem ſubiungens ſequitur: *Sicuti exquiſita ſpecula tales monſtrant vultus apparentias, qualia ipſa ſunt archetypa, nitidos ſcilicet nitentium, triſtes autem triſtantium, eodem pacto iuſtum Dei iudicium actionibus noſtris aſſimilatur, qualia enim ſint, quæ à nobis præſtantur, talia ipſe nobis par pari referens, exhibet.* Egregiè, & doctrina principibus ſatis accommodata, ſed ad noſtrum etiam valde inſtitutum, contra peccatorem, & ex aduerſo ſe Deus illi ſtatuet tanquam ſpeculum in quod ſe aſpiciens, ſic ex ſua fœditate totus horreſcet, vt ipſa diuina oppreſſus apprehenſa præſentia in ſe tabeſcet, plus ex hac afflictus viſione, quàm ex ipſiſmet inferni tenebris.

3. Deus vt ſe contra peccatorem ſtatuet. *3. Reg. 21. Iob. 33.*

4. Eſt ſpeculũ peccatorem repræſentans vtieſt.

Agapetus.

5. Principes quales ſe cum ſubditis præſtare debent.

Nec ob hoc ſolum confringentur, quia ſe in diuino illo vident ſpeculo diformes, ac infames vti ſunt, ſed quia contra illud habentes dum vi diuina velint nolint ſuminam illam apprehẽdunt pulchritudinem, ſplendorem, nitorem, ſanctitatem, iuſtitiam, maieſtatem; ſic amplius

6. Peccatores ex Dei maieſtate apprehenſa præfocabuntur.

Digitized by Google

Matt. 22. num. 11.

7. Cur ille in nuptijs non habens vestem nuptialem obmutuit.

S. Maximus.

Origenes

fua elucescens fœtiditas, ac deformitas, eos tormentabit, vt penè deficiant, seipsos sustinere non valentes, sic rubore, & cõfusione suffusi, vt præfocentur, Matth. 22. n. 11. intrans Rex inter ipsos discumbentes conuitatos vnum vidit vestem non habentem nuptialem, cui Rex, *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* at iste *obmutuit*, cur obmutuit? Sanè, validam opponere poterat rationem, videlicet, nonne tu iussisti, vt serui irent, *Ad exitus viarum, & quoscumque inuenissent vocarent ad nuptias*, & isti egressi, *Congregauerunt omnes quos inuenerũt malos, & bonos, & impleta sunt nuptiæ discumbentium?* Si ergo omnes vocarunt, si ad exitus fuerunt viarũ, si bonis, malisque, & quibuscumque obuijs nuptias insinuarunt, quid mali ego feci mandato obtemperando, cum si ex se, si sponte se ingessisset, rectè obmutescerem; at si vocatus vnde? aut cur pro se non steti, sed præfocatus nil respondit? alibi multas attulimus rationes, nunc satis ad rem nostram hanc, obmutuit, quia tunc tunc quando Rex ei insinuauit quod vestem non haberet nuptialem illud animaduertit, & tãto suffusus est pudore, tantoque verecundiæ onere, se sic inter tantos sordidatũ aspiciens cãdidatos, vt extra se veluti factus nec vocẽ, nec verbum habuit excusationis, sed præfocatus obmutuit. Egregiè hoc S Maximus serm. in vigilia Natiuitatis, retractans enim quanta puritate, ac sanctitate diuinę festiuitati homo adesse deberet: nam alias si impurus accedat magis offensionẽ, quàm gratiam reportabit, sic ait: *Dum enim vilis officiosus esse iniuriosus existit, sicut ille in Euangelio, qui in cœtu sanctorum inuitatus ad nuptias venire ausus est vestem non habens nuptialem, & cum alius niteret iustitia, alius lucere fide, alius castitate fulgeret, ille solus conscientiæ fœditate pollutus cunctis splendentibus deformi horrore sordebat, & quanto plus simul discumbẽtium beatorum candebat sanctitas, tanto magis peccatorum illius apparebat improbitas, qui potuerat minus displicuisse forsitan si in consortium iustorum minimè se dedisset.* Prudentissimè, ad sanctorum splendorem amplius eius elucescebat deformitas, non tantum superemineret, si non inter candidatos, sed inter sordidatos extitisset. Ergo quo sanctitas, quo splendor maior, eo amplius appareret improbitas; si ergo sic obmutuit, si sic obstupuit, contra sanctos, & in medio eorum se aspiciens, quomodo obstupescet, quomodo obmutescet, qui non è regione sanctorũ, sed sanctissimi, sed Dei, se aspiciet coram illa præfulgida, ac mundissima sanctitate, quam Deus ad eius confusionem coram illo statuet, quid? nonne plus oneris ex hoc sustinebit, quàm ex ipsis inferni pœnis? *Væ mihi quia tacui*, sanctus ait Propheta Isaias cap. 6. n. 5. *quia vir pollutus labijs ego sum*; omnes expositores in hoc vnũ conueniunt pollutionẽ Isaiæ vix venialem, vnde leuissima, & tamen sic ingemuit, sic indoluit, vt væ sibi ominaret, quasi fœdissimum se sentiret, vnde tantus fuit Prophetæ horror? Sanè amice, quia coram tremenda illa majestate se aspexit contra positũ, *Et Regem, dominũ exercituum vidi oculis meis*; Enratio, *Incipio autem nosse, quia miser sum*, ait Origen. hom. 4. in c. 6. Isaiæ, *Quãdo video visionem, cum ante visionẽ, non se miserum dicebat*, sic profecto sic, nunc quia non iuxta Deum sunt peccatores, tunc quãdo nõ se Deus illis statuit, ac cõtraponit, se nõ abhorrent, quia quantũ sint despicabiles non attendunt; at sine vt qualis, quantusque sit Deus intelligant, & tunc sic se horribiles inuenient, vt præstupore obmutescant, ac præfocentur.

Isaiæ c. 6. num. 5.

6. Isaias cur se pollutum ingemiscẽs dixit.

At ne occasio excidat, liceat parum digredi, diximus hominem obmutuisse, quia tunc tunc ex verbis supremi principis animaduertit, se sine veste nuptiali inter candidatos existere, ac proinde, vt sanctus ait Maximus, dum officiosus voluit videri, iniuriosus extitit; attendant hoc qui suam non agnoscentes indignitatem, suamq; miserrimam vitam, toti in habitibus malis, toti in venialibus (in venialibus aio, non mortalibus) toti in imperfectionibus, relaxationibus, stultitijs, se, suaque non cõsiderantes ad sacratissimũ, tremẽdum, ac omni infinita veneratione dignũ accedunt Christi corpus, freti, quia per confessionem à mortalibus mundi, nil de venialibus, nil de remissa, ac sordida curantes vita: nam veniet tempus in quo diuina illuminante iustitia attendent quàm sordide, quàm impure ad illud sacrum inter candidatos accesserunt cõuiuium, ob quam irreuerentiam, audaciam, frontositatẽ, ne dicã impudentissimam incõsiderantiam Deo permittẽte ad obscœna ruent, ob quę ligatis manibus, & pedibus, muti, ac confusi in tenebras eijcientur exteriores; cũ suis simul magistris illis impudentioribus, dum talibus similem Sanctissimi frequentiam consulunt cõtra sanctorum doctrinam, sanctissimæ Ecclesiæ intentionem, contraque ipsum ius, ipsumque naturale lumen; de qua re vide quæ suprà diximus, disputatione de hac re; nunc ad nostra redeuntes dico.

9. Indigne nõ se examinãtes, & indiscretè ad sanctissimũ accedentes quantum subeant iudicium.

Non minus ad nostrum institutum secundam esse acceptionem illorum, qui non Deum statuturum seipsum cõtra peccatorem, sed ipsummet peccatorem affirmant, sic Hieronym. vnde legit, *Arguam te, & proponam te ante oculos tuos*, vnde Lippom. in annotationib. ad hunc locum, *Statuam*, ait, *contra faciem tuam, idem est ac si dicatur, faciam tibi manifestũ, & denudabo tibi turpitudinem tuam, & tunc ostendam tibi, quod non sim tui similis, modo enim peccatores seipsos ponũt post tergum suum, quia nolunt intendere in turpitudinem suam, nolunt peccatorum suorum fœditatem agnoscere; at Dominus in die quando manifestabuntur consilia cordium statuet illos antè oculos suos, ac veluti contra faciem suam.* Quale ergo peccatoribus putas erit hoc tormentum? prorsus indicibile, sic vt dicat Basil. in Psalm. 33. super illa verba, *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non cõfundentur*, grauius hoc peccatoribus, quàm ipsas inferni tenebras, quàm ipsum inferni ignẽ, vt videas quàm aptè noster dixerit sapiens grauiores sibi ipsis esse tenebris peccatores; Audiamus Basilium; *Beatus*, ait, *qui in die iusti iudicij ausus erit sub luce illa redargutionum consistere, quique illinc se recipiet nullo dedecore aspersus; qui vero malè fecerint in probrũ, & confusionem resurgent, in se ipsis turpitudinem, & formas eorum quæ peccarunt conspicientes impressas, erit certè confusionis eiusmodi impressio istis tanto plus horroris, quàm vel ipsæ tenebræ, aut ignis æternus, quod in ea in æternum victuri sunt peccatores semper ob oculos versantes vestigia illa peccati in carne admissi, quasi notæ cuiuspiam tinctæ, nec vlla aspergine eluibilis, in memoriam animæ perpetuo duratura.* Pende singula, &

Hieron. Lippom.

10. Peccatores sibi grauiores esse quam ipsæ inferni tenebræ & ignis.

Basilius.

by Google

quàm verè sit plus oneris sibi peccatorem esse, quàm ipsas aspicies tenebras, dum semper, ac æternaliter velit nolit diuina instante iustitia non habitudinaliter, sed actualiter, semper in actu secundo vt sic dicam efficacissime, ac intensissime suas in se aspiciet notas, maculas, fœditates, turpitudines, pondus, grauitatemque earum subtilissime pensitans, ac recogitans cum dolore, & horrore maximo, indicibilique, ad quarum considerationem sic concurret Deus, sic illas coram peccatore statuet, *Non ad correptionem, sed ad erubescentiam*, vt ait August. in hunc Psalm. locum, vt ob hoc ipsum amplius torqueantur, quàm ex cæteris inferni pœnis.

August.

Enimuero, peccatori Regi, si attendes quæ Deus minauerit, obstupesces 2. Reg. 12. num. 10. *Non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, suscitabo super te malum de domo tua, tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius, tu enim fecisti abscondite, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu solis.* Quid mali, quid non extremæ calamitatis hæc verba non continent? gladium, hoc est bellum, mortem, vltimam desolationem, & ne aliquid crudus desit, hoc malum non ab extrinseco, sed ab intrinseco, non ab hostibus externis, sed ab internis amicis, à familiaribus, à domesticis, quod summum malum; quid amplius? nunquid & si bellum, & si vitam demat sanum relinquet honorem, ipsi cariorem vita? Nil minus, *Tollam vxores tuas, &c.* at nunquid hoc secretè, immo publicè ante *solis aspectum*; sed forsitan ipse absens, non videns? Nil minus, *Tollam vxores tuas in oculis tuis*; & tandem ne putaretur pati, vt innocens, promittit suum peccatum publicaturum *In conspectu omnis Israël*; En quanta horribilia, & tremenda, & tamen si aspicies nil horum Dauid conturbauit, nil timuit, nil puduit, nil sic ei oneri ac memoria peccati, ac seipsum aspicere peccatorem, vnde clamans non pro bello, non pro vita, non pro honore, non pro infamia, Deum deprecatur, sed pro memoria suorum delictorum, hoc est vt eam à se eliminet, vt sic eum lauet, vt maculatum amplius se non aspiciat, plus hanc quàm cæteras omnes faciens pœnas, vnde deprecans ait: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam*, Psal. 50. n. 1. qui ad multitudinem Dei miserationum audiens appellare non putaret pro morte, pro bello, pro infamia Regem deprecaturum? at nil minus, nisi solum iniquitatis deletionem, & à peccato mundationem, vnde sequens ait: *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me*, hoc vnum quippe erat ei cordi, hoc vnum recogitabat, cæterorum oblitus malorum; vnde? Sanè amice, quia hoc vnum plus illi erat oneris, quàm mors, quàm bellum, quàm vituperium, vnde sequens ait: *Quia peccatum meum contra me est semper. Grauem sibi*, ait Ambros. hæc Dauid expendens verba Apoc. cap. 9. *se iudicat, seipsum arbitrum refugit, nec sese sibi audet committere.* Egregiè, non bellum reformidat Dauid, non mortem horret, non vituperium trepidat, sed se sibi oppositum, peccato oneratum, ac maculis illis fœdissimis onustum, hoc plus pauebat, immo hoc plus illum onerabat quàm bellum, quàm mors, quàm ipsa infamia, vt videas quantum onus sibi peccator erit, quando Deus eum ante seipsum statuet.

Pſal. 50. num. 1.

Ambroſ.

11. Dauid ex Dei pœnis nullum sic timuit vt se peccatorem aspicere, & maculatum.

Hinc talem concipiunt horrorem, vt extreme recusent in memoriam venire peccatorum, ipsaque cernere, sic vt quia vltra omnes grauissima est hæc pœna sæpè Deus vt hominē à vehementissima contra proximū passione auertat, hoc potissimo vritur medio ante illum ipsum ponere, & propriam ante ipsum peccatorum conscientiā euoluere, sic vt velit nolit sua aspiciat peccata, suorum recordetur delictorum; mirè Pharisæi, ac Scribæ cruciabantur passione, vt Christū in aliquo comprehenderent delicto, in aliqua accusatione, hinc vt Ioannes narrat cap. 8. nu. 3. ob hoc mulierem ad eum adducunt in adulterio deprehensam, *tentantes eum vt possent accusare eum*; at quid Christus? *Inclinās se deorsum digito scribebat in terra*; Quid scribebat? Sequor verā Hieron. opinionem lib. 2. contra Pelagium, peccata eorum, qui accusabant, sic enim ait: *Accusabant Scribæ, & Pharisæi iuxta legem adulteram lapidare cupientes; at Iesus inclinans se deorsum digito scribebat in terra, eorum videlicet, qui accusabant, & omnium peccata mortalium.* Neque instantia Maldonati aliquid facit, qui sequens opinionem illorum affirmantium nil Christum expresse scripsisse, sed figuras, & characteres informes figurasse, quasi indigetās nolle ipsum ad ea, quæ ab ipsis dicebantur attendere, cōtra Hieronymi opinionem instat: nam alias ait, si peccata scribere non instassent, vt ait Euāgelista pro responsione, nam possibile, vt ad scripturam non attenderent, nisi post verba Christi, *Qui sine peccato est vestrum*; nā tunc attenderunt illud, quod non ante, & singuli suā aspicientes deformia à verbo Christi tanquā à iaculo icti, vnus post vnū recesserunt, negare sua non valēres peccata, quia scripta; quid ex hoc infero? illud quod dicebamus ad passionem horū talem, tantamque contra Christum sedandam, sine redarguēdā illo vnico Dominus vsus medio, quem sciebat potētiorem, ante se scilicet peccatorem constituere, vt à pudore propriorum confusus peccatorum à se ipso aufugeret, seipsum sustinere nō valens; *Sic igitur*, ait August. *illi voce iustitia, tanquam tela percussisse se inspicientes, & reos inuenientes vnus post vnum omnes recesserunt*; malentes suā reprimere passionē, æstumq; huius potius sustinere, quā seipsos tollerare, quā seipsos inspicere.

12. Deus aliquando cur ante peccatorem velit nolit eius statuet peccata.

Ioan. 8. num. 3.

Hieron.

13. Christus quādo illud adulteræ, quid scribebat in terra. *Maldon.*

Auguſt.

At cur iterum se inclinans scribebat in terra? nonne meliùs erectum stare eos expellens? Alcuinus affirmat hoc fecisse, *Vt velut in aliud intendens liberum eis exeundi daret facultatem*; August. tract. 35. in Ioan. à medio tom. 9. *Ne cadentes attenderet*; quid ne cadentes? nunquid enecati? penè dixerim à peccatorum confusione, immo si vera est illorum opinio, vt refert Toletus, primo Christum se inclinasse ob verecundiā adulteræ, quæ non improbabilis est coniectura, & ad mores satis accommodata contra eos, qui peccatis fœdati carnalibus ante sanctissimum accedere audent, ac in Ecclesiam ingredi inuerecunde; ex quo fit vt quātum sit sacrilegium cum illis ad eum aduolare, & è manibus eripere sacerdotis, cum ex solo adulteræ aspectu sic Christus verecundatus, vt in terrā aspicere, quàm in ipsam maluerit; nec obstat quod postea se erexit cū illa alloquens, illamque absoluens, nam ista

Alcuinus, Auguſt.

14. Christus ob verecundiā adulteræ se inclinauit ne eam aspiceret.

15. Ad Ecclesiā ante Sanctissimum cum peccatis accedere, quā horrēdum.

Idem.

pœnitens lachrymis, & contritione peccatũ sic detestata est vt metuenti audire, *Nec ego te condemnabo. vade, & noli amplius peccare, ille autem leuauit oculos*, ait Augustinus vbi sup. *manifestudinis vocem emittens ait, Nec ego te condemnabo, à quo te forte condemnari timuisti, quia tu me peccatum non inuenisti.* Non absolueret equidem, si obstinatam in peccato vidisset; at quia tam pœnitentem ideo absoluit, ac illam inspexit erectos si ergo vera est hæc opinio, non inepte quidè dicemus eorum semel inualuisse peccatorem vultus horrens, extimescens, potius terram, quam ipsos appetens aspicere, sic horrendus est peccator, tam asperis cum grauis, vt ipso Christo onus sit intolerabile, & tumores eius quid ergo ipsimet peccatori, certè ob stuporẽ, ob onus deijcient, corruet, omnia potius sublimia appetens oculum scipsam, quam sui peccati recordationem, & tot illudibria ejciens quicquid sit, quod eius est instrumentum quantumuis gratum, quantumuis amabile.

16. Christum quantum horret peccatorem aspicere obstinatum.

Hoc quippe mihi videre videor in reiectione illa nummorum perfidi Iudæ, perfidissimorumque sacerdotum: *Tunc videns Iudas, quod damnatus esset* ait Matth. cap. 27. num. 3. pœnitentia ductus retulit *triginta argenteos principibus Sacerdotum, & senioribus, dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum*; at illi eos recipere nolentes respondent, *Quid ad nos, tu videris*; at ille, *Proiecit argenteos in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit.* Duo pondero, primũ vnde hominibus tam auaris tanta argenteorum nausea, vt tam ipsi, quam perfidus ille populus apud se eos retinere nolint, nec dicant aliquod nolint, mea sententia ne apud se pretium retinentes sanguinis pulsatorem haberent continuũ sui peccati, suæque malitiæ obiurgatorem: hinc iniquitas ipse plus hanc exuunt pœnam, quam cupiditatis detrimentũ. *Videte*, ait S. Maximus, *quanta vis Dominicæ sit pecuniæ, quam inde Iudas reuulsit, hinc Pharisæi in locules non recludunt, iustè enim sanguinis pretium pertimescit iniquitas possidere.* Egregie ipsa iniquitas retigit argẽtum possidere sanguinis pretium, ne redarguta semper onus sublineat pœnale, crudius, quàm ipsamet argenti penuria; hinc ne spiculis intimæ malitiæ confitentia vulnerata existeret, non posuerunt illud in corbonã, sed *emerunt ex eo agrum figuli ad sepulturam peregrinorum*, vt misericordiæ pallio obtecta malitia peccati non remanisse crederẽtur. & sic non se sẽper ante oculos haberent, sic inualida est peccati memoria, nec dum assumat peccator omnia ante se ipsum ferre, vt pretiosa reputet, vt amabilia habeat.

17. Peccatores ne peccatorum recordentur etiã gratiosa reliquent.

18. Iudæi & Pharisæi nummos reiecerunt. *S. Maximus.*

Matt. 27. num. 3.

Secundo pondero, verbum illud *Videns autẽ Iudas quod damnatus esset*: vnde hoc vidit, cum adhuc nec Dominus cum Pilato collocutus sit vnde damnari Dominũ coniectaret? Ob hanc difficultatem Origenes, aliquorũ refert opinionem tradat, 35 in Matth. quam non reprobat, nempe Iudam *videndo damnatum* non aliter ad Christũ, sed ad ipsũ Iudã, quæ ob tale tantumque crimen se condemnatum ab omnibus esse vel maxime: est illico laqueo suspendit, tanquã quod iam de se desperatũ tenebat: *Alius autem* dicet, ait Origenes, *non iam quod scriptum est videns Iudas quod condemnatus est a Christum Iudam referetur, tunc enim sentit malum suum, & intellexit se condemnatum.* Sic ergo se condemnarũ, cur argenteos retulit, per vocarat se cum ipsis: quid vis vt dicam? forsitan hoc plus extimuit, quàm ipsam gehennam, & ideo secum

Origen.

A eos asserre recusauit, ne memoria illorum delictorum aliud inferos vt sic dicam excitaret, plus horrendo lens, quam ipsam gehennam, quam ipsos ignes, quàm ipsas tenebras.

Hinc tales quasi amentes fugiunt, & semetipsos onere pressi ebrij fiunt, ad interiora euomere recusantes: hoc in Iona confidero, qui erat homo, sed tamen imperfectus, in obedientiæ enim oculos humanos vix pedem figere, vix alicubi tollere potuit, *Sed surrexit vt fugeret in Tarsis a facie Domini, & descendit in Ioppen* capit animo; impetro, putabat ne Iona aliquem ita terrenum locũ esse in quo Deus non esset? Certè sanctus Cyrill. hoc suspicatur, *Censebant aliqui, ait, potentiam, & imperium Dei solis Iudæis finibus circumscriptum, & ipsum quasi consectum ab aliis regionibus excludi, opinor hunc beatum Prophetam, tale quippiam secum cogitantem à Iudæa aduerbe Graece discessisse*, at quis hoc de Iudeis, ac tanto credet Prophetæ? Ergo vbique Deum adesse nouit ad quid fugere in Tarsis? Illustrabitur, si quod prius Tarsis accipiamus. S. Hieron. non enim in aliquam peculiarem, sed mare accipit, *Non itaque Sanctus, Propheta ad certum cupiebat fugere locum, sed mare ingrediens quocumque pergere festinabat, & magis hoc conuenit fugitiuo, & timido non locum fugæ eligere, sed primam occasionem arripere nauigandi.* Ergo inobedientiæ peccatũ sic cũ demeruant, vt quasi clausis vbi pedem figeret prorsus ignoret. Audi Chrysost. hom. de Iona, *Sicut hi quæ nimia ebrietate confusa ad præceptum casus aliquos attuderit, cæca quadam caligine deseruntur, nec pedis tentatione suo gressui prospiciunt potius nimietate turbati, sic & ij qui peccatorum mole premuntur impossibile cupiditate propria præcipitantur ruinam.* Egregie, fugit Ionas & si fieret vbiq; Deus, quia sat ponderat peccati pressus & extra se factus tentat tũ Deum fugiebat, sed se, seipsum sustinere non valens. Inde vt clausus alto pressionẽ, & sinare ad cælum vsque effremescebat, omnesque ad vltimũ vitæ redacti discrimen, ipse tamen flere tebat, *Et Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore grani*, in quibus verbis adnotã tunc illum descendisse, quando extra rempublicam, in qua sic omnes periclitabantur, vt pleni more vnusquisq; ad Deũ sũ clamarent, *Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum suum, & miserunt vasa, quæ erant in nauibus in mare, vt alleuiata essent ab eis. & Ionas descendit.* Ergo tunc descendat, quando exteri clamore cælũ, meto repleb rat, quid ex hoc? Sane illud, quia tu emphasis sui agnoscens peccatũ non vltra tempus sustinere vasa plus omnes peccati, quam mare facient sulatũ ex somno capiebat, ne mare se vltra haberet, vt pondus peccati memoriæ alleuiaret, ex pœna ac tristitia oppressus: *Peccatum nauis angustiæ præparabant* aut Chrysost. vbi sup. *& Ionas somno premebatur, sed sopor ille tristitia fuit, non requies.* Egregie tristitia non requies; nam sui ipsius pressus peccati mit atam deuenit reditum, vt pene lan guerens, dum calor ad cor retugit, pene enecatũ; frigiditas ad cerebrũ sãne tamen excitatũ. Ergo ob hoc descendens obdormiuit, quia te sustinere non poterat, plus se sentiens onus, quam tremens mare, quam horribiles vndæ.

Chrysost.

19. Peccatores quorum se ipsos & onere premit.

20. Ex peccati onere, & tristitia nonnulli fiunt amentes. *Hieron.*

21. Ionas cur dormiat in naui oppressus.

22. Hominum deceptio tribulationem cessare non cessata causa.

Sed breuiter ad mores duo, vel tria erunt. Primũ, quam immane aliquã tribulationes exeunt fatigant: causa tribulationis non sublata, effectus sublata.

nautæ in vltimum vitæ discrimen à mare redacti, *vt mare alleuiaretur ab eis*, ait Scriptura, *quod miserunt vasa*, iactũq; omniũ fecerunt quæ habebant; at quid profecerũt? prorsus nihil, quia vt inquit Chrysost. vbi sup. *Nauis Prophetæ corpore grauabatur, no corporis magnitudine, sed peccati.* Ergo tempestatis causa nõ vasa, sed peccatũ, sed homo peccator in naui; quid ergo tu de elargatione sarcinarum, quid de profusione tuorum, bonorum, si peccare non cessas, & nauis ponderi non est auaritia, sed luxuria, sed ebrietas, sed superbia: frustra ergo mare à te alleuiare attentas tribulationis, si peccare non cessas.

23. Principes inaniter sua profundunt, quando in suis sustinẽt peccatores regnis. *Chrysost. homil. 1. de pœnit.*

Secundò, vasa submiserũt, & nil profecit, quia homo peccator in naui; ad principes, ad supremos hæc loquitur Reges scriptura, profundunt in bellis sua, vt se defendant, negligunt domesticos extirpare peccatores, sustinent in regnis Dei declaratos inimicos, quid cauentur, si mare nõ recedit, si amplius efferuescit, si cõsumuntur, dũ peccator intus? *Nauta*. ait Chrysost. *iactum fecerunt, nauis vero nequaquam alleuiabatur, quia nil tam oneroſum, & graue, quam peccatum.*

Tertiò, defecêdit Ionas timore rei conscientiæ, vt diximus, tũ vitæ, vt pro se Deũ deprecaretur, quid mirũ cũ Deũ suũ nõ inuocabant, hoc motus exemplo vt filiũ oraret fecerũt petierũ ne suas iungeret cũ idololatris orationes. Deũq; suũ cõmunẽ cũ cæteris faceret: Sanè, sed quid inuenit? certè pro oratione somnum, tuitia, fuporẽ, nõ orauit, sed dormijuit; quod Ionæ semel hoc cõtinue religiosis eueniet, obedientiam retractant, & vt Deũ orent, munera refugũt prædicationis, aut prælationis, aut quodlibet aliud obstinate, sine cõsilio, sine prudentia sẽ, non Deum quærentes, quid inde? dormient, non orabunt, & nisi se in mare iactent nunquam cessabit tempestas, quia

24. Religiosi obedientiæ obstinate resistentes suã orationis præcipuã non orabũt, sed dormiẽt.

Seneca.

Superbos vltor à tergo Deus,

Sed ad nostra; seipsum ergo fugiebat Ionas, requiem non inuenies à peccati onere.

Hinc tales tanquã fœruens mare in cõtinua sũt commotione, nunquã quieti seipsos euadere cupientes, sed ad illud impotentes; *Egressus Cain à facie Domini habitauit profugus in terra ad Orientalẽ plagã Eden* Pẽdo, si profugꝰ cur habitare dicitur, cũ vagus ipse nũquã alicubi pedẽ fixerit? nec, quia ipsa habitatio ipsum erat profugũ, ipsa cõmotio, habitauit, sed profugus, id est nusquã sistẽdo, sẽper à seipso fugiẽdo, vnde 70. legũt, *habitauit in terra Naid cõtra Eden*, quod naid, seu vt alij legũt *Nod*, nisi instabilitas, nisi cõmotio? vnde ob hoc vtrectè obtinuit Abul. Hieron. trãstulit *profugus*, qualis aut interpretãs, signãdo per fidũ ex quo à facie dñi exijt furijs cõscientiæ agitatus, seipsũ vltra sustinere nõ valẽs, ipse sibi onus, sẽper in cõtinua extitit cõmotione. *Naid in cruce lingua interpretatur comotio*, ait Orig. *qui enim derelinquunt Deũ, qui deserit sensũ de eo iugiter cogitandi ipse habitat in terra Naid, in turbatione mali cordis, & mẽtis cõmotione cõsistit.* Verissime, quid putas amico, sic errantes hodie esse Christianos, sic errones religiosos extra claustra sẽper in vijs? cella eis carcer, claustrum ergastulum, fingunt equidem a facie domini, & habitant tamen non in terra sancta, vbi pater tunc Adã secundũ Abul. sed in terra Naid, hoc est *in mentis cõmotione, & turbatione mali cordis*, vt aiebat Origen.

Abulens. in hunc loc. qu. 9.

Origen. hom. 2. in Hierem.

26. Religiosi volentes vagantur, & cur.

Sed pendo, profugisse *ad Orientalẽ plagã Edẽ*, quid Edõ Chryl. Caiet. & Lippom. cũ alij per Edẽ paradisũ intelligãt terrenale cõtra quẽ in regione aliqua cõstat debere, nihil hoc, vt facile

Chrysost. Caietan. Lippom.

nec expulsꝰ peccator ad Orientẽ tẽdat, ad paradisũ voluptatis; & quod Deꝰ hoc ei permittat? Sanè amice, imò ob hoc quia peccator: nã cũ huic supplicia maneant æterna, permittit, vt hic bonis perfruatur tẽporalibꝰ, & sic sua hic recipiẽs, perpetuo deinde postea priuetur æternis. Quapropter non mirandũ si hoc ei Deus permittit; at quod ego admiror, nõ ipsũ ad alias cessisse plagas, quã ad Orientẽ, ad paradisũ, ad delitias, & hoc equidẽ vt mœstitiã ex peccato solaretur conceptã, vt onus alleuiaret conscientiæ, vt in tãta mœstitia tẽporale aliquod amitteret solamen, sed quid hoc peccatori profuit, imò ipsa voluptas, quam ad peccati onus alleuandũ assũpsit, ipsa cessit ei in tormentũ; ex illa amplius cruciatus, vnde solamẽ retert re præsũpsit: nã vt rectè admonet Lipp. hõ tantũ ipse exijt, quãtũ a deo ibi expulsus, vt ex regione delectabili amplius onus sentiret peccati. *Per Edẽ ante paradisus intelligitur terrestris*, ait Lippo. *in pœna enim eius factũ est, vt versus illa expelleretur fœlicẽ & delectabilẽ regione, quã per peccatũ patris amiserat, vt quia illuc accedere nõ valebat, ingẽinde doleẽdi, & pœnitendi haberet memoriã.* Quod etiã ante Lipponi in hunc locũ obseruauit Chryſ. vbi de videas quãtũ sibi sit onus peccatoꝝ, dũ & ipsa ei fiũt onera subleuamina; paradisũ quærit, terrestrẽ Caĩn ad cõscientiã subleuandã, & ipsemet paradisus cedit ei in tormentũ, quẽ putabat futurũ ad solatiũ.

Nec equidẽ hoc mirũ, cũ iecũ suã attrahant putredinẽ, suũ fœtorẽ, *quatriduanus est, fœtet*, dixit Martha ad Iesum, Ioan. 11. 19. de Lazaro fratre, per quẽ D. Aug. tract. 44. de verbis Dñi peccatorẽ intelligit ex cõsuetudine putridũ, quales Sodomitæ. *Cõsuetudo malorũ fuit*, ait Sanctus, *vt homines irascãtur, cũ reprehẽdũtur, vti Sodomitæ, tãta enim ibi nefanda turpitudinis consuetudo erat, vt iã ne quitia esset iustitia, vt prohibitor potius reprehẽderetur, quia factor, tales consuetudine maligna pressi tanquã sepulti sunt, vt de illis dicatur, quod de Lazaro dictũ est, iã fœtet, moles illa imposita sepulchro, ipsa est vis dura cõsuetudinis, qua premitur anima, nec resurgere, nec respirare permittitur.* Verissime, & vtinã nõ sic, cõsuetudo enimuerò ex se vim habet, vt dũ reiteraris actib⁹ habitus generatur peccati rectum dies obscurescere ratione, iã malũ nõ malum, sed bonũ apparere, ac virtus ipsũ peccatũ, ipsa imperfectio perfectio, quod & in peccatis mortalib⁹, hoc in hæreticis experimur & sæpe etiã in Catholicis, tamẽ nostro malo in venialib⁹ quotidie, & quod plorandũ in viris spiritualibus, in religiosis claustralibus; ex cõsuetudine enim amissa imperfectionũ, sinderesi sanctarũ regularũ inobseruatia, in hit obseruatia, & nonnullꝰ virtutis sic corruit ipsa relaxatio, vt profana loca dicant Eutrapelia, cõuersationes, ac cũ mulierib⁹ manes fabulationes, lectionem, chori, ac orationis perpetuas interruptiones prudentiã, ac tandem si Deus vult, ipsam humilitatem, ac ambitionẽ humilitatẽ, vndenã hoc plane ex cõsuetudinis vi, quæ efficit vt ait Aug. *vbi nequitia sit iustitia*, qualis ergo talium erit fœtor, cũ sic mortuus sit peccator, ac quilibet alius nisi cũ Chrysost. hom. 88. in Mat. to. 2. dicas quod deterius. *In peccatis*, ait, *miserã vitã agentes, nihil à mortuis differũt, imò vero maximè differunt, cũ sint illis multo deteriores.* Quod profans sanctissimus pater, sic ad oculũ illud proponit, vt paculũ plus sentiat me facturũ æstimẽ, si verba nõ adiungã; *Nec enim mihi dices*, prosequitur, *nõ clausisse huc oculos, nec sepulchrum tacere, nec insuetis ligatũ detineri, nec postremo vermibꝰ esse proiectũ, cũ multo priorib⁹ hic, quã qui obscuriores erant, non dimiserit vermes, sed*

27. Deus cum bonis hic fruit peccatorem permittit.

28. Cain cum fratricidium fecisset, & cum ibi Deus expulit, qui locus amœnissimus. *Lippom.*

29. Peccatori etiam cum molestissima, & cur. *Chrysost.*

Ioan. 11. num. 19. Augustin.

30. Consuetudinis pravum malum.

31. Religiosorum & Religionis radix destructionis vnde.

32. Peccatores mortuis peiores amplius sentiẽt.

Digitized by

perturbationes animi exagitant, atque lacerant, clauſi ſunt oculi mortuorum, hic vero mille ſibi morbos oculis non cernendo quotidie contrahit, ille iacet in monumento ad peccandum immobilis, hic in ſepulchro malo à ſe ipſo intruſus ingenti peccatorum mole obruitur. Quot verba, tot gemmæ, tot veritates; Deum obteſtor, aliquos in peccatis inueteratos vidiſſe ſic malè mihi olentes, vt vſq; ad vomitum prouocatus ab illis abſtinerem, eo vel maximè quando ſenes, prouectæque ætatis, non ſic quatriduani fœtent ac illi, quid ergo mirum, ſi ſecum ſemper ſuam portantes putredinem ſibi ipſis maius ſint onus, quàm exteriores tenebræ, quàm ipſa inferni mala.

Nec mirandum ſi hoc ipſi nunc non perſentiant; nam in eorum malum non eis datum vt intro aſpicientes videant, percipiant, ac ſentiant peccati fœtorem, peccati onus; at veniet tempus, quando iuſtitia impellente diuina ad ſe attendentes, & tunc percipientes, quod antea non perſpexerant quantum ſit peccati pondus ſentient, quod quando Deus ad miſericordiam pronus hoc illis in hac vita præſtat, quid quæſo non faciunt, quomodo plorant, qualem de ſe machæram exhibent? Lege Climacum, & admiraberis, cum ibi inuenies penè aliquos pœnitentia, lachrymis, ac inedia enecatos, vnde? Sanè, quia peccati deformitatem, ac onus aſpicientes, attendebant, quod non antea, præuaricante Adamo, ait Scriptura, quod aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt ſe eſſe nudos, Geneſ.3.n.7. *Et aperti ſunt oculi amborum, cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos* quid ergo? nunquid antea cęci? minimè, ſed ex ſanctitate, ex ſimplicitate, & attentione ad res diuinas, & ſupernaturales, ex Dei inflammatione, ac gloria, vti abſorpti ad nuditatem non attendebant, *Non eſus ex eo ligno*, ait Chryſoſt. hom.26. in Gen. *oculos eorum aperuit: nam ante eſum videbant, ſed prauaricatio mandati ob quam cauſam ablata eſt gloria, qua illos circundabat.* Ergo nudi erant, ſed non percipiebant, quia cum non adhuc peccatum, conſequẽter nec eius pœna, poſt peccatum vero abiente gratia, & Dei adueniente iuſtitia impulit eos ad nuditatem ſuam perſpiciendam, quid ergo tunc fecerunt, qualis illis pudor, ac verecundia? *Conſuerunt folia ficus*, Deum venientem fugerunt, ſe abſconderunt, timore tandẽ penè obruti vix Deo auſi ſunt reſpondere, & tamen vnũ tantum erat peccatum, vna prævaricatio, & ſic ſibi onus extitit Adam, vt fugeret, vt ſe abſconderet; quid ergo inueterati facient in diebus malorũ, qui bibunt vt aquam iniquitatem, ſi ſic peccator cum vno tantum peccato, & qui nondum Dei oblitus, ob quod adhuc timor eius cum eo? quid illi qui nullũ obtinẽt Dei timorẽ, qui ſic peccãt, ac ſi Deus non eſſet, quale onus erit eis peccatũ?

Enimuero in hoc Adami facto illud perpendo, quod etſi peccauit, tamen non ſic Dei oblitus, vt omnino eũ deſpexerit, omnino eius nõ fuerit recordatus, ſed ob reuerentiã ſimul & timorẽ illũ audiens ſe abſcõderit; ſi cauſam attendo, illa mihi ſubeſt, quia etſi peccauit, tamen ſic vt coram Deo ſe peccaſſe attenderit, non ſic peccauit, ac ſi Deus non eſſet; hinc pœnitentia eius, & ad Deũ conuerſio facilis; certè, alias difficillima; quid inde? illud, mea ſententia electos aliquando peccare, ſed ſic vt coram Domino ſentiant ſe peccare; præſcitos, ac maledictos, ac ſi non eſſet Deus; hinc illi ſemper in timore, ac remorſu ſunt conſcientiæ, iſti in pace ac ſi non peccaſſent; hoc pẽdo in hoc peccato Adami, & in illo Cain, peccauit iſte fratrem occidendo, nunquid ob hoc triſtis, nunquid poſt fratricidiũ aliqua ei Dei verecundia, aut memoria? prorſus vlla, ſic vt neceſſariũ, vt Deus ad illũ diceret, *Vbi eſt Abel?* Et ille tanquam ſi Deus non adeſſet, quãdo fratrẽ interfecit, reſpondit, *neſcio*. Gen.4. n.9. ergo dum ſe nunc neſcire affirmat, certè putat ſuum tegere poſſe à Deo peccatũ, ac proinde æſtimauit peſſimus, quod Deus peccantẽ non vidit, & ſic corã Deo non peccaſſe; hinc frontoſitas reſpõſionis; *neſcio*; at Adam vix vocatus, vt ad primam vocẽ omne ſuũ confeſſus eſt peccatum, *vocẽ tuam audiui, &c.* Ergo ſanctus hic geniter, & ſi tunc peccator, tamẽ ſi peccauit, vt coram Deo ſe peccaſſe ſciret, paſſione, non infidelitate victus; hinc vix vocẽ audiuit, ac timuit, onuſq; perſenſit peccati; Quod ſimiliter & de Dauid conſiderandũ: nam & ſi peccauit, tamen ſemper corã Domino, vnde vox, & clamor eius, *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci*, Pſal.50.n.5. Hinc conuerſio primi parentis facilis; Caïn autem per difficilis; immo vlterius quod ſignũ prædeſtinati ſic peccare, vt ſciat ſe coram Domino malum agere, ſignũ præſciti ſic vt ac ſi Deus non eſſet. Pulchrè hoc obſeruat Origen. hom.11. in c.17. & 18. Exod. ſuper illa verba; *Et venit Aaron, & omnes presbyteri de Iſrael manducare panem in conſpectu Dei* obſeruat enim iuſtos non ſolum bona coram Deo agere, ſed etiam mala; ſecus autẽ iniquos, & peccatores. *Omnia, quæ faciunt ſancti*, ait Origenes, *in conſpectu Dei faciunt, peccator autem à conſpectu Dei fugit.* Quod cum probaſſet exẽplo Caïn, poſtea ſic addit: *Qui planiorem ſcientiam Dei accipiunt, & plenius diuinis ſunt imbuti diſciplinis, iſti etiam ſi malum faciunt corã Deo faciunt, & in conſpectu eius faciunt, ſicut ille, qui dixit, tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, quid ergo plus habet, qui malum coram Deo facit? Illud profecto, quod continuo pœnitet, & dicit, peccaui, qui autem diſcedit à conſpectu Dei neſcit converti, & peccatũ pœnitẽdo purgare.* Egregiè, peccant equidem aliqui, ſed ſic vt Dei oculos expaueſcant, ac proinde in continuo ſint tremore; peccãt alij ſic, ac ſi Deus non eſſet, effrenate, impudẽter, lætanter, ſine vllo prorſus conſcientiæ remorſu; quid ex hoc, niſi vt ille ſtatim, ac vocem Dei audit expaueſcens dicat *peccaui*, iſte obſurdeſcat, ac obduretur amplius, & non ad Deum, ſed ex admonitione à Deo fugiat amplius, vti perfidus Cain, ſecum peccatum reportans, ac eius onus, plus hoc ei graue, quàm cæteræ omnes pœnæ.

Concludam tandem, affirmando tale peccati eſſe onus, ſic intolerabile, vt ſẽper moleſtet, ſemper pulſet, & ſi tempora præterierint, & ſi poſt pœnitentiã; experti ſcient quid dico, poſt annos pœnitentiæ, ſic aliquando pulſat peccatũ ſemel patratũ, vtvſque ad deliquiũ animum reddat, ita vt vix leuis eos tangit tribulatio, ac peccatũ ante oculos. Enimuero multi iã tranſacti erant anni à vẽditione Ioſephi, quãdo fratres conquerẽtes inuicẽ dicebãt; *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrũ*, Gen.42.n.21. *Videntes angustias animæ illius, dũ deprecaretur nos, & nõ audiuimus, idcircouenit ſuper nos iſta tribulatio.* quid hoc? poſt vẽditionẽ Ioſeph nunquã tale ab iſtis auditum, nullis tũc aderat accuſator, nullus

13. Peccator in malo in ſuã mane ſuum peccati fœtorem non ſentit.

34. Peccati fœditas ad quãtam ſanctos adigebat pœnitentiam. *Geneſ.* 3. *num.* 7.

Chryſoſt.

35. Adamus vnde nudum ſe intellexit.

36. Electi ſemper peccant coram Dei memoria, ac tremore, præſcisi, ac ſi Deus non eſſet.

37. Ob illud primorum facilis conuerſio, difficillima aliorum.

Origen.

38. Peccati memoria & ſi remiſſi, ſemper tamen moleſtat, & affligit.

Geneſ. 42. *num.* 22.

qui improperaret, vnde ergo nunc eis tanta peccati prætériti memoria? Sanè respondet egregiè Lippom. in catena, *Vt primum vidimus manum Dei super nos, primum occurrit maximum peccatum de quo sibi mens est maximè conscia, quo ingiter torqueatur; omnia enim peccata tunc confinere videntur, & comparere obtutibus conscientiæ.* Sensate quidem, lætantur nunc peccatores, & quasi nil mali agant, exultant in rebus pessimis, onus non perlentientes peccati; at sine vt super eos manus accedat Dei, & tunc ad vnũ A omnia ex se tuentia peccata attendens, quantum sit peccati onus experietur; cum si attendas isti, & si in maxima afflictione, non tantum hæc eos affligit quantum peccati memoria, vnde lamentantur plus ex hac oneris sustinentes, quàm ex ipsa tribulatione, & non secus ac Ægyptij isti plus ipsi sibimet erant oneris, quàm exterior ipsa tribulatio, vt videas quam benè noster affirmauerit Sapiens Ægyptios sibi *graviores esse ipsis tenebris, &c.*

PARAPHRASIS.

Num. 1. *Magna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt.*

Magna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba, hoc est facta tua, propter hoc dum putant eis homines obsistere posse, indisciplinatæ animæ, ac obstinatæ vti Ægyptiorum errauerunt.

Num. 2. *Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctæ, vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt.*

Nam dum Ægyptij se persuaserunt dominari posse contra tuam diuinam dispositionem nationi sanctæ, ipsi è contra impeditos, ac veluti in carcere inclusos se inuenerunt, vinculis tenebrarum, longæque noctis vtpote trium dierum, ex quo è loco, & tecto in quo stabant amouere se non poterant, in quo vtpote pertinaces contra Dei perpetuam prouidentiam omni luce priuati iacuerunt.

Num. 3. *Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt, pauentes horrendè, & in admiratione nimia perturbati.*

Dum enim putant se latere in obscuris peccatis, scilicet quæ nocte patrabant, tenebroso velamento tenebrarum sic permanserunt immobiles, vt etiamsi iunctim essent, tanquam omnino à longè dissiti permanebant immobiles horrende pauentes, & ex admiratione nimia perturbati.

Num. 4. *Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat, quoniam sonitus descendens perturbabat illos, & personæ tristes illis apparentes pauorem illis præstabant.*

Neque enim, quæ continebat illos spelunca, aut saxea, aut tenebrarum sine timore custodiebat, quoniam etiam illuc sonitus descendens perturbabat illos & personæ tristes, ac laruæ illis apparentes pauorem illis præstabant.

Num. 5. *Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant noctem illam horrendam.*

Et ignis quidem, & si grandis nullam vim ad eos obtinebat illuminandos, nec syderum limpidæ flammæ illuminare poterant noctem illam horrendam.

Num. 6. *Apparebat autem illis subitaneus ignis timore plenus, & timore perculsi illius quæ non videbatur faciei, æstimabant deteriora esse, quæ videbantur.*

Apparebat autem illis subitaneus ignis in modum pyræ timore plenus, vnde eo perculsi ex apprehensione latuerunt, quæ postea per talem ignem eis apparebant, longè difformiores apparentes deteriores esse iudicabant illis, quas imaginatione apprehenderant.

Num. 7. *Et magicæ artis appoſiti erant deriſus, & ſapientiæ gloriæ correptio cum contumelia.*

Hinc Magorum illuſiones, quibus Ægyptij faſcinabantur, iam erant deriſus, & gloriam, quam ab illis aucupaueràt Magi cum contumelia correpti.

Num. 8. *Illi enim, qui promittebant timores, & perturbationes expellere ſe ab anima languente, hi cum deriſu pleni timore languebant.*

Dum illi, qui promittebant timores, & perturbationes expellere ſe ab anima languente, hi cum deriſu pleni timore languebant.

Num. 9. *Nam & ſi nihil illos ex monſtris conturbabat, tranſitu animalium, & ſerpentium ſibilatione commoti tremendi peribant, & aërem, quem nulla ratione quis effugere poſſet, negantes ſe videre.*

Nam etſi nihil illos ex monſtris conturbabat, vtpotè illis aſſueti, & ſic licet in tenebris ſpectra viderent, non terrefiebant, ideo ad eorum timorem tranſitus abiectus animalium, ſibilatio ſerpentum, quibus tremefacti peribant, plenè miſeri conſitentes vellent nollent, ſe etiam in tenebris fuiſſe; ac ſicut cæteri ſolem aëremque communem non vidiſſe.

Num. 10. *Cum ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis; ſemper enim præſumit ſæua perturbata conſcientia.*

Cum enim nequitia, ac malitia ex ſe ſit timida; ſic conſcientiam pulſat, vt ſemper hæc perturbata, & timore plena contra ſe teſtimonium profert condemnationis, ſæua ſemper, ac dura ſibi repræſentans.

Num. 11. *Nihil enim eſt timor niſi proditio cogitationis auxiliorum.*

Nam cum timor nil aliud ſit, niſi deſperatio omnium auxiliorum, ac eorum proditio, ſiue abiectio, ideo dum ſine vllo auxilio, quo euadere poſſint, ſe attendunt, ſæuiſſima ſemper præſumunt.

Num. 12. *Et dum ab intus minor eſt expectatio maiorem computat inſcientiam eius cauſæ de qua tormentum præſtat.*

Et ſic dum ſemper ab intus minor eſt expectatio, hoc eſt minor ſpes auxilij, & tamen pati non ceſſant, dum tribulationis ignorant cauſam, maius tormentum computant hanc inſcientiam, hoc eſt ignorantiam cauſæ pro qua patiuntur, quàm ipſa tormenta.

Num. 13. *Illi autem qui impotentem verè noctem, & ab infimis, & ab altiſſimis inferis ſuperuenientem eundem ſomnum dormientes.*

Illi enim hoc eſt Ægyptij, qui impotentem verè noctem, ineuitabilem ſcilicet, dum tenebras effugere non poterant, noctem inquam ab inferis, & ab altiſſimis, hoc eſt ab ipſis infernis ſuperuenientem; dum eundem ſomnum dormiebant à tenebris illecti.

Num. 14. *Aliquando monſtrorum exagitabantur timore: aliquando animæ deficiebant traductione, ſubitaneus enim illis, & inſperatus timor ſuperuenerat.*

Aliquando monſtrorum exagitabantur timore, aliquando ſi non dormiebant animi deliquio, ac virium defectione ex ſubitaneo, & inſperato timore tenebrarum quæ ſubitaneæ, & inexpectato ipſis ſuperuenere deficiebant.

Num. 15. *Deinde ſi quiſpiam ex illis decidiſſet, cuſtodiebatur in carcere ſine ferro recluſus:*

Deinde ſi quiſpiam ex illis, Ægyptijs deciditſet in tenebras illas, cuſtodiebatur in illis tanquam in carcere recluſus ſine ferro, cum ipſæ tenebræ pro ferro extabant.

Num. 16. *Si enim ruſticus quis erat, aut paſtor, aut agri laborum operarius præoccupatus eſſet, ineffugibilem ſuſtinebat neceſſitatem.*

Omnes enim tenebræ comprehendebant, ſiue quis ruſticus, hoc eſt, colonus erat, aut paſtor, aut agri laborum: hoc eſt lignorum inciſor, omnes enim ineffugibilem tenebrarum ſuſtinebant neceſſitatem.

Digitized by Google

Textus.	Paraphraſis.
Num. 17. *Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati, ſiue ſpiritus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborum ramos auium ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis nimium.*	Nam vna catena tenebrarum omnes erant colligati, ac præ timore deficiebant, ſiue ſpiritus auræ tenuis ſibilans, ſiue inter ſpiſſos arborum ramos ſonus audiebatur ſuauis auium, aut aquarum vis decurrentium nimium.
Num. 18. *Aut ſonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium curſus inuiſus, aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſimis echo, deficientes faciebant illos præ timore.*	Vt iacet.
Num. 19. *Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur.*	Vt iacet.
Num. 20. *Solis autem illis ſuperpoſita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ ſupernentura illis erat, ipſi ergo ſibi erant grauiores tenebris.*	Solis autem illis Ægyptijs nempe ſuperpoſita erat grauis nox imago infernarum tenebrarum ad quas ipſi properabant, & licet tenebræ ipſis graues, tamen ipſi ſibi ob peccata grauiores erant tenebris.

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT XVIII.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

DE Ægyptiorum tenebris poſtquam egit Sapiens, ad beneficia redit populo præſtita, vt amplius ex oppoſitione eorum reluceret magnitudo, vnde prius agit de luce, qua inter tenebras fruebantur; ſecundo de ignea per deſertum columna, & vt omnes percurrat Ægyptiorum plagas, de morte agit primogenitorum, déque etiam Iſraëlitarum in deſerto ob Chore murmurationem, & quomodo Deus in Ægyptios implacatum, in populum vero placatum, per Aaronis orationem ſe oſtendit, vt ex vtrorumque diuerſo ſucceſſu, quàm impar fuerit ſors demonſtret, & ſic hoc caput in quatuor diuiditur partes. In prima beneficium ponit lucis in Ægypto Hebræis collatum iuxta illud, *Sanctis autem tuis.* In ſecunda eiuſdem lucis beneficium per columnam, iuxta illud, *Propter quod ignis ardentem columnam.* In tertia occiſionem primogenitorum narrat iuxta illud, *Cum cogitarent iuſtorum occidere infantes.* In quarta tandem per murmurationem Chore ipſorum Hebrçorum mortem, ac Dei placationem iuxta illud, *Tetigit autem tunc, & iuſtos tentatio mortis.*

Num. 1. *Sanctis autem tuis maxima erat lux & horum quidem vocem audiebant, ſed figuram non videbant: & quia non & ipſi eadem paſſi erant, magnificabant te.*

Num. 2. *Et qui ante læſi erant, quia non ledebantur gratias agebant, & vt eſſet differentia donum petebant.*

A Commentum litteræ.

Connexio capitis.

CVm anteriori capite, ſiue poſtremis eius verbis hæc connecti poſſunt; dixerat enim Ægyptios ſibi grauiores ipſis fuiſſe tenebris, nunc ad voluptatem qua Hebræi perfuſi, ſe conuertens, dum in maxima ſe verſari luce proſpicerent, ait:

Sanctis autem tuis, &c. Et ſi multi mali inter Hebræos, ſanctus tamen dicebatur populus

ille, quia verum Dei cultum in se retinens, illum solum, qui sanctus adorabat, vnde ob hoc & illud Psal. 103. *Facta est Iudæa sanctificatio eius, & Israël potestas eius*; Vbi ergo vera fides est etsi alia adsint peccata, sanctus dici potest populus secundū scripturæ sensum. Ergo à contrario illa deficiente, & si aliæ adsint morales virtutes, non sanctus, sed pollutus, sed contaminatus dici populus ille potest; ergo polluti, sordidi, contaminati, fœdissimi omnes prorsus hæretici, & si morales aliquas habeant virtutes, dum veram, sanctam, orthodoxam, Catholicam fidem non possident. Pulchrè Hilarius Canonic. 10. in Matth. petens, quare Dominus discipulos, ne in ciuitates introirent Samaritanorum prohibuerit, cum ipse & Samaritanam curasset, ait: *Sed vt Ecclesias, hæreticorum non adeant admonentur*, cuius ratio, *Nihil*, subdit, *differt ab ignorantione peruersitas*; prohibentur hæretici, quia & si moraliter aliqui boni, tamen peruersi; quia dum verum Dei cultum ignorant, peruertuntur, ac ideo excisa fide, polleant licet quantalibet velint virtute peruersi sunt, & iniqui, in ipsismet suis procedentes virtutibus non vt homines spirituales, sed animales, quod pulchrè adnotauit idem sanctus in Psalm. 14. num. 1. super illa verba: *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, qui loquitur veritatem in corde suo*, vbi declarans, quid sit veritatem in corde loqui, & cur Spiritus sanctus illud adiecit, per veritatem in corde veram, & orthodoxam intelligens fidem, adnotat Paulum triplicem agnouisse hominē, carnalem, animalem, & spiritualem. Carnalis est, qui secundum carnem viuit, operibus carnis deditus; animalis, vero, qui secundum humanam rationem tantum; spiritualis, qui non solum secundum humanam rationem, sed etiā secundum diuinam; ac secundi generis Philosophos fuisse aliquos, & hæreticos. *Superiora illa*, ait Hilarius nempe iustitiam, & virtutes operari, *licet magna, atque præclara sint, solent tamē cum gentibus esse communia, vt vitium caueant, vt famam bonitatis acquirant, sed hæc animalium, nō spiritualium virtus est. Apostolus enim, & carnalem hominem posuit, & animalem, & spiritualē. Carnalem bellue modo diuina & humana negligentem, cuius vita corporis famula sit negotiosa, cibo, somno, libidine. Animalis autem, qui ex iudicio sensus humani, quid decens, honestumque sit sentiat, atque ab omnibus vitijs animo suo authore se reseruat, suo proprio sensu vtilia, vt honesta diiudicans, vt pecuniam spernat, vt ieiunijs parcus sit, vt ambitione careat, vt voluptatibus resistat, vt bonitate venerabilis sit, sed præsens in his tantum, & inter homines homini vsus erit. Spiritualis autem est, cui superiora illa ad Dominum studia sint, & hoc quod agit per scientiā Dei agat.* Post quæ paulò infrà: *Conscius ergo Spiritus sanctus ea quæ superiora sunt in vita innocentia, & in operibus iustitiæ, & gentibus, & hæreticis esse communia: nam qui plures eorum, & ieiunus corpora defatigant, & continentiam patrimoniorum largitione testantur, & pudicitiā virginitate consummant, sequitur dicens: & loquitur veritatem in corde suo, superiora illa inutilia demonstrans nisi in confessionis veritate suscepta sint.* Nil verius, ne ergo de suis glorientur hæretici virtutibus; si tamen aliquæ in eis non se decipiant: nam non amplius illæ se erigunt quam ad animalem constituendum hominem, non spiritualē, vnde vere nec sanctus, nec illibatus vnquā dici poterit, sed maculatus fœdatus, totus infectus, dum è cōtra sancti, qui veram, & orthodoxā sequuntur fidē.

Pſal. 103.

1. Fides vbi non est, nulla potest esse sanctitas.

Hilar.

2. Hæretici omnes peruersi, & polluti quāntalibet moali polleant virtute.

Idem.

3. Vt animalia bonū operantur.

Horum quidem vocem audiebant, &c. Aliqui per vocē non Hebræorum, sed Ægyptiorum intelligunt, quam Hebræi audiētes flebilem, & lamentabilem, licet eos non viderēt, quia in tenebris inclusi, ad Deū magnificandum se eleuabāt; attamen cōmunis omnū sensus est de voce Hebræorum cōmunia agentes officia, vel, vt Bonauent. & Carthus. Deū laudantes, quam Ægyptij audiebant, licet figuram ipsi dū in tenebris inuoluti non aspicerent. Sensus ergo est, sanctis, hoc est Dei populo maximā extitisse lucem, dum in tenebris Ægyptij, qui sanctorum voces Deū laudantium percipiebant, licet figurā non viderēt, dum sic crassæ, ac denſę tenebræ erant illæ, vt lux penetrare eas non posset, vt volunt Holkoth, & Lorinus; non verò per illius negationem, vt alij. *Bonauent. Carthus. Holkoth. Lorinus.*

Et quia non & ipsi eadem passi erant, magnificabant te, &c. Cantacuz. cum alijs, etiam de Ægyptijs hęc intelligens, affirmat eos magnificasse Hebræos, quia non eadem, ac ipsi paterentur, seu quod luce perfruerentur. Alij vt videntes Hebræos talia nō pati, vel inuiti ad laudandū cogerentur deū, ipsumq; magnificandū, eiusq; iustitiā acclamādo. Duri sēsus, & præcipuè vltimi. *Cantacuz.*

Planus ergo, & verus est omnium antiquorū Latinorum, Hugo, Holkoth, Bonauent. & cęterorum, illud intelligi debere de Hebræis Deum magnificantibus, dum se non similia ac Ægyptios pati prospicerent, & in carceribus detineri tenebratum, qui prius in carcere eos vinctos mutata sorte detinebant. *Hugo. Holkoth. Bonauent.*

Magnificabant te. Græca, *Beatificabant*, Deus magnificatur, qui in se magnus, quando à nobis eius declaratur magnitudo. Quinque modis affirmat Albertus Deum magnificari, laude, opere, sanctitate vitæ, aliorum ad Deum conuersione, miraculis, omnesque in cāntico virginis, qui à magnificandi verbo incipit, optimè inueniri, Lorinus annotat, licet à nobis rectè sæpè dicatur Deum magnificari, tamen beatificari nunquam, licet posset dici, quod verum, vnde melius cum nostro legendum, *Magnificabant te*, quàm cum Græca, *Beatificabant te*; beatitudo enim communicatur à Deo, non à nobis ipsam recipit Deus, magnificabat ergo Deum populus; ac cur? quia non puniebantur sicut Ægyptij, vnde sequitur.

4. Deus quot modis magnificetur. *Albert. Lorinus.*

Et qui ante læsi erant, quia non lædebantur gratias agebant, &c. Græca, *Quoniam autem non lædunt antea læsi.* Omnes, qui rigorem Græcæ lectionis sequuntur volunt, vt hæc de Ægyptijs intelligantur, qui dum in tenebris, Hebræis gratias agebant, imò & veniā petebant, quia ab illis, licet prius læsi, non læderentur. Alij de Hebræis hæc intelligentes affirmant illos gratias egisse Deo, quia ab Ægyptijs, qui ante per plagas læsi, tunc non lædebantur; insultus, & inanis sensus.

Quidquid sit de textu Græco, cum, vt rectè Lorinus, & satis piè, nunc non licet tantæ authoritatis editionem læderę; verus, & germanus, me iudice, est sensus Hugonis, & Holkoth, secundū nostram lectionem, Hebræos scilicet gratias Deo egisse, quia etsi ab Ægyptijs læsi, nunc plagarū tenebrarum non lædebantur; hic enim cum superioribus valde consonat sensus, ideo præferen- *Hugo. Holkoth. Lorinus.*

dus; gratias ergo Deo agebant, quia à tenebris immunes, & aliorum tormentum eorum æstimabant beneficium, de quare infrà.

Et vt esset differentia donum petebant, &c. Hugo, Liranus, Carthus. Bonauent. Holkoth legunt, *Vt esset differentiæ donum te Deum petebant.* Vatab. *Et inimicitiarum veniam rogabant*, à varia acceptione verbi illius *differentia*, variè aliqui illud intellexerunt, I atinè aliquando differo pro dilligo accipitur; vnde hoc modo acceptum verbum, vt illũ accepit Vatabl. idé erit donũ differentiæ petere, ac venã dilligij, & inimicitiarum, quare sensus secundũ ipsum Ægyptios ab Hebræis veniam petijsse, ac remissionem iniuriarum. Alij *differentia*, pro differre, ac distare accipiũt & in diuersas partes ferre, vnde secundùm ipsos idem erat donum differentiæ petere, ac Ægyptios ab Hebræis petere, vt differrent, vt scilicet abirent, vt in diuersas partes secederent, séque relinquerent, sic Cantacúz. Osorius, Castro, qui etiam immerito, & contra nostræ vúlgatæ sensum vult vt potius hæc de Ægyptijs, quàm de Hebræis intelligantur.

Hugo. Liranus. Carthus. Bonauent. Holkoth. Vatabl.

Cantacuz. Osorius. Castro.

Planus sensus est Latinorum Hugonis, Holxoth, Lorini, & cæterorum, sapientem de Hebræis ea intellexisse à Deo perseuerantiam illius doni, quod tunc percipiebant postulantibus, nempe differentiam inter ipsos, & Ægyptios, discrimenque in beneficijs, & supplicijs; Quod euidenter colligitur ex versu sequenti, cum veluti ad confirmandam hanc inter Dei populum, Ægyptiosque differentiam, & veluti petitionis concessionem statim Sapiens beneficiũ columnæ post Hebræis à Deo præstitum adiecit. Hoc ergo à Deo requirebat, vt continua, constans & perennis esset illa, quam tunc experiebantur differentia, ipsis in luce existentibus, è contra vero in tenebris Ægyptijs.

HOMILIA XCIX.

Aliorum damna nostra sunt beneficia.

SVmmus, ac beneficus Deus, beneficentia omnia replens, nil extra illam operans, sic omnia temperat, vt ipsa eius supplicia sint beneficia; Hoc callés Regius Psaltes Psal. 99. n. 8. de Moyse, Aaron, ac Samuële dei amicis eloquẽs ait: *Deus tu propitius fuisti eis, & vltiscens in omnes adinuẽtiones eorum.* Mira locutio, propitius, ergo ne est Deus vltor, Deus vindex? Sanè respõdet Aug. in hunc psalmi locũ, nam tunc Deũ experimur benefactorẽ, quãdo vltorẽ. *Nouerint*, inquit, *Christiani, quomodò vapulent, cum multũ profecerint.* Eleganter, non ex afflictione, sed ex profectu attendenda vapulatio, & cum profectum aspicãt intelligant non iustitiam, sed misericordiã, vnde egregiè idem sanctus super illa verba Psal. 44. n. 10. nempe, *Quadraginta annis proximus fui generationi huic*, vt in Psalterio Romano, quę tamẽ vulgata legit, *Quadraginta annis offensus fui generationi illi*, sic ait: *Ignoscendo propitius fuerat, propitius fuerat vindicando, non solum donũ peccata sed etiã vindicans fuisti.* Verissime sic deus est bonus, vt omnia sua flagella sint dona, & ipsa damna beneficia tũ quãdo cæteri, cum vnũ certum, aliorum flagella in nobis dei esse misericordias. Quod sanctissimus etiã ponderans Dauid

Psal. 99. num. 8.

Augus. 1. Dei supplicia sunt eius beneficia.

Psal. 94. num. 10.

2. Aliorum flagella nostræ sunt misericordiæ.

Psal. 135. num. 10.

Psal. 135. n. 10. Dei misericordias laudare intendens, sic ait: *Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorũ, quoniã in æternũ misericordia eius, & excussit Pharaonem, & virtutem eius in mari rubro, quoniam in æternum misericordia eius*; & statim, *Qui percussit Reges magnos, quoniam in æternũ misericordia eius, & occidit Reges fortes quoniam in æternũ misericordia eius.* Mirũ hoc, vt indicia narrans non dicat, quoniam in æternũ iustitia eius, sed misericordia eius, vnde hoc? Sanè ex eo quod dicimus, ipsas Dei iustitias esse misericordias: nam dum vnos punit, alios saluãs, damna illorũ erunt beneficia illorũ. *Fortasse aliquis*, ait Theodoretus, *ambigere posset, quomodo per misericordiam mors efficitur, consideret igitur finem presentium verborum, iniuria affectos miserans, iniuria afficientes plectit, misericordiã erga populum hunc, illis pœnam inflixit.* Luculéter, amor erga Israëlitas, ac Dei erga eos misericordia Ægyptios impios mulctauit, eos in tenebris occludens, mactans, occidens; Israëlẽ illuans; in luce custodiens, dum illi in tenebris, quid ergo? nonne damna Ægyptiorũ fuerunt Israëlis beneficia? Quod etiam considerauit Origenes super illa verba Hieremiæ, *Ecce constitui te hodie supergentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes.* In quibus nil nisi durum, asperum, & rigidum prospicitur; at Origenes, & summam Dei misericordiam in Hebræos, vnde ait: *Bonitatis Dei istud est iudicium, inimica cælestis regni regna destruere, & bellantes cum sua gente perdere nationes.*

Theodor.

Origen.

3. Optima eiusdem rei ratio.

Hinc vnum elicere debemus tanquam axioma certissimũ quod cum omnes peccatores simũs, innumeris obstricti peccatis, omni prorsus pœna digni, sic vt nullum sit malum, nullũ supplicium in alteri inflictum, quod nisi è mihi à supremo iudice infligi non possit, & tamen aliter punitur, non ego, quòd summa erga me est misericordia, alterius punitio, & alterius damnum meum beneficium. Audi Domini nostri sententiam Luc. 13. n. 1. de pœnitentia differebat, ad quem tunc quidã accedentes ait Euangelista. *Narrabant ei de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum.* Quibus Dominus, *Putatis quod hi Galilæi pra omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? non dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis omnes similiter peribitis*; at antequam ad sententiam veniam, placet ponderare, cur isti tunc talia dixerunt, & quæ causa apud Pilatum talis interfectionis?

Luc. 13. num. 1.

Quoad primum enim Cyprian. contra Notatian. Theophylact. & Euthimius; putant hos non alia de causa hoc tunc dixisse, nisi vt diuina scirent iudicia, sicut quando Apostoli Ioan. 9. num. 2. interrogarunt, *Rabbi, quis peccauit hic, aut parẽtes eius, vt cæcus nasceretur?* differuerat enim multa Dominus de iustitia, ac de iudicio, & quod cito cum aduersario consentiendum, *Ne forte* ait; *trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem, &c.* Quibus auditis, cum casus tecens, & singularis, ac extremæ iustitiæ, hinc ansam sumpserunt talia Domino dicendi, & de ratione talis iudicij inquirendi. Iansen. in Concordia c. 88. existimat hos ideo talia tunc Domino dixisse factum Galilæorũ detestãtes, ac Pilati cõmendantes, vt mox dicemus, ac proinde tanquam gloriantes, sibi ac

Cyprian. Theophyl. Euthim.

placentes tanquam *meliores, occisis Galilæis*, cuius Dominus superbiam retundens respondit, *quid putatis, &c.* quæ sententia mihi amplius placet.

4. Galilæi cur à Pilato occisi. *Theophil. Euthim. Cyrill. Iansen.*

Quoad secundum autem, quare scilicet hoc eis fecerit Pilatus, omnino sentio cum Theophilact. Euthim. Cyrill. in catena sancti Thomæ, & Iansen. in Concordia c. 88. hos Pilatum occidisse, qua sequaces erant sectæ Iudæ illius Galilæi, qui asserebat Dominum nullum debere dici, nisi solum Deum, & pro Romanis Imperatoribus, sicut nec pro cæteris Romanis, vt refert Cyrillus, neque hostias offerendas, nam in lege nulla victima statuta pro Imperatoribus Romanis, ac Romanis ipsis, contra quos Pilatus indignatus inter sacrificandum eos occidit, ac sanguinem eorum cum hostiarũ sanguine miscuit; ex qua circunstantia satis apparet talis crudelitatis causã extitisse illam eorum opinionem pro Romanis scilicet, ac Imperatore sacrificia nó offerenda, cum data opera, non solum Pilatus voluit eos interficere, sed sanguinem eorum cum sanguine hostiarum miscere, eorum sanguinem pro Imperatore delibans, dum ipsi hostiarum nolebant, quos etiã Galilæos omnino esse affirmamus, non Samaritanitas, vt vult Maldonatus, tum quia cum nullum sit incõueniens Galilæos eos facere, nescio cur ad improprios sensus debemus recurrere: nam instantia ab illo adducta nil vrget, nempe hos sacrificasse in Hierusalem, quod non facerent si essent Galilæi, ac proinde neque ibi occisi, cum vtrumque affirmari possit minori cum inconuenienti, quàm dicente Euãgelista hos fuisse Galilæos affirmare Samaritanos, certè Iansen. incertum affirmat, an hi sacrificaverint in templo, an inter sacrificia propria extra templum ab eis oblata. Ergo possibile, imò vero similius, vt in templo; & ea ratio amplius me mouet, cum obserno Dominum extra Hierusalem extitisse, quando hoc ei annunciarunt, vt constat ex cap. 11. num. 1. vbi sic: *Et factum est cum esset in quodam loco orans, &c.* Nominasset profectò Hierusalem, si ibi Dominus, vt semper id adnotant Euangelistæ, vt Matth. 20. nu. 17. Ioan. 2. num. 23. & alibi sæpè. In quo loco omnia illa dicta, & facta Domini consecutiue ponuntur, vsque dum ad hoc deuentum caput, in quo de Galilæis dictum; possibile enim, vt tãquam de re noua in Hierusalẽ successa illud Domino alibi existenti annunciarent, opinionem detestantes Galilæorum, ac proinde eorum vitã tanquam sceleratiorem criminantes, factum approbarent Pilati, *Porro*, ait Iansenius, *qui de his Galilæis Domino nuntiasse dicuntur ferè intelliguntur hoc fecisse, vt Galilæorum illorum impietatem tam atroci, & nouo supplicio punitam Domino indicarent, & illorum seditiosum animum detestantes Pilati factum commendarent, execrantes illos velut maximos peccatores, ac cupientes scire, quid de illis Dominus pronuntiaturus esset*, quib' Dominus respõdit, *quid putatis, &c.*

Maldon. *Iansen.* *Luc. 11. num. 1.*

Duo ergo ex dictis colligo, primum hos, & si ipsis Galilæis amplius peccatores, vt ex Domini responsione colligitur, tamẽ sic in Galilæos crudos extitisse, vt crudelissimum factum approbarent, dignosq; tales simili pœna iudicarent, se ipsos non attendentes, non considerantes; quod si tantæ inhumanitatis causam subtiliter indagare velimus, reperiemus, quia non zelo Dei, & legis, sed principis, sed Imperatoris mouebantur. *Credente autem vulgo*, ait Cyrillus, *iustissime; radicitus tales talia passos esse quasi scandala seminantes in populo, incitantes principes in odium subditorum.* In peccatis videmus aliquos totos natos, & tamen zelum legis simulantes sic in subditos crudescunt causam veluti defendentes Dei, ac reipublicæ, vt omnis iusta eis videatur machæra; si talis crudelitatis rationem spectes assentatio est Principum non Dei, neque Reipublicæ zelus. Secundũ autem, quod colligo ad rem nostram illud est, horũ supplicium, audientium fuisse beneficium, & ideo Deum horum damnum permisisse, vt ipsi emendarentur, & ad pœnitentiã adducerentur. *In hoc autem ostendit*, ait Chrys. concion. de Lazaro tom. 2. *quod illos permisit talia pati, vt viventes alienis periculis territi fierent regni hæredes*, qui pulchrè sibi obijciens, *quid igitur dices, vt melior ego fiam ille punitur?* Respondet, *Non ideo, sed punitur quidem propter propria crimina, fit vero ex hoc videntibus salutis materia.* Eleganter, publicè aliquando Deus peccatores extremo afficit supplicio, vt sicut illis est suorum pœna peccatorum, sic videntibus dum simili poterant affici supplicio, & non afficiuntur, fiat illis salutis materia, vnde quod illis mors, ipsis sit vitæ causa, & aliorum damnum eorũ beneficium; quod expressius idẽ dixit Sanctus, de prouidentia ad Stagiritũ lib. 1. ponderans non omnes simulibus irretitos peccatis Deum punire, sic ait: *Idcirco non omnes, qui eisdem supplicijs sunt digni vna punire consuevit, vt reliqui eorum casibus admoniti meliores fiant.* Ex quo fit, vt si rectè expendere rẽ velimus, nullum sit in mundo damnũ, nulla tribulatio, nulla pœna, nulla infirmitas, nulla passio, nullum denique supplicium, quod nostrum non sit beneficium, ob quod semper ex vna parte pauidi, semper ex altera gratissimi coram Deo incedere debemus.

Cyrillus. 5. Principum assentatores crudelissimi sub zelo legis.

Chrysost.

6. Deus cur aliquando publicè alios punit.

7. Homo semper pauidus, & gratus incedere debet, & cur.

Hoc equidem expendo in oratione trium puerorum sanctissimorum Daniel 3. num. 47. refugientes enim ab illis igne, statim occidit quoscũque incurrit foris stantes: *Ernpit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis*, immo ipsosmet, qui Sanctos pueros in fornacem miserunt. Hoc pondero ad quid hos occideret ad Dei certè ostendendam potentiam satis erat pueros non cremari, cur ergo hos occidit? Sanè, vt ipsimet experirentur ignem non vim amisisse exusticam, dum cæteros cremabat, & miraculo illos seruatos, cæteros occisos ad eorum vindictam. *Impij imperij ministros, qui foris astabant flamma consumpsit, ipsisque sanctis appropinquare non posuit*, ait Theodoret. *sed ijs qui intus erant terga prebens contra proprios adoratores procedebat, quasi pœnas ab ipsis pro domini cultoribus exigens.* Hinc quia ipsi non combusti, cæteri vero consumpti, statim in laudes Dei se erexerunt. *Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum*; Pondero illud *tunc* quando? Tunc scilicet, quando cæteri combusti, illi illæsi, & si in fornace eorum damnum suum facientes, beneficium, Deo gratias agentes, cum & si ipsi cremari poterant, iusta Dei voluntate, vt ipsi affirmarunt possibile futurum, tamen non eos voluit, sed inimicos; hinc horum damnum eorum extitit beneficium.

Dan. 3. num. 47.

Theodor.

Digitized

8. Fidei magnitudo, & dignitas ex persecutione.

Quinimmo, & ipsa puerorum in fornacem iniectio, ipsa horum sanctorum tribulatio nostra est beneficentia, erudimur ex illis Christiani pro fide pati, & magnitudinem nostræ fidei non ex felicitate, sed ex passione pensitare, vt tunc amplius Deo chari iudicemur, quando persecutor adest, non quando ab est, *Iniquè persecuti sunt me, adiuua me*, Psalm. 118. num. 86. cur non libera me, aut adime à me? pulchrè Hilarius in hunc ipsum locum, *Quia periculosa*, ait, *otiosa fidei pax est, & facilè securis excubijs insidiæ sunt, ideo non erat sibi adimi causam certandi, sed tribui auxilium vincendi.* Egregiè, injiciuntur pueri sanctissimi in fornacem, & non eis Deus persecutorem ademit, quia periculosa pax est otiosæ fidei, vt si quando nos etiam tribulari inspiciamus, fomentumque tribulationis non adimi, exemplo puerorum animati non iram, sed misericordiam illud opinantes, vires resumamus, & si in fornace ad instar illorum nos aspiciamus, ex quo damnum puerorum beneficium erit nostrum.

Psal. 118. num. 86.

Hilar.

9. Periculosa pax in fide otiosa.

10. Innocentiũ pœnæ nostra sunt beneficia.

Quod etsi in omni facto hoc elucet, maximè equidem in innocentium malo, quis enim crederet, quod mors pueri illius viduæ Eliæ pascentis beneficium futura esset matris? certè illa hoc non reputabat, vnde ad virum Dei, 3. Reg. 17. num. 18. *Quid mihi, & tibi vir Dei? ingressus es ad me vt rememorarentur peccata mea, & interficeres filium meum.* Pendo verba illa, *Quid mihi, & tibi*, querimoniam sonant dolentis? cur scilicet ad domum eius venerit, cur ad illam ingressus, cur apud illam hospitatus? in quo illud admirabile, ipsam sic ad extremum redactam, quando ad eam vir accessit Dei, vt dixerit se nihil prorsus in domo habere nisi pugillũ farinæ, & paululum olei, & ideo colligebat duo ligna, *Vt ingrediar*, ait, *& faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* Ergo pro mortua se, pro mortuo filium reputabat, quod si superuixerunt, gratiæ fuit Prophetæ, ad cuius introitum Deus multiplicauit farinam, multiplicauit oleum, vnde & lętati sunt, comederunt, & vixerunt, vnde nunc, *Quid mihi, & tibi* vnde dolet de ingressu Prophetæ? ne mireris, conditio humana talis est, vt beneficia recipiens hominẽ extollat; at si semel beneficare desierit, nil præteritorum recordetur; summum bonum hæc mulier, quando multiplicatam vidit farinam, hominis Dei ingressum æstimauit; at quando filium extinctum, summum malum, nesciens misera, quia damnum filij eius erat beneficium: nam resuscitato filio, ac resurrectione in fide cõfirmata ait: *Nunc in hoc cognoui, quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.* Mira hæc verba nisi explicentur, *Nunc cognoui*, ait, *quod vir Dei es tu.* Ergo non cognouerat ante, ergo ex multiplicatione farinæ, aut olei illud non collegerat? respondet, & erudirè Abulens. quæst. 38. in hunc locum, optimè primum ex miraculo multiplicationis farinæ, & olei collegisse Eliam Prophetam esse; ac talem, tantumque, vt suprà omnes se eleuaret, tunc nõ antea, cum nullus ante Eliam mortuum resuscitarat, *Nunc cognoui, quod vir Dei es tu, id est, & quod es specialiter vir Dei plusquam alij Prophetæ.* Ergo per filij mortem in fide profecit mulier, sic, vt plenius Dei virum cognosceret, & amplius in ipsum crederet, vnde damnum filij beneficium fuit matris; quod tunc huic viduæ, quotidie nunc matribus, nunc patribus, mors filiorum, beneficium est ipsorum. Quod certè sensatissimè ponderauit Chrysost. de prouidentia ad Stagirit. lib. 1. quæstionem mouens, & soluens, de paruulis scilicet decedentibus. *Quid ergo*, ait, *ad eos, qui primam ætatem omnem nutriti in calamitatibus, prius quam bona, vel mala per ætatem discernere possent, è vita migrant?* Respondet, *Dico quod parentes, ipsos etiam fratres, & propinquos huiusmodi liberorum cladibus emendatos nouit, id vero non minimi lucri est, ita quempiam affligi, vt ex his quæ nesciens patitur, alius maxima emolumenta consequatur.* Vtilissime, & ponderanda illa, *ita quempiam affligi, vt ex his quæ nesciens patitur, alius, &c.* Insinuatur enim damnum filiorum decedentium paruulorum non quodlibet esse beneficium, sed maximum, dum parentes eruduntur per damnum illius, qui adhuc pati nescit, & quid sit calamitas ignorat, in quo summa Dei elucet beneuolentia, summus in patres amor; Vnde verè filiorum damnum est ipsorum beneficium.

12. Filiorum mors parentum beneficium.

Chrysost.

Ex quo amplius elicere possumus, nempe ipsas innocentium pœnas peccatorum esse emolumenta; solet enim Deus innocentem affligere, vt peccatorem admoneat. Peccauit dæmon Adamum decipiendo, serpente, vt instrumento vsus, & Deus non dæmonem, sed serpentem prorsus innocentem maledixit, Genes. 3. num. 14. *Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia.* Quid peccauit serpens vt malediceretur? Sic vt externe quoque eius appareret maledictio? *Super pectus tuum gradieris.* Multas Chrysostomus affert rationes homil. 17. in Genes. primam, propter singularem Dei in hominem misericordiam, quasi non solum diabolum voluisset maledicere, qui authorem, sed etiã eius instrumentum, quo hominem perdidit. *Tanquam pater*, ait, *qui non solum qui filium interfecit punit, sed ensem scindit.* Alteram, propter maximam diaboli detestationem, vt non solum ipse, sed quidquid ei deseruit pœnas daret, nos admonens quomodo non solum diabolum, sed eius abhorrere debemus instrumentum; at certiam ad rem nostram proprius, vt ex innocentis serpentis pœna ampliustimeret Adã, & ob oculos semper illam habens peccati, ac pœnitentiæ serpentis malum, continuus eius existeret monitor, ob hoc non solum intellectualem imposuit maledictionem, sed visibilem pectoralem gradum serpenti inhibens: *Quia maledictio*, ait, *non erat sensibilis, neque oculis videri poterat: propter hoc & sensibilem ei pœnam infert, vt continuo ante oculos videre possimus supplicij eius monumenta.* Ergo & si serpens non peccauit, & si innocens maledictus, tamen, ad peccatoris bonum, & damnum reportauit, quod Adami extitit beneficium.

13. Innocentes Deus affligit vt peccatores admoneat.

41. Deus cur serpentem maledixit externum & infligens supplicium.

11. Nominis propria cõditio beneficiorum obliuisci.

Quid immo, sæpè ipsæ vniuersales calamitates, quæ mundo iusto Dei immittuntur iudicio, ipsaque damna vniuersalia iustorum sunt beneficia, sic, vt vnde mundus perit, inde iusti reuiuiscant. Præcepit Deus Abrahæ; vt de terra, de cognatione, de domo patris exiret, Genes. 12. n. 1. vti præceptum, sic factum. *Egressus est Abraham sicut præceperat ei Deus*, & egressus est, vt iret in terram Chanaam. En tibi, dum ibi iustus fames in terra, sic vt penitus enecaretur *Prauã-*

15. Mundi vniuersales calamitates iustorum sunt beneficia

Genes. 12. num. 1.

Lippom. 16. Mulieres ex caſtitate decorantur.

17. In matrimonio obſcenitas quam fœda ſit res.

18. Quam indigna vt pulchritudo tantum attendatur.

Ambroſ.

19. In vxore ducenda quæ non quærenda.

20. Principes Chriſtiani adulterantes peiores Gétile Pharaone.

Ambroſ.

Chryſoſt.

21. Regum genius ſubditis imponere, & iniurias ſimulare,

22. Deus cur flagellauit Pharaonem ob Saram.

Hieron.

Lippom.

inerat enim fames, quis hoc videns in ingreſſu iuſti, non diceret in malum eius hoc non fieri? at non ſic, ſed fames Chanaam, repletio, vt ſic dicam extitit Abrahæ, dum deſcendens in Ægyptum ibi ditatus diuitijs multis; at quomodo? præuidens periculum ex vxoris pulchritudine, ſic illi alloquitur: *Noui quod pulchra ſis mulier, & quod cum viderint Ægptij dicturi ſunt, vxor ipſius eſt, & interficient me, & te ſeruabunt, die ergo obſecro te, quod ſoror mea ſis.* Multa hic pendo, Primum, pulchram extare Saram, & ſi ſexaginta & amplius annis, & ſi tantas paſſam peregrinationes, incommoda, ærumnas; vnde hoc? rectè Lippom. in caten. *Quia ex vtriuſque*, ait, *pudore, ac caſtitate perſeuerabat formoſior.* Egregiè, dedecorantur nunc mulieres, ac etſi virentibus adhuc annis vetulæ apparent, vis ſcire cauſam? non vt vxores, ſed vt ſcorta tractantur à viris, proh pudor, cum hoc & apud Chriſtianos videamus, inſpiciamus, ac præ pudore in ſacris audientes erubeſcimus; copulantur enim non vt ſancti, ſed vt equi, & muli: non ſic Abraham, cuius in matrimonio tanta erat honeſtas, tanta detentia, ac pudor, vt & ſi per triginta, & amplius annos cum vxore, tamen nunquam cum illa verbum de ſua pulchritudine, niſi nunc ex occaſione, quod profecto ſonant verba, *Noui, quod pulchra ſis mulier*, quaſi aliquid noui dictum redolent, quod antea non dixiſſet, quid ad hæc, qui à mulieribus obſcœna, & dicunt, & quod amplius pudet, petunt? dicerem niſi in primo tom. dixiſſem homil. 64. Secundo pendo periculum Abrahami non aliunde niſi ex formoſitate vxoris, *Interficient me, & te ſeruabunt.* Ex quibus confunduntur hi, qui non virtutem, ſed ſpeciem in vxoribus expetunt, ſignum quod non honeſtum, ſed delectabile in matrimonio quærunt, quid ergo mirantur ſi poſtea pereunt, & Dei iuſto iudicio impię mulieres viros occidunt, vt noſtris his temporibus, & vidimus, & palpauimus. Audi, vt eleganter diſcurrit ſic vt aſſolet Ambroſ. lib. de Abraham, *Ex hoc facto docemur*, ait, *non magnopere decorem quærendum coniugis, qui viro necem plerumque gignere ſolet, qui ſuauitatem quærit coniugij, non tam ſuperiorem cenſu ambiat, quàm neceſſitates non terreant maritales, non monilibus ornatum, ſed moribus; offendit plerumque virum ſi ſe vxor nobiliorem nouerit.* Quid pulchrius? quot verba, tot præcepta, nec pulchritudo in vxore quærenda, nec extremæ diuitiæ, ſed ſufficientes tantũ ad onera portanda maritalia, nec ſuper egrediens nobilitas, nam pulchritudo cauſa mortis, diuitiæ, luxus, nobilitas in vxore excedẽs ſuperbiam gignit, ac diſcordiam, *Hæc proxima ſuperbiæ ſunt*, ait Sanctus, immo & fontes. Pende nunc quomodo in ducenda vxore oppoſita omnino quærant homines, & dum bella, iurgia, profuſiones inter eos videris, ne mireris, non ſe copularunt ad filios procreandos ſanctos, & vt Paradiſum, ſed vt infernum replerent.

Tertio adnoto, *Me occident, te ſeruabunt*, quæ conſequentia? nunquid Regi impoſſibile Sara frui, & ſeruare Abraham, immo cum magnis ditare diuitijs? certè non infandum hoc principibus, & Dynaſtis. Dauid & mœchatus eſt, & virum quantum ex ſe occidere nolebat, immo honoribus proſequi; hinc cibum ei miſit Regium; quod ſemel hic pœnitens Rex, hodie inter Chriſtianos paſſim & videmus, & inſpicimus principes, quid ergo? vnde te ſeruabunt, me occident: dicent enim *vxor illius eſt*, ad pudorem enim hæc Chriſtianorum ponuntur, confunduntur enim à Gentili, qui in iudicio contra eos ſurgens ſtabit, ſic infandum reputans adulterium, vt maluerit homicidium. *Et ſi natura ferus*, ait Ambroſ. vbi ſup. *ac barbarus, tamen ſignificat etiam exteris, ac barbaris moribus eſſe curam pudoris, & adulterij etiam ſibi crimen cauendum, qui prætendit ignorantiam, condemnat intemperantiam.* Egregiè, & ſi barbarus, & ferus, tamen ignorantiam pertexit, vnde Abrahamo, *Quidnam eſt hoc quod feciſti mihi, quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam?* Vt infandum à ſe eliminaret, ſua ignorantia adulterorum reprehendens intemperantiam.

At nolo hic ſatis acutam deſerere Chryſoſt. ponderationem ſuper illis verbis, *quidnam eſt hoc quod feciſti mihi?* Ponderat enim Sanctus Regem Abrahamo impoſuiſſe, quaſi ipſum iniuria affeciſſet, cum potius ipſe Abrahamo eam intulit. *Vide*, ait Chryſoſt. *qualia verba Rex profuetur, cur hoc feciſti mihi?* inquit, & pro Adamo reſpondens ſequitur, *Ego ne tibi feci, qui peregrinus, qui nulli notus, qui propter famem adſum, tibi Regi, tyranno, & imperanti ſuper Ægyptum? tu abſtuliſti vxorem, nonne ſicut peregrinum, & hoſpitem deſpexiſti, contempſiſti, nullius momenti habuiſti, & quæ tibi placebant opere valebas impleri, quidnam tibi feci, &c.* Hoc autem cum ſit, cur ergo Rex Abrahamo, non Abraham Regi imponit? Chryſoſt. hoc ad Dei potentiam refert, ac magnitudinem Abrahami protectionis, vt Rex peregrinum timeret, non peregrinus Regem; vera intelligentia; ſed mea ſententia ni fallor planior ad genium recurrere Regum, imponunt ſubditis, quod iſti eis poſſint, & ſimulant iniurias, vt illatas obruant, deprædantur, & expilari ſe quærunt, opprimunt, & opprimi lamentantur. En tibi Pharao de Abrahamo queritur, & tamen ipſe vxorem abſtulerat, ipſe eum ſpoliauerat,

At pergo, fames Paleſtinæ ab ea Abrahamũ eiecit, deſcendit in Ægyptum, ibi ditatus diuitijs magnis. *Abraham autem bene vſi ſunt propter illam, fuerunteque ei oues, & boues, & aſini, & ſerui, & famulæ, & aſinæ, & cameli.* En quanta? fame enecatus deſcendit in Ægyptum, & ibi non ſolum ſaturatus, ſed ditatus, ſed ſaginatus, ſed diuitijs oppletus. Ergo damnum Paleſtinæ beneficium fuit Abrahami, vt inde videas orbis infortunia ſeruorum Dei eſſe beneficia.

Sed attendendus modus, ditauit per mulierem, *Sublata eſt mulier in domum Pharaonis.* Hinc bene vti Abraham, ſed nunquid & ſi rem Deus contulit, abſtulit honorem? abſit, *Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxorem Abraham.* Cur flagellauit? certè Hieronym. affirmat in quæſtionibus Hebraicis vſum eſſe Regum per annum differre mulieres, curaréque eas per vnctiones odoriferas antequam ad eos ingrederentur, quod probat ex facto Heſter, vnde per annum morata Sara in Regis palatio, cũ eius pudicitia ob hoc ſecura, rectè Deum admonere eum poterat abſque flagellis, eo vel maximè, quia factum ignorabat; ad rem noſtram Lippom. in caten. *Voluit*, ait, *amicum ſuum*

23. Quantum curæ habuit Abrahæ.

Deus magnificare in tota Ægypto, & in gloriam suam promouere multis modis, idque per reproborum etiam malitiam suo more dispensauit, vt per plagas, & verba Dei potentiam discerent Ægyptij, & Abrahæ sanctitatem; aptè, pudicitiæ Saræ prouisum equidem per Regum morem, sed non famæ, sed non gloriæ, sed non exaltationis Abrahæ. Flagelletur ergo, & non quomodocumque, sed plagis maximis, quia cum Rege res habenda, vt sic Abraham exaltetur, & non solùm ditetur, ac in honore indemnis seruetur, sed glorificetur ex plagis, ex infirmitate Regis. Ergo quot Pharaonis plagæ, tot Abrahami beneficia, & damnum Regis, Abrahami fuit emolumentum, vt sic omnes videant, quod omne vnius damnum in mundo, alterius est beneficium.

24. Quot præsciti, tot illorum beneficia.

Quid, amplius me effero, quot præsciti, quot condemnati, tot nobis collata beneficia, Malac. 1. num. 2. *Dilexi vos, dicit Dominus, & dixisti in quo dilexisti nos? nonne frater erat Esaü Iacob; dicit Dominus, & dilexi Iacob, Esaü autem odio habui.* Vbi ad litteram secundum Apostolum ad Rom. 9. num. 13. sermo est de electione, ac reprobatione, vt sentit August. lib. 16. de ciuitat. cap. 35. & lib. 1. quæstionum ad Simplician. qu. 2. & in Enchirid. cap. 98 & epist. 105. ad Sixtum, multisque alijs in locis, & idem sentit Paul. Burgens. in addition. 1. huius capitis, optimèque probat Ribera, qui etiam antiquam mutauit opinionem; sentiens historicum sensum esse de electione ad bona temporalia, non æterna, & merito quidem: nam cum sic clarè Apostolus eum de electione æterna sit interpretatus, non est cur ad allegoriam recurramus, eo vel maximè, cum nullum sit inconueniens; nam, vt optimè Ribera, non ex eo quod Esaü reprobatus, omnes etiã eius posteri, sed tantum, qui eius carnalem vitam, sicut non ex eo quod Iacob electus, omnes Iacobitæ, sed qui eius imitati sanctitatem. Ergo literalis sensus de prædestinatione, ac reprobatione, quid inde? Sanè quod dicebamus, tot nostra esse beneficia, quot reprobationes, tum quia nullis nostris prædestinauit nos meritis, tum quia multis cum reprobare non posset de causis, & fortasse grauioribus, quibus alios, non fecit. *Ambo gemini,* ait August. in Enchirid. cap. 98. *natura filij iræ nascebantur, nullis quidem operibus propriis, sed originaliter ex Adam vinculo damnationis obstricti, Iacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esaü autem odio habuit per iudicium debitum, quod cum deberetur ambobus,* signa verbum, *in altero alter agnouit non de suis distantibus meritis sibi esse gloriandum, quod in eadem causa idem supplicium non incurrit, sed diuina gratia largitate.* Sensatissimè, simul ac verissimè, ambobus debebatur iudicium, & fortasse amplius Iacob cum ex vtero matris extitit supplantator, attamen Iacob dilexit, Esaü odio habuit, nonne ex hoc præscientia Esaü, beneficium extitit Iacob, quod similiter de cæteris proportionaliter dici potest, quot amice apud inferos æternaliter minoribus quàm ego, & tu peccatis condemnati? & tamen ego, & tu viuimus per Dei misericordiam repromissionem sperantes, quid nos amplius deo, quàm illi? nescio an aliud quam maiora peccata. Cur ergo nos, vt illos non condemnauit? gratiæ eius largitas fuit, ergo illorum damnatio nostra est beneficentia; caueamus ergo ne nos, qui tantum Deo debemus, pro gratijs iniurias rependentes causa simus, vt sanctissimum nomen eius blasphemetur, & ipsis diabolis talem ansam demus, vt Deum, aut iniustum, aut personarum acceptatorem dicant, impiè blasphemantes. Quod equidem sic Deus dolet, vt cæteris pœnis remissis, quæ ex hoc nullo modo remittat.

25. Scandali peccatum difficillime Deus remittit.

Pœnitéti Dauid omnia trãstulit ab illo peccata, tamen auduit, *Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbũ hoc filius, qui natus est tibi, morte morietur;* Quæ hęc blasphemia? & à quibus? Aliqui ab ipsis Ammonitis, qui victoria potiti, Deum suum Deo Israëli anteponentes tanquam validiorem ipsum blasphemarunt, sic Dionys. & Caiet. Alij quod blasphemia ab omnibus fuit gẽtilibus Deum Israëlem ignorantem dicentes, qui talem regem, sic carnalem, sic crudelem populo suo præfecerit. Audiant hoc reges Christiani malè viuentes, pessime gubernantes, per eos Deus à Turcis, ab hæreticis, à Gentilibus blasphematur, & si impiè: Nam stupidum Deum dicunt populo suo talem prouidentem Regem, tales principes; at melius, & ad rem nostram satis Lyra. & Abulens. qui blasphemantes omnes peccatores etiam ex Hebræis intelligunt, quorum blasphemia in eo consistebat, in Dei murmuratione, quod Dauid Saüli præelegisset, qui maiora, quàm Saül commisit, *Quia homines ignorantes,* ait Lyra, *& male per hoc blasphemabant iudicia Dei occulta, dicentes eum iniustè egisse reprobando Saül, & eligendo Dauid, qui satis peiora fecerat, quàm Saül.* Quam blasphemiam tanti fecit Deus, vt & si culpam omnium Dauid remiserit, tamen pœnã, quam ob illam meruerat, quatenus eius extitit causa, nec ieiunio, nec cilicio, nec cinere, nec lachrimis, gemitibus, aut eius afflictionibus vnquam remittere voluerit, *sed die septima mortuus est infans,* ad doctrinam nostram hæc; admonemur enim, vt sic viuamus, sic datori omnium gratiarum gratissimi, quia nos ab inferni ignibus liberauit, vt non ansam impijs demus Dei inimicis illum blasphemandi, quatenus repudiatis cæteris, qui minora quàm nos, nos elegerit: nam & si impiè illud faciãt Dei iusta ignorantes iudicia, tamen quantum ad nos omni ante illud Dei tribunal digni ob hoc constituimur pœna, non recognoscentes ingrati, quod aliorum reprobationes nostræ sunt electiones, & aliorum damna nostra beneficia.

Dionys. Caietan.

26. Vt a regibus blasphemetur.

Lyra. Abulens.

August.

Burgens. Ribera.

Quinimmo non quælibet aliquando, sed præclara, dum ideo sæpè exclarescimus, quia alij, vt sic dicam tenebrescunt. Ob inobedientiã, intempestiuamq; oblationem repudiauit Deus Saülem, ne esset Rex 1 Reg. 13. num. 14. *Nequaquam regnum tuum vltra consurget,* quid ergo? *quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum.* Pendo ly *quæsiuit,* si quæsiuit, ergo iam diu, & si iam diu, cum iuxta cor suum, cur non statim protulit? Sanè, quia adhuc Saül non reprobatus, quæsiuit, & vt humano modo loquar, vt quasi homo prouidus, qui defectum præueniens sibi de substituto prouidet, sic Deus quæsiuit, vt si Saül defecisset, tunc quando illud, Dauid qui iam inde suus in Regem cæteris declararet, sicut sanctus interpretatur August. lib. 19. de ciuitat. cap. 6. ly *quæsiuit, ac si diceret,* ait, *quem suum esse iam nouit, sibi esse familiarem alijs ostendit.* Ergo tunc non quælibet beneficia in Dauid ex repro-

27. Aliorum damna non quælibet, sed præclara nostra sunt beneficia

1. Reg. 13. num. 14.

August.

batione Saülis, ſed præclara, electio ſcilicet ad regnũ, ad dominium, & quod caput, claritas ex dilectione, ac Dei amicitia amor, & in eum propenſio, dum proclamatur *quæſiuit ſibi virum iuxta cor ſuum*. Ergo tunc præclarus, & excelſus factus Dauid, quando Saül humiliatus, & obſcuratus. Damna ergo Saülis, Dauid extiterunt beneficia.

28. Saül quia à populo expoſtulatus populares tenebat cõditiones ſecus Dauid, qui diuinas, & cur.

Immo non ſolum Dauid, ſed totius populi, dũ pro Saüle impio, ac tyranno Dauid obtinuit ſanctũ, & pro Rege humano, Regem, vt ſic dicam, diuinũ: nam etſi Deus eis Regem, tamen ad eorum petitionem; ipſi enim Regem exquiſierunt, vt patet ex cap. 8. Hinc illũ Deus eis dedit, quem amplius eis placiturũ prætuidit, vnde eũ requiſiuit, qui populo, non qui ſibi placeret; at quando Dauid, eum eis dedit, qui ſibi, non qui populo; hinc iſte ſanctiſſimus, ille peſſimus. Ob hoc adnoto verba illa *quæſiuit ſibi*; quid eſt, *quæſiuit ſibi?* Sanè illud ſonat, quaſi diceret hominẽ quæſiuit totum ad ſuam vtiliratem, totum ad ſuã diuinã voluptatem, vbi pronomen *ſibi* emphaticũ eſt, peculiare aliquid ſignificans, ac proprium, vnde Act. 9. n. 15. de Paulo, *Vas electionis eſt mihi iſte*, & cap. 13. n. 2. *Segregate mihi Saulum & Barnabam*, Pſal. 32. n. 10. *Populum quem elegit in hereditatem ſibi*, hoc eſt in ſuam propriam, & peculiarem, & alibi ſæpè. Ergo *quæſiuit ſibi virum*, tãtum ſonat, quantum hominẽ ſibi charũ, electũ, amicum, totum ſuum, vnde Paul. Actor. 13. n. 22. huc loco alludens, ait: *Cui teſtimoniũ perhibens dixit inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*; non ſic autem de Saüle: nam etſi quęſiuit, tamen non ſibi, ſed populo, & ad populi requiſitionẽ; hinc illum hominẽ eis dedit, qui exterioribus conſideratis cæteris præeminebat ab humero & ſurſum, hæc Deus procurans, quia his populus acquieſcit exteriorib⁹; quod adnotauit Procopius dicens: *Saulem quidem elegit Dominus propter egregiam corporis ſtaturam, nõ quod ipſe qui omnium eſt opifex tanti eam faceret, ſed propter populum, qui ea quæ ſenſibus pulchra apparent tantũ ſuſpicit, & admiratur.* Veriſſime, ſic, vt in hunc errorem etiam mea ſententia fuerit ipſe Samuël, reputans Deũ Saulem elegiſſe propter egregiam corporis ſtaturã, ducor, quia dum ad eligẽdum, ſiue vngendum Dauid ex mandato proceſſit diuino 1. Reg. 16. n. 6. Videns Eliab præſtantis formæ, ac proceræ altitudinis ad inſtar Saül ſtatim pronunciauit, *Num coram Domino eſt Chriſtus eius?* cuius ignorantiam Dominus corrigens, ait; *Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitũ hominis ego iudico, homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor.* Elegit ergo Saülem præſtantis formę, ac procerę altitudinis, non propter ſe, ſed propter populum, qui dum Regem ab eo petierat, illum eis dedit, quem ex ſtatura iudicaret meliorem; at quando non populo, ſed ſibi quæſiuit Regem, non ad ſtaturam reſpexit corporis, ſed cordis; hinc hic electus, ille reprobatus, iſte peſſimus, ille optimus.

Act. 9. num. 15. Ibid. c. 13. num. 2. Pſal. 32. num. 10. Act. 13. num. 22.

Procopius.

1. Reg. 16. num. 6.

29. In e electionem à Deo factam à ſe & illã quæ ad requiſitionem hominum quanta ſit differentia.

Ex qua doctrina duo elicere poſſumus certiſſima, quantum interſit inter electionem, quam Deus prouidet ad hominũ requiſitionẽ, & illã, quam ad ſuam: nam eligit, & quærit ſæpè Deus, nobiſque ſuperiorem præbet, quem nos externis tantum iudicatis reputamus meliorem, aut quia nobilis, aut quia erudit⁹, aut quia diues, aut quia ſenex, aut quia aſpectu venerabilis, deſpicimus aliũ virtute ſuperiorẽ, licet aſpectu deſpicabilẽ; quid ergo Deus, qui pro hoc ſtatu prouidentia omnia regit ordinaria, nobis ſe adaptans, nobis quærit, nõ ſibi virũ, nobis acquirit rectorem nõ ſibi, quid inde? dicam breuiter, ad inſtar populi Iſraël, qui electo Saüle, *Clamauit omnis vinat Rex*, 1. Reg. 10. n. 24. fauſta acclamamus, in principio Angelũ eũ inuenim⁹, in medio hominẽ, in fine dæmonem. Hinc in principio adoramus, in medio deſpicimus, in fine abhorremus. En tibi Saül in principio ex victoria hoſtium, vt Angelũ eũ receperunt, ſic, vt occidendos, qui illũ deſpexerant iudicarent, cap. 11. n. 12. & ait: *Populus ad Samuelem, quis eſt iſte, qui dixit, Saül non regnabit ſuper nos, date viros, & interficiemus eos*, tractu tẽporis, cum ex inobedientia, cæteriſq; eius actionibus homo repertus, & per Samuëlem à Deo reprobatus, ac proinde ab eo deſpectus, ſic eum populus poſtea deſpectum habuit, vt miſer ſic timuerit, quod ad auxilium Samuëlis recurrerit, atque, *Sed nunc honora me coram ſenioribus populi mei, & coram Iſraël*, Ibid. cap. 15. n. 30. tandem vltimo, vt diabolum eum inuenerunt cap. 16. n. 15. *Dixerunt ſerui Saül ad eum, ecce ſpirit⁹ Dei malus exagitat te*, & vt talis odio habuerunt, vnde cõqueſtus ipſe quadam vice ex dolore clamauit c. 22. n. 8. *Non eſt qui vicẽ meã doleat ex vobis*, omnes ad nauid accurrẽtes, vnde tantus Rex, ſic acclamatus, ſic adoratus ad rantũ deuenit deſpectũ? Sanè amice, quia populus eũ poſtulauit, & populo, nõ ſibi eũ Deus quæſiuit.

1. Reg. 10. num. 24.

30. Superiorem curſus, & æſtimatio apud homines.

Ibid. c. 11. num. 10.

Ibid. c. 15. num. 30. Ibid. c. 16. num. 15. Ibid. c. 22. num. 8.

Secundum autem quod elicere poſſumus ad rem noſtram proprius, reprobationem Saülis, eiuſque damnum, populi fuiſſe beneficiũ, dum pro Saüle Dauid, dũ pro impio pium, dum pro peſſimo ſanctũ recepit, cuius bonum tanti Deus faciebat, vt ſuum diceret, ob quod *& quæſiſſe ſibi*, Dauid affirmat, ſuum reputans populi bonũ. Quod excellenter notauit Baſilius ad illa verba Pſal. 97. *Saluauit ſibi dextera eius, non dixit*, inquit, *ſaluauit eos, ſed ſaluauit ſibi; immenſa enim benignitate vſus, mortalium vitam, ſuum dicit eſſe emolumentum*; vt inde videas, quam verum ſit quod dicimus ſemper aliorum damna noſtra eſſe beneficia.

Baſil.

31. Noſtra bona ſua Deus dicit emolumenta.

Concludam hoc ſic verum, vt non ſolum illud de hominibus certum, ſcilicet omnium hominum aliorum damna, noſtra eſſe beneficia, ſed etiam de Angelis, hoc eſt dæmonibus: nam ſi vera eſt illa opinio vti re vera probabilis eſt, homines electos poſt permiſſum, ac præuiſum Angelorum peccatũ, quam videtur tenere Bernard. ſerm. 1. de Aduentu, & colligunt aliqui ex illo Pauli ad Epheſ. 1. *Inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & in terra ſunt*, & in illud Pſal. 109. *Iudicabit nationes, implebit ruinas*; de qua re videndus eſt Suarez in 1. part. lib. 1. de eſſentia prædeſtinat. cap. 12. Si ergo vera eſt hæc opinio, quantum noſtrum lucrum damnum extitit dæmonis inſpicere potes, dum ex illius ruina tota noſtra ſalus, noſtra electio, noſtra prædeſtinatio, immo ſecundum aliquos & noſtrum eſſe, cum ob id creati, vt illas inſtauraremus ſedes, ergo ſicut ſupra diximus, non ſolum hominum præſcientia noſtra eſt beneficentia, ſed etiam dæmonum, & quot dæmones è cælo ceciderunt, tot hominum fuerunt beneficia, ex

32. Angelorum ruina noſtrũ beneficium, *Bernard.*

Suarez.

quo

quo quantum Deo debeas attendens, cum Israelitas gratias Deo agas, quia sicut cæteri non A
lxderis, vt noster de illis affirmat Sapiens dicens: *& qui ante*, &c.

Num.3. *Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitij præstitisti.*

Num. 4. *Digni quidem illi, carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebãt filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

DIxerat orationem populi apud Deum fuisse, vt donum differentiæ inter ipsos Ægyptiosq; tribueret, quod nos ibi interpretati pro dono perseuerantiæ illius differentiæ, quæ tunc inter illos extabat, lucis nempe, ac tenebrarum, in tenebris Ægyptiis existentibus, in magna è B
contra Hebræis luce; nunc ad demonstrandum exhibuisse Deũ gratiam, lumẽ adiecit columnæ, quo per quadraginta in nocte cõtinuè illuminati sunt per desertum annos; vt hinc videas quam abundãter, quod petebãt eis præstitit Deus, quãtoq; miraculo Israëlitas ab Ægyptiis discreuit.

De columna tractauit Sapiens c. 10. & nos ibi latè; quapropter pauca hinc ad textus solum explanationem.

Propter quod, &c. Aliqui causalem hanc referunt iuxta sensũ, quẽ in numeris antecedentibus tenuerũt, aut ad actionẽ indulgẽtiæ Hebræorũ in Ægyptios, dũ innocuit illis, potêtes se vlcisci, aut ad gratiarũ actionẽ, cũ hęc ad nouum captãdũ sæpe vtilis sit beneficiũ; sed nos iuxta nostrũ ad orationẽ, quã Hebræi effuderant, vt differẽtia C
quæ tũc erat, sẽper esset inter ipsos, Ægyptiosq; vnde Hugo, *Propter quod, id est quia à te petebãt.*

Hugo.

Ignis ardentem columnam, &c. columna dicebatur ardẽs, vt sup. c. 10. diximus, quia noctis expellebat frigus. De igne fatuo, qui lucet, & non ardet, & de eo qui licet ardeat, & ferueat, nõ cõburit, vide Maiolam Colloq. 22. quia nos ad alia properamus solidiora, animã non sensum delectare sagaces, hoc dixinam data opera ab eruditionibus sæpe abstinui, & vt alibi dixi, non explano Virgilium, sed Scripturam, non intendo mulcere aures, sed spiritum, non eruditum reddere hominem, sed sanctum.

Maiolã.

Ducem habuerunt ignotæ viæ, &c. Angelum scilicet in columna nubis, qui viam sciebat. Holkoth prælatum affirmat hanc significare columnam, eiusque describit proprietates, Hugo Christi Incarnationem.

Holkoth. Hugo.

Et solem sine læsura boni hospitij præstitisti. Græca, *solem autẽ innocuum, pretiosi, aut honorifici, & magnifici hospitij, seu peregrinationis gratia præbuisti*, &c. Solẽ Deus, per quadraginta innocuum Hebræis per desertũ præstitit annos, quatenus eos ab illo per columnam defendebat nubis, vt sup. c. 10, n 17. Ergo dum Deus Hebræos per desertũ hospitabatur, nõ equidẽ illud mutare, sed magnificẽ, honorificẽ, pretiosè efficiebat, ita vt etsi in deserto, & sub. diu, & in casulis, vt sup. dixit Sapiẽs, tamẽ ita præclare, & Regie, vt nil amplius honorificentius, cibũ præstãs Angelorum, domũ, sine tectum columnam ignis per noctẽ illuminantẽ, calefacientẽ, fouentẽ, nubis vero per diẽ obumbrantẽ, custodientẽ. Quid honorificẽtius, quapropter verè affirmandũ nil sic ad Dei cõducere cognitionẽ, nilq; sic eum esse probare quã eius circa suos, immo & extraneos summã, indicibilemq; prouidentiã; hinc rectè Tertull. in Apologetic. c. 17. affirmat ex operibus Dei tot, ac talibus rectè cõsideratis, Deum minimè latere posse, nec animã eum ignorare, cuius summa delicti eius ignoratio, qui ignorari nõ potest. *Et hæc est summa delicti*, ait, *volẽtium recognoscere, quæ ignorare non possunt, vultis ex operibus ipsius tot, ac talibus quibus continemur, quibus sustinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur, vultis ex animæ ipsius testimonio comprobemus?* Scilicet Deum esse, nil melius; ex operibus, quibus continemur, sustinemur, immo oblectamur, nisi mens torpeat, qualis Deus sit noster cognoscere possumus: ex bene equidem instructa naui, expãlis maria sulcãte velis, qualis, quãtusq; eius sit gubernator, & quod simul in illa adsit rectè argumẽtamur, sic qualis, quantusq; sit Deus noster, & nõ solum quod sit ex prouidẽtia, & ex eius modo, quo suos gubernat, ingenuè deducere possumus. *Cæterũ ex prouidẽtia*, ait Theophil° Antioch. lib 1. ad Antolicũ, *qua singula ordinat, suisque operibus aspicitur, & apprehenditur, quẽadmodum si quis cernat nauem suis armamentis instructã sulcare mare, & in portũ appellere, certè credit aliquem à quo gubernetur in ea esse gubernatorem.* Aspice, quæ Deus cũ Hebræis, nũquid negari potest cũ esse eõdem modum, quo eos cõtinuit, sustinuit, oblectauit, non equidem per vnũ, sed per quadraginta annorũ curricula, nũquid aliũ esse præter eũ dices? equidẽ impossibile hoc, & tamen vt quanta humani sit vecordia cordis, quãta hominum malitia perpẽdas, hunc Deũ talia, tãtaq; pro ipsis facientem, paulò pòst hi ipsi negarũt, repudiarũt, pro sordido cõmutarũt vitulo. O humani imbecillitas ingenij, ô misera hominum sors, semel Dei destituta gratia, sed ad nostra.

Dei prouidentia, & quæ maxime inter cætera illũ manifestat. *Tertull.*

Theophil. Antioch.

Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarũ, &c. Græca, *custodiri in tenebris*, &c. interponitur cõparatio per antithesim cũ Ægyptiis, affirmãs dignos tenebris hos fuisse, tũ quia tenebris Dei populum oppressẽrũt in carceribus detrusũ, tũ quia tenebris obscuratum habuerũt cor, tantis Dei nolentes obtemperare signis.

Per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari, &c. Græca, *per quos debebat incorruptum legis lumen populo dari*, vel *per quos integerrimum legis lumen orbi erat impertiendum.* Placet Lorinus, qui etsi tunc quando in Ægypto populus non data lex, sed post quinquagesimum ab egressionis die, tamen quia vexatio ipsa captiuitatis, & Ægyptiorum plagæ disponebant ad egressionem, & ad ipsam accipiendam legem Hebræos, rectè dicitur, quod tunc lex incipiebat dari, seu dabatur: nam, vt rectè Castro in vsu Scripturæ inchoatio actus aliquãdo pro ipso ponitur actu, vt Luc. 23. n. 25. *Incipietis foris stare*, pro *stabitis*, Canticor. 1. n. 6. *Ne vagari incipiam*, ne *vager*, Apocalyp. 3 n. 16. *Incipiam te euomere*, pro *euomam*, sic nunc incipiebat dari lumen legis pro dabatur modo dicto.

Lorinus 1. Scripturæ phrasis actũ inchatio pro ipso actu. Castro. Luc. 23. n. 25. Cantic. 1. n. 6. Apoc. 3. n. 6.

Lex autem vocatur *lumen*, quia docet quid

Lex dicitur lumen & cur.

agendum, quid sentiendum, quia toti sæculo, & hominibus datur, & *incorruptum*, quia est iusta, & integra, & quia semper perseverat, vide Lorinum hic.

Multa hic dicere possemus, nisi alibi dicta, vt de beneficio Angelorum, quatenus per columnam duxit populum, de qua re latè sup. Hom. 59. de Dei suauissima prouidentia, de qua in 1. tom. Hom. 148. de bonis prælati conditionibus, quem significat columna, sed de hoc sup. Hom. 92. de vindicta Dei contra Sanctos persequentes, sed de hoc in 1. tom. Hom. 86. Quapropter his relictis, quia necessariò his duo temporibus sic.

HOMILIA C.

Christus ignota via necessarius dux.

1. Christus columna per deserti columnam significatus

PRopter quod ignis ardentem columnam ducem habuerũt ignota via, de Israëlitis noster ait Sapiens, qui penitus viam ad terram ducentẽ promissionis ignorantes, non solũ ducem Deus eis prouidit, sed ducẽ igneum, lucentẽ, resplendentẽ, calefacientẽ, obumbrantẽ, defendentem, quæ omnia vna præstitit columna, vt sup. vidimus tractãtes de illa, per quã sicut omnes Sancti clamãt; Christus significatur Dñs, ac Redẽptor noster nobis in hoc deserto lucẽs, resplendẽs, calefaciens, obumbrãs, defendens, ac tandẽ ducens per vias inaccessas, per immensa deserta, per obscuritatẽ maximã *Illa columna nubis*, ait Ambros. in Psal. 118. *specie quidem præcedebat filios Israel, mysterio autem significabat Dominum Iesum in nube venturum Iudæis.* Ambrõs.

Zeno. Zeno Veronens. Serm. 11. *columna viam demonstrans Christus est Dominus; quod autem duplicem nubis, & ignis imaginem gerit, iudicia duo designat, vnũ aqua, quod gestum est, ignis alterũ, quod futurũ.* C

Isidorus. Isidorus, *Nubes ista precedẽs Christus est, idẽ etiam columna, quia rectus, & firmus, & fulciens infirmitatem nostram.*

Rupert. Sed omniũ præclarissimè Rupert. *Vbique*, ait, *in hoc Sancta Scriptura cælo lucida occurrũt sidera, omnia in fontem sui luminis, scilicet in verum solem Christum respicientia, & nullus locus vacuus est, ecce columna nubis per diem, & columna ignis per noctem, dux itineris vtroque tempore in conspectu filiorũ Israel, videlicet iuxta oculorum naturam, qui vt sequi valeant, & sub sole nubem, & in nocte facile dignoscunt ignem, quisnam hic dux itineris, nisi qui & dux, & via nobis est Iesus Christus filius Dei? ipse namq; columna ignis, quia verus Deus, ipse idem columna nubis, quia verus homo.* Egregiè, ipse ignis, ipse columna, quia ipse Deus, ipse homo, & per ignẽ, perque columnam, non per ignem solum, non per columnam solum, sed per ignem, & columnam ad terram peruenitur promissionis. Christum ergo Dominum secundum patrum sensum columna illa obumbrauit, ipsum demonstrauit verum ducem, verumque ductorem. D

2. Cõtemplatio via ignota, & obscura; & cæt.

Ac nunc quid per ignotã viam sensum literalem requiris, certè desertum, si mysticum, mundum, at si Anagogicũ, quam aliam nisi summam, altissimã, ac reconditam contemplationem; quã obscuram, nebulosam penitus sensibus ignotam omnes proclamant Sancti, vbi Dei cognitio per nebulam, ac per ignorantiam potius, quam per lucem, & lumen acquiritur; vnde Dionys. de diuinis nominibus c. 7. n. 4. *Est & rursus*, ait, *diuinissima cognitio, quæ est per ignorantiam cognita*; & c. 2. de mystic. Theolog. *Secundum hãc nos* Dionys.

fieri super lucidam oramus caliginem, & per inuisibilitatem, & ignorantiam videre, & cognoscere quod est supervisionem, & cognitionem. Henricus Harphius, lib. 3. mystic. Theolog. part. 3. c. 23. postquam de primo contemplationis gradu disseruerat, de altiori, ac sublimiori sic sequitur: *Quapropter per nudam cognitionem suam non cessat intrare in illã diuinã caliginem, vbi nimirum in quadã perfecta Dei ignorantia constituitur, & velut inter duas mensas, quasi præfame moritura ponitur*, & c. 29. apte hanc Dei contemplationem, secundum mysticorum omnium sensum *modi nesciam* nuncupat, quatenus intellectus in modum modi nescium eleuatur; *ita vt intuitus eius sine modo fiat, nec sic, nec hic, nec ibi firmetur.* Per hãc ergo ignotã viam, per hanc caliginẽ, per hanc nebulam affirmamus, dicimus, ac pronunciamus Christum Dominum nostrum qua Deus homo, non solum qua Deus, vnicum esse ductorem, vnicam facem, vnicum lumen, vnicam denique columnam, sine qua nec recta homines tenebunt, nec verum iter arripient, & omnis illa nebula, caligo, ac modi nescia cõtemplatio, quæ sine hac luce, hac columna præueniente, mediante, ac subsequente arripitur, pura est deceptio, ac fallacia, turpis caligo, ac nebula, & viterè, ac materialiter modi nescia contemplatio, quod est dicere pura ignorantia, ac deceptio. A B C D Narphius

Paucis abhinc annis, nostra hac tẽpestate, vera tempestas amice, cõtra Christum Dñm nostrũ orta est, sic subtilis, ac dissimulatis ambagibus, vt ausim dicere a b exordio nascẽtis Ecclesiæ vsque adhuc nunquã sic occultè, ac crudeliter contra sanctissimũ Dñm nostrũ, diabolum serpentẽ antiquum bellasse, olim perfidus hostis reuelata facie suis armis, hoc est obscœnitatibus, ac perfidus bellum gerebat, at nunc versipellis non suis, sed Christi, & nõ ex quibuslibet, sed excelsis, sed primis, sed selectis oppugnat, sicvt prorsus Christũ sanctissimũ ab Ecclesia sua sancta eliminet, & quãdo hoc nõ possit saltem dedecoret; ad quod perficiẽdum duo; & efficacissima assumpsit media, primũ, summã scilicet, & altissimã, quam diximus contemplationem, vt omnino à mentibus humanis vitam, actiones, passionem, ac cognitionem Dñi nostri eliminet, cum iam sit, qui doceat, immo qui dõceant à principio adhuc fœtore existente peccatorum, quid (quod turpe est dicere) adhuc quæ heri, quæ hodie è domo egressa publica, quæ pellex extitit per annos alterius, quæ lupa, quæ prostituta, nullo supposito Dei miraculo, nulla speciali vocatione, nulla extra ordinariã legẽ prouidentia, posse, & debere, si Deus vult, ad caliginem illam accedere, omnes sedare discursus, totas eliminare imagines, omnes pias de Christo, de eius passione à se auertere meditationes, tanquam summi illius boni, ac simplicissimæ essentiæ diuinæ perceptionis obstacula, concrepantibus buccis ac pleno ore edicentibus Christũ, qua homo impedire contemplationis apicẽ, anagogicos actus, simplicissimas receptiones, Vnde docent quod solo fidei actu eleuẽt se animæ passiuè tantũ de cætero se habẽtes, totaliter Dei expectãtes motionẽ, ac vocem iuxta illud, *loquere Dñe, quia audit seruus tuus.*

Secundum autem, frequentiam quotidianam sanctissimi, vt omnino à sanctissimo Domino ante quem summæ tremebũt potestates Angelorũ, reuerentiam, respectum, decentiã, decorẽ, ac tremorem auferat, vnde sunt qui cõsulant, vt

supra vidimus, quando cõtra illam pugnauimus sufficientem, immo sufficientissimam condignitatem esse absq; mortali accedere, & quod præmissa confessione, etiã si paulo ante fœdissimè se maculauerit, non solũ potest, sed (quod extremæ est impudentiæ) debet etiam contra confessoris assensum accedere; quid turpius? seu quid subtilius cõtra Christũ Dñm nostrũ vnquã excogitatũ, aut factũ? qualis modus vnquã sic subtilis, ac dissimulatus, vt duo sũme bona, quæ habemus, contẽplationem scilicet, & Sanctissimi frequentiã, ex diaboli astu, & ignorãtia hominũ, ex imprudẽti modo docẽdi, & exercitandi sũma fiant mala; & licet sanctissima Hispaniarũ Inquisitio Spiritus sancti ductu hãc versipellis hostis callẽs astutiã nuper libellos quosdã, qui de hac re, prohibuit, ac eliminauit; tamẽ expendẽs doctrinã pene totũ repleſſe orbẽ, infinitas sic eã deuorasse animas, alioquin bonas, simplicesq; vt malint perire, quã eã deserere; immo inuitiã factã (si Deus vult) sãctissimæ contẽplationi, & quod admirandũ, hoc non à quibuslibet, sed à viris doctis, ac spiritualibus dictũ; meæ partis esse duxi, vti Catholicus, vti Christi Dñi seruus, ob zelum animarũ, ob eius gloriæ desideriũ, ob veritatem ipsã, sicut supra illud de frequẽtia Sãctissimi egimus, sic nũc penitius, & exactissimè, hãc rẽ discutere non perorãdo, vt sup. Hom. 73. sed disputãdo, vanitatẽ, seu inanitatẽ huiusmodi orationis, seu magisterij ad oculũ proponere, probãdo tale magisteriũ contra ipsã esse contẽplationis essentiã, falsissimũ, Christũ, quia homo, cõtẽplationẽ impedire, vnde deceptos tales, ac penitus (licet sancta intentione) illusos existere; pro qua re sit.

DISPVTATIO II.

De Contemplatione.

An sit licitum absque Dei extraordinaria prouidentia, & vocatione tyronem in via spirituali indiscriminatim nullo selectu, & probatione in exercitio imponere contemplationis? & an Christus Dominus humanatus contemplationem impediat?

TItulus clarus, & ex dicendis amplius patebit; loquimur de tyronibus, siue nouitus, nõ de prouectis, & simul non de extraordinaria Dei prouidẽtia, sed de ordinaria, vt statim dicemus; insuper quod indiscriminatim, sic vt ordinarius fit ille modus, & ad praxim ordinariam reducendus, tandem per contemplationem tum acquisitam, tum infusam intendimus. Et secundo loquimur de Christo vt sic, non solũ qua Deus, nec solum qua homo, sed qua Deus homo iunctum, non diuisim acceptus, vt infrà dicemus.

At primum, ne aliquis reputet nos alioquin amplius illis doctoribus addere præter id quod docent, placet priùs fideliter quid ipsi dicũt exponere, vt simul perfectè apprehendatur contra quam doctrinam insurgimus, & pugnamus; pro qua re.

1. Opinio & modus docendi notorum magistrorum.

Aduerto magisterium eorum in hoc totum positum esse, vt à prima die, nullo præmisso tempore, vel dilatione quilibet ad contemplationẽ assurgat, sic vt simul, & semel, & vnico contextu, vt dicitur, tres exerceãtur viæ purgatiuæ, illuminatiua, & vnitiua; vnde docent, consulunt, & animas sic dirigunt, quod primo mane, & ante orationem præmittant examen rigidum conscientiæ, actus similiter contritionis, pœnitentiæ, aliosque purgationis actus, in quibus sunt rigidissimi, quæ omnia ad viã pertinẽt purgatiuam; interdiu mysteria meditẽtur passionis, ac vitæ Domini nostri Iesu Christi, quæ omnia ad illuminatiuam; mane verò, & nocte ad contemplationem assurgant; quam sic ordinant, vt prius in cruce brachiis extensis septies symbolũ recitent Apostolorum, quo actu expresè confessãta fide, vnico postea, simplici, ac puro obtutu, per intellectum sistant in illis mysteriis, nullo admisso discursu, nulla imagine, nulla representatione, nulla meditatione, sed simpliciter, ac simplicissimo actu, diuinas contuentes perfectiones, ac Dei præsentiam; in voluntate autem præmittunt resignationis actum, quo totos se in Dei reponentes voluntate motum expectent, ac imperium diuinum, ac vt à Deo moueantur, sic vt passiuè, non actiuè se habeãt. Hæc est summa fideliter narrata omnis illorũ doctrinæ, ac magisterij, vt in eorum est videre libris. *Breton. in sua mystic. Theolog. à quo refigns.*

Ex hoc ergo deducunt se omnia complecti, meditationem Christi, eiusque passionis non respuere, sed eam non admittere in actu illo contemplationis, quatenus est impeditiua maioris, & altioris boni, sicut & ipse Christus, hoc est eius sanctissima humanitas, quod probant ex Leone Serm. 1. de Ascens. & ex decantato illo Augustini Serm 188. de tẽpore, qui est in appendice, Serm. 61. tom. 10. nempe Spiritum sanctum non venturum, si Christus priùs non discessisset; sed vt interim hoc dicam, Cardinal. Bellarm. de Scriptoribus Ecclesiasticis dubitat, an sint hi sermones de tempore Aug. licet credibile putat magna ex parte Augustini esse; possibile ergo hunc non esse, sed plane do esse Augustini, sed quam alia eius fuerit mens infrà dicemus. Cum ergo ipsi simul omnia amplectantur exercitia omnium spiritualium viarũ, salua putãt esse omnia, quod quam verum sit, ex infrà patebit dicendis. *Bellarm.*

2. Impugnator talis modus docendi.

Hæc doctrina in primis est noua, hoc est modus hic docendi recentissimus, hucusque incognitus, nec vllus vnquam Sanctorum eum docuit, quod equidem admirabile apparet, vt per mille sexcentos & amplius annos nunquam talem docendi modum vlli Sanctorum Deus inspirauerit, & quod nunc illum prodant homines, quos vix scimus, & nouimus, *ascendendo, non volando summitas apprehendit scala*, inquit Bernardus, & isti non solum volare, sed præuolare intendunt, sic vt mane purgati, meridie illuminati, vespere vero vnitiui reperiantur, faxit Deus, vt cum illo. *Bernard.*

3. Vindicatur Ioannes à Cruce excalceatus.

Nec mihi adducant spiritualissimum, ac sanctissimum fratrum Ioannem à Cruce excalceatum in suo libro, qui dicitur (*nox obscura*) nam non solum non pro eis, sed apertè contra eos stat, vt est videre lib. 2. c. 12. & 13. & infinitis aliis locis, & quia occasio se offert, dico sic totum hunc librum me attentissimè percurrisse, vt nec apicem deseruerim, quin non perlegerim, ponderauerim, discussierim, & nil prorsus in illo reperi, quod non scripturæ, quod nõ sanctis, quod non profundissimæ, ac scholasticæ sit consonum doctrinæ; ob quod sæpe dolui impugnationes aliquorũ videre ex mala doctrinæ intelligentia,

ex locis mutilis adductis, ex non connexione antecedentium cum consequentibus, & tãdem prorsus ex materiæ ignorantia, sicut, & quod magistrum eum faciant suæ doctrinæ, quod prorsus falsum.

Secundò, vnde hunc Dei prouidentiæ modũ eruerunt, vt nullis præmissis dispositionibus, nullo temporis interuallo, nullo connaturali modo obseruato in instanti Deus ad cõtemplationẽ quoslibet eleuet, & ad hoc generalia auxilia tũ sufficiẽtia, tum quantũ ex se efficacia præparata habeat, sic vt sibi imputet homo si vix iustificatus nõ fiat æternorũ contẽplator? vellẽ vt Sanctum aliquem in mediũ proferrent, qui talẽ modũ docuit, qui sic magisteriũ exercuit; *Primò enim*, ait Bonauent. de septẽ itineribus æternitatis, *anima ignitur, ignita vngitur, vncta rapitur, rapta contẽplatur, contẽplans gustat, gustãs quiescit, hæc in via possunt acquiri, non tamen subito, sed gradatim.* En doctrina Sãctorũ; ergo ne finas Deus margaritas sic proiiciet, vt adhuc impuris, ineptis, impurificatis, malis obsessis habitibus eas profũdat, absit, *prius ascẽdere est, postea stare*, ait Richard. de præparat. ad contemplat. c. 76. at isti & ascendere, & stare docent. *Rarissimum ibi habitare, & mente requiescere*, ibidem ibi; at isti quotidie ibi præsumunt requiescere; vt autẽ hoc quam sit futile, & inane ex ipsamet essentia contẽplationis, ex ipsa contra ipsos arguendo eruemus, vt intelligãt nec contẽplationẽ intellexisse, nec Sanctos ponderasse, & quia nullũ eis remaneat refugiũ ab exẽplo aliquorum, quibus Deus statim à principio contẽplationis actus impertiit, placuit antequam ad ipsam contemplationẽ descendamus præmittere quomodo illud fiat, quomodo de illa loquantur Sancti, & an sit gratia communis, an specialis; pro qua re sit.

Bonauẽt.

Richard.

§. I.

Contemplatio aliquãdo tyronibus, & in principio, specialis tamen prouidentia à Deo datur.

NOn equidem me latet iuxta Sãctorum Patrum doctrinã ex speciali Dei prouidentia, ac specialissima vocatione aliquando Deũ summũ ipsos tyrones ad altissimam euehere contẽplationem, non ascendẽdo, vt sic dicam, sed volãdo, sic vt nulla præmissa purgatione, nullis piis exercitiis, ac sanctis meditationibus, nullo pedũ, vt cũ Bernardo loquar ad oris pretiosissimũ osculũ animam mittat. Hoc considerauit Gregor. sanctissimus Hom. 17. super Ezechiel. in illis verbis, c. 40. n. 16. *Et fenestras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum, quæ erant intra portã vndiq; per circuitum; similiter autem erant, & in vestibulis fenestræ per gyrum intrinsecus*; Ponderans fenestras nõ solum extare intra portam, sed etiam in vestibulis, vnde cum per eas contẽplationem intellexisset, educit contemplationem non solum eis, qui intus, hoc est perfectis communicari, sed etiam eis qui in vestibulo, hoc est imperfectis aliquando, & tyronibus: & ad intelligentiam verborũ Sancti adnotandum, vestibula de quibus loquitur non esse illa quæ extra primã erant tẽpli portam, sed illa quæ post primam à quibus ad Sancta Sanctorum, & ad tẽplum erat accessus, vnde & intra portã erant, intra primam scilicet, non intra secundam; quod

Ezech. 40 n. 16.

propriè de tyronibus dici potest, dum non omnino extra, sed intra sunt, non peccatores actu, sed iustificati, at verò in vestibulo adhuc non intra Sancta Sanctorum, siue intra templum. Audi nunc Gregorium; *Notandum vero quod intra portam vndiq; per circuitum fenestræ obliquæ esse commemorantur, non enim contemplationis gratia summis datur, & minimis non datur, sed sæpe hanc summi, sæpe minimi, sæpius remoti, aliquando eam coniugatis recipiũt. Si ergo nullum est fidelium officium à quo possit gratia contemplationis excludi, quisquis cor intus habet, illustrari etiam lumine contemplationis potest.* Egregiè, in quibus duo adnoto, Gregorium dicere; primum, minimis, & sæpius remotis illud concedi, hoc est à perfectione, quod est dicere incipientibus; & secundum, nullum esse statum, nullam personam à contemplatione exclusam siue sæcularis sit, siue cœlebs, siue coniugatus, omnes ad contemplationis gradum assurgere possunt, si sic Deo placitum, & ad eam vocati: nam multoties cum ad salutem simpliciter illa non sit necessaria, immo nec ad perfectionem, vt infra dicam, & specialissimum sit Dei donum, multi non vocãtur, vnde opus, & oleum insumunt vano labore, vanoq; conatu, vt infrà. Hanc eãdem Gregorij doctrinam habet Bernard. Serm. de Circuncis. & tradit Cassian. collat. 4. c. 5. vbi sic loquẽs de Spiritus sancti gratia, ac visitatione infusa, & supernaturali, quæ aliquãdo ob experimentũ de illis sumendũ perfectos déserit; *Quæ gratia*, ait, *nonnunquã è contrario negligẽtes, ac solutos inspiratione hac, quam dicitis sancta, & exuberãs spiritaliũ cogitationũ visitare non despicit, sed inspirat indignos, excitat dormientes, & illuminat ignorãtia cæcitate possessos, clementerq; nos arguit, atque castigat, infundens se cordibus nostris, vt vel sic de inertiæ somno cõpunctione ipsius instigati surgere properemur: denique frequenter etiam odoribus vltra omnem suauitatem cõpositionis humanæ in his subitis visitationibus adimplemur, ita vt mens hac oblectatione resoluta in quendam spiritus rapiatur excessum, seque cõmorari obliuiscatur in carne.* Ex quibus Cassiani verbis non solũ habes quod dicimus imperfectis etiã, ac tyronibus gratiã aliquãdo præberi contẽplationis, sed etiã rationẽ; diuinúmque consilium, vt scilicet eos à somno excitet, illuminet ignorantes, arguat peccantes, sollicitet pigros, & tandem vt ad se attrahat, aliàs sine hac dulcissima, ac supernaturali prouidẽtia non attrahẽdos, vnde verissimè, ac propriè dicere possumus contẽplationẽ aliquando esse fructum laborum in spirituali vita perceptorum, & veluti præmiũ eius, aliquando medium ad vitã spiritualem inchoandam. Vnde rectissime Suarez de religione, lib. 2. de orat. mental. c. 11. n. 2 tom. 2. affirmat contemplationem non sic esse vitæ perfectæ finem, vt *non possit, nec debeat esse medium ad perfectionem acquirendam*, quo medio Deus, vt diximus vtitur aliquando, vt hominem à temporalibus abstrahat, ad æternaque ducat. At si hoc, tamen non modus hic ordinariæ eius prouidentiæ, sed extraordinariæ, vnde ad eius intelligentiam.

Cassian.

Suarez.

Adnotandum multis modis Deum vocare, vt egregiè Gregor. Hom. 36. in Euangelia, vbi ait: *Ecce Deus vocat per se, vocat per Angelos, vocat plerumq; per miracula, vocat plerumque*

S. Gregor.

1. Cõtemplationis actus omniũ est, & omnes ad eam assurgere possunt.

2. Cur aliquando tyronibus gratiã Deus det contẽplationis.

3. Vocatio dupler cõmunis & specialis, & qua.

Digitized by Google

Rubroc. *illibus necatur.* Cui accinens Rusbrochius lib. 2. de ornatu spiritualium nuptiarum à c. 76. A *Quidam fuerunt*, ait, *nec desunt hoc periculoso nostro ævo homines toto errantes cælo, qui cum neque activam, neque contemplativam adepti sint vitam, nihilominus se totius orbis sanctissimos arbitrantur, existimantes se altissimæ quietis contemplationi vacare interius quodam diabolico otio, & rerum omnium denudato sedulo student, ibique otium, quietem, & imaginibus vacuam inveniunt, ac experiuntur nuditatem; in hoc caco otio, & obscuro putant se unum esse cum Deo, & hanc propriam suam credunt beatitudinem, cum lux divina in eorum tenebris, & caligine, id est in isto otio minime se manifestet; deest enim vera fides, spes, charitas.* Pende ly *vera*, habent fidem, sed non illam, quam contemplatio requirit, hoc est, vt infrà dicemus à dono excitata sapientiæ; sed ad vlteriora. B

§. II.

Contemplatio quid.

VT gradum ad anteriora faciamus, & ne in æquiuoco laboremus, & simul radicaliter talem modum docendi orationem destruamus, necessarium, vt propriè quid sit, & quotuplex contemplatio sciamus, cuius actus, & quid supponat.

Et in primis suppono nos loqui de contemplatione Christiana, & non solum Christiana, sed prout est pars orationis secundum Bernat. in Scala claustralium, seu de modo orandi, vbi in quatuor distribuit orationem partes, nempè lectionem, meditationem, orationem, & contemplationem, *Lectio*, ait, *quasi solidum cibum ori apponit, meditatio masticat, & frangit, oratio saporem acquirit, contemplatio est ipsa dulcedo, quæ iucundat, & reficit*; hoc dixerim, vt distinguam contemplationem, quæ est pars orationis, à Philosophica, & Theologica, nam cum teste Arist. 2. Methaphys. textu 3. *Finis contemplationis sit veritas*; hinc dum isti illam rimabantur contemplari etiam dicebantur, dum ad ipsam pertingebant, eaque fruebantur, vnde Cicer. lib. 1. Academicarum quæstionum, *Contemplationem, considerationemque natura esse naturale quoddam animarum pabulum*, dixit; at isti etsi speculabantur, & veritates contemplabantur humanas, tamen non illas ad Deum referebant, sed ad se, nec ob Deum contemplabantur, vnde *evanuerunt in cogitationibus suis, & insipientes facti sunt, dicentes se esse sapientes.* Quapropter eorum speculatio, siue contemplatio in solo intellectu sistebat, nil ad voluntatem pertinens; de hac enim nos non loquimur.

Nec etiam de Theologica, quæ in sola speculatione intellectus consistat, & quæ actu non ordinatur ad Deum, sed tantum habitualiter, vt sic dicam, quatenus quis licet actu Theologicam speculationem non referat ad Deum, tamen habitualiter per voluntatem dirigit studium illud, siue vt altiorem de Deo acquirat cognitionem, siue vt ad eius obsequium, eius scientia postea vtatur, quæ iuxta Diui Thomæ sententiam 2,2 quæst. 2. ad tertium, etiam contemplatio dici potest; *Humana enim studia*, ait Sanctus, *quæ ordinantur ad considerationem veritatis, pertinent ad vitam cõtemplativam*, vnde est actio vitæ contemplativæ, licet Theologi non profiteantur vitam contemplativam; de hac enim nec loquimur. 12. De qua cõtemplatione hic est sermo.

Contemplatio ergo de qua nobis est sermo, est illa quæ est pars orationis; hæc autem secundum August. lib. de Spiritu, & Anima, c. 32. *Est perspicua veritatis iucunda admiratio*, in quo loco videtur August. Substantiam contemplationis ponere in admiratione; quod etiam sentit Bernard. lib. 5. de consideratione, qui aliter eam etiam definit in Scala claustrali, nempe *est mentis in Deum suspensa elevatio, æternæ dulcedinis gaudia degustans*; & quia ex hac doctrina relinquebatur, vt ad vtramque potentiam applicaretur contemplatio, & excluderet forsitan voluntatem, & sic non esset de qua nunc loquimur, ideo quasi se explicans adiungit, *contemplatio est ipsa dulcedo, quæ iucundat, & reficit.* S. Gregor. Hom. 14. in Ezechiel. & lib. 6. Moral. c. 18. Summam contemplationem ponit in affectu voluntatis, cui Bonauent. assentitur; at Diu. Thom 2.2. quæst. 180. art. 1. & 3. cuius doctrinam, etsi semper in omnibus, præcipuè tamen in materia de oratione obnixè sequor, cum etsi prope omnes, qui de hac materia, percurrerim, nil tamen amplius reperi in illis, quã in sanctissimo, nisi idem diffusius explicatum; sic enim Sanctus altissimè, profundissime, ac propriissimè de summa hac contemplatione in multis locutus est locis, vt propè sit ad stuporem. Sanctus ergo omnibus actibus intellectus, & voluntatis enumeratis substantiam contemplationis in vno reponens intellectus actu, qui est *intuitio*, eam definit *divinæ veritatis simplicem intuitionem*; quam definitionem etiam tradidit Bernard. lib. 2. de Considerat. c. 2. vbi ait: *Contemplatio est verus, certusque intuitus animi de quacumque re, sine apprehensio veri non dubia.* Contemplatio ergo substantialiter, & essentialiter est intellectus actus, qui dicitur *intuitio*, & non quælibet, sed *simplex*, & insuper *divinæ veritatis.* Quod si consideres penitius, inuenies actum contemplationis supra humanam se erigere naturam, & ad modum Angelicæ Deum inspicere, & nullam aliam quoad modum intelligendi esse differentiam, nisi quod illi simpliciter intuentur clarè; contemplator autem obscurè, & sub fidei velamine. *Felix namque qui huius gradus* (contemplationis nempe) Diu. ait Bonauent. de septem gradibus contemplationis, *collem attingit, hic plane Angelificatus in præsenti futuram iam inchoavit vitam*; quid ergo ex hoc? nonne sane illud, vitam, ac puritatem Angelicam in contemplante talem requirere actum, dum non modo humano, sed propè Angelico diuinam intendit veritatem; quod dixit idem Sanctus vbi sup. exponens illa verba Pauli 2. ad Corinth. c. 3. *Nos autem revelata facie; quid enim est*, ait, *revelata facie gloriam Domini speculari, nisi remota omni impuritate faciem nostra intelligentia velante, gloriam Dei pie, pure, denoteque rimari?* Quod si hoc euidentissimè colligitur ex ipsamet essentia, ac substantia contemplationis, vnde nunc tam noua exurgit doctrina, ac docendi modus, non purificatis, sed sordidissimis, non Angelicis; sed totis adhuc carnalibus, sine delectu, & im-

Bernard. 11. Contemplatio quotuplex.

Arist.

Cicero.

S. Thom.

S. Greg. Bonavent. S. Thom.

13. Contéplationis vera definitio. *Bernard.*

14. Est substãtialiter actus intellectus.

S. Bon. 15. Contéplatio vitam supponit Angelicam, & cæt.

2. ad Cor. c. 3.

ille, quia verum Dei cultum in se retinens, illum solum, qui sanctus adorabat, vnde ob hoc & illud Psal. 103. *Facta est Iudæa sanctificatio eius, & Israël potestas eius*; Vbi ergo vera fides est etsi alia adsint peccata, sanctus dici potest populus secundū scripturæ sensum. Ergo à contrario illa deficiente, & si aliæ adsint morales virtutes, non sanctus, sed pollutus, sed contaminatus dici populus ille potest; ergo polluti, sordidi, contaminati, fœdissimi omnes prorsus hæretici, & si morales aliquas habeant virtutes, dum veram, sanctam, orthodoxam, Catholicam fidem non possident. Pulchrè Hilarius Canonic. 10. in Matth. petens, quare Dominus discipulos, ne in ciuitates introirent Samaritanorum prohibuerit, cum ipse & Samaritanam curasset, ait: *Sed vt Ecclesias, hæreticorum non adeant admonentur*, cuius ratio, *Nihil*, subdit, *differt ab ignorantione peruersitas*; prohibentur hæretici, quia & si moraliter aliqui bom, tamen peruersi; quia dum verum Dei cultum ignorant, peruertuntur, ac ideo excisa fide, polleant licet quantalibet velint virtute peruersi sunt, & iniqui, in ipsismet suis procedentes virtutibus non vt homines spirituales, sed animales, quod pulchrè adnotauit idem sanctus in Psalm. 14. num. 2. super illa verba: *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, qui loquitur veritatem in corde suo*, vbi declarans, quid sit veritatem in corde loqui, & cur Spiritus sanctus illud adiecit, per veritatem in corde veram, & orthodoxam intelligens fidem, adnotat Paulum triplicem agnouisse hominē, carnalem, animalem, & spiritualem. Carnalis est, qui secundum carnem viuit, operibus carnis deditus; animalis, vero, qui secundum humanam rationem tantum; spiritualis, qui non solum secundum humanam rationem, sed etiā secundum diuinam; ac secundi generis Philosophos fuisse aliquos, & hæreticos. *Superiora illa*, ait Hilarius nempe iustitiam, & virtutes operari, *licet magna, atque præclara sint, solent tamè cum gentibus esse communia, vt vitium caueant, vt famam bonitatis acquirant, sed hæc animalium, nō spiritualium virtus est. Apostolus enim, & carnalem hominem posuit, & animalem, & spiritualē. Carnalem bellua modo diuina & humana negligentem, cuius vita corporis famula sit negotiosa, cibo, somno, libidine. Animalis autem, qui ex iudicio sensus humani, quid decens, honestumque sit sentiat, atque ab omnibus vitijs animo suo authore se referat, suo proprio sensu utilia, vt honesta diiudicans, vt pecuniam spernat, vt ieiunijs parcus sit, vt ambitione careat, vt voluptatibus resistat, vt bonitate venerabilis sit, sed præsens in his tantum, & inter homines homini usus erit. Spiritualis autem est, cui superiora illa ad Dominum studia sint, & hoc quod agit per scientiā Dei agat.* Post quæ paulò infrà: *Conscius ergo Spiritus sanctus eaque superiora sunt in vita innocentia, & in operibus iustitiæ, & gentibus, & hæreticis esse communia: nam qui plures eorum, & ieiunijs corpora defatigant, & continentiam patrimoniorum largitione testantur, & pudicitiā virginitate consumunt, sequitur dicens: & loquitur veritatem in corde suo, superiora illa inutilia demonstrans: nisi in confessionis veritate suscepta sint.* Nil verius, ne ergo de suis glorientur hæretici virtutibus (si tamen aliquæ in eis) non se decipiant: nam non amplius illæ se erigunt quam ad animalem constituendum hominem, non spiritualē, vnde vere nec sanctus, nec illibatus vnquā dici poterit, sed maculatus fœdatus, totus infectus, dum è cōtra sancti, qui veram, & orthodoxā sequuntur fidē.

Pſal. 103. 1. Fides vbi non eſt, nulla poteſt eſſe ſanctitas.

Hilar. 2. Hæretici omnes peruerſi, & polluti quantalibet morali polleant virtute.

3. Vt animalia bonū operantur.

Idem.

Horum quidem vocem audiebant, &c. Aliqui per vocē non Hebræorum, sed Ægyptiorum intelligunt, quam Hebræi audiētes flebilem, & lamentabilem, licet eos non viderēt, quia in tenebris inclusi, ad Deū magnificandum se eleuabāt; attamen cōmunis omnīū sensus est de voce Hebræorum cōmunia agentes officia, vel, vt Bonauent. & Carthus. Deū laudantes, quam Ægyptij audiebant, licet figuram ipsi dū in tenebris inuoluti non aspicerent. Sensus ergo est, sanctis, hoc est Dei populo maximā exitisse lucem, dum in tenebris Ægyptij, qui sanctorum voces Deū laudantium percipiebant, licet figurā non viderēt, dum sic crassæ, ac densę tenebræ erant illæ, vt lux penetrare eas non posset, vt volunt Holkoth, & Lorinus; non verò per illius negationem, vt alij.

Bonauent. Carthuſ. *Holkoth. Lorinus.*

Et quia non & ipſi eadem paſſi erant, magnificabant te, &c. Cantacuz. cum alijs, etiam de Ægyptijs hęc intelligens, affirmat eos magnificasse Hebræos, quia non eadem, ac ipsi paterentur, seu quod luce perfruerentur. Alij vt videntes Hebręos talia nō pati, vel inuiti ad laudandū cogerentur Deū, ipsumq; magnificandū, eiusq; iustitiā acclamādo. Duri sēsus, & præcipuè vltimi.

Cantacuz.

Planus ergo, & verus est omnium antiquorū Latinorum, Hugo, Holkoth, Bonauent. & cęterorum, illud intelligi debere de Hebræis Deum magnificantibus, dum se non similia ac Ægyptios pati prospicerent, & in carceribus detineri tenebrarum, qui prius in carcere eos vinctos mūtata sorte detinebant.

Hugo. Holkoth. Bonauent.

Magnificabant te. Græca, *Beatificabant*, Deus magnificatur, qui in se magnus, quando à nobis eius declaratur magnitudo. Quinque modis affirmat Albertus Deum magnificari, laude, opere, sanctitate vitæ, aliorum ad Deum conuersione, miraculis, omnesque in cantico virginis, qui à magnificandi verbo incipit, optimè inueniri, Lorinus annotat, licet à nobis rectè sępè dicatur Deum magnificari, tamen beatificari nunquam, licet posset dici, quod verum, vnde melius cum nostro legendum, *Magnificabant te*, quàm cum Græca, *Beatificabant te*; beatitudo enim communicatur à Deo, non à nobis ipsam recipit Deus, magnificabat ergo Deum populus; at cur? quia non puniebantur sicut Ægyptij, vnde sequitur.

4. Deus quot modis magnificetur.

Albert. Lorinus.

Et qui ante læſi erant, quia non lædebantur gratias agebant, &c. Græca, *Quoniam autem non læduntur antea læsi.* Omnes, qui rigorem Græcæ lectionis sequuntur volunt, vt hæc de Ægyptijs intelligantur, qui dum in tenebris, Hebræis gratias agebant, imò & veniā petebant, quia ab illis, licet prius læsi, non læderentur. Alij de Hebræis hæc intelligentes affirmant illos gratias egisse Deo, quia ab Ægyptijs, qui ante per plagas læsi, tunc non lędebantur; insultus, & inanis sensus.

Quidquid sit de textu Græco, cum, vt rectè Lorinus, & satis piè, nunc non licet tantæ authoritatis editionem lædere, verus, & germanus, me iudice, est sensus Hugonis, & Holkoth, secundū nostram lectionem, Hebręos scilicet gratias Deo egisse, quia etsi ab Ægyptijs læsi, nunc plagis tenebrarum non lædebantur; hic enim cum superioribus valde consonat sensus, ideo præferen-

Hugo. Holkoth. Lorinus.

dus, gratias ergo Deo agebant, quia à tenebris immunes, & aliorum tormentum eorum æstimabant beneficium, de quare infrà.

Hugo. Liranus. Carthus. Bonauent. Holkoth. Varabl.

Et vt esset differentia donum petebant, &c. Hugo, Liranus, Carthus. Bonauent. Holkoth legunt, *Vt esset differentia donum te Deum petebant.* Vatab. *Et inimicitiarum veniam rogabant*, à varia acceptione verbi illius *differentia*, variè aliqui illud intellexerunt, Latinè aliquando differo pro dilludeo accipitur; vnde hoc modo acceptum verbum, vt illũ accepit Varabl. idé erit donũ differentiæ petere, ac veniã dilludij, & inimicitiarum, quare fensus secundũ ipsum Ægyptios ab Hebræis veniam petijsse, ac remissionem iniuriarum. Alij *differentia*, pro differre, ac distare accipiũt, & in diuersas partes ferre, vnde secundum ipsos idem erat donum differentiæ petere, ac Ægyptios ab Hebræis petere, vt differrent, vt scilicet abirent, vt in diuersas partes secederent, séque relinquerent, sic Cantacuz. Osorius, Castro, qui etiam immerito, & contra nostræ vulgatæ sensum vult vt potius hæc de Ægyptijs, quàm de Hebræis intelligantur.

Cantacuz. Osorius. Castro.

Planus sensus est Latinorum Hugonis, Holkoth, Lorini, & cæterorum, sapientem de Hebræis ea intellexisse à Deo perseuerantiam illius doni, quod tunc percipiebant postulantibus, nempe differentiam inter ipsos, & Ægyptios, discrimenque in beneficijs, & suppliciis; Quod euidenter colligitur ex versu sequenti, cum veluti ad confirmandam hanc inter Dei populum, Ægyptiosque differentiam, & veluti petitionis concessionem statim Sapiens beneficiũ columnæ post Hebræis à Deo præstitum adiecit. Hoc ergo à Deo requirebat, vt continua, constans & perennis esset illa, quam tunc experiebantur differentia, ipsis in luce existentibus, è contra vero in tenebris Ægypti, s.

HOMILIA XCIX.

Aliorum damna nostra sunt beneficia.

SVmmus, ac beneficus Deus, beneficentia omnia replens, nil extra illam operans, sic omnia temperat, vt ipsa eius supplicia sint beneficia; Hoc callès Regius Psalmes Psal. 99. n. 8. de Moyse, Aaron, ac Samuële dei amicis eloquès ait: *Deus tu propitius fuisti eis, & vltiscens in omnes adinuẽtiones eorum.* Mira locutio, propitius, ergo ne est Deus vltor, Deus vindex? Sanè respõdet Aug. in hunc psalmi locũ: nam tunc Deũ experimur benefactorẽ, quãdo vltorẽ. *Nouerint*, inquit, *Christiani, quomodò vapulent, cum multũ profecerint.* Eleganter, non ex afflictione, sed ex profectu attendenda vapulatio, & cum profectum aspiciãt intelligant non iniuriam, sed misericordiã; vnde egregiè idem sanctus super illa verba Psal. 44. n. 10. nempe, *Quadraginta annis proximus fui generationi huic*, vt in Psalterio Romano, quę tamẽ vulgata legit, *Quadraginta annis offensus fui generationi illi*, sic ait: *ignoscendo propitius fuerat, propitius fuerat vindicando, non solum donãs peccata sed etiã vindicans fuisti.* Verissimè sic Deus est bonus; vt omnia sua flagella sint dona, & ipsa damna beneficia tũ quãdo cæteri, cum vnũ certum, aliorum flagella in nobis dei esse misericordias. Quod sanctissimus etiã ponderans Dauid

Psal. 99. num. 8.

August. 1. Dei supplicia sunt eius beneficia.

Psal. 94. num. 10.

2. Aliorum flagella nostræ sunt misericordiæ. Psal. 135. num. 10.

Psal. 135. n. 10. Dei misericordias laudare intendens, sic ait: *Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorũ, quoniã in æternũ misericordia eius, & excussit Pharaonem, & virtutem eius in mari rubro, quoniam in æternum misericordia eius*; & statim, *Qui percussit Reges magnos, quoniam in æternũ misericordia eius, & occidit Reges fortes quoniam in æternus misericordia eius.* Mirũ hoc, vt iudicia narrans non dicat, quoniam in æternũ iustitia eius, sed misericordia eius, vnde hoc? Sanè ex eo quod dicimus, ipsas Dei iustitias esse misericordias nam dum vnos punit, alios saluãs, damna illorũ erunt beneficia illorũ. *Fortasse aliquis*, ait Theodoretus, *ambigere posset, quomodo per misericordiam mors efficitur, consideret igitur finem præsentium verborum, iniuria affectos miserans, iniuria afficientes plectit, misericordiã erga populum hunc, illis pœnam instixit.* Luculẽter, amor erga Israëlitas, ac Dei erga eos misericordia Ægyptios impios mulctauit, eos in tenebris occludens, mactans, occidens; Israëlẽ soluans; in luce custodiens, dum illi in tenebris, quid ergo? nonne damna Ægyptiorũ fuerunt Israëlis beneficia? Quod etiam considerauit Origenes super illa verba Hieremiæ, *Ecce constituí te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes.* In quibus nil nisi durum, asperum, & rigidum prospicitur; at Origenes, & summam Dei misericordiam in Hebræos, vnde ait: *Bonitatis Dei istud est iudicium, inimica cælestis regni regna destruere, & bellantes cum sua gente perdere nationes.*

Theodoret.

Origen.

Hinc vnum elicere debemus tanquam axioma certissimũ quod cum omnes peccatores simus, innumeris obstricti peccatis, omni prorsus pœna digni, sic vt nullum sit malum, nullũ supplicium alteri inflictum, quod iustè mihi à supremo iudice infligi non possit, & tamen alter punitur, non ego, quod summa erga me est misericordia, alterius punitio, & alterius damnum meum beneficium. Audi Domini nostri sententiam Luc. 13. n. 1. de pœnitentia differebat, ad quem tunc quidã accedentes ait Euangelista. *Narrabant ei de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum.* Quibus Dominus, *Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? non dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis omnes similiter peribitis*; at antequam ad sententiam veniam, placet ponderare, cur isti tunc talia dixerunt, & quæ causa apud Pilatum talis interfectionis?

3. Optima eiusdem rei ratio.

Luc. 13. num. 1.

Quoad primum enim Cyprian. contra Nouatian. Theophylact. & Euthimius, putant hos non alia de causa hoc tunc dixisse, nisi vt diuina scirent iudicia, sicut quando Apostoli Ioan. 9. num. 2. interrogarunt, *Rabbi, quis peccauit hic, aut parẽtes eius, vt cæcus nasceretur?* differuerat enim multa Dominus de iustitia, ac de iudicio, & quod cito cum aduersario consentiendum, *Ne fortè* ait, *trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem, &c.* Quibus auditis, cum casus recens, & singularis; ac extremæ iustitiæ, hunc ansam sumpserunt talia Domino dicendi, & de ratione talis iudicij inquirendi. Iansenius in Concordia c. 88. existimat hos ideo talia tunc Domino dixisse factum Galilæorũ detestãtes, ac Pilati cõmendantes, vt mox dicemus, ac proinde tanquam gloriantes, sibi ac

Cyprian. Theophylact. Euthim.

placentes tanquam *meliores, occisis Galilæis*, cuius Dominus superbiam retundens respondit, *quid putatis, &c.* quæ sententia mihi amplius placet.

4. Galilæi cur à Pilato occisi.

Quoad secundum autem, quare scilicet hoc eis fecerit Pilatus, omnino sentio cum Theophilact. Euthim. Cyrill. in catena sancti Thomæ, & Iansen. in Concordia c. 88. hos Pilatum occidisse, quia sequaces erant sectæ Iudæ illius Galilæi, qui asserebat Dominum nullum debere dici, nisi solum Deum, & pro Romanis Imperatoribus, sicut nec pro cæteris Romanis, vt refert Cyrillus, neque hostias offerendas, nam in lege nulla victima statuta pro Imperatoribus Romanis, ac Romanis ipsis, contra quos Pilatus indignatus inter sacrificandum eos occidit, ac sanguinem eorum cum hostiarũ sanguine miscuit; ex qua circunstantia satis apparet talis crudelitatis causã extitisse illam eorum opinionem pro Romanis scilicet, ac Imperatore sacrificia nõ offerenda, cum data opera, non solum Pilatus voluit eos interficere, sed sanguinem eorum cum sanguine hostiarum miscere, eorum sanguinem pro Imperatore delibans, dum ipsi hostiarum nolebant, quos etiã Galilæos omnino esse affirmamus, non Samaritanitas, vt vult Maldonatus, tum quia cum nullum sit incõueniens Galilæos eos facere, nescio cur ad improprios sensus debemus recurrere: nam instantia ab illo adducta nil vrget, nempe hos sacrificasse in Hierusalem, quod non facerent si essent Galilæi, ac proinde neque ibi occisi, cum vtrumque affirmari possit minori cum inconuenienti, quàm dicente Euãgelista hos fuisse Galilæos affirmare Samaritanos, certè Iansen. incertum affirmat, an hi sacrificauerint in templo, an inter sacrificia propria extra templum ab eis oblata. Ergo possibile, imò vero similius, vt in templo; & ea ratio amplius me mouet, cum obserno Dominum extra Hierusalem extitisse, quando hoc ei annunciarunt, vt constat ex cap. 13. num. 1. vbi sic: *Et factum est cum esset in quodam loco orans, &c.* Nominasset profectò Hierusalem, si ibi Dominus, vt semper id adnotant Euangelistæ, vt Matth. 21. nu. 17. Ioan. 2. num. 23. & alibi sæpè. In quo loco omnia illa dicta, & facta Domini consecutiue ponuntur, vsque dum ad hoc deuentum caput, in quo de Galilæis dictum; possibile enim, vt tãquam de re noua in Hierusalẽ successa illud Domino ahbi existenti annunciarent, opinionem detestantes Galilæorum, ac proinde eorum vitã tanquam sceleratiorem criminantes, factum approbarent Pilati, *Porro*, ait Iansenius, *qui de his Galilæis Domino nuntiasse dicuntur ferè intelliguntur hoc fecisse, vt Galilæorum illorum impietatem tam atroci, & noua supplicio punitam Domino indicarent, & illorum seditiosum animum detestantes Pilati factum commendarent, execrantes illos velut maximos peccatores, ac cupientes scire, quid de illis Dominus pronuntiaturus esset*, quib' Dominus respõdit, *quid putatis, &c.*

Maldon. *Iansen.* *Luc. 11. num. 1.*

Duo ergo ex dictis colligo, primum hos, & si ipsis Galilæis amplius peccatores, vt ex Domini responsione colligitur, tamẽ sic in Galilæos crudos extitisse, vt crudelissimum factum approbarent, dignosq; tales simili pœna iudicarent, se ipsos non attendentes, non considerantes; quod si tantæ inhumanitatis causam subtiliter indagare velimus, reperiemus, quia non zelo Dei, & legis, sed principis, sed Imperatoris mouebantur. *Credente autem vulgo*, ait Cyrillus, *iustissime radicitus talia passos esse quasi scandala seminantes in populo, incitantes principes in odium subditorum;* In peccatis videmus aliquos totos natos, & tamen zelum legis simulantes sic in subditos crudescunt causam veluti defendentes Dei, ac reipublicæ, vt omnis iusta eis videatur machæra; si talis crudelitatis rationem spectes assentatio est Principum non Dei, neque Reipublicæ zelus. Secundũ autem, quod colligo ad rem nostram illud est, horũ supplicium, audientium fuisse beneficium, & ideo Deum horum damnum permisisse, vt ipsi emendarentur, & ad pœnitentiã adducerentur. *In hoc autem ostendit*, ait Chrys. concion. de Lazaro tom. 2. *quod illos permisit talia pati, vt vinentes alienis periculis territi fierent regni hæredes*, qui pulchrè sibi obijciens, *quid igitur dices, vt melior ego fiam ille punitur?* Respondet, *Non ideo, sed punitur quidem propter propria crimina, fit vero ex hoc videntibus salutis materia.* Eleganter, publicè aliquando Deus peccatores extremo afficit supplicio, vt sicut illis est suorum pœna peccatorum, sic videntibus dum simili poterant affici supplicio, & non afficiuntur, fiat illis salutis materia, vnde quod illis mors, ipsis sit vitæ causa, & aliorum damnum eorũ beneficium; quod expressius idé dixit Sanctus, de prouidentia ad Stagiritũ lib. 1. ponderans non omnes simulibus irretitos peccatis Deum punire, sic ait: *Ideirco non omnes, qui eisdem supplicijs sunt digni vna punire consuenit, vt reliqui eorum exibus admoniti meliores fiant.* Ex quo fit, vt si rectè expendere ré velimus, nullum sit in mundo damnũ, nulla tribulatio, nulla pœna, nulla infirmitas, nulla passio, nullum denique supplicium, quod nostrum non sit beneficium, ob quod semper ex vna parte pauidi, semper ex altera gratissimi coram Deo incedere debemus.

5. Principum assentatores crudelissimi sub zelo legis.

Cyrillus.

Chrysost.

6. Deus cur aliquando publicè alios punit.

Hoc equidem expendo in oratione trium puerorum sanctissimorum Daniel 3. num. 47. refugiente enim ab illis igne, statim occidit quoscũque incurrit foris stantes: *Ernpit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis*, immo ipsosmet, qui Sanctos pueros in fornacem miserunt. Hoc pondero, ad quid hos occideret: ad dei certè ostendendam potentiam satis erat pueros non cremari, cur ergo hos occidit? Sanè, vt ipsimet experirentur ignem non vim amisisse exusticam, dum cæteros cremabat, & miraculo illos seruatos, cæteros occisos ad eorum vindictam. *Impij imperij ministros, qui foris astabant flamma consumpsit, ipsisque sanctis appropinquare non ponit*, ait Theodoret. *sed ijs qui intus erant tergum præbens contra proprios adoratores procedebat, quasi pœnas ab ipsis pro domini cultoribus exigens.* Hinc quia ipsi non combusti, cæteri vero consumpti statim in laudes Dei se erexerunt. *Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum*; Pondero illud *tunc* quando? Tunc scilicet, quando cæteri combusti, illi illæsi, & si in fornace eorum damnum suum facientes beneficium, Deo gratias agentes, cum & si ipsi cremari poterant, iusta Dei voluntate, vt ipsi affirmarunt possibile futurum, tamen non eos voluit, sed inimicos; hinc horum damnum eorum extitit beneficium.

Theodor.

7. Homo semper pauidus, & gratus incedere debet, & cur.

Dan. 3. num. 47.

Digitized by

8. Fidei magnitudo, & dignitas ex persecutione.

Quinimmo, & ipsa puerorum in fornacem iniectio, ipsa horum sanctorum tribulatio nostra est beneficentia, erudimur ex illis Christiani pro fide pati, & magnitudinem nostræ fidei non ex felicitate, sed ex passione pensitare, vt tunc amplius Deo chari iudicemur, quando persecutor adest, non quando ab est, *Iniquè persecuti sunt me, adiuua me*, Psalm. 118. num. 86. cur non libera me, aut adime à me? pulchrè Hilarius in hunc ipsum locum, *Quia periculosa*, ait, *otiosæ fidei pax est, & facilè securis excubijs insidiæ sunt, ideo non erat sibi adimi causam certandi, sed tribui auxilium vincendi.* Egregiè, injiciuntur pueri sanctissimi in fornacem, & non eis Deus persecutorem ademit, quia periculosa pax est otiosæ fidei, vt si quando nos etiam tribulari inspiciamus, fomentumque tribulationis non adimi, exemplo puerorum animati non iram, sed misericordiam illud opinantes, vires resumamus, & si in fornace ad instar illorum nos aspiciamus, ex quo damnum puerorum beneficium erit nostrum.

Psal. 118. num. 86.

Hilar.

9. Periculosa pax in fide otiosa.

10. Innocentiũ pœnæ nostra sunt beneficia.

Quod etsi in omni facto hoc elucet, maximè equidem in innocentium malo, quis enim crederet, quod mors pueri illius viduæ Eliæ pascentis beneficium futura esset matris? certè illa hoc non reputabat, vnde ad virum Dei, 3. Reg. 17. num. 18. *Quid mihi, & tibi vir Dei? ingressus es ad me vt rememorarentur peccata mea, & interficeres filium meum.* Pendo verba illa, *Quid mihi, & tibi*, querimoniam sonant dolentis? cur scilicet ad domum eius venerit, cur ad illam ingressus, cur apud illam hospitatus? in quo illud admirabile, ipsam sic ad extremum redactam, quando ad eam vir accessit Dei, vt dixerit se nihil prorsus in domo habere nisi pugillũ farinæ, & paululum olei, & ideo colligebat duo ligna, *Vt ingrediar*, ait, *& faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* Ergo pro mortua se, pro mortuo filium reputabat, quod si superuixerunt, gratiæ fuit Prophetæ, ad cuius introitum Deus multiplicauit farinam, multiplicauit oleum, vnde & lętati sunt, comederunt, & vixerunt, vnde nunc, *Quid mihi, & tibi?* vnde dolet de ingressu Prophetæ? ne mireris, conditio humana talis est, vt beneficia recipiens hominẽ extollat; at si semel beneficare desierit, nil præteritorum recordetur; summum bonum hæc mulier, quando multiplicatam vidit farinam, hominis Dei ingressum æstimauit; at quando filium extinctum, summum malum, nescians misera, quia damnum filij eius erat beneficium: nam resuscitato filio, ex resurrectione in fide cõfirmata ait: *Nunc in ipso cognoui, quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.* Mira hæc verba nisi explicentur, *Nunc cognoui*, ait, *quod vir Dei es tu.* Ergo non cognouerat ante, ergo ex multiplicatione farinæ, aut olei illud non collegerat? respondet, & erudirè Abulens. quæst. 38. in hunc locum, optimè primum ex miraculo multiplicationis farinæ, & olei collegisse Eliam Prophetam esse; ac talem, tantumque, vt suprà omnes se eleuaret, tunc nõ antea, cum nullus ante Eliam mortuum resuscitarat, *Nunc cognoui, quod vir Dei es tu, id est, & quod es specialiter vir Dei plusquam alij Prophetæ.* Ergo per filij mortem in fide profecit mulier, sic, vt plenius Dei virum cognosceret, & amplius in ipsum crederet, vnde damnum filij beneficium fuit matris; quod tunc huic viduæ, quotidie nunc matribus, nunc patribus, mors filiorum, beneficium est ipsorum. Quod certè sensatissimè ponderauit Chrysost. de prouidentia ad Stagirit. lib. 1. quæstionem mouens, & soluens, de paruulis scilicet decedentibus. *Quid ergo*, ait, *ad eos, qui primam ætatem omnem nutriti in calamitatibus, priusquam bona, vel mala per ætatem discernere possent, è vita migrant?* Respondet, *Dico quod parentes, ipsos etiam fratres, & propinquos huiusmodi liberorum cladibus emendatos nouit, id vero non minimi lucri est, ita quempiam affligi, vt ex his quæ nesciens patitur, alius maxima emolumenta consequatur.* Verissimè, & ponderanda illa, *ita quempiam affligi, vt ex his quæ nesciens patitur, alius, &c.* Insinuatur enim damnum filiorum decedentium paruulorum non quodlibet esse beneficium, sed maximum, dum parentes eruduntur per damnum illius, qui adhuc pati nescit, & quid sit calamitas ignorat, in quo summa Dei elucet beneuolentia, summus in patres amor; Vnde verè filiorum damnum est ipsorum beneficium.

12. Filiorum mors parentum beneficium.

Chrysost.

Ex quo amplius elicere possumus, nempe ipsas innocentium pœnas peccatorum esse emolumenta; solet enim Deus innocentem affligere, vt peccatorem admoneat. Peccauit dæmon Adamum decipiendo, serpente, vt instrumento vsus, & Deus non dæmonem, sed serpentem prorsus innocentem maledixit, Genes. 3. num. 14. *Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia.* Quid peccauit serpens vt malediceretur? Sic vt externe quoque eius appareret maledictio? *Super pectus tuum gradieris.* Multas Chrysostomus affert rationes homil. 17 in Genes. primam, propter singularem Dei in hominem misericordiam, quasi non solum diabolum voluisset maledicere, qui authorem, sed etiã eius instrumentum, quo hominem perdidit. *Tanquam pater*, ait, *qui non solum qui filium interfecit punit, sed ensem scindit.* Alteram, propter maximam diaboli detestationem, vt non solum ipse, sed quidquid ei deseruit pœnas daret, nos admonens quomodo non solum diabolum, sed eius abhorrere debemus instrumentum; ac tertiam ad rem nostram proprius, vt ex innocentis serpentis pœna ampliùs timeret Adã, & ob oculos semper illam habens peccati, ac pœnitentiæ serpentis malum, continuus eius existeret monitor, ob hoc non solum intellectualem imposuit maledictionem, sed visibilem pectoralem gradum serpenti inhibens: *Quia maledictio*, ait, *non erat sensibilis, neque oculis videri poterat: propter hoc & sensibilem ei pœnam infert, vt continuo ante oculos videre possimus supplicij eius monumenta.* Ergo & si serpens non peccauit, & si innocens maledictus, tamen, ad peccatoris bonum, & damnum reportauit, quod Adami extitit beneficium.

13. Innocentes Deus affligit vt peccatores admoneat.

41. Deus cur serpentem maledixit externum & illigeus supplicium.

quid immo, sæpè ipsæ vniuersales calamitates, quæ mundo iusto Dei immittuntur iudicio, ipsaque damna vniuersalia iustorum sunt beneficia, sic, vt vnde mundus perit, inde iusti reuiuiscant. Præcepit Deus Abrahæ; vt de terra, de cognatione, de domo patris exiret, Genes. 12. n. 1. vti præceptum, sic factum. *Egressus est Abraham sicut præceperat ei Deus*, & egressus est, vt iret in terram Chanaam. En tibi, dum ibi iustus fames in terra, sic vt penitus enecaretur *Prona-*

15. Mundi vniuersales calamitates iustorum sunt beneficia

Genes. 12. num. 1.

11. Hominis propria cõditio beneficiorum obliuisci.

Abulens.

Inerat enim fames, quis hoc videns in ingreſſu iuſti, non diceret in malum eius hoc non fieri? at non ſic, ſed fames Chanaam, repletio, vt ſic dicam exitit Abrahæ, dum deſcendens in Ægyptum ibi ditatus diuitijs multis; at quomodo? præuidens periculum ex vxoris pulchritudine, ſic illi alloquitur: *Noui quod pulchra ſis mulier, & quod cum viderint Ægyptij dicturi ſunt, vxor ipſius eſt, & interficient me, & te ſeruabunt, dic ergo obſecro te, quod ſoror mea ſis.* Multa hic pendo, Primum, pulchram extare Saram, & ſi ſexaginta & amplius annis, & ſi tantas paſſam peregrinationes, incommoda, ærumnas; vnde hoc rectè Lippom. in caten. *Quia ex vtriuſque*, ait, *pudore, ac caſtitate perſeuerabat formoſior.* Egregiè, dedecorantur nunc mulieres, ac etſi virentibus adhuc annis vetulæ apparent, vis ſcire cauſam? non vt vxores, ſed vt ſcorta tractantur à viris, proh pudor, cum hoc & apud Chriſtianos videamus, inſpiciamus, ac præ pudore in ſacris audientes erubeſcimus; copulantur enim non vt ſancti, ſed vt equi, & muli: non ſic Abraham, cuius in matrimonio tanta erat honeſtas, tanta decentia, ac pudor, vt & ſi per triginta, & amplius annos cum vxore, tamen nunquam cum illa verbum de ſua pulchritudine, niſi nunc ex occaſione, quod profectò ſonant verba, *Noui, quod pulchra ſis mulier*, quaſi aliquid noui dictum redolent, quod antea non dixiſſet, quid ad hæc, qui à mulieribus obſcœna, & dicunt, & quod amplius pudet, petunt? dicerem niſi in primo tom. dixiſſem homil. 64. Secundo pendo periculum Abrahami non aliunde niſi ex formoſitate vxoris, *Interficient me, & te ſeruabunt.* Ex quibus confunduntur hi, qui non virtutem, ſed ſpeciem in vxoribus expetunt, ſignum quod non honeſtum, ſed delectabile in matrimonio quærunt, quid ergo mirantur ſi poſtea pereunt, & Dei iuſto iudicio impię mulieres viros occidunt, vt noſtris his temporibus, & vidimus, & palpauimus. Audi, vt eleganter diſcurrit ſic vt aſſolet Ambroſ. lib. de Abraham, *Ex hoc facto docemur*, ait, *non magnopere decorem quærendum coniugis, qui viro necem plerumque gignere ſolet, qui ſuauitatem quærit coniugij, non tam ſuperiorem cenſu ambiat, quàm neceſſitates non terreant maritales, non monilibus ornatam, ſed moribus; offendit plerumque virum ſi ſe vxor nobiliorem nouerit.* Quid pulchrius? quot verba, tot præcepta, nec pulchritudo in vxore quærenda, nec extremæ diuitiæ, ſed ſufficientes tantũ ad onera portanda maritalia, nec ſuper egrediens nobilitas, nam pulchritudo cauſa mortis, diuitiæ, luxus, nobilitas in vxore excedẽs ſuperbiam gignit, ac diſcordiam, *Hæc proxima ſuperbiæ ſunt*, ait Sanctus, immo & fontes. Pende nunc quomodo in ducenda vxore oppoſita omnino quærant homines, & dum bella, iurgia, profuſiones inter eos videris, ne mireris, non ſe copularunt ad filios procreandos ſanctos, & vt Paradiſum, ſed vt infernum replerent.

Tertio adnoto, *Me occident, te ſeruabunt*, quæ conſequentia? nunquid Regi impoſſibile Sara frui, & ſeruare Abraham, immo eum magnis ditare diuitijs? certè non infandum hoc principibus, & Dynaſtis. Dauid & mœchatus eſt, & virum quantum ex ſe occidere nolebat, immo honoribus proſequi; hinc cibum ei miſit Regium; quod ſemel hic pœnitens Rex, hodie inter Chriſtianos paſſim & videmus, & inſpicimus principes, quid ergo? vnde te ſeruabunt, me occident? dicent enim *vxor illius eſt*, ad pudorem enim hæc Chriſtianorum ponuntur, confunduntur enim à Gentili, qui in iudicio contra eos ſurgens ſtabit, ſic infandum reputans adulterium, vt maluerit homicidium. *Et ſi natura ferus*, ait Ambroſ. vbi ſup. *ac barbarus, tamen ſignificat etiam exteris, ac barbaris moribus eſſe curam pudoris, & adulterij etiam ſibi crimen cauendum, qui prætendit ignorantiam, condemnas intemperantiam.* Egregiè, & ſi barbarus, & ferus, tamen ignorantiam pertexit, vnde Abrahamo, *Quidnam eſt hoc quod feciſti mihi, quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam?* Vt infandum à ſe eliminaret, ſua ignorantia adulterorum reprehendens intemperantiam.

At nolo hic ſatis acutam deſerere Chryſoſt. ponderationem ſuper illis verbis, *quidnam eſt hoc quod feciſti mihi?* Ponderat enim Sanctus Regem Abrahamo impoſuiſſe, quaſi ipſum iniuria affeciſſet, cum potius ipſe Abrahamo eam intulit. *Vide*, ait Chryſoſt. *qualia verba Rex profatur, cur hoc feciſti mihi?* inquit, & pro Adamo reſpondens ſequitur, *Ego ne tibi feci, qui peregrinus, qui nulli notus, qui propter famem adſum, tibi Regi, tyranno, & imperanti ſuper Ægyptum? tu abſtuliſti vxorem, nonne ſicut peregrinum, & hoſpitem deſpexiſti, contempſiſti, nullius momenti habuiſti, & quæ tibi placebant opere valebas impleri, quidnam tibi feci, &c.* Hoc autem cum ſit, cur ergo Rex Abrahamo, non Abraham Regi imponit? Chryſoſt. hoc ad Dei potentiam refert, ac magnitudinem Abrahami protectionis, vt Rex peregrinum timeret, non peregrinus Regem; vera intelligentia; ſed mea ſententia ni fallor planior ad genium recurrere Regum, imponunt ſubditis, quod iſti eis poſſint, & ſimulant iniurias, vt illatas obruant, deprædantur, & expilari ſe quærunt, opprimunt, & opprimi lamentantur. En tibi Pharao de Abrahamo queritur, & tamen ipſe vxorem abſtulerat, ipſe eum ſpoliauerat,

At pergo, fames Paleſtinæ ab ea Abrahamũ eiecit, deſcendit in Ægyptum, ibi ditatus diuitijs magnis. *Abraham autem bene vſi ſunt propter illam, fueruntque ei oues, & boues, & aſini, & ſerui, & famulæ, & aſinæ, & cameli.* En quanta? fame enecatus deſcendit in Ægyptum, & ibi non ſolum ſaturatus, ſed ditatus, ſed ſaginatus, ſed diuitijs oppletus. Ergo damnum Paleſtinæ beneficium fuit Abrahami, vt inde videas orbis infortunia ſeruorum Dei eſſe beneficia.

Sed attendendus modus, ditauit per mulierem, *Sublata eſt mulier in domum Pharaonis.* Hinc bene vti Abraham, ſed nunquid & ſi rem Deus contulit, abſtulit honorem? abſit, *Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxorem Abraham.* Cur flagellauit? certè Hieronym. affirmat in quæſtionibus Hebraicis vſum eſſe Regum per annum differre mulieres, curaréque eas per vnctiones odorificas antequam ad eos ingrederentur, quod probat ex facto Heſter, vnde per annum morata Sara in Regis palatio, cũ eius pudicitia ob hoc ſecura, rectè Deum admonere eum poterat abſque flagellis, eo vel maximè, quia factum ignorabat; ad rem noſtram Lippom. in caten. *Voluit*, ait, *amicum ſuum* Lippom.

Lippom.

16. Mulieres ex caſtitate decorantur.

17. In matrimonio obſcenitas quam fœda ſit res.

18. Quam indigna vt pulchritudo tantum attendatur.

Ambroſ.

19. In vxore ducenda quæ non quærenda.

20. Principes Chriſtiani adulterantes peiores Gẽtile Pharaone.

Ambroſ.

Chryſoſt.

21. Regum genius ſubditis imponere, & iniurias ſimulare.

Hieron.

22. Deus cur flagellauit Pharaonem ob Saram.

23. Quantum curæ honoris Abrahæ.

Deus magnificare in tota Ægypto, & in gloriam ſuam promouere multis modis, idque per reproborum etiam malitiam ſuo more diſpenſauit, vt per plagas, & verbera Dei potentiam diſcerent Ægyptij, & Abrahæ ſanctitatem; aptè, pudicitiæ Saræ prouiſum equidem per Regum morem, ſed non famæ, ſed non gloriæ, ſed non exaltationis Abrahæ. Flagelletur ergo, & non quomodocumque, ſed plagis maximis, quia cum Rege res habenda, vt ſic Abraham exaltetur, & non ſolũ ditetur, ac in honore indemnis ſeruetur, ſed glorificetur ex plagis, ex infirmitate Regis. Ergo quot Pharaonis plagæ, tot Abrahami beneficia, & damnum Regis, Abrahami fuit emolumentum, vt ſic omnes videant, quod omne vnius damnum in mundo, alterius eſt beneficium.

24. Quot præſciti, tot iuſtorum beneficia.

Malac. 1. num. 2.

Quid, amplius me effero, quot præſciti, quot condemnati, tot nobis collata beneficia, Malac. 1. num. 2. *Dilexi vos, dicit Dominus, & dixiſti in quo dilexiſti nos? nonne frater erat Eſaü Iacob; dicit Dominus, & dilexi Iacob, Eſaü autem odio habui.* Vbi ad litteram ſecundum Apoſtolum ad Rom. 9. num. 13. ſermo eſt de electione, ac reprobatione, vt ſentit Auguſt. lib. 16. de ciuitat. cap. 35. & lib. 1. quæſtionum ad Simplician. qu. 2. & in Enchirid. cap. 98 & epiſt. 105. ad Sixtum, multiſque alijs in locis, & idem ſentit Paul. Burgenſ. in addition. 1. huius capitis, optimèque probat Ribera, qui etiam antiquam mutauit opinionem; ſentiens hiſtoricum ſenſum eſſe de electione ad bona temporalia, non æterna, & merito quidem: nam cum ſic clarè Apoſtolus eum de electione æterna ſit interpretatus, non eſt cur ad allegoriam recurramus, eo vel maximè, cum nullum ſit inconueniens; nam, vt optimè Ribera, non ex eo quod Eſaü reprobatus, omnes etiã eius poſteri, ſed tantum, qui eius carnalem vitam, ſicut non ex eo quod Iacob electus, omnes Iacobitæ, ſed qui eius imitati ſanctitatem. Ergo literalis ſenſus de prædeſtinatione, ac reprobatione, quid inde? Sanè quod dicebamus, tot noſtra eſſe beneficia, quot reprobationes, tum quia nullis noſtris prædeſtinauit nos meritis, tum quia multis cum reprobare non poſſet de cauſis, & fortaſſe grauioribus, quibus alios, non fecit. *Ambo gemini*, ait Auguſt. in Enchirid. cap. 98. *natura filij iræ naſcebantur, nullis quidem operibus propriis, ſed originaliter ex Adam vinculo damnationis obſtricti, Iacob dilexit per miſericordiam gratuitam, Eſaü autem odio habuit per iudicium debitum, quod cum deberetur ambobus*, ſigna verbum, *in altero alter agnouit non de ſuis diſtantibus meritis ſibi eſſe gloriandum, quod in eadem cauſa idem ſupplicium non incurrit, ſed diuina gratia largitate.* Senſatiſſime, ſimul ac veriſſime, ambobus debebatur iudicium, & fortaſſe amplius Iacob cum ex vtero matris extitit ſupplantator, attamen Iacob dilexit, Eſaü odio habuit, nonne ex hoc præſcientia Eſaü, beneficium extitit Iacob, quod ſimiliter de cæteris proportionaliter dici poteſt, quot amice apud inferos æternaliter minoribus quàm ego, & tu peccatis condemnati? & tamen ego, & tu vincimus per Dei miſericordiam repromiſſionem ſperantes, quid nos amplius deo, quàm illi? neſcio an aliud quam maiora peccata. Cur ergo nos, vt illos non condemnauit? gratiæ eius largitas fuit, ergo illorum damnatio noſtra eſt beneficentia; caueamus ergo ne nos, qui tantum Deo debemus, pro gratijs iniurias rependentes cauſa ſimus, vt ſanctiſſimum nomen eius blaſphemetur, & ipſis diabolis talem anſam demus, vt Deum, aut iniuſtum, aut perſonarum acceptatorem dicant, impiè blaſphemantes. Quod equidem ſic Deus dolet, vt cæteris pœnis remiſſis, quæ ex hoc nullo modo remittat.

25. Scandali peccatum difficillime Deus remittit.

Pœnitẽti Dauid omnia trãſtulit ab illo peccata, tamen audiuit, *Verumtamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbũ hoc filius, qui natus eſt tibi, morte morietur*; Quæ hęc blaſphemia? & à quibus: Aliqui ab ipſis Ammonitis, qui victoria potiti, Deum ſuum Deo Iſraël anteponentes tanquam validiorem ipſum blaſphemarunt, ſic Dionyſ. & Caiet. Alij quod blaſphemia ab omnibus fuit gẽtilibus Deum Iſraëlem ignorantem dicentes, qui talem regem, ſic carnalem, ſic crudelem populo ſuo præfecerit. Audiant hoc reges Chriſtiani malè viuentes, peſſimè gubernantes, per eos Deus à Turcis, ab hæreticis, à Gentilibus blaſphematur, & ſi impiè: Nam ſtupidum Deum dicunt populo ſuo talem prouidentem Regem, tales principes; at melius, & ad rem noſtram ſatis Lyra. & Abulenſ. qui blaſphemantes omnes peccatores etiam ex Hebræis intelligunt, quorum blaſphemia in eo conſiſtebat, in Dei mutatione, quod Dauid Saũli præelegiſſet, qui maiora, quàm Saũl commiſit, *Quia homines ignorantes*, ait Lyra, *& mali per hoc blaſphemabant iudicia Dei occulta, dicentes eum iniuſtè egiſſe reprobando Saũl, & eligendo Dauid, qui ſatis peiora fecerat, quàm Saũl.* Quam blaſphemiam tanti fecit Deus, vt & ſi culpam omnium Dauid remiſerit, tamen pœnã, quam ob illam meruerat, quatenus eius exitit cauſa, nec ieiunio, nec cilicio, nec cinere, nec lachrimis, gemitibus, aut eius afflictionibus vnquam remittere voluerit, *ſed die ſeptima mortuus eſt infans*, ad doctrinam noſtram hæc; admonemur enim, vt ſic viuamus, ſic datori omnium gratiarum gratiſſimi, quia nos ab inferni ignibus liberauit, vt non anſam impijs demus Dei inimicis illum blaſphemandi, quatenus repudiatis cæteris, qui minora quàm nos, nos elegerit: nam & ſi impiè illud faciãt Dei iuſta ignorantes iudicia, tamen quantum ad nos omni ante illud Dei tribunal digni ob hoc conſtituimur pœna, non recognoſcentes ingrati, quod aliorum reprobationes noſtræ ſunt electiones, & aliorum damna noſtra beneficia.

Dionyſ. *Caietan.*

26. Vt a regibus blaſphemetur.

Lyra. *Abulenſ.*

Auguſt.

Quinimmo non quælibet aliquando, ſed præclara, dum ideo ſæpè exclareſcimus, quia alij, vt ſic dicam tenebreſcunt. Ob inobedientiã, intempeſtiuamq; oblationem repudiauit Deus Saũlem, ne eſſet Rex 1 Reg. 13. num. 14. *Nequaquam regnum tuum vltra conſurget*, quid ergo? *quæſiuit Dominus ſibi virum iuxta cor ſuum.* Pendo ly *quæſiuit*, ſi quæſiuit, ergo iam diu, & ſi iam diu, cum iuxta cor ſuum, cur non ſtatim protulit? Sanè, quia adhuc Saũl non reprobatus, quæſiuit, & vt humano modo loquar, vt quaſi homo prouidus, qui defectum præueniens ſibi de ſubſtituto prouidet, ſic Deus quæſiuit, vt ſi Saũl defeciſſet, tunc quando illud, Dauid qui iam inde ſtius in Regem cæteris declararet, ſicut ſanctus interpretatur Auguſt. lib. 19. de ciuitat. cap. 6. ly *quæſiuit, ac ſi diceret*, ait, *quem ſuum eſſe iam nouit, ſibi eſſe familiarem alijs oſtendit.* Ergo tunc non quælibet beneficia in Dauid ex repro-

27. Aliorum damna non quælibet, ſed præclara noſtra ſunt beneficia.

1. Reg. 13. num. 14.

Auguſt.

bratione Saülis, ſed præclara, electio ſcilicet ad regnũ, ad dominium, & quod caput, claritas ex dilectione, ac Dei amicitia amor, & in eum propenſio, dum proclamatur *quæſiuit ſibi virum iuxta cor ſuum*. Ergo tunc præclarus, & excelſus factus Dauid, quando Saül humiliatus, & obſcuratus. Damna ergo Saülis, Dauid extiterunt beneficia.

28. Saül quia à populo expoſtulatus populares tenebat cõditiones ſecus quid, qui diuinas, & cur.

Immo non ſolum Dauid, ſed totius populi, dũ pro Saüle impio, ac tyranno Dauid obtinuit ſanctũ, & pro Rege humano, Regem, vt ſic dicam, diuinũ: nam etſi Deus eis Regem, tamen ad eorum petitionem; ipſi enim Regem exquiſierunt, vt patet ex cap. 8. Hinc illũ Deus eis dedit, quem amplius eis placiturũ præuidit, vnde eũ requiſiuit, qui populo, non qui ſibi placeret; at quando Dauid, eum eis dedit, qui ſibi, non qui populo; hinc iſte ſanctiſſimus, ille peſſimus. Ob hoc adnoto verba illa *quæſiuit ſibi*; quid eſt, *quæſiuit ſibi?* Sanè illud ſonat, quaſi diceret hominẽ quærunt totum ad ſuam vtilitatem, totum ad ſuã diuinã voluptatem, vbi pronomen *ſibi* emphaticũ eſt, peculiare aliquid ſignificans, ac proprium, vnde Act. 9. n. 15. de Paulo, *Vas electionis eſt mihi iſte*, & cap. 13. n. 2. *Segregate mihi Saulum & Barnabam*, Pſal. 32. n. 10. *Populum quem elegit in hereditatem ſibi*, hoc eſt in ſuam propriam, & peculiarem, & alibi ſæpè. Ergo *quæſiuit ſibi virum*, tãtum ſonat, quantum hominẽ ſibi charũ, electũ, amicum, totum ſuum, vnde Paul. Actor. 13. n. 22. huc loco alludens, ait: *Cui teſtimoniũ perhibens dixit inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*; non ſic autem de Saüle: nam etſi quęſiuit, tamen non ſibi, ſed populo, & ad populi requiſitionẽ; hinc illum hominẽ eis dedit, qui exterioribus conſideratis cæteris præeminebat ab humero & ſurſum, hæc Deus procurans, quia his populus acquieſcit exteriorib⁹; quod adnotauit Procopius dicens: *Saulem quidem elegit Dominus propter egregiam corporis ſtaturam, nõ quod ipſe qui omnium eſt opifex tanti eam faceret, ſed propter populum, qui ea quæ ſenſibus pulchra apparent tantũ ſuſpicit, & admiratur.* Veriſſime, ſic, vt in hunc errorem etiam mea ſententia fuerit ipſe Samuël, reputans Deũ Saulem elegiſſe propter egregiam corporis ſtaturã, ducor, quia dum ad eligẽdum, ſiue vngendum Dauid ex mandato proceſſit diuino 1. Reg. 16. n. 6. Videns Eliab præſtantis formæ, ac proceræ altitudinis ad inſtar Saül ſtatim pronunciauit, *Num coram Domino eſt Chriſtus eius?* cuius ignorantiam Dominus corrigens, ait; *Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitũ hominis ego iudico, homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor.* Elegit ergo Saülem præſtantis formę, ac procerę altitudinis, non propter ſe, ſed propter populum, qui dum Regem ab eo petierat, illum eis dedit, quem ex ſtatura iudicaret meliorem; at quando non populo, ſed ſibi quæſiuit Regem, non ad ſtaturam reſpexit corporis, ſed cordis; hinc hic electus, ille reprobatus, iſte peſſimus, ille optimus.

Act. 9. num. 15. Ibid. c. 13. num. 2. Pſal. 32. num. 10. Act. 13. num. 22.

Procopius.

1. Reg. 16. num. 6.

29. In e electionem à Deo factam à ſe & illã quæ ad requiſitionem hominum quanta ſit differentia.

Ex qua doctrina duo elicere poſſumus certiſſima, quantum interſit inter electionem, quam Deus prouidet ad hominũ requiſitionẽ, & illã, quam ad ſuam: nam eligit, & quærit ſæpè Deus, nobiſque ſuperiorem præbet, quem nos externis tantum iudicatis reputamus meliorem, aut quia nobilis, aut quia erudit⁹, aut quia diues, aut quia ſenex, aut quia aſpectu venerabilis, deſpicimus aliũ virtute ſuperiorẽ, licet aſpectu deſpicabilẽ; quid ergo Deus, qui pro hoc ſtatu prouidentia omnia regit ordinaria, nobis ſe adaptans, nobis quærit, nõ ſibi virũ, nobis acquirit rectorem nõ ſibi, quid inde? dicam breuiter, ad inſtar populi Iſraël, qui electo Saüle, *Clamauit omnis vinat Rex*, 1. Reg. 10. n. 24. fauſta acclamamus, in principio Angelũ eũ inuenim⁹, in medio hominẽ, in fine dæmonem. Hinc in principio adoramus, in medio deſpicimus, in fine abhorremus. En tibi Saül in principio ex victoria hoſtium, vt Angelũ eũ receperunt, ſic, vt occidendos, qui illũ deſpexerant iudicarent, cap. 11. n. 12. & ait: *Populus ad Samuelem, quis eſt iſte, qui dixit, Saül non regnabit ſuper nos, date viros, & interficiemus eos*, tractu tẽporis, cum ex inobedientia, cæteriſq; eius actionibus homo repertus, & per Samuëlem à Deo reprobatus, ac proinde ab eo deſpectus, ſic eum populus poſtea deſpectum habuit, vt miſer ſic timuerit, quod ad auxilium Samuëlis recurrerit, atque, *Sed nunc honora me coram ſenioribus populi mei, & coram Iſraël*, Ibid. cap. 15. n. 30. tandem vltimo, vt diabolum eum inuenerunt cap. 16. n. 15. *Dixerunt ſerui Saül ad eum, ecce ſpirit⁹ Dei malus exagitat te*, & vt talis odio habuerunt, vnde cõqueſtus ipſe quadam vice ex dolore clamauit c. 22. n. 8. *Non eſt qui vicẽ meã doleat ex vobis*, omnes ad Dauid accurrẽtes, vnde tantus Rex, ſic acclamatus, ſic adoratus ad rantũ deuenit deſpectũ? Sanè amice, quia populus eũ poſtulauit, & populo, nõ ſibi eũ Deus quæſiuit.

Ibid. c. 15. num. 30. Ibid. c. 16. num. 15. Ibid. c. 22. num. 8.

Secundum autem quod elicere poſſumus ad rem noſtram proprius, reprobationem Saülis, eiuſque damnum, populi fuiſſe beneficiũ, dum pro Saüle Dauid, dũ pro impio pium, dum pro peſſimo ſanctũ recepit, cuius bonum tanti Deus faciebat, vt ſuum diceret, ob quod *& quæſiſſe ſibi*, Dauid affirmat, ſuum reputans populi bonũ. Quod excellenter notauit Baſilius ad illa verba Pſal. 97. *Saluauit ſibi dextera eius, non dixit*, inquit, *ſaluauit eos, ſed ſaluauit ſibi; immenſa enim benignitate vſus, mortalium vitam, ſuum dicit eſſe emolumentum*; vt inde videas, quam verum ſit quod dicimus ſemper aliorum damna noſtra eſſe beneficia.

Basil.

31. Noſtra bona ſua Deus dicit emolumenta.

32. Angelorum ruina noſtrũ beneficium. *Bernard.*

Concludam hoc ſic verum, vt non ſolum illud de hominibus certum, ſcilicet omnium hominum aliorum damna, noſtra eſſe beneficia, ſed etiam de Angelis, hoc eſt dæmonibus: nam ſi vera eſt illa opinio vti re vera probabilis eſt, homines electos poſt permiſſum, ac præuiſum Angelorum peccatũ, quam videtur tenere Bernard. ſerm. 1. de Aduentu, & colligunt aliqui ex illo Pauli ad Epheſ. 1. *Inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & in terra ſunt*, & in illud Pſal. 109. *Iudicabit nationes, implebit ruinas*; de qua re videndus eſt Suarez in 1. part. lib. 1. de eſſentia prædeſtinat. cap. 12. Si ergo vera eſt hæc opinio, quantum noſtrum lucrum damnum extitit dæmonis inſpicere potes, dum ex illius ruina tota noſtra ſalus, noſtra electio, noſtra prædeſtinatio, immo ſecundum aliquos & noſtrum eſſe, cum ob id creati, vt illas inſtauraremus ſedes, ergo ſicut ſupra diximus, non ſolum hominum præſcientia noſtra eſt beneficentia, ſed etiam dæmonum, & quot dæmones è cælo ceciderunt, tot hominum fuerunt beneficia, ex

Suarez.

quo

quo quamvis Deo debeas attendens, cum Israelitis gratias Deo agas, quia sicut cæteris non A
lederis, vt noster de illis affirmat Sapiens dicens, *& quæ ante*, &c.

Num. 3. *Propter quod ignis ardentem columnam diem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine læsura hospitij præstitisti.*

Num. 4. *Digni quidem illi, carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant filios tuos, per quos incipiebas incorruptam legis lumen sæculo dari.*

Commentum literæ.

Habuerat ignis.

DIxerat orationem populi apud Deum fuisse, vt donum differentiæ inter ipsos Ægyptiosq; tribueret, quod nos, bi interpretati pro dono perseverantiæ illius differentiæ, quæ tunc inter illos extabat, lucis nempe, ac tenebrarum, in tenebris Ægyptis existentibus, in magna è B contra Hebræis luce; nunc ad demonstrandum exhibuisse Deū gratuam, lumē adiecit columnæ, quo per quadraginta in nocte cōtinuè illuminati sunt per desertum annos, vt hinc videas quam abundanter, quod petebāt eis præstitit Deus, quātoq; miraculo Israelitas ab Ægyptiis discreuit.

De columna tractauit Sapiens c. 10, & nos ibi luce; quapropter pauca hinc ad textus solum explanationem.

Propter quod, &c. Aliqui causalem hanc referunt iuxta sensū, quē in numeris antecedentibus tenuerūt, aut ad actionē indulgētiæ Hebræorū in Ægyptios, dū innocuis illis, potētes se vlisci, aut ad gratiarū actionē, cū hęc ad nouum captandū sępe vtilis sit beneficiū, sed nos iuxta nostrū ad orationē, quā Hebræi ęstudebant, vt differētia quæ tūc erat, sępe esset inter ipsos, Ægyptiosq; C

Hugo. inde Hugo, *Propter quod, id est quia ita peregebat.*

Ignis ardentem columnam, &c. columna dicebatur ardēs, vt sup. c. 10. diximus, quia noctis excellebat frigus. De igne fatuo, qui lucet, & non ardet, & de eo qui licet ardeat, & ferueat, nō cōburit, vide Maiolam Colloq. 21. quia nos ad alia properamus solidiora, animā non sensum delectare fatagētes, hoc dixi: nam data opera ab eruditionibus ipse abstinui, & vt alibi dixi, non explano Virgilium, sed Scripturam, non intendo mulcere aures, sed spiritum, non eruditum reddere hominem, sed sanctum.

Maiolus.

Ducem habuerunt ignotæ viæ, &c. Angelum scilicet in columna nubis, qui viam ienebat. Holcoth præsulum affirmat hanc significare columnam, diuinos delerebit profectatores, Hugo Christi Incarnationem.

Hugo. Holcoth.

Et solem sine læsura eos hospitio præstitisti. Græca, *solem autem annonum, pretiosi, aut honorifici, & magnifici hospitij, seu peregrinationis gratia præbuisti*, &c. Solē Deus per quadraginta innocuum Hebræis per desertū præstitit annos, qui tenuis eos ab illo per cōlumnā defendebat nubis, vt sup. c. 10. n. 17. Ergo dum Deus Hebræos per desertū hospitabatur, nō equidē illud misere, sed magnificē, honorificē, pretiosē efficiebat, ita vt esti in deserto, & sub diu, & in casulis, vt sup. dixit Sapiēs, tamē ita præclarē, & Regiē, vt nil amplius honorificentius, cibū præstās Angelorum, domū, fuit tectum columnā ignis per noctē illuminantē, calefaciente, fouente, nubis vero per diē obumbrante, custodiente. Quid honorificē hos? quapropter vērē affirmandū nil sic ad

Liranus. Hugo. Holkoth. Carthus. Cātacuz.

Per quos incipiebas incorruptum legis lumen famulari, &c. Græca, *per quos debebat incorruptum legis lumen populo dari*, vel *per quos incipiebat incorruptum legis lumen orbi erat impertiendum.* Placet Lyranus, qui etiā tunc quando in Ægypto populus non data lex, sed post quinquagesimum ab egressionis die, tamen quia vexatio ipsa caprimitatis, & Ægyptiorum plagæ disponebant ad egressionem, & ad ipsam accipiendam legem Hebræos, rectè dicitur, quod tunc lex incipiebat dari, seu dabatur. nam, vt rectè Castro in vsu Scripturæ inchoatio actus aliquando pro ipso ponitur actu, vt Luc. 23. n. 25. *Incipietis foris stare* pro *stabitis*. Canticor. 1. n. 6. *Ne vagari incipiam*, ne *vager*. Apocalyp. 3. n. 16. *Incipiam te euomere*, pro *euomam*, sic nunc incipiebat dari lumen legis pro dabatur modo dicto.

Lyranus. Scripturæ phrasis ab inchatio pro ipso actu. Castro. Luc. 23. n. 25. Canticor. 1. n. 6. Apoc. 3. n. 16.

Lex autem vocatur *lumen*, quia docet quid

Dei prouidentia, & quæ maximè inter cætera ipsum manifestat. Tertull.

Theophil. Antioch.

Lex dicitur lumen & cur.

agendum, quid sentiendum, quia toti sæculo, & hominibus datur, & *incorruptum*, quia est iusta, & integra, & quia semper perseuerat, vide Lorinum hic.

Multa hic dicere possemus, nisi alibi dicta, vt de beneficio Angelorum, quatenus per columnam duxit populum, de qua re latè sup. Hom. 59. de Dei suauissima prouidentia, de qua in 1. tom. Hom. 148. de boni prælati conditionibus, quem significat colúmna, sed de hoc sup. Hom. 92. de vindicta Dei contra Sanctos persequẽtes, sed de hoc in 1. tom. Hom. 86. Quapropter his relictis, quia necessariũ his duo temporibus sit.

HOMILIA C.

Christus ignota via necessarius dux.

1. Christus columna per deserti columnam significatus

Propter quod ignẽ ardentem columnam ducem habuerũs ignota via, de Israëlitis noster ait Sapiens, qui penitus viam ad terram ducentẽ promissionis ignorantes, non solũ ducem Deus eis prouidit, sed ducẽ igneum, lucentẽ, resplendentẽ, calefacientẽ, obumbrantẽ, defendentem, quæ omnia vna præstitit columna, vt sup. vidimus tractãtes de illa, per quã sicut omnes Sancti clamãt; Christus significatur Dñs, ac Redẽptor noster nobis in hoc deserto lucẽs, resplendẽs, calefaciens, obumbrãs, defendens, ac tandẽ ducens per vias inaccessas, per immensa deserta, per obscuritatẽ maximã *Illa columna nubis*, ait Ambros. in Psal. 118. *specie quidem præcedebat filios Israel, mysterio autem significabat Dominum Iesum in nube venturum Iudæis.* Ambros.

Zeno. Zeno Veronens. Serm. 11. *columna viam demonstrans Christus est Dominus; quod autem duplicem nubis, & ignis imaginem gerit, iudicia duo designat, vnũ aquæ, quod gestum est, ignis alterũ, quod futurũ.*

Isidorus. Isidorus, *Nubes ista præcedẽs Christus est, idẽ etiam columna, quia rectus, & firmus, & fulciens infirmitatẽ nostram.*

Rupert. Sed omniũ præclarissimè Rupert. *Vbique*, ait, *in hoc Sanctæ Scripturæ cælo lucida occurrũt sidera, omnia in fontem sui luminis, scilicet in verum solem Christum respicientia, & nullus locus vacuus est, ecce columna nubis per diẽ, & columna ignis per noctem, dux itineris vtroque tempore in conspectu filiorũ Israel, videlicet iuxta oculorum naturam, qui vt sequi valeant, & sub sole nubem, & in nocte facilè dignoscunt ignem, quisnam hic dux itineris, nisi qui & dux, & via nobis est Iesus Christus filius Dei? ipse namq; columna ignis, quia verus Deus, ipse idem columna nubis, quia verus homo.* Egregiè, ipse ignis, ipse columna, quia ipse Deus, ipse homo, & per ignẽ, perque columnam, non per ignem solum, non per columnam solum, sed per igneni, & columnam ad terram peruenitur promissionis. Christum ergo Dominum secundum patrum sensum columna illa obumbrauit, ipsum demonstrauit verum ducem, verumque ductorem.

2. Cõtemplatio via ignota, & obscura; & cur.

At nunc quid per ignotã viã si sensum literalem requiris, certè desertum, si mysticum, mundum; at si Anagogicũ, quam aliam nisi sanctam, altissimã, ac reconditam contemplationem, quã obscuram, nebulosam penitus sensibus ignotam omnes proclamant Sancti, vbi Dei cognitio per nebulam, ac per ignorantiam potius, quam per lucem, & lumen acquiritur; vnde Dionys. de diuinis nominibus c. 7. n. 4. *Est & rursus*, ait, *diuinissima cognitio, quæ est per ignorantiam cognita*, & c. 2. de myst. Theolog. *secundum hæc nos*

Dionys.

A *fieri super lucidam eramus caliginem, & per inuisibilitatem, & ignorantiam videre, & cognoscere quod est supervisionem, & cognitionem.* Henricus Natphius, lib. 5. mystic. Theolog. part. 3. c. 23. postquam de primo contemplationis gradu disseruerat, de altiori, ac sublimiori sic sequitur: *Quapropter per nudam cognitionem suam non cessat intrare in illã diuinã caliginem, vbi nimira in quadã perfecta Dei ignorantia constituitur, & velut inter duas mensas, quasi præ fame moritura ponitur,* & c. 29 apte hanc Dei contemplationem, secundum mysticorum omnium sensũ *modi nescia* nuncupat, quatenus intellectus in modum modi nescium eleuatur; *ita vt intuitus eius sine modo fiat, nec sic, nec hic, nec ibi firmetur.* Natphius

Per hãc ergo ignotã viam, per hanc caliginẽ, per hanc nebulam affirmamus, dicimus, ac pronunciamus Christum Dominum nostrum qua Deus B homo, non solum qua Deus, vnicum esse ductorem, vnicam facem, vnicum lumen, vnicam denique columnam, sine qua nec recta homines tenebunt, nec verum iter arripient, & omnis illa nebulã, caligo, ac modi nescis cõtemplatio, quæ sine hac luce, hac columna præueniente, mediante, ac subsequente arripitur, pura est deceptio, ac fallacia, turpis caligo, ac nebula; & verè, ac materialiter modi nescia contemplatio, quod est dicere pura ignorantia, ac deceptio.

Paucis abhinc annis, nostra hac tẽpestate, vera tempestas amice, cõtra Christum Dñm nostrũ orta est, sic subtilis, ac dissimulatis ambagibus, vt ausim dicere ab exordio nascẽtis Ecclesiæ vsque adhuc nunquã sic occultè, ac crudeliter contra sanctissimũ Dñm nostrũ, diabolum serpentẽ antiquum bellasse, olim perfidus hostis reuelata facie suis armis, hoc est obscœnitatibus, ac perfC diis bellum gerebat; at nunc versipellis non suis, sed Christi, & nõ ex quibuslibet, sed excelsis, sed primis, sed selectis oppugnat, sic vt prorsus Christi sanctissimũ ab Ecclesia sua sancta eliminet, & quãdo hoc nõ possit saltem dedecoret, ad quod perficiẽdum duo, & efficacissima assumpsit media, primũ, summa felicer, & altissimã, quam diximus contemplationem, vt omnino à mentibus humanis vitam, actiones, passionem, ac cognitionem Dñi nostri eliminet, cum tam sit, qui doceat, immo qui doceant a principio adhuc fœtoso existente peccatorum, quid (quòd turpe est dicere) adhuc quæ heri, quæ hodie è domo egressa publica, quæ pellex extitit per annos alterius, quæ lupa, quæ prostituta, nullo supposito Dei miraculo, nulla speciali vocatione, nulla extD raordinariã legẽ prouidẽtia, posse, & debere, si Deus vult, ad caliginem illam accedere, omnes sedare discursus, totas eliminare imagines, omnes pias de Christo, de eius passione à se auertere meditationes, tanquam summi illius boni, ac simplicissimæ essentiæ diuinæ perceptionis obstaculã, concrepantibus buccis ac pleno ore edicentibus Christũ, qua homo impedire contemplationis apicẽ, anagogicos actus, simplicissimas receptiones; Vnde docent quod solo fidei actu eleuẽt se animę patliuẽ tãtũ de cæteto se habẽtes, totaliter Dei expectãtes motionẽ, ac vocem iuxta illud, *loquere Dñe, quia audit seruus tuus.*

Secundum autem, frequentiam quotidianam sanctissimi, vt omnino à sanctissimo Domino ante quem summæ tremelunt potestates Angelorũ, reuerentiam, respectum, decentiã, decorẽ, ac tremorem auferat; vnde sunt qui cõsulant, vt

supra vidimus, quando cõtra illam pugnauimus sufficientem, immo sufficientissimam condignitatem esse absq; mortali accedere, & quod præmissa confessione, etiã si paulo ante fœdissimè se maculauerit, non solũ potest, sed (quod extremæ est impudentiæ) debet etiam contra confessoris assensum accedere; quid turpius? seu quid subtilius cõtra Christũ Dñm nostrũ vnquã excogitatũ, aut factũ? qualis modus vnquã sic subtilis, ac dissimulatus, vt duo sũme bona, quæ habemus, contẽplationem scilicet, & Sanctissimi frequentiã, ex diaboli astu, & ignorãtia hominũ, ex imprudẽti modo docẽdi, & exercitandi sũma fiant mala; & licet sanctissima Hispaniarũ Inquisitio Spiritus sancti ductu hãc versipellis hostis callẽs astutiã nuper libellos quosdã, qui de hac re, prohibuit, ac eliminauit; tamẽ expendẽs doctrinã pene totũ replesse orbẽ, infinitas sic eã deuorasse animas, alioquin bonas, simplicesq; vt malint perire, quã eã deserere; immo iniuriã factã (si Deus vult) sãctissimæ contẽplationi, & quod admirandũ, hoc non à quibuslibet, sed à viris doctis, ac spiritualibus dictũ; meæ partis esse duxi, vti Catholicus, vti Christi Dñi seruus, ob zelum animarũ, ob eius gloriæ desiderium, ob veritatem ipsã, sicut supra illud de frequẽtia Sãctissimi egimus, sic nũc penitius, & exactissimè, hãc rẽ discutere non perorãdo, vt sup. Hom. 73. sed disputãdo, vanitatẽ, seu inanitatẽ huiusmodi orationis, seu magisterij ad oculũ proponere, probãdo tale magisteriũ contra ipsã esse contẽplationis essentiã, falsissimũ, Christũ, quia homo, cõtẽplationẽ impedire, vnde deceptos tales, ac penitus (licet sancta intentione) illusos existere; pro qua re sit.

DISPVTATIO II.

De Contemplatione.

An sit licitum absque Dei extraordinaria prouidentia, & vocatione tyronem in via spirituali indiscriminatim nullo selectu, & probatione in exercitio imponere contemplationis? & an Christus Dominus humanatus contemplationem impediat?

TItulus clarus, & ex dicendis amplius patebit, loquimur de tyronibus, siue nouitus, nõ de prouectis, & simul non de extraordinaria Dei prouidẽtia, sed de ordinaria, vt statim dicemus; insuper quod indiscriminatim, sic vt ordinarius sit ille modus, & ad praxim ordinariam reducendus, tandem per contemplationem tum acquisitam, tum infusam intendimus. Et secundo loquimur de Christo vt sic, non solũ qua Deus, nec solum qua homo, sed qua Deus homo iunctum, non diuisim acceptus, vt infrà dicemus.

At primum, ne aliquis reputet nos alioquin amplius illis doctoribus addere præter id quod docent, placet prius fideliter quid ipsi dicũt exponere, vt simul perfectè apprehendatur contra quam doctrinam insurgimus, & pugnamus; pro qua re.

1. Opinio & modus docendi notorum magistrorum.

Adnoto magisterium eorum in hoc totum positum esse, vt à prima die, nullo præmisso tempore, vel dilatione quilibet ad contemplationẽ assurgat, sic vt simul, & semel, & vnico contextu, vt dicitur, tres exerceãtur viæ purgatiuæ, illuminatiuæ, & vnitiuæ; vnde docent, consulunt, & animas sic dirigunt, quod primo mane, & ante orationem præmittant examen rigidum conscientiæ, actus similiter contritionis, pœnitentiæ, aliosque purgationis actus, in quibus sunt rigidissimi, quæ omnia ad viã pertinẽt purgatiuam; interdiu mysteria meditẽtur passionis, ac vitæ Domini nostri Iesu Christi, quæ omnia ad illuminatiuam; mane verò, & nocte ad contemplationem assurgant; quam sic ordinant, vt prius in cruce brachus extensis septies symbolũ recitent Apostolorum, quo actu expresè confessata fide, vnico postea, simplici, ac puro obtutu, per intellectum sistant in illis mysteriis, nullo admisso discursu, nulla imagine, nulla representatione, nulla meditatione, sed simpliciter, ac simplicissimo actu, diuinas contuentes perfectiones, ac Dei præsentiam; in voluntate autem præmittunt resignationis actum, quo totos se in Dei reponentes voluntate motum expectent, ac imperium diuinum, ac vt à Deo moueantur, sic vt passiuè, non actiuè se habeãt. Hæc est summa fideliter narrata omnis illorũ doctrinæ, ac magisterij, vt in eorum est videre libris.

Bretonius in sua mystica Theologia quo reliqui.

Ex hoc ergo deducunt se omnia complecti, mẽditationem Christi, eiusque passionis non respuere, sed eam non admittere in actu illo contemplationis, quatenus est impeditiua maioris, & altioris boni, sicut & ipse Christus, hoc est eius sanctissima humanitas, quod probant ex Leone Serm. 2. de Ascens. & ex decantato illo Augustini Serm 188. de tẽpore, qui est in appendice, Serm. 61. tom. 10. nempe Spiritum sanctum non venturum, si Christus priùs non discessisset; sed vt interim hoc dicam, Cardinal. Bellarm. de Scriptoribus Ecclesiasticis dubitat, an sint hi sermones de tempore Aug. licet credibile putat magna ex parte Augustini esse; possibile ergo hunc non esse, sed plane do esse Augustini, sed quam alia eius fuerit mens infrà dicemus. Cum ergo ipsi simul omnia amplectantur exercitia omnium spiritualium viarũ, salua putãt esse omnia, quod quam verum sit, ex infrà patebit dicendis.

Bellarm.

2. Impugnatur talis modus docendi.

Hæc doctrina in primis est noua, hoc est modus hic docendi recentissimus, hucusque incognitus, nec vllus vnquam Sanctorum eum docuit, quod equidem admirabile apparet, vt per mille sexcentos & amplius annos nunquam talem docendi modum vlli Sanctorum Deus inspirauerit, & quod nunc illum prodant homines, quos vix scimus, & nouimus, *ascendendo, non volando summitas apprehendit scala*, inquit Bernardus, & isti non solum volare, sed præuolare intendunt, sic vt mane purgari, meridie illuminari, vespere vero vnitì reperiantur, faxit Deus, vt cum illo.

Bernard.

3. Vindicatur Ioannes à Cruce excalceatus.

Nec mihi adducant spiritualissimum, ac sanctissimum fratrum Ioannem à Cruce excalceatum in suo libro, qui dicitur (*nox obscura*) nam non solum non pro eis, sed apertè contra eos stat, vt est videre lib. 2. c. 12. & 13. & infinitis aliis locis, & quia occasio se offert, dicò sic totum hunc librum me attentissimè percurrisse, vt nec apicem deseruerim, quin non perlegerim, ponderauerim, discussierim, & nil prorsus in illo reperi, quod non scripturæ, quod nõ sanctis, quod non profundissimæ, ac scholasticæ sit consonum doctrinæ; ob quod sæpe dolui impugnationes aliquorũ videre ex mala doctrinæ intelligentia.

Rubroc. *illibus necatur.* Cui accinens Rusbrochius lib. 2. de ornatu spiritualium nuptiarum à c. 76. *Quidam fuerunt*, ait, *nec desunt hoc periculoso nostro æuo homines toto errantes cælo, qui cum neque actiuam, neque contemplatiuam adepti sint vitam, nihilominus se totius orbis sanctissimos arbitrantur, existimantes se altissimæ quietis contemplationi vacare interius quodam diabolico otio, & rerum omnium denudato sedulo student, ibique otium, quietem, & imaginibus vacuam inueniunt, ac experiuntur nuditatem; in hoc cæco otio, & obscuro putant se vnum esse cum Deo, & hanc propriam suam credunt beatitudinem, cum lux diuina in eorum tenebris, & caligine, id est in isto otio minime se manifestet; deest enim vera fides, spes, charitas.* Pende ly *vera*, habent fidem, sed non illam, quam contemplatio requirit, hoc est, vt infrà dicemus à dono excitata sapientiæ; sed ad vlteriora.

§. II.

Contemplatio quid.

VT gradum ad anteriora faciamus, & nein æquiuoco laboremus, & simul radicaliter talem modum docendi orationem destruamus, necessarium, vt propriè quid sit, & quotuplex contemplatio sciamus, cuius actus, & quid supponat.

Et in primis suppono nos loqui de contemplatione Christiana, & non solum Christiana, *Bernard. 11. Contemplatio quotuplex.* sed prout est pars orationis secundum Bernar. in Scala claustralium, seu de modo orandi, vbi in quatuor distribuit orationem partes, nempè lectionem, meditationem, orationem, & contemplationem, *Lectio*, ait, *quasi solidum cibum ori apponit, meditatio masticat, & frangit, oratio saporem acquirit, contemplatio est ipsa dulcedo, quæ iucundat, & reficit*; hoc dixerim, vt distinguam contemplationem, quæ est pars orationis, à Philosophica, & Theologica, nam *Arist.* cum teste Arist. 2. Methaphys. textu 3. *Finis contemplationis sit veritas*; hinc dum isti illam rimabantur contemplari etiam dicebantur, dum ad ipsam pertingebant, eaque fruebantur, vnde *Cicero.* Cicer. lib. 1. Academicarum quæstionum, *Contemplationem, considerationemque naturæ esse naturale quoddam animarum pabulum*, dixit; & isti etsi speculabantur, & veritates contemplabantur humanas, tamen non illas ad Deum referebant, sed ad se, nec ob Deum contemplabantur, vnde *euanuerunt in cogitationibus suis, & insipientes facti sunt, dicentes se esse sapientes.* Quapropter eorum speculatio, siue contemplatio in solo intellectu sistebat, nil ad voluntatem pertinens; de hac enim nos non loquimur.

Nec etiam de Theologica, quæ in sola speculatione intellectus consistat, & quæ actu non ordinatur ad Deum, sed tantum habitualiter, vt sic dicam, quatenus quis licet actu Theologicam speculationem non referat ad Deum, tamen habitualiter per voluntatem dirigit studium illud, siue vt altiorem de Deo acquirat cognitionem, siue vt ad eius obsequium, eius scientia postea vtatur, quæ iuxta Diui Thomæ *S. Thom.* sententiam 2.2 quæst. 2. ad tertium, etiam contemplatio dici potest; *Humana enim studia*, ait Sanctus, *quæ ordinantur ad considerationem veritatis, pertinent ad vitam cõtemplatiuam*, vnde est actio vitæ contemplatiuæ, licet Theologi non profiteantur vitam contemplatiuam; de hac enim nec loquimur.

12. De qua cõtemplatione hic est sermo.

Contemplatio ergo de qua nobis est sermo, est illa quæ est pars orationis; hæc autem secũdum August. lib. de Spiritu, & Anima, c. 32. *Est* *August.* *perspicua veritatis iucunda admiratio*, in quo loco videtur August. Substantiam contemplationis ponere in admiratione; quod etiam sentit Bernard. lib. 5. de consideratione, qui aliter *Bernard.* eam etiam definit in Scala claustrali, nempe *est mentis in Deum suspensa elevatio, æternæ dulcedinis gaudia degustans*; & quia ex hac doctrina relinquebatur, vt ad vtramque potentiam applicaretur contemplatio, & excluderet forsitan voluntatem, & sic non esset de qua nunc loquimur, ideo quasi se explicans adiungit, *contemplatio est ipsa dulcedo, quæ iucundat, & reficit.* S. Gregor. Hom. 14. in Ezechiel. & lib. 6. *S. Greg. Bonauent. S. Thom.* Moral. c. 18. Summam contemplationem ponit in affectu voluntatis, cui Bonauent. assentitur; at Diu. Thom 2.2. quæst. 180. art. 1. & 3. cuius doctrinam, etsi semper in omnibus, præcipuè tamen in materia de oratione obnixè sequor, cum etsi prope omnes, qui de hac materia, percurrerim, nil tamen amplius reperi in illis, quã in sanctissimo, nisi idem diffusius explicatum; sic enim Sanctus altissimè, profundissime, ac propriissimè de summa hac contemplatione in multis locutus est locis, vt propè sit ad stuporem. Sanctus ergo omnibus actibus intellectus, & voluntatis enumeratis substantiam contemplationis in vno reponens intellectus actu, qui est *intuitio*, eam definit *diuinæ veritatis simplicem intuitionem*; quam definitionem etiam tradidit Bernard. lib. 2. de Considerat. c. 2. vbi ait: *Contemplatio est verus, certusque intuitus animi de quacumque re, siue apprehensio veri non dubia.* Contemplatio ergo substantialiter, & essentialiter est intellectus actus, qui dicitur *intuitio*, & non quælibet, sed *simplex*, & insuper *diuinæ veritatis.* Quod si consideres penitius, inuenies actum contemplationis supra humanam se erigere naturam, & ad modum Angelicæ Deum inspicere, & nullam aliam quoad modum intelligendi esse differentiam, nisi quod illi simpliciter intuentur clare; contemplator autem obscure, & sub fidei velamine. *Felix namque qui huius gradus* (contemplationis nempe) Diu. ait Bonauent. de septem gradibus contemplationis, *collem attingit, hic plane Angelificatus in præsenti futuram iam inchoauit vitam*; quid ergo ex hoc? nonne sane illud, vitam, ac puritatem Angelicam in contemplante talem requirere actum, dum non modo humano, sed propè Angelico diuinam intendit veritatem; quod dixit idem Sanctus vbi sup. exponens illa verba Pauli 2. ad Corinth. c. 3. *Nos autem reuelata facie; quid enim est*, ait, *reuelata facie gloriam Domini speculari, nisi remota omni impuritate faciem nostra intelligentiæ velante, gloriam Dei pie, pure, deuoteque rimari?* Quod si hoc euidentissimè colligitur ex ipsamet essentia, ac substantia contemplationis, vnde nunc tam noua exurgit doctrina, ac docendi modus, non purificatis, sed sordidissimis, non Angelicis; sed totis adhuc carnalibus, sine delectu, & in-

13. Contẽplationis vera definitio. *Bernard.*

14. Est substantialiter actus intellectus.

S. Ben. 15. Contẽplatio vitam supponit Angelicam, & cæt.

2. ad Cor. c. 3.

discriminatim summum actum proponere contemplationis?

S. Thom. 16. Est voluntatis actus & in quo sensu.

At aduertendum in doctrina sanctissimi, quod etsi essentiam contemplationis in actu reponat intellectus, tamen quatenus intellectus ad contemplandum mouetur à volũtate, etiam in ea ipsum reponere, vnde ait: *Quantum autem ad id quod monet ad exercendam talem operationem, pertinet ad voluntatem, qua monet omnes alias potentias, & etiam intellectum ad suum actum.* Voluntas ergo est quæ ad contemplandum, & inspiciendum mouet; at vnde voluntati tale desiderium talis inspectionis? *S. Gregor.* sane respondet Sanctus ex doctrina Greg. Hom. 14. in Ezech. *Quatenus ex dilectione Dei inardescit ad eius pulchritudinem inspiciendam.* Ergo olens Deum voluntas, vt sic dicam, ex huius odoris fragrãria tota accẽsa ad Deum inspiciendum, intuendum imperando mouet intellectũ. Ergo intrinsecè, & necessario secundum doctrinam sancti actus contemplationis supponit in voluntate actum amoris, immo & ad actum terminatur amoris; nam cum vt ait Sanctus, *Quilibet delectatur, cum adeptus fuerit id quod amat, ideo vita contemplatiua terminatur ad delectationem, quæ est in affectu, ex qua etiam amor intenditur.* Terminatur ad delectationem effectiuè, vt sic dicam, quatenus ex possessione boni causat delectationem, sed obiectiuè terminatur ad amorem, quatenus per illam intenditur; Quapropter principium, & finis, seu terminus contemplationis est charitas, quo expresse dixit Sanctus vbi sup. art. 7. in corpore, & ad primum, vbi repetens, quæ sup. art. 1. dixerat, nempe principium contemplationis esse charitatem, quatenus hac voluntas informata actum præcipit contemplationis, in responsione ad primum, in quo probabatur delectationem non pertinere ad contemplationem sic ait: *Dicendum quod vita contemplatiua, licet essentialiter consistat in intellectu, principium tamen habet in affectu in quantum aliquis ex charitate Dei ad contemplationem ipsius excitatur; & quia finis correspondet principio, inde est quod etiam terminus, & finis contemplatiuæ vitæ habetur in affectu.* Ergo & charitas præcedit, & subsequitur contemplationem, immo est vltima eius perfectio, vnde concludens Sanctus ait: *Et hæc est vltima perfectio contemplatiuæ vitæ, vt scilicet non solum diuina veritas videatur, sed etiam, vt ametur.*

17. Contẽplatio actum supponit amoris, & ad actum terminatur amoris.

18. Amoris actus quicõtemplationem sequitur semper maior, quo à quo incepit.

Suarez.

Ex dictis ergo habemus, contemplationem substantialiter esse intellectus actum, & simul quidditatem suam consistere in simplici intuitione diuinæ veritatis, supponere tamen intrinsecè, & necessario charitatem, & amorem ardentem, & insuper eius complementum, ac finem esse charitatis incendium, quod notandum: nam licet contemplatio semper à charitate incipiat (recole nos semper loqui de contemplatione prout est pars orationis, vt diximus) tamen, vt rectè adnotat Suarez lib. 2. de orat. mental. c. 9. n. 11. ex doctrina sancti Thomæ vbi sup. charitatem, quæ subsequitur in contemplatione semper esse maiorem ea, quæ antecessit, quia iuxta doctrinam Gregor. Hom. 14. in Ezech. *Quo eum quis ipsum, quem amare viderit, in amorem ipsius amplius ignescit*; ex qua doctrina plana, verissimaque contra quam nil prorsus obici potest, nec controuerti, contra modum talis contemplationis hodiernorum, concluditur verè ineptissimum esse, cum non procedat, neque imperetur à charitate, neque producit charitatem; probatur enim vtraque pars; nam quæ heri, immo quæ hodie à peccato habituato vix surrexit, quæ charitas (ordinariè loquendo, & secundum ordinariam prouidentiam) eam impellere potest, vt ex amore ardenti Dei moueat se ad illum intimè inspiciendum, sicut in actu contemplationis inspicitur, qualis illi de Deo notitia, quæ vix cum ea fidei, & vltra modum remissa remansit? qualis erga Deum affectus, quæ vix voluntatem obtinuit non amplius peccandi? vnde ergo ei talis immensa charitas? ergo non ab intrinseco, non ab actu charitatis, sed à persuasione, sed à monitione præceptoris; nisi malis dicere à præsumptione ad contemplandum mouetur; cum ergo principium eius non sit charitas, vnde talis actus vera erit contemplatio?

Sed neque finis est amor: nam licet ob hoc dicatur se illo modo exercere, vt amore Dei ignescant, cum tamen experimentaliter illum non consequantur, immo ampliorem frigiditatem, immo somnum, & dormitionem, vnde finis talis orationis est charitas effectiuè: nam de hac charitate loquuntur Sancti, & non tantum de obiectiua; quod autem finis talis orationis ordinariè loquendo sit dormitio, experientia constat, vix ex illis ego reperi, qui non ad dormitionem tandem non reflecterent, & quòd hoc sic debeat euenire, effectum scilicet talis orationis esse dormitionem ex infra dicendis clarissime constabit.

§. III.

Contemplatio quotuplex.

PRæmisso quid sit contemplatio, & ex essentia eius probata vtilitate talis orationis, nũc eam amplius probabimus ex multiplicitate contemplationis; ideo nunc inquirimus quotuplex *Richard. Victor.* sit, & breuiter cum Richardo de Sancto Victore lib. 5. c. 1. & 2. duplicem dicimus, aliam acquisitam, aliam infusam, quod non est aliud, nisi quo ad contemplationis gradum, hoc est ad simplicem illam supernæ veritatis intuitionem cum feruenti coniunctam charitate, dupliciter potest peruenirit, aut per laborem, industriamque nostram cooperante Dei gratia, & sic contemplatio illa dicetur acquisita; aut nullo nostro labore, sed per infusionem Spiritus Sancti desuper irradiantis, & hæc dicitur infusa; *aliquando*, ait Richard. *ex sola gratia, aliquando ex adiuncta industria*, quod probat exemplo Mosis, & Beseel; ambo enim arcam Dei videgunt, sed Moses sine vlla industria, & in monte; Beseel vero ex propria industria formans illam, *In morem*, inquit, *Moysi arcam Domini sine aliqua humana industria videmus, cum ex sola Domini reuelatione radium contemplationis accipimus, sed tunc quasi iuxta Beseel, exemplum id ipsum ex proprio opere perficimus cum in eandem gratiam ex nostro studio, & labore artem comparamus*; quod tamen non sine gratiæ fit cooperatione.

19. Cõtemplatio duplex acquisita, & infusa.

Ad cuius ampliorem intelligentiam adnoto

per flagella, vocat aliquando per huius mundi prospera, vocat aliquando per aduersa; quæ tamen vocationes omnes ad duo reducuntur genera: nam vnuersim, aut sunt per timorem, aut per amorem, in quibus adhuc alia est vocatio communis, qua Deus communia auxilia peccatoribus conferendo tam intellectum illustrat, quam affectū attrahit siue per timorem infernæ pœnæ, siue per amorem cœlestis patriæ, ipsiusque Dei, vnde licet talis vocatio sit supernaturalis tum ex fine, quia ad supernaturalem tendit finem, tum ex medio; quia fit mediante supernaturali gratia, tamen dicitur communis, & ordinaria, quatenus à speciali alia, & singulari differt, vt mox dicemus. A

Alia ergo est specialis, peculiaris, ac supernaturalis vocatio, modo quo diximus, quatenus scilicet modum ordinariæ diuinæ prouidentiæ excedit, qua Deus efficacioribus auxiliis, ac peculiaribus illustrationibus animam non solum vocat, sed quodammodo compellit intrare dulciter, & infallibiliter, non per gressus, sed per saltum, vt sic dicam, & veluti in instanti apud se eam collocans, vnde egregiè de hoc beatus Laurent. Iustinian. lib. de obedient. c. 7. *Agat*, inquit, *gratias Deo, quia gratis vocatur, non vtique ab hominibus, non ab Angelis, sed à Deo, nec qualicumque vocatione, sed sancta, spirituali, sed cœlesti, de qua Apostol. ait, qui vocauit nos in sortem Sanctorum in lumine: vocantur plane multi ad fidem, dicente Domino, quod multi sunt vocati, illorum tamen sic vocatorum pauci sunt, communis est illa, ista vero specialissima.* Et lib. 2. de spirituali animæ resurrectione, *Idem plane*, ait, *gratuita sua bonitate matutinam lucem in quorundam iustificandorum cordibus oriri facit, quatenus ex cognitione munerum intelligant, quanta à Deo charitate diligantur; singularis profecto est ista vocatio.* De qua infra mirabilia narrat, quæ nos breuitatis gratia relinquimus; hac speciali vocatione, illos in Dei Ecclesia vocatos scimus, qui in ea summi, qui principes, vt Apostoli, vt Paulus sanctissimus, vt Magdalena, vt Franciscus, vt tandem multi magis, minusq; iuxta diuinæ prouidentiæ ordinem; tum (quod notandum) vt talia fundamenta iaciens ad altissimam prouehat perfectionis altitudinem aliquos ad illam destinatos, tum aliquos vt à peccatis eripiat, vt à mundo elonget, vt retia, quibus validè impediti abrumpat, quod sæpe factum, & sæpe fieri, & in Sanctis legi, & ipse in multis expertus animarū vocationibus; ob quod nunquam eidem in illis reieci modum orationis, quando ad illum vocatos inspexi, nec supernaturales illustrationes, affectiones, diuinas allocutiones, immo aliquādo reuelationes horrui in illis; neque statim malas dixi, quia in principio: nam cum Deum sciam agēs esse infinitum, infinitæq; efficacitatis, optimè calleo à dispositionibus prætuis, vt naturale agens non necessario pendere, sed quando vult, & quomodo vult, & quibus vult subito se infundens, simul & disponit, ac in instanti perficiat, *potens subito honestare pauperem.* B

Laurent. Iustin.

Cum ergo extraordinaria sit vocatio, vt ex Iustin. fit vt non omnibus, sed aliquibus aliquando detur, & cum aliquibus fiat illud, & possibile sit, vt vidimus, tamen doctrinaliter, vt sic dicam, & magistraliter illud in principio docere, ac in gradu contemplationis, seu, vt vocant mysticæ orationis communiter animas imponere in principio, & communem istam facere orationem, planus secundum Sanctorum magisterium est error, vt infra ex dicendis apertissimè constabit, neque vllo modo eis doctrina, quam tradit Suarez de religione lib. 2. de orat. mentali c. 11. n. 10. fauet, dum affirmat *non opinari ipsum à statu incipientium interdum ex instituto, & industria eos in actibus vitæ contemplatiuæ exercere esse alienum*; nam nil amplius docet piissimus Doctor, quam quod omnes mystici, nempe actus tum purgatiuæ, tum illuminatiuæ, tum contemplatiuæ vitæ inter se sic esse connexos, vt semper aliquando misceantur: nam & summus contemplatiuus nonnunquam, nisi mauis dicere quod semper plorare, & summus plorator nonnunquam summam Dei experitur lucem, summum amorem; at quomodo? obiter, vt infra ex eodem dicam Doctore; hinc appositissimè dixit *non esse alienum*, quod est dicere non propriè, neque per se, & ideo addidit *quod interdum*; Vide quanta limitatione, quanta loquitur prudentia, & dum dicit interdum, supponit magistri scientiam prudentem, qui ex signis, ex dispositionibus, ex virtutis incipientis profectu, ex vocatione, ex feruore, ex complexione, ex intelligentia, ex morositate, ac repugnantia meditandi, & ex mille aliis indicijs prudenter iudicat exercendum discipulum, etsi incipientem interdum in actibus vitæ contemplatiuæ, quasi de illo experimentum sumendo, prælibando ei contemplationis inchoationem, vt ait doctissimus pater; at quid hoc cum eo quod nunc nouisti faciunt? à primo die nullo delectu, nullo examine, nulla præmissa purificatione, nulla peculiari vocatione, nulla extraordinaria prouidentia, in contemplationem discipulum, seu discipulam adhuc in peccatorum habitibus totos intrudere, plane hoc, mea sententia, est delirare. C

Suarez.

Ad cuius ampliorem demonstrationem sciendum, quod etsi verum aliquando in principio vocationis summam Deum præbere contemplationem, tamen verissimum tractu temporis semper eam auferre, & vt quasi à capite incipiāt præcipere; ex quo amplius elucet extra ordinarium illum esse diuinæ prouidentiæ ordinem. Audi doctrinam Sanctorum; hæc enim res non nostro marte, sed doctrinis est firmanda Sanctorum Patrum; ipsi enim, & lumine irradiati superiori, & experientia diuina eruditi verum nobis iter in hoc panderunt negotio. Laurent. enim Iustinian. vbi sup. de summa perfectione, quam Deus aliquando tyronibus præstat, ac per consequēs & cum illa summam orationem eloquens sic egregiè loquitur. *Nullus*, ait, *ad hunc de quo loquimur perfectionis ascendit gradum de repente, sed post sudores, post tentationes plurimas, post varia hominum, dæmonumq; certamina, & post adeptas pro Christo virtutum palmas: nam etsi sint nonnulli, qui visitante gratia interdum, & ad tempus in actibus aliquibus ad culmen perfectionis attingant, in eo tamen minimè perseuerant, sibi namque ipsis redditi fluctuant, vagantur, impelluntur, cadunt, sine radice quippe virtutum cum sint, & certandi experientia careant, opus est, vt ad ima descendant*; quod de actione dixit Laurēt. intellige etiam de D

7. Contēplatio quæ tyronibus à Deo in principio tribuitur tractu temporis aufertur, & cur.

Laurent. Iustin.

S. Thom. 20. Modus operandi virtutum infusarum diuersus à modo operandi donorum Spiritus sancti, & in quo.

ex Diu. Thom. in 3. distinct. 34. art. 2. in corpore modum operandi virtutum infusarum esse diuersum à modo operandi donorum Spiritus sancti, cum modus operandi virtutum infusarum, nempe Theologarum, etsi supernaturalis sit, quatenus ad finem supernaturalem tendat, & sit à virtute infusa, supernaturali, tamen modo procedit humano, quia mens humana virtute imbuta infusa modo naturali procedit per discursum, ac propria industria innixa; vnde propriè secundum hunc modum mens humana dicitur agere, ob quod, & ex qua parte, vt rectè obseruat Valentia in 1. 2. disput. 5. quæst. 8. punct. 1. virtutes Theologales perfectiores sunt donis, quia mentem perficiunt ad Deum perfectiori modo, quàm dona, nempe immediatè per actionem propriam; dona verò per passionem, vt inferius dicemus; cum virtutes infusæ dantur ad posse supernaturaliter operari, & simul operandum; at vero dona non tantum ad posse operari, & operandum, quantum ad bene posse moueri, &, vt sic dicam, pati à Spiritu sancto, vt infrà ex Diuo dicemus Thoma; ex quo fit, vt modus operandi donorum sit suprà humanum modum, perficiens excellentiori modo ipsummet opus virtutum infusarum, non tantum per actionem, quantum per passionem ipsius agentis, vnde tales qui sic contemplantur non tantum agunt, quantum patiuntur diuina, vt infra ex Dionys dicemus; *Sunt enim virtutes intellectuales Theologica, & morales*, ait Sanctus, *in quibus omnibus hoc commune inuenitur, quod perficiunt ad actus suos secundum humanum modum, vnde cum donum eleuet ad operationem, quæ est supra humanum modum, oportet, quod circa materiam omnium virtutum sit aliquod donum, quod habeat aliquem modum excellentem in materia illa*; quod infrà exemplificans de fide sic ait: *In his autem quæ super rationem sunt perficit fides, quæ est inspectio diuinorum in speculo, & enigmate; quod autem spiritualia quasi nuda veritate capiantur supra humanum modum est quod facit donum intellectus, qui de auditis per fidem mentem illustrat.* Quid pulchriùs? intelligere Deum per speculum, & in enigmate etiam cum fidei habitu discurrendo, arguendo, in omnibus creaturis Deum inquirendo, in ipso postea sistendo, etsi cognitio supernaturalis sit, tamen modus est humanus; at ex primo intuitu, & simpliciter suprà fidei illustrationem, ac lumen, quod est ad illud lumen addere Spiritus sancti splendorem, spiritualia quasi nuda veritate capi, ac per *connaturalitatem quandam*, vt infrà ex Sancto dicemus, hoc supra modum humanum est, & non ad fidem, sed ad donum pertinet intellectus, vt mox dicemus. Ergo quando fidei actu adiuti discurrendo, meditando, inquirendo ad Deum peruenimus, in illoque sistimus, ac intuemur, postea simplici apprehensione per oculum illuminatum fidei ex Spiritus sancti dono, quod nostro labore diuina gratia adiuti acquisiuimus, licet liberaliter etiam sit datum, quatenus nulli debitum, vt infrà dicemus, tunc contemplatio acquisita dicitur; at verò quando sine nostra industria vltra lumen fidei illustrari non per speculum, sed quasi nudam intuemur veritatem, simpliciter eam apprehendentes, non per discursus, & illationes, sed de facto in instanti, hoc suprà humanum est modum, hoc solius est Spiritus sancti opus, hoc ad donum pertinet.

Valent. 21. Virtutes Theologales, cur dicantur perfectiores donis Spiritus sancti, & in quo sensu.

Dixi non per speculum, non quod clarè Deus videatur, sed ad differentiam luminis fidei: nam lumen ex Spiritus sancti dono, quod in contemplatione accipitur respectu luminis fidei, sic claram veritatem respicit, seu illustrat diuinam, vt plane appareat quod videatur, vnde Bonauent. de septem itineribus æternitatis, Itinere 3. distinct. 3. secutus Richard. sic ait: *Quamuis contemplatio, & speculatio* (hoc est meditatio medio fidei actu) *pro inuicem soleant apponi, apertius tamen, & expressius speculationem dicimus, quando per speculum cernimus; contemplationem vero, quando veritatem sine aliquo inuolucro, tenebrarumque velamine in sua puritate cernimus; ex quo apparet quod contemplatio in speculationem sapientiæ clariorem aspectum habet, quam speculatio, & gustum sapidiorem.*

21. Inter lumen fidei, & Spiritus sancti donum quanta sit differentia. *Bonauent.*

Ex dictis ergo apparet duplicem esse contemplationem, acquisitam, infusam, & vltra has nullam aliam super esse, & acquisitam modo humano procedere, infusam supra humanum; nunc antequam quod intendimus eliciamus, restat videndum cuius actus sit contemplatio, & à quo emanet.

§. IV.

Contemplatio cuius actus sit.

A Triplici enim capite oriri potest contemplatio, seu à triplici fonte; aut enim à virtute religionis infusa, aut à fidei habitu, aut à donis Spiritus sancti, nempe intellectus, & sapientiæ, seu scientiæ.

Et primò sumendo contemplationem, vt partem orationis, vt sup. ex Bernard. diximus, videtur quod procedat ex virtute infusa religionis; hæc enim cum sit teste Suarez lib. 1. de virtute religion. c. 2. *Veri Dei, verique cultus illi debiti vera cognitio*, omnesque complectatur actus tam internos, quam externos ad Dei cultum pertinentes, eiusque adorationem, & hi in contemplatione excellentissimè exerceantur, ideo ad virtutem infusam religionis contemplatio videtur pertinere. *Suarez.*

22. Cõtemplatio non est actus virtutis religionis infusæ.

At cum nunc non agamus de oratione prout in se petitionem includit, & cultum illum præcisè Deo debitum, sed de cultu, vt sic dicam, supereminenti, ac super excellenti vltra vires quodammodo virtutis infusæ religionis, ideo communiter, & ab omnibus contemplatio non tribuitur virtuti religionis infusæ, sicut oratio, aliique actus interni, & externi.

23. An sit actus fidei vel donorum.

Sola ergo difficultas est de habitu fidei, an scilicet contemplatio prout dicit simplicem illam apprehensionem veritatis diuinæ sit actus fidei, an verò donorum Spiritus sancti, qui dicuntur intellectus, sapientiæ, & scientiæ?

Idem. Prima sententia.

Suarez tom. 2. de religion. lib. 2. c. 10. n. 5. plane affirmat substantialiter esse actum fidei proprium, & elicitum, vel actum Theologicum, & acquisitum, licet n. 9. æstimet hunc fidei actum adiuuari à tribus donis Spiritus sancti, nempe intellectus, sapientiæ, & scientiæ.

Auguſt. Probat primum, authoritate Auguſt. in lib. meditationum, c. 27. vbi ſic: *Tranſeat ab hac* A *animus, & tranſcendat omne quod creatum eſt, currat, & aſcendat velociter, & pertranſeat, & in eum, qui creauit omnia quantum poteſt oculos fidei dirigat*; at hoc proprie non eſt de contemplatione infuſa, ſed acquiſita, & de acquiſita prout eſt in fieri, non autem prout in termino, vt ſic dicam. Quapropter non nimis authoritas vrget Auguſtini.

Secundò, probat ratione, quia perfecta contemplatio huius vitæ debet eſſe cum perfecta adhæſione intellectus ad rem contemplatam per firmum aſſenſum fundatum in reuelatione diuina, quæ obſcura eſt in hac vita. Ergo aſſenſus, & inhæſio illa eſt per actum fidei, quatenus fundatur in reuelatione diuina obſcura, & ſub velamine.

Sed neque multum vrget hæc ratio: nam B quod ad ſummum probat eſt, contemplationem ſupponere actum fidei, & non excedere fidem, quia adhuc ſub velamine contemplatur, & debere eſſe in ſubiecto fideli, ſed non quod actus eius ſit elicitus ab habitu fidei, cum hoc non ſit neceſſarium: nam ſicut per actus fidei credit intellectus ob diuinam authoritatem res fidei, & à voluntate mouetur ad credendum per habitum etiam infuſum piæ affectionis, ſic per donum intellectus poteſt moueri ad credēdum ex intima, ac ſupernaturaliſſima luce, quā infundit, & à voluntate imperari ad credendum per donum ſapientiæ, non quod hoc donum non ſit in intellectu, ſed quatenus per delectationem ſummam, quam cauſat in voluntate, ſupernaturaliter ab illo mota imperet intel- C lectui vt credat, vt aſſentiatur, vt inſpiciat, vt amplius penetret, vnde altiori, ac ſupereminentiori modo, ac ſupra humano diuinam credat veritatem, vt ſup. ex Diuo diximus Thoma, quam per fidei habitum, vnde materialiter hic actus eſt in ſubiecto fideli, ſupponit ſubiectum fidelem, tamen formaliter, ſubſtantialiter, & efficiuè eſt à donis Spiritus ſancti.

Secunda ſententia & vera actum contemplationis eſſe à donis.

Quapropter veriſſimam illam iudico ſententiam, quæ affirmat, actum contemplationis infuſum ſubſtantialiter procedere à donis Spiritus ſancti, nempe intellectus, ſcientiæ, & ſapientiæ, & contemplationem conditinctam eſſe ab oratione, quæ eſt ab habitu fidei infuſæ; vnde eam ſic definiunt, ſcilicet quod ſit *ſupernaturalis, libera, & prompta mentis noſtræ ad Deum, ſiue cæleſtia capeſſenda eleuatio, à Spiritu ſancto medio aliquo habituali modo promanans*, cuius D

Thom. à Ieſu. definitionis particulas rectè explicat Thomas à Ieſu Carmelit. excalceatus, lib. 1. de orat. infuſa, c. 1. & mea ſententia apertiſſimè deducitur ex principiis Diui Thomæ, & ſecundum eius mentem, ob quod maximè huic afficior opinioni pro quo.

S. Thom. Adnoto ex Diuo Thoma 1. 2. quæſt. 68. art. 2. in corpore, vbi agit de neceſſitate donorum, virtutes Theologales, & etiam morales non eſſe ex ſe ſufficientes hominem perfectè, ac plene dirigere ad finem ſupernaturalem: nam cum eſſentia donorum ſecundum ſanctum conſiſtat in diſponendo hominem, vt faciliter ſequatur inſtinctum diuinum, vt probauit art. 1. ſequitur, quod quantumlibet ſit homo prædituſ habitibus virtutum Theologarum, niſi donum acce-

25. **Neceſſitas donorum Spiritus ſancti vnde emanet ſecundum S. Thom.**

dat Spiritus ſancti, nunquam fiet vltimè bene diſpoſitus ad ſequelam inſtinctus diuini, vnde elegantiſſimè Sanctus in corpore loquendo de ordinatione hominis ad finem ſupernaturalem ſic ait: *Sed in ordine ad finem vltimum & ſupernaturalem ad quem ratio mouet, ſecundum quod eſt aliqualiter, & imperfectè informata per virtutes Theologicas, non ſufficit ipſa motio rationis, niſi deſuper adſit inſtinctus, & motio Spiritus ſancti.* In qua ſententia adnotanda illa mentem noſtram imperfectè informari per virtutes Theologales ad finem ſupernaturalem, & perfectè per illas cum donis Spiritus ſancti; ex quo principio aſſerit Sanctus, & deducit ſimpliciter dona Spiritus ſancti eſſe neceſſaria cum fide ad conſequendam vitam æternam, vnde ait: *Et ideo ad illum finem conſequendum* (ſupernaturalem ſcilicet) *neceſſarium eſt homini habere donum Spiritus ſancti*; quod quomodo ſit verum non eſt nunc huius loci, videatur Valent. vbi *Valent.* ſup. qui late, & optimè hoc deducit; at quod ex doctrina Sancti eruo eſt, virtutes Theologales pro hoc ſtatu imperfectè informare; quapropter actus illarum, vt v. g. fidei, non ſic perfectiſſimè ab illa exurgere, vt ſummam poſſint pertingere contemplationem, quæ eſt ſimplex, & perſpicaciſſima intuitio diuinæ veritatis: nam licet habitus infuſus, & gratia quantum ex ſe optimè diſponere poſſent hominem, tamen quia iuxta imperium rationis, & modo naturali operantur, quatenus homo eſt qui agit, qui operatur cum habitibus ex Dei gratia, ideo tales habitus imperfectè quo ad modum operantur, licet perfectiſſimè in quantum agit, & non agitur homo, dum illis vtitur, ob quod, vt diximus, virtutes Theologales perfectiores ſunt donis; at quia contemplatio perfectiſſimus eſt actus ſupremus, ac vltimus, neceſſarium eſt, vt ad illum eliciendum dona adiungantur, & lux contemplationis emanet à donis tanquam à principio excellentiori, licet non perfectiori, vt pote ab habitu infuſo donorum per Spiritum ſanctum, ſic, vt non modo humano, ſed ſuper humano, vt ſuprà diximus ex Diu. Thom. veritatem attingat diuinam, & homo potius patiatur, quam agat, & potius ſufferat diuina, quam illa exerceat, quod fit in contemplatione; vnde conſiderata altitudine actus contemplationis, nempe perſpicaciſſima eius intelligentia, ac intuitione ſummæ veritatis, & vehementiſſimo charitatis incendio, impar certè lumen inuenſtur fidei ad illam: nam excellens gradus intelligendi, & amandi non certè aliunde prouenire poteſt, quam à dono intellectus, & ſapientiæ, quorum eſt eminentiori modo, & altiſſimo, vt mox dicemus, illuſtrare intellectum, & accendere voluntatem, cum ambo etſi eſſentialiter ſint in intellectu, tamen ambo ſecundum doctrinam Sancti etiam in voluntate, ſapientia quatenus eſt cauſa eius charitatis, quæ eſt in voluntate, 2. 2. quæſt. 45. art. 2. & intellectus quatenus ſupponit, & imperatur à charitate, & cum illa habet ſimul cum aliis donis connexionem, vt Sanctus 1. 2. quæſt. 68. art. 5. cum ergo media debent eſſe fini proportionata, relinquitur euidentiſſime quod excelſus actus contemplationis non poſſit elici niſi ab excelſis donorum habitibus ſapientiæ, & intellectus.

Ex qua doctrina eluet differentia lucis fidei, 26.

Inter fidei lucem, & donorum quanta sit differentia.

& donorum, & consequenter differentia efficientiæ: nam licet lux fidei sit supernaturalis, & actus efficiat supernaturales, tamen quoad modum non excedit humanum, cum intellectus, & voluntas ad exercitium fidei non moueantur immediatè à Spiritu sancto, sed ab alio aliquo exteriori principio, licet ex gratia. Quapropter effectus actus fidei vt plurimum, quando sine donis sunt debiles, immo aliquando ipsemet fidei actus sine charitate, vt patet in peccatoribus; at cum contemplatio sit à dono intellectus, & sapientiæ, principium mouens semper est Spiritus sanctus; hinc effectus sunt semper admirabiles, vinacissimi, fortissimi, efficacissimi, & igniti, quatenus semper supponunt motionem Spiritus sancti, & hominem in statu gratiæ, & determinant Sanctus 2.2. quæst. 8. art. 5. in corpore, & donum intellectus non quamlibet importat cognitionem, sed intimam, vt ait Sanctus vbi sup. art. 1. in corpore, & donum sapientiæ non quamlibet rectitudinem iudicij, externorum: nam non de illis iudicat per rectitudinem iudicij, sed per cõnaturalitatem quandam causatam ab habitu charitatis, vt docet S. Thom. Sanctus vbi sup. quæst. 45. art. 2. in corpore; ex quo sequitur apertissime secundum Sanctum Doctorem, contemplationem, quæ est sublimis, ac perfectissimus intellectus actus, & simplex diuinorum apprehensio ad modum Angelicarum virtutum, vt sup. ex Bonauent. diximus, necessario requirere principium altissimum, & mouens potentissimum, quale est Spiritus sanctus mediis donorum habitibus, & sic ipsam non esse fidei actum, sed donorum Spiritus sancti, intellectus, nempe sapientiæ, & scientiæ, in subiecto tamen fideli, & in gratia constituto.

Ex dictis ergo hæc habemus, contemplationem aliam esse acquisitam, aliam infusam, vt §. 3 & illam non esse fidei actum, sed donorum Spiritus sancti. Quod equidem intelligo tam de contemplatione acquisita, quam infusa: nam licèt acquisita, quatenus supponit meditationem discursus, & exercitia reliqua procedat, & initium habeat à virtute fidei infusa, tamen hi actus non sunt amplius, quàm dispositiones ad contemplationem vt sic; nam statim ac subiectum est bene dispositum, & ex ratione talis dispositionis ei tribuitur gradus contemplationis, hic non est amplius ex virtute fidei, sed ex dono Spiritus sancti; his ergo sic suppositis.

27. Cõtemplatio tam acquisita, quã infusa & à donis, & sic.

Nunc sic manifestatem talis contemplationis hodiernorum doctorum ostendo; aut enim illa est acquisita, aut infusa, sed neutra potest esse, ergo; maior patet, cum non sit alter modus cõtemplationis propriè, & essentialiter; hoc dixerunt: nam Richardus de sancto Victore lib. 5. c. 2. tertium agnouit mixtum ex acquisita, & infusa, sed reuera potius acquisitus dici debet: minorem autem sic probo; non enim est acquisita, cum ipsi omnem discursum, omnem meditationem, omnem prorsus interdicunt actum, & imaginationem, quibus vtitur acquisita, ergo; neque erit infusa; cum hæc procedat à donis, non à fide vt probatum est; at ipsi nil aliud supponunt, nec petunt nisi fidei actum, & cum solo illo docent sistendum in oratione, ergo, cum contemplatio non procedat à fide, sed à donis, prorsus inanis erit illorum contemplatio, & futilis, vt re vera, & practice experiuntur, qui illa vtuntur.

Efficax ratio contra aduersarios.

Richard. Victor.

Dices esse acquisitam, quatenus acquiritur per exercitium meditationis, quod sit interdiu, sane hoc est ridiculum, cum in praxi moraliter loquendo illud sit impossibile: nam qui fieri potest, vt illa quæ heri cum peccatis, quæ interdiu aliud agens variis occupata exercitiis, obiter meditationem exercens, sic incendatur, vt ad contemplationem assurgat, sic illustretur intellectus, vt introspiciat, & simpliciter inspiciat? ridicula prorsus sunt hæc, & cordati viri indigna; *Quantum verò sit difficile, quod ignis deuotionis spiritualis exardescat flatu meditationis*, ait Gerson. tract. de meditatione considerationes 5. *fiet notum desiderãtibus ignem materialem, dum quæritur à lignis aquosis, viridibus, ac luto respersis elici, sufflu quantumpotes, iterum, atque iterum multo conatu resuffla, emergit plurimus ab initio fumus conturbans oculos, vix emicabit scintilla, quæ mox euanescet, dispergesforsitan ramos congesta, prius ligna, si non in longanimitate perstiteris, quam longanimitatem appellamus hic meditationem, aut meditationi reuiuscendam.* En sensus cordatorum, ac spiritualium virorum.

Effugium præcluditur.

18. Meditatio quam impar ad contemplationis ignem accendendum in instanti.

Sed vt omne eis præcludatur effugium, dato quod substantialiter procedat à fide, vt vult Suarez, & velint ipsi hanc sequi opinionem, quæ sit probabilis tanti viri authoritate, adducant, quod ille ait, talem fidei actum adiuuari, & fulciri ex tribus illis Spiritus sancti donis, vnde quando sine illis, languet, marcescit, nulliusque est efficacitatis, hinc qui sine motione sancti Spiritus media donorum, se reponunt in solo actu fidei, langueſcunt, frigeſcunt, & dormiunt, vt sæpe in illis expertus sum; cum ergo talis oratio principium non habeat charitatem, & Spiritum sanctum, nec effectum charitatem, sed dormitionem, quando sine donis, quàlis erit hæc oratio, quale sortietur nomen? Certè pater Sobrinus in libro, qui dicitur *vita Spiritus*, part. 1. argumento 2. propè finem eam appellat *vanam torpemque*; subscribo.

Sobrinus.

Et vt quod verè sentiam aperiam, ex hoc principio ignorato puto quod omnis eorum procedit doctrina, siue deceptio; nam fecerunt fidei actum, quod est Spiritus sancti donum, & necessario hoc facere debent: nam cum fides sit communis, & actus fidei communis, non specialia petat auxilia, vti dona, vt mox dicemus, cum ipsi indiscriminatim talem contemplationem omnibus suadeant, & in principio, necessario actum fidei debent expoſcere, qui communibus auxiliis fit, & non donorum, qui peculiaribus, & extraordinariis; sed decipiuntur, quia vti probatum est, aut talis contemplatio essentialiter est actus donorum Spiritus sancti, vt ego sentio, & mecum quam plurimi viri doctissimi, quos in hac præclara Complutensi Academia consului, inter quos doctissimus magister Petrus de Tappia ex familia Dominicana primam Cathedram huius Academiæ regens, qui planam esse mentem Diu Thom affirmauit, aut fidei, sed cum donis vt Suarez vult, vnde dum ipsi tantum actum fidei expoſcant, necessarium, vt decipiantur, quod ab effectu satis constat, cum pene omnes in illa oratione frigeſcant, pene omnes dormiant, etsi forsitan in aliquibus

29. Vnde hodierni contemplatiui decipiantur, & in quo eorum error.

hoc non euenit, est ex peculiari gratia Spiritus sancti mediis donis, & ex extraordinaria prouidenna ex qua regula generalis sumi non debet.

§. V.

Ad contemplationem non omnes vocari.

30. Perfectio essentialiter non pendet à contemplatione.

DAta opera posui sic titulum, tanquam res quæ in controuersiam minimè apponi debet: contemplatio enim non solum est perfectorum, sed neque omnes perfecti ad contemplationem ascendunt; nam cum Christiana perfectio non pendeat à contemplationis actu, sed à charitate, quæ non est essentialiter contemplationi annexa, fit, vt possit esse quis summè perfectus, non tamen contemplatiuus; Audi Bernard. Serm. 3. de Circumcis. *Multi*, ait, *tota vita sua ad hoc tendunt, sed nunquam pertendunt; quibus tamen si piè, & perseueranter conati sunt, statim vt de corpore exeunt redditur, quod in hac vita dispensatoriè est negatum, illuc perducente eò sola gratia, quo prius tendebant ipsi cum gratia*; in quibus Bernardi verbis ponderandum illud, *multi tendunt, sed nunquam pertendunt*, in quibus datur intelligi, quod licet ad contemplationem aliqui aspirent, & hoc non sit malum, neque reprobandum, tamen quia certum non omnes illam pertingere, ideo prudentissimum erit probare vtrum ad illam vocarentur nec ne, etsi nihil se proficere attendant, ad alia pia se diuertant opera; secundò, ponderanda illa, *dispensatoriè est negatum*; nam sæpe illud fit ex dispensatione diuina, occultisque eius iudiciis, qui non omnes ad summum vocat orationis gradum; immo etiam aliquando, vt rectissimè adnotat Suarez vbi sup. c. 11. n. 9. hoc prouenit ex indispositione subiecti; cuius verba, vt pote summam continentia prudentiam in hac materia, libet hic transcribere, sic enim ait: *Aliquando etiam prouenit ex indispositione subiecti*, non posse scilicet contemplari, *quia non omnes ad contemplationem apti sunt, vel propter mentis tarditatem, vel propter nimiam naturæ inquietudinem, & celerem mutabilitatem*, vt Gregorius dicit lib. 6. Moral. c. 17. *& quamuis diuina gratia superari possit, quasi naturalem subiecti incapacitatem, ordinariè verò se illi accommodat, & ideo in huiusmodi contemplationis vsu ratio etiam naturalis complexionis, & capacitatis habenda est, quod suo modo in toto vsu mentalis orationis habenda est, cum proportione tamen: nam contemplatio dicit id, quod est summum in oratione mentali, ad maximum tamen, & excellens non omnes possunt pertingere: mentalis tamen oratio latitudinem habet, tantamque varietatem, vt secundum aliquem modum omnibus possit accommodari, quod ad vsum, & prudentiam pertinet.* Quot verba, tot gemmæ, quæ si legissent, qui pro se tantum aduocant doctorem, nunquam illum nominassent, nec ex eius doctrina finum confirmare auderent inuentum. Suarez affirmat non omnes ad contemplationem vocari, ergo cur ipsi omnes admittunt, dicit ex indispositione naturæ aliquando hoc prouenire, scilicet ex tarditate ingenij, vel eius mobilitate, ergo cur ipsi & rudes, & ineptissimos, & tardissimos, & mobilissimos, tandem etsi omnes ad orationem, non omnes ad contemplationem ait vocatos, ergo cur oratione prætermissa ad contemplationem ipsi quemlibet vocant? sed pergo.

31. Probandum prius an aliquis ad cõtemplationem vocetur.

Suarez.

32. Vnde illud erui potest.

Non omnes ergo vocantur ad contemplationem, quia sic Deus ordinauit, non omnes, quia non quilibet aptus, non omnes tandem, quia cum contemplatio, vt diximus, sit donorum Spiritus sancti actus; hæc etsi in iustificatione dentur in actu primo omnibus, & singulis, tamen in actu secundo, ad ea quæ non sunt ad salutem necessaria, non nisi quibus Deus, vult ex mera liberalitate, & ex speciali prouidentia, & maximè ad contemplationis actus, qui supereminentes & heroici; Quapropter grauiter erravit vnus ex istis, quando in sua mystica Theologia lib. 1. c. 8. n. 9. *Cum gratia simul ire virtutes infusæ, & dona Spiritus sancti, & illi deberi*, signa verbum, *auxilia supernaturalia ordinaria ad bene operandum heroice, & cum omni perfectione*; si enim per auxilia debita intendit efficacia, prorsus temeraria est propositio: nam etsi est qui dicat aliqua auxilia efficacia iustificato deberi, vt aliqua bona opera agat, cum qui dat esse, dat etiam consequentia ad esse, tamen nullus hucusque ausus est dicere, quod debeantur iustificato auxilia efficacia ad operandum heroice, & cum omni perfectione; at si per auxilia debita intelligit sufficientia est hæretica: nam hæc non dantur ad operandum quod est de facto operari, sed ad posse operari; & insuper mea sententia, vt mox dicam, nec hæc omnibus dantur ad posse operari, & adipisci quemcumque statum, siue quamcumque perfectionis altitudinem. Ergo cum contemplatio dona supponat Spiritus sancti in actu secundo, quæ ex mera conferuntur Dei liberalitate, & non sunt debita, fit euidentissimè, quod cum non omnibus dentur, sic nec ipsa contemplatio.

33. Efficax ratio vnde elucet non omnes ad cõtemplationem vocari

Certissimum ergo non omnes ad contemplationem vocari, non solum, quia non omnes ad apicem orationis destinati, sed etiam quia non omnes ad contemplatiuam vitam, sed ad actiuam; quod equidem nemo negare potest: quid ergo ex hoc? duo certissima. Primum, quod si à Deo ad contemplationem non sunt vocati, non solum ad illam non pertingent, sed neque pertingere poterunt: nam, vt bene Lorca 12. de gratia disput. 27. §. *Tertio ipsam iustitiæ consummationem*; non enim Deus confert auxilium sufficiens ad quemcumque gradum sanctitatis acquirendum; nam illud confert omnibus; & singulis ad hoc vt homo iustificari possit, & saluari, non tamen, vt ad quemliber gradum sanctitatis ascendat. Vnde rectè ipse infert illius quæstionis solutionem, nempe vtrum quilibet homo possit esse tam Sanctus ac Beata Virgo, & Apostoli? & respondet negando, affirmans quod non solum non erit, sed quod nec poterit; quia ei auxilia deficient etiam sufficientia. Quam doctrinam veritissimam existimo; ergo si à Deo quis ad contemplationem non est vocatus, neque destinatus, certè ad illam pertingere non poterit;

Lorca.

34. Auxilium sufficiens ad quemlibet sanctitatis gradum non omnibus datur.

ex quo

ex quo principio quantum isti fallantur apparet, qui indiscriminatim docent Deũ promptissimum extare omnibus contemplationem impartiri, sua culpa eam non attingere, quia se non disponunt; falluntur, quia si non vocati, neque destinati, seu electi ad illam, nulla eorum erit culpa, si non se disponent, nulla si non ad eam perueniunt, quia tam ad dispositionem, quàm ad effectum non solum efficacia, sed sufficientia eis deerunt auxilia. Ergo vanus omnis labor, ergo imprudentissimum magisterium illud, quod indiscriminatim, nullo delectu, nulla prudentia, nullo examine, & hoc in principio omnes ad contemplationem admittit.

35. Quantum periculum subeant tum magistri, tum discipuli indiscriminatim ad contemplationem accurrentes.

Secundum autem, quod ex prædicta doctrina eruitur est, quod cum non sint omnes vocati, & se intrudunt, aut introducuntur, magnum subeunt periculum errandi, tum eorum magistri, tum discipuli. Nolo ego loqui, sed magnus ille contemplator, ac Doctor Gregor. sanctissimus lib. 6. Moral. cap. 17. in illa verba Iob cap. 5. *Ingredieris in abundantia sepulchrum*, vbi cum per sepulchrum vitam intellexisset contemplatiuam, & secundum superiorem doctrinam non omnes affirmasset ad illam vocatos, de periculo eorum, qui non vocati, sic ait: *Sepè qui occupati benè humanis vsibus viuerent, gladio suæ quietis extincti sunt; hinc namque est, quod nonnulli inquieti spiritus, dum plus exquirunt contemplando, quàm capiunt, vsque ad peruersa dogmata erumpunt, & dum veritatis discipuli esse humiliter negligunt, magistri errorum fiunt.* Et paulò infrà: *Sunt itaque nonnulli, qui dum terrenas actiones deserunt, & ad contemplationis studia, humilitate postposita*, signa verbum, *vltra intelligentiæ vires surgunt, non solum se in errorem deiciunt, sed infirmos quosque à gremio vnitatis diuidunt.* Quàm vera sit hæc Gregorij doctrina, Begardi, Beguinæ, illuminati, hodiernique hæretici testatum faciunt, dum enim in peccatis toti nati, & consepulti ad contemplationem assurgere præsumpserunt, magistri facti sunt erroris, & à gremio vnitatis reliquos diuiserunt, faxit Deus, vt modo non sic.

Bl. Gregor.

Blosius.

Concludam ergo cum Blosio in epist. quadam sub finem relata à Thoma à Iesu excalceato de contemplatione diuina lib. 1. cap. 9. summæ impudentiæ esse ad contemplationem non vocatos se intrudere. Audi Blosium; *Non omnes idonei ad hoc sunt, vt se in illis plenius exerceant; quàm quæso absurdum foret, si is cui Rex dementiæ dedisset officium standi ante mensam suam, & seruiendi, ininssus sese impudenter mensæ Regiæ ingereret, ac resideret? atqui non minus improbè facit, qui se totum otio contemplationis tradere vult cum tamen ad illud singulariter à Deo non vocetur; in regno cælesti omnes beati mensæ summi Regis assistunt, omnes per amorem Deo perfectè uniti sunt, omnes suauiter in Deo requiescunt, & torrente diuinæ voluptatis assidue potantur; at hic non omnibus electis illud conceditur, sed nec expedit quidem, vt omnibus concedatur.* Vltima ponderanda; in quibus magisterium huius sanctissimi, ac illuminatissimi declaratur doctoris: nam non solum ait quod non omnibus electis contemplatio datur, sed quod *non expedit* vt omnibus concedatur. Certè contra hunc præclarum pugnant magistrum hodierni isti, qui indiscriminatim, qui vniuersaliter omnibus, & singulis contemplationem proponunt, & ad illam vt assurgant consulunt, quid vis dicam? impudentiam hanc vocat Blosius; subscribo.

§. VI.

An contemplatio possit esse diuturna.

EX essentia contemplationis inanitatem probauimus huiusmodi magisterij, simulque ex eius diuisione, ex vocatione ad illam, ac ex eius actibus, nunc euidentissime ex eius duratione; si enim probabimus non esse diuturnam, vix tempus durare, quale illud erit magisterium, quod horas præcipit contemplationis quotidianas?

At præmittenda in primis communis illa distinctio de vita contemplatiua, & contemplatione ipsa, hoc est de actu ipso contemplationis, scilicet de vniformi illo, & simplici intuitu, quem Dionys. *circularem motum appellat*, vt rectissime distinguit Suarez vbi sup. cap. 10. num. 10. nam si de vita contemplatiua loquamur, cum ista in se multos alios contineat actus, nempe lectionem, meditationem, orationem, certum est multum durare, & vitam contemplatiuam esse diuturnam; at si de ipsomet actu contemplationis, qui stat in simplici illo, ac continuato intuitu diuinæ veritatis, concors est omnium Sanctorum sententia diu durare non posse. Cassian. collat. 1. cap. 3. *Inherere quidem Deo ingiter, & contemplationi eius inseparabiliter copulari impossibile est homini istius carnis fragilitate circumdato.* Gregor. lib. 5. Moral. cap. 23. *Nec enim*, ait, *in suauitate contemplationis intima diu mens figitur.* August. lib. 7. Confess. cap. 17. *Rapiebar à te decore tuo, moxque diripiebar abs te pondere meo.* In quibus verbis ratio huius veritatis insinuatur, pondus nempe naturæ humanæ, quæ diu in altum stare non sufficit. Bern. de amore Dei cap. 4. *Quamdiu sumus in hac vita hoc felicissimo pacis silentio in cælo, id est in anima iusti, quæ sedes est sapientiæ aliquando fruitur affectus, sed hora est dimidia.* Richard. de contemplationis præparatione c. 76. *Rarum valde in hunc montem* (contemplationis scilicet) *ascendere, sed multo rarius in eius vertice stare, & ibi morari facere.*

36. Alia est vita contemplatiua, alius actus contemplationis.

Suarez.

Cassian.

S. Greg.

August.

Bernard.

Richard.

37. Non potest esse diuturna, & huius rei rationes.

Huius autem rei rationes multæ esse possunt; Prima, illa Diui Thom. 2. 2. quæst. 180. art. 8. ad secundum, quia nulla actio potest durare in summo; summum autem contemplationis est, vt attingat vniformitatem contemplationis; Secunda infirmitas, & imbecillitas corporis; vires enim corporales, vt experiuntur contemplatiui summe debilitantur. Quam rationem affert Caietan. in art. citato Diui Thom. Tertia est Dionys. in principio mysticæ Theologiæ, quia ad hanc contemplationem necesse est sensus relinquere, & obiecta omnia, quæ sub sensum cadunt, discursum omnem suspendere, simplici intuitu rem altissimam, ac spiritualem intentè intueri;

S. Thom.

Caietan.

Dionys.

Digitized by Google

quæ omnia difficillima ſunt. Quarta eſt doctiſſimi Suarez vbi ſup. qui acutiſſime & eruditiſſime, vt aſſolet difficultatem attigit, ex intrinſeca natura ſpeculationis, & intellectus, qui veritate ſemel cognita niſi circa illam anima aliquid aliud negotietur, difficile eſt non ſolum ad longum tempus, verum, vt ipſe ait, nec per horam circa illam ſiſtere: nam apprehenſa veritate, & nil aliud circa illam operans, vel intellectus, vel voluntas ſtatim ad aliam properare deſiderat, cum iam inuenta non delectat, cum vix illam percipiat, & ideo nec quietat, nec animum delectat, quod ſimiliter affirmat euenire in ſupernaturali contemplatione; nam ait: *Poſtquam intellectus elenatus eſt ad ſupremum illum actum contemplationis, quo Deum ipſum aliquo modo intuetur, vix poteſt in ſolo illo ſimplici actu diu teneri niſi circa Deum ſic cognitum aliquo modo per alios intellectus, vel voluntatis actus feratur.* Vnde doctiſſime num. 13. affirmat, ad hoc vt talis actus ſiat diuturnior neceſſarium, vt ei actus adiungatur amoris, immo quod etiam iſte non ſit ſemper vnus, & continuatus: nam nec iſte, vt ſic etiam poteſt eſſe diuturnus. *Sed vt renouetur*, ait, *per nouos actus vt per laudem, gratiarum actionem, propoſitum nouæ vitæ, per actum proprium deuotionis, per actum reuerentiæ, & caſti timoris, nec non maximè per actum admirationis de diuina maieſtate, vel de operibus eius, per actum gaudij, vel de Deo in ſe, vel vt in nobis communicato.* Quo modo affirmat poſſe diu intellectum in illo ſimplici intuitu ſiſtere, & non alias; quæ doctrina veriſſima eſt, & quam nemo ſanæ mentis negabit.

Suarez

Ex his ergo euidentiſſime colligitur futilitas hodiernorum contemplationis: nam dum ipſi per horas quotidie in illa ſuos imponunt diſcipulos, diuturnam illam præſumunt, quæ, vt ſic dicam, quaſi in hac vita eſt momentanea, vel vt ait Bernard. *hora dimidia*; Secundò, futilitas amplius apparet ex modo, quo eam tradunt: nam conſuluint, vt ſiſtant in actu fidei, vt Deum præſentem ſemper intueantur, ſic vt nullus alius adſit intellectus actus niſi intuitio ſimpliciſſimæ veritatis, vt non attendant, nec reflectant ſuper ipſum actum, ſed ſemper vnico, ac ſimplici intuitu, motu circulari, vt ait Dionyſ. Deum intueantur; quod quid ſtupidius, cum nullus nouus circa illud obiectum intellectus ſit actus, nullus amoris in voluntate, pero poſt apprehenſam fidei veritatem, nempe Deum eſſe immenſum, & ab intellectu creditam per voluntatis imperium ſolum authoritate diuina moto, nullo alio ſpeciali lumine, & particulari ex dono Spiritus ſancti, ſed tantum ex illo fidei obſcuriſſimo, poſt inuentam, & creditam talem veritatem, quid ibi ager intellectus, quomodo ſiſtere poteſt? certè vnum de duobus, aut vagabitur, aut ſi nimia detinebitur violentia inſaniet, & propè ſtolidus fiet; hęc veritas eſt, & experientia comprobatur, cum ego tales aut inſanos propè, aut ſtupidos reperi, equidem ſtupendum, vt in contemplatione infuſa, vbi lux diuina eſt ſplendidiſſima, vbi ipſum obiectum, quatenus viuaciſſime obijcitur, quaſi intuetur, nolint doctores cordati, & doctiſſimi poſſe eſſe diuturnum actum, niſi aliquid aliud de nouo non agat intellectus circa illam veritatem, aut non in illa ſiſtat per nouum voluntatis actum, & velint iſti noui contemplatiui, vt tantum fidei lumine ordinario, & quod quilibet obtinet peccator, dum modo ſit fidelis, per horas quis quotidie ſiſtat, & quod hoc ſit ſumma perfectio, ſeu ſummus, & reconditus modus orandi, melius dicerent inſaniendi.

§. VII.

Contemplatio quibus actibus acquiratur.

FVtile ergo eſt tale magiſterium, ac per conſequens eius oratio ex eſſentia conſtat contemplationis, ex eius diuerſitate, ex actu, ex acceſſu, cum non omnium, ex mora, cum vera inſtantanea, quid ergo reſtat, niſi vt illud etiam probemus ex eius actibus?

Fateor dum me ad huius propoſitionis ſtudium applicui, tanta apud ſanctos requiſita reperiſſe ad contemplationem pertingendam, vt penitus animum deſponderem, niſi Dei conſideraſſem gratiam, ſed ſimul in maximum deueni ſtuporem, vndenam talis irruit cogitatio nouis iſtis contemplatiuis ſic indiſcriminatim, ſic peremptoriè, ſic ex tempore, impuriſſimis quibuſlibet ſanctiſſimam proponere contemplationem; iudicet lector: nam ego breuitatis cauſa authoritates tantum ſanctorum adducam, nullam ferè ponderando, ſicut nec ex ſcripturis vllum ſumam argumentum; nam profecto non diſcurſum, ſed integrum conficerem librum.

Et antequam ad ſanctorum authoritates deueniam, aduertendum ſanctos non ſolum de contemplatione infuſa, ſed etiam de acquiſita, immo præcipuè de iſta loqui: nam ferè vtriuſque eſt ratio: nam licet infuſam operetur Deus in nobis ſine nobis, tamen, vt ſic operetur, diſpoſitiones prærequiſitas ordinariè loquendo omnes expoſcunt ſancti; at ampliùs dum de acquiſita loquuntur.

Et primo Gerſon ſic tenaciter ad contemplationem acquiſitam, & infuſam prærequirit meditationem, vt tom. 3. tract. de meditatione conſideras. 7. affirmet, vt ſine miraculo nullum vnquam poſſe, nec illam comparare, nec diu comparatam conſeruare: *Dum enim recogito*, ait, *quod abſque meditationis exercitio nullus ſeclusę miraculo Dei ſpeciali ad perfectionem contemplationis dirigitur, aut peruenit, nullus ad rectiſſimam Chriſtianæ religionis normam attingit, immo vix ſe componit, audeo zelans ſancta meditationis ſtudium ſuadere.* Suadebat meditationem, quia miracula non expoſcebat, vt iſti hodierni noui contemplatores; & tractat. de myſtica Theologia conſideratione 24. tradens quomodo meditatio ſi debitè fiat tranſit in contemplationem, ſic ait: *Facta enim ſedula inquiſitione veritatis, denudatis inſuper per vehemens ſtudium rerum quidditatibus ab accidentalibus circunſtantijs generatur habitus ex frequentatione, depuratur lumen intelligentiæ, fitque lucidius quanto eſt tenebroſitati ſenſualis cogitationis impermiſtius.* Pende ſingula, inquiſitionem ſedulam, denudationis vehemens ſtudium, frequentationē,

Gerſon. 38. Meditatio quam neceſſaria ad contemplationem.

Digitized by Google

Richard. 39. Tria quæ Richardus ad illam prærequirit.

& nisi riseris de hodiernorum contemplatione mentiar.

Richardus de præparatione ad contemplationem cap.79. tria requirit, studium operis, studium meditationis, studium orationis; *Per quæ*, ait, *paulatim promouemur, & quandoque producimur ad perfectionem cognitionis*; adnota illud *paulatim*, non per saltum, non in instanti, vt isti pertendunt, sed paulatim, non multum speculando, legendo, sed multum operando, *O quàm multos videmus*, ait idem, *studiosos in lectione, desidiosos in opere, tepidos in oratione, præsumentes tamen montis cacumina posse apprehendere, sed quando apprehendent, qui Christum ducem non habent, qui ascendere non vult nisi cum discipulis tribus?* Quid amplius dixisset Richardus si quæ nunc vidisset, sine lectione, sine operibus præmissis, sine oratione ad contemplationem assurgere præsumunt, & insuper sine Christo, dum impedimentum eum contemplationis faciunt; falluntur, & ideo concludens ait Richardus: *Absque dubio sine ingenti exercitio, sine frequenti studio, sine ardenti desiderio ad perfectam scientiæ altitudinem mens non sublenatur, qui Christi vestigia perfectè non sequitur, viam veritatis haud rectè ingreditur.*

Cassianus. 40. Cassianus vitam actiuam ad contemplationem prærequirit.

Cassianus collat.14.c.2.&3. exercitium prærequirit vitæ actiuæ, cuius perfectio consistit in acquisitione virtutum, & expugnatione vitiorum; *Quisquis enim*, inquit, *ad theoricem volueret peruenire, necesse est, vt omni studio, atque virtute actualem primum scientiam consequatur: nam hæc quidem absque theoretice possideri potest, theoretice vero sine actuali omnimode apprehendi non potest.* Attende illud *actualem scientiam primum consequatur*, non dixit incipiat, sed consequatur; ergo qui nec incepit? & collat.1.cap.7.& 8. *summam cordis puritatem*, ergo dum impuros vocant, penitus quid contemplatio ignorant.

Bernard. 41. Bernardi obseruantiã omnium mandatorum.

Bernard. sanctissimus serm. 46. in Cantic. obseruantiam omnium mandatorum, & labores prærequirit vitæ actiuæ, sine quibus præpostere affirmat quod quis ascendere audet: *Delicate satis otio*, ait, *dormitare voles, si non exercitatus quiescere appetas, & Lia fœcunditate neglecta solis cupias Rachelis amplexibus oblectari*; *sed & præposterus ordo est ante meritum exigere præmium, & ante laborem sumere cibum, cum dicat Apostolus, qui non laborat, non manducet, à mandatis tuis intellexi, inquit, vt scias, nisi obedientia mandatorum, contemplationis gustum penitus non deberi;* Attende singula, & dum quæ heri in lupanari, & hodie ad contemplationem intrusam aspicis, & hoc ex magistrorum consilio, dum Bernardi regulas sanctissimas non aspicis, & discipulum, & magistrum contemne, & si non doctrinam, modum doctrinæ, *Quisquis enim*, ait idem serm.5.de Assumpt.virginis, *ad intelligentiam peruenire desiderat, profecto necesse est, vt prius per omnia bona*, signa verbum, *sese diligenter exerceat*, at isti non prius, sed simul, *Triplicem gratiam diuinitus accipimus*, ait idem hic, *vnam qua conuertimur, aliam qua in tentationibus adiuuamur, tertiam qua probati remuneramur. Prima nos initiat, secunda proficit, tertia coronat; sit ergo prima in muro continentiæ ad quam vocamur; sit secunda in ascensu turris, quam ascendimus; sit tertia in eius culmine quo peruenimus.* Si tres gratiæ distributæ in vocatione, in ascensu, in culmine; ergo gradatim, at noui isti omnes simul; Quid amplius insolitum?

Chrysost. 42. Chrysostomus summã conscientiæ puritatem.

Chrysost.homil.15.in cap.6. Matth. super illa verba, *Cum ieiunatis*, summam requirit conscientiæ puritatem ad orationem, vnde & habitum non peccandi. *Ille orat*, ait, *qui iam non peccat; qui autem orat, & peccat, non rogat Deum, sed deludit Deum*; Quid ergo de contemplatione diceret Chrysost. si hoc de oratione? qui iam non peccat, ait, habitum denotans non peccandi: nam qui orat, & peccat Deum deludit, quid hoc? quantum capio, illud profecto, improbare, quod isti hodie dicunt, peccas hodie, pœnitere, & ad contemplationem redde, peccas, oras similiter, & sic deinceps, non habitum non peccandi, sed tantum peccati interruptionem exigentes, nonne hoc est verè Deum deludere iuxta Chrysostomum?

S. Thom. 43. Sanctus Thomas priuationem omnium carnalium delectationum.

Sanctus Thom.lib.3.contra Gentes cap.186. ad secundum, & 187. ad contemplationem priuationem omnium carnalium delectationum exposcit, & illam mentis fortitudinem, vt nullomodo ab illa altitudine contemplationis delectatio vsus matrimonij mentem alienare possit, quomodo affirmat fuit in Abraham, Isaac, & Iacob; *Nec obstat*, ait contra eos arguens, qui statum matrimonij continentiæ coæquabant, *quod aliqui perfectissimæ virtutis viri matrimonio vsi sunt, vt Abraham, Isaac, & Iacob, quia quanto virtus mentis est fortior, tanto minus potest per quæcumque à sua altitudine deijci, nec tamen, quia ipsi matrimonio vsi sunt, minus contemplationem veritatis, & diuinorum amauerunt, sed secundum quod conditio temporis requirebat matrimonio vtebantur ad multiplicationem populi fidelis.* Hæc postrema notanda, *illos scilicet, sanctissimos*, vt ait Ferrariensis in hunc locum, habuisse animum paratum virginitatem seruare, si sic fuisset tempori congruum, vnde vt ait Augustinus in lib. de bono coniugali, Abrahamum Christo militasse non secus ac Ioannem, hunc per continentiam in opere, illum in habitu, omnes pro temporum diuersitate, & quemlibet in suo gradu. Ergo Abrahamus foris coniunctus, intus solutus, sic matrimonio iungebatur, ac si non esset vxoratus, nulla cura, nulla delectatio sufficiens, vt eum ab altitudine dei ceret contemplationis, quia mentis virtus fortissima, quid ad hæc, qui ad contemplationis actum homines eleuant nulla alta, fortique mentis virtute, mille implicati retibus, qui indiscriminatim coniuges, cælibes, bonos, malos, paratos, imparatos ad contemplandum introducunt, est ne hæc doctrina sanctorum doctrinæ conformis? *Quod autem Maria quandoque murmurauerit aduersus Martham*, ait Bernard. serm. 5. de Assumpt. Virginis, *eo qi ò l eius actionibus implicari vellet, nusquam omnino reperitur, neque enim competenter vtrumque simul agere sufficeret, & curis scilicet exterioribus deseruire, & internis sapientiæ desiderijs vacare.* Quod insufficiens dixit Bernardus, isti nunc nouelli contemplatiui sufficientissimum blacterant.

Ferrariens. August. 44. Abraham sic Christo militauit vt Ioannes quo sensu intelligatur.

Bernard.

Digitized by Google

Claudat hoc agmen Greg. magnus magiſtrorum magiſter lib. 6. Moral. cap. 7. qui tria requirens ad contemplationem, humilitatem ſcilicet, amorem, & timorem, ſic excellentiſſime fatur. *Neceſſe eſt, vt quiſquis ad contemplationis ſtudia properat, ſemetipſum prius ſubtiliter interroget quantum amat; Machina quippe mentis eſt vis amoris, quæ hanc dum à mundo extrahit in alta ſuſtollit: prius ergo diſcutiat. ſi ſummæ inquirens diligit, ſi diligens timet, ſi nouit incognita aut amando comprehendere, aut non comprehenſa timendo venerari.* Cuius rationem ſubiungens ſequitur, *In contemplatione etenim mentem ſi amor non excitat, torporis ſui torpor obſcurat, ſi timor non aggranat, ſenſus hanc per inania ad nebulam erroris lenat.* Egregiè, amor excitans neceſſarius ad contemplationem ad hoc vt non torpeſcat, non vana præſumptio, non indocta magiſtri perſuaſio, & non ſolum amor, ſed timor, præſumptionem excludens: nam alias dum ſuperbè rimati, quæ non audent, in nebulam errorum, non veritatum dabunt; attende quę ſequuntur, *Prius igitur mens*, ſequitur Sanctus, *ab appetitu gloriæ temporalis, atque ab omni carnalis concupiſcentia delectatione tergenda eſt, & tunc ad arcem contemplationis erigenda.* Quid adhæc, qui nihil tale præſumunt in contemplante, ſed ſimul, & ſemel, & contemplari, & mentem tergere docent, *prius*, dixit Gregor. at iſti nouelli contemplantes, non *prius*, dicunt, ſed *ſimul*, quale ergo de eis iudicium, ſeu qualis talium finis? ab ipſamet equidem obrui contemplatione; vnde ponderans ſanctus ſententiam illam diuinam, Exod. 19. qua & beſtijs interdicebatur acceſſus ad montem ſub lapidationis interminatione, ſic ſequens ait: *Vnde & cum lex accipitur*, populus à monte prohibetur, vt videlicet, qui infirmis adhuc *mentibus terrena deſiderant, conſiderare ſublimia non præſumant, vnde & rectè dicitur, ſi beſtia tetigerit montem lapidabitur; beſtia enim montem tangit, cum mens irrationabilibus deſiderijs ſubdita, ad contemplationis alta ſe erigit; ſed lapidibus percutitur, quia ſumma non ſuſtinens ipſis ſuperni ponderis ictibus necatur.* Quid Gregorio addendum? Prorſus nihil, niſi concludere ex dictis, eſſentia ac quidditate conſiderata contemplationis eius actibus, natura, & qualitate, & quæ ſecundum doctrinam ſanctorum ad illam requiruntur, dum nil in ea, quam iſti perſuadent reperitur, niſi materialitas tantum, vt ſic dicam, contemplationis, non formalitas, verè illam eſſe furilem, inanem, ridiculam, viro indignam cordato, ac tandem aptam tantum ad mulierculas peccatis oneratas decipiendas, illudendas, quarum ſexus ſemper ad noua, & vanitatem pronus, ideo tenaciter eam apprehendunt, quia vana, quia nil in ſe ſolidi obtinet.

S. Greg. 45. Gregorius humilitatē prærequirit, amorem & timorem ad contemplationem.

Exod. 19.

§. VIII.

Chriſti, eiuſque paſſionis meditatio ad contemplationem prope medium ſingulare.

AD propoſitionem iam tandem noſtri diſcurſus deuenimus; huius nempe ignotæ viæ, contemplationis ſcilicet, Chriſtum ſanctiſſimum, verum, legitimum, non ſecus ac columna illa Hebræorum per deſertum eſſe conductorem, humanitatemque illam diuinam nullum afferre impedimentum, nullum obſtaculum, immo ſummam, altiſſimam, ac ſuper ſubſtantialiſſimam adiuuare de diuinitate contemplationem. Cum enim probauimus duplicem eſſe contemplationem, acquiſitam, infuſam, vanumque prorſus, & futilem eſſe modum illum contemplandi, quem hodierni tradunt magiſtri, & per illum non ad contemplationem, ſed ad dormitionem deueniri, de qua re ſi veritatem, ſi ſolidas rationes, ſi in vnum quidquid in hac re dici poſſit, collectum aſpicere deſideras, lege miraculum illud noſtri temporis ſanctiſſimam Thereſiam in ſua vita, cap. 22. quæ vti magiſtra, vti experta, vti à Spiritu ſancto edocta & inflamata ſic eleganter, ſic neruosè contra hanc hodiernorum anticontemplationem diſputat; vt nil reliquum ſit quod deſiderare poſſis, ab illa enim accipies quo modo, & qua ratione non ad contemplationem, ſed ad dormitionem iſti deueniunt, quod cum ſit, reſtat nunc vt propriſſimū contemplationis medium ad illam attingendam declaremus, quod nos cum ſanctis Chriſtum meditatum dicimus, & amatum, ſimulque aſſerimus, falſam, ac propè ineptam eſſe propoſitionem illam, & Chriſtiano viro indignam locutionem, Chriſtum ſanctiſſimum ſupernæ diuinitatis impedire contemplationem; vnde audeo dicere, & dico tales nec Chriſtum, nec patrem, nec quid ſit diuinitas cognoſcere: nam, vt cum Apoſtolo dicam, *Si Dominum gloriæ cognouiſſent, nunquam Chriſtum crucifixiſſent*; ſic iſti in via contemplatiua errones, ſi Chriſtum cognoſcerent nunquam talia depromerent, nunquam talibus ineptijs mulierculas, vitoſque ignorantes imbuerent. De hac re iterum ſupra homil. 73. tractaui, ſed illud potius declamando; nunc doctrinaliter, vt non ſolum ex diſcurſu falſitas illorum doctrinæ, ſed ex firmis, ac validis etiam appareat rationibus, ad hoc vt omnino à Dei eſtimetur Eccleſia. Ob quod nunc ſanctorum authoritate illud probabimus, & ipſa ratione.

Attende ergo ſublimes magiſtros quomodo tibi hanc elucidant veritatem. Ducat Apoſtolus ſanctiſſimus Paulus hoc agmen, qui ad Epheſios 2. num. 18. *Per ipſum*, ait, *habemus acceſſum ad patrem*, quid eſt per ipſum? *Quia homini*, reſpondet Auguſt. lib. 11. de ciuitat. cap. 2. *eſt iter ad Deum, per Deum, & hominem, qui eſt Chriſtus*; at quomodo iter? nunquid quia nos opera docuit exercere iuſtitiæ? Sanè reſpondet Baſil. de Spiritu ſancto cap. 8. ſed non ob hoc ſolum, ſed quia nos illuminat, vt patrem contemplemur. *Non ſolum per viam intelligit, quantum ad opera iuſtitiæ, ad quæ Chriſti vita ducimur, ſed etiam illuminationem ſcientiæ ducentem ad legitimum profectum, ſemper ad interiora feſtinantes, & ad ea quæ reſtant noſmetipſos extendentes, donec perueniamus ad beatum finem, qui eſt Dei cognitio*; Hinc Leo ſerm. 1. de natali Domini: *In aſſumptione*, inquit, *naturæ noſtræ nobis faſtus eſt gradus, quo ad ipſum poſſimus aſcendere.* Ergo

ad Eph. 2. num. 18. Auguſt.

Baſilius. 46. Chriſtus quomodo via ad patrē;

S. Leo.

via ad illuminationem, ergo gradus ad contemplationem secundum sanctos istos vnus est Christus meditatus.

Bonauent. Sanctus Bonauent. sanctis istis in omnibus adhærens addit, prorsus nullam aliam esse viam; vnde in prologo itinerarij mentis in Deum, tractans de Seraphino alato, & per senas alas intelligens senas suspensiones, quibus anima ad contemplationem peruenit, sic ait, *Via autem non est nisi per ardentissimum amorem crucifixi*, & infrà, *Effigies sex alarum seraphicarum insinuat sex illuminationes scalares, quæ à creaturis incipiunt, & perducunt vsque ad Deum, ad quem nemo intrat recte, nisi per crucifixum: nam qui non intrat per ostium in cælle, sed ascendit aliunde fur est, & latro.* Sanctus loquitur, timeant latrones.

Richard. Victorin. Richard. de sancto Victor. eis se adiungens sanctis in lib. de præparat. animi ad contemplationem cap. 77. exponens illa verba Psalm. 41. *Quis ascendet in montem Domini, emitte lucem tuam, & veritatem tuam*, sic ait: *Sed quid est veritas? quid tu dicis doctor bone, doctor Christe, quid est veritas? Ego sum, inquit via, veritas, & vita. Sequatur ergo veritatem, qui vult ascendere in montem istum, via ardua, via secreta, & multis incognita, quæ ducit ad montis huius fastigia; illi soli vt arbitror sine errore currunt, illi soli sine impedimento perueniunt, qui Christum sequuntur, qui à veritate ducuntur, quisquis ad alta properas securus eas si te precedit veritas: nam sine ipsa frustra laboratur.* Pende singula, & præcisam Christi meditati necessitatem ad contemplationem ex huius grauissimi doctoris authoritate elicies.

Morosus essem, si quæ Patres sanctissimi de hac re scripserunt afferre vellem, eo vel maxime, quia res satis aperta, & de qua nos suprà etiam egimus; sed nolo vnam prætermittere Susonis authoritatem viri sanctissimi, ac miraculis clari, qui in Dialogo quem ponit discipuli cum sapientia diuina cap. 1. circa finem, cum discipulus difficultatem amandi Deum ex ipsius cognitionis arduitate, ac difficultate proposuisset, ac proinde sui notitiam expoſceret. *Cum igitur te solum diligi velis, da plenioremtui notitiam, quo te perfecta charitate complectar.* Cui sapientiam sic respondentem inducit. *Processus, siue effluxio rerum omnium, ex sua prima origine Deo naturali ordine à præstantioribus ad infima deducitur; reditus autem in eandem originem fit per inferiora vsque ad suprema; si igitur me in mea ineffabili diuinitate contemplari vules, dubis operã vt in mea me afflictionibus attrita humanitate nosse, & amare discas; hæc enim est compendiosior ad æternam beatitudinem via;* Quid clarius? in qua authoritate, simul rationem vnicam, & singularem habes Christi meditati necessitatis ad contemplationem, ordo scilicet naturalis rerum: nam sicut dum à Deo descendimus, à sublimioribus incipimus ad inferiora, sic vt ad Deum ascendamus ab inferioribus incipiendum, inferiora Deo propinquiora nulla nisi Christi passiones, nil nisi Christus ipse immediatè, & personaliter Deo coniunctus; hinc ipse solus, ipse necessarius dux, ipse solus magister.

Suson.

Clement. Alexand. Hinc eruditissime Clem. Alexand. in orat. Catech. post Christum natum ad Dei contemplationem non amplius affirmat assurgendum per

47. Ratio efficax cur Christus meditatus necesse sit ad contemplationem assequendã.

inferiora Christo, & ad humanam doctrinam currendum; *Quoniam*, ait, *ipsum verbum ad nos venit celitus, non est nobis eundum ad humanam doctrinam Athenas, & aliam Graciam, magister omnia nunc resonat, & vniuersum Athenæ, & Gracia factum est Verbum.* Cui consonans Bernard. serm. 19. in Cantic. pulchrè docet Christum in cælis super thronos sedentem inde animas docere: *Nam si sessio*, inquit, *significat magisterium, puto illum, qui vnus est nobis magister in cælo, & in terra Dei sapientiam Christum, cum alias quidem vbique attingat propter suam munditiam, specialius tamen istos* (nempe thronos in quibus sedere dicitur) *præsentia, & inde tanquam de solemni auditorio docere Angelum, docere hominem scientiam.* Egregiè, non solum hominem, sed Angelum docet Christus scientiam, dum & si Angeli deum clarè videant, tamen ex Christo nato, passo, humanato, & glorificato ampliorem de Deo accipiunt scientiam.

48. Ille solus sufficit, non alia exquirenda.

Bernard.

49. Et cælis contemplationẽ docet.

Videbitis ait Dominus noster Ioan. 1. num. 51. *Angelos Dei ascendentes, & descendentes suprà filium hominis*; Non intelligo dictum, descendere Angelos supra filium hominis, satis per se intelligitur, quia ipsi in cælo spiritus, filius hominis in terra caro; at quod ascendant supra filium hominis hoc mihi difficile; nodum resoluit Augustin. sermone 40. de verbis Domini tom. 10. *Quia filius hominis*, ait, *sursum est, & hic est sursum in se, deorsum in suis.* Ergo Christus & sursum, & deorsum, & ideo Angeli supra ipsum descendunt, quia contemplari ipsum in terris desiderant, & supra ipsum ascendunt, quia amplius ex contemplatione eius in terris, eum penetrant in cælo, quia ibi etiam est, vnde edocentur ex Christi magisterio. quid ergo homines? nunquid viles creaturæ dedignabuntur supra filium hominis ascendere, & descendere, quando supremę illæ potestates supra Christum & ascendunt, & descendunt?

Ioan. 1. num. 51.

August.

50. Angeli etiã contemplationem à Christo accipiunt.

At dices verum hoc, immo verissimum, attamen quia Christus & deus, & homo, & caro, qua Deus certè nil impedit, quia ipse est ad quẽ purus contemplationis intendit obtutus; at vero qua homo, cum vt sic materialitatem quandam præse ferat, certum est radios illos purissimos diuinæ essentiæ non sic in illo posse contemplari; ac si simpliciter, & directè sine illo, quo sensu videtur posse dici Christum contemplationem impedire.

August. Probant hoc ex August. serm. 188. de tempore, vt diximus, qui est in appendice 61. quasi dixisset August. Christum impedimentum fore Spiritui sancto quamdiu circa ipsum discipulorum affectus, siue obturus detinebatur. Verba eius, *Non potest ille venire nisi ego abiero, tanquam diceret, quamdiu circa carnem meam occupatur vester carnalis affectus, tamdiu meam diuinitatem non suscipit spiritalis vester obtutus.* Ergo Christi caro impedimentum est ad diuinitatem contemplandam. Ergo & Christus.

51. Præcluditur & explicatur Augustinus.

Hic Augustini locus, si eius est sermo; vt sup. diximus, sic in omnium ore volitat, vt nulla prorsus sit anus, quæ ipsum ignoret, immo quod non millies, & à magistris audiui spiritualibus, & non equidem infimæ doctrinæ, sic vt & ego simul cum illis, eum esse Augustini sensum pro certo, Augustino nõ benè perspecto

putassem; at quia semper Augustini mihi magni ponderis extitit authoritas, & ex hoc loco suam munire opinionem contrarios vidissem, difficiléque reputassem contra August. sentire, ideo totum me ad veram Augustini intelligentiã contuli, nilque minus illum dixisse ingenuè reperi; Quapropter si nihil illos semel ex August. probare declarabimus prorsus sine vlla suam propalabunt authoritate sententiam: nam quod ex Leone tradunt serm. 1. de Ascens. non amplius vrget quàm Augustini locus, de quo mutuasse videtur illum Leonem, vt mox dicemus; quod autem Augustinus nil pro eis.

Obseruandum, quæstionem mouere Augustinum, quare Dominus dixit, quando Spiritum sanctũ promisit, *nũ potest ipse venire, nisi ego abiero; nam vt ipse ait, neque enim separabilis est à filio Dei Spiritus sanctus, aut impotens erat eo præsẽte venire à quo non potest omnino discedere?* Cui dubitationi respondet August. hoc Dominũ dixisse, non quod ipse aliquo modo Spiritum sanctum impediret, aut diuinitatis obtutũ, sed quia cum in Christo duæ essent res humanitas, & diuinitas, & illa à carnalibus, ista à spiritualibus videatur, ideo eis dixit, quod si tantum ipsi vti carnales sistere vellẽt in sola eius carne, nil amplius de illo cogitando, ac si purus esset homo, ad diuinitatem eius nunquam assurgerent, quæ à spiritualibus tantum intelligitur; vnde ad hoc vt Spiritum sanctum capere possent, necessariũ illis vt prius eum Deum, & hominem intelligerent, per cuius intelligentiã ad summã postea erigi poterant Spiritus sancti receptionem. En verissimus sensus Augustini, ex quo tantum abest, vt possit erui id quod dicunt, quin totum oppositũ, dum ad hoc vt capaces essent discipuli Spiritus sancti prius illis necessarium, vt diuinitatem Christi intelligerent, & per illam in Christo ad illam quæ purissima, & non humanam peruenirent, quæ licet vna, & eadẽ, tamẽ nullo modo voluit Deus, vt prius simplicissima in se apprehenderetur, nisi prius in Christo, & cõsequenter in hac vita nulla esset Patris, Spiritus sancti contemplariua cognitio, nisi prius per cognitionẽ verbi in humanitate. Ergo non solum Augustinus non dixit Christum summam impedire cõtemplationem, quinimmo nullam possibilem nisi per Christum, & cum Christo; Audi nunc August. *Sed quoniã*, ait, *discipulis adhuc infirmis, formam serui Dominus demonstrabat, in qua Verbum caro factũ est, causam vero serui, id est carnẽ Domini etiam carnales poterant intueri; forma autem Dei in qua non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, non potest nisi à spiritualibus cogitari, propterea dixit, non potest ille venire nisi abiero, tanquam diceret, quandiu circa carnem meam occupatur vester carnalis affectus, tamdiu meam diuinitatem non suscipit spiritalis vester obtutus.* Singula pondera verba, & vltima præcipuè, ex quibus clarè deducitur quod dicimus: nam non dixit August. quamdiu circa carnem meam occupatur vester carnalis affectus, tamdiu Spiritus sanctus non veniet, quod equidem debebat inferre; nam quæstio erat, cur si Christus non abscederet, Spiritus sanctus non esset venturus, sed dixit, *Tamdiu meam diuinitatem non suscipit spiritalis vester obtutus*; dans ex hoc intelligi; quod ad recipiendum Spiritum sanctum discipulis necesse, vt totum Christum intelligerent qua Deus, qua homo, & non solum qua homo, qua caro, sed qua homo Deus, sed qua caro Dei, per quem & non aliter apti fierent ad recipiendum Spiritum sanctum. Ergo non solum Christus non impedit ex Augustino, sed immo vnicũ secundum illum est medium ad contemplationem qua Deus homo iunctim; & vt admireris hanc Augustini mentem Spiritu sancto dictante sic assecuta est sanctissima Theresia, vbi suprà in eius vita, cap. 22. vt si in schola versata esset Augustini, si literis laureata non amplius diceret. Vnde cum Augustini argumentum ex aliorum opinione adduxisset, *Traben*, inquit, *lo que dixo el Señor à los Apostolos quando la venida dele Espiritu sancto, digo quando subio à los Cielos à este proposito*, Hoc est quod Christi humanitas contemplationem impediebat. Cui argumento ex Augustino desumpto quasi Augustinum vidisset sic eleganter respondet, *Paresceme à mi que si tubieran la fee come la tubieron despues que vinò el Spiritu sancto, de que era Dios y hombre, no los impidiera, pues no se dixo esto à la Madre de Dios aunque le amaua mas que todos.* Quid pulchrius? immo quid verius, seu quid ad mentem proprius Augustini? non viua fide Deum illum, & hominem vt par erat, apprehendebát Apostoli, quid ergo mirum si Spiritus sancti incapaces, non sic sanctissima Virgo, vt rectè Theresia. Ergo secundũ Augustinum non quia humanitas Christi Spiritum sanctum impediret illud dictum, sed quia fides Apostolorum adhuc imperfecta.

Immo nouum quid, & subtilissimum Augustino dignum eripies ex eius sententia, sic totum nempe Christum vnicum esse medium ad diuinitatis contemplationem, vt sicut per eius sanctissimam humanitatem ad eius peruenitur diuinitatem, sic ex eius diuinitate humanata, & non aliter peruenitur ad diuinitatem absolutam Patris, absolutam Spiritus sancti, & essentia illa diuina, diuinæque illæ personæ nunquam in hac vita per contemplationem quatenus possibile intelligerentur, nisi prius Deus homo in Christo intelligatur; vnde sicut vt supra diximus humanitas, & Christi caro, est radix, ac medium ad diuinitatem eius intelligendam, personamque eius diuinam, sic eius persona diuina humanata, & quatenus in illo homine inspecta, est medium ad ipsam intelligendam diuinam essentiam, ipsas Patris, & Spiritus personas; ex quo accipies quantum August. distet ab eorum sententia, quinimmo amplius quàm cæteros dixisse, dum non solum ipsam humanitatem, vt omnes medium facit ad diuinitatem nudam contemplandam, sed etiam ipsam in Christo diuinitatem, quatenus in humanitate.

Qui etiam est sensus sanctissimi Leonis Papæ serm. 2. de Ascens. quando reddens causam cur Apostoli tantum lætati de Christi Ascensione, cum potius mœsti existere deberent, respondet, quia ex Ascensione, *Totam contemplationem animi in diuinitatem ad patris dexteram considentis erexerant, nec iam corporea visionis tardabantur obiecta, quo minus in id acies mentis intenderent, quod nec à patre descendendo abfuerat, nec à discipulis ascendendo discesserat.* Ad cuius sententiæ intelligentiam adnotandum, quod supra dixerat sanctus Pontifex, nempe ex scandalo Christi passionis sic conturbari Apo-

S. Leo.

Digitized by

stoli, vt *licet tot miraculis confirmati, tot sermonibus eruditi, atrocitatem tamen Dominicæ Passionis expauerant, & veritatem resurrectionis eius non sine hæsitatione susceperant*; quod non sic post Ascensionem: *Nam tantum de Ascensione Domini profecerunt, vt quidquid illis prius intulerat metum, verteretur in gaudium*, cur hoc? quia iam non amplius sicut prius Christum tantum hominem contemplabantur, turbati ex eius passionibus, sed post Ascensionem vt hominem Deum. Hinc & si illum hominem post Ascensionem contemplabantur, tamen non sicut prius *corporea visionis tarda bantur obiectu, quominus in eius diuinitatem aciem mentis intenderent*. Sed toto nisu nil iam eos diuina illa humanitate impediente ratione passionum ad diuinitatem eius assurgebant, quod propè illud est, quod dixit August. Christo nempe vt Deo, & homine simul contemplato non solum non impedire, sed augere diuinitatis contemplationem: nam quando post Ascensionem sic eum contemplabantur Apostoli, non solum à suprema non sunt retardati contemplatione, immo & secundùm Leonem aucti; ex quo vides quomodo nil sanctissimus Pontifex eis fauet, & immerito ab illis adducitur.

52. Christus nõ solum non impedit cõtemplationem qua Deus homo, sed nec qua homo, vt sic.

Sed pergo viterius ad maiorem nostræ sententiæ confirmationem, non solum Christum non impedire qua Deus homo iunctum, sed etiam nec qua homo vt sic, pro qua re.

Adnoto cum Paul. 1. ad Corinth. 8. num. 6. *Vnum esse Dominum nostrum Iesum Christum*, quid ex hoc? illud, quod quando dicimus carnem Christi, non dicimus carnem huius, vel illius hominis, sed carnem filij Dei; *Corpus enim est*, ait Cyrill. Alexand. lib. 4. in Ioan. cap. 13. *non cuius vis hominis cuius caro prodesse quidquam potest; non enim Pauli, aut cæterorum, sed ipsius vitæ, & Saluatoris nostri Iesu Christi corpus in quo deitatis plenitudo corporaliter habitat*; quod si in mente, & præoculis haberent Neotherici isti, nunquam Christum diuisissent, aut partiti essent, loquor de contemplatiuis, non de Theologis, qui ad emendas veritates per partes aliquando, & diuisim Christum accipiunt: nam hoc talium munus est, non contemplatiuorum, non orantium: nam mea sententia (loquor quod experior) impossibile est orando, Christum simul Deum, & hominem non intelligere; ad quid in oratione præcisiones illæ Metaphysicæ? ineptè prorsus ad orationem. Ergo quando dicimus carnem Christi non impedire, de carne illius intelligimus, qui est Filius Dei, qui verbum æternum, qui vnus cum patre Deus, & non de carne cuiuslibet alterius; in quo horum error consistit, sic enim de Christi carne philosophantur, ac si esset cuiuslibet, quis enim hoc patienter sustinebit?

1. ad Cor. 8. num. 6. Cyrill. Alexand.

Enimuero in monte transfigurationis, dum vox patris auditur, neminem discipuli viderunt, nisi solum Iesum, Marc. 9. num. 7. *Et venit vox de Cælo dicens, Hic est filius meus charissimus, audite illum, & statim circumspicientes, neminem amplius viderunt, nisi solum Iesum*. Cur non Mosem? cur non Eliam? Sanè quia isti, vt puræ creaturæ vocem impediunt patris; at non Iesus, qui Deus homo. *Dum loquitur pater*, ait Chrysostomus homil. 10. *in præsenti, illi subtrahuntur*

Marc. 9. num. 7.

53. Cur Apostoli post transfiguratiõnem solũ Iesum viderunt.

Chrysost.

duo, & solus Iesus remanet; Egregiè, solus Christus tanquam nil vocem patris impediens, nullum præbens obstaculum quin minus diserte audiretur, quia corpus Iesu, quia caro Iesu, non quælibet, vt rectè Cyrill. sed Dei.

Quod autem non impediat, apertissime probatur, quia diuina illa caro, quatenus Dei, sic viuificatrix est ac ipsemet Deus, immo sic conditiones Spiritus induit diuini, vt & si caro, spiritus quodammodo dici possit; nolo ego loqui, loquantur Patres Cyril. Alex. vbi suprà c. 22. & deinceps, pulchrè hoc educit ex illis verbis Domini, quãdo scandalizati multi de eo quod dixerat Dominus, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* & de illis, *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*, Ioan. 6. sic Dominus eis, *Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius*; quæ illatio ait Cyril. ex hoc fieri potest, ad hoc vt suam carnem manducari, & viuificare posse crederetur? Euidentissima ait Cyril. nam sicut ipsi impossibile iudicabant carnem manducari, aut viuificare posse, sic etiam erat impossibile, vt caro per aëra volitaret; Ergo dum hæc visuri oculis propriis essent, crederent & quod tunc non videbant, nempe carnem suam manducari posse, & viuificatricem esse; *Si enim putatis*, ait Cyril. *carnem meam vitam afferre non posse, quomodo tanquam volucris in cælum ascendet? quomodo per aëra volabit? hoc enim similiter generi humano impossibile est; quod si præter naturam caro mea in cælum ascendit, quid prohibet ne similiter præter naturam viuificet?* Nil pulchrius, & ad nos illud applicando, si modo humano discurrens, & ad sublimiora, & spiritualia te erigere vis, si cum dionysio omnia inferiora relinquere corporalia, & spiritualia, ipsosque Angelos, quid? dicam cum summa reuerentia, & ipsam cæli Reginã, quatẽnus res infra Deum, vt ad ipsum simplicissimus peruenias, cur cum sanctis non excepturabis carnem illam diuinam, *Omnem sensibilem creaturã superantem*? vt dixit sexta Synod. Constantinopolitana canon. 101. quæ quatenus Dei, est viuificatrix, sic vt non solum à te summã non impediet contemplationem, immo augeat magis, & dum illam viuificatricem audis non ex se, sed ex Dei verbo cuius est caro, cur ob tantæ rei reuerentiam non credes quod non intelligis?

54. Caro Christi est viuificatrix, & cõditiones induit spirituales.

Ioan. 6.

Cyrillus.

Sexta Synod.

Audi nunc Tertull. quomodo nos hoc acutissime doceat lib. de resurrectione carnis c. 37. qui super illa verba quæ immediatè post sequitur, Dominus nempe *Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quidquam*; Ex quo loco hæretici resurrectionem carnis negabant, quasi nil profuturam, cõtra argutissime respondens Tertull. aduertit Christũ signanter præmisisse verba *Spiritus est qui viuificat*, quatenus ob id dixisse carnem non profuturam, quando nempe esset sine spiritu; at quia caro Christi erat cum Spiritu Christi, & Dei erat caro, ac Verbi, ideo eam, vt Verbi caro esse simul cum Verbo viuificatricem, quod verbum adiungit, *Deuorandum est auditu, ruminandum intellectu, fide digerendum*; quid pulchrius? Audi eius verba: *Sic & si carnem*, ait, *nihil prodesse, ex materia dicti dirigendus est sermo: nam quia durum, & intolerabilem extimauerunt sermonem eius, quasi verè carnem suam illis edendam terminasset* (scilicet crudam) *vt in*

Tertull.

ſpiritu diſponeret ſtatum ſalutis, præmiſit, ſpiritus eſt qui viuificat, atque ita ſubiunxit, caro nihil prodeſt, ad viuificandum ſcilicet, hoc eſt ſi ex ſe ſola, & non quatenus Dei caro. *Exequitur etiam quid velit intelligi ſpiritum; verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt, vita ſunt, itaque ſermonem conſtituens viuificatorem, quia ſpiritus, & vita ſermo, eundem etiam carnem ſuam dixit, quia & ſermo caro tranſactus, proinde in cauſam vitæ appetendus, & deuorandus auditu, & ruminandus intellectu, & fide digerendus.* Pulchrè, caro non prodeſt quidquam, ſi ſine ſermone; at quia cum ſermone, hoc eſt cum Dei verbo viuificante, ideo & ipſa viuificatrix, quæ non amplius dici poteſt caro, ſed ſermo, quia ſermo caro factus, quid inde, vt quia caro ex verbo ſermo, ipſamet appetenda venit in cauſam vitæ, vt nos ſimul cum verbo viuificet, tanquam vitæ cauſa; quod profectò etſi impoſſibile alicui videtur, neceſſe eſt, vt auditu illam deuoret non ſolum ore, tanquam quid ſpirituale, & non ad inſtar aliorum carnis ſola carnalis, ruminet non dentibus, ad inſtar aliarum carnium, ſed intellectu ad inſtar ſpiritus, & tandem vt eam fide digerat, & quod non videt, credat: nam Chriſti caro, & ſi caro, tamen in conditiones ſpiritus tranſit; vnde Cyrill. vbi ſup. illud: *Verba quæ ego locutus ſum vobis, Spiritus, & vita ſunt*, per ſpiritum ipſam Dei carnem intelligit; *Totum corpus ſuum viuificum*, ait, *ſpiritus virtute plenum eſſe oſtendit, ſpiritum enim hîc ipſam carnem nuncupauit, non quia naturam carnis amiſerit, & in ſpiritum mutata ſit, ſed quia ſummus cum ea conuinctus totam viuificandi vim hauſit.* Et quaſi prænidens Cyrill. quod ex hoc ſcandalizari aliqui poterant, dum carnem ſpiritum factam audiunt, ſequitur: *Nec turbari propter hoc debes; nam qui Domino conglutinatur vnus cum eo ſpiritus eſt, quomodo igitur caro ſua vna cum eo non appellabitur?* Rectiſſimè: caro enim quia Verbo vnita diuino conditiones eius induit, vnde ſicut ipſe ſubſtantialiter viuificus ipſa ex illo, & ſicut ipſe ſubſtantialiter eſt ſpiritus, ipſa licet ſubſtantialiter caro, tamen conditiones induit ſpirituales, ob quod ſpiritus dici poteſt. Vnde ſicut verbum diuinum, quia Deus non impedit contemplationem deitatis; ſic caro Chriſti, quia Dei, radios non obnubilat illos diuinos, immo ex ea, quo ad nos amplius ſplendent, dum & viſibiles per eam nobis fiunt intellectualiter, quod alias prorſus inuiſibiles; in chryſtallo enim illo diuino apparentes, ſic radij ſupereminentiſſimi eſſentiæ diuinæ temperantur, vt ex dono Spiritus ſancti intellectus adiutus poſſit in illos affigere obtutum.

En amice quomodo (ni fallor) ex ſanctis patribus, ex doctiſſimis Theologis, ex ratione ipſa, ex ipſa contemplationis quidditate tibi demonſtrauimus magiſterium hodiernorum contemplatiuorum inane, ac erroneum eſſe; falſiſſimum ſimul Chriſtum Dominum noſtrum contemplationem impedire, quinimmo non ſolum ipſum illam adiuuare, qua Deus, ſed etiam qua homo, cum caro ipſius, quatenus Dei caro viuificaſit. Quid ergo reſtat, vt hanc concludamus diſputationem, niſi vt quod circa hoc ſanctiſsima ſexta Conſtantinopolitana Synodus decreuit referamus; quæ vt refert Daza in epiſt. Iacobi c. 2. num. 2. §. 5. n. 35. anath. 12. cap. 6. eos anathematizat, qui audent carnem dicere Chriſti non eſſe viuificam. *Si quis non confitetur Dominum carnem viuificam eſſe, anathema ſit.* *Daza.*

Num. 5. *Cum cogitarent iniſtorum occidere infantes, & vno expoſito filio, & liberato in traductionem illorum, multitudinem filiorum abſtuliſti, & pariter illos perdidiſti in aqua valida.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

Dignos pœna fuiſſe tenebrarum Ægyptios ſuprà dixerat Sapiens, quia in tenebris conſtrixerant carcerũ Dei populum, nunc & aliam aſsignat rationem, quia nempe mentis etiam tenebris offuſcati impium cogitantes conſilium infantes intentarunt occidere Hebræorum; cuius occaſione, & pœnam, quam illis deus (mortem ſcilicet primogenitorum) inflixit, ab hoc verſu vſque ad vigeſimum diſertè pertractat. Quapropter more noſtro antequam ad litteræ commentum accedamus, quæ de hac plaga dicenda prius differenda ſunt. Quapropter hîc de ea, vt explicatur apud Exod cap. 10. differemus, deinde ſicut à noſtro ſapiente, iuxta ea quæ ipſe, aut ex certa traditione patrum, vel ex diuina reuelatione ad ea quæ Moſes enarrauit, addidit, horrificas videlicet viſiones, triſtia ſomnia, & cætera, quæ hîc adiungit.

DISPVTATIO XI.

De morte primogenitorum.

PRimo ergo ſtatuendum Deum reuelaſſe hãc Moyſi plagam tunc propè quando tranſactis tenebris facultatem populo Pharao dediſſet, cum interdicto tamen, vt in Ægypto armenta deſererent, Exod. 10. n. 24. *Ite, ſacrificate Domino, oues tantum veſtras, & armenta remaneant, parvuli veſtri ſint vobiſcum*, cui Moſes, *Cuncti greges pergent nobiſcum, non remanebit ex eis vngula*, quo iratus reſponſo Pharao, ampliuſque obduratus, indignans reſpondit: *Recede à me, & cane ne vltra videas faciem meam, quocumque die apparueris mihi morieris*, cui Moſes, *ita fiet, vt locutus es, non videbo vltra faciem tuam.* In quo inſtanti per internam Deus reuelationem mortem manifeſtauit primogenitorũ, & Moyſes Pharaoni, à quo vt cap. 11. num. 9. *Exiuit iratus nimis*, ita Dionyſ. Caietan. Lipp. Abulenſ. & recentiores; in qua re notandum primo Moyſem iratum non ex odio, aut vindicta, ſed ex zelo delicti Pharaonis ad tanta obdureſcentis, & ex charitate occidendorum: nam, vt rectè Abulenſ. in illum locum Exodi, *Carere ira quantum ad talia vitium quoddam eſt, quia non iraſci, aut deteſtari peccata aliena, propinquum eſt ei, quod eſt aſſentiri eis.*

Exod. 10. num. 24.

1. Quando Deus Moyſi plagam reuelauerit Ægyptiorũ primogenitorum.

Ibid. c. 11. num. 9.

Dionyſ. Caietan. Lippom. Abulenſ.

2. Contra peccata non iraſci & eis aſſentiri.

Secundò notandum ad doctrinam principum, potentumque, tunc tunc mortem intimaſſe Deum ſui Pharaoni primogeniti, quando ipſe potentia fretus, mortem Dei interminauit ſeruo; quia dum ad vltimum ſuæ deueniunt Prin-

Digitized by Google

cipes dementiæ contra Dei seruos, tunc illos deprimens castigat, & flagellat, *Impietates tyrannorum fert Dominus*, aut Lippom. in caten. *ad exercitium sanctorum aliquousque, nempe donec extrema moliri ceperint, donec sanguinem, & mortem intentauerint; tunc autem proxima eis solet supervenire pernicies, sic itaque Moysem Pharao rejecit, & minatur ipsi mortem si rediret.*

Lippom. 3. Principes demoliuntur tunc quando extrema contra Dei seruos intentant mala. *Caietan. Liranus. Dionys.*

Secundo pro certo statuendum, non eodem die reuelationis huius plagæ eam secutam, sed aliquo post tempore, sic Caietan. Liran. Dionys. licet Abulens. in Exod. cap. 11. quæst 5. contrarium contra Liranum teneat, contra quem benè disputat Lorin. infra in hoc. c. n. 14. cum & reditus Mosis in Gessen, & monitio ad populum de ceremonia agni Paschalis, & ipsa præparatio Paschæ, immo & ipsum mutuum, quod exposturarunt ante hanc plagam secutum, vt volunt plurimi, August. quæst. 45. in Exod. Rupert. lib. 2. in Exod. c. 18. Vatabl. Caiet. in cap. 12. Exod. Abulensis, & alij, aliquod expetebant tempus, vnde licet authores citati incertum dicant illud fuisse, tamen probabiliter iudicat Abulens. & si contra Liranum aliter sup. sensisset in eadem quæst. hanc denuntiationem factam nono die primi mensis ab Hebræis olim *Abib*, dicti, post ea *Nisam*; decimo autem seposuisse Israëlitas sibi agnos Paschales; vndecimo autem vsque ad decimum quartum Israëlitas, eorumq; vxores mutuatos esse vasa argentea, atque aurea; decimo quarto extremo primo Pascha sacrificatum, & agni sanguine super liminaria tincta, posteaque portarum, agnumque solemni ritu comestum. Postquæ inchoato decimo quinto die in cuius media nocte primogenita occisa, primo diluculo exierunt Hebræi ex Ægypto. Quæ verissima æstimo, eo vel magis, vt si ad Christi Domini passionis tempus ea adaptes, nil amplius inuenies quod magis quadret.

August. Abulens. Rupert. Vatabl. Caietan. 4. Plaga quo die à reuelatione secuta.

Tertiò, quædam etiam sunt supponenda, quę ante hanc præcesserunt plagam, quæ breuiter attingemus. Præcessit ergo primo, doctrina, quam Dominus Moysi, & Aaroni de esu tradidit agni Paschalis, deque imminente plaga. Secundò, eius à Moyse senioribus traditio; Tertiò, mutuum acceptum; Quartò, agni Paschalis præparatio die decimo; quintò, eius immolatio die decimo quarto; Sextò, domi reclusio post agnum esum in posterum diluculum, ne in Angelos incurrerent exterminatores ea nocte per vicos ambulantes; Septimò, aspersio sanguinis in domorum postibus; Octauò, præceptum de edocendis de his filijs; tandem populi adoratio, Exod. 12. num. 28. *Incuruatus populus adorauit.*

5. Quæ plagam præcesserunt.

His ergo præmissis, & ritè confectis, Hebræis in suis se continentibus domibus, deumque laudantibus, magno simul tremore, ac reuerentia Dei iudicij futuri, sub noctis medio omnipotens sermo à Dei regali procedens throno, & maiestate, statim per Angelorum ministeriũ executus omnes occidens primogenitos, totam repleuit luctu Ægyptum; cuius elegantem Philonis Plagæ descriptionem antequam ad quæstiones accedamus placet primo describere, sic enim lib. 1. de vita Mosis ait: *Tandem accessit extremæ pœna decima, superioribus omnibus atrocior, ipsis Ægyptijs morientibus, non tamen omnibus, nolebat enim Deus regionem deseruam reddere, quam castigatam tantum voluit. Itaque parcens maximæ turbæ omnis ætatis virorum, atque mulierũ morti addixit solos primogenitos exorsus à maximo natu Regio filio, & in vilissima ancilla pistrinaria filium desinens. Nam circiter noctem mediam quotquot primi patris, matrisque appellationem iucundissimam parentibus attulerunt, & vicissim ab ipsis primi nominati sunt filij, sani, valentesque, nullo præcedente morbo, repentè interierunt ad vnum, vt nulla familia sine domestico luctu inuenta sit; Prima vero luce, cum quisque suos charissimos inopinata nece sublatos videret, cum quibus superiore die suauiter vsque ad vesperam conuixerat, vt in publico luctu grauissima omnium. comploratione impleuerunt; cum enim nemo esset exors eius calamitatis, vnus erat omnium clamor, vno luctu totam regionem quacumque patebat obtinente, qui tantisper, dum inter priuatos parietes se continebat, singulis aliena mala ignorantibus, priuatus etiam tum videbatur; vbi vero alij didicerint ex alijs. geminabatur comploratio, accedente, grauanteque dolore publico, vt ne consolator quidem existeret, quis enim solaretur alterum, ipse consolatione indigens? Ceterum, vt in tali casu solet fieri, putantes hæc esse maiorum malorum initia, & solliciti de interitu superstitum, flentes conuolabant in regiam, scissisque vestibus suis, Regi causam calamitatis imputabant, dicentes nihil se malipassos fuisse, si Moyses impetrasset quæ petierat, nunc habere se obstinata pernicacia præmia. Deinde per se quisque certatim hortabatur Hebræos, vt properè tota regione decederent, vel vnam diem, horamque differre longum rati, & insuper periculosum.* Hæc Philo, ex quibus breuiter hæc omnia habe; Primò, causam cur solos primogenitos occisos, ne scilicet desolaretur, quam non desolandam decreuerat Deus; Secundò, generalitatem plagæ, vt mox dicemus, omnes à primo vsque ad infimum occisi primogeniti; Tertiò, tunc occisi, quando amplius valentes, sani, & vegetes; ex quo deduci potest tunc, quando amplius genitoribus chari; Quartò, quod sic inflicta plaga, vt nullus penitus adesset consolator, qui dolorem lenire posset; Quintò tandem, ratio quare illico egressi Hebræi, Ægyptijs eos impellentibus; putarunt enim omnes simul interempturos. En quàm terribilis hæc plaga; de qua multa quæruntur à doctoribus.

Philo.

Primò, per quem immediatè sit illa effecta, si à Deo, an per Angelos, & si ab Angelis, an per vnum, an per plures, & tandem an per Angelos malos, an per bonos.

Primæ quæstionis dubitationem ingerunt aliqua Scripturæ loca, Exod. 11. num. 4. *Media nocte ingrediar Ægyptum, & morietur omne primogenitum*, & rursum c. 12. num. 12. *Transibo per terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum, ego Dominus*, Et iterum num. 29. *Factum est autem in noctis medio percussit Dominus omne primogenitum.* Communis tamen, & verissima sententia est, non per se, sed per Angelos hanc Dominum exhibuisse plagam, patet apertè ex scriptura vbi supra cap. 12. num. 23. dum ait: *Transibit Dominus percutiens Ægyptios, cumque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque transcendet ostium domus, &*

Exod. 11. num. 4. 6. Per Angelos plaga effecta. *Ibid. c. 12. num. 4.*

non ſinit percuſſorem ingredi domos veſtras, & Exod. Chryſoſt. *laedere.* Vnde Chryſoſt. in Gen. monet, *Diuinam maieſtatem ab his operibus, quæ humano more illi tribuuntur, longè ſubmouendam, licet agere dicatur, aut dicere quæ ipſius agantur imperio, vel dicantur.* Vnde rectè Lippom. in caten. in cap. 12. Exod. nobiſcum conſentiens, *Omnia ſiquidem noſtra facimus*, ait, *quibus vt fiant authoritatem, & poteſtatem impartimur*, eadem ſentit Rupertus lib. 2. cap. 6.

Lippom.

Maior difficultas de ſecunda, an vnus, an plures fuerint Angeli; Dionyſ. in cap. 12. Exod. putat vnum fuiſſe, & hanc tam latè patentem cædem, ſi non propria, diuina certè virtute exercuiſſe; propendet in hanc ſententiam ex locutione ſcripturæ, quæ vnum videtur nominare Angelum, vnde in Exod. cap. 12. num. 23. numero ſingulari dicitur *percuſſor*, ſeu *vaſtator*, & hic infrà *durus debellator*; & omnis eius actio in ſingulari ponitur.

Dionyſ.

7. An vnus an plures.

Exod. 12. num. 23.

Hæc ſententia non eſt ita improbabilis, vt impoſſibilem eam dicamus, cum huiuſmodi actionem non ſuperare vim Angelicam pro certo habeam; celeres enim cum ſint pluſquam ipſa cogitatio, efficaces, & in potentia primi per nutum, & voluntatem operantes, quid impedit, vt ſpatio vnius horæ vnum totam percurriſſe Ægyptum non dicamus, ſimulque omnes eius perculiſſe primogenitos? certè Pererius in Exod. cuiuſlibet ciuitatis, vel magnæ habitationis vnum fuiſſe Angelum percuſſorem affirmat, hic vero in momento illud efficere poterat, nemo hoc negabit; immo infrà num. 12. in momento illud factum aſſerit Sapiens, dum ait: *Quoniam vno momento quæ erat præclarior ratio illorum*; In quo loco Lorinus contra Abulenſ. idem ſentit quod nos, & illud non ſolum de vna ciuitate, ſed de tota terra Ægypti. Ergo multo magis illud aſſereret de vna tantum ciuitate; dicere autem quod ad operandum in inſtanti requiratur virtus infinita, iam eſſet ſuperfluum, cum extra telam ſit; ſi ergo vnus quaſi in inſtanti vnam totam percutere poterat ciuitatem, iunge inſtantia, & perſpicies quod vix conficient horam, in qua & vnus ſimul omnes has percutere poterat ciuitates; ergo impoſſibilis, vt aliqui volunt, non eſt hæc opinio.

8. Plures fuiſſe vera ſententia. *Caietan.*

At contrariam æſtimo probabiliorem, tum authoritate Pſalm. 77. vbi plures nominantur Angeli, tum Caietani, & omnium recentiorum, qui illam ſequuntur, vnde Caietan. ſic ait ſuper illa verba, *Non ſinet percuſſorem, &c. Nihil enim aliud hinc habetur, niſi quod Deus non per ſeipſum, ſed per Angelum, hoc eſt per multitudinem Angelorum occidit primogenita, præſidendo illi multitudini Angelorum, & ordinando ne domos ſignatas ſanguine agni ingrediantur, ordinando inquam tanquam ſi præſens eis diceret, hanc domum intrate, illam vero domum non intrate.* Ergo ſecundùm Caietan. & multi fuerunt Angeli, & Dominus eorum præſidens, quod non placet, potius enim dicerem, Angelum Ægypti præſidem accepto à Deo mandato fuiſſe illis præſidem, huncque ex Domini voce illis diſcretionem domorum imperaſſe, & ſic in concordiam vtramque redigentes opinionem, locaque ſcripturæ, vnus verè fuit Angelus, quia vnus fuit, qui à Deo imperatus reliquis cædem imperauit, & ipſemet etiam eam exercuit in ciuitate regia, & multos etiam fuerunt quatenus ab ipſo imperati reliquas exercuerunt cædes.

Sed an mali, an boni fuerint ſupereſt vt quæramus; at

9. An mali, an boni fuerant. *Perer.*

Primo ſtatuendum cum Perer. vbi ſupr. aliter Deum punire homines in altera vita, aliter in iſta, in altera malos, in inferno per Angelos malos, & hoc rationabiliter, vt ſcilicet ibi tortores habeant, quos hic dominos habere voluerunt, & quibus ſe ſubdiderunt; bonos vero non à dæmonibus, inquit Perer. neque ab Angelis bonis, indignum illud iudicat, non declarat tamen à quo, neceſſe quippe eſt vt dicat immediatè ab ipſo igne virtute diuina in illis agente; vterque modus mihi placet, & omnino dæmones excludo in Purgatorio tortores, quî enim fieri poteſt, vt principes illæ animæ ad Dei gloriam deſtinatæ à viliſſimis crucientur ſpiritibus, indignum profectò hoc, & Dei maieſtati, & animarum illarum apparet dignitati, vltra quod neſcio quid lætitiæ peſſimis accederet dæmonibus, ſi in ſanctis Dei electis, ac prædeſtinatis, & qui iam extra damnationis periculum extant, aliquam obtinerent poteſtatem, & punitiuam vim, & factum ſatis quodammodo putarent, ſi dum eas in infernum trudi non potuerunt, ſaltem ſub ſe aliquando habere, dominiumque in eas exercere, quod omnino concedere non licet; at vero licet hoc ſit, tamen in hac vita certum eſt Deum ſæpè, & per Angelos bonos, & malos, iuſtos, ſiue iniuſtos indifferenter flagellare; ſic Sodomitas peſſimos per Angelos puniuit bonos, & tempore Dauidis ſeptuaginta millia, cap. 21. è contra verò Saül per malum percuſſit Angelum, & quod maius & ſanctiſſimum Iob. Ergo indifferenter in hac vita & per bonos punit, & malos Angelos; Ex quo ſequitur hanc plagam per vtroſque potuiſſe exerceri; vnde.

10. Animæ ſanctæ in Purgatorio non torquentur à dæmonibus.

11. Prima opinio malos fuiſſe Angelos. *Genebrar.* *Liranus.* *Abulenſ.* *Rupert.* *Hieron.* *Auguſt.* *Baſil.* *Chryſoſt.* *Theodor.* *Lorinus.* *Niceph.* *Caietan.* *Euthim.*

Prima opinio eſt malos fuiſſe Angelos, ſic Genebrard. in Pſal. 77. num. 49. vbi videtur Dauid illud aſſerere, quatenus appellat Angelos malos, idem in ipſo Pſalmi loco affirmat Liran. ſic etiam Abulenſ. in cap. 19. 12. Exod. quæſt. 48. in fine, Rupertus apertè illud affirmat lib. 2 cap. 3. & 18. *Quamuis dicatur*, inquit, *Dominus Ægyptios percutere, non tamen per ſeipſum percutit, ſed percuſſori ſcilicet Angelo malo poteſtatem dat percutiendi*, immo Hieron. in Iſaiam cap. 14. idem affirmat, *Siniſtræ*, inquit, *quædam ſunt, contrariæque virtutes, venientes vt impleant furorem Domini, gaudentes in aliena iniuria, atque latantes, de quibus in Pſalmis legimus, miſit in eos furorem ira ſua furorem, & iram, & tribulationem, immiſſionem per Angelos peſſimos, ex his eſt & exterminator in Ægypto, qui poſtes agni lites ſanguine non audet intrare.* Idem ſentit Auguſt. in eundem Pſalm. locum, Hugo hîc. immo Hebræi hoc etiam ſentiunt, qui ſic in Pſal. illud 77. *Quæ in tenebris immittuntur mala, rectè demandantur malignis ſpiritibus, quoniam ipſi ſunt ſpiritus tenebrarum; hinc aliquo in Pſalmo inſcriptum in ea* (nocte) *reptat omnis beſtia ſilueſtris.*

Secundam ſententiam, quæ bonos fuiſſe tenet, defendunt Baſilius, Chryſoſt. Theodoret. relati à Lorino hîc, & in Pſal. 77. vbi ſupr. Nicephor. & Caiet. in Exod. Euthim. in illud Pſalm. *Malos*, inquit, *appellat hoc loco, quia pœnas infe-*

Lippom.

11. Vera ſententia bonos fuiſſe.

runt,& ſupplicia, eſt Lippomani, & omnes ferè recentiores in hoc conſpirant bonos fuiſſe Angelos, & malos appellari non malitia morali, ſed pœnali, ſic Perer.

Vtraque probabilis opinio', tamen hæc ſecunda firmior videtur, cum enim impoſſibile ſit, vt omnes hæ plagæ à dæmonibus ſint inflictæ, ſed ſaltem aliquæ ab Angelis bonis, vt quarta cyniphum, in qua digitum Dei Magi prædicauerunt, & primæ in quibus arte dæmonum Magi contra Moſem pugnabant, conuenientius videtur, & ad Dei maieſtatem condecentius, vt gloria talium, & ſimilium actionum ſanctis, bonis deputetur Angelis, & non malis. Accedit quod in illa nocte ſimul cum primogenitorum morte acciſa ſunt omnia Ægypti idola, vt infrà dicemus, quod ſine dubio non ab ipſis hoc factum dæmonibus, qui in illis, ſed à bonis; Ergo pari ratione & ipſorum primogenitorum mors.

13. Tertia ſententia media probabilis.

Paul. Diacon.

At tertia, & media poteſt eſſe ſententia, verè plagam inflictam à malis Angelis quoad exercitium, vt ſic dicam, attamen cum aſſiſtentia, & imperio bonorum; Quapropter vero non dæmones, ſed Angelos mortē intuliſſe, ſi hoc modo accidit, dici poteſt; ſic narrat Paul. Diacon. lib. 6. c. 2. de geſtis Longobardorum ſub Agathone Papa, antequam horribilis illa peſtis ciuitatem feriret Romanam, viſum Angelum bonum, cum malo per ciuitatem incedentem, & iuſſu boni Angeli malum venabulo oſtium cuiuſcumque domus percuſſiſſe, & quoties percuſſiſſet, tot de eadem interiiſſe domo, cuius rei monimentum adhuc extat in Baſilica ſancti Petri ad vincula. Similiter ergo & in Ægyptiorum morte primogenitorum accidere potuit, quod equidem ad decentiam maieſtatis Angelicæ valde conducit, vt non per ſe, ſed per vilißimos fœdiſſimi necarentur tortores. Holkoth lect. 200. aſſerit poſſibilem eſſe vnum Angelum malum fuiſſe exterminatorem, ſed quod poſtea miſit deus Angelum bonum, vt malum cohiberet ne ſimiliter exterminaret Hebræos. Sentit ergo ſimul cum Angelo malo percutiente adfuiſſe bonum, illum cohibentem à cæde Hebræorum, cur non & mandantem, & cohibentem etiam à cæde Ægyptiorum, non primogenitorum? Hæc opinio ſi alicui placeret, mihi non diſpliceret; vtramque enim tantorum doctorum in concordiam redigit, & faciliter ex ea omnia loca explicantur ſcripturæ, & conciliantur, dum aliqua malos illos appellant, aliqua bonos, malos executione, bonos imperio.

Holkoth.

14. Quo morbo interempti.

Ioſephus. Genebrar. Comeſtor.

Sed quo genere morbi eos percuſſerunt? Ioſephus peſte interijſſe tradit, idem affirmat Genebrard. in Pſal. 77. num. 57. conſentit Comeſtor in hiſtoria Eccleſiaſtica Exod. 25. incertum hoc, vnum tamen firmum eodem mortis genere omnes interijſſe.

Secundò quæri poteſt quem effectum, & quàm acerbum hæc habuerit plaga.

15. Quam acerba hæc fecerit plaga.

Triplicem huius plagæ Doctores aſſignant effectum; Primò, mortem omnium primogenitorum hominum; ſecundò, animalium; tertiò, euerſionem omnium deorum Ægyptiorum.

Exod. 12.

De primo ſic loquitur ſcriptura in cap. 12. Exod. *Caſa eſſe omnia primogenita Ægypti à primogenito Pharaonis, qui ſedebat in ſolio eius*; quia iam grandis in vita patris coronatus eum ipſo ſimul regnabat, vt multi volunt, *Vſque ad filium ancillæ verſantis molam*, vel vt alibi, *Vſque ad filium captiui, qui ſedet in carcere*, quod idem eſt, nam tales noctu in carcerem detrudi ſolent, ne effugiant, vt communiter exponunt omnes; en quàm generalis hæc plaga.

16. Quomodò intelligitur omnia primogenita occiſa.

Auguſt.

Dubitatur à multis, quomodo poſſibile, vt in ſingulis domibus tunc inuenirentur primogeniti, & ſi tantum de illis res intelligenda, qui ſub cura parentum, & an fœminæ incluſæ.

Auguſt. quæſt. 44. in Exod. affirmat diſpenſatione diuina factum, vt in ſingulis Ægyptiorum domibus primogenita inuenirentur, ſubſcribit Liranus.

Hug. Victorin. Sà.

Hugo à ſancto Victore cum Sà locum ſcripturæ intelligunt tantum de illis domibus in quibus erant primogenita.

Aben Eſra. Sà. Perer. Abulenſ.

Aben Eſra, & idem Sà, nec Perer. contrà dicit, hyperbolem agnoſcunt.

Abulenſ. vult in Exod. c. 12. num. 9. ſi vt non ſolum intelligatur de primogenitis, qui actu ſub cura parentis, ſed qui erant, & fuerant, vnde etiã ſenes mortui, quando primogeniti, immo ſimul & pater, & filius, quando ambo primogeniti; ſummopere mihi diſplicet: nam vt ſic quaſi in tota Ægypto mortui eſſẽt patres cum filijs, cum moraliter vix domus eſſet quam primogenitus non hæreditaſſet, & ſic nullus pater de filio doluiſſet ſimul commoriens.

Alij non ſolum hoc intelligunt de primogenitis vnius parentis, ſed vtriuſque, ſi aut plures vnus vxores haberet, aut pluries vxoratus, ex quo infinitæ multiplicantur cædes.

Genebrar. Caietan.

Alij vt Genebrard. in Pſal. 77. num. 57. & Caietan. vbi ſup. in cap. 12. Exod. pro primogenito intelligunt primum, & præcipuum in vnaquaque familia, vnde etiam ſecundogeniti ſecundum ipſos comprehendebantur, quando mortuo primogenito in ius primogenituræ ſucceſſerant, improbat hoc Lorinus hic, & ſatis rationabiliter, vide ipſum.

Opinio Diui Auguſt. (quam etiam ſequitur Lorinus) ſimulque mihi placet, & intelligo per primogenita, quæ tunc ſub cura eſſent parentum, vnaque ſub domo manentes, & diſpenſatione diuina factum, vt in qualibet eſſent domo primogenita, ſicque vniuerſalis fuit luctus, dolor acutiſſimus, & ſine vlla explicatur tergiuerſatione ſcripturæ.

17. Fœminæ primogenitæ non occiſæ.

Abulenſ. Perer. Lorinus. Salian.

An autem fœminæ, ſi ipſæ eſſent primogenitæ? nullo modo, licet illud affirmet Abulenſ. quæſt. 51. ſub medio, Perer. Cantacuzen. & alij, ſic Lorinus hic, & egregiè illud defendit Salianus ad annum mundi 2544 num. 123. optimaque eſt illa ratio, quia cum hæc plaga inflicta ob maſculorum Hebræorum occiſionem quorum fœminæ erant ſeruatæ, conueniens quippe erat, vt in plaga fœminæ reſeruarentur, maſculis tantum occiſis primogenitis, ſub quorum nomine aduertendum etiam vnigenitos intelligi.

18. Primogenita iumentorum omnia occiſa.

Caietan.

Secundo occiſa ſunt omnia primogenita iumentorum, quod intelligendum ſecundum Caietan. optimum ex illis. *In primogenitis etiam iumentorum*, ait, *& omnium pecorum intelligi poteſt optimum, quoque & excellentiſſimum, quale ſolet eſſe primogenitum in vigore naturæ procreatum*. Excipit Perer. primogenita asinum, & fera-

rum, quia cum hæc non in poteſtate Ægyptiorum parum illis dolotis afferre poterant, & etiam eorum, quæ vno partu plures generant, quia tunc iure carent primogenituræ. Abulenſ. de iſtis vltimis contrarium ſentit; hæc enim percuſſa in pœnam dominorum, & quia tanquam ſi eſſent iumenta filios preſſerunt Iſraël, Dei iuſto iudicio & ipſi, & iumenta perierunt eorum.

Abulenſ.

Tertiò exciſſa in hac plaga omnia Ægypti idola dicente Domino Exod.12.num.12. *Percutiam omne primogenitum in terra Ægypti, & in cunctis dijs Ægypti faciam iudicia ego Dominus.* Vbi Caietan. *Qualia fuerunt hæc iudicia non eſt ſcriptum, rationi tamen conſentaneum eſt, quod ceciderint, vel deleta fuerint, ſeu comminuta nocte illa omnia ſimulachra deorum in Ægypto, & aptiſſimè ſeipſum nominat Deus ſupremum deorum, à quo omnia habent eſſe, à quo omnia pendent in proprijs eſſe, in actione exterminatrice primogenitorum, & deorum Ægypti, vt ipſius prouidentia, ac iuſtitia intelligatur.* Hieronym. ad Fabiolam ex traditione illud aſſerit Hebræorum dicens: *Illud Hebræi autumant, quod nocte, qua egreſſus eſt populus, omnia in Ægypto templa deſtructa ſunt, ſine motu terræ, ſine tactu fulminum.* Liran. aliter hanc traditionem refert Hebræorum ſic: *Dicunt Hebræi quod illa nocte omnia idola Ægypti lignea ſubito fuerunt putrefacta & omnia metallica reſoluta, & fuſa in terram, & omnia lapidea comminuta in deteſtationem idololatriæ.* Idem affirmat Abulenſ. & præcipuè de Api Deo omnium Ægyptiorum deorum ſupremo.

Caietan. 19. Omnia etiã idola.

Hieron.

Liranus.

Abulenſ.

Ex dictis ergo conſtat omnia hæc in nocte illa periſſe, cunctaque ſimul primogenita hominum, iumẽtorumque, omnes etiam ſimul deos, & ſi Artapano credendum apud Euſeb. lib.9.de præparat. Euangel. cap. vltim. plurima etiam templa, immo quod incredibile terræmotu omnes domos; quid terra Ægypti miſerabilius? quid illis infelicius hominibus? quod ſi conſideres abundantis, ac florentis illius Reipublicæ ſtatum, ob peccata ad qualem deuenit miſeriam, proculdubio obſtupeſces, herbas, plantas, campos aſpicies conſumptos, fructus, flores proceraſque crematas arbores, colles, montes, montiumque alta fulminibus percuſſa cacumina, pecora occiſa, armenta necata, ipſos in aquis emortuos piſces, templa tandem, domoſque deſtructas, omnia eiulatu plena, quolibet ſuo deplorante occiſo; quid ergo? Clama, peccato nil atrocius, tot, taliumque origo calamitatum. Merito ergo de hac Moyſes eloquens miſeria, talem affirmat, qualis antea vnquam, nec poſt futura, Exod.11.num.6. *Eritque clamor magnus in vniuerſa terra Ægypti, qualis nec ante fuit, nec poſt futurus eſt.* Maior equidem quàm qui ex Pharaonis, populique ſubmerſione poſtea ſubſecutus vt multis probat Abulenſ. in cap.12. Exod. in citata verba, & Salianus vbi ſup. num 131. ita vt penè Deum omnes ſuæ elaxaſſe iræ habenas dicat Ianſenius in Pſalm.77. num.51. *Ira quoque ſuæ tum viã fecit*, ait, *laxans omnes ſuæ ſeueritatis habenas, ita vt ſine vllo impedimento, aut retinaculo procederet contra Ægyptios, & iam non amplius, vt in prioribus plagis fecerat parceret animabus eorum à morte, & iumenta quoque eorum interficeret.*

Euſeb.

Abulenſ. Salian. Ianſen.

At vt ſemel totam hanc tractationem explicemus, quid myſticè hæc ſignificet plaga paucis aperiendum,

19. Myſticè quid plaga ſignificet primogenitorum.

Auguſt. in lib. de conuenient. decem præceptorum legis cum decem plagis Ægypti, comparat hanc plagam cum decimo præcepto. *Non concupiſces rem proximi tui.* Contra eos inuectus, qui ad hæreditatem aliorum aduolant, procurantes ab ipſis hæredes inſtitui, vel alio aliquo modo, qui in primogenitis percutiuntur, hoc eſt in fide eam amittentes, *Illud valde timẽdum eſt*, ait, *ne tu per occultam, & iniuſtam concupiſcentiam tuam perdas primogenita cordis tui, primogenita cordis noſtri fides eſt, nemo enim benè operatur, niſi fides præceſſerit, omnia opera tua bona, quaſi filij tui ſunt ſpirituales, ſed inter iſtos filios tuos primogenita tibi eſt fides, quiſquis rem alienam occultè concupiſcit, internam fidem perdit.* Terribilis comminatio, ac horribilis concupiſcentiæ effectus; de qua re vide quæ in 1. tom diximus hom.81.

Auguſt.

20. Fides per concupiſcentiam amittitur;

Rupert. in Exod.c.17. per primogenita originalia in ſingulis hominibus accepit peccata per immolationem ſanguinis Chriſti ab ipſomet deſtructa. Pulchrè ad quæſitum cur media nocte primogenita occiſa reſpondet. *Videlicet*, inquiens, *vt hiſtoricum etiam exemplum dormitantibus proficeret, atque ad vigilandum eos percelleret, ſcientes, quia quiſquis exemplo Ægyptiorum theſaurizabit ſibi iram Dei, nihilominus exemplo illorum improuiſam accipiet vindictam.*

Rupert.

21. Cur primogenita media nocte occiſa.

Origenes per primogenita Ægypti non ſolum intelligit diabolum, eiuſque Angelos à Chriſto Domino noſtro interfectos, ſed omnes hæreticarum authores ſectatum. *Poſſumus etiã*, ait, *primogenita Ægyptiorum accipere omnes hæreticorũ authores, & inuentores falſarũ, quæ in mundo ſunt religionum, quas Chriſti veritas cum ſuis extinguit authoribus.* Quapropter rectè Rupertus in cap.12.Exod.ſuper illa verba; *Nullus veſtrum egrediatur oſtium domus ſuæ vſque manè*, ſic admonet; *Et hoc nobis vigilantiſſimè obſervandum eſt, vt vſque manè, id eſt vſque ad finem huius noſtræ nocturnæ vitæ, intra Catholicæ Eccleſiæ clauſtra maneamus, neque per hæreſes, vel ſchiſmata tumultuando foris erupiſſe quis inueniatur: nam quiſquis fuerit inuentus, reputabitur Ægyptius, & cum Ægyptijs pariter pertranſeuntis Domini flagello percutietur.* Qui ſtat ergo intra ſanctiſſimæ Eccleſiæ domum, videat ne exeat peregrinus, Ægyptiaſque intrãndo: nam non tantum tunc, ſed etiam nunc durus, & vindex Dei nuncius à ſummo deſcendens cælo ambulat, totamque luſtrat terram occidens, mactans, ac perdens, quotquot extra hanc ſanctiſſimam repererit domũ, quod vt tibi manifeſtiſſime clareſcat, impiorum hæreſiarcharum tum antiquorum, tum recentiorum inſpice mortes.

Origen.

22. Impij hæreſiarchæ per primogenita obumbrãtur occiſa dire morientes.

Rupert.

25. Hæreſiarcharum dirę mortes.

Ebion in balneo oppreſſus eſt, Epiph. hæreſ. 30. Montanus, & Maximilla laqueo iniecto ſibi ipſis mortem conſciuerunt, Euſeb. lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.16. Arius inteſtina effudit, Epiphan. hæreſ.68. Neſtorio linguam vermes exederunt, Euagrius lib.1.hiſtor. Eccleſiaſt. c.7. Lutherus poſt lautam cœnam eadem nocte ſuffocatus interiit, Cochlæus in lib. de actis, & ſcriptis Lutheri, Oecolãpadius ad vxoris latus de repentè

Epiph. Euſeb. Euagr.

Cochlæus.

repente ſtrangulatus,idem & Lindanus dialog. 3.pag.310 Oſiander plane mutus horribiliter vt beſtia extinctus eſt,idem Lindanus ibid. Carolſtadius eadē morte interēptus,ac Oecolāpadius ſcriplit Boſius tom.2.de ſignis Eccleſiæ lib.23 c. 3.Buccero animā agenti horrēdus aſtitit dæmon à quo effuſis viſceribus, multiſq; cruciatibus eſt interemptus idē. Caluinus pene infinitis tentus morbis,*cholica,dolore articulorum, calculo, hæmorrhoidibus,febri, aſthmate, hemicranco, pituita,ſanguinis vomitione,demùpediculisvndiq; ſcatentibus exeſus infeliciſſimè interiit*, idē Boſius;Zuinglius tandē Tiguri iudicatus vt proditor,cōbuſtus vt hęreticus,Cochl. us vbi ſup. En quomodo occiſi;nō mirū,quia extra Eccleſiā,ac proinde vt inter fœdiſſimos extincti Ægyptios à percuſſore Angelo, non ſecus ac iſti de quibus noſter Sapiēs hic(vt tandē ad textū accedamus) affirmat ideo interemptos, quia mortē Iſraēlis ſtatuerunt primogenitorum,vnde ait.

Lindanus

Boſius.

A

B

24. Obſtetrices quæ, & quales ac quantæ fuerunt. *Iorinus. Caietan. Perer.*

Cum cogitarent iſtorum occidere infantes, vel per obſtetrices,vel per ſubmerſionem; Lorinus hic adnotat de obſtetricibus,illas non fuiſſe Hebræas, ſed Ægyptias, nec ſolum duas, quæ ſolos nobilium filios occiderunt, vt Caiet. vult, ſed plures,& has tantū nominatas, quia cæteris præſtātiores,& ſæpius ab Hebræis vocatæ; quæ omnia deſumpſit à Perer.in c.1.Exod.qui Caietani dictum vocat figmentum, nulla ratione,vel authoritate fultum. Verba autem Caietani ſunt:

25. Opinio Caiet. proponitur, & defenditur.

Non eſt perſpicuum, an dnæ iſtæ obſtetrices vice omnium obſtetricum vocatæ fuerint, tanquam præcipuæ, à quibus aliæ penderent, an ſolæ fuerint nominatæ ad extinguendos filios Hebræorum nobilium, & artificum, qui non affligebantur in propriis perſonis circa vilia ſeruitia, ſed hoc ſecundum magis quadrat communi conſuetudini, non enim ſolitum eſt inter obſtetrices eſſe præſidentia,vt alia aliis præſideant,ſed magis conſentaneum eſt,vt quemadmodum vilieres afflixit Rex operibus vilibus,ita contra nobiles, & vrbanos Hebræas excogitauerit iſtiuſmodi modum per iſtas obſtetrices.

C

Hanc Caietani opinionem, vt diximus, vocat Pererius figmentum, exiſtimatq; ſimul falſum eſſe quod aſſumat nobiliores Hebræorum non fuiſſe afflictos laborioſis illis,ac vilibus operibus, quod probat ex c.5. Exod. vbi principes Hebræorum apparent flagellati ab exactoribus Pharaonis dicentibus, *quare non impletis menſuram laborum ſicut prius?*

Verum (ſic varia ſunt mortalium ingenia) quod figmentum appellat Perer. mihi prudentiſſimum apparet cogitatum,ſic vt Caietani opinio,& Pererij, & eorum, qui eum ſequuntur, ſine qui eum anteceſſerunt,vt ſunt multi,omnino ſit præferenda, accipe rationes.

D

Prima, quia Pharaonis mens non erat totalis populi Hebræorum deletionis,ſed tantū ſuperabundantis incremēti,vnde ſic ait,Exod. 1. n.9. *Ecce populus filiorum Iſrael multus, & fortior nobis eſt,venite ſapiēter opprimamus eum,ne forte multiplicetur,etſi ingruerit contra nos bellū addatur inimicis noſtris, expugnatiſq; nobis egrediatur de terra.* Multum dixit, fortioré, opprimamus eum,nō deleamus, timet inimicis acceſſionem,& vltimo de terra egreſſum. Ergo nullo modo extinctioné illius deſiderat, dum eius timet egreſſum,& priuationē, viuos volebat, ſed

Exod. 1. n.9.

diminutos, fortes ad ſeruitium, non ad dominium; hinc nobiles occidantur,ignobiles, viliſque pretij, ac animi reſeruentur, quod quo medio aptius fieri poſſet,quam obſtetricum nobilium,& inſignium mulierum?

Secunda, omnes conſentiunt inter cæteras rationes, cur & fœminas non iuſſit occidi, ne ſcilicet publicum fieret mandatum ſi omnes interficerentur, ſic Perer. at non fuiſſet publicum ſi indiſcriminatim omnes occidebantur?

Tertia, cum obſtetrices mandatum non obſequerentur Regis, ab illo vocatæ, & obiurgatæ reſponderunt, *non ſunt Hebræa ſicut Ægyptia mulieres; ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & prius quam veniamus ad eas pariunt.* Quod dictum, quaſi quid continens ſingulare, & præter vſum, aut morem eſt accipiendum, quod ad veritatem obtegendam obſtetrices dixerunt,non quod re vera ſic eſſet, cum mulieribus nobilibus ſic præter eſt vſum, vt nullam reperies obſtetricem, nullam quæ habeat ſcientiam obſtetricandi, quod pro inuſitato, & inſolito Regi hæ videntur aſſeruiſſe: nam alioquin qualis eſſet earum excuſatio? neque quid noui aſſeruiſſent. cum quis credat nullas inter Hebræas extitiſſe obſtetrices? at quia hæ inter Ægyptias erant præcipuæ, magnique nominis, ideo à præcipuis Hebræorum vocabantur fœminis, quod vt ſcitum à Pharaone optimum ipſe ratus adinueniſſe conſilium nobiliores extinguendi,vti re vera erat, has accerſiunt,vt non omnes.

Quarta tandē,neſcio quid conuenientiæ hoc habeat cum morte primogenitorum,cur primogenita Deus iuſſit occidi, & non ſecundo, aut tertiogenita,cum plures hi fuiſſent?cur non indiſcriminatim vnum ex qualibet familia? cur tandem ſicut omnes Hebræos Ægyptij, non ſimul Deus omnes Ægyptios fœminis tantum reſeruatis,illas ad aliam applicans gentem,vt iterū coleretur Ægyptus? me iudice apte diceret. quis,quia Pharao,ſimulque Ægyptij non totalem populi intentarunt interitum, ſed tantum diminutionem,& quia primorum,& ſelectorū, ideo par pari reddens iuſtus iniuriarum vltor, non omnes, non quoſlibet indiſcriminatim,ſed primates, & primogenitos Ægyptiorum voluit occidi.

Neque Pererij inſtantia aliquid efficit: nam ibi non affirmatur principes flagellatos,ſed præfectos ab exactoribus Pharaonis ſupra cæteros conſtitutos, vt vult Lippom. & ly. *quare non impletis menſuram laterum*, non dictum quaſi per ſe ipſos eam implere tenerentur, ſed per famulos, ſiue operarios quibus præerant; mos enim eſt Scripturæ,vt ſuperiori opus aſcribatur,quod non niſi inferior, & ſubditus exerceat, vt in eodem lib. Exod c 12. n. 31. vbi dicitur, *vocatiſque Pharao Moyſe, & Aaron ait, ſurgite*, &c. vbi non ipſe ea illis dixit, ſed per ſeruos miſit dicere,& alibi ſæpe. Ergo non figmentum, non nulla Caietani fulcitur ratione opinio, ſed multis; ad noſtram hæc doctrinam, vt caute de inſignibus, ac Dei Eccleſiæ bene meritis viris loquamur, ne ſi figmenta talibus impingamus,fictores dicamur.

Lippom.

Exod. 12. n.31.

Quod autem attinet ad rem non Hebræas; ſed Ægyptias eas fuiſſe cum communi ſentio;

Digitized by Google

neque Auguſt vt volant aliqui ex profeſſo illud dixit, vt optimè Salianus ad annum mundi 2456. n. 3. ſed tantum Hebræas eas nominaſſe re non examinata, & tandem duas tantum ideo in Scriptura nominatas, quia vt Caietan. ad obſtetricandum principaliores hæ tantum vocabantur. *Salianus.* A

Et vno expoſito filio, & liberato, in traductionem illorum multitudinem filiorum abſtuliſti. Lorinus obſcuram affirmat hanc ſententiam ob verbum Græcum ἐλέγχω, quod ſignificat in redargutionem, & reprehenſionem, cum obſcurum ſit ad quid referatur ſiue ad Moyſem, ſiue ad Ægyptios; mihi ſenſus videtur planus ſiue ad hos, ſiue ad illum verbũ referas: nam ſi ad Moyſem ſenſus erit vno expoſito filio, & liberato, quod equidem eſt ad eorum increpationem, dũ conſtitutus princeps eos redarguit, increpuit, primogenitos Deo interiméte. Si vero ad Ægyptios vno expoſito, liberato, ad increpandũ Deũ Ægyptios, filios eorum primogenitos abſtuliſſe, ſic Cantacuz. Vatablus, Oſorius, Ianſenius. B *Cãtacuz. Vatab. Oſorius. Ianſen.*

Veteres Latini, vt Hugo, Holkoth vim Latini vocabuli conſiderantes, quæ nullo modo admittit redargutionem, ſeu reprehenſionem, ſed eductionem, ſeu motum de loco ad locum, accipiunt traductionem pro eductione, vnde faciunt ſenſum, Deum ob traductionem, hoc eſt eductionem populi Iſraël primogenitos occidiſſe. *Hugo. Holkoth.*

Bonauent. & Carthuſ. per traductionem, extirpationem intelligunt, ſiue Ægyptiorum punitionem. Lorinus dignos excuſatione affirmat, *ob Græca linguæ imperitiam.* *Bonauẽt. Carthuſ. Lorinus.*

26. Linguarum peritia in ſacræ Scripturæ expoſitione caute, ac cũ humilitate vtenda ſẽper ad vulgatæ ſenſũ & verba attendendo.

Sane fateor linguarum peritiam ad ſenſum Scripturæ verum, & germanum multum conducere, & præcipue Hebraicæ; at hoc niſi cum magna diſcretione, immo humilitate captiuum reddente intellectum ad vulgatam lectionem, non ſolum nil ad verum eruendum ſenſum efficit, ſed multoties ad confundendum, offuſcandum, obruendum, quod præcipue ſæpe apud Hebraizantes obſeruatur ex varia radice, ſic variè Scripturæ ſenſum aliqui exponentes, vt penitus illum obruãt. Quapropter Græcè, aut Hebraicè periti ſic ſingulariter ſapere nõ debẽt, ſeq; in exponendis Sacris Scripturis in altum extollere, vt Latinorum expoſitiones paruipendant, & inſultẽt, cũ hæ veriſſimę, illæ autem dubiæ, hę à Spiritu ſancto approbatæ, vt canonicæ, illæ à priuato ſpiritu, dico quoad verborum ſenſum; vnde cum ex vi Latinæ linguæ *traducere* nullo modo ſenſum patiatur redargutionis, & reprehenſionis, & in vulgata à Spiritu ſancto approbata verbũ inueniamus traductionis, textus Græcus vt pote vitiatus, ex vulgata emendandus, & non è contra, quidquid dicant Græcizantes, & in caſu præſenti tãto aptius eſt verbũ traducere, quam arguere, quanto verus à falſo ſenſus: nam cum traducere aliquando ſumatur pro *traiicio*, hoc eſt vt inquit Calepinus, *in litus, & ripã alterã traiicio*, vel *de loco in locum duco, tranſfero*, cur Hugonis, aliorũq; ſenſus repudiandus, & tãquã imperitus reiiciẽdus, cũ & rei de qua Sapiẽs agebat optimè quadrat, & melius ipſius ſenſum exprimat, quã græcaneus ille à Græciſmatibus adductus; de morte agit Sapiens primogenitorum, & in hoc præcipue verſu de eius ratione, quam affirmat, & fuiſſe puerorũ Hebræorũ necem; & ſimul traductionem, hoc eſt tranſmigrationem, eductionem, tranſlationem populi ab Ægypto Quod ſatis patet ex Exod. 10 dum Dominus eductioni reſiſtens Pharao Moyſi dixit; *Adhuc vna plaga tangã Pharaonẽ, & dimittet vos*; Ergo egregiè Hugo proprietatem verbi Latini aſſequens, & ex ea authoris mentem exponit, *vno expoſito filio, & liberato in traductionem illorum*, hoc eſt ob eductionem, tranſlationem ab Ægypto, *multitudinem filiorum abſtuliſti*, hoc eſt primogenitos occidiſti, cõfer ſenſũ cũ ſẽſu, intelligentiã cum intelligẽtia, & perſpicies Græcaneam, iacẽtem, languidam, ne dicam impropriam, Latinam vero virentem, & propriam; ne imperitos grauiſſimos vocemus authores, niſi impolitos nominari velimus. C

Et pariter illos perdidiſti in aqua valida. Primogenita in Ægypto, Regem cum reliquis in mari rubro; de qua re ſup. c. 10. dictum. D

Num. 6. *Illa enim nox ante cognita eſt à patribus noſtris, vt verè ſcientes quibus iuramentis crediderunt, animaquiores eſſent.*

Num. 7. *Suſcepta eſt autem à populo tuo ſanitas quidem iuſtorum, iniuſtorum autem exterminatio.*

Num. 8. *Sicut enim læſiſti aduerſarios, ſic & nos prouocans magnificaſti.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

SVperius quomodo in nocte primogenita occiſa Ægyptiorum enarrauit Sapiens, nunc quomodo illa prænuntiata, & qualis ipſius fuerit effectus elicit, vnde ait.

Illa enim nox cognita eſt à patribus noſtris. Abraham ſcilicet, Geneſ. 15. n. 13. cui Deus promiſit iudicaturus gentes, cui filij eius ſeruituri erant, poſt quæ egreſſuri cum magna ſubſtantia, cũ quo etiam pepigit fœdus, & illi iurauit terrã Chanaam daturum, ſic etiam Iſaac, Gen. 26. n. 3. & Iacob 28. n. 13. at non ſolum iſtis nota, ſed etiã Moyſi, & Aaron, Exod. 4 n. 22. mandauit enim Deus vt dicerent Pharaoni. *Filius meus primogenitus Iſrael: dixi tibi dimitte filium meum, vt ſeruiat mihi, & noluiſti dimittere eum, ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.* *Geneſ. 15. n. 13.* *Ibi. 26. n.* *Ibi. 28. n.* *Exod. 4. n. 22.*

Vt verè ſcientes, &c. Græca, *ſecurè, certo, indubitate.*

Quibus iuramentis crediderunt, animaquiores eſſent. Securo ſcilicet, bonoq; forent animo, ac cõfidenti, *quaſi dicat*, inquit Hugo, *hoc enim reuelaſti patribus, & patres filiis, vt tantã promiſſionẽ conſiderãtes, magis eſſent patiẽtes, quia vt dicit Gregor. cõſideratio præmij minuit vim flagelli.* 1. Flagella aliquando & præmia Deus reuelat, & cur. *Hugo.*

Placet Caſtro, qui ideo hæc dixiſſe affirmat Sapientem, vt animæquiores filij eſſent Iſraël ad cætera Dei promiſſa, firmiterq; crederent, Deũ illa completurum, dum aliqua aſpicerent completa, quia vt rectè ipſe, cum multa ſimul promittuntur diuerſo tempore adimplenda, qui vnum, aut alterum vidit completum, ſecurus, certoque ſperat ſimiliter cætera adimplenda. Ideo ergo & patribus antiquis, & Moyſi, & Aaron primogenitorum mortem reuelauit, vt cæteri fierẽt animæquiores ex eius cõplemento. *Caſtro.*

2. Dei ratum verba iuramenta. *Philo.*

Iurauit ergo Deus terram se daturum Abraham, & simul iudicaturum gentes, promissum A obseruauit; cuius tantum verba, vt rectè inquit Philo lib. 2. de legis allegoriar. iuramenta sunt, iuraque sanctissima. *Ipsa Dei verba*, ait, *iuramẽta sunt, leges diuinæ, & iura sacratissima; quod autem vim maximã habeant argumento est quod effectu non careas quidquid ille dixerit, id quod iurisiurandi est proprium, vnde consequitur omnes Dei sermones esse iuramenta per effectus suos confirmata.* Nil melius, proprium iuramenti est firmare effectum, nil simplicioribus Dei verbis

3. Cur iurat aliquando, & cur per semetipsũ.

obstare potest, quin sortiantur illum; ergo ipsa Dei simplicissima sunt iuramenta verba; & tamẽ cum hoc sit, more humano se accómodans, vt inquit Paul. ad Hebræos 6. quia omne pactũ iuramento firmatur, & omnium controuersiarum finis est iuramentum, patribus iurauit, ac si non Deus, sed homo esset, & quia maiorem se B non inuenit, nec qui eius fidelitatis, ac eius esse testis esset diuini, ideo ipsemet sibi factus testis, per semetipsũ, & non per aliũ iurauit, quod absque vlla æquitatis litura fieri posse elegantissimè probat Philo vbi sup. Deũ scilicet sibi testẽ esse, cum & ipse simul sit omnia, & nullus nisi ipse se cognoscat: *Dicendũ*, ait Philo, *non pugnare cum æquitate, quod Deus sibi ipsi testis est, quis enim alius potest ei testis esse idoneus? Deinde quod ipse sibi est quidquid habetur in pretio, cognatus, familiaris, amicus, virtus, felicitas, beatitudo, scientia, intelligentia, principium, finis, totum vniuersum, iudex, sententia, consilium, lex actio, principatus.* Pulchrè, quidquid in pretio habetur sibi est Deus; ergo nisi per semetipsum iurare non potest, quia nullus ipso æstimabilior.

Suscepta est populo tuo sanitas, &c. effectus iu- C ramentorum, sanitas populi, exterminium iniustorum, quod omne ad suorum prouentum effecit Deus, vnde sequens ait:

Sicut enim læsisti aduersarios, sic & nos prouocans magnificasti. Nam puniendo Deus aduersarios ob Israëlis filios, quanto hi honore essent digni manifestauit, ac sic illos lædendo, hos magnificauit; hinc elicitur iustos summo honore prosequendos, nullo modo persequendos, quia Deus eorum vindex; de qua re vide in 1. tom. Hom. 86.

Num. 9. *Abscondè enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitiæ legem in concordia disposuerunt, similiter & bona, & mala recepturos iustos, patrum iam decantantes laudes.* D

Commentum literæ.

Connexio capitis.

DIfferentiam inter Dei populum, & Ægyptiacum sequitur ex plaga primogenitorũ: nã istis plorantibus, & flentibus Dei populus lętus Deo laudes decantabat, Deo sacrificans, obseruationem promittens legalium.

Abscondè enim sacrificabant, &c. Agni Paschalis sacrificium omnes intelligunt, quod in Ægypto celebratum est sub vesperam, intra domos, nullo admisso Ægyptio, qui fuisset impedimento, ideo sub silentio, & absconditè illud peregerunt.

Iusti pueri bonorum, &c. hoc est Sancti, veri cultores Dei, Patriarcharum filij.

Iustitiæ legem in concordia disposuerunt, &c. Græca, *diuinitatis legem*, dum sanctificabant, & in vna essent domo, spiritu Dei repleti, & gratia excitati diuina deuote, ac feruenter vnanimiter, vniformi consensu Dei obseruantiam legis proposuerunt, at qualis hæc lex? Osorius naturalem, sempiternam intelligit, ad cuius normam suam disponere vitam proposuerunt; Bonauent. Glosa ordinar. Hug. Holkoth. legem Phasc, quam tunc acceperant; Liranus totam legem, quam illis Deus in via postea præstitit; idem Cantatuz. & Lorinus; at Iansenius, Vatab. Castro pro lege accipiunt mala, & bona quæ Deo in posterũ placuerit illis inferre; quæ sentẽtia mihi magis placet; ex deuotione enim, & ex magna tam immensi beneficij apprehensione, dum prope iam in ianuis egressio, & ab Ægyptiaca seruitute liberatio, vt in similibus assolet magna repleri lætitia, tanquam grati feruenter ad omnia communiter se exposuerunt siue mala, siue bona quæ Deus; dum ad terram ipsi properabant Chanaam vt euenirent, permisisset, quam merito Sapiens *iustitiæ legem* appellat; cum æquissimũ, ac iustissimum vt se illi Deo submitterent, & æquali perciperent animo siue bona, siue mala essent ab eo immissa, qui talia, ac tanta pro illis operatus. O vtinam firmiter huic adhæsissent proposito, à quo vix egressi retrocesserũt, sic loquax est homo in prosperis, sic faciliter proponit quando in delitiis, vt eadem prorsus facilitate fallat in executione.

1. Iustitiæ lex vera æquanimiter bona, & mala à Deo accipere. *Osorius.* *Bonauẽt.* *Glosa.* *Hugo.* *Holkoth.*

Similiter bona, & mala recepturos iustos, &c. Hæc erat lex diuinitatis, & iustitiæ, quam omnes iusti recipiunt, in hac quippe vita semper ad vtraque parati iuxta illud Iob. 2. n. 10. *si bona suscepimus, mala quare non suscipiamus?* de qua re infrà. *Iob. 1. n. 10.*

Patrum iam decantantes laudem. Græca, *patribus iam præcinentibus laudem*, diuersimodè hoc à multis intelligitur; primò, aliqui vt cum agnum sacrificarent primo loco Sanctos Patres suos cõcelebrabant; alij quod dum patres, & seniores præcinebant, laudes iuniores prosequebantur; alij quod hymnos, & cantica, quæ à patribus didicerant decantabant; quod me iudice verũ; nil aliud innuere volens Sapiens, nisi quod cum sacrificio, & proposito Dei legem obseruãdi, ac animarum præparatione ad bonum, malumve hymnos etiam Deo decantabant, iuxta quod à patribus eos acceperant antiquis. Quapropter bene Holkoth affirmat hos nocte illa totaliter laudi institisse diuinæ opere, corde, & ore; opere sacrificando, corde iustitiæ legem disponentes, ore Deum laudando. *Holkoth.*

HOMILIA CI.

Bona, malaque æquanimiter à Deo suscipienda.

ENimuero spiritu repleti Israëlitæ diuino, Deo laudes decantantes non tam sonorè, quam denotè ex Ægypto egressuri, ac de domo seruitutis, sic grati Deo pro beneficiis extabant acceptis, vt ne pro illis se tantum Deo astricti reputarentur, quin ipsam Dei non recognoscerent dignitatem, animo sublimi, non solum dixerunt Deum semper pro Domino se recognituros quando bona,

Digitized by Google

Claudat hoc agmen Greg. magnus magiſtrorum magiſter lib. 6. Moral. cap. 7. qui tria requirens ad contemplationem, humilitatem ſcilicet, amorem, & timorem, ſic excellentiſſime fatur. *Neceſſe eſt, vt quiſquis ad contemplationis ſtudia properat, ſemetipſum prius ſubtiliter interroget quantum amat; Machina quippe mentis eſt vis amoris, quæ hanc dum à mundo extrahit in alta ſuſtollit: prius ergo diſcutiat, ſi ſumma inquirens diligit, ſi diligens timet, ſi nouit incognita aut amando comprehendere, aut non comprehenſa timendo venerari.* Cuius rationem ſubiungens ſequitur, *In contemplatione etenim mentem ſi amor non excitat, teporis ſui torpor obſcurat, ſi timor non aggranat, ſenſus hanc per inania ad nebulam erroris lenat.* Egregiè, amor excitans neceſſarius ad contemplationem ad hoc vt non torpeſcat, non vana præſumptio, non indocta magiſtri perſuaſio, & non ſolum amor, ſed timor, præſumptionem excludens: nam alias dum ſuperbè rimari, quæ non audent, in nebulam errorum, non veritatum dabunt; attende quę ſequuntur, *Prius igitur mens,* ſequitur Sanctus, *ab appetitu gloriæ temporalis, atque ab omni carnalis concupiſcentiæ delectatione tergenda eſt, & tunc ad arcem contemplationis erigenda.* Quid adhæc, qui nihil tale præſumunt in contemplante, ſed ſimul, & ſemel, & contemplari, & mentem tergere docent, *prius*, dixit Gregor. at iſti nouelli contemplantes, non *prius*, dicunt, ſed *ſimul*, quale ergo de eis iudicium, ſeu qualis talium finis? ab ipſamet equidem obrui contemplatione; vnde ponderans ſanctus ſententiam illam diuinam, Exod. 19. qua & beſtijs interdicebatur acceſſus ad montem ſub lapidationis interminatione, ſic ſequens ait: *Vnde & cum lex accipitur*, populus à monte prohibetur, vt videlicet, qui infirmis adhuc *mentibus terrena deſiderant, conſiderare ſublimia non præſumant, vnde & rectè dicitur, ſi beſtia tetigerit montem lapidabitur; beſtia enim mentem tangit, cum mens irrationabilibus deſiderijs ſubdita, ad contemplationis alta ſe erigit; ſed lapidibus percutitur, quia ſumma non ſuſtinens ipſis ſuperni ponderis illibus necatur.* Quid Gregorio addendum? Prorſus nihil, niſi concludere ex dictis, eſſentia ac quidditate conſiderata contemplationis eius actibus, natura, & qualitate', & quæ ſecundum doctrinam ſanctorum ad illam requiruntur, dum nil in ea, quam iſti perſuadent reperitur, niſi materialitas tantum, vt ſic dicam, contemplationis, non formalitas, verè illam eſſe futilem, inanem, ridiculam, viro indignam cordato, ac tandem aptam tantum ad mulierculas peccatis oneratas decipiendas, illudendas, quarum ſexus ſemper ad noua, & vanitatem pronus, ideo tenaciter eam apprehendunt, quia vana, quia nil in ſe ſolidi obtinet.

S. Greg. 45. Gregorius humilitatē prę requirit, amorem & timorem ad contemplationem.

Exod. 19.

§. VIII.

Chriſti, eiuſque paſſionis meditatio ad contemplationem prope medium ſingulare.

AD propoſitionem iam tandem noſtri diſcurſus deuenimus; huius nempe ignotæ viæ, contemplationis ſcilicet, Chriſtum ſanctiſſimum, verum, legitimum, non ſecus ac columna illa Hebręorum per deſertum eſſe conductorem, humanitatemque illam diuinam nullum afferre impedimentum, nullum obſtaculum, immo ſummam, altiſſimam, ac ſuper ſubſtantialiſſimam adiuuare de diuinitate contemplationem. Cum enim probauimus duplicem eſſe contemplationem, acquiſitam, infuſam, vanumque prorſus, & futilem eſſe modum illum contemplandi, quem hodierni tradunt magiſtri, & per illum non ad contemplationem, ſed ad dormitionem deueniri, de qua re ſi veritatem, ſi ſolidas rationes, ſi in vnum quidquid in hac re dici poſſit, collectum aſpicere deſideras, lege miraculum illud noſtri temporis ſanctiſſimam Thereſiam in ſua vita, cap. 12. quæ vti magiſtra, vti experta, vti à Spiritu ſancto edocta & inflamata ſic eleganter, ſic neruosè contra hanc hodiernorum anticontemplationem diſputat; vt nil reliquum ſit quod deſiderare poſſis, ab illa enim accipies quo modo, & qua ratione non ad contemplationem, ſed ad dormitionem iſti deueniunt, quod cum ſit, reſtat nunc vt propriſſimū contemplationis medium ad illam attingendam declaremus, quod nos cum ſanctis Chriſtum meditatum dicimus, & amatum, ſimulque aſſerimus, falſam, ac propè ineptam eſſe propoſitionem illam, & Chriſtiano viro indignam locutionem, Chriſtum ſanctiſſimum ſupernæ diuinitatis impedire contemplationem; vnde audeo dicere, & dico tales nec Chriſtum, nec patrem, nec quid ſit diuinitas cognoſcere: nam, vt cum Apoſtolo dicam, *Si Dominum gloriæ cognouiſſent, nunquam Chriſtum crucifixiſſent*; ſic iſti in via contemplatiua errones, ſi Chriſtum cognoſcerent nunquam talia depromerent, nunquam talibus ineptijs mulierculas, viroſque ignorantes imbuerent. De hac re iterum ſupra homil. 73. tractaui, ſed illud potius declamando; nunc doctrinaliter, vt non ſolum ex diſcurſu falſitas illorum doctrinæ, ſed ex firmis, ac validis etiam appareat rationibus, ad hoc vt omnino à Dei eliminetur Eccleſia. Ob quod nunc ſanctorum authoritate illud probabimus, & ipſa ratione.

Attende ergo ſublimes magiſtros quomodo tibi hanc elucidant veritatem. Ducat Apoſtolus ſanctiſſimus Paulus hoc agmen, qui ad Epheſios 2. num. 18. *Per ipſum*, ait, *habemus acceſſum ad patrem*, quid eſt per ipſum? *Quia homini*, reſpondet Auguſt. lib. 11. de ciuitat. cap. 2. *eſt iter ad Deum, per Deum, & hominem, qui eſt Chriſtus*; at quomodo iter? nunquid quia nos opera docuit exercere iuſtitiæ? Sanè reſpondet Baſil. de Spiritu ſancto cap. 8. ſed non ob hoc ſolum, ſed quia nos illuminat, vt patrem contemplemur. *Non ſolum per viam intelligit, quantum ad opera iuſtitiæ, ad quæ Chriſti vita ducimur, ſed etiam illuminationem ſcientiæ ducentem ad legitimum profectum, ſemper ad interiora feſtinantes, & ad ea quæ reſtant noſmetipſos extendentes, donec perueniamus ad beatum finem, qui eſt Dei cognitio*; Hinc Leo ſerm. 1. de natali Domini. *In aſſumptione*, inquit, *naturæ noſtræ nobis factus eſt gradus, quo ad ipſum poſſimus aſcendere.* Ergo

ad Eph. 2. num. 18. Auguſt.

Baſilius. 46. Chriſtus quomodo via ad patrē;

S. Leo.

gitized by Goc

via ad illuminationem, ergo gradus ad contemplationem secundum sanctos istos vnus est Christus meditatus.

Bonauent. Sanctus Bonauent. sanctis istis in omnibus adhærens addit, prorsus nullam aliam esse viam; vnde in prologo itinerarij mentis in Deum, tractans de Seraphino alato, & per senas alas intelligens senas suspensiones, quibus anima ad contemplationem peruenit, sic ait, *Via autem non est nisi per ardentissimum amorem crucifixi*, & infrà, *Effigies sex alarum seraphicarum insinuat sex illuminationes scalares, quæ à creaturis incipiunt, & perducunt vsque ad Deum, ad quem nemo intrat rectè, nisi per crucifixum: nam qui non intrat per ostium in ouile, sed ascendit aliunde fur est, & latro.* Sanctus loquitur, timeant latrones.

Richard. Victorin. Richard. de sancto Victor. eis se adiungens sanctis in lib. de præparat. animi ad contemplationem cap. 77. exponens illa verba Psalm. 41. *Quis ascendet in montem Domini, emitte lucem tuam, & veritatem tuam*, sic ait: *Sed quid est veritas? quid tu dicis doctor bone, doctor Christe, quid est veritas? Ego sum, inquit via, veritas, & vita. Sequatur ergo veritatem, qui vult ascendere in montem istum, via ardua, via secreta, & multis incognita, quæ ducit ad montis huius fastigia; illi soli vt arbitror sine errore currunt, illi soli sine impedimento perueniunt, qui Christum sequuntur, qui à veritate ducuntur, quisquis ad alta properas securus eas si te præcedit veritas: nam sine ipsa frustra laboratur.* Pende singula, & præcisam Christi meditati necessitatem ad contemplationem ex huius grauissimi doctoris authoritate elicies.

Morosus essem, si quæ Patres sanctissimi de hac re scripserunt afferre vellem, eo vel maxime, quia res satis aperta, & de qua nos suprà etiam egimus; sed nolo vnam prætermittere Susonis

Suson. authoritatem viri sanctissimi, ac miraculis clari, qui in Dialogo quem ponit discipuli cum sapientia diuina cap. 1. circa finem, cum discipulus difficultatem amandi Deum ex ipsius cognitionis arduitate, ac difficultate proposuisset, ac proinde sui notitiam exposceret. *Cum igitur te solum diligi velis, da plenioremtui notitiam, qua te perfecta charitate complectar.* Cui sapientiam sic respondentem inducit. *Processus, siue effluxio rerum omnium, ex sua prima origine Deo naturali ordine à præstantioribus ad infima deducitur; reditus autem in eandem originem fit per inferiora vsque ad suprema; si igitur me in mea ineffabili diuinitate contemplari voles, dubio operæ vt in mea me afflictionibus attrita humanitate nosse, & amare discas; hæc enim est compendiosior ad æternam beatitudinem via;* Quid clarius? in qua authoritate, simul rationem vnicam, & singularem habes Christi meditati necessitatis ad contemplationem, otdo scilicet naturalis rerum: nam sicut dum à Deo descendimus, à sublimioribus incipimus ad inferiora, sic vt ad Deum ascendamus ab inferioribus incipiendum, inferiora Deo propinquiora nulla nisi Christi passiones, nil nisi Christus ipse immediatè; & personaliter Deo coniunctus; hinc ipse solus, ipse necessarius dux, ipse solus magister.

Clement. Alexand. Hinc eruditissime Clem. Alexand. in orat. Catech. post Christum natum ad Dei contemplationem non amplius affirmat assurgendum per inferiora Christo, & ad humanam doctrinam currendum; *Quoniam*, ait, *ipsum verbum ad nos venit cælitus, non est nobis eundum ad humanam doctrinam Athenas, & aliam Græciam, magister omnia nunc resonat, & vniuersum Athenæ, & Græciæ factum est Verbum.* Cui consonans Bernard. serm. 19. in Cantic. pulchrè docet Christum *Bernard.* in cælis super thronos sedentem inde animas docere: *Nam si sessio*, inquit, *significat magisterium, puto illum, qui vnus est nobis magister in cælo, & in terra Dei sapientiam Christum, cum alias quidem vbique attingat propter suam munditiam, specialius tamen istos* (nempe thronos in quibus sedere dicitur) *præsentia, & inde tanquam de solemni auditorio docere Angelum, docere hominem scientiam.* Egregiè, non solum hominem, sed Angelum docet Christus scientiam, dum & si Angeli deum clarè videant, tamen ex Christo nato, passo, humanato, & glorificato ampliorem de Deo accipiunt scientiam.

Videbitis ait Dominus noster Ioan. 1. num. 51. *Ioan. 1. num. 51.* *Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis*; Non intelligo dictum, descendere Angelos supra filium hominis, satis per se intelligitur, quia ipsi in cælo spiritus, filius hominis in terra caro; at quod ascendant supra filium hominis hoc mihi difficile; nodum resoluit Augustin. sermone 40. de verbis Domini tom. 10. *Augustin.* *Quia filius hominis*, ait, *sursum est, & hic est sursum in se, deorsum in suis.* Ergo Christus & sursum, & deorsum, & ideo Angeli supra ipsum descendunt, quia contemplari ipsum in terris desiderant, & supra ipsum ascendunt, quia amplius ex contemplatione eius in terris, eum penetrant in cælo, quia ibi etiam est, vnde edocentur ex Christi magisterio. quid ergo homines? nunquid viles creaturæ dedignabuntur supra filium hominis ascendere, & descendere, quando supremę illæ potestates supra Christum & ascendunt, & descendunt?

At dices verum hoc, immo verissimum, attamen quia Christus & deus, & homo, & caro, qua Deus certè nil impedit, quia ipse est ad quē purus contemplationis intendit obtutus; at verò qua homo, cum vt sic materialitatem quandam præse ferat, certum est radios illos purissimos diuinæ essentiæ non sic in illo posse contemplari; ac si simpliciter, & directè sine illo, quo sensu videtur posse dici Christum contemplationem impedire.

Probant hoc ex August. serm. 188. de tempo- *August.* re, vt diximus, qui est in appendice 61. quasi dixisset August. Christum impedimentum fore Spiritui sancto quamdiu circa ipsum discipulorum affectus, siue obtutus detinebatur. Verba eius, *Non potest ille venire nisi ego abiero, tanquam diceret, quamdiu circa carnem meam occupatur vester carnalis affectus, tamdiu meam diuinitatem non suscipit spiritalis vester obtutus.* Ergo Christi caro impedimentum est ad diuinitatem contemplandam. Ergo & Christus.

Hic Augustini locus, si eius est sermo, vt sup. diximus, sic in omnium ore volitat, vt nulla prorsus sit anus, quæ ipsum ignoret, immò quod non millies, & à magistris audiui spiritualibus, & non equidem infimæ doctrinæ, sic vt & ego simul cum illis, eum esse Augustini sensum pro certo, Augustino nō benè perspecto

46. Ille solus sufficit, non alia exquirenda.

47. Ratio efficax cur Christus meditatus necesse sit ad contemplationem assequendā.

48. Ille solus sufficit, non alia exquirenda.

49. A cælis contemplationē docet.

50. Angeli etiā contemplationem à Christo accipiunt.

51. Præcluditur & explicatur Augustinus.

putaſſem; at quia ſemper Auguſtini mihi magni ponderis extitit authoritas, & ex hoc loco ſuam munire opinionem contrarios vidiſſem, difficiléque reputaſſem contra Auguſt. ſentire, ideo totum me ad veram Auguſtini intelligentiã contuli, nilque minus illum dixiſſe ingenuè reperi; Quapropter ſi nihil illos ſemel ex Auguſt. probare declarabimus prorſus ſine vlla ſuam propalabunt authoritate ſententiam: nam quod ex Leone tradunt ſerm. 2. de Aſcenſ. non amplius vrget quàm Auguſtini locus, de quo mutuaſſe videtur illum Leonem, vt mox dicemus; quod autem Auguſtinus nil pro eis.

Obſeruandum, quæſtionem mouere Auguſtinum, quare Dominus dixit, quando Spiritum ſanctũ promiſit, *nõ poteſt ipſe venire, niſi ego abiero; nam vt ipſe ait, neque enim ſeparabilis eſt à filio Dei Spiritus ſanctus, aut impotens erat eo præſẽte venire à quo non poteſt omnino diſcedere?* Cui dubitationi reſpondet Auguſt. hoc Dominũ dixiſſe, non quod ipſe aliquo modo Spiritum ſanctum impediret, aut diuinitatis obtutũ, ſed quia cum in Chriſto duæ eſſent res humanitas, & diuinitas, & illa à carnalibus, iſta à ſpiritualibus videatur, ideo eis dixit, quod ſi tantum ipſi vti carnales ſiſtere vellẽt in ſola eius carne, nil amplius de illo cogitando, ac ſi purus eſſet homo, ad diuinitatem eius nunquam aſſurgerent, quæ à ſpiritualibus tantum intelligitur; vnde ad hoc vt Spiritum ſanctum capere poſſent, neceſſariũ illis vt prius eum Deum, & hominem intelligerent, per cuius intelligentiã ad ſummã poſtea erigi poterant Spiritus ſancti receptionem. En veriſſimus ſenſus Auguſtini, ex quo tantum abeſt, vt poſſit erui id quod dicunt, quin totum oppoſitũ, dum ad hoc vt capaces eſſent diſcipuli Spiritus ſancti prius illis neceſſarium, vt diuinitatem Chriſti intelligerent, & per illam in Chriſto ad illam quæ puriſſima, & non humanam peruenirent, quæ licet vna, & eadẽ, tamẽ nullo modo voluit Deus, vt prius ſimpliciſſima in ſe apprehenderetur, niſi prius in Chriſto, & cõſequenter in hac vita nulla eſſet Patris, Spiritus ſancti contemplatiua cognitio, niſi prius per cognitionẽ verbi in humanitate. Ergo non ſolum Auguſtinus non dixit Chriſtum ſummam impedire cõtemplationem, quinimmo nullam poſſibilem niſi per Chriſtum, & cum Chriſto; Audi nunc Auguſt. *Sed quoniã, ait, diſcipulis adhuc infirmis, formam ſerui Dominus demonſtrabat, in qua Verbum caro factũ eſt, cauſam vero ſerui, id eſt carnẽ Domini etiam carnales poterant intueri; forma autem Dei in qua non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, nem poteſt niſi à ſpiritualibus cogitari, propterea dixit, non poteſt ille venire niſi abiero, tanquam diceret, quandiu circa carnem meam occupatur veſter carnalis affectus, tamdiu meam diuinitatem non ſuſcipit ſpiritalis veſter obtutus.* Singula pondera verba, & vltima præcipuè, ex quibus clarè deducitur quod dicimus: nam non dixit Auguſt. quamdiu circa carnem meam occuparur veſter carnalis affectus, tamdiu Spiritus ſanctus non veniet, quod equidem debebat inferre; nam quæſtio erat, cur ſi Chriſtus non abſcederet, Spiritus ſanctus non eſſet venturus, ſed dixit, *Tamdiu meam diuinitatem non ſuſcipit ſpiritalis veſter obtutus*; dans ex hoc intelligi; quod ad recipiendum Spiritum ſanctum diſcipulis neceſſe, vt totum Chriſtum intelligerent qua Deus, qua homo, & non ſolum qua homo, qua caro, ſed qua homo Deus, ſed qua caro Dei, per quem & non aliter apti fierent ad recipiendum Spiritum ſanctum. Ergo non ſolum Chriſtus non impedit ex Auguſtino, ſed immo vnicũ ſecundum illum eſt medium ad contemplationem qua Deus homo iunctim; & vt admiteris hanc Auguſtini mentem Spiritu ſancto dictante ſic aſſecuta eſt ſanctiſſima Thereſia, vbi ſuprà in eius vita, cap. 22. vt ſi in ſchola verſata eſſet Auguſtini, ſi literis laureata non amplius diceret. Vnde cum Auguſtini argumentum ex aliorum opinione adduxiſſet, *Traben*, inquit, *lo que dixo el Señor à los Apoſtoles quando la venida dele Eſpiritu ſancto, digo quando ſubio à los Cielos à eſte propoſito*, Hoc eſt quod Chriſti humanitas contemplationem impediebat. Cui argumento ex Auguſtino deſumpto quaſi Auguſtinum vidiſſet ſic eleganter reſpondet, *Pareceme à mi que ſi ſubieran la fee come la tubieron deſpues que vinò el Spiritu ſancto, de que era Dios y hombre, no los impidiera, pues no ſe dixo eſto à la Madre de Dios aunque le amaua mas que todos.* Quid pulchrius? immo quid verius, ſeu quid ad mentem proprius Auguſtini? non viua fide Deum illum, & hominem vt par erat, apprehendebãt Apoſtoli, quid ergo mirum ſi Spiritus ſancti incapaces, non ſic ſanctiſſima Virgo, vt rectè Thereſia. Ergo ſecundũ Auguſtinum non quia humanitas Chriſti Spiritum ſanctum impediret illud dictum, ſed quia fides Apoſtolorum adhuc imperfecta.

Immo nouum quid, & ſubtiliſſimum Auguſtino dignum eripies ex eius ſententia, ſic totum nempe Chriſtum vnicum eſſe medium ad diuinitatis contemplationem, vt ſicut per eius ſanctiſſimam humanitatem ad eius peruenitur diuinitatem, ſic ex eius diuinitate humanata, & non aliter peruenitur ad diuinitatem abſolutam Patris, abſolutam Spiritus ſancti, & eſſentia illa diuina, diuinæque illæ perſonæ nunquam in hac vita per contemplationem quatenus poſſibile intelligerentur, niſi prius Deus homo in Chriſto intelligatur; vnde ſicut vt ſupra diximus humanitas, & Chriſti caro, eſt radix, ac medium ad diuinitatem eius intelligendam, perſonamque eius diuinam, ſic eius perſona diuina humanata, & quatenus in illo homine inſpecta, eſt medium ad ipſam intelligendam diuinam eſſentiam, ipſas Patris, & Spiritus perſonas; ex quo accipies quantum Auguſt. diſtet ab eorum ſententia, quinimmo amplius quàm cæteros dixiſſe, dum non ſolum ipſam humanitatem, vt omnes medium facit ad diuinitatem nudam contemplandam, ſed etiam ipſam in Chriſto diuinitatem, quatenus in humanitate.

Qui etiam eſt ſenſus ſanctiſſimi Leonis Papæ ſerm. 2. de Aſcenſ. quando reddens cauſam cur Apoſtoli tantum lætati de Chriſti Aſcenſione, cum potius mœſti exiſtere deberent, reſpondet, quia ex Aſcenſione, *Totam contemplationem animi in diuinitatem ad patris dexteram conſedentis erexerant, nec iam corporea viſionis tardabantur obiectu, quo minus in id actum mentis intenderent, quod nec à patre deſcendendo abfuerat, nec à diſcipulis aſcendendo diſceſſerat.* Ad cuius ſententiæ intelligentiam adnotandum, quod ſupra dixerat ſanctus Pontifex, nempe ex ſcandalo Chriſti paſſionis ſic conturbari Apo- S. Leo.

stoli, vt *licet tot miraculis confirmati, tot sermonibus eruditi, atrocitatem tamen Dominicæ Passionis expauerant, & veritatem resurrectionis eius non sine hæsitatione susceperant*; quod non sic post Ascensionem: *Nam tantum de Ascensione Domini profecerunt, vt quidquid illis prius intulerat metum, verteretur in gaudium*, cur hoc? quia iam non amplius sicut prius Christum tantum hominem contemplabantur, turbati ex eius passionibus, sed post Ascensionem vt hominem Deum. Hinc & si illum hominem post Ascensionem contemplabantur, tamen non sicut prius *corporea visionis tarditate obiectu, quominus in eius diuinitatem acies mentis insenderent*. Sed toto nisu nil iam eos diuina illa humanitate impediente ratione passionum ad diuinitatem eius assurgebant, quod propè illud est, quod dixit August. Christo nempe vt Deo, & homine simul contemplato non solum non impedire, sed augere diuinitatis contemplationem: nam quando post Ascensionem sic eum contemplabantur Apostoli, non solum à suprema non sunt retardati contemplatione, immo & secundùm Leonem aucti; ex quo vides quomodo nil sanctissimus Pontifex eis fauet, & immerito ab illis adducitur.

52. Christus nõ solum non impedit cõtemplationem qua Deus homo, sed nec qua homo, vt sic.

Sed pergo vlterius ad maiorem nostræ sententiæ confirmationem, non solum Christum non impedire qua Deus homo iunctum, sed etiam nec qua homo vt sic, pro qua re.

Adnoto cum Paul. 1. ad Corinth. 8. num. 6. *Vnum esse Dominum nostrum Iesum Christum*, quid ex hoc? illud, quod quando dicimus carnem Christi, non dicimus carnem huius, vel illius hominis, sed carnem filij Dei; *Corpus enim est*, ait Cyrill. Alexand. lib. 4. in Ioan. cap. 13. *non enim vis hominis cuius caro prodesse quidquam potest; non enim Pauli, aut ceterorum, sed ipsius vitæ, & Saluatoris nostri Iesu Christi corpus in quo deitatis plenitudo corporaliter habitat*; quod si in mente, & præoculis haberent Neotherici isti, nunquam Christum diuisissent, aut partiti essent, loquor de contemplatiuis, non de Theologis, qui ad emendas veritates per partes aliquando, & diuisim Christum accipiunt: nam hoc talium munus est, non contemplatiuorum, non orantium: nam mea sententia (loquor quod experior) impossibile est orando, Christum simul Deum, & hominem non intelligere; ad quid in oratione præcisiones illæ Metaphysicæ? ineptè prorsus ad orationem. Ergo quando dicimus carnem Christi non impedire, de carne illius intelligimus, qui est Filius Dei, qui verbum æternum, qui vnus cum patre Deus, & non de carne cuiuslibet alterius; in quo horum error consistit, sic enim de Christi carne philosophantur, ac si esset cuiuslibet, quis enim hoc patienter sustinebit?

1. ad Cor. 8. num. 6. Cyrill. Alexand.

Enimuero in monte transfigurationis, dum vox patris auditur, neminem discipuli viderunt, nisi solum Iesum, Marc. 9. num. 7. *Et venit vox de Cælo dicens, Hic est filius meus charissimus, audite illum, & statim circumspicientes, neminem amplius viderunt, nisi solum Iesum.* Cur non Mosem? cur non Eliam? Sanè quia isti, vt puræ creaturæ vocem impediunt patris; at non Iesus, qui Deus homo. *Dum loquitur pater*, ait Chrysostomus homil. 10. *in præsenti, illi subtrahuntur duo, & solus Iesus remanet*; Egregiè, solus Christus tanquam nil vocem patris impediens, nullum præbens obstaculum quin minus diserrè audiretur, quia corpus Iesu, quia caro Iesu, non quælibet, vt rectè Cyrill. sed Dei.

Marc. 9. num. 7.

53. Cur Apostoli post transfigurationem solũ Iesum viderunt. Chrysost.

Quod autem non impediat, apertissime probatur, quia diuina illa caro, quatenus Dei, sic viuificatrix est ac ipsemet Deus, immo sic conditiones Spiritus induit diuini, vt & si caro, spiritus quodammodo dici possit; nolo ego loqui, loquantur Patres Cyril. Alex. vbi suprà c. 22. & deinceps, pulchrè hoc educit ex illis verbis Domini, quãdo scandalizati multi de eo quod dixerat Dominus, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* & de illis, *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*, Ioan. 6. sic Dominus eis, *Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius*; quæ illatio ait Cyril. ex hoc fieri potest, ad hoc vt suam carnem manducari, & viuificare posse credieretur? Euidentissima ait Cyril. nam sicut ipsi impossibile iudicabant carnem manducari, aut viuificare posse, sic etiam erat impossibile, vt caro per aëra volitaret; Ergo dum hæc visuri oculis propriis essent, crederent & quod tunc non videbant, nempe carnem suam manducari posse, & viuificatricem esse; *Si enim putatis*, ait Cyril. *carnem meam vitam afferre non posse, quomodo tanquam volucris, in cælum ascendet? quomodo per aëra volabit? hoc enim similiter generi humano impossibile est; quod si præter naturam caro mea in cælum ascendit, quid prohibet ne similiter præter naturam viuificet?* Nil pulchrius, & ad nos illud applicando, si modo humano discurrens, & ad sublimiora, & spiritualia te erigere vis, si cum Dionysio omnia inferiora relinquere corporalia, & spiritualia, ipsosque Angelos, quid? dicam cum summa reuerentia, & ipsam cæli Reginã, quatenus res infra Deum, vt ad ipsum simplicissimus peruenias, cur cum sanctis non excepturabis carnem illam diuinam, *Omnem sensibilem creaturã superantem*? vt dixit sexta Synod. Constantinopolitana canon. 101. quæ quatenus Dei, est viuificatrix, sic vt non solum à te summã non impediet contemplationem, immo augeat magis, & dum illam viuificatricem audis non ex se, sed ex Dei verbo cuius est caro, cur ob tantæ rei reuerentiam non credes quod non intelligis?

54. Caro Christi est viuificatrix, & cõditiones induit spirituales.

Ioan. 6.

Cyrillus.

Sexta Synod.

Audi nunc Tertull. quomodo nos hoc acutissime doceat lib. de resurrectione carnis c. 37. qui super illa verba quæ immediatè post sequitur, Dominus nempe *Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quidquam*; Ex quo loco hæretici resurrectionem carnis negabant, quasi nil profuturam, cõtra argutissime respondens Tertull. aduertit Christũ signanter præmisisse verba *Spiritus est qui viuificat*, quatenus ob id dixisse carnem non profuturam, quando nempe esset sine spiritu; at quia caro Christi erat cum Spiritu Christi, & Dei erat caro, ac Verbi, ideo eam, vt Verbi caro esse simul cum Verbo viuificatricem, quod verbum adiungit, *Deuorandum est auditu, ruminandum intellectu, fide digerendum*; quid pulchrius? Audi eius verba: *Sic & si carnem*, ait, *nihil prodesse, ex materia dicti dirigendus est sermo: nam quia durum, & intolerabilem extimauerunt sermonem eius, quasi verè carnem suam illis edendam terminasset* (scilicet crudam) *vt in*

Tertull.

Digitized by Google

ſpiritu diſponeret ſtatum ſalutis, præmiſit, ſpiritus eſt qui viuificat, atque ita ſubiunxit, caro nihil A *prodeſt, ad viuificandum ſcilicet*, hoc eſt ſi ex ſe ſola, & non quatenus Dei caro. *Exequitur etiam quid velit intelligi ſpiritum; verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt, vita ſunt, itaque ſermonem conſtituens viuificatorem, quia ſpiritus, & vita ſermo, eundem etiam carnem ſuam dixit, quia & ſermo caro erat factus, proinde in cauſam vitæ appetendus, & deuorandus auditu, & ruminandus intellectu, & fide digerendus.* Pulchrè, caro non prodeſt quidquam, ſi ſine ſermone; at quia cum ſermone, hoc eſt cum Dei verbo viuificante, ideo & ipſa viuificatrix, quæ non amplius dici poteſt caro, ſed ſermo, quia ſermo caro factus, quid inde, vt quia caro ex verbo ſermo, ipſamet appetenda venit in cauſam vitæ, vt nos ſimul cum verbo viuificet, tanquam vitæ cauſa; quod profecto etſi impoſſibile alicui vi- B detur, neceſſe eſt, vt auditu illam deuoret non ſolum ore, tanquam quid ſpirituale, & non ad inſtar aliorum carnis ſola carnalis, ruminet non dentibus, ad inſtar aliarum carnium, ſed intellectu ad inſtar ſpiritus, & tandem vt eam fide digerat, & quod non videt, credat: nam Chriſti caro, & ſi caro, tamen in conditiones ſpiritus tranſiit; vnde Cyrill. vbi ſup. illud: *Verba quæ ego locutus ſum vobis, Spiritus, & vita ſunt*, per ſpiritum ipſam Dei carnem intelligit; *Totum corpus ſuum viuificum*, ait, *ſpiritus virtute plenum eſſe oſtendit, ſpiritum enim hîc ipſam carnem nuncupauit, non quia naturam carnis amiſerit, & in ſpiritum mutata ſit, ſed quia ſummæ cum eo coniunctæ totam viuificãdi vim hauſit.* Et quaſi prævidens Cyrill. quod ex hoc ſcandalizari aliqui C poterant, dum carnem ſpiritum factam audiunt, ſequitur: *Nec turbari propter hoc decet; nam qui Domino conglutinatur vnus cum eo ſpiritus eſt, quomodo igitur caro ſua vna cum eo non appellabitur?* Rectiſſimè: caro enim quia Verbo vnita diuino conditiones eius induit, vnde ſicut ipſe ſubſtantialiter viuificus ipſa ex illo, & ſicut ipſe ſubſtantialiter eſt ſpiritus, ipſa licet ſubſtantialiter caro, tamen conditiones induit ſpirituales, ob quod ſpiritus dici poteſt. Vnde ſicut verbum diuinum, quia Deus non impedit contemplationem deitatis; ſic caro Chriſti, quia Dei, radios non obnubilat illos diuinos, immo ex ea, quo ad nos amplius ſplendent, dum & viſibiles per eam nobis fiunt intellectualiter, quod alias prorſus inuiſibiles; in chryſtallo enim illo diuino appa- D rentes, ſic radij ſupereminentiſſimi eſſentiæ diuinæ temperantur, vt ex dono Spiritus ſancti intellectus adiutus poſſit in illos affigere obtutum.

En amice quomodo (ni fallor) ex ſanctis patribus, ex doctiſſimis Theologis, ex ratione ipſa, ex ipſa contemplationis quidditate tibi demonſtrauimus magiſterium hodiernorum contemplatiuorum inane, ac erroneum eſſe; falſiſſimum ſimul Chriſtum Dominum noſtrum contemplationem impedire, quinimmo non ſolum ipſum illam adiuuare, qua Deus, ſed etiam qua homo, cum caro ipſius, quatenus Dei caro viuifica ſit. Quid ergo reſtat, vt hanc concludamus diſputationem, niſi vt quod circa hoc ſanctiſsima ſexta Conſtantinopolitana Synodus decreuit referamus; quæ vt refert Dazain epiſt. Iacobi c. 2. num. 2. §. 5. n. 35. anath. 12. cap. 6. eos anathematizat, qui audent carnem dicere Chriſti non eſſe viuificam. *Si quis non confitetur Dominum carnem viuificam eſſe, anathema ſit.* *Daza.*

Num. 5. *Cum cogitarent infantum occidere infantes, & vno expoſito filio, & liberato in traductionem illorum, multitudinem filiorum abſtuliſti, & pariter illos perdidiſti in aqua valida.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

DIgnos pœna fuiſſe tenebrarum Ægyptios ſuprà dixerat Sapiens, quia in tenebris conſtrixerant carcerũ Dei populum, nunc & aliam aſſignat rationem, quia nempe mentis etiam tenebris offuſcati impium cogitantes conſilium infantes intentarunt occidere Hebræorum; cuius occaſione, & pœnam, quam illis deus (mortem ſcilicet primogenitorum) inflixit, ab hoc verſu vſque ad vigeſimum diſertè pertractat; Quapropter more noſtro antequam ad literæ commentum accedamus, quæ de hac plaga dicenda prius differenda ſunt. Quapropter hîc de ea, vt explicatur apud Exod cap. 10. differemus, deinde ſicut à noſtro ſapiente, iuxta ea quæ ipſe, aut ex certa traditione patrum, vel ex diuina reuelatione ad ea quæ Moſes enarrauit, addidit, horrificas videlicet viſiones, triſtia ſomnia, & cætera, quæ hîc adiungit.

DISPVTATIO XI.

De morte primogenitorum.

PRimo ergo ſtatuendum Deum reuelaſſe hãc Moyſi plagam tunc propè quando tranſactis tenebris facultatem populo Pharao dediſſet, cum interdicto tamen, vt in Ægypto armenta deſererent, Exod. 10. n. 24. *Ite, ſacrificate Domino, oues tantum veſtras, & armenta remaneant, parvuli veſtri eant vobiſcum*, cui Moſes, *Cuncti greges pergent nobiſcum, non remanebit ex eis vngula*, quo iratus reſponſo Pharao, ampliuſque obduratus, indignans reſpondit: *Recede à me, & cane ne vltra videas faciem meam, quocumque die apparueris mihi morieris*, cui Moſes, *ita fiet, vt locutus es, non videbo vltra faciem tuam.* In quo inſtanti per internam Deus reuelationem mortem manifeſtauit primogenitorũ, & Moyſes Pharaoni, à quo vt cap. 11. num. 9. *Exiuit iratus nimis*, ita Dionyſ. Caietan. Lippoman. Abulenſ. & recentiores; in qua re notandum primo Moyſem iratum non ex odio, aut vindicta, ſed ex zelo delicti Pharaonis ad tanta obdureſcentis, & ex charitate occidendorum: nam, vt rectè Abulenſ. in illum locum Exodi, *Carere ira quantum ad talia vitium quoddam eſt, quia non iraſci, aut deteſtari peccata aliena, propinquum eſt ei, quod eſt aſſentiri eis.*

Exod. 10. num. 24.

1. Quando Deus Moyſi plagam reuelauerit Ægyptiorũ primogenitorum.

Ibid. c. 11. num. 9. Dionyſ. Caietan. Lippom. Abulenſ.

2. Contra peccata non iraſci & eis aſſentiri.

Secundò notandum ad doctrinam principum, potentumque, tunc tunc mortem intimaſſe Deum ſui Pharaoni primogeniti, quando ipſe potentia fretus, mortem Dei interminauit ſeruo; quia dum ad vltimum ſuæ deueniunt Prin-

Digitized by Google

cipes dementiæ contra Dei seruos, tunc illos deprimens castigat, & flagellat, *Impietates tyrannorum fert Dominus*, ait Lippom. in caten. *ad exercitium sanctorum aliquousque, nempe donec extrema moliri ceperint, donec sanguinem, & mortem intentauerint; tunc autem proxima eis solet supernenire pernicies, sic itaque Moysem Pharao reijcit, & minatur ipsi mortem si rediret.*

Lippom.

3. Principes demoliuntur tunc quando extrema contra Dei seruos intentant mala.

Caietan. Liranus. Dionys.

Secundo pro certo statuendum, non eodem die reuelationis huius plagæ eam secutam, sed aliquo post tempore, sic Caietan. Liran. Dionys. licet Abulens. in Exod. cap. 11. quæst 5. contrarium contra Liranum teneat, contra quem benè disputat Lorin. infra in hoc. c. n. 14. cum & reditus Mosis in Gessen, & monitio ad populum de ceremonia agni Paschalis, & ipsa præparatio Paschæ, immo & ipsum mutuum, quod exposturarunt ante hanc plagam secutum, vt volunt plurimi, August. quæst. 45. in Exod. Rupert. lib. 2. in Exod. c. 18. Vatabl. Caiet. in cap. 12. Exod. Abulensis, & alij, aliquod expetebant tempus, vnde licet authores citati incertum dicant illud fuisse, tamen probabiliter iudicat Abulens. & si contra Liranum aliter sup. sensisset in eadem quæst. hanc denuntiationem factam nono die primi mensis ab Hebræis olim *Abib*, dicti, post ea *Nisam*; decimo autem sepossuisse Israëlitas sibi agnos Paschales; vndecimo autem vsque ad decimum quartum Israëlitas, eorumq; vxores mutuatos esse vasa argentea, atque aurea; decimo quarto extremo primo Pascha sacrificatum, & agni sanguine super liminaria tincta, postesque portarum, agnumque solemni ritu comestum. Postquæ inchoato decimo quinto die in cuius media nocte primogenita occisa, primo diluculo exierunt Hebræi ex Ægypto. Quæ verissima æstimo, eo vel magis, vt si ad Christi Domini passionis tempus ea adaptes, nil amplius inuenies quod magis quadret.

Augusti. Abulens. Rupert. Vatabl. Caietan.

4. Plaga quo die à reuelatione seuera.

Tertiò, quædam etiam sunt supponenda, quę ante hanc præcesserunt plagam, quæ breuiter attingemus. Præcessit ergo primo, doctrina, quam Dominus Moysi, & Aaroni de esu tradidit agni Paschalis, deque imminente plaga. Secundò, eius à Moyse senioribus traditio; Tertiò, mutuum acceptum; Quartò, agni Paschalis præparatio die decimo; quintò, eius immolatio die decimo quarto; Sextò, domi recluſio post agnum esum in posterum diluculum, ne in Angelos incurrerent exterminatores ea nocte per vicos ambulantes; Septimò, aspersio sanguinis in domorum postibus; Octauò, præceptum de edocendis de his filijs; tandem populi adoratio, Exod. 12. num. 28. *Incurnatus populus adorauit.*

5. Quæ plagam præcesserunt.

His ergo præmissis, & ritè confectis, Hebræis in suis se continentibus domibus, deumque laudantibus, magno simul tremore, ac reuerentia Dei iudicij futuri, sub noctis medio omnipotens sermo à Dei regali procedens throno, & maiestate, statim per Angelorum ministeriũ executus omnes occidens primogenitos, totam repleuit luctu Ægyptum; cuius elegantem Philonis Plagæ descriptionem antequam ad quæstiones accedamus placet primo describere, sic enim lib. 1. de vita Mosis ait: *Tandem accessit extrema pœna decima, superioribus omnibus atrocior, ipsis Ægyptijs morientibus, non tamen omnibus, nolebat enim Deus regionem desertam reddere, quam castigatam tantum voluit. Itaque parcens maximæ turbæ omnis ætatis virorum, atque mulierũ morti addixit solos primogenitos exorsus à maximo natu Regio filio, & in vilissima ancilla pistrinaria filium desinens. Nam circiter noctem mediam quotquot primi patris, matrisque appellationem iucundissimam parentibus attulerunt, & vicissim ab ipsis primi nominati sunt filij, sani, valentesque, nullo præcedente morbo, repentè interierunt ad vnum, vt nulla familia sine domestico luctu inuenta sit; Prima vero luce, cum quisque suos charissimos inopinata nece sublatos videret, cum quibus superiore die suauiter vsque ad vesperam conuixerat, vt in publico luctu grauissima omnium comploratione implenerunt; cum enim nemo esset exors eius calamitatis, vnus erat omnium clamor, vno luctu totam regionem quacunque patebat obtinente, qui tantisper, dum inter priuatos parietes se continebat, singulis aliena mala ignorantibus, priuatus etiam tum videbatur; vbi vero alij didicerint ex alijs, geminabatur comploratio, accedente, grauanteque dolore publico, vt ne consolator quidem existeret, quis enim solaretur alterum, ipse consolatione indigens? Ceterum, vt in tali casu solet fieri, putantes hæc esse maiorum malorum initia, & solliciti de interitu superstitum, fientes conuolabant in regiam, scissisque vestibus suis, Regi causam calamitatis imputabant, dicentes nihil se malipassos fuisse, si Moyses impetrasset quæ petierat, nunc habere se obstinatæ pernicaciæ præmia. Deinde per se quisque certatim hortabatur Hebræos, vt properè tota regione decederent, vel vnam diem, horamque differre longum rati, & insuper periculosum.* Hæc Philo, ex quibus breuiter hæc omnia habe; Primò, causam cur solos primogenitos occisos, ne scilicet desolaretur, quam non desolandam decreuerat Deus; Secundò, generalitatem plagæ, vt mox dicemus, omnes à primo vsque ad infimum occisi primogeniti; Tertiò, tunc occisi, quando amplius valentes, sani, & vegetes; ex quo deduci potest tunc, quando amplius genitoribus chari; Quartò, quod sic inflicta plaga, vt nullus penitus adesset consolator, qui dolorem lenire posset; Quintò tandem, ratio quare illico egressi Hebræi, Ægyptijs eos impellentibus; putarunt enim omnes simul interempturos. En quàm terribilis hæc plaga; de qua multa quæruntur à doctoribus.

Philo.

Primò, per quem immediatè sit illa effecta, si à Deo, an per Angelos, & si ab Angelis, an per vnum, an per plures, & tandem an per Angelos malos, an per bonos.

Primæ quæstionis dubitationem ingerunt aliqua Scripturæ loca, Exod. 11. num. 4. *Media nocte ingrediar Ægyptum, & morietur omne primogenitum*, & rursum c. 12. num. 12. *Transibo per terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum, ego Dominus*, Et iterum num. 29. *Factum est autem in noctis medio percussit Dominus omne primogenitum.* Communis tamen, & verissima sententia est, non per se, sed per Angelos hanc Dominum exhibuisse plagam, patet apertè ex scriptura vbi supra cap. 12. num. 23. dum ait: *Transibit Dominus percutiens Ægyptios, cumque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque transcendet ostium domus, &*

Exod. 11. num. 4.

6. Per Angelos plaga effecta.

Ibid. c. 12. num. 4.

Digitized by Google

non ſinit percuſſorem ingredi domos veſtras, & Chryſoſt. *ledere.* Vnde Chryſoſt. in Gen. monet, *Diuinam* A *maieſtatem ab his operibus, quæ humano more illi tribuuntur, longè ſubmouendam, licet agere dicatur, aut dicere quæ ipſius agantur imperio, vel* *Lippom.* *dicantur.* Vnde rectè Lippom. in caten. in cap. 12. Exod. nobiſcum conſentiens, *Omnia ſiquidem noſtra facimus*, ait, *quibus vt fiant authoritatem, & poteſtatem impertimur*, eadem ſentit Rupertus lib. 2. cap. 6.

Maior difficultas de ſecunda, an vnus, an plures fuerint Angeli; Dionyſ. in cap. 12. Exod. putat vnum fuiſſe, & hanc tam latè patentem cædem, ſi non propria, diuina certè virtute exercuiſſe; propendet in hanc ſententiam ex locutione ſcripturæ, quæ vnum videtur nominare Angelum, vnde in Exod. cap. 12. num. 23. numero ſingulari dicitur *percuſſor*, ſeu *vaſtator*, & *Exod. 12. num. 23.* hîc infrà *durus debellator*; & omnis eius actio B in ſingulari ponitur.

Dionyſ. 7. An vnus an plures.

Hæc ſententia non eſt ita improbabilis, vt impoſſibilem eam dicamus, cum huiuſmodi actionem non ſuperare vim Angelicam pro certo habeam; celeres enim cum ſint pluſquam ipſa cogitatio, efficaces, & in potentia primi per nutum, & voluntatem operantes, quid impedit, vt ſpatio vnius horæ vnum totam percurriſſe Ægyptum non dicamus, ſimulque omnes eius percuſſiſſe primogenitos? certè Pererius in Exod. cuiuſlibet ciuitatis, vel magnæ habitationis vnum fuiſſe Angelum percuſſorem affirmat, hic vero in momento illud efficere poterat, nemo hoc negabit; immo infrà num. 12. in momento illud factum aſſerit Sapiens, dum ait: *Quoniam vno momento quæ erat præclarior ra-* C *tio illorum*; In quo loco Lorinus contra Abulenſ. idem ſentit quod nos, & illud non ſolum de vna ciuitate, ſed de tota terra Ægypti. Ergo multo magis illud aſſereret de vna tantum ciuitate; dicere autem quod ad operandum in inſtanti requiratur virtus infinita, iam eſſet ſuperfluum, cum extra telam ſit; ſi ergo vnus quaſi in inſtanti vnam totam percutere poterat ciuitatem, iunge inſtantia, & perſpicies quod vix conficient horam, in qua & vnus ſimul omnes has percutere poterat ciuitates; ergo impoſſibilis, vt aliqui volunt, non eſt hæc opinio.

8. Plures fuiſſe vera ſententia.

At contrariam æſtimo probabiliorem, tum authoritate Pſalm. 77. vbi plures nominantur Angeli, tum Caietani, & omnium recentiorum, qui illam ſequuntur, vnde Caietan. ſic ait ſuper *Caietan.* illa verba, *Non ſinet percuſſorem, &c. Nihil enim* D *aliud hinc habetur, niſi quod Deus non per ſeipſum, ſed per Angelum, hoc eſt per multitudinem Angelorum occidit primogenita, præſidendo illi multitudini Angelorum, & ordinando ne domos ſignatas ſanguine agni ingrediantur, ordinando inquam tanquam ſi præſens eis diceret, hanc domum intrate, illam vero domum non intrate.* Ergo ſecundùm Caietan. & multi fuerunt Angeli, & Dominus eorum præſidens, quod non placet, potius enim dicerem, Angelum Ægypti præſidem accepto à Deo mandato fuiſſe illis præſidem, huncque ex Domini voce illis diſcretionem domorum imperaſſe, & ſic in concordiam vtramque redigentes opinionem, locaque ſcripturæ, vnus verè fuit Angelus, quia vnus fuit, qui à Deo imperatus reliquis cædem imperauit, & ipſemet etiam eam exercuit in ciuitate regia, & multos etiam fuerunt quatenus ab ipſo imperati reliquas exercuerunt cædes.

Sed an mali, an boni fuerint ſupereſt vt quæramus; at

9. An mali, an boni fuerant.

Primo ſtatuendum cum Perer. vbi ſupr. aliter Deum punire homines in altera vita, aliter in iſta, in altera malos, in inferno per Angelos malos, & hoc rationabiliter, vt ſcilicet ibi tortores habeant, quos hic dominos habere voluerunt, & quibus ſe ſubdiderunt; bonos vero non à dæmonibus, inquit Perer. neque ab Angelis bonis, indignum illud iudicat, non declarat tamen à quo, neceſſe quippe eſt vt dicat immediatè ab ipſo igne virtute diuina in illis agente; vterque modus mihi placet, & omnino dæmones excludo in Purgatorio tortores, quî enim fieri poteſt, vt principes illæ animæ ad Dei gloriam deſtinatæ à viliſſimis crucientur ſpiritibus, indignum profectò hoc, & Dei maieſtati, & animarum illarum apparet dignitati, vltra quod neſcio quid lætitiæ peſſimis accederet dæmonibus, ſi in ſanctis Dei electis, ac prædeſtinatis, & qui iam extra damnationis periculum extant, aliquam obtinerent poteſtatem, & punitiuam vim, & factum ſatis quodammodo putarent, ſi dum eas in infernum trudi non potuerunt, ſaltem ſub ſe aliquando habere, dominiumque in eas exercere, quod omnino concedere non licet; at vero licet hoc ſit, tamen in hac vita certum eſt Deum ſæpè, & per Angelos bonos, & malos, iuſtos, ſiue iniuſtos indifferenter flagellare; ſic Sodomitas peſſimos per Angelos puniuit bonos, & tempore Dauidis ſeptuaginta millia, cap. 21. è contra verò Saül per malum percuſſit Angelum, & quod maius & ſanctiſſimum Iob. Ergo indifferenter in hac vita & per bonos punit, & malos Angelos; Ex quo ſequitur hanc plagam per vtroſque potuiſſe exerceri; vnde.

10. Animæ ſanctæ in Purgatorio non torquentur à dæmonibus.

Prima opinio eſt malos fuiſſe Angelos, ſic Genebrard. in Pſal. 77. num. 49. vbi videtur Dauid illud aſſerere, quatenus appellat Angelos malos, idem in ipſo Pſalmi loco affirmat Liran. ſic etiam Abulenſ. in cap. 19. 12. Exod. quæſt. 48. in fine, Rupertus apertè illud affirmat lib. 2 cap. 3. & 18. *Quamuis dicatur*, inquit, *Dominus Ægyptios percutere, non tamen per ſeipſum percutit, ſed percuſſori ſcilicet Angelo malo poteſtatem dat percutiendi*; immo Hieron. in Iſaiam cap. 14. idem affirmat, *Siniſtræ*, inquit, *quædam ſunt, contrariæque virtutes, venientes vt impleant furorem Domini, gaudentes in aliena iniuria, atque latantes, de quibus in Pſalmis legimus, miſit in eos furorem ira ſua furorem, & iram, & tribulationem, immiſſionem per Angelos peſſimos, ex his eſt & exterminator in Ægypto, qui poſtes agni litos ſanguine non audet intrare.* Idem ſentit Auguſt. in eundem Pſalm. locum, Hugo hic, immo Hebræi hoc etiam ſentiunt, qui ſic in Pſal. illud 77. *Quæ in tenebris immittuntur mala, rectè demandantur malignis ſpiritibus, quoniam ipſi ſunt ſpiritus tenebrarum; hinc aliquo in Pſalmo inſcriptum in ea* (nocte) *repent omnis beſtia ſilueſtris.*

11. Prima opinio malos fuiſſe Angelos. *Genebrar.* *Liranus.* *Abulenſ.* *Rupert.* *Hieron.* *Auguſt.* *Baſil.* *Chryſoſt.* *Theodor.* *Lorinus.* *Nicephor.* *Caietan.* *Euthim.*

Secundam ſententiam, quæ bonos fuiſſe tenet, defendunt Baſilius, Chryſoſt. Theodoret. relati à Lorino hîc, & in Pſal. 77. vbi ſupr. Nicephor. & Caiet. in Exod. Euthim. in illud Pſalm. *Malos*, inquit, *appellat hoc loco, quia pœnas infe-*

Lippom. 12. Vera sententia bonos fuisse.

runt,& supplicia, est Lippomani, & omnes ferè recentiores in hoc conspirant bonos fuisse Angelos, & malos appellari non malitia morali,sed pœnali,sic Perer.

Vtraque probabilis opinio', tamen hæc secunda firmior videtur,cum enim impossibile sit, vt omnes hæ plagæ à dæmonibus sint inflictæ, sed saltem aliquæ ab Angelis bonis, vt quarta cyniphum,in qua digitum Dei Magi prædicauerunt, & primæ in quibus arte dæmonum Magi contra Mosem pugnabant, conuenientius videtur, & ad Dei maiestatem condecentius, vt gloria talium,& similium actionum sanctis, bonis deputetur Angelis, & non malis.Accedit quod in illa nocte simul cum primogenitorum morte accisa sunt omnia Ægypti idola,vt infrà dicemus,quod sine dubio non ab ipsis hoc factum dæmonibus, qui in illis,sed à bonis; Ergo pari ratione & ipsorum primogenitorum mors.

13. Tertia sententia media probabilis. *Paul. Diacon.*

At tertia, & media potest esse sententia, verè plagam inflictam à malis Angelis quoad exercitium,vt sic dicam, attamen cum assistentia,& imperio bonorum; Quapropter vero non dæmones,sed Angelos mortē intulisse,si hoc modo accidit,dici potest; sic narrat Paul. Diacon. lib. 6. c. 2. de gestis Longobardorum sub Agathone Papa, antequam horribilis illa pestis ciuitatem feriret Romanam, visum Angelum bonum, cum malo per ciuitatem incedentem, & iussu boni Angeli malum venabulo ostium cuiuscumque domus percussisse, & quoties percussisset,tot de eadem interi,sse domo, cuius rei monimentum adhuc extat in Basilica sancti Petri ad vincula.Similiter ergo & in Ægyptiorum morte primogenitorum accidere potuit, quod equidem ad decentiam maiestatis Angelicæ valde conducit,vt non per se, sed per vilissimos fœdissimi necarentur tortores. *Holkoth.* Holkoth lect. 200. asserit possibilem esse vnum Angelum malum fuisse exterminatorem, sed quod postea misit deus Angelum bonum, vt malum cohiberet ne similiter exterminaret Hebræos. Sentit ergo simul cum Angelo malo percutiente adfuisse bonum,illum cohibentem à cæde Hebræorum,cur non & mandantem ,& cohibentem etiam à cæde Ægyptiorum, non primogenitorum ? Hæc opinio si alicui placeret,mihi non displiceret; vtramque enim tantorum doctorum in concordiam redigit, & faciliter ex ea omnia loca explicantur scripturæ, & conciliantur, dum aliqua malos illos appellant, aliqua bonos, malos executione, bonos imperio.

14. Quo morbo interempti. *Iosephus. Genebrar. Comestor.*

Sed quo genere morbi eos percusserunt? Iosephus peste interijsse tradit,idem affirmat Genebrard.in Psal.77.num.57.consentit Comestor in historia Ecclesiastica Exod. 25. incertum hoc, vnum tamen firmum eodem mortis genere omnes interijsse.

Secundò quæri potest quem effectum, & quàm acerbum hæc habuerit plaga.

15. Quam acerba hæc fuerit plaga.

Triplicem huius plagæ Doctores assignant effectum; Primò, mortem omnium primogenitorum hominum; secundò, animalium; tertiò, euersionem omnium deorum Ægyptiorum.

Exod. 12.

De primo sic loquitur scriptura in cap.12. Exod. *Cæsa esse omnia primogenita Ægypti à primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio eius*; quia iam grandis in vita patris coronatus eum ipso simul regnabat, vt multi volunt, *Vsque ad filium ancillæ versantis molam*, vel vt alibi, *Vsque ad filium captiuæ, qui sedet in carcere*,quod idem est, nam tales noctu in carcerem detrudi solent, ne effugiant, vt communiter exponunt omnes;ea quàm generalis hæc plaga.

16. Quomodò intelligitur omnia primogenita occisa. *Augustin.*

Dubitatur à multis,quomodo possibile, vt in singulis domibus tunc inuenirentur primogeniti, & si tantum de illis res intelligenda, qui sub cura parentum,& an fœminæ inclusæ.

Augustin. quæst. 44. in Exod. affirmat dispensatione diuina factum, vt in singulis Ægyptiorum domibus primogenita inuenirentur, subscribit Liranus.

Hug. Victorin. Hugo à sancto Victore cum Sà locum scripturæ intelligunt tantum de illis domibus in quibus erant primogenita.

Sà.

Aben Esra. Aben Esra,& idem Sà, nec Perer. contradicit, hyperbolem agnoscunt.

Sà. *Perer.* Abulens. Abulensis vult in Exod. c.12.num.9.si vt non solum intelligatur de primogenitis, qui actu sub cura parentis,sed qui erant,& fuerant,vnde etiã senes mortui,quando primogeniti, immo simul & pater, & filius, quando ambo primogeniti; summopere mihi displicet: nam vt sic quasi in tota Ægypto mortui essẽt patres cum filijs,cum moraliter vix domus esset quam primogenitus non hæreditasset, & sic nullus pater de filio doluisset simul commoriens.

Alij non solum hoc intelligunt de primogenitis vnius parentis, sed vtriusque, si aut plures vnus vxores haberet, aut pluries vxoratus, ex quo infinitæ multiplicantur cædes.

Genebrar. Caietan. Alij vt Genebrard.in Psal.77.num.57.& Caietan.vbi sup.in cap.12. Exod. pro primogenito intelligunt primum, & præcipuum in vnaquaque familia, vnde etiam secundogeniti secundum ipsos comprehendebantur, quando mortuo primogenito in ius primogenituræ successerant,improbat hoc Lorinus hic, & satis rationabiliter,vide ipsum.

Opinio Diui Augustin. (quam etiam sequitur Lorinus) simulque mihi placet,& intelligo per primogenita, quæ tunc sub cura essent parentum,vnaque sub domo manentes, & dispensatione diuina factum, vt in qualibet essent domo primogenita, sicque vniuersalis fuit luctus, dolor acutissimus, & sine vlla explicatur tergiuersatione scripturæ.

17. Fœminæ primogenitę non occisæ. *Abulens. Perer. Lorinus. Salian.*

An autem fœminæ, si ipsæ essent primogenitæ ? nullo modo, licet illud affirmet Abulens. quæst.51. sub medio, Perer. Canracuzen. & alij. sic Lorinus hic, & egregiè illud defendit Salianus ad annum mundi 2544 num. 123. optimaque est illa ratio, quia cum hæc plaga inflicta ob masculorum Hebræorum occisionem quorum fœminæ erant seruatæ,conueniens quippe erat, vt in plaga fœminæ reseruarentur, masculis tantum occisis primogenitis, sub quorum nomine aduertendum etiam vnigenitos intelligi.

18. Primogenita iumentorum omnia occisa. *Caietan.*

Secundo occisa sunt omnia primogenita iumentorum, quod intelligendum secundum Caietan.optimum ex illis. *In primogenitis etiam iumentorum*, ait, *& omnium pecorum intelligi potest optimum, quoque & excellentissimum, quale solet esse primogenitum in vigore naturæ procreatum.* Excipit Perer.primogenita asinum, & fera-

rum, quia cum hæc non in poteſtate Ægyptiorum parum illis doloris afferre poterant, & etiam eorum, quæ vno partu plures generant,
Abulenſ. quia tunc iure carent primogenituræ. Abulenſ. de iſtis vltimis contrarium ſentit; hæc enim percuſſa in pœnam dominorum, & quia tanquam ſi eſſent iumenta filios preſſerunt Iſraël, Dei iuſto iudicio & ipſi, & iumenta perierunt eorum.

Caietan. 19. Omnia etiã idola. Tertiò exciſſa in hac plaga omnia Ægypti idola dicente Domino Exod.12.num.12. *Percutiam omne primogenitum in terra Ægypti, & in cunctis dijs Ægypti faciam iudicia ego Dominus.* Vbi Caietan. *Qualia fuerunt hæc iudicia non eſt ſcriptum, rationi tamen conſentaneum eſt, quod ceciderint, vel deleta fuerint, ſeu comminuta nocte illa omnia ſimulachra deorum in Ægypto, & aptiſſime ſeipſum nominat Deus ſupremum deorum, à quo omnia habent eſſe, à quo omnia pendent in proprijs eſſe, in actione exterminatrice primogenitorum, & deorum Ægypti, vt ipſius prouidentia, ac iuſtitia intelligatur.* Hie-
Hieron. ronym. ad Fabiolam ex traditione illud aſſerit Hebræorum dicens: *Illud Hebræi autumant, quod nocte, qua egreſſus eſt populus, omnia in Ægypto templa deſtructa ſunt, ſine motu terræ, ſine ictu fulminum.* Liran. aliter hanc
Liranus. traditionem refert Hebræorum ſic: *Dicunt Hebræi quod illa nocte omnia idola Ægypti lignea ſubito fuerunt putrefacta & omnia metallica reſolута, & fuſa in terram, & omnia lapidea comminuta in deteſtationem idololatriæ.* Idem affir-
Abulenſ. mat Abulenſ. & præcipuè de Api Deo omnium Ægyptiorum deorum ſupremo.

Ex dictis ergo conſtat omnia hæc in nocte illa periiſſe, cunctaque ſimul primogenita hominum, iumẽtorumque, omnes etiam ſimul deos,
Euſeb. & ſi Artapano credendum apud Euſeb. lib 9. de præparat. Euangel. cap. vltim. plurima etiam templa, immo quod incredibile terræmotu omnes domos; quid terra Ægypti miſerabilius? quid illis infelicius hominibus? quod ſi conſideres abundantis, ac florentis illius Reipublicæ ſtatum, ob peccata ad qualem deuenit miſeriam, proculdubio obſtupeſces, herbas, plantas, campos aſpicies conſumptos, fructus, flores proceraſque crematas arbores, colles, montes, montiumque alta fulminibus percuſſa cacumina, pecora occiſa, armenta necata, ipſos in aquis emortuos piſces, templa tandem, domoſque deſtructas, omnia eiulatu plena, quolibet ſuo deplorante occiſo; quid ergo? Clama, peccato nil atrocius, tot, taliumque origo calamitatum. Merito ergo de hac Moyſes eloquens miſeria, talem affirmat, qualis antea vnquam, nec poſt futura, Exod.11.num.6. *Eritque clamor magnus in vniuerſa terra Ægypti, qualis nec ante fuit, nec poſt futurus eſt.* Maior equidem quàm qui ex Pharaonis, populique ſubmerſione poſtea ſubſecutus vt multis probat Abulenſ. in cap.11. Exod. in
Abulenſ. Salian. Ianſen. citata verba, & Salianus vbi ſup. num 131. ita vt penè Deum omnes ſuæ elaxaſſe iræ habenas dicat Ianſenius in Pſalm.77. num.51. *Iræ quoque ſuæ tum viã fecit*, ait, *laxans omnes ſuæ ſeueritatis habenas, ita vt ſine vllo impedimento, aut retinaculo procederet contra Ægyptios, & iam non amplius, vt in prioribus plagis fecerat parceret animabus eorum à morte, & iumenta quoque eorum interficeret.*

At vt ſemel totam hanc tractationem explicemus, quid myſticè hæc ſignificet plaga paucis aperiendum, 19. Myſticè quid plaga ſignificet primogenitorum.

Auguſt. in lib. de conuenient. decem præceptorum legis cum decem plagis Ægypti, comparat hanc plagam cum decimo præcepto. *Non concupiſces rem proximi tui.* Contra eos inuectus, qui ad hæreditatem aliorum aduolant, procurantes ab ipſis hæredes inſtitui, vel alio aliquo modo, qui in primogenitis percutiuntur, hoc eſt in fide eam amittentes, *Illud valde timẽdum eſt*, ait, *ne tu per occultam, & iniuſtam concupiſcentiam tuam perdas primogenita cordis tui, primogenita cordis noſtri fides eſt. nemo enim benè operatur, niſi fides præceſſerit, omnia opera tua bona, quaſi filij tui ſunt ſpirituales, ſed inter iſtos filios tuos primogenita tibi eſt fides, quiſquis rem alienam occultè concupiſcit, internam fidem perdit.* Terribilis comminatio, ac horribilis concupiſcentiæ effectus; de qua re vide quæ in 1. tom diximus hom.81. 20. Fides per concupiſcentiam amittitur;

Rupert. in Exod.c.17. per primogenita originalia in ſingulis hominibus accepit peccata per immolationem ſanguinis Chriſti ab ipſomet deſtructa. Pulchrè ad quæſitum cur media nocte primogenita occiſa reſpondet. *Videlicet*, inquiens, *vt hiſtoricum etiam exemplum dormitantibus proficeret, atque ad vigilandum eos percelleret, ſcientes, quia quiſquis exemplo Ægyptiorum theſaurizabit ſibi iram Dei, nihilominus exemplo illorum impreuiſam accipiet vindictam.* *Rupert.* 21. Cur primogenita media nocte occiſa.

Origenes per primogenita Ægypti non ſolum intelligit diabolum, eiuſque Angelos à Chriſto Domino noſtro interfectos, ſed omnes hæreticarum authores ſectatum. *Poſſumus etiã*, ait, *primogenita Ægyptiorum accipere omnes hæreticorũ authores, & inuentores falſarũ, quæ in mundo ſunt religionum, quas Chriſtus veritas cum ſuis extinguit authoribus.* Quapropter rectè Rupertus in cap.12. Exod. ſuper illa verba; *Nullus veſtrum egrediatur oſtium domus ſuæ vſque manè*, ſic admonet; *Et hoc nobis vigilantiſſimè obſeruandum eſt, vt vſque manè, id eſt vſque ad finem huius noſtræ nocturnæ vitæ, intra Catholicæ Eccleſiæ clauſtra maneamus, neque per hæreſes, vel ſchiſmata tumultuando foris erumpiſſe quis inueniatur: nam quiſquis fuerit inuentus, reputabitur Ægyptius, & cum Ægyptijs pariter pertranſeuntis Domini flagello percutietur.* Qui ſtat ergo intra ſanctiſſimæ Eccleſiæ domum, videat ne exeat peregrinus, Ægyptiaſque intrando: nam non tantum tunc, ſed etiam nunc durus, & vindex Dei nuncius à ſummo deſcendens cælo ambulat, totamque luſtrat terram occidens, mactans, ac perdens, quotquot extra hanc ſanctiſſimam repererit domũ, quod vt tibi manifeſtiſſime clareſcat, impiorum hæreſiarcharum tum antiquorum, tum recentiorum inſpice mortes. *Rupert.* 22. Impij hæreſiarchæ per primogenita obumbrãtur occiſa dire morientes. 23. Hæreſiarcharum diræ mortes.

Ebion in balneo oppreſſus eſt, Epiph. hæreſ. 30. Montanus, & Maximilla laqueo iniecto ſibi ipſis mortem conſciuerunt, Euſeb. lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.16. Arius inteſtina effudit, Epiphan. hæreſ.68. Neſtorio linguam vermes exederunt, Euagrius lib.1. hiſtor. Eccleſiaſt. c.7. Lutherus poſt lautam cœnam eadem nocte ſuffocatus interiit, Cochlæus in lib. de actis, & ſcriptis Lutheri, Oecolãpadius ad vxoris latus de repentè *Epiph.* *Euſeb.* *Euagr.* *Cochlæus.*

repente ſtrangulatus,idem & Lindanus dialog. 3.pag.310. Oſiander plane mutus horribiliter vt beſtia extinctus eſt,idem Lindanus ibid. Carolſtadius eadē morte interēptus,ac Oecolāpadius ſcripſit Boſius tom.2.de ſignis Eccleſiæ lib.23.c. 3.Buccero animā agenti horrēdus aſtitit dæmon à quo effuſis viſceribus, multiſq; cruciatibus eſt interemptus idē. Caluinus pene infinitis tentus morbis,*cholica,dolore articulorum, calculo, hæmorrhoidibus,febri, aſthmate, hemicranео, pituita,ſanguinis vomitione,demūpediculisvndiq; ſcatentibus exeſus infeliciſſimè interiit*, idē Boſius;Zuinglius tandē Tiguri iudicatus vt proditor,cōbuſtus vt hęreticus,Cochlæus vbi ſup. En quomodo occiſi;nō mirū,quia extra Eccleſiā,ac proinde vt inter fœdiſſimos extincti Ægyptios à percuſſore Angelo, non ſecus ac iſti de quibus noſter Sapiēs hic(vt tandē ad textū accedamus) affirmat ideo interemptos, quia mortē Iſraëlis ſtatuerunt primogenitorum,vnde ait.

Lindanus

Boſius.

A

B

24. Obſtetrices quæ, & quales ac quantæ fuerunt.

Cum cogitarent iuſtorum occidere infantes, vel per obſtetrices,vel per ſubmerſionem; Lorinus hic adnotat de obſtetricibus,illas non fuiſſe Hebræas, ſed Ægyptias, nec ſolum duas, quæ ſolos nobilium filios occiderunt, vt Cajet. vult, ſed plures,& has tantū nominatas, quia cæteris præſtātiores, & ſæpius ab Hebræis vocatæ; quæ omnia deſumpſit à Perer.in c.1.Exod.qui Caietani dictum vocat figmentum, nulla ratione,vel authoritate fultum. Verba autem Caietani ſunt:

Lorinus.

Caietan.

Perer.

25. Opinio Caiet. proponitur, & defenditur.

Non eſt perſpicuum, an duæ iſtæ obſtetrices vice omnium obſtetricum vocatæ fuerint, tanquam præcipuæ, à quibus aliæ penderent, an ſolæ fuerint nominatæ ad extinguendos filios Hebræorum nobilium, & artificum, qui non affligebantur in propriis perſonis circa vilia ſeruitia, ſed hoc ſecundum magis quadrat communi conſuetudini, non enim ſolitum eſt inter obſtetrices eſſe præſidentia,vt alia aliis præſideant,ſed magis conſentaneum eſt,vt quemadmodum viliores afflixit Rex operibus vilibus,ita contra nobiles, & vrbanos Hebræos excogitauerit iſtiuſmodi modum periſtas obſtetrices.

C

Hanc Caietani opinionem, vt diximus, vocat Pererius figmentum, exiſtimatq; ſimul falſum eſſe quod aſſumit nobiliores Hebræorum non fuiſſe afflictos laborioſis illis,ac vilibus operibus, quod probat ex c.5. Exod. vbi principes Hebræorum apparent flagellati ab exactoribus Pharaonis dicentibus, *quare non impletis menſuram laborum ſicut prius?*

Verum (ſic varia ſunt mortalium ingenia) quod figmentum appellat Perer. mihi prudentiſſimum apparet cogitatum,ſic vt Caietani opinio,& Pererij, & eorum, qui eum ſequuntur, ſiue qui eum antecеſſerunt,vt ſunt multi,omnino ſit præferenda, accipe rationes.

D

Prima, quia Pharaonis mens non erat totalis populi Hebræorum deletionis,ſed tantū ſuperabundantis incremēti,vnde ſic ait,Exod. 1.n.9. *Ecce populus filiorum Iſrael multus, & fortior nobis eſt,venite ſapiēter opprimamus eum,ne forte multiplicetur,etſi ingruerit contra nos bellū addatur inimicis noſtris, expugnatiſq; nobis egrediatur de terra.* Multum dixit, fortioré, opprimamus eum,nō deleamus, timet inimicis acceſſionem,& vltimo de terra egreſſum. Ergo nullo modo extinctionē illius deſiderat, dum eius timet egreſſum,& priuationē, viuos volebat, ſed diminutos, fortes ad ſeruitium, non ad dominium; hinc nobiles occidantur,ignobiles, viliſque pretij, ac animi reſeruentur, quod quo medio aptius fieri poſſet,quam obſtetricum nobilium,& inſignium mulierum?

Exod. 1. n.9.

Secunda, omnes conſentiunt inter cæteras rationes, cur & fœminas non iuſſit occidi, ne ſcilicet publicum fieret mandatum ſi omnes interficerentur, ſic Perer. at non fuiſſet publicum ſi indiſcriminatim omnes occidebantur?

Tertia, cum obſtetrices mandatum non obſequerentur Regis, ab illo vocatæ, & obiurgatæ reſponderunt, *non ſunt Hebreæ ſicut Ægyptiæ mulieres; ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & priusquam veniamus ad eas pariunt.* Quod dictum, quaſi quid continens ſingulare, & præter vſum, aut morem eſt accipiendum, quod ad veritatem obtegendam obſtetrices dixerunt,non quod re vera ſic eſſet, cum mulieribus nobilibus ſic præter eſt vſum, vt nullam reperies obſtetricem, nullam quæ habeat ſcientiam obſtetricandi, quod pro inuſitato, & inſolito Regi hæ videntur aſſeruiſſe: nam alioquin qualis eſſet earum excuſatio? neque quid noui aſſeruiſſent. cum quis credat nullas inter Hebræas extitiſſe obſtetrices? at quia hæ inter Ægyptias erant præcipuæ, magnique nominis, ideo à præcipuis Hebræorum vocabantur fœminis, quod vt ſcitum à Pharaone optimum ipſe ratus adinueniſſe conſilium nobiliores extinguendi,vti re vera erat, has accerſiuit,vt non omnes.

Quarta tandē,neſcio quid conuenientiæ hoc habeat cum morte primogenitorum,cur primogenita Deus iuſſit occidi, & non ſecundo, aut tertiogenita,cum plures hi fuiſſent? cur non indiſcriminatim vnum ex qualibet familia? cur tandem ſicut omnes Hebræos Ægyptij, non ſimul Deus omnes Ægyptios fœminis tantum reſeruatis,illas ad aliam applicans gentem,vt iterū coleretur Ægyptus? me iudice apte diceret, quis,quia Pharao,ſimulque Ægyptij non totalem populi intentarunt interitum, ſed tantum diminutionem,& quia primorum,& ſelectorū, ideo par pari reddens iuſtus iniuriarum vltor, non omnes, non quoſlibet indiſcriminatim,ſed primates, & primogenitos Ægyptiorum voluit occidi.

Neque Pererij inſtantia aliquid efficit: nam ibi non affirmatur principes flagellatos,ſed præfectos ab exactoribus Pharaonis ſupra cæteros conſtituti, vt vult Lippom. & ly. *quare non impletis menſuram laterum*, non dictum quaſi per ſe ipſos eam implere tenerentur, ſed per famulos, ſiue operarios quibus præerant; mos enim eſt Scripturæ,vt ſuperiori opus aſcribatur,quod non niſi inferior, & ſubditus exercet, vt in eodem lib. Exod c 12. n. 31. vbi dicitur, *vocatiſque Pharao Moyſe, & Aaron ait, ſurgite*, &c. vbi non ipſe ea illis dixit, ſed per ſeruos miſit dicere,& alibi ſæpe. Ergo non figmentum, non nulla Caietani fulcitur ratione opinio, ſed multis; ad noſtram hæc doctrinam, vt caute de inſignibus, ac Dei Eccleſiæ bene meritis viris loquamur, ne ſi figmenta talibus impingamus, flectores dicamur.

Lippom.

Exod. 12. n.31.

Quod autem attinet ad rem non Hebræas, ſed Ægyptias eas fuiſſe cum communi ſentio,

2. Dei tãtum verba iuramenta. *Philo.*

Iurauit ergo Deus terram ſe daturum Abraham, & ſimul iudicaturum gentes, promiſſum A obſeruauit; cuius tantum verba, vt rectè inquit Philo lib. 2. de legis allegoriar. iuramenta ſunt, iuraque ſanctiſſima. *Ipſa Dei verba, aut, iuramẽta ſunt, leges diuinæ, & iura ſacratiſſima; quod autem vim maximã habeant argumento eſt quod effectu non careas quidquid ille dixerit, id quod iuriſiurandi eſt proprium, vnde conſequitur omnes Dei ſermones eſſe iuramenta per effectus ſuos confirmata.* Nil melius, proprium iuramenti eſt firmare effectum, nil ſimplicioribus Dei verbis obſtare poteſt, quin ſortiantur illum; ergo ipſa Dei ſimpliciſſima ſunt iuramenta verba; & tamẽ cum hoc ſit, more humano ſe accómodans, vt inquit Paul. ad Hebræos 6. quia omne pactũ iuramento firmatur, & omnium controuerſiarum finis eſt iuramentum, patribus iurauit, ac ſi non Deus, ſed homo eſſet, & quia maiorem ſe B non inuenit, nec qui eius fidelitatis, ac eius eſſe teſtis eſſet diuini, ideo ipſemet ſibi factus teſtis, per ſemetipſũ, & non per aliũ iurauit, quod abſque vlla æquitatis litura fieri poſſe elegantiſſimè probat Philo vbi ſup. Deũ ſcilicet ſibi teſtẽ eſſe, cum & ipſe ſimul ſit omnia, & nullus niſi ipſe ſe cognoſcat: *Dicendũ*, ait Philo, *non pugnare cum æquitate, quod Deus ſibi ipſi teſtis eſt, quis enim alius poteſt ei teſtis eſſe idoneus? Deinde quod ipſe ſibi eſt quidquid habetur in pretio, cognatus, familiaris, amicus, virtus, felicitas, beatitudo, ſcientia, intelligentia, principium, finis, totum vniuerſum, iudex, ſententia, conſilium, lex alitio, principatus.* Pulchrè, quidquid in pretio habetur ſibi eſt Deus; ergo niſi per ſemetipſum iurare non poteſt, quia nullus ipſo æſtimabilior.

Suſcepta eſt populo tuo ſanitas, &c. effectus iuramentorum, ſanitas populi, exterminium iniuſtorum, quod omne ad ſuorum prouentum effecit Deus, vnde ſequens ait:

Sicut enim læſiſti aduerſarios, ſic & nos prouocans magnificaſti. Nam puniendo Deus aduerſarios ob Iſraëlis filios, quanto hi honore eſſent digni manifeſtauit, ac ſic illos lædendo, hos magnificauit; hinc elicitur iuſtos ſummo honore proſequendos, nullo modo perſequendos, quia Deus eorum vindex; de qua re vide in 1. tom. Hom. 86.

3. Cur iurat aliquando, & cur per ſemetipſũ.

Num. 9. *Abſconsè enim ſacrificabant iuſti pueri bonorum, & iuſtitiæ legem in concordia diſpoſuerunt, ſimiliter & bona, & mala recepturos iuſtos, patrum iam decantantes laudes.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

DIfferentiam inter Dei populum, & Ægyptiacum ſequitur ex plaga primogenitorũ; nã iſtis plorantibus, & flentibus Dei populus lętus Deo laudes decantabat, Deo ſacrificans, obſeruationem promittens legalium.

Abſconſe enim ſacrificabant, &c. Agni Paſchalis ſacrificium omnes intelligunt, quod in Ægypto celebratum eſt ſub veſperam, intra domos, nullo admiſſo Ægyptio, qui fuiſſet impedimento, ideo ſub ſilentio, & abſcondite illud peregerunt.

Iuſti pueri bonorum, &c. hoc eſt Sancti, veri cultores Dei, Patriarcharum filij.

Iuſtitiæ legem in concordiam diſpoſuerunt, &c. Græca, *diuinitatis legem*, dum ſacrificabant, & in vna eſſent domo, ſpiritu Dei repleti, & gratia excitati diuina deuote, ac feruenter vnanimiter, vniformi conſenſu Dei obſeruantiam legis propoſuerunt; at qualis hæc lex? Oſorius naturalem, ſempiternam intelligit, ad cuius normam ſuam diſponere vitam propoſuerunt; Bonauent. Gloſa ordinar. Hug. Holkoth. legem Phaſe, quam tunc acceperant; Liranus totam legem, quam illis Deus in via poſtea præſtitit; idem Cantacuz. & Lorinus; at Ianſenius, Vatab. Caſtro pro lege accipiunt mala, & bona quæ Deo in poſterũ placuerit illis inferre; quæ ſententia mihi magis placet; ex deuotione enim, & ex magna tam immenſi beneficij apprehenſione, dum prope iam in ianuis egreſſio, & ab Ægyptiaca ſeruitute liberatio, vt in ſimilibus aſ- C ſolet magna repleri lętitia, tanquam grati feruenter ad omnia communiter ſe expoſuerunt ſiue mala, ſiue bona quæ Deus; dum ad terram ipſi properabant Chanaam vt euenirent, permiſiſſet, quam merito Sapiens *iuſtitiæ legem* appellat; cum æquiſſimũ, ac iuſtiſſimum vt ſe illi Deo ſubmitterent, & æquali perciperent animo ſiue bona, ſiue mala eſſent ab eo immiſſa, qui talia, ac tanta pro illis operatus. O vtinam firmiter huic adhæſiſſent propoſito, à quo vix egreſſi retroceſſerũt, ſic loquax eſt homo in proſperis, ſic faciliter proponit quando in delitiis, vt eadem prorſus facilitate fallat in executione.

1. Iuſtitiæ lex vera æquanimiter bona, & mala à Deo accipere. *Oſorius. Bonauẽt. Gloſa. Hugo. Holkoth.*

Similiter bona, & mala recepturos iuſtos, &c. Hæc erat lex diuinitatis, & iuſtitiæ, quam omnes iuſti recipiunt, in hac quippe vita ſemper ad vtraque parati iuxta illud Iob. 2. n. 10. *ſi bona ſuſcepimus, mala quare non ſuſcipiamus?* de quare infrà. *Iob. 1. n. 10.*

Patrum iam decantantes laudem. Græca, *patribus iam præcinentibus laudem*, diuerſimodè hoc à multis intelligitur; primò, aliqui vt cum agnum ſacrificarent primo loco Sanctos Patres ſuos cõcelebrabant; alij quod dum patres, & ſeniores præcinebant, laudes iuniores proſequebantur; alij quod hymnos, & cantica, quæ à patribus didicerant decantabant; quod me iudice verũ; nil aliud innuere volens Sapiens, niſi quod cum ſacrificio, & propoſito Dei legem obſeruãdi, ac animarum præparatione ad bonum, malumve hymnos etiam Deo decantabant, iuxta quod à patribus eos acceperant antiquis. Quapropter bene Holkoth affirmat hos nocte illa totaliter laudi inſtitiſſe diuinæ opere, corde, & D ore; opere ſacrificando, corde iuſtitiæ legem diſponentes, ore Deum laudando. *Holkoth.*

HOMILIA CI.

Bona, malaque æquanimiter à Deo ſuſcipienda.

ENimuero ſpiritu repleti Iſraëlitæ diuino, Deo laudes decantantes non tam ſonorè, quam denotè ex Ægypto egreſſuri, ac de domo ſeruituris, ſic grati Deo pro beneficiis extabant acceptis, vt ne pro illis ſe tantum Deo aſtricti reputarentur, quin ipſam Dei non recognoſcerent dignitatem, animo ſublimi, non ſolum dixerunt Deum ſemper pro Domino ſe recognituros quando bona,

ſed etiam quando mala, quando ſupplicia, æquanimiter bona, & mala ab illo ſe ſuſcepturos profitentes. Vnde vt noſter ait Sapiens, *ſimiliter* ſpoponderunt, hoc eſt æquanimiter, *ſe bona, & mala* ſuſcepturos; magnum equidem ex hoc Chriſtianis, immo magnum & ſpiritualibus hominibus documentum præbentes, vt non ſolum Deũ patrem recognoſcant quando bona eis, ſed etiam quando mala, æquales ſemper, & vniformes in vtraq; fortuna; hoc enim proprium verè amãtium eſt; immo virorum fortium: nam alias mulierum eſt, & viliſſimi animi, bona à Deo tãtum velle ſuſcipere, non verò mala; en tibi vox mulieris, Iob. 2. n. 9. *Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua, benedic Deo, & morere*; vox mulieris non viri, quia teſte Ariſt. lib. 9. de Hiſt. animalium, ſemper amplius ad deſperationem promptæ, impatienter calamitates ferunt, *Mulier magis invida, & querula, & maledicentior, & mordacior, propterea anxia, & deſperans magis, quam mas, atque imprudentior, & mẽdacior, & facilior decipi, meminiſſeque aptior.* Sed pendo, quod hæc non tantũ ex Iobi calamitatibus, quantum ex diuturnitate earum, ac longanimitate, ſpeque Sancti commota, quod præſe ferũt verba illa, *adhuc tu permanes*, hoc eſt etſi expectans te deluſum videas, adhuc permanes *in ſimplicitate*, hoc eſt in innocentia tua. Vnde Chryſoſt. Hom. 3. de Iob. tom. 1. *Quouſque ſedes expectans de die in diem ſalutem tuã*, ob quod vti fatua conſuluit, vt benediceret, hoc eſt malediceret Deum, & moreretur, hoc dixerim ob duo adnotanda; primũ, quod etſi in aduerſis laudanda ſufferẽtia, ac patiẽtia, tamen amplius ſpes firma, ac patiẽs lõganimitas in Deo, ſemper de illo ſperans, nunquã diffidens, etſi tardet, moramq; fecerit, cum non ſic Deus in aduerſis ex patiẽtia honoratur, quantum ex ſpe in ipſum firma, & longanimi, cum patiens non tantũ verũ Deum à falſis ſegregat ipſum ſufferendo, quantum in ipſum ſperando; hincque peculiari ob hoc eum honore afficit, quam ex patientia.

Audi hoc dilucide per Iſaiam, c. 28. n. 16. *Qui crediderit non feſtinet.* In quo loco adnotandũ tunc dixiſſe hoc Dominum, quando Chriſtum eis promittebat, *idcirco hæc dicit Dominus Deus: ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretioſum in fundamento fundatum.* In quibus verbis, ſeu per quem lapidem Chriſtus intelligitur ſecundum Cyrill. Theodoret. & Auguſt. in Pſal. 94. & eſt communis, & ideo tunc Chriſtum promiſit, vt ad meliorẽ ſpem ipſos cõduceret: nam cũ ipſi ſupra dixiſſent, *poſuimus mendacium ſpem noſtrã*; hoc eſt in Idolis; vt ergo in re vera, & ſolida, illam ponerent, nempe in Chriſto, ideo Chriſtũ eis promiſit; at quia Deus erat, qui promittebat, & in quo ſperare debebant, tanquam eius ſpei propria nota, illã appoſuit conditionem, vt qui illud crediderit *non feſtinet*, ſed patienter expectet, ad differentiam ſpei in Idolis repoſitæ: nã merito ab illa decidere debebant, ſi illico non adimplebatur, quia mendax, & in mẽdatio fundata; at quæ in Deo, quia in veritate, ideo longanimiter expectanda, ex longanimitate verum Deum homo à falſis recognoſcens, & ſegregans, ob quod & amplius eum honorãs, quod equidẽ ſic Deo gratum, vt beneficij immenſitate tarditatem recompenſans, ſic bonis ſperantem cumulet, vt prorſus diu expectaſſe non iudicet, ſed aduolaſſe Deum penſitet, *Si moram fecerit expecta eum*, ait Abacuc. 2. n. 3. *quia veniẽs veniet, & non tardabit*, ſi moram facit, vnde non tardare ad rem egregiè, Rupert. *Cum venerit*, ait, *non tanquam tardus aderit, ſed totum præteritum tempus videbitur fuiſſe nimia brevitatis*; exquo elicio ſecundum in ſuſtinentia dolorum, ac malorum, non ſic dæmoni ſufferentiam diſplicere, quantum ſpem in Deo firmam; vnde quod per mulierem indoluit de ſanctiſſimo Iob non tantum patientia, quantum ſpes eius firma euadendi, quam pertæſa mulier, beneficiorum Dei immemor, tanquam animi puſilli, & verè muliebris ex impatientia ſtulta viro conſulens dixit, *adhuc*, &c.

At quid ſanctiſſimus muliebrem animum virili, ac forti retundens ait? *Quaſi una ex ſtultis mulieribus locutaes, ſi bona ſuſcepimus de manu Domini; mala autem quare non ſuſcipiamus?* Pendo primum ly, *quaſi una ex ſtultis*; quid ſtultus; tres Pineda in hunc locum affert acceptiones, omnes ad rem ſatis; primam, vt idem ſit ſtultus, quod à Nabal deſcendit, ac id, *quod vi, vita, humore, ſapore, ſapientia deſtitutum eſt, quod languet, atque marceſcit, & veluti aridum ſolium decidit*; hinc rectiſſimè infert quod ex hoc, qui tales viles, abiecti, nullius animi, nullius conſilij dicuntur, vt pote qui omnes ſuos cogitatus in res contemptiſſimas abiecerunt, ſic Nabal. 1. Reg. 25. n. 25. *Secundum nomen ſuum ſtultus dicebatur*; quia cum tanta bona à Dauid accepiſſet, ſic abiecti, ſic vilis extitit animi, ſic conſilij inops, vt nec paruam benefactori rependere gratiam præſumpſerit: ob quod merito *Nabal*, hoc eſt ſtultus dictus; quid ex hoc? amice, quantum ſentio, illud à Deo tantum bona ſperare, mala nolle accipere, & ad Dei ſeruitutem accedere, quaſi ſemper ad epulas inuitatus, & ad gaudia, hoc cogitare ſummæ eſſe ſtultitiæ, abiecti eſſe animi, nulliuſque conſilij, ac prorſus eſſe hominis vi, vita, humore, ſapore, ac ſapientia deſtituti, cum iuxta Iobi veriſſimum ſenſum, *ſi bona ſuſcepimus, mala autem quare non ſuſcipiamus?*

Secundò, in Scripturis nomen ſtulti accõmodatur ei, qui abiectè de Deo ſentiens ipſum non agnoſcit, neque veram colit religionem, vnde Deuteronomij 32. n. 6. *Populo ſtulto, & inſipiens*, ſic Paul. ad Rom. 10. n. 19. vocat *gentem inſipientem* idololatras, vnde Dauid Pſal. 73. n. 18. *Populus inſipiens incitauit*, blaſphemauit, contempſit *nomen tuum*; quid ergo ex hoc? illud, qui à Deo tantum bona vult, non mala, qui illum benedicit quãdo proſpera, maledicit quãdo aduerſa, ſic de Deo ſentire, ac ſi de Idolo, ſic vile illud iudicare, ac ſi eſſet lignũ, & non ſecus ſe cum Deo haberi, ac cum ſuis Idolis Sinæ, natiõeſq; barbaræ, quæ illa verberant, ac contumeliis afficiunt; ſi quando infauſta eis accidunt, vnde merito tales non Chriſtiani, ſed inſipientes, ſtulti, hoc eſt fere idololatræ dici poſſunt.

Tertiò, tandem ſtultitiæ nomen ad inſigne facinus contra publicam honeſtatem adaptatur in ſcripturis, homine cordato indignum, & prope alienum ab eo, vt optimè adnotat idem author, & educit ex illo, Iudicum 19. n. 25. vbi de præpoſtera libidine dixit ille, *nolite facere ma-*

1. Muliebris animi eſt bona tantũ, & non mala à Deo expectare. *Iob. 2. n. 9.* *Ariſt.*

Chryſoſt.

2. Spes firma in tribulationibus Deum verũ à falſis diſcernit, & plus eum honorat quam patientia. *Iſaiæ 28. n. 16.*

Cyrill. Theodor. Auguſt.

3. Spei fructus immenſitas remunerationis.

Abacuc 2. n. 3.

4. Deus etſi tardat quãdo poſtea aduenit nõ tardaſſe æſtimatur, & cur.

Pineda.

5. Stultus quid.

1. Reg. 25. n. 25.

Deuter. 32 n. 6. | *ad Rom. 10. n. 19.* *Pſal. 73. n. 18.*

Iudic. 19. n. 25.

Imò hoc, ceſſate ab hac ſtultitia; quid ergo? ſi quod ſentiam dicere teneor, à Deo tantum bona expectare, nulla mala, hoc efflagitare, contra ipſum murmurare quando ea infligit, bonitatem virtutis ex proſperitate penſitare, iudicium eſt præpoſterum, & præpoſteræ libidinis nomen meretur, ac prope hominis cordati facinus indignum; vt ex hinc videas quanta ratione dicitur virtutis eſſe hominis æquanimiter bona, & mala a Deò expectare.

5. Mala ſuſtinenda ea ratione quia à Domino immittuntur.

Secundò, adnoto illationis vim, *ſi bona ſuſcepimus de manu Domini, ergo mala etiam*; in quo vis extat illatiua? mea ſententia in verbo illo *Domini*, non à cuiuſlibet manu; quaſi dicat, bona ſuſcepimus, ſed à manu Domini, qui nulli debet, qui gratis dedit, qui bonus eſt, & omne quodcumque vult, ergo cur non ſimiliter mala; quod equidem acutiſſimè obſeruauit Chryſoſt. Hom. 3. in Iob. tom. 1. pendens mala ſic ſuſtinuiſſe Iob, vt nunquam ad præmium ex illis obtutum fixiſſe, ſed tantum ad Dominum à quo ea reputabat, vnde tota eius ſuſtinentiæ ratio, animus, robur non à præmio, non à corona, non à fructu, ſed tantum quia à Domino mala. *Non nouit*, ait Chryſoſt. hoc eſt non attendit, non ſe applicuit, non reflexit, *ſe propatientia coronandum, ſed exiſtimauit eſſe tantummodo calamitatem à Deo latam*. Nil ſubtilius, nilque de Iob excellētius dici potuit, ſic acte enim, ſic profunde de Deo ſentiebat, vt ad tanta, tantaque mala ſufferenda non aliam neceſſariam æſtimaret rationem, niſi quod Deus ea immiſiſſet, ſic ſupremum eius recognoſcens dominium, vt ſimul & in eo ſummam bonitatem, ſic vt ſumma ſit iuſtitiæ, ac æquitatis ratio quod ipſe fecit, Deus flagellat, ſufficit, æquanimiter ferendum, quia Deus eſt, hæc ſumma; quid rationes flagelli inquiris, ſi ob peccata, ſi ob demerita, ſi ob probationē, ſi multa, ſi parua, ſi maxima, ſi ingētia, ſi vt pater, ſi vt iudex, in vltimos ex his deiicies te, & inexticabiles labyrinthos, vis quieſcere? dic; Deus flagellat, ſufficit, quare mala de manu Domini accipere non debemus?

6. Deus totus amandus qua miſericors, qua iuſtus.

Adde ad hæc, quod non ſolum ex hoc libenter, & æquanimiter mala à Deo illata ſufferre debemus quia Deus, quia Dominus, quatenus vt ſic ſummam contineat bonitatem, ſed quia quatenus ſic diligi, ſic amari à nobis debet, vt totum eum amemus, non per partes, ſic eum diligentes qua miſericors, qua profuſus, qua bonus, vt etiam qua iuſtus, ſponſum diligentes, *candidum, & rubicundum*, Cantic. 5. n. 10. candidus ex miſericordia, rubicundus ex iuſtitia, vt optimè Guiſlerius, vnde ſic ſui eſſe debemus, non noſtri, vt quod omnino ipſe ſolus ſuperexaltetur velimus, vt in nobis non ſolum eius bonitas, ſed etiam iuſtitia elucceſcat, quatenus peccata noſtra impunita non relinquat, vt eius omnino ſatisfiat iuſtitiæ. Audi Dauid Pſalm. 100. n. 1. *miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*; quid eſt cantabo? niſi hilariter præcinam in te non ſolum miſericordiam, ſed iuſtitiam diligens, vnde Auguſt. *Nunquid iudicium Dei tantum formidandum eſt, & non amandum?* amandum etiam, quatenus etſi mihi pœnale, Deo tamen glorioſum. Quid ergo iniqui vellent Deum non eſſe, ne iudicem ſuſtinerent, qui eorum caſtigaret delicta; at iuſti amantes, & ob hoc maximè Deum volunt, vt in eis ſua puniat delicta. Sed pergo cum Dauid; miſericordiam ergo, & iuſtitiam in Deo diligebat; at quando? ſane, quando innocens, quando purus, quando immaculatus, vnde ſequēs ait: *Pſallam, & intelligā in via immaculata, quando venies ad me, per ambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ*; ſed nunquid ſemper Dauid iuſtus? immo ait, Titelman. in hunc Pſalm. & peccator aliquando, & grauis peccator; vnde rectè ipſe: *Non iſta ſic accipienda ſunt, quaſi per omnem vitam ea Dauid obſeruauerit, quaſi nunquam fuerit tranſgreſſor; ſed accipienda ſunt, vt ab eo pronuntiata, cum in bono eſſet propoſito, & in bona conſcientia, quando nullius ſibi erat facinoris conſcius.* Ergo iuſtus quando miſericordiam, & iudicium ſimul cantabat; ſed ſi peccauit, cur iudicium non extimeſcebat, cur illud non reformidabat? ſane amice, ea de cauſa, quia totum Deum diligebat Dauid, non à per partes, & ſic miſericordiam, ac iuſtitiam amabat; vnde etſi ſciebat ſua Deum in ipſo vindicaturam peccata, tanto in Deum ferebatur amore, vt ob lætitiam vindicatæ iuſtitiæ, etſi in ipſo, præcinebat, gaudebat, canebat, & ne ſomnium tibi hoc appareat, puraque ſpeculatio. Noui ego ſanctiſſimam animam, ſic ex iuſtitia Dei aliquando hilareſcere, ſic totam madefieri ex ſuauitate, quando vindicaturum Deum ſua recogitabat peccata; vt quaſi timens ne aliquorum Deus obliuiſceretur, in memoriam ei reducebat delicta, cum lachrymis obſecrans, vt eorum recordatus ſeuere puniret; ſic animæ ſanctæ, ſic iuſti Deum diligunt, ſic toti in ipſum feruntur, vt penitus ſui obliti nil ſit in Deo quod non ament, quod non diligant, etſi iudicium; vocet ergo rectè Sanctus Iob vxorem ſtultam, nullius animi, ac veri Dei cultus neſciam, dum tantum bona à Deo expetebat, mala autem ſuſtinere nolebat, dicatque ei vir ſanctiſſimus, *ſi bona de manu Domini ſuſcepimus, cur non mala*? Dominus eſt, qui percutit, ſufficit; hæc ſumma patientiæ ratio.

Titelm.

8. Deus æquus non eſſet cenſor ſi tantum bona non mala conferret etiam iuſtis.

Sed vlterius, ex altera pendo radice vim ſanctiſſimi illationis, ex iure nempe æquitatis diuinæ; non enim eſſet Deus æquus rerum æſtimator, ſi tantum bona, non autem mala, & tribulationes conferret; vt ex hoc videant, quam ſine ratione ſcandalizantur, ac obmurmurant peccatores, quando iuſtos tribulari aſpiciunt, iniquos vero proſperari; iniquus, vt ſic dicam, eſſet Deus, ſi illos non affligeret, & hos non proſperaret; ob hoc pendo illud quod Abraham, Luc. 16. 25. Lazaro, *Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala*; vbi adnoto non dixiſſe Abrahamum, *accepiſti*, ſed *recepiſti*, non donationem, ſed retributionem oſtendens, non ex gratia, ſed ex iuſtitia, quaſi in hac vita, & diuiti ex iuſtitia reddita bona, Lazaro mala, ſic vt Deus iniuſtus, ſi diuiti non bona, Lazaro non redderet mala; at vnde hoc? rectè Chryſoſt. Hom 67. ad populum Antioch. quia nullus eſt ſic malus, vt aliquod non agat bonū, & nullus ſic iuſtus, vt aliquod nō perpetret mālum; *Nec poteſt malus*, ait Sanctus, *omnino malus eſſe, ſed euenit, vt aliquid habeat boni; neque bonus eſſe omnino, ſed & nonnulla ſolet habere peccata*; quid ergo ex hoc?

Luc. 16. n. 25.

Chryſoſt.

Guisler.

Pſal. 100. n. 1.

Auguſt.

7. Dei iudicium non tātum formidandum quantum etiam amandum.

illud, *Vt* (ſequitur Sanctus) *illorum pauorum retributionem bonorum hic capiens, illic deinde puniatur; ac iuſtus hic pœnas luat, vt peccatis omnibus depoſitis probatus migret.* Quod probans ex verbis Abrahami adductis ponderans ſicut nos non dixiſſe *accepiſti*, ſed *recepiſti*, ait: *Cum enim dixeris, recepiſti, non accepiſti, oſtendis ambos ex debito paſſos, & hunc quidem in felicitate, illum autem in ærumnis verſatum.* Ergo ex iuſtitia diuini bona, Lazaro mala, quia ille aliqua bona, Lazarus aliqua effecit mala, nonne ergo ſi ſemper Deus Lazaro bona, peccata illa, etſi leuia non puniens iniuſtus eſſet? & ſimul, nonne qui hoc ex Deo requireret, & talem Deum expoſceret, ſtultus ſimul inſipiens, ſtolidus, ac nullius eſſet iudicij? ſane; ergo dum homines querentes bonos aduerſa pati, & dum aliquis ad Dei ſeruitutem accedens reputat bonis ſemper frui, appella eum ſtultum: nam vt ſanctiſſimus ait Iob, ex æquitatis iure non ſolum bona, ſed etiam mala de manu Domini accipere æquanimiter debemus.

Sed vlterius ex alio capite hanc æquitatis pendo rationem; non enim ſolum bona, malaque à Deo æquanimiter ferre debemus, quia ipſe iuſtus, ſed etiam quatenus ſocietatem cum ipſo ineuntes, & veluti ſocietatis contractum; non ſolum enim lucra, ſed etiam iacturas ſufferre debemus; qualis enim illius contractus ſodalitatis iuſtitia, in quo vnus tantum ſubire vult lucrum, iacturam verò minimè? inauditum eſt hoc, inſolens quid eſſet, ac prorſus præpoſterum iudicium; amice, duo eſtis ad vnam vitam lucrandam æternam à Deo, Chriſtus ex vna parte, tu ex altera, contractum inis cum illo ſocietatis, quid ergo? nunquid ſolus Chriſtus vis iacturam ſubeat, & à Deo illata mala; tu autem ſolum lucrum, nullum malum, & quod poſtea ſic coroneris ac ille, erras, audi ex Apoſtolo Dei firmam ſententiam ad Rom. 8. n. 17. *Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei; ſi autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti;* Hilareſcis ex hoc', tripudias, gaudio exultas, dum Deo atteſtante, Spirituque eius Sancto intrinſecus audis te Dei filium, eius hæredem, Chriſti cohæredem? bene, ſed ne vane hoc forſitan reputares, & ad effectum filiationis, & hæreditatis te peruenturum, nullam ſubeuntem iacturam, audi conditionalem, *ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur; quod eſt dicere*, ait Remigius, *tunc merebimur cohæredes Chriſti in gloria eſſe, ſi talia patimur pro amore eius, qualia ille pertulit pro nobis imitantes eius dilectionem, & paſſionem.* Quid ergo reputabas cohæredem futurum Chriſti, & ſimul cum illo conglorificari; attamen non iacturas cum illo ſubire, iniquè certè hoc expoſtulas, immo ſtultè illud penſitas? nam ſic æquanimiter te ad ſeruitutem Dei accedens parare debes ad mala, bonaque perferenda, vt ad inſtar Chriſti cum quo ſocietatem iniiſti à Deo & bona, & mala ſimiliter feras, qui, vt te doceret non ſolum mala in hac vita, ſed etiam bona voluit à patre accipere, vt ex æqualitate receptionis eius, tu eam quam patri deberes ediſceres, ad quod probandum.

Adnoto, propè paſſionem, quando extrema paſſurus erat mala, extremum etiam admiſiſſe gaudium, extremam gloriam: nam paulo antè illam & tranſiguratus eſt, ſummum recipiens gaudium, & in eadem ipſa paſſionis hebdomada vt Rex, vt triumphator, vt Dominus, vt Dei filius voluit recipi cum ramis, palmis, & cantibus; quod profecto, vt adnotat Chryſoſtomus Hom. 67. in Math. vt apud Diu. Thom. in Caten. nunquam antea fecit, audi verba: *Nunquam autem antea Dominus ſibi adhibuit miniſteria iumentorum, nec rarorum virentia circa ſe ornamenta conſtituit, niſi modò, quando Hieruſalem vt pateretur aſcendit*; cur ergo hoc tunc fecit, & non antea? vt prophetias impleret, reſpondit idem Sanctus, & ſimul vt nos inſtrueret; *Hæc autem faciebat*, ait, *non vt ſe hac pompa oſtentaret, ſed vt prophetiam impleret, & vitam noſtram inſtrueret*; at qualis erat hæc inſtructio? dicat illam Bernard. Serm. 3. de ramis Palmarum, vt nos doceret ſcire, abundare, ſcire iniuriam pati, vt æquanimiter à Deo accepto omnia habentes, æquales ſemper in vtraque fortuna bona, & mala à Domino excipiamus. *Primaſquidem die gloriam ſuſcipere dignatus eſt humanam*, ait Bernard. *& cum ingenti quodam tripudio, & exultatione vniuerſa terra Hieroſolymam non properit, vt hactenus conſueuerat pedibus, ſed immento vectus intraret;* Quod admirans Sanctus, pendentique alias talem gloriam Chriſtum recuſaſſe fugiendo, vti quando ad ipſum veniebant, *vt raperent, & facerent eum Regem*, ſic reſpondet, hoc ſcilicet non eſſe admirandum; *nam decebat Pontificem noſtrum tentari per omnia, vt tanquam verus homo, & proſpera, & aduerſa opportunè ſuſciperet, & vtrarumque rerum in ſe ipſo nobis ſalutare præberet exemplum.* Egregiè, fugit honorem, quando decuit, accepit, quando opportunum, & tunc opportunum, quando circa paſſionem, vt nos doceret, vt ſicut ipſe honore eleuatus non ſpreuit paſſionis dedecus, ſic patrem amans ob honorem, ac ob paſſionem æquanimiter malum, & bonum ab illo accipiens: ſic nos qui cohæredes cum illo conglorificabimur, ſi compatiemur, hoc eſt ſi ſimul cum illo ad lucra, & ad iacturas ſtabimus, vt ad inſtar ipſius, qui vt inquit Bernard. *Notum omnibus fecit, quia ſciebat maxime abundare, & penuriam pati*; pariter & nos ſciamus cum illo, & abundare in bonis, & iniuriam pati in malis, æquanimiter à Deo bona, & mala ſufferendo; quia rectiſſimum eſt, vt ſi bona de manu Domini ſuſcipimus, ſuſcipiamus etiam & mala.

Adde ad hæc & aliam efficaciſſimam rationem: nam alias nec efficaciter nos Chriſtus redemit, niſi cum hac conditione, vt ſcilicet cum ipſo ſimul compatiamur. Audi Paul. ad Coloſſ. 1. n. 24. *Gaudeo*, ait, *in paſſionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* Vbi per paſſiones notandum non Pauli, ſed Chriſti intelligendas, quaſi dicat Paulus, vt eſt communis expoſitorum ſenſus, Theophylact. Oecumen. Anſelm. & aliorum, patior libentiſſimè, quia pro vobis, quia ſic patiendo adimpleo ea, & ſufficio quæ paſſionibus Chriſti deſunt, ad hoc vt efficaciter corpori eius, quod eſt Eccleſia applicentur.

At quid erat illud, quod paſſionibus Chriſti deerat? ſane omnes prorſus expoſitores noſtra

ad Rom. 8. n. 7.

Remig.

Chryſoſt.

Bernard.

Theophyl. Oecumē. Anſelm.

9. Bona & mala à Deo æquanimiter ſufferre debemus ex cōtractu ſocietatis.

10. Chriſtus ad ſuos infirmādos bona, & mala voluit à Patre accipere.

11. Cur ante paſſionem pomposè voluit Hieruſalem ingredi.

12. Chriſtus nos redemit conditionaliter, vt ſimul cū illo patiamur. *Ad Coloſ. 1. n. 24.*

cooperatio, noſtra ſimul ſufferentia: pro qua re adnotandum cum Cornelio, Paulum non ſolum loqui de paſſionibus Chriſti, quas paſſus eſt in ſuo corpore, ſed etiam quas pati voluit etiam in corpore myſtico, quæ eſt Eccleſia, quas omnes paſſiones ſuas fecit, & cum omnibus ſigillatim pati voluit; Audi Auguſt. Pſal. 61. vbi inter alia multa, *Patitur Chriſtus*, ait, *in membris ſuis, ideſt in nobis ipſis, ad communem hanc quaſi rempublicam; nam quiſque pro modulo noſtro exoluimus, quod debemus, & pro poſſe virium noſtrarum; quaſi canenem paſſionum inferimus, pariteria plenaria*; vbi per paritoriam ſecundum Diuum Thom. intelligitur, *vas, vel domus vbi pariter multa inferuntur*; ex quo Doctores Thelogi colligunt theſaurum Eccleſiæ non ſolum conſtare ex meritis Chriſti, ſed etiam Sanctorum; de qua re vide Bellarm. tract. de indulgentiis lib. 1. c. 3. Suarez tract. de ſuffragiis ſect. 1. tom 4. Ergo licet paſſiones Chriſti, vt ſic quoad ſufficientiam pro omnibus ſatisfecerunt, & quoad hoc ſolus Chriſtus ſit paſſus, & ſolus opus peregit redemptionis, tamen quoad efficaciam, & applicationem paſſionibus ſuis & noſtram adiunxit, ſic vt verè quoad efficaciam cooperatores per noſtra opera (pœnalia præcipuè) Chriſti redemptionis ſimus: nam licet ipſe ſolus quoad ſufficientiam pati voluit, noluit tamen quoad efficaciam (quia ſic prorſus decebat) vt ſine noſtra peculiari ſatisfactione opus conſummaretur noſtræ redemptionis. Hoc ergo erat quod adimplere ſe dicebat Paulus, nempe paſſiones ſuas ſimul cum paſſionibus Chriſti adiungere; ſic vt non ſolum pro ſe, ſed etiam pro Eccleſia ſatisfaceret, ſuam illi præbendo ſatisfactionem. Quod cum ſit, & diuinæ lege infallibili prouidentiæ ſtatutum, vt ad noſtram ſalutem neceſſariæ ſint cum Chriſti paſſionibus & noſtræ etiam; quid ſtultius cogitari, aut præſumi poteſt, quam bona à Deo velle; mala autem omnino refutare? & quod Chriſtus ſolus mala ſuſtineat, nos autem tantum bona, ſi conglorificari volumus cum illo, cur etiam non & compati? eo vel maximè: nam vt rectè adnotat Suarez, hoc Deus effecit, vt ſummo nos inſigniret honore, quatenus ſcilicet per tales ſatispaſſiones corredemptores cum Chriſto quoad efficaciam dicere poſſemus; *Nam licet ſola pœnæ, quas Chriſtus paſſus fuerat*, ait Suarez vbi ſup. *ſatis eſſe potuiſſent, tamen ad maiorem ſanctorum perfectionem, & charitatis communicationem voluit Sanctorum ſatisfactiones ſuis adiungi, & Eccleſiæ prodeſſe.* Quid illuſtrius excogitari potuit? nonne ergo abiecti, ac viliſſimi eſt animi aliud deſiderare, aut quod mala Deus inferat, ſiue exigat obmurmurare? rectè Origen. Hom. 3. in Exod. *Nemo ita*, ait, *inerditus diuina ſit diſciplina, vt flagella diuina perniciem putet, vt verbera Domini pœnalem credat interitum.*

Adde ad hæc quod ſi tantum bona ſemper à Deo, mala autem nunquam homo acciperet, vnde eum vnquam vt Dominum recognoſceret? cum non ſic ex beneficiis Deum homo Dominum agnoſcit, ac ex flagellis, & quando potenter à Domino percutitur; *Quis eſt Dominus*, dixit ſuperbus Pharao ad Moyſen, Exod. 5. n. 2. *vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam*; iuram hunc regio amice, tum faſtu, potentia, dominatu, plenum diuitiis, ac fortuna negaturum alium hominum recognoſcere, immo & alium Deum; vnde licet Moyſes illi non ſimpliciter dixiſſet, *Dominus dicit*, ſed *Dominus Deus Iſrael*, noluit Dominum recognoſcere, quia nolebat Deum; at ſine vt tangat eum Dominus, ſine vt eum percutiat, & impleat domum eius, cubiculum, ac ſtratum ranis, & aſpicies quod illico clamat humilis, *orate Dominum vt auferat à me ranas, & dimittam populum*, Exod. 8. n. 8. Sic potentia ſunt cum homine flagella; ergo ſi Pharao non eſſet percuſſus, Dominum non recognouiſſet, ſed tunc recognouit, quando flagellatus; *vides quid agit cruda ſuperbia?* ſatis ad rem ait Origen. vbi ſup. *Donec in laboribus hominum non eſt* (Pharao ſcilicet) *& cum hominibus non flagellatur, tenet eum ſuperbia; at videbis cum paulo poſt quantum proficit in flagellis, quanto melior verberatus efficitur iſte, qui modo dicit, neſcio Dominum, poſtea cum vim ſenſerit verberum dicturus eſt, orate pro me Dominum.*

Nec hoc admiraberis: nam non ſolum homo per flagella Deum Dominum recognoſcit, non aliàs recognoſciturus: nam & hoc etiam cum dæmonibus aduenit. Iſti enim dum in cælo, dum in ſumma felicitate, dum omni pleni gaudio, dum ſumme felices, quid? potuit ne cum illis Deus, vt Chriſtum Dominum recognoſcerent, vt Dei filium, vt talem ibi eum confiterentur? minimè quidem; at ſine, vt veniat Chriſtus eos flagellans, & torquens, & aſpicies quomodo illico Dei filium eum prædicant, recognoſcunt, obſecrant, & obediunt, Math. 8. n. 29. *Occurrerunt ei*, ait Euangeliſta, *duo habentes dæmonia, & clamauerunt dicentes: quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei?* vnde nunc vobis peſſimis talis cognitio, ſiue confeſſio? nunc Ieſum filium Dei recognoſcitis, nunc illum vt Dominum rogatis; *Dæmones autem rogabant eum*, ait Math. *ſi eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum*, quomodo nunc ſic, dum quando in cælo ſic tenaciter noluiſtis? amice, ob flagella, *veniſti ante tempus*, dixerunt, *torquere nos*, torquebantur, flagellabantur, ideo & Ieſum vt Dominum tunc recognoſcebant; audi de hoc eundem Origenem, *Video in Euangelijs*, ait, *quomodo verberatus emendet hanc vocem?* ſcilicet dæmon cuius figuram gerebat Pharao ſecundum Origenem, *ſcriptum eſt enim, quia clamauerunt dæmones ad Dominum, & dixerunt, quid veniſti ante tempus torquere nos, ſcimus te qui ſis, tu es filius Dei vivi, vbi tormenta ſenſerunt, ſciunt Dominum.* Egregiè, tunc Dominum ſenſerunt, quando flagella, & non ante; vt ex hoc intelligas, ſi Deus hominem nunquam flagellaſſet, nunquam ipſum vt Dominum recognouiſſet, immo nec recognoſceret; quid? nonne ſic? accede ad peccatorem, roga, obſecra, inſta opportune, importune, vt peccatum dimittat, vt occaſiones euitet, vt Dominum formidet; quid proficies? prorſus nihil; at ſine vt tangat eum Dei manus, vt flagelletur, & vide an ſtatim Dominum recognoſcens, ad illum accedat; quod cum ſit, quid obſtupeſcimus, ſi nobis Deus non ſolum bona, ſed etiam mala conferat? etſi nobis incumbit æquanimiter & mala, & bona à Deo ſufferre.

Cornel. 13. Paſſionibus Chriſti quę dicantur deeſſe.

Ibi. c. 8. n. 8.

Bellarm. Suarez.

Origen.

14. Cooperatio noſtra neceſſaria ad efficaciã paſſionum Chriſti.

15. Summus hominis honor ſatis pati, & cur.

Suarez.

16. Homines vt fiunt cũ Chriſto corredemptores per propias ſatis paſſiones.

Origen.

17. Mala neceſſario inferenda vt Deus Dominus ab hominibus recognoſcatur.

Exod. 5. n. 2.

18. Immo vt & à dæmonibus.

Math. 8. n. 29.

Origen.

19. Sancti ita labores & tribulationes desiderant, vt nec post mortẽ sine eis esse appetant.

Hinc ipsimet Sancti hoc cognoscentes, sic dum Deo seruiunt tribulationes non horrescũt, A sic in eis lætantur ad confusionem quippe carnalium hominum, vt in via Dei defatigari, ac premi sic appetant, vt nec mortui requiescere quodam modo desiderent. Morti proximus Iacob, Genes. 47. n. 29. Ioseph filium suum aduocauit, magnoque sacramento adiurauit, vt mortuo ipso ossa transferret in Chanaam: *Genes. 47 n. 20.* *Pone manum tuam in femore meo, & facias mihi misericordiam, & non sepelias me in Ægypto, & auferas me de terra hac.* Mirum hoc, cum ibi filij, nepotes, omnisque eius cognatio; non sic Ioseph filius, qui moriens ossa tunc voluit asportari, quando fratres ex Ægypto, Genes. 50. n. 24. *aportate ossa mea vobiscum*, vnde ipse *conditus aromatibus repositus est in loculo in Ægypto*; Rupert. ad gratitudinem Iacob, ad de- *Ibi. c. 50. n. 24.* *Rupert.* uotionem, ad respectum, & honorem diuini B doni illud refert, quatenus cum Deus Iacob terram illam promisisset, tanti eam fecit, vt etsi mortuus, voluerit in ipsa sepeliri, ossibus saltem semper Deum venerans, gratumque se exhibendo; *Quid autem Patriarcha tantus*, ait Rupert. *cinis cali, cui viuenti totus mundus exilium fuit, tantopere de corpore suo curauit, & serio scire voluit, quo loco puluis in pulueres, & cinis reuerteretur in cinerem? videlicet quia terra promissionis donum erat Dei, donum autem Dei qualecumque sit sine caleste, sine terrenum, pro honore, vel charitate dantis pretiosum est, & esse debet in oculo sapientis.* Vera ratio, ex qua & illam educere possumus, cur scilicet Ioseph illud non mandauerit, sed voluit in C Ægypto sepeliri? vt scilicet Ægyptij beneficiorum eius non obliuiscerentur, dum ossa inter ipsos extabant, ac proinde grati bene cum fratribus se haberent, quod si aliter, in iudicium ipsa eius ossa aduocarent, quod & fecit; quam rationem tradit hic Peter. & colligi potest ex Chrysost. dum affirmat ideo Iosephum mandasse ossa transferri, *ne ex beneficijs acceptis ipsũ pro Deo Ægyptij haberent.* Ergo ambo tam pater, quam filius in hoc facto gratitudinem tibi inculcant, vt eam non solum viuus, sed etiam mortuus exerceas, in iudicium tibi ipsa reducenda dona, si ingratus existes, vt optimè collegit Rupert. vbi sup. pendens ex gratitudine Iacob terram filiis datam, & ex horum ingratitudine ab illis ereptam; *Si ergo morituros continuo promissiones, quas acceperat tanta cum gratiarum actione veneratus est, quanto magis viui possessores curare debuerunt, sic in ea vinere, vt non iratus Deus donum suum ingratis rursum auferret?* at licet hoc sit, tamen amplius ad rem nostram, Ambros. lib. de fide Resurrectionis tom. 4. qui affirmat, ideo illud Iacob mandasse, ne mortuus etiam requiesceret, sed sicut viuus, sic etiam mortuus laboraret, & in laboribus esset. *Sanctus Patriarcha Israel*, ait, *profugus patria, parentibus, domum mutauit exilio, stuprum filiæ, generi necem fleuit, famem pertulit, sepulturam defunctus amisit, transferri enim ossa sua, ne vel mortuus requiesceret, obsecrauit*; quid amplius mirandum, sic Sancti, ac iusti æquanimiter bona, & mala à Deo accipiunt, sic in vtraque fortuna firmi cum illo, vt amplius mala, quam bona faciant, sic vt non solum viui, sed etiam mortui velint pati, velint non requiescere; ad confusionem nostram hæc, qui vix Deo famulari incipimus, ac si statim nos bonis non cumulet, ac si vix tangit, ingemiscimus grauati; quod non tantum carnalibus, quantum spiritualibus hoc dicitur; frui appetunt Deo, pœnas tamen, amaritudines, tentationes, spirituales ærumnas pati dedignantur, quid hoc? nonne præposterum est iudicium? & de Deo, ac altera Iobi vxor, vt supra diximus, non bene sentire?

Perer. Chrysost.

23. Cur eius ossa postea transferri.

24. Ingratitudinis malum.

Ambros.

25. Malas sustinendas, quia Christus pro nobis, & bona etiam temporalia promeruit, quatenus ad salutem cõducentia.

Sed vlterius & alteram pendo æquanimitatis rationem, vt scilicet non solum bona, sed etiam mala æquanimiter à Deo suscipiamus in hac vita, ideo quia Christus Dominus, ac princeps noster, Deique filius, etsi talis, dum in hoc mundo omnia prorsus à se eliminauit bona, mala autem tantummodo pro se eligens, cum hoc tamen, vt nobis eius famulis non solum D Deus bona daret cælestia, sed etiam terrena, vt homines suos etiam his temporalibus cumularet bonis, præuidens aliquando saluti expediẽs aliquorum. Quod cum sit, & per ipsum etiam huius vitæ ditemur bonis, quid est, aut quale æquitatis ius non postulat, vt etiam pro illo pati velimus. Victori Abrahamo, Genes. 14. n. 6. sic est allocutus Sodomorum Rex, *anima da mihi, cætera tolle tibi*; at quid Abraham? *Leua*, ait, *manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorẽ cæli, & terræ, quod à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas, ego ditaui Abraham, exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum Aner, Eschol, & Mambre, isti accipient partes suas.* Pendo Abrahamum noluisse quippiam accipere, tamen partes admisisse, pro *Aner, Eschol, Mambre*, viri qui sibi adhæserunt, nonne ipso simul bellauit, immo dux extitit belli? cur ergo & partes non accepit, seu accipere noluit? nodum soluit Cyrill. Alexand. lib. 4. de adoratiõne, qui pro *Abner, Eschol, & Mambre*, eos intelligens, qui etsi Christum sequantur, tamen etiam quæ mundi sunt sapiunt, & terrena hæc non fastidiunt, affirmat ideo Abrahamum nil accepisse, quia figura erat Apostolorum, qui Christum imitantes, nil prorsus sicut Christus pro summis laboribus ex hoc mundo acceperunt, attamen etsi ipsi, etsi Christus nil accipit de huius mundi bonis, licet totum belli onus sustineat, tamen vult, vt qui sibi fideliter adhærent etiam de huius vitæ bonis ditentur, accipiant partes, saginentur. *Fœderati tamen partes accipiunt*, ait Cyrill. *propterea quod vt opinor in ijs quoque rebus, quæ ad præsentem vitam pertinent, sanctorum virorum æmulatores, atque imitatores benedicit Deus, abundant enim illis bona pro sua conditionis modo iusta ratione, vitaque parta; namque ijs, qui nondum perfectè à terrenis rebus abscesserunt, & Deo, ac mundo diuisi quodammodo sunt, etiam terrenas benedictiones tribuit Deus.* En quod dicebamus, Abraham nostet, verus pater multarum gentium, qui nos Deo genuit, etsi bellauit, etsi sanguinem fudit, etsi hostes deiecit, nec subtegminis filum à mundo accepit, non *habens vbi caput reclinet*, Ioan. 6. saturauit turbas vsque ad summum *quantum volebant*, nunquid ipse paululum gustauit panis? totus in partiendo, nil comedendo; immo cum regnum ei dare vellent

Genes. 14. n. 6.

26. Abraham cur victor à Rege Sodomorum nil accipere voluit pro se, sed tantũ pro sociis.

27. Christus à mundo nil accipere voluit pro se.

Ioan. 6.

fugit ſolus in montem, cur? *quia*, reſpondet Auguſt. tractat. 25. in Ioan. tom. 9. *Non enim erat talis Rex, qui ab hominibus fieret, ſed talis, qui hominibus regnum daret*, dare vult bona, non accipere à mundo niſi mala, niſi pœnas; at non ſic cum ſuis amicis, vult vt diteſcant, vult etiam, vt bonis huius mundi ſaginentur, vt partes accipiant ſuas, quale ergo erit præpoſterum iudicium, vt ſimul non velint & mala aliquando cum ipſo ſubire? certè & ſocij Abrahami etſi ditari, tamen & cum illo onus ſuſtinuerũt belli; at Chriſtianum velle ditari, & bellum non ſuſtinere, bona ſpiritualia accipere, tentationes non ſufferre, ſtatim à via Dei retrocedere, alium Deum adorare, quia tentationes, ac bellum ſuſtinet, nonne ſummæ eſt dementiæ?

28. Mala libẽter ſufferre debemus potius quã bona, ob gaudium alterius vitæ.

Concludam tandem æquanimiter nos mala, & bona à Deo ſufferre debere, quia tum bonis, quæ nobis in hac vita confert nullum eis præmium reſpondeat in altera; ſecus autem malis, ideo plus ad ſufferenda mala animati eſſe debemus, quam bona, vt in infinitum gaudium in altera de malis toleratis excedat gaudio quod hic de bonis acceptis ſentimus, ſic vt quando in altera præmium de malis accipiamus, ſic ea de memoria effluant, vt ex præſenti gaudio an mala paſſi vix attendere poſſimus, *Venite benedicti Patris mei*, electis ſuis dicturus eſt Dominus, Math. 25. n. 35. *Eſurini enim, & dediſtis mihi manducare*, &c. at iſti reſpondebũt, *Quando te vidimus eſurientem, & panimunere*, &c. quibus Dominus, *quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis*, duo hic pendo, primum, vnde iſti ſic obliti, vt non recordentur Chriſtum vidiſſe pauperem; eſurientem, ac eum cibaſſe, potumque dediſſe? nonne ibi aderit Martha; nonne Magdalena, cæteræque ſanctæ mulieres, quæ eum ex facultatibus ſuis ſuſtentabant? ſane, quomodo ergo quaſi oblitæ non reminiſcuntur? Origen. tract. 34. in Math. ad humilitatem illud refert Sanctorum. *Humilitatis ergo cauſa laude beneficiorum ſe rum indignos ſe proclamant, non obliti eor quæ fecerunt.* Melius Rabanus, qui ad ſtupo rem maieſtatis, ac fulgoris Chriſti illud refert, à quo Sancti veluti oppreſſi admirantur poſſibile fuiſſe, vt qui tunc tanta affulget gloria, ac maieſtate aliquando eſuriem, aliquando ſitim, aut mala paſſus eſſet, *Hoc quidem dicunt*, ait Rabanus, *non diffidentes de verbis Domini, ſed ſtupẽt de tãta ſublimatione, & de maieſtatis ſuæ magnitudine*. Egregiè, ſic mala, ſic pœnalitates in altera obliterantur vita, vt etſi in Chriſto, qui ſuper omnes illas ſit paſſus, nec appareant, nec apparere poſſint; hinc diſpenſatione diuina factum, vt plagæ illæ ſanctiſſimæ in glorioſo corpore adhuc retineantur, & æternaliter ſint in illo, vt ex illis tanquam ex ſignis paſſibilem fuiſſe Chriſtum intelligant, & plagas ſuſtinuiſſe, quaſi impoſſibile vt alias illud crederẽt, à gloria, à fulgore, à maieſtate totaliter opreſſi, ac proinde veluti ſtupidi effecti: ſic amicè, præmium in cælo ſuperexaltat pœnam hic pro Deo lutam, ſimiles tunc Chriſto erimus, ergo ſic tunc de noſtra gloria obſtupeſcemus, vt ad nos ipſos reuerſi, eamque proſpicientes, an aliquando paſſi, immo an aliquando paſſibiles extitiſſe, vix recordabimur.

Math. 25 n. 35.

29. Gaudium de malis perpeſſis hic, in altera vita memoriã tollit præteritorum malorum perpeſſorum ſic eſt ingens. *Origen.*

Rabanus.

30. Plagæ in Chriſti corpore, cur ſeruatę.

Audi Dei ſententiam apud Ioan. 16. n. 26. *Mulier*, ait, *cum parit triſtitiam habet, cum autem peperit puerum non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum*; quis eſt iſte homo natus? Beda, vt in Caten. Diu. Thom. homo ad vitam æternam. *Nec nouum debet videri, ſi natus dicatur*, ait, *qui ex hac vita migrauerit; ſicut enim conſultè naſci dicitur, cum quis de vtero matris procedens in hanc lucem ingreditur, ita poteſt natus appellari, qui ſolutus à vinculis carnis ad lucem æternam ſublimatur, vnde Sanctorum ſolemnia, non funebria, ſed natalitia appellantur.* Naſcitur ergo homo, quando ad vitam ingreditur æternam? ſane, ſed quid tunc? *non meminit preſſuræ*, clara eſt, non indiget expoſitione, ſic læti, ſic Sancti à gaudio, à lætitia in cælis abſorpti exiſtẽt, vt preſſurarum nec memores ſint, & an ſi aliquando eas tolerauerint, penitus obliuiſcentur.

Ioan. 16. n. 26.

Beda.

Secundum vero quod adnoto, Chriſti eſt reſponſio, *Quando enim*, ait, *vni ex his minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*, quid ergo? nunquid verè, & ipſi non factum? nunquid Martha eum non pauit? nunquid Zachæus illum non hoſpitauit? nunquid Ioſephus non illum veluti è vinculis, & morte eripuit, quando ab Herode eum exemit? quid ergo? cur iſta non in memoriam illis adducit, & ſe verè paſtum, & potatum dicit? Concors omnium Patrum ſententia illud Chriſtum dixiſſe ob amorem, charitatemque in ſuos, cum quibus vnum ſe dicit, & ideo fratres eos appellat, vnde Paſchaſ. Ratbert. lib. 11. in hunc locum, *In ſuis profectò ſe præmuniat fuiſſe*, ait, *immo ſibi omnia magis, quam illis miniſtraſſe, vt ita fateatur tanta cum eo in vnitate fuiſſe, vt ſimul dicat in vno, eademque facto ſibi, & illis omnia feciſſe* Sanum hoc, & verum. Sed accipe ex dictis aliam rationem, ob eandem ſcilicet cauſam illud Dominum dicturum, ob quam ſui eum non eſurientem vidiſſe vnquam affirmabunt; iſti enim ob ſtuporem tantæ maieſtatis quaſi Chriſti paſſionum obliuiſcuntur, eumque fuiſſe paſſibilem vix præ ſtupore credunt; ſic ergo ſimiliter & Chriſtus tanta ſe videbit gloria, & honore circundarum pro his quæ paſſus eſt, vt ſeipſum ſic conſiderans quodammodo paſſum fuiſſe præ gaudio, præ exultatione pene oblitus, talia ideo dicat in ſuis, non in ſe paſſum fuiſſe; quid ni? vix paſſus, ac paſſionum oblitus, Luc. 24. n. 18. *Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem*, ad eum dixerunt diſcipuli, qui in Caſtellum properabant Emaus, *& non cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus*? quibus ille, *quæ*? quomodo quæ? tantorum dolorum, tantarum quas paſſus eſt pœnarum tam cito oblitus? vix duo, vel tres exciderant dies, & illorum non reminiſcitur, ſic vt ad memoriam eorum reuocandam neceſſarium vt diſcipuli de illis eum admonerent; dicant alij quod velint, hoc ad magnitudinem referant Chriſti beneficentiæ, qui liberaliter dans, ac profuſe, tamen non improperat, ſed beneficiorum potius obliuiſcitur: nam ego ad exuberantiam gaudiorum eius illud tribuo; quæ talis, vt ſi poſſibile in Chriſto omnino ad memoriam ſufficiehs eſſet tollendam pœnarum, ac dolorum, in vita paſſus. Hoc acutè expendit Chryſoſt. Hom. 78. in Ioan. tom. 3. retractans illa verba quæ ſupra adduximus de muliere pariente; quæ intelligens de Chriſto, vt verè ſunt intelligenda, ſic

Luc. 24. n. 18.

31. Cur Chriſtus operà miſericordiæ non ſibi, ſed ſuis affirmabit in iudicio facta. *Paſchaſ. Ratbert.*

32. Cur paſſionum non reminiſcẽbatur.

ait: *Significat enim prædicto exemplo, quoniam* A
soluit ipse mortuus pressuras, & nouum hominem
regenerans esse fecit, & non dixit, quoniam non
erit ei tribulatio, sed neque meminit eius, tan-
tum est quod successit gaudium. Egregiè, quod
in Christo expensum prorsus apparet infinitum: nam si quilibet ex sui tantum parturitione in altera vita sic gaudet, vt non meminit pressuræ, Christus qui per suam passionem non tantum sui corporis gloriam, sed tantorum propè infinitorum Sanctorum, qui non tantum homines in mũdo, sed propemodũ Deos in cælo nasci fecit, quo modo pressuræ recordabitur?

33. Beatorum gloria, & gaudia in cælis quanta.

Certè de quolibet dixit Salomon Ecclesiast. 5. n. 19. à Deo beneficiis cumulato, & gloria, quod *non satis recordabitur dierum vitæ suæ*, hoc est, vt Lampens. vult *vitæ incommodi, ac* B
ærumnis, vnde Caiet. in illo ponit Dei donum iusto concessum de quo ibi sermo, vt scilicet tale illud quod non amplius eo accepto pristinarum calamitatum recordetur, vnde sequens Salomon ait: *eo quod occupet delitiis cor eius.* Si ergo hoc de quolibet licet affirmare, quod scilicet dum Deus eius cor delitiis occupat, omnium præteritarum obliuiscatur ærumnarum adhuc in hac vita, quanto magis hoc de Christo affirmari debet, cuius cor post resurrectionem non quibuslibet extitit occuparum delitiis, sed diuinis, immensis, deificis; Hinc certè Paul. etsi 2. ad Corinth. c. 1. n. 8. *Supra modum,* dicat se grauatum, *supra virtutem, ita vt taderet* ipsum *etiam viuere*, tamen infra c. 4. n. 17. totum illud grauamen *momentaneum, & leue* appellat, si rationem inquiris, quia ad retributionem aspiciens pondus gloriæ æternum inue- C
nit. *Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in cælis*: Confer æternitatem cum momento, & vide si hoc respectu illius apparere potest. Si ergo Sancti in æterno gloriæ pondere erunt, vnde illis memoria momenti tribulationis? ergo cum hoc operentur pœnæ, ac mala hinc à Deo illata, & pro illo tolerata, quod non sic bona, nonne peruersum est iudicium illud, ac inane? nonne vilis ille animus, nulliusque considerationis, qui ad seruitutem Dei accedens mala recusat, tentationes horrescit, bona tantum præsumens? Hinc certè à sancto Spiritu edocti Israëlitæ, vt noster ait Sapiens prudentissimè de Ægypto exituri, ac Dei seruitio se mancipantes non solum bona, sed etiam æquanimiter ab eo D
& mala accepturos profitebantur dicentes, vt noster ait Sapiens, *in concordia disposuerunt similiter bona, & mala accepturos*, &c.

Eccles. 5. n. 19.

2. *ad Cor. 4. n. 8.*

Num. 10. *Resonabat autem inconueniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.*

Num. 11. *Simili autem pœna famulus cum Domino afflictus est, & popularis homo Regi similia passus.*

Num. 12. *Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles, nec enim ad sepeliendum vini sufficiebant; quoniam vno momento quæ erat præclarior natio illorum exterminata est.*

Commentum litteræ.

PLanctus Ægyptiorum opponit lætitiæ, & cantui Israëlitarum, illi plangebant, isti cantabant, illi victricem Dei manum sustinebant, isti laudabant; hinc horum cantus amplius eos excruciabat, sicut & in iudicij die malis iustorum gloria; de qua re nos in 1. tom. Homil. 91. Connexio capitis.

Resonabat, &c. Ex altera viciſſim scilicet parte, vnde simul ad cælum & horum fletus, & illorum cantus ascendebat, qua mira varietate Angeli lætabantur.

Inconueniens vox, &c. Græca, *inconsonus*, *inconcinnus*, clamorem significat inconditum, boatum, vocem incompositam.

Ploratorum infantium, &c. aliqui actiuè illud accipiunt, scilicet *deplorantium puerorum*, Vatab. legit *complorationeque puerorum miserabilis exoriebatur.* Verum cum interprete legendum: nam vt optimè moderni sic ex tempore, & statim primogeniti extincti, vt vix eis locus ad plorandum.

Simili autem pœna, &c. clamor, sonus inconcinnus, sic communis erat, vt nemo à boatu excuperetur, non Rex, non vilissimus quisque, omnes primogeniti occisi à primogenito Pharaonis vsque ad primogenitum ancillæ; multa congerunt hic authores ad indagandum, cur Pharao non occisus, cum esset primogenitus? respondent, quia non primogenitus, quia à primogenito mortuo acceperat regnum; alij quia non per successionem electus; alij quia appositè reseruatus ad maiorem ruinam; nos facilius respondemus, quia non occisi, nisi illi primogeniti, qui sub cura adhuc parentis, & illi, qui eis carebant si ipsi primogeniti, & sic nulla fuit domus in qua mortuus non iaceret, & sic omnes complorabant, & mortem, & genus mortis, quod omnibus fuit commune, vnde sequens ait: 1. Pharao cur nõ occisus etsi primogenitus.

Similiter ergo omnes, &c. Philo, vt supra retulimus vnum affirmat fuisse clamorem omnium, vnumque luctum.

Vno nomine mortis, mortuos habebant innumerabiles, Summopere placet Cantacuz. qui per vnum mortis nomen intelligit voces illas ingeminatas Ægyptiorum omnium querulantium primogenita occisa, vnde quisque ad proximum suum plorans dicebat, *primus mihi filiorum occisus*; vno ergo nomine mortis, hoc est primogeniti, mortuos habebant innumerabiles; cæteri passim exponunt de eodem genere mortis violento. Cãtacuz.

Nec enim ad sepeliendum vini sufficiebant, funerum multitudo, & pompa qua suos Ægyptij sepeliebant eos impediebat, de modo sepeliendi Ægyptiorum, vide Herodotum lib. 2. & 16. & Diod. Sicul. lib. 2. c. 5. vide Perer. in c. 50. Genes. n. 2. disput. 1. *Herodot. Diod. Sicul. Perer.*

Quoniam vno momento præclarior natio illorum exterminata est, &c. Non impossibile in vno effecta momento mors primogenitorum, cum non repugnet Angelos in instanti operari, etsi difficile illud apprehendatur, ex quo illud quod supra dicebamus, possibile vnum fuisse Angelum interfectorem amplius confirmatur, Lorinus disputat contra Abulensem, & rectè, vide apud ipsum.

HOMILIA CII.

Principum administrorum dura sors.

ENimuero tanquam quid insolitum, admirandumque noster protulit Sapiens non dissimili, sed simili seruum cum Domino afflictum pœna, & hominem popularem, *Regi similia passum*. Quod equidem prima fronte non multum admiratione dignũ, Regem pati, quod popularis hoc esset admirandum; at quod ille, quod Rex, non videtur multum; sed dignè admiratur: nam cum supra non de seruis, non de popularibus, sed de potentibus tantum dixerat, c. 6. n. 7. quod potenter tormenta sustinebunt, & nos ibi. ideo nunc quasi sententiam, aut retractans, aut corrigens, Dei obseruans æquum iudicium tanquam stupens, animaduertit similem aliquando seruum cum Domino, popularem cum Rege pœnam subire, cuius rei si causam indigare velimus, mea sententia, nullam aliam reperiemus, quam seruorum mala consilia, quam administrorum principum peruersas consultationes, seu assentationes; hinc Dei iusto iudicio, etsi non Reges, quod flendum, vt Reges tamen punientur, affligentur, quid in hac vita iniquius?

1. Regum administri ob pessima cũ regibus dãnantur cõsilia.

Enimuero sæpe mecum considerando, & simul expendendo quæ vidi, quæ perspexi, quæ manibus attrectaui non de verbo vitæ, sed mortis apud principum ministros, planè obstupui, & extra me factus, vah dixi quanta horum insania? qualis dementia? vt æternas velint lucrari pœnas pro his, quæ nec ipsi sunt lucraturi, nec quod amplius, ad magnum, ad multum, ad grande ipsimet principi cedit emolumentum, suffossos aliquando vidi eos censuris, si causam inquiris, vix nenia respectu magnitudinis principis, spoliare, vitam, rem priuato adimere aliquando inspexi, si inquiris, vt obolum thesauro inferatur fisci, bella consulunt, excitant, mundum totum susque deque reuoluunt, si attendis, vt vix palmum principi acquirant, populos grauant, expoliant, denudant, noctu, diuque intellectum acuunt ad nouas, nouosq; exquirendos exactionis modos, inuentionesque, quibus nec ipsi fruuntur, nec principi aliquando multum iuuant; hinc plusquam hominum omnium miserrimi ad mortem properant, censuris, alienis spoliis, populorum sanguine grauati, & quod admirandum non pro se; quid ergo mirum, si etsi non principes, sed serui, sed populares eadem tormenta, & cum potentibus potenter patientur, & eadem ac sui principis præfocentur morte.

2. Administrorum principum in quo mira dementa.

3. Cur eadem occidantur morte ac eum principe.

Equidem semper ac terribile illud Dei iudicium cum pessimo exercitum consiliario Achitophele, 2. Reg. 17. n. 23. Expendo, admirari non desino, laqueo se suspendisse, ac præfocasse virum extremi consilij, ac prudentissimum, cuius consilium vt ait Scriptura, *quasi consilium Dei*; quod aliqui se occiderint aut gladio, aut veneno viri strenuissimi, historiis satis, superque proditum est; Brutus, & Cassius ne in Iulij Cæsaris manũ venirẽt adducto inviscera mucrone ignominiam redemerunt. Caro Vticensis vir præclarissimus ne Cæsari seruiret cuius consiliis semper impensum se reddidit, manibus sibi mortem asciuit; Annibal ne in manus veniret Romanorũ, veneno se peremit; at quod vir aliquis strenuus laqueo se suspenderit, adhuc prope inauditum, vilissimi enim hominis animi illud semper extitit, non solum mortem sibi asciscere, sed ignominiosam, vt pote non audacis, ac strenui, vt manus sibi inferat audentis, sed ex ignauia, ac pusillanimitate laqueo se suspendens, cum præter deiectionem nil aliud supereſt illi faciendũ, vnde ad mortem non manum vti homo virilis, sed corporis pondus, vti plumbeum tantum admouet; hinc vilissimi tales animi, quod cum non sic Achitophel, sed homo esset & manu, & cõsilio strenuus, qui cum millibus persequi voluit Dauid, & eum percutere, & Israëlem omnem ad Absalonem reducere, quod & fecisset, cuius consilium, vt ait Scriptura, *quasi si quis consuleret Deum*, 2. Reg. 16. n. 23. Vnde ergo, *dispositâ domo sua suspendio se interijt*, vir sic prudens, sic strenuus? sane, ni fallor, ex infami, ac pessimo consilio quod Absaloni principi de fœdando in mulieribus genitore ipse solus dedit, *ingredere ad concubinas patris tui*, &c. ex quo delicto cum Dei æquissimo iudicio pessimus filius non qualibet morte erat interiturus, sed infami, vt pote inter *cælum, terramque suspensus*, c. 18. n. 9. quem nisi Ioab interfecisset, ex se tum ex ictu, cum ex capillorum laqueo se occidisset, vt sentit Chrysost. Homil. de Absalon. tom. 1. æstimans Absalonis, dum suspensus mulus pertransiit ex violento impulsu guttur eius transfixum, *paratam properè festinat ad arborem, cui est traditus, & ictu violento immissus animali subducto, & subter in campos elapso inferitur ramis, obligatur lignis, transfixo gutture colligatur*; Ergo non eius mors tantum sagittis, quantum capillis, quantum suspendio peracta. Quid ergo? suspensus moritur princeps, suspendatur & seruus, & non moriatur vt strenuus, sed vt vilis, quia vilissimè fugiens moriturus erat Dominus, & laqueo se præfocet popularis homo, quia laqueo suspendendus est Rex. *Dedit Achitophel pœnas*, ait Theodoret. quæst. 53. *illius impia, ac nepharia suasionis, & quoniam in patrem armauit filium, ipse rursus in se armauit manus, & sic laqueum collo iniiciens miserrimum sustinuit finem.* Vt ex hinc principum consiliarij discant quam iniqua eorum sit sors, dum etsi non Reges, patientur ad instar Regum, & de quibus non sunt lucraturi ipsi misere soluent pœnas. En tibi Achitophel, non sibi, sed Absaloni regnum procurabat, & infandum dedit consilium, vt rebus prouideret Absalonis, *vt cum audierit omnis Israel, quod fœdaueris patrem tuum roborentur tecum manus eorum*. Ergo consilium ad bonum tendebat principis, non suum, & tamen sic ipse ob illud suspensus, ac eius Dominus, æqualem subiens pœnam, etsi priuatus, quia principis consiliarius; qualis quæso iniquior sors?

2. *Reg.* 17. *n.* 23.

4. Homines qui seipsos interfecerunt.

Quod iudicium simul etiam in morte illa expendo armigeri Saulis; hic enim, 1. Reg. 31. n. 5. videns suum Dominum super gladium suum irruisse, ac mortuum, *irruit etiam ipse super gladium suum, mortuusque est cum eo*; mirum, vt homini plebeio tantus inesset animus, vt potius mori, quam Domino suo superuiuere mallet, vnde isti tãtus amor? optimè Abulens. quæst. 11.

5. Achitophel cur se laqueo suspendit.

Ibi. c. 16. n. 23.

Ibi. c. 18. 9.

Chrysost.

Theodor.

1. *Reg.* 31. *n.* 5.

Abulens.

non illud ex amore, ſed ex deſperatione feciſſe, quod ego magis credam de homine infimæ ſortis; *Iſte egit ex deſperatione*, ait Abulenſ. probans illum peccaſſe, ſcilicet *quia vidit mortuum dominorum ſuum, ideo cernens omnia bona ſua perdidiſſe in quibus confidebat, noluit ſuperuiuere*; bene quidem, ſed cur hoc Deus permiſit? ſane iuſtiſſimo iudicio; ſed quæ Hieronim. in traditionibus Hebraicis, hiſtoria Scholaſtica, & Lira. affirmant, attendamus, hunc ſcilicet fuiſſe *Doeg Idumæum*, illum ſcilicet, qui contra Dauid, c.22. Sauli nuntiauit de Abimelech, quaſi contra ipſum auxilium præbuiſſet Dauid. Vnde ipſe à Saule cum omnibus Sacerdotibus ſimul occiſus; neque hoc nuga eſt Hebræorum, vt quidam Neotericus, cum ſic graues illud accipiant authores, & Abulenſ. veriſimilem dicit, equidem audacter illud contradicitur, eo vel maximè, quia nullam profert rationem, quæ alicuius ſit momenti; Doeg ergo fuit, quid inde? vt quia peſſimus relator, & poſſibile vt etiam conſultor, eadem patiatur, quæ Dominus, & cum Rege ſe temerariè occidat, qui apud Regem iniquus extitit conſultor, vnde etſi ſeruus, & non Rex, nec ad illum aliquid de regno dum viueret, quia tamen ex adulatione, ex ambitione contra ius, falſque ſanguinem innoxium perdidit, perdat & cum principe vitam, eademque plebeius patiatur, quæ ipſe Rex.

6. Saulis armiger quis & cur Deus voluit, vt ſe interficeret.

Sanchez.

A

B

Sed in his duobus exemplis licet expendere, vnde iſtis talia conſilia? cur Achitophel rem ſic infandam conſulit? cur hic tale nuntiauit Regi, eo vel maximè ſi verum eſt quod Hugo affirmat, mentitum in eo ſcilicet ſacerdotem Achimelech Dominum pro Dauid conſuluiſſe, & vt amplius Regi aſſentaretur illud adiunxiſſe; quid ergo? cur ſic principi conſuluerunt? breuiter Hieron. in traditionibus Hebraicis, Abulenſ. in 2.Reg c.11.quæſt. 6. & alij ſentiunt Achitophelem patrem fuiſſe Heliæ cuius filius Vrias erat Hetheus, ac proinde Achitophel eius patruus, cuius neptis vxorem obtinuit Dauid, ac proinde grauit ipſum Achitophelem affecit iniuria, vnde pro tempore ſilens, quando illud opportunum proſpexit, vt ſe vindicaret non ſolum regno, vitaque priuare voluit Dauid, ſed honore, vnde tale diabolicum excogitauit conſilium ad ſe vindicandum, & ſimul Dauid dehoneſtandum, *Iſte Eliam erat filius Achitophel*, ait Abulenſ. *conſiliary Dauid, ideo habuit nimis exoſum Achitophel ipſum Dauid*; Secundus autem, ſcilicet Doec illud Sauli retulit, etſi diu tacuit, vt rectè obſeruat Sanchez, quia audiuit Saulem dicentem, 1.Reg.22.n.7. *Audite filij Iemini, nunquid omnibus nobis dabit filius Iſai agros, & vineas, & vniuerſos nos faciat tribunos, & centuriones.* A concupiſcentia enim alectus bonorum reuelauit quod celare debuerat, ſicut alter à deſiderio vindictæ conſuluit quod non debuerat. Vobiſcum ô principes hæc loquuntur, vobis documentum exempla hæc præbent, vt cautè ambulantes à quibus conſilia expectatis, diſcatis, & ſimul ſolerti, ac diligenti vt expendatis trutina qua animo, qua intentione, qua paſſione, quo lucro veſtri vobis cõſulunt miniſtri: nam ſæpe, & faxit Deus quod non ſemper veſtro ſeruitio ſuas operantur paſſiones, & dum veſtrum dicunt, ſuum operantur commodum, & rationes veſtri ſtatus vobis

7. Achitophel & Doeg cur infanda dederunt conſilia.

Hugo.

Hieron.
Abulenſ.

C

D

8. Quãta cautione principes conſilia adminiſtrorum ſuſcipere debent.

9. Suum ſæpe iſti conſulunt emolumentum ſub boni prætextu regis.

proponunt, quæ non ſunt niſi ſui; *Eſt populus*, perfidux dixit Aman Aſſuero Regi, Eſther. 3.n. 8. *per omnes prouincias regni tui diſperſus, & à ſe mutuo ſeparatus, nouis vtens legibus, & ceremoniis, inſuper & Regia ſcita contemnens, & optimè noſti, quod non expediat regno tuo vt inſoleſcat per licentiam, ſi tibi placet decerne vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcariis gazæ tuæ.* Pende ſingula, & niſi ſeruitium Regis non aliud aſpicies, *populus diſperſus*, ergo nullius conſiderationis, *nouis vtens legibus*, ergo contra vnitatem religionis, *ſcita Regis contemnens*, ergo contra læſam agit maieſtatem; *non expedit vt inſoleſcat*, ne exemplum ſubditis præſtetur inſolens, tandem vt conſilium ſit ſine vlla lucri ſuſpitione, ſine vllo proprio emolumento, pecuniam ſpondet, *appendam*, &c. & tamen totum conſilium peſſima erat ſtropha, totum proprium, & vt peſſimus iſte ſe vindicaret, zelum commentus eſt regalem; *ſcita*, inquit, contemnit Regis, qualia? ſane vt ipſum coleret Mardochæus, præter hunc nullum adducere poterat, & tamen non ſcitum, ſed ſcita ait, indeterminate, vt ſuum proprium grauamen faceret Regis; hinc innocens Regalis mens deluſa vt plane ipſemet fatetur Rex Aſſuerus, vbi ſup. c.16. quid ergo mirum, cum hoc ſit, ſi paria ac Rex patiantur, & licet non ſint domini, & potentes vt ipſi, potenter tormenta patiantur?

Eſther. 5. n.8.

10. Deus fere ſemper in Scripturis obſeruatur vult vt paria ſeruus ac Domin⁹ patiatur.

Mirum certè hoc in Scripturis apparet, quomodo prorſus eadem pœna, ſiue eodem genere mortis vult Deus vt ſeruus, ac Dominus moriatur, miniſtri principum, ac ipſi, hoc expendo in iudicio illo, quod Deus exercuit cum principibus Iuda; iſti enim, vt habetur 2. Paralip. c.24.n.17. mortuo Ioada ſanctiſſimo ſacerdote cuius ductu ſanctiſſime gubernarat Ioas Rex accedentes ad eum, ipſum *adorauerunt, qui delinitus obſequijs eorum acquieuit eis*, vt ſcilicet Deum deſereret, Baal coleret, ad hoc eum adorarunt, & adorantes illud ei conſuluerunt; quid ergo; ad vnum omnes interfecti gladio. *Aſcendit contra exercitus Syriæ, venitque in Iudæa, & Hieruſalem, & interfecit cunctos principes populi: in Ioas quoque ignominioſa exercuere iudicia, & abeuntes dimiſerunt eum in languoribus magnis.* Multa hic pendo; primum, quæ cauſa hos mouit, vt Regi adorationem conſulerent Baal, & idolorum. Nunquid malum eis Deum verum adorare? eo vel maximè, quia Rex illum adorabat, ſi Rex idololatra, ſi ad Deos colendos eos impelleret, aliqua fuiſſet cauſa; at ex ſe contra Regis voluntatem, eum delinire blanditiis, obſequiis, adoratione; vnde iſtis tantum idolorum deſiderium? ſane amice, ob id quod affirmat Abulenſ. 4.Reg. c.10. quæſt.18. *Quia multa turpitudines debebabiles fiebant in cultu idolorum, quarum nulla fiebat in cultu Dei.* En ratio, propria delectatio, proprium commodum, quid inde? vt Regem adorarent; ergo adoratio non ob amorem, non ob Regis cultum, ſeu bonum, ſed ſui; vt inde intelligant principes quo ſeruorum, & adminiſtrorum tendat obſeruantia, & cultus, quo tantopere ſe deliniri permittunt, non enim certè ad principum commodum, ſed ſui, non ad exaltationem, ſed ruinam, vt mox dicemus.

2. *Paral.* 24. n. 17. 31.

Idololatria cur tantum à principibus Iuda affectata.

Abulenſ. 11. Conſiliarij principum ſemper ei ſuum conſulũt emolumentum.

Secundo adnoto ly *adorauerunt Regem*, quid hoc? aliqui Hebræi vt Rabi Salomon dicunt, quod

Idem. Lyra.

quod eum pro Deo habuerunt, sed rectè eos impugnat Abulens. Lyra. 4. Reg. 12. *Quia exhibuerunt*, ait, *illi honores soli Deo debitos, quibus acquieuit Rex, in hoc vsurpans sibi honorem diuinum, quod cum argueret Zacharias filius Ioiadæ, de mandato Regis lapidatus fuit in atrio domus Domini*, 2. Paralip. cap. 24. Ergo secundum Lyran. adoratio horum erat Regi diuinum honorem exhibere; hic autem diuinus honor in eo extitit, vt eum facerent dominum vitæ, & mortis etiam sacerdotum qualis erat Zacharias, sic vt & si in templo, & in atrio domus Domini tanquam Deus poterat eum mandare occidi, ac lapidari, sic Regi adulantes, ac ei blandientes, ipsumque adorantes, quasi Deum omnia potentem supra sacerdotes, supra ipsum templum; quod cum audis, vide an nunc sic? principes adorantur, sic ipsi diuinitus accipiunt honores, dum supra Dei eos esse sacerdotes consulunt, dum eos posse illos castigare eorum auribus instillant eius ministri, dum etsi in Dei templo eos eijcere, amandare, & propè lapidare posse autumant, audiant Dei iudicium, principes adoratores, siue adulatores occisi, ipse Ioas omni ignominia plenus, idem nunc Deus quod tunc, quod exemplis probare possem tum antiquis, tum recentioribus, abstineo ne sim molestus.

13. In quo principes Israel dicãtur adorasse Regem.

14. Administrorum principum adulatio Deum eos facientes in quo consistat, vade se, & eos perdãt.

Tertiò adnoto principes occisos; cur non in seruitutem redacti? cur non ignominiosè tantum habiti sicut eorum princeps? Sanè, vt eadem morte mulctarentur, qua eorum princeps, qui etsi tunc non occisus, sed tantum ignominiosè habitus, tamen paulò post ab ipsismet suis interemptus seruis. *Surrexerunt autem contra eum serui sui in vltionem sanguinis filij Ioiadæ sacerdotis, & occiderunt eum, in lectulo suo.* Ergo ipsi occisi, quia occidendus eorum princeps, vt eadem plebeij, vt noster ait Sapiens paterentur, quæ Rex, & occisus, quod notandum ob eandem causam ab ipsismet, qua eum Deum fecerunt; isti enim dixerunt prius illi Deum esse supra sacerdotes, supra templum; at postea, quia vt inquit Abulens. vbi sup. qnæst. 22. *Habebant eum exosum*, cum interemerunt, quia se supra templum, supra sacerdotes erexerat, vt genium videas politicorum, malorumque ministrorum, Deum Regem faciunt, dum eis commodum, cum morte dignum, dum incommodum.

15. Administrorum principum genius Deum principem facere dum eis commodũ, morte dignum dum incommodum.

Et, vt interim hoc dicam, non solum principibus documentum hoc, vt politicorum consulentium genium attendant, sed etiam vt videant quales sibi eligunt ministros, ex quo sanguine, ex qua prosapia: nam pro certo, descendentes cum sanguine & vitia sæpè, & virtutes haurire. Ad quam rem confirmandam adnoto accuratam scripturæ narrationem, siue denominationem Regem percutientium; post narratam enim mortem inquit textus. *Insidiati vero sunt ei Iabath filius Semmaë Ammonitidis, & Iosabath filius Semmarit Moabitidis.* Ad quid tam accuratè hoc describere, & adnotare vnum esse ex Ammonitarum gente, alterum ex Moabitarum? Abulens. vbi sup. quæst. 21. ex traditione Hebræorum affert, ideo per Moabitam, & Ammonitam hunc occisum Regem, quia isti super omnes exiterunt populos ingrati, dum descendentes ex Loth, qui tam

16. Principes attendere debent ex qua pro sapia administros eligãt.

Abulens.

singularia ab Abrahamo beneficia accepit, tamen immemores, & ingrati, quando Israël ex Ægypto ad terram properabat promissionis, contra eum pugnarunt, immo vt maledicereturBalaam ariolum conduxerunt; hinc vt à paribus ingratissimus Rex, qui filium occidit eius, qui eum à morte liberauerat, nutrierat, ac fecerat Regem, puniretur iusto Dei iudicio non ab alijs, sed ab ingratissimis occisus. *Hoc fuit*, ait Abulens. *vt conuenienter puniretur Ioas: nam fuit valde ingratus Ioiadæ, qui liberauerat eum à morte, & fecerat eum Regem, cum occideret filios illius, Moabitæ, & Ammonitæ fuerunt valde ingrati beneficijs Abrahæ liberatricis Loth patrem eorum à seruitute, Genesis* 14. *& tamen noluerunt occurrere cum pane, & aqua Israëlitis in itinere, sed conduxerunt contra eos Balaam ariolum, vt malediceret eis*; Ex quibus duo elicies, primum, iustam ingratitudinis pœnam, moriatur ingratus Rex per ingratorum manus; & secundum id quod diximus, serui isti ingratissimi, quia à prosapia ingratissima; quid inde? vt ad genium semper recurrentes & si serui, & si à Rege honoribus cumulati, tamen mala pro bonis reddentes eum occiderunt; ad cautionem hæc principum, vt diximus, vt videant, aspiciant, quales apud se administros assumant: nam si isti ex semine maledicto, si peccatores, si Deo ingrati, nunquid credent quod non & ipsis?

17. Ingratus ab ingratis occiditur.

Abulens.

Sed ad rem, occisi ergo ad vnum principes Iuda, quia eorum princeps occidendus, vtpotè pessimi consiliarij; sic nunc obseruo Numer. 31. num. 7. inter principes enecatos annumeratum Balaam; *Cumque pugnassent contra Madianitas*, ait Scriptura, *& vicissent omnes mares occiderunt & Regem eorum Eui, & Recen, & Sur, & Nur, & Rebe, Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio*; quid iste cum principibus, vnde tanti eius mors, vt & si vnus è plebe, tamen inter principes eius adnumerat scriptura mortem? recole quale consilium Balac Moabitarum dedit Regi, Numer. 24. num. 14. & mysterium agnosces; cum enim à Deo oppressus maledicere populum non posset iuxta Moabitarum Regis petitionem, homo auri cupidus Dei obsistentiam pertæsus, reputans fortè, si ad populum suum reuerteretur, non sibi sic Deum affuturum, ac proinde Balac consilium daturum pessimum contra Israëlem, vt sic aurum acciperet, sic ei dixit: *Pergens ad populum meum dabo consilium quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore*; at quale hoc consilium? Audi Iosephum lib. 4. antiquitat. cap. 6. sic cum Madianitis Balaam loquentem introducens. *Quapropter si breuem victoriam de illis consequi queritis, hoc consilio voti compotes efficiam; filiarum formosissimas, quæ pulchritudine sua mentes eorum expugnare possint, quantum fieri potest cultas, & ornatas mittite, vt circum castra obuersentur, & iuuenibus complexus expetentibus faciles se præbeant; vbi vero cupidine captos viderint, subito se proripiant, cumque rogatæ fuerint vt maneant non annuant, nisi persuasis, vt relictis patrijs legibus, & cultu Dei à quo illas acceperunt Madianitarum, & Moabitarum deos venerentur,*

Num. 31. *num.* 7.

18. Balaam occisus cum regibus quia pessimus consiliarius.

Ibid. c. 24. *num.* 14.

Iosephus.

Digitized by Google

ſic enim Deum iratum ſibi reddent. En peſſimum conſilium, cui niſi Deus reſtitiſſet puniendo, de facili totum Iſraëlem deſtruxiſſet; quid ergo? moriatur iſte cum Regibus quibus conſuluit; *Et dignam mercedem ſuæ inueniat malenolentiæ*, vt Diu. ait Ambroſ. ad Chromatium in hunc locum tom. 1. & paria Regum ſuſtineat, & ſi non Rex, quia malus conſiliarius.

Ambroſ.

Auri ſitis quàm præpotens cum principum conſiliarijs.

Sed hic pendere libet, quantum auri ſacra fames apud Regum poteſt conſiliarios, vt ſi apertè ſciant Dei voluntatem, contra illam obdurantur ex cupiditatis deſiderio, ex auri ſiti, vt & ſi Deus è cælis deſcenderet, ſeu Angelum mitteret ad eam ipſis inſinuandam, contra eã conſilium præberent obluctantes, recalcitrantes. En tibi perfidus iſte conſiliarius apertè Dei intellexit voluntatem, immo aſtrictus, & eam Balac Regi indicauit, tamen etſi celare eam non potuit, conſilium contra eam dedit, ſic auri tenebatur fame. Vnde eleganter Ambroſius vbi ſup. *Et vtique*, ait, *vel tantorum oraculorum gratia, & reuelationum ſublimitate conuerti debuit, ſed animus nequitiæ plenus verba prompſit, non fidem detulit, conſilijs infirmare cupiens quod annuntiabat futurum, & quia oracula fraudare non poterat, conſilia fraudulenta ſubminiſtrabat.* Nil elegantius, quàm ergo mirum ex tot oraculis, ex tot cum Angelo locutionibus, ex ſic horribili Angeli viſione, ex gladio euaginato Angelico, hunc ſic in malitia obſtinatũ, vt quando Dei voluntatem retractare non potuit, nec populum maledicere, immo benedicere, & licet fauſta futura præuideret, tamen ſic potens cum illo auri deſiderium, vt dum nil actu contra Dei populum agere potuiſſet, conſilium ſaltem dare voluerit peſſimum, vt eum deſtrueret, nil tantorum oraculorum, & reuelationum ſublimitate melior effectus; quod ſi hoc ſtupendum, vti verè eſt admirandum, non equidem minus illud quod hodie cernimus, palpamus, attrectamus; quid principum miniſtri à ſanctis non audiunt prædicatoribus Dei in terris Angeli, quid eis reſtat, vt aliquando claram Dei non aſpiciant voluntatem; ſic vt eam velint nolint aliquando planè confiteantur, quod ex eorum ore ſæpè ego audiui, & tamen aurum, honos, aut ſi quid aliud ſic eos dementat os tenet, ſic pertinaces reddit, vt ex Dei oraculis, ac alteri Balamitæ nihilo meliores effecti conſilium contra Dei populum præſtent, contra ſuæ conſcientiæ dictamen; Quid ergo mirum ſi eis principes annuentes cum iſtis poſtea ipſi puniantur, paria ſuſtinentes tormenta, pareſque mortes, vti perfidus iſte, qui etſi non princeps, cum principibus occiſus.

Quod equidem ſimiliter pendo in horribili illa Dei maledictione ad ſerpẽtem; hic enim perfidus hominis conſiliarius ad peccatum eum induxit, non quod exinde aliquis ei prouẽtus eueniret; quid enim ipſe niſi ampliorem ex peccato hominis maledictionẽ lucraturus erat, ſed tantũ ex inuidia, & rancore contra Deum ſuam armauit creaturam; quid ergo ad iudicium Deus properans Gen. 3. n. 14. cum peccatũ obſeruaſſet ſerpẽtis ſic ad eũ: *Maledictus es ſuper omnia animantia, ſuper pectus tuum gradieris, & terrã comedes omnibus diebus vitæ tuæ.* Hoc vltimum pondero, *terrã comedes*, ſeu vt Chaldaïca *puluerẽ*, quæ ratio huius pœnæ? multa multi dicũt ad ſenſus accurrẽtes myſticos; cõmuniter enim per terram peccatores accipiunt, qui ex peccato pabulum facti ſunt dæmonis; *Demorat autem terram*, ait Rabanus, *cum errore peccantium paſcitur, ac delectatur.* Eucherius, *Et terram manducabis, id eſt, ad te pertinebũt, quos terrena cupiditate deceperis*; Greg. in Pſal. pœnitẽt. Pſal. 4. *Antiquus hoſtis terram comedit, quia hominum perditionem deſiderans quodammodo reficitur, dum pranis eorum operationibus delectatur.* Sana hęc; at, ni fallor, proprior altera, ideo tali punitus pœna, vt quia peccatum conſuluit, eadem plectereture, qua qui eius conſilium accepit, plectendus à Deo erat homo peccator morte, ac in puluerẽ redigendus. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, quia puluis es, & in puluerem reuerteris*; Quid ergo ob peccatum patratum dæmonis conſilio in puluerem reuertendus eſt Adam, humanarum rerum princeps, puluerem comedat, puluere ſuſtenteretur in pœnam, & ipſe perfidus cõſiliarius Enimuerò egregiè Rupertus adnotat ideo diabolo dictum terram comedes, vt pœnaliter eſſet ſerpẽti aſſimilis, dum ipſe ſerpentem vitiauit; *Igitur*, ait Rupertus, *ſub nomine ſerpentis quem inuaſit diabolus, ipſe percutitur, & qui per ſuperbiã ſuam ſimilẽ ſe Altiſſimo fore putauit, propter malitiã ſuam infima creaturæ quam ipſe vitiauit indicatur fieri pœnaliter ſimilis.* Egregiè, vitiauit diabolus ſerpentem eum vt inſtrumentum aſſumens ad hominem decipiendum, fiat ſerpenti pœnaliter ſimilis terræ, vt ſerpens comedens omnibus diebus vitæ ſuæ, & ſimiliter quia actu, ac malitia, vt perfidus conſiliarius hominem vitiauit, & ad peccandum induxit, ideo in puluerem reducendus, in pœnam pœnaliter fiat ei pariter aſſimilis, & terram, & puluerem comedat omnibus diebus vitæ ſuæ, & æquali puniatur pœna peſſimus conſultor, ac ipſe conſultus; vt ex hoc principũ, Regumque conſiliarij intelligant iam inde à mundi exordio inceptum ſimilem illos ſemper pœnam luituros, quam principes luent, & ſi non principes, quo quid durius?

Rabanus. *Eucher.* *Gregor.*

Genes. 3. num. 14.

Serpenti cur indictũ terram comedere.

Hinc vt proprius ad noſtrũ accedamus ſapientẽ, omnes ſerui Pharaonis eadẽ pœna puniti ſẽper, qua ipſe Pharao, cum nullam vnquã Pharao pœnã dedit, quin eius ſerui eandẽ nõ ſuſtinerẽt; ſi rationem exquiris, quia ipſi in cauſa pluſquam Pharao rebellionis contra Deũ, Exod. 9. n. 35. *Ingrauatum eſt cor Pharaonis*, ait ſcriptura, *& ſeruorum illius, & induratũ nimis, nec dimiſit filios Iſraël*; cur & ſeruorum eius? nunquid iſti dimittere debebant populũ, aut Dei mandatũ ad illos? Minimè; ergo ad quid? *Vt manifeſtetur culpa cõmunis*, ait Caiet. Imò particularis ſeruorũ, ac cõſiliariorũ; nam non tantũ Pharao ex ſe obdurabatur, quantũ ex horũ conſilijs, quod inde eruo: nam vix iſti illi dimiſſionẽ conſuluerunt, ac ille obtemperauit c. 10. n. 7. *Dixerũt autẽ ſerui Pharaonis ad eũ*, ait ſcriptura, *vſquequo patiemur hoc ſcandalum? dimitte homines*; ac iſte ſtatim, *Ite, ſacrificate, &c.* Ergo ſi cor principis induratum, ſi Deo rebelle, ſi inobediens amplius ex ſuorũ ſeruorũ cõſilio, quàm ex ſe; iuſtè ergo puniãtur ſerui, vt dominus, & ſi ipſi non ſint Domini, & paria Regum ſupplicia experiantur, & ſi nõ Reges, & occidantur Dei iuſto iudicio omnia primogenita ſeruorũ, quia primogenitus regis occiſus, dicatque noſter Sapiens Dei admirans iudicium, quod *ſimili pœna ſeruus cũ Domino afflictus, &c.*

Exod. 9. num. 35.

Principes in malo obdurantur ob mala ſeruiorum ſuorum conſilia.

Num.13. *De omnibus enim non credentes propter veneficia, tunc vero primum, cum fuit exterminium primogenitorum, ſpoponderunt populum Dei eſſe.*

Commentum litteræ.

Connex'o capitis.

MAgnitudine enarrata plagæ, ſiue eius extenſione, effectum nunc proſequitur, pœna intellectum præſtante, dum ex morte primogenitorum concuſſi, tandem & Deum verum agnoſcentes, populum Hebræorum Dei eſſe populum, ac proinde omni veneratione dignum apertè profeſſi ſunt, ait ergo:

De omnibus enim non credentes propter veneficia, &c. Græca, *Omnia enim non credentes;* aliqui hoc de Hebræis intelligunt, qui & ſi priores plagas vidiſſent, tamen non perfectè in Deũ crediderunt, niſi poſt hanc vltimam, ex qua in veram Dei cognitionem deuenientes, apertè ſe Dei populum eſſe, & ſub eius manere protectione taſſi ſunt, Hugo, Holkoth hanc afferunt expoſitionem, nec improbant; vera tamen ſententia, & communis omnium eſt de Ægyptijs incredulis ad cætera ſigna propter venefica Magorum, quibus obcæcati vſque tunc Deum protectorem Hebræorum, & Dominum eſſe credere voluerunt.

Hugo. Holkoth.

Tunc vero primum, cum fuit exterminium primogenitorum. Græca, *In primogenitorum interitu, &c. Spoponderunt populum Dei eſſe.* Ægyptij ſcilicet Hebræos; tandem deuicti dederunt manus, non priuatè, ſed ſolemniter, Rege, totoque populo non ſolum in egreſſionem conſentiendo, ſed vrgendo, premendo, & dura principis illa conditio non antea deuicta quàm exterminium domi ſuæ proſpiceret. Exemplum hoc eſt cæterorum, ne ſi velint ſimilia experiri primæ Dei cedant vocationi, Deo libenter ſe ſubmittant, alioquin in proprijs experturi domibus, quod vident in alienis, de qua re ſtatim.

HOMILIA CIII.

Cautio principum Pharaonis exemplum, dura experientur, niſi lenibus curentur.

MIrum equidem, ac mirandum, vt incredulus extiterit Pharao, omniſque ſimul cum eo populus vſque ad primogenitorum internecionem, ſic vt tunc primum Iſraëlem Dei eſſe populum cognoſceret: nam & ſi ex anterioribus plagis Deum cognouit Dominum, & licet adhuc non percuſſus dixerit; *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſraëlem? Neſcio Dominum, & Iſraëlem non dimittam,* Exod.5.n.2. tamen ad plagas ranarum dixit Dominum iam recognoſcens, *Orate Dominum pro me, & dimittam populum,* cap.8.n.8. & grandinis plaga turbatus clamauit, *Peccaui etiam nunc, Dominus iuſtus, ego, & populus meus impij; orate Dominum vt deſinant tonitrua, & grando, vt dimittam vos, & nequaquam hic vltra maneatis.* Et iterum c.10.n.16. locuſtis totus tremefactus, *Feſtinus vocauit Moyſem, & Aaronem, & dixit eis: Peccaui in Dominum Deum veſtrum, & vos, ſed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deum veſtrum, vt auferat à me mortem iſtam;* Tamen quod Iſraël Dei eſſet populus nunquam ex tot ante viſis portentis cognoſcere voluit, vt noſter affirmat Sapiens; Vnde ergo ei tanta pertinacia? vnde ex tot ſignis, ex tot miraculis, ex tot portentis tanta inobedientia? Sanè ex ſuperbia, quam ſi ſemel animus imbuerit principis, & ſi Deum nominum recognoſcat, tamen ſic ex ea crudeſcit, vt nolit obedire. Vnde ſi Deum cognouit, tamen quia contra ſuam erat talis cognitio ſuperbiam, ideo illum cognoſcebat coactè, quando aderat flagellum, & actu flagellabatur; deſinebat vero cognoſcere, quando à flagellis vacabat, & tunc primum verè, & firmiter Deum patrem Iſraëlis cognouit, quando primogenita occiſa; pro qua re.

Exod.5. num.2. Ibid.c.8. num.8. Ibid.c.10. num.16.

Adnotandum, quod ſi ex auaritia Pharao populum noluit dimittere, tamen potior cauſa ex ſuperbia, quæ ex duobus oriebatur capitibus. Primò, quia Deum ignorabat, nullum ſupra ſe recognoſcere volens ſuperiorem, vnde aiebat, *Neſcio Dominum*; Secundò verò, quia Dei populum non Dei primogenitum, ſed ſe, ſed ſuum intendebat, ſic vt nullo modo inferiorem ſe, inferiorem ſuum populum Iſraëlitico reputare ex ſuperbia poterat. Hoc enim manifeſtè colligitur ex loco, Exod.4. n.21. quando properans Moſes ad Ægyptum dixit ad eum Dñs: *Vide vt omnia oſtenta quæ poſui in manu tua facias coram Pharaone, ego indurabo cor eius, & non dimittet populum, diceſque ad eum, hæc dicit Dominus, filius meus primogenitus Iſraël, dixit tibi; Dimitte filium meum, vt ſeruiat mihi, & noluiſti dimittere eum, ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.* Quæ verba ſecundum Rupertum Hugonem de ſancto Victore, Caietan. & alios, tunc dicta, quando plaga inferenda primogenitorum, ex qua antitheſi, vt benè ait Lippom. *Manifeſtè declaratur, ac tanquam cæleſti ſignaculo ſe comprobaturum, quod non Ægyptius, ſed Iſraël ſit populus Dei electus, & quod ad Iſraël pertineant iura cæleſtis primogenitura.* Ergo ſuperbus Pharao ſicut ſupra ſe Dominum alium recognoſcere detrectabat, ſic alium eſſe præter ſuum populum Dei primogenitum, quid ergo? Vt nunquam vt noſter ait Sapiens, *Dei eſſe populum ipſe cum ſuis ſpopondit*, ac quando primogenita occiſa, tunc infallibile habuit cæleſte ſignaculum Iſraëlem eſſe Dei primogenitum, non ipſum, non ſuum populum; vnde licet aliquando pœna coactus Dominum Deum recognoſcebat, tamen furijs agitatus ſuperbiæ Iſraëlem primogenitum, & anteriorem, & primum, ac priuilegiatum nunquam cognoſcere voluit, quid indeiut ſic tenax ſemper, ac durus in ante actis extiterit flagellis (quod propè admirandum) vt nunquam Iſraëlem ſuperiorem, nunquam ſe inferiorem recognoſcere voluerit, vt videas quàm dura in principibus ſuperbia, quam pertinaces illos reddat, quam inflexibiles ad Dei monita, vt nullomodo ſubijcere alteri ſe patiantur, ac primas illi dare, & ſi Deus iubeat, & ſi primum apud Deum illum cognoſcant; probabo paucis antequam ad documentum, quod intendo accedam.

1. Pharaonis ſuperbia in quo vertebatur, vnde Domino obedire noluit.

Exod. 4. num. 21.

Rupert. Hugo. Victorin. Caietan. Lippom.

Digitized by Google

2. Principum ſuperbia qua alterum Superiorem recognoſcere detrectat quàm inflexibilis.

Pharao enim, huius, qui Iſraëlem primogenitum Dei recognoſcere detrectauit anteceſſor, & ſi Ioſephum cognouiſſet *Dei ſpiritu plenum* Geneſ. 41 num. 38. & ſi cum Deo loquentem, ac myſteria ab ipſo accipientem, *quia oſtendit tibi Dominus omnia quæ locutus es*, tamen etſi ſuper domum ſuam eum conſtituerit, cunctoſque ei ſubiecerat, tamen ſe ſemper Ioſepho præfecit, vnde ei, *vno tantum regni ſolio te præcedam*. Ergo ne præcedes Dei ſpiritu imbutum, Dei familiarem, ſummi cælorum imperatoris intimum amicum? Sanè amice, potius vitam principes dabunt, quàm ſuperiorem recognoſcere.

Geneſ. 41. num. 38.

Immo nec æqualem, Aſſuerus enim Rex ab Amano interrogans quid fieri deberet illi, quem Rex honorare deſideraſſet, Eſther. 6. nu. 8. at ille, *Homo quem Rex honorare cupit, debet indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equum, qui de ſella Regis eſt, & accipere Regium diadema ſuper caput ſuum*, cui Rex, *feſtina, & ſumpta ſtola, & equo fac vt locutus es Mardocheo*; cur tantum ſtolam, & equum, & non diadema optimè Liranus, *de diademate regio tacuit*, ait, *quia non videbatur ſibi conuenienter dictum, quod alius à Rege portaret diadema*. Vitam Mardocheus Aſſuero dedit, ab inſidiis eum præſeruans Eunuchorum, qui eum necare intentarunt, & tamen equum, & ſtolam dat, diadema recuſat, ne æqualem ſibi eum faceret, & ſi vitam ei ſeruaſſet, ſic ſuperbiunt, vt malint vita quàm ſuperioritate priuari; vnde rectè Ambroſ. lib. 5. examer. cap. 15. *Quem*, inquit, *inuenies hominum, qui ſponte deponat imperium, & ducatus ſui cedat inſigne, ſintque veluti numero poſtremus & primo*, ſic durè ſecundos ſe aſpiciunt reges, ſic infandum æſtimant recognoſcere ſuperiorem. En tibi Pharao prius propè peremptus, quàm Iſraëlem Dei primogenitum recognoſcere velit, ob quod cum prima non ſufficerent flagella, ad vltimum deuentum primogenitus eius occiſus. Ad vos, ô Reges dicitur hęc, ad vos ô mundi principes, Dei primogenitum, hoc eſt ſacerdotium ſanctum, Clerum ſublimem, Pontificem ſummum recognoſcere non vultis ſuperiorem, ſecundos vos æſtimare detrectatis, ſub veſtram eos redigere poteſtatem ſatagitis, cauillis, machinationibus, neſcio quibus iuribus, quibus prætenſis prætextibus ſubditos illos dicitis veſtros, ac proinde Iſraëlem Dei primogenitum dimittere non vultis liberum, ſed grauatis, ſed oneratis, quid ſperatis? ad inſtar Pharaonis Deus vos flagellabit, intemperie primum aëris, mortalitate beſtiarum, conſumptione frugum, terræ vaſtitate, & niſi reſipiſcatis, primogenita veſtra occidet, hoc eſt deſiderabilia, ac pretioſa quæque, ſic vt tandem in profundum vos mergat abyſſi, ad Pharaonis inſtar, vt eius exemplo diſcatis quod dura experiemini, niſi lenibus curemini.

Eſther 6. num. 8.

Liranus.

Ambroſ.

3. Principes Chriſtiani Pontificis Clerique ſuperioritatem recognoſcere detrectantes ad Pharaonis inſtar flagellabuntur.

4. Pharao cur Magos ad ſe vocauit.

Sed pergo vlterius, non credidit Pharao Dei eſſe populum ob ſuperbiam, vt diximus, ac proinde noluit eum dimittere, ſed etiam non credidit *ob veneficia*, vt noſter ait Sapiens; cum enim Moſes iuſſionis Domini ſignum daret, adhoc vt Pharao crederet, immo ad eius petitionem ſignum feciſſet; nam ipſe ſigna poſtulauit, quod colligitur ex illis verbis, Exod. 7. num. 9. *Cum dixerit vobis Pharao, oſtendite ſigna*, ipſe tamen ex auaritia, ac cupiditate populum retinendi Magos aduocauit, *Vt ſi facerent eadem*, vt Hug. ait de ſancto Victore, *propter hoc videretur non debere dimittere populum*; *vocauit autem Pharao ſapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quadam ſimiliter*. Ergo cupiditas retinendi populum, vt incredulitatis excuſationem haberet, fecit, vt Magos accerſerent, vt dum ſimilia illi perpetrabant, videretur iuſtè ipſum populum non dimittere, quia etiam iuſtè non credebat. Optimè quidem, ſed quid? nunquid dimiſit, quando ſimilia facere ſui non potuerunt Magi? minime; immo amplius obdurùit, Exod. 8. num. 18. *Fecerunque ſimiliter malefici incantationibus ſuis, vt educerent cyniphes, & non potuerunt, & dixerunt malefici ad Pharaonem, digitus Dei eſt hic, indurauitque eſt cor Pharaonis*; quid ex hoc? multa; primum, vt perpendas, quo auaritia, ac cupiditas principes ducat, vt ad falſos accurrant doctores, *Quorum*, vt inquit Rupert. *Magi Pharaonis patres, vel exemplaria prima fuerunt*, qui ad inſtar horum Magorum præſtigijs, cauillationibus, verſutiis, doctrinis extortis, malè intellectis, ad proprium ſenſum vi, ac violentia adductis dragones præſtigiatos educant, concluſiones ſcilicet, non veritatem realem in ſe, ſed apparentem tantum habentes, quibus ipſi credentes excuſationem reputant ſe coram tremendo dei iudicio inuenire crudelitatis, ſeu rapaciſſimæ dominationis ſuæ; at inde duritiam cordis fuiſſe tales accerſere deducitur: nam & ſi poſtea forſitan deficientibus incantatoribus veritatem audient, nec ſic obtemperabunt. Audi Auguſt. quæſt. 22. in Exod. *Videtur*, ait, *propterea cor Pharaonis induratum fuiſſe, quia & incantatores Ægyptiorum ſimilia fecerunt, ſed conſequentia decebunt, quanta fuerit illa obduratio etiam cum incantatores deſiſterent*; quia vt inquit Interlin. *prana qualitate infectum, non emendatur quamuis Magi deficerent*; vt videas in quale barathrum auaritia principes inijciat, vt ad eam defendendam non doctores ſanctos, fortes, robuſtos, veraces accerſant, ſed fallaces, ſed molles, delicatos contra potentiam irrumpere non valentes.

Hugo Victor.

Exod. 8. num. 18.

5. Principum auaritia & rapacitas, eos ad falſos accurrere doctores impellit.

Auguſt.

6. Ex ea quàm obſtinati reddantur ad veritatẽ credendam. *Interlin.*

Audi me, *dixerunt enim ligna*, ſub typico Apologo deferentes regnum ficui, Iudic. 9. num. 10. *Veni, & ſuper nos regnum accipe*, quid ficus cum Rege? Montanus, quia nulla aptior arbor ad regum auaritiam exprimendam, dum ad aquam captandam ſic longiores effundit radices, vt nec terram, nec domum, nec cubiculum, quod non penetret relinquat. *Nulla ex omnium plantarum genere auaritiam aptius refert, quàm ficus, cuius ad exigendum vndique humorem, & frequentiſſimæ radices, & nonnulle adeo longæ deprehendantur, vt ad puteos, & fontes, ac paludes longo internallo diſtantes pertingant, adeo etiam ſagaces, vt intra domos loca quærere, ſubire, atque obtinere didicerint, in quibus lagena, hydriæ, cæteraque aquaria vaſa conſtituuntur, ibique ſoleant diutius herere.* Sic principum auaritia & campos, & paludes, & terram, quid? & profundum peruadit domus, cubicula, ſecretioraque loca indagans vt vi, ac violentia aurum, argentumque rapiat. Verum hoc, & ſatis

Iudic. 9. num. 10.

Montan.

7. Ficus auaritiæ regalis propius typus, & cur,

ſcitum, ſed mea ſententia antiquarum: nam de illa principum auaritia intelligi poteſt antiquorum, non modernorum Gentilium, non Chriſtianorum, qui populos deprædabantur vi, rapina, latrocinijs; at noſtra nunc & ſi amplior, quàm illa, & ſi in re latrocinium, tamen in proſpectu iuſtitia, ſanctitas; hinc ad recentiorem accedendo, aliam ego inuenio conuenientiam ficus cum Rege; in hac enim ſi lignum aſpicias, inter omnia ligna nullum reperies ſic molle; ſi fructum, nullum ſic tenerum, ſic vt ex ſe manus requirat delicatas, teneras, molles, vt vix illum palpent, non premant; dicat ergo Montanus quod velit, Regi aſſimilet ficum ob radicum extenſionem; nam ego ſimilem illam ei facio ob teneritudinem, ac mollitiem, qua manus requirit teneras, doctores ſcilicet molles, qui eum palpent, non premant, qui doctrinas inueniant, quibus licitum fiat quidquid velint, quidquid deſiderent, ita vt nullum ſit onus, nulla dira exactio, nulla tandem violenta ſpoliatio, quæ ab illis non iuſta, non licita; non honeſta reddatur, ſic vt iuxta illud Micheæ cap. 7. num. 3. *Non tantum princeps poſtulet, quantum index in reddendo ſit.* Quod non ſolum de iudice temporali, ſed peccatis noſtris de ſpirituali etiam intelligendum iudico, qui libros, ſacroſque Doctores non tangit legendo, ſed premit manducando, cum hoc illicitum, illud permiſſum. Hinc Deus ad Adamum lignum ſcientiæ boni, & mali prohibens ait: *In quocumque die comederis ex eo morte morieris*, Geneſ. 2 num. 17. per quam arborem, vt rectè Lippom. ſcientia intelligitur humana, ſacris doctores, Scholaſticique libri, quorum ſcientia & ſi diuina, tamen quatenus ſtudio apprehenditur humano, humana dici poteſt; quid ergo? hos non prohibet Deus tangere, vt malè mulier diabolo reſpondit, ſed tantum manducare; nam cibus manducatus in ſubſtantiam vertitur manducantis, vnde ſic vult Deus, libros legamus, vt illos, illorumque doctrinam non in noſtrum vertamus ſenſum, & vt nos dicamus quod illi, non illi quod nos, non vero è contra, vt plerumque fit, faciuntque principum conſultores; libros enim, ac authores non legunt, non tangunt, inquirendo quid dicant, ſed comedunt in ſuos eos reducentes ſenſus; quod ſi rationem inquiris, vt ex doctrina ſubſtententur, vt dum ipſi pro principe, princeps pro ipſis; Audi quomodo hoc eleganter Chaldaïca exprimit lectio in adductum Micheæ locum: nam vbi vulgata, *Princeps poſtulat, & index eſt in reddendo*, ipſa legit *Princeps poſtulat, & index dicit, Fac pro me, & retribuam tibi.*

8. Principes quales requirant Doctores.

Mich. 7. num. 3.

9. Libri ſunt tangendi à Doctoribus non manducandi. *Lippom.*

Secundò adnoto amplius induratum Pharaonem, quando Magi, incantatoreſque ei dixerunt, *Digitum Dei eſſe*, non humanum, veritatem iam, non fallaciam, quæ à Moſe proponebatur, & tamen & ſi hoc ſuimet doctores, non ſolum conuerſio non eſt ſecuta Regis, quinimmo vt inquit Interlineal. vbi ſup. & adnotat Auguſt. amplior induratio; quid ex hoc? Illud, vt aduertant, ponderent, diligenterque attendant principum conſultores, quid primũ Regibus conſulant: nam ſi ſemel iuxta eorum ſenſum, ſic indurantur, vt ſi poſtea aut veritate coacti, aut Dei timore contrarium dicant, ſic non proficiunt, vt amplius potius principes indurentur. Mirum quod ſcribit Matth. cap. 27. num 19. *Sedenti*, ſcilicet, *Pilato pro tribunali*, miſiſſe ad eum vxorem eius dicentẽ, *nil tibi, & iuſto illi: multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter illum*; & tamen cum benè apud Pilatum innocentia Domini teſtata eſſet, nil vxor profuit, & ſi talia nuntiaſſet. In quo facto pondero, primum, cur diabolus potius ad mulierem, quàm ad corda acceſſit Iudæorum? nonne melius, vt ad hos accederet, qui principes erant occiſionis? nam mea ſententia mulieris ſomnium non à Deo, ſiue Angelo, ſed à diabolo immiſſum exiſtimo, vt affirmat Ignat. Epiſt. 5. ad Philippenſ. Beda, & author Scholaſticæ hiſtoriæ, ac Rabanus vt apud D. Thom. in caten. *Hunc demum*, ait, *diabolus intelligens per Chriſtum ſe ſpolia ſua amiſſurum, ſicut primum per mulierem mortem intulerat, ita per mulierem vult Chriſtum de manibus Iudæorum liberare, ne per eius mortem mortis amittat imperium*; licet contrarium ſentiant Origenes, Hilarius, Leo ſerm. 11. de Paſſione, Hieronym. Chryſoſt. Theophylact. & Euthim. relati à Maldonato, cum quibus ipſe aſſentit; nam licet hæc poſterior opinio ob tantorum ſanctorum Patrum authoritatem probabilis ſit, mihi tamen ſemper probabilior contraria apparuit, tum ex perſona, quia gentilis, quibus rariſſime diuina oracula, tum ex modo: nam ly *multa paſſa ſum hodie per viſum propter eum*, neſcio quid horridum, quid alienum ſonat à tractu diuino, & potius quid diabolicum, cum nunquam diabolus ſuauis, nunquam lenis: nam ſi vt dicunt reuelatam ei fuiſſe diuinitatem Chriſti, & in eum ipſam credidiſſe, hoc per horrida fieri, & per viſiones, aut prædictiones horrendas, non rectè aſſentit intellectus, & extra vſum diuinæ eſt reuelationis, eo vel maximè: nam ſi diuina fuiſſet reuelatio, certè ipſa per ſe, non per nuntium acceſſiſſet efficaciter liberationem intentans; Adde ad hæc: nam ſi Chriſtum filium Dei cognouit, cur Pilato nil amplius, quàm iuſtum eum nominat, cur non filium Dei, cur non verbum patris, cur non Deum? Signum ergo quod diabolus illum non amplius, quàm hominem iuſtum indixerat. Ergo ſomnium extitit diaboli per mulierem fructum intentans impedire paſſionis; ac cur ad corda non acceſſit potius Iudæorum, vt diximus, qui mortem intentabant, vt ab ea deſiſterent? Sanè ea ratione; nam & ſi liberum ipſi ea accendere, tamen non liberum ſemel accenſa ſedare, in quo ſtat myſterium; & ad id quod dicimus probandum valde conducens; ſemel enim à diabolo accenſis Iudæorum animis ad Chriſtum interficiendum, quando contrariis ſuaſionibus voluit peſtilens ea lenire non valuit, nec potuit; quid ergo? ad mulierem aduolauit adhuc innocentem, abſque paſſione, vt per eam videret, ſi fructum impedire poſſet paſſionis, quem autumabat, ac præſumebat, ſicut & fecit: nam & mulierem mouit, quæ ad virum nuntium miſit dicens: *Nil tibi, & iuſto illi*, vt exinde videas quàm difficile ſit poſt primam conſultationem corde, ac affectu moto, ad alteram meliorem illum reflectere: nam nec ipſi diabolo hoc poſſibile.

Matt. 27. num. 19.

11. Diabolus non Angelus mulieris Pilati inſomnium immiſit. *Ignatius. Beda. Author. hiſtor. Eccleſ. Origen. Hilar. S. Leo. Hieron. Chryſoſt. Theophil. Euthim. Maldon.*

12. Diabolus cur potius ad vxorem Pilati acceſſit necem impedire Saluatoris intentans quàm ad ipſoſmet Iudæos.

Interlin. Auguſt.

10. Principum conſultores attendere debent quid primum cõſulant, & tur.

ed by Google

13. Cur nil valuit cum Pilato etiam si simul cum vxore. *Auguſt.*

At cur nec cum muliere valuit cum Pilato? Mirum hoc ſi quantum mulieres apud ſuos valeant viros conſideres, & amplius mirum, ſi obſerues quod Diu. ait Auguſt. ſerm. de Paſſione, relatus à Diu. Thom. in catena, qui acutè ponderat, ideo mulier multa paſſa, vt per eam vir amans plus quàm ipſa affligeretur, *Pertulit*, ait, *in vxoris afflictione iudicium, vt crimini Iudæorum non præbeat in iudicio conſenſum, iudicatur ipſe, qui iudicat, & torquetur antequam torqueat.* Egregiè, ad inſtar Pharaonis flagellatur in muliere, ſicut ille in ſubditis, torquetur in fœmina, antequã torqueat virum; cur ergo obduruit, & mulier nil præualuit? Sanè amice, ob eandem rationem, qua diabolus non acceſſit ad corda Iudæorum, vt ſuprà dicebamus; vnde attende tempus, quando nuncium miſit, & rationem agnoſces. *Sedente pro tribunali*, ait Euangeliſta; Ergo tunc mulier, & per hanc dæmon retrahere à conſilio Pilatum intentauit, quando iam aliud de occiſione inſtillauerat, quando tam Pilatus *adiudicauerat fieri petitionem Iudæorum.* Ergo quid mirum, ſi ſemel in animum iudicis, in animum Iudæorum mortem indiderat Saluatoris, amplius eorum corda mollire non potuit, immo amplius obdurare? Vnde hoc Chryſoſt. homil. 87. in Matth. ante medium tom. 2. quaſi admirans ait: *Nihil autem præmiſſorum Chriſti aduerſarios mouit, quia eos omnino inuidia excæcauerat*; Adde & diabolus; quod cum ſit, & nec diabolus illud efficere poſſit, nec iterũ ipſe cum mulieres, quod amplius, nunquid æſtimandum homini illud poſſibile, & quod ſemel principis moto animo, ad meliorem frugem illum reuocare poſſint, falluntur. Hinc Pharao, quia à Magis ſemel perſuaſus fallacia eſſe quæ Moſes, vt elegantèr deſcribit Philo de vita Moſis, affirmans illos, dum virgam in draconem mutatam vidiſſent obſtupeſcentibus cunctis; *Quid eos terret?* dixiſſe, *nec nos ſumus, rudes talium artium, & nos talia patrare poſſemus*; etiam ſi poſtea digitum Dei illum eſſe inclamarunt, etiam ſi contraria Pharaoni ſuaderent, nil ille mollior effectus, amplius induruit, ſic vt Dei lenia ſpernens monita, duriora fuerit expertus, vt ſemel intelligant principes in quantum ſimiles eos doctores præcipitium injiciant, vt ex eorum ſuaſionibus, ſic contra Deum, contraque veritatem indureſcant, vt lenia dum non ſufficiant, duriſſima experientur.

Chryſoſt.

15. Principes Deo inobedientes inobedientia plectentur ſubditorum.

At quæ erunt hæc duriſſima quis enarret? Primò enim, quia Deo rebelles, & ad eius monita obſtinati illa plaga ferientur, qua nulla ipſis maior, ſubditorum ſcilicet inobedientia, ſic, vt non placide, non ſponte, ſed coactè obediant, non more hominum, ſed animalium ipſis exoſi, vnde facile ex hoc regnum dominatumque amittent. Noſter certè primus parens antequam peccaret, ſic à Deo dominatum ſuper omnia accepit animalia, vt quamuis grandia, & ferocia ad nutum illi obtemperarent, Geneſ. 1. num. 28. *Replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.* Quod admirans Ambroſ. lib. 6. exam. cap. 6. ſic ait: *Videbatur nihil elephantis creatura habere robuſtius, nihil tam terribile, & procerum, nihil tam ferum, quam leones, vel tigrides ſunt, & tamen*

Geneſ. 1. num. 28.

Ambroſ.

16. Vt animalia eos obtinebunt ad eos ſibi ugandos [illegible] ctione, & ſtutia lis opus.

hæc ſeruiunt homini, & naturam ſuam inſtitutione deponunt, docentur vt paruuli, ſeruiunt vt infirmi, verberantur vt timidi, corrigantur vt ſubditi, in mores tranſeunt noſtros, quoniam motus proprios perdiderunt. Quàm merum tunc hoc imperium, quàm abſolutum; at poſt peccatum totum illud perdidit, & ſi aliquod obtinet, hoc non ex animalium propenſione, ſed ex vi, ſed ex metu, ita vt illud non habeat tantum ex dominatu, quantum ex arte, ex inſidijs, ex fallacia, ex violentia, vnde potius fallacia, quàm dominatio dici poteſt. Quod egregiè conſiderauit, ac animaduertit Anaſtaſ. Sinaïta anagogicarum contemplat. in exam. lib. 6. cap. 6. ponderans non verum, & abſolutum dominium poſt peccatum homini ſupra animalia relictum, & ſi ſuper ea dominetur: nam nunc non ſicut ante placido, ac diſpoſito dominio ea ſubijcit, ſed arte, ſed fallacia. *Dominatum dico*, ait, *non enim, qui conſiſtit per artificioſam aliquam excogitationem, inſtrumentaque, & ſtudia venatoria, vt quibuſdam viſum eſt dicere, illa enim non eſt dominatus, ſed calliditas, & dolus; non enim hi qui dominatur alicui (& maxime ipſo Dei) dominatur cum ſubtili mentis excogitatione, ſed apertè dominatur cum poteſtate, & authoritate*; cuius infrà rationem reddens ſubiungit: *Nam qui dominatur animalibus, & piſcibus, & volucribus ipſo Dei dicit Leoni, veni, & venit, & aquilæ, ingredere, & ingreditur, & piſci, appropinqua, & obedit, & draconi, pereat, & ſtatim expirat.* Nil melius, ante peccatum verum homo, ac placidum ſuper animalia obtinebat dominium; at poſt peccatum ſic ſuis exigentibus demeritis, ſi ea ſubijcit, non tantum illud obtinet ob dominium, quantum ex calliditate, ex fraude, ex vi, ex violentia.

Anaſtaſ. Sinaït.

17. Homo poſt peccatum non abſolutum ſuper animalia dominium obtinet, ſicut ante illud.

Ad quod amplius probandum, adnoto illud Geneſ. 9. num. 1. Domini ad Noë poſt diluuium, vbi inter alia: *Creſcite, & multiplicamini*, ait, *& replete terram, & terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terram.* Recole quomodo ſupra locutus ante peccatum, quando hæc eadem animalia homini ſubiecit, & differentiam aſpicies dominatus, ibi *dominamini* tantum, hîc *terror veſter, &c.* quæ huius rei ratio? Optimè Caietan. ob differentiam: *Nam in principio, quando creatus eſt homo, datus eſt homini dominatus animalium, modo datur ei territatio animalium, ad inſinuandũ, quod in ſtatu innocentiæ fuiſſet dominium pacificum, modo autem dominium terribile.* Ergo & ſi dominatur hoc ex arte, ex fallacia, inſuper ex terrore, cuius ſi radicem inquiris ea; nam non ſponte vt primum, ſed coactè obediunt, non voluntate, ſed metu, intrinſecè ſemper rebellãtibus, ac dominium refugientibus; quod patet, nam aliquãdo & contra hominem inſurgunt eum dilaniando, diſcerpendo, quod totum prouenit ex diminuto hominum in belluis dominatu; Vnde Hugo de ſancto Victore: *Quod autem*, ait, *interdum bellua quædam marina euertant naues, & deuorent homines conſecutum eſt ex peccato: nam piſces, & cætera bruta non ſunt ita perfectè ſubiecta poteſtati humanæ in ſtatu naturæ corruptæ, ſicut fuerunt in ſtatu innocentiæ.* Quid ex hoc? Sanè illud, vt quod Adamo reſpectu animalium poſt peccatum, Regibus ex eorum peccatis, vt

Geneſ. 9. num. 1.

Caietan.

18. Ante peccatum dominatus animalium fuiſſet pacificus, poſt illud eſt terribilis, & cur.

19. Principibus vnde subditorum rebellio, ac malevolentia.

scilicet iusto Dei iudicio subditis iam non præsint, vti animalibus obedientibus, sed retrectantibus; vnde quando ipsi peccatores, quãdo Deo rebelles, quando ac alteri Pharaones populum Dei, Clerum sanctum grauant, vexant, expilant, quando Dei Ecclesiam recognoscere nolunt, quando contra eam insurgunt, iusto Dei iudicio rebellionem experientur in subditis, inobedientiam, odium, malevolentiam, sic vt eis necessarium ad hoc vt subijciantur, non dominio, sed arte, sed fallacia, sed vi, sed coactione, ita vt verè possit dici illos non amplius hominibus, sed bestijs dominari recalcitrantibus: nam vt rectè Greg. lib. 21. Moral. cap. 11. *In eo quod sibi à perversis viventibus metum exigunt, quasi non hominibus, sed brutis animalibus dominantur.* Quid acrius illis quaeso euenire potest; at merito, quia obstinati, & Deo rebelles, & si Christiani, quod amplius notandum; hinc par pari Deus referens, & si regnum ab eis non tollat, tamen sic duros, sic obstinatos, sic subditos inobedientes reddit, vt penitus amissa in principem charitate corpore subditi, animo rebelles sint, vnde & si non rebellantur non est quia nolunt, sed quia non possunt.

Gregor.

20. Tributa subditorum rebellionis causa.

Sed vlterius pergo huius rei indagando causam, quæ mea sententia nulla alia, nisi post primam illam, nempe principum peccata, subditorum oppressio ex tributis, & exactionibus, sic vt non solum rem, sed sanguinem eorum ebibere aliquos videas; Hinc adnoto in præfato Genes. loco causam cur Deus, non sicut prius simpliciter dominatum super animalia homini, sed terrorem ac super ea tremorem: *Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ*, quid si prius subiecta, placido dominatu? cur postea non similiter, sed voluit, vt essent per terrorem, ac tremorem? Sanè amice, quia, vt rectè adnotat Lippom. ante peccatum, licet esset dominium, tamen ad illorum vtilitatem; Post peccatum autem adiectum dominium ad propriũ commodum. *Duplex est dominium*, ait Lippomanus, *vnum quo is dominari asseritur, qui alios ad vtilitatem ipsorum, vel bonum commune dirigit, & tale dominium etiam in statu innocẽtiæ ad bonum subditorum ex ordinatione diuina profectum fuisset; Alterum prout repugnat libertati, quo aliquis subiectis imperat, non ad illorum vtilitatem, sed ad proprium commodum, & huiusmodi in statu innocentiæ non fuisset.* Hoc ergo supposito, en ratio, quare ante peccatum, vt animalia homini subijcerentur non erat necessaria coactio, ac tremor, sicut post illud: nam ante dominium animalia homini subdita ad ipsorum commodum, & vtilitatem; post peccatum vero ad hominis beneficium; quod inde colligitur: nam statim post prædicta, quasi rationem Dominus assignans, sequitur: *Omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum.* Ergo cum ad cibum hominis ea tunc destinasset, & non ante, vt communis est opinio: nam vt benè Caietanus: *Ante diluuium poterat homo vesci carnibus, ex naturali dominio, sed non indigebat alimento carnium, sicut post diluuium*; ideo carnium esus ei concessus; hîc cum iam animalium dominium hominis post peccatum non iam amplius in ipsorum animalium vtilitatem, sed hominum; immo in ipsorum excidium, & ruinam, ideo necessarium vt super animalia homini adderetur timor, & tremor. Iam me habes, vis scire cur principes arte, dolo, fallacia, vi, ac machinis mille astringuntur, vt subditis dominentur, vt in subiectione eos contineant; attende quomodo regunt: nam dum aspicis totum regimen ad ipsorum, non subditorum dirigi commodum, & illud eos ad rapiendum, ad spoliandum accipere; mirari desine, si coactione opus, si non libere eis populi seruiunt, sed coactè, si non rebellantur, quia nolunt, sed quia non possunt, contra Christi exemplar gubernantes, qui ad eorum confusionem, tantum ab est, vt subditos expoliet, quinimmo seipsum expoliauit, tantum abest, vt eorum carnibus siginetur, vt ad eos saginandos suam dederit; Audi Paul. ad Colossens. cap. 2. num. 11. *Exspolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans ipsos in semetipso.* Quæ verba sic legunt Hilar. lib. 9. de Trinitate, & August lib. 16. aduersus Faustum cap. 19. *Exuens se carnem principatus, & potestates exemplauit.* quid est exemplauit, nisi exemplum præbuit principatibus, & potestatibus? quomodo de subditis triumphare, quomodo eos regere deberent? Non ipsorum carnem induendo, vt sic dicam, sed suam eis præbendo, se illa exuendo; at Tertull. siue Nouatianus non legit *exemplauit*, sed *dehonestauit*, quasi contrarium facientes ab exemplo Christi, sic confundantur, vt dehonestentur. Vnde pulchrè Hilar. lib. 1. de Trinitat. post principium sic hunc declamat locum, *Ad vltimum*, dicens, *in homine passus, vt potestates dehonestaret, dum immortalis ipse, neque morte vincendus, pro morientium æternitate moreretur.* Quod cum sit, quid mirum, si non coactè, sed spontè, sed voluntate Christus teneat subditos, Reges vero non nisi violenter.

13. Principibus vnde necessarium arte, coactione ac fallacia subditos regere.

14. Christi dominatus, quam differens à dominatu principum terrenorum. *Hilar. August.*

At dices hoc non esse contra iustitiam; nam debent subditi principes alimentare, onera subire, eos in regimine manu tenere, maiestatem, ac regium splendorem sustentare, quæ sunt rationes hodiernorum hominum, seu præstigiatorum, quibus omnia licita principum onera faciunt: nam ob hoc etiam Deus dominium in animalibus homini dedit, vt eis sustentaretur, & vita animalis ob hoc homini iustè debetur, nec vllam animali homo iniustitiam agit si ipsum occidit, quia ad eius sustentationem necessarium. Sanum hoc; & verum; sed velim, vt simul attenderent quæ sequuntur: nam post dicta adiecit duo, & admiranda Dominus, tanquam si figmentum hoc similium doctorum aspiceret, vt illud contunderet, adiecit enim, *Quasi olera virentia tradidi vobis omnia*, & secundum, *excepto quod carnem cum sanguine non comedetis*; quid ergo ex hoc? illud, vt sic parce vti debeant homines animalibus, ac sic frugaliter, vt prius oleribus, & secundo, non sic animalia edere, vt cum sanguine nil prorsus illis reseruando. *Vtantur*, ait Ambros. de Noë, & Arca, *qui vtuntur carnibus tanquam oleribus, non ad distensionem, non ad ruinam corporis, quam epula carnis facere consueuerunt*; & comedant animalia tamen sine sanguine, qui

15. Eos ob hoc contrarium facientes dehonestat.

16. Deus quãta circumspectione eum concessit carnium & cur. *Ambros.*

21. Deus cur post diluuiũ hominis terrorem in animalibus concessit quod non sic quando prius ea illi subiecit. *Lippom.*

22. Carnium esus homini post diluuiũ concessus.

Chryſoſt. Deo conſecratus, vt ait Chryſoſtom. *Quaſi diceret*, inquit, *quia ſacrificia perfecturi erant ex brutis, ſanguis mihi ſegregatus eſt vobis cara.* Sic ergo, verum, quod ſubditi tenentur principes ſuſtentare, verum, quod iſti eos grauare, ac ex illorum ſubſtantijs ſe alere, ſed hoc aduertant, vt non ſit *ad ruinam*, vt ait Ambroſ. non ad epulas, non ad luxus, non ad crapulas, non denique ad pellices, amicoſque fagirandos, & tandem vt ſic eis vtantur, vt contenti ſint carnibus, non etiam ad ſanguinem aduolent; contra quos declamans Hierem. 2. num. 34. *In alis tuis*, ait, *inuentus eſt ſanguis animarum pauperum, & innocentium*; quem locum ſic extollunt Hebræi, *In oris veſtimentorum tuorum inuentus eſt, &c.* Indigetans ex hoc ſanctiſſimus Prophe-

15. Principes vt grauare debeant ſubditos quantaque circunſtantia. *Hierem. 2. num. 34.*

ta Regum purpuram aliquando non tantum vermium ſanguine, quantum animarum purpurascere: nam dum nimis eos grauant, ad blaſphemandum, ad iurandum, & amplius ſæpè ad fidem relinquendam impellunt; & ſecundo, quod & ſi ſibi carnem, ſanguinem Deo relinquant, vt ad Dei conſecrata non inhient, vt Eccleſias non expilent, vt clerum non grauent, vt Dei Eccleſiam non vt ſeruam, ſed vt dominam attendant; proh pudor Chriſtianorum principum, quorum charitas ſic friguit, vt reputent ſe bella ſuſtinere, inimicos ſubiugare, regnum defendere poſſe, Eccleſias grauando, Deo non ſua relinquendo, ſic vt contra eius præceptum totum velint animal, & carnem cum ſanguine deglutire; væ eis, quia ad inſtar Pharaonis aqua ipſis verteretur in ſanguinem, cruore replebuntur bellorum, quæ ex Eccleſiaſticis prouentibus non extinguuntur, ſed iuſto Dei iudicio fouentur, ſic vt nouis ipſis excogitantibus grauaminum modis, noua addantur effuſiones, ac neceſſitates bellorum; & niſi reſipiſcant tanquam alteri Pharaones ad ipſius inſtar lenibus non curati, aſperis plectentur, rebellione ſcilicet ſubditorum, vt diximus, ac maleuolentia, ſed nec hoc ſolum: nam ſecundo morte plectentur, & non qualibet, ſed ignominioſiſſima, cum quia ipſi non ſolum beneficijs à Deo acceptis, & pijs flagellationibus non ſe emendarunt, quinimmo amplius contra Deum recruduerunt, vti Pharao, qui frontosè, & vafrè, ſine pudore Deo ſæpè mentitus, Deus eos occidet, & inſuper ignominiosè.

18. Niſi Deo obedientes erunt morte plectentur ignominioſa.

Oſeæ 7. num. 16. Audi Oſeam Prophetam cap. 7. num. 16. contra Iſraëlem ſic ex parte Dei inclamantem, *Cadent*, ait, *in gladio principes eorum*, morientur ſcilicet dire; at hoc ne ſolum? minime, *Sed iſta ſubſannatio eorum in terra Ægypti*; hoc eſt vt ait *Vatabl.* Vatab. & Clarius, non ſolum gladio, duriſſimaque morte cadent, ſed etiã ignominioſiſſima, dũ ab Ægyptijs eorum inimicis ſubſannabuntur, ridebuntur; at cur Deus eos ſic dire caſtigauit Attende quæ ſuperius dixerat, & cauſam agnoſces, *Receſſerunt à me*, ait, *& ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum. Erudiui eos*, inquit, quid eſt erudiui? Arias Montanus, *Ad inſtar medici bona dedi, ſanaque conſilia*; Vatab. *Erudiui ad bellum, conſtrinxi, & accinxi eos gladio*, iuxta illud Dauid Pſalm. 143. num. 1. *qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*, Leo Hebræus erudiui, hoc eſt *reprehendi, & caſtigaui prauos eorum mores per Prophetas.* Ergo vt eos à peccatis reuocaret, vt eos corrigeret prius ſana, & ſalutaria dedit eis monita; ſecundo, etiam beneficia contulit, fortes, validoſque eos efficiẽs in bello; Tertiò tandem per Prophetas caſtigauit eos reprehendendo; at iſti quid profecerunt? Audi, *Et in me cogitauerunt malitiam, reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo, facti ſunt vt arcus doloſus*, hoc vltimum pendo, non ſolum ait mala pro bonis retribuerunt, malitiam contra me cogitando, & ſe à meo excutiendo iugo, ſeu ſeruitute, ſed etiam facti ſunt vt arcus doloſus, *Qui percutit dirigentem, & vulnerat Dominum*, ait Hieron. Vnde Ruffinus, *tantum peruerſitatis habuerunt, vt viderentur arcus doloſus, qui videlicet fraude monſtruoſa in ipſum cuius manibus tendebatur tela dirigeret.* Ergo ex monitionibus diuinis illud profecerunt, vt ipſiſmet Dei beneficijs contra ipſum Deum pugnarent, ampliuſque ex ipſis obdureſcerent, *Nil remittentes duritiam ad pœnitentiam*, vt ait Cyrill. Alexand. qui legit, *arcus extenſus*; quid ergo mirum, ſi lenibus prius non emendari, dura poſtea experti ſint, vnde ignominioſiſſime occiſi? En tibi Pharao in exemplum; quantis miraculis prius, quãtis monitionibus, quantis flagellis à Deo admonitus? at ipſe quid? quaſi arcus doloſus, vafrè, ac peruersè toties Deo eſt mentitus; immo quod mihi admirandum, vt toties etiam Moyſi, tamen frontosè quando percutiebatur, Moſem aduocabat, vt pro ipſo Dominum deprecaretur, vnde hoc? ob duas mea ſententia rationes; Prima, quia vt magnus Greg. lib. 14. Moral. cap. 11. qui ſemel Deum contemnunt, multo magis humana iudicia ſpernunt: *Sunt quidam*, ait Sanctus, *qui poſtquam Deum in mente contempſerunt multo magis humana iudicia ſpernunt, atque omne malum quod appetunt audacter peragere non erubeſcunt, quos ad perpetrandum malum occulta iniquitas inuitat, & nulla aperta verecundia tardat.* Egregiè, dum enim Pharao in mente ſemel Deum contempſerat, non mirum quod & ſimul Moyſis humanum iudicium; vnde ſicut inuerecunde Deo mentiebatur; ſic etiam inuerecunde Moyſen, vt pro ſe oraret interpellabat. Secunda vero, quia Rex, quorum ſuperbia ſic tumida, quorum de ſe ipſis æſtimatio ſic alta, vt & ſi Dei ſeruum grauent, tamen quia principes audacter, vt pro ſe orent imperant, & ſeruos Dei premendo, in neceſſitatibus poſtea frontosè ad eos accurrunt, vt pro eis orent. Saül bis frontosè Samuëlem ſpreuit, eiuſque mandata quæ ex parte Dei, contemnendo, & tamen frontosè ab eo petijt vt pro illo oraret 1. Reg. 15. num. 25. *Et nunc porta quæſo peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem Dominum*; Nec aliter peſſimus Ieroboam de quo mox dicam 3. Reg. c. 13. frontosè contra Dei ſeruum extendit manum, vt eum apprehenderent, quæ ſtatim arida effecta, quaſi nil contra Dei ſeruum intentaſſet, ait illi: *Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt reſtituatur manus mea mihi.* Mirum, vt ſic audacter loquatur ad hominem, quem dire apprehendere iuſſerat; ne mireris amice, Rex erat, Dei ſeruos premunt, grauant, tributis onerant, expilant, aurum, argentum ab eorum Eccleſijs auferunt, & cum hoc fecerint, Pharaonis inſtar in neceſſitatibus ad Dei ſeruos accurrunt, vt pro eis orent, & quod peius nihilo ex beneſi-

Arias Montan. Vatabl. Pſal. 143. Leo Hebræus.

Greger. 19. Peccator frontoſus cum Deo frontoſus eſt etiam cũ hominibus.

20. Principum ſuperbia cum Dei ſeruis, & frontoſitas.

Hieron. Ruffinus.

Cyrill. Alexand.

Ibid. c. 13.

ciis meliores effecti; quid ergo mirum, si duriſſime poſtea caſtigentur.

En tibi in exemplum peſſimus Ieroboam crudelis in Deum, non tantum in homines, qui à Deo factus Rex, ſic ingratus extitit, vt totum Iſrael à Deo ſegregaret, ad idola conuerteret; Vnde licet ex hoc vltimis dignus eſſet ſupplicijs, audi quid Deus antequ ãad iſta veniret cũ illo effecit; ſacrificante enim illo, vt hiſtoria habet Regum vbi ſuprà, quaſi volans ad eum ex præcepto Domini venit vir Dei, cui aſtanti ſuper altare, & thus incendenti, ſic Propheta. *Altare, altare hæc dicit Dominus, ecce filius naſcetur domui Dauid, Ioſias nomine, & immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum, qui nunc in te thura ſuccendunt, & oſſa hominum ſuper te incẽdet.* Et huius rei præbens ſignum addidit; *Hoc erit ſignum quod locutus eſt Dominus, ecce altare ſcindetur, & effundetur cinis, qui in eo eſt*; quod ſtatim completum: *Altare ſciſſum eſt, & effuſus eſt cinis*; In quo loco antequam ad ſequentia procedam, libet ponderare, quod Ieroboam peccat, ipſe conſilium excogitauit idololatrandi, ſic cap. 12. num. 28. *Nunc reuertetur ad dominum Dauid*, ſcilicet ſi populus in Hieruſalem ad templum ſacrificãdi cauſa accederet, vti præcipiebatur, *Interficientque me, & ad Regem reuertentur*; Quid ergo? *Excogitato conſilio fecit duos vitulos aureos, &c.* Ergo eius fuit conſilium, eius peccatum, & tamen minæ non contra eum, ſed contra ſacerdotes, & contra altare, *Immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum, &c.* quæ huius rei ratio? Sanè, quia etſi Regis conſilium, tamen à ſacerdotibus approbatum, immo ab iſtis in perfidia ſtabilitum. Quod clarè inde colligitur ex Prophetaſcilicet illo peſſimo, qui virum Dei inſequens, ſic cum fallacijs ſuis dementauit, vt contra Dei expreſſum mandatum, panem in Bethel comederit, vnde à leone occiſus; quare autem hoc Propheta ille egerit rectè tradit Abulenſ. quæſt. 12. vt ſcilicet animum iam Ieroboami vacillantem ex ſermone hominis Dei confirmaret ad idola colenda: nam multum ex pœnitentia Ieroboami lucrum ipſe amittebat; Vnde vt fallacia omnia à viro Dei dicta intelligeret, ipſum contra Dei præceptum regredi fecit, & panem comedere, vt aut opinionem ſanctitatis apud Ieroboamum amitteret, aut vitam; immo quomodo ipſe Ieroboamum perſuaſerit explicans Gloſa, ſic ait: *Iſte pſeudopropheta princeps erat ſacerdotum, & valde à Rege colebatur tanquam diuinus; timens autem ne per ſermonem viri Dei Rex ab idolorum cultura recederet, & ſe tanquam maledicum interficeret, excogitauit vt virum Dei deciperet, ſatis acutè agens, vt dum tranſgrederetur præceptum Dei, illius iram incurreret ſicut poſtea fecit, cum magis homini, quàm Deo credidit, ac per hoc monſtrarentur eſſe falſa quæ dixit, ſicque Regi perſuadere poſſet, ſicut fecit*; perſuadens illi, vt hiſtoria ait ſcholaſtica, brachium non diuinitus ei arefactum, ſed ex ſe laſſatum ſacrificando, cineres vero effuſos, & altare diſruptum ob pondus. Ergo etſi Ieroboamus idololatra, certè ex huius peſſimi conſilio, eiuſdemque farinæ ſacerdotum, etſi perſtitit in idololatria ex huius artificio, non ſolum Dei verba principi intorquens, ſed miracula ipſa, ſed flagella. Quid ergo mirum ſi minæ non ad Regem, ſed ad ſacerdotes, ſed ad altare quo ipſi viuunt; mirantur multi, principes Dei ſacerdotes grauare, premere, Eccleſias expilare, victum eis adimere, & quod pudet dicere, etiam ad miſſarum eleemoſynas aduolare, ſic vt quaſi de altari amplius viuere Dei ſacerdotes non poſſint, quia de altari iam principes contra fas, contra diuinum viuere ius volunt, quid mirantur, ſeu de quo ipſimet indignantur Dei miniſtri, attendant, quid ipſi principibus conſulunt, & Dei agnoſcant iudicium, ipſi primi combutentur, ipſorum primum res diripientur.

Sed pergo, ex vocibus Dei nil melior Rex effectus, manum extendit, vt Prophetam apprehenderent: *Extendit manum ſuam de altari dicens; apprehendite eum*; at quid? *Statim exaruit manus eius, nec valuit retrahere eam ad ſe.* Ergo vt principem hunc Deus ad ſe conuerteret, Primum contra prophetas, ſeu ſacerdotes inſtillauit; Secundò, altare percuſſit; Tertiò, & ipſum, ſed lente, in manu tantum; Quartò, & quia ſuuſmet ſanctiſſimus Propheta contra eius egit præceptum, ad eius terrorem per leonem occidit, vt Clemens affirmat Romanus, lib. 4. conſtitut. cap. 6. *Propheta cum Deo non paruiſſet, panemque comediſſet, & biberet in loco à Domino prohibito, propter impietatem Ieroboami à Leone eſt interemptus.* Quid inde? nunquid lenibus ijs emendatus? Audi ſcripturam, quæ quaſi admirans num. 33. ait: *Poſt verba hæc*, ſigna vetbum, *non eſt reuerſus Ieroboam de via ſua peſſima, ſed è contrario fecit, &c.* Merito ergo poſtea occiſus, *& domus eius deleta de ſuperficie terræ.* Ad exemplum Regum hoc, qui niſi lenibus emendentur, duriſſima experientur, talia vt peſſimus eorum memoria, ac familia de terra deleatur.

Immo quod peius, & ſi aliquando in regno viuent, & Deus illud ab illis non auferat, potius mors in regno eorum vita, vnde ipſa eis non gratia, ſed tormentum. Hoc expendo in primo mundi Rege, qui ſecundum Auguſt. lib. 15. de ciuitat. cap. 8. Cain extitit, dum Geneſ. 4. num. 17. dicitur ædificaſſe ciuitatem, hoc eſt communitatem, ſeu multitudinem hominum congregaſſe, cui ipſe tanquam Rex dominaretur; quanta ergo cum hoc peſſimo Deus egit, vt eum ad pœnitentiam traheret, nunquid aliquid cum pertinace valuit? nil minus. Ex quo antequam vltra progrediar, licet admirari, quàm pertinacia ſint Regum corda in malo, & propè ad ſtuporem, & extaſim hoc ſit, adeo equidem vt quia Dauid pœnituit, quaſi exemplum, & factum extra regulam affirmat Ambroſ. in Apolog. de Dauid. *Peccauit*, inquit, *quod ſolent Reges, ſed pœnitentiam geſſit, & fecit quod non ſolent Reges*; Immo etſi hoc verum de Dauid, tamen obſeruo ante regnum delicatam, mollemque habuiſſe conſcientiam, poſt regnum vero cauteriatam, duram, vt propè dicas regale officium hoc ſecum annexum habere malum, pertinaciam nempe. En tibi Dauid ante regnum 1. Regum 24. num. 6. & ſi gloriosè inimico pepercerat, & ſi viriliter milites ſermone confregerat, tamen quia tantum ora chlamidis Saül decurtarat, ſtatum *pupugit cor ſuum*, quid hoc tam magnum peccatum, vt lætitiam ex ante actis glorioſis

21. Principe peccante ſacerdotes plectuntur ſæpè & huius rei cauſa.

Abulenſ.

Gloſſa.

22. Quanta prius Deus fecit vt cor Ieroboami molliret.

Clem. Roman.

23. Malorum principum vita eis ad tormentum datur.

Auguſt.

Ambroſ.

24. Regum pertinacia in malum maxima, & quaſi eis connaturalis.

1. *Reg.* 24. *num.* 6.

bonis ſic præuerteret, vt dolorem vſque ad cor immitteret, illud pungendo, dilaniando? ne mireris, delicatiſſimæ tunc erat conſcientiæ, quæ vix puncta, ac plorat; at ſine eum in Regno eſſe, ſine officio fungi regio, & aſpicies eum adulterum, homicidam, & tamen cum hoc lætum viuere, dies ducere bonos, luxuriari, ebriari, lætiſſime nuptias agere; vnde nunc conſcientia ſic dura? Amice, Rex eſt iam Dauid, qui vt plurimum animo pertinaces, *Dauid*, grauiter ait Gregor. 1. p. paſtoralis curæ cap. 3. *vt preſſuræ pondere carnit, in tumorem vulneris erupit, & qui malis antè nouerat pie parcere, in bonorum quoque nece poſt didicit ambulare, prius quippe ferire deprehenſum perſecutorem volnit, & poſt cum damno defuncti exercitus etiam denotum militem extinxit*; Hoc autem, & ſi admirandum in Dauid, tamen verum quod reſipuit, quod non ſolent Reges, vt ait Ambroſ. attamen ſi in Regibus Iſraël illud conſideres, certè vſque ad ſtuporem euenit: nam non ſolum pertinaciam, vt ſic in illis adnoto, ſed talem pertinaciam, vt ſi ad oculum flagella, mortes, miracula, occiſiones, deſtructiones vitarum, ac domorum aſpicerent ob peccata patrata à ſuperioribus Regibus; immo quod admirandum, ſæpè ipſi Dei inſtrumenta facti ad peccata vlciſcenda, tamen ſemper in malo pertinaciſſimi; Percurram breuiter. Ieroboam factus Rex Iſraël, & regnum diſciſſum à filio Salomonis, ac ei traditum ob peccata illius, & tamen pluſquam Salomon iniquus, & contra Deum erectus, ac ad idola conuerſus, totum Iſraëlem deſtruxit. Baaſa occidit Ieroboami filium Nadab, 3.Reg.15. & de ſuperficie terræ iuxta verbum Domini domum deleuit Ieroboami, & tamen ipſe peſſimus extitit. Zambri ibidem cap. 16. occidit Ela, quia vit peſſimus, & idololatra, & tamen ipſe iniquior poſtea, quam Ela. Tandem 4. Reg. cap. 9. Nieu à Domino electus Rex, & ei mandatum, vt domum Achab deſtrueret, quod fecit vſque ad vltimam internecionem, Dei iniurias vindicans, legem Dei zelans, Baal deſtruens, cum omnibus eius ſacerdotibus, & tamen poſtea ipſe, & ſi per ſe Dei vidiſſet iudicia exercita, à Deo deſciſcens idololatra totus in peccatis mortuus eſt; vnde talibus tanta pertinacia, & ſi talia, ac tanta Dei proſpicerent iudicia, amice, neſcio an quia Reges, qui peccare ſolent, pœnitere non ſolent, vt ait Ambroſ. Hinc vt ad noſtra reuertamur. Caïn pertinax, & ſi tam mira cum eo Deus egit, vt ad meliorem reuocaret eum frugem, nunquid aliquid profuit? nil minus, quid ergo? eum occidit? Minimè, ſed vitam tribuit, & ſi in regno, non vt viueret, ſed vt viuendo moreretur, Geneſ. 4. num. 14. *Omnis qui inuenerit me, occidet me*, cui Dominus, *nequaquam ita fiet*, hoc eſt vt ait Hieronym. ad Damaſ. *non vt vis morieris, & finies morte ſupplicia, verum longo tempore cuſtodieris ad vitam, & tam infeliciter in hac luce verſaberis, vt quicumque te occideret beneficium præſtet occiſo.* Ergo & ſi Rex Caïn, & ſi Dominus, & ſi in regno vita ei ſupplicium, mors beneficium; quid durius? at recole quam leniter prius Deus cum eo, & dum pertinacem eum aſpicis, ne mireris, ſi duris poſtea interceptus, ad Regum exemplar, qui niſi lenibus reſipiſcant ad Pharaonis inſtar, dura experientur, qui vt noſter ait Sapiens, nunquam Dei eſſe populum ex antea actis mitioribus plagis credere voluit, vſque dum ad grauiſſimam peruentum, mortem ſcilicet primogenitorum. Vnde præmaturè in vita antequam regnum amitteret à Deo tortus duriſſime, quia recognoſcere nolebat Dei populum, quia peſſime eum tractabat; hinc & vita ante mortem, & ſi in regno à Deo exacerbatus, & afflictus.

25. Reges præmaturè, & in vita aliquando à Deo cur torquentur.

Quid nobis, & tibi Ieſu Fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos, clamauerunt dæmones, Matth. 8. num. 28. mirum vt Chriſtus Dei filius ante tempus aliquem torqueat, & ſi dæmonem, cum Deus pariens dicatur, & longæ miſerationis; vnde ergo nunc ſic tempus præuenit? attende quæ in hominibus illis hi dæmones agebant, qualem in eis dominatum exercebant, & præmaturæ punitionis cauſam intelliges. *Erant*, ait Euangeliſta, *ſani nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam*; At Lucas cap. 8. num. 27. *occurrit illi*, ait, *vir quidam, qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & veſtimento non induebatur, neque in domo manebat, ſed in monumentis*; quæ hiſtoria eadem eſt cum illa Matthæi, licet Matthæus de duobus mentionem fecerit; Lucas autem de vno, quia vt inquit Auguſt. lib. 1. de conſenſ. Euangel. cap. 24. Strabus, & Beda, hic principalior erat, magis notus, & amplius vexatus. Ergo ſæuiſſime in illos dominabantur, domum abſtulerunt, veſtimenta, ad monumenta abegerunt vt mortui viuerent, & ante mortem ſepulti; quid ergo mirum, ſi miſericors Dominus pietate motus generis humani ante tempus illos torſit, caſtigauit, expulit. Ad vos, ô principes diriguntur hæc, populum ſpoliatis, deprædamini, domos, vineas, oliueta, campos eripitis, in ſepulchra abigitis, ſic vt exactionibus veſtris iam non cum viuis, ſed cum mortuis computari poſſint; quid ergo mirum, ſi & ſi in regno ante tempus mortem Deus præueniens veſtram vos flagellat, torquet, premit; veſtra in populos crudelitas eſt in cauſa: Nam vt inquit Chryſolog. ſerm. 16. *Tempus abſcindit, præuenit mortem, ſepelit vinos crudelitas immatura*; qualis illa extitit Pharaonis in Dei populum, qui vt eum premeret amplius, ſic durus extitit, vt Dei eſſe populum cognoſcere nunquam voluerit, vſque dum ad vltimum peruentum flagellum, mortem ſcilicet primogenitorum duris emendatus, dum lenibus noluit, ad exemplum hoc Regum, qui, vt diximus, niſi lenibus curentur, dura, & aſpera experientur, dicat ergo noſter Sapiens, *Et omnibus enim, &c.*

26. Regum crudelitas, quos parit effectus.

S. Greg.

3. Reg. 15.

Ibid. c. 16.

4. Reg. c. 9.

Geneſ. 4. num. 14. Hieron.

Luc. 8. num. 27. Auguſt. Strab. Beda.

Chryſol.

Num. 14. *Cum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in sue cursu medium iter haberet.*

Num. 15. *Omnipotens sermo tuus de celo à regalibus sedibus durus debellator in mediam exterminij terram prosilijt.*

Num. 16. *Gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, & stans replenit omnia morte, & vsque ad celum attingebat stans in terra.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

SIc admirabilis plaga extitit primogenitorum, tantisque repleta sacramentis, vt non satis dictis Sapiens factus, nunc in istis elegantissime eam describat, vnde:

Cum enim quietum silentiũ contineret omnia, Græca, *Tacito silentio continente omnia*; Alij; *Medium silentium*, ab hoc loco Ecclesia mutuata est Antiphonã infrà octauam Natiuitatis in primis Vesperis *ad Magnificat*, & *Benedictus*, Isidorus etymolog. cap. 31. noctem in septem distinguit partes. Vesperam, crepusculum, conticinium, intempestum, Gallicinium, matutinum, diluculum. Vesperum dicitur à stella, quæ solem vno tempore occidentem sequitur, alio præcedit, & tunc non Vesper, sed Lucifer dicitur, vnde Boëtius lib. 1. de consolat. metro. 5.

Isidorus.

1. Nox quot partibus diuiditur. *Boëtius.*

2. Vesper stella vnde dicatur, & cur Lucifer ortum appellatur.

Et qui prima tempore nocti̇s
Agit algentes Hesperus ortus,
Solitas iterum mutat habenas,
Phœbi pallens Lucifer ortu.

Crepusculum idem est quod dubia lux; conticinium, quando omnes conticescunt, hoc est silent; intempestum est medium noctis, quando nil agi potest; Gallicinium est, quando Galli cantu dies pronunciatur; Matutinum, quando aurora aduenit; diluculum, quando iam incipit albescere; Alij aliter disponunt, vide Macrobium lib. 1. cap. 3. & Censorinum de die Natiuitat. cap. 10. adnotat Lorinus, & benè, silentium non solum de Galli cantu intelligendum, sed de cæteris etiam animalibus, dum enim omnia prorsus quiescerent, & homines in summa essent somni quiete, *Et nox in sue cursu medium iter haberet.*

Macrobius. Censorinus.

Omnipotens sermo tuus de celo à regalibus sedibus, &c. Pro sermone omnes Dei imperium, ac iussionem intelligunt, de cælo factam interfectori primogenitorum Angelo, qui sine dubio sensus est litteralis, & verus.

Mysticus, patres de incarnatione Verbi, deque eius accipiunt ineffabili natiuitate. Sic Anselm. in elucidario, Cerealis contra Maximum, Petrus Bletensis serm. 6. de Natiuitate, Tertull. contra Marcion. cap. 9. Augustinus in Psal. 109. num. 3. & alij; nos de incarnatione in 1. tom. hom. 144. aliqua disseruimus, nunc hic infrà occasione eorum quæ patres dicunt, aliqua de Natiuitate afferemus.

Anselm. Cerealis. Petr. Blesens. Tertul. August.

A *In mediam exterminij terram prosilijt*, Græca, *In medium perniciosa*, siue *exitialis terra*, hoc est perditionis addictæ, exterminio dignæ.

Gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, &c. Græca, *Gladium acutum non simulatum iussum tuum ferens*; vbi gladius refertur ad sermonem, quasi dicat, sermo tuus à regalibus sedibus veniens secum attulit gladium acutum, hoc est imperium tuum, non simulatum, sed verum, iussionem explens, realiter occidens, mactans. Idem prorsus est vulgati sensus, vnde sic construe: omnipotens sermo tuus de cælo à regalibus sedibus veniens, durus debellator, & gladius acutus insimulatum imperium tuum portans. Vatab. sic legit, *Omnipotens sermo tuus à celis de thronis regalibus, durus bellator in medium pernicioſa prosilijt terra, gladium acutum non simulatum imperium tuum ferens.* *Vatabl.*

B

Adnotat Lorinus, & optimè per gladium omne ferè genus pœnæ designari, vel eius sinonymis, vt ensis, cultri, & similibus telis, *rompheæ, machæræ*, & ratio huius est; nam cum proprium gladij sit diuidere, & omnis corporis dolor consistat in diuisione continui; hinc rectè per gladium omnia intelliguntur genera pœnarum; Hinc in Paralip. 2. cap 11. num. 11. Gladius hostium pro bello ponitur, & Ibidem cap. 20. num 9. pro Angelo interficiente per pestilentiam; sic etiam pro fame, & pestilentia, ibi, & Iob 19. num. 29. *Vltor iniquitatum gladius est*, & ipsa vindicta à Deo nominatur gladius vltor, Leuitic. 26. numer. 25. *Lorinus.*

3. Gladius omne genus significat pœnarum. *Paral. 2. cap. 11. num. 11. Ibid. c. 20. num. 9. Iob. 19. num. 29. Leuit. 26. num. 25.*

C

Ex hoc factum, vt gladius insigne sit potestatis, & Scythas illum pro Deo coluisse testis est Arnob. lib. 6. Clemens Alexand. in Paræneſ. Ammian. lib. 31. sic reuerenda ac adoranda principis deberet esse iustitia per gladium significata, vt hoc interim dicam; sicque ipsimet principes illam reuereri, cum sit maxima, primaque eius virtus; de qua re nos latè in 1. tom. multis in locis, & præcipuè homil. 102. & 103. *Arnob. Clem. Alexand. Ammian.*

4. Adoratus vt Deus à Scythis.

Et stans replenit omnia morte, &c. Bonauent. per verbum *stans* irreuocabilem, & immobilem, ac decretoriam Dei iussionem intelligit, sicut per *insimulatum imperium* authoritatem supremam.

Et vsque ad celum attingebat, &c. Græca, *Et celum quidem attingebat, ingrediebatur autem in terram*; Hugo per hunc dicendi modum impossibilitatem euadendi plagam intelligit, quasi quod nemo, & si propè cælum esset illam euaderet, quia vsque ad cælum peruenire poterat.

D

Alij quia cælum peste infestum, ob quod etiam nullus euasit.

Alij quia infimos, suptemosque pariter occidit, nulli parcens.

Alij quia à Deo qui in cælo, vis, & imperium procedebat, & in terra ab Angelo exercebatur, ideo stans in terra cælum attingebat.

Alij quia vis, & diuinæ iussionis magnitudo tanta erat, vt cælum, simul & terram attingeret, cælum per mandatum, dum Angelis intimabatur; terram, dum exercebatur.

Digitized by Google

Alij iuxta Græcam lectionem, quæ vt diximus legit; *Et cælum quidem attingebat, egrediebatur autem in terram*, tanta celeritate Angelos Dei iussum perfeciſſe, vt vix è cælo locutus Deus, & ipſi de cælo emiſſi, ac ſtantes in terra res confecta. Optimus ſenſus iuxta Græcam lectionem, ſicut & penultimus iuxta latinam.

HOMILIA CIV.

Summi Patris Verbi natiuitas ſumma benignitas.

Mirabilis eſt Sapiens in plaga deſcribenda primogenitorum, emphaticè loquens non ſolum eius magnitudinem, ſed tempus ſignificans, vnde non ei ſuffecit narraſſe quietum omnia tenere ſilentium, ſed etiam ne de quolibet noctis ſilentio illud intelligeretur, addidit noctis medium, vnde inquit: *Et nox in ſuo curſu medium iter haberet*, tunc ait, & non ante, nec poſt omnipotentem Dei ſermonem è cælo ad terram deſcendiſſe; nunquid hoc ſine myſterio? Minimè, quale ergo? illud ſanè, quod acutè Petrus explicat Bleſenſ. ſerm. 6. de Natiuitate, adnotans hoc ſilentium eſſe illud, quod *Canticinium* dicitur inter duos galli cantus, poſt primum nempe, qui eſt in noctis medio, & ante ſecundum, qui ante auroram. Hinc cum per gallos cantantes intelligat ipſe Prophetas, & Apoſtolos, illos, qui aduentum, & Chriſti natiuitatem prædixerunt, iſtos, qui poſt natum Chriſtum in omnem terram illum diuulgarunt, rectè affirmat Dominum veniſſe in ſilentio noctis mediæ, poſt ſcilicet Prophetarum prædictiones, quando iam Prophetæ ſilebant, & ante Apoſtolorum prædicationem. *In huius ſæculi nocte*, ait, *& nocte intempeſta, & profunda, quaſi quidam galli fuerunt Prophetæ, genus humanum valde ſopitum ſuis clamoribus excitantes, ortum quoque ſolis præcinentes. Apoſtoli vero & ipſi galli tanquam in ipſo lucis crepuſculo cantaturi ſilebant adhuc, clamaturi autem erant, & in tantum, quod in omnem terram exiuit ſonus eorum; tenebant ergo medium cuncta ſilentium, Prophetæ, qui clamauerant, & Apoſtoli qui clamaturi erant.* Non ante, nec poſt Dei Verbum ex vtero proceſſit virginali quàm ſummum & in cælo, & in terra factum ſilentium, ſic vt nullus eſſet, qui iam loqueretur nec Propheta, nec Apoſtolus; ſed ad quid, aut cur inter ſilentium, & ad ſilentes Dominus venit? Sanè reſpondet idem quia *vrbana inter homines, & curialis conſuetudo eſt, vt eum honoratior, & prepotens perſona loqui voluerit, tenent qui circumſtant ſilentium; hinc Iob loquente cap. 29. num. 9. cohibebant duces, & digitum ſuperponebant ori ſuo.* Senſatiſſime quidem, vis ſcire quare in medio ſilentio, in ipſo conticinio, quare ſilentibus cunctis Dei verbum in noctis medio ex vtero proceſſit virginali, quia apparente in terris iam verè, & realiter, non per imaginationem, viſionemque abſtractiuam, non per Prophetarum voces, non per Apoſtolorum prædicationem tantum, ſed ipſa re ſic cuncta obſtupuerunt, in talemque admirationem ipſa proceſſit natura humana, cæleſtiſque, vt penitus admirantes, ſtupentes ſiluerint, vnde Zachar. cap. 2. num. 13. exclamans, & acclamans hæc à longè videns, ac proſpiciens, ait: *Zachar. 2. num. 13.* *Sileat omnis caro à facie Domini*, cuius rationem adiungens, ait: *Quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo; quia conſurrexit*, legunt Septuag. *de nubibus ſanctis ſuis*, quaſi virginalia indigetantes virginis, nubeſque illæ ſacratiſſimæ è quibus Deus factus homo proceſſit. Benè ergo Bleſenſ. ait, ideo in medio ſilentij Deus caro factus prodijt inter ſilentes, quia honoratior apparens, cæteri qui circunſtant ſilentium tenent.

Hinc adnoto, ad incarnationem Virgini declarandam vnus directus Angelus; at vero ad Natiuitatem, non vnus, ſed multitudo; nam & ſi vnus appparuit Paſtoribus Angelus Luc. 2. num. 9. tamen illic cum Angelo, & multitudo aderat cæleſtis militiæ, vt ibid. num. 13. qui etiam ad annuntiandum ſimul cum Angelo venerant, licet vnus loquebatur; hinc poſt quàm ille locutus, ſubitò cum illo, *Facta eſt multitudo laudantium Deum, & dicentium, Gloria, &c.* Ergo multi ad natiuitatem annuntiandam, vnus ad incarnationem; vnde hoc? Sanè mea ſententia, quia hæc feſtiuitas Natiuitatis ſuperat Incarnationis annuntiationem, quatenus illic Deus incarnatus, ſed abſconditus, ſed in throno poſt patris ſinum præclariſſimo, ſic vt nullus extra Deum maius, vterus ſcilicet Virginis; at in Natiuitate Deus in carne apparuit, Deus incarnatus omnibus apparuit, Verbum carne indutum, etiam vt ſic dicam, & animalia aſpexerunt, & hoc non in throno, ſed in ſtabulo, ſed in præſepe, ſed inter paleas, ſed inter animalia; ô mirum, & admirandum, rectè ad hoc annuntiandum impar vnus, neceſſarij multi. *Vnus Gabriel*, ait Cyprianus ſerm. de Natiuitate, *obumbrationem virtutis Altiſſimi nuntiat, multitudo cæleſtis exercitus gratulabunda Saluatorem mundi prædicat adueniſſe, vt reconciliata terreſtria ſuperis canit, & conſilium antiquum prodyt palam, nec iam ſecretum eſt, ſed innotuit publicè in conſpectu gentium reuelata Chriſti benignitas, & oblata mundo in nullo à nobis differens.* Quot verba, tot gemmæ, tot ſtupenda pandit, ideo vnus in annuntiatione, quia non manifeſtationem, ſed obumbrationem annuntiabat, ideo multi in Natiuitate, quia conſilium antiquum à ſæculis abſconditum prodebant, ideo multi, quia hoc non vni, aut alteri, ſed in conſpectu gentium; & tandem ideo multi, quia Chriſti benignitas, & humanitas mundo oblata, non in maieſtate, non in altitudine, non in diuinitatis throno, non à noſtra inæqualis, ſed *in nullo à nobis differens*, puer, paruulus, gemens, tremens, nudus, plorans, in præſepe inter animalia; deſcendat ergo è cælis, non Angelus, ſed multitudo Angelorum, qui hæc annuncient, pauentes, admirantes, Deum, vt ſic dicam, ac eius magnitudinem plus ex hoc, plus ex hac humilitate obſtupeſcentes, quàm ex eius ſublimitate.

Hinc

Petr. Bleſenſ.

1. Chriſtus cur in noctis medio, & dum ſilentiũ omnia haberent naſci voluit.

Luc. 2. num. 9.

2. Cur vnus Angelus ad Incarnationem annunciandã, multi ad natiuitatem.

Cyprian.

3. Angeli plus Dei magnitudinem obſtupeſcunt ex humilitate, quàm ex maieſtate.

Hinc adnoto verba Angeli ad paſtores; *Annuntio vobis*, ait, *gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid.* Mira hæc, & admiranda; in quibus adnoto, primùm, Saluatorem annuntiare hunc Angelum antequam ſaluet; certè ſi Dauid mulieres præcinerunt, fuit equidem poſt victoriam, 1. Reg. 18. num. 7. ſi Maria ſoror Moſis, Exod. 15. hoc poſt triumphum; at ante ſalutem Saluatorem annuntiare, hoc inſolitum. Sane ſi non Angelus, ſed homo, etſi non hominem Deum veniſſet annuntiare, 1. Reg. 17. num. 45. procedens Dauid contra Philiſtheum, ſic ei locutus aſſerit Scriptura, *Dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te, & dabo cadauera caſtrorum Philiſtiim hodie volatilibus cæli, & beſtiis terræ*, mira iactantia, vnde huic inueni inermi contra fortem, robuſtum, expertum, armatum, tanta confidentia, vt ante triumphum canat victoriam? aſpice quid fert in manibus, & rationem intelliges; *Tulit baculum*, ait Scriptura, *& fundam, & lapidem*; quæ hæc ſignificant, audi Auguſt. Serm. 198. de tempore; *Sicut enim baculum*, ait, *crucis typum habuit, ita etiam & lapis ille de quo percuſſus eſt, Chriſtum figurabat.* Ergo fiducia, ergo ſpes certa ex lapide, ex Chriſto? ſic equidem; Saluatorem dicit Chriſtum Angelus antequam ſaluet, quia non hominem, ſed Deum hominem annuntiabat, ſed pendo lapidē non in pera, ſed quando cum Dauid extra peram extraxit ſalutem attuliſſe; *& miſit manum ſuam in peram, tulitque vnum lapidem, & funda iecit, & percuſſit Philiſtæum in fronte.* En myſterium, Chriſtus in ventre Saluatorem futurum tantum agnoſcit Angelus, *Ipſe enim*, ait, *ſaluum faciet populum ſuum* in futuro; at quando iam extra peram, quando iam natum, quando extra Virginis vterum, tanquam de re acta, tanquam de præterita loquitur, Saluatorem eū appellans, amplius vt ſic dicam ex Natiuitate Deum Saluatorem agnoſcentes, quam ex Incarnatione. Ex quo vnum infero, & certiſſimū ex hiſce Angeli verbis, ipſos altiorem, ſublimiorem ex hac Natiuitate de Deo concipere æſtimationē, ac cognitionē, quam vt ſic dicā, ex ipſamet Dei maieſtatis altitudine viſa, quapropter.

1. *Reg.* 18. n. 7. *Exod.* 15.

4. Cur Saluatorem Angelus appellauit Chriſtum ad paſtores loquens.

Pondero Angelum paſtoribus Deum annuntiare ipſorum Saluatorem, Meſſiam promiſſum, non hominem ſolum, ſed Deum omnipotentem, immenſum, infinitum, æternum, cæli, terræque factorem, ad quem adorandum eos inuitabat; ſane hoc; at perpendamus quale præbet ſignum, vt hoc tam magnum, tam altum, tam mirum credatur; *Et hoc vobis ſignum*, ait, pende emphaſim, *inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio*; ô bene, & hæc ſigna ſunt ſummi, ac æterni Regis, ſummi, ac omnipotentis Dei, hominis ea plebeij dicerem ego, & vilis cuiuſdam ruſtici filij, non æterni Patris Verbi. Sane amice, ſi homo loqueretur, ſi homo ſigna daret; at quia Angelus illa omnipotentis Dei dabat ſigna, quæ apud ipſos ad ſummi Dei ampliorem ducebant cognitionem, cum plus Dei immenſam bonitatem, maieſtatem, potentiam, imo quodammodo altiorem, clariorem, acutiorem, intimiorem tunc de Deo cognitionem, ac proinde admirationem auxerunt, quando ipſum infantem, quando vagientem, quando pannis inuolutum, quando in præſepe, ac quando in ſua agnouerunt maieſtate. Vnde eleganter Beda ſuper hæc ipſa verba tom 5. *Et notandum*, ait, *quod ſignum nati Saluatoris datur non Tyro exceptum oſtro, ſed pannis ſqualentibus inuolutum, non in ornatis auro ſtratatoryis, ſed in præſepibus inueniendum.* Egregiè, dent hominēs alicuius principis ſigna, aurum, argentum, gemmas, oſtrum, granam, margaritas, palatia, turres: nam apud Angelos vt Deum recognoſcant non hæc valent, ſed præſepe, ſed panni ſquallentes, ſed vagitus, ſed lachrymæ, ſed fœnum, ſed Deum videre inter animalia; hæc ſunt Dei notæ apud Angelos, hæc ſic prægrandes, vt ſoli Deo reſeruentur, alteri vllo: nam ſolus Deus hæc duo ſic extrema coniungere potuit, tantam ſcilicet altitudinem, tantaque humilitatem; immo ſolus Deus eſt, qui ſine Sapientiæ iactura talia, tantaque mira amoris ſigna præſtare valuit; immo quia Deus, inſanias illa non dico: nam ſi non Deus, prorſus inſanias ea nominarem.

Beda.

6. Deus talia pro hominibus præſtitit, vt niſi Deus eſſet inſaniæ dicerentur.

Attende ad quæ ſum dicturus. *Ferculum*, ait in Canticis noſter Sapiens c. 3. n. 9 *fecit ſibi Rex Salomon de ligno Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium eius aureum, aſcenſum purpureum, media charitate conſtranit propter filias Hieruſalem.* Locus ſi quis alius in ſcripturis difficillimus propter varias originalium vocum acceptiones; prima ergo difficultas eſt vocis *ferculi*, quid ſcilicet per illam ſignificet, in Hebræo eſt *Apiſion*, quæ cum nuſquam alibi in Scripturis reperiatur, ideo variè & à multis accepta reperitur. Ambr. lib. 3. de Virginit. legit *leſtū*, vnde pro ferculo *leſtum* intelligit, quo deferebantur ſponſæ; ſic etiam Rabbi Dauid Kimchi, Legionenſis non lectum, ſed *lecticam*, Genebrard. *Thronum regium*, Greg. Papa *leſtum diſcumbentium*, Giſlerius *currum triumphalem*, vel *geſtamen pompaticum*, vltimo Rabbi Abraham, Abem Eſra, & alij *ædem magnificam*, ſeu *palatium ſumptuoſum*; cum quibus nunc aſſentior. Secunda difficultas in illis verbis, *media charitate cōſtranit*; vbi primò adnotandum pro certo ly *media*, nec eſſe adiectiuum, nec ſeptimum caſum, qui cum ſubſtantiuo conſtruatur, ſed ſumendum ſubſtantiuè, & pluraliter in genere neutro, vt optimè Giſlerius; & ſecundo ly *conſtranit* dupliciter accipi poſſe, vel vt ab Hebræis Doctoribus pro *conſtrato*, ſeu *pauimento*, vti noſter Interpres, & 70. qui legunt *lapidibus conſtratum*, vel pro *incenſo*, atque *combuſto*. His ergo ſuppoſitis ſenſus ſecundum nos erit, Salomonem Regem palatium, ſeu ædem ſibi ſplendiſſimam effeciſſe, & in medio eius charitatem conſtrauiſſe propter filias Hieruſalem, vel iuxta aliam acceptionem *medium eius combuſtum, & ardens charitate.*

7. Ferculum quid in Canticis.

Cantic. 3. n. 9.

Ambroſ.

Rabbi Kymchi.

Legioniſ.

Genebr.

Gregor. Papa.

Gisler.

Gisler.

5. Ad cognoſcendum Chriſtum verum Deū cur præſepe pro ſigno dedit Angelus.

At quid per charitatem? aliqui propriè ipſum amorem, ipſamque charitatem; alij pro eo, qui charitate flagrat; aliqui metonymice pro rebus amabilibus, quæ charitatem concilient; iuxta quas acceptiones triplex poteſt eſſe ſenſus, nempe medium eius conſtrauiſſe Salomonem, amoris emblematibus, vel ſeipſo, qui charitate ardebat pro filiabus Iſraël;

vel tandem conſtrauiſſe illud rebus amabilibus, quibus amorem poterat reconciliare filiarum Iſraël. Quam acceptionem nunc proſequor, & ſane eſt quæ aptior mihi videtur. Fecit ergo Rex Salomon, ſeu ædem conſtruxit ſuperbiſſimam, in cuius medio lapillis ſtratorio opere graphicè, & perſpicaciſſimè amabilia depinxit, quibus ad ſe amorem omnem filiarum attraheret Hieruſalem; at quæ iſta? ſane mea ſententia actiones illæ quibus Rex Salomon pro mulierum amore egit, quibus ad inſaniam prorſus ſe redegit, ac inſaniuit; quid lapilli, quid gemmæ, vt aliqui dicunt? nunquid hæc amorem reconciliare poſſunt? non amorem certè hæc, ſed concupiſcentiam; at amorem, quem Salomon exquirebat, & ob quem medium ferculi charitate conſtrauit, quid amplius reconciliare poterat, quam illæ inſaniæ, quas ſine iudicio amore ſubactus propter illas ipſe fecerat? Hinc ibi depictæ fabricæ illæ ſumptuoſiſſimæ, ac palatia magnificentiſſima ob mulieres ſtructa, ac ſummæ, infinitæque expenſæ; hinc templa deorum ob illas erecta; hinc ipſemet depictus, ex amore inſanus, diis thus adolens, totus charitate inflammatus; hæc erant amores licia ibi depicta, hæc amabilia, quibus filiæ incendebantur Hieruſalem; amice quid vis vt dicam? hæc faciens Salomon toto ore, plenis buccis, inſanum eum dico, & tamen hæc, & maiora Deum feciſſe aſpiciens quia Deus, mentem non amiſiſſe humiliter, ac totus ſtupens dico; intra in præſepe, & aſpice quomodo media charitate Deus conſtrauit, aſpice Deum immenſum in pannis inuolutum; aſpice Deum, qui in cælis totus in throno maieſtatis, pro hominibus in præſepe poſitum, aſpice Deum inter diuina attributa infinitæ altitudinis iam inter paleas, & fœnum recumbentem; aſpice tandem Deum in altitudine inter cæleſtium choros Angelorum reſidentem iam nunc totus incenſus, totus charitate exuſtus propter amorem inter animalia accubantem, & hoc propter amorem filiarum Iſraël: nam vt has ad paradiſum eleuaret, ipſe ſe in ſtabulum proiecit;

Apponius *Firma charitas eſt iſta*, ait egregiè Apponius, *inter medium humanitatis, ac maieſtatis Chriſti conſtrata, vt aſſumendo hominem paradiſo redderet, quod homini tulerat hoſtis, humiliando ſe vſque ad ignominiam crucis*, adde tu & præſepis, *pro ſua imagine maieſtatis reparanda*. Firma certè, & tam firma, vt nulla maior, vt ſic Deus amet homines, vt talia pro illis agat inaudita, vt pro ſe ferculum, ac domum conſtituens hæc non ſit alia quam ſtabulum, vt picturis, ac tapetiis eam adornans hæc non ſint alia quam palea, & fœnum, & tandem pro lecto auri, oſtrique elaborato ſolum ſit animalium præſepe.

Cyprian. *Nulla domus ambitio*, ait Cyprian. Serm. de Natiuitate, *niſi reclinatorium in ſtabulo, mater in fœno, filius in præſepio*; quid quando hæc audis? nonne merito ſtupes, contremiſcis? & niſi fides Deum illum tibi diceret cum gentibus ſtultitias hæc putares, & quia non ſunt, ſed ſumma ſapientia, immo hæc ipſa infima ſummæ altitudines, cum in nullo ſic Deus proditur ac in hac ſua humilitate; beneque Angeli non aliud ſummi Dei, ac ſummi Salutatoris ſignum præbeant quam *infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio*, quia in nullo ſic ego Deum ſummum cognoſco, quam quod quando ipſum natum video in præſepio poſitum.

8. Ad Deum cognoſcendum nulla cōpendioſior via quàm eius humilitas in Chriſto.

Hinc equidem nulla ad Deum cognoſcendum compendioſior via: nam quid per longa neceſſarium eſt ire? quid per ampla, lataque vt ad Deum peruenias vagari? vis vnum Deum agnoſcere? vis omnia eius attributa quaſi per compendium aſpicere? attende ad Chriſtum natum in præſepio, & ſimul omnia aſpicies Dei; *conſummationem enim*, aiſ Propheta Iſaias c. 9. num. 23. *& abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ*, quid per talem condemnationem, abbreuiationemque, niſi Verbum incarnatum in præſepio ait Hieronym. ad Algatiam quæſt. 10. *Verbum incarnatum*, ait, *eſt verbum ad hominis vſque naturam abbreuiatum, & exinanitum, vt quod non capiebatur præſepio caperetur*; & verè: nam ſic Chriſtus natus in præſepio mentem eleuat, ſic extollit, ſic extra ſe rapit, vt ad Deum cognoſcendum non ſit equidem neceſſarium mendicari per partes, quod ipſe ſimul in ſe vno continet per totum; egregiè Nyſſenus orat. de Natiuitat. *Quemadmodum enim*, ait, *vmbra ad præcedentium corporum figuram effingitur, ſic forma, & indicium diuinitatis Dei in virtute ipſius qui paritur, oſtenditur.* Nil melius, lux Deus, vis illam apprehendere, non aliàs exquire luces, ſed Chriſti vmbram, quam dum in præſepio aſpicis, dum inter animalia, dum in ſtabulo, dum in fœno, ex huius humilitatis incomprehenſibili vmbra, Dei lucis infinitatem apprehendes, quia vmbra ad præcedentium corporum effigies effingitur. Hinc pulchrè Cyprianus vbi ſup. de paupertate præſepis eloquens, affirmat ornamenta ibi ſuperflua futura, ſi adeſſent, quia oculos non haberent inſpicientes, dum præſentia paruulitatis erat, vt ad ſe violenter eos attrahens, vt ad talia aſpicerent, non permittebat; *Ornamenta, quæ deerant*, ait, *etiamſi adeſſent, non haberent oculos inſpectores, quia præſentia parvuli, ſic eorum qui aderant oculos occuparat, ſic illuminauerat animos, ſic corda illexerat, vt in hoc ſummo bono omnium bonorum vnita collectio videretur, nec opus eſſet enagari, & mendicare per partes, quod ſimul in ſe vno fidelibus omnipotens infantia præſentabat.* Egregiè, quid Chriſtus in præſepio? *ſummum bonum*, quid Chriſtus natus vagiens in ſtabulo? *omnium bonorum ſumma collectio*; ad quid ergo mendicare per partes, quod ſimul in vno nobis omnipotentis infantia repreſentat?

Hieron.

9. Chriſtus in præſepio via compendioſa ad Deum cognoſcendū.

Nyſſenus.

Cyprian.

10. Omnium oculos rapit.

Hinc equidem, hinc animæ ſanctæ per Spiritum ſanctum illuminatæ, ac radiis donorum ipſius afflatæ, *Amplius mœre*, vt ait Cypr. de Paſtorib. loquens vbi ſup. *quam oculis carnalibus illuminate, ad conſpiciendum Emanuel dum feſtinãt, edocta intus inuiſibili magiſterio Spiritus ſãcti, dum parvulum vident, & confitentur immenſum*; ſic ſtupent, ſic languent, vt penitus deficiãt, ac ſub tantæ maieſtatis dulcedine prorſus ſuccumbant, cum pro certo ſit, non ſic Dei

Digitized by Google

altitudo, maiestas, ac horribilis magnificentia humanı cordis replet angustias, ac eius humilitas, & beneficentia. Enumuero apparens Deus Moysi in summitate montis Sinai, & in medio ignis, turbinis, caliginis, & procellæ, ac tubæ sonantis, Exod. 19. num. 1. tamen etsi *tremebundus* Moyses, vt ait Apostol. ad Hebræos 12. non sic vt à se deficiens cæteros animare non posset, vnde ad populum, ibi. c. 20. num. 20. *Nolite timere, vt enim probaret nos Deus*, &c. totus in se existens, nil extra se factus; at sine vt Deus benignus, sine vt è throno exiliens maiestatis ad præsepe descendat, imperium deponens maiestatis, & videbis vt animæ sanctæ tantum benignitatis pondus sustinere non valentes deficiant, ac pene exanimentur, sine videant sicut ait Cyprian. vbi sup. *Pannis purpura, pro bysso lacinias, genitricem obstetricem dilecta soboli exhibere clientelam, amplectantem, osculantem, porrigentem mammam, ac totum negotium gaudio plenum*, nam tunc sic eo ipsæ replebuntur, vt ad deliquium vsque perueniant. Regina quippe, Esther c. 15. nu. 9. ad Regem ingrediens iuxta Persarum morem, absque licentia, in Regem aspiciens, *Vbi ille residebat*, ait Scriptura, *super solium regni sui, indutus vestibus Regijs, auroque fulgens, & pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspectu, atque cum faciem gleuasset, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato lassum super ancillulam reclinauit caput*, sic tremens ex maiestate, ex fulgore, ex gemmis, ex iratis affecta oculis; at si corruit, at si caput reclinauit, tamen non exanimata; at tunc pene exanimata, ait Scriptura, *Quando Deus conuertit spiritum Regis in mansuetudinem, quando festinus, & metuens exiliuit de solio, quando vnus suis eam sustentans verbis blandiebatur*, dicens: *quid habes Esther? ego sum pater tuus*; tunc enim ait Scriptura, quod si excitata, & Regem vidit sic benignum, totumque humanum, *rursus corruit, & pene exanimata est*, cuius tantæ exanimationis causam ab ipsa sciscitans Rex respondit, *Vidi te Domine quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum pra timore gloriæ tuæ, valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum*. Ergo si prius Regina ob timorem terribilis maiestatis corruisset, tamen non exanimata; at quando Regem vidit extra maiestatis thronum, totum trementem, fratrem se suum appellantem, sic ex stupore illius demissæ, ac humiliatæ altitudinis obstupuit, elanguit, vt pene sit exanimata. Deus sancte, Deus bone, quid hoc cum Christo in præsepio? quando, vt ait August. serm. 7. de Natiuit. *Immēsus capitur, dines pauper efficitur, incorporeus carne vestitur, videtur inuisibilis, palpatur impalpabilis, comprehenditur incomprehensibilis, numeratur in sacula, qui est ante sacula, & quem celum, & terra venerantur, in præsepio angusto collocatur*. Quid humilitas illa cum ista? profecto tantum hæc illam excedit, quantum Dei sublimitas hominis infirmitatem; hinc sic altius etiá sanctarū animarum supra Estheris exanimationé se erigit exanimatio, vt miraculū sit Dei, vt omnipotentis sit necessaria dextera, quæ illas teneat ne exanimétur, ne moriátur, ob quod, & ad quod attēdens Regius Psaltes ait: *defecit in salutare tuum anima mea*, Psal. 118. n. 80. quid est defecit, nisi *deliquiū passus ob charitatem*, ait Richard. de sancto Victore, de gradibus charitatis violentæ? *charitas defectū facit*, ait, *languorē adducit*; at vnde defectio? *Sana in salutare tuū, quod est Christus Iesus*, ait Ambros. in hūc locū. Defecit ergo in Christū Iesū; at quādo? sane quādo mentis oculis eū prospexit, vnde sequens ait: *Defecerunt oculi mei in eloquiū tuū*, seu vt Ambr. *in verbum tuum*, tunc quippe defecit, tunc quippe pene exanimatus, quādo & mēte, &, vt sic dicā, oculis Verbū carnē factum prospexit, & nō in volucro virginali, sed extra illud in stabulo, in præsepio, ex cuius rei lætitia exultās extra se totus abiit; hinc ad talem exultationē sanctus inuitās omnes Leo Papa in serm. huius festiuitatis, *Exultet*, ait, *in laudē Dei corda credentiū, & mirabilia eius confitēatur filij hominū. cum in hoc præcipuè Dei opere humilitas nostra cognoscit, quāti eam æternus conditor æstimauerit, quod cum origini humano multū dederit quod nos ad imaginem suam fecerit, reparationi nostræ lōge amplius tribuit cum seruili formæ ipse se Dominus cōparauit*. Enratio stuporis, en ratio exanimationis, non iam per inuolucra propheratum, non iam in mysterijs absconditum, non iam à longe prospicientes, sed in facto, sed in re, carnem factū, puerulum, parvulū, nostri similem, vagientem, trementē in præsepio, inter animalia summum illum infinitæ maiestatis Deum aspiciunt, quis non admirabitur?

Quæ certè admiratio amplius excrescit, si ratione indagabimus, cur in præsepio positus, cur inter animalia? nunquid casu factum, vt Virgo sanctissima puerū Iesum vix narum in præsepio collocaret? nūquid fatigata ex onere, quasi labore fessa illum in præsepe, illū inter animalia collocauit? quod si hoc impossibile, cur ergo filium Dei, cur vnigenitū, cur desiderabile illud cūctis gentibus à se dirimens in præsepe collocat, inter animalia dimittit? sane amice, vt peccator, qui animal, dū ad præsepe accederet tanquā irrationale paleas, fœnūq; comesturus, carnē inueniēs ea pastus non iā irrationale amplius esset, sed irrationale euaderet animal, attende, rectè quidē petit Nyssenus orat. de Natiuit. cur Dñs ad genus reparādum humanum nō ab initio venerit, sed in temporibus extremis, in vltima mūdi ętate, cui dubitationi grauiter respōdens affirmat, ideo hoc factum, vt ad summum malitia excreta humana, vltraque amplius progredi non valēs, tunc simul eam amputaret, *Quod autem*, ait, *humana vita non ab initio, sed ab extremis temporibus Dominus apparuerit, hanc merito fortasse causam quispiam æstimabit, quod qui malitiam vt tolleret, humanam vitam erat ingressurus expectauit necessario, vt omne ab inimico fatum, propagatumque peccatum germinaret, ac tum demum radici securim admouit*; Hinc acutè obseruat, quod licet temporibus Noe, *omnis caro corruperat viam suam*, non ob id tunc venisse Christum, quia nondum *Sodomitici sceleris germen pullulauerat*, sic etiam nec venit, quando Sodomæ peccatum, quia *indomita adhuc non erat Ægyptiorum malitia, nec venera· Pharao impius*, nec etiam post hanc venit, quia necessarium, *vt rabies Indeorum Prophetas occidentium detegeretur*; & vltimo tandem ait Sanctus, tanquam iam ad summum excreta malitia vt Herodes esset in Iudæa, vt Tyberius in

11. Deus non sic humanū replet, cor sua maiestate, quam sua humilitate. *Exod. 19. n. 1.*

12. Animæ sāctæ Deum in præsepio contēplantes pene exanimantur. *Esther. 15. n. 9.* *Augus.*

Psal. 118. n. 80.

13. Dauid extra se abiit quando Verbum carnem factum vidit.

S. Leo.

14. Cur Virgo sanctissima Christum in præsepio reclinauit.

Nyssenus.

15. Cur Christus initio mundi non incarnatus.

Digitized by Google

Imperio, vt mali Pontifices in templo, vt sic *cum malitia vis se totam effudisset, multisque luxurians modis creuisset in animis eorum, qui singuli scelere insignes extiterant, tunc Deus ignorantiæ tempora despiciens Actorum 17. in diebus vltimis aduenisset*; quid ex hoc? sane illud, vt tunc Christus natus, quando amplius homines peccatores, quando amplius Deus offensus, quando omnino homo in irrationale animal redactus; quis ergo hæc audiens non æstimaret tunc, tunc è cælo fulmina, ignes, tonitrua, grandinem, Deum immissurum, vt olim in Ægypto ob minora Deus fecit peccata, vt hic noster ait Sapiens, vt sicut tunc primogenita tantum sermo suus in noctis medio transiens occidit, sic nunc & sermo iste diuinus è regalibus sedibus proueniens, in mundo apparens, dum sic eum inuenit corruptum non totum destrueret, ac cremaret, at non sic, sed ex vtero egressus, totus amore ardens, sic ex hominum amore, sic ex peccatorum charitate totus absumebatur, vt quia impatiens moræ, quia inter vbera matris, inter limpidissimum extabat thronum, inter ipsam puritatem, inter super Angelicam munditiam, inter ipsius Spiritus sancti habitaculum, non equidem solum secundum spiritum, sed etiam secundum carnem: nam vt egregiè hic adnotat Nyssenus, non solum Virginis spiritus Spiritu sancto repletus, sed etiam ipsa caro. *In reliquis enim omnibus*, ait Sanctus, *vix animus purus Spiritus sancti præsentiam capit; hic autem caro fit spiritus receptaculum.* Quasi hæc fastidiens in præsepe aduolat, vt pastus factus peccatorum animalium irrationalium, ipsos ad rationem rediens lucraretur, & saluaret, & tunc vt Angeli cecinerunt Saluator factus. *Num hæc*, grauiter ait Nyssen. *quæ audiuimus de Christo casu contigerunt, quid sibi vult hæc Domini in antro sedes? hæc in præsepe reclinatio?* sane respondet, *quia ratione præditum animal vescitur pane, idcirco in præsepi, quod est animalium ratione vacantium sedes, è cælo dilapsus vitæ panis proponitur, vt quæ à ratione remota sunt animalia, rationis cibo nutriantur, atque ita ratione decorentur.* En mysterium, siue en prodigium Natiuitatis Christi, sic Deus in illo amans ostenditur, sic peccatores pro sequens, vt quando totus erat in maligno mundus positus, quando peccata sic succreuerant, vt vltimam mererentur ruinam, *consummationem abbreuiatam* faciens Deus iuxta Isaiam, vbi supra, hæc sic *inundaret iustitiam*, vt penitus eam absorbens in misericordiam conuerteret, sic vt quia animalia peccatores animalia requireret, & quia hæc in præsepe fœnum comedebant vt animalia, non iam fœnum, sed panem viuum Dei verbi comederent in præsepe, vt ex animalibus brutis facta rationis capacia, & cælestia sentirent, & ad cælestia exultarent. Exultent ergo, vt Sanctus ait Leo, corda fidelium, & mirabilia Dei confiteantur attoniti filij hominum Deum iam non inter Angelicorum choros prospicientes, sed inter animalia, non iam in throno maiestatis, sed in præsepe humilitatis.

Nyssenus. 16. Materia caro etiam Spiritu sancto repleta.

17. Sanctorum lætitia Deum videre non in maiestate, sed in humilitate.

Hæc quippe est sanctorum lætitia, hoc est supremum gaudium, tale quippe, ac tantum, vt non tantum sit gaudiorum occasio Deum in sua videre maiestate, quantum in sua humilitate, *Vidi Dominum facie ad faciem*, ait Iacob Genes. 32. n. 30. *& salua facta est anima mea.* Pendo tempus quando hæc dixit, non ante equidem quam claudus factus ex Angeli contactu, qui cum videret quod eum superare *non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit.* Post hæc exultat, & non ante, etsi Deum videt, etsi cum illo congreditur, etsi fortior illo apparet, vnde nunc tanta lætitia, & non ante, etsi Deum aspiciebat? sane mea sententia, quia ante claudicationem Deum in maiestate prospiciebat; at post claudicationem hominem factum. Egregiè hoc Ambros. de Iacob, & vita beata, *Et quia*, dicens, *insuperabilis erat fides Iacob, atque deuotio, secreta ei mysteria Dominus reuelabat, tangens latitudinem femoris eius, eo quod ex eius erat generatione Dominus Iesus oriundus ex virgine, qui Deo nec impar, nec inæqualis esset.* Egregiè, ante claudicationem etsi Deum videbat, aspiciebat, attrectabat, tamen non sub mysterium Incarnationis secretum, & sic non exultabat, ac gliscebat; at postquam per femoris mortificationem Deum intellexit incarnatum, ex omnipotente debilem factum, ex infinito finitum, ex immenso commensuratum, non iam in cælo, sed in terris claudus, pauper, miser, tremens, ac vagiens sicut ipse, tunc & non ante exultauit, quia plus Deum videre delectat hominem in sua humilitate, quam maiestate.

Genes. 32. n. 30.

Ambros.

18. Angelus stupet de deo in præsepe, quam in cælis.

Immo & ipsis Angelis amplius ex hoc stupor, & admiratio; hinc amplius Deo gloriam canût ex visis incunabilis, quam ex ipsa Dei in cælis, vt sic dicam, maiestate prospecta; hoc pondero in illo eorum cantico, quando facta multitudine cælestis exercitus, vt ait Lucas c. 2. n. 14. cecinerunt, *Gloria in altissimis Deo*, quid? nunquid ante non erat in altissimis Deo gloria? sane respondet Nazianz. Apolog. 1. sed tunc ampliorem Deo dant gloriam, quia eum laudant, & quia in cælis, & quia in terris in præsepe. *Angeli*, inquit, *cælestem primum, deinde terrestrem laude celebrant.* Pulchrè, cælestem primum hoc est Deum in cælis, deinde terrestrem, hoc est Deum in terra, in præsepio celebrant, vnde rectè Toletus ait: *Angeli enim in cælis habitantes Deum glorificant, & summis encomijs laudant bonitatem, sapientiam, potentiam, ac iustitiam, quas in Christo nato manifestauit.* Vnde adnotandum ly *Deo*, secundum Nazianz. Beda, & alios non tantum ad Deum in cælis, quantum ad Deum in præsepe referendum: nã cum Angeli illud cecinerunt tum ob Dei laudẽ, tum ad declarandum pastoribus infantem illum Deum esse, ideo plus, & amplius Deum in præsepio existentem intenderunt laudare, quam in cælo regnantem, vnde Beda à Maldonato relatus, *Vno*, inquit, *Angelo euangelizante natum in carne Deum, mox multitudo militiæ cælestis adnolans consono in laudem creatoris ore prorumpit, vt & sui, sicut semper obsequij, deuotionem Christo impendat.* Ergo in altissimis, hoc est in cælo gloriam Angeli canunt Deo, non tantum in cælo existenti, quantum in præsepe iacenti, vnde hoc? vide an quia amplius, ex fasciis, ex præsepe, ex spelunca, ex animalibus de Dei bonitate, magnificentia, altitudine, potentia, quam in cælis ex eius summa

Nazianz.

Toletus.

19. Amplius intenderũt eũ laudare in præsepe quam in cælis.

Beda.

Luc. 2. n. 14.

maieſtate cognouerunt, gaudioque ſunt perfuſi, quid enim? quando pacem in terris Angeli A inter Deum, hominemque agnouerunt, niſi quando Chriſtum natum aſpexerunt? Tunc equidem in altiſſimis Deo gloriam dederunt, quia ex altiſſimis Deum in præſepe aſpexerunt, quo ſpectaculo admirati etſi in altiſſimis Deo in cælo exiſtenti, plus tamen ex altiſſimis Deo in ſtabulo iacenti gloriam dederunt; *Oculos igitur*, ait Nyſſenus, *in cæleſtem exercitum intendamus, tripudium ſpectemus Angelorum, diuinum ipſorum cantum audiamus, gloria cantus in altiſſimis Deo, cur diuino numini, quod in altiſſimis cernitur gloriam tribuunt? quoniam inquiunt, & in terra pax, ob hoc ſpectaculum gaudio perfuſi ſunt, ô rem admirabilem! veritas de terra orta eſt, Deus humana natura commiſcetur, vt ad ſublimitatem diuinam hominem attollat.* Sic equidem, ſic tale ſpectaculum Angelis extitit Deum videre in præſepe, Deum inter paleas, Deum inter animalia, Deum in ſpelunca, vt ex illo quaſi extra ſe rapti toti in gloriam ſe reſoluentes ad hoc ſpectaculum, ad hoc nouum portentum toti gaudio perfunderentur.

20. Homines quàm per-frui lætitia ex Chriſti natiuitate debeant.

Quid ergo nos, ad quos amplius hoc ſpectat, facere debemus, ſi tantum Angeli lætantur propter nos, quantum nos propter nos ipſos, ac ſupra nos ipſos nos eleuati. *Chriſtus gignitur*, ait Nazianz orat. in Chriſti Natiuitate, *glorificate, Chriſtus è cælis obuiam, prodite, Chriſtus in terra ſubnebimini*, hoc eſt eleuamini, & à terra vos per lætitiam, & ecſtaſim ſubducite: nam vt inquit ibi Nicetas, *Ipſe enim noſtræ ſalutis cauſa deiecto, ac terreno facto, nos propter ipſum euecti, ac cæleſtes facti ſumus;* quis ex hoc non gaudebit, ac toto corde non lætabitur? *Aaron frater tuus occe egredietur in occurſum tuum*, ait Dominus ad Moyſen, Exod. 4. num. 14. *videnſque te lætabitur corde*, hoc eſt ſumma, ac indicibili lætitia, vnde tanta Aaroni de fratris viſione lætitia, vt eam Deus adnotet, ac Moyſi prædicet? Abulenſis, *quia Deus indicauerat ei, quod Moyſes liberaturus eſſet Iſrael*, en ſummæ lætitiæ cauſa; at qualis hæc, ſi cum viſione eius conferes, qui non tantum Iſraëlem, ſed totum ſimul eſt liberaturus mundum? qui nos ipſos, qui te qui hæc legis, qui hæc audis, *Hoc factum noſtrum eſt*, ait Nazianz. vbi ſup. *hoc hodierno die celebramus, Dei nimirum ad homines acceſſum, vt ad Deum proficiſcamur, abiectoque veteri homine nouum induamur.* Exultent ergo cæli, & lætetur terra, ac cum Angelis tripudiet humana natura, dum ex Natiuitate Saluatoris ſe videt in Chriſto non ſolum reparatam, ſed ſuperexaltatam: nam etſi in creatione multum, in renouatione per Chriſtum potiora, ac diuiniora recepit. *Quænam hæc bonitatis diuinæ*, meritò exclamat idem Sanctus, *quodnam me circumſtat myſterium?* Audi reſponſum diuinum; *Diuinam imaginem accepi, nec fartam, tectamque habui, ille meam carnem accipit, vt & imagini ſalutem, & carni immortalitatem afferat, ſecundum conſortium nobiſcum init, & quidem priore longè admirabilius; non enim id quod præſtantius erat nobis impertijt; at nunc eius, quod deterius eſt particeps ipſe fit, hoc priori illo diuinius, hoc apud cordatos, & prudentes viros multo ſublimius.* Quid pulchrius? his nobiſcum Deus conſortium iniit, primum in creatione nobis quod præſtantius tribuens, animam ſcilicet ad ſuam effictam imaginem; ſecundum vero in reparatione, quando ſartam, tectamque ſuam non habentes imaginem eam deturpauimus, vnde quando ex hoc omni digni eramus pœna, hæc prætermiſſa, ac quaſi cum bene meritis, & quod prioris beneficij non iacturam, ſed vſuram fecerimus, ſecundum iniit conſortium, multo illo priori ſublimius: nam in hoc id quod noſtrum deterius in ſe aſſumpſit, vt quod in nobis ſublimius, ac deterius repararet, animam ſcilicet, & carnem noſtram, quid illud primum cum hoc ſecundo? quando vt idem ait Sanctus, *Qui eſt fit, qui creationis expers eſt creatur, qui nullo loco contineri poteſt, interuentu animæ intellectualis inter diuinitatem, carniſque craſſitiem continetur, qui locupletes alios facit, eget: carnis enim meæ paupertatem ſubiit, vt ipſe illius diuinitate diteſcam, qui plenus eſt vacuatur, exhauritur, vt plenitudinis ipſius ego particeps efficiar.* Lætetur ergo humana natura hæc audiens, & in hoc diuiniſſimo conſortio exultet cum Angelis tripudians, dum videt ad diuinitatis conſortium ſe exaltatam, & dum prius ſecundum ſpiritum tantum Deus erat per gratiam, nunc & ſecundum carnem, *Vt haberet*, ſicut ait Cyprianus ſerm. de Natiuitat. *tota compoſitio hominis perfectam, plenamque lætitiam cum ſpiritu diuinam repræſentaret imaginem, & caro noſtra Chriſti corporis ſimilitudinē, & conſummata ſocietatis beneficium obtineremus, cum nominis Chriſti, & hæreditatis conſortes, & diuinæ naturæ inueniamur per ſpiritum, & humanæ per corpus.* Subtiliſſimè, cum Deo prius eramus conſortes ſecundum ſpiritum tantum, peccantibus nobis, quando demerita clamabant non conſortium, ſed ſeparationem, ac diſtractionem, ſic ſe diuina erga nos erexit miſericordia, ſic ſuus diuinus amor, vt conſortium quod prius erat ſimplex reduplicaret, & tota humana compoſitio quanta, quanta & ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum diuinæ eſſet particeps naturæ, vt ſic tota hominis compoſitio perfectam, plenamque lætitiam haberet, quale ex hoc gaudium, qualis noſtra ex hoc deberet eſſe feſtiuitas? prorſus infinita.

Cyprian.

21. Aaron cur tantum de Moſis aſpectu lætatus.

Exod. 4. n. 14.

Abulenſ.

Nazianz.

Lætemur ergo, exultemus, tripudiemus, ſed quomodo? proh dolor turpe eſt dicere, quomodo hoc ſacro-ſanctum myſterium celebrant Chriſtiani, quanta ebrietate, quantis commeſſationibus, quantis impudicitiis, quantis diſſolutionibus, & quaſi Deus iis delectaretur, ſic reputant Deo placere, dicerem niſi alibi de hoc, & ſimul ne nimis timerem huius diſcurſus moroſitatem, tamen non poſſum quæ Diu. Nazianz. grauiſſimè circa hoc declamat, deferere, nil ad verba eius addam, tranſcribam tantum, tu, qui legis illachrimando pondera, etſi verbi Dei es diſſeminator cum ſingultibus clama. Poſt exultationem ergo tanti feſti intulcatam, ſic Sanctus adiecit. *Quocirca non oſtentatoriè, ſed diuinè, non mundi ritu, ſed ſupra mundi ritum, non res noſtras, ſed Domini, non ea quæ infirmitatis ſunt, ſed quæ curationis, non ea quæ creationis, ſed quæ recreationis, inſtaurationiſque celebremus.* Pende ſingula, etſi aliquid

23. Natiuitatis feſtum quàm indigne à Chriſtianis celebratur.

Nazianz.

24. Quomodo eſſet celebrandum.

22. Plus Deus homini cōtulit quando ipſe incarnatus, ac quando eum creauit.

nunc eorum, quæ Sanctus suadet perficitur, mentitus ego: sequitur Sanctus: *Id autem hac demum ratione consequemur, si nec domus limina sertis coronemus, nec choreas agitemus, nec vicos ornemus, nec oculum pascamus, nec aurem cantu demulceamus, nec olfactum effeminemus, nec lenociniis gustum titillemus, nec tactus obsequamur, nec teneris, & circumfluentibus gestibus emolliamur, nec gemmarum splendoribus, nec auri fulgoribus, nec colorum artificiis natiuam pulchritudinem mentientibus, atque aduersus imaginem diuinam excogitatis, nec commessationibus, & ebrietatibus, nec thoros altos struamus, ventri delitias sternentes, nec vina generosa coquorum lenocinia, liquorum profusas magnificentias in pretio habeamus, nec terra, ac mare charum nobis, ac pretiosum stercus offerant, hoc est delitias, nec alius alium intemperantia superare contendamus.* Quid non sic hodie sancta Christi natiuitas celebratur? vnde potius eam more Gentilium, quam Christianorum obseruamus, ex quo ritu qualis Deo irrogetur iniuria ex ratione quam Sanctus, vt non sic eam celebremus adducit inspicies, sequitur enim: *Verum hac prophanis, atque ethnico fastui solemnitatibusque relinquamus, qui eum ijs deorum nomen tribuant, qui sacrificiorum nidore oblectantur, congruenter profecto eos helluando colunt mali vtique malorum daemonum, & fictores, & sacerdotes, & cultores.* Quid grauius? tanquam si dij nati, non Deus verus, sic helluando sanctam celebramus eius Natiuitatem, quomodo ergo celebranda? sequens Sanctus adiecit: *At nos à quibus Verbum adoratur, verborum delitiis (si quid tamen delitiis dandum est) indulgeamus, atque ex lege diuina, & narrationibus cum aliis, tum iis præsertim, quibus præsentis festi mysteria explicantur voluptatem capiamus, ita enim commode, minimeque ab eo à quo vocati sumus, aliena delitiæ nostræ fuerint.* En modus lætitiæ, ac exultationis, tripudiet differenti modo Ægyptus diis suis; nam dies veniet, quando sermo diuinus è cælis aduenies eorum lætitiam conuertat in luctum; at Christiani, qui populus Dei, qui sacerdotium sanctum, non commessationibus, sed Hymnis, sed Psalmis, sed Canticis celebrét hunc sacrosanctum Dei sermonem à regalibus sedibus aduenientem, non vt noster ait Sapiens, *durus debellator*, sed pacificator nos reparans, non ad instar Ægyptios occidens iuxta quod noster ait Sapiens, *dum medium silentium*, &c.

Num. 17. *Tunc continuo visus somniorum malorum turbauerunt, & timores superuenerunt insperati.*

Num. 18. *Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam moriebantur causam demonstrabat mortis.*

Num. 19. *Visiones enim, quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant, ne insci quare mala patiebantur, perirent.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

MOrtem eleganter scripserat primogenitorum, nunc circunstantias aliquas, quæ nec in Exodo, nec alibi in Scriptura reperiuntur, somnia scilicet, visiones horrendæ, mortis causæ; singula quidem enucleanda.

Tunc continuo, &c. Græca, *tunc subito*, Liranus hoc est *ante immediatè*, scilicet quam interirent primogenita, Bonauent. *in ipsa hora occisionis*. Carthus. *& in ipsa hora, & paulo ante*. Hugo vult, vt post mortem primogenitorum hæc intelligantur de Ægyptijs talia videntibus, & somniantibus, & quare primogenita eorum occisa addiscentibus; verum etsi vt mox dicemus, etiam Ægyptus talia apparuerunt, nullo modo negandum, quod & ipsis simul primogenitis, tam eis qui dormichant, quam qui tunc vigilabant, quibus & spectra apparuerunt, & visiones horribiles causam eis indicantes mortis. *Liranus. Bonauēt. Carthus. Hugo.*

Visus somniorum malorum turbauerunt illos, &c. Græca, *visa, & phantasiæ, & spectra somniorum dire, graviter turbauerunt illos*, placet Lorin. affirmans eundem fuisse immissorem somniorum, ac interfectorem, simulque somnia nō tantum primogenitis accidisse, sed etiam aliis Ægyptiis, maximè patribus, à quibus exterrefacti, & experrecti veritatem somniorum cum morte comprobabant primogenitorum, quod verissimum æstimo, vt sic omnes scirent non casu, non fortuitò illam euenisse mortem, sed Dei iusto iudicio, & Angelo interfectore ob ipsorum peruicaciam, & in Dei populum tyrannidem. De somnis multa Holkoth hic, & an ex ipsis liceat diuinare, tenetque partem affirmantem, licet asserat rem fallacem, & periculosam, vide apud ipsum; cum abstrahendo ab insomniis diuinis, quæ sunt puræ Dei reuelationes, ex cæteris diuinationem sumere, regulasque tradere prorsus ridiculum æstimem, & temerarium. Signa autem diuinorum, & malorum breuiter accipe à Diadoch. Episcop. Photiens. Bibliothec. Patrum tom. 4. pag. 750. in suo tractat. de perfect. spirituali, c. 37. *Visa*, ait, *quæ per somnium bonitate Dei obiiciuntur animæ, sunt animæ sanæ certi quodammodo nuncij, & indices, quocirca neque alia in aliam formam mutantur, neque sensum terrent, neque vno impetu ridentibus, aut mœrentibus obiiciuntur, sed potius cum lenitate accedunt ad animam, quam spiritualis lætitia dulcedine perfundunt; in visis vero à dæmonibus per quietem obiectis per omnia contra euenit, nec enim in eadem figura manent, neque figuram, neque formam quietam multo tempore ostendunt, grandia loquuntur, & plurima minantur, vnde mens eos agnoscens, quando pura est magna ira commouetur*, tandem affirmat diuina illis accidere, *qui habent magnos progressus in humilitate*; & vltimo ob difficultatem bonos à malis discernendi, etiam si à Deo sint, consultius eos non admittere: nam vt ipse ait: *Contigit ex surreptione quadam sensum fugiente anima fœdetur, amisso vestigio perfecte discernendi, & fide somnis non bonis, tanquam bonis adhibita*, quod equidem consilium sanum, vnde semper qui somnum patitur, per se ei fidem adhibere, absque sapientum consultatione, & præcipue virorum spiritualium nunquam debet; sed de hoc satis. *Lorinus. Holkoth.* 1. An liceat ex somniis diuinare. *Diadoch.* 2. Diuinorum somniorum signa quæ,

Et alius alibi proiectus semiuiuus, &c. Græca, *semimortuus*, non interibant statim, sed

paulò poſt aliqui, & præcipue ætatis grandiores, vt ſimul moriendo cauſam cur interierint patribus patefacerent, vt mox ſubinfertur dicens:

Propter quam moriebantur cauſam demonſtrabat mortis, &c. Semiuiuus ergo iacens duo proclamabat, ſe ſcilicet non naturaliter mori, ſed violentiſſimè occidi à Deo, & cauſam ipſius mortis, vt ſup. diximus. Holkoth à quo Lorinus myſticè per ſemiuiuum accipit qui ſcit, & credit, ſed non operatur bene, facitque hos ſimiles ſemiuiuo, quem curauit Samaritanus; legatis Dauid media tonſis barba, viduæ delicianti iuxta Apoſt. 1. ad Timoth. c. 5. n. 6. & illi Apocalyp. c. 3. n. 1. qui nomen habebat quod viueret, ſed mortuus erat, quod veriſſimum: fides enim cum operibus coniuncta debet eſſe, vt ſi homo viuus, & non ſemiuiuus dici poſſit, alioquin ſi in ſola fide ſperat, & hanc etiam amittet, quando ſine operibus tenet, de qua re vide in 1. tom. Homil. 28. & quomodo ad acquirendam ſapientiam non ſola fides ſufficit, Hom. 149.

Holkoth.

1. ad Tim. 6. 5. n. 6.

3. Homines ſemiuiui dicuntur, qui fidem habeant ſine operibus.

Ne inſcij quare mala patiebantur perirent. Tum primogenita, vt diximus, tum patres, ne fortuito tantam aduenisſe plagam ſuſpicarentur, & ſimiliter, ſi vellent pœnitentiam agerent. Ex hoc loco piiſſime eruit Lorinus neminem quantiſlibet onuſtum peccatis ante mortem, vel ſaltem paruo temporis interuallo gratia priuari diuina, qua ſi vult ſaluari poteſt, & ad Deum ſe conuertere. Vnde ſic contra Rupert. qui contrariam tenet ſententiam in c. 2. in Exod. c. 19. *Eſt quidem*, ait, *aduentus mortis improniſus, aut vt fur, necnon iudicij generalis dies, tamen non ita mors occupat incautum, vt non qua ſibi cauere poſſit, vel ad momentum ſaltem gratiam Deus ſubminiſtret*; ô vtinam verum; confiteor ſane, immo pro certo ſtatuo aliquo ante mortem tempore Deum cuilibet tribuere gratiam, ita vt ſi velit mortem poſſit effugere æternam; at quod hoc in ipſo mortis articulo, & momento omnibus Deus tribuat, vellem, ſed timeo. Præuenit ergo Deus, ſed aliquo ante tempore, hinc elicitur mali illius grauitas, quando Dei ſanctis reſiſtitur inſpirationibus; de qua re dicerem, niſi in 1. tom. dixiſſem, Homil. 93. nunc autem de Dei bonitate etiam cum inimicis.

Lorinus.

4. Nemo ante mortem etſi paruo tempore gratia priuatur diuina.

Rupert.

HOMILIA CV.

Deus bonus, & inimicos caſtigans, eos præueniendo.

MOriebantur primogenita, & Dei iuſto iudicio violenter ad mortem trahebantur, ſic eorum exigentibus peccatis; at nunquid intempeſtiuè, ſic vt ſi vellent, etſi temporalem, ſaltem æternam non lucrarentur mortem? minimè: nam etſi ab Angelo letaliter percuſſi, tamen non continuo occiſi, ſed ſemiuiui relicti, & per ſomnia, & viſiones admoniti de cauſa, de ratione mortis, vt ad pœnitudinem reducti ſaltem ſi corpore, anima non perirent, vnde noſter Sapiens, *viſiones quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant, ne inſcij quare mala patiebantur perirent*. Immo vt ſupra in commentariis diximus de hac plaga tractantes, non ſic eam Deus inflixit, vt eam prius non admoneret; nam cum adhuc in præſentia Pharaonis Moyſes, & à ſe eum depelleret, c. 10. n. 28. *recede à me, & cane ne vltra videas faciem meam; quocumque die apparueris mihi morieris*, tunc tũc, in ipſo inſtãti Moyſi Deus mortem primogenitorum, & Moyſes Pharaoni, omnibuſque eius ſeruis prædixit, morte eum terrens, dum morte ipſe Moyſem terrefacere præſumpſit, vt videret, ſi ad meliorem redactus frugem, aliquomodo eam vitare poſſet. Qualis ergo eſt hæc Dei noſtri bonitas, vt etiam inimicos præmonere velit, vt ſi velint ſalui eſſe, poſſint? ad cuius ampliorem demonſtrationem.

Adnoto ex Petro de Abiaco, ſeu Cameracẽſi lib. 1. ſentent. quæſt. 12. art. 1. ad ſecundum, quod licet Deus hominem ad inferorum cruciatus ſeponeret, etiam nullo præ exiſtente peccato, ſed tantum, quia ſic ei placitum, nullam prorſus homini committeret iniuſtitiam: nam licet tunc pœna illa non haberet rationem ſupplicij, quia peccatum non eſſet, ac vt ſic homo Deo non deberet illam, tamen ratione ſupremi dominij, & ad illius manifeſtationem, & vt Deus glorificaretur ex illa pœna, ſicut ex gloria, debet illi homo tale obſequium ex vi creationis, vnde nullam ex hoc ei Deus iniuſtitiam faceret. Audi nunc Abiacenſem; *Secundum Scripturam*, ait, *etiam ſi Deus aliquam creaturam æternaliter puniret, vel affligeret, ſine eius peccato, vel pure annihilaret, nullam iniuſtitiam, vel crudelitatem ei faceret, vnde illud Sapient. 12. Quis tibi imputabit nationes, quas feciſti, Deus non eſt obligatus legibus creatis, quaſi aliquid prius ſit iuſtum, quam Deus velit illud, cum tamen omnino ſit è conuerſo.* Hanc doctrinam eo libenter amplector, vt diſrumpantur Calũiniſtæ, ac Lutherani, cum ex illa nullum ſequatur inconueniens, & ſummam prædicet Dei noſtri potentiam, & ſanctitatem, vnde Auguſt in lib. de prædeſt. & gratia, c. 16. piè, ac ſanctè ſic ait: *Si humanum genus non cum debita mortis, & peccati origine naſceretur, & tamen ex iis creator omnipotẽs in æternum nonnullos damnare vellet interitum, quis omnipotenti creatori diceret, quare feciſti ſic*; Hanc quæſtionem attigit Beccanus contra Paræum Opuſcul. tom. 1. Opuſcul. 11. quæſt. 4. qui contrariam tenet ſententiam, vt ſe amplius à Caluino elonget; tamen quia conſtanter ſemper veritas tenenda eſt, etiamſi ex ea abſurda eliciant hæretici, diſrumpantur, & eam intelligant, & ſimul quod nil contra Catholicam veritatem vnquam aliquid ex ea inferre poſſunt; ſed ad noſtra. Poſſet ergo Deus ad cruciatus deſtinare ſi vellet abſque peccato; at hoc non ſolum non efficit, ſed ſic clemens, ſic pius, ſic bonus eſt, vt non ſolum in damnatione ſupponat peccatũ, ſed etiam peccatorem præuenit, admonet, prædicit pœnam, damnationem, interitum, ſic vt nullo modo imparatus quantum ex parte Dei inueniatur, ac ex tempore ei pœna ſuperueniat.

Abiacen.

8. Deus nullã cõmitteret iniuſtitiam ſi hominem ad æternas deſtinaret pœnas, nullo ſtante peccato, & huius rei firma ratio.

Auguſt.

Beccan.

Eniuuero ſic Deus in hoc ſemper vnus fuit, vt nulla prorſus ſit homini ſuperuentura calamitas, quin prius illam ſignis, & portentis, admonitionibus, & prædictionibus non annuntiet, ſed enim ab inde à principio naſcentis creaturæ, *in quacumque hora comederis ex ea, morte mo-*

1. Dei mos ſuperuenturam ſemper prædicere calamitatem.

Geneſ. 2. n.18. *rieris*, ad primum noſtrum parentem ait Dominus, Geneſ. 2. n. 18. quæ etſi comminatio, & pœnæ ſimul etiam fuit prædictio. In qua re pondero, ſic Deum ſemper hominem ſuæ præuenire ruinæ, vt quando ſigna aliqua externa deſint, ipſa vtatur natura, ſic vt nullo præſagiente, nullo dicente, nullo exterius admonente; neſcio quid ex ſe aliqui ſentiunt quaſi futuri infortunij præſagium; nam (quod ſæpe in aliis expertus atteſtor) aut melancholici ſunt, aut moleſti, & graues, aut horrorem concipiunt, etſi quid ſimilia, quod poſtea ex euentu morositatem illam naturæ cernitur præſagium fuiſſe calamitatis. Impius Appelles hanc Dei prædictionem irridens, ſic argumentabatur, vt affirmat Ambroſ. lib. de Paradiſo, c. 5. *Si homo non guſtauerat mortem, vtique quam non guſtauerat ſcire non poterat, ergo ſi non guſtauerat neſciebat, ſi neſciebat timere non poterat; ergo fruſtra Deus mortem pro terrore obiecit quam homines non timebant.* En hæreticorum argutiæ, en quomodo ignorans humana ſapientia contra diuinam ſe erigit; putabat inſanus, & vecors, quia rectè illud ex principiis Philoſophiæ deducebatur, iam contra Deum concluſiſſe; impiè, ſicut & nunc eiuſdem farinæ hæretici, vnde acutiſſimè & vere nodum eius ſoluens Ambroſ. ſic ait: *Hoc autem facile ex communis naturæ vſu abſolutionem habet.* Pende ly *facile*, nam ſi tantiſper attente omnes conſiderentur hæreticorum argutiæ, nullo prorſus negotio ſoluentur, ſicut & hæc Appellis, vnde ſequens Ambroſ. ait; *Eſt enim natura inſitum omnibus, vt etiam quæ nondum ſibi nocere experta ſunt, quaſi noxia reformident. Vnde enim columba in ipſo ortus ſui viſu terror accipitris vnde lupi omnibus formidabiles? pullis milui? quod ſi in his quæ irrationabilia ſunt animantia quidam de aduerſo genere animantium naturalis eſt terror, vt etiam irrationabilia ſenſum fugienda mortis accipiant, quanto magis in primo homine rationis vtique pleniſſimo, naturalis quædam opinio mortis debuit eſſe vitanda.* Quid verius? ex quo illud ſimul quod dicebamus elucet, ſic Deum ſemper futuram calamitatem homini indicere, vt quando alia externa deſint, ipſamet vtatur natura. Naturaliter Adamus mortem timebat, reformidabat, etſi nec mortem guſtaſſet, nec vidiſſet; vnde quia ex inobedientia in illam eſſet certiſſimè incurſurus, quid ergo vt ſi poſſibile effugiat, illi comminando prædicitur: nam equidem poterat Deus abſque mortis prædictione tantum in genere malum illi comminari; at ſpecialiter mortem prædicit, vt ex terrore ſe reprimat, & ſimul vt ſibi, non Deo mortem poſtea imputet, & ſciat quare in mortem incidit, non ſecus ac primogenita iſta, de qua noſter loquitur Sapiens.

3. Ipſa ad hoc vtitur natura, quando alia non adſint præſagia.

Ambroſ.

Quod vt amplius pateat, & quam bonus in hoc Deus ſit noſter euidenter appareat, adnoto in omni Scriptura nil à Deo ſic occultatum, nullum myſterium ita abſconditum vti dies eſt iudicij, ſic vt Marc. 13. n. 32. ſeipſum excluſerit quatenus homo, quod prorſus admirandum. *De die autem illo, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque filius hominis*; hoc eſt quatenus homo abſolutè, non quatenus Deus homo, vt communis, & vera eſt ſententia; ſic Athanaſ. ſerm. 4. contra Arrianos, Ambroſ. lib. 5. de fide, c. 8. Nazianz orat. 4. de Theologia, Theodoret. anathematiſmo 4. Cyrill. lib. 9. theſaur. c. 4. Author imperfecti Hom. 49. neque negotium faceſſit, quod apud Math. 24. n. 36. addatur *niſi ſolus pater*, quæ dictio à communi Patrum ſententia mouet Maldonatũ, vt recederet, aliam addens, & ſane acutam: nam cum omnia filius à patre accipiat, & ab eo illi communicata, merito ex ſe ſolo pater ſcit, filius autem à patre à quo in principio omnia acceperat. Quod cum verum ſit, tamen magnum extitit Chriſtum dicere ſic ſecretum apud patrem diẽ illum extare, vt ſi ipſe Deus ſimul non eſſet quantalibet polleret ſanctitate, ipſum non ſciſſet; immo adnotandum quod in hoc loco obſeruat Theophylact. hoc ideo Dominum dixiſſe, vt omnino interdiceret Apoſtolis interrogationem. *Si enim dixiſſet*, ait, *quia ſcio, tamen nolo vobis reuelare, ipſos non modicum contriſtaſſet, nunc vero ſapientius egit, & ipſos excludit ab huiuſmodi interrogatione, ne ei moleſti fierent in eo quod dixit, neque Angeli ſciunt, neque ego;* ex quibus omnibus ſatis apertè conſtat quantum Deus ſecretum illius diei apperat. Hinc Paul. 1. ad Theſſalonic. c. 5. n. 2. hunc diem affirmat ſicut fur venturum; *ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini ſicut fur in nocte*, cui accinens Diu. Petrus epiſt. 2. c. 3. n. 10. ait, *aduenit autem dies Domini ſicut fur*, quid? immo ipſemet Dominus hoc affirmat per Ioannem in Apocalyp. c. 3. n. 3. *Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies qua hora veniam ad te*; at quid? veniet ergo ſicut fur, veniet in nocte, nemini horam, diemque reuelauit, ſed nunquid hoc ſine præuentione, aut admonitione fiet? quinimmo iam inde ab initio mundi monitores illius diei præparauit, vt videas, quam tempeſtiuè de te, etſi tam occulta, te præmonuit, vt eius monitores ſimul cum naſcente mundo præpararit, vnde de aduentu huius diei loquens, ait: *Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis*, Luc. 21. n 25. Ergo creans mundum ſimul creauit ſolem, lunam, ſtellas, vt inter cætera miniſteria, hoc primum, & maximum obtinerent, vt ſcilicet tibi in ſignum eſſent venturi illius diei tam abſconditi, tamque ſecreti, quod equidem ſapientiſſimè conſiderauit Baſilius Homil. 6. in Exam. vbi vtilitatem luminarium ſignificationum ediſſerens, & quæ ab illis humanæ vitę emolumenta, ſic ait: *Quanto autem emolumento ſint vitæ humanæ, quantãque vtilitatem eidem præſtent tales ex hiſce luminaribus obſeruationes, quis ignoret? licet nautæ ſuam intus in portu continere nauim, licet viatori incommoda cæli vitare, licet agricolis ſerendi tempus ſemper idoneum inuenire; tandem & diſſolutionis etiam vniuerſi ſigna Dominus ſolem daturum, & lunam, & ſtellas prædixit.* Egregiè, ſic noſtri Dei diligens extitit cura, ſic in nos præmonendo ſolers ipſius amor, vt iam inde ab ortu naſcentis mundi eius præuidens conſummationem, ac proinde terribilis illius diei aduentum, ne imparatos nos inueniret, ſolem, lunam, ſtellas ordinauit, creauit, vt de illo nos admonerent, ſollicitarent, vt etſi omnino dies ille occultus, & apud patrem ſtabilitum nulli illum reuelare, nec etiam filio, vt illum ſcilicet aliis diceret, ſicut aliqui illum locum, *neque filius ſcit* intelligunt, tamen ſigna adeſſent, vt prope, & in ianuis iam aſſiſtere intelligere

Marc. 13. n. 32.

4. Chriſtus quomodo dicatur diẽ ignorare iudicij.

Math. 24 n. 36.

Theophyl.

1. *ad Theſſ.* 5. n. 2.

S. Petrus epiſt. 2. c. 3. n. 10.

Apoc. 3. n. 3.

5. Sol inter cætera creatus vt diem præmoneret iudicij.

Luc. 21. n. 25.

Baſil.

possent homines si vellent, quid clementius?

Quod amplius elucet, cum si hoc cum suis A tantum amicis, etsi magna misericordia, tamen non infinita; at hoc & cum inimicis,& pessimis hominibus certè admirandum, *Multis fortè*, ait Ambros. hoc pendens epistola 59. ad Theod. *Deus noster admonet signis cælestibus, prophetarum præceptis, visionibus etiam peccatorem: nam vult nos intelligere, vt rogemus eum, & perturbationes auferat.* Pende ly *etiam peccatorem*, hoc est prostitutum, & vt sic dicam in Dei præiudicio prædamnatum; & insuper quod amplius admirandum, vt si deficiat propheta, si Sanctus, peccatore vtatur eiusque aperiat os, vt præmoneat ad hoc vt Ambrosius ait, auferat perturbationem, suppliciumque. Hoc pendo in persona crudelissimi, ac perfidi Holophernis, qui etsi humiliarentur sibi populi, etsi cum coronis, tympanis, ac sertis eum exciperent, etsi B se, suaque, filios, ac filias ei traderent, tamen crudelis, & inhumanus, *nec sic facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt*, ait Scriptura Iudith 3.n.11. *Nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit.* Ergo pessimus iste certe in Dei iudicio prædamnatus erat, sic eius exigentibus peccatis, eo vel maximè, quia contra Hierusalem pergens, similia ac cum cæteris executurus erat, Dei templum destruens, adorationem eius tollens: nam vt signanter adnotat Scriptura, illud in mandatis præcipue à Nabuchodonosor habebat; *vt omnes Deos terræ examinaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus*, vt sup.n 15. at quid? nunquid etsi pessimus, etsi crudelissimus, etsi Dei inimicus eum non præmonuit, vt si vellet iudicium effugeret? C minimè, immo quia Sanctus, quia propheta nõ aderat, os Gentilis aperuit, vt illi futuram suam, totiusque exercitus prædiceret calamitatem, vnde sanum ei præbens Achior consilium, qui Gentilis vbi sup. c. 5. n. 25. dum monuerat inuincibilem Israëlem esse, si Deus cum illis non iratus, sic ait: *Nunc ergo mi Domine, si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum, ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi; si vero non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersæ terræ.* Nunquid clarius illum Deus præmonere potuit? sibi ergo imputet sceleratus, si postea ignominiosè à fœmina obtruncatus periit.

Sed duo hinc pendere libet antequam vltra D progrediar; primò Achiorem ex Dei motione, & particulari adiumento illud dixisse, dixerim, cum non æstimem verè prophetasse, licet nullum sit inconueniens, & Gentilibus præsentionem indere diuinam, vti de Sybillis multi graues asserunt Doctores, Clem. Alexand. Stromat.1, Diu. Thom.2. 2. quæst. 2. art. 7. ad tertium, Suarez de Incarnat. Disput.3. sect.2. attamen non existimo hoc necessarium: nam ex exemplis, quæ ipse Achior adduxit prudentissimè conclusionem eruit; ex quo fit vt cum exemplis probaret humanis fuam conclusionem, culpabilius Holophernes ei non credidit, vnde merito occisus, quid ex hoc? amice illud, vt si omnino fidem remoueas, & solum prudenter ad præterita attendas exempla inuenies bellorum causas, regnorum ruinas, Reipublicarum excidia ex Deo irato prouenire à nostris offenso peccatis, vt quando præsentem Reipublicæ statum cernas, omnia bellis cremari, hæreticos prosperari, ac mortem Christianis Catholicis protendere, integra eis regna, ac prouincias vltro illis se subdere non secus ac gentes illæ Holopherni, pende peccata, & mirari desine, *Nostris peccatis*, ait Hieronym. epist.13. *Barbari fortes sunt, nostris vitiis Romanus fugatur exercitus*; Germania nunc rota incenditur, quando hæc scribo, vndique in illa baccãtibus hæreticis, fugantur nostri milites strenuissimi, gens aliquando nullius pretij capitibus minantur nostris, vnde putas tantum malũm? sane, quia Deus iratus; attende vt ibi viuunt homines potius ad crapulam quasi nati essent, ac ebrietatem, quam ad Dei cultum, sic crasse viuunt toti in peccatis immersi, quid ergo mirum, si ab hæreticis trucidantur, arma præparantur, milites ascribuntur, commouetur Christianus aduersus hæreticos orbis, non video contra peccata principes exardescere, eadem nisi velis maiora, aspicio: *Inter hæc mala*, ait August. Nesichio epist.30. tractans de supremo mundi die, *adhuc vsquequaque frequentãtur luxuriosa conuiuia, feruet ebriositas, auaritia grassatur, perstrepunt lascini cantus, organa, tibiæ, lyræ, cytharæ, tesseræ, multa & varia genera sonorum, atque Indorum, hoccine est arescere præ timore*, fecit Deus, vt non superueniat ruina; *Ciuitati*, ait Ambros Serm. 85. *non nisi propter ciuium peccata infertur excidium, desine peccare, & ciuitas non peribit.*

Secundò quod pondero stultitia est Holophernis, qui dum bellum gerebat ad gentes Nabuchodonosori subiugandas, qui finis, etsi superbus, tamen non immediate contra Deum, sed contra homines; postquam vero Achiorem audiuit ex bello contra homines tumens illud aduersus Deum resumpsit, vnde ait c. 6. n. 2. *Quoniam prophetasti nobis dicens, quod gens Israel defendatur à Deo suo, vt ostendam tibi, quod non est Deus nisi Nabuchodonosor*, &c. Ergo iam bellum deinde non agebatur pro focis tantum, sed plane de aris, de Deo, de eiusque maiestate; quid ergo mirum si misere occisus, ac detruncatus; cum principum ministris hæc scriptura loquitur, Deum principem suum facere volunt in terris, nullum recognoscentem superiorem etiam in spiritualibus; hinc cum sanctissimo Dei vicario iurgia, & dissensiones iam non de temporalibus, sed de spiritualibus belligerantes, non amplius contra homines, sed contra Deum: attendant quid faciant; nam vincens, & victrix semper Dei sanctissima Ecclesia ad instar sanctissimæ Iudith eos Deus decollabit, iugulabit, cum nulla maior, & ipsi principi detestabilis, ac pernicioſa erit à ministris adulatio, quam ipsum Deum in terris facere, vnum addam Tertull. & statim ad vlteriora, qui in Apolog. c.30. sic acutè ait: *Tantum abest vt Imperator Deus debeat dici, quod non potest credi, nisi turpissima, & pernicioſissima adulatione*, cuius rationem reddens perpulchrè sic sequitur: *Tanquam si habens Imperatorem alterum appelles, nonne maximam, & inexorabilem offensam contrahes eius, quem habuisti, etiam ipsi timendum quem appellasti*; Adnota verbum: *Esto ergo religioſus in Deum, qui vis illum propitium Imperatori, desine alium Deum colere, vel cre-*

7. Regnorum excidia ex Deo irato semper proueniũt.

Hieron.

August.

Ambros.

Tertull.

8. Principum consiliarij quantum ipsis infertũt dispendij dum Deos eos facere præsumunt nullum recognoscẽtes superiorem.

Ambros. 6. Deus bonus nunquam peccatores castigat sine præmonitione.

Iudith. 3. n. 11.

Ibi. c. 5. n. 25.

Clem. Alexand. S. Thom. Suarez.

ed by Google

dere, atque ita, & hunc Deum dicere, cui Deo opus est, quid pulchrius? supra Dei mandatum principem omnibus superiorem facere, & ipsi hoc timendum: nam si Imperatori vis Deum propitium, desine Deum illum facere super omnia, & super omnes dominantem. A

At sustine paulisper, sine vt breuiter aliud eruam. Pro regis ergo deitate pugnabat Holophernes, & satellites eius, vnde c. 5. n. 29. isti turgentes, & tumentes, *Ascendamus*, dixerunt, *in montana, vt sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor Deus terræ est, & præter ipsum alius non est.* Ergo pro numinis sanctitate, pro religione, pro zelo Dei totum bellum, sane dices; sed vellem ab istis sic Dei sui religiosis petere, vnde postea Iudith aspicientes, eiusque pulchritudinem admirantes, sic dixerunt c. 10. num. 18. *Quis contemnat populum Iudæorum, qui tam decoras mulieres habet, vt non pro his merito pugnare contra eos debeamus?* Ergo iam non amplius bellum pro deitate Nabuchodonosoris, sed pro mulieribus, immo quod amplius ipsemet Holophernes, infra ex promissionibus Iudith motus, immo ex eius concupiscentia ei dixit, c. 11. *Si feceris mihi hoc, Deus tuus erit & Deus meus*; ô bene, & nunc vbi deitas Nabuchodonosoris? sane quidem: nam si verum dicere licet, realiter non pro deitate Nabuchodonosoris pugnabant, sed pro emolumento tum proprio, tum regali, & religio color erat sub quo infamis cooperiebatur appetitus dominandi, immo & furandi, ac tyrannidem exercendi; iam me habes, pro religione sanctissima, ac catholica politici belligerare sæpe dicunt, iam horum vocum vsque ad stomachum animi replentur religiosi, color, non veritas est (omnia munda mundis) fines intendunt extendere regni, dominatum in alios exercere, ad aurum, argentumque aduolare, se ditescere, exemplis probarem nisi morositatem timerem; hinc pergo. B C

9. Politici quam falso zelum in suis actionibus prætexant religionis.

10. Deus etsi iratus semper præuenit. *Isaiæ 30. n. 22.*

Admonet ergo Deus, & præuenit, etsi inimici, immo quod maius, vt etsi iratus recedat, vt flagellum sumens, peccatorem disperdat, etiam sic admonet, præuenit, loquitur, nunquam desistens. Audi Isaiam c. 30. n. 22. vbi inter cætera, quæ Deus Israëli promittit vnum illud, & maximum scilicet, *non faciet auolare à te vltra Doctorem tuum*; quid est auolare? variè à variis accipitur: nam cum Hebræo est *içaneph*, quod *alam* significat; hinc variè illud aliqui accipiunt, vnde quia ala extremum est in auibus vltimam mundi partem aliqui accipientes exponunt, *non elongabitur à te magister*; alij quia per alas sic cito acceditur, ac receditur, ideo 70. per recessum illud accipientes legunt, *nequaquã vltra appropinquabunt tibi, qui decipiant te.* Omnium melius noster Interpres *auolare*, cuius sensus communis, non vltra scilicet auferet à te verum prophetam, qui opportune, importune te monens, efficiat tandem, vt Dei sequaris consilia; at Sanchez aliam, & optimam eruit interpretationem, accipiens ly *auolare* pro *alas assumere*, vnde sensus, ad te Deus alas assumet, prædicatoris, seu prophetæ, illum exhalans, vt sic dicam, si forte angustia pressus prædicationis, seu prædictionis à te auolare præsumet, vti cum Hierem c. 20. n. 9. pertęsus enim ex populi obstinatione, ac ex prædicationis opprobrio, vltra prædicare nolebat. *& dixi, non recordabor eius*, verbi scilicet prædicationis, *neque loquar vltra in nomine illius*; at quid hoc perfecit, cum statim sequens ait: *& factus est in corde meo quasi ignis æstuans, claususque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens.* En quomodo hũc Deus ad beneficium sui populi exhalauit Doctorem. Ergo sic Deus tenax est, sic fortis, ac continuus in prædicendo infortunium, etiam inimicis, vt plus de salute illorum, quam de suorum curet, vnde tanquam amicos hos premit, persequitur, verberat, angit, cremat vsque dum malos velint nolint admoneant, prædicent. Sit tibi præter Hierem. etiam huius exemplum Ionas, fugit, ne Niniuitis annuntiaret venturum excidium, Dominus persequitur, ascendit nauem, & Dominus cum eo intrat mare, surgunt venti, exurgunt vndæ, descendit ad interiora nauis, dormit profunde, ibi excitatur, tacet fugam, comprehenditur per sortes, tandem in mare proiicitur, absorbetur à pisce, euomitur in littus; si quæris, ob quid, vt sceleratis impijs, vt tandem Sardanapalo, qui vt multi volunt tunc Rex Niniue, prædicet excidium, euadant supplicium. Vah qualis Dei nostri misericordia in peccatores; vnde Sanctus Hieronym. ob id putat Ionam à facie Domini fugisse, quia indignabatur, sic eum suos diligere inimicos, vt eum, qui amicus, ad gentem mitteret exosam, & contra Iudæos hostilem, *Dolet*, ait Sanctus, *se solum electum, qui mitteretur ad Assyrios inimicos Israel, & ad ciuitatem hostium magnam, vbi idolatria, vbi ignoratio Dei.* Attendant hoc qui contra prædicatores, contra se arguentes insurgunt, & Deo sunt ingrati ex eo, quo gratissimi esse deberent, sæpe prædicator eos admonet, etsi inuitus, etsi libentius sileret, timens ruinam, timens sui excidium, coguntur à superiori virtute, plus eos Deus faciens, quam suorum vitam. D

Sanchez. 11. Sanctos premit etiã nolentes vt prædicent admoneãt.

Ionæ.

12. Prædicatores cur sẽper venerandi, etsi pugnent.

Sed vlterius prosequens Isaias ait: *& aures tuæ audient verbum post tergum monentis*, quid est *post tergum?* Haim. peccatoris tergum intelligens, de peccatore illud intelligit, qui ad bonum commutabile conuersus, Deum summum bonum deserens, terga illi, facies est ad diabolum, quem nec ob hoc Deus admonere sinit. Quod explicans Gregor. Homil. 34. in Euangelia, sic ait: *Quasi terga in præceptoris faciem vertimus, cum verba despicimus, cuius præcepta calcamus, & tamen nos vocare non cessat*, at Hieronym. tergum Dei esse putat, vnde sensus, quod etsi à sceleribus Deus motus terga vertit à peccatore recedẽs; nam vt inquit Chrysost. Hom. 31. in exposit. c. 13. Math. super illa verba, *Exijt seminator seminare, ideo eximit, quia ibi est Deus, vbi iustitia eius colitur; vbi autem iustitia eius non est, nec ipse est ibi*; tamen etsi recedit, quia inuitus, semper tamen admonere non desistit, calamitatem venturam prænuntians, admonens, etsi iratus, ac discedens, ipsumque relinquens; de Moyse enim dicitur, quod *eximit à Pharaone iratus nimis*, Exod. 11. n. 9. quid ergo? ob hoc desiit & hanc plagam prænuntiare primogenitorum? minimè, immo tunc altius, & fortius, vt adnotat Caietan. super illa verba, *Descendentque omnes serui tui isti ad me; apparet*, ait, *ex hoc loco, quod coram Pharaone, & curialibus Moyses magnanimiter*

Haim.

Gregor. 13. Deus etsi terga peccatoribus vertat, tamen nunquam prænonere desistit.

Exod. 11. n. 9.

hæc dicit. Ergo etsi iratus, & iratus nimis, etsi discessurus, & discedebat, prænuntiare non desistebat, admonere, rogare, sic Deus, etsi iratus recedit, tamen quæ sua bonitas, semper admonet, prædicit per se, per prophetas, per amicos, per inimicos, per ipsam denique naturam, vt diximus.

14. Etiam per ipsa peccata.

Immo amplius, & per ipsamet peccata, quæ nobis ante oculos ponit, vt inde prænoniti supplicium timeamus; *hæc est interpretatio sermonum Altissimi*, dixit Daniel Regi Nabuchodonosor c. 4. n. 21. *Ejcient te ab hominibus, & cum bestiis, ferisque erit habitatio tua, & fœnum vt bos comedes, & rore cœli infunderis*; at nunquid conticuit causam? nonne peccata, & maxima illam esse iudicauit, quando ei dixit, *peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum*, non quælibet affirmauit esse peccata, sed iniquitates, ergo prænuntia futuræ calamitatis ipsa fuerunt peccata, ad quæ si respicere vellet ex se illa ei clamabant, quia bestialiter viuebat in bestiam euasurus; sic pari modo quando diluuium immittere prius peccata aperuit, demonstrauit, Genes. 6. n. 5. *Vident autem Deus quod multa malitia hominũ*, ex ipsismet peccatis eos prænonens, aduertens; hinc & futuram ex eis calamitatem prædicens; imino vt grauiter docet Chrysost. lib. 1. de prouidentia non solum ante prædixit, sed cum post prædictionem non statim diluuium secuturum,

Daniel. 4. n. 22.

Genes. 6. n. 5.

15. Arca cur centum ante diluuium extructa annos.

sed post centum annos, ne in obliuionem iret, arcam extruere mandauit, *Non repente, neque insperatè mortalibus vim illam inundationis induxit, sed fortè prædixit, idque non ante breue tempus, sed ante centum viginti annos; tum vero ne ex longitudine prædictionis in oblivionem, ac negligentiam incideremt, ædificari arcam in oculis omnium instituit, voce omni clarius clamantem, Deique minas omnibus annuntiantem.* Semper in more habens antequam percutiat, ac exterminet, causam prædicere exterminij, vt inde verum sit quod semel sanctissimæ Teresiæ dixit ploranti, ac damnationem timenti, *ne dubites filia, nemo condemnabitur, quin prius ipse causam sciet.* Hinc antequam linguas confunderet, ac genus humanum in pœnam eius superbiæ dissiparet, prius peccatum indicauit, Genes. 11. *Ecce vnus populus est, & vnum labium omnium, cœperunt que hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, prius cum illis expostulans*, vt hic ait idem Chrysost. Homil. 30. *Ostendens peccati eorum magnitudinem, & ingratitudinis excellentiam, eo quod abusi sunt lingua, & votis vnitate*: nam sequitur Sanctus, *hic enim Dei mos est, vt puniturus prius indicet, quam magna sint peccata, & quasi expostulans etiam ipse satisfaciat nobis, ac tunc tandem corripere incipiat.* Egregiè, sic coacte Deus punit, vt non solum prius prævenit, & calamitatem indicat, sed causam præbet, quasi pro se satisfactionem addens, ne crudelis credatur; hinc plaga primogenitorum indicta, ac Moysi reuelata; postquam hic iratus à pertinaci exiit Rege, vt supra diximus, Exod. 11. n. 10. statim quasi se defendens, ac pro se stans, ne ipsemet Moyses ipsum crudelem, seu seueriorem, quam par æstimaret, illico addidit: *non audiet vos Pharao, vt multa signa fiant in terra Ægypti*, quasi diceret, ne mireris seuerum hoc iudicium, crudelem

Ibi. v. 11.

Chrysost.

16. Deus non solum calamitatem prædicit, sed etiam causam manifestat, & cur.

hanc macheram, vltimum hoc exterminium: nam nisi illud addam, etsi infinita alia adderem sic rebellis, sic obduratus animus est Pharaonis, vt nos non audiet, nec populum dimittet; hinc vt noster ait Sapiens, & ob hanc causam non illico primogenita occidit, sed seminiuis relictis, *per visiones præmonebantur, ne insci morerentur.*

17. Peccator sibi imputare debet malum, sic vt nec ullũ diabolo.

Ex quibus dictis vnum relucet certissimũ, sibi debere peccatorem ruinam, non Deo imputare, cũ ipse sibi eam asciuit, immo multoties nec diabolo, sed tantum sibi; certè non est dubitandum diabolũ in causam fuisse Euæ peccati, sed sic vt nõ solus, immò nescio si dicã ampliot pars Euæ concupiscentia, Genes. 3. n. 6. *Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius.* Ergo etsi prius dæmon suggessit, etsi suasit, tamen nil equidem profecisset, nisi post suasionem ipsa vidisset, palpasset, attrectasset, vnde amplius postea ex sua tentata concupiscentia, quam ex diaboli malitia; vnde etsi cecidit, plus sua, quam dæmonis extitit culpa, quod equidem considerans Chrysost. lib. 1. de prouidentia sic ait: *Nec quidem diaboli solius est omnis illa seductio, sed sua etiam concupiscentia mulier corrupta corruit, atque hoc Scriptura Sacra indicat, quæ dicit, viditque*, &c. Vnde ex hoc discrete talem Sanctus eruit sensum, non omnium nostrorum lapsuum causam esse diabolum, sed multorum nostram socordiam, nostramque negligentiam, *Quod si penitus*, ait, *atque diligenter his, quæ fiunt animum intendere velimus, inueniemus minimè ad omnia nos diabolum impellere, sed cum plurimorum ille nobis lapsuum sit author, plurima item nosmetipsi per nostram solam socordiam, ac negligentiam patimur.* Ergo si nec diabolus aliquando nostræ est causa ruinæ, nunquid Deus? hinc sibi imputet homo: nam nil prorsus quantum ex se Deus vnquam prætermittit eorum quæ te saluare possunt, mala prædicendo, immo aliquando ob oculos ea anteponendo.

Genes. 3. n. 6.

Chrysost.

18. Diabolus nõ semper causa malorum, sed sæpe nos ipsi.

Hoc equidem expendo in desolatione illa ciuitatis Hierico, Iosue 6. ad cuius excidium mandauit Dominus vt ante per sex dies totus populus armarus cum silentio circuiret ciuitatem, donec septima clamantibus cunctis, muri caderent, nu 3. *Omnes circuite vrbem, cuncti bellatores semel per diem, sic facietis sex diebus; septimo autem die septiesque circuibitis ciuitatem, conclamabit omnis populus, & muri funditus corruent.* Mira ceremonia, vt non ante per clamorem corruant muri, quam per septem dies circundata sit ciuitas, & tandem vltimo per septem vices; quid hoc? fane mysterium non agnoscerem nisi Chrysostomus sanctissimus illud non panderet de pœnitentia, Hom. 5. hoc fecisse Dominum, vt ad oculum videntes exterminium Hieracuntini, exercitum nempe validum, hostes infinitos, robustos, fortes, valentes, arma lucentia, quæ omnia proximam intentabant ruinam, atque representabant, ad pœnitentiam adducti fortè conuerterentur. Audi Chrysost. qui postquam rationem quæsiuit talis moræ, sic Deum loquentem faciens, respondet: *Septem huic addo dies, velut triduum Ninive, si forte pœnitentiæ susciperet prædicationem, & saluaretur.* In quibus verbis adnotan-

Iosue 6. n. 3.

19. Deus sic prævenit aliquando vt etiam ob oculos excidium ponat.

Chrysost.

Digitized by Google

dum illud, *ſi fortè pœnitentiæ ſuſciperet prædicationem*; quis enim illis prædicauit? quis admonuit? ſane dices, victoriæ præteritæ quas Dei populus obtinuit de Madianitis, maris rubri ſciſſio, & præcipue Iordanis fluuij exiccatio, vt filij tranſirent Iſraël, Vnde Ioſue 5. n. 1. *Poſtquam ergo*, ait Scriptura, *audierunt omnes Reges Amorrhæorum, quod ſiccaſſet Dominus fluenta Iordanis coram filijs Iſrael donec tranſirent, diſſolutum eſt cor eorum*, &c. Sane hoc, ſed timor iſte communis; peculiarem exquirere debemus in Hierico prædicatorem, vt quanta Deo de ſingulis cura ſit apertè intelligamus; equidem illum non aſpicerem, niſi idem Sanctus illum mihi panderet, qui acutiſſimè hoc factum obſeruans inuenit etiam in ciuitate illa Gentili, clauſa, obſerata, ac omnino recluſa Dei prædicatorem, qui illos admonebat, & voce, & facto, Rahab ſcilicet meretrix, quæ Deum timés, ſicut exploratores cuſtodierat, ac liberauerat, ſic & populo mala prædicebat, ſicut & ipſis exploratoribus dixit Ioſuæ c. 2. & facto admonebat, dum in domum ſuam omnem reducebat cognationem; ſicut ex condicto cum exploratoribus affirmauerat. *Num inter eos*, ait Chryſoſt. *quiſpiam fuerat, qui ſaniora ſuggereret? ita habebat intus pœnitentiæ doctorem, admirabilem illam Raab, eiuſdem erat maſſæ, ſed eadem quoniam non erat ex ſententia peccato non communicauit.* Egregiè, ſic enim Deus cupidus eſt noſtræ pœnitentiæ, ſic vt ſupplicium euadamus, vt non ſolum illud ante prædicit, ſed ob oculos ponit, & inſuper monitorem præuenit, vt conſulat, vt moneat, vt hortetur, tandem vt verbo, ac facto clamet, quid ergo? ſibi imputet homo, ſi tandem perit, & ſibi pertinax imputet Pharao, ſi primo genitus eius occiſus.

Ioſue 5. n. 1.

20. Admonitorem ſemper præuenit, etſi vndiq; peccator

Ibi. c. 2.

Chryſoſt.

Concludam, præuenit ergo, præmonet, ſollicitat, immo & aliquando ſic præuenit, vt tempus ſuſtineat aptum, ideo aliquando in principio peccati non te admonet, non te terret, vt ne ex concupiſcentia victus, ac ex paſſione non audias, ſed irrumpas cum iniquitate, quod ſane admirandum, vt ſic Deus noſter ſit patiens, vt malit peccata ſuſtinere, quam te extra tempus admonere Quod conſidero, ac pendo in admonitione illa, ac præmonitione calamitatis futuræ quam ex ore ſanctiſſimi Nathan prophetæ miſit ad Dauid: Expendo enim non in principio peccati, non illico quando Berſabea domum introducta, ſed poſtquam prægnans effecta, poſt filium natum, poſt annum exoletum 2. Reg. 12, cur ergo non ſtatim miſit? cur amicus, & homo ſecundum cor ſuum Deus ſic in peccatis marceſcere deſiit? ſane, ne ſi ſtatim in principio Nathan miſiſſet, à feruore, ſeu furore concupiſcentiæ victus prophetam reſpueret; *Quare autem peccantem non protinus correxit*, ait idem Sanctus vbi ſup. *quoniam vidit*, reſpondet, *in ipſo peccati vigore obcæcatam peccantium animam, & obturatæ ſunt aures in peccati profundo merſurum. Differt ergo furibunda paſſionis auxilium addens.* Quid admirabilius vt malit aliquando peccata ſuſtinere, quam extra tempus de futura calamitate te præmonere, ne ex paſſione reſiſtas, ne in iudicium incidas.

21. Et tempus expectat admonitionis opportunum.

22. Dauid cur in principio peccati non admonitus.

2. Reg. 12.

23. Peccator quando in manibus traditur diaboli.

At vt hoc ſolum adiiciam, vide ne hoc Deus in te operans non vt Dauid pœnitentiam, ſed vt Pharao pertinaciam addas; cum pro certo vnum tenere debes, tunc tunc te Deum in manibus relaxare diaboli, quando beneficiis vinctus amplius obſurdeſcis; ad quod confirmandum pendo, tunc & non ante diabolum in cor Iudæ ingreſſum, quando in cœna panem acceperat intinctum: nam licet prius ſagittam in cor eius immiſiſſet vt eum traderet, tamen non ante intrauit, ac dominus eius effectus, ſic vt cõpelleret exire, quam buccellam accepiſſet, Ioan. 13. n. 2. *& cœna facta, cum iam diabolus miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas*, miſit in cor, ſagitta eum percuſſit; at non vt dominus in eum intrauit niſi poſt buccellam, vnde infra n. 27. *& poſt buccellam intrauit in eum ſathanas*, cur non ante? *quia*, reſpondet Hieronym. lib. 2. in epiſt. ad Epheſ. c. 6. ſuper illa verba: *Nolite locum dare diabolo; tunc vel maximè in poteſtatem diaboli damur, quando nec humanitate, nec clementia, nec manſuetudine eius vincimur, quem edimus indigne; ideo attendendum, quod non inuenerit diabolus locum introeundi in Iudam, cuius pectus iam antea percuſſerat, niſi in conuiuio Saluatoris.* Ad noſtram doctrinã hæc, vt pertimeſcamus, & ſic nobis formidabilis Dei ſiat miſericordia, ac iuſtitia, cum par ſit periculum illam ſpernere, ac iſtam non formidare, ſummamque ſemper Dei attendamus bonitatem, dum etſi inimicos caſtiget, tamen eos prius præuenit, admonet, & inſuper quare premantur oſtẽdit, vti primogenitis Ægyptiorum, quibus morientibus, vt noſter ait Sapiens, *viſionos turbabant*, &c.

Ioan. 13. n. 2.

Hieron.

C Num. 20. *Tetigit autem tunc & iuſtos tentatio mortis, & commotio in eremo facta eſt multitudinis, ſed non diu permanſit ira tua.*

Commentum litteræ.

Occaſione plagæ primogenitorum, ad plagam à Deo populo rebelli illatam ob murmurationem contra Moyſem, & Aaron in eremo transfert ſe author, eo fine, vt ex diſparitate punitionis, quam differens in puniendo vnum, alterumque populum Deus, ſimul eluceret; immo vt Liranus adnotat, vt ex modo puniendi tam diſpari, quantis beneficiis Hebræorum populus ſit à Deo affectus, etſi acriter punitus dilucide perciperetur: nam vt hic affirmat Sapiens, etſi iratus contra populum eum puniuit, tamen ſtatim oratione placatus, vt mox dicemus.

Connexio capitis.

Liranus.

At ſupponendum primo, hic mentionem fieri de hiſtoria Core, Dathan, & Abiron, Numer. 16. quando Core frater propinquus Moyſi, vt pote ex duobus progeniti fratribus, ex eodem patre Caath, male ferens Aaronis ſacerdotium ipſe cum aliis 250. quos ad ſe attraxerat ex eadem tribu Leui contra Moyſen ſteterunt, & Aaron, ſublenatis etiam Dathan, & Abiron ex tribu Ruben, vt ſicut ipſe ſacerdotium Aaroni, ſic ille principatum tanquam ex primogenito Ruben exciperet à Moſe, ex qua commotione, & 250. combuſti, & ipſe Core, Dathan, & Abiron viui à terra abſorpti, & ignis è cælo lapſus poſt diem alteram quatuordecim millia & ſexcentos ex populo conſumpſit, qui etiam contra Moyſem, Aaronemque tanquam populi occi-

Num. 16.

ſores

sores insurrexerunt, & nisi Aaron cum thuribulo inter mortuos, viuentesque stetisset, iam in momento tota deperiisset multitudo, vt ibi habetur; de qua re videndus Abulens. qui latè; nobis autem ad subsequentium intelligentiam hæc prælibasse sufficiat; ait ergo Sapiens. *Abulens.*

Tetigit autem tunc, &c. Græca, *tetigit autem etiam instos*, Complutens. & Regia, *tetigit antè tandè*; nam vt bene Holkoth adnotat, hoc non statim euenit post primogenitorum mortem, sed multo tempore post; vnde *tunc* pro *aliquando* accipi debet. *Holkoth.*

Tentatio mortis, &c Vatab. *contigit morte periclitari*; omnes intelligunt tentationem morte punitâ Core, sc. Dathan, & Abiron, vt diximus.

Commotio in eremo facta est multitudini. Græca. *Fractio in deserto facta est multitudinis*, Vatab. *Multitudo in deserto cladem accepit*, eodem vsi sunt nomine 70. Psal.105.n. 30. *& stetit Phinees, placauit, & cessauit quassatio*; causam hic posuit author pro effectu, cõmotionem scilicet pro supplicio, ab illa enim excitatus ignis à Deo; vbi notandũ non de igne quo cõbusti sunt 250. vt vult Liranus, sed de eo quo populus die sequẽti; quãdo sic obstinatus, & durus cõtra Moysen extitit, vt non obstãte Dei iudicio cõtra murmurãtes die antecedẽti exercito, dum ignis 250. cremauerat, terra Core, Dathã, & Abirõ, cũ suis absorbuerit, tamẽ nõ amplius quã sequẽti cõtra Moysen, iterũ insurgens tentauit eũ lapidare. In qua re illud elici potest documentum, quantum scilicet prælationes sint fugiendæ, quia populus gubernandus, qui insanus, stolidus, varius, præceps in actionibus suis, *Populus ingratus est*, ait, Plato in Axiocho, *leuiter alicuius rei fatur, mutabilis, crudelis, inuidus, inerruditus, vt pote ex plebis colluuie, & violentis nugatoribus collectus, & qui in huius societatem se adiungit multo miserior est*. Pende singula, quæ cõtra Moysen populus egit Israëlis, & quã verè illud dixerit Plato inuenies; nullũ quippe animal populo stolidius, vt pote sine iudicio semper aliquid probans, vt egregiè Cicero de clar. orat. *Populus*, ait, *sine cõparatione probat, esse melius non sentit, illud quod est qualecunq; est probat*; immo si in quo probat firmus remaneret, minus equidem malum, sed nulla arundo sic mobilis, vnde idem pro domo sua, *in imperita multitudine est varietas, & inconstantia, & crebra tanquã tempestatum, sic sententiarum commotio*; immo vt Herodotus sentit lib.3. peior populi, quã tyranni dominatus: *Nã tyrannus*, vt ipse ait, *si quid facit intelligens facit, at plebi nulla intelligentia est, vnde ei intelligentia, qui nec doctus est, nec nouit honestum quidquã, nec in sua quidẽ familia, & qui ad res agendas sine consilio præceps ruit torrenti similis*? Ob quod bene Pausan. lib 1. populo fidenti malum diem clausurum annuntiat; *Illud mihi præclare dictum, vt hominem nimis Reipublicæ administrationi deditum, & populari aura fidentẽ, haud quam feliciter diem extremum claudere* Millies perüsset Moyses à populo, si Deus miraculosè illum non seruasset; hinc sæpe Deus contra plebem iratus eam annihilasset, nisi Moyses sanctissimus pro ea stetisset; at ad Sapientem.

1. Prælationes fugiendæ quia populus gubernandus.

2. Populares cõditiones quæ.

Sed non diu permansit ira tua. Hæc est inter Ægyptios, Israëlitasque differentia in Dei ira, in illis stabilis, fortis, implacabilis, in istis volubilis, placabilis, vnde facilè auertit iram indignationis suæ, & ratio, quia verè non vult horum mortem, sed vt viuant; in qua re adnotandum, quod vix exarsit ignis in populo, ac Deus Moysi prono coram ipso plagam reuelauit: *In quo Dei monstratur clementia*, ait Abulens. in c. 16. Numer. *qui quamquam puniret populum, tamen reuelauit Moysi, vt ipse oraret pro eis, & flecteretur Deus ab indignatione sua, atque parceret*; cuius equidem ratio, quia ægrè ducitur ad puniendum; de qua re vide in 1. tom Hom. 23. *Abulens.*

DIGRESSIO V.

De summa Pontificis electione.

Consultius nempe Principibus in illam non se ingerere.

Sic tenax sum è literali sensu germanam, ac propriam eruere propositionem, vt quia & si hanc eruere possem, vt statim dicam, tamen quia à longe, & ex circulo, vt dicitur, per digressionem eam proponere libuit, nec eam deserere potui conscientia stimulante, experientia malorum eorum, quæ vidi, quæ attrectani, ex principum ingessione in summi Pontificatus electionem, quorum conscientia quantum grauet, ex dicendis patebit.

1. Populus cur Aaronẽ in summũ recipere sacerdotem nolebat.

Ex occasione ergo eius quod diximus, nempe Deum iratum contra populum, quia hic de sacerdotio murmurauit Aaronis, ac contra ipsum cum Dathan, & Abiron coniurauit, libet pendere causam, quare sic populus contra Aaronem steterit, quare pro summo Pontifice illum recipere nolebat, quod equidem videtur aspernimum, vt nollet recipere, quem sibi Deus proponebat; at si diligenter rationem indagauerimus, reperiemus, ob id Aaronem recusasse, quia illum pro summo Pontifice non sibi à Deo datum, sed à Principe Mose æstimarunt; vnde Numer. 16. n. 3. Dathan, & Abiron dixerunt ad Moysen; *Cur eleuamini super populum Domini? quasi dicerent*, ait Lyra, *ex vestra præsumptione, non ex diuina ordinatione*; quod sic tenaciter tenuit, sic durè contra Aaronem stetit, nolens pro summo eum recognoscere Pontifice, vt etsi à terra absorberi viderint Dathan, & Abiron, ac simul 250. crematos, non longius quam die sequenti ob eandem contra Moysen, Aaronemque obiurgati sunt causam n. 41. *Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israel contra Moysen, Aaronemque sequenti die*, sic vt ignis egressus à Domino in momento occiderit quatuordecim millia & septingentos; immo nec hoc suffecit, donec videns Dominus, quod nihil proficiebat, mutato medio, vt eos ad recipiendum Aaronem duceret, constituit palam iterum Aaronem eligere, & coram omnibus, vt simul omnibus constaret suam illam fuisse voluntatem, quod effecit mandans ex singulis tribubus, singulas ante ipsum constitui virgas, & quæ flores daret illius esset sacerdotium, & illum ipsum eligere, & sic ait c. 17. num. 5. *Cohibebo à me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant*, quo facto non amplius fuit, qui os aperiret, neque qui amplius querimoniam daret, cuius equidem ratio apertissi- *Num.16. n.3.*

Digitized by Google

ma, quia de voluntate Dei conſtitit, & ſimul quod non negotiatio, non fauor, non voluntas fuit humana; quod equidem Deus callens, ne noſtro modo intelligendi aliquid ſimile in electione Regis Dauid eueniret, etſi Samueli mandauit, 1. Reg. 16. vt pergeret ad Iſai, & ex filiis eius in Regem vnum vngeret, *Veni, mittam te ad Iſai Bethlemitem, prouidi enim ex filiis eius mihi in Regem*, tamen qualem ei non nominauit, quod equidem mirum apparet; at non ſine myſterio factum adnotat Abulenſ. vt ſcilicet coram fratribus eligeretur, & clarum eſſet omnibus non ex paſſione prophetæ, aut patris, ſed ex Dei voluntate eſſe electionem, & ſic omnes eam fratres gratam haberent, & libenti acciperent animo; ob quam etiam rationem affirmat Origenes in c. 10. Leuitic. coram omni populo conſecrationem fieri ſacerdotis, *Vt ſciant omnes, & certi ſint, quia qui ex omni populo præſtantior, qui doctior, qui omni virtute eminentior, ille eligitur, & hoc ſtante populo, vt nulla ſit cuiquam retractatio, neque quis ſcrupulum deſideret*, quid ex hoc? illud, vt attendant, videant, perſpiciant, tum ſæculares Principes, tum Eccleſiaſtici, ac Eccleſiæ ſanctiſſimæ Cardines, ſi melius, ſi conſultius, in ſummi Pontificis electione ad hoc vt tanquam verè à Deo electus omnis populus ipſum recipiat, quod ſæculares Principes in electione non immiſceant, non illam procurent, nec plus hunc quam illum velint.

2. Deus mittēs Samuelem ad vngendū Dauid, cur illi eum non nominauit. *Abulenſ.*

3. Sacerdotes cur coram omni populo, & palam conſecrantur.

Quid ergo? populus Iſrael, etſi Principis ſui frater, & à quo tanta acceperat beneficia, non vult eum vt ſummum recognoſcere ſacerdotem reputans non Deum elegiſſe, ſed Moſem, nunquid reuerebitur, vt par eſt, quem negotiatione fortaſſe Principum electum præſumunt? eo vel maximè quod non agitur de creatione ſummi Pontificis vnius populi Iſraelis, ſed Chriſti Vicarij in terris clauem regni habentis cælorum, ſanctiſſimi Petri ſucceſſoris; quod conſiderans Greg. X. Pontifex Maximus in 6. de electione c. *vbi periculum* §. *ceteram*, ſic grauiter ad Cardinales electores ait, ponderans magnitudinem electionis; *agitur enim de creatione Vicarij Ieſu Chriſti, ſucceſſoris Petri, Rectoris vniuerſalis Eccleſia, gregis Domini directoris*, quo dicto, quomodo ſe in electione habeant, ſequens ait: *Et ideo non in ſe reciprocent conſiderationis obtutum, vel in ſuos, non quæ ſua ſunt quærant, non commodis priuatis intendant, ſed nulla arctante ipſorum in eligendo iudicium, niſi Deo, puris, & liberis mentibus, nuda electionis conſcientia veritatem publicam libere proſequantur*. In quibus illa ponderanda, ſcilicet, *ſed nulla arctante ipſorum in eligendo iudicium*, quid? nunquid liberum erit electoribus iudicium, ſi Principes in electione ſe intrudent?

Greg. X

4. Summi Pōtificis electores vt ſe in eius electione habere debēt.

Enimuero conſtans eſt illa ſententia importunas preces ſuperioris etiam non ſæuientis inducere metum in conſtantem virum, quando tales preces coniunctæ inueniuntur, cum metu reuerentiali, vt patris cum filio, Principis cum ſubdito. Quam ſententiam cum multis tenet Sanchez de matrimonio lib. 4. de conſenſu coacto diſputat. 7. n. 7. to. 1. immo Ioan Garcia de nobilitate. Gloſ. 17. & 23. addit, quod etiamſi ſuperior ſubmiſsè roget, & aliàs non ſit ingenij agreſtis coactionem inducit; *Quamuis*, ait, *vir parens, vt ſuperior, ſit ingenio non agreſti, feroci, auſtero, ſed miti, vrbano, & placito; ſi tamen ſæpe per ſe, & per alios etiam ſummiſſe, & honeſte roget vxorem, filiam, aut ſubditum, vt conſentiat venditioni, cenſetur eam per metum facta, & reſcindenda eſt*. Hinc Greg. X. vbi ſup. narrans illa quæ in electione libertatem tollebant, ac proinde inualidam eam reddebāt, inordinatum ponit affectum, aut neceſſariam alicui obligationem, vnde ait: *Cum arbitrium, vel inordinatus captiuat affectus, vel ad certum aliquem obligationis cuiuſque neceſſitas adegit, ceſſat electio, dum libertas adimitur eligendi*, quod ſi hoc, nūquid libera erit electio, & libere ille eligit à Principe ſæpe, & importune rogatus? quod ſi non libera, nec Canonica, quale ergo iudicium Princeps ex hoc ſubibit, quādo cætera deeſſent?

5. Preces ſuperiorum importunæ metum inferunt in conſtātem virum. *Sanchez. Ioā. Gar. de nobilit.*

S. Greger.

Adde periculum indignum eligendi, ex quo totum onus futurarum actionum electi ipſe ſubibit, vnde Leo Papa 61. quæſt. *Sicut boni operis*, ait, *ſibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo ſacerdote iudicium, ita grauis ſemetipſum afficit damnatione, qui ad talem dignitatem ſublimat indignum*. Vnde Paul. ad Timoth. 1. *Manus*, ait, *nemini cito impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis*; quæ verba exponens Sanctus Leo diſtinct. 61. c. *Miramur*, ait, *quid eſt communicare peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem, qualis ille eſt, qui non meruit ordinari*; Immo Diu. Hieronym. lib. 10. in Iſaiam, non ſolum affirmat, participem fieri male eligentem peccatis mali electi, ſed Principem eorum, *Sicut*, ait, *in ordinatione Sacerdotum Princeps eſt iuſtitiæ eorum, qui bonos elegit, ſic in ordinatione malorum Princeps eſt peccatorum, qui tales conſtituit*. Quod duobus tantum verbis expreſſit, Ariſt. lib. 5. Ethic. c. 2. quādo dixit: *Ex bonorum, & malorum electionibus tales, hoc eſt boni, vel mali dicimur*; quid quæſo periculoſius? ô verbum tremendum, quod ſi Principes attenderent, extimeſcerent, vt ſcilicet poſſibile fiat bene eos ſuos regere, coronas ex recta ſuorum adminiſtratione mereri, & tamen quia malæ electionis ſummi fuerunt cauſa Paſtoris, huius peccata ſibi imputentur, ac in tremendo iudicio condemnetur ex alienis, qui abſolutus aliàs eſſet ex propriis.

6. Principes quantum onus ſubeant dum ſe in electione ſummorum Pontificum intrudunt. *S. Leo. Ad Tim. 1. S. Leo. S. Hierō.*

7. Malæ electionis periculum, & onus.

Ariſt.

Adde ad hæc facilitatem deceptionis, quā in proponēdis perſonis ſubeunt, cū omnis eorū cognitio nō ſit intrinſeca, ſed extrinſeca, nō ex propriis, ſed alienis, cū nunquā illi ex ſe perſonā cognoſcāt, ſed tantū ex relatione. Enimuero vt aliquis intrinſece cognoſcatur, ſicvt rectū de eo iudiciū ferri poſſit, neceſſariū, vt eum ſæpe videat, cū eo colloquatur, cū vt inquit Caſſiod. in Pſal. *Vis ſcire de fratre tuo quale cor habeat, attende vnde frequētius, & libētius loquatur*; vnde Bern. in Cantic. *Apud homines cor ex verbis, apud Deū verba penſantur ex corde*; quod ſi hoc cum nulla familiaritas, nulla locutio, nulla vera interceſſerit cognitio inter Principē, & perſonam eligendam, vnde ei neceſſaria partium eligendi cognitio, niſi velis vt ſufficiens illa ſit, quam ex aliis, quam ex oratore habet, qui ſæpe eligendi partes, non trutina veritatis, ſed paſſionis metitur, & penſitat, quod plorans Hieronymus ait: *Et nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, vt non quarant eos in Eccleſia columnas erigere, quos plus cognoſcant in*

7. Principes quanta facilitate decipiuntur in perſonis proponendis ad ſummi pontificatus dignitatem. *Caſſiodor. Bernard.*

8. Homo vnde cognoſci poteſt. *Hieron.*

9. Sæculares vt decipiātur in electionibus, & cur.

Ecclesiæ prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus A *quispiam rogauerit, & vt deteriora taceam, qui vt Clerici fierent, manus implenerunt.* Expende singula, & ad præsens postea recurre sæculum, vt illud vidisse certè Hieronymum dices sanctissimum.

Immo addo in principe facillimam plusquam in aliis interuenire acceptionem, etiam si ex se eligendum cognoscat, non solum quia vt inquit Augustin. de Pastoribus, qui hodie bonus, cras malus reperitur, *Temerariis iudiciis*, ait, *plena sunt omnia, de quo desperamus subito conuertitur, & fit optimus, de quo multum præsumpseramus, deficit, & fit pessimus*; Vnde grauiter Sanctus Leo vbi sup. affirmat eum in sacerdotem debere eligi, de quo experientia comprobaretur à teneris vsque ad senectutem sanctissimè cucurrisse annis; *Hi demum*, ait, *idonei sa-* B *cris administrationibus consentur, quorum omnis ætas à pueritiæ exordiis vsque ad prouectiores annos per disciplinam Ecclesiæ stipendia cucurrit, & cui testimonium prior vita præbet, nec potest de eius prouectione dubitari*; non enim affirmo ob hoc solum, cum difficultas sit communis, sed quia partes ad summum Pontificatum requisitæ non sunt eius generis, quod Principes cognoscere solent, sed alterius, nempe altioris; cum enim potestas summi Pontificis non ad finem ordinata sit naturalem, sed supernaturalem, non ad corporalem, sed ad spiritualem, fit hinc quod eius partes non corporales, sed spirituales esse debeant; Principes autem, quia vt plurimum toti corporei, ac carnales; hinc de carnalibus partibus bene iudicare possunt; at de spiritualibus, vnde? cum ipsi non sint spiri- C tuales, qui semper contraria carnalibus iudicant? & quod isti bonum, illi malum, & è contrario dicunt, vt egregiè Nyssenus de vita Sancti Greg. Taumaturgi: *Non enim simili ratione nos*, ait, *atque ceteri de bono iudicamus, neque de rebus iisdem easdem inuenerit aliquis opiniones, tum apud eos, qui mundano more viuunt, tum apud hos, qui mundum superarunt, illis siquidem magna quædam res, ac studio digna esse videntur, diuitiæ, & gloria, & mundana potentia, & fabulæ, quæ patriæ suæ tradunt originem, cum potius fugienda sunt sana mentis præditis, trophea, & prælia, & mala, quæ ex bellis proueniunt; nostræ autem sermone, atque iudicio, vna in honore, ac pretio patria est paradisus, vna generis claritas, & amplitudo propinquitas cum Deo.* Egregiè, carnales carnalia sciunt, D quæ sunt mundi sapiunt, spirituales spiritualia, quæ sunt Dei. Ergo cum principes omnes carnales, cum eius ministri nil nisi quæ carnis sunt sapiant; vnde cognitionem earum partium spiritualium habere vnquam poterunt eius, qui si possibile esset purus deberet esse spiritus in terris, & sic supra cæteros in spiritualibus eminere, vti pastor gregem purus sine peccato viuens, *Res pene contra naturam est*, ait Hieronym. epist. ad Ocean. *vt sine peccato aliquis sit, sed talis eligatur, cuius comparatione ceteri grex dicantur.* & qui in terris non homo, sed Angelus deberet esse, bene princeps hominis partes cognoscet, scientiam, prudentiam, nobilitatẽ, &c. at Angelicas vnde? eo vel maximè, cum sæpe ipsi virtutes nominibus dedecorent vitium, humilitatem vilitatem appellando, fortitudinem, animositatem, constantiam, pertinaciam, etsi aliquid contra ipsos statuant frontositatem. Vnde ergo cum hoc eligendi ipsis perfecta cognitio? sic vt præ cæteris aliquem proponant eligentibus, instent, obsecrent, ruinentur aliquando, ne quid aliquid peius cum Hieronymo dicam; ergo vnde non eis morale, ac euidens periculum errandi? quale ergo iudicium subibunt, dum tali se periculo exponunt, ac maximè in re tam graui? ex cuius errore, vt Sanctus ait Leo vbi sup. tota Ecclesiastici status fluctuat perfectio: *Nam totius familiæ Domini status, & ordo*, ait, *nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite*; hinc prudentissimè, ac salubriter consulit Origenes in c. 27. Numer. Principibus, vt Deo, non sibi iudicium summi Pontificis referant electionis. *Discant*, ait, *electorum principes, Ecclesia principatum referre ad iudicium Dei, & non eligere illum, quem humanus affectus commendat, sed totum Dei iuditio de successoris electione permittere.*

Neque enim valet si dicas, hoc principes efficere, immo Dei Ecclesiæ conuenire, vt optimus eligatur, ne aut passio, aut malitia fortitan eligentium deteriorem eligat: nam præterquam quod ordinariè, & potior, ampliorq; passio in principibus inuenitur; dum isti non bonum Ecclesiæ, sed suum, sub boni Ecclesiæ colore prætendunt, hoc vnum est euidens nunquam indigniores ad illam summam, ac diuinã ascendisse cathedram, ac quando eius electio apud Imperatores. Otho 3. Syluestrum elegit secundum, sicut Otho primus Leonem laicum, vnde grauiter Baronius ad annum Domini 999. *Ista adeo indigna*, ait, *pati coacta est Romana Ecclesia, cum per principes sæculi electiones Romanorum Pontificum facta sunt.*

Neque enim ad rem multum facit, si dicas hoc principes efficere, vt amicum summum habeant Pontificem, cum eorum interest partium cum illo se confœderari, ac pro se ipsum habere; nam experientia constat iusto Dei iudicio sæpe principes nullos alios amplius contra se expertos Pontifices, quam illos quos summis procurarunt conatibus. Ildephonsus Neapolitanus Rex summis viribus electionem procurauit Calixti 3. vt refert Pontanus in histor. Neapolitan. hic idem Calixtus filium regno priuauit; à Gallis vt refert Iouius, ad illam euectus extitit cathedram Iulius 2. hic Iulius eos excommunicauit, & crudelissimum cum illis bellum habuit. Henricus 3. cathedram Leoni 9. vti amico dedit, tunc temporis, quando Imperatores eligebant; at hic idem Leo ius eligendi ab eo abstulit, meritissimèque illum Ecclesiæ sanctissimæ, cuius erat, restituit. Carolus 5. impense electionem Clementis 7. adiuuauit, qualis hic cum illo, iam omnes scimus. Quid ergo polytici discurrunt, ad quid rationibus se obruunt humanis? nonne vident iusto Dei iudicio hoc fieri, vt ex legitimis præmissis semper contraria sortiatur conclusio, vt non ex amico amicus, non ex beneficio affecto gratus, sed inimicus & ingratus eliciatur, quid hoc nisi vt intelligant, considerent, & aspiciant in electione illa summi Dei Vicarij in terris non humano affectu,

August.

S. Leo.

10. Quis in sacerdotem deberet eligi secundum sancti Leonis sensum.

S. Leo.

Origenes.

13. Effugium præcluditur.

11. Principes cur semper fere decipiantur in cognitione sufficientiæ necessariæ ad summũ præsulatũ.

Nyssenus.

12. Superiores quantum supra cæteros eminere debent.

Hieron.

Baronius.

Pontanus

14. Principes iusto Dei iudicio eos Pontifices inimicos experiũtur cuius electionem summis procurarũt conatibus.

non terrenis deſiderijs, non rationibus procedendum inferioribus, ſed ſuperioribus, ſolam Dei gloriam, ac vniuerſalis Eccleſiæ beneficium intendendo.

Ex dictis ergo ni fallor clarè elucet, rectius, ac conſultius Principibus ſecularibus in electione ſe ſummi Pontificis non immiſcere, quod ſi facerent, & mundus illud intelligeret, crederem, quaſi Deum elegiſſe, & non humanum affectum ſemper æſtimaturum, vti populus Iſraëliticus, quando aſpexit non Moſem, ſed Deum Aaronem elegiſſe, ob cuius oblu&ationem ſic Deus eum puniuit, licet vt noſter ait Sapiens, cito fuerit placatus. Sed ad noſtra.

Num. 21. *Properans enim homo ſine querela pro populis deprecari, proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati, oſtendens quoniam tuus eſt famulus.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

AB incendio populum Aaronem liberaſſe ſupra dixerat, nunc modum addit, per orationem nempe, & incenſum, vt in Numer. c.16. ſed ſingula diſcutienda.

Properans, &c. Alij legunt diruens, euertens, expugnans, irrumpens in conſertam multitudinem, impetu properando; ſic enim præceperat ei Moyſes, *Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari, mitte incenſum deſuper, pergens cito ad populum vt roges pro eis, iam enim egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit*, vbi ſup. c. 16. num. 46. ob hoc anxius de populi ruina Dei Sacerdos ſic cucurrit, vt quia magna aderat multitudo, vi, ardore animi, ac affectu in medium ſe iniiceret crematorum, multitudinem diruens, euertens, expugnans, ſic ad ſuos properabat adiuuandos, ſui totaliter oblitus, ſacerdotis veri proprium.

Num.16. n.46.

Vnum hic valdè notandum, ducentos quinquaginta, qui ſimul cum Core murmurauerant crematos, ſic vt nil eorum remanſerit membrorum, quod ſepulchro inferri poſſet, vti probabilius exiſtimat Abulenſis in c.11. Numer. quæſt. 24. licet Leuitæ eſſent, & Deo conſecrati, quod pari modo euenit & illis, qui due altera de populo ab igne exuſti; at Hadab, & Aliu, qui ignem alienum in thuribulis impoſuerunt filij Aaron, & ſi cremati, tamen non corpora, nec veſtes eorum tetigit ignis, Leuit. 10. vt ex hoc appareat quanto diſcrimine ſuos Deus puniat: nam qui potius ex fragilitate, quam ex malitia vt filij Aaron, ſic caſtigauit, vt cum magno decore, ac reuerentia, ita vt & veſtes, corporaque ignis quodammodo tanquam gentis Sanctæ veneraretur; ſic parimodo de propheta illo ſancto, 3.Reg.13. occidit ex Dei mãdato leo ipſum, ſed eiuſdem cuſtos extitit cadaueris, qui corporis vim interfector; ſic enim filij Aaron quia iuſti, eos cremauit ignis, ſed non in puluerem redegit; at alteros Deus, quia ex malitia, odio, inuidia & non tanquã gens ſancta, ſed prophana peccauerunt, ad inſtar prophanorum percuſſit, deleuit, conſumpſit, nulla differentia, nulloque diſcrimine; vt hinc diſcas, non quia habitum quis ferat religioſum, pro religioſo apud Deum reputari, ſi vita, ſi mores, ſi opera deſint, quin immo ad inſtar prophanorum cum dedecore, ignominia, tanquam vnus ex illis, punietur, flagellabitur, eo vel maximè, ſi attendas rugam vnam religioſo viro plus apud Deum, quã ſæcularium hominum fœda vulnera computari; Quod egregiè Nazianz. in oratione de fuco ad Virginem alloquens affirmauit dicens: *Illud velim non ignores rugam tibi vnam turpiorem eſſe, quam maxima vulnera ijs, qui in mundo viuunt, nec enim tam notabilem, ac conſpicuam in ſordidis, quam in puris vnius coloris veſtibus labes aliquam fœditatem habet*; nil melius.

Abulenſ.

Leuit. 10

1. Deus quãta diſcretione puniat peccantes ex malitia, aut ex fragilitate.

2. Religioſi quam vanè de habitu gloriantur religioſo, ſi

Homo ſine querela, &c. Græca, *irreprehenſibilis*, Aaron ſcilicet ſummus Sacerdos, qui ideo oratione potens, quia irreprehenſibilis, nam vt inquit Chryſoſt. relatus ab Holkoth lect. 103. *Nihil eſt potentius homine pure orante*; de quare infra.

Deprecari pro populis, &c. Græca tantum legitur, *propugnauit, & propugnatorem ſe præbuit populi.*

Proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum, &c. Græca, *propry myſterij arma*, rectè Lorinus interpretem pro armis reddidiſſe ſcutũ, quia pugna hæc defenſiua erat. Aarõ ergo pro ſacerdotali officio, vt publicus precator ad Deũ acceſſit, & quodãmodo ſacrificator incenſũ offerẽs, vt mox dicemus.

Lorinus.

Orationem, &c. hoc erat ſcutum, at quomodo, & cur, nos infra dicemus.

Et per incenſum deprecationem allegans, &c. Hugo. & Bonauent. diſtingunt orationem à deprecatione, vt illa ordinetur ad impetrandũ, hęc ad mala amouenda; Lorinus ſynonima eſſe affirmat; omnia vera, ſed aliquando deprecatio diſtingui poteſt, & oratio, vti ſuperiores citati authores diſtingũt; Bonauent. addit incẽſum effuſum ad iudicem reconciliandum. Cantacuz. in verbo allegans agnoſcit merita allegata Patriarcharum, & Moyſi promiſſiones, ſed verè ſecundum literam verbum allegans, nil aliud ſignificat, quam ferre, adducere, mittere, vnde per incenſum deprecationem allegans, nil aliud eſt, quam mittens, ferens, adducens.

Hugo. Bonauẽt. Lorinus.

4. Oratio vt diſtinguitur à deprecatione, *Cãtacuz.*

Incenſum hic accipitur pro thymiama, vt rectè Lorinus, vt ex illo quemlibet ſuffitum, & vaporationem ex bonis odoribus, & aromatibus; vulgo tamen incẽſi vox thuri tribuitur, cum incẽſum, vt diximus, ſuffitum ſignificet quemlibet ex bonis odoribus confectum: antiqui enim ex combuſtis arboribus thimiaſim, & euaporationem, ac ſuffitum impẽdebant; aliqui tamen thure primum ſacrificari cœptum volunt, licet Arnobius lib. 7. in ſacris vetuſtum neget.

Lorinus.

5. Thuris vſus quam antiquus, & de primeno vſu ſacrificandi: *Arnobius*

Primi ſacrificatores precibus, & thure tantũ, non pecudibus, & ſanguine Deum placabant, vt teſtatur Porphyrius lib. de ſacrificiis, Cato de liberis educandis, Clemens Alexand. lib. 7. ſtromat. Cyrill. lib. 9. contra Iulian. Paul. Oroſius lib. 9. c. 13. vnde Macrobius lib. 1. Satur. c. 7. affirmat apud Ægyptios pecudibus, & ſanguine nefas fuiſſe placare deos, & Phyloſtratus lib 1. de vita Apollonij c. 1. ſentẽtiam refert Pythagoræ aſſerentis in parte mundi puriſſima deos thuriferam terram conſtituiſſe, vt inde ſacrificiorum materiam homines caperent, non ferro, non ſanguine aras maculantes, lege Lilium Giraldũ de diis gentium Syntagmat. 17. Tyraquel. in Alexand. de Alexand. lib. 3. c. 7. Briſon.

Porphyr. Cato. Clem. Alexãd. Cyrill. Paul. Oroſius. Macrob. Phyloſtr. Giraldus. Tyraquel. Briſon.

Google

Boa. in Farm. lib. 1. pag. 28. Boam de die Nat. c. 6. apud Hebræos autem ſatis patet altare thymiamatis, apud Exod. c. 30. & Leuitic. c. 16. & incenſi, Luc. 1 tandem de vſu thuris, & thuribulo in Eccleſia ſancta noſtra videndus eſt Durantus lib. 1. de ritibus Eccleſiæ Catholicæ c 9. nobis hinc ſolum adnotare libet, quantum ex dictis ſanctiſſimo Domino noſtro debeamus Ieſu Chriſto, dum ablegatis antiquis ſacrificiis, quæ culcitro, & ſanguine conſtabant, ac proinde impoſſibilia, vt ex ſe quoad materiam non fœda, non maculoſa, non cruenta, ita vt ad eorum immunditiam eluendam quinquaginta eſſent deputata ex Gabaonitis millia in templo Salomonis, & ex aqua hauſta, & ex eorum lotione decurrente non fons, ſed flumen conſtituebatur; in qua re præter dicta ſummus extabat labor; nunc Chriſti Domini noſtri indulgentia, in ſolo vino, pane, & thure omnis noſtra conſiſtit res, omne ſacrificium, omnis victima, & quod caput præ omnibus illis Deo gratior, & ad impetrandum efficacior; quæ omnia ſumma quidem munditia, & elegantia, paruoque inſuper labore exequi poſſunt.

Durãtus.

6. Eccleſiarũ Prælati, ac Parochi, quantum iudicij põdus ſubeũt res diuinas, ac ſanctiſſimas Eccleſias munde non præſtantes.

In qua re, nolo hinc vnam adnotatu digniſſimam non apponere, quantum ſcilicet iudicij pondus ſupra ſe Eccleſiarum Prælati, ac cæteri Eccleſiarum Curæ, ſeu Parochi eleuant, dum etſi in tribus tantum omne ſuum Deus concluſerit ſacrificium, res quidem ex ſe etiam munditiſſimæ, ipſi ſic turpiter, ſic fœde, ſic immundè, quæ ad ornatum ſacrorum altarium, Eccleſiarum, ac ipſius ſacrificij pertractant, vt Eccleſiæ, & altaria (quod pudet dicere) ſtabula potius, ac cauponum menſæ videantur, quam Dei altiſſimi altaria, & Eccleſiæ proh dolor ipſis ornate incedentibus, ſericis veſtitis, altaria vero pellibus. *Maxime ſacerdoti conuenit ornare Dei templum decore congruo*, ait Ambroſ. lib. 2. de officiis c. 11. *vt etiam hoc cultu aula Dei reſplendeat*; at nunc, ſi ex cultu Dei aula iudicanda culpa ſacerdotum, non Dei, ſed pecudum aulam diceremus. *Sacraria noſtra*, aiebat Athanaſ. Apolog. 2. cõtra Arrian. *vt in præſentia, ita etiam ſemper pura, innocentiaque, facere, non niſi Chriſti ſanguine, eiuſque cultu ſacrificata*; ex puritate, nitoreque Eccleſiæ ſuam ab homicidio quod ei opponebant puritatem probans; at nunquid hoc ſi Eccleſiarum nitorem aſpexerimus aliquid ſimile de eorum prælatis eruere poſſumus, & non potius tales homicidam animam ipſos intra ſe continere, ſic expurcatam, quales eorum Eccleſias videmus; parcant mihi, eorum, quæ vidi, quæ aſpexi, quæ manibus attrectaui, dolor hæc deprompſit, teſtor Deum viuum, & verum per diœceſim itineraſſe cuius Epiſcopus ex reditibus eiuſdem ditiſſimus extabat, immo locupletiſſimus, Eccleſias vidi ſic pauperes, ſic depilatas, ac quod horret, ſic ſordidas, & conſpurcatas, vt niſi Dei bonitatem ſcirem, Deum inibi habitantem negarem, & tamen diues erat Prælatus; at non ad Eccleſias, ſed in Eccleſias vt ſic dicam, mirum ſi munditiam, quam Deus in tabernaculo exquirebat antiquo conſideres, quid auro mundius? & tamen aurum nominans, quo arca veſtienda, non ſimpliciter exquiſiuit aurum, ſed mundiſſimum adiecit, Exod. 25. numer. 11. *Et deaurabis eam auro mundiſſimo*; & ne putes auri foliis ipſam deauratam, quæ facile decolorantur, ac maculantur, ideo non foliis, ſed laminis ſolidioribus mandatur ſuper veſturi; *Ad deaurandum ſat fuiſſet foliis auri decolorare eam*, inquit Caietan. *ſed mandatur, vt veſtiatur laminis aureis intus, & extra; ſic enim intelliguntur propter verbum veſtiendi tam hic, quam vbique inferius.* Vbi bene Lippom. in catena adnotat, aurum ad veſtiendum arcam Deum elegiſſe, quia pretioſius in terris aliquid amplius ſecundum hominum opinionem inuenire non potuit. *Nihil vero pretioſius auro*, ait, *non per ſe, ſed hominum opinione, cui etiam Dominus conniuet, & hominum more hac ſibi placere oſtendit, ob fidem electorum, quibus hæc proficere debent ad reuerentiam Dei; alia enim pretioſa materia commodius intus, & foris obduci ad maieſtatem non potuit.* Et tamen illa non amplius, quam figura; at nunc vbi aurum mundum in Eccleſiis? ſcoriam, ſi aſpicis, illud dices, quid ſi mappas, quid ſi linteamina, quid ſi corporalia, quid ſi frontalia, omnia ſpurcicie madent, quid vis vt dicam; à ſpurcis profecto animabus eorum, qui præſident; vide Antonium Molinam in inſtructione ſacerdotum, nu. 3. c. 18. qui deuotiſſimè; nos autem ad noſtra reuertentes, ſacrificium thuris antiquum eſſe dicimus, & per incenſum oratione fuſa, *qua*, ſecundum Chryſoſt. *eſt victima Euangelica*, Aaronem Deum placaſſe.

Exod. 25. n. 11.

7. Arca quo auro veſtiebatur.

Caietan.

Molina.

Oſtendens quia tuus eſt famulus. Liranus, *quia placauit te precibus ſuis*; Hugo, *quia fortiter oppoſuit ſe incendio pro populo tanquam bonus Paſtor*; Carthuſ. *quia erauit adeò obuixè cum tantoque diſcrimine pro his qui ederant, & murmurabant contra ipſum.* Singula mox diſcutienda.

Liranus. Hugo.

Carthuſ.

HOMILIA CVI.

Vitæ puritas Sacerdoti neceſſaria.

ENimuero nullum ſic efficax argumentum, nullam ſic vrgentem rationem vnquam in hoc afferre poterimus diſcurſu, quam quod noſter Sapiens nobis affert, dum efficaciam Aaronis ſummi Sacerdotis in orando manifeſtare intendens, quando inter mortuos, viuenteſque, inter ignes, ac flammas ſe conſtituens Deum placauit, ne hoc ſoli officio ſacerdotali, cui ex officio orare incumbit, tribueretur, prius puritatem eius præmiſit dicens, *properans enim homo ſine querela*, indigetans apertè, quod etſi homo magnus, etſi ſummus Sacerdos, etſi ad orationem totis properaret conatibus, ſi impurus, nil prorſus effeciſſet. Stans firmiter Hieronymus in c. 5. Sophoniæ in illa verba, *Principes eius quaſi leones*, quod non officium, non dignitas ſacerdotum, ſed opus eum cum cæteris ſoluat. *Non enim dignitas, & nomina*, ait, *dignitatum, ſed opus dignitatis, & Principes, & Iudices, & Prophetæ, & Sacerdotes ſaluare conſueuit.*

Hieron.

1. Opus non dignitas ſacerdotem ſaluat.

Digitized by Google

2. Sacerdotibus impuris inhibetur oratio.

Hinc qui non puri, qui non Sancti non solum non orare, sed potius tacere inhibentur, & non ante ad orationem accedere, quam mutata vita, ex impuris purissimi euadant. Quod equidem adnoto in illis Isaiæ verbis, c.41.nu.1. *Taceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem, accedant, & tunc loquantur.* Prius enim silentium mandat, postea locutionem; sed hanc non ante, quam mutata fortitudine; quid per mutatam fortitudinem? Sanchez cum Cornel. *Resumant scilicet animos, atque spiritus audaces, & liberos, ad postea loquendum.* Melius Lyra. *Vt qui erant fortes ad malum, sint fortes ad bona.* Et Interlineal. *Vt qui erant fortes in mundo, sint fortes in Deo, fortitudo mundi, voluntatem implere; Dei mortificare.* Egregiè, non ante loqui indicitur, nisi prius mutata fortitudine: nam extremæ prorsus insolentiæ est ad Deum præsumere per orationem loqui, fortes non ad bonum, sed ad malum. O bene, nunquid Aaron etsi cum veste poderis, vt infra dicitur, etsi cum thure, si impurus processisset ad orandum, non simul cum illis periisset? sane, cur? quia impurus præsumpsisset, & secundò, quia vox illa orationis, non vox virtutis, dum cum vita non consonabat; hinc nec pro aliis, nec pro se extinctionem impetrasset ignis: nam virtus vocis in oratione non ex clamore, sed ex opere. *Da voci tuæ*, ait sanctissimus Bernard. ad pastores in Synod. congregat. *vocem virtutis, consonet vita verbis, & statim erit in ore tuo vivus & efficax sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Ergo vox illa est virtutis, quę operibus firmata efficacitatem ex illis auspicatur, ob hoc Dominus præcipit silentium illis, qui fortes in mundo, non in ipso, quia ex tali fortitudine nullam vim habet ad orandum, nullam ad impetrandum, vt pote mundi, non sui serui, & qui illi, non sibi seruiunt; pro qua re apte vertit Symmachus ly, *taceant ad me insula, orate ad me insulæ*: nam id quoque significat Hebrea vox *charas*. Quod explicans Procopius ait: *hoc est seruite mihi insulæ, sicut arator seruit suo hero.* Quod cum sit, rectè postea ad orationem accedant, non ante: nam si non Deo, sed mundo seruiunt, & non amplius ipsi sacerdotes, quam sæculares, timeo ne cum ipsis crementur, dum nil plus habeant quam illi.

5. In oratione vox virtutis ex opere non ex clamore.

Sanchez. Cornel. Lyra. Interlin. *Bernard.* *Symmac.* *Procop.*

4. Sancti ad orandum summam affectant puritatem.

Hinc quando ad orationem procedunt Sancti, etsi puri, etsi perfecti, ad effectum tamen impetrationis, & vt digne cum Deo loquantur, altioris admonentur perfectionis, sic vt etiam minimæ secedant labes, & quantumlibet paruæ imperfectiones; immo vt supra statum hominum communium se erigant, altissima semper petentes; transacto enim Iosue Iordane c.5. n.16. cum primum admouisset pedem in terra Chanaam, & in agro, ac confinio esset Hiericò ciuitas grandis *clausa, atque munita*, vt ait Scriptura ibi c.6 n.1. totus ad eius expugnationem intentus, cum rem difficilem aspiceret, ob populum, ob magnitudinem, ob munitionem, ob muros, ex arduitate rei suspensus ad orationem procubuit, vt rectè hic sentit Magallanes annotat. 1. vix orauit, ac virum vidit *stantem contra se, euaginatum tenentem gladium*, à quo cum peteret quis esset, *Sum*, inquit, *princeps exercitus Domini*, ad cuius pedes procumbens Iosuæ ait; *quid Dominus meus loquitur ad seruum suum?* cui Angelus; *Solue*, inquit, *calceamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stas sanctus est.* Mirum vt petenti quid iuberet, non aliam rem imperet, nisi vt calceamentum soluat, quid hoc? magnum sane, quod videbimus, si prius quid per illam intelligunt Sancti ceremoniam. Elias Cretens. super orat. 1. Apolog. Gregorij Nazianz. pulchrè attendens calceamentum ob id induci ad ferarum, & serpentum morsus cauendos, ideo affirmat Angelum Iosue calceamentum mandasse solui, quia assistente diuina virtute, sicut affectura erat in expugnatione Hierico, nil ipse amplius timere debebat. *Calceamenta*, ait Cretens. *ad ferarum, & serpentum morsus cauendos inducimus; cum porro qui Deum opitulatorem habet, neminem metuere oportet, merito proinde hic, velut supernum auxilium iam consecutus ab Angelo monebatur, vt seipsum omni humano auxilio denudaret.* Egregiè, si Deus nobiscum, quid timendum? etsi ipse euaginato gladio contra nostros hostes in illos irrumpit, ad quid nos illo relicto ad nostram confugiemus industriam?

5 Angelus cur Iosue mandauit calceamenta soluere.

Elias Cretens.

6. Vbi Dei est adiutorium, ad humanũ non est cõfugiendũ.

Secundò, idem & melius, per calceamentum quod ex pellibus fit animalium mortuorum peccatum intelligens soluere calceamentum Iosuæ præcipitur, ait: vt si tropheum de inimicis reportare vellet mundus omnino esset à sorde, *Quia ijs*, ait, *qui aduersus hostes tropheum erigere cupiunt, peccati mortalitas, cuius pellis vt pote mortua signum gerit, deponenda est.* Sensatissimè, & ad Christianos, seu Catholicos doctrina valde congrua, tropheum ab hæreticis satagunt erigere, volunt regiam ingredi viam? soluant calceamenta, peccata deserant; turpe quippe est præsumere, vt Deus cum exercitibus nostris adsit euaginato gladio nobiscum præliante, vt coram illo, & cum illo nos peccatis obruti præliemur, eius non amici, sed inimici; Theodoret. primò ex aliorum sententia per solutionem calceamenti sollicitudinum sæcularium abiectionem intelligit, tanquam qui Deo militat omnem aliam abire sollicitudinem debeat: *Aliqui dicunt*, ait quæst. 7. in Exod. *ea re significasse Deum, vt sollicitudines sæcularium abiceret huius mortali vitæ adherentes*; at ipse duo illud significasse affirmat, primum, religiositatem; secundum, illud quod postea sacerdotes in templo facturi erant, nempe nudis pedibus in illo incedere inter ministrandum.

7. Catholici si hæreticos vincere præsumunt peccata deserant.

Theodor.

Bona hæc, & vtilia; sed ad nostrum institutum amplius accedit Ambros. lib.1. epistolar. epistol 6. ad Ireneum Pythagoricum; vbi ponderans illud Pythagoræ, *Viam scilicet regiam declinato*, quod est, noli vulgaribus acquiescere factis, affirmans illud Pythagoram à Mose mutuasse sic ait: *Sed hoc vnde assumpserit non est incognitum; nam cum ex populo Iudæorum (vt plerique arbitrantur) genus duxerit, ex eius disciplina derivauit magistery præcepta. Legerat itaque in Exodo diuino præceptum esse oraculo, solue calceamentum pedum tuorum, id etiam præceptum Iosuæ, vt detrita, & popularis via deponerent pulueremq; qui viam Domini ambulare desiderarent.* Egregiè, ad orandum princeps populi processerat, vt victoriam impetraret de inimicis, vt muros deiiceret ciuitatis, vt

Ambros.

8. Sacerdos oraturus non popularis debet esse vitæ si impetrare vult.

Magallã.

Digitized by Google

terram poſſideret promiſſam. Si impetrare ergo vult, ſi omnipotentem per orationem euadere, ſoluat calceamenta tritæ, ac popularis viæ communis, cæterorum deponat puluerem, ac in ſanctitate ſupra cæteros ſe erigens, ſic præ illis ſublimis fiat, vt etſi iſti crementur, ipſe vinus orans inter illos reperiatur, oratione extinguens incendium, ſicut puritate vitæ prius in ſe extinxit peccatum. Ergo ideo non incenditur Aaron, quia à multitudine ſegregatus, etſi inter illam; *Cucurrit*, ait Scriptura, *ad mediam multitudinem*, Numer.16.n.47. *quam vaſtabat incendium*, non ex illa: nam talis erat, quales Deus requirebat ſacerdotes, à populo nempe ſegregatus. Vnde Deus Moyſi præcepit, vt ipſe cum ſacerdotibus ad montem aſcenderet; populus autem à longe eſſet, Exod.24.n.1. quod quid aliud ſignificat, vt ait Ambroſ. vbi ſup. niſi id quod dicebamus ſacerdotis vitam, ſic puram eſſe debere, vt ſanctitate eminenti omnino à populo ſegregatus ſit: *Separauit igitur*, ait Ambroſ. *ſacerdotes Deus à populo; dederat enim præceptum Moyſi, vt montem cum ſacerdotibus aſcenderet; populus autem deorſum ſtaret, vides in ſacerdotibus nihil plebeium requiri, nihil popularе, nihil commune cum ſtudio, atque vſu, & moribus multitudinis, ſobriam à turbis grauitatem, ſeriam vitam, ſingulare pondus dignitas ſibi vendicat ſacerdotalis.* Nil verius, quid ergo mirum, ſi talis cum eſſet Aaron, incendium extinxerit oratione, ſicut Ioſue eadem muros deſtruxit Hiericontinos?

Num.16. n.47.

Ambroſ.

9. Ioſue ad deſtruēdos muros Hiericō nō ſolus orauit, ſed populus cum illo & quale ex hoc elicitur documentum.

Sed antequam vltra progrediar, & ne occaſio excidat documentum eliciendi ad animarum profectum, quem vnice, ſingulariter, ac ſummè in ſcribendo intendimus, adnoto ſanctitate, ac oratione Ioſue populi principem, muros deſtruxiſſe; at nunquid ſolus, vel ſua ſolum oratione, an vero & cum populi ſanctitate, & cum illius oratione, immo & cum iſta, & non qualicumque, ſed perfectiſſima iubilatione nempe, quæ vnus eſt præſtantiſſimæ orationis effectus, vnde prius populum ſanctificauit, quod denotat ſeptem dierum circuitus, ſilentium illud magnum, quod populo præcipiebatur, labor ipſe circuitus, exercebatur enim populus ad obedientiam, ad fidem, inſtruebatur ad orationem, vt per ſeptem dies purificatus, ipſe cum ſuo duce poſtea clamaret ſimul cum ſacerdotum tubis; *Cumque intonuerit vox tubæ*, ait Dominus ad Ioſue vbi ſup. *longior, atque concitior, & in auribus veſtris increpuerit, conclamabit omnis populus, & muri funditus corruent ciuitatis*, & num.16. poſt ſeptem dies dixit Ioſue ad populum, *vociferamini; tradidit enim Dominus nobis ciuitatem.* Ergo clamauit populus, ergo & ipſe orauit, & non, vt diximus, qualibet oratione, ſed perfectiſſima, quæ iubilum parit; vnde Vatab. cum aliquibus per vociferationem maximam iubilationem intelligit, ob quod illa verba, *Igitur omni populo vociferante*, n.20. legit, *inbilans igitur populus*; nam vt ait Origenes Hom.7. *Vociferatio populi concors, & vnanimis inbilatio quædam fuit, & victoria acclamatio per modum hymni, ac gratiarum actionis.* Quod ſi ad orationem applices ſecundum Bonauenturam proceſſ.7. Religion. c.15. *Eſt ſpirituale quoddam gaudium, cordi repente ex aliqua dulcis cogitatione, vel collocutione infuſum, quod totum cor concutit ex ſua vehementia.* Vnde Gregorius, *Inbilum namque dicimus, quando ineffabile gandium mens concipit, quod nec abſcondi poteſt, nec ſermonibus aperiri, & tamen quibuſdam moribus proditur, quamuis nullis proprietatibus aperitur*, veluti *euaporando*, vt ait idem Bonauent. *per riſus aliquando*, aut *per clamores, & ſingultus erumpit.* Vnde Auguſt citatus in Onomaſtico Conradi ait: *Inbilare proprie eſt, gaudium verbis non poſſe explicare, & tamen voce teſtari, quod corde conceptum eſt.* Ergo ſi Ioſue ſoluit calceamentum, vt exaudiretur, quod ſummam indicat perfectionem, vt diximus, non minus agit populus, etſi Ioſue orat, & populus etiam cum illo ſimul concordans, ſimul cum illo vnitus, quod cum factum, quid mirum, ſi muri ceciderunt Hiericuntini? quid ergo ex his? amice illud, quod ſi populus ad orationes ſacerdotum, & ſuas non adiungit, etſi ad vitæ ſanctitatem Dei ſacerdotum, & etiam ſuam non vnit, nec muri cadent, nec victoria potietur de inimicis. O bene, video in his miſeris temporibus, quando vndique bella premunt hoſtilia, quando vndique contra Dei Eccleſiam perfidi inſurgũt hæretici, quando vndique recalcitrantes multi Imperium impetunt Romanum, ad orationes ſacerdotum, Deique miniſtrorum accurrere, ſuplicationes inhibere, vt clament impedire; quod equidem pium, ac laudabile, ſed eadem in ipſis aſpicio peccata, eademque mala, nulla morum reformatio, nulla pœnitentia, ſic debaccantur ac heri, & nudius tertius, & clamãtibus ſacerdotibus, ipſi muti in ſomno ſepulti iacent laſciuiarum. Nunquid ergo muri cadent inimicorum? quos profecto non deiicit, niſi non quælibet, ſed feruens, ſed vehemens, ſed ſimul cum ſacerdotibus vna, & vniformis acclamatio. Audi mirabilem de hac re Origenis ſententiam vbi ſup. qui ponderans illa verba, Pſal.88.n.16. *Beatus populus, qui ſcit inbilationem*, adnotans non dixiſſe, *Beatus populus, qui ſcit inſtitiam*, vel *qui ſcit myſteria*, vel *qui ſcit cæli, ac terræ, ac ſiderum rationem*, ſed *beatus populus, qui ſcit inbilationem*; quid ſit iubilatio talis, quæ beatitudinem populi pariat, ſic proſequitur: *Vnde mihi inbilatio videtur indicare quendam concordiæ, & vnanimitatis affectum, qui ſi incidat in duos, vel tres Chriſti diſcipulos, omnia quæcumque petierint in nomine Saluatoris præſtat eis pater cæleſtis; ſi vero tanta fuerit beatitudo, vt vniuerſus populus concors, & vnanimis maneat, vt eadem dicant omnes in eodem ſenſu, atque in eadem ſententia permanentes, iſte talis populo vocem vnanimiter clamante, fiet illud quod ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorũ, quia terræmotus factus eſt magnus, vbi tunc vnanimes orabant Apoſtoli cum mulieribus, & terræmotu facto deſtruentur, & cadent omnia, ac mundus ipſe ſubuertetur.* Quid pulchrius? vis amice ſcire, quare ſine armis, ſine bellicis inſtrumentis, ſine prælio muri ceciderunt Hiericuntini? Attende populi cum principe, ac ſacerdotibus vnanimitatem; attende vnam clamoroſam orationem, vnam ſimul ſanctitatem cum illa. Vis ſcire, quare tempore Apoſtolorum terræmotus factus eſt magnus? attende vnanimitatem orationis, ac concordiæ, idem Deus in antiquis, idem in modernis temporibus, inimici

10. Iubilum quid in oratione. *Greger.*

Auguſt.

11. Cum ſacerdotibus ad impetran dum, & populus orare debet.

Vatabl.

Origen.

Bonauēt.

Origenes. Pſal. 88. n.16.

destruentur, funditus corruent hæretici, si eadem adsint; at sin minus vnde? eo vel maximè si non qualis debet esse erit sacerdos orans; vt tandem ad nostra redeamus; qui si impurus ad Deum per orationem accedens, non eum orat, sed opprimit, cum impurorum oratio Dei sit oppressio; hinc non solum vitam ex illa ipsi non capiunt, quin potius mortem.

12. Impurorũ oratio Dei est oppressio.

Enimuero iratus Assuerus contra Amanum, Esther 8. n. 7. cum de loco conuiuij intrasset in hortum, *Reperit*, ait Scriptura, *Aman super lectum corruisse in quo iacebat Esther*, quod attendens, amplius excandescens ait: *etiam reginam vult opprimere me præsente*, pondero quod supra dictum, nempe, quod Aman *surrexit, vt rogaret Esther Reginam pro anima sua; intellexit enim à Rege sibi paratum malum*. Ergo Aman vt oraret surrexit, & tamen hanc orationem oppressionem vocauit Rex; vnde? sane quia vir sceleſtus, & impurissimus ex gestu, ex positione, ex loco hominem impurissimum se demonstrabat, quid impurius? vt super lectum fœminæ decumbere genua attrectare? cur non erubuit? cur Reginam non est veneratus? quia mulier; vnde sic indecentissimè procubuit, vt suspectum redderet merito Regem, vt ait Athanas. in Synopsi, *Rege absente Reginam supplicauit, ad genua illius procumbens, & adblandiens*, pende verbum, *Rex cum regressus videret Amã genua Regina contingere, suspicatus quod id turpitudinis causa faceret, iussit eum in ligno*. Cur ergo sic indecore procubuit, attrectauit? sane quia impurissimus ex consuetudine indecentiam non attendit, merito ergo eius oratio oppressio, vnde eleganter glosa, *Deprecatio Amã*, ait, *oppressio dicitur, quia in die iudicij iniquorum oratio, irritatio est*; hinc Dauid Psal. 108. *cum iudicatur exeat condemnatus*. Nil melius, impuri Deum orant, Deum opprimunt, non tangunt, suffocant, vt sic dicam, non blandiuntur. *Conuersus ad turbam*, ait Marc. c. 5. n. 30. quod dixerit Dominus, *quis tetigit vestimenta mea*? cui discipuli, *vides turbam comprimentem te, & dicis, quis me tetigit*? Vnde ergo tactum persensit, dum turbæ eum comprimebant, quia vt rectè Chrysost. in Caten. Diui Thom. turbæ non tangunt, sed comprimunt, quia non orant, sed opprimunt, dum impuræ sine fide, sine cogitatione ad Deum accedunt; at illius solummodo tactum persensit, quæ cum fide, cum attentione, cum deuotione accessit, *Quæserat autem Dominus*, ait Chrysost. *quis me tetigit, id est cogitatione, & fide, non enim comprimentes turbæ me tangunt, quia non cogitatu, & fide accedunt*. Egregiè, accessio turbarum, hoc est hominum nullius virtutis, horumque oratio, non ad Deum deprecatio, sed eius est oppressio; hinc etsi Deum comprimant nulla à Deo in eorum fauorem gratia, nulla salutaris virtus; hinc non vita, sed mors sequetur, sic suspensus est Aman, quia impurissimus impurissimè orauit. Ergo etsi Aaron summus sacerdos, etsi cum thure ad deprecandum accessisset, certè si impurus non vitam suorum, sed horum, & simul suam perdidisset, quia oratione potius Deum oppressisset, quam orasset; immo contra eum pugnasset, cum vt præclarè Vualfridus Strabonius lib. de Exordiis, & incrementis rerum Ecclesiasticarum Biblioth. Patrum tom. 6. ait: *Quidam in oratione pectus pugnis palmentant, caput contundunt, voces muliebri gracilitate submittunt, & in proximo vel verbis, vel factis alios conturbare, & semetipsos non metuunt culpabiles exhibere, hi nimirum contra iudicem, quem orando honorant moribus pugnant.*

Esther. 8. n. 7.

Athanas.

Gloſa.

Marc. 5. n. 30.

Chryſoſt.

13. Christus cur dixit, quis me tetigit, cum à turbis opprimeretur

Straben.

14. Peccatores impuri dũ orant Deũ impugnãt.

Hinc graviter Basil. Hom. 5. in Psal. 28. super illa verba, *Afferte Domino filij Dei*, adnotat non ad quemlibet dictum, vt offerant, sed tantum ad Dei filios, hoc est ad puros, & immaculatos, non ad impuros, maculatosque. *Non cuiusuis Dominum*, ait, *est Deo acceptum, sed tantum qui corde puro offert illud, ideo dicit vt offerant illud, qui filij sunt Dei, non enim est accepta oblatio ex meretricis mercede, ideo prius non vult esse filios Dei, deinde vltroneos accedere ad offerenda Deo dona*. Digna equidem Basilio sententia, sacerdos ad Deum propitiandum per orationem, ac sacrificium, vti Aaron debet accedere purissimus, & non extraneus, sed sicut Dei filius, non vt inimicus, sed vt amicissimus: nam impurus, & obscœnus, sic eius reputabitur oblatio, etsi sacerdos, ac si merces esset meretricis, quæ in lege prohibita vt Deo offerretur. Immo addo quod sic purus debet esset sacerdos, quia Deo offert propitiationis sacrificium, vt ex puritate eius, etiam ipsamet impura, pura, ac sancta reddantur.

Basil.

15. Orans vt impetret Dei sit prius filius.

Fugiente enim Dauid à facie Saulis, 1. Reg. 20. cum ad Achimelech summum venisset sacerdotem, ab eoque petiisset panem, cum non essent in tabernaculo nisi Sãcti de quibus Laicis vesci non liceret, tamen necessitate vrgente interrogauit sacerdos, *si mundi essent pueri, & maximè à mulieribus*, n. 4. cui Dauid, *& quidem si de mulieribus agitur*, respondit, *continuimus nos ab heri, & nudius tertius, & fuerunt vasa puerorum sancta; porro via hæc polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis*. Mirum est quantum hæc vltima torqueant omnes interpretes verba, Vatablegi vellet *non via hæc*, sed *hic panis pollutus est*, seu more prophani se habet, cum è conspectu Domini remotus; sed ad quid si hoc, impollutionem viæ afferre, quasi comestionem impediret. Impollutus panis ab impollutis nihil prohibebat comedi. Alij per viam modum edendi intelligunt, vnde sensus, hic edendi modus per se quidem pollutus est, ob necessitatem tamen concessus; at hoc verum esset, si pueri essent polluti à mulieribus, & nullam aliam contraxissent impollutionem optimè diceret Dauid, quia etsi polluti, in necessitate tamen comedere liceret; at supponit ex mulieribus impollutos, pollutos ex via, & ideo nisi alia vrgeret necessitas, & tali impollutione illicitum vt comederetur. Rabini per viam panem intelligentes, talem dicunt esse sensum, etiamsi hodie panis in vase, quod est super Domini mensam sanctificatus esset, eo tamen ob necessitatem vesci liceret, sed quid via cum pane? & licet Sanchez dicat aliquando viam in Scripturis sumi pro re, vellem vt aliquod adduceret exemplum; quod cum non adduxit, neque equidem adduci potest, si pro re stabili, ac fixa sumi debet, ideo non est amplius, quam difficultatem effugere, & adiuuare. Theodoret. pro via intelligit negotium ipsum, quod Dauid fingebat, à quo Sanchez illud su-

16. Sacerdos orans tanta puritate nitere debet, vt impura purafaciat.

1. Reg. 20. n. 4.

Vatab.

Sanchez.

Theodor.

ed by Google

mit, ſed vnde illud impollutum, & quando impollutum? forſitan, quia eſſet ad effundendum ſanguinem, vnde polluebat ante factum, eo vel maxime, quia præter fugam nullum aliud Dauid negotium. Alij per viam modum interrogandi ſacerdotis intelligunt, quaſi vt diceret Dauid ſacerdoti, ad quid interrogas, ſi pueri mundi ſunt, dum etſi eſſent, tamen eis edere non liceret? Ergo via hæc, hoc eſt iſte modus interrogandi laicus eſt, & prophanus; non video quomodo hæc cohærere poſſunt, dum Dauid ſacerdoti ſatisfacere intendebat, quod poterat illi ob neceſſitatem tribuere panes; ad quid ergo eum reprehendere? vltimo Sanchez per viam intelligit finem, & aſſumptũ Dauid, deſerere ſcilicet Iudæam, dum viueret Saul, & ad Gentiles ſe conferre, quibus nullo modo veſci licebat de ſacrificiis; vnde ob hoc externe, quaſi quid immundum præſe ferebat, attamen ex neceſſitate, & quia verè ipſe erat Iſraëlita poterant ſibi dare panes; bona eſſet interpretatio, ſi tantum de ſe loqueretur Dauid, & ſecundo ſi ad interrogata reſponderet; Pontifex enim de pollutione legali interrogabat, non de morali, aut interna. Ideoque mea ſententia totum eſt adnuinare. Planus ergo ſenſus eſt Lyrani, & Serrarij per viam ipſum iter intelgendum, ſicut per ſanctificationem ſanctitas ipſi viæ collata, *Quaſi dicat*, ait Litanus, *in via forte aliquam immunditiam potuimus contrahere*, ſed *ſanctificabitur hodie in vaſis*, ait Ferrarius, *quia propter veſtimum, corporumque ſanctitatem ſanctificabitur, id eſt neceſſitate iſta inſtar ſancta habebitur, vnde panis iſte quaſi à mundo comedetur.* Quid planius, & verius? per munditiam ergo puerorum iudicauit Dauid mundam eſſe redactam illam viam, alioquin per ſe immundam, nobis ex hoc indigetans Spiritus ſanctus, quales debent Dei eſſe ſacerdotes, qui non panem tantum ſanctum manducant, & offerunt, ſed ipſam ſanctitatem. *Si ergo interrogauit Sacerdes*, ait Auguſt. ſeu quiuis alius ad fratres in eremo, *vtrum ſerui Dauid mundi eſſent propter panes propoſitionis accipiendos, quid facere nos debemus miſeri ſacerdotes propter corpus Domini accipiendum?*

Litanus. *Ferrarius* *Auguſt.*

17. A malis ſacerdotibus omnis in Republica ruina.

Hinc quia non tales ſacerdotes, etſi orent, etſi ſacrificia offerant nil iuuant, immo audeo dicere ob iſtos, quando mali ſunt, Rempublicam peſſum iri, & certè non ſic ſupra nos noſtri dominarentur inimici, ſi nos ſacerdotes, ſi nos Dei miniſtri tales eſſemus quales deberemus. Audi grauiſſimam de hoc ſanctiſſimi Pontificis Gregorij Magni querelam lib. 4 epiſtolar. epiſt. 32. ad Mauritium Imperatorem, vbi ſic ait: *Quæ enim ſereniſſime Domine virtus humana, quod carnei robur brachij contra veſtri excellentiſſimi culmen Imperij irreligioſas præſumeret manus erigere, ſiſtuderet concors ſacerdotum mens redemptorem ſuum lingua pro vobis, atque vt oportebat meritis exorare? aut quis ferociſſimæ gentis gladius in necem fidelium tanta crudelitate graſſaretur, niſi noſtra vita, qui ſacerdotes nominamur, & non ſumus, à prauiſſimis grauaretur operibus.* Attende præſens ſæculum, attende quæ hoc anno 1631. hæretici contra ſacrum peragunt Imperium, Catholicorum aſpicies ciuitates dirutas, ſacras incenſas ædes, Virgines conſtupratas, ſanguine, ac cæde omnia aſperſa, Chriſti inimicos victores, Catholicos victos, propè Imperium deſtructum Romanum; vnde Barbaris, vnde inimicis tantum robur, tanta audacia, niſi à noſtra vita, *quia ſacerdotes*, vt Diu. ait Greg. *nominamur, & non ſumus?*

S. Greger.

18. Sacerdos impurus non ſacerdos.

Pendo hoc vltimum, ſacerdotes nominamur, & non ſumus, quid ergo? impurus ſacerdos non ſacerdos? equidem: nam etſi materialiter ſacerdos, moraliter tamen, & quoad æſtimationem non ſacerdos. Attende ad quæ dicturus ſum, Luc. 7. n. 39. accedens Magdalena ſanctiſſima ad Domini pedes, lachrymis eos lauans, capillis tergens, Phariſæus ſtatim dixit: *Hic ſi eſſet propheta ſciret vtique, quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt.* Multa hic pendo, curram breuiter; Primum, ſi illa mulier erat in ciuitate peccatrix, vnde neceſſe vt ad cognoſcendum eam, Chriſtus fuiſſet propheta? ex fama, ex rumore, ex confabulationibus illam peccatricẽ certè agnoſcere poterat? quid ergo neceſſe vt ſit propheta? vide an quia non illa tempora, ſicut nunc, quando noſtris peccatis nec recondita quæque, & ſoli Deo cognita à linguis ſe præcauere poſſunt humanis, ſed effrenatiſſimè, ſine Dei timore, ac conſcientiæ remorſu honorem, famam, detrahentes in publicum ſine delectu, ſine neceſſitate occultiſſima quæque peccata manifeſtant, non ſic tunc, cum etſi eſſet in ciuitate peccatrix, tamen ſic omnes ſilẽtio illud conticebãt, vt neceſſarium Chriſtum prophetam eſſe ad eã cognoſcendam. Hinc notanter etſi malus, & arrogans Phariſæus iſte, dixit Euangeliſta illud intra ſe dixiſſe, *ait intra ſe dicens.*

Luc. 7. n. 39.

19. Antiqui quanto ſilentio proximi delictus celabant.

Secundo, *Hic*, ait, *ſi eſſet propheta ſciret vtique*, &c. Vnde ſi eſſet propheta ſciret? nunquid omnia ſciunt prophetæ? Propheta erat Samuel, & ignorabat quis filiorum Iſai eſſet electus, 1. Reg. 16. Propheta erat Nathan 2. Reg. 7. & tamen neſciuit Salomonem, non Dauid templum Deo ædificaturum, Propheta erat Eliſeus, 4. Reg. 4. & tamen afflictionem Sunamitidis ignorabat, vnde ergo ſi eſſet propheta ſciret? ſane, quia non ſolum de Chriſto audierat eſſe prophetam quomodoliber, ſed prophetam diuinum, Deique filium, cui omnia competit ſcire, vnde dum negauit illum prophetam, negauit & Deum, ſic ſcrupulosè, ſic ſubtiliter indicans, vt ex vna tantum actione ignorata, Deitatem ab illo abſtulit, & vera eſſet illatio, ſi Chriſtus illam ignoraſſet. O tempora, ô mores, plenum mulierecularum, ac viriculorum prædictionibus, reuelationibus, niſi mauis dicere ſomniis, video mundum, ſic vt quæſtus iam ſit oratio, ac reuelatio, ſemper mentiuntur, & quia caſu vix ſemel aliquid veri dixerunt, ſunt ſemper prophetæ, ſunt ſemper Sybillæ. Certè ſilentio hoc præteriſſem, niſi animarum zelus me cogeret, ob hoc infinitos propè vidi deploratos, & quia ineptiſſimè mundus tales acclamat ex paſſione, ex natiuitate, ex emolumento ſomnia fingunt, & quod pudet dicere, etiam magiſtri illa credunt.

1. Reg. 16. *2. Reg 7.* *4. Reg. 4.*

Tertiò, *Hic ſi eſſet propheta ſciret, quæ, & qualis*; Quid dicis inſane, nunquid prophetæ conuenit vitam indagare, ac iudicare alienam? ne mireris amice, ad vſum loquebatur ſpiritualium hodiernorum, qui quaſi Deus

Digitized by Google

esſent,omnia reputant ſibi licere, iudicare, diſcutere,examinare,reprobare, approbare, ſcire, ac indagare, quid vis vt dicam? Phariſaïca eſt doctrina.

Quarto tandem,ad noſtrum inſtitutum pondero dignitatem Prophetæ hunc à Chriſto abſtuliſſe, quia ſe tangere à muliere permittebat peccatrice,ſic argumentans,ſi eſſet Propheta ſciret,ſi ſciret non ſe permitteret tangere à muliere; ergo dum ſe permittit ſic ab impura tangere,non eſt Propheta. *Non temere ſe iudicaſſe putabat*, ait Didacus Stella hîc, *in Chriſto nihil eſſe diminutatis, quando quidem eam mulierem admittebat, cuius ſi Propheta eſſet, & mores cognoſceret, & conſuetudinem, acceſſumque longiſſime à ſe dimoueret.* Ergo ex contactu tantum fœminæ auferebat hic à Chriſto diuinitatem, & Prophetam illum non eſſe iudicabat;ſic proprium Prophetæ mulierum abſtinentiam iudicabat, ſic puros illos eſſe decernebat, vt potius non eſſe Prophetas, quàm mulieris peccatricis cum Propheta contactum admittere æſtimabat. Si ergo non Propheta, qui tangi tantum à muliere ſe permittit, nunquid ſacerdos, qui impurè cum illis viuit? rectè ergo, vt Diuus ait Gregorius, *Nominantur, ſed non ſunt.*

Immo vlterius pendo optimum fuiſſe huius Phariſæi diſcurſum, ſi mulier eſſet, qualis ille reputabat, ſcilicet peccatricem, *ſciret, quia peccatrix eſt*, mentitur, fuit, non eſt: nam iam ſancta, dilecta, mundata, & ex pœnitentia, & dilectione iuſtificata; vnde obſerua, quod ſignanter Euangeliſta loquitur per præteritum, & non quomodolibet, ſed plus quam perfectum, vnde ait: *Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.* Ergo tunc non erat, in quo ſe fefellit hic, ſicut & illi, qui dum ſemel vnum peccatorem agnoſcunt ſemper illum talem reputant: Nam qui heri peccator, ſanctus hodie eſſe poteſt. Saulus ex lupo agnus in momento factus;latro in momento martyr. Ergo etſi quondam peccatrix, tunc ſancta; quid ex hoc? Illud quod non prius illam ad ſe Chriſtus, qui omnes peccatores iuſtificat, & qui ex immundis mundos facit, & qui non ſolum à quoquam maculari non poteſt, ſed ipſa ſua munditia omnes mundat immundos, vocauit, permiſitque vt tangeret, quin eſſet mundata, vt ſacerdotibus puritatis, ac munditiei exemplum daret, cum quibus miſcere ſermones debeant, quanta puritate coram omnibus lucęſcere, ne ex conſortio impurarum impuri iudicentur & ipſi; *Quid neceſſe eſt*, ait ſentatiſſime Ambroſ.lib.1.Officiorum cap.20.conſortia mulierum,ac familiaritates interdicens, *vt demus ſæcularibus obtrectandi locum? quid opus eſt, vt illa quoque viſitationes crebræ accipiant authoritatem.* Notanda ſententia, & ſacerdotibus, ſenioribus, ac in gradu conſtitutis valde timenda, crebræ eorum viſitationes mulierum, quia homines ipſi graues, ac ſpectabiles apud iuniores authoritatem accipiunt, vt tanquam decentes admittantur,ac irreprehenſibiles; hinc certè ipſi alieni lapſus ſubibunt pœnam; quia licita illicita ſua fecerunt authoritate, qui ſi ad dignitatem aſpicerent ſacerdotalem, ſic puri eſſe deberent, vt eorum puritas non ſolum ex vita, ſed etiam ex conuerſatione deberet emicare, ſic vt tanquam ſpeculum coram omnibus eorum eſſet vita, in qua reliqui de populo quid admittere, quid euitare deberent apprehenderent, vnde Athanaſ. in exhortat. Monachorum monebat: *In omni actu veſtro*, quaſi *ſpeculo relucente fulgete*, & Diu.Areopag. cap.1. de Eccleſiaſt.hierarch. *Qui ſacerdotem dicit*, ait, *anguſtiorem, prorſuſque diuinum inſinuat virum totius ſanctæ conſcientiæ paratiſſimum*, ſigna verbum, *in quo liquido, ac perſpicuè ſacratus omnis ordo ſuus, & perſpicuus ſit, & poſſit agnoſci*; Quid pulchrius? talis conſcientia deberet eſſe ſacerdotis, vt ſi poſſibile, ſemper tanquam ſpeculum relucens coram omnibus eſſet parata, in qua perſpicuè, & liquido ipſa dignitatis ſacerdotalis decentia, grauitas,ac puritas ab omnibus agnoſci poſſit: nam alioquin ſi impurus, nunquid ſacerdos? & ſi ſemper cum impuris mulierculis nunquid purus? & ſi ſemper cum ſæcularibus,nunquid credet quod orare pro cæteteris ſic poſſit, vt impetret? an potius vt ſimul cum illis,& ipſe depereat: nam pro certo ſemel ſtatuere debemus illam orationem apud Deum efficaciſſimam,quæ ab homine ſit à mundo abſtracto, & veluti à vulgo ſegregatus, vnde quo totalis abſtractio, eo & ſimul efficacior oratio.

Hoc equidem pendo in illa vltima Saluatoris noſtri efficaciſſima oratione, in qua vt ait Paul. *Exauditus eſt pro ſua reuerentia*; adnoto enim antequam ad orationem procumberet,dicere Euangeliſtam Luc.22.num.41. *Quod auulſus eſt ab eis, quantum iactus eſt lapidis*; quid ergo?non ſimul melius cum illis orare, quia ſi ipſe cum eis non,dormiſſent Apoſtoli? Sanè,ſed voluit prius auelli, *Vt non ſolum verbis*, vt ait Cyril. *eis prodeſſet, ſed factis ſeorſum orans, vt diſcas quo animo attento, & corde quieto colloquendum eſt cum Deo ſublimi.* Mirum dictum,quaſi nec cor quietum, nec animum attentum potuiſſet habere Chriſtus, ſi cum diſcipulis tantum, & ſi cum tribus,& non cum omnibus,& ſi cum perfectiſſimis. Quid ergo?Nunquid qui à mundo non ſeparatus, qui ſemper in conuerſatione,& hoc non cum diſcipulis, ſed cum mulieribus, quietus,ac attentus erit in oratione,in myſterijs, ſic vt efficacia ſint,& impetret? prorſus hoc cogitare eſt inſanire.

Sed altius hoc Drogo de Sacramento Dominicæ Paſſionis Bibliothec. Patrum tom.12. conſiderauit enim,ac ponderauit non quomodolibet Euangeliſtam dixiſſe Chriſtum ab Apoſtolis diſceſſiſſe, ſed auulſum eſſe ab eis, & inſuper quod quantum iactus eſt lapidis; Ergo, inquit Drogo, non ſolùm auulſus, ſed vt lapis iactus,& ideo iactus,quia auulſus, & dum iactus, & auulſus, quid mirum, ſi intrando per orationem ad patrem, quidquid voluit impetrauit; *Longè auulſus eſt à nobis*,ait,*quia lapis eſt abſciſſus ſine manibus, & iactus eſt lapis, & percuſſit Goliam in fronte, & ſtatuam in pedibus. iſte eſt iactus tuus longe à nobis, quia etiam ad vſque interiora velaminis præcurſor introiſti pro nobis, vbi ſemper interpellas patrem.* Egregiè, Chriſtus lapis abſciſſus ſine manibus, non introiſſet ad patrem pro nobis oraturus, niſi prius abſtraheretur,& iaceretur,ſic abſtractus, vt etiam tres ſolos,qui cum ipſo, relinqueret, & ſolus abſque creaturis intrans oraret. Hinc quia abſtractus,

Stella.

20. Mulierum conuerſatio ex ſacerdote non ſacerdotem facit.

21. Iudicium malum non ſemper de peccatore faciendum, & cur.

Ambroſ.

22. Mulierum conſortia quantum vitanda à ſacerdotibus ſenibus præcipuè.

15. Sacerdotes ſint ſpeculum. *Athanaſ. Areopag.*

24. Sacerdos vt in oratione impetret debet eſſe à mundo diſtractus.

Luc.22. num.41.

Cyrill.

25. Chriſtus in horto cur auulſus ab Apoſtolis.

Drogo.

26. Vt noſtra oratio ſit efficax ad Chriſti exemplum, quid facere debemus.

& ſolus orans impetrauit, Goliad ſuperbum diabolum vicit, ſtatuam auream, ſcilicet mundum deſtruxit; ſalutem reportauit; vnde tanta orationi efficacia? quia ſolus, diſtractus, iactus. Fac tu ſimiliter, relinque omnia, te diſtrahe, vt lapis ſine te iactari, & impetrabis; Chriſtus ſacerdos ſummus, vt per orationem impetret, ab omnibus abſtrahitur, nunquid ſacerdotes impetrabunt non abſtracti, ſed in miſerijs immerſi, ſed impuri, ſed obſcœni? nunquid quia ſacerdotes, & in domo Dei, quia eius miniſtri, quia ſacrificium ei offerunt, ob hoc ſolum ignem diuinæ iræ extinguunt, & non potius & ipſi cum eis cremabuntur? immo & ipſi amplius.

1. *Reg.* 6. *num.* 19.

Mirum quod in ſcriptura narratur, 1. Reg. 6. num. 19. ſcilicet quod Dominus percuſſerit de Bethſamitis *de populo ſeptuaginta* viros; *de plebe* vero *quinquaginta millia*, ſi cauſam quæris, *eo quod vidiſſent arcam Domini.* In quo loco adnoto, cum populo etiam ſacerdotes interfectos, vt recte ſentit Mendoça in hunc locum, & ratio moraliter conuincit: nam Bethſames ciuitas erat ſacerdotalis in tribu Iuda, vt habetur Ioſue 15. num. 10. quæ proxima Paleſtinæ, ac Philiſtinis, prima illis occurrebat ad quam per directum fuerunt Vallæ. Quid ergo fieri poteſt, vt ciuitas cum eſſet ſacerdotalis, nullus inter tot funera moreretur ſacerdos? moraliter hoc impoſſibile. Ergo & ſacerdotes cum populo occiſi; at quam ob cauſam? quia viderunt arcam Domini; quod ergo tantum peccatum, vt tantam mereretur ſtragem? percurram breuiter quid alij dicant, vt ex aliorum opinione aliqua, & ſi per tranſennam eruam ad mores; primò, Theodoret. quæſt. 14. illud refert ad negligentiam Iſraëlitarum, qui per ſeptem menſes arcam, vt inter Philiſtinos eſſet, non curarunt. *Populus*, inquit, *fuit caſtigatus, vt qui noluerit pro arca adire periculum, & ſeptem menſes eam reliquerit apud alienigenas, & pro ea bellum non ſuſceperit*; vide an hoc contra illos faciat ſuperiores, qui & ſacerdotes in peccatis ſacra peragere culpabiliter ignorant, quia exactam non agunt diligentiam forſitan ex timore belli, quia perſonæ præpotentes, vnde ſcire diſſimulant, ex tempore occidentur. Hugo Victorinus ait, quia reliquerunt eam in agro, non domum introduxerunt, *Culpa eorum notari poteſt, quod non eam in domum introduxerunt, ſed foris dimiſerunt, vbi ab omnibus irreuerenter aſpicerentur.* Ergo iſti percuſſi ob prophanitatem loci, & arcæ ex hoc irreuerentiam; per Europam diſcurre, vbi mundi maior Eccleſiarum pars, prælatos inuenies ditiſſimos, Eccleſias non ſacella, ſed ſtabula; nunquid non idem Deus? ne mireris, poſtea ſi miſere moriantur. Liranus Bethſamitæ metentes triticum, in agro, eleuantes oculos, & arcam videntes *inaniter, & inepte exultarunt*; Deus bone, ſi hoc verum, mirum quod mundus adhuc duret, ſi quas ineptias, ſi quas diſſolutiones, ſi quas ebrietates coram Sanctiſſimo nunc fiunt, in eius feſto attendemus. Idem, quia in ſacrificium obtulerunt vaccam, quod illicitum, cum vitulos deberent, quid per vaccas? mea ſententia ſpiritus molles, effeminatos, remiſſos; quod ſi verum, qualis illis Confeſſoribus imminet pœna, qui talibus frequentationem permittunt; immo ſi Deus vult conſulunt ſanctiſſimi Sacramenti; idem etiam & aliam affert rationem, quia arcam extra tabernaculum ſine luminaribus eſſe permiſerunt, quod ſi hoc, dum ſic negligentes aſpicis prælatos in Sanctiſſimi lampadibus, vt non oleum in eis, ſed amurca, vt ſæpè ego vidi, ſic vt ferè ſemper extinctæ, timeant ſupplicium, dum operantur peccatum.

Theodor.

28. Prælati negligentes vitam indagare ſacerdotum impuro tum vt plectentur.

Hugo. Victorin.

Liranus.

29. In feſtis Sanctiſſimi quantum ſubeunt ſupplicium indignè Bacchanalia exercentes.

Vltima tandem, & vera ſententia, quia arcam viderunt; ob quod adnotandum ex Numer. 4. num. 5. nemini licitum præter ſummum ſacerdotem, & reliquos alios ſacerdotes arcam nudam videre, & hoc ſub mortis interminatione, audi præceptum. *Ingredientur Aaron, & filij eius, quando mouenda ſunt caſtra, & deponent velum, quod pendet ante fores, involuentque eo arcam teſtimonij*, poſt quæ, *alij nulla curioſitate videant, quæ ſunt in ſanctuario priuſquam involuantur, alioquin morientur.* Bethſamitæ ergo, cum arcam eis inuolutam tradidiſſent Philiſtini, aut ex curioſitate, aut ex inquiſitione, non ſolum eam denudarunt, ſed indecentiſſime manibus attrectarunt, aperuerunt, ſcire cupientes an quæ in ea fuerant tabulæ, ſcilicet legis, aut virga remanſerant, vt benè ſentit Mendoça in hunc locum; vnde irreuerentiſſime, & ſi dicere licet, obſcœniſſime, ac impuriſſime eam tractarunt, & ſi ſacerdotes. *Non reuerenter*, ait Hugo Victorin. *neque cum timore, vt tantam rem decebat, ſed audaciter irruentes reſpexerunt.* Et Eucherius, *Percuſſi ſunt quia non ſolum appropinquarunt, ſed etiam deſpexerunt*; Quod vt amplius confirmetur adduc huc Ozæ mortem tantum ex contactu arcæ, qui ideo occiſus, quia illa nocte à mulieribus non ſe continuerat, vt ſentit Magiſter hiſtor. lib. 2. Reg. cap. 9. Hug. Cardinal. in cap. 21. Actor. Dionyſius Carthuſ. tom. 1. tractat. de ſacerdotibus curatis artic. 59. & alij; quod equidem etiam poſſibile, vt ſimiliter ſic eſſent & Bethſames ſacerdotes affecti, cum enim nil de reditu arcæ conſiderarent, nec ſcirent, non erat ratio, vt à proprijs ſe abſtinerent mulieribus cauſa religionis; Ergo ob hoc & ipſi impuri, impuriſſime arcam viderunt, attrectarunt. Quid ergo mirum, ſi & ſacerdotes ſimul cum populo, & plebe tanquam ex illis occiſi; quod ad noſtrum hoc applicantes inſtitutum; Audi Gregor. lib. 3. in cap. 4. 1. Reg. *Si bi, qui indigni ſunt*, ait, *videndo moriuntur, contrectantes quomodo viuunt? Bethſamitæ quippe in ſancta Eccleſia ſunt mortui ſacerdotes, & miniſtri ſacri altaris reprobi, quia de domo quidem ſolis iuſtitiæ ſunt, dignitate miniſterij, non virtute, & gratia ſanctitatis, Bethſamitæ quidem ſunt, per ſancta oblationis officium in domo Dei conuerſantur, ſed tanto ſunt acriori damnatione percutiendi, quanto non ſolum videre audent diuina myſteria, ſed contrectare, quanto non iam veteris teſtamenti arcam reſpiciunt, ſed quod omnia ſuperat, indignè ſe corpori, & ſanguini ingerunt redemptoris.* Singula Gregorij pende verba, & dum hodiernum ſtatum aſpicis ſacerdotalem in aliquibus impurum, obſcœnum, fœudoſum, ac putridum (omnia munda mundis, nam & ſanctiſſimi etiam

Mendoça. *Hugo. Victorin. Encher.* *Magiſt. hiſtor.* *Hugo. Cardin.* *Carthuſ.* *Gregor.*

Cur Bethſamitæ arcam videntes occiſi.

Digitized by Google

adſunt) noli mirari, ſi cum plebe trucidantur, ſi cum plebe grauantur, & quod eorum orationes nullam apud Deum efficaciam habeant, nullum bellorum, peſtium, infectionum ignem extinguant, ſed ſimul cum plebeijs bello, peſte, ac infectione commoriantur, concrementur: nam certo certius, quod niſi Aaron fuiſſet ſine querela inter mortuos petiſſet, non ignem extinxiſſet, ad quod denotandum appoſitè noſter præmiſit Sapiens ipſum fuiſſe ſine querela; vnde ait, *Properans homo, &c.*

HOMILIA CVII.

Orare proprium ſacerdotis.

PRoferens ſeruitutis ſuæ ſentum orationem, noſter ait Sapiens, apertè nobis indigetans, quale in domo Dei officium ſacerdotes ſubeant, ſunt enim Dei armigeri, ſi petis quæ propria eorum arma? non certè enſes, non gladij: nam Petro dictum, *Converte gladium tuum in vaginam ſuam*: nam dum *fortiter volunt in bello agere*, Machab. 5. num. 67. *ceciderunt in bello*; ſed ſcitum, vt noſter ait Sapiens, quod non aliud, niſi *oratio*, vt ipſemet ait, ſola, & vnica ſacerdotis arma. Pulchrè Ambroſ. in orat. de Baſilicis non tradendis, tom. 4. *Volens*, ait, *nunquam ius deſeram, coactus repugnare non noui, dolere potero, potero flere, potero gemere aduerſus arma, militeſque Gothos, lachryma mea arma ſunt; talia enim munimenta ſunt ſacerdotis.* Quid pulchrius? in quibus verbis illa præcipuè ponderanda *coactus repugnare non noui*, contrarium quippe dicere debebat; quæſtio erat de tradenda Arrianis baſilica. Ergo & ſi cogeretur repugnare debebat? Sanè ſi bellum armis futurum corporalibus, ſi enſe, ſi lancea; at quia arma ſacerdotum oratio, & hæc ſunt valentiora, quando ſubiectum infirmius, ideo ad coactionem non nouerat repugnare, ſed infirmari corpore, vegetari vero lachrymis, oratione.

Mach. 5. num. 67.

Ambroſ. 1. Sacerdotum propria arma, quæ.

Hoc equidem pondero in illa admirabili Iacobi cum Angelo lucta Geneſ. 32. in qua multa expendo; Primum, ſi ſic timebat Iacob fratrem, cur quaſi nil aduerſi haberet manſit nocte illa in caſtris, & dormiuit, *Cumque dormiſſet ibi nocte illa*, num. 13 Nonne conſultius fugere? Sanè, ſi vir eſſet ſæcularis, ſi non Dei ſeruus, ſi mediis confideret humanis, ſi non arma oratio; at quia ſtatim, ac properare fratrem cum quadrigentis audiuit, & ex nuntio exterritus, illico ad orationem confugit, *Dixitque Iacob Deus patris mei*, ideo ſtitit, non fugit, vnde ſic ex oratione ſurrexit confiſus, ac ſedatus, vt omni depoſito timore quietus dormiuit, quod proprium Dei ſeruorum eſt, vt egregiè adnotat Ambroſ. de Iacob, & vita beata: nam reliqui infelices, cum pacem ab intus non accipiant, ſed ab extra mediis ſcilicet humanis, armis, ſollicitudine, cum diligentia, ſæpè prius pœna moriuntur, quàm poſſideant; at quia Dei ſeruorum ab intus eſt non armis procurata extrinſecis, ſed intrinſecis oratione, precatione à Chriſto illis infuſa, ideo vix turbantur, ac tranquillantur, intus & ad interiora ſe recipientes, *Petiturus à fratre concordiam Iacob*, ait Ambroſ. *dormiuit in caſtris; perfectorum enim eſt non facilè mundanis moueri, hoc firmamentum Chriſtianis mentibus Chriſtus innexit, pacem internam inuehens animis probatorum, vt non turbetur cor noſtrum, neque exagitetur animus, foris pax, aut Imperatoris ſollicita prouidentia, aut manus militum quæritur, aut bellorum proſpero cedit euentus, aut internecione aliqua barbarorum, in ea pace nulla noſtra virtus, ſed euentus eſt; at perfectorum, & quæ à Chriſto eius fructus in nobis eſt, in mente ſingulorum, quæ tenetur affectibus.* Quod ab Ambroſio petis, cur ſic iuſtus cito ſedatur, non vero peccator, præter rationem dictam, & aliam affert, quia bellum iuſtorum non intus, ſed foras, impiorum autem potius intus, quàm foras. *Vita iuſti*, ait Sanctus, *quieta eſt; intuſtus autem inquietudinis, & perturbationis plenus eſt; itaque amplius ſuis ſuſpitionibus, affligitur impius, quam alienis plerique verberibus, maioreſque vibices vulnerum in eius animo ſunt, quàm in eorum corpore qui ab alijs verberantur.* Egregiè, & experientia teſte hoc patet, mare feruens cor impij: nam cum eius pax ab externis dependeat, & impoſſibile, vt omnia præuenire, & occurrere poſſit; hinc ſemper æſtuat, non ſolum actu, ſed quod amplius, vt ſic dicam, in potentia, non ex malo reali, ſed imaginato. Hinc totus ipſe vna ſollicita cura timens, præcauens, horrens non verum malum, ſed fictum. Dic ſi Iacob vnus ex iſtis, nunquid dormire potuiſſet? timebat equidem malum, ſed tantum imaginatum, cum Eſaü non ad interficiendum illum, ſed amplexandum, oſculandum properaret, ſi ad orationem non confugiſſet, ex qua tranquillitatem, pacem, ac ſecuritatem accepit, quid nocte illa egiſſet? certè forſitan præ dolore, anxietudine obijſſet; ſic tu dic ſimiliter de impijs, diſrumpuntur præ dolore, quia intus bellum gerunt, & in ſuper non orant.

Ambroſ.

3. Homines mundani quanto ſtipendio pacẽ procurant, quanta facilitate Dei ſerui.

4. Impiorum bellum intus, ſanctorum foris tantum.

2. Dei ſerui cur pacate viuunt ſemper, ſæculares vero è contra.

Geneſ. 32. num. 13.

Secundò pondero, Iacob timuiſſe fratrem ex falſa apprehenſione, vt rectè adnotat Chryſoſt. ponderans rectiſſime, ideo Deum Eſaïi nil dixiſſe, ſicut Labano, quia iſte malo properabat animo contra Iacob; at Eſaü amico. *Apparuit nocte Angelus*, ait Sanctus, *Labano, & repreſſit impetum eius, mandatumque dedit, ne vel aſperum verbum loqueretur Iacob; at bonus Dominus, & ſi Iacob tremebat fratris occurſum non Eſaum præcepit; nihil enim contra fratrem meditabatur.* Si ergo iſte nil contra fratrem, cur Deus ſimpliciter hoc non reuelauerit Iacob, ſed quaſi verè contra ipſum malo properaret animo? ex lucta edocere eum voluit, quod illum vinceret, vnde illi: *Quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines prævalebis?* Quod idem ſonat, vt concors ſententia eſt patrum, ac ſi diceret, non eſt quod illum timeas: nam contra illum prævalebis, vnde non illi placidum declarauit fratris animum, nec ſuſpitionem tulit, ſed in eadem ipſum relinquens ſolum contra fratrem audacem effecit; quod autem in eadem remanſerit Iacob imaginatione, patet ex cap. 33. Geneſ. dum ex timore ſicut prius imaginauerat, diuiſit turmas, filios, & vxores, vltimo loco Rachelem reponens, vt ſicut prius dixerat ſi vnam percuſſiſſet

Chryſoſt. 5. Deus cur à Iacob timorem non abſtulit fratris.

Geneſ. 33.

Digitized by Google

percussisset Esau, saluaretur altera, cur ergo veritatem ei Deus non reuelauit? Sanè amice, quia si reuelasset pacem, animum, & robur Iacob non ex Deo, sed ex pacifico fratris animo accepisset, & pacem obtinuisset semota causa; at non sic, nec sic Deus suos consolari consuescit, amouendo scilicet inquietudinis causam, & tribulationis ignem; hoc enim & homines præbere possunt, sed Deus noster talis potentiæ est, vt in medijs fluctibus, in ipsomet bello, in ipsamet morte, in ipsamet anxietudine pacem det, tranquillum faciat; breuibus hoc expressit Theodoret. in hunc locum: *Angelus*, ait, *cum Iacob luctari voluit, vt timenti fratrem fiduciam injiceret.* Pulchrè; non fiduciam iniecit timorem expellendo fratris, sed luctando, vt ex lucta etiam si fratrem timeret, intelligeret, quod qui cum Deo nullum timere debebat periculum.

6. Proprium eius animũ sedare in medijs fluctibus causam non amouendo tribulationis.

Theodor.

Tertiò tandem adnoto, fortiorem euasisse Iacob post femoris emarcitationem, quàm antea: nam post illam dixit ei Angelus: *Dimitte me*; cui Iacob: *Non dimittam te*; certè antea solum Angelus intellexit non posse se Iacob vincere; *Vnde cum videret*, ait Scriptura, *quod eum superare non posset*; at post percussionem se victum attendit, vnde dixit, *Dimitte me*, cur hoc? vide an quia lucta Iacob oratio erat, vt ait Oseæ cap. 11. numer. 4. *Et invalnit ad Angelum, & confortatus est, flevit, & rogavit eum*, & quia oratio tunc fortior, ac vehementior, quando amplius homo infirmus, ideo plus tunc invaluit contra Angelum, quando sic debilis, vt quasi puer, lachrymis, non armis iam certabat, & vt dicebat Ambros. *Coactus, pugnare non novi, dolere potero, potero flere.*

Oseæ 12. num. 4.

7. Oratio vehementior quo homo infirmior.

Hinc profecto elucet, vt quia oratione sacerdoti pugnandum, non armis, in populi principem, in Ecclesiæ pastorem, ille eligi deberet, qui prius in oratione instructus, qui talibus armis rectè pugnare sciret, ô verè magnum, & admirabile, quod Deus in populi principem Moysem electurus non prius ipsum vocauit, ac onus imposuit, quin excellenter in oratione antea non esset versatus, non equidem per duos, vel tres, sed per quadraginta propemodum annos. *Erat autem Moyses*, ait Scriptura, Exod. 7. num. 7. *octoginta annorum, quando locutus est ad Pharaonem*, cur nunc tam accurata annorum Moysis descriptio, cum si attendes extra ratem videtur, de quo tunc agebatur, nempe de signis, quæ facturi erant coram Pharaone? mysterium agnouit Basilius, nempe, vt denotaret non antea Mosem à Deo electum, non ante ad Pharaonem missum, quàm orationis esset vir, in illa per quadraginta exercitus annos, vnde homil. 1. in Examer. de Mose loquens: *Ad Æthiopiam vsque profectus*, ait, *ibique securus omnium, ac proinde liberrimum nactus otium totos quadraginta annos contemplationi rerum indulsit, qui annos natus octoginta Deum vidit.* Mirum hoc, si eligentem consideres, qui non cogitur in electo partes inuenire congruentes, cum possit eas in illo creare; & tamen non vult illum ante eligere, quin homo prius non esset orationis, vnde hoc? Sanè, quia cum populum regere, cum inimicos bellare debebat, sciebat hoc non tãtum armis, quantum oratione futurum, ideo hominem voluit non in armis, sed in oratione eligere instructum, qui lachrymis, non armis esset certaturus.

8. Pastores Ecclesiarum illi esse debent qui in oratione instructi.

9. Moses electus à Deo postquam vir erat orationis & cur? *Basil.*

Hoc equidem benè patet in prima Israëlis pugna Exod. 17. quando populus cum Amalech congressurus, non Moyses duxit, sed Iosue exercitum, num. 9. *Dixitque Moyses ad Iosue; Elige tibi viros, & egressus pugna contra Amalech, eras ego stabo in vertice collis habens virgam Dei in manu mea.* Pondero aliqua; primum, non dixisse Moysem sume tibi viros, sed elige; cur? *Quia*, inquit Lippom. in caten. *viri milites eligendi sunt, vbi hostis sentitur, non temere adsciscendi ad numerum augendum, qui non semper prodest, sed plurimum obest, si inertes, imperiti, vel meticulosi interfint.* Ad religionum superiores hæc, dum quoscumque non selectos admittunt ad numerum augendum, non ad omnia peragenda; proh dolor! religiones sacræ destruuntur, pessundantur, & instar fumi euanescunt, cum quo per multitudinem alta ambiunt, eo quo crescunt, decrescunt, cuius ratio, quia multiplicata multitudine ex sollicitudine viuendi iam non Angelicam, vt deberent, sed propè humanam, ne quid peius dicam, ducunt religiosi vitam; Pulchrè Chrysostom. vt in Glosa super illa verba, Genes. 2. num. 9. *Omne lignum pulchrum visu*, animaduertit, ideo Deum priusquam hominem, omnia ligna creasse, vt sine necessitate esset quærendi victum, vt sic ait Chrysostom. *Quasi Angelus vixisset in terris, corpore quidem amictus, sed extra corporis necessitates constitutus.* Pulchrè, vixisset sicut Angelus, totus ad diuina cõuersus, semper Deum per speciem in enigmate contemplans, nil de humanis pertractans, aut curans, quia & si cibo indigeret, tamen quia præ manibus tantum erat quantum si illo non indiguisset: nam alioquin non vitam Angelicam in paradiso duxisset; at attendendum quod tunc ante peccatum non sic, nec tanta multitudo esset hominum, cum pœna extitit peccati eorum multiplicatio, iuxta illud Genes. 3. num. 16. *Multiplicabo aerumnas tuas, & conceptus tuos*; immo Hug. vt in Glosa vult vt tunc non nascerentur nisi electi, ac prædestinati, vnde quæstionem mouens potius multiplicationem conceptuum esse benedictionem, quàm maledictionem, cum in lege maledicta sterilis, sic ait: *Sed hoc dicens, ad dolorem respicit pariendi, quia non totiens parerent, vel quia morituri etiam erant post partum, vel quia non omnes prædestinandi erant ad vitam æternam, sicut futurum fuit, si non peccassent.* Ergo vt Angeli homines tunc vixissent in paradiso contemplando, quia extra necessitatem, & extra necessitatem, quia pauci, & tantum in illo selecti; iam me habes, viuerent vt Angeli religiosi in paradiso religionis, cælestia tantum meditantes, si pauci, si selecti, quia ex consuetis eleemosynis, aut redditibus extra necessitatem essent, si iuxta sanctissimum Tridentinũ Concilium ille in domibus esset numerus, qui cõmodè

10. Religionum ruina, quia non seligantur admittendi, sed recipiũtur ad numerum augendum.

Exod. 17. num. 9.

Chrysost. Genes. 2. num. 9.

11. Deus cur ligna prius creauit quã hominem.

12. Hic cur vt Angelus in paradiso vixisset. *Genes. 3. num. 16. Hugo.*

13. Si Adam non peccasset electi tantum nascerentur.

14. Religiosi cur vt Angeli non viuunt, sed tanquam animales.

Digitized by Google

ex illis ſuſtentari poſſet; at quia vltra reditus, vltra conſuetas replentur domus eleemoſinas, quid vis vt dicam? parcant mihi, non vt Angeli viuunt, ſed quodammodo vt beſtiæ, vt animalia, ſic vt ſi tanquam ad paſtum ſolum eſſent nati, à manè vſque ad veſperam videas ſuperiores, ſubditos, patres, fratres, ſacerdotes, clericos, laïcos omnes victitare, de procuratione agere, millies plus quàm ipſos ſæculares vt ſuſtententur laborare, è paradiſo exire domorum religionis, per computos, plateas, domos, vicos, palatia, villas, caſtella, ciuitates tranſcurrere, ſi quæris cauſam vt viuere poſſint, ô bene, eſt-ne hoc Angelicam vitam ducere, væ illis, quorum intereſt, & qui tantæ cauſa ſunt ruinæ.

Secundo pondero, ly *habens virgam Dei in manu mea*, hæc equidem non alia, quàm illa Aaronis, & quæ Aaronis dicebatur, Exod. 7. numer. 12. *Deuoranit virga Aaron*, cap. 8. num. 16. *dixitque Dominus ad Moyſen, loquere ad Aaron, extende virgam tuam*, & alibi, cur nunc, ſi virga Aaron virgam appellat eam Dei? pulchrè Auguſt. in quæſtionibus ſuper Exod. quæſt. 65. ſic reſpondet: *Nunc autem virga Dei dicitur, quæ primum dicta eſt virga Aaron, ſicut dicitur ſpiritus Heliæ, qui eſt ſpiritus Dei, cuius particeps factus eſt Helias; dicitur enim Dei iuſtitia, quæ noſtra eſt, ſed donata à Deo, ſic illa*, ſcilicet virga, *potuit dici.* Egregiè, eadem virga & Dei, & Aaronis dicebatur: nam ex parte Dei virga illa dicebatur Aaron, vt ex parte hominis diceretur Dei; quatenus ſicut Deus, & ſi eius virtute homo operabatur, vt eum honoraret homini factum aſcribens, virgam Aaronis nominabat: ſic homo quia totum à Deo recipiebat, non ſibi, ſed Deo omnia tribuens virga, quæ primum dicta eſt virga Aaron, Dei dicebat virgam; ex quo facto ſumma elucet totius perfectionis, fonſque totius humilitatis, dum eruditur homo ei tribuere honorem cuius ſunt mirabilia, & facta quæ ex Dei agit virtute non ſibi, ſed Deo aſcribere, nil ſibi approprians, & ſi Deus qua pollet benignitate non ſua, ſed hominis illa denominet. Virgam Aaronis Deus dicit, quaſi Aaron mirabilis eſſet; at ſanctiſſimus frater virgam eam appellat Dei ei tribuens honorem; quia Aaron non ex ſe, ſed ex Dei virtute, ſine virga illa non ex virtute Aaronis, ſed Dei mirabilia illa ſit operata.

Exod. 7. num. 12. Ibid. c. 8. num. 16.

15. Moyſes cur virgam Aaron Dei appellat.

16. Humilitatis fons vnde.

Tertiò tandem adnoto ad prælium miſiſſe Ioſue, ipſum autem aſcendiſſe in montem; cur ad prælium non deſcendit, cur ſe non armauit? vide an quia ſacerdos, vt vult Diu. Thom. in 4. diſtinct. 19. in expoſit. textus; immo vt rectè Becan. de Analog. legis cap. 7. quæſt. 2. Pontifex licet extraordinarius, & ſine iure ſucceſſionis, quod equidem adnotandum: nam quando hoc ſucceſſit, non adhuc Aaron Pontifex conſtitutus, & ſic, vt ſuo fungeretur officio, oratione ſcilicet, non armis pugnare, non ad campum, ſed ad montem, non enſe ſe præcinxit, ſed Dei virga, non manus extendit ad occiſionem, ſed ad orationem. Egregiè Origenes homil. 6. in cap. 8. Leuitic. *Erat Moyſes*, ait, *indeſinenter in tabernaculo Domini; quod autem opus eius erat? vt à Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret; hæc duo ſunt pontificis opera, vt à Deo diſcat legendo ſcripturas ſacras, & ſæpius meditando, aut populum doceat ea, quæ didicerit, non ex proprio corde, vel ex humano ſenſu: eſt & aliud opus, quod faciet Moyſes, ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos, ſed orat, & dum ille orat vincit populus eius, ſi relaxauerit, & dimiſerit manus, populus eius vincitur, & fugatur, oret ergo & ſacerdos Eccleſiæ indeſinenter, vt vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas, qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui piè volunt viuere in Chriſto.* Breuibus poteram Origenem adducere, ſed data opera non feci, quod etiam & ſæpè facio, vt ſemel hoc dicam, non ad pompam ſcribo, Deus ſcit; aliqua enim in patribus reperio connexa ijs, quæ ad meum faciunt inſtitutum, licet ipſa non ad illum, ſic pulchra, & ad mores, vt poſſibile, & ſi non ad meum, ad illum legentis, quis ſcit, ſi ex illis motus, aut ipſe proficiat, aut alios proficere faciet. Hinc tranſcribendi laborem non recuſo, & ſi ſuperfluum aliqui dicent; ob hoc etiam aphoriſmos in margine eruo, vt & ſi non id quod ego, id forſitan, quod ipſi quæruntin patribus inueniant. Ad nos ergo redeuntes prolixa Origenis verba ideo adduxi, vt faciem nunc proſpiciens Eccleſiæ videas, & aſpicias an in illa tales ſint Pontifices, quales æſtimat Origenes, ſi ſemper in tabernaculo, an in plateis, & Pontificis, aut Regum aulis, ſi à Deo diſcunt, vt populum doceant, ſi ſcripturas ſacras ob hoc euoluunt, an Bartolos & Baldos; proh pudor! inter mille vix vnum Theologum inuenies, vix Dei concionatorem; cuius rationem ſi quæras, illa, quia homines non ſunt orationis. O quàm grauiter hoc Gregor. dixit lib. 1. expoſitionum in cap. 2. Reg. ſuper illa verba, *Et ſermo Domini erat pretioſus, hoc eſt rarus*, ait Sanctus, *quia dum rarus eſſet, qui ſumma contemplando cerneret, frequens eſſe non poterat, qui bona loquendo prædicaret, quod nunc quoque in ſancta Eccleſia fieri videmus, quia dum plerique de reuerentia culminis gloriam affectant honoris, ſumma, quæ videri nequeunt ſubiectis plebibus prædicare non poſſunt, ideo rarus eſt eorum ſermo apud populum, quia raro prædicationis hortamenta audiunt, quorum prælati ex deſiderio non quærunt ſuperna, quæ dicant, ſed terrena, quæ agunt, quos notat ſcriptura, Iſaiæ 56. canes muti non valentes latrare, non dixit non volentes, ſed non valentes, quia certè dum mundi gloriam ex toto corde diligunt, vellent populo ſublimia dicere, vt etiam de ſublimitate verbi poſſent gloriam habere, ſed latrare non poſſunt, quia occulta veritatis, quæ proferant reuelationis nulla comprehendunt.* Expende tu Gregorium, nolo ego, ne morioſus ſim, ideo ad Origenem rediens, dico quod aduertas; ſi prælati ſecundum eorum officium, ſi ſacerdotes, vt ipſe affirmat orant ſemper, ſi non ſolum orant, ſed

Origen.

38. Eccleſiæ ſanctiſſimæ miſer ſtatus dum rarus in ea Pontifex Theologus, dum rarus concionator, ac orationis vir.

17. Moſes ad pugnandum non deſcendit ipſe, quia ſacerdos cuius officium eſt orare.

S. Thom. Becanus.

homines ſint orationis, ſi in eorum electione hoc munus attenditur, ſi tales eliguntur, vt Deus elegit, & quando videris aliquando nil horum in ipſis requiri, nullam in eis ſcripturarum ſcientiam, nullam orationem, nullam prædicationem, ne mireris, ſi dæmones graſſantur, ſi hæretici proſperantur, ſi populus ſuccumbit Chriſtianus, deſunt ſacerdotum arma ſpiritualia à quibus corporalia vim accipiunt, quid mirum, ſi Dei populus deperditur, ſi ſubiugatur?

4. Reg. 13. num. 16. Enimuero *Affer arcum, & ſagittam*, Eliſeus Regi iuſſit Ioas, 4. Regum 13. num. 16. vt demolitionem Siriæ illi prædiceret, cumque allata eſſent, iterum ei iuſſit, vt poneret manum ſuper arcum, quod cum ille feciſſet, ſuperpoſuit Eliſeus manus ſuas manibus Regis, & ſic iaciens Rex ſagittam, ait Eliſeus, *Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Siriam.* In quo facto adnoto Regem ad Eliſeum accurriſſe, quando ad mortem ægrotabat, cuius dolore motus flebat amare, reputans deficiente Eliſeo ſimul quod & victoriæ, quas illo viuente obtinuerat. Vnde *Ioſephus.* Ioſephus lib. 9. antiquitat. cap. 8. *Venit Rex*, ait, *Iſraël viſitare Eliſeum, & dum eum in nouiſſimis inueniſſet capit flere, præter eum dicens nunquam contra hoſtes armis egiſſe, ſed illius Prophetia ſine dimicatione viciſſe, qui dum è vita diſcederet, Hebræos Siris, & aliis inimicis captiuandos relinqueret; quapropter nec ipſam vitam ſecuram vlterius fore dicebat.* Ergo timidus Rex, vt facto victorias illi Eliſeus prædiceret arcum iubet afferri, & iaculari ſagittas, ſed ad quid manus manibus Regis ſuperimponere, quaſi ſimul eſſent dimicaturi, cum paulo poſt ipſe mortuus? Sanè, ad nil deſeruirent, ſi armis Eliſeus olim pugnaſſet; at quia vt ipſemet Rex profitebatur, non armis, ſed *Prophetia*, hoc eſt oratione, & hanc etiam poſt mortem fuſurus erat, ideo manus ſuas manibus impoſuit Regis, *Ad oſtendendum*, vt ait Lyra. *quod meritis ipſius daretur Regi ſignum victoriæ.* Ex quo duo elicienda; Primum, Regibus victorias non ex ipſis, ſed ex Dei ſeruorum oratione; & ſecundum, quod niſi illi manus ſuper imponant orando, vanus omnis eorum labor, vana omnia eorum arma: nam non tantum bella armis vincuntur, quantum oratione, Iſaias 41. numer. 24. de Abrahamo, eiuſque poſterorum victorijs loquens, *Vocabit nomen meum*, ait, hoc eſt orabit, *& adducet magiſtratus quaſi lutum, & velut plaſtes conculcans humum*; vbi vt opinatur, & rectè Sanchez de victoriis tum Abrahami, tum eius poſterorum eſt ſermo, in quibus non ipſi armis, non robore vicerunt gentes duplo maiores, ac fortiores, quàm ipſi, ſed oratione, nomine Domini inuocato, quod ſacratiſſimum nomen, quam orationem ſemel, & iterum, dum Machabæi intermiſerant, vt idem adnotat author in hunc locum n. 51. ab Antiocho Rege primũ, lib. 1. c. 16. & iterum c. 8. ſuperati, principem exercitus Iudam amiſerant, vt videas quomodo victoriæ non ab armis, ſed ab oratione, & maximè ſacerdotũ proficiſcuntur; cuius equidem rationem perpulchram, & veriſſimam affert Chryſoſt. ſerm. de Moyſe in primo tom. quia non tam exterior dum bellatur eſt pugna, quam interior, hoc eſt inuiſibilis, non tantum cum hominibus, quantum cum dæmonibus ſigna conferuntur, quod adnotauit Sanctus in victoria illa Ioſue Moſe orante, vt ſupra vidimus, *Fit*, inquit, *Moyſe orante occulta pugna, manifeſta victoria, latenter dimicat, vt euidenter deuincat.* Egregiè, duo ſunt inimici, quando Chriſtiani pugnant, viſibiles, inuiſibiles, contra illos milites, contra iſtos ſacerdotes, cum iſtis pugna occulta, cum illis manifeſta; vt ergo victoria ſit euidens, vt manifeſta exterorum inimicorum deuictio, neceſſe vt prius occulti vincantur inimici, qui fortiores, à quibus vires ſui auſpicantur; iſti autem quia ſpirituales, non carnalibus, ſed ſpiritualibus oppugnantur armis, oratione, precatione, lachrymis. Hinc vt rectè Chryſoſt. ibidem, *hoſtis dum oras premitur, dum ceſſas erigitur*; quid ergo ex hoc? vt quia hoc veriſſimum, ſanguis qui effunditur Chriſtianorum, bella quæ infeliciter aguntur, victoriæ inimicorum, non horum armis, non horum viribus, ſed deſidiæ deputanda ſunt ſacerdotum, qui non orant, quia occultam non deuincunt pugnam, qui hoſtes prius non debellant inuiſibiles.

Quid? vincerent ne fideles infideles, impuriſſimi canes hæretici Catholicos ſi ſacerdotes orarent? vnde eis victoria, qui maiori digni ſunt ira, quorum ſcelera amplius Dei prouocant vindictam; vnde ergo vincunt, etſi in peccatis toti, etſi ipſis inferni digni pœnis, ac flammis? ſane quia deeſt ſacerdotum oratio; attende, Geneſ. 15. numer. 16. dum Abrahamus à Deo peteret, quando poſſeſſurus ipſe illam erat terram ſibi promiſſam, cum iam ipſe ſenex, & inſuper abſque liberis; cui Deus & liberos promittens, & tempus quando illam ei eſſet daturus, poſt quadringentos nempe annos, huius rei rationem addens, ait: *Nondum enim completa ſunt iniquitates Amorrhæorum.* Quas ſciebat Deus poſt quadringẽtos completuras annos, quod tempus tunc extitit, quando Iſraëlitæ ex Ægypto egreſſi contra illos pugnarunt; at ſi attendes in prima pugna contra Amalech, vt ſup. diximus oratio neceſſaria: nam deficiente oratione Amalech vincebat; quid ergo? ſi peccata Amalech iam completa, ſi eius iniquitates Dei iram prouocabant, ſi iam tempus aderat eius deſolationis, cur neceſſaria oratio, ſic vt hac ceſſante contra Dei populum ſanctum inſurgat, & præualeat? Pulchrè Chryſoſtom. vbi ſup. ne humanum, non cæleſte reputaretur certamen. *Oratio*, ait Sanctus, *in vltionem inimici dirigitur, cuius ſcelera iam interitum prouocabant*, ſigna verbum, *ne dum Moyſis oratio circa victoriæ effectum minus valeret, inimici virtus in populum Dei potentior eſſet, vt non iam cæleſte; ſed humanum certamen ab omnibus putaretur.* Pulchrè, occiſionem, ac ſtragem inſidi merebantur, Dei

A B C D

Chryſoſt. 21. Eius rei euidens ratio.

21. Ob incuriam orandi ſacerdotum hoſtes vincunt, exercitus fundunt Catholicorũ.

19. Eliſeus cur manus ſuas manibus regis ſuperpoſuit ad ſagittas mittẽdum. *Lyra.*

20. Bella non tantum armis vincuntur quantum ſacerdotum oratione. *Iſaias 41. num. 24.* *Sanchez.*

Geneſ. 15. num. 16.

13. Oratio Moſis contra Amalech cur neceſſaria, & ſi alias ille deſtruẽdus ob peccata iam ad numerum completa:

Digitized by Google

vindictam eorum prouocantibus sceleribus; attamen & si hoc, tamen deficiente oratione superabant, quia virtus eorum per orationem non erat infracta, quæ naturaliter virtutem vincebat Israëlis, dum viribus, ac corpore maiores, dum artis bellicæ peritiores. Ergo vt Israël vincat, & certamen, ac victoriam æstimet non humanam, sed diuinam necessarium, vt & si peccata alias inimicorum illud mereantur, vt sacerdotis accedat oratio, quæ eorum inualidet virtutem, quæ eorum debilitet arma, sic profecto, mille digni sunt hæretici infortunijs, mille apud Deum pœnis, Dei in se semper prouocantes vindictam; at perfidi vincunt, Catholicos fugant, quia sacerdotum deest oratio, quia sacerdotum deprecatio.

At dices verum, sed quid si peccata adsunt, si populus malus, si princeps peccator, si respublica plena nefandis, nunquid non pessum ibit, & si nihilominus orent sacerdotes? certè non tota reipublicæ ruina, quia sacerdotes non orant. Sanè inficias non eam orantibus sacerdotibus, etiam ob peccata regna desolari; sed dic mihi, cur peccatores non conuertuntur, cur tanta grassantur peccata, cur peccatores in dies magis obdurantur? nonne quia sacerdotes, nonne quia Pontifices, non orant?

24. Peccatorum ferrea corda non vi, sed inspiratione sciduntur.

Enimuero, si attendes ferrea peccatorum corda, durasque ceruices, quid putas conquassandæ, ne vi, violentia, metu, supplicio? nihil minus, nil hæc efficiunt, vna tantummodo Dei inspiratio, vnus Spiritus sancti afflatus totum illud perficit negotium, quod prius impossibile prorsus videbatur. En tibi in figura hoc præsignatum in horribili illa Nabuchodonosoris statua, Daniel 2. num. 34. pedes illius ferrum, hos non ferrum, sed lapis comminuit sine manibus excisus; mirum vt lapis ad comminuendum ferrum eligatur, & lapis sine manibus excisus, hoc est nulla humana industria, *Videbas ita*, ait Daniel ad Regem, *donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & comminuit eos.* Quale in hoc mysterium? inter mille, quæ alibi elucidauimus, nunc illud, quod acutè Richard. à S. Victore considerauit lib. de erudit. interior. homin. parte 1. cap. 27. qui perbelle cap. præcedenti statuam totam homini adaptat spirituali, sed imperfecto, ac de primo statu exciso; *Per aurum*, ait, *potest intelligi arrogantia, per argentum iactantia, per æs pertinacia, per ferrum sæuitia, per testam impatientia*: nam spiritualis homo, quasi aurum ait, *cæteros omnes despicit, supra illos se elevans, sicut aurum supra metalla, argentum quia dulcè sonum habet iactantiam significat, æs quod durabile pertinaciam, ferrum, quod cætera domat sæuitiam; per testam autem quæ frangitur impatientia.* Vidisti vnquam tale monstrum? vtinam somnium hoc esset, & non ipsamet veritas. Certè equidem & in veritate comperi, quod sicut nullus melior, quam spiritualis proficiens, sic nullus peior quam spiritualis deficiens, & quod tremendum, sic pertinaces in sua persistunt malitia, vt prosus ferrei, sic impatientes ad correptionem, vt prorsus tetacei, nullum blandæ correptionis verbum patienter tolerare valentes. *Væ eis*, dignè ait Richard. *quid enim de his poterit fieri, vel quæ iam vlterius spes haberi, qui propter arrogantiam nullo modo possunt à suo tumore eijci, nec propter pertinaciam de suo errore conuinci, nec propter ferri duritiem à suo rigore deflecti, nec propter testeam fragilitatem de suo torpore redargui*; Quid ergo rectè sequitur idem? nunquid de his desperandum? absit ideò ait Richard. lapis exciditur sine manibus, vt quod impossibile humana est industria, fiat diuina. *Ecce lapis*, ait, *sine manibus abscinditur vnde ferri duritia conteratur, & quidem rectè; quæ enim manus talem lapidem concidere, seu etiam abscindere posset, qui ferrum conterere, vel comminuere valeret? sed quod non potest humana opera, vel qualibet humana industria, fit in sola voluntate diuina, solus Deus est, qui quaties, & quacunque voluerit potest operari; sed quid quæso est, qui hoc potuit, & voluit operari, manibus minime voluit hæc perficere; an fortè quia in huiusmodi ferreis, & obduratis mentibus melius operatur inspiratione, quam percussione, corrigiturque sæpe interna illustratione, quæ non possunt flagella corrigere.* Egregiè, etsi deploratæ sunt tales sortis, tamen non de illis desperandum: nam etsi nulla adsit humana, quæ eos corrigere possit industria, adest diuina, suauis nempe illa Spiritus sancti inspiratio, diuina illa illustratio. Ergo non ferro, non armis, non humana conuertuntur peccatores industria, sed diuina inspiratione, inflammatione; sane, quid ergo ex hoc, illud, scilicet quod vnicum medium ad illam acquirendam, vna est oratio præsulis, vna est oratio sacerdotis. Plenæ certè sunt de hoc sanctorum historiæ de conuersionibus peccatorum, sanctorum potius oratione, quam industria, aut labore. Bernard. cum Parisijs nil effecisset prædicatione, nullumque penitus ex scholaribus conuertisset, ad gemitus, ad orationes se dedit; quid? mane illico innumerabiles ad Deum conuertit. Ioann. Maior in Speculo Exemplorum verbo *conuersio*, exemplo 9. Petrus Damianus refert, & habetur in prato spirituali lib. 4. c. 15. fratrem mortuum, dum ad sepeliendum alij fratres ducerent, inter missarum solemnia resuscitatum, Deum blasphemasse, Virginem sanctissimam maledixisse, crucem conspuisse, tandem se damnatum proclamasse; quibus nil fratribus territis ad orationem sic instanter corruisse, vt non prius ab illa se erigerent, quin salutem impetrarent fratris. Morosus essem, si singula vellem adducere, quid ergo? illud sane, quod si peccata adsunt in Republica, si peccatores non conuertuntur, ob quod regna desolantur, vide an hoc, quia sacerdotes non orant, quia à Deo spiritum non impetrant correctionis.

Daniel. 2. n. 34.

Richard. à S. Vict.

25. Hominis spiritualis imperfecti miser status in Nabuchodonosoris statua obumbratus.

Ioann. Maior. Prat. Spiritual. Exempla.

Enimuero certum, indubitatumque est, quod sacerdotes peccata populi comedunt, sic per Oseam Dominus cap. 4. num. 8. *Peccata populi mei comedent*; quæ verba diuersimode à docto-

Oseæ 4. n. 8.

Digitized by Google

ribus intelliguntur, & explicantur. Aliqui, qui pro *peccatis* pœnas accipiunt peccatorum, hunc faciunt sensum, sacerdotes comedent, hoc est luent pœnas peccatorum populi, quorum causa fuerunt sua dissimulatione. *Efficiam, vt quæ comederunt peccata*, inquit Christof. à Castro, *& quorum ipsi fuerunt causa euomant cum visceribus*. Vnde Theodoret. *Metent quæ seminarunt, & suorum peccatorum fructum vindemiabunt*; Alij pro peccatis hostias accipientes, quæ pro eis offerebantur, sic locum intelligunt, vt tunc peccata populi sacerdotes comedant, quando redditibus contenti spiritualem salutem populorum non curant, conuiuantes interim ipsi, & epulantes, *Quasi dicat*, inquit Bernard. serm. 77. in Cantic. *peccatorum præmia exigunt, & peccantibus debitam sollicitudinem non impendunt*. In quo loco Prosper. lib. 2. de vita contemplatiua cap. 10. nescio quid subtilius cogitat contra eos, qui locupletari de redditibus volunt Ecclesiasticis, affirmans Ecclesiasticum, qui tantum necessarijs erit contentus, non peccata, sed alimenta comedere, qui ad superflua inhiat, peccata comedere, quasi idem sit peccatum ac superfluum in Clerico; vnde de Clerico diuite, & qui patrimonio abundat, tamen Ecclesiastica petit beneficia, sic ait: *Nec illi qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat accipiunt, de Clericis inquit Spiritus sanctus, peccata populi mei comedunt, sed sicut nihil habentes proprium non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur accipiunt, ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt*. Terribilis sententia, ac tremenda clericis ex patrimonio diuitibus, qui vt amplius luxurientur ad bona aduolant Ecclesiastica, dum ex patrimonio sufficientia retrahere alimenta potentant, non alimenta, sed peccata comedunt, euoment illa cum inteſtinis. Alij, vt Hieronym. Haim. Hugo, Lyranus, & Ribera pro *peccatis* hostias intelligentes, quæ offerebantur pro peccato affirmant, sacerdotes peccata populi comedere, quando ne sæculares indignentur, ac minus sint in sacrificijs, eorum extenuant peccata, quasi non magna, fragilitatem accusantes naturæ, sic eos demulcentes, vt ne sint pro illis anxij, seipsos ad satisfactionem proferunt pro eis, quasi dicant, *Sanguis eius sit super nos*, & hoc, ne temporalia stipendia amittant; Vnde Gregor. homil. 17. in Euangelia: *Cur*, inquit, *peccata populi comedunt, nisi quia peccata delinquentium fouent, ne temporalia stipendia amittant*; & Arias, *Optant magnam peccatorum esse copiam, quæ suam illis mercem cum quæstu, compendioque suppeditent*. Hæc doctrina quanta quanta illos taxat sacerdotes principum confessores, ac consultores, qui gratiam vt aucupentur, qui emolumenta, qui dignitates; qui honores, qui commoda, qui reddirus, qui tandem potentiam, & dominatum, doctrinas inuueniunt nouas, ac sensui accommodatas, qui doctores eo fine legunt, non vt veritatem hauriant, sed quam ipsi in illis inuenire desiderant, distinctiones, præcisiones, declarationes, glosas in illis adhibentes, donec tandem velint nolint quod ipsi ambiunt affirment, & hoc totum vt conscientiam sedent principum, vt malum bonum appareat, vt ipsum vitium virtus; non hoc dicerem, nisi manibus hæc attrectantem, sic vt sæpè consultus, cum secundum doctrinam antiquorum, secundum veritatem, secundum regulas respondissem antiquas in fauorem pauperum, contra potentis desiderium contrarium illum exercuisse, quia alter ad sensum loquens nescio quibus nouis distinctionibus, ac sentibus conscientiam sedauit illius; quid ex hoc? illud, vt quia nemo sit principum, qui hoc non gustet, qui de hoc non lætetur, ad hos accurrant, hos suspiciant; væ illis, quia peccata comedunt populorum, & sanguis horum super illos cadet.

At alij magis ad nostrum institutum affirmant, ideo sacerdotes peccata populi comedere, quia per oblationes, sacrificia, & orationem illa absumunt Deum placando; sic Alexand. Papa epist. 2. & habetur 1. quæst. 1. cap. *ipsi sacerdotes*, Anastas. Nissenus lib. quæstion. in scripturam sub finem, Ruffinus in hunc locum, Theodoret. quæst. 10. in Leuitic. cap. 10. vbi illud affirmat ex illo quod Moyses filijs dixit Aaron, dum hircum totum cremarunt, cum edere eum debuissent; *Cur*, ait, *non comedistis hostias pro peccato in loco Sancto, qua Sancta Sanctorum est? nonne Dominus hoc vobis dedit ad edendum, vt auferatis peccatum cœtus, & propitius sitis in conspectu Domini*. Ergo peccata sacerdotes comedunt populi, dum tenentur pro illis hostias offerre; & Dominum placare, & simul peccata comedunt, dum ex redditibus sustentantur Ecclesiasticis; quid ergo ex hoc? illud sanè, vt sciant quod vt quæ comeduntur digerantur, vt in sustentum conuertantur, vt malos non generent humores, vt tandem non occidant comedétem, necessarius est calor digestiuus, alioquin præfocabuntur; at qualis iste calor, nisi feruor orationis? *Decemur*, ait Theodoret. *nos qui edimus ea, quæ offeruntur à populo, & non secundum legem viuimus, & non pro illis citra formidinem Domino supplicamus supplicium esse laturos à Deo*. Notanda sententia: nam non solum dixit supplicium laturos sacerdotes si non orant, sed si non citra formidinem Domino supplicant; quid ex hoc? quantum capio, illud, vt non sufficiat sacerdoti tantum orare, sed illi necessarium, vt oret sine formidine, conscientia scilicet pura, nil illum reprehendente, sic vt coram Deo adstet irreprehensibilis: nam alioquin supplicium non effugiet; vnde non solum debet orare, sed feruenter orare, ad hoc vt peccata quæ comedit coram Deo ea digerere possit, sic vt iam non sint sanguis occidens, sed viuificans, sed sustentans.

Hinc, quia populorum peccatorum sacerdotibus, ac pastoribus incumbit onus, qui verè pastores sunt, qui verè sacerdotes, non sic cito suprà se onus suscipiunt, & oues in humeris subleuant, ac mille curis oppressi supra modum tristes ad orationem totos statim se dant, non tantum lachrymas, sed sanguinem in illa perfundentes, & vsque ad sanguinem in illa insistentes, non prius inde surgentes ac pro suis exauditos se sentiant.

26. Sacerdotes quo sensu dicantur peccata comedere populi. *Christof. à Castro. Theodor.*

Bernard.

27. Sacerdotes & Clerici ex patrimonio diuites ad bona aduolantes ecclesiastica vt ditiores fiant quantum iudicij pondus subeunt.

Hieron. Haimus. Hugo Lyranus. Ribera.

Gregor.

Arias.

28. Principum ac Regum confessores vt peccata populi comedunt.

Alexand. Papa. Anastas. Nissen. Ruffin. Theodor.

29. Efficax ratio cur oratio necessaria sacerdoti, & proprium illius sit orare.

30. Sacerdotes sancti vsque ad sanguinem gemunt quando onus suscipiunt sacerdotale.

Hoc totum adamuſſim repræſentatum inueniet quis in Chriſto Domino noſtro, & quidem ſi in tota vita, præcipuè tamen in horto, quando
Matt.26. num.39. Matth.26.num.39. *Aſſumpto Petro, & duobus filijs Zebedei cœpit contriſtari, & mœſtus eſſe, & ait illis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, ſuſtinete hîc, & vigilate mecum*; ſeu vt Lucas ait
Luc. 22. num. 41. cap.22.num.41. *Orate ne intretis in tentationem.* In quibus verbis primum adnoto, non ante contriſtatus, quàm diſcipuli aſſumpti, vnde ſtatim ac eos aſſumpſit illico triſtatus, & vſque ad mortem triſtatus; quale in hoc myſterium? illud profectò agnouit Hilar. canon. 30. in Matth. acutè proſpiciens ex hoc facto, Chriſtum non pro ſe, ſed pro diſcipulis aſſumptis triſtatus, eorum periculum timens, eorum damna præueniens, eorum ſcandalum formidans, eorum ſalutem extimeſcens. *Ergo*, ait Hilar. *non ante triſtis eſt, quàm aſſumit, & omnis metus illis eſſe cœpit aſſumptis, atque ita non de ſe orta eſt, ſed de his quos aſſumpſerat mœſtitudo, vnde ait: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, non ait propter mortem, ſciebat exterrendos, fugandos, negaturos, metuebat ne ſe Deum negarent, quem caſum, & conſputum, & crucifixum eſſent contemplaturi.* Egregiè quidem, non pro ſe timet Chriſtus, non ſtat triſtis propter mortem, ſed vſque ad mortem, & tunc non ante triſtis eſſe cœpit, quando diſcipulos aſſumit, & tunc vſque ad mortem triſtis, quando eorum pericula timet, quando eorum formidat damna, quid hinc? nonne illud, vt qui verè animarum eſt paſtor, qui verè Dei ſacerdos, dum ſe preſſum alpicit animarum onere, tunc tunc, quando hoc onus aſſumit & triſtis, & mœſtus debet eſſe vſque ad mortem, non ſua conſiderans, ſed aliorum, non ſuas dignitates, ſed aliorum pericula. O cæcitas Chriſtianorum! ô ſtoliditas hominum ſpiritualium ad ſacerdotium, ad dignitates ſic inhiant, ſic accurrunt ac ſi epulæ eſſent, ſic ſupra ſe onus imponunt animarum, vt non gemere ſub illo, ſed lætari eis ſit fas; hinc fauſta illis acclamant, hunc & ipſi ea libêter recipiunt; ô ſi ſcirent quale onus illud, ſicut Chriſtus gemerent, & vſque ad mortem triſtarentur vt ipſe.

31. Chriſtus in horto cur triſtatus vſque ad mortem. *Hilar.*

At nunquid ſolum triſtis poſt aſſumptos diſcipulos, quid amplius fecit? profecto cutò ad orationem accurrit, & vt eorum prouideat ſaluti, ſic in oratione perſtitit; vt vſque ad ſanguinem deſudaret, ita vt nõ prius ab illa deſiſteret, quàm vt ait Apoſtolus, eſſet pro ſua reuerentia exauditus. In qua oratione ſecundum Hilarij ſenſum, ſi diligenter attenditur tota pro diſcipulorum ſalute, tota pro aſſumptorum profectu facta reperitur. Primò, vt deuotiſſime adnotat ſanctus, orans, vt quia iam Petrus eum erat negaturus; negaſſet eum vt hominem, non vt Deum, quod & impetrauit. *Metuebat ne ſe Deum negaret*, ait Sanctus, *qui ſpiritus blaſphemia nec hic, nec in æternum remittitur*; Quod equidem ſi Petrus feciſſet illum Chriſtus amiſiſſet; quid ergo? obtinuit, vt negaret eum vt hominem, non vt Deum, *Quæ ratio ſeruata in Petro eſt*, ſequitur Sanctus, *qui cum negaturus eſſet, ita negauit, non nomi hominem, quod dictum aliquid in filium hominis remittitur.* Audiſti vnquam quid excellentius? non potuit omnino tollere peccatum, vſque ad ſanguinem, ſudauit, orauit, vt ex malo eſſet quod minus, quod remiſſibile, ſacerdotibus, prælatis, ac paſtoribus præbens exemplum vſque ad ſanguinem deſudandi, vt & ſi omnino peccata non tollantur, ſint minora, ſint pauciora, ſint leuiora. Sed ad Chriſtum redeuntes, illud impetrauit pro Petro; at pro reliquis quid? illud, vt quia impoſſibile vt ſine paſſione ad vitam ingrederentur, ſic illas ſuſtinerent ſicut ipſe, eodem animo, eadem fortitudine, tandem eadem ſpe; quod ſubtiliter aduertit Hilarius ex verbis illis: *Si poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte*; ponderans non dixiſſe Chriſtum, *Tranſeat me, ſed tranſeat à me*; *nunquid ait*, inquit Hilar. *Tranſeat me calix iſte, hæc enim futura erat pro ſe timentis ætas, ſed aliud eſt vt tranſeat ſe, aliud vt à ſe tranſeat, deprecari*; quod explicans ſic ſequitur: *In eo quod ſe tranſit, ipſe ille à moleſtia tranſeuntis excipitur; qui autem vt à ſe tranſeat rogat, non vt ipſe pretereatur orat, ſed vt in alterum id quod à ſe tranſit, excedat.* Pulchrè, orauit vt calix à ſe tranſiret, non ſe, quaſi non paſſurus, ſed vt à ſe, vt & patiendo ipſe, paterentur & diſcipuli; ſciebat enim impoſſibile non eſſe paſſuros, ſed ſic tranſiret, vt eodem modo, eademque paterentur forma ac ipſe, vt ſic ad vitam ipſis eſſent tribulationes ſicut & ipſi. *Totus igitur*, ait Hilarius, *ſuper his, qui paſſuri erant metus erat, atque ideo, quia non eſt poſſibile ſe non pati, pro his rogat, qui paſſuri pro ſe erant, dicens: Tranſeat calix à me, id eſt quomodo à me bibitur, ita ab his bibatur, ſine ſpei diffidentia, ſine ſenſu doloris, ſine metu mortis.* Egregiè, vidit paſſuros diſcipulos, ſicut ipſe patiebatur, tribulationes omnino ab eis tollere non poterat; quid ergo, triſtatus eſt vſque ad mortem, orauit vſque ad effuſionem ſanguinis, vt ſic paterentur, quod paſſiones eſſent eis ad vitam, totus quantus quantus ſuper diſcipulos incumbens, totus quidem, non tantum orans, ſed in oratione liquefactus, ſacerdotibus ipſe ſummus ſacerdos exemplum præbens, non ſolum quod orare tenentur, ſed etiam quomodo, certè vſque ad ſanguinis emiſſionem, & de quo timere, ſcilicet vt ne à ſanctitate populi excidant, zelum non dignitatis, ſed populorum ſanctitatis habentes; proh dolor! non quibuſlibet, ſed ſanguineis exprimendus lachrymis, vſque ad mortẽ, vſque ad ſanguinem; videas ſacerdotes, prælatos, pontifices pro dignitate tuenda deſudare, pro hac non ſolum impendunt, ſed ſe ſuper impendunt; at pro ſanctitate populorum vix eſt qui recogitet, vix qui oret. *Vides*, inquit Bernard. ad Eugenium Pontificem, *nonnullorum in Eccleſia zelum omnem ferueſcere pro dignitate tuenda, dignitati datur totum, ſanctitati parum, vel nihil.* Videas Petrum pro tuendo Chriſto totum, manus, totum feruorem ad enſem accurrere, ad gladium; at quando pro ſe orare, quando pro cæteris quia caput, videas illum dormire, non orare; quid ergo? Merito reprehenſus; non equidem illa damnanda, ſed quod ſint ſola, ſed quod pro populorum ſanctitate aut nullus, aut vix ſit zelus, vix ſit oratio; hoc equidem prædamnandum.

Concludam tandem debere ſacerdotes orare, & ad orationem teneri ex facilitate qua Deus orationes eorum audit, quatenus tales, quatenus eorum explent officium; certè in humanis

Hilarius.

32. Chriſtus in horto orans totus pro ſalute ſuorum.

33. Quid pro Petro impetrauit, & quid pro reliquis.

34. Vſque ad ſanguinem ſudauit vt ſaltem ex peccatis neceſſario euenturis quæ minora euenirent.

35. Prælatorum error dum toti ſunt ad dignitatem tuendam non ſanctitatem. *Bernard.*

36. Deus facilius ſacerdotum orationes audit, quia eius ſunt miniſtri.

hoc videmus, gratioſiores ſunt principes in populum, liberaliores, ac ad benefaciendum promptiores, quando qui pro alijs orat eius ſunt miniſtri, eius, vt ſic dicam collaterones. En 2. Reg. 14. mulier pro Abſalone Dauid rogauit Regem, & tamen Dauid gratiam non mulieri, ſed Ioab præſtitit, qui eius miniſter, & tunc reditum Abſalonis conceſſit, quando Ioab intellexit rogantem; vnde mulieri: *Nunquid manus Ioab tecum eſt in omnibus iſtis?* num. 19. & infrà, *ait Rex ad Ioab, Ecce placatus feci verbum tuum, vade ergo, & reuoca filium Abſalon*; ſic profectò Deus, quando miniſtri eius orant, cito exaudit, ſic cito vt ſufficiat, quod ad orandum illos videat ſe accingere, ſe præparare; Actorum 3. Petrus, & Ioannes antequam in orationem procumberent, nulla ad Deum effuſa prece; claudum ex vtero ſanarunt tantum imperando vt in ipſos reſpiceret, *Reſpice in nos*, & ſtatim, *in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula, & exiliens ſtetit.* Mirum, vt nulla præcedente oratione illud efficerent, hoc equidem tanquam proprium de Chriſto mille in locis obſeruant Euangeliſtæ; vnde ſtupentes turbæ dicebant, Luc. 14. num. 36. *Quod eſt hoc verbum, quia in poteſtate, & virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt?* quod de doctrina expreſſius Marcus cap. 1. num. 22. *Erat enim docens eos, quaſi poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ*; quid ergo? nunquid pares diſcipuli cum magiſtro? non equidem, ſed vide, an quia ſuperius præmiſerat Lucas quod *aſcendebant in templum*, ad orandum *ad horam orationis nonam*; Si ergo ſacerdotes, ſi pontifices, ſi Dei miniſtri ad orandum deputati, certè non illis ſicut cæteris neceſſe, vt actu orent adhoc vt Deus exaudiat, ſed Deo ſufficit, vt ad orandum ſe accingant, vnde rectè exclamans Chryſoſt ſuper verba illa ſapientiæ, *Iuſtorum anima*, ait, *ô glorioſum myſterium Apoſtolorum ante in templo operantur, quàm ipſi Dominum deprecentur, ante virtus oſtenditur, quam oratio ad Dominum promittatur, effectus preces præueniũt*; Pende ly, *ô glorioſum myſterium Apoſtolorum*, quaſi dicat Sanctus, non omnium hoc, nec omnes ſic cito Deum exaudire, niſi qui eodem vtuntur miniſterio, ac Apoſtoli, nempe pontifices, prælati, ac ſacerdotes eorum ſucceſſores; ob quod certè inexcuſabiles ſunt non orantes, & vti alteri Aarones ſcutum pro populo non ponentes orationem, ſicut ille, qui vt noſter ait Sapiens, *Proferens ſeruituris ſua ſcutum.*

2. *Reg.* 14. num. 19.

37. Immo antequam offet.

Act. 3.

Luc. 14. num. 36. *Marc.* 1. num. 22.

Chryſoſt.

Num. 22. *Vicit autem turbas non in virtute corporis, nec armature potentia, ſed verbo illum qui ſe vexabat ſubiecit. inuamenta parentum, & teſtamentum commemorans.*

Num. 23. *Cum enim iam acernatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui, interſtitit, & amputauit impetum, & diuiſit illam, que ad vinos ducebat viam.*

Commentum literæ.

Concio Aspitis.

ORatione Deum placaſſe Aaron ſupra dixerat author, nunc quanta efficacia illud effecit, ſeu poteſtate, qualique oratione ſit vſus explicat, ait ergo:

A *Vicit autem turbas, &c.* Complutenſ. & Regij ex Græc. habent; *vaſtatorem*, aut *exterminatorem*, Angelum ſcilicet vt infra dicemus, ſed nõ oportet à vulgaro diſcedere, cum per *turbas* plagam ipſam populum deuaſtantem intelligant, & optimè enarratores Latini, turbas, id eſt *peſtes*, ait Hugo, *tribulantes populum fugans eas.* Cãtacuz. per *turbas* intelligit turbationes, quæ erant in populis, quorum impetum graui fregerit ſermone, Bonauent. *Populum turbatum*, Carthuſ. *improbitatem* tribuum Iſraël, primus ſenſus verus vt diximus.

Hugo. Cantacuz. Bonauent. Carthuſ.

B *Sed verbo illum, qui ſe vexabat ſubiecit, &c.* Græca, *Sed verbo torquentem ſubiecit*, Angelum ſcilicet deuaſtatorem, quod oratione, immo vt vult Lorinus, nei fiducia, etiam iuſſu, & imperio, iuramenta, & pacta cum parentibus Abraham, Iſaac, & Iacob inita allegans, vnde in ordinem illum redegit, ac ſibi ſubiecit. Commentum Iudæorum ad tabernaculum adduxiſſe Aaron Angelum nolentem ceſſare, ibique oratione Moſis à Deo iuſſus, vt ceſſaret; merito ab Abulenſi in Exod. vbi ſup. irridetur, cum contrarium ex his, & ſequentibus ſcripturæ verbis conſtat, Aaron ſcilicet antequam ad tabernaculum reuerteretur compreſſiſſe incendium.

Lorinus.

Iuramenta parentum, & teſtamentum commemorans, &c. Deo nimirum in oratione ſimul & Angelo vt ſupra dixi, qui optimus ad impetrandum modus, beneficia Deo recolere præſtita, ne opus perdat, & inane ſtudium reddat, cum apud Deum collatio vnius beneficij eſt ratio alterius conferendi, Geneſ. 32. num. 10. & 11. *Erue me de manu fratris mei Eſaü, quia valde eum* C *timeo*, à Deo Iacob expoſtulauit, at quæ aſſignauit merita, vt hoc acciperet? nulla, niſi beneficia præſtita; *Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & in veritate tua, quam expleuiſti ſeruo tuo, in baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nunc cum duabus turmis regredior.* Solus, & peregrinus cum baculo tantum tranſiui Iordanem, tuo beneficio cum duabus regrediar turmis, nunquid tua perdes? aut à beneficentia ceſſabis, quia præſtiſti? Abſit *Erue me.* Moyſes etiam Exod 33. num. 13. audet, & dicit, *Oſtende mihi gloriam tuam*, vnde illi talis auſus? ex priori beneficio præſtito, petiuit Dei ſocietatem in itinere, hoc illi præſtitit, proteſtans *Inueniſſe apud illum gratiam, & cognouiſſe eum ex nomine.* Ergo quando latus ex munere ad gratias aſſurgere debebat, ad nouam, & inauditam aſpirat; vnde D talis fiducia? ex priori beneficio collato; *Obſecranit*, inquit Theodoret. quæſt. 68. *Deum ne conſeruus produceretur illis, ſed Dominus ipſe dux eorum eſſet, cum autem Deus optimus, hanc illi gratiam ſe facturum promiſiſſet, Moyſes veluti amore quodam inebriatus, rogauit Deum, quod humanum captum ſuperabat, nempe vt naturam, & ſubſtantiam ſuam alioquin inuiſibilem videret*, amore inebriatus, ait quod illud expetijt, cur nunc amore ebrius Moyſes, & non ante, cum mirabiliora feciſſet Deus? an quia tam promptum illum vidit ad beneficandum, vt & ſi inimicis, & peccatoribus, tamen libentiſſime dabat; Hinc ex hac ebrius beneficentia intellexit nil Deo gratius, quàm vno accepto, alterum expoſtulare beneficium; *Clamat Ioſua, Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon*, cap. 10. nu. 13. vnde illi talis animus,

Theodor.

1. Optimus orandi modus Deo beneficia recolere præſtita.

Geneſ 32. *num.* 10. & 11.

Exod. 33. *num.* 13.

2. Nil illi gratius quàm vno accepto, alterum petere.

3. Ex qua Dei beneficentia ſancti inebriantur.

gitized by Google

vt positus in terris cælo imperare intentet tex altero Dei præstito sanè beneficio. *Tunc locutus est Iosue Domino, in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israël.* Ex traditione Amorrhæi, ex lapidibus grandinis, quos Dominus illis immisit è cælo aëreo, ad sydereum subijt, & vltra Angelicam se eleuans potentiam, sicut isti grandinem in inimicos Dei, sic ipse solem contra eos stare fecit, *Videns primum signum datum*, ait Lyra. *de cælo aëreo, ex hoc confidens petiuit secundum de cælo sydereo.* En quàm verum optimum impetrandi modum apud Deum præstita illi recolere beneficia, vt fecit Aaron iuramenta recolens patrum.

Cum autem acernatim cecidissent super alterutrum mortui interstitit, &c. Hoc est in medio stetit suum obiiciens flammis corpus, ne ad reliquam transiret multitudinem. *Ignis comburebat*, inquit Abulens. *quos Deus comburi volebat, non tamen continue*, & sic erat vna pars populi combusta, alia nullo modo, & Aaron stabat inter partes istas, vt ignis non transiret ad viuentes. *Abulens.*

Dimisit illum qua ad vines ducebat viam, &c. Impediuit suo aduentu transitum ignis ad superstites; nil aliud præseferunt verba; sua nempe præsentia orans igni se opposuit, secum retro viuos retinens, sic vt si ad illos transire intentasset, primum illum comburere necesse. Reuersus ergo personam, orationem acceptans, incenso placatus cessit, se abscondit, mandato Dei intercisus.

Num. 24. *In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

DIxerat Aaron cum incenso processisse; at quia hic nunquam adolebatur nisi in tabernaculo, & consequenter à sacerdote vestibus induto pontificalibus, nunc qualiter incesserit Aaron graphicè describit, vestem repræsentans sacerdotalem; cuius occasione, vt breuibus rem totam illustremus, & facilius quæ dicuntur intelligantur, de vestimentis sacerdotalibus prius in summa dicendum, Lectorem, si velit penitius ea scire ad Exodi explanatores remittentes, & simul ad Philon. de vita Mosis, & 2. de Monarchia, Iosephum lib. 3. antiquitat. cap. 8. Hieron. ad Fabiolam de hac re epist. 128. Bedam lib. 3. de tabern. cap. 3. & in Exod. Clement. Alexand. lib. 5. stromat. cap. 3. Ariam Montanum in apparatu Bibliæ in tractat. de hac re, Barradium in Armonia Euangelica tom. 2. lib. 3. cap. 43. hi enim omnes latè; nos autem hic in summa duo præstabimus, primo quales erant sacerdotales vestes summi propriæ sacerdotis, ex quo patebit de qua tunica poderis, seu talari loquatur noster author, & secundo quomodo in ea descriptus totus dicatur orbis.

Philon. Iosephus. Hieron. Beda. Clem. Alexand. Arias Montan. Barrad.

1. Sacerdotum antiquorũ vestimenta communia, quæ.

Quoad primum ergo notandum quatuor fuisse communia indumenta, quibus omnes simul cum summo induebantur sacerdotes; & alia quatuor quibus tantum summus sacerdos. Inter communia ergo primum erant *femoralia* ad genua vsque pertingentia, secundum *linea tunica*, quæ etiam talaris erat; nam vsque ad crura descendebat, & longior quàm altera talaris summi pontificis, vt infrà dicemus, hæc erat astricta, strictis manicis, nullam efficiens rugam; faciunt eam militari similem, quam camisiam vocant, vnde Exod. 24. num. 4. *linea stricta* vocatur, & num. 40. *tunica linea*, & cap. 29. num. 8. Leuit. 8. num. 7. *subucula linea*; Tertium genus erat *cingulum*, seu *baltheus*, vel *zona*, in similitudinem pellis colubri, textus sub tegmine cocci, Purpuræ, Hyacinthi, & stamine byssino, ob decorem, & fortitudinem, polymita arte distinctum, vt diuersos flores, ac gemmas in illo intextas diceres; Quartum tandem erat quod vulgatus *Cidarim*, vocat Leuitic. 8. num. 9. *Tiaram*, Exod. 28. num. 37. & cap. 29. num. 6. & *Mitram* eodem cap. num. 9. quæ in occipitio vitta erat constricta, & byssо confecta, forma autem rotunda, licet quæ summi sacerdotis maior, & angustior: nam interius erat totaliter hyacinthina circumdata exterius aureo circulo tribus ordinibus facto, cuius summitas in acutissimum cacumen tendebatur, quæ omnia si conferas cum pontificia nunc conuenire reperies cum ea nempe quæ regnum vocatur. Hæc ergo tam sacerdotum, quam Pontificum vestimenta communia erant, in quibus & tunicam talarem, seu poderem vides, licet lineam non hyacinthinam, vt mox dicemus. De mutua autem, & morali harum vestium cum vestimentis sacerdotis Euangelici conuenientia, vide Hugonem de sancto Victore erudit. Theologica part. 2. lib. 5. cap. 6.

Exod. 24. num. 4. Leuit. 8. num. 7. Ibid. c. 8. num. 9. Hugo. de S. Vict.

2. Propria summi Pontificis.

At super hæc quatuor alia erant propria pontificis, primum tunica talaris hyacinthina, non equidem sic longa, ac byssina, quam diximus, ex lateribus eiusdem coloris, assutas habens manicas, aperta in superiore parte, qua collo induebatur, & in extremis ad pedes septuag. habebat tintinnabula, & totidem mala punica, quę etiam quatuor illis coloribus erat contexta, quibus supra distinctum esse cingulum diximus; hæc autem, Exod. 28. num. 31 & 39. num. 20. vocatur, *Tunica superhumeralis tota hyacinthina*, & cap. 29. num. 5. *tunica* solum, & cum addito Leuit. 8. num. 7. *tunica hyacinthina.*

Exod. 28. num. 31. Ibid. 39. num. 20. Ibid. 29. num. 5. Leuit. 8. num. 7.

Secundum genus vestimenti erat *superhumerale*, sic vocatum à Septuag. & Hebraicè *Ephod*, ex quatuor prædictis illis coloribus contextum, hyacintho, byssо, cocco, & purpura, auroque contextum, quibus efficiebatur palliolum mirę pulchritudinis, fulgore perstringens oculos, quod vestimento in vtroque humero continenebat singulos lapides clausos, & astrictos auro, & in singulis sena patriarcharum nomina.

3. Rationale quid.

Tertium vestimentum mensura erat parum, sed cunctis supradictis sacrarius Latinè dictum *Rationale*, Græc. λόγιον, Hebraicè *Hesen* pannus erat breuis, magnitudine per quadrum palmi, duplex ne facile rumperetur, ex auro, & supradictis quatuor coloribus intextus; in eo duodecim simul intexti erant lapides mirę magnitudinis, atque pretij, per quatuor ordines, in quolibet tres lapides, & in singulis lapidibus secundum ætatem duodecim tribuum sculpta nomina; annectebatur autem superhumerali,

in loco vacuo in eius pectore relicto. In medio eius erat *doctrina*, *& veritas*, siue *vrim*, & *thumin*, de quibus quid essent, & quid in rationale operabantur, & an gemmæ intra illud, an literæ insculptæ, an in medio essent reliquarum gemmarum, an vero inter duos rationalis pannos; quomodo, aut cur dicerentur *doctrina*, seu manifestatio, & *veritas*, an ex illis oraculum Dei accipiebatur, & quomodo sacerdos illud capiebat, an reuelatio *vrim*, & *thumin*, ipsi fieret sacerdoti, an exposulanti, de quibus sic variè loquuntur authores, ipsique Hebræi, vt nec ipsi inter se conuenientes planè sciant, quid sint *vrim*, & *thumin*, sic Lippom. c. 28. in Exod. *Non desunt*, inquit, *inter Hebræos Rabini etiam docti, qui quid sint vrim, & thumin ingenue fateantur ignorare, cum quibus nos in præsentia transibimus, potius quam certi aliquod ea in re statuere præsumamus.* Hæc Lippom. cum quo nunc sentio, incertum verè illud esse, etsi aliquid coniectura valet inter tantas, quæ afferuntur opiniones, Montani mihi arridet, diuinum illud fuisse opus, non humanum, ex incognita materia factum, diuinitus Moysi datum, vel eo tempore quo lex, & tabulæ, vel eo quo perfectum fuit opus; materiam autem fuisse claram, lucidam, speculique instar tersam, multiplici figura distinctam, & qui ex illa lapides, qui thumin, & vrim dicebantur inter rationale inserebantur, ibique reseruati sacerdotis hærebant pectori, & quod inde proferebantur quoties diuinum responsum petendum erat, quod Deus præstabat, aut Angeli voce externa, vel interna, aut per signa aliqua in ipsis vrim, & thumin, vt volunt aliqui; hæc Arias. qui vt dixi, placet, licet lapides hos melius dixisset si non intra rationale, sed in illo in medio quatuor aliorum ordinum posuisset.

4. Quid vrim, Thumin.

Montan. Ad hoc affirmandum, vrgentissima mihi videtur illa Montani ratio, scilicet quod in omnibus aliis ornamentis, & vestibus scriptum legimus, *& fecerunt*, *& scripserunt*, vel *inciderũt*, de *vrim* autem, & *thumin*, non nisi *ponet*, Exod. 28. n. 30. siue ex Hebraico verbo, *& dabis in rationale iudicij vrim, & thumin*, & *dedit ad rationale vrim, & thumin*. Ergo à Deo illud accepit Moyses, & *rationali* apposuit, Lorinus fictitiam hanc Montani opinionem appellat, existimatque, *vrim*, & *thumin* contra communem opinionem præter ipsos lapides duodecim nil aliud fuisse, nisi quod ab effectu quem causabant, quando per eos sacerdos accipiebat oraculum, & reuelationem, in qua Dei doctrina, & veritas resplendebat, nominari tunc ipsummet rationale *vrim, & thumin*, vellem, vt mihi aliqua ratione, aut authoritate illud probaret, ne similiter ego figmentum appellem hoc cogitatum, Arias ratione suam probauit, Lorinus nullam affert, qualis ergo ex duabus erit figmẽtum? Scio Oleastrum *vrim*, & *thumin* ipsos fuisse lapides pretiosos in rationali collocatos affirmasse, tamen illis nec sacerdotem responsa dedisse, nec illis Dei voluntatem, & oracula cognouisse. Quapropter solus est Lorinus, qui illa duo simul confungat; sed de hac re satis.

Quartum vestimentum, seu ornamentum erat lamina aurea, in qua scriptum nomen Dei sanctum *Iehouah*, quæ in fronte vitta hyacinthina pileo compuncti, seu cidari constringebatur.

Hæc autem ornamenta, si nostris nunc adaptes penè in eis omnia inuenies: nam prima tunica byssina *alba* nostræ respondet, cingulum *cingulo*, cidaris *mitræ*, tunica hyacinthina, *tunicellæ*, superhumerale, *cappæ*, rationale *cappæ scuto*.

Ex dictis apparet duas fuisse tunicas, quas summus vestiebat sacerdos, vnam byssinam communem cum cęteris, alteram hyacinthinam propriam, & de hac loqui hic authorem, non vero de prima.

5. Quomodo mundus totus in vestibus describtus sacerdotalibus.

Ad secundam autem quæstionem quomodo in ea totus erat orbis terrarum, breuiter dicendum, hoc non solum intelligendum quasi in sola veste poderis fuisset designatus totus mũdus, sed ex illa, & simul ex aliis, quæ cum illa coniungebantur. Quapropter varij colores quibus ipsa intexta, & variæ formæ ipsum totum mundum significabant, sic sentiunt Hugo, Carthus. Holkoth, Castro, Lorinus, & alij. Quatuor ergo colores quatuor significabant elementa; Byssus terram ex qua conficitur; purpura aquam maris ex cuius cocleis tingitur; hyacinthus aërem propter colorem, coccus ignem, & ætherem, vestis hyacinthina vsque ad talos aërem de cælis vsque ad terram diffusum; mala punica, & tintinnabula consonantiam omnium elementorum, siue meteorologia, siue regna; aurum intextum diuinam prouidentiam; superhumerale cũ duobus lapidibus in humeris duo hemisphæria, & solem, & lunam; zona qua linea tunica, id est terra constringitur mare; rationale in medio positum ipsammet terram elementis vallatam; duodecim lapides duodecim signa zodiaci, quatuor eis anni tempora correspondentia, *vrim, & thumin*, seu *doctrina*, & *veritas* ipsius Dei veracitatem, cidaris cælum; auri lamina cum Dei nomine Dei magnitudinem sub qua omnia continentur. Vide Hieronym. epist. 128. Ioseph. lib. 3. antiquit. c. 8. vel 11. Phil. lib. 3. de vita Mosis. His ergo sic statutis facilis nunc erit authoris sensus, vnde ait:

Hugo. Carthus. Holkoth. Castro. Lorinus.

Hieron. Ioseph. Philo.

In veste poderis, &c. vox Græca *poderis*, hoc est, vt diximus, talari, non byssina, sed hyacinthina.

Totus erat orbis terrarum, &c. Eo modo quo diximus, per colorum, ac figurarum significationem.

Parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, &c. Rationale intelligit, in quo duodecim illi lapides pretiosi, de quibus videndus Plinius, & Barradias tom. 2. harm. lib. 3. c. 45. quomodo autem in illis parentum erant magnalia, affirmant, quatenus in pectore ferebantur sacerdotis constabat quanti Deus faceret illos, & populum propter ipsos, quamque graue iudicium haberet de illis; non displicet Pradus in Ezechiel com. 2. de 1. visione pag. 2. sect 2. non nomina in lapidibus, sed stemmata fuisse insculpta; quod probat ex lectione textus Hebraici, vide apud ipsum; si enim sic fuisset, propriissimè diceretur parentum magnalia in illis fuisse insculpta lapidibus.

Plinius. Barrad.

Pradus.

6. Rationale cur appellabatur iudicij.

At notandum hoc rationale aliquando vocatum *iudicij*, quatenus vt aliqui volunt, quia monimentum, & memoriale erat, vt quos Pontifex in humeris portabat insculptos, vt sup. diximus in superhumerale in duobus anichinis, seu vt alij smaragdis, eosdem gereret ante pe-

Digitized by Google

Cyrill. ctus, & præ oculis haberet; at Cyrill. lib. 11. de orat. in ſpiritu ait ſic appellatum, quia in pecto A re gerebatur, vbi rationalis facultas. *Id ergo ornamentum quod cordi, & pectori ſuperiectum eſt rationale vocatur iudicij vb eam cauſam, quod ibi ſitum eſt, vbi rationalis facultatis eſt locus, in qua facultate recte, ac iuſte iudicandi ratio continetur.* Alij rationale iudicij illud appellatum aiunt, quia Pontifex non conſulebat Deum ſuper iudiciis Iſrael, niſi portaret illud, nec aliter accipiebat oraculum diuinum, niſi reſpiciens ad populi vtilitatem, qui erat in illo inſculptus; alij aliter, vide Barradiam vbi ſup.

7. Lamina aurea quæ. *Magnificentia tua in diademate capitis illius ſculpta erat.* Græca, *Magnitudo, maieſtaſque tua in diademate capitis illius*, omnes hunc locum de lamina aurea intelligunt cui inſculptum erat nomen Dei Tetragrammaton, quod Deum ſignificat, non in ordine ad creaturas, ſed ad ſe, B in quo eius conſiſtit magnificentia, qualis erat hæc lamina figuræ, quomodo in diademate adiungebatur, vide explanatores, Exod. c. 28. ſicut, & an præter nomen Tetragrammaton *Iehouah*, aliud etiam inſculptum, vt multi volunt nempe *Adonai*, hoc eſt, *ſanctum Domine*. res omnes incertæ, & ſententię ſunt omnino diſcrepantes, & ſiue vno, ſiue alio modo accipiantur, parum habent momenti.

Num. 25. *His autem ceſſit qui exterminabat, erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis. QVomodo inceſſerat Aaron dixerat, nunc Angeli percutientis, reuerentialis timor ad C eius aſpectum, vnde ait:

Liranus. Hugo. Holkoth. Bonauēt. Carthuſ. Lorinus. *His ceſſit qui exterminabat*, &c. Liranus ignem, Hugo, & Holkoth Angelum malum, Bonauent. indefinite Angelum, Carthuſ. vel hunc, vel ignem, Lorinus bonum Angelum, cum quo conſentio intelligit; timor autem erat reuerentiæ, ſeu melius eo ſe gerere affectu Angelum, vt timentis perſonam præſe ſe ferret; ſic tremendus, & venerandus eſt ſacerdos ſacris indutus veſtibus, vt ipſis etiam Angelis tremendus appareat.

Hugo. Bonauēt. Cātacuz. Lorinus. Liranus. Hugo. *Erat enim ſola tentatio ſufficiens.* Tentationem vocat experientiam iræ diutnæ, Hugo, Bonauent. Cantacuz. Lorin. ſenſum affirmant eſſe, ſufficientem ſcilicet experientiam diuinæ iræ tenuiſſe, qui relicti erant viui, ex cremation, & occiſione viuorum, ſenſus verus, Liranus alium tradit nempe ſeditionem populi ſufficiētem fuiſſe ad iram Dei commouendam, Hugo plagam Dei ſufficientem fuiſſe ad perdendum illos; primus ſenſus literalis.

HOMILIA CVIII.

Sacerdotes omni veneratione digni.

ENimuero ſi diligenti examinentur diſcuſſione, quæ noſter affert Sapiens, nullum maius venerationis ſacerdotibus debitæ argumentum vnquam inuenire poterimus, quam quod ipſe affert; erat enim Deus populo apprime indignatus, ſic vt præcipiendo præciperet Moyſi, Aaronique, vt à populo diſcederent, vt eum delere poſſet, Numer. 16. n. 43. *Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos*; peccatum erat maximum, vt pote inuidiæ, inobedientiæ, & quod amplius ſummæ pertinatiæ, dum non longius quam heſtero die Core, ac Abiron abſorptionem vidiſſent, quia ſuperbi, ac rebelles ad ſummum aduolare ſacerdotium attentaſſent, quod Deus Aaroni contulerat, & tamen ipſi infidi, rebelles, ac pertinaces *ſequenti die* in eandem inciderunt murmurationem; adde ad hæc iam Dei iram ſic accenſam, vt flamma vindex per omnia excurrens populū deprædaretur conſumeret; *Iam enim*, ait Moyſes ad Aaronem, *egreſſa eſt ira à Domino, & plaga defecit*; iam Angelus ibi euaginato gladio per ignem macheram exercebat, tam ira, vt par erat, Domini mandatum exercebat, furens, flammas, ignes, carbones ſpumans accenſos, & tamen vix Aaron ſummus apparuit ſacerdos, vt eius Angelus reuerituſ perſonam, ſtatim abſceſſerit, ſacratum veluti reputans locum illum, in quo ſacerdotis perſona, & quem ſacerdotis conculcauerant pedes. Hinc factus peccatorum Aſilum, veluti iam in tuto, & ſacrato cōmorantes, ac recepti non amplius in eis ſæuit, non ſolum perſonam, ſed locū reuerens ſacerdotalem, vt videas quanta ſit ſacerdotis dignitas, vt ipſum ſanctificet locum, & ab ira indemnes cuſtodiat diuina ipſos peſſimos morte dignos peccatores, hocque non armis, non vi, ſed tantum maieſtate dignitatis, & reuerentia.

1. Sacerdotis præſentia locum ſanctificat.

Enimuero ſic Deus Moyſi præcepit, Numer. 35. num. 6. *De ipſis autem oppidis, quæ Leuitis dabitis ſex erunt in fugitiuorum auxilia ſeparata, vt fugiat ad ea, qui fuderit ſanguinem.* Ergo delinquens, qui ſanguinem fuderat, etſi parentes, etſi iudex eum ad mortem proſequebantur, vix pedem in ciuitatem fixerat, ac indemnis omnino extabat? ſane, ſed nunquid opus ei armis, vi, defenſione? aut vt ſacerdotes, & Leuitæ ad eum defendendum armarentur, vt hodie peccatis noſtris inter Chriſtianos fieri videmus, & quod pudet dicere, obſequium ſe Deo præſtare reputantes miniſtri iuſtitiæ? nil minus, nec ſacerdotibus armis, nec vi opus ſola ipſa eorum omnia contra furorem ſuppeditante dignitate. Pulchrè hoc obſeruat Philo Iudæus lib. de præmiis, ac honoribus ſacerdotibus debitis. *Philo.* *Quoniam*, ait, *qualemcunque homicidam nefas erat fanū introgredi, vt ſe religionis loci tueretur; iam dicta oppida ſūt aperta, velut aſila ſecundaria propter incolarum honorem, ac priuilegium, qui ſupplicibus contra vim futuri erant præſidio, non armorum ope, ſed dignitatis reſpectu, & iuſta reuerentia ſacerdotalis ordinis.* Egregiè quidem, non muri, non portæ, non bellica tormenta, non neceſſarij enſes, aut haſtæ vt homicidas defenderent ſacerdotes ab iniuriis, à iuſtitiæ miniſtris, ab iratis cōſanguineis, ſacerdotalis pro omnibus ſufficiebat dignitas, vt ad eius dignitatem reſpicientes ab armis ſe continerent, ac vindicta miniſtri iuſtitiæ, iudiceſque ſeueri; ſic profecto Angelus ille percutiens, dum ſacerdotem inter mortuos, viuenteſque aſpexit, & iſti omni digni ſupplicio, tamen ipſe etſi iuſſus, etſi Dei exercebat vindictam, iuſtamque ſententiam, tamen ma-

2. Culpatos defendit eorum miſerans.

3. Sacerdotalis ſola dignitas delinquentes antiquitus defendebat ad pudorē hoc hodiernorum regum adminiſtratorum.

ieſtatem culminis reueritus ſacerdotalis, in tuto, ac indemnes etſi culpatos iudicans reuerenter abſceſſit, hoc Angelus; at quid homines nunc, etſi Chriſtiani, ab ipſis altaribus homines euellunt, in ipſamet ſummi Chriſti ſacerdotis præſentia manu extrahunt armata; qualis hic Catholicorum regum pudor qui talia permittunt?

Hinc equidem & rectiſſimè Salomonem damnant, ac Doctores execrantur, qui confugientem Ioab ad altare, ibi mandauit eum occidi, 3.Reg.2.n.28. *Fugit ergo Ioab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris,* Banaiæ, qui iubebat vt egrederetur reſpondens, *non egrediar, ſed hic moriar*; quod cum ad regem retuliſſet, dixit, *ſic ſicut locutus eſt*, hoc eſt non ſolum eum interfice, ſed iuxta altare, ſicut ipſe dixit: nam etſi iuſtè Ioabus occiſus, etſi altare tenuiſſet, cum talibus ſanguinis effuſoribus, qui ex malitia, qui dolo, proximum occidebant, ex Dei præcepto nullum erat eis altare refugium; audi Dei ſententiam, Exod.31. n.12. *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuũ, & per inſidias, ab altari meo euellas eum vt moriatur*; talis erat Ioab, vnde merito homo ſanguineus, ac doloſus occiſus; ob quod adnotanda valde ſunt verba illa Philonis deſuper adducta, nempe *qualemcunque homicidam nefas erat fanum introgredi, vt ſe religione loci tueretur.* Pulchrè quidem, Eccleſiæ, ſacrataque templa non aſila debent eſſe ſicariorum, non latronum ſubterfugia, non inſtrumenta facinorum, vti eſſent ſi quis ex malitia, ex iniquitate data opera, & inique ſanguinem effundens, Eccleſiam reputaret indemnem eum facturum, quod Deus præuidens iuſtus iudex pro ſacris altaribus, pro ipſorum ſacerdotum reuerentia ſtans, volens vt quis intelligeret nefandos ab ipſis tueri non deberi, expreſsè illud excepit, & noluit vt altare ſanguinem illius ſeruaret, qui vafrè, ac malitioſè ſanguinem fuderat humanum: nàm vt rectiſſimè ait Rupert.lib 3.in c.37.Exod. *Nihil debet fides altaris qui per dolum occidendo proximum omnem fidem perdidit.* Quid ergo ex hoc? nunquid non iniquè egit Salomon? profecto iniquiſſimè, vt rectiſſimè contra Abulenſem tenet Sanchez: nam etſi non peccauit eum mandans occidi, peccauit tamen, & multum mandans quod iuxta altare: nam prius iuxta legis præſcriptũ inde eum euellere debebat, & poſtea extra templum occidere, ſicut fecit ſanctiſſimus Ioiada ſacerdos, 4.Reg.11.n.15. quãdo Athaliam mandauit interfici; *Educite eam extra ſepta templi; dixerat enim ſacerdos, non occidatur in templo Domini, ne templum violarent veneficam in eo occidendo*, ait Ioſephus lib.10. antiquit. c. 10. Ergo etſi iuſta Salomonis ira, etſi morte dignus Ioab, tamen iniuſtus, tamen peccator, quia ſine modo, quia locum non eſt veneratus ſacrũ, vbi Deus, vbi eius degunt ſacerdotes, quos tanti faciunt Angeli, quos ſic venerantur, vt diximus.

3. Reg. 2. n.28.

4. Salomon vt occidens Ioab non extrahens illum à templo peccauit.

Exod. 31. n. 2.

5. qui ab Eccleſia defendi debẽt peccatores.

Abulenſ. Sanchez.

4. Reg. 11. n. 15. Ioſephus.

Hinc ſic eſſentialis cum dignitate ſacerdotis eſt reſpectus, ac reuerentia, vt cæcæ ipſę gentes, quę ad Deum verum cognoſcendum omnino obcæcatum habebant intellectum, ipſo lumine tantum naturæ duce omnes, ſemper, eos ſupra reliquos ſint veneratæ, ſupra reliquos inquam non quoſlibet, ſed Reges, ſed dynaſtas. Teſtis eſt Strabo lib.7. Geographiæ apud Æthyopes arbitrio ſacerdotum Reges creari, ac deponi, vnde hoc? niſi quia ſupra Reges eorum æſtimabant dignitatem, imperium, & iudicium; nec equidem hoc mirum videri debet ſupra ipſos Reges æſtimandos ſacerdotes, ac ſupra ipſorum ſacerdotum eſſe dignitatem; cum vltra Angelicam ſe extendit, ſic vt ſi cui Angelus, ſacerdoſque occurreret, primo, ſacerdoti quam Angelo reuerentiam exhibere deberet, tanquam Angelo maiori; quod equidem non obſcure inſinuatur ex facto illo Apocal. 19. n. 10. quando Ioannes ad adorandum Angelum procumbens, ſtatim veluti repercuſſus, ac ab Angelo reprehenſus audiuit; *Vide ne feceris, conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu.* In quo loco multi quærunt, cur Angelus non permiſerit ſe à Ioanne adorari? cum non ſic antiquitus, vt Ioſue 5. communis illa Ambroſij, Richard. à S. Victore, Hugonis, & aliorum plurimorum ob Incarnationis Chriſti reuerentiam, vnde Ambroſ. *Pertimeſcit Angelus adorari ab homine, qui ſuper ſe adorabat hominem Deũ*; quam etiam rationem affert Greg. Hom.8.in Euangel. vbi inter cætera, *Non habere dedignantur*, ait, *hominem ſocium, qui ſuper ſe adorant hominem Deum*; quo dicto hoc elicit morale, *Curemus ergo fratres chariſſimi ne qua nos immunditia polluat, qui in æterna præſcientia & Dei cives, & Angelis eius æquales ſumus.* Petrus Damian. ſerm.1. de excellentia ſancti Ioannis illud refert ad excellentiam virginitatis Ioannis ſupra ipſam Angelicam puritatem, quatenus immediatè poſt ſanctiſſimæ Virginis puritatem, quę omnem ſuperat ſupernorũ ſpirituum puritatem; *Sed ſicut veneranda matris Domini*, ait, *virginitas Ioannis virginitatem excedit, ſic ipſe pro glorioſo eius contubernio cæteros à mundi primordio virgines antecellit.* Alij moderni, vt Viegas, Cornel. ad ſpiritum prophetiæ illud referunt, quem Ioannes poſſidebat, & ſatis rationabiliter: nam ex reuelatione mirabilium futurorum ab Angelo prædictorum ſtupefactus, & admiratus Ioannes, in tantam Angeli reuerentiam deuenit vt eum adorare vellet, cui Angelus, *Vide ne feceris, quia conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu, Deum adora*; *teſtimonium enim Ieſu eſt ſpiritus prophetia*, quaſi dicat, non eſt quod tanti ſupra te me facias, quia futura tibi prædixi, quia eodem tu imbutus es prophetiæ ſpiritu, quo & ego.

Strabo.

7. Immo ſupra Angelos.

Apoc.19. n.10.

Abulenſ. Richard. à S. Vict. Hugo. Gregor.

8. Angelus Domini cur ſe non permiſerit à Ioanne adorari.

Petrus Damian.

9. Ioannis Euãgeliſtæ virginitas ſupra puritatem Angelicam.

Viegas. Cornel.

Sana equidem hęc, ſed ad noſtrum inſtitutum melius alij vt apud Viegam, illud recuſaſſe Angelum ob reuerentiam ſacerdotalis characteris in Ioanne, & ob ſacrum ordinem, ac ſacerdotalem prærogatiuam, corpus ſcilicet Chriſti conficiendi, & à peccatis abſoluendi, ob quod dignior Angelis reperiebatur; quod equidem non obſcure ex Angelicis ipſis intelligitur verbis; ſonant enim timorem, horrorem tanquam ex aliquo indebito, & iniuſto, vnde ſic hæc verba intellexit Greg. vbi ſup. dicens: *Angeli poſtquam naturam noſtram ſupra ſe aſſumptam in Chriſto perſpiciũt, præſumptã eam ſibi videre pertimeſcũt.* Ergo timorem, ac horrorem quendam verba illa præſignificant, quaſi aliquid præpoſtere factũ. Hunc equidem timorem ſi ſolus in Ioanne Angelus ſpiritum concepiſſet prophetiæ non habuiſſet, nec ſic factum horruiſſet, quaſi aliquid

6. Sacerdotũ veneratio ſupra Reges.

vt diximus præpoſterum, veluti vt maior minorem adoret; ſic etiam timuit Ioannes, dũ Chriſtus vt baptizaretur, ad illum acceſſit, *Tu venis ad me*, ait, *baptizari? ego à te debeo baptizari*. Sic nunc ad Ioannem Angelus, *vide ne feceris*, quaſi dicat, quid agis, tui inferiorem adoras? Deum adora, cui poſt Chriſtum natum, poſt characterem acceptum ſacerdotalẽ immediatè ſubiiceris: nam ego conſeruus, & tui non ſuperior, ſed inferior; quid ergo ex hoc? ſane illud quod dicebamus, non mirandum ſi antiqui ſupra ipſos æſtimabant Reges ſacerdotes, cum ſint ſupra Angelos, ob quod maiori digni veneratione, ac præſtantiori.

Hinc quia tales, quia primi in ordine, quia amplius quam Reges, admirandum quippe eſt, ſi attendatur ſtudium diuinæ prouidentię in ordine ad eorum cultum, victum, ac vitæ fulcimentum, cum prope regium, quid? immo ſupra regiam eos voluit habere vitam; quod argumẽtum proſequens Philo Iudæus vbi ſup ſic luculenter illud tractat, vt piaculum me facturũ ducerem, ſi breuibus eorum hic nõ perſtringerem; in talia enim miſerabiliora, amice, incidimus tẽpora, vt viri principes, vt ordinarij, ac plebeij, vt ipſi Reges, ac dynaſtæ, alioquin Chriſtiani, & Catholici (vt de hæreticis taceam) ſuperfluos in republica nos iudicẽt, otioſos, inanes, nulliuſque ad principum ſeruitiũ prouentus, ob quod non ſolum ſuperflua nos habere iudicant, ſed quod ipſa ſimus vita indigni, reputantes proprũ ſacerdotis quiſquilius viuere, pane, & aqua ſuſtentari, viliſſimo indui amictu, quaſi mũdus, quaſi diuitiæ, quaſi delitiæ ob ipſos tãtum creata, cum mea ſententia nec vnum arboris foliũ; quid ergo? duo ex Philone præſtabo contra ſenſum carnalium virorum, ne dicam impiorum, regiam ſacerdotibus ex Dei inſtituto deberi vitam, & ſecundo nil illos, nil clerum principibus, regibus, ac cæteris omnibus debere, niſi tantum Deo.

Philo.

10. Sacerdotibus ex Dei inſtituto regia debetur vita nihilq; illi hominibus debent ſæcularibus.

Hoc autem vt euidenter pateat, vnum ſuponendum tãquam certum, indubitatumq;, nullũ priuilegium, nullũ honorem, nullum præmium, nullam prorſus reuerentiam antiquis deberi ſacerdotibus, quin ampliori non debeatur ratione nouis; cum iſti ex dignitate conficiendi ſacrificium corporis, ac Chriſti ſanguinis, & à peccatis abſoluendi, in immenſum & dignitate, & officio, & præeminentia, & honore illos præcedant, res eſt in promptu, & quam nemo ſanæ mentis nemo niſi impius negabit; Hinc profecto ex hac veriſſima, & euidenti poſitione euidens elicitur concluſio, vt quidquid honoris, prærogatiuæ, ac dignitatis, quidquid diuitiarũ, amplitudinis, ac maieſtatis voluit Deus, vt antiquæ legis haberent ſacerdotes, eo amplius, & à fortiori velit, vt & noui habeant; ſane accipe dictum: nam cum dico ſacerdotes, non intelligo ſingulos, vt ſingulos, quoſlibet, vt quoſlibet, cũ ſciam nouorum ſacerdotum verũ, ac reale præmium, non in hac ſiſtere vita, vt erat in antiquis, qui quatenus populi carnalis ſacerdotes, & legis non ſpiritum vitæ ex ſe habentes, etſi in futura etiam, tamen ne exciderent ex legis obſeruantia maximè, & in plurimũ in hac vita præmia correſpondebant; at noui cum omnino eorum præmium in altera ſit reſeruatum, eorũ diuitiæ pauperras eſt Chriſti, vnde voluntarij ſunt in illis pauperes, eo ditiores, quo pauperiores. Quapropter quãdo dico ſacerdotes propriè, & preſſe loquendo ſcias, quod ſtatum intelligo ſacerdoralem, vt omnes includit tam priuatos, quam ſummos, vnde collectiue totũ cõplector ſtatum Eccleſiaſticum & de hoc affirmo contra impios hæreticos, contra malos Chriſtianos, cõtra perfidos politicos, contra ineptiſſimos quoſdam modernos ſciolos, qui etſi Catholici, tamẽ quia in eis friguit charitas, quia obnubilata Dei cognitio, quia ſpiritualia viluerunt, quia toti carnales carnalia tãtum in præmium habentes, hæreticales futiunt locutiones. Contra hos ergo conſtanter affirmo nil gloriæ, nil diuitiarum, nil maieſtatis, ac lautitiei, in antiquis Deum voluiſſe, ac non in nouis, ſeu vt proprius loquar, nil in Eccleſia illa antiqua ſacerdotibus, ſtatuique Eccleſiaſtico Deum ſtatuiſſe præmij, ac honoris, quin maiori hoc velit in nouis ratione; quo ſuppoſito, attende nunc ex Philone quid antiquis, aut quomodo Deus ſuos voluit viuere ſacerdotes.

11. Noui ſacerdotes amplioridigni ſunt cultu, ac reuerentia antiquis.

In primis ergo affirmat, quod tanquam viri Principes, & verè regij voluit, vt non ſicut plebeij cæteri victum quærerẽt, ac pro illo deſudarent (diſrumpantur hæretici, ac mali Chriſtiani) ſed ad morem regium præparauit illis victũ ſine labore; cum enim pro ſorte ſua, ac poſſeſſione Deum haberent, ob quod circa Dei cultum ſolũ eſſent occupandi; ſic eis Deus prouidit, vt non ad modum plebeium fructus ipſi colligerent terræ, ſed veluti nobiles, ingenui, ac omnes viri regij victum haberent ſine labore. *Accedunt alij honores*, ait Philo, *virtutis ergo illis habiti, & ante omnia cibus abſque eorum cura, laborequepa-ratus*; quod equidem probat ex primitiis panũ, qui ex præcepto quotidie ſacerdotibus offerebantur, in tanta equidem abundantia, *vt nemo ſacerdos tam pauper ſit*, ait, *quin dines videatur*. Sed nunquid ſolius panis erant primitiæ? immo & vini, & olei, & hordei, cæterorumque arborum fructus; quod ſi rationem quæris, *Ne cõtenti neceſſarijs*, reſpondebit politico Philo Iudæus amplius Chriſtianus, quam ipſe, *ſuſtentent vitã durius, aut delicatiore victu careant, ſed hilarius menſis fruantur cum lautitie*; at forſitan carnes deerant? nil minus, *Primogenita maſcula*, ſequitur, *ex omni genere terreſtrium, quæ in vſum hominum veniunt, iure diuino debebantur ſacerdotibus*; & ne aliquod eſſet maſculũ primogenitum, quod non ad vſum eſſet ſacerdotum, quia aſini, cameli, & equi non ad eſum apti, non ob id immunes eos à ſacerdotibus Deus voluit, ſed vt ait ipſe illis voluit afferri, *æſtimationis non iniquæ pretium*, & ne aliquis putaret animalia tantum ad ſacerdotum vſum deſeruire, voluit Deus, vt quod homini æſtimabilius, & charius etiam in vſum cederet ſacerdotum; *Hũc lex non contenta*, ſequitur, *primitijs omnium prouentuum alias exigit animarum, atque corporum*, nempe primogenita hominum, *quæ primitiarum nomine exiguntur à parentibus*, cæterũ, *ne à parentibus diſiungantur redimuntur certa pecunia*. Certè mirum, ac maximum, vt ſic ſacerdotum vellet Deus vt eſſent omnia, omnia inquam pretioſiora, vt nec homines, nec animas exempras permitteret; quin in vſum cederent ſacerdotum; quid ad hæc impij hæretici? quid ſtolidi politici, aut Deum taxent, aut docentiſſimè

12. Qualis Dei erat prouidentia erga antiquos ſacerdotes.

13. Cibus & victus abſque labore.

14. Et cũ lautitie ſuperabundãter.

tissimè dicant prouisum, vt selectiora, vt pinguiora ad vsum cedant sacerdotum.

15. Et eũ maiestate voluit vt tractarentur regali.

Quid ergo? nunquid hoc solum? nunquid tantum de esu prouidit eis Deus regio? non verò de maiestate, ac dignitate? immo & amplius de hac; ob hoc & decimæ omnium illis attributæ; quod si causam requiris, respondet Philo, *Quia iuxta legis iudicium sacerdotes æquiparantur honore, ac maiestate regibus, si quidem illis tanquam principibus conferri tributa imperat*; at cum hoc discrimine sequitur idem: nam regibus, *coacte vix tandem conferunt perosi quæstores, seu pestem publicam, nunc hac, nunc illas accusationes fingendo, ne ad præstitutum tempus tributa repræsentent; at hanc in gentem sacerdotibus debitam pecuniam libens, gandensque depromit, quasi non daret, sed acciperet, addens fausta ominationes, & gratiarum actiones populariter.* Quid verius? vidi ego homines, vt tributa excusarent mille subire pericula; attamen nec obolum de diuinis surripere, sed libentissime præstare, à quibus dum percontarentur, cur regium non timerent furtum, diuinum autem formidarent, responderunt, quia tributum Rex, decimas Deus imposuit; risi ignorantiam, cum æque peccarent, sed obstupui sensum in corde infitum hominum simplicium, vt verũ sit quod Philo ait, sacerdotibus libens populus fausta acclamans quod reddit; at dynastis perosè semper obmurmurantes. Nunquid quando hæc audis velis nolis supra reges regale non dices sacerdotium? aut causare quod regio more viuat, & quod regna etiam sancta obtineat Ecclesia, ciuitates, ac oppida, vt regio decet cultui; nam scias, vt inquit Philo, quod etsi in sortem partitionis terræ tribus non sit ingressa sacerdotalis, tamen *oppida quadraginta ei to accepit lege concedente, & cuiusque pomeria per duo millia cubitorum in circuitu pascendis pecudibus, & in reliquos vsus hominis necessarios.* Quod si ad mensuram referas Geometricam, si ad ciuitates, & plana, quas singulæ possidebant tribus, nullam inuenies, sic ciuitatibus, sic terreno feruli abundantem, nullam sic diuitem, sic grauem, sic maiestate plenam; pudeat nunc populum Christianum, hæc audientem, pudeat scelestissimos hæreticos, pudeat ineptissimos politicos dum nunc sacerdotium Catholicum sic pauperem vident, vt plurimi mendicent: nam si ipsi quales deberent essent, si perfecte legem obseruarent Euangelicam, si Dei sensum vti deberent obtinerent, Ecclesiæ sanctissimæ aliquales diuitias non inuiderent; immo augerent, mendicare sacerdotes sanctissimos non permitterent: nam transgressores legis arguuntur, dum clerus mendicare cogitur. Audi Philonem: *Itaque inter tot præmijs decretis sacerdotum ordini, si quis eorum eget, honeste viuens sine crimine, vel tacitus nobis contemptum legum opprobrat; nam si earum instis pareremus, & oblationes debitas in quem oportet vsum verteremus, haberent illi non solum victum necessarium, verum etiam cetera delicatioris vitæ subsidia, sicut è diuerso victus sacerdotum lautior, argumentum euidens esse potest pietatis publicæ, & legum semper seruatarum summa diligentia.* Quid verius? inopia clerus opprimitur Christianus, vis scire causam? lex non obseruatur Euangelica, charitas sic friguit Christianorum, vt pessum ire reputant, quod Christo donant; væ illis, quia etiam macie, ac paupere consumentur. Reges inclytos, summos, monarchas, Principes supremos in cuius potestate abyssus sunt argenti, & auri, mendicare videmus, sub titulo eleemosynæ à subditis petere, & quod amplius ab ipsismet Ecclesiis, quæ tantæ mendicitatis causa? mea sententia quia iura non seruantur Ecclesiæ, quia subtilibus, nouis, vsque huc inauditis versutus clerus grauatur Catholicus, tributis Ecclesia sanctissima opprimitur, quasi non Regina, quasi non Regium esset sacerdotium; væ illis, paupertie consumentur; Audi auream Philonis sententiam. *Verum quorundam in curia sacratis viris affert paupertem; immo si verum fateri liceat illis ipsis ab officio decedentibus*; cuius rationem reddens sic sequitur: *nam leges contempta nocent contemptoribus, quamuis seductis, & inescatis ad tempus aliqua illecebra.* Inescantur Ecclesiarum auro, Ecclesiasticorum argento, reputant Dei oblationem aurum, argentumq; ab Ecclesiasticis auferre, non illis paupertem, sed sibi sciant asciscere, cum alias, & alunde Deus suus, qui dives est, cuius sunt omnes terræ thesauri, abunde eis prouidebit. Hinc si sibi consulere vellent, scient ab ipsomet Philone: *quod nihil vtilius, quam sequi leges natura, vtcumque primus earum gustus austerus, & immitis videtur.* Nil sanius, nil principibus consultius.

17. Macie consumentur regna quia macie consumuntur sacerdotes.

18. Sacerdotes nil sæcularibus debent, sed tãtum Deo.

Vt Reges ergo ad eorum dignitatem Deus respiciens voluit, vt viuerent; quid amplius? sane, illud secundum quod proposuimus, nempe sic supra ipsos Reges nos constituere, sic supra omnes, vt nemini quidquam debeamus, nec beneficium reputemus, quod à quopiam accipimus, sed tantum ab ipso; itaque totum illud quo victitamus, quo sustentamur, Deo, nõ principibus, non hominibus debemus; hoc dixerim, ne stolidi reputent politici quod vitam ipsis debeamus, quod rem, ac honorem pro ipsis impendere teneamur; nil illis debemus, sed tantum Deo; pro qua re obseruo, Leuit. 2. à n. 2. & deinceps, primitias, oblationesque non immediate à populo sacerdotibus offerri, sed Deo; itaque prius ad templum deferebantur, offerebantur, deinde in vsum cedebant sacerdotum, cur hic circulus, cum tandem sacerdotibus omnia cederent? sane respondet Philo, ne munera illa, vt victus ille, vt delitiæ, ac diuitiæ illæ, non ab hominibus, sed à Deo accipere sacerdotes cui seruiebant. Vnde, sicut populus dum offerebat, non dono Deo dabat, sed gratias referebat pro immensis acceptis beneficiis, nil illis Deus ex oblatis amplius debens, sic scirent, quod à Deo sua acciperent, & non à populo, vt sic ipsi soli pignorati nullius essent, ac eius, & rubore non afficerentur, si tanta à populo accipiebant, quasi ab ipsis, non à Deo. Audi Philonem, *Sed nec hic hæc offerentibus exprobret accipienti suum beneficium, iubentur prius in templum deferri munera, vt tum demum inde sacerdotes desumant; decebat enim pro diuinis beneficijs largissimis aliquam ex rebus victui necessarijs delibari gratiam; autherem vero eorum, cum ipse nulla egeat, ista largiri templi ministris & sacrorum curatoribus voluit: nam quisquis non ab hominibus, sed à Deo nunquam non in omnes beneficio munus accipit, salua pudore accipit.* Quot verba, tot gemmæ,

Leuit. 2. à n. 2.

19. Cur Deus voluit vt oblationes immediatè sibi offerentur, & non sacerdotibus.

16. Sacerdotũ paupertas populi christiani indevotionem demõstrat.

munera debebantur Deo, non gratis offerebantur; at quid humana, ac corporalis poteſt Deo offerre creatura, niſi corporalia? ſed nunquid *carnes taurorum manducabit, aut ſanguinem hircorum potabit*? Quid ergo, his non indigens, vt grati eſſent homines, vt ex gratitudine in dies maiora acciperent beneficia, vt aſtrictus ampliora conferret, neceſſitatem humanam ſuam fecit, & in ſuis indigere voluit, qui in ſe ipſo nullius eget. Hinc & potu, & cibo, & veſtitu, & auro, & argento, & gemmis indiget; quod totum accipiens, ac reuera vt ſibi præſtita, ac neceſſaria, miniſtris illa referre voluit immediatè, & per ſe, ſuorum conſulens dignitati, ſuorum excellentiæ, ac rubori, vt non confunderentur, ſi tanta ab hominibus accepta ferrent, cum etſi à ſe, nullum ruboris erat periculum, quia vt excellenter Philo. *Qui ab eo accipit, ſine pudore accipit*; quid adhæc ſtolidi homines, quid peruerſi hæretici, quid inſenſatiſſimi politici, aut Deum negent, aut ei nil debere affirment, aut ſciant ſacerdotes ſanctos, Eccleſiam ſanctiſſimam nil illis, ſed tantum Deo ſuo debere, illi pignoratam, ac eſſe obſtrictam; quam ſic amauit, ſic dilexit, vt regum medullis voluit eam ſuſtentare, qui ſupra ipſos reges ſacerdotes conſtituit ſuos.

10. Angeli ſanctiſſimi faciunt ſacerdotes ſupra ipſos reges.

Hinc amice, hoc Angeli ſanctiſſimi ſcientes, ac præcallentes ſupra ipſos Reges, ſupra ipſos dynaſtas ſacerdotes venerantur ſanctos, ad eorũ aſpectum tremefiunt, & veluti ex reuerentia quodammodo fugiunt, hoc equidem vidiſti, vt ſupra diximus in facto Aaronis; vnde notanda emphatica Sapientis locutio, *verbo illum, qui ſe vexabat ſubiecit*, quod ſonat vt dixi, iuſſu, ac imperio in ordinem illum redegiſſe, ac veluti à loco ablegaſſe; at attende nunc, ſi ſic cum Regibus, ſi tanti faciant Angeli Reges, 1. Paralipom. 21. n. 14. peccauit Dauid Rex numerando populum, peſtem in populum immiſit Deus, ſic prægrandem, *vt ſeptuaginta millia virorum ceciderint in momento de Iſrael*. Ad Hieruſalem autem Angelus accedens, & ſimiliter macheram in ea incipiens, vt multi volunt, ſeu in eius ſubvrbiis vt alij, ecce quod Deus miſertus eius mãdat Angelo, vt ſuſpendat gladium, *Miſit quoque Angelum in Hieruſalem, vt percuteret eam, cumq; percuteretur, vidit Dominus, & miſertus, ſuper magnitudine mali, & imperauit Angelo, qui percutiebat, ſufficit iam, ceſſet manus tua*; hũc autem Angelum percutientem iam viderat Dauid; *leuanſque Dauid oculos ſuos vidit Angelum Domini inter cælum, & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & verſum contra Hieruſalem*; quid ergo hoc videns fecit? opertus cilicio pronus cecidit ſuper terram, quid amplius? lachrymis, precibus, obſecrationibus, ſubmiſſionibus totus ſtupidus, & tremefactus rogauit populo veniam, & vt cõtra ipſum, contraq; domum ſuam verteret Angelus gladium. *Dixitq; Dauid, nonne ego ſum, qui iuſſi vt numeretur populus? ego qui peccaui, ego qui malũ feci, iſte grex quid commeruit? vertatur obſecro manus tua in me, & in domum patris mei; populus autem tuus non percutiatur*. Rex cilicio indutus, cum ſeniotibus proſtratus, cum lachrymis orans, ac deprecans, ſatisfactionem offerẽs, timore, ac reuerentia plenus, humilitate conſpicuus, maieſtate venerandus, quis nõ diceret ad tale ſpectaculum, ad tãtam perſonam, ad Realem maieſtatem ſtatim non Angelum ceſſiſſe, vt ad Aaron? nil minus, ſed adhuc minaci vultu, adhuc gladiũ euaginatum tenens, quaſi pro nihilo reputans regiam, quam tanti admirantur politici, maieſtatem, iubet, ſublimique, ac horrenda maieſtate imperat, & non quidem Dauid, quaſi imparem eum reputans, vt immediatè eius dignaretur imperio, ſed Gaad, vt prius ſacrificium offerat. *Angelus autem Domini præcepit Gaad, vt diceret Dauid, vt aſcẽderet, & extrueret altare Domino Deo*. quid ergo? eſt-ne ob hoc placatus Angelus? ſane, ſed quid? nunquid ob Dauid, aut ſummum eſt veneratus Regem? nil minus, ſed ſacerdotem; hunc eſt veneratus nil prorſus Regẽ ducens, etſi proſtratus, etſi humiliatus, etſi gemens, ac lugens; audi Hieron vt in Gloſ. in hũc locum; *Aiunt*, ait, *Sadoch ſacerdotem infulatum Dominum deprecatum fuiſſe, & imitatum patrem ſuum Aaron, & illius preces, & deuotionem, Dominum vidiſſe, & miſertum fuiſſe*. O admirabilis ſacerdotalis dignitas! ô vere ſupra regiã, ac imperialem, dum eam ſic venerantur, ſic magni faciunt ſuper cæleſtes poteſtates? Rex proſternitur, lachrymatur, orat, & tamen Angelus, quaſi pro nihilo eum ducens ad Gaad loquitur, ſacrificium præcipiens, euaginatum interim tenens gladium, minacem vultum, oculos flãmigeros, iratoſque, & numquã recedit, nec gladiũ vertit in vaginam, nec hoc ei Deus imperat, niſi poſtquã ſacerdos apparet infulatus, ad cuius cõſpectum ignis deſcendens de cælo, Deũ placatũ ſignificans, ſtatim Angelus veritus ſacerdotalem præſentiam, ac maieſtatem conuertens gladium in vaginam humiliter diſcedit; quid ad hæc? nõne luce clarius eluceſcit ſupra regiam, ſupra Imperialem eſſe ſacerdotalem dignitatem?

Hieron.

1. *Paral.* 21. n. 14.

11. Sacerdotibus iniurij etſi Reges, dire caſtigantur regnoq; priuantur.

Hinc quælibet irreuerẽtia, quilibet contẽptus à quocumq; contra ſacerdotẽ patratus ſiue priuato, ſiue viro principe grauiſſimè à Deo punitur, immo & regnis Reges ideo perſæpe priuantur, quia iniurij ſacerdotibus, quia eorum contemnunt perſonas, parum, aut nihil de illis curãtes. Mirum certè apparet ſi pœnam Saulis conſideres, ſi peccatum, pœna non equidẽ minor, quam regni priuatio, 1. Reg. 13. n. 13. *Dixitque Samuel ad Saul, ſtulte egiſti, nec cuſtodiſti mãdata Domini Dei tui; quod ſi non feciſſes iam nunc præparaſſet Dominus regnũ tuum in ſempiternũ; ſed nequaquã regnum tuum vltra conſurget*; at quale, tale, tantumq; peccatũ, vt ſic grauiſſime puniretur? profecto ſi vera eſſet opinio Liræ, Carthuſ. & Ruperti in hunc locum, Saulem officium ſacerdotis aſſumpſiſſe, ac ipſum per ſe, non per ſacerdotes ſacrificaſſe, equidẽ grauiſſimum fuiſſet peccatũ; at quia vt rectè affirmat Abulẽſ. nullo modo hoc colligi poteſt ex ſcripturis, quod multis probat: nã quod dicitur obtuliſſe ſacrificiũ non cõuincit, cũ & Elcana c. 1. n. 4 & Salomon 3. Reg. 3. n. 4. dicũtur immolaſſe, & de Salomone mille hoſtias obtuliſſe in holocauſtũ; quod profecto totum intelligitur ſemper per ſacerdotes, & ſecundũ legis prſcriptũ. Ergo cum hoc nõ interceſſerit peccatũ, ſic graue, quale illud, vt tãta dignus eſſet pœna? Abulenſ. Caietan. cum recentioribus omnes conueniunt peccatũ inobediẽtię extitiſſe, quia iuxta placitũ Samuelis non expectauit ſeptem integros dies; ſed nũquid hoc tam magnum? eo vel maxime, quia

1. *Reg.* 13. n. 13.

12. Quale fuit Saulis peccatum, vt ob illud regno ſit priuatus.

Liranus. Carthuſ. Rupert. Abulenſ.

Idem. Caietan.

vt ipſe inquit neceſſitate compulſus illud fecerit, quia populus à ſe labebatur, ſic vt vix ſexcenti remanſerant, quia Philiſtini è vicino, ſic vt probabiliter timere poterat eum inuaſuri, tandem quia verè ſeptem expectauit dies, licet non completos, vnde vix horarum extitit diſſidium. Ex quo egregiè Diu. Greg. vt interim hoc dicam, vim cognoſcit perſeuerantiæ. *Ecce*, inquit, *quam magna perdidit, qui vt putabat, nulla contempſit, ecce prophetam ſeptem diebus ſuſtinuit, ſed dum præſtolari eum in fine diei deſiit gloriam tanta dignitatis amiſit.* Certè terribile hoc exemplum cunctis debetet eſſe, totidem ſeptem expectauit dies, in omnibus illis patienter ſuſtinuit anguſtias, dum non modicæ, cum & ſui in dies dilabantur, cum inimici in dies appropinquabant, cum rumor belli, ac periculi in dies augmentabatur, ſicque per ſeptem continuos expectauit dies, vna tantum, vt ſic dicam, hora defecit: nam adhuc fumantibus aris, adhuc nidor, qui ex victimarum ſacrificio prodibat, halabat, & ecce Samuel, & tamen ob vnam tantum horam non ſolum tranſactos omnes perdidit donatus, ſed vt Diu. Greg. vbi ſup. obſeruat, ſuæ reatus inobedientiæ pœnas ſuſtinuit. *Væ illis*, ait Sanctus, *qui perdiderunt ſuſtinentiam, ſuſtinentiam quidem perdunt, qui bona quæ inchoant non conſummant, quibus nimirum væ eſſe dicitur, quia non ſolum incepti laboris mercedem perdunt, ſed etiam apoſtatatum ſui pœna feriuntur; pœna autem ſuperbi Regis, & inobedientis declaratur, quod ſi non feciſſet*, &c. Ergo ad obedientiam vix modicum defecit tempus, & tamen ſic horrendè punitus; ſed ad rem, cum ergo peccatum tantum extitit non inobedientiæ vt ſic, ſed perfectionis eius, vnde tanta peccati grauitas, vnde tanta elucet malitia?

Gregor. 23. Homines ſæpe magnos perdũt labores ob defectũ perſeuerẽtiæ parui temporis.

Aliqui hoc conſiderantes, & obſtupeſcentes ad politicam rationem accurrentes, ideo affirmant ſic grauiter Saul punitus, quia cum primus Rex, & primum peccatum, decuit ſic ſeuere puniri, vt ex punitione cæteri poſteriores Reges, & Deo obedire, & mandata eius extimeſcere diſcerent: nam ſi in minimis, quid in magnis, hoc conſiderauit, & hanc adduxit rationem Iſidor. Peluſiota epiſt. 181. in iudicio illo tremendo Ananiæ, & Zaphiræ, quod in ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio Diu. exercuit Petrus: *Non crudelitatis*, inquit, *& amentiæ fuit, quod ſapientiſſimus Petrus eos qui peccauerant, morte affecit, verum præſcientis doctrina multa hominum peccata præſanantis: nam cum tunc Eccleſia ſementem facere incepiſſent, ac ſtatim enata zizania conſpexiſſent, ſapienti conſilio, & ſapienter euulſerunt, ne vna cum triſtico aucta futuro igni ad exuſtionem ſeruarentur.* Sanum equidem documentum, peſſum eunt Reſpublicæ, quando vix ſanctiones egrediuntur, ac emolleſcunt, & lenitas curſu temporis aliis proficua in principio reſumi non debet: nam intempeſtiua, & præpoſtera in vltimo obſeruata auſteritas non obedientiam, ſed renitentiam, non ſubiectionem, ſed tumorem generat; hinc ſupremus ille gubernator Deus ob primi parentis peccatum totam maſſam generis damnauit humani, primum, qui violentas manus in fratrem iniecit grauiſſimè, ac diu puniuit, primos ſacerdotes ignem offerentes alienum cremauit; hinc quia primus Saul Rex, quia inobediens, vt cæteris exemplum futuris eſſet regibus, etſi non multum peccauit, tamen iuſtè dirè punitus, cum in principio ratione temporis circumſtantiæ grauiora ſint leuia, quam poſtea maxima quoad pœnam peccata.

Peluſiota. 24. Prima poſt leges latas peccato grauiſſimè punienda.

Non diſpliceret hoc, niſi aliquid aliud odorarem in hac Saulis inobedientia grauius, nempe ſacerdotis contemptum, ob quem Deus iuſtiſſimè eum ſic dirè puniuit, ac regno priuauit: nam vt acutè obſeruat Rabanus, & ex Hebræorum docet ſententia, non tantum Saul habuit in mandatis, vt Samuelem expectaret, ſed vt ab ipſo voluntatem Dei ſciret, & quod ſacrificium à Samuele, non ab altero præſtaretur; quod equidem totum ſonant verba illa c. 10. Samuelis ad Saulem n. 8. *Et deſcendes ante me in Galgala, ego quippe deſcendam ad te, vt offeras oblationes, & immoles victimas pacificas: ſeptem diebus expectabis donec veniam ad te, & oſtendam tibi quid faciaſ*; Vnde Rabanus, *Qui diligenter*, inquit, *inquiret, inueniet Saulem in re culpatum, & inobedientiæ reum, apud Hebræos ita diſtinguitur, & deſcendes ante me in Galgala, ego quippe deſcendam ad te; deinde infertur ad offerendas oblationes, & immolandas victimas pacificas, ſeptem diebus expectabis donec veniam ad te, & oſtendam tibi quid faciaſ. Non ergo Samuel ſe expectari ſeptem diebus præcepit, ſed ad offerendas oblationes, & immolandas victimas pacificas ſe ſeptem diebus expectari voluit, quod ille non fecit, & merito ſtultitiæ arguitur.* Vnde ad hoc amplius confirmandum Rabbi Leui ſentit Saulem hæc ſacrificia obtuliſſe vt à Deo ſpiritum prophetiæ impetraret, quo deinceps ſine Samuele regeretur. Ergo peccatum Saulis non tantum inobedientiæ contra Deum, quantum deſpectionis contra ſacerdotem Dei extitit, vnde à Tertulliano lib. 2. contra Marcion. c. 23. *Deſpector Samuelis appellatur*; & Diu. Chryſoſt. Hom. de Saule, & Goliath, inquit: *Deus Dauidem elegit obſequentem, & Saulem reprobat contemptorem.* Quod idem ſupponit Diu. Gregor. in hunc locum: *Si tanta*, inquit, *pœna eſt, quando propheta deſpicitur, quid putamus de illo pelago diuina animaduerſionis, cum ipſa diuina præcepta diſſipantur?* Quod cum ſit, quid miramur de pœna, cum peccatum cõtra dignitatem, contra honorem, contra maieſtatem extitit ſacerdotis, etiam ſi non magnum quid contra ipſum: nam equidem etſi per Samuelem hoſtiæ offerri debebantur, tamen hoc & per alios efficere non quid multum: ſic equidem ingenium iudicat humanum, at non ſic diuinum apud quod tanti æſtimantur ſacerdotes, tanti eorum dignitas, vt quodlibet in ipſos patratum, etſi minimum, maximum iudicans, dire, ac crudeliter caſtiget, non ſolum vitam, ſed regna, ſed coronas, adimens; ad doctrinam principum hoc, vt paueant, vt extimeſcant, non ſolum ſacerdotes venerari, nilque contra eos præſumere, ſed quod attendant, ne in ipſis illud inueniatur delictum, quo Saul regno priuatus, hoc extitit. Samuelem honore priuare ſacrificij, & alteri ſacerdoti dare, quod Samueli Deus dedit, quod per Samuelem

25. Saul priuatur regno ob ſacerdotis deſpectionem. 1. *Reg.* 10. n. 8.

Rabanus.

Rabbi Leui.

Tertull.

Chryſoſt.

S. Gregor.

fieri mandauerat, videant an quando ſummo Dei Vicario in terris deſpecto non totaliter ab illo pendere velint, honorem alteri ſacerdoti præbentes, quam illi ſoli ſummo debetur Antiſtiti, quando peroſi ad Romanum aſſenſum ne accurrant, nouas inueniunt rationes, vti Saul, aut extremæ neceſſitatis, aut populorum defectionis, & ex ſe nullo expectato ſanctiſſimæ Romanæ ſedis beneplacito ſacerdotes grauant, ſanctiſſimum clerum ſubiectant; videant tandem, ne ſuperbi, ac elati vt alteri Saules ſpiritum prophetiæ, hoc eſt velint Pontificium induere, vt per ſe regnent, vt in pullo ſanctiſſimo indigeant præſule: nam velim ſciant quod hæc facientes, hæc attentantes, bene dici poſſint Chriſtiani, ſed re vera, & opere non erunt niſi hæretici; *Saul*, inquit Diu. Ignat. epiſt. 6. ad Magneſianos agens de reuerentia maioribus exhibenda, *honore priuatur Regio, non expectans ſummum ſacerdotem Samuelem, oportet itaque & nos reuereri præſtantiores, decetque non modo vocari Chriſtianos, ſed eſſe, nec enim dici, ſed eſſe beatos facit, ſi qui Epiſcopum appellant, & ſine eo omnia faciunt, huiuſmodi dicet ipſe, qui verus eſt, & primus Epiſcopus, quid me vocatis Domine, & non facitis quæ dico? tales enim non bona conſcientia mihi præditi eſſe videntur, ſed eſſe ſimulatores, & perſonati.* Pende illa, *Epiſcopum dicunt, & ſine eo omnia faciunt*, & dum eadem nunc videris, time, ne idem fiat iudicium.

6. Ignat.

26. Sacerdotes etſi mali venerandi.

Nec valet ſi dicas, quid ſi parum benenoli, quid ſi parum propenſi, quid ſi inimici? nunquid tolerare eos debeo? ſane, ſic namque ſumma eorum venerari debet dignitas, vt quia tales, ſuſtinentia eos vincere, quam offenſione debeant, 3. Reg. 2. n. 26. quis amplius Salomoni infenſus, ac Abiathar ſummus ſacerdos, qui contra Dauid conſilium, immo & voluntatem partes tenens, Adoniam contra Salomonem illum Regem ſummis intentauit erigere conatibus, ſic vt quando mater Salomonis Berſabee Abiſag, Sunamitidem ei pro Adonia expetiit, inter alia hæc matri Salomon, *Poſtula ei & regnum, ipſe eſt enim frater meus maior me, & habet Abiathar ſacerdotem, & Ioab filium Saruiæ*, quaſi dicat pro ſe ſummum habet ſacerdotem, & exercitus Principem; quid aliud ei reſtat niſi & regnum, cum ambo mei ſint inimici, ac contra me ſemper noua intentant; hinc ſtatim Ioab iuſſit occidi, vti & occiſus eſt, ac cum pariter deberet & Abiathar, ſummum tamen in eo reueritus ſacerdotium, ac Pontificatum tantum ſibi prouidit, ne malum aliquod ei inferre ex ſumma poteſtate poſſet Abiathar, vnde ad domum ſuam ſaluum incolumemque eum remiſit, alium pro illo conſtituens in officio. *Dixitque Rex Abiathar; vade in Anathod ad agrum tuum, equidem vir mortis es, ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Domini Dei coram Dauid patre meo* Si vir mortis, ſi omni dignus ſupplicio, cur morte non mulctauit? ſane quia dignitatem veneratus eſt: nam talis eſt dignitas ſacerdotalis, talem in viro ſplendorem, ac ſanctitatem reponit, vt ſi ex ſe malus venerabilem, adorabilem ſic eum reddit, vt piaculum ſit aliquid contra eum intentare, etſi inimicus, quod equidem egregie ponderauit Auguſt. lib. 2. contra epiſt. Petilian. c. 47. in facto illo Dauid, quando oras præcidit chlamidis Saul, in quo ſic dignitatem veneratus eſt ſanctam, vt malitiam, ac inimicitiam non æſtimauerit hominis; affirmabat enim Petilian. Donatiſta non poſſe ſeparari ſanctitatem vitæ, à ſanctitate vnctionis, ſeu ſacramenti, contra quem acutiſſimè arguens Sanctus ſic ait: *Quare, ſi non habebat Saul ſacramenti ſanctitatem, quid in eo venerabatur Dauid? ſi autem habebat innocentiam, quare innocentem perſequebatur? nam eum propter ſacro-ſanctam vnctionem, & honorauit vinum, & vindicauit occiſum, & quia vel panniculum ex eius veſte præſcidit, percuſſo corde trepidauit; Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat ſanctificationem, non vitæ, ſed vnctionis.* Nil melius, quælibet ſanctitas ſemper eſt veneranda, ſicut in quocumque verum, & lucidum aurum, aurum eſt, etſi in ſordida manu, ſic equidem vbi non eſt ſanctitas vitæ, & ſanctitas vnctionis; hæc animo Chriſtiano, hæc Catholico, hæc viro Principi pio ſufficere debet, vt ſi ſacerdos malus, & ex vita deſpiciendus, ſit ex vnctione ipſi venerandus: nam tam præcellens eſt ſacerdotalis vnctio, vt ex ea & Chriſtus ſit Domini, etiam ſi vita ſit alterius; ob cuius venerationem & Angeli ipſi ſummæ tremunt poteſtates; quod adnotandum; vt tandem concludam in his Sapientis verbis, dum ait: *Hic autem ceſſit, qui exterminabat*, cur *hic*, & non *huic*, nempe Aaroni? ſane, quia etſi Aaronis perſonam vti ſanctam reſpectauit, tamen amplius, quia ſacris apparuit indutus veſtibus ſacerdotalibus, vt ipſe ſignificauerat ſupra, quando dixit, *in veſte autem poderis*, quaſi indicans quod etſi non Sanctus, ceſſiſſet tamen illi ob reuerentiam dignitatis, ob excellentiam culminis, ob ſanctitatem vnctionis, quæ omnia veſtes repræſentabant ſacerdotales. Quapropter ad hoc reſpiciens Sapiens non dixit huic, ſed his, vti Rex verè animo Regio regibus, & Principibus veram totius reuerentiæ rationem in ſacerdotibus indicans, eorum nempe ſummam, ac præclaram dignitatem, vnde ait: *Hic ceſſit*, &c.

3. Reg. 2. n. 26.

27. Etiã ſi inimici & hominis ratio.

Auguſt.

Digitized by Google

PARAPHRASIS.

Num. 1. *Sanctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem audiebant, ſed figuram non videbant, & quia non & ipſi eadem paſsi erant, magnificabant te.*

At ſanctis tuis Hebræis maxima erat lux in tenebris Ægyptiis exiſtentibus, qui Hebræorum vocem Deum laudantium intelligebant quidem, at eorum figuram à tenebris impediti non videbant; vnde Hebræi dum ſe in luce aſpiciebant, Deum magnificabant, quod eadem ipſi paſſi non erant.

Num. 2. *Et qui ante læſi erant, quia non lædebantur, gratias agebant, & vt eſſet differentiæ donum petebant.*

Vnde gratias agebant, quia mutata ſorte, ipſi, qui antea ab Ægyptiis læſi erant, nunc à tenebris non lædebantur, quapropter inſtanter petebant, vt tale differentiæ donum quo ab Ægyptiis diſiungebantur, firmiter permaneret.

Num. 3. *Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & ſolem ſine læſura boni hoſpitij præſtitiſti.*

Propter quod vt exaudítos ſe aſpicerent, ignis ardentem columnam ducem habuerunt per Angelum ibi exiſtentem ignotæ viæ, & dum hæc nubes erat inter diem ſolem ſine læſura boni hoſpitij præbuiſti.

Num. 4. *Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui incluſos cuſtodiebant filios tuos per quos incipiebat incorruptum legis lumen ſæculo dari.*

At digni quidem erant illi Ægyptij carere luce, & pari carcerem tenebrarum ob tyrannicam potentiam, dum incluſos in tenebris cuſtodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen ſæculo dari.

Num. 5. *Cum cogitarent iuſtos occidere infantes, & vno expoſito filio, & liberato in traductionem illorum, multitudinem illorum abſtuliſti, & pariter illos perdidiſti in aqua valida.*

Hinc etiam merito non ſolum in carceribus incluſi tenebrarum, ſed etiam eorum primogenita occiſa, nam cum cogitarent iuſtos occidere infantes, vno expoſito filio, & liberato, in traductionem, hoc eſt vt ab Ægypto exirent filij Iſraël, multitudinem filiorum ab eis abſtuliſti eos occidendo, & poſtea ſimul eos perdendo in aqua valida, hoc eſt in rubro mari.

Num. 6. *Illa enim nox ante cognita & à patribus noſtris, vt vere ſcientes quibus iuramentis crediderunt, animæquiores eſſent.*

Illa enim nox, in qua primogenita interempta, ante per te reuelante cognita fuit à patribus noſtris Abraham, Iſaac, & Iacob, quibus etiam Deus iurauit eductionem filiorum ab Ægypto, vt verè ſcientes, quibus iuramentis crediderunt, ex eorum obſeruantia, & effectu animæquiores eſſent.

Num. 7. *Suſcepta eſt autem à populo tuo ſanitas quidem iuſtorum, iniuſtorum autem exterminatio.*

Vnde à populo tuo ſuſcepta eſt ſalus quia iuſti, dum iniuſtos exterminaſti ac occidiſti.

Num. 8. *Sicut enim læſiſti aduerſarios, ſic & nos prouocans magnificaſti.*

Nam ſicut aduerſarios Ægyptios læſiſti, ſic Hebræos exaltans magnificaſti.

Num. 9. *Abſconſe enim ſacrificabant iuſti pueri bonorum, & iuſtitiæ legem in concordia diſpoſuerunt, ſimiliter, & bona, & mala recepturos iuſtos, patrum iam decantantes laudes.*

Iſti enim ab Ægyptiis ſeparati, ac in ſuis recluſi domibus abſconſe omnibus excluſis Ægyptiis ſacrificabant, vnanimiter legis obſeruantiam promittentes, ſimiliterq; ſemper à te æquanimiter ſic mala ac bona recepturi, cum quo hymnos qui à patribus acceperunt decantabant.

Num. 10. *Reſonabat autem inconueniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.*

At è contra apud Ægyptios non ſic, ſed reſonabat inconueniens eorum vox & flebilis audiebatur planctus ploratorum ab ipſis infantum.

Digitized by Google

Textus.

Num. 11. *Simili autem pœna ſeruus cum Domino afflictus eſt, & popularis homo Regi ſimilia paſſus.*

Num. 12. *Similiter ergo omnes vno nomine mortis, mortuos habebant innumerabiles, nec enim ad ſepeliendum viui ſufficiebant, quoniam vno momento, quæ erat præclarior natio illorum exterminata eſt.*

Num. 13. *De omnibus enim non credentes propter veneficia, tunc vero primum cum fuit exterminium primogenitorum, ſponderunt populum Dei eſſe.*

Num. 14. *Cum enim medium ſilentium continerent omnia, & nox in ſua curſu medium iter haberet.*

Num. 15. *Omnipotens ſermo tuus de cælo à regalibus ſedibus durus debellator in medium exterminij terræ proſiliit.*

Num. 16. *Gladius acutus inſimulatum imperium tuum portans, & ſtans repleuit omnia morte, & vſque ad cælum attingebat ſtans in terra.*

Num. 17. *Tunc continuo viſus ſomniorum malorum turbauerunt illos, & timores ſuperuenerunt inſperati.*

Num. 18. *Et alius alibi proiectus ſemiuiuus propter quam moriebatur cauſam demonſtrabat mortis.*

Num. 19. *Viſiones enim, quæ illos turbauerunt, hanc præmonebant, ne inſcij quare mala patiebantur perirent.*

Num. 20. *Tetigit autem tunc, & iuſtos tentatio mortis, & commotio in eremo facta eſt multitudinis, ſed non diu permanſit ira tua.*

Num. 21. *Properans enim homo ſine querela deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſuorum orationem, & per incenſum deprecationem allegans reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati, oſtendens quoniam tuus eſt famulus.*

Paraphraſis.

Nam ſimili pœna ſeruus cum Domino afflictus eſt, & popularis homo Regi ſimilia paſſus eſt cum ad vnum & Regis, & priuatorum primogeniti occiſi.

Vnde ſimiliter omnes vno nomine mortis, quia omnes primogenitos occiſos lamentabantur, mortuos habebant innumerabiles, nec enim ad ſepeliendum viui ſufficiebant, quoniam vno momento, quæ erat præclarior natio illorum exterminata eſt.

Ex quo dum prius omnibus ſignis non credebant propter veneficia, ad meliorem frugem redacti, tunc primum cum fuit exterminium primogenitorum ſponderunt populum Dei eſſe.

vt iacet.

Omnipotens ſermo tuus, hoc imperium de cælo à regalibus ſedibus aduenies, tanquam durus debellator in mediam proſiliuit terram omni exterminio dignam.

Et gladius tuus acutus vindicta ſcilicet tua portans imperium tuum inſimulatum, apertum videlicet, & reale firmiter occidendo perſeuerans omnia repleuit morte, cœlum terramque ſimul iuſſio, & imperium tuum attingens.

Tunc enim antequam morerentur viſus ſomniorum malorum turbauerunt illos, & timores ſuperuenerunt inſperati.

Vnde alius alibi proiectus ſemiuiuus, apertis verbis propter quam moriebantur cauſam demonſtrabant mortis.

Nam viſiones quæ illos turbauerunt hanc præmonebant, ne inſcij tum primogenita, tum eorum patres, quare mala patiebantur perirent.

At licet poſtea in deſerto, & tu iratus cum tuis, vnde contingit illis tentari ad mortem, vt ſcilicet morte eſſent digni, ob quod commotio facta eſt, ideſt ſupplicium inuectum in multitudinem eos vrens, tamen illico placatus non diu tua permanſit ira.

Properans enim homo ſine querela Aaron ſcilicet deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum, orationem nempe, & per incenſum deprecationem mittens ac ferens, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati, hoc eſt calamitati ineuitabili, oſtendens quia tuus eſt famulus.

Digitized by Google

Num. 22. *Vicit autem turbas non in virtute corporis, nec armaturæ potentia, ſed verbo illum, qui ſe vexabat ſubiecit, iuramenta parentum, & teſtamentum commemorans.*

Vicit autem turbas, hoc eſt plagas per Angelum ſæuientes non in virtute corporis, nec armaturæ potentia, ſed verbo, illum, qui ſe vexabat Angelum nempe ſubiecit, iuramenta à Deo ſcilicet facta parentum, & teſtamentum ſeu pactum cum illis commemorans.

Num. 23. *Cum enim aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui, interſtitit, & amputauit impetum, & diuiſit illam, quæ ad viuos ducebat viam.*

Hinc cum iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterum mortui, ipſe ex parte viuentium, & eorum, qui adhuc viui ſtans, ignis amputauit vim, & diuiſit in medio ſtans illam ſcilicet plagam, quæ iam iam ad viuos ducebat viam.

Num. 24. *In veſte enim poderis quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant inſculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius ſculpta erat.*

In veſte autem poderis hyacintina quam habebat, totus erat orbis intextus terrarum, & parentum magnalia ſiue ſtegmata in quatuor ordinibus lapidum, quæ in rationali erant inſculpta, & magnificentia tua in diademate, hoc eſt in lamina aurea capitis illius ſculpta erat.

Num. 25. *His autem ceſſit, qui exterminabat, erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens.*

His autem ceſſit Angelus qui exterminabat, cum ex ſola illa tentatione tuæ iræ ſatis experti, qui remanſerant viui extiterunt, ne amplius peccarent.

Digitized by Google

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT XIX.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

EX occiſione primogenitorum & punitione Hebræorum in deſerto, quàm differenter Deus in vtriſque ſe gerebat, dixerat cap. antecedenti; nunc exprobrans Ægyptiorum duritiem, dum adhuc primogenitorum luctu non finito, peruerſa ad inſequendos Hebræos mente conuerſi ſunt, quomodo in mari Deus eos ſubmerſit, oſtendit infinitis cumulatus Hebræos beneficijs; cuius rei occaſione tandem explicans, quomodo tota creatura ad puniendum malos, & beneficandum bonos Deo deſeruit, eique pro omnibus gratias agens concludit opus. Quapropter hoc caput in quatuor principales diſtribuitur partes; In prima enim malitiam enarrat Ægyptiorum Hebræos perſequentium, illud, *Impij autem*; In ſecunda eorum punitionem iuxta illud, *& populus quidem tuus*; In tertia beneficia populo exhibita, iuxta illud, *omnis creatura*; In quarta tandem quomodo omnia elementa Deo ſeruiunt iuxta, illud, *In ſe enim elementa*.

Num. 1. *Impijs autem vſque in nouiſſimum ſine miſericordia ira ſupernenit, præſciebat enim & futura illorum.*

A tra cum Ægyptijs: nam iſtis ira ſuper venit ſine miſericordia, hoc eſt ineuitabiliter omnes occidens, cuius ratio, quia Deus futura illorum præſciens ipſos obſtinatos in malo fore ſciebat, vnde ait:

Commentum lit̃eræ.

Connexio capitis.

PEndet huius verſus intelligentia ab vltimo ſuperioris capitis, ibi enim affirmauit Sapiens tentationem tantũ iræ Dei, hoc eſt experientiam licet modicã ſuffeciſſe Hebræis; Quapropter aliquibus percuſſis, cæteri ſalui facti ſunt; quod proinde euenit vt rectè Hugo, quia eorum correptionem præſciebat Deus; at con-

Hugo

Impijs vſque in nouiſſimum ſine miſericordia ira ſupernenit, &c. Liranus, *Iram ſine miſericordia*, iram intelligit ineuitabilem, cum nunquam Deus ſine miſericordia puniat, ſed tunc videtur abſque miſericordia, vt rectè Lorinus, quando magis iuſtitia eniteſcit, quàm miſericordia, quod Deus ſæpè efficit, quando de alienis agit vindicandis iniurijs, & contra eos inſurgit,

Liranus.

Lorinus.

Digitized by Google

1. Dei ira quãdo incuitabilis. Exemplum.

qui absque misericordia in alios fuerunt; Holkoth hic agit de ira Dei, & quomodo quando peccata adiunt nullo modo effugi potest; affertque ex Anglia exemplum, quod cum muscæ campos depastæ essent insolitæ illis in regionibus, incolæ aliquas apprehenderunt illarum, in quarum alis inuenerunt scriptum in vna *ira*, in altera vero, *Dei*.

HOMILIA CIX.

Impius dum ex tribulatione fit peior, ipse sibi æternum parat iudicium.

PRo Deo pugnat noster Sapiens in vltimis huius versus verbis, *Vsque ad vltimum*, ait, *irascitur Deus contra impios, absque misericordia eos punit*, hoc est ineuitabiliter, inflexibiliter; vis scire tantæ causam duritiæ? non Deus, qui semper benignus, & misericors, sed peccatoris obstinatio, qui dum ad flagella surdescit, in dies fit peior; quod præuidens Deus, ideo sine misericordia percutit, quia sine fine malus peccat, nullum ex flagellatione damnum sentiens, vnde semper in peius ruẽs, pœnitudinis lachrymas non emittit; *Cum ab authore relinquimur*, ait Gregor. lib. 9. Moral. cap. 34. *nec ipsa nullatenus destructionis nostræ damna sètimus, quo enim nos longè conditor deserit, eo mens nostra insensibiliter obdurescit, ac miserando modo sit quotidie tanto securior, quanto peior*; obdurescit insensibiliter; hinc insensibiliter tribulationes sustinet, hoc futurum *præscit Deus*, noster ait Sapiens; quid ergo mirum, si eius ira *vsque in nouissimum absque misericordia supervenit*, sibi imputet peccator, si flagella recrudescunt, si in æternum durant, dum ex illis non melior, sed in dies peior efficitur.

2. Pharaoni cum ante flagella non amplius quã vnum signũ datum, & istud virga in serpentem.

Enimuero si Pharao in mare demersus, si absque misericordia, hoc est ineuitabiliter occisus, sibi, non Deo illud imputare debet, quia in flagellis obstinatus, quod illi in primo Deus ostendit signo, quasi pro se respondens, cur & alia ante flagella non præstiterit: nam equidem admirari libet, cur Pharao, Exod. 7. num. 10. à Mose, Aaronéq; signa petens, nullum aliud ei datum, quàm virgam in colubrum versam? & simul non amplius quàm vnum? certè ipse non signum, sed signa petijt, quod clarè patet ex verbis Domini ad Moysen num. 9. *Cum dixerit vobis Pharao, ostendite signa*, & tamen Deus non plura, sed vnum tantum præstitit, post quod statim plagæ, & post illas vltima submersio; quid? nonne & plura alia melius fuisset prius dare? forsitan non sic recruduisset, & ex flagellis potius obdurasset? nil minus; attende mysterium cur serpentis primum signum, & rationem colliges cur vnum. Virga equidem non versa est in leonem, non in vrsum, non in pantheram, animalia ferocissima, sed in colubrum, qui in malitia, ac virulenta sic pertinaci est natura, vt nisi caput frangatur, conteratur, ac occidatur, nullum ab illo est remediũ, nulla spes vt mansuescat, vnde Deus ad serpentem, *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius*. Genes. 3. num. 16. Pende illud, *Ipsa conteret caput*; nam alias, *Et si abscissum*, vt ait Rupert.

Exod. 7. num. 10.

Gregor.

Genes. 3. num. 16.

Rupert.

cum tribus, aut duobus digitulis viuere, & abire perhibetur; ob quod meritò Hieronymus Laurent. in sua Sylua ex August. epist. 121. & de verbis Domini serm. 19. *Pertinaces, obstinatos, & induratos intelligit.* En ergo mysterium cur vnũ signum, & non aliud, quam virga in serpentem: nam cum obstinationem Deus præsciret Pharaonis, qui ex tribulationibus non solum non nitesceret, sed amplius tanquam serpens pertinax in dies obsurdesceret, & peior ex tribulatione fieret, ideo non aliud nisi serpentis voluit dare signum, in illo, & per illum suam pertinaciã præsignans, & simul vltimam ruinam, ob quod ideo non secundum præstitit, nec alia: nam quasi de re acta superfluum duxit, vnde tanquam serpens occisus, & præfocatus, quod ad literam de Pharaone Dauid Propheta, Psal. 73. num. 13. intelligens ait: *Tu confirmasti in virtute tua mare*, hoc est solidasti, quando populus pertransiuit, tanquam murus factus à dextris, & à sinistris, *Contribulasti capita draconum in aquis, principes nempe Ægyptiorum*, ait Agellius. Vnde eleganter Theodoret. in cap. 4. Exod. *Ideo*, ait, *præcepit Deus, virgam quæ illum flagellaturus erat, in serpentem commutari ad comminendam illius feritatem, & malenolentiam aperiendam.* Ergo si Deus non signa, si post primum signum aliud non addidit, si sic absque misericordia illum percussit, si sic firmiter, vtvsque ad demersionem, sibi imputet, qui obstinatus in malo, & obduratus semper, non solum ex tribulatione profecit, sed defecit.

Psal. 73. num. 13.

Agellius.

Theodor.

3. Obstinati ex tempore & ineuitabiliter occidentur.

Ad quod amplius declarandum aduerto ex Lippom. in caten. Pharaonem non petijsse signa vt obediret, seu vt sciret verè an mandatum esset Domini, sed vt executionem haberet: nam in pertinacia firmus extabat; hinc signa nõ ad correptionem, sed ad damnationem accepit. *Pharao iam dudum contemptor Domini, quem & noluerat scire, vel colere, iam nunc incipit exigere signa, & portenta, & in suam damnationem suscipit, non quia dignus haberetur, sed vt Deus suam omnipotentiam manifestaret mundo.* Ergo si verum fas dicere, signa petijt non vt illis exhibitis obediret, sed vt amplius repugnaret, quod obstinatissimi cordis est indicium; hinc signa accepit, sed ad damnationem; sibi ergo imputet illam, sibi suffocationem, & interitum, dum obstinatus ex vna tribulatione in aliam incidens semper, non melior, sed peior euasit, sicut semper eueniet illis, qui ex tribulationibus non proficiunt, sed potius deficiunt.

Lippom.

4. Signa Pharaoni præstita ad eius condemnationem, & cur.

Enimuero affirmanter pronuncio nullum cõdemnatione maius signum, ac hominis prorsus deploratæ sortis, quàm ex tribulatione non nitescere, sed sordescere: nam hæc potissima inter impios, probatosque est differentia, quod iusti ex tribulationibus tanquam argentum in candorem resoluuntur; impij autem in lutum, in fæcem. Vnde verè eis tribulatio in hac vita non est purgatio futurorum malorum, sed veluti quædam inchoatio. loquebatur enim Isaias cap. 57. de reditu ex Babylone filiorum Israël, de lætitia, & gaudio eorum, tandem de perfectione, ac vt sic dicam elucidatione, quam ex illa hauserant probatione, magnaque tribulatione. *Sanaui eum, reduxi eum, reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius, creaui fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè, & qui prope, &c.* Quæ

5. Præsciti signum ex tribulatione amplius in peccatis surdescere. *Isaias 57. 6.*

Inter iustos peccatoresque in tribulationibus quando politi quæ differentia.

Digitized by Google

cum dixiſſet, ex tempore num. 20. prorumpit dicens: *Impij autem quaſi mare feruens*, ſeu vt Vatab. *Euripi inſtar*, qui ſepties in dies fluit, & refluit, ob quod in perpetua eſt agitatione, & motu, tanto naturæ ſecreto, quod penetrare eum non potuit Ariſtot. vnde de eo dicebatur, *Euripus habet Ariſtotelem, non Ariſtoteles Euripum*. Impij ergo inquit Propheta, *Quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt*; Quid ergo illis ex hac agitatione, turbatione, fluxu, tribulationiſque refluxu attende: *Redundant fluctus eius incõculcationem, & lutũ*; In quo loco rectè Sanchez, *Alia*, inquit, *eſt iuſti, alia impij perturbatio, atque æſtus; illa quidem munditiam affert, ac nitorem; hac verò lutum, & cœnum*; Quod breuibus elegantet expreſſit Auguſt. lib. 14. de ciuitat. cap. 6. probans æqualiter iuſtos, iniuſtoſque turbari, paſſioneſque pati, ſed differenti fine, *Cupiunt, timent, lætantur*, ait, *& boni, & mali, ſed illi benè, iſti malè, ſicut hominibus ſeu recta, ſeu peruerſa voluntas eſt*. Ergo fructus impiorũ ex agitatione tribulationis eſt fieri lutum, parere cœnum, aptum ad conculcationem, & nauſeam, ſtomachumque ingerendum. Quid ergo ex his, niſi illud, quod quando hoc videris in homine, quando ex tribulatione potius obſtupeſcere, ac nigreſcere, & lutum fieri, ac cœnum, dic tales in illo tribulationes, non purgationes eſſe, ſed pœnas, ſed dolores æternarum pœnarum prænuntios. Quod rectè explicans Beda ſuper illa verba; Marc. cap. 2. num. 5. *Fili dimittuntur tibi peccata tua*, ſic ait: *afflignntur homines corporis moleſtijs aut ad augmentum meriti vt Iob, & martyres, aut ad humilitatis conſeruationem vt Paulus, aut ad correptionem peccati vt ſoror Moyſis, & Paralyticus, aut ad Dei gloriam vt cæcus natus, aut ad initium damnationis vt Herodes.* Vt ex hinc videas quàm metuendum ex tribulationibus ad malum obdurari, peiorem fieri, non meliorem, cum æternum hoc pariat ſupplicium, cum in hac vita cordis obdurationem: nam ſi benè attendas, ex nullo cor ſic obduratur, ac quando percuſſum reſiſtit, obdureſcit, audire renuit, & quod amplius expendo illud eſt ſæpè ex vna tantum afflictione malè lata, ex vna tribulatione impatienter percepta, ſic vt in ampliora quis incidat peccata, & non ſolum non reſipiſcat, ſed etiam in maiora labatur, poſſibile, vt ex illa durationem, obſtinationemque ſequatur cordis ad malum, & ad peccatum; pro qua re

Vt certum adnoto Deum hominem vocare non ſolum per interiorem inſpirationem, ſed ſæpè etiam per flagella, correptiones, tribulationes. Vnde Gregor. homil. 36. in Matth. ait: *Ecce Deus vocat per ſe, vocat per Angelos, vocat plerumque per miracula, vocat plerumque per flagella, vocat aliquando per huius mundi proſpera, vocat aliquando per aduerſa*; at inter inſpirationes internas vt plurimum hoc inuenitur diſcrimen, cum externis ex tribulatione: nam cum homo ſit carnalis illæ ſæpè, ſua culpa quando ordinariæ ſunt, & communes, non audiuntur, & vix percipiuntur; externæ autem, quæ ex tribulatione, velit nolit audit peccator; Quapropter amplius inexcuſabilis ſit. Quod cum ſit, ſic diſcurro; ſæpè ex vna interna inſpiratione non admiſſa, poſſibile vt obduratio ſequatur cordis, quod in primo ſatis probaui, & ex illis Pſalm. verbis Pſalm. 94. num. 8. ſatis deduci poteſt, vbi ſic Pſaltes. *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra*; vbi expendo non dixiſſe, nolite aures obdurare, non audire, ſed non obdurare, quod de propria cordis obduratione accipit Incognitus, & de obſtinata reſiſtentia. Ergo dum dicit *hodie*, dum dicit *vocem*, clarè ſequitur quod poſſibile vt ſi hodie vocem recipias Dei vocem, vnam inſpirationem, & reluctaris, obdureſcas; quod equidè ſanè tremendum. Quod cum ſit, & tribulatio ſic præpotentior Dei vox vt diximus, nonne amplius poſſibile, vt ex vna tantum malè lata tribulatione obdureſcas? hoc enim in Pharaone obſeruo poſt primam tribulationem aquę in ſanguinem, ait ſcriptura: *Et induratum eſt cor Pharaonis, auertit ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec apposuit cor etiam hac vice*; ad quid tantam non ſufficiebat dicere ſicut ſupra dixerat, quando verſa eſt virga Aaron in draconem in ſignum voluntatis diuinæ vbi tutum, *Induratumque eſt cor Pharaonis*; nunc ad quid auertit ſe, ingreſſus domum, non apposuit hac vice; quæ magnam habent emphaſim, cum ex illis tantum idem inferebatur? Sanè, ni mea me cogitatio fallit, appoſitè à Moyſe illa adiecta, vt intelligatur nõ ſic primo induruiſſe Pharaonem ex ſigno, quia illud inſpirationi diuinæ correſpondebat, illum admonens, vocans, adducens, non tamen per flagella ſicut poſtea per verſionem aquæ in ſanguinem, qua afflictus, & moleſtatus; Hinc cum horrendum illud eſſet, quod nec ſic, ideo illa apposuit, quorum ſenſus vt ait Lippom. eſt, *Quod nec monebat eum tantum periculum, vel quod non adiecit animum ad huiuſmodi factum, ſed non curauit.* Quid ex hoc? illud amice, quod dicebamus, nempe induruiſſe cor Pharaonis ex prima illa inſpiratione, quando virga verſa eſt in colubrum; ſed amplius, ſed, vt ſic dicam, omninino obduratum fuiſſe, ac pertinax reddicum, quando poſt primam flagellationem non acquieuit; neque valet, extremam ſi dicam hanc non fuiſſe obdurationem, quia ratione Magorum, qui ſimile quid fecerunt, non credidit: nam vt benè Auguſt. *Conſequentia docebunt*, reſpondet, *quanta fuerit illa obduratio, etiam cum incantatores deficerent*; quod factum omnibus equidem documentum eſſe debet, quanto conatu ex qualibet tribulatione meliores euadere debeant, dum poſſibile, vt ad vnam malè latam tantum ſequatur malum, tanta ſaluationis ruina.

Quod cum ſit, & tantum ſibi inferat peccator damnum, dum non melior, ſed peior ex tribulatione euadit, fit certè, vt talis obſtinatio peiorem illum ipſis conſtituat beſtijs; quod autem peccator beſtijs comparetur res in promptu in ſcriptura, & apud patres ſanctiſſimos, ſolum lubet hinc Clementem adducere Alexand. in exhortatoria ad Gentes in principio, qui mea ſententia ſupra omnes excellentiſſime hoc expreſſit; ridens enim illud Orphei, qui cithara beſtias manſuefaciebat, lapideſque poſt ſe trahebat, vt inſana credebat antiquitas, affirmans illos non homines, ſed dæmones fuiſſe, quorum impoſtura gentes ad idola colenda ductæ, ſic poſtea ait: *Sed non eſt talis mens cantor*, Chriſtus ſcilicet, *ſed venit paulò poſt diſſoluturus acerbam ſeruitutem dæmonum tyrannidem obtinentium; ſolus*

Pſal. 94. num. 8.

11. Ex vnius reſiſtentia internæ inſpirationis poſſibile vt cordis ſequatur obſtinatio. *Incognit.*

12. Peccator obſtinatus ex tribulatione peior ipſis beſtijs. *Clem. Alexand.*

13. Chriſtus incantator nouuſque verus Orpheus beſtias ad ſe attrahens.

Sanchez.

Auguſt.

Beda.

7. Tribulationes ob quas cauſas à Deo inferuntur.

8. Impijs ſunt initia damnationis.

9. Ex vna tantum malè lata, poſſibile, vt obduratio ſequatur cordis.

S. Greg.

10. Inter Dei inſpirationes internas, & externas quale diſcrimen.

itized by Google

quidem certè ex his, qui vnquam fuerunt, difficillimas fecit homines manſuefecit, volucres quidem eos, qui ex ipſis ſunt leues, ſerpentes vero eos qui deceptores, & leones eos qui ſunt animoſi, & ad iram concitati; ſues autem eos, qui ſunt voluptati dediti; lupos autem eos, qui ſunt rapaces; lapides autem, & ligna ſunt inſipientes; quod ex ſcripturis poſtea illud educens clarè probatum relinquit peccatores eſſe beſtias, attamen & ſi vt dixi, omnes peccatores beſtias, tamen obſtinatos, & Deo rebelles affirmo plus eſſe quàm beſtias: nam ex obſtinatione, dũ non vult homo Deo parere, nec ex tribulationis voce eum audire voluntariè ipſe ſibi labores, & iugum imponit extremi laboris, ac extremæ miſeriæ. Ad cœnam pater inuitans familias Luc. 14. num. 19. multi ſe excuſarunt, inter quos vnus, quia iuga emerat boum, *Iuga boum emi quinque, eo probare ea, rogo te, habe me excuſatum.* In quo loco lubet primum aduertere illud, quod pulchrè Auguſt. de verbis Domini, ſerm. 33. ponderat non ſcilicet dixiſſe hunc, eo paſcere illa, ſed eo probare; cur? quia non tantum iſte ait deſijt ad cœnam ire propter *Delectationem quinque ſenſuum, quæ mulget, & ingerit voluptatem, ſed propter curioſitatem quandam.* Admirabile documentum, videas multos cęlum amittere, ac ſalutem, non quia delectantur ipſi, ſed quia curiosè de delectationibus inquirunt aliorum, de delectationibus loquuntur, de delectationibus tractant, tempus, dies, annos in fabulationibus de alienis delectationibus inſumunt, dicterijs, facetijs, laſciuientes, hi notantur, ait Sanctus, & à cœna excluduntur, & ex indigni à ſummo patre iudicantur familias; attendamus hoc, qui in clauſtris degimus, qui nomine gloriamur religioſo: nam & ſi delectationem non inquirimus carnalem, non ob id ſecuri; nam à diuina excludemur cœna, ſi curiosè, ſi attentè, ſi randẽ incompoſitè de illa inquiremus, & ſi aliena. Sed ad rem; hic ad cœnam ire recuſauit; hic etſi inuitatus ad delitias, renuit, ſi cauſam quæris, non altiores fuerunt delitiæ, ſed boum iuga, nonne ob hoc ipſis animalibus ſtolidior? dum quod illa neceſſitate, ipſe voluntate ſibi comparauit, & excluſum à cœna ſe reperit, quia voluntariè ad horrendos ſe addixit labores; quid hoc? nonne ſtolidiorem hunc ipſis dices animalibus? Sanè, inquit Bernard. in ſuis declamationibus in hunc locum: *An vero*, inquit, *comparatum immentis eſſe, quis dubitet hominem, qui ſibi iuga emerit iumentorum, niſi quod eo ſanè ipſis quoque immentis conuincitur eſſe ſtolidior, & beſtialior beſtijs comprobatur? quod iuga neceſſitatis earum propria ipſe ſubeat voluntate, quod enim illis natura eſt, huic culpa.* Egregiè, natura animalibus iuga ferre; at homini culpa, ob quam & ipſis fit beſtialior beſtijs, quia dum Deo inuitanti, ac ſuadenti etiam per labores vt ad cœnam properet, vt ad delitias, ipſe ex obſtinatione, ex reluctatione voluntariè tantos comparat ſibi labores, ob quod indignus diuina adiudicatus cœna in perpetuum ab illa excluditur. In quare, vt egregiè idem Bernard. ſerm. 35. in Cantic. in illa verba ſponſi ad ſponſam, *Egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum*, ponderat, peior fit homo in peccato obſtinatus beſtijs, quia etſi in vita has ſocias habeat, poſt mortem tamen ipſe ſolus in inferno degit. *Sciat*, ait, *anima rationalis pecudes habere ſocias in perfruendis bonis terræ, non autem in perferendis tormentis gehennæ.* Ergo peccator obſtinatus beſtijs deterior, quatenus Deo reluctans, & ex tribulatione peior euadens, non illas excuſat, ſed in nouas volens incidit, ipſe ex ſe iuga emens, quibus adactus in æternum à regno excludatur.

Sed adde adhæc, talem eo eſſe etiam ipſis beſtijs beſtialiorem, quia dum tribulationes illi Deus ad ſalutem, quarum tempus, tempus eſt ſalutis, ipſe hoc non cognoſcens facit tempus ſalutis, tempus perditionis. *Milnus*, inquit Propheta Hierem. cap. 8. num. 7. *in cælo cognouit tempus ſuum, turtur, hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui; populus autem meus non cognouit iudicium Domini.* Quod explicans Tertull de pœnitentia cap. 12. ſic ait; *Mutæ quidem animæ, & irrationabiles, medicinas ſibi diuinitus attributas in tempore agnoſcunt, ceruus ſagitta tranſfixus, vt ferrum de vulnere expellat, ſcit ſibi dictamnum medendum. Hirundo ſi excæcauerit pullos, nouit illos oculare rurſus de ſua chelidonia: peccator ſciens reſtituendo ſibi inſtitutam à Domino exomologeſin præteribit illam.* Egregiè, in quibus verbis ad notanda illa, animalia ſcilicet in tempore agnoſcere medicinas ſibi diuinitus attributas, quas non prætereunt, ſicut nec tempus eis vtendi: ſolus homo peccator cum diuinitus ab æterno tribulationes in tempore pro medicina ſibi ſint attributæ, ipſe ipſis animalibus ſtolidior, ac beſtialior tale tempus non cognoſcens ex medicina venenum efficiens, tempus ſaluandi, tempus facit perdendi.

Sed quid, tales obſtinati non ſolum peiores ipſis ſunt animalibus, ſed ipſis inſenſibilibus rebus, cum potius hæc ſcindentur, ac diſrumpentur, quàm cor eorum lapideum plus quàm ipſi lapides durum; hoc equidem adnoto in verbis illis Prophetæ 3. Reg. 13. hic enim in nomine Domini ad peſſimum miſſus Ieroboam tunc ſuper altare ſacrificantem, vt eum reprehenderet, ac de via auerteret peſſima, ſic ait exclamans ex ſermone Domini contra altare, *Altare, altare hæc dicit Dominus*; Mirum vt miſſus ad increpandum Ieroboam, non loquatur cum illo, ſed cum altari, nunquid altare aliquid peccauit? aut ab altari pœnitentia exigenda? nõ equidem, vnde ergo altare, altare, & non Ieroboam, Ieroboam? Attende ad ſequentia, & myſteriũ agnoſces, ex verbis Prophetæ ſic intremuit altare, vt in mille ſit exciſſum partes. *Altare exciſſum eſt, & effuſus eſt cinis de altari*; at Ieroboamus, etiãſi à Deo percuſſus in dextera, quæ ſtatim aruit, duin perfidè contra Prophetam eam extenderat, nihil ex hac percuſſione, ac diuina tribulatione melior factus, obſtinatior quàm antea ſemper vſque ad mortem in peccatis remanſit, ipſis lapidibus durior, ipſis marmoribus pertinacior. Vt videas, & attendas quàm durũ cor ſit hominis ſemel in peccato obſtinari, vt potius lapides, quàm ipſum ſcindatur. Hinc, & hac de cauſa ad hoc ſignificandum Propheta *ex ſermone Domini*, quod notandum potius ad altare, quàm ad ipſum locutus Ieroboamum. *Lapidem alloquaris?* ait Chryſoſt. homil. 23. in Geneſ. ad Prophetam, & pro illo reſpondens ſequitur, *Sic quoniam lapide ipſo eſt inſenſibilior*; Sanè lapis tantum ex voce frangitur, Ieroboamus durus

Luc. 14. num. 19.

Auguſt.

14. Quam periculoſum Chriſtiano, & homini præcipuè religioſo de delectationibus carnis curiosè eloqui, aut tractare.

Bernard.

15. Peccator ſtolidus tẽpus ſalutis tempus facit perditionis. *Hierem. 8. nu. 7. Tertul.*

16. Obſtinati ipſis lapidibus duriores ſunt. *3. Reg. 13.*

Chryſoſt.

etiam ex percussione, quæ vox potentior, quid mirum amice, si cum ex tribulatione nihil melior factus, immo peior audierit infra cap. 14. ex Abia Propheta ex nomine Domini: *Ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem*; sibi imputet pessimus hoc grande exterminium, dum Deum audire noluit, & ex tribulatione non melior, sed peior euasit.

Sed ne locus excidat, placet adnotare principum genium, quam scilicet perfrictæ sint frõtis cum Deo, quantaque ignorantia laborant, & tandem quanta stultitia, seu, vt melius dicam, ad quantam mentis ineptitudinem dominatus eos adigit, dum sic cum Deo, ac cum subditis se tractare posse autumant; certè & si isti subditos premant, si vexent, si mille grauent iniurijs, tamen semper securi extant, quod postea quauis gratia, aut fauore ad se eos alliciunt, plus hunc reputantes, quàm omnia pristina insuauia; sic equidem & cum Deo factum etiam reputant, cum offendunt, mille irretiuntur peccatis, populum per scandala à Deo auertunt, Ecclesiam opprimunt, nescio quos nouos vitulos erigunt, vt contra ipsam agant, contraque summum Dei Vicarium in terris, & tamen cum hoc faciant, cum in peccatis maneant, & ad Deum accedere audent, ad eius seruos, vt fausta procurent, imò quo annuntient; si quæristantiæ causam ignorantiæ, quia vti diuites Dei seruis impendere possunt, quia panibus abundant eos sustentare, quia eos honorare; ô fallacia: En tibi pessimus in exemplum Ieroboamus, à Deo Israëlem abstraxerat, vitulos formauerat, & ad eos adorandos populum adduxerat, in peccato & si admonitus, & si per tribulationes reprehensus semper obstinatus, ægrotante filio audet ad Abiam Dei Prophetam mittere, qui de regno ei prophetauerat, vt de salute pueri mulier ipsius scisciteans bonum referret nuntium, si vis scire, vnde? filius in muneribus, vnde ad mulierem: *Tolle quoque in manu decem panes, & crustulam, & vas mellis.* Reputans pessimus ob hoc omnia salua, & quasi Deus subditus, non eius Dominus ex donis placaretur, sed quid non solum quæ sperabat non audiuit, sed durum nuntium, sed horrenda, sic vt potius ex donis iram, quàm misericordiam hauserit, & Propheta non benedictionem illi, sed potius, vt sic dicam, maledictionem impartierit: nam vt egregiè Clem. Rom. lib. 4. constitut. cap. 7. *Hi qui in peccatis versantur, nisi pœnitentiam egerint, non solum non exaudiuntur cum supplicant, sed etiam Deum irritant in memoriam ei reducentes suam improbitatem.* Nil verius, ad orationem accurrunt principes seruorum Dei, munera eis mittunt, nulla facta pœnitentia, quid ergo? credũt se Deum placare? sciant quod amplius irritant: nam dum pœnitentiam non agunt, dum in malo obstinati, & si percussi, ac tribulati vti pessimus iste, qui & si in filio castigatus, tamen ex hac tribulatione nihilo melior effectus obstinatior perseuerabat, ad huius instar contra ipsos amplius Deus insurget, sicut & contra cæteros, qui similiter ex tribulatione non proficiunt, qui vt ipse non solum in se, sed in femine, in filijs, in nepotibus maledicuntur.

Attende ad quæ dico, sic Deus obstinatos in malo post tribulationem odio habet, abhorret-

19. Principum frontositas cum Deo, eiusque seruis vnde.

Clem. Rom. 18. Peccator obstinatus in malo orãs potius indignationem haurit, quã misericordiam.

que vt non solum ipsos, sed si aliquando sic sua disponente prouidentia eos non amplius castigat, nec vltima adducit flagella, filios tamen, ac nepotes, ac domum totam tandem exterminet; quod profecto horrendum, ac timendum; hoc & si possem adnotare in Ieroboamo, qui & si ipse in se non punitus, licet peruersus, tamen sic extitit in filijs, vt non remaneret ex eis, neque ex tota eius domo *mingens ad parietem*, tamen præcipuè adnotare hoc libet in maledictione illa sanctissimi Noë ad Cham filium Genes. 9. iste equidem peccauit, & grauissime: nam patrem denudatum videns in tabernaculo foras fratribus dixit, *Quod cum vidisset Cham pater Chanaam verenda scilicet patris sui esse denudata, nuntiauit duobus fratribus suis foras*, num 22. In quo loco digna est Chrysostomi ponderatio, expendens non solum adnotasse scripturam fratribus illud Cham dixisse, sed foras, quod fuit illud maximè secundum Chrysost. à Noë patre persentitum, vnde super illa verba, *Cum didicisset Noë, quæ fecerat filius suus minor*, adnotat emphaticam hanc esse locutionem indicantem magnum quid contra Noë filium egisse; *Magnam*, ait, *& intolerabilem rem dicere vult*, quam pandens Sanctus *foras*, sequitur, *exijt, quasi si alia adesset multitudo, & eam fallurus esset paterna turpitudinis conscium: nam si omnino proditurus erat, debebat fratres intra domum vocare.* Vnde hoc amplius sanctissimus genitor, quàm ipsam frambus propalationem persensit; arguuntur ex hoc loquaces illi, qui extra domũ genitorum defectus pandunt, & præcipuè si religiosi; timeant maledictionem, dum idem committunt peccatũ; cum didicisset ergo Noë quod filius eius minor egisset, ait: *Maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fratrum suorum*; Mirum quod peccante patre, non pater, sed filius maledicatur, quod Chanaam peccauit, vt iste, non pater malediceretur.

19. Deus sic obstinatos in peccato abhorret, vt in semine eos castiget, quando non illos.

Genes. 9. num. 21.

20. Religiosi foras suæ religionis defectus, pandentes à Deo maledicuntur.

21. Noë cur Chanaam, & nõ Cham maledixit. *Chrysost.*

Sed antequam respondeam, libet ex Chrysost. adnotare homil. 28. in Genes qualis fuerit hic Cham; sic enim impius, ac sceleatus, vt actu Deo totum immundante mundum, actu de cæloabyssi cadentes aquarum, ex quarum timore ipsa etiam animalia à generatione se cohibebant, iste tamen petulans, ac maledictus secundùm Chrysost. in ipsamet arca generationi, ac voluptati operam dabat. Vnde Chrysost. super illa verba, *Porro Cham ipse est pater Chanaam*, sic ait: *Cur igitur filium Cham nominauit Chanaam, scilicet vt nimiam Cham intemperantiam libidinis insinuaret: quippe cum neque tanta calamitatis magnitudine, neque tanta arcis angustia concupiscentiã eius coercere, & refrenare potuerit, quominus veneri seruiret, iam ex eo tempore mentis suæ malitiam demonstratus, itaque non multo post propter contumeliam in parentem, maledictionem susceperus erat filius eius Cham.* Hæc postrema adnotanda, homo pessimus, peior ex calamitate, ac tribulatione factus, sic ex diluuio, ac vltima mundi strage pessimus vt patrem irriserit, cur talis, ac tantus peccator sic in peccato obstinatus, ipse non maledicitur, sed filius? hanc equidem rei rationem reddit Theodoret quia Cham post diluuium cum Noë benedicto à Deo, & ideo illum maledicere non ausus est, ne quem Deus benedixerat, ipse malediceret. *Audax itaque facinus*, ait Theodoret. *Noë existimauit, si benedi-*

21. Chami libido extrema & in malo obduratio.

Theodor.

benedictionis diuinæ participem malediceret, idcirco filio eius execrationem inflixit; iusta autem A *vltio fuit.* En ratio, pessimus Cham, qui ex terribili illa tribulatione non profecit, sic Deo ordinante non maledictus in se, immo benedictus, quatenus nulla amplius angustia pressus; quid ergo? nunquid & filij etiam benedicti? nil minus, sed sic Deus tales obstinatos abhorret peccatores, qui ex Dei tribulationibus amplius obdurantur, vt quando ipsos immediatè non castiget, puniat in filijs, domos eorum destruẽdo, filios de pauperando, subiugando, occidendo, sic vt vsque ad vltimum hoc perueniat exterminium, vt videas quàm verum sit quod affirmamus, quod impij, dum extribulatione non proficiunt, æternum ipsos sibi parare supplicium.

Concludam tandem tales sic in tribulatione B obstinatos, & qui dum tribulantur non persentiunt, quod deploratæ mentis est signum, vt interim hoc dicam. Quapropter egregiè Diu. Gre-
S. Greg. gor. lib. 2. Moral. cap. 11. super illa verba Iob c. 1. *Scidit vestimenta sua*, sic ait: *Non est enim pondus vere virtutis insensibilitas cordis, quia & valde insana per stuporem membra sunt, quæ incisa per stuporem sentire dolorem nequaquam possunt.* Tales inquam, qui sic duri sunt in percussionibus, ac flagellis, non solum affirmo quod extremum ad se Dei iudicium aduocant, sed quod præproperè, ac cito. Quod equidem obseruo in
Daniel. 5. num. 30. illo Danielis 5. num. 30. Balthasari enim impio Regi magna tunc circundato tribulatione, & periculo, vtpote totus exercitu inimicorum cinctus, tamen sic insensibiliter ad hanc Dei tribu-
23. Obstinati præproperè ad se Dei iudicium attrahunt. lationem se gerebat, vt large, & opipare conuiuaretur, *Fecit grande conuiuium*, ait Scriptura, *optimatibus suis*, quis hoc crederet de homine sensato, vt in carcere veluti incluſus, & ad mortem appetitus, vt inter medios existens hostes, vitam eius appetentes, ipse nihil hæc faciens imperterritus, & in malo obstinatus ad conuiuia attenderet, ad ebrietatem, & insuper ad Deum offendendum, inhonorandum, dum sacra iussit afferri vasa, vt ipse cum pellicibus suis in eis biberent, deosque laudarent; merito ex Dei sen-
Clem. Alexand. tentia occisus, qui vt alio proposito Clemens dixit Alexand. lib. 1. Pædagog. c. 12. *Absque ratione saturatus, absque ratione ludebat*; at quod ego in hoc adnoto sunt illa scripturæ verba, quæ post Danielis Regi prædictionẽm, sic ait: *Eadem nocte interfectus est Balthasar Rex Chaldæus*, tam cito, vt quasi vix verba Daniel deprompserat, ac D Balthasar occisus; non sic equidem pater eius Nabuchodonosor, qui etsi prius admonitus de sententia, non tamen in illam incidit, quàm post menses; vnde ergo filius eius post eam tam cito occisus? *Quia Nabuchodonosor*, respondet
Theodor. Theodoret. *alterum impietatis pœnas luisse non conspexerat*; & secundò, *quia istius præcognouit Deus perpetuam impietatem.* Egregiè, tribulationes, & angustias in patre viderat impius iste, tunc in se experiebatur, & tamen durus, obstinatus, & rebellis; quid ergo? non solum extrema, & æterna in se accumulauit mala, sed præpropere, sed cito, sed eadem hora, vt videas quàm verum sit sibi imputare debere impios, si absq; misericordia, hoc est irremissibiliter à Deo puniuntur: nam vt noster inquit Sapiens, *Præscit Deus futura illorum*, hoc est impœnitudinem.

Num. 2. *Quoniam cum ipsi permisissent, vt se educerent, & cum magna sollicitudine præmisissent illos, consequebantur illos pœnitentia acti.*

Commentum literæ.

QVid Deus præsciebat futurum aperit, Ægyptiorum scilicet pœnitudinem Hebræorum dimissionis, vnde ait: Connexio capitis.

Quoniam cum ipsi permisissent, vt se educerent. Sensus planus, de Ægyptijs loquitur, qui Hebræis permiserunt vt abirent. Vatabl. legit, *Quod eosdem liberassent ad abeundum*, Clarius *quod cum ipsi conuersi essent vt abirent*, in idem reincidunt; permiserunt enim Ægyptij post primogenitorum plagam, vt abirent Hebræi; imò cũ honore, & coactione simul, vnde sequẽs ait:

Et cum magna sollicitudine præmisissent illos. Græca, *Cum studio, & studiose deduxissent illos*, alacriter illis bona commodantes, vrgentes vt exirent, vti suprà diximus, imò eos per aliquod itineris spatium amoris, honoris, & vicissitudinis gratia associantes.

Consequebantur illos pœnitentia acti. Com- *Complut.* plut legit, *Consequebantur illos pœnitentiæ actus*, post discessum nempe statim actus consecuti sunt pœnitentiæ, dolentes eos abijsse; melius pœnitentia ducti consecuti sunt eos, mutato scilicet consilio, & proposito, displicens, quod antea placuit, & hoc non post multam temporis moram, sed statim, vt mox sequens.

Num. 3. *Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ, & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos persequebantur.*

Commentum literæ.

DIxerat mutasse consilium Ægyptios, ac pœnitudine acti dimissionis eos persequi incepisse; nunc vt amplius eorum eluceſceret pertinacia, circunstãtiam addit temporis, quo illud intentarunt, paulò post scilicet discessum Hebræorum, adhuc recenti primogenitorum morte, & planctu, vt mox dicemus, ait ergo: Connexio capitis.

Adhuc inter manus habentes luctum, &c. Græca, *In manibus*, phrasis communis de re adhuc recenti, adhuc lachrymabantur, & vt sequitur, *ad monumentum mortuorum*, dupliciter hoc intelligi potest, vel de illis Ægyptijs, qui solemniter mortuos suos deplorabant, & sepeliebant; quorum luctus per 70. durabat dies Genes. 10. *Genes. 10. num. 2.* n 2. & sic verè dicitur, quod inter manus habebant luctũ, & quod deplorabant ad monumẽta, hoc est ad funeralia, quæ sepulturam præcede- *Comestor.* bant. Comestor in historia scholastica in Genes. 1. c. 114. affirmat: Ægyptios nouẽ diebus asseruasse cadauera per singulos plangendo, eaq; fouisse aqua calida ad experiendum an anima esset in corpore, & tantum sopita; deinde 40. dies insumpsisse ad condiendum, & alios 30. ad saliendum, demum in lignea imagine incluſos sepeliſſe; planctus vero, & luctus erat talis; mulieres luto caput, & faciem oblinibant, per orbem vagantes succintas, nudatisque mammillis se plangebant; ex altera parte viros expectoratos se vulnerabant, lugentesque, ciuitatem quoad

Ægyptiorũ mos sepeliendi ac lugendi.

Digitized by Google

ſepulturæ corpus traderetur circumibant; interim nec lauacro, neque vino, aut cibo vtebantur, nisi vili, veſtibus ſimiliter vilioribus induti, vide Peter. in citatum cap. Geneſ. Herodotum lib. 2. & Diodorum Siculum lib. 2. Quod cum ſit, cum poſt quatuor tantum dies ab egreſſu Ægypti Hebræos ſint perſecuti, veriſſime quod adhuc inter manus habebant luctum, & deplorabant ad monumenta.

Secundò, locus poteſt intelligi de illis Ægyptijs non tantũ ſepelientibus ſuos apparatu, qui poſt tumulatos ſuos adhuc eos flebant; hoc magis placet Lorino, vterque modus probabilis.

Aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientia, &c. Græca, *Alteram attraxerunt inſaniæ cogitationem*, emphaſim recognoſco in verbo attraxerũt, non illa ſe ingeſſit, nõ ſponte eos adijt, tandem non ex ſe diabolus eam immiſit, ſed ipſi pertinacia, impœnitentia, cupiditate, paſſione, malenolentia, tandem vindictæ deſiderio eam attraxerunt, & à ſede ſua quodammodo euulſerunt, mos equidem carnalium hominum, vt infrà dicemus.

Quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos perſequebantur, &c. En inſcientia, dimiſerant, rurſum perſequuntur, cur? an quia verè non dimiſerunt, ſed tantum vt per triduum ſacrificatum irent, ideo per exploratores cum cõperiſſent longius illos abire, ad eos perſequendos ſe accinxerunt. Liran. in cap. 3. Exod. Abulenſ. ibid. Anaſtaſ quæſt. 73. in ſcripturam, Auguſt. quæſt. 13 in Exod aſſerunt per triduum ſolum voluiſſe Deum Moyſen à Pharaone licentiam poſtulare, vt amplius eius peruicacia innoteſceret, & æquum Dei iudicium palam omnibus fieret; adnoto, vt quis extimeat, ne maius ſubeat iudicium, eo quod minora ab illo Deus expetens pertinax ad ea exhibenda inueniatur.

Liranus. Abulenſ. Anaſtaſ. Auguſt.

2. Minora Deo negans ſeruitia, quantum incurrit periculum ea denegans.

HOMILIA CX.

Carnales in bono inconſtantes, quia timore ſeruili humano, non Dei, ac amore mouentur eius.

ADhuc enim inter manus habentes luctum, noſter ait Sapiens de peſſimis illis, adhuc in oculis lachrymæ primogenitorum mortuorum, quàm de dimiſſione populi dolentes, *Aliã ſibi aſſumpſerunt cogitationem*, quàm emphatica locutio? vt interim hoc dicam, cur non dixit, alter ſtatuerunt, cur non ſeipſos pœnituit, cum proprius? ni fallor, quia non ſic malorũ expreſſiſſet genium, qui ad malum propenſi ex conſuetudine, non deliberant, quaſi prius conſulendo, tempuſque aſſumendo; ſed vix cogitatio apparet mali, ac illam ſibi apprehendunt nulla reſiſtentia, nullo delectu, vix cogitatio fratricidij ſubuenit Cain, ac occidit, vix Achab de vinea Naboth, ac eam apprehendit, vix tandem Iudã de Domini venditione, & ſtatim vendidit, ſic procliues ex conſuetudine inueniuntur ad malum. Sibi ergo imputent poſtea, ſi præfocantur vt iſti, ſi occiduntur; ſed ad nos. Aliam ergo ſibi aſſumpſerunt iſti cogitationem, inſequendi ſcilicet, perſequendi, occidendi, quos prius ſic hilariter dimiſerant, cur ergo tam cito à bono deſierunt incepto, vnde nunc tam cito ſic malam apprehenderunt cogitationem? Sahè mea ſententia, quia non Dei amore, non eius liberali, ac ingenuo timore, ſed ſeruili, ſed humano populum dimiſerunt, non Deum, ſed ſe reſpicientes, à quo omnis animarum ruina. *Vrgebantque Ægyptij populum*, ait Scriptura, Exod. 12. n. 33. *Exire velociter, dicentes, omnes moriemur.* En ratio, non Deum, non eius amorem, ſed ſui, ſed ſeruilem reſpicientes timorem; hinc non mirum, ſi ad genium ſtatim reuerſi ſunt, cum illud certũ, quod cum quis timore, non amore Dei ſe refrenat, etiã ſi Dei ſit timor nunquam firmus in bono conſiſtit, ſed ſtatim, ac illico ad vomitum redit.

Exod. 12. num. 33.

2. Qui timore non amore ducuntur, in bono nunquam perſeuerant.

Hoc equidem libet expendere in perfido illo Propheta Balaam, Num. 22. Si enim attẽdes mirus iſte fuit in Domini obedientia. Primo remiſit nuncios ex verbo Domini, qui ad eum, *Noli ire cum eis*, num. 12. Secundò, occurrenti Balac Regi ſtatim dixit: *Nunquid loqui potuero aliud, niſi quod Deus poſuerit in ore meo?* Tertiò, etſi munificentiſſime à Rege habitus, ac muneribus honoratus, *Cumque occidiſſet Balac boues, & oues, miſit ad Balaam, & principes qui cum eo erãt, munera*, num. 40. tamen imperterritè ad Regem cap. 25. n. 8. *quomodo maledicam, cui non maledixit Dominus? qua ratione deteſter, quem Dominus non deteſtatur?* Quartò iterum à Balac Rege aſtrictus animosè reſpondit: *Ad benedicendum additus ſum, benedictionem prohibere non valeo*; immo cum Balac ei diceret: *Nec maledicas, nec benedicas*, conſtanter reſpondit, *Nonne dixi tibi, quod quid mihi Deus imperet, hoc faciam*, tandem animum ad benedicendum reſumpſit, ſic vt dicat Scriptura cap. 24. *Quod cum vidiſſet quod placeret Domino, nequaquam abiit, vt antea perrexerat, vt augurium quareret*; Sed ipſe ex ſe ſtatim in benedictiones prorupit; quis ergo hęc audiens, non pro certo crederet firmiſſimum hunc ad ſemper Iſraël benedicendum, cum toties ei Dei declarata voluntas? at nil minus, ſed ad Balac Regem, *Pergens ad populum meum*, ait, *dabo conſilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore*; Vnde ergo ſic cito ad genium, vnde ſic promptus ad maledicendum; Sanè amice, conſidera cur non maledicebat, & rationem intelliges, ipſe equidem ad populum maledicendum pergebat in via. *Vidit Angelum ſtantem enaginato gladio*; qui ob paululum eum non occidiſſet, timore exterritus nõ auſus eſt maledicere; quid ergo? hoc tranſacto, quando iam amplius non timebat, quando iam regreſſus in domo extabat, ac nullum aderat periculum, ſtatim contra Iſraëlem conſilium dedit, vt à Deo malediceretur, voluntate eius ex timore non commutata, ſed ſuſpenſa, vt benè Laurent. Iuſtinian. in ligno vitæ de timore c. 2. *Timor*, inquit, *hominum, peccandi differt facultatem, & operationem, non autem aufert, ſed retinet voluntatem donec habeat opportunitatem; vnde & quos ſuſpendit à crimine, auidiores reddit ad crimen, & æſtuat animo quouſque perficiat, quod malum cogitat.* Nil melius, ſuſpendit à crimine, ſed poſtea auidiores reddit ad crimen, efficaciores, & ardentiores.

Num. 22. num. 12.

3. Timor ſuſpendit, non aufert animum peccandi. *Laur. Iuſtin.*

Hoc conſiderandum, in ſeditione illa Dathan, & Abiron contra Moyſen ex ſacerdotio Aaronis, vbi ſup. c. 16. nam cum iſtis vix ducenti quinquaginta viri cõtra Moyſen, & ſi multitudo populi, cum illis tamen ex illorum ſuaſione, vnde

4. Immo eo ſublato audaciores reddit. *Num. 16.*

1. Peccatores quàm facilè malas admittunt cogitationes.

mutanter ait Scriptura num. 19. *Et cum coacer-*
uassent aduersus eos omnem multitudinem, non
ipsa se coaceruauit, sed ipsi eam coaceruatunt,
& hæc tandem cum vidisset contra impios ter-
ram scindi, eosque absorbere, cumque etiam du-
centos quinquaginta crematos, *sequenti die*
non plus, non menses, non anni transierunt, sed
die sequenti, non adducta, nec coaceruata, nec
iussa, sed ex se, *Omnis multitudo filiorum Israël*
stetit contra Moysen, & Aaron dicens, vos inter-
fecistis populum Domini; En quàm cito, vnde?
Abulens. Audi Abulens. hîc quæst. 28. quia *Eadem die*
erant attoniti magnitudine rei, quam viderant,
& timebant, sequenti autem die desinente paulis-
per timore incœperunt dolere, atque concitati
sunt contra Moysen, & Aaron. Mirum, vt sic ci-
to, & plusquam mirum, vt nullo incitante, ne
mireris, illud est quod Laurent. dicebat Iusti-
nian. nempè quod timor, quo isti à malo coer-
cebantur non tollit, sed suspendit à crimine vo-
luntatem, eo ad illud postea auidior properat,
quo amplius prius refrænata.

5. Et petulantiores.

Hinc tales petulantiores, insolentiores postea,
quod equidem satis apparet in facto illo Am-
mon cum Thamar sorore 2. Reg. 13. *Deperibat*
2. Reg. 13. *pro sorore*, sic vt vsque ad ægritudinem, *ita vt*
propter amorem eius ægrotaret; immo amplius, *vt*
macie consumeretur, vnde ad eum Ionadab, *quare*
sic attenuaris macie filij Regis? Cur ergo sic
consumebatur, & non ad concupita properans
obiecto fruebatur dilecto. Sanè, quia vt inquit
scriptura, *quia cum esset virgo, difficile videba-*
tur, vt quidquam inhonestè ageret cum ea; Timor
Abulens. ergo erat status virginalis, ait Abulensis, *qui il-*
Sanchez. *lud prohibebat*; immo vt rectè Sanchez & mor-
tis, cum tale scelus inultum abire nunquam pu-
taret; at sine vt homo accedat astutus, eloquens,
sagax, *prudens valde*, vt ait scriptura, & amicus,
qui modum ei insinuet quo modo secreto illud
efficere posset, & sine scandalo, & aspicies inau-
ditam petulantiam, inauditam insolentiam; *lo-*
quere ad Regem, ait ista ad fratrem, *& non nega-*
bit me tibi; Quid volebat, seu quid amplius cu-
pere ipse posset? nam profectò hoc dicens Tha-
mar suam iam illi dederat voluntatem, solum
modum requirebat honestum sine infamia, sine
iniuria; at quid iste quasi si non fuisset soror,
quasi non virgo, quasi non Regis filia, viribus
prævalens eam oppressit, vnde nunc illa difficultas, quæ prius sic illum angebat, potius perire, quàm aliquid inhonestè agere cum illa? Sanè, quia iam timor mortis, timo infamiæ abscesserat, hinc petulantior, hinc lasciuior ad crimen:
Ambros. nam vt egregiè Ambros. lib. 8. in cap. 17. Luc. *In-*
firmus, ait, *custos diuturnitatis est timor, qui enim*
metuit, reprimitur, non emendatur. Egregiè, re-
primitur, non emendatur, qui seruiliter timet,
hinc tanquam flumen postea repressus inun-
dat violentius.

6. Vt crudeliores. 3. Reg. 21. num. 4.

Immo crudelius, cum ad dolos, ad arma, ad
enses properant semel timore excusso humano.
En tibi Achab in exemplum 3. Reg. 21. cum enim
à Naboth vineam petisset, & iste iam negasset,
Indignans, & frendens proiiciens se in lectulum
auertit faciem ad parietem, & non comedit pa-
nem, num. 4. Vah quam terribiles Reges in con-
cupiscentijs suis; quid? nonne hunc passionum
seruum, & quod passiones ipsum, non ipse eas
obtinebat? Sanè, homines sunt, passionibus v-
tuntur, ambulant veluti super equos in eis; at
quid, hæc eos ducunt, non illi eas, ascensores ea-
rum non agitatores, Psal. 75. num. 7. *Ab increpa-*
tione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui ascen-
derunt equos. ait Regius Psaltes de principibus,
de diuitibus loquens, vt ex versiculo 6. apparet;
sed cur ascensores eos, & non potius agitatores
nuncupat? Egregiè Ambros. de Nabuch. cap. 15.
Ambros. quia ducuntur, non ducunt, agitantur, non agi-
tant. *Corporis voluptates*, ait, *nullo eas moderami-*
ne gubernantes ascensores eos, quàm agitatores
malunt nuncupare; agitator enim cum disciplina, & arte pro arbitrio suo equos agitat, vel cur-
rentes incitat, vel reflectis indomitos, vel refugat
fatigatos, vel mansuetos pro sua voluntate con-
uertit; & paulò post, ascensorem tantum à Deo
reprobatum cum dixisset, rationem reddens
subdit: *Nam vbi est ascensor, qui non potest pro-*
prium equum gubernare, equus fertur in pre-
ceps, & indomito furore, in præruptu, & periculo-
sa iactatur. En tibi Achaz in exemplum supra
passiones gradiebatur ascensor tantum, non agi-
tator, quid inde? in præceps ruens in lectulum
cecidit, mœrore oppressus, sed cur non homi-
nem occidit? pulchrè Abulensis in hunc locum
Abulens. *quia timebat infamiam*, tyrannum, crudelem,
iniquum eum populus appellasset, forsitan &
occidisset, at sine, vt eum mulier hunc ei adimat
timorem, aspicies quid faciet; Audi Iesabelem ad
eum, irridens, & eius mœstitiam subsannans,
grandis authoritatis es, & bene regis regnum Is-
rael; Quid hæc verba resonant? profectò iro-
niam; *Quasi diceret*, inquit Abulens. *nullius au-*
thoritatis es, nec scis regere regnum, quia si tu
alicuius authoritatis esses, & timerent te subditi,
illico vt petisti vineam, etiam si non obtulisses
pretium, dedisset eam tibi Naboth, quia tamen
nullius authoritatis es, nec facis te ipsum terribi-
lem, cõtempsit te, & repugnauit, & istud prouenit,
quia nescis regere regnum. En mulieris consi-
lium, en tibi ad viuum principum adulantium
administrorum depictum ingenium, si quod
petit Rex, & si contra ius, fasque, & si patrũ he-
reditatem, & si ipsam ingenuitatem, si illico non
præstatur, si ipsimet Reges timent, quasi infan-
dum quid talis cõtra regiam maiestatem timor,
ipsi piaculum putant, ipsimet suam obijcientes
principibus imbecillitatem, quasi malè regerẽt,
quia non omnia diripiunt; ô vox infanda! ô cõ-
silia nequissima! ô homines scelestissimi totius
generis inimici humani, dum contra ius, contra
fas, cõtra ipsum naturę lumen, ob adulationem,
sic lactãt principes, vt simpliciter absolutos do-
minos eos dicant personatum, rerum, omnium-
que bonorum, impij, ac nefandi, quasi regna ob
Reges, & non Reges ob regna; audiant vnum ex
ipsis, *Vltra dominium*, ait, *princeps nihil potest*
iustè, & absque tyrannide exigere à subditis, nisi
eorum consensu, & concessione. Comminius
cap. 108. in fine: audiant Gentilem Liuium
illo ipsi Gentiliores, audiant præclaram sen-
tentiam. *Est enim*, ait lib. 9. *princeps non*
Dominus regni, sed ex legibus tantum adminis-
strator, cuius ordines dumtaxat de ipso regni
iure quippiam nominare possunt, denique est
ipsius vassallus Rex, acutè hoc postremum,
vassallus sit ex iuramento fidelitatis talis, quid
ergo quando similiter & iura regni iuramen-
to firmat rex obseruanda? nonne & ipse simul

7. Principes passionibus dominantur, & opprimuntur.

8. Principum adulatores vt cum & se perdant inquè eum adulantes.

9. Princeps regni vassallus, & quo sensu.

Digitized by Google

& regni vaſſallus: licet feliciori, ſeu digniori vſu: nam illi obediendo ſacramentum obſeruant, ipſe mandando; ex illis eſt qui loquitur, non ex noſtris, ſurget non Petrus, & Paulus, ſed Gentilis Liuius in iudicio contra ipſos, & tunc ipſi viderint, ſicut nunc videt, & peſſima illa mulier experitur, quàm falſum hoc, quamque malè ipſa ſuo conſuluit marito, qui ex verbis, ex conſilio, ex reprehenſione animatus Naboth occidit impiè, nefandè, & inſuper impijſſime, lætanter, quaſi nil egiſſet vineam poſſedit; ſic enim ad eum Elias ex Domini mandato, *Occidiſti inſuper, & poſſediſti*, quàm emphatica locutio, quaſi dicat, non ſolum poſſediſti, ſed occidiſti, prius timens populum, poſſidere reformidabat, hoc ſublato timore, occidere non eſt veritus, vt videas quàm parum fidendum ijs qui ex timore, non amore malum deſerunt.

Quid enim putas cauſæ extitit quod Herodes Ioannem occiderit? Mirum ſi attendas quod Marc. 6. num. 20. *Herodias*, inquit, *inſidiabatur illi, & volebat occidere eam, nec poterat, Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens virum iuſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* In quibus verbis adnotandum ly, *cuſtodiebat eum*, non in malam, ſed in bonam accipi partem ſecundum Euthim. & Gloſ. *Cuſtodiebat*, ait Gloſ. *ne ſcilicet ab Herodiade interficeretur.* Ergo ſi miſit in carcerē, ſi vinxit, ſi timuit, fuit vt cuſtodiret, ſed an equā vlterius progrediar, pēdo nōne aliud fuiſſet mitius medium? Sanè, cur ergo vinxit? Equidem vt Herodiæ aliqualiter ſatisfaceret; nam homo rationis ſtatus, & Ioanni, & Herodiæ ſimul prouidere voluit, quid inde? ſeu quid ex hac prudenti ratione? Sanè Ioannis decollatio, iuſti occiſio, nefandum opus, vnde minus peccatum, maioris factum eſt ei occaſio. *Libidinoſa voluntas*, ait Remig. ſuper Matth. *eum coegit in illum mittere manum, quem ſciebat iuſtum, & ſanctum; ac per hoc datur intelligi, quod minus peccatum factum eſt ei cauſa maioris peccati ſecundùm illud, qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Egregiè, virum ſanctum, & iuſtum ſciebat Ioannem, durum contra talem aliquid permittere, amor pellicis ſtimulabat, quid ergo homo humanæ prudentiæ: capiatur Ioannes, & vt ſic Herodiadæ conſulatur iræ, cuſtodiatur, ne occidatur, & vt ſic Ioannis ſaluti, reputans ex hoc vtriſque benè prouiſum, & dum Reginæ aliqualis detur ſatisfactio in aliquo patiatur vir iuſtus, & ſanctus, & ſi innocens, & omni veneratione dignus, quid ex hac pia, & prudenti diſpoſitione? iam diximus, & quid ex hac nos eruere poſſumus? Sanè illud quod ſæpè videmus, experimur; punitur ſæpè innocens, caſtigatur in bonis, mulctatur, & ſi leuiter, ſi à principum miniſtris cauſam ſciſcitaris, vt aliqualiter principum, ſeu potentum iræ ſatisfiat, vt ne amplius contra inſontem furentur, vt Regio fiſco aliquid applicando non amplius eum perſequantur, & cum hoc ſuæ conſcientiæ Deo ipſo bene prouiſum æſtimant, quid inde? ex hac parua iniuſtitia ad maiorem deueniunt, occidunt, mactant, perdunt, expoliant; Quod totum pietate colorant, cum verè non ſit niſi regalis maieſtatis timor, prænuncio eis ruinam, prænuncio à Dei viſione exilium: nam hac pœna digni, qui faciem extimuerunt potentis.

Euthim. Gloſ.

10. Herodes cur tenuit & ligauit Ioannem.

Remig.

11. Prudens politicum cōſilium ad quod barbarum hominem duxit.

12. Iudices Regis faciē extimeſcentes diuina priuabuntur.

Audi me, Exod. 24. num. 3. ſeptuaginta ſenes aduocare iuſſit Dominus, vt cum Moyſe aſcenderent ad Dominum; ac cum hac conditione, vt procul ipſi ſtantes, *Solus Moyſes aſcenderet ad Dominum, & illi non appropinquarent*; Quæ ratio tanti diſcriminis? ſi aduocantur, ſi præ cæteris honorantur; cur procul, & non cominus, cur à longè tantum gloriam illam ſpeculari, & non ſicut Moyſes eam videre, attrectare, vt ſic dicam, ac ea perfrui? Hebræi, vt apud Liran. in cap. 5. in illis verbis, *Ingreſſi ſunt Moyſes, & Aaron*, affirmant in pœnam hoc illis, quia cum ingredi ad Pharaonem cum Moyſe deberent iuxta Domini præceptum, Exod. 3. n. 18. *Ingredieris tu, & ſeniores Iſrael ad Regem Ægypti*, ipſi ex metu non ſunt auſi, *Dicunt Hebræi*, ait Liranus, *quod remanſerunt dulli timore Regis, & propter hoc impediti ſunt accedere cum Moyſe ad Dominum.* timuerunt Dei ſententiam Regi intimare, digne non ſunt ad Dei conſpectum admiſſi, ſic & pariter de iſtis malis dicendum iudicibus, timent omnino innocentem liberare, quia faciem, ſeu gratiam extimeſcunt regalem, digne non admittentur ad dimnam, quia Dei iuſto iudicio ex parua illa iniuſtitia, en maiorem incident, & ſemel ſordidati ſordeſcent adhuc, ſic enim vinxit in carcere Herodes Ioannem ad cuſtodiendum, dies venient in quibus eum occidet, quia vt rectè Remigius, *Minus malum maioris ei exſtitit occaſio*, & ſicut libidinoſa paſſio eum ad ligandum coëgit Ioannem, eadem poſtea ex minori illo malo amplius potens ad decollandum eum coget; ſed pergo.

Liranus.

Cuſtodiebat eum non ad occidendum, ſed ad ſeruandum, poſtea tranſcurſo tempore vt rectè Maldon. in concordiam reducens Matthæū, & Marcū, precibus aſtrictus Herodiadis, *Volebat eū occidere* Matth. 14. nu. 5. cur non occidit? *timuit populum*, ait Euangeliſta, *quia ſicut Prophetam eum habebant.* En cauſa, verè vulpes vt eum appellauit Dominus noſter, Luc. 13. n. 31. nam vt Diu. ait Auguſtinus in Pſal. 88. ibi, *Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam*, Regem qui non hominem timet, *non eſſe vulpem, ſed leonem*, Regem vero, *quem terret virtus aliena, vulpem eſſe*, talis iſte, virtus eum terrebat Ioannis, voluntas in illum populi, ſibi timens, eum occidere nō audebat; at ſine vt timor abſcedat, ſine vt diſcumbentes primates regni eum rogent, ſine vt videat ſe ſecurum, & videas ſceleſtum, & ſi inter epulas, & ſi inter feſtiuos decollare ſanctum dies, vnde tanta veſania, ſeu acceleratа vindicta? Sanè amice, ex illo quia timor dum reprimit, poſtea violenter exprimit ad malum voluntatem, exit violenter quia repreſſa, non dimiſſa.

Maldon.

Matt. 14. num. 5.

Luc. 13. num. 31.

Auguſt.

13. Reges qui vulpes qui ſunt, eo quomodo talis Herodes.

Quid? ſic equidem, ſic prima noſtra parens cauſam, ſeu moriuum quo à ligno abſtinebat tum ipſa, tum vir, non Dei amorem, ſed mortis timorem propoſuit, Geneſ. 3. num. 3. *Ne forte moriamur*, quid ergo mirum ſi ſublato timore manum ad vetita extendit? hinc ſerpens antiquus benè hoc callens non prius deitatem propoſuit, quin antea timorem non excuſſiſſet, vnde ait, *Nequaquam moriemini*, præcallens iniquus quàm infirmus ſit timor præceptor ad mandati obſeruantiam, cum non ſicut amor, qui ſemel impreſſus non de facili excutitur. Hinc infirmus ad bo-

14. Adam & Eua peccarunt quia timore decebantur ad non peccandum.

Geneſ. 3. num. 4.

Digitized by Google

15. Timor cur semper infirmus ad bonum.

num semper timor, quia talis ex se naturæ est, vt & si in principio voluntatem reprimit, cum temporis progressu in dies extenuatur, facilè soluitur, hoc pendo in ly, *Ne fortè moriamur*, cur ne fortè moriamur? Deus dixit moriemini, vnde illa ne fortè? Sanè, quia tempus excesserat, quo illud ab Adamo audierat, & si non multum; hinc & si in principio concussa, tractu tamen temporis certum dubium fecit; quid inde? vt nullo negotio quod dubium, vt certum crederet, ipsa ansam deceptionis dæmoni præbens. *Audi ingenium, malitiamque diaboli*, pulchrè ait Bernard. in sermonib. serm. *de qua debito, nequaquam inquit moriemini, Deus affirmat, mulier dubitat, Sathan negat*; Egregiè Deus dixit, *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris*, mulier extenuat dicens, *ne fortè*. En quomodo paulatim decrescit semper timor, hoc decrescente quid diabolus? *non moriemini*, quid ex hoc? vt paruus ille timor abscedat, vt præceptum frangatur, vti & illum mulier fregit. En totius humani generis ruina; vis scire amice, cur peccant homines, cur sic ad vetita effrenatè currunt, cur pœnas non timeant inferni, cur non incendia, flammarumque vortices? Sanè, quia nullus est peccans, qui secum non in dubium vertat, si ad tartara descendat, reputans semper spatiũ habere pœnitentiæ. Hinc semper non ante oculos, si hoc egero in infernum detrudar, sed fortè detrudar, fortè moriar; quid ergo? Statim serpens adest dicens: nequaquam morieris, *Ipse dubitat, Sathan negat*, peccatum perpetratur.

Bernard.

16. Homines vnde sic facile peccãt.

17. Eua peccauit quia Dei præceptum fastidiebat ob pœnæ timorem illud non frangens. *Genes. 2. num. 9.*

At pendo, cur mulier dixit: *De ligno autem quod est in medio paradisi præcepit nobis Deus ne comederemus*? Certè vitæ arbor etiam in medio erat Paradisi vbi sup. c. 2. n. 9. *Produxit Deus de humo omne lignum pulchrũ visu, ligũ etiam vitæ in medio Paradisi, lignumque scientiæ boni, & mali*. Si ergo & etiam in medio lignum vitæ de quo vesci poterat, cur sic absolutè protulit, *De ligno autem, &c.* Pulchrè Rupert. *Quia iam impatienter ferebat, & murmurabat, quod quasi parcus, & anarus Deus pretiosa medij paradisi reseruaret, & viliora quæque per circuitum colligendo, in cibum homini concessisset*; quod quàm falsum, quasi pro Deo stans scriptura illud supra protulit, nempe *produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue*. Vnde ergo illi talis impatientia? Sanè mea sententia ex pœna, quæ cum per timorem appetitum non tollebat, sed refrænabat; hinc impatiens præcepti, & morosa pro vno omnia æstimauit prohibita: sic carnales non amantes impatientes ad Dei sunt præcepta, sic animo angustiantur, vt cum decem illa non amplius, tamen & quod totum sibi prohibitum reputantes, quasi obseruatu impossibiba ea scindunt, abrumpunt.

Rupert.

18. Præcepta imperfectis & debilibus non imponenda.

In qua re illud admirandum hoc non cuilibet euenisse, sed mulieri sanctissimæ in statu innocentiæ, ac omnibus instructæ bonis, ob quod qua sic, & tantis prædita ad bonum gratiis, & viribus Deus præceptum imposuit timoris; quod notandum: nam profecto si non sic perfecta, si non sic sancta, si non tantis vallata præsidijs, certè ne in ruinam iret præceptum non imposuisset, cum mea sententia nunquam illis præceptum imponendum, de quibus moralis adest certitudo non obseruantiæ, quid hoc, nisi ad inferni machæram subditos destinare? Enimuero Genes. 9. post diluuium sic Deus ad Noë, cum omnia animalia, cum omnes pisces in cibum ei concessisset, quod antea vetitum, vt putant Liran. Abulens. & Carthus. sic ait: *Quasi olera virentia tradidi vobis omnia*. Mirum vt post diluuium, quando homines penè timore exsiccati, non solum præcepta non augeat, quinimmo tollat, cur quando iam tam timidi ea non augmentat? Sanè ob eandem causam; sciebat enim quàm infirmus timor ad præcepta custodienda, tememorabatur quàm parum ille proficuus in primis, & si sanctissimis parentibus, & quod nil prorsus efficeret in istis, qui non sic sancti, non sic iusti, eorum compatiens infirmitati, maluit præcepta tollere, quàm addere. Pulchrè hoc Basil. homil. 11. in Examer. *Homo autem*, ait, *simul vt præstitutum sibi traducendæ vitæ prætergressus est canonem, cumque mox à diluuio præuosset Dominus homines nequaquam sibi ab inconcessis temperaturos, indulsit quemuis vesci, omnia hæc die quasi olera virentia comedite*. Egregiè, ex anteacta transgressione primorum parentum, ex comparatione sanctitatis, & status, ex imbecillitatis timoris præuidit ab inconcessis homines non se temperaturos; quid inde? tanquam verus parens, verus, & essentialis hominum princeps maluit, vt sic dicam, suæ præeminentiæ, ac dominatus signa restringere, præcepta auferens, quàm fragilibus ea imponens an peccandum exponere, omnibus, & singulis principibus, tum sæcularibus, tum Ecclesiasticis, exẽplum ex hoc præbens, quàm cauti, quàm parce ad leges, ad præcepta, ad excommunicationes procedere debeant, cum vnum certum in relaxata republica, in hominibus parum Deum timẽtibus, quot ipsis præcepta, tot peccatorum offendicula, quot leges, tot dissolutiones, quod semper in Prælatis, & præcipuè sacrarum religionum, vbi obseruãtia non viget sic strictè, peccarum indicaui, grauissimumque malum, cum in tali republica illud semper magnum iudicaui præceptum, quod magnum erat supplicium: nam dum ad illam deuenit sacra quælibet congregatio relaxationem, vt non tantum amore, quantum timore peccata non perpetrantur, præceptum est supplicium corporale, non spirituale; sed iam intelligo vnde hoc prouenit, timent castigare, plus subditos, quàm Deum extimescentes; hinc quia non sic exosi quando spirituales, non temporales imponunt pœnas, quia illarum inflictio nullo applicatur negotio, & ab imperfectis vix præsentitur, spiritualem coaceruant pœnam, temporalem relinquentes. Væ illis, terribile subibunt iudicium, subditorum animarum non lucratores, sed vt sic dicam occisores, dum non ad Dei instar imbecillibus præcepta releuant, sed coaceruant, timorem incutientes spiritualem, Deo suas præripientes partes.

Genes. 9.

Liranus. Abulens. Carthus.

19. Carnes ante diluuium prohibitæ.

Basil.

20. Cur Deus post illud illas concess. sit præceptum tollens.

21. Principes sæculares ac Religionum Antistites quàm parci debent esse in præceptis imponendis.

Attende ad quæ dico, partes Dei sunt sic præcepta imponere, vt nullum addat metum, quia non metu, sed amore vult famulari, vult amari, non timeri; at hominis eius administri, eius quibus sunt partes ad præcepta

22. Deus præceptum imponens cur non addit pœnam, homo vero semper illam transgressoribus imponit.

pœnas adiungere, quia illi non amor, sed timor debetur à subditis, amor vero tantum Deo. Ob hoc adnoto nullam pœnam Decalogi legem promulgans Deus transgressoribus apposuisse, vt patet Exod. 20. à num. 1. at vero, dum alias Moses promulgasset, seuerissimas semper eis apposuit pœnas, vt patet Exod. 21. & sequentibus. Quæ ergo huius rei discriminis ratio? Sanè respondet Philo, lib. de Decalogo in fine, quia Deus vult amari, non timeri, & vt amore, non timore eius obseruentur præcepta. Vnde quando præceptis pœna imponenda hoc æquum non à Deo, sed ab homine fieri, vt timor sit hominis, amor Dei. Audi ipsum: *Addamus*, inquit, *causam, cur Deus his decem præceptis siue legibus cõtentus iubere, vetareq; secus facientibus nullam pœnam decernit, quemadmodum solent alij legislatores statuere, quia Deus erat, & consequenter bonus Dominus solerũ bonorũ author, mali vero nullius, proinde existimant, nihil magis naturam suam decere, quã vt salutaria præcepta daret pura non admixtis pœnarum terroribus, ne quis imprudens metu malo consultore vsus inuitus pareret, sed potius vt sapiens rationem, voluntatemq; spontaneam secutus verteret se, & applicaret ad id quod est optimum*; Quid pulchrius? malus est consultor metus, quia non libenter, sed inuitè parere consulit, non libertatem, sed coactionem præstans, res Deo infanda, eiusque bonitati opposita, qui spontaneis delectatur oblationibus, non coactis, & vult vt non quia malum eis, sua obseruent præcepta creaturæ, sed quia optima, & vt ad optimum se applicent, ideo illis famulantur; at quia vt rectè sequitur idem, ne quis impunitatem peccandi sibi polliceatur, & Deo iniustitiam non affidere reputet, & pœnas, voluit vt essent, sed hæc inferre. *Proprium*, ait, *ministris Dei potentiæ, vt quemadmodum in militari sit imperio seuere animaduertant in desertores ordinum, ipse vero magnus Rex gaudet appellari conseruator, custosque pacis publicæ rerum vniuersarum.* Nil elegantius, pœnas inferre, adhibere, applicare, fontes plectere proprium administrorum Dei potentiæ, non Dei: nam hæc in Deo semper otiosa manere debet, solus eius in eo officiosus amor, vnde quando illa exerceri debet, per Dei ministros fieri conuenit; è contra vero quando amor. Si huius rei causam scisciteris, nulla equidem alia, quia ex obseruantia præceptorum Deo amor, homini timor debetur. Iniquè ergo contra Deum administri, iniquè superiores agunt, quando pœnas subditis reformidant imponere, quando eos plectere ne timeantur, & non amentur, Deo timorem, non sibi reseruantes; quo quid iniquius? eo vel maximè, cum vt dicebamus ad nostra reuertentes, parum, aut nihil timor agit, vix in bono per diem, vt sic dicam hominem stabilem reddit.

Exod. 20. *num.* 1. *Ibid.* c. 21. *Philo.*

13. Timor vix per diem hominem in bono stillit.

Quod & si in multis hoc elucet exemplis, vt ex supradictis patet, nullum sic ad hoc probandum efficacius, quàm illud Saülis, 1. Reg. 24. num. 18. cum enim ad persequendum Dauid iste per montes transcurreret, & ingressus in speluncam in manus incideret Dauid, quem si voluisset poterat occidere, cum non fecisset, & illud ex voce Dauid post illum clamantis animaduertisset, *Leuauit*, ait Scriptura, *vocem suam, & fleuit*, iustum Dauid, se iniquum proclamans, Deum insuper rogans, vt Dauid retribueret vicissitudinem illam, quo dicto statim Dauid persequi desinens, reuersus est in domũ suam; quis non crederet pacificatum cum Dauid esse Saülem, sic vt amplius ad genium non reuerteretur nil minus, paulò post iterum est diris sime est persecutus. Vis scire rationem? quia sicut Dauid ad eum non occidendum Dei respectus, & amor impellebat, ac ob hoc & si bis posset eum occidere, noluit, vt ex Reg. 1. cap. 24. & 26. patet, sic quia non Dei amor, sed sui, non Dei timor, sed sui ab occisione Dauid retardabat Saül, ideo vix timebat, ac deposito timore iterum ad persecutionem redibat, lachrymatus est verum, sed cortex lætitiæ vitæ præseruatæ, & admiratione mortis euasæ, audi ipsum: *Tu indicasti mihi hodie quæ feceris mihi bona, quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me; quis enim cum inuenerit inimicum suum dimittet eum in viam bonam*? En totius fletus ratio, pende si aliquod Dei obseruantiæ, & amoris verbum nullum inuenies: quid ergo mirum si statim ad vomitum redijt, cum non amore, sed timore à vindictæ vitio se abstinebat: nam vt egregiè Cassianus collat. 11. c. 9. *Qui timoris obtentu*, ait, *à vitiorum se abstinet blandimentis, adempto timoris obstaculo rursum ad illud quod diligit reuertetur.* Egregiè, in quibus illa pendo *adempto timoris obstaculo*; tamdiu enim voluntas durat, quamdiu timor; at quia faciliter hic transit, ideo parum durat, eo vel maximè, quando timor non Dei est, sed hominum, sed famæ, sed honoris, tamdiu enim voluntas malum non patrandi constans erit, quandiu modum non inuenit intellectus quomodo malum seruata fama indemnato honore perficere poterit.

Cassian.

15. qui ob timorem se à peccatis abstinet, tamdiu in bono perseuerabit, quamdiu intellectus modum non inueniat timorem exequendi.

Obserua hoc in Rege illo, sic Deo charo sanctissimo Dauid, quàm constans hic, quàm firmus, quàm ferreus in Saülis inimici conseruanda vita, sic vt dicat Scriptura, 1. Reg. 24. num. 8. quod cum viri sui ad occidendum Saülem eum impellerent, ipse eos *Confregit sermonibus, & non permisit eos vt consurgerent*; vnde sibi semper constans, & iterum hoc fecit inhibens Ioab ne manum mitteret in Saül cap. 26. cuius constantiæ rationem si subtilius indagas, Dei amorem, respectum, obseruantiam reperies. *Dixitque ad viros suos, propitius mihi sit Dominus ne faciam hanc rem Domino meo, Christo Domini, vt mittam manum meam, quia Christus Domini est.* Si diligenter verba excutias, certè nil nisi Dei respectum, & amorem inuenies, qui cum tantũ in illo tunc efferuescebat pectore ex solis chlamydis oris præcisis sic indoluit, vt vsque ad cor vulnus penetraret doloris. *Post hæc percussit cor suum Dauid, eo quod abscidisset oram chlamydis Saül.* En quàm constans, quàm efficax in Dei custodiendis præceptis, quando amans, quando Dei amor in causa; at sine, vt hic frigescat, & timeat adulterij publicationem, non ob Dei reuerẽtiam, & amorem, sed ob hominum timorem, ob infamiam, *Rex militem timet*, ait Chrysostom. homil. 1. in Psal. 50. tom. 1. *& formidat subditum, Imperator coronam capite gestabat, & confusionis opprobria metuebat*; & videbis in tantum ad

1. *Reg.* 24. *num.* 8.

14. Saül quia ob timorem à peccatis se abstinebat ideo facilè ad illa reuertebat.

1. *Reg. cap.* 24. & 26.

26. Dauid quãdo ob amorem peccare desinebat constantissimus in bono, at quando ob timorem inconstans.

Chrysost.

homicidium manum non extendere, in quantum forma non ei ſubiit quam cautè, & ſine dedecore occideret, inuenit modum occiſio ſtatim perpetrata, vnde tanta in malum nunc Dauid procliuitas, vnde illi tanta innocentis occiſionis inſenſibilitas, qui ſic decurraſſe prius inſenſibilia ora plorabat? ſane amice, quia prius ex Dei amore non peccabat, poſtea ex hominum timore. Hinc ſi Dei miſericordia illi non ſubueniſſet, vti ex adulterio, ſic ex hoc timore in inferni pœnas incidiſſet, iuxta illud Ioann. Apocal.21.n.8. *Timidis, incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagnum ardenti igne.* Vbi Rupert. *Timidi ſunt*, ait, *qui nil propter ſpem vitæ, nil arduum propter præmiorum fiduciam aggrediuntur*; talis tunc erat Dauid, qui ſi non occidebat non propter ſpem vitæ æternæ, non propter fiduciam præmiorum, inter quæ Deus erat ipſe, ſed propter famæ, honoriſque horrorem, & propter hominum timorem, qui ſicut à bono ſæpe hominem retardat, ſic ſæpiſſimè & à malo non retrahit. Hinc peſſimi illi Ægyptij vt noſter ait Sapiens, quia non ex Dei amore, ſed timore filios dimiſerant Iſraëlis, ſtatim adhuc lugentes, *& inter manus habentes luctum*, ad genium reuerſi ſunt, Iſraëlem perſequentes; *aliam ſibi aſſumentes cogitationem*, &c.

Apoc. 21. n.8.

Rupert.

Num. 4. *Ducebat enim illos ad hunc finem digna neceſſitas, & horum quæ acciderant commemorationem amittebant, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio.*

Num. 5. *Et populus quidem tuus mirabiliter tranſiret; illi autem nouam mortem inuenirent.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

DIxerat inſcite Ægyptios Hebræos perſecutos, nunc addit cauſam, eorum ſcilicet peccata, quibus in ineuitabilem inciderant neceſſitatem moriendi, vt mortui, vnde ait:

Ducebat enim illos ad hunc finem, mortis ſcilicet digna neceſſitas, &c. Subeundæ ſcilicet pœnæ, iuxta ineuitabile Dei decretum, & eorum peccatorum exigentiam, ob quæ digna vocatur neceſſitas, hoc eſt iuſta, æqua, & condigna, quia nondum in illos iuſta pœnarum erat complera menſura.

Bonauēt.

Notandum cum Bonauent. & aliis, hanc neceſſitatem non fuiſſe antecedentem, ſed conſequentem, non coactionis, ſed immutabilitatis, poterant ſi vellent pœnitere, impiæ reſiſtere cogitationi, tandem præteritorum miraculorum reminiſci, & non tam cito eorum, quæ acciderant recordationem amittere, quod intelligendum de recordatione efficaci, quæ ad operandum moueret voluntatem; recordabantur ſiquidem præteritorum, ſed paſſione victi ita inefficaciter, vt altera proſecutionis accedente illos vinceret, ac debellaret, in qua re vt alias diximus, peccatoris conſiſtit ignorantia.

Clarius. Vatabl.

Vt quæ deerant tormentis repleret punitio, &c. Græca, *vt deficientem tormentis replerent punitionem*, Clarius, *vt quæ deerant tormentis implerent punitionem*, Vatab. *Vt reliquas cruciatuum pœnas perſolverent*, omnes in idem reincidunt, nondum enim impleta erat iuxta delicta tormentorum menſura, ideo vt impleretur, & ad culmen perueniret, dignum fuit eos deſerere in manus conſilij ſui, vt eo obcæcati, etſi liberè ad illam finalem peruenirent pœnam, quam eorum merebantur delicta, vnde ſequens Sapiens ait:

Et populus quidem tuus mirabiliter tranſiret. Græca, *admirabilem profectionem tentarat*, vel *mirabile iter tranſiret*, loquitur de tranſitu maris rubri, de quo c.10. & nos ibi latè.

Illi autem nouam mortem inuenirent. Hoc eſt peregrinam, inopinatam, inſolitam, inuiſam, cum eo modo quo mortui, & præfocati, inuiſum verè, & inſolitum. Ergo vbi iuſti ſaluati, iſti præfocati, & quod iuſtis Dei gratia iter ad vitam, iſtis ad mortem, de qua re mox dicemus.

HOMILIA CXI.

Mali ſuorum cauſa periculorum ad eorum interitum, iuſtorum autem Deus ad vitam.

EN tibi populus Ægyptiorum, ac populus Dei, ambo in maris profundo; at in illo Ægyptij ex ſe; Iſrael autem ex Dei mandato, Exod.14.n.15. *Loquere filiis Iſrael, vt proficiſcantur; & ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris*, & etiam Ægyptij *perſequentes eos*; at quid ex hoc? vt qui ex mandato Dei, *aqua eis quaſi murus à dextris, & à ſiniſtris*; at qui ſponte, & ex ſe *ferebantur in profundum, nouum mortis genus inuenientes*, vt noſter ait Sapiens. Ex quo facto documentum ſingulis præbetur in pericula ſe non iniiciendi: nam impiorum eſt, ac malorum ſe in pericula intrudere ad mortem; è contrario vero, quia boni non ſe, ſed Deus, ipſe eis eſt ad vitam. De ſingulis ergo ſeorſim.

Exod.14. n.15.

§. I.

I. Dei auxilio & auditu priuatur, qui ſe ſpõte in pericula iniicit.

MAli ergo, dum occaſiones mortis, ac peccati non fugiunt, dum ſe in illa intrudũt, dum ſponte; quid mirum, ſi Dei priuantur in neceſſitatibus auxilio? quid ſi in ipſis non exaudiuntur poſtea periculis? hoc quippe omnibus, qui illud agunt tremendum, hoc quod aures eorum tinnire debet, ac ſummopere, totiſque viribus pericula fugere, ſcire nempe ſic ſolos ſe in illis reperturos, vt nullum Dei peculiare adſit eis auxilium, & quod amplius timendum, nulla Dei auris ad eorum orationem exaudiendam; hoc licet conſiderare in illis tremendis Domini verbis, 1. Reg. 8. n. 18. quando populus regem expetens, Dominum, ac Samuelem reſpuens, ne ſe deceptos poſtea reputarent, aut Regum tyrannidis inſcios, omne regale ius eis prædicere, Samueli iuſſit Dominus, quod cum terribile, & hortendum, dum nec filios, nec filias, nec oues, nec boues, nec agros, nec olineta, nec argentum, nec aurum, inſuper nec vitam, nec honorem eis eſſet relicturus, vltimo tandem tanquam quid terribile adiecit: *Et clamabitis in die illa à facie Regis veſtri, & non exaudiet vos Dominus in die illa*, ſi rationem indagas huius

1. Reg. 8 n. 18.

Digitized by Google

Dei ſurditatis, huius inexorabilitatis vt ſic dicam, ſequitur Samuel, *quia petiſtis vobis Regem.* En cauſa, en radix, ipſi ſe, non Deus, ipſi ſe in illas anguſtias addixerunt, ipſi ſe in tuinarum, malorum, impendiorum occaſiones intruſerunt, libera, acſpontanea voluntate, qualis luius temeritatis iuſta, ac condigna pœna? vt quando clament non exaudiantur. In quo loco admirabilis eſt Abulenſ. explicatio, qui ſic hunc elucidat locum: *Non exaudiet Dominus, quia petiſtis vobis Regem, ideſt quamuis ſitis in magna aduerſitate, Deus non exaudiet vos liberare à grauamine Regis veſtri, quia vos petiuiſtis illum*; attende nunc; *Si autem vobis non petentibus Deus illum propter peccata veſtra impoſuiſſet, ſicut alia mala infligere ſolet, liberaret vos cum peteretis; nunc autem non liberabit, quia vos ipſi voluiſtis*; Quid durius, ſeu quid horribilius dici poteſt? ad hoc vt quilibet potius mille ſubeat incommoda quam ſcienter in peccatorum occaſionibus ſe dare? quam pericula non fugere? dum plus hæc audacia valet vt Deus nos deſerat, vt inflexibiliter nos puniat, vt omnino nos non audiat, quàm cætera omnia peccata. Pende dictum, & exhorreſces, ergo plus ponderis quoad dicta apud Deum talis habet præſumptio, talis inepta audacia, aut confidentia, vt irremiſſibiliter nos caſtiget, ac omnino nos non audiat, quam ipſa idololatria, ipſa infidelitas, quæ maxima, quæ ingentia ſunt peccata; nec hoc exaggeratio, aut amplificatio quædam eſt, cum ex Scripturis conſtet ſæpe ob idololatriam ſub regibus Chananæorum, ac Philiſtinorum Deum populum ſubiugaſſe, vt ex Iudic. libro manifeſte conſtat, & tamen quia in idololatriæ pœnam illud, dum clamarent exaudiſſe Iudic. 3. n. 7. *Fecerunteque malum in conſpectu Domini, & obliti ſunt Dei ſui, ſeruierunt Baalim, & Aſtaroth, iratuſque contra Iſrael Dominus tradidit eos in manus Chuſam Rethaim Regis Meſopotamiæ, & clamauerunt ad Dominum, qui ſuſcitauit eis Saluatorem.* Quod alias ſæpe euenit, vt infra cum Eglon Rege Moab n. 13. c. 3. cum Sabin Rege Chanaam, & alibi ſæpe, & tamen licet vſque ad mortis anguſtias, vt mox dicemus, ob Regum nauſeam ad Dominum in ſummis clamarent afflictionibus, vt à regibus eos eriperet, nunquam eos audiuit, nunquam aures accommodauit, ſed ſemper ſurdus, inflexibilis, tanquam ſi non eſſet eos in ſuis dereliquit tribulationibus, anguſtiis, mortibus, ac carnificinis, ſi rationem expoſcis, quia ipſi petierunt Regem, quia non in pœnam vt ait Abulenſ. peccatorum illum eis dedit, ſed quia illi ipſum petierunt, ipſi ſe illi, non Deus ſubiecit. Iuſtè ergo deſerti, iuſte non auditi.

Abulenſ. 2. Eo plus indignus ſit quis ob illud, quam aliquis ob peccata patrata.

Iudic. 3. n. 7.

At vt quilibet, qui hæc legerit, quilibet qui hęc audierit, exhorreſcat, tantumque caueat malum, duo hic pendere volo. Primum, vnde iſti ſic ſtolidi, vnde ſic inſenſati, ſic imprudentes, vt talem non exhorreſcerent communationem? & ſecundum, quam terribilis, quam inexorabilis Deus cum illis ex hoc peccato. Quoad primum ergo clarè Abulenſ. vbi ſup. quæſt. 235. pro cauſa eorum aſſignat obſtinationem, de qua vt ipſe ait infrà c. 20. & 12. eos redarguit Samuel; at licet hoc ſit, & inficias non eo, tamen aliquid amplius addendum, vt cauſam huius demus obſtinationis, eorumque inflexibilitatis: nam ſi mala quæ eis Samuel prædixerat ſpiritualia tantum eſſent, non dubitarem abſolutè cum Abulenſi concurrere; at quia fuerunt carnalia, quæ ipſi valdè formidabant, & vltimum prorſus horribile, Dei ſcilicet inexorabilitatem, vnde eis tanta, ac talis obſtinatio, vt talibus, ac tantis auditis malis nihilominus Regem peterent? ſane amice, ob id quod ait Liranus, quia non crediderunt Deum illos non exauditurum: nam cum alias ſæpe contrarium eſſent experti, vt ſupra diximus, nullo modo fidem Samueli adhibuerunt, vt illud crederent; vnde dixerunt: *Nequaquam, ſcilicet* ait Liranus, *dimittet nos Deus exaudire, ſi Regem habemus.* En amice, vnde totum genus perit humanũ, en vnde ſalus amittitur æterna, en vnde ſæpe viri decidunt ſpirituales, ſic miſerabiliter, ſic horrende, vt vſque ad mortem in miſeriis, ac in peccatis remaneant, clamantes quotidie, & non exaudiens illos Deus, quia quando ſcite, ac libenter in occaſiones ſe intruſerunt peccati, quando in ignem, de Dei præſumentes miſericordia, ac ſua oratione, reputantes poſtea exaudiri, in laqueum ſponte nee, & in occaſiones deciderunt peccandi, non credentes ſe poſtea non exaudituros, non Deum ſic inflexibilem, vt licet clament non eos exaudiat, ſed placabilem reputantes occaſionem nõ refugiunt peccatorum. Hinc miſeri decidentes, licet poſtea clament, licet orent, licet ſe perimãt, vt ſic dicam, nulla Dei exauditio, quia non Deus illos, ſed ipſi ſe in tale iniecerunt barathrum, & non fuit aliorum pœna, ſed ſpontanea voluntas ipſorum.

Liranus. 4. Homines pereunt ſe in occaſionẽ immittentes ex falſa præſumptione quod inde Deus eos eripiet, & exaudiet.

At quam durè Deus, quam ſtabilis, quam firmus, hoc certè admirandum, & tremendum. Eninuero non poſſum hic meum non dicere ſenſum; Deus, amice, clemens eſt, ac infinitæ bonitatis, dulcis, & miſericors vltra quam dici, vltra quam imaginari poteſt, ſed tamẽ cum hoc ſcias, quod quãdo ſemel vnum decreuit, quando ſemel pœnam deſtinauit, ſic inflexibilis eſt, ſic perennis, ac immobilis, vt nulla moueatur commiſeratione, nulla plagarum atrocitate, nulla tormentorum vi, nullo lachrymarum, gemituum, ac dolorum ſpectaculo, ſed ſemper immobilis, inflexibilis, adamantinus permanet, tanquam ſi nec miſericors eſſet, nec clemens; poſſem hoc mille probare ex Scripturis exemplis, ſed ſufficiat nunc hoc quod præ manibus habemus, ſemel illud dixit tempore Samuelis, *Clamabitis à facie Regis veſtri, & vos non exaudiet Dominus*, & licet iſti hoc non crederent (quod dico, quia aliquid videtur diminuere malitiæ eius peccati) tamen ſic inflexibilis ſemper Deus ſtetit, vt licet hoc ante Chriſtum natum dixerit amplius quam mille anni, poſt illum quando ob Reges prorſus defecerant, ſic duriſſimus extitit ad eorum orationem, vt licet viderit eos interire, diſſecari, incendi, ac omnino diriſſimè deſtrui, ſemper Deus idem, ſemper inflexibilis, in eo quod ſemel decreuit, ſemel pronuntiauit. Audi Ioſephum de bello Iudaico lib. 7. c. 29. narrantem, quod cum euerſa patria Iudæi ad Alexandriam confugiſſent, ibique aliquid molirentur ad libertatem recuperandam ſexcenti ex eis capti, cum libertatem eis promitterent, tantum vt Cæſarem dominum ſuum, ac Regem dicerent, ſic Regis nomen exoſum eis, vt ad eorum duritiem exprimendam talia Ioſe-

Liranus. 5. Deus quã inflexibilis, abſolutè aliquid ſtatuens.

Ioſephus.

Abulenſ. 3. Populi Iſraelis obſtinatio in petendo Regem, vnde.

phus dixerit: *Quorum non est qui duritiam non obstupescat; omni enim genere tormentorum, & vexatione corporum in eos excogitata, ob hoc solum modo vt Cæsarem Dominum faterentur nemo cessit, neque dicere velle visus est, sed omnes illa necessitate validiorem sententiam conseruauere, tanquam brutis corporibus, non animis etiam cruciatus, ignemque susciperent, maximè vero puerorum ætas miraculo spectantium fuit, nec enim vel eorum quispiam commotus est, vt Dominum Cæsarē nominaret? vsque adeo corporum infirmitatem vis audacia superabat.* quid immo? ipsemet Iosephus lib. 14. Antiquitat. c. 5. narrat, quod dum Aristobulus, & Hircanus fratres de regno apud Pompeium disceptarent, Iudæi contra vtrosque stantes sic illi: *Aiebant*, ait, *se nolle esse sub regibus, quod patrium institutum habeant, vt sui Dei parcant sacerdotibus*; & tamen cum sic premerentur, ac sic trucidarentur, ne Regem haberent, vnde earum non dicam vocum, sed sanguinum clamor vsque ad cælum ascenderet, semper tamen Deus inexorabilis, ad eorum orationes surdus, semper sub Reges eos premens, alligans, subiugans; quid horribilius? si causam tantæ quæris inflexibilitatis, illa vna, quia *vos quæsistis Regem*, vos in talem vos ipsos intrusistis calamitatem; quis ergo hæc audiens non extimescat? non occasiones, ac peccandi pericula fugiat?

Hinc pendo vnum, & equidem notatu dignū, quod cum Dominus noster non solum venisset vt nos redimeret, sed etiam vt modum traderet nobis salutis, & viam doceret saluationis, primū quod egit exemplum extitit fugiendarum occasionum ac periculorum, nobis indigetans, quod si salui, quod si perseuerantes in bono esse cupimus, hoc primum in animis nostris inditum esse habere, hoc firmiter stabilitum, occasiones fugere, pericula vitare; hinc ad desertum secessit, *ductus à spiritu, vt tentaretur à diabolo*, Math. 4. n. 1. pondero primum causam, *vt tentaretur*, ergo ductus à Spiritu sancto, seu vt Hieronym. à se ipso *& voluntate pugnandi*; quid ergo si hoc, necesse, vt ad desertum vadat vt tentetur, immo sancti ideo ad desertum fugiit, vt tentationes euitent. Audi Hieron. lib. contra Vigilantium: *Cur inquis*, ait, *pergis ad eremum? videlicet vt te non videam, non audiam, vt tuo furore non moueat, vt tua bella non patiar, ne me capiat oculus meretricis, respondebis, hoc non est pugnare; sed fugere, sta in acie, aduersariis armatus o' fiste, vt postquam vicerit coroneris; fateor imbecillitatem meam, nolo spe pugnare victoria, ne perdam aliquando victoriam.* Ergo ad eremum, ad desertum potius tanquam ad asilum confugiunt homines, vt à tentationibus, vt ab occasionibus liberentur. Cur ergo Christus è contra vt tentaretur secessit, si tentationes sic diligeret staret in arce, sisteret in mundo, vbi illecebræ, vbi pericula mille? Sane, si illi non necessarium vt cum diabolo confligeret, manumque conferret, cum vt ait Chrysost. hom. 5. in oper. imperf. *Postquam baptizatus est Dominus à Ioanne in aqua, ducitur à Spiritu in desertum, vt baptizaretur igne tentationis*; & vt ait Augustl. lib. 4. de Trinitat. c. 13. ad superandas tentationes, *mediator esset non solum per adiutorium, sed etiam per exemplum.* Cum ergo necessarium vt cum diabolo certaret, quasi non esset omnipotens, quasi non omnibus instructus armis, quasi non sic viribus præpotens, vt omnibus resistere posset diaboli incitamentis, ac tentationibus, fugam ad nostrum exemplar arripuit, à periculis se subtraxit, à peccandi occasionibus se subduxit, vt non ipse vt sic dicam diabolo occurreret, ac in occasiones se ipsum immitteret, sed vt ipsum diabolus aggrederetur, ad ipsum accederet, & vt lacessitus belligeraret, non vero voluntarius prouocaret, & solus cum solo, non solus cum millibus esset, diabolo scilicet, & occasionibus. *Solitudo carens arbitris*, ait Cyprianus orat. de ieiunio, & tentationib. *& eremum assentatorum satellitio vacua à ieiunante Christo eligitur, vt non cum carne, & sanguine, sed cum spiritualibus nequitijs dimicaretur, & amoris minarum* (puto mendum die mundanorum) *occasionibus homo cum diabolo colluctetur, & soli sint in palæstra, Christus, & Antichristus, & Spiritus, & Antispiritus.* Quid pulchrius seu quid magis ad rem dici potuit? ad eremum secedit Christus, vt solus cum solo pugnaret, & non simul cum diabolo, & occasionibus, vt simul esset Christus, & Antichristus, non cum isto, & sui satellites, vt simul Spiritus, & Antispiritus, & non Christi Spiritus solus, & cum Antispiritu infiniti, vti sunt pericula, & occasiones in mundo: nam vt egregiè sequens idem Sanctus ait: *Liberius anima expedita obuiat impugnanti, vbi compedes impedimentorum defuerint, & aspectus irritamenta non mouerint, securiorque est congressus vbi singula non vellicant dimicantem, nec inebriant animum lenocinia voluptatum.* Egregiè, ob hoc ergo Christus in desertum ducitur, vt quasi non esset Deus totus omnipotens expeditus obuiaret oppugnanti, & remotis impedimentorum occasionibus securius congrederetur, tibi præbens exemplum, vt si victoriam de hoste reportare desideras, ad eius instar pericula euites, occasiones fugias, nec te libenter, & scite in illas intrudas, pro certo statuens aliàs hosti succubituram, cum difficile, ne dicam impossibile, sit, vt euadat, qui libenter in pericula prorumpit, & qui scite occasiones non deuitat.

Cyprian.

Immo vt insolentius quid dicam, sic illud difficile, vt etiam ipsi Deo, non tantum homini. Vnde è duobus, inter occasiones hominem indemnem seruare iustum, & sanctum, an extra illas, hoc secundum semper elegit, quasi esset impotens ad hominem iustum, & quem diligit inter occasiones præseruare. Hoc equidem pendo in facto illo sanctissimi Iosephi, Genes. 39. in quo adnoto, quod etsi mirabiliter euasit; attamen parum abfuit, quin in foueam incideret; quod si rationem inquiris, mea sententia, quia occasiones etsi ignoranter, non vt debebat euitauit: primo, quia non efficaciter, seu, vt melius dicam, non ruptè, ac rusticè respondit, vt in similibus debetur, sed vrbane, ac comiter, mulieri sollicitanti, vnde ei sic: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est, quod non in meam sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es, quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum?* Mira verba, & omni laude digna, quam quæso non redolent virtutem? primo gratitudinem. Vnde Ambros. de Ioseph Patriarc. *Non ergo vt meticulosus excu-*

Ambros.

6. Christus primum quod nobis præstitit exemplum extitit occasiones fugiendi.

Math. 4. n. 1.

Hieron.

7. Sancti ad eremū cur fugiunt.

8. Christus cur in desertum secessit.

Chrysost.

Augustl.

9. Deo quodammodo difficile hominem inter occasiones seruare.

Genes. 39.

10. Ioseph parum abfuit quin peccaret, quia occasiē non euitauit, quàm inscius.

ſat, ait, *neque tanquam periculi timidus cauet, ſed tanquam beneficij herilis, & innocentiæ ſuæ debitor, fugit crimen ingrati, peccatiq; labē, & culpa contagium quaſi inſtus horreſcit*; ſecundo Dei amorem, vnde Auguſt. Serm. 83. *Amator Dei mulieris amore non vincitur, caſtum animum imitans adoleſcentia non permouet, nec diligentis authoritas* Tertiò prudentiam, dum non aliis armis pugnauit, quam ipſiſmet quibus oppugnabatur, ex proſperis, & à Deo acceptis oppugnabatur, hæc ipſa in mentem illico adducens ipſiſmet belligeraut; vnde Gregor. lib. 30. Moral. c. 18. *Quia enim*, ait, *voluptas ipſa ex proſperitate naſcitur, ſinſdem proſperitatis eſt conſideratione ferienda, quatenus hoſtis noſter vnde oritur, inde moriatur, ſic ſanctiſſimus Ioſeph bona, quæ aſſequutus fuerat repente memoria intulit, & malum, quod ſepulſabat, euicit*, tandem Dei timorem, dum vt ait Chryſoſt. ideo dixit, *quomodum poſſum hoc facere, & peccare in Deū meum*? quia dum illa ſecretum protenderet, ſpie plus Deum omnia videntem, quam Dominum timens, ſtuprum recuſauit, quaſi diceret inquit Chryſoſt. *Quid enim putas? etiam ſi fecerimus vt res clam ſit omnibus, ab oculo tamen illo, qui dormitare nequit, latere non poterimus, illum ſolum timere oportet.* En quanta, & omnia vera; ſed cum tantorum licentia Sanctorum, neſcio quid ſub odoror lenitatis in iſtis verbis, neſcio quid vrbanitatis, vt ignem non extinxerit; ſed potius auxerit, ac proinde occaſionem non abſciderit, ſed etſi inſcienter fouerit, attende; primò, non eam increpauit, non repulit, ſed rationibus conuincere ſtuduit? ô quantos ob hoc perire expertus ſum? animo enim dum ſunt liberali, vita alioquin ingenui auſtere reſpondere erubeſcunt, rationibus impetum refrenare contendunt libidinis, dureſcunt illæ, molleſcūt ipſi, & tractu temporis non conuincunt, ſed conuincuntur, en tibi Ioſeph, quia ſic leniter reſpondit, quia non auſtere, quid inde? illud ſane, quod ſequitur Scriptura, nempe *huiuſcemodi verbis mulier per ſingulos dies ei loquebatur*; dum enim non expulſa, animū non deſpondit, ſed reſumpſit, verba repetens, quia verbis non confracta, ſed potius excita, ô miraculum, dum ipſe non excidit, titione vt Diu. Thom. hæ fugandæ, carbonibus vt Diu. Franciſcus nodus hic Gordianus ferro vt Alexander diſcindendus, non ſoluendus.

Secundò, pendo illud, *quomodo poſſum hoc facere*? non dixit, nolo hoc facere, ſed *quomodo poſſum*? impotentiam obtulit, non nolitionem, vrbanitatem ſeruans, ne repudiata erubeſceret, quaſi diceret, nolo quia non poſſum, non quia nolo. Hinc illa de voluntate non deſperata, præſumendo potentiam, quotidie non ſolum loquebatur, ſed vt ait Scriptura, *moleſta erat iuueni*, cum mea ſententia tales Ioſephi rationes, nō repudia, ſed vincula potius erant amoris: nam vt egregiè Ambroſ. lib. 1. de pœnitentia, c. 13. *Adulterinus ſermo iuuencula nodus adoleſcentium eſt, verba adoleſcentis vincula ſunt amoris*; ô prodigium, vt nodis non teneretur, dum ipſe etſi ignoranter vincula iniiciebat amoris.

Tertiò, pendo ex eo amplius fuiſſe miraculum, vt non caderet, cum ipſe ſe in occaſionem introduxiſſet; *Accidit autem quadam die, vt intraret Ioſeph domum, & operis quidpiam abſq; arbitris faceret*, ait Scriptura, vbi Chaldaica, *vt inueſtigaret ſcripturas rationis ſuæ, & nullus vir de hominibus domus erat ibi in domo*, mulier intus, & mulier tentata, mulier intus, & mulier effrenata, iam pudore ſoluto, & audet Ioſeph, abſque arbitris intrare, quid vis vt dicam? obſtupeſco Dei gratiæ prodigium; *Non enim ſatis eſt*, egregiè ait Ambroſ. vbi ſup. hoc adnotans, *quod ſecurus ſis, domus interiora, quaſi capi non poſſit, ingreſſus eſt, iuſtus debuit præuidere ne furentis copiam daret, & eius ille peccato periret.* Mirum, cur non perit: nam vt egregiè Cyprian. lib. de ſingularitate clericorum, *aduerſaria eſt confidentia, quæ periculis vitam ſuam pro certo commendat, & lubrica ſpes eſt, quæ inter fomenta peccati ſaluare ſe ſperat*, miraculum ergo quomodo non periit; at vis ſcire cur præſeruatus? quia ex vrbanitate ad ruſticitatem, ex lenitate ad rigorem ſe reduxit, vnde dum etſi lacinia tantum apprehenſus, nil moratus, nil veritus, nil dominam æſtimans, verba non iam, ſed facta addens intrepide, & grauiter, *relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras*, emendans, ſeu abrumpens duriter, quæ prius leniter fouerat: *Nam contagium indicauit, ſi diutius moraretur*, ait Ambroſ. vbi ſup. *ne per manus adultera libidinis incentiua tranſirent.* Ex quibus omnibus illud habes, quaſi miraculosè Ioſephum ſeruatum, dum etſi inſcienter in periculo ſe iniecit, nunquid hoc fuiſſet, ſi ſcienter? nunquid talem meruiſſet gratiam? non credam.

Sed antequam vltra procedam libet pendere, quare Ioſeph domum intrauit ſine arbitris? *Vt inueſtigaret*, ait Chaldaica, *Scripturas rationis ſuæ*, quæ ſolitudinem requirunt, vt attente ratio dati, & accepti expendatur. Ergo ait Lippoman. *Ex officio coactus ingredi domum, tamen ſolus cum ſola periclitatur*; quale ex hoc documentum? ni fallor illud, quod omnes ſpirituales conſulunt magiſtri, ſic nempe fugiendam eſſe luxuriam, ſic à corde amandandam humano, vt non ſicut cætera peccata quæ ſemel confecta, iterum ad iudicium tum ſacramentale, tum particulare ad ampliorem dolorem ſunt euocanda, ſed omnino expellenda, omnino obliuiſcenda, ſic vt ſemel confeſſa non amplius ad iudicium adducantur, non amplius cum illis ſolus ſolis reperiatur homo, niſi periclitari velit. En tibi Ioſeph, intrat domū, vt rationes ſcrutaretur, ſollicitus an aliquid debeat; at quia cum muliere intus periclitatur, apprehenditur, retinetur, & niſi rationes deſerat, niſi fugiat, peribit; ſic pari modo, & viro conſultum ſpirituali, ne etſi ad rationes indagandas, etſi vt rationem dati, & accepti ſcrutetur, cum luxuriæ peccato intra conſcientiam ſe non includat, niſi periclitari velit, niſi retineri: nam vt alias ex Ambroſ. ni fallor diximus, ſola hæc inter cætera vitia, cum ad iudicium aduocatur, *audax, & petulans accedit*, periſſet Ioſeph ob hoc, niſi fugiens pallium dimiſiſſet.

Sed vlterius procedendo poſt pallium demiſſum, poſt fugam ſic præruptam, poſt victoriam ſic inclitam, quod caput eſt, poſt dominam iratam, ac abhorrentem amplius, quam prius diligentem, & amantem, Ioſeph è domo pellitur, & mittitur in carcerem, & non equidem tantum ab hero irato, quantum à Deo benigno,

Auguſt.

Gregor.

11. Diabolus iiſdem armis expugnandus, quibus oppugnat.

Chryſoſt.

12. Homines aliquando vt & cur à tentationibus vincūtur libidinis.

Ambroſ.

Ambroſ.

13. Ioſephi cūe præſeruatus à peccato quando durae ruſticæ occaſionem abſcidit.

14. Peccata luxuriæ etſi ad pœnitudinē ſemel confeſſa nunquam in memoriam reuocanda.

15. Ioſeph in carcerem truditur ad ſeruandam eius caſtitatem.

Digitized by Google

Chryſoſt. quod omnes notant Sancti, cur hoc Chryſoſt. *Vt inclytus in carcerem illic ſuam Deus declaret* A *virtutem, & ſic ad principatum regni veniat,* ſed quid? non poterat & è domo heri vti ſeruus,

Lippom. tam glorioſum hoc eſſet, ſicut è carcere. Lippom. in caten. ad maiorem Ioſephi exaltationem, ſic dicens: *Humiliatur caſtus adoleſcens, vt exaltetur, captiuatur, vt regnet, patitur, vt*

Ambroſ. *glorificetur*; mea ſententia omnium melius Ambroſ. ad ſeruandam caſtitatem, ob quod affirmat patienter Ioſeph, & libenter martyrium illud ſubiiſſe. *Pro caſtitate*, ait, *ſubibat hoc carcere, mortiſque martyrium*, quod equidem amplius patet, ſi modus dicendi Scripturæ obſeruetur: ait enim, *His auditis Dominus, & nimis credulus verbis coniugis, iratus eſt valde, tradiditque Ioſeph in carcerem, vbi vincti Regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus*; ad quid hoc poſtremum, non ſufficiebat dicere tradidiſſe B eum in carcere? profecto ſi in carcere, ibi clauſus, ad quid illud addere ſuperfluum? quod profecto inſolens in Scriptura eſſe ſolet, quæ ſemper parciſſima in verbis, niſi myſterium adſit, vti hic: nam mea ſententia herus miſit eum in carcerem, ſed Deus Dominus eius cuſtodiebat eum clauſum, vndique à diluuio libidinis

Geneſ. 7. n.16. ſeptus, non ſecus ac de Noe dicitur Geneſ. 7. n.16. *Et incluſit eum Dominus de foris*, ſic de Noe ſalute ſollicitus, vt nec ipſimet eam fidit, & ſic noluit vt apud illum clauis, ſed apud ſe eſſet; ſic equidem nunc periculum viderat ſui in domo, etſi fortis ipſe, & robuſtus, tamen timens, & quaſi non eſſet validus inter ignes, vorticeſque libidinis, inter occaſiones peccandi, inter lenocinia voluptatis Ioſephum cuſto- C dire, non eius fuga contentus adiecit carcerem, feras, catenas, compedes, facilius noſtro modo intelligendi reputans ſaluaturum à ſe Ioſephum extra occaſiones, quam inter illas, & facilius ad regna, & ad coronas illũ euecturum à carcere, & catenis, quam ex præruptis occaſionibus peccandi, & è duobus martyriis, carceris nempe, & caſtitatis, cum iuxta Auguſt. ſerm.

Auguſt. 249. de tempore, & martyrium etiam eſt caſtitatas, *Nemo dicat*, ait, *quod temporibus noſtris martyrum certamina eſſe non poſſunt; habet enim & pax noſtra martyres ſuos: nam libidinem fugere pars magna martyrij eſt.* Facilius Deus adiudicauit indemnem Ioſephum cuſtodire in martyrio carceris, quam in martyrio caſtitatis; ſic difficile eſt inter occaſiones hominem indemnem ſe ſeruare, vt etiam ipſi Deo noſtro D modo intelligendi illud videatur.

16. Caſtitas martyriũ.

17. In periculis audacter ſe intrudẽtes vt miſere pereunt.

Hinc qui tales, & ſic temerarij, ac præruptι, immo vecordes, de ſua confidentes virtute, ſiue non periculis credentes, etſi illa timeant, ſe audacter in illa immergentes, merito peſſum eunt, decidunt miſere, moriuntur infeliciter. Hoc pendo in prima noſtra parente, quæ ſic dæmonii interroganti reſpondit, Geneſ. 3. n. 3. *De fructu ligni, quod eſt in medio paradiſi præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* Pendo vnde illud, *& ne tangeremus*, nunquam tale præcepit Deus, cur ergo mentita? Oleaſter, quia timore, non amore præceptum obſeruabat; hinc peroſa illa multi-

Geneſ.3. n. 3.

Oleaſter. 18. Deum diligẽti omnia præcepta

plicabat, *Expende*, ait, *amoris, & timoris diſcrimen, amor ex multis præceptis vnum præceptum facit, timor vero ex vno multa.* Egregiè, cauſatur de præceptis, qui non amat, multa reputat, qui non diligit; hinc Chriſtus Dominus noſter, *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat.* Ioan. 14. n. 23. cur prius ſermonem, poſtea ſermones? ſane, quia diligenti, non ſermones, ſed ſermonem, non diligenti ſermones, non ſermonem, non præceptum, ſed præcepta. *Sermones ſunt*, ait idem Oleaſter, *ijs qui non diligunt me, qui vero diligit, ſermonem meum ſeruabit, id eſt multos ſermones vnicum ſermonem, & leuem putabit.* Ambroſ. autem ex aliorum ſententia affirmat illam non eſſe mentitam, ſed vt cautiorem eam Adamus redderet, illud ipſi inſinuaſſe. *Plerique putant ita Adam dixiſſe mulieri, dum eam facere vellet cautiorem, vt adderet mandaſſe Deum, neque tangetis ex eo quidquam.* Veriſſima ſententia, optimus enim tunc & maritus, & ſpiritualis Euæ magiſter, vt eam ſecuram à lapſu redderet, occaſionem ei præſcidit peccandi, & mandatum cautione vallauit, ſciens quod ſi cauta, ſecura, dum è contra non ſecura, ſi incauta. Quod egregiè, & acutè, vt aſſolet perſtringit Tertull. lib. de Idololatria c. 24. rationem aſſignans cur fides inter tot, tantaſque infidelitatis occaſiones ſecura, quia cauta reſpondit, *Inter hos ſcopulos, & ſinus, inter hæc vada, & freta velificata Spiritu Dei, fides nauigat tuta ſi cauta, ſecura ſi attonita.* Egregiè, vbi vltima pondero, vt ſecuri reddamur nõ ſufficit attenti ad pericula, ſed neceſſarium vt attoniti ſimus, vt è longè periculum aſpicientes veluti de cælo intonitum ſic trementes, & formidantes conſtituamur, vt attoniti, & veluti extra nos fiamus. O ſi ſic parens noſtra Eua, ſi ad tonitrum diaboli, *cur præcepit vobis Deus*, ipſa, *attonita*, ſecura profecto fuiſſet, & ſi præceptum recolens Adami cauta, tuta extiriſſet; at quia nec cauta, nec attonita, ſed loquax, & incauta, dum occaſionem non fugit, in mortem incurrit, & flatum non euitans ſerpentis, remanſit afflata.

nõ amplius ſunt quam vnum.

Ioan.14. n.23.

Ambroſ. 19. Eua cur dixit prohibitus fructus tactus à Deo, cum non tale Deus dixerit.

Tertull. 20. Tunc ſecuri manemus quã ſo cauti, immo ex periculo attoniti.

Hinc edocemur à longe nos ſubodoratis periculis, ſtatim ab illis exiire debere, ſi in illa incidere nolimus, nam aliàs peribimus: aures obturandæ ſunt ne audiant etiam à longe; oculi eruendi ne aſpiciant, etiamſi longum intermediat ſpatium, nec te credas ſecurum, quia à muliere contubernio diſtas: nam ſi lubet aſpicere, lubebit tandem & tangere. En tibi Dauid in exemplum ſimul, & doctrinam; in peccatum incidit, quia aſpicere non recuſauit, vnde etſi à muliere abſens, nudam eam videre non erubuit; Hinc gratia priuatur caſtitatis, & quia obſcene aſpexit foris, intus Dei viſione priuatus mulierem agnouit, & Deum ignorauit; ſic Deus obſcenitatem abhorret, quod ad hoc vt ſe à mente, & oculis abſcondat cuiuſque etiam iuſti, non neceſſarium peccatum, ſed ſufficit obſcœnitas, ſufficit immodeſtia, *Accidit vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo poſt meridiem*, ait Scriptura, *& deãbularet in ſolario domus ſuæ, viditq; mulierem ſe lauantẽ ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum; erat autem mulier pulchra valde*, 2. Reg. 11. n. 2. Pendo ſurgentem Dauid de ſtratu poſt meridiem, ex quo vt aſſolet incompoſiti, ac ferè denudati homines ſurgunt, pendo etiam mulierem ex aduerſo etiam denudatam, pendo facilè obuios vtriuſq; viſus. Quid ergo miri, ſi ſic

21. Occaſiones à longè vitandæ.

22. Deus vt ſe abſcondat non eſt neceſſariũ vt peccatum adſit luxuriæ, ſed ſufficit obſcœnitas.

2. *Reg.* 11. *n.* 2.

procax, & impudibundus extans Dauid cęcus intus fieret, Dominum Deum non agnoſcens, A eiuſque oblitus? Mirum quod Petro accidit poſt Domini Reſurrectionem, Ioan. 21. num. 7. dum enim ſimul cum diſcipulis piſcaretur, & per totam noctem nil cœpiſſet, iuſſu Domini in dexteram mittens rete, cum non valuiſſent illud extrahere præ multitudine piſcium, non ob hoc ex tanto aperti eius oculi miraculo, Dominum cognouit, ſed illo acutior Ioannes ſanctiſſimus *dicit ei, Dominus eſt*; quid ergo? cur primus diſcipulus, cur Vicarius Chriſti, cur Apoſtolorũ princeps ſuũ principẽ primus non cognoſcit? an in pœnã, quia in paſſione eũ cognoſcere recuſauit, *non noui hominem*? iuſtum ergo erat vt honore primæ cognitionis priuaretur, qui malitiosè ipſum recognoſcere prius recuſauerat; vt videas ex hoc, & intelligas, quod ſi peccatum tibi ſæpe Deus remittit, non tamen ſemper pœnam; & præterita peccata ſæpe etſi dimiſſa recentis ſunt cauſa Sanctis tribulationis, abſconditur, occultatur, non agnoſcitur dilectus, etſi præſens, non quia nunc peccas, ſed quia peccaſti; an quia tunc nudus? *tunica ſe præcinxit*, ait Euangeliſta; *erat enim nudus*, cur nudus, cæteri veſtiti? *quia negatio ſic eum nudauit*; ait Chryſologus Serm. 78. in Ioan. merito ergo à cognitione Chriſti priuatus, qui ſic indecenter verſabatur, vt intelligas, quam neceſſaria puritas, quantum Deus turpitudinem deteſtetur, vt ſe celet, & abſcondat, non actum expectans turpem, ſed tantum immodeſtum; Hinc & à gratia deſtitutus Dauid, quia etſi à longe, etſi non in domo mulier, tamen & inmodeſte eam aſpexit, & forſitan immodeſte & ipſa. *Dauid*, inquit Auguſt. ſerm. 250. *ſanctiſſimus in mille paſſibus mulierem viuit, & ſtatim homicidium fecit, & adulterium; & aliqui in aliena domo cum extraneis mulieribus putant ſe caſtitatis obtinere triumphum*. Grauiter, Dauid peccat, quia tantum à longe aſpexit, & multi ſunt qui non peccaturos ſe æſtimant, etſi ſimul habitent in aliena domo cum muliere; & quod magnum, & maximum, pacem cum diabolo habere autumant, dum contra Apoſtoli præceptum ſimul cohabitare, & in vna domo locum ei dare præſumunt, dicente Apoſtolo ad Epheſ. 4. nu. 27. *Nolite locum dare diabolo: contra quod præceptum facit*, ſcite ait Cyprianus de ſingularitate clericorum, *qui fretus eſt conuerſari cum ſcandalo*, hoc eſt cum occaſione peccati; *ſine cauſa enim dicit, pacatus eſſe volo cum diabolo*. Amputandæ certè ſunt occaſiones, præſcindendæ omnino, etiam à longe, ſi vti Danid in peccatum labi non velimus; qui ex ruina cautior effectus, ſic peccandi occaſiones poſtea effugit, vt tuneret prorſus vbi non erat timor.

Ioan. 21. n. 7.

23. Chriſtus poſt Reſurrectionem, in mari exiſtens Petrus cur non & ab eo primus agnitus, ſed à Ioanne.

24. Peccati pœna remanet etſi culpa dimiſſa.

Chryſol.

Auguſt.

25. Vt decipiũtur, qui cũ peccati occaſione ſtare præſumunt.

ad Epheſ. 4. n. 27.

Cyprian.

27. Dauid vt cautior ex peccato, & cur aquam de ciſterna Bethleem bibere noluit.

2. *Reg.* 23. n. 27.

Liranus.

28. Chriſtia-

Hoc expendo in illo eius facto, quando ſitiens aquam de ciſterna Bethleem, cum fortiſſimi in locum irrumpentes eam ad ipſum adducerent, *eam Domino libauit*, ait Scriptura, 2. Reg. 23. nu. 17. cur non bibit? Liranus reputat, quia verè non concupiuit aquam, ſed ideo illud dixit, vt audaciam ſuorum experiretur. *Et dixit*, ait Dauid hoc, *non propter concupiſcentiam aquæ, ſed quia volebat audaciam ſuorum experiri*; Quod ſi verum, magna equidem Chriſtianorum confuſio, dum etſi Chriſtus ſitim fingat in ſuis pauperibus, vt noſtræ experimentum ſu-

mat liberalitatis, nemo ſit ad inſtar fortiſſimorum illorum virorum qui aquam ei præbeat. Chryſoſt. amplius ad rem in Pſal. 50. *Quia*, ait, *caſtigatus de priori concupiſcentia poſt modum cautior eſt factus, & qui corpus adamauerat, aquam deſideratam, & neceſſariam, & ſitiens bibere noluit*. Egregiè, ex præterita concupiſcentia ſic cautior eſt factus vt quod aquam concupiſceret, expauit, ad exemplum noſtrum nos docens, vt Diu. ait Gregor *vt qui illicita commiſit, à quibuſdam etiam licitis abſtineat*. Vera hæc, ſed ad quid rationem huius rei quærere, cum ipſe Dauid eam expreſſit, *Libauit eam Domino*, ait Scriptura, *dicens, propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hoc, num ſanguinem hominum iſtorum, qui profecti ſunt, & animarum periculum bibam*? vnde biberet ſanguinem? viui profecto, & incolumes illi extabant, aquam, non ſanguinem biberet? ſane ſi alias ſanguinem non effudiſſet Dauid; at quia ſemel ſanguinem fudit, ſic poſtea cautus effectus, vt non ſolum cauebat ſanguinis effuſionem, ſed periculum effuſionis, non ſolum peccatum, ſed periculum peccati, quod breuiter perſtringit licet obſcurè Ambr. lib. 1. de Iacob, & vita beata c. 1. dicens, *laudo enim, qui erubuit in ſuo deſiderio alienum periculum, & aquam dubia ſortis pretio quæſitam, ſanguini comparauit*. Egregiè, laudandus quippe inclytus, & Sanctus Rex, qui alienum periculum erubuit, in ſuo deſiderio; non enim hoc aſſolent Reges, ſuperbe reputantes vitam, ſanguinemque eis ſubditos debere, non tantum quando neceſſarias, ſed etiam quando ſuperfluas, quando inutilia deſiderant; & ampliori etiam dignus eſt laude, dum aquam ſanguini comparauit, expaueſcens ſanguinis periculum, quia prius ſanguinem fuderat; hinc ex hoc amplius ſecurus, quod non ſic quando non tantum pericula, occaſioneſque peccandi extimeſcebat.

notum eſt ſuſio electmolynam non præbentiũ.

Chryſoſt.

Gregor.

Ambroſ.

29. Superbia Regum vt à Dauid confunditur.

Geneſ. 3. n. 3.

Concludam tandem, ſic hominibus iuſtis declinandam occaſionem peccati, ac periculum, ne in illo ad inſtar malorum pereant, vt non expectare debeant vt clara, & aperta ſit occaſio peccati, ſed illis ſufficere debet, vt tantum præſumi poſſit, vt tantum ſit dubia, vt tandem ſic coniuncta cum illa malitia ſit, quod ad hoc vt non incurratur, præciſiones ſint neceſſariæ intellectus, verbi gratia, loqui ſolus cum ſola periculum, & occaſio poteſt eſſe peccati, tamen ſi recta intentione ſit, præſcindendo à voluntate peccandi, licet ſit ex ſe occaſio, non tamen erit peccatum; oſculum ex ſe aliqui dicunt non eſſe peccatum, etſi cum extranea, ſi petis rationem, quia poteſt à libidine præſcindi, ipſi hoc viderint, & ſic de ſimilibus; has autem, ſimileſque occaſiones, & pericula ſic affirmamus Dei ſeruum fugere, vt potius mortem, quam in illa ſe intrudere debere. Poſſem hoc exemplo primæ noſtræ parentis confirmare: nam dum ipſa dixit præceptum ſibi ne comederet, ne forte moreretur, *ne forte moriamur*, Geneſ. 3. n. 3. certè non in certam, & euidentem, ſed in dubiam tantum ſe expoſuit moriendi occaſionem. Hinc mortua, infelix, & nos ſimul cum illa, ſicut & morientur, qui ad inſtar illius dubiis ſe exponent peccandi periculis; nolo nunc ex hoc illud confirmare, cum ſupra hunc locum hic retractauerim; ſed placet hoc ex facto illo educe-

30. Occaſio peccati fugienda non ſolũ aperta ſed dubia.

re

re ſanctiſſimi Mardochæi Eſther 3. hic enim ſic ſemper tenax exitit, vt nullo modo genua coram Amano flecteret ad illum adorandum, vt mallet ſe in periculum trudere vitæ, & quod amplius, & ſimul totam ſuam Iudæorum gentem, quam illud permittere. Quæ tantæ inflexibilitatis ratio? aliqui ex manuſcripta quadam paraphraſi affirmant, quia Aman prius ſeruus extiterat Mardochæi, & panem ipſius comederat, quod ſi verum, quanti hodie indigni eſſent adoratione, dum heri mendici, hodie in throno, ſed commentitia eſt ratio; alij, quia in veſtibus textiles, & ſutiles habebat deorum imagines, quas alij adorabant, ipſe adorare nolebat; alij, & melius, quia vt Deus adorari nolebat Aman, & vt Deus adorabatur ab aliis, ex Regis mandato: nam vt rectè Serrarius, & ex illo Sanchez in hunc locum, in talem Reges Perſarum deuenerant dementiam, vt non ſolum vellent ipſi adorari vt dij, & deos præſumerent eſſe, ſed quod amplius, ſtolidiſſimæ erat dementiæ præſumebant & diuinitatem etiam aliis impartiri, ſic vt dij reputarentur; quod multis probat Sanchez, nec eſt quod res vertatur in dubium, cum apud hominum cæca illa antiquitas reputaret eſſe poteſtatem in deos illos referre, deoſque conſtituere; de qua re videndus eſt Tertull. in Apolog. Cum ergo Amanus diuinos prætenderet honores, & vellet non vt hominē, ſed vt Deum adorari, ideo eam recuſauit conſtantiſſime Mardocheus adorationem. Quam cauſam ille euidenter expreſſit c. 13. num. 12. vbi Deum atteſtans ſic ait: *Cuncta noſti, & ſcias quia non pro ſuperbia, & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman ſuperbiſſimum (libenter enim pro ſalute Iſrael etiam veſtigia pedum eius deoſculari paratus eſſem) ſed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem excepto Deo meo.* Ergo tantæ obſtinationis, ſicut hodie aliqui ex noſtris præclaram illam actionē vocarent, ea extitit cauſa, timor ſcilicet ne honorem Dei transferret ad hominē, & nequemquā adoraret excepto Deo ſuo: nunc minus eius rationem intelligo; nam adoratio præſcindit à deitate, adorare poſſum hominē, adorare poſsū Regem, nō tamē cultu diuino, ſed humano, vt omnibus eſt in cōfeſſo; vnde etſi Aman ex ſuperbia diuinā ab aliis prætendebat adoratione, tamen Mardochæus antequam Aman illam ab eo expeteret, quando admonitus à conſeruis, cur illum non adoraret, ad ſuam, & ſuos euitandum periculum, licita vti poterat diſſimulatione, ſtultum in ſua relinquendo ſtultitia, tergiuerſatione vtendo illum adorare vt hominem, non vt Deum, ſicut & Naamano Syro permiſit Eliſeus 4. Reg. 5. num. 18. vt adoraret in templo Remmon, quando innixus ſuper eum Rex ad illum adorandum ingrederetur: nam licet Naaman genua flecteret, non tamen Remmon, ſed Deū verum adorabat, vt latè in 1. diximus. Similiter ergo & poterat Mardocheus? ſane, quis dubitat? cur ergo noluit? ea ratione amice, quia licet ſic poſſet, tamen occaſio illa, & periculum, erat quid dubium inter peccarum, & non peccatum, & opus erat præciſionibus. Hinc actio illa ſemper cum tremore, & formidine agenda; hinc vir iuſtiſſimus, ac ſanctiſſimus maluit ſuam, totiuſque ſuæ gentis vitam in diſcrimen mittere, quam occaſione; ac periculo vti dubio peccandi. En amice ſanctorum exemplum, en quod nos admonent ſancti, ſi ſaluti noſtræ conſulere velimus; non ſolum enim pericula certa, non ſolum occaſiones euidentes euitare debemus, ſed dubias, vt non dubia, ſed certa ſemper operemur conſcientia, nil de nobis præſumentes, vt rectè Tertull. lib. de cultu fœminarum c. 2. *Debemus quidem*, ait, *ita ſancte, & tota fidei ſubſtantia incedere, vt confeſſe & ſecurè ſimus de conſcientia noſtra, optantes perſeuerare id in nobis, non tamen præſumere.* Egregiè, incedere debemus ſic ſancte, ſic purè, ſic firmiter in rebus, vt ſemper ſecuri ſimus de conſcientia, non dubiè operemur. Hoc proprium ſanctorum, hoc vnicum Dei eſt ſeruorum: nam aliàs nos aut in incerta, aut certa pericula immittētes in illum infinitum nos mergemur abyſſum, vt præfocati ad inſtar Ægyptios, ſummergemur omnino, & hoc quia nos non Deus in illum iniecit.

Eſther. 3. 31. Mardocheus Amano cur flectere noluit genua.

Serrarius

Ibi. c. 13. n. 12.

§. II.

AT quid è contra, ſi non nos, ſed Deus noſter in pericula nos intrudit, maris aquæ non aquę, ſed muri, profundum non ſubmerſio, ſed via, ſed iter ad promiſſionis terram. Audi Regium Pſaltem Pſal. 138. n. 10. *Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua*; quid per maris extrema? ſi ſenſum literalem inquiris, Ianſen. per extrema maris Occidentem intelligit, quaſi dicat inquit Pſaltes, *Si ſumpſero pennas aurora, & ab Oriente volauero vſque ad Occidentem*; etſi myſticum, & moralem, cum ſecundum Diu. Greg. per Orientem vitæ præſentis proſperitas deſignetur, per Occidentem vero ipſius aduerſitas, vt ex illo collegit Gagneus in allegoriis lib. 12. c. 5. & 8. ſenſus erit, ſi ſumpſero pennas velociſſimas, & ab Oriente, hoc eſt à ſummis delitiis vſque ad extremas me adducam anguſtias, illuc me tenebit, & proteget dextera tua; hoc eſt ait Titelman. *Tenebit ne cadat in profundum, & pereat*, vnde ei tantus Dei fauor, etſi in ſummas ſe proiecit anguſtias? ſane quia non ipſe, ſe, ſed illuc manus eum deduxit Dei, *manus tua deducet me.* En ratio cur in profundum non cecidit, cur etſi in extremis maris illuc Dei inuenit protectionem, quia illuc non ſua, ſed Dei conduxit manus, non ipſe ſe, ſed Deus ipſum. Quid ergo mirum ſi miracula operatur, ſi ipſas hominum naturas immutat?

Pſal. 138. n. 10.

Titelm.

32. Deus miracula operatur quando in occaſiones ipſe homines immittit. *Eſther. 4. n. 7.*

Hoc obſeruo in Eſther Regina ſanctiſſima, mandat illi Mardocheus c. 4. n. 7. vt ingreſſa ad Regem pro populo intercedat, cui illa num. 11. *Omnes ſeruī Regis, & cuncta, quæ ſub ditione eius ſunt norunt prouincia, quod ſiue vir, ſiue mulier non vocatus interius atrium Regis intrauerit abſque vlla cunctatione ſtatim interficiatur, ego igitur quomodo ad Regem intrare potero, quæ triginta iam diebus non ſum vocata ad eum?* Sed antequam vlterius progrediar, quam iſta ratio vim habet? ergo ne Regina occidetur? ergo ne & Regina timens legem? ergo ne & lex etiam contra Reginam exequetur? mirum hoc, ſane amice, ſi legea

33. Legesquādo aranearum ſunt telę.

Digitized by Google

vt hodie obſeruarentur, quæ verè vt Anacharſis aiebat, *tela ſunt aranearum*; cuius rationem tribuens Valerius Maximus lib 7. c. 2. ideo eas ſic nominabat ait: *Quia vt eas infirmiora animalia retinere, valentioraque tranſmittere, ita his humiles, & pauperes conſtringi, diuites, & prapotentes non alligari videmus.* Dauid alioquin ſanctus, 2. Reg. 12. n. 5. ob vnam ouem mactatam clamat, *vivit Dominus, quia filius mortis eſt, qui fecit hoc*; tamen ſtuprum filij audiens cum ſorore ſcelus omni punitione dignum, *noluit contriſtare ſpiritum Ammon filij ſui*; ſi cauſam quæris, *quia primogenitus eius erat*; quaſi diceret Scriptura factum improbans, quia filius Regis; pauper furans occidatur; et princeps inceſtuoſus, & ſtuprator ſeruetur; vnde hoc? quia lex tela aranearum vilióra in ea animalia capiuntur, grandiora tranſmittuntur; at non ſic tunc, quia Rex verè ipſe imperabat, ipſe regebat à quo leges vigorem, obſeruantiamque ſumunt, qui ſic in legibus obſeruandis totus reperiebatur, vt etiã ipſamet extimeſceret Regina, & equidé rationabiliter: nã vt mox dicemus, niſi miraculosè Deus cõuertiſſet cor Regis, ſine dubio fuiſſet interfecta, ſic ſeuetus erat in ſuis legibus Aſſuerus, ſic iuſtus, etſi Gẽtilis, ad pudorẽ hoc Chriſtianorũ principum, qui ſic ſuas permittũt obſeruari leges, vt pauperes tantũ premãt, principes vero tranſiliãt, cum velim ſciãt, nõ ſic gratũ apud Deũ, non ſic apud illum magnum legis ſupplicium contra pauperes, quantum contra principes fontes.

Valer. Maxim.

2. *Reg.* 12. n. 5.

Attende ad quæ dico, Numer. 25. n. 6. fornicans Iſraël cũ Madianitis ſic ait Scriptura: *Ecce vnus de filiis Iſrael intranit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidẽ, vidente Moyſe, & omni turba Iſrael*, quod impium ſcelus videns Phinees poſt eos ingreſſus ambo occidit, *perfodit ambos ſimul*, vix hoc, ac Dominus aduocãs Moyſen ſic ei alloquitur: *loquere ad eũ; ecce dedi ei pacẽ fœderis mei, & erit tam ipſi, quã ſemini eius pactũ ſacerdotij ſempiternũ*, mirum, & maximũ, vt quia zelans Dei legẽ Phinees, vnum tantum occidens ſic factũ illud, & legis iuſtitiã Deus æſtimet, vt pactũ ſempiternũ cum eo conſtituat, & ſempiternum ei tribuat ſacerdotij ſummi honorem. Elias eodem zelo quadringentos occidit idololatras, & nec verbum illi Deus. Vnde ergo nunc tanta Dei gratitudo? ſane ex eo quod infra addit Scriptura n. 14. quæ quaſi hoc præuidens, vt tãtæ rei propriam aſſignaret rationem, cum ſupra dixiſſet, *ecce vnus de filiis Iſrael*, ne putaretur hunc vnum aliquem eſſe de plebe infra addit: *Erat autem nomen viri Iſraelitæ, qui occiſus eſt cum Moabitide Zambri filius Salu ducis de cognatione & tribu Simeonis.* En ratio, iuſtitiam exercuit Phinees, non quamlibet, nec aduerſum quemlibet, ſed occidit principem, occidit & cum illo etiam & mulierem principem, vt ibi adnotat Scriptura, qui animus, quæ rectitudo ſic Deo placuit, ſic illam ſtatim extulit, vt ſacerdotij illi dignitatem impertitus ſit ſempiternam *Phinees autem fuit magni animi*, ait Abulenſis in hunc locum, *perſecutus Zambri: nam ipſe erat princeps tribus Simeon, etſi conaretur contra eum quidquã inferre, timere debebat totã tribum Simeon inſurrecturam contra ſe, & quia timor iſte erat durus, valdè fortis indicatur Phinees, & ob hoc Deus valde laudauit eum, promittens ſacerdotium æternum.* Æternitas ergo in ſacerdotio, legis iuſtitia in principem, & non in plebeium, & ille dignus ſacerdotio, dignus imperio, qui non tantum iuſtitiam cõtra gregarios, ſed contra principes adminiſtrat intrepide. Volunt Reges in regno æterne dominari nõ ſolum pauperes, ſed principes etiam delinquentes occidant, ſicut & Aſſuerus occidiſſet Eſther: nam cum illa per ordinem cubicula eſſet ingreſſa, ſic contra ſe furentem aſpexit Regem, ſic indignatum, vt quaſi certa de iugulo enſem iam iam timens, & expaueſcens, quaſi iugulata corruit, c. 15 n. 10. *Cum elevaſſet faciem*, nempe Rex, *& ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, Regina corruit.* En quam terribilis Rex, en quã ſeuerus, etſi in Reginam; vnde ſaluata miraculosè, *Conuertitque Deus*, ait Scriptura, *ſpiritum Regis in manſuetudinem*, hactenus leo, nunc agnus, at cur tantum miraculum? ſane, quia ex Dei amore ob populi charitatem, ob obedientiã patrui, ac conſequenter Dei in tale ſe iniecerat periculum, vnde ipſa ad Mardocheum ſupra c. 6. n. 16. *Congrega omnes Iudæos, non comedatis, non bibatis*, &c. *Ingrediar ad Regem, contra legem faciens non vocata, tradenſque me morti, & periculo*; periculo ſe expoſuit quantum ex ſe renuens, ſed charitate coacta, ſed præcepto, ſed Dei obedientia: nam alioquin non ſic Deus ei opem tuliſſet, cum vt bene Cyprianus de ſingularitate clericorum, *Cuſtos nobis datus eſt ſpiritus, non vt contraria eligentibus foueat, nec vt voluntarios, & prono in aduerſa confortet, ſed vt ab auerſis nitentes ſeparari confirmet.* Egregiè, cuſtos noſtri ſit ſpiritus, non quando võluntarij, ac prompti in aduerſa nos prorumpimus, ſed quando vti Eſther ex Dei præcepto, ex eius amore, ex rationabili cauſa renitentes ad ea ingredimur, tunc etſi diaboli, ac tota inferni potentia armatur, eam debellat, opprimit, ligat, te ſemper incolumi euadente.

Eſther. 15. *n.* 10.

c. 6. *n.* 16.

Cyprian. 36.

Spiritus ſãctus quorũ ſit cuſtos.

En tibi in huius exemplum ſanctiſſimus iuuenis Tobias ſeptem viros Saræ diabolus interemerat, & tamen ipſe ſic audacter eam in ſponſam petiit, vt Raguelı dixerit, Tobiæ 7. nu. 10. *Hic ego non manducabo, neque bibam, niſi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam*; vnde ſic intrepide, & audacter in tale, tantumque irruit periculum? ſane ex illis Angeli verbis ſup. c. 6. n. 13. *Pete ergo eam à patre eius: nam tibi debetur omnis ſubſtantia eius.* Præceptum extitit diuinum, erat ex alia parte legis obſeruantia, cum ipſe ex legis mandato vti propinquus eam debebat ducere in vxorem. Rationabiliter ergo in periculum intrauit; quid mirum ſi tota diaboli ſtante potentia illæſus euaſit?

37. Diabolus nil poteſt cõtra illos, qui ex Dei mandato in pericula vadunt. *Tobiæ* 7. *n.* 10.

In quo facto duo, & maxima perpendenda: Primum, quod nõ ſic ſtatim, non præcipite ſe in periculum dedit, & ſi audiſſet totam Raguelis ſubſtantiã ei deberi, ſed Angelo periculũ expoſuit, rationemq; ſimul, cur illud facere non deberet; *Audio quod tradita ſit ſeptem viris, & mortui ſunt, & hoc audiui quia dæmoniũ occidit eos, timeo ego ne forte & mihi hæc eueniant, & cum ſim vnicus parentibus meis deponã ſenectutẽ illorum cum triſtitia ad inferos.* Ergo ipſe quantum ex ſe periculũ recuſabat, & hoc ſic firmiter, & efficaciter, vt neceſſariũ Angelo eũ confortare, animare, & ſimul rationes addere cõfidẽtiæ,

38. Tobias iuuenis quãta prudentia in periculum ſe iniecit.

Digitized by Google

ac bonũ euentus; quid ergo mirum, ſi Deus à lapſu pedes eius eripuit, cum in illũ non ex ſe, A ſed Dei præcepto,& mandato,& ex Angelo,qui ſecum extabat. O quam bene hoc Ambroſ. in Pſal. 118. octon. 14. ſuper illa verba, *ab omni via mala prohibui pedes meos*, quæ coniungens cum illis Pſal. 114. n. 8. *qui eripuit pedes meos à lapſu*, ſic egregiè ad rem noſtram fatur: *Stans enim cũ Domino lapſum timere non poterit; ſtans cum Domino poterit dicere, eruit pedes meos à lapſu; ſed ita eruit Dominus pedes tuos ab omni lapſu, ſi cognouerit, quod tu prohibeas pedes tuos à lapſu, & ideo meruit Dauid, vt Deus à lapſu pedes eius eruaret, quoniam pedes ſuos ipſe prohibebat, ne præcipiti, atque incauto peccatorum laberentur veſtigio.* Nil melius, vis ſcire cur Deus à lapſu, à morte, ab interitu, à ſepultura, quam illi Raguel parauerat pedes eruit Tobiæ? quoniam inquit Ambroſ. *Ipſe pedes ſuos prohibebat, ne præcipiti, atque incauto peccatorum laberentur veſtigio.* Pende ſingula, non ſe præcipitabat, quia imperium attendit, non incaute procedebat, quia & præcepta poſtea obſeruauit Angelica, quod eſt ſecundum ponderandum.

Pſal. 118. n. 14. *Pſal. 114. n. 8.* *Ambroſ.*

39. Deus quos à lapſu eripit.

Sic equidem ſe in periculum iniecit, vt quod ex ſe faceret, vt non periret: nam vt rectè Manlius apud Liuium lib. 6. *Dij prohibebunt hæc inquies, ſed nunquam propter te de cælo deſcendent, tibi dent mente oporteat, vt prohibeas.* Iecur enim iuxta Angeli conſilium adduxit, orationi inſtitit, à concupiſcentia ſe abſtinuit, vxorem ad orandũ induxit, quid ergo mirum ſi Deus diabolum fugauit, ſi amandauit, ſi ligauit, illos inſtruit hoc factum, qui ſæpe coacti, ſæpe per obedientiam in periculoſa intrudũtur miniſteria, ac officia, ne dicant, Deus iuſſit, ipſe auxiliabitur C interim ipſis ex ſe nihil præſtantibus: nam verũ quod iubẽte Deo præſto ſẽper in periculis eius erit auxilium, attamen ſi tu ex te nil ages, nil prẽuenies, nullam ex te cautionem exhibens peribis. Mirum quod Abraham in Ægypto deſcendens vxori dixit, Geneſ. 12. n. 12. *Noui quod pulchra ſis mulier, & quod cum viderint te Ægyptij, dicturi ſunt, vxor illius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt, dic ergo obſecro te, quod ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tuam*; quid hoc? vnde tantus Abrahamo timor? nonne Deus erat, qui illi iuſſerat è terra, è domo, è cognatione exire, & peregrinari? ſane, nonne Deus erat, qui ei dixit, *ſemini tuo dabo terram hanc*? equidem, aut credidit, aut infidelis erat? non hoc ſecundum, ergo primum, ſi credidit cur nunc de vita dubitat, cur ſtratagema recogitat? Chryſoſt. affirmat nil ipſum dubitaſſe, ſed tantum curaſſe, *Quomodo arte aliqua excogitata poſſet & famis conſolationem inuenire, & Ægyptiorum manus effugere*? at hoc ipſum eſt, quod inquirimus, cur illud excogitauit, & non totum Domino remiſit, quid è domo egredi, qui peregrinari iuſſerat? ad rem noſtram egregiè Rupert. *Non parui pendens*, ait, *vxoris pudicitiam venalem fecit, ſed periculo ſe eximit, ne moueretur propter illam; certiſſime ſciens, quod qui eduxit eum de vr Chaldæorum, potens eſſet ſeruare illam ab igne, id eſt à libidine Ægyptiorum.* Quod ſi à Ruperto petas, & quare ſimiliter ſine hac diligentia non etiam ſperauit, ſe ſeruaturum à Deo, reſpondit, *Quia timebat Dominum, quia nolebat tentare Dominum Deum ſuum; is namque Deum tentat, qui quanta poteſt parte periculi ſe nõ expedit, & illic poſcit miraculum Dei, vbi non nihil proficere poteſt humanæ rationis ope.* Egregiè quidem; ſi enim ingreſſus Abraham Ægyptum ab illo expoſcerent, vxor, an ſoror eius eſſet Sara, & ipſe vxorem dixiſſet, profecto duas res difficiles Deo committeret, & vxoris pudicitiam, & ſuam vitam; quod inſolens prorſus eſſet; quid ergo? bipartita ſit cura, & non totum Deo committat, ſed vt periculum euadat aliquid ipſe ex ſe faciat, aliquid & Deo reſeruans, vtatur induſtria, & dicat vxori, quod ſe ſororẽ nominet, & ſic ſuæ prouideat incolumitati, & Deo vxoris pudicitiam ſeruandam committat; quid ex hoc? vt ipſe ex ſua diligentia non ſolum à periculo ereptus, ſed ditatus, & ex Dei potentia intacta, illæſaque Saræ pudicitia cuſtodita Fas tu ſimiliter, quando te B Deus in pericula, in barathra, in maris mittit profundum; quando vti alter Tobias pene in manus relaxat diaboli, & vinces, ſuperabis, diteſces, proſperaberis, non maledictionem, ſed benedictionem reportabis.

Liuius.

40. Et ſi Deus in pericula & occaſiones nos initiat ex parte noſtra faciendũ quod poſſumus, & debemus

41. Religionũ ſuperiores quãta prudentia, & timore præcipere ſubditis debẽt, eoſque in occaſiones inijcere.

Immo hoc non ſolum verum reſpectu eius, qui ſe periculo ex Dei mandato immittit, ſed etiam reſpectu mandantis, & ſuperiorum; illi enim parum de ſalute, ac bono ſubditi exitu ſperent, quando illum in pericula iniiciunt ex ſe, non ex Dei mandato, ſua, non Dei voluntate, humano, non diuino reſpectu. Audiant hoc ſacrarum Antiſtites religionum, audiant, & contremiſcant, ſæpe occidunt, mactant, perdunt ſubditum quoad ſpiritualia miniſteria, & onera ei imponentes inæqualia, nullo Dei aduocato conſilio, nullo particulari de ſubdito reſpectu, ſed ad inſtar politicorum gubernationis tanquam ſi non religio, ſed ſtatus eſſet ſæcularis ſic bonum commune intendunt, vt nullum habeant ad ſingulare ſubditi reſpectum; ſic vt dummodo bono conſulatur externo religionis, de ſpirituali curet ipſe. Sciant ergo tales, qui ſic incedunt, ſic ſubditum periculis exponunt, quod non eos lucrentur, neque religionis negotia, ſecus autem quando Deum tantum aſpicientes, ex eius vero inſtinctu, ſubditum in ignem deiiciunt.

42. Non debere ſine Dei inſtinctu inſpiratione.

Hoc probo ex ſolemni illo facto, Iſaac ſcilicet, & Rebeccæ; enimuero nunquam non admiror confidentiam, ne dicam Rebeccæ audaciam, dum filium dilectum, amatum, ſic intrepide periculo graui exponeret maledictionis, Geneſ. 25. nu. 28. *Iſaac amabat Eſau, Rebecca* D *diligebat Iacob*, ait Scriptura, quod non ſine emphaſi dictum reputes; talem ergo filium ſic prædilectum, & amatum ita intrepide periculo ſubegit, & dum ei præcepiſſet accederet ad patrem, & benedictionem præriperet Eſau, & timeret iſte ne maledictionem pro benedictione reciperet, audacter reſpondit, *in me ſit iſta maledictio fili mi*, c. 27. num. 13. *tantum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi*; cur ſic intrepide; & audacter filium tali, tantoque periculo exponit? in quo facto etiam parimodo admiror, vnde Eſau infelix benedictionem amiſit, cum ex obedientia ad venandum iuerat, ex qua ſumpta occaſione Rebecca dixit filio, *audiui patrem tuum loquentem cum Eſau*, &c. Ergo inſtrumentum pœnæ Eſau obedientia extitit patris, &

Geneſ. 12. n. 12. *Chryſoſt.* *Rupert.* *Geneſ. 25. n. 28.* *Ibi. c. 27. n. 13.*

48. Rebeca cur Iacob in periculum iniecit maledictioni.

ed by Google

ideo non benedictus, seu vt proprius loquar, ideo decretum Dei præceptionis benedictionis A executio extitit obedientiæ. Insolitum quidem hoc,& præter ordinem; item; amat Isaac Esau, qui pater,qui vir, qui Dei amicus, qui dilectus, qui amplius quam Rebecca honorabilis, & tamen summus ille pater, iudicium, ac amorem profert Rebeccæ,& Iacob prætulit Esau, vnde hoc? mea sententia, quia Rebecca instinctum, & Dei sequebatur decretum, qui dixerat maiorem seruiturum minori,Genes.25.n.23. quando ad consulendum Dominum progrediens de collectatione paruulorum in vtero, audiuit, *duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex vtero tuo dividentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori.* Hinc ex tali Dei voluntate, ac decreto animata diuinum supra naturalem amorem reponens, semper prædilexit Iacob Esau, vnde confortata non dubitauit filio talem obedientiam imponere, & tali exponere periculo. Hinc victrix ipsa, & benedictus filius;at Isaac,etsi sanctus, & iustus, & forsitan prædictionem nesciens, cum sola Rebecca dicatur processisse ad consulendum Dominum, & possibile vt ex voluntate diuina aliqua ratione mora posteriorem partem oraculi marito occultasset, ex iudicio rationis, ex amore, & affectu, ex vsu,& ex dignitate naturæ motus absque alia Dei consultatione ad venandum misit Esau, vt ex illa obedientia dignior effectus benedictionem acciperet; sed nil minus,Iacob benedictus, non ipse. Audi nunc Ambros. de Iacob, & vita beata,grauibus, & ponderosissimis hoc exprimentem verbis. *Sed & Rebecca*, ait, *non quasi filium filio, sed quasi instum præferebat iniusto; etenim apud matrem piam mysterium pignori præponderat.* quid elegantius? non amore ducebatur muliebri, vel humano,sed diuino,filios esse non respiciebat,sed quasi non filios, virtutem tantum,& in eis vitium; hinc licet strictius Esau pignus,quia primogenitus, ac per hoc natura duce ampliori dilectione dignus, tamen pia mater mysterium pignori præponderabat, amplius illud faciens,quam hunc,& sic sequens Ambros ait: *Vnde illum non tam fratri præferebat, quam offerebat Domino,quem sciebat collatum sibi munus posse seruare, in quo & alteri consulebat,quem diuina subducebat offensa, ne graniore implicaretur reatu, si accepta gratiam benedictionis amitteret.* Quot verba, tot gemmæ, tot consilia, non illi præceptum imposuit, non periculo exposuit, vt fratri eum præferret, D vt benedictionem eriperet, vt honorem acciperet, sed diuinum tantum oraculum intuens, vt ei obtemperaretur pro Domino filium non antepositit, sed obtulit, non prætulit, sed sacrificauit, & hoc non ex muliebri concupiscentia, sed sciens ad dignitatem vires Iacobo subesse, non altiora se quærere, sed æqualia, non ipsam illum intendere, sed à Deo vocatus, non ipsa illi dignitatem,sed Deus; hinc & altero simul consulebat filio,qui cum ad dignitatem non esset præelectus, si ex sensu admitteretur humano,grauiori implicaretur reatu, benedictionis acceptam gratiam ex culpa sua amittens; hinc ipsum diuinæ subducebat offensæ; hinc ille benedictus, non iste, qui pro se nil aliud præferebat, nisi humanum iudicium, paternum decretum. Vnde sequens sanctus ait: *Mater deferebat pium affectum, pater iudicium, vicit tamen ille, qui præferebatur oraculo*; Quid pulchrius? benedictus Iacob,etsi mater illum euidenti exponeret periculo,quia non ex se, non naturali iudicio, non ducta ex amore, sed ex oraculo, sed ex Dei voluntate mouebatur; hinc filij obedientia felix; hinc ipse non maledictus, sed benedictus. At Esau è contra, quia ad benedicendum illum non Dei instinctus, sed patris iudicium,misit ad venandum,sic infeliciter talis ei obedientia cessit, vt benedictionem amiserit, non ipse benedictus, vnde vt rectè Lippom. in catena hoc ipsum expendens sic ait: *Dei consilium didicerat Rebecca,vnde promouere volebat, quod necessario futurum erat Dei ordinatione, obedientia Esau,diligentia,opus,patris consilium,& ipse cali influxus circa geniturам, omnia hæc Iacob præmotionem impedire non poterant, sed potius ipsius partem iuuabant,quem Dominus dilexerat.* Vadant nunc superiores,& sic obedientiam imponant subditis, vt Isaac Esau, videbunt, an ipsos lucrētur, aspicient,an dum periculis exponunt, non ex Dei instinctu, sed tantum naturali ipsos incolumes recipiant:audiuimus in antiquis, vidimus in modernis pessim ob hoc religiones ire sacras; at è contra quando ex Dei instinctu, quando ex eius amore; quid etsi in fornacem ignis mittent subditos ardentes, inde ac alteri Hebræorum pueri incolumes euadent, non secus ac Hebræi isti,quos Moyses ipse ex mandato Domini in profundum misit, qui incolumes, ac felicissimè euaserunt,quando è contra, dum ex Regis Pharaonis mandato miseri introierunt Ægyptij,non vitam,sed *nouam*, vt noster inquit Sapiens, *inuenerunt mortem.*

44. Esau & si ex obediētia ad venandum processit, vt benedictionem amisit. *Ibi. c. 25. n. 23.*

Ambros.

Lippom.

45. Dei decreto & ipse tes contrariè deseruiunt.

Num. 6. *Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiens tuis præceptis, vt pueri tui custodirentur illesi.*

Num. 7. *Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua quæ antea erat, terra arida apparuit, & in rubro mari via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio.*

Num. 8. *Per quem omnis natio transiuit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia, & monstra.*

Commentum literæ.

DE morte Ægyptiorum in mari rubro supra dixerat author, nunc de transitu per illud filiorum Israël,déque mirabili Dei erga eos patrocinio, & quomodo ad illorum beneficium quodammodo se immutarent creaturæ, probās hoc ex nube miraculosa, quæ eos protexit, & ex mari, quod eis locum præbuit,ait ergo. Connexio capitis.

Omnis creatura ad suum genus refigurabatur. Græca, *omnis creatura in proprio genere rursus cōfigurabatur*;Holkoth,& Hugo per genus Deū intelligūt, quatenꝰ ab illo omnia; vnde per creaturā ad suū genus refigurari intelligūt ad Deum per potentiā obedientialē se conuersam, vt iussa expleret.Bonauent. per *refigurationem* intelligit resumptionē, vt sic dicā antiqui status, quādo in illō innocētiæ nullæ earum hominē offendebāt, sic nunc nullæ cōtra Hebræos, sed omnes in eius *Holkoth. Hugo.* *Bonauēt.*

Digitized by Google

fauorem. Verus ſenſus, & literalis eſt Lorini, creaturam in ſuo genere permanentē; voluntate diuina, ſic in beneficium Hebræorum ſe accommodaſſe, refiguraſſe, vt quaſi de nouo videretur Deo creata, quod exemplis Sapiens confirmans ſubdit.

Lorinus.

1. Ad bonorū ſeruitium vt creaturę refiguran-tur.

Nam nubes caſtra eorum obumbrabat, &c. De columna nubis, & ignis, deque eius effectu latè diximus c.10. n 17. hic autem iuxta ſenſum Bonauent. Holkoth. Liran. de illo intelligitur Sapiens beneficio, quando ne Ægyptij Hebræos attingerent, in medio ſe poſuit inter vtrumque exercitum, obumbrans Ægyptios, illuminans Hebræos, de qua re apud Exod. c. 14. nu. 19. & 20. licet Hugo, & Oſorius velint, vt intelligatur de obumbratione diuina aduerſus æſtum, prima ſententia vera, & textui congrua.

Bonauēt. *Holkoth.* *Liranus.* *Hugo.* *Oſorius.*

Campus germinans, &c. Græca, *Herbifer campus*, Ianſen. Sa, Holkoth. & alij figurate hoc accipiunt; Lorinus affirmat proprie poſſe accipi, quatenus in mari herbæ, plantæ, ſiluæ ſunt, cum illo conſentiūt Oſorius, & Vatabl. Caſtro, vtrūq; affirmari potest ſine ſcrupulo; ſecundum vero neſcio quid delitioſè plus habet, quo amplius benignitas in Hebræos lucet diuina; vt cumque autem, ſemper tranſitus fuit mirabilis, ſiue vt ſic per eum tranſirent, ac per florentes campos, ſiue verè per flores, herbaſq; virentes, vnde ſequens ait:

Ianſen. *Sa.* *Holkoth.* *Lorinus.* *Oſorius.* *Vatabl.* *Caſtro.*

2. Hebræi vt delitioſè per mare tranſierūt & an flores in profundo miraculoſè.

Per quem omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur manu tua videntes tua mirabilia, & monſtra. Græca, *conſpicientes miranda portenta*, quæ, & quanta hæc fuerint ſupra diximus c.10. ea certè talia fuerunt, vt vſque ad gentes eorum rumor peruenerit, ſic Nathab. in lib. Ioſuæ c. 2. nu. 10. *Audiuimus*, ait, *quod ſiccauerit Dominus aquas maris rubri ad veſtrum introitum.* Id ipſum retulit Achior Holopherni c. 5. ex quo eorum tremor in omnes ſe effudit per circuitum nationes; quæ hic tractari poſſent de Dei prouidentia, magnitudine, fortitudine, & ſuauitate ſatis abūde diximus in 1. tom. Hom. 148. quæ de falſa impiorum æſtimatione putantes iuſtos in profundo tribulationis malè degere neſcientes campos, quos illis Deus florentes inibi creat, etiam ibi diximus Hom. 84.

Ioſue 2. v.10.

Num.9. *Tanquam enim equi depaſcuerunt eſcam, & tanquam agni exultauerunt, magnificantes te Domine qui liberaſti illos.*

Num.10. *Memores enim erant adhuc eorum quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium eduxit terra muſcas, & pro piſcibus eructauit flumina multitudinem.*

Num.11. *Noniſſime autem viderunt nouam creaturam animis, cum adductis concupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis.*

Num.12. *In allocutione enim deſiderij aſcendit illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribus ſupervenerunt, non ſine illis quæ antea factaerant, argumentis per vim fulminum: iuſte enim patiebantur ſecundum nequitias ſuas.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

QVomodo mirabiliter Hebræi per mare tranſierant enarrauerat, nūc de eorū lætitia poſt tranſitum, ac de conuiuio eis à Deo in deſerto præſtito, de quibus omnibus ſupra latè dictū, ideo breuiter ea hīc tranſcurremus, ait ergo.

Tanquam equi depaſcuerunt eſcam, &c. Liranus, & Carthuſ. depaſtationem ſumunt pro armis, cæteriſque ſpoliis Ægyptiorum ſubmerſorum, quæ acceperunt Hebræi; Sa, de manna, Ianſen. vult denotari educationem pinguiſſimam, qua Deus ſuos in deſerto veluti equos, & agnos nutriuit, aluit; verus ſenſus, hic deſcribi Iſraëlitarum exultationē poſt maris rubri tranſitum, plenaſq; laudis voces; exultantes enim in morem equorum, aut agnorum, quibus læta ſuppetunt pabula, diuerſas laudes perſonarunt, coniunctiſque viris cum fœminis cœperunt canere cum ſanctiſſimo Propheta, *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus eſt, equum, & aſcenſorem proiecit in mare*, Exod. 15. vide Iſaiam de hac lætitia c. 63. n. 11. 12. 13. & 14.

Liranus. *Carthuſ.* *Sa.* *Ianſen.* *Exod. 15.*

Memores enim adhuc, &c. lætitiam augebat memoria eorum, quæ Deus ob ipſos in Ægypto patrauerat miracula, & præcipuè educendo muſcas, & ranas, vt pro eis pugnarent; de qua re ſupra abundè ſatis.

Quæ in incolatu illorum facta fuerant, &c. In peregrinatione ſcilicet, quando in Ægypto.

Quemadmodum pro natione animalium, &c. Græca, pro ſobole animaliū, muſcas protulit noxias; ex recordatione enim taliū ſummopere lætabātur. & amplius, quādo poſtea ſic differenter cū eis actū viderint, vt Ægyptiis Deus muſcas; ipſis autē in deſerto Ortigometram, vnde ait:

Noniſſime autem viderunt nouam creaturam animis, &c. De Ortigometra eſt ſermo, de qua ſupra diſſeruimus, & cur noua dicatur creatura.

Cum adductis concupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis, &c Græca, *eſcas deliciarum, delicatas ad delitias præſitas*, quæ in epulis ſolemnioribus ſolent apponi, cum non tantum ad ſuſtentationem, ſed etiam ad delitias deſeruiebant. Iſidorus epulas deriuat ab epulentia rerum, deque lautis & non in quotidianum vſum præparatis, hoc autem ſi à priuatis parentur, & non à Regibus: nam hæc clapes vocantur.

Iſidorus.

In allocutione enim deſiderij, &c. Græca, *ad cōſolationem*, vt deſiderata ſcilicet concederet; hoc totum habetur, Exod. 16. n. 13. menſe ſecundo ab egreſſu, in deſerto Chim inter Elim, & Sinai, nullo inflicto ſupplicio, vt bene aduertit Caſtro: nam de alia dixerat ſupra c. 16. nu. 2. & nos ibi. Quapropter hic de illa gratioſa loquitur, quando non iratus, ſed benevolus conceſſit.

Caſtro.

Et vexationes peccatoribus ſupervenerunt, &c. Græca, *& ſupplicia peccatoribus ſupervenerunt*, certiſſimum de Ægyptiis hic eſſe ſermonem, nō de Hebræis, qui exacerbauerunt Deum in deſerto, vt quidam volunt antiqui ſcriptores, Hugo cum aliis; cōtrapotens enim Hebræis Ægyptios ait, quod ſicut illis ad explendū deſiderū nouā creaturā immiſit, vt delicatius cibarētur, ſic iſtos de nouo puniuit grauiſſimo ſupplicio in mari rubro, quos ante præfocationē terruit, & occidit fulminibus, fulguribuſq;, vt patet ex lib. Exod. c. 14. n. 24. illis verbis; *Iamque admenerat vigilia matutina. & ecce reſpiciēs Dominus ſuper caſtra Ægyptiorū, per columnā nubis, & ignis interfecit exercitū eorū, & ſubuertit rotas curruum, ferebāturq; in profundū, dixerūtq; Ægyptij, fugiamus Iſrael, Dominus enim pugnat pro eis cōtra nos;*

Hugo. *Exod. 14. v. 24.*

Digitized by Google

Quibus fugientibus Dominus præcepit Moysi, vt mare virga percuteret, vt in Ægyptios refugientes relaberetur; quo facto omnes absorbuit. Ergo ante submersionem fulminibus multi perierunt, quod ait Sapiens, dum affirmat non simpliciter Ægyptios præfocatos, sed eisdem argumentis, quibus antea in Ægypto eorum plurimos, quando per grandinem, & ignem multi perierunt, vnde ait:

Non sine illis, quæ antea facta erant argumentis per vim fulminum, &c. Hoc est vt diximus, perierunt in mari, sed non solum præfocati, ac etiam fulminibus occisi, sicut plurimi eorum antea in Ægypto, sic Iansen. & Holkoth. licet malè legat *fluminum*, non *fulgurum*, sicut modo in lectione emendata, vnde comparatio fulminum est ad illa, quæ in Ægypto passi sunt ipsimet Ægyptij, & non ad alia argumenta, vt mox dicemus: estque verior sententia, quam altera, quæ affirmat hic esse sermonem de plaga illa Ægypti, grandinis nempe, & ignis, quæ mixta ferebantur; Lorinus hanc posteriorem priori præfert; nos autem primam posteriori, sic diuersa sunt hominum ingenia, sic varie vna, eademque sapit res.

Cãtacuz. Cantacuz. Nouam quandam affert explicationem, nempe in genere locutum Sapientem de vexationibus Ægyptiorum, affirmans eis superuenisse, non sine aliorum peccatorum punitorum argumentis, qualia Sodomitarum, quæ ipsi ignorare non poterant; passi ea Sodomitæ ob inhospitalitatem, quam & ipsi Ægyptij non illo malo edocti, etiam in Hebræos exercuerunt, Iansen. non displicet, sicut nec Lorino, *Iansen. Lorinus.* plane eam sequitur Castro; vnde litera sic secũdum hoc construi deberet, *& vexationes peccatoribus superuenerunt*, Ægyptiis nẽpe in Ægypto, *non sine illis, quæ antea facta erant argumentis per vim fulminum*, hoc est non noua equidem argumenta, indicia scilicet, seu signa, sed similia illis, quæ antea facta erãt cum Sodomitis, quando igne de cælo emisso, sunt consũpti; hic sẽsus probabilis redditur exversu sequẽti; nã apertè Sapiẽs in illo loquitur de Sodomitis.

At licet hoc verum sit, nil prohibet vt verior primus sensus sit, cum ex eo quod dixerit per fulmina etiam Ægyptios in mari consumptos, sicut in Ægypto, occisione horum, quasi reddens rationem cur sic extincti, assignans eam, inhospitalitatem scilicet huius occasione Sodomitarum affert exemplum, qui ob ipsam pa- *Ezech. 16 n. 49.* riter extincti, licet ob alia etiam peccata, vt Ezech. c. 16. n. 49.

HOMILIA CXII.

Memoria periculorum æternæ salutis, maxima Sanctorum in beatitudine causa lætitiæ.

TAnquam agni exultauerunt magnificantes te Domine, qui liberasti illos, noster ait Sapiens, lætitiam narrans Hebræorum post maris rubri transitum, ad cuius instar eorum erit, qui in cælo post hunc maris transitum, post infinita transacta pericula eorum habebunt memoriam. *Hieron.* Sane Hieronym. ad Virginem quandam ait, in exilium missam: *Congestio laborum, augmentatio est consolationis.* Hinc equidem non sic Sancti tripudiarent in cælis, si labores, si pericula non essent perpessi; nam profecto ex hoc maius ibi tripudium, ex hoc ibi amplior exultatio, quando reminiscentur periculorum, quando momentorum in quibus eorum stetit salvatio, eorumque æterna prædestinatio.

1. In cælo Sanctis nulla maior lætitia, quam periculorũ reminisci saluationis. *Augustin.*

Enimuero, si rectè res expendatur, nulla maior in hac vita tribulatio, quam salutionis incertitudo: *Quem te putas, circum te forte nouit Deus*, ait Augustin. lib. de ouibus c. 10. digiti tremunt, quando hæc scribo, quadraginta, & amplius anni sunt, quibus Deo meo seruio, & hæc scribens nescio an ouis, an hircus ero; quis non te timebit Deus Israel? Psal. 102. num. 17. *Misericordia Dei ab æterno vsque in æternum super timentes eum*, ait Regius Psaltes. Bernard. Serm. 2. de Ascentione. *Ab æterno*, ait, *per prædestinationem, in æternum per glorificationem.* Bene, audio misericordem Dominum, & ex lætitia exulto, audi nunc eundem Regem Psalm. 65. num 5. *Terribilis Deus super filios hominum*, vnde terribilis? idem Sanctus per reprobationem; & cur per reprobationem terribilis? *Quia vtrinque stat fixa sententia æternitatis, & iis, qui salui fiunt, & iis, qui pereunt*; totus contremisco, terribilis Deus concutiens corda, exiccans ossa, quia si semel stat fixa sententia reprobationis, reprobus ero, & quod amplius terribile, non Dei voluntate, sed mea culpa, qui nunc rectam habens voluntatem, nescio an paulo post habebo malam, posfidebo iniquam; quid durius? Vnde grauiter idem Bernard. serm. 1. in septuagesima: *Bernard.* *Hoc est*, ait, *vnde sollicitus sitis, & in timore, & tremore humiliemur necesse est sub potenti manu Dei, quoniam quales sumus nosse possumus ex parte; quales autem futuri sumus, id nosse penitus impossibile est.* Quale ergo tunc gaudium erit, qualis lætitia solutum se ex hoc timore, ereptum ex hoc prospicere periculo?

2. Summa tribolatio in hac vita saluationis periculum. *Psal. 102. n. 17. Bernard. Psal. 65. n. 5.*

At quid? forsitan te securum reddent Dei fauores, amplexus, communicationes, reuelationes, extasis, amicitiaque tandem, & intrinseca familiaritas? nil minus, *& tu Capharnaum, nunquid vsque ad cælum exaltaberis?* ait Dominus noster Matth 11. num. 23. nunquid exaltaberis ait, quasi possibile vt exalteris, immo & exaltatam ait Luc. c. 10. num. 15. *Et tu Capharnaum vsque ad cælos exaltata?* quid ergo? nunquid secura? audi, *vsque ad infernum demergeris*; quid per Capharnaum? Theophylact. in Matth. *Ager*, ait quod significat *consolationis*, ager Spiritus sancti, ergo ille ager, qui modo Spiritus sancti illustrationibus, fructibus, fauoribus, floribus fœcundus, qui Dei paradisus, paulo post ager erit dæmoniorum, ager Sodomorum, quis non horrescit hæc audiens? *Quoniam autem Capharnaum interpretari quis potest*, ait Theophylact. *agrum consolationis, vide, quod si quis mereatur fieri ager Spiritus paracleti, & deinde sublime sapiat, & exaltetur vsque in cælum, ita corruet quoque per superbiam; horrescat igitur homo.*

3. Dei fauores, & amplexus hic Dei non certam faciunt prædestinationem. *Luc. 10. n. 15. Theophyl.*

At nunquid te securum reddet totum sanctissimè egisse vitæ curriculum, & iam iam te vltimum exalare spiritum? nil minus, possibile, vt in illo vltimo instanti, in afflatu ipso animæ in profundum demergeris. Audi Ioann. Apocal. 12. num. 3. *Et visum est aliud signum in*

4. Necessariissimè totum egisse vitæ periodum. *Apoc. 12. n. 3.*

Digitized by Google

calo, draco magnus, &c. Quid magnum ſe præferebat hic draco? dices capita ſeptem, cornua decem, diademata ſeptem? nil minus, admirentur alij hæc: nam quod de dracone ego obſtupeſco, vt dicatur quod *Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cali, & miſit eas in terram.* Si cornibus illas deieciſſet, non mirarer; at quod cauda, illud obſtupeſco: nam mea ſententia illud hoc præſefert, cornibus, capitibus, ac coronis ab initio ſemper illum contra ſtellas præliatũ eſſe; has autẽ validiſſime contra illũ ſteriſſe, viciſſe, deieciſſe; tamen quando iam totaliter deijciebatur, quando iam totum corpus eius extra cęlum, quando ab ipſo ſecuri iam, quia vltimus erat halitus, tunc tunc cauda eos deieciſſe, ad terram alliſiſſe, in infernum ſubmerſiſſe. *Vidimus multos homines ex patribus noſtris*, ait Auguſt. Soliloquiorum cap. 29. tom. 9. *quod vtique ſine magno tremore non recolo, ſine multo timore non confiteor, aſcendiſſe primitus quodammodo vſque ad cælos, & inter ſydera nidum ſuum collocaſſe; poſt modum autem cecidiſſe vſque ad abyſſos, & animas eorum in malis obſtupuiſſe, vidimus ſtellas cecidiſſe ab impetu ferientis caudæ draconis.* *Auguſt.*

Hinc ille continuus ſanctorum tremor; hinc eorum lachrymæ, gemitus, ac dolor; hinc etſi vt Adamas in Dei manu ſe videant, timent ſemper, ac tremunt vt inde non proijciantur; hinc & ſi Deus, & ſi Chriſtus Dominus illis alloquitur, blanditur, ridet, fouet, & conuerſatur, non credunt tremente ſemper. Quod equidem perbellè affirmat Iob cap. 29. num 24. de reſpectu, tremore, ac timore quo ante ipſum ſerui eius aſtabant, quo ipſum timebant; vnde inter cætera: *Si quando videbam ad eos*, ait, *non credebant*; Mira ſeueritas, magnus ſeruorum timor, ne dicam, ſtupor, vt ſic ſecum familiariter agens Dominus, & ſi in riſum reſolutum videant, non credant; immo & hoc augetur ex illo quod Gregor. hîc adnotat, Iob alibi ſe pauperem dixiſſe, viduarumque conſolatorem, quæ ſummam dicunt affabilitatem, vnde nunc tantus eis tremor? Sanè idem reſpondet Gregor. quia figuram gerebat Iob Chriſti Domini noſtri, cui Sancti; *Quaſi ridenti non credunt, dum multis eius donis atteſtantibus, & gratiam fauoris eius accipientes, tamen adhuc ſub eius indicio de ſua infirmitate titubant.* Egregiè, titubant, metuunt, non tantum ipſum, quantum ſe; Hinc vt idem ait Sanctus, *Inter gaudium ſpei, & tentationis metum confidunt, & timent, confortantur, & titubant, certificantur, & ſuſpecti ſunt, quia corpus quod corrumpitur aggranat animam.* Quale ergo gaudium tunc? quale tripudium ex hoc, quando huius periculi læti memoriam obtinebimus? quale quando iam in ſecuro nos poſitos aſpicientes? quando de noſtra prædeſtinatione ſecuros, quando ſine metu fauores poſſidebimus? quando ſine timore Dei amplexus, & oſcula? tunc certè ſicut modo hæc pericula nobis timorem incutiunt, ibi non timorem, ſed amorem, ſed lætitiam; ſed ſtrictius, & amplius gaudium; immo & in conditorem, & Saluatorem ſuum maiorem amorem: nam vt magnus aiebat Gregor. lib. 4. Moral. cap. 31. *In cælo doloris ſui animus ſine dolore reminiſcitur, vt debitorem ſe medico verius intelligat, & eo magis acceptam ſalutem diligit, quo moleſtiæ meminit, quam euaſit.* Pende hæc vltima, amplius tunc ſalutem diligemus, acceptamque habebimus, quo memoria aderit moleſtiæ, ac ærumnæ, quam ex medici euaſimus bonitate.

Gregor. *Idem.*

5. Sanctorum tremor in hac vita, & ſi Deus eis arrideat. *Iob. 29. num. 24.*

6. Sanctorum gaudium ex paucitate electorum & multitudine reproborum.

Adde, ex eo amplius hanc creſcere lætitiam, quando tunc amplius periculum patebit ex multitudine reproborum, cum nil inſolens dicendo, mea ſententia ex decies centenis millibus, quæ millionem conficiunt animarum vix vna, aut duæ electæ, vix ex decies centenis millibus hominibus vnus, aut duo prædeſtinatus. Quod ſic intelligo, vt poſt diem iudicij collectiuè ſumpti prædeſtinati ex vna parte, & reprobi ex altera (non loquor de Angelis) ſingulis decies centenis millibus reprobis, vnus aut alter opponetur tantum prædeſtinatus; quod ne ad exaggerationem dictum reputes, tali illud probo diſcurſu: nam tria poſſumus diſtinguere tempora, aut ante legem ſcriptam, aut poſt legem ſcriptã, & rurſus aut ante Chriſtum, aut poſt Chriſtum; ſi verò ante legem ſcriptam, cum vix vna domus fidelis, certè tunc vix ex decies centenis millibus vnus ſaluus fiebat; quod ſi obſtupeſcis, recole, quod in diluuio cæteris pereuntibus vix ex toto mundo octo in arca animæ ſaluatę; at veniamus ad legis tempus, quotus erat ille populus? Sanè ex amplitudine eius terræ colligi poteſt; ſæpè enim alibi diximus, in longitudinem vix quinquaginta obtinebat leucas, vix decem & octo in latitudinem, ſi reſpectu totius mundi hanc comparas partem, quid erit? vix quota; ſic pari modo & homines, qui in illa reſpectu eorum omnium, qui in mundo; at tunc nulla ſalus extra Iſraelem. Ergo tunc quanti ſalui fiebant? vix vnus ex decies centenis millibus; quod ſi attendas, & maiorem partem Iſraëlis etiam deperire, nec equidem vnus reſpondebit.

7. Ex decies centenis millibus reprobis vix duo erunt prædeſtinati illis correſpondentes.

At veniamus ad tempus poſt Chriſtum natum; quando Chriſtianus orbis maior, ex quatuor mundi partibus quot Chriſtianæ? Africa tota aut Gentilis, aut Mahumetana, ſic pariter Aſia. Europa vero ex tota eius amplitudine purè non aſſumes, niſi Italiam, Hiſpaniamque; nam cæteræ, & ſi Catholicæ, tamen infiniti in illis hæretici; quid ergo iſtæ totius comparatione mundi, dum & Americam, ſiue nouum orbem totum gentilem aſpicis, vix ex noſtris quatuor Chriſtianis exiſtentibus?

Sed premamus amplius, quid? Omnes ne ſaluantur Chriſtiani? (loquor de Catholicis) ô vtinam, immo an plures qui ſaluantur, an qui damnantur quæſtio eſt. Plures ex Chriſtianis eſſe damnatos tenet Gregor. homil. 19. in Euangelia, Auguſt. lib. 3. contra Creſconium cap. 66. & lib. 4. cap. 53. Chryſoſt. hom. 40. ad populum, & 65. in Matth. Gloſſa, & communiter expoſitores in illud Matth. 22. *Multi ſunt vocati, pauci vero electi*; In quam ſententiam, ſi pro Chriſtianis etiam hæreticos intelligas etiam omnes conſpirant ſcholaſtici; ſi vero tantum Catholicos ſupradicti patres, & alij, immo, quod horrendum, non ſolum Caietan. illud de quibuſlibet intelligit Chriſtianis, ſed de illis, qui curam habent conſcientiæ ſuæ, de quibus affirmat adhuc de iſtis mediam partem damnari; exponens enim parabolam de Virginibus Matth. 25. n. 1. adnotat non de quibuſlibet dixiſſe Chriſtum Virginibus fatuas eſſe, ſed illas ſic nominauit, quæ habuerunt oleum in lampadibus ſuis; quod quid aliud ſignificat ait Caietan. niſi quod *Parabola iſta ad*

Gregor. Auguſt. Chryſoſt. Gloſſ.

Caietan. Matt. 25. num. 1.

8. Chriſtianorum Catholicorum quàm pauci ſaluantur ex Caietani ſententia.

Dei ſurditatis, huius inexorabilitatis vt ſic dicam, ſequitur Samuel, *quia petiſtis vobis Regem.* En cauſa, en radix, ipſi ſe, non Deus, ipſi ſe in illas anguſtias addixerunt, ipſi ſe in ruinarum, malorum, impendiorum occaſiones intruſerunt, libera, acſpontanea voluntate, qualis huius temeritatis iuſta, ac condigna pœna? vt quando clament non exaudiantur. In quo loco admirabilis eſt Abulenſ. explicatio, qui ſic hunc elucidat locum: *Non exaudiet Dominus, quia petiſtis vobis Regem, ideſt quamuis ſitis in magna aduerſitate, Deus non exaudiet vos liberans à granamine Regis veſtri, quia vos petiuiſtis illum*; attende nunc; *Si autem vobis non petentibus Deus illum propter peccata veſtra impoſuiſſet, ſicut alia mala infligere ſolet, liberaret vos cum peteretis; nunc autem non liberabit, quia vos ipſi voluiſtis*; Quid durius, ſeu quid horribilius dici poteſt? ad hoc vt quilibet potius mille ſubeat incommoda quam ſcienter in peccatorum occaſionibus ſe dare? quam pericula non fugere? dum plus hæc audacia valet vt Deus nos deſerat, vt inflectibiliter nos puniat, vt omnino nos non audiat, quàm cætera omnia peccata. Pende dictum, & exhorreſces, ergo plus ponderis quoad dicta apud Deum talis habet præſumptio, talis inepta audacia, aut confidentia, vt irremiſſibiliter nos caſtiget, ac omnino nos non audiat, quam ipſa idololatria, ipſa infidelitas, quæ maxima, quæ ingentia ſunt peccata; nec hoc exaggeratio, aut amplificatio quædam eſt, cum ex Scripturis conſtet ſæpe ob idololatriam ſub regibus Chananæorum, ac Philiſtinorum Deum populum ſubiugaſſe, vt ex Iudic. libro manifeſte conſtat, & tamen quia in idololatriæ pœnam illud, dum clamarent exaudiſſe Iudic. 3. n. 7. *Fecerunteque malum in conſpectu Domini, & obliti ſunt Dei ſui, ſeruierunt Baalim, & Aſtaroth, iratuſque contra Iſrael Dominus tradidit eos in manus Chuſam Rethaim Regis Meſopotamiæ, & clamauerunt ad Dominum, qui ſuſcitauit eis Saluatorem.* Quod alias ſæpe euenit, vt infra cum Eglon Rege Moab n. 13. c. 3. cum Sabin Rege Chanaam, & alibi ſæpe, & tamen licet vſque ad mortis anguſtias, vt mox dicemus, ob Regum nauſeam ad Dominum in ſummis clamarent afflictionibus, vt à regibus eos eriperet, nunquam eos audiuit, nunquam aures accommodauit, ſed ſemper ſurdus, inflexibilis, tanquam ſi non eſſet eos in ſuis dereliquit tribulationibus, anguſtiis, mortibus, ac carnificinis, ſi rationem expoſcis, quia ipſi petierunt Regem, quia non in pœnam vt ait Abulenſ. peccatorum illum eis dedit, ſed quia illi ipſum petierunt, ipſi ſe illi, non Deus ſubiecit. Iuſtè ergo deſerti, iuſte non auditi.

Abulenſ. 2. Eo plosa digna ſit quis ob illud, quam aliquis ob peccata patrata.

Iudic. 3. n. 7.

At vt quilibet, qui hæc legerit, quilibet qui hęc audient, exhorreſcat, tantumque caueat malum, duo hic pendere volo. Primum, vnde iſti ſic ſtolidi, vnde ſic inſenſati, ſic imprudentes, vt talem non exhorreſcerent comminationem? & ſecundum, quam terribilis, quam inexorabilis Deus cum illis ex hoc peccato. Quoad primum ergo clarè Abulenſ. vbi ſup. quæſt. 235. pro cauſa eorum aſſignat obſtinationem, de qua vt ipſe ait infrà c. 20. & 12. eos redarguit Samuel; at licet hoc ſit, & inficias non eo, tamen aliquid amplius addendum, vt cauſam huius demus obſtinationis, eorumque inflexibilitatis: nam ſi mala quæ eis Samuel prædixerat ſpiritualia tantum eſſent, non dubitarem abſolutè cum Abulenſi concurrere; at quia fuerunt carnalia, quæ ipſi valdè formidabant, & vltimum prorſus horribile, Dei ſcilicet inexorabilitatem, vnde eis tanta, ac talis obſtinatio, vt talibus, ac tantis auditis malis nihilominus Regem peterent? ſane amice, ob id quod ait Liranus, quia non crediderunt Deum illos non exauditurum: nam cum alias ſæpe contrarium eſſent experti, vt ſupra diximus, nullo modo fidem Samueli adhibuerunt, vt illud crederent; vnde dixerunt: *Nequaquam, ſcilicet* ait Liranus, *dimittet nos Deus exaudire, ſi Regem habemus.* En amice, vnde totum genus perit humanũ, en vnde ſalus amittitur æterna, en vnde ſæpe viri decidunt ſpirituales, ſic miſerabiliter, ſic horrende, vt vſque ad mortem in miſeriis, ac in peccatis remaneant, clamantes quotidie, & non exaudiens illos Deus, quia quando ſcite, ac libenter in occaſiones ſe intruſerunt peccati, quando in ignem, de Dei præſumentes miſericordia, ac ſua oratione, reputantes poſtea exaudiri, in laqueum ſponte nec, & in occaſiones deciderunt peccandi, non credentes ſe poſtea non exaudituros, non Deum ſic inflexibilem, vt licet clament non eos exaudiat, ſed placabilem reputantes occaſionem nõ refugiunt peccatorum. Hinc miſeri decidentes, licet poſtea clament, licet orent, licet ſe perimãt, vt ſic dicam, nulla Dei exauditio, quia non Deus illos, ſed ipſi ſe in tale iniecerunt barathrum, & non fuit aliorum pœna, ſed ſpontanea voluntas ipſorum.

Liranus. 4. Homines peccant ſe in occaſionẽ immittentes ex falſa præſumptione quod inde Deus eos eripiet, & exaudiet.

At quam durè Deus, quam ſtabilis, quam firmus, hoc certè admirandum, & tremendum. Enimuero non poſſum hic meum non dicere ſenſum; Deus, amice, clemens eſt, ac infinitæ bonitatis, dulcis, & miſericors vltra quam dici, vltra quam imaginari poteſt, ſed tamẽ cum hoc ſcias, quod quãdo ſemel vnum decreuit, quando ſemel pœnam deſtinauit, ſic inflexibilis eſt, ſic perennis, ac immobilis, vt nulla moueatur commiſeratione ſe, nulla plagarum atrocitate, nulla tormentorum vi, nullo lachrymarum, gemituum, ac dolorum ſpectaculo, ſed ſemper immobilis, inflexibilis, adamantinus permanet, tanquam ſi nec miſericors eſſet, nec clemens; poſſem hoc mille probare ex Scripturis exemplis, ſed ſufficiat nunc hoc quod præ manibus habemus, ſemel illud dixit tempore Samuelis, *Clamabitis à facie Regis veſtri, & vos non exaudiet Dominus*, & licet iſti hoc non crederent (quod dico, quia aliquid videtur diminuere malitiæ eius peccati) tamen ſic inflexibilis ſemper Deus ſtetit, vt licet hoc ante Chriſtum natum dixerit amplius quam mille anni, poſt illum quando ob Reges prorſus defecerant, ſic duriſſimus extitit ad eorum orationem, vt licet viderit eos interire, diſſecari, incendi, ac omnino diriſſimè deſtrui, ſemper Deus idem, ſemper inflexibilis, in eo quod ſemel decreuit, ſemel pronuntiauit. Audi Ioſephum de bello Iudaico lib. 7. c. 29. narrantem, quod cum euerſa patria Iudæi ad Alexandriam confugiſſent, ibique aliquid molirentur ad libertatem recuperandam ſexcenti ex eis capti, cum libertatem eis promitterent, tantum vt Cæſarem dominum ſuum, ac Regem dicerent, ſic Regis nomen exoſum eis, vt ad eorum duritiem exprimendam talia Ioſe-

5. Deus quã inflexibilis, abſolutè aliquid ſtatuens.

Ioſephus.

Abulenſ. 3. Populi Iſraelis obſtinatio in petendo Regem, vnde.

phus dixerit: *Quorum non est qui duritiam non obstupescat; omni enim genere tormentorum, & vexatione corporum in eos excogitata ob hoc solum modo vt Cæsarem Dominum faterentur nemo cessit, neque dicere velle visus est, sed omnes illa necessitate validiorem sententiam conseruauere, tanquam brutis corporibus, non animis etiam cruciatus, ignemque susciperent, maximè vero puerorum ætas miraculo spectantium fuit, nec enim vel eorum quispiam commotus est, vt Dominum Cæsarē nominaret? vsque adeo corporum infirmitatem vis audacia superabat.* quid immo? ipsemet Iosephus lib. 14. Antiquitat. c. 5. narrat, quod dum Aristobulus, & Hircanus fratres de regno apud Pompeium disceptarent, Iudæi contra vtrosque stantes sic illi: *Aiebant*, ait, *se nolle esse sub regibus, quod patrium institutum haberent, vt sui Dei parerent sacerdotibus*; & tamen cum sic premerentur, ac sic trucidarentur, ne Regem haberent, vnde earum non dicam vocum, sed sanguinum clamor vsque ad cælum ascenderet, semper tamen Deus inexorabilis, ad eorum orationes surdus, semper sub Reges eos premens, alligans, subiugans; quid horribilius? si causam tantæ quæris inflexibilitatis, illa vna, quia *vos quæsistis Regem*, vos in talem vosipsos intrusistis calamitatem; quis ergo hæc audiens non extimescat? non occasiones, ac peccandi pericula fugiat?

Hinc pendo vnum, & equidem notatu dignū, quod cum Dominus noster non solum venisset vt nos redimeret, sed etiam vt modum traderet nobis salutis, & viam doceret saluationis, primū quod egit exemplum extitit fugiendarum occasionum ac periculorum, nobis indigetans, quod si salui, quod si perseuerantes in bono esse cupimus, hoc primum in animis nostris inditum esse habere, hoc firmiter stabilitum, occasiones fugere, pericula vitare; hinc ad desertum secessit, *ductus à spiritu, vt tentaretur à diabolo*, Math. 4. n. 1. pondero primum causam, *vt tentaretur*, ergo ductus à Spiritu sancto, seu vt Hieronym. à se ipso *& voluntate pugnandi*; quid ergo si hoc, necesse, vt ad desertum vadat vt tentetur, immo sancti ideo ad desertum fugiūt, vt tentationes euitent. Audi Hieron. lib. contra Vigilantium: *Cur inquis*, ait, *pergis ad eremum? videlicet vt te non videam, non audiam, vt tuo furore non mouear, vt tua bella non patiar, ne me capiat oculus meretricis, respondebis, hoc non est pugnare, sed fugere, sta in acie, aduersariis armatus o fiste, vt postquam viceris coroneris; fateor imbecillitatem meam, nolo spe pugnare victoria, ne perdam aliquando victoriam.* Ergo ad eremum, ad desertum potius tanquam ad asilum confugiunt homines, vt à tentationibus, vt ab occasionibus liberentur. Cur ergo Christus è contra vt tentaretur secessit, si tentationes sic diligeret stare in arce, sisteret in mundo, vbi illecebræ, vbi pericula mille? Sane, si illi non necessarium vt cum diabolo confligeret, manumque conferret, cum vt ait Chrysost. hom. 5. in oper. imperf. *Postquam baptizatus est Dominus à Ioanne in aqua, ducitur à Spiritu in desertum, vt baptizaretur igne tentationis*; & vt ait August. lib. 4. de Trinitat. c. 13. ad superandas tentationes, *mediator esset non solum per adiutorium, sed etiam per exemplum.* Cum ergo necessarium vt cum diabolo certaret, quasi non esset omnipotens, quasi non omnibus instructus armis, quasi non sic viribus præpotens, vt omnibus resistere posset diaboli incitamentis, ac tentationibus, fugam ad nostrum exemplar arripuit, à periculis se subtraxit, à peccandi occasionibus se subduxit, vt non ipse vt sic dicam diabolo occurreret, ac in occasiones se ipsum immitteret, sed vt ipsum diabolus aggrederetur, ad ipsum accederet, & vt lacessitus belligeraret, non vero voluntarius prouocaret, & solus cum solo, non solus cum millibus esset, diabolo scilicet, & occasionibus. *Solitudo carens arbitris*, Cyprian. ait Cyprianus orat. de ieiunio, & tentationib. *& eremus assentatorum satellitio vacua à ieiunante Christo eligitur, vt non cum carne, & sanguine, sed cum spiritualibus nequitijs dimicaretur, & amoris minarum* (puto mendum dic mundanorum) *occasionibus homo cum diabolo colluctetur, & soli sint in palæstra, Christus, & Antichristus, & Spiritus, & Antispiritus.* Quid pulchrius seu quid magis ad rem dici potuit ad eremum secedit Christus, vt solus cum solo pugnaret, & non simul cum diabolo, & occasionibus, vt simul esset Christus, & Antichristus, non cum isto, & sui satellites, vt simul Spiritus, & Antispiritus, & non Christi Spiritus solus, & cum Antispiritu infiniti, vti sunt pericula, & occasiones in mundo: nam vt egregiè sequens idem Sanctus ait: *Liberius anima expeditu obuiat impugnanti, vbi compedes impedimentorum defuerint, & aspectus irritamenta non mouerint, securiorque est congressus vbi singula non vellicant dimicantem, nec inebriant animum lenocinia voluptatum.* Egregiè, ob hoc ergo Christus in desertum ducitur, vt quasi non esset Deus totus omnipotens expeditius obuiaret oppugnanti, & remotis impedimentorum occasionibus securius congrederetur, tibi præbens exemplum, vt si victoriam de hoste reportare desideras, ad eius instar pericula euites, occasiones fugias, nec te libenter, & scite in illas intrudas, pro certo statuens aliàs hosti succubiturum, cum difficile, ne dicam impossibile, sit, vt euadat, qui libenter in pericula prorumpit, & qui scite occasiones non deuitat.

Immo vt insolentius quid dicam, sic illud difficile, vt etiam ipsi Deo, non tantum homini. Vnde è duobus, inter occasiones hominem indemnem seruare iustum, & sanctum, an extra illas, hoc secundum semper elegit, quasi esset impotens ad hominem iustum, & quem diligit inter occasiones præseruare. Hoc equidem pendo in facto illo sanctissimi Iosephi, Genes. 39. in quo adnoto, quod etsi mirabiliter euasit; attamen parum abfuit, quin in foueam incideret; quod si rationem inquiris, mea sententia, quia occasiones etsi ignoranter, non vt debebat euitauit: primo, quia non efficaciter, seu, vt melius dicam, non ruptè, ac rusticè respondit, vt in similibus debetur, sed vrbane, ac comiter, mulieri sollicitanti, vnde ei sic: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est, quod non in meam sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es, quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum?* Mira verba, & omni laude digna, quam quæso non redolent virtutem? primo gratitudinem. Vnde Ambros. de Ioseph Patriarc. *Non ergo vt meticulosus excu-* Ambros.

6. Christus primum quod nobis præstitit exemplum extitit occasiones fugiendi.

Math. 4. n. 1.

Hieron.

7. Sancti ad eremū cur fugiunt.

8. Christus cur in desertum secessit.

Chrysost.

August.

9. Deo quodammodo difficile hominem inter occasiones seruare.

Genes. 39. 10. Ioseph parum abfuit quin peccaret, quia occasiones non euitauit, quāuis inscius.

ſet, ait, *neque tanquam periculi timidus cauet, ſed tanquam beneficij herilis, & innocentiæ ſuæ debitor, fugit crimen ingrati, peccatiq; labē, & culpa contagium quaſi iuſtus horreſcit*; ſecundo Dei amorem, vnde Auguſt. Serm. 83. *Amator Dei mulieris amore non vincitur, caſtum animum imitans adoleſcentia non permouet, nec diligentis authoritas* Tertiò prudentiam, dum non aliis armis pugnauit, quam ipſiſmet quibus oppugnabatur, ex proſpens, & à Deo acceptis oppugnabatur, hæc ipſa in mentem illico adducens ipſiſmet belligerauit; vnde Gregor. lib. 30. Moral. c. 18. *Quia enim*, ait, *voluptas ipſa ex proſperitate naſcitur, eiuſdem proſperitatis eſt conſideratione feriendа, quatenus hoſtis noſter vnde oritur, inde moriatur, ſic ſanctiſſimus Ioſeph bona, quæ aſſequutus fuerat repente memoria intulit, & malum, quod ſepulſabat, euicit*, tandem Dei timorem, dum vt ait Chryſoſt. ideo dixit, *quomodum poſſum hoc facere, & peccare in Deū meum*? quia dum illa ſecretum protenderet, ipſe plus Deum omnia videntem, quam Dominum timens, ſtuprum recuſauit, quaſi diceret inquit Chryſoſt. *Quid enim putas? etiam ſi fecerimus veres clam ſit omnibus, ab oculo tamen illo, qui dormitare nequit, latere non poterimus, illum ſolum timere oportet.* En quanta, & omnia vera; ſed cum tantorum licentia Sanctorum, neſcio quid ſub odoror lenitatis in iſtis verbis, neſcio quid vrbanitatis, vt ignem non extinxerit; ſed potius auxerit, ac proinde occaſionem non abſciderit, ſed etſi inſcienter fouerit, attende; primò, non eam increpauit, non repulit, ſed rationibus conuincere ſtuduit? ô quantos ob hoc perite expertus ſum! animo enim dum ſunt liberali, viri alioquin ingenui auſtere reſpondere erubeſcunt, rationibus impetum refrenare contendunt libidinis, dureſcunt illæ, molleſcūt ipſi, & tractu temporis non conuincunt, ſed conuincuntur, en tibi Ioſeph, quia ſic leniter reſpondit, quia non auſtere, quid inde? illud ſane, quod ſequitur Scriptura, nempe *huiuſcemodi verbis mulier per ſingulos dies ei loquebatur*; dum enim non expulſa, animū non deſpondit, ſed reſumpſit, verba repetens, quia verbis non confracta, ſed potius excita, ô miraculum, dum ipſe non excidit, titione vt Diu. Thom. hæ fugandæ, carbonibus vt Diu. Franciſcus nodus hic Gordianus ferro vt Alexander diſcindendus, non ſoluendus.

Secundò, pendo illud, *quomodo poſſum hoc facere*? non dixit, nolo hoc facere, ſed *quomodo poſſum*? impotentiam obtulit, non nolitionem, vrbanitatem ſeruans, ne repudiata erubeſceret, quaſi diceret, nolo quia non poſſum, non quia nolo. Hinc illa de voluntate non deſperata, præſumendo potentiam, quotidie non ſolum loquebatur, ſed vt ait Scriptura, *moleſta erat iuueni*, cum mea ſententia tales Ioſephi rationes, nō repudia, ſed vincula potius erant amoris: nam vt egregiè Ambroſ. lib. 1. de pœnitentia, c. 15. *Adulterinus ſermo iuuenculæ nodus adoleſcentium eſt, verba adoleſcentis vincula ſunt amoris*; ô prodigium, vt nodis non teneretur, dum ipſe etſi ignoranter vincula inūciebat amoris.

Tertiò, pendo ex eo amplius fuiſſe miraculum, vt non caderet, cum ipſe ſe in occaſionem introduxiſſet; *Accidit autem quadam die, vt intraret Ioſeph domum, & operis quidpiam abſq; arbitris faceret*, ait Scriptura, vbi Chaldaica, *vt inueſtigaret ſcripturas rationis ſuæ, & nullus vir de hominibus domus erat ibi in domo*, mulier intus, & mulier tentata, mulier intus, & mulier effrenata, iam pudore ſoluto, & audet Ioſeph, abſque arbitris intrare, quid vis vt dicam? obſtupeſco Dei gratiæ prodigium; *Non enim ſatis eſt*, egregiè ait Ambroſ. vbi ſup. hoc adnotans, *quod ſecurus ſis, domus interiora, quaſi capi non poſſit, ingreſſus eſt, iuſtus debuit prænidere ne furentis copiam daret, & eius ille peccato periret.* Mirum, cur non perit: nam vt egregiè Cyprian. lib. de ſingularitate clericorum, *aduerſaria eſt confidentia, quæ periculis vitam ſuam pro certo commendat, & luxurica ſpes eſt, quæ inter fomenta peccati ſaluare ſe ſperat*, miraculum ergo quomodo non perit; at vis ſcire cur præſeruatus? quia ex vrbanitate ad ruſticitatem, ex lenitate ad rigorem ſe reduxit, vnde dum etſi lacinia tantum apprehenſus, nil moratus, nil veritus, nil dominara æſtimans, verba non iam, ſed facta addens intrepide, & grauiter, *relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras*, emendans, ſeu abrumpens duriter, quæ prius leniter fouerat: *Nam contagium indicauit, ſi diutius moraretur*, ait Ambroſ. vbi ſup. *ne per manus adulteræ libidinis incentiua tranſirent.* Ex quibus omnibus illud habes, quaſi miraculosè Ioſephum ſeruatum, dum etſi inſcienter in periculo ſe iniecit, nunquid hoc fiuſſet, ſi ſcienter? nunquid talem meruiſſet gratiam? non credam.

Sed antequam vltra procedam libet pendere, quare Ioſeph domum intrauit ſine arbitris? *Vt inueſtigaret*, ait Chaldaica, *Scripturas rationis ſuæ*, quæ ſolitudinem requirunt, vt attente ratio dari, & accepti expendatur. Ergo ait Lippoman. *Ex officio coactus ingredi domum, tamen ſolus cum ſola periclitatur*; quale ex hoc documentum? ni fallor illud, quod omnes ſpirituales conſulunt magiſtri, ſic nempe fugiendam eſſe luxuriam, ſic à corde amandandam humano, vt non ſicut cætera peccata quæ ſemel confecta, iterum ad iudicium tum ſacramentale, tum particulare ad ampliorem dolorem ſunt euocanda, ſed omnino expellenda, omnino obliuiſcenda, ſic vt ſemel confeſſa non amplius ad iudicium adducantur, non amplius cum illis ſolus ſolis reperiatur homo, niſi periclitari velit. En tibi Ioſeph, intrat domū, vt rationes ſcrutaretur, ſollicitus an aliquid debeat; at quia cum muliere intus periclitatur, apprehenditur, retinetur, & niſi rationes deſerat, niſi fugiat, peribit; ſic pari modo, & viro conſultum ſpirituali, ne etſi ad rationes indagandas, etſi vt rationem dati, & accepti ſcrutetur, cum luxuriæ peccato intra conſcientiam ſe non includat, niſi periclitari velit, niſi retineri: nam vt alias ex Ambroſ. ni fallor diximus, ſola hæc inter cætera vitia, cum ad iudicium aduocatur, *audax, & petulans accedit*, periiſſet Ioſeph ob hoc, niſi fugiens pallium dimiſiſſet.

Sed vlterius procedendo poſt pallium demiſſum, poſt fugam ſic præruptam, poſt victoriam ſic inclitam, quod caput eſt, poſt dominam iratam, ac abhorrentem amplius, quam prius diligentem, & amantem, Ioſeph è domo pellitur, & mittitur in carcerem, & non equidem tantum ab hero irato, quantum à Deo benigno,

Auguſt.

Gregor.

11. Diabolus iiſdem armis expugnandus, quibus oppugnat.

Chryſoſt.

12. Homines aliquando vt & cur à tentationibus vincūtur libidinis.

Ambroſ.

Ambroſ.

Cyprian.

13. Ioſephi cūctæ præſeruatus à periculo quando durae ac ruſticæ occaſionem abſcidit.

14. Peccata luxuriæ etſi ad pœnitudinē ſemel confeſſa nunquam in memoriam reuocanda.

15. Ioſeph in carcerem traditur ad ſeruandam eius caſtitatem.

Digitized by Google

Chryſoſt. quod omnes notant Sancti, cur hoc Chryſoſt. *Vt iniectus in carcerem illic ſuam Deus declaret* A *virtutem, & ſic ad principatum regni veniat,* ſed quidni non poterat & è domo heri vti ſeruus, *Lippom.* tam glorioſum hoc eſſet, ſicut è carcere. Lippom. in caten. ad maiorem Ioſephi exaltationem, ſic dicens: *Humiliatur caſtus adoleſcens, vt exaltetur, captiuatur, vt regnet, patitur, vt* *Ambroſ.* *glorificetur*; mea ſententia omnium melius Ambroſ. ad ſeruandam caſtitatem, ob quod affirmat patienter Ioſeph, & libenter martyrium illud ſubiiſſe. *Pro caſtitate*, ait, *ſubibat hoc carceris, mortiſque martyrium*, quod equidem amplius patet, ſi modus dicendi Scripturæ obſeruetur: ait enim, *His auditis Dominus, & nimis credulus verbis coniugis, iratus eſt valde, tradiditque Ioſeph in carcerem, vbi vincti Regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus*; ad quid hoc poſtremum, non ſufficiebat dicere tradidiſſe eum in carcere? profecto ſi in carcere, ibi clauſus, ad quid illud addere ſuperfluum? quod profecto inſolens in Scriptura eſſe ſolet, quæ ſemper parciſſima in verbis, niſi myſterium adſit, vti hic: nam mea ſententia herus miſit eum in carcerem, ſed Deus Dominus eius cuſtodiobat eum clauſum, vndique à diluuio libidinis *Geneſ. 7. n. 16.* ſeptus, non ſecus ac de Noe dicitur Geneſ. 7. n. 16. *Et incluſit eum Dominus de foris*, ſic de Noe ſalute ſollicitus, vt nec ipſimet eam fidit, & ſic noluit vt apud illum clauis, ſed apud ſe eſſet; ſic equidem nunc periculum viderat ſui in domo, etſi fortis ipſe, & robuſtus, tamen timens, & quaſi non eſſet validus inter ignes, vorticeſque libidinis, inter occaſiones peccandi, inter lenocinia voluptatis Ioſephum cuſto- C dire, non eius fuga contentus adiecit carcerem, ſeras, catenas, compedes, facilius noſtro modo intelligendi reputans ſaluaturum à ſe Ioſephum extra occaſiones, quam inter illas, & facilius ad regna, & ad coronas illũ euecturum à carcere, & catenis, quam ex præruptis occaſionibus peccandi, & è duobus martyriis, carceris nempe, & caſtitatis, cum iuxta Auguſt. ſerm. *Auguſt.* 249. de tempore, & martyrium etiam eſt caſtitatas, *Nemo dicat*, ait, *quod temporibus noſtris* 16. *martyrum certamina eſſe non poſſunt; habet* Caſtitas martyriũ. *enim & pax noſtra martyres ſuos: nam libidinem fugere pars magna martyrij eſt.* Facilius Deus adiudicauit indemnem Ioſephum cuſtodire in martyrio carceris, quam in martyrio caſtitatis; ſic difficile eſt inter occaſiones hominem indemnem ſe ſeruare, vt etiam ipſi Deo noſtro D modo intelligendi illud videatur.

17. In periculis audaciter ſe intrudẽtes vt miſerè pereunt. Hinc qui tales, & ſic temerarij, ac præcipiti, immo vecordes, de ſua confidentes virtute, ſiue non periculis credentes, etſi illa timeant, ſe audaciter in illa immergentes, merito peſſum eunt, decidunt miſere, moriuntur infeliciter. Hoc pendo in prima noſtra parente, quæ ſic dæmo- *Geneſ. 3. n. 3.* nii interroganti reſpondit, Geneſ. 3. n. 3. *De fructu ligni, quod eſt in medio paradiſi præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* Pendo vnde illud, *& ne tangeremus*, nunquam tale præcepit Deus, cur ergo mentita? Oleaſter, quia timore, non amore *Oleaſter.* præceptum obſeruabat; hinc peroſa illa multi- 18. Deum diligẽs omnia præcepta plicabat, *Expende*, ait, *amoris, & timoris diſcrimen, amor ex multis præceptis vnum præceptum facit; timor vero ex vno multa.* Egregiè, cauſatur de præceptis, qui non amat, multa reputat, qui non diligit; hinc Chriſtus Dominus noſter, *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & qui non diligit me, ſermones meos non* *Ioan. 14. n. 23.* *ſeruat.* Ioan. 14. n. 23. cur prius ſermonem, poſtea ſermones? ſane, quia diligenti, non ſermones, ſed ſermonem, non diligenti ſermones, non ſermonem, non præceptum, ſed præcepta. *Sermones ſunt*, ait idem Oleaſter, *ijs qui non diligunt me, qui vero diligit, ſermonem meum ſeruabit, id eſt multos ſermones vnicum ſermonem, & leuem putabit.* Ambroſ. autem ex aliorum *Ambroſ.* ſententia affirmat illam non eſſe mentitam, ſed 19. vt cautiorem eam Adamus redderet, illud ipſi Eua cur dixerit prohibitus fructus tactus a Deo, cum non tale Deus dixerit. inſinuaſſe. *Plerique putant ita Adam dixiſſe mulieri, dum eam facere vellet cautiorem, vt adderet mandaſſe Deum, neque tangetis ex eo quidquam.* Veriſſima ſententia, optimus enim tunc & maritus, & ſpiritualis Euæ magiſter, vt eam ſecuram à lapſu redderet, occaſionem ei præſcidit peccandi, & mandatum cautione vallauit, ſciens quod ſi cauta, ſecura, dum è contra non ſecura, ſi incauta. Quod egregiè, & acutè, vt aſſolet perſtringit Tertull. lib. de Idolatria c. 24. rationem aſſignans cur fides inter *Tertull.* tot, tantaſque infidelitatis occaſiones ſecura, 20. Tunc ſecuri manemus quãdo cauti, immo ex periculo attoniti. quia cauta reſpondit, *Inter hos ſcopulos, & ſinus, inter hac vada, & freta velificata Spiritu Dei, fides nauigat tuta ſi cauta, ſecura ſi attonita.* Egregiè, vbi vltima pondero, vt ſecuri reddamur nõ ſufficit attenti ad pericula, ſed neceſſarium vt attoniti ſimus, vt è longè periculum aſpicientes veluti de cælo intonitum ſic trementes, & formidantes conſtituamur, vt attoniti, & veluti extra nos fiamus. O ſi ſic parens noſtra Eua, ſi ad tonitrum diaboli, *cur præcepit vobis Deus*, ipſa, *attonita*, ſecura profecto fuiſſet, ô ſi præceptum recolens Adami cauta, tuta extitiſſet; at quia nec cauta, nec attonita, ſed loquax, & incauta, dum occaſionem non fugit, in mortem incurrit, & flatum non euitans ſerpentis, remanſit afflata.

Hinc edocemur à longe nos ſubodoratis pe- 21. Occaſiones à longè vitandæ. riculis, ſtatim ab illis exiire debere, ſi in illa incidere nolimus, nam aliàs peribimus: aures obturandæ ſunt ne audiant etiam à longe; oculi eruendi ne aſpiciant, etiamſi longum intermediat ſpatium, nec te credas ſecurum, quia à muliere conubernio diſtas: nam ſi lubet aſpicere, lubebit tandem & tangere. En tibi Dauid in exemplum ſimul, & doctrinam; in peccatum incidit, quia aſpicere non recuſauit, vnde etſi à muliere abſens, nudam eam videre non erubuit; Hinc gratia priuatur caſtitatis, & quia obſcene aſpexit foris, intus Dei viſione priuatus mulierem agnouit, & Deum ignorauit; ſic Deus obſcenitatem abhorret, quod ad hoc vt ſe 22. Deus vt ſe abſcondat non eſt neceſſariũ vt peccatum adſit luxuriæ, ſed ſufficit obſcenitas. à mente, & oculis abſcondat cuiuſque etiam iuſti, non neceſſarium peccatum, ſed ſufficit obſcœnitas, ſufficit immodeſtia, *Accidit vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo poſt meridiem*, ait Scriptura, *& deãbularet in ſolario domus ſuæ, vidit q; mulierem ſe leuantẽ ex aduerſo ſuper ſolarium ſuũ, erat autem mulier pulchra valde*, 2. Reg. 11. n. 2. *2. Reg. 11. n. 2.* Pendo ſurgentem Dauid de ſtratu poſt meridiem, ex quo vt aſſolet incompoſiti, ac ferè denudati homines ſurgunt, pendo etiam mulierem ex aduerſo etiam denudatam, pendo facilè obuios vtriuſq; viſus. Quid ergo mirũ, ſi ſic

procax, & impudibundus extans Dauid cęcus intus fieret, Dominum Deum non agnoſcens, A eiuſque oblitus? Mirum quod Petro accidit poſt Domini Reſurrectionem, Ioan. 21. num. 7. dum enim ſimul cum diſcipulis piſcaretur, & per totam noctem nil cœpiſſet, iuſſu Domini in dexteram mittens rete, cum non valuiſſent illud extrahere præ multitudine piſcium, non ob hoc ex tanto aperti eius oculi miraculo, Dominum cognouit, ſed illo acutior Ioannes ſanctiſſimus *dicit ei, Dominus eſt*; quid ergo? cur primus diſcipulus, cur Vicarius Chriſti, cur Apoſtolorũ princeps ſuũ principẽ primus non cognouit? an in pœnã, quia in paſſione eũ cognoſcere recuſauit, *non noui hominem*? iuſtum ergo erat vt honore primæ cognitionis priuaretur, qui maliciosè ipſum recognoſcere prius recuſauerat; vt videas ex hoc, & intelligas, quod ſi peccatum tibi ſæpe Deus remittit, non tamen ſemper pœnam; & præterita peccata ſæpe etſi dimiſſa recentis ſunt cauſa Sanctis tribulationis, abſconditur, occultatur, non agnoſcitur dilectus, etſi præſens, non quia nunc peccas, ſed quia peccaſti; an quia tunc nudus? *tunica ſe præcinxit*, ait Euangeliſta; *erat enim nudus*, cur nudus, cæteri veſtiti? *quia negatio ſic eum nudauit*, ait Chryſologus Serm. 78. in Ioan. merito ergo à cognitione Chriſti priuatus, qui ſic indecenter veri ſabbatur, vt intelligas, quam neceſſaria puritas, quantum Deus turpitudinem deteſtetur, vt ſe celet, & abſcondat, non actum expectans turpem, ſed tantum immodeſtum; Hinc & à gratia deſtitutus Dauid, quia etſi à longe, etſi non in domo mulier, tamen & immodeſte eam aſpexit, & forſitan immodeſte & ipſa. *Dauid*, inquit Auguſt. ſerm. 150. *ſanctiſſimus in mille paſſibus mulierem viuit, & ſtatim homicidium fecit, & adulterium; & aliqui in aliena domo cum extraneis mulieribus putant ſe caſtitatis obtinere triumphum.* Grauiter, Dauid peccat, quia tantum à longe aſpexit, & multi ſunt qui non peccaturos ſe æſtimant, etſi ſimul habitent in aliena domo cum muliere; & quod magnum, & maximum, pacem cum diabolo habere autumant, dum contra Apoſtoli præceptum ſimul cohabitare, & in vna domo locum ei dare præſumunt, dicente Apoſtolo ad Epheſ. 4. nu. 27. *Nolite locum dare diabolo*: *contra quod præceptum facit*, ſcite ait Cyprianus de ſingularitate clericorum, *qui fretus eſt conuerſari cum ſcandalo*, hoc eſt cum occaſione peccati; *ſine cauſa enim dicit, pacatus eſſe volo cum diabolo.* Amputandæ certè ſunt occaſiones, præſcindendæ omnino, etiam à longe, ſi vti Danid in peccatum labi non velimus; qui ex ruina cautior effectus, ſic peccandi occaſiones poſtea effugit, vt timeret prorſus vbi non erat timor.

Ioan. 21. n. 7.

23. Chriſtus poſt Reſurrectionem, in mari exiſtens Petrus cur non & ab eo primus agnitus, ſed à Ioanne.

24. Peccati pœna remanet etſi culpa dimiſſa.

Chryſol.

25. Modeſtia exactior quã homini neceſſaria ſpirituali.

Auguſt.

26. Vt decipiũtur, qui eũ peccati occaſione ſtare præſumunt.

ad Epheſ. 4. n. 27.

Cyprian.

27. Dauid vt cautior ex peccato, & cur aquam de ciſterna Bethleem bibere noluit.

2. Reg. 23. n. 27

Liranus.

Hoc expendo in illo eius facto, quando ſitiens aquam de ciſterna Bethleem, cum fortiſſimi in locum irrumpentes eam ad ipſum adducerent, *eam Domino libauit*, ait Scriptura, 2. Reg. 23. nu. 17. cur non bibit? Liranus reputat, quia verè non concupiuit aquam, ſed ideo illud dixit, vt audaciam ſuorum experiretur. *Et dixit*, ait Dauid hoc, *non propter concupiſcentiam aquæ, ſed quia volebat audaciam ſuorum experiri*; Quod ſi verum, magna equidem Chriſtianorum confuſio, dum etſi Chriſtus ſitim fingat in ſuis pauperibus, vt noſtræ experimentum ſu-

28. Chriſtus in ſuis pauperibus, vt noſtræ experimentum ſumat liberalitatis, nemo ſit ad inſtar fortiſſimorum illorum virorum qui aquam ei præbeat. Chryſoſt. amplius ad rem in Pſal. 50. *Quia*, ait, *caſtigatus de priori concupiſcentia poſt modum cautior eſt factus, & qui corpus adamauerat, aquam deſideratam, & neceſſariam, & ſitiens bibere noluit.* Egregiè, ex præterita concupiſcentia ſic cautior eſt factus vt quod aquam concupiſceret, expauit, ad exemplum noſtrum nos docens, vt Diu. ait Gregor *vt qui illicita commiſit, à quibuſdam etiam licitis abſtineat.* Vera hæc, ſed ad quid rationem huius rei quærere, cum ipſe Dauid eam expreſſit, *Libauit eam Domino*, ait Scriptura, *dicens, propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hoc, num ſanguinem hominum iſtorum, qui profecti ſunt, & animarum periculum bibam*? vnde biberet ſanguinem? viui profecto, & incolumes illi extabant, aquam, non ſanguinem biberet? ſane ſi alias ſanguinem non effudiſſet Dauid; at quia ſemel ſanguinem fudit, ſic poſtea cautus effectus, vt non ſolum cauebat ſanguinis effuſionem, ſed periculum effuſionis, non ſolum peccatum, ſed periculum peccati, quod breuiter perſtringit licet obſcurè Ambr. lib. 1. de Iacob, & vita beata c. 1. dicens, *laudo eum, qui erubuit in ſuo deſiderio alienum periculum, & aquam dubia ſortis pretio quæſitam, ſanguini comparauit.* Egregiè, laudandus quippe inclytus, & Sanctus Rex, qui alienum periculum erubuit, in ſuo deſiderio; non enim hoc aſſolent Reges, ſuperbe reputantes vitam, ſanguinemque eis ſubditos debere, non tantum quando neceſſaria, ſed etiam quando ſuperflua, quando inutilia deſiderant; & ampliori etiam dignus eſt laude, dum aquam ſanguini comparauit, expaueſcens ſanguinis periculum, quia prius ſanguinem fuderat; hinc ex hoc amplius ſecurus, quod non ſic quando non tantum pericula, occaſioneſque peccandi extimeſcebat.

28. Chriſtus in ſuis pauperibus, vt noſtræ experimentum ſumat liberalitatis. Chryſoſtomorum eõfuſio elecmolynam non præbentiũ.

Chryſoſt.

Gregor.

Ambroſ.

29. Superbia Regum vt à Dauid confundatur.

Concludam tandem, ſic hominibus iuſtis declinandam occaſionem peccati, ac periculum, ne in illo ad inſtar malorum pereant, vt non expectare debeant vt clara, & aperta ſit occaſio peccati, ſed illis ſufficere debet, vt tantum præſumi poſſit, vt tantum ſit dubia, vt tandem ſic coniuncta cum illa malitia ſit, quod ad hoc vt non incurratur, præciſiones ſint neceſſariæ intellectus, verbi gratia, loqui ſolus cum ſola periculum, & occaſio poteſt eſſe peccati, tamen ſi recta intentione ſit, præſcindendo à voluntate peccandi, licet ſit ex ſe occaſio, non tamen erit peccatum; oſculum ex ſe aliqui dicunt non eſſe peccatum, etſi cum extranea, ſi petis rationem, quia poteſt à libidine præſcindi, ipſi hoc viderint, & ſic de ſimilibus; has autem, ſimileſque occaſiones, & pericula ſic affirmamus Dei ſeruum fugere, vt potius mortem, quam in illa ſe intrudere debere. Poſſem hoc exemplo primæ noſtræ parentis confirmare: nam dum ipſa dixit præceptum ſibi ne comederet, ne forte moreretur, *ne forte moriamur*, Geneſ. 3. n. 3. certè non in certam, & euidentem, ſed in dubiam tantum ſe expoſuit moriendi occaſionem. Hinc mortua, infelix, & nos ſimul cum illa, ſicut & morientur, qui ad inſtar illius dubiis ſe exponent peccandi periculis; nolo nunc ex hoc illud confirmare, cum ſupra hunc locum hic retractauerim; ſed placet hoc ex facto illo educere

30. Occaſio peccati fugienda non ſolũ aperta ſed dubia.

Geneſ. 3. n. 3.

re

re ſanctiſſimi Mardochæi Eſther 3. hic enim ſic ſemper tenax extitit, vt nullo modo genua coram Amano flecteret ad illum adorandum, vt mallet ſe in periculum trudere vitæ, & quod amplius, & ſimul totam ſuam Iudæorum gentem, quam illud permittere. Quæ tantæ inflexibilitatis ratio? aliqui ex manuſcripta quadam paraphraſi affirmant, quia Aman prius ſeruus extiterat Mardochæi, & panem ipſius comederat, quod ſi verum, quanti hodie indigni eſſent adoratione, dum herimendici, hodie in throno, ſed commentitia eſt ratio; alij, quia in veſtibus textiles, & ſutiles habebat deorum imagines, quas alij adorabant, ipſe adorare nolebat; alij, & melius, quia vt Deus adorari nolebat Aman, & vt Deus adorabatur ab aliis, ex Regis mandato: nam vt rectè Serrarius, & ex illo Sanchez in hunc locum, in talem Reges Perſarum deuenerant dementiam, vt non ſolum vellent ipſi adorari vt dij, & deos præſumerent eſſe, ſed quod amplius, ſtolidiſſimæ erat dementiæ præſumebant & diuinitatem etiam aliis impartiri, ſic vt dij reputarentur; quod multis probat Sanchez, nec eſt quod res vertatur in dubium, cum apud hominum cæca illa antiquitas reputaret eſſe poteſtatem in deos illos referre, deoſque conſtituere; de qua re videndus eſt Tertull. in Apolog. Cum ergo Amanus diuinos prætenderet honores, & vellet non vt hominē, ſed vt Deum adorari, ideo eam recuſauit conſtantiſſime Mardocheus adorationem. Quam cauſam ille euidenter expreſſit c. 13. num. 12. vbi Deum atteſtans ſic ait: *Cuncta noſti, & ſcias quia non pro ſuperbia, & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman ſuperbiſſimum (libenter enim pro ſalute Iſrael etiam veſtigia pedum eius deoſculari paratus eſſem) ſed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem excepto Deo meo.* Ergo tantæ obſtinationis, ſicut hodie aliqui ex noſtris præclaram illam actionē vocarent, ea extitit cauſa, timor ſcilicet ne honorem Dei transferret ad hominē, & nequemquā adoraret excepto Deo ſuo: nunc minus eius rationem intelligo; nam adoratio præſcindit à deitate, adorare poſſum hominē, adorare poſſū Regem, nō tamē cultu diuino, ſed humano, vt omnibus eſt in cōfeſſo; vnde etſi Aman ex ſuperbia diuinā ab aliis prætendebat adoratione, tamen Mardochæus antequam Aman illam ab eo expeteret, quando admonitus à conſeruis, cur illum non adoraret, ad ſuam, & ſuos euitandum periculum, licita vti poterat diſſimulatione, ſtultum in ſua relinquendo ſtultitia, tergiuerſatione vtendo illum adorare vt hominem, non vt Deum, ſicut & Naamano Syro permiſit Eliſeus 4. Reg. 5. num. 18. vt adoraret in templo Remmon, quando innixus ſuper eum Rex ad illum adorandum ingrederetur: nam licet Naaman genua flecteret, non tamen Remmon, ſed Deū verum adorabat, vt latè in 1. diximus. Similiter ergo & poterat Mardocheus? ſane, quis dubitat? cur ergo noluit? ea ratione amice, quia licet ſic poſſet, tamen occaſio illa, & periculum, erat quid dubium inter peccatum, & non peccatum, & opus erat præciſionibus. Hinc actio illa ſemper cum tremore, & formidine agenda; hinc vir iuſtiſſimus, ac ſanctiſſimus maluit ſuam, totiuſque ſuæ gentis vitam in diſcrimen mittere, quam occaſione, ac periculo vti dubio peccandi. En amice ſanctorum exemplum, en quod nos admonent ſancti, ſi ſaluti noſtræ conſulere velimus; non ſolum enim pericula certa, non ſolum occaſiones euidentes euitare debemus, ſed dubias, vt non dubia, ſed certa ſemper operemur conſcientia, nil de nobis præſumentes, vt rectè Tertull. lib. de cultu fœminarum c. 2. *Debemus quidem*, ait, *ita ſancte, & tota fidei ſubſtantia incedere, vt confeſſe & ſecurè ſimus de conſcientia noſtra, optantes perſeuerare id in nobis, non tamen præſumere.* Egregiè, incedere debemus ſic ſanctè, ſic purè, ſic firmiter in rebus, vt ſemper ſecuri ſimus de conſcientia, non dubiè operemur. Hoc proprium ſanctorum, hoc vnicum Dei eſt ſeruorum: nam alias nos aut in incerta, aut certa pericula immittētes in illum infinitum nos mergemur abyſſum, vt præfocati ad inſtar Ægyptios, ſummergemur omnino, & hoc quia nos non Deus in illum iniecit.

Eſther. 3. 31. Mardocheus Amano cur flectere noluit genua.

Serrarius

Ibi. c. 13. n. 12.

§. II.

AT quid è contra, ſi non nos, ſed Deus noſter in pericula nos intrudit, maris aquæ non aquę, ſed muri, profundum non ſubmerſio, ſed via, ſed iter ad promiſſionis terram. Audi Regium Pſaltem Pſal. 138. n. 10. *Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua*; quid per maris extrema? ſi ſenſum literalem inquiris, Ianſen. per extrema maris Occidentem intelligit, quaſi dicat inquit Pſaltes, *Si ſumpſero pennas aurora, & ab Oriente volauero vſque ad Occidentem*; etſi myſticum, & moralem, cum ſecundum Diu. Greg. per Orientem vitæ præſentis proſperitas deſignetur, per Occidentem vero ipſius aduerſitas, vt ex illo collegit Gagneus in allegoriis lib. 12. c. 5. & 8. ſenſus erit, ſi ſumpſero pennas velociſſimas, & ab Oriente, hoc eſt à ſummis delitiis vſque ad extremas me adducam anguſtias, illuc me tenebit, & proteget dextera tua; hoc eſt ait Titelman. *Tenebit ne cadat in profundum, & pereat*, vnde ei tantus Dei fauor, etſi in ſummas ſe proiecit anguſtias? ſane quia non ipſe, ſe, ſed illuc manus eum deduxit Dei, *manus tua deducet me.* En ratio cur in profundum non cecidit, cur etſi in extremis maris illuc Dei inuenit protectionem, quia illuc non ſua, ſed Dei conduxit manus, non ipſe ſe, ſed Deus ipſum. Quid ergo mirum ſi miracula operatur, ſi ipſas hominum naturas immutat?

Pſal. 138. n. 10.

Titelm.

32. Deus miracula operatur quando in occaſiones ipſe homines immittit. *Eſther. 4. n. 7.*

Hoc obſeruo in Eſther Regina ſanctiſſima, mandat illi Mardocheus c. 4. n. 7. vt ingreſſa ad Regem pro populo intercedat, cui illa num. 11. *Omnes ſerui Regis, & cuncta, quæ ſub ditione eius ſunt norunt prouincia, quod ſiue vir, ſiue mulier non vocatus interius atrium Regis intrauerit abſque vlla cunctatione ſtatim interficiatur, ego igitur quomodo ad Regem intrare potero, quæ triginta iam diebus non ſum vocata ad eum?* Sed antequam vlterius progredior, quam iſta ratio vim habet? ergone Regina occidetur? ergo ne & Regina timens legem? ergo ne & lex etiam contra Reginam exequetur? mirum hoc, ſane amice, ſi lege

33. Leges quādo aranearum ſunt telę.

vt hodie obſeruarentur, quæ verè vt Anacharſis aiebat, *tele ſunt aranearum*; cuius rationem tribuens Valerius Maximus lib 7. c. 2. ideo eas ſic nominabat ait: *Quia vt eas infirmiora animalia vetinere, valentioraque tranſmittere, ita hic humiles, & pauperes conſtringi, diuites, & prapotentes non alligari videmus.* Dauid alioquin ſanctus, 2. Reg. 12. n. 5. ob vnam ouem mactatam clamat, *vinit Dominus, quia filius mortis eſt, qui fecit hoc*; tamen ſtuprum filij audiens cum ſorore ſcelus omni punitione dignum, *noluit contriſtare ſpiritum Ammon filij ſui*; ſi cauſam quæris, *quia primogenitus eius erat*; quaſi diceret Scriptura factum improbans, quia filius Regis; pauper furans occidatur; et princeps inceſtuoſus, & ſtuprator ſeruetur; vnde hoc? quia lex tela aranearum viliora in ea animalia capiuntur, grandiora tranſmittuntur; at non ſic tunc, quia Rex verè ipſe imperabat, ipſe regebat à quo leges vigorem, obſeruantiamque ſumunt, qui ſic in legibus obſeruandis totus reperiebatur, vt etiã ipſamet extimeſceret Regina, & equidé rationabiliter: nã vt mox dicemus, niſi miraculosè Deus cõuertiſſet cor Regis, ſine dubio fuiſſet interfecta, ſic ſeuetus erat in ſuis legibus Aſſuerus, ſic iuſtus, etſi Gẽtilis. ad pudorẽ hoc Chriſtianorũ principum, qui ſic ſuas permittũt obſeruari leges, vt pauperes tantũ premãt, principes vero tranſiliãt, cum velim ſciãt, nõ ſic gratũ apud Deũ, non ſic apud illum magnum legis ſupplicium contra pauperes, quantum contra principes fontes.

Valer. Maxim.

2. *Reg.* 12. *n.* 5.

Num. 25. *n.* 6.

Attende ad quæ dico, Numer. 25. n. 6. fornicans Iſraël cũ Madianitis ſic ait Scriptura: *Ecce vnus de filiis Iſrael intrauit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidẽ, vidente Moyſe, & omni turba Iſrael*, quod impium ſcelus videns Phinees poſt eos ingreſſus ambo occidit, *perfodit ambos ſimul*, vix hoc, ac Dominus aduocãs Moyſen ſic ei alloquitur: *loquere ad eũ; ecce dedi ei pacẽ fœderis mei, & erit tam ipſi, quã ſemini eius pactũ ſacerdotij ſempiternũ*, mirum, & maximũ, vt quia zelans Dei legẽ Phinees, vnum tantum occidens ſic factũ illud, & legis iuſtitiã Deus æſtimet, vt pactũ ſempiternũ cum eo conſtituat, & ſempiternum ei tribuat ſacerdotij ſummi honorem. Elias eodem zelo quadringentos occidit idololatras, & nec verbum illi Deus. Vnde ergo nunc tanta Dei gratitudo? ſane ex eo quod infra addit Scriptura n. 14. quæ quaſi hoc præuidens, vt tãtæ rei propriam aſſignaret rationem, cum ſupra dixiſſet, *ecce vnus de filiis Iſrael*, ne putaretur hunc vnum aliquem eſſe de plebe infra addit: *Erat autem nomen viri Iſraelitæ, qui occiſus eſt cum Moabitide Zambri filius Salu ducis de cognatione & tribu Simeonis.* En ratio, iuſtitiam exercuit Phinees, non quamlibet, nec aduerſum quemlibet, ſed occidit principem, occidit & cum illo etiam & mulierem principem, vt ibi adnotat Scriptura, qui animus, quæ rectitudo ſic Deo placuit, ſic illam ſtatim extulit, vt ſacerdotij illi dignitatem impertitus ſit ſempiternam *Phinees autem fuit magni animi*, ait Abulenſis in hunc locum, *perſecutus Zambri: nam ipſe erat princeps tribu Simeon, etſi conaretur contra eum quidquã inferre, timere debebat totã tribum Simeon inſurrecturam contra ſe, & quia timor iſte erat durus, valdè fortis indicatur Phinees, & ob hoc Deus valde laudauit eum, promittens ſacerdotium æternum.* Æternitas ergo in ſacerdotio, legis iuſtitia in principem, & non in plebeium, & ille dignus ſacerdotio, dignus imperio, qui non tantum iuſtitiam cõtra gregarios, ſed contra principes adminiſtrat intrepide. Volunt Reges in regno æterne dominari nõ ſolum pauperes, ſed principes etiam delinquentes occidant, ſicut & Aſſuerus occidiſſet Eſther: nam cum illa per ordinem cubicula eſſet ingreſſa, ſic contra ſe furentem aſpexit Regem, ſic indignatum, vt quaſi certa de iugulo enſem iam iam timens, & expaueſcens, quaſi iugulata corruit, c. 15 n 10. *Cum eleuaſſet faciem*, nempe Rex, *& ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, Regina corruit.* En quam terribilis Rex, en quã ſeuerus, etſi in Reginam; vnde ſaluata miraculosè, *Conuertitque Deus*, ait Scriptura, *ſpiritum Regis in manſuetudinem*, hactenus leo, nunc agnus, at cur tantum miraculum? ſane, quia ex Dei amore ob populi charitatem, ob obedientiã patrui, ac conſequenter Dei in tale ſe iniecerat periculum, vnde ipſa ad Mardocheum ſupra c. 6. n. 16. *Congrega omnes Iudæos, non comedatis, non bibatis*, &c. *Ingrediar ad Regem, contra legem faciens non vocata, tradenſque me morti, & periculo*; periculo ſe expoſuit quantum ex ſe renuens, ſed charitate coacta, ſed præcepto, ſed Dei obedientia: nam alioquin non ſic Deus ei opem tuliſſet, cum vt bene Cyprianus de ſingularitate clericorum, *Cuſtos nobis datus eſt ſpiritus, non vt contraria eligentibus foueat, nec vt voluntarios, & prono in aduerſa confortet, ſed vt ab aduerſis nitentes ſeparari confirmet.* Egregiè, cuſtos noſtri ſit ſpiritus, non quando võluntarij, ac prompti in aduerſa nos prorumpimus, ſed quando vti Eſther ex Dei præcepto, ex eius amore, ex rationabili cauſa reniteutes ad ea ingredimur, tunc etſi diaboli, ac tota inferni potentia armatur, eam debellat, opprimit, ligat, te ſemper incolumi euadente.

Eſther. 15. *n.* 10.

c. 6. *n.* 16.

Cyprian. 36. Spiritus ſãctus quorũ ſit cultor.

En tibi in huius exemplum ſanctiſſimus iuuenis Tobias ſeptem viros Saræ diabolus interemerat, & tamen ipſe ſic audacter eam in ſponſam petiit, vt Raguelı dixerit, Tobiæ 7. nu. 10. *Hic ego non manducabo, neque bibam, niſi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam*; vnde ſic intrepide, & audacter in tale, tantumque irruit periculum? ſane ex illis Angeli verbis ſup. c. 6. n. 13. *Pete ergo eam à patre eius: nam tibi debetur omnis ſubſtantia eius.* Præceptum extitit diuinum, erat ex alia parte legis obſeruantia, cum ipſe ex legis mandato vti propinquus eam debebat ducere in vxorem. Rationabiliter ergo in periculum intrauit; quid mirum ſi tota diaboli ſtante potentia illæſus euaſit?

37. Diabolus nil poteſt cõtra illos, qui ex Dei mandato in pericula vadunt. *Tobiæ* 7. *n.* 10.

In quo facto duo, & maxima perpendenda: Primum, quod nõ ſic ſtatim, non præcipite ſe in periculum dedit, & ſi audiſſet totam Raguelis ſubſtantiã ei deberi, ſed Angelo periculũ expoſuit, rationemq; ſimul, cur illud facere non deberet; *Audio quod tradita ſit ſeptem viris, & mortui ſunt, & hoc audiui quia dæmoniũ occidit eos, timeo ego ne forte & mihi hæc eueniant, & cum ſim vnicus parentibus meis deponã ſenectutẽ illorum cum triſtitia ad inferos.* Ergo ipſe quantum ex ſe periculũ recuſabat, & hoc ſic firmiter, & efficaciter, vt neceſſariũ Angelo eũ confortare, animare, & ſimul rationes addere cõfidẽtiæ,

38. Tobias iuuenis quãta prudentia in periculum ſe iniecit.

35. Phinees zelus cur tãtum Deo placuit.

34. Deus amplius pacatur principum fontium pœna quam pauperum.

Abulenſ.

Digitized by Google

ac boni euentus; quid ergo mirum, si Deus à lapsu pedes eius eripuit, cum in illũ non ex se, sed Dei præcepto, & mandato, & ex Angelo, qui secum extabat. O quam bene hoc Ambros. in Psal. 118. octon. 14. super illa verba, *ab omni via mala prohibui pedes meos*, quæ coniungens cum illis Psal. 114. n. 8. *qui eripuit pedes meos à lapsu*, sic egregiè ad rem nostram fatur: *Stans enim cũ Domino lapsum timere non poterit; stans cum Domino poterit dicere, eruit pedes meos à lapsu, sed ita eruit Dominus pedes tuos ab omni lapsu, si cognouerit, quod tu prohibeas pedes tuos à lapsu, & ideo meruit Dauid, vt Deus à lapsu pedes eius eruueret, quoniam pedes suos ipse prohibebat, ne præcipiti, atque incauto peccatorum laberentur vestigio.* Nil melius, vis scire cur Deus à lapsu, à morte, ab interitu, à sepultura, quam illi Raguel parauerat pedes eruit Tobiæ? quoniam inquit Ambros. *Ipse pedes suos prohibebat, ne præcipiti, atque incauto peccatorum laberentur vestigio.* Pende singula, non se præcipitabat, quia imperium attendit, non incaute procedebat, quia & præcepta postea obseruauit Angelica, quod est secundum ponderandum.

Pſal. 118. n. 14. *Pſal.* 114. n. 8. *Ambroſ.*

39. Deus quos à lapsu eripit.

Sic equidem se in periculum iniecit, vt quod ex se faceret, vt non periret: nam vt rectè Manlius apud Liuium lib. 6. *Dy prohibebunt hac inquies, sed nunquam propter te de cælo descendent, tibi dent mente oporteat, vt prohibeas.* Iecur enim iuxta Angeli consilium adduxit, orationi institit, à concupiscentia se abstinuit, vxorem ad orandũ induxit, quid ergo mirum si Deus diabolum fugauit, si amandauit, si ligauit, illos instruit hoc factum, qui sæpe coacti, sæpe per obedientiam in periculosa intruditur ministeria, ac officia, ne dicant, Deus iussit, ipse auxiliabitur interim ipsis ex se nihil præstantibus: nam verũ quod iubente Deo præsto sæpe in periculis eius erit auxilium, attamen si tu ex te nil ages, nil prœuenies, nullam ex te cautionem exhibens peribis. Mirum quod Abraham in Ægypto descendens vxori dixit, Genes. 12. n. 12. *Noui quod pulchra sis mulier, & quod cum viderint te Ægyptij, dicturi sunt, vxor illius est, & interficient me, & te reseruabunt, dic ergo obsecro te, quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tuam*; quid hoc? vnde tantus Abrahamo timor? nonne Deus erat, qui illi iusserat è terra, è domo, è cognatione exire, & peregrinari? sane, nonne Deus erat, qui ei dixit, *semini tuo dabo terram hanc*? equidem, aut credidit, aut infidelis erat? non hoc secundum, ergo primum, si credidit cur nunc de vita dubitat, cur stratagema recogitat? Chryſost. affirmat nil ipsum dubitasse, sed tantum curasse, *Quomodo arte aliqua excogitata posset & famis consolationem inuenire, & Ægyptiorum manus effugere*? at hoc ipsum est, quod inquirimus, cur illud excogitauit, & non totum Domino reuisit, quid è domo egredi, qui peregrinari iusserat? ad rem nostram egregiè Rupert. *Non parui pendens*, ait, *vxoris pudicitiam venalem fecit, sed periculo se eximit, ne moreretur propter illam, certissime sciens, quod qui eduxit eum de vr Chaldeorum, potens esset seruare illam ab igne, id est à libidine Ægyptiorum.* Quod si à Ruperto petas, & quare similiter sino hac diligentia non etiam sperauit, se seruaturum à Deo, respondit, *Quia timebat Dominum, quia nolebat tentare Dominum Deum suum; is namque Deum tentat, qui quanta potest parte periculi se nõ expedit, & illic poscit miraculum Dei, vbi non nihil proficere potest humane rationis ope.* Egregiè quidem; si enim ingressus Abraham Ægyptum ab illo exposcerent, vxor, an soror eius esset Sara, & ipse vxorem dixisset, profecto duas res difficiles Deo committeret, & vxoris pudicitiam, & suam vitam; quod insolens prorsus esset; quid ergo? bipartita sit cura, & non totum Deo committat, sed vt periculum euadat aliquid ipse ex se faciat, aliquid & Deo reseruans, vtatur industria, & dicat vxori, quod se sororẽ nominet, & sic suæ prouideat incolumitati, & Deo vxoris pudicitiam seruandam committat; quid ex hoc? vt ipse ex sua diligentia non solum à periculo ereptus, sed ditatus, & ex Dei potentia intacta, illæsaque Saræ pudicitia custodita Fac tu similiter, quando te Deus in pericula, in barathra, in maris mittit profundum; quando vti alter Tobias pene in manus relaxat diaboli, & vinces, superabis, ditesces, prosperaberis, non maledictionem, sed benedictionem reportabis.

Geneſ. 12. n. 12. *Chryſoſt.* *Rupert.*

Liuius.

40. Etsi Deus in pericula & occasiones nos iniiciat ex parte nostra faciendũ quod possumus, & debemus

Immo hoc non solum verum respectu eius, qui se periculo ex Dei mandato immittit, sed etiam respectu mandantis, & superiorum; illi enim parum de salute, ac bono subditi exitu sperent, quando illum in pericula iniiciunt ex se, non ex Dei mandato, sua, non Dei voluntate, humano, non diuino respectu. Audiant hoc sacrarum Antistites religionum, audiant, & contremiscant, sæpe occidunt, mactant, perdunt subditum quoad spiritualia ministeria, & onera ei imponentes inæqualia, nullo Dei aduocato consilio, nullo particulari de subdito respectu, sed ad instar politicorum gubernationis tanquam si non religio, sed status esset sæcularis sic bonum commune intendunt, vt nullum habeant ad singulare subditi respectum; sic vt dummodo bono consulatur externo religionis, de spirituali curet ipse. Sciant ergo tales, qui sic incedunt, sic subditum periculis exponunt, quod non eos lucrentur, neque religionis negotia, secus autem quando Deum tantum aspicientes, ex eius vero instinctu, subditum in ignem deiiciunt.

41. Religiosũ superiores quãta prudentia, & timore præcipere subditis debẽt, eosque in occasiones iniicere.

42. Non debent sine Dei instinctu inspiratione.

Hoc probo ex solemni illo facto, Isaac scilicet, & Rebeccæ; enimuero nunquam non admiror confidentiam, ne dicam Rebeccæ audaciam, dum filium dilectum, amatum, sic intrepide periculo graui exponeret maledictionis, Geneſ. 25. nu. 28. *Isaac amabat Esau, Rebecca diligebat Iacob*, ait Scriptura, quod non sine emphasi dictum reputes; talem ergo filium sic prædilectum, & amatum ita intrepide periculo subegit, & dum ei præcepisset accederet ad patrem, & benedictionem præriperet Esau, & timeret iste ne maledictionem pro benedictione reciperet, audacter respondit, *in me sit ista maledictio fili mi*, c. 27. num. 13. *tantum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi*; cur sic intrepide, & audacter filium tali, tantoque periculo exponit? in quo facto etiam parimodo admiror, vnde Esau infelix benedictionem amisit, cum ex obedientia ad venandum iuerat, ex qua sumpta occasione Rebecca dixit filio, *audiui patrem tuum loquentem cum Esau*, &c. Ergo instrumentum pœnæ Esau obedientia extitit patris, &

Geneſ. 25. n. 28. *Ibi.* c. 27. n. 13.

48. Rebeca cur Iacob in periculum iniecit maledictioni.

ideo non benedictus, ſeu vt proprius loquar, ideo decretum Dei præceptionis benedictionis executio extitit obedientiæ. Inſolitum quidem hoc, & præter ordinem; item; amat Iſaac Eſau, qui pater, qui vir, qui Dei amicus, qui dilectus, qui amplius quam Rebecca honorabilis, & tamen ſummus ille pater, iudicium, ac amorem profert Rebeccæ, & Iacob prætulit Eſau, vnde hoc? mea ſententia, quia Rebecca inſtinctum, & Dei ſequebatur decretum, qui dixerat maiorem ſeruiturum minori, Geneſ. 25. n. 23. quando ad conſulendum Dominum progrediens de colluctatione paruulorum in vtero, audiuit, *duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex vtero tuo dividentur, populuſque populum ſuperabit, & maior ſerviet minori.* Hinc ex tali Dei voluntate, ac decreto animata diuinum ſupra naturalem amorem reponens, ſemper prædilexit Iacob Eſau, vnde confortata non dubitauit filio talem obedientiam imponere, & tali exponere periculo. Hinc victrix ipſa, & benedictus filius; at Iſaac, etſi ſanctus, & iuſtus, & forſitan prædictionem neſciens, cum ſola Rebecca dicatur proceſſiſſe ad conſulendum Dominum, & poſſibile vt ex voluntate diuina aliqua ratione mora poſteriorem partem oraculi manto occultaſſet, ex iudicio rationis, ex amore, & affectu, ex vſu, & ex dignitate naturæ motus abſque alia Dei conſultatione ad venandum miſit Eſau, vt ex illa obedientia dignior effectus benedictionem acciperet; ſed nil minus, Iacob benedictus, non ipſe. Audi nunc Ambroſ. de Iacob, & vita beata, gratibus, & ponderoſiſſimis hoc exprimentem verbis. *Sed & Rebecca*, ait, *non quaſi filium filio, ſed quaſi inſtum præferebat iniuſto; etenim apud matrem piam myſterium pignori præponderat.* quid elegantius? non amore ducebatur muliebri, vel humano, ſed diuino, filios eſſe non reſpiciebat, ſed quaſi non filios, virtutem tantum, & in eis vitium; hinc licet ſtrictius Eſau pignus, quia primogenitus, ac per hoc natura duce ampliori dilectione dignus, tamen pia mater myſterium pignori præponderabat, amplius illud faciens, quam hunc. & ſic ſequens Ambroſ ait: *Vnde illum non tam fratri præferebat, quam offerebat Domino, quem ſciebat collatum ſibi munus poſſe ſervare, in quo & alteri conſulebat, quem diuinæ ſubducebat offenſæ, ne graviore implicaretur reatu, ſi acceptæ gratiam benedictionis amitteret.* Quot verba, tot gemmæ, tot conſilia, non illi præceptum impoſuit, non periculo expoſuit, vt fratri eum præferret, vt benedictionem eriperet, vt honorem acciperet, ſed diuinum tantum oraculum intuens, vt ei obtēperaretur pro Domino filium non antepoſuit, ſed obtulit, non prætulit, ſed ſacrificauit, & hoc non ex muliebri concupiſcentia, ſed ſciens ad dignitatem vires Iacobo ſubeſſe, non altiora ſe quærere, ſed æqualia, non ipſam illum intrudere, ſed à Deo vocatus, non ipſa illi dignitatem, ſed Deus; hinc & altero ſimul conſulebat filio, qui cum ad dignitatem non eſſet præelectus, ſi ex ſenſu admitteretur humano, graviori implicaretur reatu, benedictionis acceptam gratiam ex culpa ſua amittens; hinc ipſum diuinæ ſubducebat offenſæ; hinc ille benedictus, non iſte, qui pro ſe nil aliud præferebat, niſi humanum iudicium, paternum decretum. Vnde ſequens ſanctus ait: *Mater deferebat pium affectum, pater iudicium, vicit tamen ille, qui præferebatur oraculo;* Quid pulchrius? benedictus Iacob, etſi mater illum euidenti exponeret periculo, quia non ex ſe, non naturali iudicio, non ducta ex amore, ſed ex oraculo, ſed ex Dei voluntate mouebatur; hinc filij obedientia felix; hinc ipſe non maledictus, ſed benedictus. At Eſau è contra, quia ad benedicendum illum non Dei inſtinctus, ſed patris iudicium, miſit ad venandum, ſic infeliciter talis ei obedientia ceſſit, vt benedictionem amiſerit, non ipſe benedictus, vnde vt rectè Lippom. in catena hoc ipſum expendens ſic ait: *Dei conſilium didicerat Rebecca, vnde promovere volebat, quod neceſſario futurum erat Dei ordinatione, obedientia Eſau, diligentia, opus, patris conſilium, & ipſe cæli influxus circa geniturам, omnia hæc Iacob prædictionem impedire non poterant, ſed potius ipſius partem juvabant, quem Dominus dilexerat.* Vadant nunc ſuperiores, & ſic obedientiam imponant ſubditis, vt Iſaac Eſau, videbunt, an ipſos lucrētur, aſpicient, an dum periculis exponunt, non ex Dei inſtinctu, ſed tantum naturali ipſos incolumes recipiant: audiuimus in antiquis, vidimus in modernis peſſum ob hoc religiones ire ſacras; at è contra quando ex Dei inſtinctu, quando ex eius amore; quid etſi in fornacem ignis mittent ſubditos ardentes, inde ac alteri Hebræorum pueri incolumes euadent, non ſecus ac Hebræi iſti, quos Moyſes ipſe ex mandato Domini in profundum miſit, qui incolumes, ac feliciſſimè euaſerunt, quando è contra, dum ex Regis Pharaonis mandato miſeri introierunt Ægyptij, non vitam, ſed *nomen*, vt noſter inquit Sapiens, *invenerunt mortem.*

44. Eſau & ſi ex obedientia ad venandum proceſſit, vt benedictionem amiſit. *Ibi. c. 25. n. 23.*

Ambroſ.

45. Dei decretu & ipſe tes contrariè deſeruiunt. *Lippom.*

Num. 6. *Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio reſigurabatur, deſerviens tuis præceptis, vt pueri tui cuſtodirentur illeſi.*

Num. 7. *Nam nubes caſtra eorum obumbrabat, & ex aqua quæ antea erat, terra arida apparuit, & in Mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio.*

Num. 8. *Per quem omnis natio tranſiit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia, & monſtra.*

Commentum literæ.

Connexio capitis.

DE morte Ægyptiorum in mari rubro ſupra dixerat author, nunc de tranſitu per illud filiorum Iſraël, déque mirabili Dei erga eos patrocinio, & quomodo ad illorum beneficium quodammodo ſe immutarent creaturæ, probās hoc ex nube miraculoſa, quæ eos protexit, & ex mari, quod eis locum præbuit, ait ergo.

Omnis creatura ad ſuum genus reſigurabatur. Græca, *omnis creatura in proprio genere rurſus cōſigurabatur*; Holkoth, & Hugo per genus Deū intelligūt, quatenꝰ ab illo omnia; vnde per creaturā ad ſuū genus reſigurari intelligūt ad Deum per potentiā obedientialē ſe conuerſam, vt iuſſa expleret. Bonauent. per *reſigurationem* intelligit reſumptionē, vt ſic dicā antiqui ſtatus, quādo in illō innocētiæ nullæ earum hominē offendebāt, ſic nunc nullæ cōtra Hebræos, ſed omnes in eius

Holkoth. Hugo.

Bonauēt.

Lorinus. 1. Ad bonorũ ſeruitium vt creaturę refiguran-tur.

fauorem. Verus ſenſus, & literalis eſt Lorini, creaturam in ſuo genere permanentẽ; voluntate A diuina, ſic in beneficium Hebræorum ſe accommodaſſe, refiguraſſe, vt quaſi de nouo videretur Deo creata, quod exemplis Sapiens confirmans ſubdit.

Bonauẽt. Holkoth. Liranus. Hugo. Oſorius.

Namnubes caſtra eorum obumbrabat, &c. De columna nubis, & ignis, déque eius effectu latè diximus c.10. ■ 17. hic autem iuxta ſenſum Bonauent. Holkoth. Lirani de illo intelligitur Sapiens beneficio, quando ne Ægyptij Hebræos attingerent, in medio ſe poſuit inter vtrumque exercitum, obumbrans Ægyptios, illuminans Hebræos, de qua re apud Exod. c.14. nu. 19. & 20. licet Hugo, & Oſorius velint, vt intelligatur de obumbratione diuina aduerſus æſtum, prima ſententia vera, & textui congrua.

Ianſen. Sa. Holkoth. Lorinus. Oſorius. Vatabl. Caſtro. 2. Hebræi vt delitioſè peruenire tranſierũt & an flores in profundo miraculoſè.

Campus germinans, &c. Græca, *Herbifer campus*, Ianſen. Sa, Holkoth. & alij figurate hoc accipiunt; Lorinus affirmat proprie poſſe accipi, quatenus in mari herbæ, plantæ, ſiluæ ſunt, cum illo conſentiũt Oſorius, & Vatabl. Caſtro, vtrũq; affirmari potest ſine ſcrupulo; ſecundum vero neſcio quid delitioſè plus habet, quo amplius benignitas in Hebręos lucet diuina; vt cumque autem, ſemper tranſitus fuit mirabilis, ſiue vt ſic per eum tranſirent, ac per florentes campos, ſiue verè per flores, herbaſq; virentes, vnde ſequens ait:

Per quem omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur manu tua videntes tua mirabilia, & monſtra. Græca, *conſpicientes miranda portenta*, quæ, & quanta hæc fuerint ſupra diximus c.10. ea certè talia fuerunt, vt vſque ad gentes eorum rumor peruenerit, ſic Nathab. in lib. Ioſuæ c. 2. nu. 10.

Ioſuæ 2. v.10.

Audiuimus, ait, *quod ſiccauerit Dominus aquas maris rubri ad veſtrum introitum.* Id ipſum retulit Achior Holopherni c.5. ex quo eorum tremor in omnes ſe effudit per circuitum nationes; quæ hic tractari poſſent de Dei prouidentia, magnitudine, fortitudine, & ſuauitate ſatis abũde diximus in 1. tom. Hom. 148. quæ de falſa impiorum æſtimatione putantes iuſtos in profundo tribulationis malè degere neſcientes campos, quos illis Deus florentes inibi creat, etiam ibi diximus Hom. 84.

Num.9. *Tanquam enim equi depaſcuerunt eſcam, & tanquam agni exultauerunt, magnificantes te Domine qui liberaſti illos.*

Num.10. *Memores enim erant adhuc eorum quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium eduxit terra muſcas, & pro piſcibus eructauit flumina multitudinem.*

Num.11. *Noniſſime autem viderunt nouam creaturam animi, cum adducti concupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis.*

Num.12. *In allocutione enim deſiderij aſcendit illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribus ſupervenerunt, non ſine illis quæ antea facta erant, argumentis per vim fulminum: iuſte enim patiebantur ſecundum nequitias ſuas.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

QVomodo mirabiliter Hebræi per mare tranſierant enarrauerat, nũc de eorũ lætitia poſt tranſitum, ac de conuiuio eis à Deo in deſerto præſtito, de quibus omnibus ſupra latè dictũ, ideo breuiter ea hic tranſcurremus, ait ergo.

Liranus. Carthuſ. Sa. Ianſen.

Tanquam equi depaſcuerunt eſcam, &c. Liranus, & Carthuſ. depaſtationem ſumunt pro armis, cæteriſque ſpoliis Ægyptiorum ſubmerſorum, quæ acceperunt Hebręi; Sa, de manna, Ianſen. vult denotari educationem pinguiſſimam, qua Deus ſuos in deſerto veluti equos, & agnos nutriuit, aluit; verus ſenſus, hic deſcribi Iſraëlitarum exultationẽ poſt maris rubri tranſitum, plenaſq; laudis voces; exultantes enim in morem equorum, aut agnorum, quibus læta ſuppetunt pabula, diuerſas laudes perſonarunt, coniunctiſque viris cum fœminis cœperunt canere cum ſanctiſſimo Propheta, *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus eſt, equum, & aſcenſorem proiecit in mare*, Exod.15. vide Iſaiam de hac lætitia c.63. n.11.12.13. & 14.

Exod. 15.

Memores enim adhuc, &c. lætitiam augebat memoria eorum, quæ Deus ob ipſos in Ægypto patrauerat miracula, & præcipuè educendo muſcas, & ranas, vt pro eis pugnarent; de qua re ſupra abundè ſatis.

Quæ in incolatu illorum facta fuerant, &c. In peregrinatione ſcilicet, quando in Ægypto.

Quemadmodum pro natione animalium, &c. Græca, pro ſobole animaliũ, muſcas protulit noxias; ex recordatione enim taliũ ſummopere lætabãtur, & amplius, quãdo poſtea ſic differenter cũ eis actũ viderint, vt Ægyptiis Deus muſcas; ipſis autẽ in deſerto Ortygometram, vnde ait:

Noniſſime autem viderunt nouam creaturam animi, &c. De Ortygometra eſt ſermo, de qua ſupra diſſeruimus, & cur noua dicatur creatura.

Cum adducti concupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis, &c Græca, *eſcas deliciarum, delicatas ad delitias præſtitas*, quæ in epulis ſolemnioribus ſolent apponi, cum non tantum ad ſuſtentationem, ſed etiam ad delitias deſeruiebant. Iſidorus epulas deriuat ab epulentia rerum, deque lautis & non in quotidianum vſum præparatis, hoc autem ſi à priuatis parentur, & non à Regibus: nam hæc clapes vocantur.

Iſidorus.

In allocutione enim deſiderij, &c. Græca, *ad cõſolationem*, vt deſiderata ſcilicet concederet; hoc totum habetur, Exod. 16. n. 13. menſe ſecundo ab egreſſu, in deſerto Chim inter Elim, & Sinai, nullo inflicto ſupplicio, vt bene aduertit Caſtro: nam de alia dixerat ſupra c. 16. nu.2. & nos ibi. Quapropter hic de illa gratioſa loquitur, quando non iratus, ſed benevolus conceſſit.

Caſtro.

Et vexationes peccatoribus ſupervenerunt, &c. Græca, *& ſupplicia peccatoribus ſupervenerunt*, certiſſimum de Ægyptiis hic eſſe ſermonem, nõ de Hebræis, qui exacerbauerunt Deum in deſerto, vt quidam volunt antiqui ſcriptores, Hugo cum aliis; cõtrapoñens enim Hebræis Ægyptios ait, quod ſicut illis ad explendũ deſiderũ nouã creaturã immiſit, vt delicatius cibarẽtur, ſic iſtos de nouo puniuit grauiſſimo ſupplicio in mari rubro, quos ante præfocationẽ terruit, & occidit fulminibus, fulguribuſq;, vt patet ex lib. Exod. c.14. n.34. illis verbis; *Iamque aduenerat vigilia matutina. & ecce reſpiciẽs Dominus ſuper caſtra Ægyptiorũ, per columnã nubis, & ignis interfecit exercitũ eorũ, & ſubuertit rotas curruum, ferebãturq; in profũdũ, dixerũtq; Ægyptij, fugiamus Iſrael, Dominus enim pugnat pro eis cõtra nos.*

Hugo.

Exod.14. n.24.

cælo, draco magnus, &c. Quid magnum ſe præferebat hic draco? dices capita ſeptem, cornua decem, diademata ſeptem? nil minus, admirentur alij hæc: nam quod de dracone ego obſtupeſco, vt dicatur quod *Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, & miſit eas in terram.* Si cornibus illas deiecisset, non mirarer; at quod cauda, illud obſtupeſco: nam mea ſententia illud hoc præſefert, cornibus, capitibus, ac coronis ab initio ſemper illum contra ſtellas præliatũ eſſe; has autẽ validiſſime contra illũ ſteriſſe, vicisse, deiecisse; tamen quando iam totaliter deijciebatur, quando iam totum corpus eius extra cęlum, quando ab ipſo ſecuri iam, quia vltimus erat halitus, tunc tunc cauda eos deiecisse, ad terram alliſiſſe, in infernum ſubmerſiſſe. *Vidimus multos homines ex patribus noſtris*, ait Auguſt. Soliloquiorum cap. 29. tom. 9. *quod vtique ſine magno tremore non recolo, ſine multo timore non confiteor, aſcendiſſe primitus quodammodo vſque ad cælos, & inter ſydera nidum ſuum collocaſſe; poſt modum autem cecidiſſe vſque ad abyſſos, & animas eorum in malis obſtupuiſſe, vidimus ſtellas cecidiſſe ab impetu ferientis caudæ draconis.*

Auguſt.

5. Sanctorum tremor in hac vita, & ſi Deus eis arrideat. *Iob. 29. num. 24.*

Hinc ille continuus ſanctorum tremor; hinc eorum lachrymæ, gemitus, ac dolor; hinc etſi vt Adamas in Dei manu ſe videant, timent ſemper, ac tremunt vt inde non proijciantur; hinc & ſi Deus, & ſi Chriſtus Dominus illis alloquitur, blanditur, ridet, fouet, & conuerſatur, non credunt trementes ſemper. Quod equidem perbellè affirmat Iob cap. 29. num 24. de reſpectu, tremore, ac timore quo ante ipſum ſerui eius aſtabant, quo ipſum timebant; vnde inter cætera: *Si quando videbam ad eos*, ait, *non credebant*; Mira ſeueritas, magnus ſeruorum timor, ne dicam, ſtupor, vt ſic ſecum familiariter agens Dominus, & ſi in riſum reſolutum videant, non credant; immo & hoc augetur ex illo quod Gregor. hîc adnotat, Iob alibi ſe pauperem dixiſſe, viduarumque conſolatorem, quæ ſummam dicunt affabilitatem, vnde nunc tantus eis tremor? Sanè idem reſpondet Gregor. quia figuram gerebat Iob Chriſti Domini noſtri, cui Sancti; *Quaſi ridenti non credunt, dum multis eius donis atteſtantibus, & gratiam fauoris eius accipientes, tamen adhuc ſub eius indicio de ſua infirmitate titubant.* Egregiè, titubant, metuunt, non tantum ipſum, quantum ſe; Hinc vt idem ait Sanctus, *Inter gaudium ſpei, & tentationis metum confidunt, & timent, confortantur, & titubant, certificantur, & ſuſpecti ſunt, quia corpus quod corrumpitur aggranat animam.* Quale ergo gaudium tunc? quale tripudium ex hoc, quando huius periculi læti memoriam obtinebimus? quale quando iam in ſecuro nos poſitos aſpicientes? quando de noſtra prædeſtinatione ſecuros, quando ſine metu fauores poſſidebimus? quando ſine timore Dei amplexus, & oſcula? tunc certè ſicut modo hæc pericula nobis timorem incutiunt, ibi non timorem, ſed amorem, ſed lætitiam; ſed ſtrictius, & amplius gaudium; immo & in conditorem, & Saluatorem ſuum maiorem amorem: nam vt magnus aiebat Gregor. lib. 4. Moral. cap. 31. *In cælo doloris ſui animus ſine dolore reminiſcitur, vt debitorem ſe medico verius intelligat, & ex magis acceptam ſalutem diligat, quo moleſtia meminit, quam euaſit.* Pende hæc vltima, amplius tunc ſalutem diligemus, acceptamque habebimus, quo memoris aderit moleſtiæ, ac ærumnæ, quam ex medici euaſimus bonitate.

Gregor.

Idem.

6. Sanctorum gaudium ex paucitate electorum & multitudine reproborum.

Adde, ex eo amplius hanc creſcere lætitiam, quando tunc amplius periculum patebit ex multitudine reproborum, cum nil inſolens dicendo, mea ſententia ex decies centenis millibus, quæ millionem conficiunt animarum vix vna, aut duæ electæ, vix ex decies centenis millibus hominibus vnus, aut duo prædeſtinatus. Quod ſic intelligo, vt poſt diem iudicij collectiuè ſumpti prædeſtinati ex vna parte, & reprobi ex altera (non loquor de Angelis) ſingulis decies centenis millibus reprobis, vnus aut alter opponetur tantum prædeſtinatus; quod ne ad exaggerationem dictum reputes, tali illud probo diſcurſu: nam tria poſſumus diſtinguere tempora, aut ante legem ſcriptam, aut poſt legem ſcriptã, & rurſus aut ante Chriſtum, aut poſt Chriſtum; ſi verò ante legem ſcriptam, cum vix vna domus fidelis, certè tunc vix ex decies centenis millibus vnus ſaluus fiebat; quod ſi obſtupeſcis, recole, quod in diluuio cæteris pereuntibus vix ex toto mundo octo in arca animæ ſaluatę; at veniamus ad legis tempus, quotus erat ille populus? Sanè ex amplitudine eius terræ colligi poteſt; ſæpè enim alibi diximus, in longitudinem vix quinquaginta obtinebat leucas, vix decem & octo in latitudinem, ſi reſpectu totius mundi hanc comparas partem, quid erit? vix quota; ſic pari modo & homines, qui in illa reſpectu eorum omnium, qui in mundo; at tunc nulla ſalus extra Iſraelem. Ergo tunc quanti ſalui fiebant? vix vnus ex decies centenis millibus; quod ſi attendas, & maiorem partem Iſraëlis etiam deperire, nec equidem vnus reſpondebit.

7. Ex decies centenis millibus reprobis vix duo erunt prædeſtinati illis correſpondentes.

At veniamus ad tempus poſt Chriſtum natum, quando Chriſtianus orbis maior, ex quatuor mundi partibus quot Chriſtianæ? Africa tota aut Gentilis, aut Mahumetana, ſic pariter Aſia. Europa vero ex tota eius amplitudine purè non aſſumes, niſi Italiam, Hiſpaniamque; nam cæteræ, & ſi Catholicæ, tamen infiniti in illis hæretici; quid ergo iſtæ totius comparatione mundi, dum & Americam, ſine nouum orbem totum gentilem aſpicis, vix ex noſtris quatuor Chriſtianis exiſtentibus?

Sed premamus amplius, quid? Omnes ne ſaluantur Chriſtiani? (loquor de Catholicis) ô vtinam, immo an plures qui ſaluantur, an qui damnantur quæſtio eſt. Plures ex Chriſtianis eſſe damnatos tenet Gregor. homil. 19. in Euangelia, Auguſt. lib. 3. contra Creſconium cap. 66. & lib. 4. cap. 53. Chryſoſt. hom. 40. ad populum, & 65. in Matth. Gloſſa, & communiter expoſitores in illud Matth. 22. *Multi ſunt vocati, pauci vero electi*; In quam ſententiam, ſi pro Chriſtianis etiam hæreticos intelligas etiam omnes conſpirant ſcholaſtici; ſi vero tantum Catholicos ſupradicti patres, & alij, immo, quod horrendum, non ſolum Caietan. illud de quibuſlibet intelligit Chriſtianis, ſed de illis, qui curam habent conſcientiæ ſuæ, de quibus affirmat adhuc de iſtis mediam partem damnari; exponens enim parabolam de Virginibus Matth. 25. n. 1. adnotat non de quibuſlibet dixiſſe Chriſtum Virginibus fatuas eſſe, ſed illas ſic nominauit, quæ habuerunt oleum in lampadibus ſuis; quod quid aliud ſignificat ait Caietan. niſi quod *Parabola iſta ad*

Gregor. Auguſt. Chryſoſt. Gloſſ.

Caietan. Matt. 25. num. 1.

8. Chriſtianorum Catholicorum quàm pauci ſaluentur ex Caietani ſententia.

Digitized by Google

literam tractat non de omnibus Christianis (nam multorum extrinseca opera manifestè sunt mala) sed de illis tantum, qui profitentur se studere factis ad continuum progressum versus patriam cœlestem; & tamen quinque ex his fuerunt fatuæ, vnde meritò exclamat idem, *Terribilis sententia, quæ media pars tantum fidelium, quorum lucent tam bona opera, quàm studia, ad obuiandum sponso prudens ac per hoc saluanda describitur.* Verè terribilis, ac tremenda, quæ si vera, compara tunc totum orbem, cum eius tantum Christiana parte; compara demum cum Catholica tantum, compara tandem cum his, qui sanctè viuunt & dum audis de ijs etiam mediam saluari partem, vide an sit insolens dictum, quod ex decem centenis millibus hominum vix vnus, aut alter saluabitur; quæ aures non tinnuunt, dum hæc audiunt?

Sed quid immoror, cum ad manus habeam ex scriptura exemplum? quot homines ex Ægypto exierunt ad promissionis terram? quot mare euaserunt, ex altera ripa quasi actum iam cecinerunt læti? *Sexcenta ferè millia*, ait scriptura, Exod. 12. num. 37. *peditum virorum ab vxore parvulis* quot exierunt, & insuper, *quod vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis.* Ergo extra mare iam in tuto, submersis Ægyptijs decantantes, ac tripudiantes sexcenta erant millia, & vulgus innumerabile. Computum autem omnium simul optimè efficit Cornel. & ex multorum sententia affirmat ad tricies centena millia siue tres milliones hominum ascendisse, secutus in hoc Peter. in Exod. disput. 17. at quot intrarunt in promissionis terram? vix duo tantum, Iosue scilicet, & Caleb; plus hoc, quàm quod nos affirmamus; quod si nec credis, non mirabor; attamen me verum dicere firmius tenebo: nam pari modo, quando illi exierunt ex Ægypto, quando securi transmare, quando omnes, & singuli in animo terram habebant promissionis, quando ipsemet Moyses totum illum populum æstimabat ingressurum, qualis eius fuisset stupor, si vnus accederet, eique diceret, ex tribus istis milionibus duo tantum ingredientur, quid diceret? Sanè æstimaret impossibile, sicut in modo. & tamen re vera ita accidit, duo tantum, & non plus introierunt, vt patet ex Numer. 14 si attentè legatur. *Omnes homines*, ait Dominus ibid. num. 22. *qui viderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Ægypto, & insolitudine, & tentauerunt iam me per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram.* Omnes homines dixit, qui viderunt signa, quæ feci in Ægypto; ergo omnes illi, qui ex Ægypto exierunt, qui iam grandæui, omnes profectò isti, qui ad plusquam duo ascendebant milliones, duo tantum intrarunt, vnde Leuitæ, & cæteri non fuerunt ex illis, qui ab Ægypto exierunt, sed eorum filij, cum omnes patres in deserto mortui, quis ergo te non formidabit Deus Israël? Hinc Plato lib. 1. de bono status religiosi cap. 5. Franciscanum quendam affirmat, post mortem cuidam narrasse, quod *quàm densi flocci nimis in hyeme cadunt ex aëre, tam densa hominum turba quotidie descendebat ad tartara.* Quod cum sit, quale gaudium, quale tripudium, qualis exultatio erit illa sanctorum in cœlo, dum se ex tanta infinita aspicient segregatos hominum multitudine?

Enimuero nunquam non in admirationem non assurgo semper ac Dauid ludentem ante arcam prospicio, & quasi extra se factum præ lætitia, ac exultatione, homo non quomodolibet in populo gloriosus, sed infinitè præclarus ex rebus sic fortiter, sic strenuè gestis, ora confringès leonum, brachia dissipans vrsorum, vno ictu cunctis timendum prosternens gigantem, homo summæ dignitatis, ac venerationis, vtpote sui populi princeps, ac Rex, & tamen vt (hoc stupens) ait Gregor. lib 29. Moral cap. 27. *Non potestas regni ad memoriam reducitur, non subiectorum oculis saltando vilescere metuit*; immo non quomodolibet saltabat, sed vt ait Scriptura, 2. Reg. cap. 6 num. 14. *Totis viribus ante Dominum*, & insuper vt adnotat Lyra. depositis regalibus vestibus, Leuitarum assumptis, & vt adnotat Glosa ex humilitate, ob quam *Non pontificali, sed linea veste indutus*, cum qua sic animo glisceebat, vt præ gaudio intra se non capiens, nec valere illud sustinens foras exiens saltabat valide, & tisque viribus tripudiabat; vnde Dauid tanta cordis lætitia, vt nec maiestatis, nec gloriæ, nec grauitatis reminisceretur, nudumque non timeret coram ancillarum oculis apparere?

Dices ex religione, sic Ambros Apolog. 1. pro Dauid, *Saltabat ante arcam potentissimus Regũ, decens contuitum regalis potentia non habendum, vbi religionis exhibetur obsequium* Ergo ex religione licet aliquando saltare in festis? licet tripudiare? Sanè, sed non histrionum more, vt modo fit, vnde idem Sanctus vt in Glossa, *Cantauit Dauid, & ante arcam non pro lasciuia, sed pro religione saltauit, ergo non histrionicis moribus saltus corporis finuari, sed impigra mentis, & religiosi corporis agilitas designatur.* Vah, hodie qualis pudor in festis tripudia aspicere Christianorum, mensas, ac cœnas Catholicorum, sic vt verè de illis dicet quis, quod de gentilibus dixit Tertull in Apolog. cap 39 *Toi tribubus, & curijs, & decurijs rustantibus acescit aër*, non profecto hæc Christianorum, sed Gentilium sunt festa: nam Christianorum, *De nomine*, ait Tertull, *rationem sui ostendit*, vocatur Enom Agape, *Id quod dilectio penes Græcos est, siquidem inopes refrigerio isto iuuamus.*

Dices ex amore, & charitatis stimulis in Deum, sic Procopius, *Michol*, ait, *alienum à regia dignitate esse putauit, quod Dauid publicè in omnium conspectu saltabat, nesciebat enim diuini amoris stimulos, quos sermone ad ipsam Dauid declarauit*; Qui isti fuerunt sermones? Sanè illi, *Ludam, & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis.* En quantus amor, qui ex repercussione amplius inualuit, despectus ob lusum, sic non cessit, vt fortior ad amplorem lusum, ad ampliorem se erexit vilitatem, in quibus verbis egregia est illa Gregorij magni vbi supr. obseruatio humilitatis Dauid, qui non instar aliquorum, qui & si interius humiles sint, exterius tamen humiles esse recusant, aut aliorum, qui & exterius humiles, intus tamen superbi. Non sic ait sanctus Dauid; nam vtraque elationis bella vicit, *Sunt*, ait, *qui de se humilia sentiunt, sed coram hominibus viles apparere refugiunt, & sunt qui viles videri ab hominibus appetunt, sed apud se ex ipso merito ostensa vilitatis intumescũt, quæ vtraque elationis bella Dauid magna circunspectione deprehendit, mira virtute superauit, quia*

Exod. 12. num. 37.

Cornelius.

Peter.

Num. 14.

Plato.

Greg.

2. *Reg. c. 6. num. 14. Glosa.*

9. Dauid cur totus lætitia perfusus saltabat coram arca

Ambros.

10. Christianorum hodie in festis tripudia reprobatione digna

Tertull.

Procop.

S. Greg.

12. Vera humilitas, quæ.

enim intus de se humilia sentiens honorem exterius non quærit, insinuat dicens, Ludens & vilior fiam, & quia per hoc quod vilem se exterius præbuit, interius nõ intumescit, adiungit, eroque humilis in oculis meis. Egregiè, sic enim Deum diligebat Dauid, illis amoris premebatur stimulis, vt ad totalem illum deijciebat humilitatẽ amor, non solum internam vt aliqui, sed externam desiderans humilitatem; quod sanè paucorum est, & eorum tantum, qui feruentissime Deum amant; hinc eius æstu percitus ludebat, ait Procopius.

Vera hæc, & sana; sed aliquid aliud in hoc ludi excessu mihi videre videor, aliquid aliud in hac saltatione, & animi exultatione: nam mea sententia, tunc propriè in hanc erumpit animus exultationem, ita vt intus in se capi non possit, quando aliquid à Deo singulariter accipit, & extra visum; sic Anna quia sterilis, & infœcundia, quando extra captum, & supra expectationem filiũ recepit, ac Domino reddidit, statim ex beneficio, & dono extra se rapta dixit: *Exultauit cor meum in Domino*, 2. Reg. 2. num. 1. exultauit, hoc est *extra saltauit*, pro ingenti lætitia, ac gaudio, quod intus nõ capiens, foras erumpit. Hinc Dominus noster Luc. 7. num. 32. miseros reprehendit Iudæos ad regni cælestis annuntiationẽ, ad sanctissimæ Incarnationis aduentum, & manifestationem non saltantes; *Cantauimus*, inquit, *vobis, & non saltastis*, hoc est vt Diuus ait Ambros. serm. 80. *annuntiamus vobis regni cælestis gaudium, & minimè corda vestra motu quodam alacritatis exultant.* Ergo saltatio Dauid præter religionem, præter amorem aliquid aliud insinuat à Deo acceptum quod illum lætificabat, ac præ gaudio, vt sic dicam, à se amandabat; at quale illud? Sanè ipsemet illud expressit, quãdo Michol ipsum illudenti respondit: *Vinit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me, potius quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius.* En causa tantæ lætitiæ, & saltationis, prælectio eius, videre scilicet seipsum prælectum, Saülem reprobatum, ipsum Regem, Saülem delectum, & ex tota illa familia, imino ex toto Iliaële ipse tantum electus, merito filia Saülis ex hoc exprobrata, vt rectè adnotat Diu. Gregor. vbi sup. sic eloquens: *Michol filia Saül adhuc ex tumore Regij generis insana, cum humiliatum Dauid despiceret, protinus audire meruit, Ludam ante Dominum, qui elegit me potius quàm patrem tuum.* Sic equidem sic ante arcam illam, ante maiestatem illam supremam tunc sancti in cælo saltabunt, tripudiabunt, ac præ stupore, & extasi, vt sic dicam, extra se fient, quãdo se præ multitudine illa infinita electos cernent, & simul periculum euasisse, alacriter, simul contra reprobos extantes, vti alteri Dauid illos exprobrantes, vt alibi diximus; quale putas ipsorum ex hoc erit gaudium? quales ipsorum dei laudes? certè ob hoc Deo semper nouum cantabunt canticum, nouas gratiarum actiones, sic vt in dies stupor semper auctus ad nouas ipsos excitet laudes, ad nona cantica.

Enimuero Apocal. 5. num. 1. librum vidit Ioannes intus, & foris scriptum, sed signatum, sic signatum, vt septem esset clausus sigillis: sic tandem ex eius altitudine, ac maiestate obseratus, vt præ stupore, ac extasi clamaret fortissimus Angelorum voce magna, *Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius?* cumque nullus apparuisset, cumque nullus dignus inuentus, merito flebat innumeris Ioannes lachrymis, *Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum.* Mirum, & magnum, vt clamans Angelus in cælo, ac in terra nemo inuentus dignus, nec Angelus, nec Sanctus quantalibet fulserit sanctitate, ac maiestate, vt librum aperiret, ac legeret; quantus ergo ipse, quanta maiestate, quanta præditus altitudine, vt nulla digna inueniretur creatura ad illum aperiendum? Quale ergo erit illud tam magnum, tam supra humanum? Ambros. Rupert. Richard. & alij multi sacram scripturam per illum librum intelligunt, eiusque reconditos sensus; sed mirum vt nullus Angelus dignus repertus, vt illum legeret? sanctus Hilarius Christum intelligit, benè, sed quis hunc sacrosanctum librum Dei gratia adiutus non legit? Alij ex recentioribus reputant esse Christum in Sacramento; alij chyrographum peccati Adæ; alij tandem aut eandem Apocalypsim, aut partem eius; sed mea sententia duæ sunt opiniones, quæ proprius accedunt; altera Andreæ Cæsaris vt est apud Cornel. & Maldonatũ in notis manuscriptis, hunc librum memoriam, & decretum esse Dei, in quo omnes homines descripti sunt, *Et diuina sapientiæ arcanum*, vt aiebat Aureolus; altera proprijssima, & genuina Oecumenij, Liranj, & Aureoli, librum hunc esse Dei præscientiæ, prouidentiæ, & prædestinationis librum, septem sigillis signatum, hoc est infinitis arcanorum secretis, quem iure nemo hominum, nemo Angelorum inuentus est dignus aperire; cum æterna, ac diuina prædestinatio, & reprobatio soli ipsi Deo pateat, & illi, qui non solum homo, sed Deus homo. Hinc, dum Ioannes fleret, accessit vnus ex senioribus illum animans, animosiorẽque faciens, dicens: *Ne fleueris, Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & soluere septem signacula eius*; quem cum agnus aperuisset, statim Ioannes ait: *Quod viginti quatuor seniores ceciderunt coram, agno habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, & cantabant canticum nouum.* Mira exultatio ad apertionem libri, vnde tanta lætitia, tanta adoratio? & quod ponderandum, vt canticum, & cantica non sufficerent antiqua, sed necessarium nouũ? Sanè ex illo, quod ex libro intellexerunt, quale illud? equidem se in illo vidisse prælectos, prædestinatos ex hominum infinita turba condemnatorum; vnde præ lætitia, & exultatione statim cecinentes dixerunt: *Dignus es Domine aperire librum, & soluere signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione*; hoc vltimum pendo; non enim dixerunt tantum *redemisti nos, sed ex omni tribu, &c.* Non enim gratias egerunt ex redemptione, quantum ex scientia prælectionis ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, quia vt inquit Lyra. *Ecclesia est ex omnibus gentibus collecta*, quæ per Christi sanguinem *Regni Dei facta est particeps.* Vnde literalis huius scripturæ sensus, vt benè Cornel. *Redemisti, tibique selegisti nos paucos ex omnibus gentibus*; De hoc equidem tunc maximum erit gaudium, de hoc præcipuè exultabunt, ac noua cantica proment. Hinc merito seniores, & cum

2. *Reg.* 2. *num.* 1. *Luc.* 7. *num.* 32. — *Ambros.*

3. *Greg.*

13. Sancti noua semper Deo prement cantica ob prædestinationem & a cæteris selectionem. *Apoc.* 5. *num.* 1.

140. Liber quem vidit Ioannes clausus, & quem nemo legere poterat, quid significet.

Ambros. Rupert. Richard. Hilar.

Cornel.

Aureol. Oecumen. Liranus. Aureol.

Lyra.

Cornel.

adorantes, nouaque cantica illi prælibantes: nam vetè hoc est beneficium illud, quod quando non recognoscitur in summum ingratitudinis vitium à Deo reputatur. Audi Oseam cap. 11. *Et ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quod curarem eos*, quæ vltima sic efferunt Septuag. *Et non cognouerunt, quod sanem eos in corruptione hominum*, in quo loco Theophylact. *Et non cognouerunt*, ait, *quod cæteras gentes perdens, & vastans Dominus ipsos sanaret, adeoque ei parceret, & commodaret*, reprehendens, ac ingrati populi obiurgans inconsiderantiam, dum à Deo præ cæteris prælectus, & inter cæteros seruatus pereuntibus cunctis ipse suam à Deo non recognosceret salutationem.

11. Summa ingratitudo beneficium non recognoscere electionis. *Oseæ* 11. *Theophyl.*

Hinc præ cæteris alijs beneficijs hoc Deus sic præfert, ac extollit, vt quasi cætera non sint, huius tantum reminiscitur, vt videas simul quanti hoc sit faciẽdum, & sic in cælo sancti hoc agnoscentes supra cætera de hoc gratias agent, canticaque cantabunt noua. Audi ergo Deum per Malachiam sanctissimum Prophetam cap. 1. nu. 2. sic populo dicentem, *Dilexi vos dicit Dominus*, cui cum populus responderet, *Et dixisti, in quo dilexisti nos?* Deus respondet: *Nonne frater erat Esaü Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob; Esaü autem odio habui?* Certè admirabilis responsio; Pende infinita, quæ Deus obijcere ingratissimo illo populo poterat, liberationem ab Ægypto, transitum maris rubri, præfocationem inimicorum, miracula per desertum, legem datam, terram exhibitam, inimicos omnes peremptos, regnum tandem, & sacerdotium; quæ omnia ingentia, & maxima, & tamen nil obijcit, nisi prælectionem Iacob ab Esaü; cuius causam si appetis scire, quia vt rectè Lyra. *Dilectio Iacob, & odium Esaü fuerunt signa electionis, & reprobationis aterna.* En causa, tanti enim Deus hoc effert beneficium, sic hoc in eius præponderat iudicio, vt dum infinita ingentia, & grandia populo ingratissimo potuisset obijcere, noluit, sed tantum hoc vnum, quasi illa nulla ante eius oculos in huius comparatione; cui se sancti æstimationi, ac iudicio accommodantes, nullum sic in altera vita beneficium æstimant, de nullo sic gratias agunt, sic vt præ gaudio, & exultatione extra se fiant, exiliant, ac tripudient: nam si aliquando spes tantum ab aliquo malo euadenti facit hominem exilire, quid quando iam euasit?

16. Deus beneficium electionis supra cætera semper extollit. *Malac.* 1. *num.* 2. *Lyra.*

17. Quantum sanctis in cœlo ex prædestinatione exultabunt.

Enimuero transeunte Domino per viam, dum è Hierico discederet, Bartimæus cæcus clamare cæpit. *Iesu fili Dauid miserere mei*, Marc. 10. nu. 46. at quid? *Comminabantur ei multi, vt taceret*; at ille *multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei*; cuius voces audiens Dominus, *Stans præcepit illum vocari, & vocant eum dicentes ei, animæquior esto, surge, vocat te; qui proiecto vestimento exiliens venit ad eum*; Multa hinc consideratione digna; primò, cur comminabantur ei vt taceret? Sanè, Origenes tract. 13. in Matth. in bonam partem illud accipit, vnde increpatio eorum credit credentium, qui illum increpabant, quia filium Dauid eum nominabat, cum filium Dei deberet appellare, *Qui primi crediderant increpabant ei, clamanti, fili Dauid, vt taceret, & non appellaret eum contemptibili nomine, sed deberet dicere, fili Dei miserere mei*; Sed obstat, quia perseuerante clamare, *fili Dauid*, salutè recepit. Vnde rectè Victor Antiochenus, *Cæcus*, ait, *Christum Dominum filium Dauid vocat, & quidem Dominus genus illud non repudiat, neque enim sanitatem cæco impendisset, si Dauidis filium falsò eum vocasset.* Caietan. affirmat turbam illum increpasse, quia putabat ipsum non visum, sed aliam à Christo exposcere rem; vnde in cap. 20. Matth. vbi eadem refertur historia, & duo ponuntur cæci illuminati sic ait: *Non petebant isti mendici aliquid in specie, sed in genere tantum, miserere nostri, & propterea putabatur, quod peterent eleemosynam à Iesu, & ideo tanquam importuni increpantur, & dicitur eis vt taceant, vel quia sciebant Iesum pauperem, vel quia indignum putabant, vt talis Propheta vexaretur clamore mendicorum.* Quod cum audis, vide an ex hac doctrina illi digni reprehensione inueniantur, qui ad Christum accedunt non veram lucem, sed bona expetentes temporalia; at licet hæc sana, ni fallor ratio increpationis ea mihi videtur, quia alias hic non exauditus, vnde veluti despectus ab omnibus persequebatur, conculcabatur, reprehendebatur, sicut assolet mundus, quando aliquem deiectum videt à fortuna.

Caietan.

19. A Christo bona sunt petenda spiritualia non temporalia.

Pro qua re adnoto, magnam esse controuersiam, an hæc Marci historia sit eadem cum ea quam narrat Matthæus cap. 20 num 30. & Luc. cap. 18. num. 35. & maxima difficultas est, si eadem est cum ea, quam Lucas narrat, cum Matthæus, & Marcus affirment id factum esse, cum Iesvs ab Hiericho egrederetur; Lucas vero cum appropinquaret, quod omnino videtur esse contrarium; multi tamen vnam esse affirmant historiam cum Theophylacto, cum quo assentit Maldonatus, & ad rationem respondent Bartimeum etiam clamasse, quando Dominus Hierieho introiuit, sed tunc non exauditum, nec curatum, vt paulò post Dominus duos simul curaret. ergo increpabatur, reprehendebatur, & pro nihilo ducebatur, quia prius non exauditus, ac despectus, vt videas in hoc mundi figuram, & effigiem, qui sic deiectum à fortuna despicit, vt non solum manus non perhibet, sed conculcet, sed lapides mittat; quod & in Dauid attendere potes, vix tantillum fortuna in illum aduersa, ac vilis homũculus in eum lapides misit, 2. Reg. 16. vix aliquis à culmine deijcitur, vix si diues in pauperiem venit, ac conculcatur. Isaias 18. num. 2. Angelos Deus iubet ire *in terram expectantem, & conculcatam*, quid est terra expectans? Sirus vertit, *Ad gentem depilatam cuius penna detracta sunt*; iuraram si ad depilationem statim non sequeretur conculcatio; sic nunc pauper Bartimeus cæcus, quia non exauditus, statim despectus.

Matt. 20. *num.* 30. *Luc.* 18. *num.* 35. *Theophyl. Maldon.*

20. Mundi mos despicere, quem fortuna despicit, & è contra.

2. *Reg.* 16. *Isaias* 18. *num.* 2.

Secundò adnoto, non sic cito aduocatus, nec sic cito fauor à turba præodoratus, ac omnis inuersa ad eum acclamans, & dicens, *Animæquior esto, vocat te*; ô mundi rerum instabilitas! ô hominum fauor omnino despicabilis, paulò ante comminabaris, despiciebas, opprimebas, nunc animum præbes, & cum illo exultas? Sanè amice, talis est mundus, tales eius amici, cadentem persequuntur, subleuatum prosequuntur, non ipsum amant, sed se, arridentem cum arridente fortuna, despicijt cum despectus à fortuna, 2. Reg. 15. num. 14. *Tota corde vniuersus Israël sequetur*

18. Origen. Bartimeus cæcus Hierico, cur increpitus vt taceret & non etiam auditus.

2. *Reg.* 15. *num.* 14.

Digitized by Google

Abſalon, affirmat ſcriptura nuntium veniſſe ad Dauid; at ſine, vt vincat Dauid, ſine, vt filium interficiat, ſine, vt victoria potiatur, & videbis, vt idem Iſrael, qui prius toto corde contra Dauid ſequebatur Abſalon, poſtea contra filios Iuda de Rege decertet, cap. 19. num. 41. *Quare te furati ſunt fratres noſtri viri Iuda? &c.*

21. Bartimeus cæcus cur ante viſum exilijt, & exultauit.

Tertiò ad rem proprius noſtram adnoto, hunc cæcum vix vocatum, & exiliſſe, ac veſtimentum abiecisse, *Proiecto veſtimento exiliens venit ad eum*, cæcus adhuc, exilit, ſaltat, tripudiat, veſtimentum abijcit, nullius opem expoſcit, & vt ſic dicam ante viſum videt, & ante victoriam canit, vnde iſti tanta exultatio, tanta ſaltatio, ac ſi eſſet, vt ait Interlineal. *hinnulus ſuper montes!* Sanè ex ſpe certiſſima viſus, hæc ſpes in animo concepta, firmiter retenta, ſic eius animum præoccupauit, vt intus exiſtere non valens foras prorupit, exiliens, ſaltans, & ſi cæcus; *quod veſtimentum abiecerit, quo ſcilicet expeditior accederet ad Chriſtum*, ait Ianſenius in concordant. cap. 108. *indicat, & deſiderij, & fiducię eius magnitudinem, atque etiam eo ſatis licet intelligere eum non ſimpliciter ſurrexiſſe, ſed etiam præ gaudio exiluiſſe*; Quod ſi tanta lætitia in iſto adhuc cæco, quid putamus in Sanctos operaturum lumen illud gloriæ, quando ſe viderint ex his tenebris erutos, à Deo vocatos, ac prælectos cæteris in ijſdem tenebris remanentibus, tunc tunc profectò amplius erit lætitia ex recordatione cæcitatis præteritæ, & ipſa cæcitatis memoria non ſolum tunc, vt hic eos triſtabit, ſed cauſa erit gaudij, tripudij, ac exultationis; *Nam ſicut ſæpè*, magnus ait Gregor. lib. 4. Moral. cap. 31. *nunc triſtium læti reminiſcimur, ita nunc tranſactæ nequitiæ ſine læſione noſtræ beatitudinis recordabimur, & quo ægros nos recolimus, eo nos incolumes plus amamus.* Egregiè, quo ægros nos ibi recolimus, eo nos incolumes plus amamus, quia eo res charior habetur, quò deplorata à nobis antea extitit. *Erit ergo*, ſequitur Sanctus, *in illa beatitudine culpæ memoria, non quæ mentem polluat, ſed quæ nos arctius lætitiæ aſtringat.* Pulchrè, peccatorum noſtrorum tunc memoria quibus digni æternæ eramus perditionis, & per quam in horrenda incidimus damnationis pericula, tunc quando in tuto nos inſpiciemus, non mentem per dolorem polluet, ſed arctius ad lætandum nos aſtringet, ſic vt ipſamet pericula rememorata non dolorum, ſed gaudiorum ſint incentiua, exultantes, & exilientes vocati à Domino ſicut cæcus iſte, qui vt Interlineal. ait: *Exultauit vt hinnulus ſuper montes*, & ad inſtar Iſraëlitarum, de quibus poſt tranſitum rubri maris noſter affirmat Sapiens, quod *Tanquam agni exultauerunt magnificantes te Domine.*

Interlin.

S. Greg.

22. Peccatorum memoria in cæliſ lætitiæ cauſa.

A Num. 13. *Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt: Alij quidem ignotos non recipiebant aduenas: Alij autem bonos hoſpites in ſeruitutem redigebant.*

Commentum literæ.

Connexio capitis

OCcaſione, vt diximus, fulminum quibus Ægyptij in mare conſumpti, recolens paulò modo Sodomitas conſumptos ob inhoſpitalitatem, hanc cum illa Ægyptiorum comparat, affirmatque peiorem hanc, quàm illam, dum Sodomitarum in extraneos, Ægyptiaca verò in benè meritos, & inquilinos, vt mox dicemus.

B *Deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt, &c.* Ægyptij nempe reſpectu Sodomitarum, cum quibus fit collatio, qui grauius, ac moleſtius, minuſque ferendum hoſpitium, hoſpitijque, & hoſpitalitatis odium exercuerunt.

Alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, &c. Sodomitæ ſcilicet, qui Angelos ignotos ſibi homines hoſpitio noluerunt recipere, immo per abuſionem iniuria affici; Vnde Vatabl. legit: *Nam alij eos, qui errabant apud ſe, vel ignotos non recipiebant*, Oſorius. *Nam vel homines tanta immanitatis ignaros minimè recipiebant.*

Vatabl. *Oſorius.*

1. Ægyptij immaniſſimi erga hoſpites.

At Ægyptij & natos, & bene meritos; hos autem & naturaliter in hoſpites immanes fuiſſe vel id probat exemplum Saræ ab Abrahamo ereptæ, quam Regis libidinem merito Philo lib. de Abraham appellat *inhoſpitalem*. Inhumaniſſimi ergo erant erga hoſpites; de qua re vide Euſebium in Chron. Arnob. lib. 8. Auguſt. lib. 18. de Ciuitate cap. 12. Strab. lib. 12. Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 4. Plutarch. in parall. cap. 38. qui omnes non ſolum de Ægyptiorum, ſed etiam de aliarum loquuntur gentium erga hoſpites inhumanitate; inter quas celebris fuit illa Buſiridis, Pharaonis, qui hoſpitem Thaſium immolauit ad auertendam Ægypti ſterilitatem, vt teſtatur Higinus in fabulis, & Ouidius lib. 1. Faſtorum.

C *Philo.* *Euſeb.* *Arnob.* *Auguſt.* *Strabo.* *Diodor. Sicul.* *Plutarch.*

Alij autem bonos hoſpites in ſeruitutem redigebant, Græca *benefactores*, *benemeritos*, *&c.* Multa congerit Lorinus bona opera per Ioſephum Ægyptijs præſtita, vt interpretationem ſomni, famis ſubſidium, bouum iuga ad colendam terram præſtita, & alia; ſed mea ſententia vnum Hebræi illis præſtiterunt omnia ſuperans, Dei ſcilicet veri cognitionem, & animarum multarum conuerſionem, vt rectè adnotat Caſtro. Vnde multi ob hoc ipſis recedentibus cum ipſis recedere noluerunt, Exod. 12. num. 38. *Sed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis*; Hoc quippe ingens extitit beneficium: nam & ſi Hebræorum hoſpitalitas non omnes ad Deum adduxit verum, tamen aliquos ex prouincia; ob quod merito ſummis ab Hebræis onuſti beneficijs, quod ingrati non cognoſcentes, in ſeruitutem ſuos redegerunt benefactores.

D *Lorinus.*

2. Summum beneficium ab Hebræis Ægyptijs præſtitum cognitio veri extitit Dei. *Caſtro.*

Digitized by Google

Num.14. *Et non ſolum hæc, ſed & alius quidem reſpectus illorum erat, quoniam inuiti recipiebant extraneos.*

Num. 15. *Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eiſdem vſi erant inſtitijs, ſeuiſſimis afflixerunt doloribus.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

PErſeuerat aggrauando Ægyptiorum inhoſpitalitatem reſpectu Sodomitarum: nam iſti non libenter accipiebant hoſpites; at Ægyptij, poſtquam libenter, ac gratanter Hebræos admiſerunt, hoſque ad patrias leges, & ſtatuta adiunxerunt, crudeliter poſtea, ac perfide in ſeruitutem redegerunt, ſic Cantacuz cuius ſententia veriſſima, conſentit Caſtro, & non diſplicet Lorin.

Cantacuz. Caſtro. Lorinus. Ianſen.

Alij vero de ijſdem hoc intelligunt Ægyptijs, vt Ianſen. quatenus prius alacriter acceperunt Iſraelitas, & ſi inuiti hoſpites recipiebant, tandē mutata voluntate eos in ſeruitutem redegerunt, quæ circunſtantia eorum amplius aggrauat inhoſpitalitatem; at prima ſententia vera.

Et non ſolum hæc. Liranus ſcilicet *hæc mala*, Hugo. Bonauentura *hæc fecerunt*, Vatab. *non ſolum hos*, nempe tractauerunt, Ianſen. *Non ſolum prædicto modo obſeruari poteſt inhoſpitalitatis Ægyptiorum ſæuities.*

Liranus. Hugo. Bonauent. Vatabl. Ianſen.

Sed & alius quidem reſpectus erat, &c. Græca tota ſententia ſic habetur, *Et non ſolum, ſed quædam viſitatio erit illorum*, variant multum authores in intelligentia verbi illius *reſpectus*, quid ſcilicet ſignificet, & quid velit author per illum intelligere, Ianſen. ad malitiam reſpiciens Ægyptiorū inquit ſenſum eſſe, adhuc aliud eſſe dignum inſpectione in malitia Ægyptiorū; Sa adhuc aliam adeſſe rationem non agendi contra rationem hoſpitalitatis, Hugo, Bonauent. Holkoth, Liran. Carthuſianus, Ægyptios aliam penitus intentionem habuiſſe; alij aliter; plenus ſenſus (me iudice) iuxta ſupradicta erit, ſi *reſpectus* accipitur pro *diſcrimine*, vt accepit Caſtro, ſiue pro *interrogatione*, vt Græca; vnde ſenſus, & non ſolum Ægyptij inhoſpitales erant ſicut Sodomitæ, ſed adhuc & aliud erat inter eos diſcrimen, quod valde Ægyptiorū aggrauabat inhoſpitalitatem: nam Sodomitæ inuiti recipiebant extraneos; Ægyptij verò non inuiti Hebræos, ſed poſtquam eos læti recepiſſent *ſæuiſſimis afflixerūt doloribus*; ſenſus verus, & germanus, nec aliud aliquid addendum, cum re vera multoties obſcurus redditur ex multiplici tum verborū, tum ſenſuum multiplicatione.

Idem Sa. Hugo. Bonauent. Holkoth. Liranus. Carthuſ. Caſtro.

Qui autem cum lætitia acceperunt hos. Græca, *Cum feſtinitatibus*, Vatabl. *Gaudierunt celebritate*, Ianſen. *Feſtinis, & ſolemnibus gaudijs*; quod contigit, quando familia Ioſeph venit in Ægyptum; Oſorius dum ait, *Hilari fronte inter ſolemnia ſacra diebus feſtis*, videtur indicare Hebræos frequentaſſe prophana Ægyptiorum ſacra; quod optimè arguit Lorinus, licet eos interfuiſſe epulis publicis, & ludis nullum fuiſſet incommenies.

Vatabl. Ianſen. Oſorius. Lorinus.

Qui eiſdem vſi erant inſtitijs, &c. Græca *Qui iam ipſorum participauerunt inſtorum*, per iuſta, aut iuſtitias intelligere debemus, vt rectè Lorinus, & Caſtro eaſdem leges, & ciuilia iura, non vero ſacrificia, & deorum cultum, cum longè ab illo Hebræi: obſeruat Caſtro, quod ſi per iuſtitias, ſacra etiam intelligere quis velit, ea non ad deorū, ſed ad veri Dei cultū ab Hebræis obſeruata intelligendū. Quapropter ob id à Moſe illis eadē poſtea præcepta, & in veri Dei cultū cōmutata, quia difficile dedicerent, quod ſemel in Ægypto apprehēdiſſent; ſenſus non repudiandus.

Lorinus. Caſtro.

Num.16. *Percuſſi ſunt autem cæcitate, ſicut illi in foribus iuſti, cum ſubitaneis operti eſſent tenebris, vnuſquiſque tranſitum oſtij ſui quærebat.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis.

AMplius Ægyptij inhoſpitales, quàm Sodomitæ; hinc ampliori percuſſi cæcitate; vnde & ſi eadem pœna, tamen grauior: nam Sodomitæ acriſia ſolū cęci non vidētes Lothi oſtiū; at Ægypti per tenebras, ita exterius non vidētes, vt nec ſua etiā perſpicere poſſent oſtia, vnde ait

Percuſſi ſunt cæcitate, ſicut illi, &c. Ægyptij nempe, ſicut Sodomitæ *in foribus iuſti*, nempe Loth, vt eſt apud Geneſ. ca. 19. n. 10. & 11. quam Ægyptiorum cæcitatem deſcribens ait:

Geneſ. 19. num. 10. & 11.

Cum ſubitaneis operti eſſent tenebris, &c. Græca, *Cum vaſtis cooperti, vel circumfuſi tenebris, vnuſquiſque ſuarum portarum tranſitum quærebat*, Ægyptiorum nempe, non Sodomitarum vt aliqui volunt, quos merito refellunt Lorin. & Caſtro, ait ergo pari ac Sodomitas pœna percuſſos Ægyptios, vt ſicut illi oſtium Loth inuenire non potuerunt, ſic iſti nec ſuum; quia ambo inhoſpitales, licet amplius Ægyptij.

Lorin. Caſtro.

HOMILIA CXIII.

Inhoſpitalitas magnum malum, hoſpitalitas vero magnum bonum.

ENimuero ſi infinita tibi argumenta congererem ad malum inhoſpitalitatis tibi probandum, nullum ſic efficacius, quàm illud quod noſter hîc adducit Sapiens, ob inhoſpitalitatem ſcilicet omnia illa mala Ægyptijs euenisſe, & præcipuè cæcitatem, vt oſtium domus inuenire non poſſent, & eiſmet propria eſſet domus obſerata; dum ipſi eam hoſpitibus obſerabant, *Percuſſi ſunt cæcitate* noſter, ait Sapiens ſic, *vt vnuſquiſque tranſitum oſtij ſui quærebat*; ſi rationem tanti requiras ſupplicij, quia *deteſtabiliorem hoſpitalitatem inſtituerunt*, quam veluti explicans, & in quo talis deteſtabilior conſiſtebat inhoſpitalitas, ſequitur, *Nam aut inuiti recipiebant extraneos*, aut ſi aliquando eos recipiebant læti, *ſæuiſpoſtea eos affligebant doloribus*; hunc ad vnū deſtructi, & proptijs priuati domibus, dum ad illas hoſpites admittere noluerunt, digna, ac propria inhoſpitalitatis pœna, vt ſcilicet eadem crudus experiatur homo inhoſpitalis, quæ peregrinus ob ſuam patitur cruditatem.

1. Propia inhoſpitalitatis pœna, quæ.

Ambroſ.

Hoc autem pulchrè affirmauit Ambroſ. lib. 1. de Abraham cap. 5. *Bona eſt hoſpitalitas*, ait, *habet mercedem ſuam, primum humana gratia, deinde, quod maius eſt remunerationis diuinæ*; quas duas explicans hoſpitalitatis gratias, diuinam ſcilicet, & humanam ſic proſequitur, *In hoc*

Digitized by Go

hoc incolatu hoſpites ſumus ad tempus enim habitandi habemus hoſpitium, emigremus propere, A cauendum ne ſimus duri, ac negligentes fuerimus in recipiendis hoſpitibus, etiam nobis poſt vitæ iſtius curſum ſanctorum hoſpitia denegentur, deinde etiam in hoc corpore poſitis plerumque oboritur peregrinandi neceſſitas, quod ergo alijs negaueris, id in te ipſe decernis, & quod alijs detuleris, eo te facis dignum videri. Pulchrè, duo bona habet hoſpitalitas, receptaculum æternum, receptaculum temporale, duo enim mala inhoſpitalitas, expulſionem à receptaculo diuino, & ab humanorum humana gratia, quæ ſecundùm Ambroſium ab hoſpitalitate procedit, eſt in ſeipſum hominem recipere, quod hoſpitibus præbet, & quod amplius, hominem dignum ſe gratia conſtituere humana ex hoſpitum receptione, & è contra dum inhoſpitales contra noſipſos decernere quod alijs denegamus, & parem ſu- B ſtinuere pœnam, quam alijs præbemus; En tibi Ægypti, in exemplum; ipſi hoſpitibus ſuis ſuas denegabant domus, & ipſi ſuiſmet priuati extiterunt; ipſi ſub diu, in nocte, in tenebris foras ſuos retinebant peregrinos, & ipſi etiam tenebris obcæcati oſtia domus propiꝛe, inuenire nõ potuerunt, quærentes, vt videas Deum ſemper par paria in hoſpitalibus referre, manus ipſi non habent ad hoſpitem recipiendum, non brachium ad eum cogendum, abſcindatur manus, ſiccetur brachium, emeritas iuſtè inhoſpitalitatis dans pœnas.

Hoc autem eleganter dixit Iob cap. 31. num. 22. *Si comedi*, ait, *buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea, foris nõ manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit*, quæ vltima Petrus C Bleſenſis epiſt. 29. Biblioth. Patr. tom 6. etiam per interrogationem legit, videlicet, *Si foras ſtetit peregrinus?* quid ergo? qualis ſibi imprecatio ex hoc? *humerus meus à iunctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur*; Sanè perelegans illud in hac imprecatione, vt optime Pyneda, vt pœna culpæ reſpondeat, atq; illud ipſummet membrum pœnę ſubijciatur, per quod tyrannidem, & ſæuitiam in pauperes tyranni exercent: iſti manus contra pauperem extendunt, brachiumque ad eos opprimendos, cadat humerus à quo brachium ſiccetur brachium à quo manus, & par pari Deus reddẽs, fame moriantur, qui fame peregrinos enecant.

Iob. 31. num. 22.

2. Propria inhoſpitatorũ pœna paria ſufferre.

Hinc fame, & penuria tales conſumuntur, imò in pauperiem ex abundantia deuenientes, miſeram poſtea ducunt vitam; quinimò ſi cauſam inquiris, cur hodie aliquæ ſanctorum religiones pauperie conſumuntur, & quod amplius, à principibus earum comeduntur diuitiæ, & illi, qui prius eis deuotè contulerant, poſtea durè exigunt & premunt, legimus hoc in antiquis, accipimus in modernis? Sanè mea ſententia, amiſſa eſt in eis ſancta Dei hoſpitalitas, hinc & erga ipſos principum deuotio, hoc equidem, & memoratus Petrus Bleſenſis ibidem in eodem Iobi loco conſiderans, ſic grauiter declamat, *Sancta enim religio, quæ Monachorum mater eſt, datur hodie in cõculcationem, poſſeſſiones illius trahuntur in direptionem, & pradam, & quod olim principum munificentia contulit, modernorum auaritia non ſine magno fœneris diſpendio renocare, & auferre præſumit; multos equidem à magnatum familiaritate, & gratia ſeparat defectus hoſpitalitatis, & dum reuerẽda olim religionis authoritas principum oppreſſione calcata vileſcit, euenit imprecatio illa Iob, brachio contrito humerus à iuctura ſua cadat*; aſpice nunc Eccleſiæ faciẽ, aſpice Chriſtianos principes, & dũ vides à ſacris religionibus expenſas pro militibus expoſcere, time ne huius ea ſit radix inuerſionis, quia nõ in pauperes hoſpites, ſed ad ſe opiparè alendos ſumptus ac reditus conſumunt congregationis.

3. Religiones ſanctæ, cur pauperie conſumuntur, & à principibus expilantur.

Quinimmo ſic Deo eſt abominabilis inhoſpitalitas vt ad populum aliquem delendum, & ſi infinita alia adſint motiua, quaſi vltimum inhoſpitalitatem aſſumit. Sic vt quia hoſpitalitas ex ſe vitam hoſpitali tribuit, vt infrà dicemus, quando mortem inferre intentat, hoſpitalitatem refugiat, & apud hominem diuertere nolit; hoc equidem conſidero in reſponſione ſanctiſſimorum Angelorum ad Loth, Geneſ. 19. num. 2. hic enim cum ad illos accurriſſet ad hoſpitium eos inuitans, *Obſecro Domine, declinate in domum pueri veſtri*, At quid Angeli? *Minimè, ſed in platea manebimus*, cur in platea? nonne hoſpitia, aut Pandochea vt modo? Minimè, nam vt rectè Ferrari. in cap. 2. Tobiæ quæſtiunc. 3. ex multis ſcripturæ locis, & ex prophanis probat antiquitus hoſpitia vt modo, ſeu cauponæ, aut Pandochea ad peregrinos recipiendos non extabant, ſed quilibet ſecum neceſſaria conducens apud aliquem bonum hoſpitem diuertebat, hinc pij ac ſancti homines ex charitate motiuas, & portas obſeruabant ciuitatis ad hoſpites recipiendos, vnde & hic dicitur, quod Loth ad portas ciuitatis ſedebat, dum eſſet, *Veſperè venerunt duo Angeli Sodomam*; Veſperè ſedente Loth in foribus ciuitatis; in platea ergo ſe dixerunt mãſuros, quia non aderant hoſpitia; benè, ſed nunquid alia aliqua deficiebat domus, item ſi verè apud ipſum erant manſuri, cur ſic reſponderunt? Lippom. in cat. *Vt hoſpitis deuotio pateſieret magis*, ait, *ciuilem verecundiam prætendebant, propenſiores ad beneficium exhibendum, quàm accipiendum, non vt oneroſi hoſpites, qui vel non vocati ſe ingerunt, vel facilè vocati acquieſcunt, tardeque hoſpitium deſerunt, cum humaniorem ſenſerint qui recipit*; Si conditiones hoſpitum indagare nobis propoſitum, amplius ſe hic nobis offerebat campus, quas etiam breuiter deſcripſit Holkoth lect. 209. in hunc Sapientiæ locum, vt ſcilicet hoſpes & peregrinus, *Sit contentus per acceptionem*, gratus *per gratiarum actionem, careat in domo dominationem, nec nimis vexet amicum per frequentationem*; ſed quia alio tendimus ea prætermittimus, Caſſian. collat. 17. cap. 25 ex hoc dicto Angelorum ſatis ſpiritualem educit doctrinam; conſiderans enim quod Angeli à ſupplicationibus Loth moti ſententiam mutarunt, omnibus conſulit ſpiritualibus, vt nunquam ſic vni addicantur opinioni, vt ſemper prompti non inueniantur ad eam mutandum, ſi occaſio, ſi ratio ſe offerat, *Euidenter*, ait Caſſian. *immutare ſententiam comprobantur, qua vtique non ob aliam credimus cauſam Spiritum ſanctum ſacris voluminibus indidiſſe; niſi vt iſto erudiamur exemplo in definitionibus noſtris non pertinaciter permanere, ſed ita iudicium noſtrum ab omni legis vinculo liberum conſeruare, vt promptum ſit ad ſequendum quocumque vocaueris ſalubre conſilium.* Sanè

4. Inhoſpitalitas vltimũ motiuum ad populum aliquem delẽdum apud Deum. *Geneſ. 19. num. 2.*

Serrar.

Lippom.

5. Hoſpitis conditiones.

Caſſian.

6. Homines ſpirituales vni nunquã addicti eſſe debent opinioni.

equidem doctrina & spiritualibus hominibus apprime necessaria, nam nescio quo malo fato, eo quo aliqui spiritualiores, eo tenaciores in suis sunt sententijs.

7. Angeli Sodomæ, cur renuntiarũ hospitium.

At propius ad rem nostram Rupert. illud scilicet dixisse Angelos non ad Loth respicientes; sed ad ciuitatem detestabilem, quam cum eternare omnino intendebant, ideo eius recusasabant hospitium; sciebant enim, vt noster ait Sapiens eos inhospitales esse, durosque contra peregrinos, vt statim rei comprobauit euentus, cũ illis vim inferre conari sunt, & per Ezech. c. 16. num. 49. hoc apertè indicatur, vbi dicitur inter cætera Sodomæ peccata, *Quod manũ egenæ, & pauperi non porrigebant*; ideo ad cumulum peccatorum, & vltimum quo clauderetur, vt inhospitalitas accederet, in platea se mansuros dixerunt, ne si fortè in aliquam ex oppidanis intrarent domum, virtus hospitalitatis ab incẽdio eos liberaret, nam vt benè Chrysolog. serm. 42. *Misericordem nescit dominus ignis exercere*, sed audiamus Rupertum, *Diuersa namque*, ait, *imò, & contraria causa Loth erat causa Sodomorum, quod ergo dicunt minimè, sed in platea manebimus, detestatio est ciuitatis in qua celestibus, vel sanctis nullatenus communicanda erant amici iura hospitij.* Egregiè, impijs, & scelestis communicanda non erant amici iura hospitij, nam dum vita indigni, etiam & gratia hospitalitatis, quia pari procedunt passu hospitalitatis dignitas, & prædestinationis, seu iustitiæ prærogatiua. Vt hinc discamus quantum sit inhospitalitas malum, dum è contrario sensu, sicut hospitalitas dignitatis ac prædestinati signum, sic inhospitalitas indigni, ac præsciti indicium.

Exech. 16. num. 49.

Chrysol.

Rupert.

8. Hospitalitas prædestinationis signum, inhospitalitas damnationis.

Hinc Dominus noster, Matth. 10. num. 11. formam hospitij eligendi Apostolis præscribens, sic eis præcepit, *In quamcunque autem ciuitatem vel castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis*; Mirum præceptum, quis hoc vnquam cogitaret, vt mittens homines ignobiles piscatores, pauperes abiectos, vilius æstimationis, insuper absque vllo viatico, non aurum, non argentum, non peram, non duas tunicas, non calceamẽta, non tandem virgam possidẽtes, ob quod in summa essent indigentia, summaque egestate, & tamen tanquã si reges, si principes, si summe diuites, iubet, & præcipit, vt inquirant, quis in loco dignus, vt eos hospitio recipiat? ne mireris, quia Deus est, qui mittit tales, non princeps humanus; & secũdo quia Dei serui, qui plus quàm totus valent mundus, vt ex hinc discas, ait Hieronym. talem esse hospitalitatem vt non det, sed recipiat, qui hospitatur beneficium, *Ne magis se nouerit accipere gratiam, quam dare, non tribuens beneficium ei, qui apud se mansurus est, sed accipiens*; Pulchrè non tribuens, sed accipiens beneficium, illud nempe, quod supra ex Ambrosio dicebamus, receptionem scilicet in æterna tabernacula: ergo dignitatis hospitij respectus sumitur ad prædestinationem, hinc tantum valet requirere dignitatem, quantum prædestinationis notas, quasi velit Deus suos non apud præscitos, sed adhuc, & si in hac vita apud prædestinatos hospitari.

Hieron.

In quo loco licet adnotare, quanti Deus iuri faciat hospitalitatis, vt plus hanc æstimet gratiam, quàm ipsos mortuos suscitare, vnde plus alicui offert hospitem ei præbendo, quam vitam ei dando: mirum hoc alicui apparebit, sed mea sententia clarè ex Euangelio deducitur, nam mittens Dominus noster discipulos sic eis ait, *Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite, gratis accepistis, gratis date.* Inquire in his selectionem hominum & nullam inuenies, nam indiscriminatim omnibus hæc conferri mandat; at quando iura dandi hospitalitatis assignat, selectionem præcipit, & non cuilibet vult vt illa præbeant, nisi digno, vnde hoc? Sanè ni fallor, quia plus hãc æstimat, quàm illa, & plus apud Deum sit iura hospitalitatis, quàm vitæ præbere; *Ne putent*, ait Euthimius, *quod omnium, qui ab eis iuuarentur iamnas ingredi debeant, iubet vt quærant vnum dignum, qui eos suscipiet, videlicet honestum Dei cultorem*, omnibus benefacere præcipit malis scilicet, & bonis, omnes sanare prædestinatos, & præscitos, ac gratiam præbere hospitalitatis, solis Dei cultoribus, solis vt sic dicam prædestinatis, tam magnum bonum est hospitalitas, tam magnum malum inhospitalitas, vt signum sit præscientiæ, sicut & Sodomitis, quibus iura præbere hospitalitatis Angeli nolebant.

9. Plus est hospitari aquã mortuos suscitare.

Euthim.

Hinc perituræ Reipublicæ nullum amplius certum signum, quàm inhospitalitas, cum hoc vnum præcipuum indicium omnia simul regnare in hominibus illius Reipublicæ vitia, quando inhospitales; hoc mihi videre videor in nomenclatura, qua viros illos Gabaa Beniamin nominat scriptura, Iudic. 19. num. 22. *Venerunt*, ait, *viri ciuitatis illius filij Belial, id est absque iugo*, Abulens. quæst. 9. in hunc locum, hoc est ait, *sine bonitate aliqua*, vnde colligitur sine bonitate hos fuisse aliqua, seu, cur sic eos nominat scriptura? Sanè secundum eundem Abulensem; *Quia gens illa erat valde immisericors, non habens viscera charitatis, & ob hoc erant circa peregrinos valde crudeles*, quod certè patet ex verbis, quæ Leuita ille seni interroganti, quid faceret in platea, & vnde esset, respondit, *Pergimus ad locum nostrum, nullusque sub tectum suum nos vult recipere*; En cruda inhospitalitas, frater cum vxore, cum familia vltra progredi non valens, secum habens necessaria, nil alio indigens nisi tecto, & tamen nullus vult eos hospitio recipere; quid ergo mirum si ex hac nota filios eos dicat Scriptura Belial, hoc est, sine vlla bonitate, sine vlla lege.

10. Vbi inhospitalitas ibi omnia vitia.

Iudic. 19. num. 22.

Abulens.

Sed vlterius pergo adnotans ob hoc peccatum inhospitalitatis homines illos enectos, & non ob mulieris Leuitæ abusionem, quod prima facie videtur indicare scripturam, nam licet illud horrẽdum extitisset peccatum, sic muliere abuti, vt illam enecarent, *Qua tota nocte cum essent abusi, dimiserunt eam manè*, quæ ex abusione defatigata, *Ante ostium iacebat, sparsis in limine manibus*, sine spiritu scilicet, præfatigatione mortua; digna eius pœna, vt interim hoc dicam, nam iuxta Hebræos, quibus consentit Lyra. propter fornicationem, & adulterium factum recesserat à viro, vnde in Hebræo, *Quæ fornicata est super eum*; Meritò ergo in fornicatione perempta, quæ sic fornicationem dilexerat, vt licet hoc malum viri illi

11. Dignafornicatiæ pœnain fornicatione petire.

commisissent, & Leuita in frusta cadauer mulieris decidens in vniuersum miserit Israëlem, ob quod scelus commotus totam destruxerit Beniamiticam Tribum, *Non ad generis coniunctionem, sed ad facinus respicientes*, vt rectè ait Athanas. epist. ad Orthodox. tamen affirmo non ob hoc Beniamitas destructos, sed ob inhospitalitatem; quod vt probem.

12. Beniamitica tribus non ob fornicationem, sed ob inhospitalitatem destructa. *Iosephus.*

Adnoto vitium luxuriæ, & peccatum contra Leuitæ vxorem, vnde ipsa extincta, non totius fuisse ciuitatis, sed tantum aliquorum iuuenum petulantium, *Quidam vero iuuenculi*, ait Iosephus, *mulierem in platea videntes, & pulchritudinem eius obstupescentes, dum apud illum senem eam secessisse cognoscerent, contemnentes eorum infirmitatem, & paucitatem venerunt ad ianuas eius, & vxorem rapientes, & adiscientes pro libidine violentiam per totam noctem vsque ad principium diei in eius corpore ludibria sunt exercti*; in quibus Iosephi verbis duo habes, primum, non totam ciuitatem in illud facinus conspirasse, vt quondam Sodomitæ de quibus signanter ait Scriptura, quod à maximo vsque ad minimum Lothi domum vallauerunt; & secundum non verè hoc ad Sodomiticum vitium aspirasse, sed illud prætexisse, vt vxorem acciperent, quod pariter cum Iosepho Lyra. sentit, & Abulens. cum ergo vitium non esset totius ciuitatis, nec Sodomiticum, certè non totam illam Deus deleret gentem, cum insolens Dei mos sit ob paucos peccatores totam destruere rempublicam, nam tunc totam destruit, quando tota infecta, nulla amplius spes remaneat salutis, quando peccatum sic generale, vt omnes simul comprehendat, nobiles, ignobiles, iuuenes, senes, populum, magistratum, quid ergo? si peccatum singulorum, si non Sodomiticum, cur eos ad vnum Deus destruxit; Sanè, quia inhospitales omnes, & auari ad vnum vt supra dicebat Abulens. qui eorum simul auaritiam taxans sequitur, *Tempore illo erat consuetudo, quod peregrini reciperentur gratis, & nemo pecuniam pro hospitio reciperet, & peregrinis fierent magna solatia dando eis cibos, & omnia necessaria, & quia viri illi nolebant ista erogare, volebant enim recipere hospitio.* En causa deletionis, generale peccatum inhospitalitatis, nemo inuentus in tota illa ciuitate, qui peregrinum reciperet, & si ostiatim Leuita illud perquisisset, vnde ait, *Nullusque sub tectum suum nos vult recipere*, quid ergo mirum si deleta, si perempta nullus in ea cum esset hospitalis, sic horrendum est inhospitalitatis malum.

Lyra. Abulens.

§. 11.

Hospitalitas magnum bonum.

13. Hospitalitas facit vt Paradisi sapiant delitiæ.

AT quantum bonum hospitalitas, quis hoc edicere valet; tantum profecto nec ipsæ Paradisi sapiant delitiæ, immo summum in cælo præmium selectis hospitalioribus in hac vita, ibi hospitalitatem etiam exercere.

Genes. 18. num. 1. Procop.

Enimuero primus in terris homo hospitalis vnus fuit Abraham, vt communiter adnotant ex multis eius actionibus sancti, prima, quia vt patet Genes. 18. num. 1. *In ipso diei fervore hospites præstolabatur.* In quo loco Procopius, *Eo tempore*, inquit, *quo plerique deficere solent iter facientes æstu fatigati, ipse pro tabernaculo consedit cum sol foret ferventissimus, sed cur hunc calorem subibat, quia grauem iacturam facere se parabat, si se inscio, & escitante præteriisset viator aliquis.* En quam diligens hospitator, ad feruorem diei, & æstus se opponebat, malens vitam suam periclitari, quàm peregrini, quod etiam animaduertens Chrysostom. homil. 41. in Gen. aptè adnotat hoc officium, nempe hospites præstolari ex affectu ad hospitalitatem noluisse Abrahamum seruis fidere, & si trecenti essent decem & octo, *Considera*, inquit, *oro hic virtutem iusti, sedente inquit ad fores tabernaculi sui, tantopere curabat hospitalitatem, vt nollet hospitum venationem cuipiam familiarium committere, sed trecentos decem & octo habens vernaculos homo senex, & iam decrepitæ ætatis apud ianuam sedebat.* Secunda, quia & si ipse domicilium fixum non habebat vtpotè peregrinus, ob quod & in tentorio habitans, tamen sic hospitalitatem diligebat, vt ipsum hospitibus libentissime præberet, quod obseruans Petrus Chrysolog. serm. 121. sic ait, *Sub tentorio manens ipse sine tecto, aduenam manere non est passus, hospitem hospes ipse semper suscepit; exterris patria, domicilij nescius, ipse & domus omnium fuit, & patria;* Tertia, quia sic hospitalitatem præseferebat, vt eius officia, ac ministeria nemini ex seruis mandauit, sed ipse per se, aut vxorē, aut filium exercebat, vt patet ex eodem capit. *Festinauit in tabernaculum, ad armentum cucurrit, tulit vitulū tenerrimum, deditque puero*, quem Liranus ex Hebræis affirmat fuisse Ismaëlem, & tamen verum trecentos habuisse vt aiebat Chrysost. decē & octo vernaculos, Genes. 14. n. 14. vnde egregiè Hieron. epist. 26. *Nec bonum*, inquit, *quod exercebat per alios minuit, sed quasi præda reperta, humanitati solus incubuit, ipse pedes lauit, ipse vitulum portauit*; tandem sic deuotus ad hospites, sic humilis, vt non cum illis conuiuans, sed assidens ante eos stabat, tanquam eorum seruus, *Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore*, in quo loco Ambros. lib. 1. de Abraham cap. 5. *Aduertimus*, ait, *officium commendare, ac humilitatem Abraham, stabat, in primā accubitionis partē occupas.*

Chrys. *Chrysol.* *Liranus.*

14. Abrahami hospitalitas quam magna.

Sed quid, nunquid hoc solū in Abrahami hospitalitate considerandum, immo, & alia duo, & quidem maxima, Primum mutasse illum locum post Sodomæ conflagrationem, vt habetur cap. 20. n. 1. *Profectus inde Abraham in terram Australem, habitauit inter Cades & Sur*; si causam quæris respondent Hebræi, *Quia diligebat multum hospitalitatem, subuersis autem quinque ciuitatibus, nullus remanserat, qui transferret ad domum Abrahæ, nec ex alijs locis veniebant ad predictas ciuitates per domum Abrahæ transeuntes, & ideo, quia non poterat exercere hospitalitatem, transtulit se ad alium locum vbi via essent frequentata, & sic posset homines recipere*; Secunda vero, vt voluptati non solum necessitati consulens peregrinorum, nemus ad eorum plantauit delectationem Gen. 21. n. 33. *Abraham plātauit nemus in Bersabea, & inuocauit ibi nomē Domini Dei æterni*, in quo loco Hebræi apud Lyram, *Plantauit nemus*, inquiunt, *propter hospites transeuntes recipiēdos, vt amenitate loci recrearētur, & fructibus reficerētur, & post recreationem inuitabat hospites ad reddendum gratias Deo pro beneficijs acceptis*; hospitaliorem ne-

Genes. 21. num. 33.

15. Abrahami præmium in cælis hospitalitatem exercere.

vnquam vidiſti, aut aſpexiſti hominem? quid ergo ex hoc? Sanè vt in paradiſo exiſtens ad meritum ei datum, vt etiam ibi eum exerceat, quaſi vt dicebamus delitiæ illæ ſine hoſpitalitate non ſaperent, audi Dominum, Matth. 8. num. 11. *Matt. 8. num. 11.* *Ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob*, cur recumbent cum Abraham, & non potius cum Chriſto? Sanè, quia hoſpitalitati Chriſtus ibi vicem reddens, ſicut eum Abrahamus in domum ſuam recipiens ei adminiſtrauit aſſidens, vt ſupra diximus, ſic ipſe recumbere eum faciens, *Tranſiens adminiſtrabit illi*, Luc. 12. num. 17. *Luc. 12. num. 17.* & ſecundo quia in hoſpitalitatis præmium Abrahamo in cælis hoc datum, vt etiam ibi hoſpites habeat ſicut in terris, quaſi alias illę ſummę delitiæ ei non ſic ſapidę, ſi ſine hoſpitalitate, *Abraham in ipſa cæleſti beatitudine*; egregiè Diuus an Chryſol. *Chryſol.* *ſungitur diſpenſatoris officio, quia ſemper hic ſuſcepit peregrinos & paupares; & re vera fratres parum ſe beatum crederet, ſi in ipſa ſuprema gloria ab hoſpitalitatis pio ceſſaret officio, & ſolis domis frueretur diuinis, qui hic humana bona, crudelem ſe credidit, ſi negaret*; Nil elegantius ad maieſtatem Abrahami dictum quod ibi Orientis, & Occidentis gentes cum illo recumbent, fructum ex hoc nobis, ac præmium indigetans hoſpitalitatis, quæ ſic homines in cælo eſſent, vt ibi tanquam Domini, ac ſi in propria domo, non ipſi hoſpites ſint, ſed cæteri hoſpitentur, & non cum alijs ipſi recumbent, ſed omnes cum illis; & quod amplius, pro adminiſtratore ipſum Deum habeant, ipſum Dei Filium; ô quam dignè Chriſtus Apoſtolis dixit, vt ſuprà dicebamus, quando de tradendis hoſpitalitatis iuribus agebat, vt quærerent dignum, cum ex ea, vt vidimus ad illam hoſpitales homines dignitatem euehuntur, vt in cælis conſedeant, non vt aduenæ, & peregrini, ſed vt Domini, & vt ſic dicam, gloriæ principes.

16. Hoſpitales in cælis ſedent non vt peregrini & adocnæ, ſed vt Domini.

Quid? immo ſic deſiderabilis, ſic appretianda ſancta eſt hoſpitalitas, vt quia ipſe Filius Dei in hunc mundũ veniens eam elegit vitæ ſortẽ vt ſine domo, ſine foculo eſſet, & non haberet vnde caput reclinaret, ac per hoc hoſpitalitatis virtutem exercere non poterat, quinimmo eam ipſe patiebatur, vt ſic dicam, à cæteris hoſpitatus tanquam pauper, & peregrinus, quaſi hoc condolens, & ſanctam inuidens hoſpitalitatem, ne minor quoad hoc Abrahamo eſſet, vt ne hæc illi videretur deficere virtus, magno, ac ſtupendo voluit conſilio, vt quando non viuus, ſaltẽ mortuus peregrinos hoſpitaretur, & eius ſanguis, qui pro viuis effundebatur in pretium, pro peregrinis effunderetur in ſepulturam, vnde altiſſima Dei diſpenſatione factum; vt peſſimi, ac iniquiſſimi ſacerdotes, qui iuſti ſanguinem vendere non dubitarunt, nummos in corbonã mittere trepidarent, *verè*, vt ait Hieronymi in cap. Matth. *Culicem liquantes, & camelum glutientes*, vnde ex hoc diuinitus & ſi iniquiſſimis inditum, vt ex Redemptoris pretio, *Agrum figuli emerent in ſepulturam peregrinorum*. Mirum vt talis eis tunc cogitatio aduenieſſet, ad quid pretium illud in ſepulturam expendere peregrinorum, nunquid pauperes alij in Hieruſalem deficiebant? nunquid aliæ, & fortaſſe maiores viuis neceſſitates nõ aderant? vt crudeliſſimi homines de mortuis curarent, qui viuos occidebãt? Sanè non eorum hæc fuit prouidentia, ſed diuina, immo ſpecialiter ſummi ac æterni patris, qui ad honorem filij ſicut ipſius ſanguinem conſtituerat vt eſſet viuorum pretium, ſic vt peregrinorum mortuorum eſſet hoſpitium & hoſpitalitatis, quam viuus non obtinuerat, dignitatem obtineret defunctus, & non minus eſſet in terris, quàm Abraham in cælis, dum iſte ibi ſuos habet hoſpites, haberet Chriſtus in terris, *Prouidentia Dei factum puto*, ait Auguſt. ſerm. 2. de Cœna Domini, qui in ordine eſt 108. tom. 10. *Auguſt.* *vt pretium Saluatoris non peccatoribus ſumptum præbeat, ſed peregrinis requiem ſubminiſtret, vt iam exinde Chriſtus & viuos ſanguinis ſui paſſione redimat, & mortuos pretioſa paſſione ſuſcipiat*; Egregiè, redemit viuos ſanguine, ſed paſſione non redemit, ſed ſuſcepit mortuos redemptos, qui hic peregrini, hoc eſt derelicti, ac deſolati, vt ſic cum viuus hoſpitalitatem Chriſtus exercere non potuit, exerceat mortuus, & foueat non nummis, non carnibus vti Abraham; ſed altiore hoſpitalitate, quia illo altior, nempe proprio ſanguine peregrinos.

Immo ſic hoſpitalitatis auidus eſt Chriſtus vt non ſolum ſanguine peregrinos hoſpitari voluit, ſed etiam ſuo corpore ſaginati, ſic vt non tãtum ſui, hoc eſt Chriſtiani, hoſpites reciperent quantum ipſe, ob quod vt obſeruat Pamelius in notis ad Tertul. in libr. de præſcriptionib. cap. 20. num. 125. antiquitus in primitiua Eccleſia peregrinus aduenientibus primum ferculum, ſeu primum ſui aduentus lætitiæ ſignum, ac hoſpitalitatis corpus erat Chriſti Domini noſtri ſtatim ad peregrinum illud remittentes, *Conſtat ex veterum monumentis*, ait Pamelius, *maiores noſtros peregrè aduenientibus hominibus probatæ religionis, & fidei Corpus Domini mittere ſolitos*; quid auguſtius de hoſpitalitate dici poteſt? cum ſic Chriſtus auidus probatur hoſpitalitatis, vt ad illam proſequendam cum in vita non poſſet, modum tamen inuenit quo illam exerceret, quo illam apprehenderet, vnde totam inuertens naturam ſeipſum ſub Sacramento hic reliquit inter cæteras ſublimes rationes vt ſaginaret ſuos, vt hoſpitaretur peregrinos, ô verè egregia! ô diuina hoſpitalitatis virtus, dum ſic à Deo præ-requiritur, dum ſic eam ipſe proſequitur.

18. Se in Sacramento reliquit vt hoſpitaretur peregrinos. *Pamelius.*

Hinc certè, & ex hoc ſancti Dei Apoſtoli diuino inſtructi ſpiritu, hanc ſic cõmendarunt, vt ad fouendam Dei charitatem, & amorem hanc vnicum dixerunt medium; audi Petrum cuius verba recitat Clemens Papa in epiſt. ad Iacobum fratrem Domini, qui preſbyteros primitiuamque illam exhortans Eccleſiam, præceptaq; ſanctè ingrediendi præbens iam iam moriturus cum multa iniunxiſſet, tandem ſic ait, *Scio autẽ hæc omnia facturos vos, ſi charitatem præ cæteris, & ante omnia in corde veſtro figatis, cuius charitatis, & recipiendæ, & habendæ maximum erit fomentum*, ſi frequenter inter vos metipſos communem cibum veſtrum, menſamque faciatis, & in quantum vnuſquiſque præualet crebrius panes, ac ſales ſuos cum fratribus ſumat, per hæc enim præcipuè charitas comparatur, & cauſa totius boni in huiuſmodi communione cõſiſtit, en ſumma totius perfectionis, & regia ad charitatem via, quam ſi obnixe apprehendere deſideras, noli per alia vagari, hoſpitalitatem obſerua hoſpitalitatem ſectare.

17. Chriſtus Dominus mortuus hoſpitalitatem exercuit, dum viuus non poſſet.

19. Eſt ſumma totius perfectionis hoſpitalitas ac vnicum medium ad charitatem apprehendendam.

20. Hospitalitas fortiter sectanda.

Sectare dixi,& merito,nam sic alta,sic sublimis hæc est virtus vt non sicut cæterę,quas quomodolibet apprehendere possimus,sed necessarium ad hoc vt illam apprehendamus ea sectemur, hoc est venemur, sequamur, totisque nisibus prosequamur,hinc adnoto ad Roman.12. num.13. Apostolus cum infinitas ibi Romanis præcepisset virtutes ac modum eas acquirendi, vnde cũ dilectionẽ earum præuentionẽ,feruorem, patientiam cæteris dedisset, hospitalitati autem sectationẽ dedit, *hospitalitatem sectantes*; quid est hospitalitatẽ sectantes?nisi persequẽtes, & cogentes si eam à vobis refugit apprehẽdentes fortiter, ad vos eam trahentes vi, precibus, lachrymis,nam sic hospes dignus vt recipiatur;audi Chrysost. hom.2. in hunc locũ, *Non dicit facientes*,ait,*sed sectantes,instruens nos, vt non expectemus egenos, donec ad nos veniant, sed ad ipsos accurramus,& sectemur,sic Loth fecit,sic Abraham, totum namque diem in hoc consumebat bonam expectans venationem*. Egregiè,ne reputes obuiam cuilibet vt sic esse hospitalitatem, nec credas Deum tanquam quid commune illam vijs,in triuijs eam habere, manet in syluis, in absconditis, venatione opus, & sic eam perquirere vt venatores venationem, vt piscatores piscationem; quod si huius rei causam inquiris, nã impossibile vt sub peregrino habitu, sub humana effigie;sub naturę mortalis velamento accipies Angelicam,accipies diuinam.

Ad Rom. 12.num.13.

Chrysost.

21. Eius rei causa & ratio.

Hoc quippe argumento sanctus prætendebat Apostolus ad Hebræos ad illam sectandam persuadere cap.13.num.2. *Hospitalitatem*, ait, *nolite obliuisci,per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis*;quid est *latuerunt*? aliqui ad Loth hoc applicantes affirmant,ideo hoc dixisse Apostolum,ad cæcitatem Sodomitarum respicions, à quibus absconditus Loth per virtutem hospitalitatis,latuerunt quidẽ hoc est, *Non sunt visi à Sodomis*; sed vt acutè obseruat Ribera in hunc locum, verbum *latere*, vt ex Græco constat, hîc significat potius actionem, quàm passionem: est ergo hypallage, seu submissio, vt rectè Cornel. hîc, vnde ly *Latuerunt*, non ad Angelos,sed ad ipsos homines, qui hospitio recipiebant.refertur, vnde *latuerunt*, hoc est latenter Angelos inscij receperunt; elegans quippe Apostoli sensus, immo efficax ad hospitalitatem sectandam argumentum; quasi diceret,hospitalitatem nolite obliuisci,quod hoc vobis efficaci suadeo argumento: nam quidam repentes homines recipere nescientes Angelos, susceperunt,immo & ipsum Angelorum Deum, vnde rectè hoc idem retractans Ambros. lib.1.de Abraham cap.5. *Qui scit*, ait, *an Deum suscipias cum hospitem putas*? Quod exemplo Abrahami confirmans sequitur, *Abraham dum peregrinantibus defert hospitium. Deum, atque Angelos eius suscepit hospitio*; ob hanc ergo causam, non solum sequenda, sed vt aiebat Apostolus, sectanda, & vt Chrysost. persequenda, inquirenda sancta hospitalitas, quia possibile vt dum eam venaris,Deum veneris.

Ad Hebr. 13. num. 2.

Ribera.

Cornel.

Ambros.

22. Hospitalitas antiquitus verorum Catholicorum symbolum.

Hinc in primitiua illa, ac sacrosancta Dei Ecclesia, sic hospitalitas frequentata, obseruata,prosecuta, vt Christianorum, ac Catholicorum verum symbolum hospitalitas esset,vt affirmat Tertull. lib. de præscriptionibus cap. 20. vbi de vnitate Catholicæ tradens Ecclesiæ, ex tribus communibus eius notis, eam affirmat dignosci, nempe ex pacis communicatione, ex fraternitatis appellatione,& tandem ex hospitalitate, quasi tunc non Christianus,non Catholicus,qui non hospitalis, *Omnes*, ait scilicet Catholicorum Ecclesiæ, *vnam præbent vnitatem, communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & contesseratio hospitalitatis, quæ iura non alia ratio regit, quam eiusdem Sacramenti vna traditio*, contesseratio hospitalitatis ait vnum esse commune Catholicorum signum; pulchrè signum, seu tesseram, qua Christiani antiquitus vtebantur,vt tales cognoscerentur, & quo cognito hospitabantur *contesserationem* vocat, dans ob hoc intelligi ad id tantum constitutam tesseram vt hospitarentur, & ad hospitalitatem, vnde non Christianus, non Catholicus tunc, qui tesseram non agnoscebat, nam tunc non coniungere oblatam tesseram, idem erat quod à Catholica communione seiungere, quę sic tunc viguit, tantaque populorum ædificatione, vt magnus ille Pachomius, vt habetur in eius vita; cum adhuc Ethnicus in castris militaret Licinij Imperatoris, Thebasque cum castris venisset,visa Thebanorum in commilitones suos hospitalitate,& charitate,ad Christum se conuertit tantusque euasit, quantum iam omnes obstupescimus; hinc Diuus Buchardus Episcopus Vuormatiensis, qui floruit sub anno Domini 1020. lib.primo Decretorum cap.94. Interrogatione 71. docet Episcopos in qualibet Parochia, vbi de grauibus criminibus inquirunt,quasi de præcipuo inquirere debere, *Num in parrochia essent, qui ad se venientibus* peregrinis, aut viatoribus hospitium negarent; quod si de singulis hoc sanctus præcipit Episcopus sæcularibus, quid putandum ipsum inquisiturum de Parrochis,quos nostris temporibus sic miseros,sic sine vlla præditos videmus charitate, vt tanquam si nihil ad se de hospitibus miseri, & miserabiles solum se ingurgitare, parentes ditare, opiparè viuere curant, sub tectum propium non hospitem sanctum,sed (omnia munda mundis) hospitam recipientes peccatricem.

A

B

C

Concludam tandem, sic Deo amabilem esse hospitalitatem,sic illam magnum, & excelsum bonum, vt hominum ille amator, ne aliquis ob pauperiem hoc tanto fraudaretur bono, non eum inter diuites, non inter potentes tantum concludere voluit, sed etiam inter pauperes; iura hospitalitatis non in substantijs reponens grandioribus, sed in animis liberalibus, cum dum animus adest, & si parum, & si propemodum nihil elargiatur, sufficit, hoc expendo in illo Matth. 10. num.42. nempe, *Et quicumque potum dederit calicem aquæ frigidæ vni ex minimis istis, Amen dico vobis non perdet mercedem suam*; cur potum aquæ frigidæ? rectè Abulensis in hunc locum quæst.146. vt hospites animaret Apostolorum, ne ab eis recipiendis retardarentur, aut quia pauperes remorarentur, cui enim aquæ frigidæ, potus deesse potest? *Dicitur autem*, ait, *propter susceptores Apostolorum quia ab hospitibus recipere debebant Apostoli necessaria, & quia aliquis diceret, quia non poteras eis, prouidere sufficienter, ac proinde non*

D

23. Hospitalitatem omnes exercere possunt sic pauperes, ac diuites.

24. Christus cur dixit calicẽ aquæ frigidæ de eleemosyna tractans. *Abulens.*

haberet mercedem aliquam, dixit Christus, quod si solum calicem aquæ frigidæ darent, mercedem non perderent. Egregiè ob hoc equidem non vitulorum carnes, non aues nominauit pingues, non vina pretiosa, ad hospitalitatis gratiam, sed potum aquæ frigidæ, qui nulli deesse potest, cui & hospitalitatis repromisit præmium, nam vt ipsemet ait, ob id etiam illud dixisse Christum, *Ad significandum, quod eleemosyna quantumcumque sit parua est accepta Deo, quia nil minus esse potest quàm modicum de aqua frigida*, immo quod illud *frigidæ* adiecit vt nemo se excusare posset ob penuriam aut laborem, dum ad aquã calidam præbendam necessarius ignis, & labor, vtroque vero aqua caret frigida, *Et ideo dicitur*, ait, *aqua frigida, quia calefacere aquam indiget aliquo labore, & tempore, etiam præsupponit expensas, vnde aliquis esset, qui aquam calidam dare non posset, aquam tamen frigidam quilibet dare potest.* Sic in suis Christus hospitalitatem dilexit, sic eam æstimauit, quod adnotans Ambros. lib. 1. Officiorum cap. 21. sic eleganter exclamat, *Tanta autem apud Deum est hospitalitatis gratia, vt ne potus quidem aquæ frigidæ à præmijs remunerationis immunis sit*, cuius rationem infrà adducens sequitur, *Hoc etiam aduersus auaritiam, ne quod afferre posset impedimentum.* Ad quam tollendam, seu vt melius dicam, ad cuius excusationes præcludendas inde à principio hoc idem, quod Christus Dominus noster, protulit Spiritus sanctus, Prou. 15. num. 17. dum ait, *Melius est vocari ad olera cum charitate*, seu vt legit Ambros. *melior est hospitalitas cum oleribus*, quem locum commentans vbi suprà sic eum elucidat, vt piaculum me facturum crederem, si non totum huc transferrem, *Largitatis*, ait, *duo sunt genera, vnum liberalitatis, alterum prodigæ effusionis, liberale est hospitio suscipere, nudum vestire, captiuos non habentes sumptus immanes, prodigum est sumptuosis effluere conuiuiis, & vino plurimo, quando quidem etiam bonorum operum sumptibus immoderatum esse non decet, pulchra liberalitas erga ipsos quoque pauperes mensuram tenere, vt abundes pluribus, non conciliandi fauoris gratia vltra modum fluere, quidquid ex affectu puro & sincero promitur, hoc est decorum, impensas misericordiæ, conuenienter quantum oporteat largire peregrinis, non superflua, sed competentia, non redundantia, sed congrua humanitati, ne sumptu pauperum alienam sibi quærat gratiam, ne restrictiorem aut indulgentiorem se præbeat, alterum enim inhumanum, alterum prodigum, si aut sumptus desit necessitati aut voluptati superfluat, quod equidem prospexit scriptura venerabilis, dicens, quia melior est hospitalitas cum oleribus*, quid elegantius? peregrinis non superflua danda, sed competentia, nam alias sumptu pauperum, non illos, sed se, suamque vult distributor alere gloriam, purum, & sincerum Deus requirit affectũ, non opiparas mensas, necessitati vt subueniatur, non delectationi, vt hinc discas, quã inexcusabiles apud Deum sint, qui ab hospitalitate ob pauperiem reuocãtur, omnes ad illam sunt diuites si animus adest, si liberalis non prodigus affectus, & omnibus sua correspondebit merces, etiamsi potum aquę dederint frigidę, quod cum sit, quam inexcusabiles pessimi Ægyptij, quàm merito suffocati, dum nec aquam suis præbebãt hospitibus, nisi ad eos suffocandos, sic ad inhospitalitatem inhumani, sic crudeles: merito ergo cæcitate perculli, merito inopia, ac suffocatione, cum vt noster ait Sapiens, *Detestabiliorem inhospitalitatem.*

Prou. 15. num. 17.

Num. 17. *In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt; vnde æstimari ex ipso visu certo potest.*

Commentum litteræ.

POstquam author differentiam inter Ægyptios, Hebræosque tum in punitione, tum in beneficijs explicuit, quamque simul omnipotentissime Deus suos è manibus liberauit impiorum portentis, signisque in cælo, terraque, omnia veluti ad seruitium hominum immutans elementa, nunc intendens iam ad finem suam perducere orationem, eleganti demonstrat similitudine, qualiter omnia promptissime Deo salutis, & integris sinis naturis deseruiunt, sic vt vno, eodemque elemento non variato ad diuersa ipsa libentissime obediant, organi exemplo probans, quod inuariatis fidibus, isdemque prorsus existentibus, musicus tamen peritus diuersum ad voluntatem ex eo edit sonum certo, & artificioso concentu. Quapropter concentus tantum nomen variatur, quia ipse diuersus, instrumentum autem idem, seu sonus fidium idem, vt infra dicemus, quod ex operibus à Deo in Hebræorum beneficium peractis, si attentè consideretur, visu ipso certissimo cognosci potest; hęc est huius versus plana sententia.

In se enim elementa dum conuertuntur, &c. Græca, *Per se enim elementa transmutata*, hoc antea num. 6. dixerat, elementa scilicet suam quodammodo ad sanctorum beneficium immutasse naturam, quod quomodo iisdem prorsus elementis existentibus fiat, exemplo docens subdit.

Sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt. Pulchrè, in fidibus enim quilibet suum habet proprium sonum, immutabilem quidem, sed arte Musici variè applicatum diuersus efficitur concentus, diuersa harmonia, sic Deus ex vno, eodemque elemento variè, & cum varijs applicato sonoram efficit harmoniam, eo vtẽs ad quod vult. De nomine organi, de eiusque authore, simul & de organis quibus nunc vtitur Ecclesiæ, vide Durantum lib. 1. de ritibus Ecclesia cap. 13. qui refert Iulianum Gregorio magno vetustiorem commentario in Iob. cap. 31. mentionem de illis facientem. Aliqui Theophilo Imperatori primam deferunt inuentionem; Alij ad Vitellianum Papam anno 660. Quo autem pacto ad mores varia illorum aptetur ratio docet Clemens Alexand. lib. 2 Pædagog. cap. 4. quomodo eorum vsus honestus in Ecclesijs docet Bellarm. lib. 1. de bonis operibus cap. 17. vide apud ipsum, sicut & cæteros authores de hac re scribentes apud Lorinum hîc.

1. Organi vsus quàm antiquus.

Vnde æstimari ex ipso visu certo potest, &c. Ex operibus scilicet miris, & miraculosis à Deo in Ægypto peractis, quæ persequentes explicat author versus, vnde sequens ait.

Digitized by Google

Num. 18. *Agreſtia enim in aquatica conuertebantur, & quæcumque erant natantia in terram tranſibant.*

Num. 19. *Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutem, & aqua extinguentis natura obliniſcebatur.*

Num. 20. *Flamma è contrario corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec diſſoluebant illam quæ facile diſſoluebatur, ſicut glacies bonæ eſcam.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis. EXemplis probat in Ægypto peractis concentum, quem ex elementis efficit Deus, iiſdem ſemper permanentibus, non equidem aliis, vnde ait:

Agreſtia, &c. Terrea ſcilicet, & quæ extra aquam viuunt, vt ſunt iumenta, homines, pecudes; hæc enim appoſita ſunt iis in aquis viuentia:

In aquatica conuertebatur, &c. Hoc eſt tranſibant, loquitur de tranſitu maris rubri, dum homines, & iumenta cum pecudibus Hebræorum per illud tranſierunt; at diuerſa Hebræis, Ægyptiiſque ſorte: nam iſti ſuffocati, illi mirabiliter erepti. Vnde ſupra c. 16. Liranus optimè aduertit hic non eſſe ſermonem de conuerſione ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum ambulationem per fundum maris, quod piſcium, non hominum eſt habitatio. *Liranus.*

Et quæcumque erant natantia, in terram tranſibant. Ex hoc manifeſtè colligitur eodem modo verbum *conuertebantur* poſitum ſupra intelligi de conuerſione ſecundum ambulationem, vnde eodem modo ſicut homines per mare, ac ſi eſſent piſces tranſibant, ſic natantia, hoc eſt ranæ per terram, ſiue piſces; at iſti mortui, & exiccati, ac putrefacti, dum in aqua in ſanguinem conuerſa iam amplius viuere non poterant.

Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutem, & aqua extinguentis natura obliniſcebatur. Aliud exemplum admirabilis Dei omnipotentiæ, & muſici concentus elementorũ, ſic ignem cum aqua, & hanc cum igne attemperare, vt ignis cum aqua ſimul arderet, & aqua cum igne illum non extingueret, de qua re ſupra latè c. 16. n. 17.

Flamma è contrario corruptibilium animalium non vexauerunt carnes, &c. Holkoth de ſerpentibus ignitis hoc explicat in deſerto, qui per flammas ignis in eis contentas non fuerunt conſumpti; de qua re nos ſup. c. 16. Alij de ipſiſmet, ſed quatenus Hebræos non lædebant, cum æneum aſpicerent ſerpentem, ſic Hugo, Carthuſ & alij Bonauent. intelligit columnam ignis Hebræos non lædentem, Oſorius de igne cum grandine Ægyptijs immiſſa, qui tantum homines, ſed non animalia lædebat. Verus ſenſus eſt Cantacuſ Lorini, & Caſtro, de animalibus Ægyptiis inuiſis, quæ ab igne non lædebãtur, cum vellent Ægyptij illos comburere, de qua re nos ſup. c. 16. n. 2.

Holkoth. *Hugo.* *Carthuſ.* *Bonauent.* *Oſorius.* *Cãtacuz.* *Lorinus.* *Caſtro.*

Nec diſſoluebant illam, quæ facile diſſoluebatur bonam eſcam, &c. Græca, *neque liquabile gratiæ forma liquefaciebat genus Ambroſiæ cibi*, vel vt alij *immortalis eſcæ*, Manna intelligit, quæ etſi liquabilis tamen ab igne non liquefiebat, vt ſup. c. 16. num. 27. placet Lorinus, qui affirmat interpretem à vocabulo Ambroſiæ abſtinuiſſe, quia deorum fingebatur cibus, vnde Martialis:

Iupiter Ambroſia ſatur eſt, & nectare vinit.

An idem Ambroſia, & nectar, an illa cibus, hic potus, multi multa dicunt, vide Rhodiginum, res parui eſt momenti, vnum ſenſate affirmat Lorinus, ſicut multa Gentiles ex ſacris literis in ſuas tranſtulerunt fabulas, ſic ex ligno vitæ, ſiue Manna, Ambroſiam fictam, quæ Græc. dicebat ab *α* priuatiuo, & *βροτος* mortalis, vel quod mortales eam eſcam non ederent, vel quod, qui eam comederent immortales faciebat; ridicula: at vera, ſi ad noſtram adaptes Ambroſiam, Euchariſtiæ ſcilicet ſacramentum, ſicut & illud herbæ *Nepenthe*, quæ luctum adimit, aut *Moly*, quæ ſecundum Homerum, & Plinium, lib. 25. c. 4 reuocat ad iuuenturem. *Rhodigin.* *Lorinus.* 1. Ambroſia quid.

Vnum adnotandum, Ambroſiam etiam nomen eſſe plantæ quæ ſuo vſu longæuos reddit homines, ſic poſt Plinium, & Dioſcorid. Mathiolum lib. 3 c. 112 & Baccho dicata ſacra dicebantur *Ambroſia*, quanto verius quæ ſanctiſſimo ſunt dicata Sacramento? ſed de hac re ſupra dictum.

Num. 21. *In omnibus enim magnificaſti populum tuum Domine, & honoraſti, & non deſpexiſti in omni tempore, & in omni loco aſſiſtens ei.*

Commentum litteræ.

Connexio capitis. COnclusio totius orationis, & epiphonema quo eximiam Dei extollit beneficentiam erga populum Hebræum, dum affirmat in omnibus eum magnificaſſe, honoraſſe, ac ſingulari prouidentia in omni tempore, & loco ei aſſuiſſe, vt ex eo omnes intelligant quanti referat Sapientia, quæ in ſuos conferat bona, quomodo eos ditet, quam beati eam poſſidentes exiſtimari poſſint, quod vnum Sapienti ſcopus, & finis, vt ſinguli animati ad illam ſe obtinendam accingerent, ait ergo.

In omnibus enim magnificaſti populum tuum Domine, Græca, *ſecundum omnia*, ſiue beneficiis populum afficiendo, ſiue aduerſarios coercendo.

Honoraſti, &c. apud alios, magnificè eos tractando.

Non deſpexiſti, &c. Etiam cum peccarent, quod magnum beneficium.

In omni tempore, & loco aſſiſtens eis, &c. Per continuam ſcilicet, & aſſiduam prouidentiam, ſic Moyſes Deuter. 4. n. 7. *Nec eſt*, ait, *natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris.* Mirabiles Dei Sapientiæ acquiſitionis fructus, magnificentia, honor, venia, continua Dei aſſiſtentia. quis ergo ad ea acquirenda non ſe accinget, *Deuter.* 4. n. 7.

Digitized by Google

HOMILIA CXIV.

Deus admirabilis ſuorum ſanctorum magnificator, & inſpector.

ENimuero ſi Sapientis principium cum fine adnectis, quam verè ipſe ſuam à Dei bonitate inceperit Sapientiam, quam verè ſuaſerit omnes in bonitate de Deo ſentire debere aſpicies, *Sentite de Domino in bonitate*, clamat in principio, *& in ſimplicitate cordis quærite illum*, c. 1. n. 2. vnde talis ſenſus, vnde talis, ac tanta inquiſitio? quia reclamat in fine, *in omnibus* magnificat ſuos, in omnibus eos honorat, & quod amplius nunquam *deſpicit*, & in omni loco eis *aſſiſtit*, quis ſic ſuos inſpicit, magnificat, defendit, vt quaſi ſui oblitus, illorum tantum recorderur?

Supr. c. 1. n. 2.

1. Dei amor quantus.

Hic equidem amor, hæc cura licet expendere in illa ſatis nota Apoſtoli ſententia, *qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*, ad Roman. 8. n. 32. duo pendo: Primum, illud *non pepercit*, agebat namque ibi Apoſtolus de donis gratiæ, prædeſtinationis ſcilicet, vocationis, & iuſtificationis electorum, quæ omnia magna, & ingentia, ne ergo diffiderent, & vt magnam conciperent, ac firmiſſimam ſpem, hoc argumento confirmat, quia *proprio filio*, hoc eſt *vnigenito dilecto, qui naturæ ex ipſo eſt*, vt ait Theophylactus, quod notandum; nam ex hoc loco patres connaturalitatem filiationis diuinæ etiam quoad humanitatem in Chriſto cognoſcunt, ſic Hilar. lib. 6. de Trinitate, Adrian. Papa Epiſtol. ad Epiſcop. Hiſpan & Conc Francof. Vnde ſenſus *proprio filio*, hoc eſt *naturali*, non adoptiuo *non pepercit*, hoc eſt vt ait Tolet. *Miſit in carnem, vt homo fieret, hominem autem factum tradidit morti, vt nos liberaret*; Ergo tantum eſt dicere non pepercit, quantum illo ſe orbauit, priuauit, & vt ſic dicam quantum ex ſe quodammodo maluit eſſe ſine proprio filio, quam ſine te. Vah quanta Dei hominis æſtimatio, & inſpectio, vt mallet ſine proprio eſſe filio naturali, vnigenito, dilecto, quam ſine homine? *Conſidera*, inquit Ambroſ. lib. 1. de Iacob, & vita beata c. 6. *affectum patrium, quod pietatis eſt, quaſi morituri filij ſuſcepit periculum, quaſi orbitatis hauſit dolorem, ne tibi periret fructus redemptionis*; nil melius, da quæſo in Deo amorem hominis, da ſimiliter vnum impoſſibile, ſcilicet ſic filium proprium moriturum, ipſum poſſibile orbatum manere, ſic te Deus æſtimauit, ſic magnifecit, immo ſic æſtimat, ac magni facit ſecundum Ambroſ. vt potius orbatus manere vellet, quam tibi fructus periret redemptionis, vnde quantum ex te, niſi aliunde filius immortalis, *ſenſum hauſit orbitatis*, plus tibi, quam ſibi ſtudens, vt rectè idem concludit Sanctus dicens: *tale fuit Domino ſtudium noſtræ ſalutis, vt propemodum de ſuo periclitaretur, dum te lucraretur*, nil elegantius, ſi enim Deus neſcius eſſet de immortalitate filij, aut ſi dubius, ſic vt illum periculo exponeret mortalitatis, ſe orbitans, te hominem ſic dilexit, tanti te fecit, vt maluit de ſuo periclitari bono, dum de tua certus eſſet luſtratione, quid quæſo excellentius?

Ad Rom. 8. n. 32.

Theophyl.

Tolet.

2. Quomodo ea homines proprio filio non pepercit, & quo ſenſu debet intelligi.

Ambroſ.

A

At ſecundo pendo ly *pro omnibus*; quid prò omnibus? pulchrè Theophylact. ſcilicet, *tam ingenuis, tam non ingenuis, & humili, & celebri loco natis*, ſane hoc admirandum, tanti Deũ hominem, tanti ſuos æſtimare, vt licet viliſſimi, ac omnium abiectiſſimi, tamen apud ſe, vt ſic dicam pluſquam proprius æſtimentur filius, dum vt adnotat idem Theophylact non quomodolibet illum dedit, *verum ad mactationem tradidit*, ſi pro magnis tantum hoc, ſi pro principibus, aut ſelectis hominibus, etſi grande, tamen non ſic ſtupendum; at quod ad mactationem filium det pro quibuſlibet, pro viliſſimis, hoc magnum, & ſublime in Dei amore, vt tanti Deus ſuos faciat, ſic viliſſimos quoſque æſtimet, quod qui eos tangit, ſuam veluti tangat pupillam; quid vis vt dicam? plus ex hoc Dei in nos exaltatur amor, quam in cæteris omnibus.

Theophyl.

B

Attende ad dicta; affirmo enim tantum ex cæteris omnibus Dei amorem in nos præclarum fieri beneficiis, licet ex creatione, conſeruatione, aliiſque innumeris bonis, quantum ex æſtimatione hominum, non quorumcumque, ſed viliſſimorum, ſic vt eum dolorem ex eorum iniurijs perſentiat, vt quaſi leo inſurgens, & quaſi dolore ebrius macter, perdat, deleat, ac in nihilum redigat, ſuorum illorum infirmorum, abiectorum, ac nullius pretij perſecutores, etiam ſi hi præclari, etiam ſi reges, ac inclyti, plus apud ipſum illi infimi fuit, ac abiecti, quam ſupremi quilibet. Hoc equidem pendo in tremenda illa Dei ſententia aduerſus Amalechitas, Exod. 17. n. 17. cum enim Amalec, ne Iſrael per fines ſuos tranſiret, ſibi timens contra eum exiens pugnaſſet, licet Iſrael victor non tantum ex armis, quãtum ex Moſis oratione, & in ore gladij Amalec fugaſſet, occidiſſet, & perſecutus eſſet, tamen Deus ad Moyſen: *Scribe hoc ad monumentum*, ait, *in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriã Amalec ſub cælo.* Mirum, & maximũ, & quod valdè Doctores torquet, quale illud Amalec peccatum ſic grande, ſic maximum, vt ad tantam commouerit iram ipſum ſummum miſericordiæ patrem, vt non quodlibet promittat Amalecitis ſupplicium, ſed totalem extinctionem, & deletionem non ſolum bonorum, vitæ, ac omnium hominum, ſed etiam memoriæ, ſic ex illo cum exoſum habuit peccato, & quod amplius ſic Moyſes hoc æſtimauit, vt altare ædificans illud ei indiderit nomen, *Dominus exaltatio mea*; quid ergo illud tantum, vt ob hoc Dominus dicatur exaltatio ſua? nunquid & potentiores, & maiores non vicit Iſrael inimicos, cur ergo ex deletione Amalec tanta exaltatio? & quale illud tam magnum extitit peccatum? multi equidem multa prætendunt.

3. Amor Dei plus relucet ex ſuorum æſtimatione quam ex cæteris eius beneficiis.

Exod. 17. n. 17.

C

Primò Rupert. affirmat peccatum magnum fuiſſe, omnium primum Amalecitam oppugnare Iſraelem, ac per hoc anſam cæteris dare, vt ſimiliter illum oppugnarent, vnde ob hoc Numer. 24. n. 20. *Principium gentium dicitur Amalec*, ſeu vt vertit Chaldæus, *Principium bellorum Iſrael fuit Amalec*; vbi Rupert. lib. 2. c. 22. *Principium*, inquit, *gentium Amalec, non natione, ſed impietate aduerſum Iſrael; egreſſo namque Iſrael ex Ægypto primus omnium gentium venit Amalec, & pugnabat contra eum*; Rupertum omnes fere ſequuntur recentiores, Hugo Card. Carthuſ. Liran. Abulenſ. Caiet. Cornel.

4. Peccatum Amalec quo tantam ſui ſtragem meruit, quale.

Rupert. Num. 24 n. 20.

Quantum malum in principio conuerſionis obſtacula ponere.

Ting. Car. Carthuſ. Liranus. Abulenſ. Caietan. Cornel.

D

Digitized by Google

& cæteri; & ad mores valdè hæc conducit ſententia, dum terribile illis Dei inducitur iudiciũ, qui primi obſtacula animæ ex Ægypto egredienti pandunt, & bellum gerunt; væ illis; ſed re vera, licet magnum hoc eſſet peccatum, ſeu graui vallatum circunſtantia, non tamen mea ſententia tantum, vt adhuc memoriam deleri eius meruiſſet: nam profecto peiora in Iſrael Ægyptij excogitarunt, & tamen nunquam tale de eis Deus pronuntiauit.

Alij dicunt, quia magna violentia irruerit in Iſraelem, cum armis, curribus, infinitoque exercitu, animo, vt penitus non ſolum obſiſteret, ſed deleret Iſraelem, vt patet ex Iudith. 4. n. 13. & Sabellicus affirmat, *Nullam gentem Moyſim Paleſtinam venienti infeſtiorem fuiſſe, quam Amalecitas, qui Iudæos non ſolum ſuis finibus arcuerunt, ſed opportunitatem nacti teterrima clade affecerunt*; at hæc infirmior eſt ratio, quam præcedens; ſi bellum inferebat, certè & armatus, & validus occurrere debebat.

Iudith. 4. n. 13.
Sabellicus

Alij grauiorem cauſam addunt, ſeu grauiorem peccati circuſtantiam, quia nempe iura violauit ſanguinis: nam cum Amalecitæ ex Eſau proſapiam ducerent, fratres erant, ac conſanguinei Iudæorum, qui ex Iacob; ex iure ergo ſanguinis potius eos adiuuare, ac præſidiũ ferre, quam obſiſtere; at ipſi omnium pietatis, ac conſanguinitatis iurium obliti, tantum antiquarum iniuriarum Iacob in Eſau memores, ſupplantationis nempe, Geneſ. 25. n. 26. primogenituræ ereptæ c. 16. n. 33. benedictionis præoccupatæ Geneſ 27. n 28. vnde recrudeſcentibus odijs eos perſequebantur, ſic Theodoret. quæſt. 33. in Deuter. quærens cur Amalecitæ prorſus deleri iubeantur, reſpondet; *Erant impij, & fratres oderant: nam cum ab Eſau genus ducerent, primi ſuſceperunt bellum aduerſus Iſrael, tamen procul erat, & nec dum attigerat terminum illorum*; certè non inficias eam magnam hanc extitiſſe circunſtantiam, tum quia contra conſanguineos bellabant, quod ſemper Deo infenſum, tum maximè quia ex odio, & ex memoria iniuriarum, ſic vt nunquam animum demiſerint vindictæ. Merito ergo ob hoc deleti, & præcipue eorum memoria, vt dum hæc ſic tenax extitit iniuriæ, ac ſic indelebilis in odio, iuſto Dei iudicio pereat, & de ſub cælo exterminetur, vt omnibus, & ſingulis exemplum ſit indignam vitæ, dignam deletionis illam eſſe memoriam, quæ iniuriarum non obliuiſcitur. Audiant liuidi, & contremiſcant; at licet hoc ſit, tamen & alios ſimiliter videmus, & contra conſanguineos, & ex memoria iniuriarum inſurrexiſſe, & tamen eorum memoria non deleri; Abſalon enim ex memoria iniuriæ ſtupri illati à fratre Ammone contra illum inſurrexit, & occidit, 2. Reg. 13. n. 28. & tamẽ memoria eius nõ deleta; immo fornicem, quem in ſui memoriam extruxerat non legimus à Dauid dirutum, 2. Reg 18. n. 18. Ergo aliquid amplius debuit in Amalec peccato inueniri; quod ſic Deus perſentit, vt omnino eum delere inſtituit, quod vt intelligatur

Theodor.
2. Reg. 13. n. 28.
Ibi. c. 18. n. 18.

Sciendum Amalec non ſolum vi, apertoque Marte contra Iſraelem pugnaſſe, & aduerſus ipſum inſurrexiſſe, ſed fraude, & proditorio etiam ictu, quod apertè conſtat ex Deuter. 25. nu. 18. *Memento, quæ fecerit tibi Amalec in via, quemodo occurrit tibi, & extremos agminis tui, qui* A *laſſi reſidebant, occiderit*; vbi in Hebræo, & *decaudauit in te omnes debiles*, & in Græco, & *peremiſit caudam agminis*; In quo loco Rupert. Angelomus, & Gloſſa cum aliis obſeruant, hos quos Amalec occidit fuiſſe leproſos, immũdos, qui ſecundum legem extra caſtra degebant, debiles, ignauos, qui ſtrenuè iter proſequi non poterant, ac tandem infimiſſimæ plebis ſortis; hos autem Amalec occidiſſe, dum in via, & à cæteris ſegregatos reperiſſet, quod ſic Deus perſenſit, ſic indoluit, in eam iram exarſit, vt ex dolore excandeſcens allocutus fuerit Moyſi, vt illud in monumentum in libro ſcriberet, & auribus Ioſue traderet: nam ipſe certiſſimè ob hoc non ſolum homines Amalecitas, ſed etiam eorum memoriam eſſet deleturus è terra; ergo vt ad rem noſtram redeamus, non deleuit Deus Amalecitas, B non eorum memoriam de ſub cælo extinxit, quia principes, quia magnates interfecit ex Iſrael, ſed quia abiectos, humiles, homines viles, nulliuſque pretij; attamen quia ex ſuo populo ſic Deus ſuos amat, ſic extollit quantumque minimos, & abiectos. *Ponitur ſemeritas inſtipes*, ait Lira. in c. 25. Deuter. ſuper illa verba, *memẽto quæ fecerit tibi Amalec erga alienigenas Amalecitas, qui in exitu de Ægypto inuaſerunt filios Iſrael, & ex illis, qui erant vltimi in metatione caſtrorum, & filios Dan, & aliquos de aliis tribubus, qui laſſi non poterant ſequi locum ſuarum tribuum, & non timuerunt Deum inuadendo populum cuius erat ductor in columna nubis, & defenſor in mirabilibus factis.* Hinc ex hoc ſanctiſſimus Moyſes illud ponderans, & admirans, vt pro ſic abiectis, ſic viliſſimis hominibus C tantam Deus ſumeret ſtragem, & quod ſic ſuos faceret omnes nullo derelicto, etiam minimo, vt merito ad tantum, tantumque Dei in ſuos reſpectum attendens altare erexerit, illud aptiſſimè appellans *exaltationem ſuam*: nam qualis amplior exaltatio ex cogitari poteſt, vt ſic Deus æſtimet, ac populum ſuum amet, quod viliſſimos quoſque ſic in pretio habeat, vt ad vindictam illorum populos peſſundet, ac deſtruat, Reges occidat, viroſque principes mactet; hic merito à Paulo dictum, & admiratum Deum filio ſuo non peperciſſe, ſed pro omnibus, hoc eſt pro *ingenuis, & non ingentis*, vt aiebat Theophylact. illum tradidiſſe, vt merito quis ex hoc ſpem ſuam erigens vnice in Deo cõfidens, & cætera ab illo expectet non grauatus ſi à tribulatione non ſic cito eum Deus eripit, aut ſi non quod expetit concedat, cum ex tanto amore exhibito, ſi non dat, ſignum quod non expedit, vt egregiè cõcludens Theophylact. ait; *proinde, ſi quippiam tibi non impertijt, non conducit tibi, ac ea propter non impertijt, ne igitur impenſe deſideres liberationem, qui affligeris propter Chriſtum.*

Rupert. Angelom. Gloſſa.
Liranus.

6. Tribulatio patienter ſufferenda liberationẽ non expetendo.

Hinc profecto fit, vt cum ſic Deus ſuos æſtimet, ac inſpiciat, ſemper totus ſit non ſolum ad eorum defenſionem, ſed ad eorum reputationem, nominiſque indemnitatem, ac famam, vt non ſolum eorum indemnes conſeruet perſonas, ſed famam, ſed creditum, ſed reputationẽ. Hoc expendo in hiſtoria illa Abrahami cum Amalec, Geneſ. 20. n. 3. hic enim cum Saram Abrahami vxorem tuliſſet reputans eam Abrahami ſororem, ſicut & ipſemet dixerat Abraham

7. Deus totus ad famam conſeruandam ſuorũ.

Geneſ. 20 n. 3.

Deuter. 25. n. 18.

de nocte in somnis ei Deus apparens dixit. *En morieris propter mulierem, quam tulisti; habet enim virum*, cui Abimelech, *num gentem, & ignorantem, & instam interficies? nonne ipse dixit mihi, soror mea est?* cui Deus, *scio quod simplici corde feceris, & ideo custodiui te, ne peccares in me, & non dimisi vt tangeres eam; nunc ergo redde viro suo vxorem, quia prophetа est, & orabit pro te, & viues.* Aliqua hic prius libet expendere; primum, vnde ille peccasset, si inscienter, & simpliciter tetigisset Saram? vt illi dicat Deus, *custodiui te, ne peccares in me*; & secundo, si ille ignoranter, ac verè simpliciter illud fecerit, cur Deus illum castigaurit sic dire, vt dicat Ioseph. lib 1. antiquit. tam graui laborasse morbo, vt salus eius iam esset à medicis desperata. Ad primam ergo dubitationem rectè respondet Cornel. non peccaturum Abimelec, si tetigisset Saram formaliter, sed tantum materialiter, quia verè ad non suam accedebat; Deum autem eum punisse, & castigasse, seu vt melius dicatur, infirmitatem immisisse, non vt quasi pœna illum castigaret, sed vt quasi antidoto illum etiam à materiali custodiret peccato, sic Deus illud abhorret; ad exemplum principum; supremorumque regum, vt aduertant quanta districtione curare teneantur, vt sua sint sine peccato regna, quod etiam materiale debeant exterminare peccati; immo ad doctrinam nostrorum Theologorum hæc, vt videant, aspiciant, ac ponderent, quomodo materiale aut consulunt, aut permittunt peccati, ab vsurario exposito ad redimendam vexationem necessitate quis compatius, scio licitum vsuras petere, à iudice corrupto scio licitum per pecuniam iustam sententiam extorquere, quia non ad formale, sed ad materiale tantum concurro illius peccati, licet diuersa ac ille intentione, seu fine, tamen scio illum peccare, licet me non peccante; quid ergo? nunquid passim hoc consulendum, aut permittendum? ad instar Dei, zelo contra materiale etiam peccati se arment, & quoad fieri potest, & illud exterminent, fidelis Deus, cui si fidant aliunde eis succurret, & melius, expertus loquor quod vidi, affirmo, miraculosè sæpe ob hoc Deum necessitatibus occurrisse, sic vt vltra votum, vltra expectationem.

8. Abimelec vt posset Saram cõtingere etsi ignorãter.

Iosephus.

9. Materiale peccati quanta diligẽtia etiã cauendum.

Abulens. Ad secundam autem Abulens. respondet, Abimelec non castigatum ob peccatum aliquod, quod tunc commisisset, sed forsitan ob aliud delictum alias patratum: nam vt ipse ait: *Aliquando Deus punit homines in vno facto innocentes propter peccatum, quod olim commiserunt, cum tunc peccatum non extet, licet homines putent eos in illo actu non deliquisse, & sic multi delinquentes æstimantur, qui non fuerunt, tamen magna Dei iustitia. Potuit ergo esse quod Abimelech meruerit puniri ob aliud delictum, & non punitus fuit, & tunc puniuit Deus eum propter Abraham communando punitionem vnius delicti ad alterum.* Hæc doctrina in se & vera est, & ad mores applicata excellens, vt nemo quando innocens patitur, de Deo, aut de fortuna conqueratur, aduertat si aliquando peccauit, & pœnas non dedit, & non innocentiæ tunc, sed præterito delicto attribuat tormentum, patienterque ferat, non indignatus; & secundo, admirabilis Dei in hoc expenditur prouidentia, dum peccanti suspendit supplicium in aliud reseruans tempus, quando ad eius bonum, quando ad cæterorum proficere possit; en tibi Abimelec, qui aliquando peccator, tunc non castigatus, sed pœna reseruata, quando innocens ad eius innocentiam custodiendam, sic vt non solum esset pœna respectu præteriti peccati, sed antidotum futuri, eum ab illo reseruans, & custodiens; vnde illi Deus: *Et ideo*, ait, *custodiui te*, hoc est per pœnam, *ne peccares in me*, & simul vt Abrahamo prospiceret, & eius consuleret honori. Ex quo inferre debemus nũquam summum illum patrem nostra non curare, siue quando supplicium infert, siue quando suspendit, & innocentes suos plectere ad pœnam simul & custodiam.

10. Deus sæpe pœnam suspendit post peccatum patratum, vt eam infligat in innocentiæ statu, & quanta in hoc diuina sit eius prouidentia, quamque amet.

At licet hæc vera sint, tamen nescio quid peccati, etsi leuissimi, vt etiam idem affirmat Abulens. & sequitur Cornel. Abimelech in hoc facto subodoror: nam etsi sanctus, & innocens homo, tamen à pulchritudine Saræ abstractus, & illectus, etiam si vt soror Abrahami, tamen authoritate regia fisus contra eius voluntatem, aut saltem illibenter sustulit; hoc equidem sonant illa verba. *Misit ergo Abimelec Rex Gerara, & tulit eam*; misit, tulit, quandam præseferunt violentiam, aut saltem resolutum imperium, vti Rex; cui expositioni fauet Iosephus vbi sup. dum ait, timuisse Abrahamum Regem, *quia amore Sara capius, ea potiri cupiebat.* Ergo etsi innocens, etsi nescius, tamen aliquod in illa actione peccatum, quod ipse, quod sui non inspexerant, ob quod à Deo sic dire flagellatus, vt ipse pene enecatus, & sui, quid ex hoc? sane duo, primum, quantum Dei expauescendi oculi, quantum eius iudicium formidandum, *Num gentem ignorantem, & instam interficies?* dixit Abimelec Deo, *in simplicitate cordis mei, & mundicia manuum mearum feci hoc.* Ergo in illa actione ex ignorantia, ex simplicitate iustum, & mundum se reputabat Abimelec, nullum in se peccatum recognoscens, ac proinde quasi de Deo expostulans non simpliciter dixit interficies, sed *num interficies?* quasi Deum redarguens, qui illi dixerat, *en morieris propter mulierem*; attamen nulla expostulationis erat ratio, & iustissimè Deus illum interfecisset ob illud peccatum, quod ipse non videbat, nec ponderabat, sic illi occultum, vt soli Deo pateret; quis te non formidabit Deus Israel? aut quis tecum compositus se iustificare poterit? verè non respondebit vnum pro mille, cum omnes iustitiæ nostræ sicut pannus menstruatæ, & nisi ille sua nos saluet misericordia, peribimus; quis hæc audiens superbiet? aut quis de sua confidens sanctitate securum se æstimabit? Paueamus omnes Deum vindicem, scientes sola nos humili nostri recognitione, humili non solum peccatorum, sed etiam bonorum operum recognitione posse saluari. Secundum autem, vt paueant ex hoc principes alti, paueant superbi Reges, ac tyranni pauperes opprimentes non solum quando aperta vi sua ab eis auferunt, aut quando manifeste illis obsistunt, sed etiam quando latenter, quando à maiestate oppressi non tantum voluntate, quantum coactione tribuunt, non ipsi dantes, sed se spoliari permittentes clanculum obmurmurantes, gementes. En tibi Amalec percussus, pene enectus ipse,

Abulens. Cornel.

11. Dei oculi quantum expauescendi.

12. Reges quãtum timere oppressionem debẽt pauperum.

ciuſque mulieres, familia, domus; ſi quæras cauſam, quia vti Rex non vxorem, ſed ſororem A ſuam ab Abrahamo abſtulit, ſi non vi, ſaltem regia authoritate.

At ad noſtra accedentes, quod vlterius pendo ſunt verba illa: *Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, quia Propheta eſt, & orabit pro te*, ad quid hæc, quia Propheta eſt? Abulenſ. duas affert rationes; primam, hoc ideo adrectum, vt ſi fortè dubitaſſet Abimelec Abrahamum non receptu- rum vxorem, quia forſitan ab eo tacta, ſciret illum eſſe Prophetam, & optimè noſſe illibatam manere; ſecundam meliorem, vt Abrahamum apud Abimelec honoratet, famæ, ac honori eius conſuleret; ob quod non ſolum dixit eſſe Prophetam, ſed etiam ſalutem per eius orationes conſecuturum. *Vel dicitur*, ait, *ordinando cum ſequentibus, & ipſe orabit pro te, vt remittatur tibi, & exaudietur à Deo, quia vir Sanctus, & Propheta eſt*; quæ ratio optima, cuius vis vt apprehendatur, ſciendum male coram Deo Abimelech de Abrahamo ſentiſſe, reputans virum mendacem, & fallacem, vnde ait: *Nonne ipſe dixit mihi, ſoror mea eſt, & ipſa ait frater meus eſt?* in Abrahamum, eiuſque malitiam, ac mendacium totam refundens culpam; & vt videas quanti hoc eſſet apud ſanctiſſimum hominem, quantamque malam de Abrahamo conceperat opinionem ob mendacium eius, eiuſque vxoris, vt ne amplius diſſimularet Abraham, nec Sara, nec amplius illa vterentur tergiuerſatione, quam mendacium ipſe reputabat, mille argenteos ei dedit dicens Saræ vbi ſup. n. 16. *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt, & quocumque perrexeris memento te deprehenſam*; locus difficilis, & quem nunc non vacat exponere, ſufficiat pro nunc verum hunc reddere ſenſum, mille argenteos Abrahamo dediſſe Abimelech ob Saram in ſignum eius illibationis, & quod intacta ab eo exiret; & ſecundo, vt non amplius ea vteretur diſſimulatione, reminiſcens in illa ſe eſſe deprehenſam, ac proinde æſtimatam mendacem, ac falſiloquam. *Hoc*, ait Abulenſ id eſt *quod ſu mihi talia fueris locuta*, mentiendo ſcilicet, *ſit tibi in velamen oculorum ad eos, qui tecum ſunt, hoc eſt ad verecundiam quod loqui non audeas, nec oculos elevare inter eos, qui tecum fuerint, ita quod ſemper vivas in verecundia, & quocumque perrexeris momento te eſſe deprehenſam, id eſt omni tempore recorderis, vbicumque ſis quod in mendacio* D *deprehenſa es*. En quantum malum mendacium æſtimabat ſanctiſſimus iſte Rex; quid ergo ex hoc, niſi quod dum Abrahamum mendacem æſtimabat, peſſimè, ac male de ipſo ſentiebat? at quid ſupernus ille ſuorum inſpector, & defenſor? non tantum curauit vt Abrahamo ſua reſtitueretur vxor, quantum vt ſuo proſpiceretur honori, ſuæ famæ, ac ſanctitati, vt non ſolum Abimelech ſua Abrahamo reſtitueret, ſed etiam vt ſanctum eum æſtimaret, ac proinde in ſummo eum haberet creditu, ſummoque honore; ob quam etiam cauſam eius ſalutem orationi committit Abrahami, vt non ſolum verbo, ſed facto eius confirmet ſanctitatem. *Vide* Chryſoſt. ait Hom. 45. in Geneſ. *quomodo Dominus volens iſtum per omnia reddere illuſtriorem proſtibus Patriarchæ ſalutem Regis, & omnium, quæ inſunt in domo illius donat*. Illuſtrem eum faciendo, & in omnibus eum defendendo. Quapropter rectiſſime Alexandri lib. 1. Pedag. cap. 9. hanc Dei erga ſuos prouidentiam tunicæ comparat, quæ vndique à frigore, à pluuia, homines defendit, vnde illud Ezech. 34. n. 15. *Ego paſcam oues meas, & ego eas accubare faciam*, ſic legit, *ego ero prope ipſos ſicut tunica prope corpus ipſorum*; omnia illorum ſic proſpiciens, vt nec, vt ſic dicam, ſtaminis filus eis deficiat.

Abulenſ. 13. Deus quãtum honori proſpexit Abrahami.

Alexãd.

Ezech. 34 n. 15.

Hanc ergo diuinam inſpectionem ſic erga ſuos ſubtilem, ac vt ſic dicam minutam libet expendere in facto illo Dauid, quãdo deiectus, & ab Achis Rege expulſus venit in Sigelec, vbi mulieres habebat ſuas, inuenitque eam ſuccenſam, ac mulieres ereptas, ab Amalecitis omnia ſanguine, ac fumo repleta, 1. Reg. 30. cuius angu- 1. *Reg.* 30. ſtias eleganter deſcribit Chryſoſt. lib. 3. de *Chryſoſt.* prouident. tom. 3. *Dauid*, ait, *percuſſus verbis ſatraparum accepta contumelia, receſſit mœrens, ac domum rediens tanta mala, tot clades offendit, vt pene mœrore ſuffocaretur; imerat enim ille, quaſi quieturus domi, mœroris pratendit conſolationem, inuenturus vxores, cum repente audiuit illas in ſeruitium ab hoſtibus abductas, hauſitque oculis ignem, fumum, ſanguinem, cadauera; atque antequam iſtos ingeret, captiuoſque deſleret, irruunt ad eum feræ omnibus immanius habitatores ciuitatis, quærentes ſingulis caſum ſuorum conſolationem ex illius capite*; quid miſerabilius, aut abiectius de Dauid excogitari potuit, à Saule perſecutus, extra propriam domum, & regnum, à Rege altero etiam eiectus, ab eius ſatrapis iniurijs affectus, in vrbem exteram dum redit vbi vxores, eas reperit captiuas, ciuitatem ſuccenſam, filios, filiaſque ſuas in ſeruitium redactas, rem, ſupellectilem diruram, & vltimo totus ciuitatis populus contra eum volans eum lapidare; *Volebat enim eum populus lapidare,* *Lira.* *quia ſecum duxerat*, ait Lira. *omnes bellatores, nec dimiſerat aliquos ad cuſtodiam loci*; quid ergo? nunquid in hac tempeſtate non Deus cum illo? non eius inſpector, ac magnificator? immo & præclarus. Conſuluit ergo primo illum Dauid dicens: *Perſequar an non?* cui Dominus, *perſequere, abſq; dubio comprehendes eos, & excutiespredam*; in verbo Domini eos eſt perſecutus, & ad eos peruenit, *Et eruit*, ait Scriptura, *Dauid omnia quæ tulerant Amalecitæ, & duas vxores ſuas eruit, nec defuit quidquam à paruo vſque ad magna, tam de filijs, quam de filiabus, & de ſpolijs, & quæcumque rapuerant, omnia reduxit Dauid, & tulit vniuerſos greges, & armenta, & minauit ante faciem ſuam*; ſed antequam ad meum deueniam ſenſum, libet prius expẽdere Dauid ad Amalecitas non peruenisſe, etſi Deum pro ductore haberet, niſi per puerum Ægyptium, quem ſemi mortuum in agro inuenit, à quo refocillato petiit Dauid, *potes me ducere ad cuneum iſtum*, ſi Deum habebat ductorem ad quid puerum quærere, & ab illo viam expoſtulare? ſane quia prudens nouerat Rex Deum ſemper illis fauere, qui non ſuo ſe fidentes conſilio alienum quærunt; egregiè Baſil. in c. 1. Iſaiæ, *Sacra quædam res eſt conſilium*, ait, & *humilitatis inſigne: è diuerſo intolerabile eſt ſuperbiæ argumentum, exiſtimare ſe nullius egere conſilio*. Docemur ex hoc non nobis ipſis fidere, non tantum ſuperiori fidere lumine, vt huma-

14. Deus quam minutatim quæ ſuorũ proſpicit.

15. Conſilium humanum ſemper adhibendum in rebus etiam ſpiritualibus. *Baſilius.*

Geneſ. 2. n. 16.

nam reſpuamus: nam tuta illa eſt directio, quando ad Dei inſpirationem humanum addimus A conſilium, humanum magiſterium.

Sed quis puer iſte Ægyptius? quid ille ſignificat à Domino derelictus, in campo abiectus, veſtibus denudatus, fame enectus; egregiè Diu. Greg. lib. 5. Moral. c. 29. peccatorem ait ſignificare à mundo derelictus, à Deo acceptus, ad gratiam ſublimatus prædicationis. *Ægyptius puer in itinere laſſatur, quia amator preſentis ſeculi peccati nigredine opertus ſæpe ab eodē ſeculo infirmus deſpectuſque relinquitur, hunc Dauid inuenit, quia Chriſtus vere manu fortis, quos deſpectos à mundi gloria reperit in ſuum amorem conuertit, cibo paſcit, quia ſcientia verbi reficit, ducem itineris elegit, quia ſuum etiam prædicatorem facit.* Quis ergo deſperet, ſeu, vt melius dicam, qualis homo deſpiciendus; ne ſuperbiant ergo ſpirituales ab infimis & conſilium, & doctrinam attendere: nam poſſibile vt plus ex hoc vno audiant, quam ex mille ſuperioris ſortis; ſed ad noſtra.

S. Gregor.

Cur ergo Scriptura ſic minutatim omnia illa adnotat? optimè Abulenſ. vt inde quanta Dei prouidentia erga Dauid extitiſſet agnoſceretur: nam cum ipſe in Sigelec non haberet, niſi duas tantum vxores præter quas nil aliud, nec filios, nec familiam, nec bona de quibus multum doleret, ſic Dominus ex afflictione illa eum eripuit, ſic pro eo pugnauit, ac ſic rebus prouidit eius, vt non ſolum ſuas recuperaret vxores, non ſolum filios, filiaſq; ſuorum, ac ciuium Sigelec, ſed etiam omnem illam prædam, quam aliunde Amalecitæ furripuerant, ſuam faceret, ſic vt minantes eam Dauid milites ouantes, ac pro Dauid triumphum agentes dicerent acclamantes, C *Hæc eſt præda Dauid, hoc dixerunt*, ait Abulenſ. *ad laudem victoriæ Dauid, ſic enim fieri ſolebat in omnibus victoribus, quādo dabatur eis triumphus quod precederent aliqui canentes ante eos in laudem victoriæ*; immo vt annotat Theodoretus quæſt. 67. ideo permiſit Deus, vt Amalecitæ in Figelec irruerent, ac eam incenderent, vt ex victoria, *plurimam amicitiam Dauid ſignificaret ſuis contribulibus, & eos ad maiorē attraheret benevolentiam*; ſic vt illi, qui prius eum lapidare volebant, poſtea pro eo deperirent. En quomodo ſuos Deus honorat, quomodo eorum eſt inſpector, quomodo eis ſemper aſſiſtit defendens, adiuuans, & hoc vt noſter ait Sapiens, *omni tempore*.

Abulenſ.

Theodor.

16. Deus ſolus & totus in ſuos beneficandos, protegendos.

Addam & alterum, vt non ſolum omni tempore Deus ſuos inſpicit, & protegit, ſed quod D amplius, ſolus ipſe per ſe, totus ad ſuorum bonum incumbens, quod voluit Samuel populo dicere in illis ſenſatiſſimis verbis, 1 Reg. 10. nu. 29. ingratitudinem exprobrans ſic: *Vos autem hodie proieciſtis Deum veſtrum, qui ſolus ſaluauit vos*; pende ly, *ſolus*, emphaſim habet, ingratitudinem exaggerans; *Quod poſuit*, ait Abulenſ. *ad ſignificandam magnitudinem ingratitudinis: nam ſi Deus feciſſet aliqua beneficia populo Iſrael, & etiam aliquis alius contuliſſet aliquid magnū, & deſererent Deum, vt ſequerentur alium benefactorem, licet eſſet malum, tamen non eſſet tam imputabile; tunc vero nullus alius contulerat bonum Iſraelitis, niſi Deus, & eum abiecerant, & ſic erat maxima ingratitudo.* Egregiè, pende quæ Deus populo illo rebelli fecerat, pende ab Ægypto liberationem, quot miracula? quot portenta? quot, vt noſter Sapiens hic ait, *Elementorum conuerſiones*? nunquid in omnibus illis aliquis alter Deo aſtitit? nunquid non ipſe ſolus? ſi ergo ſolus, cur alium petunt?

1. Reg. 29.

Abulenſ.

17. Ipſe ſolus ob hoc diligendus.

Quid ex hoc? illud amice, quo finem ſcribendi facio, vt quia ſolus eſt Deus ad nos liberandum inſpiciendum, defendendum, præmiādum, vt ipſum ſolum amemus, diligamus, inſpiciamus, ſolum ipſum vt patrem habeamus, immo veluti pueri, hoc ſolum loqui ſciamus, hoc ſolum prountiare, ſcilicet patrem Deum 1. Petr. 2. n 2. *Sicut modo*, ait, *geniti infantes, rationabiles ſine dolo lac concupiſcite.* Si infantes, ſi pueri, vnde rationabiles? certè iſti prorſus ſine ratione in illa ætate; at rectè Clem. Alexand. 1. Pædag. c. 50. hoc ideo dixiſſe affirmat Apoſtolum, vt ſignificet poſt Chriſtum natum, poſt Chriſtum paſſum, poſt Chriſtum reſuſcitatum, poſt redemptionem acceptam, *Scientes*, vt ipſe ait, *quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti*, omnes ſicut pueros eſſe debere, neſcientes aliud dicere, nec aliud nominare, niſi veluti pueri ſolum Deum patrem ſicut iſti hoc tantum promunt verbum pater pater; *Iure*, inquit, *ſunt pueri, qui ſolum Deum patrem nouerunt, ſimplices, infantes, integri, ac innocentes, qui ſunt vnicornium amatores.* Egregiè, pueri effici nos debemus, ſed pueri rationabiles, & omnis noſtra ratio in eo, vt quia Deus ſolus nos redemit, ſolus nos ſaluauit, ſolus nobis aſſiſtit, ſolus vt noſter ait Sapiens, *nos honorat, & non deſpicit in omni tempore, & in omni loco nobis aſſiſtens*, vt ipſum ſolum amemus, honoremus, diligamus, *in omni tempore, in omni loco.*

1. Petr. 2. n. 2.

Alexād. 18. Homines poſt Chriſtum natū quo ſenſu pueri eſſe deberent.

Ad finem ergo iam tanti perueni operis poſt annos plurimos, poſt exanthlatos labores, poſt infinitas prope modum intermiſſiones. *Tempus eſt*, vt cum Diu. Greg. Moral. 35. c. 16. dicam, vt *ad me redeam: nam multum quippe mens noſtra etiam cum recte loqui conatur, extra ſemetipſam ſpargitur*; me ipſum intimius examinans, ac totum interius diſcutiens, Deo me placere, ſuam proſequi laudem, aliquid poſt obitum relinquere, quod pro me Deo inſeruiat, ne vndequaque mortuus exiſtam; ſolummodo intendiſſe reperio, non ob hoc purum, ſed impuriſſimum me iudico: nam cum totus in peccatis ſim natus, & circumquaque vitiis ſuffultus, dum me aura tetigit laudis, dum humana vox, miſet poſſibile vt aliter finiam, quod ſcio aliter me inchoaſſe. Vnde certiſſimè habeo, quod ſi de his diuinitus diſtrictè diſcutiar, nullus mihi remanet ſalutis locus, nullum ex tanto labore præmium; vnde lectorem meum orare cogor per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt apud diſtrictum iudicem ſubleuamen ſuæ mihi impendat orationis, & pro me impetret, quod ego deficiens iuſtè commerui; nam vt cum eodem Gregor. dicam, *Mala me aliqua eſſi dixiſſe non inuenio, tamen quia omnino non dixerim non defendo; bona vero, ſi qua diuinitus accipiens dixi, mee videlicet vitio minus me dixiſſe profiteor.*

S. Greg.

Idem.

PARAPHRASIS.

Digitized by Google

PARAPHRASIS.

Num. 1. *Impiis autem vſque in nouiſſimum ſine miſericordia ira ſuperuenit, præſciebat enim & futura illorum.*

At licet cum Hebræis experientia tantum iræ ſuffecit, tamen impiis vſque in nouiſſimum eſt ira ſine miſericordia, quia ineuitabilis, cuius cauſa, quia pertinaciam illorum Deus præſciebat.

Num. 2. *Quoniam cum ipſi permiſiſſent vt ſe educerent, & cum magna ſollicitudine præmiſiſſent illos, conſequebantur illos pœnitentia acti.*

Præſciebat enim quoniam cum ipſi permiſiſſent Hebræis, vt ſe educerent, & abirent, immo cum magna ſollicitudine impudentes vt exirent, tamen pœnitudine poſtea acti conſequebantur illos.

Num. 3. *Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientiæ, & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos perſequebantur.*

Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientiæ, & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos perſequebantur.

Num. 4. *Ducebat enim illos ad hunc finem digna neceſſitas, & horum, quæ acciderant commemorationem amittebant, vt quæ deerant tormentis repleret punitio.*

Ducebat enim illos ad hunc finem, ſcilicet mortis digna neceſſitas, pœnæ ſcilicet emeritæ, vnde horum quæ acciderant commemorationem amittebant, vt quæ pœnæ ſcilicet deerant tormentis præteritis repleret noua punitio.

Num. 5. *Et populus quidem tuus mirabiliter tranſiret, illi autem nouam mortem inuenirent.*

Et populus quidem tuus mirabiliter tranſiret, per mare ſcilicet, vnde illi nouam mortem inuenirent.

Num. 6. *Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio reſigurabatur, deſeruiens tuis præceptis, vt pueri tui cuſtodirentur illæſi.*

Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio creata ſtabilis permanens, tamen Dei iuſſu quaſi alia eſſet transfigurabatur deſeruiens tuis præceptis, vt pueri tui cuſtodirentur illæſi.

Num. 7. *Nam nubes caſtra eorum obumbrabat, & ex aqua quæ antea erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio.*

Nam nubes dum Hebræi tranſirent, caſtra Ægyptiorum obumbrabat ne accederent, & ex aqua quæ antea erat terra arida apparuit, & in mari rubro via ſine impedimento, & campus flores, herbas germinans in profundo nimio.

Num. 8. *Per quem omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia, & monſtra.*

Per quem omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia, & monſtra.

Num. 9. *Tanquam enim equi depauerunt eſcam, & tanquam agni exultauerunt, magnificantes te Domine, qui liberas illos.*

Tanquam enim equi poſt tranſitum maris, depauerunt eſcam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te Domine, quia liberaſti illos.

Digitized by Google

Textus.

Num.10. *Memores enim erant adhuc eorum quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium eduxit terra muſcas, & pro piſcibus eructauit fluuius multitudinem ranarum.*

Num. 11. *Nouiſſime autem viderunt nouam creaturam auium, cum adducti concupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis.*

Num. 12. *In allocutione enim deſiderij aſcendit illis de mari ortigometra, & vexationes peccatoribus ſuperuenerunt, non ſine illis, quæ ante facta erant, argumentis per vim fulminum; iuſtè enim patiebantur ſecundum nequitias ſuas.*

Num. 13. *Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt, alij quidem ignotos non recipiebant aduenas; alij autem bonos hoſpites in ſeruitutem redigebant.*

Num. 14. *Et non ſolum hæc, ſed & alius quidem reſpectus illorum erat, quoniam iniuſti recipiebant extraneos.*

Num. 15. *Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eiſdem vſi erant iuſtitijs, ſæuiſſimis afflixerunt doloribus.*

Num. 16. *Percuſſi ſunt autem cæcitate, ſicut illi in foribus iuſti, cum ſubitaneis operti eſſent tenebris, vnuſquiſque tranſitum oſtij ſui quærebat.*

Num. 17. *In ſe enim elementa dum conuertuntur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonum cuſtodiunt, vnde æſtimari ex ipſo viſu certo poteſt.*

Num. 18. *Agreſtia enim in aquatica conuertebantur, & quæcumque erant natantia in terram tranſibant.*

Num. 19. *Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliniſcebatur.*

Paraphraſis.

Quorum lætitia augebatur ex memoria eorum, quæ in incolatu illorum in Ægypto facta fuerant, quemadmodum contra Ægyptios pro ſobole animalium proficuum eduxit terra muſcas, & pro piſcibus eructauit fluuius multitudinem ranarum.

At tui nouiſſime viderunt nouam creaturam auium, cum adducta concupiſcentia, & fameſcentes poſtulauerunt eſcas epulationis.

Nam in allocutione, & petitione deſiderij aſcendit illis vt ſaturarentur de mari ortigometra; dum è contra peccatoribus Ægyptiis antequam præfocarentur ſuperuenerunt vexationes, fulgura ſcilicet ad inſtar illorum quæ antea paſſi ſunt in Ægypto: iuſtè enim patiebantur ſecundum nequitias ſuas.

Etenim præ Sodomitis deteſtabiliorem ipſi inhoſpitalitatem inſtituerunt; alij quidem, hoc eſt Sodomitæ ignotos non recipiebant aduenas, Angelos ſcilicet, quos non cognoſcebant; alij autem hos Ægyptij bonos hoſpites Hebræos ſcilicet, ſuos benefactores in ſeruitutem redigebant.

Et non ſolum hoc ſcilicet ponderandum in illorum inhoſpitalitate, ſed etiam & aliud diſcrimen, & reſpectus erat ab inhoſpitalitate Sodomitarum: nam iſti inuiti recipiebant extraneos.

At ipſi Ægyptij nempe cum lætitia receperunt Hebræos, qui cum eiuſdem vſi fuiſſent inſtitiis, hoc eſt legibus, ſæuiſſimis tamen poſtea afflixerunt pœnis.

Percuſſi ſunt autem cæcitate Ægyptij nempe, ſicut Sodomitæ in foribus iuſti Loth ſcilicet: nam cum ſubitaneis operti eſſent tenebris, vnuſquiſque ſuimet oſtij tranſitum quærebat, nec inueniebat.

Nec equidem hoc mirũ, talia ſcilicet in impios elementa peragere, etſi immutatis ipſis: nam dũ ad quos Deus iubet cõuertuntur, non naturam immutant, ſed concentũ, non ſecus ac in organo qualitatis ſonus immutatur ipſo integro remanente, ſic etiam elementa omnia ad Dei præceptũ cuſtodiunt ſuum ſonũ non mutatis naturis, quod equidem ex ipſo viſu æſtimari poteſt.

Agreſtia enim in aquatica conuertebantur, dum per mare animalia terreſtria ſicut per terram proficiſcebantur, & quæcumque erant natantia, hoc eſt ranæ in terram tranſibant.

Ignis in aqua valebat ſupra naturam, & aqua extinguentis naturæ obliniſcebatur, dum grando ignis mixtus in Ægyptios ferebatur.

Num.20. *Flammæ è contrario corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec diſſoluebant illam, quæ facilè diſſoluebatur ſicut glacies bonam eſcam.*

Flammæ è contrario corruptibilium animalium, quæ ignita in Ægyptios immittebantur, non vexauerunt eorum carnes, nec ignis diſſoluebat illam (manna nempe) quæ facilè diſſoluebatur ſicut glacies bonam eſcam.

Num. 21. *In omnibus enim magnificaſti populum tuum Domine, & honoraſti, & non deſpexiſti in omni tempore, & in omni loco aſſiſtens ei.*

In omnibus enim magnificaſti populum tuum Domine, & honoraſti, & non deſpexiſti in omni tempore, & in omni loco aſſiſtens ei.

Ad laudem Dei Omnipotentis, eiuſque Sanctiſſimæ Genitricis explicui hoc opus anno Domini 1632. Aprilis 3. die Sabathi, Deo Patri Summo, Chriſto eius Filio, Sanctiſſimæque eius Genitrici, ſumma Laus, Honor, & Gloria: nobis autem confuſio faciei.

Digitized by Google

TABVLA RERVM
NOTABILIVM.

A

Aaron.

EIVS virga cur in tabernaculo, hom. 6. n. 71. cur germinans ſignum extitit diuinę eius electionis, hom. 8. n. 37. Chriſti regiminis extitit ſignum, ibi. n. 38. pietatem ſignificat ſacerdotalem, ibi. n. 41. & hominis progreſſus in ſanctitate, ibi. n. 42.

Sacerdotali poteſtate dignus, hom. 8. n. 43.

Abraham.

Per cæcam obedientiam ad Dei peruenit viſionem, hom. 12 n. 25. quam dirè tentatus in immolatione filij, ibi. n. 26. in ariete paſſionem vidit Chriſti figuratam, ibi. n. 27. ex obedientia eius viſus acies aucta, ibi n. 28. palmam victoriæ fidei detulit, ibi. n. 29.

Excellentia eius ſacrificij quanta, c. 10. n. 5. com. lit n. 10. quantum meruit in oblatione filij, ibi. n. 11. præſtantior eius amor, quam Iſaac in ſacrificio, c. 10. n. 5. diſput. 1. n. 15 paſſus eſt viſibiliter in immolatione, dæmonis tentationem, ibi. n. 16. malè feciſſet ſi filium non immolaſſet, hom. 19. n. 4.

Eius ardens obedientia expenditur, homil. 87. n. 18. quo ſenſu ſic Chriſto militauit, vt Ioannes Euangeliſta, c. 18. n. 4. diſputat. 11. n. 44. cur pro ſe nihil, pro ſociis tamen à rege accipere voluit Sodomorum, hom 101. n. 26.

Acab.

Quomodo dicatur inſepultus, hom 21. n. 27. & 30. eius pœnitentia an vera, ibi. n. 28. eius iudicium expenditur, hom. 36. n. 32.

Academia.

Vna inſtituta ad probandum nil eſſe certum, & certo ſciri, hom. 14. n. 14.

Adam.

Cur à Deo veſtitus, hom. 3. n. 44. extra paradiſum creatus, c. 10. n. 1. com. lit. n. 11. quanto tempore in paradiſo, ibi. n. 13. vt mollis effectus à muliere, hom. 19. n. 32. infidelis extitit, ibi. n. 33. quæ eius infidelitas, ibi. n. 37. putauit veniale eſſe comeſtionem pomi, ibi. n. 38.

Hæretici qui affirmarunt illum non ſaluatum, c. 10. n. 2. com. lit. n. 1. temeraria eſt ſententia, ibi. n. 2. cur cinctoriis ſe contexit, ibi. n. 3. piè credi poteſt cum corpore in cælo, ibi. n. 4. plenum obtinuit dominium ſuper omnia animalia, & illud poſt peccatum non amiſit, quoad ſubſtantiam, ibi. n. 6.

Eius ſepulchrum etiam Gentiles ſunt venerati, c. 10. n. 1. digreſſ. 1. n. 1.

Eſt nomen commune, ibi. n. 3. poſt peccatum non cæleſtem, ſed terreſtrem habuit ſcientiam, hom. 42. n. 2. quanti Deus ante eius creationem illam fecerit, hom. 42. n. 6. 7. & 8.

Cur vxori nomen impoſuit Eua, etſi audierat in puluerem reducendus, hom. 43. n. 12. vnde poſt peccatum nudum ſe eſtimauit, hom. 44. n. 5. cur non maledictus, ibi. n. 26.

Quantum vxori addictus, hom. 55. n. 20. Dei oblitus ob mulierem etiam ante peccatum, ibi. n. 22. ſe perdidit indebitè appetens ſcientiam, hom. 67. n. 28. & 29. independentiam à Deo appetiit vt diabolus, ibi. n. 30. poſt peccatum totus ad ſe, hom. 73. n. 15. excitatus per Dei terrorem, ibi. n. 16.

Vnde nudum ſe intellexit, hom. 98. n. 35. ſi non peccaſſet, tantum electi fuiſſent nati, hom. 107. n. 13.

Adoptio.

Vide filius.

Adulterium.

Eius infamia, hom. 22. n. 18. vnde ſumitur eius deformitas, ibi. n. 19. eius cauſa in legatos poterat animaduerti, c. 14. num. 24. com. lit. num. 2.

Ægyptus, Ægyptius.

Quomodo ad odium eorum corda Deus conuertit, hom. 7. n. 16. non dono, ſed commodato res dederunt Hebræis, c. 10. n. 17. com. lit. n. 1. ab eis tollere non furtum, ibi. n. 2. in illis expoliandis Dei æquitas, ibi. n. 3. an peccarunt Iſraelitæ ab eis petendo mutuum, dum animum non habebant reſtituendi, ibi. n. 4. quid myſticè eorum expoliatio, ibi. n. 5. cur dixerunt, fugiamus Iſraelem, hom. 26. n. 8.

Ficeis veſtibus in altera apparuerunt ripa, & cum ipſis Pharao, & cur factum, hom. 26. nu. 18. vnde eis animus, vt ſine timore mare ingrederentur, c. 10. n. 18. com. lit. diſput. 4. n. 55. mortui ad littus miraculosè appuli, c. 10. n. 19. com. lit. n. 7. eorum veſtes à mari non madefactæ, ibi. n. 8. eorum arma Iſraelitis ceſſerunt, ibi. n. 9.

Ægyptus non deſtructa propter monaſteria in illa futura, hom. 50. n. 49.

Ægyptiorum idololatria ex putidiſſimis animalibus, c. 15. n. 19. com. lit. n. 1. eorum mos ſepeliendi, c. 19. n. 3. com. lit n. 1. immaniſſimi erga hoſpites, c. 19. n. 13. com. lit. n. 1. magnum eis beneficium ab Hebræis præſtitum cognitio extitit veri Dei, ibi. n. 2.

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

Æquitas.

Quid, c. 9. n. 3. com. lit. n. 1.

Agnus.

Quomodo deuorabatur, & assabatur, hom. 78. n. 9. & 10.

Agricultura.

Quam laudabilis, c. 17. n. 18. com. lit. n. 1.

Amalec.

Quis, & cur Israeli bellum intulit, & cur Deus illud permiserit, c. 11. n. 3. com. lit. n. 1. & deinceps, cur illud tantum Deus execratus sit, ibi. n. 5. quos Israelitas occiderit. ibi. n 9. eius peccatum quale, vnde tantam meruerit stragem, hom. 114. n. 4.

Ambitio, Ambitiosus.

Ambitiosorum prætentiones vt dissimulantur, hom. 6. n. 84.

Ambitio idololatriam inuexit, c. 14. num 14. com. lit. num. 1. quid sit, hom. 61. num. 1. quot modis ex illa peccator, ibi. num. 2. eius malum, ibi. num. 3. impossibile vt simul stet cum fide, homil. 61. num. 4. 5. 6. & 11. ob illam in Christum Iudæi credere noluerunt, ibid. num. 10. Eua ex illa amisit fidem, ibid. num 12. est auaritia, ibid. num. 13. ex illa purpurati fidem amittunt, ibi. num. 14.

Ob ambitionem Pilatus Christum crucifixit, homil. 61. num. 15. sic ambitiosos Christus abhorret, vt extraordinaria mulctet sorte, ibid. num. 16. vitios deglutit infernus, ibid. num. 17. vt eam suffocaret Christus ignominiosam mortem elegit, ibid n. 18. bellum contra Deum gerit clamorosum, ibid. num. 19. contra Deum frontosa, ibid. n. 20. filios, & charos interimit, ibid. n. 21.

Ambitiosi cum effectu perdunt bona possessa, dum maiora appetunt, hom. 61. n 30.

Ambitio vt dementat homines, homil. 61. n. 31.

Post summos labores nil ambitiosi acquirunt, homil. 6. num. 32. sunt monetarij falsi, ibid. nu. 33. ad inuidiam Dei spiritum mouent, ibid. num. 35.

Ambitio est ardor, & flamma, homil. 61. n. 36.

Ad instar diaboli ambitiosus se perdit, ob bonum impossibile, hom. 67. n. 17.

Ambitio ad impossibile se extendit, homil. 67. num. 18. Saul ob illam se perdidit, ibid. n. 21.

Ambitiosus sua non contentus forte gemens semper viuit, homil. 67. num. 23. à sua opprimitur phantasia, ibid. num. 14. à casu semper incipit, ibid. num. 32. occiduntur à Deo insueta morte, ibid. nu. 33. eorum mos zelo communi suam palliare ambitionem, ibid. num. 34. eorum est pro nihilo reputare quod habent, ibi. num 35.

Ambrosius.

Quantum Patres venerabatur Ecclesiæ, homil. 13. num. 62. eius laudes ab Augustino mirificæ, ibid. num. 63.

Ambrosia.

Quid, c. 19. n. 20. com lit. num. 1.

Amicitia.

Carnalis fere semper in odium desinit, & cur, homil. 53. n. 21. vide spes.

Amor.

Dei hic ignis in patria caminus, homil. 1. nu. 55. pro amato pati nil dulcius, homil. 19. num. 19. zelotypus quam fortis, homil. 22. num. 20. ad seruiendum impellit, homil. 46. num. 13. subditorum per humilitatem acquiritur, ibid. num. 16. eius affectus sicut & timoris, quam præpotens c. 14. num. 21. com. lit. num. 2. & 3. eius effectus egressio animæ ad amatum, hom. 78. num. 14.

Angelus.

Dei sunt sedes, c. 9. num. 4. com. lit. num. 1. si aliquid appeterent esset pati pro Deo, homil. 19. n. 19. cum visione diuina & homines desiderant videre pro Deo patientes, ibid. num. 30. in apparitionibus antiquis semper Angeli non Deus apparuit, c. 10. num. 12 disput. 2. num. 2. in nube se Ægyptiis monstrauit, c. 10 num. 19. com. lit. num. 2. quos effectus effecit, ibid. num. 3.

Cur Moses voluit occidere, homil. 27. n. 17. cur Balaam terribilis apparuit, ibid. num. 20. cur exercitus nomine insigniantur, homil. 32. num 9. promptissimè obediunt vt iterum imperentur, ibid. num. 10. cur de peccatorum pœnitentia plus gaudent, quam de sanctitate iusti, homil. 41. num. 26.

Angelica natura humana nobilior, homil. 58 num. 1. Dei similitudinis est signaculum, ibid. num. 2. eius peccatum grauius, ibid num. 3. totam Dei hauserunt pulchritudinem, homil. 58. num. 4. maiores Christo qua homo, ibid. num. 5. ex eorum altitudine præterita à Mose eorum creatio, ibid. num. 6. eius maiestas Ioannem decepit, ibid. num. 8. cur à Ioanne adorari se non permisit, ibid. num. 9. ad explicandum animæ decorem Angelis eam Deus comparauit, ibid. num. 11. ante mundum creati, homil. 58. num. 12. ob eorum excellentiam nunquam imago Dei appellati, ibid. num. 13. si sine fidei lumine aspicerentur, vt Dij reputarentur, ibid. num. 14. Deificas induunt qualitates, ibid. num. 15. saginantur diuinitate, ibid num. 16. nullam extra se admittunt altitudinem, ibid. num. 17. solo Deo ex satiantur cætera, spernunt, homil. 58. num 8.

Ad angelicam maiestatem quiuis homo assurgere potest, homil. 58. num. 19. sic alti vt ad eorum cognitionem ad instar cognitionis diuinæ assurgatur, ibid. num. 22. quo cibo vescantur, ibid. num. 23. in Empyreo creati ob eorum præstantiam, ibid. num. 24. quantum hominem præcellunt, ibid. num. 26. cur nunquam Dij dicti, ibid. num. 21. omnes ad salutem hominum procurandam destinati, ibid. num. 29. eorum officia ex quibus constat omnes esse administratores spiritus, ibid. num. 30. post diem iudicij eorum ordo Hierarchicus non amplius futurus, ibid num. 37.

Eorum virtute homines diabolum fortissimum superant, homilia 58. num. 35. Moses præsentia Aaronis animatus, quia Angelum significabat custodem, ibid. num. 39. Deus eis suam bonitatem communicauit quando custodiam hominum, ibid. num. 45.

Custodia hominum eis data etiam ob eorum bonum, homil. 58. num. 42. eius necessitas vnde, ibid. num. 43. castra eorum ad hominem protegendum Deus mittit, ibid. num. 44. cur cum vnus sufficiens esset, ibid. num.

Tabula rerum notabilium.

45. vnus pro caſtris valet, ibid. num. 63.

Homo quanto ſe debet cuſtodire conatu, & Deo gratias referre pro Angelorum cuſtodia, homil 58 num. 64 & 65. eorum cuſtodiæ actiones quæ, ibid. num 66. vt noſtros flent exceſſus, ibid. n 68. per peccatum veluti per fumum expelluntur, ibid. num. 69. cuſtos qui à dextris poſt peccatum à ſiniſtris ſtat, ibid. num. 70. per illud officium cuſtodia intermittit, ibid. numer. 71.

Bonæ actiones multitudinem acquirunt Angelorum ad cuſtodiam, homil. 58. num. 72. vndique homines cingunt contra dæmones, ibid. num 73 & 74 Sanctas immittunt cogitationes, ibid. num 75. pro nobis efficaciter orant, ibid. num. 76. & 77. exaudimur ob ipſos ſæpe, ibid. num. 78. Sanctis neceſſaria etiam Angelorum oratio, ibid. num. 80.

Sæpe animas corrigunt eas flagellando, homil. 58. num. 81. cur percuſſit Petrum in carcere, ibid num. 83. non animas affligunt in purgatorio, ibid. num 85. querelas perſentiunt eorum, qui putant illos eos dereliquiſſe ibid. num. 86. cur opem ferre aliquando tardant, ibi. num. 87.

Salutem maxime procurare debemus, quia Angeli nos cuſtodiant, homil. 58. num. 88. quibus modis eos delectabimus, ibid. num. 89. homin. bus pacificis maxime delectantur, ibid. numer. 90

Magdalena cur cum illis colloqui noluit, homil. 96 num 13 cur duo Sodomam, & tres cum Abrahamo, homil. 96. num. 10.

Malorum ruina noſtrum beneficium, hom. 99 num. 31. plus Dei magnitudinem obſtupeſcunt ex eius humilitate, quam ex eius maieſtate, homil. 104. num. 3. cur mandauit Ioſue calceamenta ſoluere, homil. 106. num. 5. cur ſe non permiſit à Ioanne adorari, homil. 106. num. 8.

Anima.

Creatur non traducitur, c. 11 num. 27. com. lit. num. 3. eius ſcientia à Deo expetenda, hom. 42 num 2. vnde eius præſtantia ſumenda, hom. 32. num. 4.

Sanguinem animalium Deus reſpectauit ob eius venerationem, homil. 41. num. 18 homo ex ea quantæ dignitatis, ibid. num. 29. ad vota peccatoribus res euenire animæ viduatæ ſignum, homil. 50. num. 45. vnde amplius innoteſcit ad Dei eſſe factam imaginem, homil. 54. num. 34. luce adueniente in ea diuina macilas videt, quæ prius occultæ, homil. 56. numer. 14.

In purgatorio non torquentur à dæmonibus, homil. 58. num. 82. quæ differentia inter ipſam, & ſpiritum, c. 15. num. 11. com. lit. num. 5.

Poſt mortem quomodo deducantur ad deſtinata loca, c. 16. num. 16 com. lit. num. 3. radicaliter in illa eſt appetitus ſenſitiuus, homil. 81. num. 5. defunctorum à dæmonibus aduocare ad timorem incutiendum, c. 17. num. 4. com. lit. n. 1.

Animal.

Ezechielis cur in dorſo oculos habebant, homil. 5. numer. 42. ſunt aliqua quæ noctu lucent. c. 11. n. 20. com. lit. num. 1. ex putri materia etiam à Deo creata, c. 15. num. 19. com. lit. num. 2.

Antichriſtus.

Eius mirabilia, homil. 18 n 8.

Apes.

Delinquentes contra Regem præ dolore ſe interimunt, homil. 49. num. 7.

Apoſtolus.

Eorum humilitas, homil. 37 nu. 15. Matheus quo ſenſu ſtrictius ius habebat ad Apoſtolatum, ibid. num. 27. ſunt montes, hom. 41. nu. 22.

Aqua.

Bis miraculosè Iſraelitis præſtita, c. 11. num. 4. com. lit. num. 1. quæ fluxit de petra flumen effecit, qui ſemper per deſertum Iſraelitas eſt inſecutus, ibid num. 9. an vſque huc duret, ibid. num 10. quomodo producta, ibid num. 12. petra ex qua illa figura fuit Chriſti, ibid.

Vt Deus adorata ab Ægyptiis, c. 11. num. 9. com. lit. num. 7. eius encomia, c. 13. n. 1. com. lit. num. 13.

Vide plaga.

Arbitrium.

Liberum omnibus peruium probatione non indiget, homil. 10 num. 11. cur Deus creauerit hominem potius cum libertate peccandi, quam ſine illa, ibid. num. 12. in patria quomodo remanet, etſi peccare non poterit, ibid. numer. 14.

Impius Caluinus illud negans, & pro ſe Auguſtinum adducens, homil. 10. num. 15. melius fuiſſet hominem impeccabilem creare, licet optimum fuit cum libertate peccandi, ibidem, num. 16. & ad Dei gloriam conducibilius, ibid. num. 17. rationes ad illud demonſtrandum, ibid. num. 18.

Aries.

Miraculosè ex rupe prodiit in ſacrificio Abrahami, virginitatem obumbrans virginis, c. 10. num. 5. com. lit. n. 12.

Arbor.

Peſſimæ quæ dicantur, c. 13. num. 16. com. lit. num. 3.

Arrogantia.

Origo hominum caſus, hom. 10. num. 5. vide Ambitio, Superbia.

Ars.

Paſtoritia præclara, c. 17. n. 18. com. lit. n. 2.

Artifex.

Qui in parua materia mira effecerunt, c. 11. n. 17. diſput. 8. num. 34.

Aſtra.

Minus peccarunt illa adorantes, quam qui animalia, & cur c. 13. n. 9. com lit. num. 1.

Attributum.

Iuſtitiæ miſericordiæ deſeruit diuinæ, c. 9. n. 1. com. lit. n. 6.

Auarus, Auaritia.

Ipſa terra infelicior, hom. 7. num. 20. ſua tantum curantes crudeles, ac latrones, ibid. n 19.

Auaritia ex diuite hominem pauperem facit, homil. 21. num. 1. facilius ſolem ſiſtere, quam auarum liberalem facere, ibid. num. 2. ad auaritiam reprimendam lex data, ibid. nu. 4. eſt omnium peccatorum radix, ibid. num. 5. facilius Deo mortuum reſuſcitare, quam auarum curare, ibid. num. 8.

Auari ad tormenta prædamnati, homil. 21. num. 8.

Auaritia ſic homines dementat, vt tormenta delitias dicat, hom. 21. nu. 12. inuincibiles vin-

Tabula rerum notabilium.

eit, ibid. num.16. ipſa,& gratia ſimul ſtare non poſſunt, ibid. num.17. Chriſtus vbi illa non ingreditur, ibid.num. 19. cætera vitia ab auaritia ſe contaminare reputant, ibid. num. 19. auari aurum Phariſæi peſſimi etiam refugiunt, ibid. num.20. quantum auaritia Deo infenſa, ibid. num.21. eius pondus quantum apud Deum, hom.21.num.25. vocem pœnitentiæ ab illo extorquet,ibid. num.24.

In auari corpus mortuum etiam Deus inſilit, hom.21.num.25. ſepultura caret,traditur dilacerandus, ibid. num.26. cum terra non recipit, & cur,ibid.num.31. eum timet,ibid num.31.

Auari toti ad ſe,hom 21. num.33. ſunt idololatræ, ibid. num.34. Pharao quia auarus ſubmerſus vt plumbum,hom.26.num.10. eius cupiditas meretricum adſimilis, ibid. num. 29. pœna aliorum ſubripientium aliena ſua cum vita perdere,ibid.num.28. & in meretricum manibus mori, ibid. num. 30.

Eius cupiditas nunquam exſatiatur, hom.26. num.31. ebrios reddit homines auaritia, homil. 68. num.94. Dei loquela diuerſimodè incipit cum auaro,ac quæ eſt diaboli,ibid num.95. Auaris Dei verbum nunquam in corde, ſed in lingua,ibid num.96.

Diues auarus in quo differt à paupere, Cap. 16. num.21. Comment. lit. num. 19.

Auguſtinus.

Quàm mirifica eius ſapientia, hom. 13. num. 56. vt patres honorabat Eccleſiæ,ibid. num.57. ſua promebat, non ſuffodiebat aliena, ibidem, num.72. princeps Theologiæ ſcholaſticæ,ibid. num. 88.

Aurum.

Terra maledicta, hom.21. num.9. ex auaritia nomen terræ demutat, ibid.num 13. inuentum ad hominum perditionem, ibid. num.14.in igne nomen terræ amittit, hom 30.num.18.

Authoritas.

Vide *Pater.*

Aula.

Vide *Rex.*

Aulicorum quàm infelix ſors, & certa ruina,homil.55.num.26. Regum fugienda, ibid. num.27.

B

Baptiſmus.

CHriſti quomodo maius myſterium, quàm eius natiuitas, hom.29. num.71. eius effectus quàm mirabiles,ſicut & gratiæ, ibidem, num.96. quantis nominibus ſignificetur, ibid. num.97. datus ne homo quantum ex Deo amplius peccaret,ibid.num.106.

Purgat in adultis actualia peccata, & cur, ſbid num.107. quàm difficilis Chriſtianorum ſalus poſt baptiſmum peccantium,ibid nu. 109. ob hoc eorum pœnæ in inferno ampliores, quàm infidelium, ibid. num. 108. eſt pactum cum Deo amplius non peccandi, ibid.num.110. differentia remiſſionis peccatorum ex baptiſmo, aut ex pœnitentia quanta,ibid. num.111.

Omnium beneficiorum præſtantiſſimum, homil 29. num. 2. Iſraëlitæ in figura baptizati, nos in re, ibid. num. 1. cur Chriſtus baptizari voluit, ibid. num. 3. 4. & 5. aqua ex contactu Chriſti maiorem accepit ſanctitatem, quàm ipſa Beata Virgo, ibid. num.9. Chriſtus baptizatus vt Deus innoteſceret, ibid. num. 11. & 13. eius figura circumciſio, ibid. num.16. quomodo Chriſtus dicatur baptizatus, ibidem, 17. & cur, num.19. cognatio ſpiritualis ex eo eſt de iure diuino poſitiuo,ibid.num.47.

Beatitudo.

Hominis in eo conſiſtit in quo ipſius Dei, homil.42.num.20.quid ſit in illa intrare in gaudium Dei,ibid.num 21.

In illa ſanctis nulla maior lætitia quam periculorum reminiſci ſaluationis, hom.112.num.1, ſumma tribulatio timor eius amiſſionis, ibidem, num. 2.

Beelzebuth.

Cur ſic vocatus, & quid ſignificet, Cap.16. num. 9. Comment.lit. num.5.

Bellum.

Spiritualibus nunquam deficiet in hac vita, Cap. 11. num.3. Comment lit. num. 4. inter Chriſtianos quàm Deo inuiſum, ibid.num.6. principibus Chriſtianis, cur Deus ſæpè illud euenire permittit,ibid.num.7.

Beneficium.

Redemptionis ſemper ob oculos habendum, homil.3. num 41. ſuper omnia extollendum, ibid.num.44. in eo modus magis æſtimandus, ibid. num.45. eius obliuio in iudicio dirè mulctanda, ibid.num.46. efficax medium non peccandi,homil. 31. num 26.

Magnamis ſunt obijcienda vt exaudiamur, homil.47. num.56.

Bonum, Bonitas, Bona.

Publicum ad priuatum referre eſt contra humanam ſocietatem,hom.7.num.27. Politicum quid,hom.24. num.22.

Bona opera coactè facta citò in contrarium reſiliunt,Cap.10.num.18.Comment.lit.diſput. 4.num.40.

Huius vitæ quod ſignum quando à Deo dantur,quando à diabolo Deo permittente, homil. 71. num. 7.

Bonorum prouida reſeruatio licita eſt, & honeſta, Cap. 16. numer. 21. Comment. lit. num. 10.

Bragmani.

Eorum vita quàm ruſtica, homil. 24. numer. 21.

C

Caïn.

DIluuium immiſſum ob ſemen eius exterminandum,cap.10.num.5 Comment.lit. num.1. Caïnani hæretici confunduntur dicentes Caïn eſſe ſaluum, ibid. num.3. eius ſcelera, Cap 10. num.4. Comment.lit.num.1. ad eum conſolandum primogenituram ab eo Deus non abſtulit,homil. 22.num.16.gratia non moriendi nouum ei extitit ſupplicium, homil 33. num. 12 ſignum quod ei Deus poſuit quale, ibidem, num. 13.

Obduratus Dei iudicia non expauit,hom 89. num.8. quia reprobus ex admonitione amplius obſurduit,ibid.

Canit.

Tobiæ cur adiunctus,hom.88.n.12. cur & ipſi Angelo,ibid.n.13. cur præmiſſus in reditu, ibid. n.14.eius gratitudinis exemplum, ibid num.16.

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

Sanctus Carolus Borromeus.

Pastor vigilantissimus, cum Deo potentissimus, hom. 5. num. 45. & 48.

Cantus.

Vide *Chorus.*

Caro.

Eius bellum quàm acre, hom. 58. num. 53. facilius Deus æstimauit hominem eripi à manibus diaboli, quàm mulieris, ibid. num. 54. eius peccata corruptiones sunt naturæ, Cap. 14. num. 13. Comment. lit num. 4. eius encomia, Cap. 15. num. 8. Comment. lit. num. 1.

Ex eius præstantia Paulus Corinthios à peccatis reuocare intendit, hom. 66. num. 2. eius excellentiæ à Paulo consideratæ, ibid. num. 4. sic est Dei, ac ipsa anima, ibid. num. 5. homo propriè caro dicitur, ibid. num. 6. eius corpus toto mundo dignius, ibid. num. 7. cur duos pedes habet, ibid. num. 1. carnis excellentia supra mundum, quia à Deo effecta, ibid. num. 9. digna adoratione, quia à Deo tacta, ibid. num. 10. veneranda quia Dei, ibid. num. 11. & quia ad Christum seruiendum destinata, ibid. num. 13. fuit Christi venturi pignus, ibid. num. 14. veneratione digna, quia resurrectura, ibid. num. 15. & quia animam portat, ibid. num. 16. nec minus quia nobis deseruit, ibid. num. 17. & quia est membrum Christi, ibid. num. 18. quæ fit putida ob fornicationem, ibidem, num. 19. eius dignitas ex adhæsione Christi quanta, ibidem, numer. 20.

In iudicio contra peccatores ipsa insurget, hom. 66. num. 31. eius dignitas quia templum est Spiritus sancti, ibid. num. 32.

Castitas.

Omnes virtutes in ea reperiuntur, Cap. 10. num. 13. Comment. lit. num. 12. quo medio potissime custoditur, ibid. num. 13. amplius relucet ex periculo, Cap. 10. num. 14. Comment. lit. num 4. inconcussa est virginitatis suppar, homil. 34. num. 21. longæua virginitati assimilatur, hom. 91. num. 42. eius obseruator casta vtitur loquela, hom. 92 num 8.

Cham.

Primus seruus, & cur, Cap. 9. num. 2. Comment. lit. num. 10. cur non ipse, sed filius maledictus, homil. 109. num. 21. eius extrema libido, ibid. num. 22.

Chananæi.

Eorum turpia opera quæ, Cap. 12. num. 4. Comment. lit. num. 2. aliquam de Deo habebant notitiam, Cap. 12. num. 6. Comm. lit. num. 8. ante filiorum Israël ingressum per vespas enecati, Cap. 12. num. 9. Comment. lit. num. 1. vnde eos Deus cognouit non se conuersuros, Cap. 12. num. 11. Comment. lit. num. 2. & 4. semen maledictum, ibid. num. 5.

Character.

Quàm magnum Dei donum, hom. 19. num. 95. sanguis in postibus in Ægypto vnde Hebræi non percussi, characterem significabat, ibid. nu. 102. Christiani sæpè ob illum non pereunt, ibid. num. 103. nec res eorum, ibid. num. 104. quàm graue peccare ob illum, ibid. num. 105.

Charitas.

Fraterna vt stabilis sit, vnde principium sumere debet, homil. 49. num. 24. in Deum totum hominem transformat, homil. 58. numer. 21.

Cherubin.

Quatuor in Dei extabant templo, duo à Mose, duo à Salomone, & quæ inter illos differentia, homil. 69. num. 25. & 26.

Chorus.

Quàm necessarius in Dei Ecclesia, homil. 28. num. 13. cur institutus sicut & cantus, ibid. num. 34. diaboli astu ab hæreticis impugnatur, ibid. num. 35.

Cantus diuinus malas refrænat cogitationes, ibid. num. 37. in instanti impetus extinguit passionis, ibid. num 37. veritas Catholica per illum liquefit in cor intrans, ibid. numer. 38.

Psalmodia qualis esse debet in Ecclesia, homil. 28. num. 43. quem cantum & musicam dauid instituit, ibid num. 45. ab illo eam gentiles mutuarunt, ibid. num. 46. quis in Ecclesia permissus, ibid. num 47. prophanus non Deum, sed diabolum delectat, ibid. num. 48 talium vox non exauditur, ibid. num. 49. sæculum implent dæmonum, ibid. num 50. quomodo canendum, ibid. num 51. peccatum est sacrilegij lasciue in Ecclesia canere, ibid. num. 52. ad canendum in Ecclesia hi cantores deberent eligi, qui in vita probati, ibid. num. 53. dæmon cantores Ecclesiasticos validè impugnat, ibid. num. 55. psalmodiæ effectus, ibid. num. 56.

Christallus.

Quid, & vnde obdurescat, Cap. 16. num. 24. Comment. lit. num. 2.

Chrysostomus.

Vindicatur ab errore Semipelagianorum, homil. 39. num. 21.

Christiani.

Vnde pereunt, sicut & viri religiosi, hom. 16. num. 55. eorum miseria dum Deo non obediunt, quando Gentiles dijs suis illud faciunt, homil. 20. num. 16. vnde talis dementia, ibid. num. 19. non Christianus qui non parcit, ibid. num, 20. immo diabolus, ibid. num. 21. eorum prælium patientia, homil. 23 num. 35. vnde eis tanta infortunia, Cap. 10. num. 15. Comment. lit. num. 4.

Quid ei faciendum vt se saluet, hom. 24 num. 7. & 8. indigna eorum querela de multitudine religiosorum, ibid. num. 36. vt fit idololatra, Cap. 10. num. 19. Comment. lit. num. 14.

Cur victorias non obtinent de inimicis, hom. 32 num. 18. quod signum quod Deo non fidunt, ibid. num. 19.

Mali vt Deum ignorant, homil. 36. num. 8. vitia eorum idola, ibid. num. 9. sunt lapides, ibid. num 10.

Malorum quàm deploranda sors, homil. 51. num. 41. summa eorum malitia plorare, quando occasiones amittunt peccandi, ibidem, numer. 42.

Antiquitus Achei æstimati, quia nullam in templo admittebant imaginem, cap. 13. num. 10. Comment. lit. num. 13. eorum domus antiquitus quanta honestare tractabantur, homil. 63. num. 19. quomodo ad modum ambulent gentilium, ibid. num. 5.

Vt se custodire debet, ac peccatum præcauere, homil. 64. num. 1. quantum sentire debet quando cogitatio de peccato tantum ei subrepit, ibidem, num. 2. supra Gentiles peccantes, quàm inexcusabiles, ibidem, num. 3.

Tabula rerum notabilium.

eorum peccàta omnium grauiſſima, ibid. nu. 8. dum malè viuunt adſimiles ſunt Cham, & cur, ibid. num. 10. ſufficit vt ſimul peccet ad hoc vt infamis dicatur, ibid. num. 11. peccantes peiores ſunt beſtijs, ibid. num. 13.

Durius mali quàm hæretici punientur, hom. 64. num. 15. ſunt vaſa iræ Dei, ibid. num. 16. citius à Deo punientur, ibid. num. 17. & 19. peccare non debent quia Chriſtus crucifixus, ibid. num. 20. ob ingratitudinem condemnabuntur, ibid. num. 23. non ſolum ab illicitis, ſed à licitis ſe abſtinere debent, ibid. num. 24. peccare non debet, ne dolor perimat Chriſtum quantum ex ſe, ibid. num. 25.

Quando peccator, vnde durus ſit corde, hom. 89. num. 21. impœnitentes bona quæ faciunt, ſic vitiata procedunt vt ad pœnam eis deſeruiant, ibid. num. 7.

Orantium confidentia taxatur, homil. 89. num. 27.

Chriſtus.

Nunc in cælis pro nobis orat, homil. 1. num. 14. nil Deus contedit niſi eius interceſſione, ibid. num. 25. noſtrum eſt os, oculus, & dextera, ibid. num. 26. eius pontificatus ſupra antiquum, & in quo ſecundum Paulum, ibidem, num. 43. cur ſolus ſatisfacere potuit, ibid. num. 44.

Eius nomina in ſcriptura triplicia, homil. 2. num. 66. quomodo nundum, & diabolum vicit, ibid. num. 70. cur magni conſilij Angelus, ibid. num. 71. cur ipſe, non Spiritus ſanctus, Angelus dictus, & ſi vterque ventura annuncient, ibid. num. 72. cur Deus dictus fortis, ibid. in quo eius fortitudo, ibid. imperium eius nouum, & in quo, ibid. num. 75. eſt Rhinoceros, ibid. num. 78. eius magnitudo per crucem viciſſe mundum, ibid. num. 79. cur pater futuri ſæculi, ibid. num 80. cur princeps pacis, ibid. num. 82. noſtra pax tota ab illo. ibid. nu. 83. nobis exempla contulit, & dona, ſancti ſola exempla, homil. 2. num. 99.

Cur non timebat actus exercere humilitatis, homil. 4. num. 18. quomodo verum in cruce omnia ad ſe attraxiſſe, ibid. num. 24. tunc attraxit, quando amplius humiliatus, ibid. num. 25. potentior mortuus, quàm viuus, ibid. num. 28. non ſuum requiſiuit emolumentum in regimine, homil. 5. num. 19. cur pernoctabat, ibidem, num. 38.

Crucifixus vbi Iſaac immolatus, cap. 9. num. 8. Comment. lit. num. 3. vt pandit cælorum iter, hom. 10. num. 26. paſſus vt mala toleremus, ibid. num. 27. non ſuum, ſed patris negotium egit, homil. 11. num. 11. ſuam deitatem non ab hominibus, ſed à patre atteſtatam voluit, ibid. num. 12. cur Ioannis teſtimonium repudiauit, ibid. num. 13. totus ad patrem extitit, ibid. num. 14. quàm ei gratus, ibid. num. 15. omnia ab eo recognouit, & ſi ſua, ibid. num. 16. cur à patre mirificatus, ibid. nu. 17. ad eius exemplar erunt principes mirificati ſi agant quod ipſe, ibidem, num. 18.

Quanti obedientiam præferat, etiam in altera vita, hom. 12. num. 55. ex obedientia iudicat, ferturque iudicium, ibid. num. 56. vt eius exemplum principes ſequi debent, ibid. num. 57.

In eius cognitione noſtra eſt vita, hom. 17. num. 1. tota gratia ab illo, ibid. num. 4. ſolus potuit nos redimere, ibid. num. 16. fecit nos Angelos ad eius ſimilitudinem, ibid. num. 17. ex eius dono fidei plus hodie puer ſapit, quàm ſapientes antiqui, ibid num. 25. admiratus plus ſapientiam paruulorum quam mundi artificiũ, ibid. num. 26. de illa immenſas patri gratias egit, & cur, ibid. num. 27.

Poſt ipſum quàm firma voluntas in fide, hom. 14. num. 32. & 33. præcipuè pro nobis obtinuit, vt ſi peccantes fidem non amitteremus, ibidem, num. 35.

Abominatio deſolationis ab eo prædicta quæ, hom 15. num. 45. nobilior eius victoria de diabolo quando humanatus, homil. 16. num. 35. quomodo homini illum ſubiugauit, ibid. num. 36. eius claui circuli in naribus dæmonis, ibid. num. 38. ſemper vult facere res mirabiles, ibid. num. 42. maior eius gloria diabolum per nos, quàm per ſe vincere, ibid. num. 43.

Quantum antiquitati detulit, Cap. 10. num. 2. Digreſſ. 1. num. 7. cur corrigens legem ſemper dixerit, ego autem, ibid. num. 8. ſumma eius gloria iudiciaria poteſtas, hom. 18. num. 40. eam propriè exercuit in cruce, ibid num. 43. vnum tantum ſignum fecit in Hieruſalem, ibid. nu. 48. mortuus ob gloriam patris, eiuſque obedientiam, hom. 19. num. 6. dignè pro illo mortuus, ibid num. 8. qua filius totus ſe patri debebat, ibid. num. 9.

Meruit ſui corporis glorificationem, hom. 19. num. 15. quæ ex illa bona conſecutus, ibid. num. 16. meruit ſui nominis claritatem, ibid. num. 17. mori pro patre ineffabilis ei gratia, ibid. num. 18. pro illo pati magnum donum, ibidem, num. 21. amplior gratia, quàm miraculorum, ibid. nu. 22. pro illo laborare, laborare eſt merces, ibid. num. 23. illi mors ſolutio anxietudinis, ibidem, num. 25.

Delitias putauit pro patre mori, hom. 19. num. 26. in cruce ſtituit dolores ampliores, ibidem, num. 27. ſolum illi conceſſum pro Deo pati, & illo frui, ibid. num. 28. cur tanta pati voluit, cum vnico actu nos redimere poſſet, ibid. num. 31. cur pater illud permiſerit, ibid. num. 32.

Cur beneficentiam patris poſuit in ſole, & pluuia, hom. 20. num. 29. nunquam in ſcripturis ſimpliciter Angelus dictus, Cap. 10. num. 12. diſput. 2. num. 3. cur fabri filius dici voluit, hom. 22. num. 109. cur neceſſarium ipſum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam, hom. 23. num. 5. de gloria ad gloriam vt tranſiuit, ibid. num. 6. Apoſtolis ſedem negauit, quia glorificari volebant ſine paſſione, ibid. num. 9.

Phantaſma cur eum eſſe putarunt Apoſtoli, hom. 26. num. 5. tentatus vt homo vicit diabolum qua Deus, hom. 27. num. 9. cur incantator, hom. 29. num. 18. cur diſcipulos interrogauit in Cæſareæ-Philippi, ibid. num. 33. quos homines intellexit, quando dixit, quem dicunt homines, ibid. num. 34. cur ſe filium hominis nominauit, ibid. num. 35. omnes animas ad ſe ſuo odore attraxit, ibid. num. 43. eius humanitas terra ſancta, ibid. num. 31. tota ratio pœnitentiæ, quia ipſum videmus, ibid. num. 51.

Illum ſignificauit Ioſeph inter duos vinctos, hom. 35. num. 23. cur prohibuit adoleſcenti patrem ſepelire, hom 36. num. 22.

Cur in horto dixit poſſe ſe rogare patrem, vt eum defenderet ipſe potens, homil. 38. num. 24.

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

ex miſericordia in horto proſtrauit inimicos, ibid. num. 25.

Cur ſe coram diſcipulis transfiguratuit, hom. 41. num. 15. Petro tentationem permiſit, quia eius pulchritudine captus ſciebat, ibid. num. 16. eius claritas quãta ſupra Moſis claritatem, hom. 41 num. 21. eius patris miſericordia ſi humana ratione penſitatur ſcandalum generat, ibid nu. 23. eius ſolemnitas peccatoris conuerſio, ibid. num. 25. plena imago patris, hom 42. num. 15. cur ad natatoria Siloë cæcum mittit, homil. 44. num 12. oratione potius nos liberauit, homil. 46. num. 21.

In majeſtate exiſtens homini ſeruiuit, homil. 46. num. 22. quantus eius amor ad patrem, ibid. num. 23. quàm diformis in cruce, ibid. num. 25. 26. & 27 in paſſione dolorum pelagus, ibid. num. 30. & 31. eius comparatione nullæ noſtræ tribulationes, ibid. num. 42.

Quomodo de Iudæis dixit quod neſcirent quid facerent, hom. 46 num. 23 & 35. eius oratio pro perſecutoribus eis profuit, ibid. nu. 34. priuilegium noſtræ remiſſionis in ſuo corpore exarauit, ibid num. 36. non ſua procurans, ſed aliorum Saluatorem ſe prodit, hom. 46. num. 44. in cruce amplius ſe Deum prodit, quàm mutacula operans, ibid num. 45.

Cur mari dixit, obmutesce, hom. 46. num. 53. eius ſententia tremenda ex aſſiſtentia totius Trinitatis. hom. 47. num. 18. damnati nollent exire ab inferno vt eam non audiant, ibid n. 19.

Pontifex authenticus, hom. 47. num 34. totus ad benefaciendum, hom 48. num. 10. electus ad imperium ex onere quod ſubijt, non quod impoſuit, ibid. num 13. natura Rex, ibid. num 19. dilectus quia humilis, ibid. num. 18. & 19. poteſtatem in ſeruitutem commutauit, ibid. num. 20. tributa pendet, ob quod tamen non fit ignobilis, ibid num. 21. dat ſine ſpe recipiendi, & donum refugit, ibid. num. 22.

Cur regnum repudiauit terrenum, hom. 48. num. 23. amplius eius amor, quam Moſis in populum, ibid. num. 24. manſuetudine potentior, quàm in imperio, ibid. num. 25. ob noſtrum bonum iuſſit vt peteremus Dei fieri voluntatem, ibid. num 53. turbæ prouidit, plus earum commodo, quàm neceſſitati attendendo, ibidem, num. 58.

Quàm ſuauiter in horto reprehenderit Apoſtolos, hom. 49. num. 29. cur ſecundo inueniens eos dormientes non illos reprehenderit, ibid. num. 33.

Eius latus theca diuinitatis, hom. 51. num. 11. eius patientia muta, ibid. num. 25. exuit poteſtatem regerendi iniurias, ibid. num. 26. cur clamauit, Deus, Deus meus, ibid. num. 27. quantum in tormentis ſiluit, ibid. num. 28. à patre ſpecialiter benedictus ob ſilentium, ibid. num. 29. taciturna eius patientia, eius triumphus, ibid. num. 31. & 32.

Quo ſenſu dixit ſe diem neſcire iudicij, hom. 54. num. 6. cur ſcribam noluit in diſcipulum admittere, ibid. num. 36. reijcit qui ob lucrum eum ſequitur, ibid num. 49. ſolus poteſt omnia hominis explere deſideria, hom. 55. num. 31. cadendo ſaluat, ibid. nu. 36. vt pædagogo virga ei conuenit, hom. 56. num. 2.

Ad ſeruum Centurionis cur accurrit per ſe, hom 57. num. 6. cur ſtatim Lazaro infirmanti non accurrit, ibid. num. 17. Magdalenæ cur primo apparuit, ibid. num. 20. cur in domo Phariſæi dicitur diſcubuiſſe, ibid. num. 27.

Cur dixit legiones miſſurus pater Angelorum, cum ipſe potens, hom. 58 num. 48. ex humilitate Deus verus proclamatus, Cap. 14. num. 3. Comment lit num 9. factus ad vitam dandam, ibid. num. 12 ſupra ſeipſum nos amauit, ibid num. 13. ad qualem charitatem nos prouocat, ibid num. 14.

Quomodo eius mandatum de dilectione nouum, Cap. 14. num. 1. Comment lit. num 15. ex amore homines fratres, & ſi in cælo appellat, ibid num 16. cur peccatum non aſſumpſit, nec aſſumeret, ſi eſſet poſſibile, hom. 59. num. 11. cur dicatur butirum, & mel comedere, ibidem, num. 17.

Quanta modeſtia ſuam ſuperioritatem contra Moyſem defendit, Cap. 14. num. 12. Digreſſ. 3. liberè defectus aſſumpſit corporales, ibid. num. 8. multi in eius nomine bona faciunt, ſed non in eius ſpiritu, hom. 61. num. 34.

Quanta reuerentia templum colebat, homil. 63. num. 17. adorandus non ſolum ob miracula, ſed ob præcepta, hom. 64 num 7. quid exhorruit in Iudæ oſculo, homil. 66. num. 31. corpus ſuum reſuſcitauit, quia Spiritus ſancti templum, ibid. num. 51.

Vt paſtor vigilat de nocte, hom. 68. num 28. cur Apoſtolis inhibuit ne dicerent ipſum eſſe Chriſtum, ibid. num. 57. cur voluit vt fragmenta panum, & non panes ſupereſſent, homil. 71. num. 19.

Sine eius vitæ meditatione ad contemplationem aſſurgere ſtultitia, hom. 72. num. 1. non ſatiat glorioſius, niſi & crucinxus meditatus, ibid. num. 2. eſt crucifixus Dei ſublimitas, ibid. nu. 3. diuini radij ſine præuia meditatione ipſius crucifixi potius hebetant, ibid. num. 4. & 5.

Crucifixus in hac vita noſtrum lumen gloriæ, hom. 72. num. 6. non præuia eius meditatione diuinitatem attingere, nec virgini conceſſum, ibid. num. 7. eius humanitas radios diuinitatis non obnubilat, ſed clarificat, ibid. num. 8. verus paſtor paſcua diuinitatis intus, & extra continens, ibid. num. 9. nulla contemplatio ſine illa, ibid. num. 10.

Qui ſtant in petra, qui eſt Chriſtus, hom. 72. num. 14. vt in illa Moyſes vidit diuinitatem, ibid. num. 13. petræ formam in quo Moyſes poſitus eius ſignificat paſſionem, ibid. num. 16. ſine eius paſſionis meditatione anima repleri non poteſt, ibid. num. 17. Gedeonis vellus ipſum ſignificat incarnatum & crucifixum, ibid num. 18.

Meditatus compendium eſt ad diuinitatem, hom. 72. num. 19. eſt via viua, & non mortua ad diuinitatem, ibid. num. 20. immediatè per illam attingitur, ibid. num. 21. Deus & ſi poteſt immediatè hominem ad diuinitatis contemplationem eleuare non vult niſi per Chriſtum, ibid. num. 22.

Cur Magdalenam prohibuit poſt reſurrectionem ne illum tangeret, hom. 76 num. 14. ſi ſimul Deus non eſſet, & ſimul nos amaret, vt modo miſerrimus eſſet omnium hominum, homil 78. num. 13. vt ſignatus Deus, ibid. nu. 34.

Cur cibans turbam panes multiplicauit, vinum tamen præſtans in Cana Galileæ non multiplicauit, hom. 80. num. 19.

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

Solus dignas patri gratias referre poteſt, homil. 84. num. 22. cur Herodi alloqui noluit, & locutus cum Pilato, homil. 84. num. 16. panis quem ludæ porrexit, non fuit ſanctiſſimus, ibid. num. 25.

Cur ſaturatis turbis mandauit fragmenta colligere, hom. 88. num. 8. cur ficulneam maledixit, ibid. num. 40. cur alteram ſuſtinuit, hom. 89. num. 14. cur maledixit, & ſi tempus non erat ficorum, ibid. num. 15. ſe transfiguraturus cur in montem abijt excelſum, hom. 90. num. 22. in eius transfiguratione cur Moſes, & Elias, hom. 90. num. 14. quales regis conditiones ſuſtinebat, ibid. num. 31. maledicens ficulneam reges maledixit auaros, ibid. num. 33. à Iuda non cognitus in horto, hom. 92. num. 21.

Cur in iudicio damnatis dicet, ite maledicti, hom. 96. num. 3 & 4. cur tantum dicet, ite maledicti, & non adiunget patris mei, ibid. num. 5. ſolus eſt qui veram poteſt afferre lætitiam, ibid. num. 14. quid ſcribebat in terra, quando illud adulteræ, homil. 98. num. 13. ob eius verecundiam ſe inclinauit, ibid. num. 14. quantum horret peccatorem obſtinatum aſpicere, ibid. num. 16. per deſerti columnam ſignificatus, homil. 100. num 1.

Quomodo eſt via ad patrem, Cap. 18. num. 14. Comment. lit. Diſput. 11. num. 46. neceſſarius meditatus ad contemplationem aſſequendam, ibid. num. 47. ſolus ſufficit, non alia exquirenda, ibid. num. 48. è cælis contemplationem docet, ibid. num 49. Angeli ab eo contemplationem accipiunt, ibid. num. 50. quàm falsò adducitur Auguſt. & S. Leo quaſi dicant ipſum contemplationem impedire, ibid. num. 51. non ſolum non impedit contemplationem qua Deus homo, ſed nec qua homo, ibid. num. 52. cur Apoſtoli in transfiguratione ſolum ipſum viderunt, ibidem, numer. 53. eius caro eſt viuificatrix, & conditiones induit ſpirituales, ibid. num. 54.

Cur ante paſſionem voluit pomposè Hieruſalem ingredi, hom. 101. num. 11. conditionaliter nos redemit, vt ſimul cum illo patiamur, ibid. num. 12. quæ dicantur ipſius paſſionibus deeſſe, ibid num. 13. & 14.

Mala ſuſtinenda, quia ipſe pro nobis & bona meruit temporalia, hom. 101. num. 25. à mundo nil accipere voluit pro ſe, ibid. num. 27. cur in corpore glorioſo eius remanſerunt plagæ, ibid. num. 30. cur in iudicio opera miſericordiæ non ſibi, ſed ſuis affirmabit facta, ibid. num. 31. cur paſſionum non reminiſcebatur, ibid. num. 42.

Eius dominatus quàm differens à dominatu principum terrenorum, homil. 103. num. 14. & 15.

Cur in noctis medio natus, hom. 104. num. 1. cur vnus Angelus ad eius incarnationem annuntiãdam, multitudo ad eius natiuitatem, ibidem, num. 2. cur eum Saluatorem appellauit Angelus ad paſtores loquens, ibid. num. 4. ad illum pro vero Deo agnoſcendo cur Præſepe pro ſigno dedit Angelus, ibid. num. 5. nulla compendioſior via vt cognoſcatur quàm illum in Præſepe meditari, ibid. num. 8. & 9. omnium oculos rapit, ibid. num. 9. exanimantur animæ ſanctæ eum in Præſepio contemplantes, ibid. num. 12. & 13. cur eum Virgo ſanctiſſima in Præſepio reclinauit, ibidem, num. 14. cur in initio mundi non incarnatus, ibid. num. 15.

Angeli plus ſtupent eum videndo in Præſepe quàm in cælis, ampliuſque in Præſepe eum laudare optant, homil. 104. num. 18. & 19. ex eius natiuitate quantum homines perfecti frui deberent lætitia, ibid. num. 20. & 21. plus Deus homini contulit quando ipſe incarnatus, ac quando eum creauit, ibid. num. 22. eius natiuitatis feſtus quomodo eſſet celebrandus, ibid. num. 24.

Quomodo dicatur diem ignorare iudicij, homil. 105. num. 4. cur dixit, Quis me tetigit, homil. 106. num. 13. in horto cur auulſus ab Apoſtolis, ibid. num. 25. cur contriſtatus vſque ad mortem, hom. 107. num. 31. totus pro ſalute ſuorum, ibid. num. 32. quid in horto pro Petro impetrauit, quid pro reliquis, ibid. num 33. vſque ad ſanguinem ſudauit vt ex peccatis neceſſariò euenturis, quæ minora euenirent, ibidem, num 34.

Incantator Eccleſiæ, & nouus Orpheus, ho- 109. num. 13. primum exemplum quod nobis præſtitit, occaſiones extitit fugiendi, homil. 111. num. 6. cur in deſertum ſeceſſit, ibid. num. 8. cur poſt reſurrectionem à Petro non cognitus in mari, ibid. num. 23.

Ab eo bona ſunt petenda ſpiritualia non temporalia, hom. 112. num. 19. poſt ipſum natum, quo ſenſu homines pueri eſſe deberent, homil. 114. num. 18.

Chronologia.

Res difficillima, Cap. 11. num. 9. Diſput 15. num. 13. res enormis probare aliqua ex illa, ibid num. 17.

Cinis.

Noſter per Chriſtum iam aquas ſanctificat, hom. 19. num. 6. vaccæ rufæ humanitatem ſignificabant Chriſti, ibid. quantum ſubleuantur per baptiſmum, ibid. num. 10.

Clericus.

Tributa non debent ex naturali æquitate, homil. 9. num. 19. eſt de iure humano, homil. 24. num. 45. nil in eo innouare poſſunt principes, ibid. num. 46. quale tributum principi tribuunt, ibid. num. 52. iniuſtum ſi tributa ſoluerent, ibid. num. 55. pro ſæcularibus ſupplent Dei miniſterium, hom. 24. num. 54. eos principes liberi fecerunt, ibid. num. 56. regnorum deſtructio ex grauamine clericorum, ibid. num. 58. Deum grauant homines dum clerum, ibidem, num. 59. neceſſitas publica inſufficiens ratio ad clerum onerandum, ibid. num. 64. quid nomen ſignificet, hom. 25. num. 17.

Cogitatio.

Noſtra ad ſuperna indaganda ineptiſſima, Cap. 9. numer. 14. Comment. lit. numer. 11. & 12.

Immunda quantum hominem defatiget ſpiritualem, hom. 16. num. 18. triſtis eſt fornax, homil. 22. num. 12. in intimo ſunt cordis, ibid num. 13. quanta eorum afflictio quando triſtes, ibid. num. 15.

Columna.

Qua forma extitit, & an apta ad defendendum Hebræos, Cap. 11. num. 17. Diſput. 3. num. 16. eius vſus triplex, ibid num. 17. præter eam fuit nubes protegens ab æſtu, ibid. num. 18. an diſtincta à columna ignis, ibid. num. 23. illæ Dei incomprehenſibilitatem ſignificant, ibid. n. 24.

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

antiquitus poſitæ pro deorum imaginibus, ibid. num. 25. ſuper vexillum extabat Iudæ, quando iter agendum, ibid num. 28. an verè eſſet ignea, ibid. num 29. eius officia, ibid nu. 31 quomodo dicatur per noctem ignem demonſtraſſe, ibid. num. 32. quis eius ductor, & motor & quando incipit, & deſijt, ibidem, num. 33. 34. & 35.

Comedia.

Comediarum malum vnde penſitandum, homil. 63 num 12. confutantur rationes eorum, qui eas videre appetunt, ibid. numer 13. & 14. ſcelus horrendum eas in Eccleſijs agere ac mortale peccatum, ibid. num. 15. diriſſime à Deo puniendum illud agentes, ibid num. 16. probatur efficaciter ex Chryſoſtomo, ibid. num. 18 Angeli ex comedijs in templo pudore afficiuntur, ibid num. 21. Chriſtiani in Eccleſijs comedias agentes barbaris peiores, ibid. num. 22.

Concilium.

In ſanctis patribus explicandis, & intelligendis ſummopere ſtuduerunt, hom. 13. num. 20.

Confeſſor.

Credere debet pœnitenti, hom. 27. num. 13. multæ confeſſiones inualidæ, & vnde, ibid. num. 14.

Conſolatio.

Diuinæ tunc veniunt, quando humanæ deficiunt, Cap. 10. num. 10. Comment. lit. num. 4. Vide *Delectatio.*

Conſcientia.

Eius remorſus quàm terribilis, Cap. 10. num. 14 Comment. lit. num. 13. Iudex eſt incorruptus, Cap. 12. num. 1. Comment. lit. num 1. mala inferno eſt aſſimilis, homil. 93. num 28. quantum cruciat, ibid num. 26 mala diem pudet, timet, Cap. 17 num 12 Comment. lit. num. 1. propter eius timorem malum non faciendum, Cap. 7. num. 3. Comment. lit. num. 13. Eius flammæ quæ, ibid. num. 2. facinoroſa vlcus animæ, ibid. num 6.

Concupiſcentia.

Ad miſerendum Deum impellit, Cap. 9. num. 5. Comment. lit. num 3.

Conſilium.

In Deo propriè non reperitur, Cap. 9. num. 13 Comment. lit. num. 1. benè nomen electio, ibid. num. 3. abſconditum quale, ibid. num. 3 anguſtiæ Pauli Apoſtoli ex eius neſcientia, ibid. num 5.

Conſilia diuina, non tantum præcepta obſeruanda, hom. 36. num. 26. & 27. à conceſſis abſtinere quantum Deo gratum, hom. 36. num. 28. licitis aliquando non debemus vti, ſi ab illicitis præcauere deſideramus, ibid num. 31. prudens politicum conſilium ad quale barathrum hominem ducit, hom. 110 num 12 humanum ſemper adhibendum etiam in ſpiritualibus, homil. 114 num. 15.

Conſiliarius.

Mali regnorum deſtructio, & cauſa Regum obdurationis, Cap. 10. num. 16. Comment. lit. num. 18. faciem regis extimeſcens diuina priuabitur, hom. 110. num. 12.

Conſuetudo.

Mala Ægypti eſt tenebra, homil. 91. num. 3. hominem reddit frontoſum, ibid. num. 4. facit vt peccatum non amplius reputetur peccatum, ibid. num. 5. ex ea reprehenſiones vileſcũt, ibid. num. 7. ſummum ſcelus, ſummum iudicat ius quando mala, ibid. num. 9. ad malum patrandum etiam ſeniles vegetat annos, ibid num. 10. & etiam ſi intermittatur pœnitentia, ibid num. 11. ex illa mala quàm periculoſa ſacramentorum frequentia, ibid. num. 12. natura ex mala fit immedicabilis, ibid. num. 13. difficile ſaluantur malæ aſſueti, ibid. num 14. ſoli Chriſti potentiæ reſeruantur, tanquam caſus irregulares, ibid. num. 15. difficillime curantur, ibidem, num. 16.

Venialia ex conſuetudine expiatu difficillima, hom. 91. num 18 mortalia ex conſuetudine martyrio expiantur, ibid num 19. mala ex conſuetudine praua ignem excitant inextinguibilem dum curantur, ibid num. 20.

Ex praua peccata non quælibet ſed grandia, hom. 91. num. 21. ſpiritualium virorum peccata vt plurimum grandia, ibid. num. 24 quæ ex praua, difficillima curatu, ibid. num 25. ex conſuetudine peccantes reſeruantur ad diaboli pompam, ibid. num. 26. ob malam Ammon occiſus, ibid. num 31

Peccatis aſſueti in morte, nil aliud cogitabunt niſi de eis, homil 91. num. 35. poſt lapſum ſtatum pœnitentia agenda malam interrumpendo conſuetudinem, ibid. num 36. ad dæmonem vincendum bona neceſſaria, ibid. num 37 & 38. conſuetudo conſuetudine ſuperatur, ibid num. 39. & 40 bonæ quantauis, ibid. num. 41. prauæ malum, hom 98 num 30.

Conuiuium.

Militaria quæ, homil. 84 num 4. in illis cibi myſticè aliquid deſignabant, ibid. num. 6.

Contritio.

Eius dolor duplex hom. 40. num. 21.

Contemplatio.

Lacti cur comparetur, hom. 51. num. 18. nulla ſine Chriſto crucifixo, hom. 72. num. 10. vide Chriſtus, marceſcit vbi languet paſſionis meditatio, ibid. num 12. duo ad illa neceſſaria, ibid. num. 16 paſſiua Man ſpirituale, Cap. 16. num. 21 Comment. lit. num. 3.

Via ignota eſt obſcura, hom. 100 num. 2. eius actus omnium eſt, Cap 18. Diſput. 11. num. 4. cur eam aliquando Deus tyronibus det, ibidem, num. 5. tractu temporis auferitur, ibid. num. 7. ad eam non vocatus in principio aſſurgere intentans obruetur, ibid. num 10. quotuplex ſit, ibid. num. 11. vera eius definitio, ibid num. 13. eſt ſubſtantialiter actus intellectus ibid. num. 14. vitam ſupponit Angelicam, ibid. num. 15. eſt voluntatis actus, & in quo ſenſu, ibid. num. 16. actum ſupponit amoris, & ad amorem terminatur, ibid. num. 17 & 18.

Duplex, acquiſita, & infuſa, Cap. 18. num. 4. Diſputat. 11 num. 19. non eſt actus virtutis religionis infuſæ, ibid num. 25 an ſit actus fidei vel donorum, ibid. num. 26. tam acquiſita, quam infuſa, & à donis, ibid. num 27. vnde hodierni contemplatiui decipiantur, ibid. num. 29. non eſt neceſſaria ſimpliciter ad perfectionem, ibid. num. 3. probandum prius an aliquis ad illam vocatus, ibid. num. 31. vnde illud erui poteſt, ibid. num. 32. 33. & 34. quantum periculum ſubeant tum magiſtri, tum diſcipuli indiſcriminatim ad contemplationem accurrentes, ibid. num. 35. alia eſt vita contemplatiua, alius actus contemplationis, ibidem, num. 36. hic non

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

non poteſt eſſe diuturnus,ibid. numer.37.

Tria quæ ad illam requiruntur ex Richardo, ibidem, numer. 39. prærequiritur vita actiua, ibidem, numer.40. omnium mandatorum obſeruantia,ibidem, numer. 41. conſcientiæ puritas,ibidem,num.42. priuatio omnium carnalium delectationum,ibidem, num.43. humilitas,amor,& timor, ibidem, num.45. Vide *Chriſtus.*

Copernicus.

Eius figmentum refellitur,Cap.12.nu.14.Comment. lit.numer.6.& deinceps.

Cor.

Hirſutum ſignum fortitudinis, hom.16.num. 14. vnde ad totalem peruenit cæcitatem, Cap. 10. num. 9. Comment. lit. num. 2. in eo duo ſunt ſinus,hom 22. num.13.

Correctio.

Secreta delicta publicè non ſunt corrigenda, homilia 22. num.44. eius conditiones, homil. 49 num 34. amplius cum bonis exercenda, & pro minimis,homil. 56. num 19.& 20.

Quo ordine facienda,homil. 56. numer.23. ſuperior corrigens multiplicem induere debet perſonam,ibidem, num. 24. ſit ſemper cum dilectione,ibidem,num.25.ſit cùm conſilio quando grauis,ibidem, numer.28. ad Dei imitationem,ibidem, num. 29.

Non ſit aſſidua ne vileſcat,homil.56.num.30. 31.& 33. conſultius aliquando diſſimulare, ibid. num.33.& hoc ad Chriſti imitationem, ibidem, num.34.

Corona.

Spinea peccatorem ſignificat,hom.39. num. 16. Paulus Chriſti corona,ſicut & Magdalena, ibid num.17.& 18.

Corpus.

Peccatoris vt immutabitur in die iudicij, homil. 3. num. 40. vndequaque perfectum à Deo Cap.10. num. 1. Comment. lit. num. 5. reprehenduntur contrarium ſentientes,ibidem, num.6.

Crabo.

Quod genus animalium, Cap. 12. numer. 9. Comment.lit.num. 2.

Creatura.

Ex ſenſu dum vident ſe alteri, quàm Deo ſeruire ſe abhorrent,Cap.14. num.11. Comment. lit. num. 4. omnis hominis perditio ex earum nimio affectu,ibid.num.6.

Crux.

Eius brachia cornua Rhinocerontis,homil. 2. num. 77. in virga Moſis figurata ſapientiam confundit humanam,homil.7. num.4. cur per illam antiqui in omnibus actionibus ſe ſignabant, hom 11.num.26. cur in Miſſa totidem exprimitur,ibid.num.27. quid in illa ſignificatur, ibid num.28.

Quantis præconijs à patribus acclamata,homil.18.n.1.eſt omni ſermone ſuperior, ibid.nu. 2. ſummum eius præconium,mũdum per eam ſaluatum, ibid. num. 3. Chriſto plus contulit, quàm incarnatio, ibid. num.4. fuit eius ſignaculum deitatis, ibid. num.5. cur diabolus per miniſtros Chriſtum inuitabat, vt de cruce deſcenderet, ibid. num.6. veri Chriſti ſignum ab Antichriſto eum diſcernens, ibid. num.7. veros à falſis Dei filijs diſcernit, ibid. num. 10. ad inſtar Dei deitatem communicat, ibid. num.11. cruces,& ſupplicia ſunt numina,ibid. num.15.

Crux primum numen, quia primum ſupplicium,hom.18. num.16. eſt deificationis pignus, ibid num.19. Chriſtus ab ea verus Deus cognitus, ibid. num. 18.

Crux,& panbulum quid,homil.18.num.20. vnde dicta, ibid. num. 21. ab carnis Romanorum gloria, ibid.num.23. eſt cauſa gloriæ cæleſtis, ibid. num. 29. cur Chriſtus in illa ſe alligari permiſit,ibid.num.30. non ſolum qui in illa,ſed qui circa illam,ad gloriam euehit, ibid.num.31. latro ob id ſaluatus, quia iuxta crucem Chriſti, ibid. num 31. in cælis perpetuo manebit, ibid. num.33. illa corpora ſanctorum in cælis erunt ſignata, ibid. num. 34. ignominiam in gloriam commutat, ibid. num.35. myſtice eſt ferculum Salomonis,ibid.num.36.

Eſt Chriſti thronus, hom.18. num.38. in ea ſedit Chriſtus vt iudex, ibid. num.39. amplius glorioſus in illa,quàm in iudicio, ibid. num. 41. eſt eius gloria,& honor, ibid. num.44. non ſolum Chriſtum glorioſum reddit, ſed & alios peccatores,ibid. num.45.

In ea Chriſtus ſic ſplendidus hominibus, ac in ſua diuinitate Angelis, homil.18. num.52. in cruce Deus actus vt pulchriot appareret, ibid. num.53.vt in illa pulcher,& decorus, ibid.num. 54.in ea pendens Eccleſiam incantat,ibid.nu.55. totum ſuſtentat mundum etiam corporaliter, ibid num.56. ex eius figura orario efficax, ibid. numer. 57. ad imperandum ex crucis figura corpus efficacius, quàm anima, ibidem, numer. 58.

Eſt ipſamet gloria,homil. 23. num.3. in conſecratione Eccleſiæ cur oleo delinitur, hom.73. num.6.

Cupiditas.

Zelo Dei palliata quantum Deo diſpliceat, homilia 26. numer.33. Achab ob eam occiſus, ibid.num.34. quàm iuſtum Dei iudicium cum illo, ibidem, numer. 35. quantum prævalet in animo, Cap. 10. num.18. Diſput. 4. num. 38. fictas in animum mittit cogitationes,ibid. num. 39.

D

Damnati.

EOrum vita mors dicenda,hom. 29. num.3. vnde ex memoria tribulationum in inferno cruciabuntur,hom.35.num.10.

Danid.

Saülem ſeruauit,quando eum reſpexit vt patrem,occidere voluit quando vt Regem,Cap.9. num.7.Comment.lit.num.9.ob eius peccatum cur Deus blaſphematus,homil.8.num.18. eius filius cur mortuus, & ipſe non exauditus, ibid. num. 19. cur vilis fieri coram arca non timuerit,ibid. num.30.

Eius ingratitudo in peccato Vriæ quanta, homil.20.num.30. quàm patiens cum filio,homil.22.num.24. eius peccatum in numeratione populi quàm graue,& in quo,hom.30.num. 12. & 14. cur non peccauit oram chlamidis Saül ſcindens, homil. 38. numer. 26. cur occidit nuntium mortis Saül, homilia 39. numer. 25.

Eius oculi ex pœnitentia fontes, homilia

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

40. numer. 22. ſemper in lachrymis profecit, ibid. num. 23. cur dicatur non peccaſſe niſi in ſermone Vriæ, homil. 40 num 34. & 64. numer. 22. non peccauit ſeuerè plectendo Ammonitas ibid num. 37. quibus mediis ad regnum euectus, homil. 48. num 14. eius peccatum cur nominetur ſermo, & non factum, Cap. 15. num. 13. Comment. lit. num 8.

Cur non interfecit Ammon ob inceſtum, hom. 91. num. 27. qualis ob illud ei ſubſecuta pœna, ibid. num. 28. vt profecit in humilitate ex peccato patrato, ibid. num. 30. vt cautior ex peccato, homil. 111. numer. 27. cur aquam de ciſterna bibere noluit. ibid. nu. 27. vt ſuperbiam confudit Regum, ibid. num. 29. cur totus lætitia perfuſus ſaltabat coram arca, homil. 111. num. 9.

Decimæ.

Regna pauperie conſumuntur, quia decimæ non ſoluuntur, hom. 9. num. 14. cur quando ſoluuntur vberes agri fructus referunt, ibid. num. 15. Deus configitur, hom. 24. num. 60. earum negatio apud Iudæos cauſa crucifixionis Chriſti, ibid. numer. 62. de iure diuino ſunt ſacerdotum, homil. 32. num. 21. ſic ſtrictè debentur, vt ſint homicidæ, qui illas non ſoluunt, homil. 68. num. 7.

Delectatio.

De rebus ordinatis ad finem vltimum licita, Cap. 13. numer. 5. Commentum lit. numer. 1. ſine ea natura ſiſtere non poteſt, homil. 55. num. 1. vnde bona probatur, ibid. num. 2. carnalis ex ſe, & abſolutè non eſt bona, niſi per accidens, ibid num 3. carnalis quantum ab hominibus amplius appetitur, quàm ſpiritualis, hom. 57. num. 4. corporalis triſtitiam ſupponit, ibid. num. 6. eadem ſemel accepta cur amplius non delectat, ibid. num. 7.

Mutatio in rerum natura omnium rerum delectabilior, & cur, ibid num. 8. carnalis mortem, & mortis parit dolores, ibidem, 12. efficit, vt animus ſequatur quod minus vult, ibidem, numer. 13. ab ea homines decipiuntur, ibidem, num. 14. ob illam Iacob non cognouit Liam à Rachele, ibidem, num. 14.

Diuina hominis propria, homil. 53. num. 13. ſpiritualis etſi eadem cur ſemper delectat, ibid. num. 24. omnem abſorbet ſenſum doloris corporalis, ibid. num. 25. quomodo poſſibile, vt in tribulationibus ſemper gaudeamus, ibidem, num. 26.

Diuinæ humanam triſtitiam ſic abſorbent, vt in ſe eam conuertant, homil. 53. numer. 27. quantum iſtæ ab humanis differant, ibidem, numer. 28. Earum ſtilla ſufficiens ad ignes extinguendos infernales, ibidem, numer. 29. tota humana ſimul delectatio diuinæ comparata, non eſt amplius quam ſtilla, ibidem.

Illis homines ſpirituales à Chriſto incantantur, homil. 55. num. 31 vna eius ſtilla totum ſufficit implere mundum, ibidem, numer. 32. omnes mundi delitiæ, ac voluptates vna tantum ſunt ſorbitiuncula, ibidem, num. 33.

Humana momentanea, homil. 53. numer. 34. quantum ob id defatigantur homines, ibid. numer. 35.

Diuinarum conditiones, ibidem, numer. 36. & 37. non vnum, ſed omnes reficiunt ſenſus, ibidem, numer. 39. Dei ſic ſe effudit, vt infinita in illo remanſerit, ibidem, num. 41.

Deſertum.

Vbi illud, ibi Dei maieſtas, Cap. 11. num. 2. Comm. lit. num. 1. manſiones quadraginta duæ in eo, quid ſignificabant, ibid. num. 2. non domos in illo fixerunt Iſraëlitæ, ſed tabernacula, ibidem, num. 3. ex qua illa materia, ibidem, numer. 12.

Deſiderium.

Vehementia ſunt clamores in oratione, hom. 23. num. 10.

Deus.

Amore hominis ſtimulatus non ſolum naturam, ſed nomen voluit aſſumere illius, Cap. 9. num. 1. Comment lit. num. 2. eius nomen vnica hominis ſpes in oratione, ibidem, numer. 3. miſericordiæ cur dicatur, ibidem, num. 5. eius deitatis propria vota miſericordia, ibid. numer. 7. ad eam homo per miſericordiam ſcandit, ibidem, num. 8. eius potentia quanta, ibid num 10.

Miſericors in hominem ob memoriam tantũ ſanctorum, hom. 1. num. 12. liberauit Loth ob memoriam Abrahæ, ibid. numer. 13. eius indulgentia eſt hominem præuenire ne cadat, ibid. num. 16. cur ſanctis interdicit ne orent, ibid. num. 21. quanti eorum orationem facit, ibidem, nnmer. 22 nil tribuit abſque ſanctorum interceſſione, ibidem, numer. 23. quando nobis præſens, ibid. num. 36. eius ſumma prouidentia in inuocatione Sanctorum, ibid. num. 46.

Pater dicitur æternitatis, homil. 2. num. 81. in veteri lege formam præſcripſit benedictionis, ibid. num. 103. etſi peccata adſint, beneficia confert, ibid num. 105.

Eius miſericordia in Adami iudicio, homil. 3. num. 41. quæritur de electione, quæ non ab illo, hom. 6. num. 62. cur de illa Ieroboami, & ſi ab ipſo ad regnum aduocatus, ibid. numer. 63. quo ſenſu iſte à Deo non electus, ibidem, numer. 64.

Dolet quando reges malam ducunt vitam, hom. 8. num. 26. non per præſcientiam iudicat, & punit, ibid num. 27. cur hominem peccare permiſerit, homil. 10. num. 21. credendus remunerator, & cur, ibid. num. 33. deſtruit fidem, qui illum tantum largitorem credit, ibidem, num. 34.

Non poteſt vllum alium finem habere, niſi ſuam gloriam, homilia 11. num. 1. omnia in ſuum ornamentum creauit, ibidem, numer. 2. impius ad eius gloriam formatus, ibidem, numer. 3. à ſanctis cur gloria nominetur, ibid. num. 7.

In eadem ſpecie hîc tribuit, quæ ei dantur, homil. 11. num. 19. ſemper illi in omnibus gratiæ agendæ, ibid num. 29. quomodo ei omnia conferenda, ibid. num 30. non tantum à nobis ſubſtantiam operum, quantum modum exigit, ibidem, numer. 31. omnibus penuium ei ſeruire, ibid. num. 32. naturalia operanda

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

ad eius gloriam, ibidem, numer. 33.

Eius consilium vnde inscrutabile, Cap. 9. nu. 13. Comment. lit. num 1. ibi recognouit medium vitæ, vbi homo pensitat esse perditionis, ibidem, num. 6 eo aduersante nil securum, Cap. 9. nu. 14. Comment. lit. num. 13.

Nunquam primus fœdera scindit, Cap. 10. num. 3. Comment. lit. num. 2. nationes delet, quando non est vltra spes boni ab eis, ibidem, num. 4.

Nostris non eget, hom. 19. nu. 12. cur ea exquirit, ibidem, num. 13. quid nos illi damus, ibidem, numer. 14. ad præcautionem bonorum sæpè impios punit. Cap. 10. num. 9. Comment. lit. num. 3. cum sit ditissimus cur filios pauperie premi velit, Cap. 10. num. 12. Comment. lit. numer. 1. cur mala permittit, Cap. 10. num. 10. Comment. lit. num 10. non videtur nisi à cutis sæcularibus semotis, Cap. 9. num. 15. Comment. lit. numer. 12 cur eum Iob dixit prius audisse, postea vidisse, ibid. nu. 15.

Deus sine Deo non cognoscitur, homil. 13. num. 4. Desiderium eius cognitionis ab illo, ibidem, numer 5. ab ipso solo expetenda sapientia, ibid. num. 6.

In his rebus posuit salutem quæ pauperi conueniunt, & diuiti, homilia 20. num. 47. tentationes moderatur, hom. 22. num. 10. vide tribulatio, amplioribus amicis ampliora reuelat mysteria, homil. 22. num 54. cuilibet dat vt perfectionem consequi possit suæ naturæ, ibid. nu. 58. ipsius verbum est ipsum factum, ibidem, num. 60. amicus fidelis confert plus auxilij vbi est plus periculi, Cap. 10. num 14. Comment. lit. num. 2.

Pluit iniustis propter iustos, homil. 20. num. 32. bona malis confert propter sanctos, ibidem, num. 33. illi nostra necessaria cooperatio, ibid. num. 34. cur prius regnum parauit suis, quàm opera præuidisset, ibidem, num. 40. remunerat vltra condignum, ibid. num. 41. ex amore ingentes dat tribulationes, ibidem, numer 42. ab inimicis potius, quàm ab amicis ingratitudinem vult sufferre, hom. 24. num. 66.

Destruit politicorum consilia, Cap. 10. num. 16. Comment. lit. num. 5. ad suos fines assequendos medijs vtitur contrarijs, ibid. num. 6. cuius est pars, hom. 25. num. 28.

Ad custodiam virtutum vitia non permittit debellari, Cap. 10. num. 17. Comment. lit. num. 14. tyronibus quàm magna aliquando confert, ibid. num. 15.

Eius auxilium non cito sperandum, homilia 26. numer. 6. tunc succurrit quando inimici suos debellasse reputant, ibidem, num. 7. tunc Deus pro homine, quando iste fugit, hom. 26. num. 9. sic terribiliter suos vindicat, vt etiam ipsos sanctos ad compassionem ducat, ibidem, num. 10. sæpè impios eleuat, vt ex eorum casu suos erudiat, ibidem, num. 11. cur mortem Pharaoni non intulit, & si ea dignus, ibidem, num. 12.

Quid sit eius excitatio, & quomodo dicatur excitasse Pharaonem, homil. 26. num. 13. confert dignitatem secundum merita, ibid. num. 14. eius proprium principes debellare, ibid. num. 15. solus verè potens, ibid. num 17. quando eum populum liberasse verè creditum est, ibid. num. 17. omnis potestas respectu eius larvata, ibid. num. 19.

In suos quàm dulcis eius prouidentia, Cap. 10. numer. 18 Commentum lit. Disputat. 4. num 50. ad deprellionem potentum sæpè pauperum permittit angustias, ibid. num. 43. etsi decreuit dare, tamen tempore opportuno, ibid. num. 47.

Iusto iudicio impiorum animum auget ad sui perditionem, Cap 10 nu. 18. Disput. 4 num. 54. quomodo Ægyptios in mari interfecit, Cap. 10. num 19. Comment. lit. num. 1. cur hæreticos non destruit, Cap. 10. num. 19. Comment. lit. num. 12. cur sic strictè præceptum ponit charitatis, ibid. num. 15.

Non dicitur victor, sed prævalens, homil. 27. num. 4. solo visu ardua efficit, ibid. num. 6. sic timendus, vt nec Angeli præter ipsum, ibid. num 7. ad timorem sufficit eius maiestas ibid. num. 8. digitorum vibratione potentes expellit, ibid. num. 15. signum eius seruitutis illum solum timere, ibid. num. 16. cur Moysi præcepit, vt solueret calceamentum, ibid. num. 19. quàm facilè inimicos debellat, Cap. 10. num. 21. Comment. lit num. 6.

Eius manus mundus totus sustinere non potest, Cap. 10. num. 22. Comment. lit. num. 7. acerbitate iniuriarum proditur, homil 29. num. 2. despectos ab hominibus erigere solet, ibid. num. 28. subtilissimo pondere virtutes librat, ibid. num. 25. intuetur quæ non videntur, ibid. num. 27. ei antiqui inferiorum prouidentiam negabant, ibid. num. 31. qualem escam suis præparat athletis, homil. 29. num. 77. quæ mirabilia egit pro Israëlitis in morte primogenitorum, ibid. num. 100.

Eius ira magna, & parua quæ, homil. 30. num. 8. vt populum puniret permisit Dauid peccatum, ibid. num. 9. cur nolebat vt populus numeraretur, ibid. num. 13. per se præceptum intimauit mulieri, homil. 11. num. 13.

Cum posset bellando Israëlitas educere cur noluit, hom. 32. num. 24. quantum timorem expetat hominum, ibid. num. 5. per infirma semper victorias Israëli dedit, ibid. num. 12. qui alteri quàm illi fidit, contra eum pugnat, ibid. num. 17.

Cur cito non exaudit preces, Cap. 11. num. 2. Comment. lit. num. 17. insipientium imperfectorum miseretur, non sic eorum, qui ad perfectionem tenentur, ibid. num. 18. & 19. cur permisit magos miracula operari, & si falsa, Cap. 11. num. 9. Comment. lit. num. 9.

Leuia peccata dissimulat, vt simul postea cum maioribus puniat, hom. 33. nu. 14.

Paruis animalibus consecrauit magnarum vrbium excidia, Cap. 11. num. 17. Disputat. 8. num. 31. & 32.

Illum non cognoscit, qui eius mandata non obseruat, hom. 36. num. 13. non vult vt alia non amemus, sed vt primum ei locum demus, ibid. num. 21. cum destruere non vult grandia non mittit supplicia, Cap. 11. num. 18. Comment. lit. num. 1.

Quid sit omnia disposuisse in pondere, numero, & mensura, Cap. 11. num 21. Comment. lit. num. 1. non exercet iudicium purum, ibid. numer. 5. tardus ad destruendum, velox ad

Tabula rerum notabilium.

ædificandum, homil. 37 num. 6. cur Turcas, & hæreticos ſuſtinet in tanta patientia, ibid. num. 7. ſæpè tempus expectat opportunum, ibid. num. 19. cur in principio Dauid non admonuerit de peccato, ibid. num. 22. tempore tantum ſæpè vtitur ad peccatorem conuertendum, ibid. num 13. eius prouidentia in menſurandis oneribus vſque ad beſtias ſe extendit, homil. 37. num. 35. capillos noſtros numeratos habet, ibid. num 43. vide tentatio, quanta facilitate mundum mouere poteſt, Cap. 11. nu. 13. Comment. lit. num. 2.

Ob pœnitentiam futuram peccata diſſimulat, Cap. 11. num. 24. Comment. lit. num. 3.

Cur non iraſcitur quotidie, homil. 38. num 1. ſui iuris ſæpè obliuiſcitur, ibid. num 4. populo pepercit ne diceretur potentia vſus, ibid. num. 11. nunquam ſic Deus oſtenditur, ac quando potens occidere non occidit, ibidem, numer. 12. ad illum nos conuertere debemus, quia potens occidere non occidit, homilia 38. numer. 14.

Sic miſericors in peccatores, vt quaſi non peccaſſent eos conſolatur, hom 38. num. 18. tota eius potentia eſt prodeſſe, ibid. num. 19. in parcendo ſe exinaniuit, ibid. num. 22. ſi poſſibile nollet reminiſci ſe potentem ad caſtigandum, ibid. num. 23.

Quantus pater, tantus iudex, homilia 40. num. 18. totus bonus, Cap. 11. num. 26. Comment lit. num. 3. omne bonum ab eius bonitate, ibid. num. 2.

Solus ipſe peccata diſſimulare poteſt, hom. 41. num 3. peccatores ſæpè conſolatur, ibid. num 3. timorem ſui adimere ſatagit, ibid. num. 6. vt frater ſe peccatoribus manifeſtat, & ſi offenſus, ibid. num. 7. per delitias eos ad ſe attrahit, ibid. num. 8. poſt peccata quaſi ſit debitor, ibid. num. 11. quàm tenerè in principio conuerſionis ſe habet, homil. 41. num. 12. bella auertit à principio, ibid. num. 13. ante tentationes ſui amore animas inebriat, ibid. num. 17. prævidens peccatum de remedio cogitat, ibidem, num. 18. cur Philiſtæos per tempus deleuit, & non in inſtanti, ibidem, numer 14. eius amor ſit præſtans in peccatores, vt timorem inducat illum pandere, ibidem, num. 19. eius tota fortitudo in quo, homil. 41. num. 20. Dominus dicitur peculiaris animarum, Cap. 11. num. 27. Comment. lit num. 2.

Eius amor immenſus in hominis creatione, vnde maxime elucet, homil. 42. num. 4. eum creauit, & ſi ingratum fore ſciret, ibid. num. 10. iudex eſt incorreptus, Cap. 12. num. 1. Comment. lit. num. 2.

Naturæ inſitum Deum dicere bonum, hominem malum, homil. 43. num. 1. in quo peculiaris eius eſt bonitas, ibid. num. 2. cur hominem liberum creauit, & ſi ſciret peccaturum, ibidem, num. 4. & 5. eius bonitas infinita dimittens, & ſi ſciat hominem peccaturum, ibid. num. 5. ſympathia ducitur ad miſerendum, ibidem, num. 9. eius bonitas ob hominis malitiam non langueſcit, immo ſe reduplicat, ibid. num. 10.

Tunc veſtes Adamo dedit pelliceas quando eis indignus, homil. 43. num. 13. & 14. bona tribuit peccatoribus ne deſperent, ibid. num. 17. cur dicatur multus ad ignoſcendum, ibid. num. 18. 19. & 20. quanta ſuauitate ad cælum auarum aduocat, ibid. num 21. vt ebrios, & gulosos, ibid. num. 22 in eo quid ebrietas, ibid. num. 23. cur non omnes deſtruxit Chananæos, Cap. 12. num. 2. Comment. lit. num. 5.

Quàm blandè ſe habuit cum Iſraële antequam vltimo eum exterminaret, hom. 44. num. 1. eius fluis dum flagellat, ibid. num. 2. ſemper flagelli declarat cauſam, & cur, ibid. num. 3. & 4. bonos cum malis cur ſimul caſtiget, ibid. num. 6. ideo nos flagellat, vt filios Dei nos conſtituat, ibid. num. 7.

Quantum illi debemus dum nos flagellat, homil. 44. num. 10. quàm ſuæ deitatis profugus, ibid. num. 12. in ponderandis tribulationibus ſemper ei aſſidet miſericordia, ibid. num. 16. eius amor ingens in pœnis inferendis poſt tantas hominum querelas, ibid. num. 20. per contraria ſæpè hominem ad beatum finem perducit, ibid. num. 21. cur permiſit pincernam obliuiſci Ioſeph, ibid. num. 23. permittit vt dolcamus, homil. 45. num. 4 & 5. eius Verbum in ſinu patris impatiens ob hominum amorem, homil. 46. num. 7. pro ſumma gloria habuit homini inſeruire, ibid. num. 10. omnes ſuos in nobis tranſtulit affectus, ibid. num 9. eius gloriam tunc homini communicauit, quando fecit vt alteri inſeruiret, ibid. num. 11.

Adhuc in cælis homini ſeruit, hom. 46. num. 19. quàm abundanter vicem reddit talionis, ibid. num. 20. cur dixit ob malitiam hominis multam amplius terram non puniturum, hom. 46. num. 46. quam firmus in promiſſis, ibid. num. 50. quod mundum ob peccatores non deleat murmurant creaturæ, ibid. num. 51. eas obiurgat, ibid. num 54. cur malitiæ hominum compatitur, ibid. num. 55. natura poſt peccatum ad compatiendum ipſum adigit, ibid. num. 56. quantum iuſtos amat, ibid. num. 59. Noë vt eius amicus, ibid. num. [illegible].

Mundo parcit ob iuſtorum memoriam, homilia 46. num. 61. inſurgit contra eos, qui eos moleſtant. etiam ſi inanimata, ibid. numer. 62. Niniuitis pepercit quando amplius pepercit, ibid. num. 65. miſericordiæ materiam ex ſe ſumit, iuſtitiæ ex altero, ibidem, numer. 66. cur pater dicatur miſericordiarum, ibidem, num. 67.

Eius iudicia non ſcrutanda, Cap. 12. num. 14. Comment. lit. numer. 2. eius opera quominus intelligit humanus intellectus, eo ſunt perfectiora, ibid. num. 4.

Eſſet ſummè iuſtus etiam ſi omnes in infernum detruderet abſque peccatis, & qua ratione, Cap. 12. num. 14. Comment lit. num. 6. 7. & 8. poſt peccatum originale nulli iniuriam feciſſet ſi gratiam negaſſet ſufficientem, ibid numer. 9. non per futura, ſed per præſentia merita reprobat, & eligit, ibidem, numer. 10. ſolus eſt in puniendo, aut benefaciendo, ibidem, num. 11.

Vt ſupremus iudex cum iudicibus in terris aſſidet, homil. 47. num. 1. eius maieſtatem maculat malè iudicans, ibidem, num. 2. nunquam eius maieſtas ſic elegans, ac quando iudicat, ibidem. iniquorum oratio apud eum irritatio, ibidem, num. 4. eius ſententia à quocumque prolata reges obſtupefacit, ibid. num. 5.

Tabula rerum notabilium.

vt eius effugiant Reges ſententiam ſe Reges eſſe obliuiſcantur, ibid. num. 6. iniqui reges eum non cognoſcentes, ibid. num. 7.

Regia majeſtas quantum deprimitur dum Deus iudicem ſe oſtendit, homil. 47. numer. 12. eius ſententia extimeſcenda, quia ſummum dedecus ab eo condemnari, ibid. num. 14.

Stultum ab alio, quàm à Deo honorem quærere, homil. 47. num. 16. vt peccatores ignorat, ibidem, num. 17. ex aſſiſtentia totius Trinitatis Chriſti ſententia in iudicio tremenda, ibidem, nu. 18. Dei tremenda, quia noſtri nil illi latere poteſt, ibidem, num. 23. vnde cognoſcit in iudicio peccatorem non eſſe ex ouibus, ibidem, numer. 25. ob eius iudicium nullum ſecretum peccatum, ibidem, numer. 24. peccator non peccet, aut ſi peccat quærat prius locum vbi Deus non ſit, ibidem, numer. 25. eius ſolertia in noſtris indagandis, ibidem, numer. 26. ipſum neſcit qui audet peccare, ibidem, num. 27.

Eius ſententia ex ſeueritate extimeſcenda, hom. 47. num. 33. eius iudicium extimeſcendum ex illo, quod cum ſuis exercet, ibidem, num. 35. quàm ſeuere leuia puniat, ibid. num 36. eius ſententia formidabilis puniens, quæ homo abſoluit, ibid. num. 37. 38 & 40.

Eius ſecretum iudicium in electione, aut reprobatione peccatorum, homil. 47 num. 41. 42. & 43. eius ſententia tremenda quia omnipotens vt effectum ſortiatur, ibid. num. 45. ſola voluntate omnia perficit, ibid. num. 48. facilius operatur, quàm homo loquitur, ibid. num. 47. eius ira ad momentum durat, ibidem, numer. 48. eſt immortalis, & mortalis, ibidem, numer. 49. & 50. cantabit in pœnis infligendis, ibidem, num. 51. & 52. quando eius ſententia firmata, lachrymæ non proficiunt, ibid numer. 53. nec ſanguis Chriſti, ibid. num. 54. eius rectitudo in fortitudinem cuadit, ibid. num. 59.

Quo potentior, eo iuſtior, Cap. 12. num. 16. Comment. lit. num. 4. ſæpè virtutes apud nos apud illum vitia, ibid. num. 1. miſericors quia potens, ibid num. 5.

Totus ad ſalutem conferendam, homil. 48. num. 1. occidit ad ſalutem, ibid. num. 2. excubat ad profundendam miſericordiam, ibid. numer. 3. eius dominatus totus ad pacem, ibidem, num 9.

Reputat pro ſeruitio animum extendere ad ampliora recipienda, homil. 48. num. 26. cui eſt proprius, ibid. num. 30. dominium in nobis cur experat, ibid. num 31. ipſius nomen ante incarnationem mortale, poſt illam ſalutare, ibidem, numer. 31. poſt illam hominis pars, ibid. num. 32. eius nomen hominum hæreditas, ibidem, num. 37.

Beneficus ex natura, homil. 48. numer. 35. ſympathia mouetur ad hominem amandum, ibid. num. 36 amat ex proprio, non ex alieno, ibid. num. 38. iram non ex ſe, ſed ex nobis ſumit, ibid. num. 39. flagellans deliquium patitur, ibid. num. 44. obeſſe non poteſt, ibid. num. 46. eius voluptas miſereri, ibid. num. 47. eius pulchritudo ſatietas, ibid. num. 48. eius voluptas pſalmodia, ibid. num. 49. eo profuſior, quo homo indignus, ibidem, num. 50. 51. & 52. non ſolum noſtris prouidet neceſſitatibus, ſed commodis, ibid. num. 54. immo & concupiſcentijs, ibid. num 55. plus potens ad nos ſuſtinendos, quàm nos ipſi, homil. 48. num 60. Pharao excitatus ad eius potentiam demonſtrandam, ibid. num. 59. beneficiorum pondus noſtram reputat ſuſtinentiam, ibidem, numer. 57. nomen Domini refugit quando punit, ibidem, numer. 61. eſt hæreticorum Deus non Dominus, ibidem, numer. 61. ante hominis creationem nunquam Dominus dicitur, ibidem, num. 63.

Quos peccatores ſcrutatur in lucernis, Cap. 12 num. 17. Comment. lit. num. 1. cur dicatur dominator virtutis, cap. 12. num. 19 Comment. lit. num. 1. cum reuerentia homines gubernat, ibid. num. 4. peccata diſſimulat, ibid num 6. cur Angelum præcurſorem mittere voluit, homil 49. num. 15.

Temporalia quàm vile æſtimat, & ſi grandia, homil. 49. num. 16. conſultius eum neſcire, quàm peccando irritare, ibid. numer. 15. quos recuſat immediatè per ſe regere, ibidem, numer. 18.

Aliquos caſtigat vt inimicos, homilia 50. num. 7. ſolus nominatur, qui eſt, Cap. 13. num. 1. Comment. lit. num. 8. eius potentia cognoſcibilis ſit ex creaturarum virtute, Cap. 13. num. 5 Comment. lit. num. 3. eſſe à poſteriori cognoſci poteſt, & contrarium error, ibid. numer. 4. niſi per ipſum cognoſci non poteſt, imò nec honorari, hom 54. num 24. in caligine videtur à proficientibus, non ſic ab inſipientibus, & cur, ibid. num. 25. & 26. vna eius ſola particula inſcrutabilis, ibid. num. 27. cur duplex cælo nomen indidit, ibid num. 29. facilius ſua indoctis, quàm doctis pandet, ibid. numer. 31.

Cur ſtatim Sennacherib non occidit, homil. 55. num. 8 cur vocem Iſmaëlis dicitur audiſſe, & non matris, ibid. num. 15. in extremis ſuccurrit, & non ante, ibid. num. 16 & 38. cur herbas ante ſolem creauit, ibid. num. 17. quibus medijs hominem compellit, ibid num. 33. ſæpè pœnitentia contentus abſque pœna, homil. 56 num. 36. occultis ſæpè veniam præbet, ibid. num. 37.

Ibi adeſt vbi nulla dignitas, homil. 57. num. 1. & 7. tunc amplior miſericors quando peccator amplius indignus, ibid num. 3. magnos peccatores per ſe curare vult, ibid. num. 4. & 5. ideo benefacit, quia homines beneficentia indigni, ibid. num. 7. eius ingens amor in parcendo, homil. 57 num. 10. Sodoma deſtructa quia non Deus, ſed Angeli ad eam, ibid num. 11. & 12. ex magis peccatoribus magnos efficit ſanctos, ibid. num. 13.

Cur in peccatis putreſcere aliquando ſinit, hom. 57. num. 16. admirabilis in conuerſione peccatorum grandium, ibid. num. 18. ad deſperatiſſimos accurrit peccatores, ibid. num. 19. cur magnos præ cæteris diligit peccatores, ibid. nu. 21. & 22. apud illum tota ratio beneficentiæ, quia peccatores, ibid. num. 23. morosè ſe agit cum peccatoribus magnis, ibid. num. 26.

Vbi ille nullum adeſt periculum, homil 58. num. 36. proprium eius nomen, qui eſt, ibid. num. 37. non per ſe immediatè gubernat, & cur, ibid. num. 40.

Cur Græcè Theos dicatur, Cap. 14. n. 1. Comment. lit. n. 7. ſic perfectè omnia fecit, vt nil illis

Tabula rerum notabilium.

humana poteſt addére ratio, homil. 59. num. 8.

Cur à foris reclauſerit Noë, homil. 60. num. 10. totum hominem concupiſcit, & ad ſe attrahere cupit, hom. 62. num. 14.

Pax ſine illo durum bellum, Cap. 14. num. 22. Comment. lit. num. 2. illo infecto omnes delitiæ venenum, ibid num. 3. eius optimæ conditiones, Cap. 15. num. 1. Comment. lit. num. 1. cur gratiſſimus, ibid. num. 2.

Amandus ob præcepta, hom. 64. num. 5. eius notitia tota hominis gloriatio, Cap. 15. num. 3. Comment. lit. num. 2.

Formam induit humanam, dum hominem finxit, hom. 66. num. 8. quid ſit ſecundum Apoſtolum eum portáre in corpore, ibid. num. 57. cæli vt eum laudant, ibid. num. 58 ſic eum ſancta laudat vita, ac miracula, ibid. num 59. eius ignorantia ſumma omnium delictorum, Cap. 11. num. 11. Comment. lit. num. 2.

Sic nos amauit, vt maluerit Angelum, quàm nos amittere, homil. 67. num. 11. pro nobis in cælo cum Lucifero pugnauit, ibid. num. 12. non tantum propter nos, quantum pro eius honore noſtram procurare debemus ſalutem, ibid. num. 15 cur Vigildicatur, homil. 68. num. 27. quàm liberalis in retribuendo, ibid. num. 78. nec dæmonem ſua tyrannide expoliat, ibid num 83. & 84. intime perſentit, & ſi minima à prælatis ab ouibus aliqua diripi, ibid. nu. 86. eius patientia obſtinatorum hominum nutrit impudentiam, homil. 68 num. 102.

Cur in ædificatione turris Babel linguas confudit, ibid. num. 108. eligendo duplicem conſert honorem, homil. 69. num. 2.

Eius ſenſus dum pro vanis relinquitur, hom. 70. num. 1. & 2. pro bono imaginatio eum Eua reliquit, ibid. num. 3. per internas inſpirationes aliquando nil efficeret, niſi externa adiungeret mala, ibid. num. 9. & 10. quanta frontoſitate cum peccator relinquit, ibid. num. 11. eius templa violare, quàm horrendum, ibidem, num. 12. Chriſtianis leuius eſſet eum neſcire, quàm ſcientes malè viuere, ibidem, numer. 13. quando mali ob id peiores ſunt, quàm ipſis idololatris, ibidem, num. 14. hominum malitia in eo ſtat vt eum deſerant pro viliſſimis, ibidem, num. 16.

Quanti hominem æſtimet, & homo eum quam parum, homil. 70. num. 18. 19. & 20. in cælis vt ſe diſſimulat ad hominem adhuc ibi ſerviendum, ibid. num. 21. eius humiliras in cælo quanta, ibid. num. 22. Chriſtiani quantum iudicij pondus ſubeunt eum pro vilibus commutantes, ibid. nu. 24. gentilium in eum exprobratio qualis, ibid. num. 24.

Liberaliſſimus quando neceſſariæ deficiunt, hom. 71. num. 1. huius ratio, ibidem, numer. 2. eius mos prius huius mundi bonis expoliare, & poſtea veſtire, ibidem, numer. 3. 4. 8. & 9. pauperi dum prouidet gloriam reponit, in ſuperflua tribuendo, homilia 71. numero 19.

Peccata puniens efficit, vt non ſolum ſubſtantiæ, ſed modo pœna correſpondeat, Cap. 16. numer. 9. Comment. lit. num. 7. quibus militibus populos debellat, ibid. num. 15. cur diabolus poſt peccatum non compeſcuit, hom. 73. num. 10. Vide tribulatio, cur Euæ eum oppoſuit, & non Adamó, ibid. num. 11. quo medio corda emolliuit Ægyptiorum, ibid. num. 13. per tribulationes peccatores excitat, ibid. num. 14.

Singulis de victu ſemper prouidet quotidiano, Cap. 16. num. 21. Comment. lit. num 18 our de ſpiritu Moſis ſeptuaginta replenit, hom. 75. num. 12. cur interdixit ad menſtruatam non accedere, homil. 85. num. 8. quantam præparationem iuſſit deſcenſurus in Sina, ibidem, num. 9.

Gratias quas illi referimus beneficij loco reputat, & cur, homil. 86. num. 15. quæ illi homo prius dat ſunt peccata pro quibus ipſe bona tribuit, ibid. num 14.

Vt paſcit eos qui omnium obliti, Cap. 16. num. 26. Comment. lit. num. 2. pater dici communiter in nouo teſtamento præceptum, Cap. 16. Comment. lit. num. 3.

Semper paratus ad orationem audiendam, hom. 87. num. 1. cur vult vt ſemper ipſum oremus, ibid. num. 5. eum coarctat tepiditas ad benefaciendum, ibid. num 10. in eius ſeruitio inconſtantes ſtomachatur, ſicut & hæreticos, ibid. num. 11. & 12. ſacrificium vt ei ſit acceptum debet libenter, & ex animo fieri, ibid. num. 17.

Eius ſenſus dum ad alia prius manicamus, quàm ad illum orandum, laudandum, homil. 87. numer. 20. quanta mala eueniunt dum ei primas non damus, ibid. num. 21. peſſima illarum prouinciarum conſuetudo taxatur, qui prius comedunt, quàm illum orent, ibidem, num. 22.

Eius ſecreta iudicia quæ, Cap. 17. num. 1. Comment. lit. num. 1.

Peruertere ſolet tempus iudicij, vnde ſemper vigilandum, homil. 89. num. 18. cur Balthaſarem ex tempore occidit, ibid. num. 19, cur Nabuchodonoſori tempus conceſſit pœnitentiæ, ibid. num. 20. tunc peccatorem occidit, quando vltimum eius non expaueſcit iudicium, ibid. num. 21.

Eius opera admiranda fide credenda, non ratione indaganda, Cap. 17. num. 2. Diſputatione 18. num. 3. eius obſtinati rebelles inſolitis caſtigabuntur iudicijs, Cap. 17. Diſputatione 10. num. 10.

Non potentia, ſed prouidentia gubernat, hom. 90. num. 9. vt iraſcitur contra vindictam exercentes etiam ex eius mandato, ibid. num. 36. deſtruit principes, qui diuina humanaque ſua eſſe autumant, ibid. num. 37 & 38. vt ignoratur à Chriſtianis, & præcipuè à religioſis, homil. 91. num. 6.

Iuſtam peccati pondus infliget pœnam, hom. 94. num. 1. maluit Chriſtum mori, quàm ad pondus peccatum non punire, ibid. num. 2. in maiori eius miſericordia maior eius elucet iuſtitia, ibidem, numer. 3. remiſit contra Moyſen murmurantibus, non vero contra ipſum, & cur, homil. 94. num. 8. quid intelligatur per eius diem viſitationis, ibid. num. 9. diſſimulat aliquando peccata grauia, punit leuia, ibidem, num. 18.

Eius præſentia terribilis in inferno, hom. 96. num. 7. eius abſentia omnium bonorum priuatio, ibid. num. 8 ſine eo nulla delitia, ibid. num. 10. ſola eius priuatio miſerum reddit hominem, ibid. num. 11. verum gaudium in illo ſolo, ibid. num. 12. ab anima ſe abſcondere, eſt eam interficere, ibid. num. 15.

Tabula rerum notabilium.

Vbi eius præſentia ibi ſumma ſatietas, hom. 96. nu. 16. eius domus omnibus referta copiis, ibid. num. 17. quid nouerit Iacob, quod ipſum accepit in Deum, ibid. num. 18. eius comparatione etiam Angeli adiutorium deſpiciendum, ibid. num. 21. ſemper punit citra condignum, ibid. num 26.

Cur fermentum ab oblatione excludebat, homil 97. num. 6. cur Adamo tunicas fecit pelliceas, ibid. num 8.

Quot modis glorificetur, c. 18. num. 1. com. lit. num. 4. cur publicè aliquos punit, homil. 99. num. 6. cur ſerpentem maledixit externum ei infligens ſupplicium, ibid. num. 14. cur flagellauit Pharaonem plagis maximis ob Saram, homil. 99 nu. 22. quanta ei cura honoris Abrahæ, ibid num. 23. noſtra bona ſua dicit emolumenta, ibid. num. 31. eius prouidentia maximè illum manifeſtat, c. 18. num. 4. com. lit. num. 1.

Eius vocatio duplex, communis & ſpecialis, c. 18. num. 4. diſput. 11. n. 6. eius verba iuramenta, & cur aliquando iuret, c. 18 nu. 8. com. lit. num. 1. & 3. eſt iuſtitiæ lex bona, & mala æquanimiter ab eo accipere, c. 18. num. 9. com. lit. num. 1.

Ab illo bona, & non mala velle muliebris eſt animi, homil 101. num. 1. illum verum Deũ à falſis diſcernit ſpes firma in tribulatione, ibid. num 2. ſi tardat quando poſtea venit, non tardaſſe æſtimatur ibid. num. 4. mala ſuſtinenda, quia ab eo mittuntur, ibid. num. 5. totus amandus, quia miſericors, quia iuſtus, ibid. num. 6. eius iudicium non ſolum formidandum, ſed etiam amandum, ibid. num. 7. æquus non eſſet cenſor ſi tantum bona, non mala inferret, ibid. num. 8. ex contractu ſocietatis bona, & mala ab illo ſufferre debemus, ibid. num. 9. ob id Chriſtus bona, & mala voluit ab illo accipere, ibid. num. 17 mala neceſſario inferenda, vt ipſe Dominus recognoſcatur ab hominibus, & à dæmonibus, ibid. num 17. & 18. eius dona quamuis minima ſemper æſtimanda, ibid. num. 21.

Poſt diluuium cur timorem homini in animalibus conceſſit, homil. 103. num. 21. quanta circumſpectione etiam conceſſit carnium, ibid. num. 16.

Talia pro hominibus egit, vt niſi Deus eſſet inſaniæ reputarentur, homil. 104. num. 6. & 7. non ſic ſua maieſtate, quantum humilitate cor rapit humanum, ibid. num. 11. Sanctorum lætitia Deum videre non in maieſtate, ſed in humilitate, ibid. num. 17.

Nullam committeret iniuſtitiam ſi hominem ad æternos deſtinaret cruciatus nullo ſtante peccato, homil. 105. num. 1. eius mos ſuperuenturam prædicere calamitatem, ibid. num. 2. ipſa adhoc vtitur natura, quando alia non adſunt prodigia, ibid. num. 3. ſole vtitur, quem ideo inter cætera creauit, vt diem prædiceret iudicij, ibid. num. 5. nunquam peccatores caſtigat ſine præmonitione, ibid. num. 6. ex illo irato regnorum excidia, ibid. num. 7.

Etſi iratus ſemper præuenit, homil. 105. num. 16. Sanctos premit, vt etſi nolentes etiam admoneant, ibid. num 11. etſi terga vertit nunquam præmonere deſiſtit, ibid. num. 13. & etiam per ipſa peccata, ibid. num. 14. & 15. non ſolum calamitatem prædicit, ſed etiam cauſam manifeſtat, ibid. num. 16.

Sic præuenit aliquando, vt ob oculos excidium ponat, homil. 105. num. 19. admonitorem ſemper præuenit, etſi vndique peccator ſeptus, ibid. num. 20. tempus expectat admonitionis opportunum, ibid. num. 21. & 22. quanta diſcretione puniat peccantes ex malitia, aut ex fragilitate, c. 18. num. 21. com. lit. num. 1.

Vbi eius adeſt adiutorium, ad humanum non eſt confugiendum, hom. 106. num. 6.

Cur à Iacob timorem non abſtulit fratris, homil. 107. num. 5. proprium eius animum ſedare in mediis fluctibus, ibid. num. 6. cur ligna prius creauit, quam hominem, ibid. num. 11. ex ipſius prouidentia homines vt Angeli in paradiſo vixiſſent, ibid. num. 12. facilius ſacerdotum orationes audit, quia eius miniſtri, ibid. num. 35 immo antequam orent, ibid. num. 34.

Ex qua eius beneficentia ſancti inebriantur, c. 18. num. 23 com lit. num. 3.

Eius ira quando ineuitabilis, c. 19. num. 1. com. lit. num. 1. ſine miſericordia percutit, quando peccator ſine fine peccat, homil. 109. num. 1. ei minora denegans ſeruitia quantum incurrit periculum, c. 19. num. 3. com. lit. num. 2.

Quam inflexibilis abſolutè aliquid ſtatuens, homil 111. num 25. vt ſe abſcondat ſufficit obſcenitas, etſi peccatum non adſit luxuriæ, ibid. num. 22.

Amplius pacatur principum gentium pœna, quam pauperum, homil. 111. num. 34. & 35. quos à lapſu eripit, ibid. num. 39. eius decreta etiam res contrariæ deſeruiunt, ibid. num. 45.

Eius amor quantus, homil. 114. num. 1. quomodo ob homines proprio filio non pepercit, ibid. num. 9. eius amor plus relucet ex ſuorum æſtimatione, quam ex cæteris eius beneficiis, ibid. num. 3. totus ad famam conſeruandam ſuorum, ibid. num. 6. pœnam ſuſpendit poſt peccatum vt puniat, quando homo ſine illo, ibid. num. 10. eius oculi quantum expaneſcendi, ibid. num. 11. quantum honori proſpexit Abrahami, ibid. num. 13. quam minutatim, quæ ſuorum proſpicit, ibid. num. 14. ſolus, & totus in ſuos beneficandos, ibid. num. 16. ipſe ſolus diligendus, ibid. n. 17.

Diabolus.

Eius aſtutia vt adorationem ab hominibus aucuparetur, homil. 2. nu. 61. bis deitatem præſumpſit, homil. 4. num. 31. bis exturbatus, ibid. num. 2. infernum prælegit quam à corde exturbari humano, ibid. num. 33. plus doluit quando victus à Chriſto, ac quando è cælo deiectus, ibid num 34.

Poſt Chriſtum natum non amplius princeps, ſed latro, homil. 16. num. 8. eius fortitudo ac potentia quanta, ibid. num. 9. eam Deus neminem ignorare voluit, ibid. num. 10. ex quibus ea elucet, ibid. num. 11. eius exercitus ſunt homines peccatores, ibid. num. 12. apud Iob Behemoth dictus, ibid. num. 13. ex Angelo in omnes beſtias commutatus, ibid num. 14. quæ eius oſſa, quæ cartilago, ibid. num. 16. eius corpus quam terribile, ibid. num 17. ſingulis vitiis ſinguli præſunt dæmones, ibid. num. 18. quæ eius cauda, ibid. num. 19. in quo eius voluptas, ibid. num. 20. in hominis morte omnes accurrunt, ibid. num. 21. quam terribilis eius tentatio in

Tabula rerum notabilium.

illa hora, ibi num. 22. cor eius quam durum, homil 16. num. 23. etsi millies repulsus, millies reddit, ibi num. 25. quæ eius sternutatio, ibi. n. 26. nostræ perditionis sitis, quam ingens, ibi n. 29. vnde ea emanat, ibi num. 30. peccatores absorbere non ei satis, ad Sanctos aspirat, ibi num. 31. Christus solus potens eum vincere, ibi n. 33. sic vt ad stuporem adducantur Angeli, ibi. numer. 34.

Sua malitia Christo seruit, homil. 16. n. 37. eius potentia per Christum in hominum beneficium reuoluta, ibi. n 39. quanta virtute illi imperamus ex Christi gratia, ibi. n. 40. panis nobis erit quo saginabimur, ibi n. 41. duobus modis à Christo extinctus, ibi n. 44. peccatores ex Christi virtute illi insultant, ibi. n. 45. nos cineres diabolum vincimus, quia Christus cinis, ibi ■ 46. ad illum vincendum necessaria nostra cooperatio, ibi. n. 47. & 49. contra illum non se armare stultum, ibi n. 50. cur nos odit, ibi. n. 51. Christum sequi debemus non nos, si illum vincere velimus, ibi ■ 48 cur insequitur Christianos, ibi n. 52. quomodo cum illo pugnandum, ibi. n. 54.

Est Dei furor, homil 30. n. 7. qua arte efficit, vt totum in pessim genus ruat humanum, hom. 31 n 16. Deest minus, hom. 35. n. 28. cur sic ingentia ab hominibus exquisiuit seruitia, hom. 35. n. 42. tunc bonum proponit, quando scit hominem eum non operaturum, homil. 37. nu. 20 & 21 quam stultus in gloriæ apprehensione, homil 44 n. 14.

Quam crudelis in expetendis seruitiis, hom. 45 n 1 mali vt conculcantur ab illo, ibi. n. 2. tam dura homini præcipit, vt nec in mentem Dei veniant, ibi n 3. sine dolore vult vt sanguinem fundamus, ibi. n. 6. eius finis in affligendo exprimitur per Pharaonem, ibi. n. 7. nunquam reputat hominum magnas esse afflictiones, ibi. n 11 cum imitantur polytici dum otio stertere Dei seruos reputant, ibi. n. 12. nunc amplius metuens, quam antiquitus, ibi. n. 13. bellum à nobis aufert victoriæ inuidens. ibi. n 14. non gaudet de datis nisi ob nostram ruinam, ibi n. 15. cur Christo in momento omnia regna ostendit, ibi n. 16. non alta confert nisi prius vilissima patiamur, ibi. n. 17. pro nihilo omnes æstimat peccatores, ibi n 18. Dei donis contra eum pugnat, ibi ■ 19. hominum obsequio contra eos recrudescit, ibi. n. 20. vt eum coronāt peccatores, ibi. n. 21. quando ipse non potest cæteros ad hominum perditionem, ibi. n. 22. cur eum Deus in fine per modicum tempus soluet, ibi. n. 23. sic Sanctos odit vt dum eos destruet non curat, & suos perdere, ibi n. 15 quam malus est hospes, ibi. n. 26. summa pœna ipsius seruitus, ibid. numer 27.

Peccatorum stoliditas pro illo Deum relinquere, homil. 45. n. 28. statim suum spoliat deitatum, ibi ■ 29.

Supra Gehennam conuersionem sentit peccatorum, homil. 47. n 20. eius proprium nomen *non est*. c. 13. n. 1. com lit. n. 7. quæ differentia inter illius, & Dei inspirationem, c. 13. n. 10 com lit. n. 6 tandem respuit adorationem hominum, & cur, ibi. n. 7. ad instar Gentilium hæreticos dementat, & cur, ibi. n. 8. quantum Dei æmulator in affectanda adoratione, ibid. n. 11. & 12.

Quam fortis, & terribilis, hom. 58. n. 31. in se omnium bestiarum sæuitias continet, ibi. nū. 33 conuenit vt nos fortitudinem calleamus, ibi. n. 34.

Ex nimio sui amore se perdidit, c. 14. num. 11. com. lit. n. 3. vt decipiat malum abscondit, ibid. num. 5. in hominem insurgit, quia non potest in Deum, c. 14. n. 15. com. lit. n. 2.

Vt bestiis inferior, homil. 64 num. 14. quanta lætitia sua horrenda volebat fieri sacrificia, homil. 68. num. 74 terribile ob hoc Christianis iudicium, ibid. num. 75. ex Dei imperio ad decipiendam Euam instrumentum assumpsit serpentem, homil 70. num. 17. post peractam pœnitentiam non illico tentat. homil. 91. num. 34. ipse non Angelus bonus insomnium mulieri immisit Pilati, hom. 103. num. 11. cur ad illam potius accessit, ibi. num. 12. cur nil valuit cum Pilato, hom 103. n. 13. & 14. iisdem armis oppugnandus, quibus oppugnat homil. 111. numer 11.

Dignitas.

In Ecclesia Christi dignitates, & honores sunt ministeria, homil 15 num. 12. Ecclesiasticas ambire insania, ibid num 13. in quo earum differentia à sæculatibus, ibid. num. 14. ambire eas neque iustum, neque vile, ibid. num. 15. in illis honor est vanus, onus verum, ibid. numer. 18.

Dij.

Vnde diuinitatem aucupabantur, hom. 5. nu. 29. ab hominibus constituebantur antiquitus, homil. 18 num. 12. Dea Sarrea quæ, ibid. num. 24. Deorum simulachra multa informia, ibid. num. 25. vitia sunt dij peccatorum, homil. 27. num. 14 qui idola Mithræ initiabantur, quanta patiebantur, homil 35. num. 29. vt multiplicabantur apud Gentiles, c. 13. num. 19 com. lit. num 7.

In duplici genere publici, & priuati, c. 14. num. 17. com. lit. num. 14 penates vnde dicebantur, ibid. num. 15. vnde eorum vanæ religiones ortæ, ibid. num. 16.

Labani quales, c. 14. num. 17. com. lit. num. 17. sacrificia postulabant, sed præcepta ad bene viuendum non dabant, homil 64 num. 6 in eorum sacrificiis mos sanguinem fundere, hom. 89. num. 26.

Dilectio

Vide inimicus, vide Amor.

Diluuium.

Non omnes in illo damnati, c. 10. num. 41 com. lit. num. 1. locus Petri de illo explanatus, ibid. nu 3. quanta hominum malitia mne, hom. 21. num. 22.

Discretio.

Summa inter cæteras virtus, c. 9. num. 13. com. lit. num. 7. prima virtus in gubernando, c. 12 num. 2. com. lit. nu. 1. magistris spiritualibus quam necessaria, ibid num. 2.

Diues.

Cur illi in Euangelio dictum, recepisti, non accepisti bona, hom. 23 num. 48. paruum ex auaritia respuunt, homil 31. num. 39. eorum concupiscentia quanta, homil. 36. num. 25.

Diuitiæ.

Parum ad regimen prosunt, c. 9. num. 4. com. lit. num. 3. dementem constituunt, hominem, ibid. num. 4. omnes simul in se bestias conti-

nent, ibid. num. 5. earum periculum etiam iuſtis, c. 10. num. 6. com. lit. num. 6. vt ſunt animæ redemptio, hom. 9. num. 22. Mammona iniquitatis quid, homil. 20. num. 36. animum non augent, ſed dimittunt, homil. 21. num. 8.

Dominium.

In ſtatu innocentiæ quale, c. 9. nu. 2. com. lit. num. 4 duplex, alterum in liberos, alterum in ſeruos, ibid. numer. 5. qui vtriuſque finis, ibid. num. 6. ſeruile ex culpa, non ex natura, ibid. num. 8.

Donum.

Neceſſitas donorum Spiritus ſancti vnde, c. 18. num. 4. diſputat 11 n. 25. inter eorum lumen & fidei quanta ſit differentia, ibid. num. 26. vide contemplatio.

E

Ebus.

QVid, & quomodo fiat, c. 17. n. 18. com. lit. num. 6.

Eccleſia, Eccleſiaſticus.

Vide Clericus.

Non pendet Eccleſia à regibus, eorumque diuitiis, homil. 9. num. 25. cur ditata, ibid. nu. 33. lacte principum lactatur, & nutritur, ibid. num. 35. Catholica humilitatem in ſcientia profitetur, homil. 13 num. 26. quantum patrum authoritatem faciat, ibid. num. 78. & 79. eius figura arca, c. 2. num. 4. com. lit. num. 4.

Eſt regnum cælorum, homil. 20. num. 26. qui minimus in illa non intrauit in regnum cælorum, ibid. num. 27. in illa antiquitus fundebantur preces pro damnatis ad metalla, homil. 21. num. 10. cur ſancta dicatur, c. 10. n. 15. com. lit. num. 3.

Ei conuenientes ſunt diuitiæ, homil. 14. num. 37. præſtat vt eius vicarius in terris amplius ſit quam Imperator, ibid. num. 38. & 39. diuitias ſibi comparauit, non accepit. ibid. num. 43. lactatur mammilla regum, ibid. num. 44. cur ſemper proficit, homil. 25. num. 29.

Eccleſiaſtici reges, homil. 27. num. 12. eorum bona malè expenſa in grauiſſimam eis cedét ruinam, & iudicium, ibid. num 13.

In illa quilibet ei deſeruire poteſt, homil. 37. num 13. prohibuit nocturnos conuentus, c. 14. num 23. com. lit. num. 6. Romana quod feſtinitates ab aliis accepit, homil. 65. num. 41.

In Dei Eccleſia contemptibiles qui, homil. 65. num 36. vnde Eccleſiæ factæ diuites, ibid. num. 62. vnde eis tanta poſtea pauperies, ibid. num. 68.

In corde Chriſti cum illo in cruce ſubiit, homil 76. num. 8.

Eccleſiæ mundiſſime tractandæ, quantumque iudicium ſubeunt prælati non munde eas tenentes, c. 18. num. 2. com. lit. num. 6.

Electio, electus.

Ad regimen electus ſuos pandere defectus debet, c. 9. num. 5 com. lit. num. 6. & 7. excuſatione adducere ei licet, ibid. num. 8. coacte munia aſſumi debent, ibid. num. 9.

Electiones quando non à Deo, homil. 6. nu. 65. bona electio à populis ſemper à Deo, non ab homine facta æſtimatur, ibid num. 75. electi ſanctitas diuinam probat fuiſſe electionem, ibid. num. 74.

A Deo non electi in dignitate malam ducunt vitam, ibid. num. 75. ad altiorem ruinam eleuantur, ibid. num. 76. eſt mors eis in deſiderio, & eis conceditur, ibid. num. 77.

Deus eligens ſemper meliorem eligit, homil. 8. num. 20.

Deus eligens ad gloriam, & damnans ad pœnam ſemper iuſtus, homil. 35. num. 10.

Ad electionem alicuius experientiæ ſtandum, non præſumptioni de eius bonitate, homil. 53. num. 18.

Male eligentium deceptio putantes dignos efficere, quia ipſi elegerunt, homil. 69. num. 3. & 4. illa ſtulta electio quando homines, non Deus eligit, ibid. num. 5.

Electiones principum ſæcularium vt plurimum non dignæ, homil 69. num. 6. & 18. cur illud, ibid. num. 7. miſera huius temporis conditio dignos non cogi, non requiri, ibid. num. 8. Romana Cathedra requirit renitentem, ibid. num. 9. Pontifices coacti ad pontificatum recipiendum qui, ibid. num. 10.

Deus dignos cogit ad cathedras recipiendas, ibid. num. 11. cur ſancti ſuperiores cathedras refugiunt, ibid. num. 12. in electione quam timendus ſanguis, quam timenda caro, ibid. nu. 13. & 14. indignum eligens ob amicitiam, ſemper inimicum experietur, ibid. num. 15. & 17.

Electiones indignæ inde, quia non dantur ex meritis, ſed in remunerationem, homil. 69. num. 19. eſt talis collatio ſimoniaca, ibid. num. 20. Spiritus ſanctus ſub haſta ex illa ponitur, ibid. num. 21. & cur, ibid. num. 22. Dei Eccleſia indigna paſſa quando Romani Pontifices eligebantur à ſæcularibus principibus, ibid. numer. 23.

Electionis diuinæ, aut humanæ quale euidens ſignum, homil. 69. num. 24. 25. & 26. inter Dei electionem abſolutè ab illo, & quæ ad requiſitionem hominum, quæ differentia, hom. 99 n. 29.

Populus cur electionem Aaronis recipere noluit, c. 18. num. 20. digreſſ. 5. num. 1. Sacerdotes cur coram populo conſecrantur, ibid. num. 3. cum mittens Deus Samuelem ad eligendum in regem, & vngendum Dauid non illi eum nominauit, ibid. num. 1.

Summi Pontifices electores vt ſe in eius electione habere debeant, ibid. num. 4. Principes quantum onus ſubeant dum ſe in electionem ſummorum Pontificum intrudunt, ibid. num. 6. malæ electionis periculum, & onus, ibid. numer. 7.

Principes quanta facilitate decipiuntur in ſummi Pontificis electione, ibid. num. 7. 8. & 11. quis in ſacerdotem deberet eligi ſecundum ſancti Leonis conſilium, ibid. num. 10.

Principes iuſto Dei iudicio in ſummorũ Pontificum electione ſe ingerentes inimicos eos experiuntur, ibid. num. 14.

Eccleſiæ miſer ſtatus ideo, quia in prælatos non eliguntur Theologi ac prædicatores, hom. 107. num. 18.

Eleemoſyna.

Eius bonum, & cur pauperes in mundo, homil. 68. num. 61.

Vide Prælatus.

Elephans.

Aquam turbidam deſiderat, hom. 16. n. 32.

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

Elias.

Carnes quibus ſuſtentabatur è menſa erant regis, homil. 24. num. 15. eius currus qualis, homil. 57. num 8. cur illum Deus in cælum euexit, ibid. num. 9. cur occidit omnes Baal Prophetas nullum præbens eis tempus, homil. 89. num. 25.

Eliſeus.

Cur rem difficilem petiiſſe dixit ei Elias, & quid illa, c. 12. num. 2. com. lit. num. 3.

Epiſcopus, Epiſcopatus.

Vide Prælatus.

Apoſtolus quid per Epiſcoparum intellexit, homil. 6. num. 78. quis non Epiſcopus ſecundum Auguſt ibid num 80. quid ille, ibid num. 79. Epiſcopatus antiquitus idem quod martyrium, ibid. num 81. in Epiſcopatu quæ conſideranda munia ibid num. 82. quomodo, & quãdo licitum, vel illicitum eum appetere, ibid. num. 83. illum reſpuentes eo ſunt digni, ibid. num 85. Sancti qui illum renuntiarunt, ibid. num. 86.

Epiſcopalis regiminis difficultas vnde, hom. 6. num. 92. Epiſcopus ſit totus aureus, ibid. nu. 93. ſit medicus, homil. 8. num. 40. Felicius à principibus perſequuntur, quam amantur, homil. 25. num. 15. cur ſancti Epiſcopatum refugiebant, homil. 68. num. 30.

Eſau.

Etſi obedientia ad venandum proceſſit, cur benedictionem amiſit, homil. 111. n. 44.

Eua.

Deluſa quia iudicem ſe conſtituit inter Deũ, & diabolum, homil. 13, num. 15. eius infidelitas quæ, hom. 15 n. 35. non dubitauit de præcepto, ibid. num 36. in ſanctitate Adamo æqualis, homil 22. num. 32. cur dixit Deum præcepiſſe ne fructum tangerent, homil. 36. num. 19. prudenter egiſſet ſi ſimul, & viſum, ibid. num. 30. Adamo data vt prædeſtinatos generaret, homil. 59 num. 22. ſimilis ob hoc illi efformata, ibid. num. 23.

Euchariſtia.

Qua ratione credi debet, hom. 13. numer. 17. cõſulere ad illam accedere immediatè poſt peccata carnis obſcœna eſt conſultatio, hom. 70. n. 15. Chriſti diuinitatis maximũ argumentum Euchariſtia ibi, Patres qui Manna figuram dixerũt Euchariſtiæ, ibid num. 2. Analogiæ quatuor Mannæ cum illa, ibid. numer. 3 ſuſcepta quantum affert robur, ibid. num. 4.

Cur panis dicatur Angelorum, homil. 74. n. 5. Angeli vt aſtant coram ea, ibid. num. 6. vt ſapit ad quod quiſque vult, ibid. num. 7. eius ſymbolum ſemen Coriandri, ibid. num. 8. infinitus Chriſti amor in ea vnde erui poteſt, ibid. num. 9. cur dicitur panis quotidianus, ibid. nu. 10.

Cur Dei magnum opus dicatur, homil. 75. n. 4. omnium miraculorum Dei maximum, ibid. num. 6. Chriſtus Deus in nullo ſic cognoſcitur vt in eius tranſubſtantiatione, ibid. num. 7. Imperitiæ dæmon taxauit dum aliud ſuæ diuinitatis ſignum abeo petiit, quam tranſubſtantiationem, ibid. num. 8. Chriſtus experimentaliter ſe Deum cognouit ex Euchariſtiæ inſtitutione, ibid num. 11. Apoſtoli experimentaliter Chriſtum Deum cognouerunt præcipuè ex hoc Sacramento, ibid. num. 13. ob virginem præcipue inſtituta, ibid. num. 14.

Eſt ſacrum ſecretum, homil. 76. num. 1. eſt inter fidei myſterium obſcuriſſimum, ibid num. 2. eius fides ſupra Patriarchas nos conſtituit, ibid. num. 3. & 5. hæreticorum miſeria illam nõ credentium, ibid. num. 4. quantum nos eleuat ſupra ipſos Angelos, ibid. num. 6. fide, non curioſitate ad illam accedendum, ibid. num. 7. ſic vt ratio moriatur humana, ibid. num. 8. eius fide actus vitam promeretur æternam, ibid. n. 9. Angeli Chriſtum videre deſiderant in Euchariſtia, ibid. num. 10. ad illam accedendum cum fide plena, ibi. num 11. hæretici cur eam non credunt, ibi mum 12 Chriſtus plus delectatur per fidem in illa conſpici, quam in cælo clare, ibid num. 13.

Eſt ſumma Dei amantis potentia ſe euiſcerantis, homil. 77. n. 1. Chriſti amor expenditur ex tempore quo inſtituta, ibid num 2. non ſolum ex ea ſua carne voluit nos paſcere, ſed anima, ibid. num. 3. illam conſtituit, vt totos ad ſe nos attraheret, ibid num. 5. in ea non quolibet ſaginamur Chriſti ſanguine, ſed corde, ibi num. 6. in Miſſæ ſacrificio cur miſcetur aqua cum ſanguine, ibid. num. 7. in ea eſt Chriſti charitas non quælibet, ſed flagrans, ibid. num. 9. ex ea plus Deus cognoſcitur noſter, quam ex cæteris, ibid num. 10. ex eius virtute non ſolum ſpiritus, ſed caro exultant, ibid. num 11 efficit vt Deus velit in homine eſſe, quia caro, ibid. n. 12. hominis caro ex eius virtute fit diuina, ibid. num. 13. pares homines Angelis efficit, ibid. n. 14. eſt nobilis Dei liberalitas, ibi. num. 15. Chriſti amor flagrans ex ſcientia eorum, quæ contra ipſam futura, ibid num. 16.

Cur Chriſtus voluit cõſecrari, & ſuſcipi etiam ab indignis, homil. 77. num. 17. ob eius præſentiam in ea mundus non perit, ibid. numer. 18. quod ſemel Chriſtus in cruce effecit orans pro inimicis, nunc quotidie efficit in Euchariſtia, ibid. num. 19. ob ſuam orationem Angeli indignè ſumentes non interficiunt, ibid. num. 20. in ea Chriſtus eſt incantator, ibid. nu. 21. ex amore Deus homini lignum prohibuit vitæ, vt altero ciberet, qui vitam præberet æternam, ibid. n. 23. noſtræ prouidens dignitati diuino voluit vt aleremur cibo, ibid. num. 24. eſt vnicum Chriſti nobiſcum amicitiæ ſignum, ibid. num. 25. & 27. eſt copula nuptiarum agni, ibid. n. 18.

In ea Chriſtus ſe exinaniuit, homil 78. num. 1. ſuperauit in ea patris charitatem, ibid. num. 2. & 3. eius charitas & ſanctificatio in illa non minor quæ Spiritus ſancti, ibid num. 4. in illa extenſius Chriſtus nos Deo vnit, quam Spiritus ſanctus, ibid. num. 5. eſt complementum totius deſiderij Spiritus ſancti, ibid. num. 6. Chriſtus plenus ſine illa non exiſteret etiamſi nos redemiſſet, ibid. num. 7. amplius in ea exinanitus, quam in cruce, ibid. num. 8. ex illa nos propriè decuramur agnum non Iudæi, ibid. num. 11. totus Chriſtus eſt noſter in ea ſanus, & fractus, ibid num. 12.

In ea Chriſtus amore liquefactus, homil. 78. num. 15. eius amor in ea vltra incarnationem, ibid. num. 16. in ea cum in ſingulis vnitur individuis, ibid. num. 17. talis vnionis figura Agnus Paſchalis, ibid. num 18.

Illam inſtituit Chriſtus amori compatiens animarum ſanctarum, homil. 78. num. 19. eius

Digitized by C

Tabula rerum notabilium.

miraculum in manducatione quale, ibid. num. 20. cur Chriſtus noluit, vt cum ſuo diuiniſſimo corpore eſſet ſubſtantia panis, ibid. numer. 21. vnio cum Deo quæ in antiquis erat in deſiderio in ſanctiſſimo, Chriſtus effecit in re, ibidem, numer. 22. quàm arcta ex patribus probatur, ibid. num 3. optimum tempus orandi, & impetrandi eſt poſt eius ſumptionem, ibid. num. 24. ob vnionem in ea preſſius Chriſtus nos amat, quàm Angelos, ibid. numer. 25. eius os, & caro ſumus ex eius virtute, ibid num. 26. præcipuus finis eſt incarnationis, ibid. num. 28. quantum animos inflammare debet fidelium, ibid. num. 29. Deus in illa vt noſtrum aucupetur amorem, ibid. numer. 30 ex illa non ſolum Dominus, ſed Deus noſter peculiariter dicitur, ibidem, num. 31. ex illa pluſquam Angeli Dei ſumus ſerui, ibid. nu. 32. vt eius ſerui ex illa ſignamur, ibid. num. 33.

An per eam fiat aliqua vnio Phyſica, & effectiua, Digreſſ 4. num. 1.

Eius gratiæ proprius effectus, & in quo à confirmationis gratia differat, homil. 79. num. 1. & 2. per eam vt ad diuinitatem aſſurgimus, ibid numer. 3. roborat, & fortitudinem præbet, vt Deum apprehendamus, ibid. numer. 4. Angeli ſacerdotibus ob eam inuident eorum geſtientes præripere officium, ibidem, num. 5. caro Chriſti in ea eſt viuificatrix. ibidem, num. 6. per accidens confert primam gratiam, ibidem, num. 7. peccata venialia tollit ex opere operato, ibid. num 8. quantus hic fructus, ibidem, num. 9. & 10. calculus Iſaiæ illam deſignabat, ibid. num. noſtra cooperatio neceſſaria ad emundationé, ibidem, numer. 13. impurè accedit, qui cum venialibus non retractatis, ibidem, num. 14. & ſi panis gladius eſt, ibidem, numer. 16.

Eius fructus auxilia præbere ad non reincidendum in peccata, homil 80. num. 1. Chriſtus terribilis quando non ſumitur per Euchariſtiam, ibidem, numer. 2. eius infrequentia flaccos conſtituit homines, ibidem, numer. 3. neceſſaria eius frequentia ad labores ſuſtinendos, ibid num. 4. æſtus moderatur carnis, ibid. num. 11. eſt panis Gedeonis, ibidem, numer. 12. 6. ſic ex illa confortamur, vt aliorum duces efficiamur, ibidem, num. 7. conſolamur in tribulationibus, ibidem, num. 8. eius dulcedo inexplicabilis ab ipſis recipientibus, ibidem, num. 9. & 10. perfectiſſimam de inimicis præbet victoriam, ibidem, num 11. abſtemij ab illa in quanta incidant mala, ibidem, num. 13. tota Dei dulcedo in illa, ibidem, num. 14. ex ea per arma dulcedinis diabolum ſuperamus, ibidem, numer. 15. per illam Deus docuit non ſolum hominem amare, ſed ipſum in delitijs habere, ibid. num. 16. refouentur per illam homines ad deuotionem, ibidem, numer. 17. in illa tota Dei dulcedo hauritur, & non per partes, ibid num. 18. in illa delitiæ non quælibet, ſed lacteæ, ibidem, num. 20. Chriſtus in ea nutrix, ibid. num. 21. eius eſt vbera, ibid. num. 22. in ea Chriſtus ab animabus lactatur ſanctis, ibid. num. 23.

Peccati fomitem moderatur, & in appetitu bonos excitat effectus, homil. 81. num. 1. iram præcipuè mitigat, ibid. num. 2. corpori præſtat roburad opera virtutis exercenda, ibid. num. 3. illi ſpecialiter gratia debetur reſurrectionis, ibidem, num. 8. eius gratiæ ſpirituales quantæ, ibid. num. 9. eius beneficium quam immenſum omnem ſuperans rationem, ibid. num 10. ex illa ſupra omnes nos erigimus ſanctos, ibid. num. 11. ingratitudo ad illam quanti ponderis, ibidem, numer. 12.

Congrua præparatio ad illam ſumma puritas, homil. 82. num. 1. & 3. pro mundis præcipuè inſtituta, ibid. num. 4. quæ munditijs recipientibus neceſſaria, ibidem, num. 5. debet eſſe longæua, ibid. num. 6. indecentiſſime accedit, qui ſtatim poſt peractam confeſſionem mortalium, ibid. num. 7. 8. & 9. illa puritas requireretur, quæ nunquam eſſet contaminata, ibid. num. 10. cor nouum ad illam recipiendam neceſſarium, ibid. num 11. amplius ad illam adminiſtrandam, ibid. num. 12. & 13. non inſolens ſummam exquirere puritatem, ibid. num. 14. & 15. eorum impudentia, qui ſtatim poſt mortalium confeſſionem indiſcriminatim ad illam accedunt, ibid. num 16. quanto timore cum venialibus ad illam accedendum, ibidem, num. 17. quæ benedictione ob hoc accedens cum illis caret, ibid num. 18. eſt inſitio quædam, ibid. num. 19. ad illam dignè accedendum non noſtra ſola ſufficit diligentia, ſed Deus aliquid ſupplere debet, homil. 82. num. 10. ad illam recipiendam fluenta ſunt neceſſaria lachrymarum, ibid. num. 21.

Proxima ad illam præparatio oratio eſt, ac meditatio, homil. 83. num. 1. timendus acceſſus ſine oratione, ibid. num. 2. & 4. 4. & 7. cum deſiderio accedendum, vt eius degustetur dulcedo, ibid. num 8. & 9. immo cum illo aduolandum vt Chriſtus in illa nobiſcum cõuiuat, ſimul cum Angelis, ibid. num 10. & 11 Angelus Manue conuiuium Euchariſtiæ figuram recuſauit, quia oratio non præceſſerat, ibid num. 12. paſſionis meditatio præcipuè præmittenda, ibid. num. 13. 14. & 15.

Panis quem Chriſtus diſcipulis Emaus præbuit Euchariſtia fuit, homil. 83. num. 16. vt eum cognoſcamus in illa ipſum frangere debemus, ibidem, numer. 20. eius fames non habetur ex defectu paſſionis meditationis, ibidem, numer. 21. ex illa animæ fameſcunt, ibid. numer. 22.

Vnde dicta, homil. 84. num. 1. impius ei ingratus ibid. num. 2. quàm gratus ex illa quis recedere debet, ibid. num. 3. dignè eam ſumens manducat, & manducatur, ibid. num. 5 quàm optimæ gratiarum actiones poſt illam, ibidem, num. 7. ex eius ſumptione impaſſibiles fieri deberent homines, ibid. num. 9. poſt eius ſumptionem vita non deberet amplius eſſe noſtra, ſed Chriſti, ibid. num. 10. durum iudicium fiet ei, qui poſt eam ſuſceptam non ſe totum Chriſto dicat, ibid num. 11.

Pœna ingrati indignè eam ſumentes, homil. 84. num. 13. quem non accendit ad amorem, expellit ad odium, ibid. num. 14. Iudas cur poſt buccellam continuo exiuit, ibid. num. 17. ſemper meliores debemus ex ea rependere gratias, ibid. num. 18. laus, & gloria Deo ex illa tribuenda, ibid. num 19. paratos poſt illius ſumptionem ſanguinem fundere eſſe deberemus, ibid. num. 20. & 21.

Indignè ſumentes iudicium intra ſe accipiunt, homil. 85. num. 1. & 2. iuramento Deus firmauit tales peſſimè morituros niſi reſipiſcãt, ibid. num. 3. 4. 5. & 6. nullum maius peccatum,

Tabula rerum notabilium.

quam indigna ſumptio, ibid.num. 7. ad dignè eam ſumendam à licitis etiam abſtinendum, ibi. num 11. Angeli ſe auertunt indignati ab indignè ſumentibus, ibid.num 13. peccant tales vt Philiſtei, ibid num. 14. obſceni quantum timere debent malam ſumptionem, ibid.num. 15. præcipue ſacerdotes, ibid. num. 17. & 18. Iudas tunc eiectus quando factus ſacerdos malè ſumpſit, ibid.num.19. ob hoc crepatus, ibid. num. 20. publicus peccator, & ſacerdos infamatus indignè adminiſtrans à ſupplicio vix liberatur æterno, ibid. num. 22. publicè punietur, ibid. num. 24.

Indignè ſumens vt reus eſt corporis Chriſti, homil. 85.num.29 quam difficilis talium venia, ibid num.30. Angeli pro indignè ſumentibus orationem intermittunt, ibid.num 31. ad quantam iram Deus excitet, ibid. num. 32. malè ſumens Chriſtum vt contaminat, ibid num. 33. in ea Chriſtus manducatur, & manducat, ibid.nu. 34. indignè eam ſumens vim Chriſto infert, & qualis, ibid num 35. tale ſacrilegium præ admiratione Chriſtum extra ſe rapit, ibid. num. 36. malè ſumens obiectum ſit omnis diuinæ iuſtitiæ, ibid num. 37. vt indignè ſumentibus ſit ſcandalum, ibid.num 38.

Iudicium ſubibit, non ſolum qui cum peccato, ſed qui oſcitanter, homil.85. num. 39. Caniſtrum Piſtoris Pharaonis Euchariſtiâ indigetabat, ibid num. 40. oſcitanter accedens quale de eo iudicium ferri poteſt, ibid. num. 41. eſt flatus vrens oſcitantem, ibid.num. 44. indignè ſumit ex ſenſu Scripturæ, qui oſcitanter, ibid. num. 45. Chriſtum fama, & honore priuat, ibid nu 46 Sanctiſſima Virgo contra ſumentes etiam ſcandet, ibid num. 47.

Conſultius frequentius Euchariſtiam ſumere, homil 86.num. 1. diaboli aſtutia qua homo abſtrahit à frequentia ſanctiſſimi, ibid. num. 2. venialia quo ſenſu nos à frequentia ſanctiſſimi retrahere debent, ibid.num.3 ex frequentia duo admirabiles fructus, ibid.num. 4. ad perfectiſſimè inimicos debellandum frequentia neceſſaria, ibid. num.6 Chriſtus non timendus, quando peccata leuia, quia ex amore ea non conſiderat, ibid.num. 7. eam non frequentantes Chriſtiani dici non debent, ibid.num 8. ex Euchariſtia homines nomine dignantur Chriſtiano, ibi. num. 9.

Frequentia conſulenda vt à peccatis præſeruemur, homil. 86.num.10. & 11. & etiam ſi quis nouiter ſit conuerſus, ibid num. 12. qualis frequentia conſulenda, ibid num. 18. ad quotidianam ſanctitas requiritur, ibid. num. 19. quæ conditiones neceſſariæ ad illam, ibid. numer. 20.

Chriſtus per ſe Sanctos communicaret ſi Sacerdos deeſſet, homil. 86. num. 22. magnum ſacerdotum iudicium indignis quotidianam præbere communionem, ibid. num. 23. & 24.

In domibus particularibus quotidianam exercere communionem quam fœdum, hom.86. num.25. cur illud ſacerdotes faciant, ibid. num. 26. vxorati à frequentia ſanctiſſimi non arcendi, ibid.num 27. Sancti Thomæ opinio de frequentia ſanctiſſimi. ibid num.28.

Duplex dignitas poteſt conſiderari in ordine ad receptionem, diſput.9. num. 1. Sanctis opinionius de frequentia ſanctiſſimi cenſura, ibid. n. 4. antiquorum Chriſtianorum mos Euchariſtiam ſumendi, ibid. num. 5. Apoſtolus quando dixit, *probet ſeipſum homo*, an de ſolis mortalibus intelligendus, ibid. num. 6. terribiles effectus indignè ſumentis cum peccatis venialibus, ibid. num. 7. peſtes in Paſchate ſolent accidere ex mala ſanctiſſimi ſumptione, ibid.num.9. Eccleſia antiquitus ad ſuſceptionem ſanctiſſimi potius hæreticum contritum, & reconcilatum admittebat, quam fornicarium, ibid.num.18.

Indiſcrete ad illam accedens quantum ſubibit iudicium, homil.98. num. 9. ante ſanctiſſimum cum peccatis accedere quam horrendum. ibid. nu.15. Bacchanalia in eius feſtiuitate exercere quam horrendum. homil.106. num.29. & 30.

Exemplum.

Principum vigilantiæ, homil. 5. num. 45. eo docere eſt omnem iuſtitiam implere, homil. 29. num.20. eius efficacia, ibid. num. 23.

F

Fadus.

ANtiqui per ſanguinem illud firmabant humanum, c 12 num.6. com.lit.num.9.

Feſtus dies, feſtiuitates.

Cur noſtras aliquas Deus dicat, & non ſuas, homil. 27. num. 11. peccatorum peruerſitas in illis non lætari, niſi Deum excludant, ibid. numer. 10.

Tabernaculorum feſtum quam ſtrictè præcipiebatur, c.11. num. 2. com. lit. num. 4. & 5. quantum illud extitit beneficium, ibid. num. 6.

Hominum crudelitas in illis ſeruos grauandi, homil.37.num.36.

Dies feſti duplici nomine in Scriptura inſigniuntur, homil. 63. num. 1. quæ hominis feſta, quæ Dei, ibid. num. 2. quando illius eſſe deſinunt, etſi ab illo inſtituta, ibid num. 3. & 4. qnomodò à Chriſtianis celebranda, ibid. num. 6. multi ad coquinam potius, quam ad Dei honorem feſta celebrant, ibid. num. 7. cur ſancte celebranda, ibid.num 8. Chriſtianorum amentia in feſtis bacchanalia exercendo, ibi. num.9. iniquum in eis ad comedias accedere, ibid. num. 11. eorum orationes Deus nõ audiet, ibid.num. 14. cur feſta vbi bacchanalia Deo infenſa, ibid. num. 26. indebite feſta celebrans pœnas reportabit, ibid. num.27. in Dei conſpectu talis non ſtat, ibid num.29.

Quando in eis ludibria non Chriſtianorum, ſed Philiſtinorum homil 63. num 31. Phariſæi per quæ putabant Chriſtum feſta ſoluere, ibid. num. 34. quanto cultu volebat Deus vt antiqua obſeruarentur, ibid. num. 35. quale iudicium tulit de eo, qui ea infringebat, ibi.num.36. exempla varia de hac re, ibid.num.37.

Fides.

Eſt noſtrum lumen gloriæ in hac vita, homil. 11.num. 17. eius habitus duplex, ibid. num. 18. dum eſt conſtans innumera facit vt Deus diſſimulet peccata, homil. 14. num. 3. & 4. ſincera quæ, c. 11. num.2.com lit.num. 10.

Cur dicatur ſperandarum ſubſtantia rerum, homil.55. num.7. facilius fingitur quam ſanctitas, homil. 62. num.9.

Vt conſummata iuſtitia dicitur, c. 15. nu. 3. com.lit.num.1. ab ea omnis pulchritudo iuſtitiæ,

Tabula rerum notabilium.

tiæ, ibidem, num.4. circa eius res resecandæ quæstiones inutiles, Cap.17. num.2. Disput.10. num. 4.

Periculosa res in eius rebus dubitationem admittere, hom. 92. num.1. infideles iustè in pœnam excæcati, ibid.num.3.

Vbi non est, nulla potest esse sanctitas, Cap.18. num. 1. Comm. lit. num. 1. eius magnitudo ex persecutione, hom.99.num.8. in ea periculosa est pax, ibid. num.9.

Inter eius lumen, & Spiritus sancti donum quanta sit differentia, Cap.18. num. 4. Disputat.11.num 22.

Homines sunt semiuiui, qui fidem habent sine operibus, Cap. 18. num. 19. Comment. lit. num. 3.

Filius.

Austerissime antiquitus educabantur Cap.10. num.10. Comment lit.num.3. in senectute geniti cur amplius diligantur, Cap. 10. num. 13. Comm.lit.num. 1.ex virtute ipsorum amor moderandus patrum, ibid.num.3. non semper eis dilectio pandenda, ibid.num.4.quanta mala ipsismet aliquando gignit, ibid. num.5. amplius tenentur diligere parentes spirituales, quàm carnales, hom.29. num. 48.

Adoptio in filios Dei cur supponat probationem, hom.44. num.8. hæc apud antiquos per armorum vsus, ibid.num.9.

Comedebant parentes aliqui post mortem, Cap.12.num.6. Comment. lit. num.7. in patrem nunquam quod debet explere potest, homil.65. num.33.prodigus vt conuersus. hom. 68. num.104 eorum mors aliquando parentum beneficium, hom.99.num.12.

Flumen.

Geon diuersus à Nilo, Cap.11.nu. 9. Comm. lit num 1. Nili origo, ibid.num.3. ei deitas attributa, ibid.num.6. eius emolumenta, ibid.nu.7.

Fomes.

Eius bellum quàm acre, Cap.9. num.15 Comment.lit. num.1.non cogit ad peccandum, ibid. num.7. vnde eius bellum sic terribile, & acre, hom.81.num.6.& 7.

Fornicatio, Fornicator.

Ex carnis peccato totus fit caro, hom.66.nu. 26. & eius corpus cloaca, ibid.num 27. quantum scelus sit per fornicationem se hominem à Christo separare, ibid.num.28. quo sensu dicatur fornicarium à Christo suum tollere corpus, ibid.num.29. cum diabolo accumbit, ibidem, num. 54. quantum scelus fornicari postquam homo factus est templum Spiritus sancti, ibid. num.55 quàm difficilis eius venia, ibid.num.56.

Fornix.

Quid sit, & quotuplex, homil.34. num.33.

Fortitudo.

In improuisis amplius elucet, Cap.10.num.5. Disput.1.nu.14. propria est virtus prælatorum, homil.25. Vide *Prælatus.*

Gentilibus in pœnam eis concessa, Cap. 10. num.18. Disput.4. num.56. vera quæ, ibidem, num.57. tantum est Christianorum, ibid. num. 58. horum religio contra impiorum dictum, non animos demit fortes, ibid.num. 55. Gentilium potius temeritas, ibid.num.60.

Fulgur.

A fulmine in quo distinguitur, Cap.16.num. 16. Comm. lit.num.7.

G

Gedeon.

In omnibus virtutibus infirmus, in sola obedientia valens, hom.12. num.31. quantum in illa tentatus, ibid. num.31. eius victoria per formidolosos, ibid.num.34. Vide *Obedientia.*

Gentilis.

Vti simulachris absque effigie, Cap.13. num. 10. Comment.lit.num.1. vnde illud hauserunt, ibid num.10. vide idololatra, Gentilis Gallio noluit de religione iudicare, homil.7. num.36.

Gentiles Angliæ turpissimam hæresim condemnabunt, hom 7 num.39. apud ipsos aliqua sacrificia intrinsecè sacerdotium requirebant, ibid.num.40. Gallio Gentilis cur fontes de religione non puniuit, hom.7.num.41.

Gentiles meliores aliquibus Christianis in quo sensu dici possunt, cap.10. num.19. Comment.lit.num 11.

Varios deos admittebant, vt eos peccantes non aspicerent, hom 17.num.18. in indicio malos condemnabunt Christianos, ibid.num.29. astra, & cælum animarum dicebant, Cap. 13.nu. 10. Comm.lit. n. 1. vnde errarunt, ibid. nu.2.

Gigas.

Aliqui ob sanctitatem sic dicti, Cap.14. num. 6. Comm lit num.1. cur corpora exigua Deus hominibus assignauit, ibid.num.2.

Gladius.

Omne genus significat pœnarum, Cap. 18. num.16 Commentum lit. num. 3. adoratus vt Deus à Scithis, ibid.num.4.

Gloria.

Qui propriam quærit, Deo erit infidelis, homil.54.num.15. quid sit, hom.11 num.4. vnice Deo debetur, ibid.num.5 est virtutum vmbra, ibid.num.6. principes solam Dei exquirere debent, ibid. num. 8. eius contemptus deitatem parit, hom.11.num.24. ad Dei gloriam omnia naturalia opera referenda, ibid.num.25.

Grando.

Eius plaga, Cap.16. num.16. Comment.lit. num. 1.quàm sæua, ibid. num.1. cur Deus eam misit, ibid n.4. an in illa pluuia, ibid.n.5. quanta mala simul secum ferebat, ibid.num.6.eius effectus, ibid.nu.10.quæ in illa mirabilia, ibid.n.11. cui Ægyptiorum peccato correspondebat, ibid. num.12. per eam principes admonentur ne populos grauent, ibid.num.13. in quo differt à glacie, Cap.16.num.24. Commentum lit.num.1.

Gratia.

Necessaria ad omne opus bonum, homil.10. n.2 ipsi collaborandum, ibid.num.9. sufficiens omnino ab efficaci distincta secundum Areopagitam, ibid.nu.30. efficax nec tempus expectat, nec occasionem, hom. 17. n.24 quàm mirabilis in Matthæi conuersione, ibid.num.26. eius vis ex Dei decreto, Cap.16.n.16. Comm lit.num.9. quanta est duritia cordis humani ea priuari, ibi. num.8. est nutrix, Cap.16.n.26. Com.lit. n. 1.

Gratiarum actio.

Quanti eam Deus faciat, Cap.10.n 21. Comment.lit. nu.10. potens medium ad Deum placandum, ibid.num.11.

Gratitudo.

Perfectionis est coronidis, homilia 88. numer. 26. vide ingratitudo, Deus amplius affectat nomen grati, quàm munifici, homil. 88. num. 27. benefici dij reputantur,

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

ibid. num. 29. gratus ex gratitudine fit Deus, ibid.num.30.ingratitudo in quo hominem belluam conſtituit,ibid.num.31.

H

Hæreticus, Hæreſis.

STultiſſimi orationem negantes ſanctorum, hom.1.num.42. dæmoni ob hoc famulantur,ibid.n.47.dum orant,Deum ad ſtomachum prouocant, ibid.num.48. ſerui ſunt maledicti, hom 5.num.51.

Hæreſes vnde obortæ, hom.6. num.69. ex Salomonis dictu hæretici confunduntur, Cap. 9. num. 8. Comment.lit.n.7. hæreſis à diabolo introducta,vt poſt Chriſtum in mundum introduceretur,ſicut antea per idololatriam, ibi. n.8.

Hæretici negantes cooperationem liberi arbitrij cum gratia,beſtijs peiores, hom.10.num.10. in verum Deum non credunt,ibid.num.35.

Hæretici ideo multi fiunt,quia ſapientiam nõ à Deo,ſed à ſe expoſtulant,hom.13.num.14.vnde decipiantur ſicut Eua, ibid.num.16. cur Euchariſtiæ Sacramento non credunt, ibid. nu. 18. licet ſapiant,tamen ad interitum,ibid num. 20. hæreſis omnis à libidine,hom.15.num.18.

Cum hæreticis matrimonia iungere res timenda, ibid.num.29. aliquorum in hac re ſtupiditas,ibid.num.30.

Hæreſis vnde, homil.15. num. 34. hæreticorum filij iuſte bonis,& honore priuantur, Cap. 10 numer. 16. Comment. lit. num. 21. an poſſint etiam & vita, ibid.num.22.

Hæreticorum eſt pauperem deſiderare clerum Chriſtianum,homilia 24. numer. 42.

Hæretici ſemper in Dei Eccleſia,Cap.10.n.16. Comm,lit.nu.19. falſis decipiunt argumentis, ibid.num.20.quos permittit Deus vt decipiant, ibid.nu.21.quanta obſtinati cordis duritia, ibid. num.22.

Hæreſes eſſe vt Catholicæ Eccleſiæ ſaluberrimum,Cap. 11. num.9.Comment.lit. num.10.

Hæretici limpidiſſimam Euangelij aquam in ſanguinem vertunt,Cap. 11.num.9.Comment. lit.Diſput.6.num.40.& 41.vt excęcantur à ſcripturis,homil.34.num.3.

Eorum infelix ſors in die iudicij, homil. 35. num. 27. quanta agunt ob falſam ſanctitatem, ibid.num.30.

Peculiaris hæreſum origo libertas opinandi, Cap.11. num.17.Comment.lit. numer.5. cur in momento eos Deus non deſtruit, Cap.11. num. 17. Comment.lit. Diſput.7.num.22.

Ipſorum argumenta nil aliud ſunt niſi ſcripturarum inuerſiones, Cap. 11.num.18.Comment. lit.num.4.caſu aliqua de ſupernis dicunt, Cap. 11.num.27. Comm. lit.num. 8. vnde originem trahunt omnium ſuorũ errorum,hom.42.n.1.

Loshardorum hæreſis quæ,Cap.12.numer.14. Comment. lit n.5. qui dicebant Deum neſcire, quæ fiebant in ſpecie,homil.47.num.30.

Hæreſis quam indigna cordati viri,ibid.num. 31. diaboli finis per eam,ibid.num.42.

Hæretici vani, Cap.15. nu.1. Comm. lit. nu.3. peccata ſunt cauſa hæreſis,ibid. n. 4. amiſſa fide deperditur omne ingenium,ibid. num.5. nullus dicendus ſapiens in hæreſim lapſus,ibid.nu.6.

Hæreticorũ viæ diſſortæ,Cap. 13. n.1.Comm. lit.nu.14. eorum impudentia immediatè à Deo edoceri præſumentes,hom.54. n.12. vnde ſuam accipiunt hæreſim, ibid.nu.22. ſunt peiores quã idololatræ,Cap.14.num.13.Comment.lit.num. 5. vt in turpitudines ruunt,ibid.num.6.omnem corrumpunt religionem, ibid.num.7. hæreſim inuenerunt,vt licentiosè viuerent, ibid.num.8. vnde tales fiunt,homil.61. num. 9.

Omnes inhoneſtiſſimi,Cap.14.num.13.Comment.lit. nu.4.eorum idola quæ,Cap.14.nu.27. Comment.lit.nu.3. ophitarum mira craſſities, Cap.16.n.8.Comm.lit.n.19.

Omnes peruerſi,Cap.18. n.1. Comm.lit.n.2. vt animalia bonum operantur,ibid. num.3.

Hæreſiarcharum dirę mortes, Cap.19.num.5. Comment. lit.num.23.

Hebræus.

In oratione nomina recolebant Patriacharum,Cap 9.n.1. Comm. lit. nu. 1. vnde dicantur armatos exiiſſe ex Ægypto,homil.31.num.7. cur breui caſtigati, Ægyptij vero perenniter, Cap.16.num.14.Comment.lit. num.1.

Heli.

In quibus filios plus quàm Deum honorauit, homil.36.nu.13. cur mortuus retro cadens,ibid. num 24.nomen tantum Arcę eum occidit,ibid. num 15.ſaluatus,& cur,ibid.num.16.ex eius ſaluatione amplius Dei elucet iudicium,ibid.num. 17.eius peccatum in quo ſtetit,ibid.num.18. ex eius exemplo deducitur quanti Deus in ſacerdote zeli perſentiat mollitiem, ibid.num.19. qualis actus contulit ei æternam ſalutem, ibid. nu.20. cur eius oculi caligauerunt,homil.48.num.8.

Herodes.

Cur tenuit, & ligauit Ioannem, homil. 110. num.10.

Hiperbolæ.

Cur ea vtatur ſcriptura, Cap.11. numer.17. Diſput.8.num.28.

Hidraulicum.

Quis inuentor,Cap.17.num.18.Comment.lit. num.3.animæ vnitas ex illo probatur,ibid.num. 4.ab eius ſono Delphini mulcentur, ibid. nu.5.

Homo.

Deitatem per miſericordiam ſcandit, Cap. 9. num.1.Comm.lit.num.8. quomodo ſecum erit miſericors,ibid.num.9. eius dignitas ex verbis elucet quibus formatus,Cap. . num.2. Comment. lit. num.1. principatum prius ei Deus apparauit, quam naturam, ibid.nu.2.ad imperandum à Deo conſtitutus,ibid.num.3. Dominus pecudum non alterius hominis, ibid. numer.9. perfectum dominium in creaturis ob peccatum perdidit,ibid.num.11. eius natura regales obtinet conditiones,hom.3. num.12. in quo eius ſimilitudo cum Deo, ibid.numer.13. cur vltimo formatus, ibid.num.14. ſumma totius mundi, ibid.num.15. ob eius pulchritudinem Dominus factus mundi,ibid.num.16. quando non ſolum ad imaginem,ſed ad ſimilitudinem aſſurgit Dei, ibid.num.17.& 18.

Cur rationalis creatus,hom.3. n.19. eius iudicium terribile, non benè vtens rationalitate, ibi. nu.20.ad quid vnice creatus,ibid.nu.21.operoſius à Deo,quàm Angelus creatus, & cur, ibid. num.23. tunc Deo aſſimilis, quando virtutibus imbutus,ibid.nu.27.eius dignitas quanta, ibid. num. 28. poſt peccatum Agnotheta,non princeps,ibid.n.32.quid agere debet,vt Dei ſit imago,ibid n.34.continuè ei laborandũ, ibid.n.35.

Tabula rerum notabilium.

contra quos bellum gerit, & cur continuum, ibidem, num. 36. constitutus in gratia quantæ sit dignitatis, ibid. num. 37. ex gratia fit Christus, ibid. num. 38. post peccatum cur in bestiam commutatus, ibid. num. 39.

Spiritualium casus vnde, hom. 10. num. 8. deuotionem Deo debet, & cur, ibid. num. 25. sponte peccato cedit, quod cognouerunt Gentiles, Cap. 9. num. 15. Comment. lit. num. 8.

Carnalis serpens, ibid. num. 10. ordine charitatis priuatus, ibid. num. 11. sæculares Deum audiunt tantum, non vident, ibid. num. 14.

Carnalis siue extra, siue intra non nisi carnalia recipit, Cap. 9. numer. 17. Commentum lit. num. 1. post peccatum omnem amisit gratiam, homil. 14. num. 2. in quanta post illud inciderit mala, ibid. num. 5. alia sunt interna, alia externa, ibid num. 6. totus homo per illud deperditur, ibid. num. 7.

Hominis miseria supra pecudum, homil. 14. nu. 18. de terra formatum, etiam Gētiles agnouerunt, Cap. 10. num. 1. Comment. lit. num. 1. de eius creatione error, ibid. num. 2. an Angeli aliquid effecerunt in illa, ibid. num. 3. solus Deus eius effictor, ibid. num. 4. in mundo secundus à Deo, ibid. num. 7. nulli creaturæ inuidet, ibid. num. 8. in delitijs habitus à natura, ibid. num. 9. in statu innocentiæ procreandi vt tunc, ibidem, num. 10.

Spiritualium casus vnde, homil. 22. numer. 39. vt isti imperfecti suam palliant cupiditatem, ibidem, num. 40. ex fœminarum conuersatione in mulieres euadunt, ibid. num. 41. vltima eorum ruina amorem etiam spiritualium fœminarum in corde admittere, ibid. num. 47. eorum casus horrendi, & fœtidi, ibid. num. 48. amorem carnalem dicunt spiritualem, ibid. num. 49. secum pœnam trahunt peccati, hom. 15. n. 56. difficillime surgunt, ibid. num. 51.

Mites beati, hom. 17 n. 30. in honoribus conferendis iniqui, hom. 18. n. 13. suum tantum respiciunt emolumentum, ibid. num. 14. sunt falsi, & vani, ibid. num. 47.

Non Dominus, sed hospes, hom. 20. n. 55. constantis est etiam in subitaneis euentibus commoueri, Cap. 10 Comm. lit. n. 11.

Prædestinati nullo habito respectu ad ruinam Angelorum, hom. 21. num. 81. possibile vt vnus plures Angelorum, qui ceciderunt sedes possideat, ibid. num. 82.

Vxorati sollicitudo quanta, homil. 12. num. 86. eorum desperatio in rebus arduis vnde, Cap. 10. num. 18. Disput. 4. num. 45. inepti ad gubernandum, qui homines timent, homil. 27. num. 18.

Eius natiuitas triplex, homilia 29. num. 14. nunquam peccaret si mortis memoriam haberet, homilia 31. num. 12. & 13. spirituali aliquando spiritualis lætitia noxia, homilia 31. numer. 36.

Carnales cur cum tribulantur de Deo obmurmurant, Cap 11. n. 4. Comm. lit. n. 3. eorum falsus sensus dum reputant Deo seruientem nil pati debere, ibid. nu. 2.

Spiritualis diuinis consolationibus carens animum despondere non debet, sed firmiter Christum pulsare, Cap. 11. num. 4. Comm. lit. num. 4. & 5.

Electi, reprobique significati per duos illos, quibus Ioseph sortem prædixit, homil. 35. num. 29. quando mutatur in bestiam, hom. 36. n. 5. sine emolumento peccat, Cap. 11. num. 4. Comm. lit. num. 1. in eis confidentia causa infidelitatis, hom. 38. num. 10.

Spiritualis nunquam in hac vita sit securus, homil. 38. num. 20. eius dignitas ex creatione quanta Cap. 11. num. 26. Comm. lit num. 4. eius creatio admiranda, Cap. 11. num. 27. Comm. lit. 9. factus ad imaginem secundum naturalia, ad similitudinem secundum spiritualia, homil. 42. num. 16. ex vi creationis essentialiter dominus, ibidem, num. 22. quam altos spiritus resumere debet suam attendens creationem, ibid. num. 23. ei animalia obediunt ob imaginem Dei, quam portat, ibidem, num. 24. quantum Deum timere debet, ibidem, num. 26. quantum in se Dei respectare debet imaginem, ibidem, num. 27. ad instar Dei sit, qui perdit, & dat, homil. 43. num. 8. quanta eius ad Deum ingratitudo, ibidem, num. 15. carnales sæui, & crudeles, ibid num. 16.

Spirituales dum relabuntur peccant non quomodolibet, sed vt bestiæ, Cap. 12. num. 2. Comment. lit. num. 6. priora peccata quasi non peccata dici possunt respectu posteriorum, ibidem, num. 7. dici possunt diaboli, ibid num 8.

Hominis gloria passionibus Christi se conformare, homil. 44. numer. 12. radix misericordiæ in eo commiseratio, hom. 46 num. 2. austerus in aliorum iudicio, mitis in suo, homil. 47. num. 44.

Ad illos attrahendum mansuetudo necessaria, hom. 48. num. 43. gradatim ad perfectionem ducendi, ibid. num. 56.

Peccare non deberet, quia peccare potest, hom. 49. num. 11. contra diabolum ijsdem armis pugnare debet, quibus impetitur, ibid. nu. 10. vnde sunt vani, Cap. 13. num. 1. Comment. lit. num. 1. ipsis inanimatis stultiores alia præter Deum adorantes, ibid. num. 15.

Cur dicatur factus in animam viuentem, hom. 54. nu. 42. cur in paradiso repositus cælesti, homil. 58. num. 25. crudelior contra iustum, quàm ipse dæmon, homilia 58. numer. 46. 47. & 49.

Abominabilis Deo per creaturarum abusum, Cap. 14. num. 11. Comm. lit. num. 1. & 2. potentem diabolum efficit cum Christus impotentem effecerit, ibid. num. 7. fide destitutus in reprobū dat sensum, Cap. 14. n. 13. Comm. lit. n. 4.

Nominibus præclaris antiquitus Dei nomine decorabantur templa, & statuæ erigebantur, Cap. 14. num. 14. Comment. lit. num. 2. sceleste vnde in deos assumpti, hom. 61. num. 8. nunquam credit mala euenire ne conuertatur, homil. 61. num. 27.

Fidelis ex operibus agnoscitur, non ex verbis, hom. 62. num. 8. castus pudicos habet oculos, ibid. num. 5. hominem pudenda aspicere vnde à natura insitus pudor, ibid. num. 25.

Eius humana ratio quàm arguibentatrix ne delectationibus se priuet, homilia 63, num. 10. cur peccare non deberet, Cap. 15. num. 2. Comment. lit. num. 1.

In pœna sæpè corporalia adorat, quia spiritualia deserit, Cap. 15. num. 8. Comment. lit. num. 3.

Carnales vnde fiunt miseri, sicut & spiri-

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

tuales,homil.67.num.5.& 6. Deum non expectare ſpiritualium ruinam,ibid. nu.7. eius ſtultitia ob vnum quod non habet omnia amittere, ibid num.20. magnanimus quis dicatur, ibid. num.26.

Carnalis à terra deuoratur, Cap. 15. num.13. Comment.lit.num.1.ſunt ſenſu pueri,ibid.num. 2. aliqualem non perfectam ſcientiam ſpiritualem poſſidens,quàm difficile conuertatur,hom. 68.num.70.

Eligens homo non confert dignitatem, & ſi honorem,hom.69.num.1 eorum miſeria Deum derelinquentes pro bono fictitio,hom.70.num. 4. Chriſtiani dum diabolo ſeruiunt dant, non accipiunt,ibid. num.5. quàm horrendum hoc malum,ibid.num.6.7.& 8.

Homo interior,& exterior qui, & vnde dicatur,homil.81.num.4. ſæculares Dei miniſterio etiam ſunt obnoxij,hom 88.num.6. eorum ſoliditas Dei patientiam reputantes inſcientiam, ibid. num 38.

Qui aliorum iudicia non timet durius, quàm illa punietur, hom.89.num.28. quàm excedens homo in ſui vindicta,ibid.num.29. qui fugitiui dicuntur à diuina prouidentia, Cap.17. num.2. Comment.lit.numer.12.

Qui de nocte clarè videbant,Cap. 17. num. 5 Comment.lit.num.1.& 2. à fulgure tacti antiquitus non incinerabantur, homil.95. num.24. ſupplicium,& pœna viris magnis,& benè meritis vt infligi debet,homil.97.num.16.

Eorum deceptio tribulationes effugere ſatagentes nõ ſublata cauſa,homil.98.num.21. ſemper pauidus,& gratus incedere debet, hom.99. num.7. eorum propria conditio beneficiorum obliuiſci,ibid.num.15.

Summus eius honor ſaris pati, hom.101.num. 15. vt fiunt Chriſti corredemptores,ibid.num. 16.qui ſeipſos occiderunt,hom.102.num.4.

Poſt peccatum an abſolutum habuit dominium ſuper animalia,homil.103.num.17.& 18.

Spiritualis miſer ſtatus in Nabuchodonoſoris ſtatua obumbratus,homil.107.num.25. magnos ſæpè deperdunt labores ob defectum vnius tolerantiæ horæ,ibid.num.23.

Spirituales nunquam vni addici deberent opinioni,homil.113.num.6.

Honor.

Honores mancipant homines, hom.15.num. 43.ad illos attingendos qualis via regia,Cap.11. num.1.Comment,lit. num.3.

Hoſpitalitas, inhoſpitalitas.

Propria inhoſpitalitatis pœna quæ,homil.113. num.1. & 2. religiones ſanctæ ob illam amiſſum depereunt,ibid.num.3. vltimum motuum ad populum aliquem delendum, ibid.num.4. hoſpitis conditiones,ibid.num.5.

Angeli apud Sodomitas cur renuntiarunt hoſpitium,homil.113 num.7.

Hoſpitalitas prædeſtinationis ſignum, ibid. num.8. plus eſt hoſpitare quàm mortuos ſuſcitare,ibid.num.9. vbi inhoſpitalitas ibi omnia vitia,ibid.num.10. tribus Beniamin ob inhoſpitalitatem perempta,ibid.num.12.

Hoſpitalitas facit, vt paradiſi ſapiant delitiæ, hom.113.num.13.Abrahami quàm magna, ibid. num.14.præmium in cœlis eſſe hoſpitalem,ibid. num.15.

Hoſpitales in cœlis ſedent non vt peregrini, ibid.num.16. Chriſtus Dominus mortuus hoſpitalitatem exercuit, ibid num.17. ſe in Sacramento reliquit, vt hoſpitaretur peregrinos, ibid.num.18.eſt ſumma totius perfectionis,ibid. num.19. fortiter ſectanda, ibid. num.20. & 21. antiquitus verum Catholicorum ſignum, ibid. num. 22. omnes eam exercere poſſunt pauperes,& diuites,ibid.num.23.& 24.

Humilitas.

Principis glorioſa virtus, hom.4.num.9. in Chriſto non abſtulit, ſed auxit gloriam, ibid. num. 11. Deus ab extra quomodo creſcere fecit, ibid.num.12.ſublime ei dedit nomen,ibid.num. 13.vt eam apprehenderet Deus,factus eſt homo, ibid num 14.electionis diuinæ nota, ibid. num. 16. ob illam princeps conſtituitur,ibid.num.17. per eam ad deitatem ſcanditur,ibidem,num.21. Deus, & Chriſtus in mundo per eam cognitus, ibid.num.22. per eam Chriſtus ad ſe omnia attraxit, ibid.num 23.

Ad finem felicem negotia ducit ſtatus, hom. 4. num.29. ea Chriſtus adorationem diaboli diſſipauit,ibid.num.30. in homine ſignum altiſſimæ electionis,ibid.num.35.

Externa ſine interna figmentum,hom.4.num. 41.ad regimen humiles eligendi, ibid. num.40. non deprimit,ſed exaltat hominem, hom.4.nu. 43.Deum vt ſeruum habet,ibid.num.44.

Humiles ſcientiam ſcripturarum nunquam præſumunt, homil.13.num.27. tunc vincunt, quando ſe eijciunt,homil.23. num.30.

Humilitas ſupplet defectum feruoris,homil. 29.num.78. eius veræ conditiones, homil.37. num.10.via regia ad illam obtinendam,ibidem, num.12.& 14. ea ad deitatem peruenitur, hom. 44.num.14. in Chriſti ſchola modus aſcendendi eſt per humilitatem,homil.46.num.14. principatus ſpiritualis per eam,ibid.num.15.humilitate Chriſtus ad ſe omnes attraxit,ibid.num.17. eius fons vnde, homil.107.num.16. vera quæ, homil.112.num.12.

Hypocrita.

Infidelis,homil.24.num.9.

I

Iacob.

EX ſollicitudine princeps dictus, homil.5. num.46. à domo dimiſſus paterna, extitit Chriſti figura, Cap. 10. num.10. Comment. lit.n.2.eius ſcala quid primariè ſignificet, ibid. num.6.8.& 11. diuinitus fuit illuſtratus, ibid. num. 12.

Cur timuit Eſaiæ, & ſi ſecurus de Dei protectione,Cap 10.numer. 12. Comment.lit. num. 1. an Angelus,an Deus cum illo luctatus, Cap. 10. num. 12. Diſput.2.num.1. an cum Angelo malo,ibid.num.4. quid illa myſticè ſignificet, ibidem,num. 5. cur illum vincere non potuit Angelus, ibidem,numer.6. cur femur tetigit, ibidem,num.7.lapis quem erexit in titulum cur à Septuag. dicatur ſtatua, Cap. 10. num.17. Diſput.3. num. 26. cur locum illum appellauit domum Dei,ibid.num.27. cur terribilem illum locum, homil. 51. num.19. eius ſcala tribulationes ſignificabat,ibidem,num.20. benedictus ob taciturnam patientiam,homil. 51.num.30.

IESVS.

Vide *Nomen.*

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

Idololatria, Idolum.

Origo omnium obſcœnitatum, hom.15. numer.27. vt ad illam mulieres Salomonem adduxerunt,ibidem, num.16. iuuenta ob obſcœnitatem,ibid.numer.25.

Romani cur deuicta Hieruſalem idolum non collocarunt in templo, homil.15. num.46. Rachel cur furata idola, & quæ illa, homil. 20. num.17.

Ægyptiorum quanta, & qualis idololatria, Cap.11.num.17. Comment.lit.num.1.

Idololatriæ principium inordinati hominum affectus, Cap. 11. num. 17. Comment. lit. num.2. ſenſualitas ad illam homines impulit, ibidem, num.3. peculiares idololatriæ Ægyptiorum cauſæ,ibidem, num.4.

Eius origo, homil. 36. num.1. quanta adoratione Saturnus adorabatur,ibid. num.3. Dei iudicium terribile in immolatione filiorum idolis,ibidem, num.4.

Idolum Belial quid,ibid.num.6. idolis Gentiles filios ſacrificabant,Cap. 12. numer. 6. Comment.lit. n.1. quanta religione,ibid.nu. 3. & 4.

Idolum Dagonis quid,& cuius formæ,hom. 51.num. 40.

Cur homines cœperunt efformare ſtatuas,cũ quibus idololatrarunt,Cap.13. num.10. Comment.lit.num.4. diabolus vt paulatim ad adorandum idola homines adegit,ibidem, num.5.

Idola vt maledicta, & ſi inſenſibilia, Cap.14. num.8.Comment.lit. numer.1.

Idololatria per antonomaſiam fornicatio dicta,Cap.14. num. 13. Comment. lit. num. 1. ipſa omnium ſcelerum caput,ibid.num.2.quando inceperit,Cap.14.num.17. Comm. lit. nu.1. Adam,& Eua fuerunt idololatræ, ibid. num.2.

Aſtrorum idololatria quando incepit, ibid. num.3.quis primus eorum cultor,ibidem, num. 4.quæ eius prima materia,ibid. num.5. eius cultus qui,& quotuplex,ibid. nu.6. ſecundum genus ex ſtatuis, & picturis à quo inceperit, ibid. num.8. immerito aliqui aſſerunt primum inſtitutorem fuiſſe Abrahami patrem, ibidem, num. 9. primus inuentor idololatriæ per ſtatuas Hinus, ibidem, num.10. animalium vt ceperit, ibidem,num.11.& 12.

Idolorum ſacrificia in antris ob libidinem, Cap. 14.num.23. Comment. lit. num.3. ob id ab Eccleſia prohibiti nocturni conuentus, ibid. num.6. initium, & omnium peccatorum finis, Cap.14. num.17. Comment. lit. num. 1. cur à principibus Iuda idololatria tantum affectata, homilia 102. numer. 11.

Ieiunium.

Chriſtiani non ieiunantes pecoribus ſtolidiores,homil.47.numer.11.ad qualem Dei familiaritatem hominem euehit,homil. 48. numer.42.

Ignis.

Vnde Vulcanus dictus, Cap.13. numer.1. Comment.lit.num.9. eſt qui oleo extinguitur, aqua accenditur,Cap.16.nu.19. Comment. lit. num 1. eius miraculum non co[illegible]rens animalia à Deo in Ægyptios immiſſa, [illegible]6.num.17. Comment lit.num 3.ſalamandra in ſit, & igne ſuſtentetur,ibid.num. 4.triplex genus, Cap.10. num.17.Diſput.3.num. 30. inferni quàm terribilis,hom. 95.num.2.non lucebit, ibid. num.3. in illo damnati ſe mouere non poterunt,nec clamare,ibid.num.4. in illis pudor eorum ora obturabit,ibid. num.5.qualis erit ignis inferni lux, ibid. numer. 6. quàm horribiliter ſcintillabit, hom.95 num 10.ſemper timorem incutiet,ibid. num.11.& pauorem,ibidem, numer. 12. & 13. eius dolor,ibid. num.15.

Purgatorius acriorem cauſabit dolorem, quàm omnes huius vitæ dolores,homil. 95. numer.16. ſancti Thomæ huius rei ratio,ibid.num.17. omnis huius mundi ignis vna erit ſtilla reſpectu eius inferni,ibidem,numer.18.

Eius admirabilis natura, homil. 95. num.23. vnde eius vſtionis atrocitas, ibid.nu.27. eadem ſemper vret intenſione,ibid.num 32.ex eius dolore damnati ſe dilaniabunt, ibid.num. 33. eius voracitas,& inſatiabilitas, ibid. num.34.eſt putidiſſimus, ibid. numer.35. cur erit ſulphureus, ibid. num.36.per illum omnes cruciantur damnatorum ſenſus, ibid. num.37. animæ in purgatorio à ſolo igne torquentur abſque adminiſtratione dæmonum, ibid. num.38.

Imago.

Quid Dei in homine,& quid ſimilitudo,hom. 14.num.8. & hom.42. num.11. Adam Dei ſimilitudinem non imaginem amiſit,ibid.in inferno imago peccatorum ardebit, ibidem, numer.15.

Imaginibus aſtrologicis an liceat vti, Cap.15. num.19. Comment. lit.numer.4.

Inhoneſtarum retentores Deus exterminabit, homil. 62. num.1. qui proprius eius finis, ibid. num. 4. idololatriam ſapiunt, qui obſcœnis delectantur imaginibus,ibidem,numer.6.

Inter imaginem, & idolum quæ differentia, hom. 62. numer.7. laſciuarum retentores peccant peccato læzæ maieſtatis diuinæ,ibid.num. 10. exemplum horrendum de retinente imaginem prophanam,ibid.nu 12. vt eas Deus deteſtatur,ibid.num.13.

Chriſtus imaginem Cæſaris reiecit tanquam quid prophanum,homil.62.num.15.quomodo ſecundum Apoſtolum homo Chriſtianus portare debet imaginem Chriſti,ibid.num.16. qualem quis imaginem tenet, talem ſe prædicat, ibid.numer.17. Paulinus ſanctiſſimus vt Sulpitium reprehendit ſuam poſtulantem imaginem, ibid.num 18.

Laſciuas retinere,depingere,emere peccatum eſt mortale, ibid. num.19. quantum pictæ imagines mouent affectum,homil.62.num.21.

Prophanæ damnatæ à ſexta ſynodo ex primeno fine,ibid.num.22.falluntur,& fallunt qui dicunt ſe à talibus non prouocari, ibid.numer.23. cur Deus ſic ſtrictè Iſraëlitis inhibuit imaginum vſus, ibid. num.17.

Impatientia.

Peccatoris vecordia ex impatientia tribulationis,homil. 51. numer.2. eſt tabes Dei ſeruorum, ibid. num. 3. & 4. Angeli vindictam ſumunt de impatientibus, ibid. num.5. Religioſi ob impatientiam de obſeruantijs murmurantes omni ſupplicio digni, ibid. num.6. hominem è latere eripit Chriſti, hom. 51. num. 10. latro malus ex impatientia condemnatus, ibid. num. 11. eius malum diſſimilitudo cum Chriſto, ibid. num.24.

Impatiens in ſimilitudinem tranſit diabolicam,homilia 51. num.33.& 34. Deo eſt infidus, ibid. num.35.ſunt ſtulti, ibid. num.38.39.& 44. Iſraëlitæ quanta ſubierunt incommoda ob impatientiam,ibid. nu. 45. reprobationis ſignũ ex

Tabula rerum notabilium.

impatientia admonitionibus non proficere, ibidem, numer. 46. perdit Dei zelum, ibidem, num. 47.

Imperator.

Omnibus ſacerdotijs inaugurabantur, hom. 7. num. 37. Auguſtus recuſauit cauſas religionis agnoſcere, ibidem, num. 38. Valentinianus libertatem Ambroſij benignè accepit, homil. 25. numer. 13. proprium eius alios ſaluare, homil. 46. num. 42.

Incarnatio.

Summa ratio non peccandi incarnatio verbi, homil 31. num. 28. ſumma eſt nequitia poſt incarnationem peccare, ibidem, num. 33. & poſt ſanguinem Chriſti epotatum, ibidem, num. 34.

Incontinens.

Quid differat ab intemperante, Cap 10. nu 9. Comment, lit. num 1.

Infans.

Miraculosè infantium linguæ ſolutæ ad canendum poſt tranſitum maris rubri, Cap. 10. numer. 21. Commentum lit. num. 8. & 9. cur multi ſine baptiſmo pereant, homil. 37. num. 1.

Infernus.

Eius conſideratio valida ad non peccandum, hom. 95. num. 1. cur diues in illo ab Abrahamo petijt vt mitteret ad ſuos ne in illum deſcenderent, hom. 95. num. 7. in illo quomodo damnati capiunt dolorem ex aliorum viſione, ibidem, num. 8. in illo beati cum lætitia vident damnatos, ibidem, num. 7. in illo pauor amplius damnatos torquebit, quàm ignis, ibidem, num. 14. in illo eorum corpora ex combuſtione erunt veluti ignea, ibidem, num. 19.

Cur vocetur Tophet, hom. 95. num. 20. cur eius nutrimentum ignis dicatur, ibidem, num. 21. & quomodo propriè illud dici poteſt, ibid. num. 26. quo ſenſu dicantur damnati in illo ſupra vires torqueri, ibidem, numer. 26. ob ignis dolorem in illo omnes inſaniunt, ibidem, num. 30. & 31.

In illo cur omnium pœnarum maxima eſt damni, homil. 96 num. 1. illa origo pœna ſenſus, ibidem, num. 2. augebitur ex viſione malorum. ibid. nu. 6. damnatorum inuidia ex Dei viſione qua ſanctos frui videbunt, ibid nu 9.

In illo pœna mortalis eſt damni, ibid numer. 22. niſi illa eſſet, nulla alia eſſet pœna, ibid numer. 19. in illo damnati vt animalia reputabuntur, ibid. num 24.

Superior, & inferior, hom. 35. num 33. qualis in eis damnatorum pœna, ibid. num. 34. in illo quodlibet membrum ſuam propriam experietur pœnam, ibid. num. 36.

Ingratitudo.

Ingratus beſtijs peior, homil. 14. num. 36. non Chriſtianus, qui poſt Chriſtum natum gratias Deo non agit, ibid. num 37. ad grauitudinem admonendam canis adiunctus Tobiæ, ibid. num. 38.

Ingratitudo eſt ſacrilegium, Cap. 11. numer. 9. Diſput. 6. num. 29. Deus gratus etiam in inanimata, ibid. cur præcepit non coqui hœdum cum lacte matris, ibid. num. 31 Vide *Homo.*

Eſt vitium naturæ horrendum, homil. 53. numer. 22. infidelis ex ingratitudine etiam condemnabitur, homil. 64. num. 22. ob eam condemnatus Balthaſar Rex, hom. 84. num. 12.

Summum eſt malum, homil. 88. num. 1. Dei retardat beneficentiam, ibid. num. 2. & 3. Chriſtianorum iudicium ex ea, ibid. num. 4.

Quàm ſtrictus Deus in gratitudine repoſcenda, ibid. num. 5. ex ingratitudine beneficium fit maleficium, ibid. num. 9. Ægyptus deſtructus ob ingratitudinem, ibid. num. 10. ingratus deſperet gratiam, ibid. num. 11. ad noua beneficia recipienda gratitudo neceſſaria, ibidem, num 15. ingratus beſtijs peior, ibid. num. 17, 18, & 19.

Chriſtianorum ingratitudo perſtringitur Deum patienter non ſuſtinentes, homil. 88. numer. 20. ea in morte vnicè homini opponetur, ibid. num. 21. gratus Gentilis plus de ſalute ſperare poteſt, ac ingratus Chriſtianus, ibid. num. 23. gratitudo eſt prædeſtinationis omen, ibid. num. 24. firmat in amore Deum, ibid. numer. 25.

Ingratitudo eſt venenum bona inficiens, homilia 88 numer. 31. infimum, & nullius pretij conſtituit hominem, ibid num. 33. Samſon ob ingratitudinem ſiti enectus, ibid. num. 34.

Hominum ſpiritualium caſus ob ingratitudinem, ibid. num. 35. ob illam Moſes tabulas fregit legis, ibid. num. 36. vitam decurtat temporalem, ibid. num. 37. Deus per ſe punire vult ingratum, ibid. num 39.

Ingrato beneficia ignis, & mortis præſagium, hom. 88 num. 41. ſancti ob timorem ingratitudinis, Dei extimeſcunt beneficia, ibid. numer. 42 & 43 Spiritus ſanctus in igne ſuper Apoſtolos, vt gratitudinem ſuaderet, ibid. num. 44. ingratitudinis malum, homil. 101. num. 24.

Inimici.

Eorum dilectio res difficilis, hom. 20. numer. 1. non continetur intra naturæ terminos, ibid. num. 2. lex vetus quales inimicos præcipiebat odio habere, ibid. num. 6. legem de inimicorum dilectione antiquam verè Chriſtus correxit, ibid. num. 7.

Eorum dilectio facillima ex Dei gratia, hom. 20. num. 8. nunquam licitum inimicum odio habere, ibid. num. 9. quomodo cum aliquibus antiquitus permiſſum, ibid num 10. lex antiqua nunquam odium ſuaſit inimicorum, ibid num. 11. quo ſenſu dicatur Dominum correxiſſe legem, ibid. num. 12. Phariſæi vnde malè colligebant inimicorum odium, ibid. num. 13. dilectionis radix, & cur nemo quantumuis malus nunquam licet odio habere, ibid. num. 14.

Inimici diligendi, quia Chriſtus illud præcepit, hom. 20. num. 15. tenemur ex animo dimittere etiam coram iudice, ibid. num. 22. perfectio Chriſtiana non ſolum iniuriam, ſed querelam dimittit, ibid num. 23. Chriſtus correctionem fraternam inhibuit, & ſimul remiſſionem iniuriarum, ordinemque conſtituit accuſandi in iudicio, ibid. num 24.

Dilectionis inimicorum emolumentum, homil. 20 num. 28. hominis ingratitudo propter Deum inimicos non diligere, ibid. num 31. eos diligere [illegible]mus, quia non noſtri ſumus, ſed Dei, ibid. num. 34. villicus laudatus etiamſi inter inimicos bona diſtribuiſſet, hom. 20. num. 37. damna odij inimicorum, ibid. num. 38. qui inimicos non diligit, ſine amicis conſtituitur, ibid. num 39. ob noſtrum bonum dilectio præcepta inimicorum, ibid. num. 40. non poteſt verus eſſe amicus, qui inimicos non diligit, ibid.

Tabula rerum notabilium.

numer. 41. obſtinate nolens diligere inimicos præſumitur præſcitus, ibidem, numer. 42. peccatum ad mortem eſt memoria iniuriarum cum deſiderio vindictæ, ibidem, numer. 43. poſſibile Ioanni reuelarum obſtinate odio habentem inimicum eſſe præſcitum, ibidem, num. 46. nolens inimico parcere, eleemoſynæ fructum perdit, ibidem, num. 46. dimiſſio iniuriarum eſt nobiliſſima eleemoſyna, ibidem, num 48.

Pauperes ideo facilius ſaluantur, quia facilius iniurias dimittunt, homil. 20. num. 50. inimico parcere qui non vult, malè duidit ac alter Cain, ibidem, num. 51. antidota ex Baſilio contra vindictæ deſiderium, ibidem, numer. 52.

Inimici non timendi quando Deus nobiſcum, Cap. 10. num. 14. Comment. lit. numer. 5. parcens eis Dei eſt, & Deus illius, ibidem, num. 14. oratio inimici diligentis potiſſima ad impetrandum, Cap. 11. num. 14 Comment. lit. nu 6. ob hoc omnipotens oratio Moſis, & Samuëlis, ibidem, numer. 7. ob ipſummet oratio ſancti Stephani præpotentior quàm Moſis, ibidem, numer. 8.

Mirabiles effectus inimicorum dilectionis, homil 38. num. 16. cor durum Saülis ob beneficentiam Dauid emollitum, ibidem, numer. 15. ſemper eis parcendum, ſed non ſemper cum eis fœdera iungenda, ibid. numer. 21. tunc maximè eis parcendum quando potentes, ibidem, num. 27.

Inimicus quomodo cibandus, homil. 84. numer, 13. carbones ex pane illi præſtito, qui dicantur, ibid numer. 16. eorum dilectio ſatietas charitatis, homil. 86. num. 17.

Innocentes.

An aliquando plecti poſſint, Cap. 10. num. 6. Comment. lit. num. 19. nunquam directè, ibid. numer. 20.

Inſpiratio.

Inter internam, & externam quæ differentia, hom. 109. num. 10. ex vnius reſiſtentia poſſibile vt cor obduretur, ibidem, num. 11.

Inuidia.

Viliſſimos induit ſpiritus, Cap. 10. num. 13. Comment. lit. numer. 6.

Ioab.

Cur Dauid aduocauit, vt caperet vrbem, homil. 39. num. 15.

Ioannes Baptiſta, & Euangeliſta.

Euangeliſta cur dicitur accepiſſe Mariam in ſua, cum nil haberet, homil. 21. num. 31. Maria honorata ex eius filiatione, ibidem, numer. 65. eius dignitas quanta, ibid. numer. 66. vt verbum ad inſtar Mariæ concepit, ibidem, num. 69. eius etiam pater dici poteſt, ibidem, numer. 70.

Baptiſta indignum ſe iudicauit, vt ſponſam Chriſti Eccleſiam attingeret, homil. 22. numer. 112.

Euangeliſtæ virginitas quàm excelſa ex conſortio virginis, homil. 58. num. 10. eius puritas ſupra puritatem Angelicam, homil. 108. numer. 9.

Baptiſtæ ſanctorum encomia, homil. 19. num. 25. magnus coram Deo non magnitudine molis, ſed virtutis, ibidem, num 26. cuius comparatione dicitur magnus, ibidem, num. 30. qui eo plus in ſanctitate Deus non homo, ibidem, numer. 32. ad eum cognoſcendum non eſſe Deum fidei lumen neceſſarium, ibidem, numer. 36. etiam tale non eſſe ipſis dæmonibus difficile, ibid. num. 37.

Ex vtero magnus, homil. 29. num. 38. vix conceptus, & Chriſtum adorauit, ibid. numer. 39. non per labores ad gratiam, ſed per gratiam ad labores deſcendit, ibid. num. 40. & 41. odor eius ſanctitatis futuræ Chriſtum attraxit, ibid. num. 42 filius Virginis, ibid. num. 44. 45. & 46. Chriſti in eum amor præ cæteris, ibid num. 50. cur in ſenectute conceptus, ibidem, num. 51. eius ſanctitas comparanda cum Chriſti ſanctitate proportionaliter, & non cum aliorum, ibidem, num. 52 eſt luminare maius, ibid. num. 53. quanto Chriſto proximior cæteris, ibid. numer. 54. in terris adhuc agens cum Angelis computabatur, ibid. num. 55. pluſquam Angelus, ibid. num. 56. primogenitus Chriſti, ibid. num. 57. in noua lege eſt Ruben, ibid. num. 58. conſtituit Prophetas, ibidem, num. 59. ad nouum pertinet teſtamentum, ibid. numer 60. à Chriſto baptizatus, ibid. num. 61. præ cæteris duplicem accepit ſpiritum, ibid. num. 62. eius gloria Angelorum reuerberat aciem, ibid num. 63. eius gloriam timent ſancti ſibi aſcribere, ibid. num. 64. non inferior Apoſtolis, ibid. num. 65. priuilegio non caruit Apoſtolatus, ibid. numer. 66. præſtitus pro medela peccatorum, ibidem, num. 67. maiore præditus ſanctitate, quàm Apoſtoli, & cur, ibid. numer. 68. pro præmio ſanctitatis Chriſtum baptizauit, ibid. num 69.

Pater fuit Chriſti ſpiritualis, hom 19. num. 70. & ſi ſanctificatus, non tamen ſe ſecurum tenebat, & quàm admirabilis eius vita, ibid. num. 73. pœnitentia omnes anteceſſit ſanctos, ibid. num. 74. eius vita perpetuum ieiunium, ibid. num. 75. eius cibus malè olens, peius ſapiens, ibid. num. 76. eius ſolitudo ab anno & dimidio eius ætatis, ibid. num. 79. quàm continua, ibid. num. 80. nunquam vidit Chriſtum ante baptiſmum, ibid. num. 81. à deſerto non diſceſſit vſque dum ei imperatum, ibid. num. 82.

Angelicam duxit in deſerto vitam, homil. 29. num 82. eius vita nobis humilitatis exemplum, ibid. num 83. præcipuè à prædicatoribus ſpectanda, ibid. num 84. cur vox in deſerto, ibid. num. 85. eius ſplendor ex feruore, & non è contra, ibid. num. 86. eius patientia inimaginabilis, ibid. num. 88. eius pœnitentia ſacrificium medullarum, ibid num. 90 Angelus qua ratione dictus, ibid. num. 91. vt à Chriſto diſcerneretur neceſſaria vox patris, ibid. num. 92.

In deſerto à teneris annis vt dignus fieret Chriſti cognitionis, homil. 31. num. 27. cur Lucifer dici poteſt, hom. 44 num. 15.

Ioannes à Cruce.

Eius liber laudatus, ſicut & ipſe author, hom. 34 num. 18.

Iob.

Cur in manibus dæmonis illum Deus repoſuit, & non per ſe eum tribulauit, homil. 23. num 25. magna eius fuiſſet conſolatio à Deo tribulari, ibid. num. 26. dæmon ab illo quando victus, ibid. num. 28. cur à Deo poſtulauit flagellari, homil. 40. num. 16. perfectiſſimus in ſanctitate, & in quo, hom. 71. num. 15.

Ionas.

Eius inhumanitas, homilia 46. numer. 64. vnde collegit cauſam eſſe tempeſtatis, homil. 93. num. 13.

Tabula rerum notabilium.

Ioseph.

Filius Iacob ob præstantiorem virtutem à Iacob dilectus, Cap. 12. numer. 13. Commentum lit. numer. 2. eius castitas quanta, ibid. numer. 11. eius fratres ex inuidia amentes, ibidem, numer. 14. figura sanctissimæ virginis sponsi, hom. 22. num. 1.

Sponsus virginis omnibus instructus virtutibus, homil. 22. num. 2. eius tribulatio de suspicione virginis quanta, ibidem, num. 17. per antonomasiam iustus dicitur, ibidem, numer. 21. & homo virtutis, ibidem, numer. 22. cur filius Dauid, ibidem, numer. 23. eius virtus ex altitudine status infinita, ibidem, numer. 26. eius sanctitas ex desponsatione virginis expenditur, ibid. num. 28.

In sanctitate secundus à virgine, hom. 23. num. 36. virtutes eius expenduntur ad similitudinem virtutum virginis, ibidem, numer. 37. eius prudentia in suspicione virginis, ibidem, numer. 39. eius fortitudo admiranda, ibidem, numer. 40. & 41. est aurora Christi, ibidem, numer. 42. eius temperantia quanta, ibidem, numer. 43. eius fides, ibidem, numer. 45. eius spes magna, ibidem, num. 46. eius charitas in Deum, & proximum, homil. 22. numer. 48. in suspicione plus malum reformidabat virginis, quàm suum, ibid. num. 49. ex reuerentia volebat eam deserere, ibidem, num. 50. cur ei ab Angelo dictum ne timeret, ibidem, num. 51. eius gratia quàm immensa, ibidem, numer. 53. sedem obtinuit Luciferi, ibid. numer. 57. vt verus Christi pater dici potest, ibidem, num. 59 & 61. dignitas paternitatis in eo quanta, ibidem, num. 62. fœcundatur ex virginitate Mariæ, ibidem, num. 63. eius dignitas ex sponsatione cum virgine, ibid. numer. 64. donis ditatus miris ex oratione Mariæ, ibidem, num. 67. similiter ex eius conuersatione, ibid. numer. 68. eius mors plena reuelationibus, ibid. num. 71. eius sanctitas ex donis collatis, ibidem, num. 73. fomes in eo extinctus ex desponsatione virginis, ibidem, num. 73. asserendum firmiter nullum admisisse peccatum mortale, ibid. num. 75.

Nullum est inconueniens Apostolis illum æquare, aut præferre, hom. 22 num. 78. eius gratia in prima sanctificatione altior, quàm cuiusque Angelorum, vel hominum, ibidem, numer. 80. in prosecutione vitæ nulli hominum tantam præstitutam gratiàm, ac illi, ibidem, numer. 83. Christus cælestis, quia coniugium Mariæ cum Iosepho cæleste, ibidem, num. 84. ex coniugio quantum profuit in sanctitate, ibidem, numer. 87. consponsus Spiritus sancti, ibidem, num. 88. à Deo præ cæteris dignior inuentus ab Adam discussis, ibid. num. 89. à tota sanctissima Trinitate honoratus, ibidem, num. 40. sanctior vniuersis antiquis Patriarchis, ibidem, num. 91. & 92. pater dicitur fidei, & nostræ salutis, ibid. numer. 93. sanctior Moyse, ibidem, numer. 94. meruit vt eriperetur à suspicione, ibid. num. 99. eius sanctitas maior Dauid, ibid. numer. 102. est secundum Dei cor, ibid. num. 103. cur Angelus filium Dauid illum nominauit, ibid. num. 105. insigniter pepercit vitæ Dauid, ibid. num. 106. Angelis ex sublimitate dignitatis incognitus, ibid. num. 107. maior in sanctitate Ioanne Baptista, ibid. num. 108. ex eius testimonio Christus habitus vt Deus verus, ibid. num. 113.

In cælo sol, cæteri stellæ, homil. 22. num. 114. ibi virginitati Mariæ splendorem addit, ibidem, num. 117. eius virginitatis honorificentia, ibid. num. 121. secundum Ecclesiæ fidem extitit virgo, ibid. num. 123. cur libentissime cum eo virgo sanctissima nupserit, ibid num. 124. sic profecto cum illo nupsit, ac si esset Deus, ibid. num. 125. in cælis quantum à virgine dilectus, ibid. num. 126. Mariæ in eum quantus amor, ibid. num. 128. eius gloria infinita, quia Deo obtulit Virginem, ibid. num. 130.

Filium Iacobi Deus non dereliquit, quia ipse totum se Deo commisit, Cap. 15. num. 14. Comment. lit. num. 6. cur Dominus eum non occidit, ibid. num. 3. cur sic asper cum fratribus, ibid. num. 21. cur de sua gloria nil patri ante aduentum fratrum renuntiauerat, ibid. num. 12. eius tempus tribulationis breuis, prosperitatis diuturnum, ibid. num. 16. non ante sublimatus, quàm in vltima tribulatione, homilia 23. numer. 31.

Cur in cisternam proiectus veterem, hom. 31. num. 11. quomodo à matre adoratus, & si non exstat, homil. 75. num. 15. cur voluit in Ægypto sepeliri, hom. 101. numer. 22. cur eius ossa transferri, ibid. num. 23.

Iosue.

Cur nomen ei mutatum, hom 32. num. 1. non tantum armis, quantum per nomen vincebat, & cur, ibidem.

Ira.

Dei quando ineuitabilis, homil. 1. num. 38. humana in bestiam hominem vertit, homil. 17. num. 50. eius mala, ibid. num 6. iracundus ab insano non distinguitur, ibid. num. 7. princeps dum iratus nil agere debet, ibid. num. 9. non homini, sed vitio irascendum, ibid. num. 10. Plato iratus cum seruo à supplicio se abstinuit, ibid. num. 11. incompossibilis cum Dei amicitia, ibid. num. 13. irasci non licet etiam ob iustam causam, ibid. num. 14. vbi ille Christus abscedit, diabolus intrat, ibid. numer. 15. diabolus in cor Iudæ intrauit, quia iratus, ibid. numer. 16. & 17.

Iracundus à se expellit Christum, homil. 17. num. 18. ira vltimum principium damnationis, ibid. num. 19. quomodo Christi sententia, qui irascitur fratri sit intelligenda, ibidem, num. 20. irascendum peccato, non fratri, ibid. numer. 21. semper ira cum pœna, ibid. num 22. quantum sit malum, ibid. num. 23. animus iratus ad Deum accedere non potest, ibid. num. 24. peregrinantibus maxime fugienda, ibid. num. 25. iratus impossibile vt ad Deum accedat, ibid. num. 27.

Eius fundamentum superbia, ibidem, num. 28. ira carentibus peculiaris de regno Dei Christi promissio, ibid num. 29.

Iracundi bestijs similes fiunt, hom. 17. num. 31. ira iudicium peruertit rationis, ibid. num. 32. est causa amittendi fidem, ibid. num. 33. facit vt dei homo obliuiscatur, séque Deum constituat, ibid. num. 34. hominem in bestiam commutat, ibid. num. 35. cur homini indita, ibid. num. 36. ad quid ea vti debemus, ibid. num. 37. contra hæreticos licet irasci, ibid.

Ira naturæ seruus, hom. 20. num. 3. cani similis, & cur, ibid. num. 4. irascibilis potentia ferox, ibid. num. 5.

Iratus castigare non præsumat, Cap. 12. num.

Tabula rerum notabilium.

9. Commentum lit. numer. 3.

Iudas.

Ex vno obſtinatus peccato, homil.68. num. 100. quanta Chriſtus fecerit vt eum conuerteret,ibidem,num.101. Vide *Ira.*

Iudæi.

Eorum peruicacitas quanta, homil.14.num. 31. vnde vocantur ſancti in Ægypto & ſi idololatræ,Cap.10.num.15.Comment.lit.num.1. cur permiſit Deus in Ægypto ſic dire tractari, ibid. num.2. quæ paſſi vt Cæſarem Dominum dicerent,Cap 11.num 17. Diſput. 7. num.14. cur cito à Deo caſtigati,homil:64.num.18.quomodo verum non idololatraſſe, Cap.15. num. 6. Comment.lit. num.2. in Ægypto vt plurimum fideles,Cap.15.num.6.Comment.lit, num.3.

Iudex.

Ob quatuor iudices timent proferre ſententiam, Cap.12. num. 14. Comment.lit. num.1. vide Deus, exercere debet iudicium ſine ira, Cap. 12.num.19.Comment.lit num.2.

Iudicium humanum Dei, ac finale.

Humana iudicia cautè ferenda, hom.22 num. 95 dubia ſemper in bonam partem interpretanda, ibid.num.96.ſuperioribus licitum ſuſpicari, ibid. num.97. Deus non ſinet eos decipi, ibid. num. 98. quomodo ſemper fratrem excuſare debemus,ibid.num.100.diuino humanum ſemper ſubmittendum,homil.37.num.8.

Diuinum effugiet,qui hic ſe iudicat,Cap.12. num. 25. Comment. lit. numer. 1.

Sancti quomodo patiuntur in exemplum iuſti iudicij Dei,homil.34.num.29. iudicij finalis terribilitas ex paſſionibus martyrum colligi poteſt,ibid.num.30. in illo præmium non gratis, ſed ex meritis,ibid.num.31.

Mali ibi ſic punientur,vt ipſi hîc, ibid.num. 32. in illo quàm diuerſa ſors malorum, iuſtorumque,ibid.num.35.

Iuramentum.

Licitum, Cap.12.num. 21.Commentum lit. num. 1. Deus cur iurat,ibid.num. 1. antiqua quàm putida,Cap.14. num. 31. Comment. lit. num 1.

Indignum Chriſtiano viro per deos iurare, Cap.14. num.31. Comment.lit.num.2. periurium,quantum Deo infandum, ibidem,num.3. Chryſoſtomus quàm terribilis contra peierantes,ibidem,num.4. Imperator periurus à ſancto Babila expulſus,ibid.num.5. Chriſtus cur vetuit iurare,ibidem, num. 6. Clinius Philoſophus potius mulctam trium talentorum, quàm iurare maluit,ibidem,num.7. eſt actus religionis, ibid.num.8.

Iuſtitia.

Verecunda res iniquitas inuerecunda, homil. 37.num.62. timorem perficit,ſed naturam non immutat,homil. 46.num.58. ex illa non ſemper peccata plectenda, ibid. num.57.

Duplex humana,diuina,hom.90.num.2.diuina eſt,quæ alijs magis prodeſt, quàm ſibi,humana è contra,ibid.num. 3. iniuſtitiam exercere ſub prætextu iuſtitiæ proprium illorum, qui in cathedra ſedent peſtilentiæ, homilia 90. num.17.

Iuſtus,

Amittere gratiam poteſt, vt probatur ex loco ſapientis,Cap.10. num.2. Commentum lit. num.5. verè aliquem poſſe eſſe iuſtum ex Salomone contra hæreticos probatur,Cap.10.num. 5. Comment. lit. num. 9. aliquando ei certamen præparatur, vt ſuccumbat ad eius bonum, è contra vero malis,Cap.10.num.12.Commentum lit.num.8.& 9.cur loquitur iudicium,homil.21.num.38.

Iuſtus anima mundi,peccator corpus,hom. 24 num.1.ob iuſtos mundus ſaluatus,ibid num. 2.eos eripit Deus,priuſquam ciuitates deſtruat, ibidem,num.3. cur non ante pluit ignem ſuper Sodomam, quàm iuſtus ereptus, ibid. num.4. coram Deo plus vnus iuſtus, quàm totus mundus,ibid.num.5. ſecuri viuunt, quia à Deo electi,ibidem.num.10.

Pauci iuſti fortiores multis iniuſtis, hom.24. num.11. tunc amplius ſecuri, quando totus deſtruitur mundus,ibid.num.12. magnificè à Deo ſuſtentantur,quando mundus fame perit, ibid. num.14. vnus pro mille,ibid.num.15. eos Deus reueretur, ibid.num.17. tunc in Deum aſſurgit hominum,quando amplius deſpicitur,Cap.10. num.6. Comment.lit.num.6.

Dum à tribulatione ſubleuatur in maius ſemper eius bonum,homil. 33 num.19. plus eorum valet afflictio, quàm proſpera iniquorum impietas,ibid.num.20. ſic proſperantur,vt ex eorum abundantia,& plurimi cum illis,ibid.num. 21. quanta Deus operatur ob vnius iuſti tribulationem benè latam,ibid.num.23.

Eorum tempus tribulationis tempus amantium, homil.33. num.24. non ob peccata, ſed ob merita augenda tribulantur, ibid. num.27. illuſtriores ex tribulatione,homil.50. num.1.

Cur ſemper tranquille viuit, hom.50.num. 26. eius prolongatum martyrium eis proſpicere offenſam,homil.64. num.26. eorum perfectionis gradus ſumitur ex quantitate pœnæ, quam de alienis perſentiunt peccatis,ibid.num. 28. turbantur,ſed non perturbantur, Cap 17. num 3. Comment. lit. num. 3. quot præſciti vt eorum beneficia,hom.99.num.24.

L

Labor.

DEi finis in illis inferendis,Cap.10. num.17. Comment.lit.num.11. ſunt animæ eruditiones,ibid.num.12. Vide *Tribulatio.*

Latrones.

Quid, Cap.14. num.17. Commentum lit. num.18. Chriſtus in Latrone Seueri Imperatoris,ibid.num.19.

Latro.

Saluatus quia circa crucem Chriſti, hom.28. num.32. ex cruce iudex ex reo, ibid.num. 46. ſolo illi Chriſtus ſe credebat,ibid.num.49. cum eo quanta virtus crucis, ibidem,num.50. plus Chriſtus de eius fide ſperauit ex cruce, quàm ex miraculis,ibid.num.51.

Cur non tunc, ſed quando Chriſtus in regno memoriam ſui poſtulauit, homil.46.num.38. vnde Chriſtum,Deum agnouit, ibid.num.39.

Malus inde ſe perdidit, vnde alter ſe ſaluauit, ibid.num.40. quomodo Chriſtum blaſphemabat,ibid.num.41.

Bono cur Chriſtus reſpondit, Hodie mecum eris in paradiſo,homil.46.num.43. eius patientia quanta, homil.51. num.15. plus deſiderabat

Tabula rerum notabilium.

pati, quàm actu patiebatur, ibid. num 14. ex latrone fit Martyr, ibid num. 15.

Lenita.

Cur Deus eos pro se tulit, homil. 24. num. 30. mira Dei liberalitas in eorum electione, ibidem, num. 15. omnibus terrenis expoliabantur, homil. 21 num. 10. pili eorum cur radebantur, ibid. num. 11.

Lex.

Dicitur lumen, & cur, Cap. 18. num. 4. Comment. lit. num. 3. quando aranearum tela, hom. 111. num. 33.

Liber.

Sunt tangendi à doctoribus, non manducandi, homil. 103. numer. 9.

Libido.

Infernus, homil. 50 numer. 3. est lacus, ibid. num. 4. eius delectatio quos tribulos germinat, hom. 50. num. 31. quasi clauibus anima eius delectationibus configitur, ibid. num. 33.

Lignum vitæ.

Dei est misericordia dum alterum Adamo dedit, pro illo, quod deperdidit, Cap. 10. num. 2. Comment. lit. Digress. 1. num. 10.

Lingua.

Linguarum periti omnes translationes scripturæ ad vulgatæ nostræ sensum reducere debét, non è contra, homil. 14. numer. 34. Tridentina Synodus cur relicta Septuag. translatione vulgatam pro canonica dedit, ibid. fons Hebræus nunc ex vulgata corrigendus, ibid num. 37.

Est tantum hominum vera locutio, Cap 11. n. 17. Comm lit. num 6.

Modus ille loquendi Deum non posse omnia indecens est, & excusandus, Cap. 12. num. 19, Comm. lit. num. 7.

Limphati.

Qui dicantur, hom. 18. num. 44.

Locusta.

Eius plaga, Cap 16. num. 9. Comment. lit. num. 10. qui ventus eas leuauit, ibid. numer. 11. quàm molesta plaga, ibid. num 12. quid mystiè significet, ibid num. 17. cui correspondet peccato Ægyptiorum, ibid. num. 18. est eius plaga politicorum admonitio ne populos grauent, ibid. num 19.

Loth.

Non peccauit filias exponens, Cap. 10. num. 6. Comment lit. num. 4. cur tantum retractauit à Sodomis exire, ibidem, num. 5. eius vxor verissime in statuam versa salis, Cap. 10. numer. 7. Comment lit. num. 4. quæ mirabilia ex illa dicuntur, ibidem, num. 5. à sanctis symbolum fit Ecclesiæ sanctissimæ, ibidem, num. 6. eius peccatum quale, ibidem, num. 7 an damnata, ibidem, num 9. cur in statuam versa salis, ibidem, num. 10. clamat contra recidiua peccata, ibidem, num 12. cur Loth dictum vt festinaret, hom. 24. num 6.

Lucifer.

Ex eius suasione dæmones peccarunt, homil. 58. num. 50 cur cæterorum Angelorum dicitur Rex, ibidem, num 51. non est ausus per se solum, & immediatè hominem aggredi, ibidem, num. 52. ex Angelo diabolus factus, quia sua sorte non contentus, hom. 67. num. 1. eius superbiæ obiectum, ibidem, num. 2. quàm vesanus in illo appetendo, ibidem, num. 3.

Eum imitantur vindictam expetentes, homil. 67 num. 4. se perdidit quia singularitatem gloriæ appetiit, ibidem, num 8. vt Dei æqualitatem appetijt, homil. 67. num 10. cecidit vnionem appetens hypostaticam, ibidem, num. 19. vt homo eum adoret desiderium ascendendi vltra sortem ei instillat, ibidem, num. 51.

Ludus.

Necessarius, ad vitam, eiusque conditiones, Cap. 15. num. 15. Comment. lit num. 3. quot inueniantur secundum Diu. Thom ibidem, num. 4. ex illo lucrum non vituperabile quale, ibidem, num. 5.

Lumen gloriæ.

Necessarium ad Deum videndum, homilia 12. num 16. fides est nostrum in hac vita, ibid. num. 17.

Luthenus.

Eius fœda luxuria, Cap. 14. num. 23. Comment. lit. num. 5.

M

Magia.

Orta à diabolo, Cap. 11. num. 4. Comment. lit. num. 3. quid & quotuplex, ibidem, num 4. authoritatem à medicina sumpsit, ibid. num. 5.

Magdalena.

In instanti perfecta in virtute, & dimissa ei peccata quoad culpam, & pœnam, hom. 57. numer. 28. in instanti vas effecta sic pulchrum, vt meruerit à Christo laudari, ibid num. 29 plus de eius virtute Christus fidit, quàm de Ioannis Baptistæ, ibidem, num 50.

Maledictio.

Cum Dei nomine nunquam reperitur in scriptura, homil. 2. num. 102. ad maledicendum illi filij Iacob electi, qui serui, homil. 49. num. 3.

Mali, Malum.

Cur in bono semper inconstantes, homil. 7. num. 47.

Mala non debemus superare fugiendo, sed tolerando, hom. 10. num. 28.

Malis beneficium præstitum illis est tormentum, hom. 33. num. 8. nunquam damnum timent spirituale, ibidem, num. 9. puniuntur in ipsismet, pro quibus Deum offendunt, ibidem, num. 11.

In hac hac vita plus cruciantur, quàm boni, homil. 35. num. 12. in die iudicij vt ex memoria tribulationum præteritarum torquentur, ibid. num. 14. ex tenebris somniorum ad tenebras ducentur tormentorum, ibid. num. 16. in die iudicij quantam persentient confusionem ex reprobatione, hom. 47. num 21. dura eorum sors dum à temporalibus ad æternas descendunt pœnas, hom. 50. num. 1. 10. & 11. vt dæmones in tribulationibus ad Deum non accurrunt, ibid. num. 12. vt cera liquescunt, ibid. num 13. puniuntur viliter, & si grandes, ibidem, num. 14. continue, ac indefessè, ibid. num. 15. ex tribulatione obscuriores euadunt, ibid num. 16.

Tolerantur propter vnam sobolem ex illis futuram, homilia 50. numer. 48. Deum respuunt, quando eis aduersatur, homil. 51. numer. 37.

Man.

Cur non putrescebat seruatum in sabathum,

Tabula rerum notabilium.

homil.52. num.17. an cauſabat nauſeam verè, Cap.16.num. 8. Comment. lit. num. 5. de eo murmurante cur ſerpentibus ignitis percuſſi, ibid. num.9.

Eius proprium nomen,& ſignificatio, Cap. 16. num.21. Comment. lit. num.1. cur dictum panis Angelorum, ibid. num.2. conditiones, & mirabilia, ibid. num.4. cur non cadebat in caſtris,ibid.num.5. an idem cum rore, ibid. nu. 7. ros ad quid deſeruiebat, ibid. num. 8. quæ eius forma,ibid.num.9. an eiuſdem fuerit naturæ cum Manna Neapolitano,ibid.num. 10. an animalibus etiam ſeruiebat, ibid. num.12. eius diſtributio,ibid.num.13. miraculum in eius collectione,ibid. num.15. & in nutritione,ibid.numer. 16. quare Deus ſingulis vnum aſſignauit Gomor, ibid.num.17. quot libras continebat, ibid. num.14. cur Deus præcepit, vt per ſingulos dies colligeretur,ibid. num.19. cur colligebatur manè,ibid.num.21. die ſexta duplo inferebatur ſine putrefactione,ibid.num 22. de eius proprietatibus,ibid.num.23. in arca reſeruatum Sanctiſſimi figura,ibid num.24. ſapor in illo ſupernaturalis an eſſet omnibus communis, ibid. numer.25. nunquam in illo ſapor adventitius, ibidem,num.26. naturalis qualis,ibidem,num. 27. verior ſententia ſupernaturalem ſaporem non eſſe communem omnibus, ibidem, num. 27. quale Dei præceptum de eius reſeruatione, Cap.16.Comment.lit. num. 28. quæ miracula in illo interuenerunt,& quanta, ibidem, num. 29.cur ſubſtantia dicta,ibid.num.30.

Manſuetudo.

Abſque ea iuſtitia opus ſequi, hom.49.num. 2. ſummopere deſideranda, ibid.num.5. à natura princeps debet eſſe manſuetus, homil.49. num 6. Ioſeph à manſuetudine Domini aſtrictus non peccauit, ibidem, num.9. domat populorum duritiem,ibidem,num.12.per quadraginta annos in ea Deus Moſen exercuit in deſerto,ibid. num.13.

Immanſueti non audeant imperare,ibidem, numer.14. in prælatis tunc erumpit quando amplius impetitur, ibidem, num.19. naturalis quale ſignum,ibid.num. 21. immanſueti cæteros manſuefacere non poſſunt,ibidem,num.22.

Sine ea auſteritas potius ſubditum perdit, homil.49.num.26. à Chriſti manſuetudine Samaritana lucrata, ibid.num.27.prælatorum ſpiritus aſper diſſipat, non congregat, ibid. num. 30. non ſemper in peccantes vindicandum, ibidem,num.31.

Mare.

Mortuum quid,vnde eius miranda, Cap.10. num.6.Comment.lit.num.11. Rubrum diuiſum vna,an pluribus diuiſionibus, Cap.10.num.18. Diſput.4. num.51. quis primum illud ingreſſus,ibid. num.52. à vento, an ab Angelo diuiſum, ibid. num. 49. an ad alteram eius ripam tranſierunt Iſraëlitæ, ibid.num.68. eius ſciſſio an naturalis,ibid.num.62. adhuc in illo veſtigia tranſitus Iſraëlis, ibid. num.63. myſticus ſenſus eius tranſitus,cap.10.num.21. comment. lit. nu. 13. cur deficiet ſecundum aliquos in die iudicij, homil.46.num.63.

MARIA *Virgo.*

Eius obedientia quàm perfecta, homil. 11. num. 52. ob illam amplius beata quàm ex humanitate, ibid.num. 53. eius obedientia diuina ſupra Angelicam, ibid. num. 54. eius ſanctitas ex prædeſtinatione ad Dei maternitatem quanta,homil.22.num.27. mundi miraculum, ibid. num 33.nulli datur niſi, qui plenus Spiritu ſancto,ibidem,num.52. cur Ioannes dicatur accepiſſe in ſua cum nihil haberet, ibidem, numer. 52.

Non cognoſcebatur à Ioſeph ob ſplendorem, hom. 22. num.101. plus ipſa ſola ſponſa Chriſti,quàm tota ſimul Eccleſia, ibid. num. 110. ei ſubſternitur, non ſolum militans, ſed triumphans Eccleſia, ibid. num.111. cur Angelis purior dicatur,ibid.num.122.

Eſt nubes Eccleſiæ,cap.10.num.17.Diſput.3. num 19. tota dulcis,ibidem,num.21. in reconciliatione humana cur Chriſto adiuncta, ibid. num.22. eius virginitas quàm fœcunda, hom. 29.num.49.

Per illam non ſolum iuſti, ſed peccatores ſaluantur, homil. 59. num.1. non ſolum virgines apud illam,ſed inquinati locum habent, ibid. num.2.ſine originali, ibidem, num.4. nil contra hoc lex de peccati morte,ibidem,num.5.eius puritas ex incorruptibilitate corporis educitur efficaciſſime,ibidem,num.7. ſi in peccato concepta eſſet,Dei non æqua cenſura, homil.59. num.9. nulla vrget ratio ad aſſerendum illam in peccato,ibidem,num.12. & 13. nunquam infirma,nec ex infirmitate mortua, ibidem,num. 14.ſcriptura cur eius mortem taceat,ibidem,nu. 15.ex Chriſti altiſſima ſapientia puriſſima educitur,ibidem,num.16. ſub deo nulla maior puritas,quàm eius,ibidem,num.18. peculiari modo Chriſtum adiuuit in redemptione, ibidem,nu. 19.dicitur corredemptrix, & qua ratione, ibid. num.20. adumbratam per Euam vt cum Chriſto filios generaret ſalutis, ibidem, num.21.

Non fuit immunis à debito contrahendi originale,Cap.14.num.7.Digreſſ.3. quanta modeſtia defendenda,ibidem,num.6.ſi fuiſſet ſanctificata ante animationem, non fuiſſet redempta, ibidem,num.10.

Prædeſtinationis ſignum eius deuotio, hom. 60.num.1.eſt Gedeonis vellus, ibidem, num.2. eſt liber in quo prædeſtinati ſcribuntur,ibidem, num.3. piè credi poteſt Chriſtum in mandaris habuiſſe vocem eius audire deprecantis,ibidem, num.4. eius figura extitit Sara,ibidem,num.5. vnde Orationis eius efficacitas, ibidem,num.6. Redemptioni vt adiuuit, ibidem, num. 7. initium noſtræ ſalutis ab eius oratione, ibidem,nu. 8. inrerire quodammodo non poſſunt, qui ſub eius ſunt protectione,ibidem,num.9.

Prædeſtinata à Deo, vt non quoſlibet ſaluet peccatores,ſed præcipuos. hom.60.nu.11. in ea duplex miſericordia, ibid.nu.12. in cælo erunt Marianitę,ibi,n.13. quo maior aliquis peccator, eo magis virgini affinis,ibid.nu.14. dulcior ipſa in noſtra ſaluatione,quàm Chriſtus, ibid. nu.15. ſine Maria ſolus fuiſſet quodammodo Chriſtus in cęlo,ibid.num.16.facilius exaudimur inuocato nomine eius,quàm Ieſus,ibid.nu.17.eius pratio efficaciſſima ex vberibus,ibidem,num.18.eſt mater noſtra ſpiritualis,ibidem,nu.19.eius caro etiam Spiritu ſancto repleta,hom.104 num.16.

Materia.

Inuiſa quæ dicatur, Cap.11. num. 18. Comment.lit. num.2. æternam eam non eſſe confutatur,ibidem,num.3.

Tabula rerum notabilium.

Matrimonium.

Eius ſtatus quàm iucundus, homil. 50. num. 28. vxor viri corona, ibid. num. 29. eius infelicia, ibid. num. 30.

Martyres.

Eorum triumphi Chriſtum Deum manifeſtarunt, homil. 8 num. 17 qui veri, homil 12. num. 46. aurum ſunt, & argentum, homilia 21. num. 11.

Medicus.

Ad eos non ſtatim accurrendum, ſed prius ad Chriſtum, Cap 16. num. 12. Commentum lit. num. 5.

Meditatio.

Vide Chriſtus, & de eius meditatione, homil. 71. per paſſionis meditationem Chriſtus animam ſecum conſuit, homil 83 num. 13 ſit per eam animarum Dominus, ibid. num. 14.

Sine paſſionis præuia meditatione parum Euchariſtia fructificauit, homil. 83. num. 26. vide Euchariſtia, quàm impar ad meditationis ignem accendendum, Cap. 18. num. 4. Diſput. 11. num. 28 quàm neceſſaria ad contemplationem, ibid. num. 38.

Meretrix.

Nil ea fœdius, hom. 66. num. 21. ſcortum vnde dicatur, ibid. nu. 22. eam à ſacerdote intueri etiam poſt pœnitentiam placulum antiquitus, ibid. num. 23. naſus ei præſcindebatur, ibid. num. 24. quanto dedecore per eam corpus afficitur humanum, ibid. num. 25.

Miniſter.

In quo veteris, & noui Teſtamenti differunt, homil. 29. num. 61.

Regum in principio parua recipiunt in fine minima reſpuunt, quia ad grandia anhebant, homil. 31 num. 40. damnantur ob peſſima conſilia, homil. 102. num. 1. in quo eorum mira dementia, ibid num. 2. cum regibus eadem occidentur morte, ibid. num. 3. Achitophel Salomonis miniſter cur laqueo ſe ſuſpendit, ibid. numer. 6. cur etiam Saülis armiger, ibidem, num. 7. cur ambo infanda dederunt conſilia, ibidem, num 7. quanta cautione reges eorum conſilijs vti debent, ibidem, num. 8. cur hoc, ibidem, numer. 9. & 12. ſemper iuſto Dei iudicio paria cum principibus patiuntur, ibidem, numer. 10.

In quo adminiſtri Regis Iſraël eum adoraſſe dicuntur, homil. 102. num 13. eorum adulatio eſt regum ruina, ibid. num. 14. qualis eorum genium cum regibus, ibid. num. 15. principes attendere debent ex qua proſapia eorum ſint miniſtri, ibidem, num. 16. Balaam occiſus cum regibus, quia peſſimus miniſter conſulens, ibidem, num. 18. auri ſitis, quàm præpotens cum ipſis, ibidem, num 19. principes in malo obdurantur ob mala ad miniſtrorum conſilia, ibid. num. 21. ſerpenti cur dictum, terram comedes, ibidem, num. 20.

Miniſtri regum attendere debent quid prius auribus regum inſtillent, homil. 103. num. 10. quantum principibus damnum inferunt miniſtri eis conſulentes, vt nullum recognoſcant ſuperiorem, homil. 105. num. 8.

Minium.

Quanto in pretio apud Romanos, Cap. 15. num. 16. Comment. lit. num. 4. & 5.

Miraculum.

Coturnicum multoties Deus fecit in Euangelica lege, Cap. 16. num. 4. Commentum lit. num. 2.

Miſericordia.

Dei ſuper omnia opera eius, homil. 44. num. 17. in pœnis damnatis conſtituendis etiam alſidet, ibid. num. 18. mors Adamo inflicta magna miſericordia, ibid. num. 19. In Deo tota eius ratio amor, homil. 46. num. 1. quid illa, ibid. num. 3. qui ſunt qui non miſerentur, ibid. num. 4. commiſerationis eſſentia quæ, ibid. num. 5. Deus contra commiſerationis naturam hominum miſertus, ibid. num. 6.

Myſterium.

MARIÆ virginitas clamoroſum myſterium, homil. 21. num. 55. Incarnationis peculiariter diabolo ſuprema occultatum, ibid. num. 56.

Monarchia.

Optima ex quibus conſtituitur, homil. 15. numer. 11.

Mons.

In Moria quæ miranda à Deo facta, Cap. 9. numer. 8. Commentum lit. num. 2 Moria quid ſignificet, ibid num. 4. non fuit in quo Iacob vidit ſcalam, Cap 10. num. 10. Comment. lit. num. 13. vt exultauerunt vt arietes, homil. 26. num. 2.

Monſtrum.

Quid, Cap. 10. num. 16. Comment. lit. num. 12.

Mors.

In ea aliqua eſt conſolatio ab inimicis non occidi, hom. 23. num. 17. & homil. 34. nu. 27. Nabuthe, quia ex cupiditate quantum Deo diſplicuit, hom 26. num. 32. eius memoria neceſſaria ad tollendum concupiſcentiam, hom. 31. nu. 5. facit homines excelſi animi, ibid. num. 6. qui eius habent memoriam ſunt miſericordes, ibid. num. 10. Moyſes animo excelſus, quia mortis memor, ibidem, num. 9. cur Deus eius diem incertum eſſe voluit, ibidem, num. 17. qui memor eſt mortis tanquam inſomnia omnia reputat, ibidem, num. 18. natura vt docet hominem mortem non timere, ibidem, num. 20. vita ab hominibus faſtidiatur, quando mors vicina præſumitur, ibidem, num. 21. in illa aliquid ipſa terribilius, homilia 40 num. 15. non omnes in iudicio morituros aliqui autumant, homilia. 59. num. 6.

Moyſes.

Mediator inter Deum, & populum, hom. 1. num. 8. exauditus, quia merita obtulit ſanctorum, ibidem, num. 58. cur manus eius leproſa, hom. 4. num. 36 ſuos Deo defectus pandit, Cap. 9. num. 5. Comment. lit. num. 7. quanta fuerit obedientia præditus, hom. 12 num. 39. maluit ex ea mortem, quàm ſine ea vitam, ibidem, nu. 46. in illo Deus ab infantia, Cap 10. n. 16. Com. lit. n. 1 Ægyptiũ occidens cur non peccauit, ibi. n. 2.

Mirabilia in eius natiuitate, Cap. 10. num. 16. Comment lit num. 3. totus à diuina pependit prouidentia, ibidem, nu. 4. quando domum reliquit Pharaonis, ibidem, num. 7. Pelagus extitit Theologiæ, ibidem, num. 8. omnium Philoſophorum antiquorum antiquior, ibidem, num. 9. tunc à Deo exaltatus, quando amplius humilis, ibidem, nu. 14. cur populum duxit per deſertum, Cap. 10. num. 17. Comm. lit. num. 10.

ſolus

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

ſolus orauit,& præpotens eius oratio,quàm populi indigeſtus clamor, Cap 10.num.18. Diſp. 4. num. 48. cur eum occidere voluit Angelus, hom.29.num.22.

Sanctus,& propheta ſimul, Cap.11. num.1. Comment. lit. num. 1. ſacerdos extitit,ibidem, num.2. cur ei præceptum, vt ſolueret calceamentum, homil. 31. num. 29. cur nomen Ioſuæ impoſuit antea *Oſea*,homil.32.num.1. eius virga cur Dei dicatur,homil.32. num.33.

In ſuos quanta eius charitas, homil.41.num. 1. peccatum tamen eorum ſuſtinere non valuit, ibidem,num.2.eius peccatum leue, hom.47.n. 55 quantus homo,ibid.num.56. non tamen pro ſe orans exauditus,ibid.num.57.

Eius peccatum impatientia, homil.51. num. 48.& 49. eius pœna ſubditos ſuſtinere rebelles, ibid. numer.50. quando poteſtatem accepit faciendi miracula,hom 58.num.38. ex humilitate factus Deus Pharaonis,Cap.14. num. 1. Comment. lit. num.10. & ad eius terrorem, ibidem, num. 11. ad maledicendum vltimos filios Iacobi poſuit,hom.68 num.52. indignum prælatione ſe iudicauit, quia prædicare non poterat, ibid. num.54. cur populum denudatum dixit, cum tantum inaures abeis abſtuliſſetAaron,hom.68. num.87.

Mulier.

Eliſei per humilitatem meruit olei multiplicationem,hom.13,numer.25. fortior ad hominem perdendum,quàm arma,homil.15.num.16. earum conſortia cur à viro ſpirituali omnino vitanda,ibid.num.19. ſenſim animam emolliunt, ibidem,num.20. earum fortitudo in hominem vnde,ibid.num.21. ſpiritualium etiam conſortia vitanda, ibid. num.31. quàm periculoſa earum conuerſatio,ibidem,num.44.ſecurius cum homine habitare peccatore, quàm cum muliere ſancta,hom.15.num.32. Gigantes ſpirituales per eam decidunt,ibid. num.53.

Earum conſortium quàm periculoſum viris ſpiritualibus,Cap.10. num.7.Commentum lit. num. 8. magnum Dei donum mulierem homini præparare ſanctam, homil.22.num.33. & in conditione ſimillimam,ibid.num.34.& 35.mulieres pudicæ amplius mortem, quàm clamare expetunt,hom.22.num.127.

Ammon cur Thamar tantum abhorruit, homil.53.num.9. cur homines poſt peccatum patratum cum mulieribus tantum dolent,ibid.nu. 10. cur adoleſcentes poſt primum concubitum mulierem abhorrent, hom.53.num.15 etiam ſi Adam non peccaſſet viris ſubditæ, homil. 58. num.55. qualis tunc talis eſſet ſubiectio, ibid.n. 19. in peccati pœnam à viris in victu, & veſtitu malè tractantur,ibid.num.57.

Eius ſeruus homo per peccatum effectus erat, hom.58.numer.58. hæreſum cauſa, ibidem,nu. 59. ſcalariæ quæ,Cap.14.num.17.Comment.lit. num. 21. nudam aſpicere extra matrimonium dare opera peccatum mortale,homil.62.nu.20. Adam ex viſione Euæ impudicæ motus poſt peccatum,ibid.num.24.

Ob illas quanta mala in mundum,Cap.14.n. 23.Com.lit.n.1.ex caſtitate decoratur, hom.99. nu. 16. earum obſcœnitas in matrimonio quàm fœda res, ibid.num. 17. in eo quam fœda res vt pulchritudo tantum attendatur,ibid.num.18.in vxore ducẽda,quæ non quærẽda,hom.99.n.19.

Mundus.

Ante peccatum hominis delectamentum, poſt illud paleſtra,hom.3.num.31. vti æſtimandus,ibid.num.33

Illud creare omnipotentiæ Dei extitit ſpecimen. hom.33. num.26. eius gaudium ad inſtar puncti,hom.35.num.4. vnus ex loco colligitur ſapientis,Cap. 11.num.18. Comment.lit. num. 5. officeretur ſi aliquid minimum ei deficeret, Cap. 11. num. 21. Comment. lit. num. 2. ſuis mellis ſtillam dat,flumen doloris, hom.50.n.31. Dei ſpeculum,Cap. 13. num.8.Comm.lit.n.4.

Sirenarum locus,hom.58.num.60. quàm acre eius bellum,ibid.num.61. eſt locus à Deo maledictus,ibid.num.62. mundanorum ſtultitia ob vnum Chriſti iugum infinita mundi tolerare, hom.68.num.12. eius mos deſpicere quem fortuna deſpicit,hom.112.num.20.

Murmuratio.

Colonus contra patremfamilias qualis, homil.55.numer.13. imperfectorum, & ad Deum querelæ eſt earum oratio,Cap.16. num.1.Comment.lit.num.2. Religioſorum fœda de paupertate,Cap.16.num.8. Commentum lit.num.6.

Antiqui quanto ſilentio proximorum defectus celabant,hom.106.num.29.

Muſca.

Quæ Ægyptum percuſſit quod genus animalis,Cap.16. num.1. Commentum lit.num.1: quàm grauis eius plaga, ibid. num.4. cur inflicta,ibid.num.6. quid myſticè ſignificet muſcarum plaga,ibid.num.9.

Muſica.

Quàm antiquus inſtrumentorum muſicorum vſus in Eccleſia,Cap.10.num.21. Comment.lit. num.1. Vide *Chorus*,& *Cantus*, eam redolere hominis grauis indignum,hom.41.n.9.eſt amoris incitamentum,ibid.num.10.

N

Nabath.

DVra reſpondit Achab, quia rex, homil.9. num.29. & cur,ibid.

Natura.

Eius eſſe eſt Dei obſequium,hom.75.num.5.

Nauis.

Inuentor quis primus,Cap.14. num. 1. Comment. lit. num.1. Nauigationis finis, ibidem, num.8.

Neptunus.

Quis, & cur cum tridente fingitur, Cap. 13. n.1.Comm.lit.nu.12.

Niniuite.

Quantum Dei extimuerunt ſententiam, homil.47.num.60. Chriſtianorum pœnitentiam confundunt,ibid.num.48.

Nobilis.

Nobiles omnes antiquitus ex viliſſima proſapia,homil.6.num.33.

Noë.

Cur maledixit Chanaam pronepotem,& non Cham filium,qui peccauerat, Cap.15. numer.8. Comm. lit.nu.2.

Nomen.

Idem cultus ei debetur,ac perſonæ, homil.2. num.59. eſt definitio ipſius naturæ, ibidem,numer.60. ſunt Vicaria perſonarum, ibid. num. 62.Chriſtus ſuum nobis reliquit in terris, vt ſui

Digitized by Google

Tabula rerum notabilium.

vicarium,ibid num.63. Ieſu inditum, non impoſitum,ibid.num.64.

Ieſu omnia alia quæ de Chriſto in ſe includit, ibidem, num.65. Dei ipſis Angelis incompreſienſibile,ibid.num.67. cur nomen Ieſu omnia alia includit,ibid.num.68. verè Emanuel, ibid. num 69. æterni Patris amorem vnice declarat, ibid. num 84.

Nomen tetragrammaton antiquitus quàm ſacrum,homil.2.num.85. intempeſtiuè eam nominare piaculum morte dignum, ibid.num. 86. Hebræi eius loco Adonai, ſiue Elohim reponebant ob reuerentiam,ibid.num 87 immo Chriſtus,& Apoſtoli, ibidem,num.88. Iehoua idem quod Ieſus,ibidem,num 89. non amplius terrori, ſed amori deſeruit ob nomen Ieſus, ibidem, num 90.

Nulla antiquitus benedictio niſi cum inuocatione nominis Dei,homil. 2. num.91.

Nomen Ieſu quàm proficuum, ibid. num.92. non ſolum iuſtis,ſed peccatoribus,ibid.num 93. Chriſtus ineffabile nomen tetragrammaton hominibus attulit,ibid num 94. vnde oleum dicitur effuſum,ibid.num.95.

Nomen Ieſu quantæ efficacitatis apud patrem,homil.2. num.96. illam nobis pandidit ipſemet,ibid. num.97. non per aliud nomen aliquid impetratur,ibid. num 98. eſt orationis vehiculum,ibid.num 100. ob ipſum à patre indiguis etiam dona conceduntur,ibid. num.101.

Nomen Dei in benedictionibus propriè ingrediebatur,homil.2.num.106.

Vnum multis accommodatur rebus, & cur, Cap. 18.numer. 18. Diſput 4. num.59.

Ducis, & bellatoris præcipuè Deus gaudet, Cap. 10 num.21. Commentum lit. num.2.Iehoua quid,ibid.nu.3. Adonai cur dicatur Iſaac, Abraham,& Iacob non reuelatum,ibid.num.4.

Deus exercituum vult præcipuè nominari, homil 31. num.6. cur virtutum dominus dicatur,& non Cherubin,ibid.num.7. in Miſſa dicitur,Dominus virtutum,ſic hoc nomine gaudet, ibid.num.11.

Antiqui vt nomen Domini inuidebant, & cur,homil.48.num 8. Nomen Deus eſt æquiuocum & ſubſtantiuè de Deo dicitur, Cap.14. num.21.Comment lit.num.4.

Nouum, Nouitas.

Noua quando dicenda, homil.13.num.66. circa res fidei nullo modo, ibid. num 67. neque in ſcriptura contra Patrum ſenſum,ibidem, num.68.69. & 70. in Theologia quid noui dicere licet, ibid. num.74. conſultius illa non dicere,ibid.num.75. in morali quæ noua liceant, ibid.num.77.

Nox.

Quot partibus diuidatur, & earum nomina, Cap.18.num.16.Comm,lit.nu.1.

Nuptiæ.

Quanta honeſtate antiquitus tractabantur, homil.53.num.16. quanta mariti honeſtate mulieres tractabant,ibid.num.17.

O

Obedientia.

CÆca noſtræ principium ſalutis, homil.12. num.15.ſine illa non poteſt eſſe ſalus, ibid. num.19.illi debetur fidei meritum, ibid.nu.20. ipſa eſt noſtrum hic lumen gloriæ,ibid.num.21. per eam Dei nobis patet voluntas,ibid num.22. ea Deus in hac vita apprehenditur, ibid. num. 24. eius fructus, ibid num 30. vera eſt ſine diſcurſu,ibid.num.35. per eam abſolutè vicit Gedeon, ibid. num. 36. eius fortitudo cæca obedientia,ibid.num.37. mortem non timet, ibid. nu.38. vnde contra mortem eius fortitudo,ibid. num 41.tenet ſola palmam ſpiritualem, & temporalem tribuens victoriam,ibid num.41. imò ſuper victorias,ibid num.41. inimicis obedire eſt ſuperuincere, ibid num 83.

Obediens nunquam moritur, homil.12.num. 44 Abel quia obediens adhuc viuit, ibid.n 45.

Eſt charitatis æmula,homil.12.num.47. Angeli hoc vnum expectant præmium obedire, ibid. num.48. perfecta difficilius reperitur in proſperis,quàm in aduerſis,ibid.nu 49. in proſperis nil de ſuo, in aduerſis aliquid habere debet,ibid nu. 50. vnde eius difficultas in proſperis,ibid.num.51.eius vis,homil.52.num.18.

Obdurati.

Eius pœna ex tempore perire, Cap.11.nu.17. Diſput 8 num.27.& hom.109 num.3. peior eſt ipſis beſtijs, ibid. num. 12. tempus ſaluris facit tempus perditionis, ibid. num. 15. ipſis lapidibus ſunt duriores,ibid. num 16. orans potius indignationem haurit,quàm miſericordiam,ibid. num.18.ſic eos Deus abhorret, vt in ſemine caſtiget,ibid.n.19.præpropere ad ſe Dei iudicium attrahunt,ibid.num.25.

Obſtetrix.

Ægypti quæ, & quales, & quantæ fuerunt, cap.58.num.5 Comment.lit. num 24. defenditur opinio Caietani duas eſſe affirmans,ibi.n.25.

Occaſio.

Dei auxilio priuantur,qui ſponte ſe in occaſionem ingerunt peccandi,hom.111.num.1.plus eo fit indignus ob id, quàm ob peccatum patratum,ibid.num.2.homines pereunt de Dei auxilio præſumentes,ſponte alias ſe in occaſionem ingerentes.

Deo quodammodo difficilè homines inter occaſiones ſeruare,homil.118.num.9.Ioſeph filius Iacob parum abfuit,quod non periret, quia occaſionem non vitauit,ibid. num.10. tunc ſeruatus, quando ruſticè occaſionem abſcidit, ibid. num.15.vt ſine occaſione eſſet,traditur in carcerem à Deo,ibid.num 14.

Audacter in illas ſe inijcientes vt miſerè pereunt,hom.111.num.17. tunc ſecuri, quando ad eas cauti, ibid.num.20. à longè ſunt vitandæ, ibid.num.21. vt decipiuntur qui cum peccati occaſione ſtare præſumunt, ibid. num.26.

Peccati fugienda non ſolum aperta, ſed dubia, homil.111. num. 30. Mardocheus vt non peccaret dubiam fugit occaſionem, ibid. nu.31.

Deus miracula operatur,quãdo ipſe homines in occaſiones immittit,& pericula, homil 111.n. 32. diabolus nil poteſt in illos, qui ex Dei mandato in occaſiones ſe ingerunt,homil.111.nu.37. quanta prudentia Tobias iuuenis in occaſionem ſe iniecit, ibid.nu.38. & ſi Deus in occaſionem nos inijciat, ex parte noſtra faciendum quod in nobis eſt,ibid.num.40.

Superiores quanto timore ſubditos in occaſiones,& pericula inijcere debẽt,hom.111.n.41. non deberent ſine Dei inſtinctu,ibid. n.42. Rebecca cur in periculum iniecit Iacob,ibid.n.43.

Tabula rerum notabilium.

Oculus.

Luſciosus quis, hom. 68. num. 10.

Officium.

Officia, & munia non niſi coactè ſumi debent, Cap. 9. num. 9. Comment. lit. num. 9. Vide *Prælatus*, vide *Epiſcopus*.

Opera.

Noſtra neceſſaria ad impetrandum cum intercetlione ſanctorum, homil. 1. num. 18. bona Deo, non nobis aſcribenda, homil. 10. numer. 3. ſemper operandum, ibid. num. 31. ridiculi qui ſolam fidem ſufficere dicunt, ibid. num. 32. noſtra ſunt Dei pignora, homilia 14. num. 11.

Operarij indignè murmuraverunt de patrefamilias, homil. 19. num. 14. neceſſaria etiam ſi certi de Dei ſimus cuſtodia, Cap. 10. num. 12. Comment. lit. num. 2. noſtra cooperatio neceſſaria ad vincendum, Cap. 11. num. 3. Comment. lit. num. 12.

Bona opera præterita præſentium peccatorum pœnam dimittunt, homil 32. num. 43. Dei credenda, non diſcutienda, Cap. 11. numer. 4. Comment lit. num. 13. & 15.

Ad hominis gloriam voluit Deus, vt ille ad ſuam cooperaretur ſalutem, homil. 72 num. 17. Dei vnde dicantur magna, hom. 72. num 1. eius potentia in operando quam magna, ibid. num. 2. in quo circa opera illa conſiſtat, ibidem, numer. 3.

Opinio.

Philoſophorum de Deo, quàm multæ, hom. 14. num. 21. modeſtè ſunt affirmandæ, Cap 11. num. 9. Comment lit. num. 2. antiquorum de Nili inundatione falſæ, ibidem, num. 3. falſæ vnde originem ducant, ibidem, num. 11. an vera illa ex parte reproborum nullam dari reprobationis cauſam, Cap. 12. num. 16. Comment. lit. num. 2.

Oratio.

Sanctorum quando proficua, & quantum, homil. 1. num. 14. Abrahæ liberauit Loth, & cur. ibid. num. 15. Sanctorum efficaciſſima cum Deo ad ſaluandum peccatorem, ibid. numer. 17. eius impetrationis certiſſimum ſignum quale, ibid. num. 35. quando non impetrat, ibid. num. 39. vnde Sanctorum efficax, ibid. num. 40. quæ ad ſtomachum Deum prouocat, ibid. num. 49. Sanctorum torquet dæmonem, ibid. num. 50.

Orationis conditiones ſecundùm Cyprianum quæ, homil. 10 numer. 4. quomodo dicatur ius noſtrum, homil. 17. num. 24. orationem deſerere, aut cum ira in fratrem eam fundere æquè temerarium, ibid. num. 26.

Pro omnibus orandum, homil. 20. numer. 45. debet eſſe clamoroſa, homil. 23. num. 19. ſemper orandum, & ſi certi de Dei adiutorio, Cap. 10. num. 18. Diſp. 4. num. 46. optimus orandi modus aperitur, Cap. 10. numer. 11. Comment. lit. num. 12.

Oratio communis, & in communi facta ſupra ſingularem, homil. 28. num. 4. Spiritum ſanctum impetrauit, ibid. numer 5. impetrationis promiſſionem à Chriſto promeruit, ibid. num. 8. perfectæ quæ conditiones, ibid. num. 7.

Illa maximè pugnandum, homil. 32. num. 13. ea proſtrantur inimici, ibid. per eam Deus prius in campo, ibid. cur victorias poſſidet, ibid. numer. 16.

Victoriæ ſæpè ex pauperum oratione, homil. 32. num. 30. & 34. inſipientium, & ſi clamoribus plena, Deo tamen accepta, Cap. 11. num. 4. Comment. lit. num. 16. non ſemper exaudituꝝ, & ſi bona petantur, & cur, homil. 73. numer. 7. Saül ſtultus, orationem intermittens, vt inimicos perſequeretur, homil. 83. num. 5. & 6.

Chriſtianus quàm excuſabilis ſi non orat, homil 8-. num. 2. & ſi peccator, & Dei inimicus, ibid num. 3. aliorum orationibus ſic fidendum, vt ſimul nos oremus, ibid. num. 4.

Moſes cur tempus orandi in poteſtatem poſuit Pharaonis, homil 87. num. 4. cur Pharao dixit cras, ibid. num. 5. Elias cur Prophetis Baal tempus conceſſit matutinum, ibid. num. 6. Dauid, vt exaudiretur manicabat ad orandum, ibid. num. 7.

Matutina oratio cur Deo grata, homil. 87. num. 8. religioſorum turpis negligentia in penſu ſoluendo, & ad orationem ſurgendo, ibidem, num 9 homines Chriſtiani, & qui curſim orationem ſoluunt, taxantur, homil. 87. num. 13 & 14. diaboli aſtant ne ſolerter religioſi ad matutinas ſurgant preces, ibidem, num. 16. cur Deus ſic matutinam appetat orationem, ibid. num. 23. & 24.

Oratio matutina propè eſt Angelica, homil. 87. num. 25. ex illa Angeli dicuntur aſtra matutina, ibid. num. 26. eorum officium hominem expergiſcere ad matutinam orationem, ibidem, numer. 27. oratio, & præcipuè matutina homines Angelos conſtituit, ibidem, num. 28.

Oratio antelucana ſemper in Eccleſia, homil. 87. numer 29 cur propria Chriſtianorum, ibid. num. 30. cuilibet onus incumbit matutino tempore orare, ibidem, num. 31. matutina infernum terrefacit, ibidem, num. 32. ad impetrandum in oratione tempus neceſſarium opportunum, ibidem, numer. 33. ante lucanæ mirabiles fructus, ibidem, num. 34. vt diſtinguitur à deprecatione, Cap. 18. num. 21. Commentum lit. num. 4.

In illa vox virtutis ex opere, non ex clamore, homil. 106. num. 3. ſancti ad orandum ſummam affectent puritatem, ibidem, numer. 4. cum Ioſuæ, & populus oraut, ibidem, num. 9. in illa quid iubilum, ibidem, num. 10. cum ſacerdotibus & populus orare debet, ibidem, num. 11. impurorum oratio Dei eſt oppreſſio ibidem, num. 12. & 14. Sacerdos orans tanta puritate nitere debet, vt impura pura faciat, ibidem, num. 16. vt noſtra ſit efficax, quid facere debemus, ibidem, num 26.

Tunc vehemens, quando homo infirmior, homil 107. numer 7. paſtores Eccleſiarum illi eſſe deberent, qui in oratione inſtructi, ibid. numer. 8. Moyſes tunc electus à Deo, quando vir orationis, ibidem. num. 9. Vide *Sacerdos*.

Optimus orandi modus beneficia Deo recolere præſtita, Cap. 18. num. 23. Comment. lit. num. 1. & 2.

Oratoria.

Priuatorum abuſus reprehenditur, Cap. 16. num. 28. Comm. lit. num. 6.

Organum.

Eius vſus quàm antiquus, Cap. 19. numer. 15. Comm. lit. num. 1.

Tabula rerum notabilium.

Ortigometra.

Quæ, & quàm delicatè ex illa Hebræi in deſerto paſti, Cap. 16. numer. 1. Commentum lit. num. 6. & 7.

Otium.

Spirituales nunquam ei vacare debent, Cap. 12. numer. 9 Comment. lit. num. 1. eius damnum, ibid. num. 2. ipſum ſemper cum malitia adiunctum, ibid. num. 3. quàm neceſſarius labor, ibid. num. 4.

P

Paleſtina.

CVr dicta terra ſancta, cap. 12. num. 2. Comment. lit. num 1.

Paraphraſis.

Chaldaïca vt mendoſa, & quare, Cap. 17. nu. 9. Comment. lit. num. 2.

Paſſiones.

Aliquibus coronæ, aliquibus confuſiones, homil. 27. num. 1. timor aliquando eſt prudentia, & iuſtitia, ibid. num. 2.

Paſtor.

Boni paſtoris officium non ſuæ, ſed ouium vtilitati intendere, hom. 5. numer. 16. nam alias eſt fur, & latro, ibid. num. 17.

Pater.

Patres Eccleſiæ.

Per Eccleſiæ patres ad fidem ſecurè manu ducimur, homil 13. num. 51. ſunt Eccleſiæ luminaria, ibid. num 52. in ipſis lumen cernitur, ibid. num. 53. Dei fides ex illorum ſanctitate fundata, ibid. num. 54. antiquiores patres in exponendis ſcripturis ſibi ſemper adiunxerunt, ibid. numer. 55. cæterorum Doctorum multitudo gregaria ſanctorum Patrum reſpectu, ibid. num. 58. columnæ ſunt Eccleſiæ à Chriſto exciſſæ, ibid. num. 60. multum differunt à magiſtris, ibid. numer. 61. Eccleſiam lumine fouent ſpirituali ſupernaturali, ibid. num. 63. non impugnandi, ibid num. 71. quomodo eorum ſententiæ deferendæ, ibid. num. 75. nullus impugnandus, nulla eorum damnanda, niſi prius Eccleſia illud damnauerit, ibid num 71. non repudiandi, ſed reuerenter exponendi, ibid. num. 82. & homil. 39. num 22.

Antiquiorum patrum ſenſus ſemper venerandus, Cap 10. num. 2. Digreſſ 1. num. 4. & 5. non venerantes Chriſtum non imitantur, ibidem, num 9.

Patribus nunquam æqualem poſſumus reddere gratiam, homil. 19. num. 10.

Eorum authoritati ſemper ſtandum etiam ſi experientia non adſit, Cap. 11. num. 20. Commentum lit. num. 3.

Nullus maior honor, quam eſſe patrem, homil. 61. num 28. ſolus Deus pater vocari debet, ibidem, num. 29. eorum inſania in filiorum amore, Cap. 15. numer. 11. Commentum lit. num. 3.

Pater æternus.

Plus nos diligit filium iugulando, quàm filius pro nobis iugulum præbendo, homil 19, num. 1. ſi eſſet doloris capax doleret de Chriſti morte, ibidem, num 2. non vult ſaluare mundum ſolus, ſed per filium, ibid. num. 3. quanta eius charitas filium immolando, ibid. num. 5. quàm immenſa Chriſto dedit, ibid. num. 11. omnia Chriſti tormenta vt ei verit in ornatum, homil. 34. num. 39.

Ad terrendos peccatores ſic terribiliter voluit Chriſtum pati, homil. 46. num 28. & 29. cur hodie peccatores ſuſtinet, ibid. num. 37.

Eius cognitio vita, homil. 65. num. 1. Deo maius eſt eſſe patrem, quam Dominum, ibid. num. 2. eum patrem nominare maius eſt, quàm dicere omnipotentem, ibid. num. 3. quàm claritatem ab illo Chriſtus petiit, homil. 65. num. 5. totus eſt ad patrem clarificandum, ibid. num. 6. quantam claritatem ab illo expoſcebat, ibidem, num. 7. totam ad patrem dirigebat cognitionem, ibidem, num. 8. eius cognitio vt vita eſt æterna, ibidem, numer 9. omne datum ab illo, numer 10. ad ipſum ſpecialiter in oratione accurrendum, ibid num 11. inuocatio patris à Chriſtianis ex meritis Chriſti, cum antea ſemper Dominus, ibid. num. 12.

Cur in oratione dominica Chriſtus ſanctiſſimam triadem patris nomine inſigniuit, homil. 65. num. 13. eius nomen quantæ venerationis apud ſanctam triadem, ibidem, num. 14. eſt efficaciſſimum ad impetrandum, ibidem, num. 15. ex eius veneratione Chriſtus prohibuit inuocare patrem ſuper terram, ibidem, num. 16. efficaciter ipſe orans ſemper ab inuocatione patris incepit, ibidem, num. 17. omnis paternitas, vt à prima deriuatur perſona, ibidem, num. 18.

Templum patris æterni tempore Cyrilli extabat, ibidem, numer. 19. Apoſtoli poſt nomen Dei, ſemper & patris addiderunt, ibidem, num. 21. rationes quibus probatur explicitum cultum patri æterno deberi, ibidem, num. 22. & ſequentibus, pater totam ſibi Chriſti vitam appropriauit, & cur, ibidem, num. 36. vt figurari poteſt, ibidem, numer. 44. vt viſus, & myſteria operatus, ibidem, num. 45. eius officium, ibid. num. 46.

Patientia.

Vide *Impatientia.*

Chriſtianorum prælium, homil. 23. num. 35. Dauid ad regnum iterum euectus, quia patienter ſuſtinuit, ibidem, num. 36. maior patientia in quo ſtat, ibid. num. 37. amplior patientia neceſſaria ad verba ſuſtinenda, quàm ad vulnera, ibid. num. 38.

Noſtra hic non ad præmium, ſed ad agonem currit, homil. 31. num 44. Dei malorum cor indurat amplius, Cap. 11. Diſputat, 8. num. 15. ſignum obdurationis ex Dei patientia cor obdureſcere, ibid. num. 26.

Quàm vnice neceſſaria ad gloriam, homil. 51. num. 18. porta cæli, & ſi expanſa eſſet per illam, tamen ingrediendum, ibid. num. 21.

Pauper, Paupertas.

Eſt cauſa vt Dei ſerui principes non timeant, homil. 25. numer. 25. quid Salomon intellexit, quando dixit, djuitias, & paupertatem, hom. 31. num. 35. ſumma paupertas diuitiæ cum auiditate, ibidem, num. 38. Franciſcana à Salomone concupita, homil. 31. num. 42. pauper Dei cælum, homil. 34. num. 1.

Eorum oppreſſio eorum defenſio, homilia 34. numer. 7. Dei prouidentia erga illos eſt

Digitized by C

Tabula rerum notabilium.

prima, ſecunda vero erga diuites, ibid. numer. 5. iiſdem inſtrumentis pauperes defendit, quibus potentes eos opprimunt, ibid. num. 8. potentum vis in pauperes in eorum fauorem Deus armat, ibid. num. 22. ad eos adiuuandos ſi humana non adſunt præſidia, aderunt diuina, ibidem, num. 23. poſt ſuſtinentiam paupertatis, quantum Deus ditet homines etiam in hac vita, homil. 71. num. 16.

Sanctus Paulus.

Vt intelligendus quando de Chriſto dixit, nō rapinam, homil. 11. num. 9. & 10. nulla talis illi conſolatio, quàm præſcientia paſſionum pro Chriſto, homilia 19. numer. 20. eius beatitudo in tribulatione, homil. 23. num. 15. quomodo potuerit ſe maximum inter peccatores vocare, homil. 37. num. 9. patientia Chriſti eum conuertit, ibid. num. 18.

Quando Chriſtum Dominum eſſe eſt confeſſus, homil. 38. num. 13. quid ſignificet illum vas eſſe electionis, homil. 57. num. 14. ex charitate quaſi inſaniebat, homilia 58. num. 20. eius ſtimulus quis, homil. 64. num. 3. vt dicebat ſe colaphizari, ibid. numer. 4. cur vas electionis, homil. 68. num. 45. ex ſanctitate veluti in ſtuporem adduxit Deum, ibidem, num. 46. cur tantum illum Deus effecit, ibidem, numer. 47. datus Chriſto ſocius in gentium conuerſione, ibidem, num. 48. eſt Chriſti Aaron, ibid. num. 49.

Vnde nomina Iamnes, & Mambre acceperit, Cap. 17. num. 9. Commentum lit. numer. 1.

Peccator.

Bona operari negligens fruſtra ſanctos orat; hom. 1. num. 19. dæmonis in eum exprobratio in iudicio grauiſſima quæ, homil. 3. numer. 47. immo & Chriſti querela, ibidem, num. 48. eius conuerſio quàm difficilis, hom. 6. num. 89. facilius vitia, quàm virtutes induunt, ibid. num. 90. peccatoris optimum ſpei motiuum vnde, hom. 10. num. 22.

In die iudicij eos Deus non cognoſcet, hom. 14. num. 14. Dei ſimilitudinem amittunt, ibid. num. 13. duriſſima pro dæmone ſuſtinent, lenia pro Deo recuſant, ibidem, num. 30. omnia ſunt Dei inimica, homil. 26. num. 1. ſunt ridiculi, hom. 30. num. 22. dum tribulationes effugere procurat, in maiores incurrit, homil. 33. num. 1. & ſi maximus erigat ſpes, ibid. num. 25. diaboli eſt filius dum eius mores imitatur, ibidem, num. 28.

Dum alios malitia ſua interficere reputant ſe iugulant, homil. 14. num. 24. dum contra pauperem inſurgit, Deum inſtruit quomodo eum punire debeat, ibid. num. 28.

Cur Deus erga illos mitis, in ſanctos vero auſterus, hom. 85. num. 2. cur magna illi condonat debita, dum à Sanctis minuta exigit, ibidem, num 3. quæ mala ei aduenient dum deſiderium percipit, Cap. 11. num. 17. Diſput. 7. num. 21. voluntariè peccans non æſtimet, quod quando vult à peccato reſurget, ibid. num. 13. quàm ei periculoſum peccare ſpe reſurgendi, ibid. num. 15. ſæpè ad Deum conuertuntur laſſi iam peccare, homil 37. num. 17. nunquam deſperet, ibid. num. 25. quàm ſtupidus, homil. 38. num. 7. iudicium formar ex paſſione, ibidem, num. 8. facilis ad ſuperiorum contemptum, ibid. num. 9.

Vana eius de Deo confidentia ſupprimitur, hom. 40. num. 18. non peccata plangens inexcuſabilis, ibid. num. 19. eius corpus feretrum, ibid. num. 20.

Frontoſitas hodiernorum peccatorum ad ſanctiſſimum adulantium quanta, hom. 40. numer. 26. ſi cito reſurgit quaſi non peccaſſe dici poteſt, ibid. numer. 36. eius impietas alium quàm Deum adorans, hom. 45. num. 31. & 32. quid ei neceſſe vt à culpa præſeruetur, homil. 47. num 39.

Dum flagellatur à ſe miſericordiam potius expetat, quàm à Deo, homil. 48. num. 40. audaces qui, Cap. 12. numer. 17. Comment. lit. num. 12. vocantur ardentes, homil. 50. num. 8. vide mali, vaſa ſunt terrea, ibidem, num. 19. in continuo viuunt timore, ibid. num. 20. eorum oblectamenta ſunt tormenta, ibidem, num. 21.

Omnis eius vita dolor, homil. 50. numer. 23. 24. 25. & 27. Delectatio illi in voce tantum, tribulatio in re, ibidem, numer. 34. & 35. illi Deus gaudia eripit, tanquam iniuſtus poſſeſſor, ibidem, numer 36. non ſinit eos ridere, ibidem, numer. 37. ad eorum ruinam boni cum malis Angelis vniuntur, ibid. numer. 39. recordabuntur in inferno huius vitæ tribulationum, ibid. numer. 40. plus laborant in malo operando, quàm iuſti in bono agendo, ibidem, numer. 41. patiuntur hîc ad inſtar damnatorum, ibidem, numer. 42. ſunt quando reprobi ſine corde, ibidem, numer. 43. hîc mercedem bonorum recipiunt, ibid. num. 44. eorum lætitia ad inſtar puncti, ibidem, numer. 46. in gratiam bonorum proſperantur, ibid. num. 47.

Nullus quantumuis malus de ſalute deſperet, hom. 57. num. 14. poſt Chriſtum natum quo maior eo amplius ſpiritus reſumat, ibid. numer. 25. nunquam de eius ſalute deſperandum, & ſi innumera adſint peccata, Cap. 14. num. 1. Comment. lit. num. 2. tunc eum Deus ſaluat, quando amplius de eius ſalute deſperatur, ibid. nu. 3.

Peccans ſtatim obnoxius ſit pœnæ, Cap. 14. num. 31. Comment. lit. num. 9. ſtultus dum laborat ſine mercede, hom 68. num. 14. non ſunt Domini, ſed latrones rerum huius vitæ, homil. 71. numer. 5. eis conceduntur non vt dominis, ſed vt animalibus ad ventris repletionem, ibidem, numer. 6. eos Deus ditat ob iuſtos pauperes, qui inter eos, ibidem, numer. 18.

Eorum deceptio virtutem faſtidientes, reputantes longam futuram vitam, Cap. 16. num. 8. Comment. lit. num. 2. eis eadem inſtrumenta, quæ ad vitam fiunt ad mortem, ibid. n. 5. peccati malitiam non ante cognoſcit, quàm tribulatur, hom 73. num. 17. & 18. caueat ne dum hîc non audit Chriſtum excitantem, audiat exprobrantem, ibid. num. 9.

Prædamnati ſignum in altero iudicia Deinō expaueſcere, homil. 89. nu. 10. ob id latro malus condemnatus, ibid. nu. 12. tunc obſtinati moriūtur, quando iudicia Dei aſpiciunt, ibid. num. 12.

Tabula rerum notabilium.

cur quando peccatores obſtinati ex tempore occiduntur. ibidem, num.13. deplorati qui dicantur,hom.89. num 21. obſtinati cremantur à Dei iudicijs,ibidem,num.23. quibus Dei iudicium eſt propè,ibid.num.24.

Eorum frontoſitas dum ſeuerè alios reprehendunt ſe non conſiderantes, homil 95.num. 29.eorum cæcitatis cauſa,hom. 92. num.5.peccator ſui ipſius eſt proditor,ibid num.7.contra ſe dicit mortis ſententiam,ibid.num.9. ſtupidus in ſuo occultando peccato, ibid nu.10. in alios eſt rigidus, in ſe mitis, ibid. num. 11. neſcit ſua occultare peccata,ibid. num,12. ex animalibus ſuam poteſt præſagire ruinam,ibid.num 13.animali eſt peior, ibidem,num.14.vano labore finem appetit conſummationis, ibidem,num.16. eius maxima pœna admonenti non credere, ibid num.17.

Nil mali timens peior eſt diabolo,homil. 91. num.18 ſui ipſius eſt accuſator,& iudex,homil. 91.numer.1. velut nolit ſuum tacere non poteſt peccatum, ibidem, num. 3. vox patris eis tonitruum,ibidem, num.5. ignis inferni ſunt pabulum ibidem, num.10. mare indignatur eos ſuſtinens,ibidem,num.12. beſtiæ Dei ſunt vindices in eis, ibidem,num 14. ab illis non offendi miraculum,ibidem, num.15. eius ſocietas etiam iuſtis eſt valde periculoſa, ibidem, num.17. ab ipſis delitijs,ac vbertate premuntur,ibidem,numer.21 & 22. proprie illi competit pauor, ibid. num.24 & 25. à concupiſcentia plus cruciatur, quàm ab aliis pœnis,ibid num. 26.

Diſcant pœnas ad criminum qualitatem taxare,homil.94.num 4 quo magis iram Dei declinat eo magis punitur,ibidem,num.5. fugiens hominum furorem in Dei incurrit, ibid.num.6. oppugnantia loquitur,hom 94.num.13. inanimata contra ipſum armantur,ibidem,num.15.& 16. malè ex ſecreto impunitatem præſumunt, ibidem,num.20.& 21.à Deo animo longè elongantur,ibid.num.22.

Onus eius inſupportabile ſe ante ſe proſpicere, homil. 98. num.1. vnde cogitat Deum ſibi eſſe ſimilem,ibid. num. 2. vt contra illum deus ſe ſtatuit.ibidem,num.3 & 4. ex Dei maieſtate apprehenſa præfocabuntur,ibidem,num.6. & 7. ſibi plus grauis erit, quàm ipſæ inferni tenebræ,ibid.num.12.& 13.

Velit nolit,Deus ante illum peccatum ſtatuet, homil. 98 num.12.gratiſſima relinquet, ne peccatorum recordetur, ibidem,num.17. Iudas,& Phariſæi cur nummos reiecerunt, ibidem,num. 18. quantum refugiunt ſe reſpicere,ibidem,nu. 19.fiunt anentes ex peccati onere,ibidem,num. 20. in continua ſunt commotione, ibid.num. 25. cur Deus bonis illos frui permittit,ibid.nu. 27. cur Cain peccator in Edem Deus expulit, ibidem,num.28. peccatori etiam iucunda moleſtiſſima, ibidem, num. 29. mortuis peiores ſunt,ibidem,num.32. in ſuum malum fœtorem nunc non ſentit peccatorum,ibid. num.33.

Frontoſus cum Deo frontoſus erit cum hominibus,homil 103.num.19. ſibi imputare debet peccatum,ſic vt nec diabolo,hom.105. num. 17. diabolus non ſemper cauſa malorum, ibid. num. 18. quando in manibus traditur diaboli, ibidem, num. 23. eorum ferrea corda non vi, ſed inſpiratione ſcinduntur, homil.107. numer. 24.

Qui peccatores ab Eccleſia, ne ab illa extrahantur defendi debent,homil.108.num.5.

Quàm facilè peccator malas admittit cogitationes,homil.110.num.1.

Peccatum.

Quantum ſit malum,hom.1. num.37.orationem impedit ſanctorum,ibid. eſt partus conſcientiæ amariſſimus, Cap.9. numer. 15. Comment.lit. num.6. per peccatum mentis diſtractio quanta, homil.14.num.19. cæcitas mentis per illud mira, ibid. num.20. ad mortem quale dicatur,hom.20. num.43.& 44.

Ananiæ an veniale, hom.26.num.21. cur ſic dire punitum, ibidem, num 22.& 24. eius peccati grauitas qualis, & quanta, ibid. num.25. & 26.

Originale quid,homil.29.num.43. & homil. 59. num. 24. ad eum delendum principaliter Chriſtus venit, homil.29. num.94. Baptiſmi beneficium magnum ob eius purgationem, ibidem.

Peccandi poteſtas eſt imperfectio, hom.10. num. 13. ſæpè Dei bonitate fit inſtrumentum ſalutis, ibidem, num. 15 perſeuerantia in illo quantum animæ nocius, homil.15. num 18.

Sodomitarum peccata omnia in naturalia, Cap.10.n.6 Comm lit.nu.10. quid eſt eſſe peccatis venundatum,hom.25.nu.16.poſt originale dimiſſum nullam poſt illud reputare remanere pœnalitatem ſumma eſt dementia.hom 35.n.2.

Originale quàm graue,& vnde colligi poteſt, homil. 37. num 2. poſt illud non ſtatim mori, gratia eſt creatoris,ibidem, num. 5. Dei miſericordia, vt eius pondus non in vnum collegit, ibidem, num.4. aſſeritur digniſſime Virginem ſine illo,ibidem,num 5.

Peccati pondus quantum,homil.39.num.1.& 2. & ſi leuiſſimum non committendum ob totius mundi ſalutem,ibidem,num 3. cur Deus in iudicium illo aduocabit,ibidem,num.4. quantum ex ſe peccatum Deum deſtrueret, ibidem, num.6. ſic Deus illud abhorret, vt ſi poſſibile vellet illud non agnoſcere, vnde nec peccatorem,ibidem,num.7. ſicut nec virtutes, nec filium agnouit,quando noſtra in illo, ibid.num. 8.& 9.

Nihil eſt,& in poſitivo non conſiſtit, Cap.11. num.26 Comment.lit. num 1. quantum peccatori timorem incutere deberet, homil. 47. num.13. Oſeæ quale, ibidem,num.40. vnius pœna alterum, Cap.12. num.25. Comment. lit. num. 2. nulla maior tribulatio, quàm ipſum, hom.50. num.1.& 2. iuſtorum ſunt ad ſalutem, iniquorum ad mortem,ibidem,num.5. eius tribulationes ſunt infernales,ibidem,num.6. eius partus triſtis,licet conceptus delectabilis, hom. 53. num.19.& 20.

Venialis pondus,homil 56. num.15.& 16.mulieris refunditur in virum ibidem,num.22. peccata miſericordiæ inſerta,ſemen ſunt miſericordiæ,homil. 57. num. 24. pœnarum eius grauitas vnde elici poteſt,hom.58.num.67.ex malitia Deo odibilia, Cap.15. num.13. Comment. lit. num.6. Dauid peccatum quia ex malitia ſummopere Deo diſplicuit,ibid.num 7.

Originale in paruulis quomodo voluntarium, Cap.16. num.15. Comment.lit. num.1. venialia & ſi omiſſionis duriſſime à Deo caſtigantur, hom. 79. num. 15. cur exprimo tantum Iſrael

Digitized by

Tabula rerum notabilium.

duræ dicatur ceruicis, homil. 89. num. 4 ſæpè ea confiteri, & in ea relabi quàm periculoſum, ibid. num. 6. Sodomiticum grauiſſime cur punitum, hom. 91. num. 8. peccata, quæ ante diluuium quantum temporis durarunt, ibidem, numer. 21.

Fratrum ſilentio ſunt premenda, homil. 91. num. 31. temerarij iudicij vnde originem trahit, ibidem, num. 31. obſcœna quæ, Cap. 17. numer. 3. Comment. lit. num. 1. ad ea tegenda alij ſoli, alij lunæ diuinitatem tribuebant, homil 92. num. 2. & ſi ſecretum deteſtabile. ibidem, num. 4. eius cauſa Deum præſentem non conſiderare, ibidem, num. 9. leuia Deus commemorat, prætermittit grauia, & cur, ibidem, num. 15. in Eccleſijs patrata celerem aduocant ruinam, ibidem, num. 19. dæmones eius pœnam reformidant, ibidem, num. 26.

Ante illud Adam nuditatem non erubuit, hom. 93 num 2. aſperam facit legis obſeruantiam, ibidem, num. 7. amplius torquet impium, quàm carnifex, ibidem, num 8. ex illo mala fortuna, ibidem, num. 9. leue etiam pauorem cauſat, ibid. num. 27.

Non ſemper in hac vita eorum pœna deleri poteſt, homil. 94. num. 7. idololatriæ peccato particularis ſeruatur pœna, ibid. num. 10. eius pœna ineuitabilis, ibidem, num. 11. ſtatim ad Deum accurrit vindictam ex poſtulans, ibidem, num. 19. coruus vt peccatum purgaret panem Eliæ detulit, ibid. num. 17.

Eius pondus vnde maximè elucet, hom. 96. num. 15. Dei dona ſempiterna in hac vita, temporanea efficit, hom. 97. num. 13. eius pondus vſque ad terram animam curuat, Cap. 17. num. 12. Comment. lit. num. 4. tuta eſſe poſſunt, ſed non ſecura, ibid. num. 5.

Eius fœditas ad quantam ſanctos redigebat pœnitentiam, hom. 98 num. 34. illud electi ſemper committunt cum Dei memoria, ſecus præſciti, ibid. num. 36. ob hoc quàm difficilis horum conuerſio, ibid. num. 37. eius memoria, & ſi remiſſi ſemper affligit, ibid num. 38.

Scandali difficile à Deo remittitur, hom. 99. num. 25. contra illa non iraſci eſt eis aſſentiri, Cap. 18. num. 5. Comment. lit. num. 2 Catholici ſi hæreticos vincere deſiderant, peccata deſerant, homil 106. num. 7. prima poſt leges latas peccata dire punienda, homilia 108. numer. 24.

Luxuriæ ſemel confeſſa nunquam in memoriam reuocanda, hom. 111. num. 14. eius pœna remanet, & ſi dimiſſum, ibid. num. 24. eius memoria in cælum lætitiæ cauſa, hom. 112. num. 20. eius materiale quanta diligentia cauendum, homil. 114. num. 9.

Perſecutor.

Non ſibi, ſed patienti melliſluat, homil. 33. num. 26.

Sanctus Petrus.

Fortius nunc regit in cælo, quam antea in terris, hom. 1. num. 32. ſi minima dedit, ex affectu fuerunt maxima, hom 22. num. 129. in monte cur malè locutus, hom. 23. num. 27. cupiebat eſſe cum Chriſto, ſed non per paſſionem, ibid. num. 10. plus omnibus diligebat Chriſtum. ibid. numer. 11. ob hoc ad mortem eum impulit Chriſtus, ibid. num. 12. vt occidit Ananiam, homil 48. num. 34. eius excellentia ſupra Angelicam, hom. 58. num. 84. cur in mari ſubmergebatur, Cap. 14. num. 6. Comment lit. num. 14.

Cur ſic à Chriſto dictus, hom. 8. nu 21. Chriſtum Deum non tantum voce, quantum operibus prædicauit, ibid. num. 22. ex electione Chriſtum Deum manifeſtauit, ibid. num. 23. cur illi dixit Chriſtus, non habebis partem mecum, homil. 8. nu. 46.

Pharao.

Eius politicum conſilium quàm ſtruum, ho. 7. num. 11. eius ſuperbia quanta, hom. 10. nu. 6. typum diaboli, hom. 16. num. 7. indignus vt cum Moſe loqueretur, Cap. 10 numer. 16. Comment. lit. num. 15. vnde cor indurauit, ibidem, num. 17. vnde putauit Iſraëlem fugiſſe, Cap. 10 num. 18. Diſput 4. num. 36. cur Deum non timuit inſequens Iſraelem, ibid. num 37. eius exercitus quàm numeroſus, ibid. num. 42.

Vltimus periit, Cap. 10. num. 19. Comm. lit. num. 5. quæ documenta ex eius ſubuerſione, ibidem, num 6. vnde obſtinatus, Cap. 11. nu. 9. Comm. lit. num. 12. cur è ſeruis vnum liberauit, alterum occidit, & in quo horum peccatum, homil. 35. num 22. cur in prima plaga Moyſen non orauit, ac in ſecunda, Cap. 111. num. 17. Diſput 7. num. 16. cur cras dixit, vt oraret Moyſes, ibid num. 18. quas vrbes condidit, homil. 45. num. 8. cur pueros Hebræorum non gladio, ſed aqua occidi voluit, hom. 94. num. 11.

Cur non occiſus, & ſi primogenitus. Cap. 18. num. 12. Comment. lit. num. 2. in quo eius ſuperbia, hom. 103. num. 1. cur Magos aduocauit, ibid. num. 4. cur ei ante flagella vnum ſignum darum, & iſtud virga in ſerpentem, homil 109. nu. 2. ſigna ei præſtita ad eius condemnationem, ibid. num. 4.

Philoſophia.

Euangelio deſeruire debet, Cap. 10. num. 17. Comment. lit. num. 6. Gradus eius ſcalæ, homil. 19. num. 85. omnes hæreſes ab illa originem duxerunt, hom. 52 num. 27. vnde Philoſophi fiunt hæretici, ibid. num 28. antiqui Gentiles Philoſophi cur inexcuſabiles, Deum non agnoſcentes, Cap. 13. n. 18. Comment. lit. n. 3.

Pythagoras.

An Iudæus, Cap. 11. num. 27. Comment. lit. num. 7.

Plaga.

Ægypti an in tota terra, Cap. 11. num. 9. Comment. lit Diſput. 5. num. 14. quo mundi tempore fuerunt, ibid. num. 15. quanto tempore durarunt, ibid num. 18. quibus Angelis Deus vſus in illis infligendis, ibid. num. 19. & 22. an omnes mulctati, qui in Ægypto, ibidem, numer. 23. 24. & 25.

Initium plagarum cur factum ex aqua, Cap. 11. num 9. Diſput. 6. numer. 26. cur Aaron, non Moyſes percuſſerit aquas, ibidem, nu. 27. quàm acerba plaga ſanguinis, ibid. quot dies durauit, ibidem, numer. 33. cur non omnes ſiti extincti, ibidem, num. 34. Hebræis aqua potabilis, ibid. num. 37.

Aqua in Ægypto quando ſanguinis plaga vnde Magis, Cap. 11. num. 9. Diſputat. 6. num 36. an aqua ab eis conuerſa verus fuit ſanguis, ibid. num. 37. non ceſſauit plaga ſanguinis per Moyſis orationem, ſed per ſe, ibid. num. 38.

Primogenitorum Moyſi reuelata, Cap. 18. num. 5. Diſput. 12. num. 1. quo die à reuelatione

Tabula rerum notabilium.

facta,ibid.num.4. quæ illam præceſſerunt,ibid. num.5. per Angeloseffecta,ibid. num.6. an vnus,an plures,ibid.num.7.& 8. an mali,an boni,ibid.num.9. quàm acerba fuerit,ibid. num. 15. quomodo primogenita occiſa, ibid. num. 14. quomodo omnia,ibid numer.16. fœminæ primogenitæ an occiſæ, ibid. num.17. iumentorum primogenita etiam occiſa, ibid.num.18. omnia etiam idola diruta,ibid.num.19. myſticè quid ſignificet,ibid.num.19. cur per illam media nocte primogenita occiſa,ibid.num.21. per eam impij hæreſiarchæ obumbrantur, ibidem, num. 22.

Plato.

Experientiam ſenſuum negabat, hom.13. numer. 76.

Pœnitentia.

Quantum valet apud Deum,homil.21.num. 29.ſera impiorum nil eis proficit, Cap.10.num. 19.Comment. lit.num.4. eam agere debemus, quia Chriſtus pro nobis eam egit,homil.29.nu. 24.vera à ſummis ignorata Philoſophis, homil. 39 num 10. quid neceſſarium ad veram , ibid. num. 11. Gentiles Deum ignorantes,ſimul & pœnitentiam,ibid.num.12.

Hæretici pœnitentiam ignorantes, & Deum ignorant,homil.39.num.13. ab illa Deus coronatur, ibid. num.14. peccata cum pœnitentia vnguentum Chriſti ſunt, ibid. nu.19. eius principium è cælo,ibid.num.20.eius actus ſupernaturalis intrinſecè, ibid. numer.23. nunquam de peccatore, quamuis duro deſperandum ob vim pœnitentiæ, ibid num.24.

Pœnitentiæ altitudo ex prædeſtinatione Chriſti optime colligitur,homil. 39.numer.26. quia Chriſtus influit pœnitentiam,Deus parcit, ibid.num.27 dæmon ob pœnitentiam peccatores reueretur,ibid.num.28.thimiama pœnitentiæ virtutem obumbrabat, ibid. num. 29. eius actus ſoli Deo debetur, ibid.num.30. peccare non debent homines ob pœnitentiæ reuerentiam,ibid.num.31. Barbarum eſt ob ſpem pœnitentiæ peccare, ibid. num. 32. irrationale ob id mortem non timere, ibid.num.33.

Pœnitentiæ baptiſmus eſt,quæ peccatum delet, homil.40.num.1. veræ conditiones, ibid. num.2. ſanctorum quàm magna, ibid.num.3. quàm reprehenſibilis hodiernorum Chriſtianorum, ibid.num.4. Dauid à pœnitentia ſubmergebatur,ibid.num 5. veræ ſignum, inſtrumenta lætitiæ inſtrumenta efficere doloris,ibid. num.7. ſancti ob eius deſiderium dolores non ſentiunt, ibid.num.9. Iob ob deſiderium maioris pœnitentiæ veſtimenta ſcidit, ibid. num.10. quomodo ob pœnitentiam oculus eruendus, ibid.nu.8. Dauid quando verè pœnitens nolebat viuere,ibid.num 11.ex pœnitentię deſiderio ſancti conſolationes refugiunt,ibid.num.12.deſiderant interfici per Dei manus, ibid. num. 14. ad ſacramentum pœnitentiæ qui ſunt indigni, vt accedant,ibid. num.12.

Niniuitarum expenditur, homil.40. numer. 24 ſic agenda vt peccata ſuperet, ibid.num.25. facilius innocentiam ſeruare, quam veram pœnitentiam agere, ibid. num.27. in aula Regum quàm difficilis vera pœnitentia, ibid. num. 28. ad veram quæ requirebat Ambroſius,ibid.num. 29. non rigidam agens timeat maledictionem pro benedictione, ibid.numer.30. peccatores Deum irridentes ex ſua pœnitentia qui,ibid.numer.31. ſignum falſæ ad vomitum cito redire, ibid.num.31. poſt pœnitentiam molliter viuere cauſa reincidentiæ,ibid.num 33.ſubita poſt peccatum pœnitentia quantum apud Deum valet, ibidem, numer. 38. Ammon occiſus quia poſt pœnitẽtiam viuebat vt antea,ibidem,numer.39. Sancti,& ſi in medio Angelorum, ſemper tamẽ ſpiritum petunt pœnitẽtiæ, ibidem, numer.40. non ſolum nos pœnitere, ſed & noſtra etiam nobiſcum debent,hom.47. nu.10.

Apud antiquos partes quid ſit agere pœnitentiam,Diſput.9.num.14.

Politici.

Eorum peruerſitas in quo, Cap.9.num. 2. Comment. lit. num. 7. eorum error vnde, Cap. 9.num.4.Comment.lit.num.8. quaratione ad gubernandum inepti ſola ratione prædiți humana,hom 7. num.8.

Politicæ finis,hom.7.num.17. malorum Politicorum finis bonum priuatum, ibidem,num. 21. illud eos exæcat,ibidem,num.22.illos ſuamet ſapientia Deus comprimit, ibidem,numer. 28 eorum inuerſio in ſpiritualia ſe introducentes,ibidem,num.3.4.& 35. vt confunduntur illud prætendentes, ibidem, num.41 ſunt inſipientes, ibidem , num. 45. ſemper inconſtantiſſimi,ibid num.48.

Bonus œconomus erit bonus politicus,Cap. 10. num.13. Commentum lit.num.10. cur fidem amittunt,homilia 24 num.62.eorum confuſio.ibidem,num.65. ſumma eorum dementia ob aliena acquirenda,de ſuis periclitari,homilia 67.num.25.

Eorum ſtultitia ſagax vt Deo famulantur, homil.68. num.22. dæmoniaca eſt illa politica, quæ ſuos expoliat, ibidem,num.8. humana tota in extorſione, diuina in ſuauitate, ibid. num. 82.

Politica prudentia inimicos inuiſibiles facit, homil. 68. numer. 115. Iſraël Chananæos non potuit ſubiugare ob politicam prudentiam, ibi. num.116. quàm falſo zelum prætexunt religionis,homil.105.num.9.

Pontifex.

Romanus cur dicatur ſeruus ſeruorum Dei, homil.5.num.50. & 51. eſt proprium eius epitheton, ibidem, numer. 53. quàm antiquum, ibidem,num.54. quanta cautione iura Eccleſiæ principibus concedere debet quando illa petunt,ibid.num.17. qui Reges è regno exturbarunt,homil.25.num.9.

Populus.

Oratione,& prædicatione inſtituendus,Cap. 10. numer. 18. Diſputatione 4. numer. 44. Iſraëlitici ſanctitas quanta , homilia 33. numer. 18.

Iſraëli bis Deus coturnices dedit, Cap. 16. num.1. Commentum lit.num.1. bis carnes expetijt,& quæ differentia inter eas, ibid. num.2. cur in primo deſiderio carnium non punitus, Cap.16. num.1. Commentum lit. num.3. eius conditiones,Cap. 18.numer. 20. Commentum lit.num.7.

Portentum.

Quid, Cap.10. num.16. Commentum lit. num. 10.

Poteſtas.

Spiritualis, & temporalis omnino ſunt diſtin-

ctæ, hom. 7. num. 30. ſpiritualis ſoli, temporalis lunæ comparatur, ibid. num 31. ſpirituali primi debentur honores, ibid. num 32. eius comparatione regia plumbum, dum ipſa aurum, ibidem, num. 33.

Poteſtates ſiue bonæ, ſiue malæ, à Deo ſemper, hom. 8 num. 10.

Præceptum.

Legis antiquæ quantum, Cap. 9. numer. 5. Comment. lit. num. 5. non imponendum imperfectis, homil. 110. numer. 18. cur Deus illud abſtulit de carnibus non comedendis poſt diluuium, ibid. num. 20. quam parci debent eſſe religionis antiſtites ad illud imponendum, ibid. num. 21. Deus præceptum imponens cur non addidit pœnam, ibid. num 22.

Deum diligenti omnia præcepta non amplius ſunt, quàm vnum, hom. 111. num. 18.

Prædeſtinati.

Tantum à Deo in creatione per ſe intenti, homil. 3. num. 21. prædeſtinationis ſecretum rimari obtenebreſcit intellectum, homil. 91. numer. 2.

Dei fautores hic certam Dei non faciunt prædeſtinationem, homil 112. num. 3. nec ſancta vita, ibid. num. 4. quantus ex hoc ſanctis tremor, & ſi Deus eis arrideat, ibid. num. 5. ſanctorum gaudium ex paucitate prædeſtinatorum, ibid. num. 6. ex decies centenis millibus reprobatis in iudicio, vnus, aut alter reſpondebit prædeſtinatus, ibid. num. 7 quam pauci ex Catholicis ſaluantur ſecundum Caietanum, ibidem, numer. 8.

Ob illam ſemper ſancti nouum depromunt canticum, homil. 112. num. 13. liber quem Ioannes vidit, & quem nemo legere poterat erat prædeſtinationis, ibidem, num. 14. ſumma ingratitudo beneficium non agnoſcere prædeſtinationis, ibid. num 15. illud Deus ſupra cætera ſemper extollit, ibid. numer. 16. quantum ex illo ſancti in cælo exultant, ibid. num. 17.

Prædicator.

Hodiernorum turpitudo, homil. 5. numer. 57. eorum feruor vanus, homil. 29. num. 27. malorum pœna, hom 34. num. 4.

Prædicatio eruditione referta, quantum diſtet ab ea, quæ ſacra ſcriptura, hom. 51. num. 33. neruditi prædicatoris vox, ſed mortificati balatus, ibid. num. 34.

Vani, & infructuoſi qui, Cap. 14. numer. 6. Comm. lit. num. 12. leonibus comparantur, homil. 68. num. 53. cur ſemper venerandi, & ſi pungant, homil. 105. num. 12. Vide *Epiſcopus, Prælatus.*

Prælatus.

Vide *Princeps, Paſtor.*

Quando ſacrilegus, hom. 5 num. 24. quando idolum, ibid. num 27. quando malus adorationem aucupatur, ibid. num. 30. eis nec reſpirare conceſſum, ibid num. 31. quam difficilis eorum ſalus, ibid. num. 32. eorum cura quanta, ibid. numer. 40. animalia ſunt Ezechielis, ibid. num. 41. imitentur leones in vigilantia, ibid. num. 47 cur ſtipendia accipiunt, homil. 5. num. 55. ambientes prælationem in quo ordinem peruertunt, ibid. num. 56. ex munere peruersè commodum volunt, incommodum refugiunt, homil. 5. num. 58. intruſi non current cum Chriſto, hom. 6. numer 60. aliqui ex eis electi à Deo, & quando, & qui, ibid num. 61.

Multi prælationem accipiunt, non aſſequuntur, hom. 6. num. 66. Deus eos prouehit, ſed non agnoſcit, ibid. numer. 67. nec populi, ibidem. eorum facta cur à populis iudicantur, ibid num. 70.

Defectus in ſubdito paruum Dei excitat iram, in prælato maximam, homil 8. num. 41. quanta ſanctitate cæteros antecellere debet, ibid. num. 47. & homil. 22. num. 30. cur ex bonis mali fiunt ex prælatione, ibid. numer. 31. Moyſes ſubditus timidus, quando prælatus fortis, hom 25 num. 7. timor eos audaces facit, ibid. num. 2 & quando hoc, ibid. num. 3.

Vnde principes timent, homil. 25. num. 4. ob hoc ſe, & ſua amittent, ibid. num. 5. eorum fortitudo pro ſubditis ſit etiam cum Deo, ibid. num. 6. 7. & 8. eorum fortitudo, & conſtantia tandem regibus æſtimabilis, ibid. num. 10. prælationis onus formidabile, ibid. numer. 20. vnde eius difficultas, ibid. num. 18. Hieremias ob illud officium recuſauit prædicationis, ibidem, numer. 19.

Prælati curam Epiſcopatus alijs relaxantes meretricibus ſunt ſimiles, hom. 25. num. 21. eorum munus, ibidem, num. 22. vnde eis libertas prouenit, ibidem, num 24. vnde eis principum timor, ibidem, num. 26. ſancti Eccleſiæ Dei flumina, ibidem, num. 30.

Qui mori timent ſunt, qui ſe vltro officio ingeſſerunt, hom. 31. num. 30. malus vnde, Cap. 18. num. 27. Comment. lit. num. 1. eius qualitates ſeptimæ, hom 49. num. 20. induant viſcera miſericordiæ, ibid. numer. 23. corrigere debet miſcendo laudes, ibid. num. 28.

Religionis prælatorum error nouitium admittentes paſſiones poſtulantem, hom. 54 num. 38. ſunt pædagogi, hom. 56. num. 1. non reprehendentes, animarum ſunt homicidæ, ibid. numer. 4. improbi acerbitate reprehenſionis culpas ſuas cooperire ſatagunt, ibidem, num. 6.

Ex incuria reprehenſionis ex domo caſtrum facit, hom 56. num. 7. quàm graue eis iudicium aſpere non reprehendentes, ibidem, num. 8. eorum leuis correctio eſt adulatio, ibidem, num. 9. ob eius leuitatem populos Deus deſerit, ibidem, num. 10 & 11. ab ipſis auolat, & vt ſpurios eos habet, ibid. num. 12. & 13. ad inſtar Dei corrigere debent ſubditos, ibid. num. 17. ſit frater in cæteris, ac vt Dominus, quando culpa adeſt, ibidem, num. 21. egregia eis monita ad gubernandum, ibidem, num. 35.

Malus quando oculos habet, & non videt, homil. 68. num 1. oculos habet apertos ad temporalia, clauſos ad ſpiritualia, ibidem, num. 3. eorum figura Ezechielis animalia, ibidem, num. 4. toti ſint oculi, ibidem, num. 5. cibus, quem ſuis præbere debent qualis, ibidem, num. 6. cæci erunt ad ſubditos, ſi prius ad ſe oculos non habuerint, ibidem, num. 7. vnde euenit poſt Chriſtum illos cæcutire, ibidem, num. 9. mali ſunt non quomodolibet cæci, ſed ſtolidi, ibid. num. 11. eorum ſtoliditas vltra vires, ſe in diem onerare, ibid. num. 15.

Sacrilegium eſt illis, præter victum, & veſtitum aliquid ad pompam inſumere, homil. 68. num. 16. mali ſæcularibus curis diſtracti, nil

Tabula rerum notabilium.

aliud prælati niſi veſtitum obtinent, ibid. num. 17. eorum deplorandus ſtatus, ibid num. 18. eorum illa miſeria, vt ad bonum operandum neceſſarium, vt eos ſtolidos Deus reddat, ibidem, num. 19.

Malis in obliquo Deus vtitur, homilia 68. num. 21 oculos non habent, quia dormitant in officio, ibid. num. 23. quantum ob hoc Dei Eccleſia detrimentum patiatur, ibid. num. 24. licet in Eccleſia aliqui ſint mali, tamen inter hæreticos omnes, ibid. num. 25. eorum proprium munus vigilantia, ibid. num 26. eis dormientibus mors immunet æterna, etiam ſi virtutibus ſint referti, ibid num. 29 multi ſaluantur, qui prælationes renuntiarunt, alias non ſaluandi, ibidem, num 31.

Eſſentialis conditio eorum aptitudo ad prædicandum, ibid. num. 33. vnde in prælato prædicandi neceſſitas, ibid. num. 34. Dei Eccleſia non ſplendet, quia prælati in ea vt plurimum non Theologi, ibid. num. 35.

Indignares à ſæcularibus, quæ ſunt prælatorum muneris ab eis iudicari, homil. 68. num. 37. 38. & 39. prædicandi munus Timotheo Epiſcopo Paulus ſub obteſtatione inhibuit, ibid. numer. 40. ſub pœna mortis tenentur prædicare non impediti, ibid. num. 41. ex ſe ſunt prædones, ibidem, numer. 43. Deus eligens Epiſcopos ſtatim prædicatores facit, homilia 68. numer. 44.

Mali de dignitate honorem præeligunt, laborem alijs committunt, ibid. num 50. virga vti non niſi coacti debent, ibid. num 51. per ſaltum promoti quale de eis iudicium, ibid. num. 55. cur ab eis Deus verbum aufert prædicationis, ibid. num 56.

Eſt idolum quando eleemoſynas non erogat, ibid num. 58. tantum neceſſaria illis attributa ex redditibus, ibid. num. 59. pauperes cur à Deo electi, ibid num 60. non erogans duplex ſubibit iudicium, ibid. num. 63 pudendum illis diuitias ambire, ibid. num. 64. quando auari ſimiles ſunt Iudæ proditori, ibid num. 61. iſte cur de nummis dixit, vt egenis darentur, & non Chriſto, ibid. num. 67 pauperes illi ſeruiunt, quando auarus ad ſuam palliandam auaritiam, ibidem, num. 66.

Sub mortali præter congruam tenentur cætera pauperibus dare, ibid. num. 68. eſſentialis ratio cur Prælati Epiſcopi eleemoſynas dare debent, ibid. num. 72. mali non ſimpliciter oues, ſed occaſionis poſſident, ibid. num. 76. Deum iniquè benedicunt pro diuitijs, ibid. num. 77. ſic ab ouibus accipere debent vt eas diteſcant, non expilent, ibid. num. 79. malorum eſt ad inſtar diaboli oues expilare, ibid. num 80. eſt idolum malus, qui ab expoliatione principatum aucupatur, ibidem, numer. 85. ad ignominiam ſordis aliquando oues expoliant, ibidem, numer. 88.

Mali cur duri ſemper corde, & ferè inconuertibiles, ibidem, numer. 89. diminuta in eis ſcientia ſpiritualium potius eis ad duritiam, ibidem, num. 91. obdurantur ſicut Pharao ob auaritiam, ibidem, num. 92. & 93. auari obſurdeſcunt ſicut Balaam, ibid. num. 97. cur eis hoc euenit, ibid. num. 98. facilius mali prælati indurantur, quàm ſæculares, ibidem, num. 99. eorum conuerſio quando auari miraculum, ibid. num. 103.

Mali vt abeunt in regionem longinquam, ibidem, numer. 105. ex ambitione fiunt ſurdi ad Dei monita, ibidem, num. 106. lingua prædicatorum eis barbara, ibid. num 107. quando malus obedientiam amittit ſubditorum, ibid. num. 109. in pœnam ſuæ ambitionis obſurdeſcunt, ibidem, num. 110. aures non habent, quia potentum peccata audire diſſimulant, ibidem, numer. 113. ob hoc fiunt eis inimici, ibidem, numer. 114.

Eis neceſſaria diſſimulatio prudens, ibidem, num 117. quando imprudens cauſa amiſſionis religionis, ibidem, num. 118. diſſimulatione prudenti humana vſus Aaron populum perdidit, ibidem, num. 119. à prælatorum diſſimulatione miſer ſtatus Eccleſiæ, ibid. num. 120.

Mali equis abundant, ibidem, num. 121. infandum facimus per ſe non viſitare, ibid. num. 122. & 123. per ſe ipſum tenetur, ibidem, num. 124. & 125 quale eſt legitimum impedimentum eos excuſans, ibidem, num. 126. graue eis iudicium imminet negotia tractare ſæcularia, & in curia degere, ibid. num. 127. principibus graue imminet iudicium Epiſcopos à ſuis ouibus abſtrahere, ibidem, num. 128. vſque ad ſanguinem eis incumbit, ne oues deſerant, ibidem, num. 129. quæ cauſæ erunt legitimæ vt ab ouibus abeant, ibidem, num. 130.

Gregem derelinquens idolum, homilia 68. num. 131. tenetur per ſe viſitare, & cur, ibidem, num. 132. & 137. ad inſtar Dauid circuire diœceſim debent, ibid num. 134. omnibus debet eſſe communis, ibidem, num. 135. Epiſcopalis cura intrinſecè petit viſitationem, ibid num. 138. ex eius dimiſſione, Eccleſia in infelici manet ſtatu, ibid. num. 139. vnde eis tanta viſitationis negligentia, ibidem, num. 140. efficax ratio cur tenetur per ſe Epiſcopus viſitare, ibid. num. 141. eius viſitator ſemper mercenarius, ibidem, num. 142. 143. & 144.

Mali quale fœdus cum diabolo conſtituunt, homil. 68. num. 146. vt ſe decipiunt poſſe diœceſi conſulere non per ſe viſitando, ibid. numer. 148. Epiſcoporum viſitatores locuſtæ, ibidem, num. 150. quantum iudicium ſubeant per ſe non viſitando, ibidem, num. 152. eorum tempus eſt faciendi, non iubendi, ibid. num. 153.

Cum quibus diſpenſari debet in regulari obſeruantia, Cap. 16. num. 8. Comment. lit. num. 7. & 8. prælationes fugiendæ, quia populus gubernandus, Cap. 18. num. 20. Comment. lit. num. 1.

Primitiæ.

Quæ, & quomodo etiam erant ex auro, homil. 9. num 10. quæ Deus vult vt ab homine offerantur, ibid. num. 11.

Princeps.

Peccatorum principum vilis conditio, & cur, homil. 3. num. 24. ſuperbus eſt à dæmone, & ad dæmonem properat, homil. 4. num 19. humilis diuinus, ibid. num. 20. eorum deſideria à ſuperbia diſſipantur, ibid. num. 28.

Sit humilis, non vilis, homil. 4 num. 37. cordis ab eis præcipuè expoſcitur, ibid. n. 38. ex felicitate homines eſſe obliuiſcũtur, ibid. n. 39. quomodo humilitatem exercere debent, ibid. n. 40.

Tabula rerum notabilium.

Princeps ſeruus,non Dominus,homil 5 num. 10. in quo boni,& mali Chriſtus poſuit diſcrimen,ibidem,num.11 fur non princeps, quando per ſè gubernat,ibidem,num.21. proprium eius præmium honor,ſi amplius quærit,fit tyrannus, ibidem,num.23.quando in regimine Deus,quãdo idolum,ibidem,num.25. boni non portantur,ſed portant ſubditos,ibidem, num. 26. eorum virtutes in vitia facilè commutantur, ibid. num.33.particularis iuſtitia eis non ſufficit,ibid. num.34. contra eos miniſtrorum iniuſtitiæ ſtabunt,ibidem,num.35. ignorantia non eos excuſat,ibidem,num.36. vigiliæ eis præceptæ, ibid. num. 37.

Gentiles vnde eorum æſtimationem aucupabantur,homil.6.nu.72. princeps deterius contemnitur,quàm odio habetur, hom.7.num.41. Deus blaſphematur quando non ſancti, hom.8. num.15. ſicut glorificatur quando ſancti, ibid. num.16.

Eccleſiaſticis peculiariter deberur ſanctitas, hom 8. num. 44. diuitiarum primitias Deo dare debet,hom.9 num 9 eorum ſignum prædeſtinationis, quando in Eccleſia munificentiſſimi, ibidem, num. 11. ſignificantur per Cedros Libani,ibid.num 12. quando ab Eccleſia auferunt, eorum regna deſtruuntur, ibidem, numer. 15.

Eccleſiam grauantes non ſolum temporale,ſed æternum amittent regnum, homil.9. num.16. terribile de hoc exemplum,ibid.num.15.& 18. à ſancta ſede non accipiunt,ſed extorquent clericorum grauamina,ibid.num.20. ſunt eis bona Eccleſiæ lethale venenum,ibidem,num.21. Eccleſiæ dantes ſuam redimunt animam, ibidem, num.23. dum Eccleſiæ dant, ei ſunt debitores, non creditores,ibidem, num.24. cur primo negata,poſtea concedunt,ibidem,num.31. Eccleſiæ dantes Deum ſibi debitorem conſtituunt, & cur,ibid.num.32. eorum effuſiones in Eccleſiam,ibidem,num.34. quando inſaniunt reputantes ſe à ſeipſis factí,hom.10.num.7.

Proprium eius præmium quale,hom 11.num. 20.tributa non ſunt eius præmium, ibidem,numer.21. ſi pro præmio aliud petit,quàm honorem fit tyrannus, ibid.num 22. honorem Dei prætexentes honorem illis Deus confert, ibid. num 23.

Chriſtiani principes vnde ſæpè ſua infeliciter gerunt negotia, Cap.9.num.13. Comment. lit. num. 14. ex Philone aurea eis præcepta quæ. Cap.10. num.19 Commentum lit. num 7. per ſe gubernare debent, niſi peſſum omnia ire deſiderent,ibidem, num. 8. quos miniſtros eligere debent,ibidem, num. 9. cur ei tributa dantur, hom.14.num.48. naturaliter peccat non laborando in regimine,ibid num.50.

Principes quando publici peccatores vt tractandi,hom 25.num.14 cum reuerentia admonendi,ibidem,num.17.de bono falſam ſæpè induunt opinionem, Cap.10.num.18. Diſput.4. num 41. hæreticorum armis cur ſæpè vincantur,Cap 10.num.19.Comment. lit.num.10. vt habeant Deum propugnatorem,quid agere debent,Cap.10. num.19.Comment.lit. num.12. ſi in bello victor eſſe cupit, cum Deo ſe iungat, Cap 10 numer. 21. Commentum lit. numer.5. ſummis conatibus procurat dæmon eum peccatorem efficere,hom.30.num.1. peccatores ex bonis fiunt, ob malitiam populi, ibidem,num. 2. quàm procliues ad ſuperbiam, ibidem,numer. 30.

Eorum inſania in nominum inſignium nomenclatura,hom 30.num.4. eo ſancto non addet Deus populum punire, ibidem, numer. 10. parua eius peccata populum conſumunt, ibid. num.11. caueant ſibi iura aſcribere Dei,ibidem, num 15. ei duplex ſanctitas neceſſaria, ibidem, num.17. quando non ſancti populos experiuntur rebelles,hom 30 num.18. cur princeps Moſes in Ægypto populum ſibi ſubijcere non valuit,ibidem,num.19. quando peccatores, ridiculi,ibid. num. 21. ob eorum paruam virtutem ſanctiones non obſeruantur, ibid. num. 20. ob malum miſericordiam Deus in populos non effundit,ibid num.24. immo ab eis ſe elongat ora claudens orarium,ibid. num.15.

In quo caſu bonis poſſint vti Eccleſiaſticis, hom 32. num. 22. ab Eccleſiaſticis exactiones eruere, niſi præſentanea ſit neceſſitas,iniuſtum, ibid.num.24. ſic Deus eis regna dedit, vt in eis ſua eſſet pars,ibid. num 25. ſimul Pontifices,& reges eſſe non poſſunt,ibid.num.26. ei ſolemne ante victoriam ſpolia Deo vouere, ibid. num. 27. hodiernorum indeuotio de hac re, ibid. num.28. Dauid omnia inimicorum ſpolia Deo conſecrauit, ibid.num.29. ex poteſtate ſibi tradita non ſuam, ſed Dei gloriam exquirere debent,hom.33.numer.2.malè agunt dum permittunt ſacerdotes coram ſe genua flectere,ibidem, num.3.& 4.ſuper ipſos dignitas eſt ſacerdoralis, ibidem,num.6.quanta Conſtantini magni erga Dei ſacerdotes reuerentia,ibid. occiſi iuſto Dei iudicio aliquando per beſtias manſuetas, Cap. 21.num.20. Comm. lit. num. 1. eorum corona clementia,Cap.21.num.24.Comment.lit.num. 2. eius partes putare potentiam habere ad ſeruandum non perdendum, homil.38.numer.2. eius ſæpè debent obliuiſci,ibidem,numer.3. ab hominibus amorem, ab animalibus terrorem exquirere debent,hom.42.numer.25. quando Eccleſiaſtici principes principatum ſpiritualem in temporalem commutant, homilia 48. numer.18.

Delicta non punientes ea ſtatuunt, homil.46. num 48. Deum imitantur Marcionis, ibidem, num.49. antiqui inſani,dum ſe deos, & dominos nominabant,hom.48.num.4.coloſſis ſimiles.& cur, ibid.num.6. in quo eorum maieſtas poſita,ibid.numer.7. benefici, ſed non ex ſuo, ibid.num 11. eorum exactiones ipſis infeſtiores inimicis,ibid.num.12.cur bona, & timorem expetant à ſubditis,ibid.num.16. eorum imagines nunquam cum Dei imagine, ibid.num.15. qui Dei ſunt cordi, homil.48. num.41. vecors ille, qui non ipſe ducit, ſed ducitur ab alijs, homil. 55.num.24.Deum amicum habeant,& inimicos non timeant,Cap.16. num.9. Comm.lit.n.16.

An renitentibus populis poſſint tributa imponere, Cap.16,num.16.Comm lit. num 14 & 15. qua iuſtitia ad ſe Deum attrahant, hom.90.n.1. ſine Deo inermes,ibid.num.4.quàm durum eorum imperium contra pauperes, ibid.num.6.

Princeps Abimelec vnde intellexit Deum non ſecum,ſed cum Iſaac,hom.90.nu. ſemper ſe minus poſſe penſitet,ibid.n.7. Regem eſſe nõ multum,ſed multum eſſe Catholicum, ibid.nu. 8. in nullo ſic Deo placent, ac in ſuæ potentiæ

Tabula rerum notabilium.

restrictione,ibid.numer.9. violentos Deus abhorret,ibid. num 10. qui sint eorum consiliarij stultissimi, ibid. num. 11. quantum apud ipsos valeant aulicorum successiones,ibid. numer.13. quanta acceleratione isti pauperem depilant ob eorum seruitium,ibid. num.19. eorum onus semel impositum nunquam dimittitur, ibid.n.16.

Qui sint, qui in cathedra sedent iniquitatis, homil.90. num.20. vt pauperes expolient iniurias fingunt,ibid.num.24. vt ad summam deueniunt tyrannidem,ibid.num.25. eorum genium quale,ibid num.26.

Achab occisus deceptorie, quia deceptorie occidit,homil.90.num.27. regnum perdidit sua volens recuperare,& cur, ibid. num. 28. nunquam bonos cum malis punire debet, hom. 97. num.15. quales se cum subditis præstare debent,homil 98 num.5.

Eorum assentatores crudelissimi,homil.99. nu.5. tunc demoliuntur,quando extrema contra Dei seruos intentant,Cap.18 num. 5. Comment.lit. num.5. eorum superbia quàm inflexibilis nolentes recognoscere superiorem, hom. 103. num.2.

Christiani principes clerum, summumque pontificem superiorem recognoscere detrectantes, vt Pharao flagellabuntur, ibid.num.3. eorum rapacitas, & auaritia ad falsos eos recurrere doctores impellit, ibid.num.5. ex ea quam obstinati reddiuntur ad veritatem credendam,ibid. num 6.

Principum auaritiæ propriè typus ficus, homil.102.num.7.quales illi requirunt Doctores,ibid num.9. Deo inobedientes inobedientia plectentur subditorum,ibid.num.15. vt animalia eos obtinebunt,& cur,ibid.num 16. vnde eis subditorum rebellio,ibid.num.19. & 20. vnde illis necessarium arte, & coactione subditos regere,ibid.num.13. vt grauare debent subditos, ibi n.17. nisi Deo obedientes sint morte plectétur ignominiosa, ibid.num.18. eorum superbia, & frontositas cum Dei seruis,ibid.n 20. eo peccante sacerdotes plectuntur,& cur, ibid.nu.21.

Multis vita ad tormentum datur, homil. 103. num.23. pertinacia eis,quasi connaturalis, ibid. num.24.in vita à Deo torquentur aliquando,& cur, ibid. num.25. eorum crudelitas quos parit effectus, ibid num.26. eorum frontositas cum Dei seruis vnde, homil.109. num.17. passionibus obruuntur,homil.110. num.7. eorum adulatores vt eos perdunt,ibid.num.8. est regni vasallus,ibid.num.9.

Prodigium.

Quid,Cap.10.num.16.Comm.lit. n.11.

Prouidentia.

Dei summa in inuocatione Sanctorum, homil.1.num.46.est verus mundi sol,Cap.10. nu. 10.Comment.lit num.7. nil in ordine ad illam fortuito euenit,ibid.num.9.

Prudentia.

Supernaturalis necessaria ad regnum gubernandum temporale,Cap. 9. numer. 13.Comm. lit.num.8. eius defectus radix omnium malorum,Cap.9.num.14.Comment.lit.num.12.

Psalmus, Psalmodia.

Psalmodia omnem continet orationis modũ, homil. 28.num. 1. vim Deo affert ad impetrandum,ibid num.2.Christiani in vnum psallentes phalanges sunt,ibid.num.3. propriissime oratio dicitur communis,ibid.num,9.cælum commouet,ibid.num.10.vincula rumpit, ibid.num. 11. prodest non solum psallentibus, sed etiam audientibus,ibid.num.12.Apostolis quàm intima, ibid.num.13.quàm efficax, ibid.num.14. in magnis beneficijs Deus semper psalmodiam inspirauit,ibid. verba,& animos coniungit ad Deum laudandum,ibid.num.15.vbi feruet,feruet charitas,ibid.numer. 26. est perseuerantiæ in bono fundamentum,ibid. num.17. per eam custoditur religionum obseruantia, ibid. num.18. est anima omnium mysteriorum,ibid.num.19. nil sic dignè præparat ad celebrandum, ibid.num. 20. in ea omnium passionum medicina, ibid. num. 21. cur ipsa in omnium corde præcipuè, ibid.num.22 ea diuinitus Dauid statim, ac Rex instructus,ibid.nu.23. cur dicatur cythara, ibid. num.24 qualem cordis recollectionem postulat,ibid.num.25. bonæ cogitationes, & si extraneæ non reijciendæ,ibid.num.26. quare deuotè psallendum,ibid.nu.27. quantum malum distractè canere,ibid.nu.28. vt purè psallamus, puri simus ante psalmodiam,ibid.num.29.

Tres nocturni per tres vigilias noctis,vt continuè esset psalmodia distinguebantur,hom.28. numer.51. chorus in primitiua Ecclesia institutus,ibid.num.30. cur per horas psalmodia distributa,ibid.num.32.

Instituta vt inter epulas cor ad Deum subleuetur,ibid. num.39. & vt hæretici scindantur, ibid.num.40.cur istis sic infensa, ibid.num.41. inuenta vt dulciter è vita anima exeat,ibi.n.42.

Pulchritudo.

Dei ex pulchritudine creaturarum concipi potest,Cap.13. num. 5. Comment.lit. num.2.

Rana.

QVales fuerunt in Ægypto, Cap.11.num.17. Disput. 7. num. 7. quantum earum plaga acerba,ibid.num.8.vnde tanta eius vis,ibid.numer.9. quomodo tam citò per totam Ægyptũ, ibid. num. 10. eas producere potuerunt Magi, sed non tollere,ibid.nu.12.quid mysticè significent,ibid.num.20.& deinceps,quàm multiplex earum vis,hom.62.num.2.cur illis Ægyptij percussi,ibid.num.3.

Ratio.

Illi sæpè standum, & ex ipsa eruenda veritas, quando occulta,homil.59.num 3.

Regnum, Regimen.

Regimen spirituale summis conatibus fugiendum,Cap.9. num.7. Comment.lit. numer.10. Chrysostomi pulchra similitudo eius rei, ibid. num.11. carnales cur illud recusantes incusant, ibi.n.12.ad illud vltro se ingerere temeritas, ibi. n.14.regnandi libido venenum,ibid.num.13.

Regiminis spiritualis difficultas vnde, Cap.9. num.13.Comment.lit.num.3. minimus qui dicatur in regno cælorum,homil.20.num 25.

Palestinæ regnum quàm parvum,hom.14.n. 28. in illo plures Deo dicati,quia nunc in Ecclesia,ibidem,num.29.

Nimia seueritas in regimine potius obest,quàm proficit,Cap.12. numer. 2. Comment.lit.nu.4.

Pereunt regna, quando sacra prophanantur, homilia 90.num.39. eius destructio mera politica ratio,homil. 93.num.20.

Reliquiæ,

Digitized by C

Tabula rerum notabilium.

Reliquiæ.

Sanctorum torquent dæmones, hom.1.n.51.

Religioſus.

Dormiat in lecto ac ſi in cruce cum Chriſto, hom. 5.n. 49.otioſam eſſe gentẽ ſenſus impius, hom.14.n.18.& 19.neceſſarij ad bonũ politicũ, ibid.n.23.religioſi plures pauperes alunt, quàm ſęculares,ibid.n.25.querela de eorum cælibatu, vt confunditur,ibid.nu.27. ob eos Deus ſeruat Chriſtianos,hom.24.num.31.eorum multitudo eſt cauſa, vt cæteri non pereant mali Chriſtiani, ibid.num.34.

Ignobilium vanitas,& præſumptio ploranda, homil.26. num.27. Religioſa paupertas quàm diues,Cap.11.n.2.Com. lit. n.7. multoties pauperie conſumuntur,quia ingrati, ibid.nu 8. cur aliquando diuitiæ eis in pernitiem,ibid. n.10.

Tepidi ad interitum aduolant, & qui ſint,cap. 11. num.3.Comm. lit. n.10. nouitios exturbare vt Deus caſtigat,ibid.n.8.qui corde apoſtatę ſecundùm Bernard.ibid.num.11. tepidi fingentes dolores, vt obſeruantiam deuitent incendio digni,homil.31.nu.16. ſicut & qui vitia virtutum pallio fingunt,ibid. num.15.

Malorum in die iudicij tormentum, & pœna, homil.35.n.19.eorum crux terribilis, ibid.n.18. multi condemnantur ex negligentia obſeruantiarum, ibid. n. 24. religionis labores ob quod ſuſtinentur,ibid.num.25.

De obſeruantijs murmurans omni ſupplicio dignus,homil 51.nu.6. cur defatigationem fingunt,ibid.num.7.

In religione eſt labor, & tribulatio,& in quo differunt,homil.51. n. 8.& 9.graues religioſi vt ſe erga ſuos gerere debent ſuperiores, homil.56. n.17.eorum tepiditas vnde,& cur de obſeruantia cauſantur, cap.16.n.8. Comm.lit.num.4.

Sunt Martyres, & religio Martyriũ, hom. 82. numer.5. religionis Martyrium,& perfectionis libenter ſuſtinendum ob gratitudinem Deo debitam,homil.86.num.16.

Quantum timere debent,dum dignos non faciunt fructus, hom.89.nu.16. vnde eis prouenit arbores eſſe ſteriles,ibid.num.17.qui ſint qui in Cathedra ſedent iniquitatis,homil.90.num.19.

Religioſorum ſuperabundans numerus religionis ruina,hom.91. n. 23 ſenſus ratione ducti principum aulas petunt,hom.93.n.19.obedientiæ reſiſtens ſub prætextu orationis, non orationem,ſed dormitionem inueniet, hom.98. num. 24.vnde vagantur, ibid. num.26. radix eorum, & religionis deſtructionis vnde, ibid.num.31.

Quàm vanè de habitu gloriantur,non religioſè viuentes,Cap.18.n.21.Com.lit.n.2.virga vna pro magno vulnere in illis reputatur,ibi.n.3.religionum ruina, quia ſelecti tantum non admittuntur ſed coacteruatim,homil.107.n.10. cur vt Angeli non viuunt,ibid.n.14. quãtum illis periculoſum de delectationibus loqui carnis, hom. 109.n.14. foris ſuæ religionis defectus pandens maledictus à Deo,ibid.num.20.

Reprobus.

Peccati fructus,homil.3.num.22.ſuperſtui in rerum natura, ibid. num.25. iumenta non homines,ibid. num.26. eorum verum ſignum, ac prædeſtinatorum,homilia 37.num.11.

Reſignatio.

Quam præclara virtus, Cap.14.n.6.Com,lit. n.3.omnis noſtra exaltatio ex illa,ibid,n.5.ſumma hominis pœna illum Deum relinquere in manibus conſilij ſui,ibid. num.4.

Veræ fructus,Dei ſcire voluntatem, Cap.14. nu.11. Comm. lit.nu.9. non decipietur etiam ſi conſulens homo virtutis,qui eſt reſignatus,ibid. n.10.altiſſima quo peruenire debet, ibid. n.13.

Reſpublica.

Popularis quæ dicitur,Cap.10. num.14.Comment. lit. num.10.

Reſurrectio.

Chriſti debetur ſepulturæ,hom.4.n.26. cur eã aliqui credere noluerunt, homil.61. numer.7.

Reuerentia.

Quid,Cap.12. num.19.Comment. lit. n.4.

Rex.

Tria ad regimen ei neceſſaria,Cap. 9. num. 3. Comm.lit.n.2.ad cupiditatem inſumunt regna, hom.7.n.13.in Dei libris ſic ſcribentur ac ipſi in ſuis populos,ibid. à Deo conſtituuntur, & ſi ab hominibus eligantur, Cap. 9. num. 7. Comment.lit.num.1. omni reuerentia digni, & mali, ibid. num. 2. ad ſanctitatem cur teneantur, ibidem,num.3. ſubditorum ſint patres,ibid.nu. 5. antiquitus ſic vocati, ibidem,num 6. qui bona non proſpiciunt ſubditorum,non patres, ſed hoſtes,ibidem,num.7. vt ſic ſemper in periculo verſantur,ibidem,num.8.

A Deo verè dati,hom.8. num.15.vnde ſe animare,& politicorum rationes reſpuere debent, ibidem.num.31. eorum ſuperbia vt refunditur à Chryſoſt.ibid.numer.32. ſint ſancti,ne dicatur eorum electio permiſſa à Deo, hom.8.num 34. quando mali ſunt ſpurij non naturales,ibid.numer. 35. dantur ad exigentiam populorum, ibid. num 36.

Moabitarum Rex cur filium immolauit,hom. 19. num.7. Regum amicorum ſtatus infeliciſſimus, Cap. 10. num. 14. Comment. lit. num.5. impiorum regum conditio, hom.24.num 13.Ieroboam rex cur Eliam Prophetam iuſſit conſuli,& non ſuos fallos,hom.25.num.11. regendum prudentia,& conſilio ſicut Deus regit, Cap.10. num.17.Commentum lit.num.13.

Rex Nabuchodonoſor cur ſic terribiliter punitus,hom.27.num.9. in eorum aulam antiquitus capitale meretricem introducere, homil. 30. num. 24. purpuratorum in regum aula degentium vita infelix,hom.31.numer.24. omnis eorum ruina,quia immortales ſe æſtimant,ibid. num.21.

Ius Regium Samuëlis quale, hom 32.num.20. ſuperbia pauperes opprimentes eadem ſuperbia eos opprimant,hom.34. num. 38. eorum genitos peccare non deſinere niſi flagellentur, Cap. 11.num.17,Diſput.7.num.17. eorum pœna non dolentium de ſubditorum miſeria,regni priuatio,ibid.num.18.& 19.

Niniuitarum cur ieiunium etiam beſtijs indixit,hom.47.num.10. mortuo ſimilis, qui ab eo non honoratur, ibid.num.11. non æſtimandus, quando Dei occurrit præceptum,homil.66.nu. 60. pereunt ob ſua recuperanda aliquando, & cur,hom.90.num.29. Iudæi cur dixerunt Chriſtum ſe facere Regem,ac ob hoc Cæſari contradicere,ibid.num.30 eorum ſymbolum ficulnea, & cur,ibid.num.34. ſunt prædones, ibid.num. 32. ſuos abhorrent videre ſubditos, ne aliquid ab eis petant, ibid.numer. 32. eorum miniſtri quàm errenee diſcurrunt omnia regis eſſe

Tabula rerum notabilium.

affirmantes, ibidem, numer 35.

Æterni sunt, quando profusi, hom. 90. num. 40. inaniter illud faciunt, quando in suis sustinent peccatores regnis, homil 98. num. 23. Christiani adulterantes peiores Pharaone, homil. 99. numer. 20. eorum genium subditis imponere, ibidem, num. 21. vt Deus ab eis blasphematur, ibidem, num. 16.

Saül Rex populares tenebat conditiones. Dauid diuinas, & cur, ibidem, num. 28. qui vulpes, qui leones, homil. 110. num. 13.

Rhinoceros.

Duo habet cornua, homil. 2. num. 76.

Romani.

Vexilla ab illis adorabantur, homil 18 nu. 17. quid eorum vexillum, ibid. num. 26. pro illo iurabant, ibid. num. 28.

S

Sacerdos.

CVr super humeros gentiles sacerdotes deos portabant, homil. 5. num. 28. quàm indignum vt sæcularibus seruiant, homil. 14. num. 44. olim prohibitum, ibid. num. 45. eorum terram cur non emit Ioseph, ibid. num. 57. Vide *Princeps.*

Solis sacerdotes in illum totam suam refundebant gloriam, hom. 35. num. 32 cur in summi sacerdotij veste tintinnabula posita, homil. 68. num. 42 hodiernorum miserabilis conditio, homil 85 num 25. ambulones esse mulierum quàm indignum, ibid. num. 26. mali sunt in causa, vt indignè Sanctissimum recipiatur, ibid. num. 27. eorum exemplum quàm efficax, ibid. num. 28. opus, non dignitas eos saluat, hom. 106. num. 1. impuris inhibetur oratio, ibid. num. 2. 3. & 4. oraturus non popularis debet esse vitæ, ibidem, num. 8. à malis omnis in republica ruina, ibid. num 17. impurus non sacerdos, ibid. numer. 18. ex mulierum conuersatione non sacerdos redditur, ibid. num. 20 quantum eis harum conuersatio vitanda, ibid num. 22. sint speculum, ibid. num. 25. vt in oratione impetret debet esse à mundo distractus, ibid. num 24. impurus, & si oret peribit, ibid num. 27.

Eorum propria arma quæ, homil 107. num. 1. ad pugnandum Moses non descendit, sed ascendit ad orandum, quia sacerdos, ibid. num. 17. eorum oratione bella vincuntur, non armis, ibid. num 19. 20. 21 & 22. Mosis oratio cur necessaria contra Amalech, & si alias iste occidendus ob peccata, ibid. num. 23. quo sensu dicantur peccata populi comedere, ibid. num. 26. diuites ex patrimonio ad bona aduolantes Ecclesiastica quantum subeunt onus, ibid. num. 27. regum Confessores vt peccata comedunt populi, ibid. num. 28. efficax ratio cur sacerdotis oratio necessaria, ibidem, num. 29. sancti vsque ad sanguinem gemunt, quando onus accipiunt sacerdotale, ibidem, num. 30.

Antiquorum sacerdotum vestimenta communia quæ, Cap. 18. num. 24. Comment. lit. nu. 1. propria summi sacerdotis, ibidem, nu 2. Rationale quid, ibid num. 3. quid Vrim, & Thumim, ibid. num. 4. quomodo mundus totus in vestibus descriptus sacerdotalibus, ibid. num. 5. Rationale cur appellabatur iudicij, ibid. numer. 6. lamina aurea quæ, ibid. num. 7.

Sacerdotis præsentia locum sanctificat, hom. 108 num. 1. culpatos defendit, ibidem, num. 2. eorũ sola dignitas antiquitus delinquentes defendebat, ibid. num. 3. eorum veneratio supra Reges, ibid. num. 6. immo supra Angelos, ibid. num. 7. ex Dei instituto regia eis debetur vita, ibid. num 10. noui ampliori digni cultu, quam antiqui, ibid. num. 11. qualis Dei erga illos prouidentia, ibid. num 12 13. 14. & 15. eorum paupertas populi Christiani indeuotionem demonstrat, ibid. num. 16. ob hoc macie, & pauperie consumuntur regna, & reges, ibid num. 17. nil sæcularibus debent, sed tantum deo, ibid. num. 18. & 19. eos quanti faciunt Angeli suprà Reges, ibid. n. 20. eis iniurij, & si reges dire castigantur, & regno priuantur, ibid. num. 21. Saül regno priuatus, quia iniurius Samuëli, ibid. num. 25.

Et si mali venerandi, & etiam si inimici, hom. 108 n. 26 & 27.

Sacramentum.

Antiqua characterem non imprimebant spiritualem, hom. 29 n. 95 character quàm magnum Dei donum, ibid. num. 99.

Sacrificium.

Filiæ Iephte quale, hom. 45. nu. 5.

Salomon.

Cur in oratione Deum non appellauit suum, sed patrum suorũ, cap 9. n. 1. Comm. lit. n. 4 dei benevolentiam à quibus in oratione cõciliauit, Cap. 9. n. 1. Comm. lit. n. 12. subditos cur filios Dei nominauerit, Cap. 9. n. 7. Comm. lit. n. 4. templi constructio ei in præceptum, Cap. 9. n. 8. Comm. lit. n. 5. cur dicitur construxisse non tabernaculum, sed similitudinem eius, ibid. nu. 6.

Oratione se ad sapientiam præparauit, homil. 13. num. 10. desiderio illam meruit, ibid. num. 8. magistrorum aditorio ad illam comparandam vsus, ibidem, num. 10. ad consilium senes adhibebat, ibidem, num. 83.

Eius casus miserabilis, homil. 15. num. 14. cur quando senex, & non quãdo iuuenis deceptus, ibidem, num. 16. idololatra extitit, ibidem, num. 15. vt hospes, & peregrinus hic viuere cupiebat, hom. 31. num. 41. cur permissus cadere, hom 54. num 11. vt occidens Ioab non extrahens illum à templo peccauit, hom. 108. num. 4. eius ferculum quid, hom. 18. num. 36.

Samuel

Quantus, & tamen pro Saüle non exauditus, hom. 47. num. 58.

Sanctus.

Non orat pro peccatoribus, quando ipsi operibus non intendunt bonis, & cur, hom. 1. num. 20. sunt nostri mediatores inter Christum, & nos, ibidem, num. 17. non secus ac Angeli sunt nostri rectores, ibidem, num. 29 nunc cum Christo regimen obtinent pastorale, ibidem, num. 31. nostrarum curarum sunt socij, ibidem, num. 33. vt Angeli nobis præsunt, ibid. num. 34.

Eorum intercessionis efficax ratio, homil. 1. num. 41. cur efficacissimi nunc in cælis ad impetrandum, ibidem, num. 45. eorum inuocatio cur in Missæ mysterio, ibidem, num. 51. & 53. eorum patrocinium felicem hominem reddit, ibidem, num. 54. eorum inuocatio probatur ex Seneca, ibidem, nu. 56. cur exaudiuntur à Deo, ibidem, num. 57.

Eorum dignitas, homil. 3. num. 29. dant nobis exempla patientiæ, non gratiam, homil. 14.

Tabula rerum notabilium.

num.3.eorum cruciatus peccatorum vita, Cap. 10. num.6 Commentum lit. num.1. beati sunt ob illum, ibid num.2. persecutio peccatorum vitia eorum, ibid. eorum inter se comparatio, & vnum alteri prę ferre stultum, hom.22.num.76. tunc vincunt, quando vltra pati non possunt, hom.23. num.29. inaccessibilia fiunt eis procliuia, quando Deus vult, hom.26.num.3 eis Deus succurrit, quando res est desperata, ibid.num.4. eorum tormenta non eos, sed persecutores torquet, hom.34.num.9.

Sanctitas ab eis per eadem acquiritur media opposita, quibus deperditur, Hom 36.num 23. semper bona sua extenuant, hom.37. numer.18. quanto Dei gustu ei opponuntur, ne percutiat, hom.38.num.5. & 6. nullam in tribulatione impatientiæ vocem emittit, hom.44 num.28 corpus eorum fit ei pentulum, ibid num.29. quam magnis in vltimis diebus, hom.45.num.24. cur tantopere de peccatis dolent, hom.49.num 8.

Tunc amplius Deum diligit, quando chariora ei demit, homil.11.num.36. res huius mundi sunt eis veluti capilli, homil.71.num.12. nec eis conceſſum Deo simul, & mundo seruire, ibidem, numer.13. eos denudat ad suam reputationem, hom.71.num.14. eorum sanctitas consistit in licitorum priuatione, hom.85.num.10.

Sic labores desiderant, vt nec post mortem requiescere appetunt, homil 101.num.19. & 20. in cælis eorum gaudium quantum, ibid.num.33. cur pacatè semper viuunt, sæculares vero è contra, hom.107 num.2. eorum bellum deforis est, sicut impiorum intus, ibid.num.4. quanta facilitate obtinent, & cur, ibid.num.3.

Sanguis.

Eius esus cur p[illegible]ibus, homil.76.num 4.

Sanitas.

Ezechias tunc sanatus, quando de salute desperauit, Cap.14. num.1. Comment.lit. num.4. multi sani fiunt sibi, & non Deo, ibid. num 5.

Samson.

Cur celauerit patri & matri occidisse leonem, homil.56.num.26. cur seruabatur à Philistæis, homil.63.num.30. eius sensus, quando ludebat, ibidem, num.32.

Sapientia.

Quomodo comparatur, Cap.9.num.4. Comment.lit num 6. Dei seruituti debetur, Cap.9. numer.5 Comm lit.num.2. humanæ vanitas, & effectus, homil.7.num.1. est præstigiata non solida, ibid. num.2. per Magorum serpentes figurata, ibid. num.3. Politica contra diuinam regna destruit, ibid.num.5. suos præfocat discipulos, ibidem, num.6. per eam ipsemet diabolus præfocatus, ibid.num.7.

Nil valet politica, quando sine diuina, homil. 7.num.9. quæ illa, ibid num.10. tota in inuidia fundatur, ibid. num.12. eius est cor machinationibus tegere, ibid.num.13. eius effectus odium, ibidem, num.14. vnde illud sumat, ibid.num.15. humana contra Dei pugnat dogmata, & cur, ibidem, num.29.

Sapiens qui dicatur, homil.2.nu.46. eius est semper idem velle, idem nolle, ibid. sapientiæ increatæ diuersi status, Cap.9. num.10. Comment lit.num.1. quid sit, homil.13. num.2. diuinarum scripturarum cognitio est sapientia, ibid. num 3. vera à Deo, ibid.num.12. Adam, quia nõ à Deo eã voluit se perdidit, non sic Salomõ, ibid. num.13. quibus se manifestabat, hom.13 n.29.

Sapientiæ nomine Deus summopere delectatur, homil.54.num.1. æternæ sapientiæ productionis gaudium renouatur semper ac homo sapiens fit, ibid.num.2. quo sensu dicatur sapientiam diuinam creari, ibid.num.3.

Huius mundi sapientes stultissimi, homil.54. num.4. dissimillimi à Christo, ibid.nu.5. superbi similes sunt diabolo, ibid.num.7. ob complacẽtiam suæ sapientię diabolus se perdidit, ibid.nu. 8. qui sapiens sibi videtur, stultus sit, ibid.num.9. huius mundi sapiẽtum superbia, quo se extẽdit, ibidem, num.10. Angeli, & si sapiẽtissimi immediatè à Deo edocerinõ præsumunt, ibidem, nn. 11. sanctorum humilitas in ediscendo, & si sapientissimi, ibidem, num.13. nostri temporis calamitas, dum ignorantissimi sapientissimos se præsumunt, homil.54.num.14.

Sapientia aliquibus paratur in noctem, non in diem, ibidem, nn.26. tales à Deo reijciuntur, ibid.n.17. sunt monetæ falsæ, ibid.n.18. Deum fugiunt ad se accurrẽtes, ibid n.19. superborum scientificorũ pœna in obscœnissima labi peccata, ibid.n.20. per seipsos ad Deũ peruenire autumant ob quod à Deo inuisi, ibid.n.23. superborũ scientificum insania scire præsumentium omnia de astris, & de cælo, ibidem, num.28 quomodo cælestia naturalia apprehendunt, ibidem, nu.30.

Ioseph, & si ignorans cur sic cito intelligebat somnia, quod non sic sapiens Daniel, homil.14. num 31. Deus per ignorantiam potius, quam per sapientiam acquiritur, ibidem, nu.33. huius mundi sapientes lucrum affectant, vnde Deo odibiles, ibidem, num 35. ex illis vix vnum Christus sequitur, ibidem, num.37.

Sara.

Eius risus cur reprehensus, non vero Abrahæ, homil.47.num.38.

Saturnalia.

Mos in illis summo mane se lauare, homil.24. num.24. Saturni sacra vnde orta, Cap.14.num. 23. Comment.lit.num.1. Vide *Idololatria.*

Saül.

Melior coram hominibus, nõ coram Deo, homil.8. num.28 prudentia supernaturali priuatus amisit regnum, Cap.9. num.13. Comment. lit numer.9. eius sanctitas, quando ad regnum euectus quanta, homil.22. num.29. ab Amalechita occisus vera est sententia, homil.34. num. 35. cur ab incircumciso interfectus, ibid.nu 16.

Scientia.

Sciendi difficultas à quo prouenit à rebus vel ab intellectu, Cap. 9.nu.16 Comm.lit. num.1. rerum scientia difficillima, ibid.num.2. formicæ quàm difficilis, & quanta in ea consideranda, ibid.num 3. supernorum, & si amplius ignota, ampliorem tamen affert delectationem, ibid n. 4. iudiciariæ væsaniæ, ibid.nu 5. iudiciarij cooperatores sunt dæmonum, ibid.n.6. superba ad interitum ducit, homil.13.num.19. humilitate acquirenda, ibid.num 21.

Ex nescientia cognita propria ad scientiam peruenitur, homil.13.num.24. scriptura quàm profunda, ibid. num.28. scientiæ naturalis lumen voces inuenit, non res, homil.13.num.64. sine sanctorum patrum authoritate ad scripturas enucleandas, non tantum ad veritatem, quãtum ad errorem deseruit, ibid.num.65.

Iuliani impia lex scientiam à Christianis tol-

Tabula rerum notabilium.

lem, Cap. 10. num 17. Comment. lit. num. 8. nescire præstat quæ Deus abscondit, quam ex homine cæcire, præsumente illa scire, Cap. 11. nu. 27. Comment. lit. num. 4. insipientia hominis omnia scire præsumentis, ibid. num. 5. media nō necessaria, Cap. 12. num. 11. Comm. lit. num. 3.

Duplex inflans, & dolens, hom. 52. nu. 1. modus, & finis in ea necessarius, hom. 52 nu. 2. qui hæretici eam negarunt, ibid. num. 3. vana quæ, ibid. num. 6. facit homines stultos, ibid. n. 7. vani prædicatores scientifici à stultis sæpè reprehenduntur eorum discipulis, ibid. nu. 8. vnde scientifici vani, ibid. nu. 9. quomodo tales Deus cōprehendit, ibid. nu. 10. vanæ princeps diabolus, ibid. nu. 12. omnis hæreticorum scientia stultitia, ibid. n. 13. vana diabolus perdidit Adamū, hom. 52. n. 13. & 14. qui Deū per scientiam non glorificant, ibid. nu. 15. indebitus in ea finis est cibus torsiones generans, ibid. num. 16. ad vanos fines adepta hæresim parit, hom. 52. num. 18. & 19.

In Dei iudicio in eadem stat lance humana perfidia, ac literatura, hom. 52. num. 20. vanæ vtilitas pro Christo eam spernere, ibid. nu. 21. nil secularis ad Christum lucrandum, ibid. num. 22. vanæ in Ecclesia plagæ sunt Ægyptiacæ, ibid. n. 23. non multis literis opus ad salutem, ibid. num. 24. Mineruæ deæ cur in cælis locus non datus, ibid. nu. 25. donum Dei aliquādo sæculari carere scientia, ibid. num. 26.

Vana nil ad Christi mysteria scientia proficit, hom. 52. num. 30. consultius hæc aliquando aliquibus non pandere, ibid. num. 29. Apostoli nō ea docti, sed diuina, ibid. nu. 31. quando eruditio humana proficua, ibidem, numer. 32. peccati scientiæ vanæ necessaria, ne homo euanescat, ibid. num. 55.

Scientifici Deum non amant, quia non in ipsis, sed supra ipsos Deus volitat, hom. 54. num. 40. mundani quoad vitam animalia dici possunt, ibid. num. 41.

Scinipes.

Quæ animalia, Cap. 11. num. 17. Disput. 8. nu. 29. Magi cur ea producere non potuerunt, ibid. num. 31. ex illis Magi Deum verum cognouerunt, ibid. num. 35.

Scriptura.

In ea sæpè sanare pro saluare, Cap. 9. num 19. Comment. lit. num. 1. in ea nullum verbum otiosum, hom 14. num. 9. os in illa pro fortitudine, hom. 16. num. 15. non interpretanda nisi ex sensu sanctorum patrum, Cap. 10. nu. 2. Disput. 1. in illa vincula aliquando pro carcere, Cap. 10. num. 14. Comm. lit. num. 1.

Non omnia in illa mysticum continent sensum, homil. 31. numer. 2. scripturæ sanctæ Dei sunt palpebræ, hom. 34. numer. 2. asserere in ea otiosum verbum blasphemia, homilia 42. num. 17. in illa particulæ addubitantes non semper dubitationem inferunt, Cap. 15. num. 8. Comment. lit. num. 2.

In illa linguarum peritia cautè exercenda cum humilitate, semper ad vulgatæ sensum attendendo, Cap. 18. num. 5. Comment. lit. num. 26.

Sæculares.

Ecclesiastica possidentes vt homicidæ Dei dici possunt, hom. 9. num. 30. tenentur Deo ministrare, hom. 24. num. 53 illorum pessimus mos in confessoribus eligendis, hom. 25. num. 12.

Seges.

Præmaturescere sicut Ægyptijs aliquando Dei supplicium, Cap. 16. num. 9. Comment. lit. num. 13. & 14.

Senes.

In curia degentium vanitas, & stoliditas, hom. 31. num. 22. vnde illa prouenit, ibid. num. 23.

Serpens.

Delectationis figura cur gerat, Cap. 9. num. 15. Comment. lit. numer. 3. in deserto cur dicti igniti, Cap. 16. num. 8. Comment. lit. num. 1. an veri, ibid. numer. 10. cur eos Deus in deserto non abstulit, sed tantum medelam adhibuit, Cap. 16. num. 8. Commentum lit. numer. 11. in deserto figura Christi, ibid. num. 12. Iconomastici hæretici vt confunduntur à serpente æneo, ibid. num 13. cur ex ære, ibid. num. 14. cur in altum subleuatus, ibid. num. 15. omnino destructus, vnde falsò affirmatur Mediolanenses apud se illum habere, ibid. numer. 17. nulla virtus illi erat inhærens ad sanandum, ibid. num. 18.

Dracones an venenum habeant, Cap. 16. num. 12. Commentum lit. num. 1. vt domesticantur, ibid. num. 2. draconthia herba quàm salutifera, ibid. num. 3.

Serpenti cur dictum, terram comedes, homil. 103. num. 20.

Signum.

Quid, Cap. 10. num. 16. Commentum lit. num. 13.

Simpathia.

Quid sicut & Antipathia, homil. 48. num. 37.

Sodomitæ.

Eorum peccatum obstaculum fuisset incarnationi, Cap. 10. num. 6. Com[illegible]it. num 12. Natale Domini omnes interem[illegible]bid. num. 13. an omnes damnati, ibid. num. 14. dicuntur filij diffidentiæ, ibid. num. 15. pium credere aliquos saluatos, ibid. num. 16. vitium eorum à mulieribus ortum, ibid. infantes eorum cur perierunt simul cum patribus, ibid. num. 18. nullus in Sodomis à peccatis immunis etiam infans, Cap. 10. num. 7. Comment. lit. num. 1. eius fructus post conflagrationem cineres, ibid. num. 2. eius rei ratio, ibid.

Sol.

Eius miraculum vt factum secundum Dionysium à Iosue, homil. 75. numer. 10.

Somnus.

Oculos expauescit Prælatorum, homil 5. num. 39 matutini mala, homil. 87. num. 15. an liceat ex eis diuinare Cap. 18 num. 19. Comm. lit. num. 1. diuinorum signa, ibid. num. 2. insomnia aliquando laudabilia, homil. 13. num. 9.

Spes.

In Deo hominem hîc beatum reddit, Cap. 10. num. 10. Comment. lit. num. 14. quanta debet esse in Deo, homil. 22. numer. 47.

In Deo solo hominem adiuuare potest, hom. 55. numer. 1. anchoræ comparatur, & cur, homil. 55. num. 2. infirmorum est fides perfectorum, ibid. num 3. non solum in spiritualibus, sed in temporalibus in Deo sperandum, ibid. num. 4. gentilium in equis spem confundit Christianorum, ibidem, num 5. vnde peccator in rebus huius mundi amplius sperat, quàm in Deo, ibid. num. 6. homines eo miserabiliores, quo in homine spem reponunt, ibidem, numer. 10. & 11. tunc sit firmior spes, quando humana desunt

Tabula rerum notabilium.

auxilia, ibid num. 11. Abraham, ex ſpe nil filio dedit è domo eum exulans, ibid. num. 12. quam parum hominibus fidendum, quando fortuna adeſt, ibidem, numer. 13. quàm falli amici huius mundi in extremis, ibid. num. 14. homini pro Deo eſt, in quo ſperat, ibidem, num. 18.

Homines miſeri fiunt, quia in mediis, non in Deo ſperant, hom. 55. num. 19. quantum homo his inferioribus addicitur, ibidem, num. 21. Daniel liberatus à leonibus, quia in Deo tantum fidit, ibidem, num. 25. in ſe ſperantes Deus non ſolum liberat, ſed exaltat, ibidem, num. 28. & 29. ad noſtram aucupandam ſpem homo factus, ibidem, num. 31. miniſtri Darij occiſi, & cur, ibidem, num. 30. in Deo ſolo ſperandum, & in nullo quauis ſanctitate fulgente, hom. 55. num. 34. & 35. in Deo ſperandum & ſi occidat, & mactet, ibid. num. 37. & 39.

Tunc res noſtræ acciſæ, quando amplius de homine ſperamus, Cap. 14. num 1. Comment. lit. num. 6. in hominibus ſpes ſæpè peccati pœna, Cap. 15. num. 6. Comment. lit. num. 1. eius fructus quando in deo immenſitas remunerationis, hom. 101. num. 3. Vide *Deus.*

Spiritus ſanctus.

Antiquitus ignotus, homil. 13. num. 7. Deus, quia opus attigit Incarnationis, homil. 65. n. 4.

Sponſus.

Sponſa cur dixit curremus, & non curram, hom. 6. num. 59. ſponſa cur lilium, ſponſus vero malus, homil. 53. num 40.

Statera.

Momentum eius quid, Cap. 11. numer. 23. Comment. lit. num. 1.

Sternutatio.

Quid, & quomodo à vaporatione differat, hom. 16. num. 27.

Suarez.

Eminentiſſimus doctor, eius doctrina amplectenda, hom. 22. num. 79.

Superbia, Superbi.

Ex Lactantio cur pauperibus indecens, hom. 4. num. 10. illi ſuperbi, qui ſupra dignitatem eleuantur, ibid. num. 15. ſcire præſumunt, & ſi neſciant, homil. 13. num. 22. nunquam ad ſapientiam perueniunt, ibid. num. 23. & ſi falsò laudati aſſentiuntur, homil. 15. num. 42.

Cur ſua ſorte nunquam contenti, homil. 67. num. 9. diabolica eſt eorum iniquitas dum ſocium nolunt habere in fortuna, ibid. nu. 10. cur ſuperbis aquila comparetur, ibidem, num. 21.

Aſcendendo ſuperbi deſcendunt, homil. 67. num. 23. ſunt pueri, & huius ratio, Cap. 25. numer. 17. Comment. lit. num. 1. quo in altum ſe extollunt, eo deprimuntur, homil. 99. num. 1. cur dicatur Deus à longè cognoſcere, ibidem, num. 2. hominum ſpiritualium ruina à ſuperbia, ibid. num. 3 ſuperbos vt Deus abominatur, ibid. nu. 4. ſunt animalia, ibid. num. 7. eorum caſus non deiectio, ſed præcipitatio, ibid. num. 9.

Superbia cur natione cæleſtis, homil. 97 nu. ſuperbi non ſolum cadunt, ſed ignominiosè, ibidem, num. 11. cur aliquando Deus eos omnino non deſtruit, ibid. n. 12. aliquando in honoribus manent ad ampliorem ruinam, ibid. n. 17 ex ſe exturbantur, & ejiciuntur, ibid. num 18. quam demens ſuperbia honorem occupans ex ipſiſmet, quos deſpicit, ibidem, nu. 19. aut extrinsecus, aut interius ſuperbi miſere cadunt, ibid. num. 20. eſt peccatum, & ſimul peccati pœna, ibid. n. 21. ſuperbus tunc deiectus, quando amplius eleuatus, ibidem, num. 22. ſolum vniti ad ſanctos deprimendos, ibidem, num. 23.

Ad ſuperbos confundendos Deus ſe armat, homil. 97. num. 24. ante mortem in afflictiones incidunt magnas, ibid. num. 25. eorum caſus fœtulentus, ibid. num. 26. ſuperbia cadauer hominem efficit, ibidem, num. 27. & 28. deprimit in quo eſt, exaltat contra quos ſe erigit, ibidem, num. 29.

Superior.

Plus amore, quàm timore proficiet in ſubditorum gubernatione, homil. 8. num. 39. graue eis iudicium intempeſtiuè corrigẽtes, hom. 49. num. 32. & 35. Superiorum curſus, & æſtimatio apud homines, hom. 99. nu. 30. quantum ſupra cæteros eminere debet, Cap 14 num. 20. Digr. 5. num. 12. negligens vitam inquirere malorum ſubditorum ſacerdotum, quantum onus ſubibit, hom. 106. numer. 28.

Suſanna.

Cur Deus voluit à Daniele iuniore, & non ab alio ſeniore defendi, homil. 34. num. 19.

T

Tabernaculum.

Vide *Deſertum.*

Quomodo in illis viuendum, homil. 31. nu. 4. quis verè Iſraëlita in illis viuens, ibidem, nu. 3.

Templum.

Cur dicatur ædificatum in monte Moria, Cap. 9. num. 8. Comment. lit. numer. 1. cur in illo malleus non auditus, homil. 43. num. 45.

Quàm antiqua, & quando incepta, Cap. 13. num. 19. Comm. lit. n. 6. in excelſis, ſiue in templo antiqui ponebant idola, ibid. n. 7. ibi prohibitum ob hoc in ſcriptura immolari, ibid. nu. 8. Deus Iſraëlem tunc deſeruit, quando abominationes introduxit in templum, homil. 63. n. 20.

Tempus.

Eius breuitas ratio profuſionis apud Deum, Cap. 9. num. 5. Comment. lit. num. 4.

Tenebræ.

Quanta terribilia in tenebratum plaga, Cap. 17. num. 1. Commentum lit. Diſput. 10. num. 1. quomodo factæ, ibidem, num. 2. quomodo palpabiles, ibidem, num. 5. quomodo nemo vidit fratrem, ibid. num. 6. quomodo nemo ſe mouit loco, ibid. num. 7. inferni tenebræ ex Ægyptiorum tenebris eliciuntur, ibid. num. 8. cui Ægypti peccato reſponderunt, ibid. num. 9.

Quomodo Pharao in tenebris exiſtens vocare potuit Moſem, Cap. 17. num. 2. Comm. lit. n. 11. adulterium per eas ſignificatur, hom. 91. nu. 1.

Tentatio.

Quæ dicitur Dei furor, homil. 30. num. 22. dæmon eo vitio tentat, ad quod videt hominem procliuem ex natura, ibidem, num. 5. nunquam eſt vltra vires, hom. 37. num. 29. humana, & diabolica quæ, ibi. n. 30 huius vitæ infinitæ, ibi. n. 11.

Humana vt ſit diabolica, hom. 37. numer. 32. quæ humana, ibid. n. 33. nunquam ſunt vltra vires, ibid. n. 34. dæmonem Deus coërcet, ne vltra vires tentet, ibid. nu 37. humilitas neceſſaria ad eas vincendas, ibid. n. 38. quomodo vincenda, ibid. n. 40. Deus nullas permittit niſi conducibiles ad ſalutem, ibid. nu. 41 eorum infamiæ, quæ eas tolerant ſine fructu, ibidem num. 41. in illis

ſuccumbitur ea ſuperbia,ibid.num.39.in tentationibus Deo fidere debemus, ſicut amico, & huius rei ratio,ibid.num.43.& 44 illas permittit,quæ ſecundum cuiuſlibet conditionem facilè tolerantur, ibid. num.46. antequam tentat probat vires,ibid num.47. experimur in minimis prius abillo,ibid num.48.illi nos dimittere debemus nullo modo qualitatem eligendo tentationis,ibid.num.49.ſic eius tempus Deus metit,vt amplius non duret,quàm expediens, ibid. num.51 Iob non plus tentatus,quàm opus,ibid. num 52 duo illius tempora,& quæ, ibid.nu.53. in eius fine eſt thronus, ibid. num.54. quando tolluntur triſtantur ſancti,ibid num.55. quantũ in tribulatione animantur .ibid num 56. tunc ſuos ab ea Deus eripit, quando opportunum, ibid. num.59. Abrahami feruor in tentatione quantus,ibid.num 57.

Cur iuſtos Deus tentat,hom.37.n.59. nunquã liberatio ab illa expoſcenda,ibid.num.60.& 61.

Teraphin.

Quid,hom.20.num 18.

Terrenus.

Terrenorum cura animum occupat, Cap.9. numer.15.Comm. lit num.9. carnales ſerpentes,terram repentes,ibid num.10.

Theologia.

Eius habitus duplex,hom.13,num.84. altera poſitiua,altera ſcholaſtica,ibid num 85. cur ſic dicta,& quàm antiqua, ibid. nu.87. quàm profecua in Dei Eccleſia, ibid.num 89. eius neceſſitas,ibid.num 90.

Sanctus Thomas Aquinas.

Eius doctrinæ excellentia ex Chriſti teſtimonio aſtruitur,hom.13 num.91 merito puniendus,qui aliquem ei adæquare ſtudet, ibid num. 93 nulli priuato licet eius doctrinam corrigere, ibid.num.94. non eſt contra eum, qui præter aliquid ſentit,ibid.num.95. eius doctrinæ elogia ex ſanctis Pontificibus, ibid num. 96. ipſe ſolus pro omnibus ſufficit libris, ibid num.97. timendum ſi ipſo relicto ad alium confugimus doctorem,ibid.num.98. quod eius articuli, tot miracula,ibid.num.99.eius doctrina in aqua figurata Ezechielis, ibid.numer.100. fuit infuſa, ibid.numer.101. in Philoſophia etiam princeps habendus,ibid.numer.102. ex quibus fontibus ſuam hauriebat doctrinam,ibid. num.103. magiſtros habuit Apoſtolos,ibid.num.104. quàm propriè locutus, ibid.num 105. quàm ordinatè, ibid.num 106. ex eius doctrina animus exultat, & cur, ibid.num.107. pro doctrina Deo nobis traditus,ibid.num.109 quanti eius doctrinam Concilia fecerunt ſanctiſſima,ibid.nu.110. eius doctrinæ religiones, & Academiæ addictæ, ibid.num.111. Salmanticenſis ſcholæ egregium facinus Diui Thomæ doctrinam iurando, ibid. num.112.quantum nunc eius doctrina ab omnibus acclamatur, ibid.num.113. omnibus fulcta eſt ſanctis,ibid.num.114. eſt Doctor Angelicus, ob quod omnibus præferendus, ibid. num. 115. eſt Angelus Cherubin ad veræ doctrinæ cuſtodiam deſtinatus, ibid. num. 116. eius doctrina fulget,& ardet,ibid.num. 117.

Vindicatur ab impoſtura dixiſſe nempe, neq; de abſoluta potentia poſſe Deum creare aliam terram, Cap 11.num.18. Comment. lit. num.5. quoties ſu dixit imaginem Dei in anima non eſſe adorandam cultu latriæ,hom.58.num.7.

Iniquè conſtituitur Dux contra Immaculationem,Cap.14.num.7.Digreſſ.3. eius loca expenduntur ſigillatim,quæ videntur contra Immaculationem,ibid.num.3. vindicatur ab errore,quem malè aliqui illi impingunt, ibid num. 9. nunquam directè propoſuit quæſtionem de Immaculatione,ibid.num.9. cur vt ſcholaſticus non affirmauit Immaculationem, ibid num.11. vltimum eius opus ſumma eſt Theologiæ, ibid. num.12. eius loca pro Immaculatione, ibidem, num.13.

Thus.

Eius vſus quàm antiquus,& de primo vſu ſacrificandi, Cap.18. num. 21. Commentum lit. num. 5.

Timor.

Timidus vt differt à formidoloſo, homil 12. numer.33. humanus ad vitanda peccata inſufficiens,hom.27.num.21. Vnde Moſes cognouit Pharaonem Deum non timere,ibid.nu.22. qui ex timore ſe abſtinet, eo tranſacto ad genium redit, ibid.num.25. ob hoc Herodes Ioannem occidit,ibid num,26. quid faciendum vt homines non timeamus,ibidem,num.27.

Domini artificio ingerendus,homil 56.num. 18.Dei,radix eſt immortalitatis, Cap.15. numer. 3.Comm lit num.3. qui timore non amore ducuntur,nunquam in bono ſtabiles, homil.110. num.2. ſuſpendit,non aufert animum peccandi,ibidem,num.3. eo ſublato audaciorem facit peccatorem, ibidem,num.4. & petulantiores, ibidem,num.5.& crudeliores,ibid.num.6. cur ſemper infirmus ad bonum,ibid.nu 15. Adam, & Eua peccarunt, quia timore ducebantur ad non peccandum, ibid. nu.14.& 17.vix per diem hominem in bono ſiſtit, ibid.num.23. Saül facilè ad peccata relabebatur,quia timore ſe abſtinebat ibid.num 24. quamdiu peccare deſinit, qui ob timorem non peccat, ibid num.25. Dauid conſtans in bono, quando ob amorem non peccabat,inconſtans quando ob timorem, ibid. num. 26.

Tyrannidis.

Quæ,hom.7.num 18.qualis eius effectus,homilia 45.num.10.& 9.

Tribulatio.

Veram à falſa diſcernit virtutem, homil.12. num.3. ad Dei dignitatem ſanctis tribulari expedit,ibid num.5. fiunt ex illa ſancti adamantes, ibid. num. 4. ante tribulationem ſancti an ſint, à Deo cognoſcuntur, poſt illam etiam ab hominibus, ibid.num. 6. magna magnam ſupponit virtutem,ibid.num 7.

Deus voluntate vincendi aliquando ſatisfactus tentationem non permittit, vt veniat, aut malum duret, hom.12 num.8. nos tentat,vt cauſam habeat glorificandi,ibidem, num.9.

Magna,quæ verè dici poteſt,ibidem,num.11. cuilibet ſua erit corona,Cap.16.num.14 Comment.lit. num.7. eius primus fructus Dei aſſiſtentia,hom.23.num.1. potius eſt cum Chriſto pati,quàm cum ipſo regnare, ibid.num.2. dæmonis eſt iudicium velle glorificari, & non per tribulationes, ibid.num.8. mors, & tribulatio pro Deo,& ipſius gloria, ibid.num.13 ſancti nõ ſic de paradiſi gaudent bonis, quantum pro Chriſto affligi, ibid.num.14. in terris eſt veluti Dei viſio,ibidem,num.16. cum tribulatis Deus, ibid,num.17. eorum eſt vera oratio,ibid.nu.18.

in ea clamorem extorquet, ibid. num. 21. per vnius iusti tribulati orationem pacem Deus mundo tribuit, ibid. num. 22. effectus tribulatorum orationis Dei assistētia, ibi. n. 23. superiorē omnibus hominibus constituit tribulatū, ibid. nu. 24.

Eorum vota Deus audit, non delitiantium, homil. 23. num. 31. corona nos coronat gloriæ, ibid. num. 39. quantam gloriam parit in cælo, ibid. num 43. in hac vita per tribulationes Christo conformamur, in cælo per glorias, ibid nu. 44. cur iusti tribulantur, mali è contra prosperantur, ibid. num. 46. sunt dei retributiones, non tributiones, ibid. num. 47. est vinculum æternæ vitæ indiruptum, ibidem, num. 49. & argumentum perseuerantiæ in bono, quando benè lata, ibidem, num. 50.

Iustis murus peccatoribus mare, Cap. 10. num. 18. Disput. 4 num. 65. iustis dicitur mala, peccatoribus flagellum, ibid. num. 66 dum suspenditur nisi adsit emendatio, durius infligetur, Cap. 11. numer. 9. Comment. lit. num 39.

Tribulationibus Ioseph exaltati filij Israel, homil. 33 num. 22. clariores reddit sanctos, homil. 34. num. 10 ictu ad se per illam summos attrahunt Dynastas, ibid. num. 11. eius fructus nisi experientia non cognoscitur, homil. 34. num. 17 eius experientia animus roboratur, ibidem, num 13. vbi maior tribulatio, ibi maior voluptas, ibid. num. 15.

Eius memoria extra se iustos rapit, homil. 34. num. 16. in ea silentium vnica est Dei expostulatio, ibidem, num. 20.

Non Christianus, qui non tribulatur, homil. 35. num. 5. vnde illarum necessitas, ibid. num. 6. cur ante-, & post peccatum inferantur, ibid. nu. 7. ante peccatum pœnæ, post peccatum certamina, ibid num. 8. Dei summa æquitas in illis inferendis, ibid num. 9. quomodo iustis, & iniustis non consurget bis tribulatio, ibid. nu. 11.

In illa quid faciendum, Cap 12. num 2. Comment. lit. num. 9. pro eius ereptione sancti non orant, homil. 44. numer. 14. in illa toros se Deo committunt, ibid. num. 25. est iustorum præmiū, impiorum vero flagellatio, homil. 51. num. 1.

Semen gloriæ, patientia eius fomentum, homil. 51. numer. 7. potius credendum sine morte ad cælum aduolare, quàm sine tribulatione, ibidem, num. 22. & 23.

Deus misericors in tribulationibus Adamo infligendis, homil 73. num. 1. eius virtus amplius in illis elucet, ibidem, num. 2. non lætis vt homines, sed tristibus consolatur, ibidem, num. 3. & 4. augendo tribulationem, tribulationes tollit, ibidem, num. 5. eius finis in tribulationibus, ibidem, num. 6. aliorum tribulationes permittit ad bonorum institutionem, ibidem, num. 8. & 9. sæpè immittit vt cor emolliat, ibidem, num. 11. Vide Deus.

Eius proprium oculos aperire, hom. 73. num. 19. tribulatorum Deus verba audit, etiam quæ casu proferuntur, ibidem, num 21. cur aliquando nobis videtur, quod nos deserat, ibidem, nu. 22. tribulationum causa nunquam scisciranda ex Chrysost. ibidem, num. 23.

Dei supplicia sunt eius beneficia, homil. 99. num. 1. aliorum flagella nostræ sunt misericordiæ, ibidem, num. 2. 3 & 4. Innocentium pœnæ nostra sunt beneficia, ibid num. 10. Innocentes tribulantur ad peccatorum emendationem, ibidem,

iustorum simili. mundi calamitates vniuersales rum damna nostra sunt, ibidem, num. 15. aliosed præclariora, ibid. num. 17. [illegible] non quęliber, flagella aliquando Deus reuelat, & cur, Cap. [illegible] nes, & num 8. Comment. lit. num. 1.

Libenter eam sufferre debemus ob gaudium alterius vitæ, homil. 101. num. 28. & 29. præscisi signum ex tribulatione obsurdescere, hom. 109. num. 5. quæ differentia inter istos, & iustos in tribulatione, ibid. num. 6. ob quas causas à Deo inferuntur, ibid. num. 7. impijs sunt initia dolorum, ibid. num. 8. ex vna malè lata possibile, vt obdurescat cor, ibid, num. 9. 10. & 11.

Tributum.

Cur principibus assignata, homil. 5. num. 20. originalis peccati grauissima pœna, homil. 7. num. 24. Salomonis, quando populo cœperunt esse grauissima, ibid. num. 26. semel imposita nunquam dimittuntur, hom. 90. num. 16. vt ministri principum ea imponant, quàm falsò extremam prætexunt necessitatem, ibidem. num. 21. Salomon, quàm dure populum tributis grauauit sub extremæ necessitatis prætextu, ibid. num. 22. principes inuitè ea imponentes Deus deseret, ibid. num. 23.

Tropheus.

Quid, homil. 18. num. 22. color triumphantium rubeus, ibidem, num. 42.

Turcus.

Cur ob vitium Sodomiticum non perfundatur, homil. 24. num. 32.

Turris.

Aliqui à peccato excusant fabricationem Babel, Cap. 10. num. 5. Comment. lit. num. 8.

V

Ventus.

PRo Deo cultus, Cap. 13. num. 1. Comment. lit. num. 10.

Venus.

Corinthij quanto cultu eam colebant, homil. 66. num. 2.

Veritas.

Vna, error multiplex, hom. 14. num. 15. in stabilienda Catholica, vt Deus prouidit, quod stabiliretur ab initio etiam per gentiles, Cap. 10. num. 17. Commentum lit. num. 7. eam Græci à nostris mutuarunt, ibid. num. 9. ei nouitas nil præiudicat. homil. 65. num. 40.

Verbum Dei.

Post viginti fructificat annos semel auditum, Cap. 16. num. 12. Commentum lit. num. 3. Vide *Prædicatio*.

Vespes.

Exercitum fugarunt Francorum in Hispania, Cap. 12. num. 9 Comment. lit. n. 3.

Vesper.

Stella vnde dicta, & cur Lucifer etiam appelletur, Cap. 18. n. 16. Comm. lit. n. 2.

Vestis.

Ex contactu sacrificiorum sanctificabatur, ipsa vero non sanctificabat, & cur, homil. 6. n. 91.

Visceratio.

Quid, Cap. 12. num. 6. Comm. lit. num. 6.

Victoria.

Munus est Dei, non principū potestas, hom. 32. nu. 31. non fidendum, quia Christiani, nisi adsit

Tabula rerum notabilium.

oratio ad vincendum,ibidem,num.32. fide magis,quàm militum virtute [illegible], ibidem,num. 33. principi tunc [illegible] quando eius conscientia erit [illegible] ibilis,ibidem,num.36. antiqui principes ad orationem confugiebant, vt victorijs potirentur,ibidem,num.37. populus nunquam sic securus, ac quando princeps orat, ibidem,num.38.& 39. cum inimicis in bello se iungit Deus ob peccata populi, ibidem, num. 40. non speret victoriam, qui Dei inimicis auxilia præbet,ibid. numer. 41. quando Deus in bello cum Christianis ipse ipsis detellat inimicos,ibidem,num. 44. & 45. Iosaphat præclara victoria ex oratione,ibidem,num.47.

Virga.

Ferrea quid,hom 1.num.30.Vide *Aaron.*

Virginitas.

In paradiso violaretur,Cap.10. num.1.Commentum. lit. num. 11. supra vitam Mariæ chara, hom.22.num.115. Angelus ad eam missus antequam conciperetur,& cur,ibidem,num.116.

Virgines cur non velabantur antiquitus, sed nuptæ,ibidem,num.118. ex solo aspectu veluti contaminantur,ibidem,num.119. cur Sara virgo videns Isaac se cooperuit,ibidem,num.120.

Virtus.

Regale hominis stemma,homil.1.num.3. infularum modus operandi diuersus a modo operandi donorum Spiritus sancti,Cap.18.numer. 4. Disp.11.num.20. Theologales cur dicantur perfectiones donis Spiritus sancti? Cap. 18. num.4. Disput. 11.

Vita.

Carnalium somnus,& ipsi non vigilant, sed somniant,lieres,Cap.10.num.10.Comment.lit.numer.5. omnia in ea insomnia,hom.31.num.19. eius res vt diligendæ,& quo ordine, Cap.15. numer.11. Comm.lit.num.4.

Vitium.

Vt sunt inter se contraria, & cor discerpant, hom.68.num.13.

Voluntas.

Insipientium est Dei cognoscere, perfectorum implere,num.12.num.13. per peccatum vt deperdita,homilia 14. num.28. summum eius malum pronitas ad idololatriam, ibidem, numer. 29.

Propriæ malum,Cap.10.num.6. Comm. lit. num.7. & Cap.14.num.6. Comm. lit. num.6. quæ pertinax in sua electione, Cap. 10. num. 6. Comment. lit.num.7. cum illa nemo ad cælum vadit,Cap.14.num.6. Comment. lit. numer.7. quàm securè degunt qui eam superiori relinquunt,ibidem,num.8.

Cum Dei voluntate securior homo in mari deget,quàm in portu,Cap.14. numer. 6. Commentum lit. numer.12.

Voluptas.

Est nostra Eua,Cap 9.num.15.Comment,lit. num.2.per illam diabolus nos decipit, ibid. nu. 4.est mortis fabricatrix,ibidem, num.5. vt diuinum quid ab hominibus appetitur, homil.15. num.21.vertitur in maximum, Deus & cupiditas, ibid.nu.23. in quale barathrum hominem iniecit,ibid.num.23.ab illa idololatria,ibid.nu.25.

Votum.

De non procurandis dignitatibus licitum,homil.6.num.87. illud quinta prouidentia ordinatum in religione Cler[illegible] regularium minorum,ibidem,num.87.

Vulgata versio.

Q[illegible] Cap. 16. num.9. Comm[illegible] num.2. Hæreticorum versiones, quàm variæ,& stultæ,ibidem,num.3.

Vulgus.

Non meritis, sed staturæ gloriam ascribit dignitatis,hom.8.num.29. principibus impetitat, Cap.20.num.14. Comment.lit. num.8. Eunucho comparatur,ibidem,num.9.

Zelus.

SAnctos vt consumit,dum peccata vident, & mederi ijs non possunt,homil.64.num.17.

FINIS.

400.286

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Google